www.e-rara.ch

M. Tullii Ciceronis opera omnia, praeter hactenus vulgatam Dionysii Lambini editionem ; accesserunt D. Gothofredi,... note

Cicero, Marcus Tullius

Lugduni, 1588

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-11124

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library


POST TENEBRAS LUX
D·C·G·JUNG

Ex libris Caroli Gustavi Jungi

anno MDCCCXCIIII

mense Januario.

CJ 5



M. TVLLII

CICERONIS

OPERA OMNIA

Præter hactenus vulgatam *Dionysij Lambini* editionem, accesserunt D. GOTHOFREDI I C. Notæ: in quèis *Variæ lectiones* propè infinitæ: *Synopses* generales & speciales singulis vel libris vel paginis adiectæ: *Ciceronis loca præcipua* & difficiliora, inter se primò: alijs deinde authoribus Grammaticis, Rhetoribus Poetis, Historicis, Iurisconsultis maximè collata: vt & *Formulæ* quæ ad ius, leges, senatusconsulta & actiones pertinent explicatæ.

Index Generalis breuitate & arte summa compositus præter superiora adiectus est.



LVGDVNI,

Sumptibus Sybillæ à Porta.

M. D. LXXXVIII.

Cum priuilegio Christianiss. Galliarum & Poloniæ Regis.

INDEX EORVM, QVÆ HOC PRIMO VOLVMINE continentur.

Rhetoricorum ad C. Herennium lib. IIII. Cornificij, seu incerti auctoris.

De inuentione Rhetorica lib. II.

De Oratore ad Q. Fratrem lib. III.

De claris Oratoribus lib. I. qui Brutus inscriptus est.

Orator ad Brutum.

Topica ad C. Trebatium Iurisconsultum.

Partitiones Oratoriæ.

De optimo genere Oratorum.

ILLVSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI FREDERICO COMITI PALATINO AD Rhenum, Duci Bauariæ, & Electoratus hæredi, &c.

Dionysius Gothofredus IC. S. D.

PRINCIPES cœlitus dari (Illustrissime Princeps Frederice) iure creditum: non qua lege numinis cœlestis simulachra nos cæteri mortales, sed qua rerum longè maximarum vos Dei ministri, diuinitus ad populos iustitia & pietate continendos, fato missi. Finis vestri, iustique imperij (quod nihil aliud quàm cura salutis alienæ est) obedientum vtilitas & salus: nec ab his certior in cœlum vel ad nominis immortalitatẽ vel ad Deum via. Hac animi sanctitate, fide & vita, glorioſi maiores tui sacrum imperium exornarunt: & ad vestræ Excellentiæ splendorem vsque, honores amplissimos vnà cum ditione transmiserunt. Horum vestigijs non insistis modò, sed & maiorib. virtute etiam antistare velle videris: qui hisce annis tuis adolescentibus incredibilem penè nominis tui famam vel apud exteros iam excitasti: qui paternarum ditionum vsu non contentus, Illustri

Bauarorum genti, omnem omnis virtutis cognitionem: omnium denique scientiarum ornamenta cumulatissimè intulisti: adscitis in tuum comitatum sapientissimis, quorum consilio rectísque institutis, populos non tam manu quàm vel ipsa vita, vel imperio in fide & officio contineas.

Ac cum extremi siue subsidiarij vsus sit manus, muta verò sit quæ vitæ innocentia perficitur persuasio, tum demum hæc mihi maxima videtur, quæ duabus primis adiuncta, imperio sit ac voce. Habet enim præter superiores virtutes, siue inter suos, siue inter pares, siue inter exteros, siue domi, siue militiæ, ad omnia denique familiarica: habet, inquã, nescio quid latentis energiæ, vox loquentis principis viua: quæ vt per se, (vt est principis vultus ac maiestas) maximè valeat, eo est tamen præstantior cùm ab arte, suisq; præceptis perficitur.

Quam vim bene dicendi qui principes adsecuti, vitæ innocentiã adiunxerint, hi mihi primum imperio suo ac gentilitio, tum exteris ac maioribus etiam honoribus dignissimi & ad eos diuinitus dati videbuntur. Sed quoniam artis & præceptorum paulò antè facta mentio est, ij, commodissimè sanè, benè dicendi artem consequẽtur, qui peritissmos ad eam rem magistros sibi adsciuerint. Splendori vestro præstantissimos benedicendi artifices obtigisse muneris est diuini. Quod autem mutos eloquentiæ magistros adhibere vo te st, honestæ disciplinæ voluptati tribuit, quæ summam vtilitatem etiam coniunctã habeat.

primas

In his mutis eloquentiæ magistris M. T. Cicero primas videtur optimo iure consequutus. Cuius opera cùm mihi in vulgus edenda essent, tanti authoris editionem multis locis à me repurgatam, tui nominis splendori offerendam putaui. Et verò habet hic author, præter insitã à natura & arte excultam eloquentiam, exquisita reipublicæ bene regendæ præcepta: quorum lectio Excellentiæ vestræ non potest non esse pergrata. Delectat quoque in Historiarum & exemplorum narratione, quæ ad mores publicos bene componendos passim transducit. Hæc vti à me edita, variis lectionibus aucta, summariis & argumentis ornata, difficilium locorum inter se collatione explicata & ad vsum eorum qui in Iure versantur: quibus, Iure recepto, partes Imperiorum regendæ committi solent, accommodata, ita lubens, ita ex animo, Excellentiæ vestræ dico, voueóque.

Deus optimus maximus Excel^a. V^a. salutem, vitam, incolumitatem, honores: populos denique V. E. diutissimè, ac fœlicissimè in iustitia, pietate, ac pace regat & conseruet.

LECTORI BENIVOLO.

M. Tullium Ciceronẽ (Lector benevole) à me multis locis emẽdatum & explicatum in lucem editurus, te, duorum præcipuè, huius operis initio, monendum putaui. Horum primum est, eo me consilio ad hunc authorem poliendum descendisse, vt tua ac posteritatis studia, si non re, voto saltem meo adiuuarem.

Etsi autem sciebam antecessorem meum, hoc est Lambinum, præclaram operam & industriam in hoc authore repurgando posuisse: quoniam tamen videbam huius authoris, hoc est Ciceronis, eam varietatem esse ac præstantiam, vt non vnius, sed multorum opem efflagitaret: consilium inij, vt quod à Lambino prætermissum, adderetur. Itaque, in hoc opere instituendo, mea studia retuli ad eorum maximè vtilitatem quibus vel historiæ, vel iuris lectio grata esse poterat.

In variis lectionibus conquirendis & inculcádis minus sollicitus fui: quæ plerunque leues ac inanes, nulli rei momentique: quę ad bene beatéque viuendum parum vel nihil: vt nec ad principes & maiorum gentium artes Theologiam, Iurisprudentiam, Medicinam & si quę similes, conferunt: nisi fortè quis putet summa hominis vel sapiẽtiæ vel boni in his posita, an dilectum pro delectu, valitudinem pro valetudinẽ legere debeamus: cuius generis non pauca Lambinianæ editioni ingesta, quæ nihil, nec enim parum dicam, ad sapientiam conferunt. quo in genere tamen qui versantur, non docti modò, sed doctissimi passim haberi volunt: &, quod peius, à vulgò ita nominantur. Atqui hoc semper existimaui, magis ea nosse nos debere, quæ ad mores pertinent: siue quà homines in his terris: siue quà patresfamilias ac pars familiæ, in domo: siue quà ciues in Republica versamur: vt ne pueriliter in syllabis & literarum apicibus vitam hanc caducam, miseram & breuem teramus: sed vt potius bene ac sapienter viuere, quàm curiosè, ac superstitiosè loqui discamus. Quæ à me id genus obseruata, quæque in marginem relata, à Lambini variis, hac asteriſci* nota dignosces. Quòd si quid coniecturę Lambinianæ à me

me additum erit, additio mea, hac figura || inchoabitur, asteriſco finietur.

Alterum, lector beneuole, de quo monitum te velim, hoc eſt: quædam, homini mihi, humanitus in hoc authore excudendo excidere potuiſſe: quę ſi qua erunt (vt eſſe poſſunt) humanæ conditionis, homo ipſe, memor eſto. vetus dictum eſt,

Cuiuis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.

Hoc vt fuerit, tui iuuandi deſiderium, quod ſincerũ mihi fuit, lector, intuere: & quàm multa ſecus accidant, etiam catis & prudẽtibus, vide. Sane id nullo iure præſtare ac luere mihi neceſſe eſt, quod operæ excudendo admiſerunt. Hęc cum occurrent, (occurrent autem nimiò plus quam velim) vide, Lector, vt ne mihi, ſed auctori adſcribas.

Fruere interibi, & vale. Anno 1588. die 2. Febr.

SVMMA PRIVILEGII CÆSARIS.

PRIVILEGIO Cæsareæ Maiestatis cautum est, vt ne quis Typographus aut Bibliopola intra sacri Romani Imperij, Regnorúmque & dominiorum hereditariorum eiusdem Maiestatis fines, & decem annorum spacium, computandorum à die prima editionis, Dionysij Gothofredi I C. Repetitæ lectionis Commentarios notásque ad ius ciuile, ad Accursium & Ciceronem, simili aut alio quopiam charactere vel forma, siue in toto, siue in parte recudere, aut alij recudendos dare, vel alibi etiá impressos adducere, vendere, distraheréve, clàm vel occultè citra voluntatem & consensum præfati Gothofredi, ciúsve hæredum presumat: pœna hac constituta, vt & dicto Goth. & Typographo cui dictos libros cudendi curam commiserit, vel alterutrius hæredibus ac mandatariis, potestas sit, superiores libros ita deprehensos propria authoritate, vel magistratus loci illius vindicare, vt qui secus fecerit quàm hoc priuilegio continetur, omnibus illis libris de facto priuetur. pœna præterea decem marcharum auri puri Cæsareo fisco & dicto Gothofredo ex æquo pendenda. Datum in arce Regia Pragæ, die XXII. Febr. anno Domini M. D. LXXXVIII. regni Romanorum XIII. Hungarici XVI. Bohemici XIII.

RVDOLPHVS.

IACOBVS CVRTIVS à Tenfftenau.

Ad mandatum Cæsareæ maiestatis proprium.

P. BERVERGER.

INCERTI AVCTORIS, SEV, VT DOCTIS QVIBVSDAM videtur, Cornificii, Rhetoricorum ad C. Herennium,

LIBER PRIMVS.

Synopsis libri I. ad Herennium.

1 ¶ *De ratione dicendi, arte Rhetorica, eiúsque præceptis ad Caium Herennium scribit hic author:* 2 *in quem hoc primùm occurrere videtur, vt huius artis præcepta ad exercitationem, hoc est dicendi adsiduitatem accommodentur.* 3 *Ab his tractat De oratoris Officio,* 4 *Generibus causarum, demõstratiuo, deliberatiuo, iudiciali.* 5 *De Materia oratoria, hoc est Inuentione, Dispositione, Elocutione, Memoria, Pronuntiatione.* 6 *eáque omnia tribus comparari docet, arte, imitatione, exercitatione.* 7 *De* INVENTIONE, *& quemadmodum ad eam orator suum officium possit accommodare.* 8 *Inuentionis sex partes esse, Exordium, Narrationem, Diuisionem, Confirmationem, Confutationem, Conclusionem.* 9 ¶ *De* EXORDIO, 10 *& vt commodè exordiri possimus, genus causæ considerandum esse, nimirum, an honestũ, turpe, dubium, humile.* 11 *Exordiorum duo esse genera Principium & Insinuationem.* 12 *Principium quid, & quemadmodum principio vtendum in causæ genere dubio, humili, turpi, honesto.* 13 *Exordio quemadmodum auditorem docilem, attentũ, beneuolum, efficiamus.* 14 *De Insinuatione & quãdo ea vti liceat.* 15 *De exordiis vitiosis.* 15 ¶ *De* NARRATIONE *eiúsque generibus & officiis.* 16 ¶ *De* DIVISIONE *seu partitione.* 18 ¶ *De* CONFIRMATIONE *&* CONFVTATIONE, *in his totam spem vincendi positam esse: vtrumque facere nos posse si constitutionem eãdem cognouerimus.* 19 *Constitutiones causarũ tres esse.* 20 *Constitutionẽ causæ esse primam deprecationem defensoris cum accusatoris insimulatione coniunctam.* 21 & 22 *Constitutionum aliam esse* CONIECTVRALEM. 23 LEGITIMAM *(ea nascitur ex scripto & sententia, ex contrariis legibus, ex ambiguo, ex definitione, ex translatione, ex ratiocinatione.)* 24 & 25 IVRIDICIALEM, *in Iuridiciali quæritur iure an iniuria factum sit.* 26 27 *Iuridicialem aliam Absolutam.* 28 *Assumptiuam aliam esse.* 29 & 30 *cuius partes, crimnis concessio (ea subdiuiditur in purgationem & deprecationem)* 31 *Translatio,* 32 *Remotio,* 33 *Comparatio.* 34 *Constitutionis reperta, quærendam esse rationem:* 35 *inuenta ratione, firmamentum quærendum esse.* 36 *His inuentis iudicij quæstionem seu iudicationem & κεφαλαιῶδες nasci.* 37 *Inuenta iudicatione, omnem rationem totius orationis eò conferri oportere.* 38 *τὸ κεφαλαιῶδες aliter inueniri in constitutione coniecturali quàm aliis constitutionibus.* 39 ¶ *Transitio.*

a Imò Ciceronis, cuius nomine citatur à Prisciano hoc opus libro 6. 7. 9. 10. Ac præterea, Herennii familiares Ciceroni, vti constare potest ex Oratione pro M. Cœlio: & aliàs C. Herennium Ciceronis σύγχρονον colligimus ex 10. Gellii, 20. in f. Quin in libris Rhetoricorũ, seu de Inuentione hosce comparatos, vnius atque eiusdem authoris esse eadem penè

P. 1. exempla poetarum, & legum, ostendent satis.*

b Hæc vox *otium* quibusdam deest vt suppeditare absolute hîc pro ὑπαρκεῖν, id est, sufficere, sumatur.*

c *Hæc duo*, artem Rhetoricam, *desunt nonnullis: vt hæc duo*, rationem dicẽdi, *quæ antecedunt subitis elligantur.**

d *al* & moderatione.*

ETSI negotiis familiaribus impediti, vix satis otium[b] studio suppeditare possumus, & idipsum, quod datur otij, libentiùs in philosophia consumere consueuimus: tamen tua nos, C. Herenni, voluntas commouit, vt de ratione dicendi conscriberemus: ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem putares. Et eo studiosiùs hoc negotium suscepimus, quòd te non sine causa velle cognoscere artem[c] rhetoricam intelligebamus. Non enim parum habet in se fructus copia dicendi, & commoditas orationis, si recta intelligentia, &[d] definita moderatione animi gubernetur. Quas ob res illa, quæ Græci[e] scriptores inanis arrogantiæ causa sibi assumserunt, reliquimus. Nam[f] illi, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerunt, quæ[g] nihil ad rem attinebant, vt ars difficilior cognitu putaretur: nos autem ea, quæ videbantur ad rationem dicendi pertinere, sumsimus. Non enim spe quæstus, aut[h] gloria commoti venimus ad scribendum, quemadmodum cæteri: sed vt industria nostra tuæ morem geramus voluntati. 2 ¶ Nunc, ne nimiùm longa sumatur oratio, de re dicere incipiemus: sed, si te vnum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multùm iuuare: vt intelligas hanc rationem præceptionis accommodari ad exercitationem oportere.

3 ¶ ORATORIS *officium* est, de his rebus posse dicere, quę res[k] ad vsum ciuilem moribus, ac legibus constitutæ sunt, cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit.

e *Zambinus*, scriptores arrogantiæ causa.

f L. illi quidem.

g L. nihil attinebant, [l]ffic Cicero, Acad. quæst. Offic. 1. Accusat. 5. Horat. 1. Odar. 19. sine adiectione vlla loquuntur, nihil attinet.*

h E. inanis gloriæ *al.* aut inani gloria cõmoti.* i *al.* adiumare.*

k *al.* quæ ad vsum.*

4 *Tria* sunt *genera eorum*, quæ recipere debet orator: demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. *Demonstratiuum*[a] est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem, vel vituperationem. *Deliberatiuum* est, quod in consultatione positum, habet in se suasionem, vel[b] dissuasionem. *Iudiciale* est, quod positum, in controuersia, habet accusationem, aut petitionem cum defensione. 5 ¶Nunc, quas res oratorem habere oporteat, docebimus: deinde quomodo has causas tractari[c] conueniat, ostendemus. Oportet igitur in oratore esse inuentionem, dispositionē, elocutionem, memoriā & pronuntiationē. *Imitatio*, est excogitatio rerum verarum, aut verisimiliū, quæ causam probabilem reddant. *Dispositio*, est ordo, & distributio rerum: quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum. *Elocutio*, est idoneorum verborum, & sententiarum ad inuentionem accommodatio. *Memoria*, est firma animi rerum &[d] verborum, & dispositionis perceptio. *Pronuntiatio*, est vocis[e], & vultus, & gestus moderatio cum venustate.

6 ¶Hæc omnia tribus rebus [f] assequi poterimus, arte, imitatione, exercitatione. *Ars*, est præceptio, quæ dat certam viam, rationémque dicendi. *Imitatio* est, qua impellimur cum diligenti ratione, vt aliquorū similes in dicendo velimus esse. *Exercitatio*, est assiduus vsus, consuetudóque dicēdi. 7 ¶Quoniam igitur demonstratum est, quas causas oratorem recipere, quásque res habere conueniret, nunc quemadmodum [g] ad inuentionis rationem possint oratoris officia accommodari, dicendum videtur. 8 ¶INVENTIO *in sex partes* orationis consumitur, exordium, narrationem, diuisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. *Exordium*, est principium orationis, per quod animus auditoris, aut iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. *Narratio*, est rerum gestarum, aut perinde vt gestarum, expositio. *Diuisio*, est per quam aperimus quid[h] conueniat, quid in controuersia sit: & per quam exponimus quibus de rebus simus [i] dicturi[k]. *Confirmatio*, est nostrorum argumentorum expositio cum asseueratione. *Confutatio*, est contrariorum [l] locorum dissolutio. *Conclusio*, est artificiosus terminus orationis. 9 ¶Nunc, quoniam vnà cum oratoris officiis, quo res cognitu facilior[m] esset, producti[n] sumus, vt de orationis partibus loqueremur, & eas ad inuentionis rationem accommodaremus: *de* EXORDIO primùm dicendum videtur. 10 ¶Causa posita, quo commodiùs exordiri possimus, genus causæ considerandum est. *Genera causarum* sunt quattuor, [o] honestū, turpe, dubium, humile. *Honestum* causæ genus putatur, quum aut id defendimus, quod ab omnibus defendendum videtur, aut id oppugnamus, quod ab omnibus videtur oppugnari debere: vt pro viro forti contra parricidam. *Turpe* genus intelligitur, quum aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. *Dubium* genus est, cùm habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. *Humile* genus est, quum contemta res affertur. Quum hæc ita sint, conueniet exordiorum rationem ad[p] omne genus causæ accommodari. 11 ¶*Exordiorum duo* sunt genera, *Principium*, quod Græcè προοίμιον appellatur: & *insinuatio*, quæ ἔφοδος nominatur.

12 ¶PRINCIPIVM, est quum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur, vt attentos, vt docileis, vt beneuolos auditores habere possimus. *Si genus causæ dubium* habebimus, à beneuolentia principium constituemus, nequid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Sin *humile* erit genus causæ, faciemus attentos. Sin[a] *turpe* causæ genus erit, insinuatione vtemur, de qua posteriùs dicemus, nisi quid nacti fuerimus, quare aduersarios criminando, beneuolentiam captare possimus. Sin *honestum* causæ genus erit, licebit rectè vel vti, vel non vti principio. Si[b] vti volemus, aut id oportebit ostendere, quare causa sit honesta, aut breuiter, quibus de rebus simus dicturi, exponere. [c] Si principio vti nolemus, à lege, à scriptura, aut ab aliquo firmissimo nostræ causæ adiumento principiū capere oportebit. 13 ¶Quoniam igitur docilem, beneuolum, attentum habere auditorem volumus, quomodo quidque eorum confici[d] possit, aperiemus. *Docileis* auditores habere poterimus, si summā causæ breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus. Nam docilis est is, qui attentè vult audire. *Attentos* habebimus, si pollicebimur, nos de rebus magnis, nouis, inusitatis verba facturos, aut de iis rebus, quæ[e] aut ad remp. pertinent, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad deorum immortalium religionem, aut[f] ad pietatem: &, si rogabimus, vt attentè audiant: & si numero exponemus res, de quibus dicturi sumus. *Beneuolos* auditores facere quattuor modis possumus, à nostra, ab aduersariorum, ab auditorum persona, & à rebus ipsis. *A nostra persona* beneuolentiam contrahemus, [g] si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, [h] aut in remp. quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos, aut in eosipsos, qui audiūt[i], aliquid [k] referemus, dummodo hæc omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint accommodata. Item si nostra incommoda proferemus, inopiam, solitudinem, calamitatem: & si orabimus, vt nobis sint auxilio, & simul ostēdemus, nos in aliis spem noluisse habere. Ab *aduersariorum* persona beneuolentia captabitur, si eos in odium, in inuidiam, in contemtionem adducemus. In odium rapiemus, si[l] quod eorum spurcè, superbè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factū proferemus. In inuidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem, affinitates aduersariorum proferemus, & his adiumentis magis, quàm veritati eos confidere aperiemus. In contemtionem adducemus, si inertiam, ignauiam, desidiam, luxuriam[m] eorum proferemus. Ab *auditorum* persona beneuolentia colligetur, si res eorum fortiter, sapienter, māsuetè, magnificè iudicatas proferemus: & si, quæ de iis existimatio, quæ iudicij exspectatio sit, aperiemus. A *rebus ipsis* beneuolum auditorem [n] efficiemus, si nostram causam laudando extollemus, aduersariorum per contemtionem deprimemus. 14 ¶Deinceps de INSINVATIONE aperiendum est. Tria sunt tempora, quibus principio vti non possumus: quæ diligenter sunt considerāda: aut cùm turpem causam habemus, hoc est, cùm ipsa res animum auditoris à nobis alienat: aut cùm animus audicoris persuasus videtur esse ab iis, qui antè contrà dixerunt: aut cùm defessus est eos audiendo,

a Quod & laudatiuum. Græcis ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικόν, quorum alterū tamē, non tam demōstrationis vim habere, quàm ostentationis videtur, & multū ab illo ἐγκωμιαστικῷ differt. v. 5. Quintil. 3.
b *vulg.* & dissuas.
P. B. *esforte*, parari, quemadmodum enim quis eas assequatur explicat.*
d *vulg.* & verborum dispositionis.
e L. vocis, vultus, gestus mod.
f *vulg.* tribus modis. *al.* tribus rationibus. *al.* tribus assequi.*
g *al. ita*, quem admodū possit oratio ad rationem oratoris officii. *alias*, possit orator ad orationē ipsius officia accōmodare.*
h L. quid nobis cum aduersario cōuen.
i L. sumus dict.
k *al.* acturi.*
l L. argumētorum dis.
m *vulg.* esset facilior.
n *al.* prouecti.*
o *Alii quinque faciūt. vide 1. de inuētione.**
p L. ad causæ genus.

P. II.
b L. Si vti principio volumus, aut id op.
c L. Sin vti nolemus, aut à narratione, aut à lege,
d L. effici.
e *vulg.* quæ ad remp. f *vulg.* aut ad pietatem nos esse dicturos, & si rog.
g *al.* conrademus: vel corradem*.*
h L. si aut in. i *al.* audiūt, vel omnes, vel aliquos referemus.*
k L. vel aliquos refer.
l *vul.* si quid
m *vul.* luxuriam aduersariorū prof.
n L. efficiemus auditorem.

P. B.

do,qui antè dixerunt. *Si causa turpitudinem habebit*, exordiri poteri mus his rationibus: rem, non hominẽ, aut hominẽ non rem spectari oportere: nõ placere nobis ipsis, quæ facta dicãtur ab aduersariis, & esse indigna, aut nefaria. Deinde cùm [a] rẽ diu auxerimus, nihil simile à nobis factum ostendemus, aut aliquorũ iudicium de simili causa, aut de eadem, aut de minore, aut de maiore proferemus. Deinde ad nostram causam pedetentim [b] accedemus, & similitudinem conferemus. Item si negabimus, nos de aduersariis aut de aliqua re eorum dicturos, & tamen occultè dicemus interiectione verborum. *Si persuasus auditor* fuerit, id est, si ratio aduersariorum auditoribus fidem fecerit: (neque enim non facilè scire poterimus, quoniam non sumus nescij, quibus rebus fides fieri soleat) ergo si fidem factam putabimus, his nos rebus insinuabimus ad [c] causam, si de eo, quod aduersarij firmissimum sibi adiumentum putauerint, primùm nos dicturos pollicebimur: aut ab aduersarij dicto exordiemur, & ab eo maximè, quod ille nuperrimè dixerit: aut dubitatione vtemur, quid potissimùm dicamus, aut cui loco primùm respondeamus cum admiratione. *Si defessi erunt audiendo*: ab aliqua re, quę risum mouere possit, exordiemur, ab apologo, à fabula verisimili, imitatione, deprauatione, inuersione [d], abiectione, [e] ambiguo, suspicione, irrisione, stultitia, exsuperatione [f], collocationẽ, literarum mutatione: præterea exspectatione, similitudine, nouitate, historia, versu: aut ab alicui [g] interpretatione [h], aut arrisione [i]: & si promiserimus, aliter, ac parari fuerimus, nos esse dicturos: nos non eodem modo, vt cęteri soleant, verba facturos: quid alij soleãt, quid nos facturi simus, breuiter exponemus. Inter insinuationem, & principium hoc interest, quòd principium, huiusmodi debet esse, vt statim apertis rationibus, quas [k] præscripsimus, aut beneuolum, aut attentum aut docilem faciamus auditorem. at insinuatio eiusmodi debet esse, vt occultè per dissimulationem, eadem illa omnia conficiamus, vt ad eã dem commoditatem in [l] dicendo peruenire possimus. Verùm hæ tres vtilitates tametsi in tota oratione sunt cõparandæ, hoc est, vt auditores sese perpetuò nobis attentos, docileis, beneuolos præbeant: tamen id per exordium causæ maximè comparandum est. 15 ¶ Nunc, nequando vitioso exordio vtamur, quæ vitia vitanda [m] sunt, docebo. In exordienda causa seruandum est, vt lenis sit sermo, & vsitata verborum consuetudo, vt non apparata oratio esse videatur. *Vitiosum exordium* est, quod in plureis causas potest accommodari, quod *vulgare* dicitur. Item vitiosum est, quo nihilo minus aduersarius potest vti, quod *commune* appellatur. Item illud, quo [n] aduersarius potest vti ex contrario. Item vitiosum est, quod nimium apparatis verbis compositũ est, aut nimis longum est, & quod nõ ex ipsa causa natũ videtur, quod *separatum* [o] vocatur: in quo etiã *translatum* [p] includitur, vt nõ propriè cohęreat cum narratione: & quod neque beneuolum docilem, neque attentum facit auditorem.

15 ¶ De exordio satis dictum est: deinceps ad narrationem transeamus. NARRATIONVM *tria* [q] sunt *genera*: *Vnum*, quo exponimus rem, & vnumquidque [r] trahimus ad vtilitatem nostram, vincendi causa: quod pertinet ad eas causas, de quibus iudicium futurum est. *Alterum* genus narrationis est, quod intercurrit nonnumquam aut fidei, aut criminationis, aut transitionis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causa. *Tertium* genus est id, quod à causa ciuili remotum est: in quo tamen exerceri conuenit, quò commodiùs illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo sunt genera: vnum, quod in negotiis: alterum, quod in personis positum est. Id. *quod in negotiorum expositione positum est*, treis habet parteis, fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, quæ neque veras, neque verisimileis continet res [s], vt, quæ in tragœdiis traditæ sunt. Historia, est res gesta, sed ab ætatis nostræ memoria remota. Argumentum, est ficta res, quæ tamen fieri potuit, velut argumẽta comœdiarum. Illud genus narrationis, *quod in personis positum est*, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, lenitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, errorem, misericordiam, rerum varietates, fortunæ commutationem [b], insperatum incommodum, subitam lætitiam, iucundum exitum rerum. Verùm hoc [c] in exercendo transigitur. Illud, quod ad veritatem pertinet, quomodo tractari conueniat, aperiemus.

16 ¶ Treis conuenit res habere narrationem, vt breuis, vt dilucida, vt verisimilis sit: quæ quoniam fieri oportere scimus, quemadmodum faciamus, cognoscendum est. *Rem breuiter* [d] *narrare* poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse [e] erit, & si non ab vltimo initio repetere volemus: & si summatim, non particulatim narrabimus: & si non ad extremum, sed vsque eò, quò opus erit, persequemur [f]: & si trãsitionibus nullis vtemur, & si non deerrabimus ab eo, quod cœperimus exponere, & si exitus rerum ita exponemus, vt antè quoque quę facta sint [g], sciri possint, tamet si [h] nos reticuerimus. Quod genus, si dicam, me ex prouincia rediisse [i], profectum quoque in prouinciam intelligatur. Et omnino non modò id, quod obest: sed etiam id, quod neque obest, neque adiuuat, satius est prærerire. Et ne bis, aut sæpius idem dicamus, cauendum est: etiam ne id, quod semel, suprà diximus, deinceps dicamus, hoc modo:

Athenis Megaram [k] *vesperi aduenit Simo:*
Vbi aduenit Megaram, insidias [l] *fecit virgini:*
Insidias postquam fecit: vim [m] *in loco attulit.*

Rem dilucide [n] *narrabimus*, si, vt quidque primùm gestũ erit, ita primùm exponemus, & rerum ac tẽporum ordinem conseruabimus, vt gestę res erũt, aut vt potuisse geri videbuntur. Hîc erit considerandũ, nequid perturbatè, ne quid contortè, nequid ambiguè, nequid nouè dicamus, nequam in aliam rem trãseamus, ne ab vltimo repetamus, ne longè persequamur [o] nequid, quod ad rem pertineat, prætereamus, & si persequemur [p] ea, quæ de breuitate præcepta sunt. Nam quò breuior, eò dilucidior, & cognitu facilior narratio fiet. *Verisimilis* [q] *narratio* erit, si vt mos, vt opinio, vt natura postulat, dicemus: si spatia temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt. ne [r] refelli possit, aut tempori s parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere, aut pati non potuisse. Si vera res erit, nihilominus [s] hęc omnia narrãdo con-

2 L. cùm dixerim.

b pedetẽtim, hoc est lenta & tarda itione. vide Nonium cap. 1. in pedetẽtim & pedepressim. sic infrà 1. de Inuentione ingredi pedetẽrim in defensionem.*

c L. ad causam de eo, quod aduer.

d L. inuersione, ambiguo, suspic. irrisu. exsuper. collatione, adiectione, aut abiectione litterarũ, aut commutatione:

e vt si elemẽtum aliquod abiiciamus aduersarij dictioni: & dicamus, opime non optime dixisse.* f ea est hyperbole.

g *al.* collatione id est cõparatione.* h L. interpellatione, aut irrisione:

i Arrisionem separat ab irrisione, arridemus auditori: irridemus aduersario.*

k *Vulg.* quibus præscr.

l *Vulg.* in dicendi opere venire

m L. vitanda sint,

P. III.

n L. quo leuiter commutato aduersar. pot.

o separatum Quintiliano est quod causæ nõ cohæret 4. c. 1.

p Trãslatum est quod aliũ de trahitur.*

q *Vulg.* genera tria sunt.

r *Vulg.* vnum quodque

a *vulg.* vt hæ, quæ in trag.

b L. commutationes,

c L. hæc in exercẽdo trãsigentur,

d Breuitati contrariæ iterationes, ταυτολογίαι & περισσολογίαι.*

e Quidam orationẽ σωμάτιον & breuem separãt, vt illa superuacuis careat: hæc quibusdam necessariis. 4. Quintil. 2. *

f *vulg* prosequemur:

g L. sunt,

h L. tametsi ea reticuerimus.

i L. rediisse,

P. B.

k Iambici versus.

l L. insidiatur virgini.

m L. vim in lico[vel], illico.*

n huic officio cõtraria est obscuritas.*

o *vulg.* prosequamur,

p L. & si sequemur ea,

q quæ & credibilis Quintiliano.*

r *al.* ne referri, vt hîc referri. sit respondẽdo obiicere, nostri replicare dicunt: sic Cicero. 4. Acad. in fin. nũc tibi refero, & pro Cæcinna, Ego enim tibi refero. *

s L. tum nihilominus. *&c. vel*, tamẽ nihilominus &c.

seruanda sunt. Nam sæpe veritas, nisi hæc seruata sint, fidem [a] facere non potest. Sin erit facta, eò magis erunt [b] conseruanda. De iis rebus cautè confligendum [c] est, quibus in rebus tabulæ, aut alicuius firma auctoritas videbitur interfuisse. 17 ¶ Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum ceteris artis scriptoribus, nisi quia de insinuatione noua [d] excogitauimus, quòd eâ soli, præter ceteros, in tria tempora diuisimus, vt planè certam viam, & perspicuam rationem exordiorum haberemus. Nunc, quod reliquum est, quoniam de rerum inuentione disputandum est, in qua singulare consumitur oratoris officium, dabimus operam, vt nihilo minus industriæ, quàm rei vtilitas postulabit, quæsiuisse videamur, si priùs pauca *de* CAVSARVM DIVISIONE [e] dixerimus. CAVSARVM diuisio in duas parteis distributa est. Primùm [f] perorata narratione debemus *aperire, quid nobis conueniat cum aduersariis*: si ea, quæ nobis vtilia erunt, conuenient, quid in controuersia relinquatur, hoc modo: Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersariis: iure fecerit, & licuerítne facere, id est in controuersia. Item è contrario, Agamemnonem esse à Clytæmnestra occisum confitentur: cùm id ita sit, me [g] vlciscì parentem negant, oportuisse. Deinde quum hoc fecerimus, *distributione* vti debemus. Ea diuiditur in duas parteis, enumerationem, & expositionem. *Enumeratione* vtemur, cùm dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. Eam [h] plus, quàm trium partium numero esse non oportet. Nam & periculosum est, nequando plus, minúsve dicamus, & suspicionem afferet auditori [i] meditationis, & artificij: quæ res fidem abrogat oratori [k]. *Expositio* est, cùm res, quibus de rebus dicturi sumus, exponimus breuiter, & absolutè.

18 ¶ Nunc *ad* CONFIRMATIONEM transeamus. TOTA spes vincendi, ratióque persuadendi posita est in *confirmatione, & confutatione*. Nam cùm adiumenta [l] nostra expoluerimus, contrariáque dissoluerimus, absolutè nimirùm munus oratorium confecerimus. Vtrumq; igitur facere poterimus, si constitutionē causæ cognouerimus. 19 ¶ Causarū constitutiones alij quattuor fecerunt, noster doctor Hermetes [m] treis putauit esse, non vt de illorum quicquam detraheret inuentione [n], sed vt ostenderet, id, quod oportuisset simpliciter, & singulari modo docere, illos distribuisse dupliciter, & bipertitò. 20 ¶ Constitutio est prima deprecatio defensoris cum accusatoris in simulatione coniuncta. 21 ¶ Constitutiones itaque, vt [o] diximus, tres sunt, coniectur. alis, legitima, iuridicialis. 22 ¶ *Coniecturalis*, est cùm de facto controuersia est, hoc modo: Aiax in sylua, postquàm reiciuit, quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Vlysses interuenit: occisum conspicatur: è corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit, cùm fratrem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruento videt, capitis accersit. Hîc, quoniā coniectura verum quæritur, de facto erat cōtrouersia, & ex eo constitutio causæ coniecturalis nominatur. 23 ¶ *Legitima* constitutio, est quum ex scripto, aut ex scriptis aliquid controuersiæ nascitur. Ea diuiditur in parteis sex, scriptum & sententiam, contrarias leges, ambiguum, definitionem, translationem, ratiocinationem. *Ex scripto & sententia* nascitur controuersia, cùm videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire, hoc modo: Sit [a] lex [b] quæ iubeat, eos, qui propter tempestatem nauim reliquerint, omnia perdere: eorum nauim, ceteráque esse, si nauis conseruata sit, qui [c] remanserint in naui. magnitudine tempestatis omnes perterriti nauim reliquerunt, & in scapham conscenderunt, [d] præter vnum ægrotum. is propter morbum: exire & fugere non potuit. casu & fortuitu nauis in portum incolumis delata est. illam ægrotus possidet. nauim petit ille, cuius fuerat. Hæc constitutio legitima est ex scripto & sententia. *Ex contrariis legibus* controuersia constat, cùm alia lex iubet, aut permittit, alia vetat quippiam fieri, hoc modo: Lex vetat, eum, qui de pecuniis repetundis damnatus sit, in concione orationem habere. Altera lex iubet, augurem, in demortui locum qui petat, in concione nominare. Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis, in demortui locum qui petat, nominauit. petitur ab eo multa. Cōstitutio hæc legitima est ex contrariis legibus. *Ex ambiguo* controuersia nascitur, cùm scriptum duas, aut plureis [e] res significat. hoc modo: Paterfamiliās cùm filium heredem faceret, testamento vasa argentea vxori legauit, hoc modo: TVLLIVS [f] HERES MEVS TERENTIAE VXORI MEAE XXX. PONDO VASORVM ARGENTEORVM DATO QVAE VOLET. Post mortem eius, vasa pretiosa & cælata magnificè ill. [g] petit. Tullius se, quæ velit ipse XXX. pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. *Ex definitione* constat causa, cùm [h] in controuersia est, quo nomine factum appelletur. ea est huiusmodi: Quum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus [i] & trientibus laturus esset, [k] Cæpio qui per id temporis quæstor vrbanus erat, docuit senatum, ærarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decreuit, si eam legem ad populum ferat, aduersus rempublicam videri eum facere. Saturninus ferre cœpit. Collegæ intercedere. ille nihilominus sitellā [l] detulit. Cæpio, vt illum contra S.C intercedentibus collegis aduersus remp. vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pōteis [m] disturbat, cistas deiicit, impedimento est, quo seciùs feratur lex: arcessitur Cæpio maiestatis. Constitutio est legitima ex definitione. Vocabulū enim definitur ipsum, cum quæritur, quid sit minuere maiestatem. *Ex translatione* controuersia nascitur, cum aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut [n] iudices mutandos reus dicit. Hac parte constitutionis Græci in iudiciis, nos in iure ciuili plerumque vtimur. In hac parte nos iuris ciuilis scientia [o] maximè adiuuabit. In iudiciis tamen nonnihil ea vtimur, hoc modo: Si quis peculatus accusatur, quòd vasa argentea publica de P loco priuato dicatur sustulisse, possit dicere, cùm definitione sit vsus, quid sit furtum, quid peculatus: secum furti agi, non peculatus oportere. Hæc partitio legitimæ constitutionis his de causis rarū venit in iudicium, quòd & in priuata actione prætoriæ exceptiones [q] sunt, & causa [r] cadit is, qui non, quemadmodum oportet, egerit: & in [s] publicis quæstionibus cauetur legibus, vt antè

a L. fidem nō poterit facere.
b *vulg.* conseruanda erunt, c *al.* consi. gēdum erit. *al.* confingendū malè, confligere est concertare, contendere, pugnare.*
d L. noua quædam excog. qui eam e hoc est, partitione vide 2. de Inuentione
f L. Primum enim peror. n.
g L. tamē me vlcisci par.
h L. *olim edidit*, Eam minus, vel plus, quàm tr. par. i L. præmed,
k *al.* orationi.
l *al.* argumēta.*
m *al.* Hermagoras, cuius meminit Cicero in lib. de Inuent. Quintil. 2. c. 15. *al* Hermetes.*
n L. enumeratione, sed o L. vt antè dix.

a *vulg.* Si lex sit, quæ iubeat, eos, qui.
b vide & de Inuentione*
c *vulg.* qui remanserunt in n.
d *al.* descēdē. runt: *retēti nāq; qui nauī relictā in scaphā se conferunt, non conscendunt, sed descendunt.**
e L. plureis sentētias fig.
f Idem 2. de Inuentione.*
g L petit illa h *al.* cum cōtrouersia est*
i Lex hæc frumētaria à T. Sempr. Graccho tri. pleb. lata, vt semisse & triente P. B. frumentum menstruū plebi ex publico viritim daretur. App. 1. de bello ciuili: Florus ep. 60 Cicero pro Sextio: Vell. 2. Hæc, inquit, constituta est à P. Clodio, vt frumentum populo, quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios abatur, gratis daretur. Cicero pro Sext. Ascon. in Pison. & pro domo.*
k L. Q. Cæpio,
l *vul.* cistellā detulit: *alii*, cistellam deferre ‖ nam mox sequitur cistam. quid sitella hoc loco dixi lib. 1. de Nat. deorum.*
m *al.* gradus pontis Porrò quid hoc loco pontes, dixi ad Festum in Sexagenarios, & in Depontani: Nonium. 12. in Sexagenarios. 22. & libro 3. de legibus infrà.*
n L. aut iudices cōmutandos.
o *vulg.* scientia iuuabit.
p Sic peculatus etiam tenetur qui priuatam pecuniam fisco debitam accepit l. 9. §. 3. ff. ad l. Iul. peculatus.* q *vulg* exceptiones fiunt. r Vide tit. Cod. de formulis & impetrat. actionum sublatis.* s vide l. 8. ff. de accusation. & Iulian. Cod. qui accusare non possunt.

si reo

si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, vtrùm illi liceat accusare. nécne *Ex ratiocinatione* controuersia constat, cùm res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur, ea est huiusmodi: Lex est, SI [a]PVRIOSVS EXSISTIT[b], AGNATORVM, GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. & Lex, QVI[c] PARENTEM NECASSE IVDICATVS ERIT, IS OBVOLVTVS ET OBLIGATVS CORIO, [d] DEIICIATVR IN PROFLVENTEM. [e] & Lex, PATER FAMILIAS VTI SVPER FAMILIA, PECVNIAVE SVA LEGASSIT[f], ITA IVS ESTO. & Lex, SI[g] PATER FAMILIAS INTESTATO[h] MORITVR, FAMILIA, PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM, GENTILIVMQVE ESTO. Malleolus iudicatus est matrem necasse. ei damnato statim folliculo lupino os obuolutum est, & soleæ ligneæ pedibus inductæ[k] sunt, & in carcerem ductus est. Qui defendebant eum tabulas in carcerem afferunt: testamentum ipso præsente conscribunt: testes rite affuerunt: de illo supplicium paulo pòst sumitur. ij, qui hæredes erant testamento, hæreditatem adeunt. Frater minor Malleoli, qui eum oppugnauerat in eius periculo, iuam vocat hæreditatem lege agnationis. Hîc certa lex in rem nulla affertur, & tamen multæ afferuntur, è quibus ratiocinatio nascitur, quare potuerit, aut non potuerit iure testamẽtum facere. Constitutio legitima est ex ratiocinatione.

24 ¶ Cuiusmodi partes essent legitimæ constitutionis ostendimus: nunc *de iuridiciali* constitutione dicamus. 25 ¶ IVRIDICIALIS constitutio est, cùm factum conuenit, sed iure, an iniuria factũ sit, quæritur. 26 ¶ Eius constitutionis partes sunt duæ, quarũ vna absoluta, altera assumtiua nominatur. 27 ¶ *Absoluta* est, cùm id ipsum, quod factũ est, vt aliud nihil foris assumatur, rectè factum esse dicemus. ea est huiusmodi: Minus quidã nominatim Acciũ poetam cõpellauit in scena. cùm eo Accius iniuriarũ agit. hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari[l] eum, cuius nomine scripta dẽtur agenda. 28 ¶ *Assumtiua* pars est, cùm per se defensio infirma est, sed assumpta ex extraneare, comprobatur. 29 Assumtiuæ partes sunt quattuor: cõcessio[m], remotio criminis, translatio criminis, cõparatio. 30 ¶ *Cõcessio* est, cùm reus postulat sibi ignosci: ea diuiditur in purgationem, & deprecationẽ. *Purgatio* est, cùm constãter se negat reus fecisse. Ea diuiditur in fortunam, imprudentiam, necessitatem[n]. Fortunam, vt Cæpio ad tribunos pleb. de amissione exercitus. Imprudentiam, vt ille qui de eo seruo qui[o] dominum occiderat supplicium sumsit, cui frater esset, antequàm tabulas testamenti aperuerit, cum is seruus manumissus testamento esset. Necessitudinem, vt ille, qui ad[p] diem commeatus non venit, quòd eum aquæ interclusissent. *Deprecatio* est, cùm & peccasse se, & consultò fecisse [q] confitetur, & tamen postulat vt sui misereantur. Hoc in iudicio non ferè potest vsu venire, nisi quando pro eo dicimus, cuius multa rectè facta est constat[r]. Hoc modo in loco communi per amplificationem iniiciemus. Quòd si hoc fecisset, tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci conueniret: verùm nihil postulat ignosci. Ergo in iudicium non venit: at in senatum, aut ante Imperatorem. & in concilium talis causa potest venire. 31 ¶ *Extransiatione* criminis causa constat, cùm fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus: vt Orestes cùm se defendit, in matrem confert crimen. 32 ¶ *Ex emotione* criminis causa constat, cùm à nobis non crimen, sed culpam ipsam amouemus, & vel in hominem transferimus, vel in rem quampiam conferimus. *In hominem*[a] transfertur: vt si accusetur is, qui P. Sulpicium se fateatur occidisse, &[b] id iussu consulum se fecisse defendat: eos dicat non modò imperasse, sed rationem quoque ostendisse, quare id facere liceret. *In rem* confertur, vt si quis ex testamẽto, quod facere iussus sit, ex plebiscito vetetur.

33 ¶ *Ex comparatione* criminis causa constat, cùm dicimus necesse fuisse alterutrum facere. & id, quod fecerimus, satius fuisse facere. Ea causa huiusmodi est: C Popillius[c] cùm[d] à Gallis obsideretur, neque effugere vllo modo posset, vênit cum hostium ducibus in colloquutionem: ita discessit, vt impedimenta relinqueret, exercitum educeret: satius esse duxit amittere impedimẽta, quàm exercitũ. exercitum eduxit, impedimenta reliquit: arcessitur maiestatis. 34 ¶ Quæ constitutiones, & quæ constitutionũ partes sint satis videor ostẽdisse. Nunc quomodo eas, & qua via tractari conueniat, demõstrandũ est, si priùs aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quò omnis[e] ratio totius orationis conferatur. Cõstitutione igitur causæ reperta [f] statim *quærenda* est *ratio*. Ratio [g] est, quæ causam facit, & continet defensionem, hoc modo, (vt dicẽdi causa in hac potissimùm cõsistamus:) Orestes, cùm confiteatur se occidisse matrẽ, nisi attulerit factirationem, peruertet[h] defensionẽ. ergo affert eã: quę nisi intercederet, ne causa quidẽ esset. illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Ergo (vt ostendi) ratio est[i] ea, quæ cõtinet defensionem, sine qua ne[k] parua quidem dubitatio potest remorari dãnationem. 35 ¶ Inuenta ratione *firmamentum*[l] *quærendum* est: id est, quod continet accusationem, quod affertur contra rationem defensionis, de qua antè dictum est. Id constituetur hoc modo: Cùm vsus fuerit Orestes ratione, hoc pacto, Iure occidi: illa enim patrem meum occiderat: vetetur accusator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque indemnatam pœnas pendere oportuit. 36 ¶ Ex ratione defensionis, & ex firmamento accusationis, iudicij quæstio nascatur oportet: quam nos iudicationem, Græci κρινόμενον[m] appellant. Ea constituitur ex coniunctione firmamenti, & rationis[n] defensione, hoc modo: Cùm dicat Orestes, se patris vlciscendi causa matrem occidisse, rectúmne fuerit à filio sine iudicio Clytæmnestram occidi. Ergo hac ratione iudicationem inueniri[o] conuenit. 37 ¶ Inuenta iudicatione, omnem rationem totius orationis eò conferri oportebit. 38 ¶ In omnibus constitutionibus, & partibus constitutionum hac via iudicationes reperiẽtur, præterquàm in coniecturali constitutione. In Pea enim nec ratio quæritur, quare fecerit: fecisse enim negatur: nec firmamẽtum exquiritur: quoniam non subest ratio. Quare ex intentione, & inficiatione iudicatio constituitur, hoc modo: Intentio [q] est, Occidisti Aiacem. Inficiatio,

a dixi ad leges XII Tabular titu. de tutelis.*
b *al.* esse incipit: *al.* si furiosus est, vt lib. 2. de Inuẽt.*
c dixi ad l. pœna parricidii 9. ff. ad l. Pomp. de parricidiis.*
d *al.* corio lupino: *al.* culleo, vt d. l. 9.*
P. V.
e *al.* in mare profundum
d. l. 9. cæterũ quid aqua profluens v. Theophil.* 1. Inst. de rerum diuisione, vbi aqua profluens τὸ ὕδωρ τὸ ῥέον.*
f. *vulg.* legauerit dixi ad leges XII. tabul. titulo de testamentis & legatis: vbi vide varias huiusce legis formulas.*
g L. intestatus.
h Idem infra libro 2. de Inuentione, & dixi ad leges XII. tab. titul. de hæredit. ab intestato.*
i extat huius legis fragmẽtũ in l. quod sæpe. 53 ff. de verborum signif.*
k *al.* indutæ: *al.* inditæ: *al.* in pedes inductæ.*
l L. nominare
m L. cõcessio criminis, remotio, transl. cõp. manifesta est traiectiolege, cõcessio, translatio criminis, remotio criminis, &c. hæc enim hoc ordine tractantur.*
n L. necessitudinem.
o L. qui dominum occiderat, cui frater esset, sup. sum s. antequàm.
p adde l. 20. ff. commu. diuid.*
q *al.* peccasse.
r *vul.* constãt.

P. B.

a *al.* transferimus: vt si
b *vulg.* & id iussu consulũ defendat
c *al.* Pompilius. *al.* Popilius *al.* Popilius.
d Is videtur, fuisse qui Popilius Lænas Liuio lib. 7. quique de plebe Cõsul. de Gallis triumphauit. Alius fuit Popillius Lænas, de cuius ingrato erga Ciceronem animo *vide.* 5 *Valer.* 3. *Plutarch. Appianum* 4 *de bello ciuili. Florum Epitom.* 120.*
e *al.* ratio omnis
f *vul.* igitur reperta,
g Ratio est qua id quod factũ esse cõstat defenditur 3. *Quint.* 11.*
h *vulg.* peruertit
i *vul.* ea est.
k *al.* nec parua quidẽ dubitatio, *al.* ne parua dubitatio.*
l Firmamentum vocat quod alibi firmissimam accusatoris argumentationẽ Quint. συλλογον & continentẽ post, quod ni hil quæritur *Quint.* 3. c. 11.
m κρινόμενον seu iudicatio à Trebatio, qua de re agitur, appellatur. *ad de Quintil.* 3. c. 11.*
n *fortasse legendum* ratione defensionis vel ratione defensoris.*
o L. Inuenire.
p L. Nam in ea nec r.
P. VI.
q *vul.* Intentio, Occ. Aia.

Non occidi. Iudicatio, occideritne. Ratio omnis vtriusque orationis, vt antè dictum est, ad hãc iudicationem conferẽda est. Si plureis erunt constitutiones, aut partes constitutionum, iudicationes quoque plures erũt in vna causa, sed omnes simili ratione reperientur.

39 ¶ Sedulò dedimus operam, vt breuiter, & dilucidè, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus. Nunc, [a] quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, commodius est A in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere: nequa propter multitudinẽ litterarũ possit animum tuum defatigatio retardare. [a] Sed si quidem hæc tardiùs, quàm studes, absoluentur, cùm rerũ magnitudini tum nostris quoq; occupationibus assignare debebis. Verũ tamen maturabimus, & quod negotio diminutũ [b] fuerit, exequauim[c] industria: vt tuo in nos officio, & nostro in te studio munus hoc accumulatissimè [d] tuæ largiantur volũtati.

a L. Nũc, quoniam huius volum. magn. satis cr.

a L. Sed si quo tardius hæc, quàm al. Sed si quid t.
b L. deminutum.
c al. exsequemur. al. exsaciemus, cum eo verbo alibi Tullius vtatur. & Terent. Heautont.*
d al. accuratissimæ: al. cumulatissimæ.*

RHETORICORVM AD C. HERENNIVM LIBER SECVNDVS.

Synopsis libri 2. ad Herennium.

1 ¶ *Synopsis, seu repetitio eorum quæ de Inuentione superiore libro tractata.* 2 *De Inuentione, ad quamque constitutionem accõmodanda.* 3 DE CONIECTVRALI CAVSA *seu constitutione, & quibus argumentationibus sit tractanda. In hac, actorẽ suspiciones omnes quærere, vt nihil factum esse sine causa ostendat, reum verò suspiciones eleuare.* 4 *Huius constitutionis partes quinque. Probabile (id diuiditur in causam & vitam)* 6 *Collatio* 7 *Signum (huius partes locus, tempus, spatium, occasio, spes perficiendi & celandi.)* 8 *Argumentum (id diuiditur in præteritum, instans, & insequens tempus)* 9 *Consecutio.* 10 *Approbatio: huius loci proprij vel communes. Communes à testibus, contra testes: Ab argumentis & signis, contra argumenta & signa. A rumoribus, contra rumores.* 11 *Coniecturalem constitutionem ita tractari.* 12 DE LEGITIMA CONSTITVTIONE, *& quibus argumentationibus vti debeamus, si dicatur pro scripto aduersus sententiam.* 13 *Pro sententia aduersus scriptum.* 14 *si contrariæ leges.* 15 *Si ambiguum verbum aliquod explicandum in sententia.* 16 *si definitione.* 17 *si translatione.* 18 *si causa rationali seu ratiocinatione vtemur.* 19 DE IVRIDICIALI CONSTITVTIONE, *& quibus argumentationibus tractanda. Est autem hæc vel absoluta, vel assumptiua.* 20 *In absoluta quæritur Iure factum an iniuria.* 21 *Iure, inquam, quod variè nascitur. Est enim ius aliud* 22 *Natura,* 23 *Lege,* 24 *Consuetudine,* 25 *Iudicato,* 26 *ex æquo & bono,* 27 *ex pacto,* 28 *Assumptiuæ partes criminis comparatio,* 29 *Translatio,* 30 *Concessio.* (31 *Cuius partes purgatio,* 32 *deprecatio,*) 33 *Remotio.* 34 ARGVMENTATIONVM EXORNATIO, *& quemadmodum Argumentationes singularum constitutionum ornatè & absolutè tractare possimus.* 3 ¶ *Absolutam & perfectissimam argumentationem quinquepertitam esse (hoc est constare propositione) quæ & expositio & enumeratio. (Ratione, Confirmatione, Exornatione, Complexione)* 36 *Breuiss mam, tripertitam: Mediocrem quadripartitam esse.* 37 ARGVMENTATIONVM VITIA *duo esse, aut enim reprehensione dignas, aut nugatorias, seu exse corruentes esse.* 38 *vtilitatem cognoscendæ vitiosæ argumentationis summam esse.* 39 *Vitia autem argumentationum singulis partibus argumentationũ accidere.* 40 *Propositiones enim (quæ & expositiones & enumerationes.)* 41 *Rationes,* 42 *Confirmationes,* 43 *Exornationes,* 44 *Complexiones vitiosas reperiri.* 45 ¶ DE CONCLVSIONE (*quæ & ἐπίλογος*) *seu extrema parte orationis.* 46 *Cuius partes Enumeratio,* 47 *Amplificatio (quæ & Indignatio)* 48 *Misericordia (quæ & Conquestio)* 49 *Transitio.*

IN PRIMO libro, B Herenni, breuiter exposuimus, quas causas recipere orator oporteret, & in quibus officiis [b] elaborare conueniret, & ea officia, qua ratione facillimè consequi posset. Verùm quòd[c] neque de omnibus rebus simul dici poterat, & de maximis primùm scribendũ fuit, quò cetera tibi faciliora cognitu viderẽtur, ita nobis placitum est, vt ea, quæ difficillima essent, potissimùm scriberemus[d].

CAVSARVM tria[e] sunt genera: demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. multo difficillimum est iudiciale. ergo id primùm absoluémus. De[e] hoc & priore libro egimus, cùm[f] de oratoris officiis tractabamus, quorũ inuentio & prima, & difficillima est: (ea[g] quoque nobis erit hoc in libro propemodum absoluta) & [h] paruam partem eius in tertium volumen trãsferemus. De sex partibus orationis primùm scribere incepimus[i]. In[k] primo libro loquuti sumus de exordio, narratione, diuisione, nec pluribus verbis, quàm necesse fuit, nec minus dilucidè, quàm te velle existimabamus. C Deinde coniunctè de confirmatione & confutatione dicendum fuit. quare genera constitutionum, & earum parteis aperuimus: ex quo simul ostendebatur, quomodo constitutionẽ, & parteis[l] constitutionis, causa posita, reperiri oporteret. Deinde docuimus, iudicationem quemadmodũ quæri conueniret: qua inuenta curãdum, [m] vt omnis ratio totius orationis ad eam cõferatur. Postea admonuimus, esse cau-

b *vul.* officiis artis. Officia autem oratoris intelligi, inuẽtionem, dispositionẽ, elocutionẽ, &c.*
c L. quia neque.
d L. conscriberemus.
e L. igitur tria sunt genera:

e *vul.* Hoc & priore
f L. cum de quinque or. off. tractaremus,
g *al.* eaque.
h Sed paruã *Nunc vulgata magis mihi probatur.*
i L. instituimus.
k L. Et in primo
l *al.* partem P. B.
m L. curãdum est, vt

sas complureis, quibus plures constitutiones, aut partes constitutionum accommodaretur.

2 ¶Reliquum videbatur esse, vt ostenderemus, quæ ratio posset inuentiones ad vnamquamque constitutionem, [a] aut parte constitutionis accõmodare. Et item quales argumẽtationes, quas Græci ἐπιχειρήματα [b] appellãt, se qui, & qualeis vitari [c] oporteret: quorũ vtrumque pertinet ad confirmationem, & confutationem. Deinde ad extremum [d] docebimus, cuiusmodi conclusionibus orationum vti oporteat: qui locus erat extremus de sex partibus orationis. Primum ergo quæremus, *quemadmodum quamque causam tractari conueniat, & nimirum coniecturalem*, quæ prima & [e] difficillima est, potissimùm consideremus. 3 ¶In CAVSA [f] *coniecturali*, narratio accusatoris suspiciones interiectas, & dispersas habere debet, vt nihil actũ, nihil dictum, nusquã ventum aut abitum, nihil denique factũ sine causa putetur. Defensoris narratio simplicem, & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis. 4 ¶ *Huius constitutionis* ratio in sex *partes* est distributa: probabile, collationẽ, signum, argumentum, consecutionem, approbationem. Horum vnumquidque quid valeat, aperiemus. 5 ¶ *Probabile* est, per quod probatur expediisse reo peccare, & à simili turpitudine hominem numquam afuisse [g]. Id diuiditur in causam, & in vitã. *Causa* est ea, quæ induxit ad maleficium cõmodorum spe, aut incommodorum [h] euitatione: vt cùm quæritur, num quod commodũ maleficio acquisierit [i], num honorẽ, num pecuniam, num dominationem, num aliquã cupiditatẽ amoris, aut huiusmodi libidinis voluerit explere. Aut num quod incommodum vitarit, inimicitias, infamiã, dolorem, suppliciũ. Hîc accusator in spe cõmodi cupiditatem ostendet aduersarij, in vitatione incommodi formidinẽ augebit. Defensor autẽ negabit fuisse causam, si poterit, aut eã vehementer extenuabit. Deinde iniquum esse dicet, omneis, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit, in suspicionem maleficij deuocari. Deinde *vita hominis* ex antè factis spectabitur. In quo primum considerabit accusator, num quãdo simile quid fecerit. Si id non reperiet, quæret, num quãdo venerit in similem suspicionem: & in eo debebit esse occupatus, vt ad [k] eã causam peccati, quam paullò antè expositurus erit, vita hominis possit accõmodari, hoc modo. Si dicet pecuniæ causa feciſſe, ostendet eum semper auarum fuisse: si honoris, ambitiosum: ita poterit animi vitium cum causa peccati conglutinare. Si non poterit, par [l] vitiũ cum causa reperire, reperiat dispar. Si non poterit auarũ demonstrare, [m] demonstret corruptorem, vel perfidiosum, si quo modo poterit: denique aliquo, aut quàm plurimis vitijs contaminabit [n] personã: deinde qui illud fecerit tam nequiter, eundem hunc tam perperam fecisse non esse mirandum. Si vehementer castus, & integer existimabitur aduersarius, dicet facta, non famã spectari oportere: illum antè occultasse sua flagitia, se planũ facturum, ab eo maleficium non abesse. Defensor primum demõstrabit vitam integram, si poterit: id si non poterit, confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, vim, persuasionem: quibus de rebus vituperatio eorum, quæ extra id crimen erunt, non debeat assignari. Sin vehementer [a] vitæ hominis turpitudine impedietur, & infamia, priùs dabit operam, vt falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente: & vtetur loco communi, rumoribus credi non oportere. Sin [b] nihil horum fieri poterit, vtatur extrema defensione, & dicat, non se de moribus eius apud censores, sed de criminibus aduersariorum apud iudices dicere. 6 *Collatio* est, cùm accusator id, quod aduersarium feciſſe criminatur, alij nemini, nisi reo, bono fuisse [c] demõstrat: aut alium neminem potuisse perficere, nisi aduersarium: aut eum ipsum aliis rationibus aut non potuisse, aut non æquè commodè potuisse. aut eum effugisse [d] alias rationes commodiores propter cupiditatem. Hoc loco defensor demonstret [e], oportet, aut aliis quoque bono fuisse, aut alios quoque id, quod [f] ipse simuletur, & facere potuisse.

7 ¶ *Signum*, [g] est per quod ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsita. id diuiditur in parteis sex: locum, tẽpus, spatium, occasionem, spem perficiendi, spem celandi. *Locus* quæritur, celebris, an desertus: semper, an tum, cùm id factum sit, fuerit in eo loco solitudo: sacer, an profanus: publicus, an priuatus fuerit: cuiusmodi loci attingant: num, qui est passus, perspectus, aut exauditus esse possit. Horum quid reo, quid accusator conueniat, perscribere non grauaremur, nisi facilè quiuis, causa posita, posset iudicare. Initia enim inuentionis ab arte debent proficisci: cætera facilè cõparabit exercitatio. *Tẽpus* ita quæritur, qua parte anni, qua [i] hora: noctu, an interdiu: qua diei qua noctis hora factũ esse dicatur, & cuiusmodi tẽporibus. *Spatium* ita cõsideratur, satisne lõgum fuerit ad eam rem transigendã, & potuerit ne scire, satis ad id perficiendum spatij futurũ. Nam parui refert satis spatij fuisse ad id perficiendum, si id antè sciri, & ratione prouideri non potuerit. [k] *Occasio* quæritur, idoneáne satis fuerit ad rẽ adoriendam [l], an alia melior, quæ aut præterita sit, aut non exspectata. [m] *Spes perficiẽdi* quę fuerit, spectabitur hoc modo: si, quæ suprà dicta sunt signa, concurrent: si præterea ex altera parte vires, pecunia, consiliũ, sciẽtia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudẽtia, inparatio demõstrabitur fuisse: per [n] quas res scire potuerimus, [o] vtrum diffidendũ, an confidẽdum fuerit. *Spes celandi* quæ fuerit quæritur ex cõsciis, arbitris [p] adiutorib [p], liberis, aut seruis, aut vtrisque. 8 ¶ *Argumentum*, est per quod res coarguitur certioribus argumẽtis & magis firma suspicione. Id diuiditur in tẽpora tria: præteritũ, instans, consequens. *In præterito tempore* oportet considerare, vbi fuerit, vbi visus sit, quo cum [q] visus sit, nũ quid appararit num quẽ conuenerit, num quid dixerit, num quem habuerit de conscriis, de adiutoribus, de administris [r]: num quo [s] in loco præter consuetudinem fuerit, aut [t] alieno tẽpore. *In instanti* tẽpore quæritur, num visus sit, cùm faciebat, num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit, aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, odoratu, gustatu nam [u] quiuis horum sensus potest cõflare suspicionem. *In consequenti* tempore spectabitur, num quid re transacta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficium, aut à quo sit [x] factum. Factum esse, hoc modo: si tumore, & liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. A

a L. & ad partem constit.
b στάσεις seu ratiocinationes *de quibus vide librum 2. de Inuentione. 5. Quint. 10. & 14.*
c *al.* vitare
d *vide numerum 45. infrà eod.* *
e *al.* quæque difficillima.*
f DE CAVSA CONIECTVRALI.*
g *Vul.* abfuisse. *mendosè.*
h L. vitatione
i L. appetierit.
k L. ad eandẽ causã.
l L. par animi vitium.
P. VII.
m L. demonstrare, quem pecuniæ causa dicat maleficium feciſſe: demonstr.
n L. contamiet personã: deinde dicat, qui illud
a *Vul.* vel hom. turp.
b L. Si nihil eorum *f.*
c *al.* bonum fuisse *mendosè.* | *de hac formula*, bono fuisse: *& cui bono dixi in oratione pro Milone.* *
d L. fugisse.
e *Vul.* vt demonstret, oportet,
f *al.* quo de insimuletur.
g *al.* insimuletur. *
h De signis *vide 5. Quint. 9.* *
i L. noctu, an interdiu: quota diei, quota noctis h.
k L. potuit.
l L. aggrediendam,
P. B.
m *al.* aut non exspectata propter aggredi cupiditatem. *
n L. propter quas
o L. potuerit.
p *al.* administris *verum hic arbiter pro teste ac spectatore.* *
q L. quicum visus.
r *al.* de adiumentis. *nonita commode ob vocem quem, antecedentem.* *
s L. nunquid in eo loco præter cõsuetudinem fecerit, aut alieno.
t *al.* aut etiam.*
u *al.* nũ quis &c. *al.* nam quiuis horũ sensuum. *
x L. factum sit.

quo factum sit, hoc modo: si telum, si vestimentum, si quid eiusm odi relictum sit, aut si vestigium [a] rei fuerit, aut [b] si cruor in vestimentis, aut si in eo loco comprehensus, aut visus sit transacto ne gotio quo in loco res gesta dicatur. 9 ¶ *Consecutio*, est cùm quæritur, quæ signa nocentis, & innocentis consequi soleant. Accusator dicet, si poterit, aduersarium, cùm ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, [c] titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientiæ sunt. Si reus horum nihil fecerit, accusator dicet, eum vsque adeò præmeditatum fuisse, quid sibi esset vsu venturum, vt confidentissimè resistens [d] responderet: quæ signa confidentiæ, non innocentiæ sint. [e] Defensor, si pertimuerit, magnitudine periculi, non conscientia peccati se commotum esse dicet. Si non pertimuerit, fretum innocentia negabit esse commotũ. 10 ¶ *Approbatio* est, qua vtimur ad extremum, confirmata suspicione. Ea habet locos proprios atque communeis. *Proprij* sunt ij, quibus [f], nisi accusator, nemo potest vti: & ij, quibus nisi defensor. *Communes* sunt, qui alia in causa ab reo, alia ab accusatore tractantur. In causa coniecturali proprius locus accusatoris est, cùm dicit malorum misereri non oportere, & cùm auget peccati [g] atrocitatem [h]. Defensoris proprius locus est, cùm misericordiam captat, & cùm accusatorem calumniari criminatur. *Communes loci* sunt cùm accusatoris, tum defensoris, à testibus, contra testeis, à quæstionibus, contra quæstiones, ab argumentis, contra argumenta, à rumoribus, contra rumores. *A testibus* dicemus secundum auctoritatem, & vitam testium, & constantiam testimoniorum. *Contra testeis*, [i] vitæ turpitudinem, testimoniorum inconstantiam: si aut fieri non potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant, aut scire illos non potuisse, aut cupidè dicere, & argumentari. hæc & ad improbationem, & approbationem testiũ pertinebunt. *A quæstionibus* dicemus, cùm demonstrabim[o], maiores nostros veri inueniẽdi causa tormentis & [k] cruciatibus uoluisse quæri, & summo dolore homines cogi, vt quicquid sciant, dicant. Et præterea confirmatior hęc erit disputatio, si quæ dicta erunt argumentando, iisdem viis, quibus omnis coniectura tractatur, trahemus ad verisimilem suspicionem: idémque hoc in testimoniis facere oportebit. *Cõtra quæstiones* hoc modo dicemus: primùm maiores [l] nostros voluisse certis in rebus interponi quæstiones, cùm, quæ[m] verè dicerentur sciri, quæ falsò in quæstione pronuntiarentur, refelli [n] possent, hoc modo: Quo in loco quid positum sit, & siquid esset simile[o], quod videri, aut aliquo simili signo[p] percipi posset. 9 deinde, dolori credi non oportere, quòd alius alio reticentior [r] sit in dolore, quòd ingeniosior ad cõminiscẽdum, quòd denique sæpe scire aut suspicari possit, quid quæsitor velit audire: quod cùm dixerit, intelligat sibi finem doloris futurum. Hæc disputatio comprobabitur, si refellemus, quæ in quæstionibus erunt dicta probabili argumentatione: idque partibus coniecturæ, quas ante exposuimus, facere oportebit. *Ab argumentis*, & signis, & ceteris locis, quibus augetur suspicio, dicere, hoc modo cõuenit[s]: Cùm multa concurrant argumenta, & signa, quæ inter se consentiant, rem perspicuam, non suspicionem videri [a] oportere. item plus oportere signis, & argumentis credi, quàm testibus: hæc enim eo modo exponi, quo modo re vera sunt [b] gesta: testeis corumpi posse vel pretio vel gratia, vel metu, vel simultate. *Contra argumenta*, & signa, & ceteras suspiciones dicemus hoc modo: si demonstrabimus, nullam rem esse, quam non suspicionibus quiuis possit criminari: deinde vnamquamque suspicionem extenuabimus, & dabimus operam, vt ostendamus, nihilo magis in nos eam, quàm in alium quempiã conuenire: indignum [c] facinus [d] esse, sine testibus coniecturã, & suspicionẽ firmamẽti satis habere. *A rumoribus* dicemus: si negabimus [e] temere famã nasci solere, quin subsit aliquid: & si dicemus causam non fuisse, quare quisp am cõfingeret & cõminiscereturc. Et præterea si ceteri falsi soleant esse, argumentabimur hũc esse verum. *Contra rumores* dicemus primum, si docebimus multos esse falsos rumores, & exemplis vtemur, de quibus falsa fama fuerit: & aut inimicos nostros, aut homines natura maleuolos, & maledicos confinxisse dicemus: & aut aliquam fictam fabulam in aduersarios afferemus, quam dicamus omnibus in ore esse: aut verum rumorem proferemus, qui illis aliquid turpitudinis afferat, neque tamen ei rumori nos fidem habere dicemus, ideo quòd quiuis homo possit quemuis turpem de quolibet rumorem proferre, & confictam fabulam dissipare. Verum tamen si rumor vehementer probabilis esse videbitur, argumentando famæ fidem poterimus abrogare. 11 ¶ Quòd & difficilima tractatu est constitutio coniecturalis, & in veris causis sæpissime tractanda est, eo diligentiùs omneis eius parteis perscrutati [f] sumus: vt ne paruula quidem titubatione, aut offensione impediremur, si adhanc rationem præceptionis, assiduitatem exercitationis accommodaremus. 12 ¶ Nunc *ad legitimas* [g] *constitutionis parteis* transeamus. CVM voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur, si *à scripto* dicemus, his locis vtemur, secundum narrationẽ: Primùm scriptoris collaudatione: Deinde scripti recitatione: deinde percunctatione, sciréntne aduersarij id scriptum fuisse in lege, aut in testamento, aut in stipulatione, aut in quolibet scripto, quod ad eandem rem pertineat: Deinde collatione, quid scriptum sit, quid aduersarij se fecisse dicant: quid iudicem sequi cõueniat, vtrum id, quod diligenter perscriptum [h] sit, an id, quod acutè sit excogitatum: deinde ea sententia, quæ ab aduersariis sit excogitata, & scripto attributa, contemnetur, & infirmabitur. Deinde quæretur, quid ei obfuerit, si [i] id voluisset scribere, vt [k] non potuerit perscribere. Deinde à nobis sentẽtia reperietur [l], & causa proferetur, qua re id scriptor senserit, quod perscripsit: & demonstrabitur scriptum illud esse dilucidè, breuiter, commodè, perfectè, certa cum ratione. Deinde exempla proferentur, quæ res cùm ab aduersariis [m] sententia redderetur, & voluntas efferretur, à scripto potius iudicatę sint: Deinde ostẽdetur, quàm periculosum sit à scripto recedere. Locus communis est contra eum, qui, cùm fateatur, se contra id, quod legibus sancitum, aut testamento perscriptum sit, fecisse, tamen facti quærat de fensionem. 13 ¶ *A sententia* sic dicemus.

Primùm

a L. vestigiũ rei repertum fuerit.
b L. aut cruor.
c al. expauisse, *fortasse vtrumque huic loco necessarium.**
d al. consistens. hoc est constans. *
e L. sunt.
f L. quibus nisi accusator, & ii, quibus nisi defensor, nemo potest vti.
g ἁμαρτήματος δεινότητα.
P. VIII.
h Atrox vnde, vide Festum in Atroces, Nonium 2. in Atrox. 62.
i L. *mendose in priore editione impressum est*, secundum vitæ turpi, *culpa operum.*
k L. & crucia tu, *& item al. edit.*
l *Vulg.* maiores vol.
m *Nonnulli vul.* quæ verè dicerẽtur, seruari, *mendose.*
n *al.* refelli nõ possent.* o L. simile ei, quod.
p *al.* sensu.
q *al.* possit.*
r *al.* recentiorsic enim Latini recẽs in labore, in dolore, id est ἀηδιαπόνητος.
s L. cõueniet:

a L. videri debere.
b L. sint.
c L. indignũ esse facinus, d *hæc vox, facinus, deest quibusdam.** e L. negabimus ita tem.
P. B.
f *al.* persecuti.*
g DE LEGITIMA CONSTITVTIONE. *
h L. scriptum.
i L. obstiterit.
k L. cur non.
l *quidã vulg.* aperiretur.
m L. sententia, & voluntas afferretur.

Primùm laudabimus scriptoris commoditatem, atque breuitatem, quòd [a] tantùm scripserit, quod necesse fuerit: illud quod sine scripto intelligi potuerit non necessariò scribendum putarit. Deinde dicemus calumniatoris esse officium, verba & litteras sequi, negligere voluntatem. Deinde id, quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, non more, non natura, non æquo & bono posse fieri: quæ omnia scriptorem voluisse quàm rectissimè fieri nemo dubitet: at ea, quæ à nobis facta sint, iustissimè facta. Deinde contrariam sententiam aut nullam esse, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri, aut non constare cum superioribus & inferioribus sententiis, aut cum iure communi, aut cum aliis legibus communibus aut cum rebus iudicatis dissentire. Deinde exemplorum à voluntate, & contra scriptum iudicatorum enumeratione [b] vtemur: deinde legum, & stipulationum breuiter exscriptarum, [c] in quibus intelligatur scriptorum voluntas [d] & expositio. Locus communis contra eum, qui scripeum recitet, [e] & scriptoris voluntatem non interpretetur [f]. 14 ¶ Cùm *duæ leges inter se discrepant*, videndum est primùm, num qua [g] obrogatio [h], aut derogatio sit. Deinde, vtrum leges ita dissentiant, vt altera iubeat, altera vetet: an ita, vt altera cogat, altera permittat. Infirma enim erit eius defensio, qui negabit se fecisse quod cogeretur, cùm altera lex permitteret. plus [i] enim valet sanctio permissione. Item illa defensio tenuis est, cùm ostenditur id factũ esse, quod ea lex sanciat, cui legi, abrogatũ [k] vel derogatũ sit: id, quod posteriori lege sancitũ sit, esse neglectũ. Cùm hæc erunt considerata, statim nostræ legis expositione, recitatione, collaudatione vtemur. Deinde contrariæ legis enecabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum. Deinde de iuridiciali absoluta sumemus rationem iuris, & quæ remus partem iuris, vtrùm cum ea faciat: de qua re posteriùs disseremus. 15 ¶ SI AMBIGVVM esse scriptum putabitur, quod in duas, aut plureis sententias trahi possit, hoc modo tractandum est. primùm, sitne ambiguum, quærendum est. Deinde, quomodo scriptum esset, si id, quod aduersarij interpretantur, scriptor fieri voluisset, ostendendum est. Deinde id, quod nos interpretemur, & fieri posse, & honestè, rectè, lege, more, natura, bono [l] & æquo fieri posse: quod aduersarij interpretentur, è contrario: nec esse ambiguè scriptũ, cùm intelligatur vtra sententia vera sit. Sunt qui arbitrantur ad hanc causam tractandã vehementer pertinere cognitionem amphiboliarum [m] eam, quæ à dialecticis [n] profertur. Nos verò arbitramur, non modò nullo adiumento esse, sed potius maximo impedimento. omneis enim illi amphibolias aucupantur, eas etiam, quæ [o] ex altera parte in sententiam nullam possunt interpretari [p]. Itaque & alieni sermonis molesti interpellatores, & scripti tum odiosi, tum obscuri interpretes sunt: & dum cautè, & expeditè loqui volunt, infantissimi reperiuntur. Ita dum metuunt, in dicendo nequid ambiguum dicant, nomen suum pronuntiare non possunt. Verùm horum puerileis opiniones [a] rectissimis [b] rationibus, cùm voles, refellemus. In præsenti [c] hæc interferere [d] non ali enum fuit, vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. 16 ¶ *Cùm definitione vtemur*, primùm afferemus breuem vocabuli definitionem, hoc modo: Maiestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus rebus ciuitatis amplitudo constat: quæ sunt ea[e]? quæ capiunt suffragia populi & magistratus consilia. Nempe igitur tu & populum suffragio, & magistratum consilio priuasti, cùm ponteis disturbasti. Item ex contrario, Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. Ego non effeci, sed prohibui detrimento: ærarium enim conseruaui, libidini malorum restiti, maiestatem omnem interire non passus sum. Primùm igitur vocabuli sententia breuiter, & ad vtilitatem causæ accõmodatè describetur. Deinde, factũ nostrum cũ verbi descriptione cõiungetur. Deinde cõtrariæ descriptionis ratio refelletur, si aut falsa erit, aut inutilis, aut turpis, aut iniuriosa. Id quoque ex iuris partibus sumetur, de iuridiciali absoluta, de qua iam loquemur. 17 ¶ Quæritur *in translatitiis*, primùm num aliquis eius rei actionem, [g] aut petitionem, aut possessionem, [h] aut persecutionem [i] habeat, quem [k] non oporteat: num alio modo, tempore, loco, num alia lege, num alio quærente, aut [l] agente. Hæc legibus, moribus, æquo & bono reperientur: de quibus dicetur in iuridiciali absoluta. 18 ¶ In *causa rationali* primùm quæretur, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut similibus similiter scriptum aut iudicatum sit. deinde, vtrum ea res similis sit ei rei, de [m] qua agitur, an dissimilis. deinde vtrùm consultò de ea re scriptum [n] non sit, quòd noluerit cauere, an quòd satis cautum putarit, propter ceterorum scriptorum similitudinem. 19 ¶ De partibus legitimæ constitutionis satis dictum est, nunc *ad iuridicialem* reuertamur [o]. 20 ¶ ABSOLVTA P iuridiciali constitutione vtimur, cùm ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, iure factam dicemus, sine vlla assumtione extraria [q] defensionis. In ea [r] quæri conuenit, iuréne factum sit. 21 ¶ De eo causa posita dicere poterimus, si, ex quibus partibus ius constet, cognouerimus. Constat igitur ex his partibus: natura, lege, consuetudine, iudicato, æquo & bono, pacto. 22 ¶ *Natura ius* est, quod cognationis, aut pietatis causa obseruatur, quo iure parentes à liberis, & à parentibus liberi coluntur. 23 ¶ *Lege* ius est id, quod populi iussu sancitum est: quod genus, VT [s] INIVSEA3, CVMVOCERIS. 24 ¶ *Consuetudine* ius est id, quod sine lege què ac si legitimũ sit, vsitatum est: quod genus, id. QVOD ARGENTARIO OBTVLERIS [t] EXPENSVM A SOCIO RECTE EIVS REPETERE POSSIS. 25 ¶ *Iudicatum* est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum ea sæpe diuersa sunt, vt aliud alij iudici, aut prætori, aut consuli, aut tribuno plebis placitum sit: & fit, vt de eadem re sæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit: quod genus, M. Drusus, prætor vrbanus, quod cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sext. Iulius non

[a] L. qui illud tantum. [b] L. enumeratio. Deinde, &c. [c] *al.* compositarum: *al.* exceptarum: *al.* excerptarũ, † dL. voluntas, expositio. [e] *al.* retinet. * [f] *al.* interpretatur. * [g] *vulg.* quæ abrogatio. [h] Obrogatur, cum legis prioris in firmãdæ causa lex alia fertur: derogatur cum quid ex lege vetere, quo minus fiat sancitur lege noua. *vide Festum in Derogare & Abrogare. Vlp. 1. Inst. vbi de legis rogatione, abrogatione, derogatione, subrogatione & l. 102. ff. de verb. sign.* * [i] Sanctiones [k] leg. dicitur quæ nouissimè certam pœnã irrogãt iis qui præceptis legis non obtẽperauerint. *l. sanctio lege 41. ff. de pœnis.* Interdum enim statuitur in lege vt qui ibi aliquid commiserit, capite puniatur l. 9. §. 3. ff. *de re diuis.* vt qui aduersus illam legem fecerit, sacer alicui deorum sit, cum sua familia pecuniáque. *vide Festum in sacratæ & sacrosanctum.* est igitur sanctio pars legis, qua pœna constituitur aduersus eos qui contra legem fecerint. §. sanctæ 10. *Inst. de rerum diuis.* sanctioni bus etiã continebatur, vt cæteris legibus contrariis solutus esset qui eam legem seruaret aut ferret: sed & abrogari aut erogari ei legi vnquam posset cautio & hæc de sanctione: præter quam duæ aliæ legis partes priores erant proœmium, capita & legis. Iis quæ de sanctione diximus adde orat. pro Cor. Balbo. * [l] L. æquo & bono [m] *al.* amphibologiarum, *malè*. De Amphiboliæ eiúsque speciebus. vide 7. Quintil. 9: 11. Gell. 12. * [n] qui philosophi dicũtur *Quint.* 7. c. 9. & Stoici *Ciceroni passim* & dialectici. 2. *de Inuentione*: quòd diligentissimè rationem disputandi callerent. * [o] *vul.* quæ ex altera parte sententiã nullam poss. [p] Interpretari *hic pastiuè accipitur.* *

[a] *al* rationes: *al.* suspiciones. * [b] *al.* certissimis. * [c] *al.* in præsentia, sed in præsenti hîc vt Græcis ἐν τῷ παρόντι. vbi subaudi elligitur χρόνῳ. * [d] *al.* intercedere: *al.* interiicere: *al.* interdicere pro interea dicere * [e] *vulg.* quæ sunt ea, quæ capiũt suff. p. [f] *vulg.* ac cõmodatam. [g] De Actionis, petitionis, possessionis, persecutionis, differentia, adde quædam ex §. appellamus 15. Inst. de actionib. & l. 28. ff de oblig. vbi actio, in personam: petitio, in rem: persecutio in rè vel personã dari rei persequẽdæ gratia dicitur. * [h] possessionẽ hic accipio pro interdictis quæ possessionis causa dantur. * [i] *vulg.* exsecutionem. * [k] *hæc verba, quem nõ oporteat, desunt quibusdã.* [l] *al.* aut agente * [m] L qua de n L. scriptum non sit, quòd satis cautum putarit propter ceter. scrip similit. an inconsult. De p. [o] *forte*, conuertamur * [p] DE IVRIDICIALI CONSTITVTIONE * [q] L. extrancæ [r] L conuenit quæri, iuréne, an iniuria factũ sit. [s] dixi ad leges XII. Tab. de Iudiciis c. 1. adde tit. Digestor. In ius vocati vteant. [t] *al* tuleris. Turneb. 15. aduersar. 11.

reddidit. Item C. Cælius iudex absoluit iniurarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim læserat: P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit. Ergo quia possunt res simili de causa dissimiliter iudicatæ proferri, cùm id vsu venerit, iudicem cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero iudiciorum proferemus.[a] 26 ¶ *Ex æquo & bono ius* constat, quod ad veritatem & vtilitatem communem videtur pertinere: quod genus, vt [b] maior annis LX. & cui morbus [c] causa est, cognitorem det. Ex eo nouum ius constitui conuenit ex tempore, & [d] hominis dignitate. 27 ¶ *Ex pacto* ius est, SI QVI INTER SE PEPIGERVNT, SI QVID INTER QVOS CONVENIT. Pacta sunt, quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo: [e] REM VBI PAGVNT, ORATO, NI PAGVNT, IN COMITIO, AVT IN FORO ANTE MERIDIEM CAVSAM CONICITO. [h] Sunt item pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu, quæ [i] iuri præstare dicuntur. His [k] igitur partibus iniuriam demonstrari, ius confirmari conuenit, idque in absoluta iuridiciali faciendum videtur. 28 ¶ CVM [l] *ex comparatione* quæretur, vtrum satius fuerit agere [m] id, quod reus dicat se fecisse, an id, quod accusator dicat oportuisse fieri: primùm quæri conuenit, [n] vtrum fuerit vtilius ex contentione, hoc est vtrum venustius, [o] facilius, conducibilius. Deinde oportebit quæri, ipsúmne oportuerit iudicare, vtrum fuerit vtilius, an aliorum fuerit statuêdi potestas. Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex constitutione coniecturali, quare putetur non ea ratione factum esse, quò melius deteriori anteponeretur, sed dolo malo negotium gestum. Deinde quæretur, potuerítne vitari, ne in eum locum veniretur. Ab defensore contrà refelletur argumentatio coniecturalis. aliqua probabili causa, de qua antè dictũ est. His locis ita tractatis, accusator vtetur loco communi in eum, qui inutile vtili præposuerit, cùm statuendi non habuerit potestatem. Defensor contra eos, qui æquum [p] censeant, rem pernicioſam vtili præponi, vtetur loco communi per conquestionem, & simul quæret ab accusatoribus, & ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent: & tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet ante oculos. 29 ¶ *Translatio* criminis est, cùm ab reo facti causa in aliorum peccatum trãsfertur. In qua primùm quærendum est, iurene in alium crimen transferatur. Deinde spectandum est, an æquè magnum sit illud peccatum, quod in alium transferatur, atque illud, quod reus suscepisse se fateatur. Deinde oportuerítne [r] in ea re peccare, in qua alius antè peccarit. Deinde oportuerítne iudicium antè fieri. Deinde, cùm factum iudiciũ non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteátne de ea re iudicium fieri, quæres in iudicium non venerit. Locus communis accusatoris, contra eum, qui plus censeat vim quàm iudicia valere oportere, & ab aduersariis percunctabitur accusator, quid futurum sit, si idem cæteri faciant vt de indemnatis [s] supplicia sumant, quod eos idem fecisse [t] dicant. [u] Quid si ipse accusator idem facere voluisset? Defensor eorum peccati atrocitatem proferet, in quos crimen transferetur: rem, locum, tempus ante oculos ponet, vt ij qui audient, existiment aut non potuisse, aut non fuisse vtile rem in iudicium venire. 30 ¶ *Concessio* est, per quam nobis ignoſci postulamus. Ea diuiditur in purgationem, & deprecationem. 31 ¶ *Purgatio* est, cùm consultò à nobis factum negamus. Ea diuiditur in necessitudinem, fortunam, imprudentiam. De his primùm partibus ostendendum est: deinde ad deprecationem reuertendum videtur. Primùm, considerandum est, vtrum per culpam ventum sit in necessitudinem: num [a] culpam veniendi necessitudo fecerit. Deinde quærendum est, ecquomodo vis illa vitari potuerit, ac leuari. Deinde is, qui in necessitudinem causam conferet, expertúsne sit, quid [b] contrà facere, aut excogitare posset. Deinde num quæ suspiciones ex coniecturali constitutione trahi possint, quæ significent, id consultò factum esse, quod necessariò accidisse dicitur. Deinde, si maximè necessitudo quæpiam fuerit, conueniátne eam satis idoneam [c] putari. Si autem imprudentia reus se peccasse dicet, primùm quæretur vtrùm potuerit scire an non potuerit. Deinde, vtrum data sit opera, vt sciretur, an non. Deinde vtrum casu nescierit, an culpa. Nã qui se propter [d] vinũ, aut amorem [e], aut iracundiam fugisse [f] rationem dicet, is animi vitio videbitur nescisse, non imprudentia. Quare non imprudentia se defendet, sed culpa contaminabit. [g] Deinde coniecturali cõstitutione quæretur, vtrùm scierit, an ignorauerit, & considerabitur, satísne imprudentia præsidij debeat esse, cùm factum esse constet. Cùm in fortunam causa conferetur, & ea re defensor ignoſci [h] dicet reo oportere, eadem omnia videntur considerandã, quæ de necessitudine præscripta sunt. Etenim [i] hæ tres partes purgationis inter se finitimæ sunt, vt in omneis eadem ferè possint accommodari. Loci communes in his causis: Accusatoris contra eum, qui cùm se peccasse confiteatur [k], tamen oratione iudices [l] moretur. Defensoris, de humanitate, misericordia: voluntatẽ in omnibus rebus spectari cõuenire, & quæ consultò facta non [m] sint, in iis fraudem esse non oportere. 32 ¶ *Deprecatione* vtemur, cùm fatebimur nos peccasse, neque id imprudenter, aut fortuitu [n], aut necessariò fecisse dicemus, & tamen ignoſci nobis postulabimus. Hîc ignoſcendi ratio quæritur ex iis locis, si [o] plura, aut maiora officia, quàm maleficia, videbuntur constare: siqua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit: si P qua spes erit, vsui fururum, si sine supplicio discesserit: si ipse ille supplex, mãsuetus, & misericors in potestatibus ostẽdetur fuisse: si ea, quæ peccauit, non [q] odio, non crudelitate, sed officio & recto studio cõmotus fecit: si tali de causa aliis quoque ignotum est: si nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, si eum missum fecerimus: si nulla aut à nostris ciuibus, aut ab aliqua alia ciuitate vituperatio ex ea re suscipietur. Loci communes, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario vtetur is, qui contrà dicet, cum amplificatione, & enumeratione omnium peccatorum. Hæc causa, iudicialis fieri non potest, vt in primo libro ostendimus, sed quòd potest vel ad senatum, vel ad consilium venire [r] nõ visa est suaspersecutus.

a L. conferemus. *hab editione L. abest particula* vt
b *al.* cui morbi causa est.*
c Lib. *vulg.* Rem vbi pagunt, oratione pagunt in comitio. &c.
d De huius legis emendatione dixi ad leges. XII. Tabularum titulo de pactis in pr. & titulo Iudiciis.
e C. de temporibus iudicandi.*
f *Huius legis sententia hæc esse videtur, Conuentione ac pacto*, forum nos sortiri: si pactum non sit, in iudicium agi: causamque ante meridiem inibi nonici. hoc est, breuiter expediri.*
h *al.* conicito: *al.* conficite, *vel* gnoſcito. *Gell.* 17. c. 2. cõſcito *Sed coniicere, probabilius. id enim breuiter narrare. vt ſeriptſ ad lis ff. de regul. iuris in vbis*, causæ coniectio.*
i Festus in Nũcupare, vt lingua nuncupassit, ita ius esto. *adde Ciceronem* 2. *de Inuentione. dixi ad leges.* XII. *Tabul. tit. de pactis. c. de pactis ſeruandis.**
k L. His igitur è part.
l Transit ad assumptiuam Iuridicialem constitutionem.*
m facere id,
n L. cõueniet,
o L. honestius,
p L. æquum esse c.
q *al.* ſuſcepiſſe dicatur.*
r Consuetudo nõ excusat à pœna.*
s Saluianus 3. de prouidentia Indẽnatum etiam XII. tabularum decreta interfici vetuerunt. Augustin. 1. de ciuitate 19. Nec quemquam ſceleſtum indemnatum impunè voluiſſis occidi.*
t *al* dicat. u cæteri ſcilicet.*

a an culpam neceſſ. fec. *vel* an in culpam veniendi neceſſitudo fuerit.
b L. ecquid contra.
c v. l. 12. ff. de cuſtod. reorũ. l. 11. §. 2. ff. de pœnis. l. 6. § 7. ff. de re milit. l. vnic. C. ad l. Iul. maiest.*
d L. idoneam cauſam putari.
e nihil enim furore amoris vehementius, Nouell. 74. c. 3. vbi dixi.*
f Sic infrà lib. 2. metum hæc ratio fugit Plaut. Amphitri. fugit ratio. Catul. fugit metu ratio.*
g ſe ſcilicet. *al. legunt* cõtaminabitur. *niſi multis legere*, Culpæ condemnabitur.*
h L. reo dicet
i L. omnes hæc
k L. fateatur,
l L. demoretur, *& nonnulli item libri vulg.*
m L. non sint, ea fraudi esse non op.
n *al.* fortuitò,
o adde l. 5. §. 6. & 8. ff. de re milit.*
p. XI.
p adde l. 31. ff. de pœnis.*
q non odio neque crudeli.
r L. peruenire.

perſedenda. 33 ¶ Cùm à nobis crimen *remouere* volemus, aut in rem, [a] aut in hominem noſtri peccati cauſam cõferemus. Si cauſa *in hominem conferetur*, quærendum erit primùm potuerítne tantum, quantum reus demonſtrabit, is, in quem cauſa conferetur, & ecquó nã modo aut honeſtè, aut ſine periculo potuerit obſiſti: ſi maximè ita ſit, num ea re concedi reo conueniat, quòd alieno inductu fecerit. deinde in coniecturalem trahetur controuerſiam, & quæretur, num conſultò factum ſit. Si cauſa *in rem* quandam conferetur, & hęc eadem ferè, & omnia, quę de neceſſitudine præcepimus conſideranda erunt. 34 ¶ QVONIAM ſatis oſtendiſſe videmur, quibus argumentationibus in vnoquoque genere cauſæ iudicialis vbi cõueniret, conſequi videtur [b] videretur, vt doceamus, *quemadmodum ipſas argumentationes ornatè & abſolutè tractare poſſimus.* nam ferè non difficile eſt inuenire, quid ſit cauſæ adiumento: difficillimum verò eſt, inuentum expolire, & expeditè pronuntiare. hæc enim res facit, vt neque diutius, quàm ſatis ſit, in eiſdem locis cõmoremur, neque eódem identidé reuoluamur, neque inchoatam argumẽtationem relinquamus, neque incõmodè ad aliam deinceps tranſeamus. Itaque hac ratione & ipſi meminiſſe poterimus, quid quoquo [c] loco dixerimus, & auditor cùm totius cauſæ tum vniuſcuiuſque argumentationis diſtributionẽ percipere, & meminiſſe poterit. 35 ¶ Ergo *abſolutiſſima*, [d] & perfectiſſima *argumẽtatio* eſt ea, quæ in quinque parteis eſt diſtributa, propoſitionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complexionem. *Propoſitio* eſt, per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit, quòd probare volumus. *Ratio*, eſt cauſa, quæ demonſtrat, id verum eſſe, quod intendimus, breui ſubiectione. Rationis *confirmatio* eſt ea, quę pluribus argumentis corroborat breuiter expoſitam rationẽm. *Exornatio* eſt, qua vtimur rei honeſtandæ, & collocupletandæ cauſa, confirmata argumentatione. *Complexio* eſt, quæ [e] concludit, breuiter colligens parteis argumentationis. Hiſce igitur quinque partibus vt abſolutiſſimè vtamur hoc modo tractabimus argumentationẽ. Cauſam oſtendemus Vlyſſi fuiſſe, quare interfecerit Aiacem: inimicum enim acerrimum de medio tollere volebat: à quo ſibi nõ iniuria ſummũ periculum metuebat: videbat illo incolumi, ſe incolumẽ nõ futurũ: ſperabat illius morte ſe ſalutem ſibi comparare. cõſueuerat [f] ſi iure non poterat, quauis [g] iniuria inimico exitium machinari: cui rei mors indigna Palamedis teſtimoniũ dat. Ergo & metus periculi hortabatur eum interimere, à quo ſuppli cium verebatur, & conſuetudo peccandi, maleficij ſuſpiciendi remouebat dubitationem. Omnes enim cùm minima peccata cum cauſa ſuſcipiunt, tum verò illa, quæ multo maxima ſunt maleficia, aliquo certo emolumento inducti ſuſcipere conantur. Si multos induxit in peccatum pecuniæ ſpes, ſi complures ſcelere ſe contaminauerũt imperij cupiditate, ſi multi leue compendium fraude maxima commutauerunt: cui mirum videbitur, iſtum à maleficio propter acerrimam formidinem non [h] temperaſſe? Virum fortiſſimũ, integerrimum, inimicitiarum perſequentiſſimum, iniuria laceſſitum, ira excitatum, [i] homo timidus, nocens, cõſcius ſui peccati, inſidioſus, inimicum incolumẽ eſſe noluit: cui tandem hoc mirum videbitur? nam cùm feras beſtias videamus alacreis, & erectas vadere, vt alteri beſtiæ noceant, non eſt incredibile putandum, iſtius quoque animum ferum, crudelem, atque inhumanum, cupidè ad inimici perniciem profectum: [a] præſertim cùm in beſtiis nullam neque bonam, neque malam rationem eſſe videamus: in iſto plurimas & peſſimas rationes ſemper fuiſſe intelligamus. Si ergo pollicitus ſum, me daturum [b] cauſam, qua inductus Vlyſſes acceſſerit ad maleficium, & ſi inimicitiarũ acerrimam rationem, & periculi metum inceſſiſſe demonſtraui: non eſt dubium, quin confiteatur cauſam maleficij fuiſſe. 36 ¶ Ergo abſolutiſſima eſt argumentatio ea, quæ ex quinque partibus conſtat: ſed ea non ſemper neceſſe eſt vti. Tum enim complexione ſuperſedendum eſt, ſi res breuis eſt, vt facilè memoria comprehendatur: tum exornatio prætermittenda eſt, ſi parum locuples ad amplificandum, & exornandum res videtur eſſe. Sin & breuis erit argumentatio, & res tenuis, aut humílis: tum & exornatione, & cõplexione ſuperſedendum eſt. In omni autem argumentatione de duabus partibus poſtremis, hæc, quam expoſuimus, ratio eſt habenda. Ergo *ampliſſima* eſt *argumentatio* quinquepartita: *breuiſſima* eſt tripartita. *mediocris*, ſublata aut exornatione, aut complexione quadripartita. 37 ¶ *GENERA* [c] duo ſunt *vitioſarum argumentationum*: Vnum, quod ab aduerſario reprehendi poteſt, ſídque pertinet ad cauſam: Alterum, quod tametſi nugatorium eſt, tamen non indiget reprehenſione. Quæ ſint, quæ reprehenſione confutari conueniat, quæ tacitè contemni, atque vitari ſine reprehenſione, ſi [d] exempla ſubiecero, intelligere dilucidè poteris. 38 ¶ Hæc cognitio vitioſarum argumentationũ duplicem vtilitatem afferet. nam & vitare in argmentatione vitium admonebit, & ab aliis non vitat commodè reprehendere docebit. 39 ¶ Quoniam igitur oſtendimus, perfectam, [e] & plenã argumentationem ex quinque partibus conſtare, in vnaquaque parte argumentationis quæ vitia euitanda [f] ſunt, conſideremus: vt & ipſi ab his vitiis recedere. & aduerſariorum argumentationes hac præceptione in omnibus partibus tentare, & ab aliqua parte labefactare poſſimus. 40 ¶ *Expoſitio* [g] *vitioſa* eſt, cùm ab aliqua, aut à maiore parte ad omneis confertur id, quod non neceſſariò eſt omnibus attributum: vt ſi quis hoc modo exponat, Omnes, qui in paupertate ſunt, malunt maleficio parare diuitias [h], quàm officio paupertatem tueri. Si quis hoc modo expoſuerit argumentationem, vt non curet quærere, qualis ratio, aut rationis cõfirmatio ſit, ipſam facilè reprehẽdemus expoſitionẽ, cùm [i] oſtẽdemus, id quod in aliquo paupere improbo ſit, in omneis pauperes falsò & iniuria conferri. *Item* vitioſa expoſitio eſt, cùm id, quod rarò fit, fieri omnino negatur, hoc modo, Nemo poteſt vno aſpectu, neque præteriens, in amorem incidere. nam cùm non nemo deuenerit in amorem vno aſpectu, & cùm ille neminem dixerit omnino nihil [k] differt rarò id fieri, dummodo aliquãdo fieri, aut poſſe fieri intelligatur. *Item* vitioſa expoſitio eſt, cùm omneis res oſtendimus nos collegiſſe, & aliquam rem idoneam prætermiſimus, hoc modo, Quoniam igitur ho-

a *videtur ordo immutatus atque. ideo ita legendum*, aut in hominem aut in rem.*

b *al.* conſequens videtur.*

c L. in vno quoq.

d Argumentatio duplex, abſolutiſſima & perfectiſſima (eáque quinque pertita eſt) breuiſſima, quæ & tripertita.*

e L. quæ concludit breuiter, coll.

F. 3.

f L. conſueuerat enim, ſi € *al.* quo iure quáue iniuria.*

h *al.* ſibi non temperaſſe.* i *al.* excitatũ inimicum vt τὸ inimicum quod infrà, in hunc locum adſciſcatur.*

a L. eſſe profectum.

b *al.* allatarum: *vel*, datarum.*

P. XII.

c L. Duo ſunt hæc genera.

d *al.* niſi. e. ſi. à. non poteris.*

e L. plenam & perfectam

f L. vitanda ſunt,

g *Fortaſſe* Propoſitio. Nam & paulò antè abſolutiſſimæ argumẽtationis partes fecit, Propoſitionem, rationem, & cæt. de quibus ſigillatim dicturus eſt.*

h L. diuitias parare. h L. cùm oſtenderimus, quod in al. paup. im. ſit, in omneis p.

k ſic Græcè ὡδὲν διαφέρει. *aliàs tamen legunt*, nihil refert.*

minem occisum constat esse, necesse est aut à prædonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille hæredem testamento ex parte faciebat, prædones illo loco nunquam sunt visi: inimicum nullum habebat, relinquitur, si neque à prædonibus, neque ab inimicis occisus est, quòd alteri non erant, alteros non habebat, vt abs te sit interèptus. Nam[a] in huiusmodi cemodi expositione, reprehensione vtemur, siquos præter eos, quos ille dixerit; potuisse [b]suscipere maleficium ostenderimus: velut in hoc exemplo, cùm dixerit necesse esse aut à prædonibus, aut ab inimicis, aut à nobis occisum esse: dicemus potuisse vel à familia, vel coheredibus nostris. Cùm hoc modo illorũ collectionẽ disturbauerimus, nobis liberiorẽ locũ defendendi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est in expositione, nequando, cùm omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem reliquerimus. *Item* vitiosa expositio est, quæ constat ex falsa enumeratione: vt si, cùm plura sunt, [c]pauciora dicamus, hoc modo. Duæ res sunt, iudices, quæ omneis [d]ad maleficium impellunt, luxuries & auaritia. Quid amor? inquiet quispiam. quid ambitio? quid religio? [e]quid metus mortis? quid imperii cupiditas? quid denique alia permulta? *Item* falsa enumeratio est, cùm pauciora sunt, & plura dicimus, hoc modo, Tres res sunt, quę omneis homines sollicitant, metus, cupiditas, ægritudo. Satis[f] fuerat dixisse metum & cupiditatẽ: quoniam ægritudinem cum vtraque re coniunctam esse necesse est. *Item* vitiosa expositio est, quę nimiũ longè repetitur, hoc modo, Omnium malorum stultitia est [g]mater, quæ[h] parit immensas cupiditates: immensæ porrò cupiditates infinitæ & immoderatæ sunt. hæ pariunt auaritiã: auaritia porrò hominem ad quoduis maleficium impellit. Igitur auaritia inducti aduersarii nostri, hoc in se facinus admiserũt. Hîc id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium, & cæteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est,

Vtinam[i] *ne in nemore Pelio securibus*
Cæsa[k] *cecidissent abiegnæ ad terram trabes:*
Neve inde nauis inchoandæ exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argiui delecti viri,
Petebant[l] *illam pellem inauratam arietis,*
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum:
Nam numquam hera errans mea, domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Nam hîc satis erat dicere (si id modò, quod esset satis, curasset poeta)

Vtinam ne hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Ergo hac quoque ab[m] vltimo repetitione in expositionibus magnopere superseḋdum est. Non enim reprehensione eget, sicut aliæ complures, sed sua spõte vitiosa est. 41 ¶ VIRIOSA *ratio* est, quæ ad expositionem non est accommodata, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem. Infirma ratio est, quæ non necessariò ostendit ita esse, quemadmodum expositum est: velut apud Plautum,[n]

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immæne[o] *est facinus: verum in*[p] *ætate vtile,*
Et conducibile.

Hæc expositio est. videamus, quæ ratio afferatur.

Nam ego amicum hodie meum
Concastigabo[a] *pro commerita noxia.*

Ex eo, quod ipse facturus est, non ex eo, quod fieri conuenit, vtile quid sit, ratiocinatur. *Vana ratio* est, quæ ex falsa causa constat, hoc modo: Amor fugiendus non est. nam ex eo verissima nascitur amicitia. Aut hoc modo, Philosophia est[b] vitanda: affert enim secordiam, atque desidiam. Nam hæ rationes nisi falsæ essent, expositiones quoque earum veras esse cõfiteremur. *Item* infirma ratio est, quæ non necessariam causam affert expositionis: velut Pacuuius,

Fortunam[c] *insanam esse & cæcam & brutam*
perhibent philosophi.
Saxóque illam instare globoso prædicãt volubili[d]
Ideò, quò saxum impulerit fors, cadere eò fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem esse iterant,[e] *quia nihil cernat, quò sese appetat.*
Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit.
Brutam, quia dignum, atque indignum nequeat internoscere.
Sunt autem alij philosophi, qui contrà fortunam negent
Esse vllam, sed temeritate omnia autument regi. id magis
Verisimile[f] *aiunt, quòd vsus reapse experiundo edocet.*
Velut Orestes modò fuit Rex, modò mendicus factus est:
Naufragio res contigit: Nempe ergo haud fortuna obtigit.

Nam hîc Pacuuius infirma ratione vtitur, cùm ait, [g]verius esse temeritate, quàm fortuna res regi. Nam vtraque opinione philosophorum fieri potuit, vt is, qui rex fuisset, mẽdicus factus esset. *Item* infirma ratio est, quæ videtur pro ratione afferri, sed idem dicit, quod in expositione dictum est, hoc modo: Magno malo est hominibus auaritia, idcircò quòd homines magnis, & multis incommodis conflictantur propter immensam pecuniæ cupiditatem. Nam hîc aliis verbis idem per rationem dicitur, quod dictum est per expositionem. *Item* infirma ratio est, quæ minùs idoneam, quàm res postulat, causam subiicit expositioni[h] hoc modo: Vtilis est sapientia, propterea quòd qui sapientes sunt, pietatem colere consueuerunt. Item vtile est amicos veros habere. habes[i] enim quibuscum iocari possis. Nam huiusmodi in rationibus non[k] vniuersali, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma ratio est, quæ vel alij expositioni potest accommodare, vt facit Pacuuius, qui eandem affert rationem, quare cæca: eandem, quare brutа fortuna dicatur. 42 ¶ In *confirmatione rationis* multa & vitanda in nostra, & ob seruanda in aduersariorum ratione sunt vitia, propterea quæ diligentiùs considerandа sunt, quòd accurata confirmatio rationis totam vehementissimè comprobat argumentationem. Vtuntur[l] studiosi in confirmanda ratione duplici conclusione, hoc modo:

Iniuria abs te afficior indigna pater.
Nam, si improbum & reprehendendum[m] *existimauerat,*
Cur me huic locabas nuptiũ? sin est probus,
Cur talem inutam[n] *inutum cogis linquere*[o]?

Quæ hoc modo concludentur, aut[p] ex contrario conuertentur, aut ex simplici parte repre-

a L. Nam in huiusmodi

b L. suscip. potuisse malef. ostendemus:

a L. sint, p. B.

d L. homines e ideò est superstitio: qua qui laborant haud sani. l. 2. §. 9. ibi superstitiosum ff. de ædilicio Sic religio Terentio in Andria, & Lucretio 1. pro superstitione. Alii hîc legunt, irreligio.* P. B.

f L. Satis enim f. d.

g *alii* estimater, atque materies.*

h L. quæ præceteris

i Hi versus ex Ennii Medea de quibus dixi libro 3. de Natura deorum: & 1. de Inuentione.*

k *vul.* Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terrã trabes.

l L. Petebant villo pellem inauratã arietis.

m hoc est, causæ non vtique ab vltimo sunt petendæ. 5. *Quint.* 10. *

n in Trinũmo. iidẽ versus repetuntur lib. 1. de inuentione.*

o *vulg.* Immane. id est magnum *al.* immune, id est improbum *& ita quidem & legit & interpretatur hunc locum Festus in Immunis.**

p id est inter dũ, *Turneb.* 23. *aduer.* 11.*

a *Quidã vul.* Non castigabo *mendose.*

b L. vitanda est.

P. XIII.

c versus Trochaici.*

d L. volubilẽ, *Hos versus nunc sic vestiendos esse arbitror, quamuis in priore editione aliter scripserim. In lib. vul. autem versus octauus sic legitur.* Miseriam esse vllam, sed temeritate omnia regi. id magis, e id est, iterũ atque iterum dicunt. *al. legunt*, memorant.* f *al.* esse aiũt,

g L. verisimilius esse temere,

h L. expositionis,

i L. habeas enim

k *al.* non vniuersa,

l L. Vtuntur igitur studiosè in

m *Vul. quidã* Threspho. *mendose.*

n Dissentientis patris, qui initio cõsensit matrimonio, cum marito concordante filiafamiliãs, rata non habetur voluntas. *dixi ad l. 5. Cod. de repudiis & diuortiis.**

o *al.* relinquere, *atque ita v. 5. verbi, cogis, quod antecedit, elidendum.**

p hoc genus refutandi ἀπὸ τοῦ ὁμοίου, de quo *v. Gell.* 3 9 & 11.*

P. B.

reprehendentur. Ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna, nata[a] affinio iniuria.
Si probus est, bene locaui: sin[b] autem improbus,
[c]Diuortio te liberabo incommodis.

Ex simplici parte reprehendentur. si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur[d], hoc modo:

Nam si improbum Cresphontem existimauerat,
Cur me huic locabas nuptiis? Dux probum.
Errauisti: post cognouis, & fugio cognitum.

Ergo reprehensio huius conclusionis[e] duplex est: acutior illa superior, facilior hæc posterior ad excogitãdum. *Item* vitiosa est confirmatio rationis, cùm ea re, quæ plura significat, abutimur pro certo vnius rei signo, hoc modo: Necesse est, quoniam pallet, ægrotasse: aut necesse est peperisse quoniã sustinet puerum infantem. Nam hæc sua sponte certa signa non habent, si non cetera quoque similia concurrant quòd si concurrerint: nonnihil huiusmodi signa adaugent suspicionem. *Item* vitiosum est, cum vel in alium, vel in eum ipsum, qui dicit, id quod in aduersarium dicitur, potest conuenire hoc modo:

Miseri sunt qui vxores ducũt: at tu duxisti alteram.

Item vitiosum est id, quod vulgarem habet defensionem, hoc modo: Iracundia inductus peccauit, aut adolescentia, aut amore. Huiuscemodi enim deprecationes si probabuntur, impunè maxima peccata dilabentur. *Item* vitiosum est, cum id pro certo sumitur, quod inter omneis non constat, quia etiam nunc in controuersia est, hoc modo:

Eho tu, dij, quibus est potestas motus superûm,
atque inferûm,
Pacem inter[f] se conciliant, conferunt concordiam.

Nam ita pro suo iure hoc exemplo vsum Cresphontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset. *Item* vitiosum est, quod iam quasi serò, atque[g] acto negotio dici videtur, hoc modo: In mentem mihi si venisset, Quirites, non commisissem, vt huc in locum res veniret: nam hoc, aut hoc feci̇ssem. sed me tũ hæc ratio fugit. *Item* vitiosum est, cũ id, quod in aperto delicto positum est, tamẽ aliqua leui tegitur defensione, hoc modo:

Cùm[h] te expetebant omnes, florentissimo
Regno reliqui: nunc desertum ab omnibus
Summo periclo sola vt restituam paro.

Item vitiosum est, quod in[i] aliam partẽ, ac dictum sit, potest accipi. Id est huiusmodi, vt, si quis potens, ac factiosus in concione dixerit, Satius est vti[k] regibus, quàm malis legibus. Nam[l] hoc tametsi rei[m] arguendæ causa potest sine malitia dici, tamen propter potentiã eius, qui dicit, non dicitur sine atroci suspicione. *Item* vitiosum est falsis, aut vulgaribus definitionibus vti. Falsæ sunt huiusmodi, si quis dicat iniuriam esse nullam, nisi quæ ex pulsatione, aut conuicio constet. Vulgares sunt, quę nihilominus in aliam rem transferri possunt: vt si quis dicat, quadruplator, vt breuiter describam, capitalis est. Est enim improbus, & pestifer ciuis. Nam nihilo magis quadruplatoris, quàm furis, quàm sicarij, aut proditoris attulit definitionem. *Item* vitiosum est pro argumento sumere, quod in disquisitione positum est: vt si quis, quem furti arguat, dicat, eum esse hominem improbum, auarum, fraudulentum: ei rei[n] testimonium esse, quòd sibi furtũ fecerit. Item vitiosum est, controuersiã controuersia dissoluere, hoc modo: Non conuenit, Censores, istum vobis satisfacere ex eo, quòd ait, se non potuisse adesse, ita vt iuratus fuerat. quòd[a] si ad exercitum non venisset, ídne tribuno militum diceret? Hoc ideo vitiosum est, quia non expedita, aut iudicata res, sed impedita. & in simili controuersia posita exẽpli loco perfertur. Item vitiosum est, cum id, de quo summa controuersia est, parũ expeditur, & quasi transactum sit, relinquitur hoc modo:

Apertæ[b] [c]fatur dictio[d] si intelligis,
Tali dari arma qualis qui gessit, fuit,
Iubet, patri si studeamus Pergamo:
Quæ ego profiteor esse mea. nam me aquũ est frui.
Fraterna[e] armis, mihique adiudicatur,
Vel quòd propinquus vel quòd virtute amulus.

Item vitiosum est, ipsum sibi in sua oratione dissentire, & contra ea, quæ antè dixerit, dicere, hoc modo:

Quare[f] accusem hũc, nequeo exputãdo euoluere
Nam si[h] veretur quid eũ accusem qui est probus?
Sin inuerecundum animi ingenium posti̇et
Quid si ũ accusem qui id parui auditus existimet[k]?

Non incommoda ratione videtur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid quod postea ait? Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.

Item vitiosum est, quod dicitur contra iudicis voluntatem, aut eorum, qui audiunt, si aut partes, quibus illi student, aut homines, quos illi caros habent lædantur, aut aliquo huiusmodi vitio lædatur auditoris voluntas. Itẽ vitiosum est, non omneis res cõfirmare, quas pollicitus sis in expositione. *Item* verendũ est, ne de alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit: ínque huiusmodi vitio considerandum est, ne aut ad rem addatur quid, aut quipiã de re detrahatur: aut tota causa mutata in aliam causam deriuetur. Vti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia cũ de musica inducta sit, disputatio in sapientiæ rationem & virtutis vtilitatem consumitur[l]. *Item* cõsiderandum est, ne aliud accusatoris criminatio contineat, aliud defensoris ratio purget: quod sæpe consultò multi ab reo faciunt, angustiis causæ coacti. Vti si quis cum accusetur ambitu magistratũ petisse, ab imperatoribus sæpe numerò se apud exercitum donatum esse dicat. Hoc[m] si diligenter in aduersariorum oratione obseruauerimus, sæpe deprehendemus, & in huiusmodi deprehẽsione ostendemus, eos, de ea re quid dicãt, nõ habere. Itẽ vitiosum est, antẽ, aut sciẽtiam, aut studiũ quodpiã vituperare propter eorũ vitia, qui in eo studio sunt: veluti, qui rhetoricã vituperant, propter alicuius oratoris vituperandã vitã. *Itẽ* vitiosum est, ex eo quod perperã factum esse constat, putare ostendi à quo homine factũ est, hoc modo: Mortuum deformatũ, tumore præditũ, corpore[n] decoloratũ fuisse constat. ergo veneno necatus est. Deinde, si[o] sit vsque adeò P in eo occupatus vt multi faciunt, venenũ datũ, vitio nõ medici cõfitebitur. Non enim factũ ne sit, quæritur, sed à quo factũ sit. *Itẽ* vitiosum est, in cõparãdis rebus alterã rem[r] efferre de altera mẽtionẽ non facere, aut negligentius disputare: vt si cõparetur, vtrum satius sit populum frumentũ accipere, an non accipere: quę cõmoda sint in altera re, curet enumerare: quę in altera incõmoda sint, velut depressa prætereat: aut

a L. quid si ad
b *vel* Aperte
c id est Apollinis. vt Apertæ dictio, *hi. fi.* Apollinis oracula. *adde Festum in* Aperta, quo loco refert, Apollinem Apertã dictum, quod patente cortina responsa ab eo darentur.*
d id est oraculi. *sic Liuius* 8. data erat dictio ab vrbe *al.* paternis: cum hîc loquatur, Neoptolemus Achillis filius, armáque paterna petat & sua esse dicat.*
e *al.* qua causa. *videntur autem hi versus Pacuuii in* Armorum iudicio.*
f *al.* exponẽdo. *al.* putando.*
g *Idem versus infra lib. 1. de inuentione.**
h legẽdum fortasse est, Quod ego cum accusem, qui id parui auditus æstimet?
i id est æstimet *sic apud Sallustium in oratione de actis Trib. pleb.* Si Quirites parum existimaretis quid inter ius à maioribus relictum vobis, & hoc à Sylla paratum seruitium interesset.
k *legendum fortasse est*, consummatur, i. κεφαλαίῳ τινὶ συλλαμβάνεται, συντελεῖται.
l Hoc in aduersariorũ oratione si diligenter obseruauerimus, sæpe deprehendemus, & in hac ex corpore deest quibusdã.*
m L. si sit vsque in eo occupatus, quod multi faciũt, vt venenum datum esse contendat. *al.* vsque in eo.*
n *al.* quod multi.*
o *al.* afferre.

a L. ẽ nata
b L. sin est imp.
c L. Deuortio
d L. diluetur
e L. huiusmodi.
f *Vul.* inter se se
g L. & peracto negotio.
h *versus Ennii in Thyeste sunt autem hæc verba Atrei ad Thyestem.**
i L. aliam in partem. *& ita Cicero & Rob. Steph.*
k L. bonis regibus,
l L. Nã & hoc
m L. rei augendæ
n L. testimonio

quæ minima sunt, dicat. *Item* vitiosum est, in rebus comparandis necesse putare alterâ rem vituperari, cùm alteram laudes. Quod genus, si quæratur, vtris maior honor habendus sit, Albensibus, an Venusinis [a], quòd reip. & populo Rom. profuerunt, [b] & is, qui [c] dicit [d] alteris, alteros lędat. Nõ enim necesse est, si alteros præponas, alteros vituperare. Fieri enim potest, vt, cùm alteros magis laudaris, aliquâ alteris laudis partem attribuas, ne cupidè pugnasse cõtra veritatem puteris: item vitiosum est, de nomine & vocabulo eius rei controuersiam struere, quam rem consuetudo potest optimè iudicare. Velut Sulpicius, qui intercesserat, ne exsules, quibus causam dicere non licuisset, reducerentur, idem posterius immutata voluntate, cùm eandem legem ferret, aliã sese ferre dicebat propter nominum commutationem: nam non exsules [e], sed vi eiectos se reducere aiebat [f]: perinde quasi id fuisset in controuersia, quo illi nomine appellarentur à populo Romano, aut perinde [g] quasi nõ [h] omnes, quibus aqua & igni interdictũ est, exsules appellentur. Verùm illi fortasse ignoscimus, si cum causa fecit: nos tamen intelligamus vitiosum esse intendere controuersiam propter nominum mutationem [i].

43 ¶ QVONIAM exornatio constat ex similibus, & exemplis, & amplificationibus, & [k] iudicatis, & ceteris rebus, quæ pertinent ad exaggerandam & collocupletãdam [l] argumentationem, quæ [m] sint iis rebus *vitia* consideremus. *Simile vitiosum* est, quod ex aliqua parte dissimile est, nec habet parem rationem comparationis, aut [n] sibi ipsi obest qui affert. *Exemplum* vitiosum est, si aut falsum est, vt reprehendatur: aut si improbum, vt non sit imitandum: aut maius, aut minus, quàm res postulabit. *Res iudicata vitiosè profertur*, si aut dissimili de re proferatur: aut de eare, de qua controuersia non est: aut si improba, aut eiusmodi [o], vt aut plures, aut magis idoneæ res iudicatæ ab aduersariis proferri possint. *Item* [p] vitiosum est id, quod aduersarij factum esse confiteantur, de eo argumentari, & planum facere factum esse. nam [q] id tantùm augeri oportet. *Item* vitiosum est, id augere, quod conuenit doceri, hoc modo: Vt [r] si quis quem arguat hominem occidisse, & antè quàm satis idoneas argumentationes attulerit, augeat peccatum, & dicat, nihil indignius esse, quàm hominem occidere. Non enim, vtrùm indignum sit, an non, sed factúmne sit, quæritur.

44 ¶ *Complexio vitiosa* est, quæ non, vt quidque primùm dictum est, primùm complectitur, & quæ non breuiter cõcludit, & quæ nõ ex enumeratione, certum & constans aliquid relinquit, vt intelligatur, quid propositum [s] in argumentatione sit, quid [t] deinde ratione, quid confirmatione quid tota argumentatione demonstratũ.

45 ¶ CONCLVSIONES [u] quæ apud Græcos ἐπιλογοι nominantur, tripertitæ [x] sunt. nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione. In [y] quatuor locis vti possumus cõclusionibus in principio secundum narrationem secundum firmissimam argumentationem, in conclusione.

46 ¶ *Enumeratio* [z], est per quam colligimus & cõmonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breuiter: vt renouetur, nõ redintegretur oratio: & ordine, quid quid erit dictum, referamus, [aa] vt auditor, si memoriæ mandauerit, ad id, quod ipse meminerit, reducatur. Item [a] curandum est, ne aut ab exordio, aut à narratione repetatur orationis enumeratio. Ficta enim, & dedita opera cõparata oratio videbitur esse, aut artificij significandi, aut ingenij venditandi, aut memoriæ ostentandæ causa. Quapropter initium enumerationis sumendum [b] est à diuisione. Deinde ordine breuiter exponendæ sunt res, quę tractatæ erunt in cõfirmatione, & confutatione.

47 ¶ *Amplificatio* [c], [d] est res, quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. *Loci communes* ex decem [e] præceptis commodissimè sumuntur adaugendi criminis causa. *Primus* locus sumitur ab auctoritate, cum cõmemoramus, quantæ curæ ea res fuerit diis immortalibus aut maioribus nostris, regibus, ciuitatibus, nationibus, hominibus sapientissimis, senatui Item maximè quo modo de his rebus legibus sancitum sit. *Secundus* locus est, cùm consideramus illę res, de quibus criminamur, ad quos pertineant: vtrùm ad omneis, quod atrocissimum est, an ad superiores, quod genus ij sunt, à quibus auctoritatis locus cõmunis sumitur, an ad pareis, hoc est in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur. *Tertius* locus est, quo [f] percunctamur, quid sit euenturum, si omnibus idem concedatur: & ea re neglecta, ostendemus [g], quid periculorum, aut incommodorum consequatur. *Quartus* locus est, quo demonstratur si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc exspectatio iudicij remoratur. *Quintus* locus est, per quem ostendimus, si semel aliter [h] iudicatum sit, nullam rem fore, quæ incommodo mederi [i], aut erratum iudicum corrigere possit. Quo loco non incommodum erit vti cęterarum rerum comparatione, vt ostendamus, alias res posse aut vetustate sedari aut consilio corrigi: huius [k] rei aut leniendæ, aut corrigendæ nullam rem adiumẽto futuram. *Sextus* locus est, cùm ostendemus ex [l] cõsulto factum, & dicemus voluntario facinori nullã esse excusationem, sed imprudentiæ iustam deprecationem paratã. *Septimus* locus est, quo ostendemus tætrum facinus, crudele, nefariũ, tyrannicũ esse: quod genus iniuriæ mulierũ, aut earũ rerum aliquid quarum rerũ causa bella suscipiuntur, & cum hostibus de vita dimicatur. *Octauus* locus est, quo ostendimus, non vulgare, sed singulare esse maleficiũ, spurcum, nefariũ, inusitatum, quo maturiùs & atrociùs vindicandũ sit. *Nonus* locus cõstat ex peccatorum cõparatione, quasi [m] cùm dicemus, maius esse maleficiũ stuprare ingenuam, *quàm* sacrum lædere: [n] quòd propter egestatem alterũ, alterum propter intemperantẽ [o] superbiam fiat. *Decimus* locus est, per quẽ omnia, quæ in negotio gerendo acta sunt quæque rem cõsequi solent, exponemus acriter, & criminosè, & diligẽter, vt agi res, & geri negotium videatur, rerum consequentiũ enumeratione.

48 ¶ Misericordia [p] cõmouebitur auditoris [q] animus, si variam fortunarum commutationẽ dicemus: si ostendemus, in quibus cõmodis fuerimus, [r] quibúsque in incõmodis simus, cõparatione. Si, quæ nobis futura sint, nisi causam obtinuerimus, enumerabimus & ostendemus. Si supplicabimus, & nos sub eorum, quorum misericordiam captabimus, potestatem subiiciemus.

[a] L. Veientinis, *vel* Veientanis, *al.* Vegentinis, [b] *al.* præsidio fuerunt. *

[c] L. qui dicat, alteris habendum, [d] *al.* qui dicat alteris habẽdum. *al.* & is qui dicat ab alteris alteros lædat.

[e] Exsulis & vi eiecti differentia. *

[f] L. proinde quasi.

[g] L. proinde q.

P. XV.

[h] hoc vult, omnes quibus aqua & igni interdictum sit, exules esse. Exilium autem triplex. Est enim vel certis tantũ, vel omnibus locis interdici, aut loco aliquo concludi. l. exiliũ triplex. §. 5. ff. de interdictis i L. commutationem. *& ita Rob. Steph.*

[k] L. & rebus iudicatis.

[l] L. & locupletãdam. *& ita Rob. Steph.*

[m] L. quæ sint in iis gener. vitia.

[n] L. aut ipsi obest, qui af.

[o] L. aut si eiusmodi, vt

[p] L. Item vitiosum est, quod

[q] L. Nam id augeri oportet tantùm.

[r] *Vulg.* vt si quis aliquẽ arg.

[s] *al.* positum *

[t] L. quid deinde in rat. quid in conf. quid int. arg.

[u] quæ & per orationes. sed & cumulus, *iste Quintilianus. 6. c. 1.* *

[x] L. tripartitæ

[y] L. quatuor in locis. *

[z] quæ & rerũ repetitio seu congregatio & ἀναμνησις. *Quint. 6. c. 1.* *

[aa] L. referimus.

[a] in qua curandum est

[b] L. est à diuisione sumendum.

[c] L. Amplificatio est, quæ per.

[d] quæ & Indignatio. di-

P. B. citur *lib. 3. de Inuentione.* *

[e] quindecim *& ita plures loci indignationis enumerantur lib. 1. de Inuentione.* *

[f] *al.* percontamur.

[g] L. ostendemus.

[h] *quidã vulg.* mederi, aut perperam factum, aut erratum iud. corr. *in his Colin. & Rob. Steph.* [hic, vũ aliter, *prosecues, & malè sumitur. Quidam tamen & hic legunt* nõ rectè iudicatum. *

[i] *al.* mederi, aut perperam factum, aut erratum. *

[k] *al.* huic rei, [l] *al.* ex consilio, id est ὡς προαιρέσεως nostri ex proposito. l. 11. §. de linquitur. ff. de pœnis, *al.* hic legitur consulto factum præpositione ex, detracta. *

[m] *al.* quale. *

[n] *al.* legere. *

[o] *al.* impotentem, *al.* intemperãtẽ. *

[p] quæ & Cõquestio dicitur *lib. 2. de Inuentione.* *

[q] *al.* auditor si. *

[r] *Vulg.* fuimus,

P. XVI.

iicemus. Si, quid nostris parentibus, liberis, cæteris necessariis casurũ sit propter nostras calamitates, aperiemus, & simul ostendemus, illorum nos sollicitudine & miseria, non nostris incõmodis dolere. Si de clementia, humanitate, misericordia nostra, qua in alios vsi sumus, aperiemus. Si nos semper, aut diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrum fatum, aut fortunam conqueremur. Si animum nostrum fortem, patientem incommodorum ostendemus futurum. Commiserationem breuem esse oportet. Nihil [a] enim lacryma citius arescit. 49 ¶Ferè locos obscurissimos totius artificij tractauimus in hoc libro, quapropter huic volumini modus hîc sit. Reliquas præceptiones, quoad videbitur, in tertium librum transferemus. Hæc si, vt conquisitè conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus[b], & nos industriæ fructus ex tua scientia capiemus, & tute nostrã diligentiã laudabis, tuáq; perceptione lætabere: tu sciẽtior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquũ persoluendũ. Verùm hæc futura satis scio. te enim non ignoro. sed nos deinceps ad cætera præcepta transeamus, vt, quod libentissimè facimus, tuę [c] voluntati rectissimæ morem geramus.

a eadem sententia Apollonii citatur lib. 1. de inuent. in f.

a L. vt nos conq.
b id esse perdideris, seu perceperis Turneb. 15. aduers. 11.
c L. tuæ recte voluntati.

RHETORICORVM AD C. HERENNIVM LIBER TERTIVS.

Synopsis libri tertij, ad Herennium.

1 ¶*De* INVENTIONIS *accommodatione ad genus causæ deliberatiuum & demonstratiuum.* 2 DELIBERATIONIBVS *quærimus quid & quod potius faciendum sit.* 3 *consultamus de his quæ vel propter se, vel propter extraneam causam, vel propter se partim, magis tamen propter extraneam causam in deliberationem vel consultationem veniunt: & quemadmodum singulæ huiusmodi deliberationes tractãdæ.* 4 *Deliberationem sequitur* SENTENTIA. *Cuius finis* VTILITAS. 5 *Ea vel tuta est vel honesta.* 6 TVTA *à vi & dolo.* 7 *Honesta eáque duplex.* 8 RECTA *(hoc est cum virtute, Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Modestia coniuncta.* 9 *& quemadmodum partibus prudentiæ, iustitiæ fortitudinis, modestiæ vtamur in dicendo)* 10 LAVDABILIS. 11 *& quæ ratio esse debeat exordij, narrationis, confirmationis, confutationis, conclusionis, cùm de tuto, honesto, recto, & laudabili dicemus.* 12 ¶*Demonstratiuum genus causæ versatur in laudis & vituperationis confirmatione.* 13 *Laus autem est vel rerum externarum, vel corporis, vel animi.* 14 *Quemadmodum in hoc genere causæ vtendum sit principio seu exordio.* 15 *Narratione.* 16 *Expositione seu Dispositione* 17 *Confutatione* 18 *Conclusione.* 19 ¶*De* DISPOSITIONE. 20 *quid dispositio.* 21 *Duo genera dispositionis: vnum ab institutione artis profectum, alterum ad tempus, seu casum temporis accommodatum.* 22 ¶*De* PRONVNCIATIONE *eiúsque vtilitate.* 23 *Pronunciationem diuidi in vocis figuram & corporis motum.* 24 ¶FIGVRA *vocis quid.* 25 *Figuram vocis diuidi in magnitudinem, firmitudinem, mollitudinem.* 26 *Magnitudinem à natura esse.* 27 *Ab arte firmitudinem* 28 *mollitudinem.* 29 *cuius partes Sermo, Contentio, Amplificatio.* 30 *Sermonis partes, Dignitas, Demonstratio, Narratio, Iocatio.* 31 *Contentionis partes Contentio, Distributio.* 32 *Amplificationis partes, Cohortatio, Conquestio.* 33 *Quæ & quemadmodum dignitas seruanda in sermonis dignitate & demonstratione, in Narratione, Iocatione, Contentione, Distributione, Amplificationis cohortatione & conquestione.*

34 ¶*De* MOTV *seu corporis gestu & vultus moderatione.* 35 ¶*De* MEMORIA *(ea thesaurus est inuentorum, & omnium partium Rhetoricæ custos)* 36 *Memoria alia* NATVRALIS: *alia* ARTIFICIALIS. 37 NATVRALIS *quemadmodum perficiatur.* 38 ARTIFICIOSA *constat* LOCIS *&* IMAGINIBVS. 39 *Quid loci.* 40 *quid imagines.* 41 *Loci quemadmodum inueniendi.* 42 *Imagines aliàs esse* RERVM, *aliàs* VERBORVM. 43 RERVM 44 *&* VERBORVM *imagines quemadmodum parentur.* 45 *Transitio ad Elocutionem quintam Rhetoricæ partem.*

b *forte*, Iuridicialem, *vt libro superiore.*

c *fortasse pertinent.*

AD OMNEM iudicialẽ[b] causam quemadmodum conueniret inuentionem rerum accommodari, satis abundanter, vt arbitror, superioribus libris demonstratũ est. *Nunc earum rationem rerum inuiendarum, quæ pertinebant*[c] *ad causas deliberatiuas, & demonstratiuas, in hunc librum transtulimus*, vt omnis inueniendi præceptio tibi quam primùm persolueretur. Reliquæ quattuor partes erant[d] artificij. De tribus partibus in hoc libro dicemus, dispositione, pronuntiatione[e], & memoria. De eloquutione, quia plura dicenda videbantur, in quarto libro conscribere maluimus: quẽ, vt arbitror, tibi librũ celeriter absolutum mittemus, nequid tibi rhetoricæ artis deesse possit. Interea prima quæque & nobiscum, cùm voles, & interdum sine nobis legendo consequêre, nequid impediare, quin ad hanc vtilitatẽ paritet nobiscum progredi possis. Nunc tu fac vt attentum te præbeas: nos prõficiscimur ad instituta pergemus.

d *fortasse erunt.*
e L. pronuntiatione, memoria.

P. B.

2¶ DELIBERATIONES partim sunt huiusmodi, vt quæratur, *vtrum potius faciendum sit*: partim huiusmodi, vti, *quid potissimum faciendum sit*, considereturVtrũ potius, hoc modo: Carthago tollenda[a], an relinquenda videatur. Quid potissimùm, hoc pacto: vt si Hannibal consulat, cùm ex Italia Karthaginem arcessitur[b], in Italia remaneat[c], an domum redeat. an in Ægyptum profectus occupet Alexandriam. 3¶ Item *deliberationes* partim ipsæ *propter*[d] *se consultandæ* sunt: vt si deliberet senatus captiuos ab hostibus redimat an nõ: partim *propter aliquam extraneam causam* veniunt in deliberationem & cõsultationem: vt si deliberet senatus, bello Italico soluátne legibus Scipionem, vt eum liceat ante tempus COS. fieri: *partim & propter se sunt deliberandæ, & magis propter extraneam causam* veniunt in consultationem: vt si deliberet Senatus, bello Italico sociis ciuitatẽ det, an non. In quibus causis rei[e] natura faciet deliberationem, omnis ratio ad ipsam rem accõmodabitur. In quibus extranea causa conficiet[f] deliberationem in his ea ipsa causa erit adaugenda, aut deprimenda. 4¶ Omnem rationem eorum, qui sententiam dicent finem sibi conueniet vtilitatis[g] proponere, vt omnis eò totius orationis ratio conferatur. 5¶ *Vtilitas* in duas partes in ciuili consultatione diuiditur, tutam, & honestã. 6¶ *Tuta* est, quæ conficit instantis aut consequẽtis periculi vitationem qualibet ratione. Hæc distribuitur in vim, & dolum: quorũ aut alterum seperatim, aut vtrumque sumemus coniunctim. *Vis*[h] secernitur per exercitus, classeis, arma, tormenta, euocationes hominum, & alias huiusmodi res. Dolus cõsumitur[i] in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes[k], mentiones[l], & ceteras res, de quibus magis idoneo tẽpore loquemur, si quando de re militari, aut de administratione reip. scribere velimus. 7¶ *Honesta* res diuiditur in rectum, & laudabile. 8¶ *Rectum* est, quod cum virtute & officio fit. Id diuiditur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiã. *Prudentia*, est calliditas, quæ ratione quadam potest delectum habere bonorum & malorum. Dicitur item prudentia, scientia cuiusdam artificij. Item[m] appellatur prudentia, multarum rerũ memoria, & vsus complurium negotiorum. *Iustitia*, est equitas, ius[n] vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque. *Fortitudo*, est rerum magnarũ appetitio, & rerum humilium contentio, & laboris cum vtilitatis ratione perpessio[o]. *Modestia*, est in animo continẽs moderatio cupiditatum. 9¶ *Prudentiæ partibus vtemur in dicendo*, si cõmoda cum incõmodis conferemus, cum alterũ sequi, vitare alterũ cohortabimur: Aut Psi quã ad rem cohortabimur aliquẽ, cuius rei alicuius disciplinabilẽ[p] scientiã poterimus habere, & quo modo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostẽdemus: Aut si suadebimus quippiam[r], cuius rei gestæ aut præsentem, aut auditam memoriam poterimus[s] habere: qua in re facilè id, quod velimus, exẽplo allato persuadere possimus. *Iustitiæ* partibus vtemur, si aut innocentum, aut supplicum dicemus misereri oportere: si ostendemus bene merentibus gratiam referri conuenire: si demonstrabimus vlcisci malè meritos oportere: si fidem magnopere censebimus conseruandam: si leges & mores ciuitatis egregiè[t] dicemus seruari oportere: si societates, atque amicitias[a] studiosè dicemus coli cõuenire: si, quod ius in parenteis, deos, patriam natura cõparauit, id religiosè colendum demonstrabimus: si hospitia, clientelas, cognationes, affinitates castè colendas esse dicemus: si nec prece, nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec simultate à via recta ostẽdemus deduci oportere: si dicemus, in omnibus ius[b] æquabile statui conuenire. His, atque huiusmodi partibus iustitiæ siquam rem in concione, aut in concilio faciendam censebimus, iustam esse ostendemus: contrariis, iniustam. Ita fiet, vt eisdẽ locis & ad suadendum, & ad dissuadendũ simus parati. Sin *fortitudinis* retinendæ causa faciendum quid esse dicemus, ostendemus, res magnas, & excelsas sequi. & appeti[c] oportere, & item res humileis, & indignas viris fortibus, viros fortes propterea contemnere oportere, nec idoneas[d] dignitate[e] sua iudicare. Item à[f] nulla re honesta, periculi, aut laboris magnitudine deduci oportere: antiquiorẽ mortem turpitudine haberi: nullo dolore cogi, vt ab officio recedatur: nullius pro rei veritate metuere inimicitias quodlibet pro patria, parentibus, hospitibus, amicis, & iis rebus quas iustitia colere cogit, adire periculum & quemlibet suscipere laborem. *Modestiæ* partibus vtemur, si nimias libidines honoris, pecuniæ, similiúmque rerum vituperabimus. Si vnamquamque rem certo naturæ termino definiemus Si denique, quid cuique satis sit ostendemus, & nimium progredi dissuadebimus, & modum vnicuique rei statuemus. Huiusmodi partes sunt virtutis amplificandæ, si suadebimus: attenuandæ, si ab his dehortabimur, vt hæc attenuentur, quæ suprà demõstrauí. Nam nemo erit, qui censeat à virtute recedendum: verũm[g] aut res huiusmodi nõ dicatur esse, vt virtutem possimus egregiam experiri, aut in cõtrariis potius rebus, quàm in his virtus constare ostendatur[h]. Item si quo pacto poterimus, quam is, qui contrà dicet, iustitiam vocarit, nos demonstrabimus ignauiam esse, & inertiam, ac[i] prauã liberalitatem: quam prudentiam appellarit, ineptam, & garrulam, & odiosam scientiam esse dicemus: quam ille modestiam dicet esse, eam nos inertiã & dissolutam negligentiam dicemus[k]: quam ille fortitudinem nominarit, eãnos gladiatoriam & incõsideratam appellabimus temeritatem. 10¶ Laudabile est, quod conficit honestam & præsentem, & [l] sequãtem cõmemorationem. Hoc nos eò à recto separauimus, nõ quòd hæ quattuor partes, quæ subiiciuntur sub vocabulo recti, hanc honestatis cõmemorationem dare non soleant: sed quẽquam ex recto laudabile nascatur, tamẽ in dicendo seorsum tractandum est hoc ab illo. Neque enim solùm laudis causa rectum sequi conuenit, sed si laus consequitur, duplicatur recti appetendi voluntas. Cùm igitur erit demonstratum rectum laudabile esse demonstrabimus aut ab idoneis hominibus, vt si qua res honestiori ordini placeat, quæ à deteriore ordine improbetur: aut[m] ab aliquibus sociis, aut omnibus ciuibus, exteris nationibus, posterisque nostris. 11¶ Cùm huiusmodi locorum diuisio sit in consultatione, breuiter aperienda est totius[n] tractatio causæ. *Exordii* licebit vel à principio, vel ab insinuatione, vel[o] ab iisdem rationibus, quibus in iudiciali causa. Si cuius rei

a L. delenda.

b *Vulg.* accersitur, *mendosè*

c L. permaneat, an doceat. id est, quæ propter se cõsultãdæ sunt vt suprà.*

e In his rei natura facit deliberationem.*

f L. efficiet delib.

g *al.* vtilitatem.

h L. vis discernitur. *Quidam legunt*, vis cernitur, i L. in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione mẽtitione, & ceteris rebus, de q.

k Maturationem hic vocare videtur simulatam festinationẽ eũ simulam* vel statim facturos, quod non nisi serò ad exitum perducere possumus.* *al.* mentitiones, (id est, mẽdacia) *al.* mansiones,

m L. Et appellatur

n L. ius suum vnic.

o L. perpẽsio.

p *Vulg.* aut si qua in re co.

q disciplinabilis scientia, quæ præceptionibus, institutionibus & arte aliqua continetur.*

P. XVII.

r L. quippiã, cui similis rei gestæ

s L. possimus

t L. egregiè seruari dicemus op.

a L. amicitias dicemus studiosè coli conuenire,

b L. æquabile ius.

c L. appetere

d L. idoneas pro dignit.

e *al.* dignitati suæ.*

f L. ab nulla re

g L. verùm aut res non huiusmodi dicetur esse, vt

h L. ostendetur.

i L. ac pranam libertatem, *& ita Colin.*

k L. esse dicemus,

P. B.

l L. & consequentem commem. *& sic R. Steph. & Colin.*

m *Vulg.* aut aliquib. sociis.

n L. tractatio totius causæ.

o *Vulg.* vel. iisdem r.

rei narratio incidet, eadem ratione narrare oportebit. Quoniam in huiusmodi causis finis est vtilitas, & ea diuiditur in rationem tutam, atque honestam: si vtrumque poterimus ostendere, vtrumque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse: sin alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ostendemus. At si nostram rationem tutam esse dicemus, diuisione vtemur in vim, & consilium. Nam, quod in docendo rei dilucidandæ[a] causa dolum appellauimus, id[b] in dicendo honestius consilium appellabimus. Si rationis nostræ sententiam rectam esse dicemus, & omnes partes recti incident: quadripartita diuisione vtemur. si non incidēt, quot erunt, tot exponemus in dicendo. In *confirmatione*, & *confutatione* vtemur locis, quos antè ostendimus, nostris confirmandis, contrariis confutandis. Argumentationis artificiosæ tractanda ratio de secundo libro petetur. Sed si acciderit, vt in consultatione alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta, sententia sit, vt in deliberatione eorū, qui à Pœnis circumsessi deliberant quid agant: qui tutam rationem sequi suadebit, his locis vtetur: Nullam rem vtilitatem esse incolumitate: virtutibus vti neminē posse, qui suas rationes in tuto non collocarit: neq; deos quidem esse auxilio iis, qui[d] se incōsultō in periculum mittant: honestum nihil oportere existimari, quod nō salutem pariat. Qui tutæ rei præponet rationem honestam, his locis vtetur: virtutem nullo tempore relinquendam: vel dolorem, si is timeatur: vel mortem, si ea formidetur, dedecore, & infamia leuiorem esse, considerare[e], quæ sit turpitudo consecutura. At non immortalitatem, neque æternam incolumitatem consequi: nec esse exploratum, illo vitato periculo, nullum in aliud periculum venturos: virtute vel vltrò ad mortem proficisci, esse præclarum: fortitudini[f] fortunam quoque esse adiumento solere: eum[g] tutè viuere, qui honestè viuat, non qui in præsentia incolumis sit: & eū, qui turpiter viuat, incolumem in perpetuum esse non posse. *Conclusionibus* ferè similibus in his, & iudicialibus causis vti solemus, nisi[h] quod in his maximè conducit quamplurima rerum antè gestarum exempla proferre.

21 ¶ *Nunc ad demonstratiuum genus causæ transeamus.* QVONIAM hæc causa diuiditur in laudem, & vituperationem, quibus ex rebus laudem constituerimus, ex contrariis rebus erit vituperatio comparanda. 13 ¶ *Laus* igitur potest esse rerum externarum, & corporis, & animi. *Rerum externarum* sunt ea, quæ casu, aut fortuna secunda, aut aduersa, accidere possunt: vt genus, educatio, diuitiæ, potestates, gloriæ, ciuitates[i], amicitiæ, &[k] quæ huiusmodi sunt, &[l] ea, quæ his sunt contraria. *Corporis* sunt ea, quæ natura corpori[m] attribuit cōmoda, aut incommoda: vt velocitas, vires, dignitas,[n] valetudo, & quæ contraria sunt. *Animi* sunt ea, quæ consilio, & cogitatione nostra cōstant: vt prudētia, iustitia, fortitudo, modestia, &[o] quæ contraria sunt. Erit igitur hæc confirmatio & confutatio nobis. 14 ¶ In huiusmodi igitur causa *principium sumetur* aut à nostra, aut ab eius, de quo loquemur, aut ab eorū, qui audiēt, persona, aut ab re. *A nostra* si laudabimus, dicemus aut officio facere, quod causa necessitudinis intercedat: aut studio, qđ eiusmodi virtutis sit, vt omnes cōmemorare debeāt velle[a]: aut quod rectū sit ex aliorū laude ostendere, qualis noster animus sit. Si[b] vituperabimus, aut meritò facere, quòd ita tractati simus: aut studio, quòd vtile putemus esse, ab omnibus vnicam malitiam, atque nequitiam cognosci: aut quòd placeat ostendi, quid nobis displiceat, ex aliorum vituperatione. *Ab eius persona, de quo loquemur*, si laudabimus, vereri nos dicemus, vt[c] illius facta verbis consequi[d] possimus: omneis homines illius virtutes prædicare oportere: ipsa facta omnium laudatorum eloquentiam anteire. Si[e] vituperabimus, ea, quæ videbimus contraria[f], paucis verbis commutatis, dici posse, dicemus: vt[g] paullò antè exempli causa, demonstratum est. *Ab auditorum persona*, si laudabimus, dicemus, quoniam non apud[h] ignotos[i] laudemus, nos monendi causa pauca esse dicturos: aut si[k] erunt ignoti, vt talem virum velint cognoscere, petemus: quoniam in eodem virtutis studio[l] sint, apud quos laudemus, quo[m] ille, qui laudatus fuerit, sperare nos facilè iis, quibus velimus, huius facta probaturos. Contraria vituperatio, quoniam norint, pauca de nequitia eius nos esse dicturos: quòd si ignorēt, petemus vt cognoscant, vti malitiā vitare possint: quoniam dissimiles[n] sint, qui audiunt, atque ille, qui vituperatur, nos[o] sperare illius vitam vehementer improbaturos. *Ab rebus ipsis*, incertos esse, quid potissimùm laudemus: vereri nos ne, cùm multa dixerimus, plura prætereamus, & quæ simileis sententias habebunt: quibus sententiis contraria sumuntur à vituperatione. 15 ¶ Principio P tractato tum ab re, tum ab aliqua harum, quas antè commemorauimus, rationum, *narratio* non erit vlla, quæ necessariò consequatur: sed siqua inciderit, cùm aliquod factum eius, de quo loquemur, nobis narrandum sit cum laude, aut vituperatione, præceptio narrandi de primo libro repetetur. 16 ¶ Diuisione hac vtemur: Primò *exponemus*, quas res laudaturi sumus, aut vituperaturi. Deinde vt quæque, quóve tempore res erit gesta, ordine dicemus, vt, quid, quámque tutè, cautéque egerit, intelligatur. Sed *exponere* oportebit *animi virtutes*, aut vitia. Deinde cōmoda, aut incommoda corporis, aut rerum externarū, quomodo ab animo tractata sint, demonstrare. Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus. Ab *externis rebus*: *genus* in laude, quibus maioribus natus sit: si bono genere, patrē, aut excelsiorem[q] fuisse: si humili genere, ipsum in suis, non in maiorum virtutibus habuisse præsidium. In vituperatione, si bono genere, dedecori maioribus[r] fuisse: si malo, tamen his ipsis detrimento fuisse. *Educatio*, in laude, bene, & honestè, in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse: in vituperatione, è contrario. Deinde transire oportet ad *corporis commoda*. A natura, in laude: si sit dignitas, atque forma, laudi fuisse eam, non quemadmodum cæteris, detrimento, atque dedecori: si vires, atque velocitas egregia, honestis hæc exercitationibus, & [s] industriis dicemus comparata: si valetudo ex perpetua diligentia, & temperantia cupiditatum. In vituperatione, si erunt hæc corporis commoda, malè his vsum dicemus, quæ casu[t] & fortuna, tanquam quilibet gladiator habuerit: si non erunt, præter formam, omnia ipsius culpa, & intemperantia non fuisse dicemus.

17 ¶ Deinde reuertemur ad extraneas res, & in

a *al.* dilucidè magnificandæ. *al.* dilucidandæ, magnificandæ: *al.* dilucidè manifestandæ, *fortè*, denotandæ aut certè, dilucidare, idē est.*

b Dicendi & docendi rationem. hîc distinguit.*

c *vul.* nec deos quidem *mendosè*.

d L. qui se consulto

e *fort.* considerandum.

f *L. fortes fortuna adiuuat.**

g L. eum tuto viuere, & e. tutè *ia men non damno quo vsitur pag. 23. v. 37.*

h *vulg.* nisi quòd his.

p. XVIII. i *al.* sodalitates, non necessario. Hoc autem vult Cicero, Beneficium aut malignitatē esse fortunæ, huius aut illius ciuitatis esse. adde huic loco illustrando l. quod si nolit 31. §. qui mācipia vēdunt 2. ff. de ædilitio edicto. 1. Plin. 78. Senec. 10. controuers. 5.

k L. & cetera, quæ

l L. & ea, quæ his contraria. Cor.

m L. corpori tribuit.

n Dignitas corporis, idē quod pulchritudo, sic & apud Ciceronem, de officiis: & pro Cælio: Cornelius Nepos in Dione.*

o L. & quæ his contraria sunt.

p L. In huiusmodi autem causa.

q L. abs re,

a *al.* velle quod certum sit: aut ex aliorum laude, aut per cōparationem ostendere, qualis, &c.*

b L. Sin vituperab.

c genus dicē di notabile est. Nam qui dicit se vereri vt possit, hoc significat se vereri, ne nō possit, hoc est, vereri se posse. At si dixerit, se vereri ne possit, significabit se nolle posse.*

d *vul.* consequi nō possimus: *mendosè*.

e L. Sin vit.

f L. contrariè paucis verb.

P. B

g *vul. alii*, vt paullò suprà. *al.* vt paullo antè suprà

h *quidam lib.* apud ignaros

i *al.* ignaros, sed hîc ignoti pro ignaris, vt epist. ad Lucceium lib. 5.*

k *quidam lib.* fierunt ignari.

l *al.* studio.*

m L. atque ille, qui *& e. & ita R. Steph.*

n *vul.* dissimiles sunt

o L. sperare nos, illius vitam vehementer improb.

p L. Principio tractato ab aliqua. har.

q L. aut excellentiorem f.

r L. suis maioribus.

s L. & industria.

t L. quæ casu & natura, *&c. sic libri vet. & impressi à R. Steph. & Col. & Gryph. & ita Sulpitius ad Tullii lib. 4 casum & naturam coniungis.**

a L. virtutes, atque vitia consider.

his, animi quæ[a] virtutes aut quæ vitia fuerint, cõsiderabimus: diuitiæ, an paupertas fuerit, & quæ potestates, quæ gloriæ, quæ amicitiæ, quæ inimicitiæ, & quid fortiter in inimicitiis gerendis fecerit, cuius causa susceperit inimicitias, qua fide, beneuolentia, officio gesserit amicitias. In diuitiis qualis, aut in paupertate cuiusmodi fuerit: quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Si interierit, cuiusmodi mors eius fuerit, cuiusmodi res mortem eius sit consecuta. Ad omneis autem res, in quibus animus hominis maximè considerabitur, illæ quattuor animi virtutes erunt accommodandæ: vt, si laudemus, aliud iustè, aliud fortiter, aliud modestè, aliud prudenter factum esse dicamus: sin[b] vituperemus, è contrario aliud iniustè, aliud ignauè, aliud immodestè, aliud stultè factum esse dicamus. Perspicuũ est iam nimirum ex hac dispositione quemadmodum sit tractanda tripartita[c] diuisio laudis & vituperationis, si illud etiam assumserimus, non necesse esse nos omneis has parteis in laudem, aut vituperationem transferre, propterea quòd sæpe ne incidunt quidem: sæpe ita tenuiter incidunt, vt non sint necessariæ dictu. Quapropter eas parteis, quæ firmissimæ videbuntur, legere oportebit.

b Quidã vul. Sin vituperabimus, è cõtrario aliud &c dicemus. c al. tripertita.

P. XIX.

18 ¶ *Conclusionibus* breuibus vtemur, enumeratione ad exitum causæ: in ipsa causa crebras & breueis amplificationes inte, ponemus per locos communeis. Nec hoc genus causæ, eò[d] quòd raro áccidit in vita, negligentiùs considerãdum est. Neque enim id, quod potest accidere, vt faciendum sit aliquando, non oportet velle quàm accommodatissimè posse facere. Et, si separatim hæc causa minùs sæpe tractatur: at in iudicialibus, & in deliberatiuis causis sæpe magnæ partes versantur laudis. aut[e] vituperationis. Quare in hoc[f] quoque genere causæ nonnihil industriæ conferendum putauimus.

d L. eò quòd raro accidat in vi.[h]

e L. ac vitupera. f al. in hoc quoque genus causæ.*

19 ¶ Nunc, absoluta nobis difficillima parte rhetoricæ, hoc est, inuentione perpolita, atque ad omne causæ genus accommodata, tẽpus est ad cæteras parteis proficisci. Deinceps igitur *de* DISPOSITIONE[g] dicemus. 20 ¶ QVONIAM *dispositio* est, per quam illa, quæ inuenimus, in ordinem redigemus[h], vt certo quicq; loco pronuntietur: videndum est, cuiusmodi rationem in disponendo habere[i] conueniat.

g De dispositione plura vide[k] apud Quint. 7. c. 1. & sequẽtis. * h L. redigimus; & ita Colin. i L. nos habere, & ita Coli.

21 ¶ *Genera dispositionis* sunt duo: vnum ab institutione artis profectum: alterum ad casum temporis accommodatum. *Ex institutione artis* disponemus, cùm sequemur eam præceptionem, quam in primo libro exposuimus, hoc est, vt vtamur principio, narratione, diuisione, confirmatione, confutatione, conclusione: & hunc ordinem, quemadmodum præceptum est antè, in dicendo sequemur. Item ex institutione artis, non modò totas causas per orationem, sed per singulas quoque argumentationis parteis disponemus, quemadmodum in secundo libro docuimus, id est, expositionẽ, rationem, confirmationem rationis, exornationem, complexionẽ. Hæc igitur duplex dispositio est: vna per[k] orationes, altera per argumentationes, ab institutione artis profecta. Est autẽ & *alia* dispositio, *quæ*, cùm ab ordine artificioso recedendũ est, oratoris iudicio *ad tẽpus accõmodatur*: vt si à narratione dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima argumentatione, aut à litterarũ aliquarum recitatione: aut si secundum principium confirmatione vtamur, deinde narratione: aut siquam huiusmodi permutationem ordinis faciamus: quorum nihil, nisi causa postulet, fieri oportebit. Nam si vehementer autes auditorum obtusæ videbuntur, atque animi defatigati ab aduersariis multitudine verborum, commodè poterimus principio supersedere, & exordiri causam aut à narratione, aut ab aliqua firma argumentatione. deinde, si cõmodum erit, quia non semper necesse est, ad principij sententiam reuerti licebit. Si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere, vt nemo æquo animo principium possit audire: à narratione cùm inceperimus, ad principij sententiam reuertamur licebit. Si narratio parum probabilis[a] est, exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His commutationibus, & translationibus partium sæpe vti necesse est, cùm ipsa res artificiosam dispositionem artificiosè cõmutare cogit. In confirmatione, & confutatione argumentationum dispositiones huiusmodi conuenit habere: firmissimas[b] argumentationes in primis & postremis causæ partibus collocare: mediocreis, & neque inutileis ad dicendum, neque necessarias ad probandum, quæ si separatim ac singulæ dicantur, infirmæ[c] sunt, cum cæteris coniunctæ, firmæ & probabiles fiunt[d], interponi, & in medio collocari oportet. Nam[e] re narrata, statim exspectat animus auditoris, ex qua re causa confirmari possit. Quapropter continuò firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniam nupertimè dictum facilè memoriæ mandatur, vtile est, cùm dicere desinamus, recẽtem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Hæc dispositio locorum, tanquam instructio militum, facillimè in dicendo, sicut illa in pugnãdo, parare[f] poterit victoriam. ¶ PRONVNTIATIONEM[g] multi maximè oratori vtilem dixerunt esse, & ad persuadendum plurimùm valere. Nos[h], quid vnum de quinque rebus plurimùm prosit, non facilè dixerimus, nec egregiè magnam esse vtilitatem in pronuntiatione, audacter confirmauerimus. Nam cõmodæ inuentiones, & concinnæ verborum elocutiones, & partium causæ artificiosæ dispositiones, & horum omnium diligens memoria, sine pronuntiatione, non plus, quàm sine his rebus pronuntiatio sola valere poterit. Quare, quia nemo de ea re diligenter scripsit (nam omnes vix posse putarunt de voce, vultu, & gestu dilucidè scribi, cùm hæ res ad sensus nostros pertinerẽt) & quia magnopere ea pars à nobis ad dicendum comparanda est, non negligenter videtur tota res considerãda. 23 ¶ *Diuiditur* igitur *pronuntiatio* in vocis figuram, & corporis motum 24 ¶ *Figura vocis*, est[k] quæ suum quemdam possidet habitum ratione, & industria comparatum.

a L. probabilis erit, b sic *firmissimum orationis* lib. 2 de oratore & in oratore perfecto. *sed sanè hîc videtur legendum*, firmas & firmissimas argumentationes. Quint. enim 7. c. 1. laudãs Celsũ (haud dubiè hunc authorẽ intelligit, quẽ etiã ait imitatorem Ciceronis) scribit ex Celsi sententia primo, firmum aliquid esse ponendum: tũmo, firmissimum: imbecilliora, medio: quæ sententia Celsi huius loci propria est, vt de authore huius lib. minus iam dubitandum sit.*

c L. infirmæ sint, d L. fiant, e L. Nam fiatim re narrata.

f L. parere

g vide 11. Quint. 3. vbi multa de pronũciatione.* h al. Nos quidem vnam eam de quinque rebus, plurimùm posse, non f d.

i L. de voce, vultu, gestu. k L. est ea, quæ suum q. l L. nonnihil adauget, m al. accuratio. sed nihil mutandum. Quint. d. c. 11. Augẽtur, inquam, sicut omnium ita vocis quoque bona, cura: vt negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus, quæ phonascis, conuenit.* n L. sed maximè o al. ita, Quapropter de fir

25 ¶ Ea *diuiditur* in treis parteis, magnitudinẽ, firmitudinem, mollitudinem. *Magnitudinem* vocis maximè comparat natura: nonnihil[l] hãc auget, sed maximè cõseruat cura. [m] *Firmitudinem* vocis maximè natura comparat, nonnihil adauget, & [n] maximè conseruat exercitatio declamationis. *Mollitudinem* vocis, hoc est, vt eam torquere in dicendo pro nostro commodo possimus, maximè facit exercitatio declamationis. 26 ¶ Quapropter[o] *de magnitudinis* parte, ea quæ natura comparatur, nihil ad nos attinet.*

P. XX.

tudine

tudine vocis,& firmitudinis [a] parte, quoniam altera natura,altera cura compatatur, nihil[b] ad nos attinet commonere, nisi vt ab iis, qui non inscij sunt eius artificij,ratio curandæ vocis petatur. 27 ¶De ea parte firmitudinis,quę conseruatur ratione declamationis,& de mollitudine vocis,quæ maximè necessaria est oratori,quoniam ea quoque moderatione declamationis comparatur, dicendum videtur. *Firmam*[c] igitur quàm maximè *peterimus* in dicendo vocem *conseruare*, si quàm maximè sedata & depressa voce principia dicemus. Nã[d] læduntur arteriæ, si antequàm leni voce permulsæ sunt,acri clamore compleantur. Etiam interuallis longioribus vti conueniet. Recreatur enim vox spiritu,& arteriæ reticendo acquiescunt. Et continuum clamorem remittere,& ad sermonem transire oportet. (Commutationes enim faciũt, vt nullo[e] genere vocis effuso,in omni voce integri simus.) Et acutas vocis exclamationes vitare debemus[f]. Ictus enim fit,& vulnerantur arteriæ acuta,atque attenuata nimis acclamatione[g], & siquis splendor est vocis, consumitur vno clamore vniuersus. Et vno spiritu continenter multa dicere in extrema conuenit oratione. Fauces enim calefiunt, & arteriæ cõplentur, & vox, quæ variè tractata est, reducitur in quemdam sonum æquabilem atque constantẽ. Sæpe rerum naturæ,gratia quædam iure debetur,vt accidit in hac re. Nã quæ diximus ad vocẽ seruãdam[h] prodesse,eadem attinent ad suauitatẽ pronũtiationis: vt, quod nostræ voci prosit,idem voluptate auditoris probetur. Vtile est ad firmitudinem vocis,sedata vox in principio. Quid insuauius, quàm clamor in exordio causæ? Interualla vocem confirmant: eadem sententias concinniores diuisione reddunt,& auditori spatiũ cogitandi relinquunt. Conseruat vocem continui clamoris remissio. Et auditorem quidem varietas maximè delectat, cùm sermone animum eius retinet, aut exsuscitat clamore. Acuta exclamatio vocem,& fauceis vulnerat: eadem lædit auditorem. Habet enim quiddã illiberale, & ad muliebrem potiùs vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatũ. In extrema oratione continens vox remedio est voci. quid? hæc eadem nónne animum vehementissimè calefacit auditoris, in totius cõclusione causæ? Quoniam igitur res eædem vocis firmitudini,& pronuntiationis suauitudini[k] prosunt, de vtraque re simul erit in præsentia dictum, de firmitudine quæ[l] visa sunt, & de suauitate, quæ coniuncta fuerunt: cætera suo loco paullo pòst dicemus. 28 ¶*Mollitudo* igitur vocis, quoniam omnis ad rhetoris præceptionem pertinet, diligentiùs nobis considerãda est. 29 ¶Eam diuidimus in sermonem, contentionem, amplificationem. *Sermo*, est oratio remissa, & finitima quotidianæ locutioni. *Contentio*, est oratio acris[m] & ad confirmandum,& confutandum accommodata. *Amplificatio*, est oratio, quæ aut ad iracundiã inducit, aut ad misericordiam trahit[n] auditoris animum. 30 ¶*Sermo diuiditur* in parteis quattuor, dignitatem, demonstrationem, narrationem, iocationem. *Dignitas*, est oratio cũ aliqua grauitate,& vocis remissione. *Demonstratio*, est[o], quæ docet remissa voce, quo modo quid fieri potuerit, aut non potuerit. *Narratio*, est rerum gestarum, aut[p] perinde vt gestarum, expositio. *Iocatio*, est oratio, quæ ex aliqua re risum pudentem, & liberalem potest cõparare. 31 ¶*Contentio diuiditur* in continuationem, & distributionem. *Continuatio*, est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa. *Distributio*, est in contẽtione oratio frequens, cum raris,& breuibus interuallis, acri vociferatione. 32 ¶Amplificatio diuiditur in cohortationem, & conquestionem. *Cohortatio* est, quæ aliquod peccatum amplificans, auditorem ad iracundiam adducit. *Conquestio*, est oratio, quæ incommodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit. 33 ¶Quoniam igitur mollitudo vocis in treis parteis diuisa est, & [a] hæ partes ipsæ in octo parteis alias distributę, harum octo partium quæ cuiusque idonea pronuntiatio sit, demonstrãdum videtur. *Sermo*, cùm est *in dignitate*, plenis faucibus quàm sedatissima, & depressissima voce vti conueniet: ita tamen, vt ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus. Cùm autem est *in demonstratione*, voce paullulum attenuata, crebris interuallis, & diuisionibus vti [b] oportebit: vt ipsa pronũtiatione eas res, quas demõstrabimus, inserere[c], atque intersecare[d] videamur in animis auditorum. Cùm autẽ sermo *in narratione* est, tum vocum varietate opus est, vt, quo quidque pacto gestũ sit, ita narrari videatur. Strenuè quod volumus ostẽdere factum, celeriusculè dicem[e]: at aliud, otiosè retardabimus. Deinde modò acriter, tum clementer, mœstè[e], hilariter in omneis parteis commutabimus, vt verba, ita pronuntiationem. Si qua inciderint in narratione dicta, rogata, responsa, siquæ admirationes[f], de quibus nos narrabimus: diligenter animaduertemus, vt omnium personarum sensus, atque animos voce exprimamus. Sin erit sermo *in iocatione*, leniter[g] tremebunda voce, cum parua significatione risus, sine vlla suspicione nimiæ cachinnationis, leniter oportebit à sermone serio [h] torquere ad liberalem iocum vocem. *Cùm* autem *contendere oportebit*, quoniam id aut per continuationem, aut per distributionem faciendum est. in continuatione, adaucto mediocriter sono vocis, verbis continuandis, vocem quoque adaugere oportebit, & torquere sonum,& celeriter cum clamore verba conficere, vt vim volubilem orationis vociferatio cõsequi possit. *In distributione* vocem ab imis fauceibus exclamatione quàm clarissima adhibere oportet: & quantum spatij per singulas exclamationes sumserimus, tantum in singula interualla spatij consumere iubemur. *In amplificationibus*, cum cohortatione vtemur voce attenuatissima, clamore leni, sono æquabili, commutationibus crebris, maxima celeritatẽ. In *conquestione* vtemur voce depressa, inclinato sono, crebris interuallis, longis spatiis, magnis commutationibus. 34 ¶De figura vocis satis dictum est: nunc *de corporis motu* dicendum videtur. Motus, est corporis gestus, & vultus moderatio quædam [i] quæ pronuntianti conuenit, & probabiliora reddit ea, quæ pronuntiantur. Conuenit igitur in vultu pudorem & [k] acrimoniã esse: In gestu nec venustatem conspicuã[l], nec[m] turpitudinẽ esse, ne[n] aut histriones, aut operarij videamur esse. Ad easdem igitur parteis, in quas vox est distributa, motus quoq; corporis ratio videtur esse accommodanda.

a L. & firmitudinis parte ea quæ natura comparatur, nihil nos attinet commonere &c.
b *mallem legi*, nihil nos attinet cõm.
c L. Firmam igitur maximè.
d *quidam libri vnd.* Nam læditur arteria, si ante quàm leni voce permulsa sit, acri clã. compleatur. *Sed legendum fortasse est, & hic & infra*, arteria *numero multitudinis, in neutro: quãadmodum vsurpauit Lucretius lib.* iiii. facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor.
e L. multo genere vocis
‖ quæ lectio sincera. hoc enim significat, commutationis in voce eã vim esse, vt quamuis ea variè profundatur, incolumis tamen & integra conseruetur.*
f *quidam libri non habẽt*, debemus.
g L. exclamatione,
h L. conseruãdam
i L. cum aut serm.
k *al.* suauitatis. *sed nihil necesse est*, vocem hanc antiquam P. B. mutari Plauto vsitatam. Vide Nonium c. 2. in Suauiando.*
l L. *dolo*, quæ visa sunt,
m L. acris, ad conf.
n L. trahit animum audientis.
o L. est oratio, q.
p L. aut proinde, ac.
a L. & hæ ipsæ partes sunt in octo p.
b *al.* vti oportet:
c L. inferere, atque inculcare.
d *al.* insectare: *al.* insculpere: *al.* inculcare.
e *al.* modestè,
f *al.* miserationes.*
g L. leuiter tremebunda.
h L. serio. v. ad lib. i. torquere.
i L. quædam, quæ probabiliora reddit &c. & ita *R. Steph. & Colo.*
k L. & acrimoniam inesse.
l *al.* conspiciẽdam.*
m L. nec turpitudinem, ne aut.
n *al.* vt aut.

Nam si erit sermo cum dignitate, stanteis in vestigio, leui dexteræ motu loqui oportebit, hilaritate tristitia, mediocritate vultus ad sermonis sententias accommodata. Sin erit in demonstratione sermo, paullulum corpus à ceruicibus demittemus. Nam hoc est à natura datum, vt quàm proximè tum [a] vultum admoueamus ad auditores, siquam rem [b] eos docere, & vehementer instigare velimus. Sin erit in narratione sermo, idem motus poterit idoneus esse, qui paullo antè demonstrabatur in dignitate. Sin [c] erit in iocatione, vultu quàdam debebimus hilaritatem significare, sine commutatione gestus. Si [d] contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur. Sin contentio fiet per distributionem, celeri [e] porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplosione acri & defixo aspectu vti oportebit. Sin vtemur amplificatione per cohorrationem, paullo tardiore & consideratiore gestu conueniet vti, similibus cæteris rebus, atque in contentione per continuationem. Sin vtemur amplificatione per conquestionem, fœmineo plangore, & capitis ictu, nonnumquam sedato & constanti gestu, mœsto, & contur bato vultu vti oportebit. Non sum nescius, quantum susceperim negotij, qui motus corporis exprimere verbis, imitari [f] scriptura conatus sim voces. Verùm nec hoc confisus sum posse fieri, vt de his reb[g] satis cõmodè scribi posset: nec, si id fieri non posset, hoc, quod feci, fore inutile putabam, [g] propterea quòd hîc admonere voluimus, quod oporteret: reliqua trademus exercitationi. Hoc [h] scire tamen oportet, pronuntiationem bonam id perficere [i], vt res ex animo agi videatur.

35 ¶Nunc ad thesaurum inuentorum, atque omnium partium rhetoricæ custodem, memoriam transeamus. 36 ¶MEMORIA [k] vtrùm habeat quiddam artificij, an omnis à natura proficiscatur, aliud dicendi tempus magis idoneum dabitur. Nunc perinde atque cõstet, in hac re multùm valere artem & præceptionem, ita ea [l] de re loquemur. Placet enim nobis esse [m] artificium [n] memoriæ: quare placeat, aliàs ostendemus: in [o] præsentia cuiusmodi ea sit, aperiemus. *Sunt* igitur *duæ memoriæ*: vna naturalis, altera artificiosa. *Naturalis* est ea, quæ nostris animis insita est, & simul cum cogitatione nata. *Artificiosa* est ea, quam confirmat inductio quædam, & ratio præceptionis. 37 ¶Sed quia in cæteris reb. ingenij bonitas imitatur sæpe doctrinam, ars porrò, naturæ commoda confirmat & auget: ita fit in hac re, vt nonnunquam naturalis memoria, si cui data est egregia, similis sit huic artificiosæ [q]. Porrò hæc artificiosa, naturæ commoda retinet & amplificat ratione doctrinæ. Quapropter & naturalis memoria præceptione confirmãda est, vt sit egregia: & hæc, quæ doctrina datur, indiget ingenij. Nec hoc magis, aut minus in hac re, quàm in cæteris artib[p] sit, vt doctrina [r], & præceptione, natura nitescat. Quare & illis, qui natura memores sunt, vtilis hæc erit institutio: quod tute paullo pòst poteris [s] intelligere. Quòd si illi freti ingenio nostra præceptione non indigerent, tamen iusta causa daretur, quare iis, qui minus ingenij habẽt, adiumento velimus esse. 38 ¶Nunc *de arte ficiosa memoria* loquemur [t]. *Cõstat* igitur artificiosa memoria *ex locis & imaginibus*. 39 ¶*Locos* appellamus eos, qui breuiter, perfectè, insigniter [a], aut natura, aut manu sunt absoluti, vt eos facilè naturali memoria comprehendere & amplecti queamus. vt ædes, inter columnium, angulũ, fornicem, & [b] alia, quæ his similia sunt. 40 ¶*Imagines*, sunt formæ quædã, & notæ, & simulacra eius rei, quam meminisse volumus: quod genus, equi, leones, aquilæ, quorum memoriam si volemus habere, imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit.

41 ¶Nunc, cuiusmodi *locos inuenire*, & quo pacto reperire, & in locis imagines constituere oporteat, ostendemus [c]. Quemadmodum igitur qui litteras sciunt, possunt id, quod dictũ est scribere, & recitare quod scripserunt: ita qui μνημονικὴ didicerunt, possunt, quæ audierunt, in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare. Loci enim ceræ, aut chartę similimi sunt: imagines, litteris: dispositio & collocatio imaginum, scripturæ: pronũtiatio, lectioni. Oportet igitur, si volumus multa meminisse, multos nobis locos comparare, vt in multis locis multas imagines collocare possimus. Item putamus oportere ex ordine nos locos habere, nequando perturbatione ordinis impediamur, quò secius quoto, quóque loco libebit [d], vel à superiore vel ab inferiore, vel à media parte imagines sequi, ea. quę mandata locis erunt, edere [e], & proferre possimus. Nã vt, si [f] in ordine stanteis notos complureis viderimus, nihil nostra interfit, vtrùm à summo, an ab imo, an ab [g] medio nomina eorum dicere incipiamus: itẽ in locis ex ordine collocatis eueniet, vt in quamlibet partẽ quoto quóque loco libebit, imaginibus commoniti dicere possimus id, quod locis mãdauerimus. Quare, placet [h] & ex ordine locos cõparare, & locos, quos assumserimus [i], egregiè commeditari oportebit, vt perpetuò nobis hærere possint. Nam imagines, sicut litteræ, delentur, vbi nihil illis vtimur: loci, tanquam cera, remanere debent. Et, ne fortè in numero locorũ falli possimus, quintum quemque locum placet notari: quod genus, si in quinto loco manum [k] auream collocemus, & si in decimo aliquem notum, cui prænomen sit Decimo [l]: deinde facile erit simileis notas quinto quoque loco collocare. Item commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos cõparare: propterea quòd frequentia, & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas: solitudo cõseruat integras simulacrorum figuras. Præterea dissimiles forma, atque natura loci comparandi sunt, vt distinctè interlucere possint: nam siquis multa intercolumnia sumserit, conturbabitur similitudine locorũ, vt ignoret, quid [m] quoquo in loco collocarit. Et magnitudine modica, & mediocreis locos habere oportet. Nã & præter modũ ampli vagas imagines reddunt, & nimis angusti sæpe non videntur posse capere imaginum collocationem. Tum nec nimis illustreis, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne obcæcentur tenebris imagines, aut [n] splendore præfulgeãt. Interualla locorũ mediocria esse placet, ferè paullo plus, aut minùs pedum tricenûm [o]. Nam vt aspectus, ita cogitatio minùs valet, siue nimis procul [p] amoueris, siue vehementer propè admoueris id, quod oportet videri. Sed quanquam facile est ei, qui [q] paullo plura exploraverit, quamuis multos, & idoneos locos comparare: tamen siquis [q] ad ista

a *al.* tum manum *fortè legendum*, tum vultum, tum manum.*
b *vnl.* docere eos, & vehe.
c L. Sin in iocatione, d *vnl.* Sin cõtẽdemus per.
e *fort.* celeri proiectione brachii, *sic enim loquitur in Perf. erat.* brachii proiectione in contentionibus.
f L. & voces imitari, cõsim verbis
g L. putaui,
h L. Hoc tamen scire
i L. efficere,
p. B.
k De memoria vide Quint. 11. c. 2. & librum, de Orat. 2.
l L. de ea re loq. *& ita Colin.*
m L. artificio sam memoriam.
n *al.* artifici. *al.* artificiosa vt paulo post nisi hîc artificium pro arte.*
o *al.* in præsenti, *placet.*
p L. cuiusmodi ea sit,
q L. artificiosæ: porrò hæc artif. nat. cõ. retineat, & amplificet ratione doctrinæ.
r *vnl.* vt ingenio, doctrina, præceptione natura nit.
‖quam lectionem Lãbinus improbat. Esse enim idẽ ingenium & naturam.*
s L. intelligere poteris.
t L. loquamur.

a L. insigniter. *& ita R. Steph.*
b L. & alia his similia.
c L. ostendamus.
d L. libebit, vel à sup. vel ab infer. vel à m. p. im. secuti, ea q.
P. XXII.
e *al.* videre.*
f L. si ordine stanteis, *&c. & ita R. Steph. & Colin.*
g L. a medio.
h L. *verbum* placet, *non agnoscit.*
i L. sumserimus,
k *al.* manum alterã. quod idem pene. Nam siue manum alteram, siue auream manũ legas, aptissima erit quinario retinẽdo memoria. tot enim digiti in manu.*
l *al.* Decio: & malè.*
m L. quid in quoq. loco col.
n *al.* trinum quod & huic loco conuenit magis.*
o L. remoueris
p L. qui paullo plura meminisse volueri t,
q L. si quis forte ad ista.

ad ista satis idoneos inuenire se non putabit, ipse sibi constituat quàm volet multos licebit. Cogitatio enim quamuis regionem potest amplecti & in ea situm loci cuiusdam ad suũ arbitrium fabricari & architectari. Quare licebit, si hac promta copia contenti non erimus, nosmetipsos nobis cogitatione nostra regionem constituere, & idoneorum locorum commodissimam distinctionem comparare. 42 ¶ De locis satis dictum est: nunc *ad imaginum rationem transeamus*. Quoniam ergo rerum similes imagines esse oportet, & [a] ex omnibus verbis notas nobis similitudines eligere debemus, duplices similitudines esse debent: vnæ rerum, alteræ verborum. *Rerum* similitudines exprimuntur, cùm summatim ipsorum negotiorum imagines comparamus. *Verborum* similitudines constituuntur, cùm vniuscuiusque nominis & vocabuli memoria imagine notatur. 43 ¶ Rei totius memoriam sæpe vna nota, & imagine simplici comprehendemus, hoc modo: Vt, si accusator dixerit, ab reo hominem veneno necatum: & hereditatis causa factum arguerit, & eius rei multos dixerit testeis, & conscios esse: si hoc primùm, vt ad defendendum nobis expeditum sit, meminisse volemus: in primo loco rei totius imaginem conformabimus [b] ægrotum in lecto cubantem faciemus ipsum [c] illum, de quo agetur, si [d] formam eius detinebimus. si eum non agnouerimus: aliquem ægrotum nõ de minimo loco sumemus, vt citò in mẽtem venire possit, & reum ad lectum eius adstituemus, dextra poculũ, sinistra tabulas, medico [e] testiculos arietinos tenentem. Hoc modo & testium, & hereditatis, & veneno necati memoriam habere poterimus. Item deinceps cętera crimina ex ordine in locis ponemus: &, quotiescumque rem meminisse volemus, si formarum dispositione, & imaginum diligẽti notatione vtemur, facilè ea, quæ volemus, memoria consequemur. 44 ¶ Cùm verborum similitudines imaginibus exprimere volemus, plus negotij suscipiemus, & magis ingenium nostrum exercebimus. Id nos hoc modo facere oportebit. Iam domitionem [f] reges Atridæ parant. In [g] loco constituere oportet manus ad cœlum tollentem Domitium, cùm à regibus Martiis loris cædatur. Hoc erit, Iam domitionem reges. In altero loco Æsopum & Cimbrum [h] subornare [i] Iphigeniam, Agamemnonem, & Menelaum: hoc erit, Atridæ parant; hoc modo omnia verba erunt expressa. Sed hæc imaginum conformatio tum valet, si naturalem memoriam exsuscitauerimus hac notatione, vt, versu posito ipsi nobiscum primum transeamus [k] bis, aut ter eum versum, deinde cũ imaginib[o] verba exprimamus. hoc modo naturæ [p] uppeditabitur [l] doctrina. nam vtraq; [m] altera separata minus erit firma. ita tamen vt multo plus in doctrina atque arte præsidij sit. Quod docere non grauaremur, ni metueremus, ne cum ab instituto nostro recessissemus, minus cõmodè seruaretur hæc dilucida breuitas præcepti onis. Nunc, quoniã solet accidere, vt imagines partim [n] fiãt mæ, & admonendum idoneæ sint, partim imbecilles [o], & infirmæ, quæ [p] vix memoriam possint excita-

re: qua de causa vtrumque fiat, cõsiderandum est, vt, cognita causa, quas vitemus, & quas sequamur imagines, scire possimus. Docet igitur nos ipsa natura, quid oporteat fieri. nam si quas res in vita videmus paruas, vsitatas, quotidianas, eas meminisse non solemus: propterea quòd nulla nisi noua, aut admirabili re commouetur animus. at si quid videmus, aut audimus egregiè turpe, aut honestum, inusitatum, magnum, incredibile, ridiculum, id diu meminisse consueuimus. Itemque quas res ante ora videmus, aut [a] audimus, obliuiscimur plerumque: quæ acciderunt in pueritia, meminimus optimè sæpe: nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quòd vsitatę res facilè è memoria elabuntur, insignes, & nouæ manent [b] diutius. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt: at eclipseis solis mirantur, quia rarò accidũt: & solis eclipseis magis miratur, quàm lunæ, quoniã hæ crebriores sunt. Docet ergo se natura, vulgari, & vsitata re non exsuscitari: nouitate [c] verò, & insigni quodam negotio commoueri. Imitetur igitur ars naturam, & quod ea desiderat, inueniat: quod ostendit, sequatur. Nihil est enim, quod aut natura extremum inuenerit, aut doctrina primum: sed rerum principia ab ingenio profecta sunt, & exitus disciplina comparantur. Imagines igitur nos in eo genere constituere oportebit, quod genus manere in memoria diutissimè potest. id accidet, si quàm maximè notas similitudines constituemus: si [d] non mutas, nec vagas, sed [e] aliquid notum agenteis imagines ponemus: si egregiã pulchritudinem, aut vnicã turpitudinẽ eis attribuemus: si aliqua re exornabimus, vt si coronis, aut veste purpurea, quo nobis notior sit similitudo: aut siqua re deformabimus, vt si cruentam, aut cœno oblitã, aut rubrica delibutã inducemus [f], quo magis insignita sit forma: aut si ridiculas res aliquas imaginibus attribuemus [g]. Nã ea res quoq; faciet, vt facilius meminisse possimus. Nam, quas res veras facilè meminimus, easdem fictas, & diligenter notatas meminisse non est difficile. Sed illud facere oportebit, vt identidem primos quosque locos imaginũ renouandarum causa celeriter animo percurramus. Scio, pleroſque Græcos, qui de memoria scripserunt, fecisse, vt multorum verborum imagines conscriberent, vti, qui eas ediscere vellent, paratas haberent, nequid [h] inquirendo consumerent [i] operæ: quorum rationem aliquot de causis improbamus: primùm, quòd in verborum innumerabilium multitudine ridiculum sit mille verborum imagines comparare. Quantulum enim poterunt hæc [k] valere, cùm ex infinita verborum copia, modò aliud, modò aliud nos verbum meminisse oportebit? Deinde cur volumus ab industria quemquam remouere, vt nequid ipse quærat, cùm illi omnia parata, quæsitáque tradamus? Præterea similitudine alia alius magis commouetur. Nam vt sæpe formam siquam similem cuipiam dixerimus esse, non omneis habemus [l] assensores, quòd alij videtur aliud: ita fit in imaginibus, vt quæ nobis diligenter notæ sint, ex parum videantur insignes aliis. Quare sibi quemque suo commodo conuenit imagines comparare. Postremò præceptoris est docere, quemadmodum quæri quidque conueniat, aut [m] vnum

a *al.* & ex omnib. verb. nosmet nobis notas sim.
b L. confor. mabimus, & ægrot.
c L. illum ipsum.
d L. si formã eius tenebimus, si eum non cognouerimus.
e digito scilicet, qui minimo sit proximus. *Alii tamen legunt*, medicum.*
f *al.* domitionem *al.* domutionem. *vti apud No-*
P. B. *nium.* 2. in Domutionem 209. Domutio autem vel domitio vel domitio, idẽ videtur esse, quod dominatio: aut potius facultas domus repetendæ ac visendæ. Apul. Metamorphos. Fulg. in Choragium.*
g Seofus is est. In superiore versu similitudines verborum imaginibus exprimere nos posse. Et quidem *Domitionem* & *rges* si Domitiũ ad cœlum manus tollentem, cũ à regibus Martiis loris cæderetur, nobis constituerimus. Hæc autem, *Atridæ parãt* si pariter nobis constituerimus Aesopũ & Cimbrũ tragœdos subornare in Iphigenia, Agamemnonẽ & Menelaũ: hi enim duo, Atridæ. Imaginibus verborum simili tudines ita exprimere possumus. Et hunc quidẽ locũ ita interpretor, quem Turnebus. 15. aduers. 13. videtur ignorasse.*
h Hitragœdi fuerunt.*
i *al.* suborna-
ri, vt ad Iphigeniam. | *forte legendum*, subornare in Iphigenia, vt sit nomẽ Tragœdiæ. * k *al.* transigamus. Sed nobiscum transire dixit, proapud nos. & quidem tacitos, bis aut ter versum aliquem repetere. l *alii quidem libri*, suppeditabit m L. vitaque ab altera separata n L. partim acres, firmæ, & ad monendum idon. o *fort.* imbecillæ, p & quæ vix m.

a *Rob. Steph.* At quod recens audiuimus, obliuiscimur plerumque: *&c. al.* aut quod recens audiuimus.*
p *al.* manent in animo diutius. *Rob. Steph.* diutius in animo manent. *Fortasse*, in animo, ex *adnotatione natum est*, & *subintelligendum*, *in memoria*. Vide Not.
c L. nouitate, & inf.
d *Rob. Steph.* si non multas,
e L. sed aliquid agẽteis im. & item *Colin. alii*, aliquid notum agenteis &c. *vt hic.*
f *al.* inducamus,
g *al.* attribuamus.
h L. nequid in quærendo cons.
i L. operæ cũ sumerent: q.
k L. hæ valere, | vt subintelligatur, imagines.*
l *al.* habeamus.
m L. & vnum alio,

aliquod, aut alterum, non omnia, quæ eius generis erunt, exempli causa subiicere, quò res possit esse dilucidior: vt cùm de proœmiis quærendis disputamus, rationem damus quærendi, non mille proœmiorum genera conscribimus: ita arbitramur de imaginibus fieri conuenire. Nunc, ne fortè verborum memoriam aut nimis difficilem, aut parum vtilem arbitreris, & ipsarum[a] memoria rerum contentus sis, quòd & vtiliores sint, & plus habeant facilitatis[b]: admonendus es, quare verborũ memoriam nõ improbemus. Nam putamus oportere, eos, qui velint res faciliores sine labore, & modestia facilè meminisse, in rebus difficilioribus esse antè exercitatos. Nec nos hanc verborũ memoriã inducimus, vt versus meminisse possim[c], sed vt hac exercitatione, illa rerum memoria, quæ pertinet ad vtilitatem, confirmetur: vt ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam facilitatem[c] transire possimus. Sed cùm in omni disciplina infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis, tum verò in μνημονικῆς minimùm valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. Quàm[d] plurimos locos vt habeas, & quàm maximè ad præcepta accommodatos, curare debebis. In imaginibus collocandis exerceri quotidie conueniet. Non enim sicut à ceteris studiis abducimur nonnumquam occupatione, ita ab hac re nos potest causa deducere aliqua. Numquã est enim, quin aliquid memoriæ tradere velimus, & tum maximè, cùm aliquo maiore negotio detinemur. 45 ¶ Quare cùm sit vtile, facilè meminisse, non[e] te fallit, quod tanto opere vtile sit, quanto labore sit appetendum: quod poteris existimare, vtilitate cognita. Pluribus verbis ad eã te hortari non est sententia, ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffidere, aut min[f], quàm res postulat, dixisse videamur. *De quinta parte rhetoricæ deinceps dicemus*, tu primas quasque parteis in animo frequenta[f], &, quod maximè necesse est, exercitatione confirma[g].

a L. rerum memoria cõt.
b al. facultatis.
c al. facultatem.
d L. Quam plurimos ita tur locos
e L. non te fallat,
f L. frequentato, & quod m.
g L. confirmato.

RHETORICORVM AD C. HERENNIVM LIBER QVARTVS.

Synopsis libri 4. ad Herennium.

1 ¶ De ELOCVTIONE: & quorum ex libris elocutionis exempla petenda, an oratoris aut poetæ alicuius: an potiùs nouis, & ad id de quo agitur, inuentis & excogitatis quemadmodum hic author facit. 2 ¶ De ELOCVTIONIS præceptis, & quibus in generibus seu figuris oratoria elocutio consistat. 3 Elocutionem variè constitui seu versari, 4 hoc est in orationis genere graui, 5 medio 6 extenuato seu attenuato, quod scilicet ad infimum, & quotidianum sermonem demissum est. (7 His contrarium est genus orationis sufflatum, fluctuans, dissolutum, aridum & exsangue.) 8 Genera illa orationum dignitate effici EXORNATIONIBVS seu FIGVRIS: & quidem rariùs, distinctam: crebriùs obscuram orationem reddi: sed & figuras commutandas esse, vt grauem mediocris: mediocrem excipiat attenuata. Identidem etiam commutandas esse, vt satietas varietate mutetur. 9 ¶ Elocutionis tres sunt partes, 10 ELEGANTIA, 11. cuius partes Latinitas (12 huius vitia solœcismus & barbarismus) 13 & Explanatio: quæ vel vsitatis, vel proprijs verbis comparatur. 14 COMPOSITIO, 15 DIGNITAS, quæ versatur in VERBORVM & SENTENTIARVM exornatione. 16 VERBORVM exornationes sunt hæ. Repetitio 17 Conuersio, 18 Complexio, 19 Traductio, 20 Contentio, 21 Exclamatio, 22 Interrogatio, 23 Ratiocinatio, 24 Sententia, 25 Contrarium, 26 Membrum, 27 Articulus, 28 Continuatio, 29 Compar, 30 Similiter cadens, 31 Similiter desinens, 32 Annominatio, 33 Subiectio, 34 Gradatio, 35 Definitio 36 Transitio, 37 Correctio, 38 Occupatio, 39 Disiunctio, 40 Coniunctio, 41 Adiunctio, 42 Conduplicatio, 43 Interpretatio, 44 Commutatio, 45 Permissio, 46 Dubitatio, 47 Expeditio, 48 Dissolutio, 49 Præuisio 50 Conclusio, 51 Nominatio, 52 Pronominatio, 53 Denominatio, 54 Circuitio, 55 Transgressio. 56 Superlatio, 57 Intellectio, 58 Abusio, 59 Translatio, 60 Permutatio. 61 SENTENTIARVM exornationes sunt hæ: Distributio, 62 Licentia, 63 Diminutio, 64 Descriptio, 65 Diasio, 66 Frequentatio, 67 Expolitio (ea fit commutati ne rerum, verborum tractatione.) 68 Commoratio, 69 Contentio, 70 Similitudo. 71 Exemplum, 72 Imago, 73 Effictio, 74 Notatio, 75 Sermocinatio, 76 Confirmatio, 77 Significatio, 78 Breuitas, 79 Demonstratio, 80 ¶ Conclusio operis seu quatuor ad Herennium librorum.

QVONIAM in hoc libro, C. Herenni, *de elocutione* conscripsimus, &, quibus in rebus opus fuit exemplis[a] vti nostris[b] exemplis vsi sumus, & id fecimus præter consuetudinem Græcorum, qui de hac re scripserunt: necessariò faciendum est, vt paucis rationem nostri consilij demus. Atque hoc nos necessitudine facere, non studio, satis erit signi, quòd in superioribus libris nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. Nunc, si pauca, quæ res postulat, dixerimus tibi id, quod reliquum est artis, ita, vt instituimus persoluemus. Sed faciliùs nostrã rationem intelliges, si priùs, quid illi dicant, cognoueris. Compluribus de causis putant oportere, cùm ipsi præceperint, quo pacto oporteat ornare elocutionem, vniuscuiusq; generis ab oratore, aut poeta probato sumtum ponere

a L. exemplis nostris vsi sumus,
b id est ingenio excogitatis & inuẽtis: nõ aliunde emendicatis ab oratore aut Poeta aliquo.
P. XXIII.

nere exemplum. Et primùm se id modestia commotos facere dicunt, propterea quòd videatur esse ostentatio quædam, non satis habere præcipere de artificio, sed[a] ipsos etiam videri velle artificiosè gignere exempla: hoc est, inquiunt, ostentare se, non artem ostendere. Quare pudor in primis est ad eam rem impedimento, ne nos solos probare, nos[b] amare, alios contemnere, & deridere videamur. Etenim cùm possimus ab Ennio sumtum, aut à Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia[c], illa relinquere, & ad sua deuenire. Præterea exempla testimoniorum locum obtinent. Id enim, quod admonuerit, & d leuiter fecerit præceptio, exemplo, sicut testimonio cõprobatur. Non[e] igitur ridiculus sit, si quis in lite, aut[f] in iudicio, domestico pugnet, & sui ipsius testimonio abutatur? Vt enim testimonium, sic exemplum, rei confirmandæ causa sumitur. Non ergo oportet hoc, nisi à probatissimo sumi, ne, quod aliud confirmare debeat, egeat ipsum confirmationis[g]. Etenim necesse est aut se omnibus anteponant, & sua maximè probent: aut negẽt optima esse exẽpla, quæ à probatissimis oratoribus, aut poetis sumta sunt. Si se omnibus anteponant, intolerabili arrogantia sunt: siquos sibi præponant, & eorum exempla suis exemplis non putent præstare, non possunt dicere, quare sibi illos anteponant. Quid igitur ipsa auctoritas antiquorũ? Nam cùm res probabiliores, tum hominum studia, ad imitandum alacriora reddit: immò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam, cùm spes iniecta est, posse imitando, Gracchi, aut Crassi consequi facultatem. Postremò hoc[h] ipsum est summum artificiũ, res varias, & dispareis in tot poematibus[i], & orationibus sparsas, & vagè dissectas, ita diligenter eligere, vt vnumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere possis. Hoc si industria solùm fieri posset, tamen essemus laudandi, cùm talem laborem non fugissemus: nunc verò sine summo artificio non potest fieri. Quis est enim, qui[k] non, cum summè teneat artẽ, possit ea, quæ iubeat ars, de tanta, & tam diffusa scriptura notare, & separare? Cæteri, cùm legunt orationes bonas, aut poemata, probant oratores, & poetas, neq; intelligunt, qua re cõmoti probent, quòd scire[l] non possunt, vbi sit, nec quid sit, nec quo modo factũ sit id, quod eos maximè delectet. At is, qui & hæc omnia intelligit, & idonea maximè eligit, & omnia in arte maximè scribenda, redigit in singulas rationes præceptionis, necesse est eius rei summus[m] artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est, in arte sua posse & alienis exemplis vti. Hæc illi cum dicunt, magis nos auctoritate sua commouent, quàm veritate disputationis. Illud enim veremur: necui satis sit ad contrariam rationem probandam, quòd ab ea steterint ij, qui & inuentores huius artificij fuerunt, & vetustate iã satis omnibus probati sunt. Quòd si, illorũ auctoritate remota, res[n] omneis volent cum re cõparare: intelligẽt, nõ omnia esse cõcedenda antiquitati. Primum igitur, quod abeis modestia[o] dicitur, videamus, ne nimiũ inutiliter & pueriliter proferatur. Nã si tacere, & nihil scribere modestia est, cur quicquam scribunt, aut loquuntur? Sin aliquid suum scribunt: cur, quòd secius omnia scribant, impediũtur modestia? Quasi[p] si quis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit, vt mittatur, impudenteisq;[a] illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse[b] intra carcerẽ stet, & narret aliis, quo modo Ladas[c], aut Boius[d] cùm Sicyoniis cursitarint: Sic isti, cum in artis curriculũ descenderunt, illos, qui in eo, quod est artificij, elaborent, aiunt facere immodestè: ipsi aliquem antiquum oratorem aut[e] poetam laudant, aut scripturam, sic vt in stadium[f] artis rhetoricæ prodire non audeant. Non ausim dicere, sed tamen vereor ne qua in re laudem modestiæ venentur, in ea ipsa re sint impudentes. Quid enim tibi vis? aliquis inquiet.[g] artem tuam scribis: gignis nobis nouas præceptiones: eas ipse confirmare non potes: ab aliis exempla sumis. vide ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudẽ. Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores, & poetæ, & [h] suum quisque de libris suis tulerint: nihil istis, quod[i] suũ velint, relinquetur. At exempla, quoniam testimoniorum similia sunt, item conuenit, vt testimonia, ab hominib[j] probatissimis sumi. Primùm omnium exempla ponuntur hìc non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. Non enim cùm dicimus esse exornationem quæ, verbi causa, constet ex similiter desinentibus verbis, & ponimus hoc exemplũ à Crasso, [k] QVIBVS[l] POSSVMVS, ET DEBEMVS, testimonium collocamus, sed exemplum. Hoc igitur interest inter exemplum, & testimonium: Exemplo demõstratur id, quod dicimus, cuiusmodi sit: Testimonio, esse illud ita, vt nos dicimus, confirmatur. Præterea oportet testimonium cum re conuenire. aliter enim rem non potest confirmare: at id, quod illi faciunt, cum re non conuenit. Quid ita? quia pollicentur artem se scribere, & exempla proferunt ab iis plerumque, qui artem nescierunt. Tum quis est qui possit id, quod de arte scripserit, comprobare, nisi aliquid scribat ex arte? Contráque faciunt, quàm polliceri videntur. nam cum scribere artem instituunt, videntur dicere se excogitasse, quod alios docerent: cùm verò scribunt, ostendunt nobis, quid alij excogitarint. At hoc ipsum difficile[m] est, inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? vtrum laboriosum, an artificiosum? Si laboriosum, non statim præclarũ. Sunt enim multa laboriosa, quæ si faciatis, nõ continuò gloriemini: nisi[n] fortè, etiã si vestra manu fabula, aut orationes totas trãscripsisse tis, gloriosum putaretis. Sin autẽ istud artificiũ egregiũ dicitis: videte, ne insueti rerũ maiorũ videamini. si vos parua res, sicuti magna, delectat. Nã isto modo eligere rudis quidẽ nemo potest. sed sine summo artificio multi. Quisq; enim audierit de arte paullo plus, in elocutione præsertim, omnia videre poterit, quæ ex arte dicũtur: facere nemo poterit, nisi eruditus, ita[o] vt, si de tragœdiis Ennij velis sentẽtias eligere, aut de Pacuuianis periodos[p]: quia[q] planè rudis id facere nemo poterit, cùm feceris, te litteratissimũ putes, ineptus sis, propterea q, id facilè faciat quiuis mediocriter litteratus: itẽ si, cum ex oration[ib]s, aut[r] poematib[s] elegeris exẽpla, quæ certis signis artificij notata sunt, qa rudis id nemo facere possit, artificiosissimè te fecisse putes, erras[s]: propterea q, isto signo videmus te nõnihil [t] eius scire, aliis signis te scire[u] multa intelligim[s]. Quòd si artificiosũ est intelligere quæ sunt ex arte scripta, multò

a L. impudẽteis illos d. *Robert. Steph.* impudenteis dicat esse illos,
b L. ipse intra carceres stet.
c L. Ladas, aut Boiscus Sicyonii cur. *Turn.* aut Boiscus Sicyonius curs.
d *al.* Boliscus Sicyonii. *Turneb.* 20. adu. 25. Alii, Boiscus. vt apud Xenophontẽ 5. ἀνάβ. *al.* Boeus, cuius meminit Pausan. in Atticis. à quo vrbs Boea.*
e L. aut poetam, aut aliũ scriptorem laudãt, sic vt
f *al.* studiũ.*
g inquiat. ita Priscianus legit lib. 20. in pr. vnde colligit, inquiãdici ex analogia posse.*
h L. & suum quisque de libris suis tulerit: *al.* abstulerit: *Turn.* & suũ quisque de libris sustulerit
i *al.* quod sisi esse velint, k. *vulg. omnes*, quod poss. & deb.
l sic. 1. de Oratore.*

P. XXV.

m *al.* est difficile,
n L. nisi fortè, si vestra manu fab. *Colin. & Gryph.* nisi etiam si vestra m.
o L. itaque, vt, si *vel delet*, ita.
P περίοδος Ciceroni *de Orat. & de clar. orat.* circuitus orationis, ambitus, comprehẽsio, continuatio, circunscriptio.*
q *al. lib.* sed quia pl. *al.* si quia.
r, *al.* aut poematis.
s L. erres:
t L. nonnihil scire.
u L. te nescire multa,

a L. sed etiã ipsos.
b L. nos atq. solos amare,
c al. arrogantiæ: *al.* arrogantis.*
d L. & leuiter præceperit ars, & ratio, ex.
e al. nonne.*
f L. aut in iudicio, domesticis testib. pugnet, & suo ipsi. test. *Rob. Steph.* domesticis testimoniis &c.
g *al.* confirmatione.
h *al.* Hoc ipsum summum est.
i L. poematis. sic legit Priscianus lib. 7. citans quartũ Ciceronis ad Herennium.*
k. L. Qui nisi summe teneat, &c. [*al.* qui cùm non summè.*
l L. scire non possunt,
P. B.
m L. summus sit artifex,
n *al.* rationes omnes volẽt cum rationibus comparare.*
o L. de modestia dicitur, &c. & ita *Rob. Steph.* & *Colin.*
p L. Quasi si, qui ad.

est artificiosius, ipsum scribere ex arte. Qui[a] enim scribit artificiosè, ab aliis commodè scripta facilè intelligere poterit: qui eliget facilè, non continuò ipse commodè scribit[b]. Et, si est maximè artificiosum: alio tempore vtantur ea facultate, non tum, cùm parere ipsi, & gignere, & proferre debent. Postremò, in eo vim artificij consumant, vt ipsi ab aliis potius eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur. Contra ea, quæ ab iis dicuntur, qui dicunt alienis se exemplis vti oportere, satis est dictum. Nùc[c], quæ separatim dici possunt, cõsideremus. Dicimus ergo, eos omneis, ideò quòd alienis vtantur peccare, tum etiam magis delinquere, quòd à multis exempla sumãt, sed de eo, quod postea diximus, antè videamus. Si concederem, aliena oportere assumere exempla, vincerem vnius oportere[d]: primùm, quòd contra hoc nulla staret eorum ratio. liceret enim eligerẽt, & probarent quẽlibet, qui sibi in omneis res suppeditaret exempla, vel poetam, vel oratorem, cuius auctoritate niterentur. Deinde interest magni eius, qui discere vult, vtrùm vnum[e] omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes vnum consistere: ipse quoque ad omnium nitetur facultatem. si[f] id desperabit, in paucis se exercebit. ipsis[g] enim contentus erit. nec mirum, cùm ipse præceptor artis omnia penes vnum reperire non potuerit. Allatis igitur exemplis à Catone, à Gracchis, à Lælio, à Scipione, Galba, Porcina[h], Crasso, Antonio, cęterisque: item sumtis aliis à poetis, & historiarum scriptoribus, necesse erit, eum, qui discet, ab omnibus putare omnia, ab vno pauca vix potuisse sumi. Quare[i] si vnius alicuius esse similem satis habebit omnia quæ omnes habuerint, solum habere se posse diffidet. ergo inutile est ei, qui dicere vult, putare[k] non vnum omnia posse. Igitur nemo in[l] hanc incidet opinionem, si ab vno exempla sumsissent. nunc hoc signi est, ipsos artis scriptores non putasse vnum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitére, quoniam neque sua protùlerũt, neque vnius alicuius, aut denique duorum, sed ab omnibus oratoribus, & poetis exempla sumserunt. Deinde, si[m] quis velit artem demonstrare nihil prodesse ad discendum, non malè vtatur hoc adiumento, quòd vnus omneis artis parteis consequi nemo potuerit. Quod[n] igitur iuuat eorum rationem, qui omnino improbent artem, id non ridiculum est, ipsum scriptorem artis suo iudicio comprobare? Ergo ab vno sumenda fuisse docuimus exempla, si semper aliunde sumerentur. Nunc omnino aliunde sic intelligemus sumenda non fuisse. Primùm omnium, quod ab artis scriptore affertur exemplum, de[o] eius artificio debet esse, non vt si quis purpuram, aut aliud quippiam vendens, dicat, Sume à me, sed huius exemplũ aliũde rogabo, tibiq; [p] ostendam. Si [q] merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quæritent aliud mercis: vt si aceruos se dicant tritici habere, & eorum exemplũ pugno non habeant, quod ostendãt: si Triptolemus, cùm hominibus semen largiretur, ipse[r] ab aliis hominibus id mutuaretur: aut si Prometheus, cùm mortalibus ignem diuidere vellet, ipse à vicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur? Isti magistri, omnium dicendi præceptores, non videntur sibi ridiculè facere, cùm id, quod aliis pollicentur, ab aliis quęrunt. Si, qui se fonteis maximos, penitus absconditos, aperuisse dicat & [a] hæc, sitiẽs quàm maximè, loquatur, neque habeat quo sitim sedet, non irrideatur? Isti cùm non modò dominos se fontium, sed seipsos fonteis esse dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si, cùm id pollíceantur aliis, aresçant ipsi siccitate. Chares à Lysippo statuas facere non isto modo didicit, vt Lysippus caput ostendere: Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti: sed omnia coràm magistrum facientem videbat, cæterẽ um opera vel sua sponte considerare poterat. Isti credũt, eos, qui hæc velint discere, alia ratione doceri posse cõmodius. Præterea ne[b] possunt quidem ea, quæ sumuntur ab aliis exempla, tam esse accommodata ad artem, quàm propria, propterea quòd in dicendo leuiter vnusquisque locus plerumque tangitur, ne ars appareat. in præcipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla, vt in artis formam conuenire possint: & pòst in dicendo, ne possit ars eminere, & ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur. Ergo etiam vt magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est vti. Postremò hæc quoque res nos duxit ad hanc rationem, quòd nomina rerum Græca, quæ conuertimus, ea remota sunt à consuetudine. Quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse vsitata. Ergo hæc asperiora primò videantur necesse est, idque fiet rei, non nostra difficultate. Reliquum scripturæ consumetur in exemplis. hæc aliena si posuissemus, factũ esset, vt, quod commodius esset in hoc libro, id nostrum non esset: quod asperius, & [c] inusitatum, id priùs nobis attribueretur. Ergo hanc quoque incommoditatẽ fugimus. His de causis, cum artis inuentionem Græcorum probassemus, exemplorum rationem secuti non sumus.

2 ¶ Nunc tempus postulat, vt *ad elocutionis præcepta transeamus*. Bipertita[d] erit igitur nobis elocutionis præceptio. Primum dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat[e] esse. Deinde ostendemus, quas res semper habere debeat. 3 ¶ *Sũt* igitur *tria*[f] *genera, quæ nos figuras appellamus*, in quibus omnis oratio non vitiosa consumitur: vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam[g] vocamus. *Grauis* est, quæ constat ex verborum grauium magna & ornata constructione. *Mediocris* est, quæ constat ex humiliore, neque tamen ex infima, & peruulgatissima verborum dignitate. *Attenuata* est, quæ demissa est vsque ad vsitatissimam puri sermonis consuetudinem. 4 ¶ *In*[h] *grauí* consumetur oratio figura, si, quæ cuiusque rei poterunt ornatissima verba repetiri, siue propria, siue translata, siue extranea, ad vnamquamque rem accommodabuntur: &, si graues sententiæ, quæ in amplificatione, & commiseratione tractantur, eligentur: &, si exornationes sententiarum, aut verborum, quæ grauitatem habebunt, de quibus pòst dicemus, adhibebuntur. In hoc genere figuræ erit hoc exemplum: Nam[i] quis est vestrùm, iudices, qui satis idoneam possit in eum pœnam excogitare, qui prodere hostibus patriam cogitarit? quod maleficium cum hoc scelere comparari: quod huic

a L. Qui enim ipse scribet artif.
b L. scribit.
c L. Nunc, separatim, quæ dici possint,
d L. oportere. Primum contra hoc nulla st.
e L. vnum ali quem omn. *Fal.* sin id desperarit.
f L. his enim contentus erit. *fort.* his etiam contẽtus erit.
P. B.
g L. his enim contentus erit. *fort.* his etiam contẽtus erit.
h *M. Aemilium Lepidum, Porcinam intelligit, Galba paulò minorem natu, & tamen oratorem summũ: de quo vide Ciceronem in Bruto.*
i L. Quare si se vnius
k L. non putare vnum, *&c. & ita Rob. Steph. & Colin.*
l L. in hanc incideret op. *& ita Rob. Steph.*
m L. si quis velit, demonstrare, artem nihil prod.
n L. *fort.* Quod igitur adiuuat hor.
o L. *al.* eius artificii debet esse.
p L. tibi quod ostendam. *& ita Car. Steph.*
q L. Si, mercẽ ipsi qui vẽd. aliunde exẽpl. quæritent eius mercis:
r L. ipse ab aliis id mutuar.

a L. in hæc sitiens.
b P. XVII. *vnl.* nec possunt quidem
c L. & inusitatius, id
d *al.* Bipartita *fort.* esse debeat.
e De tribus dicendi figuris.*
f *al.* attenuata vt infrà.*
g In grani figura consum. or. ſi,
h Maiestatis crimen grauissimum.*

huic maleficio dignum supplicium potest inueniri? In iis, qui violassent ingenuam [a], matremfamilias constuprassent, pulsassent aliquē, aut postremò necassent, maxima suplicia maiores nostri consumserunt: huic truculentissimo, ac nefario facinori singularem pœnā non reliquerunt? Atque [b] in aliis maleficiis ad [c] singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit: huius sceleris qui sunt affines, vno consilio vniuersis ciuibus atrocissimas calamitates machinātur. O feros animos! ô crudeleis cogitationes! ô derelictos ab humanitate homines! Quid [d] agere ausi sunt, aut cogitare potuerunt? Quo pacto hostes, reuulsis maiorum sepulcris, deiectis mœnibus, ouantes irruerent in ciuitatem: quomodo deūm spoliatis [e] templis, optimatibus trucidatis, aliis [f] arreptis in seruitutem matribus familiās, & ingenuis sub hostilem libidinem subiectis, vrbs acerbissimo concidat incendio cōflagrata [g]? qui se non putant, id, quod voluerint, ad exitum perduxisse, nisi sanctissimæ patriæ miserandum scelerati viderent cinerem [h]? Nequeo verbis consequi, iudices, indignitatem rei: sed negligentiùs id fero, quia vos mei non indigetis. Vester enim vos animus amātissimus reip. facilè edocet, vt eā, qui fortunas omniū voluerit prodere [i], præcipitē perturbetis [k] ex ea ciuitate, quam ipse spurcissimo rum hostium dominatu nefario voluerit obruere. 5¶ *In mediocri* figura versabitur oratio, si hæc, vt antè aliquantulum demiserimus, neque tamen ad infimum descenderimus, sic: Quibuscū bellum gerimus [l], iudices, videtis: cum sociis, qui pro nobis pugnare, & imperium nostrum nobiscum simul virtute & industria conseruare soliti sunt. Hi cùm se, & opes suas, & copiā necessariorū norunt, tum verò nihil minus propter propinquitatē & omnium rerum societatē, quid in omnibus rebus populus R. posset, scire [m]: & æstimare poterant. His, cùm deliberassent nobiscum bellum gerere, quæso, quæ res erat, qua freti bellum suscipere conarentur, cùm multo maximam sociorum partem in officio manere intelligerent? cùm sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam præstò esse viderent? non denique vllam rem, quæ res pertinet ad bellum administrandum? Si cum finitimis de finibus bellum gererent: si totū certamen in vno prælio positum putarēt: tamen omnibus rebus instructiores, ac paratiores venirent, nedum illud imperium orbis terrę, cui imperio omnes gētes, reges, nationes, partim vi [n], partim volūtate cōsenserunt, cùm aut armis, aut liberalitate à populo Rom. superati essent, ad se transferre tantulis viribus conarentur. Quæret aliquis, Quid? Fregellani, non sua sponte conati sunt? Eo quidem minus illi facilè conarentur, quo illi quemadmodū desciscerent [o], videbant. Nam rerum imperiti, qui vniuscuiusque rei de rebus antè gestis exempla petere non possunt, ij per imprudentiam facilè [p] deducuntur in fraudem. At ij, qui sciūt quid aliis acciderit, facilè ex [q] aliorum euentu, suis rationibus possunt prouidere. Nulla igitur re inducti, nulla spe freti arma sustulerunt? Quis hoc credat, tantam amentiā quemquam tenuisse, vt imperium populi Rom. tentare auderet, nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuisse necesse est. quid aliud, nisi [r] id quod di-

co, potest esse. 6¶ *In attenuato* [*] figuræ genere, quod ad [b] infimum, & quotidianum sermonē demissum est hoc erit exemplum: Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit. postquàm perfusus est, defricari. Deinde, vbi [c] visum est vt in alueum descēderet, ecce ibi iste de trāsuerso, Heus, inquit, adolescens, pueri tui modò me [d] pulsauerunt: satisfacias oportet. Hic, qui id ætatis ab ignoto præter cōsuetudinem appellatus esset, erubuit. Iste clariùs eadem, & alia dicere cœpit. Hic vix tandem inquit. Sine me considerare. Tum verò iste cœpit clamare voce ista [e], quæ facilè cuiuis rubores eiicere [f] posset. Ita petulans es, atque acer, vt ne ad solarium [g] quidem idoneus, vt mihi videtur, sed penes scenam, & in eiusmodi locis exercitus [h] sis. Cōturbatus est adolescens: nec mirum, cui etiam nunc pędagogi lites ad auriculas versarentur, imperito eiusmodi conuiciorum. Vbi enim iste vidisset scurram exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet [i]; vt omnia sine famæ detrimento facere posset? Igitur genera figurarū ex ipsis [k] exemplis intēlligi poterunt. Erit enim & attenuata verborum constructio quædam, & [l] item alia in grauitate, alia posita in mediocritate. 7¶ Est autem cauēdum, ne, dum hæc genera cōsectamur [m], in [n] finitima, & propinqua vitia veniamus. Nam graui figuræ quæ laudanda est, propinqua est ea, quæ fugienda est, quæ rectè videbitur appellari, si *fufflata* nominabitur. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe, ita grauis oratio sæpè imperitis videtur ea, quę turget & inflata est. cùm aut nouis, aut ptiscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut grauioribus, quàm res postulat, aliquid dicitur, hoc modo. Nam qui [o] perduellionibus vendităt patriam, non satis supplicij dederit, si præcepsin Neptunias depultus erit lacunas. Pœniret igitur istum, qui mōteis belli fabricatus est, campos sustulit pacis. In hoc genus plerique cum declinassent, & ab eo, quò profecti sunt, aberrauerunt, & specie grauitatis falluntur, nec prospicere possunt orationis tumorē. Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si peruenire eò non poterunt, errantes perueniunt ad [p] confine genus eius generis, quod appellamus *fluctuans & dissolutum*: eò quòd sine neruis, & articulis fluctuat huc & illuc, nec [q] potest confirmare, nec viriliter sese expedire. Id est huiusmodi: Socij nostri cùm belligerare nobiscum vellent, profectò ratiocinati essent etiam atque etiā, quid possent facere, si quidem sua sponte facerent & non haberent hinc [r] adiutores multos, & malos homines, & [s] audaceis. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem. diffluit enim totus, neque quicquam comprehendens perfectis verbis amplectitur. Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commodè versari, veniunt ad *aridum & exsanguem genus orationis*, quod nō alienum est exile nominari, cuiusmodi est hoc: Nam [t] istic ille ad balneas accessit: ad hunc postea dixit hic tuus seruus me pulsauit. Post eà dixit hic illi, considerabo. Post ille huic conuicium fecit, & magis magisque præsentibus multis clamauit. Friuolus hic quidē iā, & illiberalis est sermo. Nō enim adeptus est id,

a L. ingenuū, mater.

P. B.
b L. Atqui in aliis.
c L. aut ad sing.

d L. qui agere ausi sunt, aut cogitare potuerunt, quo pacto.
e L. templis spoliatis,
f L. aliis ab reptis in seruitutem, virginib. mat. fam. ing. pueris sub.
g L. cōflagrata.
h L. cinerem.

i *fortè*, perdere.
k L. deturbetis: *al.* proturberis.

l L. geramus.

m L. scire, & æstimare.

n L. partim voluntate cō senserunt,

o L. desciuisse nt,

p L. facillimè deducuntur.
q L. ex eorū euentu,

r L. XXVII.

s L. ni hoc.

al. extenuato vt supra*
b Etiam in infimo & quotidiano sermone figuris vtimur.*
c L. vbi visū est in alueū descendere, ecce.
d L. me pulsarunt.
e L. ea, quæ f. c. rubelicere poss. *al.* voce magna, ea quæ perfacile cuiusis rubo elicere possent: [*al.* elicere: vel inicere*
g Solarium pars fori in quā minima iudicia exercebantur Sic Cicero 1° *Quintilio*, Quintius nō ad solarium, non in campo versatus est.*
h L. exercitatus sis.
i *al.* deperderet*
k L. ex his exemplis
l L. & item alia in grauitate posita, alia in med.
m *al.* consectemur,
n Vitiosa orationis genera, fufflatum, fluctuans, seu dissolutū aridum seu exsangue.*
o L. qui perduellibus.

p L. ad confine eius generis genus, q.

q L. nec potest sese confirmare, nec viriliter expedire.

P. B.
r L. hīc.
s L. atq.

t L. Nam ille ad baln. R. *Steph.* Nam istic ad baln.

quod habet attenuata figura, puris verbis, & electis, compositam orationem. 8¶ Omne genus orationis, & graue, & mediocre, & attenuatũ, dignitate afficiunt *exornationes*, de quibus pòst loquemur: quæ si raræ disponentur, distinctam, sicuti coloribus: si crebræ collocabuntur, ôblitam [a] reddunt orationem. Sed figuram in dicendo commutari oportet, vt grauem mediocris, mediocrem excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur, vt facilè satietas varietate vitetur. 9¶ QVONIAM, quibus in generibus elocutio versari debeat, dictũ est, videamus nunc *quas res debeat habere locutio*, [b] *commoda & perfecta*. Quæ [c] maximè ad modum oratori accommodata est, treis res in se debet habere, elegãtiam, compositionem dignitatem. 10¶ *Elegantia* est, quæ facit, vt vnumquidque purè & apertè dici videatur. Hæc distribuitur in Latinitatem, & explanationem. 11¶ *Latinitas* est, quæ sermonem purum cõseruat, ab omni vitio remotũ. 12¶ *Vitia in sermone*, quò minùs is Latinus sit, duo possunt esse: Solœcismus, & Barbarismus. *Solœcismus* est, cùm verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. *Barbarismus* est, cùm verbum aliquod vitiosè effertur. Hæc qua ratione vitare possim[e], in arte Grãmatica dilucidedicemus. 13¶ *Explanatio* est, quæ reddit apertata, & dilucidam orationem. Ea cõparatur duabus rebus, vsitatis verbis, & propriis. Vsitata sunt ea, quæ versantur in sermone & consuetudine quotidiana. Propria, quæ eius rei verba sunt, aut esse possunt, qua de loquemur. 14¶ *Compositio*, est verborum constructio, quæ facit omnis parteis o rationis æqualiter[d] perpolitas. Ea conseruabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quæ vastam, atque hiantem orationem reddunt, vt hoc est: Baccæ [e] ænea amœnissimæ impendebant & si vitabimus eiusmodi litterę nimiam assiduitatem: cui vitio versus hic erit exemplo, nã hîc nihil prohibet in vitiis, alienis exemplis vti,

O Tite, tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti. Et hic eiusdem poetæ,

Quidquam quisquam cuiquam quod conueniet[f], *neget.* Et, si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus, ea est huiusmodi: Nam cuius rationis ratio nõ exstet, ei rationi ratio non est fidem habere. Et si non vtemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo:

Flentes [g], *plorantes, lacrimantes, obtestantes.* Et, si verborum transiectionem [h] vitabimus, nisi quæ erit concinna, qua de re posteriùs loquemur, quo in vitio est Lucilius assiduus, vt hoc est in priore libro:

Has ver. ad te scriptas, Luci, misimus, Æli. Itẽ, fugere oportet longam verborum continuationem, quæ & auditoris aureis, & oratoris spiritum lædit. His vitiis in compositione vitatis, reliquum operis consumendum est in dignitate. 15¶ *Dignitas* est, quæ reddit ornatã orationẽ varietate distinguens. Hæc [i] in verborum, & sententiarum exornationem diuiditur. *Verborũ* exornatio est quę ipsius sermonis insignita continetur [k] perpolitione. *Sententiarum* exornatio est, quæ nõ in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. 16¶ *Repetitio* [l] est, cùm continenter ab vno atque eodem verbo in rebus similibus [m] & diuersis principia sumuntur, hoc modo: Vobis istud attribuendũ est, vobis gratia [n] habenda, vobis res ista erit honori. Item, Scipio Numãtiã sustulit, Scipio Karthaginẽ deleuit, Scipio pacẽ peperit, Scipio ciuitatẽ seruauit. Item, tu in forũ prodire, tu lucem cõspicere, tu in horũ cõspectũ venire conaris? audes verbũ facere? audes quidquam ab istis pẽtere? audes supplicium deprecari? quid est, quod possis defendere? quid est, quod audeas postulare? quid est, quod tibi putes concedi oportere? Non iusiurandum [a] reliquisti? nõ amicos prodidisti? nõ parenti manus intulisti? non denique in omni dedecore volutatus es? Hæc exornatio, cùm multum venustatis habet, tũ grauitatis, & acrimoniæ plurimùm. Quare videtur esse adhibenda & ad exornandam & [b] ad augendam orationem. 17¶ *Conuersio* est, per quam non, vt antè, primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter reuertimur, hoc modo: Pœnos populus Rom. iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item, ex quo tempore cõcordia de ciuitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, resp. sublata est. Item, C. Lælius homo nouus [c] erat, ingeniosus erat, doctus erat, bonis viris & studiosis [d] amicus erat. ergo in ciuitate primus erat. Item, Nam cùm istos, vt absoluant te, rogas: vt peierent rogas: vt existimationem negligant, rogas: vt leges populi Rom. tuę libidini largiantur, rogas. 18¶ *Complexio* est, quę vtrãque complectitur exornationem, & hanc, & quam antè exposuimus, vt & repetatur idem primum verbum sæpius, & crebrò ad idem postremum reuertamur, hoc modo: Qui sunt, qui fœdera sæpe ruperunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformauerunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Karthaginienses. Videte ergo, quid [e] conueniat eos impetrare. Item, Quẽ senatus dãnarit, quem populus Rom. damnarit, quem omnium existimatio dãnarit, eum vos sententiis vestris absoluetis? 19¶ *Traductio* est, quæ facit, vt, cùm idem verbum crebriùs ponatur, non modò non offendat animum, sed etiam cõciniorem orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non [f] pòt colere. Item, Eũ tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquã tam crudeliter vitam hominis petiisset. At erat inimicus. ergo inimicum sic vlcisci voluit, vt ipse sibi reperiretur inimicus? Item, Diuitias sine diuitum esse, tu verò virtutem præfer diuitiis. Nam si voles diuitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi videbuntur diuitiæ, quæ virtutis pedissequæ [h] sint. Ex eodem genere exornationis est, cùm idem verbum modò ponitur in hac, modò in altera re, hoc modo: Cur eã rem tam studiosè curas, quæ multas tibi dabit curas? Item, Amari iucundum est, si curetur, nequid insit amari. Item, Veniã ad vos, si mihi senatus det veniam. In his quattuor generibus exornationum, quę adhuc propositę sunt, non [i] inopia verborum fit, vt ad idem verbũ redeatur sæpius: sed inest festiuitas quædam, quæ faciliùs auribus diiudicari, quàm verbis demonstrari potest. 20¶ *Contentio* est, cùm [k] ex contrariis verbis, aut rebus oratio conficitur, hoc pacto, Habet assentatio iucũda principia, eadẽ exitus amarissimos affert. Itẽ, Inimicis te placabilem, amicis inexorabilẽ [l] præbes. Item, In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus,

a L. oblitam reddent or.

b al. elocutio vt supra.*

c L. Quæ maximè oratori ac. al. quæ maximè ad commodum oratoris &c.

d L. æquabiliter.

e L. Baccæ. Eoæ amœ. id est, vniones Orientales.*

f. XXVIII. f L. cõueniat,

g versus spõdaicus.*

h al. traiectionem.

i vulg. Hæc & in verborum, & sent.

k L. perpolitione continetur.

l De Exornationibus verborum.*

m forte dissimilibus, & diuersis

n L. gratia est habenda.

a L. iusiurandum cõtemsisti?

b & ad exaugendam or.

c L. nauus erat.

d σπουδαίοις.

p. R.

e al. quàm cõueniat eos veniam impetrare.*

f L. colere aũ potest.

g fort. diuitiis præfer.

h L. pedisequæ sint.

i al. sit vt ad idẽ verbum non inopia verborum red. sæp.

k al. cùm ex cõtrariis rebus or.

l al. implacabilem.*

orioſus. In re frigidiſſima cales, in feruētiſſima friges. Tacito cùm opus eſt, clamas: cùm loqui conuenit, obmutescis. Ades? abeſſe vis: abes? reuerti cupis. In pace bellum quæritas: in bello pacem deſideras. In concione de virtute loqueris, in prælio per[a] ignauiam tubæ ſonitum perferre non potes. Hoc genere ſi diſtinguemus orationem, & ornati, & graues poterimus eſſe. 21¶ *Exclamatio* eſt, quæ conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem, hoc modo: Te nunc alloquor, Africane, cuius mortui quoque nomen ſplendori, ac decori eſt ciuitati. Tui clariſſimi nepotes ſuo ſanguine abluerūt inimicorum crudelitatem. Item, O perfidioſæ Fregellæ, quàm facilè ſcelere veſtro contabuiſtis! vt, cuius nitor vrbis Italiam nuper illuſtrauit, eius nunc vix fundamentorum reliquiæ[b] maneant. Item, Bonorum inſidiatores latrocinio vitam innocentiſſimi cuiuſque petiſtis: rantámne ex iniquitate iudiciorum veſtris calumniis aſſumitis[c] facultatem? Hac exclamatione ſi loco vtemur, & rarò, & cùm rei magnitudo poſtulare videbitur: ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus. 22¶ *Interrogatio* non omnis grauis eſt, neque concinna, ſed hæc, quę, cùm enumerata ſunt ea, quæ obſunt cauſæ aduerſariorum, confirmat ſuperiorem orationem, hoc pacto: Cùm igitur hæc omnia faceres, diceres, adminiſtrates, vtrùm animos ſociorum ab rep. remouebas, & alienabas, an non? & [d] vtrúmne aliquem exornari oportuit, qui iſta prohiberet, ac fieri nō ſineret, an nō? 23¶ *Ratiocinatio* eſt, per quam nos ipſi à nobis rationem poſcimus, quare quidque dicamus, & crebrò noſmet à nobis petimus vniuſcuiuſque propoſitionis explanationem. Ea eſt huiuſmodi: Maiores noſtri ſiquam vnius peccati mulierem damnabant: ſimplici iudicio multorū maleficiorum conuictam putabant. Quo pacto? quoniam, quam impudicam iudicarant, eam veneficij quoque damnatam exiſtimabant. Quid ita? quia neceſſe eſt, eam quæ ſuum corpus addixerit turpiſſimæ cupiditati, timere pmultos. Quos iſtos? virum, parēteis[e], ceteros, ad quos videt ſui dedecoris infamiā pertinere. Quid poſtea? quos tantopere timeat, eos neceſſe eſt, vt, quoquo modo poſſit, veneficio petat. Cur? quia nulla poteſt honeſta ratio retinere eam, quā magnitudo peccati facit timidam, intemperantia audacem, natura muliebris inconſideratam. Quid veneficij damnatam? quid? putabant impudicam quoque neceſſariò. Quare? quia nulla faciliùs ad id maleficium cauſa, quàm turpis amor, & intemperans libido commouere potuit: cùm, cuius animus mulieris eſſet corruptus, eius corpus caſtum eſſe non putarint. Quid [f] in viris? idémne hoc obſeruabant? minimé. Quid ita? quia viros ad vnumquodque maleficium ſingulæ cupiditates impellunt: Mulieres ad omnia maleficia cupiditas vna ducit. Itē, Bene maiores noſtri hoc comparauerunt, vt neminem regem, quē armis cepiſſent, vita priuarēt. Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio conſumere, quos eadem fortuna paullo antè in ampliſſimo ſtatu collocarat. Quid quòd exercitum cōtrà duxit? deſino meminiſſe. Quid ita? quia viri fortis eſt, qui de victoria contendant, eos hoſteis putare: quia victi ſunt, eos homines iudicare, vt poſſit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille, ſi viciſſet, num idem feciſſet? nō profectò tam ſapiens fuiſſet. Quid igitur ei parcis? quia talem ſtultitiam contēnere, non imitari conſueui. Hęc exōrnatio ad ſermonem vehementer accommodata eſt, & animum auditoris reddit[a] attentum, tum venuſtate ſermonis, tum rationum expectatione. 24¶ *Sententia*, eſt oratio ſumta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita breuiter oſtendit, hoc modo. Difficile eſt[b] primùm [c] virtutem reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus. Item, Liber[d] is eſt exiſtimandus, qui nulli turpitudini ſeruit. Item, Egens æquè eſt is, qui non ſatis habet, & is, cui nihil ſatis poteſt eſſe. Item, Optima viuendi ratio eſt eligenda eam iucundam conſuetudo reddet. Huiuſmodi ſententiæ ſimplices, non ſunt improbandæ, propterea quòd habet breuis expoſitio, ſi rationis nullius indiget, magnā delectationem. Sed illud quoque probandum eſt genus ſententię, quod cōfirmatur ſubiectione rationis, hoc modo: Omnes bene viuendi rationes in virtute ſunt collocandæ, propterea quòd ſola virtus in ſua poteſtate eſt: omnia præter[e] eam ſubiecta ſunt fortunæ dominationi. Item, Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecuti ſunt, hi, ſimul ac fortuna dilapſa eſt, deuolāt omnes. Cùm enim receſſit ea res, quæ fuit conſuetudinis cauſa, nihil ſupereſt, quare poſſint in amicitia retineri. Sunt item ſententiæ, quæ [f] dupliciter efferuntur [g], hoc modo ſine ratione: Errant qui in proſperis rebus omneis impetus fortunæ ſe [h] putant fugiſſe. Sapienter cogitāt, qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant. Cum ratione, hoc pacto, Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, fallūtur, propterea quòd ætas illa non eſt impedimento bonis ſtudiis. at hi ſapienter faciunt, qui adoleſcenteis maximè caſtigant, vt, quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima velint comparare. Sententias interponi ratò conuenit, vt rei actores, non viuendi præceptores eſſe videamur. cùm ita interponētur, multum afferent ornamenti. Nam neceſſe eſt animo eam comprobet tacitus auditor, cùm ad cauſam videat accommodari rem certam, ex vita & moribus ſumtam. 25¶ *Contrarium* idem fere eſt, quod contētio. Contrarium eſt, quod ex reb. diuerſis duabus, alteram breuiter, & facilè confirmat hoc pacto: Nam, qui ſuis rationibus inimicus fuerit ſemper, eum quomodo alienis rebus amicum fore ſperes? Et item, Nam, quem in amicitia perfidioſum [i] cognoueris, eum quare putes inimicitias cum fide habere poſſe? Et, qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum, & [k] ſui cognoſcētem videre in poteſtate quis ſperet? Et, qui in ſermonibus, & cōuentu amicorum verum dixerit numquā, eum ſibi in concionibus credis à mēdacio temperaturum? Item, Quos ex [l] collibus deiecimus, cū iis in campo metuimus dimicare? Qui cùm plures erant, pauciis nobis exequari nō poterāt: hi poſtq̄ pauciores ſunt, metuim?, ne ſint ſuperiores? Hoc exornationis genus, breuibus & continuatis verbis perfectū eſſe debet, & cùm commodum eſt auditu,

a L. præ ignauia.

p. xxix.

b L. reliquiæ remaneant.

c L. aſſumſiſtis facul.

d L. & vtrùm aliq. *& item* R. Sieph.

e L. parēteis, ſtatres, cet.

f L. Quid? in viris idémne &c.

p. x.

a L. retinet attentum cùm ven.

b L. pluriмùm virt. cideſt, in ipſis agendi prioribus. ſed præſtat, pluriмù hoc ſenſu accipi, Difficile eſt in magna licētia iuſtè viuere.* d *al.* Liber eſt is exiſt.

e *al.* præterea.*

f *volg.* quæ duplices eſſ. g L. efferuntur, & cum ratione & ſine ratione: ſine ratione hoc modo: Er.

h L. ſe putant effugiſſe.

i *al.* perfidioſum eſſe cog.

k L. & ſui cognoſcentem fore in pot.

p. xxx.

l L. de coll.

propter breuem & absolutam conclusionem: cum verò vehementer id, quod opus est oratori, comprobat contraria re, & ex eo, quod dubium non est, expedit illud, quod dubium est, vt aut dilui non possit, aut multo difficillimè possit. 26¶ *Membrum* orationis appellatur res breuiter absoluta sine totius sententiæ demõstratione, quæ denuo alio mẽbro orationis excipitur. hoc modo: Et inimico proderas. id est vnum, quod appellatur mẽbrum. deinde hoc excipiatur oportet ab altero, Et amicũ lædebas. Ex [a] duobus mẽbris hæc exornatio potest constare: sed cõmodissima & absolutissima est quæ ex tribus cõstat, hoc pacto: Et inimico proderas, & amicum lędebas, & [b] tibi ipsi non consulebas. Item, nec reipublicæ cõsuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti. 27¶ *Articulus* dicitur, cùm singula verba interuallis distinguuntur cæsa oratione, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu aduersarios perterruisti. Item, Inimicos inuidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti. Inter huius generis, & illius superioris vehemẽtiam hoc interest, quòd illud tardiùs, & rariùs venit, hoc crebriùs & celeriùs peruenit. Itaque in illo genere, ex remotione brachij, & contortione dexteræ [c] gladius ad corpus affertur: in hoc autem, crebro, & celeri vulnere corpus consauciari videtur. 28¶ *Continuatio*, est dẽsa, & continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum. Ea vtemur commodissimè tripertitò [d]: in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia, hoc pacto: Ei non multùm potest obesse fortuna, qui sibi firmi[e] in virtute, quàm in casu prędidium collocauit. In contrario, hoc modo: Nam si quis spei non multum collocarit in casu, quid est, quòd ei magnopere casus obesse possit? In conclusione, hoc pacto: Quòd si in eos plurimùm fortuna potest, qui suas rationes omneis in casum contulerunt: non sunt omnia committenda fortunæ, ne [e] magnam nimis in nos habeat dominationẽ. In his tribus generibus ad continuationis vim adeò frequentatio est necessaria, vt infirma facultas oratoris videatur, nisi sententiam, & contrarium, & conclusionem frequentibus efferat verbis. Sed & aliàs quoque nonnunquã non alienum est, tametsi necesse non est, eloqui res aliquas per huiusce modi continuationes. 29¶ *Compar* appellatur, quod habet in se mẽbra orationis, de quibus antè diximus, quæ [f] constant ex pari fere numero syllabarum. Hoc [g] non de enumeratione nostra fiet: (nam id quidem puerile est) sed tantum affert vsus & exercitatio facultatis, vt animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus, hoc modo: In prælio mortem pater opperebatur, domi filius nuptias comparabat: hæc [h] omnia graueis casus administrabant. Item, Illi fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparauit. In hoc genere sæpe fieri potest, vt non planè par sit numerus syllabarum, & tamen esse videatur, si vna, aut etiam altera syllaba est alterum breuius: aut si cùm in altero plures sunt, in altero longior aut lõgiores, plenior aut pleniores syllabæ erunt: vt longitudo, aut plenitudo harum, multitudinem alterius æquatur & exæquet. 30¶ *Similiter cadens*, exornatio dicitur, cùm in eádẽ constructione verborum, duo, aut plura sunt verba, quæ similiter iisdem casibus efferuntur, hoc modo: Hominem laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item, Cuius omnis in pecunia spes est, eius à sapientia est [a] animus remotus. Diligentia cõparat diuitias, negligẽtia corrumpit animum: & tamen cùm ita viuit, neminem præ se ducit hominem. 31¶ *Similiter desinens* est, cùm tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, hoc pacto: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Vtilis inuidiosè, delinquis studiosè, loqueris odiosè. Item. Audacter territas, humiliter placas. Hæc duo genera, quorum alterum in exitus, alterum in casus similitudine versatur, inter se vehementer conueniunt: & ea re, qui his bene vtuntur, plerumque simul ea collocant in iisdem partibus orationis. Id hoc pacto facere oportet: Perdirissima ratio est amorem petere, pudorem fugere: diligere formam, negligere famam. Hîc & ea verba, quæ casus habent, ad casus simileis: & illa, quæ non habent, ad simileis exitus veniunt. 32¶ *Annominatio* est, cùm ad idem verbum, & idem nomen acceditur cõmutatione [b] vnius litteræ, aut litterarũ, syllabæ aut syllabarũ: aut ad res dissimileis similia verba accõmodantur. Ea multis, & variis rationibus cõficitur. *Attenuatione*, aut *complexione eiusdem litteræ*, sic: Hic, qui se magnificè iactat, atque ostentat, veniit [c] à te antè, quàm Romam venit. *Ex contrario*: Hic, quos homines alea vincit, eos [d] ferro statim vincit. *Productione* eiusdem litteræ, hoc modo: Hunc auium dulcedo ducit ad auium. Breuitate eiusdem litteræ, hoc modo: Hic tametsi videtur esse honoris cupidus, tamen non tantùm curiam diligit, quantùm Curiam. *Addendu litteris*, hoc pacto: Hic sibi posset temperare, nisi amori mallet obtemperare. *Demendu* litteris, sic: Si lenones, tanquam leones vitasset, vitæ se tradidisset. *Transferendu* litteris sic: Videte, iudices, vtrùm homini nauo an vano credere malitis. Item, Nolo esse laudator ne videar adulator. *Commutandu*, hoc modo: Deligere [e] oportet, quem velis diligere. Hę sunt annominationes, quæ [f] in litteratura, commutatione, breuitate, aut productione, aut translatione, aut aliquo huiusmodi genere versantur. *Sunt* autem *aliæ*, quę non habent tam propinquam in verbis similitudinem, & tamen dissimiles non sunt: *Quibus de generibus vnum* est huiusmodi. Quid veniam, qui sim, quare veniam, quem insimulem, cui prosim, quem postulem, breui cognoscetis. Nam hic est in quibusdam verbis quędam similitudo non tam affectanda, quàm illę superiores, sed tamẽ adhibenda nonnunquam. *Alterum* genus huiusmodi: Demus operam, Quirites, ne omnino P. C. circunscripti putentur. Hæc annominatio accedit magis ad similitudinem, quàm [g] illa superior: sed minus, quàm illę superiores: propterea quòd non solùm additæ, sed vno tempore demtæ quoque litteræ sunt. *Tertium* genus est, quod *versatur in casuum commutatione*, aut vnius, aut plurium nominum. *Vnius nominis*, hoc modo: Alexander Macedo summo labore animum ad virtutes à [h] pueritia confirmauit. Alexandri virtutes per orbem terræ cum laude & gloria vulgatę sunt. Alexandrum omnes, vt maximè metuerunt, item plurimùm dilexerunt. Alexandro si vita longior data esset, Oceanum Macedonum gloria transuolasset [i]. Variè hîc vnum nomen in commutatione casuum volutatum est. *Plura nomina*

a L. ex duob. membris solis, &c.

b L. & tibi ipse non cõs.

c al. dextra

d L. tripartitò.

e L. ne nimis magnã in n.

P. ii.

a al. quæ cõstent ex

g L. Hoc non dinumeratione |alii, denumeratione. *

h L. hæc omnia grauis casus administrabat.

a L. animus est remotus.

b al. commutatione, vel additione v.

c L. veniit antè quàm R.

d L. post Manutium eos ferro statim vincit |& cet. vt sit vincit, à vincio. *

P. xxxi.

e al. delegere. *

f al. quæ in litterarum breui commutatione, aut productione, &c.

g L. quàm superior.

h L. à pueritia conformauit.

i al. trauolasset.

mina casibus commutatis, hoc modo faciunt annominationem: Ti. Gracchum rempublicam administrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari. C. Graccho similiter occisio oblata est, quæ [a] reipublicæ virum amantissimum subitò de sinu ciuitatis eripuit. Saturninum fide captum malorum [b] perfidia per scelus vita priuauit. Tuus, ô Druse sanguis domesticos parietes, & vultum parentis aspersit. Sulpicium, cui paullo antè omnia concedebant, cum breui spatio non modò viuere, sed etiam sepeliri prohibuerunt. Hæc tria genera proxima exornationum, quorum vnum in *similiter cadentibus*, alterum in *similiter desinentibus* verbis, tertium *in annominationibus* positum est, perrarò sumenda sunt, cùm in veritate dicemus: propterea [c] quòd non hæc videntur reperiri posse sine elaboratione & [d] consumtione operæ. Eiusmodi autem studia ad delectationem, quàm ad veritatem, videntur accommodatiora. Quare fides, & grauitas, & seueritas oratoria minuitur his exornationibus frequenter collocatis: & non modò tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur quoque in eiusmodi oratione auditor, propterea quòd est in his lepos, & festiuitas, non dignitas, neque pulchritudo. Quare quæ sunt ampla & pulchra, diu placere possunt: quæ lepida & concinna, citò satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum. Quo modo igitur, si crebrò his generibus vtemur, puerili videbimur elocutione delectari: ita si rarò has interseremus exornationes, & in causa tota variè dispergemus, commodè luminibus distinctis illustrabimus orationem.

33 ¶ *Subiectio* est, cùm interrogamus aduersarios, aut quærimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit: deinde subiicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adiumento futurum sit, aut [e] offuturum illis è contrario. hoc modo, Quero igitur, vnde iste tam pecuniosus sit factus. Amplum patrimonium relictum est? at patris bona venierunt. Hereditas aliqua obuenit? non [f] potest dici, sed etiam à necessariis omnibus exheredatus est. Præmium aliquod ex lite, aut iudicio cepit? non modò id non fecit, sed etiam insuper ipse grádi sponsione [g] victus [h] est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis: aut isti domi nascitur aurum, aut vnde licitum non est. pecunias accepit. Item, Sæpe, iudices, animaduerti, multos aliqua ex hone stare, quam ne inimici quidem criminari possint, sibi præsidium petere: quorum nihil potest aduersarius facere. Nam vtrùm ad patris virtutem confugiet? at eum vos iurati capite damnastis. An ad suam reuertetur antiquam vitam, alicubi [i] honestè tractatam? at hic quidem ante oculos vestros quomodo vixerit, scitis omnes. An cognatos suos enumerabit, quibus vos conueniat commoueri? at hi quidem nulli sunt. Amicos proferet? at nemo est, qui sibi non putet turpe, istius amicum nominari. Item, Credo, inimicum, quem nocentem putabas, in iudicium adduxisti: non nam [k] indemnatum necasti. Leges, quæ id facere prohibet, veritus es? at ne scriptas quidem iudicasti. Cùm ipse te veteris amicitiæ commonefaceret, commotus [l] es? at nihilo minus, sed etiam studiosiùs occidisti. Quid? cùm tibi pueri ad pedes volutarentur, misericordia motus es? at eorum patrem crudelissimè sepultura quoque prohibuisti. Multùm inest acrimoniæ, & grauitatis in hac exornatione, propterea quòd, cùm quæsitum est, quid oporteat, subiicitur id non esse factum. Quare facillimè fit, vt augeatur indignitas negotij. Ex eodem genere, vt ad nostram quoque personam referamus subiectionem, sic: [a] Nam quid me facere cõueniret [b], cùm à tanta Gallorum multitudine circumsederer [c]? an [d] dimicarem? at cum parua manu tum [e] prodiremus, locũ quoque inimicissimum [f] habebamus. Sederem in castris? at neque subsidium, quod exspectarem, habebamus, neque erat quo vitam produceremus. Castra relinquerem? at obsidebamur. Vitam militum negligerem? at [g] ea videbar eos accepisse conditione, vt quoad possem, incolumeis patriæ & parentibus conseruarem. Hostium conditionem repudiarem? at salus antiquior est militum quàm impedimẽtorum. Huiusmodi [h] consequuntur identidem subiectiones, vt ex omnibus ostendi videatur, nihil potius, quàm quòd factum sit, faciendum fuisse.

34 ¶ *Gradatio* est, in qua non antè ad consequens verbum descenditur, quàm [i] ad superius consensum est, hoc modo. Nam [k] quæ reliqua spes manet libertatis, si illis & quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, faciũt: & quod faciunt, vobis molestum non est? Item, Non [l] sensi [m] hoc, & non suasi: neque suasi, & non ipse statim facere cœpi: neque facere cœpi, & non perfeci: neque perfeci, & non probaui. Item, Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Item, Imperium Græciæ fuit [n] apud Athenienseis, Athienensium potiti sunt Spartiatæ, Spartiatas superauere Thebani, Thebanos Macedones vicerunt, qui ad imperium Græciæ breui tempore adiunxerunt Asiam bello subactam. Habet in se quendam lepõrem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quæ propria est huius exornationis.

35 ¶ *Definitio* est, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolutè, hoc modo, Maiestas reipublicę est, in qua continetur dignitas & amplitudo ciuitatis. Item, Iniuriæ sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut conuitio aureis, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violant. Item, Non est ista diligentia, sed auaritia, ideo quòd diligentia, est accurata conseruatio suorum, auaritia [o], iniuriosa appetitio alienorum. Item, Non est ista fortitudo, sed temeritas. propterea quòd fortitudo, est contemtio laborum, & periculi cum ratione vtilitatis, & compensatione commodorum, temeritas est cum inconsiderata laborum [p] perpessione gladiatoria periculorum susceptio. Hęc ideò commoda putatur exornatio, quòd [q] omnem rei cuiuspiam vim, & potestatem ita dilucidè proponit, & breuiter explicat, vt neque pluribus verbis oportuisse dici videatur, neq; [r] lucidius potuisse dici putetur.

36 ¶ *Transitio* vocatur, quæ cùm ostendit breuiter quod [s] dictũ sit, proponit itẽ breui quod consequatur, hoc modo, In patriá cuiusmodi fuerit, habetis, [t] nũc in patenteis qualis exstiterit, considerate. Item, Mea in istum beneficia cognoscitis, nunc, quomodo iste mihi gratiam retulerit, accipite. Proficit hæc aliquãtum exornatio ad duas res. nam & quid dixerit commonet, & ad reliquum comparat auditorem.

37 ¶ *Correctio*

a L. quæ virum reip. amant.
b L. maiorum al. maiorum natu perf.
c L. propterea quod hæc reperiri posse non videntur
d L. & operæ cõsumtione.
e L. aut illis obfuturum
f L. fort. non modo nõ potest dici.
g quidã. Aul. Vinctus est.
h Sponsione vincere dixit vt in or. pro Quint. Porro quid sponsio ac sponsione vincere, aliàs dixi.*
i al. alicui: al. alibi.*
k L. nam cum ind.
l L. misericordia commotus es?
a al. sit sic.*
b al. conuenit,
c al. circunsederer?
d dimicarẽ?
e al. cũm.*
f forte iniquissimum al. immunitissimũ.
g L. at eos videbar eo acceptisse cond.
h Eiusmodi.
P. XXXII.
i L. quàm ad superius ascensum est.
k L. Nã quæ spes reliqua libertatis manet, si illis
l L. Neque sensi hoc,
m similis gradatio in Demosthenis oratione pro Ctesiphon.*
n al. fuit penes Atheniẽseis.
o L. auaritiæ verò.
p al. dolorũ.*
q L. quia omnem:
r al. dilucidiùs
s L. quid dictũ sit, prop. item breui, quid sequatur, h. m.
t L. nunc quã iste mihi gr.

est, quæ tollit id, quod dictum est, & pro eo id quod magis idoneum videtur reponit, hoc pacto: Quòd si iste suos hospites rogasset, immò si inuenisset modò: hoc facilè [a] perfici posset. Item, Nam [b] postquàm isti vicerunt, atque adeò victi sunt, eam quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit? O virtutis comes inuidia, quæ bonos insequeris plerumque, atque adeò insectaris! Commouetur hoc genere animus auditoris. Res enim communi verbo elata, tantummodo dicta videtur [c]: ea post ipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronuntiatione. Non igitur satius esset, dicet aliquis, ab initio, præsertim cùm scribas, ad optimum, & [d] electissimum verbum deuenire? Est cùm non est satius, si commutatio verbi id erit demonstratura, eiusmodi rem esse, vt, cùm eam communi verbo appellâris, leuius dixisse videaris: cùm ad electius verbum accedas, insigniorem [e] rem facias. quòd si continuò venisses ad id verbum: nec rei, nec verbi gratia animaduersa esset. 38 ¶ *Occupatio* est, cùm dicimus, nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maximè dicimus, hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quã tu omni intemperantiæ addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consultò relinquo. Et illud prætereo, quòd [f] rei militaris te infrequentem reddidisti. Deinde quòd iniuriarum satisfecisti L. Labeoni, nihil ad rem pertinere puto. Horum nihil dico: reuertor ad illud, de quo iudicium est. Item, Non dico te ab sociis pecunias accepisse: non sum in eo occupatus, quòd ciuitates, regna, domos omnium depeculatus es: furta, rapinas [g] tuas omneis omitto. Hęc vtilis est exornatio, si aut rem, quam [h] non pertineat aliis ostendere, occultè admonuisse prodest, aut si longum est, aut ignobile, aut planum, aut non potest fieri, aut facilè potest reprehendi: vt vtilius sit occultè feciss [i] e suspicionẽ, quàm huiusmodi intendisse orationem [k], quæ redarguatur. 39 ¶ *Disiunctio* est, cùm eorum, de quibus dicimus, aut vtrumque, aut vnũquodque certo concluditur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam deleuit, Karthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas euertit. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt, nihil Karthaginiẽsibus scientia rei militaris adiumento fuit, nihil Corinthiis erudita calliditas præsidij tulit, nihil Fregellanis morum & sermonis societas opitulata est. Item, formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetustate extinguitur. Hîc vtrumque, & in superiore exemplo vnamquãque rem certo verbo concludi videmus. 40 ¶ *Coniunctio* est, cùm interpositione verbi & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetustate. 41 ¶ *Adiunctio* est, cùm verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primũ aut postremum collocamus. Primũ, hoc pacto: Defloreſcit formæ dignitas aut morbo, aut vetustate. Postremum sic: Aut morbo, aut vetustate formæ dignitas defloreſcit. Ad festiuitatem disiunctio est apposita. quare rariùs vtemur ea, ne satietatem pariat. [l] Breuitatem parit coniunctio, quare sæpius adhibenda est. Hæ tres exornationes de simplici genere manant.

42 ¶ *Conduplicatio* est, cum ratione amplificationis, aut cõmiserationis [a], eiusdem vnius, aut plurium verborum iteratio, hoc modo: Tumultus C. Gracchi, tumultus domesticos & inteſtinos comparat [b]. Item, Commotus non es, cùm tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. Item, Nunc etiam audes in horum conſpectum venire, proditor patriæ, proditor, inquam, patriæ, venire audes in horum conſpectum? Vehementer auditorem commouet eiusdem redintegratio verbi, & vulnus maius efficit in contrario [c] causæ, quasi aliquod telum sæpius perueniat in eandem partem corporis. 43 ¶ *Interpretatio* est, quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat, hoc modo: Remp. radicitus euertisti, ciuitatem funditus deiecisti. Item, Patrem nefariè verberasti, parenti manus sceleratè intulisti. Necesse est eius, qui audit, animum commoueri, cùm grauitas prioris dicti renouatur interpretatione verborum. 44 ¶ *Commutatio* est, cùm duæ sententiæ inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, vt à priore posterior, contraria priori, proficiscatur, hoc modo: Esse oportet, vt viuas: non viuere, vt [d] edas. Item, Ea re poemata non facio: quia cuiusmodi volo, nõ possum: cuiusmodi possum, nolo. Item, quæ de illo dicuntur, dici non possunt, quæ dici possunt, non dicuntur. Item, Si poema loquẽs pictura est: pictura tacitum poema debet esse. Item, Quia stultus es, ea re taces: non tamen, quia taces, ea re stultus es. Non potest dici, quin commodè fiat, cùm [e] contrariæ sententiæ translatione, verba quoque conuertantur. Plura [f] subiecimus exempla, vt, quoniam difficile est hoc genus exornationis inuentu, dilucidum esset, vt, cum bene esset intellectũ, faciliùs in dicendo inueniretur. 45 ¶ *Permissio* est, cùm ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere & concedere alicuius voluntati, sic: Quoniam omnibus rebus ereptis solùm mihi supereſt animus & corpus, hæc ipsa, quæ mihi de multis sola relicta sunt, vobis & vestræ condono potestati. Vos me, quo pacto vobis [g] videtur, vtamini, atque abutamini licebit, impunè: in me, quicquid libet, statuite [h], dicite, atque [i] obtemperabo. Hoc genus tametsi aliàs quoque nõnunquam tractandum est, tamẽ ad misericordiam cõmouendam vehementissimè est accommodatũ.

46 ¶ *Dubitatio* est, cùm quærere videtur orator, vtrum de duobus potiùs, aut quid de pluribus potissimùm dicat, hoc modo: Obfuit eo tempore plurimùm reipublicæ consulum siue stultitiam, siue malitiam dicere oportet, siue vtrumque. Item, Tu istud ausus es dicere, homo omnium mortalium? quæro, quónã te digno moribus tuis appellem nomine.

47 ¶ *Expeditio* est, cùm rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, ceteræ tolluntur, vna relinquitur, quam nos intendimus, hoc modo: Necesse est, cùm constet istum nostrum fundum fuisse, ostendas, te aut vacuum possedisse, aut vsu tuum fecisse, aut emisse, aut hęreditate tibi venisse. Vacuum, cùm ego adessem, possidere non potuisti. tuum vsu fecisse etiamnum [k] non potes: emtio nulla profertur. hęreditate tibi, me viuo mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo, vt me vi de meo fundo deiecceris. Hæc exornatio plurimum

a *al.* facilè posset. * P. B.

b L. Itẽ postquàm isti vicerũt, atque adeo victi sunt: nã quo modo vict. app.

c L. videtur: post ipsius or. cor.

d L. & lectiſſ.

e L. insigniorem facias.

f *al.* quòd te rei militari infrequẽtem tradid. ‖ *al.* quòd te tribuni infrequentem rei militaris tradide sunt. *

g L. rap. omn. t. prætermitto.

h L. quã non attineat aliis ost.

i *al.* iecisse.

k L. accusationem, quæ.

V. XXXIII.

l L. pariat: ad breuitatẽ coniunctio. quare &c. & ita Car. Sseph. & Celin.

a *al.* quibusdam. *al.* commoratio. nis.

b L. comparauit.

c *al.* contraria causa.

d *fort.* vt edis.

e L. cùm in cõtrariæ sententiæ relatione, verba q.

f L. Plura. hìc subiices.

g L. vobis vidébitur,

h L. statuite, edicite: atque obtemperabo. *al. sic,* statuite, edicite: obtẽperabo.

i id est statim vide. 10. Gellii. 29. *

P. B.

k L. etiam nunc.

rimùm iuuabit coniecturaleis argumentationes. sed non erit, tanquam in plerisque, vt, cùm velimus, ea possimus vti. nam facere id non poterimus, nisi nobis in sa negotij natura dabit facultatem. 48 ¶ *Dissolutio* est, quæ coniunctionibus verborum è medio sublatis, partibus[a] separatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Item, Descende in integram defensionem: noli quidquam recusare: da seruos in quæstionem: stude verum inuenire. Hoc genus & acrimoniam habet in se, & vehementissimum est, & ad breuitatem accommodatum. 49 ¶ *Præsitio* est, cùm, dictis quibusdam reliquum, quod cœptum est dici, relinquitur[b] in audientum iudicio, sic: Mihi[c] tecum præcertatio non est, ideo quòd populus R. me nolo dicere, necui fortè arrogans videar: te autem sæpe ignominia dignum putauit. Item, Tu[d] ista nunc audes dicere, qui nuper alienæ[e] domui[f] non ausim dicere, ne, cùm te digna dixero, me indignũ quidpiam dixisse videar. Hîc atrociori tacita suspicio, quàm diserta explanatio facta est. 50 ¶ *Conclusio* est, quæ breui argumentatione ex iis, quæ antè dicta sunt, aut facta, conficit id, quod necessariò consequatur, hoc modo: Quòd si Danais datum[g] erat oraculum, non posse capi Troiam sine Philoctetæ sagittis, hæ autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt: hunc extinguere, id nimirum capi[h] fuit Troiam. 51 ¶ RESTANT etiam decem exornationes verborum, quas idcircò non vagè dispersimus, sed à superioribus separauimus, quòd omnes in vno genere positæ sunt. Nam earum omnium hoc proprium est, vt ab vsitata verborum potestate recedatur, atque in aliam rationem cum quadam venustate oratio conferatur. De quibus exornationibus *Nominatio* est prima, quæ nos admonet, vt, cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis aut significationis causa. Imitationis[h] hoc modo, vt maiores rúdere, & vagire, & mugire, & murmurare, & sibilare appellauerint. Significandæ rei causa, sic: Postquam iste in rempub. fecit impetum, fragor ciuitatis in primis est auditus. Hoc genere ratò, vtendum[i] est, ne noui verbi assiduitas odium pariat: sed si commodè quis eo vtatur, & ratò, non modò nõ offendet nouitate, sed[k] exornabit etiam orationem. 52 ¶ *Pronominatio* est, quæ sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest, vt, si quis, cùm loquatur de Gracchis: At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt. Item, siquis, de[l] aduersario dicat: Videte nunc, inquit, iudices, quemadmodum me Plagiosippus[m] iste tractarit. Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut[n] in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere, sicuti cognomen, quod pro certo nomine collocamus. 53 ¶ *Denominatio* est, quæ à propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res, quæ non suo vocabulo sit appellata. Id aut *ab inuentore* conficitur, vt si quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet: aut *ab inuento*, vt si quis pro Libero vinũ, pro Cerere frugem appellet: Aut ab *instrumento* dominum, vt si quis Macedonas appellarit, hoc modo: Non tam citò Sariss[o] Græcia potitæ sunt: Aut idem Gallos significans dicat, Nec tam facilè ex Italia materis[a] transalpina depulsa est: Aut id, quod fit, *ab eo quod fecit*, vt, siquis, cùm bello velit ostẽdẽre aliquid quẽpiã feciſſe, dicat: Mars[b] istud te facere necessariò coegit: Aut si, quod facit *ab eo, quod fit*, vt, cùm desidiosam artẽ dicemus, quia desidiosos facit: & frig[c] pigrũ, quia pigros facit. *ab eo, quod continet*, id, quod continetur, hoc modo denominabitur: Armis Italia non potest vinci, nec Græcia disciplinis. nã hîc pro Græcis & Italis, quę cõtinent, notata sunt. *Ab eo, quod cõtinetur*, id, quod continet, vt, si quis aurũ, vel argentũ, aut[d] ebur nominet, cùm diuitias velit nominare. Harũ omniũ denominationũ magis in præcipiendo diuisio, quàm in quærendo difficilis inuentio est, ideò quòd plena consuetudo est non modò poetarum & oratorum, sed etiam quotidiani sermonis, huiusmodi denominationum. 54 ¶ *Circuitio*, est oratio tẽ simplicem assumptam circumscribens elocutione, hoc pacto: Scipionis prouidentia Karthaginis opes fregit. Nam hîc, nisi ornandi ratio quædam esset habita, Scipio potuit, & Karthago simpliciter appellari. 55 ¶ *Transgressio* est, quę verborum perturbat ordinem peruersione, aut transiectione. *Peruersione* sic: Hoc vobis deos immortaleis arbitror dedisse virtute pro vestra. *Transiectione*, hoc modo: Insta bilis in istum plurimùm fortuna valuit. Item, Omneis[e] inuidiosè eripuit tibi bene viuendi casus facultates. Huiusmodi transiectio, quæ rem non reddit obscuram, multùm proderit ad cõtinuationes, de quibus antè dictum est: in quibus oportet[f] verba, sicut à poetis, in quendam extruere numerum, vt perfectè & perpolitissimè possint esse absolutæ. 56 ¶ *Superlatio*, est oratio superans veritatem, alicuius augendi, minuendiue causa. Hæc sumitur separatim, aut cum comparatione. *Separatim* sic: Quòd si concordiam retinebimus in ciuitate: imperij magnitudinem solis ortu, atque occasu metiemur. *Cum comparatione*, aut à similitudine, aut à præstantia superlatio sumitur: *A similitudine* sic: Corpore niueum candorem, aspectu igneum ardorem assequebatur. *A præstantia* hoc modo: Cuius[g] ore sermo melle dulcior profluebat. Eodem[h] genere hoc est, Tantus erat in armis splendor, vt solis fulgor obscuriori videretur. 57 ¶ *Intellectio* est, cùm res tota parua de parte cognoscitur, aut de toto pars. *De parte totum* sic intelligitur. Non illæ te nuptiales tibiæ[i] eius matrimonij commonebant? Nam hîc omnis sanctimonia nuptiarum, vno signo tibiarum intelligitur. *De toto pars*, vt siquis ei, qui vestitum, aut ornatum sumtuosum ostentet, dicat, Ostentas mihi diuitias, & locupleteis copias iactas. *Ab vno plura* intelliguntur, hoc modo: Pœno fuit Hispanus auxilio, fuit immanis ille transalpinus: in Italia quoque idem non nemo togatus sensit. *A pluribus vnum* sic intelligitur: Atrox calamitas pectora mœrore pulsabat. Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur. Nam in superioribus plures Hispani, & Galli, & togati, hîc vnum pectus, & vnus pulmo intelligitur: & erit illic diminutus[k] numerus festiuitatis, hîc adauctus grauitatis gratia. 58 ¶ *Abusio* est, quæ verbo simili, & propinquo, pro certo & proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breues sunt, aut parua statura, aut longum in

a *al.* separatis partib.

b *al* relinquitur incho atum in.

c L. Mihi tecum par certatio nõ est,

d L. Tu istud audes d.

e *al.* alienæ domiſ

f *al.* editum

g *al.* capere Troiam fuit.

h L. Imitationis causa, hoc modo,

P. XXXIIII.

i L. est vtendum,

k L. sed etiã exor. or.

l L. de aduersario cùm dicat: Vid.

m *al.* Plagioxiphus: *al.* philoxiphus. vt Philippus significetur. Priscianus libro 10. hunc locum citans legit, Plagioxippus.

n L. aut corpore, aut animo, aut extra. reb. dicere, sicuti cognomen pro. c.n.

o hoc est Macedones. Est autem Sarissa, hasta Macedonica teste Festo.

a Materis, telum quo vtebantur Galli. Nonius c. 18. de genere armorum, ex Lancea 26. ex Sisenna 4. historiarum Gallia materibus: Suessi, Lanceis confisi. Ibidem, Alii materibus aut lanceis medium perturbãt agmen. Hoc antè verbo, Materis, Cicero Gallos ipsos intelligit: vt & paulò antè, Sarissarum voce Macedonas. vox eadem Materis apud Liuium extat libro 7. *

b L. Mars istud necessariò te facere coegit.

c L. efficit.

d L. vel ebur nom.

e *al.* Omneis eripuit tibi bene viuendi casus facul.

P. B.

f L. oportet verba sicut ad poeticum quendam exstr. nũ. vt perfectè, & perpolitè &c.

g L. Cuius ex ore sermo.

h L. Ex eod. gen.

i *al.* tædæ

k L. deminutus numerus, festiuitatis causa: hic adauctus gra.

homine consilium, aut oratio magna, aut vti pauco sermone. Nam hic facile est intellectu, finitima verba rerum dissimilium, ratione abusionis, esse traducta. 59¶ *Translatio* est, cùm verbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem rectè videtur posse transferri. *Ea vtimur rei ante oculos ponendæ causa*, sic: Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito. *Brevitatis causa*, sic: Recens aduentus exercitus subitò ciuitatem exstinxit. *Obscœnitatis vitandæ causa*, sic: Cuius mater quotidianis nuptiis delectatur. *Augendi causa*, sic: Nullius [a] mœror, & calamitas istius explere inimicitias, & nefariam saturare crudelitatem potuit. *Minuendi causa*, sic: Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paullulum in rebus [b] difficillimis aspirauit. *Ornandi causa*, sic: Aliquando reip. rationes, quæ malitia nocentum [c] exaruerunt, virtute optimatum [d] reuirescunt [e]. Translationē dicunt pudētem esse oportere, vt cum ratione in consimilem rē transeat, ne sine delectu [f] temere & cupidè videatur in dissimilem trāscurrisse. 60¶ *Permutatio*, est oratio, aliud verbis, aliud sententia demonstrans. Ea diuiditur in treis parteis, similitudinem, argumentum, contrarium. *Per similitudinem sumitur*, cùm translationes, vna, aut plures frequenter ponuntur à simplici ratione ductæ sic: Nam cùm canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria [g] credemus? *Per argumentum tractatur*, cùm à persona, aut à loco, aut à re aliqua, similitudo, augendi, aut minuendi causa, ducitur: vt [h] siquis Drusum, Gracchum, Numitoremi obsoletum dicat. *Ex contrario* ducitur sic, vt siquis hominem prodigum & luxuriosum illudens, parcum & diligentem appellet. Et in hoc postremo, quod ex contrario sumitur: & in illo primo, quod à similitudine ducitur, per translationem argumento poterimus vti. Per similitudinem, sic: Quid ait hic rex atque Agamemnon noster, siue [k], vt crudelitas est, potius Atreus? Ex contrario, siquem impium, qui patrem verberauerit, Æneam voce mus: intemperantem & adulterum, Hippolytum nominemus. 61¶ Hæc sunt ferè, quæ dicenda videbantur de verborum exornationibus.

¶ Nunc res ipsa monet, vt deinceps *ad sententiarum exornationes transeamus*. *Distributio* est, cùm in plureis res, aut [l] personas certas negotia quædam dispertiuntur, hoc modo: Qui vestrūm, iudices, nomen senatus diligit, hūc oderit necesse est. petulātissimè enim sem per iste oppugnauit senatū. Qui equestrē locū, splendidissimum cupit esse in ciuitate, is oportet istum maximas pœnas dedisse velit, ne iste tua turpitudine ordini honestissimo maculæ, atque dedecori sit. Qui parenteis habetis, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exemplum, quantæ pœnæ in ciuitate sint hominibus [m] huiusmodi comparatæ. Item, Senatus [m] officium est, consilio ciuitatem iuuare. Magistratus officium est, opera & diligentia consequi voluntatem senatus. Populi officium est, res optimas, & homines idoneos [n] maximè suis sententiis eligere, & probare. Accusatoris officium est, inferre [o] crimina: Defensoris diluere & propulsare. Testis est, dicere, quæ scierit, aut audierit: Quæsitoris est, vnumquemque horum in officio suo continere. Quare, L. Cassi, si testem, præterquam quod sciat, aut audierit, argumentari, & [a] cōiectura prosequi patieris: ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis. reo duplicē defensionem parabis. Est hæc exornatio copiosa. Comprehendit enim breui multa, & suū cuique tribuens officium separat, & [b] res diuidit plureis. 62¶ *Licentia* est, cùm apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamē aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minimè offendat, aut quos ij diligunt, cùm in aliquo errato verè reprehendi posse videātur, hoc modo: Miramini, Quirites, quòd ab omnibus vestræ rationes deserantur? quod causam vestrā nemo suscipiat? quòd se nemo vestri defensorē profiteatur? id tribuite vestræ culpæ, atque definite istud mirari. Quid enim est, quare nō omneis istam rem fugere, ac vitare debeant? Recordamini, quos habueritis defensores. studia eorum vobis ante [c] oculos proponite: deinde exitus [d] omnium considerate. tum vobis veniet in mentem, vt verè dicam, negligentia vestra, siue ignauia potiùs, illos omneis ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorū vestris suffragiis in amplissimum locum peruenisse. Item, Nam quid fuit, iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis, aut istū hominem nefarium ampliaueritis? non apertissimæ res erant crimini datæ? non omnes hæ testibus comprobatæ? non contrà tenuiter, & nugatoriè respōsum? Hīc vos veriti estis, si primo cœtu [e] condemnasse tis, ne crudeles existimaremini [f]. Dum eam vitastis vituperationem, quæ longè à vobis erat afutura [g], eā inuenistis, vt timidi, atque ignaui putaremini. Maximas, & priuatas, & publicas calamitates accepistis, cùm etiam maiores impendere videātur, sedetis, & oscitamini. Luce noctē, nocte lucem exspectatis. Aliquid quotidie acerbi, atque incommodi nūciatur, & eum, cuius opera vobis hęc accidūt, remoramini [h] diuti [a] & alitis, ac reip. perniciē retinetis, quoad potestis, in ciuitate. Eiusmodi licentia si nimiùm videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur. Nam continuò aliquid huiusmodi licebit inferre. Hīc ego virtutem vestram quęro, sapientiam desidero, veterē consuetudinem requiro, vt, quod erit commotū licentia, id laude mitigetur, vt altera res ab [i] iracundia & molestia remoueat, altera res ab errato deterreat. Hæc res, sicut in amicitia, ita in dicendo, si loco fit maximè, facit, vt & illi, qui [k] audient, à culpa absint, & nos, qui dicimus, amici eorum, & veritatis esse videamur. Est autem quoddam genus licentiæ in dicendo, quod astutiore ratione comparatur, cùm aut ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt obiurgari, aut id, quod scimus facilè omneis audituros, dicimus nos timere quomodo accipiant, sed tamen veritate commoueri, vt nihilo secius dicamus. Horum amborum generum exempla subiiciemus. Prioris, huiusmodi, Nimiùm, Quirites, animis estis simplicibus, & mansuetis, nimiùm creditis vnicuique. existimatis vnumquemque eniti, vt perficiat, quæ vobis pollicitus sit: erratis, & frustrà falsa spe iam diu deciniemini, stultitia vestra est, quia, quod erat in vestra potestate, ab āliis petere, quàm [l] ipsi sumere maluistis. posterioris licentiæ hoc erit exemplum. Mihi cum.

a al. facillimis. & ita Vrsinus. *

b L. Nullus vrbis mœror, & calamitas, &c.

c L nocentiū exaruerant,
d L. optimatium.
e al. reuirescent. *
P. XXXV.
f L. dilectu

g al. pecua, vel pecuda, *sic enim veteres Im\ & Cicero 4. de Republica testē Nonio c. 2. in pecua, & in Pompeiana, teste Strnio.* *

h L. vt siquis Drusum, munitorem obsoletum dicat.
i al. Munitorémque. Turneb. 20. Adnersf. 25. al. vt si quis Drusum, Numitorem obsoletum dicat. *
k L. siue potiùs, vt crudelitas est, Atr.
l al. aut personas, negotia quædam certa disp.

m L. hominibus istiusmodi compar.

n L. maximè idon.
o al. deferre. *

a L. & conjecturam persequi.

b L. & in res diuidit plureis.

P. 8.

c L. ante oculos ponite:
d L. omnium exitus.

e hoc est prima actione *Turneb. 20. Aduers. 25.*
f L. existimaremini?
g *vulg.* abfutura, *meadose*

h L. vos remoramini diutius, & alitis, atq. ad reip. pern.

i L. ab iracundiæ molestiarem.

k L. qui audiunt,

l L. quàm vos ipsi.

P. XXXVI.

hi cum isto, iudices, fuit amicitia, sed ista tamen amicitia, tametsi[a] vereor quomodo accepturi sitis, vos me priuastis. Quid ita? quia vt vobis essem probatus, eum, qui vos oppugnabat, inimicum, quàm amicum habere malui. Ergo hæc exornatio, cui licentiæ nomen est, sicuti demonstrauimus, duplici ratione tractabitur: acrimonia, quæ si nimium fuerit aspera mitigabitur laude: & [b] assimulatione, de[c] qua superiùs diximus, quæ non indiget mitigationis, propterea quòd imitatur licentiam, & sua sponte ad animum audiroris se accommodat. 63 ¶ *Diminutio*[d] est, cùm aliquid esse[e] nobis, aut in iis, quos defendimus, aut natura, aut fortuna, aut industria dicemus[f] egregium: quod, nequa significetur arrogans ostentatio, diminuitur,[g] & attenuatur oratione, hoc modo: Nam hoc pro meo iure, iudices, dico, me labore, & industria curasse, vt disciplinam militarem non in postremis tenerem. Hîc siquis dixisset, vt optimè tenerem, tametsi verè dixisset, tamen arrogans visus esset. nunc & ad inuidiam vitandam, & ad laudè comparàdam satis dictum est. Item, Vtrùm igitur auaritiæ causa, an egestatis[h] accessit ad maleficium? Auaritiæ? at largissimus fuit in amicos, quod signum liberalitatis est, quæ contraria auaritiæ est. Egestatis? at huic quidem pater, (nolo nimium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit. Hîc quoque vitatum est, ne magnum, aut maximum diceretur. hoc igitur in nostris, aut eorum, quos defendemus, egregiis commodis proferendis obseruabimus. Nam eiusmodi res & inuidiam contrahunt in vita, & odium in oratione, si incõsideratè tractes. Quare, quemadmodum ratione[i] in viuendo, fugitur inuidia, sic in dicendo, consilio vitatur odium.

64 ¶ *Descriptio* nominatur, quæ rerum consequentium continet perspicuã, & dilucidam cum grauitate expositionẽ, hoc modo: Quòd si istum, iudices, vestris sententiis liberaueritis, statim sicut è cauea leo[k] missus, aut aliqua tæterrima bellua soluta ex catenis, volitabit, & vagabitur in foro, acuẽs[l] dentes in multos in cuiusq; fortunas, in omneis amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans, aliorũ famam depeculans, aliorum caput oppugnãs, aliorum domum, ac[m] omnem familiam perfringens, remp. funditus labefactans. Quare, iudices, eiicite eum de ciuitate, liberate omneis formidine, vobis denique ipsis consulite. nam si istum impunitum dimiseritis, in vosmet ipsos, mihi credite, feram & truculentam bestiam, iudices, immiseritis. Item, Nam si de hoc, iudices, grauem sententiam tuleritis, vno iudicio simul multos iugulaueritis. grandis natu parens, cuius spes senectutis omnis in huius adolescentia posita est, quare velit in vita manere, non habebit: filij parui, priuati patris auxilio, ludibrio, & despectui paternis inimicis erunt oppositi: tota domus huius indigna cõcidet calamitate: at inimici statim sanguinolenta palma, crudelissima victoria potiti, insultabunt in horum miserias, superbia[n] re simul, & verbis inuehentur. Item, Nam neminem nostrũm fugit, Quirites, capta vrbe, quæ miseriæ consequi soleant: arma qui contrà[o] tulerint, statim crudelissimè trucidantur: cæteri, qui possunt per ætatem, & vireis laborem ferre, rapiuntur in seruitutem: qui non possunt, vita priuantur:

vno denique, atque eodem tempore domus hostili flagrat [a] incendio, & quos natura, aut voluntas necessitudine, aut beneuolentia[b] coniunxerit,[c] distrahuntur: liberi partim è gremiis parentum diripiuntur, [d] partim in sinu iugulantur, partim ante pedes constuprantur. nemo, iudices, est, qui possit satis rem consequi verbis, nec referre orationc magnitudinẽ calamitatis. Hoc genere exornationis, vel indignatio, vel misericordia potest commoueri, cùm res consequentes comprehensæ vniuersæ perspicua breuiter exprimuntur oratione. 65 ¶ *Diuisio* est, quæ rem semouens à re, vtrãque absoluit, ratione subiecta, hoc modo. Cur ego nunc tibi quicquam obiicià? si probus es, non meruisti: sin improbus, non commouẽris[e]. Item, Quid nunc ego de meis propriis meritis prædicem? si meministis, obtundam: sin obliti estis, cùm re nihil egerim, quid est, quod verbis proficere possim? Item, Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia, atque auaritia. te auarum in fraterna diuisione cognouimus: inopem atque egentem nunc videmus. quî potes igitur ostendere causam maleficij non fuisse? Inter hanc diuisionem, & illam, quæ de partibus orationis tertia est, de qua in libro primo diximus secũdùm narrationem, hoc[f] interest: Illa diuidit per enumerationem, aut per expositionem, quibus de rebus in tota oratione disputatio futura sit: hæc se statim explicat, & [g] breui duabus, aut pluribus partibus subiiciens rationes, exornat orationẽ. 66 ¶ *Frequentatio* est, cùm res in tota causa dispersæ coguntur vnum in locum, quò grauior, aut acrior, aut criminosior oratio sit, hoc pacto: A quo tandem abest iste vitio? quid est, iudices, cur velitis eum liberare? Suæ pudicitiæ proditor est, insidiator alienæ: cupidus, intemperans, petulans, superbus: impius in parentes, ingratus in amicos, infestus[h] in cognatos, in superiores contumax, in æquos & pareis fastidiosus, in inferiores crudelis, denique in omneis intolerabilis. Eiusdem generis est illa frequentatio, quæ plurimùm coniecturalibus causis opitulatur, cùm suspiciones, quæ[i] separatim dictæ, minutæ & infirmæ erant, vnum in locum coactæ rem videntur perspicuam facere, non suspicionem, hoc pacto: Nolite[k] igitur, nolite, iudices, ea, quæ dixi, separatim spectare: sed omnia colligite, & confeite in vnum. Si & commodum ad istum ex illius morte veniebat, & vita hominis est turpissima, animus auarissimus, fortuna [l] familiaris rei attenuatissima, & res ista bono nemini præter istũ fuit: neque alius quisquam æquè commodè, neque iste cõmodioribus [m] aliis rationibus facere potuit: neque præteritum quicquam est ab isto, quod opus fuerit ad maleficium: neque factum, quod opus non fuerit: & cùm locus idoneus maximè quæsitus, tum occasio aggrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimum, spatium conficiendi longissimum sumtum est, non sine maxima occultandi[n] & perficiendi maleficij spe: & præterea antè quàm occisus homo [o] is est, iste visus est in eo loco, in quo est occisio facta, solus: paullo pòst in ipso loco maleficij, vox illius, qui occidebatur, audita est: deinde pòst occisionem, istum multa nocte domum rediisse constat, postera[a] die titubanter & reconstan-

a L. (tametsi vereor quomodo accepturi sitis, tamen dicam) vos me pr.

b L. & assimilatione, & *ita R. Steph.*

c L. de qua posteriùs diximus,

d *al.* Deminutio est,

e L. inesse in nobis,

f L. egregiũ dicemus:

g L. demin. & att.

h *Vulg.* aut egest.

i L. in viuẽdo, ratione fug.

k L. leo emissus,

l L. acuens dentes in cuiusque fort.

m L. atque omnem fam.

P. 8.

n *al.* superbire simul & verbis inu. *Lamb.* superbis factis simul & verbis inuch.

o L. contrà tulerunt,

a L. flagrant

b *al.* benuolentia.

c L. coniunxit,

d L. deripiũtur. [est autẽ dirripere, in uarias partes: deripere de aliquo loco rapere.*

c *al.* commoueberis.*

f L. hoc interest, quod illa diuid.

g *al.* & breuiter d.

h *al.* infestus cognatis.

i L. quæ separatim iactæ,

k L. Nolite igitur, iudices, nolite ea,

P. XXXVII.

l L. fortunæ familiares at tenuatissimæ,

m L. aliis commodioribus rat.

n L. perficiendi, & occultandi maleficij,

o L. homo esset.

p L. postera die.

ter de occisione illius locutum: hæc partim testimoniis, partim quæstionibus & argumentis omnia comprobantur, & rumore populi, quem ex argumentis natum, necesse est esse verum: vestrum[a] est iudices, his in vnum locum collatis, certam sumere scientiam, [b] non suspicionem maleficij. Nã[c] vnũ aliquid, aut alterum potest in istum casu cecidisse suspiciosè. vt omnia inter se à primo ad postremum conueniant [d] maleficia, necesse est casu non posse fieri. Vehemens est hæc exornatio, & in coniecturali constitutione causæ fermè semper necessaria, & in ceteris generibus causarum, & in omni oratione, adhibenda nõnunquam. 67 ¶ *Expolitio* est, cùm in eodem loco manemus, & aliud, atque aliud dicere videmur. Ea[e] dupliciter fit, si aut eandem planè dicimus[f] rem, aut de eadem re. Eandem rem dicemus, nõ eodem modo. nam id quidem obtundere auditorem est, non rem expolire, sed commutare[g]. Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando. *Verbis* [h] *commutabimus*, cùm, re semel dicta, iterum, aut sæpius aliis verbis, quæ idem valeant, eadem res proferetur, hoc modo: Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ vitandum arbitretur. Cùm[i] augetur incolumitas perpetua ciuitatis, qui bonis erit rationibus præditus, profectò nullum vitę discrimen sibi pro fortunis reip. fugiendum putabit: & erit in ea sententia semper, vt pro patria studiosè quamuis [k] in magnam descendat vitæ dimicationem. *Pronuntiando* cõmutabimus, si tum in sermone, tum in acrimonia, tum in alio, atque alio genere vocis, atque gestus, eadẽ verbis commutando, pronuntiatione quoque vehementiùs immutabimus. Hoc neque commodissimè scribi potest, neque parũ est apertum. quare non[l] eget exempli. Tertium genus est commutationis, quod tractando cõficitur, *si sententiam traiiciemus* aut *ad sermocinationem*, aut ad exsuscitationem. Sermocinatio est, de qua planiùs paullo pòst suo loco dicemus. Nũc breuiter ad hanc rem, quod[m] satis sit, attingemus: in qua constituetur alicuius personę oratio accommodata ad dignitatem, hoc modo, vt, quò facilùs res cognosci possit, ne ab eádem sententia recedamus: Sapiens, qui omnia reip. causa suscipienda pericula putabit, sæpe[n] ipse secum loquitur: Non mihi soli, sed etiam atq; adeò multò potius, natus sum patriæ: vita, quæ fato debetur, saluti patriæ potissimùm soluatur. Aluit hęc, me tutè, atq; honestè produxit [o] vsque ad hanc ætatem: munijt meas rationes bonis legibus, optimis moribus, honestissimis disciplinis. Quid est, quod à me satis ei persolui possit, vnde hæc accepta sunt? Quia hæc loquitur secum sapiens, sæpe ego in periculis reip. nullum ipse periculũ fugi. Item mutatur res tractando, *si traducitur ad exsuscitationem*, cùm & nos cõmoti dicere videamur & auditoris animum cõmouemus [p], sic: Quis est tam tenui cogitatione præditus: cuius animus tãtis angustiis inuidiæ continetur, qui nõ hunc hominem studiosissimè laudet, & sapientissimum iudicet, qui pro salute patriæ, pro incolumitate ciuitatis, pro reip. fortunis, quãuis magnum, atque atrox periculum studiosè suscipiat, & libenter subeat? Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare quàm [q] possim: idémque hoc certò scio vobis omnibus vsu venire. Eadem res igitur his tribus in dicendo commutabitur rebus, verbis, pronuntiando, tractando: sed tractando dupliciter, sermocinatione, & exsuscitatione. Sed de eadem re cùm dicemus, pluribus vtemur commutationibus. Nã cùm rem simpliciter pronuntiauerimus, rationem poterimus subiicere. Deinde duplicem, vel sine rationibus, vel cum rationibus pronuntiare sententiam: Deinde afferre cõtrarium: de [a] quibus omnibus diximus in verborum exornationibus: Deinde simile, & exemplum, de quo suo loco plura dicemus: Deinde conclusionem, de qua in secundo libro, quæ opus fuerunt, diximus, demonstrantes, argumentationem quemadmodum cõcludere oporteat. In [b] hoc libro docuimus cuiusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est. Ergo huiusmodi vehementer ornata poterit esse expolitio, quæ cõstabit ex frequentibus verborum exornationibus, & sententiarum. Hoc modo igitur septem partibus tractabitur. sed ab eiusdem sententiæ non recedamus exemplo, vt scire possis, quàm facilè præceptione rhetorica res simplex multiplici ratione tractetur. Sapiens nullum pro repub. periculũ vitabit, ideò quòd sæpe fit, vt, cùm pro repub. perire noluerit, necessariò cum repub. pereat. Et quoniã sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum est. ergo qui fugiunt id periculum, quod pro repub. subeundum est, stultè faciunt. Nam neque effugere incommoda possunt, & ingrati in ciuitatem reperiuntur. At, qui patriæ pericula suo periculo expetunt, hi sapientes putandi sunt, cùm & eum, quem debent, honorem reip. reddũt, & pro multis perire malunt, quàm cum multis. Etenim vehementer est iniquum, vitam, quam à natura acceptam propter patriam conseruaueris, naturæ, cùm cogat, reddere: patriæ, cùm roget, nõ dare: & cùm possis cum summa virtute, & honore pro patria interire, malle per dedecus, & ignauiã viuere: &, cùm p amicis, & parentibus, & ceteris necessariis adire periculum velis, pro rep. in qua & hoc, & illud sanctissimũ nomen patriæ continetur, nolle in discrimen venire. Itaque vti contemnendus est, qui in nauigando se, quàm nauim, mauult incolumẽ: ità vituperandus, qui in reip. discrimine, suæ plus, quàm communi saluti, consulit. Naue enim fracta, multi incolumes euaserunt: ex naufragio patriæ saluus nemo potest enatare. Quod mihi bene videtur Decius intellexisse, qui se deuouisse dicitur, & pro legionibus in [c] hosteis medios immisisse. amisit vitam: at non perdidit. re enim vilissima, & perparua maximam redemit. dedit vitam, accepit patriam: amisit animam, potitus est gloria, quæ cum summa laude prodita vetustate quotidie magis enitescit. Quòd si pro rep. debere [d] accedere ad periculum & ratione demonstratum est, & exemplo comprobatum, ij sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriæ periculum vitant. In his igitur generibus expolitio versatur, de qua producti [e] sumus, vt plura diceremus, quòd non modò, cùm causam dicimus, adiuuat, & exornat orationem, sed multò maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare conueniet extra causam in exercendo tationes adhibere expolitionis, in dicendo vti, cùm exornabimus argumen-

a *vulg.* Vestrũ, iudices, est, his vnum in locum.
b *al.* sententiam. *
c L. Nã vnum aliquod, aut
d L. conueniant, necesse.
e L. Ea autem dup.
f L. dicemus r.
g L. sed commutatè. *alii quidam vulg.* sed commutando. | *al.* sed commutare debemus: Cõmutabimus autem &c.*
h L. Verbis commutabimus, si, cùm res semel dicta sit, iterũ, &c.
i L. Cùm augetur incolumitas.
k *fort.* in quã uis magnã. *al.* studiosè pugnet quãuis, &c.*
l L. nõ eget exemplo.
P. B.
m *fort.* quoad satis sit,
n L. sæpe ipse secum ita loquitur.
o *al.* perduxit.*
p L. commoueamus.
q L. quàm possim.
a L. de quib. iam oma.
b L. *hæc verba*, In hoc libro doc. cuius. eff. exorn. v. c. c. n. est. *delu.*
P. XXXVIII.
c L. in hosteis medios immisisse: vnde amisit vitam. *&c alii lib. non habẽt*, vnde, *præter eos, qui à R. Steph. editi sunt, quos olim secuti sumus.*
d L. debere accedi ad p.
e *al.* prouecti.*

argumentationem, de qua diximus in libro secundo. 68 ¶ *Commoratio* est, cùm in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eôdem sæpius reditur. hac vti maximè conuenit, & id est oratoris boni maximè proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima dimouendi[a]. Huic exemplum satis idoneum subiici non potuit, propterea quòd hic locus non est à tota causa separatus, sicut membrum aliquod, sed tanquam sanguis, perfusus est per totum corpus orationis. 69 *Contentio* est, per quam contraria referuntur. Ea est in verborum exornationibus, vt antè docuimus, eiusmodi: Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. In sententiarum, huiusmodi: Vos huius incommodis lugetis, iste reip. calamitate lætatur. Vos vestris fortunis diffiditis: iste solus suis eò magis confidit. Inter hæc duo contentionum genera hoc interest: illud ex verbis celeriter relatis constat: hîc sententiæ cõtrariæ ex comparatione referantur oportet. 70 ¶ *Similitudo*, est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut ornandi causa, aut probandi, aut apertiùs dicendi, aut ante oculos ponẽdi. Quo[b] modo igitur quattuor de causis sumitur, ita quattuor modis dicitur: per contrarium, per negationem, per breuitatem, per collationem. Ad vnamquamque sumendæ causam similitudinis accõmodabimus singulos modos pronuntiandi. *Ornandi causa* sumitur *per contrarium*, sic: Non enim quemadmodum in palæstra qui tædas candenteis[c] accipit, celerior est in cursu continuo, quàm ille, qui tradit: ita mellor imperator nouus, qui accipit exercitum, quàm ille, qui decedit: propterea quòd defatigatus cursor integro facem, hîc petitus imperator imperito exercitum tradit. hoc sine simili satis planè, & perspicuè, & probabiliter dici potuit, hoc modo: Dicitur, minus bonos imperatores à melioribus exercitum accipere solere: sed ornandi causa simile sumtum est, vt orationi dignitas quædam comparetur. Dictum est autem per contrarium. Nam tunc similitudo sumitur per cõtrarium, cùm ei rei, quam nos probamus, aliquam rem negamus esse similem, vt paulò antè, cùm de cursoribus disserebamus. *Per negationem* dicetur, *probandi causa*, hoc modo: Neque equus indomitus, quamuis natura bene compositus sit, idoneus potest esse ad eas vtilitates, & [d] aptus, quæ desiderãtur ab equo: neque homo indoctus, quamuis sit ingeniosus, ad virtutem potest peruenire. Hoc [e] probabilius factum est, quod [f] magis est verisimile, nõ posse virtutem sine doctrina comparari, quoniam [g] ne equus quidem indomitus, idoneus possit esse. ergo sumtum est probandi causa. Dictum est autem per negationem. id enim perspicuum est de primo similitudinis verbo. *Apertius*[h] *dicendi causa* similitudo dicitur *per breuitatem*, hoc modo: In amicitia gerenda, sicut in certamine currendi, non ita cõuenit exerceri, vt, quoad necesse sit, peruenire possis: sed vt productus studio, & viribus, vltrà facilè procurras. Nam hoc simile est, vt apertiùs intelligatur, mala ratione facere [i] qui reprehendant eos, qui, verbi causa, post mortem amici liberos eius custodiant, propterea quòd in cursore tantum velocitatis esse oporteat,

a L. demouendi.

b L. Et quomodo quattuor de c. & ita Z. Steph.

c L. ardenteis.

d hæc verba & aptus Lib. delenda esse existimat. * e. al. Hîc. *

f L. quod minus

g lib. vulg. quoniam nec equus quidem.

h L. Sumitur & apertiùs dicendi causa simile per breuitatem, & ita Z. Ste.

i. L. facere eum, qui reprehendat eos.

A vt efferatur vsque ad finem: in[a] amico tantum beneuolentiæ studium, vt vltrà, quàm amicus sentire possit, procurrat amicitiæ studio. Dictum [b] autem simile est per breuitatem. Non enim ita, vt in cæteris rebus, res ab re separata est, sed vtræque res coniunctè & confusè pronuntiatæ[c]. *Ante oculos ponendi negotij causa*, sumetur[d] similitudo *per collationem*, sic: Vti citharœdus, cùm prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis in texta, & cum corona aurea magnis [e] fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distinctam, ipse præterea forma & specie sit, & statura appositа ad dignitatem, si, cùm magnam populo cõmouerit his rebus exspectationem, repentè silentio facto, vocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu: quò [f] melius ornatus, & magis fuerit exspectatus, eò magis derisus & cõtemtus, eiicitur [g]: ita siquis in excelso loco, & in magnis ac locupletibus copiis collocatus, fortunę muneribus, & naturæ commodis omnibus abundabit: si virtutis, & artium, quæ virtutis magistræ sunt, egebit: quò magis cæteris rebus erit copiosus, & illustris, & expectatus, eò vehementiùs derisus, & contemtus, ex omni conuentu bonorum eiicietur. Hoc[h] simile exornatione vtriusque rei, & alterius inscitia artificij, alterius stultitia simili ratione collata, sub aspectu omnium rem subiecit. Dictum autem est per collationẽ, propterea quòd proposita similitudine, paria sunt omnia relata. In similibus obseruare oportebit [i] diligenter, vt cùm rem afferamus similem, cuius rei causa similitudinem attulerimus, verba [k] quoque ad similitudinem habeamus accommodata. id est huiusmodi [l]: Ita vt hirundines æstiuo tempore præstò sunt, frigore pulsæ recedunt. Ex eadem similitudine nunc per translationem verba sumimus: sita falsi amici sereno vitæ tempore præstò sunt: simulatque hyemem fortunæ viderint, deuolant omnes. Sed inuentio similium facilis erit, siquis sibi omneis res animatas, & inanimatas[m], mutas & loquẽteis, feras & manuetas, terrestreis, & cęlestеis, & [n] maritimas, artificio, casu, natura comparatas vsitatas, atque inusitatas, frequenter ante oculos poterit ponere, & ex his aliquam venari similitudinem, quæ aut ornare, aut docere, aut apertiorem rem facere, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei necesse est similis sit, sed [o] ad ipsum ad quod conferetur, similitudinem habeat oportet. 71 ¶ *Exemplum*, est alicuius facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio. Id sumitur iisdem [p] de causis, quibus similitudo. Rem ornatiorẽ facit, cùm nullius rei, nisi dignitatis, causa sumitur. Apertiorem, cùm id, quod [q] sit obscurius, magis dilucidum reddit. Probabiliorem, cùm magis verisimilẽ facit: Ante oculos ponit, cùm exprimit omnia perspicuè, vt res dicta propè manu tentari [r] possit. Vniuscuiusque generis singula subiecissemus exempla, nisi [s] exemplum quod genus esset, in expolitione demonstrassemus, & causas sumendi in similitudine aperuissemus. Quare noluimus, neque pauca, quò [t] minùs intelligeretur, neque, re intellecta, plura conscribere. 72 ¶ *Imago*, est formæ cum forma cum quadam similitudine collatio. Hæc

a L. in amico tantum beneuolentiæ, vt vltrà, &c

b L. Dictum est autem simile per.

c L. pronuntiatæ sunt.

d al. similitudo cum dicetur per coll.

e L. magni fulgoris gem

p. XXXIX. mis illumin.

f L. quo melius ornatus sit, & magis fuerit exspectatus,

g L. eiiciatur

h L. Hoc simile per collationem v. r & alt. in scientiæ art. a. stultitiæ s. r. c. s. aspectum om.

i al. oportet.

k L. eius rei verba quoq.

l L. huiusmodi. Vt hir. æs.

m L. & inanimas, mutas, n al. & marinas.

o L. sed ad id ipsum,

p al. iisdem ex caus.

q L. quod sit obscurum mag.

r fort. teneri || al. tractari. *

s L. nisi exempli quis vsus esset, in exp.

t L. quo minus res intell.

sumitur aut laud's, aut vituperationis causa. *Laudis causa*. sic: Ibant [a] in prœlium, corpore, tauri validissimi, impetu, leonis acerrimi similes. *Vituperationis*, vt in odium, aut in inuidiã, aut in contemtionem adducat. Vt *in odiũ*, hoc modo: Iste quotidie per forum medium, tam quam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu [b] rabido, circumspectans, huc & illuc, siquem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, [c] lingua aspergere possit. Vt *in inuidiam* adducat, hoc modo: Iste, qui diuitias suas iactat, sicut Gallus è Phrygia, aut ariolus quispiam depressus, & oneratus auro, clamat [d], & deierat. Vt *in contemtionem* adducat, sic: Iste, qui tanquã coclea, abscondens retentat sese tacitus, quo sit tutus, comeditur [e] cum domo sua, & aufertur. 73 ¶ *Effectio* est, cùm exprimitur & effingitur verbis, corporis cuiuspiam forma, quod [f] satis sit ad intelligendum, hoc modo: Hunc dico, iudices, rubrum, breuem incuruum, canum, subcrispum, cæsium, cui sanè magna est in mento cicatrix, si quomodo potest vobis in memoriam redire. Habet hæc exornatio cùm vtilitatem, siquem velis ostendere: tum venustatem, si breuiter & dilucidè facta [g] est. 74 ¶ *Notatio* est, cùm alicuius natura certis describitur signis, quæ, sicuti notæ quędã, naturę sunt attributa: Vt si velis non diuitem, sed [h] ostentatorem pecuniosum describere: Iste, inquies, iudices, qui se dici diuitem, putat esse præclarũ, primùm nunc videte, quo vultu vos [i] intueatur. nõne vobis videtur dicere, Darem, si mihi molesti non essetis? cùm verò siniſtra mentum subleuat, existimat se gemmæ nitore, & auri splendore aspectus [k] omnium perstringere. Cùm puerum respicit hunc vnum, quem ego noui, (vos non arbitror nouisse,) alio nomine appellat, deinde alio atque alio: Heus tu, inquit, veni Sannio, nequid isti Barbari perturbent: vt ignoti, qui audiunt, vnum putent eligi de multis: ei dicit in aurem, aut vt domi lectuli sternantur, aut ab auũculo rogetur Æthiops, qui ad balneas veniat, asturconi [l] locus ante ostium suum detur, aut aliquod fragile falsæ choragium [m] gloriæ comparetur. Deinde exclamat, vt omnes audiant, Videto, vt [n] diligenter enumeretur, si potest ante noctem. Puer [o] qui iã bene hominis naturã nouit, Tu illò plureis mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit, duc tecum Libanum, & Sosiam. Sanè. Deinde casu veniũt hospites homini, qui istum splendidè, dum peregrinaretur, receperunt [p]. ex ea re homo hercle sanè conturbatur: sed tamen à vitio naturæ non recedit. Bene, inquit, facitis, cùm venitis: sed rectiùs feciſſetis, si ad me domum rectà abiisſetis. Id feciſſemus, inquiunt illi, si domum nouiſſemus. At [q] istud quidem (inquit) facile fuit, vndelibet inuenire. Verùm ite mecum. Sequuntur illi. Sermo interea huius cõsumitur omnis in ostentatione. Quærit, in agris cuiusmodi frumẽta sint: negat, se, quia villę meæ sint, accedere posse, nec ædificare etiã nunc audere, tametsi in [r] Thusculano quidem cœpi insanire, & in iisdem fundamẽtis ædificare. Dũ hæc loquitur, venit in ædes quasdam, in quibus sodaliciũ erat eodem die futurum: quo iste pro notitia domini ędium ingreditur cum hospitibus. Hic, inquit, habito. perspicit [s] argentum: quod erat expositum, visit triclinium stratum, probat: accedit seruulus: dicit homini clarè, [a] dominum iam venturum, si velit exire. Itáne, inquit? Eamus hospites, frater venit ex Salerno: ego illi obuiàm pergam [b]: vos huc decima [c] venitote. hospites discedunt. Iste se raptim domum suã coniicit: illi decima, quò iusserat, veniunt. quærunt hunc. reperiunt, domus cuia sit: in [d] diuersorium deriſi conferunt sese. Vident hominem postera [e] die: narrant, expostulant, accusant. ait iste, eos similitudine loci deceptos, [f] angiporto [g] toto deerrasse: contra valetudinem suam se ad multam noctem expectasse. Sannioni puero negotium dederat, vt vasa, vestimenta, pueros, corrogaret. seruulus non inurbanus satis strenuè, & concinnè comparat. iste hospites domum deducit. Ait se ędeis maximas cuidam amico ad [h] nuptias accommodasse nuntiat interea puer argentum repeti (pertimuerat enim qui commodarat) Apagete [i], inquit, ædeis commodaui, famiiam dedi: argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen vtatur licet. nos Samiis delectabimur. Quid ego, quæ deinde efficiat, narrem? eiusmodi est hominis natura, vt, quæ singulis diebus efficiat [k] gloria atque ostentatione, ea vix annuo sermone enarrare possim. Huiusmodi notationes, quæ describunt, quid consentaneũ sit vniuscuiusque naturæ, vehementer habent magnam delectationem. totam enim naturam cuiuspiam ponunt ante oculos, aut glorioſi, vt nos, exẽpli causa, cœperamus [l]: aut inuidi, aut timidi, aut auari: ambitioſi, amatoris, luxurioſi, furis, quadruplatoris: [m] denique cuiusuis studium protrahi potest in medium tali notatione. 75 ¶ *Sermocinatio* est, cùm alicui personæ sermo attribuitur, & is exponitur cũ ratione dignitatis, hoc pacto: Cùm militibus verbs redundaret, & omneis timore oppressi domi continerentur, venit iste cum sago, gladio succinctus, tenens iaculum [n]: quinque adolescentes hominem simili ornatu subsequuntur. irrũpit in ædeis subitò, deinde magna voce: Vbi est iste beatus, inquit, ædium dominus? quin mihi præstò fit? quid taceti? Hîc alij omnes stupidi timore obmutuerunt. Vxor illius infelicissimi cum maximo fletu ad [o] istius pedes abiecit se. Parce, inquit, & per ea, quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri: noli exstinguere extinctos. Fer mansuetè fortunam. nos quoque fuimus beati: nosce te esse hominem. At ille. Quin illum mihi datis, ac vos auribus meis opplorare desinitis? non abibit. Illi nũtiatur interea venisse istum. & clamore maximo mortem minari. Quod simul vt audiuit, Heus, inquit, Gorgia, pedisequa [p] puerorum, absconde pueros: defende: fac, vt incolumeis ad adolescentiam perducas. Vix hęc dixerat, cùm ecce iste præstò, Sedes, inquit, audax? non vox mea tibi vitã ademit? exple inimicitias [q] meas, & iracundiam satura tuo sanguine. Ille cum magno spiritu, Metuebam, inquit, ne planè victus essem. nunc [r] video in iudicio mecum contendere non vis, vbi superari turpissimum est, superare pulchertimum: interficere me vis: occidar equidem, sed victus non peribo. At ille, In extremo vitæ tempore etiam sentẽtiose [s] loqueris? neque ei, quem vides dominari, vis supplicare? Tum mulier, Immò quidem iste rogat, & supplicat: sed tu quæso, commoueare [t]: & tu per deos, inquit, hunc amplexare. dominus est, vicit

P. B.

a L. Ihat Turnus in pr. c. r. val. imp. leõ. ac. similis.

b L. aſpectu venenato ſpiritu rabido, circ. *al.* aſpectu rabido, ſpiritu venenato, circ.

c *al.* inuncare.*

d *al.* clamat, & delirat. *Atqui ita R. Steph.*

e L. cum domo ſua comeditur, & auferetur. ‖ *al.* cum domo ſua, vt comedatur, auferetur.*

f L. quoad ſatis ſit ad int.

g L. facta ſit.

h L. ſed oſtẽtatorem pecuniæ fuæ deſcr.

i *al.* nos int.

k L. adſpectus omnium præſtinguere. ‖ &c. Eſt autem præſtinguere, obtenebrare, *al.* præſtringere. vt apud Nonium. c. 4. in præſtringere.*

l Aſturco, equus ab Aſturia oppido Hiſpaniæ.*

m Choragiũ Feſto, inſtrumentum ſcenarum Fulgẽtio Plantiadi: funus virginale.*

n L. vt diligẽter numeretur, ſi p.

o L. puer, qui bene hãc hominis nat. n.

p L. receperant. ex ea re homo hercle cont.

q *al.* At iſtud quidem facile fuit.

P. X L.

r L. in Tuſculano quidem inquit, cœpi inſanire.

ſ L. perſpiciunt arg. q. e. exp. viſunt tricl. ſtratum probant.

a clam, & *ita Vrſinus.**

b L. pergo: c *al.* ad decimam.*

d L. in deuerſorium.

e L. poſtero die:

f *al.* angiporto tu toto.

g Angiportus, vel angiportum Nonio c. 3. in pr. iter compendiarium in oppido, quaſi auguſtus portus ſeu aditus in portũ. Feſt. quod nihil in eo agi poſſit. Varro, 5. de lingua.* h L. ad nuptias commodaſſe.

i *al.* Apagete.

k *al.* efferat.*

l *al.* ceperamus:

m Quadruplatores Feſto, dicuntur qui eo quæſtu ſe tuentur vt eas res perſequãtur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.*

n *al.* baculũ.*

o L. ad iſtius pedes abiiciens ſeſe, Parce.*

P. B.

p L. pediſequep.

q L. meas inimicitias,

r L. nunc, vt vt video,

ſ L. ſentẽtias loqueris?

t *al.* commouere.

est, vicit hic te, vince [a] tu nunc animum. Cur non desinis, inquit [b], vxor, loqui, quæ me digna nonsunt? tace, &, quę curanda sunt, cura: tu cessas mihi vitam, tibi omnem bene viuendi spem mea morte eripere? Iste mulierem repulit ab se lamentantem: illi nescio quid incipienti dicere, quod dignum videlicet illius [c] virtute esset, gladium in latere defixit. Puto in hoc exemplo datos esse vnicuique sermones ad dignitatem accommodatos, quod [d] oportet in hoc genere obseruare. Sūt itē sermocinationes cōsequentes hoc genus. Nam quid putamus illos dicturos, si hoc iudicaueritis? nónne hac omnes vtentur oratione? deinde subiicere sermonē. 76¶ *Conformatio* est, cùm aliqua, quæ non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut cùm res muta, aut [e] informis, fit eloquēs, & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quædam, hoc pacto: Quòd si nunc hæc vrbs inuictissima vocem mittat, non hoc pacto loquatur? Ego illa plurimis trophæis [f] ornata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata victoriis, nunc vestris seditionibus ô ciues, vexor: quam dolis malitiosa Karthago, virib. [g] probata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patiemini nunc ab homunculis deterrimis proteri, atque conculcari? Item, Quòd si nunc L. ille Brutus reuiuiscat, & hìc ante pedes vestros adsit, non hac vtatur oratione? Ego reges eieci, vos tyrannos introducitis: ego libertatem, quæ non erat, peperi: vos partam seruare non vultis: ego capitis mei periculo patriam liberaui, vos liberi sine periculò esse non curatis. Hæc cōformatio, licet in plureis res mutas, atque [h] inanimatas trāsferatur, proficit plurimùm in amplificationis partibus, & commiseratione. 77¶ *Significatio* est quæ plus in suspicione relinquit, q̄ positū est in oratione. ea fit per exsuperationem, ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem. *Per exsuperationem*, cùm plus dictum est, quàm patitur veritas, augendæ suspicionis causa, sic: Hic de tanto patrimonio tam citò testam, qua sibi petat ignem, non reliquit. *Per ambiguum*, cùm verbū potest in duas, pluresve sententias accipi, sed accipitur in eam partem, quam vult is, qui dixit, vt de [i] eo si dicas, qui multas hereditates adierit, Prospice tu, qui plurimùm cernis. Ambigua [k] quemadmodum vitanda sunt quæ obscuram reddunt orationem, ita hæc consequenda, quæ conficiunt huiusmodi significationem. Ea reperientur facilè, si nouerimus, & animaduerterimus verborum accipiteis, aut [l] multipliceis potestates. *Per consequentiam*, significatio fit, cùm res, quæ sequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, vt si falsamentarij filio dicas: Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat. *Per abscissionem*, si, cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus, & ex eo, quod iam diximus, satis relinquitur suspicionis, sic: Qui ista forma, & ætate nuper alienæ [m] domui, nolo plura dicere. *Per similitudinem*, cùm aliqua re simili allata, nihil amplius dicimus, sed ex ea significamus, quid sentiamus, hoc modo: Noli, Saturnine, nimiùm populi frequentia fretus esse. inulti [n] iacent Gracchi. hæc exornatio plurimùm festiuitatis habet, interdum, & dignitatis. Sinit enim quiddam, tacito oratore, ipsum auditorem suspicari.

78¶ *Breuitas*, est [a] res ipsis tantummodò verbis necessariis expedita, hoc modo: Lemnum præteriens cepit: inde [b] Thasi præsidium reliquit: pòst vrbem in Bithynia sustulit: inde [c] pulsus in Hellespontum, statim potitur Abydo. Item, Modò consul, quòdam tribunus, deinde primus erat ciuitatis. Tum proficiscitur in Asiam, deinde exsul, & hostis est dictus, pòst imperator, postremò consul factus est. Habet paucis comprehēta breuitas multarum rerum expeditionem. Quare adhibenda tepe est, cùm aut res non egent longæ [d] orationis, aut tempus non finit commorari. 79¶ *Demonstratio* est, cùm ita res verbis exprimitur, vt geri negotium & res ante oculos esse videatur. Id fieri poterit, si, qui antè, & pòst, & in ipsa re facta erunt, comprehendemus, aut si à rebus consequentibus aut à circunstantibus non recedemus, hoc [e] modo: Quod simul atque Gracchus prosperit, fluctuare populum, verentem, ne ipse auctoritate senatus commotus à sententia desisteret, iubet aduocari concionem. Iste interea scelere, & malis cogitationibus redundans, euolat ex templo Iouis, & sudans oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga, cum pluribus aliis ire celeriùs cœpit. Illi præco faciebat [f] audientiā: hic subsellium quoddam calce premens, dextra [g] pedem [h] defringit, & alios hoc idem iubet facere. Cùm Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt: exiliis, aliisque partibus cōuolant [k]: atque è populo vnus, Fuge, inquit, Tiberi, fuge. Non vides? respice, inquam. Deinde vaga multitudo, subito timore perterrita, fugere cœpit. At iste spumans [l] ex ore scelus, anhelans ex [m] infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium, & dubitanti Graccho, quid esset, neque tamen locum in quo constiterat, relinquenti, percutit tempus. [n] Ille nulla voce delibans [o] insitam virtutem concidit tacitus. Iste viri fortissimi miserando sanguine adspersus, quasi facinus præclarissimum fecisset, circumspectans, & [p] hilaris sceleratam gratulantibus manum porrigens, in templum Iouis contulit sese. Hæc exornatio in amplificanda & commiseranda re plurimùm prodest. 9& in huiusmodi narrationibus. statuit enim totam rem, & [r] propè ponit ante oculos. 80¶ Omneis rationes honestandę elocutionis studiosè collegimus, in quibus, Herenni, si te diligenter exercueris, & grauitatem, & dignitatem, & suauitatem habere in dicendo poteris, vt oratoriè planè loquaris: ne nuda, atque inornata inuentio vulgari sermone efferatur. Nunc identidem nosmet ipsi nobis instemus. res enim communis agitur, vt frequenter, & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione: quod alij cum molestia tribus de causis maximè faciunt: aut si, cum quibus libenter exerceantur non habent: aut si sibi diffidunt: aut si nesciūt, quam viam sequi debeant: quæ à nobis absunt omnes difficultates. Nam & simul libēter exercemur propter amicitiam, cuius initium cognatio fecit, cetera philosophiæ ratio confirmauit: & nobis non diffidimus, propterea q̄ & aliquantulum processimus: & alia meliora sunt, quæ multò intentiùs petimus in vita, vt, etiam si non peruenerimus in dicendo, quò volumus, parua [t] pars vitæ perfectissimę deesset, & viam, quam sequamur, habemus, propterea quòd in his libris nihil præteritū

[a] L. vince tu tuū animum
[b] L. inquit ille, vx. loq.
[c] L. illa virtute esset,
[d] L. id quod
[e] L. & informis,
[f] L. tropæis, orn. *sic autem scribēdum, & efferendum hoc nomen, vt plurimis verbis aliis dicimus, non vt vulgo*, trophæis.
[g] L. viribus robusta. Num
[h] L. atque inanimas transf.
p. XLI.
[i] Vt si dicas de eo, qui m.
[k] L. Quemad modum ambigua vit.
[l] L. & multipliceis.
[m] L. alienæ, domi,
[n] L. inulti iacent etiam Gracchi.
a L. est cùm res ipsis tantummodò v. n. expedita est, h. m.
b *al.* inde Tasi ‖ male. Tarsus, vrbs Ciliciæ. Thasus insula in mari Aegæo non longe à Lemno.
c L. inde appulsus in Hel.
d *al.* longa oratione,
e L. hoc modo: Simul atque Gr.
f L. audiens P. B. tiam faciebat:
g *al.* dextro pede defringit.
h subsellii, scilicet.
i L. & exaliis, atq. aliis part.
k *al.* commeant omnes, atque, &c.
l *al.* spumas ex ore eiiciens*
m *al.* ex intimo.
n *al.* frōtem.*
o id est violās *al.* delimans: *al.* nullam vocem edens, insita virtute cōcidit, *al.* nullam vocem edens insita virtute indignam. Ego nihil mutandū cēseo. Delibare insitam virtutem, hic nihil aliud q̄ vi naturali vitaque defitui ac mori*.
p L. & hilarè scel.
q L. prodest in huiusm. n.
r L. & proponit ante oculos.
f *al.* ornādæ.
t L. parua pars tamen vitæ.

est rhetoricæ præceptionis. Demonstratum est enim, quomodo res in omnib. generibus causarum inueniri oporteat. Dictum est, quo pacto eas disponere conueniat. Traditum est, qua ratione esset pronunciãdum. Præceptum est, qua via meminisse possemus. Demonstratum est, quibus modis perfecta elocutio com- A pararetur. Quæ si [a] sequamur, acutè & citò reperiem[r]: distinctè, & ordinatè disponemus: grauiter, & venustè pronũtiabim[r]: firmè, & p- petuò meminerim[r]: ornatè, & suauiter eloquemur. Ergo hin arte rhetorica nihil est amplius. Hęc omnia adipiscemur, si rationes præceptionis diligentia consequemur, & exercitatione. B

a L. si sequemur,

a L. Ergo amplius in arte rhetorica nihil est.

M. T. CICERONIS RHETORICORVM, [c] SEV DE INVENTIONE RHETORICA, LIBRI DVO, QVI RELIQVI sunt ex quattuor.

b Hæc inscriptione citatur hic liber à Prisciano lib. 9. Quintiliano 5. & passim.

LIBER PRIMVS.

Synopsis libri 1. de Inuentione.

1 ¶ *De* ELOQVENTIA eiúsque vtilitate, *si cum sapientia coniungatur.* 2 *De* Principio *eloquentiæ & quemadmodum nata & progressa.* 3 *De eius abusu,* 4 *& studio necessario.* 5 *Eloquentiam non modò natura, & exercitatione, sed & artificio quodam comparari.* 6 *Artem eloquentiæ seu artificiosam eloquentiam certis præceptis persici.* 7 *Genus artificiosæ eloquentiæ, Ciuilem rationem seu* πολιτικὴν *esse.* 8 *Officium, dicere appositè ad persuadendum.* 9 *Finem, persuadere dictione seu dicendo.* 10 *Materiam, tria rerum, id est causarum, genera. Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale (& quid ea parte senserit Gorgias, Aristoteles, Hermagoras)* 11 *Partes, inuentionem, Dispositionem, Elocutionem, Memoriam, Pronunciationẽ.* 12 *De Rhetoris officio, & Eum qui artem Rhetoricã scribat, de materia artis & partibus potissimum, & quidem coniunctè scribere oportere.* 13 *& ab Inuentione, quæ princeps est omnium partium, incipere.*

Priore autem loco definiatur qualis esse debeat Inuentio in omni causarum genere. 14 *& quemadmodum* CONSTITVTIO *id est quæstio, seu id de quo agitur inter actorem & reum inueniri debeat.* 15 *Agitur autem inter actorem & reum vel de facto, (hæc Constitutio* CONIECTVRALIS *appellatur.)* 16 *vel de nomine facti (hæc constitutio* DEFINITIVA*)* 17 *vel de qualitate facti, (hæc cõstitutio* GENERALIS*) Cuius partes quatuor ab Hermagora constitutæ falsò, nimirum Deliberatiua, Demonstratiua, Iudicialis, cum sint duæ tantùm, Iudicialis, in qua de æquo, recto, præmio & pœna: Negotialis in qua de iuris ciuilis constitutione quæritur. Ac prioris quidem partes duæ, Iuridicialis & Absoluta. Cuius partes rursus quatuor: Criminis concessio, cuius item duæ partes, Purgatio & Deprecatio, Remotio, quæ fit causæ vel facti translatione, Relatio, Comparatio,* 18 *vel de actione: vt cùm quæritur quis, in quem, quomodo, apud quem, quo iure quáue lege, quo tempore, quo crimine, qua pœna, qua actione experiri debeat: Cuiusmodi quæstio seu constitutio* TRANSLATIVA *nominatur, cuius Hermagoras dicitur inuentor.* 19 *De quarum constitutionum omnium exemplis alio & quidem commodiore loco dicetur.* 20 *Et in hunc quidem modum constitutio causæ inueniunda: quæ reperta considerandum, vtrum causa sit simplex an coniuncta.* 21 *An in ratione seu voluntate, an in scripto sit controuersia.* 22 *Ad hæc Quæstio, Ratio, Iudicatio, Firmamentum quæri debet.* 23 *His repertis, singulæ partes totius causæ considerandæ: hoc est, excogitanda sunt ea quæ ad ordinandas singulas partes orationis pertinere possint.* 24 *Sunt autem sex orationis partes: Exordium, Narratio, Partitio, Confirmatio, Reprehensio, Conclusio.*

25 ¶ EXORDIVM *principem esse orationis partem.* 26 *quid exordium.* 27 *Dispari ratione exordiri, idque pro varietate causæ generis. Aliud enim causa genus Honestum, Admirabile, Humile, Anceps, Obscurum.* 28 *Partes exordij duas esse, Principium & insinuationem.* 29 ¶ PRINCIPIVM *eò spectare, vt beneuolos, dociles, attentos auditores efficiamus. Hæc enim exordio contineri oportet.* 30 *Idque variè, pro varietate nimirum causæ generis. Aliter enim ea à nobis præstanda sunt in causæ genere honesto, quàm in admirabili, humili, ancipiti & obscuro.* 31 *Porrò* Beneuolos *faciemus à persona nostra, aduersariorum, auditorum, à rebus ipsis.* Attentos *si magna, noua, incredibilia.* Dociles, *si aperte & breuiter polliceamur nos dicturos esse.* 32 INSINVATIONE *verò nobis vtendum est, si inest in ipsa causa turpitudo, si persuasus aut defessus est audiendo auditor.* 33 PRINCIPII & INSINVATIONIS *hoc est Exordij generalia hæc &* communia *præcepta: vt sententiarum & grauitatis, plurimum: splendoris, festiuitatis, concinnitatis, minimum.* 34 Vitia *verò cùm est Vulgare, Commune, Commutabile, Longum, Separatum, Translatum, Contra præcepta.*

35 ¶ NARRATIO *quid.* 36 *Generatria: vnum ipsius causæ ac negotij, Alterum, Digressionis non alienæ ab ipso negotio, Tertium, Delectationis causa comparatum, quod vel in negotiis, vel in personis maximè versatur. Illud tres partes habet: Fabulam, Historiam, Argumentum rei quæ fieri potuit. Posteriore personarum sermones & animi subiiciuntur.* 37 *Ipsius causæ ac negotij expositionem seu narrationem tres habere res oportet: vt sit Breuis, Aperta, Probabilis.* 38 *Vitia Narrationis hæc sunt, si obest, si nihil prodest, si non loco dicatur, sinon quemadmodum causa postulat.*

39 ¶ PARTITIO *hanc vtilitatem parit quod illustrem & perspicuam totam efficit orationem.* 40 *Partes eius duæ: vna cùm ostendimus quid nobis cum aduersario conueniat, quid non conueniat: Altera, cùm breuiter exponimus quibus de rebus dicturi simus.* 42 *Priori parte id quod nobis cum aduersario conue-*

nit,

nit, inclinare ad nostræ causæ commodum debemus: Quod non conuenit, in iudicationis expositione ponendum est. 43 *Posteriorem commendat breuitas sermonis, Absolutio seu partium vtilium enumeratio. Paucitas partium, seu in pauca partiri ea quæ dicturus sis.* 44 *Est & hoc in partitione considerandũ, vt & prima quæque pars, vt exposita est in partitione, sic ordine transigatur.*

45 ¶ CONFIRMATIO *est qua argumentando nostræ causæ fidem & authoritatem adiungimus.* 46 ARGVMENTATIONVM *autẽ materia variag; sylua est.* 47 *Ducuntur tamẽ vel ex eo quod personis, vel ex eo quod negotiis attributũ est.* 48 *A Personarũ attributis ducimus argumentationẽ à Nomine, Natura, Victu, Fortuna, Habitu, Affectione, studio, consilio, factis, casibus, orationibus.* 49 A NEGOTIORVM *verò attributis variè.* 50 Continentia *sunt enim quædam cum ipsõ negotio.* 51 In gestione ipsius negotij *alia posita sunt. (vt est Locus, Tempus, Occasio, Modus, Facultas)* Adiuncta negotio *alia sunt: vt Maius, Minus, Æquè magnum, Simile, Comparabile, Contrarium, Disparatum, Semis, Pars, Euentus.* 52 Consequentia negotium *& quæ illa.* 53 ARGVMENTATIONIS SPECIES *duæ. Est enim* NECESSARIA *vel* PROBABILIS. 54 NECESSARIVM *genus argumentandi dicẽdo tractamus per* Complexionem, Enumerationem, Simplicem Conclusionem. 55 PROBABILIS *verò argumentatio versatur in eo genere quod fere solet fieri, quod in opinione positum, quod simile (similitudo autem maximè spectatur in Contrariis, partibus, & iis quæ sub eandem rationem cadunt,* 56 *Partes Probabilis argumentationis, signum Credibile, Iudicatum, Comparabile. Huius rursus partes, Imago, Collatio, Exemplum.* 57 ARGVMENTATIONIS ORATORIAE PARTES, *seu* EXORNATIO, *Absolutio & Tractatio restat.* 58 *Tractantur autem variæ oratoriæ argumentationes.* 59 *Inductione nimirum,* 60 *vel Ratiocinatione,* 61 *apud Philosophos etiam aliis modis tractantur.*

62 ¶ REPREHENSIO *quid.* 63 *Eodem exfonte generaliter petenda, ex quo Confirmatio.* 64 *Et tamen specialia ad eam rem præcepta tradi possunt.* ¶ *Primùm enim argumentatio reprehenditur* 65 *si ex iis, quæ ab aduersario sumuntur, aliquid non conceditur.* 66 *vt siquis negetsumptum ab aduersario esse credibile,* 67 *signum,* 68 *Comparabile,* 69 *si iudicatum eleuatur aut omnino improbatur.* 70 *Et huiusmodi reprehensio probabilis est. Necessaria verò est, si complexio aut vna aut ex vtraque parte reprehenditur.* 71 *si enumeratio falsa ostenditur,* 72 *si simplex conclusio falsi aliquid continere demonstratur.* 73 ¶ *Secundo loco argumentatio reprehẽditur, cum his cõcessis quæ aduersarius sumpsit, negamus ex his quæ sumpsit complexionem confici.* 74 ¶ *Tertiò argumentatio reprehendetur, si genus ipsum argumentationis ostendemus: vt si omnino falsum, si commune, vulgare, leue, remotum, si mala definitio, si controuersum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offensum, si contrarium, si inconstans, si aduersum.* 75 ¶ *Quartò argumentatio reprehendetur si contra argumentationem aduersarij aliam æquè firmam aut firmiorem ponemus.*

76 ¶ CONCLVSIO *pars vltima & sexta orationis reiecta opinione Hermagoræ, qui Digressionem partem, eámque sextam orationis constituebat.* 77 *Conclusio quid.* 78 *Conclusionis tres partes.* 79 *Enumeratio quæ & rerum repetitio,* 80 *Indignatio quæ & amplificatio,* 81 *Conquestio seu Commiseratio, cuius conclianda sedecim loci hic enumerantur.* 82 ¶ *Transitio ad proximè sequentem librum.*

P. XLII.

SÆPE, & multùm hoc mecum cogitaui, boníne, an mali plus attulerit hominibus, & ciuitatibus copia dicẽdi, ac summum eloquẽtiæ studiũ. Nam cum & nostrę reipublicę detrimenta considero, & maximarum ciuitatum veteres animo colligo[a] calamitates, non minimã video per disertissimos homines inuectam esse partem incommodorum. Cùm autem res ab nostra memoria, propter vetustatem, remotas ex literatũ[b] monumentis repetere instituo: multas vrbeis constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias intelligo cùm animi ratione, tum[c] faciliùs eloquentia cõparatas. Ac me quidem diu cogitantem, ratio ipsa in hanc potissimùm sententiam ducit, vt existimem *sapientiam sine eloquẽtia parum prodesse ciuitatibus, eloquentiam verò sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam.* Quare siquis omissis rectissimis, atque honestissimis studijs rationis & officij, cõsumit omnem operã in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus[d] patriæ ciuis alitur: qui verò ita sese armat[e] eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, sed pro his pugnare possit, is mihi vir & suis, & publicis rationibus vtilissimus atque amicissimus ciuis fore videtur. 2 ¶ Ac si volumus huius[f] rei, quæ vocatur eloquẽtia, siue artis, siue studij[g], siue exercitationis cuiusdam, siue facultatis à natura profectæ considerare principium: reperiemus id ex honestissimis causis natũ, atque ab optimis rationibus profectum. Nam fuit quoddam tempus, cùm in agris homines passim bestiarum more[a] vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant, nec ratione animi quidquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur: nemo legitimas viderat[b] nuptias: non certos quisquã inspexerat liberos: non ius æquabile quid vtilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem, atque[c] inscitiam, cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explendam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis satellitibus. Quo tempore quidam[d] magnus videlicet vir, & sapiens, cognouit, quæ materia esset, & quãta ad maximas res opportunitas animis[e] inesset hominũ, siquis eam posset elicere, & [f] præcipiendo meliorẽ reddere: qui dispersos homines in agris, & in tectis syluestrib° abditos, ratione quadam cõpulit[g] in vnũ locum, & cõgregauit, & eos in vnãquamque rem inducens, vtilem, atq; honestã, primò propter insolentiam reclamãteis, deinde propter rationẽ atque orationem studiosiùs audienteis, ex feris & immanibus, mites eis reddidit & mãsuetos. Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita, nec inops dicẽdi sapientia pficere potuisse, vt homines à consuetudine subitò conuerteret, & ad diuersas vitæ rationes traduceret. Agè verò, vrbibus cõstitutis, vt fidem colere, & iustitiã retinere disceremt, & aliis parêre sua voluntate cõsuescerent, ac nõ modò

a L. calamitates colligo

b *fonte litteratorum.**

c L. tum etiã faciliùs.

d *al.* pernicio siusq. patriæ.

e Ita legibus armari dicimur Inst. Procœmio.*

f Eloquentia ars, studium, exercitatio, facultas à natura profecta.* g hic Iurisprudentia studiũ dicitur l. 1. §. 2. ff de iustitia.*

a *al.* modo

b *al.* nuptias viderat:

c L. atque inscientiam,

d Cicero hîc initium orãdi conditoribus vrbium ac legum latoribus tribuit quod Quintilianus 3. c. 2. in f. non probat Esse enim quasdam vagas & sine vrbibus ac sine legibus gentes, & tamen eos qui sunt in his nati, & legationibus fungi & accusare aliquã ac defẽdere, & denique alium alio melius loqui credere.*

P. B.

e L. in animis inesset.

f L. & mel. præc. red.

g L. vnum in locum compulit, & congreg.

labores excipiendos, communis commodi causa, sed etiam vitam amittendam existimarent: quis tandem fieri potuit, nisi homines ea, quæ ratione inuenissent, eloquentia persuadere potuissent? Profectò nemo, nisi graui, ac suaui commotus oratione, cùm viribus plurimùm posset, ad ius voluisset siue vi descendere: vt, inter quos posset excellere, cum iis se pateretur æquari, & sua voluntate à iucundissima consuetudine recederet, quæ[a] præsertim iam naturæ vim[b] obtineret propter vetustatem. Ac primò quidem sic & nata, & progressa longiùs eloquentia videtur: & item postea maximis in rebus pacis, & belli cum summis hominum vtilitatibus esse versata. 3¶ Postquàm verò commoditas quædam, praua virtutis imitatrix, sine ratione officij, dicendi copiam consecuta est: tum ingenio freta malitia, peruertere[c] vrbeis, & vitas hominum labefactare assueuit. Atque huius quoque exordium mali,[d] quoniam principium boni diximus, explicemus. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infanteis & insipienteis homines solitos esse versari, nec verò ad priuatas causas magnos ac disertos homines accedere: sed cùm à summis viris maximæ res administrarētur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad patuas controuersias priuatorum accederent. Quibus in controuersiis cùm sæpe à mendacio contra verum homines stare consuescerent, dicendi assiduitas aluit audaciam, vt necessariò superiores illi propter iniurias ciuium resistere audaeibus, & opitulari suis quisque necessariis cogeretur[e]. Itaque cùm in dicendo sæpe par, nonnunquam etiam superior visus esset is, qui, omisso studio sapientię, nihil sibi præter eloquentiam, cōparallet, fiebat, vt & multitudinis, & suo iudicio dignus, qui[f] rempublicam gereret, videretur. Hinc nimirum non iniuria, cùm ad gubernacula reipublicæ, temerarij, atque audaces homines accesserāt, maxima ac miserrima naufragia fiebant. Quibus rebus tantum odij, atque inuidię susceptum eloquentia, vt homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa, & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietū. Quare mihi videntur postea cætera studia recta, atque honesta per otium concelebrata ab optimis, enituisse: hoc verò à plerisque eorū desertum obsoleuisse[g] eo tempore, quo multò vehementiùs erat retinendū, & studiosiùs adaugendum. 4¶ Nam[h] quo indigniùs rem honestissimam, & rectissimam violabat stultorū & improborum temeritas, & audacia, summo cum reipublicæ detrimento: eo studiosiùs & illis resistendum fuit, & reipublicę consulendum. Quod nostrū illum nō fugit Catonem, neque Lelium, neque[i] horum (vt verè dicam) discipulum Africanum, neque Gracchos Africani nepotes: quibus in hominibus erat summa virtus, & summa virtute amplificata auctoritas, & quę his rebus ornamento, & reipublicæ præsidio esset, eloquentia. Quare, meo quidem animo, nihilo minùs eloquentię studendū est, etsi rea quidam & priuatim, & publicè peruersè abutuntur: sed[k] eò quidem vehementiùs, ne mali magno cū detrimento bonorū, & cōmuni omnium pernicie plurimùm possint: cùm præsertim hoc vnū sit, quod ad omneis res & priuatas, & publicas maximè pertineat: hoc tuta, hoc honesta, hoc illustris, hoc eodem vita iucunda fiat. Nam *hinc ad rempublicam plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia.* hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honor[a], dignitas confluit: hinc amicis quoque eorum certissimum, ac tutissimum præsidium cōparatur. Ac mihi quidem videtur homines cùm multis rebus humiliores & infirmiores sint, *hac re maximè bestijs præstare, quòd loqui possint.* Quare præclarum mihi quiddā videtur adeptus is, qui, qua re homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. 5¶ Hoc si fortè nō natura modò, neque exercitatione cōficitur, verùm etiam artificio quodā comparatur: non alienum est videre, quæ dicāt ij, qui quædā eius[b] rei præcepta nobis reliquerunt. 6¶ Sed antequàm de præceptis oratoriis dicamus, videtur dicendum de genere ipsius artis, de officio, de fine, de materia, de partibus. Nam, his rebus cognitis, faciliùs, & expeditiùs vniuscuiusq; animus ipsam rationem, ac viam artis considerare poterit. 7¶ CIVILIS[c] quædā ratio est, quæ multis, & magnis ex rebus constat. Eius quædam magna, & ampla *pars* est, artificiosa[d] eloquentia, quam rhetoricā vocant. Nam neque cum iis sentimus, qui ciuilem scientiam eloquentia non putāt indigere, & ab iis, qui eā putant omnem rhetoris vi & artificio contineri, magnopere dissentimus. Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, vt eam ciuilis[e] scientiæ partem esse dicamus. 8¶ *Officium* autem eius facultatis videtur esse, dicere appositè ad persuasionem: 9¶ *Finis*, persuadere dictione. Inter officium[f] autem, & finem hoc interest, quòd in officio, quid[g] fieri: in fine quid officio conueniat, consideratur: vt medici officium dicimus esse curare appositè[h] ad sanādum: finem, curatione sanare. Item oratoris quid officium. & quid finem esse dicamus, intelligimus[i], cùm id, quod facere debet, officium esse dicimus[k]: illud cuius causa facere debet, finem[l] appellamus. 10¶ *Materiā* artis eam dicimus, in qua omnis ars, & ea facultas, quæ conficitur ex arte, versatur, vt si medicinæ materiam dicamus morbos, ac vulnera, quòd in his omnis medicina versetur: item quibus in rebus versatur ars, & facultas oratoria, eas res materiam artis rhetoricæ nominamus. Has autem res, alij plureis,[m] alij pauciores existimauerunt. Nam Gorgias Leontinus antiquissimus ferè rhetor, omnibus de rebus oratorē optimè posse dicere existimauit. Hīc infinitam, & immensam huic artificio materiam subiicere videtur. Aristoteles autem, qui huic arti plurima adiumenta, atque ornamenta subministrauit, tribus in generibus rerum[n] versari rhetoris officium putauit: demōstratiuo, deliberatiuo, iudiciali. Demonstratiuum est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem, aut vituperationem. Deliberatiuum est, quod positum in disceptatione, & consultatione ciuili, habet in se sententiæ dictionem. Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem,[o] & defensionem, aut petitionem & recusationem. Et, quemadmodum nostra quidem fert opinio, oratoris ars & facultas in hac materia tripertita versari existimāda est. Nam Hermagoras quidem, nec, quid dicat, attendere, nec, quid polliceatur, intelligere videtur: qui oratoris materiam

a L. quæ præsertim vim naturæ iam obt.
b al. vicem.*
c L. vrbeis peruertere,
d Eloquētiæ abusus vnde profluxerit.*
e L. cogerentur.
f al. qui rēp. regeret,
g Citatur hic locus à Prisciano, lib. 9.* P. XLIII.
h Eloquētiæ studium cur retinendum*
i al. neque eorum,
k L. sed eo vehementiùs,
a al. honos,
b al. ei ius artis. pr.
c πολιτικὴν intelligit, cuius partem aliquam eloquentiam esse ait, quod & Plutarchus* in Themistocle. Ammianus 30. ex Platone πολιτικῆς μορίου εἶδωλον: vt autem seiuncta fuerit à ciuili ratione explicat Plutarchus illo loco.*
d Rhetorica igitur, nihil p: B. aliud est, quàm artificiosa eloquētia.*
e Eloquentia ciuilis scientiæ pars est.*
f Officii & finis differētiæ.*
g al. quid fini. Vrsin.*
h L. ad sanandum appositè: finem, sanare curatione.
i al. intelligemus, cùm id, q.
k al. dicemus il. c.
l al. appellabimus.
m Materia oratoris, Gorgiæ, res omnes: Aristotelis, genus demonstratiuū, deliberatiuū, iudiciale: Hermagoræ, causa & quæstio seu θέσις Verum hæc posterior nihil ad oratorē pertinet, & ad Philosophos magis referēda. 3. Quintil.*
n al. causarum.*
o L. aut accusationem, &

materiam in causam, & in quæstionem diuidat. Causam esse dicit rem, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, cum personarum certarum interpositione: quam nos quoque oratori dicimus esse attributam. nam treis ei parteis, quas antè diximus, supponimus, iudicialem deliberatiuam, demonstratiuam. Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum: vt, Quid[a] sit bonũ præter honestatem. Verùne sint sensus. Quæ sit mundi forma. Quæ[b] sit solis magnitudo. Quas quæstiones procul ab oratoris officio remotas[c], facilè omneis intelligere existimamus. Nam, quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumta intelligimus, eas, sicut aliquas paruas res, oratori attribuere, magna amentia videtur. Quòd si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, studio & disciplina comparatam, videretur fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio, & non, quid ars, sed quid ipse posset, exposuisse. Nunc verò ea vis est in homine, vt ei multò rhetoricam citiùs quis ademerit, quàm philosophiam concesserit. Neque eò dico, quòd eius ars, quam edidit, mihi mendosissimè scripta videatur. (Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniosè & diligenter electas res collocasse[d], & nonnihil ipse quoque noui protulisse) verùm oratori minimum est de[e] arte loqui, quod hic fecit: multò maximum ex arte dicere, quod eum minimè potuisse, omnes videmus. Quare materia quidem nobis[f] rhetoricæ videtur ea, quam Aristoteli visam esse diximus. 11 ¶ *Partes*[g] autem hæ sunt, quas plerique dixerunt, inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio[h]. Inuentio, est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant. Dispositio, est rerum inuẽtarum in ordinem distributio. Elocutio, est idoneorũ verborum, & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Memoria, est firma animi rerum ac verborum ad inuentionem[i] perceptio. Pronuntiatio, est ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio. 12 ¶ Nunc his rebus breuiter constitutis, eas rationes, quibus ostendere possimus genus, & officium, & finem huius artis, aliud in tempus differemus. Nam & multorum verborum indiget, & non tantoperè ad artis descriptionem & præcepta tradenda pertinent. Eum autem, qui artem[k] rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus, de materia artis, ac partibus scribere oportere existimamus. Ac mihi quidem videtur coniunctè[l] agendum de materia ac partibus. 13 ¶ Quare inuentio, quæ princeps est omnium partium, potissimùm in omni causarum genere, qualis debeat esse, consideretur.

14 ¶ Omnis res, quæ habet in se positã in dictione, aut disceptatione aliquã controuersiã[m], aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis continet quæstionẽ. Eam igitur quæstionẽ, ex qua causa nascitur, constitutionem appellamus. Constitutio, est prima conflictio causarum, ex depulsione intẽtionis profecta, hoc modo: Feci-sti, nõ feci, aut iure feci. Cùm facti controuersia est, quoniam coniecturis causa firmatur, *constitutio coniecturalis* appellatur. Cùm autẽ nominis, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio *definitiua* nominatur. Cùm verò, qualis[a] sit res, quæritur, quia & de vi, & de genere negotij controuersia est, constitutio *generalis* vocatur. At cùm causa ex eo pendet, q̃ non aut is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, quicũ oportet, aut nõ apud quos, quo tẽpore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet. *translatiua* dicitur cõstitutio: quia actio, translationis, & cõmutationis indigere videtur. Atq; hatũ aliquam in omne causæ genus incidere necesse est. Nam in quã non inciderit, in ea nihil esse poterit controuersiæ. Quare eam ne[b] causam quidem conuenit putari. 15 ¶ Ac *facti* quidẽ *controuersia*, in omnia tempora potest distribui. Nam quid[c] factum sit, potest quæri, hoc modo: Occideritne Aiacem Vlysses. Et[d] quid fiat, hoc modo: Bonóne animo sint erga populum Romanum Fregellani. Et[e] quid fututũ sit, hoc modo: Si Karthaginẽ reliquerimus incolumem, num quid sit incõmodi ad rempublicam peruenturum. 16 ¶ *Nominis* controuersia est, cùm de facto conuenit, & quæritur, id quod factũ est, quo nomine appelletur. Quo in genere, necesse est ideò nominis esse controuersiam, non[f] quòd de re ipsa non conueniat, non[g] quòd de facto non cõstet, sed q̃ id, quod factũ sit, aliud alij videatur esse, & idcirco alius alio nomine id appellet. Quare in huiusmodi generibus definienda res erit verbis, & breuiter describenda: vt, siquis sacrum ex priuato surripuerit[h], vtrùm fur, an sacrilegus sit iudicandus. Nam id cùm quæritur, necesse erit definire vtrumque, quid sit fur, quid sacrilegus, & sua descriptione ostendere alio nomine illam rem, de qua agitur, appellari oportere, atq; aduersarij dicunt. 17 ¶ *Generis* est controuersia, cùm & quid[i] factũ sit, conuenit, & quo id factũ nomine appellari oporteat, constat: & tamen, quantũ, & cuiusmodi, & omnino quale sit, quæritur, hoc modo: Iustum, an iniustũ: vtile, an inutile, & omnia, in quibus, quale sit id, quod factum est, quæritur, sine vlla nominis controuersia. ¶ Huic[k] generi Hermagoras parteis quattuor supposuit, deliberatiuã, demõstratiuã, iuridicialem, negotialem. Quod eius, vt nos putamus, nõ mediocre peccatum reprehendendũ videtur: verùm breui[l], ne[m], si aut taciti præterierimus, sine causa non secuti eũ putemur: aut si diutius in hoc constiterimus, moraã, atq; impedimentũ reliquis præceptis intulisse videamur. Si deliberatio[n] & demõstratio, genera sunt causarũ, non possunt rectè partes alicuius generis causæ putari. Eadem enim res alij[o] genus esse, alij pars potest: eidem genus esse, & pars non potest. Deliberatio autẽ, & demonstratio, genera sunt causarũ. Nam aut nullũ causæ genus est, aut iudiciale solum, aut & iudiciale, & demõstratiuum, & deliberatiuũ. Nullum dicere causæ esse genus, cùm causas esse multas dicat, & in eas præcepta det, amẽtia est. Vnum autem iudiciale solũ esse quí potest, cùm deliberatio & demonstratio, neq; ipsę similes inter se sint, & ab iudiciali genere plurimùm dissideant, & suum quæque finem habeat, quò referri debeat? Relinquitur ergo, vt omnia[p] tria genera sint causarum. Deliberatio igitur, & demonstratio, non possunt rectè partes alicuius generis causæ putari. Malè igitur eas generalis constitutionis parteis esse dixit. Quòd si generis causæ partes non possunt recte pu-

a L. Ecquid sit bonum in vita pr. ‖ *al.* Ecquid autẽ sit.*
b L. Quæ solis m.
c L. esse remotas,
d *al.* collegisse.*
e De arte loqui, & ex arte dicere differunt.*
f L. nobis artis rhet.
g *alii*, opera oratoris: *alii*, elemẽta seu μόρια has partes appellarunt: minus propriè: de quo v. 3. Quint. 3.* h Orandi igitur rationis quinque partes. sed Albutius tres tantum constituit, duabus posterioribus detractis. Alii, quinque his partibus iudicium, alii, ordinem addiderunt: Alii Rhetoricæ partes dixerunt, laudatiuam, deliberatiuam, iudicialem. Vide 3. Quint. 3. vbi quid Dion, quid Theodorei, quid Hermagoras in ea re senserint, refert* i *al.* ad inuẽtionem idoneorũ. Alias quidam hæc duo verba delenda existimant. Alii legunt, verborum, inuentionis.* k Artificiosam eloquentiã superius appellauit.* l *al.* coniunctim.
m Id est omnis controuersia vel causa aut facti aut nominis, aut generis aut actionis quæstionem continet.*

a L. qualis res sit,
b *al.* nec causam quidem. ‖ quæ lectio P. B. verior videtur id est an sit factũ vel nõ factum.*
c L. ecquid fact.
d L. Ecquid fiat,
e Ecquid fut.
f L. nõ quòd de facto ipso nõ conueniat: sed quod id fact sit, al.
g *Hoc totum*, non quod de facto non cõstet *Lambinus delet.*
h L. subripuerit,
i L. ecquid factũ sit, id est, factum ne sit,
k Constitutionis generalis non esse quatuor partes, aduersus Hermagoram.*
l breuiter.* m Vne aut si taciti pr.
n Deliberationem & demõstrationẽ non esse partes generalis constitutionis.*
o L. alij genus, alij pars esse potest:
p L. omnino tria genera.

P. XLV.

tari, multò minus rectè partis causæ partes putabuntur. Pars autem causæ, constitutio est omnis. Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur. Sed[a] demonstratio & deliberatio, generis causæ partes non possunt rectè putari, quòd[b] ipsa sunt genera. Multò igitur minùs rectè partis[c] eius, quod hic dicit, partes putabuntur. Deinde si constitutio, & ipsa, & [d] pars constitutionis eius quælibet, intentionis depulsio est: quę intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. At si, quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est: demonstratio, & deliberatio, neque constitutio, nec[e] pars constitutionis est. Si igitur constitutio, & ipsa & [f] pars eius, intentionis depulsio est: deliberatio, & demonstratio, neque constitutio, neque pars constitutionis est. Placet[g] autem ipsi, intentionis esse depulsionem. Placeat igitur oportet, demonstrationem & deliberationem nec esse constitutionem, nec partem constitutionis. Atque[h] hoc eodem vrgebitur, siue constitutionem[i] primam causæ, accusatoris confirmationem dixerit, siue defensoris primam deprecationem. Nam eum eadem omnia incommoda sequentur. Deinde coniecturalis causa nō potest simul ex eadem parte, eodem in genere & coniecturalis esse, & definitiua. Rursus nec definitiua causa potest simul ex eadem parte, eodem in genere & definitiua esse, & translatiua. Et omnino nulla constitutio, nec pars constitutionis potest simul & suam habere, & alterius in se vim continere: ideò quòd vnaquæque ex se, & ex sua natura simpliciter consideratur: altera[k] assumta, numerus constitutionum duplicatur, non vis constitutionis augetur. At deliberatiua causa simul ex eadem parte, eodem in genere & coniecturalem, & generalem, & definitiuam, & translatiuam solet habere constitutionem, & [l] vnam aliquam, & plureis nonnumquam. ergo ipsa nec constitutio est, nec pars constitutionis. Idem in demonstratione solet vsu[m] euenire. Genera igitur, vt antè diximus, hæc causarum putanda sunt, non partes alicuius constitutionis ¶ Hæc ergo constitutio[n], quam generalem nominamus, parteis nobis videtur duas habere, iuridicalē, & negotialem. *Iuridicialis* est, in[o] qua æqui & recti natura, aut[p] præmij, aut pœnæ ratio quæritur. *Negotialis* est, in qua, quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit, consideratur: cui[q] diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimantur. Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur[r] parteis, absolutam, & assumtiuā. *Absoluta* est, quę ipsa in se cōtinet iuris & iniuriæ quæstionē. *Assumtiua* est, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationē: foris autem aliquid defensionis assumit. Eius partes sunt quattuor, concessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio. *Concessio* est, cùm reus non id, quod factum est, defendit, sed[r] vt ignoscatur, postulat. (Hæc in duas parteis diuiditur, purgationem, & deprecationem. *Purgatio* est, cùm factum conceditur, culpa remouetur. Hæc parteis habet treis, imprudentiam, casum, necessitatem. *Deprecatio* est, cùm[s] & peccasse, & consultò peccasse reus se confitetur, & tamen, vt ignoscatur, postulat: quod genus perraro potest accidere.) *Remotio criminis* est, cùm id crimen, quod infertur, ab se, & à sua culpa, vi, & potestate in alium reus remouere conatur. (Id dupliciter fieri poterit, si aut causa, aut factum in alium transferetur. *Causa transfertur*, cùm aliena dicitur vi, & potestate factum. *Factum* autē, cùm alius aut debuisse, aut potuisse facere dicitur.) *Relatio criminis* est, cùm[a] ideo iure factū dicitur, q. [b] aliquis antè iniuria lacessierit. *Cōparatio* est, cùm[c] aliud aliquod factum rectū, aut vtile contēditur, quod vt fieret, illud[d], quod arguitur, dicitur esse cōmissum. 18 ¶ In quarta cō stitutione, quam *translatiuā* nominamus, eius constitutionis est controuersia, cùm aut quē, aut quicum, aut quomodo, aut apud quos, aut quo iure, aut quo tēpore agere oporteat, quæritur, aut omnino aliquid de commutatione, aut infirmatione actionis agitur. Huius cōstitutionis Hermagoras inuentor esse existimatur, non quia non vsi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animaduerterint artis[e] scriptores eā superiores, nec retulerint in numerū constitutionū. Pòst autē ab hoc inuētam multi reprehēderunt, quos non tā imprudentia falli putamus, (res enim perspicua est) q̄ inuidia, atq; obtrectatione quadā impediri.

19 ¶ Et constitutiones quidem, & earum parteis exposuimus: exempla autem cuiusque generis tunc commodiùs exposituri videmur, cùm in vnumquodque eorum argumentorum copiam dabimus. Nam argumentandi ratio dilucidior erit, cùm & ad genus, & ad exemplum causæ statim poterit accommodari. 20 ¶ Constitutione causæ reperta, statim placet considerare, *vtrùm causa sit simplex, an coniuncta*: & si coniuncta erit, vtrum sit ex pluribus quæstionibus iuncta, an ex aliqua comparatione. Simplex est, quæ absolutam in se continet vnam quæstionem, hoc modo: Corinthiis bellum indicamus, an non. Coniuncta ex pluribus quæstionibus, in qua plura quæruntur. hoc[f] pacto: Vtrùm Karthago diruatur, an Karthaginienſibus reddatur, an eò colonia deducatur. Ex comparatione, in qua per contentionem, vtrum potius, aut quid potissimum sit, quæritur, ad hunc modum: Vtrùm exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, vt quàm maximę contra Hannibalē copiæ sint. 21 ¶ Dein de considerandum[g] est, *an in ratione*[h], *an in scripto sit controuersia*. Nam scripti[i] controuersia est ea, quæ ex scriptionis genere nascitur. Eius autem genera, quæ[k] sunt separata à constitutionibus, quinque sunt. Nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere, tum inter se duæ leges, aut plures discrepare, tum id, quod scriptum est, duas, aut plureis res significare: tum ex eo, quod scriptum est, aliud[m] quoque, quod non scriptum est, inueniri: tum vis verbi quasi in definitiua constitutione, in quo posita sit, quæri. Quare primum genus, de scripto & sententia: secundum, ex contrariis legibus: tertium, ambiguum: quartum, ratiocinatiuum: quintum, definitiuum nominamus. Ratio est autem, cùm[n] omnis quæstio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit. 22 ¶ At tum considerato genere causæ, & cognita constitutione, cùm, simplexne, an coniuncta sit, intellexeris, & scripti, an rationis habeat controuersiam, videris: deinceps erit videndum, quæ

quæstio,

a L. At demonstr.
b L. quia ipsa s.
c L. partis eius quā hic dicit, *sed fortè legendum*, parteis eius, quod hic dicit.*
d L. & pars eius quælibet,
e L. æq. pars const.
f L. & pars eius quælibet, int.
g L. Placet autem ipsi, cōstitutionem, intentionis, &c.
h *al.* Atq. hoc eodem incōmodo vrgebitur, &c. *vt R. Steph.*
i Constitutio quid sit.*
k L. altera autem assumta,
l L. & vnam aliquando, & plureis n. & *ita R. Steph.*
m L. vsu venire,
n Cōstitutionis generalis duas esse tātum partes Iuridicialem & Negotialem.*
o In Iuridiciali parte tractatur de æquo, recto, præmio & pœna.*
p L. vel præmii, aut.
q Iurisconsultorum partes veteribus quæ fuerint*
r L. sed vt ignoscatur sibi postul.
P. B.
s L. cum & peccasse se reus, & consultò peccasse confit.

a *al.* quod ideò iure &c. *mendose.*
b L. quod alius antè iniuria l.
c *al.* cum aliquod aliud ab illo de quo agitur, factum &c.*
d L. id, quod argu.
e *al.* eam artis scriptores superiores.
f *al.* hoc modo:
g L. est, in ratione, an in scr.
h id est voluntate.*
i scripti controuersia, quid, quæq. eius genera*
k L. quæ separata sunt à const.
l *fort.* Nam cùm verba &c.
P. XLVI.
m *al.* aliud, quod non scrip.
n L. cùm quæstio non in scr.

quæstio, quæ ratio, quæ iudicatio, quod firmamentum causæ sit: quæ omnia à constitutione proficiscantur oportet. *Quæstio* est ea, quæ ex conflictione causarum gignitur controuersia, hoc modo. Non iure feci: iure feci. Causarum autem[a] hæc est conflictio, in qua constitutio constat. Ex ea igitur nascitur controuersia, quam quæstionem dicimus, hoc modo: Iurene fecerit. *Ratio* est ea, quæ continet causam, quæ si sublata sit, nihil in causa controuersiæ relinquetur[b], hoc modo, vt docendi causa in facili, & peruulgato exemplo consistamus: Orestes si accusetur matricidij, nisi hoc dicat, Iure feci: illa enim patrem meum occiderat: non habet defensionem. qua sublata, omnis quoque controuersia sublata sit. Ergo eius causæ ratio est, quòd illa Agamemnonem occiderit. *Iudicatio* est, quæ ex infirmatione, & confirmatione rationis nascitur controuersia. Nam[c] sit ea nobis exposita ratio, quam paullo antè exposuimus. Illa enim, inquit, patrem[d] occiderat. At non, inquit aduersarius, abs te filio matrem necari oportuit: potuit enim sine tuo scelere illius factum puniri. Ex hac deductione rationis, illa summa nascitur controuersia, quam iudicationem appellamus. Ea est huiusmodi: Rectúmne fuerit, ab Oreste matrem occidi, cùm illa Orestis patrem occidisset. *Firmamentum*, est firmissima argumentatio defensoris, & aptissima ad iudicationem: vt si velit Orestes dicere, eiusmodi animum matris suæ fuisse in patrem suum, in [e] seipsum, in sorores, in regnum, in famam generis, & familiæ, vt ab ea pœnas liberi sui potissimùm petere debuerint. Et in cæteris quidem constitutionibus ad hunc modũ iudicationes reperiuntur: in coniecturali autem constitutione, quia ratio non est (factum enim non conceditur) non potest ex deductione rationis nasci iudicatio. Quare necesse est eandem esse quæstionem, & iudicationem: vt factum est, factum non est, factúmne sit. Quot autem in causa constitutiones, aut earum partes erunt, totidem necesse erit quæstiones, rationes, iudicationes, firmamenta reperiri.

23 ¶His omnibus in causa repertis, tunc[f] denique *singulæ partes totius causæ* considerandæ sunt. Nam non vt quidque dicendum primum, ita primum animaduertendum videtur: ideò quòd illa, quæ prima dicuntur, si vehementer velis congruere, & cohærere cum causa, ex eis ducas oportet, quæ pòst dicenda sunt. Quare cùm iudicatio, & ea, quæ ad iudicationem oportet inueniri argumenta, diligenter erunt artificio reperta, cura & cogitatione pertractata: tum denique ordinandæ sunt cæteræ partes orationis. 24 ¶Hę partes sex esse omnino nobis videntur: exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio.

25 ¶Nunc quoniam exordium princeps omnium esse debet, nos quoque primùm[g] in ratione exordiendi præcepta dabimus.

26 ¶Exordium, est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem: quod eueniet, si eum beneuolum[h], attentum, docilem fecerit. 27 ¶Quare qui bene exordiri causam volet, eum necesse est genus suæ causæ diligenter antè cognoscere. Genera causarum sunt quinque[i], honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. *Honestum*[k] genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris fauet animus. *Admirabile*[a], à quo alienatus est animus eorũ, qui audituri sunt. *Humile*, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. *Anceps*, in quo aut iudicatio dubia est: aut causa, & honestatis, & turpitudinis particeps: vt & beneuolentiam[b] pariat, & offensionem. *Obscurum*, in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est. Quare[c], cùm diuersa sint genera causarum, exordiri quoque dispari ratione in vnoquoque genere necesse est. 28 ¶Igitur exordium in duas parteis diuiditur, in principiũ, & insinuationem. 29 ¶PRINCIPIVM, est oratio perspicuè, & [d] protinus perficiens auditorem beneuolum[e], aut docilem, aut attentum. *Insinuatio*, est oratio quadam dissimulatione, & circuitione obscurè subiens auditoris animum. 30 ¶In admirabili genere causæ, si non omnino infesti auditores erunt, principio beneuolentiam[f] comparare licebit. sin erunt vehementer abalienati, confugere necesse erit ad insinuationem. Nam ab iratis si perspicuè pax, & beneuolentia[g] petitur, non modò ea non inuenitur, sed augetur, atq; inflãmatur odium. In humili autẽ genere causæ, contẽtionis tollendæ causa, necesse erit attentũ efficere auditorem. Anceps genus causæ, si dubiã iudicationẽ habebit, ab ipsa iudicatione exordiendum est. sin autẽ partem turpitudinis[h], & partẽ honestatis habebit, beneuolentiam[i] captare oportebit, vt in genus honestũ causa translata videatur. Cùm autem erit honestũ causæ genus, vel præteriti principium poterit. &, si commodũ fuerit, aut à narratione incipiemus, aut à lege, aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictionis: vel, si vti principio placebit, beneuolentiæ[k] partibus vtendũ est, vt id, quod est, augeatur. In obscuro causæ genere, per principiũ docileis auditores efficere oportebit. 31 ¶Nunc, quoniam, quas res exordio conficere oporteat, dictum est: reliquum est, vt ostendatur, quibus quæque res rationibus confici possit. *Beneuolentia*[l] quattuor ex locis comparatur: ab nostra, ab aduersariorum, ab iudicum persona, ab ipsa re. *Ab*[m] *nostra*, si de nostris factis, & officiis sine arrogantia dicemus: si crimina illata, & aliquas minus honestas suspiciones iniectas diluemus: si, quę incõmoda acciderint, aut quę instẽt difficultates, proferemus: si precẽ, & obsecratione humili, ac supplici vtemur. *Ab aduersariorũ* autẽ, si eos aut in odium, aut in inuidiã, aut in contemtionem adducemus. In[n] odium ducẽtur, si quid eorũ spurcè, superbè, crudeliter, malitiosè factum proferetur. In inuidiam, si vis eorum, potentia, diuitiæ[o], cognatio, pecuniæ proferentur, atque eorum vsus arrogans, & intolerabilis, vt his rebus magis videantur, quàm causæ suæ confidere. In contemtionem adducentur, si eorum inertia, negligentia, ignauia, desidiosum studium, & luxuriosum otium proferetur. *Ab auditorum persona* beneuolentia[p] captabitur, si res ab his fortiter, sapienter, mansuetè gestæ proferentur, vt nequa assentatio nimia significetur: & si de his, quàm honesta existimatio, quantáque eorum iudicij, & auctoritatis exspectatio sit, ostendetur. *Ab ipsis rebus*, si nostram causam laudando extollemus, si aduersariorum[q] causam per contemtionem

a L. cõflictio est, ex qua

b al. relinquatur. al. relinquitur.

c fort. Nã sit ea á nobis exposita ratio, quam paullò antè posuimus,

d L. patrem meum occid.

e al. in seipsum, ac sorores,

f L. tum denique.

g L. primùm orationẽ exordiendi al. in rationem

P. B. exordiendi. ‖ sed fort. illa dico: in ratione disponenda, vt ita legamus: nos quoque primùm exordiendi præcepta dabimus.

h v.c. beniuolum,

i Genera causarum hæc Græcis, ἔνδοξον, παράδοξον, ἀδόξον, ἀμφίδοξον, διπλοῦν, ἀπὸ τοῦ πλείονος ἢ ἐλάττονος.

k Quint. 1.

l L. Honestũ causæ genus.

a L. Admirabile est, à quo

b v.c. beniuolentiam

c L. Quare, quoniam, diuersa sunt gen. R. Steph. Quare, cùm tam diuersa sint &c.

d L. & protinus efficiens aud.

e v.c. beniuolum,

f v.c. beniuolentiam

g v.c. benim.

h L. turpitudinis, partem hon.

i v.c. benim.

k v.c. beniu. P. XLVII.

l v.c. Beniu.

m L. Ab nostra pers.

n L. In odiũ adducentur,

o L. diuitiæ, gratiæ, cog.

p v.c. beniu.

q L. aduersariorum autẽ per cont.

deprimemus. *Attentos* autem faciemus, si demonstrabimus, ea, quæ dicturi erimus, magna, noua, incredibilia esse, aut ad omneis, aut ad eos, qui audiunt, aut ad aliquos illustreis homines, aut ad deos immortaleis, aut ad summam reip[a] pertinere: & si pollicebimur, nos breui nostram causam demonstraturos, atque exponemus iudicationem, aut iudicationes, si plures erunt. *Docileis* auditores faciemus, si apertè & breuiter summam causæ exponemus, hoc est, in quo consistat controuersia. Nam & cùm docilem velis facere, simul attentum facias oportet. Nam is maximè docilis est, qui attentissimè est paratus audire. 32 ¶ Nūc INSINVATIONES quemadmodum tractari conueniat, deinceps dicendum videtur. Insinuatione igitur vtendum est, cùm admirabile genus causæ est, hoc[b] est, vt antè diximus, cùm animus auditoris infestus[c] est. Id autem tribus ex causis fit maximè: si aut ineſt in ipsa causa quædam turpitudo, aut si ab iis, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur, aut eo tempore locus dicendi datur, cùm iam illi, quos audire oportet, defessi sunt audiendo. Nam ex hac quoque re non minùs, quàm ex primis duabus, in oratione nonnumquam animus auditoris offenditur. *Si causæ turpitudo* contrahet offensionem: aut[d] pro eo homine, in quo offenditur, alium hominem, qui diligitur, interponi oportet: aut pro re, in qua offenditur, aliam rem, quæ probatur: aut pro re hominē, aut pro homine rem, vt ab eo, quod odit, ad id, quod diligit, auditoris animus traducatur, & dissimulare id te defensurum, quod existimeris defensurus: deinde, cùm iam mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem, & dicere, ea, quæ indignantur aduersarij, tibi quoque indigna videri: deinde[e], cùm lenieris eum, qui audiet, demonstrare, nihil eorum ad te pertinere, & negare te quidquam de aduersariis esse dicturum, neque hoc, neque illud: vt neque apertè lædas eos, qui diliguntur, & tamen id obscurè faciens, quoad possis, alienes ab eis auditorum voluntatem: & aliquorum iudicium simili de re, aut auctoritatem proferre imitatione dignam: deinde, aut eandem, aut consimilem, aut maiorem, aut minorem agi rem in præsentia demonstrare. *Sin[f] oratio aduersariorum fidem videbitur auditoribus feciſſe.* idque[g] ei, qui intelligit, quibus rebus fides fiat, facile erit cognitu: oportet aut de eo, quod aduersarij sibi firmissimum putarint, & maximè ij, qui audierint, probarint, primùm te dicturum polliceri, aut ab aduersarij dicto exordiri, & ab eo potissimùm, quod ille nuperrimè dixerit: aut dubitatione vti, quid primùm dicas, aut cui potissimùm loco respondeas, cum admiratione. Nam auditor cùm eum, quem aduersarij perturbatum [h]putant[i] oratione, videt animo firmissimo contrà dicere paratum, plerumque se potiùs temere assensisse, quàm illum sine causa confidere arbitratur. *Sin[k] auditoris studium defatigatio abalienauit à causa*, te breuius, quàm paratus fueris, esse dicturum, commodum est polliceri, non imitaturum aduersarium. Sin[l] res dabit, non inutile est ab aliqua re noua, aut ridicula incipere, aut ex tempore quæ nata sit: quod genus, strepitum[m], acclamationem: aut iam parata, quæ vel apologum, vel fabulam, vel aliquam cōtineat irrisionem: aut, si rei dignitas adimet iocandi facultatē, aliquid triste, nouum, horribile, statim non incommodum est iniicere. Nam VT cibi satietas, & fastidiū aut subamara aliqua[a] re releuatur, aut dulci mitigatur: sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. 33 ¶ Ac separatim quidē, quæ de principio, & insinuatione dicenda videbantur, hæc ferè sunt. Nunc quiddā breuiter, & cōmuniter de vtroq; præcipiendū videtur. Exordium, sententiarū, & grauitatis plurimùm debet habere, & omnino omnia, quæ pertinent ad dignitatē, continere[b] in se, propterea q; id optimè faciendū est, quod oratorē auditori maximè cōmendat: splendoris, & festiuitatis, & cōcinnitudinis minimùm, propterea q; ex his suspicio quædā apparationis, atq; artificiosæ diligentiæ nascitur: quæ maximè orationi fidē, oratori adimit auctoritatem.

34 ¶ Vitia verò hęc sunt certissima exordiorū, quæ summopere vitare oportebit: vulgare, cōmune, cōmutabile, longum, separatū, translatū, contra præcepta. *Vulgare* est, quod in plureis causas potest accōmodari, vt conuenire videatur. *Cōmune* est, quod nihilominus in hāc, quàm in contrariam partem causæ, potest cōuenire. *Commutabile*[c] est, quod ab aduersario potest, leuiter mutatum, ex cōtraria parte dici. *Longum* est, quod pluribus verbis, aut sententiis, vltrà quàm satis est, producitur. *Separatum*[d] est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec, sicut aliquod membrū, annexum orationi. *Translatum* est, quod aliud conficit, quàm causæ genus postulat: vt si quis docilem faciat auditorem, cùm beneuolentiam[e] causa desiderat: aut si principio vtatur, cùm insinuationem res postulat. *Contra præcepta* est, quod nihil eorum efficit, quorum causa de exordiis præcepta traduntur: hoc est, quod eum, qui audit, neque beneuolum[f], neque attentum, neque docilem efficit: aut, quo profectò nihil peius est, vt contrà sit, facit. Ac de exordio quidem satis dictum est.

35 ¶ NARRATIO, est rerum gestarum, aut, vt gestarum, expositio. 36 ¶ *Narrationum tria* sunt *genera*. ¶ Vnū genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controuersiæ continetur. ¶ Alterum, in quo digressio[g] aliqua extra causam aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis non alienæ ab eo negotio, quo[h] de agitur, aut amplificationis causa, interponitur. ¶ Tertium genus, est remotum à ciuilibus causis, quod delectationis causa, non inutili cum exercitatione, dicitur, & scribitur. Eius partes sunt duæ, quarum altera in negotiis, altera in personis maximè versatur. ¶ Ea, *quæ in negotiorum expositione* posita est, treis habet parteis, fabulam, historiam, argumentum. *Fabula* est, in qua nec veræ, nec verisimiles res continentur: cuiusmodi est:

Anguis ingentes alites, iuncti iugo.

Historia est gesta res, ab ætatis nostræ memoria remota[i]. quod genus, Appius indixit Karthaginiensibus bellum. *Argumentum* est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Huiusmodi[k] apud Terentium:

Nam is postquàm excessit ex ephebis, Sosia.

¶ Illa autem narratio, *quæ versatur in personis*, eiusmodi est, vt in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones, & animi perspici possint, hoc modo:

Venit ad me sæpe clamitans, Quid agis Mitio?

Cur

a L. aliqua re leuatur,

b L. in se cōtinere,

P. XLVIII.

c al. lib. Commutabile, quod

d al. lib. Separatum, quod

e v. c. beniu.

f v. c. beniu.

g L. degressio

h al. quod agitur.

i L. propter vetustatem rem.

k L. Cuiusmodi,

a L. remp. quæ locutio maximè probanda est. similis est in l. 1. §. licet 20. ff. de exercitoria: & in l. 14. ff. ad municipal. vbi dixi.

b L. &, vt antè dix.

c al. infensus vel, offensus

d L. aut pro homine,

e L. deinde demonstrare, nihil eorum.

f id est si persuasus auditor.

g L. id quod ei, qui intell.

h L. putant sua oratione, i al. putat, & ita Vrsinus.

k id est si defessus erit audiendo.

l L. Sin autē res dabit m al. strepitu, acclamatione: Vrsinus, strepitum & acclamationem dicem: forte ita legendum, strepitus, acclamatio.

Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumtu[a] *suggeris?*
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus [b] *est, præter aquámque & bonum.*

a L. sumtum sugg. & ita Donat.

P. B.

b al duru'st, L. est durus,

Hoc in genere narrationis multa inesse debet festiuitas, confecta ex rerum varietate, animorum dissimilitudine, grauitate, lenitate, spe, metu, suspicione, desiderio, dissimulatione, errore, misericordia, fortunæ cõmutatione, insperato incommodo, subita lætitia, iucundo exitu rerum. Verùm hæc ex [c] his, quæ postea de elocutione præcipientur, ornamẽta sumuntur [d]. 37 ¶ Nunc *de narratione ea, quæ causæ continet expositionem*, dicendum videtur. Oportet igitur eam treis habere res, vt breuis, vt aperta, vt probabilis sit. *Breuis* erit, si, vnde necesse est, inde initium sumetur, & nõ ab vltimo repetetur, & si, cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicentur. nã sæpe satis est, quod [e] factum sit dicere, non [f] vt enarres, quemadmodum sit factum: & si non longiùs, quàm [g] quod scitu opus est, in narrando procedetur: & si nullã in rem aliam trãsibitur: & si ita dicetur, vt nonnumquam ex eo, quod dictum sit, id quod dictũ nõ sit, intelligatur: & si non modò id, quod obest, verùm etiam id, quod nec obest, nec adiuuat, præteribitur: & si semel vnumquidque [h] dicetur: & si non ab eo, in quò proximè desitum erit, deinceps incipietur. Ac multos imitatio decipit breuitatis, vt, cùm se breueis putent esse, longissimi sint: cùm dent operam, vt res multas breuiter dicant, non vt omnino paucas res dicant, & non plureis, quàm necesse sit. Nam plerisque breuiter dicere videtur, qui ita dicit: Accessi ad ædeis, puerum euocaui: respondit: quæ sui dominum: domi negauit esse. Hîc, tametsi tot res breuiùs non potuit dicere, tamen, quia satis fuit dixisse [i], domi negauit esse, sit rerum multitudine longus. Quare hoc quoque in genere vitanda est breuitatis imitatio, & non minùs rerum non necessariarum, quàm verborum multitudine supersedendum [k] est. *Aperta* [l] autem narratio poterit esse, si, vt [m] quodque primùm gestum erit, ita primùm exponetur, & rerum ac temporum ordo seruabitur: vt ita narrentur, vt gestæ res erunt, aut vt potuisse geri videbuntur. Hîc considerandum erit, nequid perturbatè, nequid contortè dicatur, nequam in aliam rem transeatur, ne ab vltimo repetatur, ne ad extremum prodeatur, ne quid, quod ad rem pertineat, prætereatur: & omnino, quæ præcepta de breuitate sunt, hoc quoque in genere sunt conseruanda. Nam sæpe res parum est intellecta longitudine magis, quàm obscuritate narrationis. Ac verbis quoque dilucidis vtendum est: quo de genere dicendum est in præceptis elocutionis. *Probabilis* [n] erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea, quæ solent apparere in veritate: si personarum dignitates seruabuntur, si causæ factorum exstabunt, si fuisse facultates faciundi videbuntur, si tempus idoneum, si spatij satis, si locus opportunus ad [o] eandem rem, qua de re narrabitur, fuisse ostendetur: si res & ad eorum, qui agent, naturam, & [p] ad vulgi rumorem, & ad eorum, qui audiunt, opinionem accommodabitur. Ac veri quidem similis ex his rationibus esse poterit. 38 ¶ Illud autem præterea considerare oportebit, ne aut, cùm obsit narratio, aut cùm nihil prosit, tunc interponatur: aut non loco, aut non, quemadmodum causa postulat, narretur. *Obest* tum, cùm ipsius rei gestæ expositio magnam excipit offensionem, quam argumentando, & causam agendo leniri oportebit. Quod cùm acciderit, membratim oportebit, parteis rei gestæ dispergere in causam, & ad vnamquamque confestim rationem accommodare, vt vulneri præstò medicamentum sit, & odium statim defensio mitiget. *Nihil prodest* narratio tunc, cùm ab aduersariis re exposita, nostra nihil interest iterum, aut alio modo narrare: aut cùm ab iis, qui audiunt, ita tenetur negotium, vt nostra nihil interfit eos alio pacto docere. Quod cùm acciderit, omnino narratione supersedendum est. *Non loco dicitur*, cùm non in ea parte orationis collocatur, in qua res postulat: quo de genere agemus tum, cùm de dispositione dicemus. nam hoc ad dispositionem pertinet. *Nõ quemadmodum causa postulat, narratur*, cùm aut id, quod aduersario prodest, dilucidè & ornatè exponitur, aut [a] id, quod ipsum adiuuat, obscurè dicitur, & negligenter. Quare, vt hoc vitium vitetur, omnia torquenda sunt ad commodum suæ causæ, contraria, quæ præteriri poterunt, prætereũdo, quæ illius erunt, leuiter attingendo, sua diligenter, & enodatè narrando.

c L. ex iis,

d L. sumẽtur

e L. quid factum sit, d. & ita T. Steph.

f L. vt non enarres, q.

g L. quàm quo adscitu.

h *lib. vul.* vnũ quodque

i *al.* ita. Accessi ad ædeis, puerum euocani, quæsiui dominum: domi negauit esse.

k L. supersedendum.

l quæ & dilucida narratio.*

m L. vt quidque pr.

a *al.* aut id, quod sei-ipsum adiu.

39 ¶ Ac de narratione quidem satis dictum videtur. Deinceps [b] *ad* PARTITIONEM trãseamus. Rectè habita in causa partitio, illustrem, & perspicuam totam efficit orationẽ.

40 *Eius partes duæ* sunt, quarum vtraque magnoperè ad aperiendam causam, & constituendam pertinet controuersiam. *Vna* [c] *pars* est, quæ, quid cum aduersariis conueniat, & quid in controuersia relinquatur, ostendit: ex qua certum quiddam designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. *Altera* est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breuiter expositio ponitur distributa: ex qua conficitur, vt certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum. 42 ¶ Nunc vtroq; genere partitionis quemadmodum conueniat vti, breuiter dicendum videtur. *Quæ partitio, quid conueniat, aut quid non conueniat, ostendit*: hæc debet illud, quod conuenit, inclinare ad suæ causæ commodum, hoc modo: Interfectam matrem esse à filio, conuenit mihi cum aduersariis. Item contrà Interfectum esse à Clytæmnestra Agamemnonem, conuenit. Nam hîc vterque & id posuit, quod conueniebat, & tamen suæ causæ commodo consuluit. Deinde, quid [d] controuersiæ sit, ponendum est in iudicationis expositione: quæ quemadmodum inueniretur, ante dictum est. 43 ¶ *Quæ autem partitio rerum distributam continet expositionem*, hæc [e] habere debet breuitatem, absolutionem, paucitatem. *Breuitas* est, cùm, nisi necessarium, nullum assumitur verbum. Hæc in hoc genere idcircò vtilis est, quòd rebus ipsis & partibus causæ, nõ verbis, neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. *Absoluto* est, per quam omnia, quæ incidunt in causam, genera, de quibus dicendum est, amplectimur [f]. In qua partitione videndũ est, ne aut aliquod genus vtile relinquatur, aut serò extra partitionem, id quod vitiosissimũ, ac turpissimũ est, inferatur. *Paucitas* in partitione

b Quidam Narrationi subiungunt, egressionem, propositionẽ: easque ante partitionem collocant. *v.* 4. *Quint.* 3. 4. 5.

c L. Vna partitio est, quæ. ‖ *sed nihil necessario mutandum. Nã antecedit* partes duæ *aut certè, hæc particula*, pars, *hîc non necessaria.**

P. B.

d L. quid in controuersia sit,

e *al.* hæc habere debet, br. abs.

f *al. lib.* amplectimur partitione. In qua vidend.

seruatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neq; permistè cum partibus implicantur. Nam genus est, quod plureis parteis amplectitur, vt animal. Pars est, quæ subest generi, vt equus. Sed sæpe eadem res alij genus, alij pars est. Nam homo, animalis pars est: Thebani, aut Troiani genus. Hæc ideo diligentiùs inducitur præscriptio, vt, apertè intellecta generali partitione, paucitas generũ in partitione seruari possit. Nam qui ita partitur, Ostẽdam, propter cupiditatẽ, & audaciam, & auaritiam aduersariorũ, omnia incõmoda ad remp. peruenisse: is non intellexit, in partitione, exposito genere, partem se generis admiscuisse. Nam genus est omnium nimirum libidinum, cupiditas: eius autem generis sine dubio pars est auaritia. Hoc igitur vitandum est, ne, cuius genus posueris, eius[a] secum aliquam diuersam ac dissimilem partem ponas in eadem partitione. Quòd si quod in genus plures incidẽt[b] partes, id cùm in prima partitione causæ erit simpliciter expositum, distribuetur eo tempore cõmodissimè, cùm ad ipsum ventum erit explicandum in causæ dictione post partitionem. Atque illud quoque pertinet ad paucitatem, ne aut plura, quàm satis est, demonstraturos nos dicamus. hoc modo: Ostendam, aduersarios, quod arguimus, & potuisse facere, & voluisse, & fecisse. nam fecisse ostendere satis est: Aut, cùm in causa partitio nulla sit, & cùm simplex quiddam agatur, tamen vtamur distributione: idque perrarò potest accidere. Ac sunt *alia* quoque *præcepta partitionum*, quæ ad hunc vsum oratorium nõ tantopere pertinẽt: quæ versantur in philosophia, ex quibus hæc ipsa transtulimus, quæ conuenire videbantur, quorum nihil in cæteris artibus inueniebamus. 44 ¶Atque his de partitione præceptis, in omni dictione[d] meminisse oportebit, *vt & prima quæque pars vt exposita est in partitione, sic ordine transigatur*: & omnibus explicatis, peroratum[e] sit, hoc modo, vt nequid posteriùs præter conclusionem inferatur. Partitur apud Terentium breuiter & commodè senex in Andria, quæ cognoscere libertum velit:

Eo pacto & gnati[f] vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hacre te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat, primùm gnatis[g] vitam:

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberiùs viuendi fuit potestas.

Deinde suum consilium, *Et nunc id operam do.* Deinde[h] quid Sosiam velit facere, id quod postremum posuit in partitione, postremum dicit:

Nunc tuum est officium.

Quemadmodum igitur hîc[i] & ad primam quamque partem primùm accessit, & omnib. absolutis, finem dicendi fecit, sic nobis placet, & ad singulas parteis accedere, & omnib. absolutis, perorare.

45 ¶Nunc de confirmatione deinceps, ita vt ordo ipse postulat, præcipiendum videtur. CONFIRMATIO est, per quam argumentando, nostræ causæ fidem, & auctoritatem, & firmamentũ adiungit oratio. 46 ¶Huius partis certa sunt præcepta, quæ in singula causarum genera diuidentur[k]. Verumtamen non incommodum videtur, quandam[l] syluam, atque materiam vniuersam antè permistam, & confusam exponere omniũ argumentationum: pòst autem tradere, quemadmodũ vnumquodque genus causæ, omnibus hinc argumẽtandi rationib. tractis, cõfirmare oporteat. 47 ¶Omnes[a] res argumentando confirmãtur, aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negotiis est attributũ. 48 ¶Ac[b] personis has res attributas putamus, nomen, natura, victum, fortunam, habitum, affectionẽ, studia, cõsilia, facta, casus, orationes. *Nomẽ* est, quod[c] vnicuiq; personæ datur, quo suo quæq; proprio, & certo vocabulo appellatur. *Naturam* ipsam definire difficile est: parteis autẽ eius enumerare eas, quarũ indigemus ad hanc præceptionẽ, facilius est. Hæ autẽ partim diuino, partim mortali in genere versantur. Mortaliũ autem pars in hominũ, pars in bestiarum genere enumeratur[d]. Atque hominũ genus & in sexu consideratur, virile, an muliebre sit: & in natione, patria, cognatione[e], & ætate. Natione, Graius, an Barbarus: Patria, Athenienſis, an Lacedæmonius: Cognatione, quibus maioribus, quib[o] consanguineis: Ætate, puer, an adolescens, natu grandior, an senex. Præterea cõmoda, & incõmoda considerantur ab natura data animo, aut[f] corpori, hoc modo: Valens, an imbecillus: longus, an breuis: formosus, an deformis: velox, an[g] tardus sit: acutus, an hebetior: memor, an obliuiosus: comis, officiosus, pudens[h], patiens, an contra. Et omnino quę à natura data animo & corpori considerabũtur, in natura consideranda sunt. Nam quæ industria cõparantur, ad habitum pertinent, de quo posteriùs dicendum est. *In victu* considerare oportet, apud quos, & quo more, & cuius arbitratu sit educatus, quos habuerit artium liberalium magistros, quos viuendi præceptores, quibus amicis vtatur, quo in negotio, quæstu, artificio sit occupatus: quo modo rẽ familiarẽ administret, qua cõsuetudine domestica sit. *In fortuna* quęritur, seruus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis: priuatus, an cũ potestate: si cum potestate: iure, an iniuria: felix, clarus, an cõtrà: qualeis liberos habeat. Aut[i] si de nõ viuo quæretur, etiã quali morte sit affectus, erit cõsiderandũ. *Habitum* autẽ appellamus, animi, aut corporis constantem, & absolutã aliqua in re perfectionẽ, vt virtutis, aut artis perceptionem alicuius, aut quamuis scientiam. Et item corporis aliquam commoditatem, non natura datam, sed studio & [k]industria partam. *Affectio*, est animi, aut corporis ex tempore, aliqua de causa, commutatio, vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & [l] alia, quæ genere in eodem reperiuntur. *Studium* autem, est animi assidua, & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, vt[m] philosophiæ, poetriæ, geometriæ, litterarum. *Consilium*, est aliquid faciendi, aut non faciendi verè excogitata ratio. *Facta* autem, & *casus*, & *orationes* tribus ex temporibus considerabuntur, quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut quid dixerit, aut quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat, aut quid facturus sit, quid ipsi casurum sit, qua sit vsurus oratione[n]. Ac personis quidem hæc videntur esse attributa. 49 ¶Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotij considerantur, partim adiuncta negotio, partim gestum negotium consequuntur.

50 ¶*Continentia cum ipso negotio* sunt ea, quę semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea

a L. eius sicuti diuersam aliquam, ac diss.
b L. incidẽrint partes,
c L. & simplex quiddã agatur, tamẽ vtam. distributione: id quod perr.
d id est quoties aliquid dicturi sumus.
P. B.
e L. peroratũ sit, vt nequid posteriùs, præter concl. inf. Hoc modo partitur &c. fel. nati.
f al. nati.
g L. Post hæc quid Sosiã v.
h L. hic ad pri.
i al. diuidun tur,
k L. syluã quã dam; atque mat. vniu. perm. & cõf. antè exp.
a al. Omnis res arg. confirmatur.
b L. Ac personis quidẽ h.r.
c L. Nomen est certum, & proprium vnuscuiusq. personæ vocabulũ, quo quæq appellatur.
d L. numeratur.
e L. cognatione, æt.
f L. aut cõrpori. corpori, hoc m.
g L. an tardus sit. animo, acutus,
h L. patiens, pudens, an contrà. al. patiens, prudẽs, an c.
P. B.
i L. At si
k al. & industria compa ratam.
l al. & aliæ, quæ
m L. vt philosophiã, poeticam, geometriam, litteras. al. vt philosophiæ, poetices, geometriæ, litt.
n al. rationẽ.

ea possunt separari: Ex his prima est breuis cõplexio totius negotij, quæ summam continet facti, hoc modo: Parentis occisio, patriæ proditio. Deinde causa eius summæ, per quam, & quamobrẽ, & cuius rei causa factum sit, quæritur. Deinde ante rem gestã quæ[a] facta sunt, continenter vsque ad ipsum negotium, Deinde, in ipso gerendo negotio quid actum sit. Deinde, quid postea factum sit.

51 ¶ *In gestione* autem *negotij*, qui locus secundus erat de iis, quæ negotiis attributa sunt, quæretur[b] locus, tempus[c], modus, occasio, facultas. *Locus* consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negotium administrandum. Ea autẽ opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, natura ipsius loci, & vicinitate totius regionis. Ex his etiam attributionibus: facer, an profanus: publicus, an[d] priuatus: alienus, an ipsius, de quo agitur, locus sit, an[e] fuerit. *Tempus* autem est, id quo nunc vtimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam[f] æternitatis cum alicuius annui, menstrui, diurni, nocturnive spatij certa significatione. In hoc & quæ præterierunt[g], considerantur, & [h]eorum ipsorum, quæ propter vetustatem obsoleuerunt[i], vt incredibilia videantur, & iam in fabularum numerum reponantur[k]: & quæ iam diu gesta, & à memoria nostra remota, tamen faciant fidem, verè tradita esse, quòd eorum monumenta certa in litteris exstent [l]: & quæ nuper gesta sint, quæ scire plerique possint: & item quæ[m] instent in præsentia, & quę maximè fiãt, & quæ consequantur. In quibus potest considerari, quid ocyus, & quid seriùs futurum sit. Et item communiter. In tempore perspiciendo longinquitas eius est consideranda. Nam sæpe oportet commetiri eum tempore negotium, & videre, potuerítne aut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo transigi tempore. Cõsideratur autem tempus & anni, & mensis, & diei, & noctis, & vigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum. *Occasio* autẽ, est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Quare[n] cum tempore hoc differt. Nã genere quidem vtrumque idem esse intelligitur: verùm in tempore spatium quodam modo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte spectatur: in occasione, ad spatium temporis, faciendi quædam opportunitas intelligitur[o] adiuncta. Quare[p] cùm genere idem sit, fit aliud, quod parte quadam, & specie, vt diximus, differat. Hæc distribuitur in tria genera, publicum, commune, singulare. Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat, vt ludi, dies festus, bellum. Commune, quod accidit omnibus eodem ferè tempore, vt messis, vindemia, calor, frigus. Singulare autem est, quod aliqua de causa priuatim solet alicui accidere, vt nuptiæ, sacrificium, funus, conuiuium, somnus. *Modus* autem est, in quo, quemadmodum, & quo animo factum sit, quæritur. Eius partes sunt, prudentia & imprudentia. Prudentiæ autem ratio quæritur ex iis, quæ clàm, palàm, vi, persuasione fecerit. Imprudentia autem in purgationem confertur, cuius partes sunt insciẽtia, casus, necessitas: & in affectionem animi, hoc est, molestiam, iracundiam, amorem, & cætera, quæ in simili genere versantur. *Facultates* sunt, aut quibus faciliùs fit, aut sine quibus aliquid confici non potest.

52 ¶ *Adiunctum* autem *negotio* id intelligitur, quod maius, & quod minus, & quod simile erit ei negotio, quo de agitur, & quod æquè magnũ, & quod contrarium, & quod disparatum, & genus, & pars, & euentus. *Maius*, & *minus*, & *æque magnum*, ex vi, & ex numero, & ex figura negotij, sicut ex statura corporis, consideratur. *Simile* autem ex specie comparabili[a]: *comparabile* autem ex cõferenda, atque assimilanda[b] natura iudicatur. *Contrarium* est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrariũ esse dicitur, plurimùm distat, vt frigus calori, vitę mors. *Disparatum* autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo, sapere & nõ sapere. *Genus* est, quod parteis aliquas amplectitur, vt[c] cupiditas. *Pars* est, quæ subest generi, vt[d] amor, auaritia. *Euentus*, est alicuius exitus negotij, in quo quæri solet, quid ex quaque re euenerit, eueniat, euenturúmque[e] sit. Quare hoc in genere, vt commo diùs, quid euenturum sit, antè animo colligi possit, quid quaque ex re soleat euenire, considerandum est, hoc modo: Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia. 53 ¶ Quarta autem pars est ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas, *consecutio*. In hac eæ res quæruntur, quæ gestum negotium consequuntur. Primùm, quod factum est, quo id nomine appellari conueniat: Deinde, eius facti qui sint principes & inuentores, qui denique auctoritatis eius, & inuentionis comprobatores, atque ęmuli: Deinde ecquæ[f] ea de re, aut eius rei sit lex, consuetudo, actio, iudicium, scientia, artificium: Deinde natura eius euenire vulgò soleat, an insolenter ac[g] rarò: Postea homines id sua auctoritate cõprobare, an[h] offendi in his consueuerint, & cætera, quæ factũ aliquod similiter cõfestim, aut ex interuallo solẽt cõsequi[i]. Deinde postremò attendendum est, nũ[k] quę res ex iis rebus, quæ sunt positæ in partibus honestatis, aut vtilitatis, cõsequantur: de quibus in deliberatiuo genere causæ distinctiùs erit dicendũ. Ac negotiis quidẽ ferè res eæ, quas cõmemorauimus, sunt attributæ. 54 ¶ Omnis autẽ argumẽtatio, quæ ex iis locis, quos cõmemorauimus, sumetur, aut[l] probabilis[m], aut necessaria debebit esse. Etenim, vt breuiter describamus, argumẽtatio videtur esse inuentũ ex aliquo genere, rẽ aliquã aut probabiliter ostendens, aut necessariè[n] demonstrãs. 55 ¶ *Necessarie*[o] demonstrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt, hoc modo: Si peperit, cum viro concubuit. Hoc genus argumẽtandi, quod in necessaria demõstratione versatur, maximè tractatur in dicẽdo, aut per cõplexionẽ, aut per enumerationẽ, aut per simplicẽ conclusionẽ. *Complexio* est, in qua, vtrũ concesseris, reprehendetur [p], ad hunc modũ: Si improbus est, cur vteris? si[q] probus, cur accusas? *Enumeratio* est, in qua, pluribus rebus expositis, & cæteris infirmatis, vna reliqua necessariò confirmatur, hoc pacto: Necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia, aut, si horum nihil est, ab hoc non esse occisum. Nam sine causa maleficium susceptũ esse non potest. Sed neque inimicitiæ fuerunt, nec metus vllus, nec spes ex[r] morte illius,

a L. quæ facta sint,

b L. quæritur loc.
c tempus, occasio, modus. *ita legendum, sequentia satis declarant.**
d *al.* anne priuatus:
e L. aut fuerit.
f *al.* æternitatis quædam
P. I. I.
g *al.* præterierint,
h L. & horum ipsorum cum ea, quæ propter vet. &c.
i *al.* obsoleuerint. *al.* obsoluerunt.
k L. reponantur: tum ea, quæ tamẽsi iamdiu gesta, & à m. r. sint, tamen faciunt fid.
l L. existent: tum quæ nuper gesta sunt,
m L. quæ instant in pr. & q. m. fiunt, & q. consequũtur.

n L. Quare à tempore differt.

o L. intelligitur esse adiuncta.
p L. Quare cùm genere idem sit, parte, & specie, vt diximus, differat. *al.* Quare cum genere idem sit, specie, vt diximus, differt.

a *al.* cõparabili, aut ex cõferenda &c.
b *al.* assimulanda.

c L. vt cupid i tas, amorem, auaritiam.
d L. vt amor, auaritia, cupiditati.
e L. euentum sit.

f *fort.* ecqua

g L. & rarò:
h L. an offendi eo cons.
i *al.* sequi.*
k *fort.* num qua r.
l Argumentatio, alia necessaria, alia probabilis.* *in legendum*, aut necessaria aut probabilis debebit esse. *Hoc enim ordine argumenta hic tractantur.**

n *al.* necessario.
o *al.* Necessario

p *al.* reprehẽditur,
q L. sin prob.

P. I. I I.

r *al.* ex morte eius,

alicuius commodi, neque ad amicum huius aliquem mors eius pertinebat. relinquitur igitur, vt ab hoc non sit occisus. *Simplex* autem *conclusio* ex necessaria consecutione conficitur, hoc modo: Si[a] vos me istud eo tempore fecisse dicitis, ego autem eo[b] ipso tempore trans mare fui: relinquitur[c], vt id, quod dicitis, non modò non fecerim, sed ne potuerim quidem facere. Atque hoc diligenter videre oportebit, nequo pacto genus hoc refelli possit, vt[d] ne confirmatio[e] modum in se argumentationis solùm habeat, & quandam similitudinem necessariæ conclusionis, verùm ipsa argumentatio ex necessaria ratione consistat.

56 ¶ *Probabile* autem est id, quod ferè fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad [f] hæc quandam similitudinem, siue id falsum est, siue[g] verum. *In eo genere, quod fere solet* fieri, probabile huiusmodi est: Si mater est, diligit filium: si auarus est, negligit iusiurandum. In eo autem, *quod in opinione positum* est, huiusmodi sunt probabilia: Impiis apud inferos pœnas esse præparatas[h]. Eos, qui philosophiæ dent operam, non arbitrari deos esse. *Similitudo* autem in contrariis, & paribus, & in iis rebus, quæ sub eãdem cadunt rationem, maximè spectatur. *In contrariis*, hoc modo: Nam si iis, qui imprudentes læserunt, ignosci conuenit, iis, qui necessariò profuerunt, haberi gratiam non oportet. *Ex pari*, sic: Nam[i] vt locus sine portu, nauibus esse non potest tutus: sic animus sine fide, stabilis amicis non potest esse. *In iis* rebus, *quæ sub eandem rationem cadunt*, hoc modo probabile cõsideratur: Nam si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. Hæc tum vera sunt, hoc pacto: Quoniam cicatrix est, fuit vulnus: Tum verisimilia, hoc modo: si multus erat in calceis puluis, ex itinere eum venire oportebat.

57 ¶ Omne autem, (vt certas quasdam in parteis distribuamus,) probabile, quod sumitur ad argumentationem, aut signum est, aut credibile, aut iudicatũ, aut cõparabile. *Signum* est, quod sub sensum aliquẽ cadit, & quiddã significat, quod ex ipso profectũ videtur, quod aut antè fuerit, aut in ipso negotio, aut pòst sit consecutum, & tamen indiget testimonij, & grauioris confirmationis: vt cruor, fuga, pallor, puluis, & quæ his sunt similia. *Credibile* est, quod sine vllo teste, auditoris opinione firmatur, hoc modo: Nemo est, qui non liberos suos incolumeis, & beatos esse cupiat. *Iudicatũ* est, res assensione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Id tribus in generibus spectatur, religioso, communi, approbato. Religiosum est, quod iurati legibus iudicarunt. Commune est, quod omnes vulgò probarunt, & secuti sunt, huiusmodi: vt maioribus natu assurgatur[k], vt supplicum misereatur[l]. Approbatũ est, quod homines, cùm dubium esset, quale haberi oporteret, suã constituerunt auctoritate: velut Gracchi patris factum, quem populus Rom. ob[m] id factũ, quòd insciente collega in censura nihil gessit, pòst censuram consulem fecit. *Comparabile* autem est, quod in rebus diuersis similem aliquam rationẽ continet. Eius[n] sunt partes tres, imago, collatio, exemplum. *Imago*, est oratio demonstrans corporum, aut naturarum similitudinem. *Collatio*, est oratio, rem cum re ex similitudine conferens. *Exemplum* est, quod rem auctoritate, aut casu alicuius hominis, aut negotij confirmat, aut infirmat. Horum exempla, & descriptiones in præceptis elocutionis cognoscentur. 57 ¶ Ac fons quidem cõfirmationis, vt facultas tulit, apertus est, nec minùs dilucidè, quàm rei natura ferebat, demõstratus est. Quemadmodum autem quæq; cõstitutio, & pars cõstitutionis, & omnis controuersia, siue in ratione, siue in scripto versetur, tractari debeat, & quæ in quaq; argumẽtationes conueniant, singillatim[a] in secundo libro de vnoquoq; genere dicemus. In præsentia tantummodò numeros, & modos, & parteis argumentandi confusè, & permistè[b] disperstimus. pòst descriptè[c], & electè in genus quodque causæ, quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus. Atque inueniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit: inuentum exornari, & certas in parteis distingui & suauissimũ est, & summè necessarium, & ab artis scriptoribus maximè neglectum, Quare & de ea præceptione nobis & in hoc loco dicendum visum est, vt ad inuentionem argumenti[d], absolutio quoque argumentandi adiungeretur. Et magna cum cura, & diligentia locus hic omnis considerandus est, quòd[e] non rei solùm magna vtilitas est, sed præciendi quoque summa difficultas.

57 ¶ Omnis[f] igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationẽ. 58 ¶ *Inductio*, est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionẽ eius, quicũ instituta est: quibus assensionibus facit, vt illi dubia quædã res, propter similitudinẽ earũ rerũ, quibus assensit, probetur: velut apud Socraticũ Æschinẽ demõstrat Socrates, cum Xenophõtis vxore, & cũ ipso Xenophonte Aspasiã locutã. Dic mihi, quæso, Xenophõtis vxor, si vicina tua melius habeat aurũ, q[g] tu habes, vtrùm illius, an tuũ malis? Illius, inquit. Quòd si vestẽ, & cæterum ornatũ muliebrem pretij maioris habeat, quàm tu habes, tuúmne, an illius malis[h]? Illius verò, respõdit. Age[i] inquit, si virũ illa meliorem habeat, quàm tu habes, vtrúmne[k] tuum, an illius malis? Hîc mulier erubuit. Aspasia autẽ cum ipso Xenophonte sermonẽ instituit. Quæso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus meliorẽ[l] equum habeat, quàm tuus est, tuúmne equum malis, an illius? Illius, inquit. Quòd[m] si fundum meliorem habeat, quàm tu habes, vtrum tandem fundum habere malis? Illum, inquit, meliorem. Quòd[n] si vxorẽ meliorem habeat, quàm tu habes, vtrùm illius malis? Atq; hîc Xenophon quoque ipse tacuit[o]. Pòst Aspasia, Quoniam vterque vestrûm, inquit, id mihi solum non respondit, quod ego solũ audire voluerã, egomet dicam, quid vterq; cogitet. Nam & tu mulier optimum virum mauis[p] habere, & tu Xenophon vxorem q habere lectissimam[r] maximè vis. Quare, nisi hoc perfeceritis, vt neq; vir melior, neque fœmina lectior in terris sit, profectò id semper, quod optimum putabitis esse, multò maximè requiretis, vt[s] & tu maritus sis quàm[t] optimæ mulieris, & hæc quàm optimo viro nupta sit. Hîc cùm rebus non dubiis esset assensum, factumest propter similitudinẽ, vt etiam illud, quod dubiũ videbatur, si quis separatim quæreret: id pro certo, propter rationem rogandi, cõcederetur. Hoc modo sermonis plurimùm[u] Socrates vsus est, propterea quòd nihil ipse afferre ad persuadendum

a similis est locus infrà, vbi de ratiocinatione agitur.*

b *adde l. penul. cod. de contr. stipul. §. item verborum Inst. de inutil. stipulat.* hoc casu testes aduersus scripturã admittuntur.*

c ἔλεγχος ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἀδυνάτων Aristotel. ad Alexandrum c. 14.*

d *al.* infirmatio.*

e L. & ne cõfirm.

f *al.* ad hoc

g *lib. vet.* siue verum. Verũ in eo gen. q. f. *mendosè repetita enim fuerat vox*, Verum, *ex ea, quæ antecedit, ab errante librario.*

h *al.* paratas.

i *quid. lib.* Nã vt locus in mari sine portu, *&c.*

a *al.* sigillatim.*

b *al.* permistim *al.* permixtè.

c *lib. vet.* discripte, & electè *al.* discretè.*

d *lib. vet.* argumenti, argumentandi absolutio adiungeretur.

e *li. vet.* quod non solùm rei m. vtil.

f De numeris, modis & partibus argumentãdi,*

P. LIII.

g L. quàm tu habes: illiúsne, an tuum malis?

h *lib. v.* malis: respõdit, illius vero.

i *al.* Age, si, inquit, illa virum mel. hab. *Mss. Ages*is, inquit, si illa virum. *&c.*

L. Age vero. inquit, si virum illa

k L. tuúmne, an ill. m.

l L. equũ meliorem.

m Quid si fundum.

n L. Quid si vxorem m. o *al.* contiuit.*

p *quid. li. vul. non habent hæc*, mauis habere.

q L. vxorẽ lect. s. hab. maxime vis.

r *al.* electissimam

s *al. vul.* & tu vt ma. s. q. opt. mul. & hæc q. opt. v. n. f.

t *al.* quàm optimæ fœminæ, *lib. veteres.* neq; e mulieris, *neque fœminæ, habent.*

u L. Socrates plurimum.

*. B.

k *dixi ad l. semper in ciuitate nostra senectus ff. de iure immunitatis.**

l misereatur hîc impersonaliter sumitur, quod raro occurrit.*

m L. ob id, quod insc.

n L. Eius partes sunt tres, imago, *&c.*

dendum volebat, sed ex eo, quod sibi ille dederat, quicũ disputabat, aliquid conficere malebat, quod ille ex eo, quod iã concessisset, ne cessatiò ap,pbare deberet. Hoc in genere præcipiẽdũ nobis videtur, primùm, vt illud quod iuducemus per similitudinem, eiusmodi sit, vt sit necesse concedi. Nam ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium sit, concedi, dubium esse idipsum [a] non oportebit: Deinde illud, cuius confirmandi causa fiet inductio, videndum est, vt simile ijs rebus sit, quas res, quasi non dubias, antè [b] induxerimus. Nã antè aliquid nobis concessum esse nihil proderit, si ei dissimile erit id, cuius causa illud concedi primum voluerimus. Deinde non intelligat, quò spectent illæ primæ inductiones, & ad quem sint exitum peruenturę. Nam qui videt, si ei rei, quæ [c] primò rogetur, rectè assenserit, illam quoque rem, quæ sibi displiceat, esse necessariò cõcedendã, plerumque aut nõ respõdendo, aut malè respondẽdo longius ,pcedere rogationẽ [d] non sinit. Quare ratione rogationis imprudẽs ab eo, quod cõcessit, ad id, qđ non vult cõcedere, deducendus est. Extremum autem aut taceatur oportet aut concedatur, aut negetur. Si negabitur, aut ostendenda est [e] similitudo earum rerũ, quæ antè concessæ sunt, aut alia vtendum inductione. Si concedetur, concludenda est argumentatio. Si tacebitur, aut elicienda est [f] responsio, aut, quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo, ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem. Ita fit hoc genus argumentandi tripertitum. Prima [g] pars constat [h] similitudine vna, pluribúsve: Altera ex eo, quod concedi volumus, cuius causa similitudines adhibitæ sunt: Tertia ex conclusione, quæ aut cõfirmat concessionem, aut, quid ex ea conficiatur, ostendit. Sed quia non [i] satis videbitur alicui dilucidè demonstratum, nisi [k] quod ex ciuili causarum genere exemplum subiecerimus: videtur huiusmodi quoque vtendum exemplo, non quo præceptio differat: aut aliter hoc in sermone, atque in dicendo [l] sit vtendum: sed vt eorum voluntati satis [m] fiat, qui, quod aliquo in loco viderint, alio in loco, nisi demonstratum est, nequeunt cognoscere. ergo in hac causa, quæ apud Græcos est peruagata, quòd Epaminõndas, Thebanorum imperator, ei, qui sibi ex lege prætor successerat, exercitũ non tradidit, &, cùm paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedæmonios funditus vicit, potuerit accusator argumentatione vti per inductionem, cùm scriptum legis contra sententiã defendat, ad hunc modum: Si, iudices, id, quod Epaminondas ait legis scriptorem sensisse, adscribat ad legem, & addat exceptionẽ hanc, EXTRA QVAM SI QVIS REIP. CAVSA EXERCITVM NON TRADIDERIT, patieminí [n] non opinor. Quòd si vosmetipsi, quod à vestra religione, & [n] sapientia remotissimum est, istius honoris causa hãc eandem exceptionem, iniussu populi, ad legem adscribi iubeatis, populus Thebanus patietúrne [o] id fieri? profectò nõ patietur. Quod ergo adscribi ad legem nefas est, id iequi, quasi adscriptum sit, rectúmne [p] vobis videtur? Noui vestram intelligentiam, non [q] potest ita videri, iudices. Quòd si literis corrigi neque ab illo, neque à vobis scriptoris voluntas potest, videte ne multò indignius sit, id re-

a *al.* id ipsum quod inducimus. *
b *lib. v.* antè dixerimus. *non placet.*
c L. quã primò rogetur, *& ita cod. vet.*
d *al.* orationem. *
P. B.
e L. similitudo est.
f L. responsio est,
g L. Prima pars ex similit. constat vna,
h *al. lib. vulg.* constat ex simil.
i L. non satis dilucidè vid. alic. dem.
k *al.* nisi quid ex ciuili causarum genere exempli. *
l *al.* docendo *.
m L. fiat satis.
n *lib. v.* & à sap. rem.
o *lib. v.* id patietúrne f.
p *al.* rectum vobis videtur.
q *lib. v.* non ita videri, iudices, potest.

& iudicio vestro mutari, quod ne verbo quidem commutari potest. ¶ Ac de inductione quidem satis in præsentia dictum videtur. Nunc deinceps ratiocinationis vim, & naturã consideremus. *Ratiocinatio,* [a] est oratio ex ipsa re probabile [b] aliquod eliciens, quod expositum, & per se cognitum sua se vi, & ratione confirmet. Hoc de genere qui diligentiùs cõsiderandum putauerunt, cùm idem vsu [c] dicendi sequerentur, paullum [d] in præcipiendi ratione dissenserunt. Nam partim quinque eius parteis esse dixerunt, partim nõ plus, quàm in treis parteis posse distribui putauerunt. Eorum controuersiam non incommodum videtur cum vtrorumque ratione exponere. Nam & breuis est, & nõ eiusmodi, vt alteri prorsus nihil dicere putentur, & locus hic nobis in dicendo minimè negligendus videtur. Qui [e] putant in quinque distribui parteis oportere, aiunt primùm conuenire exponere summam argumentationis, ad hunc modum: Meliùs accurantur [f] quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps rationibus variis, & quàm copiosissimis verbis approbari putãt oportere, hoc modo: Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus [g] instructior est rebus, & apparatior quàm ea, quæ temere, & nullo consilio administratur. Exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodiùs regitur, quàm is, qui stultitia, & temeritate alicuius ad ministratur. Eadẽ nauigij ratio est. Nam [h] nauis optimè cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cum [i] propositio sit hoc pacto approbata, & duę partes transierint ratiocinationis, tertia in parte aiũt quod ostẽdere velis, id ex vi propositionis oportere [k] assumere, hoc pacto: Nihil autem omniũ rerum meliùs quàm omnis mundus administratur. Huius assumtionis quarto in loco aliã porrò inducunt approbationem, hoc modo: Nam & signorum ortus & obitus definitũ quendã ordinem seruãt, & annuæ cõmutationes, non modò quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt: verùm ad vtilitates quoq. rerum omniũ sunt accõmodatę, & diurnę, nocturnæ quę vicissitudines nulla in re vnquam mutatę quidquã nocuerunt. Quæ signo sunt omnia, nõ mediocri quodã consilio naturam mundi administrari. Quinto inducunt loco cõplexionẽ eam, quæ aut id infert solũ, quod ex omnibus partib. cogitur [l], hoc modo: Consilio igitur mundus administratur: aut vnum in locum cùm conduxerit breuiter propositionem, & assumtionem, id [m] adiungit, quod ex his conficiatur, ad hunc modum: Quòd si meliùs geruntur ea [n], quæ consilio quàm quæ sine consilio administrantur: nihil autem omnium rerum meliùs, [o] quàm omnis mundus administratur: consilio igitur mundus administratur. Quinquepertitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Qui autem tripertitam esse dicunt, ij [p] non aliter putant [q] tractari oportere argumentationẽ, sed partitionem horum reprehendunt. Negant enim neque à propositione, neque ab assumtione approbationes earum separari oportere, neque propositionem absolutam, neque assumtionem sibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata non sit. Quare quas illi duas parteis numerãt, propositionẽ,

a quæ & ἐπιχείρησις *libro* 2. ad Herennium distat ab enthymemate & ἀποδείξει vide 5. Quintil. 10. constat quinque partibus, propositione, ratione, confirmatione, assumptione, eius probatione & complexione 5. Quin. 5.
b L. aliquid probabile.
c L. in vsu dicendi
d L. paullum in præc. *& ita lib. v.*
e L. Qui putant distribui in quinque parteis op.
f *al.* gubernatur ea quæ consilio reguntur: ita legitur *apud Quint.* 5. c. 14. *
g L. omnib. rebus instructior, & apparatior est, *lib. v.* omnib. est instructior rebus & app.
h *al.* nauis nãq. opt. curs.
i *al.* Cùm propositio igitur sit h. p.
k L. assumere oportere.
l *al.* colligitur. *
m *v. c.* id iungit, q. *vnde quidam,* adiungit quod ex his, *deleta vocula,* id *al.* ad iũgit quid ex his. *ita Quint.* 5. c. 14. *
n *deest particula, ea. Quintiliano illo loco* *
o *ver. c.* melius administratur, quàm omnis mundus: *conf.*
p *ver. c.* hinõ aliter.
q tractari putant oportere, sed part.

& approbationem, sibi [a] vnam partem videri, propositionem: quæ si approbata non sit, propositio non sit argumentationis. Item, quæ ab illis assumtio, & assumtionis approbatio dicitur, eandem sibi assumtionem solam videri. Ita fit, vt eádem ratione argumentatio tractata, aliis tripertita, aliis quinquepertita videatur. Quare éuenit, vt res non tam ad vsum dicendi pertineat, quàm ad rationem præceptionis. Nobis autem commodior [b] illa partitio videtur esse, quæ in quinque parteis distributa est, quam omnes ab Aristotele & Theophrasto profecti, maximè secuti sunt. Nam quemadmodum illud superius genus argumentandi, quod per inductionem sumitur, maximè Socrates, & Socratici tractauerunt: sic hoc, quod per ratiocinationē expolitur, summè est ab Aristotele, atque à[c] Peripateticis, & Theophrasto frequentatum: Deinde à rhetoribus iis, qui elegantissimi, atq. artificiosissimi putati sunt. Quare autem nobis illa magis partitio probetur, dicendum videtur, ne temere secuti putemur: & breuiter dicendum, ne in huiusmodi rebus diutiùs, quàm ratio præcipiendi postulat, commoremur. Si quadam in argumentatione satis est vti propositione, & non oportet adiungere approbationē propositioni: quadam autem in argumentatione infirma est propositio, nisi adiuncta sit approbatio: separatum quiddam est à propositione approbatio. Quod enim adiungi, & separari ab aliquo potest, id non potest idem esse, quod est id, ad quod adiungitur, & à quo separatur. Est autem quædam argumentatio, in qua propositio non indiget approbatione: & [d] quędam, in qua nihil[e] valet absque approbatione, vt ostendemus. separata [f] est igitur à propositione approbatio. Ostendemus autem id, quod polliciti sumus, hoc modo: Quæ propositio in se quiddam[g] continet perspicuum, eò quòd constare inter omneis necesse est, hanc velle approbare & [h] firmare nihil attinet. Ea est huiusmodi: Si, [i] quo die ista cædes Romæ facta est, ego Athenis eo die fui, interesse [k] in cæde non potui. Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet approbari. Quare assumi statim oportet, hoc modo: Fui autem Athenis eo die. hoc si non constat, indiget approbationis: qua inducta, complexio consequetur. igitur in cæde interesse non potui. Est igitur quædam propositio, quæ non indiget approbatione. nam [l] esse quandam, quæ indigeat, quid attinet ostendere, quod cuiuis facilè perspicuum est? Quod si ita est, ex hoc, & ex eo, quod proposueramus, hoc conficitur, separatum esse quiddam à propositione approbationem. Si autem ita est, falsum est non esse plus, quàm tripertitam argumentationem. Simili modo liquet[m] alteram quoque approbationem separatam esse ab assumtione. Nam[n] si quadam in argumentatione satis est vti assumtione, & non oportet adiungere approbationem assumtioni: quadam autem in argumentatione infirma est assumtio, nisi adiuncta sit approbatio: separatum[o] quiddam est extra assumtionem approbatio. Est autem argumentatio quædam, in qua assumtio non indiget approbationis, quædam autem, in qua nihil valet sine approbatione, vt ostendemus. separata est igitur ab assumtione approbatio. Ostendemus autem [a] id, quod polliciti sumus, hoc modo: Quæ perspicuam omnibus veritatem continet assumtio, nihil indiget approbationis. ea est huiusmodi. Si oportet sapere, dare operam philosophiæ conuenit. Hæc propositio indiget approbationis. Non enim perspicua est, neque constat inter omneis, propterea quòd multi nihil prodesse philosophiam, plerique etiam obesse arbitrantur. Assumtio perspicua est hæc: Oportet autem sapere. Hoc autem quia [b] ipsum ex re perspicitur, & verum esse intelligitur, nihil attinet approbari. Quare statim concludenda est argumentatio. igitur dare operam philosophiæ conuenit. Est ergo assumtio quædam, quæ approbationis non indiget. Nam quandam indigere perspicuum est. separata est igitur ab assumtione approbatio. Falsum ergo est, non esse plus quàm tripertitam argumentationem. Atque ex his illud iam perspicuum est, esse quandam argumentationem, in qua neque propositio, neque assumptio indigeat approbationis [c], huiusmodi, (vt certum quiddam, & breue, exempli causa, ponamus:) si summopere sapientia petenda est: summopere stultitia vitanda est. summopere [d] autem sapientia petenda est: igitur [e] summopere stultitia vitanda est. Hic [f] & assumtio, & propositio perspicua est. quare neutra quoque indiget approbatione. Ex [g] his omnibus illud perspicuum est, approbationem tum adiungi, tum non adiungi. Ex quo cognoscitur, neque in propositione, neque in assumtione contineri approbationem, sed vtramque suo loco positam, vim suam, tanquam certam & propriam obtinere. Quod si ita est, commodè partiti sunt illi, qui in quinque parteis distribuerunt argumētationem. Quinque [h] sunt igitur partes eius argumentationis, quæ per ratiocinationem tractatur: Propositio, per [i] quam breuiter locus [k] is exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet ratiocinationis: Propositionis approbatio, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum [l], probabilius & apertius fit: Assumptio, per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur: Assumtionis approbatio per quam id, quod assumtum est, rationibus firmatur: [m] Complexio, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur. Quæ plurimas habet argumentatio parteis, ea constat ex his quinque partibus. Secunda est quadripertita. Tertia tripertita. Dein bipertita, quod in controuersia est. [n] De [o] vna quoque parte potest alicui videri posse argumentationem consistere. Eorum igitur, quæ [p] consistant, exempla ponemus: eorum, quæ dubia sunt, rationes afferemus. Quinque pertita argumentatio est huiusmodi: Omnes leges, iudices, ad commodum reipublicæ referri [q] oportet, & eas ex vtilitate communi, non ex scriptione, quæ in litteris est, interpretari. Ea enim virtute & sapientia maiores nostri fuerunt, vt in legibus scribendis nihil sibi aliud, nisi[r] salutem atque vtilitatem reipublicæ proponerent. Neque enim

a *al.* sibi vnā propositionē videri. q.

b *quidam lib. vulg.* commodior ea part.

c *al.* atq. Perip.

d L. quædam, in q.

e *lib. v.* nihil valet sine appr.

f L. separata igitur est à pr.

g L. cōtinet quidd.

h *al.* & confirmare

i Idem paulò antè dictū est, qua parte de simplici conclusione dicitur*

k L. in cæde interesse.

l *lib. vulg.* Nā esse quidem quandam,

m *al.* L. Licet p. LV.

n *lib. v.* Nam si satis est in quadam arg. vti.

o *fort.* separatum quiddā est ab assumtione appr.

a *al.* autem quod poll.

b L. quia ipsum ex se perspicitur, *al.* percipitur, *sic infrà.*

c L. approbationis. Ea est huiusmodi, vt c.

d L. summo autem opere sap. *& ita lib. v.*

e L. summo igitur opere stult.

f L. Hic & propositio, & assumtio persp.

g L. Ex his-ce omnibus illud.

h *lib. v.* Quinque partes igitur sunt argumentationis eius, quæ

i *lib. v.* per quā locus is breuiter exp.

k L. is locus ex.

l *al.* firmatū,

m *al.* confirmatur, p. B.

n Ex vna quoque parte pot. alicui vid. posse cōstare. Eo.

o *al.* si quis autē ex vna quoque parte*

p L. quæ constant,

q L. referre

r L. quàm salutem,

enim ipsi, quod obesset, scribere volebant: &, si scripsissent, cùm esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant. Nemo enim leges legum causa saluas esse vult, sed reip. quod ex legibus omneis [a] respublicas optimè putant administrari. Quam ob rem igitur leges seruari oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit: hoc est, quoniam reip. seruimus, ex reip. commodo atque vtilitate leges interpretemur. Nã vt ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis vtilitatem spectat[b], quoniã eius causa est instituta: sic à legib. nihil conuenit arbitrari, nisi quod reip. cõducat, proficisci, quoniam eius causa sunt comparatæ. Ergo in hoc quoq. iudicio definite litteras legis perscrutari, & legem, vt æquum est, ex vtilitate reip. considerate, quod [c] hic fecit. Quid enim magis vtile Thebanis fuit, quàm Lacedæmonios opprimi? Quid [d] magis Epaminondã, Thebanorum imperatorem, quàm victoriæ Thebanorum, consulere decuit? Quid hunc tanta Thebanorũ gloria [e], tã claro, atque exornato tropęo [f] carius, atque antiquius habere cõuenit? Scripto videlicet legis omissò, scriptoris sententiam considerare debebat. Atque [g] hoc quidem satis consideratum est, nullam esse legem nisi reip. causa scriptam. Summam igitur amẽtiam esse existimabat, quod scriptum esset reip. salutis [h] causa, id non ex reip. salute interpretari. Quòd si leges omneis ad vtilitatẽ reip. referri conuenit, hic autem saluti reip. profuit, profectò non potest eodem facto & communibus fortunis consuluisse, & legibus nõ obtemperasse. Quattuor autem partibus [i] constat argumentatio, cùm aut proponimus, aut assumimus sine approbatione. Id facere oportet, cùm aut propositio ex se intelligitur, aut assumtio perspicua est, & nullius approbationis indiget. Propositionis approbatione præterita, quattuor ex partib. argumentatio tractatur ad hunc modum: Iudices, qui [k] ex lege iurati iudicatis, legibus obtemperare debetis. Obtemperare autem legibus non potestis, nisi id, quod scriptum est in lege, sequamini. quod enim certius legis scriptor testimoniũ voluntatis suæ relinquere potuit, quàm, quod ipse magna cum cura, atque diligẽtia scripsit? Quòd si litterę non exstarent, magnopere requireremus [l], vt ex his scriptoris voluntas cognosceretur: nec tamen Epaminondæ permitteremus, ne [m] si extra iudicium quidem esset, vt is nobis sententiam legis interpretaretur, nedum nunc istud patiamur, cùm præstò lex sit, non ex eo, quod apertissimè scriptum est, sed ex eo, quod suæ causæ conuenit, scriptoris voluntatem interpretari. Quòd si vos, iudices, legibus obtemperare debetis, & id facere non potestis, nisi quod scriptum est in lege, sequamini, quid [n] causæ est, quin istum contra legem fecisse iudicetis? Assumtionis autem approbatione præterita, quadripertita sic fiet argumentatio: Qui sæpenumerò nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Siquid enim perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit, præter nosmetipsos, quem iure accusare possimus. Ac [o] primùm quidẽ decipi incõmodũ est: iterum, stultum: tertium [p] turpe. Karthaginienses autem sæpe iam nos fefellerunt. Summa igitur amẽtia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis.

Vtraque approbatione præterita, tripertita fit, hoc pacto: Aut metuamus Karthaginienseis oportet, si incolumeis eos reliquerimus: aut eorum Vrbem diruamus [a]: ac metuere quidem non oportet. Restat igitur, vt Vrbem diruamus. Sunt autem qui putant nonnunquam posse [b] complexione oportere superfederi, cùm id perspicuum sit, quod conficiatur ex ratiocinatione. quod si fiat, bipertitam quoque fieri argumentationem, hoc modo: Si peperit, virgo non est. peperit autem. hîc satis esse dicunt proponere, & assumere: quoniam perspicuum sit, quod [c] conficiatur. cõplexionis rem nõ indigere. Nobis autem videtur & omnis ratiocinatio concludenda esse, & illud vitium, quod illis displicet, magnopere vitandum, ne, quod perspicuum sit, id in complexionẽ inferamus. Hoc autẽ fieri poterit, si complexionũ genera intelligantur [d]. Nam aut ita complectemur, vt in vnum conducamus propositionẽ, & assumtionem, hoc modo: Quòd si leges omneis ad vtilitatem reip referri [e] conuenit, hic autem saluti reip. profuit: profectò non potest eodem facto, & saluti communi consuluisse, & legibus non obtemperasse. Aut [f] ita, vt ex contrario sententia conficiatur, hoc modo: Summa igitur amentia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis. Aut ita, vt id solum, quod conficitur, inferatur, ad hunc modũ: Vtbẽ igitur diruamus. Aut vt id, quod eam rem quæ conficitur, sequatur necesse est. Id est huiusmodi: Si peperit, cum viro concubuit. peperit autem. Conficitur hoc: Concubuit igitur cum viro. Hoc si nolis inferre, & inferas id, quod sequitur, Fecit igitur incestum: & concluseris argumentationem, & perspicuam fugeris [g] complexionem. Quare in lõgis argumentationibus, ex [h] conductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in breuibus id solum, quod conficitur, exponere: in iis, in quibus exitus perspicuus est, consecutione vti. Si qui autem ex vna quoque parte putabunt constare argumentationem, poterunt dicere, sæpe satis esse hoc modo argumentationem facere: Quoniam peperit, cum viro concubuit: nam hoc nullius neque approbationis, neque assumtionis, vel eius approbationis, neque complexionis indigere. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Nam argumentatio nomine vno res [i] duas significat ideò, quòd & inuentum aliquam in rem probabile, aut necessarium, argumentatio vocatur, & eius inuenti artificiosa expolitio. Quando igitur proferent aliquid huiusmodi: Quoniam peperit, cum viro concubuit: inuentum proferent, non expolitionem Nos autem de expolitionis partibus loquimur. Nihil igitur ad hanc rem ratio illa pertinebit: atque hac distinctione, alia quoq; quę videbũtur officere huic partitioni, propulsabimus, siqui [k] aut assumtionem aliquando tolli posse putent, aut propositionem. Quæ siquid habet probabile, aut necessarium, quoquo modo commoueat auditorem necesse est. Quod [l] si solum spectaretur, ac nihil, quo [m] pacto tractaretur id, quod excogitatum esset, referret: nequaquã tantum inter summos oratores, & mediocreis interesse existimaretur. Vacare autem orationem magnopere oportebit. Nam [n] omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Id fieri

a L. omnes remp. & ita lib. v.
b L. spectet, & ita lib. v.
c abfunt hæc, quod hic fecit, à quibusdam & post legitur quid autem magis *.
d L. Cui rei magis Epa.
e lib. v gloria Theba.
f al. trophæo*
g L. Ar hoc quidem s. & ita lib. v.
h hæc particula salutis, deest quibusdam*
i al. è part.
k lib. v. qui ex lege iurati estis, leg.
P. LVI.
l lib. v. requireremus eas,
m lib. vulg. nisi extra iud. q.
n al. quid dubitatis, quin istum. *
o lib. vet. Ac primo quidem.
p lib. v. tertio, turpe.

a L. diruamus At metuere q. n. op.
b L. posse cõplexione superfederi, &c. R. Steph. posse compl. superf. oportunè, &c. Paull. Manut. posse compl. & oportere superf. &c. Coli. posse complex. oportunè superf. &c. v. cod. nõ nunq. compl. oportere superf. etr. & ad eram libri ad scriptum eadem manu, posse. Hinc fortasse nata tanta scripturæ varietas.
c lib. v. quod cõficiatur ex ratiocinatione. quod si fiat, compl. r. n. ind.
d lib. v. intelligentur.
P. B.
e lib. vet. referre.
f al. aut contrarium conclusionis hoc modo. *
g al. feceris. *
h al. aut ex eom.
i L. duas res.
k v. c. si quis aut assumtionem aliq. tolli posse putet aut.
l L. Quod si solũ id, quod inuentum est spectaretur, ac nihil, &c. & ita lib. v. al. Quod si solum argumentum spectaretur, &c. al. Quòd si solum spectaretur quod inuctum esset, &c.
m L. quo pacto tractaretur, referret: n L. Nam in reb. omnib.

poterit, si non similiter semper ingrediamur in argumentationem. Nam primùm omnium generibus ipsis distinguere conuenit orationem, hoc est tum inductione vti, tum ratiocinatione. Deinde in ipsa argumentatione non semper à propositione incipere, nec [a] semper quinque partibus abuti, neq. eadem ratione expolire. [b] partitiones: sed tum ab assumtione incipere licet, tum [c] ab approbatione alterutra, tum vtraq. tum hoc, tum illo genere complexionis vti. Id [d] vt perspiciatur, aut scribamus, aut in quolibet exēplo de iis, quæ proposita [e] sunt, hoc idem exerceamus, vt [f] quàm facilè factu sit. 60 ¶ Ac de partib. quidem argumentationis satis nobis dictum videtur. Illud autem volumus intelligi, nos probè tenere, aliis quoque rationib. tractari argumentationes in philosophia multis, & obscuris, de quibus certum est artificium constitutum. Verùm illa nobis abhorrere ab [g] vsu oratorio videntur. Quæ pertinere autem [h] ad dicendum putamus, ea nos commodiùs, quàm ceteros, attendisse non affirmamus, sed perquisitiùs & diligentiùs conscripsisse pollicemur.

61 ¶ Nunc, vt instituimus, proficisci ordine ad reliqua pergemus. REPREHENSIO est, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut [l] alleuatur. 62 ¶ Hæc fonte inuentionis eodem vtetur, quo vtitur confirmatio, propterea quòd, quibus ex locis aliqua res confirmari potest, iisdem [k] potest ex locis infirmari. Nihil enim considerandum est in his omnibus inuentionibus, nisi id, quod personis, aut negotiis attributum est. Quare inuentionem, & [l] argumentationum [m] expolitionem ex illis, quæ antè præcepta sunt, hanc quoq. in partem orationis transferri oportebit. Verūtamen, vt quædam præceptio detur huius quoque partis, exponemus [n] modos reprehēsionis, quos qui obseruabunt, faciliùs ea, quæ contrà dicentur, diluere, aut infirmare poterunt. 63 ¶ Omnis argumentatio reprehenditur [o], si aut ex iis, quæ sumta sunt, non conceditur aliquod vnum, pluráue: aut [p], his concessis, complexio confici ex his negatur: aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur: aut si contra firmam argumentationem, alia æquè firma, aut firmior ponitur. 64 ¶ Ex iis [q], quæ sumuntur, aliquid non conceditur, cùm aut id, quod credibile dicunt, negatur esse eiusmodi [r]: aut quod comparabile putant, dissimile ostenditur: aut iudicatum aliam in partem traducitur, aut omnino iudicium improbatur: aut, quod signum esse aduersarij dixerunt, id eiusmodi negatur esse: aut si complexio, aut vna, aut [s] ex vtraque parte reprehenditur: aut si enumeratio falsa ostenditur, aut si simplex conclusio falsi aliquid continere demonstratur. Nam omne, quod sumitur ad [t] argumentandum, siue pro probabili, siue pro necessario, necesse est sumatur ex his locis, vt antè ostendimus. 65 ¶ Quod *pro credibili* sumtum erit, id infirmabitur, si aut perspicuè falsum erit, hoc modo. Nemo est, qui non pecuniam, quàm sapientiam, malit. aut ex contrario quoque credibile aliquid habebit, hoc modo: Quis est, qui non officij cupidior [u] sit, quàm pecuniæ? Aut erit omnino incredibile, vt [x] si quis, quem constet esse auarum, dicat alicuius mediocris officij causa, se maximam pecuniam neglexisse. Aut si quod in quibusdam rebus, aut hominibus accidit, id omnibus dicatur vsu [a] euenire. hoc pacto: Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus est, in eo cædem factā esse oportet. In loco celebri homo occidi quî potuit? Aut si id, quod rarò fit, fieri [i] omnino negatur [b]: vt Curius pro Fuluio: Nemo potest vno aspectu, neque præteriens in amorem incidere. 66 ¶ Quod autem *pro signo* sumetur, id ex iisdem locis, quibus [c] confirmatur, infirmabitur. Nam in signo, primùm verum esse ostendi oportet: Deinde eius [d] esse rei signum propium, qua de re agitur, vt cruorem cædis: Deinde factum esse, quod non oportuerit: aut non factum, quod oportuerit: Postremò scisse eum, [e] de qua quæritur, eius rei legem & consuetudinem. Nam eæ res sunt signo attributæ: quas diligentiùs aperiemus, cùm separatim de ipsa coniecturali constitutione dicemus. Ergo [f] horum vnumquodque in reprehensione, aut non esse signo, aut [g] parum magno esse, aut à se potiùs, quàm ab aduersariis stare, aut omnino falsò [h] dici, aut in aliam quoque suspicionem duci posse, demonstrabitur. 67 ¶ Cùm autem *pro comparabili* aliquid inducetur, quoniam id per similitudinem maximè tractatur, in reprehendendo conueniet simile id negare esse, quod conferetur, ei, quicum conferetur. Id fieri poterit, si demonstrabitur diuersum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: ac si, quo in numero illud, quod per similitudinem afferetur, & quo in loco hoc [i] genus, cuius causa afferetur, haberi conueniat, ostendetur. Deinde quid res cum re differat, demonstrabitur [k] ex quo docebimus aliud de eo, quod [l] comparabitur, & de eo, quicum comparabitur, existimari oportere. Huius facultatis maximè indigemus, [m] cùm ea ipsa argumentatio, quæ per inductionem tractatur, erit reprehendenda. 68 ¶ Si *iudicatum* aliquod inferetur, quoniam id ex locis maximè firmatur: laude eorum, qui iudicarunt: similitudine eius rei, qua de agitu., ad eam rem, qua de iudicatum est, commemorando non modò non esse reprehensum iudicium, sed ab omnibus approbatum: & demonstrando, difficilius, [n] & maius fuisse id iudicatum, quod afferatur, quàm id, quod instet: ex contrariis locis, si res aut vera, aut verisimilis permittet, infirmari oportebit. Atque erit obseruandum diligenter, ne nihil ad [o] id, quod agatur, pertineat id, quod iudicatum sit: & videndum est, ne ea res proferatur, in qua sit offensum, vt de ipso, qui iudicarit, iudicium fieri videatur. Oportet autem animaduertere, ne, cùm aliter multa sint iudicata, solitarium aliquod, aut [p] rarum iudicatum afferatur. Nam his rebus auctoritas iudicati maximè potest infirmari. 69 ¶ Atque ea quidem argumenta, quæ quasi probabilia sumuntur [q], ad hunc modum tentari oportebit. Quæ verò sicuti necessaria inducentur, ea si fortè imitabuntur modò necessariam argumentationem, neque erunt eiusmodi: sic reprehendentur. Primùm *complexio*, quæ, vtrum concesseris, debet [r] tolli, si vera est, nunquam reprehendetur: sin falsa, duobus modis, aut conuersione, aut alterius partis infirmatione. *Conuersione*, hoc modo:

Nam

a L. nec semper q.p. vti, neque *&c. & ita cod. v.*
b L. partiones expolire.
c *v.c.* tum à probatione alterutra,
d *v. c.* Id vt perspiciamus, *&c, & ita Manut. non placet.*
e *al.* posita.*
f L. *hoc tamen dele*, vt q. facile f. sit. | *al.* vt quàm facile dictu sit, experiamur: *al.* id quod facile factu sit. *
P. LVII.
g *v.c.* ab vsu oratorio visa sunt.
h *v.c. non habent*, autem.
i *al.* aut leuatur. *al.* aut alleuiatur. *& ita codices v. quos hîc non sequor: vt neq. alibi interdum.*
k L. iisdē ex locis potest in.
l *al.* & argumentationū expolitionē sumtam ex illis, q.
m *al* argumētorum: *al.* & argumentationem.*
n L. exponemus omneis repr. modos, q.q.
o Reprehensionis quatuor modi de quibus figillatim agit.*
p *al.* aut ex his concessis complexio cōfici negatur:
q Reprehensionis primus mōdus. *
r eiusmodi aut quod signū esse aduersarii dixerunt, id eiusmodi negatur esse. In hanc sedem reuocandam esse hanc sententiam, sequentia satis ostendunt.*
s L. aut vtraque ex p.
t *al.* argumētationem,
u *lib v.* cupidior, quùm pecuniæ sit?
x *al.* vt si is, quem cōstat esse, *&c lib.* vt si aliquem constat esse auarum & d.

a *al.* vsu venire.
b *al.* negetur. p. B.
c *al.* quibus confirmabitur,
d L. esse eius rei
e L. eum, de quo quæritur, eius rei, qua de agitur, legem, & cons.
f *al.* Ergo horum vnum quidq.
g L. aut parū, magno signo esse.
h *al.* falsum
i L. hoc, cuius causa
k *v.c.* demōstrabimus.
l *v.c.* quod comparabitur, existimari oportere, & de eo, quicū cōparabitur,
m L. indigebi mus,
n L. difficilius ad iudicandum, & maius f.
o L. ad id, quo de agatur, p.
p *lib v.* aut rarum afferatur.
q *al.* sumētur.
r *v. c.* debet tolli.

P. LVIII. a Idem versus, paulò tamen aliter repetitur li. 2. ad Herennium suprà. b *al.* exiſtimet? c *v. c.* concedendum hoc putat, vt. d *al.* exiſtimabit.

Nam[a] ſi veretur, quid eum accuſes, qui eſt probus?
Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet,
Quid eum accuſes, qui id parui auditu æſtimet?[b]

Hîc, ſi vereri dixeris, ſiue non vereri; concludendum[c] hoc putat, vt neges eſſe accuſandum. Quod conuerſione ſic reprehenditur: Immò verò accuſandus eſt. Nam ſi veretur, accuſes: non enim parui auditu æſtimabit[d]. Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet, tamen accuſes. non enim probus eſt. *Alterius* autem *partis infirmatione*, hoc modo reprehendetur: Verùm ſi veretur, accuſatione tua correctus, ab errato recedet. 70 ¶ *Enumeratio* vitioſa intelligitur, ſi aut præteritum quiddam dicemus, quod velimus concedere, aut infirmum aliquid annumeratum, quod aut contrà dici poſſit, aut cauſa non ſit, quare[e] non honeſtè poſſimus concedere. Præteritur quiddam in eiuſmodi enumerationibus: Quoniam habes iſtum equum, aut emeris oportet, aut hereditate poſſideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus ſit: aut, ſi horum nihil eſt, ſurripueris neceſſe eſt. ſed neque emiſti, neque hereditate vênit, neque domi natus eſt, neque donatus eſt: neceſſe eſt ergo ſurripueris. Hoc commodè reprehenditur[f], ſi dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus, cuius[g] prædæ ſectio non venierit: quo illato, infirmatur enumeratio, quoniam id ſit inductum, quod præteritum ſit in enumeratione. Altero autem modo reprehendetur, ſi aut contrà aliquid dicetur: hoc eſt, ſi exempli cauſa, vt in eodem verſemur, poterit oſtendi hereditate veniſſe. aut ſi extremum[h] illud non erit turpe concedere: vt ſi quis, cùm dixerint aduerſarij, aut inſidias facere voluiſti, aut amico morem geſſiſti, aut cupiditate elatus es, amico ſe morè geſſiſſe fateatur. 71 ¶ *Simplex* autem *concluſio* reprehenditur, [i] ſi id, quod ſequitur, non videatur neceſſariò cũ eo, quod anteceſſit, cohærere. Nam hoc quidem, ſi ſpiritum ducit, viuit: ſi dies eſt, lucet: eiuſmodi eſt, vt cum priore neceſſariò poſterius cohærere videatur. Hoc autẽ, ſi mater eſt, diligit[k]: ſi aliquando peccauit, nunquam corrigetur: ſic conueniet reprehendi, vt demonſtretur non neceſſariò cum priore poſterius cohærere. Hoc genus, & cætera neceſſaria, & omnino omnis argumentatio, & eius reprehenſio maiorem quandam vim continet[l], & latiùs patet, quàm hîc exponitur: ſed eius artificij cognitio huiuſmodi eſt, vt nõ ad huius artis partem aliquam adiungi poſſit, ſed ipſa ſeparatim longi temporis, & magnæ atque arduæ cognitionis indigeat. Quare illa nobis alio tẽpore, atque ad aliud inſtitutum, ſi facultas erit, explicabuntur. Nunc his præceptionibus rhetorum ad vſum oratorium contentos nos eſſe oportebit. Cùm igitur ex iis, quæ ſumuntur, aliquid non conceditur, ſic infirmabitur.

72 ¶ Quum autẽ, his conceſſis, *complexio*[m] *ex his non conficitur*: hæc erunt conſideranda, num aliud conficiatur, aliud dicatur, hoc modo: Si, quum aliquis dicat ſe profectum eſſe ad exercitum, contráque eum quis velit hac argumentatione[n] vti: Si veniſſes ad exercitum, à tribunis militaribus viſus eſſes. non es autem ab his viſus. non[o] es igitur profectus ad exercitum. Hîc, cùm conceſſeris propoſitionem, & aſſumtionem, complexio eſt infirmãda. Aliud enim, quàm cogebatur?, illatum eſt. At nunc quidem, quò faciliùs res cognoſce-

a *v. c.* quare honeſtè non poſ.

f L. reprehẽ detur, g *al.* cuius prædæ ſectio venierit. *v. c.* cuius prædæ ſectione venierit. *ſed legendum*, qui prædæ ſectione venerit: *aut potius* qui ue prædæ ſectione venerit. Prædam enim milites captam, inter ſe ſecabant & diuidebãt. Cæſar. 2. *de bello Gallico*: ſectionem oppidi vniuerſi Cæſar vendidit. Duo autẽ illa rectè ſeparantur, equ[s] ex hoſtib. captus, & qui ex prædæ ſectione venit* h illud extremum. i *al.* reprehẽdetur, k L. diligit filium. l L. obtinet

P. LIX. m Reprehenſionis modus ſecundus.

n L. vti argumentatione: o L. non igitur eo pr.

p *al.* conficiatur,

retur, perſpicuo, & grandi vitio præditum poſſumus exemplum: ſed ſæpe obſcurius poſitum vitium pro vero probatur, cùm aut patum memineris quod conceſſeris, aut ambiguum aliquod pro certo conceſſeris. Ambiguum ſi conceſſeris ex ea parte, quam ipſe intellexeris, eam[a] partem ſi aduerſarius ad aliã partem per complexionem velit accommodare: demonſtrare oportebit, non ex eo, quod ipſe conceſſeris, ſed ex eo, quod ille ſumſerit[b], confici complexionem, ad hũc modum: Si pecuniæ indigetis, pecuniam non habetis. ſi pecuniam non habetis, pauperes eſtis. Indigetis autem pecuniæ. mercaturæ enim, niſi ita eſſet, operam nõ daretis. pauperes igitur eſtis. Hoc ſic reprehenditur: Cùm dicebas, Si indigetis pecuniæ, pecuniam non habetis: hoc intelligebam, Si propter inopiam in egeſtate eſtis, pecuniam non habetis: & idcircò concedebam. Cùm autẽm hoc ſumebas[c], Indigetis autem pecuniæ: illud accipiebam, Vultis autem pecuniæ plus habere. Ex quibus conceſſionibus non conficitur hoc, Pauperes igitur eſtis. conficeretur autem, ſi [d] tibi primò quoque hoc conceſſiſſem, Qui pecuniam maiorem vellet habere, eum pecuniam non habere. Sæpe autem oblitum putant, quid[e] conceſſeris, & idcircò id, quod non conficitur, quaſi conficiatur, in concluſione infertur, hoc modo: Si ad illum hereditas veniebat, veriſimile eſt ab illo eſſe necatum. Deinde hoc approbãt plurimis [f] verbis. pòſt aſſumunt, Ad illum autem hereditas veniebat. deinde infertur, Ille igitur occîdit. Id ex ijs, quæ ſumſerant, non conficitur. Quare obſeruare diligenter oportet, &[g] quid ſumatur, & quid ex his cõficiatur.

73 ¶ Ipſum autem *genus*[h] *argumentationis, vitioſum* his de cauſis oſtendetur, ſi aut in ipſo vitium erit, aut ſi non ad id, quod inſtituitur, accommodabitur. Atque in ipſo vitium erit, ſi omnino totum falſum erit, ſi commune, ſi vulgare, ſi leue, ſi remotum, ſi mala definitio, ſi controuerſum, ſi perſpicuum, ſi non cõceſſum, ſi turpe, ſi offenſum, ſi contrarium, ſi inconſtans, ſi aduerſum. *Falſum* eſt, in quo perſpicuè mendacium eſt, hoc modo: Non poteſt eſſe ſapiens, qui pecuniam negligit. Socrates autem pecuniam negligebat. non igitur ſapiẽs erat. *Commune* eſt, quod nihilo magis ab [i] aduerſariis, quàm à nobis facit, hoc modo: Idcircò, iudices, quia veram cauſam habebam, breui[k] peroraui. *Vulgare* eſt, quod in aliam quoque rem non probabilem, ſi nunc conceſſum ſit, transferri poſſit, hoc modo: Si veram cauſam non haberet, vobis ſe, iudices, non commiſiſſet. *Leue* eſt, quod aut poſt tempus dicitur, hoc modo: Si in mentem veniſſet, non cõmiſiſſet: aut perſpicuè rem turpem leui tegere vult defenſione, hoc modo:

Cùm te expetebant omnes, florentiſſimo[l]
Regno, reliqui: nunc deſertum ab omnibus,
Summo[m] *periclo, ſola vt reſtituam, paro.*

Remotum eſt, quod vltra quàm ſatis eſt, petitur[n], hoc modo: Quòd ſi nõ P. Scipio Corneliam filiam T. Graccho collocaſſet, atque ex ea duos Gracchos procreaſſet, tantæ ſeditiones natæ non eſſent. Quare hoc incommodum Scipioni adſcribendum videtur. Huiuſmodi eſt illa quoque conqueſtio:

Vtinam[o] *ne in nemore Pelio ſecuribus*
Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.[p]

Longiùs enim repetita eſt, quàm res poſtu-

a *fort.* & eam part. ſi aduer. b *al.* aſſumſerit, c *al.* aſſumebas, d L. ſi tibi primo hoc quoque conc. e *al.* quod cõceſſeris, f *al.* plurib. verbis, g L. & quæ ſumantur, h Reprehenſionis modus tertius. i *al.* cum aduerſariis, quã nobiſcum ſ. k *al.* breuiter. l *al.* florentiſſimo in r. m *al.* Summo in periclo, n L. repetitur, o Verſus ex Enniii Medea: repetitur autem lib. 2. ad Herennium ſuprà & 3. de Natura deorum. p antiquè pro trabs.

labat. *Mala definitio* est, cùm aut communia describit, hoc modo: Seditiosus est is qui malus atque inutilis est ciuis. Nam hoc non magis seditiosi quàm ambitiosi, quàm calumniatoris, quàm alicui[y] improbi hominis vim describit. Aut falsum quiddam dicit, hoc pacto: Sapientia, est[a] pecunię acquirendę intelligẽtia. Aut aliquid non graue, nec[b] magnum cõtinens, sic: Stultitia, est immensę glorię cupiditas. Est[c] hęc quidem stultitia, sed ex parte quadam, non ex omni genere, definita. *Controuersum* est, in quo ad dubiũ demõstrandũ, dubia causa affertur, hoc modo:

Eho tu, dij, quibus est potestas motus superũm, atque inferũm,
Pacem[d] *inter sese conciliant, conferunt concordiam:*

Perspicuum est, de quo non est controuersia: vt, siquis, cùm Orestem accuset, planum faciat, ab eo matrem esse occisam. *Non concessum* est, cùm id, quod augetur, in controuersia est, vt, si quis, cùm Vlyssem accuset, in hoc maximè commoretur: Indignum esse, ab homine ignauissimo virum fortissimum, Aiacem, necatum. *Turpe* est, quod aut eo loco, in quo dicitur: aut eo homine, qui dicat: aut eo tempore, quo dicitur: aut ijs, qui audiunt: aut ea re, de[e] qua agitur, indignum, propter inhonestam rem, videtur. *Offensum* est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit: vt, si quis apud equites Romanos, cupidos iudicandi, Cæpionis legem iudiciariam laudet. *Contrarium* est, quod contra ea dicitur, quæ ij, qui audiunt, fecerunt: vt, si quis apud Alexandrum Macedonem contra aliquem vrbis expugnatorem diceret, nihil esse crudelius, quàm vrbes[f] diruere, cùm ipse Alexander Thebas diruisset. *Inconstans* est, quod ab eodem de eadem re, diuersè dicitur: vt, si quis, cùm dixerit, qui virtutem habeat, eum nullius rei ad bene viuendum indigere, neget postea sine bona valetudine[g] posse bene viuere: Aut se amico adesse propter beneuolẽtiam[h]: sperare enim aliquid commodi ad se peruẽturum. *Aduersum* est quod ipsi causę aliqua ex parte officit, vt si quis hostium vim, & copias, & felicitatem augeat, cùm[i] ad pugnam milites hortetur. Si non ad id, quod[k] instituitur, accommodabitur aliqua pars augmentationis, horum aliquo in vitio reperietur. Si plura pollicitus, pauciora demonstrabit: aut, si, cùm totum debebit ostendere, de parte aliqua loquatur[l], hoc modo: Mulierum genus auarum est. nam Etiphyle auro viri vitam vendidit. Aut si non id, quod[m] accusabitur, defendet: vt, si quis, cùm ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet: vt Amphion apud Euripidem. Item apud Pacuuium: qui, vituperata musica, sapientiam laudat. Aut si res ex hominis vitio vituperabitur, vt, si quis doctrinam ex alicuius docti vitiis reprehendat[n]. Aut, si quis, cùm aliquem velet laudare, de felicitate eius, non de virtute dicat[o]. Aut, si quis rem cum re ita comparabit, vt alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperarit: aut si alteram ita laudet[p], vt alterius non faciat mentionem: vt, si quis, cùm aliqui deliberent, bellum[q] geratur, an non, pacem laudet omnino, nõ illud bellum inutile esse demonstret. Aut si, cùm de certa re quæretur, de cõmuni instituetur oratio. Aut, si ratio alicuius rei reddetur falsa, hoc modo: Pecunia bonũ est, propterea q̃ ea maximè vitã beatam efficiat. Aut si infirma: vt Plautus,[a]

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Imm[b] *ane est factu. verùm in ætate vtile*
Et conducibile.
Nam ego amicum hodie meum
Concastigabo[d] *pro commerita noxia,*
Inuitus ni id me inuitet vt faciam fides.

Aut eadem, hoc modo: Maximum malum est auaritia. multos enim magnis incommodis afficit pecuniæ cupiditas. Aut parum idonea, hoc modo: Maximum bonum est amicitia. plurimę enim delectationes sunt in amicitia. 74 ¶ Quartus[e] modus erat reprehensionis, per quem contra firmam argumentationem, æquè firma, aut firmior ponebatur. Hoc genus in deliberationibus maximè versatur, cùm[f] aliquid, quod contrà dicatur, æquum esse cõcedimus, sed id, quod nos defendimus, necessarium esse demonstramus: Aut cùm id, quod illi defendant, vtile esse fateamur: g quod nos dicamus, demonstremus[h] esse honestum. Ac de reprehensione hæc[i] quidem existimauimus esse dicenda.

75 ¶ Deinceps[k] nunc de CONCLVSIONE ponemus.[l] Hermagoras[m] digressionem[n] deinde, tum posttemam conclusionem ponit. In hac autem digressione[o] ille putat oportere quandam inferri orationem, à causa, atque à iudicatione ipsa remotam, quæ aut sui laudem, aut aduersarij vituperationẽ contineat, aut in aliam causam deducat, ex qua conficiat aliquid confirmationis, aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quandam amplificationem. Hanc siquis partem putarit[p] orationis, sequatur Hermagoram licebit. Nã & augendi, & laudandi, & vituperandi præcepta à nobis partim data sunt, partim suo loco dabuntur. Nobis autem non[q] placet, hãc partem in numero reponi, quòd de causa digredi[r], nisi per locum communem, displicet, quo de genere posteriùs est dicendum. Laudes autẽ, & vituperationes non separatim placet tractari, sed in ipsis argumẽtationib[s] esse implicitas. [t] Nunc de conclusione dicemus.

76 ¶ CONCLVSIO, est exitus, & determinatio totius orationis. 77 ¶ Hęc habet parteis treis, enumerationem, indignationem, conquestionem. 78 ¶ *Enumeratio*[u] est, per quã res disperse, & diffuse dictæ, vnum in locum coguntur, & reminiscẽdi causa, vnũ sub aspectũ subiiciuntur. Hæc si semper eodem modo tractabitur, perspicuè ab omnib[v] artificio quodam tractari intelligetur. Sin variè fiet, & hãc suspicionem, & satietatẽ vitare poterit. Quare tum oportebit ita facere, vt plerique faciunt propter facilitatem, singillatim vnamquamque rem attingere, & ita omneis transire[w] breuiter argumentationes: tum autẽ id, quod difficilius est, dicere, quas parteis expositeris in partione, de quibus te pollicitus sis dicturum, & reducere[x] in memoriam, quibus rationibus vnãquamque partem cõfirmaris[y]: tum ab iis, qui audiũt, quærere, quid sit, quod sibi velle debeant demonstrari, hoc[z] modo: Docuimus hoc, illud planum fecimus. ita simul & in memoriam redibit auditor, & putabit nihil esse præterea, quod debeat desiderare. Atque in his generibus (vt antè dictũ est) tũ tuas argumentationes trãsire[aa] separatim, tũ id, quod artificiosius est, cũ tuis cõtrarias coniungere: &, cùm tuam argumentationem

a L. est pecuniæ quærendæ int.
b L. nec magnũ cõtinet,
c L. Est hic quidẽ stult.
d L. Pacẽ inter se cõcil. & ita v.c.
e L. qua de agitur, & ita v.c.
P. B.
f v.c. vrbis
g v.c. valitudine
h v.c. beniuolentiam.
i L. cùm ad pugnandum milites cohortetur. & q. lib. v. cùm ad pugnandum milites adhortetur.
k al. quod institutum est.
l L. loquetur,
m al. de quo acc.
n L. reprehendet.
o L. dicet.
p L. laudabit.
q lib. v. bellum gerant, an non.
a in Tyranno.*
b L. Immoene id est magnum & improbũ. Festus Immanu. *
c Iidem versus libro 2. ad Herennium vbi de vitiosa variatione tractat.*
d lib. vulg. Nõ castigabo.
e Reprehensionis quartus modus.*
f L. aut cùm aliq.
g L. fatemur:
h L. demonstramus.
P. LX.
i L. quidem hæc,
k L. Deinceps nunc cõclusionem ponemus, & ita v.c.
l vet. cod. Hermagoras autem digr.
m L. degressionem.
n Digressio pars orationis Hermagoræ, at non Ciceroni.*
o L. degressione.
p L. putarit esse or.
q L. non placuit, hanc part. in numerum rep.
r L. degredi,
s v.c. implicatas.
t quæ & rerum repetitio seu congregatio, & ἀνακεφαλαίωσις, Quintil. 6. cap. 1.*
u fort. legendum transigere breuiter.
x L. al. redigere.*
y L. confirmaueris:
z l. v. Hoc modo illud docuimus, illud pl. f.
aa fort. trãsigere.

nem dixeris, tum contra eam quod afferebatur, quemadmodũ dilueris ostendere. Ita per breuem comparationẽ, auditoris memoria & de confirmatione, & de reprehensione redintegrabitur. Atque hæc aliis actionis quoque modis variare oportebit. Nam cùm[a] ex tua persona enumerare possis, vt, quid, & quo quidque loco dixeris, admoneas: tũ verò personam, aut rem aliquam inducere, & enumerationem ei totã attribuere. Personam hoc modo: Nam si legis scriptor exsistat, quærat à vobis, quid dubiteits, quid possitis dicere, cùm vobis hoc, & hoc sit demonstratum. Atque hîc, item vt in nostra persona, licebit aliàs singillatim transire[b] omneis argumentationes: aliàs ad partitiones singula genera referre, aliàs ab auditore, quid desideret, quærere, aliàs hæc facere per comparationem suarũ, & contrariarum argumentationum. Res autem inducetur, si alicui rei huiusmodi, legi, loco, vrbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem, hoc modo: Quid si leges loqui possent? nónne hæc apud vos quererentur? Quidnam amplius desideratis, iudices, cùm vobis hoc, & hoc planum factũ sit? In hoc quoque genere omnibus eisdem[c] modis vti licebit. Commune autẽ præceptum hoc datur ad enumerationem, vt ex vnaquaque argumentatione, quoniam tota iterum dici nõ potest, id eligatur: quod erit grauissimum, &[d] vnumquodque quàm breuissimè transeatur[e], vt memoria, nõ oratio renouata videatur. 79 ¶ *Indignatio*, [f] est oratio, per quã conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. In hoc genere illud primùm intelligi volumus, posse omnibus ex locis ijs, quos[g] in confirmandis præceptis posuimus, tractari indignationem. Nam ex iis rebus, quæ personis, atque negotiis attributæ sunt, quæuis amplificationes, & indignationes nasci possunt: sed tamen ea, quæ seperatim de indignatione præcipi possunt, consideremus. *Primus* locus sumitur ab auctoritate, quum commemoramus, quantæ curæ res ea fuerit aut Diis immortalibus, aut eis, quorum auctoritas grauissima debeat esse. Qui locus sumetur ex sortibus, ex[h] oraculis, vatibus, ostentis, prodigiis, responsis, similibus[i] rebus. Item ex maioribus nostris, regibus, ciuitatibus, gentibus, hominibus sapientissimis, senatu, populo, legum scriptoribus. *Secundus* locus est, per quem illa res ad quos pertineat, cum amplificatione, per indignationem, ostenditur, an[k] ad omneis, an ad maiorem partem, quod atrocissimum est: an ad superiores, quales sunt ij, quorum ex auctoritate indignatio sumitur, quod indignissimum est: an ad pareis animo, fortuna, corpore, quod iniquissimum est: an ad inferiores, quod superbissimum est. *Tertius* locus est, per quem quærimus, quidnam sit euenturum, si idem cæteri faciant: & simul ostendimus, huic si cõcessum sit, multos æmulos eiusdem audaciæ futuros: ex quo, quid mali sit euenturum, demonstrabimus. *Quartus* locus est, per quem demonstramus, multos alacreis[l] exspectare, quid statuatur, vt ex eo, quod vni concessum sit, sibi quoque tali de re quid liceat, intelligere possint. *Quintus* locus est, per quem ostendimus, ceteras res perperam constitutas, intellecta veritate, cõmutatas corrigi posse: hanc esse rẽ, quæ si sit semel iudicata, neque alio cõmutari iudicio, neque vlla potestate corrigi possit. *Sextus* locus est, per quẽ consultò, & de industria factum esse demonstratur, & illud adiungitur, voluntario maleficio veniam dari non oportere: imprudentiæ concedi[a] nonnumquam conuenire. *Septimus* locus est, per quem indignamur, quòd tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam[b], quæ res ab legibus, ab[c] æquabili iure remotissima sit. *Octauus* locus est, per quem demonstramus, nõ vulgare, neque factitatum esse, ne ab audacissimis quidem hominibus, id maleficium, de quo agitur, atque id à feris quoque hominibus, & à barbaris gentibus, & immanibus bestiis remotum esse. Hæc erunt, quæ in parenteis, liberos, coniuges, consanguineos, supplices, crudeliter facta dicentur: & deinceps siqua proferantur[d] in maiores natu in hospites, in vicinos, in amicos, in eos, quibuscum vitam egeris, in eos, apud quos educatus sis, in eos, à quibus eruditus, in mortuos, in miseros, & misericordia dignos, in homines claros, nobileis, & honore vsos, in eos, qui neque lædere alium, nec[e] se defendere potuerunt, vt in pueros, senes, mulieres: quibus omnibus acriter excitata indignatio, summum in eum, qui violarit horum aliquid, odium commouere poterit. *Nonus* locus est, per quem, cum aliis, quæ[f] constãt esse peccata, hoc, quo de quæstio est, comparatur: & ita per contentionem, quantò atrocius, & indignius sit illud, de[g] quo agitur, ostenditur. *Decimus* locus est, per quem omnia, quę in negotio gerendo acta sunt, quęque, [h] post negotium consecuta sunt, eũ vniuscuiusq; indignatione, & criminatione colligimus, & rẽ verbis quã maximè ante oculos eius, apud quẽ dicitur, ponimus, vt id, quod indignũ est, perindè[i] illi videatur indignũ, ac si ipse interfuerit, ac præses viderit. *Undecimus* locus est, per quem ostendimus, ab eo factum, à quo minimè oportuerit, & à quo, si alius faceret, prohiberi conueniret. *Duodecimus* locus est, per quem indignamur, quòd nobis hoc primis acciderit, nec alicui vnquam vsu[k] euenerit. *Tertiusdecimus* locus est, si cũ iniuria contumelia iuncta demonstratur, per quem locum in superbiã & arrogantiam odium concitatur. *Quartusdecimus* locus est, per quem petimus ab ijs, qui audiunt, vt ad suas res nostras iniurias referant: si ad pueros pertinebit[l], de liberis suis cogitent: si ad mulieres, de vxorib:? si ad senes, de patribus,[m] aut parentibus. *Quintusdecimus*[n] est[o] locus, per quem dicemus, inimicis quoque & hostibus, ea, quę nobis acciderint, indigna videri solere. Et indignatio quidem his[p] ferè de locis grauissimè sumetur. 80 ¶ *Cõquestionis*[q] autem huiusmodi de rebus parteis petere oportebit. Conquestio, est oratio, auditorum misericordiam captans. In hac primùm animũ auditoris mitem, & misericordem conficere oportet, quò facilius conquestione commoueri possit. Id locis communibus efficere oportebit per quos fortunæ vis in omneis, & hominum infirmitas ostenditur: quæ[r] ratione habita grauiter, & sententiosé, maximè dimittitur[s] animus hominum, & ad misericordiam comparatur, cùm in alieno malo suam infirmitatem considerabit. Deinde primus locus est misericordiæ, per quem, quibus in bonis fuerint, & nunc quibus in malis

a *al.* tum

P. B.

b *fort.* transigere.

c L. iisdem

d & vnumquidq.
e *al.* transigatur.
f quæ & Amplificatio dicitur *lib. 2. ad Herennium.*

g L. quos in confirmationis pr.

h L. oraculis.
i L. & similib.

k L. an ad omneis, aut ad maiorẽ partem,

l *v.c.* alacris.

P. 2 XI.

A B C D E F G H

a L. nonnunquã concedi conu.

b *al.* opulentem,
c L. & ab æquabili.

d *al.* proferentur.

e *al.* neq. se

f L. quæ constat esse p.

g L. quo de

h *al.* quæque negotium *

i L. proinde

k *lib. v.* vsu venerit.

l *fort.* pertinebunt,

m *v.c.* de parentib. aut patrib.

n Decem tãtum toti enumerãtur *lib. 2. ad Herennium.* *

o *al.* locus

p *al.* his ferè locis.

P. B.

q quæ & Cõmiseratio dicitur *libro 2. ad Herennium.* *

r *al.* qua oratione.

s L. animus auditoris.

sint, ostenditur. Secundus, qui in tempora tribuitur, per quem, quibus in malis fuerint, & sint, & futuri sint, demonstratur. Tertius, per quem vnumquodque deploratur incommodum, vt in morte filij, puritiæ delectatio, amor, spes, solatium, educatio, &, si qua simili in genere, quolibet de incommodo per cõquestionem dici poterunt. Quartus, per quẽ res turpes, & humiles, & illiberales proferentur[a], & indignæ ætate, genere, fortuna, pristino honore, beneficiis: quas passi, perpessúrive sint. Quinctus est, per quem omnia ante oculos singillatim incommoda ponentur, vt videatur is, qui audit, videre, & re quoque ipsa, quasi adsit, non verbis solùm, ad misericordiam ducatur. Sextus, per quẽ præter spem in miseriis demonstratur esse, &[b], cùm aliquid exspectaret, non modò id non adeptum[c] esse, sed in summas miserias incidisse. Septimus, per quẽ ad ipsos, qui audiunt, similem casum conuertimus, & petimus, vt de suis liberis, aut parentibus, aut aliquo qui illis carus debeat esse, nos cùm videant, fecordentur. Octauus, per quem aliquid dicitur esse factum, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit, hoc modo: Non affui, non vidi, non postremam eius vocem audiui, non extremum eius spiritum excepi. Item, inimicorum in manibus mortuus est, hostili in terra turpiter iacuit insepultus, à feris diu vexatus, communi quoque honore in morte caruit. Nonus, per quem oratio ad mutas, & experteis animi res refertur[d]: vt si ad equum, domum, vestem, sermonem alicuius accommodes, quibus animus eorum, qui audiunt, & aliquem dilexerunt, vehementer commouetur. Decimus, per quem inopia, infirmitas, solitudo demonstratur. Vndecimus, per quem aut liberorum, aut parentum, aut sui corporis sepeliendi, aut alicuius eiusmodi rei commendatio fit. Duodecimus, per quem disiunctio[e] deploratur ab aliquo cùm[f] deducaris ab eo, quicum libentissimè vixeris, vt à parente, filio, fratre, familiari.[g] Tertiusdecimus, per quem cum indignatione conquerimur, quòd ab iis, à quibus minimè conueniat, malè tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus, quos adiutores fore putauerimus, aut à quibus indignum[h] est, vt seruis, libertis, clientibus[i], supplicibus. Quartusdecimus, qui per obsecrationem sumitur: in quo orãtur modò illi, qui audiunt, humili & supplici oratione, vt misereantur. Quintusdecimus, per quem non nostras, sed eorum, qui cari nobis debent esse, fortunas conqueri nos demonstramus. Sextusdecimus est, per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostẽdimus, & tamen amplum, & excelsum, & patientem incommodorum esse, & futurum, si quid acciderit, demonstramus. Nam sæpe virtus, & magnificentia, in qua grauitas, & auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commouẽdam, quàm humilitas, & obsecratio. Commotis autem animis, diutiùs in conquestione morari nõ oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, LACRYMA NIHIL CITIVS ARESCIT. 81 ¶ Sed quoniã &[k] satis, vt videmur, de omnibus partib[l] orationis diximus, & huius voluminis magnitudo lõgiùs processit, quæ[l] sequuntur deinceps, in secundo libro dicemus.

a v. c. proferuntur, & ind.

b v. c. & cùm aliquid exspectaretur, c L. adeptus.

d al. referetur.

e al. diiunctio.

f al. cùm deducaris.

g Familiaris dicitur, libertus, seruus, COD. LXII. Ionus adscriptitius, susceptus: l. 6. §. 5. Cod. de his quæ ad Eccles. confug. l. si quis ex familiaribus vel ex seruis. 20. Cod. qui accusare l. 25. §. 2. ff. de ædilitio. l. 3. §. 18. ff. de vi & vi armata. Seneca. 6. epistol. 47. Macrob. 1. Saturnal. 11. *

h al. indignum sit

i hi suscepti dicuntur. vti scripsi ad l. 132. ff. de verbor. obligat. *

k L. & satis videmur de omnib. par. orationis dixisse,

l al. quæ sequuntur, deinceps in sec. l. d.

M. T. CICERONIS RHETORICORVM, SEV DE INVENTIONE RHETORICA, LIBER SECVNDVS.

Synopsis libri 2. de Inuentione.

1 ¶ *Cur exemplis externis vtatur.* 2 *Quibus de rebus superiore libro dixerit: & de quibus nunc dicturus sit.*

3 ¶ *De* IVDICIALI *genere causarum,* 4 *&* CONIECTVRALI *constitutione.* 5 *& quibus locis seu argumentationibus coniecturales controuersia tractari possint.* 6 *Coniecturam omnem capi ex causa, persona facto ipso.* 7 Ex Causa *coniecturam dupliciter sumi: vt si actor dicat, aliquid Impulsione, aut Ratiocinatione, seu certo animi proposito factum esse. Quo in genere non tantùm perueſtigat quod in veritate, sed & quod in opinione (tametsi opinio dupliciter fallat, vel quia res eiusmodi est, vel euentus defuit) sed & inquirit Causam, Potestatem, facultatem, voluntatem. Contrà defensor ac Reus Impulsionis & ratiocinationis suspiciones aut negat, aut minuit.* 8 Ex persona *aduersarij coniecturam capimus varie: nimirum ex eius nomine & cognomine ex eius natura, victu, fortuna, habitu animi vel corporis, studio, factis, casibus, orationibus. Contrà Defensor ac Reus ex isdem locis contrarias coniecturas ducet.* 9 Ex facto *ipso coniecturas & suspiciones ducimus dupliciter. Primum ex ipso negotio separatim (quo in genere perueſtigamus quæ ante rem, quæ in re, quæ rei adiuncta. quæ post rem consequuta sunt cognitum, aut ex interuallo) Deinde communiter ex ipso negotio & personis suspiciones ducimus: sed & quæstionibus, testimoniis, rumoribus: quæ tria actor & reus simili via præceptorum, torquere solent ad suum commodum.* 10 *De* NOMINIS *controuersia seu* DEFINITIVA *constitutione.* 11 *De* ACTIONE *seu* TRANSLATIVA *Constitutione.* 12 *De* GENERALI *Constitutione, cuius duæ partes.* 13 Negotialis *quæ in ipso negotio, iuris ciuilis implicitam & abscondiram habet controuersiam. In hac quæritur de Iure naturæ: (cuius exempla Religio, pietas, gratia, vindicatio, Obseruantia, Veritas) vel ciuili, & consuetudine, Iure ciuili, Edicto, pactis, pari & aquo,*

æquo, Iudicato. 14 Iuridicialis. 15 *Eáque vel* Absoluta, *in qua æquum, iniquum, præmium & pœna non absconditè vt in negotiali (de quo nunc diximus) sed patentiùs & expeditiùs cernitur.* 16 *vel* Assumptiua *cum ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur.* 17 *Huius quatuor partes.* 18 *Criminis comparatio,* 19 *Relatio,* 20 *Remotio,* 21 *Concessio.* 22 *Huius partes duæ:* 23 *Purgatio (cuius partes Imprudentia, Casus, Necessitudo)* 24 *Deprecatio,* 25 De PRAEMIIS & POENIS. 26 De SCRIPTI *controuersiis.* 27 *Nascuntur autem ex ambiguo,* 28 *ex scripto & sententia,* 29 *Ex contrariis legibus,* 30 *Ex Ratiocinatione,* 31 *ex Definitione.* 32 ¶ *De reliquis generibus causarum.*

33 ¶ *& de genere* DELIBERATIVO. 34 *De* Honesto, *per se expetendo seu virtute.* 35 *Prudentia, (cuius partes Memoria, Intelligentia, Prouidentia)* 36 *Iustitia Naturalis (Religio, Pietas, Gratia, Vindicatio, Obseruantia, Veritas) Consuetudine (partes Par, Iudicatum) Legibus.* 37 *Fortitudo (eius partes Magnificentia, Fidentia, Patientia, Perseuerantia,)* 38 *Temperantia (eius partes Continentia, Clementia, Modestia.)* 39 ¶ *De Honesto cui vtilitas adiuncta: quo in genere est Gloria, Dignitas, Amplitudo, Amicitia.* 40 *De* vtilitate *(Huius partes Incolumitas & Potentia.* 41 *De* Honesti *&* vtilitatis attributis *Necessitudine,* 42 *&* Affectione. 43 ¶ *De genere* DEMONSTRATIVO *seu laude & vituperatione. Quod genus causæ in genere tractari potest ex his locis qui personis sunt attributi: distribuitur autem, ex virtutibus Animi, Corporis, & Externis.* 44 ¶ *De* INVENTIONE *prima, & maxima parte Rhetoricæ hæc dicta sint.*

a de Crotoniensium potentia vide Iustinum *lib.* 20.*
b L. cum primis beatinum. *& ita lib. v.*



ROTONIATAE quondam, cùm[a] florerēt omnibus copiis, & in Italia cum[b] in primis beati numerarentur, tēplum Iunonis, quod religiosissimè colebāt, egregiis picturis locupletare voluerūt. Itaque Heracleotem[c] Zeusim, qui tum longè cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas[d] complureis pinxit, quarum nonnulla pars vsque ad nostram memoriam propter fani religionem, remansit[e]: &, vt excellentem muliebris formæ pulcritudinem muta in sese imago contineret, Helenæ se pingere simulacrum velle dixit. Quod Crotoniatæ, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præstare sæpe accepissent, libenter audierunt. Putauerunt enim eum[f], si, quo in genere plurimùm posset, in eo magnopere elaborasset, egregium sibi opus illo in fano relicturum. Neque[g] tum eos illa opinio fefellit. Nam Zeusis[h] illico quæsiuit ab eis, quásnam[k] virgines formosas haberent. Illi autem statim hominem duxerunt in palæstrā, atque ei pueros ostenderunt multos, magna præditos dignitate. (Etenim quodam tempore Crotoniatæ multùm omnibus, corporum viribus & dignitatibus antesteterunt[l], atque honestissimas ex gymnico certamine victorias domum cum maxima laude retulerūt.) Cùm puerorum igitur formas, & corpora magno hic opere miraretur: Horum, inquiunt illi, sorores sunt apud nos virgines. Quare, qua sint illæ dignitate[m], potes ex his suspicari. Prębete igitur mihi, quæso, inquit, ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id, quod pollicitus sum vobis, vt mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. Tunc Crotoniatæ publico de consilio virgines vnum in locum conduxerunt[n], & pictori, quas vellet, eligendi potestatem dederunt. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt[o], quòd eius essent iudicio probatæ[p], qui verissimum pulchritudinis habere[q] iudicium debuisset. Neque enim putauit, omnia, quæ quæreret ad venustatem, vno in corpore se reperire posse, ideò quòd *nihil simplici in genere omnibus*[r] *ex partibus perfectum natura expoliuit.* Itaque, tanquam cæteris non sit habitura quod largiatur, si vni cuncta concesserit, aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Quod quoniam nobis quoque[a] voluntatis accidit, vt artem dicendi perscriberemus, non vnum aliquod proposuimus exemplum, cuius omnes partes, quocumque essent in genere, exprimendæ nobis necessariò viderentur: sed, omnibus vnum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissimè præcipere videbatur, excerpsimus, & ex variis ingeniis excellentissima quæque libauimus. Ex his enim, qui nomine & memoria digni sunt, nec nihil optimè, nec omnia præclarissimè quisquā dicere nobis videbatur. Quapropter stultitia nobis[b] visa est, aut à bene inuentis alicuius[c] recedere, siquo[d] in[e] vitio eius offenderemur, aut ad vitia quoque eius accedere, cuius aliquo bene[f] præcepto duceremur. Quòd si in cæteris quoque studiis à[g] multis eligere homines commodissimum quodque, quàm sese vni alicui certo vellent[h] addicere, minus in arrogantiam offenderent: non tantopere in vitiis perseuerarent: aliquanto ex insciti a leuiùs laborarent. Ac si par in nobis huius artis, atque in illo picturæ, scientia fuisset, fortasse magis hoc suo in genere opus nostrum quàm[k] ille in sua pictura nobilis eniteret. Ex maiore enim copia nobis, quàm illi, fuit exemplorum eligendi potestas. Ille vna ex vrbe, & ex eo numero virginum, quæ tum erant, eligere potuit: nobis omnium, quicumque fuerunt, ab vltimo principio huius præceptionis, vsque ad hoc tempus, expositis, copiis, quodcumque placeret, eligendi potestas fuit. Ac veteres quidem scriptores[l] artis vsque à principe illo, atque inuentore Tisia[m], repetitos, vnum in locum conduxit[n] Aristoteles, & nominatim cuiusque præcepta magna cōquisita cura perspicuè scripsit[o], atque eno data diligenter exposuit: ac tantùm inuentoribus ipsis suauitate, & breuitate dicendi præstitit, vt nemo illorum præcepta ex ipsorū libris cognoscat, sed omnes, qui[p], quod illi præcipiant, velint intelligere, ad hunc, quasi ad quendam multò commodiorem explicatorem, reuertantur[q]. Atque hic quidem ipse, & sese ipsum nobis, & eos, qui ante se fuerāt, in medio posuit, vt cæteros[r], & seipsum per se cognosceremus. Ab hoc autē qui profecti sunt, quamquā in maximis philosophiæ partibus operæ plurimùm consumserunt, sicut & ipse, cuius instituta sequebantur, fecerat: tamen permulta nobis præcepta dicendi reli-

a *lib. v. non habent,* quoq.

b *lib. v. non habent,* nobis.
c *forte legendum* aliquius omnino recedere.*
d L. si quo vitio eius off. *al.* si quo inuento eius off.
e *al.* inuēto.*
f *al.* bono.*
g L. è multis elig. ho. com. quidque,
h L. mallent.
i L. ex insciētia leu. l. *& ita R. Steph. lib. v.* leuius ex insciētia laborarēt
k L. quàm illius pictura, nobilis.
l De scriptoribus artis Rhetoricæ vide 3. Quin. 1.*

c L. Heracleoten Zeuxim,
d L. complureis tabulas
e *al.* permansit.*
f *deest hæc particula quibusdam.**
g *al.* Neq. eos illa op.
h L. Zeuxis
i *al.* ab his,
k *al.* ecquisnam.*

P. 8.

l *al.* antistetērunt,

P. LXIII.
m Tisias hic Siculus fuit, cuius sæpissime meminit Cicero.*
n L. συνήγαγε, [vt, supra vnum in locū conduxerunt.*
o L. conscripsit, *& ita lib. v.*
p L. qui quid illi pr.
q *al.* conuertantur.*
r L. vt & cæteros.

m *fort.* venustate.
n L. συνήγαγε. Eadē forma, populum in forū conducere scripsit Varro in Musio, apud Nonium c. 4. in conducere.*
o *al.* prodiderunt,*
p *al.* comprobatæ,
q *fort.* facere iudic.
r L. omni ex parte perf. *& ita lib. v.*

querunt. Atque alij quoque alio ex fonte præceptores dicendi emanauerunt, qui item permultum ad dicendum, siquid ars proficit, opitulati sunt. Nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus & nobilis rhetor Isocrates: cuius ipsius quam constet esse artem, non inuenimus. Discipulorum autem atque eorũ, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus. Ex his duabus diuersis sicuti familiis, quarum altera cùm versaretur in philosophia, nonnullam rhetoricæ quoque artis sibi curam assumebat, altera verò omnis in dicendi erat studio, & præceptione occupata: vnum quoddam est conflatum genus à posterioribus, qui ab vtrisque ea, quæ commodè dici videbãtur, in suas arteis contulerunt: quos ipsos simul, atque illos superiores, nos nobis omneis, quoad facultas tulit, proposuimus, & ex nostro quoq; nonnihil in commune contulimus. Quòd si ea, quæ in his libris exponuntur, tantopere[a] eligenda fuerunt, quãto studio electa sunt, profectò neq; nos, neque alios industriæ nostræ pœnitebit. Sin autẽ temere aliquid alicui[b] præteriisse, aut non satis eleganter secuti videbimur: docti ab aliquo facilè & libenter sententiam commutabimus. *Non enim parum cognosse, sed in parum cognito stulte & diu perseuerasse, turpe est:* propterea quòd alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari vniuscuiusque vitio est attributum. Quare nos quidem sine vlla affirmatione simul quærentes dubitanter vnumquidque dicemus, ne, dum paruulum hoc consequimur, vt satis commodè hæc perscripsisse videamur: illud amittamus, quod maximum est, vt[b] ne cui rei temere, atque arroganter assenserimus. Verùm hoc quidem nos & in hoc tempore[c], & in omni vita studiosè, quoad facultas feret, consequemur. 2 ¶ Nunc autem, ne longiùs oratio progressa videatur, de reliquis, quæ præcipienda videntur esse, dicemus. Igitur primus liber exposito genere huius artis, & officio, & fine, & materia, & partibus, genera controuersiarum, & inuentiones, & [d] constitutiones continebat. Deinde parteis orationis, & in eas omneis omnia præcepta. Quare cùm in eo cæteris de rebus distinctiùs dictum sit, dispersè autem de confirmatione, & de reprehensione: nunc certos confirmandi & reprehendendi in singula causarum genera, locos, tradendos arbitramur. Et quia, quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo nõ indiligẽter expositũ est, hîc tantum ipsa inuenta vnãquamq; in rẽ exponẽtur simpliciter sine vlla exornatione, vt ex hoc inuenta ipsa, ex superiore autẽ expolitio inuentorũ petatur. Quare hæc quæ nunc præcipientur, ad cõfirmationis & reprehẽsionis parteis referre oportebit. 3 ¶ Omnis & demõstratiua, & deliberatiua, & iudicialis causa, necesse est in aliquo eorũ, quæ antè exposita sunt, constitutionis genere, vno, pluribúsve versetur. Hoc quamquam ita est, tamen cùm cõmuniter quædã de omnib[e] præcipi possint, se paratim quoq; aliæ sunt cuiusq; generis, & diuersæ præceptiones. Aliud enim laus, aut vituperatio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio, aut recusatio conficere debet. In iudiciis, quid æquũ sit, quæritur: In demonstrationibus, quid honestũ: In deliberationibus, vt nos arbitramur, quid honestũ sit, & quid v[illegible] cæteri vtilitatis modò[e] finẽ in suadendo, & in dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt. Quorũ igitur generum fines, & exitus diuersi sunt, eorum præcepta eadem esse non possunt. Neque nunc hoc dicimus, non[a] easdem incidere constitutiones: verùm tamen oratio quædam ex ipso fine, & genere causæ nascitur, quæ pertineat ad [b] vitæ alicuius demonstrationem, aut ad sententiæ dictionem. Quare nunc in exponendis controuersiis, *in iudiciali*[c] *genere* causarum & præceptorum [d] versabimur. Ex quo pleraque in cætera quoque causarum genera simili implicita [e] controuersia nulla cum difficultate transferentur: pòst autem separatim de reliquis dicemus.

4 ¶ Nunc [f] à *coniecturali constitutione* proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositum: In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam, & secum aliquantum nummorum ferentem[g], est comitatus. cum hoc, vt ferè fit, in via sermonem contulit, ex quo factum est, vt illud iter familiariùs facere vellent. Quare cùm in [h] quandam tabernam diuertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere voluerunt. Cœnari discubuerũt ibidem. Caupo autem (nam ita dicitur pòst inuentum, cùm in alio maleficio deprehensus esset) cùm illum alterum[i], videlicet qui nummos haberet, animaduertisset: noctu, postquàm illos arctius [k], vt fit iam ex lassitudine dormire sensit, accessit, & alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter[l] appositum è vagina eduxit, & illum alterum occîdit: nummos abstulit, gladium cruentum[m] in vaginam recondidit, ipse se in[n] lectum suum recepit. Ille autem, cuius gladio occisio erat facta, multò antelucem surrexit, comitem illum suum inclamauit semel & [o] sæpius illum somno impeditum non respondere existimauit: ipse[p] gladium, & cætera, quæ secum attulerat, sustulit, solus profectus est. Caupo non multo pòst conclamauit [q], hominem esse occisum, & cum quibusdam diuersoribus [r] illum, qui antè exierat, consequitur. in itinere hominem comprehendit, gladium eius è vagina educit, reperit cruentum [s]: homo in vrbem ab illis deducitur, ac reus fit. In hac intentio est criminis, Occidisti. Depulsio, Non occidi. Ex quibus constitutio est. Quæstio eadem in coniecturali, quæ iudicatio, Occiderítne.

5 ¶ Nunc exponemus locos, quorum pars aliqua in omnem coniecturalem incidit controuersiam. Hoc autem & in horum locorum expositione, & in cæterorum, oportebit attendere, non omneis in omnem causam conuenire. Vt enim omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus litteris scribitur: sic omnem in causam non omnis argumentorum copia, sed [t] eorum necessaria pars aliqua conueniet. 6 ¶ Omnis igitur, ex causa, ex persona, ex facto ipso, coniectura capiẽda est.

7 ¶ *Causa*[u] distribuitur in impulsionem, & in ratiocinationem. ¶ *Impulsio* est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, vinolentia, & omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, vt rem perspicere cum consilio & cura non potuerit: & id, quod fecit, impetu quodam animi potiùs, quàm cogitatione fecerit. *Ratiocinatio* autem, est diligens, & considerata faciendi:

a L. quantopere eligenda fuerunt, tanto studio electa s.

b al. ne cui r.

c hæc vox deest quibusdam.*

d P. B. d L. & constitutiones, & iudicationes cont.

e id est, ad ipsam vtilitatem.*

a L. non easdem in vnãquodq. genus causæ incid.

b L. aut ad vitæ alicuius demonstra. aut sent. dict. aut iudicationem. Quare al. aut ad iudicium.

c al. iiuridiciali.*

d al. præceptionum.*

e L. implicata

f L. Nunc ad coniecturalẽ constitutionem prof.

g v.c. ferentem, est consecutus:

h v.c. in eandem tab. deuertissent,

i al. alterum nummos habere animaduertisset.*

k v.c. artiùs. Id est iuxta. P. LXIIII. *vide Nonium c. 4. in propter.**

l al. cruentatum.*

m lib. v. in suũ lectulum recepit.

n L. ac sæpius

o L. ipsum gladium,

p v.c. conclamat, al. clamat,

q L. deuersoribus ill. & ita v.c.

r al. cruentatũ vt suprà.*

s lib. v. sed eorum necessario pars aliq.

t lib. v. Causa tribuitur in imp.

ciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur tum[a] interfuisse, cùm aliquid faciendum, aut non faciendum, certa de causa vitasse aut secutus esse animus videtur, vt, si amicitiæ quid causa factum dicetur, si inimici vlciscendi, si metus, si gloriæ, si pecuniæ, si denique, vt omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendíve commodi, aut contrà reiiciendi[b], diminuendi, deuitándíve incommodi causa. Nam[c] horum in genus alterutrum illa quoque incident, in quibus aut incommodum aliquod maioris vitandi incommodi causa, aut[d] maioris adipiscendi commodi suscipitur: aut commodum aliquod, maioris adipiscendi commodi, aut[e] maioris vitandi incommodi, præteritur. Hic locus sicut aliquod fundamentum est huius constitutionis. Nam nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur. Ergo accusator, cùm[f] aliquid impulsione factum esse dicet, illum impetum, & quandam commotionem animi, affectionémque verbis & sententiis amplificare debebit, & ostendere, quanta vis amoris sit, quanta animi perturbatio ex iracundia fiat, aut[g] ex aliqua causa earum, qua impulsum aliquem id fecisse dicet. Hic & exemplorum commemoratione, qui simili impulsu aliquid commiserint, & similitudinum collatione, & ipsius animi affectionis explicatione, curandum est, vt non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit. Cùm autem non impulsione, verùm ratiocinatione aliquem commisisse quid dicet, quid commodi sit secutus, aut quid incommodi fugerit, demonstrabit, & id augebit quàm maximè poterit, vt, quo ad eius fieri possit, idonea[h] quàm maximè causa ad peccandum hortata videatur. Si gloriæ causa, quantam gloriam consecuturam existimarit. Item si dominationis, si pecuniæ, si amicitiæ, si inimicitiarum, & omninò quicquid erit, quod causæ fuisse dicet, id summè augere debebit. Et hoc eum magnopere considerare oportebit, non quid in veritate modò, verùm etiam vehementiùs, quid in opione eius, quem arguet, fuerit. Nihil enim refert, non fuisse, aut non esse aliquid commodi, aut incommodi, si ostendi potest, ei visum esse, qui arguatur. Nam opinio dupliciter fallit homines, cùm aut res aliúsmodi est, ac putatur, aut non is euentus est, quem arbitrati sunt. Res aliúsmodi est tum, cùm aut id, quod bonum est, malum putant: aut contrà, quod malum est, bonum: aut quod nec malum est, nec bonum, malum, aut bonum: aut quod malum, aut bonum est, nec malum, nec bonum. Hoc intellecto, siquis negabit, vllam[i] esse pecuniam, fratris, aut amici vita, aut denique officio suo antiquiorem, aut suauiorem, non erit hoc accusatori negandum. Nam in eum culpa, & summum odium transferetur, qui id, quod tam verè, & piè dicetur, negabit. Verùm illud dicendum erit, illi non esse ita visum: quod[k] sumi oportet ex iis, quæ ad personam pertinent, de quo pòst dicendum est. Euentus autem tum fallit, cùm aliter accidit, atque ij, qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur: vt, si quis dicatur alium occidisse, ac voluerit, quòd aut similitudine, aut suspicione, aut demonstratione falsa deceptus sit: aut eum necasse, cuius testamento non sit hæres, quòd eius testamento se hæredé arbitratus sit. Non[a] enim ex euentu[b] cogitationem spectari oportere: sed qua cogitatione[c], & spe ad maleficiũ profectus sit, considerare[d]: & quo animo quid quisq; faciat, non quo casu vtatur, ad rem pertinere. In hoc autem loco, caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, alij nemini causam fuisse faciendi: Secundarium, si tantã, aut tam idoneam nemini. Sin fuisse aliis quoque causa faciẽdi videbitur: aut potestas aliis de fuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas. Potestas, si aut nescisse, aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur. Facultas, si ratio, adiutores, adiumenta, & cætera, quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur. Voluntas, si animus à talibus factis vacuus, & integer esse dicetur. Postremò, quas ad defensionem rationes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos, abutetur. Verùm id breui faciendum est, & in vnum multa sunt conducenda, vt[e] ne alterius defendendi causa hunc accusare, sed huius accusandi[f] causa defendere alterum videatur. Atque accusatori quidem hæc ferè sunt in causa facienda, & considerãda. *Defensor* autem ex contrario primùm impulsionem aut nullam fuisse dicet, aut, si fuisse concedet, extenuabit, & paruulam quandam fuisse demonstrabit, aut non ex ea solere huiusmodi facta nasci docebit. Quos[g] erit in loco demonstrandum, quæ vis, & natura eius sit affectionis, qua impulsus aliquid reus commisisse dicetur: in quo & exempla, & similitudines erunt proferendæ, & ipsa diligenter natura eius affectionis, quàm leuissimè[h] quietissimam ad partem explicanda, vt & res ipsa à facto crudeli, & turbulento ad quoddam mitius, & tranquillius traducatur, & oratio tamen ad animum eius, qui audiet, & ad animi quendam intimum sensum accommodetur. Ratiocinationis auteu suspiciones infirmauit, si aut commodum nullum fuisse, aut paruum, aut aliis magis fuisse, aut nihilo sibi magis quàm aliis: aut incõmodum sibi maius, quàm commodum dicet: vt nequaquam fuerit illius commodi, quod expetitũ dicatur, magnitudo, aut cum eo incommodo, quod acciderit, aut cum illo periculo, quod subeatur, comparanda: qui omnes loci similiter incommodi quoque vitatione tractabuntur. Sin accusator dixerit, eũ id esse secutum, quod ei visum sit commodum, aut id fugisse, quod putarit esse incõmodum, quã quam in falsa fuerit opinione: demonstrãdum erit defensori, neminem tantæ[i] esse stultitiæ, qui tali in re possit veritatem ignorare. Quòd[k] si id concedatur, illud non cõcessum iri. ne[l] dubitasse quidem hunc, quid eius iutis esset, sed id, quod falsum fuerit, sine vlla dubitatione pro faiso: quod verum, pro vero probasse. Quòd si dubitauerit, summæ fuisse amentiæ, dubia spe impulsum, certum in periculum se committere. Quemadmodum autem accusator, cùm ab aliis culpam dimouebit[m], defensoris locis vtetur: sic iis locis, qui accusatori dati sunt, vtetur reus, cùm in alios ab se crimen volet transferre. ¶ *Ex persona* autẽ *coniectura capietur*, si ex res, quæ personis attributæ sunt, diligenter considerabuntur, quas omneis in primo libro [illegible] posuimus. nam & *de nomine* nonnumquam [illegible] icionis nascitur. Nomen autem cù [illegible] cognomen

a L. interfuisse tum, cùm.

b *lib. v.* reiiciendi, deminuendi,

c L. Nam in horum gen.

d L. vel maioris adip.

e L. vel maioris vitandi.

f L. cùm impulsione aliquid,

g L. aut ex alia aliqua causa, qua P. 2.

h *al.* quàm maximè idonea. c.

i L. vllam pecuniam esse fr.

k *al.* quod sumi oportebit ex

a Vulgus ab euentu facta notãda: putat.*

b *v. l.* aut facta. 16. §. euẽtu. ff. de pœnis.*

c *al.* cogitatione animus & spe. *al.* cogitatione animi & spe.*

d L. considerari:

P. LXV.

e L. vt non alt.

f L. accusandi alterum defendere.

g *al.* Quo in loco erit.

h *al.* quàm leuissima: vel quàm leuissimè: vel, quàm leuissimã & quietissimam.*

i L. tanta esse stultitia, qui &c. & ita v. c.

k L. Quòd si hoc cõcedatur.

l *lib. vul.* nec dubitasse q.

m L. demouebit,

quoque[a] intelligatur oportet. De hominis enim certo, & proprio vocabulo agitur: vt, si dicamus idcircò aliquem Caldum [b] vocari, quòd temerario & repentino consilio sit: aut[c] si ea de re hominibus Græcos imperitis verba dedisse, quòd Claudius, aut Cæcilius, aut Mucius vocarentur. Et *de natura* licet aliquantulum ducere suspicionis. omnia enim hæc, vir, an mulier; huius an illius ciuitatis sit: quibus sit maioribus, quibus consanguineis, qua ætate, quo animo, quo corpore, quæ naturæ sunt attributa, ad aliquâ coniecturam facien dam pertinebunt. Et *ex victu* multæ trahuntur suspiciones, cùm, quemadmodum, & apud quos, & à quibus educatus & eruditus sit, quæritur, & quibuscũ viuat, qua ratione vitæ, quo more domestico viuat. Et *ex fortuna* sæpe argumentatio nascitur, cùm seruuus, an liber: pecuniosus, an pauper: nobilis, an ignobilis: felix, an infelix: priuatus, an[d] cum potestate sit, aut fuerit, aut futurus sit, consideratur: aut denique aliquid eorum quæritur, quæ fortunæ esse attributa intelliguntur. *Habitus* autem quoniam in aliqua perfecta & constanti animi, aut corporis absolutione consistit, quo in genere est virtus, scientia, & quæ contraria sunt: res ipsa, causa posita, docebit, ecquid hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ[e] se gerere coniecturam, vt amor, iracundia, molestia: propterea quòd & ipsorum vis intelligitur, &, quæ res harum aliquam rem cõsequantur[f], faciles cognitu sunt. *Studium* autem quoniam est assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, facilè ex eo ducetur argumẽtatio, quam res ipsa desiderabit in causa. Itẽ *ex cõsilio* sumetur aliquid suspicionis. Nam consilium est, aliquid faciendi non faciendive excogitata ratio. Item[g] *facta*, & *casus*, & *orationes*, quæ sunt omnia (vt in confirmationis præceptis dictum est) in tria tempora distributa, facile erit videre, ecquid afferant ad coniecturam confirmandam suspicionis. Ac personis quidem res eæ sunt attributæ, ex quibus omnibus vnum in locũ coactis, accusatoris erit improbatione hominis vti. Nam causa facti, parum firmitudinis habet, nisi animus eius qui insimulatur, in eam suspicionem adducetur[h], vt à tali culpa non videatur abhorruisse. Vt enim animum alicuius improbare nihil attinet, cùm causa, quare peccauerit, non [i] intercesserit: sic causam peccati intercedere leue est, si animus nulli minùs honestæ rationi affinis ostenditur. Quare vitam eius quem arguit, ex antè factis accusator improbare debebit, & ostendere, siquo impari antè peccato conuictus sit. Si id non [k] poterit: siquam in similem antè suspicionem venerit, ac maximè, si fieri poterit, simili aliquo in genere eiusmodi causa aliqua commotum peccasse, aut in eque magna re, aut in maiore, aut in minore: vt [l] siquis pecunia dicat inductũ fecisse, possit demonstrare, aliqua in re eius aliquod factum auarum. Item in omni causa naturam, aut victum, aut studium, aut fortunam, aut aliquid eorũ, quę personis attributa sunt, ad eam causam, qua commotum peccasse dicet, adiungere, atque ex dispari quoque genere culparum, si ex pari sumendi facultas non erit, improbare animum aduersarij oportebit: vt si auaritia inductum arguas fecisse, & auarum eum, quem accuses, demonstrare non possis, aliis affinem esse vitiis doceas, & ex ea re non esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eum deliquisse. Quantum enim de honestate & auctoritate eius qui arguitur, detractũ est, tãtum[a] de facultate totius est defensionis diminutũ[b]. Si [c] nulli affinis poterit vitio reus antè admisso demõstrari, locus inducetur ille, per quem hortandi iudices erunt, vt veterem famã hominis nihil[d] ad rem putent pertinere. Nam eum antè celasse, nunc manifestò teneri. Qua re non [e] oportere hanc rem ex superiori vita spectari, sed superiorem vitam ex hac re improbari, & aut potestatem antè peccandi non fuisse, aut causam. Aut, si hæc dici nõ poterunt, dicendum erit illud extremum, non esse mirum, si nunc primùm deliquerit. Nam [f] necesse est, eum, qui velit peccare, aliquando primùm delinquere. Sin vita antè acta ignorabitur, hoc [g] loco præterito, & cur prætereatur, demonstrato, argumentis accusationẽ statim confirmare oportebit. ¶ *Defensor* autem primùm, si poterit, debebit vitam eius, qui insimulabitur, quàm honestissimam demonstrare. Id faciet, si ostendet aliqua eius nota, & communia officia: quod genus, in parentẽis, cognatos, amicos, affineis, necessarios[h]: etiã quę magis rara, & eximia sunt, si ab eo cum magno aliquo labore, aut periculo, aut vtraque re, cùm necesse non esset, officij causa, aut in temp. aut in parentẽis, aut in aliquos eorum, qui modo expositi sunt, facta esse dicet. Deinde si nihil deliquisse, nulla cupiditate impeditũ ab officio recessisse. Quòd eò confirmatius erit, si, cùm potestas impunè aliquid faciendi minus [i] honestè fuisse dicetur, voluntas ei faciendi demonstrabitur abfuisse[k]. Hoc autẽ ipsum gen° eric eò firmius, si eo ipso in genere, quo arguetur, integer antea fuisse demonstrabitur: vt si, cùm auaritiæ causa fecisse arguatur, minimè omni in vita pecuniæ cupidus fuisse doceatur. Hîc illa magna cum grauitate inducetur indignatio, iuncta conquestioni, per [l] quam miserum facinus esse, & indignum demonstrabitur, cùm animus omnis omni in vita fuerit à vitiis remotissimus, eam causam putare, quæ homines audaceis in fraudem rapere soleat, castissimum quoque hominem ad peccãdum potuisse impellere: aut iniquum esse, & optimo cuique pernicioſissimum, non vitam honestè actam tali in tẽpore quàm plurimùm prodesse, sed subita ex criminatione, quæ confingi facilè possit, non ex antè acta vita, quæ neque ad tẽpus fingi, neque vllo modo immutari possit, facere iudicium. Sin autẽ in antè acta vita aliquæ turpitudines erunt: aut falsò veniſse in eam existimationem[m] dicẽtur, aut ex aliquorum inuidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione, aut imprudentię, necessitudini, aut persuasioni, adolescentiæ, aut alicui non malitiosæ animi affectioni attribuentur, aut dissimili in genere vitiorum, vt animus non omnino integer, sed à tali culpa remotus esse videatur. Ac si nullo modo vitæ turpitudo, aut infamia leniri poterit oratione negare oportebit de vita eius & moribus quæri: sed de eo crimine, quo [n] de arguatur: quare, antè factis omissis, illud, quod instet, agi oportere. ¶ *Ex facto* autem *ipso suspiciones ducentur*, si totius administratio negotij ex omnibus partibus pertenta-

a L. quoq; & agnomen intell.
b L. Calidiũ vocari &c. & ita R. Steph. Caldum ta-
P. B.
men habent lib. v.
c L. aut si ea de re hominibus Græcis imperitis, v. ded.
d v. e. an in potestate sit, atque ita loquitur Iurisconsultus in l. 13. §. 1. ff. de Iurisdict. Magistratus, inquit, vel is qui in potestate aliqua est, vt putà proconsul, prætor, vel alii qui prouincias regunt.
e al. præ se ferre.
f al. consequuntur.
g al. iam.
h L. adducatur.
i L. non intercessit:
k L. non posuerit:
l L. vt si quẽ pecun. d. ind. vel. cod. vt si quidem, &c. non placet.
P. LXVI.
a lib. v. tantundem de f.
b L. diminutum.
c al. si nullis adfinis poterit peccato ante admisso reus demonstrari forte ita legendum si nulli affinis vitio ante admisso, poterit reus demonstrari.
d L. nihil putent ad r.
e lib. v. oportere non hãc rem ex superiore vita sp.
f L. Nam necesse esse, cũ,
g lib. v. hoc præterito,
h L. necessarios: quæque magis rara, &c. & ita lib. v.
i minus honestum f dic. & ita lib. v.
k L. afuisse.
l fort. per quã miserum esse & indignum facinus cẽm.
P. B.
m L. dicetur,
P. B.
n al. de quo.

bitur: atque hæ suspiciones partim ex negotio separatim, partim communiter ex personis, atque ex negotio proficiscentur. *Ex negotio* duci poterunt, si eas res, quæ negotiis attributæ sunt, diligenter considerabimus. Ex iis igitur in hanc constitutionem conuenire videntur genera eorum omnia, partes generum pleræque[a]. Videre igitur primùm oportebit, quæ sint continentia cum ipso negotio, hoc est, quæ ab re separari nonb possunt. Quo in loco satis erit diligenter considerare, quid sit ante rem factum, ex quo spes perficiendi nata, & faciendi facultas quæsita videatur: quid in ipsa re gerenda, quid postea consecutum sit. Deinde ipsius est negotij gestio pertractanda. Nam hoc genus earum rerum, quæ negotio attributæ[c] sunt, secundo in loco nobis est expositum. Hoc ergo in genere spectabitur locus, tẽpus, occasio, facultas: quorum vniuscuiusque vis diligenter in confirmationis præceptis explicata est. Quare, ne aut hîc non admonuisse, aut ne eadem iterum dixisse videamur, breuiter demonstrabimus, quid quaque in parte considerari oporteat. In loco igitur opportunitas, in tempore longinquitas, in occasione commoditas ad faciẽdum idonea, in facultate copia & potestas earum rerum, propter[d] quas aliquid faciliùs fit, aut sine quibus omnino confici non potest, considerandum est. Deinde videndum est, quid adiunctum sit negotio, hoc est, quid maius, quid minus, quid æquè magnum sit, quid simile: ex quibus coniectura quædam ducitur, si, quemadmodum res maiores, minores, æquè magnæ, similésque agi soleant, diligenter considerabitur. Quo in genere euentus quoque videndus erit: hoc est, quid ex vnaquaque re soleat euenire, magnoperè considerandum[e] est: vt metus, lætitia, titubatio. Quarta autem pars erat ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas, consecutic. In ea quæruntur ea, quæ gestum negotium confestim, aut ex interuallo consequuntur. In qua videbimus ecquæ[f] consuetudo sit, ecquæ[g] lex, ecquæ actio, ecquod eius rei artificium sit, aut vsus, aut exercitatio hominũ, aut approbatio, aut offensio: ex quibus nonnunquam elicitur aliquid suspicionis. Sunt autem aliquæ suspiciones, quæ communiter & *ex negotiorum, & ex personarum attributionibus* sumuntur. Nam & ex fortuna, & ex natura, & ex victu, studio, factis, casu, orationibus, consilio, & ex habitu animi, aut corporis pleraque pertinent ad easdem res, quæ rem credibilem, aut incredibilem facere possunt, & cum facti suspicione iunguntur. Maximè enim quęri oportet in hac constitutione: Primùm potuerítne aliquid fieri: Deinde ecquod[h] ab alio potuerit. Deinde facultas, de qua antè dixim[i]: deinde vtrùm id facinus sit, quod[j] pœnitere fuerit necesse: Itẽ quod spem celãdi haberet: Deinde necessitudo: in qua, nũ necesse fuerit id aut fieri, aut ita fieri quæritur. Quorũ pars ad consiliũ petinet, quod personis attributum est, vt in ea causa, quam exposuimus. Ante rem erit, quòd in itinere se tam familiariter applicauerit, quòd sermonis causam quęsierit, quòd simul diuerterit[k], de hinc[l] cœnarit. In re, nox, somnus. Post rem, q̃ solus exierit, quòd illum tam[m] familiarem comitatum tam æquo animo reliquerit, quod cruentum gladium habuerit. Horum pars ad consilium pertinet. Quæritur enim, vtrùm videatur diligenter ratio faciendi esse habita, & excogitata, an[a] ita temerè, vt[b] non verisimile sit, quemquam tam temerè ad maleficium accessisse. In quo quæritur, num quo alio modo commodiùs potuerit fieri, vel à fortuna administrari. Nam sæpe si[c] pecuniæ adiumenta, si adiutores desint[d], facultas fuisse faciendi non videtur. Hoc modo si diligenter attendamus, apta inter se intelligimus hæc, quæ negotiis, & illa, quæ personis sunt attributa. Hîc neque facile est, neque necessarium distingue re, vt in superiorib[9] partibus, quo pacto quidque accusatorem, & quomodo defensorem tractare oporteat. Nõ necessarium, propterea quòd causa posita, quid in quamque conueniat, res ipsa docebit eos, qui nõ omnia hîc se inuenturos putabunt, sed ad ea, quæ præcepta sunt, comparationis modo quandam in commune mediocrem intelligentiam conferent. Non facile autem, quòd & infinitum est tot de rebus vtramque in partem singillatim de vnaquaque explicare, & aliàs aliter hæc in vtramq; partem causæ solent conuenire. Quare considerare hæc, quæ exposuimus, oportebit. Faciliùs autem ad inuentionem[e] animus incedet[f], si gesti negotij & suam, & aduersarij narrationem sæpe & diligenter pertractabit, & quid quæque pars suspicionis habebit, eliciens, considerabit. Quare, quo consilio, qua spe perficiendi quídque factum sit: cur hoc modo potiùs, quàm illo: cur ab hoc potiùs, quàm ab illo: cur nullo adiutore, aut cur hoc: cur nemo sit conscius, aut cur sit, aut cur hic sit: cur hoc antè factum sit: cur hoc antè factũ non sit: cur hoc in ipso negotio: cur hoc post negotium: aut quid factum de industria, aut quid rem ipsam consecutum sit: constétne oratio aut cum re, aut ipsa secum: hoc huiúsne rei sit signum, an huius & illius, & vtrius potius: quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit. Cùm animus hac intẽtione omneis totius negotij parteis considerabit, tum illi ipsi in medium cõseruati loci procedent, de quibus antè dictum est: & cùm[8] ex singulis, tum ex coniunctis argumenta certa nascentur. Quorum argumentorum pars probabili, pars necessario in genere versabitur. *Accedunt* autem *ad coniecturã* sæpe *quæstiones, testimonia, rumores*: h quæ[i] contrà omnia vterque simili via præceptorum torquere ad suæ causæ commodũ debebit. Nam & ex quęstione suspiciosior, & ex testimonio, & ex rumore aliquo pari ratione, vt ex causa & ex persona, & ex facto duci oportebit. Quare nobis & ij videntur errare, qui hoc genus suspicionum, artificij non putant indigere, & ij, qui aliter hoc de genere, ac de omni coniectura præcipiendum putant. Omnis[k] enim iisdem ex locis coniectura sumenda est. Nam & eius, qui in quæstione aliquid dixerit, & eius, qui in testimonio, & ipsius rumoris causa, & veritas ex iisdem attributionibus reperietur. Omni autem in causa pars argumẽtorum est adiuncta ei causæ solùm, quæ dicetur, & ab ipsa ita ducta, vt ab ea separatim in omneis eiusdẽ generis causas transferri non latis commodè possit: pars autem est peruagatior, & aut in omneis eiusdem generis, aut in pleraſque causas accommodata. Hæc ergo argumenta, quę transferri in multas causas possunt, locos[l] cõmuneis nominamus. Nam locus communis aut[m] certæ rei quandam continet

a *al.* pleræque, non omnes.*
b L. non possint.
c *al.* sunt attributæ.
d *al.* per quas aliquid f. *sed omnes li. vet. habẽt*, propter quas, *& pleraque impressi.*
e L. considerandum erit.
P. LXVII. f *fort.* ecqua.
g *al.* ecqua lex. id est, nũ aliqua.*
h *al.* ecquid ab alio p.
i *al.* cuius.*
k L. deuerterit,
l L. dehinc, *abest à li. vet.*
m *al.* tam familiarem comitem.

a *al.* ita, an temere ad maleficium accessisse.*
b *hæc* vt non v. s. q. t. t. a. m. accessisse *desunt quibusdam.**
c *al.* si pecuniæ, si adiumenta.
d *lib. v.* desunt,
e *fortè legendum*, suspicionem: vel vt infra, intẽtionem: vt in tentio nihil P. B. aliud sit quàm accusatio, aut accusationis cõfirmatio.*
f *al.* incidet.*
g *lib. v.* & rũ ex singulis,
h *al.* quæ omnia vterq. f.
i id est, Loci, qui dicuntur communes in his tribus maximè versantur, quæstionibus, testimoniis, rumoribus.*
k L. Omnis eõ nim coniectura iisdem ex locis sum.
l Locus communis quis.*

amplificationē: (vt[a] si quis hoc velit ostēdere, eū, qui parentē necarit, maximo supplicio esse dignū: quo loco, nisi perorata, & probata causa, non est vtendum.) Aut dubiæ, quæ ex contrario, quoq; habeat probabileis rationes argumentandi: vt suspicionibus credi oportere, & contrà, suspicionibus credi non oportere. Ac pars locorum communium, aut[b] per indignationem, aut per conquestionem inducitur, de quibus antè dictum est: pars per aliquam probabilē vtraque ex parte rationem. Distinguitur[c] autem oratio, atque illustratur maximè, rarò inducendis locis communibus, & aliquo loco iam certioribus[d] illis auditoribus, & argumentis confirmatis. Nam & tum conceditur commune quiddam dicere, cùm diligenter aliquis proprius causæ locus tractatus est. & auditoris animus aut renouatur ad ea, quæ restant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur. Omnia enim ornamenta elocutionis, in quibus & suauitatis, & grauitatis plurimùm consistit, & omnia, quæ[e] in inuentione verborum, & sententiarum aliquid habent dignitatis, in communeis locos conferuntur. Quare, non vt causarum, sic oratorum quoq; multorum communes loci sunt. Nam nisi ab iis, qui multa exercitatione magnam sibi & verborum, & sententiarum copiam comparauerint, tractari non poterunt ornatè, & grauiter, quemadmodum natura ipsorum desiderat. Atque hoc sit nobis dictum communiter de omni genere locorum communium. Nunc exponemus, *in[f] coniecturalem constitutionem qui loci communes incidere soleant*: suspicionibus credi oportere, & non oportere: Rumoribus credi oportere, & non oportere: Testibus credi oportere, & non oportere: Quæstionibus credi oportere, & non oportere: Vitam antè actam spectari oportere, & non oportere: Eiusdem esse, quis in illa re peccarit, & hoc quoque admisisse, & non esse eiusdem: Maximè spectari causam oportere, & non oportere. Atque hi quidem, & siqui eiusmodi ex proprio argumento communes loci nascentur, in contrarias parteis diducentur[h]. Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem: & alter, per quem negat malorum misereri oportere. Defensoris, per quem calumnia[i] accusatorum cum indignatione ostenditur, & per quem cum conquestione misericordia captatur. Hi, & cæteri omnes loci communes, ex iisdem præceptis sumuntur, quibus cæteræ argumentationes: sed illæ tenuiùs, & acutiùs, & subtiliùs tractantur: hi autem grauiùs, & ornatiùs, & cùm verbis, tum etiam sententiis excellentibus. in illis enim finis est, vt id, quod dicitur, verum esse videatur: in his, tametsi hoc quoque videri oportet, tamen finis est amplitudo.

10 ¶ Nunc ad aliam constitutionem transeamus. C VM *est*[k] *nominis controuersia*; quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiua dicitur. Eius generis exemplo nobis posita sit hæc causa: C. Flaminius is, qui consul remp. malè gessit bello Punico secundo, cùm tribunus plebis esset, inuito senatu, & omnino contra voluntatem omnium optimatum[l], per seditionem ad populum legem Agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit: accersitur[m] maiestatis. Intentio est, Maiestatem minuisti, quòd tribunum plebis de templo deduxisti. Depulsio est, Non minui maiestatem: Quæstio est, Maiestatémne minuerit. Ratio, In filium enim quam habebam potestatem, ea vsus sum. Rationis infirmatio. At enim, qui patria potestate, hoc est, priuata quadam, tribunitiam potestatem, hoc est, populi potestatem infirmat, minuit is maiestatem. Iudicatio est, Minuátne is maiestatem, qui in tribunitiam potestatem patria potestate vtatur. Ad hanc iudicationem argumentationes omneis afferri oportebit. Ac, nequis fortè arbitretur nos non intelligere aliam quoque incidere constitutionem in hanc causam, eam nos partem solam sumimus, in[a] qua præcepta nobis danda sunt. Omnibus autem partibus hoc in libro explicatis, quiuis omni in causa, si diligenter attendet, omneis videbit constitutiones, & earum parteis, & controuersias, siquæ fortè in eas incident. Nam de omnibus perscribemus. Primus ergo accusatoris locus est, eius nominis, cuius de vi quæritur, breuis & aperta, & ex hominum opinione definitio, hoc modo: Maiestatem minuere, est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorū, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. Hoc sic breuiter expositum, pluribus verbis est, & rationibus confirmandum, & ita esse, vt descripseris, ostendendum. Postea ad id, quod definieris, factum eius, qui accusabitur, adiungere oportebit, & ex eo, quod ostēderis, esse. verbi[b] causa, Maiestatem minuere, docere, aduersarium maiestatem minuisse, & hunc locum totum communi loco confirmare per quem ipsius facti atrocitas, aut indignitas, aut omnino culpa cum indignatione augeatur. Pòst erit infirmanda aduersariorum descriptio. Ea autem infirmabitur, si falsa demonstrabitur. Hoc ex opinione hominum sumetur, cùm, quemadmodum, & quibus in rebus homines in consuetudine scribendi, aut sermocinandi eo verbo, vti soleant, considerabitur. Item infirmabitur, si turpis, aut inutilis esse ostendetur eius descriptionis approbatio. & si, quæ incommoda consecutura sint, eo[c] concesso, ostendetur. Id autem ex honestatis & vtilitatis partibus sumetur: de quibus in deliberationis præceptis exponemus. Et si cum definitione nostra aduersariorum definitionem conferemus, & nostram, veram, honestam, vtilem esse demonstrabimus: illorum, contrà. Quæremus autem res, aut maiori, aut minori, aut pari in negotio simileis, ex quibus affirmetur[d] nostra descriptio. Iam si res plures erunt definiendæ: vt, si quæratur, fur sit, an sacrilegus, qui vasa ex priuato sacra surripuerit[e], erit[f] vtēdum pluribus definitionib[g]: deinde simili ratione causa tractanda. Locus autem cōmunis in eius malitiā, qui non modò rerū, verùm etiā verborum potestatem sibi arrogare conetur, vt & faciat quod velit, & id, quod fecerit, quo velit nomine appellet. Deinde defensoris primus locus est, item nominis breuis, & aperta, & ex opinione hominum descriptio, hoc modo: Maiestatem minuere, est aliquid de republica, cùm potestatem non habeas, administrare: Deinde[h] huius confirmatio est similibus, & exemplis, & rationibus: Postea fuit facti ab illa definitione separatio: Deinde locus communis, per quem facti vtilitas, aut honestas adaugetur: Deinde sequitur[i] aduersariorum definitio-

a L. in quam præcepta n. d. & ita l. v.

b hæc duo verbi causa, videntur desunt.

c al. eius cōcessis: al. ea concessa.

d al. firmetur: al. confirmatur.

e al. subripuerit:

f L. vtendum erit pluribus.

g L. & quod fecerit, quo p. LXIX. velit n.

h L. Deinde huius confirmatio similib. & exemplis, & c. al. Deinde huius confirmatio similib. & exempl.

i L. sequetur.

a al. vt si quis velit ostend.

b Locus communis inducitur per indignationē, conquestionē. p. LXV III. probabilem vtraque ex parte rationem.*

c Locis communibus quādo distinguēda, atque illustrāda oratio.*

d L. certioribus illis argumentis auditorib. confirmatis. lib. v. certioribus illis auditoribus argumentis conf.

e L. quæ inuentione verb.

f Loci communes qui in coniecturalē constitutionē incidant.*

g L. qui in illo pecc.

h L. deducentur.

i v. c. kalumnia.

k Loci communes qui in nominis controuersiam seu constitutionem definitiuā incidant.*

l q. lib. v. optimatium,

m L. arcessitur maiest. & lib. v.

finitionis reprehensio, quæ iisdem ex locis omnibus,quos accusatori præscripsimus,conficitur: & cætera pòst eadem præter communem locum inducentur. Locus autem communis erit defensoris *is*, per quem indignabitur,accusatorem[a] sui[b] periculi causa,non rei solùm conuertere, verùm etiam verba commutare conari. Nam illi quidem communes loci,qui aut[c] calumniæ accusatorum demonstrandæ,aut misericordiæ captandæ,aut facti indignandi, aut à misericordia deterrendi causa sumuntur,ex periculi magnitudine,non ex causæ genere,ducuntur. Quare[e] non in omnem causam,sed in omne causæ genus incidunt. Eorum mentionem in conjecturali constitutione fecimus. Inductione autem eorum,cùm causa postulabit,vtemur. 11 ¶Cvm autem actio *translationis*, aut commutationis indigere videtur, quòd non aut is agit,quem oportet,aut cum eo, quicum oportet, aut apud quos,qua[f] lege,qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet, constitutio translatiua appellatur. Huius nobis exempla permulta opus sunt,si singula translationum genera quæramus: sed quia ratio præceptorum similis est, exemplorum multitudine supersedendum est. Atque in nostra quidem consuetudine multis de causis fit, vt rariùs incidant translationes. Nam[g] & prætoriis[h] exceptionibus multæ excluduntur actiones,& ita ius ciuile habemus constitutum, vt causa[i] cadat is, qui non,quemadmodum oportet, egerit. Quare in[k] iure plerumque versantur. Ibi enim & exceptiones postulantur[l], & quodammodo agendi potestas datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur. In ipsis autem iudiciis rariùs incidunt, & tamen si quando incidunt, eiusmodi sunt, vt per se minus habeant firmitudinis: confirmentur autem assumta alia aliqua constitutione. Vt in quodam iudicio, cùm venefici cuiusdam nomen esset delatum,&,quia parricidij[m] causa subscripta esset,extra[n] ordinem esset acceptum, cùm in accusatione alia quædam crimina testibus & argumentis confirmarentur, parricidij[o] autem solùm mentio facta esset: defensor in hoc ipso multum [p] oportet, vt diu consistat: cùm de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse ea pœna afficere eum,qua parricidæ[q] afficiuntur: Id autem,si damnaretur,fieri[r] necesse esset, quoniam & id causæ subscriptum,& ex ea re nomen extra ordinem sit acceptum. Ea igitur pœna si affici reum non oporteat, damnari quoque non oportere, quoniam ea pœna dānationem necessariò consequatur. Hîc defensor pœnæ commutationem ex translatiuo genere inducendo, totam infirmabit accusationem. Verumtamen cæteris quoque criminibus defendendis coniecturali constitutione translationem cõfirmabit. Exemplum autem translationis in causa nobis positum sit huiusmodi: Cùm ad vim faciendam quidam arma ti venissent,armati contrà præstò fuerunt, & cuidam equiti Romano quidam ex armatis resistenti,gladio manum præcidit. Agit is,cui manus præcisa est, iniuriarum, postulat[t] is, quicum agitur,à prætore exceptionem[u]. Extra [u] quam in rvm capitis praeivdicivm fiat. Hîc is,qui agit, iudicium purum[x] postulat: Ille, quicum agitur,exceptionem[y] addi ait oportere. Quæstio est,excipiendum,sit an non. Ratio, Non enim oportet,in recuperatorio[a] iudicio, eius maleficij,de quo inter sicarios quæritur, præiudicium fieri. Infirmatio rationis, Eiusmodi sunt iniuriæ, vt de his indignũ sit non primo quoque tempore iudicari. Iudicatio, Atrocitas iniuriarum satisne causæ sit, quare, dum[b] de ea iudicetur,de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, præiudicetur atque exemplum quidem hoc est. In omni autem causa ab vtroque quæri oportebit,à quo, & per quos,& quo modo,& quo tempore aut agi, aut iudicari, aut quid statui de ea re conueniat. Id ex partibus iuris, de quibus pòst dicendum est, sumi oportebit,& ratiocinari, quid in similibus rebus fieri soleat,& videre, vtrùm malitia quid agatur,aliud simuletur[c], an stultitia, an necessitudine,quòd alio modo agi non possit, an occasione agendi sic sit iudicium,aut actio constituta,an rectè sine vlla re eiusmodi res agatur. Locus autem communis contra eum, qui translationem inducet, fugere iudicium ac pœnam quia causæ diffidat. A translatione autem, omnium fore perturbationem, si non ita res[d] agatur, & in iudiciũ veniat [e] quo pacto oporteat: hoc est,si aut cum eo agatur, quicum non oporteat, aut alia pœna, alio crimine,alio tempore: atque hanc orationem ad perturbationẽ iudiciorum omnium pertinere. Tres igitur eę cõstitutiones,quæ parteis non habent,ad hunc modum tractabuntur.

12 ¶Nunc *generalem constitutionem*, & parteis eius consideremus. Cùm & facto, & facti nomine concessio, neque vlla actionis illata controuersia,vis,& natura, & genus negotij ipsius quæritur: constitutionem generalem appellamus. Huius primas esse parteis duas nobis videri diximus, *negotialem*,& *iuridicialem*. 13 ¶Negotialis est, quæ in ipso negotio iuris ciuilis habet implicitam[f] controuersiam. Ea est huiusmodi: Quidam pupillum hæredem fecit: pupillus autem antè[g] mortuus est, quàm in [h] suam tutelam veniret. De hæreditate ea, quæ pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli hæredes secundi[i] sunt,& inter agnatos pupilli controuersia est. possessio hæredum secundorum est. Intentio est agnatorum, Nostra pecunia est, de qua is, cuius agnati sumus, testatus non est. Depulsio est,Immò nostra, qui hæredes secundi testamento patris sumus. Quæstio est, Vtrorum sit. Ratio est, Pater enim & sibi, & filio testamẽtum scripsit,dum is pupillus esset. Quare,quæ filij fuerunt, testamento patris nostra fiant necesse est. Infirmatio est rationis, Immò pater sibi scripsit,& secundum hæredem non filio, sed sibi iussit esse. Quare[k], præterquàm quod ipsius fuit in testamento, vllius vestrûm esse non potest. Iudicatio, Possitne quisquã de filij pupilli re testari. An hæredes secundi,ipsius patrisfamiliâs, nõ filij quoque eius pupilli hæredes sint. Atque hoc non alienũ est,& ad multa pertineat, ne aut nusquã, aut vsquequaque dicatur, hîc admonere. Sunt causę, quæ plureis habent rationes in simplici cõstitutione: quod fit, cùm id quod factũ est, aut quod defenditur, pluribus de causis rectũ, aut probabile videri potest, vt in hac ipsa causa. Supponatur enim ab hęredibus hęc ratio, Vnius enim pecuniæ plures dissimilibus de causis hęredes esse nõ possunt, nec vnquã fa-

L. accusatorem in sui periculi causa,
b *al.* in suo periculo.*
c Loci communes calũniæ misericordiæ,indignationis.* d *v.c.* kalumniæ.
e L. Quare non in omne causæ genus incidunt.
f L. aut qua lege,aut qua pœna, aut quo cr. aut quo temp.
g *lib. v.* Nam & prætoris exc. *mendose*, h *adde* §. 7. *Inst. de exceptionib.**
i *adde* § *si quib. agens*, 33. *Inst. de actionib.**
k in iure, *hoc est apud prætorem vrbanum quã non iudicat sed dat iudices, & iudicia, seu actiones, &c.*
l In iure, hoc est, apud prætorem, exceptiones & agendi formæ postulabãtur a Prætore: Hoc facto, translationis controuersiã actoribus auferebat prætor.*
m L. patricidii.
n Extra ordinem nomen rei accipere*
o L. patricidii
p L. multum oportet,&diu consistat:
q L. patricidæ
r L. fieri necesse esse,
p. b. Nam vt antea dixit,agẽdi potestatẽ quodãmodo dari: ita hîc postulari exceptionem.* t L. *Badasmsecutus*, extrà quàm si in r. u ideſt, vt in hoc maleficio, non fiat præiudicij.* x Purum iudicium dicitur, quoties purè & sine vlla cõditione agitur.* y L. exceptionem illã addi

a Recuperatorii iudicii est quod per iudicesdatos à Prætore exercetur, cuius exẽplum est in Oratione pro Cæcina quam apud recuperatores habuit: de Recuperatoribus adde Theophilum §. eadem 4. Inst. Quib. ex causis manumit.*
b *al.* dum de ea iudicatur. e plerique enim dementiã vel furorem fingunt, vt ea ratione fe pœnis legum eximãt. *l. congruit.* 13. §. *furioſi. ff. de eſſ. pr. ſol. l. 6. ff. de curatore furioſo, & aliis.**
d *al.* res agãtur.
e *al.* veniant.
f *lib. v.* implicatam contr.
g L. mortuus est antè, q.
h id est antequam pubes esset & testari posset: in suã enim tutelã venire, vel,suæ tutelæ fieri, nihil aliud, quàm ad pubertatem peruenire. *v. l. ſi ſip. LXX. lix familias* 51. *ff. delegat* 3. *l.* 5 §. 2 *ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem.**
i Hæredes secundi,qui & substituti: Primi enim hæredes dicuntur instituti *l. 1 ff. de vulgari & pupillari ſubſtitu.**

k *al.* Quare, præt. quam quod ipsius fuit testamento, vll. *vert.* Quare [u] præterquã quod ipsius patrisfamiliãs in testamento fuit, vll. *vert.* l *lib. v.* hîc ad monitũ esse.

ctum est, vt eiusdem pecuniæ alius testamento, alius lege hæres esset. Infirmatio autem hæc erit, Nō est vna pecunia propterea quòd altera iam erat pupilli aduentitia: cuius[a] hæres non, illo in tempore, in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset: & de altera, patris[b] etiam nunc mortui voluntas plurimùm[c] valebat, quæ[d] iam mortuo pupillo suis hæredibus concedebat[e]. Iudicatio est. Vnáne pecunia fuerit: ac[f], si hæc erunt vsi infirmatione, Posse plureis esse vnius[g] hæredes pecuniæ dissimilibus de causis: de eo ipso iudicatio nascitur, Possintne eiusdem pecuniæ plures dissimilibus generibus esse[h] hæredes. Ergo vna in constitutione intellectum est, quomodo & rationes, & rationum infirmationes, & præterea iudicationes plures fiāt. ¶ Nūc huius generis præcepta videamus. Vtrisque, aut etiam omnibus, si plures ambigent, ius ex quibus rebus constet, est considerandum. Initium ergo eius ab natura ductum videtur: quędam autem ex vtilitatis ratione aut perspicua nobis, aut obscura, in consuetudinem veniſſe: pòst autem, approbata quædam[i] à consuetudine, aut verò vtilia visa, legibus esse firmata. ¶ Ac *naturæ* quidem *ius* est, quod nobis non opinio, sed quædam innata vis afferat, vt[k] religionē, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. *Religionem*, eā quæ in metu, & ceremonia deorū sit, appellāt *Pietatem*, quæ erga patriā, aut parenteis, aut alios sanguine coniūctos officiū cō seruare moneat. *Gratiam*, quæ[l] in memoria, & remuneratione officiorum, & [m] honorū, & amicitiarum, obseruantiam teneat. *Vindicationem* per quā, vim, & contumeliā, defendendo, aut vlciscēdo propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis esse[n] cari debēt, & per quā peccata punimus. *Obseruantiam*, per quā ętate, aut sapiętia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedenteis reueremur,[o] & colimus. *Veritatem*, per quam damus operam, nequid aliter, quàm cōfirmauerimus, fiat, aut factum, aut futurum sit. Ac naturæ quidem iura minus ipsa quærūtur ad hanc controuersiam, quòd neque in hoc ciuili iure versantur, & à vulgari intelligentia remotiora sunt: ad similitudinem verò aliquam, aut ad rem amplificandam sæpe sunt inferenda. ¶ *Consuetudinis*[p] autem *ius* esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit. In ea autē iura sunt quędam ipsa iam certa propter vetustatem. Quo in genere & alia sunt multa, & eorum multò maxima pars, quæ[q] prætores edicere consueuerunt. Quædam autem genera iuris, iam certa, consuetudine facta sunt. Quod genus, pactum, par[r], iudicatum. *Pactum*[s] est, quod inter aliquos conuēnit, quod iam ita iustum putatur, vt iuri præstare dicatur. *Par*, quod[t] in omneis æquabile est. *Iudicatum*, de quo iam antè sententia alicuius, aut aliquorum constitutum est. Iam iura legitima ex legibus cognosci oportebit. His ergo ex partib. iuris, quidquid aut ex ipsa re, aut ex simili, aut ex maiore, aut ex minore nasci videbitur[u], quemque[x] attendere, atque[y] eligere pertentando vnamquamque partem iuris oportebit. ¶ Locorum autem communium, quoniā (vt antè dictum est) duo sunt genera, quorum alterum dubiæ rei, alterum certæ continet amplificationem, quid ipsa causa det, & quid augeri per communem locum possit, & oporteat, considera-

a L. cui[9] heres non, illo tempore, in testamento quis. *al.* cuius hæres non illo in testamento quis. scr.

b *al.* patris etiam num

c *lib. v.* pluri mùm valet,

d *al.* quā iam mortuo

e *al.* cedebat. *

f *lib. v.* aut, si hac erunt vsi infirm.

g L. vnius pecuniæ h.

h *lib. v.* hæredes esse.

i *lib. v.* quædam aut à consue.

P. 8.

k L. veluti. ff. de iustitia & iure. *

l *al.* quæ memoria, & remun.

m *lib. v.* & honoris, & amicitiarum.

n *lib. v.* cari esse d.

o *al.* veremur. *

p *v. l. de quibus 32. & sequēnt. ff. de legibus.* *

q Edicta prætorum, iuris ciuilis portio *l. 7. §. 1. ff. de iustitia. §. Prætorum. Inst. de iure naturali.* *

r ἴσον.

s *v. l. 1. §. 2. ff. de pactis.* *

t *vide titul. Vt quod quisque iuris in alium constituerit eo ipso vtatur.* *

u *al.* videbitur, quisq. attendere, atq. elicere pertē tando vnamquāque partem iuris, debebit.

x L. *vox*, onēque, *abest à cod. vtt.*

y *lib. v.* atque eligere pertent. vn. *tre. mss proba.*

A bitur. Nam certi, qui in omneis[a] incidant, loci, præscribi non possunt: in plerisque fortasse ab[b] auctoritate iurisconsultorum, & contra auctoritatem dici oportebit. Attendendum est autem & in hac, & in omnibus, num quos locos communeis, præter eos, quos exposuimus, ipsa res ostendat. 14 ¶ Nunc iuridiciale genus, & parteis eius consideremus.

IVRIDICIALIS est, in qua æqui & iniqui natura, & præmij aut pœnæ ratio quæritur. Huius[c] partes sunt duæ, quarum alteram absolutam, alteram[d] assumtiuam nominamus. 15 ¶ *Absoluta* est, quæ ipsa in se, nō vt negotialis, implicitè & absconditè, sed patentiùs, & expeditiùs recti & non recti quæstionem continet. Ea est huiusmodi: Cùm Thebani Lacedæmonios bello superauissent[e], & ferè mos esset Graiis, cùm inter se bellum gessissent, vt ij, qui vicissent, tropæum [f] aliquod in finibus statuerent, victoriæ modò in præsentia declarandæ causa, nō vt in perpetuum belli memoria maneret: æneum statuerunt tropæum. Accusantur apud Amphictyonas, id[g] est, apud commune Græciæ concilium. Intentio est, Non oportuit. Depulsio est, Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Eam enim ex bello gloriam virtute peperimus, vt eius æternā insignia posteris nostris relinquere vellemus. Infirmatio est, At tamē æternum inimicitiarum monumentum Graios de Graiis statuere non oportet. Iudicatio est, Cùm summę virtutis celebrandæ causa Graij de Graiis æternum inimicitiarum monumentum statuerint[h], recténe, an contrà fecerint. Hanc ideo rationem subiecimus, vt hoc causæ genus ipsum, de quo agimus, cognosceretur. Nam si eam suppositionem, qua fortasse vsi sunt: Nō enim iustè, neque piè bellum gessistis: in relationem criminis dilaberemur[i], de qua pòst loquemur. Vtrumque autem causę genus in hanc causam incidere perspicuum est. In hanc argumentationes ex iisdem locis sumendæ sunt, atque in causam negotialem, de[k] qua antè dictum est. Locos autem communeis & ex causa ipsa, si quid inerit indignationis aut cōquestionis, & ex iuris vtilitate, & natura multos, & graueis sumere licebit, & oportebit, si causæ dignitas videbitur postulare. 16 ¶ Nūc *assumtiuam* partem iuridicialis consideremus. Assumtiua igitur tunc dicitur, cùm ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adiuncto argumēto defenditur. 17 ¶ Eius partes sunt quattuor: comparatio, relatio criminis, remotio criminis, concessio.

18 ¶ *Comparatio* est, cùm aliquod factum, quod per se ipsum non sit probandum, ex eo, cuius id causa factum est, defenditur. Ea est huiusmodi: Quidam imperator, cùm ab hostibus circunsideretur[l], neque effugere vllo modo posset, depactus est cum eis, vt arma & impedimenta relinqueret, milites[m] educeret itáque fecit: armis & impedimentis āmissis præter spem milites conseruauit. Accusatur maiestatis. Incurrit[n] huc definitio, quid[o] sit lædere maiestatem. Sed nos hunc locum, de quo agimus, consideremus. Intentio est, Non oportuit arma, & impedimenta relinquere. Depulsio est, Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est. Milites enim omnes periissent. Infirmatio est, aut [p] coniecturalis, Non periissent: aut altera coniecturalis, Non ideò feciſti. Ex quibus sunt iudicationes,

a *al.* in omnes causas.*

b *al.* pro auct.

c *legendum*, Illius. *vel ita*, Huius, in qua æqui & iniqui natura quæritur.

d partes sunt duæ.*

e P. LXXI.

f L. assumtiuam alterā.

g L. superasset,

h *vul.* trophæum aliq. *mendose.*

i *hæc, quæ sequūntur* id est, apud commune Græciæ cōcilium, *videntur additicia.* *

k L. statuerunt,

l L. delabere mur, de qua P.

m *al.* circunsederetur,

n *al.* milites abduceret.

o L. *delet hoc totum*, quid sit læd. maiestatē. neq. putat Latinos & in his Ciceronem, ita loqui: læsæ maiestatis accusari, aut lædere maiestatem, Barbarè, dici: Latinè, vero lege maiestatis aut maiestatis accusari. Atqui Papinianus l. 8. ff. ad legem Iul. maiestatis. Læsæ maiestatis crimen dixit.*

p L. aut hæc coniect.

Periis-

periisſéntne:&, Ideóne fecerit:aut hæc comparatiua, cuius nunc indigemus. At enim satius fuit amittere milites, quàm arma, & impedimẽta hostibus cõcedere. Ex qua iudicatio nascitur, Cùm omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, vtrùm satius fuerit amittere milites, an ad hanc conditionem venire. Hoc causæ genus ex his locis tractari conueniet [a]. Oportebit adhibere ceterarum quoq; constitutionum rationem, atque præcepta, ac maximè coniecturis faciẽdis infirmare illud, quod cum eo, quod criminì dabitur, ii, qui accusabuntur, comparabũt. Id fiet, si aut id, quod dicent defensores futurum fuisse, nisi id factum esset, quo de facto iudicium est, futurum fuisse negabitur: aut si alia ratione, & [b] aliam ob causam, ac dicet se reus fecisse, demonstrabitur esse factum. Eius rei confirmatio, & item cõtraria de parte infirmatio ex coniecturali constitutione sumetur. Sin autem certo nomine maleficij vocabitur in iudicium, sicut in hac causa (nam maiestatis arcessitur [c],) definitione & definitionis præceptis vti oportebit. Atque [d] hæc quidem plerumque in [e] hoc genere incidũt, vt coniectura & definitione vtẽdũ sit. Sin aliud quoq; aliquod genus incidet, eius generis præcepta licebit huc pari ratione transferre. Nam accusatori maximè est in hoc elaborandum, vt id ipsum factum, propter quod sibi reus concedi putat oportere, quàm plurimis infirmet rationibus. Quod facile est, si quàm plurimis constitutionibus aggrediatur id improbare. Ipsa autem comparatio separata à ceteris generibus controuersiarũ sic ex sua vi considerabitur, si illud, [f] comparabitur, aut nõ honestũ, aut non vtile, aut non necessariũ fuisse, aut nõ tãtopere vtile, aut nõ tantopere honestũ, aut nõ tantopere necessarium fuisse demonstrabitur. Deinde oportet accusatorem, illud, quod ipse arguat, ab eo, quod defensor comparat [f], separare. Id autem faciet, si demonstrabit non ita fieri solere, neque oportere, neque esse rationem, quare hoc propter hoc fiat, vt propter salutem militum ea, quæ salutis causa comparata sunt, hostibus tradantur. Postea comparare oportebit cum beneficio maleficium, & omnino id, quod arguitur, cũ eo, quod factum [g] ab defensore laudatur, aut faciendum fuisse demonstratur, contendere, & hoc extenuando, maleficij magnitudinem simul adaugere. Id fieri poterit, si demonstrabitur, honestius, vtilius, magis necessariũ fuisse illud, quod vitarit reus, quàm illud, quod fecerit. Honesti autem, & vtilis, & necessarij vis & natura, in deliberationis præceptis cognoscetur. Deinde oportebit ipsam [h] illam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam causam deliberatiuam, & de ea ex deliberationis præceptis deinceps dicere. Sit enim hæc iudicatio, quam antè expositimus: Cùm omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, vtrùm satius fuerit perire [i] milites, an ad hanc pactionem venire. Hoc ex locis deliberationis, quasi aliquam in consultationem res veniat, tractari oportebit. Defensor autem, quibus in locis ab accusatore aliæ cõstitutiones erunt inductæ, in iis ipse quoque ex iisdem constitutionibus defensionem comparabit: ceteros autem omneis locos, qui ad ipsam comparationem pertinebunt, ex contrario tractabit. Loci [k] autem

P. 8.

a *al.* tractario portebit, &c. *al.* tractari oportebit, & adhibere, &c.*

b *lib. v.* & alia causa.

c *lib v.* accersitur, *mẽdose.*

d *al.* atque hoc quidem plerumque in genere accidit, vt & cõiectura, *vel ita.* Atque hoc quidem plerumque in genere accidit.*

e *al.* in hoc genere accidunt.

f *al.* comparet.

g *l. v.* factum ab defensore laudabitur, aut f. f. demonstrabitur cont.

h L. illam ipsam.

i L. milites perire.

k L. LXXII.

k L. Loci cõmunes ex.

A cõmunes erunt, Accusatoris, in eum, qui cùm de facto turpi aliquo, aut inutili, aut vtroque fateatur, quærat tamen aliquam defensionẽ [a], & facti inutilitatem, aut turpitudinem cum indignatione proferre. Defensoris [b] est, nullum factum inutile, neque turpe, neque item vtile, neque honestum putari oportere, nisi, quo animo, quo tempore, qua de causa factum sit, intelligatur. Qui locus ita communis est, vt bene tractatus in hac causa, magno ad persuadendum momento futurus sit. Et alter locus, per quem magna cum amplificatione beneficij magnitudo ex vtilitate, aut honestate, aut facti necessitudine demonstratur [c]. Et tertius, per quem res expressa verbis, ante oculos eorum, qui audiunt, ponitur, vt ipsi se quoque idem facturos fuisse arbitrentur, si sibi illa res, atque [d] ea faciendi causa per idem tempus accidisset. 19¶ *Relatio* criminis est, cùm reus id, quod arguitur, confessus, alterius se inductum peccato, iure fecisse demonstrat. Ea est huiusmodi: Horatius [e] occisis tribus Curiatibus [f], & duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. Is animaduertit sororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem nomen appellantem identitem Curiatis [g] cum gemitu & lamentatione. indignè [h] passus, virginem occidit. accusatur. Intentio est, Iniuria sororem occidisti. Depulsio est, Iure occidi. Quæstio est, Iuréne occiderit. Ratio est, Illa enim hostium mortẽ lugebat, fratrum negligebat: me & populum R. vicisse molestè ferebat. Infirmatio est, Tamen à fratre indemnatam necari non oportuit. Ex qua iudicatio fit, Cùm Horatia fratrum mortem negligeret, hostium lugeret, de [i] fratris, & populi R. victoria non gauderet, oportueritne eam à fratre indemnatam necari. Hoc in genere causæ, primùm si quid ex ceteris dabitur constitutionibus sumi [k] oportebit, sicut in comparatione præceptum est: Postea si qua facultas erit, per aliquam constitutionem illum, in quem crimen transfertur, defendere: Deinde, leuius esse illud, quod in alterũ peccatum reus transferat, quàm quod ipse susceperit: Postea translationis partibus vti, & ostendere, à quo, & per quos, & quo modo, & quo tempore aut agi, aut iudicari, aut statui de ea re conueneritac simul ostendere, non oportuisse antè supplicium, quàm iudicium, interponere. Tum leges quoque & iudicia demonstranda sunt, per quæ potuerit id peccatum, quòd sponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio vindicari: Deinde negare debebit [l], audiri oportere id, quod in eum criminis cõferatur, de quo is ipse, qui conferat, iudicium fieri noluerit: & id, quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere: Postea impudẽtiam demonstrare eorum, qui eum nunc apud iudices accusent, quem sine iudicibus ipsi condemnarint: & de eo iudicium faciant, de quo iam ipsi supplicium sumserint. Postea perturbationem iudicij futuram dicemus [m], & iudices lõgiùs, quàm potestatẽ habeant, progressuros, si simul & de reo, & de eo, quẽ reus arguat, iudicarint. Deinde, hoc si cõstitutũ sit, vt peccata homines peccatis, & iniurias iniuriis vlciscantur, quantum incommodorum consequatur. Ac si idem facere ipse, qui nunc accusat, voluisset, ne hoc quidem ipso quidquã opus [n] fuisset iudicio: si verò ceteri quoque idem faciant [o], omnium iudicium nullũ

a L. defensionẽ, facti inutilitatẽ, aut.

b L. defensoris, nulli.

c *lib. v.* demonstrabitur

d L. atque eadem faciendi c.

e Vide Liuiũ libro 1.*

f L. Curiatiis

g L. Curiatii.

h L. hoc indi. P.

i L. non agitur sit præpositionem, de, *neque habẽt cod. vet.*

k *al.* sumi ab accusatore oportebit.

P. B.

l *lib. duo v.* nõ habẽt verbum, debebit.

m nõnulli *lib. v.* non habent verbum, dicemus.

n L. opus fuisse iudicio: *vita lib. v.*

o *al.* faciant, vt siue iudicio eos puniant, quos accusant, omnium.*

futurum. Postea demonstrabitur, ne, si iudicio quidem illa damnata esset, in quam id crimẽ ab reo conferatur, potuisse hunc ipsum de illa supplicium sumere. Quare esse indignũ, eum, qui ne de dãnata quidem pœnas [a] sumere potuisset, de ea supplicium sumsisse, quæ ne adducta quidem sit in iudicium. Deinde postulabit, vt legẽ, qua lege fecerit, proferat. Deinde quemadmodum in comparatione præcipiebamus, vt illud quod comparabatur, extenuaretur ab accusatore quàm maximè: sic in hoc genere oportebit illius culpam, in quem crimen transferetur, cum huius maleficio, qui se iure fecisse dicat, comparare. Postea demõstrandum est, non esse illud eiusmodi, vt ob id hoc fieri conueniret [b]. Extrema est, vt in comparatione, assumtio iudicationis, & de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis dictio. Defensor autem quæ per alias constitutiones inducentur, ex iis locis, qui traditi sunt, infirmabit. Ipsam autem relationem comprobabit, primùm augendo eius, in quem refert [c] crimen, culpam & audaciam, & quàm maximè per indignationem, si res feret, iuncta conquestione, ante oculos ponendo. Posteà leuius demõstrando reum punitũ, quàm sit ille promeritus [d], & suum suppliciũ cum illius iniuria conferendo. Deinde oportebit eos locos, qui ita erũt ab accusatore tractati, vt refelli, & contrariam in partem conuerti possint, quo in genere sunt tres extremi, contrariis rationibus infirmare. Illa autem acerrima accusatorum criminatio, per quam perturbationem fore omnium iudiciorum demonstrãt, si de indemnato supplicij sumendi potestas data sit, leuabitur [e]: Primùm si eiusmodi demõstrabitur iniuria, vt non modò viro bono, verùm [f] etiam homini libero videatur non fuisse toleranda: Deinde ita perspicua, vt ne ab ipso quidẽ, qui fecisset, in dubium vocaretur: Deinde eiusmodi, vt in eam is maximè debuerit animaduertere, qui animaduerterit: vt non tam rectum, non tã fuerit honestum, in iudicium illam rem peruenire, quàm eo modo, atque ab eo vindicari, quomodo, & à quo sit vindicata: Postea sic rem fuisse apertam, vt iudicium de ea re fieri nihil attinuerit. Atque hîc demonstrãdum est rationibus, & rebus similibus, per multas ita atroceis, & perspicuas res esse, vt de his non modò non necesse sit, sed ne vtile quidem, quin mox iudiciũ fiat, exspectare. Locus communis accusatoris [g] in eum, qui cùm id, quod arguitur, negare non possit, tamen aliquid sibi spei comparet ex iudiciorum perturbatione. Atque hîc vtilitatis [h] iudiciorum demonstratio, & de eo conquestio, qui supplicium dederit indemnatus: in eius autem, qui sumserit, audaciam & crudelitatẽ, indignatio. Ab [i] defensore, in eius, quem vltus sit, audaciam [k] sui [l] conquestione: rem non ex nomine ipsius negotij, sed ex consilio eius, qui fecerit, & causa, & tempore cõsiderari oportere: quid mali futurum sit, aut ex iniuria, aut ex scelere alicuius, nisi tanta, & tam perspicua audacia ab eo, ad cuius famam, aut ad parenteis, aut ad liberos pertinuerit, aut ad aliquam rem, quam [m] caram esse omnibus, aut necesse est, aut oportet esse, fuerit vindicata. 20 ¶ *Remotio criminis* est, cùm eius intentio facti, quod ab aduersario infertur, in alium, aut [n] in aliud dimouetur. Id fit bipertitò [o]. Nam tum causa, tum res ipsa remouetur. *Causæ remotionis* hoc nobis exemplo sit: Rhodij quosdam legarunt Athenas. Legatis quæstores sumtum quem oportebat dari, non dederunt. Legati profecti nõ sunt. Accusantur. Intentio est, Proficisci oportuit. Depulsio est, Non oportuit. Quæstio est, Oportuerítne. Ratio est, Sumtus enim, qui de publico dari solet, is [a] ab quæstore non est datus. Infirmatio est, Vos tamen id, quod publicè vobis datum erat negotij, conficere oportebat. Iudicatio est, Cùm iis, qui legati erant, sumtus, qui [b] de publico debebatur, non daretur, oportuerítne eos [c] conficere nihilominus legationem. Hoc in genere primùm, sicut in cæteris, si quid aut [d] ex coniecturali, aut ex alia constitutione sumi possit, videri oportebit. Deinde pleraq; ex comparatione, & ex relatione criminis in hanc quoque causam conuenire poterunt. Accusator autem illum, cuius culpa id factum reus dicet, primùm defendet, si poterit. sin minus poterit: negabit [e], ad hoc iudicium, illius, sed huius, quem ipse accuset, culpam pertinere. Postea dicet, suo quemque officio consulere oportere: nec, si ille peccasset, hunc oportuisse peccare. Deinde, si [f] ille deliquerit, separatim illum, sicut hunc accusari oportere, & non cum huius defensione cõiungi illius accusationem. Defensor autem cùm cætera, si qua ex aliis incident constitutionibus, pertractarit, de ipsa remotione sic argumentabitur. Primùm cuius acciderit culpa, demonstrabit: Deinde, cùm id aliena culpa accidisset, ostendet se aut non potuisse, aut non debuisse id facere, quod accusator dicat oportuisse. Quòd non potuerit, ex vtilitatis partibus, in quibus est necessitudinis vis implicata, demonstrabit [g]. Quòd non debuerit, ex honestate considerabitur. De vtroq; distinctiùs in deliberatiuo genere dicetur. Deinde omnia facta esse ab reo, quæ in ipsius fuerint potestate. quòd minus, quàm conuenerit, factũ sit, culpa id alterius accidisse. Deinde in alterius culpa exponenda demonstrandum est, quantum voluntatis, & studij fuerit in ipso: & id signis cõfirmandum huiusmodi, ex cetera diligentia, ex antè factis, aut dictis: atq; hoc ipsi vtile fuisse facere, inutile autem nõ facere, & cum cætera vita magis [h] hoc fuisse cõsentaneum, quàm quod propter alterius culpam non fecerit. Sin autem non in hominẽ certum, sed in rem aliquam causa demouebitur [i], vt in hac eádẽ re, si quæstor mortuus esset, & idcirco legatis pecunia data non esset, accusatione alterius, & culpę depulsione demta, cæteris similiter vti locis oportebit, & ex concessionis partibus, quæ conuenient, assumere: de quibus pòst nobis dicendum [k] erit. Loci autem communes, iidem [l] vtrisque ferè, qui superioribus assumtiuis, incident. Hi [m] tamen certissimi: Accusatoris, facti indignatio: Defensoris, cùm in alio culpa sit, aut [n] in ipso non sit, supplicio reum affici non oportere. *Ipsius* autem *rei fit remotio*, cùm id, quod datur crimini, negat neque ad se, neque ad officium suum reus pertinuisse: nec si [o] quod in eo sit delictum, sibi attribui oportere. Id genus causæ est huiusmodi: In eo fœdere [p], quod factum est quõdam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcam [q] sustinuit iussu imperatoris. Fœdere autem ab senatu improbato, & imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum [r] quoq; dicit, qui porcam tenuerit, dedi

a *lib. v.* pœnas sumere ipse pot.

b *al.* conuenerit.

c L. referet.

d *al.* merit⁹.*

e *al.* leuabitur sic: Pr.

f L verùm omnino homini lib.

P. LXXIII.

g *al.* ab accusatore in eũ, *&c. ita* L.

h *fortè legendũ*: vtiliter fit demonstratio iudiciorum.* i *al.* A defens.

k L. audaciã, conquestio: rem.

l *fortè legendũ* fit conquestio.*

m L. quã caram omnib⁹ aut necesse est, *&c.*

n L. aut in aliud demouetur.

o bipartitò.

a L. is ab quæ. *& ita lib. v.*

b *al.* qui debebatur de publico.

c adde l 2. §. vtrum quis deseruerit legationem. ff. de legationibus.*

d L. aut ex cõiectural⁹, aut ex definitiua, aut ex alia c.

e *al.* negabit hoc ad iudiciũ illius, sed ad huius quẽ ipse accuset, culpa.

f *al.* ille si.

P. B.

g L. *delet verbum*, demonstrabit.

h L hoc fuisse magis.

i demouebitur, *vt &c. al.* remouebitur, *vt &c.*

k L. erit dicẽdum.

l L. iidẽ vtrique ferè.

m *al.* Hi autẽ c.

n L. & in ipso non sit, suppl.

o *al.* si quid, &c. vt delictũ quod sequitur sit participium.*

p Huius fœderis infamis iniussu populi à Coss. facti meminit Liuius libro 9. quem vide.*

q cõfecto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmari solebat. vide Festũ in Porci effigies.*

r *lib. v.* eum dicunt, qui.

dedi oportere. Intentio est, Dedi oportet. Depulsio est, Nō oportet. Quæstio est, Oporteátne. Ratio est, Non enim meum fuit officium, nec mea potestas, cùm & id ætatis [a], & priuatus essem, & esset summa cum auctoritate, & potestate imperator, qui videret vt satis honestum fœdus feriretur. Infirmatio est, Attamen [b], quoniam tu particeps factus es in turpissimo fœdere summæ religionis, dedi te cónuenit. Iudicatio est, Cùm is, qui potestatis nihil habuerit, iussu [c] imperatoris in fœdere, & in tanta religione interfuerit, dedendúsne [d] sit hostibus, néene. Hoc genus causæ à superiore hoc differt, quòd in illo cōcedit se reus oportuisse facere id, quod fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei, aut homini causam attribuit, quæ [e] voluntati suæ fuerit impedimēto sine cōcessionis partibus. Nam earū quædā [f] maior [g] vis est: quod paullo pòst intelligetur. In hoc autē non accusare alterum, nec culpam in alium transferre debet, sed demonstrare, eam [h] rem nec ad se, nec ad potestatē, neque ad officium suum pertinuisse, aut pertinere. Atque in hoc genere hoc accidit noui, quòd accusator quoque sæpe ex remotione criminationem conficit. Vt si quis eum accuset, qui, cùm prætor esset, in expeditionē ad arma populum vocarit, cùm c o s s. adesset. Nā vt in superiore exemplo reus ab suo officio, ac potestate factum dimouebat [i]: sic in hoc ab eius officio ac potestate, qui accusatur, ipse accusator factum remouendo, hac ipsa ratione confirmat accusationem. In hac ab vtroque ex [k] omnibus partibus honestatis, & omnibus vtilitatis partibus exemplis, signis, ratiocinando, quid cuiusque officij, iuris, potestatis sit, quæri oportebit, & fuerítne ei, de [l] quo agitur, id iuris, officij, potestatis attributum, néene. Locos autem communeis ex ipsa re si quid indignationis, ac cōquestionis habebit, sumi oportebit. 21 ¶ *Cœssio* est, per quā nō factū ipsum improbatur ab reo: sed vt ignoscatur, id petitur. 22 ¶ Cuius partes sunt duæ, purgatio, & deprecatio. 23 ¶ *Purgatio* est, per quam eius, qui accusatur, nō factū ipsum, sed volūtas defenditur. Ea habet parteis treis, imprudentiam, casum, necessitudinem. *Imprudentia* est, cùm scisse aliquid is, qui arguitur, negatur: Vt apud quosdam lex erat, Ne quis Dianæ vitulum immolaret. Nautæ quidam, cùm aduersa tempestate in alto iactarentur, vouerunt, si eo portu, quem conspiciebāt, potiti essent, ei deo, qui ibi esset, se vitulum immolaturos. Casu erat in eo portu fanum Dianæ eius, cui vitulum immolari non licebat. Imprudentes legis, cùm existent, vitulum immolauerunt. Accusantur. Intentio est, Vitulā immolastis ei deo, cui non licebat. Depulsio est in cōcessione posita. Ratio est, nescíui non licere. Infirmatio est, Tamen, quoniam fecisti quod non licebat, ex lege supplicio dignus es. Iudicatio est, Cùm id fecerit, quod non oportuerit, & id non oportere nescierit, sít ne supplicio dignus. *Casus* autē inferetur in concessionem, cùm demonstrabitur aliqua [m] fortunæ [n] vis volūtati obstitisse, vt in hac: Cùm Lacædæmoniis lex esset, vt [o] hostias nisi ad sacrificium quoddam redemtor prębuisset, capitale esset: hostias is, qui redemerat, cùm sacrificij dies instaret, in vrbē ex agro cœpit agere. tum subitò magnis cōmotus [p] tempestatibus fluuius [q] Eurotas is, qui propter Lacedæmonē

a *al.* ætaris nō haberem.*

b L. At enim, quoniam tu &c. *& ita lib.* v.

c adde l. 167. §. qui iussu l. is damnum dat 169. ff. de regul. iuris sic Mithridates Attilium sibi insidiantem tollit, ac non eius seruos adminístros. Appian. P. LXXIIII. nus in Mithridatico.* d L. dedendus sit hostib.

e L. qui voluntati s.

f L. maior quædam.

g de vi maiore vide *l.* 25. §. 6. *ff. locati.** h *lib.* v. illam i L. demouebat.

k L. ex omnibus honestatis, & vtilitatis p.

l L. quo de agitur, *& ita lib.* v.

m L. aliqua vis fortunæ. n adde exēplum l. Cæsar ff. de publicanis.* o L. vt nisi hostias ad. p *al.* commotis.* q succurritur ei qui tempestate, aut vi fluminis prohibitus nō venit l. 2. §. 6. ff. si quis cautionib. in iudicio sistendi causa non venerit. l. 19. ff. de probationibus.*

A fluit, ita magnus & vehemens factus est, vt eò [a] traduci victimæ nullo modo possent. Redēptor, suæ voluntatis ostendendæ causa, hostias constituit omneis in litore, vt, qui trās flumen essent, videre possent. Cùm omnes studio eius subitam fluminis magnitudinem scirent fuísse impedimento, tamē quidam capitis arcessierūt [b]. Intentio est, Hostiæ, quas debuisti, ad sacrificium præstò non fuerunt. Depulsio est, concessio. Ratio, Flumen enim subitò accreuit, & ea re traduci non potuerūt. Infirmatio est, Tamen, quoniam, quod lex iubet, factum non est, supplicio dignus es. Iudicatio est, Cùm in ea re redemtor contra legem aliquid fecerit, qua in re studio eius subita fluminis obstiterit magnitudo, supplicióne dignus sit. *Necessitudo* [c] autem infertur [d], cùm vi quadā reus id, quod fecerit, fecisse [e] defenditur, hoc modo: Lex est apud Rhodios [f], vt, si qua rōstrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Cùm magna in alto tempestas esset: vis ventorum, inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit. Quæstor nauim populi vocat. Nauis dominus negat publicari oportere. Intentio est, Rostrata nauis in portu deprehensa est. Depulsio est, concessio. Ratio, Vi [g], & necessariò sumus in portū coacti. Infirmatio est, Nauim ex lege tamen populi esse oportet. Iudicatio est, Cùm rostratam nauim in portu deprehensam lex [h] publicarit, cùmq; hæc nauis, inuitis nautis, vi tempestatis in portū coniecta [i] sit: oporteátne eam publicari. Horum trium generū idcircò vnū in locū contulimus exempla, quòd similis in ea præceptio argumentorū [k] traditur. Nam in his omnibus primùm, si quid res ipsa dabit facultatis, coniecturam ab [l] accusatore induci oportebit, vt id, quod voluntate factū negabitur, consultò factū suspicione aliqua demonstretur: Deinde inducere definitionem necessitudinis aut casus, aut imprudentię, & exempla ad eā definitionem adiungere, in quibus imprudētia fuisse [m] videatur, aut casus, aut necessitudo, & ab his id, quod reus inferat, separare, id est, oste dere dissímile, quòd leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitū, non necessārium fuerit. Postea demonstrare, potuisse euitari [n], & hac ratione prouideri potuisse [o], si hoc, aut illud fecisset, aut [p] nisi fecisset, præcaueri: & definitionibus ostēdere, non hanc imprudentiam aut casum, aut necessitudinē, sed inertiā, negligentiā, fatuitatē nominari oportere. Ac si qua necessitudo turpitudinem videbitur habere, oportebit, per locorū cōmunium implicationē redarguentem demōstrare, quiduis perpeti, mori deniq; satius fuisse, quàm eiusmodi necessitudini obtemperare. Atq; tum ex his locis, de quibus in negotiali parte dictum est, iuris & æquitatis naturam oportebit quærere, &, quasi in absoluta iuridiciali, per se hoc ipsum ab [q] omnibus separatim considerare. Atq; hoc in loco, si facultas erit, exemplis [r] vti oportebit, quibus in simili excusatione non sit ignotum: & contentione, magis illis ignoscendum fuisse: & ex deliberationis partib⁹, turpe, aut inutile esse concedi eam rem, quæ ab aduersario commissa sit: permagnum esse, & magno futurū detrimēto, si ea res ab iis, qui potestatem habent iudicandi [s], neglecta sit. Defensor autē conuersis omnibus his partibus poterit vti. H Maximè autē in voluntate defendēda commorabitur, & in ea re adaugenda, quæ volun-

a *al.* eā.

P. B.

b *lib. vulg.* accerserūt. *mēdose.* ‖Accersit enim qui vocat: Arcessit, qui accusat.*

c Necessitudo hic sumitur pro necessitate.*

d *lib.* v. inferetur.

e *lib.* v. fecisse defendentur.

f De legibus Rhodiorum nauticis vide titul. Digest. ad l. Rhodiā de iactu. & 2. Harmenop. 11.*

g *V. l. Cæsar* 15 *ff. de publicanis.**

h *lib.* v. lex iubeat publicari, cùmq. *&c. & ita l.*

i *lib.* v. coniecta est.

k L. traditur argumentorum.

l L. induci ab accusatore op.

m *lib.* v. videatur fuisse.

n *al.* vitari.

o L. *delet*, potuisse.

p L. ac ne sic faceret, præcaueri.

q *al.* à rebus. P. LXXV.

r *al.* exemplis vti eorum hominum oport.

s *al.* habeant vindicandi.

tati fuerit impedimento: & se plus, quàm fecerit, facere non potuisse: & in omnibus rebus voluntatem spectari oportere: & se couinci non posse, quòd non absit à culpa: & ex suo nomine communem hominum infirmitatem posse damnari. Deinde nihil indignius esse, quàm eum, qui culpa careat, supplicio non carere. Loci autem communes accusatoris, vnus in confessione, & alter, quanta potestas peccandi relinquatur, si semel institutum sit, vt non de facto, sed de facti causa quæratur. Defensoris autem [a], conquestio calamitatis eius, quæ non culpa, sed vi maiore quadam acciderit, & de fortunæ potestate, & hominum infirmitate, & vti suum animum, non euentum considerent. In quibus omnibus conquestionem suarum ærumnarum, & crudelitatis aduersariorum indignationem inesse oportebit. Ac neminem mirari conueniet, si aut in his, aut in aliis exemplis scripti quoque controuersiam adiunctam videbit. Quo de genere pòst erit nobis separatim dicendum, propterea quòd quædam genera causarum, simpliciter, & ex sua vi considerantur: quædam autem sibi aliud quoque aliquod controuersiæ genus assumunt. Quare omnibus cognitis, non erit difficile in vnamquamque causam transferre. quod [b] ex eo quoque genere conueniet; vt in his exemplis concessionis inest [c] omnibus scripti controuersia ea, quæ ex scripto & sententia nominatur: sed quia de concessione loquebamur, in eam præcepta dedimus. Alio autem loco de scripto & sententia dicemus. 24 ¶ Nunc in alterâ cõcessionis partem considerationem [d] intendemus. *Deprecatio* est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio [e] continetur. Hoc genus vix in iudicio probari potest, ideò quòd concesso peccato, difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, vt ignoscat, impetrare. Quare [f] parte eius generis, cùm causam non in eo constitueris, vti licebit. Vt si pro aliquo claro, aut forti viro, cuius in remp. multa sint beneficia, dixeris: possis [g], cùm videaris non vti deprecatione, vti tamẽ, ad hunc modum. Quòd si, iudices, hic pro suis beneficiis, pro suo studio, quod in vos habuit semper, tali suo tempore, multorũ suorum rectè factorum causa, vni delicto vt ignoscere-tis, postularet, tamen dignum vestra mansuetudine, dignum virtute huius esset, iudices, à vobis hanc rem, hoc postulante, impetrari. Deinde augere beneficia licebit, & iudices per locum communem ad ignoscendi voluntatem ducere [h]. Quare hoc genus, quamquam in iudiciis non versatur, nisi quadam ex parte: tamẽ quia & pars ipsa inducenda nonnunquam est, & in senatu, aut [i] concilio sæpe omni in genere tractanda, in id quoque præcepta ponemus. Nam in senatu, & [k] in concilio de Siphace [l] diu deliberatũ est, & de Q. [m] Numitorio Pullo apud L. Opimium, & [n] eius cõcilium diu ductum [o] est. Et magis in hoc quidem ignoscendi, quàm cognoscendi postulatio valuit. Nam [p] semper animo bono se in populũ Rom. fuisse non tam facilè probabat, cùm coniecturali cõstitutione vteretur, quàm vt, propter posterius beneficium, sibi ignosceretur, cùm deprecationis parteis adiungeret [q]. Oportebit igitur eum, qui, sibi vt ignoscatur, postulabit, commemorare [r] si qua sua poterit beneficia, & si potuerit, ostendere, ea maiora esse, quàm hæc, quæ deliquerit, vt plus ab eo boni, quàm mali profectum esse videatur: deinde maiorum suorum beneficia, si qua exstabunt, proferre: Deinde ostendere, non odio, neque crudelitate fecisse [a] quod fecerit, sed aut stultitia, aut impulsu alicuius, aut aliqua honesta, aut probabili causa: Postea polliceri, & confirmare, se & hoc peccato doctum, & beneficio eorum, qui [b] sibi ignouerint, confirmatum, omni tempore à tali ratione abfuturum [c]. Deinde spem ostẽdere, aliquo se in loco, magno iis, qui sibi cõcesserint, vsui futurum. Postea, si facultas erit, se [d] aut consanguineum, aut iam à maioribus in primis amicum esse demonstrabit, & amplitudinem suæ voluntatis, & nobilitatem generis eorum, qui se saluum velint, & dignitatem ostẽdere, & cetera ea, quæ personis ad honestatem, & amplitudinem sunt attributa, cum conquestione, sine arrogantia in se esse demõstrabit [e], vt honore potiùs aliquo, quàm vllo supplicio dignus esse videatur: Deinde ceteros proferre [f], quibus maiora delicta cõcessa sunt. Ac multùm proficiet, si se misericordem in potestate, & propensum ad ignoscendum fuisse ostender. Atque ipsum illud peccatum erit extenuandum, vt quàm minimùm obfuisse videatur, & aut turpe, aut inutile demonstrandum, tali de homine supplicium sumere. Deinde locis communibus misericordiam captare oportebit ex iis præceptis, quæ in primo libro sunt exposita. Aduersarius autem malefacta augebit: nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate, & malitia facta [g] dicet. Ipsum immisericordem, & superbum fuisse, &, si poterit, ostender semper inimicum fuisse, & amicum fieri nullo modo posse. Si [h] beneficia proferet: aut aliqua de causa facta [i], non propter beneuolentiam [k] demonstrabit, aut postea odiũ esse acre [l] susceptum, aut illa omnia maleficiis esse deleta: aut leuiora beneficia, quàm maleficia: aut [m], cùm beneficiis honos habitus sit, pro maleficio pœnam sumi oportere. Deinde turpe esse, aut inutile, ignosci. Deinde, de quo vt potestas esset, sæpe optarint, in eum potestate non vti, summam esse stultitiam: & cogitare oportere, quem animum in eum, vel [n] quale odiũ habuerint. Locus [o] autem communis erit, indignatio maleficij, & alter, eorum misereri oportere, qui propter fortunã, non propter malitiam in miseriis sint. Quoniam igitur in generali constitutione tamdiu propter eius partium multitudinem commoramur, ne fortè varietate, & dissimilitudine rerum deductus [p] alicuius animus in quendam errorem deferatur: quid etiam nobis ex eo genere restet, & quare restet, admonendum videtur. 25 ¶ Iuridicialem causam esse dicebamus, in qua æqui & iniqui natura, præmij aut pœnæ ratio quæreretur. Eas causas, in quibus de æquo & iniquo quæritur, exposuimus. Nunc [q] restat, vt *de præmio, & de pœna* explicemus. Sunt enim multæ causæ, quæ ex præmij alicuius petitione constãt. Nam & apud iudices de [r] præmio sæpe accusatorum quæritur, & à senatu, aut [s] concilio aliquod præmium sæpe petitur. Ac neminem conueniet arbitrari, nos, cùm aliquod exemplum ponamus, quod in senatu agatur, ab [t] iudiciali genere exemplorum recedere. Quicquid enim de homine probando, aut improbando

a lib. vet. non habent, autẽ.

b L. quod ex vno quoque gen.
c L. omnibus ineſt.
d σχέψιν.
e ἀξίωσις.
f L. Quare parte eius generis, cùm causam non in eo, vt deprecaris, constitueris, v. licebit *al.* Quare parte eius generis, cum causam in eo cõstitueris vt deprecaris: Alij, quare partib. eius generis.* Alij, Quare parce eo genere, cùm causam in eo constitueris, vt depr. vti licebit
g *al.* possis vti deprecatione ad hunc modum.*
h *al.* deducere.
i *al.* aut consilio sæpe.
k L. & in consilio de Siph.
l Vtrum scilicet, Siphaci indulgenda esset venia quamuis deprecanti.*
P. B.
m Meminit Cicero huius Q. Numitorii libro 5. de finibus.*
n L. & eius cõsilium diu dictum est.
o *al.* dictum.*
p *al.* Nam se semper animo bono in p.
q L. adiungeret, petebat. Op *al.* adungeret, postulabat. Opo.
r L. commemorare sua, si qua poterit, b.

a *fort.* feciſſe ſe quod fecerit, ſed.

b *lib. v.* qui ſibi ignoſcerent, con.
c L. afuturũ. ‖ *al.* cautum futurum, *al.* cauturum.*
d L. ſe aut cõſanguineum maioribus in prim. eorum, qui ſe ſaluũ velint, aut amicum eſſe demõſtrabit: & amplit. ſuæ vol. & no. gen. & dign. oſtendet, &c. e *al.* demonſtrare.
f L. proferet.

g L. facta eſſe d.

h L. ſi beneficia ſua reus proferet.
i facere beneficium dicit. LXXVI. pro dare & conferre.
k *lib. v.* beniuolentiam.
l *al.* hac re.
m L. aut, cùm pro beneficiis honos h.
n *al.* & odium *al.* vel odiũ.*
o *al.* Locus communis erit hic, indign.

p *Sic quidam v. c. Lamb.* ductus.

q L. Reſtat nunc.

r L. de præmio accuſ. ſæpe quæri.
f L. aut à cõſilio aliquod pr.
t *al.* à iudic.

bando dicitur, cùm ad eam dictionem, sententiarum quoque ratio accommodetur[a], id non, si per sententiæ dictionem agitur, deliberatiuum est: sed quia de homine statuitur, iudiciale est habendum. Omnino autem qui diligenter omnium causarum vim, & naturam cognouerit, cùm[b] genere primò, tum etiam forma eas[c] intelliget dissidere. Ceteris autem partibus aptas inter se omneis, & aliam in aliam implicatam videbit. Nunc de præmiis consideremus. L. Licinius Crassus cos. quosdam in citeriore Gallia, nullo illustri, neque certo duce, neque eo nomine[d], neque numero[e] præditos, vt digni essent, qui hostes populi[f] R. esse dicerentur: quòd tamen excursionibus, & latrociniis infestam prouinciam redderent, consectatus[g] est, & confecit: Romam rediit: triumphum ab[h] senatu postulat. Hîc, vt & [i] in deprecatione, nihil[k] ad nos attinet, rationibus & infirmationibus rationum supponendis, ad iudicationem peruenire: propterea quòd nisi alia quoque incidet constitutio, aut pars constitutionis, simplex erit iudicatio, & in quæstione ipsa continebitur. In deprecatione, huiusmodi, Oporteátne pœna affici: in hac huiusmodi, Oporteátne præmium dari. Nunc ad præmij quæstionem apposito locos exponemus. Ratio igitur præmij quattuor[l] est in parteis distributa: in beneficia, in hominem, in præmij genus, in facultates. *Beneficia* ex sua vi, ex tempore, ex animo eius, qui[m] fecerit, ex[n] causa considerantur. Ex[o] sua vi quærentur, hoc modo: Magna, an parua: facilia, an difficilia: singularia sint, an vulgaria: vera, an falsa quadam ex oratione[p] honestentur. Ex tempore autem, Si tum, cùm indigeremus: cùm ceteri non possent, aut nollent opitulari: si tum, cùm spes deseruisset, opitulatus sit. Ex animo, Si non sui commodi causa, sed eo consilio fecit omnia, vt hoc conficere posset. Ex casu, Si non fortuna, sed industria factum videbitur, aut si industriæ fortuna obstitisse. *In hominem* autem, Quibus rationibus vixerit, quid sumtus in eam rem, aut laboris insumserit: & ¶ siquid aliquando tale fecerit, num alieni laboris, aut deorum bonitatis præmium sibi postulet: num aliquando ipse talem ob causam aliquem præmio affici negarit oportere: aut num iam satis pro eo, quod fecerit, honos[r] habitus sit: aut num necesse fuerit ei facere id, quod fecerit: aut num huiusmodi sit factum, vt, nisi fecisset, supplicio dignus esset, non, quia fecerit, præmio: aut num ante tempus præmium petat, & spem incertam certo venditet pretio: aut num, quòd[s] supplicium aliquod vitet, eò præmium postulet, vti de se præiudicium factum esse videatur. *In præmij* autem *genere*, quid, & quantum, & quamobrem postuletur, & quo, & quanto quæque res præmio digna sit, considerabitur. Deinde, apud maiores quibus hominibus, & quibus de causis talis honos sit habitus, quæretur. Deinde ne is honos nimiùm peruagetur[t]. Atque hic eius, qui contra aliquem præmium postulantem dicet, locus erit communis, præmia virtutis & officij, sancta & casta esse oportere: neque ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Et alter, minus homines virtutis cupidos fore, virtutis præmio peruulgato. Quæ[u] enim rara, & ardua sint, ea ex præmiorum procliuia, & iuc. ea ex præmio[a] pulchra, & iucunda hominibus videri. Et tertius, si exsistant, qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt, nónne de sua gloria, cùm pari præmio taleis homines affici videant, deliberari[b] putent? & eorum enumeratio, & cum eis, quos cõtra dicat, comparatio. Eius autem, qui præmium petet, facti sui amplificatio, & eorum, qui præmio affecti sunt, cum suis factis contentio. Deinde ceteros à virtutis studio repulsum iri, si ipse præmio non sit affectus. *Facultates* autem considerantur cùm aliquod pecuniarum[c] præmium postulatur: in quo vtrùm copiáne sit agri, vectigalium, pecuniæ, an penuria, consideratur. Loci communes, facultates augere, non minuere, oportere, & impudentem esse, qui pro beneficio non gratiam, verùm mercedem postulet: cõtrà autem de pecunia ratiocinari[d], sordidum esse, cùm de gratia referenda deliberetur: & *se non pretium pro facto, sed honorem, ita vt facti tantum sit, pro beneficio postulare.* 26 ¶ Ac de constitutionibus quidem satis dictum est: nunc de iis cõtrouersiis, quæ in scripto versantur, dicendum videtur. *In scripto*[e] versatur *controuersia*, cùm ex scriptionis ratione aliquid dubij nascitur. Id fit ex ambiguo, ex scripto & sententia, ex contrariis legibus, ex ratiocinatione, ex definitione. 27 ¶ *Ex ambiguo* autem nascitur controuersia, cùm, quid senserit scriptor, obscurum est, quòd scriptum duas, pluresíve res significat, ad hunc modum: Paterfamilias, cùm filium heredem faceret, vasorum argenteorum centum[f] pondo vxori suæ sic legauit: HERES MEVS VXORI MEAE VASORVM ARGENTEORVM PONDO CENTVM, QVAE[h] VOLET, DATO. Post mortem eius vasa magnifica, & pretiosè cælata petit à filio mater. ille se, quæ ipse vellet, debere dicit. Primùm, si fieri poterit, demonstrandum est, non esse ambiguè scriptum, propterea quòd omnes in consuetudine sermonis sic vti solent eo verbo vno, pluribúsve in ea sententia, in qua is, qui dicet, accipiendum esse demonstrabit. Deinde ex[k] superiore, & ex inferiore scriptura docendum, id, quod quæratur, fieri perspicuum. Quare si ipsa separatim ex se verba considerentur, omnia, aut pleraque, ambigua visum iri. Quæ autem ex omni considerata scriptura perspicua fiant, hæc ambigua non oportere existimari. Deinde qua in sententia scriptor fuerit, ex ceteris eius scriptis, factis, dictis, animo, atque[l] vita eius sumi oportebit, & eam ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus ex partibus pertentare[m], si quid, aut ad id appositum sit, quod nos interpretemur, aut ei, quod aduersarius intelligat, aduersetur. Nam facilè, quid verisimile sit eum voluisse, qui scripsit, ex omni scriptura, & ex persona scriptoris, atque iis rebus, quæ personis attributæ sunt, considerabitur. Deinde erit demonstrandum, si quid ex ipsa re dabitur facultatis, id, quod aduersarius intelligat, multò minus commodè fieri posse, quàm id, quod nos accipimus, quòd illius rei neque administratio, neque exitus vllus exstet: nos quod dicamus, facilè & commodè transigi posse: vt in hac lege, (nihil enim prohibet[n] fictam[o] exempli loco ponere, quò facilius res intelligatur) MERETRIX CORONAM AVREAM

a L. accõmodatur

b *v.c.* cùm genere tum etiam f.

c *al.* intelligat eas dif.

d Hostes enim sunt quibus P. Romanus bellum publicè decreuit, vel ipsi populo Romano: Ceteri latrũculi vel prædones appellantur. l. hostes 24. ff. de captiuis.*

e Hoc ideo additũ, quia lege cautum erat, vt ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostiũ vna acie cæcidisset: pœna quoque Imperatori constituta, qui P. B. aut hostium occisorũ, aut amissorum ciuium falsum numerũ literis senatui ausus esset referre 2. *Valerius. 8. de iure triumphandi.**

f L. populi R. dicerentur.

g *al.* infectatus est.

h *al.* à senatu i L. nec in depr.

k L. nihil attinet, rat.

l L. in parteis quattuor est d.

m L. qui fecit n *al.* ex casu.

o L. Ex sua vi cõsiderabuntur, h.m.

p *al.* ratione q L. ecquid aliq.

r *fort.* honoris.

s *al.* quòd.

t *al.* peruulgetur. ¶ vt paulò post.*

u *fori.* Quæ enim amara, & ardua sint, ea ex præm. procliuia, & iuc.

a *al.* experiẽdo. *al.* experienda.*

b L. deliberari p. id est detrahi: vt metaphora ducatur à libro & cortice arborum. vide Nonium *cap. 1. in deliberatum, decorticatum* 314. & ita quoque in fine huius lib. 2. quidã legendum puto: nisi quis malit hîc legere deliberari, quod & verbum iuris est *l. legatum 116. ff. de legatis.**

P. LXXVII.

c L. pecuniarium præ. σμικρολογεῖν.

e De controuersiis scripti.*

f L. pondo centum.

g Idem 1. ad Herẽnium *

h hinc dubitatio oritur. Est enim dubium quæ põdo debeantur, an quæ volet heres, an quæ vxor testatoris.*

i *al.* in eam sententiam in quam.

k *V. l.* 50. *ff. de legat. 1. l.* cũ *filius* 77. §. cũ *imperfecta*, 22 *ff. de legat. 2. l.* 75. *ff. de legat. 3. l.* 44. *ff. de manumiss. test. l* 15. *Cod. de fideicommiss fr.*

l L. atque vita sumi op.

m *fort.* pertentari.

n L. ficta legem exempli l. p.

o Ficta lex, quæ & thetica.

NI HABETO. SI HABVERIT, PVBLICA ESTO, contra eum, qui meretricem publicari dicat ex lege oportere, posset[a] dici, neque administrationem[b] esse vllam publicæ meretricis, neque exitum legis in meretrice publicanda at in auro publicando & administrationem, & [c]exitum facilem esse, & incommodi nihil inesse. Ac diligenter illud quoque attendere oportebit, num, illo probato, quod aduersarius intelligat, vtilior[d] res, aut honestior, aut magis necessaria, à scriptore neglecta videatur. Id fiet, si id, quod [e]nos demonstrabimus, honestũ, aut vtile, aut necessarium demonstrabimus: &, si id, quod ab aduersariis dicetur, minimè eiusmodi dicemus[f] esse. Deinde si in lege erit ex ambiguo controuersia, dare operam oportebit, vt de eo, quod aduersarius intelligat, alia in lege cautum esse doceatur. Permultum autem proficiet illud demonstrare, quemadmodum scripsisset, si id, quod aduersarius accipiat, fieri, aut intelligi voluisset: vt in hac causa, in qua de vasis argenteis quæritur, possit mulier dicere, nihil attinuisse adscribi, quę volet, si heredis voluntati permitteret. Eo enim non adscripto nihil inesse dubitationis, quin heres, quæ ipse vellet daret. Amentiæ[g] igitur fuisse, cùm heredi vellet cauere, id adscribere, quo non adscripto, nihilominus heredi caueretur. Quare hoc genere magnopere talibus in causis vti oportebit: si hoc modo scripsisset, isto verbo vsus non esset, non isto loco verbum istud collocasset. Nam ex his sententia scriptoris maximè perspicitur. Deinde quo tempore scriptum sit, quærendum est, vt[h], quod eum voluisse in eiusmodi tempore verisimile sit, intelligatur. Pòst ex deliberationis partibus, quid vtilius, & quid honestius, & illi ad scribendum, & his ad comprobandum sit, demonstrandum: & ex his, si quid amplificationis dabitur, communibus vtrumque[i] locis vti oportebit. 28¶ *Ex scripto & sententia* controuersia consistit, cùm alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, vtitur: alter ad id, quod scriptorẽ sensisse dicet, omnem adiungit[k] dictionem. *Scriptoris* autem *sententia* ab eo, qui sententia se defendet, tum semper ad idem spectare, & idem velle demonstrabitur: tum aut ex facto, aut ex euentu aliquo ad tempus id, quod instituit, accommodatur[l]. Semper ad idem spectare, hoc modo: Paterfamiliâs cùm liberorum nihil haberet, vxorem autem haberet, in testamento ita scripsit: SI[m] MIHI FILIVS GENITVS[n] PVERIT VNVS, PLVRESVE, IS MIHI HERES ESTO. Deinde quæ asserebant. Postea, SI FILIVS ANTE MORITVR, QVAM IN TVTELAM SVAM VENERIT[o], TV MIHI, DICEBAT, SECVNDVS HERES ESTO. Filius non est natus, ambigunt agnati cum eo, qui est hæres, si filius antè, quàm in suam tutelam veniat, mortuus sit. In hoc genere non potest hoc dici, ad tempus, aut ad euentum aliquem sententiam scriptoris oportere accommodari: propterea quòd ea sola demonstratur, qua fretus ille, qui contra scriptum dicet[p], suam esse hereditatem defendit. Alterum autem genus est eorum, qui sententiam inducunt, in quo non simplex voluntas scriptoris ostenditur, quæ in omne tempus, & in omne factũ idem valeat: sed ex quodam facto, aut euentu ad tempus interpretanda dicitur. Ea partibus iuridicialis assumtiuæ maximè sustinetur. Nam tum inducitur comparatio, vt[a] in eum, qui, cùm lex aperiri portas noctu vetaret, aperuit quodam ex bello, & auxilia quædam in oppidũ recepit, ne ab hostibus opprimerentur. si foris essent, quòd prope muros castra[b] hostes haberent. Tum relatio criminis, vt[c] in eo d, qui, cùm communis lex omnium hominem occidere[e] vetaret, tribunum militum[f] suum, qui vim sibi inferre conaretur[g] occidit. Tũ remotio criminis, vt in eo, qui, cùm lex, quibus dieb[o] in legationẽ proficiscerentur, præstituerat[h]: quia sũtum non dedit quæstor, profectus nõ est. Tum concessio per purgationem, &[i] per imprudentiam, vt[k] in vituli immolatione: & per vim, vt in naui[l] rostrata: & per casum, vt in[m] Eurotę fluminis magnitudine. Quare aut ita sententia inducetur, vt vnum quiddam voluisse scriptor demonstretur: aut sic, vt in eiusmodi re, & tempore hoc voluisse doceatur. Ergo is, *qui scriptum defendit*[n], his locis plerumque omnibus, maiore[o] autem parte semper poterit vti: Primùm scriptoris collaudatione, & loco communi, nihil eos, qui iudicent, nisi id, quod scriptum sit, spectare oportere: & hoc eo magis, si legitimum scriptum proferetur, id est, aut lex ipsa, aut[p] ex lege aliquid. Postea quod vehementissimum est, facti, aut intentionis aduersariorum cum ipso scripto cõtentione, quid scriptum sit, quid factum, quid iuratus iudex: quem locum multis modis variare oportebit. Tum ipsum secum admirantem, quidnam contrà dici possit: tum ad iudicis officium reuertentem, & ab eo quærentẽ, quid præterea audire, aut exspectare debeat: tum ipsum aduersarium, quasi[q] intentantis loco, producendo. hoc[r] interrogando, vtrùm scriptum neget esse eo modo, an ab se contrà factum esse, aut contrà contendi[s] neget: vtrum[t] negare ausus sit, se dicere desiturum. Si neutrum neget, & contrà tamen dicat: nihil[u] esse, quò hominem impudentiorem quis quam se visurum arbitretur. In hoc ita commorari conueniet, quasi præterea nihil dicẽdum sit, & quasi contrà[x] dici nihil possit, sæpe id, quod scriptum est, recitando. sæpe cum scripto factum aduersarij confligendo, atque interdum acriter ad iudicem ipsum reuertendo. Quo in loco iudici demonstrandum est, quid iuratus sit, quid sequi debeat: duabus de causis iudicem dubitare oportere, si aut scriptum sit obscurè, aut neget aliquid aduersarius. Cùm[y] & scriptum sit apertè, & aduersarius omnia confiteatur, tum iudicem legi parère, non interpretari legem oportere. Hoc loco confirmato, tum diluere ea, quæ contrà dici poterant[z], oportebit. Contrà autem dicetur, si aut prorsus aliud sensisse scriptor, & scripsisse aliud demonstrabitur, vt in illa de testamento, quam posuimus, controuersia, aut causa assumtiua inferetur, quamobrem scripto non potuerit, aut non oportuerit obtemperari. Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicetur, is[aa], qui scripto vtetur, hoc[bb] dicet, non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui, ne id facere possemus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis: multa incommoda consequi, si instituatur, vt à scripto recedatur. Nam & eos, qui aliquid scribant, non existimaturos, id, quod scripserint, ratum futurum: & eos, qui iudicent,

a L. possit d.
b Nullã esse administrationem nullámque esse exitum legis in meretrice publicanda quod aut nihil aliud significat quã, legem noluisse meretrices publicari, ne alioqui videretur aliquod ex meretricibus vectigal sperare.*
c L. & exitum legis facil.
d L. res vtilior.
e L. quod nos dicemus, h.
f L. esse dicemus.
g *al.* Amentiã igitur: vel, amẽtiis igitur.*
h L. vt, quid eum vel.
i *al.* vtrinque.
k *al.* adiũget.
l *al.* accõmodabitur.
m L. Si mihi filius genitur vnus, pl.
n *al.* Genitur ἀρχαϊκῶς, Antiquis enim genor pro gignor. Tantundem autẽ est genitur, atque genitus erit. Hìc tamen nonnulli legunt gignitur.
o L. venerit, nũ mihi ille secundus h e.
p L. dicit.

P. LXXVIII.
a L. vt in eo, qui.
b L. hostes castra hab.
c *al.* vt in eo milite, qui.
d Trebonio qui C. Clodiũ tribunũ vim sibi inferentem sustulit: meminit Cicero pro Milone: & Plutarchus in Mario.
e L. occidere vetet.
f *al.* militarem.*
g L. conabatur.
h *al.* præstituerat.
i *lib. v.* & per imprudentiã facti, vt in vit.
k De qua ante dictũ est.*
l Rhodiorum l. de quo suprà.
m Et hic quoque casus superius allatus est ac pertractatus.*
n *al.* defẽder.
o L. maiorem autem partem ‖ vt sit ὁ πλείσων, quo etiam vsus Cicero de perfecto oratore. Cæsar 4. de Bello Gallico: Lucretius 3 & 6.*
p L. aut aliquid ex lege.
q *al.* intẽdentis loco: *al.* quasi producendo.*
r L. hoc est inter.
s *al.* contendi posse putet: *al.* dici posse neget, *alii* expungunt hæc omnia aut contrà contendi neget.*
t L. vtrũcumque negare ausi.
u L. nihil esse, quòd hominem impud.
x L. nihil contrà dici p.
y *lib. v.* Cùm & scriptum apertè sit.
z *al.* poterant.

P. B.

aa *forte* is, qui scripto nititur.
bb L. hæc dicet.

a L. quod seq.

cent, certum, quid[a] sequantur, nihil habituros, si semel à scripto recedere consueuerint. Quòd si voluntas scriptoris conseruanda[b] sit, se, non aduersarios, à voluntate eius stare. Nam multò propiùs accedere ad scriptoris volũtatem eum, qui ex ipsius eam litteris interpretetur, quàm illum, qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet, quod ille suæ voluntatis quasi imaginem reliquerit, sed domesticis suspicionib. perscrutetur. Sin causam afferet is, qui à sententia stabit, primùm erit contrà dicendum: quàm[c] absurdum, nõ negare contra legẽ feciſſe, ſed quare fecerit, causam aliquã inuenire[d]. Deinde conuersa[e] omnia esse: antè solitos esse accusatores iudicibus persuadere, affinem esse alicuius culpæ eum, qui accusaretur: causam proferre, quæ eum ad peccandũ impulisset: nunc ipsum reum causam afferre, quare deliquerit. Deinde hanc inducere partitionem, cuius in singulas parteis multæ conuenient argumentationes. Primùm nulla in lege vllam causam contra scriptum accipi conuenire: Deinde si in ceteris legibus conueniat, hanc esse huiusmodi legẽ, vt in ea non oporteat: Proſtremò si in hac quoque lege oporteat, hanc quidem causam accipi minimè oportere. Prima pars his ferè locis confirmabitur, scriptori neque ingenium, neque operam, neque vllam facultatem defuisse, quò minùs posset[f] apertè perscribere id, quod cogitaret: non fuisse ei graue, nec difficile, eam causam excipere, quam aduersarij proferãt, si quicquam excipiendum putasset: consueuisse[g] eos, qui leges scribant, exceptionibus vti. Deinde oportet recitare leges cum exceptionibus scriptas, & maximè videre, si qua in ea ipsa lege, qua[h] de agitur, sit exceptio aliquo in capite, aut apud eundẽ legis scriptorẽ, quò magis eum probetur fuisse excepturum, si quid excipiendum putaret: & ostẽdere, causam accipere, nihil aliud esse, nisi legem tollere: ideò quòd, cùm semel causa consideretur, nihil attineat eam ex lege cõsiderare, quippe quæ in lege scripta non sit. Quod si sit institutum: omnibus causam[i] dari, & potestatem peccãdi, cùm intellexerint, vos ex ingenio eius, qui contra legem fecerit, nõ ex lege, in quã iurati sitis, rem iudicare. Deinde & ipsis iudicibus iudicandi, & ceteris ciuibus viuendi rationes perturbatum iri, si semel à legibus receſſum sit. Nam & iudices neque quid[k] sequãtur, habituros, si ab eo quod scriptum sit, recedant: neque[l], quo pacto aliis improbare possint, quod[m] contra legem iudicarint: & ceteros ciueis, quid agant, ignoraturos, si ex suo quisque consilio, & ex ea[n] ratione, quæ in mentem, aut in libidinem venerit, nõ ex communi præscripto ciuitatis vnamquamque rem administrabit. Postea quærere à iudicibus ipsis, quare in alienis detineantur negotiis: cur reip. munere impediantur, cùm sæpius suis rebus, & commodis seruire possint: cur in certa verba iurent: cur certo tempore conueniant, certo discedant: nihil quisquam afferat causæ, quò minùs frequenter operam reipub. det, nisi quæ[o] causa in lege excepta sit: an se legibus obstrictos in tantis molestiis esse æquum cẽseant, aduersarios nostros leges negligere concedant. Deinde item quærere ab iudicibus, si[p] eius rei [q] causam, propter quam se reus contra legem feciſſe dicat, exceptionem ipse in lege adscribat, passurine sint. Postea hoc, quod faciat, indignius & impudentius esse, quàm si adscribat. Age porrò, quid[a] si ipsi velint iudices adscribere? passurúsne sit populus? atque hoc esse indignius, quam rem verbo & litteris mutare non possint, eam re ipsa, & iudicio maximè commutare. Deinde indignum esse de lege aliquid derogari, aut [b]legem abrogari, aut aliqua ex parte commutari, cùm populo cognoscendi, & probandi, aut improbandi potestas nulla fiat: hoc ipsis iudicibus inuidiosissimum futurum, nõ hunc locum esse, neque hoc tempus legum corrigendarum: apud populum hoc, & per populum agi conuenire, quòd si nunc id agãt, velle se scire, qui lator[c] sit, qui sint accepturi: se d actiones videre, & dissuadere velle. Quòd si hæc cùm summè inutilia, tũ multò turpissima sint, legem, cuiusmodi[e] sit, in [f] præsentia conseruari à iudicibus: pòst, si displiceat, à populo corrigi cõuenire. Deinde, si scriptum non extaret, magnopere quæreremus: neque isti, ne si extra periculum quidem esset, crederemus. Nunc cùm scriptum sit, amentiam esse, eius, qui peccarit potiùs, quàm legis ipsius verba cognoscere. His, & huiusmodi rationibus ostenditur, causam extra scriptum accipi non oportere. Secũda pars est, in qua est ostendendum, si in ceteris legibus oporteat, in hac non oportere. Hoc demõstrabitur, si lex aut ad res maximas, vtilissimas, honestissimas, religiosissimas videbitur pertinere: aut inutile, aut turpe, aut nefas esse tali in re non diligentissimè legi obtemperare: aut [g] ita lex diligenter perscripta demõstrabitur[h], ita cautum vnaquaque de re, ita quod oportuerit, exceptum, vt minimè conueniat quidquam in tam diligẽti scriptura præteritum arbitrari. Tertius locus est ei, qui pro scripto dicet, maximè necessarius, per quem ostendat oportet, si i cõueniat causam contra scriptum accipi[k], eam tamen minimè oportere, quæ ab aduersariis afferatur[l]. Qui locus idcirco est huic necessarius, quòd semper is, qui contra scriptum dicit, æquitatis aliquid afferat oportet. Nam summa impudentia[m] est, eum, qui contra quod scriptum sit, aliquid probare velit, non æquitatis præsidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa quippiam accusator deroget, omnibus partibus iustiùs, & probabiliùs accusare videatur. Nam [n] superior oratio hoc omnis faciebat, vti iudices, etiam si nollent, necesse esset: hæc autem, etiam si necesse non esset, vt vellent contrà iudicare. Id autem fiet, si, quibus ex locis culpa [o] demonstrabitur non esse in eo, qui comparatione, aut remotione, aut relatione criminis, aut concessionis partibus se defendit, de quibus antè, vt potuimus, diligẽter perscripsimus: si [p] de his locis quæ res postulabit, ad causam aduersariorum improbandam transferemus: aut causæ & rationes afferentur, quare, & quo consilio ita sit in lege, aut in testamento scriptum, vt sententia quoque, & voluntate[q] scriptoris, non ipsa solùm scripturæ causa confirmatum[r] esse videatur. aut aliis quoque constitutionibus factum coarguetur. Contra scriptum autem qui dicet, primùm [s] eum inducet locũ, per quem æquitas causæ demonstretur: aut ostendet, quo animo, quo consilio, qua de causa fecerit: &, quamcunque causam assumet, assumtionis partibus se defendet, de quibus antè dictũ est. Atq; hoc in loco cùm diutius cõ-

b al. obseruanda.*

c al. absurdũ esse, non negare, &c.
d al. inuenire
e L. conuersa esse omnia.

f L. apertè posset.

g L. consueſſe eos, qui l. & ita l. v.
h lib. v. qua de agatur.

i L. dari causam.

P. LXXIX.

k al. quod sequantur, hab. l L. neq. quo pacto in aliis imp.
m al. quid.* n lib. v. sua.

o L. quæ causa lege excep.

p L. si eius causæ, propter q.
q al. causæ.*

a L. quid si velint ipsi.

b Hæc omnia aut legem abrogari, quibusdam desunt.*

c al. qui legis lator sit: al. qui lator legis.
d al. eas se actiones al. eã se rogationẽ al. eam se rationem.*
e L. cuius cuiusmodi sit, &c. al. cuiuscunque modi sit, al. cuicuimodi.
f al. conseruari in præs. à iud.

g L. aut si ita
h L. ostenderetur, ita c.

i lib. vulg. si eò veniat.
k al. accipere l lib. v. inferatur.

P. 2.

m lib. v. imprudentia sit eum qui cõtrà quàm scriptum sit, & ita l.

n L. Nam superior omnis oratio hoc facieb.

o al. culpa demonstrabitur esse in eo.

p L. si de iis locis.

q al. v oluntas.*
r al. Confirmata.*

s L. primùm inducet eum loc.

moratus, sui facti rationem, & æquitatem causæ exornauerit, tum ex his locis ferè contra aduersarios dicet oportere causas accipi. demonstrabit, nullam esse legem, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri velit: omnia supplicia, quæ à legibus proficiscatur[a], culpæ, ac malitiæ vindicandæ causa constituta esse. Scriptorem ipsum, si exsistat, factum hoc probaturum: & idem ipsum, si ei talis res accidisset, facturum fuisse: & ea re legis scriptorem certo ex ordine iudices, certa ætate præditos constituisse, vt essent, non qui scriptum suum recitarent, quod quiuis puer facere posset, sed qui [b] cogitationem [c] assequi possent, & voluntatem interpretari. Deinde illum scriptorem, si scripta sua stultis hominibus, & barbaris iudicibus committeret, omnia summa diligentia perscripturum fuisse: nunc verò, quòd intelligeret, quales viri iudicaturi essent, idcirco eum, quæ perspicua videret esse, non adscripsisse: neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes fore putauit. Postea quærere ab aduersariis, quid si hoc fecissem? quid si hoc accidisset? eorum aliquid, in quibus, aut causa sit honestissima, aut necessitudo certissima: túmne accusaretis? Atqui [d] lex nusquam excepit. Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caueri. Deinde nullam rem neque legibus, neque scriptura vlla, denique[e] ne in sermone quidé quotidiano, atque imperiis domesticis rectè posse administrari, si vnusquisque velit verba spectare, & non ad voluntatem eius, qui verba habuerit, accedere. Deinde ex vtilitatis & honestatis partibus ostendere, quàm inutile, aut quàm turpe sit id, quod aduersarij dicant fieri [f] oportuisse, aut oportere: & id, quod nos fecerimus, aut postulemus, quàm vtile, aut quàm honestum sit. Deinde[g] leges nobis caras esse non propter litteras, quæ tenues & obscuræ notæ [h] sint voluntatis, sed propter earum rerum, quibus [i] descriptum est, vtilitatem, & eorum, qui [k] scripserint, sapientiam & diligentiam. Posteà, quid sit lex, describere, vt ea videatur in [l] sententiis, non in verbis consistere: & iudex is videatur legi obtemperare, qui sententiam[m] eius, non qui scripturam sequatur. Deinde, quàm indignum sit, eodem affici supplicio eum, qui propter aliquod scelus & audaciam contra legem fecerit, & eum, qui honesta, aut necessaria de causa, non ab sententia, sed ab litteris legis recesserit: atque his, & huiusmodi rationibus, & accipi causam, & in hac lege accipi, & eam causam, quam ipse afferat, oportere accipere demonstrabit. Et quemadmodum ei [n] dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore vtilissimũ, si quid de æquitate ea, quæ cum aduersario staret, derogasset: sic huic, qui contra scriptũ dicet, plurimũ proderit, ex ipsa scriptura, aliquid ad suã causam cõuertere, aut ambiguè aliquid scriptum ostendere: Deinde ex illo ambiguo eam partem, quæ sibi prosit, defendere, aut verbi definitionem inducere, & illius verbi vim, quo vrgeri videatur, ad suæ causæ commodum traducere, aut ex scripto non [o] scriptum aliquod inducere per ratiocinationem, de qua pòst dicemus. Quacumque [p] autem in re, quamuis leuiter probabili, scripto ipso defenderit, etiam cùm æquitate causa abundabit, necessariò multùm profi-

a *lib. 1. proficiscuntur.*

b *fort.* cogitatione sententiam assequi poss.

c hoc est mẽtem legis.*

d L. Atqui hoc lex n. P. LXXX.

e L. denique ac ferm. q.

f L. fieri potuisse, aut oportuisse: & id, q.

g L. Deinde locus communis, leges nobis caras esse, &c. & ita *l. 1.*

h L. notæ sunt vol.

i *al.* quibus de reb. scr.

k L. qui scripserunt.

l Leges non verbis, sed rebus impositæ *l. 2. inst. Cod. comm. de legat.**

m adde l. 29. & l. 30. ff. de legibus.*

n *fort.* dicebamus, ei, qui à scr.

o L. non scriptũ aliquid, ind. *fort.* aliquid nõ scriptum ind.

p L. Quacumque autem in re scripto ipso quamuis leuiter prob. sed.

ciet, ideò quòd, si id, quo nititur aduersariorum causa, subduxerit, omnem illam eius vim, & acrimoniam lenierit, ac diluerit. Loci autem communes certis ex assumtionis partibus in vtramque partem conuenient. Præterea eius, qui à scripto dicet, leges ex se, non ex eius, qui contrà commiserit, vtilitate spectari oportere, & legibus antiquius haberi nihil oportere. Contra scriptum, leges in consilio scriptoris, & vtilitate communi, non in verbis consistere. Quàm indignum sit, æquitatem litteris vrgeri, quæ voluntate eius, qui scripserit, defendatur. 29 ¶ *Ex contrariis* autẽ *legibus* controuersia nascitur, cùm inter se duæ videntur leges, aut plures discrepare, hoc modo: Lex est, QVI TYRANNVM OCCIDERIT, OLYMPIONICARVM PRAEMIVM CAPITO, ET QVAM VOLET SIBI REM A MAGISTRATV DEPOSCITO, ET MAGISTRATVS EI CONCEDITO. Et altera lex, TYRANNO OCCISO, QVINQVE EIVS PROXIMOS COGNATIONE, MAGISTRATVS NECATO. Alexandrum[a], qui apud Pheræos in Thessalia tyrannidẽ occuparat, vxor sua, cui Thebe nomẽ fuit, noctu, cùm simul cubaret, occîdit. Hæc filium suum, quem ex tyranno habebat, sibi [b] præmij loco deposcit. Sunt qui ex lege puerum occîdi dicãt oportere. Res in iudicio est. In hoc genere vtramque[c] in partem iidem loci, atque eadem præcepta conuenient, ideò quòd vterque suam legem confirmare, contrariam infirmare debebit. Primùm igitur leges oportet contendere [d], considerando, vtra lex ad maiores, hoc est, ad vtiliores, ad honestiores ac magis necessarias res pertineat. Ex quo conficitur, vt, si leges duæ, aut [e] si plures, aut, quotquot erunt, conseruari non possint, quia discrepent inter sexea maximè cõseruanda putetur, quæ ad maximas res pertinere videatur. Deinde, vtra lex posteriùs lata sit. Nam postrema quæque grauissima est. Deinde vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. Nam id, quod [f] imperatur[g], necessariũ: illud, quod permittitur, voluntariũ est. Deinde[h] in vtra lege, si non obtemperatum sit, pœnai afficiatur, aut in vtra maior pœna statuatur. Nam maximè conseruanda est ea, quæ[k] diligentissima, & sancta[l] est. Deinde vtra lex iubeat, vtra vetet. Nã sæpe ea, quæ vetat, quasi exceptione quadam corrigere videtur illã, quæ iubet. Deinde vtra lex de genere omni, vtra de parte quadã: vtra cõmuniter in plureis, vtra in aliquã certam rem scripta videatur. Nam quę in partem aliquam, & quę in certam quandam rem scripta est, promtiùs [m] ad causam accedere videtur, & [n] ad iudicium magis pertinere. Deinde ex lege vtrùm statim fieri necesse sit: vtrùm [o] habeat aliquam moram, & sustentationem. Nam id, quod statim faciendum sit, perfici prius oportet: Deinde operam dare, vt sua lex ipso scripto videatur [p] niti. Contraria autem aut per ambiguum, aut per ratiocinationem, aut per definitionem induci, quò sanctius & firmius id videatur esse, quod apertius descriptum [q] sit: Deinde suæ legis ad scriptum [r], ipsam sententiam quoque adiungere, cõtrariam legem item ad aliam sententiam traducere, vt, si fieri poterit, ne discrepare quidem videantur [s] inter se: Postremò facere, si causa dabit [t] facultatem, vt nostra ratione vtraque lex conseruari videatur: & aduer-

P. B.

a Huius etiã meminit Cicero 2. de officiis.*

b *al.* sibi in præmii locum, *al.* in præmium.

c L. in vtramque partem.

d *fort.* inter se contendere.

e L. aut plures.

f *fort.* id, quod iubetur, necess.

g adde l. legis virtus. ff. de legibus.*

h L. Deinde vtra l.

i l. pœna statuatur, aut vtra.

k L. quæ diligentissimè sancta est, & *ita l. v.*

l *al.* sanctissima, *al.* sancita, sed hîc sancta, idem quod sancita.

m L. propiùs ad caus.

n L. & magis ad iud. pert.

o L. an habeat al.

p *fort.* niti videatur.

q L. scriptum sit

r L. ad scriptum ipsum sententiam quoque adiung.

s *fort.* inter se videantur.

t L. facultatẽ dabit, vt a-

aduersariorum ratione, altera sit necessariò negligenda. Locos autem communeis,& quos ipsa caua det, videre[a] oportebit, & ex vtilitatis & honestatis amplissimis partibus sumere,demonstrantem per amplificationem, ad vtram potius legem accedere oporteat.

30 ¶*Ex ratiocinatione* nascitur controuersia, cùm ex eo, quod vspiam est, ad id, quod nusquam scriptum est,peruenitur,hoc pacto: Lex est, SI[b] FVRIOSVS EST[c], AGNATORVM, GENTILIVM QVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Et lex, PATERFAMILIAS[d] VTI[e] SVPER FAMILIA, PECVNIAQVE SVA LEGAVERIT, ITA IVS ESTO. Et lex[f], SI[g] PATERFAMILIAS INTESTATO MORITVR, FAMILIA, PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM[h], GENTILIVMQVE ESTO. Quidam iudicatus est parétem occidisse.ei statim,quòd[i] effugiendi potestas non fuit,ligneę soleæ in[k] pedes inductæ sunt: os autem obuolutum est folliculo [l], & præligatum: deinde est in carcerē deductus, vt ibi esset tantisper,dum culeus,in quem coniectus in profluentem deferretur,compararetur.Interea quidam eius familiares in carcerem tabulas afferunt, & testeis adducunt. Heredes, quos ipse iubet,scribunt:tabulæ obsignantur. De illo pòst supplicium sumitur.Inter eos,qui heredes in tabulis scripti sunt, & inter agnatos,de hereditate controuersia est. Hîc certa lex,quę testamenti faciendi iis[m],qui in eo loco sint[n], adimat potestatem, nulla profertur. Ex ceteris legibus,& quæ hunc ipsum supplicio huiusmodi afficiunt, &quæ ad testamenti faciendi potestatem pertinent,per ratiocinationem veniendum est ad eiusmodi ratiōē, vt quæratur, habuerītne testamenti faciendi potestatem. Locos[o] autem in hoc genere argumentandi,hos, & huiusmodi quosdam esse arbitramur.Primùm, eius scripti, quod proferas, laudationem & confirmationem: Deinde eius rei, qua de quæratur[p], cum eo, de quo constat, collationem eiusmodi, vt id, de quo quæritur, rei[q], de qua constet, simile esse videatur.Postea admirationem[r] per contatione.quî fieri possit,vt,qui hoc æquum esse concedat,illud neget,quod aut æquius.aut eodem sit in genere: Deinde idcirco de hac re nihil esse scriptum, quòd, cùm de illa esset scriptū, de hac re is,qui scribebat, neminem dubiturum arbitratus sit: Postea multis in legibus multa esse prætérita, quæ idcirco prætérita nemo[s] arbitretur, quòd ex ceteris, de quibus scriptum sit,intelligi possint: Deinde æquitas rei demonstranda est, vt in iuridiciali absoluta. Contrà autem qui dicet, similitudinem infirmare debebit: quod faciet,si demonstrabit,illud, quod conferatur,ab eo, cui conferatur, diuersum esse genere,natura,vi,magnitudine,tempore,loco, persona, opinione: si, quo in numero illud, quod per similitudinē affertur,& quo in loco illud,cuius causa affertur, haberi conueniat, ostendetur : Deinde, quid res[t] cum re differat,demonstrabitur, vt non idem videatur de vtraque existimari oportere. Ac, si ipse quoque poterit ratiocinationibus vti,iisdem[u] ratiocinationibus, quibus[x] antè prædictum est,vtetur : si non poterit, negabit oportere quidquam, nisi quod scriptum sit, considerare : periclitari omnia iura,si similitudines accipiantur : nihil[y] esse penè, quod non alteri simile esse videatur: multis[a] dissimilibus rebus, in vnamquamque rem tantùm singulas esse leges : omnia posse inter se vel similia,vel dissimilia demonstrari.Loci communes à ratiocinatione,oportere cōiectura ex eo,quod scriptum sit,ad id,quod non scriptum sit,peruenire:& neminem[b] posse omneis res per scripturam amplecti,sed eū commodissimè scribere,qui curet,vt quędam ex quibusdam intelligantur. Contra ratiocinationem, huiusce modi[c]: coniecturam diuinationem esse,& stulti scriptoris esse, nō posse omnibus de rebus cauere,quibus velit.

31 ¶Definitio est,cùm in scripto verbum aliquod est positum, cuius de vi quæritur, hoc modo[d]: Lex,[e] QVI IN ADVERSA TEMPESTATE NAVIM RELIQVERINT, OMNIA AMITTVNTO: EORVM NAVIS ET ONERA SVNTO, QVI IN NAVI REMANSERINT. Duo quidam, cùm iam in alto nauigarent, & eorum alterius nauis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem, & manus ad se tendētem animaduerterunt : misericordia commoti, nauim ad eum applicauerunt[f]: hominem ad se fustulerunt. Posteaᵍ aliquanto,ipsos quoque tempestas vehementiùs iactare cœpit,vsque adeò,vt dominus nauis,cùm idem gubernator esset,in scapham confugeret, & inde funiculo, qui à puppi religatus scapham[h] annexam trahebat, nauim, quoad posset, moderaretur: ille autē, cuius merces erant,in gladium in naui ibidem incumberet.Hîc ille naufragus ad gubernaculum accessit,& naui,quoad potuit,est opitulatus.Sedaīs autem fluctibus,& tempestate iam commutata, nauis in portum prouehitur. Ille autem,qui in gladium incubuerat,leuiter saucius facilè est ex vulnere recreatus.Nauim cū onere , horum trium suam quisque esse dicit. Hinc[i] omnes scripto ad causam accedūt, & ex nominis vi nascitur controuersia. Nam & relinquere nauē[k],& remanere in naui,denique nauis ipsa quid sit, definitionibus quæritur. Iisdem autem ex locis omnibus, quibus definitiua constitutio,tractabitur.

32 ¶NVNC, expositis iis argumentationibus, quæ in iudiciale causarum genus accommodantur , deinceps in deliberatiuum genus & demonstratiuum , argumentandi locos & præcepta dabimus, non[l] quò non in aliqua cōstitutione omnis semper causa versetur,sed quia proprij tātum harum causarum quidam loci sunt, non à constitutione separati. sed ad fineis horum generum accommodati.Nā placet,in[m] iudiciali genere finem esse æquitatem, hoc est, partem quandam honestatis In deliberatiuo autem Aristoteli placet vtilitatem, nobis & honestatem.& vtilitatem. In demōstratiuo autē,honestatem. Quare in hoc quoque genere causæ quædam argumentationes communiter, ac similiter tractabuntur : quædam seperatiùs[n] ad finē, quò referri omnem rationem oportet.adiungentur. Atque vnusquisque constitutionis exemplum supponere non grauaremur, nisi illud videremus, quemadmodum res obscuræ,dicendo fierent apertiores:ficres apertas,obscurio res fieri oratione. 33 ¶Nunc *ad deliberationis* præcepta pergamus. RERVM expetēdarum tria genera sunt.Par autem numerus vitan darumex contraria parte. Nam est quiddam, quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento ea-

a L. oportebit videre, b dixi de hac lege ad leges. XII. tabularum *titulo de Tutelis.**
c *al.* exiſtit, *ut libro 1. ad Herennium supra.**
d *supra libro 1. ad Herennium dixi quoque ad* P. LXXXI. *leges XII. Tabularum Titulo de testamentis & legatis.**
e L. vti legassit,suæ familiæ, pecuniæ q. suæ, ita &c.
f L. Si paterfamiliās intestatus mor.
g Idem *supra libro 1. ad Herennium dixi plenius ad eosdem leges. XII. Tabularum titulo de hæreditate ab intestato. C. de legitima agnatorum successione.**
h extat huius legis fragmentum *in l. sæpe 53. ff. de verborum significat.**
i *forte legendum*, quo effugiendi potestas non esset.*
k *al.* in pedes inditæ sunt: ¶ *al.* indutæ, *al.* ligneæ soleæ pedes inducti vt *ligneæ soleæ* numeri sit singularis.*
l *al.* folliculo lupino *supra libro 1. de inuentione.**
m *hoc totum*, iis, qui in eo loco sint, *abest à v.c.*
n L. sunt,
o L. locos autem communeis in hoc
p L. quæritur,
q *al.* ei, de quo constet,
r L. admirationem cum percunctatione,
s L. nemo nō arbitr.
t *forte.* res à re diff.
v L. iis rat.
x L. quibus antè dictum est, *&c. & ita Rob. Steph. lib. v. tamen*, prædictum est.
y L. nihil pæ ac esse, q.

a *lib. v.* multis de diſsimilibus reb. P. B.
b *l. nō possunt. ff. de legibus.**
c L. huiusmodi
d L. lex est,
e *vide 1. ad Herennium.**
f *al.* applicuerunt: *l. v.* applicarunt:
g L. Post aliquanto,
h huiusmodi funiculus scaphæ esse videtur. *arg. l. scapham 44. ff. de euictionibus.**
i L. Hîc omnes
k L. nauim,
l *al.* nō quòd
m Finis iudicialis generis æquitas seu honestum: deliberatiui, vtilitas & honestas: demonstratiui honestas.*
n *al.* seperatim.*

ptans aliquo,sed trahens sua dignitate: quod genus, virtus, scientia, veritas est. Aliud autem non propter suam vim & naturam, sed propter fructum, atque vtilitatem, petendum[a]: quod[b] genus, pecunia est. Est porrò quiddam ex horum partibus iunctum, quod[c] & sua vi, & dignitate nos inductos[d] ducit, &[e] præ se gerit quandam vtilitatem, quò magis expetatur, vt amicitia, bona existimatio. Atque ex his horum contraria facilè, tacentibus nobis, intelligentur. Sed vt expeditiùs ratio tradatur, ea[f], quæ posuimus, breuiùs nominabuntur. Nã in primo genere quæ sunt, honesta appellabuntur. Quæ autem in secundo, vtilia. Hæc autem tertia, quia[h] partem honestatis continẽt, & quia maior est vis honestatis, iunctæ resomnino ex duplici genere intelligentur: sed in meliorem partem vocabuli conferantur, & honesta nominentur. Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes sint, honestas & vtilitas: vitandarum, turpitudo & inutilitas. His igitur duabus rebus duæ res grandes sunt attributæ, necessitudo, & affectio: quarum altera ex vi, altera ex re & personis consideratur. De vtraque pòst apertiùs perscribemus.

34 ¶Nunc *honestatis* rationes primùm explicemus. Quod autem totum, aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. Quare cùm eius duæ partes sint, quarum altera simplex, altera iuncta sit, simplicẽ priùs consideremus. Est igitur in eo genere omneis res vna vi, atque vno nomine amplexa virtus. Nam *virtus*, est animi habitus naturæ[i] modo, rationi cõsentaneus. Quamobrem omnibus eius partib. cognitis, tota vis erit simplicis honestatis cõsiderata. Habet igitur parteis quattuor: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. 35 ¶*Prudentia*, est rerum bonarum[k], & malarũ, & vtrarumq. scientia. Partes eius, memoria, intelligentia, prouidentia. *Memoria* est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. *Intelligentia* est, per quam ea perspicit, quæ sunt. *Prouidentia* est, per quam futurum aliquid videtur antè quàm factũ sit.

36 ¶*Iustitia*, est habitus animi, communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est ab natura profectum: deinde quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt: postea res &[l] ab natura profectas, & ab consuetudine probatas, legum metus, & religio sanxit. *Natura*[m] ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit[n], vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. *Religio* est, quæ superioris cuiusdam naturæ (quam diuinam vocant) curam, cæremoniámque affert. *Pietas*, per[o] quam sanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. *Gratia*, in qua amicitiarum, & officiorum, alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. *Vindicatio* est, per quam vis & iniuria, & omnino omne, quod obfuturum est, defendẽdo, aut vleiscẽdo propulsatur. *Obseruantia* est, per quam homines aliqua dignitate antecedẽtes, cultu quodam, & honore dignantur. *Veritas* est, per quam immutata[p] ea, quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. *Consuetudine ius* est, quod aut leuiter à natura tractum aluit, & maius fecit vsus, vt religionem: aut siquid eorum, quæ antè diximus, ab[q] natura profectum, maius factum propter consuetudinem videmus, aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit[a]: quod genus, pactum, par, iudicatum. *Pactum* est, quod inter aliquos cõuẽnit. *Par*, quod inter omneis equabile est. *Iudicatum*, de quo alicuius, aut aliquorum iam sententiis cõstitutum est. *Lege ius* est, quod in eo scripto, quod populo expositum est, vt obseruet, continetur. 37 ¶Fortitudo, est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Eius partes, magnificẽtia, fidentia, patientia, perseuerantia. *Magnificentia*, est rerum magnarum, & excelsarum cum animi ampla quadam, & splendida propositione agitatio, atque administratio. *Fidentia* est, per quam magnis & honestis in rebus multũ ipse animus in se fiducię certa cum spe collocauit. *Patientia*, est honestatis, aut vtilitatis causa, rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio. *Perseuerantia*, est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permãsio. 38 ¶Temperantia, est rationis in libidinẽ, atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. Eius partes sunt, continentia, clementia, modestia. *Continentia* est, per quam cupiditas, consilij gubernatione regitur. *Clemẽtia*, per quam animi temere in[b] odium alicuius inuectionis[c] cõcitati, comitate retinentur. *Modestia*, per quam pudor honestus, claram & stabilem cõparat auctoritatẽ. Atque hæc omnia propter se solùm, vt nihil adiungatur emolumenti petẽda sunt. Quod vt demonstretur, neque ad hoc nostrũ institutum pertinet, & à breuitate præcipiendi remotum est. Propter se autem vitanda sunt, non ea modò, quæ his contraria sunt, vt fortitudini ignauia, &[d] iustitiæ iniustitia: verùm etiam illa, quæ propinqua[e] videntur & finitima esse, absunt autem lõgissimè: quod genus, fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est. Audacia non cõtrarium, sed appositum[f] est, ac propinquum, & tamen vitium est. Sic vnicuique virtuti finitimum vitiũ reperietur, aut certo iam nomine appellatum: vt audacia, quæ fidentiæ: pertinacia, quæ perseuerantiæ finitima est: superstitio, quæ religioni propinqua est: aut sine vllo certo nomine. Quæ omnia item vti contraria rerum bonarum, in rebus vitãdis reponemus[g]. Ac de eo quidem genere honestatis, quod omni ex parte propter se petitur, satis dictum est.

39 ¶Nunc de eo, in quo *vtilitas* quoque adiungitur, quod tamen honestum vocamus. dicendũ videtur. Sunt igitur multa, quæ nos cùm dignitate, tum fructu quoque suo ducunt[h] ad se: quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. *Gloria*, est frequẽs de aliquo fama cum laude. *Dignitas*, alicuius honestas[i], & cultu, & honore, & verecundia digna auctoritas. *Amplitudo*[k], potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundãtia. *Amicitia*, voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate. Hîc, quia de ciuilibus causis loquimur, fructus ad amicitiam adiungimus: vt eorum quoque causa petenda videatur: ne fortè qui nos de omni amicitia dicere existimant, reprehendere incipiant. quanquam sunt qui propter vtilitatem modò petendam putant amicitiam: sunt qui propter se solùm: sunt qui propter se, & vtilitatem: quorum quid verissimè cõstituatur, alius[l] locus erit considerãdus. Nũc hoc sic ad vsum oratorium relinquatur, vtramque

a *al.* expetendum:
b L. quod genus pecunia: L. ſt
c L. quod & sua dignitate nos ducit, &
d L. *de ea* vocem, inductos,
e L. & quãd. vtil. præ se gerit,
f L. ea, quæ proposuimus,
g *al.* breuiter: *sed* breui *habent omnes libri manuscr.*
h L. quia partem honestatis, & vtilitatis cont. *& ita Carol. Steph. fort.* quia parteis
i *al.* naturæ, modo, rationi cons. *al.* nãturæ modo, atque rat. cons.
k L. bonarũ, & malarum, neutrarúmque sc.
l L. & à nat. prof. & à cõs.
m *al.* Naturæ ius est,
n L. insecuit,
o L. per quã patriæ, sanguinéque cõiunctis benivolentia; officium, & dil. tr. cult.
p *id est*, non mutata
q L. à nat. prof.
a *al.* produxit, *vel*, protexit*
b L. in odiũ alicuius inferioris cõc.
c *al.* iniectionis: *al.* inferioris vt suprà dictum est, *al.* inuectio concitata *
d L. *dele copulam*, &
e L. propinqua & finitima videntur esse,
f *al.* oppositum est, *non placet.* L. appositum, ac propinquum, & tamen vitium. §.
g L. reponãtur.
h L. ducunt: quo in g.
i *al.* honeſti
k L. Amplitudo, est p.
l L. alius locus erit considerandi,

vtramque[a] propter rem amicitiam esse expetendam. Amicitiarum autem ratio, quoniam partim sunt religionibus iunctæ, partim non sunt: & quia partim veteres[b] sunt, partim nouę, partim ab illorū, partim ab nostro beneficio profectæ, partim vtiliores, partim minùs vtiles: ex causarum dignitatibus, ex temporū opportunitatibus, ex officiis, ex religionibus, ex vetustatibus habebitur. 40 ¶ *Vtilitas* autem aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus: quarum tamen rerū multò maxima pars ad corporis commodum reuertitur, vt in republica quędam sunt, quæ (vt sic dicā) ad corpus pertinēt ciuitatis, vt agri, portus, pecunia, classes, nautæ, milites, socij: quibus rebus incolumitatem, ac libertatem retinēt ciuitates: Alia verò quæ iam quiddam magis amplum, & minus necessariū conficiunt, vt vrbis egregia exornatio, atque amplitudo, vt quædā excellens pecuniæ magnitudo, amicitiarum associetatum multitudo. Quibus rebus nō illud solùm cōficitur, vt saluæ & incolumes, verùm etiam, vt amplæ, atque potentes sint ciuitates. Quare vtilitatis duæ partes videntur esse, incolumitas, & potentia. *Incolumitas*, est salutis tuta, atque integra cōseruatio. *Potentia*, est ad sua conseruanda, & alterius obtinēda, idonearum rerum facultas. Atque in iis omnibus, quę antè dicta sunt, quid[c] difficulter fieri, & quid facilè fieri possit, oportet considerare. *Facilè* fieri id dicimus, quod sine magno, aut sine vllo labore, sumtu, molestia, quàm breuissimo tempore confici potest. *Difficile* autem fieri, quod quamquam laboris, sumtus, molestiæ, longinquitatis indiget, atque aut omneis, aut plurimas, aut maximas causas habet difficultatis: tamen his[d] susceptis difficultatibus, cōpleri, atque ad exitū perduci potest. 41 ¶ Quoniā ergo de honestate, & de vtilitate diximus, nunc restat, vt de iis rebus, quas his attributas esse dicebamus, *necessitudine & affectione* perscribamus. Puto igitur esse hanc *necessitudinem*[e], cui nulla vi resisti potest: quæ neque mutari, neque leniri potest. Atque, vt apertiùs hoc sit, exemplis licet vim rei, qualis & quanta sit, cognoscamus. Vri posse flamma ligneam[f] materiam necesse est. Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est: atque ita necesse, vt vis ea postulat, quam modo describebamus, necessitudinis: cui nulla vi resisti potest, quæ neque mutari, neque leniri potest. Huiusmodi necessitudines, cùm in dicendi rationes incidunt, rectè necessitudines appellabūtur. Sin aliquæ res incident difficiles, in illa superiori, possitne fieri, quæstione considerabimus. Atque etiam[g] hoc mihi videor videre, esse quasdam cū adiunctione necessitudines, quasdam simpliceis & absolutas. Nam aliter dicere solemus, necesse est Cassilinēseis[h] se dedere Annibali: aliter autem, necesse est Cassilinum[i] venire in Annibalis potestatem. illic in superiore adiunctio est hæc, nisi malint fame perire. si enim id malunt, non est necesse. Hoc[k] inferius non item, propterea quòd siue velint Cassilinenses se dedere, siue famem perpeti, atque ita perire, necesse est Cassilinū venire in Annibalis potestatem. Quid igitur perficere potest hæc necessitudinis distributio? Propè dicam, plurimùm, cùm is locus necessitudinis videbitur incurrere. Nam cùm simplex erit necessitudo, nihil erit quòd multa dicamus, cùm eam nulla ratione lenire possimus. Cùm autē ita necesse erit, vt aliquid effugere, aut adipisci velimus, tum adiunctio illa, quid habeat vtilitatis, aut[a] quid honestatis, erit considerandum. Nam si velis attendere, ita tamen, vt id quæras, quod conueniat ad vsum ciuitatis, reperias nullam esse rem, quam facere necesse sit, nisi propter aliquam causam, quam adiunctionem nominamus. Pariter[b] autem inuenias esse multas res necessitudinis, ad quas similis adiunctio non[c] accedit. Quod genus, vt[d] homines mortaleis necesse est interire, sine adiunctione: vt cibo vtantur, non necesse est, nisi cum illa exceptione, [c] EXTRA[f] QVAM, SI nolint fame perire. Ergo, vt dixi, illud, quod adiungitur, semper, cuiusmodi sit, erit cōsiderandum. Nam omni tempore id[g] pertinebit, vt aut ad honestatem hoc modo exponenda necessitudo sit: necesse est hoc faciamus, si honestè volumus viuere: aut ad incolumitatem, hoc modo: necesse est, si incolumes volumus esse: aut ad commoditatem, hoc modo: necesse est, si sine incommodo volumus viuere. Ac summa quidem necessitudo videtur esse honestatis: huic proxima, incolumitatis: tertia ac leuissima, commoditatis: quæ[h] cum his duabus numquam poterit contendere. Hasce[i] autem inter se sæpe necesse est comparari, vt, quamquam præstet honestas incolumitati, tamen[k], vtri potissimùm consulendum sit, deliberetur. Cuius rei certum[l] quiddam præscriptum videtur in perpetuum dari posse. Nam, qua in re fieri poterit, vt, cùm incolumitati consuluerimus, quod sit in præsentia de honestate delibatum[m], virtute aliquando, & industria recuperetur, incolumitatis ratio videbitur habenda: cùm autem id non poterit, honestatis. Ita in eiusmodi quoque re, cùm incolumitati videbimur cōsulere, verè poterimus dicere, nos honestatis rationem habere, quoniam sine incolumitate eam nullo tempore possumus adipisci. Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, & in præsentia quiescere, atque aliud tempus exspectare oportebit. In commoditatis verò ratione, modò illud attendatur, dignáne causa videatur ea, quę ad vtilitatem pertinebit, quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam[n] derogetur. Atque in hoc loco mihi caput illud videtur esse, vt quæramus, quid sit illud, quod si adipisci, aut effugere velimus, aliqua res nobis sit necessaria, hoc est, quæ sit adiunctio, vt proinde, vti quæque res erit, laboremus, & grauissimam quamque causam vehementissimè necessariam iudicemus. 42 ¶ *Affectio*, est quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut[o] administratione, aut studio hominum, commutatio rerum, vt non tales, quales antè habitæ sint, aut plerumque haberi soleant, habendæ videantur esse: vt ad hosteis transire turpe videtur esse: at non illo animo, quo Vlysses transiit: & pecuniam in mare deiicere, inutile: at non eo cōsilio, quo[p] Aristippus fecit. Sunt igitur res quædam ex tempore, & ex consilio, non ex sua natura cōsiderandæ: quibus in omnibus, quid tempora petāt, aut quid personis dignum sit, considerādum est: & non quid, sed quo quidque animo, quicum, quo tempore, quandiu fiat, attendendum est. His ex partibus ad sententiam dicendam, locos sumi oportere arbitramur.

43 ¶ Laudes autē, & vituperationes ex his locis

a L. propter vtramque rē

b al. sunt veteres, p.

c al. quid difficilè

d L. his difficult. susceptis

e Necessitudo idē quod necessitas: & suauitudo & suauitas: sanctitudo, sanctitas: acritudo, acritas. Necessitudo tamen quibusdam dicitur ius coniunctionis: vt & necessitas vt notat Gell. 13. c. 3.

f v. eod. lignea materia.

g al. hoc etiam

h L. Cassilinenseis, & ita infra d

i L. Cassilinum, infra a & ita

k al. In hoc inferiore

a al. aut honestatis,

b L. Præterhas autem, inu. es. multas necessitudines, ad q. al. Præterhæc autem inuenias esse m. res necessitudinis, &c. & ita Steph. & Paul. Manu.

c hæc particula negationis, quibusdam deest.*

d L. vt homines mortales intereant, ne cesse est sine adiunct.

e L. extra quam, si velint fame perire.

f Extra quā, si nolint, id est, nisi velint sic suprà, vbi de translatiua constitutione agitur, similis formula exceptionis occurrit, Extra quàm in reū capitis prælidicīū fiat.*

g L. id pertinebit aut ad honestatē vt hoc mod. exp.

h L. quæ cū his numquā poterit duabus cont. & ita lib. ver.

i L. Hasce autem sæpe necesse est inter se compr.

k malim legi, tamen, vtrī potius cons.

l L. certum quoddam præsc.

m L. delibratum, [vt suprà lectū est ea parte qua de præmio, & vbi de pœna agitur: sed tamen hīc delibatū, quod fortasse certius est, nihil aliud quàm deminutum: sic legatum, hereditatis delibatio dicitur in l. legatum. 11 6. ff. de legat. 3.

n L. quidquam

o L. aut ex administr. aut ex hominum studio,

p L. quo Aristippus deiecit. & ita ib. ver.

sumentur, qui loci personis sunt attributi, de quibus antè dictum est. Sin distributiùs tractare quis volet: partiatur in animum, & corpus, &[a] extrarias res licebit. *Animi* est, *virtus*, cuius de partibus paullò antè dictum est: *Corporis*, valetudo, dignitas, vires, velocitas. *Extraneæ*[b] honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, &[c] cetera, quæ similia esse in genere intelligentur. Atque in his, id, quod in omnia valet, valere oportebit: contraria quoque, & que, & qualia sint, intelligentur. Videre autem in laudando & in vituperando oportebit, non tam quæ in corpore, aut in extraneis rebus habuerit is, de quo agetur, quàm quo pacto his rebus vsus sit. Nam fortunam quidem & laudare, stultitia, & vituperare, superbia est. Animi autem, & laus honesta, & vituperatio vehemens est.

44 ¶Nunc quoniam omne in causæ genus argumentandi ratio tradita est, de inuentione, prima ac maxima parte rhetoricæ, satis dictum videtur. Quare quoniam & vna pars ad[d] exitum hunc ab superiore libro perducta est, & hic liber non parum continet litterarum, quæ restant, in reliquis[e] dicemus.

a *al.* & extraneas. *lib. v.* extrarias

b *lib. v.* Extrariæ, honos, &c. L. Extraneæ, honos, &c.

c L. & cetera,

d L. ad exitum hoc, & superiore lib.

e videtur ex hoc loco posse colligi Ciceronem plures de inuentione libros scripsisse.*

M. TVLLII CICERONIS AD Q. FRATREM DIALOGI TRES DE ORATORE.

DIALOGVS, SEV LIB. I.

Q. MVC. SCÆVVLA: L. CRASSVS: M. ANTONIVS: P. SVLPICIVS: C. COTTA.

Synopsis libri primi de Oratore.

¶*Se in suo hoc otio ad scribendum conferre velle.* 2 *& quidem de omni ratione dicendi, atque adeò arte scribere.* 3 *se interea mirari, quòd tam pauci oratores: atque adeò plures imperatores, philosophi, Mathematici, Musici, Grammatici, poetæ plures sint, quàm oratores.* 4 *Idque eò magis se mirari, quod eloquentiæ vsus in medio sit positus, summa delectatio, summa præmia.* 5 *Causam hanc vnam sibi videri, artis oratoriæ incredibilem magnitudinem & difficultatem. In oratore enim requiri plurimarum rerũ scientiam, verborum electionem & constructionem, lepórem, vim mouendi, historiæ, iurisque cognitionem, actionem oratoriam, memoriam.* 6 *Vt hæc ita sint, se de ea tantùm dicendi parte, quæ in forensibus disceptationibus versetur, dicturum: non ex Græcorum præceptis: sed quæ acceperit à Cotta, quondam in elegantissimorum & ornatissimorum principum Romanorum disputatione in Tusculano tractata.* 7 *L. Crassi, Q. Mucij Scæuolæ, M. Antonij, C. Cottæ, P. Sulpicij.* 8 *Scæuulam disputationis illius initium seciſſe, ad consedendum inuitasse.* 9 *Crassum de studio dicendi sermonem intulisse. Nihil præstabilius, nihil tam admirabile, iucundum cognitu atque auditu, potens, magnificum, regium, liberale, munificum, necessarium, iucundius, magis propriũm humani ati esse, quàm eloquentiam: Eloquentia vna nos præstare brutis: Dispersos homines ab agresti vita ad humanum cultum & eosdem deductos: oratoris moderatione vel vniuersæ Reipublicæ salutem maximè contineri.* 10 *Contrà Scæuulam, prudentiam consiliis vrbes constitutas: non disertorum orationem. imò euersas potiùs: Cæteras disciplinas etiam sine eloquentia posse consistere putà Pythagoreorum, Democriticorum, Socraticorum, Academicorum, Stoicorum, Peripateticorum, Mathematicorum, Grammaticorum, Musicorum. Munus hoc tantùm esse, vt prudentibus disertè, stultis, etiam verè dicat.* 11 *Tum Crassum, Græcis quidem ita videri philosophis sed eis, si velint ornatè dicere, ad oratoris facultatem necessariò confugiendum. Itaque oratoris esse quæcunque de re, prudenter compositè, ornatè, & memoriter dicere: se id & ornatius & melius, quàm illi ipsi, quorum sunt eæ artes, aut à quibus, id de quo agitur, verbi gratia, à C. Mario de re militari: à Sexto Pompeio de philosophia didicerit: Ad summam, oratorem non esse qui non sit omnibus iis artibus, quæ sunt libero homine dignæ perpolitus.* 12 *Tum Scæuulam Id vel Apollonio Rhodio, vel Crassõ oratori summo, rem autem & veritatem ipsam aliam videri:* 13 *Tum Crassum, eam ita esse: & ea omnia studio magis parari posse.* 14 *Tum Antonium. Idem sibi videri, oratorem locupletiorem fore, si his omnibus sit ornatus, sed & difficile factu, & consuetudini populariter dicendi repugnare. Acsi Mnesarcho, Carneadi, Menedemo Athenien sibus credatur, aut nullam esse artem dicendi: aut sane à philosophia petendam.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. *Ab his primæ partes disputandi Crassõ demandantur.* 24. *Tum Crassus. Dicendi nullam aut pertenuem artem sibi videri.* 25. 26. 27. 28. 29. 30. *Naturam atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Permulta esse, quæ orator, nisi à natura habeat, non multum à magistro adiuuetur: Natura sine arte quosdam dicendo laudem consecutos: in his Cœlium & Varium fuisse. Qui optimè dicant in exordienda oratione perturbari & exalbescere.* 31. 32. 33. *Caput artis esse, decere, seu decorum.* 34. 35. 36. *Studium & ardorem amoris ad hoc studium afferri oportere.* 37 *In his ferè artificialis eloquentiæ doctrinam versari, vt intelligamus quod sit ora-*

sit oratoris officium: quæ materia, quot genera causarum: quæ oratoriæ facultatis, quæ orationis partes: quæ verborum & sententiarum figura. Hæc omnia in præceptis consistere. Sic, esse non eloquentiam ex artificio sed artificium ex eloquentia. His exercitationem adiungendam esse. 38. 39 in qua linguam ipsam & vocem exerceamus themate aliquo nobis ficto atque proposito: sed & plurimum scribendum esse. Ab his studiis colligendum, vt sententias & verba seligamus, eáque recte collocemus. Vitiosam esse exercitationem, si quis quæ à summo oratore, vel poeta Latinè scripta sunt, aliis verbis Latinis conetur reddere: & tamen summorum oratorum Græcas orationes Latinè reddi vtile esse. Laborem insumendum in vocis spiritus, corporis, linguæ motu & exercitatione: in memoria exercenda: educendam esse dictionem in aciem forensem, legendos esse poetas, historicos, & bonarum artium scriptores: disputandum de omni re in contrarias partes, probabilia elicienda. Perdiscendum ius ciuile. Leporem, facetias, sales adhibendos esse. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47 Iis qui perfecti oratores esse volunt, iuris ciuilis priuati, & publici cognitionem esse necessariam: eáque ignorata, oratorem errare ac labi. 48. 49. 50. 51. 52. 53 54. Tum Antonium sibi delatis ac susceptis dicendi partibus, dixisse, videri sibi, non vno oratoris officio, omnium rerum & artium scientiam comprehendi: oratorem esse, qui verbis iucundis, & sententiis ad probandum accommodatis vtatur, voce, actione, lepore adiunctis. Nonsi ista omnia Pericles vel Crasso adfuerint, continuò cæteris oratoribus necessaria: & tamen se eum oratorem probare, cui iucunda rerum varietas insit, qui multa audierit, viderit, animo, legendóve percurrerit, oratorem esse posse etiamsi rerum omnium naturam, mores hominum, atque rationes penitus non perspexerit: satis esse, si ea de moribus hominum sciat & dicat, quæ non abhorrent ab hominum moribus. Natura & vsu callidum esse oportere qui sagaciter perueßiget, quid sui ciues inde apud quos dicturus, cogitent, sentiant, opinentur, expectent: quique cuius generis, ætatis, ordinis, mentis, sensus: philosophica sibi ad otium seponat. Iurisconsultus siue eloquentia: eloquentē ius in controuersiis impune ignorare posse: eloquentes Iurisconsultos sæpe obstitisse. Viros bonos iure ciuili non fieri. Oratorem sine iuris scientia causis satisfacere posse: satis videri si iurisperitum seu pragmaticū aliquem habeat à quo ius mutuetur: subsidiū senectutis malè collocari à Crasso in iuris ciuilis cognitione. cùm in pecuniæ magnitudine, & otio constitui possit. Oratorem historias prudentiam iuris publici, antiquitates & exempla ab earum rerum peritis petere: se interea quod à Crasso dictum esset, Oratori omnia legenda & audienda, probare si modò id quis sponte facere velit: sed & exercitationum præcepta à Crasso tradita sibi placere. At illud non æquè, Oratorem in suo genere esse oportere, quasi quendam Roscium: sed & illud praua citius in oratore, quàm in histrionibus deprehendi. Igitur. Oratorem eum sibi videri qui accommodatè ad persuadendum dicat, qui nobis & diis ea tantùm quæ in vsu ciuitatis vulgari & forensi vigent, quique perfectos oratores imitandos sibi proponat. 55. 56. 57. 58 His ita peroratis, in diem sequentem de arte oratoria disputatio omnium consensu reiicitur.

P. LXXXV.

COgitanti mihi sæpenumerò, & memoria vetera repetenti, *perbeati fuisse*, Quincte frater, *illi videri solent, qui in optima republica, cùm & honoribus, & rerum gestarum gloria florerent, eum vitæ cursum tenere potuerunt, vt vel in negotio sine periculo, vel in otio cum dignitate esse possent.* Ac[a] fuit tempus illud, cùm mihi quoque initium requiescendi, atque animum ad vtriusque nostrûm præclara studia referendi, fore iustum, & propè[b] ab omnibus concessum esse[c] arbitrarer, si[d] infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu honorum[e], etiam ætatis flexu constitisset. Quam spem cogitationum & consiliorum meorū, cùm[f] graues communium temporum, tum varij nostri casus fefellerunt. Nam qui locus, quietis, & tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ[g] molestiarum & turbulentissimę tempestates exstiterunt. Neque verò nobis cupientibus, atque exoptantibus fructus otij datus est ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, intérque[h] nos recolendas. Nā prima ætate incidimus in ipsam perturbationem[i] disciplinæ veteris: &[k] consulatu deuenimus in medium rerum omniū certamen[l], atque discrimen: & hoc tempus omne post consulatum obiecimus iis fluctibus[m], qui per nos à communi[n] peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. Sed tamen in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris: &, quantum mihi vel fraus inimicorum, vel causæ amicorum, vel respublica tribuet otij, ad scribendum potissimùm conferam. Tibi verò, frater, neque hortanti deero, neque roganti. Nam neque auctoritate quisquam apud me plus valere te potest, neque voluntate. 2 ¶ Ac mihi repetēda est veteris cuiusdam memoriæ non sanè satis explicata recordatio, sed, vt arbitror, apta ad id, quod requiris, vt cognoscas, quę[a] viri omnium eloquentissimi, clarissimíque senserint de omni ratione dicendi. Vis enim, vt mihi sæpe dixisti, quoniam[b] quædam pueris, aut adolescentulis nobis ex commentariolis[c] nostris inchoata, atque[d] rudia exciderunt, vix hac ætate digna, & hoc vsu, quem ex causis, quas diximus, tot, tantísque, consecuti sumus, aliquid iisdem de rebus politius à nobis, perfectiúsque proferri: soléque nonnumquā hac de re à me in disputationibus nostris dissentire, quòd[e] ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam: tu autem illam ab elegantia doctrinæ segregandā putes, & in quodam ingenij, atque exercitationis genere ponendam. 3 ¶ Ac[f] mihi quidem sæpenumerò[g] in summos homines, ac summis ingeniis præditos intuenti, quærendum esse visum est, quid esset, cur plures in omnibus artibus[h], quàm in dicendo admirabiles exstitissent. nam, quocumque te animo, & cogitatione conuerteris, permultos[i] excellenteis in quoque genere videbis, non mediocrium artium, sed propè maximarum. Quis enim est, qui, si clarorum hominum scientiam, rerum gestarum vel vtilitate, vel magnitudine metiri velit, non anteponat oratori imperatorem? Quis autem dubitet, quin belli duces ex hac vna ciuitate præstantissimos pænè innumerabileis, in dicendo autem excellenteis vix paucos proferre possimus? Iam verò, consilio, ac[k] sapientia qui regere, ac[l]

a *al.* Ac fuit quidem sæp.
‖ *al.* ac fuit quondam tempus.*
b *al.* prope omnibus
c L. *deles*, esse
d L. si finitus rerum forensium lab.
e fuit enim Augur, ædilis, quæstor, prætor, Proconsul Asiæ, Consul.*
f *al.* tum graues
g L. Maximæ moles. ‖ *vide.* sic moles immodiæ. *Catilin.* 3. moles maior 4. *Tusculana forte legendum* maximè.
h *al.* interrogationesque rec. & *ita lib.* v.
i tempora Syllana & Marii, quibus mores corruptos intelligit.*
k L. & in cōsulatu
l Catilinarium.*
m id est, p. Clodio.*
n *al.* à communi depulsi.*

a *al.* quid viri
b *al.* quoniā quæ pueris, *&c. mendose.*
c Rhetoricorum libris quos regesta & scholas vocat ab adolescente compositas. Quintil. 3 c. 6.*
d L. ac rudia
e Cicero e-

P. B. loquentiam artem constituebat: Quinctus, ingenio tantū & exercitatione perfici*
f Plures in aliis artibus quàm in dicendo admirabiles: & cur.*
g *al.* sæpenumero summos.*
h *al.* rebus.*
i *al.* permultos, & excellenteis
k *al.* & sententia.*
l L. & gubernare

gubernare rempub. possent, multi nostra, plures patrum memoria, atque etiam maiorum exstiterunt, cùm boni perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur. Ac, nequis fortè cum aliis studiis, quæ reconditis in artibus, atque in quadam varietate litterarum versentur, magis hanc dicendi rationem, quàm cum *imperatoris* laude, aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet: conuertat[a] animum, & ea ipsa artium genera circumspiciat, quique in iis floruerint, quámque[b] multi sint: facillimè, quanta oratorum sit, sempérque fuerit paucitas, iudicabit. Neque enim te fugit, laudatarum[c] artium omnium procreatricem quandam, & quasi parentem, eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari, in qua difficile est enumerare, quot viri, quanta scientia, quantáque in suis studiis varietate, & copia fuerint: qui non vna aliqua in re separatim elaborarint[d], sed omnia, quæcunque essent[e], vel scientiæ perquisitione, vel differendi[f] ratione comprehenderint[g]. Quis ignorat, ij, qui *mathematici* vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recóndita in arte, & multiplici, subtilíque versentur? quo tamen in genere ita multi perfecti homines exstiterunt, vt nemo ferè studuisse ei scientiæ vehementiùs videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit. Quis *musicis*[h], quis huic studio litterarum, quod profitentur ij, qui *grammatici* vocantur, penitus se[i] dedidit, quin omnẽ illarum artium pænè infinitam vim, & materiam, scientia, & cognitione comprehenderit? Verè mihi hoc videor esse dicturus, ex omnibus iis, qui in harum artium studiis liberalissimis sint, doctrinísque versati, minimam copiam *poetarum* egregiorum exstitisse: atque in hoc ipso numero, in quo perrarò exoritur aliquis excellens, si diligenter & ex nostrorum, & ex Græcorum copia comparare voles, multo tamen pauciores oratores, quàm poetæ boni reperientur.

4 ¶ Quod hoc etiam mirabilius debet[k] videri, quia[l] ceterarum artium studia ferè reconditis, atque abditis è fontibus hauriuntur: dicendi[m] autem omnis ratio in medio posita, communi quodam in vsu, atque in hominum more & sermone versatur: vt in ceteris id maximè excellat, quod longissimè sit ab imperitorum intelligentia, sensúque disiunctũ: in dicendo autem vitium vel maximum sit, à vulgari genere orationis, atque à consuetudine communis sensus abhorrere. Ac ne illud quidem verè dici potest, aut plureis ceteris artibus inseruire, aut maiore delectatione, aut spe vberiore, aut præmiis ad perdiscendum amplioribus commoueri. Atque[n], vt omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum[o] inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta est, & perfecta: in[p] hac ipsa ciuitate profectò [nulla[q] vmquam vehementiùs, quàm] eloquentiæ studia viguerunt. Nam posteaquàm, imperio omnium gentium constituto, diuturnitas pacis otium confirmauit, nemo ferè laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio[r] omni enitendum putauit. Ac primò quidem totius rationis ignari, qui neque exercitationis vllam viã, neque aliquod præceptum artis esse arbitrarentur tantum, quantum ingenio & cogitatione poterant, consequebantur. Pòst autem, auditis oratoribus Græcis, cognitísque eorum litteris, adhibitísque doctoribus, incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagrauerunt[a]. Excitabat[b] eos magnitudo & varietas, multitudóque in omni genere causarum, vt ad eam doctrinam, quam suo quisque studio assecutus[c] esset, adiungeretur vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. Erant autem huic studio maxima, quæ nunc quoque sunt, proposita præmia, vel[d] ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem. Ingenia verò (vt[e] multis rebus possumus iudicare) nostrorum hominum, multùm cereris hominibus omnium gentium præstiterunt. Quibus de causis, quis non iure miretur, ex omni memoria ætatum, temporum, ciuitatum, tam exiguum oratorum numerum inueniri? ¶ Sed nimirum maius est hoc quiddam, quàm homines opinantur, & pluribus ex artibus, studiísque collectum. Quis enim aliud in maxima discentium multitudine, summa magistrorũ copia præstantissimis hominũ ingeniis, infinita causarũ varietate, ampliſſimis eloquẽtiæ propositis præmiis, esse causæ putet, nisi[f] rei quandam incredibilem magnitudinem, ac difficultatem? Est[g] enim & scientia comprehendenda *rerum plurimarum*, sine qua verborum volubilitas, inanis, atque irrideuda est: & ipsa oratio, conformanda non solùm *electione*[h], sed etiam *constructione verborum*: & omnes animorum *motus*, quos hominum generi rerum[i] natura tribuit, penitus pernoscendi, quòd omnis vis, ratióque dicendi, in eorum, qui audiunt, mẽtibus, aut sedandis, aut excitandis exprimenda[k] est. Accedat eódem oportet *lepos* quidam, facetiæque, & eruditio libero digna, celeritásque, & [l] breuitas & respondendi, & lacessendi, subtili venustate, atque vrbanitate coniuncta. Tenenda præterea est omnis antiquitas, exemplorúmque[m] vis: neque legum, *aut iuris*[n] *ciuilis scientia negligenda est*. Nam quid ego de[o] *actione*[p] ipsa plura dicam? quæ motu corporis, quæ gestu, quæ vultu, quæ vocis conformatione, ac varietate moderanda est: quæ sola per se ipsa quanta sit, histrionum leuis ars, & scena[q] declarat: in qua cùm omnes in oris, & vocis, & motus moderatione elaborent, quis ignorat, quàm pauci sint, fuerintque quos animo æquo spectare possimus? Quid dicam de thesauro rerum omnium *memoria*, quæ nisi custos inuentis, cogitatísque rebus, & verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiam si præclarissima fuerint, in oratore peritura. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, cùm ex iis rebus vniuersis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est, hortemúrque potiùs libros nostros, ceterósque, quorum gloria nobis, & dignitas cara est, vt animo rei magnitudinem complectantur, neque iis aut præceptis, aut magistris, aut exercitationibus, quibus vtuntur omnes, sed aliis quibusdam, se id, quod expetunt, consequi posse confidant. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum, atque artium scientiam consecutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat, & redũdet oportet oratio: quæ, nisi[r] subest res ab oratore percepta, & cognita, inanem quandam

a *quidam lib. vet.* conuertat animum ad ea ipsa art. gen. circumspiciátque, qui in iis florueriut, &c. & ita L.
b L. quámque multi. sic facil. *erit a R. Steph.*
c L. omnium laudatarum artium
d L. elaborarunt,
e *al.* possent*
f *al.* describendi.*
g L. comprehenderunt.
h *al.* musicus.*
i *al.* se dedit,
p. LXXXVI.
k L. videri debet,
l *al.* quòd ceterarum
m Eloquentiæ vsus quasi publicus, delectatio, præmia.*
n *al.* Namque vt omitt.
o Eloquentiæ studium Athenis.*
p Eloquentiæ studium Romæ, initio, solutum ac sine arte, post, Græcis præceptoribus arte perfectum & vsu comparatũ*.
q inclusa absunt quibusdam v. *Cod.**
r L. omni studio
a *al.* fragrauerunt.*
b *al.* Excipiebat.*
c L. consecutus effet,
d Eloquentiæ stimuli.*
e *al.* vt multis è rebus p.
f Oratores ideo pauci, quòd artis oratoriæ incredibilis sit magnitudo & difficultas.*
g Oratoris supellex scie P. B.
tia rerum plurimarum: verborum electio & exornatio: vis mouendi, lepos, antiquitas, exempla, Iuris scientia, actio (quæ in corporis, gestu, vultu, bene) memoria.*
h *al.* lectione.*
i L. natura rerum tr.
k L. expromenda est.
l *al.* & breuitas resp.
m vide 12. Quintil. 4.*
n vide 12. Quint. 3.*
o L. de ipsa actione
p Actio oratoria in quibus versetur: eiusque vtilitas.*
q v. e. scæna
r *al.* nisi subsit res

quandam habet elocutionem, &[a] pænè puerilem. Neque verò ego[b] hoc tantum oneris imponam noſtris[c] præſertim oratoribus in hac tanta occupatione vrbis, ac vitæ, nihil vt iis putem licere neſcire. quamquam vis oratoris, profeſſióque ipſa bene dicendi, hoc ſuſcipere, ac polliceri videtur[d], vt[e] omni de re, quæcumque[f] ſit propoſita, ab eo ornatè, copioſéque dicatur. 6 ¶Sed quia non dubito, quin hoc pleriſque immenſum, infinitúmque videatur, & quòd Græcos homines nõ ſolùm ingenio, & doctrina, ſed etiam otio, ſtudióque abundanteis, partitionem[g] quandam artium feciſſe video, neque in vniuerſo genere ſingulos elaboraſſe, ſed ſepoſuiſſe à ceteris dictionibus, eam[h] partem dicendi, quæ in forenſibus diſceptationibus iudiciorum aut deliberationum verſaretur, & id vnum genus oratori reliquiſſe: non[i] complectar in his libris amplius, quàm quod huic generi, re quæſita, & multùm diſputata, ſummorum hominum propè conſenſu eſt tributum: repetámque non ab incunabulis noſtræ veteris, pueriliſque doctrinæ quendam ordinem præceptorum, ſed ea, quæ quondam accepi in noſtrorum hominum, eloquentiſſimorum, & omni dignitate principum, diſputatione eſſe verſata: non quòd illa contemnam, quæ Græci, dicendi artifices, & doctores reliquerunt: ſed cùm illa pateant, in promtúque ſint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatiùs explicari, aut planiùs exprimi poſſint, dabis hanc veniam, mi frater, vt opinor, vt eorũ, quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus conceſſa eſt, auctoritatem, Græcis anteponam. 7 ¶Cvm igitur vehementius inuehereturᵏ in cauſam principumˡ conſul Philippus, Druſíque[m] tribunatus pro ſenatus auctoritate[n] ſuſceptus, infringi iam, ac debilitari videretur: dici[o] memini, ludorum Romanorum diebus L. Craſſumᵖ, quaſi colligendi ſui cauſa, ſe in Tuſculanum contuliſſe. veniſſe eódem, ſocer eius qui fuerat, Quintus Mucius dicebatur, & M. Antonius, homo & conſiliorum in republica ſocius, & ſumma cum Craſſo familiaritate coniunctus. Exierant autem cum ipſo Craſſo adoleſcentesᵠ & Druſi maximè familiares, & in quibus magnam tum ſpem maiores natu dignitatis ſuæ collocarẽt, C. Cotta, qui tum tribunatum plebis petebat, & P. Sulpicius, qui deinceps eum magiſtratum petiturus putabatur. Hi primo die de[r] temporibus illis, déque vniuerſa rep. quam ob cauſam venerant, multùm inter ſe vſque ad extremum tempus diei collocuti ſunt. Quo quidem in ſermone multa diuinitus à tribus illis conſularibus Cotta deplorata, & commemorata narrabat, vt nihil incidiſſet poſtea ciuitati mali, quod non impendêre illi tantò antè vidiſſent. Eo autem omni ſermone confecto, tantam in Craſſo humanitatem fuiſſe, vt, cùm lauti accubuiſſent, tolleretur omnis illa ſuperioris triſtitia ſermonis: eáque eſſet in homine iucunditas, &[s] tantus in iocando lepos, vt dies inter eos curiæ[t] fuiſſe videretur, conuiuium Tuſculani. Poſtero autem die, cùm illi maiores natu ſatis[u] quieſſent, in ambulationem ventum eſſe dicebat.

8 ¶Tum Scæuulam duobus ſpatiis, tribúſque factis, dixiſſe, Cur non imitamur, Craſſe, Socratem illum, qui eſt in Phædro P. [illegible] Nam me hæc tua platanus admonuit: quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quàm illa, cuius vmbram ſeeutus eſt Socrates: quæ mihi videtur non tam ipſa aquula[a], quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe[b]: ſed, quod ille dutiſſimis pedibus fecit, vt ſe abiiceret in herbam, atque ita illa, quæ philoſophi diuinitus ferunt eſſe dicta, loqueretur, id meis pedibus certè concedi eſt æquius. 9 ¶Tum Craſſum, Immò verò commodius etiam: puluinóſque popoſciſſe, & omneis in iis ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe dicebat[c]. Ibi, vt ex priſtino ſermone relaxarentur animi onium, ſolebat Cotta narrare, Craſſum ſermonem quendam de ſtudio dicendi intuliſſe. Qui cùm ita eſſet exorſus: Non ſibi cohortandum Sulpicium & Cottam, ſed magis vtrumque collaudandum videri, quòd tantam iam eſſent facultatem adepti, vt non æqualibus ſuis ſolùm anteponerentur, ſed[d] cum maioribus natu compararentur: Neque[e] verò mihi quidquam, inquit, *præſtabilius* videtur, quàm poſſe dicendo tenere hominum cœtus, menteis allicere, voluntates impellere quò[f] velit: vnde autem velit, deducere. Hæc vna res in omni libero populo, maximéque in pacatis, tranquilliſque ciuitatibus, præcipuè ſemper floruit, ſempérque dominata eſt. Quid enim eſt aut tam *admirabile*, quàm ex infinita multitudine[g] hominum exiſtere vnum, qui id, quod omnibus natura ſit datum, vel ſolus, vel cum paucis facere poſſit? aut tam *iucundum cognitu*, *atque*, *auditu*, quàm ſapientibus ſententiis, grauibúſque verbis ornata oratio, &[h] perpolita? aut tam *potens*, támque *magnificum*, quàm populi motus, iudicum religiones, ſenatus grauitatem, vnius oratione conuerti. Quid[i] tam porrò *regium*, tam *liberale*, tam *munificum*, quàm opem ferre ſupplicibus excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? Quid autem tam *neceſſarium*, quàm tenere ſemper arma, quibus vel[k] tectus ipſe eſſe poſſis, vel prouocare improbos, vel te vlciſci laceſſitus? Age verò, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiámque mediteris[l], quid eſſe poteſt in otio aut *incundius*, aut magis *proprium humanitatis*, quàm ſermo facetus, ac nulla in re rudis? Hoc enim vno præſtamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Quamobrem quis hoc non iure miretur, ſumméque in eo elaborandum eſſe arbitretur, vt, quo[m] vno homines maximè beſtiis præſtent, in hoc hominibus ipſis antecellat? Vt verò iam ad illa ſumma veniamus, *quæ vis alia potuit aut diſperſos homines vnum in locum congregare, aut à fera, agreſtique vita ad hunc humanum cultum, ciuilémque deducere, aut iam conſtitutis ciuitatibus, leges, iudicia, iura deſcribere?* Ac, ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, conſecter, comprehendam breui[n]. ſic enim ſtatuo, *perfecti oratoris moderatione, & ſapientia non ſolùm ipſius dignitatem, ſed & priuatorum plurimorum, & vniuerſæ reip. ſalutem maximè contineri.* Quamobrem[o] pergite, vt facitis, adoleſcentes: atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, vt & vobis honori, & amicis vtilitati, & reip. emolumento eſſe poſſitis. 10 ¶Tũ Sequula commiter, vt ſolebat, Cetera, inquit, aſſentior Craſ-

a ſic in 1 libro 2. de oratore.*
b L. creuiſſet & quod ille d.
c L. *non aguo-* p. 8 *fcit verbum* dicebat. *deinceps autem quidam libri habent*, Vbi, vt ex pr.
d L. ſed etiã cum m.
e L. Neque verò, inquit, mihi quidquam pr.
f *for.* quà vellis: vnde autem velis, ded.
g L. hominũ multitudine
h L. & polita?
i L. Quid porrò tam reg.
k L. vel ipſe tectus eſſe p.
l L. mediteꝛe,
m Ariſtoteles in epiſtolis ad Alex. ὅτι τοῦτο ὄντι ἐν διαφέροντι τῶν λοιπῶν ζώων.*
n *al.* breuiter. ſed breui. ſubintellige oratione vel ſermone.*
o ſimilis penè cohortatio proœmio, Inſtitut. in fi.*

a *al.* & pænè dicam pueril.
b L. ego tantum oneris imp.
c *al.* noſtris oratoribus, in hac præſertim tanta occupatione.*
d L. videatur,
e Vis oratoris, de re quæcunque ſit propoſita, ornatè: copioſéque dicere.*
f L. quæcũque ſit poſita,
g *al.* partitionem iam quand.
h De dicendi parte quæ in forenſibus diſceptationibus verſatur dicturum p. LXXXVII.
i ſe pollicetur non ex præceptis Græcorum, ſed eorum qui Romæ eloquentiſſimi & in dignitate poſitas.*
i *for.* non complectar his lib.
k & ſegnitiem ſenatui exprobraret, alioque ſibi ſenatu opus eſſe diceret.
6 Val. 2.*
l id eſt ſenatorum.*
m Vide Liuii Epitom. 70. & 71. 3. Florum. 17. Plinium de viris illuſtribus c. 66. Appianum. 1. de bello ciuil. Oroſ. 5. c. 18.* atque adeo in ipſum Deum ſum ſenatui ſanctem: ſed in ipſum. L. Craſſum & 6. *Valer.* 2. de quo his libris agitur.*
o *al.* dicit mihi meminiſſe
p in quem ipſe Philippus Conſul manus inici iuſſerat per lictorem. Valer. 6. c. 2.*
q L. duo adeſſe.
r *al.* de temporibus, déque vniuerſa
f L. tantus in hoc.
t id eſt, vt conuiuiũ Tuſculani, videretur fuiſſe dies, quo Curiales vna epulantur.*
u L. ſatis quieſſent, & in ambulationem ventum eſſet: tũ Scæuulã d. ſp.

so,ne aut de C.Lælij,soceri mei, aut de huius generi aut arte, aut gloria detraham : sed illa duo,Crasse,vereor,vt tibi possim concedere. Vnũ, quòd ab oratoribus ciuitates & ab initio constitutas, & sæpe conseruatas esse dixisti:alterum,quòd,remoto foro,concione, iudiciis,senatu, statuisti, oratorem in omni genere sermonis,& humanitatis esse perfectum.

¶ Quis enim tibi hoc concesserit,aut initiò genus hominum in montibus ac syluis dissipatum , non prudentium consiliis compulsum potius, quàm disertorum oratione delinitũ, se oppidis, mœnibúsque sæpsisse? aut verò reliquas vtilitates,aut[a] instituendis,aut conseruandis ciuitatibus, non à sapientibus, & fortibus viris, sed à disertis , & ornatè dicentibus esse[b] constitutas? An verò tibi Romulus ille aut pastores,& conuenas congregasse,aut Sabinorum connubia cõiunxisse , aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio,& sapientia singulari? Quid? in Numa Pompilio,quid? in Ser. Tullo,quid? in ceteris regibus,quorum multa sunt eximia ad constituendam remp. numquod eloquentiæ vestigium appâret? Quid? exactis regibus, (tametsi ipsam exactionem mente, non lingua , perfectam, L.Bruti esse cernimus) sed deinceps omnia, nónne plena consiliorum , inania verborum videmus? Ego verò si velim & nostræ ciuitatis exemplis vti, & aliarum , plura proferre possim detrimẽta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata: sed, vt reliqua[c] prætermittam , omnium mihi videor,exceptis Crasse,vobis duobus, eloquentissimos audisse Ti[d]. & C.Sẽpronios,quorum pater[e], homo prudens,& grauis, haudquaquam eloquens, & sæpe aliâs, & maximè censor, saluti reip.fuit, atque is non accurata quadam orationis copia, sed nutu, atque verbo libertinos[f] in vrbanas[g] tribus transtulit. quod nisi fecisset,rempublicam , quam nunc vix tenemus , iam diu nullã haberemus. At verò eius filij deserti , & omnibus vel naturæ,vel doctrinæ præsidiis[h] ad dicendum parati, cùm ciuitatem vel paterno consilio , vel auitis armis florentissimam accepissent , ista præclara gubernatrice,vt ais, ciuitatum , eloquentia , rempublicam dissipauerunt[i]. Quid? leges veteres, moréque maiorum : quid? auspicia,quibus & ego,& tu,Crasse,cum magna reip.salute præsumus,quid? religiones & cæremoniæ,quid? hæc iura ciuilia,quę iampridem in nostra familia sine vlla eloquentiæ laude versantur, num aut inuenta sunt, aut cognita, aut omnino ab oratorum genere tractata? Equidem & Ser[k]. Galbam memoria teneo, diuinum hominem in dicendo,& M. Æmilium Porcinam,& [l] Cn.ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perculisti[m] , ignarum legum, hæsitantem in maiorum institutis, rudem in iure ciuili:& hæc ætas nostra,præter te,Crasse,qui tuo magis studio,quàm proprio munere aliquo disertorum, ius à nobis ciuile didicisti,quod interdum pudeat,iuris ignara est.

¶ Quòd verò in extrema oratione, quasi tuo iure sumsisti,oratorem in[n] omnis sermonis disputatione copiosissimè posse versari,id, nisi hîc in tuo regno[o] essemus, non tulissem, multíque[p] præsertim, qui aut interdicto tecũ contenderent , aut te ex iure manu[q] consertũ vocarent, quòd in alienas possessiones tã temerè irruisses. Agerent enim tecum lege primùm Pythagorei omnes, atque Democritici, ceteríque[a] in suo genere physici,vindicarẽntque ornati homines in dicẽdo & graues, quibuscum tibi iusto sacramento[b] contendere non liceret. Vrgerent præterea philosophorũ greges. iam ab illo fonte,& capite Socrate,nihil te de bonis rebus in vita , nihil de malis, nihil de animi permotionibus,nihil de hominum moribus,nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omnino quæsisse, nihil scire conuinceret:&,cùm vniuersi in te impetum fecissent, tum singulæ familiæ litem tibi intenderent. Instaret Academia,quæ,quidquid dixisse[c],id te ipsum negare cogeret.Stoici verò nostri disputationum suarum, atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent.Peripatetici autem etiam hæc ipsa , quæ propria oratorũ putas[d] esse adiumenta, atque ornamenta dicendi,ab se peti vincerent[e] oportere : ac non solùm meliora,sed etiam multò plura Aristotelem , Theophrastúmque de his rebus , quàm omneis dicendi magistros scripsisse ostenderent. Missos facio mathematicos, grammaticos, musicos,quorum artibus vestra ista dicẽdi vis ne minima quidem societate coniungitur[f].Quamobrem ista tanta, támque multa, profitenda,Crasse,non censeo:satis id est magnum , quod potes præstare , vt in iudiciis ea causa,quamcumque tu dicis,melior & probabilior esse videatur:vt in concionibus,& sententiis dicendis ads[g] persuadendum tua plurimum valeat oratio : denique vt prudentibus disertè,stultis etiam verè dicere videaris. hoc amplius siquid poteris,non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam proprtia, non communi oratorum facultate posse.

11 ¶ Tum ille,Non sum,inquit,nescius,Scęuola[h],ista inter Græcos dici, & disceptari solere.audiui enim summos homines,cùm quæstor ex Macedonia venissem Athenas,florente Academia, vt tẽporibus illis ferebatur , quòd eam Carneades, & Clitomachus, & Æschines obtinebant. erat etiam Metrodorus, qui cùm illis vnà ipsum illum Carneadem diligentiùs audierat , hominem omnium in dicendo , vt ferebant,acerrimum[i],& copiosissimum. vigebat auditor Panætij illius tui Mnesarchus : & Peripatetici Critolaus,& Diodorus:multi erãt præterea præclari[k] in philosophia, & nobiles, à quibus omnibus vna pænè repelli[l] voce oratorem à gubernaculis ciuitatum , excludi ab omni doctrina , rerúmque maiorum scientia, ac tantùm in iudicia, & conciunculas, tanquã in aliquod pistrinum , detrudi & compingi videbam. Sed ego neque illis assentiebar,neque harum disputationum inuentori,& [m] principi longè omnium in dicendo grauissimo,& eloquentissimo,Platoni,cuius tum Athenis diligentiùs legi cum Carneade Gorgiam : quo [n] in libro in hoc maximè admirabar Platonem, quòd mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. verbi enim controuersia iamdiu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores,quàm veritatis.Nam si quis hunc statuit esse oratorem.[o] qui[p] tantummodò in iure,aut in iudiciis possit, aut apud populum,aut in senatu copiosè loqui,tamen huic ipsi multa tribuat , & concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium[q] rerump. neque sine legum, moris[r],iuris scientia,neque natura hominum incognita, ac moribus, in his ipsis rebus satis callidè

a *fort.* aut cõstituendis,

b *fort.* esse institutas?

c *al.* reliquos

d vide in Bruto. Liuii Epitomen 58 59. 60: 3. Florus 24.15.*

e Tib. Gracchus Plutar. in Gracchis 7. Gell. 29.*

f hoc etiam antea fecerat Q. Fab. Max.

g Tribus vrbanæ quatuor: eæque rusticis postpositæ. Varro 2.de re rustica. in pr. adde eundẽ. 4. de lingua.

h *al.* vocibus.*

i L. dissiparunt ‖ *al.* dispreuerunt.*al.* dispararunt. id est, disiunxerunt, dispofuerunt.*

k *alii quid.li.* Sergiũ Galb. *mendosè.*

l L. & C. ipsum Carb.

m *al.* perpulisti , *mẽdosè.*

‖ id est peruertisti, *

n L.in omni sermone cop.

o Regna sua docti vsurpãt pro suis bonis & possessionibus sic Virgil.in Eclogis mea regna videns.*

p L. multíque præsissem,

q L.manus consertum voc. *vel*,manum conser. voc. ‖ manũ vel manu cõserere , quid alio loco explicaui.

a *al.* ceteríque suo iure physici vindicarent, ornati homines.*

b sacramento contendere quid,aliàs dixi.*

c L. id te ipsum scire negare cogeret *al.* id te ipsum scire negaret.

d L. putasses adium.

e *al.* diceret.*

f *quidem l.* contingitur.

g *quidam l. non habent*, ad persuadendum.

h L. Scæuola,*& ita semper.*

i Græci vocant P.LXXIX. δ ειγόρατον.*

k clari in philosophia.

l L. voce repelli

m *fort.* & longè omnium principi in di.

n L. quo in libro, hoc max.

o Orator quis dicendus.*

p L. qui tantum posset in iure, aut in iud. ap. pop.

q L. *non agnoscit vocem*, omnium

r *al.* morum)

callidè versari, & peritè potest. qui autem hæc cognouerit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam rectè tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse, nisi compositè, ornatè, copioseè eloqui: quæro, idipsum quî possit assequi sine ea scientia, quam ei non conceditis? dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicit, ea, de quibus dicit, percepta sint, exstare non potest. Quamobrem si ornatè locutus est, sicut fertur, & mihi videtur, physicus ille Democritus: materies illa, fuit physici, de qua dixit: ornatus verò ipse verborum, oratoris putandus est. Et, si Plato de rebus à ciuilibus controuersiis remotissimis diuinitus est locutus, quod ego concedo: si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in reb[b] iis, de quibus disputauerunt, eloquentes, & in dicendo suaues, atque ornati fuerunt: sint hæ res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis: oratio quidem ipsa, propria est huius vnius rationis, de qua loquimur, & quærimus. Etenim videmus[i], iisdem de rebus ieiunè quosdam, & exiliter, vt eum, quem acutissimum ferunt Chrysippum, disputauisse, neque ob eam rem philosophiæ non satisfeciſſe, quòd non habuerit hanc dicendi [a] ex arte alienam facultatem. Quid ergo interest? aut quî discernes eorum, quos nominaui, vbertatem in dicendo, & copiam, ab eorum exilitate, qui[b] hac dicendi varietate, & elegantia non vtuntur? Vnum erit profectò, quod[c] ij, qui bene dicunt, afferunt proprium, compositam orationem, & ornatam, & artificio quodam, & expolitione distinctam. Hæc autem oratio, si res non subest ab oratore percepta, & cognita: aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Quid est enim tam furiosum, quàm verborum vel optimorum, atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia? Quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, id orator, si, tanquam clientis causam, didicerit, dicet meliùs & ornatiùs, quàm ille ipse eius rei inuentor, atque artifex. Nam si quis erit, qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, & certarum rerum forensibus[d] cancellis circumscriptam scientiam: fatebor equidem in his magis assiduè versari hanc nostram dictionem: sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quæ isti magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt, nec tenent. Quis enim nescit, maximam[e] vim exsistere oratoris in hominum mentibus vel ad iram, aut[f] ad odium, aut dolorem incitandis, vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiámque reuocandis? Quæ[g] nisi qui naturas hominum, vímque omnem humanitatis, causásque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet, perficere non poterit. Atqui totus hic locus philosophorum putatur proprius: neque orator, me auctore, vmquam repugnabit: sed, cùm illis cognitionem rerum concesserit, quòd in ea solùm illi voluerint[h] elaborare: tractationem orationis, quæ sine illa scientia nulla est, sibi assumet. Hoc enim est proprium[i] oratoris, quod sæpe iam dixi, oratio grauis, & ornata, & hominum sensibus, ac mentibus accommodata. Quibus de rebus Aristotelem, & Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide, ne hoc, Scæuola[a], totum sit à me. nam ego, quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis: isti quæ de his rebus disputant, oratorum esse concedunt. Itaq; cæteros libros, artis[b] isti suæ nomine, hos rhetoricos & inscribunt, & appellant. Etenim cùm illi in dicendo inciderint loci (quod persæpe euenit) vt de diis immortalibus, de pietate, de cõcordia, de amicitia, de cõmuni ciuium[c], de hominum, de gentium iure, de æquitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabũt, credo, omnia gymnasia, atq; omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria, nihil omnino ad oratorem pertinere. Quibus ego, vt de his rebus omnibus in angulis, consumendi otij causa, disserant, cùm concesserò, illud tamen oratori tribuam, & dabo, vt[d] eadem, de quibus illi tenui quodam[e], & exiguo sermone disputant, hic cum omni grauitate & iucunditate[f] explicet. Hæc ego cum ipsis Philosophis tum Athenis disserebam. Cogebat enim me Marcus Marcellus hic noster, qui nunc ædilis curulis est: & profectò, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset, ac[g] iã tum erat adolescentulus his studiis mirificè deditus. Iam verò de legibus institutis[h], de bello, de pace, de sociis, de vectigalibus, de iure ciuiũ generatim in ordines, ętatésq; de scripto[i], dicãt[k] vel Græci, si volunt, Lycurgũ, aut Solonem (quamquã illos quidẽ censemus in numero eloquẽtium reponendos) sciſſe meliùs, quàm Hyperidem, aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo, & perpolitos: vel[l] nostros decemuiros, qui XII. tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudenteis, anteponant in hoc genere & Ser. Galbæ, & socero tuo C. Lælio, quos constat dicendi gloria præstitisse. Numquã enim negabo, esse quasdã arteis proprias eorum, qui in his cognoscendis, atque tractandis studium[m] suum omne posuerunt: sed oratorem plenum, atque perfectum esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit variè, copioséq; dicere. Etenim sæpe in iis causis, quas omneis[n] proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex vsu forensi, quem solùm oratoribus conceditis, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promẽdum, & [o] assumendum. Quæro enim, num possit aut contra imperatorem, aut pro imperatore dici sine rei militaris vsu, aut sæpe etiam sine regionum terrestrium, aut maritimarum scientia: num apud populum de legibus iubendis, aut vetandis, num in senatu de[p] omni reip. genere dici sine summa rerum ciuilium cognitione, & prudentia: num admoueri possit oratio ad sensus animorum, atque motus vel inflammãdos, vel etiam extinguendos, (quod vnum in oratore dominatur) sine diligentissima peruestigatione earum omnium rationum, quæ de naturis humani generis, ac moribus à philosophis explicantur. Atque haud scio an minùs hoc vobis sim probaturus. equidem non dubitabo, quod sentio dicere, physica ista ipsa, quæ paullo antè, & mathematica, & cæterarum artium propria posuisti, scientiæ sunt eorum, qui illa profitentur. illustrare autem oratione si quis istas ipsas arteis velit, ad oratoris [q] ei confugiendum est facultatem. Neque

a *al.* dicendi, ex arte aliena,
b L. qui hac varietate, & eleg.
c L. quod ij, qui bene dicunt, proprũ afferunt, compositã oratio, & ornata, & artificio quodam, & expolitione distincta.
P. B.
d L. forensib. quasi cãcellis.
e *al.* maximã vim consistere. *al.* maxime vim.*
f L. aut odiũ.
g L. Quare nisi
h *al.* voluerunt.
i oratoris proprium.*

a L. Scæuola.
b L. artis suæ modo nomine,
c *al.* ciuium, de hominum iure: *al.* ciuiũ de gentium iure.*
d L. vt ea, de quib.
e L. quodam, & exsangui ferm.
f *al.* fœ cunditate.*
g *al.* at tum erat adol.
P. X C.
h *al.* tuẽdis.*
i *al.* de scriptorum.*
k L. vel Græci dicant,
l L. vel nostri, decemuiros, q.
m L. studium omne suum.
n *al.* omnis.
o L. atque assumendum.
p *al.* de omni reip.
q *al.* oratoris, tanquam ad architecti cõfugiendum est.*

enim,si Philonem[a] illum architectum,qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat perdiſertè populo rationem operis ſui reddidiſſe,exiſtimandũ eſt architecti potiùs artificio diſertũ,quàm oratoris,fuiſſe. Nec,ſi huic Marco Antonio pro Hermodoro fuiſſet de naualium opere dicendum,non, cùm ab illo cauſam didiciſſet,ipſe ornatè de alieno artificio,copioſéque diſſeruit. Neque verò Aſclepiades is,quo nos medico, amicóque vſi ſumus,tum, cùm eloquentia vincebat cæteros medicos,in eo ipſo,quod ornatè dicebat,me dicinæ facultate vtebatur, non eloquentiæ. Atque illud eſt probabilius,neq; tamen verũ, quod Socrates dicere ſolebat, omneis in eo, quod ſcirent,ſatis eſſe eloquenteis. Illud verius,neq; quemquam in eo diſertum eſſe poſſe,quod neſciat,neq;,ſi id optimè ſciat, ignarúſque ſit faciundæ[b], ac poliendæ orationis, diſertè idipſum poſſe, de quo ſciat, dicere. Quam ob rẽ ſiquis vniuerſam, & propriam oratoris vim definire, complectíq; vult,is orator erit, mea ſententia, hoc tam graui dignus nomine, qui[c],quæcumque res inciderit, quæ ſit dictione explicanda,prudenter,& cõpoſitè,& ornatè,& memoriter dicat, cũ quadam etiam actionis dignitate.Sin cuipiam nimis infinitũ videtur, quod[d]ita propoſui,quacumque de re,licet hinc, quantũ cuiq; videbitur, circumcidat,atq; amputet:tamen illud tenebo,ſi quæ cæteris in artibus, aut ſtudiis ſita ſunt,orator ignoret, tantúmq; ea teneat, quæ ſint in diſceptationibus,aut in[e] vſu foriſi: tamen his de rebus ipſis ſi ſit ei dicendum, cùm cognouerit ab iis,qui tenent,quæ ſint in quaque re:multò oratorẽ meliùs, quàm ipſos illos, quorum eæ ſunt artes, eſſe dicturum. Ita ſi de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quæret à C.Mario affini noſtro,&,cùm acceperit, ita pronuntiabit, vt[f] ipſi C.Mario pœnè hic meliùs,quàm[g] ipſe ille ſcire videatur.Sin de iure ciuili,tecum cõmunicabit,téque hominẽ prudentiſſimũ, & peritiſſimum in iis ipſis rebus,quas abs te didicerit,dicendi arte ſuperabit.Sin[h] quę res inciderit,in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo,de continẽtia,de dolore, de morte dicendum ſit:forſitan,ſi ei ſit viſum,(& ſi hęc quidem noſſe debet orator) cum Sex.Pompeio,erudito homine in philoſophia,communicabit.Hoc profectò efficiet, vt,quamcunq; rem à quoq; cognouerit, de[i] ea multo dicat ornatiùs,quàm ille ipſe,vnde cognorit.Sed ſi me audierit, quoniam[k] philoſophia[l] in treis parteis eſt diſtributa[m],in naturæ obſcuritatem,in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atq. mores:duo illa relinquamus, ídque largiamur inertiæ noſtræ: tertium verò, quod ſemper oratoris fuit,niſi tenebimus, nihil oratori,in quo magnus eſſe poſſit, relinquemus. Quare hic locus de vita & moribus totus eſt oratori perdiſcendus: cætera ſi non didicerit, tamen poterit,ſiquãdo[n] volet,ornare dicendo,cùm[o] erunt ad eum delata,& Ptradita.Etenim ſi cõſtat inter doctos,hominem ignarum aſtrologiæ,ornatiſſimis,atque optimis verſibus Aratum, de cœlo, ſtelliſque dixiſſe: ſi de rebus ruſticis hominem ab agro remotiſſimum,Nicandrum Colophonium,poetica quadam facultate,non ruſtica, ſcripſiſſe præclarè: quid eſt,cur non orator de rebus iis eloquentiſſimè dicat,quas ad certam cauſam, tempúſque cognorit? Eſt enim finitimus[a] oratori poeta, numeris adſtrictior paullo, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus ſocius,ac pænè par: in[b] hoc quidem certè propè idem nullis vt terminis circumſcribat, aut definiat ius ſuum,quominus ei liceat eadẽ illa facultate,& copia vagari,qua velit. Namque illud quare, Scæuula[c], negaſti te fuiſſe laturum,niſi in meo regno eſſes, quòd in omni genere ſermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorẽ perfectum eſſe debere? Nũquam mehercule hoc dicerem,ſi eum, quem fingo,meipſum eſſe arbitrarer. ſed, vt ſolebat C.Lucilius ſæpe dicere, homo tibi ſubiratus, mihi propter eam ipſam cauſam minùs,quàm volebat,familiaris.ſed tamẽ & doctus, & perurbanus: ſic[d] ſentio, neminem eſſe in oratorum numero habendum,qui non ſit omnibus iis artibus,quæ ſunt libero dignæ, perpolitus: quibus ipſis,ſi in dicendo non vtimur, tamen apparet,atque exſtat, vtrum ſimus earum rudes,an didicerimus:V T, qui pila ludũt, non vtuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ,ſed indicat ipſe motus, didicerínt ne palæſtram, an neſciant: &[e] qui aliquid fingunt, etſi tum pictura nihil vtuntur, tamen, vtrùm ſciant pingere,an neſciant,non obſcurum eſt: ſic in orationibus hiſce ipſis iudiciorum,concionum,ſenatus, etiam ſi propriæ cæteræ non adhibentur[f] artes, tamen facilè declaratur,vtrùm is,qui dicat,tantummodò in hoc declamatorio ſit opere iactatus, an ad dicẽdum omnibus ingenuis artibus inſtructus acceſſerit.

12 ¶ Tum ridens Scæuola[g], Non luctabor, inquit,tecum, Craſſe,amplius.id enim ipſum, quod contra me locutus es, artificio quodam es conſecutus, vt & mihi, quæ ego vellem non eſſe oratoris,concederes: & ea ipſa neſcio quomodo rurſus detorqueres, atque oratori propria traderes. Hæc, cùm ego prætor Rhodum veniſſem, & cum ſummo illo doctore iſtius diſciplinæ Apollonio[h],ea, quæ à Panætio acceperam, contuliſſem: irriſit ille quidem, vt ſolebat, philoſophiam, atque conte mſit, multáque non tam grauiter dixit,quàm facetè,tua autem fuit oratio eiuſmodi, non vt vllam artem, doctrinámve contemneres,ſed vt omneis[i], comites ac miniſtras oratoris eſſe diceres, quas ego,ſi quis ſit vnus complexus omneis, idémque ſi ad eas facultates iſtam ornatiſſimæ[k] orationis adiunxerit, non poſſum dicere, eum non egregium quendam hominem, atque admirandum fore:ſed is,ſi quis eſſet, aut ſi etiam vmquam fuiſſet,aut verò ſi eſſe poſſet,tu eſſes vnus profectò,qui & meo iudicio, & omniũ, vix vllam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquiſti. Verùm ſi tibi ipſi nihil deeſt,quod in forenſibus rebus, ciuilibúſque verſetur,quin ſcias, neque eam tamen ſcientiam,quam adiungis oratori, complexus es:videamus, ne plus ei tribuas, quàm res & veritas ipſa concedat. 13 ¶ Hîc Craſſus, Memento,inquit,me non de mea, ſed de oratoris facultate dixiſſe. Quid enim nos aut didicimus, aut ſcire potuimus? qui antè ad agendum, quàm ad cognoſcendum venimus, quos in foro, quos in ambitione, quos in republica, quos in amicorum negotiis res ipſa antè confecit, quàm poſſemus aliquid de rebus tantis ſuſpicari. Quod ſi tibi tantum in nobis videtur eſſe, quibus etiam ſi ingenium[a],

a meminit Valerius 8.c. 12. in fine 7. Plin.37.*

P. B.

b L.faciẽdæ,

c vis oratoris in quo conſiſtat.*

d L. quod ita poſui,q.

e L.atq.in vſu for.

f L. vt ipſi Mario.

g L.quàm ille ipſe.

h L. Sin quæ res incid.

i L. de ea re multo d.

k L. quoniã philoſophia ipſa

l Philoſophiæ tres partes.*

m al.tributa.*

n L. ſi quãdo opus erit.,

o al. ſi modò erunt

p L. & ei tradita.

a oratoris & P.X C I. poetæ affinitas.*

b L. in hoc quidem certe idem,

c al.Scæuola

d L. ſic ſentio, hominẽ neminem eſſe

e L.&,vt,qui aliq.

f L.adhibeãtur

g L.Scæuula.

h Apollonium Rhodium intelligit.*

i v.ſ.omnis,

k fort. ornantdæ orationis. ‖vt ſubintelligat facultatem.*

P. B.

nium[a], vt tu putas, non maximè defuit, doctrina certè, & otium, & herculè etiam studium[b] illud dicendi acerrimum defuit: quid censes, si ad alicuius ingenium vel maius illa, quæ ego non attigi, accesserint[c] qualem illum, & quantum oratorem futurum? 14 ¶ Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista, Crasse, quę dicis. nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum, atque artium rationem, naturámque comprehenderit. Sed primùm id difficile factu est, præsertim in hac nostra vita, nostrísque occupationibus: deinde illud etiam verendum est, ne abstrahamur ab hac exercitatione, & consuetudine dicendi populari, & forensi. Aliud enim mihi quoddam genus orationis esse videtur eorum hominũ, de quibus paulò antè dixisti, quamuis illi ornatè, & grauiter aut de natura rerum, aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum, & lætum, sed palæstræ magis, & olei, quàm huius ciuilis turbæ, ac fori. Namque egomet, qui serò, ac leuiter Græcas litteras attigissem, tamen cùm[c] pro consule in Ciliciam proficiscens Athenas venissem, complureis[d] tum ibi dies sum propter nauigandi difficultatem cõmoratus: sed, cùm quotidie mecum haberem homines doctissimos, eos ferè ipsos, qui abs te modò sunt nominati, cúmque hoc, nescio quomodo, apud eos increbruisset, me in causis maioribus, sicuti te, solere versari, pro[e] se quisque vt poterat, de officio & ratione oratoris disputabat. Horum alij, sicut iste ipse *Menesarchus*, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat. nisi quosdam operarios, lingua celeri, & exercitata: oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem: atque ipsam eloquentiam, quòd ex bene dicendi scientia constaret, vnam quandam esse virtutem: &, qui vnam virtutem haberet, omneis habere, eásque[f] ipsas esse inter se æqualeis, & pareis, ita, qui esset eloquens, eum virtutes omneis[g] habere, atque esse sapientem. Sed hæc erat spinosa quædam, & exilis oratio, longéque à nostris sensibus abhorrebat. *Carneades* verò multò vberiùs iisdem de rebus loquebatur, non quò aperiret sententiam suam (hic enim mos erat patrius Academiæ, aduersari[h] semper omnibus in disputando) sed tum maximè tamen hoc significabat, eos, qui rhetores nominarentur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil planè tenere, neque posse quemquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inuenta didicisset. Disputabant contrà disserti homines, Athenienses[i], in repub. causísque versati, in quibus erat etiam is, qui nuper Romæ fuit, *Menedemus* hospes meus: qui cùm diceret esse quandam prudentiam, quæ versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum, & regendarum rerum publicarum, excitabatur[k] homo promtus, ab homine abundanti doctrina, & quadã incredilibi varietate rerum, & [l] copia. Omneis enim partes illius ipsius prudentiæ petendas esse à philosophia docebat, neque ea, quæ statuerentur in repub. de diis immortalibus, de disciplina iuuentutis, de iustitia, de patientia, de temperantia, de modo rerum omnium, cæteráque, sine quibus ciuitates aut esse, aut bene moratæ esse non possent, vsquam in eorum libris inueniri. Quod si tãtam vim rerum maximarum arte sua rhetorici illi doctores complecterentur: quærebat, cur de proœmiis, & de epilogis, & de huiusmodi nugis (sic enim appellabat) referti essent eorum libri: de[a] ciuitatibus instituendis, de scribendis legibus, de æquitate, de iustitia, de fide, de frangendis cupiditatibus, de conformandis hominum moribus, littera in eorum libris nulla inueniretur. Ipsa verò præcepta sic illudere solebat, vt ostenderet, non modò eos illius experteis esse prudentiæ, quam sibi ascisceren[b], sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem, ac viam nosse. Caput enim esse arbitrabatur oratoris, vt & ipsis, apud quos ageret, talis, qualem se ipse optaret, videretur. id fieri vitæ dignitate, de qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent: & vti eorum, qui audirét, sic afficerentur animi, vt eos affici vellet orator: quod[c] item fieri nullo modo posse, nisi cognosceret is, qui diceret, quot modis hominũ mẽtes, & quibus rebus, & quo genere orationis in quamque partem mouerentur. Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa, atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Ea Menedemus exemplis magis, quàm argumentis, conabatur[d] refellere. memoriter enim multa ex orationibus Demosthenis præclarè scripta pronuntians, docebat, illum in animis vel iudicum, vel populi, in omnem partem dicendo permouendis, nõ fuisse ignarum, quibus ea rebus consequeretur, quæ negaret ille sine philosophia quemquã scire posse. Huic respondebat, non se negare, Demosthenem summam prudentiam, summámque vim habuisse dicendi: sed siue ille hoc ingenio potuisset, siue, id quod constaret, Platonis studiosus audiendi fuisset: non, quid ille potuisset, sed, quid isti docerent, esse quærendum. Sæpe etiam in eã partẽ ferebatur[e] oratione, vt omnino disputaret, nullã artem esse dicendi: idque cùm argumentis docuerat, quòd ita nati essemus, vt & [f] blandiri, & supplici ter insinuare iis à quibus esset petendum, & aduersarios minaciter terrere possemus, & rem gestam exponere, & id, quod intenderemus, confirmare, & id, quod contrà diceretur, refellere[g], & ad extremum deprecari aliquid, & conqueri, quibus in rebus omnis oratorum versaretur facultas: & quòd consuetudo, exercitatióque & intelligendi prudentiam acueret, & eloquendi celeritatem incitaret: tum etiam exemplorum copia nitebatur. nam primùm quasi dedita opera neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, cùm repeteret vsque à Corace nescio quo, & Tisia, quos artis[h] illius inuentores, & principes fuisse constaret: eloquentissimos autem homines, qui ista nec didicissent, nec omnino scisse[i] curassent, innumerabileis quosdam nominabat: in quibus etiam siue ille irridens, siue quòd ita putaret, atque ita audisset, me[k] in illo numero, qui illa non didicissem, & tamen (vt ipse dicebat) posse aliquid in dicendo, proferebat. Quorum illi alterum facilè assentiebat, nihil me didicisse, in altero autẽ me illudi ab eo, aut etiam ipsum errare arbitrabar. Artem verò negabat esse vllam, nisi quæ cognitis, penitúsque perspectis, & in vnum exitum spectantibus, & numquam fallentibus rebus contineretur. Hæc autem omnia, quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse, & incerta: cùm & dicerẽtur ab iis, qui

a Ingenio hìc opponit doctrinam vt alibi*
b L. studium illud discendi accerr.
c est autem discendi studium φιλοσοφία.*
d v. c. compluris
e al. cùm pro consul
e L. pro se quisq. eorum vt quisq. poterat, de off. l. al. pro se quisque poterat. al. pro se quisque eorum, vt quisque poterat*
f al. eásq. esse inter se
g v. r. omnis.
h Academicorum mos aduersari semper omnibus in disputando.*
P. XCII. i L. Athenienses, & in rep.
k L. excipiebatur homo pr. hìc est, Menedemus excipiebatur à Carneade. hìc est Menedemo reponebat Carneades.* l L. atq. copia

a al. de ciuitatibus constituendis,
b al. adscriberent.*
c L. quod ita f.
d L. refellere conabatur.
e al. ferebat orationem.*
P. B.
f L. & blandiri supplicìter iis, a quibus. ‖ al. & blandiri supplìciter & subtiliter insinuare.*
g L. refellere, ad ext.
h vide 3. Qu. 3.*
i L. scire curasse,
k haec verba, me in illo numero, *disparagit Lambinus.**

ea omnia non planè tenerent[a], & audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certè obscura opinio. Quid multa? sic mihi tum persuadere videbatur, neque artificium vllum esse dicendi, neque quemquam posse, nisi qui illa, quæ à doctissimis hominibus in philosophia dicerentur, cognosset, aut callidè, aut copiosè dicere. Quibus[b] dicere Carneades solebat, ingenium tuum, Crasse, vehementer admirans, me sibi perfacilem in audiendo[c], te perpugnacem in disputando esse visum. Tumque ego hac eádem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente, & inuito excidit, & peruênit in manus hominum, Disertos[d] me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem: quòd eum statuebam disertum, qui posset satis acutè, atque dilucidè apud mediocreis[e] homines ex communi quadam hominum opinione dicere: eloquentem verò, qui mirabiliùs, & magnificentiùs augere posset, atque ornare quæ vellet, omnésque[f] omnium rerum, quæ ad dicendum pertinerent, fonteis[g] animo ac memoria contineret. Id si est difficile nobis, qui antè, quàm ad discendum[h] ingressi sumus, obruimur ambitione, & foro: sit tamen in re positum, atque natura. Ego enim, quantùm auguror coniectura, quantáque ingenia in nostris hominibus esse video, nõ despero fore aliquê aliquando, qui & studio acriore, quàm nos sumus, atque fuimus, & otio ac facultate discendi maiore, ac maturiore, & labore atque industria superiore, cùm se ad audiendum, legendũ, scribendúmq; maiore[i] opera dederit[k], exsistat talis orator, qualem quærimus: qui iure non solùm disertus, sed etiam eloquens dici possit: qui tamen, mea sententia, aut hic est iã Crassus, aut, si quis pari fuerit ingenio, pluráq; quàm hic, & audierit, & lectitarit, & scripserit, paullũ huic aliquid poterit addere. 15 ¶ Hoc loco Sulpicius, Insperâti mihi, inquit, & Cottæ, sed valde optanti vtriq; nostrûm, cecidit, vt in istũ sermonẽ, Crasse, delaberemini. Nobis enim huc venientibus iucũdũ[l] satis fore videbatur, si, cùm vos de rebus aliis loqueremini, tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignũ excipere possemus. vt verò penitus in eã ipsam totius huius vel studij, vel artificij, vel facultatis disputationem pænè intimam peruenireris, vix optandum nobis videbatur. Ego enim, qui ab ineunte ætate ineensus essem studio vtriusq; vestrûm, Crassi verò etiã amore, cùm ab eo nusquã[m] discederem, verbũ ex eo numquã elicere potui de vi ac ratione dicendi, cùm & per[n] meipsum egissem, & per Drusum sæpe tẽtassem: quo in genere, tu Antoni, (verè loquar) numquã mihi percontanti[o], aut quærenti aliquid, defuisti, & persæpe me, quæ soleres in dicendo obseruare, docuisti. Nunc, quoniam vterq; vestrûm patefecit earũ[p] rerum ipsarum aditum, quas quærimus, & quoniã princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniã, vt ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. Quod quidẽ si erit à vobis impetratũ, magnam habebo, Crasse, huic palæstræ, & Tusculano tuo gratiam, & longè Academiæ illi, ac Lycio[q] tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. 16 ¶ Tum ille, Immo verò, inquit, Sulpici, rogemus Antonium, qui & potest facere id, quod requiris, & consuevit, vt te audio dicere. Nam[a] me quidem semper à genere hoc toto sermonis refugisse, & tibi cupienti atque instãti sæpissime negasse, tute paullo antè dixisti. Quod ego non superbia, neq; inhumanitate faciebam, neq; [b] quò tuo studio rectissimo, atq; optimo nõ obsequi vellẽ, præsertim cùm te vnum ex omnibus ad dicendũ maximè natũ, aptúmq; cognossem: sed mehercule istius disputationis insolẽtia, atque earũ rerũ, quæ[c] quasi traduntur in arte, inscitia. 17 ¶ Tũ Cotta, Quoniã id, quod difficillimũ nobis videbatur, vt omnino de his rebus, Crasse, loquerere, assecuti sumus: de reliquo iam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia, quæ percunctati erimus, explicaris, dimiserimus. 18 ¶ De his, credo, rebus, inquit Crassus, vt in conditionibus[d] scribi solet, QVIBVS[e] SCIAM, POTEROQVE. 19 ¶ Tum ille, Namq; quod tu non poteris, aut nescies, quis nostrûm tam impudens est, qui se scire, aut posse postulet? 20 ¶ Iam[f] verò, ista conditione, dum mihi liceat negare posse quod nõ potero, & fateri nescire quod nesciã, licet, inquit Crassus, vestro arbitratu percunctemini. 21 ¶ Atque, inquit Sulpicius, hoc primùm ex te, de quo modò Antonius exposuit, quid sentias, quærimus: existiméne artem aliquã esse dicendi. 22 ¶ Quid? mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquã alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto, atq; erudito, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Quãdo enim me ista curasse, aut cogitasse arbitramini, & nõ semper irrisisse potiùs eorũ hominũ impudẽtiam, qui cùm in schola assedissent, ex[g] magna hominũ frequentia dicere iuberẽt, siquis quid quæreret? quod primũ ferũt Leontinũ fecisse Gorgiam: qui permagnũ quiddã suscepere, ac profiteri videbatur, cùm[h] se ad omnia, de quibus quisq; audire vellet, esse paratũ denuntiaret. Postea verò vulgò hoc facere cœperunt, hodiéque faciunt, vt nulla sit res, neq; tanta, neq; tã improuisa, neq; tam noua, de[i] qua se non omnia quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. Quod si te, Cotta, arbitrarer, aut te, Sulpici, de iis rebus audire velle, adduxissem huc Græcum aliquem, qui[k] nos istiusmodi disputationibus delectaret: quod ne nunc quidem difficile factu est. Est enim apud M. Pisonem, adolescentem[l] iam huic studio deditũ, summo hominem ingenio, nostríque cupidissimum, Peripateticus Stasseas[m], homo nobis sanè familiaris, &, vt inter homines peritos cõstare video, in illo suo genere omnium princeps. 23 ¶ Quem tu, inquit[n], mihi, Mucius, Stasseam, quẽ Peripateticum narras? gerendus est tibi mos adolescentibus, Crasse: qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt: sed ex homine omnium sapientissimo, atque eloquentissimo, atq; ex eo, qui non in libellis, sed in maximis causis, & in hoc domicilio imperij & gloriæ, sit consilio, linguáque princeps: cuius vestigia[o] qui persequi cupiunt, eius sententiam scisciantur. Equidem te cùm in dicendo semper putaui deum, tum verò tibi numquam eloquentiæ maiorem tribui laudem, quàm humanitatis: qua nunc te vti vel maximè decet, neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentis ingenij adolescentes cupiunt accedere. 24 ¶ Ego verò, inquit, istis obsequi studeo, neque gra-

a al. cernerent.*
b L. Quib. ad iicere Carneades soleb.
c al. dicẽdo.*
d Diserti & eloquentis diserimen.*
e v. c. mediocris
f v. c. omnisq.
g v. c. fontis
h al. dicendum.*
p. XCIII.
i al. maiore opere: al. quidam hæc verba maiore opera distinguunt.*
k L. dederit.
l L. satis iucundũ.
m fort. numquã discederem,
n fort. per me ipse eg.
o al. percunctanti,
p L. earum rerum aditum.
q al. Lyceo.

a L. Nam me quidem & fateor semper.
b al. neq. quod
c L. quæ quasi in arte traduntur, ‖ inscientia.
d L. cretionibus scribi solet, ‖ antea legebatur certionibus. al. Crassi orationibus, al. certioribus. Est verò Cretio temporis spatiũ quod datur hæredi ad de p. B. liberandum, vtrum ei expediat hæreditatem adire, necne. Vlp. Tiuil. 22. Isidor. 5. Varro 5. de lingua. 13. ad Atticũ. 44. Est autẽ cernere, non modò confitmere se hæredẽ esse (vt Varro 6. de lingua explicat.) verũm etiam legitima cretionis verba dicere, hunc in modum, Cùm me Mæuius hæredẽ instituerit eã hæreditatẽ, cernò, adeóq. Vlp. 32.*
e Cretio duplex: vulgaris, in qua adiiciebãtur hæc verba, quibus sciam poteroque Continua in qua non adiiciebantur. Vlp. sit. 23. Vnde his verbis, quibus sciam poteroque tẽpus bonorum possess. admittendæ vtile, nec continuũ offenditur l. 2. ff. quis ordo in bonorum possess.*
f L. Ista verò cond.
g al. in maxima.
h Idẽ initio 2. de finibus*
i L. de qua nũ se omn.
k al. qui vos
l al. adolescẽtẽ, huic studẽ.
m Stasæ Neapolitani Peripatetici meminit lib. 5. de finibus Cicero.*
n L. mihi, inquit,
o al. vestigia persequi.*

grauabor breuiter meo more, quid quaque de re sentiam, dicere. Ac primùm illud (quoniam auctoritatem tuam negligere, Scæuola[a], fas mihi esse non puto) respondeo, mihi dicēdi aut nullam[b] artem, aut pertenuem videri, sed[c] omnem esse contentionē inter homines doctos in verbi controuersia positam[d]. Nam si ars ita definitur, vt paullo antè expositum est Antonius, ex rebus penitus perspectis, planéq; cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiunctis, scientiáque comprehensis: non mihi videtur ars oratoris esse vlla. Sunt enim varia, & ad vulgarem, popularémque sensum accommodata omnia genera huius forensis nostrę dictionis. Sin autem ea, quæ obseruata sunt in vsu, ac ratione dicendi, hæc ab hominibus callidis, ac peritis animaduersa, ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt: (id quod fieri potuisse video) non intelligo, quamobrem non, si minùs illa subtili definitione, at hac vulgari opinione, ars esse videatur. Sed siue est ars, siue artis quædam similitudo, non est quidem ea negligenda: verùm intelligendum est, alia quædam ad consequendam eloquentiam esse maiora.

25 ¶ Tum Antonius vehementer se assentiri Crasso dixit, quòd neq; ita amplecteretur[e] artem, vt ij solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret. Sed existimo, inquit, gratū[f]te his esse, Crasse, facturum, si ista exposueris, quæ putas ad dicendum plus, quàm ipsam artem, posse prodesse. 26 ¶ Dicam equidem, quoniam instituisti, petámq; à vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis: quamquam[g] moderabor ipse, ne, vt quidā, magister, atq; artifex, sed quasi vnus è togatorum numero, atque ex forēsi vsu homo mediocris, neq; omnino rudis, videar non ipse aliquid à me promsisse, sed fortuitò in sermonē vestrum incidisse. Equidē, cùm peterē magistratus, solebam in prensando dimittere à me Scæuolam[h], cùm ei ita dicerem, me velle esse ineptū. Id erat petere blādiùs: quod[i] nisi ineptè fieret, bene non posset fieri. Hunc autem esse vnum[k] hominē ex omnibus, quo præsente ego ineptus esse minimè vellem: quē quidem nunc mearum ineptiarum testem, & spectatorem fortuna constituit. Nam quid est ineptius, quàm de dicendo dicere, cùm ipsum, dicere, numquam sit non ineptum, nisi cùm est necessariū? 27 ¶ Perge verò, Crasse, inquit Mucius. Istam enim culpam, quam veteris, ego præstabo. 28 ¶ Sic igitur censeo, inquit Crassus, naturam[l] primùm atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam: neque verò istis, de quibus paulò antè dixit Antonius, scriptoribus artis, rationem dicendi & viam, sed naturam defuisse. Nam & animi, atque ingenij celeres quidam motus esse debent, qui[m] ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandúmque sint vberes, & ad memoriā firmi, atque diuturni. & [n] si quis est, qui hæc putet arte accipi posse, quod falsum est (præclarè[o] enim se res habeat, si hæc accendi, aut commoueri arte possint: inseri quidem, & donari ab arte non possunt omnia: sunt enim illa dona naturæ) quid de illis dicet, quę certè cum ipso homine nascuntur? linguæ solutio, vocis sonus, latera, vires, conformatio quædam & figura totius oris, & corporis? Neque [p] hæc ita dico, vt ars aliquid limare non possit: (neque enim ignoro, & quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina, &, quæ non optima, aliquo modo acui tamen, & corrigi posse) sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motúque corporis vasti, atque agrestes, vt, etiamsi ingeniis, atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Sunt[a] autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo deo ficti[b] esse videantur. Magnum quoddam est onus, atque munus, suscipere, atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, vnum maximis de rebus, magno in conuentu hominum, audiendum. *Adest*[c] enim *fere nemo, quin*[d] *acutius, atque acriùs vitia in dicente, quàm recta, videat.* ita, quicquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit. Neque hæc in eam sententiam disputo, vt homines adolescenteis, siquid naturale fortè non habeant, omnino à dicendi studio deterream. Quis enim non[e] videat, C.[f] Cœlio æquali meo, magno honori fuisse, homini nouo: illam ipsam, quamcumque assequi potuerit, in dicendo mediocritatem? quis vestrūm æqualem meum, Q. Varium[g], vastum hominem, atque fœdum, non intelligit, illa ipsa facultate, quamcumque habuit[h], magnam esse in ciuitate gratiā consecutum? Sed quia de oratore quærimus, fingendus est nobis oratione nostra, detractis omnibus vitiis, orator, atque omni laude cumulandus[i]. Neque enim, si multitudo litium, si varietas causarū, si hæc turba, & barbaria forensis dat locū vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc, quod quærimus, omittemus. Itaque in iis artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, quàm diligenter, & quā propè fastidiosè iudicamus? Nullæ enim lites neque controuersiæ sunt, quæ cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Est igitur oratori diligenter prouidendum, non vti illis satisfaciat, quibus necesse est: sed vt iis admirabilis esse videatur, quibus liberè liceat iudicare. Ac, si quæritis, planè, quid sentiam, enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, & tacendum putaui. Mihi etiam quique[k] optimè dicunt, quique id facillimè, atque ornatissimè facere possunt, tamen, nisi timidè ad dicendum accedunt, & in exordienda oratione perturbantur, pænè impudentes videntur, tametsi id accidere non potest. Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variósque euentus orationis, exspectationémque[l] hominum pertimescit. Qui verò nihil potest[m] dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere, atque edere, is mihi, etiam si commouetur in dicendo, tamen impudens videtur. *non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. Quem verò non pudet* (id quod in plerisque video) *hunc ego non reprehensione solum, sed etiam pœna dignum puto.* Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in meipso sæpissime experior, vt[n] exalbescam in principiis dicendi, & tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Adolescentulus verò sic[o] in initio accusationis exanimatus sum, vt hoc summum beneſi-

a L. Scæuula, b Eloquentiæ ars aut nulla aut pertenuis.* c L. sed omnē P. X C I I I. contentionē int. d L. esse positam.

e L. artē amplecteretur,

f L. gratum te his Crasse, facturum,

g L. quamquam moderabor ipse mihi, ne, vt q.

h L. Scæuola, i Multa sunt, quæ nisi ineptè fiant bene non possunt fieri.* k al. vnum ex omnibus. L. hominem vnum ex omnib.

l Natura atque ingenia ad dicendum vim maximā adferunt.*

m L. qui & ad ex. og. n L. sed, si quis est,

o ἀμφιπτ. p. 8. τὸν γὰρ ἂν εἰπ.

p al. Neq. vero ita di.

a L. Sunt autem quidam ita in iisdem reb. habiles, ita naturæ muneribus ornati, vt n. n.

b al. facti.

c al. Est enim.*

d al. qui non acut.

e L. nō videt,

f C. Cœlii, meminit in Bruto.*

g Q. Varii memini non vno loco in Bruto.*

h L. habet,

i L. cumulatus.

k L. qui optimè dicunt,

l P. X C V. l L. hominū q. exspectationem m al. potest, dignum nomine: vt distingantur hæc duo, dignum re.*

n al. vt expalleſcam

o L. sic initio acc.

cium Q.Maximo debuerim, quòd continuò consiliũ dimiserit,simul ac me fractum,ac debilitatum metu viderit. 29 ¶Hîc[a] omnes assensi,significare inter sese,& colloqui cœperunt. fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor,qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. 30 ¶Tum Antonius,Sæpe,vt dicis,inquit, animaduerti, Crasse,& te, & cæteros summos oratores, quamquam tibi par,mea sententia,nemo vmquam fuit,in dicendi exordio permoueri. Cuius quidem rei cùm causam quærerem,quídnam esset, cur vt in quoque oratore plurimùm esset, ita maximè is pertimescereet, has causas inueniebam duas:Vnam,quòd intelligerent ij , quos vsus, ac natura docuisset,nonnumquam summis oratoribus non satis ex sententia euentum dicendi procedere. ita non iniuria,quotiescumque dicerent,id, quod aliquando posset accidere, ne[b] tum accideret, timere. Altera est hæc,de qua queri sæpe soleo[c]:cæterarum[d] hominum artium spectati , & probati,si quando aliquid minus bene fecerunt, quàm solent,aut noluisse,aut valetudine impediti non potuisse consequi,id quod scirent, putantur.Noluit, inquiunt , hodie agere Roscius, aut crudior fuit.Oratoris peccatum , si quod est animaduersum , stultitiæ peccatum videtur.stultitia autem excusationem non habet : quia nemo videtur,aut quia crudus fuerit , aut quòd ita maluerit,stultus fuisse. quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus. quoties enim dicimus,toties de nobis iudicatur.& qui semel in gestu peccauit , non continuò existimatur nescire gestum.cuius autem in dicendo aliquid reprehensum est:aut æterna in eo, aut certè diuturna valet opinio tarditatis. Illud verò,quod à te dictum est,esse permulta, quæ orator,nisi à natura haberet , non multùm à magistro adiuuaretur: valde tibi assentior,inque eo vel maximè probaui summum illum doctorem Alabandẽsem[e] Apollonium, qui cùm mercede doceret, tamen non patiebatur,eos,quos iudicabat non posse oratores euadere,operam apud sese perdere, dimittebãtque:&[f] ad quamcunque artem putabat esse aptum,ad eam impellere,atque hortari solebat. Satis est enim cæteris artificiis percipiendis , tantummodò simílem esse hominis, & id,quod tradatur , vel etiam inculcetur,si quis fortè sit tardior,posse[g] percipere animo, & memoria custodire.non quæritur mobilitas linguæ,non celeritas verborũ,non deniq; ea , quæ nobis non possumus fingere , facies, vultus.sonus *In oratore autem acumen dialecticorum,sententiæ philosophorum, verba propè poetarum, memoria iurisconsultorum , vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum est requirendus.* Quamobrem nihil in hominũ genere rarius perfecto oratore inueniri potest : quæ enim singularum rerum artifices singula si mediocriter adepti sunt, probantur, ea, nisi omnia summa sunt in oratore, probari non possunt.

31 ¶Tum Crassus, Atqui vide,inquit,in artificio perquàm tenui,& leui,quantò plus adhibeatur diligentię,quàm in hac re,quam cõstat esse maximam. Sæpe enim soleo audire Roscium,cùm ita dicat, se adhuc reperire discipulum,quem quidẽ probaret , potuisse neminem:non[h] quò non essent quidam probabiles , sed quia si aliquid modò esset vitij , id ferre ipse non posset.Nihil est enim tam insigne,nec tam ad diuturnitatẽ memorię stabile, q̃ id,in quo aliquid offenderis.Itaq;vt ad hanc similitudinẽ huius histrionis , oratoriã laudẽ dirigam[9],videtísne,quàm nihil ab eo,nisi per fecte[a],nihil nisi cum summa venustate fiat?ni hil nisi ita,vt deceat,& vti omneis[b] moueat, atq; delectet?Itaq; hoc iam diu est cõsecutus, vt,in quo quisq; artificio excelleret,is[c] in[d] suo genere Roscius diceretur.Hãc ego absolutionẽ,perfectionémque in oratore desiderans, à qua ipse longè absum,facio impudenter.mihi enim volo ignosci, cæteris ipse non ignosco. Nam qui non potest,qui vitiosè facit,quẽ deniq;non decet,hũc(vt Apollonius iubebat)ad id,quod facere possit, detrudendũ puto. 32 ¶Nũ tu igitur,inquit Sulpicius , me, aut hunc Cottam,ius ciuile, aut rem militarẽ iubes discere? nam quis ad ista summa, atque in omni genere perfecta potest peruenire?

33 ¶Tum ille,Ego verò,inquit, quòd in vobis egregiam quandam , ac præclarã indolem ad dicendum esse cognoui , idcirco hæc exposui omnia: nec magis ad eos deterrendos, qui non possent,quàm ad vos,qui possetis,excuendos accommodaui orationem meam:& quamquã in vtroque vestrũm summum esse ingenium,studiúmque perspexi , tamen hæc, quæ sunt in specie posita,de quibus plura fortasse dixi,quàm solent Græci dicere,in te,Sulpici,diuina sunt.Ego enim neminem,nec motu corporis,neque ipso habitu[e] , atque forma aptiorem,nec voce pleniorem,aut suauiorem mihi videor audisse,quæ,quibus à natura minora data sunt , tamen illud assequi possunt, vt iis,quæ habeant , modicè & scienter vtantur,& vt ne dedeceat.Id enim est maximè vitandum,& de hoc vno minimè est facile præcipere,non mihi modò,qui sicut vnus paterfamiliâs,his de rebus loquor,sed etiam ipsi illi Roscio:quem sæpe audio dicere , CAPVT[f] *esse artis,decere*:quod tamẽ vnum id esse,quod tradi arte non possit.Sed,si placet, sermonem aliò transferamus, & nostro more aliquando, non rhetorico,loquamur. 34 ¶Minimè verò,inquit Cotta.nunc enim te iam exoremus necesse est, quoniam retines nos in hoc studio,nec ad aliam dimittis artem,vt nobis explices,quidquid est,istud,quod tu in dicendo potes.neque enim sumus nimis auidi: ista tua mediocri eloquentia contenti sumus , ídque ex te quærimus (vt ne plus nos assequamur, quàm quantulum tu in dicendo assecutus es) quoniam,quæ à natura expetenda sunt,ea dicis non nimis deesse nobis,quid præterea esse assumendum putes? 35 ¶Tum Crassus arridens,Quid censes,inquit,Cotta, nisi studium, & ardorem quẽdam amoris?sine quo cùm in vita nihil quidquam egregiũ , tum certè hoc, quod tu expetis,nemo vmquam assequetur. Neque verò vos ad eam rem video esse cohortandos:quos , cùm mihi quoque sitis molesti,nimis etiam flagrare intelligo cupiditate.Sed profectò studia nihil prosunt perueniendi aliquò,nisi illud,quod eò , quò intendas,ferat,deducátque,cognoris. Quare,quoniam mihi leuius quoddam onus imponitis, neque ex me de oratoris arte,sed de hac mea, quantulacumque est,facultate quæritis,exponam vobis, non[g] quandam aut perreconditam, aut valde difficilem , aut magnificam, aut grauem rationem consuetudinis meæ, qua

a L. Hîc oẽs Crasso assensi, significare , & colloqui inter sese cœp.

b *al.* ne tum illud ipsum acc.
c *al.* soleo, quòd cæter. hom.
d *al.* quod cæterarum.*

e Apollonius Alabandensis.*

P. B.
f L.& ad quãquenque artem p.
g L. posse animo percipere & m.c.

h *al.* nõ quòd

a *al.* perfectum.*
b *vtc.* omnis

c L. is in eo genere R. d Roscius in suo genere.*

P. XCVI.
e σχήματα,

f Decere quod τὸ πρέπον Græcis. *Cicero in Orat.*

g L. quãdam non perreconditam , aut valde diff.

qua quondam solitus sum vti, cùm mihi in isto studio versari adolescenti licebat. 36 ¶ Tũ Sulpicius, O diem, Cotta, nobis, inquit, optatum! quod enim neque precibus vnquam, nec[a] insidiando, nec speculando assequi potui, vt, quid Crassus ageret, meditandi, aut dicendi causa, non modò videre mihi, sed ex eius scriptore, & lectore Diphilo suspicari liceret, id spero nos esse adeptos, omniáq; iam ex ipso, quę diu cupimus, cognituros. 37 ¶ Tũ Crassus, Atqui[b] arbitror, Sulpici, cùm audieris, non tam te hæc admiraturum, quæ dixero, quàm existimaturum, tum, cùm ea audire cupiebas, causam, cur cuperes, non fuisse. Nihil enim dicam reconditum, nihil exspectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum. Nam principiò illud, quod est homine ingenuo, liberalitérque educato dignum, non negabo me ista omnium[c] communia, & contrita præcepta didicisse: Primùm oratoris officium[d] esse, dicere ad persuadendum accommodatè: deinde esse omnem orationem aut[e] de infinitę rei quæstione, sine designatione personarum, & temporum, aut de re certis in personis, ac temporibus locata. In vtraque autem re, quidquid in controuersiâ veniat, in eo quæri solere, aut factúmne sit, aut, si est factum, quale sit, aut etiam quo nomine vocetur, aut, quod nonnulli addunt, recténe factum esse videatur. Exsistere[f] autem controuersias etiam ex scripti interpretatione, in quo aut ambiguè quid sit scriptum, aut contrariè, aut ita, vt à sententia scriptum dissideat[g]: his autem omnibus partibus subiecta quædam esse argumenta propria. Sed causarum, quę sint à communi quæstione seiunctę, partim in iudiciis[h] versari, partim in deliberationibus: esse etiam genus tertiũ, quod in laudandis, aut vituperandis hominibus ponerétur: certóque esse locos, quibus in iudiciis vteremur, in quibus æquitas quæritur: alios[i] in deliberationibus, qui omnes ad vtilitatẽ dirigerẽtur eorum, quibus consilium daremus: alios[k] item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrẽtur. Cúmque esset omnis oratoris vis[l], ac facultas in quinque parteis distributa, vt deberet reperire primùm, quid diceret, deinde inuenta non solùm ordine, sed etiam momento quodam, atque iudicio dispensare, atque disponere: tũ ea denique vestire, atque ornare oratione: pòst memoria sæpire: ad extremum agere cũ dignitate, & venustate: etiam illa cognoram, & acceperam, antè quàm de re diceremus, initiò[m] conciliandos eorum esse animos, qui audirent: deinde rem demonstrãdam: postea controuersiam constituendam[n]: tum id, quod nos intenderemus, confirmandum: pòst, quæ contrà dicerentur, refellẽda: extrema autem oratione, ea, quæ pro nobis essent, amplificanda, & augenda, quæque essent pro aduersariis, infirmanda, atque frangenda. Audieram etiã, quæ de orationis ipsius ornamentis[o] traderentur, in qua præcipitur primùm, vt purè & Latinè loquamur: deinde vt planè & dilucidè tum vt ornatè: pòst ad rerum dignitatem aptè & quasi decorè: singularúmque rerum præcepta cognoram. Quinetiam, quæ maximè propria essent naturæ, tamen his ipsis artem adhiberi videram. nam de actione, & de memoria quædam breuia, sed magna cum exercitatione præcepta gustaram. In his enim ferè rebus omnis istorum artificum[a] doctrina versatur, quam ego si nihil dicam adiuuare, mentiar. habet enim quædam quasi ad commonendum oratorem, quò quidque referat, & quò intuens, ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minùs aberret. Verùm ego hanc vim intelligo esse in præceptis omnibus, non vt ea secuti oratores, eloquentiæ laudem sint adepti, sed, quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam obseruasse, atque[b] id egisse. sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, vt antè dixi, nõ[c] eiicio. Est enim etiam si minùs necessarium ad bene dicendum, tamen ad cognoscendum non illiberale. Ea[d] exercitatio[e] quædam suscipienda vobis est: quamquam vos quidem iampridem estis in cursu: sed iis, qui[f] ingrediuntur ad studium, quíque ea, quæ agenda sunt in foro, tanquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra prædiscere, ac meditari. 38 ¶ Hanc ipsam, inquit Sulpicius, nosse volumus: attamen ista, quæ abs te breuiter de arte decursa[g] sunt, audire cupimus, quamquam sunt nobis quoque non inaudita. Verùm illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus. 39 ¶ Equidem probo ista, Crassus inquit, quæ vos facere soletis, vt[h], causa aliqua posita consimili causarum earum, quæ in forum deferuntur, dicatis quàm maximè ad veritatem accommodatè: sed plerique in hoc vocem modò, neque eam scienter, & vireis exercent suas, & linguæ celeritatem incitant, verborúmque frequentia delectantur. in quo fallit eos, quod audierunt, dicendo, homines, vt dicant, efficere solere. Verè enim etiam illud dicitur, *Peruersè dicere, homines, Peruersè dicendo facillime consequi.* Quamobrẽ in istis ipsis exercitationibus, etsi vtile est, etiã subitò sæpe dicere, tamẽ illud vtilius, sumto spatio ad cogitandũ, paratiùs, atq; accuratiùs dicere. Caput autem est, quod (vt verè dicã) minimè facimus (est enim magni laboris, quẽ pleriq; fugimus) quàm plurimùm scribere. *Stilus optimus, & præstantissimus dicendi effector, ac magister*: neq; iniuria. Nam si subitã, & fortuitam orationem commentatio, & cogitatio facilè vincit: hanc ipsam profectò assidua, ac diligens scriptura superabit. omnes enim siue artis sunt loci, siue ingenij cuiusdam, atque prudentiæ, qui modò insunt in ea re, de qua scribimus, anquirentibus nobis, omníque acie ingenij contemplantibus, ostendunt se, & occurrunt: omnésque sententiæ, verbáq; omnia, quæ sunt cuiusque generis, maximè illustria, sub acumẽ stili subeant, & succedant necesse est: tum ipsa collocatio, conformatióq; verborum perficitur in scribendo, non poetico, sed quodam oratorio numero, & modo. Hæc sunt, quę clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiũt, neq; ea quisquam, nisi[i] diu, multúmq; scriptitarit, etiam si vehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur: & qui à scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, vt, etiam subitò si dicat, tamen illa, quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur: atque etiam, siquando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cùm ab eo discesserit, reliqua simjlis

a Artis oratoriæ summa.*

p. CXVII.

b L. atq. in arte redigisse.

c L. nõ reiicio.

d L. Præterea exercitatio quædam.

e al. exercitatio suscipienda.*

f L. qui ingrediuntur ad stadium.

g infrà dixit percursa. *numero. 49.*

h De exercitatione oratoria.*

i L. nisi qui diu, tm.

a al. neque in fidiãdo, neq. sp.

b L. Atquin arb.

c Græcorum scilicet, quod P. B. illi obiicit Antonius *lib. 2. num. 22.**

d officium oratoris.*

e materia oratoris infinita & finita quæstio: eáque facti, qualitatis, nominis, scripti.*

f L. Exsistere etiam controuersias ex scripti.

g al. dissentiat.*

h Genera causarum varia Iudiciale, deliberatiuũ, demonstratiuum, & quibus locis singula tractentur.*

i L. alios, quibus in deliberationib.

k L. alios itẽ, quibus in laudationib.

l oratoriæ facultatis quinque partes, Inuentio. Dispositio, Elocutio, Memoria, pronunciatio seu actio.*

m Orationis partes Exordium, Narratio, Partitio, Confirmatio, Refutatio, Conclusio.*

n Constitutio igitur causæ nõ est quod partitio.*

o De figuris verborum & sententiarũ.*

oratio consequetur. VT concitato nauigio, cùm[a] remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum, & cursum suum, intermisso impetu, pulsúque remorum: sic in oratione perpetua, cùm scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine, & vi concitata. In[b] quotidianis autem cogitationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam *illam exercitationem* maximè, qua C. Carbonem, nostrum illum inimicum solitum esse vti sciebam, vt aut versibus propositis quàm maximè grauibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quammaximè possem lectis pronuntiarem. sed pòst animaduerti, hoc esse in hoc vitij, quòd ea verba, quæ[c] maximè cuiusque rei propria, quæque essent ornatissima, atque optima, occupasset, aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut Gracchus, si eius orationem mihi fortè proposuissem. ita, si iisdem verbis vterer, nihil prodesse: si[d] aliis, etiam obesse, cùm minus idoneis vti consuescerem. Postea mihi placuit, eóque sum vsus adolescens, *vt summorum oratorum Græcas orationes explicarem.* quibus lectis hoc assequebar, vt, cùm ea, quæ legerem Græcè, Latinè redderem, non solùm optimis verbis vterer, & tamen vsitatis, sed etiam exprimerem quædam verba imitando, quæ noua nostris essent, dummodo essent idonea. Iam *vocis*, & *spiritus*, & totius *corporis*, & ipsius *linguæ motus*, *& exercitationes*, non tam artis indigent, quàm laboris: quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quòs imitemur, quorum similes velimus esse. Intuendi nobis sunt non solùm oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquâ deformitatem, prauitatémque veniamus. *Exercenda* est etiam *memoria*, ediscendis ad verbum quàm plurimis & nostris scriptis, & alienis. Atque in ea exercitatione non sanè mihi displicet adhibere, si[e] cõsueris, etiam istam locorum, simulacrorúmque rationem, quæ in arte traditur. *Educenda* deinde *dicto* est ex hac domestica exercitatione, & vmbratili, mediũ in agmen, in puluerem, in clamorem: in castra, atque[f] aciem forensem. subeundus vsus omnium, & periclitandæ vires ingenij: & illa commentatio incluſa, in veritatis lucẽ proferenda est. *Legendi* etiam *poetæ*, cognoscenda historia, omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi, & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi: disputandúmque de omni re in contrarias partes, &, quidquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum[g] atque dicendum. *Perdiscendum ius ciuile*, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo, disciplina reip. iura sociorum, fœdera, pactiones, causa imperij cognoscenda est: *libandus*[h] est etiam *ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos*: quo, tanquam sale, perspergatur omnis oratio. Effudi vobis omnia, quæ sentiebam, quæ[i] fortasse, si quemcumque patremfamiliàs arripuissetis ex aliquo circulo, eadem[k] vobis percontantibus respondisset. 40 ¶Hæc cùm Crassus dixisset, silentium est consecutum. Sed, quamquam satis iis, qui aderant, ad id, quod erat propositum, dictum videbatur, tamen sentiebant celeriùs esse multò, quàm ipsi vellent, ab eo peroratum. 41 ¶Tum Scæuula, Quid est, Cotta? inquit, quid tacetis? nihilne vobis in mentem venit, quod præterea à Crasso requiratis? 42 ¶Immò id mehercule, inquit, ipsum attendo. tantus enim cursus verborum fuit, & sic euoluit oratio, vt eius vim, atque incitationem adspexerim: vestigia ingressúmque vix viderim, &, tanquam in aliquam locupletem, ac refertam domum venerim, non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis, & signis propalàm collocatis, sed his omnibus multis, magnificísque rebus constructis[b], ac reconditis: sic modò in oratione Crassi diuitias, atque ornamenta eius ingenij per quædam inuolucra, atque integumenta perspexi: sed ea cùm contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit. ita neque hoc possum dicere, me omnino ignorare, quid possideat, neque planè nosse, ac vidisse. 43 ¶Quin tu igitur facis idem, inquit Scæuula, quod faceres, si in aliquam domum plenam[c] ornamentorum illam venisses? si ea sepositа, vt dicis, essent, túque[d] valde spectandi cupidus esses: non dubitares rogare dominum, vt proferri iuberet, præsertim si esses familiaris: similiter[e] nunc petes à Crasso, vt[f] eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam[g] vno[h] in loco, quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat, &[k] suo quidque loco collocet. 44 ¶Ego verò, inquit Cotta, à te peto; Scæuula (me enim, & hunc Sulpicium, impedit pudor ab homine omnium grauissimo, qui genus huiusmodi disputationis semper contemserit, hæc, quæ isti forsitan puerorum elementa videantur, exquirere.) sed tu hoc[l] nobis da, Scæuula, [m] & perfice, vt Crassus hęc, quæ coarctauit [n], & peranguste referrit in oratione sua, dilatet nobis, atque explicet. 45 ¶Ego mehercule, inquit Mucius, antea vestra magis hoc causa volebam, quàm mea. Neque enim tantopere hanc à Crasso disputationẽ desiderabã, quantopere eius in causis orationẽ delector: nũc verò, Crasse, mea quoq; etiã causa rogo, vt, quoniã[o] tantũ habemus otij, qnantũ iãdiu nobis non cõtigit, ne grauere exædificare id opus, quod instituisti. Formã enim totius negotij opinione maiorẽ, meliorémq; video: quàm vehementer probo. 46 ¶Enimuerò, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiã te hæc, Scæuola[p], desiderare, quæ neque ego teneo, vti[q] ij, qui docent, neq; sunt eius generis, vt, si optimè tenerẽ, digna essent ista [r] sapientia, ac tuis auribus. 47 ¶An tu[s], inquit ille, si de istis communibus, & peruagatis vix huic ætati audiẽdum putas, etiámne illa negligere possumus, quæ tu oratori cognoscẽda esse dixisti, de naturis hominũ, de moribus, de rationib[t] iis, quibus hominũ mentes & incitarẽtur & reprimerẽtur, de historia, de antiquitate, de administratione reip. deniq; de nostro ipso iure ciuili? hanc enim ego omnẽ scientiam, & copiã rerum in tua prudentia sciebam inesse: in oratoris verò instrumento tam lautam supellectilem numquã videram. 48 ¶Potes igitur, inquit Crassus, (vt[t] alia omittam, quę innumerabilia, & immensa, & vt ad ipsum tuum ius ciuile veniam) oratores putare eos, quos multas horas exspectauit, cum in campũ properaret & ridens, & stomachans Scæuula, cùm Hypseus maxima voce, plurimis verbis

à M.

a L. cùm remiges sustinuerunt, retinet, &c.

b al. In quotidianis autẽ concertationib. eq. m. al. In quotidianis autẽ exercitationib. equidem &c.

c L. quæ maximè essent cuiusq. rei propr. quæq. orn.

d L. sin aliis, etiam

e al. si consueueris,

f L. atque in aciem for.

g al. eligendum atque discẽdum. al. eliciendum.

P. XCVIII. Perdiscendum, &c.*

h al. liberandus al. libran dus.*

i L. quæ fortasse, quemcumq patrẽf.

k al. eadem vobis percontantib.

a al. requiratis? Id mehercule,

b L. constructis,

c L. plenã ornamẽtorum, vel in villam venisses?

d L. tu, qui valde spectãdi cupidus esses, non d.

e L. similiter qui nunc petis à Crasso,

f L. vt illam

g al. constructã, vt suprà.*

h L. quã constructã vno in i al. quasi nauem prætereuntem strictim adspeximus. male. Nonius c. 2. ita hunc locum legit vti hic impressus. Transennam autem fenestram interpretatur.*

k L. ac suo quidq. loco collocet?

l L. nobis hoc da, al. hanc nobis veniãda Scæuula.*

m vul. Scæuola

P. B.

n v.c. coartanit.

o L. quando tantum h.

p L. Scæuula, q al. vt ii, qui

r L. ista sapiẽtia tua, ac tuis.

s L. Ain' tu? inquit ille, si de &c.

t L. (vt alia omittã, quæ sunt immensa, & vt ad ipsum t. al. (vt alia omittam, quæ sunt innumerabilia, & immensa, & vt &c. al. (vt alia omittam innumerabilia & immẽsa, &c.

a Imperitiam duorum patronorum tidet hoc loco Scæuola. Hypseus pro pupillo, cuius nomine agebat, actione de rationibus distrahēdis (quæ lege xii. Tabularum in duplum concepta erat l. tres tutores 55. ff. de admin. tutorū) à prætore postulabat, vt sibi liceret triplum vel quadruplum petere à tutoribus pupilli, hoc est, plus quàm quantum lex in xii. Tabulis permiserat petere, hoc est, vt vno verbo dicā litē perdere (Apud veteres enim qui plus petissent, causa cadebant v. 5. si quis agens. Inst. de Actionibus. & Cod. de plus petitionibus. l. 1. ff. de interrogat. in iure, vbi dixi.) Cū litem ita perdere vellet Hypseus, Octauius, pro tutore contendebat, nō nisi in duplum, actionem dari oportere, p. XCIX. neque intelligebat, si in triplum actionem ab Hypseo imperari fuisset, hoc solo, se tutelæ actione liberatum iri. b tutelæ dānari more ciuitatis probri & infamiæ l. 1. ff. de his qui not. inf. l. 42. ff. de verborum signif. c L. dignos putarim. d sed vt lex xii. tabularū p. e similis est hæc duorum

à M. Crasso prætor contenderet, vt a ei, quem defendebat, causa cadere liceret: Cn. autem Octauius, homo consularis non minùs longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet, ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi b tutelæ iudicio atque omni molestia, stultitia aduersarij, liberaretur? 49 ¶ Ego verò istos, inquit, (memini enim mihi natrare Mucium) non modò oratoris nomine, sed ne foro quidem dignos c putarem. 50 ¶ Atqui non defuit illis patronis, inquit Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio, aut copia, sed iuris ciuilis prudentia: quòd alter plus, lege agendo, petebat, quàm quantum lex d in XII. tabulis permiserat: quod cùm impetrasset, causa caderet: alter iniquum putabat plus secum agi, quàm quod esset in actione: neque intelligebat, si ita esset actum, litem aduersarium perditurum. Quid? his paucis diebus, nónne, nobis in tribunali Qu. Pompeij, prætor. vrbani, familiaris nostri, sedentibus, homo ex numero disertorum postulabat, vt e illi, *vnde* f *peteretur*, vetus atque vsitata exceptio daretur, CVIVS PECVNIAE DIES FVISSET? quod petitoris causa comparatum esse non intelligebat: vt, si ille inficiator probasset iudici, antè petitam esse pecuniam, quàm esset cœpta deberi, petitor rursus cùm peteret, ne exceptione excluderetur, *quòd ea res in iudicium antea* g *non venisset*. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest, quàm eum, qui hanc personam susceperit, vt amicorum controuersias, causásque tueatur, laborantibus succurrat, egris medeatur, afflictos excitet: hunc in minimis, tenuissimísque rebus ita labi, vt aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur? Equidem propiquum nostrum P. h Crassum illum diuitem, & multis aliis in rebus elegantem hominem & ornatum, & præcipuè in hoc ferendum & laudandum puto, quòd, cùm P. Scæuolæ frater esset, solitus est ei persæpe dicere, neque illum in iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumsisset: (quod quidem hic, qui mecum Cos. fuit, filius eius est consecutus:) neque se antè causas amicorum tractare, atque agere cœpisse, q̄ ius ciuile didicisset. Quid verò ille M. Cato? nónne & eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora, atque illa ætas in hac ciuitate ferre maximam potuit, & iuris ciuilis omnium peritissimus? Verecundiùs hac de re iamdudum loquor, quòd adest vir in dicendo summus, quem ego vnum oratorem maximè admiror: sed tamen idē i hoc semper ius ciuile contemsit. Verùm, quoniam sententiæ, atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo, & quoad potero, vobis exponam, quid de quaque re sentiam. Antonij incredibilis quædam & propè singularis, & diuina vis ingenij, videtur, etiam k si hac scientia iuris nudata sit, posse facilè ceteris armis prudentiæ causas tueri, atque l defendere. quamobrem hic nobis sit exceptus: ceteros verò non dubitabo primùm inertiæ

condemnare sententia mea, pòst etiam impudentiæ. Nam volitare in foro, hærere in iure, ac prætor. tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate ac iure certetur: iactare se in causis centúmuiralibus, in a quibus vsucapionū b, tutelarum, gētilitatum, c agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mācipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, ceterarúmque rerum innumerabiliū iura versentur, cùm omnino, quid suum, quid d alienum: quare denique ciuis, an e peregrinus: f seruus, an liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. Illa verò deridenda arrogantia est, in minoribus nauigiis rudem esse se confiteri, quinqueremeis autem, aut g etiam maiores gubernare didicisse. Tu mihi cùm in circulo decipiare aduersarij stipulatiúncula &, cùm obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur: ego tibi vllā causam maiorem committendā putem? citiùs hercule is, qui duorum fealmorum naviculam in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarū nauem gubernarit. Quid si ne paruæ quidem causæ sunt, sed sæpe maximæ, in quibus certatur de iure ciuili? quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine vlla scientia iuris audet accedere? Quæ potuit igitur esse causa maior, quàm illius militis ? de cuius morte, cùm domum filius ab exercitu nuntius venisset, & pater eius, re[illegible], h testamentum mutasset, &, quem ei visum esset, fecisset i heredem, esséque ipse mortuus: res delata est ad centumuiros, cùm miles domū reuenisset, egissétque lege in hereditatem paternam, testamento k exheres, filius. Nempe in ea causa quæsitum est de iure ciuili, possétne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neq; heredem, neque exheredem scripsisset nominatim. Quid, qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumuiri iudicarunt? cùm Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudij patricij eiusdē l hominis hereditatem, gente ad se rediisse dicerēt, nónne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis, ac gentilitatis iure dicendum? Quid quod item in centumuirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romā in m exsilium venisset, cui Romæ exsulare ius esset, si se ad aliquem n quasi patronum applicuisset, o intestatóque esset mortu p, nónne in ea causa ius q applicationis obscurum sanè, & ignotum, patefactum est in iudicio, atque illustratum à patrono? Quid? nuper, cùm ego C. 9 Sergij Auratæ contra hunc nostrum Antonium iudicio priuato causam defenderem nónne omnis nostra in iure versata defensio est? Cùm enim Marius r Cratidianus ædeis Auratæ s vendidisset: neque seruire quandam earum ædium partem in t mācipij lege dixisset: defendebamus, quidquid fuisset incommodi in u mancipio, id si x venditor scisset, neque declarasset, præstare debere. Quo quidem in genere familiaris noster M. Bucculeius, y homo neque meo iudicio stultus, & suo valde sapiens, & à iuris studio non abhorrens, simili z in re quodam modo nuper errauit. Nam cùm ædeis L aa. Fusio venderet: in bb mancipio cc lumina, dd vti tū essent, ita recepit. Fusius ee autem, ff simulatque

a Centumuirales causæ quæ fuerint. * b L. vsucapionum, c gētiles qui adde l. 55. ff. de verb. signif. Ciceronem in Topicis. * d L. quid alienum? denique ciuis an peregrinus: seruus, an liber quispiam sit, &c. ai. quid alienū quare denique ciuis aut peregr. seruus, an liber quisp. sit, e al. aut * f Peregrinus quid, dixi ad l. 1. Cod. de heredib. instit. * g L. aut etiā maiores naueis gub. h vide l. 28. ff. de inofficioso testamento. l. vlt. ff. de heredib. instituēdis. * i L. heredem fecisset, k *quidam hæc* to exheres filius, *eximunt: agitur enim hoc de filio præteri-* P. B. *to, at non de exherede: aliā hanc vocem* Testamento, *expungunt.* * l L. eiusdem nominis. m L. in exsulium n al. aliquem patronum. * o hi erant clientes quos veteres etiā aduersus cognatos defendebant. §. Gell. 13. * p Ius applicationis deest ius succedendi clienti qui se ad nos applicuerit. * q al. C. Sergii Oratæ. r al. M. Marius. s al. Oratæ t v. c. in mancupii. l. u v. c. in mācup. x vide 3. officiorum. * y al. Bubule. * z L. simili quodam modo n. aa L. L. Fusio bb v. c. in mācupio. cc ideſt in mancipii lege. * dd Seruitutes ita recipiebātur. *vide l. cum in lege* 33. ff. de contr. empt. l. 17. §. 3. l. 23. l. 3. ff. de ser. vrb. Varro 4. De ling. * ee L. Fusius. ff al. vero. *

a imperitiam duorum patronorum tidet hoc loco Scæuola. Hypseus pro pupillo, cuius nomine agebat, actione de rationibus distrahēdis (quæ lege xii. Tabularum in duplum concepta erat l. tres tutores 55. ff. de admin. tutorū) à prætore postulabat, vt sibi liceret triplum vel quadruplum petere à tutoribus pupilli, hoc est, plus quàm quantum lex in xii. Tabulis permiserat petere, hoc est, vt vno verbo dicā litē perdere (Apud veteres enim qui plus petissent, causa cadebant v. 5. si quis agens. Inst. de Actionibus. & Cod. de plus petitionibus. l. 1. ff. de interrogat. in iure, vbi dixi.) Cū litem ita perdere vellet Hypseus, Octauius, pro tutore contendebat, nō nisi in duplum, actionem dari oportere, p. XCIX. neque intelligebat, si in triplum actionem ab Hypseo imperari fuisset, hoc solo, se tutelæ actione liberatum iri. b tutelæ dānari more ciuitatis probri & infamiæ l. 1. ff. de his qui not. inf. l. 42. ff. de verborum signif. c L. dignos putarim. d sed vt lex xii. tabularū p. e similis est hæc duorum patronorum imperitia superiori. Petitor, ante diem, sibi dari postulabat, id est plus petere pure sine vlla exceptione volebat: atque ita, litem perdere ac causa cadere, ob eam, de qua superius diximus, rationem, qua qui plus petebant, causa cadebant. Defensor iuris ignarus, stultè contendebat, sine vlla exceptione, Cuius pecuniæ dies fuisset, ante diem quidquam peti non posse: neque intelligebat, si pure aduersarius ante diem agere fuisset, aduersarium litem amissurum: contra, si sub illa exceptione egisset, non amissurum. * f Vnde petitur ideſt, verus debitor. *adde 7. familias.* 12. * g L. antea venisset, præcin hoc offerendum, & l. i L. idem semper hoc ius. k L. etsi hac sc. l L. hac defendere.

ædificari cœptum est in quadam parte vrbis, quæ modò ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio, quòd, cuicumque particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, mutari lumina putabat. Quid verò? clarissima M[a]. Curij causa, & M. Coponij nuper apud centumuiros, quo concursu hominum, qua exspectatione defensa est? cùm Q. Scæuola, æqualis, & collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissim[a], & ingenio, prudentiáque acutissimus, & oratione maximè limatus, atque subtilis, atque, vt ego soleo dicere, iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet, negarétque, nisi posthumus, & natus, & antequàm in suâ tutelam veniret [b], mortuus esset, heredem eũ esse posse, qui esset secũdum postumum & natum, & mortuum heres institutus: ego autem defenderem, hac eum mente fuisse, qui testamentum fecisset, vt, si [c] filius non esset, qui in tutelam veniret, M[d]. Curius esset heres. Num destitit vterque nostrûm in ea causa, in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis, hoc est, in medio iure ciuili versari? Omitto iam plura exempla causarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia. capitis nostri sæpe potest accidere vt causæ versentur in iure. Etenim sic C. Mancinum, [e] nobilissimum atque optimum virum, ac [f] consularem, cùm eum propter inuidiam Numantini fœderis paterpatratus ex S. C. Numantinis dedidisset, eúmque ciuis non recepissent, posteáque Mancinus domũ reuenisset, neque in senatum introire dubitasset: P. Rutilius, M. filius, tribunus pleb. de senatu iussit educi, quòd eum ciuem negaret esse: quia memoria sic esset proditũ, quem [g] pater suus, aut populus vendidisset, aut paterpatratus [h] dedidisset, ei nullum esse postliminium [i]. Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam, contentionémq; maiorem quàm de ordine, de ciuitate de libertate, de capite hominis consularis, præsertim cùm hæc non in crimine aliquo, quod ille posset inficiari, sed in ciuili iure consisteret? Similíque in genere, inferiore ordine si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, [k] sesèque liberasset, ac posteà domum reuenisset: quæsitum est apud maiores nostros, num is ad suos postliminio rediisset, & amisisset hanc ciuitatem. Quid? de libertate, quo [l] iudicium grauius esse nullum potest: nónne ex iure ciuili potest esse contentio, cùm quæritur, is, qui domini voluntate census sit, si [m] modò sit conditũ lustrum, sítne liber? Quid, quod vsu, memoria patrum, venit, vt paterfamiliãs, qui [n] ex Hispania Romam venisset, cùm vxorem prægnãtem in prouincia reliquisset: Romęque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset, mortuúsque esset intestato [o], & ex vtraque filius natus esset, mediocríne res in controuersiã adducta est? cùm quæreretur de duobus ciuium capitibus, & de puero, qui ex posteriore natus erat, & de eius matre: quæ, si iudicaretur, certis quibusdam verbis, non nouis nuptiis, fieri cum superiore diuortium [p], in concubinæ locum duceretur. Hæc igitur, & horum similia iura suæ ciuitatis ignorantem, erectum & celsum, alacri, & promto ore, ac vultu, huc atque illuc intuentem, vagari magna cum caterua toto foro præsidium clientibus, atque opem amicis, & propè cunctis ciuibus lucem ingenij, & consilij sui porrigentem, atque tendentem, nónne in primis flagitiosum putãdu mest? Et, quoniam de impudentia [a] dixi, castigemus etiam [b] segnitiem hominum, atque inertiam. Nam si esset ista cognitio iuris, magna, ac difficilis, tamen vtilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discẽdi laborem impellere. Sed, ô dij immortales, non diceremhoc, audiente Scæuula, [c] nisi ipse dicere soleret, nullius [d] sibi artis faciliorem cognitionem videri. Quod quidem certis de causis à plerisque aliter existimatur: primùm [e] quia veteres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinendæ, atque augendæ potentiæ suæ causa, peruulgari artem suam noluerunt: deinde, posteaquàm est editum, expositis à [f] Cn. Flauio primùm actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim componerent. nihil est enim, quod ad artem redigi possit, nisi ille priùs, qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habeat illam scientiam, vt ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit. Hoc video, dum breuiter voluerim dicere, dictum à me esse paullo obscuriùs: sed experiar, & dicam, si potero, planiùs. Omnia ferè, quæ sunt concluſa nunc artibus, dispersa, & dissipata quondam fuerunt, vt in musicis, numeri, & voces, & modi: In geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: In astrologia, cœli conuersio, ortus, obitus, motúsque siderum: In grammaticis, poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus: In hac denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quondam omnibus, & diffusa latè videbantur. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt, quæ rem dissolutam, diuulsámque conglutinaret, & ratione quadam constringeret. Sit ergo in iure ciuili [g] finis hic, legitimæ atque vsitatæ, in rebus, causísque ciuium, æqualitatis [h] conseruatio. Tum, sunt notanda genera, & ad certum numerum paucitatémque reuocanda. Genus autem est id, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas, aut plureis complectitur parteis [i]. Partes autem sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, subiiciuntur. omniáque, [k] quæ sunt vel generum, vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeãt, est exprimendum. Est enim definitio, earum rerum, quę sunt eius rei proprię, quam definire volumus, breuis, & circũscripta quædam explicatio. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. nunc complectar quod proposui, breui [l]. Si enim aut mihi facere licuerit, quod iamdiu cogito, aut alius quispiam aut, me impedito, occuparit, aut mortuo effecerit, vt primùm [m] omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt: deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat: tum propriam cuiusque vim definitione declaret: perfectam artem iuris ciuilis habebitis, magis magnam, atque vberem, quàm [n] difficilem, & obscuram. Atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sunt, cogũtur, vel passim licet carpentem, & colligentem vndique, repleri [o] iusta iuris ciuilis scientia. Nónne videtis, equitem Romanum

M. Curii.

b L. veniſſet,
c L. ſi ei filius
d L. M'. Cur.
e de quo infra adde Ciceronem in Topicis: pro Cæcina: l. vlt. ff. de legationibus.*
P. C.
f L. & conſularem.
g idem pro Cæcina inf.*
h pater patratus feciałium princeps Seruius 9. Aeneid.*
i Poſtliminio tamen redeunt, qui ab hoſtibus dediti, ſi tamen à populo recepti l. 4. ff. de captiuis. adde pro Cæcina in f.*
k adde l. 7. ff. de captiuis *
l Inde libertas ἀδιαπτωτος, καὶ παρέδρος ἀδιαπτωτου dicitur Theophilo §. vlt. Inſt. quibus ex cauſis manumit. Harmenopuli 1. tit. 18. §. 10. & 11. adde l. 106. l. 176. ff. de regulis iuris. Hinc libertatis ſummũ pretium Terentio Andria act. 1. ſce na. 1. libertate Nihil grati*, l. 30 in f. ff. de fideic. libert.*
m al. ſi non ſit conditum luſtr. &c. & ita habent exempla nonnulla vulg.
n vide Nouel lã 117. c. 11.*
o al. inteſtatus.
p al. deuortium, in concubinæ loco ducer.

a al. imprudẽtia & ita apud Nonium c 2. in ſegnitas. vbi hic locus citatur.*
b al. ſegnitiã h. al. ſegnitatem h. ‖ ita Nonius, in Segnitas*
c lib. vul. Scæuola,
P. B.
d L. nullius artis faciliorem ſibi.
e Iuris ciuilis cognitio difficilis & cur.*
f v. l. 2. ff. de origine iuris.*
g Iuris ciuilis finis, æquitas.
h L. æquabilitatis.
i v. c partis
k L. Omnia, quæ ſunt vel g.
l ἔφοχὴ λόγων.
m Ius ciuile in artem redigi poſſe.*
n L. quàm difficilẽ, atque obſcuram.
o al. repleri iſtã iuris ciuilis ſcientia. ‖ al. repleri iſtam iuris ciuilis ſcientiam.*

P. CI.

num,hominem acutissimo omnium ingenio, sed minimè ceteris artib. eruditum, C. Aculeonem,qui mecum viuit,sempérque vixit, ita tenere ius ciuile, vti [a], cùm ab hoc discesseritis,nemo de iis,qui peritissimi sunt,anteponatur? Omnia enim sunt posita ante oculos collocata in vsu quotidiano, in congressione hominum,atque in foro:neque ita multis litteris, aut voluminibus magnis continentur. eadem enim sunt elata primùm à pluribus: deinde, paucis [b] commutatis verbis,etiam ab iisdem scriptoribus scripta sunt sæpius. Accedit verò quò faciliùs percipi, cognoscíque ius ciuile possit,(quod minimè plerique arbitrãtur) mira quædam in cognoscendo suauitas & delectatio. Nam,siue quem aliena [c] studia delectant [d], plurima est & [e] in omni iure ciuili, & in pontificum libris,& in XII. [f] tabulis,antiquitatis effigies, quod & verborum prisca vetustas cognoscitur,& actionum genera quædam,maiorum cõsuetudinem, vitámque declarant: siue quis ciuilem scientiam contempletur,quam [g] Scæuula non putat oratoris esse propriam, sed cuiusdã ex alio genere prudentiæ, totam hanc descriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus,ac partibus,XII. tabulis contineri videbitis:siue quem ista præpotens, & glorioſa philosophia delectat [h], (dicam audaciùs,) hosce habet fonteis omnium disputationum suarum, qui iure ciuili & legibus continentur. ex his enim & dignitatem maximè expetendam videmus,cùm verus,iustus, atque honestus labor honoribus,præmiis atque splendore decoratur: vitia autem hominum, atque fraudes, damnis, ignominiis, vinculis,verberibus, exsiliis [i], morte multantur:& docemur non infinitis,cõcertationúmque plenis disputationibus, sed auctoritate, nutúque legum domitas habere libidines,coercere omneis [k] cupiditates,nostra tueri, ab alienis menteis [l], oculos, manus abstinere. Fremant omnes licet: dicam quod sentio,bibliothecas mehercule omnium philosophorũ vnus mihi videtur XII. tabularum libellus,si quis legum fonteis,& capita viderit,& auctoritatis pondere,& vtilitatis vbertate superare. Ac,si nos,id quod maximè debet, nostra patria [m] delectat,cuius [n] rei tanta est vis,ac tanta natura, vt Ithacã illã,in aspertimis saxulis,tanquam nidulum, affixam, sapientissimus [o] vir immortalitati anteponeret, quo amore tandem inflãmati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis,imperij,dignitatis? Cuius primùm nobis mens,mos,disciplina,nota esse debet, vel quia est patria, parens omnium nostrûm,vel quia tanta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opib. imperij comparandis,Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam, & voluptatem, quòd,quantum [p] præstiterint nostri maiores prudentia cæteris gentibus,tum facillimè intelligetis,si cum illorum Lycurgo,& Draconе, & Solone nostras leges conferre volueritis. Incredibile est enim, quàm sit omne ius ciuile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pænè ridiculum: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere, cùm hominum nostrorum prudentiam ceteris hominibus,& maximè Græcis,antepono. His ego de causis dixerã, [r] Scæuola,iis, qui perfecti oratores esse vellent, iuris ciuilis cognitionem esse necessariam. Iam verò ipsa per sese quantum afferat iis,qui ei præsunt,honoris,gratiæ, dignitatis, quis ignorat? Itaque,vt apud Græcos infimi homines,mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus,ij, qui apud illos παραδιγματικοὶ [a] vocantur: sic in nostra ciuitate contrà amplissimus quisque, & clarissimus vir, vt ille,qui propter hanc iuris ciuilis scientiam sic appellatus à summo [b] pœta est,

Egregiè [c] cordatus homo,Catus [d] Ælius Sextus:

Multíque præterea, qui cùm ingenio sibi auctore dignitatem reperissent, [e] perfecerunt, vt in respõdendo iure,auctoritate plus etiam quàm ipso ingenio, valerent. Senectuti verò celebrandæ, & ornandæ quod honestius potest esse perfugium,quàm iuris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium iam ab adolescentia comparaui,non solùm ad causarum vsum forensem,sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis, vt, cùm me vires (quod ferè iam tẽpus aduentat)deficere cœpissent [f], ista ab solitudine domum meam vindicarem. Quid est enim præclarius,quàm honoribus,& reip. muneribus perfunctum senem, posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo,se esse eum, *vnde sibi,* [g] si non *populi, & reges*,at omnes sui ciues *consilium expetant.*

Suarum rerum incerti? quos ego mea ope ex
Incertis certos, compotésque consili
Dimitto,vt ne res temere tractent turbidas.

Est enim sine dubio domus iurisconsulti, totius oraculum ciuitatis. Testis est huiusce Qu. Mucij ianua,& vestibulum,quod in eius infirmissima [h] valetudine, affectáque iam ætate, maxima quotidie frequentia ciuium ac summorum hominum splendore celebratur. Iam verò illa non longam orationem desiderant, quamobrem existimem [i] publica [k] quoque iura, quæ sunt propria ciuitatis, atque imperij,tum monumenta rerum gestarum,& vetustatis exempla,oratori nota esse debere. Nam vt in rerum priuatarum causis, atque iudiciis depromenda sæpe oratio est ex iure ciuili, & idcirco, vt antè diximus, oratori iuris ciuilis scientia necessaria est: sic in causis publicis iudiciorum,concionum,senatus omnis hęc & antiquitatis memoria,& publici iuris auctoritas,& regendæ reip. ratio ac scientia,tanquam aliqua materies, ijs oratoribus, qui versantur in rep. subiecta esse debẽt [l]. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, [m] aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus,sed eum virum,qui [n] primùm sit eius artis antistes, cuius cùm ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen [o] esse deus putatur [p],vt & ipsum,quod erat hominis proprium non partum per nos,sed diuinitus ad nos delatum videretur: deinde qui possit nõ tam caduceo,quàm nomine oratoris ornatus,incolumis vel inter [r] hostium tela versari: tum qui [s] scelus, fraudémque nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium, suppliciúmque constringere: idémque ingenij præsidio, innocentiam, iudiciorum pœna liberare: idémque languentem, labentémque [t] populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut imflammare in improbos, aut incitatum in bonos, mitigare: qui denique quemcũque in animis hominum

a L. vt ei,cùm ab hoc discesseris,

b L. paucis verbis commutatis,

c Turis scientia contineri qui in alienis studiis ciuili scientia & philosophia continentur.*

d L. delectet. e L. & in ipso iure ciuili,

f Duodecim Tabularum vtilitas.* g al. quam Scæuola

h L. delectet,

i L. exsulijs,

k v.c. omnis l v.c. mentis

m Patriæ amor.* n L. Cuius tã

o al. sapientissimus ille vir

p Vid. quanto

P. B. Iuris ciuilis Romani cũ Græcorũ legibus comparatio.*

r L. Scæuola,

a παραδειγματικοὶ Quintiliano 3. c. 6. iuris interpretes dicuntur adde numerum 32. infrà*.

b idest Ennio.*

c citatur idẽ versus Tusculana. 1.*

d L. catus Aelius Sextus: *catus, id est, prudens, acutus.*

e peperissẽt* f L. cœpissent tum ab solitudine dom.

g al. sibi populi & reges consilium expetunt vt hîc inclusus videatur versus Ennianus.*

h v.c. valetudine.

i L. cum publica iura,

k Iuris publici cognitio oratori necessaria.*

l L. debet. m al. clamatorem.*

n L. primùm qui.

o locus si nõ corruptus,obscurus certè: si obscurus, hoc velle videtur, Iurisprudentiæ facultatem dari quidem à natura sed ab ipso deo magis: est enim Iurisprudẽtia ars, cuius cũ natura homini facultatẽ daret, tamen ipse (ita hûc locum emendo) Deus putatur: subaudi dedisse

P. CII. hãc facultatẽ vnde mox adiicit diuinitus delatam: Alii (inter quos Auratus) artem iuris Deum dici hîc putãt. Alii subaudiunt parens vel auctor Alii ideo data putatur legunt.*

p al. putaretur.

q al. caruceo à Græco κηρυκεῖον l. 8 §. 1. ff. de rerũ diuis.* r v. l. vlt. ff. de legationibus.* sv. l. aduocati 14. Cod. de aduocat diuers. iudicior.*

t L. labantémque

motũ res & causa postulet, eum dicendo vel excitare possit, vel sedare. Hãc vim siquis existimat, aut ab iis, quí de dicendi ratione scripserunt, expositam esse, aut à me posse expo

a L. neque solum in scientiam, &c. & ita R. Steph.

ni tã breui, vehementer errat: neque[a] solùm inscitiã meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem vobis, quoniam ita voluistis, fonteis, vnde hauriretis, atque itinera ipsa, ita putaui esse demonstranda: nõn vt ipse dux essem, (quod & infinitum est, & non necessarium,) sed vt commonstrarem tãtùm viam, &, vt fieri solet, digitum ad fonteis intenderem. 48 ¶ Mihi verò, inquit Mucius, satis supérque abs te videtur istorum studiis, si modò sunt studiosi, esse factũ, nam vt Socratem illum solitum aiunt dicere, *perfectum sibi opus esse, siquis satis esset concitatus hortatione sua ad studium cognoscendæ, percipiendæque virtutis:* (quibus enim id persuasum esset, vt nihil mallent se esse quàm bonos viros, iis reliquã facilè esse doctrinã) sic ego intelligo, si in hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis: facillimè vos ad ea, quæ cupitis, peruenturos ab hoc aditu, ianuáque patefacta. 49 ¶ Nobis verò, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata, pérque iucunda: sed pauca etiam requirimus, in primísque ea, quæ valde breuiterà te, Crasse, de ipsa arte percursa sunt cùm illa te & non contẽnere, & didicisse confiterere. ea si paullo latiùs dixeris, expleris omnem exspectationem diuturni desiderij nostri. Nã nunc, quibus studendũ rebus esset, accepimus, quod ipsum est tamen magnum: sed viasearum rerum, rationémque cupimus cognoscere. 50 ¶ Quid si, inquit Crassus, quoniam ego, quò faciliùs vos apud me tenerem, vestræ potiùs obsecutus sum volũtati, quàm aut consuetudini, aut naturæ meæ, petimus ab Antonio, vt ea, quæ continet, neque adhuc protulit, ex quibus vnum libellum sibi excidisse iamdudum questus est, explicet nobis, & illa dicendi mysteria enuntiet? 51 ¶ Vt videtur, inquit Sulpicius. nam Antonio dicẽte, etiã quid tu intelligas sentiemus. 52 ¶ Peto igitur, inquit Crassus, à te, quoniam id nobis, Antoni, hominibus id ætatis, oneris ab horum adolescentium studijs imponitur, vt exponas, quid iis de rebus, quas à te quæri vides, sentias. 53 ¶ Deprehensum equidẽ me, inquit Antonius, planè video, atque sentio, nõ solùm quòd ea requiruntur à me quorum sum ignarus, atque insolens, sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, id me nunc isti vitare nõ sinunt. Verùm hoc ingrediar ad ea, quæ vultis, audacius, quòd idem mihi spero vsu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, vt nulla exspectetur ornata oratio, neque enim sum de arte dicturus quam nunquam didici, sed de mea consuetudine: ipsáque illa, quæ in commentarium meum retuli, sunt eiusmodi, non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum vsu causísque tractata: quæ si vobis, hominibus eruditissimis, non probabuntur, vestrã iniquitatem accusatote, qui ex me ea quæsieritis, quæ ego nescirem: meam facilitatem laudatote, cùm vobis non meo iudicio, sed vestro studio inductus non grauatè respondero. 53 ¶ Tum Crassus. Perge modò, inquit, Antoni. nullum est enim periculum, ne quid tu eloquare, nisi ita prudenter, vt neminem no-

b digitum ad fontes intendere est demonstrare, sic dicitur digito ostendere. *l. 6 ff si certum.* *

c *v. c.* fontis.

d L. incitatus

e superiùs dixit decursa numero 38. * & *al.* expleueris.

f *fort.* cognoscere cupimus.

F. E.

h *vide Nonium cap. 4. in Insolens. 2.* L. id nunc vitare me isti non s.

strũm pœniteat ad hunc te sermonem impulisse. 54 ¶ Ego verò, inquit, pergam: & id faciam, quod[a] in[b] principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo: vt, quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari, & errare cogatur oratio, si ij, qui inter se dissenserint[c], non idẽ esse illud, de[d] quo agitur, intelligent. Nam si forte quæreretur, quæ esset *ars*[e] *imperatoris*, constituendum putarem principiò, quis esset imperator: qui[f] cùm esset constitutus administrator quidam belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de cõmeatu, de insidiis faciendis, atque vitandis, de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi: quarũ qui essent animo, & scientia cõpotes, eos esse imperatores desiderẽ: vterérq. exemplis Africanorum, & Maximorum: Epaminondam, atque Annibalem[g], atque eius generis homines nominarem. Sin autẽ quæremus, quis esset is, *qui ad remp.*[h] *moderandã visum, & scientiam, & studium suum contulisset*, definirem hoc modo: Qui quibus rebus vtilitas reip. pararetur[i], augeretúrque, teneret, iisque vteretur: hunc reip. rectorẽ, & consilij publici auctorem esse habendum: prædicarémque P. Lentulum, principem illum, & T. Gracchum patrem, & Qu. Metellum, & P. Africanum, & C. Lælium, & innumerabileis alios cùm ex nostra ciuitate, tum ex cæteris. Sin autem quæreretur, quísnã *iurisconsultus*[k] verè nominaretur: eum dicerem, qui legum, & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum, peritus esset: & ex eo genere Sex. Ælium, M. Manilium, P. Mucium nominarem, Atque, vt iam ad leuiora artium studia veniam, si *musicus*, si *grammaticus*, si *poeta* quæratur, possim similiter explicare, quid eorũ quisque profiteatur, & quo non amplius ab quoque sit postulandum. *Philosophi*[l] denique ipsius, qui[m] de sua vi, ac sapientia vnus omnia pẽnè profitetur, est tamen quædam descriptio, vt is, qui studeat omnium[n] rerum diuinarum, atque humanarum vim, naturam, causásque nosse, & omnem bene viuendi rationẽ tenere, & persequi, nomine hoc appellemus. Oratorem[o] autem, quoniam de eo quærimus, equidem non facio eundem, quẽ Crassus: qui mihi visus est omnem omnium rerum, atque artium scientiam comprehendere vno oratoris officio, ac nomine: atque eum puto esse, qui verbis ad audiendum iucundis, & sententiis ad probandum accommodatis vti possit in causis forensibus, atque communibus. hunc ego appello oratorem, eúmque esse præterea instructum voce, & actione, & lepõre quodam volo. Crassus[p] verò mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis[q] pænè describere. nam & ciuitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit: in quo per mihi mirum visum est, Scæuola[r], te hoc illi concedere, cùm sæpissime tibi senatus breuiter, impolitéque dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. verò Scaurus quẽ non[s] longè ruri apud se esse audio, vir regẽdę reip. scientissimus, si audierit, hanc auctoritatem grauitatis, & consilij sui vindicari[t] à te, Crasse, quòd eam oratoris pro-

a *fort.* quod principio.

b Disputationis initijs constituendũ est quid illud sit de quo disputetur. *

c L. dissentiũt

d *al.* quo de agitur,

e artis imperatoriæ tractatio seu rei militaris loci cõmunes & generales *

f Imperator *

g L. Hannibalem,

h Rector Rei publicæ quis. *

i *al.* pareretur,

k Iurisconsultus quis. *,

P. CIII.

l Philosophus quis. *

m L. qui sua vi,

n *l. 10. §. 2. ff. de Iustitia.* *

o Orator quis. *

p *al.* Crassus verò noster, mihi visus est or.

q *fort* pænè immensis,

r L. Scæuola,

s L. non lõgè rure apud se

t *al.* vendicari

propriam esse dicas: iam, credo, huc veniat, & hanc loquacitatem nostrã vultu ipso, aspectúque [a] conterreat: qui quamquam est in dicendo minimè contemnendus, prudentia tamen rerum magnarum magis, quàm dicendi arte, nititur. Neque verò, si quis vtrumque potest, aut ille consilij publici auctor, ac senator bonus, ob eam ipsam causam orator est: aut hic disertus, atq; eloquens, si est idẽ in [b] procuratione ciuitatis egregius, aliquã scientiã dicendi copia est consecutus, multum inter se distant istæ facultates, longéq; sunt diuersæ, atq. seiunctæ, neque eádem ratione, ac via M. Cato, P. Africanus, Q. Metellus, C. Lælius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam, & reip. dignitatem exornabant. neque enim est interdictum aut à rerum natura, aut à lege aliqua, atq; more, vt singulis hominibus ne amplius, quàm singulas artes, nosse liceat. Quare [c] non etsi eloquentissimus Athenis Pericles, idémque in ea ciuitate plurimos annos princeps consilij publici fuit, idcirco eiusdem hominis, atque artis vtraque facultas existimanda est: nec, si P. Crassus idem fuit eloquens, & iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris ciuilis scientia. nam [d] si quisque, vt in aliqua arte, ita & facultate excellens aliam quoque artem sibi assumserit, is perficiet, vt, quod præterea sciet, id eius, in quo excellet, pars quædam esse videatur: licet ista ratione dicamus, pila bene, & [e] duodecim scripulis ludere proprium esse iuris ciuilis, quoniam vtrumque eorum P. Mucius optimè fecerit: eadémque ratione dicantur, &, quos φυσικοὺς Græci nominant, iidem poetæ, quoniam Empedocles physicus egregiũ poema fecerit. At hoc ne philosophi quidem ipsi, qui omnia, sicut propria, sua esse, atque à se possideri volunt, dicere audent, geometriam, aut musicam, philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse fateantur. Ac, si iam placet, omneis [f] artes oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere, vt, quoniam dicendi facultas non debeat esse ieiuna, atque nuda, sed aspersa, atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribꝰ accepisse, multa vidisse, multa animo, & cogitatione, multa etiam legẽdo percurrisse: neque ea, vt sua, possedisse, sed, vt aliena, libasse. Fateor enim, callidum [g] quendam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem, nec peregrinum, atque hospitem in agendo esse debere. Neque verò istis tragœdiis tuis, quibus vti philosophi maximè solent, Crasse, perturbor, quòd ita dixisti, neminem posse eorum menteis qui audirent, aut inflammare [h] dicendo, aut inflammatas restinguere, cùm eo maximè vis oratoris magnitudóque cernatur, nisi qui rerum omnium naturam, mores hominum, atque rationes penitus perspexerit: in quo philosophia sit oratori necessariò percipienda: quo in studio, hominum quoque ingeniosissimorum, otiosissimorúmque totas ætates videmus esse contritas: quorũ ego copiam magnitudinémque cognitionis, atque artis non modò non contemno, sed etiam vehementer admiror: nobis tamen, qui in hoc populo, foróque versamur, satis [i] est ea de moribus hominum & scire, & dicere, quæ non abhorrent ab hominum moribus. Quis enim vnquam orator magnus, & grauis, cùm iratum adA uersatio iudicem facere vellet, hæsitauit ob eam causam quòd nesciret, quid esset iracundia, feruórne mentis, an cupiditas puniendi doloris? Quis, cùm ceteros animorum motus aut iudicibus, aut populo dicendo miscere, atque agitare vellet, ea dixit quæ à philosophis dici solent? qui partim omninò motus negant in animis vllos esse debere, quíque eos in iudicum mentibus concitent, scelus eos nefarium facere: partim, qui tolerabiliores volunt esse, & ad veritatem vitæ propiùs accedere, permediocreis, ac potiùs leueis motus debere esse dicunt. Orator autem omnia hæc, quæ putantur in communi vitæ consuetudine, mala, ac molesta & fugiẽda, multò maiora, & acerbiora verbis facit: P. CIIII. Itémque ea, quæ vulgò expetenda, atque optabilia videntur, dicendo amplificat, atque ornat, neque vult ita sapiens inter stultos videri, vti qui audiant, aut illum ineptum, aut Græculum putent: aut etiam si valde probent ingenium oratoris, sapientiam admirentur, se esse stultos molestè ferant: sed [a] ita peragrat per animos hominum, ita sensus, menteisque pertractat, vt non desideret philosophorum descriptiones, neq; [b] exquirat orationem, summum illud bonum in animóne sit, an in corpore: virtute, an voluptate definiatur: an hæc inter se iungi, copularíque possint: an verò, vt quibusdam [c] visum [d], nihil certum [e] sciri, nihil planè cognosci, & percipi possit: quarum rerum fateor magnam, multiplicémque esse disciplinam, & multas, copiosas, variásque rationes. Sed aliud quiddam, longè aliud, Crasse, quæritimus. acuto homine nobis opus est, & natura, vsúque callido, qui sagaciter perueftiget, quid sui ciues, iísque homines, quibus aliquid dicẽdo persuadere velit, cogitent, sentiant, opinentur, expectent. Teneat oportet venas cuiusque generis, ætatis, ordinis, & eorum, apud quos aliquid aget, aut erit acturus, menteis, sensúsque degustet, Philosophorum autẽ libros reseruet sibi ad huiusce modi Tusculani requiem, atque otium, ne, si quando ei dicendum erit de iustitia & fide, mutuetur à Platone, qui, cùm hæc exprimenda verbis arbitraretur, nouam quandam finxit in libris ciuitatem: vsque eò illa, quæ dicenda de iustitia putabat, à vitæ consuetudine, & à ciuitatum moribus abhorrebant. Quod si ea probarentur in populis, atque in ciuitatibus: quis tibi, Crasse, concessisset, clarissimo viro, & amplissimo principi ciuitatis, vt illa diceres in maxima concione tuorum ciuium, quæ dixisti? ERIPITE [f] NOS EX MISERIIS, ERIPITE [g] NOS EX FAVCIBVS EORVM, QVORVM CRVDELITAS NOSTRO SANGVINE NON POTEST EXPLERI: NOLITE SINERE NOS CVI QVAM SERVIRE, NISI VOBIS VNIVERSIS, QVIBVS ET POSSVMVS ET DEBEMVS. Omitto miserias, in quibus, vt illi aiunt, vir fortis esse non potest: omitto fauceis, ex quibus te eripi vis, ne iudicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus: quod sapienti negant accidere posse: seruire verò non modò te, sed vniuersum senatum, cuius tum causam agebas, ausus es dicere? Potéstne virtus, Crasse, seruire, istis auctorib. quorum tu præcepta oratoris facultate cõplecteris? quæ & semper, & sola libera est, quæq; etiã, si corpora capta sint armis, aut cõstricta vinculis, tamen suum

a al. perterreat:

b L. egregius illam scientiam, dicendi copia est cons.

c L. Quare non si eloq.

P. B. d al. Nam si, vt quisque in aliqua.

e L. & duodecim scriptis ludere, i recte. est enim scriptus lapis vel calculi genus quo vtebantur veteres in hoc ludi genere. Nonius t. in scriptis 179. adde Festum in Scriptum lapidem. *

f al. omnis artis

g L. seruò

h al. inflammare d. aut inflammatas r.

i al. est satis

B C D E F G H

a L. sed ita peragrat animos h.
b L. neque exquirat ratione.

c L. Academicos intelligit vide 3. de Oratore. *
d L. visum est e al. certo

f probat Antonius Crassum in suis orationibus nõ sequutum ea quæ antea dixerit, Oratoré philosophiæ præcepta sequi debere. *
g L. eripite ex faucib.

ius, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat Quæ verò addidisti, non modò senatum seruire posse populo, sed etiã debere, quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam eneruatus, tam omnia ad voluptatem corporis, dolorémque referens, probare posset? Senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi, & regendi sui [a] potestatem, quasi quasdã habenas tradidisset? Itaque hæc cùm à te diuinitus & ego dicta arbitrarer, P. Rut. Rufus, homo doctus & philosophiæ deditus, non modò parum cõmodè, sed etiam turpiter, & flagitiosè dicta esse dicebat. Idémque Ser [b]. Galbã, quem hominem probè [c] nosse, & commeminisse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat, quòd is, L. Scribonio quæstionem in eum ferente, populi misericordiã concitasset, cùm M. Cato, Galbæ grauis, atq; acer inimicus, asperè apud populum R. & vehementer esset locutus: quam orationem in Originibus suis expoſuit ipse. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpicij Galli, propinqui [d] sui Qu. pupillum filium ipse penè in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione, & memoria fletum populo moueret, & duos filios suos paruos tutelæ populi commendasset, ac se, tanquam in [e] procinctu testamentũ faceret, sine libra, atque tabulis populum R. tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cùm & inuidia, & odio populi tum Galba premeretur, his quoque eum tragœdiis liberatum fe rebat, quod item apud Catonem scriptum esse video, nisi pueris & lacrymis vsus esset, pœnas eum daturum fuisse. Hæc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat vel [f] exsilium fuisse, vel mortem anteponendam. Neque verò hoc solùm dixit, sed ipse & sensit, & fecit. nam [g] cùm esset ille vir exemplum, vt scitis, innocentię: eúmque illo nemo neque integrior esset in ciuitate, neque sanctior, nõ modò supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatiùs quidẽ, aut liberiùs causam dici suã, quàm simplex [h] ratio veritatis ferebat. Paullum huic Cottæ tribuit partium, disertissimo adolescẽti, sorori suæ filio. Dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius, more suo, nullo apparatu, purè & dilucidè. Quid [i] si tu tũc, Crasse, dixisses, qui subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi vtuntur, ad dicendi copiam, petendum esse paullo antè dicebas, &, si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere [k], quamuis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt, pestiferi ciues, suplicióque digni, tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset vis orationis tuę: nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquã doluit, nemo est questus, nemo remp. implorauit, nemo supplicauit. Quid multa? *pedem* [l] *nemo* in illo iudicio *supplosit*. credo, ne Stoicis renuntiaretur. [m] Imitatus est homo Romanus, & consularis veterem [n] illum Socratem, qui, quum omnium sapientissimus esset sanctissiméque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt non supplex, aut reus, sed [o] vt magister, aut dominus videretur esse iudicum. Quinetiam, quum ei scriptam [p] orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, ediſceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit: & commodè scriptam esse dixit: sed [a], inquit, vt, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles, & apti ad pedem, quia nõ essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri: fortem, & virilem non videri. Ergo ille quoque damnatus est: neq; solùm primis sententiis, quibus tantùm statuebant iudices, damnarent, an absoluerent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. Erat enim Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi [b] pœnæ æstimatio [c]. ex sententia, cùm iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè confiteretur: quod cùm interrogatus Socrates esset, respondit, sese meruisse, vt amplissimis honoribus, & præmiis decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur: qui honos apud Græcos maximus haberetur. Cuius respõso sic iudices exarserunt, vt capitis hominem innocentissimũ cõdemnarent. qui quidem si absolutus esset, (quod mehercule etiam si nihil ad nos pertinet, tamen propter eius ingenij magnitudinem vellem) quónam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cùm ille damnatus est nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi [d] insciti am, tamen à se oportere dicũt peti præcepta dicendi? Quibuscum ego non pugno, vtrũm sit melius, aut verius: tantùm dico, & aliud illud esse, atque hoc, & hoc sine illo summum esse posse. Nam quòd ius ciuile, Crasse, tam vehementer amplexus es, video quid egeris, tum, quum dicebas, videbam [e]. Primùm Scæuolę [f] te dedidisti, quem omnes amare meritissimò, pro eius eximia suauitate debemus: cuius artem cùm indotatam esse, atque [g] incomitatam, & incomtam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Deinde quòd in ea tu plus operæ, laborisque consumseras, cùm eius studij tibi & hortator, & magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Sed ego ne cum illa quidem arte pugno. sit sanè tanta, quantam tu illam esse vis. etenim sine controuersia & magna est, & latè patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit, & clarissimi ciues ei studio [h] etiam hodie præsunt: sed vide, Crasse, ne, dum nouo, & alieno ornatu velis ornare iuris ciuilis scientiam, suo quoque eã, concesso, & tradito spolies, atque denudes. Nam, si ita diceres, qui iurisconsultus esset, esse eum oratorem, itémque qui esset orator, iuris eundem esse consultum, præclaras duas artes constitueres, atque inter se pareis, & [i] eiusdem socias dignitatis. nunc verò iurisconsultum sine hac eloquentia, de qua quærimus, fateris esse posse, fuissèque plurimos: oratorem negas, nisi illam scientiam assumserit, esse posse. ita & tibi iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus [k], & acutus, præco actionum, cantor [l] formularum, auceps syllabarum: sed quia sæpe vtitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istã iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam, pedisequámque adiunxisti. Quòd verò impudentiam admiratus [m] es eorum patronorum, qui aut, cùm parua nescirent, magna profiterentur, aut ea, quæ maxima essent in iure ciuili, tractare auderent in causis, cùm

P. E. 2 *al.* regendi suiquasi quasdam habenas.*

b *al.* Ser. Sulpicium Galbam,
c *al.* probè cõ memminisse se aieb.

d L. propinqui sui filiũ Q. Pupillum, ipse p.

e *vide* § 1. *& ibidem Theophilum, Inst. de testamentis Vlpianum* 10. § 2. 13. *Gell.* 27.*

f L. vel exsilium f.

g *Idem in Byso 6. Valerius* 4. *numero* 4. *Liuius* 70. 5. § 20. 17. *adde quædam alia huius Rutilii ex* 2. *Valer.* 3. *numero* 2. *&* 2. *cap.* 10. *numero* 5. *Stuecam epist.* 81. *Athenæum* 4.*

h *al.* simplex oratio veritatis f.
i Quòd si tu tunc,

k L. dicere:

l pedem supplodere.*
m Renuntiare amicitiæ testatur vete res sol tos aliàs dixi.*
n *fort* Atheniensem ill.
o L. sed magist.
p apologeticam scilicet.

P. CV. Paulò aliter hæc historia recitatur à Valerio 6. c. 8. adde Laertium *inSocrate.**

a L. sed, vt si mihi, inquit, calc.

b Interrogatus Socrates, quid illum potius contueniret pati aut pendere viginti (alii centum dicunt) quinq. drachmas se soluturum dixit: verùm tumultuantibus iudicibus* Eorũ inquit, gratia, quæ à me gestæ sunt, Censeo me in Prytaneo publicè ali debere. Laertius in Socrate.*
c L. æstimatio. Hæc sententia cum d L. dicendi scientiam,
e L. non videbam.
f L. Scæuulæ te dedisti, q.

g *hæc duo, atque incomitatam quidam distinguunt.**

h *al.* studio & semper præfuerunt, & etiam hodie præsunt.*

i L. & eiusdẽ P. E. modi socias

k *al.* catus, & acutus, pr. l *al.* cantor.*

m *al.* demiratus es

ea ne scirent, numquámque didicissent: vtriusque rei facilis est, & prompta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coemptio[a] fiat, nesciat, eundem eius mulieris, quæ coemtionem fecerit, causam posse defendere. Nec si parui nauigij, & magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui, quibus[b] verbis herciscoeri oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non possit. Nã quòd maximas centumuiraleis causas in iure positas protulisti: quæ tandem earũ causa fuit, quæ ab homine eloquenti, iuris imperito, non ornatissimè potuerit dici? quibus quidem in causis omnibus, sicut in ipsa M[c]. Curij quæ abs te nuper est dicta, & in[d] C. Hostilij Mancini[e] controuersia, atque in eo puero, qui ex altera natus erat vxore, non remisso nuntio superiori fuit inter peritissimos homines sũma de iure dissensio. Quæro igitur, quid adiuuerit oratorẽ in his causis iuris scientia, cùm[f] hic iurisconsultus superior fuerit discessurus, qui esset non suo artificio, sed alieno, hoc est, non iuris scientia, sed eloquentia, sustentatus. Equidem hoc sæpe audiui, cùmę dilitatem P. Crassus peteret, eúmque maior natu, etiam consularis, Ser[g]. Galba assectaretur, quòd Crassi filiam C. filio suo despondisset, accessisse[h] ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui cùm Crassum seduxisset, atque ad eum retulisset, respondisse ab eo verum magis quàm ad suam rem accõmodatum abstulisse: vt eum tristem Galba vidit, nomine appellauit, quæsiuitque, qua de re ad Crassum retulisset, ex quo vt audiuit, cõmotúmque vt vidit hominem, Suspenso, inquit, animo, & occupato, Crassum tibi respondisse video: deinde ipsum Crassũ manu prehendit: Et, heus tu, inquit, quid[i] tibi in mentem venit ita respondere? Tum ille fidenter, homo peritissimus, confirmare, ita se rem habere, vt respondisset: nec dubium esse posse. Galba autem alludens variè, & copiosè multas similitudines afferre, multáque pro æquitate contra ius dicere: atque illum, cùm disserendo par esse non posset, quamquam[k] fuerit Crassus in numero disertorũ, sed par Galbæ nullo modo) ad auctores confugisse, & id, quod ipse diceret, & in P. Mucij, fratris sui libris, & in Sex. Ælij commentariis scriptum protulisse: ac tamen concessisse Galbæ disputationem sibi probabilem, & propè veram videri. Attamen quæ causæ sunt eiusmodi, vt de earum iure dubium esse non possit, omnino in iudicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod paterfamiliâs antè fecit, quàm ei filius natus[l] est, hereditatem petit? nemo: quia constat, agnoscendo[m] rumpi testamentum. Ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt. Licet igitur impunè oratori omnẽ hanc partem iuris[n] in controuersiis ignorare, quæ pars sine dubio multo maxima est. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, non[o] esse difficile oratori, eius partis, quamcumque defendat[p], auctorem aliquem inuenire: à quo cùm amentatas[q] hastas accepit, ipse eas oratoris lacertis, viribúsq; torquebit. Nisi verò (bona venia huius optimi viri dixerim Scæuolæ[r]) tu libellis, aut præceptis soceri tui causam M[s]. Curij defendisti. nõne arripuisti patrocinium æquitatis, & defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum? Ac mea quidem sententia, (frequens enim te audiui, atque affui) multo maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepõre, & politissimis facetiis pellexisti, cùm & illud nimium acumen illuderes, & admirarere ingenium Scæuolæ[a], qui excogitasset, nasci prius oportere, quàm emori: cúmque multa colligeres ex legibus, & ex senatusconsultis, & ex vita, ac sermone communi, non modò acutè, sed etiam ridiculè ac facetè: vbi si verba, non rem sequeremur, confici nil posset. Itaque hilaritatis plenum iudicium, ac lætitiæ fuit: in quo quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo: dicendi vis egregia, summa festiuitate, & venustate coniuncta profuit. Ipse ille Mucius paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator sui, quid in illa causa, cùm contra te diceret, attulit, quod[b] de iure ciuili depromptum videretur? quam legem recitauit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius? nẽpe eius omnis oratio versata est in eo, vt scriptum[c] plurimùm valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri apud magistros exercentur omnes, cùm in eiusmodi causis aliàs scriptum, aliàs æquitatem defendere docentur. Et credo in illa militis causa, si tu aut heredem aut militem defendisses, ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim, & oratoriam facultatem contulisses. tu verò vel si testamentum defenderes, sic ageres vt omne omnium testamentorum ius in eo iudicio positum videretur: vel si causam ageres militis, patrem eius, vt soles, dicendo à[d] mortuis excitasses: statuisses ante oculos: complexus esset filium, flénsque eum centumuiris cõmendasset: lapides mehercule omneis flere ac lamentari coegisset, vt totum illud, *Vti lingua*[e] *nuncupassit*[f], non in XII. tab. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Nam[g] quòd inertiam accusas adolescentium, qui h istam artem primùm facillimam non ediscant: quæ quàm sit facilis, illi[i] viderint, qui eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant: deinde etiam tu ipse videris, qui eã artem facilem esse dicis, quam cõcedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam artem didicerit, vt hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram: deinde quòd sit plena delectationis, in[k] qua tibi remittunt omnes istam voluptatem, & [l] ea se carere patiuntur, nec quisquam est eorum, qui, si iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuuij malit, quàm Manlianas[m] venalium vendendorum leges ediscere. Tu[n] autem q. amore patriæ cẽles nos nostrorum maiorum inuenta nosse debere, non vides, veteres leges aut ipsas sua vetustate cõsenuisse, aut nouis legibus esse sublatas? *Quod* verò *viros*[o] *bonos iure ciuili fieri putas*, quia legibus & præmia[p] proposita sint virtutibus, & supplicia vitiis: equidè putabam, virtutem hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo & persuadendo, non minis, & vi, ac metu tradi. Nã ipsum quidem illud, etiã *sine cognitione iuris quam sit bellum cauere malum*[q], scire possumus. De me autem ipso, cui vni tu concedis, vt sine vlla iuris scientia tamen causis satisfacere possim, tibi hoc, Crasse, respondeo,

a Coemptio certis verbis fiebat. Ea autem refert Boet in Top. Cicer. Coemptio, inquit ille, certis solemnitat. i bus perage. batur, & sese coemendo ita interrogabant, vir ita, ansibi mulier materfamilias esse velet: Illa respõ debat, velle: Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfalias esse vellet? Respondebat, velle: Itaque mulier, viri conueniebat in manum.*

b L. quibus verbis ercisci, cieri oporteat, nesc. adé ercisc. fam. *vel sic*, quibus verbis erctum cieri oportear, iidem erc. fa.

c L. M'. Curii, d. in P. Lucilii Mãcini* e de quo, ꝛ. adde Ciceronem in Topic. & pro Cæc. na. l. vl. f de legationibus.* f cum hinc iuris cõsul. al. cum hic iurisconsult.

g lib. vulg. Sergius Galba mendose.

h C v l. Quiddam tale de Supplicio & Morte erat in l. 1. §. 3. ff. de origine iuris.

i L. qui sibi venit in m.

k L. quàm fuit Crass. l. al. natus esset, hered. p. m. *vel* l. 1. & *Pessonius* ff. de *testamento* rupto & irrita testamenta.*

l L. iuris incontrouersi igni. ll. bene. Ius incontrouersum idem quod certũ.* m L. non est difficile or. q. L. defendet. q amentatum quod & gloss amentũ. *ἀμέντα* dicitur, corrigia ad iactum. adde Isidorum l. 16. c. 24.* r Scæuulæ f L. M'. Curii.

a L. Scæuulæ

b *fort.* quod è iure ciuili. c id est pro scripto dixit aduersus æquitatem.* d *fort.* ab inferis exc. e nũcupasset, f Festus in Nuncupato. Cum nexum faciet mancipiúmque, vti lingua nũcupassit, ita ius esto. Cicero 3. de offic. XII. Tabulis satis cau- P. B. tum ea præstari quæ lingua essent nuncupata. Porro Nuncupatum hic est nominatum, promittere, adseueratum, scriptum. vti scripsi ad leges XII. tabul. tit. de pactis c. pacta seruãda.*

g *fort.* Nam primùm q. h l. quisquam artem facil. non ediscãt: quàm sit f.

i L. primum illi viderint,

k L. delet in qua, ex v. c. *auctoritate.*

l L. & ea se carere facilè patiuntur, ma. Mamilianas. al. Manilianas, *quod ex rectum. vide Varronem* 2. de re rustica 3. & 5. & 7. Manliæ tres libri citantur l. 28. 39. ff. de origine iuris 2.*

n L. Tum autem quod

o viri boni qua arte fiant.*

p l. 1. ff. de Iustitia.*

q *fort.* malo

a L. possem def.
b Magonis de re rustica libros citat Plinius.*
c L. non iidē iure ciuili,
d L. possumus
e L. Scæuola.
f L. omnia
g In rem præsentem olim veniebant, cùm locum oculo ac digito designare volebant. adde Cicer. 2. officiorum. Plin. 3. epist. 9. 4. Quint. 11. & 6. c. 2. dicitur etiã in re præsenti cõstitui. 7. Quint. vlt. 9.
P. CVII.
cap vlt. l. 5. §. 3. §. 4. ff. de noui operis nũciatione. *
h L. si de tabulis, & perscriptionib⁹ controuer. ‖ vt 4. ad Atticum vlti. & Philipp. 5.*
i L. Græcorũ more tragœdorum
k L. vsque ad grauissimum recipiunt, & quodammodo colligunt.
l L. quoties, præscribitur, Pæanem, aut Minuritionẽ citarimus.
m al. munychionem, Victorius: est autem genus pedis incognitum: al. minuritionẽ vt si cantio que leui, tenui & remissiore voce edatur. Festo minuritiones, minorũ auium cantus: Græcis autem μινυρίζειν est canere. minuritio itaq. ad remissionem vocis pertinebit: Pæan ad cõtentionem Turneb. 1. aduers. 12. Alij hîc legunt Nomiõ quod genus carminis & cantionis teste Athenæo. 14.*
n al. cantarimus.*
o al. alicunde
p al. illis id est Græcis *
q L. imperitissimi,
r numero 47. circa finem*

neque me vnquam ius ciuile didicisse? neque tamen in iis causis, quas in iure possim [a] defendere, vnquam istam scientiam desiderasse. Aliud est enim esse artificem cuiusdam generis, atque artis, aliud in communi vita, & vulgari hominum cõsuetudine nec hebetem, nec rudem. Cui nostrũm non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis, inuisere? tamẽ nemo tã sine oculis, tã sine mente viuit, vt, quid sit semẽtis, ac messis, quid arborum putatio, ac vitiũ, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino nesciat. Num igitur, si cui fundus inspiciendus aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit, Magonis [b] Karthaginiensis sunt libri perdiscendi? an hac communi intelligentia contenti esse possumus? Cur ergo non [c] iidem in iure ciuili, præsertim, cùm in causis & in negotiis, & in foro conteramur, satis instructi esse possimus [d] ad hoc dũtaxat, ne in nostra patria peregrini, atque aduenæ esse videamur? Ac si iã sit causa aliqua ad nos delata obscurior: difficile, credo, sit cum hoc Scęuola [e] communicare: quamquam ipsi [f] omnia, quorum negotium est, consulta ad nos, & exquisita deferunt. An verò si de re ipsa, si de finibus, cùm in [g] rem præsentem non venimus, si [h] de tabulis, & præscriptionibus controuersia est, contortas res, & sæpe difficileis necessariò perdiscimus: si leges nobis, aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt, veremur, ne ea, si ab adolescentia iuri ciuili minus studuerimus, non queamus cognoscere? Nihilne igitur prodest oratori iuris ciuilis scientia? Non possum negare prodesse vllam scientiam, ei præsertim, cuius eloquentia copia rerum debeat esse ornata: sed multa, & magna, & difficilia sunt ea, quæ sunt oratori necessaria, vt eius industriã in plura studia distrahere nolim. Quis neget opus esse oratori in hoc oratorio motu statúque, Roscij gestum, & venustatem? tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus in gestu discendo histrionum more elaborare. Quid est oratori tam necessarium, quàm vox? tamen me auctore nemo dicẽdi studiosus, Græcorum [i] more, & tragœdorum voci seruiet, qui & annos complureis sedentes declamitãt, & quotidie, antequàm pronuntient, vocem cubantes sensim excitant, eandémque, cùm egerunt, sedentes ab acutissimo sono vsque [k] ad grauissimũ sonum recipiunt, & quasi quodammodo colligunt. hoc nos si facere velimus, antè condemnentur ij, quorum causas receperimus, quàm toties, quoties [l] perscribitur, Pæanem, aut Munionem [m] citarimus. [n] Quòd si in gestu, qui multùm oratorem adiuuat, & in voce, quæ vna maximè eloquentiam vel commendat, vel sustinet, elaborare nobis non licet: ac tãtùm in vtroque assequi possumus, quantum, in hac acie quotidiani muneris, spatij nobis datur: quanto minus est ad iuris ciuilis perdiscendi occupationem descendendum? quod & summatim percipi sine doctrina potest, & hãc habet ab illis reb⁹ dissimilitudinem, quod vox, & gestus subitò sumi, & & aliunde [o] arripi non potest: iuris vtilitas, ad quamque causam quamuis repentè vel à peritis, vel de libris depromi potest. Itaque illi [p] disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos, cùm ipsi sint peritissimi [q], & qui, vt abs te paullo [r] antè dictum est, pragmatici [a] vocantur. In quo nostri omnino meliùs multò, quòd clarissimorum hominũ auctoritate leges, & iura recta esse voluerunt. Sed tamen nõ fugisset hoc Græcos homines, si ita necesse esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire in iure ciuili, nõ ei pragmaticum adiutorem dare. Nam quod dicis *senectutem à solitudine vindicari iuris ciuilis scientia*, fortasse etiam pecuniæ magnitudine. sed nos non quid nobis vtile, verùm quid oratori necessarium sit, quærimus. quãquam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab vno artifice sumimus, solet idem Roscius dicere, se, quò plus sibi ætatis accederet [b], eò tardioris tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. Quòd si ille, adstrictus certa quadam numerorum moderatione, & pedũ, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto faciliùs nos non laxare modos, sed totos mutare possumus? Neque [c] enim hoc te, Crasse, fallit, quàm multa sint, & quàm varia genera dicendi [d], & quod aut sciam, an tu primus ostenderis, qui iamdiu multo dicis remissiùs, & leniùs, quàm solebas: neque minus hæc tamen tua grauissimi sermonis lenitas, quàm illa summa vis, & contentio probatur: multíque oratores fuerũt, vt illum Scipionem audiuimus, & Lælium, qui omnia sermone conficerent paullo intẽtiore, nunquam vt [e] Ser. Galba, lateribus, aut clamore contenderent. Quod [f] si iam hoc facere non poteris, aut noles: vereris, ne tua domus, talis & viri, & ciuis, si à litigiosis hominibus non colatur, à ceteris deseratur? Equidem tantum absum ab ista sententia, vt non modò non arbitrer subsidium senectutis in eorum, qui cõsultum veniant, multitudine esse ponendum, sed tanquam portum aliquem, exspectem istã quam tu times, solitudinem. Subsidium enim bellissimũ existimo esse senectuti, otium. Reliqua verò etiam si adiuuant, *historiam* dico, & *prudentiam iuris publici, & antiquitatis iter*, § & exemplorum copiam, siquando opus erit, à viro optimo, & istis rebus instructissimo, familiari meo, Longo [h], mutuabor. Neque repugnabo, quo minus (id quod modò hortatus es) *omnia legant, omnia audiant*, in omni recto studio, atque humanitate versentur, sed mehercule non ita multum spatij mihi videtur, si modò ea facere, & persequi volent, quæ à te, Crasse, præcepta sunt: qui mihi propè etiam nimis duras leges imponere visus es huic ætati: sed tamen ad [i] id, quod cupiunt, adipiscẽdum propè necessarias. Nam & subitę ad propositas causas *exercitationes*, & accuratæ, & meditatæ commentationes, ac stilus ille tuus, quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse, ac magistrum, multi sudoris est, & illa orationis suæ [k] cum scriptis alienis cõparatio, & de alieno scripto subita vel laudandi, vel vituperandi, vel comprobandi, vel refellendi causa, disputatio, non mediocris contentionis est, vel ad memoriam, vel ad imitandum. Illud verò fuit horribile, quod mehercule vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quàm ad cohortandum. *Voluisti* enim in suo genere *vnũquemque nostrũm quasi quendam esse Roscium*: dixistíque, *non tam ea, quæ recta essent, probari, quàm quæ praua sunt fastidiũ adhærescere*: quod ego non tam fastidiosè in nobis, quàm in histrionibus, spectari puto. Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video.

a qui & iuris interpretes. Quint. 6. *
P. B.
b L. accederet, eò tardiores tibicinis m.
c L. Neque enim te, Crasse, f.
d L. dicendi: quod haud sciam,
e lib. vulg. vt Sergius Galba, mendose.
f L. Quod si iam facere non pot.
§ al. scientiã
h al. Lõginoy, vide quæ scripsi in oratione pro Plancio *
i L. ad id, quod cupiũt apiscendum. ‖ Ita veteres locuti. Nonius cap. 2. in Apisci. exempla frequentissima in iure. *
k L. tuæ
P. CVIII.

teneo.

tenet enim res ipsa, atque causa. at Æsopum, si[a] paullum irraucuerit, explodi. A quibus enim nihil præter voluptatem aurium quæritur, in iis offenditur, simulátque imminuitur aliquid de voluptate. In eloquentia autem multa sunt, quæ teneant, quæ si omnia summa non sunt, (& pleraque tamen magna sunt,) necesse est, ea ipsa, quæ sunt, mirabilia videri. Ergo, vt ad primum illud reuertar, *sit orator nobis is*, qui, vt Crassus descripsit, accommodatè ad persuadendum possit dicere. is autem concludatur in ea, quæ sunt in vsu ciuitatum vulgari, ac forensi: remotísque ceteris studiis[b], quamuis ea sunt ampla, atque præclara, in hoc vno opere, vt ita dicam, nocteis & dies vrgeatur: imitetúrque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse, tantúsque labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ diligentia, ꝛ industriáque superaret[c]: cùmque ita balbus esset, vt eius ipsius artis[d], cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, vt nemo planiùs eo locutus putaretur. Deinde cùm spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, v vna continuatione verborum (id quod eius scripta declarant) binæ ei contentiones vocis, & remissiones continerentur. Qui etiam (vt memorię proditum est) coniectis[e] in os calculis, summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare cõsuescebat, neque is[f] cõsistens in loco, sed inambulans, atque adscensu ingrediens arduo. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium, & ad laborem incitandos iuuenes vehemẽter assentior. cętera, quæ collegisti ex variis, & diuersis studiis, & artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio, atque munere seiuncta esse arbitror. 55 ¶ Hæc cùm Antonius dixisset: sanè dubitare visus est Sulpicius, & Cotta. vtrius oratio propiùs ad veritatem videretur[a] accedere. 56 ¶ Tum Crassus, Operarium[b] nobis quendam, Antoni, oratorem facis, atque haud scio an aliter sentias, & vtare tua illa mirifica ad refellendum consuetudine, qua tibi nemo vnquam præstitit: cuius quidem ipsius facultatis exercitatio, oratorum propria est, sed iam in philosophorum consuetudine versatur, maximéque eorum, qui de omni re proposita in vtramque partem solent[c] copiosissimè dicere. Verùm ego nõ solùm arbitrabar, his pręsertim audientibus, à me informari oportere, qualis esse posset is, qui habitaret in subselliis, neque quid quam amplius afferret, quàm quod causarum necessitas postularet: sed maius quiddam videbam, cùm censebam, oratorem præsertim[d] in nostra repu. nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc faciliùs nobis expones ea, quæ abs te de officiis, præceptísque oratoris quæsita sunt: sed opinor, secundum hunc diem. satis enim multa à nobis hodie dicta sunt. Nunc & Scæuola[e], quoniam in Tusculanũ ire constituit, paullum requiescet, dum se calor frangat & nos ipsi quoniam id temporis est, valetudini demus operam. 57 ¶ Placuit sic omnibus. 58 ¶ Tum Scæuola[f]. Sanè, inquit, vellem non[g] constituisse in Tusculanum me hodie venturum esse, Lælio. libenter audirem Antonium. &, cùm exsurgeret, simul arridens, Neque enim, iuquit, tam mihi molestus fuit, quòd ius nostrum ciuile peruellit, quàm iucundus, quòd se id nescire confessus est.

a L. si paùllum irrauserit, expl. | ita legitur apud Priscianum lib. 10. vbi de 4. coniugatione. est autem ab irraucio.*

b quamuis ea sint

c L. superarit.

d id est Rhetorices, cuius priorem litteram ρ, pronuntiare natura non poterat.*

e Idem Plutarchus in *Demosthene.**

f *al.* id.*

a *fort.* accedere videretur.

b & ita libro 2. de oratore numero 21. scribit remigem baiulum, inopem humanitatis & inurbanum.*

c L. copiosissimè dicere solent.

d Orator quo respublica ornatior B. P. est, eò nullius ornamẽti expers esse debet.*

e L. Scæuula,

f L. Scæuula,

g *al.* non cõstituissem.

M. TVLLII CICERONIS DE ORATORE,

LIBER SECVNDVS.

CRASSVS : CATVLVS : C. IVL. CAESAR : ANTONIVS : Sulpicius : Cotta.

Synopsis libri secundi de Oratore.

1. ad 14. *Antonius suscepto dicendi onere.* 15. 16. 17. 18. *Artificium siue studium dicendi nullum esse posse ait, nisi os accesserit. Rem facultate præclaram esse, arte mediocrem, cùm ars sit rerum quæ sciantur, oratoris autem actio opinione contineatur: cùm & apud eos qui nesciant, & ab iis ipsis qui nesciant, dicatur.* 19. *Et tamen præcepta quædam peracuta dicendi dari posse ad pertractandos animos hominum & commouendas eorum voluntates. Ea si simul collecta sint, magnam quandam artem aut quasi artem efficere, vt qui ea fuerit assecutus, perfectus sit orator, quo nihil neque præclarius, neque iucundius, plenius, subtilius. Oratorem illum versari in consilijs rerum maximarum dandis, in inuitandis hominum animis, moderandis, cohortandis, dehortandis, in vituperio, laude, accusatione, consolatione, historiæ cognitione. Cæterarum artium homines ornatius sua dicere, siquid ab hac arte didicerint. Oratorem sine eloquentia munus suum præstare, aut no-*

men suum obtinere non posse : tametsi sine eloquentia cæteræ artes possint. 20. 21. 22. Materiam oratoris quæstionem esse vel infinitam seu generalem: & finitam, seu certam. Hoc genus quæstionis vltimum versari vel in lite ordinanda (hinc iudiciale genus causæ) aut in consilio dando (hinc deliberatiuum.) In laude (vnde demonstratiuum) quod consistit, minus necessarium esse. 23. 24. Ex superioribus enim facile peti posse. 25. 26. æquè vt si de testimonio. 27. 28. mandato aliquo sit dicendum, si obiurgandum, cohortandum, consolandum, 29. 30. 31. 32. 33. aut historia scribenda (34. 35. 36. 37. 38. 39. quo loco hic ab Antonio de historiæ legibus, & scriptoribus cùm Latinis, tum & Græcis quædam interseruntur) Infinitum genus causæ non rectè à multis explicari 40. 41. Iudiciale genus causæ omnium esse difficillimum. 42. 43. Græcos id causæ genus minus bene tractasse. Nam de infinito genere causæ nulla dant præcepta. Ac licet rectè quinque quasi membra eloquentiæ faciãt. (Inuentionem, Dispositionem, Elocutionem, Memoriam, Pronunciationem) vt & quinque, sex, septemve orationis partes (Exordium, Narrationem, Partitionem, Confirmationem, Confutationem, Digressionem, Conclusionem) quæ tamen præcepta principiorum & narrationum esse voluerunt, eadem sunt & aliarum quoque partium, quum omnibus partibus beneuolum, attentum & docilem auditorem facere oporteat, verisimiliter & apertè & breuiter sit dicendum. Hoc vtilius tradi, vt orator futurus primũ tinctus sit litteris, & optima ab optimis discat, vt quid deceat in omnib. sequatur, vt valeat viribus, spiritu, lingua. Imò vt sit vir bonus (In perfectis enim oratoribus superiora requiri, vt & mediocri permittenda quæ velit: Absurdum oratorem, ad aliud studium transferendum esse) Eum qui perfectus orator esse velit, dolere. forum discendi ludum putare: sed & magistrum, quem imitetur, optimum eligere, & in voce, optimis se exercere (44. 45. Tametsi possit accidere, vt nullius imitatione sibi proposita quidam laudem, sed cum periculo obtineant) AD INVENTIONEM hæc quæ sequuntur pertinere. Causæ genus ei vel ab initio spectandum esse eius. Quæstionẽ facti infitiatione: Qualitatis, futuri perspicacia Nominis, definitione: scripti controuersias, perspicuitatẽ tollere atque explorare. Causæ genere cognito, Probationes oratori quærendas esse, quarum quæ contra rem sunt. collocandæ tantum: quæ in re insitæ, etiam inueniendæ, & ex suisquæsi locis eruendæ. 46. 47. 48. 49. ad 56. Vim oratoris in auditore conciliando, docẽdo, mouendo totam positam esse, quæ orationis lenitatem, acumen, vimque desiderent. Argumẽtis fidem fieri, quæ ex locis suis eruenda acumine, ratione, diligentia. Acumen ingenij primas: diligentiam secũdas obtinere. 57. 58. 59. Artem non esse ostentandam. 60. Locorũ alios ex sua vi & natura: alios foris assumi. Vel mediocris esse ingenij iudicare, quod argumentorũ genus cuiq causarũ generi cõueniat. Argumẽta ita reperta rectè atque ordine tractari oportere. Inuẽtis quæ ad docendũ auditorẽ efficiãt, quærenda esse quæ ad conciliandum, 61. 62. 63. 64. & mouendum. Neminem siue oratorem siue histrionem, siue poetam mouere, nisi ipse primùm motus sit. Animos conciliari concitatione, & commendatione. 65. 66. Motus non passim adhibendos, sed si causa postulet. Amorem enim, odium, timorem: Item, Lætitiam, molestiam, Inuidiam, misericordiam aliter atque aliter excitari. Refutationem ex iisdem locis, quibus confirmatio petatur, quæri. Iocos & facetias plerunque admoueri oportere. 67. ad 75. Facetiarum aliam æquabiliter fusam in omni sermone, (quæ & cauillatio) alteram acutam & breuem, quæ & dicacitas. 76. Tum Iulius sermone suscepto. De Risu disputans, in risu quinque potissimum quæri, quid & vnde risus, cuius sit risum mouere, & an oratoris: quatenus mouendus, & quæ eius genera. Facetias in re aut dicto seu verbo consistere, eásque variè tractari posse. In verbo sunt ridicula, vt cùm aliud expectamus, aliud dicitur, cùm ab aduersario verbum exceptum, in eundem infligimus: cùm paronomasia vtimur: versum aliquem vel prouerbium interponimus, verba immutamus vel inuertimus. In rebus verò facetiæ erunt, si rem ipsam ridiculam aptissimè ponemus, si apologo, historia, similitudine, imagine, ridiculis vtemur: si obscuritate adhibita alium pungemus: si quid dissimulabimus, si honesto verbo rem vitiosam appellabimus: si ex aduersarii oratione aliud exceperimus, quàm ille velit: si videri intelligere nolimus, quod ipsi intelligimus, si quid proferemus, in quo ridiculi sit suspitio. Huc pertinent Stomachosa, submorosa, lenta, stultitiæ salsa reprehensio, coniecturæ falsæ: si ridentur discrepantia, si reprehendemus quasi errantem: si admonebimus, aut consilium dabimus, si quid aduersario vel rei consentaneum dicemus, si quid rapiemus præter exspectationem, si id facetè aduersario concedemus facilè quod nobis detrahit, si sententia adhibita ridiculum quid dicemus, si posse, quæ fieri non possunt, optabimus: si lentè percontantibus aliud respondebimus. Huc referri possunt exsecrationes, adiurationes, minationes, & similia. 77. ad 82. Tum Antonius receptis dicendi partibus, iisque quæ ad Inuentionem pertinent explicatis, DISPOSITIONIS præcepta afferens, monet initio cogitandum esse, quid primum sit dicendum, ac quidem de Exordio, Narratione, Partitione, Confirmatione, Refutatione, Conclusione, Hæc in genere causarum Iudiciali, & Deliberatiuo spectari. Laudatium occupari in testimoniis & funeribus. Laudari hæc, genus, formam, vires, opes, diuitias, & cætera quæ à fortuna, vel virtute corporis, morũ, animi. 83. 84. His explicatis de MEMORIA disputat. 95. ad 86. ac

tandem

tandem disputationi finis imponitur. iis quæ ad ELOCVTIONEM *&* PRONVNTIATIONEM *pertinent in librum sequentem reiectis.*

MAGNA nobis pueris, Quincte frater, si memoria tenes, opinio fuit, L. Crassum non[a] plus attigisse doctrinæ, quàm quãtum prima illa puerili institutione potuisset: M. autem[b] Antonium omnino[c] omnis eruditionis expertem, atque ignarum fuisse: erántque multi, qui[d], quamquam ita se rem habere arbitrarentur, tamen, quo facilius nos incẽsos studio dicendi à doctrina deterrerent, libenter id, quod dixi, de illis oratoribus prædicarent, vt, si homines non eruditi summam essent prudentiam, atque incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esse labor, & stultum in nobis eruditionis patris nostri, optimi, ac prudentissimi viri, studium videretur. Quos tum, vt pueri, refutare domesticis testibus, patre, & C. Aculeone, propinquo nostro, & L. Cicerone, patruo, solebamus, quòd de Crassõ pater, & Aculeo, quocum erat noſtra matertera, quem Crassus dilexit ex omnibus plurimùm: & patruus, qui cum Antonio in Ciliciam profectus vnà decesserat: multa nobis de eius studio, doctrináque sæpe[e] narrauit: cúmque nos cum consobrinis nostris, Aculeonis filiis, & ea disceremus, quæ Crassõ placerent, & ab his doctoribus, quibus ille vteretur, eruditemur, etiam illud sæpe intelleximus (cùm[f] essemus eiusmodi: quod vel pueri sentire poteramus) illum & Græcè sic loqui, nullam vt nosse aliam linguam videretur, & doctoribus nostris ea ponere in percontando[g], eáque ipsum omni in sermone tractare, vt nihil esse ei nouum, nihil inauditum videretur. De Antonio verò, quamquam sæpe ex humanissimo homine, patruo nostro, acceperamus, quemadmodum ille vel Athenis, vel Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus dedisset[h]: tamen ipse adolescentulus, quantum illius ineuntis ætatis meæ patiebatur pudor, multa ex eo sæpe quæsiui. Non erit profectò tibi, quod[i] scribo, hoc nouum (nam iam tum ex me audiebas,) mihi illum ex multis, variisque sermonibus nullius rei, quæ quidem esset in his artibus, de quibus aliquid existimare possem, rudem, aut ignarum esse visum. Sed fuit hoc in vtroque[k] eorum, vt Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quàm illa despicere, & nostrum hominum in omni genere prudentiam Græcis anteferre. Antonius autem probabilem hoc populo orationẽ fore cẽsebat suam, si omnino didicisse numquam putaretur: atque ita se vterque grauiorem fore, si alter contemnere, alter ne nosse quidem Græcos videretur. Quorum consilium quale fuerit, nihil sanè ad hoc tempus. Illud autem est huius institutæ scriptionis, ac temporis, *neminem eloquentia, non modò sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia, florere vmquam, & præstare potuisse.* Etenim cæteræ fere artes se ipsæ per se tuentur singulæ: *bene di-*

cere autem, quod est scienter, & perité, & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius[a] *terminis sepia teneatur.* Omnia, quæcumque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur, aut eloquentiæ nomen relinquendum est. Quare equidem & in nostra ciuitate, & in ipsa Græcia, quæ semper hæc summa duxit, multos & ingeniis, & magna laude dicendi sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor: talem verò existere eloquentiam, qualis fuerit in Crassõ, & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ[b] in tantam prudentiam pertinerent, tantámque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo. Quo etiam feci libentiùs, vt eum sermonem, quem illi quondam inter se de his rebus habuissent, mandarem litteris: vel vt illa opinio, quæ semper fuisset, tolleretur, alterum[c] non doctissimum, alterum[d] planè indoctum fuisse: vel vt ea, quæ existimarem à summis oratoribus de eloquentia diuinitus esse dicta, custodirem litteris, si vllo modo assequi, complectíque potuissem: vel[e] mehercule etiam vt laudem eorum iam propè senescentem, quantum ego possem, ab obliuione hominum, atque à silentio vindicarem. Nam si ex scriptis cognosci ipsi suis potuissent, minus hoc fortasse mihi esse[f] putassem laborandum: sed cùm alter non multùm, (quod quidem exstaret,) & idipsum adolescens, alter nihil admodum scripti reliquisset: deberi hoc à me tantis hominum ingeniis putaui, vt, cùm etiam nunc viuam illorum memoriæ teneremus, hanc immortalem redderem, si possem. Quod hoc etiam spe aggredior maiore ad probandum, quia non de Seruij[g] Galbæ, aut C. Carbonis eloquentia scribo aliquid, in quo liceat mihi fingere, si quid velim, nullius memoria iam refellente: sed edo hæc iis cognoscenda, qui eos ipsos, de quibus loquor, sæpe audierunt: vt duos summos viros, iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti sint, viuorum & præsentium, memoria teste, commendemus. Nec verò te, carissime frater, atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos tu agreste is putas, insequor vt erudiam: (Quid enim tua potest oratione aut subtilius, aut ornatius esse?) sed quoniam siue iudicio, vt soles dicere, siue, vt ille pater eloquentiæ de se Isocrates scripsit ipse, pudore, à dicendo, & timiditate ingenua[h] quadam refugisti, siue, vt ipse iocari soles, vnum putasti satis esse non modò in vna familia rhetorem, sed pænè in tota ciuitate: non tamen arbitror tibi hos libros in eo fore genere, quod meritò, propter eorum, qui de dicendi ratione disputarunt, ieiunitatem[i] bonarum artiũ, possit illudi. Nihil enim mihi quidem videtur in Crassi, & Antonij sermone esse præteritum, quod quisquam summis ingeniis, acerrimis studiis, optima doctrina, maximo vsu cognosci, ac percipi potuisse arbitretur: q. tu facillimè poteris iudicare, qui prudẽtiã, rationémq; dicẽdi, per te ipsum, vsum autẽ. g. nos, perciperevoluisti. Sed, quò citiùs hoc, qd̃ suscepimus, nõ mediocre munus, cõficere-

a Crassum paulò post, quorundam opinione, nõ doctissimum falsò habitum scribit.*
b L. M. verò Antonium
c Antonius omnino omnis eruditionis, expers ignarus, & planè indoctus habitus. sed vt paulò post ait, falso.*
d L. qui, quamquam non ita se rẽ hab.
e sæpe narrarunt.
f L. delendum putat hoc totum, cùm essemus eiusmodi: t al. in percunctando, P. CIX.
g al. dedidisse.
h L. quod scribo, nouum (nam hoc iam t. ex me aud.
i Crassi & Antonii diuersa ingenia: ille Græcos authores contemnere videri: hic nescire quidem videri voluit.
k

a L. cuius termini sæpiũ.
b L. quæ ad tantam.
c id est Crassum.*
d id est Antonium.*
e L. vel mehercule vt laud.
f L. putassem esse sup.
p. 8.
g Ald. vulg. Sergii Galbæ, mendosè.
h fort. quãdam ingenua.
i Frontoni, ieiunitas, scribi abstinentia: ieiunitas, dies ipsa.

possimus, omissa nostra adhortatione[a], ad eorum, quos proposuimus, sermonem, disputationémque veniamus. 2 ¶ Postero igitur die, quàm illa erant acta: hora ferè secunda, cùm etiam tum in lecto Crassus esset, & apud[b] eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cũ Cotta in porticu, repentè eò Quintus Catulus senex cum C. Iulio fratre venit: quòd vbi audiuit, commotus Crassus surrexit, omnésque admirati, maiorem aliquam esse causam eorum aduentus suspicati sunt. Qui cùm inter se, vt ipsorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent, Quid vos tandẽ? Crassus, numquidnam, inquit, nouí? 3 ¶ Nihil sanè, inquit Catulus. etenim vides esse ludos: sed vel tu nos ineptos licet, inquit, vel molestos putes cùm ad me in Tusculanum, inquit, heri vesperi venisset Cæsar de Tusculano suo, dixit mihi, à[c] se Scæuolam hinc euntem esse conuentum: ex quo mira quædam se audisse dicebat, te, quem ego toties omni ratione tentans ad disputandum elicere[d] non potuissem, permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse, & tanquam in schola propè ad Græcorum[e] consuetudinem disputasse. Ita[f] frater exorauit meipsum, non quidem à studio audiendi nimis abhorrentem, sed mehercule verentem tamen, ne molesti vobis interueniremus, vt huc secum venirẽ. Scæuulam enim ita dicere aiebat, bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Hoc si tu cupidiùs factum existimas, Cæsari attribues: si familiariùs, vtrique nostrûm. nos quidem, nisi fortè molesti interuénimus, venisse delectat.

4 ¶ Tum Crassus, Equidem, quæcumque causa vos huc attulisset, lætarer, cùm apud me viderem homines mihi carissimos, & amicissimos: sed tamen verè dicam, quæuis mallem fuisset, quàm ista, quam dicis. Ego enim, (vt, quemadmodum sentio, loquar) numquam mihi minus, quàm hesterno die, placui: magis[g] adeò id facilitate, quàm alia vlla culpa mea contigit, qui dum obsequor adolescentibus, me senem esse sum oblitus: fecique id, quod ne adolescens quidem feceram, vt iis de rebus, quæ doctrina aliqua continerentur, disputarem. Sed hoc tamen cecidit mihi peropportunè, quòd, transactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum venistis. 5 ¶ Tum Cæsar, Equidem, inquit, Crasse, ita[h] sum cupidus te in illa longiore, ac perpetua disputatione, audiendi, vt, si id mihi munus contingat, vel hoc sim quotidiano tuo sermone contentus: Itaque experiar equidem illud, vt ne Sulpicius, familiaris meus, aut Cotta, plus quàm ego apud te valere videantur, & te exorabo profectò, vt mihi quoque, & Catulo tuæ suauitatis aliquid impertias. Sin tibi id minus libebit: non te vrgebo, neque committam, vt[i], dum vereare ne tu sis ineptus, me esse iudices.

6 ¶ Tum ille, Ego mehercule, inquit Cæsar, ex omnibus Latinis verbis huius verbi vim vel maximam semper putaui. quem enim nos ineptum[k] vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non sit aptus, idq; in sermonis nostri cõsuetudine perlatè patet. Nam qui aut, tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus esse dicitur. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. itaque quòd vim huius mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. Omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud[a] scio an vlla sit maior, quàm illorum, qui solent quocumque[b] in loco, quoscumque inter homines visum est, de rebus aut difficillimis, aut non necessariis argutissimè disputare. hoc nos ab istis adolescẽtibus facere, inuiti & recusantes, heri coacti sumus. 7 ¶ Tum Catulus, Ne Græci quidem, inquit, Crasse, qui[c] in ciuitatibus suis clari & magni fuerunt, sicuti tu es, nósque omnes in nostra republica volumus esse, horum Græcorum, qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt: nec tamen in otio sermones huiusmodi, disputationésque fugiebant. Ac si tibi videntur, qui temporis, qui loci, qui hominum rationem non habent, inepti, sicut debent videri, num tandem aut locus[d] hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, vbi ambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum[e], & Græcarum, disputationum memoriam quodammodo commouent? aut[f] importunum tempus in tanto otio, quod & rarò datur, & nunc peroptatò nobis datum est? aut homines ab hoc genere disputationis alieni, quibus omnes hi sumus, vt sine his studiis nullam vitam esse ducamus? 8 ¶ Omnia ista, inquit Crassus, ego alio modo interpretor, qui primùm palæstram[h], & sedes, & porticus, etiam ipsos, Catule, Græcos, exercitationis, & delectationis causa, non disputationis, inuenisse arbitror. Nam & sæculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt, & hoc ipso tempore, cùm omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum[i] audire, quàm philosophum, malunt: qui simul vt increpuit, in media oratione de maximis rebus, & grauissimis disputantem philosophum omnes vnctionis causa relinquunt. ita leuissimam delectationem grauissimæ, vt ipsi ferunt, vtilitati anteponunt. Otium[k] autem quòd dicis esse assentior verùm *otij fructus est, non contentio animi, sed relaxatio.* Sæpe ex socero meo audiui, cùm is diceret, socerum suum Lælium semper ferè cũ Scipione solitum rusticari. eósque incredibiliter repuerascere[l] esse solitos, cùm rus ex vrbe, tanquam è vinculis, euolauissent[m]: Nõ audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita solet natare Scæuula, conchas eos, & vmbilicos[n] ad Caietam, & [o]ad Laurentum legere consuesse, & ad omnem animi remissionem ludúmque descendere. Sic[p] enim se res habet, Vt, quemadmodum volucreis videmus precationis, atque vtilitatis suæ causa fingere, & construere nidos, easdem autem, cùm aliquid effecerint, leuandi laboris sui causa, passim ac liberè solutas opere volitare: sic nostri animi forensibus negotiis, atque vrbano opere defessi, gestiunt, ac volitare cupiunt vacui[q] cura, atque labore. Itaque illud, quod ego in causa Curiana Scæuulæ dixi, non dixi secus, ac sentiebam. Nam si, inquam, Scæuola[r], nullum erit testamentum rectè factum, nisi[s] quod tu scripseris, omnes ad te ciues cum tabulis veniemus, omnium testamenta tu[t] scribes vnus. Quid igitur? inquam: quando ages negotium publicum? quan

a *fort.* cohortatione,

b id est iuxta: ita hunc locum interpretatur Nonius *cap. 2. in v. Apud.**

c L. Scæuula à se hinc

d *al.* ducere*

P. C X.

e *fort.* Rhetorum.*

f L. Itaque me frater exorauit, non ipsum quidem à studio audiendi nimis ab.

g L. magisque adeò id.

h L. ita sum cupidus in illa longiore oratione &c, ac perp.

i L. vt, dum verere tu, ne sis inept.

k Ineptus quis: citatur hic locus à Nonio cap. 1. in Ineptus. *pag.**

a L. haud scio an nulla sit m.

b *fort.* quoq. in loco, quoscunque inter h.

c L. ii qui in

P. 2.

d Cotta disputationem etiã agitat argumentis cõquisitis, à loco, tempore & personis.*

e L. gymnasiorum Græcorum, & disp. m.

f *fort.* aut in opportunum tempus,

g L. qui omnes ii sumus:

h Palæstra & gymnasia cur inuenta*

i Discus ludi genus. Horat. seu pila velox, seu te discus agit.*

k Otio quẽadmodum vtendum.*

l Ita apud Nonium legitur cap. 2. in Repuerascere. Alii legunt, Repuerescere.*

m L. euolassent.

n 8. Valer. 8. vbi in orasobeliscos legitur.*

o L. & ad Laurentum *al.* & ad Lucrinũ. *mendose.*

o L. Sic enim se res habet. Quemadmodum vol.

q L. Vacui cura, ac labore,

r L. Scæuola.

s Testamenta scribere veteres solebant adhibito iurisperito. adde l. Lucius 88. in f. ff. de legat. 2.*

t *al.* meritò tu scr.

cum? quando amicorum? quãdo tuum? quando denique nihil ages? Tum illud addidi. *mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit* in qua permaneo, Catule, sententia, méque cùm huc veni, hoc ipsum nihil agere & planè cessare delectat. Nam, quòd addidisti tertium, vos[a] eos esse, qui vitam insuauem sine his studiis putaretis, id me nõ modò non hortatur ad disputandum, sed etiam deterret. Nam vt C. Lucilius, homo doctus, & perurbanus, dicere solebat, *ea, quæ scriberet, neque [b] ab indoctissimis, neque ab doctissimis legi velle, quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse, quàm [c] ipse de se*: quo etiam scripsit, Persium [d] non curo legere: (hic enim fuit, vt noramus, omniũ ferè nostrorum hominum doctissimus:) Lælium, Decimum volo, quem cognouimus virum bonum, & non illitteratum, sed nihil ad Persium: sic ego, si [e] iam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos, sed multò minùs apud vos. malo enim non intelligi orationem meam, quàm reprehendi. 9¶ Tum Cæsar, Equidem, inquit, Catule, iam mihi videor nauasse operã, quòd huc venerim. nam hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quędam fuit mihi quidem periucunda. Sed cur impedimus Antonium, cuius audio esse parteis, vt de tota eloquentia differat, quémque iamdudum Cotta, & Sulpicius exspectãt? 10¶ Ego verò, inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar, & ipse obmutescam, nisi priùs à vobis impetraro [f]. 11¶ Quidnam? inquit Catulus. Vt hîc sitis hodie. 12¶ Tum cùm ille dubitaret, quòd ad fratrem [g] promiserat, Ego, inquit, Iulius pro vtroque respondeo: sic faciemus: atque ista quidem conditione, vel vt verbum nullum faceres, me teneres. 13¶ Hîc Catulus arrisit: & simul, præcisa, inquit, mihi quidem dubitatio est, quoniam neque [h] domi imperaram: & hîc, apud quem eram futurus, sine mea sententia tã facilè promisit. 14¶ Tum omnes oculos in Antoniũ cõiecerunt: 15¶ Et ille, Audite verò, audite, inquit, hominem enim audietis de [i] schola, atque à magistro, & Græcis litteris eruditũ. & eò quidem loquor [k] confidentiùs, quòd Catulus auditor accessit: cui non solùm nos Latini sermonis, sed etiam Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem [l], elegantiámque concedere. Sed tamen, quoniã hoc totum, quidquid est, siue artificiũ, siue studium dicendi, nisi accessit [m] os, nullum potest esse, docebo [n] vos, discipuli, id, quod ipse non didici, quid de omni genere dicendi sentiam. 16¶ Hîc posteaquam arriserunt. 17¶ Res mihi videtur esse, inquit, facultate præclara, arte mediocris. Ars [o] enim, earum rerum est, quæ sciuntur. Oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. Nam & apud eos dicimus, qui nesciunt, & ea dicimus, quæ nescimus ipsi: itaque & illi aliàs aliud iisdem de rebus & sentiunt, & iudicant, & nos contrarias sæpe causas dicimus, non modò vt Crassus contra me dicat aliquando, aut ego contra Crassum, cùm [p] alterutri necesse sit falsum dicere, sed etiam vt vterque nostrûm eadem de re aliàs aliud defendat, cùm plus vno verum esse non possit. Vt igitur in eiusmodi re quæ mendacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perueniat, quæ opiniones hominum, & sæpe errores aucupetur, ita dicam, si causam putatis esse, cur audiatis. 18¶ Nos verò, & valde quidem, Catulus inquit, putamus, atque eò magis, quòd nulla mihi ostentatione videris esse vsurus. Exorsus es [a] enim non glorioſè magis [b], vt tu putas, à veritate, quàm à nescio qua dignitate. 19¶ Vt igitur de ipso genere sum confessus, inquit Antonius, artem esse non maximam: sic illud affirmo, præcepta posse quædam dari [c] peracuta ad pertractandos animos hominum, & ad excipiendas [d] eorum voluntates. Huius rei scientiam siquis volet magnam quándam artem esse dicere, non repugnabo. Etenim cùm plerique temere, ac nulla ratione causas in foro dicant, nonnulli autem propter exercitationem, aut propter consuetudinem aliquam callidiùs id faciant, non est dubium, quin, siquis animaduerterit, quid sit, quare alij meliùs, quàm alij dicant, id possit notare. Ergo id qui toto in genere fecerit, is si non planè artẽ, at quasi artem quandã inuenerit. Atque vtinam, vt [e] mihi illa videre videor in foro, atque in causis. ita nũc, quemadmodum ea reperirentur, possim [f] vobis exponere. Sed de me videro: nunc hoc propono, quod mihi persuasi, quamuis ars non sit: tamen nihil esse perfecto oratore præclarius. Nam, vt *vsum* dicendi omittam, qui in omni pacata, & libera ciuitate dominatur [g], tanta *oblectatio* est in ipsa facultate dicendi, vt nihil hominum aut auribus, aut mentibus iucundius percipi possit. Qui enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest? quod carmen artificiosa verborum conclusione [h] aptius? qui [i] actor in imitanda, quàm orator in suscipienda veritate iucundior? Quid autem subtilius, quàm acute, crebræque *sententiæ*? quid admirabilius, quàm [k] res splendore illustrata *verborum*? quid plenius, quàm omni *rerum* genere cumulata oratio? Neque enim vlla non propria oratoris est res, quæ quidem ornatè dici, grauitérque debeat. Huius est in dando *consilio* de maximis rebus cum dignitate explicata sententia eiusdem & languentis populi *incitatio*, & effrenati *moderatio*. Eádem facultate fraus [l] hominum ad *perniciem*, & integritas ad *salutem* vocatur. Quis *cohortari ad virtutem* ardentiùs, quis à *vitiis acriùs reuocare*, quis *vituperare* improbos asperiùs, quis *laudare* bonos ornatiùs, quis cupiditatem vehementiùs frangere *accusando* potest? quis mœrorem leuare mitiùs *consolando*? *Historia* [m] verò testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Nam siqua est ars alia, quæ verborum, aut faciendorum, aut deligendorum [n] scientiam profiteatur: si quisquam dicitur, nisi orator, formare orationem, eámque variare, & distinguere quasi quibusdam verborum, sententiarumque insignibus: aut si via vlla, nisi ab hac vna arte, traditur aut argumentorum, aut sententiarum, aut denique descriptionis, atque ordinis: fateamur aut hoc, quod hæc ars profiteatur, alienum esse, aut [o] cum aliqua alia arte esse commune. sed si in hac vna est ea ratio, atque doctrina: non siqui aliarum artium bene locuti sunt, eò minùs id est huius vnius proprium. sed vt orator de iis rebus, quæ ceterarum artium sunt, si modò eas cognorit [p], (vt heri Crassus dicebat) optimè potest dicere: sic ceterarum artium homines ornatiùs

P. CXI.
a Apud quos dicendum sit maximè.*
b L. neque se ab indoctis. neque à d.
c L. quàm ipse de se intelligi vellet: de quo etiã scr. al. quàm ipse, de quo etiam.*
d Persius.*
e al. si iam disputandum sit
f al. impetrabo.
g se iturum scilicet. Alii apud fratrẽ. male. nec m. Cæsar ad fratrem Catulum se iturum promiserat. sed, vt sequentibus constat, Catulus apud Cæsarẽ: legendum itaque videtur, quòd frater promiserat, fratri inquam Cæsari. Catulo, qui cœnam Cæsari condixerit.*
h al. ne qui domi parauerat. male. Domi autẽ hîc imperare, est cœnam suis imperare.*
i Ironia aut certè legendum non de schola neque à magistro neque à Græcis.*
k L. loquar.
l fert subtilitate, elegantiaque.
P. B. m al. accesserit.*
n al. docebo vos, discip. quod ipse n.
o Ars profitetur quid.*
p al. cùm alterutrum necesse sit.

illa sua dicunt, siquid ab hac arte didicerunt. Neque enim si de [a] rusticis rebus agricola quispiam, aut etiam id, quod multi, medicus de morbis, aut de pingendo pictor aliquis disertè dixerit, aut scripserit, idcirco illius artis putanda sit eloquentia: in qua quia vis magna est in hominum ingeniis, eò multi etiã sine doctrina aliquid omnium generum, atque artium consequuntur: sed, quid cuiusque sit proprium, etsi ex eo iudicari potest, cùm videris, quid [b] quæque doceant, tamen hoc certius nihil esse potest, quàm quòd omnes artes aliæ sine eloquentia suum munus præstare possunt, orator sine ea nomen suum obtinere non potest: vt ceteri, si diserti sint, aliquid ab hoc habeant: hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit. 20 ¶ Tum Catulus, Etsi, inquit, Antoni, minimè impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuæ, patiere tamen, mihique ignosces. Nõ enim possum, quin exclamem, vt ait ille in Trinummo. ita mihi vim oratoris cùm exprimere subtiliter visus es, tum laudare copiosissimè: quod quidem eloquentem vel optimè facere oportet, vt eloquẽtiam laudet. debet enim ad eam laudandam ipsam illam adhibere, quam laudat. Sed perge porrò: tibi enim assentior, vestrum esse hoc totum, disertè dicere, idque siquis in alia arte faciat, eum assumto aliunde vti bono, non proprio, nec suo. 21 ¶ Et Crassus, Nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliuit, hominémque reddidit. nam hesterno [c] sermone vnius cuiusdam operis, vt ait Cæcilius, remigem aliquem, aut baiulum, nobis oratorem descripseras, inopem quendam humanitatis, atque [d] inurbanũ. 22 ¶ Tum Antonius, Heri enim, inquit, hoc mihi proposuerã, vt, si te refellissem, hos à te discipulos abducerem: nunc, Catulo audiente, & Cæsare, videor debere nõ tam pugnare tecum, quàm quid ipse sentiam, dicere. Sequitur igitur, quoniam nobis est hic, de quo loquimur, in foro, atque in oculis ciuium constituendus, vt videamus, quid ei negotij demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. Nam Crassus heri [e], cùm vos Catule, & Cæsar, non adessetis, posuit breuiter in artis distributione idem, quod Græci plerique posuerunt: neque sanè quid ipse sentiret, sed quid ab illis diceretur, ostendit: duo [f] prima genera quæstionum esse, in quibus eloquentia versaretur: vnum infinitum, alterum certum. Infinitum mihi [g] videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetendáne esset eloquentia: expetendíne honores. Certum autem in [h] quo quid in personis, & in constituta re, & definita quæreretur: cuiusmodi sunt quæ in foro, atque in ciuium causis, disceptationibúsque versantur. Ea mihi videtur aut [i] in lite ordinanda [k], aut in consilio dando esse posita: nam illud tertium, quod & à Crasso tactum est, &, vt audio, ille ipse Aristoteles, qui hæc, maximè illustrauit, adiunxit, etiam si opus est, tamen minus est necessarium. 23 ¶ Quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium. 24 ¶ Ita, inquit Antonius, & in eo quidem genere scio & me, & omneis, qui affuerũt, delectatos esse vehementer, cùm abs te est Popilia [l] mater vestra, laudata: cui primùm mulieri hunc honorem in nostra ciuitate tributum puto: sed non omnia quæcũque loquimur, mihi videntur ad artem, & ad præcepta esse reuocanda. Ex his enim fontibus, vnde omnia ornatè dicendi præcepta sumuntur, licebit etiam laudationem ornare, neque illa elementa desiderare, quæ vt nemo tradat, quis est, qui nesciat, quæ [a] sint in homine laudanda? positis enim iis rebus, quas Crassus in illius orationis suæ, quam contra collegam censor habuit, principio dixit, quæ natura, aut fortuna daretur hominib⁹, in[b] iis rebus se vinci posse animo æquo pati: quæ ipsi sibi homines parare possent, in iis rebus se pati vinci, non posse: qui laudabit quempiam, intelliget, exponenda[c] sibi esse fortunæ bona. Ea sunt, generis, pecuniæ, propinquorũ, amicorum, opum, valetudinis, formæ, virium, ingenij, ceterarúmque rerum, quæ sunt aut corporis, aut extraneæ: si habuerit, bene his vsum: si non habuerit, sapienter [d] caruisse: si amiserit, moderatè tulisse. Deinde quid sapienter is, quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid iustè, quid magnificè, quid piè, quid gratè, qd humaniter, quid deniq. cũ aliqua virtute aut fecerit, aut tulerit. Hæc, & quę sint ei⁹ generis, facilè videbit, qui volet laudare quẽpiam: & qui vituperare, contraria. 25 ¶ Cur igitur dubitas, inquit Catulus, facere hoc tertium genus, quoniam ineſt in ratione[e] rerum, non enim si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum. 26 ¶ Quia nolo, inquit, omnia, quæ cadunt aliquando in oratorem [f], quamuis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine præceptis suis. Nam & *testimonium* sępe dicendum est, ac nonnunquam etiam accuratiùs, vt mihi necesse fuit in Sex. Titium, seditiosum ciuem, & turbulentum: explicaui in eo testimonio dicendo, omnia con filia consulatus mei, quibus illi tribuno plebis pro republica restitissem, quęque ab eo contra rempublicam facta arbitrarer, exposui. diu retentus sum, multa audiui, multa respondi. Num igitur placet, cùm de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicẽdis [g], quasi in arte tradere? 27 ¶ Nihil sanè inquit Catulus, necesse est. 28 ¶ Quid si (quod sæpe summis viris accidit) *mandata* sint exponenda, aut in senatu ab imperatore, aut ad imperatorem, aut ad regem, aut ad populum aliquem à senatu? num quia genere orationis in huiusmodi causis accuratiore est vtendum, idcirco pars [h] etiam hæc causarum numeranda videtur, aut propriis præceptis instruenda? 29 ¶ Minimè verò, inquit Catulus. non enim deerit homini diserto in eiusmodi rebus facultas ex ceteris rebus, & causis comparata. 30 ¶ Ergo item, inquit, illa, quæ sæpe disertè agenda sunt, & quæ ego paullo antè (cùm eloquentiam laudarem) dixi oratoris esse, neque habent suum locum vllum in diuisione partium, neque certum præceptorum genus, & agenda sunt non minùs disertè, quàm quæ in lite dicuntur, *obiurgatio, cohortatio, consolatio*: quorum nihil est, quod non summa dicendi ornamenta desideret: sed ex artificio res istæ præcepta non quærunt. 31 ¶ Planè, inquit Catulus, assentior. 32 ¶ Age verò, inquit Antonius, qualis oratoris: & quanti [i] hominis in dicẽdo putas esse *historiam* scribere? 33 ¶ Sicut [k] Græci scripserunt, summi, inquit Catulus: sicut [l] nostri, nihil opus est oratore. satis est non esse mendacem. 34 ¶ Atqui, ne no-

a L. de rebus rusticis.

b L. quid quæque doceat,

c operarium oratorem ab Antonio constitui superiori libro dixerat Crassus numero 55.*
d L. atque, vrbanitatis.

P. B.
e vide lib. 1. numero 37.*

f Materia oratoris quæstio Infinita, & finita.*
g L. mihi videbatur dicere,
h al. in quo aliquid in perſ.
i Causarum genera duo præcipua statuit Antonius vnum in lite ordinanda (quod & iudiciale) alterum in consilio (quod & deliberatiuum) Laudationis, seu de mõstratiuũ, aut minus esse necessarium.*
k al. ornãda*
l L. Popilia,

a Laudationis seu generis demonstratiui exornatio quibus ex locis petenda.*
b al. in iis rebus vinci, se posse animo æquo p. q. r. s. h. p. poss. in iis r. se pati nõ posse vinci.
c L. exp. sibi esse naturæ, & fortunæ b.
d L. patienter caruisse: ‖ sic Horat. 1. satyr. 1. illis vtitur Quæsitis patiens.*

e al. natura vel legendum ineſt in oratore. vel ineſt oratori non enim &c.
nam & mox p. CXIII. dicit, cadere in oratorem*
f al. orationem.*

g al. dicendis arte tradere sed, quasi in arte tradere, hic more eorum qui in scholis docent.*

h L. etiam pars h.

i DE HISTORIA: & à quibus Historiam scribi oporteat.*
k L. si, vt Græci scr.
l L. si, vt nostri & c. ita Rob. Steph. vtrobique.

ne nostros contemnas, inquit Antonius, Græci [a] ipsi sic initiò scriptitarunt, vt noster *Cato*, vt *Pictor*, vt *Piso*. Erat enim historia [b] nihil aliud, nisi annalium confectio: cuius rei, memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mucium, pontificem maximum, res omneis singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus, efferebátque [c] in album [d], & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi, ij [e] qui etiam nunc Annales [f] maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine vllis ornamentis monumenta solùm temporum, hominum, locorum, gestarúmque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, Acusilas [g] fuit, aliíque permulti, talis noster Cato, & Pictor, & Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornatur [h] oratio (modò enim huc ista sunt importata) &, dum intelligatur, quid dicant, vnà dicendi laudem putant esse, breuitatem. Paullulum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, *Antipater*. ceteri non exornatores rerum, sed tantummodò narratores fuerunt. 35 ¶ Est, inquit Catulus, vt dicis: sed iste ipse Cœlius neque distinxit historiam varietate locorum, neque verborum collocatione: & tractu orationis leni, & æquabili perpoliuit [i] illud opus: sed vt homo neque doctus, neque maximè aptus ad dicẽdum, sicut potuit, dolauit: vicit tamen, vt dicis, superiores. 36 ¶ Minimè mirum, inquit Antonius, si ista res adhuc nostra lingua illustrata non est. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi vt in causis, atque in foro eluceat: apud Græcos autem eloquentissimi homines, remoti à causis forensibus, cùm ad ceteras res illustreis, tum ad scribendam historiam maximè se applicauerunt. Nãque & *Herodotum* [k] illum, qui princeps genus hoc ornauit, in causis nihil omnino versatum esse accepimus. atqui tanta est eloquentia, vt me quidem, quantum ego Græcè scripta intelligere possum, magnopere delectet. Et post illum *Thucydides* omneis dicendi artificio, mea sententia, facilè vicit: qui ita creber est rerum frequentia, vt verborum propè numerum, sententiarum numero consequatur: ita porrò verbis aptus, & pressus, vt nescias, vtrùm res oratione, an verba sententiis illustrentur. Atqui ne hunc quidem, quanquam est in republica versatus, ex [l] numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt: & hos libros tum scripsisse dicitur, cùm à republica remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in [m] exsilium pulsus esset. Hunc consecutus est Syracusius *Philistus*, qui cùm Dionysij tiranni familiarissimus esset, otium suum consumsit in historia scribenda, maximéque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus. Postea verò, quasi ex clarissima rhetoris officina, duo præstantes ingenio, *Theopompus*, & *Ephorus*, ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt: causas omnino numquam attigerunt. Denique etiam à philosophia profectus princeps *Xenophon*, Socraticus ille, pòst ab Aristotele *Callisthenes*, comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem rhetorico pænè more: ille autem superior, leniore quodam sono est vsus: & qui illum impetum oratoris non habeat, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, vt mihi quidem videtur, dulcior. Minimus natu horum omnium *Timæus*, quantum autẽ iudicare possum, longè eruditissimus, & rerum copia, & sententiarum varietate abundantissimus, & ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum vsum forensem. 37 ¶ Hæc cùm ille dixisset: Quid est, inquit, Catule, Cæsar? vbi sunt, qui Antonium Græcè negãt scire? quot historicos nominauit? quàm scienter? quàm propriè de vnoquoque dixit? 38 ¶ Id mehercule, inquit Catulus, admirans, illud iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar, hunc, cum hæc nesciret, in dicendo posse tantum. 39 ¶ Atqui, Catule, inquit Antonius, non ego vtilitatem aliquam ad dicendum aucupans, horum libros, & nonnullos alios, sed delectationis causa, cùm est otium, legere soleo. Quid [a] ergo est? fatebor aliquid tamen: VT, cùm in sole ambulem, etiã si aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, vt colorer: sic, cùm istos libros ad Misenum (nam Romæ vix licet (studiosiùs legerim sentio orationem meam illorum cantu quasi colorari. Sed ne latiùs hoc vobis patêre videatur, hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi, qui scripserunt, voluerũt à vulgo intelligi. In philosophos vestros [b] siquando incidi, deceptus indicibus librorum, quòd sunt ferè inscripti de reb' notis, & illustribus, de virtute, de iustititia, de honestate, de voluptate, verbũ prorsus nullũ intelligo: ita sunt angustis, & concisis disputationibus illigati. Poetas omnino, quasi [c] aliena quadam lingua locutos, non conor attingere, cum his me (vt dixi) oblecto, qui res gestas, aut [d] qui orationes scripserunt suas, aut qui ita loquuntur, vt videantur voluisse esse nobis, qui non sumus eruditissimi, familiares. Sed illuc redeo, Videtísne, quantum munus sit oratoris historia? haud scio, an flumine orationis, & varietate maximum. neque tamen eam reperio vsquam seperatim instructam rhetorum præceptis. sita sunt enim ante oculos. Nam quis nescit, *primam* [e] *esse historiæ legem, nequid falsi dicere audeat? deinde nequid* [f] *vere non audeat? nequa suspicio gratiæ sit in scribendo? nequa simultatis?* Hæc scilicet fundamenta, nota sunt omnibus. Ipsa autem exædificatio [g], posita est in rebus, & verbis. Rerum [h] ratio ordinem *temporum* desiderat, *regionum* descriptionem: vult etiam, quoniam [i] in rebus magnis, memoriáque dignis *consilia* primùm, deinde *acta*, postea *euentus* expectantur, & de consiliis significari quid scriptor probet, & in rebus gestis declarari nõ solùm quid actum, aut dictum sit, sed etiam quomodo: & cùm de euentu dicatur, vt causæ explicentur omnes, vel casus, vel sapientiæ, vel temeritatis: hominúmque ipsorum non solùm res gestæ, sed etiam, qui fama, ac nomine excellant [k], de cuiusque vita, atque natura. Verborum [l] autem ratio, & genus orationis, fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hac iudiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis prosequendum [m] est. ¶ Harum tot, tantarúmque rerum videtísne nulla esse præcepta, quę in artibus rhetorum reperiantur? In eodem silentio multa alia oratorũ officia ia-

[a] L. Græci quoque ipsi
[b] historia quemadmodum initio à Latinis scripta.*
[c] L. referebátque
[d] quod Græcis λεύκωμα *
[e] hique etiã nunc annales.
[f] Annales illi maximi ci tantur à Gellio 4 c. 9. Festo autem annales maximi dicuntur, non magnitudine, sed quòd eos Pontifex maximus conscribebat.
P. B.
[g] L. Acusilaus
[h] al. ornetur
[i] L. illud opus perpolitum
[k] Historici Græci.*
[l] L. ex numero fuisse accepimus eorum,
[m] L. in exsilium p.

P. CXIIII.

[a] L. Quid ergo? est, fateor aliq. tamen.
[b] L. verò vestros
[c] al. quasi alia vt alia lingua sit, aliaquàm qua populus Romanus vsus sit.*
[d] L. aut orationis scr.
[e] Historiæ suprema lex, veritas.*
[f] L. ne quid veri nõ aud.
[g] Historiæ exædificatio posita in rebus & verbis.*
[h] Res quæ ad historiam pertinent, tempora, regiones, consilia, acta, euentus causæ, casus*
[i] L. quod in r.
[k] L. excellat, cuiusq; vita
[l] Historia quo genere dicendi tractanda.*
[m] L. persequendum est.

cuerunt,cohortationes[a], consolationes,*præcepta*,*admonita* [b], quæ tractanda sunt omnia disertissimè:sed locum suum in illis artibus,quæ traditæ sunt,habent nullum. ¶Atque in hoc genere illa quoq; est infinita sylua,q̃ oratori pleriq; (vt etiã Crassus ostendit)duo genera ad dicendum dederunt:Vnum de certa, definitáque causa,quales sunt,quæ in litibus, quæ in deliberationibus versantur. addat, siquis volet,etiam laudationis [c]: Alterum,quod appellant omnes ferè scriptores,explicat nemo, *infinitam* generis sine tempore, & sine persona,quæstionem.hoc quid,& quantum sit,cùm dicunt, intelligere mihi non videntur. Si enim est oratoris, quæcumque res infinitè posita sit,de ea posse dicere, dicendum erit ei, quanta sit solis magnitudo, quæ forma terræ: de mathematicis, de musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere susceptо, recusare. Denique ei,qui profitetur esse suum, non solùm de iis controuersiis, quæ temporibus, & personis notæ [e] sunt, hoc est, de omnibus forensibus:sed etiam de generum infinitis quæstionibus dicere, nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum. Sed si illam quoque partem quæstionum oratori volumus adiungere vagam, & liberam, & latè patentem, vt de rebus bonis, aut malis: expetendis,aut fugiendis:honestis, aut turpibus:vtilibus,aut inutilibus: de virtute,de iustitia,de continentia,de prudentia,de magnitudine animi,de liberalitate, de pietate, de amicitia,de fide, de officio, de ceteris virtutibus, contrariisque vitiis, dicendum oratori putemus: itémque de republica,de imperio, de re militari,de disciplina ciuitatis,de hominum moribus: assumamus eam quoque partem, sed ita, vt sit circumscripta modicis regionibus.Equidem omnia, quæ pertinent ad vsum ciuium, morem hominũ, quæ versantur in consuetudine vitæ,in ratione reipublicæ, in hac societate ciuili, in sensu hominum communi,in natura,in moribus, comprehendenda esse oratori puto:si minus vt separatim de his rebus philosophorum more respondeat,at certè,vt in causa prudenter possit intexere:hisce autem ipsis de rebus vt ita loquatur,vt ij,qui iura,qui leges,qui ciuitates constituerunt, locuti sunt simpliciter & splendidè,sine vlla serie disputationum, & sine ieiuna concertatione verborum.Hoc loco,nequa sit admiratio,si tot,tantarúmque rerum nulla à me præcepta ponuntur:sic statuo,VT in ceteris artibus cùm tradita sunt cuiusque artis difficillima,reliqua,quia aut faciliora, aut similia sint,tradi non necesse est:Vt in pictura, qui hominis speciẽ pingere perdidicerit[f],posse [g] eum cuiusuis [h] vel formæ,vel ætatis,etiãsi non didicerit,pingere: neq; esse periculum, qui leonem,aut taurum pingat egregiè,ne idẽ in multis aliis quadrupedibus facere non possit:neque [i] est omnino ars vlla,in qua omnia, quæ illa arte effici possunt,à doctore tradantur: sed qui primarum & certarum rerum genera ipsa didicerunt,reliqua non incommodè persequuntur.similiter arbitror[l], in hac siue ratione, siue exercitatione dicendi: qui illam vim adeptus sit,vt eorum menteis,qui aut de rep.aut de ipsius rebus, aut de iis, contra quos, aut pro quibus dicat,cum aliqua statuendi [m] potestate audiant, ad suum arbitrium mouere possit, hunc de toto illo genere reliquarum orationum non plus quæliturũ esse quid dicat, quàm Polycletum illum, cùm Herculem fingebat, quemadmodum pellem, aut hydram fingeret, etiam si hæc nunquam separatim facere didicisset.

40¶Tum Catulus:Præclarè mihi vidêris, Antoni,posuisse ante oculos, quid discere oporteret eum,qui orator esset futurus,qui[a] etiam si non didicisset,ex eo, quod didicisset,assumeret:deduxisti [b] enim totum hominem in duo solùm genera causarum, cetera innumerabilia exercitationi, & similitudini reliquisti. Sed [c] video,ne in istis duobus generibus hydra tibi sit,& pellis.Hercules [d] autem, & alia opera maiora, ne in illis rebus, quas prætermittis, relinquantur. Non enim mihi minus [e] operis videtur de vniuersis generibus rerum, quàm de singulorum causis,ac multò etiam maius de natura deorum,quàm de hominum litibus dicere. 41¶Non est ita, inquit Antonius. dicam enim tibi, Catule, non tam doctus, quàm (id quod est maius)expertus.Omnium [f] ceterarum rerum oratio,mihi crede,ludus est homini nõ hebeti, neque [g] inexercitato, neque communium litterarum,& politioris humanitatis experti. in causarum [g] cõtentionibus magnum est quoddam opus, atq; haud sciam,an de humanis operibus longè maximum: in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu,& victoria iudicatur,vbi adest armatus aduersarius,qui sit & feriendus,& repellendus:vbi sæpe is, qui rei dominus futurus est,alienus,atque iratus,aut etiam amicus aduersario, & inimicus tibi est, cùm [h] aut docendus is est, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, aut omni ratione ad tempus ,ad causam oratione moderandus:in quo sæpe beneuolentia [i] ad odium,odium autem ad beneuolentiam [k] deducendum est: qui tanquam machinatione [l] aliqua tum ad seueritatem,tum ad remissionem animi,tum ad tristitiam,tum ad lætitiã est contorquendus. Omnium sententiarum grauitate, omnium verborum ponderibus est vtendum.accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi,plena spiritus,plena doloris, plena veritatis. In his operibus siquis illam artem comprehenderit,vt,tãquam Phidias,Mineruæ signum efficere possit:non sanè,quemadmodum in clypeo idem ille [m] artifex minora illa opera facere discat, laborabit.

42¶Tum Catulus:Quò ista maiora,ac mirabiliora feci̇sti, eò me maior exspectatio tenet, quibúsnam rationibus, quibusve præceptis ea tanta vis comparetur,non [n] quò mea quidem iam interest(neque enim ætas id mea desiderat,& aliud quoddã genus dicendi nos secuti sumus, qui nunquam sententias de manibus iudicum vi quadam orationis extorsimus, ac potiùs placatis eorum animis, tantum, quantum ipsi patiebantur, accepimus) sed tamen ista tua, nullum ad vsum meum, tantũ cognoscendi studio adductus requiro. Nec mihi opus est Græco [o] aliquo doctore, qui mihi peruulgata præcepta decantet, cùm ipse nunquam forum, nunquam vllum iudicium adspexerit, vt Peripateticus ille dicitur Phormio:cùm [p] Hãnibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochũ venisset exsul:próq; eo, q̃ eius nomen erat magna apud

a *forte legendũ* vt cohortationes & consolationes, præcepta & admonita.nã duas priores p. B. superius attigit numero 30. in f.

b L.monita, c L.laudationes.Alt. ‖ *al.* laudationibus : *al.*quæ in laudationibus.*

d INFINITVM genus causæ quemadmodũ pertractandum *

e L.notatæ sunt,‖ similis locus est in partitionib**

f L.perdidicerit, potest eũ cuiusuis vel f.vel æt. etiã si n.did.p.neque est periculũ.

g *al.*potest eum,eum,in quam, id est hominem.*

h v.c.cuiusq.

i L.neque enim est omnino ars vlla

k L. reliqua per se nõ incomm.p. *lib.* v. reliqua persequũtur: simil.

P. CXV.

l id est, statuo.*

m hoc est iudicandi & censendi.*

a L.quid etiã si non did.*& ita R. Steph.*

b *al.*diduxisti

c *al.*Sed vide

d L.Hercules & alia op.*& ita v.c.*

e L.minus opus vid.*al.* minoris operis vid.

f Iudiciale genus causæ omnium difficillimum esse,adde infrà numerũ 45.*

g id est iudiciali genere*

h L.cùm aut docendus est,

i v.c. beniuolentia

k v.c. beniuol.

l machina aliqua.*

m vide in Oratore.*& B. Valer.13.**

n *al.* non quòd

P. E.

ODEGRASCIS Rhetoribus Iudicijũ & censura.* P v.Stobæum sermone 52.*

apud omneis gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, vt eum, quem dixi, si vellet, audiret: cúmque se non nolle dixisset, locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio, & de omni re militari. Tū[a], cùm cæteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Hannibale, quisnam ipse de illo philosopho iudicaret. hîc Pœnus, non optimè Græcè, sed tamen liberè[b] respondisse fertur, *multos sē deliros senes sæpe vidisse: sed qui magis, quàm Thormio, deliraret, vidisse neminem.* Neque mehercule iniuria. quid enim aut arrogantiùs, aut loquaciùs fieri potuit, quàm Hannibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, numquam denique minimam partem vllius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi præcipiunt, videntur. quod enim ipsi experti non sunt, id docent cæteros. sed hoc minùs fortasse errant, quòd non te, vt Hannibalem, sed pueros, aut adolescentulos docere conantur. 43 ¶ Erras Catule, inquit Antonius. nam egomet in multos iam Phormiones incidi. Quis enim est istorum Græcorum, qui quemquā nostrûm quidquā intelligere arbitretur? Ac mihi quidem non ita molesti sunt. facilè omneis perpetior, & perfero. nam aut aliquid afferunt, quod mihi non displiceat: aut efficiunt, vt me non didicisse minùs pœniteat. dimitto autem eos non tam contumeliosè, quàm philosophum illum Hannibal, & eo fortasse plus habeo etiam negotij: sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula. Diuidunt enim totam rem in duas parteis, in *causa* controuersiam, & in *quæstionis*. Causam appellant, rem positam in [c] disceptatione rerum, & controuersia: Quæstionem autem, rem positam in infinita dubitatione. De causa præcepta dant: de[d] altera parte dicendi mirum silentium est. Denique *quinque*[e] faciunt quasi membra eloquentiæ, inuenire quid dicas, inuenta disponere, deinde ornare verbis, pòst memoriæ mandare, tum ad extremum agere, ac pronũciare: rem sanè non reconditam. Quis enim hoc non sua sponte viderit, neminem posse aptè dicere, nisi & quid diceret, & quibus verbis, & quo ordine diceret, haberet, & ea meminisset? Atque hæc ego non reprehendo: sed ante oculos posita esse dico, vt eas item *quattuor*[f], *quinque*, *sexve parteis*, *vel etiam septem* (quoniam aliter ab aliis digeruntur) in quas est ab his omnis oratio distributa. Iubent enim exordiri ita, vt eum, qui audiat, benevolum[g] nobis faciamus, & docilem, & attentum: Deinde rem narrare, ita vt verisimilis narratio sit, vt aperta, vt breuis: Pòst autem diuidere causam, aut proponere: nostra confirmare argumentis, ac rationibus: deinde contraria refutare. Tum autem alij conclusionem orationis, & quasi perorationem colligant: alij iubent, antequàm peroretur, ornàdi, aut agendi causa, digredi[h]: deinde concludere, ac perorare. Ne hæc quidem reprehendo. Sunt enim concinnè distributa: sed tamen, id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non peritè. Quæ enim præcepta *principiorum*[i], & narrationum esse voluerunt, ea in totis[a] orationibus sunt conseruanda. Nam ego mihi benevolum[b] iudicem facile posſum facere posſum in cursu orationis, quàm cùm omnia sunt inaudita: docilem autem, non cùm polliceor me demonstraturum, sed tum, cùm doceo, & explano: attentum verò, crebrò tota actione excitandis mentibus iudicum, non prima denuntiatione efficere possumus. Iam verò *narrationem*[c] quòd iubent verisimilem esse, & apertam, & breuem, rectè nos admonent. quòd hæc narrationis magis putant esse proprtia, quàm totius orationis, valde mihi videntur errare. Omninóque in hoc omnis est error, quod existimant, artificium esse hoc quoddam non dissimile cæterorum, cuiusmodi de ipso iure ciuili hesterno die Crassus cõponi posse dicebat: vt genera rerum primùm exponerentur, in quo vitium est, si genus vllum prætermittatur: deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquam partem, & superare, mendosum est: tum verborum omnium definitiones, in quibus neque abesse quidquam decet, neque redundare. Sed hoc si in iure ciuili, si etiam in paruis, aut mediocribus rebus doctiores[d] assequi possunt: non idem sentio tanta hac in re, támque immensa posse fieri. Sin autem qui arbitrantur: deducendi sunt ad eos, qui hæc docent, omnia iam explicata, & perpolita assequentur. Sunt enim innumerabiles de his rebus libri, neque abditi, neque obscuri. Sed videât, quid[e] velint, ad ludendúmne, an ad pugnandum arma sint sumturi. Aliud enim pugna, & acies: aliud ludus, campúsque noster desiderat. Attamen ars[f] ipsa ludicra armorum, & gladiatori, & militi prodest aliquid: sed animus acer, & præsens, & acutus idem atque versutus inuictos viros efficit, non difficiliùs arte coniuncta. Quare ego tibi oratorem sic iam instituam, si potuero, vt quid efficere possit, antè perspiciam. Sit enim mihi tinctus litteris, audierit aliquid, legerit, ista ipsa præcepta acceperit: tentabo quid[g] *deceat*, quid voce, quid viribus, quid spiritu, quid lingua efficere possit. Si intelligam posse[h] ad *summos* peruenire: non solùm hortabor, vt elaboret, sed etiam, si[i] vir quoque mihi bonus videbitur[k], obsecrabo. tantum ego in[l] excellente oratore, & eodem viro bono, pono esse ornamenti vniuersæ ciuitati. Sin videbitur, cùm[m] omnia summa fecerit, tamen ad *mediocreis* oratores esse venturus: permittam ipsi, quid velit, molestus [n] magnoperè non ero. Sin planè abhorrebit, & erit *absurdus*: vt se contineat, aut ad aliud studium transferat admonebo. nam neque is, qui optimè potest, deserendus vllo modo est à cohortatione nostra, neque is, qui aliquid potest, deterrendus: quod alterum, diuinitatis mihi cuiusdam videtur: alterum, vel non facere quod non optimè possis, vel facere quod non pessimè facias, humanitatis: tertiũ vero illud, clamare contrà quàm deceat, &[o] quàm possit, hominis est, vt tu, Catule, de quodam declamatore dixisti, stultitiæ suæ quàm plurimos testeis domestico præconio colligentis. De hoc igitur, qui erit talis, vt cohortandus, adiuuandúsque sit, ita loquamur, vt ei tradamus ea duntaxat, quæ nos vsus docuit, vt nobis ducibus veniat eò, quò sine duce ipsi peruenimus, quoniam meliora docere [nõ possumus. Atque, vt à familiari nostro exordiar, hunc

a L. Tum cæteri, qui illũ audierant, vehem. ess. d. quàb Hann. quidnam ipse de illo. b *al.* Græcè. ita Gruchius.*

c L. in disceptatione finita rerum cõtrouersarum. Q. *al.* in infinita diuisionis dubitatione: *al.* in infinita dictionis dubitatione.* d L. de altera parte; mirum sil. e De Oratoris instrumẽto, hoc est, de Inuentione, p. CXVI. Dispositione, Elocutione, Memoria, & Pronunciatione.* f De orationis partibus & de Exordio, Narratione, partitione, Confirmatione, Confutatione. Digressione, Cõclusione.* g *v.c.* beniu. h L. degredi: i Hoc vult Cicero, Attentos, benevolos & dociles auditores, vel in ipso curiu orationis & omnibus orationis partibus reddendos esse, non modo in exordio.*

a *forte*, in totius oratonis partibus.* b *v.c.* beniuolum.

c Narratio non modo verisimilis, aperta & breuis esse debet, sed & cæteræ orationis partes.*

d *nonnulli lib. vul.* doctores.

e *lib. vul.* qui velint, P. B. f L. Vt tamen ars ipsa lud. arm. & gladiatoria mil. pr. aliq. sic animus &c. g L. quid esi deceat. h L. ad summos posse peruen. i *fort legendum* vt vir quoque mihi bonus videa tur, obsecrabo.* k L. videbitur esse, obsecr. l *v.c.* in excellenti. m *fort.* cùm omnia fecerit, tamen ad m. n L. molestus ei m.

o *al.* & quàm possis,

ego, Catule, Sulpicium, primùm[a] in causa parvula adolescentulum audiui, voce, & forma, & motu corporis, & reliquis rebus aptum[b] ad hoc munus, de quo quærimus: oratione autem celeri & concitata, (quod erat ingenij:) & verbis efferuescentibus, & paullo nimiùm redundantibus, (quod erat ætatis:) non sum aspernatus. Volo enim se efferat in adolescente fœcunditas. nam faciliùs SICVT in vitibus, reuocātur[c] ea, quæ sese nimiùm profuderunt, quàm si nihil valet materies, noua sarmenta cultura excitantur: ita volo esse in adolescente, vnde aliquid amputem: *non enim potest in eo esse*[d] *succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum.* Vidi statim indolem, neque[e] dimisi tempus, & eum sum cohortatus, vt *forum sibi ludum putaret* esse ad discendum: *magistrum* autem, quem vellet, *eligeret*: me quidem si audiret, L. Crassum. quod iste arripuit, & ita sese facturum confirmauit, atque etiam addidit, gratiæ scilicet causa, me quoque sibi magistrum futurum. Vix annus interfuerat ab hoc sermone cohortationis meæ, cùm iste accusauit C. Norbanum defendente me. non est credibile, quid intersit, mihi sit visum inter eum, qui tum erat, & qui anno ante fuerat. omnino in illud genus[f] eum Crassi magnificum, atque præclarum natura ipsa ducebat: sed ea non satis proficere[g] potuisset, nisi eodem studio, atque[h] imitatione incidisset, atque ita dicere consuesset, vt tota mente Crassum, atque omni animo intueretur. Ergo hoc sit primum in præceptis meis, vt demonstremus, quem *imitetur*, atque ita, vt, *quæ maxime excellant in eo, quem imitabitur*, ea diligentissimè persequatur. tum accedat *exercitatio*, qua illum, quem antè delegerit, imitando effingat, atque ita exprimat, non vt multos imitatores sæpe cognoui, qui aut ea, quæ facilia sunt, aut etiam illa, quę insignia, ac pænè vitiosa, consectantur imitando. Nihil est faciliùs, quàm amictū imitari alicuius, aut statum, aut motum. Si verò etiam vitiose[i] aliquid est, id sumere, & in eo vitiosum esse, nō magnum est, vt ille, qui nūc etiam, amissa voce, furit in rep. Fufius[k], neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos[l] tamen habuit ille, non assequitur: oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur. sed tamen ille nec deligere sciuit, cuius potissimùm similis esset, & in eo ipso, quem delegerat, imitari etiā vitia voluit. Qui autem ita faciet, vt oportet, primùm vigilet necesse est in deligendo: deinde, quem probauit, in eo quę maximè excellent, ea diligentissimè[m] prosequatur. Quid enim causæ cēsetis esse, cur ætates extulerint singulæ singula propè genera dicendi? quod non tam facilè in nostris oratoribus possumus iudicare, quia scripta, ex quibus iudicium fieri posset, non multa sanè reliquerunt, quàm in Græcis: ex quorum scriptis, cuiusque ætatis quæ dicendi ratio, voluntásque fuerit, intelligi potest. Antiquissimi ferè sunt, quorum quidem scripta constent[n], Pericles, atque Alcibiades, & eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breues, sententiis[o] magis, quàm verbis, abundantes. Non potuisset accidere, vt vnum esset omnium genus, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. multa Lysiæ scripta sunt, non nulla Critiæ, de Theramene audiuimus. omnes etiam tum retinebant illum Periclis[a] succum, sed erant paullo vberiore filo. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister[b] istorum omnium, cuius è ludo, *tanquam*[c] *ex equo Troiano*, innumeri principes exierunt: sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Itaque[d] & illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratæ, multíque alij naturis differunt: voluntate autem similes sunt inter sese, & magistri, & ij, qui se ad causas contulerunt, vt Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Æschines, Dinarchus, aliíque complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandæ genere versati, quorum quamdiu mansit imitatio, tandiu genus illud dicendi, studiúmque vixit. Posteaquàm, exstinctis his, omnis eorum memoria sensim obscurata est, & euanuit: alia quædam dicendi molliora, ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demosthenis: tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum mea sententia, politissimus, aliíque eorum similes exstiterunt. Quæ si volemus vsque ad hoc tempus persequi: intelligemus, vt hodie Alabandensem illum Meneclem, & eius fratrem Hieroclem[e], quos ego audiui, tota[e] imitetur Asia: sic semper fuisse aliquem, cuius se similes plerique esse vellent. Hanc igitur similitudinem qui imitatione assequi volet, tum exercitationibus crebris atque magnis, tum scribendo maximè persequatur. quod si hic noster Sulpicius faceret, multò eius oratio esset pressior: in qua nunc interdum, vt in herbis rustici solent dicere, in summa vbertate inest luxuries quædam, quæ stilo depascenda est. 44 ¶ Hic Sulpicius: Me quidem, inquit, rectè mones, idque mihi gratum est: sed ne te quidem, Antoni, multùm scriptitasse arbitror. 45 ¶ Tum ille: Quasi verò, inquit, non ea præcipiam aliis, quæ mihi ipsi desunt: sed tamen ne tabulas quidem conficere existimor: verùm & in hoc, ex re familiari mea, & in illo, ex eo, quod dico, quantulum id cúmque est, quid faciam, iudicari potest. Atque esse tamen multos videmus, qui neminem imitentur, & suapte natura, quod velint, sine cuiusquam similitudine consequantur: quod & in vobis animaduerti rectè potest, Cæsar, & Cotta, quorum alter inusitatum[f] quidem nostris oratoribus & lepōrem quendam, & salem: alter acutissimum, & subtilissimum dicendi genus est consecutus. Neque verò vester[h] æqualis, Curio, patre. mea sententia, vel eloquentissimo temporibus illis, quemquam mihi magnopere videtur imitari: qui tamen verborum grauitate, & elegantia, & copia, suam quandam expressit quasi formam, figurámque dicendi: quod ego maximè potui iudicare in ea causa, quam ille contra me apud centumuiros pro fratribus Cossis dixit. In qua nihil illi defuit, quod non modò copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet. Verùm, vt aliquando ad causas deducamus illum, quem constituimus, & eas quidem, in quibus plusculum[i] negotij est, iudiciorum, atque litium (riserit aliquis fortasse hoc præceptum: est enim non tam acutum, quàm necessarium, magísque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri) hoc[k] enim primùm præcipiemus, quascumque causas erit acturus, vt eas diligenter, penitúsque cognoscat.

Hoc.

a L. cùm primùm in causa

b L. aptis ad h. & ita v.c.

c L. resecātur

d L. succus esse

e al. neque dimisi ipsũ perdere tempus. al. neque dimisi & eum sum cohortatus: al. neque eum dimisi, & sum cohortatus. sed si nihil hic mutabitur dimittere tempus dicetur vt Philipp. 3. *sed quid ista legamus*, neque dimisi ad tēpus. *vel* ita, neque dimisi, tenui, & eum sum cohortatus.*

f *forte legendum*, omnino in illud genus Crassi cùm magnificũ atque, præclarum.*

g *forte legẽdũ* perficere.*

h L. atque imitatione in rẽdisset, &c.

i al. incepisset. al. incubuisset. al. secitasset.*

k L. vitiosi aliq.

l L. Furius,

l L. quos habuit ille.

m L. ea diligentissimè persequatur.

n L. exstent,

o al. sententiisque magis

a L. Pericli ‖ ita veteres declinarũt.*

b *quidam expungunt hæc verba*, magister istorum omniũ: *sunt tamen apud Nonium cap. 4. in* Merũ.*

c L. tanquam ex equo Troiano, meri principes ex. ‖ ita legitur apud Noniũ cap. 4. in, Merum. P. B.

d al. Atqui & illi, Theopōpus, Ephorus, Philist⁹, Naucrates,

e L. tota imitatur Asia.

f al. inaudi tum.*

g al. aurib.*

h al. noster

i adde supra numerum 41.*

k L. hoc ei primùm. & ita R. Steph. Geoph. & al.

P.CXVIII.

Hoc in ludo non præcipitur. faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Lex peregrinum vetat in murum adscendere : adscendit : hosteis repulit : accusatur. Nihil est negotij huiusmodi causam cognoscere. Rectè igitur nihil de causa dicenda præcipiunt. Hæc est enim in ludo, causarum ferè formula. At verò in foro tabulæ, testimonia, pacta[a], conuenta, stipulationes, cognationes affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum, qui in causa versantur, tota cognoscenda est : quatum rerum negligentia pleraſque causas, & maximè priuatas (sunt enim multo sæpe obscuriores) videmus amitti. Ita nonnulli, dum operam suam multā[b] existimari volunt, vt toto foro volitare, & à causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas. In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ, susceptis rebus : vel perfidiæ, receptis : sed etiam illa maior opinione, quòd nemo potest de ea re, quam non nouit, non turpissimè dicere. ita dum inertiæ[c] vituperationem, quæ maior[d] est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt, tarditatis. Equidem soleo dare operam, vt de sua quisque re me ipse doceat, &, vt nequis alius adsit, quo liberiùs loquatur, & agere aduersarij causam, vt ille agat suā, &, quidquid de sua re cogitarit, in medium proferat. Itaq; cùm ille discessit, treis personas vnus sustineo summa animi æquitate, meam, aduersarij, iudicis. Qui locus est[e] talis, vt plus habeat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico esse dicendum : vbi plus mali, quàm boni, reperio : id totum abiudico, atque reiicio. Ita assequor, vt alio tempore cogitem quid dicam, & alio dicam : quæ duo plerique, ingenio freti, simul faciunt. sed certè iidem illi meliùs aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent. Cùm rem penitus, causámque cognoui, statim occurrit animo, quæ sit causa ambigui[f]. Nihil est enim, quod[g] inter homines ambigatur, siue[h] ex crimine causa constet, vt facinoris : siue[i] ex controuersia, vt hereditatis : siue ex deliberatione, vt belli : siue ex persona, vt laudis : siue ex disputatione, vt de ratione viuēdi : in quo non[k] aut quid factum sit, aut fiat, futurúmve sit, quæratur, aut quale sit, aut quid vocetur. Ac nostræ ferè causæ, quæ quidem sunt[l] criminum, plerumque *inficiatione* defenduntur. Nam & de pecuniis repetundis, quæ maximæ sunt, neganda ferè sunt omnia[m] : & de ambitu rarò illud datur, vt possis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione seiungere. de sicariis, de veneficiis, de peculatu, inficiari necesse est. Id est igitur genus primum causarum in iudiciis, ex controuersia facti. In deliberationibus plerumque ex futuri, rarò etiā ex instantis, aut facti. Sæpe autem res non, sit, nécne, sed *qualis* sit, quæritur : vt cùm L. Opimij[m] causam defendebat apud populum, audiente me, C. Carbo consul, nihil de C. Gracchi nece negabat : sed id iure, pro salute patriæ, factum esse dicebat, vt eidem Carboni tribuno pl. alia tum mente remp. capessenti, P. Africanus de Ti. Graccho interroganti, responderat[n], iure cæsum videri. Iure autem omnia defenduntur, quæ sunt eius generis, vt aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentia, aut casu facta esse videantur. Iam *quid vocetur*, quæritur, cùm, quo verbo quid appellandum sit, contenditur : vt mihi ipsi cum hoc Sulpicio fuit in[a] Norbani causa summa contentio. pleraque enim de iis, quæ ab isto obiiciebantur, cùm conferer, tamen ab illo maiestatem imminutam negabam : ex quo verbo lege[b] Apuleia tota illa causa pendebat. Atque in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt, vt verbum illud, quod causam facit, lucidè[c], breuitérque vterque definiat. Quod mihi quidem perquàm puerile videri solet : alia est enim, cùm inter doctos homines de iis ipsis rebus, quæ versantur in artibus, disputatur, verborum definitio : vt, cùm quæritur, quid sit ars, quid sit lex, quid sit ciuitas. In quibus hoc præcipit ratio, atque doctrina, vt vis eius rei, quam definias, sic exprimatur, vt neque absit quidquā, neque supersit. Quod quidem in illa causa neque Sulpicius fecit, neque ego facere conatus sum. Nam, quantum vterque nostrûm potuit, omni copia dicēdi dilatauit. quid esset maiestatē minuere. Etenim definitio primùm[d] reprehenso verbo vno, aut addito, aut demto, sæpe extorquetur è manibus : deinde genere ipso doctrinā redolet, exercitationémque pænè puerilem : tum[e] in sensum, & in mentem iudicis intrare non potest. antè enim præterlabitur, quàm percepta est. Sed in eo genere, in quo quale sit quid, ambigitur, exsistit etiam ex *scripti*[f] *interpretatione* sæpe contentio, in quo nulla potest esse, nisi ex ambiguo, controuersia. Nam illud ipsum, cùm scriptum à sententia discrepat, genus quoddā habet ambigui : quod tum explicatur, cùm ea verba, quę desunt, suggesta sunt : quibus additis defenditur, sententiam scripti perspicuam fuisse, & ex contrariis scriptis si quid ambigitur, non nouum genus nascitur, sed superioris generis causa duplicatur. itaque aut numquā diiudicari poterit, aut ita diiudicabitur, vt referendis præteritis verbis, id scriptum, quodcúque defendimus[g], suppleatur. Ita fit, vt vnum genus in iis causis, quæ propter scriptum ambiguntur, relinquatur, si est scriptum aliquid ambiguè. Ambiguorum autem complura[h] genera sunt, quæ mihi videntur ij meliùs nosse, qui dialectici appellantur : ij[i] autem nostri ignorare, qui non minùs nosse debeant[k] : tum illud est frequentissimum in omni consuetudine vel sermonis, vel scripti, cùm idcircò aliquid ambigitur, quòd aut verbum, aut verba sint prætermissa. Iterum autem peccant, cùm genus hoc causarum, quod in scripti interpretatione versatur, ab illis causis, in quibus, qualis quæque res sit, disceptatur, seiungunt. nusquam enim tam quæritur, quale sit genus ipsum rei, quàm in scripto, quod totum à facti controuersia separatum est. Ita tria sunt omnino genera, quæ in disceptationem, & controuersiam cadere possunt : quid fiat, factum, futurúmve sit : aut quale sit, aut quomodo nominetur. nam & illud quidem, quod quidam Græci adiungunt, *recténe* factum sit, totum in eo est quod[l] quale sit, quærimus. Sed iam ad[m] institutum reuertar meum. Cùm igitur, accepto causę genere[n], & cognito, rem tractare cœpi, nihil prius constituo, quàm, quid[o] sit illud, quò mihi referenda sit omnis illa oratio, quæ sit propria quæstionis, & iudicij : deinde illa duo diligentissimè considero, quo-

a Norbanum maiestatis accusauit. P. Sulpicius, defendit M. Antonius : testimonium dixit in Norbanum Scaurus infrà numero 65. 8. *Vel.* 5. quo tamen Norbanus absoluitur. de quo paulò post. infrà.*

b Lege Apuleia minuenę maiestatem plectebatur : adde infrà numero 64. in f.

c *al.* dilucidè, d l. t. & l. omnis definitio. ff. de regulis iuris* e *al.* tum & in sensum,

f DE SCRIPTI CONTROVERSIIS. *

g *al.* defendemus,

h L. cùm plura genera sunt,

i *al.* hi autē nostri,

k *al.* debebant:

l L. quo quale sit, q.

m *fort.* ad institutum meum reuertar.

n *al.* genere cognitam rē tractare cœpi.*

o Probationes intelligit.*

a L. pacta cōuenta,

b L. multi æstimari vol. *al.* multi existimari vol. *mendose.* *al.* multum, hoc sensu, Qui operam suam multam existimari volunt, à causa ad causam eunt. Inde fit vt multitudine causarum plerumque incognitas dicant : ea re negligentes & perfidi sue causam susceperunt. Ita dumperfidiæ vituperationē (ita enim lego, nō inertiæ.) contemnunt, hoc est quàm minimum curant, vt perfidi habeantur etiam illam, quam ipsi fugiunt, tarditatem assequuntur. vix est enim vt incognitas causas possint citò ad exitum perducere.*

c quæ hîc separatur à tarditate : inertiam autem hîc in interpretantur vel negligētiam, vel imperitiam : sed puto legendū esse perfidiæ.*

d *al.* minor.*

e L. talis est,

f L. ambigendi.

g *al.* quo de inter.*

h Ambiguum est vel in crimine, vel in controuersia, vel in deliberatione, vel in disputatione.*

i *al.* siue ex re controuersia.*

k Quæstio a facti, quæ p. 8. litaris, nominalis.*

l *fort.* sint

m Vide Philip. 8. & pro Planeio.*

n L. respondebat,

rum alterum commendationiem [a] habet noſtram, aut eorum, quos defendimus: alterum eſt accommodatum ad eorum animos, apud quos dicimus, ad id, quod [b] volumus, commouendos. Ita [c] ratio omnis dicendi tribus ad perſuadendum rebus eſt nixa [d]. vt probemus vera eſſe ea, quæ defendimus: vt conciliemus nobis eos, qui audiunt: vt animos eorum, ad quemcumque cauſa poſtulabit motum, vocemus. Ad *probandum* [e] autem *duplex* eſt oratori ſubiecta *materies: vna* rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore, ſed in re poſitæ, ratione tractantur: vt tabulæ, teſtimonia, pacta conuenta, quæſtiones, leges, ſenatuſconſulta, res iudicatæ, decreta, reſponſa, & reliqua, ſi [f] quæ ſunt, quæ non ab oratore pariuntur, ſed ad oratorem à cauſa, atque à reis deferuntur. *Altera* [g] eſt, quæ tota in diſputatione [h], & argumentatione oratoris collocata eſt. Ita in ſuperiore genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inueniendis cogitãdum eſt. Atque iſti quidem, qui docent, cùm cauſas in plura genera ſecuerunt, ſingulis generibus argumentorum [i] copiam ſuggerunt. quod [k] etſi ad inſtituendos adoleſcentulos magis aptum eſt, vt, ſimulac poſita ſit cauſa, habeant quò ſe referãt, vnde ſtatim expedita poſſint argumenta depromere, tamen & tardi ingenij eſt, riuulos conſectari, fonteis rerum non videre: & iam ætatis eſt, vſúſque noſtri, à capite, quod velimus, arceſſere, &, vnde omnia manant, videre. Et *primum genus* illud earum rerũ quę ad oratorem deferuntur, meditatũ nobis in perpetuũ ad omnẽ vſum ſimilium rerũ eſſe debebit. nam pro tabulis & cõtra tabulas, pro teſtibus & contra teſteis, pro quæſtionibus & cõtra quæſtiones, & item de cæteris rebus eiuſdẽ generis, vel ſeparatim dicere ſolemus de genere vniuerſo, vel definitè de ſingulis tẽporibus, hominibus, cauſis: quos quidẽ locos (vobis hoc, Cotta, & Sulpici, dico) multa cõmentatione, atq; meditatione paratos, atq; expeditos habere debetis. Longũ eſt enim nunc me explicare, qua ratione aut cõfirmare, aut infirmare teſteis, tabulas, quæſtiones oportet [l]. Hæc ſunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autẽ maximæ: artem quidem, & præcepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur *itémque illa, quæ ſunt alterius generis*, quæ tota ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illuſtrem, perpolitámque deſiderant. Itaque cùm hæc duo nobis quærenda ſint in cauſis, primùm, quid: deinde, quomodo dicamus: alterum, quod totum arte tinctum videtur, tametſi artem requirit, tamẽ prudentiæ eſt pænè mediocris, quid dicendũ ſit, videre: alterum eſt, in quo oratoris vis illa diuina, virtúſque cernitur, ea, quæ dicenda ſunt, ornatè, copioſè, variéque dicere. Quare illam partem ſuperiorem, quoniam ſemel ita vobis placuit, non recuſabo, quo minus perpoliam, atque conficiam: quantum conſequar, vos iudicabitis: quibus ex locis ad eas treis res, quæ ad fidẽ faciendã ſolæ valent, ducatur oratio, vt & concilientur animi, & doceantur, & moueantur. hæc ſunt enim tria numero: ea verò quemadmodum illuſtrentur, præſtò eſt qui omneis docere poſſit, qui hoc primus in noſtros mores induxit, qui maximè auxit, qui ſolus effecit. Namque ego, Catule, (dicam enim non [m] reuerens aſſentandi ſuſpicionem) neminem eſſe oratorem paullo illuſtriorem arbitror, neque Græcum, neque Latinum, quem ætas noſtra tulerit, quem non & ſæpe, & diligenter audierim. Itaque, ſiquid eſt in me, quod iam ſperare videor, quoniam quidem vos [a], his ingeniis homines, tantum operæ mihi ad audiendum datis, ex eo eſt, quòd nihil quiſquam vmquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus inſederit. Atq; ego is, qui ſum, quantuſcumque ſum ad [b] iudicandum, omnibus auditis oratoribus, ſine vlla dubitatione ſic ſtatuo, & iudico, neminem omnium tot, & tanta, quanta ſunt in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi. Quamobrem ſi vos quoque hoc idem exiſtimatis, non erit, vt opinor, iniqua partitio, ſi, cùm ego hunc oratorem, quem nunc fingo, vt inſtitui, crearo, aluero, confirmaro [c], tradam eum Craſſo & veſtiendum, & ornandum. 46 ¶ Tum Craſſus: Tu verò, inquit, Antoni, perge, vt inſtituiſti. Neque enim boni [d] eſt, *neque* [e] *liberalis parentis, quem procrearit, & eduxerit, eum non & veſtire, & ornare*, præſertim cùm [f] te locupletem eſſe negare non poſſis. Quod enim ornamentum, quæ vis, qui animus, quæ dignitas illi [g] oratori defuit, qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare reum conſularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere? qui [h] idem, hoc accuſante Sulpicio, cùm hominem ſeditioſum [i], furioſúmque defenderet, non dubitauit ſeditiones ipſas ornare, ac demonſtrare grauiſſimis verbis, *multos ſæpe impetus populi non iniuſtos eſſe*: quos præſtare nemo poſſit? multas etiam è republica ſeditiones ſæpe eſſe factas, vt, cùm reges eſſent exacti, vt cùm tribunitia poteſtas eſſet conſtituta? illam Norbani ſeditionem, ex luctu ciuium, & ex Cæpionis odio, qui exercitum amiſerat, neque reprimi potuiſſe, & iure eſſe conflatam? Potuit hic locus tam anceps, tam inauditus, tam lubricus, tam nouus, ſine quadam incredibili vi, ac facultate dicendi tractari? Quid ego de Cn. Manlij, quid de Q. [k] Regis commiſeratione dicam? quid de aliis innumerabilibus? in quibus hoc non maximè enituit, quod tibi omnes dant, acumen quoddam ſingulare, ſed hæc ipſa, quæ nunc ad me delegare vis, ea ſemper in te eximia, & præſtãtia fuerunt. 47 ¶ Tum Catulus: Ego verò, inquit, in vobis hoc maximè admirari ſoleo, Q., cùm inter vos in dicendo diſſimillimi ſitis, ita tamen vterque veſtrũm dicat, vt ei nihil neque à natura denegatum, neque à doctrina non delatũ eſſe videatur. Quare, Craſſe, neque tu tua ſuauitate nos priuabis, vt, ſiquid ab Antonio aut prætermiſſum, aut relictum ſit, non explices: neque te, Antoni, ſi quid non dixeris, exiſtimabimus non potuiſſe potiùs, quàm à Craſſo dici maluiſſe. 48 ¶ Hìc Craſſus: Quin tu, inquit, Antoni, omittis iſta, quæ [l] propoſuiſti, quæ nemo horum deſiderat: quibus [m] ex locis ea, quæ dicenda ſint in cauſis, reperiantur? quæ quamquam abs te nouo quodã modo, præclaréque dicuntur, ſunt tamen & re faciliora, & præceptis peruagata [n]: illa depromenobis, vnde afferas quæ ſæpiſſime tractas, ſempérque diuinitus. 49 ¶ Depromã equidem, inquit Antonius, &, quò faciliùs id à te exigam, quod peto, nihil tibi à me poſtulanti recuſabo. Meæ totius orationis, & iſtius ipſius in dicendo facultatis, quam modò

a L. commẽdationem habet aut noſtri, aut eor.
b *al.* quã.*
c L. ita omnis ratio.
d *vt.* niſa:
e DE PROBATIONIBVS & ARGVMENTIS, & eorum diuiſione & tractatione.*
f *al.* ſi qua
g L. Altera, eſt tota in diſput. & arg. collocata. Ita in ſup.
h huiuſmodi probationes ab oratore excogitandæ.*
i locos communes intelligit.*
k L. quod etiam ſi ad
P. S.
l L. oporteat.
m *fort.* non verecundans aſſ.
a *al.* vos, eius ingenii homines,
b *al.* adiudicandus, *alii delenda putant hæc duo*, ad iudicandum.*
c *al.* confermaro.*
d L. eſt boni, e l. 5. & poſſit. ff. de agnoſc. liberis.*
f facit d. l. 5. §. 13. & 14. l. 5. §. 5.
g Cal. de bonis quæ liberis.*
g Ipſum Antonij intelligit, qui cũ M. Aquilius de pecuniis repetundis P. CXX. cauſam diceret, ipſe rogare iudices nõluit. M. autẽ Antonius qui pro eo perorabat, tunicam à pectore eius diſcidit vt honeſtas citationes oſtenderet, quibus conſpectis, abſolutus eſt Epitome Liui. 70. meminit & eiuſdem infrà numero 64.*
h Idem infrà numero 64.*
i C. Norbanum.*
k Q. Martium regem intelligit, de quo vide 5. Val. 10. huius etiam memi nit 13. Gellius 19.*
l L. quæ poſuiſti,
m *fort.* quib. in locis &c. *vel*, quibus ex loc. ea, q. d. f. in cau. de promantur? *vel*, quibus ex loc. ea, q. d. f. in cau. eruantur?
n *al.* peruulgata:

dò Crassus in cælum verbis extulit, tres sunt rationes, vt antè dixi : vna conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desiderat. nam hoc necesse est, vt is, qui nobis causam adiudicaturus[a] sit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut[b] defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur. Sed quoniam illa pars, in qua rerum ipsarum explicatio, ac defensio posita est, videtur omnem huius generis quasi doctrinam continere, de ea primùm loquemur, & pauca dicemus. Pauca enim sunt, quæ vsu iam tractata, & animo quasi[c] habere notata videamur. Ac tibi sapienter monenti, L. Crasse, libenter assentiemur, vt singularum causarum defensiones, quas solent magistri pueris tradere, relinquamus : aperiamus autem ea capita, vnde omnis ad omnem & causam, & orationem disputatio ducitur. Neque enim, quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi litteræ sunt cogitatione conquirendæ: nec, quoties causa dicenda est, toties ad eius causæ sepositа argumenta reuolui nos oportet. sed habere *certos locos*, qui, vt litteræ ad verbum scribendum, sic illi ad causam explicandam, statim occurrant. Sed hi loci ei demum oratori prodesse possunt, qui est versatus in rebus, vel vsu, quem ætas deniq; affert: vel auditione, & cogitatione, quæ studio & diligentia præcurrit ætatem. Nam si tu mihi quamuis eruditum hominem adduxeris, quàuis acrem & acutum in cogitando, quamuis ad pronuntiandum expeditum, si erit idem in consuetudine ciuitatis, in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus ciuium suorũ hospes[d], non multùm ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur. subactoe mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato, quo meliores fœtus possit, & grandiores edere. Subactio autem, est vsus, auditio, lectio, litteræ. Ac primùm naturam causæ videat, quæ numquam latetf: factúmne sit, quæratur, an, quale sit, an, quod nomen habeat: quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas isti docent, *quid faciat causam*, id est, quo sublato controuersia stare nõ possit: deinde, *quid veniat in iudicium*, quod isti sic iubent quærere : interfecit Opimius Gracchum. quid facit causam ? quòd reipublicæ causa, cùm ex senatusconsulto ad arma vocasset : hoc tolle, causa non erit. At id ipsum negat contra leges licuisse Decius. Veniet igitur in iudicium, licueritne ex senatusconsulto, seruandæg reipublicæ causa. Perspicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita, sed illa quærenda, quæ ab accusatore & defensore argumenta ad id, quod in iudicium venit, spectantia, debeant afferri. Atque hîc illud videndum est, in quo summus est error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros mittimus, nonh quò hoc quidem ad dicendum magnopere pertineat, sed tamen vt videatis, quàm sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes, atque impolitum. Cõstituunt enim in partiendis orationum modis *duo genera causarum*. vnum appellant, in quo sine personis, atque temporibus de vniuerso genere quæratur: alterumk, quod personis certis, & temporibus definiatur : ignari omnẽis

controuersias ad vniuersi generis vim & naturam referri. Nam *in ea ipsa causa*[a] *de qua ante dixi*, nihil pertinet ad oratoris locos Opimij persona, nihil Decij. De ipso enim vniuerso genere infinita quæstio est, num pœna videatur esse afficiendus, qui ciuem ex senatusconsulto patriæ conseruandæ causa interemerit[b], cùm id per leges non liceret. Nulla denique est causa in qua id, quod in iudicium venit, ex reorum personis, ac[c] non generum ipsorũ vniuersa disputatione quæratur. Quin etiam in iis ipsis, *vbi de facto ambigitur*, ceperítne contra leges pecunias P. Decius, argumenta & criminum, & defensionis reuocentur oportet ad genus, & ad naturam vniuersam: quòd sumtuosus, de luxuria : quòd alieni appetens, de auaritia: quòd seditiosus, de turbulentis, & malis ciuibus: quòd à multis arguitur, de genere testium: contráque, quę pro reo dicentur, omnia necessariò à tempore, atque homine ad communeis rerum, & generum summas reuoluentur. Atque hæc fortitan homini, non omnia, quæ sunt in natura rerum, celeriter animo comprehendenti, permulta videantur, quæ veniant in iudicium tum, cùm de facto quæratur : sed[d] tamen criminum est multitudo, nõ defensionũ, aut locorũ infinita. Quæ verò, cùm de facto non ambigitur, quęruntur, *qualia sint*: ea si ex reis numeres, & innumerabilia sunt, & obscura: si ex rebus, valde & modica, & illustria. Nam si Mãcinie causam in vno Mancino ponimus, quotiescumque is, quẽ paterpatratusf dediderit, receptus nõ erit, toties causa noua nascetur. Sin illa controuersia causam facit, videatúrne ei, quem paterpatratus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse : nihil ad artem dicendi, nec ad argumenta defensionis, Mancini nomen pertinet. Ac, siquid affert præterea hominis aut dignitas, aut indignitas, extra quæstionem est, & ea tamen ipsa oratio ad vniuersi generis disputationem referatur necesse est. Hæc ego non eo consilio disputo, vt homines eruditos redarguam, quamquam reprehendendi sunt[g], qui in genere definiendo istas causas describunt[h] in personis, & in temporibus positas esse. Nam etsi incurrunt tempora, & personæ, tamen intelligendum est, non ex iis, sed ex genere quæstionis pendere causas. Sed hoc nihil ad me. Nullum enim nobis[i] certamen cum istis esse debet, tantum satis est intelligi, ne hoc quidem eos consecutos, quod in tanto otio, etiam sine hac forensi exercitatione efficere potuerunt, vt genera rerum discernerent, eáque paullo subtiliùs explicarent. Verùm hoc (vt dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster, & Sulpici. Quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum. est[k] enim infinita. Si in personis ponitur: quot homines, tot causæ. sin ad generum vniuersas quæstiones referuntur: ita modicæ & paucæ sunt, vt omneis eas, diligentes, & memores, & sobrij oratores percursas animo, & propè decantatas habere debeant : nisi fortè existimatis, àm Manio Curio causam didicisse L. Crassum, &n ea re multum attulisse, quamobrem postumo non nato Curium tamen hæredem Coponij esse oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad causæ vim, ac naturam nomen Coponij, ac° Curij, pertinuit. in genere erat vniuerso rei, negotiique, non

a hoc est Iudiciali & criminibus.*

b al. interfecerit,
c L. ac nõ ex generum ipſ.

d al. sed tamẽ hominum est multitudo, non criminũ aut defensionum, aut locorum infinita.*

e de Mancino dixi l. vlt. ff. de legationibus.*
f Fecialium princeps: alias dixi.*

g al. sunt ii, qui
h fort. scribunt. al. tradunt. al. docent.*
i L. nobis cũ isti certamen esse debet.

k L. est enim infinita, si in personis ponuntur, quia quot homines, tot causæ: sin ad genera, &c.
l L. vt eas omneis, dil.
m L. à M'. Curio. al. à M. Curii nomine causã dixisse L. Crassum.*
n al. & ea re multa attulisse,

a Is est iudex.*
b al. aut criminum aut defensionis argumentis, vt paulò post legitur.*

c L. quasi notata habere

f. 2.

d hoc est ignaris.*
e citat hunc locum Nonius ca. 4. in subigere. ego quod hic exercere, mollire.*
f al. latet:

g fort. seruandæ hîc patriæ causa.
h al. nõ quòd
i Causarum genera intelligit.*
k L. alterum, quod proprie ad omnibus personarum, locorũ, ac temporum distinctũ est: in quo vno illi occupati sunt. Superi verò illud, quod totum est in infinitione generis positum, quasi nõ necessarium sit, nullis præceptis apparet, ignari omneis conter. &c.

P. CXXI.

P. & o L. aut Curii

in tempore, ac nominibus omnis quæstio, cùm scriptum ita sit, SI MIHI FILIVS GIGNITVR[a], ISQVE PRIVS MORITVR[b], & cætera, TVM[c] VT MIHI ILLE SIT HERES: Si natus filius non sit, videatúrne is, qui filio mortuo institutus hæres sit, hæres esse. Perpetui iuris, & vniuersi generis quæstio non hominum nomina, sed rationem dicendi, & argumentorũ fonteis desiderat. In quo etiã isti nos iuris consulti impediunt, à discendóq; deterrent. Videó enim in Catonis & Bruti libris nominatim ferè referri, quid alicui de iure viro, aut mulieri responderint: credo, vt putaremus, in hominibus, nõ in re, cõsultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, vt, q̃ homines essent, innumerabiles, debilitati à iure cognoscendo, voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiiceremus. Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet, & exponet descripta generatim. Est enim, ne fortè nescias, heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, sedulus ciuile, quod nunc diffusum, & dissipatum est, in certa genera coacturum, &[e] ad artem facilè redacturum. 50 ¶ Et quidem inquit Catulus, haudquaquam id est difficile Crasso, qui & quod disci potuit de iure, didicit: & quod iis, qui eum docuerunt, defuit, ipse afferet, vt, quæ sint in iure, vel[f] acutè describere, vel ornatè illustrare possit. 51 ¶ Ergo ista, inquit Antonius, tum à Crasso discemus, cùm se de turba, &[g] à subselliis in otium, (vt cogitat) solitudinémq; contulerit. 52 ¶ Iã id quidem sæpe, inquit Catulus, ex eo audiui, cùm diceret, sibi certum esse, à iudiciis, causísque discedere: sed, vt ipsi soleo dicere, non licebit. neq; enim ipse auxilium suum sæpe à viris bonis frustrà implorari patietur, neq; id æquo animo fere tciuitas: quę si voce L. Crassi carebit, ornamento quodã sese spoliatã putabit. 53 ¶ Nam hercle, inquit Antonius, si hęc verè à Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodẽ est pistrino. Crasse, viuendum, & [h]istam oscitantem, & dormitantem sapientiam, Sæuulatum, & cæterorum beatorum otio concedamus. 54 ¶ Arrisit hic Crassus leniter, &, Pertexe modò inquit, Antoni, quod exorsus es. metamen ista oscitans sapientia, simulatque ad eam confugero, in libertatem vindicabit. 56 ¶ Huius quidem loci, quem modò sum exorsus, hic est finis, inquit Antonius: quoniam intelligitur, non in hominum innumerabilibus personis, neque in infinita temporũ varietate, sed in generum causis, atque naturis omnia sita esse, quæ in dubium vocarétur: genera autem esse definita non solùm numero, sed etiam paucitate: vt eam materiem orationis, quæ cuiusque esset generis studiosi qui essent dicendi[k], omnibus locis descriptã, instructam, ornatámque comprehenderent, rebus dico, & sententiis. Exi[l], vi sita verba parient, quæ semper satis ornata mihi quidem videri solent. si eiusmodi sunt, vt ea, res[m] ipsa peperisse videatur. Ac, si verum quęritis, quod mihi quidem videtur (nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam, & opinionem meam) hoc instrumentum causarum, & generum vniuersorum in forum deferre debemus, neque, vt quæq; res delata ad nos erit, tũ deniq; scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus, quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter modò considerarint, studio adhibito, & vsu, pertractata esse possunt. sed tamen animus referendus est ad ea capita, & [a] ad illos, quos sæpe iam appellaui, locos, ex quibus q̃mnia ad omnẽ orationẽ inuenta ducũtur. Atq; hoc totũ est siue artis, siue animaduersionis, siue cõsuetudinis, nosse regiones, intra quas venire debeas, vt peruestiges quod quæras. Vbi eum locũ omnẽ cogitatione sæpseris: si modò vsum rerũ percalleueris, nihil te effugiet: atque omne, quod erit in re, occurret, atq; incidet. Et sic, cùm ad inueniendum in dicendo tria sint, *acumen*[c], deinde *ratio*, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertiũ *diligentia*: non possum equidem non *ingenio* primas concedere: sed tamen ipsum ingeniũ diligentia etiã ex tarditate incitat. [d] *Diligentia*[e], inquam, cùm omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimùm valet. hæc præcipuè colenda est nobis: hæc semper adhibenda. hæc nihil est, quod non assequatur. Causa vt penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est[f]: vt aduersarium attentè audiamus, atque vt eius non solùm sententias, sed etiam verba omnia excipiam[g], vultus deniq; perspiciamus omneis, qui sensus animi plerumq; indicant, diligentia est. Id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere[g] videatur, prudentia est. Deinde vt in iis locis, quos proponam paullo pòst, peruoluatur animus, vt se penitus insinuet in causam, vt sit cura & cogitatione intentus, diligentia est: vt his rebus adhibeat, tanquam lumen aliquod, memoriã, vt vocem, vt vitei[h]s: hæc magna sunt. Inter ingenium quidem, & diligentiam perpaullulum loci reliquum i est arti. *ars* demonstrat tantùm, vbi quæras, atque vbi sit illud, quod studeas inuenire: reliqua, sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore: complectar vno verbo, quo sæpe iam vsi sumus, diligentia: qua vna virtute omnes virtutes reliquę continentur. Nam orationis quidem copia videmus vt abundent philosophi, qui vt opinor (sed tu hæc, Catule, meliùs) nulla dant præcepta dicẽdi, nec idcirco minus, quæcumq; res proposita est, suscipiunt, de qua copiosè, & abundanter loquãtur. 57 ¶ Tum Catulus: Est, inquit, vt dicis, Antoni, vt plerique philosophi nulla tradant præcepta dicendi, & habeãt paratum tamẽ, quid de quaq; re dicãt. Sed Aristoteles is, quẽ maximè ego admiror, proposuit quosdam locos, ex[k] quibus omnis l argumentatio, non modò ad philosophorum disputationẽ, sed[m] etiam ad hanc, qua in causis vtimur, inueniretur: à quo quidem homine iamdudum, Antoni, non aberrat oratio tua, siue tu similitudine illius diuini ingenij in eadem incurris vestigia, siue etiã illa ipsa legisti, atq; didicisti: quod quidẽ magis verisimile videtur. Plus enim te operæ Græcis dedisse reb. video, quàm putarã. 58 ¶ Tum ille, Verum, inquit, ex me audies, Catule: semper ego existimaui, iucundiorem, & probabiliorem huic populo oratorẽ fore, qui primùm q̃ minimam artificij alicuius, deinde nullam Græcarum rerum significationem daret, atq; ego idem existimaui, pecudis esse, non hominis, cùm tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent, sesẽque & videndi res obscurissimas, & bene viuendi, & copiosè dicẽdi rationem hominibus daturos pollicerentur, non admouere aurem, &[n] si palàm audire eos nõ auderes, ne minueres apud tuos

a L. genitur, b adde, quàm in suam tutelam venerit: tum mihi ille sit hæres. Institut. de pupillari. l. vlt ff. de iure delib. l. 30 l. 51. ff. de leg. 3. 7. Qu. 6. in f.*

c L. tum mihi ille hæres ausio.

d Ius ciuile in artem redigere.*

e hæc & ad artem facilè redacturum, *quibusdam desunt.**

f L. vel aptè describero, *fort.* discribere,

g *al.* & subselliis.

h L. veritam oscitantem,

i L. quoniam intelligeretur,

k *al.* discedi.*

l L. Etenim ea vi sua, *&c. in fort.* res ipsæ peperisse videantur.*

a *al.* & ad eos quos s.

b *al.* vsu.*

c *fort.* primũ acumen,

d L. Diligentia, inquam: quæ cùm omnib.

e Diligentiæ Laus.*

f *forte legendum* est.*

g *al.* officere.*

h *al.* aureis.*

i L. relictus est.

k *fort.* in quibus l L. omnis argumentandi ratio, nõ modò. *al.* argumentandi via.*

m *fort.* sed etiam ad hanc orationem, qua in c.

n *al.* aeq; pal.

tuos ciueis auctoritatem tuam, subausculta-
ndo tamen excipere voces eorum, & procul,
quid narrarent, attendere. itaque feci, Catule,
& istorum omnium summatim causas, & ge-
nera ipsa gustaui. 59 ¶ Valde hercule, inquit
Catulus, timidè, tanquam[a] ad aliquem libidi-
nis scopulum, sic tuam mentem ad philoso-
phiam appulisti: quam hæc ciuitas aspernata
numquam est. Nam & referta quondam Ita-
lia Pythagoreorum fuit, tum, cùm erat in hac
gente magna[b] Græcia: ex quo etiam quidem
Numam Pompilium[c], regem nostrum, fuisse
Pythagoreum ferunt, qui annis permultis an-
tè dfuit, quàm ipse Pythagoras: quo etiam ma-
ior vir habendus est, cùm illam sapientiam
constituendæ ciuitatis duobus propè sæculis
antè cognouit, quàm eam Græci natam esse
senserunt, & certè non tulit vllos hæc ciuitas
aut gloria clariores, aut auctoritate grauiores,
aut humanitate politiores P. Africano, C Læ-
lio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines
ex Græcia palàm semper habuerunt. Atque[e]
ego ex istis sæpe audiui: cùm dicerent, per gra-
tum Athenienses & sibi fecisse, & multis prin
cipibus ciuitatis, quòd, cùm ad senatum lega-
tos de suis maximis rebus mitterent, tres[f] il-
lius ætatis nobilissimos philosophos mi-
sissent, Carneadem, & Critolaum, & Dioge-
nem. Itaque eos, dum[h] Romæ essent, & à se, &
ab aliis frequenter audiros: quos tu cùm ha-
beres auctores, Antoni, miror, cur philosophię
sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum in
dixeris. 60 ¶ Minimè[i], inquit Antonius: ac
sic decreui *philosophari potius*, vt Neoptolemus
apud Ennium, *paucis*. Nam omnino haud pla-
cet. Sed tamen hæc est mea sententia, quam
videbar exposuisse. ego ista studia non impro
bo, moderata modò sint: opinionem istorum
studiorum, & suspicionem artificij apud eos,
qui res iudicent: oratori aduersariam esse ar-
bitror, imminuit enim & oratoris auctorita-
tem, & orationis fidem. Sed, vt eò reuocetur,
vnde huc declinauit oratio, ex tribus istis cla-
rissimis philosophis, quos Romam venisse di-
xisti, videsne[k] *Diogenem*[l] fuisse, qui diceret, ar-
tem[m] se tradere bene differendi, & vera, ac fal
sa diiudicandi, quam verbo Græco διαλεκτικὴν
appellaret? In hac arte, si modò est hæc
ars, nullum est præceptum, quo modo verum
inueniatur, sed tantùm est, quo modo iudice-
tur. Nam & omne, quod eloquimur, sic[n] vt aut
esse dicamus id, aut non esse? &, si simpliciter
dictum sit, suscipiunt dialectici, vt iudicent,
verùmne sit, an falsum: &, si coniunctè sit ela-
tum, & adiuncta sint alia, iudicent, rectène ad-
iuncta sint, & veràne summa sit vniuscuiusque
rationis: & ad extremum ipsi se compungunt
suis acuminibus, & multa quærendo, repe-
riunt non modò ea, quæ iam non possint
ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorta,
& o potiùs detexta propè retexantur. Hic
nos igitur Stoicus iste nihil adiuuat, quoniam
quemadmodum inueniam quid dicam, non
docet: atque idem etiam impedit, quòd &
multa repetit, quæ neget vllo modo posse dis-
solui, & genus sermonis affert nõ liquidum[p],
non fusum, ac profluens, sed exile, aridum,
non fusum, ac profluens, sed exile, aridum,
concisum ac minutum. quòd ¶ si quid pro-
babit, ita probabit, vt oratori tamen aptum
non esse fateatur. Hæc enim nostra oratio,
multitudinis est auribus accommodanda, ad
oblectandos animos, ad impeliendos, ad ea
probanda, quæ non aurificis statéra, sed qua-
dam populari trútina examinantur. Quare
istam artem totam dimittamus, quæ in excogi-
tandis argumentis muta nimiùm est, in iu-
dicandis nimiùm loquax. [a] *Critolaum*[b] ipsum,
quem simul cùm Diogene venisse commemo-
ras, puto plus huic studio nostro prodesse
potuisse. Erat enim ab isto Aristotele, à cuius
inuentis tibi ego videor non longè abertare,
atque[c] inter hunc Aristotelem, cuius & illum
legi librum, in quo exposuit dicendi arteis o-
mnium superiorum & illos in quibus ipse sua
quædam de eadem arte dixit, & hos germa-
nos huius artis magistros, hoc mihi visum est
interesse, quòd ille eadem acie mentis, qua re-
rum omnium vim, naturámque viderat, hæc
quoque adipexit, quæ ad dicendi artem, quam
ille despiciebat, pertinebant. illi autem, qui
hoc solùm colendum ducebant, habitarunt[e]
in hac vna ratione tractanda, non eadem pru-
dentia, qua ille, sed vsu in hoc vno genere,
studióque maiore. *Carneades*[f] verò, vis incre-
dibilis illa dicendi, & varietas, perquàm esset
operanda nobis: qui nullam vmquam in illis
suis disputationibus rem defendit, quam non
probarit: nullam oppugnauit, quam non euer-
terit. Sed hoc maius est quiddam, quàm ab iis,
qui hæc tradunt, & docent, postulandum sit.
Ego autem, sis[g] quem nunc planè rudem insti-
tui ad dicendum velim. his potiùs tradam as-
siduis vno[h] opere eandem in eundem diem no-
ctémque tundentibus, qui omneis tenuissimas
particulas, atque omnia minima mansa, vt nu-
trices infantibus pueris, in os inserant. Sin sit
is, qui & doctrina mihi liberaliter institutus,
& aliquo iã imbutus vsu, & satis acri ingenio
esse videatur: illuc eum rapiam, vbi non sclu-
sa aliqua aquula[i] teneatur, sed vnde vniuer-
sum flumen erumpat: qui illi sedes, & tãquam
domicilia omnium argumẽtorum commen-
stret, & ea breuiter illustret, verbisque defi-
niat. Quid enim est, in quo hæreat, qui vide-
rit, omne, quod sumatur in oratione aut ad
probandum, aut ad refellendum, aut[k] ex sua
sumi vi, atque natura, aut assumi foris? *Ex sua
vi*, cùm aut res, quæ sit tota, quæratur, aut pars
eius, aut vocabulũ, quod habeat, aut quippiam,
rem illam quod attingat. *extrinsecus* autẽ, cùm
ea, quæ sunt foris, neq; inhærent in rei natura,
colligũtur. Si res tota quæritur, *definitione* vni-
uersa vis explicanda est, sic: Si maiestas, est am
plitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit,
qui exercitum hostibus populi Rom. tradi-
dit, non qui eum, qui id fecisset, populi Ro.
potestati tradidit. Sin pars: *partitione*, hoc mo-
do: Aut senatui parendum de salute reip.
fuit, aut aliud consilium instituendum, aut
sua sponte faciendum. aliud consilium, su-
perbum: suum, arrogans. vtendum igitur fuit
consilio senatus. Sin *ex vocabulo*, vt Car-
bo: Si cos. est, qui consulit patriæ, quid a-
liud fecit Opimius? Sin ab eo, quod rem at-
tingat, plures sunt argumentorum sedes ac
loci. Nam & *coniuncta* quærimus: & genera,
& parteis generibus subiectas, & similitudi-
nes, & dissimilitudines, & contraria, & con-
sequentia, & consentanea, & quasi præcurren-
tia, & repugnantia: & causas rerum ve-
stigabimus[m], & ea, quæ ex causis orta sunt, &
maiora, paria, minora quæremus. *Ex coniun-
ctis* sic argumenta ducuntur: Si pietati sum-
ma tribuenda laus est, debeus moueri, cùm

a *fort.* tanquã ad aliquem. Sirenum scopulum,
b L. magna illa Græcia:
c L. Pompilium illum reg. n.
d Ex libris, qui Chronici vocãtur. Gellius refert Pythagoram Samium in Italiam venisse Tarquinii filio regnante, cui cognomen fuerit Superbo fuit. 17. c. 21. adde Tusc. in pr.
e al. Atq. ego hoc ex ist. 17. Gell. vltimo.
f al. maximos. g al. cùm Romæ esset.
h Minimè vero, inquit Ant.
i Diogenem eum fuisse, Diogenes.
k Diogenem eum fuisse, Diogenes.
l Diogenem quid.
m sic, vt id aut esse dicamus, aut non esse:
n sic, vt id aut esse dicamus, aut non esse:
o L. *fort.* seu potius.
p Sermonis genus liquidum, fusum, profluens, exile, aridum, concisum, minutum.
q al. quod si quis probabit, ita pr.
a *fort.* Critolaum, quem
b Critolaus.
c L. atq. inter hũc, cuius & illum legi li.
d L. hi autẽ, qui hoc solùm P. R.
e L. laborarunt
f Carneades.
g Argumentãdi scientia pro varietate discentiũ varianda.
h *fort.* vna opera.
i sic supra n. 7. de oratore. numero 8.
k locorum alii ex sua vi & natura: alii foris assumuntur.
l al. quod rẽ attingit, & ita v. c.
m al. inuestigabimus.

Qu. Metellum tam piè lugere videatis. *Ex genere* autem: Si magistratus in populi Ro. potestate esse debent, quid Norbanum accusas, cuius tribunatus voluntati paruit ciuitatis? *Ex parte* autem ea, quæ est subiecta generi: Si omnes, qui reip. consulunt, cari nobis esse debent, certè in primis imperatores, quorum P. CXXIIII. consiliis, virtute, periculis, retinemus & nostram salutem, & imperij dignitatem. *Ex similitudine* autem: Si feræ partus suos diligunt, quanos in liberos nostros indulgentia esse debemus? At *ex dissimilitudine*: Si barbarorum est in diem viuere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. Atque vtroque in genere & similitudinis, & dissimilitudinis, exempla sunt ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis, & fictæ narrationes sæpe ponendæ. Iam *ex contrario*: Si Gracchus nefarie præclarè Opimius *Ex consequentibus*, Si & ferro interfectus ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco, & nemo præter te ibi visus est, & causa nemini, & tu semper audax: quid est, quòd de facinore dubitare possimus? *Ex consentaneis*, & præcurrentibus, & repugnantibus, vt olim Crassus adolescens: Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum ciuem putabunt. simulasse te, & aliud quid quęsisse perspicuum est, quòd Ti. Gracchi mortem sæpe in concionibus deploraſti, quòd P. Africani necis socius fuisti, quòd eam legem in tribunatu tulisti, quòd semper à bonis dissensisti. *Ex causis* autem rerum sic: Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda, luxuries. *Ex iis* autem, *quæ sunt orta de causis*: Si ærarij copiis & ad belli adiumenta, & ad ornamenta pacis vtimur, vectigalib[a] seruiamus. Maiora autẽ & minora, & paria comparabimus. sic. Ex[a] *maiore*: Si bona existimatio diuitiis præstat, & pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda? *Ex minore* sic:

-hic paruæ consuetudinis
Causa huius[b] mortem fert tam familiariter:
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?

Ex pari sic: Est eiusdem & eripere contra rempub. & largiri pecunias. *Foris* autem assumuntur ea quæ non sua vi, sed extranea subleuantur, vt hæc: Hoc verum est: dixit enim Qu. Lutatius. Hoc falsum est: habita enim quæstio est. Hoc sequi necesse est: recito enim tabulas, de quo genere toto paullo antè dixi. Hæc, vt breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt[c]. Vt enim si[d] aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa, & notas ostenderem locorum, quibus cognitis ille sibi ipse foderet, & id, quod vellet, paruulo labore, nullo errore inueniret: sic has ego argumentorum nóui notas, quæ illa mihi quærenti demonstrant, vbi sint: reliqua, cura, & cogitatione eruuntur. *Quod* autem *argumentorum genus cuique causarum generi maxime conueniat*, non est artis exquisitæ præscribere, sed est mediocris ingenij iudicare.

P. E. Neque enim nunc id agimus, vt artem aliquam dicendi explicemus, sed vt doctissimis hominibus vsus nostri quasi[e] quædam monita tradamus. His igitur locis in mente, & cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita excitatis, nihil erit, quod oratorem effugere possit, non modò in forensibus disceptationibus, sed omnino in vllo genere dicendi. Si verò assequetur, vt talis videatur, qualem se videri velit, & animos eorum ita afficiet, apud quos aget, vt eos, quocumque velit, vel trahere, vel rapere possit: nihil profectò præterea ad dicendum requiret. Iam illud videmus, nequaquã satis esse, reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare[a] possis. *Tractatio* autem varia esse debet, ne aut cognoscat artem qui audiat, aut defatigetur similitudinis[b] satietate. Proponi oportet, quid afferas, & id quare ita sit, ostendere: & ex iisdem illis locis interdum concludere, relinque re[c] aliàs, alióq; transire: sæpe non proponere, ac ratione ipsa afferenda, quid proponendum fuerit, declarare: sicut quid simile dicas, prius vt simile confirmes: deinde quod agitur, adiungas: puncta argumentorum[d] plerumque vt oculas, nequis ea numerare possit, vtæ distinguantur, verbis confusa esse videantur. Hæc vt & properans. & apud doctos, & semidoctus ipse percurro, vt aliquando ad illa maiora veniamus. Nihil est enim in dicendo, Catule, maius, quàm *vt*[d] *faueat*[e] *oratori is, qui audiet*, vtque ipse sic moueatur, vt impetu quodam animi: & perturbatione magis quàm iudicio, aut consilio, regatur. Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lętitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. Quare, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus. 61 ¶ Paullum, inquit Catulus, etiam nunc deesse videtur iis rebus, Antoni, quas expostuisti, quod sit tibi antè explicandum, q̃ illuc proficiscare, quò te dicis intendere. 62 ¶ Quidnã, inquit? 63 ¶ Quif ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorũ, in qua tu mihi semper deus videri soles. 64 ¶ Vide q̃ sim in isto genere, inquit, Catule, deus. non mehercule mihi, nisi admonito, venisset in mentẽ: vt possis existimare, me in ea, in quib[e] nonnumquã aliquid efficere videor, vsu solere in dicendo, vel casu potius incurrere. Ac res quidem ista, quam ego, quia non noram, sic, tanquã ignotum hominẽ, præteribam, tantũ potest in dicendo, vt ad vincendum nulla plus possit. Sed tamen mihi videris ante tempus à me rationẽ ordinis, & disponendarum rerum requisisse. Nam si ego omnẽ vim oratoris in argumentis, & in re ipsa per se cõprobanda posuissem, tempus esset iam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere: sed cùm tria[g] sint à me proposita, de vno dictum: cùm de duobus reliquis dixero, tum[h] erit denique de disponẽda tota oratione quærendum. Valet[i] igitur multùm ad vincendum, probari mores, institutа, & facta, &[k] vitam eorum, qui agent causas, & eorum, pro quibus: & item improbari aduersariorum, animósque eorum, apud quos agitur[l], conciliari q̃ maximè ad[m] beneuolentiã cùm erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vitæ: quę faciliùs ornari possunt, si modò sunt quàm fingi, si nulla sunt. Sed hæc adiuuant in oratore, lenitas vocis, vultus, pudoris significatio, verborum comitas: si quid persequare acriùs, vt inuitus, & coactus facere videare. facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non auidi-

a DE TRACTATIONE inuentorũ.*
b vt si quis semper eadem dicat.*
c L. aliàs relinquere.
d al. faueat oratori qui audiet.
e DE CONCILIANDIS AVDITORIBVS.*
f al. Qui ordo tibi placeat, al. Quis ordo, &c.
g Docere, &c. P. CXXV.
h vide infrà numero. 77.
i Conciliare auditorem quemadmodum possimus.*
k L. & vitam & eorum, qui agent, &c. &c. ita v.c. l fort. agentium v.c. ad beniuol.

a Imò hic locus est ex minore.*
b L. mortem huius f.
c al. sint.*
d L. si cui aurum
e L. quædam quasi monita v.r. [al. admonita.*

auidi, signa proferri perutile est: eáque omnia, quę proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde beneuolentiam[a] conciliant, abalienántque ab iis, in quibus hæc non sunt. Itaque eadem sunt in aduersarios ex cõtrario conferenda. Sed genus hoc totum orationis in iis causis excellet, in quib. minùs potest inflammari animus iudicis acri & vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maximè cõmendat reos. Reos[b] autem appello non eos modò, qui arguuntur, sed omneis, quorum de re disceptatur. Sic enim olim loquebantur. Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferenteis iniurias, mirum quiddã valet: & hoc vel in principiis, vel in re narranda, vel in peroranda, tãtam habet vim, si est suauiter, & cum sensu[c] tractatum, vt[d] sæpe plus, quàm causa, valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam, ac ratione dicendi, vt quasi mores oratoris effingat oratio. Genere enim quodam sententiarum, & genere verborum, adhibita etiam actione leni, facilitatéque[e] significandi, efficitur, vt probi, vt bene morati, vt boni viri esse videantur. Huic autem est illa dispar adiuncta ratio orationis, quæ alio quodam genere menteis iudicum[f] permouet, impellítque, vt aut oderint, aut diligant, aut inuideãt, aut sal uum velint, aut metuant aut[g] spernant, aut cupiant, aut abhorreant, aut lætentur, aut mœreant. aut misereantur, aut punire velint, aut ad eos motus abducãtur[h], si qui finitimi sunt, & propinqui his ac talibus animi perturbationibus. Atque illud optandum est oratori, vt aliquam permotionem animorum sua spõte ipsi afferant ad causam iudices, ad id, quod vtilitas oratoris feret, accommodatam. Facilius est enim currentem (vt aiunt) incitare, quàm commouere languentem. Sin id aut nõ erit, aut erit obscurius, SICVT medico diligenti, priusquàm conetur ægro adhibere medicinam, non solùm morbus eius, cui mederi volet, sed[i] etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est: sic equidem cùm aggredior ancipitem causam, & grauem ad animos iudicum pertractandos, omni mẽte in ea cogitatione, curáque versor, vt odorer quàm sagacissimè possim, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent, quid velint, quò deduci oratione facillimè posse videantur. Si se dant, &, vt antè dixi, sua[k] sponte, quò impellimus, inclinant, atque propendent: accipio quod datur, & ad id, vnde aliquis flatus ostenditur, vela do. Sin est integer, quietúsque iudex: plus est operis. Sunt enim omnia dicendo excitanda, nihil adiuuãte natura. Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono poeta dicta est *flexanima atque*[l] *omnium regina rerum, oratio*, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem, & [m] repugnantem, vt imperator bonus ac fortis, capere possit. Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus modò flagitabat, quæ[n] à me diuinitus tractari solere diceret, & in causa Mo. Aquilij, Caiíque Norbani, nõnullísque aliis, quasi prælarè acta, laudaret: quæ meherc ule ego, Crasse, cùm à te tractantur in causis, horrere soleo. tanta vis animi, tantus impetus, tãtus dolor, oculis, vultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet: tãtum est flumen grauissimorum, optimorúmque verborum, tam integræ sententiæ, tam veræ[a], tã nouæ, tam sine pigmentis, fucóque puerili, vt mihi non solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris. Neque fieri potest, vt doleat is, qui audit, vt oderit, vt inuideat, vt pertimescat aliquid, vt ad fletum, misericordiámque[b] deducatur[c], nisi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse, atque inusti videbuntur. Quòd si fictus aliquis dolor suscipiendus esset, & si in eiusmodi genere orationis nihil esset, nisi falsum, atque imitatione simulatum, maior ars aliqua forsitan esset requirenda. nunc ego, quid tibi, Crasse, quid ceteris áccidat, nescio: de me autem causa nulla est, cur apud homines prudẽtissimos, atque amicissimos mentiar. nõ mehercule vmquam apud iudices, aut dolorem, aut misericordiam, aut inuidiam, aut odium excitare dicendo volui, quin ipse in commouendis iudicibus, iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permouerer. Neque enim facile est perficere, vt[d] irascatur, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lentè ferre videare: neque vt oderit eum, quem tu velis, nisi reipsum flagrantem odio antè viderit: neque ad misericordiam adducatur, nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententiis, voce, vultu, collacrymatione denique ostenderis. VT enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ, nisi admoto igni, ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendã vim oratoris parata, quæ possit incendi, nisi[e] inflãmatus ipse ad eam, & ardens accesseris. Ac, ne fortè hoc magnum, ac mirabile esse videatur, hominem toties irasci, toties dolere, toties omni animi motu concitari, præsertim in reb. alienis, magna vis est earum sententiarum, atque eorum locorum, quos agas, tractésque dicendo[f], vt nihil opus sit simulatione & fallaciis. Ipsa enim natura orationis eius, quæ suscipitur ad aliorum animos permouendos. oratorem ipsum magis etiam, quàm quemquã eorum, qui audiunt, permouet. Et ne hoc in causis, in iudiciis, in amicorum periculis, in concursu hominum, in ciuitate, in foro accidere miremur[g], cùm agitur nõ solùm ingenij nostri existimatio (nam id esset leuius: quamquã, cùm professus sis, te id posse facere, quod pauci, ne id quidem negligendum est) sed alia sunt maiora multò. fides, officium, diligẽtia: quibus rebus adducti, etiam cùm alienissimos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus[h] haberi, existimare non possumus. Sed, vt dixi, ne hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum, quàm versus, quàm[i] scœna, quàm fabulæ? tamen in hoc genere sæpe ipse vidi, cùm ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur spondalia[k] illa dicentis,

Segregare abs te ausus, aut fine illo Salamina ingredi?
Neque paternum adspectum es veritus?

Numquam illum[l] adspectum dicebat, quin mihi Telamon iratus furere luctu filij videretur. Vt idem inflexa ad miserabilẽ sonũ voce,

Quem atate exacta indigem[m]
Liberûm lacerasti, orbasti, extinxisti: neque fratris necu,
Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelam est traditus:

a *v.c.* beniuol.

b Rei dicuntur quorum de re agitur.

c *al.* sensu iucundo *al.* & sensim tractatum.
d *al.* vt persæpe

e L. facilitatemque significanti, *al.* facilitatéque significanda

f DE MOTIBVS.
g L. aut sperent, *&c.*

h L. deducãtur, *&c.*

i *al.* sed & conf.

k L. si sua sponte,

l To atque, *desid. quibusdam.*

m hæc duo & repugnantẽ *quibusdam desunt.*
n *al.* cùm à me. *al.* M. Aquilij,

a *al.* variæ.

b *al.* adducatur,
c Mouere nõ potest orator, histrio, poeta, nisi ipse motus sit.

d L. vt irascatur ei, cui tu, *&c. & ita v.c.*

e L. nisi ipse ad eam inflamm. & ard. P. CXXVI.
f *al.* in dicendo,
g *al.* miremur. videmus etiamid euenire in aliis quibusdam rebus confictis à nobis, & nostra cogitatione adinuẽtis, cùm agitur &c. *quæ fanè omnia ab imperito videntur temere adiecta.*
h L. haberi volumus.
i *lib. vet.* quàm scœna,
k an quod versus spondaici sequantur, atqui Trochaici sunt, an spondialia legendum cũ Turnebo 20. *Aduersar.* 17. sunt enim Isidoro 1. c. 16. spondiales Mario victoriæ spõdulæ qui in sacris gentilium canebãt? an *potius* Sophoclea *legendum?* quòd hi versus ex Sophoclis Teucro, à Pacuuio Latinifacti, vt putat Auratus.?
l L. illud asp. m. I. indigũ.

flens ac lugens dicere videbatur. Quæ si ille histrio, quotidie cùm ageret, tamen rectè agere sine dolore non poterat, quid? Pacuuium putatis in scribendo leni animo, ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit. Sæpe enim audiui, *poetam bonum neminem* (id quod à Democrito, & Platone in scriptis relictum esse dicunt) *sine inflammatione animorum exsistere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris.* Quare nolite existimare meipsum, qui non heroum veteres casus, fictósque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo: neque actor essem alienæ personæ, sed auctor meæ, cùm mihi M[b]. Aquilius[c] in ciuitate retinēdus esset, quæ in illa causa peroranda fecerim, sine magno dolore fecisse. Quem enim ego cos fuisse, imperatorem ornatum à senatu, ouantem in Capitolium ascendisse meminissem, hunc cùm afflictum, debilitatum, mœrentem, in summũ discrimen adductum viderem, non priùs sum conatus misericordiam aliis cõmouere, quàm misericordia sum ipse captus. Sensi quidem tũ magnopere moueri iudices, cùm excitaui mæstum, ac sordidatum senem, & cùm ista fecì, quæ tu, Crasse, laudas, non arte, de qua quid loquar nescio, sed motu magno animi, ac dolore, vt discinderem tunicam, vt cicatrices ostenderem, cùm C. Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multùm lacrymis suis adiuuaret: cúmque ego illum crebrò appellans, collegam ei suum commendarem, atque ipsum aduocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam inuocarem: non fuit hæc sine meis lacrymis, non sine dolore magno miseratio, omniúmque deorum, & hominum, & ciuium, & sociorum imploratio: quibus omnibus verbis, quæ à me tum sunt habita, si[d] dolor abfuisset meus, nõ modò non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Quamobrem hoc vos doceo, Sulpici, bonus ego videlicet, atque eruditus magister, *vt in dicendo irasci, vt dolere, vt flere possitis*. quamquam te quidem quid hoc doceã, qui in accusando sodali[e], & quæstore meo, tãtum incendium non oratione solùm, sed multo etiam magis vi, & dolore, & ardore animi concitaras, vt ego ad id restinguẽdum vix conarer accedere? Habueras enim tum omnia in causa superiora: vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribunitiam in Cæpionis graui, miserabilique casu, in iudiciũ vocabas: deinde principem & senatus, & ciuitatis, M. Æmiliũ, lapide percussum esse constabat: vi pulsum ex templo L. Cottam, & T. Didium, cùm intercedere vellent rogationi, nemo poterat negare. Accedebat, vt hæc tu adolescens pro rep. queri summa cum dignitate existimarere: ego homo censorius vix satis honestè viderer seditiosum ciuem, & in hominis consularis calamitate crudelem, posse defendere. Erant optimi ciues iudices, bonorum virorum plenũ forum, vix vt mihi tenuis quædam venia daretur excusationis, quòd tamen eum defenderem, qui mihi quæstor fuisset. Hîc[f] ego quid dicam me artem aliquam adhibuisse? quid fecerim, narrabo. si placuerit, vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis. Omniũ seditionum genera, vitia, pericula collegi, eámque orationem ex omni reip. nostræ tẽporum varietate repetiui, conclusíque ita, vt dicerem, etsi omnes molestæ[g] semper seditiones fuissent, iustas tamen fuisse nonnullas, & propè necessarias. Tum illa, quæ modò Crassus commemorabat, egi, neque reges ex hac ciuitate exigi, neque tribunos pl. creari, neque plebiscitis toties consularem potestatem minui, neque prouocationem[a], patronam illam ciuitatis, ac vindicem libertatis, populo Ro. dari sine nobilium dissensione potuisse: ac, si illæ seditiones saluti huic ciuitati fuissent, nõ continuò, si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine, atque in fraude capitali esse ponendum. Quòd si vnquam populo Rom. concessum esset, vt iure concitatus videretur, id quod docebam sæpe esse concessum, nullam illa causam iustiore fuisse. Tum omnem orationem traduxi, & conuerti in increpandã Cæpionis fugam, in deplorãdum interitum exercitus. sic & eorum dolorem, qui lugebant suos, oratione refricabam, & animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Qu. Cæpionis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam, atque[b] reuocabam. Quòd vbi sensi me in possessione iudicij, ac defensionis meæ constitisse, quòd & populi beneuolentiam[c] mihi conciliatam, cuius ius etiam cum seditionis coniunctione defenderam, & iudicum animos totos vel calamitate ciuitatis, vel luctu, ac desiderio propinquorum, vel odio proprio in Cæpionem ad causam nostram conuerteram: tunc admiscere huic generi orationis vehementi, atque atroci genus illud alterum, de quo antè disputaui, lenitatis & mansuetudinis cœpi, me pro meo sodali, qui mihi in liberûm loco more maiorum esse deberet, &[d] pro mea omni fama propè, fortunísque decernere: nihil mihi ad existimationem turpius, nihil mihi ad dolorem acerbius accidere posse, quàm si is, qui sæpe alienissimis à me, sed meis tamen ciuibus, saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuissem[e]. Petebam à iudicibus, vt illud ætati meæ, vt honoribus, vt rebus gestis, si iusto, si pio dolore me esse affectum viderẽt, concederent: præsertim si in aliis causis intellexissent, omnia me semper pro amicorum periculis, nihil vnquam pro meipso deprecatum. Sic in illa omni defensione, aque causa, quod esse in arte positum videbatur, vt de lege[f] Apuleia dicerem, vt, quid esset minuere maiestatem, explicarẽ, perquàm breuiter perstrinxi, atque attigi. His duabus partibus orationis, quarum altera concitationem[g] habet, altera commendationem, quæ minimè præceptis artium sunt perpolitæ, omnis est à me illa causa tractata, vt & acerrimus in Cæpionis inuidia renouanda, & in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. Ita magis affectis animis[h] iudicum, quàm doctis, tuis[i], Sulpici, est à nobis tum accusatio victa. 65 ¶ Hîc Sulpicius, Verè hercule, inquit, Antoni, ista commemoras. nam ego nihil vnquam vidi, quod tam è manibus elaberetur, quàm mihi tum est elapsa illa causa. Cùm enim (quemadmodum dixisti) tibi ego non iudicium, sed incendium tradidissem, quod tuum principium, dij immortales, fuit? qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractúsque verborum? Vt[k] illud initio, quod tibi vnum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti, te pro homine perneccssario, quæstore tuo, dicere! quam tibi primùm munisti ad te audiendum viam? Ecce autem, cùm te nihil

a Τὸ ἄνευ ἐνθουσιασμοῦ.

b L. M'. Aquillius

c de quo dixi suprà numero 46. vide Epitom. Liuianam numero 64.*

P. B.

d L. si dolor afuisset meus,

e C. Norbano, quem seditiosum defendit Antonius. adde suprà numero 47.*

f L. Hîc quid ego dicam

g L. semper molest.

a adde l. 2. §. 16. ff. de origine iuris.* P. CXXVII.

b *hæc duo* atque reuocabam *quibusdam desunt.**

c *v. c.* beniuol.

d L. & pro mea omni propè fama, fort.

e L. possem,

f Lege Apuleia minuens maiestatem plectebatur: adde suprà numerum 45.*

g Conciliãdi animi genera duo: concitatio & cõmendatio.*

h L. iudicum animis.

i L. tua tũ, Sulpici, est à nob. accu.

k L. Vt tuíbi lud P. B.

aliud profecisse arbitrarer, nisi vt homines tibi, ciuem improbum defendenti, ignoscendū propter necessitudinem arbitrarentur, serpere[a] occultè cœpisti, nihildum aliis suspicantibus, me verò iam pertimescente, vt illam non Norbani seditionem, sed[b] illam populi Rom. iracundiam, neque eam iniustam, sed meritā ac debitam fuisse defenderes. deinde qui locus abs te prætermissus est in Cæpionem? vt tu illa omnia odio, inuidia, misericordia miscuisti? Neque hæc solùm in defensione, sed etiam in Scauro[c], ceterisque meis testibus, quorum testimonia non refellendo, sed ad eum dem impetum populi confugiendo, refutasti. Quæ cùm abs te modò commemorarentur, equidem nulla præcepta desiderabam. Istam enim ipsam demonstrationem defensionum tuarum abs te ipso commemoratam, doctrinam[d] esse non mediocrem puto. 66 ¶ Atqui, si ita placet, inquit Antonius, trademus etiam. quæ nos sequi in dicendo, quæque maximè[e] spectare solemus. docuit enim iam nos longa vita, vsúsque rerum maximarum, vt, *quibus rebus animi hominum mouerentur*, teneremus. Equidem primùm considerare soleo, postulétne[f] causa. nam neque paruis in rebus adhibēdæ sunt hæ dicendi faces, neque ita animatis hominibus, vt nihil ad eorum menteis oratione flectendas proficere possimus, ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragœdias agamus in nugis, aut conuellere adoriamur ea, quæ non possint commoueri. Nam quoniam hæc ferè maximè sunt in[g] iudicum animis, aut. quicumque illi erunt, apud quos agemus, oratione molienda, amor, odium, iracundia, inuidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia: sentimus *amorem* conciliari, si id velle videare, quod sit vtile ipsis, apud quos agas, defendere: si aut pro bonis viris, aut certè pro iis, qui illis boni, atque vtiles sint. laborare. namque hæc res amorem magis cōciliat, illa virtutis defensio caritatem: plúsque proficit, si proponitur spes vtilitatis futuræ, quàm præteriti beneficij commemoratio. Enitendū est, vt ostendas, in ea re, quam defendas, aut dignitatem inesse, aut vtilitatem: eúmque, cui concilies hunc amorem, significes nihil ad vtilitatem suam retulisse, ac nihil omnino fecisse[h] causa sua. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum ceteris commodandi fauetur. Vidēdúmque hoc loco est, ne, quos ob benefacta diligi volemus, eorum laudem, atque gloriam, cui maximè inuideri solet, nimis efferre videamur. Atque iisdem his ex locis & *odium* in alios struere discemus, & à nobis, ac nostris dimouere[i]: eadémque hęc genera tractanda sunt in iracundia vel excitanda, vel sedanda. Nam si, quod ipsis, qui audiunt, pernicioſum, aut inutile fit, id factum augeas: odium creatur. sin[k], quod aut in bonos viros, aut in eos, in quos quisque minimè debuerit, aut in rempub. tum excitatur si non tam acerbum odium, tamen aut inuidiæ, aut odij non dissimilis offensio. Item *timor* incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. interior est ille proprius sed hic quoque communis ad eandem similitudinem est perducendus. Par, atque vna ratio est *spei, lætitiæ, molestiæ*. Sed haud sciam, an acerrimus longè sit omnium motus inuidiæ. nec minus virium opus sit in ea comprimenda, quàm in excitanda. *Inuident* autem homines maximè paribus, aut inferioribus, cùm se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse. sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer, & eò magis, si intolerantiùs se iactāt, &[a] æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis, aut fortunæ suæ transeunt: quæ si inflammanda sunt, maximè dicendum est, nō esse virtute parta: deinde etiam vitiis, atque peccatis. tum si erunt honestiora, atque grauiora. tamen non esse tanti[b] vlla merita. quāta insolentia hominis, quantúmque fastidium. Ad sedandum autem, magno illa labore magnis periculis esse parta, nec ad suum commodum, sed ad aliorum esse collata, seséque, si quam gloriam peperisse videātur, tametsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari, totámque abiicere, atque deponere: omninóque perficiendum est, (quoniam plerique sunt inuidi, maximéque est hoc commune vitium, & peruagatum: inuidetur autem præstanti, florentique fortunæ) vt hæc opinio minuatur, & illa excellens opinione fortuna cum laboribus, & miseriis permista esse videatur. Iam[c] *misericordia* mouetur, si is, qui audit, adduci potest, vt illa, quæ de altero deplorentur, ad suas res reuocet, quas aut tulerit acerbas, aut timeat, aut intuens alium, crebrò ad seipsum reuertatur. Ita cùm singuli casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum afflicta, & prostrata virtus maximè luctuosa est: &, vt illa altera pars orationis, quæ probitatis commendatione, boni viri debet speciem tueri, lenis, (vt sæpe iam dixi) atque summissa: sic hæc, quæ suscipitur ab oratore ad commutandos animos, atque omni ratione flectendos, intenta, ac vehemens esse debet. Sed est quædā in his duobus generibus, quorum alterum lene, alterum vehemens esse[d] volumus, difficilis ad distinguendum similitudo. Nam ex illa lenitate, qua conciliamur iis, qui audiunt, ad hanc vim acerrimam, qua eosdem excitamus, influat oportet aliquid, & ex hac vi nonnumquam animi[e] aliquid[f] influendum est illi lenitati: neque est vlla temperatio orationis, quàm illa, in qua asperitas contentionis, oratoris ipsius humanitate conditur: remissio autem lenitatis, quadam grauitate & contentione firmatur. In vtroque autem genere dicendi, & illo, in quo vis atque cōtentio quæritur, & hoc, quod ad vitam, & mores accommodatur, *& principia* tarda sunt, *& exitus* tamen[g] spissi[h] & producti esse debent. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis, (abest enim totum à causa) & homines prius ipsum illud, quod proprium sui iudicij est, audire desiderant, nec cùm in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. Non enim, sicut argumentum, simul atque positum est, arripitur, alterúmque, & tertium poscitur: ita misericordiam, aut inuidiam, aut iracundiam, simulatque intuleris, possis commouere. Argumentum enim ratio ipsa confirmat, quæ simulatque emissa est, adhæresci. Illud autem genus orationis non cognitionem iudicis, sed magis perturbationem requirit, quam consequi, nisi multa, & varia, & copiosa oratione, & simili contentione actionis, nemo potest. Quare qui aut breuiter, aut summissè dicunt, docere iudicem possunt, commouere non possunt, in quo sunt omnia. Iam illud perspicuum est, omnium rerum in contrariis

a L. serpere eò occ.
b L. sed populi R. irac.
c 2. Valer. 5.*
d L. doctrinam non med. esse p. e *fort.* spectare maximè solemus.
f Motus non passim admouendi: sed si causa tantùm. Postulet.*
g L. in animis iudicū,
h L. sua causa fecisse.
i L. demouere:
k L. fin. p. CXXVIII. quod aut bonis viris, aut iis, quos quisque minimè lædere debuerit, aut reip. tum expedit.
a L. & æquabilitatem iuris, præst.
b L. tanta
c L. At misericordia m.
d *al.* esse debet,
e *al.* animi; quibusdam deest.*
f *fort.* aliquid infundendum est. *al.* instillandum. *al.* inspergendum. *al.* inflammādum.*
g ita legitur apud Nonii cap. 4. in Spissum*.
h *al.* item legunt spissi, id est densi. Nonius *d. loco.*
i *fort.* commouere possis.

parteis facultatem ex iisdem suppeditari locis. Sed *argumento resistendum*[a] est, aut iis, quæ cõprobandi eius causa sumuntur, reprehendẽdis, aut demonstrando id, quod concludere illi velint, non effici ex[b] propositis, nec esse consequens: aut si ita non refellas, afferẽdum est in contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æquè graue. Illa autem, quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus inferẽda sunt, vt odio benevolentia[c], misericordiâ inuidia tollatur. Suauis autem est, & vehementer sæpe vtilis *iocus*[d], *& facetia*: quæ etiam si alia omnia tradi arte possunt, naturæ sunt propria certè, neque vllam artem desiderant: in quibus tu longè aliis, mea sententia, Cæsar, excellis[e]: quò magis mihi etiam testis es se potes, aut nullam esse artem salis, aut, si qua est, eam nos tu potissimùm docebis.

67 ¶ Ego verò, inquit Cæsar, omni de re facetiùs[f] puto posse ab homine non inurbano, quàm de ipsis facetiis, disputari. Itaque cùm quosdam Græcos inscriptos libros esse vidissem de[g] ridiculis, nonnullam in spem veneram, posse me aliquid ex istis discere. inueni autem ridicula, & salsa multa Græcorum. nam & Siculi in eo genere, & Rhodij, & Byzantij, & præter ceteros, Attici excellunt: sed qui eius rei rationem quandam conati sunt, artémque tradere, sic insulsi exstiterunt, vt nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas rideatur. Quare[h] mihi nullo videtur modo doctrina ista res posse tradi. Etenim cùm *duo*[i] *genera sint facetiarum*, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue: illa à veteribus superior, *cauillatio*, hæc altera, *dicacitas* nominata est. Leue[k] nomen habet vtraque res: quippe leue enim est totum hoc, risum mouere. Veruntamen (vt dicis Antoni) multùm in causis persæpe lepõre, & facetiis profici vidi. Sed cùm in illo genere perpetuæ festiuitatis ars non desideretur: natura enim fingit homines & creat, imitatores & narratores facetos, & vultu adiuuante, & voce, & ipso genere sermonis: tùm verò in hoc altero dicacitatis, quid habet ars loci, cùm antè illud facetum[l] dictum emissum hærere debeat, quàm cogitari potuisse videatur? Quid enim hic meus frater[m] ab arte adiuuari potuit, cùm à Philippo interrogatus, quid latraret, Furẽ[n] se videre respondit? Quid in omni oratione Crassus vel apud centumuiros contra Scæuolam[o], vel contra accusatorem Brutũ, cùm pro Cn. Planco diceret? Nam id, quod tu mihi tribuis, Antoni, Crasso est, omnium sententia, concedendum. Non enim ferè quisquam reperietur, præter hunc, in vtroque genere lepõris excellens, & illo, quod in perpetuitate sermonis, & hoc, quod in celeritate, atque dicto est. Nam hæc perpetua contra Scæuolam[p] Curiana defensio, tota redundauit hilaritate quadam, & ioco: dicta illa breuia non habuit. Parcebat enim aduersarij dignitati, in quo ipso seruabat suam, quod est hominibus facetis, & dicacibus difficillimum, habere hominum rationem, & temporum, & ea, quæ occurrant, cùm salsissimè dici possint, tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum nõ insulsè interpretantur. Dicere enim aiunt Ennium, *flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona*[q] *dicta teneat*: hæc scilicet bona dicta, quæ salsa sint. Nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. Sed vt in Scæuolam[a] continuit ea Crassus, atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam, disputationémque lusit[b]: sic in Bruto, quem oderat, & quem dignum contumelia iudicabat, vtroque genere pugnauit. Quàm multa de balneis, quas nuper ille vendiderat, quàm multa de amisso patrimonio dixit? atque illa breuia, cùm ille diceret, se sine causa sudare: Minimè mirum, inquit, modò enim existi de[c] balneis. Innumerabilia huiusce modi fuerunt, sed non minùs illa iucunda perpetua. Cùm[d] enim Brutus[e] duos lectores excitasset, & alteri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege Seruilia, & cùm contraria inter se de rep. capita contulisset, noster hic[f] facetissimè treis patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit. Ex libro primo, Fortè euenit, vt in Priuernati essemus. Brute, testificatur pater se tibi Priuernatem fundum reliquisse. Deinde ex libro secundo, In Albano eramus ego, & Marcus filius. Sapiens videlicet homo cum primis nostræ ciuitatis: norat hunc gurgitem: metuebat, ne, cùm is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. Tum ex libro tertio, in quo finẽ scribendi fecit (tot enim, vt audiui Scæuolam[g] dicere, sunt veri Bruti libri) In Tiburti fortè assedimus ego, & Marcus filius. Vbi sunt ij fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit? Quòd nisi puberẽ te, inquit, iam haberet: quartum librum composuisset, & se etiam in[h] balneis locutum[i] cum filio, scriptum reliquisset. Quis est igitur, qui non fateatur, hoc lepõre, atque his facetiis nõ minus refutatum esse Brutum, quàm illis tragœdiis, quas egit idem, cùm casu in[k] eádẽ causa cum funere efferretur anus Iunia? Prò, dij immortales, quæ fuit illa, quanta vis? quàm inexspectata? quàm repentina? cùm, coniectis oculis, gestu omni imminenti, summa grauitate, & celeritate verborum, Brute, quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis? quid L. Bruto, qui hunc populum dominatu regio liberauit? quid te facere? cui rei, cui gloriæ, cui virtuti studere? Patrimoniõne augendo? at id non est nobilitatis. sed fac esse. nihil supereſt, libidines totũ dissipauerunt[l]. an iuri ciuili? est paternum. sed dicet, te, cùm ædes vẽderes, ne in[m] rutis quidem, & cæsis solium tibi paternum recepisse[n]. an rei militari? qui numquam castra videris. an eloquẽtiæ? quæ nulla est in te: &, quidquid est vocis ac linguæ, omne in istum turpissimũ calumniæ[o] præstum contulisti. Tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in vrbe, tu in ciuium esse conspectu? tu illã mortuam, tu imagines ipsas non perhorrescis? quibus non modò imitandis, sed ne collocandis quidem tibi vllum locum reliquisti. Sed hæc tragica, atque diuina: faceta autem & vrbana, innumerabilia ex vna concione meministis. nec enim cõcio maior vmquã fuit, nec apud populũ grauior oratio, quàm huius cõtra collegam in censura nuper, neque lepõre, & festiuitate conditior. Quare tibi, Antoni, vtrũque assentior, & multũ facetias in dicendo prodesse sæpe, & eas arte nullo modo posse tradi?: & illud quidẽ admiror, te nobis in eo genere tribuisse tantũ, & non huius rei quoque palmam, vt cæ-

a Refutatio quædam ex locis comparanda. *
b L. expositis ‖ Aristoteles dixit ἐκ τῶν κατηγοριῶν. *
c *v.c.* beniuolentia,
d DE IOCIS & FACETIIS, DICTIS, & RISV. *
e *al.* excelles *al. antiquè* ex celleo. *
fal. facilius *
g περὶ γελοίων,
h L. Quare mihi quidem videtur nullo modo d. P. CXXIX.
i L. duo sint genera facet.
k *al.* quispe: leue enim *Passeratius* Quippini? leue est hoc totum. *
l L. facẽ dictum,
m Catulus. *
n 6. Quintilianus. 3. *
o L. Scæuolam,
p L. Scæuolã q forte legendum bene dicta. Huiusmodi enim liber Castellii Bene dictorũ citatur l. 2. §. 45. ff. de origine iuris nisi quis Castellii librum ad ius potius referat. Dictorũ librum ab Afro Domitio editum citat Quintilianus 6. cap. de risu. *
a L. Scæuola
b L. elusit
c *v.c.* de balneis,
d citatur à Quintiliano 6. c. 3. *
e in accusatione Cn. Plãci. *
f Crassus. *
g L. Scæuolã
h *v.c.* in bap. B lineis
i *al.* lotum *
k L. in eadẽ causa funere est.
l *fort.* dissipauerunt.
m Ruta cæsa, quæ neque fundi, neque ædium essent, a venditore ferè recipiebantur Ciceronis in partit. & in Topicis. l. 17. §. si ruta. l. 18. l. 38. in f. ff. de act. emptit l. 66. ff. de cõtr. empt. l. 2. Cod. de act. empt. l. 5. §. 7. ff. ad exhib. Festus, Nonius in Ruta. *
n Recipere hoc loco nihil aliud quàm excipere quod & monet Nonius. 1. num. 267. citans hunc locum, vbi receptitium seruum interpretatur quem in data dote aut donatione quis excepit, & idem quoque sentit Gell. 17. c. 6. vterque author reprehendit Verrium existimantem receptitium seruum esse qui ob vitia redhibitus sit: adde Festũ in Receptitium seruũ. *
o *v.c.* kalum niæ
p L. tradi. Illud quidem admiror, *v.c.*

vt ceterarum, Crasso detulisse. 68 ¶ Tũ Antonius, Ego verò ita fecissem, inquit, nisi interdum in hoc, Crasso paullum[a] inuiderem. nam esse quamuis facetum, atque salsum, non nimis est per se ipsum inuidendum: sed, cùm omnium sis venustissimus, & vrbanissimus, omnium grauissimum, & seueriſſimum esse, & videri, quod isti contigit vni, id mihi vix ferendum videbatur. 69 ¶ Hîc cùm artifiſſet ipse Crassus, Attamen, inquit Antonius, cùm artem esse facetiarum, Iuli, negares: aperuisti quiddam, quod præcipiendum videretur. Haberi enim dixisti rationem oportere hominum, rei, temporis, nequid iocus de grauitate decerperet, quod quidem in primis à Crasso obseruari solet. Sed hoc præceptum prætermittendum est facetiarum, quòd[b] his nihil opus sit. nos autem quomodo vtamur, cùm opus sit, quærimus: vt in aduersarium, & maximè si eius stultitia poterit agitari, in testẽ stultum, cupidum, leuem, si facilè homines audituri videbuntur. Omnino probabiliora sunt, quæ lacessiti dicimus, quàm quę priores[c]. nam & ingenij celeritas maior est, quæ appâret in respondendo, & humanitatis est respõsio. Videremur[d] enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti, vt in ista ipsa concione nihil ferè dictum est ab hoc, quod quidem facetiùs dictũ videretur, quod non prouocatus responderit. Erat autem tanta grauitas in Domitio[e], tanta auctoritas, vt, quod esset ab eo obiectum, lepôre magis eleuandum, quàm contentione frangendum videretur. 70 ¶ Tũ Sulpicius, quid igitur? inquit, patiemur, Cæsarem, qui quamquam Crasso facetias concedit, tamen multo in eo studio magis ipse elaborat, nõ explicare totum[f] nobis genus hoc iocandi, quale sit, & [g]vnde deducatur, præsertim cùm tantam vim, & vtilitatem salis, & vrbanitatis esse fateamur? 71 ¶ Quid si, inquit Iulius, assentior Antonio, dicendi nullam esse artem salis? 72 ¶ Hîc cùm Sulpicius reticuisset, Quasi verò, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius tamdiu[h] loquitur, ars vlla sit, obseruatio quædam est, vt ipse dixit, earum rerum, quæ in dicendo valent: quæ si eloquenteis facere posset, quis esset non eloquens? Quis enim hæc vel non facilè, vel certè aliquo modo posset edisserre? Sed ego in his præceptis hanc vim, & hanc vtilitatem esse arbitror, nõ vt ad reperiendum, quid dicamus, arte ducamur, sed vt ea, quæ natura, quæ studio, quæ exercitatione consequimur, aut recta esse confidamus, aut praua intelligamus, cùm, quò referenda sint, didicerimus. Quare, Cæsar, ego quoque à te hoc peto, vt, si tibi videtur, disputes de hoc toto iocandi genere, quid sentias, nequa fortè dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone prætermitta esse videatur. 73 ¶ Ego verò, inquit ille, quoniam collectam[i] à cõiua, Crasse, exigis, non committam, vt, si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. quamquam soleo sæpe mirari eorum impudẽtiam, qui agunt in scena gestum, spectãte Roscio, quis enim sese commouere potest, cuius ille vitia non videat? Sic ego nunc Crasso audiente primùm loquar de facetiis, & docebo sus (vt aiunt) oratorem eum, quem cùm Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. 74 ¶ Tum ille, Iocabatur, inquit, Catulus, præsertim cùm ita dicat ipse, *vt ambrosia*

ale..dus esse videatur. verũ te, Cæsar, audiamus, vt ad Antonij reliqua redeamus. 75 ¶ Et Antonius, Perpauca quidem mihi restant, inquit: sed tamen defessus iam labore, atque itinere disputationis[a], requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno[b] diuersorio[c]. 76 ¶ Atqui, inquit Iulius, non[d] nimiùm liberale hospitium meũ dices. nam te in viã, simul ac perpaullulum gustaris, extrudam, & eiiciam. Ac, ne diutius vos demorer, de omni isto genere, quid sentiam, perbreuiter exponam. *De risu*[e] quinque sunt, quæ quærantur: vnum, *quid* sit: alterum, *vnde* sit: tertium, *sitne oratoris velle risum mouere*: quartum, *quatenus*: quintum, *quæ sint genera ridiculi*. Atque illud primum, *quid sit ipse risus*, quo pacto concitetur, vbi sit, *quomodo exsistat*, atque ita repentè erumpat, vt eum cupiẽtes, tenere nequeamus, & quomodo simul latera, os, venas, vultum, oculos occupet, viderit Democritus. neque enim ad hunc sermonẽ hoc pertinet: &, si pertineret, nescire me tamẽ id nõ puderet, quod ne ipsi quidem illi sciunt, qui[f] pollicẽtur. Locus autem, & regio[g] quasi ridiculi (nã id proximè quæritur) turpitudine, & deformitate quadam continetur. Hæc enim ridentur vel sola, vel maximè, quæ notant, & designãt turpitudinem aliquam non turpiter. Est autẽ, vt ad illud tertium veniam, *est plane oratoris mouere risum*: vel quòd ipsa hilaritas beneuolentiã[h] conciliat ei, per quem excitata est: vel quod admirantur omnes acumen vno sæpe in verbo positum, maximè respondentis, nonnumquam etiam lacessentis: vel quòd frãgit aduersarium, quòd impedit, quòd eleuat, quòd deterret, quòd refutat: vel quòd ipsum oratorẽ, politum esse hominem significat, quòd eruditum, quòd vrbanum, maximéque quòd tristitiam, ac seueritatem mitigat, & relaxat, odiosásque res sæpe, quas argumentis dilui non facile est, ioco, risúque dissoluit. *Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori*, perquàm diligenter videndum est, id quod in quarto loco quæ rendi posueramus. nam nec insignis improbitas, & scelere iuncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. facinorosos[i] maiore quadam vi, quàm ridiculi, vulnerari volunt: miseros illudi nolunt, nisi[k] si se fortè iactant. Parcendum est autem maximè caritati hominũ, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. Hæc igitur adhibenda est primùm in iocando moderatio. itaque ea facillimè luduntur, quæ neque odio magno, neque[l] misericordia maxima digna sunt. Quamobrem materies omnis ridiculorum est in istis vitiis, quæ sunt in vita hominum neque e carorum, neque calamitosorum, neque eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur: eáque bellè agitata ridentur. Est etiam deformitatis, & corporis vitiorum satis bella materies ad iocandũ. Sed quærimus idem, quod in ceteris rebus maximè quærendum est, quatenus. In quo nõ modò illud præcipitur, nequid insulsè, sed etiam si quid perridiculè possis, vitandum est oratori vtrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. Quæ cuiusmodi sint, faciliùs iam intelligemus, cùm ad ipsa ridiculorum *genera* venerimus. Duo enim sunt genera facetiarũ: quorum alterum re tractatur, alterũ dicto. Re[m], si quando quid, tanquam aliqua fabella, narratur, vt olim tu, Crasse, in Memmium, comedisse eum lacertum Largij[n], cùm esset cum eo

a L. disputationis meæ, req.
b L. deuersorio.
c citatur à Nonio cap 1. in Diuersoria. 301. adde infrà numerum 76. in fin.*
d L. non nimis liberale
e Hæc pars Græcis περὶ γελοίου. inscribitur 6. Quintil. 3.*
f L. qui pollicerentur.
g Idẽ Quintil. 6. c. 3.*
h v. c. beniuolentiam
i L. facinorosos enim m.
k al. nisi se fortè iactant. & ita v.c.
l al. nec miseric.
m Facetiæ quemadmodum R. E. tractentur.*
n al. Largi,

Tarracinæ de amicula rixatus. falsa[a], attamen à teipso ficta tota narratio. addidisti clausulã, totaTarracina,tum omnibus in parietibus inscriptas fuisse litteras,tria LLL. duo MM. Cùm quæreres,id,quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse, Lacerat lacertum Largij[b] mordax Memmius. Perspicitis,hoc genus quã sit facetum, quàm elegans, quàm oratorium, siue habeas verè,quòd narrare possis, quod tamen est mendaciunculis adspergendum,siue fingas. Est autem hæc huius generis virtus, vt ita facta demõstres[c], vt moreseius de quo narres, vt sermo, vt vultus omnes exprimãtur, vt iis,qui audiunt,tum geri illa, fierique videantur. In[d] re est item ridiculum,quod ex quadã deprauata imitatione sumi solet,vt idem Crassus. Per tuam nobilitatem, per vestram familiam. Quid aliud fuit, in quo concio rideret, nisi illa vultus & vocis imitatio? Per tuas statuas verò cùm dixit,& extẽto brachio paullulũ etiã de gestu addidit,vehemẽtiùs risimus. Ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis.

Tibi ego Antipho, assero[e], inquit, senium est, cùm audio.

Atque ita est totum hoc ipso genere ridiculum, vt acutissimè tractandum sit. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas. orator surripiat oportet imitationem,vt is,qui audiat,cogitet plura,quàm videat: præstet idem ingenuitatem, & ruboré suum. verborum turpitudine,& rerum obscœnitate vitanda. Ergo hæc duo genera sunt eius ridiculi,quod in re positum est:quę sunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus describuntur hominum mores, & ita effingũtur, vt aut,re narrata aliqua, quales[g] sunt, intelligãtur:aut,imitatione breui[h] iniecta,in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur. *In dicto*[i] autem ridiculum est, id, quod verbi, aut sententiæ quodam acumine mouetur, sed, vt in illo superiore genere vel narrationis,vel imitationis,vitanda est mimorum ethologorũ similitudo:sic in hoc, scurrilis[k] oratori dicacitas magnopere fugienda est. Quî igitur distinguemus à Crasso, à Catulo,à ceteris familiarem vestrum[l], Granium, aut Vargulam, amicum meum? non mehercule in mẽtem mihi quidem venit: sunt enim dicaces : Granio quidem nemo dicacior. Hoc, opinor, primùm,ne,quotiescumque potuerit dictum dici,necesse habeamus dicere. Pusillus testis processit. Licet[m], inquit,rogate, Philippus? Tũ quæsitor properans, Modò breuiter. Hîc ille. Non accusabis.perpusillum rogabo. Ridiculè. Sed sedebat iudex L. Aurifex, breuior etiam, quàm ipse testis. omnis est risus in iudicem conuersus,visum est totum scurrile iudicium. Ergo hæc, quæ cadere possunt in quos nolis, quamuis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia:vt iste, qui[n] se vult dicacem, & mehercule est, Appius, sed nonnumquam in hoc vitiũ scurrile delabitur. Cœnabo, inquit, apud te, huic luscõ familiari meo, C. Sextio. vni enim locũ esse video. Est hoc scurrile,&[o] quod siue causa lacessiuit:& tamen id dixit,quod in omneis luscos conueniret. Ea, quia meditata putantur esse, minùs ridentur. Illud egregium Sextij, & ex tẽpore. Manus laua, inquit,& cœna. Temporis igitur ratio, & ipsius dicacitatis moderatio, & temperantia,& raritas dictorũ, distinguet oratorem à scurra:&, quod nos cũ causa dicimus, non vt ridiculi videamur, sed vt proficiamus aliquid,illi[a] totum diem,& sine causa. Quid enim est Vargula assecutus, cũ eum candidatus A. Sempronius cum Marco suo fratre complexus esset? Puer abige muscas. Risum quæsiuit. quiest mea sententia,vel tenuissimus ingenij fructus. Tempus igitur dicendi, prudentia,& grauitate moderabimur: quarum vtinam artem aliquam haberemus: sed domina natura est. ¶ *Nunc exponamus genera ipsa summatim quæ rursum maximè mouent.* Hæc igitur sit prima partitio, quod facetè dicatur,id aliàs[b] in re habere, aliàs in verbo facetias : maximè autem homines delectari, si quando risus coniunctè re,verbóque moueatur Sed hoc mementote, quoscumque locos attingam, vnde ridicula ducantur, ex iisdem locis ferè etiam graueis sententias posse duci. tantum interest,quòd grauitas honestis in rebus seuerè,iocus in turpiculis, & quasi deformibus ponitur:velut[c] in iisdem verbis & laudare frugi seruum possumus,&,si est nequam, iocari. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruo. Solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum nec occlusum: quod idem in bono seruo dici solet[d]: sed hoc iisdem etiam verbis. Ex iisdem autem locis omnia nascuntur. Nam[e] quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob rempub. accepto,& ob eã causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit. Quin prodis,mi[f] Spuri? quotiescumque gradum facies,toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem præclarum & graue est. Quod Caluino Glaucia claudicanti,vbi est vetus illud? num claudicat? at[g] hic clodicat: hoc ridiculum est : & vtrumque ex eo, quod in claudicatione animaduerti potuit, est dictum. Quid hoc Næuio ignauius? seuerè Scipio. At in malè olentem, Video me à te[h] non conueniri,sed circumueniri, subridiculè Philippus. At vtrumque genus continet verbi ad litteram immutati similitudo. Ex ambiguo dicta,vel argutissima putantur, sed non semper in ioco. sepe etiam in grauitate versantur. Africano illi maiori, coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti, cùm ea sæpius rumperetur. P. Licinius Varus, Noli mirari,inquit,si nõ cõnuenit, caput enim magnum est, laudabile, & honestum. At ex eodem genere est Caluus[i] satis est. quòd dicit. Parúmne multa? Nullum genus est ioci, quo non ex eodem seuera & grauia sumantur. Atque hoc etiam animaduertendum, non esse omnia ridicula, facetа. Quid enim potest esse tam ridiculum, quàm Sannio[k] est? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur[l] ipso. salsum hunc possum dicere, atque ita, non vt eiusmodi oratorem esse velim, sed vt mimũ. Quare primum genus hoc, quod risum vel maximè mouet, non est nostrum, morosum, superstitiosum, suspiciosum, gloriosum, stultum. naturæ ridentur ipsæ. quas personas agitare solemus, non sustinere. Alterum genus est imitatione admodum ridiculum, sed nobis tantùm licet furtim, si quando,& cursim. Alterum minimè est liberale. Tertium, oris deprauatio, non digna nobis. Quartum, obscœnitas, non solùm non foro digna, sed vix conuiuio liberorum. Detractis igitur tot rebus ex[m] hoc oratorio loco[n], facetiæ reliquæ sunt, quæ aut in re, vt antè diuisi, positæ videntur esse, aut in verbo. Nam quod,quibuscumque verbis dixeris,facetum tamen est,re contine-

a L falsa tota, ac tamen à teipso ficta narr.

b L. Largi

c *al.* demonstrentur, vt m.

d *al.* In re ineſt item

e Verba Antiphonis, filij,patris senis orationem imitantis.*

f L. has fero, & *ita v. c.* subandi arbores.*

g L. quales sint,intell.

h L breuiter

i Facetiæ quemadmodum DICTO tractentur.*

k L. scurrilis dicacitas or.

P B

l *al.* noſtrum

m *al.* Licet, inquit Philippus, rogare?

n *al.* qui ſe eſſe vult dicacem,

o L. quod & ſine cauſa l.

a *al.* id illi totum.

b facetiæ aut in re aut in verbo.*

c L. velut iiſdem verbo.

d L. ſolet : & hoc iiſdem etiam verb.

e *al.* Nãque quod Sp.

f L. mi Spuri,vt quotieſcunque gradum facies, (*al.* facias) toties tibi t. vir. ven. in mentem?

g L. At hic claudicat: hoc

p. CXXXII.

h *al.* te circumueniri.*

i L. Caluus ſatis eſt, quòd dicit parum. Ne multa, nullũ g. ‖ *al.* Caluus, ſatis eſt quod dicit. Parúmne, multa?*

k Sannio à ſannis dictis fatui Nonius. r. in ſanniones 302. vbi citatur hic locus.*

l L. ipſo ridetur.

m L. ex hoc oratorio ioco,

n *al.* ioco.*

continetur: quod mutatis verbis salem amittit, in verbis habet lepôrem omnem. ¶ *Ambigua* sunt in primis acuta, atque *in verbo* posita, non in re: sed nõ sæpe magnum risum mouent, magis[a] vt bellè, & litteratè dicta laudantur: vt in illum Titium, qui cùm studiosè pila luderet, & idem signa sacra noctu frangere putaretur, gregaléſque[b] eum in campum non veniſſe requirerent[c], excuſauit Veſpa Terentius, quòd eum brachiũ fregiſſe diceret. Vt illud Africani, quod eſt apud Lucilĩũ:

Quid? Decius Nuculam an confixum vis facere?

inquit. Vt tuus amicus, Craſſe, Granius, non eſſe ſextantis. Et, ſi quæritis, is qui appellatur dicax, hoc genere maximè excellit: ſed riſus mouent alia maiores. Ambiguum per ſeipſum probatur id quidem, vt antè dixi, vel maximè. ingenioſi enim videtur, vim verbi in aliud, atque ceteri accipiant, poſſe ducere: ſed admirationem magis, quàm riſum mouet, niſi ſi quando incidit in[d] aliud genus ridiculi. Quæ genera percurram equidem: ſed ſcitis eſſe notiſſimum ridiculi genus *cùm aliud exſpectamus, aliud dicitur*. hîc nobiſmetipſis noſter error riſum mouet. quòd ſi admixtum eſt etiã ambiguum, fit ſalſius: vt apud Næuium, videtur eſſe miſericors ille, qui iudicatum duci[e] videt, perecunctatur ita,

Quanti addictus? mille nummum.

Si addidiſſet tantummodò, Ducas licet: eſſet illud genus ridiculi præter exſpectationem: ſed quia addidit,

Nihil addo, ducas licet:

addito ambiguo, alterò genere ridiculi fuit, vt mihi quidem videtur, ſalſiſſimus. Hoc tum eſt venuſtiſſimum, *cùm in alterratione arripitur ab aduerſario verbum, & ex eo*, vt à Catulo in Philippum, *in eum ipſum aliquid, qui laceſſiuit, infligitur*. Sed cùm plura ſint ambiguĩ genera, de quibus eſt doctrina quædam ſubtilior, attendere, & aucupari verba oportebit: in[f] quo, vt ea, quæ[g] ſint *frigidiora, vitemus*, (etenim cauẽdum eſt, ne arceſſitum dictum putetur) permulta tamen acutè dicemus. Alterum genus eſt, *quod habet paruam verbi immutationẽ*, quod in littera poſitum, Græci vocant παρονομασίαν, vt Nobiliorem, mobiliorem Cato: aut, vt idem cùm cuidam dixiſſet, Eamus deambulatum: & ille, Quid opus fuit de? immò verò, inquit, Quid opus fuit te? aut eiuſdem reſponſio illa. Si tu & aduerſus[h], & auerſus impudicus es. Etiam *interpretatio nominis habet*[i] *acumen*, cùm ad ridiculum conuertas, quamobrẽ ita quis vocetur, vt ego nuper, Nummium diuiſorem, vt Neoptolemum ad Troiam, ſic illum in campo Martio nomen inueniſſe. Atque hæc omnia verbo continentur. Sæpe etiã *verſus facete interponitur*, vel vt eſt, vel paullum immutatus, aut aliqua pars verſus, vt Statius Scauro ſtomachãti: ex quo ſunt nonnulli, qui tuam legẽ ciuitate, natã. Craſſe, dicant,

Sit, tacete. quid hoc clameris eſt? quibus nec[k] *pater, nec mater ſit,*
Tanta conſidētia eſt? auferre iſtã enim ſuperbiã.

Nã in Cœlio ſanè etiam ad cauſam vtile fuit tuũ illud, Antoni, cùm[l] ille à ſe pecuniã profectam diceret teſtis, & haberet filium delicatiorem: abeunte iam illo,

Sentin' ſnem eſſe tactum triginta mini?

In hoc genus coniiciuntur *prouerbia*: vt illud Scipionis, cùm Aſellus[m] omneis prouincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe gloriaretur, Agas[n] Aſellum; & cætera. Quare ea quoque, quoniam mutatis verbis non poſſunt retinere eandem venuſtatem, non in re, ſed in verbis poſita ducantur. Eſt etiam in verbo poſitum non inſulſum genus, ex eo, *cùm aduerbũ, non ad ſententiam rem accipere videare*: ex quo vno genere totus eſt Tutor, mimus vetus, oppidò ridiculus. Sed abeo à mimis, tantùm genus huius ridiculi inſigni aliqua, & nota re notari volo. Eſt autem ex hoc genere illud, quod tu, Craſſe nuper ei, qui te rogaſſet, num tibi moleſtus eſſet futurus, ſi ad te bene ante lucẽ veniſſet: Tu verò, inquiſti, moleſtus non eris: lubebis igitur te, inquit, ſuſcitari? & tu, Certè negaras te moleſtum futurum. Ex eodem hoc vetus illud eſt, quod aiunt Maluginenſem illum M. Scipionem, cùm ex centuria ſua renuntiaret Accidinum[a] cos. præcóque dixiſſet, Dic de L. Mãlio: Virtum bonum, inquit, egregiúmque ciuem eſſe arbitror. Ridiculè etiã illud L. Porcius Naſica cenſori[b] Catoni, cùm ille, Ex[c] tui animi ſententia tu vxorem habes? Non hercule, inquit, ex[d] animi tui ſententia. Hæc aut frigida ſunt, aut tum ſalſa, cùm aliud eſt exſpectatũ. natura enim nos (vt antè dixi) noſter delectat error: ex quo cùm quaſi decepti ſumus exſpectatione[e], ridemus: In verbis etiam illa ſunt quæ aut ex immutata oratione ducũtur, aut ex vnius verbi *tranſlatione, aut ex inuerſione verborum*. *Ex immutatione*, vt olim Ruſca cùm legẽ ferret annalem, diſſuaſor M. Seruilius. Dic mihi, inquit, M. Pinnari, num ſi cõtra te dixero, mihi malè dicturus es, vt ceteris feciſti? Vt[f] ſementem feceris, ita metes, inquit. *Ex tranſlatione* autẽ, vt, cùm Scipio ille maior Corinthiis ſtatuam pollicentibus eo loco, vbi aliorum eſſent imperatorum, turmaleis dixit diſs licere. *Inuertuntur* autem *verba*, vt Craſſus apud[g] M. Perpennam, iudicem, pro Aculeone cùm diceret, aderat cõtra Aculeonẽ Gratidianus[h] L. Heluius Lamia[i], deformis, vt noſtis, qui cùm interpellaret odioſè: Audiamus, inquit, pulcellum puerum, Craſſus. Cùm eſſet arriſum, Non potui mihi, inquit Lamia, formam ipſe fingere, ingenium potui. Tum hic, Audiamus, inquit, diſertũ: multo etiã arriſum eſt vehementiùs. Sunt etiam illa venuſta, vt in grauibus ſententiis, ſic in facetiis. Dixi enim dudũ, materiam aliã eſſe ioci, aliam ſeueritatis: grauium autẽ, & iocorum vnam eſſe rationẽ. Ornant igitur in primis orationẽ verba relata contrariè: quod idẽ genus ſæpe eſt[k] etiã facetũ, vt Ser. ille Galba, cùm iudices[l], L[m]. Scribonio, tribuno pleb. ferret familiareis ſuos, & dixiſſet Libo, Quando tandẽ, Galba, de triclinio tuo exibis? Cùm tu, inquit, de cubiculo alieno. A quo genere ne illud quidẽ plurimũ diſtat, quod Glaucia Metello, Villã in Tiburte habes, cortem[n] in palatio. ¶ Ac verborũ quidẽ genera quæ eſſent *facета*, dixiſſe me puto: rerũ plura ſunt, eáque magis (vt dixi antè) ridentur, in quibus eſt narratio: res ſanè difficilis. Exprimẽda enim ſunt, & ponẽda ante oculos ea[o], quæ videantur & veriſimilia, quod eſt propriũ narrationis, & quę ſint, quod ridiculi propriũ eſt, ſubturpia: cuius exẽplũ, vt breuiſſimũ, ſit ſanè illud, quantè poſui, Craſſi de Mẽmio, Et ad hoc gen.[o] adſcribamus etiã narrationes apologorũ.

a L. magiſq. vt bellè, & litt.

b L. gregaléſq. eũ, cùm in campum non veniſſet, req.

c al. quererentur.*

P. B. d L. in aliud quoq; genus v. & ita v.c.

e L. duci videns, percunctatur.

f al. inquio. & ita Priſcianus libro 10. ſed vſus eſt deprauato codice Priſcianus.* g al. quæ ſunt frig.

h videtur referri ad illud Arceſilai quod refert Plutarchus, παρὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ ὀνόματος τὸν ἀδελφὸν ἀδελφίδιον καλεῖν.*

i L. habet acumen, ſi ad ridic.

k L. nec mater nec pater, I.

l L. cùm ille pecuniam à ſe prof.

m al. Aſella n verſus integer eſt. Aſellum curſum non docebitur.*

a L. Acidinũ & ita v.c.

b Cenſoris munus erat celibes prohibere. Cicero de legibus.* P. CXXXIII.

c Idem refert Gellius, 4. cap. 20.*

d L. ex animi mei ſententia. ¶ vt ſit iocus ex ambiguo. Iubebat Cenſor vti Cato ex animi ſui ſententia, iuraret, haberet vxorem nécne. Cato iurabat non quidem ſibi non eſſe vxorem: ſed nec ſibi vxorem ex animi ſui ſententia. ita ipſius hũc locũ interpretatur I. Var. I. ſed ita ven & hic & apud Gelliũ d. loco legitur Cato iurasſe, ſe ex animi Naſicæ ſententia vxorem non habere: quo ioco veriſimilius eſt Catonem, laſciuiſſe in Naſicam, vxori Catonis adſeclam, proinde intempeſtiua illa laſciuia Catonem in ærarios relatum refert Gellius.*

e L. exſpectatione rei, rid.

f Idem prouerbium Ariſtotel. 3. Rhetor.*

g apud M. Perpernam, h al. Cratidiano.

i al. Aelius.* k L. eſt ſæpe etiam

l iudicẽ ferre aduerſario olim dicebatur, quũ ad iudicium prouocabat, vt hîc, & paulò poſt infrà, vbi de M. Flacco & P. Mucio. I. iunius P. B. 3. & 8. vbi de Q. Fabio & Papyrio Curſore.

m fort. I. Scribonio Liboni, tr.

n al. cohortẽ in. Id eſt homines armatos ſiue inermes in palatio ita Lãbinus hunc locum interpretatur. I. ipſ. 2. Variarum, cortem legit. vt Metellus hic rideatur quod villam Tyburte haberet magnificam. in vrbe cortem, hoc eſt, domum ruſticam. Cortes enim Feſto in *Mapalia* genus ædificii ruſtici, mapaliis ſimile. adde Nonium cap. 2. in Cortes. ita,*

o L. ea, & quæ videantur veriſ.*

Trahitur etiam aliquid *ex historia*, vt cùm Sex. Titius se Cassandram esse diceret, Multos, inquit Antonius, possum tuos Aiaces Oileos[a] nominare. Est etiam *ex similitudine, quæ* aut *collationem habet*, aut tamquam imaginem. Collationem: vt ille Gallus olim testis in Pisonē, cùm innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam, idque Scaurus tenuitate Magij redargueret: Erras, inquit, Scaure. ego enim Magium non conseruasse dico, sed tamquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. Vt[b] illud M. Cicero senex, huius viri optimi, nostri familiaris, pater, nostros homines similes esse Syrorum venalium: vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. Valde autem ridentur etiam *imagines*, quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: vt meum illud in Helmium[c] Manciam[d]. Iā ostēdam, cuiusmodi sis: cùm ille, Ostende, quæso: demonstraui digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub[e] nodis distortum, eiecta lingua, buccis fluentibus: Risus est commotus. nihil tam Manciæ simile visum est. vt cùm Testio[f] Penario[g] mentum in dicēdo intorqueti, tum vt diceret, siquid vellet, si nucem fregisset. Etiam illa, quæ minuendi, aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur, velut tu, Crasse, in concione, ita sibi ipsum magnum videri Memmium, vt[h] in forum descendens caput ad fornicem Eabij demitteret. Ex quo genere etiā illud est, quod Scipio apud Numantiam, cùm stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, Si quinctum pāreret mater eius, asinum fuisse pariturā. Arguta etiam significatio est, *cùm parua re, & sæpe verbo res obscura, & latens illustratur*: vt cùm C. Fabricio P. Cornelius, homo, vt existimabatur, auarus & furax, sed egregiè fortis, & bonus imperator, gratias ageret, quòd se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno[i], & graui: Nihil[k] est, quò mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quàm venire. Vt Asello[l] Africanus obiicienti lustrum illud infelix, Noli, inquit, mirari. is enim, qui te ex ærariis[m] exemit, lustrum candidit, & taurum immolauit. Tanta suspicio est, vt religione ciuitatem obstrinxisse videatur Mūmius, quòd Asellum ignominia leuarit. Vrbana etiam dissimulatio est, *cùm alia dicuntur, ac sentias*, non illo genere, de quo antè dixi, cùm contraria dicas, vt Lamiæ Crassus, sed cùm toto genere orationis seuerè ludas, cùm aliter sentias, ac loquare: vt noster Scæuula Septumuleio illi Amignino, cui pro C. Gracchi capite erat aurū repensum, roganti, vt se in Asiam præfectum duceret, Quid tibi vis, inquit, insane? tanta malorum est multitudo ciuium, vt tibi ego confirmem, si Romæ manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum. In hoc genere Fannius in annalibus suis Africanū hunc Æmilianum dicit fuisse, & eum Græco verbo appellat, εἴρωνα: sed, vti ferunt, qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac ironia, dissimulantiáque longè lepōre, & humanitate omnibus præstitisse. genus est perelegās, & cum grauitate salsum, cúmque oratoriis dictionibus, tum vrbanis sermonibus accommodatū. Et Hercule omnia hæc, quæ à me de facetiis disputantur, non maiora forensium actionū, quàm omnium sermonum condimenta sunt. Nam quod apud Catonem est, qui multa retulit, ex quibus à me exempli causa multa ponuntur, per mihi scitum videtur, C. Publicium solitum dicere, P[a]. Mummium cuiuis[b] tempori hominem esse. Sic profectò res se habet, nullum vt sit vitæ tempus, in quo non deceat lepōrem, humanitatémque versari. Sed redeo ad cetera. Est huic finitimum dissimulationi, *cùm honesto verbo vitiosa res appellatur*: Vt cùm Africanus CENS. tribu mouebat eum centurionem, qui in Paulli pugna non affuerat, cùm ille se custodiæ[c] causa diceret in castris remansisse, quæreretque cur ab eo notaretur: Non amo, inquit, nimiùm diligenteis. Acutū etiam illud est, *cùm ex alterius oratione aliud excipias, atque ille vult*, vt Salinatori Maximus, cùm, Tarento amisso, arcem tamen Liuius retinuisset, multáque ex ea præclara fecisset, cùm aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset, rogarétque eum Salinator, vt meminisset, opera sua se Tarentum recepisse. Quid ni, inquit, meminerim[3] numquā ego recepissem, nisi tu perdidisses. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solùm nimis perappositа, sed etiā quodammodo nobis: *Homo fatuus,*

Postquam rem habere cœpit, est[d] mortuus. Quid est tibi
ista mulier? Vxor. Simili medius fidius. &,
Quandiu ad aquas fuit, numquam est[e] mortuus.

Genus hoc leuius, &, vt dixi, mimicum: sed habet nonnumquam aliquid etiam apud nos loci, vt vel non stultus quasi stultè cum sale dicat aliquid: vt tibi, Antoni, Mancia, cùm audisset te CENS. à M. Duronio de ambitu postulatum. Aliquando, inquit, tibi tuum negotium agere licebit. Valde hæc ridentur, & hercule omnia, quæ à prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè, falséque dicuntur. Ex quo genere est etiam, *non videri intelligere quod intelligas*, vt Pontidius, Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur? tardum. Vt ego, qui in[f] delectu, Metello, cùm excusationem oculorum à me non acciperet, & dixisset, Tu igitur nihil vides? Ego verò, inquam, à porta Esquilina video villam tuam. Vt illud Nasicæ, qui cùm ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse: Nasica sensit, illam domini iussu dixisse, & illum intus esse. paucis pòst diebus cùm ad Nasicam venisset Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Nasica, se domi non esse. tum Ennius, Quid? ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hîc Nasica, Homo es impudens. ego cùm te quærerem, ancillæ tuæ credidi te domi non esse, tu mihi non credis ipsi? Est bellum illud quoque, *ex quo is, qui dixit, irridetur in eo ipso genere, quod dixit*: vt, cùm Q. Opimius, consularis, qui adolescentulus malè audisset, festiuo homini Egilio, qui videretur mollior[g], nec esset, dixisset,

-Quid tu Egili[h] mea?
Quando[i] ad me venis cum tua colu, & lana?
-Non pol, inquit, audeo.
Nam me ad famosas vetuit mater accedere[k].

Salsa sunt etiam, *quæ habent suspicionem ridiculi abscónditam*, quo in genere est illud Siculi, cui, cùm familiaris quidam quereretur, quòd diceret, vxorem suam suspendisse se de ficu, Amabò te, inquit, da mihi ex ista arbore quos

seram

a L. Oileos

b L. Vt M. Cicero senex ‖ al. M. Cato.*

c al. Heluiū. ita 6. Quint. lib. 3. 35. Plin. 4.*

d Vide 6. Quint. 3. Plinū 35. c. 4.*

e L. sub nouis ‖ id est vinculis: id est tabernis. *Varro* 5. *de lingua*. Ita fuerunt veteres teste Plinio & Plauto. adde huic loco 6. Quint. 3.* f al. Titio: nusquam enim Testius prænomen apud scriptores.*

g L. Panario h idem refert Quintil. 6. c. 3.*

i. al. & magno. &

k al. Nihil est, quod mihi

l Lucilius li. XI. Scipiadæ, magno improbus obiiciebat Asellus: lustrum illo censore, malum infœlixque fuisse. 4. Gell. 7. 17.*

m Censores quinto quoque anno creabantur, P. CXXXIIII. senatores (si indigni) senatu eiiciebātur: equitibus, equum adimebant: plebeios, in Ceritum tabulas referebant, & ærariosfaciebāt, hoc est centuriis dispungebant, indicto ære, tributi nomine. *Asconius diuinatione.* Aerariis igitur eximere est centuriæ restituere. adde 4. Gell. 10.*

a Sp. Mummium

b al. cuiusuis temporis. al. quiduis temporis.*

c al. custodem diceret. al. custodiæ diceret.*

d L. est emortuus.

e L. est emortuus

f L. in dilectu P. B. ‖ ita Festus.*

g L. esse mollior,

h Decila. ita Nonius ca. 5. in Colum. 52.*

i L. Quando ad me cum tua colu, & lana venis?

k al. cedere, vt constet ver sus: Turnebus sic, Nam me ad famosas mater vetuit accedere, vt vetuit sit disyllabum. al. ita, Nam ad famosas mater vetuit me accedere.*

seram surculos. In eodem genere est, quod Catulus dixit cuidam oratori malo: qui cùm in epilogo misericordiam se mouisse putaret, postquam assedit, rogauit hunc, videretúrne misericordiam mouisse: Ac magnam quidé, inquit, neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit. Me quidem hercule valde illa mouent *stomachosa*, & *quasi submorosa* ridicula, non cùm à moroso dicuntur: tum enim non sal, sed natura ridetur. In quo, vt mihi videtur, persalsum illud est apud Næuium, *Quid ploras pater?*

Mirum ni cantem: condemnatus sum.

Huic generi quasi contrarium est ridiculi genus *patientis, ac lenti*: vt, cùm Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat, cùm ille diceret, Caue [a]: rogauit, numquid aliud ferret præter arcam. Etiam *stultitiæ salsa reprehensio*, vt [b] ille Siculus, cui prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed admodum stultum: Quæso, inquit prætor, ad uersario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis, mouent illa etiam, *quæ coniectura explanantur longè aliter, atque sunt, sed acutè atque concinnè*: vt, cùm Scaurus accusaret Rutilium ambitus, cùm ipse eo s. esset factus, ille repulsam tulisset, & in eius tabulis ostenderet litteras, A. F. P. R. idque diceret esse, Actũ fide P. Rutilij: Rutilius autẽ antè factum, pòst relatum: C. Cannius, eques Romanus, cùm Rufo adesset, exclamat, neutrum illis litteris declarari. Quid ergo, inquit, Scaurus? Æmilius fecit, plectitur Rutilius. Ridentur etiam *discrepantia*. Quid huic abest, nisi res, & virtus? Bella etiam est familiaris *reprehensio, quasi errantis*: vt, cùm obiurgauit Albius Granium, quòd, cùm eius tabulis quiddam Albucio [c] probatum videretur, & valde absoluto Scæuola [d] gauderet, neque intelligeret, contra suas tabulas esse iudicatum. Huic similis est etiam *admonitio in consilio dando familiaris*, vt, cùm patrono malo, cùm vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, vt mulsum frigidum biberet, simulac domum rediisset: Perdam, inquit, vocem, si id fecero: Melius est, inquit, quàm reum. Bellum etiã est, *cùm, quid cuique sit consentaneum, dicitur*: vt, cùm Scaurus nonnullam haberet inuidiã ex eo, quòd Phrygionis Pompeij, locupletis hominis, bona sine testamento possederat: sederétque aduocatus reo Bestiæ, cùm funus quoddam duceretur, accusator C. Memmius, Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor. Sed ex his omnibus nihil magis ridetur, quàm *quod est præter exspectationem*, cuius innumerabilia sunt exempla, vel Appij maioris illius, qui [e] in senatu, cùm ageretur de agris publicis, & de lege Toria, & premeretur Lucilius ab iis, qui à pecore eius depasci agros publicos dicerent, Non est, inquit, Lucilij pecus illud: erratis: (defendere Lucilium videbatur) ego liberum puto esse. quà lubet, pascitur. Placet etiam mihi illud Scipionis illius, qui Tib. Gracchum perculit. cùm ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mucium iudicem [f] tulisset [g], Eiero [h], inquit: iniquus est. cùm esset admurmuratum, Ah, inquit, P. C. non ego mihi illum iniquum eiero [i], verùm omnibus. Ab [k] hoc verò Crasso nihil facetiùs, cùm læsisset testis Silus Pisonẽ, quòd se in eum audisse dixisset: Potest fieri, inquit, Sile, vt is, vnde te audisse dicis, iratus dixerit. annuit Silus. potest etiam, vt tu non recte intellexeris. id quoque toto capite annuit, vt se Crasso daret potest etiam fieri, inquit, vt omnino, quod te audisse dicis, numquam audieris: hoc ita præter exspectationem áccidit, vt testem omnium risus obrueret. Huius generis est plenus Næuius, & [a] iocus est familiaris,

Sapiens si algebis tremes. & alia permulta.

Sæpe etiam facetè concedis aduersario idipsum, quod tibi ille detrahit, vt C. Lælius, cùm ei quidã malo genere natus diceret, indignum esse suis maioribus. At hercule, inquit, tu tuis dignus. *Sæpe etiam sententiosè ridicula dicuntur*: vt M. Cincius, quo die legem de donis & muneribus tulit, cùm C. Cento prodiisset, & satis contumeliosè, Quid fers Cincíole? quæsíisset: Vt emas, inquit, Cai, si vti velis. *Sæpe etiam falsè quæ fieri non possint, optantur*: vt Marcus Lepidus, cùm [b], ceteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare. *Salsum est etiam quærentibus, & quasi percontantibus* [c], *lentè respondere quod nollent*: vt censor Lepidus, cùm M. Antistio Pyrgensi equum [d] ademisset, amicíque [e] cùm vociferarentur, & quærerent, quid ille patri suo respõderet, cur ademtum sibi equum diceret, cùm optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset: Me istorum, inquit, nil credere, *Colliguntur à Græcis alia nonnulla*, exsecrationes, admirationes, minationes. Sed [f] hæc ipsa nimis mihi videor multa in genera descripsisse. Nam illa, quæ verbi ratione, & vi continentur, certa ferè, ac definita sunt: quæ plerumque, vt antè dixi, laudari magis, quàm rideri solent. Hæc autem, quæ sunt in re, & in ipsa sententia, partibus sunt innumerabilia, generibus pauca. Exspectationibus enim decipiendis, & naturis aliorum irridendis, ipsorum ridiculè indicãdis [g], & similitudine turpioris, & dissimulatione, & subabsurda dicendo, & stulta reprehendendo, risus mouentur. Itaque imbuendus est is qui iocosè vult dicere, quasi natura quadam, apta ad hæc genera, & moribus, vt ad cuiusquemodi genus ridiculi, *vultus* etiam accommodetur: qui quidẽ quò seuerior est, & tristior, vt in te, Crasse, hoc [h] illa, quæ dicuntur, falsiora videri solent. Sed iam tu, Antoni, qui hoc diuersorio [i] sermonis tui libenter acquieturum te esse dixisti [k], tanquam in [l] Pontinum diuerteris, neq; amœnum, neque salubrem locum, censeo vt satis diu te [m] putes requiesse, & iter reliquum conficere pergas. 77 ¶ Ego verò, atque hilarè quidẽ à te acceptus, inquit, & cùm doctior per te, tum etiam audacior factus sum ad iocandum. Non enim vereor. nequis me in isto genere leuiorẽ iam putet, quoniam quidem tu Fabricios [n] mihi auctores, & Africanos. Maximos, Catones, Lepidos protulisti. Sed habetis ea quæ voluistis ex me audire, de quibus quidem accuratiùs dicendum, & cogitãdum fuit. nam cetera, faciliora sunt, atque ex iis, quæ iam dicta sunt, reliqua nascuntur omnia. Ego enim cùm [o] ad causam sum aggressus, atque omnia cogitando, quoad facere potui, persecutus: cùm & argumenta causæ, & eos locos, quibus animi iudicum conciliantur, & illos, quibus permouentur, vidi atque cognoui: *tum* [p] *constituo, quid habeat quæq; causa boni, quid mali.* Nulla enim ferè res potest in dicendi disceptationem, aut cõtrouersiam vocari, quæ non habeat vtrumque: sed quan-

a Hæc voce, Caue, qui onus aliquod humeris gestabant, transeuntes admonebãt hoc est, proclamabant l. si putator. ff. ad l. Aquiliam.*

b L. vt, cùm ille Siculus.

p. CXXXV.

c L. ab Albucio.

d L. Scæuula gauderet: nõ intelligeret c.

e L. qui, cùm ageretur in senatu.

f Tulisse ferre quid dixipaulo ante, vbi de Ser. Galba & Scribonio agitur.*

g al. Eiuro, inquit,

h Eierare iudicem. est reiicere, & hoc verbo, quasi solẽni videmur litigatores iudicem reiecisse, quo dixi, de nihil philippica 12.

i al. eiuro.

k L. Hoc verò Crassi nihil facetius, qui, cùm læsi.

a L. & locus est familia. Sapiens &c. ‖ al. est iocus, est familia. al. est locus est familia.*

b L. cum ceteris se in campo ex.

c al. percunctantibus.

d Id enim cẽsor poterat. Ascon. Diuinat. in Verrem.*

e L. amicíq. vociferarentur.

f L. Sed & hæc ipsa.

g al. iudicãdis al. suis ipsorũ ridiculè indicandis.*

h L. hoc illa quoq. quæ.

i L. deuersorio.

k vide suprà numero 75.*

l L. in Pontinum deuerteris, m al. te putes requieuisse.

n L. Fabr. mihi auctores Afric.

o Doctis, cõciliatis, permotis auditoribus & iudicibus quid facere oratorẽ oporteat.*

p De DISPONENDA totaoratione: hanc enim partẽ se traditurũ dixit iis explicatis atque percursis quæ ad docendũ cõciliandum & mouendum facerent: suprà numero 64. & apertè pagina sequẽti ordinem & collocationem rerum & verborum aggredi se ait.*

tum habeat, id refert. Mea autem ratio in dicendo hæc esse solet vt, *boni* quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem: ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream: *à malo* autem, vitióque causæ ita recedam, non vt id me defugere appareat sed vt totum bono illo ornando, & augendo dissimulatum obruatur [a]. Et, si causa est in argumentis, firmissima quæque maximè tueor, siue plura sunt, siue aliquod vnum. Sin autem in conciliatione, aut in permotione causa est: ad eã me potissimùm partem, quæ maximè commouere animos hominum potest, confero. Summa denique huius generis hæc est, vt, si in refellendo aduersario firmior esse oratio, quàm in cõfirmandis nostris rebus potest, omnia in illũ conferam tela. sin nostra faciliùs probari, quàm illa redargui possunt: abducere animos à contraria defensione. & ad nostram conor [b] traducere. Duo denique illa, quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora sunt, non possum, mihi pro meo iure sumo: Vnum, *vt molesto aut difficili argumento, aut loco nonnunquam omnino nihil respondeam: quod forsitan aliquis iure reprehenderit.* quis enim est, qui id facere non possit? sed tamen ego de mea nunc, non de aliorum facultate disputo, confiteórque me, siquæ [c] premat res vehementiùs, ita cedere solere, vt non modò non abiecto, sed ne reiecto quidem scuto fugere videar: sed adhibere quandam in dicendo speciem. atque pompam, & pugnæ similem fugam: cõsistere verò in meo præsidio, sic vt non fugiendi hostis, sed capiẽdi loci causa cessisse videar. Alterum est illud, quod [d] ego oratori maximè cauendum, & prouidendum puto, quódque me sollicitare summè solet: *non tam vt prosim causis, elaborare soleo, quàm vt nequid obsim:* non quin enitendum sit in vtroque: sed tamen multo est turpius oratori, nocuisse videri causæ, quàm non profuisse. Sed quid hoc loco vos inter vos, Catule? an hæc, vt sunt contemnenda, contemnitis? 79 ¶ Minimè, inquit ille: sed Cæsar de isto ipso quiddam velle dicere videbatur. 80 ¶ Me verò lubente, inquit Antonius, dixerit, siue refellendi causa, siue quærendi. 81 ¶ Tum Iulius, Ego mehercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo mihi videri tectissimum: propriúmque hoc esse laudis tuæ, nihil à te vnquam esse dictum, quod obesset ei, pro quo diceres: idq; memoria teneo, cùm mihi sermo cũ hoc ipso Crasso, multis audientibus esset de te institutus, Crassúsq; plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse me, cum ceteris tuis laudibus hãc esse vel maximam, quòd non solùm quod opus esset, diceres, sed etiam quod non opus esset, non diceres. Tùm [e] illum mihi respondere memini: cetera in te summè esse laudanda, illud verò improbi esse hominis & perfidiosi, dicere quod alienum esset, & nocere ei, pro [f] quo quisque diceret. Quare non sibi eum disertum, qui id non faceret, videri, sed improbum, qui faceret. Nũc, si tibi videtur, Antoni, demonstres velim, quare tu hoc ita magnum putes, nihil in causa mali facere, vt nihil tibi in oratore maius esse videatur. 82 ¶ Dicam equidem, Cæsar, inquit, quid [g] intelligam. sed & tu, & vos omnes hoc, inquit, mementote, non me de perfecti oratoris diuinita e quadã loqui, sed de exercitationis, & consuetudinis meæ mediocritate. Crassi quidem [a] respõsum, excellentis cuiusdam est ingenij, ac singularis: cui quiddam portenti simile esse visum est, posse [b] aliquem inueniri oratorẽ, qui aliquid mali faceret dicendo, obessétque ei, quem defenderet. Facit enim de [c] se coniecturam: cuius tanta vis ingenij est, vt neminem, nisi cõsultò, putet, quod cõtra seipsum sit, dicere. sed ego non de præstanti quadam, & eximia, sed propè de vulgari, & cõmuni prudentia disputo. Vt apud Græcos fertur incredibili quadã magnitudine consilij, atque ingenij Athenien-sis ille fuisse Themistocles [d]: ad quem quidam doctus homo, atque in primis eruditus accessisse dicitur, eique artem memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, pollicitum [e] esse se traditurum. cùm ille quæsisset, quidnam illa ars efficere posset, dixisse [f] illum doctorem, vt omnia meminisset: & [g] ei Themistoclem respondisse, gratius sibi illum esse facturũ, si se obliuisci quæ vellet, quàm si meminisse, docuisset. Vidésne, quæ vis in homine acerrimi ingenij, quàm potens, & quanta mens fuerit? qui ita respondit, vt intelligere possemus, nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, vmquam effluere potuisse, cùm quidem ei fuerit optabilius [h] obliuisci posse [i] potiùs, quod meminisse nollet, quàm quod semel audisset, vidisséve, meminisse. Sed neq; propter hoc Themistoclis respõsum, memoriæ nobis opera danda non est, neque illa mea cautio, & timiditas in causis, propter præstãtem prudentiam Crassi negligenda est. Vterque enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significauit facultatem. Etenim permulta sunt in causis, in omni parte orationis circumspicienda, nequid offendas, ne quò irruas. Sæpe aliquis testis aut non lædit, aut minus lædit, nisi lacessatur: orat reus, vrgent aduocati, vt inuehamur, vt malè dicamus, denique vt interrogemus. nõ moueor, non [k] satisfacio, neque [l] tamen vllam assequor laudem. Homines enim imperiti faciliùs quod stultè dixeris, reprehendere, quàm, quod sapienter tacueris, laudare possunt. Hîc quantũ sit mali, si iratum, si non stultum, si non leuem testem, læseris: habet enim & voluntatem nocendi in iracundia, & vim [m] in ingenio, & põdus [n] in vita: nec, si hoc Crassus non cõmittit, ideò non multi, & sæpe committũt: quo quidẽ mihi videri turpius nihil solet, quàm cùm ex oratoris dicto aliquo, aut respõso, aut [o] rogatu sermo ille sequitur, Occidit ille, aduersariúmne? immò verò aiunt, se, & eum, quẽ defendit. Hoc Crassus non putat nisi perfidia accidere posse, ego autem sæpissime video in causis aliquid mali facere homines minimè malos. Quid illud, quod suprà dixi, solere me cedere. &, vt planiùs dicã, fugere ea, quę valdè causam meam premerent? cùm id nõ faciunt alii, versantúrq; in hostium castris, ac sua præsidia dimittunt, mediocriténe causis nocent, cùm [p] aut aduersariorum ádiumenta confirmant, aut ea, quæ sanare nequeunt, exulcerãt? Quid? cùm personarum, quas defendũt, rationem non habent? si, quæ sunt in his inuidiosa, non mitigant extenuando, sed laudando & efferendo, inuidiosiora faciunt: quantum est in eo tandem mali? Quid? si in homines caros, iudicibúsque iucundos sine vlla præmunitione orationis acerbiùs, & contumeliosiùs inuehare, nónne abs te iudices abalienes? Quid, si, quæ

a *al.* quidem.

b Oratores plerúque obesse dicendo iis quos defendunt.* c *al.* ex se.

d Idem infrà numero 84.*

e L. pollicitus esse.
f L. dixisse ille doctor,
g L. & ei Themistocles respõ.

h *al.* optabile obliuisci potius posse.*
i L. potius posse.

k Lambinus negat se scire quid hoc loco velit, Antonius. Atqui hoc vult, idque de seipso dicit: tametsi a clientibus rogetur vt maledicat reis & in eos inuehatur se tamen nõ inuehi testes ab aduersario productos, cùm id male ferre possit ei qui defenderet, & tamen vt ista omnia faceret, nullã assequi laudem p. CXXXVII. homines imperitos vix laudare quod sapienter tacueris.*
l *v.c.* neque tamẽ nullam assequ.
m meditatã enim ille ingeniũ, sermonem, & fertilis, &c. detestis l. 3. n vide l. 3. de testibus.*
o *al.* aut rogato.
p *al.* aut, quia.

p. CXXXVI. a *al.* antè obruatur.
b L. coner
c L. si qua.
d L. quod ego max. or.
e L. Tum mihi ill.
f L. pro quo quis diceret.
g L. *delet hoc* istum, quid P. B. intelligam, *seu, habeat nonnulli alii libri,* qui intelligam.

si, quæ vitia, aut incommoda sunt in aliquo iudice vno, aut pluribus, ea tu in aduersariis exprobrando non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatū est? Quid, si: cùm pro altero dicas, litem tuam facias, aut læsus efferare iracundia, causam relinquas, nihilne noceas? In quo ego, non [a] quò libenter malè audiam, sed quia ego causam nō libenter relinquo, nimium patiens & lentus existimor: vt, cùm te ipsum, Sulpici, obiurgabā, quòd ministratorem [b] peteres, non aduersarium. Ex quo etiam illud assequor, vt, siquis mihi maledicat, petulans, aut planè insanus esse videatur. In ipsis autem argumentis siquid posueris aut apertè falsum, aut ei, quod dixeris, dicturúsue sis, contrarium, aut genere ipso remotum ab vsu iudiciorum ac foro, nihilne noceas? Quid multa? omnis cura mea solet in hoc versari semper, (dicam enim sæpius,) si possim, vt boni aliquid efficiam dicendo: sin id minus, vt certè nequid mali. Itaque nunc illuc redeo, Catule, in quo tu me paullo antè [c] laudabas. *ad ordinem collocationémque rerum ac locorum.* Cuius [d] ratio est duplex: altera, quam affert natura causarum: altera, quæ oratorum iudicio & prudentia comparatur. Nā [e] vt aliquid ante rem dicamus, deinde, vt rem exponamus, pòst vt eam probemus, nostris præfidiis confirmandis, contrariis refutandis, deinde vt cōcludamus, atque ita peroremus. hoc dicendi genus natura ipsa præscribit. Vt [f] verò statuamus, ea, quæ probandi, docendi, persuadendi causa, dicenda sunt, quemadmodū componamus, id est vel maximè prudentiæ oratoris prudentiæ. Multa enim occurrunt argumenta: multa, quæ in dicendo profutura videantur: sed eorum partim ita leuia sunt, vt contēnenda sint: partim, etiam si quid habent adiumēti, sunt nonnumquam eiusmodi, vt insit in iis aliquid vitij: neq; tanti sit illud, quod prodesse videatur, vt cum aliquo malo coniungatur. Quæ autem sunt vtilia, atq; firma, si [g] ea tamē, (vt sæpe fit, valde multa sunt: ea, quæ ex iis aut leuissima sunt, aut aliis grauioribus cōsimilia, secerni arbitror oportere, atque ex oratione remoueri. Equidem cùm colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo, quàm expendere. Et quoniam, quod [h] sæpe iam dixi, tribus [i] rebus omneis ad nostram sententiam perducimus, aut docendo, aut conciliando, aut permouendo, vna ex tribus his rebus res præ nobis est ferenda, vt nihil aliud, nisi docere velle videamur: reliquæ duæ, sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebūt. Nam & principia, & ceteræ partes orationis, de quibus paullo pòst pauca dicemus, habere hāc vim magnopere debent, vt ad eorū menteis, apud [k] quos agetur, mouendas, permanare possint. Sed his partibus orationis, quæ etsi nihil docent argumentando, persuadendo [l] tamen, & commouendo proficiunt plurimùm, quanquam maximè proprius est locus & in exordiendo, & in perorando: [m] *digredi* [n] tamen ab eo, quod propositum fueris, atque [o] agas, permouendorū animorum causa, sæpe vtile est. Itaque vel [p] narratione exposita sæpe datur ad commouēdos animos digrediendi [q] locus, vel argumentis nostris confirmatis, vel contrariis refutatis, vel vtroque loco, vel omnibus. si [r] habet eam causa dignitatem, atque [s] copiam, rectè [t] id fieri potest: eæque causæ sunt ad agendum [u], & ad ornandum grauissimæ, atque pleniſſimæ, quæ plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem [a], vt his locis vti liceat, quibus animorum impetus eorum, qui audiunt, aut impellantur, aut reflectantur. Atque etiam in illo reprehendo eos, *qui quæ minimè firma sunt, ea prima collocant.* In quo illos quoque errare arbitror, qui, siquando (id quod mihi numquam placuit) plureis adhibent patronos, vt in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primum volūt dicere. Res enim hoc postulat, vt eorū expectationi, qui audiūt, quàm celerrimè occurratur [b]: cui si initiò satisfactū non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Malè enim se res habet, quæ non statim, vt dici cœpta est, melior fieri videtur. Ergo vt in oratore optimus quisque, sic & in oratione, firmissimum [c] quodq; sit primum: dum illud tamen in vtroque teneatur, vt [d] ea, quę excellant, ferueniur etiam ad perorādum: si [e] quæ erunt mediocria (nam vitiosis nusquam esse oportet locū) in mediam turbam, atque in gregem coniiciantur [f]. Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendū, postremò [g] soleo cogitare: quo vtar EXORDIO [h]. Nam si quando id primùm inuenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare, atq; commune. Principia autem dicendi semper cùm accurata, & acuta, & instructa sententiis, apta verbis, tum verò causarum propria esse debent. Prima est enim quasi cognitio, & commendatio orationis in principio, quæ cōtinuò eum, qui audit, permulcere, atque allicere debet. In quo admirari [i] soleo non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt: sed hominem in primis disertum, atque eruditum, Philippum, qui ita solet ad [k] dicendum surgere, vt quod primum verbum habiturus sit, nesciat: & ait idem, cùm brachium concalefecerit, tum se solere pugnare: neq; attendit, eos ipsos, vnde hoc simile ducat, illas primas hastas ita iactare leniter, vt & venustati vel maximè seruiant, & [l] reliquis viribus suis cōsulant. Neque est dubium, quin exordium dicendi, vehemens, & pugnax non sæpe esse debeat: sed si in ipso illo gladiatorio vitę certamine, quo [m] ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur: quanto hoc magis in oratione exspectandū [n] est, in qua non vis potiùs, sed [o] delectatio postulatur? Nihil est deniq; in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totū repentè euolet. sic omnia, quæ fiūt, quæque aguntur acerrimè, lenioribus principiis natura ipsa prætexuit. Hæc autē in dicendo non extrinsecus alicunde quærenda, sed ex ipsis visceribus causę sumenda sunt. idcircò tota causa pertentata, atque perspecta, locis omnibus inuentis, atque instructis, considerandū est, quo principio sit vtendum. sic & facilè reperietur. Sumentur enim ex iis rebus, quæ [p] erunt vberrimæ vel in argumentis, vel in iis partibus, ad quas dixi digredi [q] sæpe oportere. Ita & momenti aliquid afferent, cùm erūt pænè ex intima defensione depromtæ [r], & apparebit eas nō modò non esse cōmuneis, nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex ea causa, quæ tū agatur, defluxisse [s]. Omne autem principium aut rei totius, quæ agetur, significationē habere debebit, aut [t] aditū ad

a L. degressionem, vt h.

b *v.c.* succurratur: *& it. l.*

c Sic firmissima argumenta dicimus 3 ad Herēnium qui opponuntur leuiora in Oratore perfecto infrā.*

d L. vt ea quæ æquè excellant.

e L. si quæ erunt m.

f *v.c.* coniciātur.

g L. postremum.

h De Exordio.* P. CXXXVIII

i *al.* demirari soleo non eq. *Lamb.* mirari soleo *&c.*

k L. surgere ad dicendum

l L. & in reliquum viribus.

m *fort.* in quo ferro decern.

n *al.* spectandum: *al.* præfiandum.* o *ita v. c. al.* quàm del.

p *al.* quæ sunt vb.

q L. degredi,

r L. deprōta, & apparebit ea non modo non esse communia, nec *&c.*

s L. effloruisse.

t L. aut aditum ad causam, & communitionem.

à *al.* nō quòd.

b *al.* me oratorem.*

c *supra* numero 64.*

d DISPOSITIONIS rerum & verborū duplex dispositio.*

e Dispositio naturalis.*

f Dispositio artificialis.*

g L. si tamen ea

h *al.* vt sæpe iam d.

i P. B. L. tribus rebus omnibus.

k L. apud quos agitur, *al.* Cicilian. do tamen & commouēdo vel permouēdo tamen & Cecilianio.* l L. degredi. m De Digressionibus.* n L. quòdque agas. o L. vel renarrata, atque exposita. p L. degredi. q *al.* si habet ea res eam causam dignitatis, atque vtilitatis.* r *al.* sāmque copiam. s L. rectè: vt si possit: ægrè *al.* augendā atque orandū *al.* agendum atque ornandum.

causam, & munitionem, aut quoddam ornamentum & dignitatem. Sed oportet, vt ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia proportione rerum præponere. Itaque [a] in paruis, atque in frequentibus causis ab ipsa re est exordiri sæpe commodius. Sed cùm erit vtendum principio (quod plerumque erit) aut ex reo, aut ex aduersario, aut ex re, aut ex eis, apud quos agitur, sententias duci licebit [b]. Ex reo, (reos appello, quorũ res est) quę significent virum bonum, quę liberalem, quæ calamitosum, quæ misericordia dignum, quæ valeant contra falsam criminationem. Ex aduersario, iisdem ex locis ferè contraria. Ex re, si crudelis, si [c] infanda, si præter opinionem. si immeritò, si misera, si ingrata, si indigna, si noua, si quę restitui, sanarique non possit. Ex iis autem, apud quos agetur, vt benuolos, benéque existimãteis efficiamus: quod agendo efficitur melius, quàm rogando. est [d] id quidem in totam orationem confundendum, nec minimè in extremam: sed tamen multa principia ex eo genere gignuntur Nam & attentum commonent Græci vt principio faciamus iudicem, & docilem: quæ sunt vtilia: sed non principij magis propria, quàm reliquarum partium: faciliora etiam in principiis, quòd & attenti tum maximè sunt, cùm omnia exspectant, & dociles magis initiis esse possunt. Illustriora enim sunt, quæ in principiis, quàm quæ in mediis causis dicuntur, aut arguendo, aut refellendo. Maxima autem copia principiorum ad iudicẽ aut alliciendũ, aut incitandum, ex iis locis trahitur, qui ad motus animorum conficiendos [e] inerunt in causa: quos tamen totos in principio explicari [f] non oportebit, sed tantùm impelli primò iudicem leuiter, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, vt nõ tanquam eitharœdi proœmium affictũ aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur. Nam nonnulli, cùm illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, vt [g] audientiam sibi fieri velle videantur. Atque eiusmodi illa prolusio [h] debet esse, non vt Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur: sed vt ipsis sententiis, quibus proluserunt [i], vel pugnare possint. NARRARE [k] verò rem quòd breuiter iubent, si breuitas appellãda est, cùm verbum nullum redundet [l], breuis est L. Crassi oratio. si tum est breuitas, cùm tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est: sed sæpe obest vel maximè in narrando, non solùm quòd obscuritatem affert, sed etiam quòd eam virtutem, quæ narrationis est maxima, vt iucunda, & ad persuadendum accommodata sit, tollit [m]. videlicet illa,

Nam is postquam excessit ex ephebis.

Quàm longa est narratio? mores adolescentis ipsius: & seruilis percõtatio, mors Chrysidis, vultus, & forma, & lamentatio sororis: reliqua peruariè, iucundéque narrantur. Quòd si hanc breuitatem quæsisset,

Effertur, imus ad sepulchrum venimus,
In ignem posita est,

in [n] his ferè decem versiculis totum confice re potuisset: quamquam hoc ipsum, Effertur, imus, conclusum est, ita, vt non breuitati seruitum sit, sed magis venustati. Quòd si nihil fuisset, nisi, In ignem posita est, tamen res tota cognosci facilè potuisset. Sed & festiuitatem habet narratio *distincta personis, & interuncta sermonibus*: & est probabilius [a], quod gestum esse dicas, cùm, quemadmodum actũ sit, exponas: & multò apertius ad intelligendũ est, si [b] sic constituitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur. Apertam enim narrationem tam esse oportet, quàm [c] ceteras: sed hoc magis in hac elaborandum est, quòd & difficilius est, non esse obscurum in re narrãda, quàm aut in principio, aut in argumento, aut in purgando, aut in perorando: & [d] maiore periculo hæc pars orationis obscura est, quàm ceteræ: vel quia siquo alio in loco est dictum quid obscuriùs, tantum id perit, quod ita dictum est: narratio obscura totam obcæcat [e] orationem: vel quòd alia possis, semel si obscuriùs dixeris, dicere alio loco planiùs, narrationis vnus est in causa locus. Erit autem *perspicua* narratio, si verbis vsitatis, si ordine tẽporũ conseruato [f], si nõ interruptè narrabitur. Sed quãdo vtẽdũ sit, aut nõ sit, narratione, id est consilij. neque enim si nota res est, nec [g] si dubium sit, quid gestũ sit, narrari [h] oportet, nec si aduersarius narrauit [i], nisi si refellemus: ac [k], si quando erit narrandum, ne illa, quæ suspicionem & crimen efficient, contráque nos erunt, acriter persequamur, & [l] quidquid poterit, detrahamus: ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia, non stultitia fieri putat, vt causæ noceamus, ãccidat. nam ad summam totius causæ pertinet, cautè, an contrà, demonstrata res sit, quod omnis orationis reliquæ fons est narratio. *Sequitur* [m] *vt causa ponatur*: in quo videndum est, quid in controuersiam veniat. *Tum* [n] *suggerenda sunt firmamenta* [o] causæ coniunctè, & infirmandis contrariis, & tuis confirmandis. namque vna in causis ratio quædam est eius orationis, quæ ad probandam argumentationem valet. Ea autem & cõfirmationem, & reprehensionem quærit: sed quia neque reprehendi, quæ cõtrà dicuntur, possunt, nisi tua confirmes: neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas, ideirco hæc & natura, & vtilitate, & tractatione coniuncta sunt. Omnia autem *concludenda* [p] plerumque rebus augendis, vel inflammando iudice, vel mitigando: omniáque cum superioribus orationis locis, tum maximè extremo ad menteis iudicum quàm maximè permouendas, & ad vtilitatem nostram vocandas, conferenda sunt. Neque sanè iam causa videtur esse, cur secernamus ea præcepta, quæ de *suasionibus* [q] tradenda sunt, aut laudationibus. sunt enim pleraque communia, sed tamẽ suadere aliquid, aut dissuadere, grauissimę mihi videtur esse personæ. Nam & sapientis est, consilium explicare suum de maximis rebus: & honesti, & [r] diserti, vt mente prouidere, auctoritate probare, oratione persuadere possit. Atque hæc in senatu minore apparatu agenda sunt. Sapiens enim est consilium, multísque aliis dicendi relinquendus locus vitanda etiam ingenij [s], ostentationísque suspicio. Concio capit omnem vim orationis, & grauitatem, varietatémque desiderat. Ergo in suadẽdo nihil est oprabilius, quàm *dignitas*, nam qui *vtilitatem* putat, non quid maximè velit suasor, sed quid interdum magis sequatur, videt. Nemo est enim, præsertim in tam clara ciuitate, quin putet expetendã maximè dignitatẽ: sed vincit vtilitas plerumque, cùm subest ille

[a] *v. C. in paruis, atque infrequentibus*

[b] *al.* decebit.*

[c] *al.* si nefanda.

[d] P. B. L. Et id quidem in totã.

[e] *al.* concien dos.*

[f] *al.* explicare

[g] L. vt audiẽtiam fieri sibi v.

[h] *al.* prælusio esse debet.

[i] *al.* præluserunt.

[k] De narratione.*

[l] L. redundat.

[m] L. tollit: videant illam, & subintellige, narrationem quæ est in Andria. *Alii expungunt*, videlicet illa.*

[n] *L. delet hoc totum*, in his ferè.

[a] L. probabilius, si, quod gestũ esse dicas, quemad. P. CXXXIX.

[b] L. si hîc cõsistitur aliquandiu, ac non

[c] L. quàm ceteras orationis partes: sed

[d] L. & maiore etiam periculo h.

[e] *al.* excæcat

[f] L. seruatq.

[g] L. nec dubium, quid gest.

[h] *al.* narrare

[i] L. iam narrauit, nisi si ref.

[k] L. ac, si quãdo erit narrandum, videndum, ne illa, quæ &c. IL. & vt, quicquid poterit.

[m] De PARTITIONE.*

[n] *al.* Tum suggerenda sunt firmamenta causæ cõiuncta & infirma. & ita R. Steph. *addidit* prima.

[o] DE CONFIRMATIONE & REFVTATIONE.* pDE CONCLVSIONE, & quemadmodũ motus concitandi in genere iudiciali & deliberatiuo.*

[q] in genere scilicet iudiciali & deliberatiuo.*

[r] L. ac diserti.

[s] L. ingenij ostentationis suspicio.

P. B.

ille timor,ea neglecta,ne dignitatem quidem posse retineri.Cõtrouersia autẽ inter hominũ sententias, aut in illo est,vtrum sit vtilius : aut etiam cùm id cõuenit, certatur, vtrùm honestati potius, an vtilitati consulendum sit. Quæ quia pugnare sæpe inter se videntur,qui vtilitatem defendit, enumerabit commoda pacis,opum, potentiæ, pecuniæ, vectigalium, præsidij, militum, vtilitates [a] ceterarum rerum,quarum fructũ vtilitate metimur, itémq; incommoda contrariorum [b]. Qui ad dignitatem impellet [c], maiorum exempla, quæ erunt vel cum periculo gloriosa, colliget, posteritatis immortalem memoriam augebit, vtilitatem ex laude nasci defendet, sempérq; eam cum dignitate esse coniunctam. Sed *quid fieri possit, aut non fieri possit, quidque etiam sit necesse, aut non sit*, in vtraque re maximè est quærendum Inciditur enim omnis [d] iam *deliberatio*, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur : & qui id docuit, non videntibus aliis, is plurimùm vidit. Ad consilium autem de republica dandum, caput est, nosse rempublicam : ad dicendum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis: qui quia crebrò mutantur, genus quoque orationis est [e] sæpe mutandum. &, quamquam vna ferè vis est eloquentiæ, tamen quia summa dignitas est populi, grauissima causa reip. maximi motus multitudinis: genus quoque dicendi grandius quoddam,& illustrius esse adhibendum videtur : maximáque pars orationis admouenda est ad animorum motus nonnunquam aut cohortatione, aut commemoratione aliqua, aut in spem,aut in metũ, aut ad cupiditatem, aut ad gloriam concitandos: sæpe etiam à temeritate,iracundia,spe,iniuria, inuidia, crudelitate reuocandos. Fit autem,vt quia maxima quasi oratori scena [f] videatur concio natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitetur. Habet enim multitudo vim quandam talem, vt, QVEMADMODVM tibicen sine tibiis canere sic orator, nisi [g] multitudine audiente, eloquens esse non possit. Et cùm sint populares multi, variíque lapsus, vitãda est,acclamatio aduersa populi, quæ aut [h] orationis peccato aliquo excitatur,si asperè,si arroganter,si turpiter,si sordidè,si [i] quoquo animi vitio dictũ esse aliquid videatur, aut hominũ offensione,vel inuidia, quæ aut iusta est,aut ex criminatione atque fama, aut res si displicet, aut si est in aliquo motu suæ cupiditatis, aut metus multitudo : hísq; quattuor causis totidem medicinæ opponuntur: tum obiurgatio, si est auctoritas:tum admonitio [k], quasi lenior obiurgatio:tum promissio, si audierint, probaturos:tum deprecatio, quod est infimum. sed nonnunquam vtile. Nullo autem loco plus facetiæ possunt, & celeritas, & breue aliquod dictum nec sine dignitate,& cum lepõre. Nihil enim tam facilè,quàm multitudo, à tristitia, & sæpe acerbitate [l], commodè ac breuiter.& acutè,& hilarè dicto deducitur. Exposui ferè, vt potui, vobis in vtroq; genere causarum quæ sequi solerem, quæ fugere, quæ spectare, quáq; omnino in causis ratione versari. Nec [m] illud *tertium laudationum* [n] *genus* est difficile, quod ego initiò quasi à præceptis nostris secreueram, sed [o] & quia multa sunt orationum genera,& grauiora,& maiorum copiæ,de quibus nemo ferè præciperet,& quòd nos laudationibus non ita multùm vti soleremus, totum hunc segregabamus locum. Ipsi [a] enim Græci magis legẽdi,qui delectationis,aut hominis alicuius ornandi, quàm vtilitatis huius forensis causa,laudationes scripsitauerunt : quorum sunt libri,quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus,Alexander, aliíque laudantur. Nostræ laudationes, quibus in foro vtimur, aut testimonij breuitatem habent nudam atque inornatam, aut scribuntur ad funebrem concionem, quæ ad orationis [b] laudem minimè accõmodata est. Sed tamẽ quoniam est vtendum aliquando,nonnunquam etiam scribendum,velut [c] P. Tuberoni Africanum auunculum laudandi scripsit C. Lælius,vel vt nosmetipsi ornandi causa, Græcorum more, si quos velimus,laudare possimus [d] : sit à nobis quoq; tractatus is [e] locus. Perspicuum est igitur, alia esse in homine optanda,alia laudanda.Genus, forma,vires,opes,diuitiæ [f], ceteráq; quæ fortuna det,aut extrinsecus, aut corpori,non habent in se veram laudem : quæ deberi virtuti vni putatur : sed tamen quòd ipsa virtus in earum rerum vsu, ac moderatione maximè cernitur,tractãda etiam in laudationibus hæc sunt naturæ & fortunæ bona : in quibus est summa laus,non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, nõ se prætulisse aliis propter abundantiam fortunæ, vt opes, & copiæ non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dedisse. Virtus autem, quæ est per seipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest,tamen habet plureis partes, quarum alia est ad laudationem aptior.Sunt enim aliæ virtutes,quæ videntur in moribus hominum, & quadam comitate ac beneficentia positæ:aliæ, quę in ingenij aliqua facultate,aut animi magnitudine,ac robore.Nam clementia, iustitia, benignitas,fides,fortitudo in periculis cõmunibus, iucunda est auditu in laudationibus. Omnes enim hæ virtutes non tam ipsis,qui [g] eas in se habent,quàm generi hominum.fructuosæ putantur.sapientia & magnitudo animi,qua omnes res humanę geruntur [h],tenues, & pro nihilo putantur : & in excogitando vis quædam ingenij, & ipsa eloquentia, admirationis habet [i] non minùs,iucunditatis minus. Ipsos enim magis videtur, quos laudamus, quàm illos, apud quos laudamus, ornare, ac tueri:sed tamen in laudando iungenda sunt etiam hæc genera virtutum. [k] Feriunt [l] enim aureis hominum.cùm illa,quæ iucũda, & grata,tum etiam illa,quæ mirabilia sunt in virtute.laudata. Et quoniam singularum virtutum sunt certa quædam officia, ac munera, & sua cuique virtuti laus propria debetur,erit explicandum in laude iustitiæ,quid cum fide,quid cum æquabilitate,quid cum eiusmodi aliquo officio is,qui laudabitur, fecerit. Itémque in ceteris res gestæ ad cuiusque virtutis genus.& vim, & nomen accommodabuntur. Gratissima autem laus eorum factorum habetur,quæ suscepta videntur à viris fortibus sine emolumento ac præmio:quæ verò etiam cum labore,& periculo ipsorum,hæc habẽt vberrimam copiam ad laudandum, quòd & dici ornatissimè possunt, & audiri facillimè. Ea enim denique virtus [m] esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè gratuita. Magna etiã illa laus,& admirabilis videri solet, tulisse ca-

a L. nos *agnoscit vocem*, vtilitates.
b L. cõtrariatum.
c L. impellit.
d L. omnis deliberatio.
e L. sæpe est im.
f L. scæna.
g al. sine multit.
h al. aut oratoris peccato aliquo. i al. si quo[al. si cuiusanimi vitio. al. si quacunque.*
k L. monitio.
P. CXL.
l L. ab acerbitate.
m L. nec illud tertiũ genus est diff.
n DE LAVDATIONIBVS. *Alij* rò laudationum *hic distinguunt.*
o L. sed quia & multa sunt or.g.
a L. ipsi enim Græci legendi, qui magis del.
b al. oratoris.*
c L. vel vt.
d L. possimus
e L. etiam hic locus.
f L. cætera, quæ f.
g L. qui eas habent.
h L. *non agnoscit verbum*, geruntur.
i al. habent P. R. multum.*
k al. ferunt enim aures ho. cùm illa, quæ iucund. & gr. tũ etiã illa,q.m.f. in v. laudari. *& ita l. v c.*
l al. Ferunt enim aures hominũ cum illa &c. *Victorius ita restituit*, hoc sensu, homines facilè pati cùm prima illa, quæ iucunda & grata: tum secũda etiã, quæ admirabilia sunt in virtute laudari.*
m L. viri præstantis virtus videtur esse, q.

sus sapienter [a] aduersos, nõ fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis [b] præmia, res gestæ, iudiciis hominum comprobatæ: in quibus etiam felicitatem ipsam, deorum immortalium iudicio tribui, laudationis est. Sumendæ autem res erunt aut magnitudine præstabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipso singulares, neque enim paruæ, neque vsitatæ, neque vulgares, admiratione, aut omnino laude dignæ videri solẽt. Est etiã cũ ceteris præstantibus viris cõparatio, in laudatione præclara. De quo genere libitũ est mihi paullo plura, quàm ostẽderã, dicere, non tam propter vsum forensem qui est à me in omni hoc sermone tractatus, quàm vt hoc videretis, si [c] laudationes essent in oratoris officio, quod nemo negat, oratori virtutũ omniũ cognitionẽ, sine qua laudatio effici non possit, esse necessariã. Iã vituperandi præcepta contrariis ex vitiis sumenda esse perspicuum est. simul est illud ante oculos, nec bonum virum propriè, & copiosè laudari, sine virtutum, nec improbum notari ac vituperari, sine vitiorum cognitione, satis [d] insigniter, atque asperè posse. Atque his locis & laudandi, & vituperandi sæpe nobis est vtendum in omni genere causarum. Habetis, de inueniendis rebus, disponendísque quid sentiam. Adiungam etiam *de memoria* [e], vt labore Crassum leuem, neque ei quidquam aliud, de quo disserat, relinquam, nisi [f] ea, quibus rebus hæc exornentur. 8; ¶Perge verò, inquit Crassus, libẽter enim te cognitum iam artificem, aliquandóque euolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatúmque perspicio: & quòd mihi nihil, aut quòd non multum relinquis, percommodè facis, éstque mihi gratũ. 84¶ Iam istuc quantum [g] tibi ego reliquerim, inquit Antonius, erit in tua potestate. Si enim verè agere volueris, omnia tibi relinquo. sin dissimulare, tu quemadmodũ his satisfacias, videris. Sed, vt ad rem redeam, non sum tanto ego, inquit, ingenio, quanto Themistocles fuit, vt [h] obliuionis artem, quàm memoriæ, malim: gratiámque habeo Simonidi [i] illi Chio, quem [k] primum ferunt artem memoriæ protulisse. Dicunt enim, cùm cœnaret Crannone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, & nobilem, cecinisséque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more in Castorem scripta, & Pollucem fuissent, nimis illum sordidè Simonidi dixisse, se [l] dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine, daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si ei videretur. Paullo pòst esse ferunt nunciatum Simonidi, vt prodiret: iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnoperè euocarent: surrexisse illum ipsum, [m] prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclaue illud, vbi epularetur Scopas, cõcidisse: ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse quos cùm humare vellent sui, neque possent obtritos, internoscere [n] vllo modo: Simonides dicitur ex eo quòd meminisset, quo eorum loco quisque cubuisset, [o] demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus, inuenisse fertur, ordinem esse maximè, qui memoriæ lumen afferret. Itaque iis, qui hanc partem ingenij exercerent, locos esse capiendos, & ea, quæ memoria tenere vellent, effingenda [a] animo, atque in his locis collocanda: fio fore, vt ordinem rerũ, locorũ ordo conseruaret: res autem ipsas rerũ effigies notaret, atque vt locis pro cera, simulacris pro litteris vteremur. Qui sit autem oratori memoriæ fructus, quanta vtilitas, quanta vis, quid me attinet dicere? tenere quæ dideris in accipienda causa, quæ ipse cogitaris? omneis fixas esse in animo sententias? omnem descriptum verborum apparatum? ita audire vel eum, vnde dicas, vel eum, cui respondendum sit, vt illi non infundere in aureis tuas orationem, sed in animo videantur inscribere? Itaque soli, qui memoria vigent, sciunt, quid, & quatenus, & quomodo dicturi sunt, [b] quid respõderint, quid supersit: iidémque multa ex aliis causis aliquando à se acta, multa ab aliis audita meminerunt. Quare cõfiteor equidem huius boni, naturã esse principem, sicut earum rerum, de quibus antè locutus sum, omnium: sed hæc ars tota dicendi, siue artis imago [c] quædam est, & similitudo, habet hanc vim, non vt totum aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat & procreet: verùm vt ea, quæ sunt orta iam in nobis & procreata, educet atque confirmet. Verum tamen neq; tam acri memoria ferè quisquam est, vt non dispositis, notatísq; rebus, ordinem verborum, aut [d] sententiarum complectatur: neque verò tam hebeti, vt nihil hac consuetudine, & exercitatione adiuuetur. Vidit enim hoc prudenter siue Simonides, siue alius quis inuenit, ea maximè animis [e] effingi nostris, quæ essent à sensu tradita, atque impressa: acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi: quare facillimè animo teneri posse ea, quæ perciperentur auribus, aut cogitatione, si etiam oculorum cõmendatione animis traderentur, vt res cæcas, & ab adspectus iudicio remotas, conformatio [f] quædam, & imago, & figura ita notaret, vt ea, quæ cogitando complecti non possemus, intuendo quasi teneremus. His autem formis atq; corporibus, sicut [g] omnibus, quæ sub adspectũ veniunt, sedes opus est. etenim corpus intelligi sine loco non potest. quare ne in re nota, & peruulgata multus & insolens sim, locis est vtendum multis, illustribus, explicatis, modicis interuallis. Imaginibus [h] autem agentibus, [i] acribus, insignitis, quæ [k] occurrere, celeritérque percutere animum possint. Quam facultatem & exercitatio dabit, ex qua consuetudo gignitur, & [l] similium verborum conseruata [m] & immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio, & vnius verbi imagine, totius sententiæ informatio, pictoris cuiusdam summi ratione & modo, formarum varietate locos distinguentis. Sed verborum memoria, quæ minus est nobis necessaria, maiore imaginum varietate distinguitur. Multa enim sunt verba, quæ quasi articuli, connectunt membra orationis, quæ formari similitudine nulla possunt: eorum fingendæ nobis sunt imagines, quibus semper vtamur. Rerum memoria, propria est oratoris. eam singulis personis bene positis notare possumus, vt sententias imaginibus, ordinem locis comprehendamus. Neque verum est, quod ab ipertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere, & obscurari etiam id, quod per se [n] natura tenere potuisset,

a fort. patienter, al. fortiter.
b L. virtuti.
c L. si laudationes in oratoris essent of.
d L. satis insignite.
e DE MEMORIA.
f L. nisi ea, quibus hæc exor.
P. CXLI.
g al. quantum tibi reliq.
h Idem suprà numero. 82.*
i L. Simonidi illi Ceio,
k Idẽ Quintilianus. 11.
l L. se dimidium eius, quòd pactus esset, ei pro al. se ei dimidium eius, quod pact. esset, pro illo &c.
m L. delet, ipsum,
n L. vllo modo internoscere:
o L. recubuisset,
a al. effingenda. al. attingenda.
b L. sint.
c L. imago quædã & similitudo est, h. P. B.
d al. atque sentent.
e al. animis affigi nostris,
f v. c. & nonnulli vulg. confirmation non placet.
g al. sicut omnibus rebus, quæ sub adsp. veniũt, memoria nostra mouetur, atq. excitatur: sed locis opus est.
h vide 3. ad Herennii.*
i al. ingentibus.
k L. quæ celeriter occurrere, celeritérque.
l L. & similium verborum conuersa & imm. m ad cõuersa & immutata casibus.*
n v. c. quod per se natura ipse. p. al. quod per se tenere pot.

tuisset. Vidi enim ego summos homines, & diuina propè memoria, Athenis Carneadem, in Asia, quem viuere hodie aiunt, Sceptium a Metrodorum, quorum vterque tamquam litteris in cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminisse vellet, præscribere. Quare hac exercitatione non eruenda memoria est, si est nulla naturalis: sed certè, si latet, euocanda est.

a L. Scepsiũ.

§. CXLII. HABETIS sermonem bene longum hominis vtinam non impudentis, illud quidem certè non nimis verecundi: qui quidem cùm te, Catule, tum etiam L. Crasso audiente, de dicendi ratione tam multa dixerim. nam istorum ætas minus me fortasse mouere debuit. sed mihi ignoscetis profectò, si modò, quæ causa me ad hanc insolitã mihi loquacitatem impulerit, acceperitis. 85 ¶ Nos verò, inquit Catulus, (etenim pro me hoc, & pro meo fratre respondeo b) non modò tibi ignoscimus, sed te diligimus, magnámque tibi habemus gratiam: & cùm humanitatem & facilitatem agnoscimus tuam, tum admiramur istam scientiam, & copiam. Equidem c hoc me assecutum puto, quòd magno sum leuatus errore, & illa admiratione liberatus, quòd multis cum aliis semper admirari solebam, vnde esset illa tanta tua in causis diuinitas. nec enim te ista attigisse arbitrabar, quæ diligentissimè cognosse, & vndique collegisse, vsúque doctum partim correxisse video, partim comprobasse. Neque eo minus eloquentiam tuam, & d multo magis virtutem, & diligentiam admiror, & simul gaudeo, iudicium animi mei comprobari, quòd semper statui, neminem sapientiæ e laudem, & eloquentiæ sine summo studio, & labore, & doctrina, cõsequi posse. Sed tamen quidnam est id, quod dixisti, fore, vt tibi ignosceremus, si cognossemus, quæ te causa in sermonem impulisset? Quæ est enim alia causa, nisi quòd nobis, & horum adolescentium studio, qui te attentissimè audierunt, morem gerere voluisti? 86 ¶ Tum ille, Adimere, inquit, omnem f recusationem Crasso volui, quem ego paullo sciebam, vel prudentiùs, vel inuitiùs, (nolo enim dicere de tã suaui homine fastidiosiùs) ad hoc genus sermonis accedere. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem, & censorium? eadem nostra causa est. An ætatem afferet? quadriennio minor est. An g se nescire? quæ ego serò, quæ cursim arripui, quæ h succisiuis operis, (vt aiunt) iste à puero, summo studio, summis doctoribus. Nihil dicam deingenio, cui par nemo fuit. etenim medicentem qui audierit, nemo vmquam tam sui despiciens fuit, quin speraret aut meliùs, aut eodem modo se posse dicere: Crasso dicente, nemo tam arrogans, qui similiter se vmquam dicturum esse confideret. Quamobrem, ne frustrà hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus. 87 ¶ Tum ille, Vt ita ista esse concedam, inquit, Antoni, quæ sunt longè secus, quid mihi tu tandem hodie, aut cuiquam homini, quod dici possit, reliquisti? Dicam enim verè, amicissimi hominis, quòd sentio, sæpe ego doctos homines, quid dico sæpe? immò a nonnunquam: sæpe enim quî potui, qui puer in forum venerim, neque inde vmquam diutius, quàm quæstor afuerim b? sed tamen audiui, vt heri dicebam, & Athenis cùm essem, doctissimos viros & in Asia istum ipsum Sceptium c Metrodorum, cùm de his ipsis rebus disputatet, neque verò mihi quisquam copiosiùs vmquam visus est, neque subtiliùs in hoc genere dicendi, quàm iste hodie, esse versatus. quod si esset aliter, & aliquid intelligerem ab Antonio prætermissum: non essem tam inurbanus, ac pænè inhumanus, vti d eo grauarer, quod vos cupere sentirẽ. 88 ¶ Tum Sulpicius, An ergo, inquit, oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, vt ipse instrumẽtum e oratoris exponeret, tibi eius distinctionem, atque ornatum relinqueret? 89 ¶ Hîc ille, Primum quis Antonio permisit, inquit, vt & parteis faceret, & vtram vellet, prior ipse sumeret? deinde, si ego rectè intellexi, cùm valde libenter auditem, mihi coniunctè est visus de vtraque re dicere. 90 ¶ Ille verò, inquit Cotta, ornamenta orationis non attigit, neque eam laudem, ex qua eloquentia nomen f ipsum inuenit. 91 ¶ Verba igitur, inquit Crassus, mihi reliquit Antonius, rem ipse sumsit. 92 ¶ Tum Cæsar, Si quod difficilius est, id tibi reliquit: est nobis, inquit, causa, cur te audire cupiamus: sin, quod facilius, tibi causa nõ est, cur recuses. 93 ¶ Et Catulus, Quid quod dixisti, inquit, Crasse, si hîc hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum? nihilne ad fidem tuam putas pertinere? 94 ¶ Tum Cotta ridens, Possem tibi, inquit, Crasse, cõcedere: sed vide, nequid Catulus attulerit religionis, *opus hoc censõ nũ est*. id autem cõmittere, vide quàm sit homini turpe censorio. 95 ¶ Agite verò, ille inquit, vt vultis: sed nunc quidẽ, quoniam id temporis est, surgendum censeo, & requiescendũ: post meridiem, si ita vobis est cõmodũ, loquemur aliquid, nisi fortè in crastinũ differre mauultis. 96 ¶ Omnes se vel statim, vel, si ipse post meridiẽ mallet, quã primùm tamẽ audire velle dixerunt.

b L. Equidem etiam hoc me ass.

c al. spõdeo*

d L. sed multo.

e L. sapientiæ & eloquentiæ laudem, f. k al. arrogantiæ laudem male.*

f al. omnem excusationem.

g L. An se hæc nescire? quæ ego sub h L. quæ succisiuis operis, vt aiunt, ego puero, &c. subcesiuis.

a al. immò verò n.

b lib. vulg. abfuerim?

c L. Scepsiũ. P. B.

d al. vt ego eo grauarer,

e Instrumẽtum Oratoris vocat Inuentionem, Dispositionem, Memoriam: (de his enim disseruit Antonius) distinctionẽ verò & ornatũ, (quẽ hic relinquit Crasso) Elocutionem & pronuntiationem.*

f L. nomen suũ inuenit,

M. TVLLII CICERONIS DE ORATORE

LIBER III.

CRASSVS, CATVLVS, ANTONIVS, COTTA, CÆSAR, SVLPITIVS.

Synopsis libri tertij de Oratore.

1.2.3.4.5.6. ¶ *Crassus postmeridiano tempore receptis dicendi partibus, quemadmodum ea quæ ab oratore dicenda sint, ornari oporteat, aggreditur: & quidem in primis Re simul & Verbis omnem constare rationẽ. Vnam esse eloquentiam, quascunque in oras disputationis, regionésue delata est: verborum ornatum sine sententiis, sententiam sine verborum luce illustrem esse non posse. Orationem & oratorem, etsi in iis-*

dem sententijs versatur, summas habere dissimilitudines, subtilitatis, nominis, sonitus, vis, grauitatis, lenitatis, asperitatis, positionis & canoris: vt quot oratores sint, totidem penè reperiantur genera dicendi. Difficile hinc esse, vt figuræ dicendi, ac variæ iisdem præceptis, vnàque institutione tradi possint. Ex eodem enim ludo Isocratis summos in suo quoque genere exisse discipulos, Ephorum & Theopompum. Dicendi modum in eo consistere, vt Latinè, planè (hoc est purè, & dilucidè sermone) ornatè, aptè, congruenterque dicamus. Loquendi elegantiam expoliri scientia litterarum, augeri legendis oratoribus & poetis. Enitendum vt Latinè loquamur, id est, verba asse-amus, quæ nemo reprehendat, quæ conseruentur casibus, temporibus, genere, numero, vt nihil in illis sit perturbatũ, discrepans, præposterum. Vt lingua spiritus, & vocis sonus seruetur: sic vt literæ non exprimantur putidius, aut obscurentur negligentius, vt ne verba exiliter, inflatè, anhelatè, molliter, rusticè proferantur, sed suauiter atque Atticè. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Hæc autem omnia addiscere possumus ex doctrina puerili vel subtiliore, analogia, consuetudine, libris veterum oratorum, & poetarum) Planè autem & vt intelligamur dicemus si verba sint vsitata, nec antiqua, vt ne oratio disiunctione nimis continuata, productáue, sententia non discernta, nihil præposterum tempore, confusum personis aut ordine. 12. 13. Ornatè verò & apertè dicit, qui distinctè explicatè, abundanter, illuminatè quasi quodam munere versúque confecto. hoc est ornatè, vbi rerum & personarum dignitas fert, qui vi isti dicendi summam probitatem & prudentiam adiungit, qui denique est sapiens, non ea sapientia qua qui olim secuti Pythagorici, Socratici, Epicurei, Stoici, Academici. Nec enim eloquentiæ est de litium generibus, principiis, & narrationibus tantùm tradere, sed de virtutibus, officijs, omni natura, moribus hominum, animis, vita, legibus, iure & republica. 14. ad 19. Eloquentia esse debet ornata & apta, instructa non vulgi, aut fori, aut dicendi magistrorum opinione: sed exquisite verba eligi, collocari, concludi, ratione aut exercitatione possunt. Rerum silua depromenda, ornanda, & formanda est oratio genere primùm & quasi colore quodam & succo solo suo: denique oratio totc suo corpore (genus autem in eo est vt sit grauis, suauis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, &c.) illuminanda verbu & varianda sententijs (nec enim verborum & sententiarum floribus æqualiter per omnes articulos conspersa esse debet) amplificationibus vtendum: quod maximè fit in laudatione & vituperio: idque locis communibus, quorum alij accusationem, alij deprecationem, aut miserationem, alij ancipites habent quæstiones. Versatur enim eloquentia in controuersia definit: vel infinita: eáque aut ad cognoscendi aut ad agendi vim refertur. Cognitionis tres modi. Comectura, (qua quærimus quid sit res, quæ eius origo, quæ causa & ratio, quæ imitatio.) Definitio (quum quæritur quid in communi mente positum, quid cuiusque proprium nec res distribuitur in partes, cùm quæritur quæ cuiusque rei forma & nota) Consecutio. vt cùm quærimus vel simpliciter sine aliquid expetẽdum aut fugiendum, putà paupertas, honor: æquum, iniquum, honestum, turpe: sine aliquid alio magis expetendum. Actionis verò disceptationes sunt aut in officij disceptatione, aut animorũ permotione gignenda, sedanda, tollenda. Adhæc orator maximarũ & plurimarũ rerum suauitate, copia, varietate, pectus auditoris complere debet. 20. 21. & quem instructum tot tantísque rebus oporteat & quidẽ præstantissimis. 22. ad 30. Ornare autem orationẽ suam debet orator: & quidẽ ipsa verba singula coniunctaque: singula sipropriis, ac pene in re ipsa natis (quo in genere vitant abiecta, obsoleta, inusitata) selectis atque illustribus (in quibus plenum quiddam & suaue esse videtur, quod aurium iudicio & consuetudine ponderandum) sit translatis, si nouatu (ea nouamus & facimus ipsi) vtemur. Inusitata sunt prisca poetica, & similia. Nouantur, si aut vnum ex duobus vel pluribus fiat, aut sine coniunctione innouetur. Transferuntur autem vel necessitate, vel delectandi causa: Idque per similitudinem, qua vtimur vt rem faciamus clariorem, vt magis res tota significetur, vt breuitate vtamur. Quo in genere vitabitur dissimilitudo longè aut à re turpi ductum, maius aut augustius quàm res postulet, durum (proinde hoc casu molliendum aut simile præpositum aliquo verbo) affectatum, obscurum (talia sunt ænigmata) Metaphoris etiam vtemur, aut ex parte totum, aut ex toto partem: aut ex vno plures, aut ex pluribus vnum: aut non vti dictum, sed vi sensum est intelligentes. Abuti nonnunquam etiam licet vocabulo. Et his quidem modis in singulis verbis tanquam stellulis ornatur & illuminatur oratio. Continuatis verò dupliciter: Collocatione (vt sic ita struantur verba, vt non sit asper, hiulcus, vastus deductus eorum concursus, sed coagmentatus, & lenis, iunctus, cohærens, & æquabiliter fluens) modo & forma, hoc est versu & numeris, pedibus. Ab his sententiarum ornatus requiritur. 31. 32. & quid maxime deceat in oratione conseruandum: hoc est quid causa, auditori, personis, tempori congruat: quæ omnia perinde sunt vt aguntur. Actio enim in dicendo vna dominatur, qua animi permotiones declaramus aut imitamur, iracundiam, ingratitudinem, metum, vim, voluptatem, molestiam. Motum subsequitur gestus manuum, digitorum, brachiorum, oris, oculorum, vultus, vox. 33. 34. 35. 36. Gradatim enim vocem ascendere oportet, non à principio clamare. In contentione est etiam quiddam extremum, vt & in remissione. 37. 38. His ita præmissis finis huic dialogo imponitur.

INSTITVENTI mihi, Quincte frater, eum sermonẽ referre, & mandare huic tertio libro, quem post Antonij disputationẽ Crassus habuisset, acerba fanè recordatio veterem animi curã, molestiámque renouauit. Nam illud immortalitate dignum ingenium, illa humanitas, illa virtus L. Crassi, morte extincta subita est, vix diebus decem post eum diem, qui hoc, & superiore libro continetur. Vt enim Romam rediit extremo [a] scenicorum [b] ludorum die, A vehementer commotus ea oratione, que ferebatur habita esse in concione à Philippo, quem dixisse constabat, videndum [c] sibi aliud esse cõcilium: illo senatu se rempublicam gerere [d] non posse: manè idibus Septembris [e] & ille, & senatus frequens vocatu Drusi in curiã venit. Ibi cùm Drusus multa de Philippo questus esset, retulit ad senatum de illo ipso, quòd consul in eum ordinem tam grauiter in concione esset inuectus. Hîc [f], vt sæpe inter homines sapientissimos cõstare vidi, quamquam hoc Crassõ, cùm aliquid accuratiùs dixisset, semper ferè contigisset, vt numquam dixisse meliùs putaretur, tamen omnium consensu sic esse tum iudicatum, ceteros à Crassõ semper omneis, illo autem die etiam ipsum à sese superatum. Deplorauit enim casum, atque B orbitatem

a al. scænicorum ludorũ.
b quorum fit mentio 7. famil. 1.

c id est alio sibi senatu esse dimicandum. vide Valerii. 2.
d al. regere.
e L. Septembris, & ita vide.
f L. Hîc sæpe inter homines sap.

orbitatem senatus: cuius ordinis à consule, qui quasi parens bonus, aut tutor fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefario, prædone diriperetur patrimonium dignitatis, neque verò esse mirandum, si cùm suis consiliis remp. profligasset, consilium senatus à rep. repudiaret. Hic cum homini & vehementi, & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faceis admouisset, non tulit ille, & grauiter exarsit, pignoribúsque ablatis Crassum instituit coercere. Quo quidem ipso in loco multa à Crasso diuinitus dicta [a] efferebantur, cùm sibi [b] illum consulem esse negaret, cui senator ipse non esset. *An tu quum omnem auctoritatem vniuersi ordinis propugnare* [c] *putares, eamque in conspectu Populi R. considereres, me his pignoribus existimas* [d] *posse terreri? non tibi illa sunt cædenda,* [e] *si* [f] *Crassum viu coercere: Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel euulsa, spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.* Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenij, virium ab eo dicta esse constabat: sententiámq. eam, quã senatus frequẽs secutus est, ornatissimis & grauissimis verbis, vt populo R. satis fieret [g], numquã senatus neq. consilium reip. neque fidem defuisse, ab eo dictam: & eundem (id quod in auctoritatibus perscriptis exstat) scribendo affuisse. Illa tanquam *cycnea* fuit diuini hominis *vox*, & oratio, quam quasi exspectantes [h], post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremùm institisset, cõtueremur. Namque tum latus ei dicenti condoluisse: sudorémque multum consecutũ esse audiebamus: ex quo cùm cohorruisset, cum febri domum rediit, diéque [i] septimo est lateris dolore consumtus. *O fallacem hominum spem, fragilémque fortunam & inanes nostras contentiones: quæ in medio spatio sæpe franguntur, & corruunt, & antè in ipso cursu obruuntur, quàm portum conspicere potuerunt!* Nam quamdiu Crassi fuit, ambitionis labore vita districta, tamdiu priuatis magis officiis, & ingenij laude floruit, quàm fructu amplitudinis, aut reip. dignitate. Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad summam auctoritatem dabat, is eius omnem spem, atque omnia vitæ consilia morte peruertit. Fuit hoc luctuosum suis, acerbũ patriæ, graue bonis omnibus: sed ij tamen remp. [k] casus secuti sunt, vt mihi nõ erepta L. Crassio à diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non [l] vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem inuidia senatum, non sceleris nefarij principes ciuitatis reos, non luctum filiæ, non exilium [m] generi, non acerbissimã C. Marij fugam, non illam post reditum eius cædem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam ciuitatem, in qua ipse florentissima multùm omnibus gloria perstitisset. Sed quoniam attigi cogitatione vim, varietatémque fortunæ, non vagabitur oratio mea longiùs, atque [n] eis ipsis definietur viris, qui hoc sermone, quem referre cœpimus, continentur. Quis enimnõ iure beatam L. Crassi mortem illam, quæ est à multis sæpe defleta, dixerit, cùm horum ipsorum sit, qui tum cum illo postremùm ferè collocuti sunt, euentum recordatus? Tenemus enim memoria, Q. Catulum, virum omni laude præstantem: cùm sibi non incolumẽm fortunam, sed exsulium [a] & fugam deprecaretur, esse [b] coactum, vt vita seipse priuaret. Iam Marci [c] Antonij in his ipsis rostris, in quibus ille rempublicam constantissimè consul defenderat, quæque censor imperatoriis [d] manubiis ornarat, positum caput illud fuit, à quo erant multorum ciuium capita seruata. Neque verò longè ab eo C. Iulii caput hospitis Etrusci scelere proditum, cum L. Iulij fratris capite iacuit, vt ille, qui hæc non vidit, & vixisse cum republica pariter, & cũ illa simul exstinctus esse videatur. Neque enim propinquum suum maximi animi virum, Publium Crassum, suapte interfectum manu, neque collegæ sui pontificis maximi sanguine simulacrũ Vestæ respersum esse [e] vidit: cui mœrori (qua mente ille in patriam fuit) etiam C. Carbonis, inimicissimi hominis, eodem illo die mors nefaria fuisset. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribileis, miserósque casus. Ex quibus C. Cotta, quem ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortem Crassi depulsus per inuidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus eiectus est è ciuitate. Sulpicius autem, qui in eádem inuidiæ flamma [f] fuisset, quibuscum priuatus cõiunctissimè vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate: cui quidem ad sum mam gloriam eloquentiæ florescenti ferro erepta vita est, & pœna temeritatis non sine magno reipublicæ malo constituta. ¶ Ego vero te, Crasse, cùm vitæ flore, tum mortis opportunitate, diuino consilio & ortum, & exstinctum esse arbitror, nam tibi aut pro virtute animi, constantiáque tua ciuilis ferri subeunda [g] fuit crudelitas, aut si quate fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eadem esse te funerum patriæ spectatorem coegisset: neque solùm tibi improborũ dominatus, sed etiam propter admistam ciuium cædem bonorum victoria mœrori fuisset. Mihi quidem, Quincte frater, & eorum casus, de quibus antè dixi, & ea, quæ nosmetipsi ob amorem in rempublicam incredibilem, & singularem, pertulimus, ac sensimus, cogitanti, sententia sæpe tua, vera, ac sapiens videri solet, qui propter tot, tantos, támque præcipiteis casus clarissimorum hominum, atque optimorum virorum, me semper ab omni contentione, ac dimicatione reuocasti. Sed quoniam hæc iam [h] neque in integro nobis esse possunt, & summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur, pergamus ad ea solatia, quæ non modò sedatis molestiis iucunda, sed etiam hærentibus, salutaria nobis esse possunt: sermonémque L. Crassi reliquum, ac pænè postremum memoriæ prodamus: atque ei, etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritã gratiam, debitámque referamus. Neq. enim quisquam nostrũm, cùm libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in [i] quibus ferè Socrates exprimitur, non quamquam illa scripta sunt diuinitùs, tamen maius quiddam de illo de quo scripta sunt, suspicatur: quod itẽ nos postulamus nõ à te quidem, qui nobis summa [k] omnia tribuis, sed à ceteris, qui hæc in manus sumẽt, vt maius quiddam de L. Crasso quàm quantũ à nobis exprimetur, suspicentur. Nos enim qui [l] ipsi sermoni non interfuissemus, & quibus Caius Cotta tantummo-

a *al.* dicta esse ferebãtur, b Idem Valerius 6. c. 2.* c L. pro pignore put. d *fort.* exiſtimabas e *al.* concidenda* f *v.c.* si L. Crassum g *al.* satisfaceret.* h L. respectãtes. i L. diéq. septima lateris dolore consumtus est. k *al.* reipublicæ. l *meritis commodis** m L. exsilio, seu exsilium. n L. acq. eis ipsis

a *al.* exsilium b Q. Catulus à Mario mori iussus, recenti calce illito multóque igni per calefacto cubiculo, se inclusum peremit. 9. Valer. 12. Plutarchus Mario, Appian. ciuil 1. Vell. Flor.* c vide 8. Valer. 9. Appianum belli ciuilis 1. Plutar. Mario. Gellium * d *v.c.* imperatoris manub. e L. *delet*, esse f *v.c.* flamma g L. fuit subeunda h L. iam neque integra nob. *& ita v.c.* i *al.* in quibus omnib. ferè k L. omnia summa m *al.* qui ipsius sermoni, *&c. & ita v.c. non probo.*

do locos, ac sententias huius disputationis tradidisset, quo in genere orationis vtrumque oratorem cognoueramus, id ipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Quòd si quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium ieiuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, quàm quomodo à nobis vterq; inductus est: is erit ex iis, qui aut illos non audierit, aut iudicare non possit. Nam fuit vterque (vt expositi antea) cùm studio atque ingenio, & doctrina præstans omnibus, tum in suo genere perfectus, vt neq; in Antonio deesset hic ornatus orationis, neque in Crasso redundaret. Vt igitur ante meridiem discesserunt, paullulúmque requierunt, in primis hoc à se Cotta animaduersum esse dicebat, omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima, atq; attentissima cogitatione posuisse, seséque, qui vultum eius, cùm ei dicendũ esset, obtutúmque oculorum in cogitando probè nosset, atque in maximis causis sæpè vidisset, quũ [b] dedita opera, quiescentibus aliis, in eam exhedram venisset, in qua Crassus lectulo posito recubuisset: quúmque eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse, atque in eo silẽtio duas horas ferè esse consumtas. Deinde quum omnes, inclinato iam in [c] postmeridianum tẽpus die, venissent ad Crassum. 2 ¶ Quid est, Crasse, inquit Iulius, imúsne sessum? etsi admonitum venimus te, non flagitatum. 3 ¶ Tum Crassus, an me tam impudentem esse existimatis, vt [d] vobis hoc præsertim munus putem diutius posse debere? Quínam igitur, inquit ille, locus? an in media sylua placet? Est enim is maximè & opacus, & frigidus. 4 ¶ Sanè, inquit Crassus. etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni. 5 ¶ Quum placuisset idem ceteris, in syluam venitur, & ibi magna cum audiẽdi ex spectatione considitur. [e] 6 ¶ Tũ Crassus, Quũ auctoritas, atq; amicitia vestra, tũ Antonij facilitas eripuit, inquit, mihi in optima mea causa libertatem recusandi: quãquam in partienda disputatione nostra, quum [f] sibi de iis, quæ dici ab oratore oporteret, sumeret, mihi autem relinqueret, vt explicarem, si *admodum illa ornari oporteret*: ea diuisit, quæ seiuncta esse non possunt. Nam quum omnis ex re, [g] atque verbis constet oratio: neque verba sedem [h] habere possunt, si rem subtraxeris, neque res lumen, si verba semoueris. Ac mihi quidem veteres illi maius quiddã animo complexi, multo plus etiam vidisse videntur, quàm quantũ nostrorum ingeniorum acies intueri potest: qui omnia hæc, quæ [i] suprà & subter, vnum esse, & vna vi, atque vna consensione naturæ constricta esse dixerunt. Nullum est enim genus rerum, quod [i] aut auulsum à ceteris [k] per seipsum constare, aut quo cetera si careant, vim suam, atque æternitatem conseruare possint. Sed hæc maior esse ratio videtur, quàm vt hominum possit sensu, aut cogitatione cõprehendi. est etiam illa Platonis vera, & tibi, Catule certè non inaudita vox, *Omnem doctrinam harum ingenuarum, & humanarum artium, vno quodã societatis vinculo contineri.* vbi enim perspecta vis est rationis eius, qua causæ rerũ, atque exitus cognoscũtur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum, concentúsque reperitur. Sed si hoc quoque videtur esse altius, quàm vt id nos humi strati suspicere possimus, illud certè tamen, quod amplexi sumus, quod profitemur, quod suscepimus, nosse & tenere debemus. Vna est enim quod & ego hesterna [a] die dixi, & aliquot locis antemeridiano sermone significauit Antonius, eloquentia, quascunque in oras disputationis, regionésve delata est. Nam siue de cæli natura loquitur, siue de terræ, siue de diuina vi, siue de humana, siue ex inferiore loco, siue ex æquo, siue ex superiore, siue vt impellat homines, siue vt doceat, siue vt deterreat, siue vt concitet, siue vt reflectat [b], siue vt incendat, siue vt leniat, siue ad paucos, siue ad multos, siue inter alienos, siue cum suis, siue secum, riuis est diducta [c] oratio, non fontibus: & quocunque ingreditur, eodem est instructu, ornatúque comitata. Sed quoniam oppressi iam sumus opinionibus non modò vulgi, verum etiam hominum leuiter eruditorum, qui, quæ cõplecti tota nequeunt, hæc facilius diuulsa, & quasi discerpta contrectant: & qui, tãquam ab animo corpus, sic à sententiis verba seiungũt, quorum sine interitu fieri [d] neutrum potest, non suscipiam oratione mea plus, quàm mihi imponitur: tantum significabo breui, neque verborum ornatum inueniri posse non [e] partitis expressísque sententiis, neque esse vllam sententiam illustrem sine luce verborum. Sed prius quàm illa conor attingere, quibus orationem ornari, atque illuminari putem, proponam breuiter, quid sentiam de vniuerso genere dicendi. Natura nulla est (vt mihi videtur) quæ non habeat in suo genere res cõplureis dissimileis inter se, quæ tamen consimili laude dignentur. Nam & auribus multa percipimus, quæ etsi nos vocibus delectant, tamen ita sunt varia sæpe, vt id, quòd proximum audias, iucundissimum esse videatur: & oculis colliguntur pænè innumerabiles voluptates, quæ nos ita capiunt, vt vnum sensum dissimili genere delectent, & [f] reliquos sensus voluptates oblectent disparas, vt sit difficile iudicium excellẽtis maximè suauitatis. At [g] hoc idem, quod est in naturis rerum, transferri potest etiam ad artes. Vna fingendi est ars, in qua præstantes fuerunt Myro, Polycletus, Lysippus: qui omnes inter se dissimiles fuerũt: sed ita tamen, vt neminem sui velis esse dissimilem. Vna est ars ratióque picturæ, dissimillimíque tamen inter se Zeusis [h], Aglaophon, Apelles: neque eorum quisquam est, cui quidquam in arte sua deesse videatur. Et, si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? quæ cùm in iisdem sentẽtiis, verbísque versetur, summas habet dissimilitudines, non [i] sic, vt alij vituperandi sint, sed vt ij, quos constet esse laudandos, in dispari tamen genere laudentur. Atque id primùm in poetis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus, quàm sint inter seſe Ennius, Pacuuius, Acciúsque dissimiles: quàm apud Græcos, Æschylus, Sophocles, Euripides, [k] quamquam omnibus, par pænè laus in dissimili scribendi genere tribuatur. Adspicite nunc eos homines, atque intuemini, quorum de facultate quærimus, quid interfit inter oratorum studia, atque naturas. Suauitatem [l] Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Æschines, vim Demosthenes habuit. quis eorum non egregius? tamen quis cuiusquam nisi sui similis? Grauitatem Africanus, lenitatem Lælius, asperitatem Galba, pro-

a L. plenioremfuisse

b L. tum dedita opera, quiesc. aliis, in eã exhedr. venisse, in q. c L. in pome p B. ridiã. tẽp.

d al. vt vobis præsertim h. m. put. me diutius p. deb.

e L. considetur.

f fort. cùm sibi ea quæ g hoc est ex iis quæ significantur & quæ significãt 3. Quintil. 5. in pr. g al. fidem* h tò quæ deest quibusdam*

i fort. aut quod auulsũ à cet.

k forte à verbis, vt & paulò post verba.

a L. hesterno

b al. inflectat,

c al. deducta P. CXLV.

d al. neutrum fieri

e L. non repertis, expr. ‖ al. partis. al. paratis. al. repertis*

f L. & reliquos sensus singulos singulæ, voluptates oblectant disp.

g L. Atque hoc idem, q.

h L. Zeuxis,

i c. L. non sic, vt alii laudandi a alii vitup.

k L. quamque omnibus

l Quæ in summis oratoribus prima dicendi genera*

profluēs quiddam habuit Carbo, & canorum. quis horum non princeps temporibus illis fuit? & suo tamen quisque in genere princeps[a]. Sed quid ego vetera conquiram, cùm mihi liceat vti præsentibus exemplis, atque viuis? Quid iucundius auribus nostris vmquam accidit huius oratione *Catuli*? quæ est pura sic, vt Latinè loqui pænè solus videatur: sic autem grauis, vt in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas, ac lepos. Quid multa? istum audiens equidem sic iudicare soleo, quidquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitiosius & deterius futurum. Quid noster hic *Cæsar*? nonne nouam quandam rationem attulit orationis: & dicendi genùs induxit propè singulare? Quis vmquam res, præter hunc, tragicas pænè comicè, tristeis remissè, seueras hilarè, [b] forenseis scenica propè venustate tractauit: atque ita, vt neque iocus magnitudine rerum excluderetur, nec[c] grauitas facetiis minueretur? Ecce præsentes duo propè æquales Sulpicius & *Cotta*, quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere præstans? limatus alter & subtilis, rem explicās propriis, aptíssque verbis: hæret in causa semper: &, quid iudici probandum sit, cùm acutissimè vidit, omissis ceteris argumentis, in eo mentem orationémq; defigit. *Sulpicius* autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima & maxima voce, summa contentione corporis, & dignitate motus, verborum quoque ea grauitate & copia est, vt vnus ad dicendum instructissimus à natura esse videatur. Ad nosmetipsos iam reuertor: (quoniam sic fuimus semper comparati, vt hominum sermonibus quasi in aliquod contentionis iudicium vocaremur) quid tam dissimile, quàm ego in dicendo, & *Antonius*? cùm ille is sit orator, vt nihil eo possit esse præstātius: ego [d] autem, quamquam memet mei pœniteret, cum hoc maximè tamen in comparatione cōiūgar. Videtísne, genus hoc quod sit Antonii, forte, vehemens, commotum in agendo, præmunitum & ex omni parte caussæ sæptum, acre, acutum, enucleatum, in vnaquaque re commorans, honestè cedens, acriter insequēs, terrens, supplicans, summa orationis varietate, nulla nostratū aurium satietate. Nos autem, quicumque in dicendo sumus (quoniam esse aliquo in numero vobis videmur) certè tamen ab huius multū genere distamus: quod quale sit, non est meū dicere, propterea quòd minimè sibi quisque notus est, & difficillimè de se quisque sentit: sed tamen dissimilitudo intelligi potest, & ex motus mei mediocritate, & ex eo, quod quibus vestigiis primum institi: in iis ferè soleo perorare, & quod aliquanto me maior in [e] verbis, & in sententiis eligendis, quàm eum, labor, & cura torquet, verentem, ne si paullo obsoletior fuerit oratio, non digna expectatione, & silentio fuisse videatur. Quòd si in nobis, qui adsumus, tāta[f] dissimilitudines, tam certę res cuiusque propriæ, & in ea varietate ferè melius à deteriore facultate magis, quàm genere distinguitur, atque omne laudatur, quod in suo genere perfectum est: quid censetis, si omnes, qui vbique sunt aut fuerūt oratores? amplecti voluerimus, numneg fore, vt, quot oratores, totidem pænè reperiantur genera dicendi? Ex qua mea disputatione forsitan occurrat illud, si pænè innumerabiles sint quasi formæ figuręque dic-

di, specie di'putares, genere laudabiles: nō posse ea, quæ inter se discrepant, iisdem præceptis atque[a] in vna institutione formari. Quod nō est ita: diligentissiméque hoc est eis, qui instituunt aliquos, atque erudiunt, videndum, quò sua quem, natura maximè ferre videatur. Etenim videmus, ex eodem quasi ludo summorū in suo cuiusq. genere artificum, & magistrorum exisse discipulos dissimileis inter se, attamen laudandos, cùm ad cuiusque naturā institutio doctoris accommodaretur. Cuius est vel maximè insigne illud exemplum (vt ceteras arteis omittamus) quod dicebat Isocrates[b], doctor singularis, se calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frænis vti solere: alterum enim exsultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat. Neque eos similes effecit inter se, sed tantùm alteri affinxit, de altero limauit, vt[c] id confirmaret in vtroque, quod vtriusque natura pateretur. Hæc eò mihi prædicenda fuerunt, vt, si non omnia, quæ proponerentur à me, ad omnium vestrūm studium, & ad genus id, quod quisque vestrūm in dicendo probaret adhæresceret, id à me genus exprimi sentiretis, quod maximè mihi ipsi probaretur. Ergo hæc & agenda sunt ab oratore, quæ explicauit Antonius, & dicenda quodammodo. Quinam [d] igitur dicendi est modus melior, (nam de actione pòst videro) quàm vt *Latine* vt *plane* vt *ornate*, vt ad id, quodcumque agetur *apte* congruentérque dicamus. Atque eorum quidem, quæ duo prima dixi, ratione non arbitror exspectari à me, puri, dilucidiq. [e] sermonis. neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat: nec[f] sperare, qui Latinè non possit, hunc ornatè esse dicturum: neque verò, qui non dicat, quod intelligamus, hunc posse. quod admiremur, dicere. Linquamus igitur hæc, quæ cogitationem habent facilem, vsum necessarium, nam alterum traditur litteris, doctrináque puerili: alterum adhibetur ob eam caussam, vt intelligatur, quid quisque dicat, quod videmus ita esse necessarium, vt tamen eo minus nihil esse possit. Sed omnis loquendi elegantia, quamquam expolitur scientia litterarum, tamen augetur legendis oratorib. & poetis. sunt enim illi veteres, qui [g] ornare nondum poterant, ea, quæ dicebant, omnes propè præclarè locuti: quorum[h] sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt loqui, nisi Latinè. Neque tamen erit vtendum verbis [i] iis, quibus iam consuetudo nostra non vtitur, nisi quando ornandi caussa, parcè, quod ostendam: sed vsitatis ita poterit vti, lectissimis vt vtatur[k] is, qui in veteribus erit scriptis studioſè, & multùm volutatus. Atque *vt Latine* [l] *loquamur*, non solùm videndum est, vt & verba efferamus ea quæ nemo iure reprehendat: & ea sic & casibus, & tēporibus, & genere, & numero conseruemus, vt nequid perturbatum, ac discrepans, aut præposterum sit: sed etiam lingua, & spiritus, & vocis sonus est ipse moderandus. Nolo exprimi litteras putidiùs, nolo obscurari negligentius: nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata, & quasi anhelata grauius. nam de voce nondū ea dico, quę sunt actionis, sed hoc quod mihi cū sermone quasi cōiunctū videtur. Sūt enim certa vitia, quæ nemo est, quin effuge-

a al. princeps fuit?

P. B.

b citatur a Nonio cap. 1. in Hilare 36.*

c L. neque grauitas f.*

d L. ego, quā quā memet mei pœniteret cum hoc m. t. in comp. coniungor.

e L. in verbis quàm in sententiis eligē dis labor,

f forſ. tantæ sunt dissimili tudines,

CXLVI.

g nōne fore vt

a L. atque vna

b Idem in Bruto *inſ.* & Idem Plato de Aristotele & Xenocrate: Aristoteles de Theophrasto & Callisthene Laertius. in Theophrast.

c L. vt id cōformaret in vtroq. *& ita q. v. alii, cōfirmaret, vt l. vulg.*

d DE ELOCVTIONE & EXORNATIONE * e al. lucidique *

f L. nec sperāmus, quis L.

g L. nondum ornare

h L. quorum sermoni ass. i al. iis verbis.

k L. vtatur iis,

l Latine quē admodum di ci possit*

P. B.

a al. atque muliebris,

re cupiat, mollis vox [a] vt muliebris, aut quasi extra modum absona, atq. absurda. est autem vitium, quod nonnulli de industria consectatur. *Rustica vox*, & agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur, vt tuus, Catule, sodalis, L. Cotta, gaudere mihi videtur grauitate linguę, sonóq; vocis agresti, & illud quod loquitur priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticanum. Me autem tuus sonus, & suauitas [b] ista delectat: omitto verborum, quamquam est caput: verùm id affert, ratio, docent litterę, confirmat consuetudo & legendi, & loquendi: sed hanc dico suauitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, vt apud Græcos, Atticorum, sic in Latino sermone, huius est vrbis maximè propria. Athenis iam diu doctrina ipsorum Athenienſium interiit, domicilium tantùm in illa vrbe remanet studiorum, quibus vacant ciues, peregrini fruuntur, capti quodammodo nomine vrbis, & auctoritate: tamen eruditissimos homines Asiaticos quiuis Athenienſis indoctus, non verbis, sed sono vocis, nec tam bene, quàm suauiter loquendo, facilè superabit. Nostri minus student litteris, quàm Latini. tamen ex istis, quos nostis, vrbanis, in quib. minimum est litterarum, nemo est, quin litteratissimũ togatorum omnium, Q. Valerium Soranum, [c] lenitate vocis, atq. ipso oris pressu, & sono facilè vincat. Quare cùm sit quędam certa vox Romani generis, vrbisque propria, in qua nihil offendi [d] nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, aut olere peregrinũ, hanc sequamur: neq. solùm rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus. Equidem cùm audio socrum meam Lęliam (*facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruãt, quòd multorum sermonis experies, ea tenent semper, quæ prima didicerunt*,) sed eam sic audio, vt Plautum mihi, aut Næuium videar audire. sono ipso vocis ita recto, & simplici est, vt nihil ostentationis, aut imitationis afferre videatur [e], ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non asperè vt ille, quem dixi, non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè, & æquabiliter, & leniter. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata, Sulpici, nonnumquam imitaris, vt iota litteram tollas, & e, plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari. 7 ¶ Hîc cùm arrisisset ipse Sulpicius, Sic agam vobiscum, inquit Crassus, vt quoniam me loqui voluistis, aliquid de vestris vitiis audiatis. 8 ¶ Vtinam quidem, inquit ille. id enim ipsum volumus, idque si feceris, multa (vt arbitror) hîc hodie vitia ponemus. 9 ¶ At enim non sine meo periculo, Crassus inquit, possum, Sulpici, te reprehendere, quoniam Antonius mihi te simillimum dixit sibi videri. [f] 10 ¶ Tum ille, Tum quod monuit idem, vt ea, quæ in quoque maxima essent, imitaremur: ex quo vereor, ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus, & pauca quædã verba, & aliquę, si fortè, motum. 11 ¶ Ergo ista, inquit Crassus, quæ habes à me, non reprehendo, ne me ipsum irrideã. sunt autẽ mea multo & plura, & maiora, quàm dicis. quæ autẽ sunt aut tua planè, aut imitatione ex aliquo expressa, de iis te, si qui me fortè locus admonuerit, cõmonebo. Prætereamus igitur [g] præcepta Latinè loquẽdi, quæ puerilis doctrina tradit, & subtilior cognitio, ac ratio [a] litterarum alit, aut cõsuetudo sermonis quotidiani, ac domestici libri confirmant, & lectio veterum oratorum, & poetarum. Neq; verò *in illo altero* [b] *diutius commoremur*, vt disputemus, quib. rebus assequi possimus, vt ea, quæ dicamus, intelligantur: Latinè scilicet dicẽdo, verbis vsitatis, ac propriè demonstrantibus ea, quæ significari, ac declarari volemus, sine ambiguo verbo, aut sermone, non nimis longa continuatione verborum, non valde productis iis, quæ similitudinis causa ex aliis reb. transferuntur, non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. quid multa? tam facilis est tota res. vt mihi permirum sæpe videatur, cùm difficiliùs intelligatur, quid patronus velit dicere, quàm si ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret. Isti enim, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, vt non desideres planiùs dici. Easdem res autem simulac Fusius [c], aut vester æqualis Pomponius, agere cœpit, non æquè, quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo, ita cõfusa est oratio [d], ita perturbata, nihil vt sit primum, nihil vt secundum: tantáque insolentia, ac turba verborum, vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem, & tenebras afferat [e], atque vt quodammodo, ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. Verùm, si placet, quoniam hæc satis spero vobis quidẽ certè maioribus, molesta & putida [f] videri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus. 12 ¶ Atqui vides, inquit Antonius, cùm [g] alias res agamus, quàm te inuiti audiamus, qui adduci possumus (de me enim coniicio) relictis vt rebus omnibus [h] te sectemur, te audiamus: ita de horridis reb. nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam est oratio tua. 13 ¶ Faciles enim, inquit, Antoni, partes eæ fuerunt duæ [i] quas modo percucurri [k], vel potius pænè pręterij, *Latinè* loquendi, *planèque* dicendi: reliquæ [l] sunt magnæ, implicatæ, variæ, graues, quibus omnis admiratio ingenij, omnis laus eloquentiæ continetur. Nemo enim vmquam est oratorem, quod Latinè loqueretur, admiratus: si est aliter, irridẽt: neque eum oratorem tantummodò, sed hominem non putant. nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, vt qui adessent, intelligerent quid diceret, sed concemsit eum, qui minùs id facere potuisset. In quo igitur homines exhorrescũt? quem stupefacti dicentẽ intuẽtur? in quo exclamant? quẽ deũ, vt ita dicam, inter homines putant? qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus, & verbis dicũt [m], & in ipsa oratione quasi quẽdam numerum, versúmque conficiunt [n]: id est, quod dico, ornatè. Qui [o] idem ita moderantur, vt rerum, vt personarum dignitates ferunt, ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem P. Qui ita dicerent, eos negauit adhuc se vidisse Antonius, & iis hoc nomen dixit eloquentiæ solis esse tribuendũ. Quære omneis istos, me auctore, deridete, atq; cõtenite, qui se horũ, qui nunc ita appellãtur, rhetorũ præceptis omnẽ oratorũ vim cõplexos esse arbitrantur, neq. adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. Verùm [q] enim oratori, quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator, atq. ea est

a ἀναλογίᾳ

b PLANE quemadmodum dicatur.*

c al. Fusius,

d al. omnis oratio,

e al. offerat,

f φορτικὰ P. B.

f L. quam alias res agamus, vt sit εἰρωνεία*

g τὸ omnibus quidam dispungunt sic enim antiquos loqui; relictis rebus, Plautum *Truculento* Terentium *Andria* Lucretium .3. hL. percurri, & ita vi. i id est quẽ admodum & Latinè & planè docere possimus.* k quemadmodum scilicet ornatè & aptè dicimus.* l *fort.* dicit,

b al. subtilitas *mox enim sequitur*, suauitatem. & suauiter.*

c al. ferrarũ*

d ad offendere.*

P. CXLVII.

e L. videtur

f L. videri. Tu vero, inquit ille, quoniã mo. idem, vt ea, q. in q. m. e. imitaremur. ex q. g. ne me ipse. ir.

m *fort.* conficit.

n L. Qui hoc idem ita m.

o L. nomino

p L. Vero enim

est ei subiecta materies, omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Est enim eloquentia vna quædam de summis virtutibus: quãquam sunt omnes virtutes æquales & pares, sed tamẽ est species alia magis alia formosa & illustris, sicut hæc vis, quæ scientiam cõplexa rerum, sensa mentis, & consilia, sic verbis explicat, vt eos, qui [a] audiunt, quocumque incubuerit, possit impellere: quæ quo maior est vis, hoc [b] est magis probitate iungenda, summáque prudentia: quarum virtutum expertibus ñ dicendi copiam tradidetimus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus quædam arma dederimus. Hanc, inquam, cogitandi, pronuntiandique rationem, vímque dicendi, veteres Græci sapientiam [c] nominabant. hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones, atque ab hac similitudine Coruncanij nostri, Fabricij, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili & voluntate. Eadem autem alij prudentia, sed consilio ad [d] vitæ studia dispari, quietem atque otium secuti, vt Pythagoras, [e] Democritus, Anaxagoras, à regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt: quæ vita propter tranquillitatem, & propter ipsius scientiæ suauitatem, qua nihil est hominibus iucundius, plureis, quàm vtile fuit rebus publicis, delectauit. Itaque, vt ei studio se excellentissimis ingeniis homines dediderunt, ex ea summa facultate vacui ac liberi temporis, multo plura, quàm erat necesse doctissimi homines, otio nimio, & ingeniis vberrimis affluentes, curanda sibi esse, ac [f] quærenda, & inuestiganda duxerunt. Nam vetus quidem illa doctrina, éadem videtur & rectè faciendi, & bene dicendi magistra: neque disiuncti doctores, sed iidem erant viuendi præceptores, atque dicendi: vt ille apud Homerum Phœnix, qui se à Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum, actorémque rerum. Sed VT homines labore [g] assiduo, & quotidiano assueti, cùm tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam nouum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum: sic illi à negotijs publicis, tanquam ab opere aut temporibus exclusi, aut voluntate sua feriati totos se alij ad poetas, alij ad geometras, alij ad musicos contulerunt, alij etiam, vt dialectici, nouum sibi ipsi studiũ, ludúmque, pepererunt, [h] atque in iis artibus, quę repertæ sunt, vt puerorũ menteis ad humanitatem fingerentur, atque virtutem, omne tẽpus, atque ætates suas cõsumerunt. Sed quòd erant quidam, iísque multi, qui aut in rep. propter ancipitem, quæ non potest esse seiuncta, faciendi, dicendique sapientiam, florerent, vt Themistocles, vt Pericles, vt Theramenes, aut, qui minus ipsi [i] in rep. versarẽtur, sed huius tamẽ eiusdẽ sapientiæ doctores essent, vt Gorgias, Thrasymachus, Isocrates: inuenti [k] sunt, qui cùm ipsi doctrina, & ingeniis abundarẽt, à reautẽ ciuili, & à negotiis animi quodam iudicio, abhorrerent, hãc dicendi exercitationem exagitarẽt atq; contẽnerent: quorum princeps Socrates fuit, is, qui omniũ eruditorũ testimonio, totíusq; iudicio Græcię, cũ prudentia, & acumine, & venustate, & subtilitate, tum verò eloquentia, varietate, copia, quam se cumque in partem dedisset, omnium fuit facilè princeps. Is, [a] qui hæc, quæ nos nũc quærimus, tractarent, agerent, docerent cùm [b] nomine appellarentur vno, quòd omnis rerum optimarũ cognitio, atq. in iis exercitatio, philosophia nominaretur, hoc cõmune nomẽ eripuit, sapiẽ térq. sentiendi, & ornatè dicendi scientiam, re cohærenteis, disputationibus suis separauit: cuius ingenium, variósque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cùm ipse litterã Socrates nullam reliquisset. Hinc discidiũ [c] illud exstitit quasi linguæ atq; cordis, absurdũ sanè, & inutile, & reprehendẽdũ, vt alij nos sapere, alij dicere docerent. Nã, cũ essent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius variis, & diuersis, & in omnem partẽ diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, & multùm disiunctæ, & dispares, cũ tamẽ omnes se philosophi Socraticos & dici vellẽt, & esse arbitrarẽtur. Ac primò ab ipso Platone Aristoteles, & Xenocrates: quorũ alter Peripateticorũ, alter Academiæ nomẽ obtinuit: deinde ab Antisthene, qui patiẽtiã, & duritiã in Socratico sermone maximè adamarat, Cynici primũ, deinde Stoici: tũ ab Aristippo, quẽ illę magis voluptariæ disputationes delectarãt, Cyrenaica philosophia manauit: quã ille, & eius posteri simpliciter defenderãt: ij, qui nũc voluptate omnia metiuntur, dũ verecũdiùs id agũt, nec dignitati satisfaciunt, quã̃non aspernãtur, nec voluptatẽ tuentur, quã amplexari volũt. Fuerunt etiã alia genera philosophorũ, qui se omnes ferè *Socratices* esse dicebãt: [d] Eretricorum [e], Herilliorũ, Megaricorum, Pyrrhoneorũ: sed ea horum vi, & disputationibus sunt iamdiu fracta, & exstincta. Ex illis autem, quæ remanent, ea philosophia, *quæ* [f] *suscepit patrocinium voluptatis*, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro, quem quærimus, & quem auctorẽ publici consilij, & regendæ ciuitatis ducem, & sententiæ, atque eloquentiæ principem, in senatu, in populo, in causis publicis esse volumus: nec vlla tamen ei philosophiæ fiet iniuria à nobis. non enim repelletur inde, quò aggredi cupiet: sed in hortulis quiescet suis, vbi vult, vbi etiam recubans molliter, & delicatè, nos auocat à rostris, à iudiciis, à curia, fortasse sapienter, ac [g] præsertim à rep. Verùm ego non quæro nunc, quæ sit philosophia verissima, sed quæ oratori cõiuncta maximè. Quare istos sine vlla contumelia dimittamus. sunt enim & boni viri, & quoniam sibi ita videntur, beati, tantúmque eos admoneamus, vt illud, etiam si est verissimum, tacitum tamen, tanquam mysterium, teneant, quòd negant versari in rep. esse sapientis. Nam, si hoc nobis, atque optimo cuiq. persuaserint, nõ poterunt ipsi esse, id quod maximè cupiũt, otiosi. *Stoicos* [h] autẽ quos minimè improbo, dimitto tamẽ nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt: atque [i] hanc iis habeo gratiam, quòd soli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac sapientiam esse dixerunt: sed vtrumque est in his, quod ab hoc quẽ instruimus, oratore valde abhorreat, vel [k] quòd omneis, qui sapientes non sint, seruos, latrones, hosteis, insanos esse dicunt, neque tamen quemquam esse sapientem. valde autem est absurdum, ei concionem,

a L. qui audiant,
b *fuit*, cum probitate iungenda, f. al. probitati iung.
c Sapientes philosophi politici simul & oratores.*
P. CXLVIII.
d al. ac vitæ*
e Philosophorum sectæ physici à Pythagora, Democrito, Anaxagora.*
f L. & quærenda,
g L. labori ac sudori, & q.
h al. reperuerunt,
i L. ipsi qui dem in rep.
k Socratici seu Ethici.*

a L. Hic iis, qui hæc, q.
b L. cùm appellarentur vno nomine,
P. E.
c al. lib. vulg. dissidium ill. | male est enim discidiũ, à discindo.*
d L. Eretriacorum,
e Socraticorum sectæ.*
f Epicurei.*
g L. hac præsertim rep.
h Stoici.*
i lib. vulg. atque hanc ab iis hab. gr. *mendosè.*
k L. & quod omneis. Duo enim hic refert Stoicorum placita: vnum, omnes P. CXLIX. qui sapientes non sint seruos esse: Alterum, Neminem esse sapientem.*

aut senatum, aut vllum cœtum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo ciuis, nemo liber esse videatur. Accedit quòd orationis etiam genus habent fortasse subtile, & certè acutum: sed vt in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum, attamen [a] eiusmodi, quo vti ad vulgus nullo modo possit. Alia enim & bona, & mala videntur Stoicis, & ceteris ciuibus, vel potiùs gentibus: alia vis honoris, ignominiæ, præmij, supplicij, verè, an secus, nihil ad hoc tẽpus: sed si ea sequamur, nullam vmquam rem dicendo expedire possimus. Reliqui sunt *Peripatetici*, & *Academici*, quamquam Academicorum [b] nomen est vnum, sententiæ duæ: nam Speusippus [c] Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem, Polemo, & Crãtor, nihil ab Aristotele, qui vnà audierat Platonem, magnopere [d] dissensit: copia fortasse, & varietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas [e] primum, qui Polemonem audierat, ex varijs Platonis libris, sermonibúsque Socratici hoc maximè arripuit, nihil [f] esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit: quem ferũt eximio quodam vsum lepõre dicendi, aspernatum esse omne animi, sensúsq; iudicium, primúmque instituisse, (quamquã id fuit Socraticum maximè) non, quid ipse sentiret, ostendere: sed contra id, quod quisq; se sentire diceret, disputare. Hinc hæc recentior Academia emanauit, [g] in qua exstitit diuina quidam celeritate ingenij, dicendíque copia Carneades: cuius ego etsi multos auditores cognoui Athenis, tamen auctores certissimos laudare [h] possum, & socerum meum Scæuolam, [i] qui eũ Romæ audiuit adolescens, & Qu. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum à se adolescente Athenis, iam affectũ senectute, multos dies auditũ esse dicebat. Hęc autem, vt ex Apennino, fluminum, sic ex cõmuni [k] sapientium iugo, sunt doctrinarum facta diuortia, [l] vt philosophi, tamquam in superum mare Ionium defluerent, Græcum quoddam, & portuosum: oratores autem in inferũ hoc Tuscum, & Barbarũ, scopulosum, atque infestum, laberentur, in quo etiam ipse Vlysses errasset. Quare si hac eloquentia, atq; hoc oratore contenti fumus, qui sciat aut negare oportere quod arguare, aut si id non possis, tum ostendere, quod is fecerit, qui insimuletur, aut rectè factum, aut alterius culpa, aut iniuria, aut ex lege, aut non contra legem, aut imprudentia, aut necessariò, aut non eo nomine vsurpandum, quo arguatur, aut non ita agi, vt debuerit, ac licuerit: &, si satis esse putatis, ea, quæ isti scriptores artis docent, discere, quæ multò tamen ornatiùs, quàm ab illis dicuntur, & vberiùs explicauit Antonius: sed, si his contenti estis, atque iis etiam, quæ dici voluistis à me: ex ingenti quodam oratorem, immensóq; campo in exiguũ sanè gyrum compellitis. Sin veterem illum Periclem, aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem, est, Demosthenem, sequi vultis, & si illam præclarã, & eximiam speciem [m] oratoris perfecti, & pulcritudinem adamastis: aut vobis hæc Carneadia, aut illa Aristotelia vis comprehendenda est. Namque (vt antè dixi) veteres illi vsque ad [n] Isocratem, omnem omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad rempublicam pertinebant, cognitionem, & scientiam cum dicendi ratione iungebant: postea [a] dissociati (vt exposui) à Socrate, disserti à doctis, & deinceps à Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiã despexerunt, oratores sapientiam: neq; quidquam ex alterius parte tetigerunt, nisi quod illi ab his, aut ab illis hi mutuarentur: ex [b] quo promiscuè haurirent, si manere in pristina communione voluissent. Sed, vt põtifices veteres propter sacrificiorum multitudinẽ treis viros epulones [c] esse voluerũt, cùm essent ipsi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti: sic Socratici à se causarum actores à cõmuni philosophiæ nomine separauerunt, cùm veteres dicendi & intelligendi mirificam societatem esse voluissent. Quæ cùm ita sint, paullulum [d] equidem de me deprecabor, & petam à vobis, vt ea, quæ dicã nõ de memet ipso, sed de oratore dicere putetis. Ego enim sum is, qui cùm summo studio patris in pueritia doctus essem, & in forum ingenij tantum, quantum ipse sentio, nõ tantum, quantum ipse forsitan vobis videar, detulissem, non possim dicere, me hæc, quæ nunc complector, perinde, [e] vt dicam discenda esse, didicisse: quippe qui omnium maturrimè ad publicas causas accesserim, annósque natus vnum [f] & vigínti nobilissimum hominem, & eloquentissimum, in iudicium vocarim: cui disciplina fuerit forum: magister, vsus, & leges, & instituta populi R. mósq; maiorum, Paullum, sitiens istarum artium, de quibus loquor, gustaui, quæstor in Asia cùm essem, æqualẽ ferè meum ex Academia, rhetoré nactus, Metrodorum illum, de cuius memoria commemorauit Antonius: & inde decedens, Athenis: vbi ego diutiùs essem moratus, nisi Athenienſibus, quòd mysteria non referrẽt, ad quæ biduo seriùs venerã, succensuissem. [g] Quare hoc, quòd cõplector tantã scientiam, vímq; doctrinæ, non modò non pro me, sed contra me est potius, non enim quid ego, sed quid orator possit, disputo:) atq; hos omneis, qui arteis [h] rhetoricas exponũt, perridiculos. Scribunt enim de litium genere, & de principiis, & de narrationibus. Illa vis autẽ eloquentiæ, tanta est, vt omnium rerũ, virtutum, officiorum, omníque naturæ, quæ mores hominum, quæ animos, quæ vitam continet, originem, vim, mutationẽsque teneat: eádem mores, leges, iura describat, remp. regat, omnia, quę [i] ad quamcumque rem pertineãt, ornate, copioséque dicat. In quo genere nos quidem versamur tantum, quantum possumus, quantũ ingenio, quantum mediocri doctrina, quantũ vsu valemus: neq; tamen istis, qui in vna philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt, multùm sanè in disputatione concedimus. Quid enim meus familiaris C. Velleius afferre potest, quamobrem voluptas sit summum bonum, quod ego nõ copiosiùs possim vel tutari, si velim, vel refellere ex illis locis quos exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis. vnusquisque nostrũm versatus? Quid est, quod aut Sex. Põpeius, aut duo Balbi, aut meus amicus, qui cũ Panætio vixit, M. Vigellius, de virtute hominum Stoici possint dicere, qua in disputatione ego his debeam, aut vestrũm quisquam concedere? Non est enim philosophia similis artium reliquarum. nam quid faciet in geometria

a Academici: quorum vnum nomẽ, sententiæ duæ. Alia enim est vetus, alia noua Academia.*

b L. ac tandem.

c Academiæ veteris sectatores Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crãtor.*

d *fort.* magnopere dissenserunt:

e Academiæ nouæ seu recentioris author, Arcesilas: sectator Carneades.*

f Academiæ nouæ dogma. Nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit.*

g L. manauit, & *ita mss.*

h Laudare testem quid, & vnde dictũ scripsi in Bruto.*

i L. Scæuulã,

k *al.* è cõmunis sapientiæ iugo

l sunt doctrinarum facta diuortia. Ita citatur apud Nonium c. 4. in p. 8. Diuortium 151.*

l L. deuortia,

m L. oratoris perfecti speciem.

n L. ad Socratem,

a L. posteà, dissociatis (vt exposui) à Socrate, disertis à

b. *fort.* cùm ex eodem fonte promiscue haurire possent, si man.

c adde Festum in Epulones.*

d *al.* paullum

e Proinde, vt d.

f L. vndenigenti. ſ ferè bit enim Tacitus hoc esse factum à Crasso decimonono ætatis anno.*

g L. fuscensuissem. P. C. L.

h Rhetorum inanis docẽdi ratio.*

i L. ad quæq.

metria,qui non didicerit? quid in musicis? aut taceat oportebit, aut ne sanus quidem iudicetur. Hæc verò, quæ sunt in philosophia, ingeniis eruuntur ad id quod in quoq; verisimile est, eliciendũ, acutis, atque acrib⁹ eáque exercitata oratione poliuntur. Hic, [a] hic noster vulgaris orator si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi, istos quidem nostros verberabit, neque se ab iis contemni ac despici sinet. Sin aliquis exstiterit aliquando, qui Aristotelio more de omnibus rebus in [b] vtramq; sententiam possit dicere, & in omni causa duas contrarias orationes, præceptis illius cognitis, explicare, aut hoc Arcesilæ modo, & Carneadis, contra omne, quod propositum sit, disserat: quíque ad eam rationem adiungat hunc rhetoricum vsum, morémque [c], exercitationémque dicendi, is sit verus, is perfectus, is solus orator. Nam neque sine forensibus neruis satis vehemens, & grauis, nec sine varietate doctrinæ satis politus, & sapiens esse orator potest. Quare Coracẽ [d] istum vestrum patiamur nos quidem pullos [e] suos excludere in nido, qui euolent, clamatores odiosi ac molesti, Pamphilúmque nescio quem sinamus in insulis tantam rem, tamquam puerileis delicias aliquas depingere: nósque ipsi hac tam exigua disputatione hesterni & hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dummodo illa res tanta sit, vt omnibus philosophorum libris, quos nemo oratorum istorum vmquam attigit, comprehensa esse videatur. Tum Catulus, Haud quaquam hercle, inquit, Crasse, mirandum est, esse in te tantam dicendi vel vim, vel suauitatem, vel copiam: quem quidem antea natura rebar ita dicere, vt mihi non solùm orator summus, sed etiam sapientissimus homo viderere: nunc intelligo, illa te semper etiam potiora duxisse, quæ ad sapientiam spectarent, atque ex his hãc dicendi copiam fluxisse: sed tamen cùm omneis gradus ætatis recordor tuæ, cúmque vitam tuam, ac studia considero: neque quo tempore ista diceris, video, nec [f] magnopere te istis studiis, hominibus, libris [g], intelligo deditum: neque tamen possum statuere, vtrum magis mirer, te illa, quæ mihi persuades maxima esse adiumenta, potuisse in [h] tuis tantis occupationibus perdiscere: an si non potueris, posse isto modo dicere. 16 ¶ Hîc Crassus, Hoc tibi, inquit, Catule primùm persuadeas velim, me nõ multo secus facere, cùm de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum: negarem enim posse eum satisfacere in gestu, nisi palæstram, nisi saltare didicisset: neque, ea cùm dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificij existimatorem. Similiter nunc de oratore, vestro impulsu, loquor, summo scilicet *Semper enim quicumque de arte, aut facultate quæ itur, de absoluta & perfecta quæri solet.* Qua re si iam me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo: (quid enim nunc sim ineptus? ita me existimari scio) quod si ita est, summus tamen certè non sum. neque enim apud homines res est vlla difficilior, neque maior, neque quæ plura adiumenta doctrinæ desideret. Attamen quoniam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam necesse est. *vis enim, & natura rei, nisi perfecta arte oculos ponitur, qualis, & quanta sit, intelligi non potest.* Me autem, Catule, fateor, neque hodie in istis libris, & cum istis hominibus viuere: nec [a] verò, id quod tu rectè commemineristi, vllum vmquã habuisse sepositum tempus ad discendum, ac tantum tribuisse doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas, forenses [b] feriæ concesserint. At, si quæris, Catule, de doctrina ista quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini, & ei, qui forum, qui curiam, qui causas, qui remp. spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ij sumserunt, quos discenteis vita defecit. omnes enim artes aliter ab iis tractantur, qui eas ad vsum transferunt: aliter ab iis, qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita sunt aliud acturi. Magister [c] hic Samnitium summa iam senectute est, & quotidie commentatur. nihil enim curat aliud. atq; [d] velocius puer addidicerat. sed quòd erat aptus ad illud, totúmque cognorat, fuit, vt est apud Lucilium,

--- *quamuis bonus ipse*
Samnis in ludo, ac [e] rudibus cuiuis [f] satis asper.

sed plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari. Valerius quotidie cantabat. erat enim scenicus. quid faceret aliud? At Numerius Furius, noster familiaris, cùm est commodum, cantat. est enim paterfamiliãs, est Eques Romanus puer didicit, quod discendum fuit. Eadem ratio est harum artium maximarũ. dies & nocteis virum summa virtute & prudentia videbamus, philosopho cùm operã daret, Qu. Tuberonem. At eius auunculum vix intelligeres id agere, cùm ageret tamen, Africanum. Ista discuntur facilè, si & tantum sumas, quantum opus sit, & habeas qui docere fideliter possit, & scias etiam ipse discere. Sed si tota vita nihil velis aliud agere: ipsa tractatio, & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cũ desidiosa delectatione vestiges. ita fit, vt agitatione rerum sit infinita cognitio [g]: facilis vsus doctrinam confirmet: mediocris opera tribuatur: memoria, studiúmque permaneat [h], Libet autem semper discere, vt si velim ego [i] talis optimè ludere, aut pilæ studio teneor, etiam fortasse si assequi non possim. at alij, qui præclarè faciunt, vehementiùs, quàm causa postulat, delectantur, vt Titius pila, Brulla [k] talis. Quare nihil est, quòd quisquam magnitudinem artium ex eo, quòd senes discunt, pertimescat. namque aut senes ad eas accesserunt, aut vsque ad senectutem in studiis detinẽtur, aut sunt tardissimi. Res [l] quidem se mea sententia sic habet, vt, nisi quod quisque ciò potuerit, numquam omnino [m] possit perdiscere. 16 ¶ Iam, iam, inquit Catulus, intelligo, Crasse, quid dicas, & hercule assentior. satis video tibi homini ad perdiscendũ accerrimo, ad ea cognoscenda, quæ dicis, fuisse temporis. 17 ¶ Pergísne, inquit Crassus, me quæ dicã, de me, non de re, putare dicere? Sed iam, si placet, ad instituta redeamus. 18 ¶ Mihi verò, Catulus inquit, placet. 19 ¶ Tum Crassus, Quorsum igitur hæc spectat, inquit, tam longa, & tam altè repetita oratio? hæ duæ partes, quæ mihi supersunt, illustrandæ orationis, ac totius eloquentiæ cumulandæ, quarum altera dici postulat ornatè, altera aptè, hanc habent vim, vt sit quàm maximè iucunda, quàm maximè in sensus eorum, qui au-

a L. Hic noster vulgus.

b L. in vtram que partem posse dicere

c L. non agnoscit, morémq.

d Coracem de quo hoc loco Nonius cap. 2. in Coracẽ ios. interpretatur corvum ineptè, Corax enim hic intelligitur

e L. pullos suos excludere è nido qui euolẽt,

f L. neque magnopere

g L. libris

h L. in tuis tantis occupationibus

a al. neq. verò

b fort. & forenses feriæ

c Magister Samnitium est gladiatorum magister: Samnites enim gladiatores. Vide Festum in Samnites.

d L. At Qu. P. CXLI. Velocius, puer didicerat. al. Velocius. vide Victorium 6. Var. 21. al. Qu. Vennonius*

e Rudes bacilli quibus vel lanistæ vtebantur, vel exercẽdi causa pugnabãt: quibus donabantur cum à populo liberabantur*

f vet. causis vel cunis. Liptius cunis satis asper, id est nauus & experiens, 5. Antiquarum 2.*

g v.c. cogitatio nõ placet.

h al. permaneat, libeat autem discere.*

i v.c. talis ego

k v.c. Brulla

l v. c. Res quidem mea sententia

m vic possit omnino

diunt, influat, & quàm plurimis sit rebus instructa. Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre tractū [a] ex vulgi opinionibus, exiguum sanè, atque mēdicum est. illud tursus ipsum, quod tradunt isti, qui profitentur se dicendi magistros, non [b] multo est maius, quàm illud vulgare, ac forense. Apparatu nobis opus est, & rebus exquisitis vndique, & collectis, arcessitis, comportatis, vt tibi, Cęsar, faciendum est ad annum: vt ego in ædilitate laboraui, quòd quotidianis, & vernaculis rebus satisfacere me posse huic populo nō putabam. Verborum eligendorum, & collocandorum, & concludendorum facilis est vel ratio, vel, sine ratione, ipsa exercitatio. Rerum est sylua magna, quam cùm Græci iam non tenerent, ob eámque causam iuuentus nostra dedisceret pænè discendo, etiam Latini, *si diù placet*, hoc biennio magistri dicendi exstiterunt: quos ego CENS. edicto meo sustuleram: non quò (vt nescio quos dicere aiebant) acuī ingenia adolescentium nollem, sed contrà ingenia obtundi nolui, corroborari impudētiam. Nam [c] apud Græcos, qui cuiusmodi essent, videbam tamen esse, præter hanc exercitationem linguæ, doctrinam aliquam, & [d] humanitatem dignam scientia. hos verò nouos magistros nihil intelligebā posse docere, nisi vt auderent: quod etiam cum bonis rebus coniunctum, per se ipsum est magnopere fugiendum. Hoc cū vnum traderetur, & cùm impudentię ludus esset: putaui esse censoris, ne longiùs id serperet, prouidere. quamquam non hæc ita statuo, atque decerno, vt desperem, Latinè ea, de quibus disputauimus, tradi ac perpoliri. patitur enim & lingua nostra, & natura rerum, veterem illā, excellentémque prudentiam Græcorum, ad nostrum vsum, morémque transferri. sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt. sin quādo exstiterint: etiam Græcis erunt anteponendi. *Ornatur* igitur oratio *genere* primùm, & quasi *colore* quodam, & *succo* suo, nam vt grauis, vt suauis, vt erudita sit, vt liberalis, vt [e] admirabilis, vt polita, vt sensus, vt dolores habeat, quantum opus sit, non est singulorum articulorum: *in toto spectantur hæc corpore*. Vt porrò conspersa sit quasi verborum, sententiarúmque floribus, *id non debet esse fusum æquabiliter per omnem orationem*, sed ita distinctum, vt sint quasi in ornatu dispositæ quædam insignia, & lumina. Genus igitur dicendi est eligendum, quod maximè teneat eos, qui audiant, & quod non solùm delectet. sed etiam sine satietate delectet. Non enim à me iam expectari puto, vt moneam, vt caueatis, ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta. aliud [f] quiddam magis & ingenia me hortantur vestra, & ætates. Difficile enim dictu est, quænam causa sit, cuīs ea, quæ maximè sensus nostros impellunt voluptate, & specie prima acerrimè commouent, ab iis celerrimè fastidio quodam, & satietate abalienemur. Quantò colorum pulchritudine, & varietate floridiora sunt in picturis nouis pleraque, quàm in veteribus? quæ tamen etiam si primo adspectu nos ceperunt, diutius non delectant: cùm iidē nos in antiquis tabulis illo ipso horrido, obsoletóq; teneāmur. Quantò molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ, quàm certæ, & seueræ? quibus tamē non modò austeri, sed si sæpius fiunt, multitudo ipsa reclamat. Licet hoc videre in reliquis sensibus, vnguentis minus diu nos delectari, summa & acerrima suauitate conditis, quàm his moderatis: & magis laudari quod [a] terram, quàm quod crocum [b] olere videatur. In ipso tactu esse modum & mollitudinis, & leuitatis. Quinetiā gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quíq; dulcitudine [c] præter ceteros sensus cōmouetur, quàm citò id, quod valde dulce est, aspernatur, ac respuit? quis potione vti, aut cibo dulci diutius potest? cùm vtroq; in genere ea, quæ leuiter sensum voluptate moueant, facillimè fugiant satietatē. Sic omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitimū est, quo hoc minus in oratiōe miremur: in qua vel ex poetis, vel ex oratoribus possumus iudicare, concinnam, distinctā, ornatam festiuā, sine intermissione, sine reprehēsione, sine varietate, quāuis claris sit coloribus picta vel poēsis, vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna. [d] Atque eo citiùs in oratoris, aut in poetę cincinnis, [e] ac fuco offenditur, quòd [f] sensus in nimia voluptate natura, non mente satiantur: in scriptis & in dictis non aurium solùm, sed animi iudicio etiam magis, infucata vitia noscūtur. Quare, BENE, & PRAECLARE, quāuis nobis sæpe dicatur: BELLE, & FESTIVE, nimium sæpe nolo. quāquam illa ipsa exclamatio, Nō potest melius. sit velim crebra: sed habeat tamē illa in dicēdo admiratio, ac summa laus vmbram aliquam, & recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, exstare, atque eminere videatur. Numquam agit hūc versum Roscius eo [g] gestu, quo potest,

Nam sapiens virtuti honorem, præmium, haud prædam petit:

seb abiicit prorsus, vt in proximos,

Ecquid videō ferro saptus possidet sedes [h] sacras. incidat, aspiciat, admiretur, stupescat. Quid ille alter?

Quid petam præsidij?

quàm leniter? quàm remisse? quàm non actuosè? instat enim,

O pater, ô Patria, ô Priami domus.

In quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumta superiore motu, & exhausta. Neq; id actores prius vidērūt, quàm ipsi poetæ, quàm deniq; illi etiā qui fecerunt modos, à quibus vtrisq; summittitur [i] aliquid deinde augetur, extenuatur inflatur, variatur, distinguitur. Ita sit nobis igitur ornatus, & suauis orator, (nec tamen potest aliter esse vt suauitatem habeat austeram, & solidam, non dulcem, atque decoctam nam ipsa ad ornandum præcepta, quæ dantur, eiusmodi sunt, vt ea, quāuis vitiosissimus orator, explicare possit. Quare, vt antè dixi, primum sylua rerum, ac sententiarum comparanda est, qua de parte dixit Antonius. hæc formanda [k] filo [l] ipso, & genere orationis, illuminanda verbis, variandā sententiis, Summa autem laus eloquentiæ est, *amplificare* rem ornando, quod valet non solùm ad augendum aliquid, & tollendum altiùs, dicendo, sed etiam ad extenuandum, atque abiiciendum. Id desideratur omnibus iis in locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, vel cùm explanamus aliquid, vel cùm conciliamus animos, vel cùm cōcitamus. Sed in hoc quod

a *v.c.* tractatū *non placet.* P. B.

b *lib. vulg. & mss. cor.* non multum est maius, *&c. non placet.*

c L. Nam apud Græcos, cuicuimodi essent, videbā *sal.* cuiuscuiusmodi.

d L. & humanitate dignā scientiam.

e *v.c.* vt admirabilis,

f L. aliud quiddam maius & ing. *fort.* cur, quæ

P. CLII.

a L. quæ terram, quàm quæ cr. ol. videātur. *al.* quæ ceram, quàm, *&c.* Plinius 17. cap. 5. hūc locū citās.

b fapere: ita Plinius *d. loco*, vbi notat Ciceronem maluisse dicere sapere, quàm redolere.

c *q. v.c. & non nulli lib. vulg.* dulcedine: & ita legitur corrupte apud Nonium cap. 2. in Dulcitas & Dulcitudo. 215.

d L. sine respiratione, e *quidam legi volunt*, diuturnam.

e *al.* cinnis ita apud Nonium cap. 6. in Cinnos & fucum. 13.

f L. quod sensu in nimia *v. n. n. m.* satiatur:

g L. eo, quo potest, gestu,

h *al.* ædes.

i L. summittitur aliquid, atque P. B.

extenuatur: deinde augetur, inflatur, *&c.*

k *al.* ornanda vt suprà.

l *al.* filo *al.* succo ipso. vt suprà

m L. oratione.

quod postremũ dixi, amplificatio potest plurimùm,eáque vna laus oratoris est,& propria maximè. Etiam maior est illa exercitatio, quã extremo sermone instruxit Antonius(primo reiiciebat)laudandi,& vituperandi. Nihil est enim ad exaggerandam, & amplificandam orationem accommodatius, quàm vtrumque horum cumulatissimè facere posse. Cõsequentur etiam illi *loci*, qui quamquam proprij causarum,& inhærentes in earum neruis esse debent,tamen quia de vniuersa re tractari solẽt, *communes* à veteribus nominati sunt : quorum partim[a] habent vitiorum,& peccatorum acrẽ quãdam cum amplificatione *incusationem*, aut querelam, contra quam dici nihil solet, nec potest vt in depeculatorem, in proditorẽ, in parricidam, quibus vti,confirmatis criminibus,oportet.aliter enim ieiuni sunt,atque inanes:alij autem habent *deprecationem*, aut *miserationem*:alij verò *ancipites disputationes*,in quibus de vniuerso genere in vtramque partem disseri copiosè licet. Quæ exercitatio nunc propria duarum philosophiarum, de quibus antè dixi,putatur:apud antiquos erat eorum, à quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio,& copia petebatur. De virtute enim, de officio,de æquo & bono,de dignitate,vtilitate,honore, ignominia, præmio, pœna,similibúsque[b] de rebus,in vtramque partem dicendi animos, & vim,& artem habere debemus. Sed, quoniam de nostra possessione depulsi, in paruo, & eo litigioso, prædiolo relicti sumus,& aliorum patroni, nostra tenere, tuerique non potuimus:ab iis,(quod indignissimũ est)qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod opus est nobis,mutuemur.Dicunt igitur nunc quidem illi,qui ex particula parua vrbis, ac loci, nomen habent, & Peripatetici philosophi. aut Academici nominantur, olim autem,propter eximiam rerum maximarũ scientiam, à Græcis politici[c] philosophi appellati, vniuersarum rerum publicarum nomine vocabantur, omnem ciuilem orationem in horum alterutro genere versari, aut *definita controuersia* certis temporibus ac reis[d], hoc modo,placeátne à Karthaginiensibus captiuos nostros, redditis suis, recuperari : aut[e] *infinite de vniuerso genere quærentis*, quid omnino de captiuo statuendum,ac sentiẽdum sit. atque horum superius illud genus,causam, aut controuersiam appellant.eámque tribus,lite, aut deliberatione,aut laudatione definiunt:hæc autem altera quæstio infinita,& quasi proposita, cõsultatio nominatur. atque hactenus loquũtur. Etiam[f] hac instituendo diuisione vtũtur, sed ita, non vt iure, aut iudicio, vt[g] denique recuperare amissam possessionem, sed vt ex iure ciuili, furculo defringendo, vsurpare videantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus,locis, reis definitum, obtinẽt, atque idipsum lacinia. Nunc enim apud Philonem, quem in Academia maximè vigere audio, etiam harum iam causarum cognitio, exercitatióque celebratur. Alterum verò tantummodò in prima arte tradenda nominant, & oratoris esse dicunt:sed neque vim, neque naturam eius, nec parteis, nec genera proponunt,vt præteriri omnino fuerit satius,quam[h] attentatum deseri. nunc enim inopia reticere intelliguntur,tum iudicio viderentur.Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri & disceptari potest,siue in infinitis consultationibus disceptatur, siue in iis causis quæ in ciuitate, & in forensi disceptatione versantur:neque est vlla, quæ non aut ad *cognoscendi*, aut ad *agẽdi* vim,rationémque referatur. nam aut ipsa cognitio rei, scientiáque perquiritur,vt, Virtus suámne propter dignitatem,an propter fructus[a] aliquos exper atur:aut agendi consilium exquititur,vt, Sítne sapienti capessenda resp. ¶ *Cognitionis* autem *tres modi*, coniectura,definitio,&, vt ita dicã, consecutio.Nam quid in re sit, *coniectura* quæritur, vt illud, Sítne in humano genere sapiẽtia.Quam autem vim quæque res habeat *definitio* explicat:vt,si quæratur quid sit sapientia. *Consecutio* autem tractatur, cùm, quid quamque rem sequatur,inquiritur:vt illud, Sítne aliquando mentiri boni viri. ¶Redeunt rursus ad *coniecturam*,eámque in quattuor genera dispertiunt.nam aut *quid sit*,quæritur,hoc modo:Naturáne sit ius inter homines,an opinionibus:aut,*quæ sit origo* cuiusque rei:vt quod sit initium legum,aut reium publicarum:aut *causa & ratio* : vt,si quæratur,cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant : aut de *immutatione*:vt,si disputetur,num interire virtus in homine, aut num in vitium possit conuerti.Definitionis autem sunt disceptationes, vt, cùm quæritur , *quid in communi mente quasi impressum sit*:vt,si disseratur[b],idne sit ius,quod maximæ parti sit vtile: aut,cùm, *quid cuiusque sit proprium*, exquiritur, vt ornatè dicere, propriúmne sit oratoris,an id etiam aliquis[c] præterea possit:aut, *cùm res distribuuntur in parteis*,vt, si quæratur, quot sint genera rerum expetendarum,aut,sintne tria,corporis,animi, externarúmque rerum:aut cùm, *quæ forma, & quasi naturalis nota cuiusque sit*,describitur,vt,si quæratur auari species,seditiosi,glorioси. ¶ *Consecutionis* autem duo prima quæstionum genera ponuntur. nam aut *simplex* est disceptatio, vt, si disseratur, expetendáne sit gloria: aut *ex cõparatione*,laus,an diuitiæ magis expetẽdæ sint. Simplicium autem sunt tres modi,*de expetendis,fugiendísve rebus*, vt, expetendíne honores sint,num fugienda paupertas: de *æquo,aut iniquo*,æquúmne sit vlcisci iniurias etiam propinquorum:de *honesto,aut turpi*, vt hoc, sítne honestum,gloriæ causa mortem obire. ¶ Comparationis autem duo sunt modi : vnus, cùm, *idémne sit,an aliquid interfit*,quæritur:vt metuere,&[d] vereri:vt rex,& tyrannus:vt assentator, & amicus: alter, cùm, *quid præstet* aliud alij, quæritur: vt illud, optimíne cuiusque sapientes, an populari laude ducantur. ¶ Atque ex quidem disceptationes, quæ ad cognitionem referuntur, sic ferè à doctissimis hominibus describuntur. *Quæ verò referuntur ad agendum*, aut in officij disceptatione versantur, quo in genere,quid rectum,faciendúmque sit,quæritur:cui loco omnis virtutum, & vitiorum est sylua subiecta : aut in animorum aliqua permotione aut gignendã,aut sedanda,tollendáve tractantur. huic generi subiectæ sunt cohortationes,obiurgationes,consolationes,miserationes , omnísque ad omnem animi motum[e] & impulsio, &,si ita res feret,mitigatio. Explicatis igitur his generibus, ac modis disceptationum omnium, nihil sanè ad rem pertinet, siqua in re discrepauit ab Antonij diuisione nostra partitio. eadem enim sunt mẽbra in vtrisque disputationibus,sed paullo secus à me, atque ab illo, partita, ac distributa,

a partim,positum pro,aliquam & sensus id exigit: & sequens, alij,id etiam cuiacit.*

b L. similibúsque reb.

c Politici Philosophi. vt. Supra num. 12. b. Cluu. num 13.* d ad rebus.*

e L. aut infinite de vniuerso genere quæstione, quid

f fort. Rhetores etiam hac instit.

g L. aut vi omnique l. al. aut denique.*

h L. quàm ac tractum l. al. ac tantum. l. al. ad tantũ.*

a al fructum aliquem

b al. deseratur:al. disqui P. B. ratur.al. quæratur.*

c v.c. aliquis præterea facere possit.

d L. & vereri:rex, & tyrannus:assl

e al. motum impulsio?

Nunc ad reliqua progrediar, méque ad meum munus, pentúmque reuocabo. Nam ex illis locis quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quæque genera quæstionum argumenta sumenda: sed aliis generibus alij loci magis erunt apti: de quo non tam quia longum est, quàm quia perspicuum, dici nihil est necesse. *Ornatissimæ sunt igitur orationes eæ, quæ latissime vagantur*, & à priuata, ac singulari controuersia se ad vniuersi generis vim explicandam conferunt, & conuertunt, vt ij, qui audiant, natura, & genere, & vniuersa re cognita, de singulis reis, & criminibus, & litibus statuere possint. Hanc ad consuetudinem exercitationis vos[a], adolescentes, est cohortatus Antonius, atque à minutis, angustísque concertationibus ad omnem vim, varietatémque vos disserendi traducendos putauit. Quare nō est paucorum libellorum hoc munus, vt ij, qui scripserunt de dicendi ratione, arbitrati sunt, neque Tusculani, atque huius ambulationis ante meridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis. Non enim solùm acuenda nobis, ne que procudenda[b] lingua est, sed onerandum, complendúmque pectus maximarum rerum, & plurimarum suauitate, copia, varietate. Nostra est enim (si modò nos oratores sumus, si in ciuium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus publicis adhibendi auctores & principes sumus) nostra est, inquam, omnis ista prudentiæ, doctrinæque possessio, in quā homines, quasi caducam[c], atque vacuam[d], abundantes otio, nobis occupatis inuolauerūt, atque etiam aut irridentes oratorem, vt ille in Gorgia Socrates, cauillantur, aut aliquid de oratoris arte paucis præcipiunt libellis, eósque rhetoricos inscribunt, quasi non illa sint propria rhetorum, quæ ab iisdem de iustitia, de officio, de ciuitatibus instituendis, & regendis, de omni viuendi, denique etiam de naturæ ratione dicuntur. Quæ quoniam iam aliunde non possumus, sumēda sunt nobis ab iis ipsis, quibus[e] expilari sumus, dummodò illa ad hāc ciuilem scientiam, quò pertinent, & quam intuentur, transferamus: neque (vt antè dixi) omnem teramus in his discendis rebus ætatē, sed, cùm fonteis viderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, nunquam cognosci et omnino, tum quotiescumque opus erit, ex iis tantum, quantum est acris acies in naturis hominum, & ingeniis vt res tantas quisquam, nisi monstratas, possit videre: neque tanta tamen in rebus obscuritas, vt ea non penitus acri vi ingenio cernat, si modò adsit exerit. In hoc igitur tanto, támque[g] immenso campo, cùm liceat oratori vagari liberè atque vbicumque constiterit, consistere[h] in suo, facilè suppeditat omnis apparatus, ornatúsque dicendi. Rerum enim copia verborum copiam gignit: &, si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit ex ea natura quidam splendor in verbis, sit modò is, qui dicet, aut scribet, institutus liberaliter educatione, doctrináque puerili, & flagret studio, & à natura adiuuetur, & in vniuersorum generum infinitis disceptationibus exerciteatus: ornatissimos scriptores, oratoréque ad cognoscendum, imitandúmque cognorit[i]: næ[k] ille haud sanè, quemadmodum verba struat, & illuminet, à magistris istis requiret. Ita facilè in rerum abundantia ad orationis ornamenta[l] sine duce, natura ipsa, si modò est exercitata, labetur[a]. 20 ¶Hîc Catulus, Dij immortales, inquit, quantam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es, quantísque ex angustiis oratorem educere ausus es, & in maiorum suorum regno collocare? Namque illos veteres doctores, auctorésque dicendi nullum genus disputationis à se alienum putasse accepimus, sempérque esse in omni orationis ratione[b] versatos, ex quibus *Eléus*[c] *Hippias*, cùm Olympiam veniisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta pœne audiente Græcia, nihil esse vlla in arte rerum omniū, quod ipse nescisset: nec solùm has artes, quibus liberales doctrinæ, atque ingenuæ continerentur[d], geometriam, musicam, litterarum cognitionem, & poetarum, atque illa, quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerētur[e]: sed[f] annulūs, quem haberet: pallium, quo amictus: soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Scilicet nimis[g] hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est coniectura facilis, quantum sibi illi ipsi oratores de præclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint. Quid de *Prodico* Chio[i]? quid de *Trasimacho* Chalcedonio, de *Protagora* Abderita loquar? quorum vnusquisque plurimum temporibus illis, etiam de natura rerū & disseruit, & scripsit. Ipse ille *Leontinus*[k] *Gorgias*, quo patrono (vt Plato voluit) philosopho succubuit orator, qui aut non est victus vmquam à Socrate, nequel sermo ille Platonis verus est: aut, si est victus, eloquentior videlicet fuit, & disertior Socrates, &, vt tu appellas, copiosior, & melior orator. Sed hic in illo ipso Platonis lib. o, de omni re, quæcunque in disceptationem, quæstionémque vocaretur, se copiosissimè dicturum esse profitetur: isque princeps ex omnibus ausus est in conuentu poscere, quam[m] de re quisque vellet audire: cui tantus honos habitus est à Græcia, soli vt ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea sta tueretur. Atque ij, quos nominaui, multíque præterea fuerunt mi dicendi doctores vno tempore fuerunt: ex quibus intelligi potest, ita se rem habere, vt tu, Crasse, dicis: oratorísque[n] nomen apud antiquos in Græcia maio e quadam vel copia, vel gloria floruisse. Quo quidem magis dubito, tibine plus laudis an Græcis vituperationis esse tribuendum statuam: cùm tu in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in ciuitate, vel priuatorum negotiis pænè omnibus, vel orbis terræ procuratione, ac summi imperij gubernatione districtus, tantam vim rerum, cognitionémque comprehēderis, eámque omnem cum eius, qui consilio, & oratione in ciuitate valeat, scientia, atque exercitatione sociaris: illi nati in litteris, atdentésque his studiis, otio verò diffluentes, non modò nihil acquisierint, sed ne relictum quidem, & traditum, & suum conseruauerint.

21 ¶Tum Crassus, Non in hac, inquit, vna, Catule, re, sed in aliis etiam compluribus, distributione partium, ac separatione magnitudines sunt artium diminutæ[p]. An tu existimas, cùm esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios, qui vulneribus, alios, qui oculis[q] mederentur? num geometriam Euclide, aut Archimede, nū musicam Damone, aut Aristoxeno, num ipsas literas

a L. vos adolescentes, P. CLIIII.

b procudere est dilatare, producere Nonius 2. in Procudere 677.*

c Caduca possessio quæ aliqua ex causa cadit in fiscū. *Vlp. & Cod. de caducis* l. 3. ff. de his quæ testam. delentur: l. 9. ff. de Flauiano.*

d Vacua possessio, quæ à nemine detinētur. dixi ad l. 68. in fi. ff. de contr. empt.*

e *al.* à quibus compilati sumus,

f L. hauriamus.

g *fort.* immēsoque c *al.* tam immēsque.*

h *fort.* in suo sistere,

i L. legerit. k *al.* ne. & ita scripti legimus apud Diomedem lib. 1. Donatum prologo Andriæ.* l *al.* ornamēta, duce natura ipsa.*

a L. delabetur.

b L. genere

c hæc sumpta sunt ex Platonis Hippia.

d *al.* continentur,

e *al.* differuntur: f Ibidem Plato.

g *vt.* anulū, h *fort.* nimis longe hic q.

i L. Ceo?

k adde Diodor. 12.*

l οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος

m Idem lib. 1. supra & 2. de finibus bonorum in prin. Plato in Gorgia: Plin. 4. 8. *Val. lib. 3.* 4.*

n Oratoris nomen apud antiquos celebre.*

o L. conseruarint.

p *al.* deminutæ.

P CLV.

q L. oculis, alios, qui arrib. med.

teras Aristophane, aut Callimacho tractante, tam discerptas fuisse, vt nemo genus vniuersum complecteretur, atque vt alius aliam sibi partem, in qua elaboraret, seponeret? Equidem sæpe hoc audiui de patre, & de socero meo, nostros quoque homines, qui excellere sapientiæ[a] gloria vellent, omnia, quæ quidem tum hæc ciuitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Ælium, M. verò Manlium[b] nos etiam vidimus transuersò[c] ambulantem foro: quod erat insigne, eum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam: ad quos olim & ita ambulanteis, & in solio sedenteis domi, sic adibatur, non[d] solùm vt de iure ciuili ad eos, verùm etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio, aut negotio referretur. Hæc fuit P. Crassi illius veteris, hæc T. Coruncanij, hæc proaui, generi mei, Scipionis, prudentissimi hominis, sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, vt ad eos de omnibus diuinis, atque humanis rebus referretur: iidémque & in senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi, & militiæ consilium suum, fidémque præstabat. Quid enim M. Catoni, præter hanc politissimam doctrinam transmarinam, atque aduentitiam, defuit? num, quia ius ciuile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere, iuris scientiam negligebat? At[e] vtroque in genere & laborauit, & præstitit. num propter hanc ex priuatorum negotiis collectam gratiam tardior in rep. capessenda fuit? nemo apud populum fortior, nemo melior senator: idem facilè optimus imperator: denique nihil in hac ciuitate temporibus illis sciri, discíve potuit, quod ille non cùm inuestigarit, & scierit, tum etiam conscripserit. Nunc contrà plerique ad honores adipiscendos, & ad[f] remp. gerendam nudi veniunt, atque[g] inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellet[h] vnus è multis, effert se, si vnum aliquid affert, vt bellicam virtutem, aut vsum aliquem militarem: quæ sanè nunc quidem obsoleuerunt: aut iuris scientiam, ne eius quidem vniuersi: nam pontificium[i], quod est coniunctum, nemo discit: aut eloquentiam, quam in clamore, & in verborum cursu positam putant: omnium verò bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem, cognationémque nõ norunt. Sed, vt ad Græcos referam orationem, (quibus cetere in hoc quidem sermonis genere nõ possumus: nam vt virtutis à nostris, sic doctrinæ sunt ab illis exempla[k] petenda) septem[l] fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes & haberentur, & vocarentur. hi omnes, præter Milesium Thalem, ciuitatibus suis præfuerunt. Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cuius eloquentia litteris institutior fuisse traditur, quàm Pisistrati? qui primus Homeri libros, confusos anteà, sic disposuisse dicitur, vt nunc habemus. Non fuit ille quidem ciuibus suis vtilis[m], sed ita eloquentia floruit, vt litteris, doctrináque præstaret. Quid Pericles? de cuius dicendi copia sic accepimus, vt, cùm contra voluntatem Athenienium loqueretur pro salute patriæ, seueriùs tamen id ipsum, quod ille contra populareis homines diceret, populare omnibus, & iucundum videretur: cuius in labris veteres comici, etiam cùm illi malè dicerent (quod tum Athenis fieri licebat) lepõrem habitasse dixerunt: tantámque in eo vim fuisse, vt in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non declamator[a] aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed[b], vt accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras[c], vir summus in maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens, quadraginta annos præfuit Athenis & vrbanis, eodem tempore, & bellicis rebus. Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti, atque eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis Dionem[d] Syracusium doctrinis omnibus expoliuit? non Plato? atque eum idem ille non linguæ solùm, verùm etiam animi, ac virtutis magister, ad liberandam patriam impulit, instruxit, armauit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum[e], Cononis, præstantissimi imperatoris, filium, summum ipsum imperatorem, hominémque doctissimum? aut aliis Pythagoréus ille Lysias[f] Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum vnum omnis Græciæ? aut Xenophon[g] Agesilaum? aut Philolaum Architas Tarentinus? aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiæ Græciam, quæ quondam magna vocitata est? Equidem non arbitror. Sic enim video, vnam quandam omnium rerum, quæ essent homine erudito dignæ, atque eo, qui in rep. vellet excellere, fuisse doctrinam: quam qui accepissent, si iidem ingenio ad pronuntiandum valuissent, & se ad dicendum quoque, non repugnante natura, dedissent, eloquentia præstitisse. Itaque ipse Aristoteles, cùm florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quòd ipse suas disputationes à causis forensibus, & ciuilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutauit repentè totam formam propè disciplinæ suæ, versúmque quendam de Philocteta paullo secus dixit. Ille enim turpe[h] sibi ait esse tacere cum[i] Barbaris: hic autem, cùm Isocratem patereturdicere. Itaque ornauit, & illustrauit doctrinam illam omnem: rerúmque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Neque verò hoc fugit sapientissimum regem, Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, &[k] loquendi. Nunc siue[l] qui volet, cum philosophum, qui copiam nobis rerum, orationísque tradat, per me appellet oratorem licet: siue hunc oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiæ, philosophum appellare malit[m], non impediam: dummodo hoc constet, neque infantiam[n] eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat: neque insciticm[o] illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum sit optandum, malim[p] equidem indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem. Sin quærimus, quid vnum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. quem si patiuntur eundem esse philosophum:

a sapientes qui.*

b L. Manilium

c Transuersò ambulantes foro facere ciuibus consilii copiam solebat

d Iurisperiti* de iurisconsulti quibus de negotiis consuli solitum*

e L. Atqui vtroque in genere & elabor. l. al. atqui ab vtroque al. quia viroque. al. quia vtroque.*

f Ad rempublicam gerendam hæc maximæ necessariæ vires militaris, iuris scientia, ius pontificium, eloquentia, omnes bonæ artes, & virtutes, &c. omne, atque inter

g Excellit vnus? &c. & si tus phosi. iunctum cum ciuili.* k Exempla repetenda

p. 8. & n. c. l Septem sapientes.*

m Valerius l. 8. c. 9. refert Athenienses Pisistrati eloquentiæ cessisse, & permisisse.*

a al. clamator

b summi in Republica viri, præceptoribus summis Philosophis vsi, Pericles, Anaxagora: Critias & Alcibiades, Socrate: Dion, Platone: Timotheus, Isocrate: Epaminõdas, Lysia: Agesilaus, Xenophonte: Philolaus, Archyta: vetus Græcia, Pythagora. Alexander, Aristotele.*

c Vide Plutarchum in Pericle Diodorum 12. Ciceronem in Bruto, numero 33. & in Oratore 8. Valer. 9.*

d Vide Plutarch. in Dione: Ciceronem 1. Offic. in fin.*

e vide Aemilium Probum in Timotheo.*

f L. Lysis. ita apud Aemilium Probum in Epaminonda.*

g adde Aemilium Probum in Agesilao.*

h al. Turpe ait sibi facere, cum loquantur Barbari. al. Turpe sibi ait esse tacere cũ Barbaros lo- P. CLVI. qui sinat. al. Turpe sibi ait esse cùm Barbaros: hic autem cum Isocratem pateretur dicere: sumptum autem est à Græcis, apud quos hic versus. ἀεῖχρεν κἠν σιωπᾶν τὸν σοφὸν, βαρβάροις δ' ἐὰν λέγειν & Aristoteles. ἀεῖχρὸν Ἀριστοτέλη σιωπᾶν, Συκρατη δ' ἐὰν λέγειν. Laertius autem scribit Aristotelem id carmẽ de Xenocrate protulisse. facit Cicero libro 1. Tusculana.* i fort. cùm loquantur Barbari: k al. & eloquendi. l al. siue quis m L. malet, n citat hunc locum Nonius capit. 1. in Infans. 275. o L. inscientiam ‖ al. scientiam & ita Nonius legit citans hunc locum cap. 1. in Infans.* p lib. vulg. malim quidem

sublata controuersia est. sin eos disiungēt: hoc erunt inferiores, quòd in oratore perfecto ineſt illorum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuò ineſt eloquentia, quæ quamuis contemnatur ab eis, neceſſe est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre videatur. 22 ¶ Hæc cùm Craſsus dixisset, paruper & ipse conticuit, & ceteris silentium fuit. 23 ¶ Tum Cotta, Equidem, inquit, Craſse, non possum queri, quòd mihi videare aliud quiddam, & non id, quod susceperis disputaſse, plus enim aliquanto attulisti, quàm tibi esset tributum à nobis, ac denuntiatum. Sed certè hæ[a] partes fuerunt tuæ, de illustranda oratione vt diceres, & eras ipse iam ingressus, atque in quattuor[b] parteis omnem orationis laudem[c] descripseras[d]: cúmque de duabus[e] primis nobis quidem satis, sed, vt ipse dicebas, celeriter, exiguéque dixisses, duas tibi reliquas feceras, quemadmodū primùm *ornate*, deinde etiam *apte* diceremus: quò cùm ingressus[f] esses, repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu pænè omnium abstraxit[g], omnémque rerum scientiam complexus, non tu quidem eam nobis tradidisti (neque enim fuit tam exigui temporis:) sed, apud hos quid profeceris, nescio: me quidem in Academiam totum compulisti: in qua velim sit illud, quod sæpe posuisti, vt non necesse sit cōsumere ætatem, atque vt possit is illa omnia cernere, qui tantummodò adspexerit: sed[h] etiam si est aliquanto spissius, aut si ego sum tardior, profectò numquam conquiescam, neque defatigabor antè, quàm illorū ancipiteis vias, rationésque & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. 24 ¶ Tum Cæsar, Vnū, inquit, me ex tuo sermone maximè, Craſse, commouit, *quòd eum negasti, qui non citò quid didicisset, vmquam omnino posse perdiscere:* vt mihi non sit difficile periclitari, & aut statim percipere ista, quæ tu verbis ad cælum extulisti: aut, si non potuerim, tempus non perdere, cùm tamen his nostris possim esse contentus.

25 ¶ Hìc Sulpicius, Ego verò, inquit, Craſse, neque Aristotelem istum, neque Carneadem, nec[i] philosophorum quemquam desidero. vel me licet existimes desperare posse ista perdiscere, vel, id quod facio, contemnere: mihi rerum forensium, & communium vulgaris hæc cognitio, satis magna est ad eam, quam specto, eloquentiam: ex qua ipsa tamen permulta nescio: quæ tum denique, cùm causa aliqua, quæ à me dicenda est, desiderat, quæro. Quāobrem, nisi fortè es iam defessus, & si tibi nō[k] graues sumus, *refer ad illa te, quæ ad ipsius orationis laudem*[l], *splendorēmque pertinent*: quæ ego ex te audire volui, non vt desperarem me eloquentiam consequi posse, sed vt aliquid addiscerem. 26 ¶ Tum Craſsus, Peruulgatas res requiris, inquit, & tibi non incognitas, Sulpici. quis enim de isto genere non docuit, nō instituit, non etiam scriptum reliquit? sed[m] geram morem, & ea duntaxat, quæ mihi nota sunt, breuiter exponam[n] tibi: censebo tamen ad eos, qui auctores, & inuentores sunt harum sanè minutarum rerum, reuertendum. ¶ *Omnis* igitur *oratio conficitur ex*[o] *verbis*: quorum primùm nobis ratio simpliciter videnda est, deinde de coniunctè. Nam est quidam *ornatus orationis qui ex singulis verbis* est: alius, qui ex continuatis, coniunctísque constat. Ergo vtemur verbis aut iis, quæ propria sunt, & certa quasi vocabula rerum, pænè vnà nata cū rebus ipsis: aut iis, quæ transferuntur, & quasi alieno in loco collocantur: aut iis, quæ nouamus, & facimus ipsi. In *propriis* est igitur verbis illa laus oratoris, vt abiecta, atque obsoleta fugiat: lectis atque illustribus vtatur, in quibus plenum quiddam, & sonans ineſse videatur. Sed[a] in hoc verborum genere propriorum delectus[b] est quidam habendus, atque is aurium quodā iudicio ponderandus: in quo consuetudo etiā benè loquendi, valet plurimùm. Etiam hoc, quod vulgò de oratoribus ab imperitis dici solet, Bonis is verbis, aut aliquis non bonis vtitur, non arte aliqua perpenditur, sed quodā quasi naturali sensu iudicatur: in quo non magna laus est vitare vitium, (quamquam id est magnum) verùm[c] hoc quasi solum quoddam, atque fundamentum est, verborum vsus & copia bonorum. Sed quid ipse ædificet orator, & in quo adiungat artem, id[d] esse à nobis quærendum, atque explicandum videtur. Tria sunt igitur in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam, atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum, aut nouatū, aut translatum. *Inusitata* sunt, prisca ferè, ac vetusta, & ab vsu quotidiani sermonis iamdiu intermissa, quæ sunt poetarum licentiæ liberiora, quàm nostra: sed tamen rarò habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. neque enim illud fugerim dicere, vt Cœlius, Qua tempestate Pœnus in Italiam venit: nec[e] prolem, aut sobolem, aut effari, aut nuncupari: aut, vt tu soles, Catule, non rebar, aut opinabar: & alia multa, quibus loco positis, grandior, atque antiquior oratio sæpe videri solet. *Nouantur* autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur, ac fiunt: vel coniungendis verbis, vt hæc,

Tum[f] *pauor sapientiam mihi omnem ex*[g] *animo expectorat.*

Num[h] *non vis hoius me versutilequas*[i] *malitias.*

Videtis enim & versutiloquas, & expectorat, ex coniunctione facta esse verba, non nata. Vel[k] sæpe sine coniunctione verba nouantur, vt ille sensus disertus indigenitalis, vt, bacarum vbertate incrueſcere[l]. *Tertius ille modus transferendi* verbi latè patet, quem necessitas genuit inopia[m] coacta, & angustiis: pòst autem delectatio, iucunditásque celebrauit. nàm Vt vestis frigoris depellendi causa reperta primò, pòst adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis, & dignitatem: sic verbi translatio, instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis. Nam gemmare viteis, luxuriem esse in herbis, lætas[n] segetes, etiam rustici dicunt. quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cùm est dictum, illustrat id, quod intelligi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. Ergo hæ translationes, quasi mutationes sunt, cùm, quod non habeas, aliunde sumas. Illæ paullo audaciores, quæ non inopiam indicāt, sed orationi splēdoris aliquid accersunt[o]. quarum ego, quid vobis aut inueniendi rationem aut genera ponam? Similitudinis[p] est ad verbum vnum contracta breuitas, quod verbum in alieno loco, tamquam in suo, positum, si agnoscitur, delectat: si[q] simile nihil habet, repudiatur. Sed ea transferri oportet, quæ aut *clariorem* faciunt rem, vt illa omnia Inhorrescit[r] mare,

Tenebræ

a L. & hæ partes
b hoc est vt Latinè, planè: ornatè & aptè seu congruenter diceremus.*
c *fort.* discripseras:
d suprà numero 6.*
e hoc est vt Latinè & planè dicamus*
f vide suprà numero 13.*
g L. abstraxit. Omnem enim rerum sc.
h *fort.* sed si ue est aliquanto spissius, sive etiā ego sum tard.
P B.
i *fort.* neque phil.
k L. graues non s.
l DE ORNATV ORATIONIS*
m L. sed geram tibi morem,
n L. exponā. censeo.
o DE ORNATV singulorum verborum.*

a L. Etenim in hoc verbor.
b L. dilectus est q.
c L. verumtamen,
d L. id esse nobis quær.
e L. nec prolem, aut sobolem, aut fari, aut n.] & ita Festus in suboles.*
f versus Ennii vide 4. Tuscul.*
g *al.* exanimato *al.* exanimo. malè apud Nonium ex animo. cain expectora re 52.*
h *al.* Num quid verò nō p. CLVII.
i Idem Nonius cap 2. in ver. subtiloquas. 922.*
k L. Vel sine coniunctione, vt illud diserti senis: Dii genitales: vt illud, Bacarum vbertate incruiscere. ‖ disertus autem senex hìc, Ennius, cuius versus hic citatur, bi citantur versus. 1. Tusculana. & à Nonio cap. 2. in Incruiscere. 412. Dii autem genitales repositū & emendatū hìc. Est enim similis versus Ennii Iupiter in colo cum diis genitalibus æuum Degit.*
l *al.* in cruiscere. Nonius d. loco.*
m L. inopia coacta prīme, & arg.
n Virgil. 1. Georgi.*
o L. accessunt.
p L. Transiatio omnis, similitudinis est *ore.*
q *fort.* sin similis.
r versus Pacuuii qui reseruatur lib. 1. de diuinat.*

Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbum
occæcat nigror,
Flamma inter nubeis coruscat, cœlum tonitru
contremit,
Grando mista imbri largifluo subita præcipitans
cadit:
Undique omnes venti erumpunt, sæui exsistunt
turbines:

Ferueᵃ æstu pelagus. Omnia ferè quo essent clariora, translatis per similitudinem verbis dicta sunt. Autᵇ *quò significetur magis res tota*, siue facti alicuius, siue consilij, vt ille, qui occultantemᶜ consultò, ne id, quod ageretur, in telligi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat,

Quandoquidem ipse circumuestit dictis, sæpit seduló.

Nonnumquam etiam *breuitas* translatione cõficitur, vt illud. Sidᵈ telum manuᵉ fugit. Imprudentia teli emissi breuiùs propriis verbis exponi non potuit, quàm est vno significata trãslato. Atqueᶠ hoc in genere persæpe mihi admirandumᵍ videtur, quid sit, quòd omnes translatis, & alienis magis delectantur ʰ verbis, quàm propriis, & suis. Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet, vt pes in naui, vt nexumⁱ, quod per libram agitur, vt in vxore diuortiumᵏ: necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere: sed in suorum verborum maxima copia, tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectant. Id accidere credo, vel quòd ingenij specimen est quoddam, transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere: vel quòd is, qui audit, aliò ducitur cogitatione, neque tamen aberrat: quæ maxima est delectatio: vel quòd singulis verbis res, ac totum simile conficitur: vel quòd omnis translatio, quæ quidè sumta ratione est, ad sensus ipsos admouetur, maximè oculorum, qui est sensus acerrimus. Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedoˡ orationis, suntᵐ ducta à ceteris sensibus. Illa verò oculorum multo acriora, quæ ponunt pænè in conspectu animi, quæ cernere & videre nonⁿ possimus. Nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in aliis rebus possimus vti vocabulo & nomine. vnde enim simile duci potest, (potest autem ex omnibus) indidem verbum vnum, quod similitudinem continet, translatum, lumen affertᵒ orationi. Quo in genere primùm fugienda est *diß militudo.*

-Cœliᵖ ingentes fornices.

Quamuis sphæram in scenamᑫ (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. *-Viue Vlysses, dum licet:*

Oculis postremum lumen radiatum rape.

non dixit, cape, non, pete: haberet enim moram sperantis diutiùs esseʳ sese victurum: sed rape hoc verbum est ad id aptatum, quod antè dixerat, - dum licet. Deinde videndum est, *ne longe simile sit ductum.* Syrtim patrimonij, scopulum libentiùs dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potiùs. faciliùs enim ad ea, quæ visa, quàm ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. Et, quoniam hæc vel summa laus est verbiˢ transferendi, vt sensim feriat id, quod translatum sit. *fugienda est omnis turpitudo earum rerum. ad quas eorumᵗ animos, qui audiunt, trahet similitudo.* Nolo, morte dici Africani castratam esse remp. nolo stercus curiæ dici Glauciam. quamuis sit simile, tamen est in vtroque deformis cogitatio similitudinis. *Nolo esse aut maius, quàm res postulet.* Tempestas comessationisᵃ: aut minus: comessatioᵇ tempestatis. *Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit quàm illud proprium, ac suum,*

-Quidnam est, obsecrᵉ? quid te adiri abnutasᶜ?
Melius esset, vetas, prohibes, absterres: quoniam
ille dixerat,
Illicᵈ istic, Ne cõtagio mea bonis, vmbráve obsit.

Atque etiam *si vereare, ne paullo durior translatio esse videatur, mollienda est, præposito sæpe verbo:* vt, si olim M. Catone mortuo, pupillum senatum quis relictum diceret, paullo durius: sin, vt ita dicam, pupillum, aliquanto mitiusᵉ est. Etenim verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum, non irruisse: atque vt precariò, non vi, venisse videatur. Modus autem nullus est florentior in singulis verbis, nec qui plus luminis afferat orationi. Nam illud, quod ex hoc genere profluit, nõ est in vno verbo translato, sed ex pluribus cõtinuatis connectitur, vt *aliud dicatur, aliud intelligendum sit:* *-Nequeᶠ me patior iterum*

Ad vnum scopulum & telum classem Achiuum
offendere. Atque illud,
Erras, erras: nam exsultantem te, & præsidentem
tibi
Repriment valida legum habenæ, atque imperij
insistent iugo.

Sũta re simili, verba eius rei propria deinceps in rem aliam (vt dixi) transferuntur. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo *obscuritas* fugienda est. Etenim ex hoc genere fiunt ea, quæ dicuntur *ænigmata.* Non est autem in verbo modus hic, sed in oratione, id est, in continuatione verborum. Ne illa quidem traductio, atque immutatio in verbo quandam fabricationẽ habet, sed in oratione,

Africaᵍ terribili tremit horrida terra tumultu.

Pro Afris est sumta Africa: Neque factum verbum est, vt,

-Mare saxifragis vndis: neque translatũ, vt,
Mollitur mare: sed ornandi causa proprium proprio commutatum,
Desine Roma tuos hosteis, -&,
-Testes sunt campi magni.--

Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumendus: ex quo genere hæc sunt, Martemʰ belli esse communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello. Quo item in genere & virtutes, & vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur. Luxuries quam in domum irrupit, &, Quò auaritia penetrauit: aut, Fides valuit, Iustitia confecit. Videtis profectò genus hoc totum, cùm inflexo, commutatóque verbo res eadem enuntiatur: ornatius: cui sunt finitima illa minùs ornata, sed tamen non ignorãda, cùm *intelligi volumus aliquid, aut ex parte totum*, vt, pro ædificiis cùm parietes, aut tecta dicimus: *aut ex toto partem*, vt, cùm vnam turmam, equitatum populi R. dicimus: aut *ex vno plures*ʲ,

Atᵏ Romanus homo, tamẽˡ, etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat aut, cùm ex pluribus intelligitur vnumᵐ,
Nos sumu' Romani, qui fuimus Rutuliⁿ.

aut quocumque modo *non vt dictum est*, in eo genere intelligitur, *sed vt sensum est. Abutimur* sæpe etiam verbo non tam eleganter, quàm

P. CLVIII.

a L. comissationis: ‖ Festus dicitur comissatio non comessatio aut, comessatio. *al.* comatio, ἀκωμαζειν.*

b L. comissatio t.

c Abnutare Festo est sæpe abnuere*

d versus ex Atreo Accii qui proferuntur. 5. Tusculana.*

e *al.* mitius esse

f L. Neque patiar,

g citatur libro de Oratore perfecto.*

h 4. famil. 4. pro Milone pro Sextio. Philipp. 10.* i L. plures, vt, At R.

k versus Ennii de seipso loquentis.* l *al.* tametsi vt 4. epistol. famil. vlt. & 5. ad Atticũ. 17. & de petit Consulatus Paul. in l. 5. ff quod

P. B. falso tutore vbi dixi.*

m L. vnus, n *vet. Lamb.* qui fuimus ante Rutilli *Lips.* qui fuimus Rudii *vel* qui fuimus ante Rudæi de seipso enim loquitur Ennius: & beneficiũ acceptæ ciuitatis Romanæ prædicat, cùm esset Rodæus Strabo. 6. seu Rudius: Cicero pro Archia.*

a Feruit

b L. Aut significant magis rem totã siue

c L. occultantem rem conf.

P. B.

d dixi ad Iegem fi ex plagis. 53 §. 1. ibi æque si quis ex manu telum. ff. ad l. Aquil.* e *al.* manus*

f L. Hoc in genere

g Translatis verbis cur delectemur magis.*

h delectentur

i vide Varronem libro sexto vbi de Nexu. Festii, in Nexum.* k Diuortia proprie dicũtur in aquis. Metaphoricõs quoque super dicantur doctrinarum, diuortia.* l *al.* dulcitudo.* m *al.* sunt de duabus

n L. nõ possumus.

o *al.* afferet

p L. vt Cœli q. v. circuã

r L. se esse

s L. in verbis transferendis, t L. animos eorum, qui audiunt,

in transferendo: sed etiam si licentiùs, tamen interdum non impudenter: vt cùm grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. Verùm illa videtísne esse non verbi, sed orationis, quæ ex pluribus, vt expositi, translationibus connexa sunt; hęc autem, quæ aut immutata esse dixi, aut aliter intelligenda, ac dicerentur, sunt translata quodā modo. Ita fit, vt omni singulorum verborum virtus, atque laus, tribus exsistat ex rebus, si aut *vetustum verbum* sit, quod tamen consuetudo ferre possit: aut *factum* vel coniunctione, vel nouitate, in quo item est auribus, consuetudinísque parcendum[a]: aut *translatum*: quod maximè tanquam stellis quibusdam notat, & illuminat orationem. ¶ Sequitur[b] *continuatio verborum*, quæ duas res maximè, *collocationem* primùm, deinde *modum* quēdam, formámque desiderat. ¶ *Collocationis* est componere, & struere[c] verba, sic, vt néve asper eorum concursus, néve hiulcus sit, sed quodāmodo coagmentatus[d], & læuis. In quo lepidè soceri[e] mei persona lusit is, qui elegantissimè id facere potuit, Lucilius,

Quām[f] lepide lexeis[g] compostā[h] vt tesserulæ omnes
Arte[h] pauimento, atque emblemate[i] vermiculato.

Quæ cùm dixisset in Albucium illudens, ne à me quidem abstinuit,

Crassum habeo generum, ne rhetoricotero[j] tusis.

Quid ergo? iste Crassus, quoniam eius abúteris nomine, quid efficit? idem illud scilicet, vt[k] ille voluit, & ego vellem, meliùs aliquāto, quā Albucius. verùm in me quidem lusit ille, vt solet. sed est tamen hæc collatio conseruanda verborum, de qua loquor, quæ iunctam orationem efficit, quæ cohærentem, qua[l] leuem, quæ æquabiliter fluentem. id assequemini, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungetis, néve asperè concurrant, néve vastiùs deducantur[m]. ¶ Hanc diligentiam subsequitur *modus*[n] etiam, & *forma verborum*, quod iam vereor ne huic Catulo videatur esse puerile. *Versus*[o] enim veteres illi[p] in hac soluta[q] oratione propemodum, hoc est, numeros quosdam, nobis esse adhibendos putauerūt. interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum, & sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt: idque princeps[r] Isocrates instituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi consuetudinem, delectationis, atque aurium causa (quemadmodum scribit discipulus eius Naucrates) numeris adstringeret. Namque hæc duo, musici, qui erant quō dam iidem poetæ, machinati ad voluptatem sunt, versum, atque cantum, vt & verborum numero, & vocum modo, delectatione vincerent aurium satietatem. Hæc igitur duo, vocis dico moderationem, & verborum conclusionem, quoad orationis feueritas pati posset, à poetica ad eloquentiam traducenda duxerūt. In quo illud est vel maximum, quòd versus in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est: & tamen eam coniunctionē, sicuti versum, numerosè cadere, & quadrare, & perfici volumus. neque est ex multis res vna, quæ magis oratorem ab imperito dicendi, ab ignaróque distinguat, quàm quòd ille rudis incondītè fundit, quantum potest, & id, quod dicit, spiritu, non arte, determinat: orator autem sic illigat sententiam verbis, vt eā numero quodam complectatur, & adstricto, & soluto. Nam cùm vinxit modis[a], forma & relaxat, & liberat immutatione ordinis, vt verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, vt vagentur. Quónam igitur modo tantum[b] munus insistemus, vt arbitremur nos hanc vim numerosè dicendi cōsequi posse? Non est res tā difficilis, quàm necessaria. nihil est enim tam tenerum, neque tā flexibile, neque quod tam facilè sequatur, quocunque ducas, quàm oratio, ex hac versus, ex eádem dispares numeri conficiuntur: ex hac hæc etiam soluta variis modis, multorúmque generum oratio. non enim sunt alia sermonis, alia contentionis verba: neque ex alio genere ad vsum quotidianum, alio ad scenam[c], pompámque sumuntur: sed ea nos cùm iacētia sustulimus è medio, sicut mollissimam cerā ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus. itaque tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus: sic institutam nostrā sententiam sequitur orationis genus: idque ad omnem rationem, & aurium voluptatem, & animorum motum mutatur, & vertitur. Sed vt in plerisque rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata: sic in oratione, vt ea, quæ maximam vtilitatem in se continerent, eádē haberent[d] plurimùm vel dignitatis, vel sæpe etiam venustatis. Incolumitatis, ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse huius totius mundi, atque naturæ, rotundum vt cælum, terráque vt media sit, eáque sua vi, nutúque teneatur: sol vt circumferatur, vt accedat ad brutum male signum, & inde sensim ascēdat in diuersam partem: vt luna accessu, & recessu suo solis lumen accipiat: vt eádem spatia quinque stellæ dispares[e] motu, cursúque conficiant. Hæc tantam habent vim, vt paullū immutata cohærere non possint: tantam pulchritudinem, vt nulla species ne excogitari quidē possit ornatior. Referte nūc animū ad hominum, vel etiam ceterarum animantium formam, & figuram. nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam[f]: totámque formā quasi perfectam[g] reperietis arte, nō casu. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam[h] nusquā tamen est vlla pars, nisi venusta. Linquamus naturam, arteísque videamus. quid[h] tam in nauigio necessarium, quàm latera, quàm carina[i], quàm prora, quàm puppis, quàm antemnę, quā vela, quàm mali, quàm reliquæ quæ tamen hāc habent in specie venustatem, vt non solùm salutis, sed etiam voluptatis causa, inuenta esse videantur. Columnæ, & templa, & porticus sustinent, tamen habent nō plus vtilitatis, quàm dignitatis. Capitolij fastigium illud, & ceterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nam cùm esset habita ratio, quēadmodum ex vtraque parte recti aqua delaberetur: vtilitatem templi, fastigij dignitas cōsecuta est: vt[k], etiam si in cælo Capitolium staturetur, vbi imber esse non posset, nullam sine fastigio dignitatem habiturū fuisse videatur. Hoc in omnibus item partibus orationis euenit, vt vtilitatem, ac propè necessitatē suauitas quædam, & [l]lepos consequatur. Clausulas enim, atque interpuncta verborum, animę interclusio, atque angustiæ spiritus attulerūt. Id inuētum est ita suaue, vt, sicui sit infinitus spiritus

a L. parendū:
b DE CONTINVATIONE ET COLLOCATIONE VERBORVM.*
c *al.* instruere.*
d *al.* coamentatus, ducta metaphora, ab amentis hastarum.*
e *fort.* in socceri
f de emendatione horum versuum, qui etiam citantur in Oratore infrà, dixi ibidem.*
g L. lexeis
h L. Eudopaimento, atque. ‖ *al.* ἐν τῷ vt 35. Plin. 25. Lucilius enim sæpius Græcas voces Latinis versibus admiscuit.*
i *al.* emblemata vermiculata *malè* legitur autem hic emblemate vermiculato vt in Bruto.*
k L. vt & ille voluit,
l L. quæ læuem,
P. CLIX.
m I. diducā tur *& ita &. Steph.*
n DE MODO seu NVMERO seu FORMA VERBORVM.*
o Versus igitur in oratione soluta, nihil aliud quàm numerus quidam, & adstrictus & solutus interspirationis causa inuentus: Clausulæ verborū & sententiarum interpūctæ verborū conclusio: cō iunctio verborum quæ numerosè cadit & quadrat & perficitur.*
p L. Illi prope modū in hac fol. or. hoc est, numer.
q soluta oratione vocat eā cui opponitur versus.*
r Idē in Bruto, num. 31.*
s L. ab imperito dicendi, guaróque d.

a L. modis, & formā relaxat, & liberat immutatione *al.* modis, forma, & re: laxat, & lib. ‖ *al.* format & relaxat.*
b L. tantùm numeris insistemus,
c *vt.* scenā
d L. plurimū haberent
e L. dispari
f *al.* affectā.*
g *al.* rectam.*
h *fort.* quid in nauigio tam
i *al.* carenæ *al.* gubernacula. *al.* gubernacula. *al.* gubernacula.

ritus datus, tamen eum perpetuate verba nolimus. id enim auribus nostris gratum est inuentum, quod hominum lateribus non tolerabile solùm, sed etiam facilè esse[a] possit. Longissima est igitur complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest. Sed hic naturæ modus est, artis alius. nam cùm sint numeri plures, *iambum*, & *trochæum* frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem, sermonémque nostrum: sed sunt insignes percussiones eorum numerorũ, & minuti pedes. Quare[b] primùm ad heroum nos *dactyli*, & *anapæsti*, & *spondæi* pedem inuitat: in quo impunè progredi licet duos duntaxat pedes, aut paullo plus, ne planè in versum, aut similitudinem versuum incidamus. Aliæ[c] sunt geminæ, quibus hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decorè cadunt. Probatur autem ab eodẽ illo maximè *pæan*: qui est duplex. Nam aut à longa oritur, quam tres breues consequuntur, vt hæc verba, desinite, incipite, comprimite: aut à breuibus deinceps tribus, extrema producta, atque longa: sicut illa sunt, domuerant, sonipedes. Atque illi philosopho orditi placet à superiore pæane, posteriore finire. est autẽ præan hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod[d] est acrius iudicium, & certius, par ferè *Cretico*, qui est ex longa, & breui, & lõga: vt,

Quid petam præsidij, aut exsquar? quóve nunc.

A quo numero exorsus est Naunius, Si. Quirites, minas illius. Hunc ille clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari. Neque verò hæc tam acrem curam, diligentiámque desiderant, quàm est illa poetarum: quos necessitas cogit, & ipsi numeri ac modi, sic verba versu includere, vt nihil sit, ne spiritu quidem minimo, breuius, aut longius, quàm necesse est. Liberior est oratio, & planè, vt dicitur, sic[e] & est verè soluta, non vt fugiat tamen, aut erret, sed vt sine vinculis sibi ipsa moderetur. Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem, quæ quidẽ sit polita, atque facta quodammodo, non adstrictè, sed remissiùs numerosam esse oportere. Etenim sicut ille suspicatur, ex illis modis[f], quibus hic vsitatus versus efficitur, pòst anapæstus, procerior quidam[g] numerus, efloruit, inde ille licentior, &[h] diuitior fluxit dithyrambus: cuius membra, & pedes, vt ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. Et, si numerosum est id in omnibus sonis, atque vocibus, quod habet quasdã impressiones, & quod metiri possumus interuallis æqualibus: rectè genus hoc numerorum, dummodò ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Nã si rudis, & indocta putanda est illa sine interuallis loquacitas peremnis, & profluens, quid est aliud causæ, cur repudietur, nisi[i] quòd hominũ aures vocem natura modulantur ipsæ? quod verò nisi[k] ineſt numerus in voce, non[l] potest. Numerus autem in continuatione nullus est: distinctio, & æqualium, & sæpe variorum interuallorum percussio, numerum conficit: quẽ in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguuntur, notare possumus, in amni præcipitãte non possumus. Quòd si continuatio verborum hæc soluta, multo est aptior atque iucundior, si est articulis, membrísque distincta, quàm si continuata, ac producta: verba[m] illa modificata esse debebunt: quæ si in extremo breuiora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus. sic enim has orationis[a] conuersiones Græci nominant. Quare aut paria esse debent posteriora superioribus, extrema[b] primis, aut, quod etiam est melius, & iucundius, longiora. Atque hæc quidem ab iis philosophis, quos tu maximè diligis, Catule, dicta sunt: quod eo sæpiùs testificor, vt auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. 27 ¶ Quarum tãdem, inquit Catulus, aut quid disputatione ista afferri potest elegantius, aut omnino dici subtilius? 28 ¶ At enim vereor, inquit Crassus, ne hæc aut difficiliora istis ad persequendum esse videantur, aut, quia non traduntur in vulgari ista disciplina, nos ea maiora, ac difficiliora videri velle videamur. 29 ¶ Tum Catulus, Erras, inquit, Crasse, si aut me, aut horum quẽquã putas à te hæc opera quotidiana, & perusitata exspectare. ista, quæ dicis, dici volumus: neque tam dici, quam[c] isto dici modo: neque tibi hoc pro me solùm, sed pro his omnibus si ne vlla dubitatione respondeo. 30 ¶ Ego verò, inquit Antonius, inueni tandẽ, quem negaram in eo, quem scripsi, libello, me inuenisse, eloquentem. sed eò te ne laudandi quidẽ causa interpellaui, ne quid de hoc tam exiguo sermonis tui tẽpore verbo vno meo diminueretur[d]. 31 ¶ Hanc igitur, Crassus inquit, ad legẽ cùm exercitatione, tum stilo, qui & alia, & hoc maximè ornat, ac limat, formanda vobis oratio est. Neque tamen hoc tanti laboris est, quãti videtur: nec sunt hæc rhythmicorum, ac musicorum acerrima norma dirigenda: & efficiendum est illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interiùs, ne excurrat longiùs: vt mẽbris distinguatur, vt conuersiones habeat absolutas. Neque semper vtendum est perpetuitate, & quasi conuersione verborum, sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est, quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. Neque nos pæan, aut herous ille cõturbet. ipsi occurrent orationi: ipsi, inquam, se offerent, & respondebunt non vocati. cõsuetudo modò illa sit scribẽdi, atque dicendi, vt sententiæ verbis finiãtur[e], eorúmque verborum iunctio nascatur à proceris numeris ac liberis, maximè[f] heroo, & pæane priore, aut *Cretico*, sed variè, distinctéque considat. Notatur enim maximè similitudo in conquiescẽdo: &, si primi, & postremi illi pedes sunt hac ratione seruati, medij possũt latere, modò ne circuitus[g] ipse verborum fit aut breuior, quàm aures exspectẽt: aut longior, quàm vires, atque anima patiatur. Clausulas autem diligentius etiam seruandas esse arbitror, quàm superiora, quod in his maximè perfectio, atque absolutio iudicatur. nam versus æquè prima, & media, & extrema pars attenditur, qui debilitatur in quacumque sit parte titubatum, in oratione autẽ prima pauci cernunt. postrema plerique, quæ quoniam apparent, & intelligũtur, varianda sunt, ne aut animorum iudiciis repudientur, aut auriũ satietate. Duo enim, aut tres sunt ferè extremi seruandi, & notandi pedes, si modò non breuiora, & præcisa erũt superiora, quos aut chorios, aut heroos, aut alterutros esse oportebit, aut[h] in pæane illo posteriore, quẽ Aristoteles probat, aut ei pari Cretico. Horũ vicissitudines efficient, vt neque ij satiẽtur, qui audient, fastidio similitudinis, nec nos id, quod facie mus, opera dedita facere videamur. Quòd si Antipater ille Sidonius[k], ille, quẽ[l] tu

a L. esse posset.

b P. CLX. L. Quare plurimùm ad heroos nos pedes, dactylum, & anapæstum, & spondæum inuitat:

c al. Alteræ al. At hæc vel Atque hæc.*

d L. quarum est acrius iudicium.

e L. sic est ve

f al. pedibus. E. al. quidam efflorsit. al. quidam per efflorsit. vel ita anapæstus, post procerior quidã numerus efloruit. & al. & ditior

i al. nisi quod hominum vocem natura modulatur ipsa? k al. nisi quod hominum aurium vocem natura modulatur ipsa. k L. ineſt. l L. nõ posset. L. membra illa

a τοὺς ἴσους

b al. & extrema primis, P. B.

c L. quàm isto modo dici.

d al. demi nueretur.

e al. finiantur, verborúmque coniunctio

d L. maximè que heroo, aut pæane p.

f al. finiantur, verborúmque coniunctio

g τοῦ ὅλου

P. CLXI.

h L. aut pæanem illum posteriorem, q. Ar. pr. aut ei parẽ Creticum

i L. neque nos

k L. Sidonius, quem l sic infrà, quem tu meministi.*

probò, Catule, meministi, solitus est versus he-
xametros, alióque variis modis, atque nume-
ris fundere ex tempore, tantúmque hominis
ingeniosi, ac memoris valuit exercitatio, vt,
cùm se mente, ac voluntate coniecisset in ver-
sum, verba sequerentur: quanto id faciliùs in
oratione, exercitatione, & consuetudine ad-
hibita, consequemur? Illud autem nequis ad-
miretur, quónam modo hæc vulgus imperi-
torum in audiendo notet, cùm in omni gene-
re, tum in hoc ipso magna quædam est vis, in-
credibilisque naturę. Omnes enim tacito quo-
dam sensu, sine vlla arte, aut ratione, quæ sint
in artibus, ac rationibus recta ac praua, diiu-
dicant: idque cum faciunt in picturis, & in si-
gnis, & in aliis operibus, ad quorum intelli-
gentiam à natura minus habent instrumenti,
tum multo ostendunt magis in verborum, nu-
merorum, vocúmque iudicio. quòd ea sunt in
communibus infixa sensibus, neque earum re-
rum quemquam funditus natura voluit esse
expertem. Itaque non solùm verbis arte posi-
tis mouentur omnes, verùm etiam numeris,
ac vocibus. Quotus enim quisque est, qui te-
neat artem numerorum, ac modorum? At in
his si paullum modò offensum est, vt aut con-
tractione breuius fieret, aut productione lon-
gius, theatra[a] tota reclamant. Quid? hoc non
idem fit in vocibus, vt à multitudine, & po-
pulo, non modò cateruę atque conuentus, sed
etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiiciantur?
Mirabile est, cùm plurimùm in faciendo in-
terfit inter doctum, & rudem, quàm non mul-
tùm differat in iudicando. Ars enim cùm à
natura profecta sit, nisi natura moueat, ac de-
lectet, nihil sanè egisse videatur. Nihil est au-
tem tam cognatum mentibus nostris, quàm
numeri, atque voces: quibus & excitamur, &
incendimur, & lenimur, & languescimus, & ad
hilaritatem, & ad tristitiam sæpe deducimur:
quorum illa summa vis est minibus est aptior,
& cantibus, non neglecta, vt mihi videtur, à
Numa, rege doctissimo, maioribúsque no-
stris, vt epularum solennium fides, ac tibiæ,
Saliorúmque versus indicant: maximè autem
à Græcia vetere celebrata: quibus[b] vtinam, si-
milibúsque de rebus disputari, quàm de pue-
rilibus his verborum translationibus maluis-
setis. Verùm, vt in versu vulgus, si est peccatũ,
videt: sic, si quid in nostra oratione claudicat,
sentit: sed poetę non ignoscit, nobis concedit:
tacitè tamen omnes non esse illud, quod di-
ximus, aptum, perfectúmque cernunt. Itaque
illi veteres, sicut hodie etiam nonnullos vide-
mus, cùm circuitum[c], & quasi orbem verborũ
conficere non possent (nam id quidem nuper
vel posse, vel audere cœpimus) terna, aut bina,
aut nonnulli singula etiam verba[d] dicebant:
qui in illa infantia naturali, illud, quod aures
hominum flagitabant, tenebant tamen, vt &
illa essent paria, quæ dicerent, & æqualibus in-
terspirationibus vterentur. ¶ Expositi ferè,
vt potui, quæ maximè ad ornatum orationis
pertinere arbitrabar. dixi enim de singulorũ
laude verborum, dixi de coniunctione eorũ,
dixi de numero, atque forma. *Sed si*[e] *habitum*
etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiri-
tis, est[f] plena quædam, & tamen teres: & te-
nuis[h], & non sine neruis, ac viribus: & ea, quæ
particeps vtriusque generis quadam media-
critate laudatur. His tribus figuris insidêre
quidam venustatis non fuco illitus, sed san-
guine diffusus debet color. Tum denique no-
bis hic orator ita conformandus est & ver-
bis, & sententiis, Vt, qnemadmodum qui vtũ-
tur armis, aut palæstra, non solùm sibi vitan-
di, aut feriendi rationem esse habendam pu-
tant, sed etiam, vt cum venustate moueantur:
sic verbis quidem ad aptam compositionem,
&[a] condecentiam, sententiis verò ad grauita-
tem orationis[b] vtatur[c], vt ij, qui in armorum
tractatione versantur. Formantur autem &
verba, & sententiæ pænè[d] innumerabiles, quod
satis scio notum esse vobis: sed inter confor-
mationem verborum, & sententiarum hoc in-
teresse, quòd[e] verborum tollitur, si verba mu-
taris: sententiarum permanet, quibuscunque
verbis vti velis. Quod quidem vos etsi facio-
tis, tamen admonendos puto, nequid esse a-
liud oratoris putetis, quod quidem sit egre-
gium, atque mirabile, nisi in singulis verbis il-
la tria tenere, vt translatis vtamur frequẽter,
interdúmque factis, rarò autem etiam peruc-
tustis: in perpetua autem oratione, cum & cõ
iunctionis lenitatem[f], & numerorum, quam
dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi lu-
minibus distinguenda, & frequentanda om-
nis oratio. *sententiarum, atque verborum.* Nam &
commoratio vna in re permultùm mouet, & il-
lustris *explanatio*: rerúmque, quasi gerantur,
sub adspectum pænè subiectio: quæ & in ex-
ponenda re plurimùm valet, & ad illustrandũ
id, quod exponitur, & ad amplificandum: vt
iis, qui audient, illud, quod augebimus, quan-
tum efficere oratio poterit, tantum esse vi-
deatur: & huic contrariæ[g] sæpe *præcisio* est, &
plus ad intelligendum, quàm dixeris, signifi-
catio, & distinctè concisa breuitas, & extenua
tio, & huic adiuncta *illusio*, à præceptis Cæsaris
non abhorrens, & ab re non longa digressio[h]:
in qua cùm fuerit delectatio, tum reditus ad
rem aptus, & concinnus[i] esse debebit: propo-
sitióque quid sis dicturus, & ab eo, quod est dic-
tum, *seiunctio*, & *reditus ad propositum*, & *iterа-*
tio, & *rationis aptа conclusio*: tum augendi, mi-
nuendíve causa, veritatis *superlatio*, atque *trа-*
iectio: & *rogatio*, atque huic finitima quasi *per-*
cunctatio, *expositióque sententiæ suæ*: tum illa, quæ
maximè quasi irrepit in hominum menteis, a-
lia dicentis, ac significantis *dissimulatio*, quæ est
periucunda, cùm in oratione non contentio-
ne, sed sermone tractatur: deinde *dubitatio*, tũ
distributio, tum *correctio* vel antè, vel postquam
dixeris, vel cum aliquid à te ipso reiicias: *prа-*
munitio est etiam ad id, quod aggrediare, & re-
iectio in alium: *communicatio*, quæ est quasi cũ
iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio: *morum, ac*
vitа imitatio vel in personis, vel sine illis, ma-
gnum quoddam ornamentum orationis, & a-
ptum ad animos conciliandos vel maximè,
sæpe autem etiam ad commouendos. perso-
narum ficta inductio, vel grauissimum lumen
augendi, descriptio, erroris inductio, &[k] in hi
laritatem impulsio: antè occupatio: tum duo
illa, quæ maximè mouent, similitudo, & exẽ-
plum, digestio, interpellatio, contentio, reti-
centia, commendatio, vox quædam libera, at-
que etiam effrænatior, augendi causa: iracun-
dia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obse-
ratio, declinatio breuis à proposito, non vt
superior illa digressio[l], purgatio, conciliatio,
læsio, optatio, atque exsecratio. His ferè lumi-
nibus illustrant orationem sententiæ. Oratio-
nis autem ipsius, tanquam armorum, est vel ad
vsum

a *fort.* reclamant theatra tota.

b *fort.* de quibus vtinam, similibúsque scb.

P. S.

c Περίοδον *al.* circulũ.*

d L. verba numerosè dicebant.

e DE ORNATV ORATIONIS seu figuris sententiarum & verborum.*

f L. est & plena q.

g L. sed tamen

h *al.* tenuis sine neruis

a *al.* & decẽtiam,

b L. vtatur. Form.

c L. hæc. vt ii qui in armorum tractatione versantur expũgit.*

d L. pœnè innumerabiliter,

e *al.* quòd verborum tollitur venustas, si

f L. lætiorem,

g L. contraria præcisio,

h L. degressio:

P. CLXII. i *al.* contiuuus.*

k L. & ad hilaritatem

l L. degressio,

vsum comminatio,& quasi petitio,vel ad venustatem ipsa tractatio. Nam & geminatio verborum habet interdum vim, lepórem aliàs, & paullum immutatum verbum, atque deflexum:& eiusdem verbi crebra tum à primo repetitio,tum in extremum conuersio,& in eadem verba impetus,& concursio. & adiunctio,& progressio, & eiusdem verbi crebriùs positi quædam distinctio, & reuocatio verbi,& illa quæ similiter definunt,aut[a] quæ cadunt similiter,aut quæ paribus paria referũtur,aut quæ sunt inter se similia.Est etiam gradatio quædam,& conuersio,& verborum cõcinna transgressio.& contrarium, & dissolutum,& declinatio,& reprehensio,& exclamatio,& imminutio, & quod in multis casibus ponitur, & quod de singulis rebus propositis ductum,refertur ad singula,& ad propositum subiecta ratio,& item in distributis suppositа ratio,& permissio.& rursum alia dubitatio,& improuisum quiddam.& dinumeratio,& alia correctio,& disputatio,& quod continuatum & interruptum,& imago, & sibi ipsi responsio,& immutatio,& disiunctio & ordo, & relatio,& digressio[b],& circumscriptio. Hæc enim sunt ferè,atque horum similia, vel plura etiam esse possunt,quæ[c] sententiis orationem, verborúmque conformationibus illuminent.

31 ¶ Quæ quidem te, Crasse, video, inquit Cotta,quòd nota esse nobis putes[d], sine definitionibus, & sine exemplis effudisse. 32 ¶ Ego verò,inquit Crassus,ne illa quidem,quę suprà dixi,noua vobis esse arbitrabar, sed voluntati vestrũm omnium parui. His autem de rebus sol me ille admonuit, vt breuior essem,qui ipse iam præcipitans,me quoque hęc præcipitem pænè euoluere coegit.Sed[e] tamen huius generis demonstratio est, & doctrina ipsa,vulgaris,vsus autem, grauissimus, & in hoc toto dicendi studio,difficillimus.Quamobrem, quoniam de ornatu omni orationis, si non sunt omnes patefacti, at certè commonstrati loci:nunc, quid aptum sit,hoc est. *quid*[f] *maxime deceat in oratione, videamus.*quãquam id quidẽ perspicuum est, non omni causæ,nec auditori,neq; personæ,neque tempori congruere orationis vnũ genus.Nam & causæ capitis alium quendam verborum sonũ requirunt, alium rerum priuatarum,atque paruarum: & aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud iudicia aliud sermones,aliud consolatio, aliud obiurgatio, aliud disputatio, aliud historia desiderat. Refert etiam,qui audiant,senatus, an populus,an iudices:frequentes,an pauci,an singuli : & quales ipsi quoque oratores, qua sint ætate, honore,auctoritate,debet[g] videri:tempus pacis, an belli:festinationis,an otij. Itaque hoc loco nihil fanè est, quod præcipi posse videatur, nisi vt figuram orationis plenioris, & tenuioris,& item illius mediocris,ad id, quod agimus accommodatam deligamus, ornamentis[h] iisdem vti ferè licebit, aliàs contentiùs, aliàs summissiùs: omníque in re posse, quod deceat,facere,artis & naturæ est: scire,quid, quandóque deceat, prudentiæ. Sed hæc ipsa omnia perindè[i] sunt,vt agunturk. Actio, inquam, in dicendo vna dominatur. fine hac testimediocris.hac instructus, summos sæpe superarel. Huic primas[m] dedisse Demosthenes dicitur, cùm rogaretur,quid in dicendo esset primum : huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Æschine dictum videri solet, qui cùm propter ignominiam iudicij cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset,rogatus à Rhodiis,legisse[a] fertur orationem illam egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat: qua perlecta,petitum est ab eo postridie, vt legeret illam etiã,quæ erat contrà à Demosthene pro Ctesiphonte edita: quã cùm suauissima,& maxima voce legisset, admirãtibus omnibus, Quanto,inquit,magis admiraremini, si audissetis ipsum?Ex quo satis significauit,quantum esset in actione, qui orationem eandem, aliam esse putaret, auctore[b] mutato. Quid fuit in Graccho,quem[c] tu,Catule, meliùs meministi, quod me puero tantopere[d] ferretur? Quò me miser conferam? quò vertam? in Capitoliúmne? at fratris sanguinẽ redundat.an domum? matrémne vt miseram, lamentantémque videam,& abiectam? Quæ sic ab illo acta esse constabat,oculis, voce, gestu, inimici vt lacrymas tenere non possent. Hæc eò dico pluribus,quòd genus hoc totum oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt : imitatores autem veritatis histriones occupauerunt. Ac sine dubio in omni re vincit imitationem veritas : sed ea si satis in actione efficeret ipsa per sese,arte profectò non egeremus. verùm quia *animi permotio*[e], quę maximè aut declaranda, aut imitanda est actione,perturbata sæpe ita est, vt obscuretur, atque[f] pænè obruatur: discutienda sunt ea,quæ obscurant: & ea,quæ sunt eminentia, & promta,sumenda.Omnis enim motus animi,suum quendam à natura habet vultum, & sonum.& gestum : totúmque corpus hominis,& eius omnis vultus, omnésque voces, vt nerui in fidibus,ita sonant, vt[g] à motu animi quoque sunt pulsæ. Nã voces,vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant,acuta,grauis,cita,tarda,magna, parua: quas tamen inter omneis est [h] suo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera,lene,asperum : contractum,diffusum:continenti spiritu,intermisso:fractum,scissum:flexo[i] sono, attenuatum, inflatum. Nullum est enim horum similium generum,quod non arte,ac moderatione tractetur.hi sunt actori, vt pictori, expositi ad variandum colores. Aliud enim vocis genus *iracundiæ* sibi sumat.[k] acutum, incitatum,crebrò incidens.

Impius[l] *hortatur me frater,vt meos malis miser*
Manderem[m] *natos* : —& ea, quæ tu dudum,
Antoni,protulisti,
Segregare abs te ausus:&
Ecquis hoc animaduertit[n]? vincite, -& Atreus ferè totus.
Aliud *miseratio*,ac *maror*:flexibile, plenum, interruptum,flebili voce,
Quò nunc me vertam? quid iter incipiã ingredi?
Domũ paternamne[o]*? anne ad Peliæ filias?* &illa,
O pater,ô patria,ô Priami domus! & quæ sequuntur,
Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari.
Aliud *mens*:demissum,& hæsitans, & abiectũ,
Multi[p] *modis sum circumuentus, morbo,exsilio*[p], *atque inopia:*
Tum pauer sapientiam mihi omnem ex animo expectorat:

a Idem Valerius & Cic. Quint. 11. c. 3.*

b P. Cl. XIII.

c citatur hic locus à Nonio 12. in Memini illam rem : similis est alius supra ibi, quẽ tu probe Catule, memineras.*

d L. tantopere efferretur?

e DE MOTIBVS & variis generibus vocũ.*

f L. ac pænè

g *fort.* vt à quoque animi motu sunt p.

h L. est suo quæque in genere.

i flexo sono, recto:att.

k L. sumit.

l *al.* Ipse.*

m L. Mandẽ ‖ *al.* mandarem.*male.*

n *al.* animũ aduertit?

o L. paternũ, Peliæ ne ad filias?

p *al.* exsulio,

p. B.

b L. degressio.

c L. quæ sententiarum or.

d *al.* putares,

e L. Sed est tamen huius generis demonstratio, & doctrina ipsa vulgaris.

f DE DECORO ORATIONIS.*

g *al.* debeat.*

h L. ornamentis enim iisdem.

i *al.* proinde.

k DE ACTIONE.*

l *al.* superat.

m Idem in Bruto vbi dicit.*

Alter terribilem minitatur vitæ cruciatum, & necem:

Quæ nemo est tã firmo ingenio, & tãta cõstãtia,
Quin refugiat timi lo sanguen[a], *atque exalbescat metu.*

Aliud *vis*:contentum, vehemens, imminens quadam incitatione grauitatis.

Iterum[b] *Thyestes Atreum attractum aduenit,*
Iterum iam aggreditur me, & quietum exsuscitat.
Maior mihi moles, maius miscendum[c] *st malum:*
Qui illius acerbum cor contundã, & comprimã.

Aliud *voluptas*:effusum,lene,tenerum, hilaratum[c],ac remissum,

Sed mihi cum[d] *tetulit coronam ob collocandas nuptias,*
Tibi ferebat, cùm simulabat sese[e] *alteri dare:*
Tum ad te ludibundã[f] *docte, & delicate detulit.*

Aliud *molestia*: sine commiseratione graue quiddam,& vno pressu,ac sono obductum,

Qua tempestate Paris Helenam innuptis[g] *iunxit nuptiis,*
Ego tum grauida[h], *expletis iam fere ad pariendum mensibus,*
Per[i] *idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo parit.*

Omneis autem hos motus subsequi debet gestus,nõ hic verba exprimens, scenicus[k],sed vniuersam rem,& sententiã, non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti,ac virili,non ab scena[l],& histrionibus,sed ab armis, aut etiam à palæstra.Manus autem minus arguta,digitis subsequens verba,non exprimens: brachium proceriùs proiectum, quasi quoddam telum orationis: suppositio pedis in contentionibus aut incipiendis,aut finiendis. Sed in ore sunt omnia. In eo autem ipso dominatus est omnis oculorum:quo meliùs nostri illi senes,qui per sonatum, ne Roscium quidem, magnoperè laudabant. Animi est enim omnis actio, & imago animi, vultus est, indices oculi.nam hæc est vna pars corporis,quæ, quot animi motus sunt,tot significationes, & commutationes possit efficere.neque verò est quisquã, qui eadem contuens,efficiat[m]. Theophrastus quidem Tauriscum quendam[n] dixit actorem auersum solitum esse dicere, qui in agendo contuens aliquid,pronuntiaret. Quare oculorum est magna moderatio. nam oris non est nimiùm mutanda species, ne aut ad ineptias, aut ad prauitatem aliquam deferamur. Oculi sunt,quorum tum intentione, tum remissione,tum coniectu,tum hilaritate, motus animorum significemus aptè cum genere ipso orationis.est enim actio quasi sermo corporis, quo magis menti congruens esse debet. Oculos autem natura nobis, vt equo,& [o] leoni setas,caudam, aureis, ad motus animorum declarandos dedit, Quare in hac nostra actione secundum vocem vultus valet. is autem oculis gubernatur.Atque in iis omnibus,quæ sunt actionis,inest quædam vis à natura data. quare etiam hac imperiti.hac vulgus,hac deniq; barbari maxime commouentur. verba enim neminem mouent,nisi eum,qui eiusdem linguæ societate coniunctus est: sententiæque ipsæ acutæ,non acutorum hominũ sensus pręterualãt. actio,quæ præ se motum animi fert, omneis mouet.iisdem enim omnium animi motibus concitantur, & eos iisdem notis & in aliis agnoscunt,& in se ipsi iudicant[p]. Ad actionis autem vsum,atque laudem, maximam sine dubio partem vox obinet, quæ primùm est optanda nobis: deinde,quæcumq; erit,ea tuendaide quo illud iam nihil ad hoc præcipiendi genus, quemadmodum voci seruiatur: equidem magnopere censeo seruiendum.Sed illud videtur ab huius nostri sermonis officio non abhorrere,quòd,vt dixi paullo antè,plurimis in rebus quod maximè est vtile, id nescio quo pacto etiã decet maximè.nam ad vocem in[a] dicendo obtinendam nihil est vtilius, quàm crebra mutatio:nihil pernicioſiùs,quàm effusa sine intermissione contentio. Quid ad aureis nostras,& actionis suauitatem,quid est vicissitudine,& varietate, & commutatione aptius?Itaq; idem Gracchus,quod potes audire,Catule,ex Licinio,cliente tuo,litterato homine,quẽ seruum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occultè post ipsum, cum concionaretur,peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret,aut à contentione reuocaret. Audiui mehercule,inquit Catulus,& sæpe sum admiratus hominis cùm diligentiam,tum etiam doctrinam,& scientiam. Ego verò, inquit Crassus, ac doleo quidem, illos viros in eam fraudem in republica esse delapsos: quamquam ea tela texitur,& ea incitatur in ciuitate ratio viuendi,ac posteritati ostenditur,vt eorũm ciuium quos nostri patres non tulerunt, iam similes habere cupiamus.Mitte,obsecro,inquit,Crasse,Iulius,sermonem istum,& te ad Gracchi fistulam refer: cuius ego nondum planè rationem intelligo. In omni voce, inquit Crassus, est quiddam medium, sed suum cuique voci. hinc gradatim ascendere vocem vtile & suaue est. Nam à principio clamare, agreste quiddam est, & illud idem ad [b] firmandum est vocem salutare.Deinde est quiddam contentionis extremum, quod tamen inferius est, quàm acutissimus clamor, quò te fistula progredi non sinet, & tamen ab ipsa contentione reuocabit.Est item contra quiddam in remissione grauissimum, quóque [c] tanquam sonorum gradibus descenditur. Hæc varietas,& hic per omneis sonos vocis cursus, & sectebitur, & actioni afferet suauitatem. sed fistulatorem domi relinquetis, sensum huius consuetudinis vobiscum ad forum deferetis.Edidi quæ potui,non vt volui,sed vt me temporis angustiæ coegerunt. Scitum est enim,causam conferre in tempus,cùm afferre plura,si cupias,non queas. Tu verò, inquit Catulus, collegisti omnia, quantum ego possum iudicare,ita diuinitus, vt non à Græcis didicisse, sed eos ipsos hæc docere posse videare. Me quidem istius sermonis participem factum esse gaudeo: ac[d] vellem,vt meus gener,sodalis tuus,Hortensius,affuisset:quem quidem ego confido omnibus istis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentem fore.Et Crassus,Fore[e] dicis, inquit?ego verò esse iam iudico, & tum iudicaui, cùm, me consule, in senatu causam defendit Africæ, nupérque etiam magis, cùm pro Bithyniæ rege dixit. Quamobrem rectè vides,Catule.nihil enim iste adolescenti neque à natura.neque à doctrina deesse sentio. Quo magis est tibi,Cotta,& tibi, Sulpici, vigilandum, ac laborandum. non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati: sed & ingenio

a ita f.de Gracchis & apud Nonium c.3. in sanguis 203.al.sanguine.*

b L. Iterum Thyestes me cum altercatum venit.

c al.hilarum

d L.cùm tetulit ille coron.

e L. sese eam alt.

f L.ludibundu*. ‖ al.ludibũda voce.* al. Ludibunda dote *

g L.innuptis sibi iunxit

h L.grauida fui,expl.

i L. per idem propè temp.

k v.c.scænicus.

l v.c. scæna.

m fort.eadem efficiat.

n fort.quendã actorem, dixit auersum, solit.

o L.CLXIIII. & leoni iubas,caudã, aureis. &c.

p L. indicant.

a L.in dicendo tuendam

b al.ad firmandam vocẽ ad salutare. Deinde est quiddam con.

c al.ad quod tanquã son. P. B.

d L.ac vellẽ meus gener. sod.

e L. Fore dicis:inquit. ?

genio peracri, & studio flagranti, & doctrina eximia, & memoria singulari. cui quamquam faueo, tamen illum ætati suæ præstare cupio: vobis verò illum tanto minorem præcurrere vix honestum est. Sed iam surgamus, inquit, nósque curemus, & aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros, curámque[a] laxemus. A

a L. curáque laxemus.

P. CLXV.

M. TVLLII CICERONIS DE CLARIS ORATORIBVS LIBER, QVI DICITVR[b] BRVTVS.

b al. inscribitur

BRVTVS: T. POMPONIVS ATTICVS:

Synopsis.

1 ¶ ad 33 *De claris Oratoribus Græcis, 34 & Romanis.*

VM è Cilicia decedens, Rhodum venissem, & eò mihi de Q.[c] Hortensij morte esset allatum, opinione omniũ maiorem animo cepi dolorem. Nam & amico amisso, cùm consuetudine iucunda, tum multorum officiorum coniunctione me priuatum videbam, & interitu talis auguris, dignitatem nostri collegij diminutam[d] dolebam: qua in cogitatione, & cooptatum me ab eo in collegium recordabar, in quo iuratus iudicium dignitatis meæ fecerat: & inauguratum ab eodem: ex quo, augurum institutis, in[e] parentis eum loco colere debebam. Augebat etiam molestiam, quòd magna[f] sapientium ciuium, bonorúmque penuria, vir egregius, coniunctissimúsque mecum consiliorum omnium societate, alienissimo reip. tempore exstinctus, & auctoritatis, & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat: dolebámque, quòd non, vt plerique putabant, aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potiùs, & consortem gloriosi laboris amiseram. Etenim, si in leuiorum artium studio memoriæ proditum est, poetas nobileis poetarum æqualium mortes[g] doluisse: quo tandem animo eius interitum ferre debui, cum quo certare erat gloriosius, quàm omnino aduersarium non habere? cùm præsertim non modò numquam sit aut illius à me cursus impeditus, aut ab illo meus, sed cõtrà semper alter ab altero adiutus & communicando, & monendo, & fauendo. Sed, quoniam perpetua quadam felicitate vsus ille, cessit è vita, suo magis, quàm suorum ciuium tempore, & tum occidit, cùm lugere faciliùs rempublicam posset, si viueret, quàm iuuare: vixitque tamdiu, quàm[h] licuit in ciuitate bene, beatéque viuere: nostro incommodo, detrimentóque, si est ita necesse, doleamus: illius verò mortis opportunitatem beneuolentia[i] potiùs, quàm misericordia prosequamur, vt, quotiescumque de clarissimo, & beatissimo viro cogitemus, illum potiùs quàm nosmetipsos, diligere videamur. Nam, si id dolemus, quòd eo iam frui nobis non licet: nostrum est id malum: quod modicè feramus, ne id non ad amicitiam, sed ad domesticam vtilitatem referre videamur. sin, tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, angimur: summam eius felicitatem non satis grato animo interpretamur. Etenim si viueret Q. Hortensius, cætera fortasse desideraret vnà cum reliquis bonis, & fortibus ciuibus: hunc[a] autẽ & præter cæteros, aut cum paucis sustineret doloré, cùm forum populi Romani, quod fuisset quasi theatrum illius ingenij, voce erudita, & Romanis, Græcísque auribus digna, spoliatum, atque orbatum videret. Equidem angor animo, non consilij, non ingenij, non auctoritatis armis egere rempublicam, quæ didiceram tractare, quibúsque me assueueram, quæque erant propria cùm præstantis in republica viri, tum bene moratæ, & bene constitutæ ciuitatis. Quòd si fuit in republica tempus vllum, cùm extorquere arma posset è manibus iratorum ciuium, boni ciuis auctoritas, & oratio: tũ profectò fuit, cùm patrocinium pacis excluſum est aut[b] errore hominum, aut timore. Ita nobismetipsis accidit, vt, quamquam essent multo magis alia lugenda, tamen hoc doleremus, quòd, quo tempore ætas nostra, perfuncta rebus amplissimis, tanquã in portũ confugere deberet, non inertiæ, neque desidiæ, sed otij moderati, atq. honesti: cúmque ipsa oratio iam nostra caneseceret[c], haberétque suam quandam maturitatẽ, & quasi senectutem, tum arma sunt ea sumta, quibus illi ipsi, qui didicerant eis vti gloriosè, quemadmodum salutariter vterentur, non reperiebant. Itaque i[d] mihi videntur fortunatè, beatéque vixisse, cùm in cæteris ciuitatibus, tum maximè in nostra, quibus cùm auctoritate, rerúmque gestarum gloria, tum etiam sapientiæ laude perfrui licuit. Quorum memoria, & recordatio in maximis nostris grauissimísque curis iucũda sanè fuit, cùm in eam nuper ex sermone quodã incidissemus. Nam cum inambularem in xysto[e], & essem otiosus domi, M. ad me Brutus, vt consueuerat, cum T. Pomponio venerat, homines cùm

B C D E F

a hunc autẽ præter cæt.

b al. aut rectore hom. ‖ sed in pro Zizario errorem & timorem coniungit hic author.*

c 11. Quintil. 1.*

d al. ei.*

e Xystus, hic, & 4 Academic. porticus tecta. vbi athletæ per hyemem exercebantur. 5. Vitr. 11. & 6. c. 10. vnde xystici l. 4 ff. de his qui notantur infam. Suetoa. in Galba c. 15. Tertull. de spectacul. inde xystarches, qui xysto præerat. Tertul. 21. ad martyr. Martial. in. 21. Suidas, xystæ vero, subdiales drambulationes palæstræ exercendæ.*

inter se coniũcti, cum mihi ita cari, tráque iucundi, vt eorum adspectu omnis, quæ[a] me angebat de republica cura cõsederit. Quos postquam salutaui, Quid vos, inquã, Brute, & Attice, nunc[2] quid tandem nouiꝰ 2 ¶ Nihil sanè, inquit Brutus: quod quidem aut tu audire velis, aut ego pro certo dicere audeam. 3 ¶ Tũ Atticus, Eo, inquit, ad te animo vénimus, vt de republica esset silẽtium & aliquid audiremus, potiùs ex te, quàm te afficeremus vlla molestia. 4 ¶ Vos verò, inquam, Attice, & præsentem me cura leuatis, & absenti magna solatia dedistis. nam vestris primùm litteris recreatus, me ad pristina studia reuocaui. 5 ¶ Tum ille, Legi, inquit, perlubenter epistolã, quam ad te Brutus misit ex Asia: qua mihi visus est & monere te prudenter, & consolari amicissimè.

6 ¶ Rectè, inquã, est visus. nam me istis scito litteris, ex diuturna perturbatione totius valetudinis tanquã ad adspiciendã lucem esse reuocatum. Atq. vt post Cannẽsem illam calamitatẽ primùm Marcelli ad[b] Nolam prælio populus se Romanus erexit, posteáq; pro peræ res deinceps multæ consecutæ sunt: sic post rerũ nostrarum, & cõmunium grauiſſimos casus, nihil ante epistolã Bruti mihi accidit, quod vellẽ, aut quod aliqua ex parte sollicitudines alleuaret[c] meas. 7 ¶ Tũ Brutus, Volui id quidem efficere certè, & capio magnum fructũ, si quidem quod volui, tanta in re consecutus sum. Sed scire cupio, quæ te Attici litteræ delectauerint[d]. 8 ¶ Istæ verò, inquã, Brute, non modò delectationẽ mihi, sed etiam, vt spero, salutẽ attulerunt. 9 ¶ Salutẽ? inquit ille. quódnam tandem genus istuc tam præclarum litterarum fuit? An mihi potuit, inquam, esse aut gratior vlla salutatio, aut ad hoc tẽpus aptior, quàm illius libri, quo me hic affatus[e], quasi ia centem excitauit? 10 ¶ Tum ille, Nempe eũ dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriã breuiter, &, vt mihi quidem visum est, perdiligenter complexus[f] est. 11 ¶ Istum ipsum, inquam, Brute, dico librum mihi saluti fuisse. 12 ¶ Tum Atticus, Optatissimum mihi quidẽ est quod dicis: sed quid tandem habuit liber iste, quod tibi aut nouũ, aut tanto vsui posset esse? 13 ¶ Ille verò & noua, inquã, mihi quidẽ, multa, & eam vtilitatẽ, quam requirebã, vt, explicatis ordinibus tẽporum, vno in conspectu omnia viderem: quę cùm studiosè tractare cœpissem, ipsa mihi tractatio litterarum salutaris fuit, admonuitq;. Pomponi, vt à te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum, téq; remunerandum, si non pari, at grato tamen munere: quamquã illud Hesiodiu laudatur à doctis, quod eadem[g] mensura reddere iubet, qua[h] acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Ego autem voluntatem tibi profectò[i] emetiar[k]: sed rem ipsam nõdum posse videor: idq; vt ignoscas, à te peto. Nec enim ex nouis, (vt agricolæ solent) fructibus est, vnde tibi reddam quod accepi. sic omnis fœtus repressus, exustúsque[l] flos siti veteris vbertatis exaruit: nec ex conditis, qui iacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui pẽnè solis patuit, obstructus est. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto, & derelicto solo: quod ita diligenter colemus, vt impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris: modo idem noster animus efficere possit, quod ager, qui[m] cùm multos annos quieuit, vberiores efferre fruges solet. 14 ¶ Tum ille, Ego verò & exspectabo ea, quæ polliceris, neq;[a] exigam. nisi tuo cõmodo, & erunt mihi pergrata, si solueris. 15 ¶ Mihi[b] quoq;, inquit Brutus, & exspectãda sunt ea, quæ Attico polliceris, etsi fortasse ego à te huius voluntarius procurator petam, quod ipse, cui debes, se[c] incommodo exacturũ negat. 16 ¶ At verò inquam, tibi ego Brute, nõ soluã. nisi priùs à te cauero, amplius eo nomine neminẽ, cuius petitio sit, petiturũ. 17 ¶ Nõ mehercule, inquit, tibi repromittere istuc quidẽ ausus sim. nã hunc, qui negat, video flagitatorẽ, non illum quidem tibi molestũ, sed assiduum tamen, & acrem fore. 18 ¶ Tum Põponius, Ego verò, inquit, Brutũ nihil mẽtiri puto. Videor enim iam te ausurus esse appellare: quoniã longo interuallo modò primùm animaduerti paullo te hilariorem. Itaque, quoniam[d] hic, quod mihi deberetur, se exacturũ professus est: quod[e] huic debes, ego à te peto. 19 ¶ Quidnam id? inquã. 20 ¶ Vt scribas, inquit, aliquid. iampridẽ enim conticuerunt tuæ litteræ. Nam vt illos de republica libros edidisti, nihil à te sanè postea accepimus: essque nos metipsi[f] ad[g] veterum annalium memoriam comprehendendam impulsi, atque incensi sumus. Sed illa cùm poteris, atque vt possis, rogo. Nunc verò inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. 21 ¶ Quidnã est id? inquã. 22 ¶ Quod mihi nuper in Tusculano inchoasti[h] de oratoribus, quãdo esse cœpissent, qui etiã, & quales fuissent. Quẽ ego sermonẽ cùm ad Brutum tuum, vel nostrum potius, detulissem, magnopere hic audire se velle dixit. Itaque hunc elegimus diem, cùm te sciremus esse vacuũ. Quare, si tibi est cõmodum, ede illa, quæ cœperas, & Bruto, & mihi. 23 ¶ Ego verò, inquam, si potuero, faciã vobis satis. 24 ¶ Poteris, inquit: relaxa modò paullùm animum, aut sanè, (si potes) libera.

25 ¶ Nempe igitur hinc tũ, Pomponi, ductus est sermo, quòd erat à me mẽtio facta, causam Deiotari, fidelissimi, atque optimi regis, ornatissimè & copiosissimè à Bruto me audisse defensam. 26 ¶ Scio, inquit, ab isto initio tractum esse sermonem, téque Bruti dolentem vicem, quasi defleuisse iudiciorũ vastitatem, & fori. 27 Feci, inquam, istuc quidẽ, & sæpe facio. Nam mihi, Brute, in te intuenti, crebrò in mentem venit vereri, ecquódnam curriculum aliquando sit habitura tua & natura admirabilis, & exquisita doctrina, & singularis industria. Cùm enim in maximis causis versatus esses, & cùm tibi ætas nostra iam cederet, faceréque summitteret, subitò in ciuitate cùm alia ceciderunt[k], tum etiam ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit. 28 ¶ Tum ille, Cæterarum rerum causa, inquit, istuc & doleo, & dolendum puto: dicendi autem me non[l] tam fructus, & gloria, quàm studium ipsum, exercitatióque delectat: quod mihi nulla res eripiet, te[m] præsertim tam studioso. Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quisquã potest. 29 ¶ Præclarè, inquam, Brute, dicis, eóq; magis ista dicendi laude delector, quòd cætera, quæ sunt quondam habita in ciuitate pulcherrima, nemo est tam humilis, qui se non aut posse adipisci, aut adeptum putet. eloquentem neminem video factum esse victoria. Sed quo facilius sermo

a ab. quæ me angebat, rei. cura cons.

b Liuius 23. & itidem Florus.

p. C LXVI.

c fort. meas alleuaret.

d al. delectarint.

e προσφωνήσας

f L. complexus est.

g αὐτῷ τῷ μέτρῳ, ᾧ λάβοι αἴτις δύνηται, id est ipsa mensura & meliore si possis.*

h al. quod.*

i al. pro facto.*

k L. remetiar.

l L. exustúsq. siti flos veteris.

m al. qui post quam mult.

a L. nec exigam.

b L. Mihi quæque inquit Brutus, exspectãda sunt ea, quæ Attico polliceris, etsi fortasse ego à te huius voluntarius procurator petam, quod ipse, cui debes, se incommodo exacturũ negat.

c L. se incommodo tuo exa.

p. B.

d al. quoniã hic id, quod

e al. id, quod huic d.

f L. ad rerum nostrarum memoriam.

g al. ad rerum naturalium

al. ad rerum natalium. al. ad rerum memoriam.

h al. rerum naturalium

Hic autem Atticus obiter meminit libri de antiquitate, à se compositi. vide Victorium hic 9. l. var. lect.

i al. potero.

k al. cõciderunt,

l vide 1. de Oratore.

m fort. tui præsertim tam stud. al. te præsertim eius tam studioso. al. te præsertim mei tam studioso.

sermo explicetur, sedentes, si videtur, agamus.

30 ¶ Cùm idem placuisset illis, tũ in pratulo propter Platonis statuã consedimus. 31 ¶ Hîc ego, Laudare igitur eloquentiam, & quanta vis sit eius, expromere, quantámque iis, qui sint eam consecuti, dignitatem afferat, neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. Hoc verò sine vlla dubitatione cõfirmauerim[a], siue[b] illa arte pariatur aliqua, siue exercitatione quadam, siue natura, rem vnam esse omnium difficillimam. quibus enim ex quinque[c] rebus constare dicitur, earum vnaquæq; est ars ipsa magna per sese. Quare quinque artium concursus maximarum, quantam vim, quantámque difficultatem habeat[d], existimari potest.

¶ Testis est Græcia, quæ cùm eloquentiæ studio sit incensa, iamdiúque excellat in ea, præstétque cæteris, tamen omneis artes vetustio res habet, & multo antè non inuentas solùm, sed etiã perfectas, quàm hæc est, à Græcis elaborata dicendi vis, atque copia. In quam cùm intueor, maximè mihi occurrunt, Attice, & quasi lucent Athenę tuę: qua in vrbe primùm se orator extulit, primúmque etiam monumentis, & litteris oratio est cœpta mandari. tamen[e] ante Periclem, cuius scripta quædam feruntur, & Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt, littera nulla est, quæ quidem ornatum aliquem habeat, & oratoris esse videatur. Quamquam opinio est & eum, qui multis annis ante hos fuerit, Pisistratum, & paullo seniorem[f] etiam *Solonem*, posteáque[g] *Clisthenem*, multùm, vt temporibus illis, valuisse dicendo. Post hanc ætatem aliquot annis, vt ex Atticis monumentis potest perspici, *Themistocles* fuit: quem constat cùm prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse: pòst *Pericles*, qui cùm floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude clarissimus. *Cleonem* etiam temporibus illis turbulentum illum quidem ciuem, sed tamen eloquentem constat fuisse. Huic ætati suppares *Alcibiades*, *Critias*, *Theramenes*: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex [h] Thucydidis scriptis, qui ipse tũ fuit, intelligi maximè potest. grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Sed vt intellectum est, quantam vim haberet accurata, & facta quodammodo oratio: tum etiam magistri dicendi multi subitò exstiterunt: tum Leontinus *Gorgias*, *Thrasymachus* Chalcedonius, *Protagoras* Abderites, *Prodicus* [i] Chius, *Hippias* Elęus, in honore magno fuit, aliíque multi temporibus eisdem docere se profitebantur arrogantibus sanè verbis, quemadmodum causa inferior [k] (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior[l] posset. Iis oppositit sese *Socrates*, qui subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat verbis. Huius ex vberrimis sermonibus exstiterunt doctissimi viri: primúmque tum philosophia, non illa de natura, quę fuerat antiquior, sed hæc, in qua de bonis rebus & malis, déque hominum vita & moribus disputatur, inuenta dicitur. quod quoniam genus ab hoc, quod proposuimus, abhorret: philosophos aliud in tempus reiiciamus: ad oratores, à quibus digressi sumus, reuertamur. Exstitit igitur iã senibus illis, quos paullo antè diximus, *Isocrates* [n], cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi, magnus orator, & perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, intráque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, est postea consecutus. is & ipse scripsit multa præclarè, & docuit alios: & cùm cætera melius, quàm superiores, tum primus[a] intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen, & numerum quendam oportere seruari. Ante hunc enim verborum quasi structura, & quædam ad numerum conclusio, nulla erat: aut, siquando erat, non apparebat eam dedita opera esse quæsitam: quæ forsitan laus sit: verumtamen, natura[b] magis, tum casu nonnumquã quàm aut ratione aliqua, aut obseruatione fiebat. Ipsa enim natura circumscriptione quadam verborum cõprehendit, cõcludítque sententiam: quæ cùm aptis constricta verbis est, cadit etiam plerumque numerosè. Nam & aures ipsæ quid plenum, quid inane sit, iudicant, & spiritu, quasi necessitate aliqua, verborum comprehensio terminatur: in quo non modò defici, sed etiam laborare turpe est. Tum fuit *Lysias*[c], ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor, atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere. nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris. Nihil acutè inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum grauitate[d], vel sententiarum, quo quidquam esset elatius. Huic *Hyperides* proximus, & *Æschines*[e] fuit, & *Lycurgus*, & *Dinarchus*, & is, cuius nulla exstant scripta, *Demades*, aliíque[f] plures. Hæc enim ætas effudit hanc copiam, &, vt opinio mea fert, succus ille, & sanguis incorruptus vsque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. *Phalereus* enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis instítutus[g], quàm[h] palæstra. itaque delectabat magis Athenienseis, quàm inflammabat. processerat enim in solem, & puluerem, non vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti, doctissimi hominis, vmbraculis. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, tenerámque reddidit: & suauis, sicut fuit, videri maluit, quàm grauis: sed suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret: & tantùm vt memoriam concinnitatis suæ, non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos [i] etiam relinqueret in animis eorum, à quibus esset auditus. Videsne igitur, vt in ea ipsa vrbe, in qua & nata, & alta[k] sit eloquentia, quàm ea serò prodierit in lucem? Siquidem ante Solonis ætatem, & Pisistrati, de nullo, vt diserto, memoriæ proditum est. At hi quidem, vt populi Romani ætas est, senes: vt Athenienstium sæcula numerantur, adolescentes debẽt[l] videri. Nam etsi Seruio Tullo regnante [m] viguerunt, tamen multo diutius Athenę iam erant, quàm est Roma ad hodiernum diem: nec tamen dubito, quin habuerit vim magnam semper oratio. Neque enim iam Troicis[n] temporibus tantum laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Ho-

a Idem 3. de oratore, & infrà libro de oratore perfecto numero. Isocrates de seipso idem testatur in oratione ad Philippum.*

b L. naturæ magis tunc, casuq. nonnumquam &c. | haud ratione aliqua aut obseruatur. fiebat apud Priscianum ita legitur.*

c vide Plutarchum in x Rhetorib.*

d fort. grauditate, vel sententiarum grauitate, quo

e De Aeschine & Lycurgo vide Plutarchum in x. Rhetoribus.*

f L. aliíque complures.

g al. instructus.*

h L. quàm palæstræ.

i κάτοπτρα

k al. alita.

l al. videri debent.

m Idem Gellius 17. c. 21.*

n al. Troicis.

a al. cõfirmarim.*

b Eloquentia vtrum arte, exercitatione, vel natura pariatur.*

c Inuentionẽ dispositionẽ, elocutionẽ, memoriã & actionem intelligit.*

d L. habeat,

e Eloquentiæ Atticæ principium à Pericle & Thucydide Idem Qu. 3. c. 2.*

f vide 27. Gell. 21.* Vide Isocratem in Areopagitico.*

g Dicit Thucydidẽ fortẽ sic in Timarchidi processu refertur. Quod & Thucydidem eloquentiæ perfectum fuisse Marcus Tullius ait 9. ad Atticum Pericli fuccus. & de oratore Cronii casus Virgil. 1. Aeneid. addit Priscianus. 6.*

i L. Prodicus Ceus,

k ἥττων. l χείττων.

p. 8.

m L. degressi. Gorgiæ discipulus Antiphon 82. cõnixus est. Quod Plutarchus 3. c. 1. Plutarchũ in Rhetoribus.*

p. CLXVII.

p. CLXVIII.

merus, & Nestori, (quorum alterum vim habere voluit, alterum suauitatem) nisi iam tum esset honos eloquentiæ: neque ipse poeta hic tam idem ornatus in dicendo, ac planè orator fuisset: cuius etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum: siquidem non infra superiorem Lycurgum fuit, à quo est disciplina Lacedæmoniorum adstricta legibus. Sed studium eius generis, maiórque vis agnoscitur in Pisistrato. Denique hunc proximo sæculo Themistocles insecutus est, vt apud nos, perantiquus: vt apud Athenienseis, non ita sanè vetus. Fuit enim regnante iam Græcia, nostra autem ciuitate non[a] ita pridem dominatu regio liberata. nam bellum[b] Volscorum illud grauissimum, cui Coriolanus exsul interfuit, eodem ferè[c] tempore, quo Persarum bellum, fuit, similisque fortuna clarorum virorum. Siquidem vterque[d], cùm ciuis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hosteis contulit, conatúmque iracundiæ suæ morte sedauit. nam etsi aliter est apud te, Attice, de Coriolano, concede tamen, vt huic generi mortis potiùs assentiar. 32 ¶ At ille ridens, Tuo verò, inquit, arbitratu: quoniã[e] quidem concessum est rhetoribus ementiri[f] in historiis, vt aliquid dicere possint argutiùs. vt enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. Nam, quem Thucydides, qui & Athenienseis erat, & summo loco natus, summúsq; vir, & paullo ætate posterior, tantùm mortuum scripsit, & in Attica clàm humatum, addidit fuisse suspicionẽ veneno sibi conscisse[g] mortẽ: hunc isti aiunt, cùm taurum immolauisset, excepisse[h] sanguinem patera, & eo poto, mortuum concidisse. Hanc enim mortẽ rhetoricè & tragicè ornare potuerunt: illa mors vulgaris nullam præbebat materiem ad ornatum[k] Quare, quoniam tibi[l] quadrat, omnia fuisse in Themistocle paria, & Coriolano, paterã quoque à me sumas licet: præbebo etiam hostiam, vt Coriolanus sit planè alter Themistocles. 33 ¶ Sit sanè, inquã, vt lubet, de isto: & ego cautiùs posthac historiam attingam, te audiente: quem rerum Romanarum auctore laudare[n] possum religiosissimum. Sed tum ferè Pericles, Xãthippi filius, de quo antè dixi, primus adhibuit doctrinã: quæ quamquã tum nulla erat dicendi, tamen ab Anaxagora[o] physico eruditus, exercitationẽ mentis à reconditis, abstrusísque rebus ad causas forenseis, popularéisq; facilè traduxerat. Huius suauitate maximè hilaratæ sunt Athenæ: huius vbertatem, & copiam admiratæ, eiusdẽ vim dicendi, terrorémque timuerunt. Hæc igitur ætas prima Athenis oratorẽ propè perfectum tulit. Nec enim in constituentibus rempublicam, nec in bella gerentibus, nec in impeditis, ac regum dominatione deuinctis, nasci cupiditas dicendi solet. Pacis est comes, otiíque socia, & iam bene constitutæ ciuitatis quasi alumna quædam, eloquentia. Itaque ait Aristoteles, cùm suolatis in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudiciis repererentur, tum primùm, quòd esset acuta illa gens, & controuersa[p] natura, artem, & præcepta Siculos, *Coracem*[q] & *Tisiam* conscripsisse. Nam antea neminem solitum via, nec arte, sed accuratè tamen, & de scripto plerósque dicere: scriptásque fuisse, & paratas à Protagora rerum illustriũ disputationes, quæ nunc, communes appellantur loci. Quod idem fecisse Gorgiam, cùm singularum rerum laudes, vituperationésque conscripsisset: quòd iudicaret hoc[a] oratoris esse maximè propriũ, rem augere posse laudando, vituperandóque rursus affligere. Huic[b] Antiphontem Rhamusium similia quædam habuisse conscripta, quo neminem vmquam melius vllam orauisse capitis causam, cùm se ipse defenderet, se audiẽte, locuples[c] auctor scripsit Thucydides. Nam Lysiam primo profiteri solitum artẽ esse dicendi: dcinde, quòd Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem iciunior, orationes eum scribere aliis cœpisse, artem remouisse. Similiter Isocratem primò artem dicendi esse negauisse, scribere autem aliis solitum orationes, quibus in iudiciis vterentur, sed, cùm ex eo (quia quasi committeret contra legem, quo[d] quis iudicio circumueniretur) sæpe ipse in iudicium vocaretur: orationes aliis destitisse scribere, totúmque se ad arteis componendas[e] transtulisse. Et Græcię quidem oratorum partus, atque[f] fonteis vides, ad nostrorum annalium rationem, veteres: ad ipsorum, sanè receteis[g]. Nam antequam delectata est Athenienſium ciuitas hac laude dicendi, multa iam memorabilia & in domesticis, & in bellicis rebus effecerat. Hoc autem studium non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. Quis enim aut Argiuum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet. Lacedæmonium verò vsque ad hoc tempus audiui fuisse neminem. Menelaum ipsum, dulcem illum quidem tradit[h] Homerus[i], sed pauca dicentem. Breuitas autem, laus est interdum in aliqua parte dicendi, in vniuersa eloquentia laudem non habet. At verò extta Græciam magna dicendi studia fuerunt, maximíq; huic laudi habiti honores, illustre oratorũ nomen reddiderunt. Nam vt semel è Piræo eloquẽtia euecta est, omneis[k] peragrauit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, vt se externis oblineret moribus, omnémq;[l] illam salubritatẽ Atticæ dictionis quasi sanitatẽ perderet, ac loqui pęnè dedisceret. Hinc Asiatici oratores nõ[m] contemnendi quidẽ nec celeritate, nec copia, sed parum pressi, & nimis redundantes. Rhodij saniores, & Atticorum similiores.

54 ¶ Sed de Græcis hactenus. etenim hæc ipsa forsitan fuerint[n] non necessaria. 35 ¶ Tũ Brutus, Ista verò, inquit, quàm necessaria fuerint, non facilè dixerim: iucunda certè mihi fuerunt, neq; solùm non longa, sed etiam breuiora, quàm vellem. 36 ¶ Optimè, inquã: sed veniamus ad nostros, de quibus difficile est plus intelligere, quàm quantum ex monumẽtis suspicari licet. Quis enim putet aut celeritatẽ ingenij[o], L. P. *Iunio Bruto* illi, nobilitatis vestræ principi, defuisse[p] qui[q] de matre suauiandæ[r] ex oraculo Apollinis tam acutè, argutéque coniecerit? qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit? qui potentissimum[s] regẽ, clarissimi regis filiũ expulerit, ciuitatémq; perpetuo dominatu liberatam magistratibus annuis, legibus, iudiciisq; deuinxerit? qui collegæ suo imperium abrogauerit, vt è ciuitate regalis nominis memoriam tolleret? quod ecquid effici non potuisset, nisi esset oratione persuasum. Videmus itẽ paucis[t] annis post reges exactos, cùm plebes prope ripam Anienis ad tertium milliarium consedisset, cùm-

a ætate Coriolani, 17. Gell. 11.* b al. bellum illud Volsco rum. c Idem Gell. 17. c. 21.* d Themistocles & Coriolanus vide Plutarch. in Themistocle & Coriolano.* e al quandoquidem.* f al. mentiri.

g L. conciuisse m. h Plutarchus in Themistocle 5. Valer. 6.* i al. & eo epoto, k al. ad ornãdum. l L. tibi ita quadrat, m L. & in Coriolano. n Laudare testem & authorem hic & in Bruto est nominare, exhibere, ductũ ex eo videri potest quod quem qui testem nominabat, eum & laudẽ quoque eius commemorabat.* o Idem 3. de oratore numero 21. addit Laertium a. in Anaxagora.*

p cõtrouersa cæpit in Græcis q 3 Q. v.*

a L. hoc oratoris maximè b al. Hinc.* c ἀξιόχρεως, ἀξιόπιστος.

d al. quo quis in iudicio e hæc vox, cõponendas, quibusdam desit.* f v. c. atque fontis. g v. c. recentis.

P. CLXIX.

h L. tradidit i Homerus in. β. πολύτροπον ἀμὴν ἀλλὰ μάλα λιγέως.

k v. c. omneis l L. omnémque illam Atticæ dictionis quasi sanitatem P. m L. non cõtemnẽdi illi quidem n L. fuerunt.*

o al. ingenij aut eloquentiam.* p al. Lucio Bruto illi. q vide Liuium l. 1. in f. Plinium de viris illustribus c. 10. r v. c. sauiandæ s Tarquinius superbum. t anno 17. post reges exactos l. 1. §. 2. ff. de origine iuris.*

eúmque montem, qui Sacer appellatus est, occupauisset, *M. Valerium*[a] dictatorem dicendo sedauisse discordias, eíque ob eam rem honores amplissimos habitos, & eum primum ob eam ipsam causam Maximum esse appellatum. Ne *L. Valerium*, quidem *Potitum*, arbitror non aliquid potuisse dicendo, qui post decemuiralem inuidiam, plebem in patres incitatam, legibus, & concionibus suis mitigauerit[b]. Possumus *Appium*[c] *Claudium* suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatum, à[d] Pyrrhi pace reuocauerit[e]. Possumus *C. Fabricium*, quia sit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis missus orator: *T.*[f] *Coruncanium*[g], quòd ex pontificum commentariis longè plurimùm ingenio valuisse videatur: *M.*[h] *Curium*, quòd is tribunus plebis, interrege Appio cæco, diserto homine, comitia contra leges habente, cùm de plebe cossi. non accipiebat, patres antè auctores fieri coegerit: quod fuerit permagnum, nondum lege Menia[k] lata. Licet aliquid etiam de *M. Popillii* ingenio suspicari, qui cùm consul esset, eodémque tempore sacrificium publicum cum læna[l] faceret, quòd erat flamen Carmentalis, plebis[m] contra patres concitatione, & seditione nũtiata, vt erat læna amictus ita venit in concionem, seditionémque cùm auctoritate, tum oratione sedauit. Sed eos oratores habitos esse, aut omnino tum vllum eloquentiæ præmium fuisse, nihil sanè mihi legisse videor. tantummodò coniectura ducor ad suspicandum. Dicitur etiam *C. Flaminius*, is, qui tribunus plebis legem de agro Gallico, & Piceno viritim diuidendo tulerit, qui consul apud Trasimenum sit interfectus, ad populum valuisse dicendo. *Quintus*[n] etiam *Maximus Verrucosus*, orator habitus est temporibus illis: & *Q. Metellus*, is, qui bello Punico secundo cum L. Veturio Philone consul fuit. Quem verò exstet, & de quo sit memoriæ proditum, eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus est *M. Cornelius Cethegus*, cuius eloquentiæ est auctor, & idoneus quidem, mea sententia, Q. Ennius, præsertim cùm & ipse eum audierit, & scribat de mortuo: ex quo nulla suspicio est, amicitiæ causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono, (vt opinor) Annali:

Additur orator Cornelius suauiloquenti
Ore[o] *Cethegus Marcus: Tuditano collega,*
Marci Filius—& oratorem appellat, & suauiloquentiam tribuit: quæ nunc quidem non tam est in plerisque. latrant enim iam quidã[p] oratores, non loquuntur. sed est ea laus eloquentiæ certè maxima.

—Qui[q] *dictus, olim populáribus olim,*
Qui tum viuebant homines, atq. ætatem agitabãt,
Flos delibatus populi.

Probè verò. vt enim hominis decus, ingenium, sic ingenij ipsius lumen est eloquentia, qua virtus excellentem præclarè tum illi homines florem populi esse dixerunt, —*suadæque medullam.* Πειθὼ[r] quam vocant Græci, cuius effector est orator, hanc Suadã appellauit Ennius. eius autem Cethegum medullam[u] fuisse vult, vt, quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse. huius hic medullam nostrum oratorẽ fuisse dixerit. At hic Cethegus, c. o. s. cum P. Tuditano fuit bello Punico dò planè annis CXL. ante me c o s. & idipsum nisi Ennius esset. Ennij testimonio cognitum, hunc vetustas, vt alios fortasse multos, obliuione obruisset. Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Næuianis scriptis intelligi potest. His enim consulib. vt in veteribus commentariis scriptum est, Næuius est mortuus: quãquam Varro[a] noster diligentissimus inuestigator antiquitatis, putat in hoc erratum, vitámque Næuij producit longiùs. Nam[b] Plautus P. Claudio, L. Porcio, vinginti annis post illos, quos antè dixi, cõsules mortuus est[c], Catone censore. Hunc igitur Cethegum consecutus est ætate *Cato*, qui annis LX. post eum fuit consul. eum nos vt perueterem habemus, qui L. Marcio, M.[d] Manilio consulibus mortuus est, annis LXXXIII. ipsis ante me consulem. Nec verò habeo quemquam antiquiorem, cuius quidem scripta proferenda putem, nisi[e] quę *Appij Cæci* oratio hæc ipsa de Pyrrho, & nonnullæ mortuorum laudationes fortè delectant: & hercules hæ quidem exstant. Ipsæ enim familiæ suæ quasi ornamenta, ac monumenta seruabant, & ad vsum, siquis eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam. quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa, & [f] ad plebem transitiones, cùm homines humiliores in alienum eiusdem nominis insunderentur genus: vt, si ego me à M. Tullio esse diceremus, qui patricius cum Seruio Sulpicio consule, anno X post exactos reges fuit. Catonis autem orationes non minus multæ veræ sunt, quàm Attici Lysiæ: cuius arbitror plurimas esse. Est enim Atticus, quoniam certè Athenis est & natus, & mortuus, & functus omni ciuium munere: quamquam Timæus eum, quasi[g] Licinia, & Mucia lege repetit Syracusas[h]: & quodammodo est nonnulla in iis etiam inter ipsos similitudo. acuti sunt, elegantes, faceti, breues. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur, quos valetudo modò bona fit, tenuitas ipsa delectat, quamquam in Lysia sunt sæpe etiam lacerti, sici vt fieri nihil possit valentius: verùm est certè genere toto strigosior[k], sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. Catonem verò quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis nouit omnino? At quem virum? dij boni! mitto ciuem, aut senatorem, aut imperatorem. oratorem enim hoc loco quærimus. Quis illo grauior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior? in docendo, edisserendóque subtilior? Refertæ sunt orationes ampliùs centum quinquaginta (quas quidem adhuc inuenerim, & legerim) & verbis, & rebus illustribus. licet ex his eligant ea, quæ notatione, & laude digna sint. omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. Iam verò Origines eius quem florem, aut quod lumen eloquentię non habent? Amatores huic desunt, sicuti multis iam antè sæculis & Philisto Syracusio, & ipsi Thucydidi. Nam vt horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis cùm[l] breuitate, tum nimio acumine, officit Theopompus elatione, atque altitudine orationis suæ:

a Imò Menenium Agrippam Liuius. b Florus 1. c. c M. autem Valerius dictator, de quo hic, Cornutus dictus de quo vide Liuium 7. in f. *fort.* mitigarit. c L. App. Claudium d l. 2. §. 36 ff. de origine 2. § 5 ff. de postulando dixi Plinius libro de senectute. p. B. e L. reuocarit. f *lib. vul.* T. Coruncanũ, g T. Coruncanius meminit lib. 2. §. 35. & 38. ff. de origine iuris.* h *lib. vulg.* M. Curium, i L. consulem. k L. Mænia. *al.* L. Galinia lata.* l Læna, quid. de lana multa, duarum enim togarũ inferior Varro. 4. de lingua. adde Festum in Læna. Nonium c. 14. in Læna.* m L. plebeii contr. p. n L. Qœtiam Fabium Maximum. v.

o *lib. vulg.* Ore Cethegus Veturio collega Philonis. *fort* legit ore Cethegus Veturio collega Philonis. *al.* Ex Porcio Cethegus Veturio collega Philonis. Ex Porcio Cethegus Veturio collega Philonis. *al.* Ex Porcio Cethegus Veturio collega Philonis. Ex Porcio Cethegus Veturio collega Philonis. Ex Porcio Cethegus Veturio collega Philonis.

quod idem Lysiæ Demosthenes, sic Catonis laminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altiùs oratio. Sed[a] & in nostris inscientia est, quòd ij ipsi, qui in Græcis antiquitate delectantur, eáque subtilitate, quam Atticam appellant, hanc in Catone non[b] nouerunt quidem: Hyperidæ volunt esse, & Lysiæ. Laudo. sed cur nolunt Catonis?[c] Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem, atque vtinam imitarentur, nec ossa solùm, sed etiam sanguinem. gratum est tamen, quod volunt. Cur igitur Lysias & Hyperides amatur[d], cùm penitus ignoretur Cato? Antiquior est huius sermo, & quædam horridiora verba. Ita enim tum loquebantur. Id muta, quod tum ille non[e] potuit, & adde numeros, & aptior sit oratio: ipsa verba compone, & quasi coagmenta[f], quod ne Græci quidem veteres factitauerunt: iam neminem antepones Catoni. Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur, quos apellant τρόπους: & sententiarum, orationisque formis, quæ vocant σχήματα. nõ verisimile est, quàm sit in vtroque genere & creber, & distinctus Cato. Nec verò ignoro, nondum esse satis politum hũc oratorem, & quærendum esse aliquid perfectius: quippe cùm ita sit ad nostrorum temporum rationem vetus, vt nullius scriptum exstet dignum quidem lectione, quod sit antiquius: sed maiore honore in omnibus artibus, quàm in hac vna dicẽdi, versatur antiquitas. Quis enim eorum, qui hæc minora animaduertunt, non intelligit, Canachi signa, rigidiora esse, quàm vt imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora, quàm Canachi. Nondum Myronis satis ad veritatem adducta, iam tamen quæ non dubites pulcra dicere. Pulcriora etiam Polycleti, & iam planè perfecta, vt mihi quidem videri solent. Similis in pictura ratio est, in qua Zensimꝰ, & Polygnotum, & Timantem, & eorum, qui non sunt vsi plus quàm quattuor coloribus, formas & liniamenta[h] laudamus. Ati in Aëtione Nicomacho, Protogene, Apelle, iam perfecta sunt omnia, & nescio an reliquis in rebus omnibus idem eueniat. Nihil est enim simul & inuentum, & perfectum. Nec dubitari debet, quin fuerint ante[k] Homerum poetæ: quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum, & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur. Quid? nostri veteres versus vbi sunt?

quos[l] olim Fauni, vatésque canebant,
Cùm[m] neque musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat:

Ante hunc: Ait ipse de se: nec mentitur in gloriando. sic enim sese res habet. nam & Odyssea Latina est, sic tanquam opus aliquod Dædali, & Liuianę fabulæ, non satis dignæ, quæ iterum legantur. Atque hic Liuius[n], qui primus fabulam, C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano coss. docuit, anno ipso, antequam natus est Ennius: post Romam conditã autem quartodecimo, & quingentesimo, vt hic ait, quem nos sequimur. Est enim inter scriptores de numero annorum controuersia. Accius[o] autem à Qu. Maximo quintùm consule captum Tarento scripsit Liuium, annis xxx. postquàm eum fabulam docuisse & Atticus[p] scribit, & nos in antiquis commentariis inuenimus. Docuisse autẽ fabulam annis pòst x i. C. Cornelio, Q. Minucio coss. iudis[a] Iuuentatis, quos Salinator Senẽsi[b] prælio vouerat. In quo tantus error Accij[c] fuit, vt his coss. xl. annos natus Ennius fuerit: cui cùm æqualis fuerit Liuius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quàm ij, qui multas docuerant ante hos coss. & Plautus, & Næuius. Hæc si minus apta videtur huic sermoni, Brute, Attico assigna, qui me inflammauit studio, illustrium hominum ætates, & tempora persequẽdi. 37 ¶ Ego verò, inquit Brutus, & delector ista quasi notatione temporum, & ad id, quod instituisti, oratorũ genera distinguere ætatibus, istam diligẽtiam esse accommodatam puto. 38 ¶ Rectè, inquam, Brute, intelligis: atque vtinam exstarẽt illa carmina, quæ multis sæclis[d] ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato: tamen illius quem[e] in vatibus, & Faunis enumerat[f] Ennius, bellum Punicum, quasi Myronis opus, delectat. Sit Ennius sanè, vt est certè, perfectior: qui si illum, vt simulat, contemneret, nõ omnia bella persequens, primum illud Punicum, acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit, cur id faciat, —*scripsere*, inquit, *alij rẽ Versibus*, — & luculentè quidem scripserunt, etiam si minus, quàm tu, politè. Nec verò tibi alitèr videri debet, qui à Nęuio vel sumsisti multa, si fateris: vel, si negas, surripuisti. Cũ hoc Catone grandiores natu fuerunt *C. Flaminius*, *C. Varro*, *Q. Maximus*, *Q. Metellus*, *P. Lentulus*, *P. Crassus*, qui cum superiore Africano cõsul fuit. Ipsum *Scipionem* accepimus nõ infantem fuisse. filius quidem eius, is, qui hunc minorem Scipionẽ à Paullo adoptauit, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Indicant cùm orationculæ, tum historia quædam Græca, scripta dulcissimè. Numeróque eodem fuit *Sex. Ælius*[g], iuris quidẽ ciuilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus. De minoribus autem, *C. Sulpicius Gallus*, qui maximè omnium nobiliũ Græcis litteris studuit, ísque, & oratorum in numero est habitus, & fuit reliquis rebus ornatus, atque elegans. Iam enim erat vnctior quædam, splendidiórque consuetudo loquendi. Nam, hoc prætore ludos Apollini faciente, cùm Thyesten[h] fabulam docuisset, Qu. Marcio, Cn. Seruilio coss. mortem obiit Ennius. Erat iisdem temporibus *Ti. Gracchus*, P. F. qui bis coss. & censor fuit, cuius est oratio Græca apud Rhodios: quem ciuem cùm grauem, tum etiam eloquentem constat fuisse. P. etiam *Scipionem Nasicam*[i], qui est Corculum[k] appellatus, qui item bis consul & censor fuit, habitum eloquentem[l], M. alium illius, qui sacra acceperit, filium, dicunt. etiam *L. Lentulum*, qui cum C. Figulo cos. fuit: *Q.*[m] *Nobiliorẽ*, M. filium, iã patrio instituto deditũ studio litterarum, qui etiã Qu. Ennium, qui cũ patre eius in Ætolia militauerat, ciuitate donauit, cùm triumuir coloniam deduxisset: & *T. Annium* Luscum, huius Qu. Fuluij collegam, non indisertum dicũt fuisse. Atque etiã *L. Paullus*[n] Africani pater, personam principis ciuis facilè dicendo tuebatur: at verò etiã tũ Catone viuo, qui annos quinque, & lxxx. natus excessit è vita, cùm quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam, ad populum summa contentione dixisset: quam etiam oratio-

nem

a L. Sed & in nostris inscientia est, b L. ne nouerunt quidẽ. ‖ *al.* non nouerunt: quid enim Hyperidæ &c.*

c L. Catones?

d L. amantur,

e L. nõ potuit adde numeros,

f *al.* coagmẽta.*

g L. Zeuxim, h L. lineamẽta l.

i L. At in Echione, ‖ *al.* Acteone. *al.* Ectione *male*. Echio nobilis pictor, cuius meminit Cicero Paradoxo. 5.* k vt Orpheus & Linus.*

l Ennii versus, repetitur idem versus libro de oratore perfecto p. CLXXI. infrà.* m Hoc ex loco Quintil. 9. c. 4. colligit, antè carmen fuisse, quàm observationẽ carminis.* n Idem. 17. Gell. vltimo.* o L. Attius

p *Sect.* Attius

a *Vet. euentatis. al.* Luctatiis: *al.* Iuẽtatis. *Victorius.* Iuuentaris. Est autem Iuuentas, iuuentutis dea.*

b Senensi: *ita emendat Victorius quem vide.** c L. Actii.

d *al.* sæculis

e L. quem vatibus, & Faunis annumerat Ennius, & bellum Pun. f *al.* numerat *al.* annumerat.*

g L. 2. §. 38. de origine iuris.*

h Thyestes Ennii citatur à Festo in p. E. sublime, & Nonio in De lectat, contingere, conglomerare, Cernere, Flacere, Increpare, Putat.* i de quo l. 2. §. 37. ff. de origine iuris. Liuius. 42. 5. & sequente.* k Idem infrà prima Tusculana.* l L. eloquentem, M. illius qui sacra, &c. m de Q. Fulnio Nobiliore vide Liuium 39.* n de L. Paullo Æmylio Macedonico vide Liuium 45.*

nem scriptam reliquit. Sed viuo Catone minores natu multi vno tempore oratores floruerunt. Nam & *A. Albinus*, is, qui Græcè scripsit historiam, qui consul cum L. Lucullo fuit, & litteratus, & disertus fuit: & tenuit cum hoc locum quendam etiam *Ser. Fuluius*, & vnà *Ser. Fabius Pictor*, & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus. *Quintúsque Fabius Labeo* fuit ornatus iisdem ferè laudibus. Nã Q^a *Metellus*, is, cuius quattuor filij consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accusante Africano, cuius & aliæ sunt orationes & cõtra Ti. Gracchum exposita est in C. Fannij annalibus. Tum ipse *L. Cotta* vetera- [b] habitus, sed *C. Lælius* & *P. Africanus* in primis eloquentes: quorum exstant orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest. Sed inter hos ætate paullum his antecedens sine controuersia *Ser. Galba*, eloquentia præstitit: & nimirũ is princeps ex Latinis, illa oratorum propria, & quasi legitima opera tractauit, vt egrederetur [c] à proposito ornandi causa, vt delectaret animos, aut permoueret, vt augeret rem, vt miserationibus, vt cõmunibus locis vteretur: sed nescio quomodo huius, quem constat eloquentia præstitisse, exiliores orationes sunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut *Lælij*, aut *Scipionis*, aut etiam ipsius Catonis. Itaque exaruerũt, vix iam vt appareant. De ipsius *Lælij*, & Scipionis ingenio, quamquam ea iam est opinio, vt plurimum tribuatur ambobus, dicendi tamen laus est in Lælio illustrior. At oratio Lelij de [d] collegis, non melior, quàm, de multis quam voles, Scipionis: non quò illa Lælij quidquam sit dulcius, aut quòd de religione dici possit augustius: sed multo tamen vetustior & horridior ille, quàm Scipio, &, cùm sint in dicendo variæ voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur, & lubenter verbis etiam vti paullo magis priscis Lælius. *Sed est mos hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere.* Nam vt ex bellica laude adspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriati [e] bello reperimus fuisse Lælium: sic ingenij, litterarum, eloquentiæ, sapientiæ denique, etsi vtrique primas, priores tamen libenter defecunt Lælio. Nec mihi ceterorum iudicio solùm videtur, sed etiam ipsorum inter ipsos cõcessu ita tributum fuisse. Erat omnino tum mos, vt in reliquis rebus melior, sic in hoc ipso humanior: vt faciles essent in [f] suum [g] cuique tribuendo. Memoria teneo, Smyrnæ, me exp. Rutilio Rufo audisse [h], cùm diceret adolescentulo se accidisse, vt ex S.C. Publius Scipio, & D. Brutus (vt opinor) Coss. de reatroci, magnáque quærerent. Nam cùm in [i] sylua sua facta cædes esset, notique homines interfecti, infimularetúrque [k] familia, partim etiam liberti, societatis eius, quæ piceriarias [l] de P. Cornelio, L. Mummio CENSS. redemisset, decreuisse senatum, vt de ea re cognoscerent, & statueret consules Causam pro publicanis accurate, vt semper solitus esset, elegantérque dixisse Lælium. Cùm consules, re audita, *amplius* de [m] consilij sententia pronuntiauissent: paucis interpositis diebus iterum Lælium multo diligentius, meliúsque dixisse: iterúmque eodem modo à consulibus rem esse prolatam. Tum Lælium, cùm eum socij domum reduxissent, egisseníque gratias, &, ne defatigaretur, orauissent, locutum esse ita, se, quæ fecisset, honoris eorum causa, studiosè, accuratéque fecisse: sed se, arbitrari, causam illam à Ser. Galba, quòd is in [a] dicendo ornatior, acriórque esset, grauiùs & vehementiùs posse defendi. Itaque auctoritate C. Lælij publicanos causam detulisse ad Galbam. Illum autem, quòd ei viro succedendum esset, verecundè, & dubitanter recepisse. vnum, quasi comperendinatus, medium diem fuisse, quem totum Galbam in considerandà causa, componendáque posuisse. &, cùm cognitionis dies esset, & ipse Rutilius [b] rogatu sociorum domum ad Galbam manè venisset, vt eum admoneret, & ad dicendi tempus abduceret: vsque illum, quoad ei nuntiatum esset consules desendisse, omnibus excluſis commentatum in quadam testitudine cùm seruis literatis fuisse: quorum [c] aliud dictare eodẽ tempore solitus esset interim cùm esset ei nuntiatũ tẽpus esse, & exisse in cõdeis eo colore, & iis oculis, vt egisse causã, nõ cõmẽtatum putares. Addebat etiã, id quæ [d] ad rem pertinere probabat: scriptores illos malè [e] multatos exisse cum Galba. Ex quo significabat, illum non in agendo solùm, sed etiam in meditando vehementẽ, atque incensum fuisse. Quid multa? magna expectatione plurimis audientibus, coram ipso Lælio sic illam causam, tanta vi, tantáque grauitate dixisse Galbam, vt nulla ferè pars orationis silentio prætereretur. Itaque multis querelis, multáque miseratione adhibita, socios, omnibus approbãtibus, illa [f] die, quæstione liberatos esse. Ex hac Rutiliana narratione suspicari licet, cùm duę summæ sint in oratore laudes, vna subtiliter disputandi, ad docendum: altera grauiter agẽdi, ad animos audientium permouendos: multóque plus proficiat is, qui inflãmet iudicem, quàm ille, qui doceat: elegãtiam in Lælio, vim in Galba fuisse. Quæ quidem vis tum maximè cognita est, cùm, Lusitanis à Ser. Galba prætore contra interpositam, vt existimabatur, fidem, interfectis [g], Libone tribuno pl. populum incitante, & rogationem in Galbam priuilegij similem ferente, summa senectute (vt antè dixi) M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antequàm mortuus est, an diebus, an mensibus? Tum igitur [h] recusans Galba pro se se, & populi Romani fidem implorans, cùm suos pueros, tum C. Galli etiam filium flens commendabat: cuius orbitas & fletus mirè miserabilis fuit propter recentẽ memoriam clarissimi patris: issque se tum eripuit [i] flamma propter pueros, misericordia populi commota, sicut idem scriptum reliquit Cato. Atque etiam ipsum *Libonem* non infantem video fuisse, vt ex orationibus eius intelligi potest. 39 ¶ Cùm hæc dixissem, & paullum [k] interquieuissem. Quid igitur, inquit, est causæ, Brute, si tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus eius appareat: quod mirari non possum in eis, qui nihil omnino scripti reliquerunt. 40 ¶ Nec enim est éadem, inquam, Brute, causa non scribendi, & non tam bene scribendi, quàm dixerint. Nam videmus alios oratores inertia nihil scripsisse, ne domesticus etiam labor accederet ad forensem. pleræque enim scribuntur orationes habitæ iam, non vt habeantur: alios non laborare, vt meliores fiant. nulla enim res

a de Q. Cæcilio Metello Macedonico vide Plinium de viris illustribus cap. 61.*

b Idem de P. Cethego infrà.*

c L. degredetur.

d L. à collegis.

e C. LXXII.

f Sors, seu cuique tribuitur, id proprium ac præceptum.* h fors. audiret, cùm dic. in sylua Sitæ & ita Turn. al. in silua Scantia al. in Silæ al. in Sætiuis.* k vide tit. ff. de Silanione.* l al. pecuaria meo dese. al. piscarias, non male, vel pascuarias, vt fit enim pauloante, sylua mentio.* m De amplitudine vide quæ scripsi prima Verrina.*

Tom. I.

a al. in dicendo fortior, acer. & ita emendat Victorius.*

b al. Lælius

c L. quorum aliud alii d.

d L. id quod ad

e L. malè mulcatos || & ita Victorius quo verbo vsus Tacitus P. E. & Terentius Enuncho & Adelphis.*

f al. illo die,

g al. T. Libone

g al. igitur nihil recusas ita Schast. Conradus.*

i al. flammæ

k fort. interquiesserim.

tantùm ad dicendum proficit, quantum scriptio. memoriam autem in posterum ingenij sui non desiderant, cùm se putant satis magnâ adeptos esse dicendi gloriam, eámque etiam maiorem visum iri, si in existimantium arbitrium sua scripta non venerint: alios, quòd meliùs putent dicere se posse, quàm scribere: quod peringeniosis hominibus, neque satis
a al. contingit. doctis, plerumque contigit[a], vt ipsi Galbæ quem fortasse vis nõ ingenij solùm, sed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebátque, vt & incitata, & gra-
p. CLXXIII. uis & vehemens esset oratio: dein cùm otiosus stilum prehenderat, motúsque omnis animi, tãquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio: quod iis, qui limatius dicendi consectantur genus, accidere nõ solet, propterea quòd prudentia nunquam deficit oratorem, qua ille vtens eodem modo possit & dicere, & scribere: ardor animi non semper adest, isque cùm cõsedit, omnis illa vis, & quasi flamma oratoris extinguitur. Hanc igitur ob causam videtur Lælij mens spirare etiam in scriptis: Galbæ autem vis occidisse. Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium *L.* & *Sp. Mummij*, fratres quorum exstant amborum orationes: simplex quidem
b L. Lucius fuit, & Lucius[b] & antiquus: Spurius autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamè adstrictior. fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. Multæ sunt *Sp. Albini* orationes. sunt etiã *L.* & *C. Aureliorum Orestarũ*, quos aliquo video in numero
c L. Popillius oratorum fuisse. P etiã[c] *Popilius* cùm ciuis egregius, tum non indisertus fuit. *C.* verò, *filius eius*, disertus, *Caiúsque Tuditanus* cùm omni vita, atque victu ex cultus, atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus. Eodémque in genere est habitus is, qui iniuria accepta fregit Tiberium Gracchum patientia, ciuis in rebus optimis constantissimus, *M. Octauius*. At verò *M. Æmilius Lepidus*, qui est Porcina dictus, iisdem temporibus ferè, quibus Galba, sed paullo minor natu, & summus orator est habitus, & fuit, vt apparet ex orationibus, scriptor sanè bonus. Hoc in oratore Latino primùm mihi videtur & lenitas apparuisse illa Græcorum, & verborum comprehensio, etiam artifex (vt ita dicam) stilus. Hunc studiosè duo adolescentes ingeniosissimi, & propè æquales, C. Carbo, & T. Gracchus audire soliti sunt: de quibus iam dicendi locus erit, cùm de senioribus pauca dixero. Q. enim *Pompeius* non contemtus orator, temporibus illis, fuit, qui summos honores, homo per se cognitus, sine vlla commendatione maiorum est adeptus. Tum *L. Cassius* multùm potuit, non eloquentia, sed dicendo tamen: homo non liberalitate, vt alij, sed ipsa
d Huius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum dicebatur. 3 Valer. 7.* d[d] tristitia, & seueritate popularis[f]: cuius quidem
e Hinc tristitia iisdem pro seueritate.* legi[g] tabellariæ, *M. Antius Briso*, tribunus pl. diu restitit, M. Lepido c o s. adiuuante. Eáque
f Idem 3. de legibus.* res P. Africano vituperationi fuit, quòd eius
g legis tabellariæ Cassianæ seu à Cassio latæ vt & tabellariis, vide l. b. 3 de legibus.* auctoritate de sententia deductus Briso putabatur. Tum *duo Capiones* multùm eluentes[h] consilio & lingua, plus auctoritate tamen, & gratia subleuabãt[i]. Sed Põpeij sunt scripta nec nimis extenuata, (quamquam veterum est similis) & plena prudentiæ. *P. Crassum* valde probatum oratorem iisdem ferè temporibus accepimus, qui & ingenio valuit, & studio, & habuit quasdam etiam domesticas
h Ac ingenteis al. valentes.* disciplinas. Nam & cum summo illo oratore, Ser. Galba, cuius C. filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxerat: &, cùm esset P. Mucij filius, fratrémque haberet P. Scæuolam[a], domi ius ciuile cognouerat. In eo industriam constat summam fuisse, maximámque gratiam, cùm & consuleretur plurimùm, & diceret. Horum ætatibus adiuncti *duo C. Fannij*, C. & M. filij fuerunt: quorum[b] C. filius, qui C o s. cum Domitio fuit, vnam orationem de sociis, & nomine Latino, contra Gracchum reliquit, sanè & bonam, & nobilem. 41 ¶ Tum Atticus, Quid ergo? éstne ista Fannij? nam varia opinio pueris nobis erat. alij à C. Persio, litterato homine, scriptam esse aiebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius: alij multos nobileis, quod quisq; potuisset, in illam orationem contulisse. 42 ¶ Tum ego, Audiui equidem ista, inquam, de maioribus natu, sed nunquam sum adductus, vt crederem: eámque suspitionem propter hanc causam credo fuisse, quòd Fannius in mediocribus oratoribus habitus esset: oratio autem vel optima esset illo quidem tempore orationum omnium. sed nec eiusmodi est, vt à pluribus confusa videatur. vnus enim sonus est totius orationis, & idem stilus. nec de Persio reticuisset Gracchus, cùm & Fannius de Menelao Maratheno, & de ceteris obiecisset, præsertim cùm Fannius nunquam sit habitus elinguis. nam & causas defensitauit, & tribunatus eius, arbitrio & auctoritate P. Africani gestus, non obscurus fuit. Alter autem C. Fannius, M. F. C. Lælij gener. & moribus, & ipso genere dicendi dulcior. Is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præsertim cùm ille Qu. Scæuolam[c] filij minorem natu generum prætulisset: cui
c al. Scæuolam tamen Lælius se excusans, non genero minori dixit se illud, sed maiori filiæ detulisse: Is tamen instituto Lælij Panætium audiuerat. Eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non inelegantèr scripta perspici potest: quæ neque nimis est infans, neque perfectè diserta. *Mucius* autem augur, quod[d] per se opus erat, ipse dicebat, vt de pecuniis repetundis contra T. Albucium. is oratorum in numero nõ fuit: iuris[e] ciuilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præstitit. *L. Cælius*[f] *Antipater*[g], scriptor (quemadmodum videtis) fuit, vt temporibus illis, iuuenis, iuris valde peritus, multorũ etiam, vt L. Crassi magister. Vtinam in *Ti. Graccho*, *Caióque Carbone* talis mens ad remp. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit. profectò nemo his viris gloria præstitisset. Sed eorum alter propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex inuidia fœderis Numantini bonis iratus accesserat, ab ipsa rep. est interfectus, alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem, morte voluntaria se à seueritate iudicum vindicauit. Sed fuit vterque summus orator, atque hoc memoria patrum testè dicimus. Nam & Carbonis, & Gracchi habemus orationes, nondum satis splendidas verbis, sed acutas, prudentiæque plenissimas. Fuit *Gracchus* diligentia Corneliæ[h] matris à puero doctus, & Græcis litteris eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Græcia magistros, in eis iam adolescens Diophanem Mitylenæum, Græciæ, temporibus illis, disertissimum. sed &
d L. quod opus erat, ipse per se dicebat, al. pro se dicebat.
e De Mucio patre & filio v. plura l. 3. fin. 37. & 4. fin. de origine iuris.*
f l. Cœlius g hic historias conscripsit: plus cui eloquentia, quam iuri operæ dedit. l. 2. c. 40. fin. de origine iuris.*
p. CLXXIII. h Corneliæ matris Gracchorum laudes quoque memorant veteres Valerius 4. c. 2. & 6.* i l. sed ab breue

breue

breue tempus ingenij augendi & declarandi fuit. *Carbo*, quod [a] vita suppeditauit, est in multis iudiciis, causisque cognitus. Hunc qui audierant prudentes homines, in quibus familiaris noster L. Gellius, qui se illi contubernalem [b] in consulatu fuisse narrabat, canorum oratorem, & volubilem, & satis acrem, atque eundem & vehementem, & valde dulcem, & perfacetum fuisse dicebat [c], addebat, industrium etiam, & diligentem, & in exercitationibus, commentationibúsque multũ operę solitum esse ponere. Hic optimus, illis temporibus, est patronus habitus, eóque forum tenente plura fieri iudicia cœperunt. Nam & quæstiones perpetuæ [d], hoc adolescente constitutæ sunt, quæ antea nullæ fuerunt, (*L.* enim *Piso*, tribunus pleb. legem [e] primus de pecuniis repetundis, Censorino & Manilio Coss. tulit. ipse etiam Piso & causas egit, & multarum legum aut auctor, aut dissuasor fuit: isque & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt, & annaleis, sanè exiliter scriptos) & iudicia populi, quibus aderat Carbo, iam magis patronum desiderabant, tabella data: quam legem L. Cassius, Lepido, & Mancino Coss. tulit. Vester etiã *D. Brutus*, M. filius, vt ex familiari eius L[f]. Accio poeta sũ audire solitus, & dicere non inculte solebat, & erat cùm litteris Latinis, tum etiam Græcis, vt temporibus illis, eruditus. Quæ tribuerat idem Accius & etiam Qu. Maximo, L. Paulli nepoti. Et verò antè maximum illum Scipionem, quo duce priuato Ti. Gracchus occisus esset, cùm omnib. in rebus vehementem, tum acrem aiebat in dicendo fuisse. Tum etiam *P. Lentulus* ille princeps, ad remp. duntaxat quod opus esset, satis habuisse eloquentiæ dicitur. Iisdémque temporibus *L. Furius Philus* perbene Latinè loqui putabatur, literatiúsque, quàm ceteri. *P. Scæuola*[h] valde prudenter & acutè, paullo etiam copiosiùs. Nec multo minus prudenter *M. Manilius*. Appii [i] Claudij volubilis, sed paullo feruidior erat oratio. In aliquo numero etiam *M. Fulvius Flaccus*, & *C. Cato* Africani sororis filius: mediocres oratores: etsi Flacci scripta sunt, sed vt studiosi litterarum. Flacci autem æmulus *P. Decius* fuit, nõ infans ille quidem: sed vt vita, sic oratione etiam turbulentus. *M. Drusus*, C. Filius qui in tribunatu C. Gracchum collegam, iterum tribunum, fecit[k], vir & oratione grauis, & auctoritate: eíque proximè adiunctus *C. Drusus* frater fuit. Tuus etiam gẽtilis, Brute, *M. Pennus* facilè agitauit in tribunatu C. Gracchum, paullùm ætate antecedens. Fuit enim M. Lepido, & L. Oreste Coss. quæstor Gracchus, tribunus Pennus, illius M. filius, qui cum Qu. Ælio Cos. fuit: sed ommia is summa sperãs, ædilitius est mortuus. Nam de *T. Flamimino*, quem ipse vidi nihil accepi, nisi Latinè diligenter locutum. Iis adiuncti sunt *C. Curio*, *M. Scaurus*, *P. Rutilius*, *C. Gracchus*. De Scauro, & Rutilio breuiter licet dicere[m], quorum neuter summi oratoris habuit laudem, & vterque in multis causis versatus erat[n]. In quibusdam laudandis viris, etiam si maximi ingenij nõ essent, probabilis tamen industria: quamquam iis quidem non omnino ingeniũ, sed oratorium ingenium defuit. Neque enim tefert videre quid dicendũ sit, nisi id queas lõge lute, & suauiter dicere. ne id quidem satis est, nisi id, quod dicitur sit voce, vultu, motúque conditius. Quid dicam, opus esse doctrina? sine qua etiam si quid bene dicitur adiuuante natura, tamen id, quia fortuitò sit, semper paratum esse non potest. In Scauri oratione, sapientis [a] hominis, & tecti, grauitas summa, & naturalis quædã inerat auctoritas, non vt causam, sed vt testimonium dicere putares, cùm pro reo diceret. Hoc dicendi genus, ad patrocinia mediocriter aptum videbatur: ad senatoriam verò sententiam, cuius erat ille princeps, vel maximè. significabat enim non prudentiam solùm, sed, quod maximè rem continebat, fidem habebat hoc à natura ipsa, quod à doctrina non facilè posset. quamquam huius quoque ipsius rei, quemadmodum scis, præcepta sunt. Huius & orationes sũt, & tres ad L. Fufidium libri scripti de vita ipsius acta [b], sanè vtiles, quos nemo legit. At Cyri [c] vitam, & disciplinam legunt, præclaram illam quidem, sed neque tam rebus nostris aptam, nec [d] tamen Scauri laudibus anteponendã. Ipse etiam *Fufidius* in aliquo patronorum numero fuit. *Rutilius* [e] autem in quodam tristi, & severo genere dicendi versatus est, & vterque natura vehemens, & acer. Itaque cùm vnà consulatum petiuissent, non ille solùm, qui repulsam tulerat, accusauit ambitus designatum competitorem, sed Scaurus etiam absolutus, Rutilium in iudicium vocauit: multáque opera, multáque industria Rutilius fuit, quæ erat propterea gratior, quod idem magnum munus [f] de iure respondendi sustinebat. Sunt eius orationes ieiunæ: multa præclara de iure: doctus vir, & Græcis litteris eruditus, Panætij auditor, propè perfectus in Stoicis: quorum peracutum, & artis plenum orationis genus, sed tamen exile, nec satis populari assensioni accommodatum. Itaque illa, quæ propria est huius disciplinæ, philosophorũ de se ipsorum opinio, firma in [g] hoc viro, & stabilis inuenta est: qui [h] quum innocentissimus [i] in iudicium vocatus [k] esset, quo iudicio conuulsam penitus scimus esse remp.) cùm essent eo tempore eloquentissimi viri L. Crassus, & M. Antonius consulares, eorum adhibere neutrum voluit. dixit ipse pro se, & pauca C. Cotta, quòd sororis erat filius, & is quidem tamen, vt orator, quamquam erat admodum adolescens. Sed Qu. Mucius enucleatè ille quidem, & politè, vt solebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud iudicij, & magnitudo causæ postulabat. Habemus igitur in Stoicis oratoribus Rutilium, Scaurum in antiquis [l]. vtrumque tamẽ laudemus, quoniam per illos ne hæc quidem in ciuitate genera, hac oratoria laude caruerunt. Volo enim, vt in scena [m], sic etiam in foro, non eos modò laudari, qui celeri motu, & difficili vtãtur: sed eos etiam, quos statarios appellant [n], quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta. Et quoniam Stoicorum est facta mentio, *Qu^o. Ælius Tubero* fuit illo tempore, L. Paulli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita seuerus, & congruens cum ea disciplina, quam colebat: paullo etiã durior: qui quidẽ in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani, auunculi sui, testimonium, vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere: sed vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. itaque honoribus maiorum respondere non potuit. Fuit autẽ constans ciuis, & fortis, & in primis Graccho molestus, quod indicat Gracchi in eũ oratio. iunt etiam in Gracchum, Tuberonis.

a L. quoad vita suppeditauit.

b L. contubernalem

c fort. dicebãt addebant, d al. quæstiones. p. rep. Itz scriptum in veteri codice monet Sebastianus Corradus. vn de Cuiacius in f. Instituit. facit quæstiones pecuniarum repetundarum, quod & sequẽtia confirmare videtur. * Nisi malis perpetuas hic solennes interpretari: quod tamẽ minus probo. Alii legunt, quæstiones pecuniæ publicæ. * e Idem Cicero 2. de officiis, & 3. in Verrem. *

f al. L. Attio sic legitur in orat. pro Archia. in f. Accius vero 2. Valerius.

g al. Attius

h al. Scæuula

i L. App. Claudii

k L. Fregii, P. S.

l T. Quintio Flaminino Liuius 45. in f. *

m L. dicere. neuter summi oratoris h. l. & v. in m. c. versatus.

n Erat in qui busdam iam addita & al. Erat in illo. etiam si max. imi.

a L. sapientis hominis, & recti.

b fort. antea cta *

c Κύρου παιδείαν

d al. neq. tamen

e De Rutilio dixit in de oratore *

f al. emendant munus iuris respondendi Id autem munus postea à principibus peti solitum l. 2. §. vlt. ff. de origine iuris. *

g L. in hoc vno, & ft.

P C L X X V.

h al. quamquam inn.

i vide Liuiũ 70. *

k ab Apicio vide Athenæum 4. *

l al. Atticis *

m v. c. scena,

n Statarii histriones in scena qui minusactuoli & ad statarias Comœdias, quam motorias accõdati ores, ita statarii oratores hic dicuntur vt & infra ipso statarius orator *

o l. 2. §. 47. ff. de origine iuris *

p al. iudicarit

Is fuit mediocris in dicendo doctissimus in disputando. 43¶ Tum Brutus, Quàm hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, vt omnes ferè Stoici, prudentissimi in differendo sint, & id arte faciant, sintque architecti pœnè verborum: iidem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiantur. Vnum excipio Catonem, in quo, perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non desiderem: quam exiguam in Fanio, ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuisse. 44¶ Et ego, Non, inquam, Brute, sine causa, propterea quòd istorum in dialecticis omnis cura consumitur: vagum illud orationis, & fusum, & multiplex non adhibetur genus. Tuus autem auunculus, quemadmodum scis, habet à Stoicis id, quod ab illis petendum fuit: sed dicere didicit à dicendi magistris, eorúmque more se exercuit. Quod si omnia à philosophis essent petenda: Peripateticorum enim institutis commodiùs fingeretur oratio. Quo magis tuum, Brute, iudicium probo, qui eorum, id [a] est ex vetere Academia philosophorum, sectam secutus es, quorum in doctrina, atque præceptis disserendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi, & copia: quamquam ea ipsa Peripateticorum, Academicorúmque consuetudo in ratione dicendi talis est vt nec perficere oratorem possit ipsa per se, nec sine ea orator esse perfectus. Nã, vt [b] Stoicorũ adstrictior est oratio, aliquantóque contractior, quàm aures populi requirũt: sic illorum liberior, & latior, quàm patitur consuetudo iudiciorum, & fori. Quis enim verborum in dicendo Platone? Iouem [c] sic, vt aiunt philosophi, si Græcè loquatur, loqui. Quis Aristotele uberior? Theophrasto dulcior? Lectitauisse Platonem studiosè, audiuisse etiam Demosthenes dicitur: ídque appáret ex genere, & [d] granditate verborum. dicit etiam in quadam epistola hoc ipse de se. Sed & huius oratio in philosophiam translata, pugnacior [e] (vt ita dicam) videtur, & illorum in iudicia pacatior. Nunc reliquorum oratorum ætates, si placet, & gradus persequamur.

45¶ Nobis verò, inquit Atticus, & vehementer quidem, vt pro Bruto etiam respondeam. 46¶ *Curio* fuit igitur eiusdem ætatis ferè, sanè illustris orator, cuius de ingenio ex orationibus eius existimari potest. Sunt enim & aliæ, & pro [f] Scruio Fuluio de incestu, nobilis oratio. Nobis quidem pueris omnium optima putabatur, quæ vix iam compáret in hac turba nouorum voluminum. 47¶ Præclarè, inquit Brutus, teneo qui istam turbam voluminum effecerit. 48¶ Et ego, inquam, intelligo, Brute, quem dicas. certe enim & boni aliquid attulimus iuuentuti, magnificentius, quàm fuerat genus dicendi, & ornatius, & nocuimus fortasse quòd veteres orationes post nostras, non à me quidem (meis enim illas antepono) sed à plerísque legi sunt desitæ. 49¶ Enumera, inquit, me in plerísque, quamquam video mihi multa legenda iam te auctore, quæ antea contemnebam. 50¶ Atqui hæc, inquam, de incestu laudata oratio, puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore, loci sanè inanes: verum tamen nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate, tolerabiles. scripsit etiam alia nõnulla, & multa dixit, & illustria, & in numero patronorũ fuit: vt eum mirer, cùm & vita [h] suppedi-

tauisset, & splendor ei non defuisset, Cos. non fuisse. Sed ecce in manibus vir & præstantissimo ingenio, & flagranti studio, & doctus à puero, *C. Gracchus*. Noli enim putare, quemquam, Brute, pleniorem & vberiorem ad dicendum fuisse. 51¶ Et ille, Sic prorsus, inquit [a], sic existimo, atque istum de superioribus pænè solum lego. 52¶ Immò planè, inquã, Brute, legas censeo. Damnum enim, illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæque litteræ fecerunt. Vtinam non tam fratri pietatem, quàm patriæ præstare voluisset. quam ille facilè tali ingenio, diutiùs si vixisset, vel paternam esset, vel auitam gloriã consecutus! Eloquentia quidem nescio an habuisset parem neminem. grandis [b] est verbis, sapiens sententiis, genere toto grauis [c]: manus extrema non accessit operibus eius: præclarè inchoata multa, perfecta non planè. Legendus, inquam, est hic orator, Brute, si quisquam alius, iuuentuti, non enim solùm acuere, sed etiam alere ingenium potest. Huic successit ætati *C. Galba*. Seruij illius eloquentissimi viri filius, P. Crassi eloquentis, & iurisperiti gener. Laudabant hunc patres nostri, fauebant etiam propter patris memoriam, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Manilia [d], Iugurthinæ cõiurationis inuidia, cùm pro se ipse dixisset, oppressus est. Exstat eius peroratio, qui epilogus dicitur: qui tanto in honore pueris nobis, erat, vt eũ etiam disceremus. hîc, qui in collegio sacerdotũ esset, primus post Romam conditam iudicio publico est condemnatus. P. Scipio, qui est in cõsulatu mortuus, nõ multùm ille quidem, nec sæpe dicebat, sed & Latinè loquẽdo, cuiuis erat par, & omneis sale, facetiísque superabat. eius collega [e] *L. Bestia* bonis initiis orsus tribunatus, (nam P. Popillium vi C. Gracchi expulsum sua rogatione restituit) vir & acer, & nõ indisertus, tristeis exitus habuit consulatus. Nam inuidiosa lege [f] Manilia quæstio C. Galbã sacerdotem, & quattuor consulareis, L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum ciuémque præstantissimum L. Opimium, Gracchi interfectorem, à populo absolutum, cùm is cõtra populi studium stetisset, Gracchani iudices sustulerunt. Huius dissimilis in tribunatu, reliquáque omni vita, ciuis impobus *C. Luinius Netua* non indisertus fuit. *C. Fimbria* temporibus iisdem ferè, sed longiùs ætate prouectus, habitus est sanè (vt ita dicam) luculentius patronus, asper, maledicus, genere toto paulio feruidior, atq; commotior: diligentia tamen, & virtute animi, atque vita, bonus auctor in senatu. Idem tolerabilis patron [g], nec rudis in iure ciuili, & cùm virtute, tum etiam ipso orationis genere liber: cuius orationes pueri legebamus, quas iã reperire vix possumus. Atque etiam ingenio, & sermone elegãti, valetudine incommoda, *C. Sextius Caluinus* fuit: qui etsi cùm remiserãt dolores pedum, non deerat in causis, tamen id non sæpe faciebat. Itaque consilio eius, cùm volebant, homines vtebantur: patrocinio, cùm licebat. Iisdem temporibus *M. Brutus*, in quo magnum fuit, Brute, dedecus [g], generi vestro, qui cùm tanto nomine esset, patrémque, optimũ virum habuisset, & iuris peritissimum accusationem factitauerit, vt Athenis Lycurgus. is magistratus nõ petiuit, sed fuit accusator vehemens, & molestus, vt facilè cerneres naturale quoddã stirpis bonum degenerauisse vitio deprauatæ voluntatis. Atque eodẽ tempore

a L. *fusticatur hoc totum*, id est, ex vet. Acad. phil: *esse alienum, & non Ciceronis* P. B.

b Stoicorum & Academicorum orationis differentia.*

c L. Iouem aiunt philos. si Græcè loq. al. Iouem si quidem aiũt phil. si Gr. loq. sic. l. εἰ γὴ ἐν τῆς μεγαλειότητος τῶν ῥημάτων ἐμιμήσατο.

d L. Mamilia & in Seb. Corrogauit enim Mamilius vt in eos quæreretur, quorum consilio Iugurtha senatus decreta neglexisset. vide *de Sallustium in Iugurtha.** e sic L. Bestiam collegam P. Scipionis Nasicæ facit Valer. l. c. 8.* f L. lege Manilia C. Galbam, &c. vt *supra rogatione Manilia*. Hic autem vna quæstio distinguenda.*

f L. Ser. Fulvio

g al. Præclarè, inquit Brutus.

g al. vulnus al. dedecus inustum generi vestro.

h L. suppeditaret,

pore accusator de plebe *L. Cæsulenus*, fuit, quę ego audiui tam senem, cùm ab L. Sabellio multâ lege[a] Aquilia de iustitia peruiisset. Nō fecissem hominis pænè infimi mentionem, nisi iudicarem, qui suspiciosiùs, aut criminosiùs diceret, audiuisse me neminem. Doctus etiam Græcis *T. Albutius*, vel potiùs pænè Græcus, loquor, vt opinor: sed licet ex orationibus iudicare. Fuit autem Athenis adolescens, perfectus Epicureus euaserat, minimè aptum ad dicendū genus. Iámq *Qu. Catulus*, non antiquo illo more, sed hoc nostro (nisi quid fieri potest perfectius) eruditus multæ litterę, summa non vitæ solùm, atque naturæ, sed orationis etiam comitas, incorrupta quædam Latini sermonis integritas: quæ perspici cùm ex orationibus eius potest, tum facillimè ex eo libro, quem de consulatu, & de rebus gestis suis conscripsit molli, & Xenophontéo genere sermonis, misit ad A. Furium poetam, familiarem suum: qui liber nihilo notior est, quàm illi tres, de quibus antè dixi, Scauri libri.

a L. lege Aquilia de iniuria per. al. de damno iniuriato pet. ‖ vide l. 1. ff. ad l. Aquiliam.*

P. P.

§ ¶ Tum Brutus, Mihi quidem nec iste notus est, nec illi: sed[b] hæc mea culpa est. numquam enim in manus inciderunt. Nunc autem & à te sumam, & cōquiram ista posthac curiosius.

b L. sed nec mea culpa est,

§ 4 ¶ Fuit igitur in Catulo sermo Latinus: quę[c] laus dicendi non mediocris ab oratoribus plerisque neglecta est. nam de sono vocis, & suauitate appellandarum litterarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam. quamquam filius quidem non fuit in oratorū numero, sed non deerat ei tamē in sententia dicēda cùm prudentia, tū elegans quoddā, & eruditum orationis genus. Nec habitus est tamen pater ipse Catulus princeps in numero patronorum: sed erat talis, vt, cùm quosdam audires, qui tum erant præstantes, videretur esse inferior: cùm autem ipsum audires sine cōparatione non[d] modò contentus esses, sed melius non quæreres. *Qu. Metellus Numidicus*, & eius collega *M. Silanus*, dicebant de[e] rep. quod esset illis viris, & cōsulari dignitati satis. *M. Aurelius Scaurus*[f] non sæpe dicebat, sed politè: Latinè verò in primis est eleganter locutus. Quæ laus eadem in *A. Albino* bene loquendi fuit. Nam flamen Albinus etiam in numero est habitus disertorum. *Qu. etiam Cæpio*, vir acer, & fortis, cui fortunā[g] belli, crimini: inuidia populi, calamitati fuit. Tum etiam *C.* & *L. Memmij*, fuerunt oratores mediocres accusatores acres, atque acerbi. Itaq. in iudiciū capitis multos vocauerunt, pro reis non sæpe dixerunt. Sp. Torius satis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitiosa, & inutili lege[h], vectigali leuauit. *M. Marcellus* Æsernini pater, non ille quidem in patronis, sed & in promptis tamen, & non inexercitatis ad dicendum fuit, vt filius eius, *P. Lentulus*. *L.* etiam *Cotta*, prætorius, in mediocrium oratorum numero. dicendi non ita multum laude processerat, sed de industria, cùm verbis, tū etiā ipso sono quasi subrustico prosequebatur[i], atque imitabatur antiquitatē. Atque ego & in hoc ipso Cotta, & in aliis pluribus, intelligo, me non ita disertos homines & retulisse in oratorum numerum, & relaturum. Est[k] enim propositum colligere eos, qui hoc munere in ciuitate functi sint, vt tenerent oratorum locum: quorum quidem quæ fuerit assensio[l], & quàm in omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atque absolutio, ex eo, quod dicam, exīstimari potest. Quàm multi enim iam oratores commemorati sint, & quàm diu in eorum enumeratione versamur, cùm tamen ſpisse[a], atque vix, vt dudum ad Demosthenem & Hyperidem, sic nūc ad *Antonium Crassumque* peruenimus! Nam ego sic exīstimo, hos oratores fuisse maximos, & in his primùm cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant *Antonio* in mentē: eáque suo quæq loco vbi plurimùm proficere, & valere possent: vt ab imperatore equites, pedites, leuis armatura: sic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio: imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, vt iudices, illo dicente nonnunquam viderentur non satis parati ad cauendum fuisse. Verba ipsa, non illa quidem elegantissimo sermone: itaque diligenter loquendi laude caruit: neque tamē est admodum inquinatè locutus: sed illa, quæ[b] propriè laus oratoris est in verbis: (nam ipsum Latinè loqui, est illud quidem (vt paullo antè dixi,) in magna laude ponendum: sed non tam sua sponte, quàm quòd est à plerisque neglectum. non enim tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire: neque tam id mihi oratoris boni, quàm ciuis Romani proprium videtur:) sed tamen Antonius in verbis & eligendis, (neque idipsum tam lepōris causa, quàm ponderis) & collocandis, & comprehensione deuinciendis, nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat: verum multo magis hoc idem in sententiarum ornamentis, & conformationibus. quo genere quia præstat omnibus Demosthenes, idcirco à doctis Oratorū est princeps iudicatus. σχήματα enim quę vocant Græci, ea maximè ornant oratorem[c]: eáque non tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis sententiis. Sed cùm hæc magna in Antonio, tum actio singularis: quæ si partienda est in gestum, atque vocem: gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens: manus, humeri, latera, suppositio pedis, status, incessus, omnisque motus cum verbis, sententiisque consentiens: vox permanens, verùm subrauca natura: sed hoc vitium huic[d] vni in[e] bonum conuertebat. habebat enim flebile quiddam in[f] quæstionibus, aptúmque cùm ad fidem faciendam, tum admiserendam commouendam: vt verum videretur in hoc illud, quod Demosthenem ferūt ei, qui quæsiuisset, quid[g] primum esset in dicendo, actionem: quid secundum, idem, & idem tertium, respondisse. Nulla res magis penetrat in animos, eósque fingit, format, flectit: talesque oratores videris facit, qualeis ipsi se videri volunt. Huic alij parem esse dicebant, alij anteponebant *L. Crassium*. Illud quidem certè omneis ita iudicabant, neminem esse, qui horum alterutro patrono cuiusquam ingenium requireret. Equidem, quamquam Antonio tantum tribuo, quantum suprà dixi, tamen Crassō nihil statuo fieri potuisse perfectius. erat summa grauitas, erat cum grauitate iunctus facetiarum, & vrbanitatis oratorius, non scurrilis, lepos. Latinè loquendi accurata, & sine molestia diligens elegantia: in differendo mira explicatio: cùm de iure ciuili, cùm de æquo & bonō disputaretur,

c al. quæ laus in dicendo

d L. non modò eo contentus esses. e v. c. d. r. p.

f vide Liuiū 67.*

g sic Eutrop. Quorum virtutis, belli fortuna peperit, &c.

h legis Toriæ seu Thoriæ meminit Cicero 2. de orat.*

i persequebatur, atque p. CLXXVII.

k fortasse enim mihi prop.

l L. assensio, videri proprio quasi pergradus.*

a χρόνιος.

b L. quæ propria l.

c al. orationem.*

d al. hic vnus.*

e L. in bonū vertebat. al. in bonum conuertebatur hab.

f L. in cōque stionibus, al. quæstionib.

P. P.

g Actio primum secundum & tertium est in dicēdo: Idem lib. 3. de oratore & in oratore infrà & Valerius 10. 11. Quint. 3.*

argumentorum,& similitudinum copia. Nam vt Antonius coniectura mouenda, aut sedanda suspicione, aut excitanda, incredibilem vim habebat:sic in interpretando, in definiendo, in explicanda æquitate, nihil erat Crasso copiosius:idque cùm sæpe aliàs,tum apud centumuiros in M'. Curij causa[a] cognitum est. Ita enim multa tum contra scriptum pro æquo & bono dixit,vt hominem acutissimum Q. Scæuolam[b], &[c] in iure, in quo illa causa vertebatur, paratissimum[d], obrueret argumentorum, exemplorúmque copia: atque ita tum ab his patronis æqualibus, etiam consularibus,causa illa dicta est, cùm vterque ex contraria parte ius ciuile defenderet, vt eloquentium[e] iurisperitissimus Crassus, iurisperitorum eloquentissimus Scæuola[f] putaretur. qui quidem cùm peracutus esset ad excogitandum, quid in iure, aut in æquo verum aut esset,aut non esset, tũ verbis erat ad rem cum summa breuitate mirabiliter aptus. Quare sit nobis orator in hoc interpretandi, explanandique,& disserendi genere mirabilis,sic vt simile nihil viderim: in augendo, in ornando, in refellendo magis existimator meruendus, quàm admirandus orator. Verùm ad Crassum reuertamur. 55 ¶ Tum Brutus, Etsi satis, inquit, mihi videbat habere cognitum Scæuolam[g] ex iis rebus quas audiebam sæpe ex C. Rutilio,quo vtebatur propter familiaritatem Scæuolæ[h] nostri,tamen ista mihi eius dicendi tanta laus,nota non erat. Itaque cepi voluptatem,tam ornatum virum,támque excellens ingenium fuisse in nostra rep. 56 ¶ Hic ego, Noli, inquam, Brute, existimare, his duobus quidquam fuisse in nostra ciuitate præstãtius. Nam[i], vt paullo antè dixi consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse,sic in reliquis rebus ita dissimiles erant inter sese, statuere vt tamen nõ posses vtrius te malles similiorem. Crassus erat elegantium parcissimus, Scæuula[k] parcorum elegantissimus. Crassus in summa comitate habebat eriã seueritatis satis:Scęuolę multa in seueritate nõ deerat tamen comitas. Licet omnia hoc modo: sed vereor,ne fingi videãtur hæc, vt dicãtur à me quodãmodo:res se tamẽ sic habet,cùm omnis virtus sit,vt vestra, Brute,vetus Academia dixit, mediocritas[m]: vterq.horũ medium quiddã volebat sequi:sed ita cadebat vt alter ex alterius laude partẽ,vter que autẽ suã totã haberet. 57 ¶ Tum Brutus, Cùm ex tua oratione mihi videor,inquit, bene Crassum,& Scæuolam[n] cognouisse, tum de te,& de *Ser. Sulpicio* cogitans,esse quandam vobis cum illis similitudinem iudico. Quónam,inquam,istuc modo? Quia mihi & tu videris,inquit,tantum iuris ciuilis scire voluisse,quantum satis esset oratori: & Seruius eloquentiæ tantum assumsisse, vt ius ciuile facilè possit[o] tueri:ætatésque vestræ,vt illorum, nihil, aut non ferè multum differunt. 58 ¶ Et ego, De me,inquam, dicere nihil est necesse: de Seruio autem & tu probè dicis, & ego dicam quod sentio. Non enim facilè quem[p] dixerim plus studij,quàm illum,& ad dicendum & ad omneis bonarum rerum disciplinas adhibuisse. nã & in iisdem exercitationibus iuuente ætate, fuimus, & ¶ postea Rhodum vnà ille etiam profectus est, quò melior esset, & doctior:& inde vt rediit, videtur mihi in secũda arte primus esse maluisse,quàm in prima secundus. Atque haud scio, an pãr principibus esse potuisset:sed fortasse maluit,id quod est adeptus,longè omnium, nõ eiusdem modò ætatis,sed eorum etiam,qui fuissent,in iure ciuili esse princeps. 59 ¶ Hîc Brutus, Ain tu? inquit, etiámne Qu[a]. Scæuolæ Seruium nostrum anteponis? 60 ¶ Sic enim inquam,Brute,existimo,iuris ciuilis magnum vsum & apud Scæuolam[b],& apud multos fuisse:artem,in hoc vno:quod numquam effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem vniuersam tribuere in parteis, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambiguam[c] primùm videre,deinde distingue re, postremo habere regulam, qua vera & falsa iudicarentur,& [d] quæ quibus propositis essent,quæque non essent consequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam,quasi lucem, ad ea,quæ confusè ab aliis aut respondebantur, aut agebantur. 61 ¶ Dialecticam mihi vidêris dicere, inquit. 62 ¶ Rectè,inquam, intelligis: sed adiunxit etiam & litterarum scientiam,& loquendi elegantiam,quæ ex scriptis eius, quorum similia nulla sunt facilimè perspici potest. Cúmque dicendi[e] causa duobus peritissimis operam dedisset, L. Lucilio Balbo, C. Aquillio Gallo: Galli, hominis acuti, & exercitati promptam, & paratam,in agendo,& in respondendo celeritatem subtilitate, diligentiáque superauit: Balbi, docti, & eruditi hominis, in vtraque re consideratam tarditatem vicit, expediendis, conficiendísq; rebus: sic & habet quod vterq; eorũ habuit,& expleuit quod vtriq.defuit. Itaque,vt Crassus mihi videtur sapientiùs fecisse, q̃ Scæuola[f]: (hic enim causas studiosè recipiebat,in quib[g] à Crasso superabatur:ille se cõsuli volebat,ne qua in re inferior esset,q̃ Scęuola[g]) sic Seruius sapiẽtissimè, cùm enim duæ ciuiles artes,ac forẽses plurimũ & laudis haberent, & gratię,perfecit,vt altera præstaret omnibus:ex altera tantum assumeret, quantum esset & ad tuendum ius ciuile,& ad obtinendam consularem dignitatem satis. 63 ¶ Tum Brutus, Ita prorsus, inquit, & antea putabam. Audiui enim nuper eum studiosè, & frequenter, Sami, cùm ex eo ius nostrum pontificium, qua ex parte cum iure ciuili coniunctum esset, vellem cognoscere,& nunc meum iudicium, multo magis confirmo testimonio,& iudicio tuo:simul illud gaudeo,quòd & æqualitas vestra, & pares honorum gradus, & artium,studiorúmque quasi finitima vicinitas, tantum abest ab[h] obtrectatione inuidiæ, quæ solet lacerare plerosque, vti ea non modò non exulcerare vestram gratiam,sed etiam conciliare videatur. quali enim te erga illũ pspicio tali illũ in te voluntate,iudicióque cognoui. Iraq. doleo & illius consilio & tua voce populum R. carere,tam diu: quod cùm per se dolẽdum est, tum multo magis cõsideranti,ad quos ista non trãslata sint, sed nescio quo pacto deuenerint. 64 ¶ Hîc Atticus,Dixerã,inquit,à principio,de [i] rep. vt sileremus: itáque faciamus. nam si isto modò volumus singulas res desiderare, non modò quærendi, sed ne lugendi quidem finem reperiemus. 65 ¶ Pergamus ergo, inquam, ad reliqua, & institutum ordiné persequamur. Paratus igitur veniebat Crassus,expectabatur, audiebatur: à principio statim, (quod erat apud eũ semper accuratum:) exspectatio-

a de qua infrà plenius & de orat.*
b *al.* Scæuulam
c L. & iure,in quo,
d *al.* peritissimum,
e Idem in libris de orat.*
f *al.* Scæula
g L. Scæuulam
h *al.* Scæulæ
i *al.* Nã cùm constet, vt paullo antè dixi, consultorum alterum dis. &c. *Et ita Rudem*
k *al.* Scæuola
l *al.* Scæuulæ.
P. CLXXVIII
m μεσότης
n *al.* Scæuulam
o *al.* posset.
p L. quẽquam dixerim pl. *al.* quãquam dixeris pl.
q L. & postea vna Rhodum ille ¶ &c.
a *al.* Q. Scæuulæ
b L. Scæuulam
c L. ambigua
d L. & quæ quibus positis ‖ *Et ita in Partitionibus legitur.**
e L. discendi causa
f *al.* Scæuula
g *al.* Scæuulæ
h L. ab obtrectatione, inuidiæq. quæ ‖ sic Liuius 24. & Cæsar in Ciuil. obtrectationem & inuidiam sibi iungunt.*
i v. c. de Rep.

exſpectatione dignus videbatur nō multa iactatio corporis,nō inclinatio vocis nulla inābulatio,non crebra ſupploſio pedis:vehemēs, & interdū irata, & plena iuſti doloris oratio: multę & cum grauitate facetię:quódq. difficile eſt, idem & perornatus,& perbreuis. Iam in altercando inuenit patrem neminem:verſatus eſt in omni ferè genere cauſarum, maturè in locum principum oratorum venit. Accuſauit C. Carbonem, eloquētiſſimum hominem, admodum adoleſcens, ſummam ingenij non laudem modò, ſed etiam admirationem eſt conſecutus. Defendit poſtea Liciniam [a] virginem, cùm annos XXVII. natus eſſet. in ea ipſa cauſa fuit eloquentiſſimus, orationiſque eius ſcriptas quaſdam parteis reliquit. Voluit adoleſcens in colonia Narbonenſi cauſæ popularis aliquid attingere, eámque coloniam (vt fecit) ipſe deducere. Exſtat in eam legem ſenior (vt ita dicam) quàm illa ætas ferebat, oratio. Multæ deinde cauſæ, ſed ita tacitus tribunatus, vt, niſi in eo magiſtratu cœnauiſſet apud præconem Granium iſdque [b] nobis bis narrauiſſet Lucilius, tribunum plebis neſciremus fuiſſe. Ita prorſus, inquit Brutus: ſed ne de [c] Scæuolæ quidem tribunatu quidquam audiuiſſe videor, & eum collegam Craſſi credo fuiſſe. Omnibus quidem aliis, inquam, in magiſtratibus, ſed tribunus anno pòſt fuit, eóque in roſtris ſedente ſuaſit Seruiliam legem [d] Craſſus. Nam cenſuram ſine Scæuola [e] geſſit. eum enim magiſtratum nemo vnquam Scæuolarum [f] petiuit. ſed hæc Craſſi cùm edita oratio eſt, quā te ſæpe legiſſe certò ſcio, quatuor & triginta tum habebat annos, totidémque annis mihi ætate præſtabat. His enim coſſ. eam legem ſuaſit, quibus [g] nati ſumus, cùm ipſe eſſet Qu. Cæpione Cos. natus, & C. Lælio, triēnio ipſo minor, quàm Antonius. quod idcirco poſui, vt dicendi Latinè prima maturitas in qua ætate exſtitiſſet, poſſet notari: & intelligeretur iam ad ſummum pænè eſſe perductam, vt eò nihil fermè quiſquam addere poſſet, niſi qui à philoſophia, à iure ciuili ab hiſtoria fuiſſet inſtructior. 66 ¶ Erit, inquit M. Brutus, aut iam eſt iſte, quem expectas? 67 ¶ Neſcio, inquam. Sed eſt etiam L. Craſſi in conſulatu, pro Qu. Cæpione, defenſione iuncta non breuis, vt laudatio: vt oratio autem, breuis, poſtrema cenſoris oratio, qua anno duodequinquageſimo vſus eſt. In his omnibus ineſt quidam ſine vllo fuco veritatis color. quinetiam comprehenſio, & ambitus ille verborum (ſi ſic perſodum appellari placet) erat apud illum contractus, & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα [h] Græci vocant, diſpertiebat orationem lubentius. 68 ¶ Hoc loco Brutus, Quandoquidem tu iſtos oratores, inquit, tantopere laudas, vellem aliquid Antonio, præter illum de ratione dicendi ſabēre. cùm enim omnibus memoriam ſui, tum etiam diſciplinam dicendi, nobis reliquiſſent. Nam Scæuolę [i] dicendi elegantiam ſatis ex iis orationibus, quas reliquit, habemus cognitam. 69 ¶ Et ego, Mihi quidem à pueritia quaſi magiſtra fuit, inquam, illa in legem Cæpionis oratio: in qua & auctoritas ornatur ſenatus, quo pro ordine illa dicuntur: & inuidia concitatur in iudicum & in accuſatorum factionem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit, multa in illa oratione grauiter, multa leniter, multa aſperè, multa facetè dicta ſunt: plura etiam dicta, quàm ſcripta, quod ex quibuſdam capitibus expoſitis, nec explicatis intelligi poteſt. Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paullo plenius. nulla eſt enim altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. Et verò fuit in hoc & popularis dictio excellens. Antonij genus dicendi multo aptius iudiciis, quàm concionibus. Hoc loco ipſum *Domitiū* non relinquo. Nā etſi non fuit in oratorum numero, tamen pono [a] ſatis in eo fuiſſe orationis atque ingenij, quo & magiſtratus perſonam, & conſularem dignitatem tueretur: quod idem de [b] *C^c. Cælio* dixerim, induſtriam in eo ſummam fuiſſe, ſummáſque virtutes: eloquentiæ tantum, quod eſſet in rebus priuatis, amicis eius, in repub. ipſius dignitati ſatis. Eodem tempore *M. Herennius* in mediocribus oratoribus, Latinè, & diligenter loquentibus, numeratus eſt: qui tamen ſumma nobilitate hominem, cognatione, ſodalitate, collegio, ſumma etiam eloquētia, L. Philippum, in conſulatus petitione ſuperauit. Eodem tēpore *C. Claudius*, etſi propter ſummam nobilitatem, & ſingularem potentiam magnus erat, tamen etiam eloquentiæ quandam mediocritatem afferebat. Eiuſdem ferè temporis fuit eques [d] Romanus *C. Titius*, qui meo iudicio, eò peruenīſſe videtur, quo potuit ferè Latinus orator ſine Græcis litteris, & ſine multo vſu peruenire. Huius orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habent, vt pænè Attico ſtilo ſcriptæ eſſe videantur. Eaſdem argutias in tragœdias ſatis quidem ille acutè, ſed parum tragicè tranſtulit. Quem ſtudebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, vt ſcitis, diſertus. Fuit etiam *Qu. Rubrius Varro*, qui à ſenatu hoſtis cum C. Mario iudicatus eſt, acer, & vehemens accuſator. In eo genere ſanè probabilis, doctus autem Græcis litteris, propinquus noſter, factus ad dicendum, *M. Gratidius* M. Antonij perfamiliaris: cuius præfectus cùm eſſet in Cilicia, eſt interfectus: qui accuſauit C. Fimbriam, M^c. Marij Gratidiani patrem. Atque etiam apud ſocios, & Latinos oratores habiti ſunt *Q^s. Vettius Vettianus*, è Marſis, quem ipſe cognoui, prudens vir, & in dicendo breuis. Q^s. D. *Valerij Sorani*, vicini, & familiares mei, non tam in dicendo admirabiles, quàm docti & Græcis litteris, & Latinis: *C. Ruſticellus* [h] Bononienſis, is quidem & exercitatus, & natura volubilis. Omnium autem eloquentiſſimus extra hanc vrbem *T. Betucius Barrus* Aſculanus, cuius ſunt aliquot orationes Aſculi habitæ. illa Romæ contra Cæpionem, nobilis ſanè, cui orationi Cæpionis ore reſpondit *Ælius*: qui ſcriptitauit orationes multas, orator ipſe nunquam fuit. Apud maiores autem noſtros video diſertiſſimum habitum ex Latio L. Papirium Fregellanum, Ti. Gracchi, P. F. ferè ætate: eius autem oratio eſt pro Fregellanis, coloniſque [i] Latinis habita in ſenatu. 70 ¶ Tum Brutus Quid tu gitur, inquit, tribuis iſtis externis quaſi ioratoribus? 71 ¶ Quid cenſes, inquam, niſi idem, quod vrbanis, præter vnum, q. non eſt eorū vrbanitate quadam quaſi colorata oratio? 72 ¶ Et Brutus, Qui eſt, inquit, iſte tādē vrbanitatis color?

a De Licinia dixi in orat. pro domo.

b L. idque nobis narrauiſſe Luc.

c L. de Scæuula P. CLXXIX.

d Lex Seruilia à Q. Seruilio Cæpione lata, qua equitib. auferebat iudicia & ea ſenatoribus concedebat.

e L. Scæuola. f al. Scæuolam.

& Cicero natus eſt Q. Seruilio Cæpione & Q. Seruilio Cæpione Coſſ. vt etiam notat Gellius. 17. 21.

a πάππος

b al. de C. Cæ P. B. lio

c C. Cœlij meminit 1. de oratore.

d Equitū præfectum facit Valerius 2. c. 7. adde Frontinū 4. c. 1.

e L. M. Marij Cratidiani pater.

f L. Q. Vettius Vettianus.

g L. & Q. & D.

h al. Ruſticelius.

i L. coloniſq. Latinis, & ita Sab. Corv.

a vnde ἰσόκωλον & παρίσωσιν 9. Quint. 3.

b al. Scæuulæ

73 ¶Nescio, inquam. tantum esse quendam scio. Id tu, Brute, iam intelliges, cùm in Galliam veneris, audies[a] tu quidem etiam verba quædam non trita Romæ: sed hæc mutari, dedisceque possunt. Illud est maius, quòd in vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam, & resonat vrbanius. nec hoc in oratoribus modò apparet, sed etiam in ceteris ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetissimum, cum familiari nostro Qu. Granio pręcone dicacitate certare. 74 ¶Eón', inquit Brutus, de quo multa Lucilius? 75 ¶Isto ipso: sed Tincam non minùs multa ridiculè dicentem Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo: vt ego iam non miter, illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, cùm percontaretur[b] ex anicula quadam, quanti aliquid venderet: & respondisset illa, atque addidisset, Hospes[c], non pote minoris: tulisse eum molestè, se non effugere hospitis speciem cum ætatem ageret Athenis, optimèque loqueretur. Omniũ[d], (sicut opinor) in nostris est quidam vrbanorum, sicut ille Atticorum sonus: sed domum redeamus, id[e] est, ad nostros reuertamur. Duobus igitur summis, Crasso & Antonio, *L. Philippus* proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus. Itaque eum, etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim. Nec enim in quadrigis eum secundum numerauerim, aut tertium, qui vix è carceribus exierit, cùm palmam iam primus acceperit: nec in oratoribus, qui tantum absit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur: sed tamen erant ea in Philippo, quæ, qui sine comparatione illorum spectaret, satis magna diceret: summa libertas in oratione, multæ[f] facetiæ, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis: erat etiam imprimis, vt temporibus illis, Græcis doctrinis institutus, in altercãdo cum aliquo aculeo, & maledicto facetus: horum ætati propè coniunctus *L. Gellius* nõ tam vendibilis orator, quàm vt nescires, quid ei deesset. nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandũ, nec Romanarum rerum immemor, & verbis solutus satis: sed in magnos oratores inciderat eius ætas multam tamen operam amicis, & vtilem præbuit: atque ita diu vixit vt multarum ætatum oratoribus implicaretur, multum etiam in causis versaretur. Iisdem ferè temporibus. *D. Brutus*, is, qui C o s. cum Mamerco fuit, homo & Græcis doctus litteris, & Latinis. Dicebat etiam *L. Scipio* non imperitè, *Cn ũsque Põpius*, Sex. F. aliquem numerũ obtinebat. nam *Sex. frater* eius præstantissimum ingenium cõtulerat ad summam iuris ciuilis, & ad perfectam geometriæ, & rerum Stoicarum scientiam. Item in iure & ante hos *M. Brutus*, & paullo post eum C[g]. *Bilienus*, homo per se magnus, propè simili ratione summus euaserat, qui C o s. factus esset, nisi in Marianos consulatus, & in eas petitionis angustias incidisset, *Cn* autem *Octauij* eloquentia, quę fuerat ante consulatum ignorata, in consulatu multis concionibus est vehementer probata. Sed ab eis, qui tantùm in dicentium[h] numero, non in oratorum fuerunt, iam ad oratores reuertamur. 76 ¶Censeo, inquit Atticus eloquenteis enim videbare, non sedulos velle conquirere. 77 ¶Festiuitate igitur, & facetiis, inquam, *C. Iulius*, L. F. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo vmquam vrbanitate, nemo lepõre, nemo suauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem tragœdiis, lenitas eius sine neruis perspici potest. Eius æqualis *P. Cethegus*, cui de rep. satis suppeditabat oratio. totam enim tenebat eam, penitúsque cognorat. itaque in senatu consularium auctoritatem assequebatur. sed in causis publicis nihil, in priuatis satis veterator[a] videbatur. Erat in priuatis causis *Qu. Lucretius Vispillo*[b], & acutus, & iurisperitus. nam[c] *Aphrlia*, aptior concionibus, quàm iudiciis. prudens etiam *T. Annius Velina*, & in eius generis causis orator sanè tolerabilis. In eodem genere causarum multum erat. *T. Iuuentius*, nimis ille quidem lentus in dicendo, & pænè frigidus[d]: sed & callidus[e], & in capiendo aduersario versutus, & præterea nec indoctus, & magna cũ iuris ciuilis intelligentia. Cuius auditor *P. Orbius*, meus ferè æqualis, in dicendo non nimis exercitatus, in iure autem ciuili non inferior, quàm magister fuit. Nam *T. Ausidius* qui vixit ad summam senectutem, volebat esse similis horum, erátque & bonus vir & innocens, sed dicebat parum. Nec sanè plus frater eius *M. Virgilius*[f], qui tribunus pl. L. Syllæ imperatori diem dixit. Eius collega *P. Magius*, in dicendo paullo tamen copiosior. Sed omnium oratorum, siue rabularum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiã fuerunt, quos quidem ego cognouerim, solutissimum in dicendo, & acutissimum iudico nostri ordinis *Qu. Sertorium*, equestris *C. Gorgonium*. Fuit etiam facilis, & expeditus ad dicendum, & vitæ splendore multo, & ingenio sanè probabili. *T. Iunius*, L. filius tribunitius, quo accusante P. Sextius, pr. designatus, damnatus est ambitus. is processisset honoribus longiùs, nisi semper infirma, atque etiam ægra valetudine[g] fuisset. Atque ego præclarè intelligo, me in eorum commemoratione versari, qui nec habiti sint oratores, neque[h] fuerint, prætereriq; à me aliquot ex veteribus, commemoratione, aut laude dignos: sed hoc quidem ignoratione. quid enim est superioris ætatis, quod scribi possit de ijs, de quibus nulla monumenta loquuntur, nec aliorum, nec ipsorũ? De iis autem, quos ipsi vidimus, neminem ferè prætermittimus eorum quos aliquando dicentes vidimus. Volo enim sciri, in tanta, & tam vetere rep. maximis præmiis eloquentiæ propositis, omneis[i] cupisse dicere, non plurimos ausos esse, potuisse paucos. Ego tamen ita de vnoquoque dicam vt intelligi possit quem existimem clamatorem[k], quem oratorem fuisse. Iisdem ferè temporibus, ætate inferiores paullo, quàm Iulius, sed æquales propemodum fuerunt *C. Cotta*, *P. Sulpicius*, *Q. Varius*[l], *Cn. Põponius*, *C. Curio*. L[m]. *Fusius*, *M. Drusus*, *Patisius*[n], nec vlla ætate vberior oratorũ fœtus[o] fuit. Ex his Cotta & Sulpicius cùm meo iudicio, tum omnium, facilè primas tulerunt. 78 ¶Hîc Atticus, Quomodo istuc dicis, inquit, cùm tuo iudicio tum omnium? sempérne in oratore probando, aut improbando, vulgi iudicium, cum intelligentium iudicio cõgruit? An alij probantur à multitudine, alij autem ab iis, qui intelligunt? 79 ¶Rectè requiris, inquam, Attice: sed audies ex me fortasse, quod non omnes probent?

80 ¶An

a *al.* audies fi quidem

b L. percunctaretur

c ξένε,

d L. Omnino (sicut op.

e *hæc verba ideſt ad nostros reuertamur, assumenda: videntur enim esse interpretatio verbi redeamus.**

f *fort.* multæ facetiæ: satis creb. in reper. solutus in expl. sententiis erat: etiam

g C. Bellienus,

P. Bv.

h Dicentium & oratorum differẽtia: sic infra clamator & orator distinguitur.

a Idem de L. Cotta supra.*

b *al.* Vespillo

c L. Nam Ofellã, aptior, q. d. *Alii* Apfellam *male.* Ofellã enim hunc Lucretium appellat. Plutarchus Appianus, Patereculus.*

d λογίος,

e δεινός,

f *al.* Vergilius,

g *v.t.* valitudine

h *al.* nec &

i videx. *de Or.* p. C LXXXI. ratore.*

k Clamatoris & oratoris differentia nisi forte hic declamatorem legi oporteat.

l Huius meminit infra & 1. de oratore.*

m L. L. Fufius.

n L. P. Antistius,

o φοβερ.

80 ¶ An[a] tu, inquit, adlaborasse huic modò Bruto probaturus es? 81 ¶ Planè, inquam, Attice, disputationem hanc de oratore probando, aut improbando, multo malim tibi, & Bruto placere: eloquentiam autem meam populo probari velim. Etenim necesse est, qui ita dicat, vt à multitudine probetur, eundem doctis probari. nam, quid in dicendo rectum sit, aut prauum, ego iudicabo, si modò is sum, qui id possim, aut sciam iudicare: qualis verò sit orator, ex eo, quod is dicendo efficiet, poterit intelligi. Tria[b] sunt enim (vt quidem ego sentio) quæ sint efficienda dicendo: vt *doceatur* is, apud quem dicetur, vt *delectetur*, vt *moueatur* vehementiùs, quibus virtutibus oratoris horũ quídque efficiatur, aut quibus vitiis orator aut non assequatur hæc, aut etiam in his labatur, & cadat, artifex aliquis iudicabit. Efficiatur autem ab oratore, néne, vt ij, qui audiunt, ita afficiantur, vt orator velit: vulgi assensu, & populari approbatione iudicari solet. Itaque nũquam de bono oratore, aut non bono, doctis hominibus cum populo dissensio fuit. An censes, dum illi viguerunt, quos antè dixi, nõ eosdem gradus oratorum vulgi iudicio, & doctorum fuisse? De populo si quem ita rogauisses, Quis est in hac ciuitate eloquentissimus? Inᶜ Antonio & Crasso, aut dubitaret, aut hunc, aliis illum alius diceret: nemóne Philippũ, tam suauem oratorem, tam grauem, tam facetũ, his anteferret, quem nosmetipsi, qui hæc arte aliqua volumus expẽdere[d], proximum illis fuisse diximus? Nemo profectò. id enim ipsum est summi oratoris, summum oratorem populo videri. Quare tibi een Antigenidas[e] dixerit discipulo sanè frigenti ad populum, Mihi cane, & musis: ego huic Bruto dicenti, vt solet, apud multitudinem, Mihi cane, & populo, mi Brute, dixerim: vt, qui audient, quid efficiatur: ego, etiam cur id efficiatur, intelligam. Credit iis, quæ dicuntur, qui audit oratorem: vera putat, assentitur, probat, fidem facit oratio. Tu artifex, quid quæris amplius? delectatur audiens multitudo, & ducitur oratione, & quasi voluptate quadam perfunditur. quid habes quod disputes? gaudet, dolet, ridet, plorat, fauet, odit, contẽnit, inuidet, ad misericordiã inducitur[f], ad pudendum ad pigendum, irascitur, miratur, sperat, timet: hæc[g] perinde accidunt, vt eorum, qui adsunt, mentes verbis, & sententiis, & actione tractantur. Quid est, quòd exspectetur docti alicuius sententia? quod enim probat multitudo, hoc idem doctis probandũ est. denique hoc specimen[h] est popularis iudicij, in quo numquam fuit populo cum doctis, intelligentibúsque dissensio[i]. Cùm multi essent oratores in vario genere dicendi, quis vmquam ex his excellere iudicatus est vulgi iudicio, qui non idem à doctis probaretur? Quando autem dubium fuisset apud patres nostros, eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret, aut Crassum? Aderãt multi alij: tamen vtrum de his potiùs, dubitasset aliquis: quin alterum, nemo. Quid adolescentibus nobis, cùm esset Cotta, & Hortensius, num quis, cui quidem eligendi potestas esset, quemquam his anteponebat? 82 ¶ Tum Brutus, Quid tu, inquit, quæris alios? de te ipso nónne, quid optarent rei, quid ipse Hortẽsius iudicaret videbamus? qui cùm partirentur tecum causas, (sæpe enim interfui) perorandi locum, vbi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat. 83 ¶ Faciebat ille quidẽ, inquã: & mihi, beneuolentia[a], credo, dulcius, tribuebat omnia. Sed ego, quæ de me populi sit opinio, nescio: de reliquis hoc affirmo, qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque iudicio fuisse probatissimos. Nec enim posset idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum, Clarium[b] poetam, fuerunt, qui cùm conuocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod nouistis, volumen suum, & eum legentem omnes, præter Platonem, reliquissent, Legam, inquit, nihilominus: Plato[c] enim mihi vnus instar est omnium[d]. me illum. & rectè. Poema enim reconditum, paucorum approbatione[e], oratio popularis ad sensum vulgi debet mouere. At, si eundem hunc Platonem vnum auditorem haberet Demosthenes, cùm esset relictus à cereris, verbum facere nõ posset. Quid? tu Brute posses, si te, vt Curionem quondam, concio reliquisset? 84 ¶ Ego verò, inquit ille, vt me tibi indicem, in eis etiam causis, in quibus omnis res nobis cum iudicibus est, nõ cum populo, tamen si à corona relictus sim, nõ queam dicere. 85 ¶ Ita se, inquam, res habet. Vt, si tibiæ inflatæ non referant sonũ, abiiciendas eas sibi tibicen putet: sic oratori populi aures tanquam tibiæ sunt: eæ si inflatum nõ recipiunt, aut[f] si auditor omnino tanquam equus non facit[g], agitandi finis faciendus est. Hoc tamen interest, quòd vulgus interdũ non probandum oratorem probat, sed probat sine comparatione, cùm à mediocri, aut etiam à malo delectatur: eo est contentus: esse meliùs non sentit: illud, quod est, qualecumque est, probat. tenet enim aureis vel mediocris orator, sit modò aliquid in eo: nec res vlla plus apud animos hominum, quàm ordo, & ornatus orationis valet. Quare quis ex populo, cùm Qu. Scæuolam[h] pro M. Coponio dicentem audiret in ea causa, de qua antè dixi, quidquã politius, aut elegantius, aut omnino melius aut expectaret, aut posse fieri putaret? Cùm is hoc probare vellet, M[i]. Curium, cùm ita heres institutus esset[k], si pupillus antè mortuus esset, quàm in[l] suam tutelam venisset, pupillo non nato heredem esse non posse: quid ille non dixit de testamentorum iure? de antiquis formulis? quemadmodum scribi oportuisset, si etiam filio non nato heres institueretur? Quàm captiosum esse populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione quæri voluntates, & interpretatione disertorum, scripta simplicium hominum peruertere[m]? Quàm ille multa de auctoritate patris sui, qui semper ius illud esse defenderat? quàm omnino multa de conseruando iure ciuili? quæ quidem omnia cùm peritè, & scienter, tum ita breuiter, & pressè, & satis ornatè, & pereleganter diceret, quis esset in populo, qui aut exspectaret, aut fieri posse quidquam melius putaret? At verò, vt contrà Crassus ab adolescente delicato, qui in litore ambulans scalmum reperisset, ob eámque rẽ ædificare nauem concupiuisset, exorsus est: si militer Scæuolam[n] ex vno scalmo captionis, centumuirale iudicium hereditatis effecisse. hoc in illo initio consecutus, multis eiusdem generis sententiis delectauit, animósque omnium, qui aderant, in hilaritatem à seueritate traduxit: quod est vnum ex tribus, quæ dixi ab

a Lan tu, inquit, id laborares, si huic modò Bruto te probaturus esses? An tu id laborares, si huic modò Bruto te, &c. & ita Aldus.

b Hæc diuisio clarior est, quàm eorum qui totum opus in res & in affectus partiuntur. 3. Quintil. 5.*

c Vide 2. de Oratore.*

d ἐρεῖ.

e Thebanus, Antigenidis tibicinis mentio fit apud Valer. 7. 15. Gell. 17. 20. Plin. 36.*

f g. deducitur.

g L. hæc proinde

h δόγμα,

i ἀμφισβήτησις.

a v.c. beneuolentia, b al. clarum: male. Clarius à Clario vibe, quæ in Insula Colophone. Clarii poeta, hoc est, Antimachi, meminit Ouid. 1. Tristium. a Clario Clarius Apelle. Strabo ni. 14.*

c Plato enim mihi vnus instar est multorum millium. & rectè. Poema pauc. approbationem: oratio popularis, assensum vulgi debet mouere.

d an multorũ millium Lips. omnium illũm, id est, illorum 2. Antiqu. lect. vlt.*

e al. approbationem. & post mereri pro moueri. Alii pro moueri legunt P. CLXXX. 1. mouere: sed si quid hîc mutandũ est, ita demurabo. Poema enim reconditum, paucorum approbatione: oratio popularis, ad sensum vulgi debet mouere*

f L. aut si auditor cum illo, tanquam equus, nõ facit,

g id est non paret: sic Turneb. 14. aduers. 22. Lambini sic emendat, aut si auditor cum illo tanquam equus non facit, haud necessariò, verum si hîc, fauit, aut fauet, legas, locus erit apertissimus.*

h al. Scæuulam

i L. M'. Curiũ k adde 1. de Oratore.*

l his verbis pubertatis rẽpus significatur l. 54. ff. de hæredib. instituendis: l. 39. ff. de vulgari: vlt. ff. de iure delib. l. 50. ff. de legat. 3. l. 5. §. 2. ff. quib. ex causis in possess. Cicero 1. de Oratore,*

m fors.

n al. Scæuulam

a L. 5. §. 2. ff. quib. ex causis in possess. Cicero 1. de Oratore, peruerti?

oratore effici debere. Deinde hoc voluisse eũ, qui testamentum fecisset, hoc sensisse, quoquo modo filius non esset, qui in suam tutelã veniret, siue non natus, siue antè mortuus, Crius heres vt esset: ita scribere plerosque, & id valere, & valuisse semper. Hæc, & multa eiusmodi dicens, fidem faciebat: quod est ex tribus oratoris officiis alterum. Deinde æquum bonum, testamentorum[a] sententias, voluntatésque tutatus est: quanta esset in verbis captio, cùm in ceteris rebus, tum in testamentis, si negligerentur voluntates: quantam sibi potentiam Scæuola[b] assumeret, si nemo auderet testamentum facere postea, nisi de illius sententia. Hæc cùm grauiter, tum ab exemplis copiosè, tum variè, tum etiam ridiculè, & facetè explicans, eam admirationem, assensionémque commouit, dixisse vt contrà nemo videretur. Hoc erat oratoris officium partitione tertium, genere maximum. Hic ille de populo iudex, qui separatim alterum admiratus esset, idem, audito altero, iudicium suum contemneret. at verò intelligens & doctus, audiès Scæuolam[c], sentiret esse quoddam vberius dicendi genus & ornatius. ab vtroque autẽ, causa perorata, si quæreretur, vter præstaret orator, numquam profectò sapientis iudicium à iudicio vulgi discreparet. *Qui præstat igitur intelligens imperitè* magna re & difficili: siquidẽ magnum est scire, quibus rebus efficiatur, amittatúrve[d] dicendo illud quidquid est, quod aut effici dicendo oportet, aut[e] amitti non oportet. Præstat etiam illo doctus auditor indocto, quòd sæpe, cùm oratores duo, aut plures populi iudicio probantur, quod dicendi genus optimum sit, intelligit. nam illud, quod populo non probatur, ne intelligenti quidem auditori probari potest. Vt enim ex neruorũ sono in fidibus quàm scienter ij[f] pulsi sint, intelligi solet: sic ex animorum motu cernitur, quid tractandis his perficiat orator. Itaque intelligens dicendi existimator, non assidens, & attentè audiens, sed vno adspectu, & præteriens, de oratore sæpe iudicat. videt ofcitantem iudicem, loquentem cum altero, nõnunquam etiam circulantem[g], mittentem[h] ad horas quæsitorem, vt dimittat, rogantem: intelligit, oratorem in ea causa non adesse, qui possit animis iudicum admouere orationem, tanquam fidibus manum. Idem si præteriens adspexerit erectos intuenteis iudices, vt aut doceri de re, idque etiam vultu probare videantur: aut, vt auem cantu aliquo, sic illos viderit oratione, quasi suspensos, teneri: aut, id quod maximè opus est, misericordia, odio, motu animi aliquo perturbatos esse vehementiùs: ea si præteriens (vt dixi) adspexerit, si nihil audierit, tamen oratorem versari in illo iudicio, & opus oratorium fieri, aut perfectum iam esse, profectò intelliget.

86 ¶Cùm hæc disseruissem, vterque assensus est, & ego tanquam de integro ordiens, Quando igitur, inquam, à Cotta, & Sulpicio hæc omnis fluxit oratio, cùm hos maximè iudicio illorum hominum, & illius ætatis dixissem probatos, reuertar ad eos ipsos: tum reliquos, vt institui, deinceps persequar. Quoniam ergo oratorum bonorum (hos enim quærimus) duo genera sunt, vnum attenuatè, pressèque: alterum sublatè, ampléque dicentium: etsi id melius est, quod splendidius, & magnificentius, tamen in bonis omnia, quæ summa sunt, iure laudantur. Sed cauenda est pressio illi oratori inopia & ieiunitas: amplo autem, inflatum, & corruptum orationis genus. Inueniebat igitur acutè *Cotta*, dicebat purè ac solutè: &, vt ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat, sic ad vitium imbecillitatem, dicendi accommodabat genus. Nihil erat in eius oratione nisi sincerum[a], nihil nisi siccum, atque sanum: illúdque maximum, quòd, cùm contentione orationis flectere animos iudicum vix posset, nec omnino eo genere diceret: tractando tamen impellebat, vt idem facerent à se commoti. quod à Sulpicio concitati. Fuit enim *Sulpicius* vel maximè omnium, quos quidem ego audiuerim grandis, &, vt ita dicam, tragicus orator. vox cùm magna, tum suauis, & splendida: gestus, & motus corporis ita venustus, vt tamen ad forum, non ad scenam[b] institutus videretur. incitata, & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. Crassum hic volebat imitari, Cotta malebat Antonium: sed ab hoc vis aberat Antonij, Crassi ab illo lepos. 87 ¶O magnam, inquit, artem, Brutus: si quidem istis, cùm summi essent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit. 88 ¶Atque[c] in his oratoribus illud animaduertendum est, *posse esse summos, qui inter se sint dissimiles*. Nihil enim tam dissimile, quàm Cotta Sulpicio, & vterque æqualibus suis plurimùm præstitit. Quare hoc doctoris intelligentis est, videre, quò[d] ferat natura sua quemque: & ea duce vtentem sic instituere, vt Isocratẽ[e] in acerrimo ingenio Theopompi, & lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Sulpicij orationes, quæ feruntur, eas post mortem eius scripsisse P. Canutius putatur, æqualis meus, homo extra nostrum ordinem, meo iudicio disertissimus. Ipsius Sulpicij nulla oratio est: sæpéque ex eo audiui, cùm se scribere neque consuesse, neque posse diceret. Cottæ[f] pro se legẽ Varia quæ inscribitur, eam *L*[h]. *Ælius* scribit[i] Cottæ rogatu. Fuit is omnino vir egregius, & eques Romanus cùm primis honestus, idémque eruditissimus & Græcis litteris, & Latinis: antiquitatisque nostræ & in inuentis rebus, & in actis, scriptorúmque veterũ litteratè peritus. quam scientiam Varro noster acceptam ab illo, auctámque per se, vir[a] ingenio præstans, omnísque doctrina, pluribus & illustrioribus litteris explicauit. sed idem Ælius, Stoicus[k] esse voluit, orator autem nec fuduit vmquam, nec fuit. scribebat tamen orationes, quas alij dicerent, vt Qu. Metello [l]. vt Qu. Cæpioni, vt Qu. Pompeio Rufo. quamquã is etiám ipse scripsit eas, quibus pro se est vsus, sed non sine Ælio. His[m] enim scriptis etiã ipse interfui, cùm essem apud Ælium adolescens, eúmque audire perstudiosè solerem. Cottam autem miror, summum ipsum oratorem, minimé que ineptum, Ælianas leueis oratiúculas, voluisse existimari suas. His duobus eiusdem ætatis annumerabatur nemo tertius: sed mihi placebat. Pomponius[n] maximè, vel dicam, minimè displicebat. Locus erat omnino in maximis causis, præter eos, dq quibus suprà dixi, nemini: propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus, sed tamẽ recipiebat. horũ qui neutrũ habebat, confugiebat ad Philippum ferè, aut[o] ad Cæsarẽ: Cotta

a L. testamẽtorum sententias, voluntatésque mortuorum tutatus est:
b L. Scæuola
c al. Scæuulam,
d L. omittatúrve d.
e L. aut omitti
f L. ei pulsi. & ita v. c. ita veteres ei pro ii. Priscianus.*
g id est verba faciẽtem circulantis legunt calculantem.
h L. mittentem ad horas: quæsitorem, vt dimittat, rogantẽ:
a ἐιλικρινὲς
b v.c. scenã
c forte. At inquam in his &c.
d L. quò ferat sua quemque natura: & ea d.
p. CLXXXIII. e Idem Cicero 3. de Oratore vbi dixi.*
f L. Cottæ pro lege Varia quæ inscrib. eam L. Ael. scripsit
Cottæ r.
g Lex Varia de maiestate à Q. Vario trib. pleb. lata, qua quærebatur, quorum ope, consiliorum, socii contra p. R. rebellassent. legis Variæ memini & idem Cicero 2. Tuscul. Hunc autem Q. Varium Asconius in Cornelianã Hispanum. Valerius 8. c. 6. in fi Hytridam vocat, propter obscurũ ius ci vitatis. meminit Appianus. 1. Ciuil. Porro hic Varius damnatus infrà lege: vt hoc libro.* h forte legendum Q. Albius, vt Tuberonem intelligat, qué Stoicum fuisse ait. quod & confirmat lex 2. §. 40. ff. de origine iuris.*
i al. scripsit* k vide l. 2. §. 40. ff. de origine iuris.* l id est fecit. al. legunt Balearĕri lio.*
m L. His enim scribendis ipse interfuit Pomponius Antonii, Crassi, Philippi, Cæsaris, Cottæ, Sulpicii comparatio.*
o L. aut ad Cæsarem, secundum Philippum, & Cæsarem, Cotta & Sulp.

P. B.

Cotta & Sulpicius expetebantur. ita ab iis sex patronis causę illustres agebantur: neque tam multa quàm nostra ætate, iudicia fiebant: neque hoc, quod nunc fit, vt causæ[a] singulæ defenderentur à pluribus, quo nihil est vitiosius. Respondemus iis, quos non audiuimus: in quo primùm sæpe aliter est dictum, aliter[b] ad nos relatum: deinde magni interest coram videre me, quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret, maxime autem quemadmodum quæque res audiatur. Sed nihil vitiosius, quàm cùm vnum corpus debeat esse defensionis, nasci de integro causam, cùm sit ab altero perorata. Omnium enim causarum, vnum est naturale principium, vna peroratio: reliquæ partes, quasi membra suo quæque loco locata, suam & vim, & dignitatem tenent. Cùm autem difficile sit in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, vt[c] sibi ipse nō cōueniat, quanto difficilius cauere, ne quid dicas, quod non conueniat eius orationi, qui ante te dixerit? Sed quia & labor multo maior est, totam causam, quàm partem dicere, & quia plures ineuntur gratiæ, si vno tēpore dicās pro pluribus, idcirco hanc consuetudinem lubenter adsciuimus. Erant tamen quibus videretur illius ætatis tertius Curio, quia splendidioribus fortassē verbis vtebatur: & quia Latinè non pessimè loquebatur, vsu, credo, aliquo domestico. nam litterarum admodum nihil sciebat. Sed magni interest, quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur à puero: quemadmodum patres pædagogi, matres etiam loquantur. Legimus epistolas Cornelię[d], matris Gracchorum: appāret filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. Auditus est nobis Læliæ Caij filiæ sæpe sermo. ergo illam patris elegantia tinctam vidimus: & filias eius Mucias ambas, quarum sermo mihi fuit notus: & neptes Licinias, quas nos quidem ambas, hāc verò Scipionis etiam tu, Brute, credo, aliquādo audisti loquentem. 89 ¶ Ego verò, ac lubenter quidem, inquit Brutus: & eò libentiùs quod L. Crassi erat filia. 90 ¶ Quid Crassum, inquam, illum censes istius Liciniæ filium, Crassi testamēto[e] qui fuit adoptatus? 91 ¶ Sūmo iste quidem dicitur ingenio fuisse, inquit. Et verò hic Scipio, collega meus, mihi sanè bene & loqui videtur, & dicere. 92 ¶ Rectè, inquam, iudicas, Brute. Etenim istius genus, est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione, & Crasso: & de tribus proauis, Qu. Metello, cuius quattuor filij: P. Scipione, qui ex dominatu Ti. Gracchi priuatus in libertatem remp. vindicauit: Qu. Scæuola[f] augure, qui peritissimus iuris, idēmque percomis[g] est habitus. Iā duorum abauorum quàm est illustre nomē, P. Scipionis, qui bis cos. fuit, qui est Corculum [h] dictus: alterius omnium sapientissimi, C. Lęlij? 93 ¶ O generosam, inquit, stirpem, & tanquam in vnam arborem plura genera: sic in istam domum multorum insitam, atque[i] illuminatā sapiētiam. Similiter igitur suspicor, (vt conferamus parua magnis) *Curionis*, etsi pullus relictus est patrio[k] fuisse instituto, puro sermone[l] assuefactam domū: & eo magis hoc iudico, quòd neminem ex iis quidem, qui ali quo in numero fuerūt, cognoui in omni genere honestatū artium tā indoctā, tam rudē, Nullū ille poetā nouerat, nullum legerat oratorē, nullā memoriam antiquitatis collegerat: non publicū ius, non priuatum, & ciuile cognouerat: quamquam id quidem fuit etiam in aliis, & magnis quidem oratoribus, quos parū his instructos artibus vidimus, vt Sulpicium, vt[a] Antonium. Sed ij tamen vnum illud habebant, dicendi opus elaboratum: idque cùm constaret, ex quinque notissimis partibus, nemo in aliqua parte earum omnino nihil poterat. in quacunque enim vna planè claudicaret, orator esse non posset. Sed tamē alius in alia excellebat: magis reperiebatur quid dici opus esset, & quomodo præparare[b], & quo loco locari: memoriáque ea comprehendebat Antonius, excellebat autem actione: erántque ei quædam ex his paria cū Crasso, quædam etiam superiora. At Crassi magis enitebat oratio. Nec verò Sulpitio, neque Cottæ dicere possumus, neque cuiquam bono[c] oratori, rem[d] vllam ex illis quinque partibus planè, atque omnino defuisse. Itaque in Curione hoc verissimè iudicari potest, nulla re vna magis oratorem commendari, quàm verborum splendore, & copia. Nam cùm tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit. Reliqua duo sunt, agere, & meminisse, in vtroque cachinnos irridentium commouebat. Motus erat is, quem & C. Iulius in perpetuum notauit, cùm ex eo, in vtrāque partem, toto corpore, vacillante, quæsiuit, quis loqueretur è lintre: & Cn. Sicinius homo impurus, sed admodum ridiculus, neque aliud in eo oratoris simile quidquā, is cum tribunus pleb. Curionem, & Octauiū coss. produxisset, Curióque multa dixisset, sedente Cn Octauio collega, qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum, delibutus, Numquam (inquit) Octaui, collegæ tuo gratiam referes, qui nisi se suo more iactauisset, hodie te istic musęæ comedissent. Memoria autem ita fuit nulla, vt aliquoties, tria cùm proposuisset, aut quartum adderet, aut tertiū quæreret, qui in iudicio priuato vel maximo, cùm ego pro Titinia Cottæ peroraui[e]sem, ille cōtra me pro Ser. Nævio[e] diceret, subitò totam causam oblitus est, idque veneficiis, & cantionibus Titinię factum esse dicebat. Magna hæc immemoris ingenii, signa: sed nihil turpius, quàm quòd etiā in scriptis obliuisceretur, quid paulo antè posuisset, vt in eo libro, vbi se exeuntem è senatu, & cum Pansa nostro, & cū Curione filio colloquentem facit, cùm senatum Cæsar cos. habuisset, omnisque[f] ille sermo ductus è[g] percunctatione filij, quid in senatu esset actū. In quo multis verbis cùm inueheretur in Cæsarē Curio, disputatióque esset inter eos, vt est consuetudo dialogorum, cùm sermo esset institutus senatu misso, quem senatum Cæsar cos. habuisset, reprehendit eas res, quas idem Cæsar anno pòst, & deinceps reliquis annis administrauisset in Gallia. 94 ¶ Tum Brutus admirans, Tantámne fuisse obliuionem, inquit, in[h] scripto præsertim, vt ne legens quidem, vnquam senserit, quantum flagitij commisisset? 95 ¶ Quid autem, inquā, Brute, stultius, quā, si ea vituperare volebat, quæ vituperauit, non eo tempore instituere fermonem, cùm illarū rerū iam tēpora præteriissent[i]? Sed ita totus errat, vt in eodē sermone dicat, in senatu se, Cæsare cos. non accedere, sed[k] id dicat ipso cos. exiens è senatu. Iam qui hac parte animi,

a Causas singulas defendi à pluribus mos vitiosus.*

b L. aliter ad nos delatum:

c L. vt sibi ipsum nō conueniat,

d Corneliæ matris Gracchorum meminit supra: vt & Valerius 4. c. 2. & 6. 3.

e Testamēto plerúque fiebat adoptiones: ita Octauius à Iulio testamēto adoptatus. *Sueton. in Iulio, c. 83. Eutrop. 7. Epitome Liuij 116. Appianus 2. ciuil. Atticus. à Cecilio Cornel. Nepot in Attici vita. Tiberius ab Augusto. Suet. in Tiberio c. 6. Pifo à Galba. Suet. in Galba cap. 17. Fiebant his nominis hæredes tanquam enim liberi & cetera familiæ iura sequebantur, nisi cautum lege esset, ne id fieret. Huiusmodi adoptiones vide apud Dionem 45. Suetonium 3. ciuium 45. Plutarchum, in Tiberio. 15. de adoptione Senecā de benef. 3. 26. Plin. 8. Epist. 18.*

f al. Scæuola augure. patrono.*

g Idem supra 3. & 1. Tusculana.*

h L. atque illuminatam. Ita legit Lambinus & in libris & doctum. al. illustratam.* P. 184.

i quam dissimilis fuerit patri huic Curioni, vide apud Valer. 9. c. 1. numero 6.

k L. sermoni quo.

l L. præteriissent.

k L. & id dicat

quæ custos est cæterarum ingenij partium, tã debilis esset, vt ne in scripto quidem meminisset, quid paullo antè posuisset, huic minimè mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem. Itaque cùm ei nec officiũ deesset, & flagraret studio dicendi, perpaucæ ad eum causæ deferebantur. Orator autem, viuis eius æqualibus, proximus optimis numerabatur, propter verborum bonitatem, vt antè dixi, & expeditam, ac profluentem quodammodo celeritatem. Itaque eius orationes adspiciendas tamen censeo. sunt illæ quidem languidiores, verumtamẽ possunt augere. & quasi alere id bonũ, quod in illo mediocriter[a] fuisse concedimus: quod habet tantam vim, vt solum sine aliis in Curione speciem oratoris alicuius effecerit. Sed ad institutã redeamus. In eodem igitur numero eiusdem ætatis *C. Carbo* fuit illius eloquentissimi viri filius, nõ satis acutus orator. sed tamen orator numeratus est. Erat in verbis grauitas[b], & facilè dicebat, & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Acutior *Q. Varius* rebus inueniendis, nec minùs verbis expeditus: fortis verò actor, & vehemens, & verbis nec inops, nec abiectus. & quem planè oratorem dicere auderes. *Cn. Põponius* lateribus pugnans, incitans animos, acer, acerbus, criminosus. Multùm ab iis aberat *L*[c]. *Fusius*, tamen ex accusatione M[d]. Aquillij diligentiæ fructum ceperat. Nam *M. Drusum*, tuum magnum auunculum, grauem oratorẽ ita duntaxat cùm de rep. diceret: *L.* autem *Lucullum*, etiam acutum *patrémque tuum, Brute*, iuris quoque & publici, & priuati sanè *peritum: M. Lucullum: M. Octauium* Cn. filium: (qui tantum auctoritate dicendó que valuit, vt legeme Semproniam frumentariam, populi frequentis suffragiis abrogauerit) *Cn. Octauium*. M. filiũ: *M. Catonem patrem, Q.* etiam *Catulum filium* ab ducamus ex acie, id[f] est à iudiciis, & in præsidiis reip. cui facilè satisfacere possint. collocemus. Eodem *Q. Capionem* referrem, nisi nimis equestri ordini deditus, à senatu dissedisset. *Cn. Carbonem. M. Marium*. & ex eodem genere complures minimè dignos elegantis conuentus auribus, aptissimos cognoui turbulenteis concionibus. quo in genere (vt in iis perturbẽ ætatum ordinẽ) nuper *L. Quinctius* fuit: aptior autem etiam *Paticanus*[g] autibus imperitorũ. Et, quoniam huius generis facta mentio est, seditiosorum omnium post Gracchos. *L. Apuleius Saturninus*, eloquentissimus visus est: magis specie tamen, & motu, atque ipso amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ. Longè autem post[h] natos homines, improbissimus *C. Seruilius Glaucia*[i], sed peracutus, & callidus, cùm primisque ridiculus. Is ex summis & fortunæ, & vitæ sordibus in prætura, c o s. factus esset. si rationem eius haberi licere iudicatum esset. Nam & plebem tenebat, & equestrem ordinem beneficio legis deuinxerat. Is prætor eodem die, quo Saturninus tribunus pleb. Mario & Flacco c o s s. publicè est interfectus, homo simillimus Athenien sis Hyperboli[k]: cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ[l] notauerunt. Quos *Sex. Titius* consecutus, homo loquax sanè. & satis acutus, sed tam solutus, & mollis in gestu, vt saltatio quædam nascereretur, cui saltationi Titius nomen esset. Ita cauẽdum est, nequid in agendo, dicendóve facias, cuius imitatio rideatur: sed ad paulò superiorem ætatem reuecti sumus: nunc ad eam, de qua aliquantùm locuti sumus, reuertamur: Coniunctus igitur Sulpicij ætati *P. Antistius* fuit, rabula sanè probabilis, qui multos cùm tacuisset annos, neque contemni solùm, sed irrideri etiam solitus esset, in tribunatu primùm contra C. Iulij illam consulatus petitionem extraordinariam, veram[a] causam agens, est probatus: & eo magis, quòd eandem causam cùm ageret eius collega ille ipse Sulpicius, hic plura, & acutiora dicebat. Itaque post tribunatum primò multæ ad eum causæ, deinde omnes, maximæ quæcumque erant, deferebãtur. Rem videbat acutè, componebat diligenter, memoria valebat: verbis non ille quidem ornatis vtebatur, sed tamen non abiectis. Expedita autem erat, & perfacilè currens oratio. Et erat eius quidem[b] tanquam habitus non inurbanus: actio paullum cùm vitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat. Hic temporibus floruit iis, quibus inter professionẽ, reditúmque L. Syllæ sine iure fuit, & sine vlla dignitate resp. Hoc etiã autẽ magis probabatur, quòd erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. Sulpicius[c] occiderat, Cotta aberat, & Curio: viuebat è reliquis patronis eius ætatis nemo præter Carbonem[d], & Pomponium: quorum vtrumque facilè superabat. Inferioris autem ætatis erat proximus *L. Sisenna*, doctus vir, & studiis optimis deditus, bene Latinè loquens, gnarus[e] reip. non sine facetiis: sed neque laboris multi, nec satis versatus in causis: interiectúsque inter duas ætates, Hortensij, & Sulpicij. nec maiorem consequi poterat, & minori necesse erat[f] cedere. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest: quæ cùm facilè omneis vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit à summo, quámque genus hoc scriptionis nondum sit satis Latinis litteris illustratum. Nam *Q. Hortensij* admodum adolescentis ingenium, vt Phidiæ signum, simul adspectum, & probatum est. Is L. Crasso, Qu. Scæuol[g] c o s s. primùm in foro dixit, & apud hos ipsos quidem c o s s. & cùm eorum, qui affuerunt, tum ipsorum c o s s qui omneis intelligentia anteibant, iudicio discessit probatus. Vndeuiginti annos natus erat eo tempore. Est autem L. Paulo, C. Marcello coss. mortuus: ex quo videmus, eum in patronorum numero annos quattuor & x l. fuisse. Hoc de oratore paullo post plura dicemus. hoc autem loco voluimus ætatem eius in disparem oratorum ætatem includere: quamquam id quidem omnibus vsu venire necesse fuit, quibus paullo longior vita contigit, vt & cum multo maioribus natu, quàm essent ipsi, & cum aliquanto minoribus comparararentur. vt[h] Accius iisdem ædilibus aitse, & Pacuuium docuisse fabulam, cùm ille octoginta. ipse triginta annos natus esset. Sic Hortensius non cum suis æqualibus solùm, sed & mea cum ætate, & cum tua, Brute, & cum aliquanto superiore coniungitur. Siquidem & Crasso viuo dicere solebat: & magis iam etiam vigebat cum Antonio, & cum Philippo iam sene, pro Cn. Pompeij bonis dicente. in illa causa adolescens cùm esset, princeps fuit, & in eorum, quos in Sulpicij ætate posui, numerum facilè peruenerat: & suos inter æqualeis M. Pisonem, M. Crassum, Cn. Lentulum, P. Lentulum Suram longè præstitit: & me adolescentem nactus[i] octo annis minorem, quàm erat

a *al.* mediocre

b *al.* grauditas.*

c *al.* Fusius, d Aquillii, *id est*, Manii, non Marci. Vide 2. de Oratore. Liuiũ 70.*

e De lege frumentaria seu agraria, vel Sempronia dixerat. pro Sextio.* f *hæc verba, id est à iudicis, quæ hujusmodi desunt.*

P. CL XXXV.

g seditiosissimus 3. Valer. 8. & 1. ad Atticum. 1.* h *al* post homines natos, h vide orationem pro C. Rabirio, & pro C. Rabirio[i] Posthumo 3. Valer. 2.* k meminit Augustinus 2. de ciuitate 9. 1. Quintil. 10. Thucydides, Lucian[e], ἀν μοτου ῥάστου. Plutarchus in Alcibiade, in Aristide, in Nicia.* l Eupolidem poetam videtur innuere, cui rei argumento Quintil. 1. cap. 10.*

a iustam

b L. quidam

c Imo Crassus vt & infra numero 140.* d *forte* C. Cæsar p. 8. bonem,

e *al.* narus

f *fort.* habebat

g L. Scæuola

h *al.* vt Accius

i *al.* natus.*

erat ipse, multos annos in[a] studio eiusdē laudis exercuit: & tecū simul, sicut ego pro multis, sic ille pro Appio[b] Claudio dixit, paullo ante mortem. Vides igitur, vt ad te oratorē, Brute peruenerimus, tam multis inter nostrum, tuúmque initium dicendi interpositis oratoribus? ex quibus quoniam in hoc sermone nostro starui neminem eorum, qui viuerent, nominare, nevos curiosiùs elicueretis ex me, quid de quoque iudicarem: eos, qui iam sunt mortui, nominabo. 96 ¶ Tum Brutus, Non est, inquit, ista causa, quam dicis, quamobrem de iis, qui viuunt, nihil velis dicere. 97 ¶ Quę-nam igitur, inquam, est? 98 ¶ Vereri te, inquit, arbitror, ne per nos hic sermo tuus emânet, & ij tibi succenseant[c], quos præterieris.

99 ¶ Quid? vos, inquam, tacere non poteritis? 100 ¶ Nos quidem, inquit, facillimè: sed tamen te arbitror malle idipsum tacere, quàm taciturnitatem nostram experiri. 101 ¶ Tum ego, Verè, inquam, tibi, Brute, dicam. non me existimaui in hoc sermone vsque ad hanc ætatem esse venturum: sed ita traxit ordo ætatū orationem, vt iam ad minores etiam peruenerim. 102 ¶ Interpone igitur, inquit, si quos videtur: deinde redeamus ad te, & ad Hortensium. 103 ¶ Immò verò, inquam, ad Hortēsium: de me alij dicent, si qui volent.

104 ¶ Minimè verò, inquit nam etsi me facilè omni tuo sermone tenuisti, tamen is mihi longior videtur, quòd propero audire de te. nec verò tam de virtutibus dicēdi tuis, quæ cum omnibus, tum certè mihi notissimę sunt, quàm quòd gradus tuos, & quasi processus[d] dicēdi studeo cognoscere. 105 ¶ Geretur, inquam, tibi mos: quoniam me non ingenij prędicatorem esse vis, sed laboris mei. Verùm interponā, vt placet, alios, & à *M. Crasso*, qui fuit æqualis Hortensij, exordiar. Is igitur mediocriter à doctrina instructus, angustius etiam à natura, labore & industria, & quod adhibebat ad obtinendas causas curam etiam, & gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit. In huius oratione sermo Latinus erat, verba non abiecta, res compositæ diligenter: nullus flos tamen, neque lumen vllum: animi magna, vocis parua contētio, omnia ferè vt similiter, atque vno modo dicerentur. Nam huius æqualis, & inimicus *C. Fimbria*, non ita diu iactare se potuit: qui omnia magna voce dicens, verborum sanè bonorum cursu quodam incitato: ita furebat tamen, vt mirarere tam alias res agere populum, vt esset insano inter dissertos locus. *Cn.* autem *Lentulus* multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quātā in eo facultas erat: qui cùm esset nec peracutus (quamquam & ex facie, & ex vultu videbatur) nec abundans verbis, etsi fallebat in eo ipso: sic interuallis, exclamationibus, voce suaui & canora, admirando[e] irridebat, calebat[f] in agendo, vt ea, quæ deerant, non desiderarentur. Ita tanquam Curio copia nonnulla verborum, nullo alio bono, tenuit oratorum locum: sic Cn. Lentulus ceterarum virtutū dicēdi mediocritatem actione occultauit, in qua excellens fuit. Neque multo secus *P. Lentulus*, cuius & excogitandi, & loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas, corporis motus plenus & artis, & venustatis, vocis & suauitas, & magnitudo. sic in hoc nihil præter actionem fuit, cetera etiam minora, quàm in superiore. *M. Piso* quidquid habuit, habuit ex disciplina, maximéque ex omnibus, qui antè fuerūt, Græcis doctrinis eruditus fuit. Habuit à natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limauerat, quod erat in reprehendendis verbis versutum[a], & sollers: sed sæpe stomachosum, nonnumquam frigidum, interdum etiam facetum. Is laborem, quasi cursum forensem, diutius non tulit, quod & corpore erat infirmo, & hominum ineptias, ac stultitias, quæ de uorandæ nobis sunt, non ferebat, iracundiúsque resuebat, siue morosè[b], vt putabatur, siue ingenuo, liberóque fastidio. Is cùm satis floruisset adolescens, minor haberi est cœptus postea. deinde ex virginum iudicio magnam laudem est adeptus, & ex eo tempore quasi re uocatus in cursum, tenuit locum tādiu, quàm ferre potuit laborem: postea, quantum detraxit ex[c] studio, tantū amisit ex gloria. *P. Murena* mediocri ingenio, sed magno studio rerū veterum: litterarum & studiosus, & non imperitus: multæ[d] industriæ, & magni laboris fuit. *C. Censorinus* Græcis litteris satis doctus: quod proposuerat, explicans expedite: non inuenustus actor, sed iners, & inimicus fori. *L. Turius* paruo ingenio, sed multo labore, quoquo modo poterat, sæpe dicebat. Itaque ei pauca centuriæ ad consulatum defuerunt. *C. Macer* auctoritate semper eguit, sed fuit patronus propemodum diligentissimus: huius si vita, si mores, si vultus denique non omnem commendationem ingenij euerteret, maius nomen in patronis fuisset. non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non planè horrida oratio: vox, gestus, & omnis actio sine lepōre: at in inueniendis, componendisque rebus mira accuratio[e]: vt non facilè in vllo diligentiorem, maiorémque cognouerim, sed eam vt citiùs veteratoriam, quàm oratoriam dicetes. hic etsi etiam in publicis causis probabatur, tamen in priuatis illustriorem obtinebat locum. *C.* deinde *Piso*[f], statarius[g], & sermonis plenus orator, minimè ille quidem tardus in excogitando, verumtamen vultu, & simulatione, multò etiam acutior, quàm erat, videbatur. Nam eius æqualem *M*[h]. *Glabrionem*, bene institutum aui Scæuolæ[i] diligentia, socors ipsius natura, negligénsque tardauerat. Etiam *L. Torquatus*, elegans in dicendo, in existimando admodum prudēs, toto genere perurbanus. Meus autem æqualis *Cn. Pompeius*, vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. erat oratione satis amplus, rem prudenter videbat: actio verò eius habebat, & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatē. Noster item æqualis, *D*[k]. *Silanus*, vitricus tuus, studij ille quidem habuit non multùm, sed acuminis, & orationis satis. *Qu. Pompeius* A. F. qui Bithynicus dictus est, biennio quàm nos fortasse maior, summo studio dicendi, multáque doctrina, incredibili labore, atque industria, quod scire possum. fuit enim mecum, & cum M. Pisone cùm amicitia, tū studiis, exercitationibúsque coniunctus. huius actio non satis commendabat orationem. in hac enim satis erat copiæ, in illa autem lepōris parum. erat eius æqualis[l] *P*[m]. *Antronius*, voce peracuta, atque magna, nec alia re vlla probabilis. Et *L. Octauius Reatinus*, qui cùm multas iam causas diceret, adolescens est mortuus. is tamen ad dicendum veniebat magis[n] audacter,

a *L. in studio suasisset præd. quod & vox exercuit, proximè sequens satis ostendit.*
b *L. App. Claudio.*
c *al. succenseant,*
P. CLXXXVI.
d *al. progressus*
e *Quadrabat, irridendo, irridebat, lædebat in agendo, &c. al. admirando, irridendo, agendo denique fatebat, vt quæ deerant, &c.*
f *al. celebat, al. calebat.*

a παντύρ-γως, καὶ δεινὸς:
P. B.
b L. morosè.
c L. de Rhodio,
d φιλόπονος,
e ἀκρίβεια, seu ἀκρίβωσις.
f στατικὸς,
g statarius orator minus actuosus: de quo antehac dixi hoc libro.*
h L. M. Glabrionem,
i *al.* Scæuolæ
k *lib. vulg.* D. Syllanus, *mendosè.*
l L. P. Antronius, P. 187.
m P. Antronii meminit Valerius 8. c. 9.*
n L. audacter magis, quam P.

quàm paratè. Et[a] *C. Staienus*, qui se ipse adoptauerat, & de Staieno[b] Ælium fecerat, feruido quodam, & petulanti, & furioso genere dicendi: quod quia multis gratum erat, & probabatur, adscendisset ad honores, nisi in facinore manifesto deprehensus[c], pœnas legibus, & iudicio dedisset. Eodem tempore *C.* & *L. Capasij fratres* fuerunt, qui multa opera ignoti homines, & repentini, quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi. Addamus huc etiam, nequem vocalem præteriisse videamur, *C. Cosconium*[d] *Calidianum*, qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, præbebat populo cum multa concursatione, magnóque clamore. Quod[e] idem faciebat *Q. Arrius*, qui fuit M. Crassi quasi secundarius[f]. Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac vrbe pol leat multorum obedire tempori, multorúmque vel honori, vel periculo seruire. His enim rebus, infimo loco natus, & honores, & pecuniam, & gratiam consecutus, etiam in patronorum, sine doctrina, sine ingenio, aliquē numerum peruenerat. sed vt pugiles inexercitati, etiam si pugnos & plagas, Olympiorum cupidi, ferre possunt, solem tamen sæpe ferre nō possunt: sic ille, cùm omni iam fortuna prospere functus, labores etiam magnos excepisset, illius iudicialis anni seueritatem, quasi solem, non tulit. 106 ¶Tum Atticus, tu quidem fæce, inquit, hauris, idque iamdudum: sed tacebam: hoc verò non putabam, te vsque ad[g] Staienos & Antronios esse venturum. 107 ¶Nō puto, inquam, existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis: sed ordinem sequens in memoriam notam, & æqualem necessariò incurro. Volo autem hoc perspici, omnibus cōquisitis, qui in multitudine dicere ausi sint, memoria quidem dignos perpaucos: verùm, qui omnino nomen habuerint, nō ita multos fuisse. sed ad sermonem institutū reuertamur. *T. Torquatus*. T. filius, & doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis, & à natura ad dicendum satis solutus, atque expeditus: (cui si vita suppeditauisset[h], sublato ambitu consul factus esset:) plus facultatis habuit ad dicēdum, quàm voluntaris. Itaque studio huic non satisfecit: officio verò nec in suorum necessariorū causis, nec in sententia senatoria defuit. Etiam *M. Pontidius*, municeps noster, multas priuatas causas actitauit, celeriter sanè verba voluens, nec hebes in causis, vel dicam, plus etiā quàm non hebes, sed efferuescens in dicendo stomacho sæpe, iracundiáque vehementiùs: vt non eum aduersario solùm, sed etiam (quod mirabile esset) cum iudice ipso, cuius delenitor[i] esse debet orator, iurgio sæpe contenderet. *M. Messalla* minor natu, quàm nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborū prudens, acutus, minimè incautus, patronus in causis cognoscendis componendísque diligens, magni laboris, multæ operæ, multatúmque causarum. Duo etiam *Metelli*, *Celer* & *Nepos*, nihil[k] in causis versati, nec sine ingenio, nec indocti, hoc erant populare dicendi genus assecuti. *C*[l]. autē *Lentulus Marcellinus*, nec vmquam indisertus, & in consulatu perelo quens visus est, non tardus sententiis, nō inops verbis, voce canora, facetus satis. *C*[m]. *Memius*, L. filius, perfectus litteris, sed Græcis: fastidiosus sanè Latinarum: argutus orator, verbísque dulcis, sed fugiens non modò dicendi, verùm etiam cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quātum imminuit industriæ.

108 ¶Hoc loco Brutus, Quàm vellem, inquit, de his etiam oratoribus, qui hodie sunt, tibi dicere luberet. &, si de aliis minùs, de duobus tamen, quos à te scio laudari solere, *Cæsare*, & *Marcello*, audirem non minùs lubenter, quàm audiui de iis, qui fuerunt. 109 ¶Cur tandem inquam[a] an exspectas, quid ego iudicem de istis, qui tibi sunt æquè noti, ac mihi?

110 ¶Mihi mehercule, inquit, Marcellus satis est notus, Cæsar autem parum. illum enim sæpe audiui: hic, cùm ego iudicare iam aliquid possem, abfuit[a]. Quid igitur de illo iudicas, quem sæpe audisti? Quid censes, inquit, nisi id, quòd habituru es similem tui? 111 ¶Næ ego, inquam, si ita est, velim tibi eum placere quàm maximè. 112 ¶Atqui[c] & ita est, inquit, & vehementer placet: nec verò sine causa. nā & didicit, &, omissis ceteris studiis, vnum id egit, sesēque quotidianis commentationibus acerrimè exercuit. Itaque & lectis vtitur verbis, & frequentibus, & splendore vocis, & dignitate motus sit speciosum, & illustre, quòd dicitur: omniáque sic suppetunt, vt ei nullam deesse virtutem oratoris putem: maximéque laudandus est, qui hoc tempore ipso, cùm[d] liceat, in hoc cōmuni nostro, & quasi fatali malo, consoletur se cùm conscientia optimæ mētis, tum etiam vsurpatione, & renouatione doctrinæ. Vidi enim Mytilenis nuper virum, atque (vt dixi) vidi planè virum. Itaque cùm eū antea tui similem in dicendo viderim, tū verò nunc à doctissimo viro, tibique vt intellexi, amicissimo, Cratippo, institutum omni copia, multo videbam similiorem. 113 ¶Hic ego, Etsi, inquam, de optimi viri, nobísque amicissimi laudibus lubenter audio, tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum obliuionem quærens, hunc ipsum sermonem produxi longiùs. Sed de Cæsare cupio audire, quid tandem Atticus iudicet. 114 ¶Et ille, Præclarè, inquit, tibi constas, vt de iis, qui nunc sint, nihil velis ipse dicere: & hercle si sic ageres, vt de iis egisti, qui iam mortui sunt: neminem vt prætermitteres, næ[e] tu in multos Antronios, & Staienos incurreres. Quare siue hanc turbam effugere voluisti, siue veritus es, nequis se aut præteritum, aut non satis laudatū queri possit: de Cæsare tamen potuisti dicere, præsertim cùm & tuū de illius ingenio notissimum iudicium esset, nec illius de tuo obscurum. Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de *Cæsare* & ipse ita iudico, & de hoc huius generis acerrimo[f] æstimatore sæpissime audio, illum omnium ferè oratorum Latinè loqui elegantissimè: nec id solùm domestica consuetudine, vt dudum de Læliorum & Muciorum familiis audiebamus: sed, quamquam id quoque credo fuisse, tamen vt esset perfecta illa bene loquendi laus multis litteris, & iis quidē reconditis & exquisitis, summóque studio & diligentia est consecutus. Quin etiam in maximis occupationibus, cùm ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione Latinè loquendi accuratissimè scripserit: primóque in libro dixerit[g], verborum[h] delectum, originem esse eloquentiæ: tribuerítque, mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit, quàm se dicere, laudem singularem: (nam scripsit his verbis, cùm hic nomine esset affatus. Ac, si cogitata præclarè eloqui possent, nonnulli studio & vsu elaborauerunt,

a L. Et C. Staienus, *al.* Stolenus, *&c.*
b L. Staleno *al.* Stoleno
c *v.c.* deprensus,
d meminit Valerius 8. c. 1.*
e *al.* Quod item facieb.
f Secundarii Græcis δευτεραγωνιστὴς, qui secundarum, vt τριταγωνιστὴς, qui tertiarum sunt partiū. *Diuinat. in Verrem. 7. P. in. 12.* Tertiani dicuntur *9. Valer. 25. sed alii hic legant* secundanus: *al.* secundarum.*
g L. ad Stalenos, & Autronios
h *fort.* suppeditasset,
i *al.* delenitor. P. B.
k L. nonnihil in causis
l T. Cn. autē Lent.
m Huius meminit Valerius 6. c. 1. & 8. cap. 1.*
a L. afuit.
b *v.c.* Nec ego,
c *v.c.* Atquin &
d L. cùm iaceat in hoc comm. n. & q. f. malo cōf. se cùm cōsc. *al.* quantum liceat. *al.* quoniam liceat. *al.* cùm iaceat. *id est* cū publicis malis sit affectus.*
e *v. c.* ne tu in multos Antronios & Staienos incurreres. *& ita p.* 138.
f L. acerrimo existimatore sæp.
g L. verborū dilectum,
h Verborū delectus origo eloquentiæ.*

rauerunt,cuius te pænè principem copiæ atque inuentorem,bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus,hunc facilem, & quotidianum nouisse sermonem,nunc[a] pro relicto est habendum. 115 ¶Tum Brutus,Amicè, hercule,inquit,& magnificè te laudatum puto,quem nõ solum principem atque inuentorem copię dixerit,quę erat magna laus.sed etiam bene meritum de populi Romani nomine, & dignitate,quo enim vno vincebamur à victa Græcia, id aut ereptum illis est, aut certè nobis cum illis communicatum.Hanc autem,inquit,gloriam,testimoniúmque Cæsaris,tuæ[b] quidem supplicationi[c] non solùm,sed triumphis multorum antepono. 116 ¶Et rectè quidem,inquam,Brute,modò sit hoc Cæsaris iudicij,nõ beniuolentiæ testimonium. plus enim certè attulit huic populo dignitatis, quisquis est ille,si modò est aliquis, qui non illustrauit modò,sed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam, quàm illi[d], qui Ligurum castella expugnauerunt:ex quibus multi sunt,vt scitis,triũphi.Verùm quidem si audire volumus, omissis illis diuinis consiliis, quibus sæpe constituta est imperatorum[e] sapientia, salus[f] ciuitatis aut belli,aut domi, multo magis orator præstat minutis imperatoribus. At prodest plus imperator.Quis negat?sed tamen. (nõ metuo ne mihi acclametis[g]:est autem quod sentias, dicendi liber locus) malim mihi L. Crassi vnã pro M[h]. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos. At plus interfuit reip. castellũ capi Ligurum, quàm bene defendi causam M[i]. Curij. Credo. Sed Athenienſium quoque plus[k] interfuit firma tecta in domiciliis habere,quàm Mineruæ signum ex ebore pulcerrimum. tamen ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum[l] tignarium. *Quare non quantum quisque profit, sed quanti quisque sit, ponderandum est*: præsertim cùm pauci pingere egregiè possint,aut fingere:operarij autem,aut baiuli deesse non possint. Sed pergo.Pomponi,de Cæsare, & redde quæ restant. 117 ¶Solum quidem[m], inquit ille, & quasi fundamentum oratoris vides, locutionẽ emendatam,& Latinam:cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis,aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis.Mitto *C. Lælium, P. Scipionem*,ætatis illius ista fuit laus,tamquã innocentiæ, sic Latinè loquendi: nec omniũ tamen.nam illorum æqualeis, Cæcilium, & Pacuuium,malè locutos videmus. sed omnes tũ ferè,qui nec extra vrbem hanc vixerant[o], nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.Sed hanc certè rem deteriorem vetustas fecit & Romæ, & in Græcia. confluxerunt enim & Athenas, & in hanc vrbem multi inquinatè loquentes ex diuersis locis.quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda,quàm[p] obtrusa ratio, quæ mutari nõ potest,nec vtendum prauissima consuetudinis regula.*T. Flaminum*,qui cum Q.Metello consul fuit,pueri vidimus.existimabatur bene Latinè,sed litteras nesciebat.*Catulus* erat ille qui dem minimè indoctus, vt à te paullò est antè dictum: sed tamen suauitas vocis, & lenis appellatio litterarum,bene loquendi famã confecerat. *Cotta*, quia se valde dilatandis litteris à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat, sonabátque contrarium Catulo, subagreste quiddã, planéque subrusticum;alia[r] quidem quasi inculta,& syluestri via,ad eandem laudẽ peruenerat. *Sisenna* autem, quasi emendator sermonis vsitati,cùm esse vellet, ne à[a] C.Rusio quidem accusatore deterreri potuit, quominus inusitatis verbis vteretur.

118 ¶Quidnam istuc est?inquit Brutus: aut quis est iste C[b].Rusius? 119 ¶Et ille,Fuit accusator,inquit,vetus, quo[c] accusante Chritilium, Sisenna defendens, dixit, quædam eius sputatilica esse crimina.Tum[d] C.Rusius, Circumuenior,inquit,iudices,nisi subuenitis. Sisenna quid dicas,nescio:metuo insidias.sputatilica,quid est hoc?spura quid sit scio,tilica nescio. Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus rectè[e] loqui putabat esse,inusitatè loqui. *Cæsar* autem rationem adhibens,consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendat.Itaque cùm ad hãc elegantiam verborum Latinorum(quæ etiam si orator non sis, & sis ingenuus ciuis Romanus, tamen necessaria est) adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tamquã tabulas bene pictas collocare in bono lumine. hanc cùm habeat præcipuam laudem in communibus, non video cui debeat cedere. splendidam quandam, miniméque veteratoriam rationem dicendi tenet,voce,motu:forma[f] etiam magnifica,& generosa quodammodo. 120 ¶Tum Brutus,Orationes quidem eius mihi vehementer probantur, compluresque autem legi. Atque etiam cõmentarios[g] quosdam scripsit rerum suarum. 121 ¶Valde quidem,inquam, probandos. nudi enim sunt,recti, & venusti, omni ornatu orationis, tamquam[h] veste detracta:sed,dum voluit alios habere parata[i], vnde sumerent, qui vellent scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit, qui[k] volunt illa calamistris inurere:sanos quidem homines à scribendo deterruit. Nihil enim est in historia, pura & illustri breuitate dulcius. Sed ad eos, si placet, qui[l] vita excesserunt,reuertamur. *C. Sicinius* igitur,Quinti Pompeij illius, qui censor fuit, ex filia nepos, quæstorius mortuus est, probabilis orator: iam[m] verò etiam probatus. ex hac inopi ad ornandum, sed ad inueniendum expedita, Hermagoræ disciplina. ea dat rationes certas, & præcepta dicendi: quæ si minorem habent apparatum, (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patienteis vias. Has ille tenens, & paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipta illa cõparatione, disciplináque dicendi iam in patronorum numerum peruenerat. Erat etiam vir doctus in primis. *C. Visellius*,[n] *Varro*, consobrinus meus, qui fuit cum Sicinio ætate coniunctus. is cùm post curulem ædilitatem iudex quæstionis esset[o], est mortuus: in quo fatetor vulgi iudicium à iudicio meo dissensisse. nam populo non erat satis vendibilis: præceps quædam, & cùm idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida, & celeritate cæcata[p] oratio: sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim, neque sententiis crebriorem. Præterea perfectus in litteris, iurisque ciuilis iam à patre Aculeone traditam tenuit disciplinam. Reliqui sunt, qui mortui sint, *L. Torquatus*,quem tu non tam citò rhetorem dixisses, (etsi non deerat oratio) quàm vt Græci dicunt, πολιτικὸν.Erant in eo plurimæ litteræ,nec ex vulgares,sed interiores quædam,& reconditę:

a L. non pro derelicto est habend. *vel sic*,non pro re licto &c.
b L. tuæ qui dem supplicationi non, sed tr.
c Vide Catilinar.3.Pisonianam. Cornelianam. Philippic. 2. & 14.*
d Fuluius eorum latebras ignibus sepsit: Belius in plana deduxit.Posthumi[o] ita exarmauit,vt vix reliquerit, ferrum quo terra coleretur. vide Florum.3.c.3. Liuium 20.3.Eutrop. in princip.*
e L. *delet has duas voces*,imperatorum sapientia: *vel delenda voces*, sapientia, *dimensa*, *& mutato aliquantum ordine verborum, ita legit*. omissis illis duobus conf. imperatorũ quib. sæpe const. est salus c. &c. f al. salusque.*
g Iudicium Ciceronis de Commentariis Cæsaris.*
h L. tanquã veste, detracto:
i al. paratũ.*
k L. qui volent illa &c. *& ita Rinius*.
l L. qui è vita excess.
m L. immò vero
n huius meminit Verrina 3. sed & Valerius 8. cap.2.*
o *forte*, mortuus est:
p *al.* citata.*

a L. à C. Rusio
b L. C. Rusius?
c *al.* quo accusante C. Rutilium, &c. *al.* quo acc. Chritilium,
d L. Tum C. Rusćius,
e Inusitatè loqui,plerisque videtur, rectè loqui.*

P. 189.

f L. forma, & magnificã, & generosam q.| Vide Plutarchum in Cæsare.*

diuina memoria, summa verborum & grauitas, & elegantia. atque hæc omnia vitæ decorabat[a] grauitas, & integritas. Me quidem admodum delectabat etiam *Triarij*, in illa ætate, plena litteratæ senectutis oratio. quanta seueritas in vultu? quantum pondus in verbis? quâ nihil non consideratum exibat ex ore?

122 ¶ Tum Brutus, Torquati, & Triarij mentione commotus, (vtrumque enim eorum admodum dilexerat) Næ[b] ego, inquit (vt omittã cetera, quæ sunt innumerabilia) de istis duobus cùm cogito, doleo, nihil tuam perpetuam auctoritatem de pace valuisse. nam nec istos excellenteis viros, nec multos alios præstanteis[c] ciueis resp. perdidisset. 123 ¶ Sileamus, inquam, Brute, de istis, ne augeamus dolorem. nam & præteritorum recordatio est acerba, & acerbior exspectatio reliquorum. Itaque omittamus lugere. & tantùm, quid quisque dicendo potuerit, (quoniam id quærimus,) prædicemus. Sunt etiam ex iis, qui eodem bello occiderunt, *M. Bibulus*, qui & scriptitauit accuratè, cùm præsertim non esset orator, & egit multa constanter: *Appius*[d] *Claudius*, socer tuus, collega, & familiaris meus: hic iam & satis studiosus, & valde cùm doctus, tum etiam exercitatus orator, & cùm auguralis[e], tum omnis publici iuris, antiquitatisque nostræ bene peritus fuit. *L. Domitius* nulla ille quidem arte, sed Latinè tamen, & multa cum libertate dicebat. *Duo* præterea *Lentuli* consulares, quorum *Publius* ille, nostrarum iniuriarum vltor, auctor salutis, quidquid habuit, quantum cumque fuit, illud totum habuit ex disciplina: instrumenta naturæ deerant: sed[f] tantus animi splendor, & tanta magnitudo, vt sibi omnia, quæ clarorum virorum essent, non dubitaret adsciscere, eáque omni dignitate obtineret. *L.* autem *Lentulus*, satis erat fortis orator, si modò orator, sed cogitandi non ferebat laborẽ. vox canora, verba non horrida sanè, vt plena esset animi[g], & terroris oratio. Quæreres in iudiciis fortasse melius: in rep. quod erat, esse iudicares satis. Ne[h] *Titus* quidem *Postumius* cõtemnendus in dicendo: de rep. verò non minus vehemens orator, quàm bellator fuit: effrenatus, & acer[i] nimis, sed bene iuris publici leges, atque instituta cognouerat. 124 ¶ Hoc loco Atticus, Putarem te, inquit, ambitiosum esse, si (vt dixisti) ij, quos iamdiu colligis, viuerẽt. Omneis[k] enim commemoras, qui ausi aliquando sunt stantes loqui, vt mihi imprudẽs *M. Seruilium* præteriisse videare. 125 ¶ Non, inquam, ego istuc ignoro, Pomponi, multos fuisse, qui verbum nunquam in publico fecissent, cùm melius aliquanto possent, quàm isti oratores, quos colligo, dicere: sed his commemorandis etiam illud assequor, vt intelligatis primùm ex omni numero, quàm non multi ausi sint dicere, deinde ex iis ipsis quàm pauci fuerint laude digni. Itaque ne hos quidem equites Romanos, amicos nostros, qui nuper mortui sunt. *P. Comminium Spoletinum*, quo accusante defendit C. Cornelium: in quo & cõpositum dicendi genus, & acre. & expeditum fuit. T[l]. *Accium Pisaurensem*, cuius accusationi respondi pro A. Cluentio: qui & accuratè dicebat, & satis copiosè: eráque præterea doctus Hermagoræ præceptis: quibus etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen, vt hastæ velitibus amentatæ, sic apta quædam, & parata singulis causarum generibus argumenta traduntur. studio autem neminem, nec industria maiore cognoui. Quamquam ne ingenio quidem qui præstiterit, facilè dixerim, *C. Pisoni*, genero meo. nullum tempus illi vmquam vacabat aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica, aut à scribendo, aut à cogitando. itaque tantos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. eráque[a] verborum & delectus elegans, & apta, & quasi rotunda constructio: cúmque argumenta excogitabantur ab eo multa, & firma ad probãdum, tum concinnæ, acuæque sententiæ: gestúsque natura ita venustus, vt ars etiam, quæ non erat, & è disciplina motus quidam videretur[b] accedere. vereor, ne amore videat plura, quàm fuerint in illo, dicere: quod non ita est: alia enim de illo maiora dici possunt. nã nec continentia, nec pietate, nec vllo genere virtutis quemquam eiusdem ætatis, cum illo conferendum puto. Nec verò *M. Cælium* prætereundum arbitror, quæcumque eius in exitu vel fortuna, vel mens fuit: qui quamdiu auctoritati meæ paruit, talis tribunus pleb. fuit, vt nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentámque dementiam, à senatu, & à bonorum causa steterit constantiùs: quàm eius actionem, multùm tamen & splendida, & grãdis, & eadem in primis faceta, & perurbana commendabat oratio. Graues eius conciones aliquot fuerunt, acres accusationes tres. eæque omnes ex reipublicæ contentione susceptæ: defensiones, etsi illa erant in eo meliora, quæ dixi, non contemnendæ tamen. sanéque tolerabiles. Hic cùm summa voluntate bonorum ædilis curulis factus esset, nescio quomodo discessu meo discessit à se, cecidítque postea[c], cùm eos imitari cœpit, quos ipse peruerterat. Sed de *M*[d]. *Callidio* dicamus aliquid, qui non fuit orator vnus[e] è multis: potius inter multos propè singularis fuit: ita reconditas, exquisitásque sententias mollis, & pellucens vestiebat oratio. nihil tam tenerum, quàm illius cõprehensio verborum: nihil tam flexibile: nihil, quod magis ipsius arbitrio fingeretur, vt nullius oratoris æquè in potestate fuerit: quæ primùm ita pura erat, vt nihil liquidius: ita liberè fluebat, vt nusquam adhæresceret: nullum, nisi loco positum. & tanquam *in vermiculato*[f] *emblemate*, vt ait Lucilius, structum verbum videres. nec verò vllum aut durum, aut insolens, aut humile, aut[g] in longiùs ductum: ac nõ pro pria verba rerum, sed pleraque tralata: sic tamen, vt ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres. nec verò hæc soluta, nec diffluentia. sed adstricta numeris, nõ apertè, nec eodem modo semper, sed variè, dissimulantérque[h] cõclusis. Erant autẽ & verborum, & sententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus in[i] ornatu distinguebatur omnis oratio. qua[k] de re agitur autem illud[l], quod multis locis in iurisconsultorum includitur formulis, & vbi esset, videbat. Accedebat ordo rerũ plenus artis, actio liberalis, torúmque dicendi placidum, & sanum genus. Quod si est optimũ suauiter dicere: nihil est, quod melius hoc quę rendum putes. Sed cùm à nobis paullo antè dictum sit, tria videri esse, quæ orator efficere deberet, vt doceret, vt delectaret, vt moueret: duo summè tenuit, vt & rem illustraret disserendo, & animos eorum, qui audirent, deuinceret[m] voluptate. Aberat tertia illa laus, qua permo-

a L. decorabat dignitas, & integr. & ita *Riuius.*

b L. Ne ego, & ita v.c. p. B.

c v.c. præstãtis ciuis

d L. App. Claudius,

e *fort.* augurii

f L. sed tantus erat animi spl.

g *al.* animi, & horroris

h *al.* Ne Lucius q.

i *al.* acerrimus.*

k v.c. Omnis

l *al.* T. Attiũ *al.* Actium.*

a L. erátque verborum & dilectus elegans,

b *fort.* accedere videretur.

c L. posteaquàm eos imitari c.

d M. Callidii meminit Asconi. pro Cornel. ti. Quintil. 5. 8. Valer. 10.*

e εἷς πολλῶν

f Versus Lucilii plenior. vide 3. de Oratore, & infrà in Oratore.*

g L. aut longiùs ductũ

h L. diffusæ litterq. concl.

i L. non agnoscis hæc ita p. B ornatu.

k *al.* quo de agitur.*

l L. id, quod multis locis in iurisc. incl. formulis vbi esset, vid.

m L. demulceret voluptate. L. exantiqua lectione demouceret.*

permoueret, atq; incitaret animos, quã plurimùm pollere diximus, nec erat vlla vis, atque
a ἐπ. περιφ. contentio, siue consilio, [a] quod eos, quorum
b al. elatior altior [b] oratio, actióq; esset ardẽtior, furere, &
bacchari arbitraretur. siue quòd natura nõ esset ita factus, siue quòd non consuesset, siue
c L. afuit: d Idẽ Valerius 8. c. 10. xi. Quintil. 3. Ascon. pro Cornelio. quòd non posset. hoc vnum illi, si nihil vtilitatis habebat, abfuit [c]: si opus erat, defuit. Quinetiã memini, cũ in accusatione sua, [d] Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum parauisse, idque à se esse deprehensum, seséque chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestã rẽ, deferre diceret, déq; eo crimine accuratè & exquisitè disputauisset: me in respondendo, cùm essem argumentatus, quãtũ res ferebat: hoc ipsum etiã posuisse pro argumento, quòd ille, cùm pestẽ capitis sui, cùm
e L. se manifesto comperisse, indicia mortis, se [e] comperisse manifestò, & manu tenere diceret, tã solutè egisset, tã lenter, tã oscitanter. Tu istuc, M. Callidi, nisi fingeres, sic
f L. sic ageres, præsertim ista eloquentia? Cũ alienorum hominum, &c. [f] ageres? præsertim cùm ista eloquẽtia, alienorum hominum pericula defendere acerrimè soleas, tuũ negligeres? vbi dolor? vbi ardor animi, qui etiam ex infantiũ ingeniis elicere voces, & querelas solet? nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percussa, non femur: pedis (quod minimum est)
g L. afuit, vt insist. h alludit ad nomen M. Callidii. nulla supplosio. Itaq. tantũ abfuit [g] vt inflammares [h] nostros animos: somnum isto loco vix tenebamus. Sic nos summi oratoris vel sanitate, vel vitio, pro argumento ad diluendũ crimen vsi sumus. 123 ¶ Tum Brutus, Atqui dubitamus, inquit, vtrùm ista sanitas fuerit, an vitium? quis enim non fateatur, cùm ex omnibus oratoris laudibus longè ista sit maxima, inflammare animos audientium, &, quocumque res postulet modo, flectere, qui hac virtute caruerit, id ei, quod maximum fuerit,
f fort. Sit ita sane, inq. defuisse? 124. ¶ Sit [i] sanè ita, inquam: sed redeamus ad eum, qui iam vnus restat, *Hortensium*: tum de nobis metipsis, quoniam id etiã, Brute, postulas, pauca dicemus. quamquam facienda mentio est, vt quidem mihi videtur, duorum adolescentium: qui si diutiùs vixissent, magnam essent eloquentiæ laudem cõsecuti. 125 ¶ *C. Curionem* te, inquit Brutus, & *C. Licinium Caluum* arbitror dicere. 126 Rectè, inquam, arbitraris: quorum quidem alter
k C. Curio. l Licet tamen quid verisimile dixisset) non agnosco. p. C. C. 1. [k] quid [l] verisimile dixisset. Atque hic à magistris parum institutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum: industriam non sum expertus: studium certè fuit: qui si me audire voluisset, vt cœperat, honores, quàm opes, cõsequi maluisset. 127 ¶ Quidnam est, inquit, istud? & quemadmodũ distinguis? 128 ¶ Hoc
m Honos quid. modo, inquã. Cùm honos, [m] sit præmiũ virtutis, iudicio, studióq; ciuiũ delatũ ad aliquem, qui eum sentẽtiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi & honestus, & honoratus videtur. Qui autem occasione aliqua, etiã inuitis suis ciuibus nactus est imperiũ, vt ille cupiebat: hunc nomen honoris adeptũ, non honorem puto. Quæ si ille audire voluisset, maxima cũ gratia, & gloria ad summam amplitudinem peruenisset, adscendens gradibus magistratuum, vt pater eius fecerat, vt reliqui clariores viri.
n al. me egit Quæ quidem etiam cum P. Crasso, M. F. cùm ineunte ætatis initio ad amicitiam se meam contulisset, sæpe egisse [n] me arbitror, cùm eũ vehementer hortarer, vt eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam maiores eius ei tritã reliquissent. Erat enim cùm institutus optimè, tum etiam perfectè, planéque eruditus: inerátque & ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia: prætereáq. sine arrogantia grauis esse videbatur, & sine segnitia verecundus. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidã non insolitæ adolescentib. gloriæ: qui quia nauarat miles operam imperatori, imperatorẽ se statim esse cupiebat: cui muneri mos maiorum ætatem certã, sortem incertã reliquit. Ita grauissimo suo casu dum Cyri, & Alexandri similis esse voluit, qui suum cursum transcurrerant: & L. Crassi, & multorum Crassorum inuentus est dissimillimus. Sed ad *Caluum*, (is enim nobis erat propositus) reuertamur: qui
a fort. quẽ cùm orator fuisset litteris &c. [a] orator fuisset cùm litteris eruditior, quàm Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi, & exquisitius afferebat genus: quod quamquam scienter, elegantérque tractabat, nimiũ tamen inquirens in se, atq; ipse sese obseruans, metuénsq. ne vitiosum colligeret, etiã verum sanguinem deperdebat [b]. Itaque eius oratio
b al. deprauabat. quod minus placet. nimia religione attenuata, doctis, & attentè audientibus erat illustris: à multitudine autẽ, & à foro, cui nata eloquentia est, deuorabatur. 129 ¶ Tum Brutus, Atticum se, inquit, Caluus noster dici oratorem volebat. inde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur. 130 ¶ Dicebat, inquam, ita: sed & ipse errabat, & alios etiam errare cogebat. Nã si quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, [c] Atticè [d] putat dicere: is rectè, nisi Atticum, probat neminem. Insulsitatem [e] enim, & insolẽtiam, tamquam insaniam quãdam orationis, odit: sanitatem autem, & integritatem, quasi religionem, & verecundiam oratoris probat: hæc omnium debet oratorum eadem esse sententia. Sin autem iciunitatem, & siccitatem, & inopiam dummodò sit polita, dum vrbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc rectè duntaxat: sed qui sunt in Atticis alia meliora, videat, ne ignoret, & gradus, & dissimilitudines, & vim, & varietatem Atticorũ. Atticos, inquit, volo imitari. quos? nec enim est vnum genus. Nam quid est tam dissimile, quàm Demosthenes, & Lysias? quàm idem, & Hyperides? quàm omnium horũ Æschines? Quem igitur imitaris? Si aliquem, ceteri ergo Atticè non dicebant. si omneis [f] qui
c φορτικῶς d Atticè dicere quid, & qui Atticè dicere possint e Insulsum, sine sale: Cicero 2. de Oratore & Epistol. 2. ad Cæsarem. vide Nonium. cap. 1. in In. P. B. fulsum 141.* e v. c. omnis: f ἀνατρέπει, potes, cùm sint ipsi dissimillimi inter se? In quo etiam illud quæro, Phalereus ille Demetrius Atticéne dixerit. mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ videntur. At est floridior, [g] vt ita dicam, quàm Hyperides, quàm Lysias natura quædam, aut voluntas ita dicendi fuit. Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se: sed Attici tamen: quorum [h] Charisius multarum orationum, quas scribebat alius, cùm cupere videretur imitari Lysiam: Democharis autem, qui fuit Demosthenis sororis filius & orationes scripsit aliquot: & earum rerum historiã quæ erant Athenis ipsius ætate gestæ, non tam historico, quàm oratorio genere perscripsit. At [i] Charisij vult Hegesias esse similis, ipsúque se ita putat Atticum, vt veros [k] illos præ se penè agreste is putet. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, (quam tamen cõsequitur,) concinnitate puerile? Atticorum similes esse volumus. Optimè. Sũtne igitur ii
g quorum Carisius multas orationes scripsit, quas scribebat h al. Carisii i al. viros.

Attici oratores? Quis negare potest? Hos imitamur. Quo modo, qui sunt & inter se dissimiles, & aliorum? Thucydidem, inquit, imitamur. Optimè, si historiam scribere, nō si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus, & grandis etiam fuit. hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus. Orationes autem, quas interposuit, (multæ enim sunt,) eas ego laudare soleo, imitari neque possim, si velim, nec velim [a] fortasse, si possim: vt, si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, vt Opimium, aut Anicium consulē quærat. Atqui eæ notæ [b] sunt optimæ. credo: sed nimia vetustas nec habet eam, quam quærimus, suauitatem, nec est iam sanè tolerabilis. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de [c] dolio sibi hauriendum putet? Minimè: sed quandam sequatur ætatem. Sic ego istis censuerim & nouam istam quasi de musto, ac lacu feruidam orationem, fugiendam, nec illam præclaram Thucididi [d] nimis veterem, tamquam Anicianam notam, persequendam. Ipse enim Thucydides si posteriùs fuisset, multo maturior fuisset, & mitior. Demosthenem igitur imitemur. O [e] dij boni! quid quasi nos aliud agimus, aut quid aliud optamus? At non assequimur. Isti enim [f] videlicet Attici nostri, quod volunt, assequuntur. ne illud quidem intelligunt, non modò ita memoriæ proditum esse, sed ita necesse fuisse, cùm Demosthenes dicturus esset, vt cōcursus, audiendi causa, ex tota Græcia fierent. At cùm isti Attici dicunt, non modò à corona, (quod est ipsum miserabile) sed etiam ab aduocatis relinquuntur. Quare si angustè, & exiliter dicere, est Atticorum, sint sanè Attici: sed in comitium veniant, ad stantem [g] iudicem dicant. Subsellia grandiorem, & pleniorem vocem desiderant. Volo hoc [h] oratori contingat, vt, cùm auditum sit eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribæ sint in dando & cedēdo loco, corona multiplex, iudex erectus: cùm surgit is, qui dicturus sit, significetur à corona silētium, deinde crebræ assensiones, multæ admirationes, risus cùm velit, fletus: vt, qui hæc procul videat, etiamsi, quid agatur, nesciat: at placere tamen, & in scena [i] esse Roscium intelligat. Hæc cui contingant, eum scito Atticè dicere. vt de Pericle audiuimus, vt de Hyperide, vt de Æschine, de ipso quidē Demosthene maximè. Sin autem acutū, prudens, & idem sincerum, & solidum, & exsiccatum genus orationis probant, nec illo graiore ornatu oratorio vtuntur, & hoc propriū esse Atticorum volunt: rectè laudant. Est enim in arte tanta, támque varia, etiam huic minutæ subtilitati locus. ita fiet, vt non omnes, qui Atticè, ijdem bene: sed vt omnes, qui bene, ijdem etiam Atticè dicant. Sed redeamus rursus ad *Hortensium*. 131 ¶ Sanè quidem, inquit Brutus: quamquam ista mihi tua fuit periucunda à proposita oratione digressio [k]. 132 ¶ Tum Atticus, Aliquoties sum, inquit, conatus, sed interpellare nolui. Nunc, quoniam ad perorandum spectare videtur sermo tuus, dicam, opinor, quod sentio. 133 ¶ Tu verò, inquam, Tite [l]. 134 ¶ Tum ille, Ego, inquit, ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis, & Xenophontis, & Æschinis libris vtitur facetam, & elegātem puto. est enim & minimè inepti hominis, & eiusdem etiam faceti, cùm de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem [a], qui eam sibi arrogant: vt apud Platonem Socrates in cælum effert laudibus Protagorā, Hippiā Prodicū, Gorgiā, ceteros: se autē omnium rerū inscium fingit, & rudē. decer hoc nescio quomodo illum nec Epicuro, qui id reprehendit, assentior. Sed in historia, qua tu es vsus in omni sermone, cùm qualis quisque orator fuisset, exponeres, vide, quæso, inquit, ne tam reprehendenda sit ironia, quàm in testimonio. 135 ¶ Quorsus, [b] inquàm, istuc? non enim intelligo. 136 ¶ Quia primùm, inquit, ita laudauisti quosdam oratores, vt imperitos posses in errorem inducere. Equidem in quibusdam risum vix tenebam, cùm Attico Lysiæ [c] Catonem nostrum comparabas, magnum mehercule hominem, vel potiùs summum & singularem virum: nemo dicet secus: sed oratorem, sed etiam Lysiæ similem, quo nihil potest esse pictius: bella ironia, sic [d] iocaremur: sin asseueramus [e]: vide, ne religio [f] nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus. Ego enim Catonem tuum, vt ciuē, vt senatorem, vt imperatorem, vt virum denique cùm prudentia & diligentia, tum omni virtute excellentem, probo: orationes autem eius, vt illis temporibus, valde laudo. significant enim quandam formam ingenij, sed admodum impolitam, & planè rudem. Origines verò cùm omnibus oratoris [g] laudibus refertas diceres, & Catonē cum Philisto & Thucydide cōparares, Brutónē [h] id cēsebas, an mihi probaturum? quos enim ne è Græcis quidem quisquam imitari potest, iis tu comparas hominem Tusculanū, nondum suspicantem, quale esset copiosè, & ornatè dicere? Galbā [i] laudas. si vt illius ætatis principem, assentior: sic enim accepimus: sin vt oratorem, cedo, quæso, orationes, (sunt enim) & dic, hunc, quem tu plus quàm te, amas, Brutum, velle te illo modo dicere. Probas Lepidi orationes, paullum hîc tibi assentior, modò ita laudes, vt antiquas: quod [k] item de Africano, de Lælio, cuius tu oratione negas fieri quidquam posse dulcius. addis etiam nescio quid augustius, [l] nomine nos capi volēs summi viri, vitæque elegantissimæ verissimis laudib. Remoue hæc: næ [m] ista dulcis oratio ita sit abiecta, vt eam aspicere nemo velit. Carbonem in summis oratoribus habitum scio: sed cùm in ceteris reb. tum in dicendo, semper, quo nihil est melius, id laudari, qualecunque est, solet. Dico idē de Gracchis: etsi de iis ea sunt à te dicta, quibus ego assentior. omitto ceteros: venio ad eos, in quibus iam perfectam putas esse eloquentiam, quos ego audiui sine [n] controuersia magnos oratores, Crassum, & Antonium. de horū laudibus tibi prorsus assentior: sed tamen non [o] isto modo, vt Polycleti Doryphorū [p] sibi Lysippus aiebat: sic tu suasionem legis Seruiliæ [q] tibi magistram fuisse. hęc germana [r] ironia est. cur ita sentiā, non dicam, ne me tibi assentari putes. Omitto igitur, quæ de iis ipsis, quæ de Cotta, quæ de Sulpicio, quæ modò de Cœlio dixeris. ij enim fuerunt certè oratores. quanti autem, & quales, tu videris. Nam illud minus curo, quod con-

a *al.* neque velim

b Amphoras & cados, in quibus vinū erat conditū, notis signabant & titulis. Iuuenal Satyra 5. cuius patriam, titulumque senectus deleuit: vnde prouerbium de meliore nota. 7. famil. 29.*

c Vinum de dolio, id est nouum. sic Plutarchus, τὸ δὲ αὐθωμίαν ἀπὸ σάμβρου τοῦτον ἢ ἡμερῶν, ἀγελαιότερον πίνειν ὄν. P. CXCII. πῦρ ου καινὸν οὐ χορῷ πεπαλαιωμένον. Idem vinum de cupa dicitur Orat. in Pisonem. vinum doliare l. 1. §. si doliare. ff. de periculo & commodo rei vēditæ: vinū quod in doliis: cui opponitur quod in vasis vinariis. l. vinum §. ego. ff. de tritico. Vide Turneb. 1. aduers. 1. & sane ita esse se quētia ostēdūt de musto ac lacu feruida ratio: dein de genera vinorū alia expressa, vt quæ vetustate nimiā habent: quæ quandā ætatem.*

d *al.* Thucydidis.*

e L. O dii boni! Quid ergo nos aliud agimus? *& ita R. & Carol. Stephanus vtr.* Fortasse licet legere, Quid, quæso, nos aliud agimus?

f *al.* Isti enim quod volunt assequuntur *al.* Isti enim enim Attici, videlicet. quod volunt assequūtur.*

g id est de plano iudicantem.

h Argumentū summi oratoris

i *c. v.* scena.

k *al.* degressio.

l *al.* Attice.

a εἰρωνευόμενον,

b *al.* Quorsum,

c Catonis cū Lysia, Philisto, aut Thucydide an sit comparatio. d *fort.* si iocaremur.

e σπουδάζωμεν,

f Testimonio dicendo religio adhibenda

g L. oratoris

h L. Brutúne te id cens.

i Iudicium Attici de orationibus Galbæ Lepidi, Africani, Carbonis, Gracchi vtriusque, Crassi, Antonii, Cæsaris, Sulpicii, Cœlii*

k *al.* quod idem

l *al.* augustius. nomine nos capi summi viri, m *al.* ne ista dul. & ita v. c.

n ὁμολογουμένως ἀναμφισβητήτως.

o *al.* non vt Polycleti*

p Doryphori statuæ meminit infrà in Oratore, ad Brutum initio.

q *al.* Seruiliæ dicas.

r sic infrà in Oratore ad Brutum Cornificium epist.

congessisti operarios omneis, vt mihi videantur mori voluisse nonnulli, vt à te in oratorum numerum referrentur. 137 ¶ Hæc cùm ille dixisset. Longi sermonis initium depulistia, in quam. Attice. rémque commouisti, noua disputatione dignam, quam in aliud tēpus differamus. Voluendi enim sunt libri cùm aliorum, tum in primis Catonis. intelliges, nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorū quæ inuenta nondum erant, florem, & colorem, defuisse. Nam de Crassi oratione sic existimo, ipsum fortasse melius potuisse scribere: alium, vt arbitror, neminem. Nec in hoc ironiam duxeris esse, quod eam orationem[a] mihi magistrā fuisse dixerim. nā etsi tu melius existimare vidēris de ea, siquā nunc habemus, facultate, tamen, adolescentes quid in Latinis potius imitaremur, nō habebamus. Quod autem plures à nobis nominati sunt, eò pertinuit (vt paullo antè dixi) quod intelligi volui, in eo cuius omnes cupidissimi essent, quā pauci digni nomine euaderēt. Quare εἰρωνεία me, ne si Africanus quidē fuit, (vt ait in historia C. Fannius existimari[c] velim. 138 ¶ Vt voles inquit Atticus: Ego enim non alienum à te putabā, quod & in Africano fuisset, & in Socrate. 139 ¶ Tum Brutus, De isto posteà: sed tu (inquit, me intuens) orationes nobis veteres explicabis? 140 ¶ Verò inquā, Brute: sed in Cumano, aut in Tusculano aliquādo. si modò licebit: quoniam vtroque in loco vicini sumus. Sed iam ad id, vnde digressi[e] sumus, reuertamur. *Hortensius* igitur cùm admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est, quamquam inciderat in Cottæ, & Sulpicii ætatem, qui annis decē maiores, excellente tum Crassō & Antonio. deinde Philippo, pòst Iulio, cum iis ipsis dicendi gloria comparabatur. Primùm memoria tanta, quantam[d] in vllo cognouisse me arbitror, vt, quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdē redderet, quibus cogitauisset[e] hoc adumento ille tanto sic vtebatur. vt sua & commentata, & scripta, &, nullo referente, omnia aduersariorum dicta meminisset. Ardebat autem cupiditate sic: vt in nullo vmquam flagrantius studium viderim. nullum enim patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum: sæpissime autem eodem die vtrumque faciebat. Attulerátque minimè vulgare genus dicendi: duas quidem res, quas nemo alius: partitiones, quibus de rebus dicturus esset, & collectiones, memor & quæ essent dicta contrà, quæque ipse dixisset. Erat in verborū splēdore elegans, compositione aptus, facultate copiosus: eáque erat cùm summo ingenio, tū exercitationibus maximis cōsecutus, rem cōplectebatur memoriter, diuidebat acutè: nec prætermittebat ferè quidquam, quod esset in causa, aut ad confirmandum, aut ad refellendum: vox canora, & suauis, motus & gestus etiam plus artis habebat, quàm erat oratori satis. Hoc igitur florescente, Crassus[f] est mortuus, Cotta pulsus, iudicia intermissa bello, nos in forū venimus. Erat Hortensius in bello, primo anno, miles, altero tribunus militum: Sulpicius legatus aberat, etiam M. Antonius: exercebatur vna lege[g] iudicium Varia, ceteris propter bellum intermissis: qui frequentes[h] aderant (quāquam pro se ipsi dicebāt) oratores non illi quidem principes L. Memmius, &

Qu. Pompeius, sed oratores tamen, teste diserto vterque Philippo, cuius in testimonio contentio & vim accusatoris habebat, & copiam. Reliqui, qui tum principes numerabantur, in magistratib. erant, quotidiéque ferè à nobis in concionibus audiebantur. Erat enim tribunus plebis tum C. Curio: quamquam is quidem silebat, vt erat semel à concione vniuersa relictus: Qu. Metellus Celer, non ille quidem orator, sed tamen non infans: diserti autem Qu. Varius[a], C. Carbo, Cn. Pomponius: & ij quidem habitabant in rostris. C. etiam Iulius, ædilis curulis quotidie ferè accuratas conciones habebat: sed me cupidissimum audiendi primus dolor percussit, Cotta cùm est expulsus. reliquos frequenter audiēs acerrimo studio tenebar, quotidiéque & scribens, & legens, & commentans, oratoris tantùm exercitationibus contentus non eram. Iam consequente anno Qu. Varius sua[b] lege damnatus excesserat. Ego autē iuris[c] ciuilis studio multum operæ dabam Qu. Scæuolæ, P. F. qui quāquam nemini se ad docendum dabat, tamen, consulentibus[d] respondendo, studiosos audiē di docebat. Atque huic anno proximus Sylla consule, & Pompeio fuit. tum P. Sulpicij in tribunatu quotidie concionantis totum genus dicendi penitus cognouimus. eodémque tempore cùm princeps Academiæ Philo cum Athenienſium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romámque venisset, totū ei me tradidi. admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, in[f] quo etiam commorabar attentiùs, etsi rerum ipsarum varietas. & magnitudo summa me delectatione retinebat: sed tamen sublata iam esse in perpetuum ratio iudiciorum videbatur. Occiderat Sulpicius illo anno, trésque proximo trium ætatum oratores erant crudelissimè interfecti, Qu. Catulus, M. Antonius, C. Iulius. Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operā, & actori summo causarum, & magistro. Hæc etsi videntur esse à proposita ratione diuersa, tamen idcirco à me proferuntur, vt nostrum cursum perspicere, quoniam voluisti, Brute, possis. (nam Attico hæc nota sunt) & videre quemadmodum simus in spatio Qu. Hortensiū ipsius[f] vestigiis persecuti. Trienniū ferè fuit vrbs sine armis, sed oratorum aut interiit, aut discessū, aut fuga, (nam aberant etiam adolescentes M. Crassus, & Lentuli duo) primas[g] in causis agebat Hortensius: magis[h], magisque quotidie probatur. Antistius Piso sæpe[i] dicebat: minùs sæpe Pomponius, rarò Carbo: semel, aut iterum Philippus. At verò ego hoc tempore omni nocteis, & dies in omnium doctrinarum meditatione versabar. Eram cum Stoico Diodoro: qui cùm habitauisset apud[k] me, mecúmque vixisset, nuper est domi meæ mortuus, à quo cùm in aliis rebus: tum[l] studiosissimè in dialectica exercebar: quę quasi contracta, & adstricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu, Brute, iudicauisti, te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam[m] esse putant, consequi non posse. Huic ego doctori, & eius artibus variis, atque multis ita eram tamen deditus, vt ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset. Commentabar declamitans, (sic enim nūc loquuntur) sæpe cum M. Pisone, & cùm Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie: idq. faciebam multùm etiam Latinè, sed Græcè sæpius:

P. CXCIII. a L. deiulisti al. pepulisti al. retulisti al. attulisti *

b Superius vocauit succonem legis Fruitiæ *

c al. existimari nolim.

d L. Ego verò,

e al. degressi

f L. quantam in nullo cognouisse me al. excogitauisset.

g L. memor quæ essent dicta contrà, quæq.

h Immo Sulpicius vt suprà numero 95. inf. *

i P. S. De lege Varia supra dixi *

k L. aderant, tamen pro se, ipsi dicebāt

a Huius meminit suprà & 1. de oratore *

b al. oratoriis tamen

c 8. Valerius 6. in f. legis variæ fit mētio paulo ante vbi dixi *

c L. hoc totum, iuris ciuilis studio, suspicatur esse aliunde indu&um.

e videl. 2. §. 43. ff. de origine iuris *

f L. in quo hoc etiam cōmorabar attentiùs, quòd etsi rerum ipsarum var. & magn. summa me delectinebat tamen subl. &c.

g al. primis

p. CXCIIII. al. in causis agēdis. Hortensius magis, magisq.

h fori. ipsis

i L. magisq. magisque

k L. sæpe dicebant:

l al. apud me cum Quinto vixisset. &c. & ita Cod. R.

m fori. tum in dialect. studios.

n L. esse dilatatam

vel quòd Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latinè dicendi afferebat: vel quòd à Græcis summis doctoribus, nisi Græcè diceté, neque corrigi possem, neque doceri: Tumultus interim pro[a] recuperanda rep. & crudelis interitus oratorũ triũ, Scævolę[b], Carbonis, Antistij: reditus Cottæ, Curionis, Crassi, Lentulorum, Pompeii: leges & iudicia constituta[c], recuperata respublica: ex numero autem oratorum Pomponius, Censorinus, Murena[d] sublati. tum primùm nos ad causas & priuatas, & publicas adire cœpimus, non vt in foro disceremus, quod plerique fecerunt, sed vt, quantum nos efficere potuissemus, docti in forum veniremus. Eodem tempore Moloni dedimus operam. Dictatore enim Sylla legatus ad senatũ de Rhodiorum præmiis venerat. Itaque prima causa publica, pro Sex. Roscio dicta, tantum commendationis habuit, vt non vlla esset, quæ[e] non nostro digna patrocinio videretur, deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas, etiam [f] quàm elucubratas afferebamus. Nunc, quoniã totũ me non neuos aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere, complectar nonnulla etiam, quæ fortasse videantur minus necessaria. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis: procerum & tenue collum: qui habitus, & quæ figura non procul abesse putatur à vitæ periculo, si[h] accedit labor, & laterum magna cõtentio. Eóq. magis hoc eos, quibus eram carus, cõmouebar, q̃ omnia sine remissione, sine varietate, vi sũma vocis, & potius corporis cõtentione dicebã. Itaque cùm me & amici, & medici hortarẽtur, vt causas agere desisterem: quoduis potiùs periculum mihi adeundum, quàm à sperata dicendi gloria discedendum putaui. Sed, cùm censerem, remissione, & moderatione vocis, & commutato genere dicendi, me & periculum vitare posse & temperatiùs dicere: vt [i] consuetudinem dicendi mutarem, ea causa mihi in Asiam proficiscendi fuit. Itaque cùm essem biennium versatus in causis, & iam in foro celebratum meum nomen esset: Roma sum profectus. Cùm venissem Athenas, sex menses cũ Antiocho, veteris Academiæ nobilissimo, & prudentissimo philosopho, fui, studiúmque philosophiæ numquam intermissum, à primáque adolescentia cultum, & semper auctum, hoc rursus summo auctore, & doctore renouaui. Eodem tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum[k], veterem, & non ignobilem dicendi magistrũ, studiosè exerceri solebam. Post à me Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus quibuscum exercebar ipsis iubentibus, quorũ erat princeps Menippus [l] Stratonicensis, meo iudicio tota Asia, illis tẽporibus, disertissimus: &, si nihil habere molestiarũ, nec ineptiarum, Atticorũ est, hic orator in illis numerari rectè potest. Assiduissimè[m] autem mecum fuit Dionysius Magnes. erat etiam Æschylus Gnidius[n] Adramitenus Xenocles. hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus, Rhodum veni, méque ad eundem, quem Romæ audieram, Molonem, applicaui cùm actorem in veris causis, scriptorémque præstantem, tum in notandis, animaduertendisque vitiis, & instituendo, docendóque prudentissimum. Is dedit operam (si modò id consequi potuit) vt nimis redundanteis nos, & superfluenteis[a] iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia, reprimeret, & quasi extra ripas diffluenteis coerceret. Ita recepi me bienniõ pòst, non modò exercitatior, sed propè mutatus. Nam & contentio nimia vocis reciderat[b], & quasi referuerat oratio, lateribúsque vires, & corporis mediocris habitus accesserat. Duo tum excellebant oratores, qui me imitãdi cupiditate incitarent, Cotta, & Hortensius: quorũ alter remissus, & lenis, & propriis verbis comprehendens solutè, & facilè sententiã: alter ornatus, acer, & non talis, qualem tu eum Brute, iam defloreſcentẽ cognouisti, sed verborum, & actionis genere commotior. Itaque cum Hortensio mihi magis arbitrabar rẽ esse, quòd & dicendi ardore erã propior, & ætate coniunctior: Etenim videram in iisdem causis vt pro M. Canuleio, pro Cn. Dolabella consulari, cùm Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen agere parteis Hortensium. Acrem enim oratorem, incensum, & agentem, & canorum, concursus hominum, forique strepitus desiderat. Vnũ igitur annum, cùm rediisse, mus ex Asia, causas nobileis egimus. cùm quæsturã nos, cõsulatũ Cotta, ædilitatẽ peteret Hortẽsius. Interim me quæstorẽ Sicilienſis excepit annus: Cotta, ex consulatu est profectus in Galliam: princeps & erat, & habebatur Hortẽsius. Cùm autẽ anno pòst è Sicilia me recepissem, iam videbatur illud in me, quidquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandã suam. Nimis multa videor de me, ipse præsertim: sed omni huic sermoni propositum est, non vt ingenium, & eloquentiam meam perspicias, vnde longè absum, sed vt laborem, & industriã. Cùm igitur essem in plurimis causis & in principibus patronis quinquennium ferè versatus, tum in patrocinio Sicilienſi maximè in certamen veni designatus ædilis cum designato consule Hortensio. Sed quoniam omnis hic sermo noster non solùm enumerationem oratoriam [d], verumetiam præcepta quædam desiderat: quid tanquam notandum, & animaduertendum sit in Hortensio, breuiter licet[e] dicere. Nam is pòst consulatum (credo quòd videret, ex consularibus neminem esse secum comparandum, negligeret autem eos, qui cõsules non fuissent) summum illud suum studium remisit, quo à puero fuerat incensus, atque in omniũ rerum abundantia voluit beatiùs, vt ipse putabat, remissiùs certè viuere. Primus, & secundus annus, & tertius tantũ quasi de picturæ veteris colore detraxerat, quantũ non quiuis vnus ex populo, sed existimator doctus & intelligens posset cognoscere. Longiùs autem procedens, &[f] in ceteris eloquentiæ partibus, tum maximè in celeritate, & continuatione verborum adhærescens, sui dissimilior videbatur fieri quotidie. Nos autem non desistebamus, cùm omni genere exercitationis, tum maximè stilo, nostrũ illud quod erat, augere, quantumcunque erat. Atque (vt multa omittam) in hoc spatio, & [g] in iis pòst ædilitatem annis, & [h] prætor primus, & incredibili populari [i] voluntate sum factus. Nã cùm propter assiduitatem in causis, & industriam, tum propter exquisitiùs, & minimè vulgare orationis genus, animos hominum ad me dicendi nouitate conuerteram. Nihil de me dicam: dicam de cæteris, quorum nemo erat, qui videretur exquisitiùs, quàm vulgus hominum, studuisse litteris: quibus fons perfectæ eloquentiæ

a L. Scævolæ,

a *vide* recipiendæ

b *vide* recipera

d *lib. vulg.* Murena

e L. quæ non digna patr. n. vid.

f L. & tanquã eluc. *sic Risius restituit.*

g Metaphora sumpta ex argumentis comœdiarũ, in quibus expositicii, vel ex corporis nævo, aut ex crepũdiis, quibuscũ expositi fuerãt, agnoscũtur

h *al.* si accedat

P. B.

i *hæc verba, vt consuetudinem dicendi dicendi mutarem, quidam non legunt.*

k *al.* Syrium,

l Meminit huius Menippi: atq. adeo loci Ciceroniani Strabo lib. 14. Laertius lib. 6. Menippo in f.

m *Διωνυσίῳ τε*

n L. Cnidius,

a *al.* supra fluenteis

b L. resederat, & quasi deferuerat. *or. al.* deferbuerat ‖ Resederat autẽ est, remissa fuerat

c ζήλῳ

P. CXCV

d L. oratoriã.

e *al.* dicere licet.

f L. & cum in ceteris eloq.

g L. & in his pòst æd. & in Rii.

h L. prætor & primus,

i L. populi

quentiæ continetur: nemo, qui philosophiam cõplexus esset, matrem omnium benefactorum, benéque dictorum: nemo, qui ius ciuile didicisset, rem ad priuatas causas, & ad oratoris prudentiam, maximè necessariam: nemo, qui memoriam rerum Romanarum teneret: ex qua, si quando opus esset, ab [a] inferis locupletissimos testeis excitaret: nemo qui breuiter, argutéque, incluso aduersario, laxaret iudicum animos, atque à seueritate paulisper ad hilaritatem, risúmque traduceret: nemo, qui dilatare posset, atque à [b] propria ac definita disputatione hominis, ac temporis, ad communem quæstionem vniuersi generis orationem traduceret: nemo, qui delectandi gratia digredi [c] parumper à causa: nemo, qui ad iracundiam magnopere iudicem: nemo, qui ad fletum posset adducere: nemo, qui animum eius, (quod vnum est oratoris maximè proprium) quocumque res postularet, impelleret. Itaque cùm iam pænè euanuisset Hortensius. & ego anno meo, sexto autem post [d] illum COS. COS. factus essem, reuocare se ad industriam cœpit: ne cùm pares honore essemus, aliqua re superiores [e] videremur. Sic duodecim post meum consulatum annos in maximis causis, cùm ego mihi illum, sibi me ille anteferret, coniunctissimè versati sumus: consulatúsque meus, qui illum primò leuiter perstrinxerat, idem nos rerum mearum gestatum, quas ille admirabatur, laude coniunxerat. Maximè verò perspecta est vtriusque nostrûm exercitatio. paullò antè quàm perterritum armis hoc studium Brute nostrum cœpit cuit subitò, & obmutuit: cùm lege [f] Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad causas similimas inter se, vel potiùs easdem, noui veniebamus quotidie. quibus quidem causis tu etiam, Brute, præstò fuisti, complureísque & nobiscum, & solus egisti: vt [g] qui non satis diu vixerit Hortensius, tamen hunc cursum confecerit. Annis antè decem causas agere cœpit, quàm tu es natus, idé quarto, & sexagesimo anno perpaucis ante te mortem diebus, vnà tecum socerum tuum defendit Appium [h]. Dicendi autem genus quod fuerit in vtroque, orationes vtriusque etiam posteris nostris indicabunt. Sed, si quærimus, cur adolescens magis floruerit dicendo, quàm senior Hortensius: causas reperiemus verissimas duas: Primùm, quòd genus erat orationis Asiaticum, adolescentiæ magis concessum, quàm senectuti. Genera autem [i] Asiaticæ dictionis, duo sunt: Vnum sententiosum, & argutum, sententiis non tam grauibus, & seueris, quàm concinnis & venustis: qualis in historia Timæus in dicendo autem, pueris nobis Hierocles Alabãdæus [k], magis etiam Menecles, frater eius, fuit: quorum vtriusque orationes sunt in primis, vt Asiatico in genere, laudabiles. Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quàm verbis volucre, atque incitatum: quali est nunc Asia tota, nec flumine solùm orationis, sed etiam exornato, & faceto genere verborum: in quo fuit Æschylus Cnidius [l], & meus æqualis Milesius Æschines. in ijs erat admirabilis orationis cursus ornata sententiarũ concinnitas non erat. Hæc autem (vt dixi) genera dicendi, aptiora sunt adolescentibus: in senibus grauitatem non habent. Itaque Hortensius vtroque genere florens, clamores [m] faciebat adolescens. Habebat enim & Menecliũ illud studium crebrarum, venustarúmq; sententiarũ: in quibus, vt in illo Græco, sic in hoc erãt quædã magis venustæ, dulcéſq; sententiæ, quàm aut necessariæ, aut interdũ vtiles. Et erat oratio cùm incitata, & vibrans [a], tum etiam accurata, & polita. Non probantur hæc senibus. sæpe videbam cùm irridentem, tum etiam irascentem, & stomachantem Philippum: sed mirabãtur adolescentes, multitudo mouebatur. Erat excellens iudicio vulgi, & facilè primas tenebat adolescens. Etsi enim genus illud dicendi, auctoritatis habebat parum, tamen aptum esse ætati videbatur: & certè, quòd & ingenj quædam forma lucebat [b], & exercitatione perfecta erat, verborúmq; adstricta comprehensio, summã hominum admirationem excitabat. Sed, cùm iã honores, & illa senior auctoritas grauius quiddam requireret: remanebat idem, nec decebat idem: quódque exercitationem, studiúmque dimiserat, quod in eo fuerat acerrimum, concinnitas illa, crebritásque sententiarum pristina manebat. sed ea vestitu illo orationis, quo cõsueuerat, ornata non erat. hoc tibi ille, Brute, minus fortasse placuit, quàm placuisset, si illum flagrantem studio, & florentem facultate audire potuisses. 141¶ Tum Brutus, Ego verò, inquit, & ista, quæ dicis, video qualia sint, & Hortensium magnum oratorẽ semper putaui, maximéq; probaui pro Messalla dicentẽ, cùm [c] tu abfuisti. 141¶ Sic ferunt, inquam, ídq; declarat totidem, quot dixit (vt aiunt) scripta verbis oratio. Ergo ille à Crasso consule, & [d] Scæuola vsque ad Paullum, & Marcellum consules floruit: nos in eodem cursu fuimus à Sulla dictatore, ad eosdem ferè consules. Sic Qu. Hortẽsij vox exstincta fato suo est: nostra, publico. 142¶ Meliùs, [e] quæso, omina re, inquit Brutus. 143¶ Sit sanè vt vis, inquam: & id non tã mea causa quàm tua: sed fortunatus illius exitus, qui ea non vidit cùm fierent, quę prouidit [f] futura. Sæpe enim inter nos impendenteis casus defleuimus, cùm belli ciuilis causas, in priuatorũ cupiditatibus inclusas, pacis spẽ à publico consilio esse excluſam videremus. Sed illum videtur felicitas ipsius, qua semper est vsus, ab eis miseriis, quæ consecutę sunt, morte vindicasse. Nos autẽ, Brute, quoniã post Hortensij, clarissimi oratoris, mortẽ orbę eloquentiæ quasi tutores relicti sumus, domi teneamus eam septam liberali custodia: & hos ignotos atque impudenteis procos repudiemus, tueamúrq; vt adultã virginẽ, castè, & [g] ab armatorum impetu, quantum possumus, prohibeamus. Equidem, etsi doleo, me in vitam paullo seriùs, tamquam in viam, ingressum, priusquam confectum iter sit, in hanc reip. noctem incidisse: tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi, Brute, adhibuisti tuis suauissimis litteris: quibus me forti animo esse oportere censebas, quòd ea gessissem, quæ [h] de me etiam me tacente, ipsa loquerentur, mortuóq; viuerent. Quæ [i] si rectè esset, saluti reip. sin secus, interitu ipso, testimoniũ meorum de rep. consiliorum darent. Sed in te intuens, Brute, doleo, cuius in adolescentiam per medias laudes quasi [k] quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna reip. hic [l] me dolor tangit, hæc me cura solicitat, & hunc mecum, socium eiusdem & amoris, & iudicij. Tibi fauemus, te tua frui virtu-

a T. locupletissimos testeis ab inferis exc.

b Ἀπὸ τῆς ἰδίας θέσεως εἰς τὸν κοινὸν ἀγαγεῖν τόπον. P. B.

c al. degredi

d al. post illum consulẽ f.

e fort superior videret.

f legis huius Pompeiæ iudicia memoriter idem Cicero 3. ad Att. 8. de fin. 1. de diuin. pr. Philipp. 1. Philippica 1. 2. vt cum Asconio Pædiano in Milonianam. Appium.

g Asiaticæ dictionis duo genera

h Asiaticæ dictionis genera

i al. Cnidius,

k id est, admirationem excitabat.

l Cnidius,

m Tom. I.

te cupimus: tibi optamus eam remp. in qua duorum generum amplissimorum renouare memoriam, atque augere possis. Tuum enim forum, tuũ erat illud curriculum: tu illuc veneras vnus, qui non linguam modò acuisses exercitatione dicendi, sed & ipsam eloquentiam locupletauisses grauiorũ artium instrumento, & iisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiæ laude iunxisses. Ex te duplex nos afficit sollicitudo, quòd & ipse rep. careas, & illa te Tu tamẽ (etsi cursum ingenij tui, Brute, premit hæc importuna clades ciuitatis) contine te in tuis peremnibus studiis, & effice id, quod iã propemodũ, vel planè potiùs effeceras, vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hũc sermonẽ, turba patronorũ. Nec enim decet te ornatũ vberrimis artibus, quas cùm domo haurire non posses, arcessiuisti ex vrbe ea, quæ domus est sẽper habita doctrinæ, numerari in vulgo patronorũ. Nã quid te exercuit Pãmenes, vir longè eloquẽtissimus Græciæ? quid illa vetus Academia, atque eius heres Aristus, hospes, & familiaris meus, siquidẽ similes maioris partis oratorum futuri sumus? nónne cernimus, vix singulis ætatibus binos oratores laudabileis[a] cõstitisse? Galba fuit inter tot æqualeis vnus excellens, cui (quẽadmodũ accepimus) & Cato cedebat senior, & qui tẽporibus illis ætate inferiores fuerunt, Lepidus postea, deinde Carbo. Nã Gracchi in cõcionibus multo faciliore, & liberiore genere dicendi: quorũ tamẽ ipsorum ad ætatẽ laus eloquentię perfecta nondũ fuit, Antonius, Crassus, pòst Cotta, Sulpicius, Hortensius, nihil dico amplius: tantum dico, si mihi accidissẽt, vt numerarer in multis, * si operosa est concursatio magis opportunorum. **

a L. Iau dabileis exitisse? & ita Liuius videtur.

M. TVLLII CICERONIS
AD MARCVM BRVTVM
ORATOR.[b]

p. CXVII.

b, seu de perfecto Oratore in quẽ hunc librum ipse Cicero 6. epistol. famil. 18. scribit, se quidquid habuit, ludicii de dicendo cõtulisse l. meminit quoque 15. fam. 20. & libro de optimo dicendi genere vocat 2. famil. 17. 14. ad Atticum 13. quẽ Brutto non prolari scribit: causas illo loco ad Atticũ reddidi.

Synopsis libri de Oratore perfecto.

Roganti Bruto perscribit quæ sit optima species & quasi figura dicendi: seu quod eloquentiæ genus summum & perfectissimum. Hac adumbratione excellentis eloquentiæ neminem terreri oportere. Honestum enim esse, prima sequentem in secundis & tertiis consistere. In præstantibus rebus, magna esse, quæ sint optimis proxima. Perfectæ eloquentiæ speciem animo videri, auribus audiri, reipsa non videri. 2 *Eloquentem perfectum & absolutum sine philosophia effici non posse.* 3 *Tria dicendi esse genera, grandiloquum, tenue, (quod & acutum) intermedium & quasi temperatum.* 4 *In his omnibus Demosthenem excelluisse, hunc Atticè dicere volentibus imitandum, quo ne Athenæ magis Atticè.* 5 ¶ *Eos qui se ad Atticorum aureis teretes & religiosas accommodat, Atticè dicere) quibus adipatũ dicendi genus placeat, sed qui enucleatè, nihil insolens aut ineptum, ornatè, grauiter, copiosè (hi tenues, summissi, acuti) non qui Lysiam aut Thucydidem, aut Xenophontem: sed qui ab Isocrate (qui primus instituit dilatare verbis & mollioribus numeris explere sententias, & in Epidictico excelluit) orationis petat incunabula:* 6. *Tria videnda esse huic oratori, quid, quo loco, & quomodo dicat.* 7 *Priora illa duo, hoc est, Inuenire & iudicare proprium esse magis prudentiæ, quàm eloquentiæ.* 8 *Et tamen oratorem nosse debere argumentorum & rationum locos: sed & quæstionum signis: & quibus, controuersiam qua quæritur quid sit, necne sit, definitionibus: quale sit recti prauique partibus tractabit. In infinitæ quæstionis (quæ thesis tractatione se exercebit. Locis vretur aptis, communibus, delectis, molliet dura, occultabit quæ diluì non poterunt: afferet probabiliora, inuenta collocabit, aditus causæ faciet honestos & illustres, occupatis animis, infirmabit contraria. Firmissima primis & postremis: leuiora mediis collocabit.* 9 *Ab his videndum quomodo dicat: se genus orationis optimum (alij enim graues, tenues, temperati)* 10 *Id autem consistit in agendo nimirum & eloquendo. Actionem esse quasi corporis quandam eloquentiam, quæ voce, motu gestu, vultu constet. Vocis mutationes tot esse, quot animorum: Acutam, inflexam, & grauem. In dicendo quendam cantum obscuriorem esse, vocis bonitatem optandam, statum, vultum, oculos artis legibus moderari oportere.* 11 *Speciem perfecti oratoris & summa eloquentiæ in elocutione positam esse: ab eloquendo enim, non ab inueniendo, componendo, aut agendo eloquentem dici.* 12 *Hanc eloquentiam separandam esse à philosophorum, sophistarum, historicorum, poetarum eloquentia.* 13 *Esse eloquentis officium in foro ciuilibúsque causis ita dicere, vt probet, (id necessitatis) delectet (id suauitatis) & flectat (id victoriæ) Priori parte subtilis: secunda, medius: tertia vehemens esse debet.* (14 *Decorum (quod & πρέπον) in sententiis & verbis seruabit, iqdue quod & loco, tempori, auditoribus, personis, causæ denique ipsi erit consentaneum.* 15 *Consuetudinem dicendi imitabitur, ab indisertis repetitis, quàm opinione differet: vt qui eum audiant, quanuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidant se posse dicere. Eius oratio non plurimi sanguinis erit, sed tamen succum habebit, & integra eius valetudine. Vinculis numerorum ita erit exemptus, sic tamen vt non vagetur, aut licenter erret. Verba verbis quasi coagmentatione negliget, remouebit fucum, dicet purè, Latinè, dilucidè, decoro obseruato, acutis crebrisque sententiis interpositis. Propriis verbis vtetur: in faciendis, non audax: in transferendis verecundus & parcus: in priscis (vsu & reliquis verborum & sententiarum ornamentis) demissus: & in translatis crebrior. Verba concinnè (citra elaborationem & aucupium tamen) collocabit: sales ritè admiscebit. Quæ qui faciet, summissus, enucleatus, humilis, tenuis, acutus & subtilis erit orator: sed tamen magnus & germanus Atticus si non maximus:* 16 ¶ *Medius verò seu intermedius & temperatus inter summissum, de quo diximus, & grandiloquum, quoque in genere præstitit Demetrius Phalereus, tralatis, mutatis, seu hypallage, & metonymia, κατάχρησει, ἀλλοιώσει, omnibus denique luminibus verborum, multis sententiarum, eruditis disputationibus, locis communibus, sine conten-*

cõtentione tamen vtetur : è philosophorũ & sophistarum scholis talis euadet: non tamen cõparandus superiori, de quo dictũ, hoc est, summisso. 17 ¶ Amplus *verò, grandiloquus, copiosus, grauis, ornatus verborũ & sententiarũ maiestate, & à superioribus differens maximè contemnendus, ac vix sanus.* 18 ¶ *Atque is quem quærimus est orator : quem animo non manu prehendimus, quem nunquam vidit Antonius, qui humilis subtilisque, seu parua summissè: magna grauiter, mediocria seu medica, temperatè potest dicere.* 19 *qui facultati, fusè latèque dicendi, vicinam & finitimam dialecticorũ scientiam, hoc est, disputandi seu loquendi adiunxerit.* 20 *qui omnis philosophiæ notos & tractatos locos habeat, qui ne physicorum & diuinorum quidem sit ignarus:* 21 *sed nec humani iuris & ciuilis, sed nec historiæ etiam externa.* 22 *Causarum & controuersiarum seu quæstionum genera habebit cognita: an ex re (de vero, recto, nomine) an ex verbo ambiguo aut contrario oriatur quæstio, an ex pugna sententiæ dicentis & verborum.* 23 *Præcepta argumentorum cognita quoque habebit: quorum magnus vsus est oratori. Videbit quid deceat, vt sit temporum, causarum, & personarum moderator.* 25 *Versabitur quoque in augendis & abiiciendis rebus.* 26 *Mouebit animos auditoris & iudicia moderate, vel incitate.* 27 *Formam & characterem orationis illuminabit verbis simplicibus vel collocatis.* 28 *sed & sententiis.* 29 ¶ *Verba suauissima apte collocabit, vt inter se quàm aptissimè cohæreant, extrema cum primis.* 30 *Qua in parte veteres peccabant in vocalium crebra concursione, & consonantiũ elisione extremæ vocis: in hominũ nominibus contrahendis (tametsi id omnium causa fieri possit) in verbis duobus pluribúsque simul iungendis. Dicebant, exin, pro exinde, cum nobũ, cum me, cum te: deũm, meũm, exitiũm, consiliũm, augurũm, extũm, prodigiũm, horriferũm, portentũm, armũm, fabrũm, procũm, duũm & triũ virũm, sestertiũm nummũm: nesse, iudicasse, scripsere, iisdem pro eisdem. Quibus in rebus à consuetudine impetratum est peccare suauitatis causa: vnde pomeridianum libentius quàm postmeridianum: mehercule, quàm mehercules: nescire, quàm non scire: meridiem, quàm mediem dicimus: raro præpositione Abs vtimur. Non dicimus abfugit, abfer, innoti, innari. Non dicimus ex Republica est, vt ex vsu est: sed nec insapientem, inæquum, tricapitem, concæsum, pertisum. Iam verò Inclytum & inhumanum pronunciamus breui prima: insanum & infelix longa: veteres dicebant Purrhũ, Fruges pro Pyrrum, Phryges: elidebant quoque in dictionibus quarum extrema syllaba bus esset.* 31 ¶ *Præter superiora oratori curæ fuerit, vt oratio orbem suum conficiat, id est, vt ratione finiat, idque vel sponte sua, vel quadam concinnitate verborum vt si casus similes habeat eadem oratio, si paribus paria, contraria contrarijs opponuntur.* 32 ¶ *Sed & illud curæ oratori fuerit, vt eius oratio* numerum *habeat à versu differentem.* 33 *Cuius obseruationis prima* Origo *est Isocrates, & Gorgias:* Causa, *voluptas certissima.* 34. 35 Natura *verò talis est vt sit in oratione quidam numerus:* 36 *Vt petiti sint à poetis numeri ipsi pedibus constantes.* 37 *Deinde hoc considerandum, qui numeri cadant in orationem: sunt qui Iambicum putent: Ephorus pæana aut dactylum admittit: spondæum & trochæum reijcit. Aristoteles heroum numerum & Iambum nõ admittit: pæana probat vt & Theophrastus, & Theodectes. Cicero verò vult omnes in oratione esse quasi permistos & confusos pedes, frequentiorem tamen pæana.* 38 *Est & in hac parte tenendum numeros pro genere orationis variandos esse. In humili & demisso sermone, Iambum: in ampliori, pæana frequentiorem in vtroque dactylum permiscendum esse.* 39. 40 *Sed & in primis vt in extremis partibus orationis numeros vsurpari, diuersos esse à posticis: neq; semper numero fieri, sed aut concinnitate & constructione verborum.* 41 Vsus *numerorum is seruandus est, vt Historici & qui in Epidictico genere versantur, imitentur numeros Isocratis aut Theopompi: oratores verò, ne passim, sed cùm opus est, numeris vtantur.* 42 *Opus est autem in laudationibus, in amplificãda re, nec tantùm in peroratione, sed & in orationis reliquis partibus.* 43 *Deinde numeri ac pedes mutandi, vti orationem incitatam aut tardam esse volumus.* 44. 45 *Numerosam orationem non numero fieri, sed compositione & genere: Iis quæ incisa, & membra dicuntur, vsurpatis.* 46 *Sine numeris infantem & ieiunam esse orationem.* 47 ¶ *Et hoc Ciceronis de oratore iudicium est.*



TRVM difficilius, aut maius esset negare tibi sæpius idem roganti, an efficere id, quod rogares, diu, multúmq;, Brute, dubitaui. Nam & negare ei, quem vnicè diligerem, cuique me carissimum esse sentirem, præsertim & iusta petenti, & præclara cupienti, durum admodum mihi videbatur: & suscipere tantam rem, quantam non modò facultate consequi difficile esset, sed etiam cogitatione cõplecti, vix arbitrabar esse[a] eius, qui vereretur reprehensionem doctorum, atque prudentium. Quid enim est maius, quàm cùm tãdicare, *qua sit optima species, & quasi figura dicendi?* Quod quoniam me sæpius rogas, aggrediar, non tam perficiendi[b] spe, quàm experiundi voluntate. Malo enim, cùm studio tuo sim obsecutus, desiderari à te prudentiam meam, quàm, si id non fecerim, beneuolentiã[c]. Quæris igitur, idque iam sæpius, *quod eloquentiæ genus probem maximè, & quale mihi videatur illud, cui nihil addi possit, quod ego summum, & perfectissimum iudicem.* In quo vereor, ne si id, quod vis, effecero, eúmque oratorem, quem quæris, expressero: tardem studia multorum, qui desperatione debilitati, experiri id nolent, quod se assequi posse diffidant. Sed par est omneis omnia experiri, qui res magnas, & [d] magno opere expetendas concupiuerunt[e]. Quòd si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenii vis fortè deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum, quem poterit. *Prima enim sequentem, honestum est in secundis, tertiúsque consistere.* Nam in poetis, non Homero soli locus est (vt de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro: sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribẽdo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, & copia, ceterorum studia restinxit. Nec solùm ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se[f] artibus sui remouerunt, qui aut Ialysi[g] quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coæ Veneris pulcritudinem imitari. Nec simulacro

a L. eius est fe.

b L. perficiendi spe, quàm experiundi. c Benenolentiam.

A

B

d al. & magnopere

e L. concupinere,

f I. se ab artibus.

g opus Protogenis pulcerrimum, ab vrbe Ialyso dictum insulæ Rhodi

a Doriphori meminit suprà in Bruto circa finem

Iouis Olympij, aut Doryphori[a] statua deterriti, reliqui, minùs experti sunt, quid efficere, aut quò progredi possent: quorũ tãta multitudo fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, vt cùm summa miraremur, inferiora tamen probaremus. In oratoribus verò, Græcis quidem, admirabile est quantũ inter omneis vnus excellat. Attamen, cùm esset Demosthenes, multi oratores, magni, & clari fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. Quare non est cur eorum, qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes [b] infringatur, aut languescat industria. Nam *neque illud ipsum, quod est optimum, desperandum est: & in præstantibus rebus, magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima.* Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo [c], qualis fortasse nemo fuit. Non enim quæro, quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit esse præstantius: quod in perpetuitate dicendi non sæpe, atque haud [d] scio an vmquam, in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios densiùs, apud alios fortasse rariùs. Sed ego sic statuo, nihil esse in vllo genere tam pulcrum, quo non pulcrius id sit, vnde illud, vt ex ore aliquo, quasi imago, exprimatur, quod neque oculis, neque auribus, neque vllo sensu percipi potest: cogitatione tantùm, & mente complectimur. Itaque & Phidiæ simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, & his picturis, quas nominaui, cogitare tamen possumus pulcriora [e]. Nec verò ille artifex, cùm faceret Iouis formam, aut Minervæ, contemplabatur aliquem, è quò similitudinem duceret: sed ipsius in mente insidebat species pulcritudinis eximia quædam, quam intuens, in [f] eáque defixus, ad illius similitudinem artẽ, & manũ dirigebat. Vt igitur in formis, & figuris est aliquid perfectũ, & excellens cuius ad [g] excogitatam speciẽm imitando referũtur ea, quæ sub oculos ipsa [h] cadunt: sic perfectę eloquentiæ speciem [i] animo videmus, effigiẽ [k] auribus quærimus. Has rerum formas appellat ideas [l] ille nõ intelligendi solùm, sed etiã dicendi gratissimus auctor, & magister, Plato: eáque gigni negat, & ait sẽper esse, ac ratione, & intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse vno, & eodem statu. Quidquid est igitur, de quo ratione, & via disputetur, id est ad vltimam sui generis formã, speciémque redigendũ. 2 ¶ Ac video, hanc primam ingressionem meã nõ ex oratoris [m] disputationibus ductam, sed è media philosophia repetitam, & eam quidem cùm antiquam, tũ subobscuram, aut reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habituram. Nam aut mirabuntur, quid hæc pertineant ad ea, quæ quærimus: quibus satisfaciet res ipsa cognita, vt nõ sine causa altè repetita videatur: aut reprehendent, quòd inusitatatas vias indagemus, tritas relinquamus. Ego autem & me sæpe noua videri dicere intelligo, cùm peruetera dicam, sed inaudita plerisque: & fateor, me oratorẽ, si modò sim, aut etiam qui cumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatiis exstitisse. Illa enim sunt curricula multipliciũ, variorúmque sermonum, in quibus Platonis, primùm [n] impressa sunt vestigia: sed & huius, & aliorum philosophorum disputationibus & exagitatus maximè orator est, & adiutus. Omnis enim vbertas, & quasi sylua dicendi, ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad [a] forenseis causas: quas, vt illi ipsi dicere solebant, agrestioribus musis reliquerunt. Sic eloquentia hæc forensis, spreta à philosophis, & repudiata, multis quidẽ illa adiumentis, magnísque caruit: sed tamen ornata verbis, atque sententiis, iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium, reprehensionémque pertimuit. Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Positum sit igitur in primis, (quod pòst magis intelligetur) *sine philosophia [b] non posse effici, quem quærimus, eloquentem:* non vt in ea tamen omnia [c] sint, sed vt sic adiuuet, vt palæstra histrionem, parua enim magnis sæpe rectissimè conferuntur. nam nec latiùs, nec copiosiùs de magnis, variísque rebus sine philosophia potest quisquã dicere. Siquidẽ etiã in Phædro Platonis hoc Periclem præstitisse ceteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagoræ [d] physici fuerit auditor: à quo censet eum, cùm alia præclara quædam, & magnifica didicisset, vberem, & fœcundum fuisse, [e] gnarúmque (quod est eloquentiæ maximum) quibus orationis modis quæque animorum partes pellerẽtur. quod idẽ de Demosthene existimari potest: cuius ex epistolis [f] intelligi licet, quàm frequens fuerit Platonis auditor. Nec verò sine philosophorum disciplina, genus, & speciem, cuiusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec [g] tribuere in parteis possumus: nec iudicare, quæ vera, quæ falsa sint, neque cernere cõsequentia, repugnantia videre, ambigua [h] dedistinguere. Quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat copiam? de vita, de officiis, de virtute, de moribus? sine multa earum ipsarum rerum disciplina, aut dici, aut intelligi potest? Ad has tot, tantásque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia, quæ sola tum quidem tradebantur ab iis, qui dicendi numerabantur magistri. Quo fit, vt veram illam, & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab aliis, rerũ: ab aliis, verborũ doctrina quæritur. Itaq; M. Antonius, cui vel primas eloquentiæ patrum nostrorum tribuebat ætas: vir natura peracutus, & prudens, in eo libro, quem vnum reliquit, disertos [i] ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiæ, quam cernebat animo, re [k] ipsa non videbat. Vir autem acerrimo ingenio (sic enim fuit) multa & in se, & in aliis desiderans, neminem planè, qui rectè appellari eloquens posset, videbat. Quod si ille nec se, nec L. Crassum eloquentem putauit: habuit profectò comprehensam animo quandam formam eloquentiæ, cui quoniam nihil deerat, eos, quibus aliquid, aut plura deerant, in eam formam non poterat includere, Inuestigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem numquam vidit Antonius, aut qui omnino nullus vmquam fuit, quem si imitari, atque exprimere non possumus, quod idem ille vix Deo concessum esse dicebat: at [l] qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere. 3 ¶ *Tria* [m] sunt omnino *genera dicẽdi*, quibus in singulis quidam floruerunt: peræquè autem (id quod volumus) perpauci inomnibus. Nam *& grandi loqui*, vt ita dicam, fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes [n], & varii, copiosi, graues: ad permouendos, & conuertendos animos

a v. c. ad Forenses

b Philosophia an & in quibus oratori necessaria.

c L. sint omnia,

d Idem; de oratore, & in Bruto, Plutarchus in vita Pericle, Diodorus. 12. 8. Valer. 9.

e L. narúmque.

f vide Epistolam Platonis ad Heracleodorũ

g al. nec genus tribuere.

h ἀμφίβολα

i Diserti & eloquentis differentia: & cur diserti multi esse

p. p. possunt, eloquens nemo.

k v. c. reapse.

l al. attamen qual.

m Idem initio libri de optimo genere oratorũ.

n L. vehementes, varii, copiosi,

a L. primùm sunt impressa v.

animos instructi,& paratia:qđ ipsum alij aspera, tristi,horrida oratione, neq.perfecta,neq; conclusa:alij læui,& instructa,& terminata.Et contrà *tenues* b, acuti,omnia docentes, & dilucidiora,non ampliora,facientes,subtili quadam,& c pressa oratione limati.In eodémque genere alij callidi , sed impoliti, & consultò rudium simules & imperitorum:alii in eâdem ieiunitate concinniores , id est faceti,florentes etiam,& leuiter ornati.Est autem quidam interiectd, *intermedius, & quasi temperatus*,nec acumine posteriorũ,nec fulmine e vtês superiorũ,vicinus f amborũ,in neutro excellẽs,vtriusq; particeps,vel vtriusque (si verũ quærimus) potius expers.Isq; vno tenore,vt aiunt,in dicẽdo fluit,nihil afferens prętert g facilitatem h, & æquabilitatem: aut addit aliquos, vt in corona,toros,omnémque orationem ornamentis modicis verborum, sententiarúmqué distinguit. 4 ¶Horum singulorum generum quicumque vim singulis consecuti sunt , magnum in oratoribus nomen habuerunt. Sed quærendum est,satísne id, quod volumus,esse cerint.Videmus enim fuisse quosdam, qui iidem ornatè, ac grauiter, iidem verſutè & subtiliter dicerent. Atque vtinam in Latinis talis oratoris simulacrum repetire possemus. esset egregium non quærere externa , domesticis esse contentos. sed ego idem , qui in illo sermone nostro , qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel vt hortarer alios,vel quòd amarem meos, recordor i me longè omnibus vnum antefe rre *Demosthenem*,qui vim accõmodarit ad eam quam sentiam,eloquentiã,non ad eam,quam in aliquo ipse cognouerim k.Hoc nec grauior exstitit quisquam,nec callidior,nec temperatior. Itaque nobis monendi sunt ij , quorum sermo imperitus increbruit l , qui aut dici se desiderant Atticos, aut ipsi Atticè volunt dicere,vt mirentur hunc maximè,quo ne Athenas:quidem ipsas magis credo fuisse Atticas si quid enim sit Atticum,discant,eloquentiámque ipsius viribus, non imbecillitate sua, metiantur. 5 ¶Nunc enim tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio optimo,iudicio minus firmo præditos docere,quæ sit propria laus Atticorum,non alienum puto. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia.Omnes enim,qui probari volunt , voluntatem eorum, qui audiunt , intuentur, ad eámque & ad eorum arbitrium,& nutum totos se fingunt,& accommodant.Itaque Caria, & Phrygia,& Mysia,quòd minimè politæ,minimèque elegantes sunt , adsciuerunt aptum suis auribus opimum quoddam, & tanquam adipatæ m dictionis genus, quod eorum vicini (non ita lato interiecto mari) Rhodij numquam probauerunt, Græci autem multo minùs , Athenienses verò funditus repudiauerunt : quorum semper fuit prudens , sincerúmque iudicium , nihil vt possent , nisi incorruptum,audire,& elegans.eorum religioni cùm seruiret orator , nullum verbum insolens , nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic , quem præstitisse diximus ceteris , in illa pro Ctesiphonte oratione longè optima , summissiùs à primo : deinde, dum de legibus , disputat , pressius : pòst sensim incedens , iudices vt vidit ardentes, in reliquis exsultauit audaciùs.Ac n tamen in hoc ipso , diligenter examinante verborum omnium pondera , reprehendit Æschines quædam , & exagitat : illudénsque , dura , odiosa, intolerabilia esse dicit. Quinetiam quærit ab ipso , cùm quidem eum belluam o appellet, vtrùm illa verba, an portenta sint: vt Æschini ne Demosthenes quidem videatur Atticè dicere. Facile est enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam)notare,idq.restin ctis iam animorum incendiis irridere p. Itaque se purgans iocatur Demosthenes c, negat in eo positas esse fortunas Græciæ d, in hoc e eum ,huc, an illuc manum porrexerit. Quónam igitur modo audiretur Mysus , aut Phryx Athenis , cùm etiam Demosthenes agitetur , vt f putidus ? Cùm verò inclinata, vlulantíque voce, more Asiatico, canere cœpisset , quis eum ferret? aut quis potius non iuberet auferri? Ad Atticorum igitur aureis tereteis,& religiosas qui se accommodant , ij sunt existimandi Atticè dicere. Quorum genera plura sunt.hi g vnum modò quale sit,suspicãtur. Putant enim,qui horridè, inculcéque dicat , modò id *elegan er enucleatéque* h faciat, eum solùm Atticè dicere. Errant , quod solum : quòd Atticè, non falluntur. Istorum enim iudicio si solùm illud est Atticum , ne Pericles quidem dixit Atticè , cui primæ sinè controuersia deferebãtur. Qui si tenui genere vteretur, numquam ab Aristophane poeta fulgurare,tonare,permiscere Græciam dictus esset.Dicat igitur Atticè venustissimus ille scriptor,ac politissimus Lysias. Quis enim id possit negare? dum intelligamus , hoc esse Atticum in Lysia,non quòd tenuis sit,atque inornatus,sed quòd *nihil* habeat *insolens,aut ineptũ. Ornate* verò , & *grauiter*, & *copiosè* dicere , aut Atticorum sit , aut ne sit Æschines , néve Demosthenes Atticus.Ecce autem aliqui se *Thucydidios* esse profitentur, nouum quoddam imperitorum,& inauditum genus. Nam qui Lysiam sequuntur , causidicum quendã sequuntur: non illum i quidem amplum,atque grandem: subtilem & elegantem tamen, & qui in forensibus causis possit præclarè constere *Thucydides* k autem res gestas, & bella narrat , & prælia , grauiter sanè,& probè : sed nihil ab eo transferri potest ad l forensem vsum , & publicum. Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras , abditásque sententias , vix vt intelligantur : quod est in oratione ciuili vitium vel maximum. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt, m inuentis n frugibus,glande vescantur ? An victus hominum, Athenienstũ beneficiq excoli potuit oratio nõ potuit?Quis porrò vnquãGręcorũ rhetorũ à Thucydide qdquã duxit? At laudatus est ab omnibus, fateor: sed ita, vt rerum explicator prudens, seuerus,grauis:non vt in iudiciis verſaret causas , sed vt in historiis bella narraret. itaque numquam est numeratus orator. Nec verò,si historiam non scripsisset, nomen eius non exstaret , cùm præsertim fuisset honoratus , & nobilis. Huius tamen nemo neque verborum o , neque sententiarum grauitatem imitatur : sed , cùm mutila p quædam & hiantia locuti sunt , quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos q se putant esse Thucydidas r. Nactus sum etiam qui *Xenophontis* f similem esse se cuperet : cuius sermo est ille quidem melle dulcior , sed à forensi strepitu remotissimus. Referamus nos

a *al.* quorum ipsorum.*

b qui & sum missi infrà. * c L.& pressa oratione , & limata.

d *al.* interiectus inter hos , medius & quasi; ita Nonius cap.1.in Cinnius 295.*al.* interiectus inter hos, & medi? & quasi.*

e *al.* flumine ita Nonius d. loco.*

f L. vt cinnus amborum ¶ neutro excellens. *Ita Nonius d.loco.**

g *al.* Præter facultatem & æqualitatem.*

h *al.* facultatem.*

i L. recordor longe, &c.

k L. cognoscim P. CXCIX. l *lib. quid.* increbruit mirandi.

m L. & tanquam adipatum dictionis genus. *al.* & tãquam adipatæ diction. gen. *mendosè.* Non ita legitur apud Nonũ cap.2.in Adipatum, quod veteribus pingue, opimum, succulentum.*

n L. Attamen

o ἀχάριστος

b κατάγελαν

c vide Demosthenem περὶ στεφ.

d L.Græciæ, hoc, an illud locutus sit: huc,an illuc.

e *vet.* in hoc in est: huc an illud. *al.* hoc an illud: hnc an illuc *Victor. al.* hoc an illud Verbum posuerit, *al.* hoc an illud locutus sit. *al.* hoc an illo verbo vsus sit. *al.* hoc an illud verbum vsurparit. Ita enim

P. B. Demosthenes in orat. pro Ctesiphonte.*

f ὡς φορμικός,

g L. hi vnum modò, quale id cumq. sit, s.

h citatur à Nonio cap.1. in Enucleate 296.*

i de quo vide Plutarchum in x. Rhetoribus & disertim in Lysia*

k Thucydidem imitari an debeat orator.*

l L. ad vsum forensem, & p.

m ἄλλις ἄνους,

n hic poeta, Inuentis glãdem quis nõ fastidit aristis.*

o *al.* verborum grandiloquentiam, neque sententiarum grauitatem: sic supra in Bruto germana ironia est.*

p κολοβὰ

q γνησίως

r *al.* Thucydidis *male.**

f Xenophontem imitari an debeat orator.*

igitur ad eum, quem volumus, inchoandum, & eádem eloquentia informandum, quàm in nullo cognouit Antonius. Magnum opus omnino, & arduum, Brute, conamur: sed *nihil difficile amanti puto* Amo autem, & semper amaui ingenium, studia, mores tuos. Incendor porrò quotidie magis, non desiderio solum (quo quidem conficior) congressus nostros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam admirabili fama virtutum incredibilium, quæ specie dispares, prudentia coniunguntur. Quid enim tam distans, quàm à seueritate comitas? Quis tamen vmquam te[a] aut sanctior est habitus, aut dulcior? Quid tam difficile, quàm in plurimorum controuersiis diiudicandis ab omnibus diligi? consequeris tamen, vt eos ipsos, quos contra statuas, æquos [b], placatósque [c] dimittas. itaque efficis, vt, cùm gratiæ causa nihil facias, omnia tamen sint grata, quæ facis. Ergo [d] omnibus terris, vna Gallia communi non ardet incendio: in qua fruerisipse te, cùm in Italiæ luce cognoscaris, versarisque in optimorum ciuium vel flore, vel robore. Iam quantum illud est, quòd in maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ? semper aut ipse scribis aliquid, aut me vocas ad scribendum? Itaque hoc sum aggressus statim Catone [e] absoluto: quem ipsum nûquam attigissem, tempora timens mimica virtuti, nisi tibi hortanti, & illius memoriam mihi caram excitanti, non parêre nefas esse duxissem: sed testificor, me à te rogatum, & recusantem, hæc scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse crimen [f], vt, si sustinere tantam quæstionem non potuero, iusti onerisimpositi tua culpa sit, mea recepti: in quo tamen iudicij nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit. Sed in omni re difficillimum est, formam (quod [g] χαρακτῆρα Græcè dicitur) exponere optimi: quòd aliud aliis videtur optimũ. Ennio delector, ait quispiam, quòd non discedit à communi more verborum: Pacuuio, inquit alius: omnes apud hunc ornati, elaboratíque sunt versus: multa[h] apud alterum negligentiùs. Fac alium Accio[i]. varia enim sunt iudicia, vt in Græcis: nec facilis explicatio, quæ forma maximè excellat. In picturis alioshorrida, inculta, abdita, & opaca: cõtrà alios nitida, læta, collustrata delectat [k]. Quid est, quo [l] præscriptum aliquod, aut formulam exprimas, cùm in suo [m] quodque genere præstet, & genera plura sint? Hac ego religione nõ sum ab hoc conatu repulsus [n]: existimauíque in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si lateret: idque ab eo posse, qui eius rei gnarus [n] esset, iudicari. Sed quoniam plura sunt orationum genera, eáque diuersa, neque in vnam formam cadunt omnia laudationum [p], scriptionum, & historiarum, & talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum [q], multíque alij, qui sunt nominati sophistæ, reliquarúmque [r] rerum formam, quæ absunt abforensi contentione, eiúsq; totius generis, quod Græcè ἀποδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciẽdum, delectationis causa cõparatum est, non [s] complectar hoc tempore, non quò negligenda sit: est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare [t] volumus, & de quo molimur aliquid exquisitius dicere. Ab hac & verborum copia alitur, & eorum constructio, & numerus liberiore quadam fruitur licentia. Datur etiam venia concinnitati sententiarum: & arguti, certíque, & circumscripti verborum ambitus conceduntur: de industriáque, non ex insidiis, sed apertè, ac palam elaboratur, vt [a] verba verbis quasi [b] demensa[c], & paria respondeãt, vt crebro conferantur pugnantia, comparentúrque contraria: & vt pariter extrema terminentur, eundémque referant in cadendo sonum: quæ in veritate causarum & ratiùs multo facimus, & certè occultiùs. In Panathenaico autem Isocrates ea [d] studioſe consectatum fatetur. non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat. Hæc tractasse Thrasymachũ Chalcedonium primum, & [e] Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multósque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates: quorum satis arguta multa, sed vt modò primúmque nascentia, minuta, & [f] versiculorum similia quædam, nimiúmque depicta. Quo magis sunt *Herodotus*, *Thucydidésque* mirabiles: quorum ætas cùm in eorum tempora, quos nominaui, incidisset, longissimè tamen ipsi à talibus deliciis, vel potiùs ineptiis abfuerunt [g]. alter enim sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit: alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. primúsque ab his (vt ait Theophrastus) historia commota est, vt auderet vberiùs quàm superiores, & ornatiùs dicere. Horum ætati successit *Isocrates*, qui præter ceteros eiusdem generis laudatur semper à nobis, nonnumquam, Brute, leuiter, & eruditè repugnante te. sed credas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoueris. Nam cùm concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur, & Gorgias, qui tamen primis tradũtur arte quadam verba [h] iunxisse: Thucydides autẽ præfractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus: primus instituit dilatare verbis, & molliori-busnumeris explere sententias. In quo cùm doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes exstiterunt, domus eius officina habita eloquentiæ est. Itaque Vt ego, cùm à nostro Catone laudabar, vel reprehendi me à ceteris facilè patiebar: sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim (vt scis) quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates, Adolescens etiam nunc, ô Phædre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid [k] tandem? inquit ille? Maiore [l] mihi ingenio videtur esse, quàm vt cum orationibus Lysiæ comparetur: Præterea ad virtutem maior indoles: vt minimè mirum futurum sit, si, cùm ætate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum, quantum pueris, reliquis præstet omnibus, qui vmquam orationes attigerunt: aut, si contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inest enim natura philosophia in huius viri mente quædam. Hæc de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato [m], & scribit æqualis, & quidem exagitator omnium rhetorum, hunc miratur vnum: me autem, qui Isocratem nõ diligunt, vnà cum Socrate, & [n] cum Platone errare patiantur. Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans, est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompæ

a Laus Bruti.*

b χαρᾶσθαι ἢ ἀγαπῶντας τοῖς ἐλπιζομένοις, c al. pacatósque

d L. Ergo ex omnib. terris

e vide Catonẽ seu de senectute, nisi si Catonis Vticensis Laudem intelligit, de qua Topicis in f.*

f Cæcina 6. epistol. 7. ad Ciceronem. In oratore tuo inquis eaues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris.*

g L. qui χαρακτῆρ Gr. al. quæ χαρακ.

h L. multo apud alt.

i al. Attio.

k L. delectãt & ita Mamm.

l L. quod

m al. in suo quidq. genere pr.

p L. depulsus

o al. narus esset,

p L. laudationum, suasionum, historiarũ, & talium scriptionum, qualẽ Isoc.

q v. de Catonem seu de Senectute.*

r L. reliquarúmq. rerum quæ abs. à for.

s L. formam non compl.

t εἰσποιεῖν

k L. Quid tãdem? inquit ille.

l Iudicium Socratis de Isocrate adhuc adolescente.*

m Iudicium Platonis de Isocrate æquali.*

n L. & Plat.

p. C C 3. tone

pompæ,quàm pugnæ aptius: gymnasiis,& palæstræ dicatum:spretum,& pulsum foro. Sed quòd educata huius nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colorat, & roborat,non alienũ fuit de oratoris quasi incunabulis dicere.Verùmhæc,ludorum,atque pompæ: nos autem iam in aciem, dimicationémque [a] veniamus. 6 ¶ Quoniam *tria videnda* sunt oratori, *quid dicat & quo* quidque *loco*, & *quomodo*: dicendum omnino est,quid sit optimum in singulis,sed aliquanto secus,atque in tradenda arte dici solet.nulla præcepta [b] ponemus (neq; enim id suscepimus) sed excellẽtis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus:nec, quibus rebus ea paretur, exponemus:sed qualis nobis esse videatur. 7 ¶ Ac duo [c] breuiuiter prima. sunt enim non tam insignia ad maximã laudem, quàm necessaria, & tamen cum multis pænè communia.nam & inuenire,& iudicare, quid dicas,magna illa quidem sunt,& tanquam animi instar in corpore:sed propria magis prudentiæ, quàm eloquentię, qua [d] tamen in causa est vacua prudentia? 8 ¶ *Nouerit* igitur hic quidẽ orator, quem summum esse volumus,*argumentorum,& rationum locos*. Nam quoniam, quidquid est, quod in controuersia,aut in contentione versetur, in eo aut,sitne [e]: aut,quid sit:aut.quale sit,quæritur:sitne,signis:quid sit,definitionibus:quale sit, recti, prauique partibus: quibus vt vti possit orator, non ille vulgaris,sed hic excellens, à propriis personis & temporibus semper,si potest,auocat controuersiam (latiùs enim de genere,quàm de parte disceptare licet vt,quod in vniuerso sit probatum,id in parte sit probari necesse. Hæc [f] igitur quæstio à propriis personis & temporibus, ad vniuersi generis orationem traducta,appellatur *thesis*. In hac Aristoteles adolescenteis, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum,in vtramque partem,vt ornatiùs, & vberiùs dici possit [g], exercuit: Idémque locos(sic enim appellat) quasi argumentorum notas, tradidit, vnde omnis in vtramque partem traheretur oratio.Facilè igitur hic noster (non enim declamatorem aliquem de ludo,aut rabulam [h] de foro,sed doctissimum,& perfectissimum quærimus) quoniam loci certi traduntur, percurret omneis, *vtetur* [i] *aptis* generatim, discet ex quo emanent etiam *qui communes* appellantur loci.Nec verò vtetur imprudenter hac copia,sed omnia expendet, & seliget. Non enim semper, nec in omnibus causis, ex iisdem eadem argumentorum momenta sunt.Iudicium [k] igitur adhibebit:nec inueniet solùm quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim est feracius ingeniis,iis præsertim,quæ disciplinis exculta sunt. Sed Vt segetes fœcundæ, & vberes, non solùm fruges, verùm herbas etiã effundunt inimicissimas frugibus: sic interdum ex illis locis,aut leuia quædam, aut causis aliena, aut non vtilia gignuntur: quorum ab oratoris iudicio delectus [l] magnus adhibebitur. Quónam modo ille in bonis hærebit, & habitabit suis?aut [m] *mollitet* dura,aut *occultabit* quæ dilui non poterunt, atque omnino opprimet, si licebit, aut abducet animos? aut aliud afferet, quod obstabit?Iã verò ea,quæ inuenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Veltibula [n] nimirum honesta, aditúsque ad causam faciet illustreis: cúmque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit,excludétq. contraria de firmissimis [a] alia prima ponet,alia postrema, inculcabítque leuiora. Atq; in primis duabus dicẽdi partib[b] qualis esset,summatim, breuitérque descripsimus. Sed, vt antè dictum est, in his partibus (etsi graues, atque magnæ sunt) minus & artis est, & laboris. 9 ¶ Cùm autem, quid. & & quo loco, dicat, inuenerit, illud est longè maximum,videre,*quónam* [b] *modo*. Scitum est enim,quod Carneades noster dicere solebat *Clitomachum eadem dicere*, *Carneadem* [c] *autem eodem etiam modo dicere*. Quòd si in philosophia tantùm interest, quemadmodum dicas, vbi res spectatur,non verba pendunt: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio ? Quod quidem ego Brute,ex tuis litteris sentiebam, non te id scisitari, qualẽ ego in inueniendo, & in collocando summũ esse oratorẽ vellem,sed idmihi quærere videbare,*quod genus ipsius orationis optimum* iudicarem.Rem difficillem, (dij immortales!) atque omnium difficillimã. Nam cùm est oratio mollis,& tenera, & ita flexibilis, vt sequatur quocumq; torqueas, tum & naturæ variæ,& voluntates,multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum volubilitásque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquẽtiam.Distincta [d] alios & interuncta interualla,morę,respirationésq.delectant. Quid potest esse tã diuersum ? tamẽ est in vtroq.aliquid excellens.Elaborát alij in lenitate [e] & æquabilitate,& [f] puro quasi quodã & cãdido genere dicẽdi.Ecce alii qui duritatẽ,& seueritatẽ quandã verbis,& orationis quasi mœstitiã sequũtur:quódq; paullo antè diuisim [g], vt alij *graues*,alij *tenues*,alij *tẽperati* vellent videri: quot rationũ genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur. Et quoniam cœpit iam cumulatiùs hoc munus augere, quàm à te postulatum est, (tibi enim tantum de orationis genere quærenti,respondi etiã breuiter de inueniendo,& collocãdo) ne nunc quidem solùm *de orationis modo* dicam:sed etiam *de actionis*: ita prætermissa pars nulla erit,quandoquidem de memoria [g] nihil est hoc loco dicendum, quæ communis est multarum artium. 10 ¶ Quo modo autem dicatur,id est [h] in duobus,in agẽdo,& in eloquendo. ¶ *Est enim actio* [i] *quædam corporis quædam eloquentia, cum constet è voce,atque motu. Vocis mutationes* totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouẽntur. Itaque ille [k] perfectus, quem iamdudum nostra indicat oratio, vtcumque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum : de quo plura dicerem, si hoc præcipiendi tempus esset,aut si tu hoc quæreres,dicerem etiam *de gestu*, cum quo iunctus est *vultus*. quibus omnibus, dici vix potest, quantum interfit, quemadmodum vtatur orator. Nam & infantes [l], actionis dignitate, eloquentiæ sæpe fructum tulerunt : & diserti, deformitate agendi, multi, infantes putati sunt: vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit,& primas [m],& secundas, & tertias actioni. Si enim eloquentia nulla sine hac,hæc autem sine eloquentia, tanta est, certè plurimùm in dicendo potest. Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet,& contenta voce, atroci-

a Quo modo dicendum oratori,seu de Inuentione & Iudicio.*

b De Thesi, & quid Thesis.*

c Quid & quo loco quidque dicendum oratori,seu de Inuentione & Iudicio.*

d L. quæ tamen causa est vacua prudentia?*alii sic quæ enim causa est vacua prudentia?

e De Quæstionibus an sit, quid sit, quale sit.*

f L. posset.

g L. vtetur aptis generatim, discet ex quo emanent.

h citatur hic locus à Nonio cap. 3. in Rabula. 298.* & L. vtetur aptis, generatim discet ex quo emanẽt

i al. Iudicii. ergo. E. k al. dilectus. magnus adhibebitur. Aliqui quomodo &c.

l L. vt mollit dura. aut occ. quæ dilui non poterit, atque omn. opp. si licebit aut.

m citatur à Nonio cap. 2. in Vestibula. 867.*

a Sic firmissima argumentatio libro. 3. ad Herẽnium firmissimum orationis lib. 2. de oratore.*

b Quonam modo dicere debeat orator.*

c L. Charmidam autem eod. & ita P. Vict.

d L. Distincta alios, interuncta, interualla, morę, &c.

e al. læuitate. al. lænitate.* f al. & puro quodam, & quasi candido gen.

g Memoria communis multarum artium.*

h Quomodo dicatur, positum est in agendo & eloquendo.*

i Actio quid & quibus cõstet.*

k L. perfectus ille.

l citatur à Nonio cap. 2. in Infans. 875.

m Idẽ in Rutilio, vbi dixi.*

a δεινῶς, ἢ φοβερῶς
b ἐλεεινός.

ter[a] dicere & summissa, leniter: & inclinata, videri grauis, & inflexa, miserabilis[b]. Mira est enim quædam natura vocis: cuius quidem è tribus omnino sonis, *inflexo, acuto, graui*, tanta sit, & tam suauis varietas perfecta in cantibus. Est autem in dicendo etiam quidam *cantus* obscurior, non hic è Phrygia, & Caria rhetorum epilogus, pænè canticum: sed ille, quē significat Demosthenes, & Æschines, cū alter alteri obiicit vocis flexiones[c]. Dicit plura etiam Demosthenes, illúmque sæpe dicit voce dulci & clara fuisse. In quo illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendæ suauitatis in vocibus: ipsa enim natura, quasi moderaretur[d] hominum orationem in[e] omni verbo posuit acutam vocem, nec vna plus, nec à postrema syllaba citra tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria. Ac *vocis* quidem *bonitas* optanda est: non est enim in nobis, sed tractatio, atque vsus in nobis. Ergo ille princeps variabit, & mutabit, omneis[f] sonorum tum intendens, tum remittens, persequetur gradus: idémque motu sic vtetur, nihil vt superfit in gestu. *Status* erectus, & celsus: rarus incessus, nec ita longus: excursio moderata, eáque rara: nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens: trunco magis toto se ipse moderans, & virili laterum flexione, brachij proiectione in contentionibus, contractione in[g] remissis. *Vultus* verò qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatem: in quo cùm effeceris, nequid ineptum, aut vultuosum sit, tum oculorum est quædam magna moderatio. Nam Vt imago est animi, vultus: sic indices oculi: quorum & hilaritatis, & vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. 11 ¶ Sed iam[h] illius perfecti oratoris, & summæ eloquentiæ *species* exprimenda est: quem hoc vno excellere, id est oratione. cetera in eo latére, indicat nomen ipsum. Non enim inuentor, aut cõpositor, aut actor, hæc cõplexus est omnia, sed & Græcè ab eloquendo ῥήτωρ, & Latinè eloquens dictus est. Ceterarum enim rerum, quæ sunt in oratore, partem aliquam sibi quisque vendicat[i]: dicendi autem, id est eloquendi maxima vis, soli huic conceditur.

12 ¶ Quamquam enim & *philosophi* quidam ornatè locuti sunt, (si quidem & Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuénit, & Aristoteles Isocratem ipsum lacessiuit[k], & Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt: & longè omnium, quicumque scripserunt, aut locuti sunt, exstitit[l] & grauitate princeps Plato) tamen horum oratio neque neruos, neque aculeos oratorios, ac forenses habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt, quàm incitare. sic de rebus placatis, ac minimè turbulentis, docendi causa, non capiendi loquuntur: vt in eo ipso, quòd delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis quàm necesse sit, facere videantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, secernere. Mollis est enim oratio philosophorum, & vmbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus, nec[m] iuncta numeris, sed soluta liberius nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox[n], nihil mirabile, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaq; sermo potiùs, quàm oratio, dicitur. Quãquam enim omnis locutio, oratio est, tamen vnius oratoris locutio, hoc proprio signata nomine est. *Sophistarum*, de quibus suprà dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omneis eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differunt, quòd, cùm sit his propositum non perturbare animos, sed placare potius: nec tam persuadere, quàm delectare: & apertiùs, id faciunt, quàm nos, & crebriùs: concinnas magis sententias exquirũt, quàm probabileis: à re sæpe discedunt, intexunt fabulas, verba apertiùs transferunt, eáque ita disponunt, vt pictores varietatem colorum: paria patribus referunt, aduersa contrariis sæpissimèque similiter extrema definiunt. Huic generi *historia* finitima est, in qua & narratur ornatè, & regio sæpe, aut pugna describitur: interponuntur etiam cõciones, & hortationes: sed in his tracta quædam, & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio. Ab his non multo secus, quàm à *poetu*, hæc eloquentia, quam quærimus, seuocanda est. Nam etiam poetæ quæstionem attulerunt, quídnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. numero maximè videbãtur antea, & versu: nunc apud oratores iam ipse numerus increbruit[a]. Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu, (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis[b], & Democriti locutionem, etsi abst à versu, tamen, quòd incitatiùs feratur, & clarissimis verborum luminibus vtatur, potiùs poema putandum, quàm comicorum poetarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. nec tamen id est poetæ maximum: etsi est eo laudabilior, quòd virtutes oratoris persequitur, cùm versu sit adstrictior. Ego autem etiam si quorundam grandis, & ornata vox est poetarum, tamen[c] in ea cùm licentiã statuo maiorem esse, quàm in nobis, faciendorum, iungendorúmque verborum tum etiam[d] nõnullorum voluptati vocibus magis, quàm rebus inseruiũt. Nec verò, si quid est vnum inter eos simile, (id autem est iudicium, electióque verborum) propterea ceterarum dissimilitudo intelligi non potest: sed id nec dubium est, &, si quid habet quæstionis, hoc tamen ipsum ad id, quod[e] propositum est, non est necessarium. *Seiũctus* igitur *orator à Philosophorũ eloquentia*[f], à *sophistarum*, ab *historicorum*, à *poetarum* explicandus est nobis, qualis futurus sit. 13 ¶ *Erit* igitur *eloquens* (hunc enim, auctore Antonio, quærimus) is, qui in foro, causísque ciuilibus ita dicet[g], vt *probet*, vt *delectet*, vt *flectat*: probare, necessitatis est: delectare, suauitatis: flectere, victoriæ. nã id vnum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimùm. Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicẽdi. Subtile in probando, modicum[h] in delectando, vehemens in flectendo, in quo vno vis omnis oratoris est. Magni igitur iudicij, summæ etiam facultatis esse debebit moderator ille, & quasi temperator huius tripertitæ varietatis. nam & iudicabit, quid cuique opus sit, & poterit, quocumque modo postulabit causa, dicere. 14 ¶ Sed *est eloquentiæ, sicut reliquarum rerũ fundamentum sapientia*. Vt enim in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quàm, quid decear,

c L. flexiones Obiicit plura etiam Aeschini Demosthenes, ill.

d al. moderaretur. h.

e Vox acuta naturæ omni verbo ineft.*

f L. & omneis sonorum &c.

g fort. in remissionib.

p B.

h De specie perfecti oratoris, & summæ eloquẽtiæ, & vi eloquendi.*

i L. vindicat:

k citatur à Nonio cap. 2. in lacessere sor.*

l L. exstitit & vberitate, & grauitate pr. al. exstitit & suauitate, & grauitate pr. ¶ Nam in Platone suauitas, in Xenophone, gratias fuit. al. legunt exstitit eloquentia & grauitate.*

m L. nec vincta

n δεινὸν, ἢ φοβερὸν,

p. CCIII.

a lib. vulg. increbuit, male dosc.

b Platonis & Democriti oratio quasi poema efficit. Imo magis Poema quàm Comicorum sit oratio.*

c fort. tamen cùm in ea lic.

d L. etiam auditorum voluptati vocibus magis quàm r. inf.

e fort. quod nobis propositum est, non est loquẽtia,

f Officium oratoris.*

g μέσον, ἰσχυρὸν

deceat[a], videre: πρέπον appellant hoc Græci: nos dicamus sanè DECORVM, de[b] quo præclarè,& multa præcipiuntur, & res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modò in vita,sed sæpissime & in poematis,[c] & in oratione peccatur. Est autem, quid deceat,oratori videndum, non in sententiis solùm, sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos,non omnis auctoritas, non omnis ætas,nec verò locus,aut tempus,aut auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum: sempérque in omni parte orationis,vt vitæ,quid deceat, est considerandum:quod & in re,de qua agitur, positum est, & in personis & eorum qui dicunt, & eorum, qui audiunt. Itaque hunc locum, longè, & latè patentem, philosophi solent in officiis tractare, non cùm de recto ipso disputant, (nam id quidem vnum est) grammatici in poetis, eloquentes in omni & genere, & parte causarum. Quàm enim indecorum est, de stillicidiis cùm apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis,& locis vti communibus: de maiestate populi Ro. summissè,& [d] subtiliter? Hîc genere toto at persona alij peccât,aut sua,aut iudicum, aut etiam aduersariorum:nec re solùm,sed sæpe verbo[e]: & si sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res sæpe aut probatur,aut reiicitur,alio,atque alio elata verbo. *In omnibúsque rebus videndum est, quatenus.* etsi enim suus cuique modus est, tamè *magu offendit nimium quàm parum.* In quo Appelles pictores quoque eos peccare dicebat,qui non sentirent,quid esset satis. Magnus esset locus [f] hic, Brute, quod te non fugit, & magnum volumen aliud desiderat: sed ad id, quod agitur,illud satis:cùm hoc decere,quod semper vsurpamus in omnib[g] dictis & factis, minimis,& maximis: cùm hoc,inquam,decere dicimus[g],illud non decere,& id vsquequaque, quantum sit,appareat: in alióque ponatur, aliúdque totum sit, vtrùm decere, an oportere dicas: oportere enim, perfectionem declarat officij,quo & semper vtendum est,& omnibus:decere,quasi aptum esse,consentaneúmque tempori,& personæ:quod cùm in factis sæpissimè, tum in dictis valet, in vultu denique,& gestu,& incessu: contráque item dedecere,quod si poeta fugit, vt maximum vitium, qui peccat etiam, cùm probam orationem affingit improbo,stultóve,sapientis:si denique pictor ille vidit,cùm immolanda Iphigenia tristis Chalcas esset, mœstior Vlysses,mœreret Menelaus,obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari: si denique histrio, quid deceat, quærit,quid faciendum oratori putemus? Sed,cùm hoc tantum sit:quid in causis,earúmque quasi membris faciat, orator viderit. Illud quidem perspicuum est,non modò parteis orationis, sed etiam causas totas, alias, alia [h] forma dicendi esse tractandas. §§ ¶ Sequitur, vt cuiusque generis tota quæratur, & formula: magnum opus,& arduum,vt sæpe iam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit,quid ageremus:nunc quidem iam quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. Ac primùm inferendus est ille nobis,quem solum quidã vocât Atticum. Summissus est,& humilis, *consuetudinem imitans*, ab indiserti re plus,quàm opinione, differens. Itaque eum qui audiunt, quamuis ipsi infantes[a] sint,tamen illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas, imitabilis illa [b] quidem videtur esse existimanti,sed nihil est experienti minus. Etsi enim *non plurimi sanguinis* [c] est,habeat tamen succum aliquê oportet,vt,etiã si illis maximis viribus careat,sit(vt ita dicam)integra valetudine [d]. Primùm igitur eum [e] tanquam è *vinculis numerorum* eximamus. Sunt enim quidam (vt scis) oratori [f] numeri(de quibus mox agemus) obseruandi, ratione quadam,sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi. Solutum quiddam sit,nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. Verba etiam verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam [g], de re,hominis,magis,quàm de verbis,laborantis. Sed erit videndum de reliquis, cùm hæc duo ei liberiora fuerint,circuitus, conglutinatióque verborum. Illa enim ipsa contracta,& minuta non negligenter tractanda sunt, sed *quædam etiam negligentia est diligens.* Nam VT mulieres esse dicuntur nõnullę inornatæ,quas idipsum deceat: sic hæc subtilis oratio etiam incomta delectat. Fit enim quiddam in vtroque, quo fit venustius,sed non vt appareat. Tum *remouebitur omnis insignis ornatus*,quasi margaritarũ [h] ne calamistri quidem adhibebuntur. Fucati verò medicamenta candoris, & ruboris,omnia repellentur:elegantia modò,& munditia[i] remanebit. *Sermo purus* erit,& *Latinus*:dilucidè,planéque dicetur: quid diceat,circumspicietur. Vnum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornatũ[k] illud suaue,& affluens:acutæ crebręque *sententiæ* ponentur, & nescio vnde ex abdito érutæ, atque in hoc oratore dominabuntur. Verecũdus erit vsus oratoriæ quasi suppellectilis. Supellex est [l] enim quodammodo nostra, quæ est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum,duplex: vnus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis, vsitatísque verbis, quòd [m] aut optimè sonat, aut rem maximè explanat. In alienis,aut translatum,aut[n] factum aliunde,vt mutuò: aut factum ab ipso, aut [o] nouum:aut priscum,& inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisca,sunt in propriis,nisi quòd rarò vtimur. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid cõcinnitatis efficiunt,quod verbis mutatis non maneat,manente sententia. Nã sententiarum ornamenta, quæ permanent, etiam si verba mutaueris,sũt illa quidem permulta, sed quæ emineant,pauciora. Ergo ille tenuis orator modò sit elegans,nec in faciendis verbis erit audax,& [p] in transferendis verecũdus, & parcus:& in priscis,reliquísque ornamentis & verborum,& sententiarum demissior: trãslatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vtitur non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum:siquidê est eorum,gemmare viteis, sitire agros,lætas esse segetes,luxuriosa frumenta. Nihil horum parum audacter,sed aut simile est illi, vnde transferas:aut, si res suum nullũ habet nomen,docendi causa sumtum,non ludendi,videtur. Hoc ornamẽto liberiùs paullo,quàm ceteris, vtetur hic summissus: nec tam licenter tamen, quàm si genere dicendi vteretur amplissimo. Itaque illud indecorum, (quod [q] quale sit,ex decoro

---

a fic De oratore, Caput artis,decere* b al.de quo & præclarè multa præcip. c ita libro 3. Officiorum. adde Nonũ cap.2.in poematis 39. Charisium 1. grammatic.* F. B.

d fort.& subtiliter dicere? e l.verbo. Etsi enim sine re nulla v.v.

f Pt.hic locus, Brute,

g l.hoc tertium. (dicimus, illud non decere, & id,) deceat, vt alie.

h al.alia dicendi forma

a adde Nonium cap.2. in Infans 275.* b al.quidem illa c sic infrà libro de Optimo genere oratorum.* d v.c.valetudine. e al.eam.* f al.oratorii*

g fort.negligentiam hominis, de re magis,

h al.margaritorum:

i al.mundities

k l.ornamẽtum illud suaue.

l fort.enim est

m l.quòd aut optimè sonat aut r.m.explanat.

n l. & sumtum aliunde vt mutuum: aut o l.vt nouum:

p l.& in trãsferendis verecundus, & parcus in priscis reliquísque ornamentis &c. *de Romanis nonnullis.* F. B.

p Indecorum ex decoro intelligitur.*

debet intelligi) hîc quoque appâret, cùm verbum aliquod altiùs transfertur, ídque in oratione humili ponitur, quod idem in alia deceret. Illam autem concinnitatem, quę verborum collocationem illuminat his luminibus, quæ Græci quasi aliquos gestus orationis, σχήματα appellant (quod idem verbũ ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur) adhibet quidem hic subtilis, (quẽ, nisi quòd solum, cęteroquin rectè quidem vocant Atticum,) sed paullo parciùs. Nam sic vt in epularum apparatu, à magnificentia recedens, non se parcum solùm, sed etiam elegantẽ[a] videri [b] volet: eliget quibus vtatur. Sunt [c] enim pleræq; aptè huí[d] ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniæ. Nam illa, de quibus antè dixi, huic acuto fugienda sunt, paria paribus relata, & similiter conclusa, eodémque pacto cadentia: & immutatione litteræ quasi [d] quæsitæ venustates, ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifestò deprehensum appareat. Itémque siquę verborum iterationes contentionem aliquam, & clamorem requirent, erunt ab hac summissione[e] orationis alienæ: ceteris promiscuè poterit vti, continuationem verborum modò relaxet, & diuidat, vtatúrque verbis quàm vsitatissimis, translationibus quàm mollissimis: etiam illa sententiarum lumina assumat [f], quæ non erunt vehementer illustria. Non faciet remp. loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aeruatim multa frequentans, vna complexione deuincier. Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc, quem informamus, aut exspectanda, aut postulanda. erit enim vt voce, sic etiã oratione suppressior. Sed pleraque ex illis conuenient etiam huic tenuitati: quamquam iisdem ornamentis vtetur horridiùs. talem enim inducimus. accedit [g] actio non tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens: non hoc, quod dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenuè, quo sensu quídque pronuntient. Huic generi orationis adspergentur etiam *sales*, qui in dicendo nimium [h] quãtum valent: quorum duo genera sunt: vnum facetiarũ, alterum dicacitatis. vtetur vtroque: sed altero in narrando aliquid venustè, altero in iaciendo mittendóque ridiculo: cuius genera plura sunt: sed nunc aliud agimus. Illud admonemus tamen ridiculo sic vsurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobscæno, ne mimicum: nec petulanti, ne improbum: nec in calamitatem, ne inhumanum: nec in faeinus, ne odij locum risus occupet: neque aut sua persona, aut iudicum, aut tempore alienum. hæc enim ad illud indecorum referuntur. Vitabit etiam quæsita, nec ex tẽpore ficta, sed domo allata: quę plerũque sunt frigida[i]: parcet & amicitiis, & dignitatibus: vitabit insanabileis contumelias: tantummodò aduersarios figet, nec eos tamen semper, nec omneis, nec omni modo. quibus exceptis sic vtetur sale [k], & facetiis, vt ego ex istis nouis Atticis talem cognouerim neminem, cùm id certè sit vel maximè Atticũ. Hãc ego iudico formam summissi [l] oratoris, sed magni tamen. & germani [m] Attici: quoniam, quidquid [n] est falsum, aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est. è quibus tamen non omnes faceti. Lysias satis, & Hyperides: Demades præter ceteros fertur: Demosthenes minus habetur: quo quidem mihi nihil videtur vrbanius, sed non tã dicax fuit, quàm facetus. Est autem illud [a] actioris ingenij, hoc maioris artis. 16 ¶ Vberius est aliud [b], aliquantóque robustius, quàm hoc humile [c], de quo dictum est: summissius [d] autem, quàm illud, de quo iam dicetur, amplissimum. Hoc in genere, neruorum vel [e] minimũ, suauitatis autem est vel plurimum. Est enim plenius, quàm hoc enucleatũ [f]: quàm autem illud ornatum, copiosúmque, summissius. Huic omnia dicendi ornamẽta conueniunt, plurimúmque est in hac orationis forma, suauitatis, in qua multi floruerunt apud Græcos: sed Phalereus Demetrius meo iudicio præstitit ceteris: cuius oratio cùm sedatè, placidéque loquitur, tum illustrant eam, quasi stellæ quædam, tralata[g] verba, atque immutata. *Tralata* ea dico, vt sæpe iam, quę per similitudinem ab alia re aut suauitatis, aut inopiæ causa transferuntur. *Mutata*, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud, quod idem significet sumtum ex re aliqua consequenti. Quod quamquam trãsferendo fit, tamen alio modo transtulit, cùm dixit Ennius, arcem [h] & vrbẽ orbas: alio modo, si pro patria arcem [i] dixisset: & horridam *Africam* [k] *terribili tremere tumultu* cùm dicit, pro Afris immurat Africam. Hanc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis: metonymiam grãmatici vocant, quòd nomina transferuntur. Aristoteles autẽ translationi hæc ipsa subiũgit, & abusionem, quam καταχρῆσιν vocant: vt cùm minutum dicimus animum pro paruo, & abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quòd delectat, vel quòd licet [l]. Iam [m] cùm fluxerunt plures continuæ tralationes, alia planè fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere meliùs ille, qui ista omnia translationes vocat. Hæc frequentat Phaleréus maximè, súntque dulcissima: & quamquam trãslatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores. In idem genus orationis (loquor enim de illa modica, ac temperata) verborum cadunt lumina [n] omnia, multa etiam sententiarum: latæ, eruditęque disputationes ab eodem explicantur, & loci cõmunes sine [o] contentione dicuntur. Quid multa? [p] è philosophorum scholis tales ferè euadunt: & nisi coràm erit comparatus ille fortior: per se hic, quem dico, probabitur. Est [p] enim quoddam etiam insigne, & florens orationis pictum [q], & expolitũ genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepõres. Hoc totum è sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum à subtilibus, repulsum à grauibus, in ea, de qua loquor mediocritate cõsedit. 17 ¶ Tertius [r] est ille *amplus, copiosus, grauis*, ornatus, in quo profectò vis maxima est. Hic est enim, cuius ornatũ dicendi, & copiã admiratæ gentes, eloquentiã in ciuitatibus plurimũ valere passæ sunt: sed hanc eloquentiã, quæ cursu magno, sonitúque ferretur, quã suspicerent omnes, quam admirarentur, quã se assequi posse diffiderẽt. Huius eloquẽtię est tractare animos, huius omni modo permouere. hæc modò perfringit, modò irrepit in sensus: inserit nouas opiniones, euellit insitas. Sed multùm interest inter hoc dicendi genus & superiora. Qui in illo *subtilis* [s] *& acuto* elaborauit, vt callidè, argutéq; diceret, nec quidquã altiùs cogitaret: hoc [t] vno perfecto, magnus

a φιλόκαλον
b L. videri volet, eligétque quibus vtatur.
c L. Sunt enim pleraq. apta huius ore.
d L. deles, quasi
e summissionẽ orationis vocat quam ante tenuẽ: & post, humilem à qua summissus & remissus orator.*
f L. assumet,
g L. Accedet
h L. mirum quãtum val.
i ψυχρά. k fort. salibus & fac.
l γνησίου sic suprà, germanos Thucydidas dixit.*
m hoc est tenuis & acuti: diuersi à medio seu temperato & à grandiloquo & copioso.*
n L. quicquid est sanum in oratione, id

a Locus meo iudicio corruptus aut admodum obscurus, aut certè perturbatus, ũ non perturbatisi mus. Itaque hanc sententiã, Est autem illud actioris ingenii hoc maioris artis collocandam puto post verbum, amplissimum, quod sequitur.*
b tẽperatum & modicum dicendi genus intelligit.*
c ideſt tenue & ſimiſſum* d eſt. n. inter medium inter tenue & ampliſſimũ*
e L. neruorum eſt vel min. ſuauitatis. haud ſcio an plurimum. t hoc eſt tenue & acutum.*
g al. tranſlata verba, atque imm. Tranſl.
h L. arce, & vrbe orba ſum: alio m. ita legitur P. B. 3. Tuſculana.*
i L. arcem, & vrbem dix.
k Idem 3. de oratore.*
l L. decet
m fort. Iam. cùm conſũxerunt pl. cont.
n ideſt ornamenta verborum, quæ & quaſi ſtellas ſuprà.*
o L. ſine contentione iudicuntur.
p L. Eſt etiã quodd. inſigne, & florẽs, pictum, & expolitum orationis genus.*
q Pictum orationis genus.*
r Genus mutat, Superius dixit de genere orationis ſummiſſo & medio, ſequitur vero de tertius ille amplus.*

s ſeu tenui.*
t al. hoc vno profectò ut

magnus orator est, si non maximus: minimeque in lubrico versabitur, & si semel constiterit, numquam cadet. *Medius* [a] ille autem quem modicum & temperatum voco, si modò suũ illud satis instruxerit: nõ [b] extimescit anceps dicendi incertõsq; casus: etiã si quãdo minùs succedet, vt sæpefit, magnum tamẽ periculum non adibit. altè enim cadere non potest. At verò hic noster, quem principem ponimus, *grauis* [c], acer, ardens, si ad hoc vnum est natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni, nec [d] suam copiam cum illis duobus generibus temperauit: maximè est contemnendus. ille enim *summissus* [e], q̃ acutè, & veteratoriè dicit, sapiens [f] iam: *medius*, suauis: hic autem *copiosissimus*, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquillè nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facetè dicere, præsertim cùm causæ partim totæ sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandæ: si is non præparatis auribꝰ inflãmare rẽ cœpit [g]: furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. 18 ¶ Tenemus igitur, Brute, quem quærimus: sed animo. Nam manus si prehendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, vt se dimitteret. Sed inuentus profectò est ille eloquens, quem numquam vidit Antonius. Quis est igitur is? Cõplectar breui, disserã pluribus. *Is enim est eloquens, qui & humilia subtiliter, & magna* grauiter, & mediocria *temperate potest dicere.* Nemo is, inquies, vmquam fuit. Ne fuerit. ego enim, quid desiderẽ, non, quid viderim disputo: redeóq; ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam, & speciem: quã etsi nõ cernimus, tamen animo tenere possumus. Non enim eloquentẽ quæro, neq. quidquam mortale, & caducũ: sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens: quod nihil est aliud, nisi eloquentia ipsa, quam nullis, nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquẽs, (vt idẽ illud iteremus) qui poterit *parua summisse, modica temperatè, magna grauiter dicere.* Tota mihi causa pro Cæcina, de verbis interdicti fuit. res inuolutas definiendo explicauimus: ius ciuile laudauimus: verba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius. temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne retinendę maiestatis Rabirij causa continebatur. ergo in omni genere amplificationis exarsimus. At hæc interdum temperanda, & varianda sunt. Quod igitur in accusationis septem [i] libris non reperitur genus? quod in Habiti [k]? quod in Cornelij? quod in plurimis nostris defensionibus? quæ exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer, vel posse eligere qui quærerẽt. Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamẽ, atq; adumbratio. non [l] assequimur: at, quid deceat, videmʸ. nec enim nunc de nobis, sed de re dicimus: in quo tantũ abest, vt nostra miremur, vt vsq; eò difficiles, ac morosi simus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quãquam vnus omnium et inter omneis in omni genere dicendi, tamen non [m] semper implet aureis meas. ita sunt auidę, & capaces: & semper aliquid immensum, infinitúm que desiderant. Sed tamen quoniam [n] & hunc tu oratorem cũ eius studiosissimo Pammene, cùm esses Athenis, totum diligentissimè cognouisti: neq; eum dimittis ẽ manibus: & tamen nostra etiam lectitas: vides profectò, illũ multa perficere, nos multa conari: illum posse nos velle, quocumque modo causa postulet, dicere. Sed ille magnus. nam & successit ipse magnis, & maximos oratores habuit æquales. nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus, quò contendimus, peruenire, in ea vrbe, in qua (vt ait Antonius) auditus eloquẽs, nemo erat. Atqui, si [a] Antonio Crassus eloquens visus non est, aut sibi ipse: nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, numquam Hortensius. nihil enim amplè Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa grauiter Hortensius. Superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico, & Antonium. Ieiunas igitur huius multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis aureis ciuitatis accepimus: eásq. nos primi, quicumque eramus, & quantuluncumque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi incredibilia studia conuertimus. Quãtis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarũ [b]? quæ nequaquam satis deferbuisse [c] pòst aliquando sentire cœpimus. Quid enim tam cõmune, quàm [d] spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantib. litus iectis? Ita viuunt, dum possunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur [e], vt eorũ ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt numquam alluantur: ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui cõquiescant, & quæ sequuntur. Sunt enim omnia sicut adolescentis, non iam re, & maturitate, quàm spe, & exspectatione, laudati [f]. Ab hac indole iam illa matura. *Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.* Nec verò hic vnus erat ardor in nobis, vt hoc modo omnia diceremus. ipsa enim illa, q̃ Roscio iuuenilis redundãtia, multa habet attenuata, quædam etiam paullo hilariora. At [g] pro Habito, pro Cornelio, complurésque aliæ. nemo enim orator tam multa, ne in Græco quidem otio, scripsit, quàm multa sunt nostra: eáque hanc ipsam habent, quam probo, varietatẽ. An ego Homero, Ennio, reliquis poetis, & maximè tragicis concederem, vt ne omnib. locis eádem contentione vterentur, crebróque mutarent, nonnũquã etiam ad quotidianũ genus sermonis accederent: ipse nũquã ab illa acerrima contentione discederẽ? Sed quid poetas diuino ingenio profero? Histriones eos vidimus, quibus nihil posset in suo genere esse præstantius, qui nõ solùm in dissimillimis sponsis satisfaciebãt, cùm tamen in suis versarentur, sed & comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admodũ placere vidimus. ego non elaborem? Cùm dico me: te, Brute, dico. nã in me quidẽ iãpridẽ effectũ est, quod futurũ fuit. Tu autem eodẽ modo omneis causas ages? aut aliquod causarum genus repudiabis? aut iisdẽ causis ppetuũ, & eundem spiritũ sine vlla cõmutatione obtinebis? Demosthenes quidẽ, cuius nuper inter imagines tuas, ac tuorum, (q̃ eum, credo, amares) cum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex ere vidi, nihil [h] Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutiis, & acumine Hyperidi, nihil lenitate Æschini, & splendore verborum. Multæ sunt eius totæ orationes subtiles [i], vt contra Leptinem: multę [k] & totæ graues [l], vt quædam Philippicæ: multæ variæ, vt contra Æschinem, falsæ legationis, vt contra eundem pro causa Ctesiphontis. Iam illud medium quoties vult,

a Ciceronis iudicium de Antonii Crassi, Cottæ, Sulpicii, Hortensii eloquentia.*

b L. patricidarum.
c al. deferuisse
d Parricidii poena adde l. 9. ff. ad l. Pompeã de parricidiis. Porro hæc eadem verba deprõpta ex Orat. pro Sexto Roscio Amerino.*
e al. vt eorũ ossa terram non tangant:
f L. laudata.

g L. & pro Auito, al. vt pro auito.*

h Demosthenis cũ Lysia Hyperide & Aeschine cõparatio.*
i summissum dicendi genus innuit.*
k L. multæ totæ graues,
l granilo quũ & graue dicendi genus* intelligit.*

arripit, & à grauissimo discedens, eò potissimum delabitur. Clamores tamen tum mouet, & tum in dicendo plurimùm efficit, cùm grauitatis locis vtitur. Sed ab hoc parumper abeamus: (quando quidem de genere, non de homine quærimus) rei potius, id est, eloquentiæ vim, & naturam explicemus. Illud tamẽ, quod iam antè diximus, meminerimus, nil [a] nos præcipiendi causa esse dicturos: atque ita potiùs acturos, vt existimatores videamur loqui non magistri. in quo tamen longiùs progredimur, quòd videmus non te hæc solum esse lecturum, qui ea multo, quàm nos, qui quasi docere videamur habeas notiora: sed hunc librum etiam si minùs nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari [b] necesse est. ¶ Esse igitur perfectè eloquentis puto, non eã solùm facultatem habere, quæ sit eius propria, fusè latéque dicendi, sed etiam vicinam eius, atq; finitimam, dialecticorum scientiam assumere: quamquam [c] aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idẽ loqui esse, quod dicere: attamen vtrumque in disserendo est. disputandi ratio, & loquendi dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi, & ornandi. Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter [e] has artes interesset. nam cùm compresserat digitos, pugnúmque fecerat: dialecticam aiebat eiusmodi esse. cùm autem diduxerat, & manum dilatauerat: palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Atque etiam ante hunc Aristoteles principio artis rhetoricæ dicit, illam artem quasi ex [f] altera parte respondere dialecticæ: vt hoc videlicet differant inter se, quòd hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo, omnem, quæ ad dicendum trahi possit, loquendi rationem, esse notam: quæ quidem res (quod te his artib[g] eruditũ minime fallit) duplicem habuit [h] docendi viam. Nam & ipse Aristoteles [h] tradidit præcepta plurima disserendi, & postea, qui dialectici dicuntur, spinosiora [i] multa pepererunt [k]. Ergo eum censeo, qui eloquentiæ laude ducatur, non [l] esse earum rerum omnino rudem: sed vel illa antiqua, vel hac Chrysippi disciplina institutum. nouerit [m] primùm vim, naturã, genera verborũ, & simpliciũ, & copulatorũ: deinde quot modis q̃dque dicatur: quo ratione verum, falsúmne sit, iudicetur: quid efficiatur è quoq;: quod [n] cui consequens sit, quódque contrarium: cúmque ambiguè multa dicantur, quomodo quidque eorum diuidi, explanarique oporteat. Hæc tenenda sunt oratori. sæpe enim occurunt: sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. Et quoniam in omnibus, quæ ratione docentur, & vĩa, primùm constituendum est, *quid quidque sit*: (nisi enim inter eos, qui disceptent, cónuenit, quid sit illud [o], de quo ambigitur: nec rectè dueri, nec vnquam ad exitum peruenirí potest) explicanda est sæpe verbis mens nostra de quaque re, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est: siquidem definitio, est oratio, quæ, quid sit id, de quo agitur, ostendit quàm breuissimè. Tum, vt scis, explicato genere cuiusque rei, videndum est, quę siat eius generis siue *formæ* [p] *siue partes*, vt in eas tribuatur omnis oratio. Erit igitur hæc facultas in eo, quem volumus esse eloquẽtem, vt definire rem possit, neque id faciat tam presse, & anguste, quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cùm explanatiùs, tum etiam vberiùs, & ad commune iudicium, popularémque intelligentiam accomodatiùs. Idémque etiam, cùm res postulabit, genus vniuersum in species certas, vt nulla neque prætermittatur, neque redundet, patietur, ac diuidet. quando autem, aut quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus: quoniam, (vt suprà dixi) iudicem me esse, non doctorem volo. 20 ¶ Nec verò dialecticis modò sit instructus, sed *habeat omneis* [a] *philosophiæ notos, & tractatos locos*. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patrię, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus, aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi, & erroribus, quæ sæpe cadunt in causas, sed ieiuniùs agunt: nihil, inquam, sine ea scientia, quam dixi, grauiter, amplè, copiosè dici, & explicari potest. De materia loquor orationis etiam nunc, nõ [b] ipso de genere dicendi. volo enim priùs habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis, quàm cogitet, quibus verbis quidque dicat, aut quomodo quem etiam, quo grandior sit, & quodammodo excelsior (vt de Pericle dixi suprà) *ne physicorum* quidem esse ignarum volo. Omnia profectò, cùm se à cæleſtibus rebus referet ad humanas, excelsiùs, magnificentiúsque & dicet, & sentiet. 21 ¶ Cúmque illa *diuina* cognouerit, nolo ignoret ne hæc quidẽ *humana Ius ciuile* teneat, quo egent causæ forenses quotidie. Quid est enim turpius [c], quàm legitimarũ, & ciuilium cõtrouersiarum patrocinia suscipere, cùm sis legum & [d] ciuilis iuris ignarus? 22 ¶ Cognoscat etiam *rerum gestarum & memoriæ veteris ordinem*, maximè scilicet nostræ ciuitatis: sed & imperiosorum [e] populorũ & regum illustrium: quem laborem nobis Attici [f] nostri leuauit labor: qui conseruatis, notatísque temporibus, nihil cùm illustre prætermitteret, annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit. Nescire autem, quid antea, quã natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est ætas hominis [g], nisi quum memoria rerum veterũ cum superiorum ætate contexitur? Commemoratio autẽ antiquitatis, exemplorúmque prolatio summa cum delectatione & auctoritatẽ orationi affert, & fidem. ¶ Sic igitur instructus veniet ad *causas: quarum habebit genera primùm ipsa cognita*: erit enim ei perspectum, nihil ambigi posse, in quo non aut res controuersiam faciat, aut verba. Res, aut de vero, aut de recto, aut de nomine. Verba, aut de ambiguo, aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex præterito [h] verbo fieri solet: in quo, quod est ambiguorũ proprium, res duas significari videmus. 23 ¶ Cùm tã pauca sint genera causarum, etiã *argumentorum* [i] *præcepta* [k] pauca sunt. Traditi sunt, è quibus ea ducantur, duplices loci: vni è rebus ipsis, alteri assumti. Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationẽ. nã ipsæ quidẽ res in perfacili cognitione versantur. quid enim iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut cõcilietur auditor aut erigatur, aut paret se ad discendũ? ré breuiter exponere, & probabiliter, & apertè, vt, qd agatur intelligi possit? sua confir-

a L. nihil nos

b L. necesse est diuulgari. E.

c L. quãquam enim aliud videatur esse er. al. dis. nec idem l. e. q. dicere: & quã quam disputandi ratio, & loqu. dial. sit or. autẽ di cẽdi, & ornãdi: attamen vtrúq. in diss. est Zeno quidem, &c.

d loquuntur Dialectici, dicunt oratores: sic infrà ratio. dicendi latior: loquendi contractior & post, volo huic summo loquendi rationem esse notam.*

e Eloquẽtiæ & dialecticæ discrimen.*

f ἀντίστροφον ἔστι), τῇ διαλεκτικῇ

g L. habet

h Dialectica præcepta Aristotelis faciliore: eorum qui Aristotelẽ secuti (in queis Chrysippus) spinosiora.*

i qualia Chrysippus: Vt infrà.*

k repererunt

l L. non esse earum rerũ

p. B

om. rud. oportere sed vel illa antiq. vel hac Chrys. disc. institutus, nouerit pr.

m Dialecticæ totius breuis eaque Ciceroniana synopsis.*

n al. quod cui q. conf.

o τὸ ἀμφισβητούμενον,

p εἶδη

h vide 2. de oratore.*

i DE ARGVMENTORVM TRACTATIONE.*

k L. præcepta pauca tradita sunt: è quibus ea ducantur, duplices loci

cõfirmare? aduersarij euertere? eáque efficere nõ perturbatè, sed singulis argumentationibus ita cõcludendis, vt efficiatur quod sit consequens iis, quæ sumentur ad quamque rem cõfirmandam? post omnia peroratione inflãmantem, restinguentémue concludere? Has parteis quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco nec enim semper tractantur vno modo. 24 ¶ Quoniam autem non, quem doceam, quæro, sed quem probem probabo primùm eum, qui, *quid*[a] *deceat, videbit.* Hæc enim sapientia maximè adhibẽda eloquenti est, vt sit temporum, personarúmque moderator. Nam nec semper, nec apud omneis, nec contra omneis, nec pro omnibus nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cùm statuerit, tum, vt quidque erit dicendum ita dicet: nec satura ieiunè, nec grandia minutè, nec item contrà, sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio. Principia verecunda, non elatis intensa[b] verbis, sed acuta sententiis, vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui. Narrationes credibiles, nec historico, sed propè quotidiano sermone explicatæ dilucidè. Dein si tenues causæ, tum etiã argumentandi tenue filum & in docendo, & in refellendo: idque ita tenebitur, vt quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Cùm verò causa[c] ea inciderit, in qua vis eloquentię possit expromi: tum se latiùs fundet orator, tum reget, & flectet animos, & sic afficiet, vt volet. id est, vt causæ natura[d], & ratio tẽporis postulabit. 25 ¶ Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem adscẽdit in tantum honorem eloquẽtia. Nam cùm omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic vt verbum nullum, nisi aut graue, aut elegans excidat: tum sunt maximè luminosæ[e], & quasi actuosæ[f] partes duæ: Quarum alteram in vniuersi generis quæstione pono, quam (vt suprà dixi) Græci appellant θέσιν: alterã *in augendis*[g], *amplificandisque rebus*, quæ ab eisdem αὔξησις est nominata. Quæ etsi æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maximè excellet: qui communes appellati[h], quòd videntur multarum iidẽ esse causarum, sed proprij singularum esse debebunt. Ac verò illa pars orationis, quæ est de genere vniuerso, totas causas sæpe continet. Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen[i] est controuersiæ, quod Græcè κεφάλαιον dicitur, id ita[k] dici placet, vt traducatur ad perpetuam quæstionem, atque[l] de vniuerso genere dicatur: nisi cùm de vero ambigetur: quod quæri coniectura solet. Dicetur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele cõstituta) sed aliquanto neruosiùs: & ita de re communia dicentur, vt & pro reis multa leniter dicantur, & in aduersarios asperè. Augendis verò rebus, & contrà abiiciendis nihil est, quod non perficere possit oratio: quod & inter media argumenta faciendum est, quotiescumque dabitur vel amplificandi, vel minuẽdi locus, & pænè infinite in perorando.

26 ¶ Duo[m] sunt[n], quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiã faciant[o]. Quorum *alterum* est, quod Græci ἦθικὸν vocant, *ad naturas et ad mores*, & ad omnem vitæ consue-

A tudinẽ accommodatũ: *alterum*, quod iidẽ παθητικὸν nominant, *quo perturbatur animi* & cõcitantur, in quo vno regnat oratio. Illud superius, come, iucundũ, ad[a] beneuolentiam conciliandam paratũ: hoc[b], vehemens incensum, incitatũ, quo causæ eripiuntur: quod cùm rapidè fertur, sustineri nullo pacto potest. Quo genere nos, mediocres, aut multo etiã minus: sed magno semper vsi impetu, sæpe aduersarios de statu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo summus orator non respõdit. Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit. Nobis priuata in causa magna & graui, cùm cœpisset Curio pater respondere, subitò assedit, cùm[c] sibi venenis ereptam memoriam diceret. Quid ego de *miserationibus*[d] loquar? quibus eo sum vsus pluribus, quòd etiã si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant. in quo vt viderer excellere, non ingenio, sed dolore assequebar. Quæ qualiacumque in me sunt: me[e] enim ipsum non pœnitet, quãta sint: sed apparent in orationibus: etsi carent libri spiritu illo, propter quem, maiora eadem illa cùm aguntur, quàm cùm leguntur, videri solent. Nec verò miseratione solùm mens iudicum permouenda est (qua nos ita dolenter vti solemus, vt puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus: vt alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore & lamentatione compleremus forũ) sed etiam est faciendum, *vt irascatur* iudex, mitigetur, inuideat, faueat, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, lætetur, doleat: qua in varietate, duriorum, accusatio suppeditabit exẽpla: mitiorum, defensiones meæ. Nullo enim modo animus audientis aut incitari[f], aut leniri potest, qui modus à me nõ tentatus sit. dicerem perfectum, si ita iudicarem, nec in veritate crimen arrogantiæ extimescerem. Sed (vt suprà dixi) nulla me ingenij, sed magna vis animi inflammat, vt me ipse non teneam. nec vmquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perueniret oratio. Vterer exẽplis domesticis, nisi ea legisses: vterer alienis vel Latinis, si vlla reperirem: vel Græcis, si deceret. Sed Crassi perpauca sunt, nec ea iudiciorum. nihil Antonij, nihil Cottæ, nihil Sulpicij. dicebat melius, quàm[g] scripsit Hortensius. Verùm hæc vis, quam quærimus, quanta sit, suspicemur, quoniam exemplum[h] non habemus: aut, si exẽpla sequimur, à Demosthene sumamus, & quidem perpetuæ dictionis, ex eo loco, vnde, in Ctesiphontis iudicio, de suis factis, cõsiliis, meritis in remp. aggressus est dicere. Ea profectò oratio in eam formam, quæ est insita in mentibus nostris, includi sic potest, vt maior eloquentia non requiratur. 27 ¶ Sed iam *forma* ipsa restat, *& character* ille qui dicitur: qui qualis esse debeat, ex[i] ipsis, quæ suprà dicta sunt, intelligi potest. Nam & *singulorum*[k] *verborum*, & *collocatorum* lumina attigimus: quibus sic abundabit, vt verbum ex ore nullũ, nisi aut elegans, aut graue exeat: ex omnique genere frequentissimæ translationes erunt, quòd eæ propter similitudinem transferunt animos, & referunt, ac mouent huc, & illuc: qui motus cogitationis, celeriter agitatus, per se ipse delectat. Et reliqua, ex collocatione verborum quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim

a DE DE-CORO. *

b al. insecta.

c L. ea causa

d al. & tempo-ris ratio postu. p. B.

e Citatur à Nonio cap. 2. in lumino-sum 489.* fol. lucrosæ ita Nonius c. 2. in luxuriosæ 477. & in lu-minosum 489.*

f DE AM-PLIFI-CATIO-NIBVS.* L. appella-ri. fortè quod ἐν ἀρχῇ

g al. ita pla-cet.

h al. de vtde atque

i L. Duo sunt etiam, quæ

k DE MO-TIBVS.* L. faciunt.

a *v.c.* ad be-nuolentiam

b L. hoc ver vehemens.

c Idem in Bruto.*

d *al.* commi-serationib.

e *fort.* me e-nim pœnitet quanta sint

f *al.* iaritari *vel* iritari.*

g *fort.* quàm scribebat

h παρέλκει γμα

i L. ex iis i-psis,

k De figuris verborum.*

a V. c. scenæ.

similia illis, quæ in amplo ornatu scenę[a], aut fori appellantur insignia: nō quòd sola ornēt, sed quòd excellant. Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina, & quodammodo insignia: cùm aut duplicantur, iterantúrq; verba, aut breuiter cōmutata ponūtur, aut ab eodem verbo ducitur sæpius oratio, aut in idem coniicitur, aut in vtrumq; aut adiūgitur idem iteratum, aut idē ad extremū refertur, aut continenter vnum verbū non[b] in eadem sententia ponitur: aut cùm similiter vel cadunt verba, vel desinunt: aut multis modis cōtrariis relata cōtraria: aut cùm gradatim sursum versus reditur[c]: aut cùm, demtis coniūctionibus, dissolutè plura dicūtur: aut cùm aliquid præteruntes, cur id faciamus, ostendimus: aut cùm corrigimus nosmetipsos, quasi reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio vel admirationis, vel conquestionis: aut cùm eiusdē nominis casus sæpius cōmutantur. 28 ¶ Sed *sententiarū*[d] ornamēta, maiora sunt: quibus quia frequentissimè Demosthenes vtitur, sunt qui putent, idcirco eius eloquentiā maximè esse laudabilem. Et[e] verò nullus ferè ab eo locus sine quadā conformatione sententiæ edicitur[f]: nec aliud quidquā est, dicere, nisi omneis, aut certè pleraſque aliqua specie illuminare sententias: quas cùm tu optimè, Brute, teneas, quid attinet nominibus vti, aut exēplis? tantùm[g] notetur locus. Sic igitur dicet ille, quē expetimus, vt[h] versetur sæpe multis modis eandē, & vnam rem, & hæreat in eadem, commoretúrque sententia: sæpe etiam vt extenuet aliquid: sæpe vt irrideat: vt declinet à proposito, deflectátque sententiam: vt proponat, quid dicturus sit: vt, cùm transegerit iam aliquid, definiat: vt se ipse reuocet, vt, quod dixit iteret: vt argumentum ratione concludat, vt interrogando vrgeat, vt rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat: vt contrà, ac dicat, accipi, & sentiri velit: vt addubitet, quid potiùs, aut quomodo dicat: vt diuidat in partes: vt aliquid relinquat: ac negligat vt antè prœmuniat: vt in eo ipso, in quo reprehendatur, culpā in aduersariū conferat: vt sæpe cum iis, qui audiunt, nonnūquam etiam cum aduersario quasi deliberet: vt hominum sermones, morésque describat: vt muta quædam eloquentia[i] inducat: vt ab eo, quod agitur, auertat animos: vt sæpe in hilaritatē, risúmue conuertat: vt antè occupet quod[k] videat opponi: vt comparet similitudines: vt vtatur exemplis: vt aliud alii tribuens dispertiat, vt interpellatorem coerceat: vt aliquid reticere se dicat: vt denuntiet, quid[l] caueant: vt liberiùs quid audeat: vt[m] irascatur etiam, vt obiurget aliquando, vt deprecetur, vt supplicet, vt medeatur, vtrà propositō declinet aliquantulum[n], vt optet, vt exsecretur: vt fiat iis, apud quos dicet[o], familiaris. Atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequatur? breuitatem, si res petet: sæpe etiam rem dicendo subiiciet oculis: sæpe suprà fecit, quàm fieri possit: significatio sæpe erit maior, quàm oratio: sæpe hilaritas, sæpe vitæ, naturārúmque imitatio. Hoc in genere (nam quasi syluam vides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo. 29 ¶ Sed hæc, nisi *collocata*[q], & quasi *structa*, & *nexa* verbis, ad eā laudem, quam volumus, adspirare non possunt. De quo cùm mihi deinceps viderem esse dicendum, etsi mouebant iam me illa, quæ suprà dixeram, tamen iis, quæ sequuntur, per-

b L. non in eandem sententiam.

P. B. c al. tenditur. & ita legit Rhenius.

d DE FIGVRIS SENTENTIARVM. *

e L. Enimuero nullus &c. & ita Quintil.

f L. dicitur: & ita Quint. notat. Rhenius. al. inducitur:

g al tantummodo

h L. vt versetur sæpe multis modis, eadē, & vna in re hæreat, in eademque commoretur sententia.

i L. loquētia ind. & ita Qu. notat Rhe.

k al. quod putat opponi:

l al. quid caueant: non placet.

m al. vt irascatur, etiam vt obiurget aliq.

n al. aliquantum

o a. dicat,

p L. sequetur:

q DE COLLOCATIONE VERBORVM. *

turbabar magis. Occurrebat enim, posse reperiri non inuidos solùm, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam meorum laudum, qui non censerent eius[a] viri esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia fecisset, comprobāte populo Rom. quanta de nullo, de artificio dicendi litteris[b] tam multa mandare. Quibus si nihil aliud responderem, nisi, me M. Bruto negare roganti noluisse, iusta esset excusatio, cùm & amicissimo, & præstantissimo viro, & recta & honesta petenti, satisfacere voluissem. Sed si profiteat (quod vtinam possem) me studiosis dicendi, præcepta, & quasi vias, quæ ad eloquentiam ferrent, traditurum: quis tandem id iustus rerum æstimator[c] reprehenderet? Nam quis vmquam dubitauit, quin in rep. nostra primas[d] eloquentia tenuerit semper[e], vrbanis, pacatísque rebus secundas, iuris scientia? cùm in altera, gratiæ, gloriæ, præsidij plurimum esset: in altera, persecutiōnum, cautionúmque præceptio: quæ quidem ipsa auxilium ab eloquētia sæpè peteret, ea verò repugnante vix suas regiones, finésque defenderet. Cur igitur ius ciuile docere semper pulcrum fuit, hominúmque[f] clarissimorum discipulis floruerunt[g] domus: ad dicendum si quis accedat, aut adiuuet in eo iuuentutem, vituperetur? Nam si vitiosum est dicere ornatè, pellatur omnino è ciuitate eloquent'a. sin ea nō modò eos ornat, penes quos est, sed etiam vniuersam remp. cur aut discere turpe est, quod scire honestum est: aut, quod nosse pulcerrimum est, id non[h] gloriosum docere? At alterum facti tatum est, alterum nouum. Fateor: sed vtriusque rei causa est. Alteros enim respondenteis audire sat erat, vt ij, qui docerēt, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent: sed eodem tempore & discentibus satisfacerent, & consulentibus, alteri, cùm domesticum tempus in cognoscendis, componendísque causis, forense in agendis, reliquum in seipsis reficiendis omne consumerent: quē habebant instituendi, aut docendi locum? Atq; haud scio, an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint, quàm doctrina. itaque illi dicere melius, quàm præcipere: nos contrà fortasse possumus. At dignitatem docere non habet. Certè, si quasi in ludo. sed si monendo, si cohortando, si percunctando, si communicando, si interdum etiā vnà legendo, audiendo: nescio[i] cur non docendo etiā aliquid aliquādo, si possis meliores facere, cur nolis? An, quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, vt[k] est: quibus ipsa sacra retineri, defendíque possint, non honestum est? At ius profitentur etiam qui nesciunt: eloquentiam autem illi ipsi, qui consecuti sunt, tamē ea se valere dissimulant, propterea quòd prudentia hominibus grata est, lingua suspecta. Num igitur aut latere eloquētia potest: aut id, quod dissimulat, effugit: aut est periculū, nequis putet in magna arte, & gloriosa, turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestissimū discere? Ac fortasse cæteri tectiores: ego semper me didicisse præ me tuli. Quid enim possem, cum[l] & abfuissem adolescens, & horum studiorum causa mare[m] transissem, & doctissimis hominibus referta domus esset, & aliquæ fortasse inessent in sermone nostro do ctrinarum notæ? cùmque vulgò scripta nostra legerentur, dissimularem me didicisse? Quid erat, cur probarem, nisi quòd parum

a L. eius esse viri.

b L. xā multo litteris,

c al. existimator

d Eloquētia primas, Iuris scientia secūdas partes in Rep. Romana tenuit.*

e L. semper in vrbanis, &c.

f al. virorū.*

g L. domus floruerunt.

h L. non gloriosum est &c.

i L. nescio, docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis.

k hæc desunt apud Rhenium, vt est apud Quintil. nam vt essent &c.

P. B. pissime ita loquatur Cicero.*

l L. cùm & fuissem adolescens, & al. natus

Fortasse

fortasse profecerâm? Quod cùm ita sit, tamen ea, quæ suprà dicta sunt, plus in disputando, quàm ea, de quibus dicendũ est, dignitatis habuerunt. *De verbis* enim *componendis, & de syllabis* propemodum *dinumerandis, & dimetiendis* loquemur: quæ etiam si sunt, sicuti mihi videtur, necessaria, tamen fiunt magnificentiùs, quàm docentur. Est id omnino verum, sed propriè in hoc dicitur[a]. nam omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat: radices, stirpésque non item: sed illa sine his non potest. Me autem siue peruagatissimus ille versus, qui vetat,

Artem pudere prolequi, quam fallites, dissimulare non sinit, quin delecter, siue tuum studium hoc à me volumen expressit: tamen eis, quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Quòd si ea, quæ dixi, non ita essent: quis tamen se tam durum, agreste mque præberet, qui hanc mihi non daret veniam, vt cùm meæ forenses artes, & actiones publicæ concidissent, non me aut desidiæ, quod facere non possum: aut mæstitiæ, cui resisto, potiùs, quàm litteris, dederem? quæ quidem me antea in iudicia, atque in curiam deducebant, nunc oblectãt domi. Nec verò talibus modò rebus qualeis hic liber continet, sed multo etiã grauioribus, & maioribus: quæ si erunt perfectæ, profectò forensibus nostris rebus etiã[b] domesticæ litteræ respondebunt. Sed ad institutam disputationem reuertamur. *Collecabuntur*, igitur *verba*, aut vt inter se quàm *aptissime* cohæreant extrema cum primis, eáque sint quàm suauissimis vocibus: aut vt forma ipsa. concinnitásque verborum *conficiat orbem*[c] suum: aut vt comprehensio *numerose, & apte cadat*.

30 ¶ Atque illud *primum*[d] videamus, quale sit, quod vel maximè desiderat[e] diligentiam (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet operosè: nam esset cùm infinitus, tum puerilis labor, quod apud Lucilium[f] scitè exagitat in Albucio Scæuola,

Quàm lepide lexeis[b] *cõpositá? vt tesserulæ omnes*
Arte pauimento, atq. emblemate[k] *vermiculato.*

Nolo tam minuta hæc constructio appareat: sed tamen stilus exercitatus efficiet facilè hanc[l] viam componendi. Nam vt in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum verborũ cum insequentibus primis concursus, aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. Quamuis enim suaues, gratáve sententiæ, tamen[m] si inconditis verbis efferuntur, offendent aureis: quarum est iudicium superbissimum[n]. Quod quidem Latina lingua sic obseruat, nemo vt tam rusticus sit, qui[o] vocaleis[p] nolit coniungere. In quo quidã etiam Theopompum reprehendunt, quòd eas litteras tanto opere fugerit: &[q] si id magister eius Isocrates. at non Thucydides. ne ille quidem, haud paullo maior scriptor, Plato: nec solùm in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, vbi etiam de industria id faciendum fuit, sed in[r] populari oratione, qua mos[s] est Athenis laudari in concione eos, qui sint in prœliis interfecti: quæ sic probata est, vt eam quotannis, vt scis, illo die recitari necesse sit, in ea est crebra[t] ista vocum concursio, quam magna ex parte, vt vitiosam, fugit Demosthenes. Sed Græci viderint: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere[u] voces conceditur. Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis: indicant omnes poetæ, præter eos, qui, vt versum facerent, sæpe hiabant: vt Nęuius,

Vos, qui accolitis Hĭstrum fluuium, atque Algidam. & ibidem,

Quam numq̃am vobis Graĭ, atque Barbari.

At Ennius semel,

Scipio inuicte.-- Et quidem nos,

Hoc motu radiantis Eteſiæ in uada ponti. Hoc idem nostri[a] sæpius non tulissent, quod Græci laudare etiam solent. Sed[b] quid ego? vocaleis sine vocalibus sæpe breuitatis causa contrahebant, vt ita dicerent, multi[c] modis, vas argenteis palm[d] & crinibus, tecti fractis. Quid verò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora? nam vt duellum, bellum, & duis, bis: sic Duellium, eum, qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt. cùm superiores appellati essent semper Duellij. Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim vester[e] Axilla, Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris? Quam litteram etiam è maxillis, & taxillis, & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Libenter etiã copulando verba iungebant, vt sodes, pro, si audes: sis, pro, si vis. Iam in vno, capsis[f], tria verba sunt: aín', pro, aíssne: nequire, pro, non quire: malle, pro, magis velle: nolle, pro, non velle. Dein etiam sæpe, & exin, pro deinde, & exinde dicimus. Quid illud? non olet vnde sit, quòd dicitur, cum illis? cum[g] autem nobis nõ dicitur, sed nobiscum? quia si ita diceretur, obscænius concurrerent litteræ, vt etiam modò, nisi AVTEM interposuissem, concurrissent. Ex eo est mecum, & tecum: non, cum me, & cum te, vt esset simile illis vobiscum, atque nobiscum. Atque etiam à quibusdam serò iam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt nam Proh[h] deũm, atque hominum fidem: deorum aiunt. Ita credo, hoc illi nescieb ãt: an dabat hanc licentiã cõsuetudo? Itaq; idem poeta, qui inusitatiùs contraxerat,

-Patris mei meũm factũm pudet, pro, meorum factorum: &,

Texitur: exitũm examen rapit, -pro, exitiorum: nõ dicit, liberûm, vt plerique loquimur, cùm, Cupidos liberûm, aut, In liberûm loco, dicimus: sed, vt isti volunt,

Neque tuum vmquam in gremium extollas liberorum ex te genus. & idem,

Namque[k] *Æsculapi liberorum.*-- At ille aliter[l] in Chryse, non solùm,

Ciues, antiqui amici maiorũm meũm, quod erat vsitatum, sed durius etiam,

Consilium, augurium, atque extũm interpretes.

Idémque pergit,

Postquam prodigium horriferum, portentum pauos[m]. quæ[n] non sanè sunt in omnibus neutris vsitata. Nec enim dixerim tam libenter, armũm, iudicium: etsi est apud eundem, Nihílne ad te de iudicio armûm accidit? quàm[o] armorum Iam (vt censoriæ tabulæ loquuntur) fabrûm, & procûm, audeo dicere, non fabrorum, & procorum. Planéque, duorum virorũ iudicium, aut, trium virorum capitalium, aut, decem virorum litibus iudicandis, dico numquã. Atqui dixit Accius, Video sepulcra duã, p duorum corporum. Idémque, --Mulier vna duûm virûm. Quid verum sit, intelligo: sed a liãs ita loquor, vt concessum est, vt hoc, vel, Proh[q] deũm dico, vel, Proh deorum: aliãs, vt vt necesse est. cùm triũ virûm, non virorum: cùm[r] sestertiûm nummûm, non nummorum:

a L. sæpius nostri
b L. Sed quid ego vocaleis sine vocal. b. & ita P. Victor.
c L. mult. modis, argenteis vasis, passi crinibus &c.
d al. passi passis adde Nonium c. 4. in passum. 364.*
e L. vester Axilla Ala factus est,
f hoc est capesi vis.*
g adde Prisicianum lib. 12. c. de figura.*
h al. Nũ pro deũm,
i L. hanc cõsuetudo licẽtiam
k citatur hic versus plenior Fusculana 2.
l alter
m al. pauor: n L. quæ non sunt sanè.
o lib. uul. quã centuriã, (vt censoriæ tabulæ loquuntur) fabrum, & procûm, audeo dicere, non fabr. &c. mendose, opinor.
p L. duo d.
q L. Pro deũm, dico, vel pro deorum:
r L. & sestertiûm nummum,

quòd in his consuetudo varia non est. Quid, quòd sic loqui, nosse, iudicasse, vetant: nouisse, iubent, & iudicauisse? quasi verò nesciamus in hoc genere & plenum verbum rectè dici, & imminutum vsitatè. Itaque vtrumque Terentius[a], *Eho, tu cognatum*[b] *tuum non norasti*? Pòst idem, *Stilphonem*[c] inquam, noueras? Siet, plenum est: sit, imminutum. licet vtare vtroque ergo ibidem.

Quam cara sint quæ, post carendo intelligunt,
Quámque attinendi magni dominatus sient. Nec vero reprehenderim,

--*Scripsere alij rem.* & [d] scripserunt, esse verius sentio; sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.

Idem campus habet,--inquit Ennius:&,

In templis idem,--probauit, at, eisdem, erat verius: nec[e] tamen, eisdem, opimius. malè sonabat, iisdem. Impetratum est à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret: & pomeridianas quadrigas, quàm postmeridianas, libentiùs dixerim: & mehercule, quàm mehercules. Non scire quidem barbarum iam videtur: nescire, dulcius. Ipsum, meridiem, cur non medidiem? [f] credo, quòd erat insuauius. Vna præpositio est, A B, eaque nunc tantùm in acceptis tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus, & abegit, & abstulit, vt iam nescias, ábne verum sit, an abs. Quid[h] si etiam abfugit, turpe visum est: & abfer noluerunt, aufer maluerunt? quæ præpositio præter hæc duo verba nullo alio in verbo reperitur. Noti erat, & nauí[i], & nati, quibus cùm IN præponi oporteret, dulcius visum est, ignoti, ignaui, ignari dicere, quàm vt veritas postulabat. Ex vsu dicunt, & è republica, quòd in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi litteram sustulisses: vt exegit, edixit, refecit[k], retulit, reddidit: adiuncti verbi primam[l] litterâ præpositio cõmutauit, vt subegit, summutauit, sustulit. Quid in verbis iunctis? quàm scitè insipientem, nõ in sapientem? iniquum, nõ inæquum? tricipitem, non tricapitem? concisum, non concæsum? Ex quo quidam pertisum etiam volunt: quod eadẽ consuetudo non probauit. Quid[m] verò hoc elegantius, quod non sit natura, sed quodam instituto? inclytus[n] dicimus breui prima littera, insanus producta. inhumanus breui, infelix longa. &, ne multis, quibus in verbis eæ primæ litteræ sunt, quæ in sapiente, atque felice, producte[o] dicitur: in cæteris[p] omnibus, breuiter. itémque composuit, consuescit, concrepuit, confecit: consule veritatem, reprehendet: refer ad aureis, probabunt. quæreꝰ, cur? ita[r] se dicent iuuari. voluptati autẽ auriũ morigerari debet oratio. Quin ego ipse, cùm scirem ita maiores locutos esse, vt nusquã, nisi in vocali, adspiratione vterentur, loquebar sic, vt puleros, Cetegos, triumpos, Kartaginem dicerem: aliquando, idque serò, conuicio auriũ, cùm [s] extorta mihi veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui. Orciuios tamẽ, & Matones, Otones, Cæpiones, sepulcra, coronas, lacrymas dicim[t], qa per aurium iudicium semper licet. Purrum[t] semper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi[u] patefecerunt Fruges: non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. nec enim Græcam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas: &[x] cùm Phrygum, & cùm Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantùm Barbaris cedere. Græcam litteram adhibere, aut recto casu solùm Græcè loqui, tamẽ & Phryges, & Pyrrhũ aurium causa dicimus. Quinetiam, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant postremæ duæ litteræ, quæ sunt in optumus, postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loquebamur,

Qui est omnibu' princeps. non, omnibus princeps. &,

Vita illa dignu', locóque. non, dignus.

Quòd si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte, & doctrina postulari putamus? 31 ¶ Hæc dixi breuiùs quàm si hac de re vna disputarem. est enim hic locus latè patens, de natura, vsúque verborum: longiùs autem, quàm instituta ratio postulabat. Sed quia rerũ, verborúmque iudicium, prudentiæ est: vocum autem, & numerorum, aures sunt iudices: &[a], quòd illa ad intelligentiam referuntur, hæc ad voluptatem in illis rãtio inuenit, in his sensus artem. aut enim negligenda nobis [b] fuit voluptas eorum, quibus probari volebamus, aut ars eius conciliandæ reperienda. Duæ sunt igitur res, quæ permulceant aureis[c], sonus[d], & numerus. De numero mox, nunc *de sono*[e] quærimus. Verba (vt suprà diximus) legenda sunt potissimùm bene sonantia, sed ea non, vt poetæ, exquisita ad sonum, sed sumta de medio. *Qua*[f] *pontus Helles*--superat modum, At, *Auratus aries Colchorum*, --splendidis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus insuauissima litteraꝰ infinitus[h], *Frugifera, & ferta arua Asiæ*[k] *tenet*. Quare bonitate potiùs nostrorum verborum vtamur, quàm splendore Græcorum, nisi fortè sic loqui pœnitet, *Qua tempestate Paris Helenam*.--& quæ sequuntur. Immò verò ista sequamur, asperitatémque fugiamus, *Habeo istam ego perterrierepam* --Idémque, *Versutiloquas malitias*. Nec solùm componentur verba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium[l] esse alterum[m] aurium diximus. Sed finiuntur aut compositione ipsa, & quasi sponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas ineſt: quæ siue casus habent in exitu similes, siue *paribus paria* redduntur, siue[n] opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In huius concinnitatis consectatione[o] Gorgiam fuisse principem accepimus, quo de genere illa nostra sunt in Miloniana. Est enim, iudices, hæc non scripta, sed nata lex: quam non[p] didicimus, sed accepimus: non legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus[q]: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Hæc enim talia sunt, vt, quia referuntur ad ea, ad quæ debent referri, intelligamus non quæsitum esse numerum, sed secutum. Quod fit item in contrariis referendis: vt illa sunt, quibus non modò numerosa oratio, sed etiam versus efficitur,

Eam, quam mihi[q] *accusas, damnas.* condemnas, diceret[r], qui versum effugere vellet[s].

Bene quam meritam esse autumnas, dicis male meveri.

Ia[t] *quod scis prodest, nihil id, quod nescis, obest.*

Versum efficit ipsa relatio contrariorum. id esset in oratione numerosum,. Quod scis, nihil

a Phormione.*
b *al.* sobrinum.*
c L. Stilponẽ, inquam, non noueras? d L. etiã, scripserunt, esse ver.
e L. nec tamẽ opimius.
f citatur à Nonio c. 1. in Meridies.*
g L. abs,
P. CCXII.
h L. Quid si etiam abfugit, turpe visum est, & abfer noluerũt: aufugit, & aufer maluerunt? *al.* Quid si etiam abfugites, turpe visum est, & abfer noluerunt: aufugites, & aufer maluerũt? *al.* Quid si etiam abfugit turpe visum est: & abfer, noluerunt: aufer, maluerunt? i *al.* gnaui & nari.*
k L. effecit, extulit, edidit:
l *al.* prima littera præpositionem commutauit.*
m citatur hic locus à Gellio 2. c. 17.*
n *al.* inclutus.*
o *al.* productæ dicuntur ita apud Gellium.*
p *al.* cæteris verò *ita* apud Gellium.*
q *al.* quære cur ita sit? dicent pro se iuuari: ità apud Gellũ.* r *al.* probè se dicent iuu.
s L. cùm mihi extorta.
t L. Burrhum semper Ennius, nunquã *&c.* ita Qu. 1. cap. 4. B. inquit in loco alium dedimus aliquãdo, vnde Burrus, Bruges, Balæna adde Festum in balenæ.*
u L. Vi patefecerunt Bruges
x L. quamuis cum Phrygũ, & Phrygibus dicendum esset, absurd.

a L. & quoniã illa ad p. B.
b L. fuit nobis.
c *v.* e auris,
d *legendum est vt ex sequentibus apparet* finis. His enim explicat quemadmodum oratori finienda sit oratio.*
e De sono aut potius FINE ORATIONIS. *
f *al.* Qua Pãto ab Helles Lipsius ita emendat. 5. epistolic. quæstio. 5. sic enim apud Senecã epistola 81. hi versus leguntur. Impero Argis, regna mihi liquit Pelops Qua põto ab Helles atque Ionio mari, vrgentur Isthmos.*
g id est, quæ insuauissima dicuntur Halicarnasseo.*
h L. finitus, *Quidam dicit vocem* in finitus, *seu* finitus.
i L. Frugifera, & fertilia arua Asiæ tenet.
k *al.* Asias s. enim litteras Halicarnass. insuauissima vt prius dictum.*
l *legendum est ex superioribus* iudicio prudentium esse, alterum autium esse diximus.*
m L. aurium alterum.
n L. siue opponuntur cõtraria *&c.* & *ita infrà.*
o *al.* consectione.*
p L. nõ didicimus, accepimus, legimus, verùm &c. *ita in ipsa* ar-
p. CCXIII.
q *al.* mihi accusas: d *al.* dixisse
r *al.* voluisse
s L. Id, quod scis, prodest, nihil: multũ id, quod nescis, obest.

hil prodeſt: quod neſcis, multùm obeſt. Semper hæc, quæ Græci ἀντιστρέφοντα nominant, cùm contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt, & eum ſine induſtria. Hoc genere antiqui, iam ante Iſocratem delectabantur, & maximè Gorgias: cuius in oratione plerumque efficit numerum ipſa concinnitas. Nos etiam in hoc genere frequentes[a], vt illa ſunt in quarto[b] accuſationis, Conferte hanc pacem cum illo bello: huius prætoris aduentum, cum illius imperatoris victoria: huius cohortem impuram, cum illius exercitu inuicto: huius libidines, cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas: ab hoc, qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. Ergo[c] & hi numeri ſunt cogniti etiàm à Latinis. 32 ¶ Genus illud tertium explicetur, *quale ſit*[d], *numeroſæ & aptæ orationi*. quod qui non ſentiunt, quas aureis habeãt, aut quid in his hominis ſimile ſit, neſcio. Meæ quidem perfecto[e], completóq; verborum ambitu gaudent, & curta ſentiunt, nec amant redundantia. Quid dico meas? conciones ſæpe exclamare vidi, cùm aptè verba cecidiſſent. id enim exſpectant aures, vt verbis colligentur[f] ſententiæ. Non erat hoc apud antiquos. Et quidem nihil aliud ferè non erat. nam & verba eligebant, & ſententias graueis, & ſuaueis reperiebant, ſed[g] eas haud vinciebant, haud explebant. Parum hoc me ipſum delectat, inquiunt. Quid ſi antiquiſſima illa pictura paucorum colorum, magis, quàm hæc iam perfecta, delectet? illa nobis ſit, credo, repetenda: hæc ſcilicet repudianda. Nominibus veterum gloriãtur. Habet autẽ VT IN ætatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas: quę quidẽ apud me ipſum valet plurimùm. nec ego id quod deeſt antiquitati, magito potiùs, q̃ laudo, quod eſt: præſertim cùm ea maiora iudicem, quæ ſunt, quàm illa quæ deſunt. Plus eſt enim, in verbis, & in ſententiis boni, quibus illi excellunt, quàm in concluſione ſententiarum, quam non habent. Pòſt inuenta concluſio eſt, qua credo vſuros veteres illos fuiſſe, ſi iam nota, atque vſurpata res eſſet: qua inuẽta, omneis vſos magnos oratores videmus. Sed habet nomen inuidiam, cùm in oratione iudiciali & forenſi numerus Latinè, Græcè ῥυθμὸς ineſſe dicitur. Nimis[h] enim inſidiarum ad capiendas aureis[i] adhiberi videtur, ſi etiam in dicendo numeri ab oratore quæruntur. Hoc[k] freti iſti & ipſi infracta, & [l] amputata loquuntur, & eos vituperant, qui apta, & finita pronuntiant. ſi inanibus verbis, leuibúſque ſententiis: iure. ſin probæ res, lecta verba: quid eſt cur claudicare, aut inſiſtere orationem malint, quàm cum ſententia pariter excurrere? Hic enim inuidioſus numerus nihil affert aliud, niſi vt ſit aptè verbis comprehenſa ſententia: quod ſit etiam ab antiquis, ſed plerumque caſu, ſæpe[m] natura: &, quę valde laudantur apud illos, ea ferè, quia ſunt concluſa, laudantur. Et apud Græcos quidem iam anni propè quadringenti ſunt, cùm hoc probatur, nos nuper agnouimus. Ergo Ennio licuit, vetera cõtemnenti, dicere,

Verſibus[n], *quos olim Fauni, vatéſque canebant:*

mihi de antiquis eodem modo non licebit, præſertim cùm dicturus non ſim, *Ante*[o] *hunc, — vt ille: nec quę ſequuntur, Nos auſi reſerare — legi enim*, audiuſque nonnullos, quorum propemodum abſolutè concluderetur oratio.

Quod qui non poſſunt, non eſt eis ſatis non contemni, laudari etiam volunt. Ego autem illos ipſos laudo, idque meritò, quorum ſe iſti imitatores eſſe dicunt, etſi in eis aliquid deſidero: hos verò minimè, qui nihil illorum, niſi vitium, ſequuntur, cùm à bonis abſint longiſſimè. Quòd ſi aureis tam inhumanas, támque agreſteis habent, ne doctiſſimorum quidem virorum eos mouebit auctoritas? Omitto Iſocratem, diſcipulóſque eius, Ephorum, & Naucratem: quamquam orationis faciendæ, & ornandæ auctores locupletiſſimi, ſummíq; ipſi oratores, eſſe debeant. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrior Ariſtotele fuit? quis porrò Iſocrati eſt aduerſatus infenſiùs? Is igitur verſum[a] in oratione vetat eſſe, numerum iubet. Eius auditor Theodectes, in primis, (vt Ariſtoteles ſæpe ſignificat) politus ſcriptor, atque artifex, hoc idem & ſentit, & præcipit. Theophraſtus verò, iiſdem de rebus etiã accuratiùs. Quis ergo iſtos ferat, qui hos auctores nõ probent? niſi omnino hæc eſſe ab his præcepta neſciunt. Quod ſi ita eſt, (nec verò aliter exiſtimo) quia[b] ipſi ſuis ſenſibus non mouentur: nihilne eis inane videtur? nihil inconditũ, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans? In verſu quidẽ theatra tota exclamant[c], ſi fuit vna ſyllaba aut breuior, aut longior. Nec verò multitudo pedes nouit, nec vllos numeros tenet: nec illud, quod offẽdit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit: & tamen omniũ lõgitudinum, & breuitatũ in ſonis, ſicut acutarũ, grauiúmq; vocum, iudiciũ ipſa natura in auribus noſtris collocauit. Viſne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius etiam explicemus, quàm illi ipſi, qui & hæc, & alia nobis tradiderunt? An his contenti eſſe, quæ ab illis dicta ſunt, poſſumus? Sed quid quęro, velíſne: cùm litteris tuis eruditiſſimè ſcriptis te id vel maximè velle perſpexerim? Primum ergo *origo*, deinde *cauſa*, pòſt *natura*, tum ad extremum *vſus* ipſe explicetur orationis aptæ, atque numeroſæ. 33 ¶ Nam qui Iſocratem[d] maximè mirantur, hoc[e] in eius ſummis laudibus ferunt, quòd[f] verbis ſolutis numeros primus adiunxerit. Cùm enim videret, oratores cum ſeueritate[g] audiri, poetas autem cum voluptate: tum dicitur numeros ſecutus, quibus etiam in oratione vteremur[h], cùm iucũditatis cauſa, tum vt varietas occurreret ſatietati. Quod ab his verè quadam ex parte, non totum, dicitur. Nam neminem in eo genere ſcientiùs verſatum Iſocrate, confitẽdum eſt: ſed princeps inueniendi fuit Thraſymachus: cuius omnia nimis etiam exſtant ſcripta numeroſe. Nam, (vt paullo antè dixi) paria paribus adiuncta, & ſimiliter definita, itémque contrariis relata contraria, quæ ſua ſponte (etiam ſi id non agas) cadunt plerumque numeroſè. Gorgias primus inuenit: ſed his eſt vſus intemperantiùs. id autem eſt genus (vt antè dictum eſt) ex tribus partibus collocationis alterum. Horum vterque Iſocratem ætate præcurrit: vt eos ille moderatione, non inuentione vicerit. Eſt enim, vt in transferendis faciendiſque verbis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior. Gorgias autem auidior eſt generis eius, & his feſtiuitatibus, (ſic enim ipſe cenſet) inſolentiùs abutitur: quas Iſocrates (cùm tamen audiuiſſet in Theſſalia adoleſcens ſenem iam Gorgiam) moderatiùs

a versus & numeri differentia.*

b L. quid? ipſi ſuis ſenſibus non mouentur?

c al. reclamant. vt 3. de oratore.*

P. CCXIIII.

d NVMEROSAE orationis origo ab Iſocrate.*

e L. in hoc eum ſummis laudib. ferunt. ¶ al. hoc in eius orationibus, ſummis laudibus ferũt.*

f Idem ſuprà 3. de Oratore, & in Bruto, numero 31. adde Iſocratem in oratione ad Philippum.*

g al. facietate. vt infrà.*

a L. frequentes fuimus, vt

b Ea eſt Verrina de ſignis.*

c Nb. vid. Ergo & hi numeri ſint cogniti. Genus ill.

d DENVMERIS ORATIONVM.*

e L. & perfecto, completóque

f L. colligetur ſententia.

g L. ſed eas aut vinciebant, aut explebant parum. Hoc me ipſi d.

h al. Nimiſi. i v. c. auris P. B. k Nec ſatis hoc fuit.

l L. atque amputata.

m L. ſæpe etiam natura.

n Idem verſus citatur in Bruto.* o citatur plenius in Bruto.*

temperauit. Quinetiam se ipse tantum,quantum ætate procedebat, (propè enim centum confecit annos) relaxarat à nimia necessitate numerorum:quod declarat in eo libro,quem ad Philippum Macedonem scripsit, cùm iam admodum esset senex : in quo dicit sese iam[a] minùs seruire numeris, quàm solitus esset.ita non modò superiores.sed etiam se ipse correxerat. ¶ Quoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes, auctoresque,quos[b] dicimus & origo inuenta est:causa[c] quæratur:quæ sic aperta est,vt mirer, veteres non esse commotos.præsertim cùm vt fit,soluitò sæpe aliquid concluse.aptéq.dicerent:quod cùm animos hominum,aureisque pepulisset, vt intelligi posset, id, quod calus effudisset, cecidisse iucundè:notandum certè genus,atque ipsi sibi imitandi fuerunt. Aures enim , vel animus aurium nuntio naturalè quandam in se cõtinet vocum omniũ mensionem[d]. Itaque& longiora,& breuiora iudicat. & perfecta,ac moderata semper exspectat. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata:quibus,tanquam debito fraudetur,offenditur:productiora alia, & quasi immoderatius excurrentia , quæ magis etiam aspernantur aures: quòd cùm in plerisque, tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementiùs, quam id , quod videtur parum. Vt igitur poetica, & versus inuentus est terminatione aurium, obseruatione prudentium : sic in oratione animaduersum est , multo illud quidem seriùs,sed eâdem natura admonente, esse quosdam certos cursus , conclusionésque verborum. 34 ¶ Quoniam igitur causam quoque ostendimus: NATVRAM[e] nunc, (id enim erat tertium) si placet, explicemus: quæ disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis intimæ.Quæri enim potest , qui sit orationis numerus, & vbi positus, & [f] natus ex quo: & is vnúsne sit,an duo,an plures.quáque ratione cõponatur , & ad quam rem,& quando,& quo loco,& quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat. Sed, vt in plerisque rebus,sic in hac, duplex est considerandi via: quarum altera est longior, breuior altera, éadem etiam planior. Est autem longioris prima illa quæstio,sitne omnino vlla numerosa oratio. Quibusdam enim non videtur : quia nihil insit in ea certi, vt in versibus : & quòd ipsi qui affirmant eos esse numeros, rationẽ, cur sint,non queant reddere deinde,si sit numerus in oratione : qualis sit,aut quales: & è poeticisne numeris an ex alio genere quodã: &,si è poeticis:quis eorũ sit,aut qui.namque aliis vnus modò,aliis plures,aliis omnes ijdem videntur. deinde[h] quicumque sunt,siue vnus, siue plures : communésne sint omni[i] generi orationis:quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadendi,aliud docendi: an dispares numeri cuique orationis generi accommodentur.Si communes,qui sint:si dispares,quid interfit, & cur non æquè in oratione,atque in versu numerus appareat. Deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id vtrùm numero solùm efficiatur, an etiam vel compositione quadam , vel genere verborum : an [k] est suum cuiusque: vt numerus interuallis, compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quædam forma , & lumen orationis appareat: sítque omnium fons compositio , ex éque& numerus efficiatur,& ea,quæ dicuntur orationis quasi formæ,& lumina, quæ (vt dixi) Græci vocant σχήματα. At non est vnum, nec idem , quod voce iucundum est.& quod moderatione absolutũ , & quod illuminatum genere verborũ:quamquã id quidem finitimũ est numero , quia per se [illegible]rumq; perfectum est:compositio autem ab vtroque differt,quæ tota seruit grauitati vocum,aut suauitati. Hæc igitur ferè sunt,in quibus rei natura quærenda sit. 35 ¶ *Esse*[a] ergo *in oratione*[b] *numerum quẽdam*,nõ est difficile cognoscere. iudicat enim sensus:in quo iniquum est,quod accidit , non cognoscere.si,cur id accidat, reperire nequeamus.Neq; enim ipse versus ratione est cognitus,sed natura , atque sensu , quem dimensa ratio,docuit , quid acciderit.ita notatio naturæ,& animaduersio peperit artem.Sed in versibus res est apertior: quamquã etiam à modis quibusdam, cantu remoto , soluta esse videatur oratio, maximéque id in optimo quoque eorum poetarum,qui λυρικοὶ à Græcis nominantur[c]:quos cùm cantu spoliaueris,nuda pænè remanet oratio. Quorum similia sunt quędam etiam apud nostros:velut illa in Thyeste,

Quémnam te esse dicam? quid tarda in senectute:

& quæ sequuntur : quæ, nisi cùm tibicen accessit,orationi sunt solutę simillima.At comicorum[d] senarij propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti, vt nonnumquam vix in his numerus & versus intelligi possit : quòd est ad inuenièdum difficilior in oratione numerus,quàm in versibus. Omnino duo sunt, quę condiãt orationẽ: verborũ,numerorúmq; iucũditas.In verbis inest quasi materia quædã: in numero autẽ expolitio. Sed vt cæteris in rebus , necessitatis inuenta antiquiora sunt, quàm voluptatis: ita & in hac re accidit, vt multis sæculis antè oratio nuda,ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta,quàm ratio numerorũ, causa delectationis aurium,excogitata. Itaq; & Herodotus, & eadem , superiórque ætas numero caruit, nisi quando temerè,ac fortuitò : & scriptores perueteres de numero nihil omnino, de oratione præcepta multa nobis reliquerunt.Nam quod & facilius est, & magis necessarium , id semper antè cognoscitur. Itaque tralata , aut facta,aut iũcta verbã,facilè sunt cognita, quia sumebantur è consuetudine , quotidianóque sermone.numerus[e] autem non modò deprehendebatur , neque habebat aliquam necessitudinem,aut cognationem cum oratione.itaq; seriùs aliquãto notatus,& cognitus,quasi quãdam palæstram, & extrema lineamenta oratio ni attulit. Quòd si & angusta quædam , atque concisa:& [f] alia est collatata , & diffusa oratio: necesse est id non litterarum accidere natura,sed interuallorum longorum , & breuium varietate,quibus implicata, atque permista oratio quoniam tum stabilis est,tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris contineri.Nam circuitus[g] ille,quem sæpe iam diximus,incitatior numero ipso fertur:& labitur, quoad perueniat ad finem,& insistat. Perspicuũ est igitur,numeris adstrictam orationem esse debere,carere versibus. 36 ¶ Sed hi numeri,poeticíne[h] sint,an ex alio genere quodã, deinceps est videndũ.Nullus est igitur numerus extra poeticos , propterea quòd definita sunt genera numerorum.nam omnis talis est, vt vnus sit è tribus. Pes enim , qui adhibetur ad numeros, partitur in tria , vt necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut-

a L. minùs iam

b L. quos diximus.& orc Numerosæ orationis causa.

d μέτρησιν.

D. B.

e DE NVMERORVM oratoriorum natura.

f al. & ex quo natus:

g al. & ex poeticisne

h fort. quotcũquesunt,siue à al. omnis generis orationis

i Quan sit suũ cuiusq; vt numerus in interuallis,cõpositio in vocibus, genus ipsum verborum in quãdã quasi forma, & lumine or.

a L. Esse igitur in or. P. CCXV.

b Numerum quędam esse in oratione.

c L. nominãtur, apparent quos cum

d Numerus & versus vix intelligitur in Comicis & cur.

e Numerus autem nondum deprehendebatur neque.

f al. & alia est dilatata & diffusa

g περίοδος

h Numeros esse à poetis petitos.

i Pes

aut altero tanto [a], aut sesqui et se maiorem. Ita fit æqualis dactylus [b] duplex, iambus, sesqui [c] pæan, qui pedes in orationem non cadere quî possunt? quibus ordine locatis, quod efficitur, numerosum sit necesse est. 37 ¶ Sed quæritur quo numero, aut quibus potissimùm sit vtendum. Incidere verò omneis [d] in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quòd versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer est vitiosum: sed nõ attendimus, neque exaudimus nosmetipsos. Senarios verò, & [e] hyponacteos effugere vix possumus. Magnâ enim partẽ ex iambis nostra constat oratio. sed tamen eos versus facilè agnoscit auditor. sunt enim vsitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam sæpe etiam minus vsitatos, sed tamen versus, vitiosum genus, & longa animi prouisione fugiendum. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæstos [f]: quo quid potest esse turpius? etsi in eligendo fecit malitiosè. prima enim syllaba demta in primo verbo sententiæ, postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis. Ita factus est anapæstus [g] is, qui Aristophaneus nominatur. quod ne accidat, obseruari nec potest, nec necesse est. Sed tamen hic corrector, in eo ipso loco, quo [h] reprehendit, (vt à me animaduersum est studiosè [i] inquirenti in eum) immittit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdémque esse oratorios, qui sint poetici. Sequitur ergo, vt, qui maximè cadant in orationem aptam numeri, videndum sit. *Sunt* enim qui iambicum putent, quòd sit orationi simillimus: qua de causa fieri, vt is potissimùm propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis, quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ [k] sit accommodatior. *Ephorus* autem, leuis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina, pæana sequitur, aut dactylum: fugit autem spondeum, & trochæum. Quòd enim pæan habeat treis breueis, dactylus autem duas, breuitate, & celeritate syllabarum labi putat verba procliuiùs: contráque accidere in spondeo, & trochæo, quòd alter longis [l] constaret, alter è breuibus fieret: alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam. Sed & illi priores errant, & Ephorus in culpa est. nam & qui pæana præterunt, non vident mollissimum à se numerum, eumdémque amplissimum præteriri. Quod longè *Aristoteli* videtur secus, qui iudicat, heroum numerum grandiorem, quàm deberet, soluta oratio: iambum autem, nimis è vulgari esse sermone. Ita neque [m] humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam, & exaggeratam probat: plenam tamen eam vult esse grauitatis. vt eos, qui audient ad maiorem admirationem possit traducere. Trochæum autem, qui est eodem spatio, quo choreus, cordacem [n] appellat, quia contractio, & breuitas dignitatem non habeat. Ita *pæana* probat, eóque ait vti omneis, sed ipsos non [o] sentire cùm vtantur: esse autem tertium, ac medium inter illos: sed ita factos eos pedes esse vt in eis singulis modus insit aut sesquiplex, aut duplex, aut par. Itaque illi, de quibus antè dixi, tantummodò commoditatis habue-

runt rationem, nullam dignitatis. Iambus enim, & dactylus in versum cadunt maximè. itaque vt versum fugimus in oratione, sic hi sunt euitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio, nec quidquam inimicius, quàm illa, versibus. Pæan autem minimè est aptus ad versum: quo libentiùs eum recepit oratio. Ephorus verò ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse æqualem dactylo, quem probat: syllabis enim metiendos pedes, non interuallis, existimat: quod idem facit in trocheo, qui temporibus & interuallis est par iambo: sed [a] eò vitiosus in oratione, si ponatur extremus, quòd verba meliùs in syllabas longiores cadunt. Atque hæc, quæ sunt apud Aristotelem, eadem à *Theophrasto*, *Theodectéque* de pæane dicuntur. *Ego autem* sentio, omneis in oratione esse quasi permistos, & confusos pedes. Nec effugere possemus animaduersionem, si semper iisdem vteremur, quia neque [b] numerosa esse, vt poema: neque extra numerum, vt sermo vulgi est, debet oratio. Alterum nimis est vinctum, vt de industria factum appareat: alterum nimis dissolutum, vt peruagatum, ac vulgare videatur: vt ab altero non delectẽre, alterum oderis. Sit igitur (vt suprà dixi) permista, & temperata numeris, nec dissoluta, nec tota numerosa, pæane maximè (quoniam optimus [c] auctor ita censet) sed reliquis etiam numeris, quos ille præterit, tẽperata. 38 ¶ Quos [d] autẽ numeros, cum quibus, tanquam purpurâ, misceri oporteat, nunc dicẽdum est, atque etiã quibus orationis generibus sint cuique ac commodatissimi. Iambus enim frequentissimus est in iis, quæ demisso atque humili sermone dicuntur. Pæan autem in amplioribus: in vtroque dactylus. ita in varia, & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi, & temperandi. sic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ [e] orationis industria: quæ latebit eò magis, si & verborum & sententiarum ponderibus vtemur. Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt, & iucunda sibi censent, verba dico, & sententias: eáque dum animis attentis admirantes excipiunt fugit eos, & præteruolat numerus: qui tamen si abesset, illa ipsa delectarent. Nec verò nimius is cursus [f] est numerorum, orationis dico (nam est longè aliter in versibus) nihil vt fiat extra modũ. nam id quidem esset poema. sed omnis nec claudicãs, nec quasi fluctuãs, & æqua liter, constantérq; ingrediẽs, numerosa habetur [g] oratio. Atque id in dicẽdo numerosum [h] putatur [i], non quod totum constat è numeris, sed quod ad numeros proximè accedit: quo etiam difficilius est oratione vti, quàm versibus: quòd illis certa quædam, & definita lex est, quam sequi sit necesse: in dicendo autem nihil est propositum, nisi [k] aut ne immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. Itaque non sunt in ea tanquam tibicini percussionum modi, sed vniuersa comprehensio, & species orationis, clausa, & terminata est: quod voluptate auriũ iudicatur.

39 ¶ Solet autẽ quæri, *totóne* [l] *in ambitu verborũ numeri tenẽdi sint, an in primis partibus, atq; in extremis.* Plerique enim cẽsent cadere tãtùm numerosè oportere, terminaríq; sententiã. Est autẽ, vt id maximè deceat, non id solũ. ponẽdus est enim ille ambitus, non abiiciendus [m]. Quare

a *fort.* sed eò vitiosus est

b al. nec numer.

c id est Aristoteles, quẽ paulo ante dixit, pæana in oratione soluta probare.*

d Numeri qui inter se miscendi & quemadmodum pro genere vsurpandi.*

e vnde infrà quadrum orationis dixit.*

f L. cursus esto numer.

g L. habeatur,

h Numerosum in oratione quid.*

i L. putetur,

k L. nisi ne aut imm.

l Numeri tenendi vel in primis orationis partibus.*

m v. c. abiciẽdus.

cùm aures extremum ſemper exſpectent, in eóque acquieſcant, id vacare numero non oportet: ſed ad hunc exitum tamen à principio ferri debet verborum illa comprehenſio, & tota à capite ita fluere, vt ad extremum veniens ipſa conſiſtat. Id autem bona diſciplina exercitatis, qui & multa ſcripſerint, & quæcumque etiam ſine ſcripto dicerent, ſimilia ſcriptorum effecerint, non erit difficillimum. Antè enim circumſcribitur mente ſententia, confeſtímque verba concurrunt: quæ mens eadem, qua nihil eſt celerius, ſtatim dimittit, vt ſuo quodque loco reſpondeat: quorum deſcriptus ordo aliâs alia terminatione concluditur: atque omnia illa & prima, & media verba ſpectare[a] debent ad vltimum. Interdum enim curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio: vt iam à principio videndum ſit, quemadmodum velis venire ad extremum. ¶Nec[b] in numeris magis, quàm in reliquis ornamentis orationis, eadem cùm faciamus, quæ poetæ, effugimus tamen in oratione poematis ſimilitudinem. Eſt enim in vtroque & materia, & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Ternæ autem ſunt vtriuſque partes verborum: tranſlatum, nouum, priſcum. nam de propriis nihil hoc loco dicimus. Collocationis autem, eæ, quas diximus, compoſitio, concinnitas, numerus, ſed in vtroque frequentiores ſunt, & liberiores poetæ. Nam & transferunt verba cùm crebriùs, tum etiam audaciùs, & priſcis libentiùs vtuntur, & liberiùs nouis. quod idem fit in numeris: in quibus quaſi neceſſitati parere coguntur. ſed tamen hæc nec nimis eſſe diuerſa, neque[c] vllo modo coniuncta intelligi licet. Ita fit, vt non item in oratione, vt in verſu, numerus exſtet: ídque, quod numeroſum in oratione dicitur, non ſemper numero fiat, ſed nonnumquam, aut concinnitate, aut conſtructione verborum. 40 ¶Ita, ſi, numerus orationis quæritur qui ſit: omnis eſt: ſed alius alio melior, atque aptior. ſi locus: in omni parte verborum. ſi, vnde ortus ſit: ex aurium voluptate. ſi componendorum ratio: dicetur alio loco, quia pertinet ad vſum, quæ pars quarta, & extrema nobis in diuidendo fuit. ſi, ad quam rem adhibeatur: ad delectationem. ſi, quando: ſemper. ſi, quo loco: in tota continuatione verborum. ſi, quæ res efficiat voluptatem: eadem, quæ in verſibus, quorum modum notat ars, ſed aures ipſæ tacito[d] eum ſenſu ſine arte definiunt. 41 ¶Satis multa de natura: ſequitur vſus[e], de quo eſt accuratiùs diſputandum. In quo quęſitum eſt, in totóne circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον[f] nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circũſcriptionem dicimus: an in principiis ſolùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus ſit. Deinde, quũ aliud videatur eſſe numerus[g], aliud numeroſum: quid interſit. Tum autem in omnibúſne numeris ęqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores: ídq; quando, aut cur, quibúſq; partibus: pluribúſne, an ſingulis: imparibus, an[h] ęqualibus: & quãdo aut[i] iſtis, aut illis ſit vtendum: quæq; inter ſe aptiſſimè collocentur, & quomodo: an omnino nulla ſit in eo genere diſtinctio: quódq; ad rem maximè pertinet, qua ratione numeroſa fiat oratio. Explicandum etiam eſt, vnde orta ſit forma verborum: dicendúmque, quantos circuitus facere deceat. Déq; eorum particulis, & tanquam inciſionibus diſſerendum[a] eſt, quærendúmque, vtrùm vna ſpecies, & longitudo ſit earum, ánne plures: &, ſi plures: quo loco, aut quando, quóque genere vti oporteat. poſtremò totius generis vtilitas explicanda eſt, quæ quidem patet latiùs. non ad vnam enim rem aliquam, ſed ad plureis accommodatur. Ac licet non ad ſingulas res reſpõdentẽ de vniuerſo genere ſic dicere, vt etiã ſingulis ſatis reſponſum eſſe videatur. Remotis igitur reliquis generibus vnum ſelegimus, hoc[b], quod in cauſis, foróque verſatur. de quo diceremus. Ergo in aliis, id eſt, in[c] hiſtoria, & in eo, quod appellamus ἐπιδεικτικὸν, placet omnia dici Iſocrateo, Theopompeóque more, illa circumſcriptione, ambitúq;, vt tanquã in orbe incluſa currat oratio, quoad inſiſtat in ſingulis perfectis, abſolutíſq; ſentẽtiis. Itaque poſteaquam eſt nata hæc vel circumſcriptio, vel comprehenſio, vel continuatio, vel ambitus, ſi ita licet dicere: nemo, qui aliquo eſſet in numero, ſcripſit orationẽ generis eius, quod eſſet ad delectationẽ comparatũ, remotúmq;, à iudiciis, forenſíq; certamine, quin redigeret omneis ferè in quadrũ[d], numerúmq; ſententias. Nam cùm is eſt auditor, qui nõ vereatur, ne cõpoſitæ orationis inſidiis ſua fides attentetur, gratiã quoq; habet oratori, voluptati auriũ ſeruienti. Genus autẽ hoc orationis neque totũ aſſumendũ eſt ad cauſas forenſeis, neque omnino repudiandũ. Si enim ſemper[e] vtare, cùm ſatietatẽ affert, tum[f], quale ſit, etiã ab imperitis agnoſcitur. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanũ ſenſum actoris, tollit funditus veritatẽ, & fidem. 42 ¶Sed, quoniã adhibenda[g] nonnumquam eſt, primùm videndum[h] eſt, quo loco, deinde quamdiu retinenda[i] ſit, tum quot modis commutanda. *Adhibenda eſt* igitur *numeroſa oratio*, ſi aut laudandum eſt aliquid ornatiùs, vt nos in accuſationis[k] ſecundo de Siciliæ laude diximus[l], aut in ſenatu de conſulatu meo: aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis deſiderat, quàm doloris, vt in quarto[m] accuſationis de Ennenſi Cerere, de Segeſtana Diana, de Syracuſarum ſitu diximus. Sæpe etiam in amplificanda re, conceſſu omnium funditur numeroſè, & volubiliter oratio. Id nos fortaſſe non perfecimus, conati quidem ſæpiſſimè ſumus: quod plurimis locis perorationes noſtræ voluiſſe nos, atque animo contendiſſe declarant. Id autem tum valet, cùm is, qui audit, ab oratore iam obſeſſus eſt, ac tenetur. Non[n] enim id agit, vt inſidietur & obſeruet: ſed iam fauet, proceſſúmque vult, dicendíque vim admirãs, non inquirit quod reprehendat[o]. ¶Hæc autem forma retinenda non diu eſt, nec dico in peroratione, quam ipſe includit[p], ſed in orationis reliquis partibus. Nam cùm ſis his locis vſus, quibus oſtendi licere, transferenda tota dictio eſt ad illa, quæ neſcio cur, cùm Græci κόμματα, & κῶλα nominent, nos non rectè inciſa, & membra dicamus. Neque enim eſſe poſſunt, rebus ignotis, nota nomina: ſed cùm verba aut ſuauitatis, aut inopiæ cauſa transferre ſoleamus, in omnibus hoc fit artibus, vt, cùm id appellandum ſit, quod propter rerum ignorationem ipſarum, nullum habuerit antè nomen, neceſſitas cogat aut nouum

a fort. ad vltimum ſpectare debent.

b Numeros oratorios diuerſos eſſe à poeticis: nõ ſemper fieri numero, ſed aut cõcinnitate & conſtructione verborum.*

c fort. nec vllo

P. CCXVII.

d al. tacito cum ſenſu

e DE NVMERORVM VSV.*

f περίοδος ſeu ambitus, circuitus, cõprehenſio, cõtinuatio circũſcriptio.*

g Numeri & Numeroſi differentia.*

h fort. an paribus:

i al. aut his,

a al. diſſerẽdum: quær.

b al. hoc quidem, quod in

c Numeri qui in hiſtoriæ deſcriptione, & genere ἐπιδεικτικῷ tenendi.*

d ſic ſuprà quadrare orationem dixit.*

P. B.

e Numeris paſſim in oratione non eſt vtendũ.*

f L. tum etiã, quale ſit, ab

g L. adhibendum

h al. vidẽdum quo l.

i L. retinendum ſit: i. q. m. commutandum.

k quæ eſt de Iuriſdictione Siciliensi.*

l fort. diximus, vt in ſenatu de c.

m quæ eſt, de ſignis.*

n L. Nõ enim id agit, vt inſidiatorem obſeruet:

o Numeroſa oratio quandiu retinenda.*

p al. incluſa, al. hæc verba quam ipſe includit, delent. alii includere hic pro terminare accipiunt, & ad perorationem referunt.*

nouum facere verbum, aut à simili mutuari. 43 ¶ Quo autem pacto deceat inciſe, membratim ne, dici, iã videbimus[a]. Nunc quot modis mutẽtur cõprehenſiones, cõcluſionéſque, dicendum eſt. Fluit omnino numerus à primo tum incitatiùs, breuitate pedum, tum proceritate tardiùs. curſum contentiones magis requirunt: expoſitiones rerum tarditatem[b]. Inſiſtit[c] autem ambitus[d] modis pluribus, è quibus vnum eſt ſecuta Aſia maximè, qui dichoreus vocatur, quũ duo extremi chorei ſunt, id eſt, è ſingulis longis. & breuibus. Explanandum eſt enim, quòd ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis. *Dichoreus* non eſt ille quidem ſua ſponte vitioſus in clauſulis, ſed in orationis numero nihil eſt tam vitioſum, quàm ſi ſemper eſt idem. Cadit autem per ſe ille ipſe præclarè, quo etiam ſatietas formidanda eſt magis. Me ſtante C. Carbo, C. F. tribunus plebis in concione dixit his verbis, O Marce Druſe, patrem appello. hæc quidem duo bixis pedibus inciſim: dein[e] membratim, Tu[f] dicere ſolebas, ſacram[g] eſſe rempublicam, Hæc[h] item membra ternis. pòſt ambitus, Quicumque[i] eam violauiſſent, ab[k] omnibus eſſe ei pœnas perſoluras[l]. dichoréus. nihil enim ad rem, extrema illa, longa ſit, an breuis. deinde, Patris dictum ſapiens, temeritas filij comprobauit. Hoc dichoréo tantus clamor concionis excitatus eſt, vt admirabile eſſet. Quæro, nónne id numerus effecerit[a] verborum ordinem immuta, fac ſic. Comprobauit filii temeritas: iam nihil erit, etſi temeritas ex tribus breuibus, & longa eſt: quem Ariſtoteles vt optimum probat, à quo diſſentio. At éadem verba, éadem ſententia. animo iſtuc ſatis eſt, auribus non ſatis. Sed id crebriùs fieri non oportet. Primùm enim numerus agnoſcitur: deinde ſatiat: poſtea cognita facilitate contẽnitur. Sed ſunt clauſulæ plures, quę numeroſe, & iucũdè cadãt. Nã & *creticus*, qui eſt è longa, & breui & lõga, & eius æqualis pæan[m], qui ſpatio par eſt, ſyllaba longior: quàm commodiſſimè putatur in ſolutam orationem illigari, cùm fit duplex. nam aut è longa, & tribus breuibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo: aut è totidem breuibus, & longa, in quem optimè cadere cenſent veteres: ego non planè reiicio, ſed alios antepono. Ne *ſpondeus* quidem funditus eſt repudiandus. etſi[n], quòd eſt è longis duabus, hebetior videtur, & tardior, habet tamen ſtabilem quendam, & non expertem dignitatis gradum. in inciſionibus verò multo magis, & in membris. paucitatem[o] enim pedum grauitatis ſuæ tarditate compenſat. Sed hos cùm in clauſulis pedes nomino, non loquor de vno pede extremo. adiungo (quod minimum ſit) proximum ſuperiorem, ſæpe etiam tertium. Ne *iambus* quidem, qui eſt è breui & longa, aut[p] par choreo, qui habet treis breueis, ſed ſpatio par, non ſyllabis: aut etiam *dactylus*, qui eſt è longa, & duabus breuibus, ſi eſt proximus à poſtremo, parum volubiliter peruenit ad extremum, ſi eſt extremus choreus, aut ſpondeus. numquam enim intereſt vter ſit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes malè concludunt, ſiquis eorum in extremo locatus eſt niſi cùm pro creticо poſtremus eſt dactylus. nihil enim intereſt, dactylus ſit extremus, an creticus: quia poſtrema ſyllaba, breuis, an longa ſit, ne in

a al. legẽdum vidimus.*

b Numeroſa ratio quot modis commutanda.*

c id eſt finitur & terminatur.*

d L. ambitus pedibus pluribus,

a Idem membratim terminat. Tu dicere.

f Primum membrum conſtans ſpõdeo, tribracho, & ſpondeo.*

g Alterum membrum, conſtans ſpõdeo iambo, dactylo.*

h Hæc ité membratim quaternis. Poſt clauſula ambitus, quãm eam ſubſequ. eſt pœna. perfectas. dichoreus. Primum membrum conſtans iambo, ſpõdeo, Secundum membrum conſtans iambo, anapæſto, iambo, ſpondeo.*

i In hac volue quę oratiõem cam ſtabilem conſtituunt. chorius. al. Pæon, n. l. etſi enim, quod eſt

k L. Paucitas tem enim ſyl laborum gr.

l L. aut par trochæus, qui

A

B

C

D

E

F

G

H

versu quidem refert. Quare etiam pæna[a] qui dixit aptiorem, in quo eſſet longa poſtrema, vidit parum: quoniam[b] nihil ad rem eſt, poſtrema quàm longa ſit. Iam *pæan*, quòd plures habeat ſyllabas, quàm treis, numerus à quibuſdam non pes habetur. Eſt quidem vt inter omneis conſtat antiquos, Ariſtotelem, Theophraſtum, Theodectem, Ephorum, vnus aptiſſimus orationi vel orienti, vel mediæ: durant illi etiam cadenti: quo loco mihi videtur aptior Creticus. *Dochimus* autem è quinque ſyllabis breui, duabus longis, breui, longa. vt eſt hoc. Amicos tenes: quouis loco aptus eſt; dum ſemel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis inſignem facit. His igitur tot commutationibus, támque variis ſi vtemur: nec deprehendetur manifeſtò, quid à nobis de induſtria fiat, & occurretur ſatietati. 44 ¶ Et quia *non numero ſolum numeroſa oratio, ſed & compoſitione fit, & genere*, (quod antè dictum eſt,) concinnitatis: compoſitione[c] poteſt intelligi, cùm ita ſtructa verba ſunt, vt numerus non quæſitus, ſed ipſe ſecutus eſſe videatur: vt apud Craſſum, *Nam vbi lubido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt.* Ordo enim verborum efficit numerũ ſine vlla aperta oratoris induſtria. Itaque ſi[d] quæ veteres illi (Herodotum dico & Thucydidem, totámque eam ætatem) aptè, numeroſéque dixerunt: ea non numero quæſito, ſed verborum collocatione ceciderunt. Formæ verò quædam ſunt orationis, in quibus ea concinnitas ineſt, vt ſequatur numerus neceſſarió. Nam cùm aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut, quæ ſimiliter cadunt verba, verbis comparantur: quidquid ita concluditur, plerunque fit vt numeroſè cadat. quo de genere cum exemplis ſuprà diximus, vt hæc quoque copia facultatem afferat, non ſemper eodem modo deſinendi. nec tamen hæc ita ſunt arcta[e], & adſtricta, vt[f] ea, cùm velimus laxare, nequeamus. Multum intereſt, vtrùm numeroſa ſit, id eſt, ſimilis numerorum, an planè è numeris conſtet oratio, alterum ſi fit[g], intolerabile vitium eſt: alterum niſi ſit, diſſipata, & inculta, & fluẽs eſt oratio. 45 ¶ Sed quoniam non modò non frequenter, verùm etiam rarò in veris cauſis, aut forenſibus circumſcriptè numeroſéque dicendum eſt: ſequi videtur, vt videamus, *quæ ſint illa, quæ ſuprà dixi inciſa, quæ membra.* Hęc enim in veris cauſis maximam partem orationis obtinent. Conſtat enim ille ambitus, & plena comprehenſio è quattuor ferè partibus, quæ membra dicimus, vt & aureis impleat, & ne breuior ſit, quàm ſatis ſit, neque[h] longior. quamquam vtrumque nonnumquam, vel potius ſæpe accidit, vt aut citiùs inſiſtendum ſit, aut longiùs procedendum, ne breuitas defraudaſſe[i] aureis videatur, néue longitudo obtudiſſe. Sed habeo mediocritatis rationem. nec enim loquor de verſu, & eſt liberior aliquanto oratio. Equattuor igitur, quaſi hexametrorum inſtar verſuum quod[k] ſit, conſtat ferè plena cõprehenſio. His[l] igitur ſingulis verſibus quaſi nodi appárent continuationis, quos in ambitu cõiungimus. Sin[m] membratim volumus dicere, inſiſtimus: idque cùm opus eſt, ab iſto curſu inuidioſo facilè nos, & ſæpe diſiungimus. Sed nihil tã debet eſſe numeroſum, quã hoc, qđ minimè appãret, & valet plurimùm. Ex

a al. pæona

b L. quoniã nihil ad rẽ, poſtr. quàm *fort.* quoniam nihil ad rẽ, poſtrema, breuis, an longa ſit.

c L. compoſitio poteſt intell.

d al. ſiqua vet.

e v. c. arta,

f L. vt ea, cũ velimus, laxare nequeamus.

g al. ſi ſit. al. niſi ſit.*

h al. néue lõgior.

i al. defruda ſe aureis vid. fort. aureis defrud. vid. Defraudare etiam dixit Nonius.*

k al. quæ ſint.*

l L. His in ſingul. ver.

m L. Sin mẽbratim nolumus d.

hoc genere illud est Crassi, Missos faciant patronos: ipsi prodeant. Nisi interuallo dixisset, -ipsi prodeat, -sensisset profectò effugisse[a] senarium: omnino melius caderet, prodeant ipsi. Sed de genere nunc disputo. Cur clandestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparât contra nos? Prima sunt illa duo, quæ κόμματα Græci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, κῶλον illi, nos membrum. Sequitur non longa, ex[b] duobus enim versibus, id est membris, perfecta comprehensio est, & in spondeos cadit: & Crassus quidem sic plerumque dicebat: idque ipse genus dicendi maximè probo. Sed quæ incisim, aut membratim efferuntur, ea vel aptissimè cadere debêt: vt est apud me: Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat[c]? at egebas. Hæc incisè dicta sunt quattuor. At membratim, quæ sequuntur, duo, Incurristi amens in columnas: in alienos insanus insanisti. Deinde[d] omnia, tanquam crepidine quadam, comprehensione longiore sustinêtur, Depressam, cæcam, iacentem domum pluris, quàm te, & quàm fortunas tuas æstimasti. dichoreo[e] finitur. At dispondeo proximum illud. nam in iis, quibus, vt pugiunculis, vti oportet, breuitas facit ipsa liberiores pedes. Sæpe enim singulis vtendum est, plerumque binis, & vtrisque addi pedis pars potest,) non ferè ternis amplius. Incisim autem, & membratim tractata oratio in veris causis plurimùm valet, maximéque his locis, cùm aut arguas, aut refellas: vt nostra in Corneliana secunda, O callidos homines, ô rẽ excogitatam, ô ingenia metuenda! Membratim adhuc: deinde[f] cæsim diximus. Rursus membratim, Testes dare volumus. Extrema sequitur comprehẽsio, sed ex duobus membris, qua non potest esse breuior, Quem, quęso, nostrûm fefellit, ita vos esse facturos? Nec vllum genus est dicendi aut melius, aut[g] fortius, binis, aut ternis ferire verbis, nonnumquam singulis, paullo aliâs pluribus: inter[h] quas variis clausulis interponit se rarè numerosa cõprehensio, quam peruersè fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum pænè Demosthenem, saltat, incidens particulas. & is quidem non minùs sententiis peccat, quàm verbis: vt non quærat, quem appellet ineptum, qui illum cognouerit[i]. Sed ego illa Crassi, & nostra posui, vt, qui vellet, auribus ipsis, quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. 46 ¶ Et, quoniam plura de numerosa oratione diximus, quàm quisquam ante nos, nunc *de*[k] *eius generis vtilitate dicemus*. Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minimè omnium ignoras) pulcrè, & oratoriè dicere, nisi optimis sentẽtiis, verbisque lectissimè[m] dicere. Et nec sententia vlla est, quæ fructum oratori ferat, nisi aptè expositа, atque absolutè: nec verborum lumen appâret, nisi diligenter collocatorum: & horum vtrumque numerus illustrat. Numerus autem (sæpe enim hoc testãdum est) non modò non poeticè iunctus, verùm etiam fugiens illum, eique omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri non modò oratorum, & poetarum, verùm omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quę metiri auribus possumus: sed ordo[n] pedum facit, vt id, quod pronuntiatur, aut orationis, aut poematis simile videatur. Hanc igitur siue compositionem, siue perfectionem, siue numerum vocari placet[a], & adhibere necesse est, si ornatè velis dicere, non solùm, (quod ait Aristoteles & Theophrastus) ne infinitè feratur, vt flumen, oratio, quæ non aut spiritu pronuntiantis, aut[b] interductu librarij, sed numero coacta debet insistere: verumetiam quòd multo maiorem habent apta vim, quàm soluta. Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus ſhic habeat palæstram quandam: vt, quidquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam, idem ad adspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit[c] apta: nec satis rectè declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit. Itaque, qualis eorum motus, quos ἀπαλαίστους Græci vocãt, talis horum mihi videtur oratio, qui nõ claudunt numeris sententias[d]: tantúmque abest, ne, quod ij, qui hoc aut magistrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fuga nõ sunt assecuti, solent dicere, eneruetur oratio compositione verborum, aut aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Sed magnam exercitationem res flagitat, nequid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt, si mile[e] faciamus, ne aut verba traiiciamus apertè, quo meliùs aut eadat, aut voluatur oratio. Quod se L[f]. Cælius Antipater in procemio belli Punici, nisi necessariò, facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celat[g]: sapientem, qui seruiendum necessitati putet. Sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo, atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur. nihil est enim necesse: &, si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem, qui hanc à Lælio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit, & vtitur ea traiectione verborum, & nihilo tamen aptiùs explet, concludítque sententias. Apud alios autem, & Asiaticos maximè, numero seruientes, inculcata reperias[h] inania quædam verba, quasi complementa[i] numerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maximè fluxit, infringendis, concidendísque numeris in quoddam genus abiectum incidant, Siculorum simillimum. Tertium est, in quo fuerunt fratres illi, Asiaticorum rhetorum principes, Hierocles, & Menecles, minimè mea[k] sententia contemnendi. Etsi enim à forma veritatis, & ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate, vel copia: sed apud eos varietas non erat, quòd omnia ferè concludebantur vno modo: quæ vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum intelligatur, neque inferciens verba, quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens, concîdat, delumbétque sententias, nec sine vlla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum: is omnia ferè vitia vitauerit. nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicuè vitia cõtraria. Quãtum autem sit aptè dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissoluas permutatione verborũ. corrumpatur[l] enim tota res, vt & hæc nostra in Corneliana, & deinceps omnia. Neque me diuitię mouent, quibus omneis Africanos, & Lælios multi venalitij[m], mercatorésque superarunt. Immuta paullum, vt sit, multi superarunt mercatores, venalitíque: perierit tota res: Et quæ sequuntur, Neque vestis, aut cælatum au-

a *al.* excidisse senar. *al.* se effudisse senar. *al.* effluxisse senar.

b L. (ex duobus enim mẽbris perfecta est) comprehensio: & in sp.

c *al.* suppetebat.*

d L. Deinde omnis, tanq. crepid. quad. comprehensio longior sustinetur,

e L. & dichoreo finitur.

‖ *al.* dichoreõ que finitur *al.* dichoreo enim finitur.*

f *al.* deinde cæsim: diximus. Rursus.

g L. aut fortius, quàm binis, aut t.

h L. inter quæ.

i *al.* cognouit.

k De numerosæ orationis vtilitate.*

l Pulchrè & P. B. oratoriè dicere.*

m L. lectissimis d.

n Ordo pedum quid efficiat.*

a L. placeti adhib.

b *forte* aut in; terpunctu

c L. fuit

d *al.* sententiam:

e L. simile sciamus, vt verba traiic.

f L. L. Cælius.

g L. celet:

h *al.* reperies

i συμπλη ρώματα.

P. CCXX.

k *al.* mea quidem sententia,

l L. corrũpetur

m *al.* venalitiarii, vel fortè mangones forum, quos ipsi ipsi.*

tum aurum, & argentum, quo noſtros veteres Marcellos, Maximóſque multi eunuchi è Syria, Ægyptóque vicerunt. Verba permuta ſic, vt ſit, Vicerunt eunuchi è Syria, Ægyptóque: Adde tertium, Neque verò ornamenta iſta villarum, quibus Lucium[a] Paullum, & L. Múmium, qui rebus his vrbem, Italiámque omnem referſerunt, ab aliquo video perfacilè Deliaco, aut Syro potuiſſe ſuperari: Fac ita, potuiſſe ſuperari ab aliquo Syro, aut Deliaco: Vidéſne, vt ordine verborum paullum commutato, iiſdem[b] verbis, ſtante ſententia, ad nihilum omnia recidant, cùm ſint ex aptis diſſoluta? aut ſi alicuius inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eámque, ordine verborum paullum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit[c] antea diffluens, ac ſolutum. Agè, ſume de Gracchis apud cenſores illud, Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit, probos improbare, qui improbos probet. Quanto aptius, ſi ita dixiſſet, quin eiuſdem hominis ſit, qui improbos probet, probos improbare? Hoc modo dicere nemo[d] vnquam noluit: nemóque potuit, quin dixerit. Qui autem aliter dixerunt, hoc aſſequi non potuerunt: ita facti ſunt repentè Attici. quaſi verò Trallianus fuerit Demoſthenes: cuius non tam vibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur. Sed ſiquos magis delectant ſoluta, ſequantur[e] ea. Sanè modò ſi quis Phidiæ[f] clypeum diſſoluerit, collocationis vniuerſam ſpeciem ſuſtulerit, non ſingulorum operum venuſtatem: vt in Thucydide, orbem modò orationis deſidero, ornamenta cõparent. Iſti autem cùm diſſoluunt orationem, in qua nec res, nec verbum vllum eſt, niſi abiectum: non clypeum, ſed, vt in prouerbio eſt, (etſi humilius dictum eſt, tamen[g] ſimile eſt) ſcopas (vt ita dicam) mihi videntur diſſoluere, atque, vt planè genus hoc, quod ego laudo, contemſiſſe videantur, aut ſcribãt aliquid vel Iſocrateo more, vel quo Æſchines, aut Demoſthenes vtitur: tum illos exiſtimabo non deſperatione formidauiſſe[a] gen[s] hoc, ſed iudicio refugiſſe: aut reperiam, ipſa eadem conditione qui vti velit, vt aut dicat, aut ſcribat vtra vo les lingua, eo genere, quo illi volũt. facilius eſt enim apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere. Res autem ſe ſic habet, (vt breuiſſimè dicam quod ſentio) *compoſitè, & aptè ſine ſententiis dicere, inſania eſt: ſententiosè autem ſine verborum & ordine, & modo, infantia:* ſed eiuſmodi tamen infantia, vt ea qui vtantur, non ſtulti homines haberi poſſint, etiam plerumque prudentes: quo qui eſt contentus, vtatur. Eloquẽs verò, qui non approbationes ſolùm, ſed admirationes, clamores, plauſus, ſi liceat, mouere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, vt ei turpe ſit, quidquam aut ſpectari, aut audiri libentiùs. 47 ¶ Habes *meum de oratore*, Brute, *iudicium*: quod aut ſequêre, ſi probaueris: aut tuo ſtabis, ſi aliud quoddam eſt tuum: in quo neque pugnabo tecum, neque hoc meum, de quo tantopere hoc libro aſſeueraui, vmquam affirmabo eſſe verius, quàm tuum. Poteſt enim non ſolùm aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliud aliàs videri. Nec in hac modò re, quæ ad vulgi aſſenſum ſpectat, & ad aurium voluptatem: quæ duo ſunt ad iudicandum leuiſſima: ſed ne in maximis quidẽ rebus quidquam adhuc inueni firmius quod tenerẽ, aut quò iudicium meum dirigerem, quàm[b] id, quodcumque mihi quàm ſimillimum veri videretur, cùm ipſum illud verum in occulto lateret. Tu autem velim, ſi tibi ea, quæ diſputata ſunt, minùs probabuntur, vt aut maius opus inſtitutum putes, quàm effici potuerit, aut, dum tibi roganti voluerim obſequi, verecundia negandi, ſcribendi me impudentiam ſuſcepiſſe.

a L. reformi dauiſſe genus. *al.* reformidaſſe gen.

b *al.* quàm illud q.

3 L. L. Paullum.

b L. iiſdẽ tamen v.

c L. fuerat

d *al.* nemo vnquam voluit, nemóque.

e L. ſequantur ea ſanè, modò cetera laudare poſſimus vt ſi quis ph.

f adde 2. de oratore & 2. Valer. 33 vbi refert Phidiã Clypeo Minerux ſuã effigiem inclu ſiſſe, qua conſulẽ, tota operis colliga

p. 213.

f. B. tio ſoluere tur, adde 1. Tuſculan.*

g L. tamen conſimile ſi

M. TVLLII CICERONIS
AD[c] C. TREBATIVM[d],
TOPICA[e].

c *al.* Ad C. Trebatium, Iuriſconſultum,

d Trebatii plura vide 4. epiſt. 1. & 7. epiſtol. 5.*

e Horum meminit 7. familiar. 19.*

Synopſis Topicôn Ciceronis.

De Topicis, ſeu de diſciplina inueniendorum argumentorum, & ratione diſſerendi ad C. Trebatium ſcribit. 2 Cuius partes, Iudicium (quæ & Dialectice) & Inuentio (quæ & Topice) qua locos & ſedes in quibus argumenta inclusa ſunt, ſeu è quibus argumenta promi poſſunt, eruimus. 3 Eſt enim nihil aliud locus, quàm argumenti ſedes. Argumentum verò, ratio quæ rei dubiæ facit fidem. 4 Locorum autem alij hærent in ipſo, de quo agitur, alij aſſumuntur extrinſecus. 5 In ipſo, inquam, de quo agitur, vt quia totum, pars, nota, affectum rei: Extrinſecus, quòd abſunt à re, longéque remota ſunt. 6 De his autem quæ in ipſo de quo agitur inhærent, generaliter hoc ſtatuitur, Locos totius definitione, 7 partium enumeratione, 8 notatione, 9 rebus affectis explicari: 10 putà Coniugatis, 11 genere, 12 generis forma, 13 ſimilitudine, 14 differentia, 15 cõtrario, 16 adiunctis, 17 Antecedentibus, 18 Conſequentibus, 19 repugnãtibus, 20 Efficientibus cauſis, 21 effectis, vt comparatione maioris, minoris, paris. 22 Extrinſecus verò loci ſunt ex auctoritate: 23 Speciæ

tim verò alio afferri possunt. 25 *De definitione rerum corporalium & incorporalium.* 26 *quæ ex partitione, ex diuisione (quarum inter se differentia est) & translatione sumuntur.* 27 *Notatione, seu vi nominis & etymologia, seu veriloquio, vel symbolo rei,* 28 *Ex rebus quodammodo affectis,* 29 *putà coniugatione seu συζυγία,* 30 *genere,* 31 *similitudine & exemplis,* 32 *differentia,* 33 *Contrario (Contrariorum autem alia aduersa, priuantia, relata, negantia)* 34 *A diunctis, quæ scilicet ante rem, cum re, post rem euenire plerumque solent.* 35 *A Consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, quæ semper ac necessariò talia sunt (hic autem nonnulla de septem concludendi modis interserit Cicero)* 36 *Efficientibus causis, quarum aliæ vi sua efficiunt: aliæ tales, vt sine eis non possit effici. Harum rursus aliæ quietæ, nihil agẽtes, ac solitariæ, vt locus, tẽpus, materiæ, ferramenta, & similia: aliæ præcurrentes adiuuant non necessario: sic congressio amorem, amor flagitium præcedere solet. Huius generis est etiam fatum) Ad hæc efficientium aliæ efficiunt nulla re adiuuante, aliæ adiuuari volunt. Aliæ sine appetitione, voluntate, & opinione: aliæ voluntate, perturbationibus, habitu, natura, arte, casu agunt. Harum quibusdam (putà naturæ & arti) constantia inest: aliis non inest: idque vel perspicuè (quia ab appetitione & iudicio) vel latenter, vt quia à fortuna,* 37 *Effectis,* 38 *Comparatione maioris, minoris, paris: in quibus spectatur numerus, species, vis, affectio.* 39.40.41 Extrinsecus *autem argumenta ducuntur à Testimoniis: quorum autoritas vel à tempore (hoc est, ingenio, opibus, ætate, fortuna, arte, vsu, necessitate, corpori, (idque tormentis) vel animo illata: (cuius generis dolor, cupiditas, iracundia, metus, inertia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania, concursio fortuitorum fama.) vel à virtute, idq; vel natura (vt sunt diuina testimonia, veluti oracula, opera diuina somnia, visa.) vel industria hominũ, seu virtutis opinione.* 42 ¶ *His exactis illud intelligendum est, omni disputationi locos occurrere, non omnes: sed quosdam, in quibus alii etiam aliis aptiores.* 43 *Quæstionem autem aliam infinitam (quæ & ἀόριστος & propositum) aliam finitam (quæ & ὡρισμένη & causa) certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis definita.* 44 *Item quæstionem aliam esse* Cognitionis (*cuius finis scientia*) *aliam* Actionis. 45 ¶ Cognitionis *quæstiones, an, quid, quale sit.* 47 *An sit, coniectura quærimus. Idque variè, vt si quærimus sit nec ne, vnde sit, quale sit, & quæ sit commutatio rei.* 48 *Quid sit inuestigamus definitione, notione, proprietate, diuisione, partitione, descriptione.* 49 *Quale sit, quærimus vel simpliciter, (idque variè, an expetendum vel fugiendum: æquum, iniquum: honestum, turpe) vel comparatè, vt quid inter sit inter hoc & illud: quodnam alio maius aut minus.* 50 ¶ Actionis *quæstiones, aliæ ad officium: aliæ ad motum animi gignendum, sedandum, tollendum pertinent.* 51 *Locos alios aliis aptiores esse quæstionibus superius dictum est. Nam ad quæstionem coniecturalem, an sit nẽne, loci ex causis effectis, coniunctis: ad definitionem, seu ad quid sit, loci ex definitione, consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, adiunctis, causis, effectis: ad quæstionem quale sit, loci alij aliis aptiores. Nam in quæstione quid sit comparatè, loci ex comparatione: In de expetendo & fugiendo, loci ex cõmodis & incommodis animi, corporis, rerũ externarum: In de honesto & turpi, loci ex bonis & malis animi. In de æquo & iniquo, loci æquitatis colligendi: quæ est vel Naturæ (qua licet tueri se & vlcisci) vel institutione (huius pars alia legitima, alia conueniens, alia moris vetustate confirmata) Rursus æquitas ad Deos, (hæc pietas) ad manes (hæc sanctitas) ad homines (hæc iustitia & æquitas nominatur.* 52 *Et his quidem locis tractari potest quæstio infinita, seu ὁρίστος. His autem finita, seu ὡρισμένη, quæ & causa.* 53 *Nam causa iudicij, locis ex iure & æquo: causa deliberationis, ex vtili: Causa laudationis, locis ex honesto tractatur. Hic factum esse dicet. Ille primum factũ aut futurũ inficiabitur, (hæc inficialis vel coniecturalis) deinde negabit facti nomen (hæc definitiua) postremo negabit iniuria factum: & hæc iuridicialis constitutio. Huiusmodi refutatio, στάσις & status.* 54 *Ex quo statu efficitur contentio, quæ κεχνόμενον, seu qua de re agitur.* 55 *Firmamenta autem seu continentia defensionis, Ius. Negat enim reus legem id dicere (si fortè ambiguum sit scriptum) negot leg latorem, testatorem, promissorem id voluisse (vt cùm opponenda est scripto voluntas) vel scriptum scripto opponitur.* 56 *Et hunc quidem in modum perpetuæ actiones tractantur: Sunt & suis quoque locis tractanda exordia, tractandæ narrationes, confirmationes, conclusiones.* 57 *Et hæc de locis.*

a *hæc ex libris quibusdã deest.*

b L. vt sine vllo errore ad eam ratione, & via *al.* ad ea scilicet argumenta.* d L. quã quia

A

B

C

MAIORES nostri scribere ingressos, C. Trebati, & iis libris, quos breui tempore satis multos edidimus, dignitores, è cursu ipso reuocauit voluntas tua. Cùm enim mecum in Tusculano esses, & in bibliotheca separatim vterque nostrũm ad suum studium libellos, quos vellet, euolueret, incidisti in Aristotelis *Topica* quædam, quæ sunt ab illo pluribus libris[a] explicata. Qua inscriptione commotus continuò à me eorum librorum sententiam requisisti. Quam tibi cùm exposuissem, disciplinam inueniendorum argumentorum, vt[b] sine vllo errore ad[c] eam rationẽ, via perueniremus ab Aristotele inuenta, libris illis contineri: verecundè tu quidem, vt omnia, sed tamen vt facilè cernerẽ te ardere studio, mecum, vt tibi illa traderem, egisti. Cùm autem ego te non tã vitandi laboris mei causa, quãd quòd intereesse tua arbitrarer, vel vt eos per te ipse legeres, vel vt totam rationem à doctissimo quodam rhetore acciperes, hortatus essem: vtrumque, vt[a] à te audiebam, es expertus. Sed[b] à libris te obscuritas reiecit. Rhetor autẽ ille magnus, vt opinor, Aristotelica[c] se ignorare respondit. Quòd quidem minimè sum admiratus[d], eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis, præter admodum paucos, ignoretur. Quibus eo minùs ignoscendum est, quòd non modò rebus iis, quę ab illo dictæ, & inuentæ sunt, allici debuerunt: sed dicendi quoque incredibili quadam cùm copia, tum etiam suauitate. Non potui igitur tibi, sæpius hoc roganti[e], & tamen verenti, ne mihi grauis esses, (facilè enim id cernebam) debere diutius, ne ipsi iuris interpreti fieri[f] videretur iniuria. Etenim oùm tu mihi[g], meisque multa[h] sæpe cauisses[i], veritus sum, ne, si[k] ego grauarer, aut ingratum id, aut superbũ videretur. Sed dum fuimus vnà, tu optimus es testis, quàm fuerim sæpe occupatus. Vt autẽ à te discessi, in Græciã proficiscẽs, cùm opera mea nec respub. nec amici vterẽtur, nec honestè inter arma versari possẽ, nec si tutò id quidẽ mihi liceret: vt veni Velã, tuáq; & tuos vidi, admonitus huius ætis alieni, nolui deesse ne

a L. vt ex te
b L. Sed re à libr. obsc.
c *al.* Aristotelea
d *al.* miratus *al.* demiratus.*
e *al.* roganti tamen v.
f *fort.* in iuris fieri videretur.
g Hic locus monere videtur. Ciceronẽ Trebatio vel patrono vel Iurisconsulto vtum fuisse quod & fateri videtur 7. ie pistoiarum familiarium. 11. epistola ad ipsum Trebatium.*
h L. multa sæpe scripsisses,
i cauẽdi pœritus Trebatius 7. famil. 6. 10. 11. *Alii legunt* scripsisses.*
k L. si eo gauarer.
l L. ne si tutò quidem id mihi lic.

se ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Itaque hæc, cùm mecum libros non haberem, memoria repetita, in ipsa nauigatione conscripsi, tibique ex itinere misi: vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, etsi admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. Sed iam tempus est ad id, quod instituimus, accedere. ¶ Cvm omnis ratio diligens disserendi duas habeat partes: [a] vnam inueniendi, alteram iudicandi: vtriusque princeps, vt mihi quidem videtur, Aristoteles fuit. Stoici autem in altera elaborauerunt. [b] Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt, ea [c] scientia, quam dialecticen appellant. Inueniendi verò artem, quæ topice dicitur, quæque ad vsum potior erat, & ordine naturæ certè prior, totam reliquerunt. Nos autem, quoniam in vtraque summa vtilitas est, & vtramque, si erit otiũ, persequi cogitamus, ab ea, quę prior est, ordiemur. Vt igitur earum rerum, quæ absconditæ sunt, demonstrato, & notato loco, facilis inuentio est: sic, cùm peruestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus. Sic enim appellatæ ab Aristotele sunt hæ [d] quasi sedes, è quibus argumenta promuntur. 3 ¶ Itaq; licet definire, [e] Locũ esse argumenti sedem: Argumẽtum [g] autem, rationem, quæ rei dubiæ faciat fidem. 4 ¶ Sed ex his locis, in quibus argumenta inclusa sunt, alij in eo ipso, de quo agitur hærent: alij assumuntur extrinsecus. 5 ¶ In ipso, [h] tũ ex toto, tum ex partibus eius, tum [i] ex nota, tum ex his rebus, quę quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur. Extrinsecus autem ea [k] dicuntur, quæ absunt, longéque disiuncta sunt. 6 ¶ Sed ad id totum, de quo disseritur, tum *definitio* adhibetur, quæ quasi inuolutum euoluit id, de quo quæritur, eius argumenti talis est formula: Ius [l] ciuile est, æquitas constituta iis, qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas: eius autem æquitatis vtilis est cognitio: vtilis est ergo iuris ciuilis scientia. 7 ¶ Tum partium *enumeratio*, quæ tractatur hoc modo: [m] Si neq; censu, [n] neque vindicta, [o] nec Prestamento [q] liber factus est, non est liber. neq; [r] est vlla earum rerum: non est igitur liber. [s] 8 ¶ Tũ notatio, [t] cùm ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo: Cùm [u] lex Ælia Sentia assiduo [x] vindicem [y] assiduum esse iubeat, Seruum quem semel seruum fuisse constat, seruum esse hac partium enumeratione probamus. 9 ¶ Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus, quæ quodammodo *affectæ* sunt ad id de quo quæritur. Sed hoc genus in plureis partes distribuitur est. Nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex formula, [b] alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorum. 10 ¶ *Coniugata* dicuntur, quę sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab vno variè commutantur, vt sapiens, sapienter, sapientia. hæc verborum coniugatio συζυγία dicitur, ex qua huiusmodi est argumentum: Si compascuus ager est, ius est compascere. [c] *A genere* sic ducitur: Quoniam argentum [d] omne mulieri legatum est, non potest ea pecunia quæ numerata domi relicta est, non esse legata. Forma enim à genere, quoad suum nomen retinet, nunquam seiungitur. Numerata autem pecunia nomen argenti retinet, legata igitur videtur. 12 *A forma* generis: quam interdum, quòd planiùs accipiatur, partem licet nominare, hoc modo: Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ei [f] viro materfamiliàs esset: si ea in manum non conuenerat, nihil debetur. Genus [g] est, vxor, cius duæ [h] formæ: vna matrumfamiliàs. earum, [k] quæ in [l] manum conueneruntː altera, earum, quæ tantummodò vxores habentur. Qua in parte cùm fuerit Fabia, legatum ei non videtur. 13 [c] A similitudine, hoc modo: Si [m] ædes eæ [n] corruerunt, vitiúmve fecerunt, quarum vsusfructus legatus est, heres restituere [o] non debet, nec reficere, non magis, quàm seruum restituere, si is, cùius vsusfructus legatus est, deperisset. [p] 14 ¶ *A differentia*: non, ¶ si vxori vir legauit omne argentum, quod [q] suum esset: idcirco, quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Multùm enim differt, in arcáne positum sit argentum, an in tabulis debeatur. [r] 15 ¶ *Ex contrario* autem, sic: Non debet ea mulier, cui vir bonorum [t] suorũ vsumfructum legauit, cællis vinariis, & oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. [x] Vsus enim, non abusus, legatus est. Ea sunt inter se contraria. 16 ¶ *Ab adiunctis*: Si ea [y] mulier testamentum

a *vide* partis.
b L. elaborarunt.
c Eámque scientiam, dialectícam appellant.*
d Eámque scientiam etiam appellant.*
d L. ex quasi.*
e *fere* definire locum, esse arg.*
f Locus Aristoteli maximæ propositiones Ciceroni, ea quæ continent maximarum propositionum differentias. *Boetius.**
g Hæc argumenti definitio cõstat genere & duabus differẽtijs, genẽ. Ratio. Differẽtiæ, fidem facere & quidem rei dubiæ. vt & hinc quoque discam, sensus non esse propriè argumenta. faciũt enim fidem sine ratione, & quidem rei certæ.*
h Scilicet de quo agitur.*
i L. tum ex notatione.
k L. ea dicuntur.
l Iuris ciuilis scientiam vtilem esse probatur locorum definitione sumpta. Circum ad hæc definitionis iuris ciuilis 2.2. & 2.Inſt. de iure naturali. 1.6. 7. 8. ff. de Iust. & iur.*
m Seruum quem semel seruum fuisse constat, seruum esse hac partium enumeratione probamus.*
n Censu manumittebantur, qui lustrali censu (lustrum spatium est quinq. annorũ) Romæ, iussu dominorũ inter ciues Ro. nos censum profitebantur. dixi ad Vlpianum tit. 1. §. 8. & ad Theophilum Inst. de libertinis. §. 4. vers. τὸ δὲ censu. in huius locum. Postea successit manumissio quæ in Ecclesiis fieri solita est, dixi ad l. 1. Cod. de his qui in Eccles. manumitt. adde Gaium 1. tit. 1. §. 2. & 3. & Cod. de vindicta libertate. & Theophil Inst. de libertinis. §. 4. vers. ἢ βίνδικτα. &c. Vlp. 1. §. vindicta.* p al. neque.* q vide titul. Cod. de testamentaria manumissione, & ff. de manumissis testamento. Theophil. d. titul. vers. τρίτῳ. Vlp. d. tit. §. 9.* r *fort.* non est ambiguè definire locum, esse arg.* f hoc est ciuis Romanus. His enim cẽsu, vindicta, aliisve modis, per epistolam, inter amicos, conuiuii adhibitione, Gaius sed & aliis modis competere potest. §. 1. Inst. de libertinis. Hoc ideo adscripsi, ne ab insufficiente partium enumeratione argumentum hic ducatur.* t Notatio, nominis est interpretatio. nominis. n proprium, ibidem. §. 3. Quin libertas, non modo per aliam quamlibet voluntatem, sed & alios modos competere potest. §. 1. Inst. de libertinis. Hoc ideo adscripsi, ne ab insufficiente partium enumeratione argumentum hic ducatur.* t Notatio, nominis est interpretatio. nominis. n proprium, diuum esse iubet, locupletẽ, &c. Et vero apud Gel. 16. c. 10. quod sequitur, legi XII. Tabularum tribuitur, non legi Aeliæ Sentiæ.* x Si vindex assiduo esse debeat, certè locuples locupleti vindex esse debeti idem enim locuples & assiduus.* y Vindicẽhic appellat, procuratorem dare cogit a feriorem, si in seruitutem petatur. Nam proletarius seu pauper, quemcunque ad sertorem dare poterat. Porro de adsertoribus vide ad l. 1. tul. c. d. de adsertione tollenda.

a *al.* assiduus ab asse enim dicitur: male autem apud Festum Adsiduus: adde 16. Gell. 10. Nonii. cap. 1. in Proletarii. Isidorum. 20.
b *al.* ex forma: nam & paulò post, forma generis dicitur, nõ formula.
c Compascuus ager Festo & Isidoro 15. l. penult. ff. si seruitus. dicitur in quo vicinis ius est communiter pascendi. P. CCXXII.
d Omni argẽto legato, etiam pecuniam numeratam contineri putat. Cicero, quod tamen Iurisconsultus negat l. 27. §. 1. & l. 29. ff. de auro & argẽto legato. l. 78. §. 4. ff. de lega. 3. Paul. 3. sentent. 6. §. 88.*
e L. *Hoc tota* quo planius accipiatur, *non agnoscit, nec habent alĩ quos editiones, neque V. C.*
f *Quæstio in id vocabatur*, vt sciatur, An qui vt matrifamiliàs id est, vt vxori solenniter ductæ quid legauerit, ei, si in manum non conuenerit, hoc est, si minùs solennis vxor fuerit, aliquid legasse intelligatur.* g *al.* Genus est enim vxor.* h Tribus modis vxor habebatur, farreatione seu confarreatione, (Id solis Pontificibus & flaminibus dialibus tribatum. cuius contrarium, diffarreatio *vide* Festum in Diffarreatio & in Flaminia, vbi dixi) coemptione seu conuentione in manum, certis id fiebat verbis solenni sacrificio facto, in quo panis farreus. Matresfamiliàs dicebantur, quæ ita ductæ erant, de quo dixi plenissimè ad Vlpianum titulo 9.) vsu si mulier anno cum viro fuisset. de quo vide 3. Gell. 2. Macrob. 1 Saturnal 1. Hic autem duæ vxorũ formæ constituuntur. vna earum quæ vxores matresfamiliàs: altera earum quæ tantummodo vxores, non matresfamiliàs.* i Matresfamiliàs quæ dicerentur, paulo ante explicatũ. adde l. 3. in fi. ff. de liber exh. b. l. 46. §. 1. ff. de verb. signif. Festum in Materfamiliàs: Nonium, 5. numero 82.* k *al.* ex sunt, quæ in manũ.* l de in manum conuentione dixi paulo ante. sed & dicam infrà loco ab effectis.* m An earum ædium, quarũ vsusfructus legatus est vitium & ruinam vsufructuarius, an verò heres restituere cogatur?* n *al.* exæquæ.* o species est legis 7. §. 2. ff. de vsufructu.* p species est legis 3. §. morte ff. quib. mod. vsusfr. amit. leg. 25. ff. de vsufr. legato.* q An qui omne argentum: quod suum [r] legauerit, id quoque argentum, quod in nominibus debebatur, legasse videatur? r species est, legis 27. §. 2. ff. de auro & argento legato. s *al.* patet. *Ita loquutus Cicero Philip. 2. & pro Quintio.** t An bonorum vsufructu legato, penus quoque vsusfructus legatus censeatur, ideſt vsusfructus earũ rerũ quæ vsu consumi solent, quarum est abusus non tantum vsus.* u *al.* cellis.* x vide Theophilum §x. Inſtit. de vsufru. l. 1. l. 3. ff. de vsufructu earum rerum *
y An ex testamento mulieris, quæ se numquam capite deminuit, hoc est, quæ à tutoris potestate nõ recessit, quæ marito necdũ in ma-

fecit, quæ se capite nunquam diminuit [a], non videtur ex edicto prætoris secundum eas tabulas possessio dari. adiungitur enim, vt secundum seruorum, secundum exsulum, secundum puerulorum [b] tabulas possessio videatur ex edicto dari. 19 ¶ *Ab antecedentibus* autem, & consequentibus, & repugnantibus, hoc modo: Ab antecedentibus, Si [c] viri culpa factum est diuortium [d], etsi mulier nuntiũ remisit, tamen [e] pro liberis manere nihil oportet. 18 ¶ *A consequentibus*: Si [f] mulier cùm fuisset nupta cũ eo, quicũ connubium [g] non esset, nuntium remisit, quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. 19 ¶ *A repugnantibus*: Si [h] paterfamiliãs vxori ancillarum vsumfructum legauit à filio, neque à secundo herede legauit: mortuo filio mulier vsumfructum non amittet. Quod enim semel testamento alicui datum est, id ab eo inuito, cui datum est, auferri non potest. repugnat enim rectè accipere, & inuitum reddere. 20 ¶ *Ab efficientibus causis*, hoc modo: Omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel solidum, vel fornicatum. At si quis [i] in pariete communi demoliendo damni [k] infecti promiserit: non debebit præstare quod fornix vitii fecerit. Non enim eius vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis vitio, quod ita ædificatum est, vt suspendi [l] non possit. 21 ¶ *Ab effectis* rebus, hoc modo: cùm [m] mulier viro in manum conuenit, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. 22 ¶ *Ex comparatione* autem omnia valent, quæ sunt eiusmodi: Quod in re *maiore* valet, valeat in minore: vt si in vrbe fines [n] non reguntur, neque aqua in vrbe arceatur. Item contrà: Quod in *minore* [o] valet, valeat in maiore. licet idem exemplum conuertere. Item: Quod in re *pari* valet, valeat in hac, quæ par est: vt, quoniam vsus [p] auctoritas fundi, biennium [q] est, sit etiam ædium. At in lege ædes non appellantur. & [r] sunt ceterarum omnium, quarum annuus est vsus. valeat æquitas, quæ paribus in causis paria iura desiderat. 23 ¶ Quæ autem *extrinsecus assumuntur*, ea maximè ex auctoritate ducuntur. Itaque Græci taleis argumentationes, ἀτέχνους vocãt, id est, artis experteis: vt, si ita respondeas, Quoniam P. Scæuola [a] id solum esse ambitus [b] ædium dixerit, quod [c] parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur, ex [d] quo in tectum eius, ædeis qui protexisset, aqua defflueret, id tibi ius videri. 24 ¶ His igitur locis, qui sunt expositi, ad omne argumentũ reperiendum, tanquam elementis quibusdam significatio, & demonstratio datur. Vtrùm igitur hactenus satis est? tibi quidem tam acuto, & tam occupato, puto. Sed, quoniam auidum hominem ad has discendi epulas recepi, sic accipiam, vt reliquiatum sit potius aliquid, quàm te hinc patiar non satiatum discedere. Quando ergo vnusquisque eorum locorum, quos exposui, sua quædam membra habet, ea quàm subtilissimè persequamur, & primùm de ipsa definitione dicatur. 25 ¶ *Definitio*, est oratio, quæ id, quod definitur, explicat, quid sit. Definitionum autem duo sunt genera prima. Vnum earum rerum, quæ sunt: alterum earum, quæ intelliguntur. Esse [e] ea dico, quæ cerni tangiue possunt, vt fundum, ædeis, parietem, stillicidium, mancipium, pecudem, suppellectilem, penus, cetera, quo ex genere quædam interdum nobis [f] definienda sunt. Non esse [g] rursus ea dico, quæ tangi, demonstrariue non possunt, cerni tamen omnino, atque intelligi possunt: vt, si vsucapionem, si tutelam, si gentem, si agnationem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus: est tamen quædam conformatio insignita, & impressa intelligentia [h]: quam notionem voco. ea sæpe in argumentando [i] definitione explicãda sunt. 26 ¶ Atque etiam definitiones, aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum. Partitionum, cùm res ea, quæ proposita est, quasi in membra discerpitur: vt, siquis ius [k] ciuile dicat id esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum auctoritate, edictis magistratuum, more, æquitate constat. *Diuisionum* autem definitio formas omneis complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur, hoc modo: Abalienatio [l], est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri [m] nexu, aut in iure cessio: inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Sunt & alia genera definitionum: sed ad huius libri institutum illa nihil pertinent: tantum est dicendum, qui sit definitionis modus. Sic igitur veteres præcipiunt, cùm sumpseris ea, quæ sunt ei rei, quam definire velis, cùm aliis communia, vsque eò persequi, dum proprium efficiatur quod nullam in aliam rem transferri possit. Vt hoc, Hereditas [n] est pecunia. Commune [o] adhuc. multa enim genera sunt pecuniæ. Adde quod sequitur: quæ morte alicuius ad quempiam peruênit. nondũ est definitio. multis enim modis sine hereditate teneri mortuorum pecuniæ possunt. Vnum adde verbũ, iure. iam à communitate res disiuncta videbitur, vt sit explicata definitio, sic: Hereditas [p] est pecunia, quæ morte alicuius ad quempiã peruênit iure. Nondum est satis: adde, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta, confectum est. Itémque, vt illud, Gentiles [q] sunt, qui inter se eodem nomine sunt. Non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti [r]. Hoc fortasse satis est. Nihil enim video Scæuolam [s], pontificem

a *al.* deminuit.*
b *al.* puerorum.*
c Retentiones ex dote fiunt propter liberos si culpa mulieris aut patris in cuius est potestate, diuortium factum est. Vlpianus titul. 6. §. 9. l. vnic. Cod. de rei vxor. act. Paul. 2. sentent. titulo de dotibus. Boetius hic. Constituamus, Diuortium factum à muliere fuisse, hoc est, vxorem nuntium viro remisisse, culpa tamen mariti.* Quæritur an sit locus retentioni ex dote? Non est. Etsi enim diuortium factum est à muliere, culpa tamen viri ac mariti factum est, cui diuortium pœnæ, non lucro esse debet. Quare illo ipso casu maritus nihil deducet ex dote, sed integram dotem restituere cogetur.* d *al.* deuortium.* e Pro liberis manere, est propter liberos aliquid ex dote deducere.* f Cum seruis nullum erat apud veteres connubium, sed nec cum liberis, qui Latini dicebantur, & peregrinis, nisi concessum, *Vlpianus* 5. §. 3. 4. 5. Connubio non interueniente liberi matris cõditioni accedebant, hoc est matris conditionem sequebantur, non patris, excepto vno casu. *Vlp.* 5. §. 8. Ponamus cõnubiũ nõ intercessisse, i. mulierẽ culpa sua nuntiũ remisisse, potestne vir ex dote mulieris partẽ aliquã dotis propter liberos retinere, perinde ac si iustum matrimonium interuenisset, ac non connubium non potest. Qui enim partem ex dote deducat maritus propter liberos, qui in potestate liberos non habeat?* g *al.* connubii ius non esset. h Vsusfructus legatus ab hærede instituto, etsi non legatus sit à substituto, mortuo inst. tuto non amittetur.* i *fossa ita legendum est* parietem solidum ad parietem cõmunem adiungere, vel directum vel fornicatum.* k vide l. 35. l. 36. l. 37. ff. de damno infecto.* l L. non posset. m Conuentionis in manum is est effectus, vt omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiant dotis nomine.* n si fines non reguntur, multo minus aqua. vide infra in loco à similitudine.* o quasi diceret in vrbe aqua arcetur, igitur regendi sunt in vrbe fines.* p *fors.* vsu auctoritas. vt vsu auctoritas, sic iuris firmitas quæsita vsu rei bienni, & ita dicitur vt vsucapio.* q Lex iubet vsum & auctoritatem fundi esse biennii. Cicero pro Cecinna adde Inst. de vsucap. §. 13. Cod. de seruitut, dixi ad leges. xii. Tabul. titulo de vsucapioni.* r L. & sunt cæterarum rerum, quarum annuus est, vsus. ‖ *al.* ergo sunt.

a L. Scæuola b solum ambitus ædium dicitur, quod tecti diffusione tegitur, non quod parietibus concluditur. Hæc cùm videatur Scæuolæ, quæritur quatenus in pariete cõmuni proiicere mihi licet? Et ita proiicere licere dixit Scæuola, vt aquam meum tecti excipiam, neque vicino obsim.*
c L. quoad parietis cõm. t. c. t. pr. ex quo tecto in eius ædes, qui ‖ Lambinus hunc locum non intellexit.*
d id est, dum modo, ea lege, vt, ita vt.*
e Res huiusmodi, corporales.*
f L. vbis.
g Incorporalia dicuntur quæ sunt eiusmodi. vide Inst. de rer. corporalib.*
h *al.* intelligentiæ.
i *al.* in argumentandi de finitione. *non placet.*
k Idem legem 7. ff. de iustitia.*
P. CCXXIII.
l Abalienatio quid.*
m Pecuniæ enim verbũ latissime patet l. 1. §. 1. ff. de verb. signif.* 222. ff. de verb. signif.* n Hæreditatis definitio adde l. 62. ff. de regul. iur.*
o Gentiles qui. De gentilibus quæ dẽ dixi ad l. sæpe. 53. ff. de verb. signif.*

p L. deminuti.
q L. Stipulatio

tificem, ad hanc definitionem addidisse. Atque hæc ratio valet in vtroque genere definitionũ, siue id, quod est, siue id, quod intelligitur, definiendum est. Partitionum autem[a] & diuisionum genus quale esset, ostendimus: sed quid[b] inter se differant, planiùs dicendum est. In partitione quasi membra sunt: vt corporis, caput, humeri, manus latera, crura, pedes, & cetera. In diuisione, formæ[c] sunt, quas Græci ἰδέας vocant: nostri, siquis hæc fortè tractant, species appellant: non pessimè id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo[d]. Nolim enim, ne si Latinè quidem dici possit, speciecrum, & speciebus dicere: & sæpe his casibus vtendum est: at formis, & formarum velim. Cùm autem vtroque verbo idem significetur, commoditatem in[e] dicendo non arbitror negligendam. *Genus* & formam definiunt hoc modo: Genus, est notio ad plureis differentias pertinens. *Forma*, est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest *Notionem* appello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum προλήψιν dicunt. Ea est insita, & antè percepta cuiusque formæ cognitio, enodationis indigẽs. *Formæ* igitur sunt hæ, in quas genus sine vllius prætermissione diuiditur: vt siquis ius in legem, morem, æquitatem diuidat. Formas qui putat idem esse, quod parteis, confundit artem: & similitudine quadam conturbatus, non satis acutè, quæ sunt secernenda, distinguit. Sæpe etiam definiunt & oratores, & poetæ per translationem verbi, ex similitudine cum quadam suauitate. Sed ego à vestris exemplis, nisi necessariò, non recedam. Solebat igitur Aquillius, collega, & familiaris meus, cùm de litoribus ageretur, quæ[f] omnia publica esse vultis, quærentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus[g], ita[h] definire, quàd[i] fluctus eluderet: hoc est, quasi qui adolescentiam, florem ætatis: senectutem, occasum vitæ, velit definire. Translatione vtens discedebat à verbis propriis rerum, ac suis. Quod ad definitiones attinet, hactenus: reliqua videamus. *Partitione* autem sic vtendum est, nullam vt partem relinquas, vt si partiri velis tutelas[k], inscienter facias, si vllam prætermittas. At si stipulationum, aut iudiciorum formulas partiare, non est vitiosum in re infinita prætermittere aliquid. Quod idẽ in diuisione vitiosum est. Formarum enim certus est numerus, quę cuique generi subiiciantur. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum à fonte[l] deductio. Itaque in oratoriis artibus[m], quæstionis genere proposito, quot eius formæ sunt, subiungitur absolutè: at cùm de ornamentis verborum, sententiarúmque præcipitur, quæ vocantur σχήματα, non fit idem. Res enim est infinitior, vt ex hoc quoque intelligatur, quod[n] velimus inter partitionem, & diuisionem interesse. Quamquam enim vocabula propè idem valere videantur: tamen quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt. 27 ¶ Multa etiam *ex notatione* sumũtur. ea est autem, cùm ex vi nominis argumentũ elicitur: quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est verbum ex verbo, veriloquium. Nos autem, nouitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia[o] sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latinè est nota. Sed cùm intelligitur, quid significetur, minùs laborandum est de nomine. Multa igitur in disputando notatione eliciuntur ex verbo, vt, cùm quæritur, Postliminium[a] quid sit, non dico, quæ sint postliminii, nam id caderet in diuisionem, quæ talis est: Postliminio redeunt hæc, homo, nauis, [b] mulus clitellarius, [c] equus, [d] equa, quæ frena recipere solet, sed cùm ipsius postliminij vis quæritur, & verbum ipsum notatur: in quo Seruius noster (vt opinor) nihil putat esse [e] notandum, nisi[f] post: [g] & liminium illud, productionem esse verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quàm in meditullio legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quàm in meditullio tullium. Sequolaß autem, P. filius, iunctum putat esse verbũ, vt sit in eo, & post[h], & limẽ: vt, quæ à nobis alienata sunt, cùm ad hostem peruenerint, & ex suo tamquã limine exierint, dein[i] cùm redierint pòst ad idem limen, postliminio videantur rediisse. Quo in genere etiam Mancini[k] causa defendi potest postliminio rediisse: deditum non esse, quoniam non sit receptus. Nam neque deditionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse. 28 ¶ Sequitur is locus, qui constat ex iis rebus, *quæ quodammodo affectæ* sunt ad id, de quo ambigitur: quem modò dixi in plureis parteis distributũ. 29 ¶ Cuius primus est locus ex *coniugatione*, quam Græci συζυγίαν vocant, finitimus notationi, de qua modò dictum est: vt, si aquam [l] pluuiam eam modò intelligeremus, quam imbri collectam videremus: veniret Mucius, qui, quia coniugata verba essent pluuia, & pluendo, diceret, omnem aquam oportere arceri, quæ pluendo creuisset. 30 ¶ Cùm autem *à genere* ducetur argumentum, non erit necesse id vsque à capite arcessere: sæpe etiam citrà licet, dummodo suprà sit quod sumitur, q̃ id, ad quod sumitur: vt aqua pluuia vltimo genere ea est, quæ de cælo veniens crescit imbri: sed propiore loco, in quo quasi ius arcendi continetur, genus est aqua pluuia nocens: eius generis formæ, loci vitio, & manu nocens: quarum altera iubetur [m] ab arbitro coerceri: altera non iubetur. Commodè etiam tractatur hæc argumentatio, quæ ex genere sumitur, cùm ex toto persequare parteis, hoc modo: Si dolus [n] malus est, cùm aliud agitur, aliud simulatur: enumerare licet, quibus id modis fiat: deinde in eorum aliquem id, quod arguas dolo malo factum, includere: quod genus argumenti in primis firmum videri solet. 31 ¶ *Similitudo* sequitur, quæ latè patet: sed oratoribus[o] & philosophis magis, quàm vobis. Etsi enim omnes loci sunt omnium disputationum ad argumenta suppeditanda, tamen aliis disputationibus abundantiùs occurrunt, aliis angustiùs. Itaque genera tibi nota sint: vbi autem his vtare, quæstiones ipsæ te admonebunt. Sunt enim similitudines, quæ *ex pluribus collationibus* perueniunt quò volunt, hoc modo: Si tutor fidem [p] præstare debet, si socius, si, cui mandaris, si qui fiduciam [q] acceperit: debet etiam procurator. Hæc ex pluribus perueniens quò vult, appellatur inductio: quæ Græcè παραγωγὴ nominatur: qua plurimùm est vsus in sermonibus Socrates. Alterum similitudinis genus collatione sumitur, cùm vna res vni, par pari comparatur, hoc modo: Quemadmodum si in vrbe de finibus

a Postliminium quid v. Festum in Postliminiũ. vide l. postliminiũ. 29. ff. de captiuis.*
b longa atq; oneraria: an non piscatoria & actuaria l. 2. ff. de captiuis.*
c mulum simpliciter posuit Festus: bidẽ, neque addit clitellarium.*
d equus equa freni patiens. l. 2. §ff. de captiuis.*
e L. nisi post P. CCXXXIIII. liminium illud
f vide omnino 11. Gell. 10.*
g L. Scæuula
h Idem §.5. Inst. quib. modis iuspatriæ potest, & ibidem Theophil.*
i L. dein redierint post ad idem l.
k dixi in Oratione pro Cæcina in f. 8. 1. de oratore. l. 3. vlt. ff. de legationib.*
l sic Aqua pluuia in l. 1. ff. de aqua pluuia definitur, Aquæ pluuiæ quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit.
m ὕδωρ ὄμβριον.
n dixi de hac doli definitione lib. 3. offic. & ad l. 1. §. 2. ff. de dolo.*
o al. & poetis
p Est enim tutela iudicium bonæ fidei. §. 28. Inst. de actionibus.*
q L. quæ Græcè παραγωγὴ nominatur. fiduciam accipit, cuicumque res aliqua mancipatur, vt eã mancipanti remancipet vnde mancipatio fiduciaria apud Boetium hic pater fiduciarius. v. Gaium 6. §. 4. tutor fiduciarius Vlp. 11. §. 5.*

cõtrouersia est, quia fines magis agrorum videntur esse, quàm verbis, finibus regendis[a] adigere arbitrum non possis: sic, si aqua pluuia in vrbe noceat, quoniam res tota magis agrorum est, aquæ pluuiæ arcendæ adigere non possis arbitrum. Ex eodem similitudinis loco etiam *exempla* sumuntur, vt Crassus[b] in Curiana causa exemplis plurimis vsus est, agens de eo qui testamento sic heredem instituisset, vt, si filius natus esset in decem mẽsibus, isque[c] mortuus prius[d], quàm in suam tutelam veniisset: secundus heres hereditatem obtinuisset[e]. quę commemoratio exemplorum valuit, eáque vos in respondendo vti multùm soletis. Ficta etiam exempla, similitudinis habent vim: sed ea oratoria magis sunt, quàm vestra: quamquã vti etiam vos soletis, sed hoc modo: Finge mancipio[f] aliquem dedisse id, quod mãcipio[g] dari non potest. num idcirco id eius factum est, qui accepit? aut num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se vlla re obligauit? In hoc genere oratoribus,[h] & philosophis concessum est, vt muta etiam loquantur, vt mortui ab inferis excitentur, aut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia, dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur: & multa mirabilia alia. Sed latior est campus illorum. eisdem tamen ex locis (vt antè dixi) & in miximis, & in minimis quæstionibus argumenta ducuntur. 32 ¶ Sequitur similitudinem *dissentia* rei, maximè contraria superiori: sed est eiusdem, dissimile, & simile inuenire. eius generis hæc sunt: Non, quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore auctore soluas: ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere. 33 ¶ Deinceps locus est, qui *à contrario* dicitur.[l] Cõtrariorum autem genera sunt plura. Vnum eorum, quę in eodem genere plurimùm differunt, vt sapientia, & stultitia. Eodem autem genere dicuntur, [m]quibus propositis occurrunt tanquam è regione quædam contraria, vt celeritati tarditas, non debilitas: ex quibus contrariis argumenta talia exsistunt: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: & bonitatem, si malitiam. Hæc, quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur *aduersa*. Sunt enim alia contraria, quæ *priuantia* licet appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικά. Præpositio enim IN, priuat verbũ ea vi, quã haberet, si IN præpositũ non fuisset: vt dignitas indignitas: humanitas, inhumanitas, & cetera generis eiusdem. Quorum tractatio est eadem, quæ superiorum, quæ aduersa dixi. Nam *alia* quoque sunt contrariorum genera, velut ea, quæ cum aliquo conferuntur: vt duplum, simplum: multa, pauca: longum, breue: maius, minus. Sunt etiam valde contraria *alia*, quæ appellantur negantia. ea ὑποφατικὰ Græci, contraria aientibus: vt, Si hoc est, illud non est. Quid enim opus exemplo est? tantùm intelligatur, argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non conuenire. 34 ¶ Ab *adiunctis* autem posui equidẽ exemplũ paullò antè, multa scilicet adiungi, quæ suscipienda essent, si statuissemus, ex [n]edicto secundum eas tabulas possessionem dari, quas is instituisset, cui [o] testamenti factio nulla esset. Sed locus hic magis ad coniecturaleis causas, quæ versantur in iudiciis, valet: cùm quæritur, quid aut sit, aut euenerit, aut futurum sit, aut, quid omnino fieri possit. At loci quidem ipsius forma, talis est. Admonet autem hic locus, vt quæratur, quid ante rẽ, quid cum re, quid post rem euenerit. Nihil hoc ad[a] ius: ad Ciceronem, inquibat Gallus noster,[b] si quis ad eum tale [c]quid retulerat, vt de facto quæreretur. Tu tamen patiere, nullum à me artis institutę locum præteriri, ne si nihil nisi quod ad te pertineat, scribendum putaris nimium te amare videare.[d] Est igitur magna ex parte locus hic oratorius, non[e] modò non iurisconsultorum, sed ne philosophorum quidem. Antè rem enim quæruntur, quæ talia sunt, apparatus, colloquia, locus, constitutum[f] conuiuium. Cum re autem, pedum crepitus, strepitus hominum, corporum vmbræ, & si quid eiusmodi. At post rem, rubor, pallor, titubatio, & si qua alia signa conturbationis, & conscientiæ: præterea restinctus ignis, gladius cruentus, ceteráque, quæ suspicionem facti possunt mouere. 35 ¶ Deinceps est locus dialecticorum proprius *ex consequentibus*, & *antecedentibus*, & *repugnantibus*, qui etiam ab adiunctis longè diuersus est. Nam adiuncta, de quibus paullo antè dictum est, non semper eueniunt: consequentia autem semper. Ea enim dico cõsequẽtia, quæ rẽ necessariò consequuntur. Itémque & antecedentia, & repugnantia. quidquid enim antecedit quamque rem, id cohæret cum re necessariò: &, quidquid repugnat, id eiusmodi est, vt cohærere numquam possit. Cùm tripertitò igitur distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam, reperiendi argumenti locus simplex est, tractandi triplex. Nam quid interest, cùm hoc sumseris, pecuniam[g] numeratam mulieri deberi, cui sit omne argentum legatum, vtrùm hoc modo concludas argumentum: Si pecunia signata, argentũm est, legata est mulieri. Est autem pecunia signata argentum, legata[h] igitur, An illo modo? Si numerata pecunia, non est legata, non est numerata pecunia argentum. est autem numerata pecunia argentum, legata igitur est. An illo modo? Non & legatũ argentum est, & non est legata numerata pecunia, legatum autem argentum est, legata igitur numerata pecunia est. Appellant autem dialectici eam conclusionem argumenti, in qua, cùm primum assumseris, consequitur id quod annexum est, primum conclusionis modum. Cùm id, quod annexum est, negaris,[i] vt id quoque, cui fuerit annexum, negandum[k] sit, *secundus* appellatur concludendi modus. Cùm autem aliqua coniuncta negaris,[l] & his alia negatio rursus adiungitur,[m] & ex his primum sumseris, vt, quod relinquitur, tollendum sit, is *tertius* appellatur conclusionis modus. Ex hoc illa rhetorum, sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant: non quòd non omnis sententia, proprio nomine enthymema dicatur, sed,[n] vt Homerus propter excellentiam, commune poetarum nomen, efficit apud Græcos suum: sic, cùm omnis sententia, enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur, acutissima, sola ppriè nomẽ cõmune possidet. Eius generis hæc sunt. Hunc[o] metuere, alterũ in metu non ponere. Eã quã nihil accusas, damnas: Bene quã meritã esse autumas, dicis malè mereri. Id[p] quod scis, prodest nihil: id, q quod nescis, obest. Hoc differendi genus attingit omnino vestras quoq. in respondendo disputatione. Sed philosophorũ magis: quibus est cum

a L. regũdis.

b Idem in Bruto & 1. de oratore.*

c L. iiij. mortuus esset pr.

d Adde l. 54. ff. de heredib. instit. l. 39. ff. de vulgari. l. vlt. ff. de iure delib. l. 50. ff. de legat. 3.

e L. obtinere.

f L. mancupio.

p. B.

g L. mancupio, mancipium autem, quod & mãcipatio, propria species alienationis rerũ mãcipi, quæ fiebat certis verbis, libripende & quinque testibus præsentibus vide. Vlp. 19. 8. 3. 4. 5. 6. vbi dixi.*

h L. oratoribus, & poetis concess.

i *fort.* differentia, maximè contr.

k adde l. 15. ff. de solutionibus. 2. Inst. quibus alienare.*

l *al.* ducitur.

m *al.* quibus positis.

n L. ex edicto prætoris sec.

o adde 52. ff. l. de heredib. Instit. Vlp. tit. rul. 22. 6. 7. ad te. l. 2. 5. 5. ff. de bonorũ poss.*

a *al.* ad vos *al.* ad nos vt iubaudias Iurisconsultos.

b al. vester.

c L. quid tale.

P. CCXXV.

d *al.* videar *non rectè quidem ita Boerius.**

e L. nec modò non Iurisconsul.

f L. constitutum, conuiuium.

g de hac re cie dixi in superioribus.*

h legata igitur est.*

i L. euenerit, vt id.

k tollendum sit.

l L. negaueris.

m adiungatur.

n Idẽ inst. dicitur 6. 2 Ius de Iure natural.*

o *al.* Hoc. p vide in oratore.*

P. B.

q *lib. vide* id, quodlibet prodest nihil id, quod nescis, obest.

cum oratoribus illa ex repugnantibus sententiis communis conclusio, quę à dialecticis tertius modus, à rhetoribus enthymema nuncupatur. *Reliqui* dialecticorum *modi* plures sunt, qui ex disiunctionibus constant: aut hoc, aut illud. hoc autem, non igitur illud. *Itémque*, aut hoc, aut illud. non autem hoc, illud igitur. Quæ conclusiones idcirco tatæ sunt, quòd in disiunctione plus vno verum esse non potest. Atque ex iis conclusionib. quas suprà scripsi, prior, quartus: posterior, quintus [a] à dialecticis modus appellatur. Deinde addunt coniunctionum negatiam, sic: Non & hoc est, & illud. hoc autem, non igitur illud. hic modus est *sextus*. *Septimus* autem, Non & hoc, & illud. non autem hoc: illud igitur. Ex his modis conclusiones innumerabiles nascuntur, in quo est ferè tota dialectica. Sed ne eæ quidem, quas exposui, ad hanc institutionem sunt necessariæ. 36 ¶ Proximus est locus rerum *efficientium*, quę causæ appellantur: deinde rerum effectarum ab efficientibus causis. Harũ exempla, vt reliquorũ locorum, paullo antè posui, & quidem ex iure ciuili: sed hæc patèt latiùs. Causarum igitur genera, duo sunt: Vnum, *quod vi sua* id quod sub ea subiectum est, certè efficit, vt ignis accendit: Alterum quod naturam efficiendi non [b] habeat, sed sine quo effici non possit: vt, si quis æs, causam statuæ velit dicere, *quòd sine eo non posset effici*. ¶ Huius generis causarum, sine quo non efficitur, alia sunt quieta. nihil agentia, stolida quodammodo, vt locus, tempus, materiæ [c], ferramenta, & cetera generis eiusdem: Alia autem præcursionem quandam adhibeat ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiuuãtia, etsi non necessaria, vt amori congressio causam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere causarum, ex æternitate pendentium, fatum à Stoicis nectitur. ¶ Atque vt earum causarum, sine quib. effici non potest, genera diuisi, sic etiam *efficientium* diuidi possunt. Sunt enim *alia* causæ, quæ planè efficiant, nulla re adiuuante: alię, quæ *adiuuari* velint: vt sapientia efficit sapientem: sola per se: beatos efficiat, nécne sola per se, quæstio est. Quare cùm [d] in disputationem inciderit causa efficiens aliquid necessariò, sine dubitatione licebit, quod efficitur ab ea causa concludere. Cùm autem erit talis causa, vt in ea non sit efficiendi necessitas: necessaria conclusio non [e] sequitur. Atque illud quidem genus causarũ, quod habet vim efficiendi necessariam, errorem afferre non ferè solet: hoc autem, sine [f] quo non efficitur, sæpe conturbat. Non enim si sine parentibus filij esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur, sine quo non fit, ab [g] eo, in quo certè fit, diligenter est separandum. Illud enim est tãquam *Vtinam ne in nemore Pelio securibus Cæsæ* [h] *cecidissent abiegnæ ad terram trabes*. Nisi enim cecidissent [i] abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in his trabibus efficiendi vis necessaria. At cùm in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessariò. ¶ Atque etiam est causarum dissimilitudo, quòd [k] aliæ sunt, vt sine vlla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione, suum quasi opus efficiant, velut, vt omne intereat, quod ortum est. Aliæ autem aut [l] voluntate efficiuntur, aut perturbatione animi, aut habitu, aut natura, aut arte, aut casu. Voluntate, vt tu, cùm hunc libellum legis. Perturbatione, vt si quis euentum horum temporum timeat. Habitu, vt facilè & citò irascatur. Natura, vt vitium in dies crescat. Arte, vt bene pingat. Casu, vt prosperè nauiget. Nihil horum sine causa, nec quidquam omnino, sed huiusmodi causæ non [a] necessarię. ¶ Omnium autem causarum in aliis inest constantia, in aliis non inest. In natura, & in arte constantia est, in ceteris nulla. Sed tamen earum causarum, quæ non sunt constantes, aliæ sunt perspicuæ, aliæ latent. Perspicuæ sunt, quæ appetitionem animi, iudiciúmque tangunt. Latent, quæ subiectæ sunt fortunæ. Cùm enim nihil sine causa fiat, hoc [b] ipsum est fortunæ euentus, obscura causa, quæ latenter efficitur. Etiam [c] vt ea, quę fiunt, partim sint ignorata, partim voluntaria. Ignorata, quæ necessitate effecta sunt. Voluntaria, quæ consilio. Quæ autem fortuna, vel ignorata, vel voluntaria. Nam iacere telum, voluntatis est: ferire quem nolueris, fortunæ. Ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus. Si [d] telum manu [e] fugit magis, quàm iecit. Cadunt enim in ignorationem, atque in imprudentiam perturbationes animi: quæ quamquam sint voluntariæ, (obiurgatione enim, & admonitione deiiciuntur) tamen habent tantos motus, vt ea, quę voluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certè ignorata videantur. ¶ Toto igitur loco causarum explicato, ex earum differentia in magnis quidem causis vel oratorum, vel philosophorum magna argumentorum suppetit copia. In vestris autem si nõ vberior, at fortasse subtilior. Priuata enim iudicia maximarum quidem rerum, in iurisc̃ōsultorum mihi videntur esse prudentia. Nam & adsunt multùm, & [f] adhibentur in consilio: & patronis diligentibus, ad eorum prudentiam confugientibus, hastas ministrant. In omnibus igitur iis iudiciis, in quibus, EX FIDE BONA, est [g] additum: vbi verò etiam, VT [h] INTER BONOS BENE AGI OPORTET, in primisque in arbitrio rei vxorię, in quo est. QVID AEQVIVS, MELIVS, parati esse debent. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum, illi quid socii socio, quid eũ, qui negotia aliena curasset, ei, cuius ea negotia fuissent: quid eum, qui mandasset, eúmve, cui mandatum esset, alterum alteri præstare oporteret: quid virum vxori, quid vxorem viro, tradiderunt. Licebit igitur, diligenter cognitis argumentorum locis, non modò oratoribus, & philosophis: sed iuris etiam peritis copiosè de consultationibus suis disputare. 37 ¶ Coniunctus huic causarum loco locus ille est, *qui efficitur ex causis*. Vt [i] enim causa effectum indicat, sic, quod effectum est, quæ fuerit causa, demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratoribus, & poetis, sæpe etiam philosophis, sed iis, qui ornatè & copiosè loqui possunt, mirabilem copiam dicendi, cùm denuntiant, quid ex quaque re sit futurum. Causarum enim cognitio cognitionem euentorũ facit. 38 ¶ Reliquus est *comparationis* locus, cuius genus, & exemplum suprà positum est, vt ceterorum: nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur ea, quæ aut *maiora*, aut *minora*, aut *paria* dicuntur: in quibus spectantur hæc, numerus, species, vis, quædam etiam ad res aliquas affectio. *Numero* sic comparabuntur: vt plura bo-

a vt. Quintus.

b L. non habet.

c L. materia.

d Ex causa necessaria, necessario exñ necessaria, nõ necessario cõcluditur. * p. 246. e al. non sequitur.

f Causa, sine qua non, non cõcludit necessario. *

g L. ab eo, à quo certè fit, h L. Cæsa cecidisset abiegna ad terrã trabes. * ita Varro & Prisciaqus. * i al. cecidisset abiegna &c.

k L. quod aliæ eiusmodi sunt, vt s.

l L. aut voluntate efficiunt, aut p.

a fort. non sunt necessariæ.

b L. hoc ipsũ est fortuna, euentu, obscura causa, quæ latenter efficit vt etiã ea, q. al. sic hoc ipsum est fortuna, euẽtus obscura causa, qui latenter efficitur. Etiam vt ea, q. f. c al. etiã ea, quæ f. partim sunt ign.

P. E. f L. & adhibentur in cõsilia: & patr. al. & adhib. in consilium, &c. g al. est additũ, plurimum eorum vsus est vbi vero h L. vt inter bonos, bene agier. in primisque in arb. r. vx. in q. est, Aequius, melius,

i L. Vt enim causa, quid sit effectum, in.

na, paucioribus bonis[a] anteponantur: paucio-
ra[b] mala, malis pluribus: diuturniora bona,
breuioribus: longè[c] & latè peruagata anguſtis:
ex quibus plura bona propagentur, quæque
plures imitentur, & faciant. *Specie* autem com-
parantur, vt anteponantur quæ propter ſe ex-
petenda ſunt, iis, quę propter aliud: & vt inna-
ta atque inſita, aſſumtis, & aduentitiis: integra,
contaminatis: iucunda, minus iucundis: hone-
ſta, ipſis etiam vtilibus: procliuia, laborioſis:
neceſſaria, nõ neceſſariis: ſua, alienis: rara vul-
garibus: deſiderabilia, iis, quibus facilè carere
poſſis: perfecta, inchoatis: tota, partibus: ratio-
ne vtentia, rationis expertibus: voluntaria, ne-
ceſſariis: animata, inanimatis: [d]naturalia, non
naturalibus: artificioſa, non artificioſis. Vis
autem in comparatione ſic cernitur, efficiens:
cauſa grauior, quàm non efficiens: quæ[e] ſei-
ſis contenta ſunt, meliora, quàm quæ egent
aliis: quæ in noſtra, quàm quæ in aliorum po-
teſtate ſunt: ſtabilia, incertis: quæ eripi non
poſſunt, iis quæ poſſunt. *Affectio* autem ad res
aliquas eſt huiuſmodi, principum commoda
maiora, quàm reliquorum, itémque, quæ iu-
cundiora, quæ pluribus probata, quæ ab opti-
mo quoque laudata. Atque, vt hæc in compa-
ratione meliora, ſic deteriora, quæ iis ſunt
contraria. Parium autem comparatio nec ela-
tionem habet, nec ſubmiſſionem[e]. eſt enim æ-
qualis. Multa autem ſunt, quæ æqualitate ipſa
comparantur: quæ ita ferè concluduntur. Si
conſilio iuuare ciueis[f], & auxilio, æqua in
laude ponendum eſt: pari gloria debent eſſe
ij, qui conſulunt, & ij, qui defendunt. at quod
primum eſt: quod ſequitur igitur. 39 ¶ Per-
fecta eſt omnis argumentorum inueniendo-
rum præceptio, vt, cùm profectus ſis à defini-
tione, à partitione, à notatione, à coniugatis, à
genere, à forma, à ſimilitudine, à differentia, à
contrariis, ab adiunctis, à conſequentibus, ab
antecedentibus, à repugnantibus, à cauſis, ab
effectis, à comparatione maiorum, minorum,
parium, nulla præterea ſedes argumenti quæ-
renda ſit. Sed quoniam ita à principio diuiſi-
mus, vt alios locos diceremus in eo ipſo, de
quo ambigitur, hærere, de quibus ſatis[g] eſt di-
ctum: *alios aſſumi extrinſecus: de iis* pauca dica-
mus: etſi ea nihil omnino ad veſtras diſputa-
tiones pertinent: ſed tamen totam rem perfi-
ciamus, quãdoquidem cœpimus. Neque enim
tu is es, quem nihil, niſi ius ciuile, delectet. &,
quoniam ad te hæc ita ſcribuntur, vt etiam in
aliorum manus ſint ventura, detur opera, vt
quamplurimùm iis, quos recta ſtudia delectãt,
prodeſſe poſſimus. Hęc ergo *argumentatio, quæ
dicitur artis expers, in teſtimonio poſita eſt. Teſti-
monium* autem nunc dicimus, omne, quod ab
aliqua re[h] externa ſumitur ad [i]faciendam fi-
dem. Perſona autem non[k] qualiſcumque, te-
ſtimonij pondus habet. ad faciendam enim
fidem auctoritas quæritur. Sed auctoritatem
aut natura, aut tempus affert. Naturæ auctori-
tas in virtute ineſt maximè. 40. ¶ *In tempore
autem multa ſunt, quæ afferant auctoritatem.* ingeni-
um [l], opes, ætas, fortuna, ars, vſus, neceſſitas,
concurſio etiã nonnumquam rerum fortuita-
rum. Nam & ingenioſos, & opulentos, & æ-
tatis ſpatio probatos, dignos, quibus credatur,
putant: non rectè fortaſſe, ſed vulgi opinio
mutari vix poteſt, ad eámque omnia dirigunt
& qui iudicant, & qui exiſtimant. Qui enim
his rebus, quas dixi, excellunt, ipſa virtute vi-

dentur excellere. Sed reliquis quoque rebus,
[a]quas modò numeraui, quamquam in iis nul-
la ſpecies virtutis eſt: tamen interdum con-
firmatur[b] fides, ſi aut ars quædam adhibetur:
magna enim eſt vis ad perſuadendum, ſcien-
tiæ, aut vſus. plerumque enim creditur iis, qui
experti ſunt. Facit etiam *neceſſitas* fidem, quæ
cùm à corporibus, tum ab animis naſcitur.
Nam & *verberibus*[c], *tormentis*, igni fatigati,
quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere, &,
quæ à perturbationibus animi ſunt, dolore,
cupiditate, iracundia[d], metu, quia neceſſitatis
vim habent, afferunt auctoritatem, & fidem.
Cuius generis etiam illa ſunt, ex quibus non-
numquam verum inuenitur, *pueritia, ſomnus,
imprudentia, vinolentia, inſania.* Nam & pueri ſæ-
pe indicauerunt aliquid, ad quod pertineret,
ignari: & per ſomnum, vinum, inſaniam, multa
ſæpe patefacta ſunt. Multi etiam in res odioſas
imprudentes inciderunt, vt[e] Stalerio nuper
accidit: qui ea locutus eſt, bonis viris ſubau-
ſcultantibus, pariete interpoſito, quibus pate-
factis, in iudiciúmque prolatis, rei capitalis iu-
re damnatus eſt. Huic ſimile quiddam de
Lacedæmonio Pauſania accepimus. *Concurſio
autem fortuitorum* talis eſt, vt, ſi interuentum eſt
caſu, cùm aut ageretur aliquid, quod profe-
rendum non eſſet, aut diceretur. In hoc gene-
re etiam illa eſt in Palamedem cõiecta ſuſpi-
cionum proditionis multitudo: quod genus
refutare interdum veritas vix poteſt. Huius
etiam generis eſt *fama*[f] vulgi, quoddam mul-
titudinis teſtimonium. 41. ¶ Quæ autem *vir-
tute fidem faciunt*, ea bipertita ſunt. Ex quibus
alterum, natura valet: alterum, induſtria. Deo-
rum enim virtus, natura excellit: hominum
autem, induſtria. *Diuina* hæc ferè ſunt teſti-
monia: Primùm orationis: oracula enim ex eo
ipſo appellata ſunt, quòd ineſt in his deorum
oratio: Deinde rerum, in quibus inſunt, quaſi
opera diuina quædam: Primùm ipſe mundus,
eiúſq. omnis ordo, & ornatus: deinceps aëre[g]
volatus auium, atque cantus: deinde eiuſdem
aeris ſonitus, & ardores, multarúmque rerum
in terra portenta: atque etiam per exta, inuen-
ta præſenſio. A dormientibus quoque multa
ſignificata viſis, quibus ex locis ſumi interdum
ſolent ad fidem faciendam teſtimonia deo-
rum. *In homine* virtutis opinio valet pluri-
mùm. Opinio autem eſt, non modò eos vir-
tutem habere, qui habeant, ſed eos etiam, qui
habere videantur. Itaque, quos ingenio, quos
ſtudio, quos doctrina præditos vident, quo-
rúmque vitam conſtantem, & probatam, vt
Catonis, Lelij, Scipionis, aliorúmque plurium,
rentur eos[h] eſſe, qualeis[i] ſeipſi velint. Nec ſo-
lùm eos cenſent taleis eſſe, qui in honoribus
populi, atque in rep. verſantur, ſed & oratores,
& philoſophos, & poetas, & hiſtoricos: ex
quorum & dictis, & ſcriptis ſæpe auctoritas
petitur ad faciendam fidem.

42 ¶ EXPOSITIS omnibus argumentan-
di locis, illud primùm intelligendum eſt, nec
vllam eſſe diſputationem, in quam non ali-
quis locus incurrat, nec ferè omneis[k] locos
incidere in omnem quæſtionem, & quibuſ-
dam quæſtionibus alios, quibuſdam eſſe alios
aptiores locos[l]. 43 ¶ Quæſtionum duo ſunt
genera: alterum[m] infinitum, alterũ definitum.
Definitum eſt, quod ὡρισμένον Græci, nos cau-
ſam. Infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos
propoſitum poſſumus nominare[n]. Cauſa cer-

tis perſon.

a paucior. antep.
b L. pauc. mala pluris.
c L. longè & latè peruagata, ex quibus pl. bona prop. ſ. q. pl. im. & ſ. anguſtis. Sp. *al.* ſic long. , & latè peru ang. ex quib. pl. b. pr. ſ. q. pl. im. & faciant, contrariis Sp.
d L. inanimis.
e ὑπάρχειν
P. 227.
f L. ſummiſſionem.
g *v. c.* ciuis.
h L. dictum eſt.
i L. externa re *al.* ad faciendum fidem.
k ὁ τυχὼν ἄνθρωπος.
l 2. ff. de teſtibus.

a L. quæ modò enumerauí, q.
b L. confirmatur, ſi aut ars, *&c. vel legendum*, tamen interdũ fides.
c *al.* verberibus torti in igni fatigati.
d L. ira.
P. 8.
e L. vt Stalerio no. ‖ Huius meminit in Bruto & in Cluentiana. *al. legunt* Stolleno.
f adde Quintil. 5. cap. 5.
g L. aeriũ
h *al.* videntur
i L. taleis eſſe, eſſe ſe ipſis velint.
k *al.* nec tã mere, *al.* nec omnes.
l *deleuda hæc* ver. locos. Cicero in partit. in pr. *&* in loca *Comp.* Quid
ἄνευ c. Quid cauſſa, adde Quintil. l. 5. c. 10.

tis personis locis, temporibus, actionibus, negotiis [a] cernitur, aut [b] in omnibus, aut in plerisque eorum. Propositum autem, in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen [c] in maximis. Itaque propositum, pars causæ est. Sed omnis quæstio, earum [d] aliqua de re est, quibus causæ continentur, aut una, aut pluribus, aut nonnumquam omnibus. 44 ¶ Quæstionum autem, quacumque de re sint, duo [e] sunt genera: unum, cognitionis: alterum actionis. Cognitionis sunt hæ, quarum finis est scientia. Vt, si quæratur, à naturáne ius profectum sit, an ab aliqua quasi cõditione hominũ, & pactione. Actionis autem huiusmodi exempla sunt: Sitne sapientis ad remp. accedere. 46 ¶ Cognitionis quæstiones tripartitæ [f] sunt, cũ, *an sit*: aut, *quid sit*, aut, *quale sit*, quæritur. 47 ¶ Horũ [g] primũ, coniectura: secundum, definitione: tertium, iuris & iniuriæ distinctione explicatur. Coniecturę ratio in quattuor parteis distributa est. Quarum una est, cùm quęritur, *sit-ne* aliquid. Altera, *vnde* ortum sit. Tertia, *quæ* id *causa* effecerit. Quarta, in qua *de mutatione rei* quæritur: Sit, [h] nécne sit: Ecquídnam honestum sit, ecquid æquum re vera, an hęc tantum in opinione sint: Vnde autem sit ortum, vt, cùm quæritur, natura an [i] doctrina possit effici virtus. Causa autem efficiens sic, vt, cùm quęritur quibus rebus eloquẽtia efficiatur. De [k] commutatione, sic: Possitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. 48 ¶ Cùm autem, *quid sit*, quæritur: notio explicãda est, & proprietas, & diuisio, & partitio. Hæc enim sunt definitioni attributa: additur etiam *descriptio*, quam Græci χαρακτῆρα vocant. Notio sic quæritur, sítne id æquum, quod ei qui plus potest, vtile est. *Proprietas* sic: In hominẽme solùm cadat, an etiam in belluas ægritudo. *Diuisio*, & eodem pacto partitio, sic: Triáne genera bonorum sint. *Descriptio*, Qualis sit auarus, qualis assentator, ceteráque eiusdem generis, in quibus natura, & vita describitur. 49 ¶ Cùm autem quæritur, *quale* quid sit: aut simpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Expetendáne sit gloria: Cõparatè, Præponendáne sit diuitiis gloria: simplicium tria genera sunt: de expetendo fugiendóque: de æquo, & iniquo: de honesto, & turpi. Comparationum autem duo, vnum de eodem, & alio: alterum de maiore & minore. De expetẽdo & fugiendo, huiusmodi. Si [m] expetendæ diuitiæ, si fugienda paupertas. De æquo & iniquo: Æquúmne sit vlcisci, à quocũq; iniuriam acceperis. De honesto, & turpi: Honestúmne sit, pro patria mori. Ex altero autem genere, quod erat bipartitum [n], vnum est de eodem, & alio: vt, si quæratur, quid interse sit inter amicum, & assentatorem: regem, & tyrannum. Alterum de maiore: & minore: vt, si quæratur, eloquentiáne pluris sit, an iuris ciuilis scientia. De cognitionis quæstionibus hactenus. 50 ¶ Actionis reliquæ sunt: quarum duo sunt genera: vnum ad officium: alterum ad motum animi vel gignendum, vel sedandum, planéue tollendum. Ad officium sic, vt, cùm quæritur, suscipiendíne sint liberi. Ad mouendos animos, cùm fiunt cohortationes ad defendendam remp. ad gloriam, & ad laudem: quo ex genere sunt querelæ, incitationes, miserationésque flebiles, rursúsque oratio cùm iracundiam [o] restinguens, tum metum etipiens, tum exsultantem lætitiam comprimens, tum ægritudinẽ abstergens. Hæc cùm in propositis quæstionibus genera sint, éadem in causas transferuntur. 51 ¶ Loci autem, qui ad quasque quæstiones accommodati sunt [a], deinceps est videndum. Omnes quidem [b] illi, quos suprà diximus, ad pleraque sunt: sed alij ad alias, vt dixi, aptiores. *Ad coniecturam* [c] igitur maximè apta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quæ ex cõiunctis sumi possunt. Ad *definitionem* [d] autem pertinet ratio & scientia definiendi. Atque huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem, & altero diximus, quod genus forma quædam definitionis est. Si enim quæratur, idémne sit pertinacia, & perseuerantia definitionibus iudicandum est. Loci autem conuenient in eius generis quæstionem, consequentes [e], antecedentes, repugnantes, adiunctis etiam duobus iis, qui sumuntur ex causis & effectis. Nam si hanc rem illa sequitur, hanc autem non sequitur: aut [f] si huic rei illa antecedit, huic non antecedit: aut si huic rei repugnat, illi non repugnat: aut, si huius rei hæc, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectum est: ex quouis horũ id, de quo quæritur, idémne, an aliud sit, inueniri potest. *Ad tertium genus quæstionis, in quo quale sit*, quæritur, in comparationem ea cadunt, quæ paullo antè in comparationis loco enumerata sunt. In [g] illud autem genus, in quo de expetendo, fugiendóque quæritur, adhibentur ea, quæ sunt aut animi, aut corporis, aut externa vel commoda, vel incommoda. Itemque cùm de honesto, turpíque quæritur, ad animi bona, vel mala, omnis dirigenda oratio est. Cùm autem de æquo & iniquo disseritur, æquitatis loci colliguntur. hi cernuntur bipartitò [h] & natura, & instituto. Natura parteis habet duas, tuitionem sui, & vlciscendi ius. Institutio [i] autem æquitatis tripartita [k] est. Vna pars, legitima est, altera [l] conueniens, tertia moris vetustate cõfirmata. Atque etiam rursus æquitas, tripertita dicitur esse. Vna ad superos deos, altera ad manes [m], tertia ad homines pertinere, Prima, pietas: secunda, sanctitas: tertia iustitia, aut æquitas nominatur. 52 ¶ De proposito [n] satis multa: deinceps *de causa* [o] pauciora dicenda sunt. Pleraque enim sunt ei cum proposito communia. 53 ¶ Tria sunt igitur genera causarũ: iudicij, deliberationis, laudationis. Quarum fines ipsi declarãt, quibus vtendum locis sit. Nã iudicij finis est [p] ius: ex quo etiam nomen. Iuris autẽ partes tum expositę, cùm æquitatis. Deliberãdi finis, vtilitas: cuius hæ partes, quæ modò expositæ, rerũ expetendarum. Laudationis finis, honestas: de qua itẽ est antè dictũ. Sed definitę quęstiones à suis quæq; locis, quasi propriis, instituuntur, in accusationẽ, defensionémq. partitę. In quib[o] exsistunt hæc genera, vt accusator pſonã arguat facti: defensor aliquid opponat de tribus, aut nõ esse factum: aut si sit factũ, aliud ei[o] facti nomẽ esse: aut iure esse factũ. Itaq; aut inficialis, aut cõiecturalis prima appelletur: definitiua, altera: tertia, quãuis molestũ nomẽ hoc sit, iuridicialis vocetur. Harũ causarũ propria argumẽta ex iis sumta locis, quos exposuimus, in præceptis oratoriis explicata sũt. Refutatio autẽ accusationis, in qua est depulsio criminis, quę Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur stat[o]: in quo primùm insistit quasi ad repugnãdũ cõgressa defensio. Atq; etiã in deliberationib[o] & laudationib. iidẽ exũ-

a Negotium igitur à causa distinguitur, Causa τὸ ὑπόθετον: negotium τὸ πρᾶγμα. Quintilia. 3. cap. in. f.*

b id, est πάντες; seu quæstionis genus infinitum. Alii, quæstiones vniuersales ciuiles, alii, quæstiones philosophio conuenientes: Athenæus.

c Partem causæ appellat. Sunt autem infinitæ quæstiones, quæ remotis personis & temporibus & locis cæteris quæ similibus, in vtrãque partem tractantur.* c al. tamen certis.*

d al. earum de aliqua rerum est in *ambiguo*.*

e Infinita quæstio scientia & actione distinguitur. Quintil. d. loco.*

f L. tripertita.

g L. Harum prima, secunda, tertia, iuris, &c.

h L. sit, nécne sit: Ecq.

i ἢ διδακτὸν ἀρετή.

k al. De mutatione, Sic appellauit in Oratore. & epistolarũ ad Q. fratrem. veteres legum ἀκριβοδίκαιοι, alii ἐπιεικοδίκαιοι.*

l πῶς ἔχει τὸ νῦν.

m L. Sintne expetendæ diuitiæ: sitne fugiẽda paupertas.

n L. bipertitum,

o al. iram.

stunt status. Nam & negantur sæpe ea futura, quæ ab aliquo in sententia dicta sunt fore, si aut omnino fieri non possunt, aut sine summa difficultate non possint. In qua argumentatione status coniecturalis exsistit. At, cùm aliquid de vtilitate, honestate, æquitate disseritur, déque iis rebus, quæ[a] his sunt contrariæ: incurrunt status aut iuris, aut nominis: quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari potest, id factum esse, quod laudetur: aut[b] non eo nomine afficiendum quo laudator affecerit: aut omnino non esse laudabile, quòd non recte, non iure factum sit. Quibus omnibus generibus vsus est nimis impudenter Cæsar contra Catonem[c] meum. 54 ¶ Sed quæ ex statu contentio efficitur, eam Græci κεφαλαιον vocant. mihi placet id, quoniam quidem ad te scribo, qua de re agitur, vocari. 55 ¶ Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, hæc continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit. Sed, quoniam lege firmius in controuersiis disceptandis esse nihil debet, danda est opera, vt legem adiutricem, & testem adhibeamus. In qua re alij quasi status exsistunt noui, qui appellantur legitimæ disceptationes. Tũ enim defenditur nõ id legem dicere, quod aduersarius velit, sed aliud. Id autẽ contingit, cùm scriptũ ambiguum est, vt duæ differentes sententiæ accipi possint: Tum opponitur scripto voluntas[d] scriptoris, vt quæratur, verbáne plus, an sententia valere debeat: Tum legi lex contraria affertur. Ita sunt tria genera, quæ controuersiam in omni scripto facere possunt, ambiguum, discrepantia scripti & voluntatis, & scripta contraria. Iam hoc perspicuum est, non magis in legibus, quàm in testamentis, in stipulationibus, in reliquis rebus, quæ ex scripto aguntur, posse controuersias easdem exsistere. Horum tractationes in aliis libris explicantur. 56 ¶ Nec solùm perpetuæ actiones, sed etiam partes orationis iisdem locis adiuuantur, partim propriis, partim communibus: vt in principiis, quibus vt beneuoli[e], vt dociles, vt attenti sint, qui audiant[f], efficiendum est propriis locis. Itémque narrationes, vt ad suos fineis spectent, id est, vt planæ sint, vt breues, vt euidẽtes, vt credibiles, vt[g] moderatæ, vt cum dignitate. Quę quamquam in tota oratione esse debent, magis tamen sunt propria narrandi[h]. Quæ autem consequitur narrationem fides, ea persuadendo quoniam efficitur, qui ad persuadendum loci maximè valeant, dictum est in iis, in quibus de omni ratione dicendi[i]. Peroratio autem & alia quædam habet, & maximè amplificationem: cuius effectus is debet esse, vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur: &, si ita iam affecti antè sunt, vt augeat eorum motus, aut sedet oratio. Huic generi, in quo & misericordia, & iracundia[k], & odium, & inuidia, & ceteræ animi affectiones perturbãtur[l], præcepta suppeditantur aliis in libris, quos poteris mecum legere, cùm voles. 57 ¶ Ad id autẽ, quod te velle senseram, cumulatè satisfactum esse debet voluntati tuæ. Nam, ne præterirem aliquid, quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura quàm à te desiderata erant, sum complexus, fecíque quod sæpe liberales venditores solent, Vt, cùm ædes, fundúmue vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi causa aptè, & loco positum esse videatur. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere.

a L. quæ iis.

b al aut dici nõ eo nomine.*

c librum intelligit, quo Catonis Vticensis laudes persecutus est, meminit in Oratore.*

d διάνοια.

A

B

C

D

P. E.

e v.c. benenoli.
f al. audiunt.

g L. vt moratæ, vt cum dh fort. narrationis,

i al. dicendi diximus. Peror.

k al. ira:

l L. concitantur: pr.

M. TVLLII CICERONIS DE PARTITIONE ORATORIA, DIALOGVS.

a L. M. Tullii Ciceronis partitionis oratoriæ, dialogus.

Cicero filius, & Cicero pater, loquentes introducuntur.

CICERO FILIVS.

Synopsis Partitionum.

1. 2 3. *Ratio seu doctrina dicẽdi in treis partes distributa:* 4. *vim orationis, orationẽ quæstionem.* 5. VIS IPSA *in rebus inueniendis & collocandis, in verborum elocutione: cuius vt comes actio. sic eadem rerum omnium custos memoria.* 6. ORATIONIS *autem partes Narratio & Cõfirmatio, quæ ad docendũ: Principiũ & Peroratio, quæ ad impellẽdos animos pertinẽt.* 7. QVAESTIO *verò alia infinita, quæ & cõsultatio: alia definita, quæ & causa nominatur.* 8. *Ac vt de* VI ORATIONIS *dicatur.* Inuenienda *sunt primùm quæ ad fidem faciendam seu persuadendum & mouendum pertinent.* 9. *hoc est, argumenta quæ ducuntur ex rebus in re ipsa insitis, vel assumptis.* (10. *Sunt autem loci in quibus latent argumenta.* 11. *Argumenta verò inuenta quædam probabilia ad fidem faciendam.*) 12. *Assumpta sine arte & remota sunt, vt testimonia.* 13. *Insita quæ hærent in ipsa re.* 14. *Testimonia autem sunt vel diuina (vt oracula, auspicia, vaticinationes, responsa sacerdotum, haruspicum, coniectorum:) vel humana, quæ spectantur ex auctoritate, voluntate, oratione scripta, pactis, promissis,*

ctis, promissis, iuramento, confessione & tormentis. 15 *Insita verò argumenta quæque ad id totum, quod quæritur pertinent, sunt, definitio, partium enumeratio, notatio verbi: quæ ad id quod agitur, affecta pertinent, sunt coniugata, ex genere, forma, similitudine, differentia, contrario, coniunctis, antecedentibus, consequentibus, repugnantibus, causis, effectis, comparatione maiorum, minorum, parium.* 16 *Ex his omnibus locis argumenta sumemus & seruabimur adhibito iudicio, leuibus reiectis communibus & non necessariis prætermissis.* 17 *Et hæc de iis quæ ad fidem faciendam pertinent inueniendi: nam de his quæ ad mouendos animos conferunt, dicetur commodiore loco.* 18 ad 20. ¶ *Sequitur collocatio seu* Dispositio *quæ ad causarum genera accomodanda est.* 21 *In exornatione seu laudatione iudiciali, sæuitiam, clementiam & delectationem in suasione spem aut reformidationem deliberantis* 22. *ad finem enim cuiusque causæ collocatio accommodari debet,* 23 *siue delectatio est,* 24 *siue deliberatio,* 25 *siue in iudiciali quis accuset.* 26 *vel defendat:* 27 *vt collocationem referre oporteat ad voluntatem & aureis auditoris* 28 ¶ *Sequitur vt de* Elocutione. *Ea versatur in dicendi genere sua sponte fuso, vel mutato. Priore casu posita est in verbis vel simplicibus (quorum alia natiua, alia reperta: vt nouata similitudine, imitatione, inflexione, adiunctione verborum. Item alia contentiora, grauiora, leuiora, nitidiora: alia propinqua, addita ad nomen prisca, modificata, inflexa, translata, immutata, abusiua, obscurata, incredibilia, sublata, & ornata)* 29 *vel coniunctis, qua in coniunctione occurrit numerus (vt compleas verbis quod proposueris: item vt ne redundes) & consecutio verborum, vt ne oratio pertu betur genere, numero, tempore, persona, casu. Ac numeri, consecutionisque commune est, vt oratio sit dilucida, (non obscura) breuis, probabilis, illustris, suauis.* 30 *In dicendi autem genere verso ac mutato elocutio consistit. si aut oratio verbis dilatatur aut contrahitur.* 31 ¶ *Sequitur* Actio, 32 & Memoria.

¶ *Et hæc de vi oratoris dicta sint.* 33 *Ordo postulat, vt de* Oratione *dicatur: cuius quatuor partes* 34 Principium *seu* Exordium 35. Narratio 36. Confirmatio 37. *In quibus sit mecne, seu coniecturam confirmamus aut tollimus verisimili allato aut propria rei nota.* 38. *Quid sit, definitione illustramus.* 39. 40. *Quale sit, iure factum ostendimus. Et hæc de confirmatione.* 41. *Sequitur* Reprehensio *qua factum omnino aut tale esse negamus.* 42 43 *Argumenta: In his autem argumentatione vel necessaria, vel probabili, eaque dirigenda vel ad fidem, vel ad motum, illustranda interrogando, percunctando, imprecando, optando.* 44 *Sed et in argumentis assumptis, tametsi inartificialia sint, arte tamen quadam opus est in illis explicandis, quoties scilicet dicimus pro teste, vel aduersus testem, pro tormentis, aduersus tormenta.* 45 *Vltima orationis partium* Conclusio, *cuius partes Amplificatio & Enumeratio.*

46. 47 *Sequitur* Quæstio: *eaq; finita vel infinita, In qua tria genera causarum occurrunt.* 48 *Demonstratiuum, seu laudationis & vituperationis: cuius finis honestum.* 49 *Deliberatiuum: in quo consultamus quid vtile, suademus, dissuademus.* 50 *Iudiciale, in quo quæritur qui iustum & æquum, Finita quæstio sit ne seu coniectura his locis tractanda, & cum ea causæ facti,* 51 *& euentus quærendi,* 52 *suis quoque locis quæstio quid sit, definitione explicandis.* 53 *vt & quæstio quale sit, seu Iudicialis.* 54 *vt & scripti & voluntatis controuersia.* 55 *Et hæc de orationis partitionibus dicta sint.*



STVDEO, mi pater, Latinè ex te audire ea[a] quę mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidisti, si mdò tibi est otium, & si vis.

CICERO PATER. An est, mi Cicero, quod ego malim, quàm te quàm doctissimum esse? Otium autem primum[b] summum est, quoniam aliquando Roma exeundi potestas data est: deinde ista tua studia vel maximis occupationibus meis antefertem libenter. 2 ¶ C. Filius. Visne igitur, vt tu me Græcè soles ordine interrogare, sic ego te vicissim eisdem de rebus Latinè interrogem? C. P. Sanè, si placet. Sic enim & ego te meminisse intelligam, quæ accepisti: & tu ordine audies, quæ[c] requiris. 3 ¶ C.F. Quot in parteis distribuenda est omnis doctrina dicendi? C.[d] P. In treis. 4 ¶ C.F. Cedò quas? C. P. Primùm in ipsam *vim oratoris*: deinde in *orationem*, tum in *quæstionem*. 5 ¶ C.F. In quo est ipsa[e] *vis*? C. P. In rebus, & verbis. Sed & res, & verba inuenienda sunt, & collocanda. Priè[f] autem in rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur. Collocare autem, etsi[g] est commune, tamen ad inueniendum refertur. Vox, motus, vultus, atque omnis actio, eloquendi comes[h] est, earúmque rerum omnium custos est memoria. 6 ¶ C. F. Quid? orationis[k] quot sunt partes? C. P. Quattuor. Earum duæ valent ad rem docendum, narratio & confirmatio. Ad impellendos animos duæ, principium & peroratio. 7 ¶ C.F. Quid?[l] Quæstio quásnam habet parteis? C. P.[m] Infinitam[n], quam consultationem appello: & definitam, quam[o] causam[p] nomino. 8 ¶ C. F. Quoniam[q] igitur primùm est inuenire[r] oratoris, quid quæret? C. P. Vt inueniat, quemadmodum fidem faciat eis, quibus volet persuadere, & quemadmodum motum eorum animis afferat. 9 ¶ C.F. Quibus rebus fides fit? C.P. Argumentis, quæ ducuntur ex locis, aut in re ipsa insitis, aut assumtis. 10 ¶ C.F. Quos vocas locos? C. P. Eos, in quibus latent argumenta. 11 ¶ C.F. Quid est argumentum? C.P. Probabile inuentum ad faciendam fidem. 12 ¶ C. F. Quomodo igitur duo genera[s] ista diuidis? C.P. Quæ sine arte putantur, ea remota appello, vt testimonia. 13 ¶ C.[u] F. Quid insita? C.P. Quæ inhærent in ipsa re. 14 ¶ C.F. Testimoniorum quæ sunt genera? C. P. Diuinum, & humanum. Diuinum, vt oracula, vt auspicia, vt vaticinationes, & responsa sacerdotum, haruspicum, coniectorum. Humanum, quod spectatur ex auctoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expressa: in quo insunt scripta, pacta, promissa, iurata, quæsita. 15 ¶ C.F. Quæ sunt quæ dicis insita? C.P. Quæ infixa sunt rebus ipsis,[x] tũ ex toto, tũ ex partibus, tum ex notatione, tum ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur. Et ad id totum, de quo disseritur, tum definitio adhibetur, tum partium enumeratio, tum notatio verbi. Ex iis autem

pertinentia sunt, neque in lib. ver. comparent. x L. *hoc totum, quod insinuat his duabus notis (ab hoc loco (tum ex toto &c. vsque ad illum aut est minorum: delet vt ex Topicis huc inuectum, & superuacaneum.*

a L. ea, quæ tu mihi de r.

b fort. primum vel summum est,

c L. quæ requiret.

d L. C. P. CCXXX. Treis. v. c. treis.

e DE VTORATIONIS. *

f L. Propriè tamen in r.

g L. etsi, commune est, & omnium rerum. *

h L. communis est. *

i L. commune, sed earũ rerum cust. *

k DE ORATIONE *

l DE QVAESTIONE. * in fort. Infinitam, quam propositum, & consult. app.

n quæ & ἀόριστον & propositum. Cicero in Topicis numero 43.

o L. quã controuersiam seu caus. nom. | al. quam controuersiam nominato.

p ὡρισμένην vide Topica numero 43.

q L. Quoniã igitur inuenire primum est oratoris, q.q.

q DE INVENTIONE. *

r L. C.P. in quibus l. t locorum. scilicet. alios enim fecit in re ipsa insitos, alios assumtos *

u L. *hoc totum*, C. F. Quid insita? C.P. Quæ inhær. in ipsa re, *non agnoscit, quia su-*

rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur, alia coniugata appellantur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex coniunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum aut parium, aut minorum:) vt definitio, vt contrarium, vt ea, quę sunt ipsi, contrarióue eius aut similia, aut dissimilia, aut consentanea, aut dissentanea: vt ea, quæ sunt quasi coniuncta, aut [a] ea, quæ sunt quasi pugnantia inter se: aut [b] earum rerum, de quibus agitur, eauſæ: aut [c] causarum euentus, id est, quæ sunt effecta de causis, vt distributiones, vt genera partiũ, generúmue partes, vt primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti: vt rerum contentiones, [d] quid maius, quid par, quid minus sit, in quibus aut naturæ rerum, aut facultates comparantur. 16 ¶ C.F. Omnibúsne igitur ex his locis argumenta sumemus? C. P. Immò verò scrutabimur, & quæremus ex omnibus: sed adhibebimus iudiciũ, vt leuia semper reiicimus, nonnumquã etiã communia prætermittamus, & non necessaria. 17 ¶ C. P. Quoniã de fide respõdisti, volo audire de motu. C.P. Loco tu quidem quæris, sed planiùs quod vis, explicabitur, cùm ad orationis ipsius, quæstiõnúmque rationem venero. 18 ¶ C. F. Quid sequitur igitur? C P. Cùm inueneris *collocare* [e]. Cuius in infinita quæstione, ordo est idẽ ferè, quẽ exposui, locorũ. In definita autem, adhibenda sunt illa etiã, quæ ad motus animorũ pertinent. 19 ¶ C.F. Quomodo igitur ista explicas? C P. Habeo cõmunia præcepta, fidẽ faciendi, & commouendi. Quoniam fides, est firma opinio: motus autem, animi incitatio aut ad voluptatem, aut ad molestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem: (tot enim sunt motus genera, partes plures generũ singulorũ:) omnem collocationem ad finem accommodo quæstionis. Nã est in proposito [f] finis, fides: in causa & fides, & motus. Quare cùm de causa dixero, in qua est propositũ, de vtroque dixero. 20 ¶ C.F. Quid habes igitur de causa dicere? C.P. Auditorũ eam genere [g] distingui. Nã aut auscultator est modò qui audit, aut disceptator, id est rei, sententiæq; moderator: ita, vt aut delectetur, aut statuat aliquid. Statuit autẽ aut de præteritis, vt iudex: aut de futuris, vt senatus. Sic [h] tria sunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis: quæ, quia in laudationes maximè cõfertur, ppriũ habet iã ex eo nomẽ. 21 ¶ C.F. Quas res sibi proponet in istis tribus generibus orator? C. P. Delectationẽ in exornatione: in iudicio, aut sæuitiam aut clementiã iudicis: in suasione autẽ, aut spẽ, aut reformidationem deliberantis. 22 ¶ C.F. Cur igitur exponis hoc loco genera controuersiarũ? C.P. Vt rationẽ collocandi ad finẽ cuiusq; accommodem. 23 ¶ C.F. Quónam tandem modo? C.P. Quia, quibus in orationibus *delectatio* finis est, varij sunt ordines collocandi. Nam aut temporum seruãtur gradus, aut generum distributiones, aut à minoribus ad maiora adscendimus, aut à maioribus ad minora delabimur, aut [i] hæc inæquabili varietate distinguimus, cùm parua magnis, simplicia coniunctis, obscura dilucidis, læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus [k], quæ in exornationem cadunt omnia. 24 ¶ C.F. Quid in *deliberatione* quid spectas? C. P. Principiã, vel non longa, vel sæpe nulla. Sunt enim ad audiendũ qui deliberant, sua causa parati. Nec multùm sanè sæpe narrandum est. Est enim narratio, præteritarum rerum, aut præsentium: suasio autem futurarum. Quare ad fidem & ad motũ adhibenda est omnis oratio. 25 ¶ C. F. Quid? *in iudiciis* quæ est collocatio? C.P. Non eadem accusatoris, & rei: quòd *accusator* rerum ordinem prosequitur [a], & singula argumenta, quasi hasta in manu collocata, vehementer proponit, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, testimoniis, accuratiúsq; in singulis cõmoratur: perorationísque præceptis, quæ ad incitandos animos valent, & in reliqua oratione paullulum digrediens [b] de cursu dicendi, vtitur, & vehementiùs in perorando. Est enim propositum [c], vt iratum efficiat iudicem. 26 ¶ C.F Quid faciendum est contrà *reo*? C.P. Omnia longè secus. Sumẽda principia ad beneuolentiam [d] conciliandam. Narrationes aut amputandæ, quæ lædunt: aut relinquendæ, si totæ sunt molestæ. Firmamenta [e] ad fidẽ posita, aut per se diluẽda, aut obscuranda, aut digressionibus [f] obruenda. Perorationes autem, ad misericordiam conferendæ. 27 ¶ C.F. Sépérne igitur ordinem [g] collocandi, quem volumus, tenere possumus? C. P. Non sanè. Nam auditorum aures moderantur oratori prudẽti, & prouido. & quod respuunt, immutandum est. 28 ¶ C.F. Expone deinceps, [h] *quæ ipsius orationis, verborúmque præcepta sunt*. [i] C.P. Vnũ igitur genus est eloquendi sua sponte fusum: alterum versum, atque mutatum. Prima [k] vis est *in simplicibus verbis*: in coniunctis secunda. Simplicia, inuenienda sunt: coniuncta, collocanda [l] sunt. Et simplicia verba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua ea, quæ [m] significata sunt [n] sensu: Repetta, quæ ex his facta sunt, & nouata aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiũctione verborum. Atque etiam hæc est distinctio in verbis: altera, natura: tractatione, altera. Natura, vt sint alia consonantiora [o], grauiora, leuiora, & quodammodo nitidiora: alia contrà. Tractatione autem, cùm aut propria sumuntur rerũ vocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut prisca, aut ab oratore modificata, & inflexa quodammodo: qualia sunt ea, quæ transferũtur, aut immutantur, aut ea, quibus tanquam abutimur, aut ea, quæ obscuramus, quæ incredibiliter tollimus, quæque mirabiliùs, quàm sermonis cõsuetudo patitur, ornamus. 29 ¶ C. F. Habeo de simplicibus verbis: *nunc de coniunctione quæro*. C. P. Numeri quidam sunt in coniunctione seruandi, consecutióque verborũ. Numeros aures [p] ipsæ metiuntur, ne aut non compleas verbis quod proposueris, aut redundes. Consecutio autem, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio. Nam, vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum: sic in coniunctis quod non est consequens, vituperandum est. Communia autem simplicium, coniunctorúmque sunt hæc quinque quasi lumina, dilucidum, breue, probabile, illustre, suaue. *Dilucidum* fit vsitatis verbis, propriis, dispositis, aut circumscriptione concluſa, aut intermissione, aut concisione verborum. *Obscurum* autem, aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione, atque immutatione verborum. *Breuiter* autem conficitur hi-

a L. vt ea, q. s. q.
b L. vt earũ
c L. vt causarum eu.
d hoc est cõparationes
e De dispositione
f de quo initio pene huius libri dixit quæ & status & infinita quæstio.*
g al. genere distinguere*.
h L. Sic tria sunt causarũ genera,
i L. aut hæc inæquali
k al. interseramus.*
p. B.
p. CCXXXIII.
a L. prosequitur,
b L. decurrens
c L. ei propositum, vt iudicem efficiat iratum,
d v. c. benuolentiam fiet. Firmamenta ad fidem appositа,
f L. degressu.
g al. ordinem collocandi.
h De elocutione.
i L. præcepta sint.
k al. primi* l L. collocanda. Et s. m al. quæ ea res significandas profecta sunt à sensu, sed apud Gellium. 8. cap. 3. ita legitur, quæ significanta sunt primo sensu.* n al. sunt primo sensu:
o L. sonantiora, grauiora, leuiora, & q.
p fortè legendum aures ipsæ.
p. B.

simplicibus verbis: semel vnaquaque re dicẽda: nulli rei, nisi, vt dilucidè dicas, seruiendo. *Probabile* autem genus est orationis, si non nimis est comtum, atque expolitum, si est auctoritas & pondus in verbis, si sententiæ vel graues, vel apta opinionibus hominum, & [a] moribus. *Illustre* autem oratio est, si & verba grauitate [b] delecta ponuntur, & transtata, & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata, & idem significantia, atque ab ipsa actione, atque imitatione rerum non abhorrentia. Est enim hæc pars orationis, quæ rem constituat pænè ante oculos. Is enim maximè sensus attingitur: sed ceteri tamen, & maximè mẽs ipsa moueri potest. Sed quæ dicta sunt de oratione dilucida, cadunt in hanc illustrem omnia. Est enim plus aliquanto illustre, quàm illud dilucidum. altero fit vt intelligamus, altero verò, vt videre videamur. *Suaue* autem genus erit dicendi primùm elegantia & iucunditate verborum sonantium, & lenium [c]: deinde cõiunctione, quæ neque asperos habeat concursus, neque disiunctos, atque hianteis: & sit circumscripta non [d] longo anfractu, sed ad spiritum vocis apto, habeátque similitudinem, æqualitatémque verborum, tum ex contrariis sumta verbis: crebra crebris, paria paribus respondeant, relatáque ad idem verbum: & geminata, atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur: constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Fit etiam suauis oratio, cùm aliquid aut [e] inuisum, aut inauditum, aut nouum dicas. Delectat enim quidquid est admirabile, maximéque mouet ea, quæ motum aliquem animi miscet, oratio: quæque significat oratoris ipsius amabileis mores: qui exprimũ tur, aut [f] significando iudicio ipsius ex animo humano ac liberali, aut inflexione sermonis, cùm aut augendi alterius, aut minuendi sui causa, alia dici ab oratore, alia existimari videntur, idque comitate fieri magis, quàm vanitate. Sed multa sunt suauitatis præcepta, quæ orationem aut magis obscuram, aut minus probabilem faciunt. Itaque etiam hoc loco nobis est ipsis, quid causa postulet, iudicandum. 30 ¶ C.F. Reliquum est igitur, vt dicas *de conuersa oratione, atque mutata*. C. P. Est itaque id genus totum situm in commutatione verborum: quæ simplicibus in verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, [g] aut [h] in verbum contrahatur oratio. Ex verbo, cùm aut proprium, aut idem significans, aut factum verbum in plura verba deducitur. [i] Ex oratione, cùm aut definitio ad vnum verbum reuocatur, aut assumpta verba remouentur, aut in circuitus diriguntur, aut in coniunctione fit vnum verbum ex duobus. In coniunctis autem verbis triplex adhiberi potest commutatio, non verborum, sed ordinis tantummodò: vt, cùm semel dictum sit directè, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, & idem quasi sursum [k] versus, retróque dicatur: deinde idem intercisè, atque permistè. Eloquendi autem exercitatio maximè in hoc toto conuertendi genere versatur. 31 ¶ C.F. *Actio* [l] igitur sequitur, vt opinor. C.P. Est ita: quæ quidem oratori & cum rerum, & cum verborum momentis commutanda maximè est. Facit enim & dilucidam orationem, & illustrem, & probabilem, & suauem, non verbis, sed varietate vocum, motu corporis, vultu, quę plurimùm valebunt, si cum orationis genere consentient, eiúsq; vim, ac varietatem subsequentur. 32 ¶ C.F. Numquídnam de oratore ipso restat? C. P. Nihil sanè, præter *memoriã* [a], quæ [b] est germana litteraturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis. Nã VT illa constat ex notis litterarũ, & ex eo, in quo iinprimuntur illæ notæ: sic confectio memoriæ, tanquã cera, locis vtitur, & in his imagines, vt litteras, collocat. 33 ¶ C.F. QVONIAM igitur vis oratoris omnis exposita est, quid habes *de orationis præceptis* dicere? C. P. Quatuor esse eius partes: quarum prima, & postrema ad motũ animi valet [c]: is enim initiis est, & peroratione concitandus. Secunda narratio: & tertia, confirmatio, fidem facit orationi [d]. Sed amplificatio quamquam [e] habet proprium locũ, sæpe etiam primum, postremum quidem ferè semper, tamen reliquo in cursu orationis adhibenda est, maximéq; cùm aliquid aut confirmatum est, aut reprehensum. Itaque ad fidem quoq; vel plurimùm valet. Est enim amplificatio, vehemens quædam argumentatio, vt illa docendi causa sit: hæc, commouendi. 34 ¶ C.F. Perge igitur ordine *quatuor mihi istas partes explicare*. C.P. Faciam, & *à principiis* [f] primùm ordiar. Quæ quidẽ ducuntur aut ex personis, aut ex rebus ipsis. Sumuntur autem trium rerum gratia: vt amicè, vt intelligenter, vt attentè audiamur. Quorum primus locus est in personis nostris, disceptatorum, aduersariorum: è quibus initia beneuolentiæ [g] conciliandæ comparantur, aut meritis nostris, aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, & maximè liberalitatis, officij, iustitiæ, fidei: contrariis rebus in aduersarios conferendis, & cum ijs, qui disceptant, aliqua coniunctionis aut causa, aut spe significanda: &, si in nos aliquod odium, offensióve collocata [h] sit, tollenda ea, minuendáve, aut diluendo, aut extenuando, aut compensando, aut deprecando. Intelligenter autem vt audiamur, & attentè, à rebus ipsis ordiendum est. Sed facillimè auditor discit, &, quid agatur, intelligit, si complectare à principio genus, naturámque causæ, si definias, si diuidas, si neque prudentiam eius impedias confusione partium, nec [i] memoriam multitudine: quæque mox de narratione dilucida dicentur, eadem etiam huc poterunt rectè referri. Vt attentè autem audiamur, trium rerum aliqua consequemur. Nam aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut coniuncta cum ipsis, apud quos res agetur. Sit autem hoc etiam in præceptis, vt, si quando tempus ipsum, aut res, aut locus, aut interuentus alicuius, aut interpellatio, aut ab aduersario dictum aliquod, & maximè in perorando, dederit occasionem nobis aliquam, vt dicamus aliquid ad tempus aptè, ne de relinquamus: &, quę suo loco de amplificatione dicemus, multa ex his poterunt ad principiorũ præcepta transferri. 35 ¶ C. F. Quid? *in narratione* [k] quæ tandem conseruanda [l] sunt? C. P. Quoniam narratio, est rerum explicatio, & quædam quasi sedes, ac fundamentum constituendæ fidei, ea sunt in ea seruanda maximè, quæ etiã in reliquis ferè dicendi partibus, quæ partim sunt necessaria, partim sunt assumpta ad ornandũ. Nã vt dilucidè probabilitérq; narremus, necessariũ est: sed assumimus etiã suauitatẽ. Ergo ad dilucidè narrandũ éadẽ illa superiora explicandi, & illustrãdi præ-

a L. ac moti-bus.

b al. grandi-tate al. gran-dia & lecta.*

c L. & leuiũ.

d L. non lõ-go anfractu,

e al. aut non vsitatum,

f al. aut signi-ficando ex iu-dicio ipsius animo huma-no, &c lib.

P. CCXXXII. g al. dilata-tur: cùm aut proprii &c.* h al. In verbũ autem con-trahitur ora-tio aut defi-nitio &c.* i L. diduci-tur.

k al. sursum versum, l DE ACTIO NE.*

a DE MEMO RIA.*

b L. quæ est gemina litt. id est simillima*

c L. valent.

d L. faciunt

e L. quãquã habeat pr. & ita v.c.

f DE EXOR-DIO.*

g L. beniuo-lentiæ

P. B.

h L. collata sit,

i al. neque mem.

k DE NAR-RATIONE.

l L. obseruã-da sunt?

cepta repetemus,in quibus est breuitas: eáq; sæpissimè in narratione laudatur, de qua suprà dictũ est. Probabilis autè erit: si personis, si tẽporibus, si locis ea,quæ narrabuntur,consentient: si cuiusque facti, & euenti causa ponetur:si testata dici videbuntur:si cum hominum opinione, auctoritate [a], si cum lege, cum more, cum religione coniuncta: si probitas narrantis significabitur, si [b] antiquitas,si memoria, si orationis veritas, & vitæ fides. Suauis autem narratio est,quæ habet admirationes, exspectationes, exitus inopinatos, interpositos [c] motus animorum,colloquia personarum,dolores, iracundias, metus, lætitias, cupiditates. Sed iam ad reliqua pergamus. 36 ¶ C.F.Nempe ea sequuntur, *quæ ad faciẽdam* [d] *fidem pertinent*.C. P. Ita est: quæ quidem in confirmationem,& [e]in reprehẽsionem diuiduntur.Nam in confirmãdo, nostra probare volumus: in reprehẽdendo, redarguere cõtraria. Quoniã igitur omne, quod in controuersiam venit,id aut fit,nécne fit: aut quid fit: aut quale fit, quæritur: in primo coniectura valet,in altero definitio,in tertio ratio. 37¶ C. F. Teneo istam distributionem. Nunc *coniecturæ* [f] *locos quæro*. C. P.In verisimilibus, & in propriis rerũ notis posita est tota. Sed appellemus docendi gratia verisimile, quod plerũque ita fiat: vt adolescentiã procliuiorem esse ad libidinẽ. Propriæ autem notæ argumentũ, quod numquã aliter fit, certũmq; declarat, vt fumus ignem. *Verisimilia* reperiuntur ex partibus,& quasi membris narrationis.ea sunt in personis,in locis,in temporibus,in factis,in euentis,in rerum ipsarum,negotiorúmque naturis. *In personis* naturæ primùm spectantur, valetudinis [g], figuræ, virium, ætatis,marium, fœminarum: [h] atque hæc quidem in corpore. Animi autẽ, aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus,vitiis,artibus,inertiis,aut quemadmodum commoti,cupiditate,metu,voluptate,molestia. Atque hæc quidem in natura spectantur. In fortuna, genus, amicitiæ, liberi, propinqui, affines, opes: honores,potestates, diuitiæ, libertas, & ea, quæ sunt iis contraria. In *locis* autem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari: plani,an [i] montuosi: læues, an asperi:salubres, an pestilentes: opaci,an aprici:& illa fortuita,culti,an inculti: celebres, an deserti: coædificati, an vasti: obscuri, an rerum gestarum vestigiis nobilitati: consecrati, an profani.In *temporibus* autem, præsentia, & præterita,& futura cernuntur.In his ipsis, ve tusta, recentia instantia,paullò [k] pòst, aut aliquando futura. Insunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quasi naturam notant, vt hyems,ver, æstas, autumnus [l]: aut anni tempora,vt mensis, vt dies,vt nox,hora, tẽpestas, quæ sunt naturalia. Fortuita autem, sacrificia, festi dies,nuptiæ.Iam *facta*,& *euentus*, aut *consilij* sunt,aut *imprudentiæ* quę est aut in casu,aut in quadã animi permotione. *Casu*, cùm aliter áccidit, ac putarum sit. *Permotione*, cùm aut obliuio, aut error, aut metus, aut aliqua cupiditatis causa permouit. Est etiam in imprudentia *necessitas* ponenda. *Rerum* autem bonarum, & malarum tria sunt genera. Nam aut in animis, aut in corporibus, aut extrà esse possunt. Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ, perlustrandæ animo partes erunt omnes, & ad id,quod agetur, ex singulis coniectura capienda. Est etiam genus argumentorum aliud, quod *ex facti vestigiis* sumitur, vt telũ,cruor,clamor editus [a], titubatio, permutatio coloris, oratio inconstans, tremor, & eorum aliquid, quod sensu percipi possit: etiam si præparatum aliquid, si communicatũ cum aliquo, si postea visum, auditum, indicatum. Verisimilia autem partim singula mouent suo pondere, partim,etiam si videntur esse exigua per se, multum tamen, cùm sunt coaceruata, proficiant. Atque in his verisimilibus insunt nonnumquam etiã certę rerum, & propriæ notæ. ¶ Maximam autem facit fidem ad similitudinem veri, primùm,*exemplum*: deinde introducta rei *similitudo*: *fabulæ* etiam nonnumquã.etsi sit incredibilis, tamen homines commouet. 38 ¶C.F.Quid? *definitionis* [b] *quæ ratio est*,& *quæ via*? C.P.Nõ dubium est id quidem,quin definitio genere declaretur,& proprietate quadã,aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium [c] quid sit,eluceat.Sed quoniam de propriis oritur plerumque magna dissensio, definiendum est sæpe ex contrariis, sæpe etiam ex dissimilibus, sæpe [d] ex paribus. Quamobrẽ descriptiones quoque sunt in hoc genere sæpe aptæ, & enumeratio consequẽtium,in primísque commouet explicatio vocabuli,ac nominis. 39¶C. F.Sunt expósita iam ferè ea,quæ de facto,quęque de facti appellatione quæruntur. Nempe igitur ea restant, quæ cùm factum constet, & nomen, *qualia* [e] sint,vocatur in dubium.C.P. Est ita,vt dicis.40¶ C F. Quę sunt igitur in eo genere partes? C.P.Aut [f] iure factum depellitur, aut vlciscendi doloris gratia, aut pietatis,aut pudicitiæ, aut religionis,aut patriæ nomine, aut denique necessitate,insciti a, [g] casu. Nam quæ mótu animi, & perturbatione facta sine ratione sunt, ea defensionem contra crimen, in legitimis iudiciis nõ habent, in liberis disceptationibus habere possunt. Hoc in genere, in quo, quale sit, quæritur ex controuersia,iure,& rectène actum [h] sit, quæri solet: quorũ disputatio ex locorũ descriptione sumenda est. 41 ¶ C. F. Agesis ergo, quoniam in confirmationem, & reprehensionem diuiseras [i] orationis fidem, & dictũ de altero est: expone nunc de [k] *reprehendendo*. ¶ C. P. Aut totum est negandum,quod in argumentatione aduersarius sumpserit,si fictum,aut falsum esse possis [l] dicere aut redarguenda ea, quæ pro verisimilibus sumta sunt: Primùm dubia sumpta esse pro certis: Deinde etiã in perspicuè falsis éadem posse dici: Tum [m] ex ijs,quæ sumserint,non effici,quæ velint. Accedere autem oportet ad singula. sic vniuersa frangentur. Commemoranda sunt etiã exempla, quibus simili in disputatione ereditum non fit: conquerenda [n] conditio communis periculi, si ingeniis hominum criminosorum sit exposita vita innocentium. 42 ¶ C. F. Quoniam vnde inueniuntur quæ ad fidẽ pertinent, habeo, quemadmodum in dicendo singula tractentur, exspecto. C.P.Argumentationẽ quęrere vidêris, quæ est argumenti explicatio: quæ sumta ex iis locis, qui sunt expositi,conficienda,& distinguẽda dilucidè est. 43 ¶ C.F. Planè istuc ipsum desidero. C P.Est ergo (vt suprà dictũ est) explicatio argumenti,argumẽtatio: [o] sed ea cõficitur,cùm sumseris aut non dubia, aut probabilia, ex quibus id efficias quod aut dubiũ, aut minus probabile per se videretur. Argumentandi autẽ duo sunt genera;

[a] *al.* cum auctoritate,
[b] L. si antiquitatis memoria
[c] *al.* si interp.
[d] DE CONFIRMATIONE.
[e] L. & repr. P. 233.
[f] DE CONIECTVRALI STATV.*
[g] *v. c.* valitudinis,
[h] L. fœminarum;
[i] L. an montosi:
[k] L. paullo pòst, aut aliquanto f.
[l] L. an tũnus:
[a] *al.* audisse
P. E.
[b] DE DEFINITIVO STATV.*
[c] L. proprium quod sit,
[d] *al.* sæpe ex paribus,
[e] DE QVALITATIS STATV.* [f] L. Aut iure factum defenditur, [g] L. inscientia,
[h] L. factum
[i] L. diuiserat fidem,
[k] DE REPREHENSIONE.* [l] L. possis docere aut [m] L. Tumes iis,quæ sumserit,non effici, q. velit. [n] Tũ ex eis, quæ assumserit, *v. c.* & *ita v. c.* [n] L. tum quærenda conditio communis periculi. & *ita v. c.*
[o] DE ARGVMENTATIONE.* P. 234. [p] L. per se videretur. *ita v. c.*

ra:quorum alterum ad fidem directò spectat: alterum se inflectit ad motum. Dirigitur, cùm proposuit aliquid, quod probaret, sumsítque ea, quibus vteretur: atque his confirmatis, ad propositum retulit, atque conclusit. Illa autem altera argumentatio, quasi retrò, & cõtrà priùs sumit quæ vult, eáque confirmat: deinde id, quod proponendum fuit, permotis animis iacit ad extremum. Est autem illa varietas in argumentando & non iniucunda distinctio: vt, cùm interrogamus nosmetipsos, aut percunctamur, aut imperamus, aut optamus, quæ sunt cum aliis compluribus sententiarum ornamẽta. Vitare autem similitudinem poterimus, non semper à proposito ordientes: &[a] si non omnia confirmando disputabimus, breuitérque interdum, quæ erunt satis aperta, ponemus: quódque ex his efficietur, si id apertum sit, non habebimus necesse semper concludere. 44 ¶C.F. Quid[b] illa, quæ sine arte appellantur, quæ iamdudum assumta dixisti, ecquónam modo, ecquónam loco artis indigent?

¶C.P. Illa verò indigent: nec eò dicuntur sine arte, quòd[b] ita sunt, sed quòd ea nõ parit oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat, & maximè in testibus. Nam *de toto genere testium*, quàm id sit infirmum, sæpe dicendum est: & argumenta, rerum esse propria: testimonia, voluntatum: vtendúmque est exẽplis, quibus testibus creditum non sit: & de singulis testibus, si natura vani, si leues, si cum ignominia, si spe, si metu, si[c] iracundia, si misericordia impulsi, si præmio, si gratia adducti: comparandísque superiore cum auctoritate testium, quibus tamen creditum non sit. Sæpe etiam *quæstionibus* resistendum est, quòd & dolorem fugientes multi in tormentis ementitid persæpe sunt, morísque malueruṅt falsum fatendo, quàm[c] inficiando, dolere. Multi etiã suam vitam neglexerunt, vt eos, qui his cariores, quàm ipsi sibi essent, liberarent. Alij autẽ aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut meru supplicij, aut mortis, vim tormẽtorum pertulerunt. Alij ementiti sunt in eos, quos oderant. Atque hæc exemplo[f] firma sunt. Neque est obscurum, quin, quoniam in vtraqueṡ parte sunt exempla, & item ad coniecturam faciendam loci, in contrariis tria sint sumenda. Atque etiam incurrit alia quædam in testibus, & in quæstionibus ratio. Sæpe enim ea, quæ dicta sunt, si aut ambiguè, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt, aut etiam aliter ab alio dicta, subtiliter reprehenduntur. 45 ¶C.F. Extrema[h] tibi pars restat orationis, quæ posita in perorando est, de qua sanè velim audire. ¶C.P. Facilior[i] est explicatio perorationis. Nam est diuisa in duas parteis, amplificationem, & enumerationem. Augendi autem & hîc est proprius locus in perorando: & in cursu ipso orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua, aut reprehensa. Est igitur *amplificatio*, grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum, conciliet in dicendo fidem. Ea & verborum genere conficitur, & rerum. Verba ponenda sunt, quæ vim habeant illustrandi, nec ab vsu sint abhorrẽtia, grauia[k], plena, sonãtia, iuncta, facta, cognominata, nõ vulgata, superlata, in primísque transłata, nec in singulis verbis, sed in continentibus soluta, quæ dicuntur sine coniunctione, vt plura videantur. Augẽt etiam relata verba, iterata, duplicata, & ea, quę

A ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora, omninóque semper quasi naturalis, & non explanata oratio, sed[a] grauibus refertа verbis, ad augendum accõmodatior. Hæc igitur in verbis: quibus[b] actio vocis, vultus, & gestus congruens, & apta ad animos permouendos, accommodata[c] est. Sed & in verbis, & in actione causa erit tenenda[d], & pro re agenda. Nam[e] hęc, quia videntur perabsurda, cùm[f] grauiora sunt, quàm causaṡ, diligenter ferè, quid quemque deceat, iudicandum est. Rerum amplificatio sumitur eisdem ex locis omnibus, quibus illa, quæ dicta sunt ad fidem: maximéque definitiones valent conglobatæ, & consequentium frequentatio, & contrariarũ, & dissimilium, & inter se pugnantiũ rerum conflictio[h]: & causæ, & ea, quæ sunt de causis orta, maximéque similitudines, & exẽpla: fictæ etiam personæ: muta denique loquãtur, omninóque ea sunt adhibenda, si causa patitur, quæ magna habentur: quorum est duplex genus. Alia enim magna natura videntur, alia vsu. Natura, vt cælestia, vt diuina, vt ea, quorum obscuræ causæ, vt, in terris, mundóque admirabilia quæ sunt: ex quibus, similibúsque si attendas, ad augendum permulta suppetunt. Vsu, quę videntur hominibus aut prodesse, aut obesse vehementiùs: quorum sunt genera ad amplificandum tria. Nam aut caritate mouentur homines, vt deorum, vt patriæ, vt parentum aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiarium: aut honestate, vt virtutum, maximéque earum, quæ ad communionem hominum, & liberalitatẽ valent. Ex[i] iis & cohortationes sumuntur ad ea retinenda: & in eos, à quibus ea violata sunt, odia[k] incitantur, & miseratio nascitur. Proprius locus augendi in iis rebus aut amissis, aut amittendi periculo. Nihil est enim tam miserabile, quàm ex beato miser. Et hoc totũ quidem moueat, si bona ex fortuna quis cadat: &[l] à quorum caritate diuellatur: quæ amittat, aut amiserit: in quibus malis sit, futúrúsve sit, exprimatur breuiter. Citò enim are-

[illegible] præsertim in alienis malis. Nec [illegible]tione nimis enucleandam [illegible] omnis diligentia. hic [illegible] grãdia requirit. Illud iam est iudicij, [illegible] quaquè in causa genere vtamur augendi. In illis enim causis, quæ ad delectationem exornantur, ij loci tractãdi sunt, qui mouere possunt exspectationem, admirationem, voluptatem. In cohortationibus autem, bonorum, ac malorum enumerationes, & exempla valent plurimùm. In iudiciis accusatori ferè, quæ ad iracundiam[n]: reo plerumque, quæ ad misericordiam pertinent. Nonnumquam tamen accusator misericordiam mouere debet, & defensor iracundiam. *Enumeratio* reliqua est, nonnumquam laudatori, suasori non sæpe, accusatori sæpius, quàm reo, necessaria. Huius ipsa tempora duo sunt, si aut memoriæ diffidas eorum, apud quos agas, vel interuallo temporis, vel longitudine orationis: aut frequentatis firmamentis orationis, & breuiter expositis, vim[o] est habitura causa maiorem. Et reo rarius vtendum est, quod ponenda sunt contraria: quorum dissolutio in[p] breuitate latebit, aculei[q] pungent. Sed erit in enumeratione vitandum, ne ostentatio memoriæ suscepta, videatur esse puerilis. Id effugiet, qui non omnia minima repetet, sed breuia singu-

a L. & si non omnia disputando confirmabimus, &c.

b al. quòd ita sunt, sed quòd ea nõ parit oratoris ars. sed se d.t. attrahet,

c fort. si ira,

d L. mentiti Quintil. 5. c. 2. §. 8. de quæstionibus. e L. Quàm ve inficiando. f L. exemplis

g al. vtramque partẽ.*

h DE CONCLVSIONE. * i L. Facilis est

k L. grandia,

a L. sed grandibus ref.

b L. quibus actio voce, vultu, & gestu cong.

c L. accommodãda est.

d al. prouidenda.*

e L. Nam, quia hæc v.

f L. cùm grauiora sunt, quàm causa ferè, diligenter, quid quẽque deceat, iudicandum. R.

g quàm causa fert.*

h L. conflictatio:

i L. Ex iis etiam coh.

k L. odia cõcitantur: & miseratio naſcitur ex iis rebus aut amissis, aut amittendis. Nih.

l L. & si, à quorum car.

P. 235.

m lachryma nihil citius arescit. t. de inuentione in fin.*

n al. iram:

o L. vim sit hab.

p L. in breuitate non lucebit. al. nõ latebit.*

q al. aculei magis pungent.*

videretur habitura, aut efficiédi facultatem, éadem qui de facto argumentabitur, colligere debebit, quamobrem & vtilia illi, quem arguet, fuisse, & ab eo effici potuisse demõstret. Vtilitatis coniectura mouetur, si illud, quod arguitur, aut spe bonorũ, aut malorum metu feciſſe dicitur: quod [a] sit acrius, quo illa in vtroq; genere maiora ponuntur. Spectantur [b] etiã ad causam facti, motus animorum, si ira recens, si odium vetus, si vlciscendi studium, si iniuriæ dolor: si honoris, si gloriæ, si imperij, si pecuniæ cupiditas: si periculi timor, si æs alienum, si angustiæ rei familiaris: si audax, si leuis, si crudelis, si impotens, si incautus, si insipiens, si amans, si commota mente, si vinolentus, si cum spe efficiendi, si cum opinione celandi: aut, si patefactum esset, depellendi criminis, vel perrumpendi periculi, vel in longinquum tempus differendi: aut si iudicij pœna leuior, quàm facti præmium: aut si facinoris voluptas maior, quàm damnationis dolor. His ferè rebus facti suspicio confirmatur, cùm & voluntatis in reo causæ reperiuntur, & facultas. In voluntate autem vtilitas ex adeptione alicuius commodi, vitatióneque alicuius incommodi quæritur, vt aut spes, aut metus impulisse videatur, aut alius repentinus animi motus, qui etiam citiùs in fraudem, quàm ratio vtilitatis, impellit. quamobrem sint hæc dicta de causis [c]. ¶ C. F. Teneo, & quæro, *qui sint illi euentus*, quos ex causis effici dixisti. C. P. Consequentia quædam signa præteriti, & quasi impressa facti vestigia: quæ quidem vel maximè suspicionem mouent, & quasi tacita sunt criminum testimonia. Atq; [d] hæc quidem grauiora, quòd causæ communiter, videntur insimulare & arguere omneis posse, quorum non interfuerit aliquid: hæc propriè attingunt eos ipsos, qui arguuntur, vt telum, vt vestigium, vt cruor, vt deprehensum aliquid, quod ablatum, ereptúmve videatur, vt responsum inconstanter, vt hæsitatum, vt titubatum, vt cum aliquo visus, ex quo suspicio oriatur, vt eo ipso in loco visus, [e] in quo facinus, vt pallor, vt tremor, vt scriptum, aut obsignatum, aut depositum quippiam. Hæc enim, & talia sunt, quæ aut re ipsa, aut etiam antè quàm factum est, aut postea, suspicionem crimen efficiant. Quæ si non erunt, tamen causis ipsis, & efficiendi facultatibus niti oportebit, adiuncta illa disputatione communi, non fuisse illum tam amentem, vt indicia facti aut effugere, aut occultare non posset: vt ita apertus esset, vt locum crimini relinqueret. Communis ille contrà locus, audaciam temeritati, non prudentiæ esse coniunctam. Sequitur autem ille locus ad augendum, non esse exspectandum, dum fateatur: argumentis peccata conuinci: & hìc etiam exempla ponuntur. Atque hęc quidem de argumentis. Sin autem erit etiam testium facultas: primùm genus erit ipsum laudandum, dicendúmque, ne argumentis teneretur reus, ipsum sua cautione feciſſe: testeis effugere non potuisse. Deinde singuli laudentur. [f] Quæ autem essent laudabilia, dictũ est. Deinde [g] etiam argumẽto firmo, quia tam sæpe falsum est, posse rectè non credi: viro bono & firmo, sine vitio iudicis, nõ posse non credi. Atque etiam, si obscuri testes erunt, aut tenues: dicendum erit, non esse ex fortuna fidẽ ponderandã, aut eos esse eiusmodi locupletissimos testeis, qui id, de quo agatur, facillimè scire possint. Sin quæstiones habitæ, aut postulatio vt habeantur, causam adiuuabunt: confirmandum genus primùm quæstionum erit: dicendum de vi doloris, de opinione maiorũ, qui-eã rem totam, nisi probassent, certè repudiassent. De institutis Athenienſiũ, Rhodiorum [a], doctissimorum hominum, apud quos etiam (id quod acerbissimum est) liberi, ciuésque torquentur. De nostrorum etiam prudentissimorum hominum institutis, qui cùm de seruis [b] in dominos quæri noluissent, de incestu tamen, & coniuratione, quæ facta me consule est, quærendum putauerunt. Irridenda etiam disputatio est, qua solent vti ad infirmandas quæstiones, & meditata, puerilisque dicenda. tum facienda fides, diligenter esse, & sine cupiditate quæsitũ: dictáq; quæstionis, argumẽtis, & coniectura ponderãda. Atque hæc accusationis ferè membra sunt. *Defensionis* autem primùm infirmatio causarum, aut non fuisse, aut non tantas, aut non sibi soli, aut [c] commodiùs potuisse idem consequi, aut [d] non his esse moribus, aut non ea vita, aut nullos animi motus, aut non tam impotenteis fuisse. Facultatum autem infirmatione vtetur, si aut vireis, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse [e] demõstrabit: aut alienum tempus, aut locum non idoneum, aut multos arbitros, quorum crederet neminem: aut non se tam ineptum, vt id susciperet, quod occultare non posset, neque tam amentem, vt pœnas, ac iudicia contemneret. Consequentia autem diluet exponendo non esse illa certa indicia facti, quæ etiam nullo admisso consequi possent: consistétque in singulis: & ea, aut eorum, quæ ipse facta esse dicet, propria esse defendet potiùs, quàm criminis: aut si sibi cum accusatore communia essent, pro periculo potiùs, quàm contra salutem valere debere: testiúmque, & quæstionum genus vniuersum, & [f] quod poterit, in singulis, ex reprehensionis locis, de quibus antè dictum est, refellet. Harum causarum principia, suspiciosa ad acerbitatem ab accusatore ponentur: denuntiabitúrque insidiarum commune periculum, excitabuntúrque animi, vt attendant. A reo autem, querela conflati criminis, collectarúmque suspicionum, & accusatoris insidiæ, & item commune periculum proferetur, animíque ad misericordiam allicientur, & modicè beneuolentia [g] iudicum colligetur. Narratio autem accusatoris, erit quasi membratim gesti negotij suspiciosa explicatio, sparsis omnib. argumẽtis, obscuratis defensionibus. Defensori, aut præteritis, aut obscuratis suspicionum argumentis, rerũ ipsarum euentus erunt, casúsque narrandi. In cõfirmandis autem nostris argumentationibus, infirmãdísque cõtrariis sæpe erunt accusatori motus animorum incitandi, reo mitigãti. Atque hęc quidẽvtrique maximè in peroratione faciendi: alteri frequentatione argumentorũ, & coacernatione vniuersa: alteri, si planè causam redarguendo explicarit, enumeratione, vt quidque diluerit, & miseratione ad extremũ. ¶ C. F. Scire mihi iam videor, quemadmodum coniectura tractanda sit. Nunc de *definitione* audiamus. C. P. Communia dantur in isto genere accusatori, defensorique præcepta. Vter enim definiendo, describendóq; verbo magis ad sensum iudicis, opinionémque penetrarit, & vter ad commune m

a L. quod eo sit acrius, b ad spectant

c Euentus seu Effectum quod

d L. atque hoc quidem grauiora, q. c. comm. vid. inf. & arg. e p. quorum modo interf. aliq.

e L. in quo loco facinus factum fuerit: vt p.

f. I.

f L. laudabuntur.

g L. Deinde dicendum etiam arg.

a L. Rhodiorũmq. doctiss.

b l. 1. §. 8. ff. de quæstionibus.

c aut se cõpot.

d L. aut non iis esse moribus, non ea vita,

e L. afuisse

f fort. Reprehendi ad potentis singula ea repr.

P. C C X L. b

g L. beniuolentia

h Quæstio Quod sit eius definitio, quemadmodum tractanda

munem verbi vim, & ad eam præceptionem[a], quàm inchoatam habebant in animis ij, qui audient, magis & propiùs accesserit, is vincat necesse est. Non enim argumentando hoc genus tractatur, sed tanquam explicando, excutiendóque verbo: vt, si in reo pecunia absoluto, rursúsque reuocato, præuaricationem accusator esse definiat, omnem iudicij corruptelam ab reo: defensor autem, non omnem, sed tantummodò accusatoris corruptela ab reo. Sit ergo hæc contentio prima verborum, in qua etiam si propiùs accedat ad consuetudinem, mentémque sermonis defensoris, definitio, tamen accusator sententia legis[b] nititur. Negat enim probari oportere, eos, qui leges scripserunt, ratum habere iudicium, si totum corruptum sit[c]: si vnus accusator corruptus sit, rescindere nititur[d] æquitate: vt illa quasi scribenda lex sic esset, quæque tamen complecteretur in iudiciis corruptis, ea verbo vno præuaricationis comprehendisse dicitur. Defensor autem testatur consuetudinem sermonis, verbíque vim ex contrario reperiet quasi ex vero accusatore, cui contrarium est nomen præuaricationis[e]: ex consequentibus, quòd ea littera[f] de accusatore soleat dari iudici: ex nomine ipso, quod significat eum, qui in contrariis causis, quasi variè esse positus videatur. Sed huic tamen ipsi confugiendum est ad æquitatis locos, ad rerum iudicatarum auctoritatem, ad finem aliquem periculi: commúneque sit hoc præceptum, vt cùm vterque definierit, quàm[g] maximè potuerit ad communem sensum, vimque verbi, tum similibus, exemplísque eorum, qui ita locuti sunt, suam definitionem, sententiámq; confirmet. Atque[h] accusatori in hoc genere causarum locus ille communis, minimè esse concedendum, vt is, qui de re confiteatur, verbi se interpretatione defendat. Defensor autem & ea, quam proposui, æquitate nitatur, & ea cùm secum faciat, non re, sed deprauatione verbi se vrgeri queratur. Quo in genere percensere poterit plerosque inueniendi locos. Nam & similibus vtetur, & contrariis, & consequentibus, quamquam vterque, tamen reus, nisi planè erit absurda causa, frequentiùs. Amplificandi autem causa, quæ aut cum digredientur[i] à causa, dici solent, aut cùm perorabunt, hęc vel ad odiũ, vel ad misericordiam, vel omnino ad animos iudicum mouendos ex iis, quæ sunt antè posita sumentur, si modò rerum magnitudo, hominúmve aut inuidia, aut dignitas postulabit.

53 ¶ C. F. Habeo ista: nunc ea, quæ quum, quale[k] sit quippiam, disceptatur, quæri ex vtraque parte decet, velim audire. C. P. Confitentur in isto genere, qui arguũtur, se id fecisse ipsum in quo reprehenduntur: sed quoniam iure se fecisse dicunt, iuris est omnis ratio nobis explicanda quod diuiditur in duas[k] parteis primas, naturam, atque legem: & vtriusque generis vis in diuinum[l] & humanum ius est distributa: quorum[m] æquitatis est vnum: alterum religionis. Æquitatis autem vis est duplex[o]: cuius altera, directi, & veri, & iusti, &, vt dicitur, æqui & boni ratione defenditur: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio, gratia: in iniuria, vltio nominatur. Atque hæc communia sunt naturæ, atque legis: sed propria[p] legis & ea, quæ scripta sunt, & ea, quæ sine litteris aut gentium iure, aut maiorum more retinentur. Scriptorum autem priuatum[a] aliud est, publicum aliud. Publicum, lex, senatusconsultum, fœdus priuatum, tabulæ, pactum[b], conuentum, stipulatio. Quę[c] autẽ scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conuentis hominum, & quasi consensu obtinentur. Atq; etiã hoc in primis, vt nostros mores, legésq; tueamur, quodammodo naturali iure præscriptũ est. Et quoniã breuiter aperti[d] fontes sunt quasi quidam æquitatis, meditata nobis ad hoc causarum genus esse debebunt ea, quæ dicenda erunt in orationibus, de natura, de legibus, de more maiorum, de propulsanda iniuria, de vlciscenda, de omni parte iuris. Si imprudenter, aut necessitate, aut casu quippiã fecerit, quod non concederetur ijs, qui sua sponte, & volumtate fecissent: ad eius facti deprecationem, ignoscendi petenda venia est: quæ sumetur ex plerisque locis æquitatis. Expositum est, vt potui breuissimè, de omni cõtrouersiarum genere. nisi præterea tu quid requiris. 54 ¶ C. F. Illud equidem, quod iã vnum restare video, quale sit, *cùm disceptatio versatur in scripto*. C. P. Rectè intelligis. eo enim exposito, munus[e] promissi omne confecero. Sunt igitur ambigui duobus aduersariis præcepta communia. Vterque enim hanc[f] significationem, qua[g] vtetur ipse, dignam scriptoris prudentia esse defendet. Vterque id, quod aduersarius ex ambiguè scripto intelligendum esse dicet, aut absurdum, aut inutile, aut iniquum, aut turpe esse defendet, aut etiã discrepare[h] cum ceteris scriptis, vel aliorum, vel maximè, si poterit, eiusdem: quámque defendet ipse, eam rem, & sententiam, quemuis prudentem, & iustum hominem, si[i] integrum daretur, scripturum fuisse, sed planiùs: eámque sententiam, quam significari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut vitij: contrariam autem si probarit, fore vt multa vitia, stulta, iniqua, contraria consequantur. Cùm autem aliud scriptor sensisse videtur, & aliud scripsisse: *qui scripto* nitetur, eum, re exposita, recitatione vti oportebit: deinde instare aduersario, iterare, renouare, interrogare, num aut scriptum neget, aut contrà factum inficietur. Pòst, iudicem ad vim scripti vocet. Hac confirmatione vsus, amplificet rem lege laudanda, audaciámque confutet eius, qui cùm palàm contrà fecerit, ídque fateatur: adsit tamen, factúmque defendat. Deinde infirmet defensionem: cùm aduersarius aliud[k] voluisse, aliud sensisse scriptorem, aliud scripsisse dicat, non esse ferendum, à quoquam potiùs latoris sensum, quàm à lege, explicari. Cur ita scripserit, si ita non senserit? Cur, cùm ea, quę planè scripta sint, neglexit: quæ nũquã scripta sint, præferat? Cur prudentissimos in scribendo viros, summæ stultitiæ putet esse damnandos? Quid impedierit scriptorẽ, quo minùs exciperet illud, quod aduersarius, tanquã si exceptũ esset, ita dicit se secutum? Vtetur exẽplis ijs, quibus idem scriptor: aut, si id non poterit, quibus alij, quod excipiendum putarint, exceperint. Quærenda etiã ratio est, siqua[l] poterit inueniri, quare non sit exceptũ: aut iniqua lex, aut inutilis futura dicetur, aut alia causa obtemperandi[m], alia abrogãdi: dissentire aduersarij vocem, atque legis. Deinde amplificandi causa, de conseruandis legibus, de periculo re-

a Ideo iuris ciuilis duæ positiones dicuntur Publicũ & priuatum l. 1. §. 2. ff. de Iustitia.*

b L. pactum conuentum, cvide l. 32. & sequentes ff. de legibus*

d *fors.* aperti sunt fontes quasi quidã.

P. CCXLII.

e *fort* munus omne promissi conf.

f L. eã sign.

g L. qua nitetur ipse,

h L. discrepare à ceteris

i *fors.* si integrũ esset,

k L. aliud voluisse, & sensisse scripturem,

l *q. libri vulg.* si quæ

m *al.* te exprimendi*

fortunæ bonis expetenda. Quorum [a] alia sunt quasi quodammodo cum honestate coniuncta, vt honos, vt gloria: alia diuersa, vt vires, forma, valetudo[b], nobilitas, diuitiæ, clientelæ. Est[c] etiam quasi quædam materies subiecta honestati: quæ maximè spectatur in amicitiis. amicitiæ autem, caritate, & amore cernuntur. Nam cùm deorum tum parẽtum, patriæque cultus, eorúmque hominum, qui aut sapientia, aut opibus excellunt, ad caritatem referri solet. Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alij, quos vsus, familiaritásque coniunxit, quamquam etiam caritate ipsa, tamen amore maximè continentur. In his igitur rebus cùm bona sint, facile est intellectu, quæ sint contraria. Quòd si semper optima[d] tenere possemus, haud sanè, quoniam quidem ea perspicua sunt. cõsilio multùm egeremus. Sed quia temporibus, quæ vim habent maximam, persæpe euenit, vt vtilitas cum honestate certet, earúmque rerum contentio plerumque deliberationes efficit: ne aut opportuna propter dignitatem, aut honesta propter vtilitatem relinquantur, ad hanc difficultatem explicandam præcepta referamus. Et quoniam non ad veritatem solùm, sed etiam ad opiniones eorum, qui audiunt, accommodanda est oratio: hoc primùm intelligamus, hominum duo esse genera: alterum indoctũ, & agreste, quod anteferat semper vtilitatem honestati. alterum[e] expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi laus, honor, gloria, fides, iustitia, omnísque virtus: illi autem alteri, quæstus, emolumentum, fructúsque proponitur: atque etiam voluptas, quæ maximè est inimica virtuti, boníque naturam fallaciter imitando adulterat: quam immanissimus quisque acerrimè sequitur, neque solùm honestis rebus, sed etiam necessariis anteponit. In suadẽdo, cùm ei generi hominum consilium des, sæpe sanè laudanda est: & illud videndum, quanto magis homines mala fugiãt, quàm sequantur bona. Nam neque honesta tam expetunt, quàm deuitãt turpia. Quis enim honorem, quis gloriam, quis laudem, quis vllum decus tam vnquam expetat, quàm[f] vt ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? quarum rerum dolor grauis[g] est. Est genus hominum ad honestatem natum, malo[h] cultu, prauísque opinionibus corruptum. Quare in cohortando, atque suadendo propositum quidem nobis erit illud, vt doceamus, qua[i] vi, bona consequi, maláque vitare possimus. Sed apud homines bene institutos plurimùm de laude, & de honestate dicemus: maximéque ea virtutum genera tractabimus, quæ in communi hominum vtilitate tuenda, augendáque versantur. Sin apud indoctos imperitósque dicemus: fructus, emolumenta, voluptates, vitationésque dolorum proferantur: addantur etiam contumeliæ, atque ignominiæ. Nemo enim est tam agrestis, quem non, si [k] ipsa minus honestas, contumelia[l] tamen, & dedecus magnopere moueat. Quare quod ad vtilitatem spectat, ex iis, quæ dicta sunt, reperietur. Quod[m] autem possit effici, nécne possit, in quo etiam, quàm facilè possit, quámque expediat, quæri solet, maximè ex causis iis, quæ quamque rem efficiant, est videndum. Causarum autem genera sunt plura. Nam sunt aliæ, quæ ipsæ cõficiunt, alię[n], quæ vim aliquam ad conficiendũ afferunt. Itaque illæ superiores, conficientes vocentur: hæ reliquæ ponantur in eo genere, vt sine his confici non possit. Conficiens autem causa alia est absoluta[a], & perfecta per se: alia[b] aliquid adiuuans, & efficiendi socia quædam: cuius generis vis varia est, & sæpe aut maior, aut minor, vt & illa, quæ maximam vim habet, sola sæpe causa dicatur. Sunt autem aliæ causæ, quæ aut propter principium, aut propter exitum, conficientes vocantur. Cùm autem quæritur, quid sit optimum factu: aut vtilitas, aut spes efficiendi ad assentiendum impellit animos. Et, quoniam de vtilitate iam diximus, de efficiendi ratione dicamus. Quo[c] toto genere, quibuscum, & contra quos, quo tempore, aut quo loco, aut[d] quibus facultatibus armorum, pecuniæ, sociorum, earúmve rerum, quæ ad quamque rem efficiendam pertinent, possimus vti, requirendum est. Neque solùm ea sunt, quæ nobis suppetunt, sed etiam illa, quæ aduersantur, videnda. Et, si ex contentione procliuiora erunt nostra: non solùm effici posse quæ suademus, erit persuadendum: sed curandum etiam, vt illa, facilia, procliuia, iucunda videantur. Dissuadentibus autem, aut vtilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ[e], neque aliis ex præceptis, sed iisdem ex suasionis locis. Vterque verò ad augendum habeat exemplorum aut recentium, quo notiora sint, aut veterum, quo plus auctoritatis habeant, copiam. Maximéque sit in hoc genere meditatus, vt possit vel vtilia, ac necessaria sæpe honestis, vel hæc illis anteferre. Ad commouendos autem animos maximè proficient, si incitandi erunt, huiusmodi sententiæ, quæ[f] ad explendas cupiditates, aut[g] odium satiandum, aut ad vlciscendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi: de incerto statu fortunæ, dubiísque euentis rerum futurarum, & retinendis suis fortunis, si erunt secundè: sin autem aduersæ, de periculo, commonendi. Atque hi quidem sunt perorationis loci. Principia autem in sententiis dicendis breuia esse debebunt. Non enim supplex, vt ad iudicem, venit orator, sed hortator, atque auctor. Quare proponere, qua mente dicat, quid velit, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortaríque ad se breuiter dicentem audiendum. Tota autem oratio, simplex, & grauis, & sententiis debet ornatior esse, quàm verbis. ¶ C. F. cognoui iã laudationis, & suasionis locos. nunc, quæ iudiciis accommodata sint, exspecto: idque[h] nobis genus restare vnum puto. C. P. Recte intelligis: atque eius quidem generis finis est, æquitas: quæ non simpliciter spectatur, sed[i] comparatione nonnunquam: vt, cùm de verissimo[k] accusatore disputatur[l], aut cùm hereditatis, sine lege, aut sine testamento petitur possessio: in quibus causis quid æquius, æquissimúmve sit, quæritur: quas ad causas facultas petitur argumentationum ex iis, de quibus mox dicetur, æquitatis locis. Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio, cùm aut, sitne actio illi, qui agit, aut iámne sit, aut num iam esse desierit, aut illáne lege, hísne verbis sit actio, quæritur: quę etiam si antè, quàm res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut[m] confecta non sunt: tamen in ipsis iudiciis permagnum sæpe habent pondus, cùm ita dicitur: Plus petisti: ferò petisti: non[n] fuit tua petitio: non[n] à me,

a J. quorum alia sunt quodam modo cum
b v.c. valitudo,
c L. Est etiã quædam quasi materies honestatis subiecta suasori; quæ max. sp. &c. al. Est etiam quæd. quasi mat. subiecta suas. honestas: quæ m.
d L. optima quæque ten.
e L. alterum humanum, atque expolitum, q. r.
p. 238.
f L. quàm ignominiam,
g L. grauis est. Omnino genus hominum ad hon. est n.
h L. sed malo c.
i L. qua via, bona cons.
k L. si minus ipsa hon.
l L. at contumelia tamẽ,
m L. Ecquid autem possit effici, nécne p. ‖ autem & quid.*
n L. alię, quæ viam aliquam ad conf. aperiunt. ‖ al. quæ viam ad conficiendũ aperiunt.*

a al. absoluens & perficiens ipsa per se, alia aliquid adiuuans & efficiendi socia quædam.*
b al. quæ aliquid adiuuari velit & efficiendi societatem quærit.*
c L. quo toto in genere & quibuscũ, & c. q. & q. t. & q. loco, &c.
d L. & quib.
e al. afferendæ,
P. 8.
f L. quæ aut ad explend.
g al. aut ad odium tamen dum, non pla ces.
h DE IVDICIALI Genere.*
i L. sed ex comparatione n.
k al. seuerissimo.*
l L. disceptatur,
m L. aut confecta sunt?
n L. nõ ãne petere debuisti, non hac lege,

à me,non hac lege, non his verbis, non hoc iudicio. Quarum causarum genus est positum in iure ciuili: quod est in priuatarum, ac publicarum rerum lege,aut more positum: cuius scientia neglecta ab oratoribus plerisque, nobis ad dicendum necessaria videtur.Quare de constituendis actionibus,accipiendis,subeundisque iudiciis, de excipienda iniquitate actionis,de comparanda æquitate, quòd ea ferè generis eius sunt, vt, quamquam, in ipsum iudicium sæpe dilabantur, [a] tamen antè iudicium tractanda videantur, paullulum ea seperaro à iudiciis,tempore magis agendi, quàm dissimilitudine generis. Nam omnia, quæ de iure ciuili, aut de æquo & bono disceptantur,cadunt in eam formam,in qua,quale quid sit, ambigitur,de qua dicturi sumus:quæ in æquitate,& iure maximè consistit. In omnibus igitur causis tres sunt gradus,ex quibus vnus aliquis capiendus est, si plureis non queas, ad resistendum. Nam aut ita consistendum est, vt, quod obiicitur, factum neges: aut illud, quod factum fateare, neges eam vim habere, atque id esse, quod aduersarius criminetur. Aut, si neque de facto,neque de facti appellatione ambigi potest,id,quod arguêre [b], neges tale esse, quale ille dicat: & rectum esse quod feceris, concedendúmve, defendas. Ita primus ille status,& quasi conflictio cum aduersario,cõiectura quadam:secundus [c] autem definitione,atque descriptione,aut informatione verbi: tertius æqui, & veri, & recti,& humani ad ignoscendum disputatione tractandus est. Et quoniam semper is, qui defendit, non solùm resistat oportet aliquo statu, aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate opponenda: sed etiam rationẽ subiiciat recusationis suæ: primus ille status rationem habet iniqui criminis,ipsam negationem,infitiationémq; facti: secũdus,quòd non sit in re,quod ab aduersario ponitur [d] in verbo:tertius,quòd id rectè factũ esse defẽdat,quod sine vlla nominis controuersia factum fatetur [e]. Deinde vnicuiq; rationi opponendũ est, ab accusatore id, quod si non esset in accusatione, causa omnino esse non posset.Itaq; ea, quæ sic referuntur, cõtinentia causarum vocentur:quamquam non ea magis,quæ contra rationem defensionis afferũtur, quàm ipsæ defensionis rationes,continent causas. Sed distinguẽdi gratia rationẽ [f] appellamus eã, quæ affertur à reo ad recusandũ, depellendi criminis causa: quæ nisi esset,quid defenderet,nõ haberet. Firmamentum [g] autem,quòd contrà ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non potest.Ex rationis autem, & ex firmamẽti conflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quam disceptationẽ [h] voco: in qua quid [i] deueniat in iudicium, & de quo disceptetur,quæri solet. Ná prima aduersariorum contentio diffusam habet quæstionem, vt in coniectura, Ceperítne pecunias Decius. In definitione, minuerítne maiestatẽ Norbanus.In æquitate, Iuréne occiderit Opimius Gracchum.Hæc, quæ primam cõtentionem habent ex arguendo & resistendo, lata, vt dixi, & [k] confusa sunt. Rationum,& firmamentorum contentio adducit in [l] angustam disceptationem.ea in cõiectura nulla est. Nemo enim eius, quod negat factum, rationem aut potest,aut debet,aut solet reddere.Itaque in his causis éadem & prima quæstio,& discerptatio est extrema. In illis autem,vbi ita dicitur, Nõ minuit maiestatem,quòd egit de Cæpione turbulentiùs.populi enim Romani dolor iustus vim [a] illam excitauit,non tribuni actio.Maiestas autem,quoniam est magnitudo quædam populi Romani in eius potestate, ac iure retinendo, aucta est potius, quàm [b] diminuta: & vbi ita refertur, Maiestas [c] est imperij,atque in omni populi Romani dignitate, quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocauit:exsistit illa disceptatio,Minuerítne maiestatem, qui voluntate populi Romani rem gratam, & æquã per vim egerit.In his autem causis vbi aliquid rectè factum, aut concedendum, esse factum defenditur,cùm est facti subiecta ratio, sicut ab Opimio,Iure feci,salutis omnium, & conseruãdæ reipublicę causa:relatúmque est ab Decio, Ne sceleratissimum quidem ciuem sine iudicio iure vllo necare potuisti:oritur illa disceptatio,Potuerítne rectè,salutis reipublicæ causa, ciuem, euersorem ciuitatis, indemnatum necare.Ita disceptationes eæ, quæ in [d] his cõtrouersiis oriuntur,quæ sunt certis personis,& temporibus notatæ, fiunt rursus infinitæ, detractísque. temporibus,& personis,rursum ad consultationis formam, rationémque reuocantur.Sed in grauissimis firmamentis,& [e] illa ponenda sunt, si qua ex scripto legis,aut testamenti, aut verborum ipsius iudicij, aut alicuius stipulationis, aut cautionis opponuntur [f] defensioni contraria. Ac [g] ne hoc quidẽ genus in eas causas incurrit, quæ coniectura continentur. Quod enim factum negatur, id argui non potest scripto. Ne in definitionem quidem venit [h], genere scripti ipsius.Nam etiam si verbum aliquod de scripto definiendũ est, quam vim habeat: vt cùm ex testamentis, quid sit penus [i], aut cùm ex lege prædij quæritur, quæ sunt [k] ruta [l] cæsa:non scripti genus, sed verbi interpretatio controuersiam parit. Cùm autem plura significantur scripto, propter verbi,aut verborum ambiguitatem [m], vt liceat ei,qui contrà dicat,eò trahere significationem scripti,quò expediat, aut velit:aut, etiam si ambiguè scriptum non sit, vel à verbis voluntatem & sententiã scriptoris abducere. vel alio se eâdem de re contrariè scripto defendere:tũ disceptatio ex scripti contentione exsistit, vt in ambiguis disceptetur, quid maximè significetur:in scripti,sententięque contentione, vtrum potiùs sequatur iudex:in cõtrariis scriptis, vtrum magis sit comprobandũ. Disceptatio autem cùm est constituta: proposita esse debet oratori,quò omnes argumẽtationes repetitæ ex inueniendis locis coniiciantur. Quod quamquam satis est ei, qui vídet, quid in quoque loco lateat, quíque illos locos, tanquam thesauros aliquos argumẽtorum, notatos habet:tamen ea,quæ sunt certarum causarum propria,tangemus.In *coniectura* [n] igitur cùm est in infitiando reus,accusatori hęc duo prima sunt [o],sed (acusatorem pro omni actore, & petitore appello: possunt enim etiam sine accusatore in causis hæc éadem cõtrouersiarum genera versari,) sed hæc duo sunt ei prima,causa,& euentus. *Causam* appello,rationem efficiendi: *euentum*, id, quod est effectum.Atque ipsa quidẽ partitio causarum paullo antè in suasionis locis distributa est. Quæ enim in cõsilio capiendo futuri temporis præcipiebãtur, quamobrem aut vtilitatem

a L. delabantur.

b L. arguere,

c L. secundus aut definitione &c. Ita v. c.

d al. ponatur

e L. fateatur.

f Ea Iurisconsultis Exceptio.

g Iurisconsulti replicationem appellant.

h Litis contestatio Iurisconsultis dicitur.

i al. quid veniat in iud.

k L. & diffusa sunt.

l L. in augustam

a L. vim tã illam

b L. quàm deminutã

c L. Maiestas est in imperii atque in nominis populi P. R.

d L. in iis

e L. etiã illa

f L. opponi possunt def.

g L. Atque hoc quidem genus in eas causas non incurrit. q. h L. venit genus scr.

i Vide titulum Digestorum de penu legatæ

k L. quæ sint.

l de rutis & Cæsis dixi 2. de Oratore

m ἀμφιβολίαν, ἢ ἀμφιλογίαν.

n Quæstio sit ne seu cõiecturæ quẽadmodum tractandæ

o L. prima sunt (accus.

P. CCXL.

la attingens, pondera rerum ipsa comprehendet. 46 ¶C.F. QVONIAM & de ipso oratore, & de oratione dixisti, expone eum mihi nunc, quem ex tribus extremum[a] proposuisti, quæstionis locum. C.P. Duo sunt. vt initiò dixi, quæstionum genera: quorum alterum finitum temporibus & personis, causam[b] appello: Alterum infinitum, nullis neque personis, neque temporibus notatum, quod[c] propositũ voco. Sed est consultatio[d] quasi pars causæ quædam[e], & controuersiæ. Ineſt enim infinitum in definito, & ad illud tamen referuntur omnia. Quamobrem priùs *de proposito* dicamus: cuius genera sunt duo: *Cognitionis* alterũ: eius scientia est finis, vt verine sint sensus: Alterum *actionis*: quod refertur ad efficiendum quid, vt, si quæratur, quibus officiis amicitia colenda sit. Rursus *superioris* genera sunt tria: Sit[f], nécne: quid sit: quale sit. Sit[g], nécne, vt, ius in natura sit, an in more. Quid autem sit, sítne ius, id, quod maiori parti sit vtile. Quale autẽ sit, iustè viuere, sit[h], nécne, vtile. *Actionis* autẽ duo sunt genera. Vnum, ad persequendum aliquid, aut declinandum: vt, quibus rebus adipisci gloriam possis, aut quomodo inuidia vitetur: Alterum, quod ad aliquod commodũ, vsúmque refertur: vt, quemadmodum sit resp. administranda, aut quemadmodum in paupertate viuendum. Rursus[i] autem ex cognitionis consultatione, vbi, sit. nécne sit, aut fuerit, futurúmve sit, quæritur, vnum genus est quæstionis, posítne aliquid effici. vt. cùm quæritur, ecquísnam perfectè sapiens esse possit: Alterũ, quemadmodum quidque fiat. vt, quónam pacto virtus pariatur: naturáne, an ratione, an vsu. Cuius generis sunt omnes in quibus vt in obscuris, naturalibúsque quæstionibus, causæ, rationésque rerum explicantur. Illius autem generis, in quo, quid sit id, de quo agitur, quæritur, duo sunt genera: quorum in altero disputandum est, aliud, an idem sit, vt pertinacia & perseuerantia: In altero autem, de scriptio generis alicuius, & quasi imago exprimenda est, vt, qualis sit auarus, aut quid sit superbia[k]. Tertio autem in genere, in quo, *quale* sit, quæritur, aut de honestate, aut de vtilitate, aut de æquitate disputandum est. De honestate sic: vt, Honestúmne sit pro amico periculum. aut inuidiã subire. De vtilitate autem sic: vt, Sítne vtile in rep. administranda versari. De æquitate verò sic: vt, Sítne æquum. amicos cognatis anteferre. Atque in hoc eodem genere, in quo, quale sit, quæritur, exoritur aliud quoddam disputãdi genus. Non enim simpliciter solùm quæritur, quid honestum sit, quid vtile, quid æquum, sed etiam ex comparatione, quid honestius, quid vtilius, quid æquius: atque etiam, quid honestissimum, quid vtilissimum, quid æquissimum: cuius generis illa sunt, quæ præstantissima sit dignitas vitæ. Atque ea quidẽ, quæ dixi, cognitionis sunt omnia. Restant actionis: cuius alterum est præcipiendi genus, quod ad rationem officij pertinet: vt, quemadmodum colendi sint parentes: Alterum[l] autem ad sedandos animos, & oratione[m] sanandos, vt in consolandis mœroribus, vt in iracũdia comprimenda, aut in timore tollendo[n], aut in cupiditate minuenda. Cui quidem generi contrarium est disputandi genus ad eosdem illos animi motus, quod in amplificanda oratione sæpe faciendum est, vel gignendos, vel concitandos. Atque[o] ferè hæc est partitio consultationum. 47 ¶C.F. Cognoui: sed[a] quæ ratio est in his inueniendi, & disponendi, requiro. C.P. Quid? tu aliámne censes, & non eandem esse, quę est expositа, vt ex eisdem locis ad fidem, & ad inueniendum ducantur omnia? Collocandi autem quæ est exposita in aliis ratio, eadem huc transfertur. Cognita igitur omni distributione propositarum[b] cõsultationum, causarum genera restant omnino. Et earum quidem forma duplex est: quarum altera delectationem sectatur aurium: alterius, vt obtineat, probet, & efficiat quod agit, omnis est susceptа contentio. Itaque illud superius, exornatio dicitur: quod cùm latum genus esse potest, sanéque varium, vnum[c] ex eo delegimus, quod ad laudandos claros viros suscepimus, & ad improbos vituperandos. Genus enim nullum est orationis, quod aut vberius ad dicendum, aut vtilius ciuitatibus esse possit, aut in quo magis orator in cognitione virtutum, vitiorúmque versetur. Reliquum autem genus causarum, aut in prouisione posteri temporis, aut in præteriti disceptatione versatur: quorum alterum deliberationis est, alterum iudicij. Ex qua partitione tria genera causarum exstiterunt: Vnum, quod à meliori parte, laudationis est appellatum: deliberationis alterum, tertium iudiciorum. Quamobrem de primo primùm, si placet, disputemus. 48 ¶C.F. Mihi verò placet. C.P. Ac *laudandi*[d], *vituperandique* rationes, quæ non ad bene dicendum solùm, sed etiam ad honestè viuendum valent, exponam breuiter, atque à principiis exordiar & laudandi, & vituperandi. Omnia enim sunt profectò laudãda, quæ coniuncta cum virtute sunt: & quæ cum vitiis, vituperanda. Quamobrem finis alterius est honestas, alterius turpitudo. Conficitur autem genus hoc dictionis, narrandi, exponendíque factis, sine vllis argumentationibus, ad animi motus leniter tractandos magis, quàm ad fidem faciendam, aut confirmandam accommodatè. Non enim dubia firmantur, sed ea, quæ certa, aut pro certis posita sunt, augentur. Quamobrem ex iis, quæ antè dicta sunt, & narrandi, & augendi præcepta repetentur. Et, quoniam in his causis omnis ratio ferè ad voluptatem auditoris, & ad delectationem refertur, vtendum erit his[f] in oratione singulorum verborum insignibus, quæ habent plurimum suauitatis: id est, vt factis verbis, aut vetustis, aut translatis frequenter vtamur, & in ipsa constructione verborum, vt paria paribus, & similia similibus sæpe referantur: vt cõtraria, vt geminata, vt circumscripta numerosè, non ad similitudinem versuum, sed ad explendum aurium sensum, aptos[g] quasi quodã verborum modo. Adhibendáque frequentius etiam illa ornamenta rerum sunt, siue quæ admirabilia, & nec opinata, siue significata monstris, prodigiis[h], & oraculis: siue quæ videbũtur ei, de quo agimus, accidisse diuina, atque fatalia. Omnis enim exspectatio eius, qui audit, & admiratio, & improuisi exitus, habent aliquam in audiendo voluptatem. Sed quoniam in rebus generibus bona, malá vel versantur, externis, corporis, & animi, prima sunt externa, quæ ducuntur à genere: quo breuiter, modicéque laudato, aut, si erit infame, prætermisso: si humile, vel præterito, vel ad augendam eius, quem laudas, gloriam, tacto: deinceps, si res patiatur, de fortunis erit, & facultatibus dis

2 DE QVAESTIONE. ✳

b *al.* controuersiam, seu causam app.

c *pro.* quod consultationem, seu propositum voco. Sed est conf. *&c. al.* quod propositum voco. Sed est propositum quasi pars c. q. *& ita v.c.*

d *al.* propositum.*

e *al.* quædã. Ineſt enim *&c.*

f *al.* sit, nécne sit,

g L. Sit, nécne sit, vt,

h *al.* sit, nécne sit vtile.

i L. Rursus autem in cognit. conf.

p. 8.

k *al.* superbus.*

l L. Alterum autem, quod ad sedand. animum *&* oratione s.

m *al.* ratione.*

n *al.* deliniẽdo.*

o L. Atque hæc ferè

a L. sed quæ ratio sit in k.

b L. propositorum, seu cõsultationum, controuersiarum siue causarum gen.

c L. tum vnum ex cõdeleg.

p. 236.

d DE GENERE DEMONSTRATIVO. ✳

e L. Omnia sunt prof.

f L. iis

g L. apto quodam quasi verborum modo.

h L. prodigiis, oraculis

i L. malis ✳

tibus dicendum. Postea de corporis bonis: in[a] quibus quidem, quæ virtutem maximè significat, facillimè forma laudatur. Deinde est ad facta veniendum, quorum collocatio triplex est: aut enim temporum seruandus est ordo, aut in primis recentissimum quodque dicendum, aut multa & varia facta in propria virtutum genera sunt dirigenda[b]. Sed hic locus virtutum, atque vitiorum latissimè patens, ex multis & variis disputationibus nunc in quandam angustam, & breuem concludetur[c]. Est igitur vis virtutis duplex. Aut enim scientia cernitur virtus, aut actione. Nam, quæ prudentia, quæ calliditas, quæque grauissimo nomine sapientia appellatur, hæc scientia pollet vna. Quæ verò moderandis cupiditatibus, regendisque animi motibus laudatur, eius est munus in agendo: cui temperantiæ nomen est. Atque[d] illa prudentia in suis rebus, domestica: in publicis, ciuilis appellari solet. Temperantia autem in suas itidem res, & in communeis distributa est, duobúsque modis in rebus commodis discernitur. & ea, quæ absunt, non expetendo, & ab iis, quę in potestate sunt, abstinendo. In rebus autem incommodis est itidem duplex. Nam quæ venientibus malis obstat, fortitudo: quæ[e], quod iam adest, tolerat & perfert, patientia nominatur. Quæ autem hæc vno genere complectitur[f], magnitudo animi dicitur: cuius est liberalitas in vsu pecuniæ: simúlque altitudo animi in[g] capiendis incommodis, & maximè iniuriis: & omne quod[h] est eius generis, graue, insedatum, & turbulentũ. In communione autem quæ posita pars est, iustitia dicitur, eáque erga deos, religio, erga parentes, pietas vulgò autem bonitas: creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia[i] nominatur. Atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo. Sunt autem aliæ quasi ministræ, comitésque sapientiæ: quarum altera, quæ sint in disputando vera, atque falsa, quibúsque positis quid sequatur, distinguit & iudicat: quæ virtus omnis in ratione, scientiáque disputandi sita est: altera autem oratoria[k]. Nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiosè loquens sapientia: quæ ex eodem hausta genere, quo illa, quæ in disputando[l], vberior est, atque latior, & ad motus animorum, vulgíque sensus accommodatior. Custos verò virtutum omnium, dedecus fugiens, laudémque maximè consequens, verecundia est. Atque hi sunt quidẽ ferè quasi quidam habitus animi, sic affecti, & constituti, vt sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti: à quibus vt quæque res gesta est, ita sit honesta necesse est, summéque laudabilis. Sunt[m] autem alij quidam perfecti animi habitus ad virtutẽ quasi præculti, & præparati rectis studiis, & artibus, vt in suis rebus, studia litterarum, vt numerorum ac sonorum, vt mensuræ, vt siderum, vt equorum, vt venandi, vt armorum. In communibus, propensiora studia in aliquo genere virtutis colendo[n], aut diuinis rebus deseruiendo, aut parentibus, amicis, hospitibus, præcipuè, atque insigniter diligendis. Atque hæc quidem virtutum: vitiorum autem sunt genera contraria. Cernenda autem sunt diligenter, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia[o], & temperantiã immanitas in voluptatibus aspernandis, & magnitudinem animi superbia in animis extollendis[a], & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis, & iustitiam acerbitas, & religionem superstitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas, & illam disputandi prudentiam concertatio[b], captatióque verborum, & hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi. Studiis autem bonis similia videntur ea, quæ sunt in eodem genere nimia. Quamobrem omnis vis laudandi, vituperandíque ex his sumetur virtutum, vitiorúmque partibus: sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustranda, maximè quẽadmodum quisque generatus, quemadmodũ educatus, quemadmodum institutus, moratúsque fuerit: &, si quid cui magnum, aut incredibile acciderit, maximéque, si id diuinitus accidisse potuerit videri: tum[c] quod quisque senserit, dixerit, gesserit, ad ea, quæ proposita sunt, virtutum genera accommodabũtur, ex illísque ijsdem inueniendi locis causæ rerum, & euentus, & consequentia requirentur. Neque verò mors eorum, quorum vita laudabitur, silentio præteriri debebit, si modò quid erit animaduertendum aut in ipso genere mortis, aut in iis rebus, quæ post mortem erunt consecutæ. 49 ¶ C.F. Accepi ista, didicíque breuiter, non solùm quemadmodum laudarem alterum, sed etiam quemadmodum enitérer, vt possem ipse iure laudari. Videamus igitur deinceps, in sententia dicenda quã viam, & quæ præcepta teneamus. C.P. Est igitur in *deliberande*[d] finis vtilitas, ad quem omnia ita referuntur in consilio dando, sententiáque dicenda, vt illa prima sint suasori, aut dissuasori videnda, quid aut possit fieri, aut nõ possit, & quid aut necesse, sit, aut non necesse. Nam &, si quid effici non potest, deliberatio tollitur, quãuis vtile sit: &, si quid necesse est, (necesse autem id est, sine quo salui, liberíue esse non possumus,) id est reliquis & honestatibus in ciuili ratione, & commodis anteponendum. Cùm autem quæritur, quid fieri possit, videndum etiam est, quàm facilè possit. Nã quæ perdifficilia sunt, perinde[e] habenda sæpe sunt, ac si effici non possint. Et cùm de necessitate attendemus, etiã aliquid non necessariũ videbitur, videndum tamen erit, quàm sit magnum. Quod[f] enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur. Itaque cùm constet hoc genus causarum ex suasione & dissuasione, suasori proponitur, simplex ratio: si & vtile est, & fieri potest, fiat. Dissuasori duplex: vna, si non vtile est, ne fiat: altera: si fieri non potest, nec[g] suscipiatur. Sic suasori vtrumque docendum est, dissuasori alterum infirmare sat est. Quare quoniam in his versatur omne cõsilium duobus, de vtilitate antè dicamus, quæ in discernendis bonis, malísque versatur. Bonorum autem partim necessariã sunt, vt vita, pudicitia, libertas[h], vt liberi, coniuges, germani parentes: partim non necessaria: quorum alia sunt per se expetenda, vt ea, quæ sita sunt in officiis, atque virtutibus: alia quòd aliquid commodi efficiunt[i], vt opes, & copiæ. Eorum autem, quæ propter se expetuntur, partim honestare ipsa, partim commoditate[k] aliqua expetuntur. Honestate, ea, quæ proficiscuntur ab iis virtutibus, de quibus paullo antè est dictum: quæ sunt laudabilia ipsa per se: Commoditate autem[l] aliqua, quæ sunt in corporis, aut

a L. in quibus quod vir tutem maximè significat facill. din quibus quod quasi tem. virtu b L. digerenda. P. B.

c al. concludatur.

d L. Atque illa in suis rebus domesti ca: in publicis, &c.

e L. quæ vero ea, quæ iã adsint, tol f L. complectitur, magnitudo animi dicitur. &c. g L. in accipiendis incõmodis, & maxime. & o. h L. est eius generis, graue, insedatum, & turbulẽtum. i L. quod est in rebus eius generis. * L. beniuolentia

k L. est oratoria.

l al. disputando: sitq; est eius modi tale aliquid, quod supplen

m L. Sunt autem alij quidam animi habitus ad virt. q. pr.

n L. præcipuè colendo,

P. 337.

o πανουργία,

a L. extollendis: & vere gloriæ laudisque studium despicientia in cont.

b ἐριστικὴν

c L. tum quæ quisque sens.

d DE GENERE DELIBERATIVO.*

e al. proinde hab.

f L. Quod enim permagnũ est, pro n. f. h.

g al. ne susc. ipiatur. P. B.

h L. libertas, liberi, coniug. &c.

i al. efficiãt,

k L. commoditate etiam aliq.

l L. autem etiam aliq.

rum publicarum, atque priuatarum, cùm[a] aliis locis, tum in perorando maximè grauiter erit, vehementérque dicendum. *Ille autem, qui se sententia legis, voluntatéque defendet*, in consilio, atque in mente scriptoris, non in verbis, ac litteris vim legis, positam esse defendet: quódque nihil exceperit in lege laudabit, ne diuerticula[b] peccatis darentur, atque vt ex facto cuiusque iudex legis mentem interpretaretur. Deinde erit vtendum exemplis, in quibus omnis æquitás perturbaretur, si verbis legum, ac non sententiis pareatur. Deinde genus eiusmodi calliditatis, & [c] calumniæ retrahatur[d] in odium iudicis, cum quadam inuidiosa querela. Et si incidet imprudentiæ causa, quæ non ad delictum, sed ad casum, necessitatémve pertineat, quod genus paullo antè attigimus: erit iisdé æquitatis sententiis contra acerbitaté [e] verborum deprecandum. Sin scripta inter se dissentient: tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraque connexa & apta, vt, quæ paullo antè præcepta dedimus ambigui, quæque proximè sententiæ & scripti, éadem ad hoc genus causæ tertium transferantur. Nã quibus locis in ambiguo defendimus eam significationem, quæ nos adiuuat, eisdem in cõtrariis legibus nostra lex defendenda est, Deinde est efficiendum, vt alterius scripti sententiã, alterius verba defendamus. Ita quę modò de scripto, sententiáque præcepta sunt, éadem huc omnia transferuntur [f].

55 ¶ EXPOSITAE sunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidem è media illa nostra Academia floruerunt [g]: neque sine ea aut inueniri, aut intelligi, aut tractari possunt. Nã & partiri ipsum, & definire, & ambigui partitiones diuidere, & argumentorum loco[illegible]se, & argumentationem ipsa[illegible] videre, q[illegible] sumenda in argumentando sint, quídque ex iis, quæ sumta sunt, efficiatur, & vera à falsis, verisimilia ab incredibilibus [illegible] iudicare, & distinguere, aut malè sumta, aut malè cõclusa reprehendere[h], & éadem vel angustè differere, vt dialectici qui appellantur: vel, vt oratorem decet, latè exprimere: illius exercitationis & subtiliter disputandi, & copiosè dicendi artis est. De bonis verò rebus, & malis: æquis, iniquis: vtilibus, inutilibus: honestis, turpibus, quã potest habere orator, sine illis maximarum rerum artibus, facultatẽ, aut copiam? Quare hæc tibi sint, mi Cicero, quæ exposui, quasi indicia fontium illorum: ad quos si nobis eisdem ducibus, aliísve, perueneris, tum & hæc ipsa meliùs, & multo maiora alia cognosces. ¶ C. F. Ego verò [illegible] magno quidem studio, mi pater: multísque ex tuis præclarissimis muneribus nullum maius exspecto [i].

a L. cùm aliis in locis,
b L. deuerticula*
P. B.
c q. l. vet. & kalumniæ
d L. retrahetur
e L. acerbitates
f transferemus. al. transferentur.
g L. fluxerũt
h q. lib. [illegible] prehendere
i al. expeto.

M. TVLLII CICERONIS DE OPTIMO GENER[illegible] O[illegible]ATORVM.

p. 243.

Synopsis libri de optimo genere oratorum.

Vnum Genus esse perfecti Oratoris.

ORATORVM genera esse dicũtur, tanquam poetarũ. Id secus est. nam[a] alterum est multiplex. Poematis enim tragici, comici, epici, melicibetiam, ac dithyrambici[c], quod[d] magis est tractatum à Latinis, suum quoduis est diuersum à reliquis[e]. Itaque & in tragœdia comicum vitiosum est, & in comœdia turpe tragicum. [illegible] suus est cuiusque certus [illegible] intelligentibus nota vox. Orat[illegible]em si quis ita numerat plura genera, [illegible] grandeis[f], aut graueis, aut copiosos: [illegible]nueis, aut subtileis, aut breueis: alios eis interiectos: & tanquam medios putet: de hominibus dicet aliquid, de re parum. In re enim, quod optimum sit quæritur: in homine dicitur, quod est. Itaq; licet dicere & [illegible]nium, summum epicũ poetam, sic[illegible]: & Pacuuium, tragicum: & Cæc[illegible]tasse comicum. Oratorem [illegible]do perfectum enim quæ [illegible]nus perfecti, à quo [illegible] differunt, vt [g] ab Accio [illegible]ed in eode[illegible] non sunt pares. O[illegible] enim orato[illegible] qui dicendo an[illegible] cet, & delecta[illegible] est: delectare, h[illegible]rarium, permouere, [illegible]sarium. Hęc vt [illegible] quàm alius [illegible]endum e[illegible] gene[illegible] gradu. Optim[illegible]n est [illegible] proximũ, quod ei [illegible] perspicuum est, quod [illegible]um sit, id esse deterrim[illegible]oniam eloquentia constat ex [illegible] & [illegible]entiis, perficiendum est, vt purè, & emendatè loquentes, quod est Latinè: verborum præterea & propriorum, & [h] rum elegantiam persequamur: in [illegible] aptissima eligamus: in[i] translatis, vt [illegible]nem secuti verecundè vtamur alienis. Sententiarum

a L. nam alterum est sim[illegible] alterum [illegible] [illegible]ci, vt [illegible]ides, [illegible]apphus, Alcman, Anacreon, hi cãtilenas scribebant, vt à dithyrambis differãt, mo[illegible] dicturu[illegible]
c Dithyrambo[illegible]rum argumentum, Liber pater, horum chori Cyclici: vt tragicorum & Comicorũ quadrati sine strophis & an[illegible]istop[illegible]is, eorum erat oratio in[illegible] eo differẽs à Lyricis. Aristotel. [illegible] Plutarch. [illegible] pr[illegible]iem.
L. quod mi[illegible]s est tract. [illegible] quod ma[illegible]
e al. reliquis genus.*
f Idem in Bruto.*
g al. vt ab Accio

tiarum autem totidem genera sunt quot [a] diximus esse laudum. sunt enim docendi, acutæ: delectandi, quasi argutæ: commouendi, graues. Sed & verborū est structura quædā, duas res efficiens, numerū, & lenitatē: [b] & sententię suam cōpositionem habent, & ad probandā [c] rem accommodatū ordinem. sed earū omniū rerum, vt [d] ædificiorum, *memoria* est quasi fundamentum, lumen *actio*. Ea igitur omnia in [e] quo summa erit [f] orator peritissimus: in quo media, mediocris: in quo minima, deterrimus. Et appellabuntur omnes oratores, vt pictores appellantur etiam mali: nec generibus inter sese, sed facultatibus different. Itaq; nemo est orator, qui se Demosthenis similē esse nolit: at Menander, Homeri noluit. Genus enim erat aliud. id non est in oratoribus: aut [g] si est, vt alius grauitatem sequens, subtilitatem fugiat: contrà, alius acutiorem se, quàm ornatiorē, velit: etiā si est in genere tolerabili, certè nō est in optimo. siquidē, quod omneis laudes habet, id est optimum. Hæc dixi breuiūs equidem, quàm res petebat: sed ad id, quod agimus, non fuit dicendū pluribus. Vnum enim cùm sit genus, id quale sit, quærimus. Est autē tale, quale floruit Athenis, ex quo Atticorum oratorum ipsa vis ignota est, nota gloria. Nam alterū multi viderunt, vitiosi nihil apud eos: alterum pauci, laudabilia esse multa: Est enim vitiosum in sententia, si quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est. In verbis, si inquinatum, si abiectum, si non aptum. si durum, si longè petitum. Hæc vitauerunt ferè omnes, qui aut Attici numerantur, aut dicunt Attice. sed [h] quatenus valuerūt sani & sicci duntaxat habeantur, sed ita, vt palæstricè spatiari in xysto iis liceat, non ab Olympiis coronam petant. Qui cùm careant omni vitio, non sunt contenti quasi bona valetudine, sed vireis, lacertos, sanguinem [i] quærunt, quandam etiam suauitatem coloris. eos imitemur. si possumus: sin minus, illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, quod est proprium Atticorum, quàm eos, quorum vitiosa abundantia est, qualeis Asia multos tulit. Quod cùm faciemus (si modò id ipsum assequemur: est enim permagnum) imitemur, si poterimus, Lysiam, & eius quidem tenuitatem potissimùm. Est enim multis in locis grādior. sed quia & priuatas ille pleraſque & eas ipsas aliis, & paruarū rerum causulas scripsit, videtur esse iciunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limauerit. Quod qui ita faciet, vt, si cupiat, vberior esse, non possit, habeatur sanè orator, sed de minoribus: magno autem oratori etiam illo modo sæpe dicendum est in tali genere causarum. Ita fit, vt Demosthenes certè possit summisse dicere: elatè Lysias fortasse non possit. Sed si eodem modo putant, exercitu in foro, & in omnibus templis, quæ circum forum sunt, collocato, dici pro Milone decuisse [k], vt si de re priuata ad vnum iudicem diceremus: vim eloquentiæ suæ facultate, non rei natura, metiuntur. Quare quoniam nonnullorum sermo iam increbuit, partim seipsos Attice dicere, partim neminem nostrūm dicere: alteros negligamus. satis enim his res ipsa respondet, cùm aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur. nam [m] si arrideantur, esset id ipsum Attieorum. Sed qui dici à nobis Attico more nolunt, ipsi autem se non oratores esse profitentur, si tereteis [a] aureis habeat, intelligénsque iudicium: tanquam ad picturam probandam, adhibentur etiam inscij faciendi cum aliqua solertia indicandi. Sin autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio, neque eos quidquam excelsum, magnificúmque delectat: dicāt se subtile quiddā, & politum velle: graue, ornatúmque contemnere: id verò desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Attice dicere, id est, quasi siccè, & integrè [b] & ample, & ornatè, & copioſè, cum eādem integritate, Atticorum est. quid dubium est, vtrùm orationem nostrā tolerabilem tantùm, an etiam admirabilem esse cupiamus? Non enim iam quærimus, *quid sit Attice, sed quid sit optimè dicere*. Ex quo intelligitur, quoniam Græcorum oratorum præstantissimi sunt ij, qui fuerunt Athenis, eorum autem princeps facilè *Demosthenes*: hunc si quis imitetur, eum & Attice dicturum, & optimè: vt quoniam Attici nobis propositi sunt ad imitandum, bene dicere, id sit Attice dicere. Sed cùm in eo magnus error esset, quale esset id dicendi genus: putaui mihi suscipiendum laborem, vtilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Conuerti enim ex Atticis, duorum eloquētissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Æschinis, Demosthenísque: nec cōuerti, vt [c] interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinē aptis, in quibus non [d] verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vimque seruaui. non enim ea me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquā appéndere. Hic labor meus hoc assequetur, vt nostri homines, quid ab illis exigant, qui [e] se Atticos volunt, & ad quam eos quasi formulā dicendi reuocent, intelligant. Sed exoritur *Thucydides*. eius enim quidam eloquentiam admirantur. Id quidem rectè: sed nihil ad eū oratorem, quem quærimus. Aliud est enim explicare res gestas narrando, aliud argumentādo criminari, criménve dissoluere: aliud narratione tenere auditorem, aliud concitare. At loquitur pulcrè. Num meliùs, quàm Plato? necesse tamen est oratori, quem quærimus, controuersias explicare forenseis, dicendi genere apto ad docendum, ad delectandum, ad permouendum. Quare siquis erit, qui Thucydidío genere causas in foro dicturum se esse profiteatur, is abhorreat etiam à suspicione eius, quæ versatur in re ciuili & forensi: qui Thucydidem laudauit, adscribat suæ nostram sententiam. Quin ipsum *Isocratem*, quem [f] diuinus auctor Plato suum ferè æqualem admirabiliter in Phædro laudari fecit à Socrate, quémque omnes docti summum oratorem esse dixerunt: tamen [g] hunc in numero non repono. non enim in acie versatur, & [h] ferro, quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem (vt cum maximis minima conferam) gladiatorū par nobilissimum inducitur: Æschines, [i] tanquam Æserninus (vt ait Lucilius) *non spurcus homo, sed doctus & acer*,

Cum [k] Pacidiano hic componitur optimus longè
Post homines natos.

Nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse diuinius.

Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur: vnum [l] hoc, verum melius

a *v. c.* teretis auris P. CCXLIIII.

b L. & integrè. At si ample, & ornatè, & copioſè, cum ead. int. Att. est: cui dub. est,

c Interpretis munus

d L. non verbum verbo. Sic Horatius libro de arte: Nec verbum verbo curabit reddere fidus interpres.*

e L. qui se esse Atticos volunt,

f Idem de Oratore.*

g L. tamen hunc hoc in numero n. r. P. B.

h L. & ferro: sed quasi rud.

i citantur hi versus à Nonio cap. 4. in Spurcū 425.

k L. Placidiano: sic Nonius cap. 4. in spurcum, sic Cicero 3. de Oratore, & Horat. 2 satyr. 7. al. Pacideiano. 4. Tusculana

l L. vnū hoc, verùm melius Græci: &

a *fort.* quod ultimus esse gradus oratorum.

b L. Iænitas vim: c hæc vox deest Lambino aut fortè alia eius loco subsiciunda.*

d hoc duos vt ædificiorum, delet Lambinus.*

e P. B. f L. in quo erunt summi; erit oratio. Præstantissimus: in

g al. erit oratione perfectissimus: al. aut e- rit: si est,

h L. sed qui hodierni vocantur, fani & sicci d. h. ut vis palæstrici. Sic x. Ioseph. sic x.

i sanguinem ita restituit ex vetustissimis exemplaribus Orator.*

k L. debuisse,

l L. increbuit

m L. nam si ipsa respondebuntur, esset.

Græci à quo quæratur, ecquid possint ipsi melius Latinè. Alterum, Quid istas potiùs legam, quàm[a] Græcas? Iidem Andriam,& Synephebos: nec minùs Terentium, & Cæciliũ quàm Menandrum legunt: nec Andromacham, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant. sed tamen Ennium, & Pacuuium,& Accium potiùs, quàm Euripidem & Sophoclem legunt. Quod igitur est eorum in orationibus è Græco conuersis, fastidium, nullum cùm sit in versibus? Sed aggrediamur iam quod suscepimus, si priùs exposuerimus, quæ causa in iudicium deducta sit. Quum esset lex [b] Athenis, nequis populi scitum faceret, vt quisquam corona donaretur in magistratu priùs, quàm rationes retulisset: & altera lex eos, qui à populo donarentur, in concione donari debere: quia [c] in senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit, eósque refecit pecunia sua: de hoc igitur Ctesiphõ scitũ fecit, nullis ab ipso rationibus relatis, vt corona aurea donaretur: eáq; donatio fieret in theatro populo cõuocato: qui locus nõ est cõcionis legitimæ: atq; ita prædicaretur, eũ donari virtutis ergò, beniuolentiæq;, quã erga populũ Athenienſem haberet. Hunc igitur Ctesiphõtem in iudicium adduxit Æschines, quòd [d] contra leges scripsisset, vt [e] & rationibus non relatis corona donaretur. & vt in theatro, & quòd de virtute eius, & [f] beneuolentia, falsa scripsisset, quoniam Demosthenes nec vir bonus esset, nec bene meritus de ciuitate.

A Causa ipsa abhorret illa quidem à formula consuetudinis nostræ, sed est magna. Habet enim & legum interpretationem satis acutam in vtramque partem, & meritorum in rempublicam contentionem sanè grauem. Itaque[a] causa fuit Æschini, quoniam ipse à Demosthene esset capitis accusatus, quòd [b] legationem ementitus esset, vt vlciscendi inimici causa, nomine Ctesiphontis, iudicium fieret de factis, famáque Demosthenis. Non enim tam multa dixit de rationibus non relatis, quàm de eo, quòd ciuis improbus, vt optimus, laudatus esset. Hanc multam Æschines à Ctesiphonte petiit quadrienio ante Philippi Macedonis mortem: sed iudicium factum est aliquot annis pòst, Alexandro [c] iam Asiam tenente: ad quod iudicium concursus dicitur è tota Græcia factus esse. Quid enim aut tam visendum, aut [d] audiendum fuit, quàm summorum oratorum in grauissima causa, accurata, & inimicitiis incensa contentio? Quorũ ego orationes si, vt spero, ita expressero, virtutibus vtens illorum omnibus, id est, sententiis, & earum figuris, & rerum ordine, verba persequens eatenus, vt ea non abhorreant à more nostro: (quæ si è Græcis omnia conuersa non erunt, tamen vt generis eiusdem sint, elaborauimus) erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes, qui Attice volunt dicere. sed de nobis satis. Aliquando enim Æschinem ipsum Latinè dicentem audiamus.

a L. quàm Græci? Nec Andromacha. hã igitur, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant. Sed tamen Enniũ, & Pacuuiũ, & Accium potiùs, quàm Euripidem, & Sophoclẽ legunt. Iidẽ Andriam, & Synephebos: nec minus Terentium, & Cæcilium, quàm Menandrum legunt.

b summa orationum cõtrariarum Demosthenis & Aeschinis.*

c L. quia in sua tribu, &c. præcè. Id quæ confirmat Vlpianus interpres Demosthenis.*

d παραγράφων

e L. & vt rat.

f v.c. & beneuolentia,

a L. Causa autẽ fuit accusandi Ctesiphontis Aeschinẽ, quon.

b παραπρεσβείας

c Αλεξάνδρου τῆς Ασίας κρατοῦντος.

d L. aut tam audiend.

M. T. CICERONIS

OPERVM TOMVS II.

QVI CONTINET ORATIONES OMNEIS QVÆ EXSTANT.

Quarum orationum indicem versa pag. te docebit.

ORATIONES OMNES M. T. CICERONIS, QVÆ EXSTANT.

Pro P. Quinctio, Oratio I. pagina 1.
Pro Sex. Roscio Amerino, Oratio II. 21.
Pro Q. Roscio comœdo, Oratio III. 49.
Diuinatio in C. Verrem, Oratio IIII. 61.
Procœmium actionis I. in C. Verrem, Oratio V. 73.
Accusationis in C. Verrem lib. I. Oratio VI. 85.
Accusationis in C. Verrem lib. II. Oratio VII. 121.
Accusationis in C. Verrem lib. III. Oratio VIII. 163.
Accusationis in C. Verrem lib. IIII. Oratio IX. 219.
Accusationis in C. Verrem lib. V. Oratio X. 259.
Pro M. Fonteio, Oratio mutilata & truncata, XI. 303.
Pro Aulo Cæcina, Oratio XII. 213.
Pro Lege Manilia ad populum Rom. Oratio XIII. 335.
Pro A. Cluentio Auito, Oratio XIIII. 251.
De Lege Agraria, contra P. Seruilium Rullum tribun. pl. in senatu, Oratio XV. 397.
De Lege Agraria, contra P. Seruilium Rullum ad populum, Oratio XVI. 405.
De Lege Agraria ad populum Rom. contra Rullum trib. pleb. Oratio XVII. 429.
Pro C. Rabirio perduellionis reo, ad Quirites, Oratio XVIII. 433.
In L. Catilinam in senatu, Oratio XIX. 441.
In L. Catilinam ad Quirites, Oratio XX. 449.
In L. Catilinam ad populum, seu ad Quirites, Oratio XXI. 457.
In L. Catilinam in senatu, Oratio XXII. 465.
Pro L. Muræna, Oratio XXIII. 471.
Pro L. Flacco, Oratio XXIIII. 495.
Pro L. Sylla, Oratio XXV. 523.
Pro A. Licinio Archia poeta, Oratio XXVI. 541.
Ad Quirites post reditum suum, Oratio XXVII. 549.
Post reditum in senatu, Oratio XXVIII. 517.
Pro domo sua ad Pont. Oratio XXIX. 567.
De Aruspicum responsis in senatu, Oratio XXX. 601.
Pro Cn. Plancio, Oratio XXXI.
Pro P. Sextio, Oratio XXXII. 645
In P. Vatinium, Oratio XXXIII. 683
Pro M. Cælio, Oratio XXXIIII. 693
De prouincijs consularibus, Oratio XXXV 713.
Pro L. Cornelio Balbo, Oratio XXXVI. 729.
In L. Pisonem, Oratio XXXVII. est autem mutilata. 741.
Pro T. Annio Milone, Oratio XXXVIII. 766
Pro C. Rabirio Postumo, Oratio XXXIX. 789.
Pro M. Marcello, Oratio XL. 797.
Pro Q. Ligario ad Cæsarem, Oratio XLI. 797
Pro rege Deiotaro ad Cæsarem, Oratio XLII. 805.
In M. Antonium Philippica prima Oratio XLIII. 813.
In M. Antonium Philippica II, Oratio XLIIII. 831.
In M. Antonium Philippica III. Oratio XLV. 855.
In M. Antonium Philippica IIII, Oratio XLVI. 865.
In M. Antonium Philippica V, Oratio XLVII. 869.
In M. Antonium Philippica VI, Oratio XLVIII. 881.
In M. Antonium Philippica VII, Oratio XLIX. 885.
In M. Antonium Philippica VIII, Oratio L. 891.
In M. Antonium Philippica IX, Oratio LI. 897.
In M. Antonium Philippica X, Oratio LII. 901.
In M. Antonium Philippica XI, Oratio LIII. 907.
In M. Antonium Philippica XII, Oratio LIIII. 917.
In M. Antonium Philippica XIII, Oratio LV. 925.
In M. Antonium Philippica XIIII, Oratio LVI. 637.
Incerti auctoris in Ciceronem, Oratio. 945
Incerti auctoris responsio. 951.

M. TVLLII CICERONIS PRO PVBLIO QVINCTIO, ORATIO PRIMA.

SYNOPSIS.

Quæstio. *An si Sex. Quinctius vadimonium non deseruerit, Sexto Nævio bona Quinctij ex edicto prætoris possidere liceuerit?* Actor, *Nævius.* Patronus Nævij, *Hortensius.* Reus, *Quinctius.* Patronus Quintij, *Cicero:* Iudex *Aquillius:* Adsessores *L. Lucullus, Quintilius, M. Marcellus.* Acta hæc oratio *in (omitio, Cicerone 26. ætatis annum agente, anno vrbis 672. & in eadem vice se Cicero videtur.*

QVAE RES in ciuitate duę plurimùm possùnt, eę contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia, & eloquentia: quarum alteram, C. Aquilli, vereor [a], alteram, metuo. eloquentia Qu. Hortensij [b] ne me [c] dicendo impediat, nonnihil commoueor: gratia Sex. Nævij [d] ne P. Quinctio noceat, id verò non mediocriter pertimesco. Neque hoc tantopere querendũ videretur, hæc summa [e] in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. verùm ita se res habet, vt ego, qui neque vsu [f] satis, & ingenio parum possùm, cum patrono dissertissimo cõparer: P. Quinctius, cui tenues opes [g], nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat. Illud, quoque nobis accedit [h] incõmodum, quòd M. Iunius, qui hãc causam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multũ, & sæpe versatus, hoc tempore abest, noua legatione impeditus: & ad me ventum est, qui, vt [i] summa haberem cetera, temporis quidem certè vix satis habui, vt rem tantam, tot controuersiis implicatam, possem cognoscere. Ita, quod mihi consueuit in ceteris causis esse adiumento, id [k] quoque in hac causa deficit. Nam, quo [l] minus ingenio possùm, subsidio mihi diligentiam comparaui: quæ quanta sit, nisi tempus, & spatium datum sit, intelligi non potest. Quæ quo plura sunt, C. Aquilli, eo te, & hos, qui tibi in consilio [m] adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit: vt multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur. Quòd si tu iudex nullo [n] præsidio fuisse videbere contra vim, & gratiam, solitudini, atque inopiæ: si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur: profectò nihil est iam sanctum, atque sincerum in ciuitate: nihil, quòd humilitatem cuiusquam, grauitas, & virtus iudicis consoletur. Certè aut apud te, & eos, qui tibi adsunt, veritas valebit: aut ex hoc loco repulsa vi & gratia, locũ vbi consistat, reperire non poterit. Non [o] eo dico, C. Aquilli, quo [p] mihi veniat in dubium tua fides, & constantia, aut [q] quò non iis, quos [r] tibi aduocasti, viris electissimis [s] ciuitatis, spem summã habere. P. Quinctius debeat. Quid ergo est? Primùm magnitudo periculi summo timore hominem afficit, quòd vno iudicio de fortunis omnibus decernit: ídque dum cogitat, non minùs sæpe ei venit in mentem potestatis, quàm æquitatis tuæ: propterea quòd *omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione, ac potestate sunt, quàm, quid debeat facere.* Deinde habet aduersarium P. Quinctius verbo, Sex. Nævium: re vera, huiusce ætatis homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos [a] nostræ ciuitatis: qui communi studio, summis opibus Sext. Nævium defendunt: *si, id est defendere, cupiditati alterius obtemperare,* quo is faciliùs, quem velit, iniquo iudicio opprimere possit. Nam quid hoc iniquius, aut indignius, C. Aquilli, dici, aut cõmemorari potest, quàm me, qui caput alterius, famam, fortunásque defendam, priore [b] loco causam dicere: cùm præsertim Q. Hortensius, qui hoc iudicio parteis accusatoris obtinet, contra me sit dicturus: cui summam copiam [c], facultatémque dicendi natura largita est? Ita fit, vt ego, qui tela [c] depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cùm etiam telum aduersarius nullum iecerit: illis autem id tempus impugnandi detur, cùm & vitandi illorum impetus potestas ademta nobis erit: &, siqua in re, id [d] quod parati sunt facere, falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum, iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Id áccidit prætoris [e] iniquitate, & iniuria: primùm, quòd contra [f] omnium consuetudinem, iudicium priùs [g] de probro [h], quàm de re [i], maluit fieri. deinde, quòd ita constituit id ipsum iudicium, vt reus, antequàm verbum accusatoris audisset, causam dicere cogeretur. quod eorum gratia, & potentia factum est, qui, quasi sua res, aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nævij studio, & cupiditati morem gerunt: & in eiusmodi rebus opes suas experiuntur, in quibus, quo plus propter virtutem, nobilitatémque possunt, eo minùs, quantum possint, debent ostẽdere. Cùm tot, tantísque difficultatibus affectus, atque afflictus, in tuam, C. Aquilli, fidem [k], veritatem, misericordiam P. Quinctius confugerit: cùm adhuc ei propter vim aduersariorum non ius par [l], non agendi potestas éadem, non magistratus æquus rei

a L. fortissimos *Ves.* horrentissimos *Kanonetus* potentissimos.*

b Prætore loco actores dicere consueuerant.*

c Allegoria.*

d Lid quod parati sunt facere, venenatum aliquod telum iecerint, &c.

e Dolabellæ.*

f Mos iudiciorum duplex.*

g Nam Marcellus sic p. II. ait *l. 7. §. fi. ff. de restitut. in integrum* boni Prætoris est potius restituere litem, vt & ratio & æquitas postulabit, quàm actionem famosam constituere: ad quam tum demum descendendum est cum remedio locus esse non potest.*

h hoc est vadimonio deserto.*

i hoc est de re pecuniaria ciuili actione, arbitrio pro socio.*

k Iudicis fides, veritas misericordia.*

l Ius par, id est reo & actori & in omnes æquabile a de lege uent. *iudi.*

NARRATIO.

periri potuerit: cùm ei summam per iniuriam omnia inimica, atque infesta fuerint: te, C. Aquilli, vósque, qui in consilio adestis, orat, atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam, atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere, & cõsumari patiamini. Id quò faciliùs facere possitis, dabo operã, vt à principio, res quèadmodũ gesta, & contracta sit, cognoscatis. ¶ C. Quinctius fuit P. Quinctij huius fratter: sanè ceterarum [z] rerum paterfamiliãs & prudens, & attentus: vna in re paullo minùs consideratus, qui [b] societatem cum Sex. Næuio fecerit, vitro bono [c], veruntamen non ita instituto, vt iura societatis, & officia certi patris familiãs nosse posset: non quò ei deesset ingenium: (nam neque parum facetus fcurra Sex. Næuius, neque inhumanus [d] præco est vmquam existimatus.) Quid ergo est? Cùm ei natura nihil melius, quàm vocem, dedisset, pater nihil, præter libertatem, reliquisset: vocem in quæstum contulit: libertate [e] vsus est, quò impuniùs dicax esset. Quare quòd socium tibi eum velles adiungere, nihil erat, nisi vt in tua pecunia conficeret, qui pecuniæ fructus esset, tamen inductus consuetudine, ac familiarite Quinctius fecit [f], vt dixi, societatem earum rerum, quæ in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta, & fructuosa. Tollitur ab atriis [g] Liciniis, atque à præconum confessu in Galliam Næuius, & trans Alpeis vsque transfertur. Fit magna mutatio loci [h], non ingenij. Nam, qui ab adolescentulo quæstum [i] sibi instituisset sine [k] impendio [l], posteaquàm nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse nõ poterat. Nec mirũ, si is, qui vocẽ venalem habuerat, ea, quæ voce quæsiuerat [m], magno sibi quæstui fore putabat. Itaq; hercule haud mediocriter de [n] cõmuni, quidquid poterat, ad se in priuatam domũ seuocabat. Qua in re ita diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatem gererent, arbitrium [o] pro socio condemnari solerent. Vetùm his de rebus non necesse habeo dicere ea, quę me P. Quinctius cupit commemorare: tamesi [p] causa postulat: tamen quia postulat, non [q] flagitat, præteribo. Cùm annos iam cõplureis societas esset, & cùm sæpe suspectus Quinctio Næuius fuisset, neque ita commodè posset rationem reddere earum rerum, quas libidine, non ratione gesserat: moritur in Gallia Quinctius, cùm adesset Næuius: & moritur repentinò. heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium: vt, ad quem summus mærõ morte sua veniebat, ad eundem summus honos quoque peruenireret. Quo mortuo, necrita multò pòst in Galliam proficiscitur Quinctius. Ibi cum isto Næuio familiariter viuit. annum ferè vnà sunt, cùm & de societate inter se multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana: neque interea verbum vllum interposuit Næuius, aut societatẽ sibi quidpiã debere, aut priuatim Quinctiũ debuisse. Cùm æris alieni aliquantulũ esset relictũ, quib. nominibus pecuniam Romæ curari oporteret: auctionem in Gallia P. hic Quinctius Narbone se facturũ esse proscribit, earum rerũ, quæ ipsius erant priuatq. Ibi tũ vir optimus, Sex. Næuius, hominem multis verbis deterret, ne auctionetur: eum non ita cõmodè posse eo tẽpore, quæ proscripsisset, vẽdere. Romæ sibi nummorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret, pro fraterna illa necessitudine, & [a] pro ipsius affinitate. nã P. Quinctij consobrinã habet in matrimonio Næuius, & ex ea liberos. Quia, quod virũ bonum facere oportebat, id loquebatur Næuius: credidit Quinctius, eum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum. auctionem velle facere desistit: Romã proficiscitur: decedit [b] ex Gallia Romam simul Næuius. Cùm pecuniam C. Quinctius P. Scapulę [c] debuisset: per te, C. Aquilli, decidit P. Quinctius, quod liberis eius dissoluerẽt. Hoc eò per te agebatur, quòd propter ætariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse, quãtum deberetur, nisi [d] à Quæstoribus quæsisset [e], quantum solueretur. Decidis, statuísque tu propter necessitudinem [f], quæ tibi cum Scapulis est, quid ijs ad denarium [g] solueretur. Hæc omnia Quinctius agebat auctore, & cõsuatore Næuio. nec mirum, si eius vtebatur consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat. non modò enim pollicitus erat in Gallia: sed Romæ quotidie, simulatque sibi hic annuisset [h], numeraturũ se dicebat. Quinctius porrò istum posse facere videbat: debere intelligebat: mentiri, quía causa, cur mentiretur, non erat: non putabat. quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis datum [i]. Næuium certiorem facit: rogat, vt curet, quod dixisset. Tum iste vir optimus (vereor, ne se deriderí putet, quòd iterum iã dico, optimus) qui hũc in summas angustias adductum putatet, vt eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret, assem sese negat daturum, nisi prius de rebus, rationibúsque societatis omnibus decidisset: & scisset, sibi cum Quinctio controuersiæ nihil futurum. Posterius, inquit, ista videbimus, Quinctius: nunc hoc velim cures (si tibi videtur) quod dixisti. Negat se alia ratione factutum. quod promisisset, non [k] plus sua referre, quàm si, cum [l] auctionem venderet, domini iussu quippiã [m] promisisset. Destitutione illa perculsus [n] Quinctius, à Scapulis paucos dies aufert [o]: in Galliam mittit, vt ea, quæ proscripserat, venirent; deteriore tempore absens auctionatur: Scapulis difficiliore conditione dissoluit. tunc appellat vltro Næuium, vt, quoniam suspicaretur aliqua de re fore controuersiam, videret, vt quàm primùm, & quàm minima cum molestia tota res transigeretur. Dat iste amicum P. M. Trebellium: nos communem necessarium, qui istius domi erat educatus, & quo vtebatur iste plurimùm, propinquũ nostrum, Sex. Alphenum. Res conuenire nullo modo poterat: propterea quòd hic mediocrẽ iacturam facere cupiebat: iste mediocri prędacontentus non erat. Itaque ex eo tempore res esse in [q] vadimonium cœpit. Cùm vadimonia sæpe dilata essent, & cùm aliquantum temporis in ea re esset consumtum, neque [r] quidquam perfectum esset, venit ad vadimonium Næuius. Obsecro, C. Aquilli, vósque, qui adestis in consilio, vt diligenter attendatis, vt singulare genus fraudis, & nouam rationem insidiarum cognoscere possitis. Ait, se auctionatum esse in Gallia: quod sibi videretur, se vendidisse: curasse, ne quid sibi societas deberet: se iam neque vadari [s] amplius, neque vadimonium facere vel ponere *de fundos*. In vadimonium autem, cùm vades sæu fidesiussores postulari incipiunt: [t] quam profectum esset: [u] vades locupletes certæ pecuniæ postulare.

[z] *al.* cetera sic Liuius 22. par cetera Allienſi Sallustius cetera P. Romani ignarus.*

[a] *fort.* & pro ipsorũ affi.

[b] *al.* discedit.

[c] gentili suo hoc est Quinctiæ gentis 7. *Plin.* 55. *Die.* 55.*

[d] *al.* nisi ad Castoris qui *al.* ad Castoris templum quo in loco admittis amicis de re nummaria controuersias plerunque finiebat *sed* à Quæstoribus *remendat Hotomanus* cosque intelligit qui pecuniã vectigalium in Aerarium P. Romani referebant.* e *al.* quæsisses.*

[e] libertate vsus est, quò impuniùs dicax esset. Quare quòd socium tibi eum velles adiungere, nihil erat, nisi vt in tua pecunia conficeret, qui pecuniæ fructus esset, tamen inductus consuetudine, ac familiarite Quinctius fecit, vt dixi, societatem earum rerum, quæ in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta, & fructuosa. Tollitur ab atriis Liciniis, atque à præconum confessu in Galliam Næuius, & trans Alpeis vsque transfertur. Fit magna mutatio loci, non ingenij. Nam, qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio, posteaquàm nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse nõ poterat. Nec mirũ, si is, qui vocẽ venalem habuerat, ea, quæ voce quæsiuerat, magno sibi quæstui fore putabat. Itaq; hercule haud mediocriter de cõmuni, quidquid poterat, ad se in priuatam domũ seuocabat. Qua in re ita diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatem gererent, arbitrium pro socio condemnari solerent. Vetùm his de rebus non necesse habeo dicere ea, quę me P. Quinctius cupit commemorare: tamesi causa postulat: tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. Cùm annos iam cõplureis societas esset, & cùm sæpe suspectus Quinctio Næuius fuisset, neque ita commodè posset rationem reddere earum rerum, quas libidine, non ratione gesserat: moritur in Gallia Quinctius, cùm adesset Næuius: & moritur repentinò. heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium: vt, ad quem summus mærõ morte sua veniebat, ad eundem summus honos quoque peruenireret. Quo mortuo, necrita multò pòst in Galliam proficiscitur Quinctius. Ibi cum isto Næuio familiariter viuit. annum ferè vnà sunt, cùm & de societate inter se multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana: neque interea verbum vllum interposuit Næuius, aut societatẽ sibi quidpiã debere, aut priuatim Quinctiũ debuisse. Cùm æris alieni aliquantulũ esset relictũ, quib. nominibus pecuniam Romæ curari oporteret: auctionem in Gallia P. hic Quinctius Narbone se facturũ esse proscribit, earum rerũ, quæ ipsius erant priuatq. Ibi tũ vir optimus, Sex. Næuius, hominem multis verbis deterret, ne auctionetur: eum non ita cõmodè posse eo tẽpore, quæ proscripsisset, vẽdere. Romæ sibi nummorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret, pro fraterna illa necessitudine, & pro ipsius affinitate. nã P. Quinctij consobrinã habet in matrimonio Næuius, & ex ea liberos. Quia, quod virũ bonum facere oportebat, id loquebatur Næuius: credidit Quinctius, eum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum. auctionem velle facere desistit: Romã proficiscitur: decedit ex Gallia Romam simul Næuius. Cùm pecuniam C. Quinctius P. Scapulę debuisset: per te, C. Aquilli, decidit P. Quinctius, quod liberis eius dissoluerẽt. Hoc eò per te agebatur, quòd propter ætariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse, quãtum deberetur, nisi à Quæstoribus quæsisset, quantum solueretur. Decidis, statuísque tu propter necessitudinem, quæ tibi cum Scapulis est, quid ijs ad denarium solueretur. Hæc omnia Quinctius agebat auctore, & cõsuatore Næuio. nec mirum, si eius vtebatur consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat. non modò enim pollicitus erat in Gallia: sed Romæ quotidie, simulatque sibi hic annuisset, numeraturũ se dicebat. Quinctius porrò istum posse facere videbat: debere intelligebat: mentiri, quía causa, cur mentiretur, non erat: non putabat. quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis datum. Næuium certiorem facit: rogat, vt curet, quod dixisset. Tum iste vir optimus (vereor, ne se deriderí putet, quòd iterum iã dico, optimus) qui hũc in summas angustias adductum putatet, vt eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret, assem sese negat daturum, nisi prius de rebus, rationibúsque societatis omnibus decidisset: & scisset, sibi cum Quinctio controuersiæ nihil futurum. Posterius, inquit, ista videbimus, Quinctius: nunc hoc velim cures (si tibi videtur) quod dixisti. Negat se alia ratione factutum. quod promisisset, non plus sua referre, quàm si, cum auctionem venderet, domini iussu quippiã promisisset. Destitutione illa perculsus Quinctius, à Scapulis paucos dies aufert: in Galliam mittit, vt ea, quæ proscripserat, venirent; deteriore tempore absens auctionatur: Scapulis difficiliore conditione dissoluit. tunc appellat vltro Næuium, vt, quoniam suspicaretur aliqua de re fore controuersiam, videret, vt quàm primùm, & quàm minima cum molestia tota res transigeretur. Dat iste amicum P. M. Trebellium: nos communem necessarium, qui istius domi erat educatus, & quo vtebatur iste plurimùm, propinquũ nostrum, Sex. Alphenum. Res conuenire nullo modo poterat: propterea quòd hic mediocrẽ iacturam facere cupiebat: iste mediocri prędacontentus non erat. Itaque ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit. Cùm vadimonia sæpe dilata essent, & cùm aliquantum temporis in ea re esset consumtum, neque quidquam perfectum esset, venit ad vadimonium Næuius. Obsecro, C. Aquilli, vósque, qui adestis in consilio, vt diligenter attendatis, vt singulare genus fraudis, & nouam rationem insidiarum cognoscere possitis. Ait, se auctionatum esse in Gallia: quod sibi videretur, se vendidisse: curasse, ne quid sibi societas deberet: se iam neque vadari amplius, neque vadimonium facere vel ponere *de fundos*. In vadimonium autem, cùm vades sæu fidesiussores postulari incipiunt: quam profectum esset: vades locupletes certæ pecuniæ postulare.

[f] *Vide* 7. *Plin.* 54.*

[g] ad denarium, est ad pecuniæ Romanæ rationem Alij integræ summæ solutionem interpretantur male, ad denarium vel denario lucri est pecunia Romana non Ciceronis hoc est Asiatica: non victoriata id est Gallica & frumentibus.*

[h] L. imperfect, ¶ id est significasset, nã annuere est cõprobare.* i L. se daturum.

[k] *fort.* non plus

[l] L. cum ita auctione vend. ¶ *al.* cũ auctione venderet sed Turnebo auctionem vendere hic eadem forma dicendi qua à Cæsare legionem vendere.*

[m] *al.* cuippiã *al.* pereũdem

[n] de communi dotem constituere ita dicimus *l.* 81. *ff. pro socio.**

[o] L. arbitrio pro socio. ¶ rectè: idque probabilius quàm quod à Manutio legitur. ad arbitrum. *Rancouenus* ad arbitrum *Pantagathus* ad vltimũ.*

[p] L. nam tametsi

[q] flagitare plus est quàm postulare. Illud enim fit quasi cum conuitio.*

[r] *al.* nõ.*

[s] *fort.* & proipsorũ affi.

[t] *al.* discedit.

[u] gentili suo hoc est Quinctiæ gentis 7. *Plin.* 55. *Die.* 55.*

[z] *al.* nisi ad Castoris qui *al.* ad Castoris templum quo in loco admittis amicis de re nummaria controuersias plerunque finiebat *sed* à Quæstoribus *remendat Hotomanus* cosque intelligit qui pecuniã vectigalium in Aerarium P. Romani referebant.* e *al.* quæsisses.*

[a] *al.* cetera sic Liuius 22. par cetera Allienſi Sallustius cetera P. Romani ignarus.*

[b] Ironia.*

[c] *al.* quod

[d] *al.* inurbanus.*

[e] id est, libertatis prerogatiua abusus est ad maledicendum.*

[f] Iurisconsultis coire, inire, contrahere societatem dicũt, at non facere, *vt hic l. coiri.* 7. *& passim ff. pro socio.**

[g] Atria Licinia locus in vrbe, vbi præcones versabantur. In Palatio locatur quibusdam.*

[h] sic Aeschines aduersus Ctesiphontẽ. ὑγδὲ τὸ πρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετηλλάξεν & poeta cœlum non animum mutant.*

[i] an à lucro differat *v. l.* 8. *& c.* 13. *pro socio.**

[k] Id si inter socios cadit genus societatis leoninæ dicitur *l.* 29. *in ff. pro socio.**

[l] hoc est dãno quo verbo nostri frequentius P. III. vtuntur *l.* 55. *ff. pro socio.**

[m] *al.* quæsierat.*

[n] de communi dotem constituere ita dicimus *l.* 81. *ff. pro socio.**

[o] L. arbitrio pro socio. ¶ rectè: idque probabilius quàm quod à Manutio legitur. ad arbitrum. *Rancouenus* ad arbitrum *Pantagathus* ad vltimũ.*

[p] L. nam tametsi

[q] flagitare plus est quàm postulare. Illud enim fit quasi cum conuitio.*

[r] *al.* nõ.*

[s] *fort.* & proipsorũ affi.

[t] *al.* discedit.

[u] gentili suo hoc est Quinctiæ gentis 7. *Plin.* 55. *Die.* 55.*

[z] *al.* nisi ad Castoris qui *al.* ad Castoris templum quo in loco admittis amicis de re nummaria controuersias plerunque finiebat *sed* à Quæstoribus *remendat Hotomanus* cosque intelligit qui pecuniã vectigalium in Aerarium P. Romani referebant.* e *al.* quæsisses.*

[a] *al.* cetera sic Liuius 22. par cetera Allienſi Sallustius cetera P. Romani ignarus.*

[b] Ironia.*

[c] *al.* quod

[d] *al.* inurbanus.*

[e] id est, libertatis prerogatiua abusus est ad maledicendum.*

[f] Iurisconsultis coire, inire, contrahere societatem dicũt, at non facere, *vt hic l. coiri.* 7. *& passim ff. pro socio.**

[g] Atria Licinia locus in vrbe, vbi præcones versabantur. In Palatio locatur quibusdam.*

[h] sic Aeschines aduersus Ctesiphontẽ. ὑγδὲ τὸ πρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετηλλάξεν & poeta cœlum non animum mutant.*

[i] an à lucro differat *v. l.* 8. *& c.* 13. *pro socio.**

[k] Id si inter socios cadit genus societatis leoninæ dicitur *l.* 29. *in ff. pro socio.**

[l] hoc est dãno quo verbo nostri frequentius P. III. vtuntur *l.* 55. *ff. pro socio.**

[m] *al.* quæsierat.*

[n] de communi dotem constituere ita dicimus *l.* 81. *ff. pro socio.**

[o] L. arbitrio pro socio. ¶ rectè: idque probabilius quàm quod à Manutio legitur. ad arbitrum. *Rancouenus* ad arbitrum *Pantagathus* ad vltimũ.*

[p] L. nam tametsi

[q] flagitare plus est quàm postulare. Illud enim fit quasi cum conuitio.*

[r] *al.* nõ.*

[s] vades *pro lege Manil. Verrina* 7. In possessionem *pro Caecina* in libello. stigium facere vel ponere *de fundos*. In vadimonium autem, cùm vades sæu fidesiussores postulari incipiunt.* quam profectum esset: vades locupletes certæ pecuniæ postulare.

dimonium promittere. si quid agere secum velit Quinctius, non recusare. Hic, cùm rem Gallicanam cuperet reuisere, hominem in [a] præsentia non vadatur. ita sine vadimonio discedit. Deinde Romæ dies XXX. ferè Quinctius commoratur. cum ceteris, quæ [b] habebat, vadimonia differt, vt expeditus in Galliam proficisci posset. proficiscitur. Roma egreditur ante [c] diem III. Kalend. Februarij, Scipione & Norbano coss. Quæso, vt eum diem memorię mandetis. L. Albius, Sex. filius, Quirina [d], vir bonus, & cum primis honestus, vna profectus est. Cùm venissent ad Vada Volaterrana quæ nominantur, vident perfamiliarem Næuij, qui ex Gallia pueros venaleis isti adducebat, L. Publicium, qui, vt Romā venit, narrat Nævio, quo in loco viderit Quinctium. quòd nisi ex [e] Publiano narratum Nævio esset, non tam citò res in contentionē venisset. Tum [f] Nævius pueros circū amicos dimittit: ipse suos necessarios ab atriis [g] Liciniis & à faucibus macelli corrogat, vt ad itabulā Sestiā sibi adsint hora secunda postridie. veniunt frequentes. *testificatur* [l] *iste, P. m Quinctium non stetisse* [n], *& se stetisse*. tabulæ maximę signis hominum nobilium consignantur: discēditur. postulat à Burrieno prętore Nævius, *vt ex edicto bona possidere liceat. Iussit bona proscribi* eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, affinitas, liberis istius viuis, diuelli nullo modo poterat. Qua ex re intelligi facilè potuit, *nullum esse officium tam sanctum, atque solemne, quod non auaritia comminuere, atque violare soleat*. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est iste, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanū se, & perfidiosum, & impiū esse faceatur. Libellos [p] Sex. Alphenus, procurator [q] P. Quinctij, familiaris & propinquus Sex. Nænij, deiecit: seruulū vnū, quem iste prehenderat, abduxit: denūtiat, sese procuratorem esse: istum, æquum esse famæ, fortunisque P. Quinctij consulere, & aduentum eius exspectare. Quod si facere nolit, atque inhibuerit [r] eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari: &, si quid agere velit, iudicio defendere. Hæc dum Romæ geruntur, Quinctius interea contra [s] ius, & consuetudinem, edicto prætoris, de saltu, agróque communi à seruis communibus vi detruditur. Existima, C. Aquilli, id, modo, & ratione omnia Romæ Nævium fecisse, si hoc, quod per literas istius in Gallia gestum est, rectè atque ordine factum videtur. Expulsus, atque eiectus è prædio Quinctius, accepta insigni iniuria, confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum erat in provincia: quem, vt ipsis dignitas poscit, honoris gratia nomino. Is eam rem quàm vehementer vindicandam putarit, ex decretis eius poteritis cognoscere. Alphenus interea Romæ cum isto [t] gladiatore vetulo quotidie pugnabat. vtebatur populo, & sanè suo, propterea quòd iste caput petere nō desinebat. Iste postulat [x], *vt procurator iudicatum solui satisdaret*. negat Alphenus, æquum esse, procuratorem satisdare, quòd reus satisdare nō deberet, si ipse adesset. Appellātur tribuni: à quibus cùm esset certum auxilium petitum, ita tamen discēditur, *vt idibus Septembribus P. Quinctium sisti Sex. Alphenus promitteret*. Venit Romam Quinctius: vadimonium sistit [a]. Iste, homo acerrimus, bonorum possessor, expultor, ereptor, annum & sex menseis nihil petit: quieiecit: conditionibus hunc, quoad potest, producit: à Cn. Dolabella denique prætore postulat, *vt sibi Quinctius iudicatum solui satisdet, ex formula, Quod ab eo petat, cuius, ex edicto prætoris Romani* [b], *bona dies xxx. possessa sint*. non recusabat Quinctius, quin ita satisdare iuberet [c], *si bona possessa essent ex edicto*. Decernit (quàm æquum, nihil dico, vnum hoc dico, nouū: & hoc ipsum tacuisse mallem, quoniam vtrumque quiuis intelligere potuisset.) *iubet* [d] *P. Quinctium sponsionē* [e] *cū Sex. Nævio facere. Si bona sua ex edicto P. Burrieni prætoris dies xxx. possessa essent*. Recusabant qui aderant tū Quinctio, demonstrabant, de re iudicium fieri oportere, vt aut vterque inter se [f], aut neuter satisdaret: non necesse esse famam alterius in iudicium venire. Clamabat porrò ipse Quinctius, sese idcirco nolle satisdare, ne videretur iudicasse, bona sua ex edicto possessa esse. sponsionē porrò si istiusmodi facerentie (id quod nūcuenit) de capite [g] suo priore loco causam esse dicturū. Dolabella (quemadmodum solent homines nobiles: seu rectè, seu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellūt, vt nemo nostro loco natus assequi posset [h]) iniuriam facere fortissimè perseuerat: *aut satisdare* [i], *aut sponsionem iubet facere*: & interea recusantes eis nostros aduocatos acerrimè submoueri [k]. Conturbatus sanè discedit Quinctius, neque mirū, cui hæc optio tam misera, támque iniqua daretur, vt aut ipse se capitis dānaret, si satisdedisset: aut causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Cùm in altera re causæ nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se: quod iudicium grauissimū est: in altera spes esset ad talem virum, iudicem, veniendi, vnde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiæ: *sponsionem facere maluit: fecit te iudice, C. Aquilli* [l], *sumsit: ex*[m] *spōsō negito*. in hoc sum ma iudicij, causáque tota consistit. Iudicium esse, C. Aquilli, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunisque P. Quinctij vides. Cùm maiores ita constituerint, vt, qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret: nos inaudita criminatione accusatorū, priore loco causam dicere intelligis: eos porrò, qui defendere cōsuerunt, vides accusare: & ea ingenia conuerti ad perniciem, quæ antea versabantur in salute, atque auxilio ferendo. Illud etiā restiterat, quod hesterno die fecerūt, vt te in ius adduceremus, vt nobis tempus [q], quamdiu diceremus, præstitueres: quam rē facilè à prætore impetrassent, nisi tu, quod esset tuū ius, & officium, partésque docuisses. Neque nobis adhuc, præter te, quisquā fuit, vbi nostrū ius contra illos obtineremus: neque illis vmquam satis fuit

a sic vadimonium fiere dixit Cato apud Gellium & Apuleius de Magia. *Male legunt* ad vadimonium sistit se.*

b vox Romani *delenda videtur Pisone.**

c *fore* subauditur.

d *iubet* P. Quinctium aut satisdare, aut sponsionem facere, Sex. Nævio, Si bona sua ex ed. P. Burr. pr. dies xxx. possessa essent. Istæ enim sponsiones ab eo qui lacessebat concipiebantur dixi 3. *Verrina*. Partagathus eunam lectionem defendit, & formulam sponsionis in persona Quinctij postulare, *Si in Nævij Nū.**

e De sponsionibus & carū formulis dixi 3. Verrina.*

f erat ea restipulatio.*

g id est fama ac decoro vadimonio.*

P. B.

h L. possit)

i iudicatum solui.*

k *al.* summoueri.

l iudicis sibi sumendi potestas fuisse videtur et qui sponsionem fecisset.*

m Ordo iudicij in hac litis fuisse videtur. Nævius iudicio se sistit, negat Quinctium stetisse: vt ex edicto, bona Quinctij possideat, impetrat. Bona Quinctij proscribit: Quinctium absentem Alphenus procurator defendit: satisdare Quinctium sisti cogitur: Quinctius præsens, aut satisdare iudicatum solui, aut sponsionem facere subigitur à Dolabella prætore. Sponsionem facit Quinctius C. Aquillinum iudicem sumit ex sponsione. itaque nunc agit.* n *al.* ex sponsu *vt apud Gellium. 4. c. 4. & Varronē 5. delingua.** o *al.* agit.* p *al.* atque in auxilio f. q Tempus dicendi præstituebatur à iudice reo & actori. Sic Ciceroni in causa Rabirij, & in Milonis certum tempus præstitutum.*

a *al.* in præsenti

b *al.* quæ habebat vadimonia, differt,

c *Ibi vulg.* ante diem VIII kal. Jan. te diem kal. autem est pridie kalend.

d id est ex Quirinaritu. *Ter.* Quirinas *male.**

e P. B.

f Publicio n.

Ibi vulg.

g Tum Nævius ipse pueros Mos antehandi.*

h dixi 3. Verrina.

i Tabernæ macelli locus non admodū ab atrio Liciniis dissunt. meminit Cicero 3. in *Verrem.**

k L. ad tabulam Sextium & Tabula Sestia locus vbi ius dicebatur vt & Valeria de qua dixi *Orat. in Verrinum* & 13. *familiar.* 2.*

l familis consentaneo apud Plautū *Curculione. Act.* 3. *sc.* 3.*

m L. P. Quinctium nonse fuisse, & se non adfuisse.*

n Consignationes inde dicuntur: testationes seu tabulæ testificandi gratia factæ: obsignatæ, signatæ, &c.

o Consignationes proscriptionibus de quibus dixi infra.*

p procuratoris boni munus & partes in hoc Alphenio non esse possunt.*

q P. V. r Limbi beri fid est sibi plane proposuerit: *Pantagathus* maluerit *al.* instituerit.* s L. contra ius, consuetud nem, edicta prætorum, de saltu, jrrecte. Id enim contra consuetud nim & edicta Prætorum vi is de suis bonis exturbetur qui vadimonium non deseruerit.* t Sexto Nævio.* u prædonibus.*

illud obtinere, quod probari omnibus posset. ita *sine* [a] *iniuria potentiam leuem, atque inopē esse arbitrantur.*

¶Verùm quoniam tibi instat Hortensius, *vt eas in consilium:* à me postulat, ne dicendo tempus absumam: queritur, priore patrono causam defendente, numquam perorari [b] potuisse: non patiar, istam manere suspicionem, nos rem iudicari nolle. nec illud mihi arrogabo, me posse causam commodius demonstrare, quàm antea demonstrata sit: neque tamē tam multa verba faciam, propterea quòd & ab illo [c], qui antè dixit, informata [d] iam causa est: & à me, qui neque excogitare, neque pronuntiare multa possum, breuitas postulatur, quæ mihimet ipsi amicissima est. Faciā, + quod te sæpe animaduerti facere, Hortensi: totam causæ meæ dictionem certas in parteis [e] diuidam. Tu id semper facis, quia semper potes: ego in hac causa faciam, propterea quòd in hac videor posse facere. Quod tibi natura [f] dat, vt semper possis, id mihi causa dat, vt hodie possim. Certos mihi fineis, terminósque constituam, extra quos egredi non possim, si maximè velim: vt & mihi sit propositum de quo dicam: & Hortensius habeat exposita, ad quæ respondeat: & tu, C. Aquilli, iam antè animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis. Negamus, te bona P. Quinctij, Sexte Næui, possedisse ex edicto prætoris. In [g] eo sponsio facta est. Ostendam primùm, *causam non fuisse cur à prætore postulares, vt bona P. Quinctij possideres:* deinde *ex edicto te possidere non potuisse:* postremò, *non possedisse.* Quæso, C. Aquilli, vósque, qui estis in consilio, vt, quid pollicitus sim, diligenter memoriæ mandetis. etenim rem faciliùs totam accipietis, si hæc memineritis: & me facilè vestra existimatione reuocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circūdedi. Nego fuisse causam, cur postularet: Nego ex edicto possidere potuisse: Nego possēdisse. hæc tria cùm docuero, perorabo.

¶*Non* [h] *fuit causa, cur* [i] *postularet.* Quī hoc intelligi potest? quia Sex. Næuio neque ex societatis ratione, neque priuatim quidquā debuit Quinctius. Quis [k] huic rei testis est? idem, qui acerrimus aduersārius. In hac re te, te, inquam, testem, Næui, citabo. Annum, & eo diu tiùs, post mortem C. Quinctij fuit in Gallia tecum simul Quinctius. doce, te petiisse ab eo istam nescio quam, innumerabilem pecuniā: doce, aliquando mentionem fecisse: dixisse deberi. debuisse cōcedam. Moritur C. Quinctius: qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipsum venit in agrum communem: eò denique, vbi non modò res erat, sed ratioquoque omnis, & omnes litteræ. Quis tam dissolutus in re familiari fuisset, quis tā negligens, quis tā tui, Sexte, dissimilis, quim, cùm res ab eo, qui [n] contraxisset, recepisset, & ad heredē peruenisset, non heredem, cùm primùm vidisset, certiorem faceret? appellaret? rationem [o] afferret? siquid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur? Itáne est? Quod viri [p] optimi faciūt, si [q] qui suos propinquos, ac necessarios, caros [r] & honestos esse, atque haberi volunt: id Sex. Næuius non faceret, qui vsque eò feruet, fertúrque [s] auaritia, vt de suis commodis nolit aliquam partem amittere [t], nequam [a] partem huic propinquo suo vllius ornamēti relinquat? Etis pecuniam, siqua deberetur, non peteret, qui, quia, quod debitum numquam est, id datum non est, non pecuniā modò, verùm etiam hominis propinqui sanguinem, vitámque eripere conatur? Huic tu molestus esse videlicet noluisti, quem nunc respirare liberè non sinis: quem nunc interficere nefariè cupis, eum tum pudenter [b] appellare nolebas? Ita credo. hominem propinquum, tui obseruantem, virum bonum, pudētem, maiorem natu, nolebas, aut non audebas appellare. sæpe, vt fit, cùm ipse te confirmasses, cùm statuisses de pecunia mentionem facere, cùm paratus, meditatúsque venisses, homo timidus, virginali verecundia, subitò ipse te retinebas: excidebat repentè oratio, cùm cuperes appellare, non audebas, ne inuitus audiret. id erat profectó. Credamus hoc, Sex. Næuium, cuius caput oppugnet, eius auribus peperciſſe. Si debuisset, Sexte, petisses statim: si non statim, paullo quidē pòst: si nō paullo [c] aliquando: sex quidem illis mensibus profectò: anno [d] vertente sine controuersia. anno & sex mensibus verò, cùm tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis. biennio iam confecto ferè, appellas. Quis tam perditus, ac profusus nepos [e], non adesa f iam, sed abundanti [g] etiam pecunia, sic dissolutus fuisset, vt fuit Sex. Næuius? Cùm hominē nomino, satis mihi videor dicere. Debuit tibi C. Quinctius. numquam petisti. mortuus est ille: res ad heredem venit. cùm eum quotidie videres, post biennium denique appellas. Dubitabitur, vtrum sit probabilius, Sex. Næuium statim, si quid deberetur, petiturum fuisse: an, ne appellaturum quidem biennio? Apellandi tempus non erat? At tecum anno plus vixit. In Gallia agi non potuit? At & in prouincia ius dicebatur, & Romæ iudicia fiebant. Restat, vt aut summa negligentia tibi obstiterit, aut vnica liberalitas. Si negligentiā dices: mirabimur. si bonitatem: ridebimus. neque præterea quid possis dicere, inuenio. Satis est argumenti, nihil esse debitum Næuio, quòd tamdiu nihil petiuit. Quid si hoc ipsum, quod nunc facit, ostendo testimonio esse, nihil deberi? quid enim nunc agit Sex. Næuius? qua de re controuersia est? quod est hoc iudicium, in quo iā biennium versamur? quid negotij geritur, in quo ille tot, & tales viros defatigat [h]? Pecuniā petit. Nunc denique? verumtamen petit. audiamus. De rationibus & controuersiis societatis vult diiudicari. Serò. verùm aliquādo tamen: concedamus. Nō, inquit, id ago, C. Aquilli, neque [i] in eo nunc laboro. pecunia mea tot annos vtitur P. Quinctius. vtatur sanè: non peto. Quid igitur pugnas? an, quod sæpe multis in locis dixisti, ne in ciuitate siē ne locum suum, quem adhuc honestissimè defendit, obtineat? ne numeretur inter viuos? decernat de vita, & ornamentis suis omnibus? apud iudicem causam priore loco dicat: & [k], eam cùm orarit, tum denique vocem accusatoris audiat? quid? hoc quò pertinet? vt ocyus ad tuum perueniās? At, si id velles, iampridem actum esse poterat. Vt honestiore iudicio confligere? At sine summo scelere P. Quinctium, propinquū tuum, iugulare non potes. Vt facilius iudiciū fiat? At neque C. Aquillius de capite alterius libenter iudicat, & Q. Hortensius contra caput non didicit dicere. Quid à nobis autem, C. Aquilli,

a id est nisi iniuriam ali-
P. VI.
cui inferant
b Eadem die vtramque partem dicere & iudicē pronunciare debē ſe in actione de ſponſo quidam ex hoc loco adnotant.*
c M. Iunio de quo 3.*
d Informata causa nihil aliud, quàm nondū bene explicata.*
PARTITIO.*
e *v.c.* partis
f L. natura cedit, vt

g L. in ea verba ſponſio f.
h PRIMVM partitionis membrum, Non fuisse causam, cur postularet Sex. Næuius vt bona P. Quinctij possideret.*
P. B.
i *al.* cur postularet.*
k *Ver.* qui*
l *al.* rectis|| Certa nomina vocare videtur, aperta liquida: quibus opponi forte videntur incerta *l. 1. ff. ad Macedon.**
m Mos veteribus fuit, debitores priuatim prius conuenire, quàm in ius vocarēt aut protraherent *facit l. quidā Hyberus 13. C. de seruitut. vrbano prad. Iuuist 4.**
n L. qui cum contrax.
o *forte* rationes affert
p *al.* iure optimo.*
q L. & siqui,
r L. claros, & hon.
s ita loquitur Horatius.*
t L. amittere, vt aliquā partē.

a *al.* ne aliquam. *al.* vt aliquam.*

b *al.* prudens P. VII. ter, *male.**

c L. ar aliquā-to: || scilicet
post* d Annus vertēs quid, vide apud Cēsorinū de die natali: Victorium. 9. Hic satis nē annus vertens, nihil aliud quàm sequens annus.*
e vide Festū in Nepote.*
f *id est* decreta.*
g *al.* abundante.

P. B.

h *al.* fatigat?

i *al.* neque eo nunc labo.

k L. & est perorarit.

Aquilli, refertur? Pecuniam petit. negamus deberi. iudicium fiat statim: non recusamus. Numquid [a] præterea? si veretur, vt res, iudicio facto, parata sit: iudicatum solui satis accipiat. quibus à me verbis satis accipiet, iisdem ipse, quod peto, satisdet. actum iam potest esse, C. Aquilli. iam tu potes discedere liberatus molestia, propè dicam, non minore, quàm Quinctius. Quid agimus, Hortensi? quid de hac conditione dicimus? possumus aliquando, depositis armis, sine periculo fortunarum, de re pecuniaria disceptare? possumus ita rem nostram persequi, vt hominis propinqui caput, incolume esse patiamur? possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? Immò, inquit, abs te satis accipiam: ego autem tibi non satisdabo. Quis tandem nobis ista iura tam æqua describit? quis hoc statuit, quod [b] æquum sit in Quinctium, id iniquum esse in Nœuium? Quinctij bona, inquit, ex edicto prætoris possessa sunt. Ergo id vt confiteat, postulas? vt, quod numquam factum esse iudicio defendimus, id, proinde quasi factũ sit, nostro iudicio confirmemus. Inueniri [c] ratio, C. Aquilli, non potest, vt ad suum quisque quàm primùm sine cuiusquam dedecore, infamia, perniciéque perueniat? Profectò, siquid deberetur, peteret: non omnia iudicia fieri mallet, quàm vnum illud, vnde hæc omnia nascuntur. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium, cùm potestas esset agendi quotidie: qui, quo tempore primùm malè agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne consumserit: qui [e] postea quoque vadimonium missum fecerit, hunc per insidias vi de agro cõmuni deiecerit: qui, cùm de re [f] agendi, nullo recusante, potestas fuisset, sponsionem de probro [g] facere maluerit: qui, cùm reuocetur ad id iudicium, vnde hæc nata sunt omnia, conditionem æquissimam repudiet: fateatur [h], se non pecuniam, sed vitam [i] & sanguinem petere: is non hoc palàm dicit? mihi siquid deberetur, peterem, atque adeò iampridem absoluissem. nihil hoc tanto negotio, nihil tam inuidioso iudicio, nihil tã copiosa aduocatione vterer, si petendum esset: extorquendum est inuito, atque ingratis[k], quod non debet: eripiendum, atque exprimendum est: de fortunis omnibus P. Quinctius deturbandus est: potentes, diserti, nobiles oratores aduocandi sunt: adhibenda vis est veritati: minæ iactentur: pericula intendantur: formidines opponantur, vt ijs rebus aliquando victus, & perterritus ipse cedat. Quæ mehercule omnia, cùm, qui contrà pugnent, video, & cùm illum consessum considero, adesse, atque impendêre videntur, neque vitari vllo modo possè. cùm autem ad te, C. Aquilli, oculos, animúmque retuli: quo maiore conatu, studióque aguntur, eo leuiora, infirmióráque existimo. Nihil igitur debuit, vt tu ipse prædicas. Quid si debuisset? continuóne causa fuisset, cur à prætore postulares, vt bona possideres? non opinor id quidem neque ius esse, neque cuiquam expedire. Quid igitur demõstrat? vadimonium sibi ait esse desertum. Antequàm doceo, id factũ non esse, libet mihi, C. Aquilli, ex officij ratione, atque ex omnium consuetudine rem ipsam, & factũ simul Sex. Nœuij considerare. Ad vadimonium non venerat, vt ait, is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ, & necessitudines veteres intercedebant. illicóne ad prætorem ire conuênit? cõtinuóne verum fuit postulare, vt ex edicto bona possidere liceret? ad hæc extrema, & inimicissima iura tam cupidè decurrebas, vt tibi nihil in posterum, quod grauius, atque crudelius facere posses reseruares? Nam quid homini potest turpius, quid [a] viro miserius, aut acerbius vsu venire: quod tantũ euenire dedecus: quæ tanta calamitas inueniri potest? Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si alicuius eripuit iniuria: tamen, *dum existimatio est integra, facilè consolatur honestas egestatem.* At [b] non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidem suis vtitur: alterius [c] opes, id quod miserrimum est, non exspectat: hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuatur. *Cuius verò bona venerunt, cuius non modò illa amplissima fortuna, sed etiam victus* [d], *vestitusque necessarius sub præcone cum dedecore subiectus* [e] *est: is non modò ex numero viuorum exturbatur: sed, si fieri potest, infra* [f] *etiam mortuos amandatur.* Etenim *mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: vita* [h] *turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.* Ergo hercule, cuius bona ex edicto possidentur, huius [i] omnis fama, & existimatio cum bonis simul possidetur: de quo libelli [k] in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè, obscuréque conceditur. cui magistri [l] fiunt, & domini constituuntur: qui, qua lege, & qua conditione pereat, pronuntient: de quo homine præconis [m] vox prædicat, & pretium conficit[n], huic acerbissimum viuo, videntique funus indicitur: si funus id habendum sit, quòd non amici conueniunt ad exsequias cohonestandas, sed bonorum emtores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas, & distrahendas. Itaque maiores nostri rarò id accidere voluerunt: prætores, vt considerate fieret, comparauerunt. Viri boni, cùm palàm fraudantur, cùm experiundi potestas non est, timidè tamen, & pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inuiti, multis vadimoniis desertis, sæpe illusi, ac destituti. Considerant enim, quid & quantum sit, alterius bona proscribere. Iugulare ciuem, ne iure quidem quisquam bonus vult. mauult enim commemorare, se, cùm posset perdere, pepercisse, quàm, cùm parcere potuerit, perdidisse. Hæc [o] in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt, & hominum existimationis, & communis humanitatis causa: vt, cùm ipsi nihil alteri scientes incõmodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit. Ad vadimonium non venit: quis? Propinquus. Si res ista grauissima sua sponte videretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine leuaretur. Ad vadimonium non venit. quis? Socius. etiam grauius aliquid ei deberes concedere: quicum te aut voluntas congregasset, aut fortuna coniunxisset. Ad vadimonium non venit. quis? Is, qui tibi præstò semper fuit. Ergo in eum, qui semel hoc cõmisit, vt tibi præstò non esset, omnia tela coniecisti,

a L. Num quid est præt.

P. VIII.

b adde Titi vt quod quisque iuris in alium statuerit eodem ipse iure vtatur.*

c L. postulas: postulas, vt, quod n.

a al. inirl.*

e L. qui postea quam vadimonium missum fecerit: nunc per insid.

f id est iudicio pro scio.*

g id est vadimonio deferto.*

h L. qui facultatem se nõ p.

i hoc est famam vniuersa bona cuiusmodi lis capitalis dicitur.* de L. ingenuis

Iul. Pris. & in l. 36. §. 2. ff. mandati.*

P. B.

a quid vero mis-

b al. Et al. ac.*

c al. altiores opes, *mendose.* ‖ *Locus meo iudicio corruptus est quidquid sentias Lambinum vitia emendo.* At qui miserrimus est. alterius opes nõ expetit hoc tamen in miseriis adimento & solatio subleuatur.*

d vestem tamen relinquendam huiusmodi debitori iubet lex 6. ff. de pignoribus.*

P. IX.

e Præcones de superiore loco auctione vendebãt Stãtes enim super lapide, res venales pronunciabãt. Hinc de lapide empti in Pisoniana quasi corrupti.*

f al. etiam infra mort.

g *Vet* mandatur.*

h *Horum:* vita hæc turpis ne morti quidem obscuræ locum reliquit.*

i *dixi quanam Nouell.* 135. & ad *Theophil. quib. ex causis manumittere.**

P. B.

k Debitore fraudationis causa. in fraudem creditorum latitante, libelli de eo in celeberr. mis locis vrbis propositi ac locus eius suspensi *vt hic* & Paulo post Seneca 4. *de benefic. 12.**

l *dixi* de magistris auctionũ *ad Theophil. Inst. de succes. ab intest. & l. ad Asilium 1.** m *vide quæ scripsi 12. ad Atticum 39.** n L. funus dicitur: *& ita multa alia editiones.* o L. Hæc in homines nulla se cum cognatione, aut affinitate coniunctos, alienissimos.

ieciſti,quæ parata [a] ſunt in eos, quî permulta malè agendi cauſa,fraudandíque fecerunt [b]. Si [c] de prædiis tuis ageretur,Sex.Nævi, ſi in paruula re caprionis aliquid verereré,nõ ſtatim ad C.Aquillium,aut ad eorum aliquẽ,qui conſuluntur concurriſſes [d]? Cùm ius amicitię, ſocietatis, affinitatis ageretur : cùm officii rationem, atque exiſtimationis du ci conueniret : eo tempore tu [e] non modò aut C.Aquillium, aut L[f]. Lucullum [, ſed [g] ne ipſe quidem te conſuluiſti] : ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti: ne hæc quidem tecum locutus es.Horæ duæ fuerunt, Quinctius ad vadimonium non venit.quid ago? Si mehercule hæc tecum duo verba feciſſes, Quid ago?reſpiraſſet cupiditas,atque auaritia pallulum : aliquid loci rationi & conſilio dediſſes:tu te collegiſſes:non in eam turpitudinem veniſſes:vt hoc tibi eſſet apud taleis [h] viros confitendum, qua itibi vadimonium non ſit obitum,eádem te hora conſilium cepiſſe,hominis propinqui fortunas funditus euertere.Ego pro te nunc [k] hoc conſulo poſt tempus in aliena re, quod tu in tua re, cùm tempus erat, conſulere oblitus es.quæro abs te,C.Aquilli,L[l]. Lucille, P. Quinctili,M.Marcelle: vadimonium mihi nõ obiit quidam ſocius,& affinis meus, quicum mihi neceſſitudo vetus:controuerſia de re pecuniaria recens intercedit:poſtulóne à prætore,vt eius bona mihi poſſidere liceat?an, cùm Romæ domus eius,vxor,liberi ſint, domum potiùs denuntiem ?Quid eſt,quòd hac tãdem de re vobis poſſit videri?Profectò ſi rectè veſtram bonitatem,atque prudentiam cognoui, non multùm me fallit, ſi cõſulamini,quid ſitis reſponſuri:primùm [m], exſpectare:deinde, ſi latitare [n],ac diutiùs ludificare videatur,amicos [o] conuenire:quærere, quis [p] procurator ſit:domum [q] denuntiare.dici vix poteſt, quàm multa ſint,quæ reſpondeatis antè fieri oportere,quàm [r] ad hanc rationem extremam neceſſariam deuenire.Quid ad hæc Nævius ? ridet ſcilicet noſtram amentiam , qui [s] in vita ſua ratione ſummi officij deſideremus,& inſtituta bonorũ virorũ requiramus [t]. Quid mihi,inquit,cũ iſta ſumma ſanctimonia ,ac diligentia? viderint,inquit , iſta officia viri boni: de me autem ita [u] conſiderent:non ,quid habeam,ſed quibus rebus [x] inuenerim,quærãt: &,quemadmodum natus [z] quo pacto educatus ſim,memini .vetus eſt, *de ſcurra multo faciliùs diuitem, quàm patrem familiàs fieri poſſe.* Hæc ille,ſi verbis non audet,re quidem vera palàm loquitur. Etenim ſi vult virorum bonorum inſtituto viuere,multa oportet diſcat, atque dediſcat : quorum illi ætati vtrumque difficile eſt.Non dubitaui,inquit, cùm vadimonium deſertum eſſet , bona proſcribere. Improbè:verùm,quoniam tu id tibi arrogas, & concedi poſtulas,concedamus. Quid ſi nũquam deſeruit? ſi iſta cauſa abs te tota per ſummam fraudem,& malitiam fícta eſt?ſi vadimonium omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit ? quo te nomine appelemus ? improbum ? at,etiam ſi deſertum vadimonium eſſet,tamẽ in iſta poſtulatione,& proſcriptione bonorum,improbiſſimus reperiebare [a]. nũ malitioſum?negas.fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi,& præclarum putas. audacẽ? cupidum?perfidioſum ? vulgaria & obſoleta ſunt:res autẽ noua,& inaudita. Quid ergo eſt? vereor meherculè , ne aut grauioribus vtar verbis,quàm natura fert,aut leuioribus,quàm cauſa poſtulat. Ais eſſe vadimonium deſertũ. Quæſiuit à te ſtatim vt Romam rediit Quinctius , quo die vadimonium iſtuc factum eſſe diceres.reſpõdiſti ſtatim,Nonis Feb. Diſcedẽs in memoriam rediit Quinctius, quo die Roma in Galliam profectus ſit.ad ephemeridẽ [z] reuertitur.inuenitur dies profectionis , pridie Kal.Feb.Nonis Feb.ſi Romæ fuit , cauſæ nihil dicimus , quin tibi vadimonium promiſerit. Quid?hoc inueniri quî poteſt:profectus eſt vnà L.Albius,homo in primis honeſtus. dicet teſtimonium. Profecti [b] ſunt familiares & Albij,& Quinctij. dicent hi quoque teſtimonium.litteræ P.Quinctij , teſtes tot,quibus omnibus cauſa iuſtiſſima eſt , cur ſcire potuerint:nulla,cur mentiantur,cum adſtipulatore [c] tuo comparabuntur.Et in hac eiuſmodi cauſa P.Quinctius laborabit?& diutius in tanto me tu miſer,periculóque verſabitur?& vehementiùs eum,gratia aduerſarij perterrebit, quàm fides iudicis conſolabitur? Vixit enim ſemper inculrè,atque horridè:natura triſti, ac recondita fuit:non ad ſolarium [d], non in campo [e], non in conuiuiis verſatus eſt:id egit, vt amicos obſeruantia,rem parſimonia retineret.an tiquam officij rationem dilexit, cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit.At,ſi in cauſa pari diſcedere inferior videretur, tamẽ eſſet non mediocritèr conquerendum.Nunc in cauſa ſuperiore,ne vt par quidem ſit,poſtulat: inferiorem [f] eſſe ſe patitur,dũtaxat vſque eò, ne cũ bonis,fama , fortuníſque omnibus Sex. Nævij cupiditati,crudelitati que dedatur.

Docui,quod primùm pollicitus ſum,C.Aquilli,cauſam omnino,cur poſtularet , non fuiſſe: quòd neque pecunia debebatur [g] :&,ſi maximè deberetur,commiſſum [h] nihil eſſe, quare ad iſtam rationem peruenireturr. *Attende nũc, ex i edicto prætoris,bona P. Quinctij poſſidere [k] nullo modo potuiſſe.* Recita edictum: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT. NÕ eſt is Quinctius:niſi latitant,qui ad negotium ſuum,relicto procuratore,proficiſcuntur. QVI HERES NON EXSTABIT. Ne is quidem. QVI EXSVLII CAVSA SOLVM VERTERIT. Quo [m] tempore exiſtimas oportuiſſe , Nævi, abſentem Quinctium defendi,aut quomodo? tum,cùm poſtulabas, vt bona poſſideres : nũc mo affuit. neque enim quiſquam diuinare [n] poterat , te poſtulaturũ:neque quemquã attinebat id recuſare,quod prætor,ſed ex edicto ſuo iubebat.Qui locus [p] igitur abſentis defendi procuratori primus datus eſt? Cũ proſcribebas?Ergo affuit : non paſſus eſt: libellos deiecit Sex.Alphenus. qui primus erat officij gradus , ſeruatus eſt à procuratore ſumma cũ diligentia.Videamus,quæ deinde ſint conſecuta.Hominem P.Quinctij deprehẽdis in publico:conaris abducere, non patitur Alphenus:vi [q] tibi adimitur,curat,vt domum reducatur ad Quinctium. Hîc quoque ſummè conſtat procuratoris diligentis officium. Debere tibi dicis Quinctium.procurator negat.Vadari [r] vis:promittit.In ius vocas: ſequitur. Iudi-

[a] vide titul. ff.quibus ex cauſis in poſſeſſionẽ eatur. & de rebus auctoritate iudicis poſſidẽdis & l.3. Cod. de bonis authoritate iudicis poſſidend.*

[b] *al.* fecerunt?

[c] L.Si dupõdius vnus ageretur. *&c. al.*Si dupondius tuus ag. ‖Dupondium vocat, negotium duorũ aſſium & vt poſt,rem paruulam.*

[d] L. cucurriſſes?

[e] L. tu non modò C. Aquillium, aut L. Lucullum. *q.lil.vulg.* tu non modò P. X. ad C.Aquill. *plane mendoſe.*

[f] *Manut.* In Lucilium de quo Cicero *in Bruto.**

[g] inclusa deſunt manuſcript.Vrſin.*

[h] *vide* talis.

[i] L. qua tibi hora vadim.

[k] L. nunc hos conſulo poſt tempus in alienã re, quos tu in tua re, *&c.*

[l] aſſeſſor esin hac cauſa.*

[m] vide l.2. &, paſſim ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.*

[n] l.2. Cod. de bonis authorit. iudicis.*

[o] l.7.§.1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ.*

[p] *al.* ecquis*

[q] adde l.4. §.6.ff.de dãno.*

[r] t.quàm ad hanc rationem extremam, ac ne. P. B. ceſſ. ‖*al.* extremam nec neceſſariam.*

[s] *al.* cùm in vita ſua rationem ſummi off. deſideramus, *&c.*

[t] *al.* requirimus

[u] *hæc verba.* ita conſiderent *deſunt ſubſidiam.**

[x] id eſt quãm turpi quæſtu.*

[y] L. quærãt. qui madmodum

[z] *al.* meminerint *Vrſin.**

[a] L. reperiebare, malitioſum?non negas.

[b] Z. Profecti ſunt fam.

[c] Adſtipulator, vadimonij teſtis.*

[d] Solarium quid eſſet dixi 4. *ad Herennium* 3. Quibuſdam videtur locus fuiſſe ad fauces Martelli vbi otioſi homines, animi gratia otiabantur.*

[e] Martio,ludendi gratia.*

[f] L.ſi inferiorem ſe eſſe *al.* inferior eſſe patitur. *Vrſin.**

[g] L. deberetur:

[h] L. comm. nihil eſſet,

[i] SECVNDVM partionis membram : Sex Nævium ex edicto prætoris bona

[k] *al.* poſſideri

[l] *vide l.7. §.1.ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.**

[m] L. Dici hoc de P. Quinctio poteſt. QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS, NON FVERIT. Ne is quidem, Quo temp. n diuinare, mo cogitur *l.3.§.11. ad Maudat.* 27. §. 2. o L. quod prætor fieri non ex edicto ſuo iubebat. Qui loc. ‖ei. quod prætor, ſed ex edicto ſuo iubebat, *al.* quod prætor non modo fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubebat *al.* quod prætor fieri, ſed non ex edicto ſuo fieri iubebat. *al.* quod prætor

[n] non fieri,ſed ex edicto ſuo fieri iubebat.* [p] Procurator.s in defendendo partes præcipuæ quæ.* [q] L.vi tibi adimit: [r] Vadari hic diſtinguitur ab in ius vocatione.Illud enim initantis:hoc futuri temporis denuntiationem habet.*

[a] φηµὶς diarium.*

[b] Z. Profecti ſunt fam.

[c] Adſtipulator, vadimonij teſtis.*

[d] Solarium quid eſſet dixi 4. *ad Herennium* 3. Quibuſdam videtur locus fuiſſe ad fauces Martelli vbi otioſi homines, animi gratia otiabantur.*

[e] Martio,ludendi gratia.*

[f] L.ſi inferiorem ſe eſſe *al.* inferior eſſe patitur. *Vrſin.**

[g] L. deberetur:

[h] L. comm. nihil eſſet,

[i] SECVNDVM partionis membram : Sex Nævium ex edicto prætoris bona

[k] *al.* poſſideri

[l] *vide l.7. §.1.ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.**

[m] L. Dici hoc de P. Quinctio poteſt. QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS, NON FVERIT. Ne is quidem, Quo temp. n diuinare, mo cogitur *l.3.§.11. ad Maudat.* 27. §. 2. o L. quod prætor fieri non ex edicto ſuo iubebat. Qui loc. ‖ei. quod prætor, ſed ex edicto ſuo iubebat, *al.* quod prætor non modo fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubebat *al.* quod prætor fieri, ſed non ex edicto ſuo fieri iubebat. *al.* quod prætor

ciũ postulas:non recusat.Quid aliud sit absentem defendi, ego non intelligo. At quis erat procurator? Credo aliquẽ eiectum hominem, egentem, litigiosum, improbum, qui posset scurræ diuitis quotidianum conuicium sustinere.Nihil minus. Eques Rom.locuples, sui negotij bene gerens:denique is,quẽ, quoties Næuius in Galliam profectus est,procuratorẽ Romæ reliquit.Et [a] audes,Sext.Næui,negare, absentem defensum esse Quinctium, cùm eũ defenderit idem, qui te solebat? &, cùm is iudicium acceperit pro Quinctio,cui tu & rem, & famam tuam commendare proficiscens,& concredere solebas:conaris hoc dicere,neminem exstitisse,qui Quinctium iudicio defenderet? Postulabam, inquis vt [b] satisdaret [c]. Iniuria postulabas. Ita [d] videbare. Recusabat Alphenus. Ita: verùm prætor decernebat. Tribuni igitur appellabantur [e]. Hîc te, inquit, teneo. non est istud iudicium pati [f], neque iudicio defendere. cùm auxilium à tribunis petas [g]. Hoc ego, cùm attendo, qua prudentia sit Hortensius, dicturum esse eum non arbitror. cùm autem antea dixisse audio, & causam ipsam considero, quid aliud dicere possit, non reperio. fatetur enim libellos Alphenum deiecisse, vadimonium promisisse, iudicium quin acciperet in ea ipsa [h] verba, quæ Næuius edebat, non [i] recusasse: * * ita tamen, more & instituto, per eum magistratum, qui auxilij causa constitutus est. Aut hæc facta non sint, necesse est: aut C. Aquillius, talis vir, iuratus, hoc ius in ciuitate constituat, cuius [k] procurator non omnia iudicia acceperit, quęl quisque in verba postularit: cuius procurator à prætore tribunos appellare ausus sit, eum non defendi: eius bona rectè possideri posse: ei misero, absenti, ignaro [m] fortunarum suarũ, omnia vitæ ornamenta per summum dedecus, & ignominiam diripi conuenire. Quod si probari nemini potest, illud certè probari omnibus necesse est, defensum esse iudicio absentem Quinctium. Quod cùm ita est, ex edicto bona possessa non sunt. At enim tribuni pleb.ne audierunt quidem. Fateor, si ita est, procuratorem decreto prætoris Rom. oportuisse parêre. Quid si M. Brutus intercessurum se dixit palàm, nisi quid inter ipsum Alphenum,& Næuium conueniret? videturne intercessisse appellatio tribunorum, non [n] moræ, sed auxilij causa? Quid deinde fit? Alphenus, vt omnes intelligere possent, iudicio defendi Quinctium, nequa subesse posset alia ne aut ipsius officio, aut huius existimatione suspicio, viros bonos complureis aduocat, testatur, isto audiente, se pro communi necessitudine [o] id primùm petere, nequid atrocius in P. Quinctium absentem fine causa facere conetur. Si in autem inimicissimè, atque infestissimè contendere perseueret, se paratum esse omni recta, atque honesta ratione defendere, quod petat, non deberi se [p] iudicio id, quod edat, accipere. Eius rei, cõditionisque tabellas obsignauerũt viri boni cõplures. res in dubiũ venire nõ potest. fit, rebus omnibus integris, neque proscriptis neque possessis bonis, vt Alphenus promittat Nęuio, sisti Quinctiũ. Venit ad vadimoniũ Quinctius, iacet res in controuersiis, isto calumniante [q] bienniũ, vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur.

Quod officium, C. Aquilli, commemorari procuratoris potest quod ab Alpheno prætritum esse videatur? Quid affertur, quare P. Quinctius absens negetur esse defensus? An verò id, quod Hortensium, quia nuper iniecit, & quia Næuius semper id clamitat, dicturum arbitror, non fuisse Næuio parem certationem cum Alpheno, illo tempore, illis [a] dominantibus? quod si velim confiteri: illud, opinor, concedent, non procuratorem P. Quinctij neminem fuisse, sed gratiosum fuisse. Mihi autem ad vincendum satis est, fuisse procuratorem, quicum experiri posset. Qualis is fuerit, si modò absentem defendebat per ius, & [b] magistratum, nihil ad rem arbitror pertinere. Erat [c], inquit, illarum [d] partium. Quid ni? qui apud te esset educatus: quem, tu à puero sic instituisses, vt nobili, ne gladiatori quidem cederet [e], sicut tu semper ũmnè concupisti: idem [f] volebat Alphenus: ea re tibi cum eo par contentio erat. Bruti, inquit, erat familiaris. itaque is intercedebat. Tu contrà Burrie ni, qui iniuriam decernebat: omniũ denique illorũ, qui tũ & poterant per vim, & scelus plurimùm: &, quod poterant id, audebant. An omneis [g] tu istos vincere volebas [h], qui nunc, tu vt vincas, tantopere laborant? aude id dicere nõ palàm, sed his ipsis, quos aduocasti. Tametsi nolo eam rem commemorando renouare, cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus, ac deleri arbitror oportere. Vnum illud dico: si propter partium studium potens erat Alphenus: potentissimus i Næuius. Si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus: multo iniquiora Næuius impetrabat. Neque enim inter studium vestrũ quidquam, vt opinor, interfuit [k] ingenio, vetustate, artificio. tu facilè vicisti. Vt alia omittam, hoc satis est. Alphenus cum iis, & propter eos periit, quos diligebat. tu, postquàm, qui tibi erãt amici, non poterant vincere: vt amici tibi essent qui vincebant, effecisti. Quòd si tum par tibi ius cum Alpheno fuisse non putas, quia tamen aliquem contra te aduocare poterat: quia magistratus aliquis reperiebatur, apud quem Alpheni causa consisteret: quid hoc tẽpore Quinctio statuendum est? cui neque magistratus adhuc æquus inuentus est, neque iudicium redditum est vsitatum: non conditio l, non sponsio, nõn denique vlla vmquam intercessit postulatio, mitto æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita. De re pecuniaria cupio contendere. non licet. At ea controuersia est. Nihil ad me attinet: causam capitis dicas, oportet. Accusa, vbi ita necesse est. Non, inquit, nisi tu antè, nouo modo, priore loco dixeris: dicendum necessariò est: præstituendæ [m] horæ ad arbitrium nostrum: iudex ipse arcesselur [n]. Quid tũ? Tu aliquẽ [o] patronum inuenies, hominẽ antiqui officij, qui splendorem nostrum, & gratiã negligat? pro me pugnabit L. Philippus [q], eloquentia, grauitate, honore florẽtissimus ciuitatis: dicet Hortensius, excellens ingenio, nobilitate, existimatione: aderunt ante homines nobilissimi, ac potentissimi, quorum frequentiam, & consessum non modò P. Quinctius, qui de capite decernit, sed quiuis, qui extra periculum sit, perhorrescat. Hæc [r] est iniqua certatio, nõ illa, qua tu contra Alphenum velitabaris [s], huic ne vbi cõsisteret quidem contra te, locũ reliquisti. Quare aut doceas oportet, Alphe-

P. B.

a Marianis*

b L. & per magistr.
c al. Erat enim, inquit ill.
d Marianarum & populi.*
e ita Hotomanus emendat *veteres ante* hæreret *al.* faueret.*
f L. item volebat A. Ph.
g v.c. omnis
h al. nolebas.*

i al. potentissimus erat Næuius.*

k al. aliud interfuit.*
P. XIII.
l satisdandi vel sponsionis faciendæ.*
m al. constituendæ.*
n al. arcebitur al. arcitur al. arcio, quod idem valet quod actio.*
o al. neminẽ *ita Pantagathus.**
p negligat ita Pantagathus sine interrogationis nota.*
q aduocatus patronus meminit Bruto. & Horat. r. epistol. 7.*
r L. Hæc est iniqua certatio, qua tu huic ne vbi consisteret quidem contra te, locum reliquisti: non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris. Qu.
s al. velitabas: ita Pantagathus.*

num negasse se procuratorem esse, non deiecisse libellos, iudicium accipere noluisse: aut, cùm hæc facta sint, ex edicto te bona P. Quinctij non possedisse concedas. Etenim si ex edicto possedisti: quæro, cur bona non venierint: cur ceteri sponsores [a], & creditores non conuenerint. Nemone fuit, cui deberet Quinctius? Fuerunt, & cõplures fuerunt: propterea quòd C. frater aliquantum æris alieni reliquerat. Quid ergo est? Homines erant ab hoc omnes alienissimi: & iis debebatur: neque tamẽ quisquam inuentus est tam insignite [b] improbus, qui violare P. Quinctij existimationem absentis auderet. Vnus fuit, affinis, socius, necessarius, Sex. Næuius: qui [c] cùm ipse vltrò deberet, quasi eximio præmio sceleris expositò, cupidissimè contenderet, vt per se afflictum, atque euersum propinquum suum, non modò honestè partis bonis, verùm etiam communi luce priuaret. Vbi erant ceteri creditores? denique hoc tempore vbi sunt? quis est, qui fraudationis causa latuisse [d] dicat? quis, qui absentem defensum neget esse Quinctiũ? nemo inuenitur. At contrà omnes, quibus cũ ratio aut est, huic aut fuit, adsunt, defendũt. fides huius multis locis cognita, ne perfidia Sex. Næuij derogetur, laborant. In istiusmodi [e] spõsionem testeis dare oportebat ex eo numero, qui hæc dicerent: Vadimoniũ mihi deseruit: me fraudauit: à me nominis eius, quod inficiatus esset, diem petiuit: ego experiri non potui, latitauit, procuratorẽ nullum reliquit. Horum nihil dicitur. Parantur testes, qui hæc dicant. Verùm, opinor, viderimus, cùm dixerint. vnum tamen hoc cogitent, ita se graueis [f] esse, vt, si veritatem volent retinere, grauitatem possint obtinere: si [g] eam negligent, ita leues sint, vt omnes intelligant, non ad obtinẽdum mendacium, sed ad verum probandum, auctoritatem adiuuare. Ego hæc duo quæro: primùm, qua ratione Næuius susceptum negotium non transegerit: hoc est, cur bona, quæ ex edicto possidebat, non vendiderit: deinde, cur ex tot creditoribus aliis ad istam rationẽ nemo accesserit, vt necessariò confiteare, neque eorum tam temerarium quemquã fuisse, neque te ipsum id, quod turpissimè suscepisses, perseuerare, & transigere potuisse. Quid si tu ipse, Sex. Næui, statuisti, bona P. Quinctij ex edicto possessa non esse? opinor, tuum testimonium, quod in aliena re leue esset, id in tua, quoniam contra te est, grauissimum debet [h] esse. Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla dictatore vendente. socium tibi in huius bonis edidisti Quinctium [i]. Plura non dico. Cũ eo tu voluntariam societatem coibas, qui te in hereditaria societate fraudarat? & eum iudicio tuo comprobabas, quem spoliatum fama, fortunisque omnibus arbitrabare? Diffidebã mehercule, C. Aquilli, satis animo certo, & confirmato me posse in hac causa consistere. sic cogitabam: cùm contrà dicturus esset Hortensius, & cùm esset attentè auditurus Philippus [k], fore, vti permultis in rebus timore prolaberer. Dicebam huic Q. Rotcio, cuius soror est [l] cum P. Quinctio, cùm à me peteret, & summè contenderet, vt propinquum suũ defenderem, mihi perdifficile esse contra taleis oratores non modò tantam causam perorare, sed omnino verbũ facere conari. Cũ cupidiùs instaret: homini pro amicitia familiariùs dixi, mihi videri ore [m] durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur: qui verò cum ipso contenderent, eos, etiã siquid antea recti, aut venusti habere visi sunt, id amittere: nequid mihi eiusmodi [a] accideret, cùm contra talem artificẽ dicturus essem, me vereri. Tum mihi Roscius, & alia multa confirmandi mei causa dixit: & mehercule, si nihil diceret, tacito ipso officio, & studio, quod adhibebat erga propinquum suum, quemuis cõmoueret. Etenim, cùm artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse, qui in scena [b] spectetur: tum vir eiusmodi est, vt solus dignus videatur, qui eò non accedat. [c] Verumtamẽ, quid si, inquit, habes eiusmodi causam, vt hoc tibi planũ sit faciendũ, neminẽ esse, qui possit biduo, [d] ad summũ [e] triduo, septingenta millia passuum ambulare? tamẽ ne vereris, vt possis hæc contra Hortensiũ contendere? minimè, inquã. Sed quid id ad rem? Nimirum [f], inquit, in eo causa cõsistit. Quo modo? Docet me eiusmodi rem, & factum simul Sex. Næuij, quod si solum proferretur, satis esse deberet. Quod abs te, C. Aquilli, & à vobis, qui adestis in consilio, quæso, vt diligenter attendatis. profectò intelligetis, illinc ab initio cupiditatem pugnasse, & audaciam: hinc veritatẽ, & pudorẽ, quoad [g] potuerit, restitisse. Bona postulas, vt ex edicto possidere liceat. quo die? te ipsum, Næui, volo audire: volo, inauditũ facinus, ipsius, qui id cõmisit, voce cõuinci. Dic Nę ui diẽ. Ante diẽ v. ka. i intercalareis. Bene agis. quàm lõgè est hinc in saltũ vestrũ Gallicanũ? Nęui, te rogo. D C C. millia passuũ. Optimè de saltu deiicitur Quinctius. quo die? possumus hoc quoque ex te audire? Quid taces? dic, inquam, diem. pudet dicere. Intelligo: verùm & nequicquam pudet. deiicitur de saltu, C. Aquilli, prid ie kal. intercalareis. biduo pòst, aut vt statim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo D C C. millia passuum conficiuntur. O rem incredibilem! ô cupiditatem incõsideratam! ô nuntium volucrem! Administri, & satellites Sex. Næuij Romã trans Alpeis in Sebusianos [k] biduo veniunt. O hominẽ fortunatum, qui eiusmodi nũtios, seu potiùs Pegasos habeat. Hìc ego si Crassi omnes cum Antoniis exsistant, si tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc [l] causam voles cum Hortẽsio dicere, tamen superior sim necesse est. Nõ enim, quemadmodum putatis, omnia sunt in eloquentia. est quædam tamen ita perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit. An antequàm postulasti, vt bona possideres, misisti, qui curarent, vt dominus de suo fundo à sua familia vi deiiceretur? Vtrum libet elige. alterum incredibile est: alterum nefarium: & ante hoc tempus vtrumque inauditũ. Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo? dic. negas? antè igitur misisti. mâlo. Si enim illud diceres: improbè mentiri videremini. cùm hoc confiteris: id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Hoc consilium Aquillio, & talibus viris, tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabitur? Quid hæc amentia, quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potiùs, quàm ius, quàm officium, quàm pudorem? Mitis iniussu prætoris. quo consilio? iussurum sciebas? quid? cùm iussisset, tum mittere nónne poteras? Postulaturus eras. Quando? post dies xxx. Nẽpe si te nihil impedi-

[a] al. possessores.*

[b] al. insignitèr.*

[c] L. qui, cùm ipsi nihil deberetur, vltro, quasi eximio, &c. al. sic, qui cùm ipse ei vltro consulere deberet, quasi exim. ‖ al., qui cum eum ipse vltro defendere deberet.* [d] al. latitasse.*

[e] L. in huiusmodi

[f] v.c. grauis

[g] L. si in eam negl. P. XIIII.

[h] al. debere.*

[i] L. P. Quinctium

[k] L. L. Philippus Ἰουνιανὸν

[l] L. hanc causam velis cũ Hortensio di.

[m] Ore durissimo esse dicitur, qui impudens.*

[a] L. eiusdem modi

[b] v.c. scena

[c] Histriones enim Romæ infames, l. quod ait §. ait ff. de his qui notantur infamia.* [d] al. biduo, aut summum trid.

[e] Vicena enim millia passuum triueri faciẽdo in singulos dies veteribus enumerata l. 1. ff. si qui cautiõib. l. 3. ff. de verborum signif. §. si vero fust. de excusatur.* [f] al. Nimium.* [g] al. quoad potuerint. h id est xx. februarij.* [i] Intercalareis kalendæ & paulo post & 6. epistolarum famil. 14. Februariæ videntur esse quod illo mense dies intercalaretur.*

[k] Segusianos P. XV.

pediret: si voluntas eadem maneret: si valeres: denique si viueres. Prætor iussisset. Opinor, si vellet, si valeret, si ius diceret, si [a] nemo recusaret, qui ex ipsius decreto & satisdaret, & iudicium accipere vellet. Nam per deos immortaleis, si Alphenus, procurator P. Quinctij, tibi tum satisdaret[b], & iudicium accipere vellet: denique omnia, quæ postulares, facere voluisset, quid ageres? reuocares eum, quem in Galliam miseras? At hic quidem iam de fundo expulsus: iam à suis diis [c] penatibus præceps eiectus, iam (quod indignissimum est) suorum seruorum manibus, nuntio atque imperio tuo, violatus esset. Corrigeres hæc, scilicet, tu postea. De cuiusquam vita dicere audes, qui hoc concedas necesse est, ita te cæcum cupiditate, & auaritia fuisse, vt, cùm postea [d] quid futurum esset, ignorares, accidere autem multa possent: spem maleficij præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocares[e]? Atque hæc perinde[f] loquor, quasi ipso illo tempore, cùm te prætor iussisset ex edicto possidere, si in possessionem misisses, debueris, aut potueris P. Quinctium de possessione deturbare. Omnia sunt, C. Aquilli, eiusmodi, quiuis vt perspicere possit: in hac causa improbitatem, & gratiam cum inopia, & veritate contendere. *

* * Prætor te quemadmodum possidere iussit? opinor ex edicto. Sponsio quę in verba facta est? *Ni ex edicto prætoru bona P. Quinctij possessa non sint.* Redeamus ad edictum. Id quemadmodum iubet possidere? Num quid est causæ, C. Aquilli, quin, si longè aliter possedit, quàm prætor edixit, iste ex edicto non possederit, ego sponsione [h] vicerim? Nihil, opinor. cognoscamus edictum. QVI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT [i]. De te loquitur, Næui, quemadmodum tu putas. ais enim te ex edicto venisse. tibi, quid facias, definit: te instituit, tibi præcepta dat. EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quomodo? QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT, ID IBIDEM CVSTODIANT. QVOD NON POTERVNT, ID AVFERRE, ET ABDVCERE LICEBIT. Quid tum? DOMINVM, inquit, INVITVM DETRVDERE NON PLACET. Eum ipsum, qui fraudandi causa latitet: eum ipsum, quem iudicio nemo defendat: eum ipsum qui cum omnibus creditoribus suis malè agat, inuitum de prædio detrudi vetat. Proficiscenti tibi in possessionem prætor ipse, Sex. Næui, palàm dicit: ita possideto, vt tecum simul possideat Quinctius: ita possideto, vt Quinctio, vis [k] ne afferatur. Quid? tu id quemadmodum obseruas? mitto illud dicere, eum, qui non latitarit, cui Romæ domus, vxor, liberi, procurator esset: eum, qui tibi vadimonium non deseruisset: hæc omnia mitto: illud dico, dominũ expulsum esse de prædio, domi à familia sua manus allatas esse ante suos Lareis familiareis, hoc dico.

Desideratur hîc id omne, quod ad tertiũ partitionis membrũ pertinebat, & principium epilogi.

Næuium [l] *ne m appellauisse quidem Quinctium*, cùm simul esset, experiri posset quotidie: deinde quòd omnia iudicia difficillima cuiusque o fua fumma inuidia, maximóque periculo P. Quinctij fieri mallet, quàm illud pecuniarium iudicium, quod vno die trãsigi posset:

ex quo vno hæc omnia nata, & profecta esse concedit. Quo in loco conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, P. Quinctium iudicatum solui satisdaturum, dum ipse, si quid peteret, pari conditione vteretur. Ostẽdi, quàm multa antè fieri conuenerit, quàm hominis propinqui bona possideri postularentur: præsertim cùm Romæ domus eius, vxor, liberi essent, & procurator æquè vtriusque necessarius. Docui, cùm desertum esse dicat vadimonium, omnino [a] vadimonium nullum fuisse: quo die hunc sibi promisisse dicat, eo die ne Romæ quidem eum fuisse, id testibus me pol licitus sum planum facturum, qui & scire deberent, & causam, cur mentirentur, non haberent. *Ex edicto* [b] autem *non potuisse bona possideri*, demonstraui: quòd neque fraudandi causa latitasset [c], neque exsilij causa solum vertisse diceretur. Reliquum est, vt eum nemo iudicio defenderit, quod contrà copiosissimè defensum esse contendi, non ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore[d], atque improbo: sed ab equite R. propinquo, & necessario suo, quem ipse Sex. Næuius procuratorem relinquere antea consuesset: neque eum, si tribunos appellarit, idcirco minus iudicium pati paratum fuisse: neq; potentia procuratoris Næuio ius ereptum: contrà istam potentia sua tum tãtummodò superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi potestatem dare. Quæsiui, *quæ* [e] *causa fuisset, cur bona non venissent*, cùm ex edicto possiderentur. deinde illud quoque requisiui, qua tatione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contrà dicat, omnésq; pro P. Quinctio pugnent: præsertim cùm in tali iudicio testimonia creditorum existimentur ad rem maximè pertinere. Postea sum vsus aduersarij testimonio, qui sibi eum nuper edidit socium, quem, quo modo nunc intendit, ne in viuorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Tum illam incredibilem celeritatem, seu potiùs audaciam, protuli: confirmaui necesse esse aut biduo DCC. millia passuum esse decursa, aut Sex. Næuium diebus compluribus antè in possessionem mississe, quàm postularet, vti [f] ei liceret bona possidere. Postea recitaui edictum, quod apertè dominum de prædio detrudi [g] vetaret: in quo constitit, Nęuium ex edicto non possedisse, cùm confiteretur [h] ex prædio vi detrusum esse Quinctiũ. Omnia [i] autem bona possessa non esse constituit: quòd bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in vniuersis, quæ teneri, ac possideri possint. Dixi, Romæ domum fuisse, quò iste ne adspirarit quidem: seruos complureis, ex quibus iste possederit neminem, ne attigerit quidem: vnum fuisse, quem attingere conatus sit: prohibitum fuisse: quieuisse. In ipsa Gallia cognostis in prædia priuata Quinctij Sex. Næuium non venisse. Denique ex ipso saltu, quem, per vim expulso socio, possedit, seruos priuatos Quinctij non omneis eiectos esse. Ex quo, & ex ceteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Næuij, quiuis potest intelligere, istum nihil aliud egisse, neque nunc agere, nisi vti per vim, per iniuriam, per iniquitatem iudicij, totum agrum, qui communis est, suum facere possit. ¶ Nunc causa perorata [k], res ipsa, & periculi magnitudo, C. Aquilli, cogere videtur, vt te, atque eos, qui tibi in l consilio sunt, obsecreti, obtesteturque P.

a L. si nemo recusaret, quin ex ipsius decreto & satisdaret, & iudicium accipere vellet. N.
b Difficuq. ciuitati sui erunt & proprij.*
c L. satisdare, P. B.
d fort. quid postea futurum est
e L. collocare. Omnia sunt. C. Aq. e. q. vt p. p. in h. c. impr. & gr. c. inop. & veritate cõtendere. Arq. hæc pr. loq. loq. q. ipso il lo t. c. te pr. iussi. ex ed. p. si in p. m. d. aut p. p. C. de p. derebare. Prætor te, &c.
f Deest TERTIVM partitionis mẽbrum in quo probat, Sex Næuium bona Quinctii non esse possessa.
g L. proinde loquor, quasi ipso illo tempore. te pr. iussi. ex ed. Posti in
h al. Sponsio non, vic.
i al. VENERIT.
P. XVI.
k al. vis nõ afferatur.
P. B.
l PERORATIONIS Enumeratio.* m Lne appellasse quidem
n Non fuisse causam possidendi.*
o L. cum summa sua.

a al. tum omnino.* P. B.
b Non potuisse possidere.*
c L. latitasse
d v. c. Calumniatore,
e Non possedisse.*
f L. vt e. lic.
g al. detrudi vetat P. XVII
h L. confiteretur Quinctium ex prædio vi detrusum esse. Om.
i L. Omnino autem
k Perorationis amplificatio.*
l L. in consilio adsunt.

Quinctius per senectutem, ac solitudinem suam, nihil aliud, nisi vt vestræ naturæ, bonitatique obsequamini: vt, cùm veritas cum hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiam, quàm filius opes ad crudelitatem. Quo die ad te iudicem venimus, eodem die illorum minas, quas antè horrebamus, negligere cœpimus. Si causa cum causa contenderet: nos nostram perfacilè cuiuis probaturos statuebamus. Quòd vitæ ratio cum ratione vitæ decerneret: idcirco nobis etiam magis te iudice opus esse arbitrati sumus. Ea res enim nunc in [a] discrimen versatur, vtrúmne possit se contra luxuriam, ac licentiam rusticana illa, atque inculta parsimonia defendere: an deformata, atque ornamentis omnibus spoliata, nuda, cupiditati, petulentiæque addicatur. Non comparat se tecum gratia P. Quinctius, Sex. Næui: non opibus, non facultate contendit. omneis tuas atteis, quibus tu magnus es, tibi concedit. Fatetur, se non bellè dicere, non ad [b] voluntatem loqui posse: non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare: non profusis sumtibus viuere: non ornare magnificè, splendidéque conuiuium: non habere domum clausam pudori, & sanctimoniæ: patentem, atque adeò expositam cupiditati, & voluptatibus: contrà, sibi officium, fidem, [d] diligentiam, vitam omnino semper horridam, atque aridam cordi fuisse. ista superiora esse, ac plurimùm posse his moribus sentit. Quid ergo est? Non vsque eò tamen, vt in capite, fortunísque hominum honestissimorum dominentur ij, qui, relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum, & sumtum Gallonij [c] sequi maluerunt, atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia, perfidiaque vixerunt. Si licet viuere eum, quem Sex. Næuius non vult: si est homini honesto locus in ciuitate, inuito Næuio: si fas est respirare P. Quinctium, contra nutum, ditionemq; Næuij: si, quæ pudore ornamenta sibi [d] peperit, ea potest contra petulentiam, te defendente, obtinere: spes est & hunc miserum, atque infelicem, aliquando tamen posse consistere. sin & poterit Næuius id, quod libet, & ei libebit, quod non licet: quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? qui denique questus, qui mærore dignus [e] inueniri in calamitate tanta potest? Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est, iniuria. acerbum est ab aliquo circumueniri: cerbius, à propinquo. calamitosum est bonis euerti: calamitosius, cum dedecore. funestum est à forti, atque honesto viro iugulari: funestius, ab eo, cuius vox præconio quæstu prostitit. indignum est à pari vinci, aut superiore: indignius, ab inferiore, atque humiliore. luctuosum est tradi alteri cum bonis: luctuosius, inimico. horribile est causam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere. Omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est, C. Aquilli: non [a] prætorem modò, à quo ius impetraret, inuenire non potuit, atque adeò ne vnde arbitratu quidem suo postularet: sed ne amicos quidem Sex. Næuij quorum sæpe, & diu ad pedes iacuit stratus, obsecrans per deos immortales, vt aut secum iure contenderent, aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent. Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit: ipsius Sex. Næuij lacrymans manum [b] apprehendit [c], in propinquorum bonis proscribendis exercitatam: obsecrauit per fratris sui mortui cinerem [d], per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem & liberos, quibus propior P. Quinctio nemo est, vt [e] aliquando misericordiam caperet aliquem, si non propinquitatis, at ætatis suæ: si non hominis, at humanitatis rationem haberet: vt secum aliquid, integra sua fama, qualibet, dummodo tolerabili, conditione transigeret. Ab ipso repudiatus, ab amicis eius non subleuatus, ab omni magistratu agitatus, atque perterritus [f], quem, præter te, appellet, habet neminem: tibi se, tibi suas omneis opes, fortunásque commendat: tibi committit existimationem, ac spem reliquæ vitæ. multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit, è fundo ornatissimo deiectus, ignominiis omnibus appetitus, cùm illum in suis paternis bonis dominari videret, ipse filiæ nubili dotem conficere non posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit. Itaque te hoc obsecrat, C. Aquilli, vt, quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum propè acta iam ætate, decursáque attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre: ne is, de cuius officio nemo vnquam dubitauit, sexagesimo denique anno, dedecore, macula, turpissimáque ignominia notetur: ne ornamentis eius omnibus Sex. Næuius pro spoliis abutatur: ne per te ferat, quo minùs, quæ existimatio P. Quinctium vsque ad senectutem perduxit, eadem vsque ad rogum [g] prosequatur [h].

a L. in discrimine versatur.

B. B.

b *fort.* ad voluptatem

c meminit Cicero 2. *de finibus.**

d *al.* sibi reperit,

e L. dignus inueniri calam.

P. XVIII.

a L. non prætorem modò, à quo ius impetraret, atque adeò vnde arbitratu suo postularet, inuenire non potuit: sed ne amic.

b L. manum prehendit.

c Mos Romæ, vt vehemétius quàm rogantes manum eius prehenderent.*

d Mos Romæ, mortuorum cineres vrnis conseruare.*

e L. vt aliquando misericordia caperet: aliq. *f al.* proteritos

P. E.

g Mos Romæ, Cremari mortuorum corpora.*

h *al.* prosequatur.

PRO

PRO[a] SEX. ROSCIO AMERINO, ORATIO SECVNDA.

SYNOPSIS.

Quæstio, *An Sex. Roscius patrem suum interfecerit: eóque nomine bona Sexti Roscij ab eius aduersariis iustè occupata.* Accusator. *Erucius*: Accusatoris socij, *Roscij duo, Capito & Magnus, & Chrysogonus Syllæ libertus.* Prætor, *M. Fannius.* Adsessores, *senatores, (P. Scipionem & Metellum, opinor.) Sex. Roscius Amerinus:* Reus, Patronus Sexti Roscij, *Cicero.* Acta *in foro anno vrbis 673. Cicerone annum ætatis 27 agente, in qua & ipse Cicero vicit.* Plutarch. in Cicer.

a meminit huius orationis Cicero lib. 2. officiorum. Adolescentes, inquit, contra L. Syllæ dominantis opes pro Sext. Roscio Amerino dixerunt. Memini quoque in Bruto, & Plutarchus in Cicerone Gellius 15. c. 28.*

EXORDIVM.*

b Causæ cur ad dicendum surrexerit.*

CREDO ego vos, Iudices, mirari, quid sit, quòd b, cùm tot summi oratores, hominésque nobilissimi sedeant, ego potissimùm surrexerim, is qui neque ætate c, neque ingenio, neque auctoritate sim, cum d iis, qui sedeant, comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adesse in hac causa, iniuriam nouo scelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum e non audent. ita fit, vt adsint, propterea quòd officium sequûtur: taceant autem idcirco, quia periculum metuunt. Quid ergo? auda cissimus ego ex omnibus? minimé. at tanto officiosior, quàm ceteri? ne istius quidem laudis ita sum cupidus, vt aliis eam præreptam velim. Quæ me igitur res præter ceteros impulit, vt causam Sex. Roscij reciperem? quia, si quis istorum dixisset, quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas est, atque amplitudo: si verbum de repub f. fecisset, id quod in hac causa fieri necesse est: multo plura dixisse, quàm dixisset, putaretur. ego etiam si omnia, quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam g tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. deinde h, quòd ceterorum neque dictum obscurum potest esse, propter nobilitatem, & amplitudinem, neque temerè dicto concedi, propter ætatem, & prudentiam: ego siquid liberius dixero, vel occultum esse propterea quòd nondum ad remp. accessi, vel ignosci adolescentiæ meæ potest: tamen si non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo iam de ciuitate sublata est. Accedit illa quoque causa, quòd à ceteris forsitan ita petitum sit, vt dicerent, vt vtrumuis saluo officio se facere posse arbitrarentur, à me autem ij contenderunt, qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimùm possunt: quorum ego neque beneuolentiam i erga me ignoratam, nec k auctoritatem aspernari, nec voluntatem negligere debeam. His de causis ego huius causæ patronus exstiti. non electus vnus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere: neque vti satis firmo præsidio defensus Sext. Roscius, verùm vti ne omnino defertus esset. Forsitan quæretis l, qui iste terror sit, & quæ tanta formido, quæ tot, ac taleis viros imperdiat, quo minùs pro capite, & fortunis alterius, quemadmodù consueuerunt m, causam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mirum est, propterea quòd consultò ab accusatoribus, eius rei, quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta non est. Quæ res ea est? bona patris huiusce Sex. Roscij, quæ sunt sexagies a: quæ de viro fortissimo, & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino, duob. b millibus nummûm sese dicit emisse adolescēs vel potentissimus hoc tempore nostræ ciuitatis, L. Cornelius Chrysogonus. Is à c vobis, iudices, hoc postulat d, vt, quoniam in alienam pecuniam tam plenam, atq; præclaram, nullo iure inuaserit, quoniámque ei pecuniæ vita Sex. Roscij obstare, atq; officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionē omnem, metúmque tollatis. sese, hoc incolumi, non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum, & copiosum posse obtinere: damnato, & eiecto, sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies, nocteisque stimulat ac pungit, vt euellatis, postulat: vt e ad hanc suam prædam, tam nefariam, adiutores vos profiteamini. Si f vobis æqua, & honesta postulatio g videtur iudices: ego contra breuem postulationem affero, & (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem. Primùm à Chrysogono peto, vt pecunia, fortunisque nostris contentus sit, sanguinem, & vitam ne petat: deinde, à vobis, iudices, vt audacium sceleri resistatis, innocentium calamitatem leuetis, & in causa Sex. Roscij, periculum, quod in omneis intenditur, propulsetis. Quòd si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, quamobrem h videantur illi nonnihil tamē in deferendo nomine secuti: postremò si præter eam prædam, quam dixi, quidquam aliud causæ inueneritis: non recusamus, quin illorum libidini Sex. Roscij vita dedatur. sin aliud agitur nihil, nisi, vt iis ne quid desit, quibus satis nihil est: si hoc solùm hoc tempore pugnatur, vt ad illam opimam, præclaramq; prædam damnatio Sex. Roscij, velut cumulus, accedat: nónne cùm multa indigna, tum vel hoc indignissimū est, vos idoneos habitos, per quorum sententias, iúsque iurandum id assequantur, quod antea ipsi scelere & ferro assequi consueuerunt i? qui ex ciuitate in senatum propter dignitatē, ex k senatu in hoc consiliū delecti l estis propter seueritatē, ab his hoc postulare homines sicarios, atque gladiatores, non modò vt supplicia vitēt, quæ à vobis pro maleficiis suis metuere,

a P. S. id est 1600000. aureorum sen 150. talentorū b id est 60. aureis. Plutarchus dixit 2000. drachmarum hoc est 8000. num.*

c Postulatio Chrysogoni.

d ἀξιοῖ

e L. & ad hanc

f Postulatio Ciceronis.*

g ἀξίωσις

h L. quam rem videantur illi tamē in def.

i P. XX.

i L. confueruntē

k Iudices in hac causa ex senatu assumpti.*

l L. delecti cēsi pr.

atque horrere debent: verùm etiam vt spoliis Sex. Roscij hoc iudicio ornati, auctíque discedant? His de rebus tantis, támque atrocibus, neque satis me commodè dicere, neque satis grauiter conqueri, neque satis liberè vociferari posse intelligo. Nam commoditati ingenium, grauitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Huc accedit summus timor, quem mihi natura, pudórque meus attribuit, & vestra dignitas, & vis aduersariorum, & Sex. Roscij pericula. Quapropter vos oro, atque obsecro, iudices, vt attentè, bonáque [a] cum venia verba mea audiatis. Fide, sapientiáque vestra fretus plus oneris sustuli, quàm ferre me posse intelligo. hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero, studio & industria, iudices. sin à vobis (id quod non spero) deseràr tamen animo non deficiam, & id, quod suscepi, quoad potero, perferam. quòd si perferre non potero: opprimi me onere officij málo, quàm id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter pertidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Te quoque magnopere, M. Fáni [b], quæso, vt, qualem te iam antea populo R. præbuisti, cùm huic idé quæstioni iudex præesses, talem te & nobis, & populo Ro. hoc tempore impertias. Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, vides: quæ sit omnium mortalium exspectatio, quæ cupiditas, vt acria, ac seuera iudicia fiant, intelligis. Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primùm committitur, cùm interea cædes indignissimæ, maximæque factæ sint. Omnes hanc quæstionem te prætore de [d] manifestis maleficiis, quotidianóque sanguine haud [e] remissiùs sperant futuram. Qua vociferatione in ceteris iudiciis accusatores vti cõsueuerunt, ea nos hoc tempore vtimur, qui causam dicimus. Petimus abs te, M. Fanni, à vobísque, iudices, vt quàm acerrimè maleficia vindicetis: vt quàm fortissimè hominibus audacissimis resistatis: vt hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostendetis, eò prorumpere hominum cupiditatem, & scelus, & audaciam, vt non modò clàm, verùm etiam hîc in foro, ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia cædes futuræ sint. Etenim quid aliud hoc iudicio tentatur, nisi vt id fieri liceat? Accusant [f] ij, qui in fortunas huius inuaserunt: causam dicit is, cui, præter calamitatem, nihil reliquerunt. Accusant ij, quibus occídi patrem Sex. Roscij, bono fuit. causam dicit is, cui non modò luctum mors patris attulit, verùm etiam egestatem. Accusant ij, qui hunc ipsum iugulare summè cupierunt: causam dicit is, qui etiã ad hoc ipsum iudicium cum præsidio venit, ne hîc ibidem ante oculos vestros trucideur. Denique accusant ij, quos populus polcit: causam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde restat. Atque vt faciliùs intelligere possitis, iudices, ea, quæ facta sunt, indigniora esse, quàm hæc sunt, quæ dicimus: ab initio, res quemadmodum gesta sit, vobis exponemus: quo faciliùs & huius hominis innocentissimi miserias, & illorum audaciam cognoscere possitis, & reipub. calamitatem [g]. Sex. Roscius, pater huiusce, municeps Amerinus [h] fuit, cùm genere, & nobilitate, & pecunia non modò sui municipij [i], verùm etiam eius vicinitatis facilè primus, tum gratia, atque hospitiis florens hominum nobilissimorum. Nam cum Metellis, Seruiliis, Scipionibus erat ei non modò hospitium, verùm etiam domesticus vsus, & consuetudo: quas (vt æquum est) familias, honestatis, amplitudinísque gratia nomino. Itaque ex suis omnibus commodis hoc [a] solum filio reliquit. nam patrimonium domestici prædones vi ereptum possident: fama, & vita innocentis ab hóspitibus, amicísque paternis defenditur. Hic cùm omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tum hoc tumultu proximo [b], cùm omnium nobilium dignitas, & salus in discrimen veniret, præter ceteros in ea vicinitate eam partem, causamque opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat, pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. Posteaquàm victoria constituta est, ab armísque recessimus: cùm proscriberétur homines, atque ex omni regione caperentur ij, qui aduersarij fuisse putabantur: erat ille Romæ frequens: atque in foro, & in ore omniũ quotidie versabatur: magis vt exsultare victoria nobilitatis videretur, quàm timere, ne quid ex ea calamitatis sibi accideret. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roscíis Amerinis, quorum alterum sedere in accusatorum subsellíis video: alterum tria huiusce prædia possidere audio. quas inimicitias si tam cauere [c] potuisset, quàm metuere solebat, viueret. Neque enim, iudices, iniuria metuebat. nam duo isti sunt T. Roscij, quorum alteri Capitoni cognomen est: iste, qui adest, Magnus vocatur: homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator habetur: hic autem nuper se ad eum lanistam contulit, qui, cùm ante hanc pugnam tiro esset scientia, facilè ipsum magistrum scelere, audaciáque superauit. Nam cùm hic Sex. Roscius esset Ameriæ, T. autem iste Roscius Romæ: cùm hic filius assiduus in prædiis esset, cùmque se voluntate patris rei familiari, vitaéque rusticæ dedisset: iste autem frequens Romæ esset: occiditur ad balneas Palatinas rediens à cena Sex. Roscius. Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem suspicio maleficij pertineat. Verùm id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote.

¶ Occiso [d] Sex. Roscio, primus Ameriam nuntiat Manlius [e] Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus, cliens, & familiaris istius T. Roscij: *& nuntiat* [f] domum, non filij, sed T. Capitonis, inimici: &, cùm post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum cisiis [g] peruolauit: non [h] modò vt exoptatum inimico nuntium primus afferret, sed etiam cruorem inimici quàm recentissimum, telúmque paullo antè è corpore extractum ostenderet. Quatriduo, quo hæc gesta sunt, res ad Chrysogonum in castra L. Syllæ Volaterras defertur: magnitudo pecuniæ demonstratur: bonitas prædiorum, (nam fundos decem, & treis reliquit, qui Tiberim ferè omnes tangunt) huius inopia & solitudo commemoratur. demonstrant, cùm pater huiusce, Sex. Roscius, homo tam splendidus, & gratiosus, nullo negotio fit occisus,

a sic apud Liuium Locrensium legatus. Cum bona venia quæso audiatis P.C. & Paul. Actor. 26. ἡγοῦμαι σεαυτὸν μακροθύμως ἀκοῦσαί μου. & Tertullus orator actor c. 24. παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.*

b Prætor vt I.*

c L. cùm huic eidem quæst. ¶ *Ita Ant. Aug.* P. B. *gust.* & rectè Cn. enim Dolabella erat prætor vrbanus hoc anno. At M. Fánius iudicia exercebat inter sicarios.*

d L. de manifestis maleficiis ante admissis, quotidianoque sanguine, sperant futura.

e *al.* aut *al.* ante admissis.*

f Comparatio seu σύγκρισις*

g NARRATIO eiusque pars prima.*

h L. Amerinus, fuit, cùm

i Municipia, vrbes ciuitate Romana donatæ primum sine iure suffragij, post ea cũ suffragio: dicta autem municipia, quod numeris pariem caperent.*

p. XXI.

a *al.* hoc solum

b An quo Sulla inimicos Italia expulit, vt vult Manutius? ac quo Cinna & Marius in vrbes receptis, omnes aduersæ partis ciuitates trucidarunt quoque multi in Italiæ municipia confugerunt: vt notat Homannus.*

c *al.* "prohibere: & ita apud Fortunatianum & *Rhetoric.**

P. B.

d Narratio seu de cæsa secutis rebus.* e *al.* Mallius.* f id est Nuntiatio.*

g Cisium vehiculi birotæ genus. Nonius 2. Cicero 139. *Philippic.* 2. vnde cisiarius. Iuuenalis ita queritur de loca.* h L. vt non modò exopt.

Romę ignotũ,de medio tolli posse.ad eã rem operam suã pollicẽtur. Ne diutius vos teneã, iudices,societas[a] coitur.Cùm iã proscriptionis mentio nulla fieret, & cùm etiam qui antea metuerant, redirent, ac iã defunctos sese pericul[is] [b] arbitrarentur : hominis studiosissimi nobilitatis mãceps [c] fit Chrysogonus.tria prędia vel nobilissima Capitoni propria [d] tradũtur, quæ hodie possidet : in reliquas omneis fortunas iste T.Roscius, nomine Chrysogoni, quemadmodũ ipse dicit, imperũ facit.Hęc bona sexagies[e] emuntur duobus[f] millibus num mũm.Hæc omnia, iudices,imprudẽte L.Sylla facta esse certò scio.Neq; enim mirũ,cùm eodẽ tẽpore &[g] ea,quę pręterita sunt,& ea quę videntur instare,præparet:cùm & pacis consti tuendæ ratione, & belli gerendi potestatẽ solus habeat:cùm omnes in vnũ spectẽt, vnus omnia gubernet : cùm tot, tantísq; negotiis distentus sit, vt respirare liberè non possit:si aliquid nõ animaduertat: cùm præsertim tã multi occupationẽ eius obseruẽt,tempúsq; aucupẽtur, vt, simul atq; ille desperexerit [i], aliquid huiusce modi moliantur. Huc accedit, q[p] quãuis ille felix [k] sit, sicut[l] est:tamẽ [m] in tanta felicitate *nemo potest esse in magna familia,qui neminẽ neq; seruũ,neque libertũ improbũ habeat.* Interea[n] iste T.Roscius,vir optimus,procurator Chrysogoni, Amerią venit:in prędia huius inuadit:hũc miserũ,luctu perditũ, qui nondũ etiã [o] paterno funeri iustaq[p] soluisset q, nudum eiicit domo, atq; focis patriis,diisq; penatibus præcipitẽ,iudices,exturbat:ipse amplissimę pecuniæ fit dominus. Qui in sua re fuisset egentissimus,erat(vt fit)insolens in aliena.Multa palàm domũ suam auferebat: plura clàm de medio remouebat:nõ pauca suis adiutoribus largè , effuseq; donabat: reliqua , constituta auctione, vendebat.Quod Amerinis vsq; [r] eò vi sum est indignũ,vt vrbe tota fletus,gemitúsq; fieret. Etenim multa simul ante oculos versãbatur.mors hominis florentissimi,Sex.Roscij, crudelissima : filij autẽ eius egestas indignissima:cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius ne iter [s] quidẽ ad sepulcrũ patrium reliquisset: bonorũ [t] emtio [u], flagitiosa possessio, furta, rapinæ, donationes. Nemo erat,qui nõ ardere [x] omnia mallet , quàm videre in Sex. Roscij, viri optimi,atq; honestissimi bonis iactantẽ,ac dominantẽ T.Roscĩũ.Itaq; decurio decretũ statim fit,*Vtỹ decem-primi[y] proficiscantur ad L.Syllã, doceantq; eũ,qui vir Sex. Roscius fuerit : conquerantur de istorum scelere, & iniuria:orent,vt & illius mortui famã,& filij innocentis fortunas conseruatas velit.* Atque ipsum decretum , quæso cognoscite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in castra veniũt. intelligitur,iudices,id, quod iã antè dixi, imprudente L.Sylla, scelera hæc,& flagitia fieri. nam statim [illegible] gonus & ipse ad eos accedit, &[z] homines nobileis allegat [b] iis, qui pecerent, ne ad Syllam [illegible], & omnia Chrysogonum , quæ vellent, esse facturum pollicerentur.Vsque adeò autem ille pertimuerat, vt [a] mori mallet, quàm de his rebus Syllã doceri. Homines antiqui[b], qui ex sua natura ceteros fingerẽt, cùm ille cõfirmaret,sese nomẽ Sex. Roscij de tabulis [c] exemturum , prædia vacua filio traditurum:cúmq; id ita futurũ T. Roscius Capito,qui in X.legatis erat,appromiteret [d], crediderunt : Amerią re inorata [e] reuerterẽt. Ac primò rem differre quotidie , ac procrastinare illi cœperunt:deinde aliquanto lẽtiùs,nihil agere, atq; deludere: postremò(id quod facilè intellectũ est)insidias vitę huiusce Sex.Roscij parare,neq; sese arbitrari posse diutiùs alienã pecuniã domino incolumi obtinere. Quod is simulaq; sensit: de amicorũ , cognatorúmq; sententia Romã *confugit*,[f] & se se ad Cæciliã [g], Nepotis [h] filiam, quã honoris causa nomino,cõtulit,qua pater vsus erat plurimũ: in qua muliere,iudices, etiam nunc, id quod omnes semper existimauerũt, quasi exempli causa,vestigia antiqui officij remanent. Ea Sex. Roscĩũ inopẽ,eiectũ domo, atque expulsum ex suis bonis,fugientẽ latronũ tela,& minas,recepit domũ: hospitiq; oppresso iam, desperatoq; ab omnib[o], opitulata est.Eius virtute,fide,diligẽtia factum est,vt hic potiùs vivus in reos, quàm occisus in proscriptos referretur.Nã postquã isti intellexerunt,summa diligẽtia vitã Sex.Roscij custodiri,neq; [i] sibi vllã cædis faciũdę potestatẽ dari : *consiliũ* cęperunt plenũ sceleris,& audaciæ,vt nomẽ huius de [k] parricidio deferrent : vt ad eam rem aliquem accusatorẽ veterẽ cõpararent,qui de ea re posset dicere aliquid , in qua re nulla subesset suspicio: deniq; vt quoniã crimine nõ poterãt, tempore [l] ipso [m] pugnarent.ita loqui homines: q[p] iudicia tã diu facta non essent [n], condẽnari eũ oportere, qui primus in iudiciũ adductus esset: huic autẽ patronos propter Chrysogoni gratiã defuturos:de bonorũ venditione , & de ista societate verbũ esse facturũ neminẽ: ipso nomine parricidij [o], & atrocitate criminis,fore,vt hic nullo negotio tolleretur, cùm ab nullo defensus esset. Hoc cõsilio,atq; adeò hac amentia impulsi,quẽ ipsi,cùm cuperent,nõ potuerunt occidere,eũ [illegible]ulandũ vobis tradiderunt. ¶ Quid [p] [illegible] queratʔaut vnde potissimùm exordiar,[illegible] aut quod, aut à quibus auxiliũ petã? Deos, [illegible] immortaliũ?populine Romani? vestrúmʔ qui summam potestatẽ habetis,hoc tempore fidẽ implorẽ? Pater occisus nefariè,domus obsessa,ab inimicis bona [q] ademta,possessa [r], direpta:filij [s] vita infesta,sæpe ferro,atq; insidiis appetita.quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? tamen hæc aliis nefariis cumulant,atq; adaugẽt : crimen incredibile confingunt : testeis in hunc , & accusatores huiusce pecunia comparant: hanc conditionem misero ferunt , vt optet, vtrum malit , ceruices Roscio dare,an insutus [t] in culleũ, suppliciũ [u] parricidarum, per summum dedecus vitã amittere. Patronos huic defuturos putauerunt: desunt. qui liberè dicat, qui cũ fide defendat, (id quod in hac causa est satis,) quoniã quidẽ suscepi,non deest profectò,iudices. Et fortsitã in suscipienda causa temerè impulsus adolescentia [x] fecerim: quoniam quidẽ semel suscepi,licet hercules vndique omnes [y] terrores, periculáque impendeant omnia, succurram, atque subibo. Certum est, deliberatum que,

a *al.* vt omnia mallet.*
b Antiqui homines hic vel boni,vel simplici ingenio & minimè callidi.*
c proscriptorum.*
d hinc appromissor.*
e Inorare est nihil impetrare.*
f 5.Fuga.* P. XXIII.
g *Plutarch. in Sulla* vxorem Sullæ aduersus quem confugit Sex.Roscius : cuius intercessione passus sit Sulla fieri iudicium contra Chrysogonũ tametsi gratiosum libertum.*
h L.Baleari filiam, Nepotis sororem,
i 6.Cõsilia.*
k L. de parricidio.
l Tempus pro occasione hic sumitur.*
m *al.* ipsum oppugnarent *non necessario.**
n propter bella ciuilia.*
o L.parricidij.
p DIGRESSIO.*
q *Anton. Augusti.* bona possessa. *Paragraphus* bona empta, possessa. Nã supra dixit bonorũ emptio flagitiosa emptio.*
r *al.* possessio directa *ita Passeratius.**
s *al.* filij vita infesta sæpe ferro, atque insid.
P. B.
t *vide l.9.ff. ad Pompeium de parricidijs vbi diui.**
u L.*hæ voces duas,* SVPPLICIVM PATRICIDARVM, *quæ in omnib editionibus vsq; repertitur.post,* INCVLLEVM. *delet. vt adventitias & alienas.*
x *fort.* ab adolescentia, &c.

quę ad causam pertinere arbitror, omnia non modò dicere, verùm etiam libèter, audacter, liberéque dicere. Nulla res tãta exsistat [a], Iudices, vt possit vim mihi maiorem adhibere metus, quàm fides. Etenim quis tam dissoluto animo est, qui hæc cùm videat, tacere, ac negligere possit? patrem meum, cùm proscriptus non esset, iugulastis: occisum in proscriptorum numerum retulistis: me domo mea per vim expulistis: patrimonium meum possidetis. Quid vultis amplius? etiámne ad subsellia cum ferro, atque telis venistis, vt hîc aut iuguletis, aut [b] condemnetis? Hominem longè audacissimum nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriam [c], &, quod inter omneis constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum. Is cùm curasset in funere C. Marij, vt Q. [d] Scæuula vulneraretur, vir sanctissimus, atque ornatissimus nostræ ciuitatis: de cuius laude neque hîc locus est, vt multa dicantur, neque plura tamen dici possunt, quàm populus Rom. memoria retinet [f] diem [g] Scæuulæ dixit, posteaquàm comperit, eum posse viuere. cùm ab eo quęreretur, quid tandem accusaturus esset eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commodè posset: aiunt, hominem (vt erat furiosus) respondisse, quòd nõ totum telum [h] corpore recepisset. Quo populus Rom. nihil vidit indignius, nisi eiusdem viri mortem: quæ tantùm potuit, vt omneis [i] ciueis suos perdiderit, & afflixerit: quos [k] quia seruare per compositionem volebat, ipse ab iis interemtus est. Estne [l] hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ [m] non simillimum? accusatis Sex. Roscium. quid ita? quia de manibus vestris effugit: quia se occidi passus non est. Illud quia in Scæuula factum est, magis indignum videtur: hoc, quia fit à Chrysogono, num [n] est ferendum? Nam [o] per deos immortaleis, quid est in hac causa, quod defensionis indigeat? qui locus, ingenium patroni requirit, aut oratoris eloquendam magnopere desiderat? Totam causam, iudices, explicemus, atque ante oculos expositam consideremus. ita facillimè quæ res totum iudicium contineat, & quibus de rebus nos dicere oporteat, & quid vos sequi cõueniat, intelligetis. ¶ Res [p] sunt res, quantum ego existimare possum, quæ [q] obstant hoc tempore Sex. Roscio: *crimen* [r] aduersariorum, & *audacia*, & *potentia*. Criminis confictionem accusator Erucius suscepit: audaciæ parteis Roscij sibi [s] popoposcerunt. Chrysogonus autem, is, qui plurimum potest, potentia pugnat. De hisce omnib. rebus me dicere oportere intelligo [t]. ¶ Quid igitur est? non eodem modo de omnibus: ideò quòd prima illa res ad meũ officium pertinet: duas autem reliquas vobis populus R. imposuit. ego *crimen* [u] oportet diluam: vos & audaciæ resistere, & hominũ eiusmodi pernicioſam, atque [x] intollerandam potẽtiam primo quoque tempore exstinguere, atq; opprimere debetis. Occidisse patrem Sex. Roscium arguitur. Scelestum [y], dij immortales, ac nefarium facinus, atque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa [z] esse videãtur. Etenim si (id quod præclarè à sapiẽtibus dicitur) *vultu*

a *al.* exisset.*

b *alij libri*, aut condemnetis Sex. Roscium? *meandsé.*

c *Vide 9. Valer. 11.**

d *lib. vnus* Q. S. *suo a*

e *al.* hic locus est,

f *al.* tenet.*

g Deum dicere, est ad populum ac cusare: quod propriũ maximè tribunorum.*

h perinde P. XXIIII. agebat Fimbria aduersus Scæuulã ac si gladiator fuisset. Gladiatoribus enim imperatoribus, vt ferrum reciperent de quo diximus in oratione pro Sextio.*

i *v. c.* omnis eius suos

k *al.* qui quos seruare.*

l L. Esne hoc illi dicto, atq. facto Fimbriano simillimum? *al.* Fimbriano vt s.*

m L. non est ferendum.

o CONSTITVTIO CAVSAE.*

p PARTITIO.*

q L. quæ obstant h.

r *ita lege*, crimen, aduersariorum & audacia & potentia.*

s *fort.* sibi depopoſcerunt.

t *al.* intelligo. non eodẽ modo de omnibus. ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis P. Romanus Imp. K. posuit. Quid igitur est, c g* crimen *ita vestitum Passeratius.**

u DE CRIMINE seu PARRICIDIO aut potius ACCVSATIONE PARRICIDII aduersus C. Eruciumhoc est Sext. Roscium, patrem suum non occidisse.

x *fort.* atque haud tolerandam

y Parricidij gratia.* z complexa dixit passiue pro comprehensa vt Prisc. anus hunc locum interpretatur l. b. 9.*

sæpe læditur pietas: quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura diuina, atque humana cogebant? in hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita rarò [a] exstitit, vt, si quando auditum sit, portenti, ac prodigij simile numeretur, quibus tandem re, C. Eruci, argumentis accusatorem censes vti oportere? nónne & audaciam eius, qui in crimen vocetur, singularem ostendere, & mores feros, immanémque naturam, & vitam vitiis, flagitiisque omnibus deditam [b], denique omnia ad pernicié profligata, atque perdita? quorum tu nihil in Sex. Roscium, ne obiiciendi quidem causa, contulisti. Patrem occidit Sex. Roscius. Qui homo? Adolescentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? annos natus magis [c] quadraginta. Vetus videlicet ficarius, homo audax, & sæpe in cæde versatus. at hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria, purgauit Erucius, cùm dixit, hunc ne in conuiuio quidem vllo ferè interfuisse. nihil autem vnquã debuit, cupiditates porrò quæ possunt esse in eo, qui (vt ipse accusator obiecit) ruri [d] semper habitarit, & in agro colendo vixerit? quæ vita maximè disiuncta [e] à cupiditate, & cum officio coniuncta. Quæ res igitur tantum istũ furorem Sex. Roscio obiecit? Patri, inquit, non placebat. Patri non placebat? quam ob causam? Necesse est enim eam quoq; iustam, & magnam, & perspicuam fuisse. Nam, vt illud incredibile est, mortem oblatã esse patri à filio sine plurimis, & maximis causis: sic hoc verisimile non est, odio fuisse parenti filium sine causis multis, & magnis, & necessãriis. Rursus igitur eódem reuertamur, & quæramus, quæ tanta vitia fuerint in vnico [f] filio, quare is patri displiceret. At perspicuum est, nullum fuisse. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa, quem procrearat. At is quidem fuit omnium constantissimus. Ergo illud iam perspicuum profectò est, si neque amens pater, neque perditus filius fuerit: neq; odij causam, patri, neque sceleris, filio fuisse. Nescio, inquit, quæ causa odij fuerit: fuisse odium intelligo: quia antea, cùm duos filios haberet, illũ alterum qui mortuus est, secum omni tẽpore volebat esse: *hunc in prædia rustica relegarat.* Quod Erucio accidebat in mala, nugatoriaq; accusatione, idem mihi vsu venit in causa optima. Ille, quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leueis [g] qua ratione infirmem, ac diluam, reperire non possum. Quid ais, Eruci? tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo, relegationis, ac supplicij gratia, colenda, ac h. tuenda tradiderat? Quid hoc? Patresfamiliãs [i], qui liberos habent, præsertim homines illius ordinis, ex municipiis rusticanis [k], nónne optatissimum sibi putãt esse, filios suos rei familiari maximè seruire, & in prædiis colendis operæ plurimùm, studióque cõsumere? An amandarat [l] hunc sic, vt esset in agro, ac tantummodò aleretur ad villam, vt [m] commodis omnibus careret? Quid si constat. hunc non modò colendis prædiis præfuisse, sed certis fundis, patre viuo, frui solitum esse? tamẽne hæc attẽta [n] vita, & rusticana, relegatio, atque amanda-

a ideoque Solon legem aduersus parricidas dicitur non tulisse.*

b *lib. vulg.* deditam, deniq.

c *al.* maior.*

d *fort.* ruri semper h.

e *al.* distracta est.*

P. XXV.

f Græci ἀγαπητὸν appellant.*

g *v. c.* leue

h *al.* patresfamilias.*

i Mundi piorum duorum genera hinc quidam colligunt, ex alia rusticana.* rustica

k *al.* pagi tenda.

l Amandare est remouere à nobis, ordij causa, m *al.* & vt necessario. n *al.* atta non necessario. o *al.* attẽta

P. vita, disciplina, institutio, regio, disci-

amandatio apellãbitur? Vides, Eruci, quantum distet argumentatio tua ab re ipsa, atq; à veritate. Quod consuetudine patres faciunt, id, quasi nouum, reprehendis: quod beneuolentia [a] fit, id odio factum criminaris: quod honoris causa pater filio suo concessit, id eum supplicij causa fecisse dicis. Neq; hæc tu non intelligis: sed vsq; eò quid [b] arguas, non habes, vt non modò tibi contra nos dicẽdum putes, verùm etiãm cõtra rerum naturam, contráq; [c] consuetudinem hominum, contráq; opiniones omnium. At enim, cùm duos filios haberet, alterum à se nõ dimittebat, alterum ruri [d] esse patiebatur. Quæso, Eruci, vt hoc in [e] bonã partem accipias. non enim exprobrandi causa, sed commonendi gratia dicam. Si tibi fortuna non dedit, vt patre certo [f] nascerere, ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset: at natura certè dedit, vt humanitatis non parum haberes. Eò accessit studiũ doctrinæ, vt ne à litteris quidem alienus esses. Ecquid tandem tibi videtur (vt ad fabulas veniamus) senex ille Cæcilianus [g] minoris facere Eutychum, filium, rusticum, quàm illum alterum, Chæreſtratũ? (nam, vt opinor, hoc [h] nomine est) alterum in vrbe secũ honoris causa habere? alterum rus supplicij causa relegasse? Quid ad istas ineptias abis? inquies. Quasi verò mihi difficile sit, quamuis multos nominatim proferre (ne lõgiùs abeã) vel tribuleis [i], vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciũt, agricolas assiduos esse cupiũt. Verũ homines notos sumere, odiosum est, cùm & illud incertum sit, velintne hi sese nominari: & nemo vobis magis notus futurus sit, quã est hic Eutychus: & certè ad rẽ nihil intersit, vtrùm hunc ego comicum adolescentẽ, an aliquẽ ex agro Veiente nominem. Etenim hęc conficta arbitror à poetis esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expreſſamq; imaginẽ [k] nostræ vitæ quotidianæ videremus. Agè nũc, refer animũ, sis!, ad veritatem, & cõsidera, nõ modò in Vmbria, atq; in ea vicinitate, sed in his veterib. municipiis, quæ studia à patribus familiãs maximè laudentur. iam profectò te intelliges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio, & culpæ dedisse. At nõ modò hoc patrũ voluntate liberi faciunt: sed permultos & ego noui, & (nisi me fallit animus) vnusquisque vestrũm, qui & ipsi incensi sunt studio, quod ad agrum colendum attinet: vitamq; hanc rusticã, quam tu probro, & crimini puras esse oportere, & honestissimã, & suauissimam esse arbitrantur. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium? quo studio, & qua intelligentiã esse in rusticis rebus? vt ex his propinquis eius, hominibus honestissimis, audio, nõ tu in isto artificio accusatorio callidior es, quàm hic in suo. Verùm, vt opinor, quoniam ita Chrysogono videtur, qui huic nullum prædium reliquit, & artificiũ obliuiscatur, & studium deponat, licebit. Quod tametsi miserũ, & indignum est, ferret tamen æquo animo, iudices, si per vos vitã, & famã posset [m] obtinere. Hoc verò est, quod ferri [n] non potest, si & in hanc calamitatem venit propter prædiorũ bonitatem, & [o] multitudinẽ: &, q; ea studio sẽ coluit, id erit ei maximè fraudi [p]: vt parũ miseriæ sit, quòd aliis coluit, non sibi, nisi etiã, quòd omnino coluit, crimini fuerit. Nę q tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses, cùm [r] ab aratro arcessiebantur, qui consules fierent. Etenim, qui præesse agro colendo flagitium putes, profectò illum Atilium [a], quem sua manu spargentem semen, qui [b] missi erant, conuenerunt, hominem turpissimum, atque inhonestissimum iudicares. At hercule maiores nostri longè aliter & de illo, & de ceteris talibus viris existimabant. Itaque ex minima, tenuissimáque rep. maximam, & florentissimam nobis reliquerunt. Suos enim agros studiosè colebant: non alienos cupidè appetebant: quibus rebus, & agris, & vrbibus, & nationibus, rẽp. [d] atque hoc imperium, & populi Rom. nomen auxerunt. Neque ego hæc eò profero, quo [e] conferenda sint cum hisce, de quibus nunc quærimus: sed vt illud intelligatur, cùm apud maiores nostros summi viri, clarissimíque homines, qui omni tempore ad gubernacula reip. sedere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquãtum operæ, temporísque consumserint: ignosci oportere ei homini, qui se fateatur esse rusticum, cùm [f] ruri assiduus semper vixerit: cùm præsertim nihil esset, quod aut patri gratius, aut sibi iucundius, aut re vera honestius facere posset. Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opinor, ostenditur, Eruci, quòd hunc ruri [g] esse patiebatur. numquid est aliud? Immò verò, inquit, est. nam *istum exheredare in animo habebat*. Audio: nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat. nam illã, opinor, tu quoque concedis leuia esse, atque inepta. *Conuiuia cum patre nõ mibat*. Quippe qui ne in oppidum quidem, ni si perrarò, veniret. *Domum suam istum non ferè quisquam vocabat*. Nec mirum, quem [h] neque in vrbe videret, neque rure vocaturus [i] esset. Verùm hæc quoque tu intelligis esse nugatoria. Illud, quod cœpimus, videamus: quo certius argumentum odij reperiri nullo modo potest. *Exheredare pater filium cogitabat*. Mitto quærere, qua de causa: quæro, qui scias: tametsi te dicere, atque enumerare causas omneis oportebat: & id erat certi accusatoris officium, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia, atque peccata filij, quibus incensus parens [k] potuerit animum inducere, vt naturam ipsam vinceret: vt amorem illum penitus insitum eiiceret ex animo: vt denique patrem [l] esse sese obliuisceretur. quæ sine magnis huiusce peccatis accidere potuisse non arbitror. Verùm concedo tibi, vt ea prætereas, quæ, cùm taces, nulla esse concedis. Illum quidem voluisse exheredare, certè tu planum facere debes. Quid ergo affers, quare id factum putemus? Verè nihil potes dicere. Finge aliquid saltem commodè: vt ne planè videaris id facere, quod apertè facis, huius miseri fortunis, & horũ virorum talium dignitati illudere. Exheredare filium voluit. Quam ob causam? Nescio. Exheredauisne? Non. Quis prohibuit? Cogitabat. Cogitabat? cui dixit? Nemini. Quid est aliud, iudicio, ac legibus, ac maiestate vestra abuti ad quęstum, atq; ad libidinem, nisi hoc modo accusare, atque id obiicere, quod planum facere non modò non possis, verùm ne coneris quidem? Nemo nostrũm est, Eruci, quin sciat, tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse. vident omnes, qua de causa huic inimicus venias. sciunt, huiusce pecunia te adductum esse. Quid ergo est? ita tamen quæstus te cupidum esse oportebat, vt horum,

a fic ab aratro. Dictatores petito. vt R. Ciceronatus *Plinius de viris illustrib. cap. 17. & Plin. 3. & Serranus Plin. d. c. 3.** b *al.* Attilij Calatinum. c autem intelligit *4. Val. 4. Plinius de viris illustribus c. 39.**

P. R.

c Viatoreshi dicebantur. vide Festum in viatores 18. *Plin. 3. vbi vide formulam mandati à viatore facti.**

d *v.c.r.p.*

e *v.c.r.p.*

f *al.* quod conf.

g L. cùm ruri *al.* qui ruri.*

h *fort.* rure

i *lib. vulg.* qui neq. in vrbe viueret, neq. *al.* quem neque in vrbe viseret, nisi q. *al.* qui neque in vrbe viueret, neque reuocaturus esset. Has enim causas adfert Cicero, cur Roscium nemo fere domum vocaret. Neque inquit Cicero in vrbe viuebat: & si vixisset reuocaturus non erat. Est enim reuocare cum à quo hilare conuiuio acceptus fueris, vicissim inuitare.*

k *al.* reuocaturus *al.* euocaturus vt §. dixi.*

P. XXVII.

l L. pater m *fort.* patrẽ se esse obliu.

exiſtimationē,& legem Memmiā [a] putares aliquid valere oportere. Accuſatores multos eſſe in ciuitate vtile eſt,vt metu contineatur audacia.verumtamē hoc ita eſt vtile,vt ne planè illudamur ab accuſatoribus. Innocens eſt quiſpiā.verumtamē,quāquam abeſt à culpa,ſuſpicione tamē non caret. Tametſi miſerū eſt,tamen ei,qui hunc accuſet , poſſim aliquo modo ignoſcere. cùm enim aliquid habeat,quod poſſit criminoſè , ac ſuſpicioſè dicere , apertè ludificari , & calumniari [b] ſciens non videatur. Quare facilè omnes patimur , eſſe quàm plurimos accuſatores, quòd innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt : nocens [c] niſi accuſatus fuerit , condemnari non poteſt. *Vtilius* [d] *eſt autem* [e] *abſolui innocentem , quàm nocentem cauſam non dicere.* Anſeribus [f] cibaria publicè locantur [g], & canes aluntur [h] in Capitolio, vt ſignificent , ſi fures venerint. At fures internoſcere non poſſunt. ſignificant tamen,ſiqui noctu in Capitolium venerint: &, quia id eſt ſuſpicioſum , tametſi beſtiæ ſunt , tamen in eam partem potiùs peccant , quæ eſt cautior. Quòd ſi luce quoque canes latrent, cùm deos ſalutatum aliqui venerint:opinor , *iis* i crura [k] ſuffringantur, quòd acres ſint etiam tum, cùm ſuſpicio nulla ſit. Simillima eſt accuſatorum ratio. Alij veſtrùm , anſeres ſunt, qui tantummodò clamant, nocere [l] non poſſunt:alij,canes,qui & laurare, & mordere poſſunt. Cibaria vobis præberi [m] videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere,qui merātur.hoc populo gratiſſimū eſt.deinde ſi voletis, etiam tum , cùm veriſimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latrato te. id quoque concedi poteſt. Sin autem ſic agetis,vt arguatis aliquē patrē occidiſſe,neq;dícere poſſitisauaquare,aut quomodo:ac tantūmodò ſine ſuſpicione latrabitis: crura [n] quidē vobis nemo ſuffringet: ſed ſi ego hos bene noui,litterā [o] illam , cui vos vſque eò inimici eſtis,vt [p] etiam eas omneis oderitis,ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminem alium, niſi fortunas veſtras , accuſare poſſitis. Quid mihi ad defendēdum dediſti , bone accuſator? quid hiſce autem ad ſuſpicandū? Ne exheredaretur, veritus eſt. audio , ſed qua de cauſa vereri debuerit , nemo dicit. Habebat pater in animo. Planum fac.nihil eſt:nō,quicum deliberarit , quem certiorem fecerit,vnde iſtud vobis ſuſpicari in mentem venerit. Cùm hoc modo accuſas,Eruci, nónne hoc palàm dicis? ego,quid acceperim, ſcio: quid dicam,neſcio. vnum illud ſpectaui,quòd Chryſogonus aiebat, neminem iſti patronum futurum:de bonorum emtione, déque ea ſocietate neminem eſſe, qui verbum facere hoc tempore auderet. Hæc te opinio falſa in iſtā fraudem impulit. non mehercule verbum feciſſes, ſi tibi quemquam reſponſurum putaſſes. Operæ pretium erat, ſi animaduertiſtis, iudices, negligentiam eius in accuſando conſiderare.Credo,cùm vidiſſet, qui homines in hiſce ſubſelliis ſederent, quæſiſſe, num ille, aut ille defenſurus eſſet: de me ne ſuſpicatum quidem, quòd antea [q] cauſam publicam nullam dixerim. poſteaquàm inuēnit neminem eorum , qui poſſunt, & ſolent: ita negligens

a *al.* Remmiami *in Art. Auguſtinus.* Legis Remmiæ aduerſus calūniatores meminit Iureconſultus *l.t. ff. ad ſc Turpilianum l. quæſtum ff. de teſtibus.**

b *q.v.c.* kalumniari

c Nocens ſine accuſatore non dānatur *l.6. ff. de cuſtodia reorum dicit ad l.6. § 2. ff. de quæſtio.**

d *Idem in l. abſentem D. de pœnis.**

e *ſed tamen abſolui innocentem, &c. Plin.* 10.*

f *Plin.* 10.c.22. Cibaria anſerum , cenſores in primis locant.*

g *Plin.* 10.c.22.

h hoc quidam negat.*

i *fort.* ij cruci ſuffiganturAnſerū vigil cura Capitolium defendit:Canum ſilentiū pene prodidit. Cui rei teſtandæ ac deteſtandæ quotannis Canes ſupplicia pendebant, inter eadem Iuuentutis & Summani vitia, in arbore Sambucea fixi Plin.29.c. 4.12. Aelian. 32.aut vt Plutarchus refert I bello de fortuna P. xxviii. p.Romani cruci fixi, anſere in ſtrato ſumptuoſo & ferculo, magnifice ſedente *adde Auguſt.2. de ciuitate* 22.*

k de cruciſragio adde quædam ex Philippica 13.*

l *fort.* mordere

m προέξις

n *fort.* cruci quidem vos nemo ſuffiget: o Quidam litteram C.interpretatur:*malè* fuit enim littera K.id eſt kalumnia. ſic enim ſcribebatur apud veteres & kalumniatoribus fronti inurebatur *dixi ad l. ff. ad Turpillianum.* Non eſt igitur littera c. ſed nec condemnationis.* p L.vt etiam alias omneis*al.* vt etiam illas

q Hæc igitur oratio in cauſa publica, Ciceronis prima fuit. Idē Cicero libro de Claris oratoribus.*

eſſe cœpit, vt cùm in mentem veniret ei , reſidēret : deinde ſpatiaretur : nonnumquam etiam puerum vocaret , credo cui cenam imperaret: prorſus vt veſtro conſeſſu,& hoc conuentu pro ſumma ſolitudine abuteretur. Perorauit aliquando : aſſedit. ſurrexi ego.reſpirare viſus eſt , quòd non alius potius diceret. cœpi dicere. Vſque eo animaduerti, iudices, eum iocari, atque [a] alias res agere,antè quàm Chryſogonum nominaui: quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit. mirari viſus eſt. intellexi,quid eum pupugiſſet. Iterum,ac tertiò nominaui. Poſtea homines cutſare vltrò, &citrò non deſtiterunt,credo,qui Chryſogono nuntiarent, eſſe aliquem in ciuitate , qui contra voluntatem eius dicere auderet: aliter cauſam agi, atque ille exiſtimaret:aperiri bonorum emtionē : vexari peſſimè ſocietatem: gratiam, potentiámque eius negligi : iudices diligenter attendere : populo rem indignam videri. Quæ quoniam te fefellerunt , Eruci, quoniámque vides verſa eſſe omnia : cauſam pro Sex. Roſcio , ſi non commodè , at liberè dici : quem dēdi putabas , defendi intelligis: quos tradituros ſperabas, vides iudicare:reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem, atque prudentiam: confitere [b] huc ea ſpe veniſſe, quòd putares hîc latrocinium, non iudicium fururum. De [c] patricidio cauſa dicitur: ratio ab accuſatore reddita non eſt, quam ob cauſam patrē filius occiderit. Quod in minimis noxis, & in his leuiorib. peccatis, quæ magis crebra , & iam propè quotidiana ſunt, maximè, & primùm quæritur, quæ cauſa maleficij fuerit: id Erucius in patricidio [d] quæri non putat oportere : in quo ſcelere, iudices , etiam [e] cùm multæ cauſæ conueniſſe vnum in locum, atque inter ſe congruere videntur : tamen non temerè creditur , neque leui coniectura res penditur , neque teſtis incertus auditur, neque accuſatoris ingenio res iudicatur. Cùm multa antea commiſſa maleficia, tum vita hominis perditiſſima,tum ſingularis audacia oſtendatur neceſſe eſt: neque audacia ſolùm,ſed ſummus furor,atque amētia.Hęc cùm ſint omnia, tamen exſtent oportet expreſſa ſceleris veſtigia, vbi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium ſit admiſſum.quæ niſi multa,& manifeſta ſunt, profectò res tam ſceleſta , tam atrox , tam nefaria credi non poteſt. Magna eſt enim vis humanitatis : multùm valet communio ſanguinis: reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura: portentum,atque monſtrum certiſſimum eſt,eſſe aliquem humana ſpecie,& figura,qui tantum [g] immanitate beſtias vicerit , vt, propter [h] quos hanc ſuauiſſimam lucem adſpexerit,eos indigniſſimè luce priuarit : cùm etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio , & natura ipſa conciliet. Non ita multis antè annis aiūt, T i. Cloelium quendam Terracinēſem [k], hominem non obſcurum, cùm cenatus cubitum in idem conclaue [l] cum duobus adoleſcentibus filiis iſſet , inuentum eſſe manè iugulatum , cum neque ſeruus quiſquam repertetur , neque libet , ad quem ea ſuſpicio pertineret : id ætatis autem duo filij propter [m] cubantes ne ſenſiſſe quidem ſe dicerēt: nomina filiorum de [n] patricidio delata ſunt. Quid [o] poſtea? erat ſanè ſuſpicioſum. Neutrum [p] ſenſiſſe! auſum autem eſſe quemquam ſe in id conclaue committere,eo potiſſimùm tempore

a *fort.* atque alias res agere , donec Chryſ. *vel ſic*, alias res agere, quoad Chryſ.

b L.aut effetere,te huc ea ſpe venire c *lib. vnic.* De patricidio B.

d *al.* patricidio.*

e Parricidij nemo damnandus eſt coniecturis, niſi multæ & magnæ cōcurrant.* f *fort.* Hæc cùm hunc omnia , tum exſtent op.

g *vocum rerum* h *al.* per quos, *ſed nihil mutandum, propter quos. dicitur pro*, quorum operā &c. per quos.

i Idem *f. Valer.*

k *al.* Iſtę cinenſem *male.* Ex Liuio *l.* 1. *c.* 57. Cluilium Albanum Romanis infeſtum *l.* Conſulatu Feſto quæ vna die ūe claudun-tur.* m id eſt *prope.* Exemplū vide apud Nonium *c.* 1. in propert. 357.* *vel n lib. vnic.* de patricidio o *al.* Quid poterat ſuſpicionem tam ſpiciosum eſſe, aut tam ſenſum ſenſiſſe aut audire *al.* quod vt erat ſuſpicioſum, aut non erat ſuſpicioſum. neuter ſenſiſſe quam.* P *al.* Neutrum ne ſenſiſſe.

tempore, cùm ibidem essent duo adolescentes filij, qui & sentire, & defendere facilè possent? Erat porrò nemo, in quem ea suspicio conueniret. tamen cùm planum iudicibus esset [a] factum, aperto ostio dormientes eos repertos esse: iudicio absoluti adolescentes, & suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat, quemquam esse, qui, cùm omnia diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset: propterea quòd qui tantũ facinus commiserunt, nõ modò sine cura quiescere, sed ne spirare[b] quidem sine metu possunt. Videtisne, quos [c] nobis poetæ tradiderunt, patris vlciscendi causa, supplicium de matre sumsisse, cùm præsertim deorum immortalium iussis, atque oraculis id fecisse dicantur, tamen vt eos agitent [d] furiæ, neque consistere vsquam [e] patiantur [f], quod ne pij quidem sine scelere esse potuerunt? Sic se res habet, iudices. magnã vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus, maternúsque sanguis: ex quo si qua macula concepta est, non modò elui non potest, verùm vsque eò permanat ad animum, vt summus furor, atque amentia cõsequatur. Nolite enim putare, quemadmodũ in fabulis sæpenumerò videtis, eos, qui aliquid impiè, sceleratéque commiserint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, & suus terror maximè vexat: suum quemque scelus agitat, amentiáque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ, domesticæque furiæ: quę dies, nocteisque parentum pœnas à conscelleratissimis filiis repetant. Hęc magnitudo maleficij facit, vt, nisi pœnè manifestum patricidium [g] proferatur, credibile non sit: nisi turpis adolescentia, nisi omnibus flagitiis vita inquinata, nisi sumtus effusi cum probro, atque dedecore, nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab insania. Accedat huc oportet odium parentis, animaduersionis paternæ metus, amici improbi, serui cõscij, tẽpus idoneũ, locus opportunè captus, ad eã rẽ: pænè dicam, respersas manus sanguine paterno iudices videãt oportet, si tantũ facinus, tã immane, tam acerbum, crediturі sint. Quare hoc, quo minus est credibile, nisi ostenditur: magis est, si conuincitur, vindicandum. Itaque, cùm multis ex rebus intelligi potest, maiores nostros nõ modò armis plus, quàm ceteras nationes, verùm etiam consilio, sapientiáque potuisse: tum ex hac re vel maximè, quòd in impios singulare [k] supplicium inuenerunt [i]. Qua in re quantum prudentia præstiterint iis, qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur, considerate. Prudentissima ciuitas Athenjẽsium, dum rerum potita [k] est, fuisse traditur. eius porrò ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, scripserit. Is cùm interrogaretur, cur [l] nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cùm de eo nihil sanxerit, quod anteà commissum non erat, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. Quanto maiores nostri sapientiùs? qui cùm intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in [m] patricidas singulare excogitauerũt: vt, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ij magnitudine pœnæ maleficio [a] summouerentur, insui voluerunt in culeum [b] viuos, atque ita in flumen deiici. O singularem sapientiam, iudices! nónne [c] videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse, & [d] eripuisse, cui repentè cælum, solem, aquam, terrámque ademerunt, vt, qui eũ necasset, vnde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur? Noluerunt feris corpus obiicere, ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur: non sic nudos in flumen deiicere, ne, cùm delati essent in mare, ipsum [e] polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius [f] partem vllã reliquerint. Etenim quid tam est commune, quàm spiritus [g] vjuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita viuunt, dum possunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terra [h] non tangat: ita iactantur fluctibus, vt numquam abluantur [i]: ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Tanti maleficij crimen, cui maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare te, Eruci, censes [j] posse talibus viris, si ne causam quidem maleficij protuleris? Si hunc apud bonorum emtores ipsos accusares, eique iudicio Chrysogonus præesset: tamen diligentiùs, paratiúsque venisses. Vtrùm [k] quid agatur, non vides? an apud quos agatur? Agitur de patricidio: quod sine multis causis suscipi non potest. Apud homines autẽ prudentissimos agitur: qui intelligunt, neminem ne minimum quidem maleficiũ sine causâ admittere. Esto: causam proferre non potes. tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo iure decedam: & tibi, quod in alia causa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Non quæro abs te, quare patrem Sex. Roscius occiderit: quæro, quomodo occiderit. Ita [l] quæro abs te, C. Eruci, quomodo: & sic tecum agã, vt in eo loco vel respondendi, vel interpellãdi tibi potestatem faciam, vel etiam, si quid voles, interogandi. Quomodo occîdit? ipse percussit, an aliis occidendum dedit? Si ipsum arguis, Romæ non fuit. si per alios fecisse dicis: quęro, seruósne, an liberos? quos homines? indidémne Ameria, an hosce ex vrbe sicarios? Si Ameria: qui sunt hi? cur non nominãtur? si Romæ: vnde eos nouerat Roscius, qui Romam multis annis nõ venit, neque vmquã plus triduo fuit? vbi eos conuênit? quicum locutus est? quomodo persuasit? pretium dedit? cui dedit? per quem dedit? vnde, aut quantum dedit? nónne his vestigiis ad caput maleficij peruenîri solet? & simul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris. hunc hominẽ, ferum, atque agrestem fuisse: numquam cum homine quoquã collocutum esse: numquam in oppido constitisse. Qua in re prætereo illud, quod mihi maximo [m] argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida, incultáque vita istiusmodi maleficia gigni non solere: VT non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis: sic non omne facinus in omni vita nascitur. In vrbe luxuries creatur: ex luxuria exsistat auaritia necesse est: ex auaritia erumpat audacia: inde omnia scelera, ac maleficia

a *al.* factum esset.

b *al.* respirare

c Orestem matris Clytemnestræ interfectorẽ designat. *de quo Euripides in Oreste non Alcmeone Amphiarai filiũ matris Eryphi es interfectorem.**

d Bessus quidam parricida hirundinum nidũ cum euertisset, interrogatus cur rẽ ita nefandã p. B. fecisset, scelerisconscientia tactus, tandiu, inquit clamant me patrem occidisse *Plutarchus de sera numinis vindicta.**

e *al.* vnquã*

f *al.* patiantur? quòdne pij quidem sine scel. esse potuerunt.

g *lib. vulg.* Patricidium

h *vide l. 9. ff. ad leg. Pompeiam de parricidiis.**

i Parricidiũ autem Romæ primus fuisse dicitur anno fere 600. vrbis secundo bello Punico: quo tempore L. Ostius dicitur patrem interemisse *Plutarchus in Numa.**

k de Athenienſium imperio vide *Thucydidem 1. erat. pro Lege Manilia.**

l Sic Ennius in Hecuba apud Nonũ Nunquã scripsit qui parentẽ hospitem necasset, quo is cruciatu per xxx. biteret id est periret.*

m *lib. vulg.* in parricidas

a *al.* maleficio summo arceretur.*

b L. culleum

c De parricidij pœna *adde Ciceronem in Oratore vbi huius loci meminit & l. 9. ff. ad L. Pompeiã de parricidijs.**

d L. & deripuisse.

e L. id ipsum pol.

f L. cuius partem vllã eis reliquerint. Etenim quid est tam comm.

g Eadem verba referuntur in oratore.*

h *al.* terram non tangant: i L. alluantur:

k L. Verùm qua de re agatur, &c. *vel,* quo de agatur.*

l *al.* Itaque abs te C. Eruci quæro & sic tecum agam.*

m *fort.* maximo argumento huius innocentiæ por.

gignũtur. *Vita autẽ hæc rustica*, quã tu agrestẽ vocas, parsimoniæ, *diligentiæ, iustitiæ magistra est*. Verùm hæc missa facio. Illud quæro: is homo, qui, vt tute dicis, numquã inter homines fuerit, per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, absens præsertim, conficere potuerit. multa sunt falsa, iudices, quæ tamen argui suspicioſè possunt. in his rebus si suspicio reperta erit, culpam ineſſe concedam. Romæ Sex. Roſcius occiditur, cùm in agro Amerino eſſet filius. litteras, credo, misit alicui sicario, qui Romæ nouerat neminem. Arceſſiuit aliquem. At quando? Nuntium misit. Quem? aut ad quem? pretio, gratia, ſpe, promiſſis induxit aliquem? Nihil horum ne confingi quidem poteſt: & tamen causa de patricidio dicitur. Reliquum eſt, vt per ſeruos id admiſerit. O dij immortales! rem miſeram, & calamitoſam. quod in tali crimine innocenti [a] ſaluti ſolet eſſe, vt [b] ſeruos in quæſtionẽ pollicentur, id Sex. Roſcio facere non licet. vos, qui hunc accuſatis, omneis [c] eius ſeruos habetis. vnus puer victus quotidiani adminiſter, ex tãta familia Sex. Roſcio relictus nõ eſt. Te nunc appello, P. Scipio [d], te, Metelle, vobis aduocatis, vobis agentibus, aliquoties duos ſeruos paternos in quæſtionem ab aduerſariis Sex. Roſcius poſtulauit. Meminiſtiſne, T. Roſcium recuſare? quid? ij ſerui vbi ſunt? Chryſogonum, iudices, ſectantur: apud eũ ſunt in honore, & in pretio: etiam nunc, vt ex his quæratur, ego poſtulo: hic orat, atque obſecrat. quid facitis? cur recuſatis? Dubitate [e] etiam nunc, iudices, ſi poteſtis, à quo ſit Sex. Roſcius occiſus: ab eõne, qui propter illius mortem, in egeſtate, & inſidiis verſatur, cui ne quærendi quidem de morte patris poteſtas permittitur: an ab iis, qui quæſtionem fugitant, bona poſſident, in cæde, atque ex cæde viuunt. Omnia, iudices, in hac cauſa ſunt miſera, atque indigna: tamẽ hoc nihil neque acerbius, neque iniquius proferri poteſt. mortis paternæ de ſeruis paternis quæſtionem habere filio non licet. ne tandiu quidem dominus erit in ſuos [f], dum ex iis de patris morte quæratur. Veniã, neque ita multo pòſt, ad hunc locum. nam hoc totũ ad Roſcios pertinet: de quorum audacia tũ me dicturum pollicitus ſum, cùm Eruci crimina diluiſſem. Nunc, Eruci, ad te venio. conueniat mihi tecum neceſſe eſt, ſi ad hunc maleficiũ iſtud pertinet, aut ipſum ſua [g] manu feciſſe, id quod negas: aut per aliquos liberos, auditores. liberóſne? quos neque vt conuenire potuerit, neque qua ratione inducere, neque vbi, neque per quos neque. qua ſpe, aut quo pretio, potes oſtendere. Ego contrà oſtendo, non modò nihil eorum feciſſe Sex. Roſcium, ſed ne potuiſſe quidem facere: quòd neque Romæ multis annis fuerit, neque de prædiis vmquam temerè [h] diſceſſerit. Reſtare tibi videbatur ſeruorum nomen, quò, *quaſi in portum, reiectus à* cetetis ſuſpicionibus, confugere poſſes: vbi *ſcopulum offendis* eiuſmodi, vt non modò ab hoc crimen reſilire videas, verùm omnem ſuſpicionem in voſmetipſos recidere intelligas. Quid eſt ergo, quò tandem accuſator, inopia argumentorum, confugerit? Eiuſmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè occiderẽtur. quare tu hoc propter multitudinem ſicariorum, nullo negotio facere potuiſti. Interim ſi mihi vidêris, Eruci, *vna mercede duas res aſſequi velle*, nos iudici[illegible]

a *al.* nocenti.*
b vide titul. ff. ad Silanianum & de quæſtion. hus
c *v.c.* omnis
d hi videntur fuiſſe adſeſſores huic cauſæ.*
e *al.* Dubitate etiam nunc, iudices poteſtis, à quo & cæt.*
P. B.
f *al.* ſuos.*
g *al.* dum ex iis de patris morte quæratur?
h αὐτόχειρα ὑπαρξαι,
i ἀλλόγως
k *al.* interdum.*

fundere [a]: accuſare autẽ eos ipſos, à quibus mercedẽ accepiſti. Quid aſs [b]? vulgò occidebãtur [c] per quos? & à quibus? nónne cogitas, te à ſectoribus huc adductũ eſſe? Quid poſtea? Neſcimus, per iſta tempora, eoſdem ferè ſectores [d] fuiſſe collorum, & bonorum? ij denique, qui tum armati dies, noctéſque concurſabãt, qui Romę erant aſſidui, qui omni tempore *in præda, & ſanguine verſabantur*, Sex. Roſcio tẽporis illius acerbitatem, iniquitatémque obiicient: & illam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces, ac principes erant, huic crimini putabunt fore? qui non modò Romæ non fuit, ſed omnino, quid Romæ ageretur, neſciret, propterea quòd turi [d] aſſiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. Vereor, ne aut moleſtus ſim vobis, iudices, aut [e] ne ingeniis veſtris videar diffidere, ſi de tam perſpicuis rebus diutius diſſerã. Erucij criminatio tota, vt arbitror, diſſoluta eſt, ni ſi fortè exſpectatis [f], vt illam diluam, quæ *de peculatu*, ac de eiuſmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc tempus, ac noua obiecit. quæ mihi iſte viſus eſt ex alia [h] oratione declamare, quam in alium reum commentaretur: ita neque ad crimen patricidij [i] neque ad eum, qui cauſam dicit, pertinebant. de quibus quoniam verbo arguit, verbo ſatis eſt negare. Siquid eſt, quod ad teſteis referuet: ibi nos quoque, vt in ipſa cauſa, paratiores reperiet, quàm putabat.

¶ Venio nunc eò, quò me non cupiditas ducit, ſed fides. Nam ſi mihi libẽret accuſare: accuſarem alios potiùs, ex quibus poſſem creſcere: quod certum eſt non facere, dum vtrũuis licebit. *Is enim mihi videtur amplissimus, qui ſua virtute in altiorem locum peruenit, non qui adſcendit per alterius incommodum, & calamitatem.* Diſnamus aliquãdo ea ſcrutari, quæ ſunt inania, quæramus, vbi maleficium & eſt, & inueniri poteſt. Jam intelliges, Eruci, certũ crimen quàm multis ſuſpicionib. coarguatur. tametſi neque omnia dicã, & leuiter vnumquodque tangam. neque enim id facerẽ, niſi neceſſe eſſet, & id erit ſigni, me inuitũ facere, quòd nõ perſequar [k] longiùs, quàm ſalus huius, & mea fides poſtulabit. Cauſam tu nullam reperiebas in Sex. Roſcio. At *ego in T. Roſcio reperio*. tecũ [k] enim mihi res eſt, T. Roſci, quoniam iſtic ſedes, ac te palàm aduerſarium eſſe profiteris. De Capitone pòſt viderimus, ſi, quemadmodum paratum eſſe audio, teſtis prodierit: tum alias quoque ſuas palmas cognoſcet, de quibus me ne audiſſe quidem ſuſpicatur. L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum [l], & ſapientiſſimum iudicẽ [m] putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat, *cui bono fuiſſet*. Sic [o] vita hominum eſt, vt *ad maleficium nemo conetur ſine ſpe, atque emolumento accedere*. Hunc quæſitorem [p], ac iudicem fugiebant, atque horrebant ij, quibus periculũ creabatur: ideò, quòd, tametſi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propenſus ad miſericordiam, quàm implicatus ad ſeueritatem videbatur. Ego, quãquam præeſt huic quæſtioni vir [q] & contra audaciã fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus: tamẽ facilè me paterer, vel illo ipſo acerrimo iudice quærente, vel apud Caſſianos [s] iudices, quorum etiam nunc ij, quibus cauſa dicẽ-

opponit propenſo ad miſericordiã *al.* Inclinatus.*
r Caſſiani iudices, pro Caſſio ſimilibus & ſeueris: ſic Siciani *Verr.* 5.*

a Perfundere iudicio eſt aliqua iu dicij moleſtia afficere.*
b L. Quid aſs? vulgò occidebantur homines, per q.
c *al.* vulgo occidebantur *ſine interrogatione* vt ſunt verba Erucij.*
d a ſecundo fuit enim veteribus bonorum ſectio Quin & corpus debitoris ex legibus XII. fas erat ſi non ſoluiſſet, creditoribus inter ſe ſecare. 20. *Gell.* 1. ſed Lambinus ſectores à ſequendo hic deducit. Sane ſectores à ſcenio, æſtimatores & redemptores bonorum dãnati & proſcripti Gloſſ. ſector, ὁ τῶν κτηνῶν ὠνητής, ἢ ἀγοραστὴς ὑποζυγίων.*
e L. rure
f L. aut ingeniis
g *al.* exſpectares, dum illa dictam
h *al.* aliena & ita Paterratius.*
i *lib. vnic.* parricidii.
k *al.* proſequens.*
l DE AVDACIA T. ROSCI. ſeu T. Roſcium huiuſce parricidij reum eſſe. id enim ſecundum membrum partitionis.* m *al.* ſeueriſſimum. præfectus iudicio. Veſtalium, omnes damnauit. *Valer.* o de hac formula dixi in oratione pro Milone. P *&* Terentio. *Andr.* Ita vita eſt hominis.*
q Quæſitor præerat iudicio: iudices quæſitori parebant.* r id eſt, ineſſe. quem ſ M. Lãium. Iudices Caſ-

da eſſe,

da est,nomẽ ipsum reformidant,pro Sex.Roscio dicere.In hac enim causa cùm viderent, illos amplissimam pecuniam possidere, hunc in summa mendicitate esse: illud quidem nõ quærerent, *Cui bono fuisset*:sed [a] eò perspicuũ crimen,& suspicionem potius ad prędam adiungerent,quàm ad egestatem. Quid si accedit eôdem,vt tenuis[b] antea fueris? quid si, vt auarus? quid si, vt audax? quid si,vt illius,qui occisus est,inimicissimus?nũ quærenda causa quæ te ad tantum facinus adduxerit?Quid ergo horum negari potest? Tenuitas hominis eiusmodi est,vt dissimulari non queat: atque eo magis eluceat,quo magis occultatur. Auari tiam præfers,[c]qui societatem coieris de municipiis, cognatisque fortunis cum alienissimo. Quàm sis audax(vt alia obliuiscar)hinc omnes intelligere potuerunt, quòd ex tota societate, hoc est,ex tot sicariis,solus tu inuentus es,qui cum accusatoribus sederes,atque os[d] tuum nõ modò ostẽderes,sed etiã offerres. Inimicitias tibi fuisse cum Sex.Roscio,& magnas rei familiaris controuersias,concedas necesse est.Restat, iudices, vt hoc dubitemus, vter potiùs Sex.Roscium occiderit:is [e],ad quem morte eius diuitiæ venerint:an is , ad quem mendicitas:is,qui antea tenuis fuerit, an is, qui postea factus sit egentissimus:is,qui ardens [f] auaritia feratur infestus in suos,an is,qui semper ita vixerit,vt quæstũ nosset nullum, fructũ autẽ eũ solum,quẽ labore peperisset: is, qui omnium sectorum audacissimus sit,an is,qui propter foti,iudiciorúmque insolentiã,[g] non modò sub sellia,verùm etiam vrbem ipsam reformidet: postremò,iudices,id quod ad rem,mea [h] sententia,maximè pertinet, vtrùm inimicus potiùs,an filius.Hæc tu,Eruci, tot, & tanta si nactus esses in reo,quamdiu diceres?quo te modo iactares? tempus, hercule,[i] te citiùs,quàm oratio deficeret.Etenim in singulis rebus eiusmodi materies est,vt dies singulos possis consumere. Neque ego non possum : non enim mihi tantum derogo:tametsi nihil arrogo , vt te copiosiùs,quàm me,putem posse dicere:verùm ego forsitan, propter multitudinem patronorum , in grege annumerer. te pugna [k] Cannensis [l] accusatorem sat bonum facit [m]. Multos cæsos non ad [n] Trasimenum lacum, sed ad Seruilium vidimus. *Quis o ibi non est vulneratus ferro Phrygio* [p]? non necesse est omneis commemorare, Curtios, Marios, denique Mamercos [q] ,quos iã ætas à prælijs auocabat:postremò Priamum ipsum, senem Antistium [r] :quẽ non modò ætas,sed etiã leges [s] pugnare prohibebant [t].Iam,quos nemo propter ignobilitatem nominat , sexcenti sunt, qui inter sicarios, & de veneficijs accusãbant. qui omnes (quod ad me attinet)vellem viuerent.*Nihil* enim *malt est,canes* [u] *ibi quàm plurimos esse, vbi permulti obseruandi* , [x] *multáque seruanda sunt*. Verùm,vt fit,multa sæpe , imprudentibus imperatoribus vis belli , ac turba molitur. dum [y] is in aliis rebus erat occupatus , qui summam [z] rerum administrabat [a] : erant interea qui suis vulneribus mederentur:qui , tanquam si offusa reipublicæ sempiterna nox esset,ita ruebant in tenebris , omniáque miscebant [b] .à quibus miror,ne quod iudiciorum esse vestigium , non subsellia quoque esse combusta. nam & accusatores,& iudices sustulerũt. Hoc cõmodi est,quòd ita vixerunt , vt testeis [a] omneis,si cuperent,interficere nõ possent.nã, *dum hominum* [b] *genus erit*,qui accuset eos, nó deerit:dum ciuitas erit,iudicia fient. Verùm, vt cœpi dicere, & Erucius , hæc si haberet in causa,quæ cõmemoraui, posset ea quãuis diu dicere:& ego,iudices,possum : sed in animo est,(quemadmodũ antè dixi,)leuiter[c] trãsire, ac tantũmodò perstringere vnamquãque rẽ: vt omnes intelligant,me non [d] studio accusare,sed officio defendere. Video igitur,causas esse permultas,quæ istũ impellerent. Videamus nunc, *ecqua facultas suscipiendi maleficij* fuerit. Vbi occisus est Sex. Roscius? Romæ. Quid?tu,Rosci,vbi tũc eras?Romæ.Verũ quid ad rẽ?& alij multi. Quasi nunc id agatur,quis ex tanta multitudine occiderit, ac non hoc quæratur,eũ,qui Romæ sit occisus, vtrùm verisimilius sit ab eo esse occisum , qui assiduus eo tempore Romæ fuerit:an ab eo, qui multis annis Romam omnino nõ accesserit. Age, nunc *cæteras facultates* quoque cõsideremus. Erat tum multitudo sicariorum, id quod cõmemorauit Erucius:& homines impunè occidebantur.Quid? multitudo quæ erat?opinor, aut eorum, [e] qui in bonis erant occupati : aut eorũ,qui ab iis conducebantur, vt aliquẽ occiderent.Si eos putas,qui alienũ appetebant : tu es in eo numero,qui nostra pecunia diues es. sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, pereussores[f] vocãt:quære,in cuius fide sint, & clientela:mihi crede , aliquẽ de societate tua reperies:&,quidquid tu cõtrà dixeris,id cum defensione nostra cõtendito.ita facillimè causa Sex.Roscij cum tua cõferetur.Dices,[g] Quid postea,si Romæ assiduus fui?Respondebo,At ego omnino non fui.Fateor , me sectorẽ esse: verũ & alij multi.At ego(vt tute arguis) agricola,& rusticus. Non cõrinuò,si me in gregẽ sicariorũ contuli,sum sicarius. At ego profectò,qui ne noui quidẽ quemquã sicariũ,longè absum abheiusmodi crimine. Permulta sunt, quæ dici possunt,quare intelligatur, summã tibi facultatẽ fuisse maleficij suscipiendi : quæ non modò idcircò prætereo , quòd teipsum non libenter accuso : verùm eò magis etiam, quòd,si de illis cædibus velim cõmemorare, quæ tũ factæ sunt ista eâdẽ ratione , qua Sex. Roscius occisus est, vereor, ne ad plureis oratio mea pertinere videatur. Videamus nunc strictim,sicut cetera,quæ post mortẽ Sex.Roscij abs te,T.Rosci,facta sunt:quæ ita aperta,& manifesta sunt,vt medius fidius,[k] iudices,inuitus ea dicam.vereor enim, [l] cuiusmodi es, Rosci,ne ita hunc videar voluisse seruare,vt tibi omnino non pepercerim. Cũ hoc vereor, & cupio tibi aliqua ex parte (quòd salua fide possim) parcere, rursus immuto voluntatem meã.venit enim mihi in mentẽ otis tui.Tenè cùm ceteri socij tui fugerent,ac se occultarẽt, vt hoc iudiciũ non de illorũ prædа,sed de huius maleficio fieri videretur, potissimùm tibi parteis istas depoposcisse, vt in iudicio versarere,& sederes cũ accusatore? qua in re nihil aliud aflẽqueris,nisi vt ab omnib. mortalibus audacia tua cognoscatur,& impudẽtia.Occisо Sex. Roscio,qui primus Ameriam nuntiat? [m] Mallius Glaucia, quem iam antea nominaui,

a *v.c.* testis omnis,

b *al.* humanum genus

c *fort.*leuiter transigere, d ὐκ ἀδίκως

P. XXXIIII.

e *fort.*qui in bonis alienis erant occ.

f Percussores.*

g *al.*Quid tẽ postea,

h *al.*huiusmodi

i adde Nonium 11. in strictim.* k Iuramenti formula per dium fidium seu Iouis filium. Festus.* l L.cuiuscuiusmodi es Rosci, *&c. vel.* cuicuimodi es,*&c. al.* cuicuimodi es Rosci , ne ita hunc videar seruare , & ext.ita legitur apud Seruium rg. pro cuiuscu uismodi.*

m *al.* Manlius

L. sed eo perspicuo , crimen , & suspic.] *pasſer.*sed adeo*

b Tenuis pro pauper. Hinc tenuis virg. Homo l. 6.§.5.ff.*de of ficio præsidis** c *al.*præ te fers,*

P. XXXIII.

d Os pro impudentia sic Terent. Andr.Os durum pro impudenti.* e Comperacio.*

f Sic Cicero ardere inuidia, furore, dolore, ira, amore.*

g ἀδίκως,

h *al.* mea quidem sententia,

i *al.*mehercules,*.e.mercule,

k Aenigma.* l id est bella ciuilia Marij & Syllæ.*

m Fecit n L.ad Trasimenum

o versus ex vetere tragœdia tranlatus ad indicandam ciuium Romanorum cædẽ ad Seruilianũ lacum iussu Sullæ commissam.vide Florum. Mathes. Sever. *eam de diuisione præsidentia.**

P id est Romano. nam Romani a Phrygibus & Troianis.* q Vel. Mimeos al. Memios.*

r huius memininerit o adde Plutar chum in P. P. peio.* P. B.

s Leges militia excusabant vel arcebat homicidam qui 46. P. B.

t Prohibere hic pro non cogere.* u id est accusatores.* x πρωτεύοι, y al.dum tantis in rebus.* z al. summam rem vel summam Reipub.* a L. Syllæ.* b id est egestati vel vlcioni.*

Tom.2. bb.ij.

tuus cliens,& familiaris. Quid [a] attinuit eum id [b] potissimùm nuntiare [c], quod,si nullũ iã antè consilium de morte,ac de bonis eius inieras, nullámque societatem neque sceleris, neque præmij cum homine vllo coieras, ad te minimè omnium pertinebat. Sua sponte Mallius [c] nuntiat? quid,quæso, eius intererat? an, cùm Ameriam non huiusce rei causa venisset,casu áccidit,vt id, quod Romæ audierat,primus nuntiaret? cuius rei causa venerat Ameriam? Non possum, inquit,diuinare. Eò rem iam adducam [c], vt nihil diuinatione opus sit.Qua ratione Roscio Capitoni primùm nuntiauit ? Cùm Amer.æ Sex. Roscii domus, vxor, liberíque essent : cùm tot propinqui, cognatíque optimè conueniétes:qua ratione factum est,vt iste tuus cliens, sceleris tui nuntius, T.Roscio Capitoni potissimùm nuntiaret? Occisus est à cœna rediens.nondum lucebat,cùm Ameriæ scitum est. Quid hic incredibilis cursus:quid hæc tanta celeritas, festinatióque,significat ? non quæro , quis percusserit.nihil est Glaucia,quòd metuas. non excutio te,siquid fortè ferri habuisti:nõ scrutor:nihil ad me arbitror pertinere.quoniam, cuius consilio occisus sit,iuuenio:cuius manu sit percussus, non laboro. Vnum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus ,réque manifesta dat.Vbi,aut vnde audiuit Glaucia?quî tam citò sciuit?Fac audisse statim.Quæ res eũ nocte vna tantum itineris contendere coegit? quæ necessitas eum tanta premebat,vt,si sua sponte iter Ameriam faceret,id temporis Roma proficisceretur,nullam partem noctis requiesceret? Etiámne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda , aut coniectura capienda sit?nónne vobis hæc,quæ audistis,cernere oculis videmini,iudices? non illum miserum , ignarum casus sui redeuntem à cœna videtis?non positas insidias?non impetum repentinum?non versatur ante oculos vobis in cæde Glaucia?non adest iste T.Roscius? non suis manibus in curru [f] collocat Automedõtem [g] illum,sui sceleris acerbissimi , nefariæque victoriæ nuntium?non orat, vt eam noctem peruigilet?vt honoris sui causa laboret? vt Capitoni quàm primùm nũtiet?Quid erat, quód Capitonem primum scire voluerit?Nescio:nisi hoc video, Capitonem in his bonis esse socium.de tribus & decem fundis treis [h] nobilissimos fundos eum video possidere. Audio præterea,non [i] hànc suspicionem nũc primùm in Capitonem conferri:multas [k] esse infameis palmas: hanc primam esse tamen lemniscatam [l], quæ [m] Romæ deferatur:nullũ modum esse hominis occidendi, quo ille nõ aliquot occiderit: multos ferro,multos veneno.Habeo [n] etiam dicere, quem contra morem maiorum,minorem annis LX.ó de ponte in Tiberim deiecerit. quæ si prodierit , atque adeò cùm prodierit (scio enim proditurum esse) audiet. veniat modò:explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possũ Ærucium conscripsisse: quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse: & minitatũ esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. O præclarum testẽ, iudices! ô grauitatem dignam exspectatione!ô vitam honestã, atque eiusmodi,vt libentibus animis ad eius testimonium, vestrum iusiurandum accommodetis! Profectò non tã perspicuè istorũ maleficia vide-

a *al.* Quid attinuit eum potissimum nuntiare ? quòd si nullum iam ante consil. de m.ac de bon. eius in ier. null.¶ q. societ.neq.si:ol. n.pr.c.h.vllo coier. ad te min. omniũ pertinebãt.

b id est occisum esse.Sex Roscium.*

c *al.*nuntiare ? *& post*, pertinebat. *non* pertinebat?

d *al.* Manlius.*

e *al.* deducam,

P. XXXV.

f supra dixit,c sis.*

g τὸν τῆς ἁρπαλίκης ἡνίοχον,

h *v.c.*tris *forte*, hanc suspicionem non nunc primùm

k *al.*multas esse eius infames palmas.*

l Lemniscata palma à lemniscis fasciolis coloratis quæ ex coronis dependebant Festus, antiquissimum enim genus coronarum è lana vnde quidam lanìscatas legendum putant hìc & apud Plinium 21.c.3. Suet. in Claudio Atheneus tamen λεμνισκους vocat*

m *al.* quæ Roma deferatur:

n ἔτι λέγω

o vide Festum in sexagenarios & Depontani.*

remus, nisi ipsos, cæcos redderet cupiditas,& audacia.Alter ex ipsa cæde volucrem nuntiũ Ameriam ad socium,atque ad magistrũ suũ misit:vt,si dissimulare omnes cuperent se scire , ad quem maleficium pertineret , tamen ipse apertum suum scelus ante omnium oculos poneret.Alter(si diis immortalibus placet) testimonium etiam in Sex.Roscium dicturus est.Quasi verò id nunc agatur,vtrum id,quod dixerit, credendum : an quod fecerit , vindicandum sit. Itaque more maiorum comparatum,vt [a] in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Africanus , qui suo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res ageretur,testimonium non diceret. nã illud in talem virum non audeo dicere :si diceret,non crederetur.Videte nunc, quàm versa,& mutata in peiorem partem sint omnia. Cùm de bonis,& de cæde agatur, testimoniũ dicturus est is, qui & sector [b] est, & sicarius: hoc est,qui & illorum ipsorum bonorum, de quibus agitur,emtor,atque possessor est:& eũ hominem occidẽdum curauit , de cuius morte quæritur. Quid tu vir optime? ecquid habes,quod dicas? mihi ausculta:vide , ne tibi desis.tua quoque res permagna agitur: multa sceleratè,multa audacter [c],multa improbè fecisti:vnum stultissimè , profectò tua sponte, non de Erucij sentẽtia:nihil opus fuit te dicstic sedere.neque enim accusatore muto , neque teste quisquam vtitur eo , qui de accusatoris subsellio surgit.Huc accedit, quòd paullo occultior , atque tectior vestra ista cupiditas esset.nunc quid est,quòd quisquam ex [e] vobis audire desideret,cùm , quæ facitis,eiusmodi sint,vt ea dedita opera à nobis [f] contra vos metipsos facere videamini? ¶ Age nunc, illa *videamus,iudices , quæ statim consecuta sunt.* Ad Volaterras in castra L.Syllæ mors Sex.Roscij,quatriduo,quo is occisus est,Chrysogono nuntiatur.Quæritur etiã nunc,quis eum nuntium miserit [g]? Nónne perspicuum est , eundem,qui Ameriam? Curat Chrysogonus, vt eius bona veneant statim:qui non norat hominem,aut rem i.At qui [k] ei venit in mentem prædia concupiscere hominis ignoti,quẽ omnino numquam viderat?Soletis, cùm aliquid huiusce modi auditis, iudices, continuò dicere,Necesse est,aliquem dixisse municipẽ, aut vicinum: ii plerumque indicant : per eos plerique prodũtur.Hìc nihil est, quòd suspicionem hanc putetis. Nõ enim ego ita disputabo:verisimile est,Roscios istam rẽ ad Chrysogonum detulisse.erat enim eis cum Chrysogono iam antea amicitia.Nam cùm multos veteres à maioribus Roscii patronos , hospitésque haberẽt,omneis eos colere, atque obseruare destiterunt,ac se in Chrysogoni fidẽ, & clientelam cõtulerunt.Hæc possum omnia verè dicere:sed in hac causa coniectura nihil opus est.ipsos certò scio non negare , ad hæc bona Chrysogonum accessisse impulsu suo. Si eum,qui indicii [l] partem acceperit , oculis cernetis:poteritisne dubitare,iudices,quimindicarit? Qui sunt igitur in istis bonis , quibus, partem Chrysogonus dederit?duo Roscii?nũ quisquam præterea?nemo est,iudices. Num ergo dubium est,quin ii obtulerint hanc prædam Chrysogono , qui ab eo partem prædæ tulerunt? Age,nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Roscíorum factum consideremus. Si nihil in ista

a vide l.10. Cod.de testibus.*

b sector quis esset paullo ante dixi.*

c L. audacter,]ita legit Priscianus libro.15.*

d *vulg.* scilicet credere. *mendosissime* sedebat enim T. Roscius in accusatorum subsellis.*

e L.ex nobis *alij vulg.* à vobis.

f *vulgati* vobis.*

P. XXXVI.

g *al.*miserit

h L.statim. Qui non norat hominẽ, aut remẽ. As qui *&c.*

i *al.*aut rei*

k *al.*Atqui venit.*

l Indicium id vocat Appuleius.*

m *al.* quis indicarit:

n L. Num quisquã præterea.

P. B.

in ista pugna, Roscii, quod operæ pretium esset, fecerant, quâ ob causam à Chrysogono tantis præmiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nónne satis fuit his gratias agi? denique, vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? cur tria prædia tantæ pecuniæ statim Capitoni dãtur? cur, quæ reliqua sunt, iste Roscius omnia cũ Chrysogono communiter possidet? nónne perspicuũ est, iudices, has manubias Roscii Chrysogonum, re cognita, concessisse? Venit in decem-primis legatus in castra Capito. totã vitam, naturam, morésque hominis ex ipsa legatione cognoscite. Nisi intellexeritis, iudices, nullum esse officium, nullũ ius tam sanctum, atque integrum, quod non eius scelus, atque perfidia violarit, & imminuerit: virum optimum esse eum iudicatote. Impedimento est, quo minùs de his rebus Sylla [a] doceatur: ceterorum legatorum consilia, & voluntatẽ Chrysogono enuntiat: monet, vt prouideat, ne palàm res agatur. ostendit, si sublata sit vẽditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum aditurum. illum acuere: hos, qui simul erant missi, fallere: illum idemtidem monere, vt caueret: hîc insidiosè spem falsam ostendere: cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare: cum illo partem suam depacisci [c]: hisce [d] aliqua fretus hora semper omneis [e] aditus, ad Syllam intercludere. Postremò isto hortatore, auctore, intercessore, ad Syllã legati non adierunt: istius fide, ac potiùs perfidia decepti, id quod ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator voluerit testimoniũ eis denuntiare, pro re certa spem falsam domum retulerunt. In priuatis rebus si quis rem mandatam non modò malitiosiùs gessisset, sui quæstus, aut commodi causa, verùm etiam negligentiùs: eum [f] maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque *mandati constitutum est iudicium, non* [g] *minùs turpe, quàm furti.* credo propterea, quòd, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria, fides amicorum, supponitur: quã qui lædit, oppugnat [h] omnium cõmune præsidiũ: &, quantũ in ipso est, disturbat vitæ societatẽ. Non enim possumus omnia per nos agere. alius in alia est re magis vtilis. Idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mãdatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? cur mihi te offers, ac meis cõmodis, officio simulato, officiis, & obstas? recede [i] de medio: per alium transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse: quod minimè videtur graue iis, qui minimè ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quòd duas res sanctissimas violat, amicitiam, & fidem. nã neque mandat quisquam ferè, nisi amico: neque credit, nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & [k] fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. Itáne est? in minimis rebus, qui mãdatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur, necesse [l] est: in re tanta, cùm is, cui fama mor tui, fortunæ viui, commé datæ sunt, atque cõcreditæ, ignominia mortuũ affecerit [m], * * is inter honestos homines, atque adeò inter viuos numerabitur? In minimis, priuatísque rebus etiam [n] negligentia [o] in crimẽ mãdati, iudiciisque [a] infamiam reuocatur, propterea quòd, si [b] rectè fiat, illũ negligere oportet, qui mandarit, non illum, qui mandatum receperit: in re [c] tanta, quę publicè gesta, atque commissa sit, qui non negligentia priuatum aliquod commodum læserit, sed perfidia legationis ipsius cæremoniam polluerit maculáque affecerit [d]: qua is tandem pœna afficietur? aut quo iudicio damnabitur? Si hanc ei rem priuatim Sex. Roscius mandauisset, vt cũ Chrysogono transigeret, atque decideret, inque eam rem fidem suam, siquid opus esse putaret, interponeret: ille, qui sese acturum recepisset, nónne si ex eo negotio tantulum in suam conuertisset, damnatus per arbitrum, & rem restitueret, & honestatem omnẽ amitteret? Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius mãdauit, sed, id quod multo grauius est, ipse Sex. Roscius cum fama, vita, bonísque omnibus à decurionibus publicè Roscio mandatus est: & ex eo T. Roscius non paullum nescio quid in rem suã conuertit: sed hûc funditus euertit bonis: ipse tria prædia sibi depactus [e] est: voluntatem decurionum, ac municipum omnium tantidem, quanti fidem suam, fecit. Videte iam porrò cetera, iudices, vt intelligatis fingi maleficium nullũ posse, quo iste sese non contaminarit. In rebus minoribus fociũ fallere, turpissimum est, æquéque turpe, atque illud, de quo antè dixi: neque iniuria: propterea quòd auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cùm [f] per eius fidem lædetur, cui se commiserit? Atqui ea sunt animaduertenda peccata maxime, quæ difficillimè præcauentur. tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant, necesse est. socium verò cauere qui possumus? quem etiam si metuimus, ius officij lædimus. Rectè igitur *maiores* [g] *eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere.* At verò T. Roscius non vnum rei pecuniariæ socium fefellit (quod tametsi graue est, tamẽ aliquo modo posse ferri videtur) verùm nouem homines honestissimos, eiusdẽ muneris, legationis, officij, mandatorúmque [h] socios, induxit, decepit, destituit, aduersariis tradidit, omni fraude & perfidia fefellit. qui de eius scelere suspicari nihil potuerunt: socium officij metuere non debuerunt: eius malitiam non viderunt: orationi vanæ crediderunt. Itaque nunc illi homines honestissimi propter insidias parum putantur cauti, prouidíq. fuisse. Iste, qui initiò proditor fuit, deinde perfuga: qui primò sociorum consilia aduersariis enuntiauit: deinde societatem cum ipsis aduersariis coiit, terret etiam nos, ac minatur, tribus prædiis, hoc est, præmiis sceleris, ornatus. In eiusmodi vita iudices, in his tot, tantísque flagitiis, hoc quoq. maleficiũ, de quo iudicium est, reperietis. Etenim quærere ita debetis: vbi multa auarè multa audacter, multa improbè, multa perfidiosè facta videtis, ibi scelus quoq. latêre inter illa tot flagitia putatote. Tametsi hoc quidem minimè latet, quod ita promptum, & propositum est, vt non ex illis maleficiis, quæ in illo constat esse, hoc intelligatur: verùm ex hoc etiam, siquod illorũ fortè dubitatur [k], conuincatur. Quid tandem, quæso, iudices? num aut ille laniista omnino iam à gladiis recessisse videtur: aut [l] iste discipulus magistro tantulum de arte concedere?

a *al.* Sulla

b *fort.* fiat
c *al.* depecisci
d L. hisce aliqua fretus aura, &c. ‖ vt aura sit ὑφορμης
sibi hora *legat* tempus erit. non occasio *al.* huisce: aliqua fretum hora *ita P. Victor. al.* hisce aliqua fretus hora. *ita Pontanus.**
e v. c. omnis
f *fort.* eum maiores nostri summ. P. XXXVII.
g vide *l.* 1. §. *de his qui no tamen infam.* *
h *fort.* oppugnat omnũ commune
i *al.* rede de medio:
k *fort.* & cũ fallere q.
l *al.* necesse est,
m *al.* afficerit. *fortunis* viuum euertens *later.* & *cæt. al.* ad mendicitatem & egestatem viuum redegerit *male.* *nec certe non necesse fuit.**
n L. etiam negligentia mandati, in crimen iudicium que infamiæ vocatur.
o Negligentia enim certis casibus præstatur *vid. l.* 23. ff. *de reg. iur.**

a *al.* iudicio infamię *al.* iudicinmque infame.*
b τὸ *si quidem accipit pro an vocalẽ.**
c tegatus publicus si officio non fungatur perfidiæ etiã tenetur.*
P. B. d *fort.* asperserit.*
e *al.* defectus vi 3. depensa.*
f *fort.* cùm per eius perfidiam læd. *vel.* cùm per eius fraudem læd.
g *fort.* maiores nostri
h *fort.* mandatorum socios.
P. XXXVIII.
i L. multa audaciter,
k L. dubitabitur,
l *al.* aut hic discip.

Par est auaritia, similis improbitas, eádem impudentia, gemina [a] audacia. Etenim, quoniam fidē magistri cognoscitis, cognoscite nūc discipuli æquitatem. Dixi iam antea, sæpenumero postulatos esse ab istis duos seruos in quæstionē. tu semper, T. Rosci, recusasti. quæro abs te, iúne, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent? an [b] iste non commouebat, pro quo postulabant? an res ipsa tibi iniqua vibebatur? postulabant homines nobilissimi, atque integerrimi nostræ ciuitatis, quos [c] iam antea nominaui: qui ita vixerunt, talésque à populo Romano putantur, vt, quidquid dicerent, nemo esset, qui non æquū putaret. Postulabant autem pro homine miserrimo, atque infelicissimo, qui vel [d] ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quæreretur. Res porrò abs te eiusmodi postulabatur, vt nihil interesset, vtrùm eā rem recusares, an de maleficio confiterere. Quæ cùm ita sint, quæro abs te, quam ob causam recusaris. Cùm occiditur Sex. Roscius, ibidē fuerunt. Seruos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. quòd à vobis hoc pugnari video, ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. quòd verò apud vos ipsos in honore tanto sunt, profectò necesse est, sciat aliquid, quod si dixerint, pernicioſum vobis futurum sit. In [e] dominos quæri de seruis iniquum est. Anne [f] quæritur? Sex. enim Roscius reus est. Neque [g] enim, cùm de hoc quæritur, vos dominos esse dicitis. Cum Chrysogono sunt. Ita credo: litteris eorum, & vrbanitate Chrysogonus ducitur, vt inter suos omniū deliciarum, atque omniū artiū puerulos ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hos versari, homines pænè operarios, ex Amerina disciplina patrisfamilię rusticani. Non est ita profectò, iudices: non [h] est verisimile, vt Chrysogonus horū litteras adamarit, aut humanitatem: non, vt rei familiaris negotio dili gentiam cognorit eorum, & fidem. Est quiddā, quod occultatur. quod quo studioſiùs ab ipsis opprimitur, & abscōditur, eo magis emineat, & appāret. ¶ Quid [i] igitur? Chrysogonus sui maleficij occultandi causa quæstionem de his haberi non vult; minimè, iudices. *non in omneis [k] arbitror omnia conuenire.* Ego in Chrysogono, quod ad me attinet, nihil eiusmodi suspicor: neque hoc mihi nunc primùm in mentem venit dicere. Meministis, me ita distribuisse initiò causam, in crimen: cuius tota argumentatio permissa Erucio [l] est: & in audaciam, cuius partes Roscius impositæ sunt. quidquid maleficii, sceleris, cędis erit, propriū id Rosciorum esse debebit. *nimiam gratiam, potentiámque Chrysogoni, dicimus & nobis obstare, & perferri nullo modo posse:* & à vobis, quoniam potestas data est, non modò infirmari, verùm etiam vindicari oportere. Ego sic existimo: qui quæri velit ex ijs, quos constat, cùm cædes facta sit, affuisse, eum cupere verum inuenire: qui recuset, eum profectò, tametsi verbo non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi initio, iudices, nolle me plura de istorum scelere dicere, quàm causa postularet, ac necessitas ipsa coget. Nā & multę res afferri possunt, & vnaquę que earū multis cū argumētis dici potest. Verùm ego, quod inuitus, ac necessariò facio, ne que diu, neque diligenter facere possum. quæ præteriri nullo modo poterāt, ea leuiter, iudices, attigi: quæ posita sunt in suspicionibus, de quibus si cœpero dicere, pluribus verbis sit differendum, ea vestris ingeniis, coniecturæque cōmitto. *Venio nunc ad illud nomen [a] aureū* Chrysogoni, sub quo nomine tota societas statuitur: de quo, iudices, neque quomodo dicam, neque quomodo taceam, reperire possum. Si [b] enim taceo: vel maximā partē relinquo. sin autē dico: vereor, ne non ille solus (id quod ad me nihil attinet) sed alij quoque plures læsos se esse putent. Tametsi ita se res habet, vt [c] mihi in communem causam sectorū dicendum nihil magnopere videatur. Hæc enim causa noua profectò, & singularis est. Bonorū Sex. Roscij emtor est Chrysogonus. Primùm hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt? Atque hoc non ita quærā, iudices, vt id dicā esse indignum, hominis innocentis bona venisse. Si enim hæc audientur, ac liberè dicentur: non fuit tantus homo Sex. Roscius in ciuitate, vt de eo potissimùm conqueramur. Verùm hoc ego quæro, quī potuerunt ista ipsa lege, quæ de proscriptione est, siue Valeria [d] est, siue Cornelia, (nō enim noui, nec scio) verū ista ipsa lege, bona Sex. Roscij venire quī potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, vt eorum bona venēant, qui proscripti sunt: quo in numero Sex. Roscius non est: aut eorum, qui in aduersariorum præsidijs occisi sunt. Dum præsidia vlla fuerunt, in Syllæ præsidijs fuit. posteaquàm ab armis recesserunt [e]: in summo otio rediēs à cœna, Romæ occisus est. Si lege: bona quoque, lege venisse fateor. sinautem constat cōtra omneis nō modò veteres leges, verùm etiam nouas, occisum esse: bonā quo iure, aut quomodo, aut qua lege venierint, quæro. In quem hoc dicam, quæris, Eruci? non in eum, quem vis, & putas. Nam Syllam & oratio mea ab initio, & ipsius eximia virtus omni tēpore purgauit. Ego hęc omnia Chrysogonū fecisse dico, vt emēriretur, vt malum ciuem Rosciū faisse fingeret, vt eum apud aduersarios occisum esse diceret, vt hisce de rebus à legatis Amerinorum doceri L. Syllam passus nō sit. Denique etiam illud suspicor, omnino hæc bona nō venisse: id quod postea, si pervos, iudices, licitū erit, aperietur. Opinor enim esse in lege, quā ad diē proscriptiones, vēditionésque fiant: nimirum ad [f] kalendas Iunias. Aliquot post mensēis & homo occisus est, & bona venisse dicūtur. Profectò aut hæc bona in tabulas publicas nullas [g] redierūt, nósque ab isto nebulone facetiùs eludimur [h], quàm putamus: aut, si redierunt, tabulæ publicæ corruptæ aliqua ratione sunt. Nam lege quidē, bona venire non potuisse constat. Intelligo, me ante tēpus, iudices, hæc scrutari, & propemodum errare, qui, *cùm [i] capitis Sex. Roscij mederi debeam, reduuiam [k] curem.* Non enim laborat de pecunia, non vllius rationem sui commodi dicit: facilè egestatem suam se laturū putat, si hac indigna suspicione, & ficto crimine liberatus sit. Verùm quæso à vobis, iudices, vt hæc pauca, quæ restant, ita audiatis, vt partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro Sex. Roscio. Quæ enim mihi ipsi indigna, & intolerabilia videntur, quæque ad [l] omneis, nisi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro me ipso, ex animi mei sensu, ac dolore pronuntio. Quæ ad huius vitæ casum, causámque pertu-

a *forte legendum est* germana audacia. *Nā paulo ante dixit* similis, eadem*

b *fort.* an is non comm.

c P. Scipione & Metellum*

d *forte* dum modo de p. P. B.

e *vide l.* 1. *Cod. de quæstionibus.**

f *al.* At nec.*

g *al.* Neque cum de hoc quærebatur vos eum dominum esse dicitis:*

h L. non est, vt Chrysogonus horum litt.

i III. De POTENTIA & nimia gratia CHRYSOGONI seu de tertio membro partitionis Ciceronianæ.* k v. c. omnis

l L. Erucio est: id aud.

E. XXXIX.

a De emptione bonorum Roscij facta à Chrysogono.* b id est esse*

c *al.* vt mihi in communem causam sect. nihil magnopere dicendum videatur.

P. B. d Lex Valeria à L. Valerio Flacco interrege lata, vt quidquid L. Cornelius Sylla fecisset id ratum esset. Meminit idē Cicero 3. *Agraria* 3. & 1. *de Legibus. Appianus* 1. *ciuilium.** e *al.* recessum est:

f *al.* ante diem kal. male ad kalendas id est vsque ad kal.

g L. nulla redierūt. ipsa scilicet.* h L. deluditur

i Prouerbij species.*

k P. XL. *al.* Reduiam? Reduiam quidem aij reliuiam appellant. citra vnguentis se relouit. est enim luere, soluere v. Festum in *Reduiam.** l v. c. ad omnis,

pertineant,& quid hic pro se dici velit,& qua conditione contẽtus sit, iam in extrema oratione nostra,iudices,audietis.Ego hæc à Chrysogono,mea sponte,remoto Sex.Roscio,quæro.Primùm, quare ciuis optimi bona venierint:deinde, quare hominis eius, qui neque apud aduersarios occisus, neque proscriptus est,bona venierint,cùm in eos solos lex scripta sit:deinde, quare aliquanto post eam diẽ venierint,quæ dies in lege præfinita est:deinde,cur tantulo venierint. Quæ omnia si, quẽadmodum solent liberti nequam,& improbi facere, in patronum [a] suum voluerit conferre,nihil egerit.nemo est enim, qui nesciat propter magnitudinem rerum multa multos, partim conniuente,partim imprudẽte L.Sylla,commisisse. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia præteriri?non placet,iudices:sed necesse est.Etenim si Iupiter optimus maximus,cuius nutu,& arbitrio cælum,terra, mariáque reguntur, sæpe ventis vehementioribus,aut immoderatis tempestatibus,aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vrbeis deleuit, [b] fruges perdidit: quorum nihil pernicij [c] causa,diuino consilio, fed vi ipsa,& magnitudine rerum,factum putamus : at contrà, commoda, quibus vtimur: lucémque,qua fruimur : spiritúmque, quem ducimus,ab eo nobis dari, atque impertiri videmus: quid miramur, L. Syllam, cùm solus remp.regeret. orbémque terrarum gubernaret,imperiísque maiestatem,quam [d] armis receperat,legibus confirmaret, aliqua animaduertere nõ potuisse?nisi hoc mirum est, quod vis diuina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit.Verùm, vt hæc missa faciam,quæ iam facta sunt:ex iis,quæ nunc maximè fiunt,nónne quiuis possit intelligere,omnium architectum , & machinatorem vnũ esse Chrysogonum,qui Sex. Roscij nomẽ deferendum curauit [e]?hoc iudicium, cuius honoris causa accusare se dixit Erucius?

a erat enim L.Chrysogonus L. Syllæ libertus.*
b vide 2. Plin.24.*
c lib. vulg. pernicie al. pernicie al. pernicies‖vt Cerisius 1.sed Gellius 9.c. 14. refert apud Ciceronẽ in orat. pro Sex. Roscio, pernicij scripsum reliquisse. Ibidẽ refert veteres dixisse famis, pernicij,acij, specij ; luxurij pro famis pernicici, aeici, specici, luxuriei.*
d al. quam armis recuperarat. al. reciperarat.
e L.curauit? qui hoc iudicium conflauit, cuius h. causa acc. se dixit Erucius.‖al. deferendam curauit.Hoc mirum :Eius honoris causa accusare se dixit Erucius.*
f & in primis ille locus in quo ostendit bonas ex Roscij venire nõ debuisse: Deinde amplificationis principium per quæ iudicium conflat Chrysogono vt omnium Syllæ libertorũ copiosissimo & potentissimo.*
g Chrysogoni potentiam reperit ab enumeratione prædiorum, supellectilis,familiæ, luxus & sumptus habitus, conarius.* h Authepsa vas quod sua sponte coquit.Cæl. ex nimia ab αὐτὸς ἑψέω) positisin interiore fido P. XII. (duos enim habuit) carbonibus i idest feruos vide l. 205.ff.de verbor.signi.f.* k v.. vulgaris, l al.cocos, m Lecticarij,hic,non qui lecticam gestare soliti,sed ipsi lecticarum artifices.*

DESVNT [f] NON PAVCA.

aptam,& ratione dispositam se habere existimant,qui in Salentinis, aut in Brutiis habent, vnde vix ter in anno audire nuntium possunt. Alter tibi descendit de palatio,& ędibus suis:habet animi relaxandi causa *rus* g amœnum,& suburbanum,plura præterea prædia, neque tamen vllum,nisi præclarum , & propinquum:domus referta *vasis* Corinthiis, & Deliacis, in quibus est authepsa [h] illa , quam tanto pretio nuper mercatus est,vt , qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur.Quid præterea cælati argenti?quid stragulæ vestis? quid pictarũ tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse?tantum scilicet, quantum è multis,splendidísque familiis in turba, & rapinis coaceruari vna in domo potuit.*Familiam* [i] verò quantam, & quam variis cum artificiis habeat,quid ego dicam? Mitto hasce arteis vulgareis[k],coques [l],pistores , lecticarios[m],& auriũ causa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum,& neruorum, & tibiarum,nocturnísque conuiuiis tota vicinitas personet.In hac vita,iudices , quos sumtus *quotidianos*, quos effusiones fieri putatis? quæ verò cõuiuia?honesta,credo,in eiusmodi domo:si domus hæc habenda est potiùs , quàm officina nequitiæ:& [a] diuersorium flagitiorũ omnium.Ipse verò quemadmodum composito , & delibuto [b] capillo passim per forum volitet cum magna caterua togatorum,videtis,iudices:vt omneis despiciat , vt hominem præ se neminem putet , vt se solum beatum, solum potentẽ putet. *Quæ verò efficiat*, & quæ conetur,si velim commemorare,vereor,iudices,nequis imperitior existimet , me causam nobilitatis, victoriámque voluisse lædere:tametsi meo iure possum,siquid in hac parte mihi non placeat,vituperare. Non enim vereor, nequis alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet.Sciunt ij qui me norunt, me pro illa tenui, infirmáque parte , posteaquam id,quod maximè volui,fieri nõ potuit, vt componeretur : id maximè defendisse, vt ij [c] vincerent,qui vicerunt. Quis enim erat, qui non videret,humilitatem [d] cum dignitate de amplitudine contendere ? Quo in certamine perditi ciuis erat,nõ se ad eos iungere[e], quibus incolumibus,& domi dignitas,& foris auctoritas retineretur. Quæ [f] perfecta esse,& suum cũique honorem,& gradum redditum, gaudeo,iudices,vehementérque lætor:eáque omnia deorum voluntate, studio populi Romani,consilio,& imperio , & felicitate L.Syllæ,gesta esse intelligo. Quod animaduersum est in eos,qui contrà omni ratione pugnarũt: non debeo reprehẽdere.quòd viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis exstitit,honos habitus est:laudo. quæ vt fierent, idcirco pugnatum esse arbitror , méque in eo studio partium fuisse confiteor. Sin autem id actum est,& idcirco arma sumta sunt, vt homines postremi pecuniis alienis locupletarentur , & in fortunas vniuscuiusque impetum facerent , & id non modò re prohibere non licet,sed ne verbis quidem vituperare : tum verò in isto bello non recreatus, neque restitutus,sed subactus oppressúsque populus Romanus est. Verùm longè aliter est.nihil horũ est,iudices.non modò non lædetur causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis : verùm etiam ornabitur. Etenim qui hæc vituperare volunt, Chrysogonum tantum posse queruntur:qui [g] laudare volunt,concessum ei nõ esse cõmemorant.Ac iam nihil est, quod quisquã aut tam stultus,aut tam improbus sit, qui dicat,Vellem quidem liceret:hoc dixissem : Dicas licet.Hoc fecissem:Facias licet:nemo prohibet.Hoc decreuissem : Decerne,modò rectè:omnes approbabunt. Hoc iudicassem:Laudabunt omnes,si rectè & ordine iudicaris.Dũ necesse erat,résque ipsa cogebat, vnus omnia poterat:qui posteaquàm magistratus creauit, legésque constituit,sua cuique procuratio,auctoritásque est restituta.Quam si retinere volunt ij,qui [h] recuperarunt:in perpetuum potent obtinere.sin has cædeis,& rapinas,& hos tantos , támque profusos sumtus aut facient, aut approbabunt : nolo in eos grauius quidquam , ne [i] ominis quidem causa dicere : vnum hoc dico:nostri isti nobiles,nisi vigilantes,& boni, & fortes, & misericordes erunt: iis hominibus,in quibus hæc erunt,ornamẽta sua concedant necesse est.Quapropter *desinãt aliquando dicere, malè aliquem locutum esse , si quis verè , ac liberè locutus sit :* desinant suam causam cum [k] Chrysogono cõmu-

a f. & deuersorium
b id est vncto.*
c id est Sylla.*
d plebeios aduersus nobilitatem.*
e f. adiungere,
f *fort.* Quæ perfecta esse, hoc est.suum
c. *al.* Quæ perfecta esse,suum c. P. B.
g *fort.* qui laudare, cõcessit.
h f. qui receperũt: *fort.* qui reciperarunt:
i *lib.vulg.* ne hominis quidem c.
P. XLII.
k *al* cum Chrysogono

nicare:desinant,si ille læsus sit, de se aliquid detractum arbitrari:videat ne turpe, miserũque sit,eos,qui equestrem splendorẽ pati non potuerunt, serui nequissimi dominationem ferre posse.Quæ quidem dominatio,iudices, in aliis rebus antea versabatur: nunc verò quam [a] viam munitet [b], quò iter affectet, videtis.ad fidem,ad iusiurandum, ad iudicia vestra, ad id, quod solum prope in ciuitate sincerum,sanctúmque restat.Hícne etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus? hîc etiã potens esse vult?ô rem miseram,atque acerbam! Neque mehercules hoc indignè fero, quòd vereat,ne quid possit: verùm quòd ausus est,quòd sperauit, sese apud taleis [c] viros aliquid ad perniciem posse innocentis,id ipsum queror. Ideircóne experrecta nobilitas, armis,atque ferro rempublicã recuperauit [d], vt ad libidinem suam liberti, seruulíque nobilium,bona,fortunas vestras,nostráque vexare possent?Si id actum est,fateor me errasse, qui hoc maluerim: fateor insanisse, qui cum illis senserim.tametsi inermis [e],iudices,sensi. Sinautem victoria nobilium ornamento,atque emolumento reipublicæ,populóque Romano debet esse: tũ verò optimo, & nobilissimo cuique meã orationẽ gratissimam esse oportet.Quòd si quis est,qui & se, & causam lædi putet,cùm Chrysogonus vituperetur:is causam ignorat, seipsum propè nõ nouit.Causa enim splendidior fiet,si nequissimo cuique resistetur. Ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cum illo rationẽ communicatam putat,læditur, cùm ab hoc splendore causæ separatur. ¶ Verùm [f] hæc omnis ratio(vt iam antè dixi)mea est:qua mevti resp.& dolor meus,& istorũ iniuria coegit. Sed Roscius horum nil indignum putat: neminẽ accusat:nihil de suo patrimonio queritur:putat homo imperitus [g] morum, agricola & rusticus,ista omnia, quæ vos per Syllam gesta esse dicitis,more,lege, iure gentiũ facta:culpa liberatus,& crimine nefario solutus cupit à vobis discedere.Si hac indigna suspicione careat, animo æquo se carere suis omnibus commodis dicit.rogat, orátque te, Chrysogone,si nihil de patris fortunis amplius sit in suam rem conuertit: si nulla in re te fraudauit:si tibi optima fide sua omnia concessit,adunmerauit,[h] appendit:si vestitũ, quo ipse tectus erat, annulúmque i dedit, os [k] suum tibi tradidit : si ex omnibus rebus se ipsum nudum,neque præterea quidquã excepit:vt sibi per te liceat innocẽti amicorũ opibus vitam in egestate degere. Prædia mea tu possides [l]:ego aliena misericordia viuo:concedo:& quòd animus æquus est, & quia necesse est.mea domus tibi patet, mihi clausa est:fero.familia mea maxima vteris,ego seruum habeo nullũ:patior,& ferendum puto. Quid vis amplius?quid insequeris?quid oppugnas?qua in re tuam voluntatẽ lædi à me putas?vbi tuis cõmodis officio? quid tibi obsto? si spoliorum causa vis hominẽ occidere,spoliasti. Quid quæris amplius?Si inimicitiarũ: quæ sunt tibi inimicitiæ cũ eo,cuius antea [m] prædia possedisti,quàm ipsum cognosti ?Sin metuis:ab eóne aliquid metuis, quem vides ipsum ab sese tã atrocem iniuriã propulsare nõ posse?Sin,quòd bona, quæ Roscij fuerũt, tua facta sunt, idcirco hunc illius filium studes perdere:nõne ostẽdis,id te vereri , quod præter ceteros tu metuere non debeas , nequando liberis proscriptorũ bona patria reddantur.Facis [a] iniuriam,Chrysogone,si maiorem spem emtionis tuæ in huius exitio ponis, quàm in his rebus, quas L. Sylla gessit. Quòd si tibi causa nulla est,cur hunc miserũ tanta calamitate affici velis:si tibi omnia sua, præter animam [b], tradidit,nec sibi quidquã paternum,ne [c] monumenti quidẽ causa, reseruauit:per deos immortaleis [d],quæ ista tãta crudelitas est?quę tã fera,immanísque natura?quis vmquam prædo fuit tã nefarius: *quis pirata tam barbarus,vt, cùm integram prædam sine sanguine habere posset,cruenta spolia detrahere malet*?Scis hũc nihil habere,nihil posse, nihil vmquam contra rem tuam cogitasse:& tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes,neque odisse debes,nec [e] quidquã habere iam reliqui vides,quod ei detrahere possis:nisi hoc indignum putas,quòd vestitũ sedere in iudicio vides:quem tu è patrimonio,tamquam è naufragio,nudum expulisti. Quasi verò nescias,hunc & ali,& vestiri à Cæcilia,Balearici filia,Nepotis sorore,spectatissima fœmina:quę cùm patrem clarissimũ, amplissimos patruos,ornatissimum fratrẽ haberet:tamen,cùm esset muliet,virtute [f] perfecit,vt, quanto [g] honore ipsa ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet. An quod diligenter defenditur,id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede,si pro patris eius hospitiis, & gratia, vellent omnes huius hospites adesse,& auderent liberè defendere:satis copiosè defenderetur. sinautem pro magnitudine iniuriæ,próque eo quod summa [h] reip. in huius periculo tentatur,hęc omnes vindicarent:consistere mehercule vobis isto in loco non liceret.Nunc ita defenditur,non [i] sanè vt molestè ferre aduersarij debeãt, neque vt se potentia superari putent.Quæ domi gerenda sunt,ea per Cæciliam transiguntur. fori,iudicisque rationem Messalla , vt videtis, iudices,suscepit.qui si iam satis ætatis,atque roboris haberet,ipse pro Sex.Roscio diceret, quoniam ad dicendum impedimento est ætas,& pudor, qui ornatætatem, causam mihi tradidit, quem sua causa cupere , ac debere intelligebat,ipse assiduitate,consilio,auctoritate,diligentia perfecit,vt Sex.Roscij vita,erepta de manib.sectorũ,sententiis iudicũ permitteretur.Nimirum, iudices,pro hac nobilitate pars maxima ciuitatis in armis fuit:hæc acta res est,vt nobiles restituerẽtur in ciuitatem, qui hoc facerent , quod facere Messallam videtis,qui caput innocentis defenderent :qui iniuriæ resisterent:qui , quantum possent, in salute alterius,quàm in exitio,mallent ostendere. Quod si omnes, qui eodem loco nati sunt,facerent: & reipublica ex illis, & ipsi ex inuidia minùs laborarent. Verùm si à Chrysogono,iudices,non impetramus,vt pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat:si ille adduci non potest , vt,cùm ademerit nobis omnia,quæ [k] nostra erant propria, ne lucem quoque hanc , quæ communis est, eripere cupiat : si non satis habet auaritiam, suam pecunia explere , nisi etiam crudelitate sanguinis perlitus [l] sit : vnum perfugium iudices,vna spes reliqua est Sex. Roscio , eãdem,quæ reip.vestra pristina bonitas,& misericordia:quæ si manet,salui etiam nũc esse possumus,sin ea crudelitas , quæ hoc tempore in

a *al.* quò viam.*
b munitare est munire cupere.*
c *v.c.* talis viros
d *al.* reciperauit,
e *al.* inermis,
f PERORATIO.*
P. B.
g *al.* imperitus rerum
h *al.* annumerant.*
i *al.* annulumque de digito suum tibi tradidit: *al.* annulúmque de digito suo tibi tradidit *Annulum autem ferreũ hic interpretantur* hoc est equestrẽ non aureum seu senatorium.*
k Os suum alteri prebere, quibusdã videtur esse idem quod alteri præstò esse:alijs, patienter ferre alijs annulum,in quo imago oris & vultus expressa,tradere. Mihi secunda opinio verior videtur:quod & sequentia satis declarant.*
l Prosopopœia.*
m *al.* ante.

a L. Facis iniuriam L. Syllæ, Chrysogone, P. XLIII.
b id est vitam.*
c superius dixit ne iter quidem ad sepulchrum.* d *v.c.* immortalis,
e *al.* neque quicquam
f quasi diceret,tametsi sexu mulier sit, virtute tamẽ animo.* g L. quanto cumq. hon.
h L. summa resp.
i L. sanè vt non molestè ferre P. B.
k L. quæ nostra erant propriè *al.* prædes tuas fiet

re in rep. versata [a] est, vestros quoque animos (id quod fieri profectò non potest) duriores, acerbioresque reddidit: actum est, iudices: inter feras satius est ætatē degere, quàm in hac tanta immanitate versari. Ad eámne rem vos reseruati estis? ad eámne rem delecti [b], vt eos condemnaretis, quos sectores, ac sicarij iugulare nō potuissent? Solent hoc boni imperatores facere, cùm prælium committunt, vt in eo loco, quò [c] fugam hostium fore arbitrentur, milites collocentiin quos, si qui ex acie fugerint, de improuiso incidant. Nimirum similiter arbitrantur isti bonorum emtores, vos hîc, taleis viros, sedere, qui excipiatis eos qui de suis manibus effugerint. Dij prohibeāt, iudices, vt hoc quod maiores [d] consilium publicum vocari voluerūt, præsidium sectorum existimetur. An verò, iudices, vos non intelligitis, nihil aliud agi, nisi vt proscriptorum liberi quauis ratione tollantur & eius rei initium in vestro iureiurando, atque in Sex. Roscij periculo quæri? Dubium est, ad quem maleficiū pertineat, cùm videatis in altera parte sectorē, inimicum, sicarium, eundémque accusatorem hoc tempore: ex [e] altera parte egentem, probatum suis filium, in quo non modò culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere? Num quid hîc aliud videtis obstare Roscio, nisi quòd patris bona venierunt? Quòd si id vos suscipitis, & eádem in re operam vestram profitemini: si idcircò sedetis, vt ad vos adducantur eorum liberi, quorum bona venierunt: cauete, per deos immortaleis, iudices, ne noua, & multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Illam priorem, quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, nequid acriùs, quàm more maiorum comparatum est, publico consilio factum videretur. Hanc verò, quæ ad eorum liberos, atque infantium puerorum iucunabula pertinet, nisi hoc iudicio à vobis reiicitis, & aspernamini, videte, per deos immortaleis, quem in locum remp. peruenturam [f] putetis. Homines sapienteis, & ista auctoritate, & potestate præditos, qua vos estis, ex quibus rebus maximè resp. laborat, iis maximè mederi cōuenit. Vestrūm nemo est, quin intelligat, populum R. qui quondā in [g] hosteis leniſſimus existimabatur, hoc tēpore domestica crudelitate laborare. Hanc tollite ex ciuitate, iudices, hanc pati nolite diu tius in hac rep. versari: quę non modò id habet in se mali, quòd tot ciueis [h] atrocissimè sustulit, verūm etiam hominibus leniſſimis ademit misericordiam consuetudine incōmodorum. Nam *cùm omnibus horu aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus: etiā qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.*

Nihil videtur deesse.

[a] al. grassata.*

[b] L. dilecti,

P. XLIII

[c] fort. quò fug.

B

[d] fort. maiores nostri c.

C

[e] L. ex altera egen. em,

[f] fort. deuenturam

P. B.

[g] v. c. in hostis

[h] v. c. ciuis

PRO Q. ROSCIO COMOEDO, ORATIO TERTIA.

SYNOPSIS.

Quæstio. *An Roscio, Fannius aliquid debeat ex societate restipulatione Roscij: repromissione Fannij?* Actor *Fannius:* Patronus Fannij: *P. Saturius:* Reus *Sext. Ros. ius Comœdus* Patronus Roscij *Cicero* Iudex *C. Calpurnius Piso Adsessor M. Perpenna vir consularis.* Acta *in Comitio anno Ciceronis 31: Vrbis 677.*

Multa quæ desunt, quærenda.

[a] Ant. Aug. natiuæ. Crederetur is scilicet, &c.

[b] al. hic.*

[c] fronia*

[d] al. in*

[e] al. tabulas hominis scirl al. tabulas hominis afcat*

[f] Victor & Manut. cit. Ant. Augustin. Orthogr. ac cit. p. 202. ac alibi.* [g] al. nomen perscriberet

[h] L. quàm huius tabulis credetur? i MSS. rec

MALITIAM naturæ[a], crederetur. Is [b] scilicet vir[c] optimus, & singulari fide præditus, qui suo iudicio, tabulis suis, testibus vti consuerit. Solēt ferè dicere qui per tabulas [d] hominis honesti[e] pecuniam expensam tulerunt: Egóne talem virum corrumpere potui, vt mea causa falsum in codicem referret? Exspecto, quām mox Chærea hac oratione vtatur: Egóne hanc manum, plenā perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, vt falsum perscriberent [f] nomen? Quód si ille suas proferet tabulas: proferet suas quoq; Roscius, erit in illius tabulis hoc nomē: at in huius non erit. Cur potius illius, quàm [g] huius, credetur? Scripsisset ille, si non iussu huius expensum tulisset? non scripsisset hic, quod sibi expensum ferri iussisset? Nam, *quemadmodū turpe est scribere, quod non debeatur: sic improbum est, non referre, quod debeas.* æquè enim tabulæ condemnantur eius, qui verum non retulit: & eius, qui falsum perscripsit. Sed ego copia, & facultate causæ confisus [h], vide quò progrediar. Si tabulas C. Fannius accepti, & expensi profert [i] suas, in suam rem, suo arbitratu scriptas: quo minùs secundum illū iudicetis, non recuso. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, vt, quodcumque retulisset, id ratum haberet? ratum habebit Roscius, profer. quod tibi fuerit persuasum, huic erit persuasum: quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. Paullò [k] antè à M. Perpanna [l], P. Saturi [m] tabulas poscebamus [n]: nunc tuas, C. Fanni Chærea, solius flagitamus, &, quo minùs secundùm eas lis detur [o], non recusamus. Quid ita non profers? non conficit tabulas? Immò diligentissimé. Non refert parua nomina in [p] codices? Immò omneis summas. Lege, & tenue hoc [q] nomen LLS. CCCIↃↃↃ. sunt. quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria [r] iacet? quomodo LLS. CCCIↃↃↃ. in codici accepti & expensi non sunt? Prò dij immortales: essēne quemquam tanta audacia præditum, qui, quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicem iniuratus referre noluit [s], id iurare [t] in litem non dubitet? quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conetur? Nimiùm citò ait me indignari [u] de tabulis: nō habere se hoc nomen in [x] codice accepti, & expensi relatū confitetur: sed in aduersariis patēre cōnēdit. Vsq; eóne te diligis, &magni-

[k] L. proferet suas,

[l] L. Paullò antè. C. Piso M. Perpenna p. Satirium argentarii tabulas poscebamus:

[m] al. Perperna*

[n] dicebat hic pro Fannio*

[o] al. Poscebamus tuas, nunc C. Fanni*

[p] Al. decidatur. Aliu licetur*

[q] L. in codicem

[r] al. hoc nomen LLSccc. ↃↃↃ. sunt ‖ al. hoc nomen* [f] Extraordinaria pecunia est non relata ordine in tabulas, vt mos fuit. Aliis extraordinaria, ex sordido lucro & male* t fort. nolit, u vide titulū de in litem iurando*

[x] al. indagare*

[y] L. in codicem accepti &c.

ficè circumspicis,vt pecuniam non[a] ex tuis tabulis, sed [b] ex aduersariis [c] petas? suum codicem testis loco recitate, arrogantiæ [d] est. suarum perscriptionum, & liturarum aduersaria proferre non amentia est? Quòd si eandem [e] vim,diligentiam,auctoritatémque habent aduersaria,quam tabulæ: quid attinet codicem [f] instituere? conscribere? ordinem conseruare? memoriæ tradere litterarum vetustatem? Sed si,quòd aduersariis nihil credimus, idcircò eo dicem scribere instituimus: quod etiam apud omneis leue, & infirmum est, id apud iudicem graue,& sanctum esse ducetur? Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est,quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? Quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur [g] sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuę existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt deiecta [h], illæ in ordinem confectæ. Itaque aduersaria in iudicium protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitauit. Tu, C.Piso,tali fide,virtute, grauitate, auctoritate ornatus, ex aduersariis pecuniam petere non auderes. Ego, quæ clara sunt consuetudine,diutius dicere non debeo: illud verò, quod ad rem vehementer pertinet,quæro: quàm pridem hoc nomen,Fanni, in aduersaria retulisti? Erubescit:quid respondeat,nescit:quid fingat extemplò, non habet. Sunt duo menses iam, dices. Tamen in [i] codicem acceptum & expensum referri debuit. Amplius sunt sex menses. Cur tamdiu iacet hoc nomen in aduersariis? Quid si tandem ampliùs triennium est? quomodo, cùm omnes,qui tabulas conficiant [k], menstruas pænè rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium ampliùs in aduersariis iacêre pateris? Vtrùm cetera nomina in [l] codicem accepti & expensi digesta habes,an non?Si non: quomodo tabulas conficis? si etiam:quamobrem, cùm cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersariis relinquebas? Nolebàs sciri,debere Roscium. Cur scribebas?Rogatus eras,ne referres. Cur in aduersariis scriptum habebas[m]? Sed hæc quanquam firma esse video, tamen ipse mihi satisfacere non possum, nisi à C. Fannio ipso testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. Magnum est, quod conor: difficile est, quod polliceor. nisi eundem & aduersarium, & testem habuerit Roscius, nolo vincat. Pecunia tibi debebatur certa,quæ nunc petitur per iudicem: in qua legitimæ [n] partis sponsio facta est.Hic tu si [o] amplius LLS P.nummo petisti, quàm tibi debitum est, causam perdidisti: propterea quòd aliud q est iudicium, aliud arbitrium.Iudicium est pecuniæ certæ: arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo venîmus, vt [r] totam litem aut obtineamus, aut amittamus:ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus,consequamur. Eius rei ipsa verba formulę testimonio sunt.Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. SI PARET [s] LLS. IOOO. DARI OP.Hic,nisi planum facit, LLS. IOOO. ad [a] libellam sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio?mite,moderatum, QVANTVM [b] AEQVIVS, ET MELIVS, ID [c] DARI. Ille tamen confitetur plus se petere, quàm debeatur:sed satis, supérque habere dicit,quod sibi ab arbitro tribuatur.Itaque alter causæ confidit:alter diffidit.Quæ cùm ita sint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis LLS. IOOO. de tuarum tabularum fide compromissum [d] feceris, arbitrum sumseris, *quantum æquius & melius sit, dari,repromitti-ve,si* [e] *pareret.* Quis in hanc rem fuit arbiter? vtinam is quidem Romæ esset.Romæ est.Iam vtinam adesset in iudicio. Adest. Vtinam sederet in consilio C. Pisonis. Ipse C.Piso est. Eundémne tu arbitrum, & iudicem sumebas? eidem & infinitam [f] largitionem [g] remittebas, & eundem in angustissimam formulam sponsionis concludebas?Quis vnquam ad [h] arbitrum, quantum petiit,tantùm abstulit? Nemo. Quantum enim æquius esset sibi dari,petiit. De quo nomine ad arbitrum adisti,de eo ad iudicem venisti. Ceteri cùm ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt: hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus.qui cùm de hac pecunia, de i tabularum fide arbitrum sumsit: iudicauit [k], sibi pecuniam non deberi.Iam duæ partes causæ sunt confectæ:adnumeratile [l] sese negat:expensum [m] tulisse non dicit, cum tabulas non recitat. Reliquum est,vt stipulatum se esse dicat. præterea enim, quemadmodum certam pecuniam petere possit, non reperio.Stipulatus es?vbi?quo die?quo tempore? quo præsente?quis spopondisse me dicit? nemo. Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei & diligentiæ meæ,satis causæ & controuersiæ, satis formulis [n],& sponsioni, satis etiam iudici fecisse videar, cur secundum Roscium iudicari debeat.Pecunia petita est certa:cum tertia [o] parte sponsio facta est. Hæc pecunia necesse est, aut [p] data,aut expensa [q] lata, aut stipulata sit. Datam non esse Fannius confitetur.expensam latam non esse codices Fannij confirmant.stipulatam non esse taciturnitas testiũ concedit. Quid ergo est? quod & res eius est, cui & pecuniæ leuissima,& existimatio sanctissima fuit semper: & iudex est is, quem nos non minus bene de nobis existimare, quàm secundum nos iudicare velimus:aduocatio ea est, quam propter eximium splendorem, vt iudicem vnum vereri debeamus:perinde [r] ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima [s], omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica concluſa & [t] comprehensa sint, perinde [u] dicemus.Illa superior fuit oratio necessaria,hæc erit voluntaria: illa ad iudicem, hæc ad C.Pisonem:illa pro reo,hæc pro Roscio:illa victoriæ,hæc bonæ existimationis causa, comparata.Pecuniam petis,Fanni, à Roscio: quam?dic audacter, & apertè. Vtrum quæ tibi ex societate debeatur? an, quæ ex liberalitate huius promissa sit,& ostentata? quorum alterum est grauius, & odiosius : alterum, leuius & facilius. Quæ ex societate debeatur? Quid ais? Hoc iam neque [x] leuiter ferendum est, neque negligenter defendendum. Si qua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis,& pænè [y] dicam capitis, tria hæc sunt,

a *al.*non modo ex quis tabulis.*
b *al.*sed aduersariis p.
c Aduersaria quid,mox dicetur.*
d arrogantiæ est:
e Aduersariorum & tabularum differentiæ.Sunt autem Aduersaria,chartæ libelli, commentariol. quos, qui scribebant. Vide παράγραφα Demosth. & Aphobũ & vt paulo ante dixi hinc author,aduersaria perscriptionum, liturarum,quę negligenter scribũtur,quę delentur statim.quæ parui temporis memoriam complectuntur:quæ dilecta,quæ in iudicium nemo profert quibus opponuntur codices & tabulæ diligenter cõfectæ.*
f L. codicem instituere, cõscribere?
P. XLVI g. *al.* seruantur sanctæ
h L.dilecta ille in ordinem comectæ.‖*al.*comicta.*
i L.in codicem accepti & expẽsi ref.
k L.conficiunt
l *al.* in codicẽ accept.
m *fort.*habes n idẽ tertiæ litis seu eius rei de qua litigabatur vi.*
n vide tit.C. *de emblat. peritionibus.**
p hoc est vno nummo, re minima. Hinc nũmo sestertio mancipio, dare. Victruuio 1. *cap.* 4.nũmo vel vno nũmo cõcinere. *l.*46.*ff.locati.l.*10. *in fin. ff.de aquiren. possess* vendere *l.*66 *ff. de iure dotium.*& hic. amplius sestertio nummo petere: Plura de sestertio nummo dixi *ad l.vlt.Cod de donationibus.*
q Iudicii & arbitrii differentiæ.*
r L. vt aut totam litem obt.
s *al.*si pareret.*‖ *l.*si pateret. Hanc autem formulã dat Prætor iudici vt & sequentem arbitro.*
a ideſt ad aſſem neque plus neque minus*
b Formulã hanc dat Prætor arbitrio similis fuit inarbitrioreſ vxoriæ Cicero 3 offic. & in Topicis: *l.penult. ff. ſoluto matr. ſi Cornelius ff.de ſolutionibus**
c *al.*ſit*
d Compromiſſum.pecunia in arbitris, depoſita vt in iudiciis ſponſio*
e *al.*li patet.‖*al.*ſi pateres.Patere autem ad tabulas refertur *Pantagathus legit* ſi pateris*
f Infinitum hic pro incertoſumit*
g id eſt adiudicationem*
h *fortè* ab arbitro*
P. XLVII
i L.de ſuatabularum.
k L.indicauit,
l *vet.*adulteraſſe *Aut. Auguſt.*adnotaſſe *Pantagathus* aduerſaria ſcripſiſſe *al.* deliſſe H. e *vertunumeratedum* mutum deliſſe.*
m *ſol.* expenſum non deliſſe dicit.
n L.formulę
o ſponſionis tertiæ partis litis heri litas hîc locus nobis argumento eſſe poteſt.*
p Pecunia certa petebatur qualiſ vel data vel numerata,vel expenſo lato modos alios vide apud Gellium 14 c.2.*
q *al.*expenſe*
r k.proinde
ſ Iudicialem gimã.sub tria honoraria Honoraria inquam vel quod ad arbitrum decernitur quibus ad virum bonũ
P. p. nũs quod bonæ eſt,vel quodarbitria compertaſa
t *vt.*&
u L. proinde ‖*quibuſdam deeſt hoc* perinde.*
x *al.*non leuiter
y Iudicia fiduciæ,tutelæ ſocietatis pœna capitalia*

ab his, qui honores gerunt:Iudicia à lege* fiduciæ

a Fiduciam validam, hîc interpretantur contractũ quo fidem alterius sequuti eam ei aliquã simulâdi tantum causã mancipamus, hoc est ea cõditione, vt vicissim atque in cõtinenti vel post tempus nobis eã rem mancipet. Festus. Cicero Topicis fiduciarius pater, fiduciaria tutela. l. 1. Gaius 2. 6. 5. Inst. de fiduciaria tutela. Bal. & Fiducia, pignore, lege commissoria datum apud Paul. 2. sentẽt. tit. 1.

a al. perfidiam

b L. sic falsi crimen in pupillum. C. de fals. l. 1. scena videtur libertatior & parcus Fannius.

c L. eundem & virum op.

F. XLVIII.

b al. clemens

d al. qui verũ quæ nostris, sed non necessaria. e Imago, ut & cæteri Rhetores.

f Cæsar

m v. c. in Scena Lenonem apud Plautũ in Prædone. n Ita Cherea personã & mores imitatur.

g al. Roscius Fannius

fiduciæ [a], tutelæ, societatis. æquè enim perfidiosum [b] & nefarium est, fidem frãgere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruênit: & socium fallere, qui se in negotio coniunxit. Quæ cùm ita sint, qui sit, qui socium fraudarit, & fefellerit, consideremus. dabit enim nobis iam tacitè vita acta in alterutram partem firmum & graue testimonium. Q. Roscius? Quid ais? nónne, vt ignis in aquam coniectus, continuò restinguitur, & refrigeratur: sic [c] referuens falsum crimen in puriſſimam & castissimam vitam collatum, statim cóncidit, & extinguitur? Roscius socium fraudauit? Potest hoc homini huic hærere peccatum? qui medius fidius (audacter dico) plus fidei, quàm artis: plus veritatis, quam disciplinæ possidet in se: quem populus Romanus meliorem virum, quàm histrionem esse arbitratur: qui ita dignissimus est scena [d] propter artificium, vt dignissimus sit curia propter abstinentiam. Sed quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem dico? ignotum hominem scilicet pluribus verbis commẽdo. éstne quisquam omnium mortalium, de quo meliùs existimes tu? éstne quisquam, qui tibi purior, prudentior, humanior, officiosior, liberaliórque [e] videatur? Quid tu, Saturi [f], qui contra hunc venis, existimas aliter? nónne, quotiescumque in causa in nomen huius incidisti, toties hunc & virum bonum esse dixisti, & honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo, aut amicissimo facere consueuit. Qua in re mihi ridiculè esse visus esse inconstans, qui eundem & læderes, & laudares: & [g] virum optimum, & hominẽ improbissimum esse diceres. eundem tu & honoris causa appellabas, & virum primariũ esse dicebas, & tociũ fraudasse arguebas. Sed, vt opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiæ concedebas: de hoc, vt existimabas, prædicabas: Chæreæ arbitratu causam agebas. Fraudauit Roscius. Est hoc quidem auribus, animísque hominum absurdum. Quid si tandem aliquem timidum, dementem [h], diuitem, inertem nactus esset, qui experiri non posset? tamen incredibile esset. Verumtamen, quem fraudarit, videamus. C. Fannium Chæream Roscius fraudauit. Oro, atque obtestor vos, qui [i] nostis, vitam inter se vtriusque conferte: qui non nostis, faciem vtriusque considerate. nonne ipsum caput [k], & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, & clamitare [l] calliditatem videntur? nónne ab imis ynguibus vsque ad verticem summum (si quam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite, & supercilijs semper est rasis, *ne vllum pilum viri boni habere dicatur.* cuius personam præclarè Roscius in [m] scena tractare consueuit: neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. Nam Balionem [n] illum, improbissimum & periuriſſimum lenonem cùm agit, agit [o] Chæream, personã illa lutulenta, impura, inuisa, in huius moribus, natura, vitáque est expressa. Qui quamobrem Roscium similem sui in fraude & malitia existimarit, nihil videtur: nisi fortè, quòd præclarè hunc imitari se in persona lenonis animaduertit. Quamobrem etiam, atque etiam considera, C. Piso, quis quem fraudasse dicatur. Roscius [p] Fannium. Quid est hoc probus improbum, pudens impudentem,

A periurum, castus, callidũ imperitus, liberalis auidum. Incredibile est, quemadmodum si Fannius Roscii fraudasse diceretur, vtrumque ex vtriusque persona verisimile videretur, & Fannium per malitiam fecisse, & Roscium per imprudentiã deceptum esse: sic cùm Roscius Fanniũ fraudasse [a] arguatur, vtrumq; incredibile est, & Roscium quidquam per auaritiam appetisse, & Fannium quidquã per [b] se bonitate amisisse. Principia sunt huiusmodi. spectemus reliqua. LLS. IↃↃↃ. Qu. Roscius fraudauit Fanniũ. Qua de causa? Subridet Saturius, ve terator, vt sibi videtur. Ait propter ipsa LLS. IↃↃↃ. Video: sed tamen cur ipsa LLS. IↃↃↃ tam vehementer cõcupierit, quæro. Nã [c] tibi M. Perpenna, C. Piso, certè tanti non fuisset, vt socium fraudaret is. Roscio cur tanti fuerit, causam requiro. Egebat? Immò locuples erat. Debebat? Immò in suis nummis versabatur. Auarus erat? Immò etiã, antequàm locuples, semper liberalissimus, munificentissimúsque fuit. Pro deũm, hominúmq; fidem, qui LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. quæstus facere noluit (nam certè LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. meretred & potuit, & debuit, si possest Dionysia LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. meretre) is per summã fraudẽ, & malitiã & perfidiã, LLS. IↃↃↃ appetit? Et illa fuit pecunia immanis, hæc paruula: illa honesta, hęc sordida: illa iucunda, hæc acerba: illa propria, hæc in causa, & in iudicio collocata. Decẽ his annis proximis LLS. sexagies honestissimè cõ sequi potuit: noluit. laborem quæstus recepit: quæstũ laboris reiecit. populo R. adhuc seruire non desistit: sibi seruire iampridẽ destitit. Hoc tu vnquã, Fanni, faceres? sed [e] si hos quæstus recipere [f] posses, non eodẽ tempore & gestum, & animã ageres? Dic nunc te ab Roscio LLS. IↃↃↃ. circumscriptum esse, qui tantas, & tam infinitas pecunias non propter inertiã laboris, sed propter magnificentiã liberalitatis repudiarit. Quid ego nunc illa dicam, quæ vobis in mentem venire certò scio? Fraudabat te in societate Roscius. Sunt iura, sunt formulæ [g] de omnibus rebus constitutæ, nequis aut in genere iniuriæ, aut [h] ratione actionis errare possit. expressæ sunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ à prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur. Quæ cùm ita sint, cur nõ arbitrium pro socio adegeris Qu. Roscii, quæro. Formulã non noras? Notissima erat. Iudicio graui experiri nolebas? Quid ita? propter familiaritatẽ veterem? cur ergo lædis? Propter integritatem hominis? cur igitur insimulas? Propter magnitudinem criminis? Itáne verò? quem per arbitrum circumuenire non posses, cuius [k] de ea re proprium non erat iudicium, nunc per iudicem cõdemnabis, cuius de ea re nullum est arbitrium? Quin tu hoc crimẽ aut obiice [l], vbi licet agere: aut iácere noli, vbi nõ oportet. Tametsi iã hoc tuo testimonio crimen sublatum est. Nam, quó tu tempore illa formula vti noluisti, nihil hũc in societatem fraudis fecisse ostendisti. Fecit pactionem. Num [m] tabulas habet, an non? Si non habet, quemadmodum pactio est? si habet, cur non nominas? Dic nunc Roscium abs te petisse, vt familiarem suum sumeres arbitrum. non petiit. Dic pactionem fecisse, vt absolueretur. non pepigit. Quære, quare sit absolutus. quòd erat summa innocentia

P. B.

a al. arguitur.

b L. per hãc bonitatem amisse. ij. sed plane nihil mutari necesse est.

c L. Nã tibi C. Piso, M. Perpe. certè tanti non fuisset, vt socium fraudaret is. Roscio cur tanti fuerit, causam requiro. Egebat? Immò locuples erat. Debebat? Immò in suis nummis versabatur. Auarus erat? Immò etiã, antequàm locuples,

d de quæstu diurno & annuo Roscii. vide Plinium 7. Macrob. 3. Saturnal. Budeũ de asse.

e L. &, si hos quæstus desiere p. al. &, si hos quæstus facere p.

f al. reficere.

F. XLIX.

g formulæ vsitatæ apud veteres, postea sublatæ C. de formulis & impetrationib. actionum sublatis.

h al. aut in ratione

i al. non ad arbitrum.

k L. cuius de ea re proprium erat iudicium hũc per iud. l. v. r. obice.

m L. In tabulis habet, an non.

& integritate. Quid enim factum est? venisti domum vltrò Roscij: satisfeciſti: quod temerè commisisses[a], in iudicium vt denuntiaret, rogasti, vt ignosceret: te affuturum negasti: debere[b] tibi ex[c] societate nihil clamasti. iudici hic denuntiauit: absolutus est. Tamen fraudis, ac furti mentionem facere audes? Perstat in impudentia. pactionem enim, inquit, mecum fecerat. Idcirco videlicet ne[c] condemnaretur. Quid erat causæ, cur metueret, ne condemnaretur? Res erat manifesta: furtum erat apertum. Cuius rei furtum factum erat? ¶ Exorditur magna cum expectatione veteris histrionis exponere societatem[d]. Panurgus, inquit, fuit Fannij. is fuit ei cum Roscio communis. Hîc primùm quæstus est non leuiter Saturnius, communem factum esse gratis[e] cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannij. Largitus est scilicet honro liberalis, & dissolutus, & bonitate affluens Fannius Roscio f? Sic puto. Quoniam ille hîc constitit paulisper, mihi quoque necesse est paullum commorari. Panurgum tu, Saturi, proprium Fannij dicis fuisse. At ego to tum Roscij fuisse contendo. Quid erat enim Fannii? corpus. Quid Roscij? disciplina. Facies non erat: ars erat pretiosa. Ex qua parte erat Fannij, non erat LLS.IↃↃↃ. ex qua parte erat Roscij, amplius erat LLS. CCCIↃↃↃ. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. Nã illa membra merere per se non ampliùs poterãt duodecim æris[g]: disciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat[h] se non minus LLS. CCCIↃↃↃ. O societatem captiosam[i], & indignam! vbi alter, LLS. IↃↃ, alter CCCIↃↃↃ. quod sit, in societatem affert: nisi idcirco molestè pateris, quòd LLS. IↃↃↃ. tu ex arca proferebas, LLS.CCGIↃↃↃ. ex disciplina, & artificio Roscius promebat. Quam enim rem, [k] & exspectationem, quod studium, & quem fauorem secũ in [l] scenam attulit Panurgus? Quòd Roscij fuit discipulus. qui diligebant hunc, hi fauebant: qui admirabantur hunc, illum probabant: qui denique huius nomen audierant, illum eruditum, & perfectum existimabant. *Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.* Quid sciret ille, perpauci animaduertebant. vbi didicisset, omnes quærebant, nihil ab hoc prauum, & peruersum produci posse arbitrabantur. Si veniret ab Statilio: tamesi artificio Roscium superaret, adipicere nemo posset. *nemo enim, sicut ex improbo patre probũ filium nasci, sic m ex pessimo histrione bonum comœdum fieri posse existimaret.* Quia veniebat à Roscio, plus etiam scire, quàm sciebat, videbatur. Quod item nuper in Etote comœdo vsu venit: qui posteaquàm è [n] scena non modò sibilis, sed etiam conuicio explodebatur: [o] sicut in aram, confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Itaq. perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos. Quæ res extulit eum? Vna commendatio huius: qui tamen Panurgũ illum, non solùm vt Roscij discipulus fuisse diceretur, domum recepit: sed etiam summo cum [p] labore, stomacho, miseriáque eruditi. Iam [q], *quo quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet iracundius, & laboriosius.* Quod enim ipse celeriter arripuit, id cùm tardè percipi videt, discruciatur. Paullo longius oratio mea

a L. commisisses, iudicũ vt denuntiares, s. l. *al.* comminati*
b L. deberi
c L. ne condamnaretur
d Societas inita erat inter Fannium & Roscũ, vt Panurgũ seruum Fanni arte histrionica erudiret vtque quæstus ex eo communis esset.
e Panurgus a Flauio quodã interfectus est. Roscius cum eo iudicio damni cõstituto dixit. Quæritur an pro sua tantum parte dixisse videatur, vt hoc casu socio id est Fannio nihil cõferat, an vero pro tota societate vt contenderat Roscius pro sua tantum parte dixisse, iuque sibi iure permissũ sit, & se communicare cogi negat. Quæstio. an cogi debeat?*
f Imo non grãtis. Conflare enim potest societas vno pecuniam, altero operas conferente. *l. 1. t. pro socio. l. 29 §. 1. D. pro socio. l. 2. §. 2. l. 3. de polict.**
g L. Roscio id est assibus*
h L. locabat se non minoris
i L. captiosam: & quidem quam. *l. id est iniquissimum.**
k *al.* cum*
l *al.* in scenam
m *al.* sic a pessimo histrione bonum comœdum fieri
n *al.* e scena
o *al.* explaudebatur.
p Iucundos ille Roscio Familiaris Cicero 1. *de orat.**
q L. Nã. quo q.

A proiecta est hac de causa, vt conditionem societatis diligenter cognosceretis. ¶ Quæ[a] deinde consecuta? Panurgum, inquit, hunc, seruum communem Qu. Flauius Tarquiniensis quidam interfecit in hanc rem, inquit, me cognitorem dedisti. lite contestata, iudicio[b] damni iniuria constituto, tu sine me cum Flauio decidisti. Vtrùm pro dimidia parte: an pro tota societate? planiùs dicam, vtrùm pro me, an pro me, & pro te? Pro me? potui[c]: exemplo multorum licitum[d] est: iure fecerunt multi: nihil in ea re tibi ininriæ feci. pete tu tuum, exige, & aufer quod debetur. suã quisque partem iuris possideat, & persequatur. At[e] enim tuum negotium gessisti bene. Gere & tu tuum bene. Magno tuam dimidiam partem decidisti. Magno & tu tuam partem decide. LLS.CCCIↃↃↃ. tu abstulisti. Si sit[f] hoc verò: LLS. CCCIↃↃↃ. tu quoque aufer. Sed hanc decisionem Roscij, oratione, & opinione augere licet: re, & veritate mediocrem, & tenuem esse inuenietis. Accepit enim agrum temporibus iis, cùm iacérent[g] pretia prædiorum: qui ager neque villam habuit: neque ex vlla parte fuit cultus: qui nunc multo pluris est, quàm tunc fuit. neque id est mirum. tum enim propter reip. calamitates, omnium possessiones erant incertæ: nunc, deûm immortalium benignitate, omnium fortunę sunt certæ. tum erat ager incultus sine tecto: nunc est cultissimus cum optima villa. Verumtamen, quoniam natura tam maleuolus es, nunquam ista te molestia, & cura liberabo. Præclarè suum negotium gessit Roscius: fundum fructuosissimum abstulit: quid ad te? tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide. Vertit[h] hic rationem: & id quod probare nõ potest, fingere conatur. De tota re, inquit, decidisti. Ergo huc vniuersa causa deducitur, vtrùm Roscius cum Flauio de sua parte, an de tota societate fecerit pactionem. Nam ego Roscium, si quid communi nomine tetigit[i], confiteor præstare debere societati. Societatis non suas liteis redemit, cùm fundum à Flauio accepit. Quid ita? Sanis non dedit[k], *amplius l a se neminem petiturum.* Qui de sua parte decidit, reliquis integram reliquit actionem. qui pro sociis transigit: satisfdat, neminem eorum postea petiturum. Quid[m] ita? Flauio sibi cauere non venit in mentem? nesciebat videlicet Panurgum fuisse in societate? Sciebat. Nesciebat, Fannium Roscio esse socium? Præclarè. nam iste cum eo litem contestatam habebat. Cur igitur decidit, & non restituatur[o], *neminem amplius petiturum*? cur de fundo decidit, & iudicio non absoluitur? cur tãm imperitè facit, vt nec Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat? Est hoc primum & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis, & grauissimum, & firmissimum argumentum: quod ego pluribus verbis amplecterer, si non alia certiora, & clariora testimonia in causa haberem. Et, ne fortè me hoc frustrà pollicitum esse prædices: te, te, inquam, Fanni, ab tuis[o] subsellis contra te testem sustitabo[p]. Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flauio pro societate decidisse. Quo tempore? Abhinc[q] annis XV. Defensio mea quæ est? Roscium pro sua

a L. Quæ deinde sunt consecuta?
b Iudicium damni iniuriæ huic pro Flacco. Sic damni iniuria *vt* ff. ad *l.* 29. §. vlt. ff. *ad l.* Aquil. *l.* 23. *D. de furtis* damni iniuria teneri *l.* 27. §. 11. §. 29. ff. *ad l.* Aquil.
c *al.* potui exẽplo multorum licitum est: iure fecerunt multi.
d Socius suã partem non maiorem alienare potest, quam tenus potest, vt & ea transigere *al.* decidere. *vt his. C. l. 16. ff. de rebus creditis. l. 63. ff. pro socio.**
e L. At enim te tuum negotium gessit *al.* gessisti bene. Gere vero. *al.* hoc verum.
f Iacere pretia prædiorum dicuntur, cum emptores non reperiuntur. Prædia vel quæ incultæ vel quod huic vendita sunt.* h id est vllam defensionis speciem. i *al.* partem k L. amplius *al.* amplius neminem petiturum l Hæc formula reperitur in libris & pactis. *l. 27. §. 4. ff. ad l. Aquil. l. 2. D. de legat. præstand. l. 13. §. 1. ff. de iure dot.**
m *al.* Quid ita Flauio sibi cauere venit in mentem? nesciebat videlicet Panurgum fuisse in societate? Sciebat. Nesciebat, Fannium Roscio esse socium? Præclarè. nam iste cum eo litem contestatam habebat. Cur igitur decidit, & non restituatur, neminem amplius petiturum? cur de fundo decidit, & iudicio non absoluitur? cur tãm imperitè facit, vt nec Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat? Est hoc primum & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis, grauissimum, & firmissimum argumentum: quod ego pluribus verbis amplecterer, si non alia certiora, & clariora testimonia in causa haberem. Et, ne fortè me hoc frustrà pollicitum esse prædices: te, te, inquam, Fanni, ab tuis subsellis contra te testem sustitabo. Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flauio pro societate decidisse. Quo tempore? Abhinc an nos LV. ab hinc annis XV. Defensio mea quæ est? Roscium pro sua

p *al.* excitabo.* q L. abhinc an nos LV. *al.* ab hinc an

sua parte cum Flauio trãsegisse. Repromittis [a] tu abhinc triennium Roscio. Quid? recita istã restipulationem clariùs. Attende, quæso, Piso. Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuersantem, testimonium contra se dicere [b] cogo. Quid enim restipulatio clamat? *Quod à Flauio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo.* Tua vox est, Fanni. Quid tu auferre potes à Flauio, si Flauius nihil debet? Quid hic porrò nunc restipulatur, quod iampridem ipse exegit? quid verò Flauius tibi daturus est, qui Roscio omne, quod debuit, dissoluit? cur in re tam veteri, in negotio tam confecto, in societate dissoluta, noua hæc restipulatio interponitur? Quis est huius restipulationis scriptor? testis? arbiter? quis? tu Piso. *Tu enim Qu. Roscium pro opera, pro labore, quod cognitor fuisset, quòd vadimonia obisset, rogasti, vt Fanio daret* LLS[c]. CCCIↃↃↃ, *hac conditione, vt, si quid ille exegisset à Flauio, partem eius dimidiam Roscio dissolueret.* Satisne ista restipulatio dicere tibi videtur apertè, Rosciũ pro se decidisse? At enim forsitan hoc tibi venit in mẽtem, repromisisse Fannium Roscio, siquid à Flauio exegisset, eius partem dimidiam: sed omnino exegisse nihil. Quid [d]? tu non exitum exactionis, sed initium repromissionis spectare debes? neque, si ille persequi noluit, non, quod in se fuit, iudicauit, Roscium suas, nõ societatis liteis redemisse [e]? Quid si tandem planum facio, post decisionem veterem Roscij, post repromissionẽ recẽtem hanc Fannij, LLS. CCCIↃↃↃ. Fannium à Q. Flauio, Panurgi nomine, abstulisse? tamẽ [f] diutius illudere viri optimi existimationi, Q. [g] Roscij, audebit? Paullò antè quærebã, id quod vehementer ad rem pertinebat, qua de causa Flauius, cùm de tota lite faceret pactionem, neque satis acciperet à Roscio, neque iudicio absolueretur à Fannio. nunc verò (id quod mirum, & incredibile est) requiro, quamobrẽ, cùm de tota re decidisset cum Roscio, LLS. CCCIↃↃↃ. seperatim Fannio dissoluit? [h] Hoc loco, Saturi, quid pares respõdere, scire cupio. vtrùm omnino Fannium à Flauio LLS. CCCIↃↃↃ. non abstulisse? an alio nomine, & alia de causa abstulisse? Si alia de causa: quæ ratio tibi cum eo intercesserat? nulla. Addictus erat tibi? non. frustra tempus contero. Omnino, inquit, LLS. CCCIↃↃↃ. à Flauio nõ abstulit neque Panurgi nomine, neque cuiusquã. Si planum facio, post hanc recentem stipulationem Roscij, LLS. CCCIↃↃↃ. à Flauio te abstulisse: nunquid causæ est, quin ab iudicio abeas turpissimè victus? Quo teste igitur hoc planũ faciam? Venerat, vt opinor, hæc res in iudicium. Certè. Quis erat petitor? Fannius. Quis reus? Flauius. Quis iudex? Cluuius. Ex his vnus mihi testis est producẽdus, qui pecuniam datam dicat. Quis est ex his grauissimus? Sine i controuersia, qui omnium iudicio comprobatus est iudex. Quem igitur ex his tribus à me tese nũquam testimonium dicet. Reum? Flauius est. Is iampridem est mortuus. Si viueret, verba eius audiretis. Iudicem? Cluuius est. Quid is dicit? LLS. CCCIↃↃↃ. Panurgi nomine Flauium Fanio dissoluisse, quẽ tu si ex cẽsu [k] spectas: eques Romanus est. si ex vita: homo clarissimus est. si ex te: iudicẽ sumsisti. si ex veritate: id, ꝙ scire potuit, & debuit, dixit. Nega, nega nũc, equiti Romano, homini honesto, iudici tuo, credi oportere. Circũspicit, æstuat, negat nos Cluuij testimonium recitaturos. recitabimus. erras: inani, & tenui spe te cõsolaris. Recita testimonium T. Manilij, & C. Luscij Ocreæ [a], duorũ senatorũ, hominũ ornatissimorũ, quibus Cluuio audierũt. TESTIMONIVM [c] T. MANILII, ET C. LVSCII OCREAE. Vtrum dicis, [d] Luscio, & Manilio, an & Cluuio nõ esse credẽdũ? Planiùs, atq. apertiùs dicã. Vtrùm Luscius, & Manilius nihil de LLS. CCCIↃↃↃ. ex Cluuio audierunt? an Cluuius falsum Luscio, & Manilio dixit? Hoc ego loco, soluto & quieto sum animo: &, quorsum récidat responsũ, nõ magnopere laboro. Firmissimis enim, & sanctissimis testimoniis virorum optimorum, causa Roscij cõmunita est. Si iã tibi deliberatum est, quib. abroges fidẽ iurisiurandi: responde, Manilio, & Luscio negas esse credẽdum? dic, aude, est tuæ contumaciæ, arrogantię, vitæque vniuersæ vox. Quid exspectas, quã mox ego Luscium, & Manilium dicam, ordine, [e] esse senatores: ætate, grandeis natu: natura, sanctos, [f] & religiosos: copiis [g] rei familiaris, locupleteis, & pecuniosos? non faciam: nihil mihi detraham, cùm illis exactæ [g] ætatis seueritissimè fructum, quem meruerunt, retribuam. magis mea adolescentia indiget illorum bona existimatione, quàm illorum seueriissima senectus desiderat meam laudem. Tibi verò, Piso, diu deliberandum, & concoquendum est, vtrùm potius Chæreæ iniurato in sua lite, an Manilio & Luscio iuratis in alieno iudicio credas. Reliquum est, vt Cluuium falsum dixisse Luscio, & Manilio contendat. quod si facit, qua impudentia est? eúmne [h] testem improbabit, quem iudicem probarit? ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit? eius testis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem, & religionem iudicis, testeis comparabat? quẽ ego si ferrem iudicẽ, refugere non deberet: cum i testem producam, reprehendere audebit? Dixit enim, inquit, iniuratus Luscio, & Manilio. Si diceret [k] iurat[9], crederes? At quid interest inter periurum, & mendacem? Qui mentiri solet, peierare consueuit: quem ego, vt mentiatur, inducere [l] possum: vt peieret, exorare facilè potero. nam, qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci cõsueuit. Quis enim deprecatione deorum, non cõsciẽtiæ fide cõmouetur? Propterea quę pœna ab [m] diis immortalibus periuro, hęc eadem mendacì constituta est. Non enim ex pactione [n] verborũ, quibus iusiurandum comprehẽditur, sed ex perfidia, & malitia per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus irasci, & succensere [o] consueruntAt ego hoc ex contrario contendo. Leuior esset auctoritas Cluuij, si diceret iuratus, quàm nũc est, cùm dicit iniuratus. Tum enim forsitã improbis nimis cupidus videretur, qui, qua de re iudex fuisset, testis esset: nunc omnibus inimicis necesse est castissimus, & constãtissimus esse videatur, quid id, quod scit, familiaribus suis dicit. Dic nũc, si potes, si res, si causa patitur, Cluuium esse mentitum. Mẽtitus est Cluuius? Ipsa mihi veritas manũ iniecit, & paulisper cõsistere, & cõmorari cogit. Vnde hoc totũ ductũ, & conflatũ mẽdaciũ est? Roscius est videlicet homo callidus, & versutus. Hoc initio cogitare cœpit: Quoniã Fãnius à me petit LLS. IↃↃↃ. petã à C. Cluuio, equite Ro. orna-

[a] Tu Funi*

[b] L. cogo di cere. si arque ista vitatur numerus poscitur. al. testimoniũ dicere contra te rogo.*

[c] Restipulatio hæc aut potius stipulatio est ex parte Roscij repromissio aut certe promissio, ex parte fanni. al. restipulari est vicissim stipulari ab eo qui à se stipulatus fit. l. 43. ff. de dam. inf. Restipulationis exemplum vide apud 7. Val. er. 8.*

P. B.

[d] L. LLS. ccc ↃↃↃ. ibi al. LLS. CCIↃↃↃ. deest quin decem milia sestertiũ. al. sestertiorum ↃↃↃↃ. Cn.* [e] Quid rõ fuerint ↃↃↃↃ non existimem ex.

[f] L. redemisse. B. L. tamẽne diutius illudere viri opt. exist audebit? [g] quibusdã hæc duo distinguenda vi detur Q. Rosc sit.*

[h] Dissoluere P. LII.

[k] ὁμολογῶ ψεύσασθαι φιλοσόφῳ τε.

[l] Equites dicebantur qui quadringentis millibus censerentur, Horat. Epist. 1. in al. addi sibi nus.*

[a] Ant. Augustiocriæ. vt sic nomẽ tribus Ocriculanæ in qua Luscius temperetur*

[b] Hi testes de audito alieno testimonium dicunt cui usmodi testimonii anteà. v. l. 28 ff. deprobat.* [c] lil. vulg. hoc totum nõ habent, testi. T. MANL. & C. LV. OCR.

[d] Testẽ hæc commendat ordo, ætas, natura, facultates l. 3. ff. de testib.*

P. B.

[g] δόξας

[h] L. fortuna & copiis rei i fort. ætatis seueritissimè exactæ fr.

[h] Comparatio testis iurati & in sua lite, cum iurato & aliena*

[i] vide l. si quis testim. 17 C. de test.*

[k] L. eũ cùm test.

[l] al. dixisset*

[m] πεῖθειν

[n] Cicero 2. de legib. l. 2. C. de verb. ædilis ea in re sua ad verbi dixi.*

[o] al. peractione.* [c] v. c. susceneri

P. LIII.

tissimo homine, vt mea causa mentiatur: dicat, decisionem factam esse, quæ facta non est. LLS. CCCIↃↃↃ à Flauio data esse Fannio, quæ data non sunt. Est hoc principium improbi animi, miseri ingenij, nullius consilij. Quid deinde? posteaquàm se præclarè confirmauit, venit ad Cluuium: quem hominem? leuem? immò grauissimum. mobilem? immò constantissimum. familiarem? immo alienissimum. Hunc posteaquàm salutauit, rogare cœpit, blandè, & coneinnè, scilicet: Mentire[a] mea causa: viris optimis, tuis familiaribus præsentibus: die Flauium cum Fannio de Panurgo decidisse, qui nihil transegit: dic LLS. CCCIↃↃↃ. dedisse, qui assem nullum dedit. Quid[b] ille respondit? Ego verò cupidè, & libenter mentiar tua causa: &, siquando me vis peierare, vt paullum tu compendij facias: paratum fore scito. non fuit causa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires: per nuntium hoc, quod erat tam leue, transigere potuisti. Prò deûm, hominumque fidem! hoc aut Roscius vnquà à Cluuio petiisset, si LLS. millies in[c] iudicium haberet? aut Cluuius Roscio petenti concessisset, si vniuersæ prædæ particeps esset? Vix medius fidius[d], tu Fanni, à Ballione, aut aliquo eius simili hoc postulare auderes, & impetrare posses, quòd cùm est veritate falsum, tum ratione quoque est incredibile. Obliuiscor enim, Roscium, & Cluuium viros esse primarios: improbos temporis causa esse fingo. Falsum subornauit testem Roscius Cluuium. cur tam ferò? cur, cùm altera pensio soluenda esset, non tum, cùm prima? nam iam antea LLS. IↃↃↃ. dissoluerat. Deinde, si iam persuasum erat Cluuio, vt mentiretur: cur potiùs LLS. CCCIↃↃↃ. quàm CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. data dixit Fannio à Flauio, cùm ex restipulatione[e] pars eius dimidia, Roscij esset? Iam intelligis, C. Piso, sibi soli, societati nihil Roscium petisse. Hoc cùm sentit Saturius esse apertum, resistere & [f] repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis, & insidiarum eodem vestigio diuerticulum[g] reperit. Petisse, inquit, suam partem Roscium à Flauio confiteor: vacuam, & integram reliquisse Fannij concedo: sed, quod sibi exegit, id commune societatis factum esse contendo. Quo nihil captiosius, neque[h] indignius potest dici. Quæro enim, potueritne Roscius ex societate suâ partem petere, nécne. Si non potuit: quemadmodum abstulit? si potuit: quemadmodum non sibi exegit? Nam quod sibi petitur, certè alteri non exigitur. An ita est? si, quod vniuersæ societatis fuisset, petisset: quod[a] redactum[b] esset, æqualiter omnes partirentur: nunc, cùm petierit, quòd suæ partis esset: non,[c] quod abstulit, soli sibi exegit? Quid interest inter eum, qui per [d] se litigat, & [e] qui cognitor[f] est datus? Qui per se litem contestatur, sibi soli petit. alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Itáne verò? cognitor si fuisset tuus, quod vicissem iudicio ferres [g] tuũ. suo nomine petiit: quod abstulit, sibi, non tibi exegit. Quòd si quisquam petere potest alteri, qui cognitor non est factus: quæro, quid ita, cùm Panurgus esset interfectus, & lis contestata cum Flauio damni iniuriæ[h] esset, tu in eam litem cognitor Roscii sis factus: cùm præsertim ex tua oratione, quodcumque tibi peteres: quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret[i]? Quòd si ad Roscium nihil peruenisset, quod tu à Flauio abstulisses, nisi te in suam litem dedisset cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte exegit: quoniam tuus cognitor non est factus. Quid enim huic rei respondere poteris, Fanni, cùm de sua parte Roscius trãsegit cum Flauio, actionem tibi tuam reliquit, an non? Si nõ reliquit, quemadmodũ LLS. CCCIↃↃↃ. ab eo postea exegisti? si reliquit, quid ab hoc petis, quod per te persequi, & petere debes? Simillima enim, & maximè gemina[k] societas, hereditatis est. Quemadmodum socius in societate habet partem: sic heres [l] in hereditate habet partẽ. vt heres sibi soli, nõ coheredib. petit: sic socius sibi soli, nõ[m] sociis petit. & quẽad modũ vterq; pro sua parte petiti, sic pro sua parte dissoluit: heres ex sua parte, qua hereditatẽ adiit: socius ex ea, qua societatem coiit. Quẽadmodem suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flauio, vt eam tu non peteres: sic, cùm exegit suam partem, & tibi integram petitionem reliquit: tecum partiri non debet: nisi fortè tu, peruerso more, quod huius est, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Perstat in sententia Saturius: quodcumque sibi petat socius, id societatis fieri. Quod si ita est: quæ, malùm, stultitia[n] fuit? Roscius, qui ex iurisperitorum consilio, & auctoritate restipularetur à Fannio diligenter, *vt, quod is exegisset à Flauio, dimidiam*[o] *partem sibi dissolueret*: siquidem sine cautione, & repromissione, nihilhominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat?

Desiderantur non pauca.

a L. Metire mea causa: viris optimis, t. fam. præsentibus, die. Hb L. Quid ille? Ego verò cup. & libenter, inquit. men. &c. *al.* Quid ille? ego vero cup. & lib. mentiar &c.

c *al.* in iudicio hab.*

d hoc est vel per Iouis vel Diui fidem Festus in Medius fidius*

P. B.

e Restipulari quid esset s. dictũ est. *

f *al.* & pugnare

g L. deuerticulum r.

h *forte* neq. iniquius

a *al.* id cum b L. exactum *al.* nũquid cum abstulit *al.* non quod tum, abstulit d *vl.* pro se e *fri.* & cum qui cogn. P. LIIII. f cognitor Asconio in *diuinatione dicitur*, qui præsentis causam nouit, eaque in iudicio tuetur, vt suam: patronus qui orator: aduocatus qui suggerebat vel præsentia amico adcommodabat: procurator quo negotium suscipiebat: Defensor verò absentis dicitur apud Iuris authores.* P. LIIII. g L. ferre tuum. cũ suo n. p. q. abstulisti non sibi exegit? h d. xi §. * i *al.* recidet? k *fort.* germana germana *vl.* germana accipiat.* l sunt enim nominatim heredes pro iure dictis, *ea quæ Cassius* lib. LI. Cod. de excep.* m imo heredibus quæ vidit per re arque etiam communicare. item ea *ff. familiæ* n L. Rubrius fuit Roscius qui ex iuris *hal.* quæ mihi nu futura fuit Roscius.* p. B. o L. cum hic *mi.*

M. TVLLII CICERONIS
IN Q. CÆCILIVM[a] ORATIO,
DE ACCVSATORE IN C. VERREM CONSTITUENDO: QUÆ DIVINATIO[b] DICITUR.
ORATIO QVARTA.
SYNOPSIS.

Quæstio, *vtrum Cicero eligendus sit in accusatorem, vt C. Cornelium Verrem repetundarum reum accuset, an verò Q. Cæcilius niger, eiusdē Verris Quæstor.* Accusationis candidati. *Cicero & Cæcilius:* Prætor *M Glabrio.* Adsessores, *multi lectissimi viri.* Acta *in foro anno Ciceronis 37. vrbu 683. eo successu atq; euentu, vt accusandi munus Ciceroni delatum fuerit.*

SI[c] QVIS vestrûm, iudices, aut eorum[d], qui adsunt, fortè mirabitur[e], me, qui tot[f] annos in causis, iudiciisque publicis ita sim versatus, vt defenderim multos, læserim neminem, subitò nunc[g] mutata voluntate ad accusandum descendere: is, si mei consilij causam, rationémque cognouerit, vnà & id, quod facio, probabit, & in hac causa profectò neminem præponendum esse[i] mihi actoré putabit. ¶ Cùm quæstor in Sicilia fuissem, iudices: itaque ex ea prouincia decessissem, vt Siculis omnibus iucundam, diuturnámq; memoriam quæsturæ nominisque mei relinquerem: factum est, vti cùm summum in veteribus patronis[k] multis tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. Qui nunc populati atque vexati, cuncti ad me publicè sæpe venerunt, vt suarum fortunarū omnium causam, defensionémque susciperem: me[l] sæpe esse pollicitum, sæpe[m] ostendisse dicebant, si quod tempus accidisset, quo tempore aliquid à me requirerent: commodis eorum me non defuturum. venisse tempus aiebant, non iam vt commoda sua, sed vt vitam, salutémque totius prouinciæ defenderem: sese iam ne deos quidem in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere: quòd eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset, quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in cōtumeliis efficere potuisset, eas[n] omneis sese hoc vno prætore per trienniū[o] perpetuisse: rogare, & orare, ne illos supplices aspernarentur, quos, me incolumi, nemini supplices esse oporteret. Tuli graniter, & acerbè, iudices, in eum me locum adductum[p], vt aut eos homines spes falleret, qui opem à me, atque auxilium petissent[q]: aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore, atque officio coactus ad accusandum traducerer. Dicebam, habere[r] eos actoré Q. Cæcilium[s], qui præcerti quæstori in[t] eádē prouincia post me quæstoré fuisset. Quo ego adiumēto spe rabam hanc[u] à me molestiā posse dimoueri:

A | id[a] mihi erat aduersariū maximè. nā illi multo mihi hoc faciliùs remississent, si istū nō nosset, aut si iste apud eos quæstor nō fuisset. Adductus sum, iudices, officio, fide, misericordia, multorū bonorū exēplo, veteri cōsuetudine, institutóq; maiorum, vt onus hoc laboris, atq; officij, non ex meo, sed ex meorum necessariorum[b] tempore, mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res, iudices, consolatur, quòd hæc, quę videtur esse accusatio mea, nō potiùs accusatio, quàm defen
B | sio est existimanda. Defendo enim multos mortaleis, multas ciuitates, prouinciā Siciliam totā. Quamobrē, si[c] mihi vnus est accusandus, propemodum manere in instituto meo videor[d], & nō omnino à defendēdis hominib. subleuandíſq; discedere. Quòd si hāc causam tam idoneam, tā illustrem, tam grauē non haberem: si aut hoc à me Siculi nō petissent, aut mihi cum Siculis causa tantæ necessitudinis
C | non intercederet: & hoc, quod facio, me reip. causa facere profiterer, vt homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus, cuius furta, atq; flagitia nō in Sicilia solùm, sed in Achaia, Asia, Cilicia, Pāphilia[e], Romæ deniq; ante oculos omniū maxima, turpissimāq; nosse mus, me agente in iudicium vocaretur: quis tandē esset, qui meū factum, aut cōsilium posset reprehendere? Quid est, prò deūm hominūmq; fidē, in quo ego reip. plus hoc tēpore prodesse
D | possim? Quid est, quod aut populo Rom. gratius esse debet, aut sociis, exteríſque nationibus optatius esse possit, aut saluti, fortunísque omnium magis accommodatum sit? Populatæ, vexatæ, funditus euersæ prouinciæ: socij, stipendiariíque[g] populi Rom. afflicti, miseri, iam non salutis spem, sed[h] exitij solatium quærunt. Qui iudicia manere apud ordinem senatoriū volunti, querūtur accusatores se idoneos non habere. qui accusare possunt,
E | iudiciorum seueritatem desiderant. Populus Rom. interea, tametsi multis incommodis, difficultatibúsque affectus est, tamen nihil æquè in rep. atque illam veterem[k] iudiciorum vim, grauitatémque requirit. Iudiciorum[l] desiderio tribunitia[l] potestas efflagitata est: iudiciorum leuitate ordo quoq; alius[m] ad res iudicandas postulatur: iudicum culpa, atq; dedecore etiam censoriū[n] nomē,

a Verris quōdam Quæstore in Sicilia*
b Diuinatiō est de accusatore constituēdo: & nōnunquam inter delatores, vter præmium meruerit. 3. *Quinil.* 10. Diuinationem sauromendi &c. qui dreinonis rabulis & testibus iudices argumenta sola sequantur & quasi dimicet vter debeat accusare. v. 2. *Gel. 4. & plures 16. ff. de accusat.**
c Initiū orationis Æschinis contra Timarchidē videtur ambrasie.* d populi in foro, vbi iudicia fiebāt) audiendus.* e ...natur me qui t. f Sex *Plutarchus* anno ætatis 37 Deret enim adolescēs accusatio *Ciceron. offic.** li. 2. desiderim: ita legit Asconius. defendere autem dixit, quòd ex collibus, vbi nō habitabant, descendebant, descensio erat in forum & locū iudiciorum.* i. e. mihi ef fer. k Marcellis in quorum clientela Siculi, de quo* liasse dixi, adde offic. 1.* l Ire me sæpe sibi esse poll. m *al.* se esse e. tiamnōsendiſ se.*

p. B. n L. eas res omneis o successore nullo per id tempus l. vel decreto à senatu, vel pro fecto: Alio quinpretorie prouincia an nua, Philip.* p L. adduci. *vt & ita v. c.* q L. expectaſ *fortè* expectassent: r L. eos habere s Nigrum, f. Nigrum, domo Sulpicium, vt aiūt dionus, libertinum, vnde Cicero in eum dixit: in tum prou.

t *v. c.* Quid Iudeo cum Verre? *Plutarch.** u L. hanc ame posse molestiam demouerī,

a *v. c.* idem id mihi b. hoc est hospitium. Ius. n. hospitia apud veteres sacro sanctum.* c *al.* quia mihi & *ita q. & l.* d *q. v. c.* video me & nō P. LVI. f eL. Pāphilia, f *al.* tamē.* g Stipendiarij erant inter socios cō ditione deterrima cum stipendium ab rtio populi Romani, penderetur: vectigal (vnde vectigales, socij) ex decimis portorio & pecore publico Alij socij erant immunes.* h *v. c.* sed solatium exitij i Iudicia ab equestri ordine in Senatorium ordinē à Sulla trāslata, quę post equestri ordini & tribunis ærariis commūnicata.* k qualis erat quo tempore equites exercebant.* l Tribunis plebis licebat magistratū, qui pecunia accepta iudicasset, ad iudiciū populi rapere eique multā dicere. *Cicero Cluēt* quod mutatū à Sylla dictatore, restitutum Pompeio & Crasso Coss *Sallust. in Catil. Hist.* 97. *Velleius* 2. *Plutarc. Pompei.** m Equestes* n Censores qui corrupte iudicassent notabant & senatu mouebant. *Horat.* 98.

quod asperius anteà populo videri solebat, id nunc poscitur: id iam populare, atque [a] plausibile factum est. In hac libidine hominum nocentissimorum, in populi Rom. quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis [b] offensione, cùm hoc vnũ his tot incommodis remedium esse arbitrarer, vt homines idonei, atque integri causam reip. legúmque susciperent: fateor, me, salutis omnium causa, ad eam partem accessisse reip. subleuandæ, [c] quæ maximè laboraret. ¶ Nunc, quoniam, quibus rebus adductus ad causam accesserim, demonstraui, dicendum necessariò est de contentione nostra, vt in constituendo accusatore, quod [d] sequi possitis, habeatis. Ego sic intelligo, iudices: cùm [e] de pecuniis repetundis [f] nomen cuiuspiam deferatur [g], si certamen inter aliquos sit, cui potissimùm delatio detur, hæc duo in primis spectari oportere: quem maximè velint actorem esse ij, quibus factæ esse dicãtur iniuriæ: & quem minimè [h] velit is qui eas iniurias fecisse arguatur. In hac causa, iudices, tametsi vtrumque esse arbitror perspicuum, tamen de vtroque dicam, & de eo priùs, quod apud vos plurimùm debet valere, hoc est, de voluntate eorum, quibus iniuriæ factæ sunt: quorum causa iudicium de pecuniis repetundis est constitutum. Siciliam prouinciam, C. Verres per triennium de populatus [i] esse, Siculorum ciuitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Adsunt, [k] queruntur Siculi vniuersi: ad meam fidem, quam habent spectatam iam, & [l] diu cognitã, confugiunt: auxilium sibi per me à vobis, atque à populi R. legibus petunt: me defensorem [m] calamitatum suarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt. Vtrùm, Q. Cæcili, hoc dices, me non Siculorum rogatu ad causam accedere: an optimorum, fidelissimorúmque sociorum voluntatem apud [n] hos grauem esse non oportere? Sed id audebis dicere, quod C. Verres, cui te inimicum esse simulas, maximè existimari vult, Siculos hoc à me non petisse: primùm causam inimici tui subleuabis, de quo non prę iudicium, sed [o] planè iudiciũ iam factum putatur, quòd ita percrebruit, [p] Siculos omneisq actorem suæ causæ contra illius iniurias quęsisse. Hoc si tu inimicus eius factum negabis, quod ipse, cui maximè hæc res obstat, negare non audet: videto, ne nimiùm familiariter inimicitias exercere videare. Deinde sunt testes, viri clarissimi nostræ ciuitatis, quos omneis [r] à me nominari non est necesse: eos, qui adsunt, [s] appellabo: quos, si mentirer, testeis esse impudẽtiæ meæ minimè vellem. Scit is, qui est in consilio, C. Marcellus: scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus: quorum fide, atque prę sidio Siculi maximè nituntur, quòd omnino Marcellorum [t] nomini tota illa prouincia adiuncta [u] est. Hi sciunt, hoc non modò à me petitum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse petitum, vt aut causa mihi suscipienda fuerit, aut officium necessitudinis repudiandũ. Sed [x] quid ego his testib. vtor, quasi res dubia, [y] aut obscura sit? Adsunt [z] homines ex tota prouincia nobilissimi, qui præsentes vos orãt, atque obsecrant, iudices, vt in actore causæ suæ deligendo vestrum iudicium à [a] suo iudicio ne discrepet. Omnium ciuitatum totius Siciliæ legationes adsunt, [b] præter duas [c] ciuitates: quarum [a] duarũ, si adessent, duo crimina vel maxima minuerentur, quæ cum his ciuitatibus C. Verri cõmunicata sunt. At enim cur à me potissimùm hoc præsidium petiuerunt? Si esset dubium, petissent à me præsidium, nécne, dicerem, cur petissent. Nũc verò, cùm id ita perspicuũ sit, vt oculis iudicare possitis: nescio cur hoc mihi detrimento esse debeat, si id mihi obiiciatur, me potissimùm esse delectum [b]. Verùm id mihi nõ sumo, iudices, & hoc non modò in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidẽ cuiusquã relinquo, me omnibus patronis esse præpositum. Non ita est: sed vniuscuiusque temporis, valetudinis, [c] facultatis ad agendum, ducta ratio est. Mea fuit semper hæc in hac re voluntas, & sententia, quemuis vt hoc mallem de iis, qui essent idonei, suscipere, quàm me: me vt mallem, quàm neminem. Reliquũ est iam, vt illud quæramus, cùm hoc constet, Siculos à me petisse [d], ecquid hãc rem apud vos, animósque vestros valere oporteat: ecquid auctoritatis apud vos in suo iure repetundo socij populi R. supplices vestri, habere debeant. De quo quid ego plura cõmemorem? quasi verò dubium sit, quin tota lex [e] de pecuniis repetundis, sociorum causa consti tuta sit. Nam ciuibus cùm sunt ereptę pecunię, ciuili ferè actione, & priuato iure repetuntur. Hæc lex, socialis est: hoc ius, nationũ exterarum est: hanc habent arcem minùs aliquanto nunc quidem munitam, quàm antea: verumtamen, siqua reliqua spes est, quæ sociorũ animos consolari possit, ea tota in hac lege posita est: cuius legis non modò à populo R. sed etiã ab vltimis nationibus iampridem seueri custodes requiruntur. Quis [f] igitur est, qui neget oportere eorũ arbitratu lege agi, quorũ causa lex sit constituta? Sicilia tota, si vnã voce loqueretur, hoc diceret: [g] Quod auri, quod argẽti, quod ornamentorum in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit: quod in vnaquaque re beneficio senatus [k], populíque R. iuris habui, id mihi tu, C. Verres, eripuisti, atque abstulisti: quo nomine abs te sestertiũm millies ex lege repeto. Si vniuersa, vt dixi, prouincia loqui posset, hac voce vteretur. quoniam id nõ poterat, harum rerum actorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa [l] delegit. In huiusmodi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam, inuitis ijs, quorum, negotium est, accedere, aut adspirare audeat? Si tibi, Q. Cæcili, hoc Siculi dicerent: te nõ nouimus: nescimus qui sis: numquã te antea vidimus: sine nos per eum nostras fortunas defendere, cuius fides est nobis cognita: nónne id dicerent, quod cuiuis probare deberent? nunc hoc dicũt: vtrumque se nosse: alterum se cupere defensorem esse fortunarum suarum: alterum planè nolle. Cur nolint, etiamsi taceant, satis dicunt. verùm non tacent. tamen his inuitissimis te offeres? tamen in aliena causa loquẽre? tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potiùs, quàm abs te defensos esse malunt? tamen his operam tuam pollicebere, qui te neque [m] velle sua causa, nec, si cupias, posse arbitrantur? Cur eorum spem exiguam reliquarum fortunarum, quam habent in legis, & [n] iudicij seueritate positam, vi extorquere conaris? cur te interponis, inuitissimis [o] his quibus maximè lex consultum esse vult? cur, de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euer-

a L. & plausibile t.

b senatorii*

P. B.

c al. subleuãdam.*

d al. quid sequi p.

e vide l. ij. plures 16. ff. de accusat.*

f quo crimine Verres accusabatur*

g al. defertur

h al. maximà velit is. al. maximè is.*

i al. depeculatus.*

k L. Assunt

l L. & cognitam,

m defensore calamitatum iniuriæ: cognitor iuris: actor causæ.*

n v.c. dicis

o forte apud me.*

p Præiudicii & iudicii differentia.*

q libri vulg. pererebuit,

P. LVII.

r v.c. omnis

s al. homines al. omnes

t L. assun',

u Siculi in clientela Marcellorum ex captis à Marcello Syracusis id. n. victoribus erga victos humanissimè, repẽdebatur Officiorum 1.*

x al. addicta al. adiuncta

y al. Sed quid ego testibus vtor, quasi res dubia, aut obscura sit.

z al. dubia sit, aut obscura.

a L. Assũt h.

b L. ab suo iud.

a L. assunt,

b Mammerti nam & Syracusanam que Verris prædarum, furtorũ que socię fuerunt & pro Verre legationes miserunt.*

a al. quæ duæ si adessent,

b v.c. dilectã

c v.c. valitudinis,

P. B.

d q.v.c. petit se id: ecq. affirmet id petiisse: ecquid h.

e Lex de pecuniis repetundis sociorum causa cõmunis: vnde socialis adde l. 1. & passim ff. ad l. Iul. repetundar.*

f L. Quis igitur eo est,

g Prosopopeia*

h al. habuit

i L. delubris quod in vnaquaque re

k al. senatus ita legi libet suus t.*

l fortè ipsa dilegit.

P. LVII.

m al. queror

n L. & in

o L. inuitissimis

p

euertere? cur [a] non modò persequendi iuris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem? Nam, te actore, quem [b] eorum affuturum putas? quos intelligis, non vt per te, alium, sed vt per [c] aliquem, te ipsum vlciscâtur, laborare? At enim [d] solû [e] id est, vt me Siculi maximè velint: alterum illud, credo, obscurum est, à quo Verres minimè se accusari velit. Ecquis vmquam tam palàm de honore, tam vehemèter de salute sua cõtendit, quàm ille, atque illius amici [f], vt ne hæc mihi delatio detur? Sunt multa, quæ Verres in me esse arbitratur, quæ scit in te, Q. Cæcili, non esse: quæ cuiusmodi in vtroque nostrûm sint [g], paullo pòst commemorabo. Nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi assentiare: nullã rem in me esse, quam ille comtemnat: nullã in te, quam pertimescat. Itaque magnus ille defensor, & amicus eius tibi [h] Hortensius suffragatur, me oppugnat: apertè ab iudicibus petit, vt tu mihi anteponare: & ait, hoc se honestè, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione contendere. Non enim, inquit, illud peto, quod soleo, cùm vehemẽtius [k] contendi, impetrare, reus vt absoluatur, non peto: sed vt [l] ab hoc potiùs, quàm ab illo accusetur, id peto. Da [m] mihi hoc [n]: concede, quod facile est, quod honestum, quod non inuidiosum: quod cùm dederis, sine vllo tuo periculo, sine infamia illud dederis, vt is absoluatur, cuius ego causa laboro. Et ait [o] idem, vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiã [p]: certos q esse in consilio, quibus ostendi tabellas velit. id esse perfacile: non enim singulos ferre [r] sententias, sed vniuersos constituere: ceratam vnicuique tabellã dari cera [s] legitima, non illa infami ac nefaria [t]. Atque is non tam propter Verrem laborat, quàm quòd eũ minimè res tota delectat. videt enim, si à pueris nobilibus [u], quos adhuc elusit [x]: si à quadruplatoribus [y], quos non sine causa contemsit semper, ac pro nihilo putauit, accusandi voluntas ad viros fortes, spectatósque homines translata sit, se in iudiciis dominari non posse. Huic ego homini iam ante denuntio, si à me causam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam, & ita tamen mutãdã, vt meliore, & honestiore cõditione sit, quàm qua ipse esse vult: vt imitetur homines eos, quos ipse vidit amplissimos, L. Crassum, & M. Antoniũ: qui nihil se arbitrabãtur ad iudicia, causásque amicorũ, præter fidem, & ingeniũ, afferre oportere. Nihil erit, quod, me agente, arbitretur iudicium sine magno multorum periculo posse corrumpi. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, populi R. susceptã esse arbitror: vt mihi nõ vnus homo improbus opprimendus sit, id quod Siculi pe

[q] Locus obscurus, quẽ tamen, vt potero, cera legibus varias absolutionis (in queis A.) condemnationis (in queis C.) amplationis (in queis N. L. hoc est non liquere sibi profitebantur, has in causis maioribus vniuersi iudices simul in ciftam conficiebant: in leuioribus, sententiam de tabula pronunciabant. Demus in maiori aliqua causa Prætorem corruptum, fuisque similibus hoc est redemptis iudicibus vti fama est, nec tamen omnimodo illis fidentem. Metum adiungebat ad volentem, nec tamen omnimodo illis fidentem. Metum adiungebat ad gratiam, vt hic loquitur Cicero, hoc est infami & nebellam cera legitimaq; ironicõs ita loquitur Cicero, hoc est infami & nefaria, discolori scilicet signo aut aliis sordibus ab alis distinctam, eamque etiam certis, quos sibi fidissimos in consilio habebat, ostendi iubebat. [r] L. ferre sententiam, [s] Ceram legitimam vocat non discolorem. [t] vt cuius datio inuenta sit ad corrumpendos iudices. [u] Appio Claudio, C. Cæsare, Scauro. [x] ostendit, Cicero, defensos ab Hortensio damnatos fuisse. [y] Quadruplatores, delatores publicorum criminum: quique eo nomine quartam partem ex eorum bonis quos detulerant pro præmio reportabant. alijs quadruplator, delator eorum qui conuicti quadrupli condemnari solebant.

tiuerunt: sed omnino omnis improbitas, id quod populus Rom. iamdiu flagitat, exstinguenda, atque delenda sit. In [a] quo ego quid eniti, aut quid efficere possim, mâlo in aliorũ spe relinquere, quàm in oratione mea ponere. Tu verò, Cæcili, quid potes? quo tempore, aut qua in re non modò specimen [b] ceteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? In mentem tibi non venit, quid negotij sit causam publicam sustinere? vitam alterius totam explicare, atque eam non modò in animis iudicum, sed etiam in oculis, conspectúque omnium exponere? sociorum salutem, commoda prouinciarum, vim legum, grauitatem iudiciorum defendere? Cognosce ex me, quoniam hoc primum tempus discendi nactus es, quàm *multa* [c] *esse oportet in eo, qui alterum accuset*: ex quibus si vnũ aliquod [d] in [e] te cognoueris: ego iam tibi ipse istuc, quod expetis, mea voluntate concedam. Primùm *integritatem, atque innocentiam singularem. nihil est enim, quod minùs si rendâ sit, quàm rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere.* Hîc ego de te plura non dicam: vnum illud credo omneis animaduertere, te adhuc ab [f] nullis, nisi à Siculis, potuisse cognosci [g]: Siculos hoc dicere, cùm eidem sint irati, cui tu te inimicum esse dicis? esse tamen, te actore, ad iudicium non affuturos. Quare negent, ex me non audies. hos patere id suspicari, quòd necesse est. Illi quidem (vt est hominum genus nimis acutũ [h], & suspiciosum) non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur: sed, cùm iisdem litteris illius prætura, & [i] tua quæstura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia litteras suspicantur. Deinde *accusatorem, firmũ, verùmque esse oportet.* Eum ego si te putem cupere esse, facilè intelligo esse non posse. Nec ea dico, quæ si dicam, tamen infirmare non possis: te, antequàm de Sicilia decesseris, in gratiam rediisse cum Verre: Potamonem [k], scribam, & familiarem tuum, retentum esse à Verre in prouincia, cùm tu decederes: M. Cęciliũ, fratrẽ tuum, lectissimũ, atq; ornatissimũ adolescentẽ, nõ modò non adesse, neque tecũ tuas iniurias persequi: sed esse cũ Verre: cũ [l] illo familiarissimè, atque amicissimè viuere. Sunt [m] hæc, & alia in te falsi accusatoris signa permulta: quib. ego nũc nõ vtor. hoc dico, te, si maximè cupias, tamẽ verũ accusatorẽ esse [n] nõ posse. Video enim, permulta esse crimina, quorũ tibi societas cũ Verre eiusmodi est, vt ea in accusando attingere no audeas. Quæritur Sicilia tota, C. Verrẽ ab aratorib. cùm frumentũ sibi in cellam imperauisset, & cùm esset tritici modius LLS. [o] II. pro frumento in modios singulos, duodenos sestertios exegisse. Magnũ crimen, ingẽs pecunia, furtũ impudens, iniuria non ferenda. ego hoc vno crimine illũ condemnẽ necesse est. Tu Cæcili, quid facies? Vtrũ hoc tantũ crimẽ prętermittes, an obiicies: Si obiicies, idne alteri crimini dabis, quod eodem tempore, in eádẽ prouincia, tu ipse feciſti? audebis ita accusare alterũ, vt, quo minùs tute cõdẽnere, recusare nõ possis? Sin prætermittes: qualis erit ista [p] tua accusatio, quę, domestici periculi metu, certissimi, & maximi criminis nõ modò suspicionem, verùm etiã mentionẽ ipsam pertimescat? Emtũ est ex S.C. frumentum ab Siculis, prætore Verre, pro quo frumento pecunia omnis soluta non est.

[a] *L.* In quo quid eniti,

[b] *L.* ceteris ipse crimen aliq.

[c] Accusatoris necessaria.*

[d] *v. c. non habent*, aliquod

[e] *al.* in te esse cognouerisi *al.* in te agnoueris.

[f] *L.* à nullis, nisi ab Sicul.

[g] Magistratus virum.* iudicat.*

[h] Siculi acuti *Idem Cicero in Bruto & 3. in Verr & in epistol. ad Q. fratrem 6. Quintil. 4.** P. B.

[i] *L.* & quæstura tua cõsig.

[k] de quo 3. & 4. in Verrem.*

[l] *L.* & eum illo fam.

[m] *L.* Sunt, & hæc,

[n] *v. sic.* non esse posse

[o] sestertiis à duobus & ita legitur apud Nonium c. 4 *in Exigere* hoc est assibus octo. *Alij hic legunt* sestertium duobus *male*. est ut enim aurei 60. in singulos modios.* [p] *L.* tua ista

Graue est hoc crimẽ in Verrẽ: graue, me agẽte: te accusante, nullum. eras enim tu quæstor: pecuniam [a] publicã tu tractabas: ex qua, etiã si cuperet prætor, tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. Huius quoque igitur criminis, te accusante, mentio nulla fiet. Silebitur toto iudicio de maximis, & notissimis illius furtis, & iniuriis. Mihi crede, Cæcili, *non potest in accusando socios vere defendere is, qui cum reo* [b] *criminum societate coniunctus est*. Mancipes à ciuitatibus pro frumẽto pecuniam exegerunt. Quid? Hoc, Verre prætore factum est solùm? non: sed etiam quæstore Cæcilio. Quid igitur? daturus es huic crimini, quod & potuisti prohibere, ne fieret, & debuisti? an totum id relinques? Ergo id omnino Verres in iudicio suo non audiet, quod cùm faciebat, quemadmodum defensurus esset, non reperiebat. Atque ego hæc, quæ in medio posita sunt, commemoro. Sũt alia magis occulta furta: quæ ille, vt istius, credo, animos, atque impetus retardaret, cũ [c] quæstore suo benignissimè communicauit. Hæc tu scis ad me esse delata: quæ si velim proferre, facilè omnes intelligent, vobis inter vos non modò voluntatem fuisse coniunctã, sed ne prædam quidem adhuc esse diuisam. Quapropter si tibi iudicium [d] postulas dari, quòd tecũ vnà fecerit, cõcedo, si id lege permittitur: sin autẽ de accusatione dicimus, cõcedas oportet iis, qui nullo suo peccato impediuntur, quo minùs alterius peccata demonstrare possint. Ac vide, quãtum interfuturũ sit inter [e] meã, atque tuã accusationẽ. Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum, quòd te non prohibuerit, cùm summam ipse haberet potestatem: tu contrà, ne quæ ille quidẽ fecit, obijcies, nequa ex parte coniũctus cũ eo reperiare. Quid [f] illa, Cæcili? conteneándáne tibi videntur esse, sine quibus causa sustineri, præsertim tãta, nullo modo potest? aliqua facultas agẽdi? aliqua dicẽdi cõsuetudo? aliqua in foro, iudiciis, legibus aut ratio, aut exercitatio? Intelligo, quàm scopuloso, difficilíque in loco versẽr. nã *cùm omnis arrogantia, odiosa est, tũ illa ingenij, atque eloquentiæ, multo molestissima.* Quãmobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere: neque, si esset, dicerẽ. aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quidquid est: aut, si id parum est, ego maius id commemorando facere non possum. De te, Cæcili, iam mehercule hoc extra hanc contẽtionem, certaménque nostrum familiariter tecum loquar. Tu ipse quemadmodũ existimes, vide etiam atque etiam: & tu te collige: & qui sis, & quid facere possis, considera. Putáne, te posse de maximis, acerbissimísque rebus, cùm causam sociorũ, fortunásque prouinciæ, ius populi R. grauitatẽ [g] iudicij, legúmque susceperis [h], tot res, tãgraueis, tã varias, vo ce, memoria, cõsilio, ingenio, sustinere? Putásne, te posse, quę C. Verres in quæsturai, quę in legatione, quę in prætura [k], quæ Romæ, quę in Italia, quæ in Achaia, Asia, Pamphyliáque patrarit [l], ea, quemadmodũ locis, tẽporibúsque diuisa sint, sic criminibus, & oratione distinguere? Putáne [m], te posse, id quod in eiusmodi reo maximè necessariũ est, facere, vt, quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit, ea èquè acerba, & indigna videantur esse iis, qui audiẽt, atque illis visa sunt, qui senserunt? Magna sunt ea, quæ dico, mihi crede: noli hæc contemnere. dicenda, demonstranda, explicanda sunt omnia: causa non solùm exponenda, sed etiã grauiter, copioséque agẽda est. *perficiendũ est, si quid agere, aut* [a] *pérficere vis, vt homines te non solum audiant, verum etiã libenter, studioséque audiant.* In quo si te multùm natura adiuuaret: si optimis à pueritia disciplinis, atque artibus studuisses, & in his elaborasses: si litteras Græcas Athenis, non Lilybæi [b]: Latinas Romæ, non in Sicilia, didicisses: tamen esset magnum tantam causam, tã exspectatam & diligentia consequi, & memoria complecti, & oratione exponere [c], & voce, & viribus sustinere. Fortasse dices, Quid? ergo hæc in te sunt omnia? vtinam quidem essent: verumtamen vt esse possent, magno studio mihi à pueritia est elaboratum. Quòd si ego hæc, propter magnitudinẽ rerum, ac difficultatem, assequi non potui, qui in omni vita nihil aliud egi: quàm longè tu te ab his rebus abesse arbitrare, quas non modò antea numquam cogitasti, sed ne nunc quidem, cùm in eas ingrederis, quæ, & quantæ sint, suspicari potes? Ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro, iudicíisque ita versẽr, vt eiusdem ætatis aut nemo, aut pauci, plureis causas defenderint, & qui omne tempus, quod mihi ab amicorum negotijs datur, in his studiis, laboribúsque consumam, quo paratior ad vsum forensem, promtiórq; esse possim: tamen ita deos mihi velim propitios, vt, cùm [d] illius diei mihi venit in mentẽ, quo die, citato reo, mihi dicẽdũ sit, non solùm cõmoueor animo, sed etiã [e] toto corpore perhorresco. Iã nunc mente, & cogitatione prospicio, quæ tum studia hominũ, qui concursus futuri sint: quantã exspectationẽ magnitudo iudicij sit allatura: quantã auditorũ multitudinẽ C. [f] Verris infamia concitatura: quantã deniq; audiẽtiã orationi meæ improbitas illius factura. [g] Quæ cùm cogito, iã nunc timeo, quídnã pro offensione hominũ, qui illi inimici, infensíq; sunt, & exspectatione omniũ, & magnitudine rerũ dignum eloqui possim. Tu horum nihil metuis: nihil cogitas, nihil laboras: & siquid ex vetere haliqua oratione, IOVEM EGO OPTIMVM MAXIMVM: aut, VELLEM, SI FIERI POTVISSET, IVDICES: aut aliquid eiusmodi, edíscere potueris, præclarè te paratum in iudiciũ venturum arbitraris. Ac, si tibi nemo respõsurus esset, tamen ipsam causam, vt ego arbitror, demonstrare non posses. Nunc ne illud quidem cogitas, tibi cũ homine disertíssimo, & ad dicendũ paratíssimo, futurum esse certamen: quícum modò differendũ, modò omni ratione pugnandum, certandúmque sit? Cuius ego ingeniũ ita laudo, vt non pertimescã: ita probo, vt me ab eo delectari faciliùs, quã decipi putem posse. Numquã ille me opprimet consilio: nũquã vllo artificio peruertet [k], nũquã ingenio me suo labefactare, atq; infirmare conabitur. noui omneis hominis petitiones, rationésque dicendi: sæpe in iisdem, sæpe in contrariis causis versati sumus. Ita cõtra me ille dicet, quãuis sit ingeniosus, vt nõnullum etiã de suo ingenio iudicium fieri arbitretur. Te verò, Cæcili, quemadmodum sit elusurus, quàm omni ratione [l] iactaturus, videre iam videor: quoties ille tibi potestatem, optionémque facturus sit, vt eligas vtrũ velis, factum esse, nécne: verum esse, an falsum: vtrum dixeris, id contra te futurum. Qui tibi æstus, qui error, quæ tenebræ, dij immortales,

a Quæstoris munus pecuniam publicam tractare.*
b Mancipes quî in auctione publicum quid redimunt.*
c L. benignissimè cũ quæst. suo comm.
d L. indicium
e L. inter meam, tuãque acc.
f al. Quid, illa Cæcili, contemn. P. B.
g L. grauitatẽque iudicij,
h v.c. susceperes,
i cum esset Quæstor Carboni & legatus Dolabellæ.*
k Siciliensi & Romana.*
l L. peccarit, & ita v.c.
m al. Putásne posse,

a L. aut proficere vis,
P. LXI. b Lylibei deterius, quã in reliqua Sicilia Græce loquebantur Apud Siculos vero vtraque lingua & Græca & Latina in vsu: Diodorus 1. & 5.* c v.c. expromere,
d al. cum illius temporis mihi v. & ita q.v.c.
e Idẽ Crasso accidebat Cicero 1. de Oratore.*
f v.c. infamia C. Verris
g lib. vulg. factura sit,
P. B. h Cato Censorius solebat in omnibus orationibus suarum præmiis deorum mentionem facere. Seruius in illud I. Virgilij 7. Dij nostra incepta secundent. Huiusmodi autem principium, vulgareimperitiæ cauillicis.*
I al. certandúmque sit.
k al. præuertet:
l al. oratione.*

erunt,homini minimè malo? Quid,cùm accusationis tuæ membra diuidere [a] cœperit,& in digitis suis singulas partes causæ constituere? Quid,cùm vnumquodque [b] transfigere,expedire,absoluere? Ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris [c]. Quid,cùm commiserari,conqueri,& ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te [d] traducere cœperit? commemorare [e] quæstoris cum prætore necessitudinem constitutam? morem [e] maiorũ? sortis [f] religionem? Poterísne eius orationis subire inuidiam? Vide modò: etiã atque etiam cõsidera. mihi enim videtur periculũ fore, ne ille nõ modò verbis te obruat, sed gestu ipso [g], ac motu corporis perstringat [h] acie ingenij tui, téque ab institutis tuis, cogitationibúsque abducat. Atque huiusce rei iudicium iam continuò video futurũ. Si enim mihi hodie respondere ad hæc, quæ dico, potueris: si ab isto libro, quẽ tibi magister ludi, nescio [i] quis ex alienis orationibus compositum dedit, verbo vno discesseris: posse te & illi quoque iudicio non deesse, & causæ atque officio tuo satisfacere arbitrabor. sin mecum in hac prolusione [k] nihil fueris: quẽ te in ipsa pugna, cũ acerrimo aduersario fore putemus? Esto: ipse nihil est, nihil potest: at venit paratus cum subscriptoribus [l] exercitatis, & disertis. Est tamen hoc aliquid: tametsi non est satis. omnib [m] enim rebus is, qui princeps in agendo est, ornatissimus, & paratissimus esse debet. Verumtamẽ L. Apuleiũ esse video proximum subscriptorem, hominem non ætate, sed vsu foresi, atque exercitatione tironẽ. Deinde (vt opinor) habet Allienum [n], hunc tamen à subsellis: qui, quid in dicendo posset, numquam satis attendi, in clamando quidem video eum esse bene robustum, atque exercitatũ. in hoc spes tuæ sunt omnes. hic, si tu eris actor constitutus, rorum iudicium sustinebit. Ac ne is quidem tantum contendet in dicendo, quantum potest: sed consulet laudi, & existimationi tuæ: & ex eo, quod ipse potest in dicendo, aliquantum remittet, vt tu tamẽ aliquid esse videare. VT in actoribus Græcis fieri videmus: sæpe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium, cùm possit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarum, multùm summittere, vt ille princeps quã maximè excellat: sic faciet Allienus P: tibi seruiet, tibi lenocinabitur: minùs aliquanto contendet, quàm potest. Iam hoc considerate, cuiusmodi accusatores in tanto iudicio simus habituri: cùm & ipse Allienus [q] ex ea facultate, siquã habet, aliquantum detracturus sit: & Cæcilius tum denique se aliquid [r] futurũ putet, si Allienus [s] minùs vehemens fuerit, & [t] sibi primas in dicendo parteis concesserit. Quartum quem sit habituros, non video, nisi quẽ fortè ex illo grege oratorum [x], qui subscriptionẽ sibi postularunt, cuicumque vos delationem dedisseris. Ex quibus alienissimis hominibus, ita paratus venis, vt [y] tibi hospes aliquis sit recipiendus. Quibus ego nõ sum tantũ honorẽ habiturus, vt ad ea, quæ dixerint, certo loco, aut [z] singulatim vnicuique respondeam. Sic breuiter, quoniã non cõsultò, sed casu in eorum mentionem incidi, quasi prætereãs, satisfaciam vniuersis. Tãtáne vobis inopia videor esse amicorum, vt mihi non ex his, quos meritorum [y] mercatorum, quos [z] mortorum, quos [a] morum accusare Prætorẽ suum quæstorẽi non liceat.* [f] Sorte prouincia quæ floribus contingebant.* [g] motus quasi gestus cuiusdam oratorius in Hortensio notatur à Cicerone 1. de claris oratoribus.* [h] L. Gell. L. præstringuat aciem ingenii id est obtenebret obscuret.* [i] L. nescio qui ex al. Italia Nouius sap. 4. in componere 63.* [k] al. prælusione. Prolusio ludus quædam imitatio est gladiatorum in congressu.* [l] Subscriptores, cauſidici, qui accusatorum P. Sextij causam adiuuabant: submissi ac subsellani agebant, quàm qui Principes erant in agendo. Asconius hic. In hac autẽ lite quatuor fuerunt.* [m] L. omnibus in reb. qui pr. al. in omnibus rebus. nisi al. Alienũ, & ita v.c. [n] de secundariis, & tertiarijs dixtin Bruto.* [o] al. & tibi pr. mendose. [p] L. ex illo grege moratorum, qui [q] al. Alienus [r] al. aliquem.* [s] al. Alienus [t] al. & tibi pr. mendose. [u] L. ex illo grege moratorum al. meatorum Vet. morentorum al. moratorum.* [x] L. aut sigillatim v.

a hanc laudem tribuit Cicero, Hortensio in Bruto & in pro Quintio.* b L. vnumquid.

c P. LXVI. e fort. facessieris.

d Quæstoris cũ Prætore suo necessitudo summa: qualis inter liberos & parentes vt infra.*

e More maiorum accusare Prætorẽ suum quæstorẽi non licebat.*

f Sorte prouincia quæ floribus contingebant.*

g motus quasi gestus cuiusdam oratorius in Hortensio notatur à Cicerone 1. de claris oratoribus.* h L. Gell.

i L. nescio qui ex al. Italia Nouius sap. 4. in componere 63.*

k al. prælusione. Prolusio ludus quædam imitatio est gladiatorum in congressu.*

l Subscriptores, cauſidici, qui accusatorum P. Sextij causam adiuuabant: submissi ac subsellani agebant, quàm qui Principes erant in agendo. Asconius hic. In hac autẽ lite quatuor fuerunt.*

m L. omnibus in reb. qui pr. al. in omnibus rebus. nisi al. Alienũ, & ita v.c.

n de secundariis, & tertiarijs dixtin Bruto.*

o P. al. & tibi pr. mendose.

p L. ex illo grege moratorum, qui

q al. Alienus

r al. aliquem.*

s al. Alienus

t al. & tibi pr. mendose.

u L. ex illo grege moratorum al. meatorum Vet. morentorum al. moratorum.*

x L. aut sigillatim v.

y al. vt si ubi hospes.*

z L. aut sigillatim v.

A cũ adduxerim, sed de populo subscriptor addatur? vobis autẽ tanta inopia reorum est, vt mihi causam prærripere conemini potiùs, quã aliquos à [a] colũna Menia [b] vestri ordinis reos reperiatis? Custodem [c], inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quã multis custodib. opus erit, si te semel ad meas *capsas* [d] admisero? qui non solum, ne quid enunties, sed etiã ne quid auferas, custodiendus sis. Sed de isto custode toto sic vobis breuissimè respondebo: non [e] esse hos taleis viros commissuros, vt ad causam tantam, à me [f] suscepta, mihi credita, quisquã subscriptor, me inuito, adspirare possit. Etenim fides mea custodem repudiat, diligẽtia speculatorem reformidat. Verùm, vt ad te, Cæcili, redeã, quàm multa te deficiant, vides: quàm multa sint in te, quæ reus nocens in accusatore suo cupiat esse, profectò iam intelligis. Quid ad hæc dici potest? non enim quæro, quid [g] tu dicturus sis. videro mihi nõ te, sed hunc librum esse responsurum: quem monitor [h] tuus tenet: qui, si te rectè monere volet, suadebit tibi, vt hinc discedas, neque mihi verbum vllum respondeas. Quid enim dices? an id, quod dicitas, iniuriam tibi feciſſe Verrem? Arbitror. neque enim esset verisimile, cùm omnibus Siculis faceret iniurias, te illi vnum eximium, cui cõsuleret, fuisse. Sed ceteri Siculi vltorem suarum iniuriarũ inuenerunt: tu, dum tuas iniurias per te, id quod non potes, persequi conaris, id agis, vt ceterorũ quoque iniuriæ sint impunitæ, atque inultæ: & hoc te præterit, nõ id solùm spectari solere, qui debeat, sed etiam illud, qui possit vlcisci. in quo vtrumque sit, eum superiorẽ esse: in quo alterum, in eo nõ, quid is velit, sed quid facere possit, quæri solere. Quòd si ei potissimùm cẽses permitti oportere accusandi potestatẽ, cui maximam C. Verres iniuriam fecerit: vtrum tandẽ censes hos iudices grauiùs ferre oportere, te [k] ab illo esse læsum, an prouinciam Siciliam esse vexatam, ac perditam? Opinor, cõcedis [l], multo hoc [m] & esse grauius, & ab omnib. ferri grauiùs oportere. Concede igitur, vt tibi anteponatur in accusando prouincia. nã prouincia accusat, cùm is agit causam, quẽ sibi illa defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, actorẽ totius [n] causæ adoptauit. A te eam tibi C. Verres fecit iniuriam, quæ ceterorum quoque animos posset alieno incommodo cõmouere. Minimè. nã id quoque ad rẽ pertinere arbitror, qualis iniuria dicatur: quæ causa inimicitiarũ proferatur. Cognoscite ex me. nam iste eam profectò, nisi planè nihil sapit, numquam proferet. Agonis est quędã, Lilybętana, liberta [o] Veneris Erycinę: quę mulier ante hũc quæstorẽ, copiosa planè, & locuples fuit. Ab hac præfectus Antonij quidã symphoniacos [p] seruos abducebat per iniuriã, qui bus se in classe vti velle dicebat. Tũ illa, vt mos in Sicilia est omniũ Venereorum [q], & eorũ, qui à Venere se liberauerunt, vt præfecto illi religionẽ [r] Veneris, nonénque obiiceret, dixit & se, & omnia sua, Veneris esse. Vbi [s] hoc quęsto ri Cæcilio, viro optimo, & homini cquissimo, nuntiatũ est: vocari ad se Agonidẽ iubet: iudiciũ [t] dat statim, *si* [u] *pareret, eam se, & sua Veneris esse dixisse.* iudicãt recuperatores id, quod necesse erat. neque enim erat cuiquã dubiũ,

a *al.* ad columna Mœniam.*

b *al.* Mænia ad hanc columnam in foro posita, infames rei & sortis infimæ vt fures & semi nequam accusabantur. *Ascon.* sed & qui graui ære alieno premebantur *pro Sextio.* De co- P. LXIIII. lumna Mœnia adde Asconium hic & Festum.*

c Custodũ non omnium firma fides sic Philipp. 30. custodẽ, omnium lupum Plaut. 3. Polit. Φύλακον τὸν ἀπὸ φύλακος φύλακες δεῖται.*

d auctoritatum ad me ex Sicilia deportatarum.*

e *al.* numquam esse hos t,

f *L.* quid dicturus sis.

g Monitor is est qui alĩ monet.*

h *al.* qui si rectè te m.

i *al.* in quo alterutrum.

k *L.* te ab illo læsum,

l *L.* cõcedes,

m L. hoc & grauius esse, &

n L. causæ totius

o Libertos suos vt & seruos vel ipsi Dii apud Gentiles habuere.*

p Symphoniaci classicum canere solitis sed & iisdem celeuma per assam, vocẽ cani solebat *Ascon. hic.*

q L. Venerio rum. Venerii & Veneriæ dicebantur qui quęque Veneri consecrati erant: sic Martiales

pro Cluentio, qui in Martis familia.* r *v.c.* religionẽ Veneris nomine obiicere, dixitset, & sua, Veneris esse. s *al.* vt hoc Q. Cæcil o* t Iudicium dare, est Iudices constituere: quodin prouinciis Prætores & Quæstores poterãt* u *lic. vulg.* Si pareret *&c.*

quin illa dixisset. Iste in possessionem bonorũ mulieris mittit: ipsam Veneri in seruitutem adiudicat: deinde bona vendit: pecuniã redigit. Ita, dum pauca mancipia [a], Veneris nomine, Agonis, ac religione, retinere vult, fortunas omneis, libertatémque suam istius iniuria perdidit. Lilybæum Verres venit postea: rem cognoscit: factum improbat: cogit quæstorem suum, pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem annumerare [b], & reddere. Est adhuc, id quod vos omneis admirari video, non Verres, sed Qu. Mucius [c]. Quid enim facere potuit elegãtius ad hominum existimationem? æquius ad leuandam mulieris calamitatem? vehementius ad quæstoris libidinem coërcendam? Summè hæc omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repentè è vestigio, *ex homine*, tanquam aliquo [d] Circæo poculo, *factus est Verres*. redit ad mores suos. nam ex illa pecunia magnam partem ad [e] se vertit: mulieri reddidit quãtulum visum est. Hic tu si læsum te à Verre esse dices: patiar, & concedam. si [f] iniuriam tibi factam querêtis: defendam, & negabo. Deinde [g] de iniuria, quæ tibi facta sit, neminem nostrûm grauiorem vindicem esse oportet, quàm te ipsum, cui facta dicitur. Si tu cum illo postea in gratiam redisti: si domi illius aliquoties fuisti: si ille apud te postea cenauit: vtrùm te perfidiosum, an præuaricatorẽ existimari mauis? video esse necesse alterutrum. Sed ego tecum in eo non pugnabo, quo minùs, vtrum velis, eligas. Quid [h], si ne iniuriæ quidem, quæ tibi ab illo facta sit, causa remanet? quid habes, quod possis dicere, quamobrẽ non modò mihi, sed cuiquam astantium? nisi fortè illud, quod dicturum te esse audio, quæstorem illius fuisse. Quæ causa, grauis esset, si certares mecum, vter nostrûm illi amicior esse deberet. In contentione suscipiẽdarum inimicitiarũ, ridiculũ est putare, causam necessitudinis ad inferendum periculũ iustã videri oportere. Etenim, si plurimas à tuo prętore iniurias accepisses: tamen eas ferendo, maiorem laudem, quàm vlciscẽdo, mererere. cùm verò nullum illius in vita rectius factum sit, quàm id, quod tu iniuriam appellas: hi statuent, hanc causam, quam ne in alio quidem probarent, in te iustam ad necessitudinẽ violandam videri? qui si summam iniuriam ab illo accepisti, tamẽ, quoniã quæstor eius fuisti, non potes eũ sine vlla vituperatione accusare. si verò nulla [i] tibi facta est iniuria, sine scelere eum accusare non potes. Quare cùm incertũ sit de iniuria, quemquam esse horum putas, qui nõ malit, te sine vituperatione, quã cũ scelere, discedere? At [k] vide, quid differat inter meam opinionẽ, ac tuã. Tu, cùm omnibus rebus inferior sis, hac [l]vna in re mihi anteferri putas oportere, quòd quęstor illius fueris. ego, si [m]superior cęteris reb. esses, tea hanc vnã ob causam accusatorem repudiari putarẽ oportere. Sic enim à maioribus nostris accepimus, *prætorem* [o] *quæstori suo parentis loco esse oportere*: nullã neque iustiorem, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm coniunctionem sortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm [p] publicam muneris societatem. Quamobrem si iure eum [q] possis accusare, tamen, cùm is tibi parentis numero fuisset, id piè facere non posses. cùm verò neque iniuriam acceperis, & prętori tuo periculum crees: fateare necesse est, te illi iniustũ,

a *q.v.c.* mãcupia,

b *al.* adnumerare,

c Scęuola.*

d fues ex hominibus faciebat.*

e ad se auer P. LXIIII. tit: nam iupra dixit Verrem ad suos mores rediisse.*

f *L.* sin iniuriam r.

g *L.* Denique

h *al.* Quod *& post*, remanet *non* remanet?

i *v.c.* non vlla

k *L.* Ac vide,

l *L.* hac vna re tem.

m *L.* si superior cęteris omnib. rebus esses: *q.v.c.* si superior omnib. reb. es. n *L.* hanc vnam ob causam acc.

o De quæstoris & prętoris coniunctione *adde* 13. *famil.* ic. *& 26. & pro Plancio.**

p L. quam p. E. publici muneris soc.

q *L.* posses eum

impiúmque bellum inferre conari. Etenim ista quæstura ad eam rem valet, vt elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrẽ [a], qui quæstor eius fueris, accuses: non, vt ob eã ipsam causam postulandum sit, vt tibi potissimùm accusatio detur. Neque ferè vmquam venit in contentionem de accusando, qui quæstor fuisset, quin repudiaretur. Itaque [b] neque L. Philoni in C. Seruilium nominis deferendi potestas est data, neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neque Cn. Pompeio in T [c]. Albucium: quorum nemo propter indignitatem repudiatus est: sed ne libido violãdæ necessitudinis, auctoritate iudicum cõprobaretur. Atque ille Cn [d]. Pompeius ita cum C. Iulio contendit, vt tu mecum. Quæstor enim Albucij fuerat, vt tu Verris. Iulius hoc secum auctoritatis ad accusandum afferebat, quòd, vt hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus, ad causam accesserat. Semper hæc causa plurimùm valuit: semper hæc ratio accusandi fuit honestissima, pro sociis, pro salute prouinciæ, pro exterarum nationum commodis inimicitias susciperе: ad periculum accedere, operam, studium, laborem interponere. Etenim si probabilis est eorum causa, qui iniurias suas persequi volunt: qua in re dolori suo, non reip. commodis seruiunt [e]: quãto illa causa honestior, quæ non solùm probabilis videri, sed etiam grata esse debet, nulla priuatim accepta iniuria, sociorum, atque amicorum populi R. dolore, atque iniurijs commoueri? Nuper cùm in P. Gabinium vir fortissimus, & innocentissimus L. Piso delationem nominis postularet, & cõtrà Qu. Cęcilius peteret, isque se veteres inimicitias iamdiu susceptas persequi diceret: cùm auctoritas, & dignitas Pisonis valebat plurimùm, tum illa erat causa iustissima, quòd eum sibi Achaei [f] patronum adoptarant. Etenim cùm lex ipsa de pecuniis repetundis, sociorum, atque amicorum populi R. causa parata [h] sit: iniquũ est, non eum legis, iudiciíque actorem idoneum maximè putari, quem actorem causæ suę socij, defensorémque fortunarum suarum potissimùm esse voluerunt. An, quod ad commemorandum est honestius, id ad probandum non multo videri debet æquius? Vtra igitur est splendidior: vtra illustrior commemoratio? accusaui eum [i], cui quæstor fuerã: quicum me fors, consuetudóque maiorum, quicum me deorum, hominúmque iudicium coniunxerat [k]: an accusaui rogatu sociorũ, atque amicorum? delectus [l] sum ab vniuersa prouincia, qui eius iura, fortunásque defenderem? Dubitare quisquam potest, quin honestius sit, eorum causa, apud quos quæstor fueris, quàm eum, cuius quæstor fueris, accusare? *Clarissimi viri nostræ ciuitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimúmque ducebant, ab hospitibus* [m], *clientibúsque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi R. dditionémque* [n] *essent* [o], *iniurias propulsare, eorúmque fortunas defendere.* M. Catonem [p] illũ Sapientem, clarissimum virum, & prudentissimum, eum multis graueis inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud [q] quos consul fuerat, iniurias. nuper C [r]. Domitium scimus Decimo [s] Silano diem [t] dixisse propter vnius hominis Egritomari [u], pa-

a *L.* quamobrem eum, cui quæstor fueris, acc. *al.* quamobrem eum, cuius quæstor fueris, acc.

b Exempla quæstorum qui prærores suos non sunt permissi accusare.* c *al.* T. Albutium.*

d *hæc vnbs* Cn. Pompeium, *gloriosa esse videntur.** e *v.s.* quanto illa honestior causa est, q.

f Patronum autem libertos suos accusare durum* g L. atq. amicorum populi R. causa. P. LXV. comparata sit:

h *al.* patrona.* i *alij vulg.* eum, qui cum quæst. *al.* quo ius quæstor fuerat.** k de consuetudine & necessitudine quæstoria *adde* 13. famil. ic. & 26. & pro Plancio.*

l *fort.* delectus sum ab vn.

m In officiis apud veteres ita obseruatum est, Primum tutelæ, deinde de hospitii deinde clientelis, tũ cognato, postea affini. Gell. 13.*

n *L. fort.* dictionémque venissent, *al.* dicionem.

o *al.* venissent non necessario. Nam & alias, ita loquitur Cicero, in vadimonium ire pro Quintio. & in potestatem ire pro Milone *adde* Gellii 1. c. 3.*

p P. Catonis hic accusatio Gabinium & P. Furium pro direptis Illyricis.* *sed hic* q *fort.* apud quos pro

r Cn. Domitium s *L.* M. Silano t Diem dicere fo-

u Egritomari. * u Ver-

consule fuerat, lius erat magistratus puta trib. plebis: accusare, etiam priuati. saginia *al.* Acerritomari, vt in variis lectionibus lib. 2. in Verrem infra

terni amici, atque hospitis iniurias. Neque enim magis animos hominum nocentium res vmquam vlla commouit, quàm hæc maiorũ consuetudo, longo interuallo repetita, atque [a] relata: sociorũ querimoniæ delatæ ad hominem non inertissimum: susceptæ ab eo, qui videbatur eorum fortunas fide, diligentiáque sua posse defendere. Hoc timent homines [b]: hoc laborant: hoc instituí, atque adeò institutũ referri, ac renouari molestè ferũt. putãt fore, vti, si paullatim hæc consuetudo serpere, ac prodire cœperit: per homines honestissimos, virósque fortissimos, non [c] imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges, iudiciáque administrarentur [d]. Cuius consuetudinis, atque instituti patres, maiorésque nostros non pœnitebat tum, cùm P. Lentulus [e], is, qui princeps [f] senatus fuit, accusabat [g] M'. Aquilliũ, subscriptore C. Rutilio Rufo: aut cùm P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, postea quàm bis consul, & censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocabat. Iure tum florebat populi R. nomen: iure auctoritas huius imperij, ciuitatísque maiestas, grauis habebatur. nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc, homine paruis opibus, ac facultatibus prædito, simulãt sese mirari, cùm molestè ferãt. Quid sibi iste vult? accusatorémne se existimari, qui antea defendere consueuerat [h]: nunc præsertim, ea iam ætate, cùm ædilitatẽ petat? Ego verò & ætatis non modò meæ, sed multo etiam superioris, & honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos: & miseros, calamitosósque [k] defendere. ¶ Et [l] profectò aut hoc remedium est ægrotæ [m], ac propè desperatæ reip. iudiciísque corruptis, ac cõtaminatis paucorum vitio, ac turpitudine, homines ad legum defensioné, iudiciorúmque auctoritatem, quàm honestissimos, & integerrimos, diligentissimósque accedere: aut, si

A ne hoc quidem prodesse poterit, profectò nulla vmquam medicina his tot incõmodis reperietur. Nulla salus reip. maior est, quàm eos, qui alterum accusant, nõ minùs de laude, de honore, de fama sua, quàm illos, qui accusantur, de capite, ac fortunis suis pertimescere. Itaque semper ij diligentissimè, laboriosissiméque accusarunt, qui se ipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt.

B ¶ Quamobrẽ hoc statuẽte, iudices, debetis, Qu. Cæcilium, de quo nulla vmquam opinio fuerit, nulláque in hoc ipso iudicio exspectatio futura sit: qui neque, vt antè collectam famam conseruet, neque vti reliqui temporis spem confirmet, laborat: non nimis hanc causam seuerè [n], non nimis accuratè, non nimis diligenter acturum. habet enim nihil, quod in offensione depertdat: vt turpissimè, flagitiosissiméque discedat, nihil de suis veteribus ornamentis requiret. A nobis multos obsides habet populus [o] Ro. quos vt incolumes conseruare, tueri, confirmare, ac recuperare [p] possimus, omni ratione erit dimicandum. habet honorem, quem petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: habet existimationem, multo sudore, labore, vigiliísque collectam: vt, si in hac causa nostrum officium, ac diligentiá probauerimus, hæc, quæ dixi, retinere per populum Ro. incolumia, ac salua possimus: si tantum offensum, titubatúmque sit: vt ea, quæ singulatim [q], ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Quapropter, iudices, vestrum est deligere, quem existimetis facillimè posse magnitudinem causæ, ac iudicij sustinere fide, diligentia, consilio, auctoritate. Vos si mihi Q. Cæcilium antepositeritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: populus Ro. ne tam honestam, tam seueram, diligentémque accusationem neque vobis placuisse, neque [r] ordini vestro placere arbitretur. prouidete.

n *al.* studiose.

o *v.c.* P. R.

p *v.c.* recuperare.

q singillatim. P. B.

r *Z.* neque ordini nostro



PROOEMIVM, SEV PRINCIPIVM primæ actionis in C. Verrem: quod cohortationem iudicum ad seuerè iudicandum, comminationem in aduersarios, expositionem rationis consilii sui, quamobrem in accusando Verre perpetua oratione non sit vsurus, continet.

ORATIO QVINTA.

SYNOPSIS.

Exhortatio est ad iudices, vt seuerè iudicent: Epitome ac quasi Isagoge eorum quæ post dicenda sunt à Cicerone.

VOD [a] erat optandum maximè, iudices, & quod vnum ad inuidiam vestri [b] ordinis [c], infamiámque iudiciorum sedandã, maximè pertinebat: id non humano consilio, sed propè diuinitus datum, atque oblatum vobis summo reip. tempore videtur. Inueterauit enim iam opinio pernicio-sa reip. vobísque periculosa: quæ non modò Romæ, sed & apud exteras nationes, omnium sermone percrebuit [d], his iudiciis, quæ [e] nũc sint, pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Nunc in ipso discrimine ordinis, iudiciorúmque [f] vestrorum, cùm sint parati, qui concionibus [g] & legibus [h] hanc inuidiam senatus inflammare conentur, reus in iudiciũ adductus est, C. Verres, homo vita atque factis, omnium iam opinione dãnatus: pecuniæ magnitudine, sua spe, ac i prædicatione, absolutus. Huic ego causæ, iudices, cũ summa voluntate, & exspectatione populi Rom. actor accessi, non vt augerem inuidiam ordinis, sed vt infamię communi succurrerem. adduxi enim hominem, in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum populo R. satisfacere exteris nationib. possetis: depeculatorem [k] ararij, vexatorem Asiæ [l], spem Pamphyliæ, prædonem iuris [m] vrbani, labem atque pernicié prouinciæ Siciliç. De quo si vos seuerè, religioséque [n] iudicaueritis: auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hærebit, sin

a EXORDIVM.*
b *v.c.* nostri senatorum
c senatorum ad quem decem antè annos translata fuerant iudicia ab equestri ordine. Sylla dictatoris.*
d *v.c.* percrebruit. ita *Z.*
e *Z.* quæ nũc sunt.
f *Z.* iudiciorum vestrorum,
g *v.c.* contionibus, *mendose.*
Concionum autem voce Quintiã intelligit Trib. pleb. qui Oppianici Cluentio accusatore defendens, victus erat illo dãnato Perdiæ.*

h Aurelii Cottæ Prætoris, qui legem tulerat, de restituendis iudiciis ordini equestri *Pediane adde Ver. in. 3.*
i *v.c.* & prædicatione,
k Sub Carbone, Consule, cum Quæstor esset. Est autem depeculator qui furtum facit pecuniæ publicæ.*
l sub Dolabella cum ei legatus & Quæstor esset.*
m in prætura sua vrbana.*
n ac religiosè iudic.

istius ingentes diuitiæ iudiciorum religion é
veritatémque [a] perfregerint: ego hoc tamen
assequar, vt iudiciũ potius reip. quàm aut reus
iudicibus, aut accusator reo defuisse videa-
tur. ¶Equidem [b], vt de me confitear, iu-
dices, cùm multæ mihi à C. Verre insidiæ
terra, marique factæ sint [c], quas partim mea
diligentia deuitarim, partim amicorum stu-
dio, officióque repulerim: numquam tamen
neque tantum periculum mihi adire visus
sum, neque tantopere pertimui [d], vt nunc in
ipso iudicio. Neque tantum me exspectatio
accusationis meæ, concursúsque tantæ multi-
tudinis, quibus ego rebus vehementissimè
perturbor, commouet, quantum istius insidię
nefariæ, quas vno tempore mihi, vobis, M[e].
Glabrioni prætori, sociis, exteris nationibus,
ordini, nomini denique senatorio facere co-
natur. qui ita dictitat, *iis esse metuendum, qui,*
quod ipsis solis satis esset surripuissent: se tantum
rapuisse, vt id multis satis esse possit. Nihil esse tã
sanctum, quod non violari: nihil tam munitum,
quod non expugnari pecunia possit. Quòd si, quã
audax est ad conandum, tã esset obscurus [f] in
agendo: fortasse aliqua in re nos aliquãdo fe-
felliſſet. verùm hoc adhuc percõmodè cadit,
quòd cum incredibili eius audacia singularis
stultitia coniuncta est. Nam vt apertus in cor-
ripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpẽdi
iudicij perspicua sua consilia, conatúsque [g] o-
mnibus fecit. Semel ait se in vita pertimuis-
se: tum, cùm primùm reus [h] a me factus [i] sit:
quòd cùm è prouincia recès esset, inuidiáque
& infamia non recenti, sed vetere, ac diuturna flagraret, tum ad iudicium corrumpendũ
tempus alienũ offenderet [k]. Ita que cùm ego
diem in [l] Siciliam inquirendi perexiguam [m]
postulauissem, inuênit iste qui sibi in [n] Achaiam biduo breuiorem diem postularet: nõ vt
is idem cõficeret diligentia, & industria sua,
quod ego meo labore, & vigiliis consecutus
sum. Etenim ille Achaicus inquisitor, ne Brũ-
disium quidem peruênit: ego Siciliam totam
quinquaginta diebus sic obij, vt omnium po-
pulorum, priuatorúmque litteras, iniuriáque
cognoscerem, vt perspicuum cuiuis esse pos-
sit [o], hominem ab isto quæsitum esse, nõ qui
reum suum adduceret, sed qui meum tem-
pus obsidêret. Nunc homo audacissimus, at-
que amentissimus hoc cogitat, intelligit, me
ita paratum, atque instructum in iudicium
venire, vt nõ modò in auribus vestris, sed in
oculis omnium, sua furta, atque flagitia defi-
xurus sim. Videt, senatores multos esse testeis
audacię suæ: videt, multos equites Romanos,
frequẽteis præterea ciueis, atque socios, qui-
bus ipse iniugneis iniurias fecerit. videt etiam
tot [p] graueis ab amicissimis ciuitatibus lega-
tiones [q] cum publicis auctoritatibus, ac [r] te-
stimoniis conuenisse. Quæ cùm ita sint, vsque
eo de omnibus bonis malè existimat: vsque
eò senatoria iudicia, perdita [s], profligatáque
esse arbitratur, vt hoc palàm dictitet, non sine
causa se cupidum pecuniæ fuisse, quoniam
tantum in pecunia præsidiũ experiatur esse:
fese (id quod difficillimum fuerit) tẽpus [t] ip-
sum emisse iudicij sui, quo cetera faciliùs e-
mere [u] possit: vt, quoniam criminum vim
subterfugere nullo modo poterat, procel-

lã [a] tẽporis deuitaret. Quòd si non modò in
causa, verùm in aliquo honesto præsidio, aut
alicuius eloquentia, aut gratia spem aliquam
collocasset: profectò non hæc omnia colligeret, atque aucuparetur: non vsque eò despi-
ceret, contemnerétque ordinem senatoriũ,
vt arbitratu eius deligeretur ex senatu, qui
reus fieret: qui, dum hîc, quæ opus essent, cõ-
pararet, causam interea ante eũ diceret. Qui-
bus ego rebus quid iste speret, & quò animũ
intendat, facilè perspicio. Quamobrem verò
se confidat aliquid [b] perficere posse, hoc [c]
Glabrione prætore, & hoc consilio, intellige-
re non possum. Vnum illud intelligo, quod [d]
prætor Rom. in reiectione [e] iudicum iudica-
ui, ea spe istum fuisse prædítum, vt omnẽ ra-
tionem salutis in pecunia poneret: hoc ere-
pro præsidio, vt nullam sibi rem adiumento
fore arbitraretur. Etenim quod est ingenium
tantum: quæ tanta facultas dicendi, & copia,
quæ istius vitam, tot vitiis, flagitiísque [f] con-
uictam, iampridem omnium voluntate, iudi-
cióque damnatam, aliqua ex parte possit de-
fendere? Cuius vt adolescentiæ maculas, ignó
miniásque præteream: quæstura, primus gra-
dus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn.
Carbonem spoliatum à *quæstore* [g] suo pecunia
publica? nudatum, & proditum consulem? de-
sertum exercitum? relictam prouinciam? sor-
tis necessitudinem, religionémque violatam?
Cuius *legatio* [h], exitium fuit Asiæ totius, &
Pamphyliæ. quibus in prouinciis multas [i] do-
mos, plurimas vrbes, omnia fana depeculatus
[k] est [l], cùm in Cn. Dolabellam scelus suũ
illud pristinũ renouauit, & instaurauit quæ-
storiũ: cùm [m] eum, cui legatus [n], & pro quæ-
store fuisset [o], & in inuidiam suis maleficiis
adduxit, & in ipsis periculis nõ solùm dese-
ruit, sed etiam oppugnauit, ac prodidit [p]. cuius
prætura urbana, ædium sacrarium fuit, publi-
corúmque operum depopulatio [q]: simul in
iure dicendo, bonorum, possessionúmque,
contra omnium instituta [s], addictio [t], & cõ-
donatio. Iam verò omnium vitiorum suorũ
plurima, & maxima constituit monumenta,
& indicia *in prouincia Sicilia*: quam iste per
triennium ita [u] vastauit, vexauit, ac perdidit,
vt ea restitui in antiquum statum nullo mo-
do possit: vix autem per multos annos, inno-
centeísque prætores aliqua ex parte recreari
aliquando posse videatur. Hoc [x] prætore Si-
culi neque suas *leges*, neque nostra senatusco-
sulta, neque communia iura tenuerunt. tantũ
quisque habet in Sicilia, quantũ hominis au-
rissimi, & libidinosissimi aut imprudentiam
subterfugit, aut satietati superfuit. Nulla res
per triennium, nisi *ad nutum* istius, iudicata
est: nulla res tam patria cuiusquam, atque aui
ta fuit, quæ non ab eo, imperio istius, abiudi-
caretur. Innumerabiles pecuniæ *ex aratorum*
bonis, nouo [z], nefarióque instituto coactæ:
socij fidelissimi in hostiũ numero existimati:
ciues R. seruilé in modũ *cruciati, & necati*: ho
mines nocentissimi propter pecuniã [a] iudicio
liberati: honestissimi, atque integerrimi, ab-
sentes [b] rei facti, indicta causa dãnati, & eiec-
ti: portus munitissimi, maximæ, tutissimęque
vrbes, piratis, prædonibúsq; patefactæ: nautæ,
militésque Siculorũ, socij nostri, atq; amici, fa
me necati: classes optimæ, atque opportunis-
simæ cũ magna ignominia populi [c] Romani
amissæ, & perditæ. Idẽ iste prætor *monumenta,*
antiquissima partim regũ [d] locupletissimorũ,

a *fort.* fœderitatémque perf.
b CONFIRMATIO.*
c *v.c.* sunt.
d *fort.* pertimui, quàm nunc in
e L. M. Glabrioni PR. sociis ſſest autem differẽtia inter M. & M'. Prius nota esi Marci: posterius, Manij.*
f sic obscurus Horat. r. epiſtol. 18. qui occultat sua consilia.*
g *al.* conatáque.*
h *L.* à me reus factus est: *v.c.* factus sit:
i Reum fieri est apud Prætorem in iure legibus P. R. interrogari & accusari. Formula ea erat accusatoris: Aio te Saulos spoliasse: si reus ta cuisset, lis ei æstimabatur. ut victo: si negabat, petebatur à Prætore dies inquirendorum criminũ & instituebatur accusatio Pediana.*
k *fort.* offenderet.
l *fort.* in Siciliam, inquirendi causa, perex. *v.c.* inquirendi insicilia perex.
m hoc est 210. Rupilius vero sine Oppius suppositus à Verre, 108. quod & sequentibus mox nunnulli.*
n *v.c.* in Achaia
o *v.c.* posset
p *L.* tot tam graueis
q Mos erat legationes à prouincia, ea decedentibus Romã mitti eorum vel comendandorum vel accusandorũ causa.*
r *v.c. non habent*, ac testimonis, *atque Lagnescit.*
s Perdita inueniri nõ possunt profligata, possunt Pædian.* t in dilationem in annum sequentem & M. Metelli sui amantissimi.* u *L.* emere posita posset.

a iudicium Glabrionis Prætoris acquissimi.*
b *L.* aliquid proficere
c *L.* hoc prætore,
d *L.* quod Pr. R. istam Asconius.* *al.* quod populus R.
e Iudices vtrinque reiici mos erat.*
f L. flagitiisq. inquinatam, ſapr. *al.* flagitiisque coniunctam, ſſ *al.* coinquinatã.* g Verre.*
h sub Dolabella proconsule.*
i *L.* plurimas domos, multas vrbis, omn.
k *al.* depopulatus.*
l *al.* est tum
m *al.* cui legatus pro quæstore fuisset.*
o Malleolo mortuo.*
p Prodere grauius est quàm oppugnare.*
q *al.* depeculatio
r *L.* in iure dicendo,
ſ decreta & P. R. edicta Prætorum intelligit.*
t Addicebantur bona à Prætore, condonabantur, seu cedebatur in iure ab aduersario.*
u *v.c.* ita vexauit, ac perdidit, vt *ſſ.c.*
x *v.c.* Hoc pr. S.
y Aratores decimas frumenti P. Romani dabant: quamobrem ciues publicani, illi emptores decumani, illi exigebãt.* z tres enim eaſque decimas amplas coegit.*
a *v.c.* pecunias
b vt stenius & Heraldus.*
c *v.c.* PR. d Agathoclis & Hieronis regum, Siciliæ.*

a Marcelli, & Scipionis quorum ille desiit alter reddidit.*
p. LXIX.
b ἁρπάζει, depopulatus est: non placet.
c Clysomenis vrbis.*
d διεχώρησαν
e Curionis, trium Metel lorum. Hortensij & Scipionis Pe nis.*
f infames.*
g delationem accusationis & corruptionem iudicij.*
h L. vobis exponam.
i NARRATIO rerum à Verre gestarum.*
k Id est reperti sunt artifices qui pecunia acceptа in se, suo que periculo reciperet eorrumpendos iudices Verris causa.*
l L. emansit in cond.
m Senatu indices conferebantur eorum nominibus in vrnam coniectis, Prætor sorte ducebatur numerarium: sortitionem, reiectionem, reiectionem subsortitio sequebatur.*
n L. fortuna p. R. reip.
o Renunciatur conditio cum reiicitur & passo non datur.*
p L. tota conditio.
q Notas tabellarum discolores: intelligit de quibus dixi in diuinatione §.*
r V.C. adlini & alia additia, pretoria tribunitia.*
s Mario & comitiorū.*
u L. cum maxima frequentia, ac multitudine. & ita v.c.
x aperte, ad verba: palam ad præsentes refert.*

quæ illi ornamento vrbibus esse voluerunt, partim etiã nostrorũ imperatorũ[a], quę victores ciuitatibus Siculis, aut dederunt, aut reddiderũt. spoliauit, nudauítque omnia. Neque hoc solùm in statuis, ornamentísque publicis fecit: sed etiam *delubra* omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus[b] est: deũ denique nullum Siculis, qui ei paullò magis affabre, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. *In stupris*[c] verò, & flagitiis nefarias eius libidines commemorare, pudore[d] deterreor. simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos, cõiugésque suas, integras ab istius petulantia conseruare non licitum est. At enim hæc ita commissa sunt ab isto, vt non cognita sint ab omnibus. Hominem esse arbitror neminem, qui nomẽ istius audierit, quin facta quoque eius nefaria commemorare possit: vt mihi magis timendum sit, ne multa crimina prætermittere, quàm nequa in istum fingere existimer. Neque enim mihi videtur hæc multitudo, quæ ad audiendũ conuênit, cognoscere ex me causam voluisse: sed ea, quæ scit, mecũ recognoscere. Quæ cùm ita sint, iste homo amens, ac perditus alia mecũ ratione pugnat. non id agit, vt alicuius eloquentiam mihi opponat: non gratia, non auctoritate cuiusquã. non potentia nititur. simulat his se rebus cõfidere: sed video, quid agat: (neque enim agit occultissimè) proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum arrogantium[e] nomina: qui non tam me impediunt, quòd nobiles sunt, quàm adiuuant, quòd noti[f] sunt. simulat se eorum præsidio confidere, cùm interea aliud quiddam[g] iam diu machinetur. Quam ipsem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iã, iudices: exponã,[h] sed priùs, vt ab initio res ab eo constituta sit, quæso, cognoscite. ¶ Vt[i] primùm è prouincia rediit, *redemtio*[k] *est huius iudicy* facta grandi pecunia. manſit[l] in conditione, atque pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. posteaquàm reiectio iudicum facta est: quòd & in sortitione[m], istius spem, fortuna[n] populi Romani, & in reiiciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam viceràt: renũciata[o] est tota[p] conditio. Præclarè se res habebat. libelli nominum vestrorũ, consiliíque huius, in manibus erant omniũ. nulla nota[q], nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis allini[r] posse: cũ iste repentè ex alacri, atque læto, sic erat humilis, atque demissus, vt non modò populo Romano, sed etiam sibi ipse condemnatus videretur. Ecce autem repentè, his diebus paucis, *comitiis eõsularibus*[s] factis, eádem illa vetera consilia pecunia maiore repetuntur, eædémque vestræ famę, fortunísque omniũ insidię per eosdem homines cõparantur. Quæ res primò, iudices, pertenui nobis agumento, iudicióque patefacta est: pòst aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine vllo errore peruenimus. Nam vt Hortensius cos. designatus, domum reducebatur è campo[t] cum[u] maxima frequentia à multitudine: fit obuiã casu ei multitudini C. Curio: quem ego hominẽ honoris potiùs, quàm contumeliæ causa nominatũ volo. Etenim ea dicam, quæ ille, si commemorari noluisset, non tanto in conuentu, tam apertè[x], palámque dixisset. quæ tamen à me pedetentim, cautéque dicẽtur: vt & amicitię nostrę, & dignitatis illius habita ratio esse intelligatur. Videt ad ipsum fornicem Fabianum[a] in turba Verrem. appellat hominẽ, & ei voce[b] maxima gratulatur: ipsi Hortensio, qui consul erat factus, propinquis, necessariísque eius, qui tum aderant, verbum nullũ facit: cum hoc consistit, hunc amplexatur, hũc iubet sine cura esse. *Renuntio*, inquit, *tibi, te hodiernis comitys esse absolutum.* Quod cùm tã multi homines honestissimi audissent, statim ad me defertur: immò verò, vt quisque mi verat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. ridiculum iis, qui istius causam in testium fide, in criminum ratione, in iudicum potestate, non in comitiis consularibus positam arbitrabantur: indignum iis, qui altiùs perspiciebant, & hanc gratulationẽ ad[c] iudicium[d] corrumpendum spectare videbant. Etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi homines inter se, & mecũ loquebãtur: apertè iam, & perspicuè nulla esse iudicia. qui reus pridie iam ipse se condemnatum putabat, is, posteaquàm defensor eius consul est factus, absoluitur. Quid igitur? quòd tota Sicilia, quòd omnes Siculi, omnes negotiatores, omnes publicæ, priuatæque litteræ Romæ sunt, nihílne id valebit? Nihil, inuito consule designato. Quid iudices? non crimina, non testeis, nõ existimationem populi Romani sequentur: num[e] omnia in vnius[f] potestate, ac moderatione vertentur? Verè loquar, iudices. vehementer me hæc res commouebat. optimus enim quisque ita loquebatur. Iste quidẽ tibi eripietur: sed nos non[g] tenebimus iudicia diutius. etenim quis poterit, Verre absoluto, de transferendis iudiciis recusare? Erat omnibus molestum: neque eos tam istius hominis[h] perditi[i] subita lętitia, quàm hominis[k] amplissimi noua gratulatio commouebat. Cupiebam dissimulare, me id molestè ferre. cupiebam animi dolorẽ vultu tegere, & taciturnitate celare. ¶ Ecce autem illis[l] ipsis diebus, *cùm prætores designati sortirentur*, & M. Metelo obtigisset, vt is de pecuniis repetũdis quæreret: nuntiatur mihi, tantam istí gratulationem esse factam, vt is domũ quoque pueros mitteret, qui vxori suæ nuntiarẽt. Sanè ne hęc quidem res mihi placebat: neque[m] tamen, quid tantoperè in hac sorte metuendum mihi esset, intelligebam. vnum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebam: fiscos[n] cõplureis cũ pecunia Siciliensi[o] à quodam senatore[p] ad equitem[q] Romanũ esse translatos: ex his quasi[x] fiscos ad[r] senatorẽ illũ relictos[s] esse, comitiorũ nomine: diuisores[t] omniũ tribuũ noctu ad istũ vocatos. Ex quibus quidã, quin[u] se omnia mea causa facere debere arbitrabatur, eâdẽ illa nocte ad me venit. demonstrat, qua ista oratione vsus esset: cõmemorasse istũ, quàm liberaliter eos tractasset etiã antea, cum ipse prætură petisset, & proximis consularib. prætoríisque comitiis: deinde continuò esse pollicitum, quantum[x] vellent pecuniæ, si me ædilitate deiecissent. Hic alios negasse y audere: alios respondisse, non putare id perfici posse: inuentum[z] tamen esse fortem amicum, ex eâdem familia Q. Verrẽ, Romiliã, [a]ex optima diuisorũ disciplina, patris istius dicipulũ, atque amicũ, qui LIS. quingẽtis millib. depositis, id se perfecturũ polliceretur: & fuisse tamen[b] nõnullos, qui se vnà facturos esse dicerent. quæ

a confirmatum à Fobio Allobrogico.*
b L. voce maxima victoriam gratulatur: P. LXX.
c *fort.* spectare ad iudicium corrumpendum debant. *atque ita v.c.*
d versus hexametri: quod vitiosum si oratori excidat Cicero de Oratore.*
e L. Non omnia ipsius potestate, ac moderatione vertentur.
f Hortensij*
g *id est* sustineremus a senatu iudicia.*
h *al.* perditi hominis Verris.*
k Curionis*
l *al.* his paucis diebus *& ita Ascen.*
m *al.* neque tantopere quid in hac sorte
n Fisci, vectibilia vel vectilia maioris pecuniæ capiendæ. his æra publica deferebantur.*
o capta ex prædationibus Siciliæ.*
p Crasso vel Hortensio.*
q Publii:*
r id est iuxta circa Cornelius Frontinus in exemplis elocutionum hũc locum citat.*
s *al.* delatos *al.* relatos*
t Diuisores populum in tribus, Classes & centurias suffragiorum causa diuidebãt: & per eos ambitiosi nũmos diuidebant: Magistri curiæ dicuntur, Plauto.*
u L. qui se omnia mea causa debere arbitr.
x L. quantã vellent pecuniam. *& ita v.c.*
y *fort.* negasse se aud.

z *fort.* inuentũ tandẽ esse fort. a tribu scilicet vide Festũ Romilia. Moris enim fuit, vt cũ aliquis designãdus esset, significaretur ab vno eorũ quæ sequuntur prænomine, nomine, cognomine, cognatione, tribu, curia censu* b *al.* tandem.*

cùm ita essent,sanè beneuolo [a] animo me,vt magnoperè cauerem,prænonebat. Sollicitabar rebus maximis vno, atque eo perexiguo tempore.vrgebant comitia: & his ipsis oppugnabar grandi pecunia.instabat iudicium: ei quoque negotio sisci Sicilienses minabantur. Agere quæ ad iudicium pertinebant, liberè, comitiorum metu deterrebar:petitioni toto animo seruire,propter [b] iudicium, non licebat,minari denique diuisoribus ratio non erat, propterea quòd eos intelligere videbam, me hoc iudicio districtum, atque obligatum futurum.Atque hoc ipso tempore Siculis denuntiatum esse audio, primùm ab Hortensio,domum ad illum vt venirent : Siculos in eo sanè liberos fuisse,qui,quamobrem arcesserentur [d],cùm intelligerent,non [e] venissent. Interea comitia nostra,quorum iste se, vt ceterorum hoc anno comitiorum, dominum esse arbitrabatur,haberi cœpta sunt. cursare iste homo potens, cum filio blando, & gratioso [f], circum tribus:paternos amicos, hoc est,diuisores [g],appellare omneis,& conuenire.Quod cùm esset intellectum,& [h] animaduerium:fecit animo libentissimo po.Ro, vt, cuius diuitiæ me de fide deducere nō potuissent,ne eiusdem pecuniis [i] de honore deiicerer. Posteaquàm illa petitionis magna cura liberatus sum, animo cœpi multo magis vacuo,ac soluto,nihil aliud,nisi de iudicio,agere,& cogitare.Reperio,iudices, hæc ab istis consilia inita,& constituta,vt,quacumque opus esset ratione, res ita duceretur, vt apud M.Metellum prætorem [k] causa diceretur. in eo esse hæc commoda : primùm M.Metellū, amicissimum:deinde Hortensium consulem non solùm,sed etiā Q.Metellum [l] : qui q iàm isti sit amicus,attendite.dedit enim prærogatiuam [m] suæ voluntatis eiusmodi, vt isti pro prærogatiuis eam [n] reddidisse videatur.An [o] me taciturum tantis de rebus existimauistis? & [p] in tanto reip.existimationisque meæ periculo, cuiquam consulturum potius, quàm officio.& dignitati meæ?Arcessit [q] alter consul designatus Siculos:veniunt nonnulli,propterea quòd L [r] .Metellus esset prætor in Sicilia.cum iis ita loquitur:se consulē esse : fratrem suum alterum Siciliam prouinciam obtinere : alterum esse quæsiturum de pecuniis repetundis:Verri ne noceri possit, multis rationibus esse prouisum [s]. Quid est, quæso, Metelle,*iudicium corrumpere*, si hoc non est? testeis,præsertim Siculos,timidos homines,& afflictos,nō solum auctoritate deterrere, sed etiam consulari metu, & duorum prætorum potestate? Quid faceres pro [t] homine innocente,& propinquo, cùm propter hominem perditissimum,atque alienissimū, de officio, ac dignitate decedis:& committis, vt, quod ille dictitat,alicui,qui te ignorat, verum esse videatur? Nam hoc Verrem dicere aiebant,te non fato [u], vt ceteros ex vestra familia, sed opera tua,consulē factū. Duo [x] igitur coss. & quæsitor [y] erunt ex illius voluntate. Non solum effugiemus,inquit, hominem in quærendo nimiùm diligentem,nimiùm seruientē populi existimationi,M'.Glabrionē: accedet [z] nobis etiā illud:iudex est M.Cęsonius [a], collega nostri accusatoris, homo in rebus iudicandis spectatus, & cognitus : quem minimè expediat esse in eo cōsilio,quod conemur aliqua ratione corrumpere : propterea quòd iam antea,cùm iudex in Iuniano [a] consilio fuisset,turpissimum illud facinus nō solùm grauiter tulit, sed etiam in medium protulit.hunc iudicem ex Kal.Ian.non habebimus.Q.Manlium,& Q.Cornificium [b],duos seueriſſimos, atque integerrimos iudices, quòd tribuni pleb.tum erunt,iudices nō habebimus.P.Sulpicius,iudex tristis,& integer, magistratum ineat [c] necesse est nonis Decēbr.M.Crepereius ex acerrima [d] illa equestri familia,& disciplina : I. Cassius [e] ex familia tum [f] ad ceteras res,tū ad iudicandum seuerissima:Cn.Tremellius,homo summa religione,& diligentia:tres hi homines,veteres tribuni militares [g] sunt designati.ex kal.Ianuar. non iudicabunt. Subsortiemur etiam in M. Metelli locū: quoniam is huic ipsi quæstioni præfuturus est.Ita secundum Kalendas Iāuar. & prætore,& propè toto consilio commutatō, magnas accusatoris minas, magnámque iudicij exspectationem ad nostrum arbitriū, libidinémque eludemus. Nonæ sunt hodie Sextiles [h] .hora [i] nona conuenire cœpistis. hunc diem iam ne numerant quidem. Decē dies sunt ante ludos votiuos [k],quos Cn.Pōpeius facturus est. hi ludi dies quindecim auferent.deinde continuò Romani [l] consequentur.Ita propè XL.diebus interpositis, tū denique se ad ea,quæ à nobis dicta erunt,respōsuros esse arbitrantur: deinde se ducturos & dicendo,& [m] excusando,facilè ad ludos [n] Victoriæ.cum his plebeios [o] esse coniunctos: secundum quos aut nulli, aut pauci dies ad agendum futuri sunt.Ita defessa,ac refrigerata accusatione,rem integram ad M. Metellū prætorem esse venturam. quem ego hominem,si eius fidei diffisus essem,iudicem nō retinuissem.Nunc tamen eo [p] animo sum, vt eo iudice,quàm prætore,hanc rem transigi malim:& iurato suam,quàm [q] iniurato aliorum tabellas committere. Nunc ego,iudices,iam vos consulo , quid mihi faciendum putetis.id enim consilij mihi profectò taciti dabitis,quod egomet mihi necessariò capiēdum intelligo.Si vtar ad dicendum meo legitimo tempore,mei laboris,industriæ, diligentiéque capiam fructum:& ex accusatione perficiam,vt nemo vmquam post hominum memoriam paratior,vigilantior,compositior ad iudiciū veniſſe videatur.Sed in hac laude industriæ meæ, reus ne elabatur, summum periculū est.Quid est igitur, quod fieri possit?non obscurū,opinor,neque abscōditum. Fructū istum laudis,qui ex perpetua oratione percipi potuit, in alio tempore reseruemus: nunc hominem tabulis,testibus,priuatis, publicisque litteris, auctoritatibúsque accusemus.Res omnis mihi tecū erit,Hortensi.dicā apertè.si te mecū dicendo, ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem: ego quoque in accusando,atque in explicandis criminibus operam consumerem. nunc, quoniam pugnare contra me instituisti, non tam ex tua natura, quàm ex istius [r] tempore,& causa,malitioſē : necesse est istiusmodi rationi aliquo cōsilio obsistere.Tua ratio est, vt secundum binos [s] ludos,mihi respondere incipias:mea, vt ante primos [t] ludos comperendinem

a *v.c.* beniuolo
b *v.c.nō habent* propter iudicium,
c Distringi est & fine vinculis in diuersorum manu ducentium ferri : obligari vero, et amnodis & vinculis.*
d *lib. vulg.* accerserentur.
P. LXXI.
e *al.*non venisse.
f id est infamia: nec enim potuit cum adolescente esse gratia sine infamia.*
g ob cenè,si referas ad adolescētem gratiosum.*
h intelligimus animaduertimus iēfibus.*
i L.pecunia
k in Sicilia fuit & alius consul:A ius quæstor repetundarum vt mox sequitur.*
l Consulē.*
m Dilogia de qua vide hic Asconiū. Porro quæ fuerit hæc prærogatiua mox dices.*
n *quidam v. c. & vulg.* ram reddidisse
o Epitherapeusis.*
p *L.*& me in
r
q *lib. vulg.* Accersit.| Ceterum hęc est prærogatiua quam Metellus Verri pro prærogatiuis reddidit.*
r *al.*Q. Metellus
f corruptis pecunia Si-
P. B.
cilienſi tribus *
t *v.c.* pro innocente homine.
u Fato Metelli Romæ fuit consules *Nævius apud Padianum* sed Nævio à Metello statim responsum senario hypercataletico
seu Saturnio, Dabunt malum Metelli Nævio poetæ.* x Q. Hortensius & Q.Metellus * y reperundarū M.Metellus.Quæsitores proprie criminum quæstionum.* z *al.*accedit etiam nobis *lib.*| *al.* sed accedet.* a ædilis cum Tullio:ideo non iudicaturus,quia vno tempore Ædilis & iudicis partes sustinere non poterat.*

a quis hic Iunius vide Asconium.*
b *al.* Cornificium.
Græcis Appiano & Dioni κερκυφίου.*
c *L.*ineat oportet nonis *D.& sine v.c.*
d quia sine infamia equites iudicabant, quo tempore iudicia penes eos fuere.*
e à quo leges Cassiæ tabellariæ de suffragiis ferendis tabellā non vocē *f L.*cū ad cet.
P. LXXII.
g Tribunorum militarium alij in exercitu creati,qui & Rufuli: alij Romæ qui comitiis Asconio.hic Festus Rufuli.*
h quæ post ea Augustę.*
i *al.* hora octaua
k à Pompeio ob dedicatum Saturnium.*
l Ludi Romani qui & magni sub regibus instituti. Magni dicti, quod a eis primum impetus 200000. nummorum : vel quod Consules (Cæterorum deo)& Iuppiter Romanis diis magnis dati, quibus raptæ Sabinæ *Asconius hic Festus Macrobius.*
m *L.*& recusando,facilè
n institutos à Syllavictor rebellocuiuli
o qui ob exactio. regem vel reconciliatam plebi senatoribus post fœdissimam in monte Auentino.*
P. B.
p *al.* hoc animo sum
q Iudices iurari tabellas accipiebant: Prætor quod alijs tabellas dabat,no iurabat *Asconius.*
r Verris.*
f vostros & Romanos.*
t *al.*ante primos comp.

perendinem [a]. Ita fiet, vt tua ista ratio existimetur astuta: meum hoc consilium, necessarium. Verùm illud, quod institueram dicere, mihi rem tecum esse, huiusmodi est. Ego, cùm hāc causam, Siculorum rogatu recepissem, idque mihi amplum, & præclarum existimassem, [b] eos velle meæ fidei, diligentiæque periculum facere, qui innocentiæ, abstinentiæque feciſſent: tū, suscepto negotio, maius mihi quiddam proposui, in quo meam in rempublicam voluntatem populus Romanus perspicere posset. Nam illud mihi nequaquam dignum industria, conatúque meo videbatur: istum à me in iudicium iam omnium iudicio condemnatum vocari, nisi ista tua intolerabilis potentia, & ea cupiditas [c], qua per hosce annos in quibusdam [d] iudiciis vsus es, etiam in istius hominis desperati causa interponeretur. Nunc verò, quoniam hæc te omnis dominatio, regnúmque iudiciorum tantoperè delectat: & sunt homines, quos libidinis, infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat: qui quasi de industria in odium, offensionémque populi Romani irruere [e] videantur: hoc me profiteor suscepisse, magnum fortasse onus, & mihi periculosum: verumtamen dignum, in quo omneis neruos ætatis, industriæque meæ contēderem. Quoniam totus ordo, paucorum improbitate, & audacia premitur, & vrgetur infamia iudiciorū: profiteor, huic generi hominum me inimicum [f], accusatorem odiosum, assiduum [g], acerbum aduersarium. Hoc mihi sumo: hoc mihi depoſco, quod agam in magistratu, quod agam ex eo [h] loco, ex quo me populus Romanus ex Kal. Ian. secum agere de republica, ac de hominibus improbis voluit, hoc munus ędilitatis meæ populo Romano amplissimum [k], pulcherrimúmque polliceor, moneo, prædico [l], antè denuntio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse, quique ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus, animósque ab hoc scelere nefario. Erit tum consul Hortensius cum summo imperio, & potestate: *ego autem ædilu, hoc est, paullo amplius, quàm priuatus.* Tamen hæc huiusmodi res est, quam me acturum esse polliceor, ita populo R. grata, atque iucundá, vt ipse eos in hac causa præ me minus etiam, si fieri possit, quàm priuatus esse videatur. omnia non modò commemorabūtur, sed etiam, expositis certis rebus, agentur, quæ [m] intra decem annos, posteaquam *iudicia ad senatum trāſlata* [n] *sunt*, in rebus iudicandis nefariè, flagitioſéque facta sunt. Cognoscet ex me populus R. quid sit, quamobrem, *cùm equester ordo iudicaret* [o], *non prope quinquaginta continuos*, nullo iudice hac causa, equite R. iudicante, ne tenuissima quidem suspicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam constituta sit: quid sit, quòd iudiciis ad senatorium ordinem translatis, sublatáque populi R. in vnumquémque nostrūm potestate [p], Q. Calidius damnatus dixerit, *minoru* QLLS. XXX. *pratorum hominem honestè nō posse damnari*: quid sit, quòd, P. Septimio senatore damnato, Q. Hortensio prætore de pecuniis repetundis, [q] æstimata sit eo nomine, quòd ille ob rem iudicandā pecuniā accepisset: quòd in C. Herennio, quòd in C. Popillio, senatoribus, qui ambo peculatus damnati sunt: quòd in M. Atilio, qui de maiestate dānatus est, hoc [a] planum factum est, eos pecuniam ob rē iudicandam accepisse: quòd inuenti sunt senatores, qui C. Verre prætore, vrbano sortiente [b], exirent in eum reum, quem incognita [c] causa cōdemnarent: quòd *inuentus est senator* [e], *qui cùm iudex esset, in* [f] *eodem iudicio & ab reo pecuniā acciperet, quam iudicibus diuideret, & ab accusatore, vt reum damnaret* [g]. Iam verò quomodo illam labem, ignominiam, calamitatémque totius ordinis conquerar? hoc factum esse in hac ciuitate, cùm senatorius ordo iudicaret, vt discoloribus [h] signis, iuratorum [i] hominū sententiæ notarentur? hæc omnia me diligenter, seueréque acturum esse polliceor. Quo me tādem animo fore putetis [k], siquid in hoc ipso iudicio intellexero simili aliqua ratione esse violatum, atque commissum? cùm [l] præsertim planum facere multis testibus possim, C. Verrem in Sicilia, multis audientibus, sæpe dixisse, se habere hominem potentem, cuius fiducia prouinciam spoliaret: neque sibi soli pecuniam quærere, sed ita trienpium illud prætura Siciliensis distributum habere: vt secum præclarè agi diceret, si vnius anni quæstum in rem suam conuerteret: alterum patronis [m], & defensoribus suis traderet: tertium illum vberrimum, quæstuosissimúmque annū totum iudicibus reseruaret. Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M. [n] Glabrionem nuper cùm in reiiciendis [o] iudicibus commorassem, intellexi vehementer populum R. commoueri: me arbitrari, fore, vti nationes exteræ legatos ad populū Ro. mitterent, vt lex de pecuniis repetundis, iudiciúmque tolleretur. *si enim iudicia nulla sint, tātum vnumquemque ablaturum putant, quantum sibi, ac liberis suis satis esse arbitretur.* nunc, quòd eiusmodi iudicia sint, tantum vnumquemque auferre, quantum sibi, patronis, aduocatis, prætoribus, iudicibus satis futurum sit. Hoc profectò infinitum esse. Ie auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. O cōmemoranda iudicia, præclarámque existimationē nostri [p] ordinis, cùm socij populi Rom. iudicia, de pecuniis repetundis fieri nolunt, quæq à maioribus nostris sociorum causa comparata sunt! An iste vmquam de se bonā spem habuisset, nisi de vobis malā opinionē animo imbibisset? Quo maiore etiam, si fieri potest, apud vos odio esse debet, quàm est apud populū Romanum, cùm in auaritia, scelere, periurio vos sui similes esse arbitretur [r]. Cui loco, per deos immortales, iudices, cōsulite, ac prouidete. moneo, prædicóque id, quod intelligo, tempus [s] opportunissimū vobis hoc diuinitus datum esse, vt odio, inuidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis. Nulla [t] in iudiciis seueritas, nulla religio, nulla denique iam existimantur esse iudicia. Itaque à populo Romano cōtemnimur, despicimur: graui, diuturnáque iam flagramus infamia. Neque enim vllam aliam ob causam populus Romanus tribunitiam potestatem tanto [u] studio requisiuit: quam cùm poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat. Neque hoc Q. Catulum, hominē sapientissimum, atque amplissimum fugit, qui, Cn. Pompeio, viro fortissimo, & clarissimo, de tribunitia potestate referente [x], cùm esset sententiā rogatus, hoc initio est summa cum auctoritate vsus: Patres cōscriptos iudicia malè,

a *al.* hoc planum factum sit, &c.

b *id est* subsortiente. vt significet sub sortitionē iudicii Iuniani de qua fit mentio in Cluentiana.*

c C. Fidiculanium Falculanium, qui ad complendā oppianici damnationē dicebatur esse suppositus.

d *al.* quod inuenti sint senatus sit sen.

e S ralenus* f *al.* in eodē iud. ad reo.

g L. condemnaret.

h Discoloria figua, discolores tabulae intelligit de quibus supra d x.*

i Iurare in leges iudicaturi solebant

k L. putaris l *al.* cum planum facere rem

m L. patronis & defensoribus traderet

n Prætoret o L. reiiciundis

P. LXXIIII. p *al.* vestri ordinis.

q vnde lex socialis dicitur lex de repetūdis*

r L. arbitratur.*

s *vide.* tempus hoc vobis diuinitus dare.

t Iudicioru corruptela*

u per tres annos*

x & eam populo reddet*

&flagitioſè tueri. quòd ſi in rebus iudicandis populi Romani exiſtimationi ſatisfacere voluiſſent, non tantopere homines fuiſſe tribunitiam poteſtatem deſideraturos. Ipſe denique Cn. Pompeius, cùm primùm concionem ad[a] vtbé cos. deſignatus habuit: vbi (id quod maximè exſpectati videbatur) oſtendit, ſe tribunitiam poteſtatem reſtituturum: factus eſt in eo ſtrepitus, & grata concionis admurmuratio. Idem in eádem concione cùm diſſiſtet, populatas, vexatáſque eſſe prouincias: iudicia autem turpia, & flagitioſa fieri: ei rei ſe prouidere, ac conſulere velle: tum verò non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam populus Romanus ſignificauit voluntatem. Nunc[b] autem homines[c] in ſpeculis ſunt: obſeruant, quemadmodum ſeſe vnuſquiſque veſtrûm[d] gerat in retinenda religione, conſeruandíſque legibus. vident adhuc poſt legem tribunitiam vnum[e] ſenatorem vel tenuiſſimum[f] eſſe damnatum. quod tametſi non reprehendunt, tamen magnopere quod laudent, non habent. *Nulla eſt enim laus, vbi eſſe integrum, vbi nemo eſt, qui aut poſſit, aut conetur corrumpere.* Hoc eſt iudicium, in quo vos de reo populus Rõ. de vobis iudicabit. in hoc homine ſtatuetur, poſsítne, ſenatoribus iudicantibus, homo nocétiſſimus, pecunioſiſſimúſque damnari. Deinde eſt huiuſmodi reus, in quo homine nihil ſit, præter ſumma peccata, maximámque pecuniã: vt, ſi liberatus ſit, nulla alia ſuſpicio, niſi ea, quæ turpiſſima eſt, reſidêre poſſit. non gratia, non cognatione, non[g] aliis rectè factis, non denique aliquo[h] mediocri vitio tot, tantáque eius vitia ſubleuata eſſe exiſtimabuntur[i]. Poſtremò ego cauſam ſic agam, iudices: eiuſmodi res, ita notas, ita teſtatas, ita magnas, ita manifeſtas proferam, vt nemo à vobis, vt iſtum abſoluatis, per gratiam conetur cõtendere. Habeo autem certam viam, atque rationem, qua omneis illorum conatus inueſtigare, & conſequi poſſim. Ita res à me agetur, vt in eorum conſiliis omnibus non modò aures hominum, ſed [k] etiam oculi populi Romani intereſſe videantur. Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem, atque infamiam delete, ac tollere poteſtis. Cõſtat inter omneis, poſt hæc cõſtituta[l] iudicia, quibus nunc vtimur, nullum hoc ſplendore, atque hac dignitate conſilium fuiſſe. Hîc ſiquid erit offenſum: omnes homines non iã ex eodem ordine alios magis idoneos, (quod fieri non poteſt:) ſed alium omnino ordinẽ ad res iudicandas quærẽdum arbitrabuntur. ¶ Quapropter[m] primùm ab diis immortalibus, quod ſperare debere mihi videor, hoc[n] idem, iudices, peto, o vt in hoc iudicio nemo improbus, præter eum, qui iampridem inuentus eſt, reperiatur: deinde, ſi plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc populo R. iudices, confirmo, vitam me hercule mihi prius, quàm vim, perſeueranti ámque ad illorum improbitatem perſequendam defuturum. Verùm quod ego laboribus, periculis, inimicitiſque meis tum, cùm admiſſum erit dedecus, ſeuerè me perſecuturum eſſe polliceor, id ne accidat, tu p tua ſapientia, auctoritate, diligentia, M. Glabrio, potes prouidere. Suſcipe cauſam iudiciorum: ſuſcipe cauſam ſeueritatis, integritatis, fidei, religionis: ſuſcipe cauſam ſenatus, vt is hoc iudicio probatus, cum populo R. & in laude, & in gratia eſſe poſſit. Cogita, [a] qui ſis, quo loco, quid dare populo R. quid reddere maiorib. tuis debeas: fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege populus Rom. de pecuniis repetundis optimis iudiciis, ſeuerìſſimíſque iudicibus vſus eſt. Circumſtant te ſummæ auctoritates, quæ te obliuiſci laudis domeſticæ non ſinant: quæ te dies, [b] noctéſque commoneant, fortiſſimum tibi pattem, [c] ſapientiſſimum auum, [d] grauiſſimum ſocerum [e] fuiſſe. Quare ſi Glabrionis patris vim, & acrimoniam ceperis ad reſiſtendum hominibus audaciſſimis: ſi aui Scæuulæ [f] prudentiam ad proſpiciendas inſidias, quæ tuæ, atque horum famæ comparantur: ſi ſoceri Scauri conſtantiam, vt nequis te de vera, & certa poſſit ſententia demouere [g]: intelliget populus Romanus, integerrimo, atque honeſtiſſimo [h] prætore, delectóque conſilio, nocenti reo magnitudinem pecuniæ plus habuiſſe momenti ad ſuſpicionem criminis, quàm ad rationem ſaluris. Mihi certum eſt non committere, vt in hac cauſa prætor nobis, conſiliúmque mutetur, non patiar rem in id tempus adduci, vt Siculi, quos adhuc ſeruí deſignatorũ cos. non mouerunt, cùm eos nouo exemplo vniuerſos arceſſerent, eos tum lictores conſulum vocent: vt homines miſeri, antea ſocij atque amici populi Romani, nunc ſeruí, ac ſupplices, nõ modò ius ſuum, fortunáſque omneis eorum imperio amittãt, verùm etiam deplorandi iuris ſui poteſtatem non habeant. Nõ ſinam profectò, cauſa à me perorata, xl. diebus interpoſitis, tum nobis denique reſpondeant, cùm accuſatio noſtra in obliuionem diuturnitate[i] adducta ſit: non committam, vt tum res iudicetur, cùm hæc frequentia [j] totius Italiæ Roma diſceſſerit: quæ conuẽnit vno tempore vndique, contiõrum, iudiciorum [k], cenſendíque cauſa. Huius iudicij, & laudis fructum, & offenſionis periculum, veſtrum laborem, ſollicitudinémque noſtram: ſcientiam quid agatur, memoriámque quid à quoque dictum ſit, omnium puto eſſe oportere. Faciam hoc non nouum, ſed ab iis, qui nunc principes noſtræ ciuitatis ſunt, antè factum, vt teſtibus vtar ſtatim. illud à me nouum, iudices, cognoſcetis, quòd ita teſtes conſtituam, vt [l] crimẽ totum explicem: vbi id interrogando, argumentis, atque oratione firmauero, tum teſteis ad crimen accommodem. vt nihil inter illam vſitatam accuſationem, atque hanc nouam interſit, niſi quòd in illa tunc, cùm omnia dicta ſunt, teſtes dantur: hîc in ſingulas res dabuntur: vt illis quoque eádem interrogandi facultas, argumentandi, dicendíque ſit. Siquis erit, qui perpetuam orationem, accuſationémque deſideret, altera actione audiet. nunc id, quod facimus, eam ratione facimus, vt malitiæ illorum conſilio noſtro occurramus, neceſſáriò fieri intelligant. Hæc primæ actionis erit accuſatio. Dicimus, C. Verrem, cùm multa libidinoſè, multa crudeliter in ciues Romanos, atque in ſocios, multa in deos, hominéſque nefariè fecerit, tum præterea quadringenties ſeſtertiũm ex Sicilia, contra leges abſtuliſſe. Hoc teſtibus, hoc tabulis, priuatis, publiciſque auctoritatibus, ita vobis planum faciemus, vt hoc ſtatuatis, etiamſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo, vacuóſque dies habuiſſemus, tamen oratione longa nihil opus fuiſſe.

ACTIO-

P. B.
a Ad vrbem eſſe quid. v. hîc Aſconiũ*

b Locus hic translatus videtur ex Dinarcho vide Vſſeriũ hîc*.
c Equeſtris ordo & plebs ipſa*
d L. noſtrum
e L. vnum hominem, vel tenuiſſ.
f Dolabellam*

g *fort.* nõ vllis rectè f. ‖ *& ita Lambinus. niſi recte facta referas ad vitia quod eſt ſ.**
h L. alio
i L. videbuntur.
P. LXXV.

k *v. e.* ſed etiam P. R. in. ierteſſe videatur.

l *al.* iudicia conſtituta.
m PERORATIO*

n L. hoc idẽ iudices, optovt in
o *al.* optovt ſ*.

p L. tu tua auctoritate, ſap

a L. Cogita, quo loco ſis

b de repetãd. ſs late.*
c ſeuerìſſimæ. vt qua P. Bne comperẽdinari quidẽ liceret rũ.*
d L. noctéſq; diéſque
e M. Acilium Glabrionẽ.*
f Scæuolã*
g ur um*
h *al.* Scæuolæ.

i *lib. vulg.* ſ mouere.

k *fort.* illoque.

P. LXXVI.
l *al.* diuturnitatis. adimendo.

n L. iudicẽ. n L. vt crimẽ totum interrogando explicem: vbi id argumẽto, hoc ita Verrem* o L. ea ratione, vt malitiæ illor. p videtur vt nunc, vt cum hîc deeſſe. Vt ex re ſi: cauſa eſſet, perſpiqua vel ſine hac oratione vtebantur.

ACTIONIS SECVNDAE[a], SEV ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER[b] PRIMVS[c], DE VITA anteacta: seu prætura vrbana.

ORATIO SEXTA.

SYNOPSIS.

De Quæstura, Legatione & Prætura vrbana Verris.

NEMINEM[d] vestrûm ignorare arbitror, iudices, hunc per hosce dies sermonem vulgi, atq; hanc opinionem populi Romani fuisse. C. Verrem altera actione responsurum non [e] fuisse [f], neque ad iudicium affuturum. Quæ fama non idcircò solùm emanarat, quòd iste certè statuerat, ac deliberauerat nõ adesse: verùm etiam, quòd nemo quẽquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus [g], oram iudicũ adspicere, aut os suum populo Romano ostendere auderet. Est idem Verres, qui fuit semper, vt ad audendum proiectus, sic [h] paratus ad audiendum. præstò [i] est [k]: respondet: defenditur. ne hoc quidem sibi réliqui facit, vt in reb. turpissimis, cùm manifestò teneatur, sic retineat, & absit, tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsisse videatur. Patior, iudices, & non molestè fero, me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos. Nam si iste id fecisset, quod primò [l] stuerat, vt non adesset: minus aliquãto, quàm mihi opus esset, cognosceretur, quid ego in hac accusatione comparanda, constituendáq; elaborassem: vestra verò laus, tenuis plane, atque obscura, iudices, esset. Neque [m] enim hoc à vobis populus Romanus expectat: neq; eo potest esse cõtentus, si condemnatus sit is, qui adesse noluerit: & si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere. immò verò adsit [n], respondeat: summis opibus, summo studio potentissimorum hominum defendatur: certet mea diligentia cum illorum omniũ cupiditate: vestra integritas cum istius pecunia: testium constantia cum illius [o] patrocinorum minis, atque potentia. tum demum illa victa videbuntur, cùm in contentionem, certamẽnque venerint. Absens si [p] iste esset damnatus, nõ tam ipse sibi consuluisse, quàm inuidisse vestræ laudi videretur. Neque enim salus vlla reipublicæ maior hoc tempore petiri potest, quàm populum Romanum intelligere, diligenter reiectis [q] ab accusatore iudicibus, socios, leges, rempublicam senatorio consilio maximè posse defendi. neque tanta fortunis omniũ pernicies potest accedere, quàm opinione populi Romani rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis, ab hoc ordine [a] abiudicari. Itaque [b] mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositam reipublicæ partem suscepisse: neque in eo magis meæ, quam vestræ laudi, existimationiq; seruisse. Accessi enim ad inuidiam iudiciorum leuandam, vituperationemq; tollendam [c]: vt, cùm hæc res pro voluntate populi Romani esset iudicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas iudiciorum videretur: postremò [d], vt esset hoc iudicatum, vt finis aliquando iudiciatiæ controuersiæ constitueretur. Etenim sine dubio, iudices, in hac causa ea res in discrimen adducitur. Reus [e] est enim nocentissimus. qui si condemnatur, desinent omnes dicere, his iudiciis pecuniam plurimùm posse. sin absoluitur: desinemus nos de iudiciis transferendis recusare, Tametsi de absolutione istius neque ipse iam sperat, nec popul. Rom. metuit. De impudentia singulari, quòd adest, quòd respondet, sunt qui miretur: mihi pro cetera eius audacia, atque amentia, ne hoc quidem mirandum videtur. multa enim & in deos, & in homines impiè, nefariéque [f] commisit. quorum scelerum pœnis agitatur, & à mente, cõsilióque deducitur. Agunt eum præcipitem *pœnæ ciuium Romanorum*: quos partim securi percussit, partim in [g] vinculis necauit, partim imploranteis iura libertatis, & ciuitatis [h] in i crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium *dij patrij*: quòd [k] iste inuentus est, qui è complexu parentũ abreptos filios ad necẽ duceret, & *parenteu pretiũ prosepultura liberum poscret*. Religiones verò, cæremoniæq; [l] omniũ sacrorum, fanorumq; violatæ, simulacraq; deorum, quæ non modò ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris, ab isto retrusa, atq; abdita, consistere eius animũ sine furore, atq; amentia nõ sinunt. Neque iste mihi videtur se ad damnationẽ offerre solùm, neq; hoc auaritiæ supplicio [m] cõmuni, qui [n] se tot scelerib. obstrinxerit, contentus esse: singularẽ quãdam pœnam istius immanis, atque importuna natura desiderat. nõ id solùm quæritur, vt, isto dãnato, bona restituãtur iis, quib. erepta sunt: sed & religiones deorum immortaliũ expiandæ, & ciuium Romanorũ cruciatus, multorumque innocentium sanguis, istius supplicio luendus est. Non enim furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ: non sacrilegum, sed hostem sacrorum, religionumque: non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium, sociorumque in vestrum iudicium adduximus: vt ego

a Abiudicare, est [a]auferre.*
b L. itaq. mihi videor, iudices, magn.
c L. tollendã & vt, cùm h. r. pro vol. p. R. esset iud.
d L. postremo, cùm esset hoc iudicatũ, vt finis aliq. &c. [a]al. postremo vtvt est hoc iudicatum: *vt vt* hoc loco, est siue rectesiue perperam.*
e *al.* Homo est nocentissimus. L. Reus est homo nocentiss.
f Nefarii qui sacra celebrari solita, [a] polluunt *Ascon.**

g L. in vinclis P. B.
h Crucis supplicorũ cauſa singulis in ciuitatibus positas fuisse hinc colligi potest.*
i In crucem autem tollebantur vt plurimũ serui, latrones famosi *arg. l. capitalia 18. inf. D. de poenis*, authores seditionis. *Paulus 5. sent. 22. 5. 2.**
k quòd iste inuentus.
l Ceremoniæ à Cere oppido. Festus*
m Supplicũ commune reprimendarũ vocat. exiliũ vel litis æstimationem*
n *al.* qui, tot sceleribus se se obstr.*

P. E. Cuius [a] quinque qui sequuntur, libri.*
b Accusationem Verris in libros distinctam esse vel ipse Cicero testis in oratore perfecto.*
c Septem numerantur accusationis libri in oratore perfecto. male sant enim Quinque tantum: & hi quidem qui sequuntur. Ac præterea Dionysius quæ recedit, actio est de constituendo accusatore, non ac cusatione. Quæ vero diuinationẽ sequitur, est horatio ad iudicũ de iudicio iudicandum accusatio. & fane vel ab ipso Ciceróne oratio de signis, quæ tum accusationis appellatur. *libro de orato re*. Et. Nonius. *in com mittere & co mittere, cùm hoc illorum*, adhuc in Verrem citat. *ad l. Quintil 2. Actiõ de oratoribus* ad LXXVIII.* Verres enim sua hypothesi elegerat exilium.*
f L. esse, neq.
g L. cõuictus & *ita v. c.*
h *sort.* sic ad audiendum paratus.
P. LXXVII. Cic. fingit reprehendi & reprehendit Verrem. & facit quasi præsentem cum non sit.*
k Mors erat apud veteres, & iudices & accusatores & defensores citati à præcone Prætoris. *Ascon.**
l Præsidis *v. c.* Neque hoc à vobis populus Romanus assistit.*
o L. Titius
p Si esset iste q id est electio, vel fides accusationis vel præuaricationis perfidia cernebatur. *Ascon.* [a] L. electio, ibi & electio est. In relectione autem accusator s poterit accidere.

hunc vnum, eiusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui [a] damnari expediret. [b] Nam quis hoc non intelligit, istum absolutum, diis, hominibúsque inuitis, tamen ex manibus populi Romani eripi nullo modo posse? quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum actum iri, si populus Romanus istius vnius supplicio contentus erit [c], ac non sic statuerit, nõ istum maiusin sese scelus concepisse, cùm fana spoliarit, cùm tot homines innocentes necarit: cùm ciueis Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit: cùm prædonũ duces, accepta pecunia, dimiserit: quàm [d] eos, si qui istum tot, tantis, tã nefariis sceleribus coopertum, iurati sententia sua liberarint? Non est, nõ est in hoc homine cuiquam peccãdi locus, iudices: non is est reus, non id tempus [e], non id consilium (metuo nequid arrogantiùs apud taleis viros videar dicere) ne actor [f] quidem est is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam [g] victus, aut occultè surripi, aut impunè eripi possit. His ego iudicibus non probabo, C. Verrem *contrah leges pecunias cepisse*? sustinebunt tales viri, se tot senatoribus, tot equitibus Romanis, tot ciuitatibus, tot hominibus honestissimis ex tã illustri prouincia, tot populorum, priuatorúmque litteris non credidisse? tanti populi Romani voluntati restitit se? Sustineant. reperiemus, si istum viuum ad aliud iudicium [i] perducere poterimus, quibus probemus, istum in quæstura pecuniam publicam, Cn. Carbonik cos. datam, auertisse: quibus persuadeamus, istũ alieno nomine à quæstoribus vrbanis, quod priore actione didicistis, pecuniã abstulisse. Erũt qui in eo quoque audaciam eius reprehẽdant, quòd aliquot nominibus de capitem, quantũ commodum fuerit, frumenti decumani detraxerit. Erunt etiã fortasse iudices: qui illum eius peculatum vel acerrimè vindicandũ putẽt, quòd iste M. Marcelli, & P. Affricani monumenta, quę nomine, illorũ: re verà, populi Romani, & erant, & habebantur, ex fanis religiosissimis, ex [n] vrbibus sociorum, atque amicorum non o dubitauerit auferre. Emerserit ex peculatus etiam iudicio. Meditetur *de ducibus hostium, quos accepta pecunia liberauit*: videat, quid de illis respõdeat, quos in eorum locum subditos domi suę reseruarit P. quærat non solùm, quemadmodum nostro crimini, verùm etiam quo pacto suę confessioni possit mederi. meminerit, se priore actione, clamore populi Romani infesto, atq; inimico excitatum, confessum esse, duces à se prædonũ securi non esse percussos: se iam tum esse veritum, ne sibi crimini daretur, eos ab se pecunia liberatos. fateatur id, quod negari nõ potest, se priuatum hominem, prædonum duces viuos, atque incolumeis domi suæ, posteaquàm Romam redierit, vsque dum per me licuerit, tenuisse q. hoc, in illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam, ex hoc quoque euaserit: proficiscar eò, quò me iampridem vocat populus Romanus. *De iure enim libertatis, & ciuitatis* suum putat esse iudicium: & rectè putat. Confringat iste sanè vi sua, consilia senatoria: quæstiones omnium perrumpat: euolet ex vestra seueritate. mihi credite, arctioribus [r] apud populum Romanum laqueis tenebitur. credet iis equitibus Rom. populus Ro, qui ad vos antea [s] producti testes, ipsis inspectantibus ab isto ciuem Roma-

a *al.* quẽ dãnato expediret*

b impendere ei nimirũ grauiore pœna, si ad populi iudicia res peruenisset.*

c L. fuerit,

d *al.* quàm eos, qui istũ

e inuidiosum sanatui*

f Tullius*

g *al.* tam cõuictus,

h Crimina Verris varia exponit*

i populi & equitum.*

k Marianarũ partium* l hoc est, quã carbonis exercitu alẽdo, ad Syllam cõtendit, auertit *vel* quam destinatam ẽpto & æstimato frumento auerit. illam fœnerando: alteram auertendo*

m de frumẽto à decumanis promisso ad leuandam annonam P. Romani.*

P. B.

n *v.c.* & ex vrbib.

o *k.* non dubitarit

p L. reseruauit.

q L. retinuisse.

r *v.c.* artioribus.

s L. antè pr.

A

B

C

D

E

F

G

H

nũ, qui cognitores [a] homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerunt. credent omnes v. & xxx. [b] tribus homini grauissimo, atq; ornatissimo M. Annio, qui, se præsente, ciuem Romanũ securi percussum esse dixit. audietur à populo R. vir primarius, eques Romanus L. Flauius. qui suum familiarẽ Herennium, negotiatorẽ ex Africa, cùm eũ Syracusis ampliùs centũ ciues Romani cognoscerẽt, lacrymantésq; defenderẽt, pro testimonio dixit securi esse percussum. Probauit fidẽ, & auctoritatem, & religionẽ [c] suã L. Suetius [d], homo omnib. ornamentis præditus, qui iuratus apud vos dixit, multos ciueis Rõ. in latumiis [e] istius imperio crudelissimè per vim morte esse multatos [f]. Hanc ego causam cùm agam beneficio populi R. de loco [g] superiore: non vereor, ne aut istũ vis vlla ex populi R. suffragiis eripere, aut à me vllũ munus [h] ædilitatis amplius, aut grauius populo R. esse possit. Quapropter omnes in hoc iudicio conentur omnia. nihil est iam, quod in hac causa peccare quisquã, iudices, nisi vestro periculo, possit. Mea quidẽ ratio, cùm in præteritis est [i] rebus cognita, tum in reliquis explorata, atq; prouisa est. Ego meum studium in tempub. iam, [k] illo tempore ostendi, cùm longo interuallo veterem consuetudinẽ retuli, & rogatu sociorũ, atq; amicorum populi R. meorum autem necessariorum, nomen hominis audacissimi detuli. Quod meũ factum lectissimi viri, atque ornatissimi (quo [l] in numero è vobis complures fuere) ita probarunt, vt ei, qui istius quæstor fuisset, & ab isto læsus inimicitias iustas persequeretur, non modò deferẽdi nominis, sed ne subscribendi quidẽ cùm id postularet, facerent potestatem. In Siciliam fum inquirendi causa profectus. quo in negotio industriam meã celeritas reditionis, diligentiam multitudo litterarũ, & testium declarauit: pudorem verò, ac religionem, q, cùm venissem senator ad socios populi R. qui in ea prouincia quæstor fuissem, ad hospites meos, ac necessarios causæ cõmunis defensor deuerti [m] potiùs, quàm ad eos, quà à me auxilium petiissent. Nemini meus aduẽtus labori, aut sumtui neq; publicè, neque priuatim fuit. Vim in inquirendo tantam habui, quãtam mihi lex [n] dabat: non quantam habere poteram istorum [o] studio, quos iste vexarat. Romam vt ex Sicilia redij, cùm iste, atq; istius amici, homines lauti, & vrbani, sermones huiusce modi dissipassent, quò animos testium retardarent, me magna pecunia à vera accusatione esse deductũ, tametsi probabatur nemini, q, & ex Sicilia testes erãt ij, qui quæstorẽ me in prouincia cognouerãt, & hinc homines maximè illustres, qui, vt ipsi noti sunt, sic nostrũm vnũquemq; optimè norũt: tamẽ vsq; eò timui, ne quis de mea fide, atq; integritate dubitaret, donec ad reiiciẽdos [p] iudices vénimus. Sciebã in reiiciundis iudicibus nonnullos memoria nostra pactionis suspicionẽ non vitasse, cùm ipsa in accusatione, eorum industria, ac diligentia probaretur. Ita reieci iudices, vt [q] hoc constet, post hũc ẽtatum reip. quo nũc vtimur [r], simili splẽdore, & dignitate cõsiliũ nullũ fuisse. Quã iste laudẽ, communem ait [s] sibi esse mecum: qui cùm P. Galba iudicẽ [t] reiecisset, M. Lucretiũ reinuit: &, cùm eius patronus ex eo quæreret, cur suos familiarissimos, Sex. Pæduceũ, Q. Confidium. Qu. Iunium reiici passus esset: respon-

a, Cognitor proprie ille, cum de statu alicuius agitur*

b Tribus fuisse ãs. 35. vel 36. tributo dando, vel quòd tres tantum ab initio essent.*

c Mos erat iuratos testes dicere.

d *v.c.* Suetonius,

e L. in latumiis *al.* in latomiis P. LXXXIX. Latomiæ autem erant carcer Syracusius, & lapicinæ*

f *forte* multatos.

g Rostra intelligit.*

h Aedilitã etiam curulem dare*

i L. rebus ea cogn.

k *al.* tantum *al.* tum illo*

l L. quo ẽ numero erit. &

m *lib. vndecimo* uerti

n Lex reperundarũ pecuniarũ testate dabat inquirendi de pecuniis quæ erant apud socios, nõ de aliis agitis*

o *fori.* eorum studio, q. g.

P. *v.c.* reiectis

q Comme-datio huius consilij.*

r decennali fuisset.*

s L. sibi ait esse m.*

t bonum.*

u malum.*

respondit, quòd eos in iudicando inimicum *sui* [a] *iuris, sententiæq;* cognosceret. Itaq;, iudicibus reiectis, sperabā iam onus meum obiscū esse commune. putabam non solùm notis, sed etiā ignotis probatā meam fidem esse, & diligentiam. quod me non fefellit. Nā comitiis meis, cùm iste infinita largitione cōtra me vteretur, populus R. iudicauit, isti [2] pecuniā, quę apud me contra fidē meam nihil potuisset, apud se contra honorem meū nihil posse debere. Quo quidem die, primùm iudices citati in hunc reum consedistis, quis tam inimicus [b] huic ordini fuit, quis tam nouarum rerum, iudiciorum, iudicúmq; cupidus, qui non conspectu [c], concessuq; vestro commoueretur? Cùm in eo vestra [d] mihi dignitas fructum diligentiæ referret: id sum assecutus, vt vna hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecuniosо, profuso, perdito, spem iudicij corrūpendi præciderem: vt primo die testium tanto numero citato populus R. iudicaret, ipso absoluto rēp. stare non posse: vt alter dies amicis istius, ac defensorib. non modò spem victoriæ, sed etiam voluntatem defensionis auferret: vt tertius dies sic hominem prosterneret, vt, morbo simulato, non, quid responderet, sed, quemadmodum non responderet, deliberaret: deinde reliquis diebus, his criminibus, his testibus, & vrbanis, & prouincialibus sic obrutus, atque oppressus est, vt his ludorum diebus interpositis, nemo istum comperendinatum, sed condemnatum iudicaret. Quapropter ego, quod ad me attinet, iudices, vici. nō enim spoliæ [e] C. Verris, sed existimationem populi R. concupiui. Meum fuit cum [f] causa accedere ad accusandū. Quæ causa fuit iustior, quàm à tam illustri prouincia defensorem constitui, & deligi? Reipublicæ consulere? quid iam reip. honestius, quàm in tanta inuidia iudiciorum adducere hominem, cuius damnatione totus ordo cum populo R. & in laude & in gratia possit esse? ostendere ac persuadere, hominem nocentem adductū [h] esse? Quis est in populo R. qui hoc non ex priore actione abstulerit [i], omnium antè damnatorum scelera, furta, flagitia, si [k] in vnum locum conferantur, vix cum huius parua parte æquari, conferrique posse? Vos, q̄ ad vestram famam, existimationem, salutémque communem pertinet, iudices, prospicite, atque consulite. splendor vester facit, vt peccare sine summo reip. detrimento, ac periculo non possitis. Non enim potest sperare populus R. esse alios in senatu, qui rectè possint iudicare, vos si non potueritis. Necesse est, cùm de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorum requirat. Hoc si vobis ideò leuius videtur, q̄ putatis onus esse graue, & incommodum, iuditare: intelligere debetis, primùm interesse, vtrùm id onus vosmetipsi reieceritis: an, q̄ probare populo R. fidem vestram, & religionem non potueritis, eò vobis iudicandi potestas erepta sit. deinde etiam illud cogitate, quāto periculo venturi simus ad eos iudices [l], quos propter odium vestri populus Ro. de vobis voluerit iudicare. Verum [n] vobis dicā id, quod intellexi, iudices: homines scitote esse neat, vt hoc palàm iā dictitent, se istum, quem vno nomine absolui velle, vt ab senatu iudicia per ignominiam, turpitudinemque aufe-

A rantur. Hæc P me res pluribus verbis, iudices, vobiscū agere coegit, non timor meus de vestra fide, sed spes illorū noua, quæ cùm Verrē à porta [a] subito ad iudiciū retraxisset, nōnulli suspicati sunt non sine causa illius consiliū tā repentè esse mutatum. Nunc, ne nouo querimoniæ genere vti possit Hortensius, & ea dicere, *opprimi reum, de quo nihil dicat accusator: nihil esse tam periculosum fortunis innocentium, quam tacere aduersarios*: & ne aliter, quàm ego
B velim, meū laudet ingenium: cùm dicat, me, si multa dixissem, subleuaturum fuisse eum, quem contra dicerē: quia non dixerim, perdidisse: morem illi geram: vtar oratione: non [b] quoniā hoc sit necesse: verùm vt experiar, vtrum ille ferat molestiùs, me tunc tacuisse, an nunc dicere. Hîc tu fortasse eris diligens, ne quam ego horā de meis legitimis horis remit
C tam. nisi omni tēpore, quod mihi lege cōcessum est, abusus ero, querēre: deūm, atq; hominum fidē implorabis: circumueniri C. Verrē, q̄ accusator nolit tamdiu, quādiu liceat, dicere. *Quod mihi lex mea causa dat, eo mihi vti nō licebit?* Nam accusandi mihi tempus mea causa datū est, vt possem oratione mea crimina, causamq; explicare. hoc si non vtor, non tibi iniuriā facio, sed de meo iure aliquid, & cōmodo detraho. Causam enim, inquit, cognosci oportet. Ea re quidē, q̄ aliter condēnari reus, quamuis sit nocēs, non potest. Id igitur tu mo-
D lestè tulisti, à me aliquid factū esse, quo minùs iste condēnari posset? *Nam causa cognita possunt multi absolui: incognita quidē condemnari nemo potest.* Adimo enim cōperendinatum [c] quod habet lex in se molestissimū, *bis vt causa dicatur*. quod aut mea causa potius est constitutum, quàm tua: aut nihilo tua potiùs, quàm mea. Nam si bis dicere est cōmodum: certè vtriusq; cōmune est. Si eum, qui posteriùs dixit, opus est redargui: accusatoris causa, vt bis
E ageretur, constitutū est. Verū, vt opinor, Glaucia [d] primus tulit, *vt* [e] *cōperendinaretur reus*. antea vel iudicari primò poterat, vel *amplius* [f] pronuntiari. Vtrā igitur putas legem molliorem? opinor illā veterē [g], *qua vel citò absolui, vel tardè condēnari licebat*. Ego tibi illam Aciliam [i] legē restituo, *qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel* [k] *auditis testibus, condēnati sunt*, nequaquā tam manifestis, neq; tantis criminibus, quantis tu conuinceris. puta
F te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere. Accusabo: respōdebis. testibus editis, ita mittā [l] in consilium, vt, etiā si lex [m] ampliandi [n] faciat potestatē, tamen isti turpe sibi existimēt, nō primo iudicare. [o] Verùm, si causam cognosci opus est, parúmne cognita est? dissimulamus, Hortēsi P, quod sæpe experti in dicendo sumus? quis nos magnopere attendit vmquam, in hoc quidem genere causarū, vbi aliquid ereptum, aut ablatū à quopiā dicitur? nónne aut in tabulis, aut in testibus
G omnis exspectatio iudicum est? Dixi primā actione, me planum esse facturum, C. Verrem LLS. quadringenties q̄ cōtra legem, absтulisse.

batur vt si semel dicta causa, semel auditis testibus, id est vt prima actionis reus vel absolueretur, vel condemnaretur.* l atque ita sine cōperendinatione nondum lata lege, Glaucia, per quam reo licebat comperendinare vt bis causa diceretur.* l mittere in consilium est perrorare causam ita vt nihil aliud restet quàm vt iudices in consilium dimittātur, sententiæ dicēdæ causa. m Acilia.* n tione dixi paulo ante* o hoc est Verrem condemnare.* censis?* q hoc est decies centena coronatorum.*

a cùm in exilium proficisceretur*
b al. nō quòd hoc si n.
c Comperendinarum vocatio, bis vt de causa dicatur vt etiā si prima actione iudicii liquet reum dānandum esse, tamen eū condemnare nō liceat*
d de quo vide Ciceronē in Bruto*
e lege Glaucia tulerat vt comperendinaretur reus: id est, vt ne semel tantū dicta causa & P. LXXXI. semel audiris testibus reus condemnaretur, vo'ebat enim bis causam dici.*
f Amplius, nota amplia tionis seu moræ iudicā di, qua reo spatium ad se colligendum dabatur. *vt hic & in Bruto*, vnde ampliandi verbū *infra post paulò & pro Cæcina*. Nam iudices dicebant *Amplius*. vel *non liquere pro Cæcina, pro Cluentio. Quintiliadecla mat. 295. Asco. in diuinatione & 3. in Verrem. Seneca 7. epist. vlt 14. Gell 2.**
g lege veteri cauebatur vt reus, cito, id est, semel dicta causa, vel iudicaretur, vel ampliaretur causa. Post lege Acilia ampliatio & cōperendinatio sublata quæ lege à Glucia tandem restituta & lege Seruilia.*
h id est ampliatione. dixi paulò ant.*
i Lex Acilia comperēdinationem reis tollebat ea enim, cauebatur vt prima actione iudicii liquet reum dānandum esse, tamen eū condemnare nō liceat*
k de amplia
p *Hor-*

Quid? hoc planiùs egissem, si ita narrassẽ? Dio quidã fuit Halesinus: qui, cùm eius filio, prætore [a] Sacerdote, hereditas à propinquo per magna venisset, nihil habuit tũ neq; negotij, neque controuersiæ. Verres, simulac tetigit prouinciã, statim Messanam [b] litteras dedit: Dionem euocauit: calumniatores [c] ex [d] sinu suo apposuit [e], qui illã hereditatem Veneri Erycinæ commissam [f] esse dicerent. hac de re ostẽdit seipsum cogniturũ. Postũm deinceps totã rem explicare: deinde ad extremum id, q; ácciderit, dicere: Dionem LLS. decies [g] centena millia numerasse, vt causam certissimam obtineret: præterea greges equarum eius ipsum abigendos curasse: argenti, vestísque stragulæ quod fuerit, curasse auferendum. Hæc neque cùm ego dicerẽ, neq; cùm tu negares, magni momẽti nóstra esset oratio. Quo tempore igitur aureis iudex erigeret, animúmq; attenderet? cùm Dio ipse prodiret, cùm ceteri, qui tum in Sicilia negotiis Dionis interfuissent: cùm per eos ipsos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumsisse mutuas, nomina [h] sua exegisse, prædia vendidisse: eum tabulæ virorum bonorũ proferrentur: cùm, qui pecuniam Dioni dederunt, dicerent se iam tum audisse, eò [i] nummos sumi, vt Veri darentur: cùm amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi, hæc éadem se [k] audisse dicerent. Opinor, cùm hæc fierent, tum vos audiretis, sicut audistis: tum [l] causa agi videretur. Sic à me sunt acta omnia priore actione, vt in criminibus omnibus nullum esset, in quo quisquã vestrũm perpetuam accusationem requireret. Nego ego esse quidquã à testibus dictum, quod aut vestrũm cuipiam esset obscurum, aut cuiusquam oratoris eloquentiam quæreret. Etenim sic me ipsum egisse memoria tenetis, vt in testibus interrogandis omnia crimina proponerem, & explicarem: vt, cùm rem totam in medio proposuissem [m], tum deniq; testem interrogarem. Itaq; non modò vos, quibus est iudicandum, nostra crimina tenetis: sed etiã populus [n] R. totã accusationẽ, causamq; cognouit. tametsi ita de meo facto loquor, quasi ego illud mea voluntate potiùs quàm vestra iniuria adduxerim. Interposuistis accusatorẽ, qui, cùm ego mihi c. & x. dies solos in Siciliã postulasse, c. & VIII. sibi in Achaiã postularet. mẽseis mihi treis [o] cùm eripuissetis ad agendũ maximè appositos, reliquũ omne tẽpus huius anni me vobis remisistis? putastis: vt, cùm horis nostris nos essemus usi, tu, binis ludis interpositis, quadragesimo pòst die respõderes: deinde ita tẽpus duceretur, vt à M. Glabrione præt. & à magna parte horũ iudiciũ, ad prætorẽ alium, iudicésq; alios veniremus. Hęc [p] si ego nõ vidissem: si me nõ omnes noti, ignotiq; monuissẽt, id agi, id cogitari, in eo laborari, vt res in illud [q] tẽpus reiiceretur: credo, si meis horis [r] in accusando vti voluissem, vererer, ne mihi crimina non suppeterent: ne [s] vox, viréscq; deficeret: ne, quẽ nemo prima actione defendere ausus esset, eũ ego bis accusare [t] non possem. Ego meũ consiliũ tum [u] iudicibus, tũ populo R. probaui. Nemo est, qui alia ratione istorũ iniuriæ, atq. impudẽtiæ potuisse obsisti arbitretur. Etenim qua stultitia fuissem, si quã diẽ, qui istũ eripiendũ redemerũt, in cautione viderũt, cũ ita cauerẽt, Si post KAL. IAN. IN CONSILIVM IRET VR: in eam diem ego, cùm potuissem vitare, incidissem? ¶ Nunc [a] mihi tẽporis eius, quod mihi ad dicendũ datur: quoniã in animo est causam omnẽ exponere, habenda ratio est diligenter. Itaq; primũ illum actũ istius vitæ turpissimũ, & flagitiosissimũ prætermittã. nihil à me de pueritię suæ flagitiis audiet: nihil [b] ex illa impura adolescẽtia sua quę qualis fuerit, aut meministis, aut [c] ex eo quẽ sui simillimũ produxit [d], recognoscere potestis. Omnia præteribo, quę mihi turpia dicta videbũtur: neq; solùm, quid istũ audire, verùm etiã, quid me deceat dicere cõsiderabo. Vos, quæso, date hoc, & cõcedite pudori meo, vt aliquam partẽ de istius impudentia reticere possim. Omne illud tempus, quod fuit antequàm iste ad magistratus, rémq; publicã accessit, habeat per me solutũ, ac liberũ. fileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac vigiliis: lenonũ, aleatorum [e], perductorũ [f] nulla mentio fiat: dãna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipsius pertulit, prætereantur: lucretur indicia veteris infamiæ: patiatur eius vita reliqua me hanctantã iacturã criminum facere. ¶ Quæstor [g] Cn. Papirio cõsuli fuisti abhinc annos quatuordecim. ex ea die ad hanc diẽ quæ fecisti, in iudicium voco. Hora nulla vacua à furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. ¶ Hi sunt anni cõsumti in *quæstura* & *legatione* Asiatica, & *prætura urbana*, & *prætura Siciliensi*. Quare hæc éadẽ erit quadripartita [h] distributio totius accusationis meæ. ¶ *Quæstor* [i] ex S.C. prouinciã sortitus es, obtigit tibi cõsularis, vt cũ COS. Cn. Carbone esses, éamq; prouinciã obtineres. Erat tũ dissensio ciuiũ: de qua nihil sum dicturus quid sentire debueris: vnũ hoc dico: in eiusmodi tẽpore, ac sorte, statuere, te debuisse, vtrũ mallesentire, atq; defendere. Carbo grauiter ferebat, sibi quęstorẽ obtigisse, hominẽ singulari luxuria, atq; inertia. verũtamen ornabat [k] eum beneficiis, officiísque omnibus. Ne [l] diutius teneã: pecunia attributa [m], numerata est. profectus est quæstor in prouinciã. venit in Galliã expectatus ad exercitũ consularẽ, cũ pecunia. simulac primùm ei occasio visa est (cognoscite hominis principiũ [n] magistratuũ gerendorũ, & reip. administrãdæ) *auersa pecunia publica, quæstor consulẽ, exercitũ, sortẽ, prouinciãq; deseruit*. Video quid egerim: erigit se: sperat, sibi aurã [o] posse aliquam afflari, in hoc crimine, voluntatis, assensiónísq; eorũ, quibus Cn. Carbonis mortui nomen odio sit: quibus illã relictionẽ [p], proditionemq; consulis sui gratã sperat fore. Quasi verò id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut studio partiũ fecerit: ac nõ apertissimè consulẽ, exercitum, prouinciãq; cõpilarit [q], & propter impudẽtissimum furtũ aufugerit. Est enim obscurũ, & eiusmodi factũ eius, vt possit aliquis suspicari, C. Verrem, q. ferre nouos [r] homines nõ potuerit, ad nobilitatem, hoc [s] est, ad suos transisse: nihil fecisse propter pecuniam. *Videamus, rationes quemadmodũ retulerit*. Iam ipse ostendet, quãobrem Cn. Carbonem reliquerit: iã se ipse indicabit. Primùm breuitatem cognoscite. ACCEPI, inquit, VICIES [t] DVCENTA, TRIGINTA QVINQVE MILLIA, QVADRINGENTOS [u] XVII. NVMMOS: DEDI STIPENDIO, FRVMENTO, LEGATIS, PRO [x] QVAESTORIBVS, COHORTI PRAETORIAE, Y LLS. MILLE [z] SEXCENTA, TRIGINTA QVINQVE MILLIA, QVADRINGENTOS, XVII. NVMMOS.

a L.C. Sacerdote prætore

b *al.* Messana.*

c *al.* Kalumniatores

d Ex sinu suo apponere. est emittere.*

e *Non. c. 4. in Committere* 46. oppositum* f donatam, derelictam *Nonius illo loco* interpretaturadquisitam.*

g 30000. aureorum *alias* 25000.*

h Nomina, tituli debitorum, præsertim in his debitis in quibus nomina perscriptarecui rei contrarium mutuas accepisse *Asconius* i *v.c.* eos nũmos sumi, *&c. vita L.* P. LXXXII.

k Testimonium de auditione apud antiquos admissum*

l L. tum causa agi verè videretur. *&ita v.c.*

m L. posuissem,

n [qui circũ subsellia coronam faciebat.*

o *v.c.* III.

p L. Hoc si ego

q *al.* aliud*

r XX diebus: tondum reo ad defendendum dabantur

s L. nec mea vox viréscque

t reo comperendinato*

u L. cum iudicibus:

P. B.

a CONSTITVTIO causa*

b L. nihil illa

c L. aut ex isto q.

d *al.* produxit*

e L. productorum

f Perditorum inuti- lis- voluentis- sceleroti. *Asco.**

g PARTITIO*

h *al.* quadripartita

i NARRATIO & de QVAESTVRA Verris. dua obtenuit Verres. P. LXXXIII. auersa pecunia publica Carbone & seruilio*

k L. orabat rum beneficiis omnib.

l L. Ne diutius vos teneam in stipendium mittum*

m Quæstor primus gradus honoris erat* Aurum si o Aurum si flari id re recreat,

p *al.* relictionem,

q Comperio, ni- quidem reperit quæritur.*

r Matrones aliis Nouos homines, qui nunc primi nobiles. Nobiles quidem ipsorum imagines ostendere possunt. Ignobiles qui hic contrarij* Ironia* t autorem 6750. u aureos. x. & dimidium* P. B.

x L. pro quæstore,

y complures consulari bus z Asc. Pro. gustil. His locis centum sexcenta*

NVMMOS. RELIQVI ARIMINI LLS. SEXCENTA MILLIA. Hoc est rationes referre? hoc modo aut ego, aut tu Hortēsi, aut quisquā hominum retulit? quid hoc est? quæ impudentia? quæ audacia? quod exemplum ex tot hominum rationibus relatis huiusmodi est? Illa tamen LLS. sexcenta millia, quæ ne falsò quidem potuit, quibus data essent, describere [a], quæ se Arimini scribit reliquisse, quæ ipsa LLS. sexcenta millia, réliqua facta sunt, neque Carbo attigit, neque Sylla vidit, neque in ærarium relata sunt. Oppidum sibi elegit Arimini num, quod tum, cùm iste rationes referebat, oppressum, direptúmque erat [b]. non suspicabatur id, quod nunc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminensium testes nobis in hanc rem reliquos esse. Recita denuo. P. LENTVLO, L. TRIARIO QVAESTORIBVS [c] VRBANIS, RES [d] RATIONVM RELATARVM. Recita. Ex s.c. Vt hoc pacto rationem referre liceret, eò Syllanus [e] repentè factus est [f], non vt honos, & dignitas nobilitati restitueretur. Quòd si illinc inanis profugisses, tamen ista tua fuga nefaria: proditio consulis tui, scelerata [g] iudicaretur. Malus ciuis, improbus consul, seditiosus homo, Cn. Carbo fuit. Fuerit aliis: tibi quando esse cœpit? posteaquàm tibi pecuniam, rem frumentariam, rationes omneis [h] suas, exercitúmque commisit. Nam si tibi antea displicuisset: idem fecisses, quod anno pòst M. [i] Piso. Quæstor cum L. Scipioni consuli obtigisset: non attigit pecuniam: non ad exercitum profectus est. quod de republica sensit, ita sensit, vt nec fidem suam, nec morem maiorum, nec necessitudinem [k] sortis læderet. Etenim si hæc perturbare omnia, & [l] permiscere volumus: totam vitam periculosam, inuidiosam [m], infectámque reddemus, si nullam religionem fors habebit, nullam societatem coniunctio fecundæ, dubiæque fortunæ, nullam auctoritatem mores, atque instituta maiorum. *Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo vmquam sapiens proditori credendum putauit.* Ipse Sylla, cui aduentus istius gratissimus esse debuit, ab se hominem, atque ab exercitu suo remouit: Beneuenti esse iussit apud eos, quos suis partibus amicissimos esse intelligebat: vbi iste summæ rei, caúsæque nocere nihil posset. ei postea præmia tamen liberaliter tribuit: bona quædam proscriptorum in agro Beneuentino [n] diripienda concessit: habuit honorem, vt proditori, non vt amico, fidem. Nunc quamuis sint homines, qui mortuum Cn. Carbonem oderint: tamen hi debent, non, quid illi accidere voluerint, sed quid ipsis in tali re metuendum sit, cogitare. Commune est hoc malum, communis metus, communis periculum. *nullæ sunt occultiores insidiæ, quam eæ, quæ latent in simulatione officij, aut in aliqua necessitudinis nomine. nam eum, qui palàm est aduersarius, facilè cauendo vitare possu. hoc verò occultum, intestinum, ac domesticum malum, non modò non exsistit o: verum etiam opprimit, antequam perspicere* P, *atque explorare potueris.* Itáne verò? tu q, cùm quæstum pecuniæ, sed etiam consulis: particeps ornium rerum, consiliorúmque fueris: habitus r sis in liberûm loco, sicut mos maiorum ferebat: repentè relinquas? deseras? ad aduer-

a *al.* proscribere

b Tũ enim Abbinouanus Syllæ prodiderat*

c Quæstores prouinciales ad vrbanos rationes suas referebant.* L. Verris rationes relatæ.

d *al.* Sullanæ*

e *al.* es*

f *al.* concelebrata iud. & *in v.c.*

g *al.* suas omneis

h *al.* M. Piso quæstor cum L. Scipioni consuli obtigisset. Scipioni consuli obtemperanti. LXXXIII. & coniunctio cum quæstore. Præfectum. quæ mancipia fortè fortibus quibusque virtutem cõtigebant.* *l.* 2. *de perm. in Lucilio fam. infl.*

i *al.* Piso

k Beneuentano d.

l *al.* tũ, cùm q.

m Pretoribus ita coniunctis quæstores vt quasi tibi rorum loco haberentur a suo Prætore de quacũque prouincia decederet*

n *al.* ex quo genere hominum ist.

o Furta Verris variis locis cõmissa* p non de signis aut tabulis ex Achaia sublatis, vtpote at Asconius sed de pecula tu* q *al.* reseruatur. ‖ *al.* separatur* r impositò pretio ex æstimatione ex lege repetundarum.

a DeLEGATIONE Verris & furtis rapinisque in legatione commissis variis in locis* P. B.

b *al.* quæ in istum val.

c miser pro innocẽte hic sumitur. *Ascon.* aut potius pro afflicto*

d L. ac falso e L. tum multo ex maxima p.

f *vide qui in* Cn. Carbonẽ fortẽ in Cn. Dolabellam, voluit.

g L. eósque ambo nõ modò defer. ‖ *See Latini duo pro duos**

h Syllani tẽporis* i *vt dicat.* Sylla iussit, hoc fecit, hoc mandauit*

k Allegationes, intercessiones & præces amicorum*

l *al.* Nam vt est profectus quæ. *in v.c.*

m Exactiones Verris*

n *al.* ex quo genere hominum ist.

o Furta Verris variis locis cõmissa* p non de signis aut tabulis ex Achaia sublatis, vtpote at Asconius sed de pecula tu* q *al.* reseruatur. ‖ *al.* separatur* r impositò pretio ex æstimatione ex lege repetundarum.

Apollinis religiosissimo noctu clàm sustulit signa pulcherrima, atque antiquissima: eaque in onerariam nauem suam coniicienda curauit. Postridie cùm fanum spoliatum viderent ij, qui Delum incolebant, grauiter ferebant. est enim tãta apud eos eius fani religio, atque antiquitas, vt in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. verbum tamen facere non audebant, ne fortè ea res ad Dolabellam ipsum pertineret. Tum subitò tempestates coortæ sunt maximę, iudices, vt non modò proficisci, cùm cuperet Dolabella nõ posset, sed vix in oppido consisteret [a]: ita magni fluctus eiiciebantur [b]. Hìc nauis illa prædonis istius, onusta signis religiosis, expulsa atque eiecta fluctu, frangitur. in littore signa illa Apollinis reperiuntur: iussu Dolabellæ reponuntur: tempestas sedatur: Dolabella Delo proficiscitur. Non dubito, quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio vmquam fuit religionis, nunc tamen in metu, periculoque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Potéstne tibi vlla spes salutis commoda ostẽdi, cùm recordaris, in deos immortales quàm impius, quàm sceleratus, quàm ne fatius fueris? Apollinémne tu Delium spoliare ausus es? illine tu templo, tam antiquo, tam sancto, tam religioso manus impias, ac sacrilegas afferre conatus es? Si in pueritia non his artibus & [c] disciplinis instítutus eras, vt ea, quæ litteris mandata sunt, disceres, atque cognosceres: ne postea quidem, cùm in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere id, quod est proditum memoriæ, ac litteris? Latonem ex longo errore, & fuga, grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis, fugisse [d] Delum, atque ibi Apollinem, Dianámque peperisse: qua ex opinione hominũ, illa insula eorum deorum sacra [e] putatur: tantáq; eius auctoritas religionis & est, & semper fuit, vt ne Persæ [f] quidem, cùm bellũ totì Græciæ, diis, hominibúsque indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quidquam conarentur aut violare, aut attingere. Hoc tu fanum depopulari [g], homo improbissime, atque amẽtissime audebas? fuit illa [h] cupiditas tanta, quæ tantam extingueret religionem? & si tum hæc non cogitabas, ne nunc quidem recordaris, nullum esse tantum malum, quod non tibi pro sceleribus tuis iãdiu debeatur? In Asiam verò postquàm venit, quid ego aduentus istius, prandia, cenas, equos, muneráq; commemorem? nihil cum Verre de quotidianis criminibus aucturus sum. *Chio* per vim signa pulcherrima dico abstulisse: item Erythris, & Halicarnasso. *Tenedo* (præterea pecuniam quam eripuit) Tenem [i] ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus [k] Deus habetur, qui vrbem illam dicitur condidisse: cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrimè factum, quem quondam in comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu ciuitatis. Illa verò expugnatio fani antiquissimi, & nobilissimi Iunonis *Samiæ* [l], quàm luctuosa Samiis fuit? quàm acerba toti Asiæ? quàm clara apud [m] eos? quàm nemini vestrûm inaudita? de qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent: responsum tulerunt, eiusmodi querimonias, quæ ad legatũ populi Romani pertinerent, non ad prætorem, sed Romam deferri oportere. Quas iste tabulas illinc, quæ signa sustulit? quæ cognoui egomet apud istum in ædibus nuper, cùm obsignandi [a] gratia venissem. quæ signa nũc, Verres, vbi sunt? illa quæro, quæ apud te nuper ad omneis [b] colũnas, omnib. etiam intercolũniis, in silua [c] denique disposita sub [d] dio vidimus. Cur ea, quãdiu alium [e] prætorẽ cum iis iudicibus, quos in hortũ locum subsortitus [f] eras, de te in consilium iturum putasti, tamdiu domi fuerunt? posteaquàm nostris testibus nos, quàm horis [g] tuis, vti malle vidisti: nullũ signum domi reliquisti, præter duo, quę in mediis ædibus sunt: quæ ipsa Samo sublata sunt? non putasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia denuntiaturum, qui tuæ domi sæpe [h] fuissent: ex quibus quæreremi, scirémne fuisse, quæ nõ essent? Quid tum hos de te iudicaturos arbitratus es, cùm viderent, te iam non contra accusatorem tuum, sed cõtra quæstorem, sectoremque pugnare? Qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis: sese, cùm esset trierarchus [k], & Verrem ex Asia decedentem prosequeretur, iussu Dolabellæ fuisse vnà cum isto Samì: seseq; tum scire spoliatum esse fanũ Iunonis, & oppidum Samũ: posteáque se causam apud Chios, ciues suos, Samiis accusantibus, publicè dixisse: eóque se esse absolutum, quòd planum feci sset, ea, quæ legati Samiorũ dicerent, ad Verrem, non ad se, pertinere. *Aspendum*, vetus oppidum, & nobile in Pamphylia scitis esse, plenissimum signorum optimorum. non dicam illinc hoc signum ablatũ esse, & illud: hoc dico, nullum te Aspendi signum, Verres, reliquisse: omnia ex fanis, ex locis publicis, palàm, spectantibus omnibus, plostris euecta, asportatáque [l] esse. Atque etiã illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem *omnia intus canere dicebãt*, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit: vt etiam illum ipsum artificio [n] suo superasse videatur. *Pergæ* [o] fanum antiquissimum, & sanctissimum Dianæ scimus esse. id quoque à te nudatum, ac spoliatum esse: ex ipsa Diana, quod habebat auri, detractum, atque ablatum esse dico. Quæ, malùm, est ista tanta audacia, atque amentia? quas enim sociorum, atque amicorum vrbeis adisti legationis iure, & nomine: si in eas vi cum exercitu, imperióque inuasisses, tamen, opinor, quæ signa, atque ornamenta ex his vrbibus sustulisses, hæc non in tuam domum, neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportasses. Quid ego de M. q Marcello loquar, qui Syracusas, vrbem ornatissimam, cœpit? quid de L. Scipione [r], qui bellum in Asia [s] gessit, Antiochúmque, regem potentissimum vicit? quid de Flaminio [u], qui regem Philippum, & Macedoniam subegit? quid de L. Paullo [x], qui regem Persen vi ac virtute superauit? quid de L. Mummio [y], qui vrbem pulcherrimam, atque ornatissimam, Corinthũ, plenissimam rerum omnium, sustulit, vrbesque Achaiæ, Bœotiæque multas sub imperium populi Romani, ditionémque subiunxit? quorum domus cùm honore, & virtute florerent, signis, & tabulis pictis erant vacuæ. At verò vrbem totam, templa deorum, omnesque Italię par-

a *al.* consistere:
b exita fines littoris exibant.*
c L. ac disciplinis
d L. confugisse Delum, &c. ita v. c.
e ideſt ſacrata*
f ſub Dario & Xerxe*
g *al.* depeculari.
h *al.* vlla P. LXXXVI.
i Tenes deus*
k profert hunc locum Seruius *Aeneidos*, ad illa verba Tenedos notissima fama*
l Samos Iunõi sacre Virgil. *Aeneid.* v. m L. apud omneis? *al.* apud deos*

a Mos erat accusatoribus obsignare domum, & omnia quæ essent accusatoris, ne qua, furtorum indicia aut in vestibulo aut in signis aut in litteris constituta ab eo remouerent. *Ascon.*
b locus ille intercolumnium dicitur.
c viridario.
d v. *supr.* sub dio
e Metellum
f L. subsortitur Verrem.
g *al.* quibus horis, vide P. 8.
h *al.* semper fuit:
i L. quæreret signa sustinere.
k Triremem, qua vsus est Verres (quæ remorum ordines habet & ita biremis & quadriremis dicitur) præposuerat.
l L. exportasset
m Citharistę cùm cantu vtrisque manus celerrimo cursu discurrunt, dextra plectro, & hoc ipso canere, sinistra digitis ordine & hoc ipso canere putat & hoc ipsum quod Aspendius ille citharista nobilis per exercitatus fuisse dicitur, & sic locus cantu & hoc ipso canere videtur. Ita occultabat plectrum non vtens, quod pulsu fides cantu sonum reddunt. *Ascon.*
n L. suo artificio
o adyta loci. *Ascon.*
p *al.* & quæ
q vide Liuium 33.*
r vide Liuium 47.*
s cum P. Africano
t Lucullus.
u T. Flaminius
x vide Liuium 44. & Plutarchum in eius vita*
y vide Liuium 55. Cicero 2. offic. Strabo 8. Flor. 52. Appianus 3. Plin. 3.*

A B C D E F G H

teis, illorum donis, ac monumentis exornatas videmus. Vereor, ne hæc fortè cuiquam nimis [a] antiqua, & iam obsoleta videantur. ita enim tũ æquabiliter omnes erant huiusmodi, vt hæc laus eximiæ virtutis, & innocentiæ, non solùm hominum, verùm etiam temporũ illorũ esse videatur. P. Seruilius, [c] vir [d] clarissimus, maximis rebus gestis, adest: [e] de te sententiam laturus est: Olynthum [f] vi, copiis, consilio, virtute cepit, vrbem antiquam, & omnibus rebus auctam, & ornatam. recens exẽplũ fortissimi viri profero. nam postea Seruilius imperator populi R. Olynthum [g], vrbem hostium, cepit, quàm tu in iisdem locis legatus [h] quæstorius oppida pacata sociorum, atque amicorũ diripienda, ac vexanda curasti. Tu, quæ ex fanis religiosissimis per scelus, & latrocinium abstulisti, ea nos videre, nisi in tuis, amicorũmque tuorum tectis, non possumus: P. Seruilius, quæ signa atque ornamenta ex vrbe hostium, vi, & virtute capta, belli lege, atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano apportauit, per [i] triumphum vexit, in [k] tabulas publicas ad [l] ærariũ perscribenda curauit. Cognoscite ex litteris publicis hominis amplissimi diligentiam. Recita. RATIONES RELATAE P. SERVILII. Non solùm numerum signorum, sed etiam vniuscuiusque magnitudinem, figuram [m], statum, litteris definiri vides. Certè maior est virtutis, victoriæque iucunditas, quàm ista voluptas, quæ percipitur ex libidine, & cupiditate. multo diligentiùs habere dico Seruilium prædã populi Romani, quàm te tua furta notata [n], atque descripta [o]. Dices, tua quoque signa, & tabulas pictas ornamento vrbi, foróque populi R. fuisse [p]. Memini: vidi simul cũ populo R. forum, comitiúmque [q] adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, cogitationémque acerbo, & lugubri. vidi collucere omnia furtis tuis, præda prouinciarũ, spoliis sociorum, atque amicorum. Quo quidem tempore, iudices, iste spem maximã reliquorum quoque peccatorum nactus est. Vidit enim eos, qui [r] *iudiciorum dominos* se dici volebant, harum cupiditatum esse seruos. Socij verò, nationésque exteræ, spem omnium tum primùm abiecere [s] rerum, ac fortunarũ suarum: propterea quòd casu legati ex Asia, atque Achaia plurimi Romæ tunc fuerunt: qui deorum simulacra ex suis fanis sublata, foro venerabantur: itémque cetera signa, & ornamenta cùm cognoscerent, alia alio in loco lacrymantes intuebantur. quorum omniũ hunc fermonem tum esse audiebamus: nihil esse, quod quisquam dubitaret de exitio sociorum, atque amicorum: cùm quidem viderent in foro populi Romani, quo in loco antea, qui sociis iniurias fecerant, accusari, & condemnari solebant, ibi esse palàm posita ea, quæ ab sociis per scelus ablata, ereptáque essent. Hìc ego non arbitror illum negaturũ, signa [u] esse plurima, tabulas pictas innumerabiles habere: sed, vt opinor, solet hæc, quæ rapuit & furatus est, nonnumquam dicere se emisse: quoniam quidem in Achaiam, Asiam, Pamphyliam, sumtu publico, & legationis nomine, [cum ximperio, & securibus] mercator signorum, tabularúmque pictarum mis-

sus est. Habeo & istius, & [a] patris eius accepti tabulas omneis: quas diligentissimè legi, atque digessi. patris, quoad vixit, tuas, quoad ais te confecisse. nam in isto, iudices, hoc nouum reperietis. Audimus, aliquem tabulas numquam confecisse: quæ est opinio hominum de Antonio [b] falsa. nam fecit [c] diligentissimé. verùm sit hoc genus aliquod mini mè probandum. Audimus, alium non ab initio fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse. est aliqua etiam huiusce rei ratio. Hoc verò nouum, & ridiculum est, quod hic nobis respondit, cùm ab eo tabulas postularemus: vsque ad M. Terentium, & C. Cassium consules confecisse [d], postea destitisse. Alio loco, hoc cuiusmodi sit, considerabimus. nunc nihil ad me attinet. horum enim temporũ, in quibus nunc versor, habeo tabulas & tuas, & patris. Plurima signa pulcherrima, plurimas tabulas optimas deportasse te, negare non potes: atqui etiam neges. vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emtum esse: vicisti. ne hæc quidem duo signa pulcherrima, quæ nunc ad impluuium [e] tuum stant, quę multos annos ad [f] valuas Iunonis Samiæ steterunt, habes [g] quomodo emeris: hæc, inquam, duo, quæ in ædibus tuis sola iam sunt, quæ sectorem hexspectant, relicta, ac destituta à ceteris signis. ¶ At, credo, in hisce solis rebus *indominatas* [i] *cupiditates*, atque effrenatas habebat: ceteræ libidines eius, ratione aliqua, aut modo continebãtur. Quàm multis istum ingenuis, quàm multis matribus familiàs, in illa ætate, atque impura legatione vim attulisse existimatis? ecquo in oppido pedũ posuit, vbi non plura stuprorum, flagitiorúmque suorũ, quàm aduentus sui vestigia reliquerit? Sed ego omnia, quæ negari poterunt, prætermitto: etiam hæc, quæ certissima sunt & clarissima, relinquam: vnum aliquod de nefariis istius factis eligam: quo faciliùs ad Siciliam possim aliquando, quæ mihi hoc oneris, negotiúsque imposuit, peruenire. Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, iudices, in primis Asiæ prouinciæ clarũ, & nobile: homines autem ipsi Lampsaceni tum summè in omneis ciueis Romanos officiosi, tum præterea maximè sedati, & quieti, propè præter ceteros ad *summum Græcorum otiũ* potiùs, quàm ad vllam vim, aut tumultum accommodati. Accidit, cùm iste à Cn. Dolabella efflagitasset, vt se ad regem Nicomedem [k], regémque Sadalam [l] mitteret, cũmque iter hoc sibi magis ad quæstum suum, quàm ad reipublicæ tempus accommodatum depoposcisset: vt illo itinere veniret Lampsacum, cũ magna calamitate, & propè pernicie ciuitatis. deducitur iste ad Ianitorem quendam hospitem: comitésque eius item apud ceteros hospites collocantur. Vt mos erat istius, atque vt eum suæ libidines flatigiosæ facere admonuerant [m], statim negotium dat illis suis comitibus, nequissimis, turpissimísque hominibus, vtn videant, & inuestigent, ecqua virgo sit, aut mulier digna, quamobrem iste Lampsaci diutius commoraretur. Erat comes eius Rubrius quidam, homo factus [o] ad istius libidines: qui miro artificio, quocumque venerat, hæc inuestigare omnia solebat. is ad eum rem istam defert: Philodamum esse quendam genere, honore, copiis, existimatione facilè principem Lampsacenorum: eius

a Moris fuit veteribus tabulas & Diaria quasi vitæ suæ conficere, vt quid reditibus, arte, fœnore, lucro sepositum esset, constaret: sed & si quid damni aut sumptus fecisset: quod postea desuerum, postquam ex suis, quisque tabulis (dum obsignarentur tabulæ reorum) damnari cœpit *Ascon.**

b perdendæ pecuniæ gemito: & à curis, nisi præsentes essent rit, vacuos *Iustius.**

c *al.* legit diligentiss.

d *fort* se cõfecisse:

e Impluuiũ locus sine tecto, in quẽ imber impluit.*

f *al.* ante valuas *&c & ita v. c.*

g *subaudi* dicere *nam & aliàs ita loquitur, Cicero vel* habes in tabulis.*

h Sectores, qui auctionæres condemnatorum sem: l' comparabant, quas postea singulis vendiabant.*

i De libidinibus Verris.*

k Bithyniæ.*

l Thraciæ.*

m *v. c.* admonebant *& ita L.*

n L. vti videant, *& ita v. c.*

o fimus industria: nascimur sorte.*

a ἀρχαῖα

b cognomento Iauricus*

c *v. c.* C. V.

d *al.* adest de te sententiã laturus.*

e *al.* Olympũ ‖ *& ita vide. sunt legisse Asconius* vt & legitur apud Strab. 14.*

f *al.* Olympũ

g Legatum ex quæstore agens.*

h Mos erat ferculis, significantes triumphantem per pompẽ vehi. *Ascon.**

i *al.* in tabulis publicis

k Mos erat, vt quod quisque de sobrugata prouincia per triumphum asportasset, perscriptũ in tabulis in ærario reponeretis conseruari.*

l Figura, sic ad ornatum & habitum: ita & eorum administrorum genũ & situm in *al.* notatam atque ad scripturam, *vel* proscripta vt coherat cũ voce præd.* n *al.* præscripta.

o cum Aedi Iti atque Vrbi tori Hortensio & Metellis rapta ex prouinciis signa ad ornandum forũ & comitium commodarit. Commodaritis etiam signis & tabulis etiã vtebantur in Aedilibus & qui munus populo dabant, ad speciẽ ornatum scænicum theatra nondum essent.*

p L. comitiumque ornatu ad speciẽ magnifico ad sensum cogitationémque acerbo

q L. qui iudiciorum, se dici dominos, vel r κυρίους s *v. c.* abiecerunt t *Z.* signa ‖ plur. u Inclusa absunt MMS. & alioqui legatis neque imperium, neque secures.*

esse filiam,quæ cum patre habitaret, propterea quòd virum non haberet, mulierem eximia pulchritudine : sed eam summa integritate,pudicitiáque existimari. homo , vt hæc audiuit , sic exarsit ad id , quod non modò ipse numquam viderat , sed ne audierat quidem ab eo , qui ipse vidisset , vt statim ad Philodamum migrare se diceret velle. Hospes Ianitor , qui nihil suspicaretur , veritus , ne [a] quid in ipso se offenderit : hominem summa vi retinere cœpit. iste , qui hospitis relinquendi causam reperire non posset , alia sibi ratione viam munire ad stuprum cœpit:Rubrium,delicias suas,in omnibus eiusmodi rebus adiutorem suum,& conscium, parum lautè diuersari [b] dicit:ad Philodamum deduci iubet. Quod vbi est Philodamo nuntiatum,tametsi [c] non erat ignarus, quantum sibi , ac liberis suis iam tum mali constitueretur [d] , tamen ad istum venit: ostendit,munus illud suum non esse:se, cùm suæ [e] partes essent hospitum recipiendorum, tum [f] ipsos tantum prætores,& consules,non legatorum asseclas,recipere solere. Iste , qui vna cupiditate raperetur, totum illius postulatum, causámque neglexit:per vim ad eum, qui recipere non debebat , Rubrium deduci imperauit.Hîc Philodamus, posteaquàm ius suum obtinere non potuit: vt humanitatem, consuetudinémque suam retineret , laborabat.homo,qui semper hospitalissimus , amicissimúsque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium inuitus [g] in domum suam recepisse:magnificè,& ornatè , vt erat in primis inter suos copiosus,conuiuium comparat:rogat Rubrium, vt,quos ei commodum sit [h],inuitet [i] : locum sibi soli , si videatur,relinquat [k] : vt etiam filium suum,lectissimum adolescentem , foras ad propinquum suum quendam mitteret ad cenam. Tum Rubrius istius comites inuitat: eos omneis Verres certiores facit, quid opus esset. maturè veniunt:discumbitur.fit sermo inter eos , & inuitatio , vt *Græco* [l] *more biberetur*.hortatur hospes : poscunt [m] maioribus poculis : celebratur omnium sermone, lætitiáque conuiuium. Posteaquàm satis calere res Rubrio visa est:Quæso,inquit, Philodame , cur ad nos filiam tuam non intrò vocari iubes ? Homo , qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & parens esset, obstupuit [n] hominis improbi dicto . Instare Rubrius. Tum [o] ille,vt aliquid responderet , *negauit moru esse Græcorum , vt in conuiuio virorum accumberent mulieres*. Hîc tum alius ex alia parte.Enimuero [p] ferendum hoc non est:vocetur mulier.& simul seruis suis Rubrius , vt ianuam clauderent , & ipsi ad fores assisterent,imperat.Quod vbi ille intellexit, id agi, atque id parari,vt filiæ suæ vis afferretur : seruos suos ad se vocat:his imperat, vt se ipsum negligant:filiam defendant: excurrat aliquis, qui hoc tantum domestici mali filio suo nũtiet.Clamor [q] interea fit tota domo inter seruos Rubrij,atque hospitis.Iactatur domi suæ vir [r] optimus,& honestissimus.pro se quisque manus affert:aqua denique feruẽti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Hæc vbi filio nuntiata sunt:statim exanimatus ad ædeis cõtendit , vt & vitæ patris, & pudicitiæ sororis succurreret. Omnes eodem animo Lampsaceni,simul vt hoc audiuerunt [s] , quòd eos tũ Philodami dignitas, tum iniuriæ magnitudo mouebat, ad ædeis noctu conuenerunt. Hîc lictor istius Cornelius , qui cum eius seruis erat à Rubrio , quasi in præsidio , ad auferendam mulierem collocatus , occiditur , serui nonnulli vulnerantur.ipse Rubrius in turba sauciatur. Iste , qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret,cupere aliquà euolare, si posset.Postridie manè [a] homines in concionem veniunt.quærunt , quid optimum factu sit.pro se quisque , vt in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. inuentus est nemo , cuius non hæc & sententia esset,& [b] oratio:*Non esse metuendum,si istius nefarium scelus Lampsaceni vlti vi,manúque essent , ne senatus , populúsque R. in eam ciuitatem animaduertendum putaret.* Quòd *si hoc iure legati populi R. in socios , nationésque exteras verentur , vt pudicitiam liberorum seruare ab eorum libidine tutam non liceret : quiduis esse perpeti satius, quàm in tanta vi , atque acerbitate versari.* Hæc cùm omnes sentirent , & cùm in eam rationem pro suo quisque sensu , ac dolore loqueretur : omnes ad eam domunv, in qua iste diuersabatur [c],profecti sunt:cædere ianuam faxis , instare ferro,ligna,& sarmenta circumdare,ignem [d] subiicere cœperunt. Tum ciues Rom.qui Lampsaci negotiabantur,concurrunt : orant Lampsacenos , *vt grauius apud eos nomen legationu , quam iniuria legati putaretur* : sese intelligere hominem illum esse impurum,ac nefarium:sed , quoniã nec [e] perfecisset , quod conatus esset , neque futurus esset Lampsaci postea :leuius eorum peccatum fore,si homini scelerato perpercissent,quàm silegato non pepercissent. Sic iste multo sceleratior, & nequior , quàm ille Adrianus : aliquanto etiam felicior fuit. ille, quòd eius auaritiam ciues R.ferre non potuerant [f], Vticæ domi [g] suæ viuus exustus est [h] : ídque i ta illi meritò accidisse existimatum est,vt lætarentur omnes , neque vlla animaduersio constitueretur: hic sociorum ambustus incendio,tamen ex illa flamma , periculóque euolauit : neque adhuc causam vllam excogitare potuit , quamobrem i commiserit , aut quid euenerit , vt in tantum periculum veniret. Non enim potest dicere, Cùm seditionem sedare vellem , cùm frumentum imperarem,cùm stipendium cogerem , cùm aliquid denique reipublicæ causa gererem : quòd acrius imperaui , quòd animaduerti, quòd minatus sum. Quæ si diceret: tamen ignosci non oporteret, si nimis atrociter imperando sociis , in tantum adductus periculum videretur. Nunc cùm ipse causam illius tumultus neque veram dicere, neque falsam confingere audeat:homo autem,ordinis sui frugalissimus , qui [k] tum accensus [l] C.Neroni fuit,P.Tettius, hæc eadem se Lampsaci cognosse dixerit : vir omnibus rebus ornatissimus C.Varro, qui tum in Asia tribunus militum fuit , hæc eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat : potestis dubitare, quin istum fortuna non tam ex illo periculo eripere voluerit, quàm ad vestrum iudicium reseruare?Nisi verò illud dicet , quod [m] & in testimonio Tettij , priore actione interpellauit [n] Hortẽsius:quo tẽpore quidẽ significatis dedit,si quid esset,quod posset dicere , se tacere nõ posse:vt [o] , quamdiu in ceteris rebus tacue-

a L. nequid in se offend. id est in Philodamo.* al. ne quid in ipso se offenderetur:

b L. deuersari

c L. tametsi erat ignarus, al. tametsi non erat gnarus,

d id est pararetur. ita interpretatur Nonius cap. 4. in constituere 67. citans hunc locum.*

e Hi Xenoparochi & parochi dicebantur.*

f L.tũ ipsos tamen pr.

g L. inuitus domum suã rec.

h al. fiet.*

i citatur à Nonio c.4. in Inuitare 232.*

k L. relin quat. etiam fil. s. lect. adol. for. ad prop. s. q. mit tit ad cenam Rubr. ff.

l Bibere more Græco non est grandibus & meracibus poculis bibere, sed συμπείν κράτηρας ὑδροποτους merum enim cyathis ibant salutantes primo deos, deinde amicos suos nomin atim idque faciebant, quoties & deos & amicos nominatim vocabant.*

m, *id est* pro uocant te. *alij* putant sepe.*

n q. v. c. obstipuit

o v. c. Tum, vt aliquid resp.

p Citatur à Donato in Andria hic locus. Est & expressus ex oratione Demosthenis περὶ παραπρεσβείας*

q L. Clamor interea fit tota domo: pugna inter seruos R.

r L. vir primarius, & homo hon.

s L. audierunt.

P. XC.

a v. c. homines manè

b al. & ratio:

c L. deuersabatur.

d v. c. ignemque subiicere cœp.

e L. neque perfecisset.*

f legatus vel Propretor, vel Prætor Africæ, al. potuerat

g Imò in Prætorio suo Ascon.*

h quod corrupto sermone principium ciuitatis Vticæ confecisset. Asc.*

P. B.

i al. quamobrem euenerit aut qu d commiserit. al. quid commiserit aut quid euenerit quamobrem.*

k al. qui tunc

l Accensus nomen ordinis in militia.*

m L. quod & in Tertij & in testimonio,

n Interpellat. qui mediam orationem vel actionem alicuius interrumpit Ascon.*

o L. vt quadiu tacuit in ceteris testib. scire omnes poss.

rit, scire omnes possemus, nihil habuisse quod[a] diceret. hoc tum dixit, Philodamum, & [b] eius filium, à C. Nerone esse damnatos. De quo ne [c] multa differam, tantum dico, secutum id esse Neronem, & eius consilium, quòd Cornelium lictorem occisum esse cōstaret: putasse non oportere esse cuiquam, ne in vleiscenda quidem iniuria, hominis occidendi potestatem. In quo video, Neronis iudicio non te absolutum esse improbitatis: sed illos damnatos esse cædis. verùm ista damnatio tamen cuiusmodi fuit? Audite, quæso, iudices, & aliquando miseremini sociorum, & ostendite, aliquid his in vestra fide præsidij esse oportere. Quòd toti Asiæ iure occisus videbatur istius ille verbo lictor, re vera minister improbissimæ cupiditatis[d]: pertimuit iste, ne Philodamus Neronis iudicio liberaretur. rogat, & orat Dolabellam, vt de sua prouincia decedat: ad Neronem proficiscatur: se demonstrat incolumem esse non posse, si Philodamo viuere, atque aliquando Romam venire licuisset. Commotus est Dolabella. fecit id, quod multi reprehenderunt, vt exercitum, prouinciam, bellum relinqueret, & in Asiam, hominis nequissimi causa, in alienam prouinciam proficisceretur. Posteaquàm ad Neronem venit: contendit ab eo, vt Philodami causam cognosceret. Venerat ipse, qui esset in consilio, & primus sententiam diceret. adduxerat etiã præfectos, & tribunos militareis suos, quos Nero omneis in consilium vocauit. erat in consilio etiam æquissimus iudex ipse Verres. erant nonnulli rogati [e] creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legati plurimùm prodest gratia. Ille miser defensorem reperire [f] neminem poterat. Quis enim esset aut togatus, qui Dolabellæ gratia: aut Græcus, qui eiusdem vi, & impetu non moueretur? Accusator autem ap ponitur ciuis[g] Romanus de creditoribus Lāpsacenorum: qui si dixisset quod iste insisset, per eiusdem istius lictores à populo pecuniam posset exigere. Cùm hæc omnia tanta contentione, tantis copiis agerentur: cum illum miserum multi accusarent, nemo defenderet: cúmque Dolabella cum suis præfectis pugnaret in consilio: Verres fortunas agi suas diceret: idem testimonium diceret: idem esset in consilio: idem accusatorem parasset: hæc cùm omnia fierent, & cùm hominem constaret occisum: tamen tanta vis istius iniuriæ, tanta [h] in isto improbitas putabatur, vt de Philodamo *amplius* [i] pronuntiaretur. Quid ego nunc in *altera* [k] actione Cn. Dolabellæ spiritus: quid huius latrocinia, & concursiones [l] proferam? quid C. Neronis, viri optimi, atque innocentissimi, nonnullis in rebus, animum nimis timidum, atque demissum? qui in illa re quid facere potuerit, non habebat: nisi forte, id [m] quod omnes tum desiderabant, vt ageret eam rem sine Verre, & [n] Dolabella: quidquid esset sine his actum, omnes probarent. Tum verò quod pronunciatum est, non per Neronem iudicatum, sed per Dolabellam ereptum existimabatur. Condemnatur enim perpaucis sententiis Philodamus, & eius filius. Adest, instat, vrget Dolabella, vt quàm primùm securi feriantur, quo quàm minimè multi ex illis de istius nefario scelere audire possent. Constituitur in foro Laodiceæ[a] spectaculum acerbum, & miserum, & graue toti Asiæ prouinciæ: grandis [b] natu parens, adductus ad supplicium: ex altera parte filius: ille, quòd pudicitiam liberorum [c]: hic, quòd vitam patris, famámque fororis defenderat. Flebat vterque, non de suo supplicio, sed pater de filij morte, de patris, filius. Quid lacrymarũ ipsum Neronem putatis profudisse? quem fletum totius Asiæ fuisse? quem luctum, & gemitum Lampsacenorum? securi esse percussos homines innocenteis, nobileis, socios populi Ro. atque amicos, propter hominis flagitiosissimi singularem nequitiam, atque improbissimam cupiditatem? Nemo [d] iam, Dolabella, neque tui, neque tuorum liberorum, quos tu miseros in egestate, atque in solitudine reliquisti, misereri [e] potest. Verrésne tibi tanti fuit, vt eius libidinem, hominum innocentum [f] sanguine lui velles? Idcircóne exercitum, atque hostem relinquebas, vt tua vi, & crudelitate, istius hominis improbissimi pericula subleuares? Quòd [g] enim eũ tibi quæstoris in [h] locum constitueras, idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti? Nesciebas, ab eo Cn. Carbonem cos. cuius re vera quæstor fuit [i], non modò relictum, sed etiam spoliatũ [k] auxiliis, pecunia nefariè oppugnatum, & proditũ? Expertus igitur es istius perfidiam tum, cùm se ad inimicos tuos contulit: cùm in te homo ipse nocens acerrimum testimonium dixit: cùm rationes ad ærarium, nisi damnato te, referre noluit. Tantæne tuæ, Verres, libidines erunt, vt eas capere, ac sustinere non prouinciæ populi Ro. non nationes exteræ possint? Túne, quod víderis, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum præstò fuerit, nisi libidini tuæ, cupiditatíque paruerit[l], immittentur homines? expugnabuntur domus? ciuitates nõ modò pacatæ, verùm etiam sociorum, atque amicorum, ad vim, atque ad arma confugient, vt ab se, atque [m] ab liberis suis legati populi R. scelus, atque [n] libidinẽ propulsare possint? Nam quęro abs te, circumsessúsne sis Lampsaci: cœperítne domum, in qua diuersabare [o], illa multitudo incendere: voluerintne legatum populi R. comburere viuum Lampsaceni. negare non potes. habeo enim testimonium [p] tuum, quod apud Neronem dixisti[q]: habeo quas ad eundem litteras misisti. Recita hunc ipsum locum de testimonio. TESTIMONIVM C. VERRIS IN ARTEMIDORVM. Recita ex Verris literis ad Neronem. EX LITTERIS C. VERRIS[r] AD C. NERONEM, NON MVLTO POST IN DOMVM[s]. Bellúmne [t] populo R. Lampsaceni [u] ciues facere conabantur? deficere ab imperio, ac nomine nostro volebant [x]? Video enim, & ex ijs, quæ legi & audiui, intelligo: in qua ciuitate non modò legatus populi R. circumsessus, non modò igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit: nisi publicè satisfactum sit [y], ei ciuitati bellũ indici, atque inferri solere [z]. Quæ fuit igitur causa, cur cuncta ciuitas Lampsacenorum de concione, quemadmodum tute scribis, domum [a] tuam concurreret? Tu enim neque in litteris, quas Neroni mittis, neque in testimonio, causam tanti tumultus ostendis vllam: obsessum te dicis: ignem allatum, sarmenta circumdata, lictorem tuum occisum esse di-

a L. quod di ceret. hoc tũ d.
b L. & filiũ eius.
c v.c. ne mul tum differã.
P. XCI.
d L. voluptatis quæ nobis est communis cum bestiis.*
e equites Romani.*
f L. neminem reperire
g L. ciuis Romanus, & ex creta.*
h L. tanta in isto improbitas esse putabatur, i ea erat Ampliatio P. R. de qua alias dixi.* k vt comperendinatio sic ampliatio altera esse poterat.* l L. conuentiones m al. id, quod n & sine Dolabella.*
a v.c. Laodiceæ
b L. hinc grandis u.
c fort. liberũ
d L. iam, & Dolabella, me neq. tui, neq. tuorum liberorum, q. ita citatur ab Asconio *Diuinatione.** e L. misereri potest. v.
f L. innocentium
g al. Quod P. XC. C. I. eum tibi.*
h L. in loco
i L. fuerat.
k L. spoliatum auxiliis nefariè opp. &
l fort. paruerit.
m L. atque à lib.
n L. ac ibid.
o L. deuersabatur.
p L. testimonium, quod apud
q contra Philodamũ*
r *Pantagathi.* Philodamum.*
s *Ant. Augusti.* Philodamum.*
t sic ad Neronem scripserat Verres.*
u L. Lampsacena ciuitas facere conabatur?
x L. volebat?
y id est, nisi decreto publico traditi ad pœnam culpæ auctores.*
z vt Corinthiis & Tarentinis.*
a L. domum concurreritne?

cis: prodeundi tibi in publicum poteſtatem factam negas: cauſam huius tanti terroris occultas. Nam ſi quam Rubrius iniuriam ſuo nomine,ac non impulſu tuo, & tua cupiditate feciſſet:de tui comitis iniuria queſtum ad te potiùs, quàm te oppugnatum venirent. Cum igitur,quæ cauſa illius tumultus fuerit, teſtes à nobis producti dixerint, ipſe celarit: nónne cauſam hanc,quam nos propoſuimus, tum[a] illorum teſtimonia,tum iſtius taciturnitas perpetua confirmat?Huic homini parcetis igitur, iudices, cuius tanta peccata ſunt, vt ij, quibus iniurias fecerit,neque legitimum tempus exſpectare ad vlciſcendum, neque vim tantam doloris in poſterum differre potuerint?Circumſeſſus es.à quibus? à Lampſacenis. barbaris hominibus,credo, aut iis, qui populi Ro. nomen contemnerent. Immò verò ab hominibus & natura, & conſuetudine, & diſciplina leniſſimis: porrò autem populi Ro. conditione ſociis, fortuna ſeruis, voluntate ſupplicibus: vt perſpicuum ſit omnibus, niſi tanta acerbitas iniuriæ, tanta vis ſceleris fuiſſet, vt Lampſaceni moriendum ſibi potius, quàm perpetiendum putarent: numquam illos in eum locum progreſſuros fuiſſe, vt vehementiùs odio libidinis tuæ, quàm metu [b] legationis mouerentur. Nolite, per deos immortaleis,cogere ſocios,atque exteras nationes hoc vti perfugio:quo, niſi vos vindicatis, vtentur neceſſariò. Lampſacenos in [c] iſtum nunquam vlla res mitigaſſet, niſi eum pœnas Romæ daturum credidiſſent.Etſi talem acceperant iniuriam: quam nulla lege ſatis dignè perſequi poterant: [d] tamen incommoda ſua veſtris[e] committere legibus,& iudiciis, quàm dolori ſuo permittere maluerunt. Tu mihi, cùm circumſeſſus à tam illuſtri ciuitate ſis propter tuum ſcelus,atque flagitiũ: cùm coegeris homines miſeros, & calamitoſos, quaſi deſperatis noſtris legibus & iudiciis, ad vim, ad manus,ad arma confugere:cùm te in oppidis & ciuitatibus amicorum non legatum populi Ro, ſed tyrannum libidinoſum, crudelémque præbueris: cùm apud exteras nationes,imperij, nominiſque noſtri famam tuis probris,flagitiiſque violaris: cùm te ex ferro amicorum populi Ro. eripueris, atque [f] è flamma ſociorum euolaris: hîc tibi perfugium ſperas futurum?Erras. vt huc incideres, non vt hîc conquieſceres, illi te viuum exire paſſi ſunt.& ais,iudicium eſſe factum, te iniuria circumſeſſum eſſe Lampſaci, quòd Philodamus eum filio condemnatus ſit. Quid, ſi doceo, ſi planum facio, teſte homine nequam,verùm ad hanc rem tamen ideoneo(te ipſo, inquam,teſte docebo) te huius circumſeſſionis tuæ cauſam & culpam in alios tranſtuliſſe [g]? neque in eos,quos tu inſimularash, eſſe animaduerſum? iam nihil te iudicium Neronis adiuuat.Recita quas ad Neronẽ litteras miſit. EPISTOLA C. VERRIS AD NERONEM.THEMISTAGORAS, ET THESSALVS.Themiſtagoram, & Theſſalum ſcribis populum concitaſſe.Quem populum? qui te circumſedit: qui te viuum conburere conatus eſt. Vbi hos perſequeris? vbi accuſas? vbi defendis ius,noménque legati? In Philodami iudicio dices id actũ. Cedò mihi ipſius Verris teſtimonium. videamus, quid idẽ iſte iuratus dixerit. Recita. AD ACCVSATOREROGATVS [i] RESPONDIT, IN [k] HOC IVDICIO NON PERSEQVI: SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQVI. Quid igitur te,[a] iuuat Neronis iudiciũ? quid Philodami damnatio? Legatus cùm [b] eſſes circumſeſſus,cúmque, quemadmodum tute ad Neronem ſcripſiſti, populo Ro.communíque cauſæ legatorum facta eſſet iniuria[c] inſignis:non es perſecutus:dicis tibi in animo eſſe alio tempore perſequi. Quod fuit id tempus? quando es perſecutus? cur imminuiſti [d] ius legationis? cur cauſam populi Ro. deſeruiſti, ac prodidiſti? cur iniurias tuas, coniunctas cum publicis,reliquiſti? Non te ad ſenatum cauſam deferre: non de tam atrocibus iniuriis conqueri: non eos homines,qui populum concitarant, conſulum litteris euocandos curare oportuit? Nuper, M. Aurelio Scauro poſtulante, quòd is Epheſi ſe queſtorem vi prohibitum eſſe diceret, quo minùs è fano Dianæ ſeruum ſuum, qui in illud [e] aſylum confugiſſet, abduceret: Pericles Epheſius, homo nobiliſſimus, Romam euocatus eſt,quòd auctor iniuriæ [f] illius fuiſſe argueretur. Tu, ſi te legatum ita Lampſaci tractatum eſſe, ſenatum docuiſſes, vt tui comites vulnerarentur, lictor occideretur, ipſe circumſeſſus pænè incenderere: eius autem rei duces,& auctores,& principes fuiſſe, quos ſcribis, Themiſtagoram,& Theſſalum: quis non commoueretur? quis non ex iniuria,quę tibi eſſet facta,ſibi prouideret? quis non in ea re cauſam tuam, periculum commune agi arbitraretur? Etenim *nomen & legati, eiuſmodi eſſe debet, quod non modò inter ſocioram iura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume verſetur.* ¶ Magnum hoc Lampſacenum crimen eſt libidinis, atque improbiſſimæ cupiditatis. accipite [h] nunc *auaritiæ* [i] propemodum in ſuo genere non leuius. Mileſios nauẽ poposcit, quæ eum præſidij cauſa Myndum proſequeretur.Illi ſtatim myoparonem [k] egregium de ſua [l] claſſe,ornatum,atque armatum dederunt. Hoc præſidio Myndum profectus eſt.Nã,quid Mileſiis lanæ publicæ [m] abſtulerit,item de ſumtu in aduentũ, de cõtumeliis, & iniuriis in magiſtratum Mileſium, tametſi dici tum verè, tum grauiter, & vehementer poteſt, tamen dicere prætermittam: eáque omnia teſtibus integra reſeruabo.illud,quod neque taceri vllo modo,neque dici pro dignitate poteſt, cognoſcite. Milites, remigéſque Miletum Myndo pedibus reuerti iubet: ipſe myoparonem pulcherrimum, de decem Mileſiorum nauibus electum, L. [n] Magio, & L. [o] Rabio, qui Myndi habitabant, vendidit. Hi ſunt homines,quos nuper ſenatus in hoſtium numero habendos cenſuit. hoc illi nauigio ad omneis populi R. hoſteis vſque ab Dianio, [p] quod in [q] Hiſpania] eſt, ad [r] Sinopẽ, [quæ in [s] Ponto] eſt,nauigauerunt.O dij immortales:incredibilẽ auaritiã, ſingulárémque audaciam! Nauem tu de claſſe populi Rom. quã tibi Mileſia ciuitas, vt te proſequeretur, dediſſet,auſus es vendere? Si te magnitudo maleficij, ſi [t] te hominum exiſtimatio non mouebat:ne illud quidẽ cogitabas, huius improbiſſimi furti, [u] huius adeò nefariæ prædæ,tam illuſtrem, ac tam nobilem ciuitatem teſtem futuram?an, quſa tum Cn. Dolabella in eum,qui ei myoparoni præfuerat,Mileſiſque rem geſtam renuntiarat, animaduertere tuo rogatu conatus eſt, renuntiationémque eius,

a Z. te adiuuat N.
b al. cùm eſſet cir.
c L. inſignis iniuria:
d Legationis enim ius imminuit, qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defendit.
e Aſylũ enim ſuum templo Dianæ fuit.*
f Z. illius iniuriæ fuiſſe arguebatur.
h *vide L. vlt. ff. de legationib.**
h al. accipite verò auar
i Auaritiæ Verris exemplum in Mileſios admiſſæ.*
k Myoparonem nauigij.*
l Mileſij ex fœdere claſſem præſidiariam habebant, præbendam P. Romano maritimis,neceſſitatib. *Aſcon. al.* publice in Trauſtiuge à Mariano exercitu ad Mithridatem à quo ad Sertorium in Romanos incitandum miſſi, ingrendi à Romanis fuiſſent. Prodito tempeſtiue Mithridate ad Romanos redierunt *Aſcon.**
o *Z.* Fannio. *al.* Fabio.
p Dianium oppidũ maritimum ſtipendiarium Hiſpaniæ 3. *Plin. 3.* *Scon. lic.**
q inimia videntur eſſe glоſſemata adiectum ad differentiam Dianij ſcilicet, quæ circa *Cercam 3. Plin. 6.** r. *Z.* ad Sinopam
s & hæc ipſa clauſa Gloſſam redolet adiecta autem videntur ad differentiam Sinopes,quæ Sinopa dicitur. *Plin. 5.**
t *Z.* ſi hoſtium nemo exiſtimauit furti fore adeo

a *Z.* cum illorum.
b *Z.* legationis metu
c *Z.* niſi quam in iſtum res vlla m. P. XCIII.
d *Z.* poſſent.
e *al.* noſtris
f *vrc.* atque ex flamma
g *Z.* contuliſſe
h inſimularis, i *al.* interrogatus & ita *Aſcon. legiſſe videtur.* Hoc autem ideo dicit P. R. quod teſtis,niſi interrogato, loqui non licebat.*
k I. SE IN

eius,quæ erat in publicas litteras relata illorum legibus,tolli iusserat:idcirco te hoc crimine elapsum esse arbitrabere? Multùm te ista fefellit opinio,& quidem multis in locis. semper enim existimasti,& maximè in Sicilia,satis cautum tibi ad defensionem fore, siaut referri aliquid in litteras publicas vetuisses:aut, quod relatum esset, tolli coegisses. Hoc quam nihil sit, tametsi ex multis Siciliæ ciuitatibus priore actione didicisti, tamen etiam in hac ipsa ciuitate cognosce. Sunt illi quidem dicto audientes, quamdiu adsunt ij, qui imperant.simulac discesserunt :nō solùm illud perscribunt, quod tum prohibiti sunt, sed etiam causam adscribunt,cur non tum in litteras relatum sit.Manent istæ litteræ Mileti,manent,& , dum erit illa ciuitas , manebunt. Decem enim naueis iussu L. Murenæ populus Milesius ex pecunia vectigali populi R.fecerat, sicut pro sua quæque parte Asiæ ceteræ ciuitates. quamobrem vnam ex decē, nonprædonum repentino aduentu,sed legati latrocinio:non vi tempestatis,sed hac horribili tempestate sociorum,amissam, in litteras publicas retulerunt. Sunt Romæ legati Milesi,homines nobilissimi, ac principes ciuitatis:qui tametsi mensem Februarium [a],& coss. designatorum nomen exspectant [b], tamen hoc tantum facinus non modò negare interiogati,sed ne producti quidem reticere potuerunt.dicent,inquam,& religione [c] adducti, & domesticarum legum [d] metu, quid illo myoparone factum sit. ostendent C.Verrē in ea classe, quæ contra piratas ædificata sit, piratam ipsum conscleratum fuisse. ¶C.Malleolo [e] quæstore Cn. Dolabellæ occiso,duas sibi hereditates venisse arbitratus est: vnam quæstoriæ procurationis :nam à Dolabella statim pro quæstore iussus est esse:alteram tutelæ.Nam , cùm pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetum fecit.nam Malleolus in prouinciam sic copiosè profectus erat,vt domi prorsus nihil relinqueret. præterea pecunias occuparat apud populos , & syngraphas [f] fecerat: argenti optimi cælati grande pondus secum tulerat:(nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo,& cupiditate)grande pondus argenti, familiam magnam,multos artifices, multos formosos homines reliquit.Iste quod argenti placuit , inuasit:quæ mancipia voluit,abduxit:vina,cetera quæque,quæ in Asia facillimè comparātur,quæ ille reliquerat,asportauit:reliqua vēdidit, pecuniam exegit.Cùm eū [g] ad LLS XXD. quinquies redegisse constaret : vt Romam rediit, nullam litteram pupillo , nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit:seruos artifices pupilli cùm haberet domi,circum pedes autem homines formosos,& litteratos:suos [h] esse dicebat,se emisse. cùm sæpius mater , & auia pueri postularent , vti,si non redderet pecuniam,nec rationē daret [i],diceret saltem,quāta esset. Cùm ille flagitatus aliquando dixit, LLS.decies. deinde in codicis extrema [m]cera nomen infimū in flagitiosa litura fecit:expensa Chrysogono seruo LLS [n].fexcenta millia:accepto pupillo Malleolo retulit. Quomodo decies LLS. fexcenta millia reliqua sint facta vt illa de Cn. Carbonis pecunia, reliqua LLS.fexcenta sunt facta : quomodo hæc fexcenta eodem modo quadrarint:quomodo LLS.quadringenta millia Chrysogono expensa lafexcenta sint facta: quomodo DC.eodem modo quadrarint [a],vt illa de Cn.Carbonis pecunia,reliqua LLS.fexcenta sunt facta : quomodo Chrysogono expensa lata sint : cur id nomen infimum,in litura que sit, vos existimabitis.Tamen LLS. fexcenta millia cū accepta retulisset,LLS.quinque [b] millia soluta non sunt.homines,posteaquàm reus factus est,alij redditi,alij etiam nunc retinentur:peculia omnium,vicaríque retinentur. Hæc est istius præclara tutela.En, cui tuos liberos committas:en memoria [c] mortui sodalis : en metus viuorū existimationis. Cùm tibi se tota Asia spoliandam,ac vexandam tradidisset [d] :cùm tibi exposita esset omnis ad prædandum Pāphylia : contentus his tam opimis rebus non fuisti? manus à tutela,manus à pupillo , manus à sodalis filio abstinere non potuisti?Iam te non Siculi,non aratores(vt dictitas) circūueniunt;non hi,qui decretis , edictísque tuis in te concitati,infestíque sunt : Malleolus [e] à me productus,& mater eius,atque auia, quæ miseræ [f], flentes,euersum à te puerum patris bonis esse dixerunt.Quid exspectas? an dum ab inferis ille [g] Malleolus exsistat,atque [h] abs te officia tutelæ,sodalitatis, familiaritatísque flagitet? ipsum putato adesse. homo auaríssime & spurcíssime,redde bona sodalis filio: si non quæ abstulisti:at quæ confessus es. Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore, & querimonia emittere i?cur sodalis vxorem,sodalis socrum,domum denique totam sodalis mortui , contra te testimoniū dicere?cur [k] prudentíssimas, lectíssimásque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas,inuitásque prodire cogis?Recita omnium testimonia. TESTIMONIVM MATRIS ET AVIAE. ¶Prol quæstore verò quomodo iste commune [m] Miliadum vexarit,quomodo Lyciam , Pamphyliam,Pisidiam,Phrygiámque totam frumento imperando,æstimando [n], hac sua,quā tū primùm excogitauit, Siciliensi æstimatione afflixerit, non est necesse demonstrare verbis. Hoc scitote:his nominibus, quæ res per [o] eum gestæ sunt,cùm iste ciuitatib. frumentum, coria , cilicia [p], saccos imperaret, neque ea sumeret: pro [q] his rebus pecuniam exigeret:his nominibus solis Cn. Dolabellæ LLS.ad tricies litem esse æstimatam. Quæ omnia , etiam si voluntate Dolabellæ fiebant, per [r] istum omnia tamen gerebantur. Consi stam invno nomine [s]: multa enim sunt ex eodem genere. Recita. DE LITIBVS AESTIMATIS CN. DOLABELLAE PR. PECVNIAQVE POPVLO RO. REDACTA. QVOD A COMMVNI MILIADVM. Te hæc coegisse, teæstimasse,tibi pecuniā numeratam esse dico:eadémque vi,& iniuria, cùm pecunias maximas cogeres, per omneis parteis prouinciæ te , tanquam calamitosam tempestatem, pestémque peruasisse demonstro. Itaque M. Scaurus, qui Cn. Dolabellam accusauit , istum in sua potestate , ac ditione tenuit. Homo adolescens cùm istius in inquirendo multa furta , ac flagitia cognosceret, fecit peritè & callidé. volumen eius rerum gestarum maximum isti ostendit : ab ho-

a Quadrare dicuntur, quæ solidantur,quæ solida fiunt: ita vtneque plus neque minus inueniatur in summa. *Ascon.* Gl. soulder. dicunt.*

b *L.*qui quinquaginta millia soluta *al.* quingenta millia.*

c *v.c.*memoriam m. sod. P. E. en metum viuorum

d *L.*præbuisset

e *al.*sed Malleolus

f *al.* misere.*

g *L.*ipse Mall.

h *L.*atq. officia tutelæ.

i *L.*mittere[s]

k *L.*cur putidentissimas*

l Iniuria Verris in Milyados.*

m Commune hic pro Republica. *Ascon.*Græci τὸ κοινὸν. Sic infra lib. 2.Commune Siciliæ. sic τὸ κοινὸν τῆς θεσσάλων. l.fi de vi 37.ff. de iudicis l.5.ff. de v. publ. τῶν ἔρανων l.1.ff. de appellat. Cōmunitas Asia l.6.§.2. ff.de *excusat. & lib.2.in Verrem* commune Siciliæ Galli communes, communautés.*

n Magistratibus licebat in vsus suos frumentum accipere,si vellent: aut pro frumento pretium.quæ æstimatio dicebatur : in qua re auarissimi quique infinitam

pecuniam contrahebant, iniquum pretium sociis imperando *Ascon.** o *q.v.c.*per hunc p Cilicia,texta de pilis,in castrorum vsum atque nautarum. *Ascon.*l.17.§.3 ff.*de act. empt.l.*12.§.17.ff.*de institor.** q *v.c.*prōq.his reb. r *L.*per istum tamen omnia ger. s *al.*crimine.*

mine quæ voluit,in Dolabellã abstulit: istum testem produxit:dixit iste, quæ velle accusatorem putauit.Quo ex genere mihi testium, qui cum isto furati sunt,si vti voluissem,magna copia fuisset : qui vt se periculo litium, coniunctione criminum liberarent, quò [a] ego vellem,discessuros pollicebantur.Eorum ego voluntatem omnium repudiaui [b]. non modò proditori,sed ne perfugæ quidem locus in meis castris cuiquam fuit.Fortsitam meliores illi accusatores habendi sunt, qui hæc omnia fecerunt [c] :sed *defensorem in mea persona, non accusatorem, maximè laudari volo.* Rationes ad ærarium, antequàm Dolabella condemnatus est, non audet referre. impetrat à senatu, *vt dies sibi prorogaretur* [d], *quòd tabulas suas ab accusatoribus Dolabellæ obsignatas diceret*:perinde [e] quasi exscribendi potestatem non haberet.Solus est hic,qui nunquam rationes ad ærarium referat. Aud istis quæstoriam rationem tribus [f] versiculis relatam : legationis non,nisi condemnato & ejecto eo,qui posset reprehendere:nunc [g] denique præturæ, quam ex S.C.statim referre debuit,vsque ad hoc tempus non retulit. Quæstorem [h] se in senatu exspectare dixit: perinde [i] quasi non, vt quæstor sine prætore posset rationẽ referre,vt tu Hortensi vt omnes: eodem modo sine quæstore prætor. Dixit, idem Dolabellam impetrasse.Omen [k] magis patribus conscriptis, quàm causa [l] placuit [m], probauerunt. Verùm quæstores quoque [n], iampridem venerunt.cur non retulisti?illarũ rationum ex ea fœce o legationis,quæstoriæ que.tuæ procurationis illa sunt nomina [p], quæ Dolabellæ necessariò sunt æstimata. Ex [q] LITIBVS AESTIMATIS DOLABELLAE PR. ET PROPR. Quòd minus Dolabella Verri acceptũ retulit quàm Verres illi expensum tulerit, LLS.quingenta, triginta quinque millia [r]:& quòd plus fecit Dolabella Verrẽ accepisse, quàm iste in suis tabulis habuit LLS. ducenta triginta duo millia [s]:& quòd plus frumẽti fecit accepisse istũ, LLS.decies & octingẽta millia [t]:quòd tu homo castissimus aliud in tabulis habebas.Hinc illæ extraordinariæ [u] pecuniæ,quas nullo duce,tamen aliqua ex particula inuestigamus,redundarunt: hinc ratio cum Qu.& Cn.Postumiisu,Curtiis.multis nominibus, quorũ in tabulis iste habet nullũ [x]: hinc LLS.quaterdecies P.Tadio numerata Athenis,testibus planum faciã:hinc emta apertissimè præturamisi forte id etiam dubiũ est, quomodo iste prætor factus sit. Homo scilicet aut industria,aut opera probata,aut frugalitatis existimatione præclara,aut denique, id quod leuissimum est,assiduitate:qui ante quæsturam cum meretricibus, lenonibusque vixisset:quæsturam ita gessisset, quemadmodũ cognouistis:Romæ post quæsturam illã nefariã vix triduum constitisset: absens non in obliuione iacuisset,sed in assidua commemoratione omnibus omniũ flagitiorũ fuisse:is repentè,vt Romã venit,gratis prætor factus est. Alia porrò pecunia, ne accusaretur, data. Cui sit data,nihil y ad me,nihil ad rem pertinere arbitror:datã quidem esse tum inter omneis recenti negotio facilè constabat. Homo stultissime,& amentissime,tabulas cùm conficeres,& cum extraordinariæ pecuniæ crimen subterfugere velles : satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare,si,quibus pecuniam credebas,ijs expensum [a] non ferres, neque in tuas tabulas vllum nomen referres, cùm tot tibi nominib.acceptum Curtij referrent?Quid proderat tibi,te expensum illis nõ tulisse?An tuis solis tabulis te causam dicturũ existimasti? ¶Verùm [b] *ad illam iam veniamus præclaram præturam*,crimináque ea,quæ notiora sunt ijs [c], qui adsunt,quàm nobis,qui meditati ad dicendum,paratíque venimus:in quibus non dubito, quin offensionem negligentiæ vitare,atque effugere non possim.Multi enim ita dicent:De illo nihil dixit, in quo ego interfui:illam iniuriam non attigit, quæ mihi,aut quæ amico meo facta est:quibus ego in reb.interfui. His omnibus, qui istius iniurias norunt,hoc est, populo R. vniuerso me vehementer excusatum volo,non negligentia mea fore, vt multa præteream :sed quòd alia testibus integra reseruari velim: multa autem propter rationem breuitatis.ac temporis prætermittẽda existimem. Fatebor etiam illud inuitus,me prorsus,cùm iste pũctum temporis nullum vacuum peccato præterire passus sit,omnia,quę ab isto commissa sunt,non potuisse cognoscere.Quapropter ita me de præturæ criminibus auditote, vt ex vtroque [e] genere *& iuris dicendi* [f], *& sartorum tectorum exigendorum, ea postulet*, quæ maximè digna sunt eo reo, cui parum ac mediocre obijci [h] nihil oporteat. Nam i vt prætor factus est, qui auspicato [k] à Chelidone surrexisset,sortem nactus est vrbanæ prouinciæ,magis ex l sua,& Chelidonis quàm ex populi R.voluntate. qui principio , qualis in edicto constituendo fuerit,cognoscite.*P m . Anicius* n *Asellus* mortuus est , C. Sacerdote prætore o. Is cùm haberet vnicam filiam,neque census p esset:quod eum natura hortabatur,lex nulla prohibebat,fecit,vt filiam bonis suis heredem institueret. hæres erat filia : faciebant omnia cum pupilla,legis æquitas,voluntas patris, edicta prætorum , consuetudo iuris eius,quod erat tũ, cùm Asellus est mortuus. Iste, prætor designatus (vtrùm admonitus,an tentatus,an,qua est iste sagacitate in his rebus,sine duce vllo,sine indice peruenerit ad hanc improbitatem,nescio: vos tantùm hominis audaciam q, amentiámque cognoscite)appellat heredem L.Anneium , qui erat institutus secundum filiam (non enim mihi persuadetur,istum ab illo priùs appellatum,)dicit se posse ei condonare edicto hereditatem:docet hominem, quid possit fieri. illi bona res , huic vendibilis videbatur. Iste tametsi singulari est audacia,tamen ad pupillæ matrem sum mittebat. malebat pecuniam accipere, nequid noui ediceret, quàm vt hoc edictum tam improbum,& inhumanum interponeret.Tutores,pecuniam prætori si pupillæ nomine dedissent,grandem præsertim, quemadmodum in [r] rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent,non videbant : simul & istum fore tam improbum non arbitrabantur. sæpe appellati , pernegauerunt. Iste ad arbitrium eius, cui condonarat [s] hereditatem ereptam liberis, quàm æquum edictum scripserit,quæso cognoscite. CVM INTELLIGAM, LEGEM VOCONIAM [t]. Quis vmquam crederet, Verrem [u] mulierum aduersarium futurum?an ideò aliquid contra mulieres fecit,ne totum

a 1 sic ego vellem, se defensuros poll.
b quia non vt Scaurus, adolescens accuso.*
c L fecerũt. Ita est sed ego dico.
d v.c. prorogarentur, e L. proinde quasi exier.
f Accepi,dedi, reliqui.*
g al. nunc deniq.prætura rationem, quam ex P. B.
h L. Quæstores se in sen.
i L.proinde quasi non,vt quæstor sine prætore potest rationẽ referre,vt tu Hort. vt omnes eod. modo possit siue quæst. pr.
k id est auspicium.*
l id est excusatio.*
m quia eius exemplũ attulit Verres qui pecuniam dam natis &c.*
n bis.Lilybetanus & Syracusanus *Assem.*
o residuis fordibus.*
p titull & capita eiusmodi.*
q L.millia. quod plus
r L.millia. quod plus
s L.millia. quod plus frumenti re fecit accepisse, quam tu, homo castissimus, in tab. hab. LLS. decies, & octingenta millia.Hinc t ex furtis & fordidis iuris*
u *Vrso.*Postumius.*
x *Aut. Aug.* millies.*
y Oratores quæ probari non possunt, fingunt se voluisse negligere.*

a Exspensũ ferret,qui scripserit pecuniam se dedisse.*
b DE PRAETVRA. Vrbana Verris cuius hic duo capita, de Iurisdictione & de furtis & tectis.*
c L. hi qui adsunt.
d L.commissa sint.
e Criminum Verris in prætura vrbana paratus & plex. vna de Iurisdictione, altera de furtis & tectis.*
P. B.
f al.dicendi.
g v.c.sint.
h v.c.vbici
i De Iurisdictione & in quas edictas Verris.*
k auspicia ab auibus sumebantur. Hæc nunc à Chelidone hirundine, (quæ Græcis χελιδὼν) sed ab auspicijs Chelidonis mereretricis vrbanam prætoram auspicatus est.*
l v.c.ex sua. Chelidonisque
m al.C.Anio.Asf.
n De Iniquis ed. Verris in hereditate Annij Asilli.*
o qui Prætor Siciliæ ante Verrẽ.*
p Census dicebatur qui 100000. professione detulisset,certè cuius bona tenia anno luit.*
q v.c. ámentiam, audaciámque cogn.
r In rationẽ inducere, edin tabulis rationum scribere.*
s L.condonabat.*
t Voconia les quæ fortè dicam infra
u L.mulierũ aduersarium Verrem fut

totum edictum ad Chelidonis arbitrium scri
ptum videretur? Cupiditati hominum ait se
obuiam ire. Quid [a] potius, non modò his
temporibus, sed etiam apud maiores nostros?
quis tam remotus fuit à cupiditate? Dic quæ-
so, cetera. delectat enim me hominis graui-
tas, scientia iuris, auctoritas. QVI AB [b] AV-
LO POSTVMIO, Q. FVLVIO CENSORIBVS,
POSTVE [c] EA FECIT, FECERIT. Fecit, fe-
cerit? Quis [d] vmquam edixit isto modo? quis
vmquam eius rei fraudem, aut periculum
proposuit edicto, quæ neque post edictum,
neque ante edictum prouideri potuit? Iure,
legibus, auctoritate omnium, qui consule-
batur, testamentum P [e]. Annius fecerat nõ
impobum, non inofficiosum, non inhuma-
num quòd si ita fecisset: tamen post illius
mortem nihil de testamento illius noui iu-
ris constitui oporteret. Voconia lex te vide-
licet delectabat. Imitatus esses ipsum illum
C. Voonium, qui lege [h] sua hæreditatem
ademit nulli neque virgini, neque mulie-
ri: tanxit [n] posterum, *qui post eos censores* [i]
census [k] *esset, ne quo heredem virginem, neue*
mulierem faceret. In lege Voconia non est,
FECIT: FECERIT: neque in vlla præteritum
tempus reprehenditur, nisi eius rei, quæ sua
sponte fieri erat, ac nefaria est, vt, etiam si lex
non esset, magnopere vitanda fuerit. Atque [m]
in his rebus multa videmus ita sancta esse le-
gibus, vt ne facta in iudicium non vocen-
tur. Corneli [n], testamentaria, nummaria,
ceteræ compures: in quibus non ius aliquod
nouum [o] constituitur, sed sanciturur, *quod semper* [p] *malum facinus fuerit, eius quæ-*
stio ad [q] *populum pertineat ex certo tempore.*
De iure verò ciuili si quis noui quid insti-
tuit [r], is omnia, quæ ante acta sunt, rata esse
patitur. Cedò mihi leges Atinias [s], Furias [t],
Fuffias [u], ipsam, vt dixi, Voconiam, omneis
præterea de iure ciuili: hoc reperies in omni-
bus statui ius, quòd post eam legem populus
vtatur. Qui plurimum tribuunt edicto, *prae-*
torii edictum legem annuam dicunt esse. Tu
edicto plus complectris, quàm lege. Si si-
nem edicto prætoris tulerunt Kalendæ Ian.
cur non initium quoque edicti nascitur [x] à
Kalend. Ianuarij? an in eum annum progredi
nemo poterit edicto, quò prætor alius futu-
rus est: in illum, quo alius prætor fuit, regre-
dietur? Ac si hoc iuris non [y] minus causa ho-
minis edixisses, cautius compositus es. Scribis,
SI [z] QVIS HEREDEM FECIT, FECERIT.
Quòd si plus legarit, quàm ad heredem, here-
dêue perueniat, quod per legem Voconiam
ei [a], qui census sit, licet: cur hoc, cùm in eo-
dem genere sit, non caues? quia non generis,
sed hominis cautam verbis amplecteris: vt fa-
cile appareat, te pretio esse commotum. At-
que [a] hoc si in posterum edixisses, minus es-
set nefarium: tamen esset improbum: sed tũ [b]
vituperari posset, in dubium venire non pos-
se. nemo enim committeret. nunc est eiusmodi edictum, vt quiuis intelligat, non popu
lo esse scriptum, sed P. Anneij secundis here-
dibus. Itaque cùm à te caput illud tam multis
verbis, mercenario [c] proœmio esset ornatũ:
ecquis est iuuentus postea prætor, qui illud [d]
idem ediceret? non modò nemo edixit, sed
ne metuit quidem quisquam, ne quis edice-
ret. Nam post te prætorem multi testamenta
eodem modo fecerunt. in his nuper Annei-
a [e]. Ea de multorum propinquorum senten-
tia. pecuniosa mulier, quòd censa non erat,
testamento fecit hæredem filiam. Itaque hoc
magnum iudicium hominum de istius fingu
lari improbitate, quod Vertes sua sponte in-
stituisset, id neminem metuisse, ne [f] quis re-
periretur, qui istius institutum sequi vellet.
Solus enim tu inuentus es, cui non satis fuerit
corrigere voluntates viuorum, nisi etiam re-
scinderes mortuorum. Tu ipse ex Sicilien si
edicto hoc sustuliisti. voluisti, ex improuiso si
quæ res natæ essent, ex vrbano edicto decer-
nere. quam postea tu tibi defensionem relin-
quebas, in ea maximè offendisti, cùm tuam
auctoritatem tute ipse edicto prouinciali re-
pudiabas. Atque ego non dubito, quin, vt mi-
hi, cui filia maximè cordi est, res hęc acerba-
videatur [g], atque indigna, sic [h] vnicuique ve-
strûm, qui simili sensu, atque indulgentia fi-
liarum commouemini. Quid enim natura
nobis iucundius, quid carius esse voluit? quid
est dignius, in quo omnis nostra diligentia,
indulgentiáque consumatur? Homo impor-
tunissime, cur tantam iniuriam P. Anneio i
tunissime, cur tantam iniuriam P. Anneio i
tunissime fecisti? cur hunc dolorem cineri
eius, atque ossibus inussisti, vt liberis eius bo-
na patria, voluntate patris, iure, legibus tradi-
ta, eriperes, &, cui tibi esset commodum, con-
donares? Quibus [k] -cum viui bona nostra
partimur, iis prætor adimere, nobis mortuis,
bona [l], fortunáque poterit? NEC PETITIO-
NEM, inquit, NEC POSSESSIO-
NEM DABO. Eripies igitur pupillæ to-
gam prætextam [m]? detrahes ornamenta non
solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis? Mira-
mur, ad arma contra istum hominem Lam-
psacenos isse? miramur, istum de prouincia
decedentem clàm Syracusis profugisse? nos si
alienam vicè pro nostra iniuria doleremus:
vestigium [n] istius in foro esset relictum? Pa-
ter dat filiæ: prohibet. leges sinunt: tamen te
interponis. De suis bonis ita dat, vt ab iure
non abeat. Quid habes, quod reprehendas?
nihil, opinor. At ego concedo: prohibe, si po-
tes: si habes qui te audiat: si potest tibi odicto
audiens esse quisquam. Eripias tu voluntatem
mortuis, bona viuis, ius omnibus? hoc popu-
lus R. non manu vindicasset, nisi te huic
tempori, atque huic iudicio reseruasset? Po-
stea quàm ius prætorium constitutũ est, sem-
per hoc iure vsi sumus: *si* [p] *tabulæ testamenti*
non proferrentur [q], *tum, vti proximum quem-*
que potissimum heredem esse oporteret si [r] *is in-*
testato mortuus esset, ita secundum eum pos-
sessio daretur. Quare hoc sit æquissimum, faci
le est docere: sed in re tam vsitata, satis est
ostõdere, omneis antea ius ita dixisse, & hoc,
vetus edictum, translatitiúmque [s] esse.

a *al.* quis
b L. Ab A. Post.
c L. Pótue ea testamentum fecit, fecerit? *al.* potior hæredẽ fecerit filiã.*
d Edicta enim prætorum in futurum tantum, concipi oportet, non de præteritis constituit.*
e L. p. Annei f.
f Testamentorum improbum: contra leges: inofficiosum, contra mercatores: inhumanum contra pietatem.*
g L. Q. Vocoliũ. Sic in *orat. pro Cornelio Balbo.* Male apud Flor. *epit.* 3 mer 4: Voluminis dicitas.*
h Legis Voconiæ sententia hæc fuit, vt qui post Censores census esset, hæredẽ virginem aue mulierem faceret. De lege Voconia adde Cicero nem in Cato ne, & Ad Atticum, in Cornelianã, pro Balbo, Gell. 17. Horum *Epitom.* 41: Dion. 56. Paul. 4 *sententiarum*, § 2. Tum de Falcidia, & Theophil. *ibidem, vbi dixi.**
i A Postumio & Fulvio censoribus primum census populi p *al.* semper per te malũ q L. ad prætorẽ perr. ‖ censores intelligit.*
k Census Asconio pecuniosus, qui centum millibus aris censeretur. Erat autem prima eorum classis qui centum millibus aris censeretur. l L. & nefaria est, m L. Atque in his i
n L. Corneliæ, testament. *&c. vel dele vocem.* Cornelia. ‖ recte *al.* in populũ p *al.* semper per te malũ q L. ad prætorẽ perr. ‖ censores intelligit.*
o *al.* in populũ p *al.* semper per te malũ q L. ad prætorẽ perr. ‖ censores intelligit.*
p *al.* prætorem Romanum, sola enim quæstio perduellionis P. Romano
q *al.* instituerit is non
r *al.* instituerit is non
s Transfaritia, aliunde translata.*
t L. hoc tot
u L. non habet, Fuffias,
x L. nascitur à kal.
y L. non vnius hominis causa ed.
z L. si quis he
redem virginem, mulierẽue fecit, fecerit. Quid si plus leg.
a L. ei, qui census sit, non licet.*

¶Cognoscite [a] aliud hominis in re vetere edictum nouum: & simul,dum est vnde ius ciuile discatur, adolescenteis ei in disciplinam tradite. mirum est hominis ingenium, mira prudentia.*Minucius* quidã, mortuus est ante istum prætorem.eius testamentum erat nullum.lege hereditas ad gentem Minuciam veniebat.Si habuisset iste edictum,quod ante istum,& postea omnes habuerunt, possessio Minuciæ genti esset data. Si quis testamento se [b] heredem esse arbitraretur, quod tum nõ exstaret,lege [c] ageret in hereditatem:aut,pro præde [d] litis vindiciarum cùm satis accepisset,sponsionem [e] faceret.ita [f] de hereditate certaret [g].Hoc,opinor, iure & maiores nostri,& nos semper vsi sumus. Videte, vt hoc iste correxerit.Componit edictum iis verbis, vt quiuis intelligere possit, vnius [h] hominis causa conscriptum esse:tantum i quòd hominem non nominat: causam quidem totam perscribit:ius, consuetudinem, æquitatem, edicta omnium negligit. EX EDICTO VRBANO. SI DE HEREDITATE AMBIGITVR [k], ET POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET. Iam [l] quid id ad prætorem,vter possessor sit? nónne id quæri oportet, vtrum possessorem esse oporteat? Ergo quia possessor est, non moues possessione: si possessor non esset,non dares.nusquam enim scribis,neque tu aliud quicquam edicto amplecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniam acceperas. Iam hoc ridiculum est. SI DE HEREDITATE AMBIGETVR [m], ET TABVLAE TESTAMENTI OBSIGNATAE NON MINVS MVLTIS SIGNIS QVAM E LEGE OPORTEAT, AD ME PROFERENTVR: SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI POTISSIMVM HEREDITATEM DABO. Hoc translatitium est: sequi illud oportet, SI TABVLAE TESTAMENTI NON PROFERENTVR. Quid ait?se ei daturum, qui se dicat heredem esse.Quid ergo interest, proferantur,nécne? si protulerit: vno signo vt sit minus,quàm ex lege oportet,non des possessionem. Si omnino tabulas non proferet, dabis. Quid nunc dicam? neminem vmquam postea alium edixisse [n]? valde [o] sit mirum, neminem fuisse, qui istius se simulem dici vellet. Ipse in Sicilienſi edicto hoc non habet:exegerat enim iam mercedem. Item vt illo edicto, de quo antè dixi,in Sicilia de hereditatum possessionibus dandis, edixit idẽ, quod omnes Romæ,præter istum. EX EDICTO SICILIENSI. SI DE HEREDITATE AMBIGITVR [p]. At, per deos immortaleis,quid est,quod de hoc dici possit? Iterum enim iam quæro abs te, sicut modò in illo capite [q] Anneiano [r] de mulierum hereditatibus ,nunc [s] in hoc de hereditatum possessionibus: cur ea capita in edictum prouinciale transferre nolueris. Vtrùm digniores homines existimasti eos,qui habitabant in prouincia,quàm nos,qui æquo iure vteremur [t]? An aliud Romæ æquum est, aliud in Sicilia? Non enim hoc potest hoc loco dici,multa esse in prouinciis aliter edicenda:non de hereditatum quidem possessionibus, non de mulierum hereditatibus.Nam [u] vtroque genere video non modò ceteros, sed te ipsum totidem verbis edixisse,quot verbis edici Romæ solet.Quæ Romæ magna cum infamia, pretio accepto, edixeras, ea sola te,ne gratis in prouincia malè audires, ex edicto Siciliensi sustulisse video. Et, cùm edictum totum eorum arbitratu,quamdiu fuit designatus,componeret, qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarentur:tum verò in magistratu contra illud edictum suum sine vlla religione decernebat.Itaque L.Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit [a],quòd iste aliter,atque vt edixerat,decreuisset. quod vos oblitos esse non arbitror quæ multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto prætore solitus sit conuenire. quem ite collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro,sed eo leuiores istius iniuriæ videbantur,quòd erat in æquitate, prudẽtiáq; Pisonis paratissimum perfugium: quo sine labore,sine molestia, sine impensa, etiam sine patrono homines vterentur.Nam, quæso, redite [b] in memoriam, iudices,qui: libido istius in [c] iure dicendo fuerit, quæ varietas decretorum, quæ nundinatio, quàm inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili consuli solent: quàm plena, atque referta Chelidonis [d]:à qua muliere cùm erat ad eum ventum,& in aurem eius insusurratum,aliàs reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretúmque mutabat: aliàs interalios contrarium sine vlla religione decernebat, ac proximis paullo antè decreuerat Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi inueniebantur ex dolore:quorum alij, vt [e] audistis, negabant mirandum esse, *tu[f] tam nequam esse Verrinum*:alij etiam frigidiores erant:sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse,cùm *sacerdotem exsecrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset*. Quæ ego non commemorarem (neque enim perfacetè dicta, neque porrò hac seueritate digna sunt) nisi vos illud vellem recordari,istius nequitiam & iniquitatem tum in os vulgi, atque incommunibus prouerbiis esse versatam. ¶In plebem verò Romanam vtrùm superbiam priùs memorem,an crudelitatem?sine dubio crudelitas grauior est, atque atrocior. Oblitósne igitur hos putatis esse,quemadmodum sit [h] iste solitus virgas [i] plebem Romanam concidere? quam rem etiam tribunus plebis in concione egit,cùm eum, quem virgis iste ceciderat,in prospectum [k] populi Rom. produxit. cuius rei cognoscendæ faciam vobis suo tempore potestatem. Superbia verò qua fuerit, quis ignorat? quemadmodum is tenuissimum quemque contemserit, despexerit,liberum esse numquam duxerit? ¶*Pl. Trebonius* viros bonos [m]& honestos compluteis fecit heredes:in his fecit suum libertum. is A. Trebonium fratrem habuerat proscriptum.ei [n] cum cautum vellet,scripsit ,*vt heredes iurarent ,se curaturos , vt ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A.Trebonium fratrem illum proscriptum peruenirent*.Libertus iurat:ceteri heredes adeunt ad Verrem:docent, non oportere se iurare,facturos esse,quod cõtra legem [o] Corneliam esset, *quæ proscriptum iuuari vetat*.impetrant, vt ne iurent. dat his possessionem.Id ego non reprehendo.etenim erat iniquum,homini proscripto,egenti, de fraternis bonis quidquam dari? & ille libertus,nisi ex testamento patroni iurasset, sceleste facturum arbitrabatur. Itaque ei Verres posse-

a De Iuliquis edictis Verris in testamento Minucij.

b *L.* se esse heredem

c id est aut peteret possessionem hereditatis:aut certè ab aduersario satis acciperet pro prædelitis vindiciarũ hoc,est, prædem seu fideiussorem loco pleremhæreditatis controuersæ restituendæ acciperet à possessore? quo etiam casu idem ipse possessori sponsionem faceret certæ pecuniæ aut æstimationis P. C. amittendæ, nisi sua esset hæreditas de qua contenderet. Atque ita interpretor locum hunc,per obscurum, de quo tamen vide etiam Asconium *hic.**

d *al.* prædevindiciarum *al.* per prædes litis.*

e De sponsionibus dixi 3. in Verrẽ.*

f *al.* & ita de hereditate certatur.*

f Certatur de hereditate per sponsionem.*

h Priuilegiũ igitur erat nõ lex, quod neque à prætore fieri potuit.*

i Tantum quod :ideſt eo de prætio quòd *vel* nisi quod.*

k *L.* AMBIGETVR,

l *Vrsicam.*

18. Quid ad Prætorem.*

m *al.* AMBIGITVR,

n *L.* ita edixisse?

o *al.* valde P. B. hoc sit mirũ, *al.* valde hoc est mirum,

p L. AMBIGETVR.

q Capita Iuris dicuntur.*

r P. Anneii Asselli de quo 3.*

s item nunc in hoc de h.

t *fort.* vteremur

u *L.* Nam vtroque.

a Intercedere Prætor Prætori solebat,vt Piso Verri:appellatione ad collegam facta *Asconius.**

b *al.* reducite in memoriam.*

c *fort.* in iure dicundo

d plebeiæ clientulæ & meretriculæ Verris*

e *Vet. Vrb.* id quod sæpe audistis.*

f Ius veri num vel verre porco quod dicerium cum frigidũ hic esse dixerit Cicero,mirũ cur Tacit.3.quasi falsè dictum à Cicerone scribat.*

g ludit in ambiguo verbo cerdotis in Prætura Siciliensi Verris.

P. C.

successorem relinquentis, cùm Sacerdotis nomine esset inter cætera,si ex is crificijs, macta ret.*

h *al.* iste solitus sit

i contra leges.*

k *al.* ad spectum.*

l De iniquis edictis Verris in P. Trebonij hæredes* communi opinione.

m *al.* ei cùm cautum esse vellet.

o Lex Cornelia abuersus proscriptos & vt ne quis prosequi possit.*

p L. dari. At ille lib.

possessionem hereditatis negat se daturum, ne posset patronum suum proscriptum iuuare: simul vt esset pœna, quòd alterius patroni testamento obtemperasset. Das possessionem ei, qui non iurauit, concedo: prætorium est. adimis [a] tu ei, qui iurauit? quo exemplo? Proscriptum iuuat. Lex est: pœna est. quid [b] ad eum, qui ius dicit? Vtrùm reprehendis, quòd patronum iuuabat eum, qui tum in miseriis erat: an quòd alterius patroni mortui voluntatem conseruabat, à quo summum [c] beneficium acceperat? vtrum horum reprehendis? Et hoc tum de sella vir optimus dixit, Equiti Romano, tam locupleti, libertinus sit homo heres? Modestum [d] ordine, quòd illinc viuus surrexit! Possum sexcenta decreta proferre, in quibus, vt ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decretorum nouitas, iniquitásq; [e] declarat. ¶ Verùm [f], vt ex vno de ceteris cognoscas, audite. C. Sulpicius Olympius [g] fuit. is mortuus est C. Sacerdote prætore, nescio an antè, quàm Verres præturam peteret cœperit. Fecit heredem *M. Octauium Ligurē.* Ligur hereditatem adiit: possedit Sacerdote prætore, sine vlla controuersia. Posteaquàm Verres magistratum iniit: ex edicto istius, quod edictum Sacerdos non habuerat, Sulpicij patroni filia sextam partem hereditatis ab Ligure petere cœpit. Ligur non aderat. L. frater eius causam agebat: aderant amici, propinqui. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum. L. Gellius causam Liguris defendebat: docebat, edictum eius non oportere ad [h] eas hereditates valere, quæ ante eum prætorem venissent. si hoc tum fuisset edictum, fortasse Ligurem hereditatem aditurum non fuisse. Æqua postulatio, summa hominum auctoritas pretio superabatur. Venit Romam Ligur: non dubitabat, quin, si ipse Verrem conuenisset, æquitate causæ, & auctoritate sua commouere hominem posset. domum ad eum venit: rem demonstrat: quàm pridem sibi hereditas venisset, docet. quod facile in causa æquissima homini ingenioso fuit: multa, quæ quemuis mouere possent, dixit. ad extremum petere cœpit, ne vsque eò suam auctoritatem despiceret, gratiamque contemneret, vti se tanta iniuria afficeret. Homo Ligur rem accusare cœpit: qui in re aduentitia [i], atque hereditaria tam diligens, tam attentus esset: debere eum aiebat suam [k] quoque rationem ducere: multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. Non possum illa planius commemorare, quàm ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis. Quid enim, Verres? vtrùm ne his quidem testibus creditur? an hæc ad rem non pertinent? non M. Octauio? non L. Ligurī? quis nobis credet? cui nos? quid est, Verres, quod planum fieri testibus possit, si [m] hoc non fit? an id, quod dicunt, leue est? nihil leuius, quàm prætorem vrbis hoc iuris in suo magistratu constituere, omnibus iis, quibus hereditas venerit, coheredem prætorem esse oportere. An verò dubitamus, quo ore iste ceteros homines inferiore loco, auctoritate, ordine: quo ore homines rusticanos ex municipiis, quo denique ore, quos numquam liberos putauit, libertinos homines, solitus sit appellare, qui ob ius [n] dicendum M. Octauium Ligurem, hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, poscere pecuniam non dubitarit? ¶ In [a] sartis [b] tectis verò quemadmodum sese gesserit, quid ego dicam? dixerunt, qui senserunt. sunt alij, qui dicant: notæ res, ac manifestæ, prolatæ sunt, & [c] proferuntur. Dixit C. Fannius, eques Roma. frater germanus Q. Titinij iudicis [d] tui, tibi se pecuniam dedisse. Recita testimonium C. Fannij. Nolite C. Fannio dicenti credere: noli, inquam, tu Q. Titini, C. Fannio, fratri tuo, credere. dicit enim rem incredibilem: C. Verrem insimulat auaritiæ, & audaciæ: quæ vitia videntur in quemuis potius, quàm in istum conuenire. Dixit Q. Tadius, homo familiarissimus patris istius, non alienus à matris eius genere, & nomine: tabulas [f] protulit, quibus pecuniam se dedisse ostendit. Recita nomina Qu. [g] Tadij. Recita testimonium Qu. Tadij Ne tabulis quidem Qu. Tadij, nec testimonio credetur? Quid igitur in iudiciis sequemur? quid est aliud, omnibus omnia peccata & maleficia concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis, & virorum bonorum tabulis non credere? Nam quid ego de quotidiano sermone, querimoniáque populi Romani loquar? de istius impudentissimo furto, seu potius nouo, ac singulari latrocinio? ausum esse in [h] æde Castoris, celeberrimo, clarissimóque monumento, quod templum in oculis, quotidianóque adspectu populi Romani est positum, quò sæpenumero senatus conuocatur: quòd maximarum rerum frequentissimę quotidie aduocationes [k] fiunt: in eo loco, in sermone hominum, audaciæ suæ monumentum æternum relinquere? Ædem Castoris, iudices, P. Iunius habuit tuendam, L. Sylla, Qu. Metello, consulibus [l]. Is mortuus est. reliquit pupillum paruum filium. cùm L. Octauius, C. Aurelius, COSS [m]. ædeis sacras locauissent, neque potuissent omnia sarta tecta exigere, neque ij prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos, & M. Cæsius: factum est S. C. quibus de sartis tectis cognitum, & iudicatum non esset, vti [n] C. Verres, P. Cælius, prætores cognoscerent, & iudicarent. Qua potestate iste permissa, vt ex C. Fannio, & ex Q. Tadio cognouistis [o]: verumtamen cùm esset omnibus in rebus apertissimè, impudentissimóque prædatus, hoc voluit clarissimum relinquere iudicium latrociniorum suorum: de quo non audire aliquando, sed videre quotidie possemus. quæsiuit, quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere. Iunium ipsum mortuum esse sciebat: scire volebat, ad quem illa res pertineret: audit pupillum esse filium. homo, qui semper ita palàm dictitasset, *pupillos, & pupillas, certissimam prædam esse prætoribus*, optatum negotium sibi in sinum delatum esse dicebat. Monumentum illa amplitudine, illo opere, quamuis sartum tectum, integrúmque esset, tamen aliquid se inuenturum, in quo [p] moliri, prædarique posset, arbitrabatur. L. Rabonio [q] ædem Castoris tradi oportebat. is casu, pupilli Iunij tutor erat, testamento patris. cũ eo sine vllo interrimento [r] conuenerat iam, quemadmodum traderetur. Iste ad se Rabonium vocat: quærit, ecquid sit, quod à pupillo traditum non sit, quod exigi debeat. Cùm ille, id quod erat, diceret, facilem pupillo tra-

a L. adimas tu ei,
b quasi dicere, quid ad Prætorem? Prætoris minus nõ est sed Quæstoris rerũ capitalis, qui de causis capitis eum consilio iudicabat.*
c libertatem quæ apud Terentium summũ prætium.*
d al. O Mon.
e forte iniquitáq; clamat
f De Iniquis edictis Verris in Ligurẽ*
g Olympus fuit. ¶ & ita locutus est idem* Cicero sed Auctũ 17. adde Turneb. 24. ad. Aduers.*

P. CII.

h Prisciani Halicarn.

i quia ab alie niore hæreditate venie-bat.* forte. sui quoque rationem d.

l L. credere fuit

m L. si hoc non fit

n al. ob ius dicendum

P. B.
a De SARTIS TECTIS exigendis.*
b sic sarta tecta proconsulis curæ esse debebant v. de l. 7 §. 4. ff. de offic. proconsul.*
c forte. & proferentur.
d iudicis huius tui.
e L. C. Fannii. TESTIMONIVM C. FANNII Nol.
f certis nominibus a se scriptas, quo videlicet tempore, vnde, quomodo, & per quos annos dedisset pecunias.*
g L. Q. Tadi nomina Qui Tadii Recte tum. Q. Tadi t Rimonium Q. Tadii. Ne tab.
h Aedes Castoris Romæ & quæ in ea fieri solita.* i al. in quo max.
k vel vt consulantur, vel vt arbitri vel vt iudices sint.*
l Vet. Vrf. Censoribus*

m forte legẽdum Censores: Cẽsorum enim erat P. CIII. munus, ædes sacras locare tuendas, & reficiendas. fuit tamen & Aedilitiũ quoq. hæc cura, tam Prætorum idque nisi senatus decreuisset. Asco. hic.
n L. vti de iis C. Verr.
o al. cognouistis: cùm esset. L. cognouistis: tum verò tum esset

p al. quo aliquid moliri.*
q Prisciano Halonio.*
r Interrimentum, & dantis est & accipientis: Derrimentũ, vnius partis dici potest. Asco.*

ditionem esse : signa, & dona comparêre omnia:ipsum templum omni opere esse integrum:indignum isti videri cœpit,ex tãta æde, tantóque opere se non opimum prædæ, præsertim à pupillo, discedere. Venit ipse in ædẽ Castoris : considerat templum:videt vndique tectum pulcherrimè laqueatum: præterea cetera noua atque integra:versat se:quærit,quid agat.dicit ei quidam ex illis canibus,quos iste Liguri dixerat esse circa se multos : tu Verres hîc quod moliare, nihil habes : nisi fortè vis *ad perpendiculum* [a] *columnas exigere.*Homo omnium rerum imperitus, quærit, quid sit, ad perpendiculum. Dicunt ei, fere nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit.lamb mehercule,inquit,sic agamus:columnæ ad perpendiculum exigantur. Rabonius, qui legem [c] nosset, qua in lege numerus tantùm columnarum traditur, perpendiculi mẽtio fit nulla: & qui non putaret sibi expedire, ita accipere,ne eodem modo reddendum esset:negat,id sibi deberi:negat oportere exigi. Iste Rabonium quiescere iubet : & simul ei nonnullam spem societatis ostendit. hominem modestum, & minimè pertinacem facilè coërcet:columnas ita se exacturum esse cõfirmat.Noua res,atque improuisa pupilli calamitas nuntiatur statim C. Mustio,vitrico pupilli,qui nuper est mortuus: M.Iunio,patruo: P.Potitio,tutori,homini frugalissimo.Hi rem ad virum primarium, summo officio, ac virtute præditum,M. Marcellum,qui erat pupilli tutor, deferunt. Venit ad Verrem M. Marcellus:petit ab eò pro sua fide,ac diligẽtia, pluribus verbis, ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patriis conetur euertere. Iste, qui iam spe, & opinione prædam illam deuorasset,neque vlla æquitate orationis, neque auctoritate M.Marcelli commotus est.Itaque,quemadmodum ostendisset, se id [d] exacturum esse,respondit. Cùm sibi omneis ad istum allegationes [e] difficileis, omneis aditus arduos,ac potius intercluſos viderent, apud [f] quem non ius,non æquitas,non misericordia, non propinqui oratio, non amici voluntas non cuiusquam auctoritas, pro[g] pretio, non gratia valeret : statuunt, id sibi optimum esse factu,quod cuiuis venisset in mentem, petere auxilium à Chelidone : quæ isto prætore non modò in iure ciuili,priuatorúmque omnium controuersiis,populo R. præfuit,verùm etiam in his sartis tectis [h] dominata est. Venit ad Chelidonem C. Mustius,eques Rom. [i] publicanus, homo cum primis honestus : venit M. Iunius,patruus pueri, frugalissimus homo, & castissimus [k] : venit homo summo honore, & pudore, & summo officio spectatissimus ordinis sui,P.Potitius tutor. O multis acerbam, ô miseram, atque indignam præturam tuam! vt mittam cetera, quo tandem pudore taleis viros,quo dolore, meretricis domum venisse arbitramini? qui nulla conditione istam turpitudinem subiissent, nisi officij, necessitudinisque ratio cœgisset.Veniũt,vt dico,ad Chelidonem.domus erat plena : noua iura, noua decreta,noua iudicia petebantur. *Mihi det possessionem:mihi ne adimat:in me iudicium ne det: mihi bona addicat:* alij nummos numerabant: alij tabulas obsignabant. domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta. Simulac potestas primùm data est,adeunt hi,quos dixi. loquitur Mustius : rem demonstrat:petit auxilium:pecuniam pollicetur. Respondit illa, vt meretrix, non inhumanè : libenter ait se esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam:reuerti iubet. tum discedunt:postridie reuertũtur.negat illa posse hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici posse. Vereor, ne quis fortè de populo, qui priori [a] actione non affuit, hæc, quia propter insignem turpitudinem sunt incredibilia,fingi à me arbitretur.ea vos antea,iudices,cognouistis. dixit iuratus P. Potitius, tutor pupilli Iunij : dixit M. Iunius tutor,& patruus:Mustius dixisset, si viueret : sed pro Mustio, recenti re de[b] Mustio auditum dixit L. Domitius : [c] qui cùm sciret, me ex Mustio viuo audisse, quòd eo sum vsus plurimùm,(etenim [d] id iudicium,quod propè omnium fortunarum suarum C. Mustius habuit, me,vno defendente vicit) cùm hoc, vt dico, sciret L. Domitius me scire, ad eum res omneis Mustium solitum esse deferre: tamen de Chelidone reticuit,quoad potuit : aliò responsionem suam deriuauit. Tantus in adolescente clarissimo, ac principe[e] iuuentutis pudor fuit,vt aliquãdiu, cùm à me premeretur, omnia potius respõderet, quàm Chelidonem nominaret. Primò necessarios istius ad eum allegatos esse dicebat: deinde aliquando coactus Chelidonem nominauit. Non te pudet, Verres, eius mulieris arbitratu gessisse præturam,quam L.Domitius ab se nominari vix sibi honestum esse arbitrabatur? Reiecti à Chelidone capiunt consilium necessarium,vt suscipiant ipsi negotium. cum Rabonio tutore, quod erat[f] vix LLS.quadraginta millium,tãfigunt LLS. ducentis millibus. Refert ad istum rem Rabonius : vt sibi videbatur, satis grandem pecuniam, & satis impudentem esse:iste,qui aliquanto plus cogitasset, male accipit verbis Rabonium: negat eum sibi illa decisione satisfacere posse,ne multa, locaturum se esse confirmat. Tutores hæc nesciunt: quod actum erat cum Rabonio, putant id esse certissimum : nullam maiorem pupillo metuunt calamitatem. Iste verò non procrastinat: locare incipit,nó[g] proscripta,nequeh edicta die, alienissimo tẽpore,ludis ipsis Romanis, foro ornato. Itaque renũtiat Rabonius illam decisionẽ tutoribus,accurrunt tamen ad tẽpus tutores .*digitum* i *tollit* Iunius patruus.isti color immutatus est:vultus,oratio,mẽs denique excidit.quid ageret,cœpit cogitare.si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset:sibi nullam prædã esse. Itaque excogitat. quid? nihil ingeniosé. nihil, quod quisquam possit dicere, improbè [k], vel callidè:nihil ab isto tectũ, nihil veteratorium exspectaueritis : omnia aperta, omnia perspicua reperientur, impudentia, amentia, audacia. Si pupillo opus redimitur, mihi prædæ de manibus eripitur. Quod est igitur remediũ?quodne liceat pupillo redimere. Vbi illa cõsuetudo in bonis,prædibus,prædisque vendẽdis,omniũ COSS.censorum,prætorũ, quæstorũ denique,*vt optima conditione sit res, cuius res sit,cuium periculum*? Excludit eũ solum,cui propè dicam soli potestatẽ factam esse oportebat. quid enim quisquam ad meam pecuniam,me inuito,adspirat [m] quid accedit[n]? Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur;

P. B.
a Perpendiculum,linea, est laterum æquilitatem probans. Ad perpendiculum autẽ columnas exigere pene stultum[c]um in his aut media aut ima crassiora sint.
b *al.* Nam mehercle.
c Legem pactione hic accipit.*

d ad perpẽdiculum.*
e amicorum hominum.*
f Iudicis iniqui delineatio.*

g L. præpretio,

P. CIIII.

h *al.* rectisi parcus & attentus.*

k quò magis indigi fuisse ad meretricẽ oratum venisse.*

a L. priore act.

b Testis de auditu olim admittebatur.*

c Ahenobarbus qui Poſtea Cõsul cum Appio Pulchro.*
P. B.
d *al.* etenim iudicium, q.

c Principis iuuentutis vocari solebat qui præcipuus inter adolescentes esset.tum principẽ iuuentutis appellat Cicero epistola ad Atticum

f verbi gratia quod minus mille coronatis perfici potuerat,tradidisset quinque millibus coronatorum.*

g Mos igitur proscribendi edicti diebus opera publica addicebatur.*

h *sine*,neque prodita in [i]Prodicere diem est prodere : vnde prodition & proditio *i* proditio. Festus.*

i Mos fuit in auctionibus vt is qui licebatur digitum tollere,nisi plus vellet dari. *Vbi hîc?* Vt videtur *significare* Cicero. Hinc mãcepatus dicitur. Festus. In Manerbio,dum brassicam secat,digitum sibi præcidit. Varro. Hinc *ad illum vsque finem satyra* 8 *lib.* 2. Iudex monstrare digitum.*

k Calumpnè callidè.
l L. culpa reus est.cum P. *al.* adigit reus.
n *al.* accedit

tur: ego me refecturum esse dico: probatio futura est tua, qui locas: prædibus [a], & prædiis populo cautum est: &, si non putas cautum [b], scilicet tu prætor in mea bona, quos voles, immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere non sines? Operæpretium est, ipsam legem cognoscere. dicetis, eundem conscripsisse, qui illud edictum de hereditate: Ex [c] OPERE FACIVNDO QVAE PVPILLI IVNII. Dic, dic, quæso, clariùs. C. VERRES PRD. VRBIS ADDIDIT. corriguntur leges censoriæ. Quòd [c] enim video in multis veteribus legibus, CN. DOMITIVS, L. METELLVS, L. CASSIVS, CN. SERVILIVS CENSORES [f] ADDIDERVNT: vult aliquid eiusmodi C. Verres. dic, quid addidit? QVI DE L. MARCIO, M. PERPENNA CENSORIBVS REDEMERIT, SOLIVM [g] NE ADMITTITO [h]: NEVE EI PARTEM [i] DATO, NEVE EI REDIMITO. Quid ita? ne vitiosum opus fieret? At erat probatio [k] tua. Ne parum locuples esset? At erat, & esset amplius, si velies, populo cautum prædibus & prædiis. Hic te [l] si res ipsa, si indignitas iniuriæ tuæ non commouebat: si pupilli calamitas, propinquorum lacrymæ, D.[m] Bruti, cuius prædia subierũt periculum [n], M.[o] Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat: ne illud quidem animaduerrebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare posses (in tabulas enim retulisti) nec cum defensione aliqua confiteri? Addicitur id opus LLS. IↃLX. millibus: cùm tutores LLS. LXXX. millibus id opus ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. Etenim quid erat operis? id, quod vos vidistis. omnes illæ columnæ, quas dealbatas videris, machina appositæ, nulla impensa deiectæ, eisdémque lapidibus repositæ sunt. hoc tu LLS. IↃLX. millib. locauisti. Atqui in illis columnis dico esse, quæ à tuo redemtore commotæ non sint: dico esse, ex qua tantum tectorium [p] vetus délitum [q] sit, & nouum inductum. Quòd si tanta pecunia columnas dealbati putassem, certè numquam ædilitatem petiissem. At, vt videatur tamen res agi, & non eripi pupillo: SI QVID OPERIS CAVSA RECIDERIS [r], REFICITO. Quid erat, quod rescinderet, cum suo quemque loco lapidem reponeret? QVI REDEMERIT, SATISDET DAMNI INFECTI, EI, QVI A VETERE REDEMTORE ACCEPERIT. Deridet, cum sibi ipsum iubet satisdare Rabonium. PECVNIA PRAESENS SOLVATVR [s]. Quibus de bonis? eius, qui, quod tu LLS. IↃLX. millibus locasti, LLS. LXXX. millibus effecturum se esse clamauit. Quibus de bonis? pupilli. *cuius ætatem & solitudinem, etiamsi tutores non essent, defendere prætor debuit*: tutoribus defendentibus, non modò partias eius fortunas, sed etiam bona tutorum ademisti. HOC OPVS BONVM SVO [u] CVIQVE FACITO. Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machina fua. nam illò non saxum, non materies aduecta est: tantum operæ fabrorum, mercedis tulerunt, & [x] manus pretium machinæ. Vtrùm existimatis minus operis esse vnam columnam efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo [a], an quattuor illas reponere? nemo dubitat, quin multo maius sit nouam facere. Ostendam, in ædibus priuatis, longa, difficilisque vectura, columnas singulas ad impluuium [b], LLS. quadragenis millibus, non minus magnas, locatas. Sed ineptum est de tam perspicua istius impudentia pluribus verbis disputare. præsertim cùm iste apertè tota lege omnũ sermonem, atque existimationem contemserit, qui etiam ad [c] extremum conscripserit, REDIVIVA [d] SIBI HABETO. quasi quidquam rediuiui ex opere illo tolleretur, ac [e] non totum opus ex rediuiuis constitueretur. At [f] enim pupillo redimi non licebat, non necesse erat rem ad ipsum peruenire: poterat aliquis ad id negotium de populo accedere. Omnes exclusi sunt non minùs apertè, quàm pupillus. diem [g] præstituit operi faciundo, Kalendas Decembreis. locat circiter Idus Septembreis. angustiis temporis excluduntur omnes. Quid ergo? Rabonius istam diem quomodo assequitur? Nemo Rabonio molestus est, neque Kalendis Decembr. neque Nonis, neque Idibus. denique aliquanto in prouinciã iste proficiscitur priùs quàm opus effectum est. Posteaquàm reus factus est, primò negabat opus in acceptum referre [h] posse. cùm instaret Rabonius, in me causam conferebat, quòd tum [i] codicem obsignassem. Petit à me Rabonius, & amicos allegat: facilè impetrat. iste, quid ageret, nesciebat. Si in acceptum non retulisset, putabat se aliquid defensionum [k] habiturum. Rabonium porrò intelligebat rem totam esse patefacturum. tametsi quid poterat esse apertius, quàm nunc est, vt vno minus teste haberet [l] Rabonio? Opus in acceptum retulit quadriennio pòst, quàm diem operi dixerat [m]. Hac [n] conditione, si quis populo redemtor accessisset, cùm die ceteros redemtores excluderet, tum in eius arbitrium ac potestatem venire nolebat, qui sibi ereptam prædam arbitraretur. Nam quid argumentamur, quòd ista pecunia peruenerit? fecit ipse iudicium. Primùm cùm vehementiùs cum eo D. Brutus contenderet, qui de sua pecunia LLS. XL [o]. millia numerauit: quòd iam iste ferre [p] non poterat, opere addicto, prædibus acceptis, de LLS. IↃLX. millibus, remisit D. Bruto LLS. CX. millia. Hoc si aliena res esset, certè facere non potuisset. Deinde nummi numerati sunt Cornificio: quem scribam suum fuisse negare non potest. Postremò ipsius Rabonij tabulæ prædam illam istius fuisse clamant. Recita nomina Rabonij [q]. Hic etiam priore actione Q. Hortensius pupillum Iunium venisse prætextatum in vestrum conspectum, & [r] testeis secum patruo testimonium dicente, questus est: & me populariter agere, atque inuidiam commouere, quòd puerum producerem, clamauit. Quid erat, Hortensi, tandem in illo puero populare? quid inuidiosum? Gracchi, credo, aut Saturnini, aut alicuius hominis eiusmodi produxeram filium, vt nomine ipso, & memoria patris, animos imperitæ multitudinis concitarem. P. Iunij erat, hominis de plebe Romana, filius: quem pater moriens tum tutoribus & propinquis, tum legibus, tum æquitati magistratuum, tum iudiciis vestris commendandum putauit. Hic istius scelerata locatione, nefatióque

* Prædes fideiussores: bona prædia, prædum ipso rum bona fidationibus obnoxia.*

b *al.* cauto*

c L. QVAE EX OPERE FACIVNDO PVPILLI Lex operi faciendo Iunii Pupilli, qui C. Verres Prætor Vrbanus addit. *Ant. August.* Lex operi faciundo pupilli Iunii. Quæ Dic, dic quæso clariùs de lege operis faciendo. *Addo l. lex Iulia ff. de l. Iulia repetun. damna.**

d L. PR. VRB. ADD.

e *al.* Quid enim*

f Legibus cẽ seruatis quæ de operum locationẽ scribebantur, hæc verba *Cross. verba videntur* initio adscripta, vbi adfusta *vox Paulo ante.**

g L. EVM SOCIVM *v.* B.

h *al.* ne admitto.*

i Part. ceps, certam habeam partem non sagit. vt locus *Aff.**

k *Vide l. lex Iulia ff. ad Rhodiam nauat.*

l L. Hic si res ipsa,

m L. si D. Bruti,

n Satisdatio nis.*

o L. si M. Marcelli

p Tectorii incrustatio calcis, vide opus tectorium fiat alberium vitruuio, *de Architecto.**

q *al.* deiecta ad deletum.*

r L. RESCIDERIT.

s *al.* SOLVTOR.

p. CVII.

t *al.* debuisti cui tutoribus defendentibus.*

u L. Bono suo quoque. *Iid. tib.* bono latere, vinteris mensu ris, apta arena, vtili calce, machinis idoneis, proba materie.* x L. & manupretium. Manupretium dicitur, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus atque operis habetur.*

a citatur hic locus à Festo in Rediuium.*

b Impluuiũ quid sit supra dixi.*

c L. ad extremum, adscripserim. *Ita Priscianus* 18.*

d Rediuiũ ex vetusto renouatum.*

e L. an non opus totum

f At enim, si pupillo red. nec non necesse erat rẽ ad ipsum per.

g Mos erat, diem præstituere operi pubi eo faciundo.*

h L. referre se posse. P, B.

i *al.* eum. *al.* suum.*

k L. defensionis

l *al.* habere*

m *al.* edixerat.*

n Hac conditione siq. de populo redempt or accessisset, nõ esset vsus. cũ die ceu. red excluſ. tum in eius arb. ac pot. ven. nolebant. qui stoi crept pr. arbitrarentur. *citatur à Prisciano* 18.*

o *Victor.* DIX. *Mamm.* DXL. *Aut. Augustt.* XDL.*

p *al.* facere*

q L. Rabonii NOMINA RABONII. Hic

r L. & stetisse cum patruo test. *al.* & stetisse eum patruo testimonium dicente.*

p. CVII.

latrocinio, bonis patriis, fortunisque omnibus spoliatus, venit in iudicium: si nihil aliud, saltem, vt eum, cuius opera ipse multos annos est in sordibus, paullo [a] tamen obsoletiùs vestitū videret. Itaque tibi, Hortensi non illius ætas, sed causa: non vestitus, sed fortuna, popularis videbatur. neque te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla [b] venerat. vestitus enim neminem commouebat is, quem illi mos, & ius ingenuitatis dabat. quod ornamentum pueritiæ patet dederat, indicium, atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse, grauiter, & acerbè homines ferebant. Ne que erant hæ lacrymæ populares magis, quàm nostræ, quàm tuę, Qu. Hortensi: quàm horum, qui sententiam laturi sunt: ideò, quòd communis est causa, commune periculum: communi præsidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, restinguenda est. *Habemus enim liberos paruos, incertū est, quàm longa nostrū cuiusq; vita futura sit. consulere viui, ac prospicere debemus, vt illorū salutdo, & pueritia quàm firmissimo præsidio munita sit.* Quis est enim, qui tueri possit liberūm [c] nostrorum pueritiam cōtra improbitatem magistratuum? Mater, credo. scilicet magno præsidio fuit Anniæ [d] pupillæ mater, fœmina primaria: minùs, illa deos, hominésq; implorante, iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Tutorésne defenderent? perfacilè verò apud istiusmodi prætorem, à quo M. Marcelli tutoris, in causa pupilli Iunij, & oratio, & voluntas, & auctoritas repudiata est. Quærimus [e] etiam quid iste in vluma Phrygia, quid in extremis Pamphyliæ partibus fecerit? qualis in bello prædonum prædo ipse fuerit, qui in foro populi Ro. pirata nefarius reperiatur? Dubitamus, quid iste in hostiū præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli [f] manubiis [g] fecerit? qui maiore pecunia quatuor columnas dealbādas, quàm ille omneis ædificandas locauerit? exspectemus, quid dicant ex Sicilia testes? Quis vmquam templum illud aspexit, quin auaritię tuæ, quin iniuriæ, quin audaciæ testis esset? Quis à signo Vertumni [h] in circum i maximum vēnit, quin is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoueretur [k]? quam tu viam [l] tētarum [m], atque pompæ, eiusmodi exegisti, vt [n] tu ipse illà ire non audeas. Te putet quisquam, cùm ab Italia freto [o] disiunctus esses, sociis temperasse? qui ædem Castoris, testem furtorū tuorum esse volueris: quam populus [p] Rom. quotidie, iudices etiam tum, cùm de te sententiam ferrent, viderent? Atque [q] etiam iudicium in prætura publicum exercuit. non enim prætereundum est ne id quidem. petita multa est apud istum prætorem à Q. Opimio: qui adductus est in iudicium, verbo, quòd, cùm esset tribunus pleb. intercessit contra legem Corneliam [a]: reb, quòd in tribunatu dixisset contra alicuius [c] hominis nobilis voluntatem. De quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi, lædendique sunt: quod mihi non est necesse. tantum dicam, paucos [d] homines arroganteis, hoc adiutore, Qu. Opimium per ludum, & iocum fortunis omnibus euertisse. Is mihi etiam quæritur, quòd à nobis, IX. solis diebus, prima actio sui iudicij transacta sit: cùm apud ipsum tribus horis Qu. Opimius, senator populi Rom. bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit? cuius propter indignitatem iudicij, sæpissimè est actum in senatu, vt genus hoc totum multarum, ac iudiciorum eiusmodi tolleretur. Iam verò in bonis Qu. Opimij vendēdis, quas iste prædas, quàm apertè, quàm improbè fecerit, longum est dicere. Hoc dico, nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi à me hoc totum temporis causa putatote. Iam qui ex calamitate senatoris populi Rom. cùm prætor iudicio eius præfuisset, spolia domum suam referre, & manubias [e] detrahere conatus [f] sit: is vllam ab sese calamitatem poterit deprecari? Nam de subsortitione [g] illa Iuniana iudicium nihil dico. Quid enim? contra tabulas, quas tu protulisti audeam dicere? difficile est. Non enim me tua solùm, & iudicum auctoritas, sed etiam annulus aureus scribæ tui deterret. Non dicam id, quod probare difficile est. hoc dicam, quod ostendam: multos ex te viros primarios audisse, cùm diceres, ignosci tibi oportere, quòd falsum codicem protuleris. nam, quia inuidia C. Iunius conflagrarat [h], ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisse. Hoc modo iste sibi, & saluti suæ prospicere didicit, referendo in tabulas & priuatas, & publicas, quod gestum non esset: tollendo, quod esset, & semper aliquid demendo, mutando [i], [curando [k], ne litura appareat [l],] interpolando [m]. Eò enim vsque progreditur, vt ne defensionem quidem maleficiorum suorum sine aliis maleficiis reperire posset [n]. Eiusdem modi sortitionem homo amentissimus suorum quoq; iudicū fore putauit per sodālē suū, Q. Curtiū, iudicem quęstionis: cui nisi ego vi populi, & hominum clamore, atq; conuitio restitissem: ex hac decuria [o] nostra [p], cuius mihi [q] copiam quàm largissimè [r] factā oportebat, erepta esset facultas [s] eorum, quos [t] iste annuerat, in suum consilium sine causa subsortiebatur.

Putant nonnulli quippiam desiderari. Ego non puto. Quòd si quid deest, pauca admodum desunt.

a *al.* aliquando *al.* aliquāro.*
b Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis prætexta solebat aurea: libertinis, scorrea. quasi bullientis aquæ, sinus cōmuniens, pectusque puerile. *Ascon.* Aliud Etymō vide apud Festum *in Bulla.**
c *al.* nostrorum liberum
d L. Anneiæ P. B.
e *al.* Quærtemus etiam.
f Dalmatici à Dalmatis subactis *Ascon.*
g Manubiæ, præda Imperatoris, proportione ab hostibus capta. Ex manubiis autem suis Metellus ædem Castoris extruxerat. *Ascō.**
h Vertūnus Deus inuertendarū rerū, hoc est mercaturæ.*
i hoc in Circo maximo spectabantur ludi Circenses.
k cōmouere est in memoriam reuocare. *al. hic legitur* commoneretur.*
l Viam exigere dicuntur magistratus, cum viciniam cōgunt munire diligentissimè sumptu facto.*
m *al.* thensarum. sunt autem hic & Verri na 3. in fin. thensæ sacra vehicula dicta quòd ante ipsas lora tendantur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducunt *Ascon hic* Glossis Thensæ ἅρματα θεῶν.*
n *al.* vt ipse illà
o L. fretu disiuncti. ‖ Ita legendum esse constat ex Gellio 13 c. 19. Mollius, inquit, teretiusque visum est Ciceroni, quincta in Verrem. freiu scribere, quàm freto.* p *Pristian.* populi.* q *al.* Atqui.*
a Lege Cornelia tribunis plebis honores gerenti, & magistratus alios habendi potestas. *Ascon. hic.* Cornelianæ Flemus 89. Appianus. ciuil. Cicero 3. de legib. Sallustius. *vbi de Macro tribunis plebis.**
b *al.* reuera P. CVIII. *Pristianus ita legit.**
c Catulli syllanarum partium.*
d L. paucos homines, vt leuissime dicam, arrogateis. *Horatius ante, intelligit Catullum & Curionem.**
e Manubias spolia quælibet ta de hoste vel nobili per deditionem quæ præda imperatoris erat. *Ascon. vide Florum apud* 33. Civ. 21.*
f L. conatus est.
g vide hic Asconium.*
h *al.* conflagrauit.
i Est hoc verbum rarum cum ab re fullonia, qui pollicendo diligenter, vestra quasi in politionem mutant. *hinc Glossis* Interpolum ἱματιοπώλης.*
k incisula sunt Glossemata & desunt Nonio cap. 11. vt supra.*
l *al.* apparet.
m *al.* mundo. interpolare *esse videtur* Decurio
n Lege hic Asconium.
o q *al.* Iure
r *al.* largissimè
s *al.* cùm is annuerat. *al.* cùm is quos iste annuerat.*

*gitur apud Nonium 1. in interpolare 145.** n L. possit.
honestiorum: centuriæ inferiorum ordinum.* p *al* vestrarum mihi potestatem quam largissimam fieri oportebat.* q *al.* largissimam fieri oportebat.* r L. facultas bonorum, cum eos, quos iste annuerat, in

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER SECVNDVS, DE IVRISdictione Siciliensi.

ORATIO SEPTIMA.

SYNOPSIS.

De Iniquis & iniustis edictis ac decretis Verru in pretura Siciliensi, in Dionem Halesinum, Sosippum & Epicratem Agyrinenses, Heraclium Syracusanum, Epicratem Bidinum, Sopatrum Halicienſem: Sthenium Thermitanum. ¶ De venali eiusdem Verru iurisdictione seu de venditu dignitatibus senatorijs, sacerdotijs Censorijs. ¶ De pecunia vi exacta, statuarum nomine. ¶ De publicanorum cum Verre furtu colluſione.

a Hunc librum Cicero appellat Accusationum secundum, *libro de Oratore.*

MVLTA mihi necessariò, iudices, prætermittenda sunt, vt b possim aliquo modo de iis rebus, quæ meæ fidei commissę sunt, dicere. recepi enim causam Siciliæ. eame ad hoc negotium prouincia attraxit. Ego tamen, hoc onere suscepto, & recepta causa Sicilienſi, amplexus animo sum aliquanto amplius. suscepi enim causam totius ordinis c: suscepi causam populi Rõ. q; putabã tum denique rectè iudicari posse, si non modò reus improbus adduceretur: sed etiam diligens, & strenuus accusator ad iudiciũ veniret. Quo mihi maturiùs ad Siciliæ causam veniẽdum est, relictis ceteris eius furtis, ac flagitiis, vt & viribus quàm integerrimis agere, & ad dicẽdum temporis satis habere possim. ¶ Atque adeò, antequàm de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur esse *de prouinciæ dignitate* d, *vetustate, vtilitate dicenda.* Nam cum omnium sociorum prouinciarúmque rationem diligẽter habere debetis, tum præcipuè Siciliæ, iudices, plurimis, iustissimisq; de causis: primùm quòd omnium nationum exterarum princeps e Sicilia se ad amicitiam, fidémque populi R. applicuit f: prima omnium, id quod ornamentum imperij est, prouincia g est appellata: prima docuit maiores nostros, *quàm præclarum esset exteru gentibus imperare:* sola fuit ea fide, beniuolentiáque erga populum Rom. vt ciuitates eius insulæ, quæ semel in amicitiam nosttam venissent h, numquam postea deficerent: pleræque autem, & maximè illustres in amicitia perpetuò manerent. Itaque maioribus i nostris in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus est. neque enim tam facilè opes Karthaginis tantę concidissent, nisi illud & rei frumentariæ subsidium, & receptaculum classibus nostris pateret. Quare P. Africanus, Karthagine deleta, Siculorũ vrbeis signis, monumentisque pulcherrimis exornauit: vt, quos victoria populi Rom. maximè lętari arbitrabatur, apud eos monumenta victoriæ plurima collocaret. Denique ille ipse M. Marcellus, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi k, fidem ceteri Siculi perspexerunt, non solùm sociis in eo bello consuluit, verùm etiam superatis hostibus temperauit. vrbem pulcherrimam, Syracusas, quæ cùm manu munitissima esset, tum loci natura, terra, ac l mari claudebatur, cùm vi, consilióque cepisset: non solùm incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatã, vt esset idẽ monumentũ victoriæ, mãsuetudinis, continentiæ: cùm homines viderent, & quid expugnasset, & quibus peperciſſet, & quæ reliquisset. tantũ ille honorẽ Siciliæ habendũ putauit, vt ne hostiũ quidem vrbẽ ex sociorum insula tollendã arbitraretur. Itaq; ad omneis res Sicilia prouincia semper vsi sum o, vt, quidquid ex se posset efferre, id nõ apud a eos nasci, sed domi nostræ cõditum b putaremus. Quando illa frumentũ c, quod deberet, non ad diẽ dedit? quando id, quod opus esse putaret, nõ vltrò d pollicita est? quãdo id quod imperaretur e, recusauit? Itaq; ille M. Cato Sapiẽs *cellã f penariam g reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliã nominauit* h. Nos, verò experti sumus, Italico i maximo, difficillimoq; bello, Siciliã nobis nõ pro penaria cælla, sed pro ærario k illo maiorũ vetere, ac referto fuisse. nã sine vllo sumtu nostro coriis, tunicis, frumentoq; suppeditato, maximos exercitus nostros vestiuit, aluit, armauit. Quid illa, quæ fortsitan ne sentimus quidem, iudices, quanta sunt? q; multis l locupletioribus ciuib. vtimur? q; habẽt propinquã, fidelẽ, fructuosamq; prouinciam, quò facilè excurrant? vbi libẽter negotiũ gerant? quos illa partim mercibus suppeditandis, cum quæstu compendioq; dimittit: partim retinet, vt arare, vt pascere, vt negotiari libeat, vt deniq; sedes, ac domicilia collo care. quod cõmodum nõ mediocre populi m Romani est: tantum ciuiũ n Romanorum numerum tã propè ab domo, tã bonis, fructuosisq; rebus detineri. Et quoniam quasi o quædam prædia populi R. sunt, vectigalia nostra, atq; prouinciæ: quemadmodum propinquis vos vestris prædiis maximè delectamini: sic populo R. iucunda suburbanitas est huiusce prouinciæ. Iam verò hominũ ipsorum, iudices, ea patientia, virtus, frugalitas q; est, vt proximè ad nostram disciplinã illam veterẽ, nõ p ad hanc, quæ nunc increbuit q, videantur r accedere. nihil ceterorũ simile Græcorũ, nulla desidia, nulla luxuria s: contrà summus labor in publicis, priuatisq; rebus, summa parsimonia, summa diligentia. Sic porrò nostros homines diligunt, vt t his solis neq; publicanus u, neq; negotiator odio sit. Magistratuũ autẽ nostrorum iniurias ita multorũ tulerunt, vt num quam ante hoc tẽpus *ad aram x legum*, præsid úmq; vestrum publico y consilio confugerint, ipsum, ipsum senatum, atque adeò P. Romanum.* y M. enim Lepidũ accusarunt non quasi ex publico consilio, sed quod omnes accusarent*

a *al.* apudeã
b L. conditũ iam putauerimus.
c id canon dicebatur.*
d id oblatio dicebatur.*
e id indictio dicebatur.*
f *al.* etiam*
g Polybius de Sicilia κεκλῆσθαι δ' αὐτὴν ταμεῖον τῆς ῥώμης. *idem* Strabo *lib.* 6 *
h L. nominabat.
i scilicet, *vt dez* Flor. 18.*
P. CX.
k Aerarium Romæ vetus seu vulgare quod ex tributis, vectigalibus, & præda publica. Alterum sãctius quod ad vltimos casus. Tertiũ quod nisi bello Gallico cautũ, execrationes, publicis additis, aperiebatur: quod victis Gallis apertum à Cæsare. *Appianus* 2.*
l L. multo loc.
m L. reip. est: *v.c.* R. P. est: n *al.* ciuium numerum*
o Vectigalia & prouinciæ quasi prædia P. Romani.*
p *al.* nõ hãc,
q *vulg.* increbuit,
r L. videatur acc.
s L. luxuries:
t L. vtilis solis.
u Romanorum hominũ per prouincias nomina*
x Ad aras cõfugere vetere solebant, quo tuti ab iniuriis potẽtiorũ essent. sic apud Athenienses ara misericordiæ fuit. *Theophil Institut. de iur. nat. Pausanias in Atticis*, & Aræ salutis fit mentio *l.* 3. *C. de his qui ad Eccles. confugiunt. l.* 5. *C. Theod. eod. tit.* Aras autẽ legũ hic appellat Tribunal Prætoris, subsellia iudicũ, leges

b L. vt possim aliquando de iis rebus, vt possim aliquo modo aliquando &c.
c Senatoria: in amis isbo rantis propter iudicia*
d Digressio de laudibus Siciliæ.*
e Tum eam Messina ciuitas fœdifragæ auxilium contra Hieronẽ per annos ãp. Romano petiit: quod initũ dissidij fuit. *Alcon.* f L. applicauit:
g Primus omnẽ. Flamininus prætor fortunã esse solitus adde Zonaram.*
h Fœm. reddiderunt *vt to quatuor de decim Siciliæ ciuitatibus de quibus libro 6.*
P. B.
i L. maiorib. nostris in
k captis syracusis,*
l L. ac mari claudebatur.

rint, tametsi & illum animum pertulerant, qui sic eos affixerat, vt saluti esse non possent, nisi C. Marcellus quasi aliquo fato veniſſet, *vt hi ex eadem familia salus Siciliæ constitueretur*: [a] & [b] pòst M. Antonij infinitum illud imperium senserant. Sic [c] à maioribus suis acceperât tanta populi Romani in Siculos esse beneficia, vt etiam iniurias nostrorum hominum perferêdas putarent. In neminem ciuitates ante hûc testimonium publicè dixerunt. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset: sed cùm perferre non possent luxuriem, crudelitatem, auaritiam, superbiam: cùm omnia sua cõmoda, iura, beneficia, senatus, populúsque Rom. vnius scelere, ac libidine perdidissent: hoc statuerunt, aut istius iniurias per vos vlcisci, & persequi: aut, si vobis indigni essent visi, quibus opem, auxiliúmque ferretis, vrbeis, ac sedes suas relinquere [d], quandoquidem agros iam antè istius iniuriis exagitati reliquissent. Hoc consilio à L. Metello legationes vniuersæ petiuerunt, vt quamprimum isti succederet. Hoc animo toties apud patronos de suis miseriis deploratunt: hoc commoti dolore, postulata consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina viderentur esse, ediderunt. Fecerunt etiam, vt me, cuius fidem, continentiámque cognouerant, propè de vitæ meæ statu, dolore, ac lacrymis suis deducerent, vt ego istum accusarem: à quo mea longissimè ratio, voluntásque abhorrebat. Quamquam in hac causa multo plureis parteis mihi defensionis, quàm accusationis, suscepisse videor. Postremò homines ex tota prouincia nobilissimi, primíque, publicè, priuatímque venerunt: grauissima, atque [e] honestissima quęque ciuitas vehementissimè suas iniurias persecuta est. At quemadmodum, iudices, venerunt? videor enim mihi liberiùs apud vos iam pro Siculis loqui debere, quàm forsitan ipsi velint. saluti enim eorum potiùs consulam, quàm voluntati [f]. Ecquem existimastis vmquam vlla in prouincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris, tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum? Quæstores vtriusque [g] prouinciæ, qui isto pr. fuerant, cum fascibus mihi præstò fuerunt. Hi portò, qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, non minùs acres contra me fuerunt. Videte, quid potuerit, qui quattuor in [h] prouincia quæstores, studiosissimos defensores, propugnatoresque habuerit: prætorem verò, cohortémque totam sic [i] studiosam, vt facilè appareret, non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quàm Verrem ipsum, qui plenus decesserat, prouinciam fuisse. Minari Siculis, si [k] decreuissent legationes, quæ contra istum dicerent: minari, si qui essent profecti: aliis, si laudarent, benignissimè promittere: grauissimos priuatarum rerum testeis, quibus nos præsentibus denuntiauimus, eos vi, custodíſq; retinere. Quæ cùm omnia facta sint, tamen vnam solam scitote esse ciuitatem Mamertinâ, quæ publicè legatos, qui istum laudarent, miserit. Eius autem legationis principem, ciuitatis nobilissimum [l], C. Heium, iuratum dicere audistis: isti nauem onerariam maximam, Messanæ esse, publicè coactis operis, ædificatam. idémque Mamertinorum legatus, istius laudator, non solùm istum bona sua, verùm etiam sacra, deósque penateis à maioribus traditos, ex ædibus suis eripuisse dixit. Præclara laudatio, cùm *duabus in rebus legatorum vna opera consumitur, in laudando atque* [a] *repetendo* [b]. Atque ea ipsa ciuitas qua [c] ratione illi d amica sit, dicetur certo loco. reperietis enim, quæ causæ beniuolentiæ sint Mamertinis erga istum, eas ipsas causas, satis iustas esse damnationis. Alia ciuitas nulla, iudices, publico consilio laudat. Vis illa summi [e] imperij tantùm potuit, apud perpaucos homines, non ciuitates, vt aut leuissimi quidam ex miserrimis, desertissimísque oppidis inuenirentur, qui iniussu populi, ac senatus proficiscerentur: aut ij [f], qui contra istum legatos decreuerant, & testimonium publicum, ac mandata acceperant, vi, ac metu retinerentur. Quod ego in paucis tamen vsu [g] venisse non molestè fero [h], quo reliquæ tot, & tantæ, & tam graues ciuitates, tota denique Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet, cum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi posse [i], quo minùs experirentur, ecquid apud vos querimoniæ valerent antiquissimorum, fidelissimorúmque sociorũ. Nam, quod fortasse non nemo vestrûm audierit, istum à Syracusanis publicè laudari: id tametsi priore actione ex Heraclij Syracusani testimonio, cuiusmodi esset, cognouistis: tamen vobis alio loco, vt se tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonstrabitur. Intelligeris enim, nullis hominibus quemquam tanto odio, quanto istum Syracusanis, & esse, & fuisse. At enim istum soli [k] Siculi persequuntur: ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt, saluum esse cupiunt. Primùm, si ita esset, tamen vos in hac quæstione de pecuniis repetundis, *quæ sociorum causa constituta est*, lege, iudicióque sociali, sociorum querimonias audire oporteret. sed intelligere potuistis priore actione, ciueis Romanos ex Sicilia plurimos, honestissimos, maximis de rebus, & quas ipsi accepissent iniurias, & quas scirent aliis esse factas, pro testimonio dicere. Ego hoc, quod intelligo, iudices, sic confirmo: videor mihi gratum fecisse Siculis, quòd eorum iniurias, meo labore, inimicitias periculo sim persecutus. non minus hoc gratum me nostris ciuibus intelligo fecisse: qui hoc existimant, iuris, libertatis, rerum, fortunarúmque suarum salutem in istius damnatione consistere. ¶ Quapropter de istius prætura Sicilienſi non recuso, quin ita me audiatis, vt, si cuiquam generi hominum siue Siculorum, siue nostrorum ciuium: si cuiquam ordini, siue aratorum, siue pecuariorum, siue mercatorum probatus sit: si non horum omnium communis hostis, prædóque fuerit: si cuiquam denique vlla in re vmquam temperauerit: vt vos quoque ei temperetis. ¶ Qui simulatque ei fortè prouincia Sicilia obuênit, statim Romæ, & ab vrbe antè quàm proficisceretur, quærere ipse secum, [m] & cogitare cum suis cœpit, quibúsnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere posset. Nolebat in agendo discere (tametsi non prouinciæ rudis erat, & tiro) sed in Siciliam paratus ad prædam, meditatúsque venire cupiebat. O præclarè coniectum à vulgo in illam prouinciam omen cõmunis famę, atq; sermonis! cùm ex nomine istius, quid [n] in prouincia facturus esset, perri-

a *lib. vulg.* cõstitueretur P. B. postquàm M. Ant.
b *al.* & postea
c *al.* sed sic.*
d *v.c.* relinquerent,
e L. atque amplissima quæque
f quia etiam aduersum Metellum, Siciliæ tum Prætorem dicturus est.*
g Libybætanæ & Syracusanæ. sic, si quæstores cõsidertmus Sicilia quasi duplex prouincia: si prætorẽ, vna.*
h L. in vna prouincia q. *fort.* sic sui studiosam,
k *al.* si decreuissent legationem, q. c. ist. dicerrt
l L. nobilissimum ciuem, C. Heium

a L. atque in reper.
b accusando reperundarum.*
c ob remissa munera & ho P.
cietatem pregdarum.*
d L. isti amica sit,
e Metellipretoris in Sicilia, & Romæ fratris eius Metelli altero consulatu
Hortensio.*
f L. aut ij qui contra istum legarideerent, & testimonium publicum, quandatáque acceperant, contigisse*
g *v.c.* tuli.
i L. potuisse

k *fort.* Solí siculi odio persequuntur.

P. CXII.

PROPOSITIO.*

NARRATIO

l *al.* & ad rem, antè quàm profecta. *Asserit* legibus autem esse decebatur, qui extra pomœriumvrbis remorant cum imperium in prouincia fruiti, vel ex bello lugrediri.*
m L. & agere cum isto, capit. *v.c.*
n L. quid ille in prouincia f.

perridiculi[a] homines augurabantur. Etenim quis dubitare posset, cùm istius in quæstura fugam, & furtum recognosceret: cùm in legatione, oppidorum, fanorumq; spoliationes cogitaret: cùm videret in foro[b] latrocinia prætura: qualis iste in quarto[c] actu improbitatis futurus esset? ¶ Atq; vt intelligatis, eum Romæ quæsisse non modò genera furandi, sed etiam nomina: certissimum accipite argumentum, quo faciliùs de singulari eius impudentia existimare possitis. Quo die Siciliam tetigit[d] (videte, satisne paratus ex illo omine vrbano, ad[e] *euerrendam prouinciam* venerit) statim Messana litteras Halesam mittit: quas ego istũ in Italia scripsisse arbitror. nam, simulatque è naui egressus est, dedit operam, vt *Halesinus*[f] ad se *Dio* continuò veniret: se de hereditate velle cognoscere, quæ eius filio à propinquo homine Apollodoro Laphirone[g] venisset. Erat, iudices, pergrandis pecunia. Hic est Dio, iudices, nunc beneficio Qu. Metelli ciuis Romanus factus: de quo, multis viris primariis testibus, multorúmque tabulis vobis priore actione satisfactum est, LLS.[h] vndecies numeratum esse, vt eam causam, in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse, isto cognoscente obtineret: præterea greges nobilissimarum equarum abactos: argenti, vestísque stragulæ domi quod fuerit, esse direptũ i. ita LLS. vndecies Qu. Dionem, quod hereditas ei[k] obuenisset, nullã aliam ob causam, perdidisse. Quid? Hęc hereditas quo prætore Dionis filio venerat? eodẽ, quo Anneiæ, P. Anneij senatoris filiæ: eodem, quo M. Liguri senatori, C. Sacerdote prætore. Quid? tum nemo molestus Dioni fuerat? non plus quàm Liguri, Sacerdote prætore. Quid? ad Verrem quis detulit? nemo: nisi fortè existimatis ei quadruplatores[m] ad fretũ præstò fuisse. Ad vrbem[n] cùm esset, audiuit, Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hereditatem: heredem statuas iussum esse in foro ponere: nisi posuisset, Veneri Erycinæ esse multatum. Tametsi positæ essent ex testamento: putabat tamen, quoniam Veneris nomen esset, causam[o] pecuniæ se reperturum. Itaque apponit, qui petat Veneri Erycinæ illam hereditatem. non enim quæstor petit (vt est consuetudo, is qui Erycum[p] mõtem obtinebat:[q] petiit Neguius Turpio quidam, istius excursor[r] & emissarius, homo omnium, ex illo conuentu, quadruplatorum deterrimus, C.[s] Sacerdote prætore condemnatus iniuriarum. etenim erat eiusmodi causa, vt ipse prætor, cùm quæreret calumniatorem[t], paullo tamen consideratiorem reperire non posset. Hunc[u] hominem Veneri absoluit: sibi condemnat. maluit videlicet homines peccare, quàm deos: se potius à Dione, quod non licebat, quàm Venerem, quod non debebatur, auferre. Quid ego nunc hic Sex. Pompeij Chlori testimonium recitem, qui causam egit Dionis? qui omnibus rebus interfuit? hominis honestissimi, tametsi ciuis Romanus virtutis causa iamdiu est, tamen omnium Siculorum primi, ac nobilissimi? Quid ipsius Qu. Cæcilij Dionis, hominis probatissimi, ac prudentissimi? Quid L.[x] Vetecilij Liguris, T.[y] Manlij, L.[z] Caleni hac Dionis pecunia confirmatum est. Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incõmodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, iam antè cognosse. Quid? Lucullus, qui tũ in Macedonia fuit, meliùs hæc cognouit, quàm tu Hortensi, qui Romæ fuisti? ad quem Dio cõfugit? qui de Dionis iniuriis grauissimè per litteras cum Verre questus es? noua tibi hæc sunt, & inopinata? nunc primùm hoc aures tuę crimen accipiunt? nihil de Dione, nihil de socru tua, fœmina primaria, Seruilia, vetere Dionis hospita, audisti? nonne multa mei testes, quæ tu scis, nesciunt? nónne te mihi testem in hoc crimine eripuit non istius innocentia, sed legis[a] exceptio? Recita. TESTIMONIA M. LVCVLLI, CHLORI, DIONIS. Satisne vobis magnam pecuniam Veneriu[b] homo, qui è Chelidonis sinu in prouinciam profectus esset, Veneris nomine quæsisse videtur? ¶ Accipite[c] aliam in minore pecunia nõ minus impudentem calumniam. *Sosippus* & *Epicrates*[d], fratres sunt *Agyrinenses*. horũ pater ab hinc duos, & XX. annos est mortuus: in cuius testamento, quodã loco, si cõmissum[e] quid esset, multa erat Veneri. ipsos[f] XX.[g] annos, cùm tot interea prætores, tot quæstores, tot kalumniatores in prouincia fuissent, hereditas ab his Veneris nomine petita non est. Causam Verres cognoscit. per Volcatium pecuniam accepit, ferè[h] ad LLS. CCCC. millia ab duobus fratribus. Multorum testimonia[i] audistis antea. vicerunt Agyrinenses fratres, ita, vt egentes, inanésq; discederent. At enim ad Verrem pecunia ista non peruẽnit. Quæ est ista defensio? vtrúm asseueratur in hoc, an tentatur? mihi enim noua res est. Verres calumniatores[k] apponebat: Verres adesse iubebat: Verres cognoscebat: Verres iudicabat: pecuniæ maximæ dabantur: qui dabant, causas obtinebant: tu mihi ita[l] defendas? non est ista Verri numerata pecunia. Adiuuo te: mei quoque testes idem dicunt: Volcatio dicunt sese dedisse. Quæ vis erat, vt[m] in Volcatio tanta, vt LLS. CCCC. millia[n] à duobus hominibus auferret? & o quis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? Veniat nunc: experiatur: tecto recipiet nemo. At ego amplius dico, LLS. quadringenteis[p] accepisse te arguo contra leges: nego tibi ipsi vllum nummum esse numeratum: sed cùm ob q tua decreta, ob imperata, ob iudicata, pecuniæ dabantur, non erat quęrendum, cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. Comites[r] illi tui delecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, haruspices, præcones, manus erãt tuæ. vt quisq; te maximè cognatione, affinitate, necessitudine alicui attingebat, ita maximè manus tua putabatur. cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm si centũ cohortes fugitiuorum fuissent, tua manus sine controuersia fuit. quidquid ab horũ quopiam captum est, id non modò tibi datum, sed tua manu numeratum iudicati necesse est. Nam si hanc defensionem probabitis[s], Non accepit ipse: licet omnia de pecuniis repetundis iudicia tollatis. Nemo[t] vnquam tam reus, tam nocens adducetur, qui ista defensione non possit vti. etenim cùm Verres vtatur: quis erit vnquam posthac reus tam perditus, qui non ad Qu. Mucij[u] innocentiam referatur, si cum isto conferatur? Neque nunc tam mihi isti Ver-

a *al.* perridi culę

b aede Castoris & Rostris.*

c Prætura Siciliensi, possessus Quæsturam. & Prætoriam vrbanam.*

d L. arrigit, e *al.* ad euertandam pr.

P. B.

f De rebus iudicatis in diuersos, ac primum, in Dionem Halesinum.*

g *al.* L. Auarone

h L. LLS. 12. numerata esse. *al.* est sestertium vndecies millia

i *al.* decreptũ ita LL. 10. Dion.

k L. ei venisset

l *al.* est hęc hæreditas.*

m Quadruplatores delatores qui præmii loco quarta pars bonorũ damnati dabatur.*

n Aduerbẽ est quid paulò antè dictũ*

o L. causam kalumniæ se rep.

p L. Erycinũ *al.* Erycitũ

q hoc est Libybætanus.*

r conciliator atque interminatus Verris.

s L. Sacerdote pr.

t *al.* kalumniatorem.

u *al.* Hichominem

P. CXIII.

x *al.* L. Vecilii Liv.

y *al.* Manilii,

z *al.* Kaleni*

a Lege non licebat accusatori, testimonium denuntiare defensori. *al.* cõ. vel quæ patronos reorũ testimonio liberat.*

b Veneritis, vel qui Veneris causa n agit, vel qui amoribus indulget.*

c De rebus iudicatis in Sosippum & & Epicratẽ Agyrinẽses* d *al.* Philocrates,

e Commissa dicuntur, quę contra testatoris voluntatem facta, aut non facta ab hærede, multa aliqua, poenaq. plectuntur.*

P. B.

f *al.* Ipso vicesimo anno, cùm tot int. pr. tor. q. r. Kalumniatores in prou. f. h. ab his Vẽ. n. perita est g præscriptio temporis.*

h *al.* ferè LLS XX. à duobus fr. L. ferè LLS CCCC. mill.

i *al.* testimonium aud.

k *al.* Kalumniatorem ap. & *ita I.*

l L. ita defendas, nõ est ista Verri numerata pecunia:

m *al.* erat Volcatio t.

n L. millia duob. hom.

o L. ecquis Volc.

p *al.* CCCC cep sse te arg L. quadringentes cepisse

q L. ob tua decreta, ob imperia, ob iudicia, &c. & *ita al.*

r Comites P. CXIIII. prętorum in prouincia qui fuerint Horum fit mentio in l. 4. ff. de officio adsess. l. 9. in fin. ff. & 11. ad Atticum 1.*

s *al.* probatis.* t L. Nemo vnquam reus tam nõc. u qui Assam fanocentissime rexit *Cicero, diuinat.**

rem defendere videntur, quàm in Verre defensionis tẽtare rationem. Qua[a] de re, iudices, vobis magnopere prouidendum est. pertinet hoc ad summam reip. & ad existimationẽ ordinis, salutémque sociorum. *Si enim innocentes existimari volumus, non solùm nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstare debemus.* Primùm omnium opera [c] tãta danda est, vt eos nobiscum ducamus, qui nostræ famæ, capitíque consulant. deinde, si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefelleritˌ vt vindicemus: missos faciamus: semper ita viuamus, vt rationem reddendam nobis arbitremur. Africani [d] est hoc, hominis liberalissimi. verumtamen ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est, vt in illo fuit. Cùm ab eo quidam vetus assectator, & ex numero amicorum, non impetraret, vt [e] se præfectum in Africam duceret, & id ferret moleste: *Noli*, inquit, *mirari, si tu à me hoc non impetras. ego iam pridem ab eo, cui meam existimationem caram fore arbitror, peto, vt mecum præfectus proficiscatur: & adhuc impetrare non possum.* Etenim re vera multo magis est petendum ab hominibus, sif salui esse volumus, vt eant nobiscum in prouinciam, quàm hoc illis in beneficij loco deferendum. Sed tu, cùm & tuos amicos in prouinciam, quasi in prædam, inuitabas, ac g cum illis, ac per eos prædabare, & eos in [h] concione annulis aureis donabas: non statuebas, tibi non solùm de re, sed etiam de illorum factis rationem esse reddendam? ¶ Cùm hos sibi quæstus constituisset [k] magnos, atque vberes ex his causis, quas ipse instituerat in consilio, hoc est, cum sua cohorte, cognoscere: tum infinitum genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam [l]. Dubium nemini est, quin *omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum, qui iudicãt*: quin nemo nostrũm possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si, cùm hæc à quopiam vestrũm petita [m] sint, prætor improbus, cui nemo intercedere possit, det quem velit iudicem: iudex nequam & leuis, quod prætor iusserit, iudicet. Si[n] verò illud quoque accedet, [o] vt in ea verba prætor iudicium det, vt vel Octauius Balbus [p] iudex, homo, & iuris, & officij peritissimus, nõ possit aliter iudicare: si q iudicium sit eiusmodi, L. OCTAVIVS IVDEX ESTO: SI [r] PARET, FVNDVM CAPENATEM, QVO [s] DE AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM P. SERVILII ESSE, NEQVE IS FVNDVS Q. CATVLO RESTITVETVR: non necesse erit L. Octauio iudici cogere P. Seruilium Q. Catulo fundum restituere, aut [t] condemnare eum, quem non oporteat? Eiusdem modi totũ ius prætorium, eiusdemmodi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre prætore: decreta eiusmodi: SI NON ACCIPIT QVOD TE DEBERE DICIS, ACCVSES: SI[u] PETITVR, [x] DVCAS [y]. Cæ. Fuficium duci iussit petitorem, L. Suetium, L[a]. Racilium. iudicia huiusmodi [b]: QVI CIVES RO. ERANT [c], SI SICVLI [d] ESSENT, TVM [e] SI EORVM LEGIBVS DARE OPORTERET. QVI SICVLI SI CIVES RO. ESSENT. Verùm, vt totum genus amplectamini iudiciorum: priùs iura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. Siculi hoc iure sunt, *vt, quod ciuis cum ciui agat, domi certet suis legibus: quod Siculus cum Siculo non eiusdem ciuitatis, vt de eo prætor iudices* ex P. Rupiliâ[a] decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit: quam [b] legem Siculi Rupiliam [c] vocant: *sortiatur. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato: senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet datur* [d], cùm alternæ ciuitates reiectæ sunt. *Quod ciuis R. à Siculo petit: Siculus iudex datur. quod Siculus à ciue R. ciiuu Rom. datur. ceterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi solent. Inter aratores & decumanos, lege* [e] *frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiunt.* Hæc omnia isto prætore non modò perturbata, sed planè & Siculis, & ciuibus R. erepta sunt. Primùm suæ leges, quod ciuis cũ ciui ageret [f], aut eum iudicem, quem commodum erat, præconem, haruspicem, medicum suum dabat: aut, si legibus erat iudicium cõstitutum, & ad ciuem suum iudicem venerant [g], liberè ciui iudicare non licebat. Edictum enim hominis cognoscite, quo edicto [a] omnia iudicia redegerat in suam potestatem: *Si [h] quis perperam iudicasset, se cognoturum: cùm cognosset, animaduersurum.* Idque cùm faciebat, nemo dubitabat, quin, cùm iudex alium de suo iudicio putaret [i] iudicaturum, séque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem spectaret [k] eius, quem statim de [l] capite suo putaret iudicaturum. Selecti è conuentu, aut propositi ex negotiatoribus iudices, nulli. hæc copia, quam dico, iudicum, cohors non Qu. Scæuulæ, qui tamen de cohorte sua dare non solebat: sed C. Verris. Cuiusmodi cohortem putatis hoc principe fuisse? sicuti videtis edictum: SI QVID PERPERAM IVDICARIT SENATVS. Eum quoque ostendam, siquando sit datus, coactu istius, quod non senserit, iudicasse. Ex lege Rupilia sortitio nulla, nisi cùm nihil intererat istius. lege Hieronica iudicia plurimarum cõtrouersiarum, sublata vno nomine omnia: de conuentu, ac negotiatoribus nulli [m] iudices. Quantam potestatem habuerit, videtis: quas res gesserit, cognoscite. ¶ *Heraclius* [n] est *Hieronis filius, Syracusanus*, homo in primis domi suæ nobilis, & ante hunc prætorem vel pecuniosissimus Syracusanorum: nunc nulla alia calamitate, nisi istius auaritia, atque iniuria, pauperrimus. huic hereditas facilè ad LLS. tricies venit testamento propinqui sui, Heraclij: plena domus cælati argenti optimi, multæque stragulæ vestis, pretiosorúmque [o] mancipiorum: quibus in rebus istius cupiditates, & [p] insaniam quis ignorat? erat in sermone res, magnam Heraclio pecuniam [q] venisse: non solùm Heraclium diuitem, sed etiam ornatum suppellectili, argento, veste, mancipiis futurum. audit hæc etiam Verres: & primò, illo leuiore artificio Heraclium aggredi conatur, vt eum roget inspicienda, quæ non reddat: deinde à quibusdam Syracusanis admonetur: hi autem quidam erant affines istius, quorum vxores iste numquã alienas existimauit, Cleomenes, & Æschrio: qui quantum apud istum, & quàm turpi de causa potuerint, ex reliquis criminibus intelligetis. Hi, vt dico, hominem admonent, rem esse præclaram, referrem [r] omnibus rebus: ipsum autem Heraclium, hominem esse maiorem natu, non promtissimum: & eum, præter Marcellos, patronum, quem iure suo adire, aut appellare posset, habere neminem: esse in eo testamento, quo ille heres esset, scriptum, vt statuas in palæstra deberet ponere. faciemus, vt palæstritæ negẽt ex testa-

a *fort.* Cuiusmodi iudices, vobis *al.* Quare iud.
b L. ad summam rẽp. & ad existim. ordinis nostri, salutémque, &c
c L. opera danda, vt eos nobiscum educamus, d minoris. minor enim semper intelligitur, cũ nihil additur*
e L. vti se præfecto L. si salui, & honesti esse vol.
g L. & cum illis, ac* per
h Libertum Verrisinuit*
i L. non solùm de tuis, sed etiam
k *fort.* instituisset m. atq; vb. ex h. c. q. ipse const. in cons.
l *fort.* corradendam.
m *al.* petita sunt.
n *al.* Quid vero si illud quoque accedet.*
P. B.
o *al.* accedat *v. c.* accedit,
p *al.* Balbus, homo &c.*
q L. si ineuitabili modo. L. Octauius *lib. vulg.* si apparet,
r *v. c.* Q. D. A. & L. & condemnari *al.* tibi & post si patiatur*
x *al.* patiatur *vt* S. *divi vt subaudias iudicium. Manutius legit*, petit.*
y *Subaudi* in ius *vel* vinculo.*
z *al.* C. Fusidiũ. *al.* C. Fusinium
a *al.* L. Acilium
b *al.* eiusmodi:
c *Subaudi* dabatur: ita hũc locum interpretatur Donatus in Phorm. ad illum locum, Hic in noxia est*
d *Subaudi* rei *Donatus illo loco.**
e L. cum Siculoseorum legib. dare oporteret.
Qui Siculi: si ciues R. esset cum ciuibus R. dare iudices oporteret. Verùm,

a p. hic Rupilius ex publicano factus Consul, decr. p. CXV. legatorum sententia leges Siculis conscripsit. *Asconius.**
b L. quam illi legem Rupiliam vocant.
c Lex Rupilia hic explicatur.*
d *al.* dat. cum aliæ ciuitates reiectæ sint.*
e kex Hieronica seu frumentaria.*
f L. agere. Aut enim iudicem, q. d. comm.
g *al.* venerat.
i *lib. vulg.* putet iud.
k *lib. vulg.* spectet eius.
l *lib. vulg.* de cap. f. putet iud.
m *fort.* sollidati iudices.
n De tribus à Verre latis causis ciuium Syracusanorum.
o *al.* pretiosissimorum. P. L. & insanias
q L. pecuniã relictam.*
r L. domum referam &.

testamento esse positas: petant hereditatem, quòd eam palæstræ commisisse [a] dicant. Placuit ratio Verri: nam [b] hoc animo prouidebat, cùm tanta hereditas in controuersiam venisset, iudicióque peteretur, fieri non posse, vt sine præda ipse discederet. approbat consilium: auctor est, vt quàm primùm agere incipiant, hominémque id ætatis, minimè litigiosum, quàm tumultuosissimè adoriantur. Scribitur Heraclio dica. Primò mirantur omnes improbitatem calumniæ [c]: deinde qui istum nossent, partim suspicabantur, partim planè videbant, adiectum esse oculum hereditati. Interea dies aduenit, quo die sese ex instituto, ac lege [d] Rupilia, dicas [e] sortiturum Syracusis iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortiendam venerat. tum eum docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quòd lex Rupilia vetaret diebus xxx. sortiri dicam [f], quibus scripta esset. dies xxx. nondum fuerant, sperabat Heraclius, si [g] illum diem effugisset, ante alteram sortitionem Qu. Arrium, quem prouincia tum maximè exspectabat, successurum. Iste [h] omnibus [i] iudiciis diem distulit [k]: & eam diem constituit, vt hanc Heraclij dicam sortiri post dies xxx. ex lege posset. Posteaquàm ea dies venit: iste incipit simulare se velle sortiri. Heraclius cum aduocatis adit, & [l] postulat, vt sibi cum palæstritis, hoc est, cum populo Syracusano, æquo iure disceptare licear. Aduersarij postulant, vt in eam rem iudices dentur, ex his ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent, electi, qui Verri viderentur. Heraclius contrà, vt iudices è lege Rupilia dentur: vt ab institutis superiorum, ab auctoritate senatus, ab iure omnium Siculorum ne recedatur. Quid ego istius in [m] iure dicundo libidinem [n] demonstrem? quis uestrûm non ex vrbana iurisdictione cognouit? quis vmquam, isto prætore, Chelidone inuita, lege [o] agere potuit? Non istum, vt non nominem, prouincia corrupit: idem fuit, qui Romæ. Cùm id, quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, ius esse certum Siculis, inter se quo iure certarent, legem esse Rupiliam quam [p] prætor Rupilius ex s. c. de decem legatorum sententia dedisset: hoc [q] omneis semper in Sicilia consules, prætoréque seruasse: negauit se iudices è lege Rupilia sortiturum. quinque iudices, quos commodum ipsi fuit, dedit. Quid [r] huic homini facias? quod supplicium dignum libidini [s] eius inuenias? Præscriptum tibi cùm esset, homo [t] deterrime, & impudentissime, quemadmodum inter Siculos iudices dares? cùm imperatoris P. R. auctoritas, legatorum decem, summorum hominum, dignitas, s. c. intercederet, cuius [u] consulto P. Rupilius prætor ex [x] legatorum sententia leges in Sicilia constituerat: cùm omnes ante [y] te prætores, Rupilias leges & in ceteris rebus, & in iudiciis maximè obseruassent: tu ausus es pro nihilo prætua præda tot res sanctissimas ducere? tibi nulla lex fuit? nulla religio? nullus existimationis pudor? null? iudicij metus? nullius apud te grauis auctoritas? nullum exemplum, quod sequi velles? Verùm, vt institui dicere, quinque iudicibus nulla lege, nullo instituto, nulla religione [z], nulla sorte, ex libidine istius datis, non qui causam cognoscerent, sed qui, quod imperatum esset, iudicarent: eo die nihil actum est. adesse iubentur postridie. Heraclius interea, cùm omneis insidias à prætore fortunis suis fieri videret, capit consilium de amicorum & propinquorum sententia, non adesse ad iudicium. itaque Syracusis illa nocte profugit. Iste postero die manè, cùm multo maturiùs, quàm vmquam antea, surrexisset: iudices citari iubet. vbi comperit Heraclium non adesse, cogere incipit eos, vt absentem Heraclium condemnarent. Illi cum commonefaciunt, vt, si ei videatur, vtatur instituto suo, nec cogat ante horam decimam de absente secundum præsentem iudicare. impetrant. Interea sanè [a] perturbatus & ipse, & eius amici, & consiliarij, molestè ferre cœperunt, Heraclium profugisse. putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ, multo inuidiosiorem fore, quàm si præsens damnatus esset. Eò accedebat, quòd [b] iudices è lege Rupilia dati non erant. multo etiam rem turpiorem fore, & iniquiorem visum [c] iri intelligebant. Itaque hoc dum corrigere vult, apertior eius cupiditas, improbitásque facta est. Nam illis quinque iudicibus vti sese negat: iubet, id quod initiò è lege Rupilia fieri oportuerat, citari Heraclium, & eos, qui dicam scripserant: atque se iudices è [d] lege Rupilia velle sortiri. Quod ab eo pridie multis lacrymis cùm eum oraret, atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuerat: id ei postera [e] die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas [f] oportere. Educit ex vrna treis, iis vt absentem Heraclium condemnent, imperat. itaque cõdemnãt. Quę, malûm, ista fuit amẽtia? ecquando te ratione factorũ tuorũ redditurũ putasti? ecquando his de rebus taleis viros audituros existimasti? Peratur hereditas ea, quæ nulla debetur, in prædã prætoris? interponatur nomen ciuitatis? imponatur honestæ ciuitati turpissima persona Kalũniæ [g]? Neq; hoc solũ: sed ita res agatur, vt ne simulatio quidẽ æquitatis vlla adhibeatur? Nam, per deos immortaleis, quid interest, vtrùm prætor imperet, víque cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere: an huiusmodi iudicium det, quo iudicio, indicta causa, fortunis omnibus euerti necesse sit? Profectò enim negare [h] non potes, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse, cùm præsertim Heraclius id postularet. Sin illud dices, te Heraclij voluntate ab lege recessisse: ipse te impedies: ipse tu tua defensione implicabere. Quare enim primũ ille ipse adesse noluit, cùm ex eo numero iudices haberet, quos postularat? deinde tu cur post illius fugam iudices alios sortitus es, si eos, qui erant antea dati, vtriusque dederas voluntate? deinde ceteras dicas omneis illo foro M. Postumius quæstor sortitus est: hanc solam tu [i] illo conuentu reperiere sortitus. Ergo, inquiet aliquis, donauit populo Syracusano illam hereditatem. Primùm, si id confiteri velim, tamen istum condemnetis necesse est. *neque enim permissum est, vt impune nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere.* Verùm ex ista reperietis hereditate ita istum prædatum, vt perpauca occultè fecerit; populum quidem Syracusanum in maximam inuidiam suæ infamia, alieno præmio peruenisse: paucos Syracusanos, eos, qui se nunc publicè laudationis causa venisse dicunt, & tunc participeis prædæ fuisse, & nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium æstimationem venisse. Po-

a *l. commissam esse dicant. l. Commissa hæreditas, quæ ad alium hæredem ex testamenti conditione deuoluitur.*
b *al.* tam hoc an.
c *vide* kalũniæ.
d Lex Rupilia de qua mox dicetur plenius.
e δίκην λέγειν
f Dica, iudicis, iudicium est. vt apud Terentium *Phormione.*
g *al.* si illam diem
h *l.* iste omnibus dicis dictam d.
i *al.* omnibus dicis *vide supra legitur* dicam & dicas fortiri.
k *al.* differt.
l *al.* & Postulabat.
m *lib. vulg.* in iure dicendo
n libidinem & scelera demonstrem,
P. B.
o lege agere est ius suum lege persequi.
p *l.* quam P. Rupilius consul de.
Lex Rupilia à P. Rupilio prætore in Sicilia de decem legatorum sententia lata, qua prætor lege inter Siculos qui non essent, eiusdem ciuitatis, iudicem sortito dabatur.
q *l.* hanc omneis
r *l.* quid hoc homine facias,
s *vel.* libidinem
t *l.* homo te terrime,
u *al.* cuius consulto P. Rupilius ex leg.
x *al.* de decem legatorum sententia.
y *al.* ante te prætorem.
z *al.* religione

Tom. 2. cc. j.

steaquàm damnatus est absens, non solùm illius hereditatis, de qua ambigebatur, quæ erat LI S. tricies [a], sed omnium bonorum paternorum ipsius Heraclij, quæ non minor erat pecunia, palæstræ Syracusanorum, hoc est, Syracusanis, possessio traditur. Quæ est ista prætura? Eripis hereditatem, quæ venerat à propinquo, venerat testamento, venerat legibus: quæ bona is, qui testamentum fecit, huic Heraclio, ante aliquanto, quàm est mortuus, omnia vtenda, ac possidenda tradiderat: cuius hereditatis, cùm ille aliquanto ante te prætorem esset mortuus, controuersia fuerat nulla, mentionem fecerat nemo. Verùm esto, eripe hereditatem propinquis, da palæstritis: prædare in bonis alienis, nomine ciuitatis: euerte leges, testamenta, voluntates mortuorum, iura viuorum. num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit? qui simulac profugit, quam impudenter, quàm palàm, quam acerbè, dij immortales, illa bona direpta sunt! quàm illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur! Nam illud quidem st. tim curatur, vt, quidquid celati argenti fuit in illis bonis, ad istum deferatur: quidquid Corinthiorum vasorum, stragulæ [b] vestis. hęc nemo dubitabat, quin non modò ex illa domo capta & oppressa, verùm ex tota prouincia ad istum comportari necesse esset. Mãcipia [c], quæ voluit, abduxit, alia diuisit: auctio facta est: in qua cohors istius inuicta dominata est. Verùm illud est præclarum: Syracusani, qui præfuerant his Heraclij bonis, verbo, redigendis: re, dispertiendis, teddebant eorum negotiorum ratione in senatu: dicebãt scyphorum paria cõplura, hydrias [d] argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri [e] data esse: dicebant, quantũ cuique, eius iussu, nummorũ esset datum. gemebant Syracusani: sed tamen patiebantur. repetè recitatur, vno nomine LI S. [f] CCI. millia iussu prætoris data. fit maximus clamor omnium, non modò optimi cuiusque, neque eorum, quibus indignũ semper visum erat, bona priuati, populi nomine, per summã iniuriam erepta: verùm etiã ipsi illi auctores iniuriæ, & ex aliqua particula, socij prædæ, ac rapinarum, clamare cœperunt, sibi vt haberet hereditatem. tantus in curia clamor factus est, vt populus concurreret. Res ab omni conuentu cognita, celeriter domum nuntiatur. Homo inimicus iis, qui recitassent: hostis omnibus, qui acclamassent: exarsit iracundia, ac stomacho. Verum tamen fuit tum sui dissimilis. nostis os hominis, nostis audaciam: tamen tum rumore populi, & clamore, & furto manifesto grandis pecuniæ perturbatus est. Vbi se collegit, vocat ad se Syracusanos: quia non posset negare ab illis pecuniam datam: non quæsiuit procul alicunde (neque enim probaret) sed proximum, pene alterum filium, quem illam pecuniam diceret abstulisse. ostendit se reddere coacturum: qui posteaquàm id audiuit, habuit [g] dignitatis, & ætatis, & nobilitatis suæ rationem, verba apud senatum fecit: docuit, ad se nihil pertinere de isto, id, quod omnes videbant, neque ille quidem obscurè locutus est. Itaque illi Syracusani statuam postea statuerunt: & [h] is, vbi primùm potuit, istum reliquit, de prouinciáque decessit. Et tamen aiũt eum queri solere nonnumquam, se miserum, quod non suis, sed [a] suorum [b] comitum peccatis, & criminibus prematur. Trienniũ prouinciam obtinuisti: genere electus adolescens vnum annum tecum fuit: sodales, viri fortes, legati tui primo anno te reliquerunt: vnus legatus P. Tadius, qui erat reliquus, non ita multùm tecum fuit: qui si semper vnà fuissĕt, tamen summa cura tum tuæ, tum multo etiam magis suæ famæ pepercisset. Quid est, quòd tu alios accuses? quid est, quãobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum [c] aliquo posse? Numerantur illa LI S [d]. ducenta quinquaginta Syracusanis. ea quemadmodũ ad istum postea per pseudothyrum [e] reuertantur, tabulis vobis, & testibus, iudices, planum faciam. Ex hac iniquitate istius, & improbitate, iudices, quòd præda ex illis bonis ad multos Syracusanos, inuito populo, senatúque Syracusano, venerat, illa [f] scelera per Theomnastum, & Æschrionem, & Dionysodorum, & Cleomenem inuitissima ciuitate facta sunt, primùm vt vrbs tota spoliaretur: qua de re alius mihi locus ad dicendum est constitutus: vt omnia signa iste per eos homines, quos nominaui, omne ebur ex ædibus sacris, omneis vndique tabulas pictas, deorum denique simulacra, quæ vellet, auferret: deinde vt in curia Syracusis, quem locũ illi buleuterium [g] vocãt, honestissimo loco, & apud illos clarissimo, sub [h] illius ipsius M. Marcelli, (qui cùm Syracusanis locũ eum eripere belli ac victoriæ lege posset, conseruauit, & reddidit,) statuai ex ære facta: ibi inauratam isti, & alteram filio statuam posuerint: vt, dũ istius hominis memoria maneret, senatus Syracusanus sine lacrymis, & gemitu in curia esse non posset. Per eosdem istius iniuriarũ, furtorũ, vxorúmque socios, istius imperio Syracusis Marcellea [k] tolluntur maximo gemitu, luctúque ciuitatis: quem illi diem festum cùm recentibus beneficiis M [l]. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ [m] Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Mithridates in Asia, cùm eam prouinciam totam occupasset, Mucia [n] non sustulit, hostis, & hostis in ceteris rebus nimis ferus, & immanis, tamen honorem hominis, deorum religione consecratum, violare noluit: tu [o] Syracusanos vnum diem festum Marcellis impartiri [p] vetuisti, per quos illi adepti sunt, vt ceteros dies festos agere [q] possent. At verò præclarum diem illis reposuisti, Verrea vt ageretur, & vt ad eum diem, quæ sacris, epulísque opus essent, in complureis annos locarentur. Iam [r] in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Nam me dies, vox, latera deficiant, si hoc nunc vociferari velim, quàm miserum, indignúmque sit, istius nomine apud eos diem festum esse, qui sese istius opera fundibus exstinctos esse arbitrentur. ô Verréa [s] præclara, quóquam [t] si accessisti, quò non attuleris tecum istum diẽ? etenim quam tu domum, quam vrbem adisti, quod fanum denique, quod non euersum, atque exterminatum reliqueris? Quare appellentur sanè ista Verréa, quæ non ex nomine, sed ex manibus [u], naturáque tua constituta esse videantur. Quàm facilè serpat iniuria, & peccandi consuetudo: quàm non facilè repri-

a al. ccc.*

b L. quidquid stragulæ vestis: c v. c. Mancipia:

d v. c. hydrias argenteas pretiosas, vestem stragulam multa, mãc. e v. c. data esse Verri. f al. LIS. CCC. mendose.

g Zebabus Sign.

h I. & is, vt primũ.

a L. sed suorum peccatis b al. suorum peccatis.* c L. cum altero d v. c. LIS. CCC. e Pseudothyron vocat posticum ædium, auersas fores.* f al. etiam illa scelera sunt. quę per g Buleuterium Gloss. βουλευτήριον curia ordo.* g L. vbi ipsius M. Marc. (qui eum Syr. loc. quem erip. h L. statua est ex ære facta k Marcellea dies Festus ad honorem M. Marcelli à Syracusanis constitutus.* l al. C. Marcm Familig plures ex vno Claudio genere: Marcelloru. Publichrorum: Neronum: vrcs Cornelio Scipiones, Sullæ, Cinnę, Dolabellę: ex Æmylio, Mamertini, Barbulæ, Paullo Lepidi, Papo Scauri.*

n Mucia dies Festus Q. Mucij sed uolæ qui summa vene centia Asiæ præfuit.* o al. tu Syracusanos vnu. d. mendose. p al. impertire noluisti q L. agerent possent. r L. Sed iam in f L. O Verrea præclara, si quoque accessisti, ad attuleris tecum ist. d. P. B. s al. quò non si accessisti, quo non attuleris tecum istum die. quo quam accessisti, quo so, quo non al. quasi quam accessisti, quo non al. cuiusnam accessisti.* u al. meribus.

reprimatur, videte iudices. ¶ *Bidũ* oppidum est, tenue sanè, non longè à Syracusis. Huius [a] longè primus ciuitatis est *Epicrates* [b] quidam. Huic hereditas LLS. quingentorum millium venerat à muliere quadam propinqua, atque ita propinqua, vt [c] ea etiam si intestata esset mortua, Epicratē Bidinorũ legibus heredē esse oporteret. Recens Syracusana erat illa res, quã antè demonstraui, de Heraclio Syracusano, qui bona nõ perdidisset, nisi ei venisset hæreditas huic quoq; Epicrati venerat, vt dixi, hereditas. Cogitare cœperũt eius inimici, nihil lominus eodẽ prętore hũc euerti bonis posse, quo Heraclius esset euersus. rem occultè instituunt: ad Verrem per eius interpretes deferunt. ita causa componitur, vt item palæstritæ Bidenses [d] peterent ab Epicrate hereditatem, quemadmodum palæstritæ Syracusani ab Heraclio perissent. Num quam vos prætorem tam palæstrium [e] vidistis. verùm ita palæstritas defendebat, vt ab illis ipse vnctiorf discederet [g], qui [h] statim cum [i] præsensisset, iubet cuidam suorum [k] amicorum numerari LLS. LXXX [l]. Res occultari satis non posse [m], per quendam eorum, qui interfuerat, fit Epicrates certior. Primò negligere, & contemnere cœpit, quòd causa protulus, quod dubitari [n] posset, nihil habebat. Deinde, cùm de Heraclio cogitaret, & istius libidinem nosset: commodissimum putauit esse de prouincia clàm abire: itáque fecit. profectus est Rhegium. Quod vbi auditum est, æstuare illi, qui dederant pecuniam. putare nihil agi posse, absente Epicrate. nam Heraclius tum affuerat, cùm primùm dati sunt iudices: de hoc, qui antè quàm in ius aditũ esset, antè quàm denique mentio controuersiæ facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse. homines. Rhegium proficiscuntur, Epicratem conueniunt: demonstrant id, quod ille sciebat, se LLS. LXXX [o]. dedisse: rogant eum, vt sibi id, quod ab ipsis abisset pecuniæ, curet: ab sese caueat, quemadmodum velit: de illa hereditate cum Epicrate neminem esse acturum. Epicrates homines multis verbis à se malè acceptos dimisit: redeunt illi Rhegio Syracusas: queri cũ multis, ita vt fit, incipiunt: sese LLS. LXXX. nummũm frustra dedisse. res percrebruit: in ore, atque sermone omnium cœpit esse. Verres refert [q] illam suam Syracusanam: ait se velle de illis LLS. LXXX. cognoscere: aduocat multos. dicunt Bidini Volcotio se dedisse. illud non addunt, iussu istius. Volcatium vocat. pecuniam referri imperat. Volcatius animo æquissimo nummos affert, qui [r] nihil amitteret: reddit inspectantibus multis: Bidini nummos auferunt. Dicet aliquis, Quid ergo in hoc Verrem reprehendis, qui non modò ipse fur non est, sed ne alium quidem passus est esse? attendite, iam intelligetis *isto, eadem semita reuertisse.* Quid enim debuit prætor [s] fecisse, cum consilio re [t] cognita, cùm comperisset, suum comitem, iuris, decreti, iudicij corrumpendi causa, qua in re ipsius prætoris caput, existimatióque ageretur, pecuniam accepisse: Bidinos autem contra prætoris famam, ac fortunas dedisse? non in eos, qui accepisset, animaduertisse [u], & in eum, qui dedisset? Tu, qui instituerat in eos animaduertere, qui perperam iudicassent, quod sæpe per imprudentiam fit: hoc páteris

impunè discedere, qui ob tuum decretum, ob tuum iudicium, pecuniam aut dandam, aut accipiendam putarant? Volcatius idẽ apud te postea fuit: eques Ro. tanta accepta ignominia. Nam *quid est turpius ingenuo, quid minus libero dignum, quàm in conuentu maximo cogi à magistratu furtum reddere?* qui [a] si eo animo esset, quo non modò eques R. sed quiuis liber debet esse: adspicere te postea non potuisset: inimicus, hostis esset, tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset, quàm suæ. qui quàm tibi amicus non modò tum fuerit, quamdiu tecum in prouincia fuit, verùm etiam nunc sit, cum iam à ceteris amicis sis relictus, & tu intelligis, & nos existimare possumus. An hoc solum argumentum est, nihil isto imprudente factum, quòd Volcatius ei non succensuit [b]? quod iste nec in Volcatium, nec in Bidinos animaduertit? Est magnum argumentum: verùm illud maximum, quòd illis ipsis Bidinis, quibus [c] iratus esse debuit, vt à quibus comperit, quòd iure agere cũ Epicrate nihil possent, etiãsi adesset, idcirco suum decretum pecunia esse tentatum: his, inquam, ipsis nõ modò illam heredi tatẽ, quæ Epicrati venerat: sed, vt in Heraclio Syracusano, item in hoc, paullo etiã atrociùs, q Epicrates appellatus omnino nõ erat: bona partia, fortunásque eius Bidinis tradidit. ostẽdit enim nouo modo, si quis quid ab absente peteret, se auditurũ. Adeunt Bidini: petũt hereditatẽ: procuratores postulant, vt se ad leges suas reiiciat aut ex lege Rupilia dicã [d] scribi iubeat. Aduersarij non audebant cõtrà dicere: exitus nullus reperiebatur: insimulãt hominé fraudandi causa discessisse: postulant, vt [e] bona possidere liceat. Debebat Epicrates vllum [f] nummum nemini. amici, si quis quid peteret iudicio, secum agi passuros: iudicatum solui satisdaturos esse dicebant. Cùm omnia iudicia [h] frigerent: admonitu istius insimulare cœperunt, Epicratem litteras publicas corrupisse: à qua suspicione ille aberat plurimùm: actionem eius rei postulant. amici recusare, nequod nouum iudicium, nequa ipsius cognitio, illo absente, de existimatione eius constitueretur: & simul idem illud postulare non desistebant, vt se ad leges suas reiiceret. Iste amplam occasionem calumniæ nactus, vbi videt esse aliquid, quòd [i] amici absentem Epicratem nollent defendere: asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. Cùm omnes perspicerent, ad istum non modò illos numnios, qui per simulationem ab isto exierãt, reuertisse: sed multo etiã plureis eum postea nummos abstulisse: amici Epicratem defendere destiterunt. iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere, & sibi habere iussit. Ad illa LLS. 10. millia hereditaria accessit ipsius antiqua LLS. quindecies pecunia. Vtrùm res ab initio ita ducta [k] est? an ad extremũ ita perducta [l] est? an ita parua est pecunia? man is homo Verres, vt hæc, quæ dixi, gratis facta esse videantur? Hîc nunc de misseria Siculorum, iudices, audite. & Heraclius ille Syracusanus, & hic Bidinus Epicrates, expulsi bonis omnibus, Romã venerunt. sordidati, [n] maxima barba, & capillo, Romæ biennium propè fuerunt. Cùm L. Metellus in prouinciam profectus est, tũ isti bene commẽdati cũ Metello vnà proficiscũtur. Metellus

a *al.* Hic lõge pr.
b De rebus iudicatis in Epicratem Bidinum.*
c L. vt ea etiam intestata moriua.
d L. Bidini
P. CXX.
e id, est quẽtum facientem ex palæstra. *Alij legunt* palęstritam.* id est ditior. locus est autem ex consuetudine palæstrarum qui oleo inunguebantur.*
f L. abiret.
g *al.* quæ *vel* quod.* i quod præsens esset, iuberet cuidam.
h *al.* statim.
i *al.* mandauit.
k v.c. non habens, suorum
l b.c. CCC.
m L. potest. *al.* potuit.
n *al.* disputari.*
o v.c. CCC.
p *al.* malè à se
q L. refert illam suam prationem Syracusanam: *al.* refert illam suam Syracusanã. *al.* refert illam suã ad illam suã rationem Syracusanam.* r L. qui ppe qui n.
P. B. *lib. vulg.* prætor, cùm cons.
s *al.* cogita causa,
t v.c. animaduertisset
a *al.* qui quoquo animo est eo, quo non modo.*
b v.c. succensuit?
c *al.* quibus ipse iratus esse deb.
d Dica iudicium. Glossis dίκη controuersiæ examinatio, iudicatio, lis, litigium, causa.
e L. bona possidere iubeat.
f *al.* nummum vllum g L. si quis quid peteret. iudicium se passuros:
h L. consilia fr.
i L. in quo amici absentem Epicratem noll. *al.* quod amici absente Epicrate noll. & *ita v.c.*
k *al.* ducta est:
l *al.* perducta est
m *al.* pecunia
n Mos hic eorum, qui in luctu *adde l. 16. §. 27. l. 39. ff. de iniuriis vbi dixi.**

simul [a] ac venit Syracusas, vtrumque rescidit [b], & de Epicrate, & de Heraclio. In vtriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi [c] quod moueri loco non poterat. Fecerat hæc egregiè primò aduentu Metellus, vt omneis istius iniurias, quas modò posset, rescinderet, & irritas faceret. Heraclium [d] restitui iusserat: non [e] restituebatur: quisquis erat eductus [f] Senator Syracusanus ab Heraclio, duci iubebat. itaque permulti ducti sunt. Epicrates quidem continuò restitutus est. Alia iudicia Lilybæi, alia Agrigenti, alia Panormi restituta [g] sunt. Census, qui isto prætore sunt habiti, non seruaturum se Metellus ostenderat: decumas, quas iste contra legem Hieronicam vendiderat, sese venditurum Hieronica lege dixerat. Omnia erant Metelli eiusmodi, vt [h] totam istius præturam retexere videretur. Simul atque ego in Siciliam veni, mutatus est. venerat ad eum illo biduo Letilius quidam, homo non alienus à litteris. itaque eo iste tabellario semper vsus est. Is epistolas complureis attulerat: in his vnam domo, quæ totum immutarat hominem. repentè cœpit dicere, se omnia Verris causa velle: sibi cum eo amicitiam, cognationémque esse. Mirabãtur omnes, hoc ei tum denique in mentẽ venisse, posteaquàm tam multis eum factis, decretisque iugulasset. Erant qui putarent, Letilium legatum à Verre venisse, qui gratiam, amicitiam, cognationemque commemoraret. Ex illo tempore à ciuitatibus laudationẽ petere: testeis nõ solùm deterrere verbis, sed etiam vi retinere cœpit. Quòd ego nisi meo aduentu illius conatus aliquantulùm repressissem, & apud Siculos non Metelli, sed Glabrionis litteris ac lege pugnassem: tam multos huc euocare non potuissem. Verùm quod instituí dicere, miserias cognoscite Siculorum [k]. Heraclius ille, & Epicrates longè mihi obuiã cum suis omnibus processerunt. veniẽti Syracusas egerunt gratias, flentes: Romã decedere mecũ cupierunt. quòd erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire vellẽ, constituí cũ hominibus, quo die mihi Messanæ prætò essent. Eò mihi nuntiũ miserũt, se à prętore retineri. quib. ego testimoniũ denũtiaui, quorũ nomina edidi Metello: cupidissimi veniendi, maximis iniuriis affecti, adhuc non venerunt. Hoc iure sunt socij, vt iis ne deplorare quidem de suis incommodis liceat. Iam Heraclij Centuripini, optimi, nobilissimíque adolescentis, testimonium audistis: à quo LLS. C. millia per calumniam, malitiámque petita sunt. Iste pœnis, compromisísque interpositis, LLS. CCC. extorquenda curauit: quódque iudicium secundum Heraclium de compromissis factum erat, quòd ciuis Cẽturipinus inter duos ciueis iudicasset [m], ad irritũ iussit esse: eúmque iudicem falsum iudicasse iudicauit: in [n] senatu ne esset: locis, commodísque publicis vti vetuit. siquis eum pulsasset, edixit, sese iudicium iniuriarum nõ daturum: quidquid ab eo peteretur, iudicẽ de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius actionẽ rei sese daturum. Quæ istius auctoritas tantũ valuit, vt neque illum pulsaret quisquam, cùm prætor in prouincia sua verbo permitteret, re hortaretur: neque quisquam ab eo quidquam peteret, cùm iste calumniæ [o] licentiam sua auctoritate dedisset? [p] ignominia autem illa grauis, tamdiu in illo homine fuit q, quãdiu in prouincia mansit. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia, nisi ad nutum istius iudicatam? Vtrùm id solùm videtur esse actum, quod est tamen actum, vt [a] Heraclio pecunia eriperetur? an etiam illud, in quo præda erat maxima, vt nomine iudiciorum, omnium bona, atque fortunæ in [b] istius vnius essent potestate? [c] ¶ Iam verò in rerum capitalium [d] quæstionibus quid ego vnamquamque rem colligam, & causam? ex multis similibus [e] ea sumam, quæ maximè improbitate excellere videbuntur. *Sopater* [f] quidam fuit *Halicien sis*, homo domi suæ cum primis locuples, atque honestus, is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem prætorem rei capitalis cùm accusatus esset, facilè eo iudicio est liberatus. huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem, cùm is Sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detulerunt. Res Sopatro facilis videbatur, & quòd erat innocẽs, & quòd Sacerdotis iudicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. Citatur reus: causa agitur Syracusis: crimina tractantur ab accusatore ea, quæ erant antea non solùm defensione, verùm etiam iudicio dissoluta. Causam Sopatri defendebat Q. Minucius, eques R. in primis splendidus, atque honestus, vobísque, iudices, non ignotus. Nihil erat in causa, quod metuendum, aut omnino quod dubitandum videretur. Interea istius libertus, & accensus [g] idem Timarchides, qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerum huiusmodi omnium transactor [h], & administer ad Sopatrum venit. monet hominem, ne nimis iudicio Sacerdotis, & [i] causæ confidat: accusatores, inimicósque eius habere in animo pecuniam prætori dare: prætorem tamen à [k] salute malle accipere: & simul malle, si fieri posset, rem iudicatam non rescindere. Sopater, cùm hoc illi improuisum, atque inopinatum accidisset, commotus est sanè: neque in præsentia, Timarchidi quid responderet, habuit, nisi, se consideraturum, quid sibi de ea re esset faciendum: & simul ostẽdit, se in summa difficultate esse nummaria. Post ad amicos retulit, qui cum ei fuissent auctores redimendæ salutis, ad Timarchidem venit. expositis suis difficultatibus, hominem ad LLS. LXXX. perducit: eámque ei pecuniam numerat. Posteaquam ad causam dicendam ventum est: tum verò sine metu, sine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebãt. crimen nullum erat: res iudicata: Verres nummos acceperat. Quis l posset dubitare, quídnã esset futurum? Res illo die non peroratur: dimittitur iudicium. iterum ad Sopatrum Timarchides venit. ait, accusatores eius multo maiorẽ pecuniã prætori polliceri, quàm quãtam hic dedisset: proinde, si saperet, videret, quid [m] sibi esset faciendũ. Homo quamquam erat & Siculus, & reus, hoc est, & iure iniquo, & tẽpore aduerso: ferre tamen, atque audire diutius Timarchidẽ non potuit. Facite, inquit, quod vobis libet, daturus non sum amplius. idémque hoc amicis eius, & defensoribus videbatur: atq; eo etiã magis, quòd iste, quoquo modo se in ea quæstione præbebat, tamen in cõsilio habebat homines honestos è cõuentu Syracusano, qui [n] Sacerdoti quoque in cõsilio fuerant tum, cùm [o] esset idem hic Sopater absolutus. Hoc rationis habebant, facere eos nullo modo posse, vt eodem crimine, iisdem testibus

a *al.* simul aduenit Syr.
b *lib. vulg.* rescindit.
c *L.* nisi si quid moueri loco non poterat. *v. c.* potuerat.
d *L.* Quòd Heraclium restitui iusserat, ac non restituebatur: quisquis erat editus senator Syr.
e *al.* vix restituebatur: f *al.* editus.*
g *fort.* rescissa sunt.
h *L.* vt non tam suam prœturam gerere quàm istius retexere vid. ‖ *al.* vt non tam ipse prœturam. *
i *L.* laudationes
k *L.* sociorũ
l *al.* de compromisso
m *al.* diiudicasset.*
n *L.* In senatu esse: loc. o *v. c.* kalumniæ
p *L.* prębuisset. *al.* ostendisset. ‖ *al.* posset dissuadere. *
q *fort.* fuit, *vel sic* mansit, quandiu iste fu provincia fuit.
H.

a *L.* vt hæc Heraclio p.
b *L.* in vnius istius etc.
c *v. c.* potestatem,
d Capitales res vocat iudicia publica, causas publicas.*
e *al.* millibus.*
f De rebus iudicatis in Sopatrum Halicien.*
g Accensi ab accendendo dicti ministratores prętorum. *de lingua.* Alio sensu dicuntur attribuiti decurionibus & centurionibus Nonio cap. 13. de accensi. Festo adcensi qui in locũ mortuorum militum subrogati. Glossis accensor *ἐπίκλητος, ἐπίτακτος, ἐπιτάκτης, ἐπίκλητος.*
h Transactor pro interprete mercatura iudiciorum hic sumitur. *
i *L.* & causæ confidat. *v. c.*
k *al.* eo ab soluto malle acc. *al.* ob salutem malle acc. ‖ *al.* qui posset dubitari q.
m *hæc totum quid sit fac. et end. adde ad ver. cod.*
n *lib. vulg.* qui Sacerdotis
o *v. c.* cùm esset idem hic.

teſtibus,Sopatrum condemnarent iidem homines,qui antea abſoluiſſent. Itaque hac vna ſpe ad iudicium venitur,quò poſteaquàm vētum eſt , cùm in conſilium frequētes conueniſſent iidem , qui ſolebant , & hac vna ſpe tota defenſio Sopatri niteretur , conſilij frequentia,& dignitate,& quòd erant,vt dixi,iidem,qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant: cognoſcite hominis apertam , ac non modò non ratione :ſed ne diſſimulatione quidem tectam improbitatē,& audaciam: M.Petilium,equitem R.quem [a] habet in cōſilio , iubet operā dare,quòd rei priuatę iudex eſſet.Petilius recuſabat , quòd ſuos amicos, quos ſibi in cōſilio eſſe vellet,ipſe Verres reti neret.Iſte homo liberalis, negat ſe quemquā retinere eorum,quiPetilio vellent adeſſe.itaque diſcedunt omnes.nam ceteri quoque impetrant,ne retineantur : qui ſe velle dicebant alterutri [b] eorum,qui tū illud iudicium habebant,adeſſe.Itaque iſte ſolus eum ſua cohorte nequiſſima relinquitur. Nō dubitabat Minucius,qui Sopatrum defendebat , quin iſte, quoniam conſilium dimiſiſſet , illo die rem illam quæſiturus non eſſet:cùm repentè iubetur dicere.Reſpondet [c]. Ad quos?Ad me,inquit,ſi tibi idoneus videor,qui de homine Siculo,ac [d] Græculo iudicem. Idoneus es, inquit:ſed peruellem adeſſent ij , qui affuerant antea,cauſámque cognorant. Dic,inquit : illi adeſſe non poſſunt.Nam hercule , inquit Qu. Minucius,me quoque Petilius,vt ſibi in conſilio adeſſem,rogauit.&ſimul à ſubſelliis abire cœpit.Iſte iratus , hominem verbis vehementioribus proſequitur, atque ei grauiùs etiam minari cœpit , quòd in ſe tantum crimen,inuidiámque conflarit [e].Minucius , qui Syracuſiis ſic negotiaretur,vt ſui iuris , dignitatiſque meminiſſet:& qui ſciret ita ſe in prouincia tem [f] augere oportere , vt nequid de libertate deperderet:homini quæ viſa ſunt,& quæ tempus illud tulit,& cauſa , reſpondit: cauſam ſeſe,dimiſſo,atque ablegato conſilio, defenſurum negauit. itaque à ſubſelliis diſceſſit:idemque hoc,præter Siculos,ceteri Sopatri amici,aduocatíque fecerunt.Iſte, quamquam eſt incredibili importunitate & audacia,tamen ſubitò ſolus deſtitutus pertimuit,& conturbatus eſt.Quid ageret,quò ſe verteret, neſciebat. Si dimiſiſſet eo tempore quæſtionem,pòſt illis adhibitis,quos ablegarat,abſolutum [g] iri Sopatrum videbat.ſin autem hominem miſerum , atque innocentem condemnaſſet,cùm ipſe prætor ſine conſilio:reus autē ſine patrono, atque aduocatis fuiſſet,iudiciúmque C.Sacerdotis reſcidiſſet:inuidiam ſe ſuſtinere non poſſe tantam arbitrabatur. Itaque æſtuabat dubitatione:verſabat ſe in vtramque partem non ſolùm mente,verùm etiam corpore:vt omnes,qui aderant , intelligere poſſent in animo eius metum, cupiditatémque pugnare.Erat hominum conuentus maximus,ſummum ſilentium,ſumma exſpectatio , quónam eſſet eius cupiditas eruptura,crebrò [h] dimittebat ſe accenſus ad aurem Timarchides. Tum iſte aliquando , Age [i] , dic, inquit. Sopatrus implorare hominum, atque deûm fidem,vt cum conſilio cognoſceret.Tum repentè iſte teſteis citari iubet:dicit vnus & alter breuiter . nihil interrogatur. præco [k] dixiſſe pronuntiat. Iſte , quaſi metueret,ne Petilius,priuato illo iudicio tranſacto,aut dilato , cum ceteris in conſilium reuerteretur,ita properans de ſella exſiluit [a] :hominem innocentem , à C.Sacerdote abſolutum,indicta cauſa,de ſententia ſcribæ, medici,haruſpicíſque [b] condemnauit.Retinete,retinete hominem in ciuitate,iudices : parcite, & conſeruate , vt ſit qui nobiſcum res iudicet: qui in ſenatu ſine vlla cupiditate de bello & pace ſentētiā ferat [c] .Tametſi minus id quidem nobis , minus populo Romano laborandum eſt,qualis iſtius in ſenatu ſententia futura ſit. Quæ enim eius auctoritas erit? quando iſte ſententiam dicere audebit, aut poterit? quando autem homo tanta luxuria, atque deſidia,niſi Februario [d] menſe, adſpirabit in curiam? Verùm veniat ſanè:decernat bellum Cretenſibus [e] :liberet [f] Byſantios [g], regem appellet Ptolemæum [h],quæ vult Hortenſius,omnia dicat,& ſentiat,minus hæc ad nos,minus ad vitæ noſtræ diſcrimen , minus ad fortunarum noſtrarum periculum pertinent.Illud,illud eſt capitale,illúd i formidoloſum,illud optimo cuique metuendū, quòd iſte,ex hoc iudicio ſi aliqua vi ſe eripuerit, in iudicibus ſit neceſſe eſt:ſententiam de capite ciuis Romani ferat: ſit in eius exercitu ſignifer , qui imperium iudiciorum tenere vult. Hoc populus Romanus recuſat , hoc ferre non poteſt:clamat, permittítque vobis, vt,ſi iſtis hominibus delectemini,ſi [k] ex hoc genere ſplendorem ordini , atque ornamentum curiæ conſtituere velitis:habeatis [l] ſanè vobi ſcum iſtum ſenatorem: iſtum etiam de vobis iudicem,ſi vultis, habeat is:de ſe homines [m], ſi qui extra iſtum ordinem ſunt , quibus *neneruciundi quidem amplius, quàm trium iudicum , præclaræ leges Corneliæ faciunt* poteſtatem,hunc hominem tam crudelem, tam ſceleratum , tam nefarium, nolunt iudicare. Etenim ſi illud eſt flagitioſum(quod mihi omnium rerum turpiſſimū,maximéq; nefariū videtur)ob [o] rē iudicandā pecuniā accipere, pretio habere addictā fidem , & religionem: quāto illud flagitioſius, improbius,indignius, eum,à quo pecuniam ob abſoluendum acceperis, condemnare:vt ne prædonum quidem prætor in fide retinenda conſuetudinem cōſeruaret? Scelus eſt accipere ab reo : quanto magis ab accuſatore? quāto etiam ſceleratius ab vtroque ? Fidem cùm propoſuiſſes venalem in prouincia : valuit apud te plus is , qui pecuniam maiorem dedit. Concedo.fortitan aliquis aliquando eiuſmodi quippiam fecerit. Cùm verò fidem, ac religionem tuam iam [p] alteri addictam pecunia accepta habueris, pòſt eandem aduerſario [q] tradideris maiore pecunia: vtrumque falles ? & trades cui voles?& ei,quem fefelleris, ne pecuniam quidē reddes?Quem mihi tu Bulbum,[r]quem Stalenum, quod vmquam huiuſmodi monſtrum,aut prodigiū audiuimus , aut vidimus, qui cū reo tranſigat, pòſt cum accuſatore decidat?honeſtos homines, qui cauſam norint, ableget, conſiliúmque [s] dimittat? ipſe ſolus reum abſolutum, à quo pecuniam acceperit, condemnet,pecuniámque non reddat?Hunc

a Lquem p. R. habebat

b al.alterutri iudicum eorum &c. non placet.

c al Reſpōdet,abiiſſe iubet dicere. Annō, inquit, tibi idoneus &c. al. al.& Græculo

e L. conflaret,

f al. rem agere

g v.c. abſolutū iri Sop.

h L. crebrò dimittebat ſe ac. al.Age,die, inquit. Reus orare atque obſecrare,vt cum conſ.

k Mos hic videtur fuiſſe vt dicis teſtimonium, præco pronūciaret, teſtes dixiſſe.

a al exſiliit

b al.haruſpicis condēnat.

c al.dicat.*

d Legatos exterarum gentium Februario menſe audiri mos erat.*

e qui belli ſocietatem cum piratis aduerſus P. Romanū coferunt Plutarch. Pompeio.hos ſuperauit Metellus,vnde Creticus dictus. adde Liuii epitomen 99. 3. Flor. 7. 4. Eutrop.6. 6. Valer.7. Euſeb.*

f Liberari dicuntur prouinciæ cum ſtatuitur , vt ſuis legibus vtantur.neq. P. Romano vectigales ſint.*

g hi poſſea liberati à P. Clodio trib. pleb.Orat. de prouinciis conſularib.

h hic Rex à ſenatu p.Roman. appellari cupiebat.*

i lib.vulg.illud eſt formid

k v.c.ſi ex eo gen. ſql.

l L.habeatis ſanè vobis iſtum ſenatorem,iſtum etiam de vob. v.c.habeatis ſanè iſtumvobiſcum ſenatorem, etiam de &c.

m al.homines,qui extra.

n Lex Cornelia lata à Sylla,vt ne in reiiciendis iudicibus,amplius quàm tres iud ces reiiciendi poteſtas eſſet.*

o vide l.1.ff. ad l.Iul. repetundar.*

p L.iam ante alteri q al.aduerſarii r al.Tubulum atque ita poſt In Metellum emendat Guilelmius 1.Verſi.7.vbi fatetur ſe neſcire quem dicat Cicero. Atqui ſcire potuit Balbum eundem Staleno adiungi in orat.pro Cluentio & hos duos Iudices in Oppianici iudicio turpiter cauare verſatos,eo que nomine pœnas legibus dediſſe. Cum enim ab Oppianico pecuniā accepiſſent vt eum abſoluerent:tamen poſtea condemnarunt. vide Ciceronem pro Cluentio.* s al.à conſiliōque dimittat]]& ita Fabricius.*

hominem in iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam senatoriam iudex obtinebit? hic de capite libero iudicabit? huic iudicialis tabella committetur? quam iste nō modò cera, verùm etiam sanguine, si visum erit, notabit. Quid enim horum se negat fecisse? illud videlicet vnum, quod necesse est, pecuniam accepisse. Quidni iste neget? At eques Romanus, qui Sopatrum defendit, qui omnibus eius consiliis, rebúsque interfuit, Q. Minucius iuratus dicit pecuniam datam: iuratus dicit Timarchidem dixisse, maiorem ab accusatoribus pecuniam dari. dicent [a] hoc Siculi omnes: dicent omnes Halicienses: dicet etiam prætextatus Sopatri filius, qui ab isto homine crudelissimo, patre innocentissimo, pecuniáque patria priuatus est. Verùm, si de pecunia testibus planum facere non possem: illud negare posses, aut nunc negabis, te, consilio tuo dimisso, viris primariis, qui in consilio C [b]. Sacerdotis fuerant, tibique esse solebant, remotis, de re iudicata iudicasse? téque eum, quem C. Sacerdos, adhibito consilio, causa cognita, absoluisset, eundem, remoto cōsilio, causa incognita, condemnasse? cùm hæc confessus eris, quę in foro palàm Syracusis, in ore, atque oculis prouinciæ gesta sunt: negato sanè, si voles, pecuniam [c] accepisse: reperies, credo, aliquem, qui, cùm hæc, quæ palàm gesta sunt, videat, quærat quid tu occultè egeris: aut qui dubitet, vtrùm malit meis testibus, an tuis defensoribus credere. Dixi iam antea, iudices, me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturū: sed [d] electurum ea, quę maximè excellerent. ¶ Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis sæpe commemoratum: & eiusmodi, vt [e] in vno omnia maleficia inesse videatur. attendite [f] enim diligenter: inuenietis id facinus natum à cupiditate, auctum per stuprū, crudelitate perfectum, atque conclusum. *Sthenius* [g] est is, qui nobis assidet, Thermitanus, antea multis propter summā virtutem, summámque nobilitatem, nunc, propter summam calamitatem, atque istius insignem iniuriam, omnibus notus. Huius hospitio Verres cùm esset vsus, & [h] cùm apud eum solum Thermis sæpe non fuisset modò, sed etiam habitasset: domo eius omnia abstulit, quæ paullo magis animum cuiuspiam, aut oculos possent commonere. Etenim Sthenius ab ado lescentia paullo [i] studiosiùs hæc comparārat, supellectilem ex ære elegantiorem, & Deliacam [k], & Corinthiam: tabulas pictas: etiā argenti bene [l] facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, satis. quæ, cùm esset in Asia adolescens, studiosè, vt dixi, comparabat [m], non tam suæ delectationis causa, quàm ad inuitationes, aduentúsque nostrorum hominum suorum amicorum, atque hospitum. Quæ posteaquàm iste omnia abstulit, alia rogando [n], alia poscendo, alia sumendo: ferebat Sthenius, vt poterat. angebatur [o] tamen animi dolore necessario, quòd domum eius exornatam, atque instructā, ferè iam iste reddiderat nudam, atque inanē. verumtamen dolorem suum: nemini impertiebat: prætoris iniurias, tacitè: hospitis, placidè ferendas arbitrabatur. Interea cupiditate iste illa sua nota, atque apud [p] omneis peruulgata, cùm signa quædā pulcherrima, atque anti quissima Thermis in publico posita vidisset, adamauit: à Sthenio petere cœpit, vt ad ea tollenda operā suā profiteretur, séque adiuuaret. Sthenius verò non solùm negauit, sed etiā ostendit id fieri nullo modo posse, vt signa antiquissima, monumēta P. Africani, ex oppido Thermitanorū, incolumi illa ciuitate, imperióque populi R. tollerentur. Etenim, vt simul P. Africani quoque humanitatē, & æquitatem cognoscatis, oppidū Himerā Karthaginienses quondā ceperant: quod fuerat in primis Siciliæ clarū, & ornatum. Scipio, qui hoc dignū populo Romano arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare [a]: Siculis omnibus, Karthagine capta, quæ potuit, restituenda curauit. Himera deleta, quos ciueis belli calamitas reliquos fecerat, ij sese Thermis collocarant, in eiusdē agri finibus, neque lōgè ab oppido antiquo. Hi se patrum fortunam, ac dignitatē recuperare arbitrabantur, cùm illa maiorū ornamenta in eorū oppido collocabantur. erant signa ex ære complura: in [b] his mira pulchritudine ipsa Himera, in muliebrem figuram, habitúmque formata, [c] ex oppidi nomine, & fluminis. erat etiam Stesichori poetæ statua senilis, incurua, cum libro, summo, vt putant [d], artificio facta [e]: qui fuit Himeræ: sed & est & fuit tota [f] Græcia summo propter ingenium honore & nomine. Hæc iste ad insaniam concupierat. Etiam, quod pæne præterij, capella quædam est, ea [g] quidem, vt etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scitè facta, & venustè. Hæc, & alia Scipio non negligenter abiecerat, vt homo intelligens Verres auferre posset: sed Thermitanis restituerat: non [h] quo ipse hortos, aut suburbanum, aut locum omnino, vbi ea poneret, nullum haberet: sed [i] si domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur, sed eorum, ad quoscunque ipsius [k] morte venissent: nunc his locis posita sunt, vt mihi semper Scipionis fore videantur, itáque dicantur. Hæc cùm iste posceret, ageretúrque ea res in senatu: Sthenius vehementissimè restitit: multáque, vt in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemorauit: Vrbem relinquere Thermitanis [l] esse honestius, quàm pati tolli ex vrbe monumenta maiorum, spolia hostium, beneficia clarissimi viri, indicia societatis populi R. atque amicitiæ. Commoti animi sunt omnium. repertus est nemo, quin mori diceret satius esse. Itaque hoc adhuc oppidum Verres inuēnit propè solum in orbe terrarum, vnde nihil eiusmodi rerum de publico per vim, nihil occultè, nihil imperio, nihil gratia, nihil [m] pretio posset auferre. Verumtamē hasce huius cupiditates exponam alio loco: nunc ad Sthenium reuertar. Itaque [n] iste vehementer Sthenio infensus, hospitium [o] ei renuntiat: domo eius emigrat, atque adeò exit. nam iā antè migrarat. Eum autem inimicissimi Sthenij domum suam statim inuitant, vt animū eius in Sthenium inflammarent, ementiendo aliquid, & criminando. Hi autem erant inimici, Agathinus, homo nobilis, & Dorotheus, qui habebat in matrimonio Callidamam, Agathini eius filiam: de qua iste audierat. Itaque ad generum Agathini migrare maluit. Vna nox [p] interceſſerat, cùm iste Dorotheum sic diligebat, vt diceres omnia inter eos esse communia: Agathinū ita obseruabat, vt aliquem affinem, ac propinquum contemnere

a L. dicent hoc multi Siculi: dicent omn.
b L.C. Sacerdotis f.
c L. te pecuniam acc.
d al. sed delecturum
e al. vt in hoc vno
f L. attendite diligenter inuenietis enim id f.
g De rebus iudicatis in Sthenium Thermitanum
h lib. vulg. & cùm apud eum non modò Thermis P. B. sæpe numerò fuisset, sed etiam hab.
i L. studiosiùs paullo hæc
k Vasa ex ære Deliaco & Corinthio.*
l L. affabrè facti,
m L. comparārat.
n Rogatur gratia: poscitur imperio: sumitur, precario: vnde hęc tria paulo post cōiūgit Imperiū gratiā, precarium.*
o tangebatur tamen] al. augebatur animi dolore intercessario Sic Plautus *Epidico*. Absurde facis qui angas te animi. *Eadē fabula* exercitari animi, desipere mētis, sermonis fallidisse dixit. *Qui legendum censeo* tangebatur. *hanc lectionē simili & Virgiliana defendunt illo loco*, Nec solus tangit Atridas iste dolor. *& Lucretiana illa* tangitur ira*
p L. apud omneis peruulgata,

a v.c. recuperare:
b L. in his exim a P.
c fort. conformata,
d al. ponit, id est referri,
e al. facta ab eo qui f
f al. tota in Græc.
g al. ea quidem mirē, vt etiam n.
h L. nō quid
i L. sed quod si d.
k L. illius morte
l al. Thermitanos
m al. nihil precariō
n L. tratus iste vehementer Sthenio atque infensus, hosp.
o Renunciandi hospitii mos vetustus. Sic renunciabant amicitiam Tacit. 3. Suetonius. Caligul. cap. 3.*
p qua cum eius vxore concubuit.

P. CXXVII.

nere etiam signum illud Himeræ iam videbatur, quòd eum multo magis figura, & lineamenta hospitæ delectabant. Itaque hortari homines cœpit, vt aliquid Sthenio periculi crearent, crimináque confingerent. Dicebant se illi nihil habere, quod dicerent. Tum iste his apertè ostendit, & confirmauit, eos, [a] in Sthenium quidquid vellent, [b] dicerent, simulátque ad se detulissent, probaturos. Ita illi non procrastinant: Sthenium statim educúnt, aiunt ab eo litteras publicas esse corruptas. Sthenius postulat vt [c] secum sui ciues agant de litteris publicis corruptis, eiúsque rei legibus Termitanorum actio sit; cùm senatus populúsque R. Thermitanis, quòd semper in amicitia, fidéque mansissent, vrbeis [d], agros, leges suas reddidisset: Publiúsque Rupilius postea leges ita Siculis ex S.C. de decem legatorũ sententia dedisset, *vt ciues inter se legibus suis agerent*: idémque hoc habuerit Verres ipse in edicto, vt de his omnib⁹ causis se ad leges reiiceret. Iste, homo omnium æquissimus, atque à [e] cupiditate omnium remotissimus, se cognitutum esse confirmat: paratum ad causam dicendam venire hora [f] octaua iubet. non erat obscurum, quid homo improbus, ac nefarius cogitaret. neque enim ipse satis occultarat: nec mulier tacere poterat. Intellectũ est id [g] ipsum agere, vt, cùm Sthenium sine vllo argumento, ac sine teste damnasset, tum homo nefarius de homine nobili, atque id ætatis, suóque hospite, virgis suppliciũ crudelissimè sumeret. Quod cùm esset perspicuũ, de amicorum, hospitúmque suorum sententia, Thermis Sthenius Romam profugit. hiemi, fluctibúsque se cõmittere maluit, quàm non istam communem Siculorum tempestatem, calamitatémque vitare. Iste homo certus & diligens, ad [h] horam octauam præstò est. Sthenium citari iubet: quem posteaquàm videt non adesse, dolore ardere, atque iracundia furere cœpit: Venerios [i] in domum Sthenij mittere: equites circum agros eius, villáque dimittere. itaque cùm [k] exspectat, quídnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discessit. Postridie manè descendit: Agathinum ad se vocat: iubet, eũ de litteris publicis in absentem Sthenium dicere. Erat eiusmodi causa, vt ille ne sine aduersario quidem apud inimicum iudicem reperire posset, quid diceret. Itaque tantum verbo posuit, *Sacerdote prætore, Sthenium litteras publicas corrupisse*. Vix ille hoc dixerat, cùm iste pronuntiat, *Sthenium litteras publicas corrupisse videri*: & [l] hæc præterea addidit [m] homo Venerius [n], nouo modo, nullo exemplo, *ob* [o] *eam rem LLS* P. *quingenties Veneri Erycinæ de Sthenij bonis exacturum*: bonáque eius statim cœpit vendere: & vendidisset, si tantulum moræ fuisset, quo minus ei pecunia illa numeraretur. Ea postea quàm numerata est, contentus hac iniquitate non fuit, palàm de sella ac tribunali pronuntiat, *Si quis absentem Sthenium res capitalis reum facere vellet, sese eius nomen recepturum*: & simul, vt ad causam accederet, nominémque deferret, Agathinum, nouum affinem, atque hospitem, cœpit hortari. Tum ille clarè, omnibus audientibus, sese id non esse facturum, neque se vsque eò Sthenio esse inimicum, vt eum rei capitalis affinẽ esse diceret. Hîc tũ repentè Pacilius quidam, homo egẽs, & leuis, accedit. ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. Iste verò, & licere, & fieri solere, & se recepturum. itaque defertur. edicit statim, vt kalendis Decembr. adsit Sthenius Syracusius. Hic, qui Romam venisset [a], satísque feliciter anni iam aduerso tempore nauigasset, omniáque habuisset æquioria, & placabiliora, quàm animum prætoris, atque hospitis, rem ad amicos suos detulit: quæ [b] vt erant acerba, atque indigna, sic videbantur omnibus. Itaque in senatu continuo Cn. Lentulus, & Lucullus [c] coss. fariunt mentionem, placere statui, si P.C. videretur, *Ne absentes homines in prouincia rei fierent rerum capitalium*. causam Sthenij totam, & istius crudelitatem, & iniquitatem senatum docent. Aderat in senatu Verres, pater istius, & flens vnumquemque senatorem rogabat, vt filio suo parceret: neque tamen multum proficiebat. erat enim summa voluntas senatus. Itaque sententiæ dicebantur, cùm Sthenius abiens reus factus esset, de absente iudicium nullum fieri placere: &, siquod esset factum, id ratum esse non placere. Eo die transigi nihil potuit, quòd & id temporis erat, & ille pater istius, inuenerat homines, qui dicendo tempus consumerent [d]. Postea senex Verres defensores, atque hospiteis omneis Sthenij conuenit: rogat eos, atque orat, ne oppugnent filium suum: de Sthenio ne laborent: confirmat his, curaturum se esse, nequid ei per filium suum noceretur: se homines certos eius rei causa in Siciliam & terra, & mari misisse. & erat spatium dierum ferè triginta ante kalendas Decembr. quo [e] iste, vt Syracusis Sthenius adesset, edixerat. Commouentur amici Sthenij, sperant fore, vt patris litteris, nuntiisque filius ab [f] incepto furore reuocetur. In senatu postea causa non agitur. Veniunt ad istum domestici nuntij: litteráque à patre afferunt ante kalendas Decemb. cùm isti etiam tum de [g] Sthenio integra tota res esset: eodémque ei tempore de eadem re litteræ complureis à multis eius amicis, ac necessariis afferuntur. Hîc iste, qui præ cupiditate, neque officij sui, neque periculi, neque pietatis, neque humanitatis rationem habuisset vmquam: neque in eo, quod monebatur, auctoritatẽ patris, nec in eo, quod rogabatur, voluntatem anteponẽdam putauit libidini suæ. Manè kalendis Decembr. vt edixerat, Stheniũ citari iubet. Si abs te istam rem parens tuus alicuius amici rogatu, benignitate, aut ambitione inductus [h] petisset: grauissima tamen apud te voluntas patris esse debuisset. cùm vero abs te tuicapitis causa peteret, hominésque certos domo misisset, híque eo tempore ad te venissent, cùm [i] tibi in integro tota res esset, ne tum quidem te potuit, si non pietatis, at salutis tuæ ratio ad officiũ sanitatémque reducere? Citat [k] reum [l]. nõ respondet. citat [m] accusatorẽ: (attendite [n], quæso, iudices: videte, quantopere istius amentiæ fortuna ipsa aduersata sit: & simul videte, quis Sthenij causam casus adiuuerit) citatus accusator, M. Pacilius, nescio quo casu nõ respondit: non affuit. Si præsens Sthenius reus esset factus: si manifesto in maleficio teneretur: tamẽ, cũ accusator non adesset, Stheniũ cõdẽnari nõ oporteret. Etenim, si posset reus, absente accusatore, dãnari, non ego à Vibone [o] Veliã paruulo na uigio inter fugitiuorũ, ac prædonũ, ac tua tenui-

a L. perue-nisset,

b L. quę vt erat acerba, atque ind. sic videbatur omn.

c L. Gellius COSS.

d Senatus cõsultum nec hac vel illa die fieret cauti dicẽdo impedire solebãt quippe senatusconsulti tũ ante exortum aut post occasum solis factum ratum non erat*

e L. quo die iste, vt Syr.

f L. ab illo furore reu. al. ab incepto reuocetur.*

g vt c. de Sthenio in integro tota res est.

h L. adductus

i L. cùm tibi integra t.

k Citabantur rei & accusatores è tribunali præconis voce 5. *in Verrem Plutarchus in Brutis* ἀπὸ τοῦ βήματος id est voce præconis *Suetonius Tiber. cap. 11. Basilius oratione in Martyr Iudi Prudentius Martigenia Martialis* 5. *epigrammat.* vel filius esset capitalis, tuba seu tubicine *Plutarchus in Gracchis.** l Citari reũ mos fuit *l. inter ff. de publicis iudic.** m Citari quoque accusatores mos fuit *vt ex hoc loco discimus* vt & patronos & oratores 6. *Quintil. 5.**

n L. attendite, quæso: videte, q. & *ita vt.*

o Vibo vrbs sita sin agro Brutio.*

la venissem, quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum [a] periculo capitis ob eam causam, ne tu ex reis eximerere, si ego non affuissem ad diem. Quod [b] igitur erat in tuo iudicio optatissimum, me, cùm citatus essem, non adesse: cur [c] Sthenio non putasti prodesse oportere, cùm eius accusator non affuisset? Itaq; fecit, vt exitus principio simillimus reperiretur. quem absentem reum fecerat, eum absente [d] accusatore condemnat. Nuntiabatur illi primis illis temporibus id, quod pater quoque ad eum pluribus verbis scripserat: agitatam rem esse in senatu: etiam in concione tribunum plebis de causa Sthenij M. Palicanum [e] esse questum: postremò me ipsum apud collegium hoc tribunorum plebis, cùm eorum omnium edicto *non liceret quemquam Romæ esse, qui rei capitalis condemnatus esset*, egisse causam Sthenij: cùm rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos, docuissémque hanc damnationem duci non oportere: tribunos [f] pleb. hoc statuisse, idque [g] de omniu sententia pronuntiatũ esse, non videri Sthenium impediri edicto, quo minus ei liceret Romæ esse. cùm hæc ad istum afferrẽtur, timuit [h] aliquãdo, & cõmotus est. vertit stilũ in tabulis suis: quo facto causam omnẽ euertit suã. nihil enim sibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratione posset. Nam si ita defenderet: *recipi nomen absentis licet*: hoc fieri in prouincia nulla lex vetat: mala, & improba defensione, verùm aliqua tamen vti videretur. Postremò illo desperatissimo perfugio vti posset, se imprudentẽ fecisse: existimasse id licere, quamquam hæc perditissima defensio est: tamen aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id, quod [k] erat, & facit, coràm delatũ esse. Hic videte, in quot laqueos se induerit, quorum ex nullo se vmquam expediret. Primùm ipse in Sicilia sæpe, & palàm de loco superiore dixerat, & in sermone multis demonstrarat, licere nomen recipere absentis: se exemplo fecisse id, quod fecisset. Hæc eum dictasse [m], priore actione & Sex. Pompeius Clorus dixit, de cuius virtute antea cõmemoraui, & Cn. Pompeius Theodorus, homo & Cn. Pompeij, clarissimi viri, iudicio, plurimis, maximisque in rebus probatissimus, & omnium existimatione ornatissimus, & Possides Matro, Solentinus, homo summa nobilitate, existimatione, virtute: & hac actione quàm voletis multi dicent, & qui ex isto ipso audierint, viri primarij nostri ordinis: & alij, qui interfuerint, cùm absentis nomen reciperetur. deinde Romæ, cùm res esset acta in senatu, omneis istius amici? in his etiam pater eius, hoc defendebat licere fieri: sæpe esse factum: istum [n], quod fecisset, aliorum exemplo, inst tutóque fecisse. dicit præterea testimonium tota Sicilia: quæ in communibus postulatis ciuitatũ omnium, consulibus edidit, Rogare, atque orare patres conscriptos, vt statuerent, ne absentium nomina reciperentur. Qua de re Cn. Lentulum, patronum Siciliæ, clarissimum adolescentem, dicere audistis: Siculos cùm se causam, quæ pro his sibi in senatu agenda esset, docerent, de Sthenij calamitate questos esse: proptérque hanc iniuriã, quæ Sthenio facta esset, eos statuisse, vt, quod dico, postularetur. Quæ cùm ita essent, tantáne amentia præditus, atque audacia fuisti, vt in re tam clara, tam testata, tam abs te ipso peruulgata, tabulas publicas corrumpere auderes? At quemadmodum corrupisti? nónne ita, vt, omnibus nobis tacentibus, ipsæ te tuæ tabulæ condemnare possent? Quæso, codicem circumfer: ostende. videtísne totum hoc nomen, coràm vbi facit delatum, esse in litura? Quid fuit istic antea scriptum? quod [a] mendum ista litura correxit? quid à nobis, iudices, exspectatis argumenta huius criminis? nihil dicimus: tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas, atque intestatas esse clamant. Ex istis etiam tu rebus effugere te posse confidis, cùm te nos non opinione dubia, sed tuis vestigiis persequamur, quæ tu in tabulis publicis expressa, ac recentia reliquisti? Is mihi etiam Sthenium litteras publicas corrupisse, causa incognita, iudicauit [b], qui defendere non [c] potuit, se non ex[d] ipsius Sthenij nomine litteras publicas corrupisse? Videte porrò aliam dementiã: videte, vt, dum expedire sese vult, induat. Cognitorem adscribit Sthenio. Quem? cognatũ aliquem, aut propinquum? nõ. Thermitanum aliquem, honestum hominem, ac nobilem? ne id quidem. At Siculum, in quo aliquis splendor, dignitásque esse[e]? minimé [e]. Quẽ [f] igitur? ciuem Romanum. Cui hoc probari potest? Cùm esset Sthenius ciuitatis suæ nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiis: cùm præterea tota Sicilia multum auctoritate, & gratia posset, inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret? Hoc [g] probabitis? an ipse ciuem Romanum maluit? cedò, cui Siculo, cùm is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus vnquam sit. Omnium prætorum litteras, qui [h] antè fuerunt, profer, explica. si vnum inueneris: ego hoc tibi, quemadmodum in tabulis scriptum habes, ita gestum esse concedam. At, credo, Sthenius hoc sibi amplũ esse putauit, eligere è ciuium R. numero, ex amicorũ, atque hospitum suorum copia, quem cognitorem daret. quem delegit? quis in tabulis scriptus est? C. Claudius, C. filius, Palatina [i]. Non quæro, quis hic sit Claudius, quàm splendidus, quàm honestus, quàm idoneus, propter cuius auctoritatem, & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consuetudine discederet, & ciuem Romanum cognitorem daret. nihil horum quæro. fortasse enim Sthenius non splendorem hominis, sed familiaritatem secutus est. Quid si omnium mortalium Sthenio nemo inimicior, quàm hic C. Claudius, tum [k] semper, tũ in his ipsis rebus, & temporibus fuit? [l] de litteris corruptis contrà venit? si contrà omni ratione pugnauit? vtrùm potiùs pro Sthenio inimicum cognitorem esse factũ, an te in Sthenij periculo [m], inimici eius nomine abusum esse credemus? Ac, ne quis forte dubitet, cuiusmodi totum sit negotium: tametsi iãdudum omnibus istius improbitatem perspicuã esse confido, tamen paullulum etiam attendite. Videtis illum sub crispo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, vt sibi ipse peracutus esse videatur? qui tabulas tenet? qui scribit? qui monet? qui proximus est? is est C. Claudius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur: nunc obtinet eum locum, vt vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur, & [n] qui se non Timarchidis, sed ipsius Verris collegam, & socium esse

a fors. cum periculo capitis coniuncta ob c.

b L. quid igitur tibi erat in tuo

c L. Cur id Sthen.

d Accusatore absente damnare absentem non licet.*

e al. Palikanum. Is autem Trib. plebis fuit, quo auctore Tribunitia potestas à Sulla populo adempta & per Cn. Pompeium Consulem restituta

f v. c. X. TR. PL.

g al. idque omnium

h L. pertimuit aliq.

i Absentis nomen recipere non licuit. hoc est, absentẽ damnare l. 1. & passim ff. de requirendis vel absentibus damnandis: l. absentẽ ff. de poenis.* k hæc verba quod erat & facit *male huic loco inserta esse puto.**

l cum absens delatus esset* m L. dicitasse.*

P. E.

n v. c. iste quod fec.

a al. quam mẽdam. Ita denique litura correxit. Ita videtur scripsisse Cicero. Nonius enim cap. 3. In Mendum docet, Mendam fœminino v. surpari in Verrinis. Quod mendosa inquit, denique litera, corrupta, cum sit legenda mendam. Quam mendam denique litura correxit.*

b al. iudicabit,

c al. non potuerit,

d L. in ipsius Sth. P. CXVI.

e al. neminẽ.

f al. Quid igitur?

g L. Hoc probabis? al. his probabis? iudicibus? fandebis.* h L. qui ante tef.

i sed addit Verr. bui.

k L. cùm semp:

l Contra venire, in iudicijs frequens & vsitata formula, de qua Philippic. 2. & pro Rescio.*

esse dicebat. Dubitare [a] etiamnum potestis, quin eum iste potissimùm ex omni numero delegerit, cui improbam falsi cognitoris personam imponeret, quem & huic inimicissimum, & sibi amicum esse arbitraretur? Hic vos dubitatis, iudices, tãtam istius audaciam, tantam crudelitatem, tantam iniuriam vindicare? dubitatis exemplum iudicum illorum sequi, qui damnato Cn. Dolabella, damnationem [b] Philodami Opuntij rescinderunt, quòd is non absens reus factus esset: quæ res iniquissima, & acerbissima est: sed cùm ei legatio Romam à suis ciuibus esset data? Quod illi iudices multo in leuiore causa statuerunt, æquitatem secuti: vos id statuere in grauissima causa, præsertim [c] aliorum auctoritate iam confirmatum, dubitabitis? At quem hominem, C. Verres, tanta, tam insigni iniuria affecisti? cuius absentis nomen recepisti? quem absentem non modò sine crimine, & sine teste, verùm etiam sine accusatore damnasti? Quem hominem? dij immortales! non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum est: non hospitem [e], quod sanctissimum est: nihil enim minus libenter de Sthenio commemoro: nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, inuenio, nisi quòd homo frugalissimus, atque integerrimus, te, hominem plenum stupri, flagitij, sceleris, domũ suam inuitauit: nisi quòd, qui C. Marij, Cn. Pompeij, C. Marcelli, L. Sisennæ, tui defensoris, ceterorũm [f] virorum fortissimorũ hospes fuisset, atque esset, ad eum numerum clarissimorũ hominum tuũ quoque nomen adscripsit. Quare de hospitio violato, & de isto tuo nefario scelere nihil queror: hoc dico, non iis, qui Sthenium norunt, hoc est, nemini eorum, qui in Sicilia fuerũt: nemo enim ignorat, quo hic in ciuitate sua splendore, qua apud omneis Siculos dignitate, atq; existimatione fuerit: sed, vt illi quoque, qui in ea prouincia nõ fuerunt, intelligere possint, in quo homine tu statueris exemplũ eiusmodi, quod tum propter iniquitatem rei, tum etiã propter hominis dignitatẽ, acerbum omnibus, atque intolerandũ videretur. Estne Sthenius is, qui omneis honores domi suę facillimè cùm adeptus esset, amplissimè, ac magnificentissimè gessit? qui oppidũ non maximum, maximis ex pecunia sua locis cõmunibus, monumentisque decorauit? cuius de meritis in rempublicam Thermitanorum, Siculósque vniuersos, fuit ænea tabula fixa Thermis in curia? in qua publicè erat de huius beneficiis scriptũ, & incisum? quæ tabula tum imperio tuo reuulsa, nunc à me tamẽ reportata [g] est: vt omnes huius honores inter suos, & amplitudinẽ possent cognoscere. Est ne hic, qui apud Cn. Pompeiũ, clarissimũ virũ, cùm accusatus esset, quòd propter C. Marij familiaritatẽ, & hospitium, contra remp. sensisse eũ inimici, & accusatores eius dicerent, quòd tam magis inuidioso crimine, quàm vero arcesseretur: ita à Cn. Pompeio absolutus est: vt in eo ipso iudicio Põpeius hunc hospitio suo dignissimũ statuerit? ita porrò laudatus defensúsque ab omnibus Siculis, vt idem Pompeius non ab homine solùm, sed etiam à prouincia tota se huius absolutione inire gratiã arbitraretur? postremò éstne hic, qui & animũ in remp. habuit eiusmodi, & tantum auctoritate apud suos ciueis potuit, vt perficeret in Sicilia solus, te prætore, quod nõ modò Siculus nemo, sed ne Sicilia quidem tota potuisset: vt ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres, cùm præsertim essent multa præclara, & tu omnia concupisses? Denique nunc vide, quid inter te, cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur, & præclara illa Verrea [a] celebrantur, cui statuæ Romæ stant inauratæ, à [b] cõmuni Sicilia, quemadmodum inscriptũ videmus, datæ: vide, inquam, quid inter te, & hunc Siculum, qui abs te est, patrono [c] Siciliæ, condemnatus, interfit. Hunc ciuitates ex Sicilia permultæ, testimonio suo, legationibúsque ob eam rem missis, publicè laudant: te omniũ Siculorum patronũ, vna Mamertina ciuitas, socia furtorũ, ac flagitiorum tuorũ, publicè laudatitia tamẽ, nouo more, vt legati lædant: legatio laudet: ceterę quidem ciuitates publicè litteris, legationibus, testimoniis accusant, queruntur, arguunt: si tu absolutus sis, funditus euersas se esse arbitrantur. Hoc de homine, ac de huius bonis etiam in [d] Eryco monte monumentum tuorũ flagitiorum, crudelitatísque posuisti: in quo Sthenij Thermitani nomen adscriptum est. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. Quid tandem habuit argumẽti, aut rationis res, quamobrem in eo potissimùm Sthenianum præmium poneretur? vtrùm hoc signum cupiditatis tuæ, an [e] tropæum necessitudinis, atque hospitij, an amoris indicium esse voluisti? Faciunt hoc homines, quos in summa nequitia non solùm libido & voluptas, verùm etiam ipsius nequitiæ fama delectat, vt multis in locis notas ac [f] vestigia scelerum suorũ relinqui velint. Ardebat amore illius hospitæ, propter quã hospitij iura violarat. Hoc non solùm sciri tum, verùm etiam commemorari semper volebat. itaque ex illa ipsa re, quam, accusante Agathino, gesserat, Veneri potissimùm deberi præmium statuit, quæ illã totam accusationem, iudiciúmque cõflarat. Putaré te gratum in deos, si hoc donũ Veneri non de Sthenij bonis dedisses, sed de tuis: quod facere debuisti, præsertim cùm tibi illo ipso anno à Chelidone venisset hereditas. Hîc ego, si hãc causam non omnium Siculorum rogatu recepissem: si hoc à me muneris nõ vniuersa prouincia poposcisset: si me animus, atque amor in remp. existimatióque offensa nostri ordinis, ac iudiciorum non hoc facere coegisset: atque hæc vna causa fuisset, quòd amicum, atque hospitem meum Sthenium, quem ego in quæstura mea singulariter dilexissem, de quo optimè existimassem, quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum, cupidissimúmque cognossem, tam crudeliter, sceleratè, nefariéque tractasses: tamen digna [g] causa esset, cur inimicitias hominis improbissimi susciperem, vt hospitis salutem, fortunásque defenderem. fecerunt hoc multi apud maiores nostros: fecit etiã nuper homo clarissimus, Cn. Domitius [h], qui M. Silanum i, consularem virum, accusauit propter Egritomari [k] transalpini hospitis iniurias. Putarem me idoneũ, qui exemplũ sequerer humanitatis, atq; officij, proponeremq; spẽ meis hospitibus ac necessariis, quo tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrarẽtur. Cùm verò in communibus iniuriis totius prouinciæ, Sthenij quoque causa contineatur, multíque vno tempore à me hospites, atque amici

a Verrea dies festus in honorem Verris, vt S. Marcellea' & Mucia, in honorem Marcelli & Mucii Scęuolæ.*

b L. L. à cõmuni Siciliæ, ‖ *sic alibi* Cõmune Miliadum.*

c Ironia.*

d L. in Eryce

c *lib. vulg.* antrophæum

P. CXXXII. f *L.* ac vestigia flagitiorum suorum.

g L. digna causa videretur, cur inim.

h hîc Cn. Domitius cum M. Silano & Q. Curtio præfectus monetæ cudendæ *i vide Diuinat. 3.**

k *al.* Aeritomari. ‖ Huius fit etiam mẽtio in *f.* diuinationis.*

publicè, priuatímque defendantur: profectò vereri non debeo, ne quis hoc, quod facio, nō existimet me summi officij ratione impulsum, coactúmque suscepisse. Atque, vt aliquando de rebus ab isto cognitis, iudicatísque, & de iudiciis datis dicere desistamus: &, quoniā facta istius in his generibus infinita sunt, nos modum aliquem, & finē orationi nostræ, criminibúsq; faciamus: pauca ex aliis generibus sumemus. ¶ Audistis [a] ob ius dicendum [b] Qu. [c] Marium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummûm dedisse: meministis Qu. [d] Varij testimoniū, rémque hāc totam C. Sacerdotis, hominis ornatissimi, testimonio comprobari: scitis, Cn. Sertium, M. Modium, equites Ro. sexcentos præterea ciueis Ro. multósque Siculos, dixisse [e], se isti pecuniā ob ius dicendum dedisse. de quo crimine quid ego disputem, cùm [f] id totum positum sit in testibus? quid porrò argumenter, qua de re dubitare nemo possit? An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta vendiderit? quin [g] is ab Siculis ob decreta interponenda pecuniā [h] acceperit, qui M. Octauium Ligurem [i] ob ius dicundum popoſcerit? Quod [k] enim præterea genus pecuniæ cogendæ præteriit? quod nō ab omnibus aliis præteritum, excogitauit? ecqua res apud ciuitates Siculas expetitur, in qua aut honos aliquis sit, aut potestas, aut procuratio, quin eam rem tu ad tuum quæstum, nundinationémque hominū traduxeris? Dicta sunt priore actione & priuatim, & publicè testimonia: legati Centuripini, Halesini, Catinenses, Panormitaníque dixerunt, multarum præterea ciuitatum: iam verò priuatim plurimi: quorum ex testimoniis cognoscere potuistis, tota Sicilia per triennium neminem vlla in ciuitate senatorē l factum esse gratis: neminem, vt leges eorum sunt, suffragiis: neminem, nisi istius imperio, aut litteris: atque his omnibus senatoribus cooptandis, non modò suffragia nulla fuisse, sed ne genera quidē spectata esse, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret: neque census, neque ætatis, neque cetera Siculorum iura valuisse. quicumque senator voluerit fieri, quamuis puer, quamuis indignus, quamuis ex eo loco, ex quo non liceret: is [m] is pretio apud istum fieret idoneus [n] vt vinceret, factum esse semper: non modò Siculorū nihil in hac re valuisse leges, sed ne ab senatu quidem, populóque Ro. datas. *Quas [o] enim leges socius, amicisque dat is, qui habet imperium à populo R. auctoritatem legum dandarum à senatu: hæ debent & populi R. & senatus existimari.* Halesini pro multis & magnis suis, maiorúmque suorū in remp. nostrā meritis, atq; beneficiis, suo iure nuper, L. Licinio, Qu. Mucio coss. cùm haberent inter se cōtrouersias de senatu cooptando, legesq; ab senatu nostro petiuerūt. Decreuit senatus honorifico S.C. vt his C. Claudius, Appij filius, Pulcher, prætor, de [q] senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius, adhibitis omnibus Marcellis [r], qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit: in quibus multa sanxit *de ætate hominum, ne [s] quis minor triginta annu natu: de quæstu [t], quem qui fecisset, ne legeretur: de censu [u], de cæteru rebus.* quæ omnia ante istum prætorem, & nostrorū magistratuum auctoritate, & Halesinorū summa voluntate valuerunt, ab isto & præco, qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est: & pueri annorum senūm, septenúmque denūm, senatorium nomen nundinati sunt: &, quod Halesini, antiquissimi & fidelissimi socij, atq; amici, Romæ impetrarāt, vt apud se ne suffragiis quidē fieri liceret, id pretio, vt fieri posset, effecit. Agrigentini [a] de senatu cooptādo Scipionis leges antiquas habent. in quibus & eadem illa sancta [b] sunt, & hoc amplius: cùm Agrigentinorū duo genera sint, vnum veterū [c], alterum colonorum, quos T. [d] Manlius prætor ex S.C. de oppidis Siculorū deduxit Agrigentum: cautum in Scipionis legibus, *ne plures essent in senatu ex colonorum numero, quam ex [e] vetere Agrigentinorum.* Iste, qui omnia iura pretio exæquasset, omniúmq; rerū delectū [f] atq; discrimen pecunia sustulisset: non modò illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæstúsque permiscuit: sed etiam in his duobus generibus, ciuium nouorum, veterúmq;, delectum [g] ordi nemq; turbauit. Nam, cùm esset ex veterum numero quidam [h] senator demortuus, & cùm ex vtroq; genere par numerus reliquus esset: veterem cooptari necesse erat legibus, vt [i] his amplius numerus esset. Quę cùm ita se res haberet: tamen ad istum venerunt emtum locū illum senatorium non solùm veteres, sed etiā noui: sic vt pretio nouus vincat, litteráſque à pętore aſerat. Agrigentini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant, consuetudinémque omnium annorum demonstrent: vt iste intelligeret, ei se illum locum vendidisse, cui [k] ne commercium [l] quidē esse oporteret. quorum oratione iste, cùm pretium iam accepisset, ne tantulum quidē commotus est. Idem fecit Heracleæ. nam eō quoque colonos P. Rupilius deduxit: legésque similes de cooptādo senatu, ac de numero veterum, ac nouorū dedit. Ibi non solùm iste, vt apud ceteros, pecuniam accepit: sed etiam genera veterū, ac nouorū, numerúmque permiscuit. Nolite exspectare, dum omneis obeam oratione mea ciuitates. hoc vno complector crimine omnia: neminem isto prætore senatorē fieri potuisse, nisi qui isti pecuniam dedisset. ¶ Hoc idem transfero in magistratus, curationes, *sacerdotia* [m]: quibus in rebus non solùm hominū iura, sed etiam deorum religiones immortaliū omneis repudiauit. Syracusis lex [n] est de religione, quæ *in annos singulos louis sacerdotem sortito capi* iubeat: quod apud illos amplissimum sacerdotiū putatur. Cùm suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res reuocatur ad sortem. Perfecerat [o] iste imperio, vt pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur. in sorte, cui imperare non poterat, exspectabāt homines, quidnam acturus esset. homo, id quod erat facillimum, primò vetat sortiri: iubet extra sortem Theomnastū renuntiari. negant id Syracusani per q religiones sacrorum vllo modo fieri posse: fas denique negant esse. iubet ille sibi legem recitari [r]. recitatur: in qua scriptum erat, vt, quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes conicerentur: cuius [s] nomen exisset, vt is haberet id sacerdotium. Iste [t], homo ingeniosus, & peracutus, Optimè, inquit. nempe scriptum ita est, quot renuntiati erunt. quot ergo (inquit) sunt renuntiati? respōsum, tres. Numquid igitur oportet, nisi treis sorteis cōiici: vnā educi? nihil. Coniici iubet treis, in [u] quibus scriptum esset nomen Theomnasti. Fit clamor maximus, cùm

* De VENALI IVRISDICTIONE & HONORIBVS VENDITIS.*

b *al.* dicendū

c *al.* Q. Valerium

d *al.* Q. Valerij

e *lib. vulg.* dixisse isti pecun.

f *lib. vulg.* cum totum posit.

g *lib. vulg.* & quin ab s.

h L. pecunias ceperit,

i L. Ligurem pecuniam ob ius d. pop.

k L. Quod enim iste præterea &c. & ita vs.

l De vendit. senatorijs honoribus.* P. CXXXIII.

m L. si is prętio apud istū fieret idoneus, factum esse *f. al.* si is prętio apud istum vt fieret idoneus, vinceret, factum esse.

n *al.* idoneos. ita Guillelmius interpretatur 1. *Verif.* 7.*

o Legum amicis & sociis dādarum potestas, plerumq. dabatur. magistratibus P. Romani.*

p Leges petere à senatu, socijs & amicis p. Romani mos fuit.*

q Leges de senatu cooptando.*

r Patroni Siculi ie erāt.*

s Senatores hoc ætatis anno Romæ lecti. *adde Ciceronem pro lege Manilia.**

t Quæstus Romæ senatori vetitus. *adde Ciceronē Paradox.**

u Census senatorius 800000. sestertium hoc est 24000. aureorum.

a *al.* Agrigentini.*

b *al.* sancita sunt.

c Ciuium alii veteres, alii coloni seu noui*

d L. L. Manlius,

e L. ex veterum Arg.

f L. delectus atque discr.

g *lib. vulg.* de lectum

h L. quispiā sen.

i L. vt is amplior n.

k *fort.* cui ad commercia quidem eius esse op.

l Commercium est cuiuis vendendi quæ iuuicem ius. *Festus in fragmentis in 19. & 5. patet.* tamen iuxta dum id nomen *l. 1. & alibi. p.* CXXIII. *C. de commerciis.**

m De vectigalibus sacerdotijs.* sacerdotes* sententias de sacerdotio in annos singulos lortito capiendo.*

o *fort.* Perfecerat iste imperio, pro q *al.* Perf. iste imp. vt pupilli fuit. Ibi P. Lucullus, factutis, pili, q *al.* per religionem *lib. vulg.*

r legi.

s *vel.* cuius nomen

t *lib. vulg.* habeat, iste

u L. in quib. omnibus.

mus,cùm id vniuersis indignum , atque nefarium videretur.Ita Iouis illud sacerdotiũ amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur.Cephaledi[a] mensis est certus,quo mense sacerdotẽ maximum creari [b] oporteat.Erat eius honoris cupidus Arthenio quidã,Climachias cognomine, homo sanè locuples,& domi nobilis : sed is fieri nullo modo poterat, si Herodotus quidã adesset.ei locus ille,atq; honos in illum annũ ita deberi putabatur, vt ne Climachias quidẽ cõtrà diceret.res ad istũ defertur , & istius more deciditur. toreumata [c] sanè nota, ac pretiosa auferuntur. Herodotus Romæ erat: satis putabat se ad comitia tempore [d] venturum,si pridie veniſſet.Iste ne aut alio mense, ac fas erat , comitia haberentur, aut Herodoto præsenti honos adimeretur, id quod iste nõ laborabat , Climachias minimè volebat,excogitat(dixi iamdudum:non est homo acutior quisquam, nec fuit) excogitat, inquam , quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur , nec tamen Herodotus adesse posset. Est consuetudo Siculorum, ceterorumq; Græcorũ, quòd suos dies,mensésq; congruere volunt cum solis, lunęque ratione: vt nõnumquam, si quid discrepet,eximant vnum aliquem diem , aut summùm , biduum ex mense: quos illi ἐξαιρετέμερας [e] dies nominãt: item nonnumquam vno die longiorem mensem faciunt,aut biduo. Quę [f] iste cùm cognouisset,nouus astrologus , qui non tam cæli rationem,quàm cælati argenti duceret, eximi [g] iubet non diem ex mense , sed ex anno vnũ, dimidiatúmque mensem,hoc modo, vt, quo die,verbi causa,esse oporteret idus Ianuarias, eo [h] die Kalẽdas Martias proscribereti: itáque fit, omnibus recusantibus,& implorantibus [k]. dies is erat legitimus comitiis habendis. eo modo sacerdos Climachias renũtiatus est. Herodotus cùm Roma reuertitur, diebus, vt ipse putabat,quindecim ante comitia,offendit eũ mẽsem, qui consequitur mẽsem [m] comitialẽ, comitiis iã abhinc triginta diebus,habitis.Tũc Cephaleditani [n] decreuerunt intercalarium XLV. o dies longũ,vt reliqui mẽses in suã rationẽ reuerterentur.Hoc si Romę fieri posset, certè aliqua ratione expugnasset iste,vt [p] dies XLV.inter binos ludos tolleretur,per quos solos iudiciũ fieri posset. Iam verò censores [q] quemadmodũ in Sicilia isto prætore creari [r] sunt, operæ prætiũ est cognoscere. Ille enim est magistratus apud Siculos, qui diligẽtissimè mãdatur à populo, propter hãc causam, quòd omnes Siculi ex [s] censu quotannis tributa conferunt:in [t] censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ, summæq; faciendæ [u], censori [x] permittitur. Itaque eum populus, qui maximam fidem suarum rerum habeat, maxima cura deligit: & propter magnitudinẽ potestatis hic magistratus à populo summa ambitione contenditur.In ea re iste nihil obscurè facere voluit , non in sortitione fallere, neque dies de fastis eximere.nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est:sed,vt studia, cupiditatésque honorum , atque ambitiones ex omnibus ciuitatibus tolleret , quæ [y] res euertendæ [z] reip.causa solent esse, ostendit,sese in omnibus ciuitatibus cẽsores esse facturũ.

Tanto mercatu prætoris indicto, concurritur vndique ad istum Syracusas. flagrabat domus tota prætoria studio hominum, & cupiditate: nec mirum , omnibus comitiis tot ciuitatum vnam in domum reuocatis , tantáque ambitione prouinciæ totius in vno cubiculo inclusa. Exquisitis palàm pretiis , & licitationibus factis describebat censores binos in singulas ciuitates Timarchides. Is suo labore , suisque accessionibus [a],huius negotij atque operis molestiam [b] consequebatur,vt ad istum sine vlla sollicitudine,summa [c] pecunia referretur.Iam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, planè adhuc cognoscere non potuistis:veruntamen priore [d] actione,quàm variè,quàm improbè prædatus esset,multorum [e] ex testimoniis cognouistis. Sed, ne miremini,qua ratione is tantum apud istum libertus potuerit:exponam vobis breuiter , quid [f] hominis sit:vt & istius nequitiam,qui illum secum habuerit, eo præsertim numero,ac loco:& calamitatem prouinciæ cognoscatis. In mulierum corruptelis,& in omni eiusmodi luxuria, atque nequitia mirandum in modum reperiebã hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines, singularémque nequitiam natum, atque aptũ fuisse:inuestigare,adire,appellare, corrumpere, quiduis facere in eiusmodi rebus, quamuis callidè,quamuis audacter,quamuis impudenter:eundem mira quædam excogitare genera furandi. nam ipsum Verrem, tantùm semper auaritia inhiante [g], atque imminenti fuisse: ingenio & cogitatione nulla:vt, quidquid sua sponte faciebat , item vt vos Romæ cognouistis, eripere potius, quàm fallere videretur. Hæc [h] verò huius erat ars,& malitia miranda, quòd [i] acutissimè tota prouincia quid [k] cuique esset necesse , indagare [l] & odorari solebat: omniũ [m] inimicos diligenter cognoscere,colloqui,attentare:ex vtraque parte causas,voluntates perspicere , facultates & copias : quibus opus esset,metum afferre [n]: quibus expediret, spem ostendere : accusatorum,& quadruplatorũ quidquid erat,habebat in potestate:quod cuique negotij conflari [o] volebat,nullo labore faciebat:istius omnia decreta,imperia,litteras peritissimè,& callidissimè venditabat.Ac non solùm erat administer istius cupiditatum : verùm etiam ipse sui meminerat Pæqué.non solùm nummos,siqui isti exciderant,tollere solebat,ex quibus pecuniam maximam fecit:sed etiam voluptatum, flagitiorúmque istius ipse reliquias colligebat.Itaque in Sicilia nõ Athenionẽ [q],qui nullum oppidũ cepit:sed Timarchidẽ fugitiuum [r] omnibus oppidis per triennũ scitote regnasse : in Timarchidis potestate sociorũ populi R.antiquissimorum,atque amicissimorũ liberos,matres familiàs,bona,fortunásque omneis fuisse.Is igitur,vt dico, Timarchides in omneis ciuitates,accepto pretio,censores dimisit.comitia,isto prætore,censorũ,ne simulandi quidem causa fuerunt.Iam hoc impudentissimé.palàm(licebat enim videlicet legibus)singulis censoribus denarij trecenti [s] ad statuã prætoris imperati sunt.Censores CXXX. facti sunt. pecuniam illam ob censurã contra leges clàm dederunt,ac [t] denariũ XXXIX [u]. millia palàm saluis legibus contulerunt in statuam. Primùm quò tantam pecuniam ? deinde quamobrem censores ad statuam tibi conferebant ? ordo aliquis , censorum [x] est collegium ? genus aliquod hominum ? nam [y] aut

a *al.*accessiones vocat, quod ad vnũquemque accederet honoris vendẽdi causa.*
b *al.*molestia consequi.
c *al.*summa pecuniæ refert.
d *al.*in priore act.
e *al.*multorum testimoniis cogn.
f *al.* Quæ natura sit hominis istius.*
g *al.*hianti. ¶Metaphora à coruis aut vulturib.qui cadaueribus inhiant faucibus apertis.*
h *al.*Huius vero erat ars & m.*al.* Hæc verò huiusmodi erat, ars & m.mir.
i *al.*quòd accuratissimè tota pr.
k L. quid cuique accidisset,quid cuique opus esset, indag. & odorari solebat: *quid. libri non habẽt* solebat.
l Metaphorâ canibus.*
m L. omniũ aduersarios, omniũ inim.
n L. offerre:
o L.conflare re vol.
p L.L.memineram:ne. solùm nummos. P. CXXXV.
q Athenio hic dux in Sicilia Drepanitanorum ¶qui à P.Romano desciuerant)& fugitiuorum : à quibus se Regem appellari iussit.*Appianus Mithridaticis.*
r Athenioni conditione similem.*
s *al.*CCC.
t *al.*hæc dẽ.
u v.o. XXXXIIII.
x Censorum collegium fuit.*
y Censores ex quibus ordinibus creãtur in prouinciis.*

a. Cephalo. ¶Est antiquus Cephalonum parũ oppidum Siciliæ Strabo. lib. 6.*
b *al.*Arteonem.*
c Toreumata opera torn. P. E.
d *al.*tempori
e ἐξαιρετέμερας Vocant dies quos ex mense eximunt.*
f L. Quæ cum iste cognouerit,n. mutationes huiusmodi temporũ fierivel fieri causa,vt hic, vel honoris causa, cuius res erat exigua, apud Verrem,vel beneficij* tribuerit. in eo die
g L. proscribi haberet. iniquę fit, omniũ recusantibus & plurantibus. *al.*omnib. recusantibus & implorantibus.
k *al.*plorantibus.*
l *al.*imperitis.*
m *al.*cum magistratum comitialem comitiorum. Mensis comitialis, quo comitia habẽtur. alias dies comitiales quadruplatores, & agitatores, cum populo quod visitum licet.habetur.lib. 2. Agrar. cap. 16.*
n L. Cephaleditani fecerunt.
o L.XXXV. dies
p L.XXXV.
q De magistratibus Centoribus honoris.
r creari
s Tributa ex censu conferri. *vide* l. 3. ff. de censibus.*
t *al.*in censu habendo.
u L. faciundo.
x qui & censitor, *l.* 4. §. 1. *ff. de censib.** y L. quæ res euertendæ reip. *al.* euertendæ esse *nihil aliud hic quàm* ad euertendam Rempublicam valere *fic Linius* 40. cum an maduertisset pleraque dissolenda religionum esse, *id est ad dissoluendam religionem.** z *al.*

publicè ciuitates istos honores habent: aut generatim homines, vt aratores, vt mercatores, vt nauicularij. Censores quidem quî magis, quàm ædiles? ob beneficium? Ergo hoc fatebere, abs te hæc petita esse: nam erepta nõ audebis dicere: te eos magistratus hominibus, beneficij, non reip. causa, permisisse? Hoc [a] autẽ cùm tute fatebere, quisquâ dubitabit, quin tu istam apud populos prouinciæ istius inuidiam, atque offensionẽ, non ambitionis, neque beneficiorũ collocandorum, sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis? Itaque [b] illi censores fecerunt idem, quod in nostra republica solent ij, qui per largitionẽ magistratus adepti sunt: dederunt operam, vt ita potestatem gererẽt, vt illam lacunam rei familiaris explerẽt. Sic census habitus est, te prætore, vt eo censu nullius ciuitatis respublica posset administrari. nam locupletissimi cuiusque census [c] extenuarant, tenuissimi auxerant [d]. Itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur, vt, etiam si homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret: id quod intelligi facillimè re ipsa potest. nam L. Metellus, qui, posteaquàm ego inquirẽdi causa in Siciliam veni, repentè Letilij aduentu, istius non modò amicus, verùm etiam cognatus factus est: is, quòd videbat istius censum [e] stare nullo modo posse, eum censum obseruari iussit, qui viro fortissimo, atque innocentissimo Sex. [f] Peducæo prætore habitus esset. erant enim tum censores legibus facti, delecti [g] à suis ciuitatibus: quibus, si quid commississent, pœnæ legibus erant constitutæ. Te autem prætore, qui [h] censor aut legem metueriti, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat: aut animaduersionem tuam, cùm id, quod abs te emerat, vendidisset? Teneat iam lanè meos testeis Metellus: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est: modò hæc faciat, quæ [k] fecit. Quis enim vmquam tanta à quoquam contumelia, quis tanta ignominia affectus est? Quinto [l] quoq; anno Sicilia tota cẽsetur. censa prætore Peducæo. quintus annus cùm te prætore incidisset, censa denuo est. postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat: censores dicit deintegro sibi creari placere: interea Peduceanum censum obseruari iubet. Hoc si tuus inimicus tibi feciisset, tamen [m], si animo æquo prouincia tulisset, inimici iudicium graue videretur. fecit amicus recens, & cognatus voluntarius. aliter enim, si prouinciam retinere, si saluus ipse in prouincia vellet esse, facere non potuit. Exspectas etiã, quid hi iudicem? Si tibi magistratum abrogassent, minore ignominia te affecissent, quàm cùm ea, quę in magistratu gessisti, sustulit, atque irrita iussit esse. Neque in hac re sola fuit eiusmodi, sed, antequàm ego in Siciliã veni, in maximis rebus, ac plurimis. nã & Heraclio Syracusano tuos illos palleſtritas bona restituere iussit, & Epicrati Bidinos, & pupillo Drepanitano A. Claudiũ: & nisi mature Letilius in Siciliã venisset cũ litteris: minus XXX. diebus Metellus totam [n] triennij præturam rescidisset.

¶¶ Et, quoniã de ea pecunia, quam tibi ad statuam censores contulerunt, dixi: non mihi prætermittendũ videtur ne illud quidem genus pecunię cõciliatæ, quã tu à ciuitatibus statuarũ [o] nomine coegisti. video enim, eius pecuniæ summã esse pergrandẽ: ad P LLS. CXX. millia q. tantum conficitur ex testimoniis, ac litteris ciuitatum: & iste hoc concedit, nec potest aliter dicere. Quare cuiusmodi putamus esse illa, quæ negat, cùm hæc tã improba sint, quæ fatetur? Quid [a] enim vis cõstituì? consumtam esse omnem istam pecuniam in statuis? Fac ita esse, tamẽ hoc ferendum nullo modo est, tantam ab sociis pecuniam auferri, vt onibus in angiportis, prædonis improbissimi statuæ [b] ponantur, quã vix tutò trãsire [c] posse videamur. Verùm vbi tandem, aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumta est? Consumetur, inquies. Scilicet [d] exspectemus legitimum illud quinquenniũ. si hoc interuallo nõ consumserit: tum denique nomen eius de repetundis pecuniis statuarum nomine deferemus [e]. Reus est maximis, plurimisque criminibus in iudicium vocatus. LLS. [f] CXX. millia ex hoc vno genere capta videmus. si condemnatus eris: non, opinor, id ages, vt ista pecunia quinquennio consumatur in statuis. sin absolutus eris: quis erit tam amens, qui te ex tot, tantisque criminibus elapsum, post quinquennium statuarum nomine accersat [g]? ita si neq; adhuc consumta ista pecunia est, & est perspicuum non consumtum iri: licet iam intelligamus [i], inuentam esse rationem, quare [h] & iste LLS. CXX. millia vno genere conciliarit, & ceperit: & ceteri, si à vobis hoc erit comprobatum, quàm volent magnas hoc nomine pecunias capere possint: vt iam videamur non à pecuniis capiendis [k] homines absterrere: sed, cùm genera quędam pecuniarũ capiendarum comprobaremus, honesta nomina turpissimis rebus imponere. Etenim, si C. Verres LLS I. CXX. millia populum, verbi gratia, *Centuripinum* poposcisset, eamq; ab his pecuniam abstulisset: non, opinor, esset dubium, quin eum, si tum id planum fieret, condemnari necesse esset. Quid, si eundẽ populum LLS. CCC. millia poposcit, eáque coegit, atq; abstulit? num idcirco absoluetur, quòd adscriptũ est, eam pecuniam datam statuarum nomine? non, opinor: nisi [m] fortè id agimus, non vt magistratibus nostris moremn accipiendi, sed vt sociis causam dandi auferre o videamur. Quòd siquẽ statuæ magnopere delectant, & si quis earum honore & gloria ducitur: is hæc tamen constituat necesse est: primùm, *auerti* P *pecuniam domum non placere:* deinde, *ipsarum statuarũ modum quẽdam esse oportere:* deinde illud, certè *ab inuitu exigi non oportere.* Ac q de auertenda pecunia, quæro abs te, vtrum ipsæ ciuitates so itæ sint statuas tibi faciundas locare ei, cui possent optima cõditione locare, an aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præesset, an tibi, an cui tu imperasses, adnumerare pecuniam? Nam si per eos statuæ fiebãt, à quibus tibi iste honos habebatur: audio. sin Timarchidi pecunia numerabatur: desine, quæso, simulare, te, cùm in manifesto furto teneare, gloriæ studiosum, ac monumentorum fuisse. Quid verò? modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est. etenim sic considerate. *Syracusana ciuitas* (vt eam potissimùm nominem) dedit ipsi [r] statuam. est honos. & patri. bella hæc pietatis, & quæstuosa simulatio. & filio: ferri hoc potest. hunc enim puerum non oderant. verùm quoties, & quot nominibus à Syracusanis statuas auferes? vt in foro statuerent, abstulisti: vt in curia, coegisti: vt pecuniam conferrent in eas statuas, quæ Romæ ponerentur [s], imperasti:

a L. hoc cùm t.

b *lib. vulg.* Itaque censores fecer.

c L. censum

d L. hauserant. *forte* exhauserant.

P. B.

e *al.* census. ‖ *al.* istius cẽsus stari. *al.* istius censu stari. Sic Cicero, pro Flacco re iudicata stari often dit placere.*

f *al.* Sex. Pæduceo

g *al.* dilecti à suis c.

h L. quis cẽsor

i L. metueret, q.

K L. quæ fecit.

l Cẽsus quinto quoque anno in Sicilia agebatur.

m *al.* tametsi animo ‖ *al.* tametsi.*

n L. totam tuam triennii prætoram P. CXXXVII rescid.

o DeSTATVIS quarũ nomine vi pecunia expressa à diuersis* p *al.* ad LLS. XX. LXI. tantum conficitur ex.

q hic est 30000 coronatorum.*

a *al.* Quidenim iudices conſtit vestis.

b L. statuæ ponatur.

c L. transferri posse videatur.

d Ad consumendam in statuas pecuniam quinquennii legibus promittebatur: quo Prætorio, neque postea statuæ accesare licebat.*

e *al.* Iecerimus

f *al.* LLS. XX ex h.

g L. arcessat?

h L. qua ratione & iste *al.* qua & iste. P. B.

i *al.* LLS. XX vno g.

k *al.* capiendi. hom. abstinere. Sed o

l *al.* LLS. XX pop.

m Troiæ. n *al.* imperium ‖ & nolo.* o *al.* auferre.

p Statuarum modus.*

q *vide,* hæc de auert.

r *al.* ipsi

P. CXXXVII

s *al.* ponerentur.

perasti:vt iidem darẽt homines aratorum nomine. dederunt. vt iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent.etiam id contulerũt. vna ciuitas cùm tot nominibus pecuniam cõtulerit,idémque hoc ciuitates ceteræ fecerint: non res ipsa vos admonet, vt putetis,modum aliquem huic cupiditati constitui oportere? Quòd si hoc voluntate sua nulla ciuitas fecit: si omnes imperio,metu,vi,malo adductæ,tibi pecuniam statuarum nomine contulerũt: per deos immortaleis, num cui dubium esse poterit,quin, etiam si quis statuerit, accipere ad statuas licere,idem tamen statuat,eripere certè non licere? Primùm igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo:quæ mihi vna voce statuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam esse demonstrat. nam legationes[a] omnium ciuitatum in postulatis communibus,quæ ferè omnia ex tuis iniuriis nata sunt,etiam hoc ediderunt,*vt statuas, necui nisi cùm is de prouincia decessisset,polliceretur.* Tot prætores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores nostros Siculi senatum adierunt:toties hac memoria: tamen huiusce noui postulati genus,atque principium tua prætura attulit.Quid enim tam nouum, non solùm re, sed genere ipso postulãdi?nam cetera,quæ sunt in iisdem postulatis de iniuriis tuis,sunt noua: sed tamẽ non nouo modo postulantur[b]. Rogant & orant Siculi patres conscriptos, *vt nostri magistratus posthac decumas lege Hieronica vendant.* Tu primus contrà vendidisti: audio. ne, in cællam quod imperatur,æstiment. Hoc quoque propter tuos ternos[c] denarios nunc primùm postulatur: sed genus istud postulandi non est nouum. Ne absentis nomen recipiatur. Ex Sthenij calamitate, & tua natum est iniuria. Cetera non colligam. Sunt omnia Siculorum postulata eiusmodi, vt crimina collecta in vnum te reum esse videantur. quæ tamen omnia nouas iniurias habent,sed postulationum formulas vsitatas. Hoc postulatum de statuis, ridiculum esse videatur ei,qui rem sententiámque non perspiciat.Postulãt enim, non, vt ne cogantur statuere. Quid igitur? vt ipsis ne liceat.Quid[d] est hoc? petis à me,quod in tua potestate est, vt id tibi facere non liceat? pete potiùs,ne quis te inuitum polliceri, aut facere cogat.Nihil[e] ergo,inquit.negabunt enim omnes se coegisse.si me saluum esse vis, mihi impone istam vim, vt omnino mihi nõ liceat polliceri. Ex tua prætura primùm nata est hęc postulatio:qua cùm vtuntur,hoc significant,atque adeò apertè ostendunt, sese ad[f] statuas tuas pecuniam metu,ac malo coactos, inuitissimos contulisse. Quid,si hoc non dicant?tibi non necesse sit ipsi id confiteri? Vide & perspice, qua defensione sis vsurus. Nam intelliges, hoc tibi de statuis confitendum esse.Mihi enim renuntiatur,ita constitui à tuis patronis,hominibus ingeniosis,causam tuam, & ita eos abs te institui,& doceri: vt quisque ex prouincia Sicilia grauior homo, atque honestior, testimonium vehementius dixerit, ficuti Siculi multi primarij viri multa dixerunt, te statim hoc istis tuis defensoribus dicere:inimicus est propterea, quòd arator est. Itaque vno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc *aratorum*, quòd eos inferiso animo, atque inimico venisse dicatis, quia fuerit in decumis iste vehementior. Ergo aratores, inimici[g] omnes, & aduersarij sunt.nemo eorum est, quin perisse te cupiat. Omnino præclarè te habes,cùm is ordo,atque id genus hominum, quod optimum, atq; honestissimum est,à quo vno & [a] summa reipublicæ,& illa prouincia maximè continetur,tibi est inimicissimum. Verùm esto: alio loco de aratorum animo,& iniuriis videro. nunc, quod mihi abs te datur,id accipio, eos tibi esse inimicissimos. nempe ita dicis, propter decumas. Concedo.non quæro, iure,an iniuria sint inimici. Quid ergo illæ sibi statuæ equestres inauratæ volunt,quæ populi R.oculos,animósque maximè offendũt,propterbædem[c] Vulcani ? Namd inscriptum esse video, quandam ex his statuam aratores dedisse.Si honoris causa statuam dederunt: inimici non sunt. credamus testibus.tum enim honori tuo, nũc iam religioni suæ consulunt[e]. sinautem metu coacti dederunt: confiteare necesse est, te in prouincia pecuniam statuarum nomine per vim,ac metum coegisse. Vtrum tibi commodum est,elige.E quidem libenter hoc iam crimen de statuis relinquam, vt mihi tu illud concedas,quod tibi honestissimum est,aratores tibi ad statuam honoris tui causa,volũtate sua,cõtulisse.da mihi hoc.iam tibi maximam partem defensionis præcideris.nõ enim poteris aratores tibi iratos esse,atque inimicos,dicere. O causam singularem! ô defensionẽ miseram,ac perditam! nolle hoc accipere reũ ab accusatore,& eum reum, qui prætor in Sicilia fuerit, aratores ei statuam sua voluntate statuisse:aratores de eo bene existimare,amicos esse,saluũ esse cupere! metuit,ne hoc vos existimetis.obruitur enim aratorum testimoniis. Vtar eo, quod datur. certè ita vobis hoc iudicandum est,eos, qui isti inimicissimi sunt, vt ipse existimari vult, ad istius honores, atque monumenta pecuniam non voluntate sua cõtulisse. Atque[f] vt hoc tamen facillimè intelligi possit,quem voles eorum testium, quos produxero, qui in Sicilia testes sint, siue[g] ciuem Rom.velis,siue Siculum,rogato,& eum, qui tibi inimicissimus esse videbitur, qui se spoliatum[h] à te dicet: ecquid suo nomine in tuã statuam cõtulerit.neminem reperies, qui neget. etenim omnes dederunt. Quemquam igitur putas dubitaturum, quin is, quem inimicissimum tibi esse oporteat,qui abs te grauissimas iniurias acceperit, pecuniam statuæ nomine dederit,vi atque imperio adductus,nõ officio ac voluntate? Et huius[i] ego pecuniæ, iudices. quæ permagna est, impudentissiméque coacta ab inuitis, non habui rationem, neque habere potui,quantum ab aratorib. quantum ab negotiatoribus,qui Syracusis, qui Agrigẽti, qui Panormi, qui Lilybæi negotiantur, esset coactum: quoniam intelligitis, ipsius quoque confessione ab inuitissimis coactam esse. Venio nunc ad ciuitates Siciliæ : de quibus facillimè iudicium fieri volũtatis potest.An etiam Siculi inuiti contulerunt? non est probabile. Etenim sic C.Verrem præturam in Sicilia gessisse constat, vt, cùm vtrisque facilis facere non posset,& Siculis & togatis: officij potius in socios,quam ambitionis in ciueis rationem duxerit. Itaque cum non solùm patronum istius insulæ,sed etiam *sotêra*[k] inscriptum vidi Syracusis.Hoc quantum est?ita magnum,vt latino vno verbo exprimi non possit. Is est nimirum soter, qui salutem dedit. Huius nomine etiam dies festi agitantur,pulchra illa Verrea,

a Legationes audiri Februario mense solere.

b cf. postulat. P. R.

c quos pro singulis modiis tritici exigebat: cum tamen binis tantum denarijs singuli modius æstimabatur. Dion. Halic. lib. 3. & lib.

d Diuinat. cum Cicerone cum alio, quo Sicilia, vt. Nihil rogo, inquit, nisi vos placere. Nihil ego ro inquit.

e al. ad statuas pecuniam &c.

f lib. vsta. inimici : omnes aduersarij. CXXXIX. fatis. demonstr.

g L.& summa resp.

b id est propè.*

c In ædem Vulcani Tribuni plebis solebant cõuenire in quo canes pro ædituis, & in collegio tantum alitarentama erat d *lib. vulg.* Nam scriptũ e L. consulent.

P. R.

f L.atque vt hoc totum facil. & ita v.c.

g v.c.siue togatum v. h v.c.abste

i L.Huius ego pec.

k al. soter. al. σωτῆρα *quod si ita sit, paulo ante le genda est* patrono, *non* patronũ. Cætetum quod ad vim huius inscriptionis attinet,idem honos habitus T.Flaminio à Calchidensibus. *Plutarchus* in Flaminio.*

P. CXL.

non quasi Marcellea, sed pro Marcellèis: quæ illi istius iussu sustulerunt. huius fornix in foro Syracusis est: in quo nudus filius stat: ipse autem ex equo nudatam ab se prouinciã prospicit: huius[a] statuę omnibus locis erectę sunt: quæ hoc demonstrare videtur, propemodum non minùs multas statuas istum posuisse Syracusis, quàm abstulisse. huic etiam Romæ videmus in basi statuarum, maximis litteris incisum, à [b] cõmuni Sicilia datas. Quamobrem? qui hoc probari potest cuiquam, tantos honores habitos esse ab inuitis? Hic tibi etiam multo magis, quam antè in [c] aratoribus, videndum, & cõsiderandum est, quid velis. magna res est. Vtrùm tibi Siculos, publicè, priuatimque amicos, an inimicos existimari vis? si inimicos, quid te[d] futurum est? quò cõfugies? vbi nitêre? modò aratorum honestissimorum hominum, & [e] locupletissimorum maximum numerum abs te abalienasti: nunc de Siculis ciuitatibus quid ages? dices tibi Siculos esse amicos? qui? poteris? qui, quod nullo in homine antea fecerunt, vt in eum publicè testimoniũ dicerent, cum præsertim ex ea prouincia condemnati sint complures, qui ibi prætores fuerunt, duo soli absoluti, huic [f] conueniunt cum litteris, veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis. qui, si te publicè laudarent, tamen id more potius suo, quàm merito tuo, facere viderẽtur: hi cùm de tuis factis publicè conqueruntur, nonne hoc indicant, tantas esse iniurias, vt multo maluerint de suo more decedere, quàm de tuis moribus nõ dicere? Confitendum est igitur tibi necessariò, Siculos inimicos esse, qui quidem & in te grauissima postulata consulibus ediderũt[g], & me, vt hanc causam, salutí que suæ defensionem susciperem, obtestarunt:[h] qui cùm à prętore prohiberentur, à quattuor[i] quæstoribus impedirentur, omnium minas, atque omnia pericula, pro salute sua, leuia duxerunt: qui priore actione ita testimonia grauiter, vehementérque dixerunt, vt Artemonem Cẽturipinum legatum, & publicè testem, Qu. Hortensius accusatorem, non testem esse diceret. Etenim cùm propter virtutem, & fidem cum Androne, homine honestissimo, & certissimo, tum etiam propter eloquentiam, legatus à suis ciuib[y] electus est, vt posset multas istius, & varias iniurias quàm apertissimè vobis, planissiméque explicare. Dixerunt Halesini, Catinenses, Tyndaritani, Ennenses, Herbitenses, Agyrinenses, Netinenses, Segestani. numerare[k] omneis nõ est necesse. Icitis quàm multi, & quàm multa priore actione dixerint. nunc & illi, & reliqui dicent. Omnes denique hoc in hac causa intelligent, hoc animo esse Siculos, vt, si in istum animaduersum non sit, sibi relinquendas domos, ac sedes suas, & ex Sicilia decedendum, atque adeò [l] fugiendum esse arbitrentur. Hos homines tu persuadebis ad [m] honores, atque amplitudinem tuam pecunias maximas voluntate sua contulisse? credo, qui te in tua ciuitate incolumem esse nollent, ij monumẽta tuæ formæ, ac nominis, in suis ciuitatib. esse cupiebant. Res declarauit, vt cupierint. iamdudum enim mihi nimiùm tenui ter Siculorum erga [n] me voluntatis argumenta colligere videor, vtrum statuas voluerint tibi statuere, an coacti sint. De [n] quo homine hoc auditum est vmquã, quod tibi accidit, vt eius in prouincia statuæ, in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sactis, per [o] vim, per vniuersam multitudinem deiicerentur? [a] Tot homines in Asia nocentes, tot in Africa, tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in ipsa Sicilia fuerunt: ecquo de homine hoc vmquam audiuimus? Nouum est, iudices: in Siculis quidem, & in omnib. Græcis, monstri simile. non crederem hoc de statuis, nisi iacenteis, reuulsásque vidissem: propterea quòd apud omneis Græcos hic mos est, vt honorem hominibus habitum in monumentis huiusmodi, nõnulla religione deorum consecrari arbitrentur. Itaque[c] cum Rhodijd bellum illud propè soli superius cum Mithridate rege gesserint, omneisque eius copias, acerrimúmque eius impetũ[e], à mœnibus, litoribus, classibúsque suis exceperint, cùm & regis inimici præter ceteros essent: statuam eius, quæ erat apud ipsos in celeberrimo vrbis loco, ne tum quidem in ipsis vrbis periculis attigerunt. Forsitan[f] vix cõuenire videretur, quem ipsum hominem cuperent euertere, eius effigiem, simulacrúmque seruare. sed tamen videbam, apud eos cùm essem, & religionem esse quandam in his rebus, à maiorib. traditam, & hoc disputare: *cum statua, se eius habuisse temporis rationẽ, quo posita esset: cum homine verò, quo gereret bellũ, atque hostis esset.* Videtis igitur, consuetudinem, religionémque Græcorum, quæ monumenta hostium in bello ipso soleat defendere, eã summa in pace prætoris populi Romani statuis præsidio non fuisse. Tauromitani, quorum est ciuitas fœderata, homines quietissimi, qui maximè ab [g] iniuriis nostrorũ magistratuum remoti consuerant esse, præsidio fœderis: hi tamen istius euertere statuam non dubitarũt. qua [h] ablata, basin tamen in foro manere voluerunt: quòd grauius in istum fore putabant, si scirent homines, statuam eius à Tauromitanis esse deiectam, quàm si nullã vmquam positam arbitrarentur. Tyndaritani deiecerũt in foro: & eádem de causa equum inané reliquerunt. Leontini[i], miserã in ciuitate atque inani, tamẽ isti[p] in gymnasio, statuadeiecta est. Nam quid ego de Siracusanis loquar, quod nõ est proprium Syracusanorũ, sed & illorum [k] commune, & conuentus illius, ac propè totius prouinciæ? quanta illuc multitudo, quanta vis hominum conuenisse dicebatur tum, cùm statuæ sunt illius deiectæ, atque euersæ? at quo loco? celeberrimo, ac religiosissimo: ante [l] ipsum Iouem, in primo aditu, vestibulóque templi. Quòd nisi Metellus hoc tam grauiter egisset, atque illam rem imperio, edictóque prohibuisset: vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esset relictum. Atque ego hoc non vereor, ne quid horum non modò impulsu, verùm omnino aduentu meo factum esse videatur. omnia ista antè facta sunt, non modò, quàm ego Siciliam, verùm etiã quàm iste Italiam attigit. dum ego in Sicilia fuim, nulla statuã deiecta est. posteaquàm illinc discessi, quæ sunt gesta, cognoscite. Centuripinorum senatus decreuit, populúsque iussit, *vt, quæ statuæ C. Verris ipsius, & patris, & filij, essent, eas quæstores demolitendas locarent: idémque ea demolitio fieret, senatores* [m] *xxx. non minus adessent.* Videte grauitatem ciuitatis, & dignitatem. neque eas in vrbe sua statuas esse voluerant, quas inuiti per vim, atque imperium dedissent: neque eius hominis, in quem ipsi cum grauissimo testimonio publicè, quod numquam antea, Romam mãdata, legatósque misissent: & id grauius esse

a De statuis Verris certis à Siculis.*

b vnde Mos etiam seruus confugere ad statuas.*

c L. Iugurthæ Rhodii qui propè soli bellum illud supr.

d adde Strabonem 5. Plinium de viris illustribus cap. 76. Appianum in Mithridaticis.*

e L. imperium mœnibus, litoribus, classibusque suis exceperint, tamen ci regi in.

f al. Ac fortasse tam.

g lib. vulg. iniuriis eius magistratuum consuerant esse, fuerant esse.

h fort. quæ ablecta, vel ablecta.

i L. Leontinis.

P. B.

k L. aliorum commune.

l L. ante ipsum Iouem in primo.

m L. centum ex his xxx. adesse.

n lib. vulg. De quo homine apud.

o al. partim in locis &c.*

p L. per vim & per vniu.

putauerunt, si publico cõsilio, quàm si per vim multitudinis factum videretur. Cùm hoc consilio statuas Centuripini publicè sustulissent, audit Metellus: grauiter fert: euocat ad se Centuripinum[a] Magistratũ, & decem[b] primos. nisi restituissent statuas, vehementer iis minatur. Illi ad senatũ renuntiant, statuæ, quę istius cause nihil prodessent, reponũtur[c]. Hîc ego aliud alij concedo: Metello, homini sapiẽti, prorsus nõ possum ignoscere, si quid stultè facit. Quid? ille hoc putabat Verri criminosum fore, si eius statuæ essent deiectæ, quod sæpe vẽto, aut aliquo casu fieri solet? non erat in hoc neque crimen vllũ, neque reprehensio. Ex quo igitur crimẽ, atque accusatio nascitur? ex hominum iudicio, & voluntate. Ego, si Metellus statuas reponere Centuripinos non coegisset, hæc dicerem: Videte, iudices, quantũ, & quàm acerbum dolorem sociorũ, atque amicorum animis inusserint istius iniuriæ, cùm Centuripinorum amicissima, & fidelissima ciuitas, quæ tantis officiis cum populo Rom. cõiuncta est, vt non solùm remp. nostrã, sed etiam in quouis homine priuato nomen ipsum Romanorum semper dilexerit, ea publico consilio, atque auctoritate iudicarit, C. Verris statuas esse in vrbe sua non oportere. recitarem decreta Centuripinorum: laudarẽ illam ciuitatem: id quod verissimè possem: cõmemorarem decẽ millia ciuium Centuripinorum, fortissimorũ, fidelissimorúmque sociorum: eos omneis statuisse, monumentũ istius in sua ciuitate nullũ esse oportere. Hæc tum dicerẽ, si statuas Metellus nõ reposuisset. Velim quærere nunc ex ipso Metello, quidnã sua vi, & auctoritate mihi ex hac oratione præcideris. eadem opinor omnia conuenire. neque enim, si maximè statuæ deiectæ essent, eas ego vobis possem iacenteis ostẽdere. hoc vno vterer: ciuitatẽ tam grauem statuas iudicasse C. Verris demoliendas, hoc mihi Metellus non eripuit: hoc etiam addidit, vt quererer, si mihi videretur, tã inquo iure sociis, atq; amicis imperari, vt iis ne in suis quidem beneficiis libero iudicio vti liceret: vt vos rogarem, vt coniecturam faceretis, qualem[d] in iis rebus in me L. Metellum fuisse putaretis, in quibus rebus obesse mihi posset, cùm in hac re tã aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit. Sed ego Metello non itascor, neque ei suam purgationẽ eripio, qua ille apud omneis vtitur, vt nihil malitiosè, neque cõsultò fecisse videatur. Iam igitur est ita perspicuum, vt negare non possis, nullam tibi statuam voluntate cuiusquam datam: nullam pecuniam statuarũ nomine, nisi vi expressam, & coactam, quo quidem in crimine non illud solùm intelligi volo, te ad statuas, LLS[e]. CXX. milliaf coegisse: sed multo etiam illud magis, quod simul demonstrandum est, quantum odium in te aratorum, quantum omnium Siculorũ sit, & fuerit. in quo quę vestra defensio futura sit, coniectura assequi non queo. Odere Siculi: togatorum[g] enim causa multa feci. At hi quidem acerrimi, inimicissimíque sunt. Inimicos habeo ciueis Rom, quòd sociorum commoda, ac iura defendi. At socij in hostiũ numero se abs te habitos queruntur. Aratores inimici sunt propter decumas. quid? qui agros immuneis, liberósque arant, cur oderunt? cur Halesini? cur Centuripini? cur Segestani? cur Halicienses? quod genus hominum, quẽ numerum, quem ordinẽ proferre possis,

a L. Centuripinorum magistratum P. CXLII.

b Decempri mi qui & ἑξαπρωτοι. hoc mentio est in iure.*

c L. reponun tur. Decreta Centuripino rum. quæ de statuis erant facta, non tol luntur. Hic ego &c.

A qui te non oderit, siue ciuium Ro. siue Siculorum? vt etiam si causam, cur te oderint, non possim dicere, tamen illud dicendum putem: quem omnes mortales oderint, cum quoque vobis odio esse oportere. An hoc dicere audebis: vtrùm de te aratores, vtrùm denique Siculi[a] vniuersi bene existiment, aut quomodo existiment, ad rem id non pertinere? neque tu hoc dicere audebis: neque, si cupias, licebit. eripiunt[b] enim tibi istam orationem cõtemnendorum[c] Siculorum, atque aratorũ, statuæ illæ equestres, quas tu paullò antè, quàm ad vrbẽ venires, poni, inscribíque iussisti, vt omnium inimicorum[d] animos, accusatorúmq; tardares. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, cùm videret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, à[e] cõmuni Sicilia? Quod est aliud in illa prouincia genus humanum[f]? nullum. Ergo ab vniuersa prouincia, generatímque à singulis eius partibus non solùm diligitur, sed etiam ornatur. Quis hunc attingere audeat? Potes igitur dicere, nihil tibi obesse oportere aratorum, negotiatorũ, Siculorúmque omnium testimonia, cùm eorum nominibus in statuarum inscriptione positis omnem te speraris[g] inuidiam, atque infamiam tuam exstinguere[h] posse? an, quorum auctoritate tu statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero? ¶ Nisi fortè, quod apud publicanos[i] gratiosus fuisti, in ea re spes te aliqua consolatur. Quæ gratia ne quid tibi prodesse possit, ego mea diligentia perficiam vt etiam obesse deberet, tu tua sapientia curasti. Etenim rem totam, iudices, breuiter cognoscite. In Scriptura[k] Siciliæ pro magistro[l] est quidam L. Carpinatius, qui & sui quæstus causa, & fortasse quod sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Is cùm prætoré circum omnia fora sectaretur, neque ab eo vmquam discederet: in eam iam venerat familiaritatẽ, consuetudinémque in vendendis istius decretis, & iudiciis, transigendísque negotiis, vt propè alter Timarchides numeraretur. hoc erat etiam capitalior, quòd idem pecuniam iis, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat. ea autem fœneratio erat huiusmodi, iudices, vt etiam hic[m] quæstus huic cederet. nam, quas pecunias iis ferebat expensas, quibuscum contrahebat: aut[n] scribæ istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi isti referebat acceptas. idé præterea pecunias istius extraordinarias grãdeis, suo nomine fœnerabatur. Hic primò Carpinatius antequàm in istius tantã familiaritatem peruenisset, aliquoties ad socios litteras de istius iniuriis miserat. Canuleius verò, qui in portu Syracusis operas dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat ea[o], quæ sine portorio Syracusis erant exportata: portum[p] autem, & scripturas eadem societas habebat. Ita factum est, vt essent permulta, quæ ex societatis litteris dicere in istũ, ac proferre possemus. Verùm accidit, vt Carpinatius, qui iam cum isto summa cõsuetudine, præterea re, ac ratione cõiunctus esset, crebras postea litteras ad socios de istius summis officiis in rẽ communẽ, beneficiísque mitteret. Etenim tum[q] iste omnia, quæcũque Carpinatius postulabat, facere ac decernere solebat: tum ille etiam plura scribebat ad socios, vt, si posset, quæ antea scripserat, ea planè

a L. Siculi vniuersi bene, an malè existiment, ad rẽ &c. q. v. c. Siculi vniuersi bene existimant, an quomodo exist.

b lib. vulg. eripiunt tibi P. CXLIII istam

c al. insidiatorum.

d v. c. iniquorum

e L. à communi Sicil. e?

f L. hominum.

g vulg. spera bas

h fort. posse extinguere?

i De PVBLICANORVM cum Verre in furtis collusione.*

k Scriptura, teste Asconio, dicitur tota publicanorũ ratio.*

l Promagister, magistri vicarius. Magister vero, qui societati publicanorũ præerat: cùm etiam ipse eiusdem societatis esset. publicanorum & decumanorum rationes tractabat, eósque eo nomine cogebat.*

m L. is quæstus.

P. B.

n fort. eas aut scr.

o L. eorum, quæ s.

p Vectigalia Romanorum variis ex causis redacta, ex mercium inuectione, portoria: ex aratoribus agri publici, decimæ: ex iis qui fruebantur pascuiis & syluis publicis scriptura: ex salinis vectigal sallsi: ex iis qui ma numittebantur vicesima.*

q L. cùm iste omn.

extingueret. Ad extremum verò, cùm iste iã decedebat, eiusmodi litteras ad eos misit, vt huic frequentes obuiam prodirent [a], gratiasque agerent: facturos esse, si quid imperasset, studiosè pollicerentur. Itáque socij fecerunt: vetere instituto publicanorum, nõ quòd istũ vllo honore dignum arbitrarentur, sed q̃ sua interesse putabant, se memores, gratóq; existimari, gratias isti egerũt: Carpinatium sæpe ad se de eius officiis litteras misisse dixerunt. Iste cùm respondisset, se ea libenter fecisse, operáque Carpinatij magnopere laudasset: dat amico suo cuidã negotium, qui tum magister erat eius societatis, vt diligenter caueret, atque prospiceret, ne quid esset in litteris sociorum, quod contra suum caput, atque existimationem valere posset. Itaque ille multitudine sociorum remota, decumanos cõuocat: rem defert. statuunt illi, atque decernũt, vt eæ litteræ, quibus existimatio C. Verris læderetur, remouerentur: operáque daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset. Si ostendo, hoc decreuisse decumanos: si planum facio, hoc decreto remotas esse litteras, quid expectatis amplius? posslũmne rem magis iudicatam afferre? magis reum cõdemnatum in iudicium adducere? At quorum iudicio condemnatum? nempe eorum, quos ij, qui seueriora iudicia desiderant, arbitrentur [b] reos iudicare oportere: publicanorũ iudicio: quos videlicet nunc populus iudices posceret: de quibus, vt eos iudices habeamus, legem ab homine non nostri generis, nõ ex equestri loco profecto, sed nobilissimo, promulgatam videmus. Decumani [c], hoc est [d], principes, & quasi senatores publicanorum, remouendas de medio litteras censuerunt. habeo ex iis, qui affuerunt, quos [e] producam, homines honestissimos, ac locupletissimos, istos [f] ipsos principes equestris ordinis: quorum splendore vel maximè, istius [g], qui legem promulgauit, oratio & causa nitatur [h]. venient in medium: dicent, quid statuerint. profectò, si rectè homines noui, non mentiẽtur. litteras enim communeis de medio remouere potuerunt: fidem suam, & religionem remouere non possunt. Ergo equites [i] Romani te suo iudicio condemnari voluerunt. Vos nunc vtrùm illorum iudicium, an volũtatem sequi malitis, considerate. At vide, quid te amicorum tuorum studium, quid tuum cõsilium, quid sociorũ voluntas adiuuet. dicam [k] paullo amplius. neque enim iam vereor, ne quis hoc me magis accusatoriè, quàm liberè dixisse arbitretur. Si istas litteras non decreto decumanorum magistri remouissent: tantum posset in te dicere, quantum in litteris inuenissem. nunc, decreto isto facto, litterísque remotis, tantum mihi licet dicere, quantum possum: tantum iudici suspicari, quantum velit. Dico, te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam, Syracusis exportasse: his pro rebus, quòd portoriũ non esset datum, litteras ad socios misisse L. Canuleium, qui [l] in portu operas daret. Saúsne magnum hoc crimen videtur? nullum, opinor, maius. Quid defendet Hortensius? postulabit, vt litteras Canuleij proferam? crimẽ huiusmodi, nisi litteris confirmetur, inane esse dicet? Clamabo, litteras remotas esse de medio: decreto sociorum erepta mihi esse istius indicia ac monumenta furtorum. Aut hoc contendat numquam esse factum: aut omnia tela excipiat necesse est. Negas esse factũ? placet mihi ista defensio: descendo. æqua enim conditio, æquum [a] certamen proponitur. producam testeis, & producam plureis eodem tempore: quoniam tum, cùm actum est, vnà fuerunt: nunc quoque vnà sunt: cùm interrogabuntur, obligentur non solùm iurisiurandi, atque existimationis periculo, sed etiã communi inter se conscientia. Si planum fit, hoc ita, quemadmodum dico, esse factum: non [b] poteris dicere, Hortẽsi, nihil in istis fuisse litteris, quod Verrem læderet. non modò id nõ dices, sed ne illud quidem tibi dicere licebit, tantum, quantum ego dicam non fuisse. ergo hoc vestro [c] consilio, & gratia perfeceristis, vt, quemadmodum paullo antè dixi, & mihi summa facultas ad accusandum daretur, & iudicibus libera potestas ad [d] credendum. Quod cùm ita sit, nihil fingam tamẽ: meminero, me non sumsisse, quem accusarem: sed recepisse, quos defenderem: vos ex me causam nõ à me prolatam, sed ad me delatam, audire oportere: me Siculis satis esse facturum, si, quæ cognoui in Sicilia, quæ accepi ab ipsis, diligenter exposuero: populo Ro. si nullius vim, nullius potentiam pertimuero: vobis, si facultatẽ verè atque honestè iudicandi, fide, & diligẽtia mea fecero: [e] mihi, in eo, si ne minimum quidem de eo curriculo vitæ, quod mihi semper propositum fuit, decessero. Quapropter nihil est, quod metuas, ne [f] quid in te confingam: etiam quod lætere, habes. multa enim, quæ scio abs te esse commissa, quòd aut nimiũ turpia, aut parum credibilia sunt, prætermittam. tantùm agam de hoc toto nomine societatis, vt [g] verum scire possitis: quæram, decretúm-ne sit. cùm id inuenero: quæram, remotę-ne sint litteræ. cùm id quoque constabit, vos [h] iam, me tacito, intelligetis, si illi, qui hoc istius causa decreuerunt, equites Ro. nunc iidem in eum iudices essent, istum sine dubio condemnarent, de quo litteras eas, quæ istius furta indicarent, & ad se missas, & suo decreto remotas scirent esse. Quem igitur ab iis equitibus Ro. qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissimè tractati sunt, condemnari necesse esset: is à vobis, iudices, nulla vi, aut ratione absolui potest. Ac, ne fortè ea, quæ remota de medio, atque erepta vobis sunt, omnia ita condita [i] fuisse, atque ita abditè latuisse videantur, vt hac diligentia, quam ego à me exspectari maximè puto, nihil horum inuestigari, nihil assequi potuerit: quæ consilio aliquo, aut ratione inueniri potuerunt, inuenta sunt, iudices. manifestis in rebus hominẽ iam teneri videbitis. Nam quod in publicanorum causis vel plurimùm ætatis meæ versor, vehementérque illum ordiné obseruo, satis commodè mihi videor eorum consuetudinẽ vsu, tractandóque cognouisse. Itaque vt hoc comperi, remotas esse litteras societatis: habui rationem annorum, per quos iste in Sicilia fuisset: deinde quæsiui, quod erat inuentu facillimum, qui per eosdem annos magistri istius [k] societatis fuissent, apud [l] quos tabulæ fuissent. sciebam enim, hanc magistrorum, qui tabulas haberent, consuetudinem esse [m], vt cùm tabulas nouo magistro traderent, exempla litterarum ipsi habere non nollent. Itaque ad L. Vibium

[a] L. gratias agerent. Sfacturos se, si quid imp. & ita v.c.

P. CXLIIII.

[b] L. arbitrantur res iudicare

[c] Decumani quj.*
[d] inclusa glossema .o. lent.*
[e] L. quos producam, quibus hoc committam, homines h.
[f] lib. vul. istos princ.
[g] al. ipsius vel eius.*
[h] L. nititur.
[i] L. equites R. qui te suo iudicio condemnarunt, te horum iudicio condemnari nolue runt.
[k] v.c. te dicam paullo promtius. neque.

P. B.

[l] In portus qui operas dabant, curã habebant earum rerum pro quibus portorium non esset datum.*

[a] lib. vulg. quum cert.

[b] L. nunquã poteris dicere, Hort. nihil in ist. fuisse lit. quod Verrem læderet?

[c] lib. vulg. nostro &c. consilio. d v. c. ad credendum. fortasse ad decernendum.

P. CXLV.

[e] L. nihil nisi ne minimum.

[f] lib. vulg. ne qui à te fingam. [g] L. vt iam scire possis. quæram. &c. & ita b. L. vocabi. h L. vocabime. tera excipe teris. Si illi.

[i] Condita hic accipe pro occulta.*

P. B.

[k] L. Illius soc. vulgo. [l] lib. vulg. quod duos istius. Consuetudo fuit magistris nouo magistro tradere exemplaria litterarum, & cum tabulas haberent, habere non nollent.*

vibiũ,equitẽ Ro.virum primariũ,quem reperiebã magistrum fuisse eo ipso anno, qui mihi maximè quærendus erat,primùm véni.Sanè homini præter opinionẽ improuisò incidi.scrutatus sum quę potui,& quæsiui omnia: inueni duos solos libellos ab L. Cãuleio missos sociis ex portuSyracusis:in quib.erat ratio scripta mensium [a] complurium, rerum exportatarum istius nomine sine portorio. itaque obsignaui statim. erant [b] hæc ex eo genere, quod [c] ego maximè genus ex sociorum litteris reperire cupiebam. verùm tantùm inueni, iudices, quod apud vos quasi exempli causa proferre possem. sed tamen, quidquid erit in his libellis, quantulumcumque videbitur esse, hoc quidem certè manifestũ erit: de ceteris ex hoc coniecturã facere debebitis.Recita mihi,quæso,hunc primum libellum:deinde illum alterum. LIBELLI CANVLEII. Iam nõ quæro,vnde cccc.amphoras mellis habueris, vnde tantum Melitensiũ [d],vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra:non, inquam,iã quæro, vnde hæc habueris:sed quò tibi tantum opus fuerit,id quæro.mitto de melle : sed tantúmne Melitensium?quasi etiam amicorum vxores:tantum lectorum ? quasi etiam omnium istorum villas ornaturus esses. Cùm hæc paucorum mensium ratio in his libellis sit, facite,vt vobis triennij totius veniat in mentem. Sic contendo:ex his paruis libellis apud vnũ magistrum societatis repertis, vos iam coniectura assequi posse, cuiusmodi prædo iste in illa prouincia fuerit, quàm multas cupiditates, quàm varias ,quàm infinitas habuerit: quantam pecuniam non solum numeratam, verùm etiam huiusmodi in rebus positã, confecerit : quæ vobis alio loco planiùs explicabuntur. Nunc hoc attendite. his exportationibus,quæ recitatæ sunt,scribit LLS [e] .LX. socios perdidisse ex vicesima [f] portorijSyracusis.Pauculis igitur mensib. vt hi pusilli, & contemti libelli indicant , furta prætoris, quæ [g] essent LLS.duodecies ,ex vno oppido solo exportata sunt.Cogitate nunc,cùm [h] illa sit hæc insula,quæ vndique exitus maritimos habeat , quid ex ceteris locis exportatum putetis:quid Agrigento,quid Lilybæo,quid Panormo , quid Thermis, quid Halesa, quid Catina , quid ex ceteris oppidis : quid verò Messana : quem iste sibi locum maximè tutum arbitrabatur: vbi animo semper soluto liberóque erat, quòd sibi iste Mamertinos delegerat,ad quos omnia,quæ aut diligentiùs seruanda,aut occultiùs exportanda erant, deportaret.His inuentis libellis, ceteri remoti, & diligentiùs sunt reconditi : nos tamen , vt omnes intelligant, hoc nos fine cupiditate agere,his ipsis libellis contenti sumus. Nunc ad sociorum [i] tabulas accepti & expensi, quas remouere honestè nullo modo potuerunt, & ad amicum tuum Carpinatium reuertemur.Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant [k] à Carpinatio fecisse,qui pecuniã Verri dedissent [l]. Erit vobis luce clariùs,iudices, cùm eos ipsos produxero , qui dederunt. intelligetis enim , illa tempora , per quæ, cùm essent in periculo , pretio sese redemerunt , cum societatis tabulis non solùm consulibus, verùm etiam mensibus, conuenire.

Cùm hæc maximè cognosceremus, & iam in manibus tabulas haberemus : repentè adspicimus lituras eiusmodi : quasi quædam vulnera tabularum recentia. Statim suspicione offensi , ad ea ipsa nomina oculos, animúmque transtulimus.Erãt acceptæ pecuniæ à [a] C.Verrutio,sic tamen, vt vsque ad alterũ, R, litteræ constarent integræ: reliquæ omnes essent in litura.alterum , tertium , quartum, permulta erant eiusmodi [b] nomina.Cùm manifesta res [c], tum flagitiosa tabularum, atque insignis turpitudo teneretur : quærere incepimus de Carpinatio , quisnam esset is Verrutius , quicum tantæ pecuniæ rationem haberet.Hærere homo, auersari,rubere. Quòd lege excipiuntur tabulæ publicanorum , quò minùs Romam deportentur : vt res quàm maximè clara , ac testata esse possit , in ius ad Metellum Carpinatium voco : tabulásque societatis in forum defero. fit maximus concursus hominum:& quòd erat Carpinatij nota cum isto, prætore societas , ac fæneratio, summè exspectabant omnes, quid [e] in tabulis contineretur. Rem ad Metellum defero, me tabulas perspexisse sociorum:in his tabulis magnam rationem C. Verrutij permultis nominibus esse, méque hoc perspicere ex consulum, mensiúmque ratione , hunc Verrutium neque ante aduentum C.Verris , neque post decessionem quicquam cum Carpinatio rationis habuisse.postulo,mihi respondeat , qui sit iste Verrutius : mercatot [f], an arator,an pecuarius : in Sicilia sit,an iam decesserit.Clamare omnes ex conuentu, neminem vmquam ex Sicilia fuisse Verrutium. Ego instare,vt mihi respõderet,vbi esset,quis esset,vnde esset:cur seruus societatis , qui tabulas confecerit,semper in Verrutij nomine, certo ex loco , mendosus esset. Atque hæc postulabam, non [g] quò illum cogi putarem oportere,vt ea mihi responderet inuitus :sed vt omnibus istius furta,illius flagitium , vtriusque audacia perspicua esse posset.Itaque illum iniuriæ [h] metu, conscientiáque peccati mutum,atque exanimatum,ac vix viuum relinquo : tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo : adhibentur in exscribendo de conuentu viri primarij:litterę,lituræque omnes assimulatæ [i],expressiæ,de tabulis in libros transferuntur. Hæc omnia summa cura,& diligentia recognita , & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Si Carpinatius tum mihi respondere noluit:respondo mihi nunc tu Verres , quem esse hunc tuum pænè gentilem Verrutium putes.fieri non potest,vt,quem video,te prętore,in Sicilia fuisse,& quem ex ipsa ratione intelligo locupletem fuisse , eum tu in tua prouincia non cognoris. Atque [k] adeò hoc ne longius, aut obscurius esse possit , procedite in [l] medium , explicate descriptionem, imaginémque tabularum : vt omnes mortales istius auaritiæ non iam vestigia [m], sed ipsa cubilia videre possint [n].Videtis Verrutium? videtis primas litteras integras?videtis extremam partem nominis,caudam [o] illam Verris , tamquam in luto , demersam esse in litura ? Sic habent se tabulæ,iudices, vt videtis. Quid exspectatis ? quid quæritis amplius? tu ipse Verres quid sedes? quid moraris?nam aut exhibeas nobis Verrutium , necesse est: aut te esse Verrutium fateare.

a L. mensium complurium. & hæc est Grammatici veteres ita hunc genitiuum efferunt a peritissimis antiquis testatum. Quin & ipse Tullius alibi vsurpauit 3. epistol. 6. ad Brutum. Addit Priscianum libro 7. Ouidium 5. metamorph. Et quot sestinis bis mensium quinque. labores.*

b L. erant ex codicum gen.‖ ad. nec erãt.*

c fort. quod ego genus maximè

d lib. vulg. vnde tantum Melitensem vestem, vnde ‖ subaudi vestium. Nam supra dixit plurimam vestem Melitensem.* P. CXLVI.

e al. LLS. loc. loc. L. LLS. LX. mille socio

f Vicesima portorij nomine dabatur: hoc est quinque in singula centum.*

g al. quę esset LLS CIↃ CC. et fort. cum ea sit hæc inf.

h Tabulæ inter socios publicanos fiebant accepti & expensi.* Pecun.*

i Verrutia hic facere est simplecter ac alienum contrahere: quod ego hoc loco significat, vt alijs soluatur, proprie verrutia dicitur*

k L. dedissent quod erit v. P. R.

a L. à C. Verrutio, C. F. sic tamen, b L. eiusmodi nom. c L. res, flagitiosa litura tabul. atque

d al. in iure voco nisi fo.. te ad Metellum additum sit, vt intelligatur de quo prætore loquatur*

e v. c. quid namin tab.

f Ir mercator, an negotiator an arator an pec. P. CXLVII.

g al. non quod

h L. in iure. metu. consc. ‖ In iure autem est apud Prętorem.*

i al. assimilatæ

k L. Atque adeo ne hoc aut long.

l L. in medium. atque expl.

m Metaphora à venatoribus sumpta, qui ex vestigiis, cubilia considunt.*

n L. possint. libet explicetur Videtis Ver.

o Verris caudam appellat Verrutiũ. manet autem in eadem metaphora bestiæ cuius caudam extra cubile extans iudicat eam ibi latere*.

a PERORATIO* P. B.

¶Laudantur [a] oratores veteres, Crassi illi,& Antonij,quòd crimina diluere dilucidè,quòd copiosè reorum causas defendere solebant[b]. Nimirum illi non ingenio solùm his patronis,sed fortuna etiam præstiterunt. nemo enim tunc ita peccabat, vt defensioni locum non relinqueret:nemo ita viuebat,vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccato [c] tenebatur,vt,cùm impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur,si negaret.Nunc verò quid faciat Hortensius? auaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur?At hominem flagitiosissimum,libidinosissimum, nequissimúmque defendit. An ab hac eius infamia, nequitia, vestros animos in aliam partem, A fortitudinis commemoratione,traducat? At homo inertior,ignauior [d], magis vir inter mulieres nequam,impudens inter viros muliercula proferri non potest. At mores commodi. Quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior?At hæc sine cuiusquam malo. Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vmquam fuit?In hoc homine, atque in eiusmodi causa quid facerent omnes Crassi& Antonij?Tantùm, opinor,Hortensi, ad hanc B causam non accederent,ne [e] in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent.liberi enim ad causas, solutíque veniebant:neque committebant,vt, si impudentes in defendendo esse voluissent, ingrati [f] in deferendo existimarentur.

b L. solerét

c al. peccatu atque ita scriptum fuisse in vno atque altero antiquissimæ ædei libro Tironiano refert Gellius 13. c. 19.*

d L. ignauior vir magis ne quam inter mulieres,magis impura inter viros mul. al. vir magis inter mulieres nequam, magis impura &c.

e v.a. nequin alterius &c. & ita L.

f Sic. infidi

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER TERTIVS, de frumento,seu oratio frumentaria.

ORATIO OCTAVA.

SYNOPSIS.

De frumento & re frumentaria. ¶Ac primũ de fruméto decumano *& tribus edictis iniquissimis Verris aduersus aratores. De pecunia frumentario nomine erepta,& Verre eo nomine vario & argumentis & exemplis & priuatim & publicè conuicto. Pecuniam enim eo nomine abstulisse priuatu,Nymphoni, Xenoni, Polemarcho,Eubulidi,Sostrato,Numenio & Nymphodoro:Publicè, Agyrinensibus,Herbitensibus,Segestensibus,Liparensibus,Tissensibus,Amestratinis,Petrinis,Halicyensibus,Segestanis, Thermitanis,Imacharensibus,Ennensibus,Calatinis,Muticensibus,Hyblensibus,Meneniis,Ætnensibus,Leontinis.Superiora constare quoque ex Epistolis Metelli,ex effectis(vt quia multi necem sibi consciuerint) quod societatem inierit cum decumanis(id enim probari testimonio Apronij & Decumanorũ:deinde ipsius confessione Rubrij & Scandilij) Prolepsi quadam id etiam colligi, sed & epistola Timarchidis id confirmari. Et hæc de frumento decumano. ¶Sequitur alia accusatio*, De frumento empto vel emendo. *Pecunias in id destinatas fœneratores,auertisse,detraxisse. ¶Sequitur tertia accusatio*, De frumento æstimato.

BXORDIVM.*

OMNES,qui alterum,iudices,nullis impulsi inimicitiis, nulla priuatim læsi iniuria,nullo præmio adducti,in iudicium reip. causa vocant: prouidere debent, non solùm quid oneris in præsentia tollant,sed etiam quantum in omnẽ vitã negotij suscipere conentur.*legem enim sibi* [a] *ipsi iudicunt innocentiæ,continentiæ,virtutúmque omnium,qui ab altero rationem vitæ reposcunt.*atque eo magis, si id,vt antè dixi,faciunt nulla re commoti alia, nisi vtilitate communi.Nam qui sibi hoc sumsit,vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat,quis huic ignoscat,si qua inre ipse ab religione officij declinarit ? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiusmodi ciuis laudandus,ac diligendus est,qui [b] non solùm reip.[c] ciuem improbum remouet,verùm etiã se ipsum ciusmodi fore profitetur,ac præstat, vt sibi non modò communi voluntate virtutis,atque officij, sed etiam vt quadam magis necessaria ratione rectè sit,honestéque viuendum.Ita hoc,iudices, ex homine clarissimo, atque eloquẽtissimo, L. Crasso,sæpe auditum F est, cùm se nullius rei tam pœnitere diceret, quàm quòd C. Carbonem vmquam in iudicium vocauisset. minus enim liberas omniũ rerum voluntates habebat : & vitam suam pluribus,quàm vellet, obseruari oculis arbitrabatur. Atque ille his præsidiis ingenij, fortunæque munitus, tamen hac cura continebatur, quam sibi, nondum confirmato consilio,sed ineunte [e] ætate susceperat. quo minus etiam perspicitur eorum virtus, & integritas,qui ad hanc rem adolescentuli,quàm G qui iam firmata ætate descendunt. illi enim, antequàm potuerunt existimare,quanto libe rior vita sit eorum, qui neminem accusarint,gloriæ causa, atque ostentationis, accusant: nos,qui iam, & quid facere, & quantulũ iudicare possèmus,ostendimus,nisi facilè cupiditates nostras teneremus, numquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam,liberatémque viuendi, Atque hoc ego plus oneris habeo [f],quàm qui ceteros accusant(si *onus est id appellandum, quod cum lætitia feras,ac voluptate*) veruntamen hoc ego amplius suscepi,quàm ceteri:quod ita postulatur H ab omni-

a *L. sibi ipsi dicunt inn.*

b *L.* quod non solùm ab rep. ciuẽ impr.

c *al.* à Republica.*

d *lib. vulg.* omnium voluntates *ferè*

e *hæc ætate non sic quo-Cato nem accusauit, Lælius, de Lælio scribit.*

f *fort.* subeo *ita vere vbique.**

ab omnibus, vt ab iis se abstineant maximè vitiis, in quib. alterum reprehenderunt. Furē aliquem, aut rapacem accusaris? vitanda tibi semper erit omnis auaritiæ suspicio. maleficum quempiam adduxeris, aut crudelem? cauendum erit semper, neque in re asperior, aut inhumanior fuisse videare. corruptorem, adulterum? prouidendum diligenter, nequod in vita vestigium libidinis appareat. *omnia postremò, quæ vindicaruin altero, tibi ipsi vehemēter fugienda sunt.* Etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Ego in vno homine omnia vitia, quæ possunt in homine perdito, nefarióque esse, reprehendo: nullum[a] esse dico indicium libidinis, sceleris, audaciæ, quod non in vnius istius vita perspicere possitis. Ego in isto reo legem hanc, iudices, mihi statuo: viuendum ita esse, vt isti non modò facti, dictíque omnibus, sed etiam oris, oculorúmque illa contumacia ac superbia, quam videtis, dissimillimus esse, ac semper fuisse videar. Patior[b] non molestè, iudices, eam vitam, quæ mihi sua sponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege, & conditione necessariam quoque futuram. Et in hoc homine sæpe à me quæris, Hortensi: quibus inimicitiis, aut qua iniuria adductus, ad accusandum descenderim. mitto iam rationem officii mei, necessitudinísque Siculorum: de ipsis tibi inimicitiis respondeo. *an tu maiores vllas inimicitias putas esse, quàm contrarias hominum sententias, ac dissimilitudines studiorum, & voluntatum?* Fidem sanctissimam in vita qui putat, potest ei non inimicus esse, qui quæstor consulem suum, consiliis commissis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis, spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit? Pudorē & pudicitiā qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? Qui religiones deorum immortalium retinere vult, ei, qui fana spoliarit omnia, qui ex censorum[c] orbitis prædari sit ausus, inimicus non esse quī potest? Qui iure æquo omneis putat esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cùm cogitet varietatem, libidinémque decretorum tuorum? qui sociorum iniuriis, prouinciárúque incommodis doleat, is in te non expilatione Asiæ, vexatione Pamphyliæ, squalore & lacrymis Siciliæ concitetur? qui ciuium Romanorum iura, ac libertatem, sanctam apud omneis haberi[d] vult, is non tibi plus etiam, quàm inimicus esse debeat, cùm tua verba, cùm secureis, cùm cruceis ad ciuium Rom. supplicia fixas recordetur? An, si qua in re contra rem meam decreuerit aliquid iniuria, iure me ei inimicum esse arbitrarer[e]: cùm omnia contra omnium bonorum rem, causam, rationē, vtilitatem, voluntatémque fecerit, quæris, cur ei sim inimicus, cui populus Rom. infestus sit? qui præsertim plus etiam, quàm pars virilis postulat, pro voluntate populi R. oneris ac muneris suscipere debeam? Quid illa, quæ leuiora videntur esse? non cuiusuis animum possunt mouere? quòd ad tuam ipsius amicitiam, ceterorúmque[f] omnium maiorū, atque nobilium, faciliorem aditum istius habet nequitia, & audacia, quàm cuiusquam nostrūm virtus, & integritas? odistis hominum

a *L. vulg. nullum esse iudicium lib.*

b CXLIX. *L. Patior, non molestè fero, inquit.*

c *Ingredior ad censorum subsellia, vt lib. 5. in Verrem 3. v. hi quid then fac dicam est.*

d *v.c. habere vt velit.*

e *L. arbitrer ceteros: cum amm.*

P. B.

f *L. ceterorúmque hominum magistratum, atq. nobil. & ita v.c.*

A nouorum industrias[a]: despicitis eorum frugalitatem: pudorem contemnitis: ingenium verò & virtutem, depressam, exstinctámque cupitis: Verrem amatis. Ita credo: si non virtute, non industria, non innocentia, non pudore, non pudicitia: at sermone, at litteris, at humanitate eius delectamini. nihil horum est: contráque sunt omnia cùm summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia, atque inhumanitate ōblita. Huic homini si cuius domus patet, vtrùm ea patere, an hiare, ac poscere aliquid videtur? Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt: hunc liberti vestri, hunc serui, ancillęque amāt: hic cùm venit, extra ordinem vocatur: hic solus introducitur, ceteri sæpe, frugalissimi homines, excluduntur. ex quo intelligi potest, eos vobis esse charissimos, qui ita vixerunt, vt sine vestro præsidio salui esse non possint. Quid? hoc cuiquam ferendum putas esse, nos ita viuere in pecunia tenui, vt prorsus nihil acquirere velimus: vt dignitatem nostram, populíque R. beneficia non copiis, sed virtute tueamur: istum, rebus omnibus vndique ereptis, impunè eludentem circumfluere, atque abundare? huius[b] argento domos vestras, huius signis, & tabulis forum, comitiúmque ornari? præsertim cùm vos *vestro Marte* his rebus omnibus abundetis? Verrem esse, qui vestras villas suis manubiis ornet? Verrem esse, qui cum L. Mummio certet: vt plureis hic sociorum vrbeis, quàm ille hostium, spoliasse videatur? plureis hic solus villas ornamentis fanorum, quàm ille fana spoliis hostium ornasse? & is erit ob eam rem vobis charior, vt ceteri libentius suo periculo vestris cupiditatibus seruiant? ¶ Verùm hæc dicentur[c] alio loco, & dicta sunt: nunc[d] proficiscemur ad reliqua, si pauca antè[e] erimus à vobis, iudices, deprecati. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus. id fuit nobis gratum admodum: sed multo erit gratius, si reliqua voletis attendere, propterea quod in his omnibus, quæ antea dicta sunt, erat quædam ex ipsa varietate, ac nouitate rerum, ac[f] criminum delectatio. *nunc tractare causam instituimus frumentariam*: quæ magnitudine iniuriæ[g] ferè criminibus ceteris antecellit: iucunditatis in agendo, & varietatis minus habebit. vestra autem auctoritate & prudentia dignissimum est, iudices, in[h] audiendo diligentiam non minus religioni tribuere, quàm voluptati. In hac causa frumentaria cognoscenda hæc vobis proponite, iudices, vos de rebus, fortunísque Siculorum omnium, de ciuium Rom. qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus à maioribus traditis, de vita, victúque populi Rom. cognituros. quæ si magna, atque adeò maxima vobis videntur: quàm variè, & quàm copiosè dicantur, exspectare nolite. Neminem vestrūm præterit, iudices, omnem vtilitatem, oportunitatémque prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda populi Romani adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximé. i nam ceteris rebus adiuuamur ex illa prouincia: hac verò alimur, ac sustinemur. ¶ Ea causa tripertita[k], iudices, erit in accusatione. primùm enim *de decumano*, deinde *de emto* dicemus frumento, postremò *de æstimato*. ¶ Inter[l] Siciliam, ceteráque prouincias, iudices, in agrorum vectigalium rationibus[m] hoc interest, quòd ceteris aut

a *L. industria*

b *v.c.* huius argento domus vestras, huius sign.

P. CL.

c *L.* & dicentur

d CONSTITVTIO causæ.*

e *L.* antè fuerimus à vobis,

f *L.* & criminum

g *v.c.* iniuriæ, & rerum.

h *L.* in audiendo diligentia non m. & ita v.c.

i lib. vulg. maximè in cæteris rebus.*

P. B.

k PARTITIO.

l NARRATIO de frumento decumano quod ex decumis præstatur ab arationibus locorum publicorum.*

L. ratione

h.

impositum vectigal [a] est certum, quod stipendiarium dicitur, vt Hispanis,& plerisque Pœnorũ,quasi victoriæ præmiũ,aepœna belli:aut censoria locatio constituta est, vt Asiæ,lege [b] Sempronia. Siciliæ ciuitates sic in amicitiam,fidémque recepimus, *vt eadem iure essent, quo fuissent: eadem conditione populo R. parerent, qua suis antea paruissent.* perpaucæ Siciliæ ciuitates sunt bello à maioribus nostris subactæ: quarum ager cùm esset publicus populi R.factus, tamen illis est redditus.is [c] ager à censoribus locari solet. Fœderatæ [d] ciuitates duæ sunt,quarum decumæ venire non soleant,Mamertina & Tauromitana,quinque præterea sine fœdere immunes ciuitates,ac liberæ,Centuripina, Halesina,Segestana,Halicien sis,Panormitana: præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum, decumanus est:itémque ante imperium populi R.ipsorum Siculorum voluntate,& institutis fuit. Videte nunc maiorum sapientiam.qui, cùm Siciliam, tam opportunum subsidium belli, atque pacis,ad rempublicam adiunxissent,tãta cura Siculos tueri, & retinere voluerunt, vt non modò eorum agris vectigal nouum [e] nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, néve [f] vendundis aut tempus,aut locum commutarent: vt certo tempore anni,vt ibidem in Sicilia, denique vt lege Hieronica venderent, voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse:eorum [g] animos, non modò lege noua, sed ne nomine quidem legis nouo cõmouerit.Ita decumas [h] lege Hieronica semper vendẽdas censuerũt, vt ijs iucundior esset muneris illius functio, si eius regis,qui Siculis carissimus fuit, nõ solùm institutæ,commutato imperio,verùm etiam nomen maneret.Hoc iure ante Verrem prætorem Siculi semper vsi sunt: hic primus instituta omnium, consuetudinem à maioribus traditam,conditionem amicitiæ, ius societatis,cõuellere & cõmutare ausus est. Qua in re primùm illud reprehendo, & accuso, cur in re tam veteri, tam vsitata, quidquam noui feceris.ingenio aliquid assecutus es? tot homines sapientissimos [k], qui illam prouinciam ante te tenuerunt,prudentia, consilióque vicisti?Est tuum,est ingenij, prudentiæque [l] tuæ. do hoc tibi & concedo: scio, te Romæ,cùm prætor esses,edicto tuo possessiones [m] hereditatum ad alienos,à primis heredibus ad secundos,à legibus ad libidinem tuã transtulisse:scio,te edicta superiorum omniũ correxisse, & possessiones hereditatum non secundum eos,qui proferrent, sed secundum eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse:eásque res nouas abs te prolatas, & inuentas magno tibi quæstui fuisse scio: eundemque te memini censorias quoque leges in tartis tectis exigẽdis tollere & commutare:ne is [n] redimeret,cuia res esset:ne pupillo tutores, propinquíque consulerent, quo minus fortunis omnibus euerteretur: exiguam diem præfiniri [o] operi, qua ceteros ab negotio excluderes,ipse [p] in tuo redemtore nullã certam diem obseruares. Quamobrem nouã legem te in decumis statuisse non mitor,hominem in edictis prætoris,in censoriis legibus tam prudentem, tam exercitatum: non, inquã,miror,te aliquid excogitasse:sed quod tua sponte,iniussu populi,sine senatus auctoritate iura prouinciæ Sicilia mutaris, id reprehendo,id accuso,L.Octauio, & C. Cottæ consulibus senatus permisit,*vt vini, & olei decamas, & frugum minutarum, quas ante te quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent, legémque his rebus, quam*[a] *ipsis videretur,dicerent.* Cùm locatio fieret,publicani postularunt,quasdam res vt ad legem adderent,neque tamen à censoriis ceteris legibus recederent.Cõtrà dixit is,qui casu tum Romæ fuit,tuus hospes,Verres, hospes, inquam,& familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus.Consules causam cognouerunt:cùm viros primarios, atque amplissimos ciuitatis multos in consilium aduocassent, de consilij sententia pronuntiarunt, *se lege Hieronica vendituros.* Itáne verò? prudentissimi viri,summa auctoritate præditi, quibus senatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem potestatem permiserat, populúsque Romanus idem iusserat,Siculo vno recusante, cum amplificatione vectigalium, nomen Hieronicæ legis mutare noluerunt: tu homo minimi consilij,nullius auctoritatis,iniussu populi,ac senatus,tota Sicilia recusante,cum maximo detrimento, atque adeò exitio vectigalium,totam Hieronicam legem sustulisti [b].At quam legem corrigit,iudices, atque adeò totam tollit?acutissimè, ac diligentissimè scriptam:quæ [c] omnibus custodiis subiectum aratorem [d] decumano tradit,vt neque in segetibus,neque in areis,neque in horreis, neque in amouendo, neque in [e] asportando frumento,grano vno posset arator,sine maxima pœna fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter est,vt eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet:ita acutè,vt [f] Siculum tamen sita seuerè,vt tyrannum: qua lege Siculis tamen arare expediret. nam ita diligenter constituta sunt iura decumani [g],vt h tamẽ ab inuito aratore plus decuma non possit auferri.Cùm hæc essent ita constituta, Verres tot annis, atque adeò sæculis inuentus est, qui hæc non [i] commutaret,sed euerteret:eáque, quæ iamdiu ad salutem sociorum,vtilitatémque reip.composita,comparatáque essent, ad suos improbissimos quæstus conuerterit [k]:qui primùm [l] certos instituerit nomine decumanos,re vera ministros, ac satellites cupiditatum suarum: per quos ostendam sic prouinciam per triennium vexatam, atque vastatã, iudices,vt eam multis annis,multorum [m] innocentia, sapientiáque recreare nequeamus. Eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps erat Quintilius Apronius, quem videtis: de cuius improbitate singulari grauissimarum legationum querimonias audistis. Adspicite,iudices,vultum hominis, & adspectum:& ex ea contumacia, quam hîc in perditis rebus retinet, illos etiam spiritus Sicilienses quos fuisse putetis,cogitate, ac recordamini.Hic est Apronius,quem in prouincia tota Verres, cùm vndique nequissimos homines conquisisset, & cùm ipse secum sui similes duxisset,nõ parum multos nequitia, luxuria, audacia, sui simillimum iudicauit. Itaque istos inter se perbreui tempore, non res,non ratio,non commendatio aliqua, sed studiorum turpitudo,similitudóque coniunxit.Verris mores improbos, impudícque nostis.fingite vobis,si potestis, aliquem, qui in omnibus istis [n] rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse possit.is [o] erat Apronius

[a] Vectigal aut certum est seu stipendiarium, aut censoria locatione constituitur.*

[b] Lex Sempronia de agris Asiaticis P.Romani & censoribus locandis.& stipendiario vectigali iis non imponendo*

[c] Agri P. Romani à censoribus locari soliti.*

[d] Ciuitatum Siculorum aliæ fœderatæ (& earum decumæ venire non solent à censoribus) Aliæ sine fœdere quarum rursus aliæ, immunes ac liberæ: aliæ decumas ex agris præstabant.*

[e] Vectigal nouum nullum impositum Siculis a Romanis:sed nec vectigalium vendendorum leges, siue ad tempus siue ad locum pertinerent municipii.*

[f] L. neue vendundi aut temp. & ita v.c.

[g] L. eorúmque anim.

[h] Decumæ lege Hieronica apud Siculos venditæ.*

[i] ἀξιωγράφα

[k] v.c.sapientissimos,clarissimósque, qui ill.

[l] v.c.diligentiæque tuæ.

[m] L. possessiones hereditatum à liberis ad alienos.

[n] vide Verrinam.3.*

[o] L. præfinire op.

[p] al. cùm ipse

[a] al. quæ ipsis videretur, edicerent.

[b] L. sustulisti

[c] L.quæ lex omn.

[d] Aratorum & decumanorum quæ ratio apud Siculos fuerit*

[e] L.in exportando

[f] Siculi, acti Cicero de claris Oratoribus,& epistola ad Quintum fratrem: & supra in diuinatione.

[g] L.decumano,vt

[h] Decumanis plus decuma ab aratore inuito non licuit auferre.*

[i] al. non commutarit, sed euerterit

[k] L.conuerteret

[l] Decumanis suis quæ admodum Verres attribuerit aratores Siciliæ. L.multorum prætorum.

[n] L.illi rebus

[o] L.is ille erat Apronius: qui, al.is erat Apro.

P. E.

Apronius ille: qui, vt ipse non solùm vita, sed etiam corpore, atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut [a] gurges vitiorum, turpitudinúmque omnium. Hunc in omnibus stupris, hunc in fanorum expilationibus, hunc in impuris conuiuiis principem adhibebat: tantámque habebat morum similitudo coniunctionem, atque concordiam, vt Apronius, qui aliis inhumanus, ac barbarus, isti vni commodus, ac diſertus videretur: vt, quem omnes odiſſent, neque videre vellent, ſine eo iſte eſſe non poſſet: vt, cùm alij, ne cõuiuijs quidem ijſdem, quibus Apronius, hic iiſdem etiam poculis vteretur: poſtremò, vt odor Apronij tæterrimus oris, & corporis, quem (vt aiunt) ne beſtiæ quidem ferre poſſent, vni iſti ſuauis, & iucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus: in cubiculo ſocius [b], in conuiuio dominus: ac tum maximè, cùm, accubante prætextato [c] prætoris filio, in conuiuio ſaltare nudus [d] cœperat. Hunc, vti dicere inſtitui, principem Verres ad [e] euertẽdas fortunas aratorũ, vexandas, diripiendáſq; eſſe voluit: huius audacię, nequitiæ, crudelitati, fideliſſimos ſocios, optimóſq; ciueis ſcitote hoc prætore traditos, iudices, atquẽ addictos fuiſſe, nouis inſtitutis & edictis, tota Hieronica lege (quemadmodum antea dixi) reiecta, & repudiata. *Primùm edictum*, iudices, audite præclarum: *Quantum [f] decumanus ediciſſet aratori ſibi [g] decumæ dare oportere*, vt tantum arator decumano dare cogeretur? Quomodo? quantum popoſcerit Apronius, dato. Quid eſt hoc? vtrùm prętoris inſtitutum in ſocios, an in hoſteis victos inſani edictum, atque imperiũ tyranni? Egoh tantum dem, quantum ille poſcerit? poſcet omne, quantum exatauero. Quid omne? immò plus, etiã, inquit, ſi volet. Quid tum? Quid cenſes? Aut dabis, aut contra edictum feciſſe dãnabere. Per deos immortaleis, quid i eſt hoc? veriſimile enim non eſt. Sic mihi perſuadeo, iudices, tametſi omnia in iſtum hominem conuenire putatis [k], tamen hoc vobis falſum videri. ego enim, cùm hoc tota Sicilia diceret, tamẽ affirmare non auderem, ſi hæc edicta non ex ipſius tabulis totidẽ verbis recitare poſſem: ſicuti faciam. da, quæſo, ſcribæ: recitet ex codice. Recita edictum de profeſſione. *Edictum de Profeſſione.* Negat me recitare totum. nam [l] id nutu ſignificare videtur. Quid prætereo? an illud, vbi caues tamen Siculis, & miſeros respicis aratores? edicis enim, *te in decumanum ſi plura [m] ſuſtulerit [n], quàm debitum ſit, in octuplum iudicium daturum eſſe.* Nihil mihi placet prætermitti. Recita hoc quoque, quod poſtulat, totum. Recita edictum de iudicio in octuplum. *Edictum de iudicio in octuplum.* Iudicio vt arator decumanum perſequatur? miſerum, atque iniquum, ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad ſubſellia, ab vſu rerum ruſticarum ad inſolitam litem, atque iudicium. Cùm omnibus in alijs vectigalibus, Aſiæ, Macedoniæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Africæ, Sardiniæ, ipſius Italiæ, quæ [o] vectigalia ſunt: cùm in his, inquam, rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non ere ptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe: tu de optimo, de iuſtiſſimo, de honeſtiſſimo genere hominum, hoc eſt, de aratoribus, ea iura conſtituebas, quæ omnibus alijs eſſent contraria. Vtrum [p] eſt æquius, decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium, integra re, an perdita, fieri? eum, qui manu quæſierit, an eum, qui digito [a] licitus ſit, poſſidere? Quid, qui in ſingulis iugis [b] arant, qui ab opere ipſi non recedunt, quo in numero magnus ante te prætorem numerus, magna multitudo Siculorum fuit: quid facient? cùm dederint Apronio, quod popoſcerit, relinquent arationes? relinquent Larem familiarem ſuum? venient Syracuſas, vt, te prætore, videlicet, æquo iure, Apronium, delicias, ac vitam tuam, iudicio recuperatorio perſequantur? Verùm eſto [c], reperietur aliquis fortis, & experiens, arator, qui, cùm tantum dederit decumano, quantum ille deberi dixerit, iudicio repetat, & pœnam octupli perſequatur. Exſpecto vim edicti, ſeueritatem prætoris: faueo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem poſtulat arator? nihil, niſi ex edicto iudicium in octuplum. Quid Apronius? non recuſat. quid prætor? iubet [d] recuperatorum reiicere decurias [e]. Scribamus. Quas decurias? de cohorte mea reiicies, inquit. Quid? iſta cohors quorum hominum eſt? Voluiſj haruſpicis, & Cornelij medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Nam de conuentu nullum vmquam iudicem, nec recuperatorem dedit. iniquos decumanis [f] omneis dicebat eſſe, qui vnam agri glæbã poſſiderent. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalaſſent. O præclarum, & commemorandum iudicium! ô ſeuerum edictum! ô tutum perfugium aratorum! Atque [g], vt intelligatis cuiuſmodi iſta iudicia in octuplũ, cuiuſmodi iſtius de cohorte recuperatores exiſtimati ſint: ſic attendite. Ecquẽ putatis decumanum, hac licentia permiſſa, vt tantum ab aratore, quantum popoſciſſet, auferret, plus, quàm deberetur, popoſciſſe? conſiderate cum veſtris animis vos ipſi, ecquem putetis, præſertim cùm id non ſolùm ſine auaritia, ſed etiam ſine impudentia accipere potuerit. multos neceſſe eſt. At ego omneis dico plus, [h] quàm decumas, abſtuliſſe. cedò mihi vnum ex triennio prætutæ tuæ, qui octupli damnatus ſit. damnatus? immò verò in quem iudicium ex edicto tuo poſtulatum ſit. Nemo erat videlicet aratorum, qui iniuriam ſibi factam queri poſſet: nemo decumanorum, qui grano amplius ſibi, quàm deberetur, deberi profeſſus eſſet. immò verò contrà, rapiebat, & aſportabat, quantum à quoque volebat, Apronius: omnibus autem locis aratores ſpoliati, ac vexati querebantur: neque tamen vllum iudicium reperietur. Quid eſt hoc? tot viri fortes, honeſti, gratioſi, tot Siculi, tot equites R. ab vno homine nequiſſimo, ac turpiſſimo læſi, pœnã octupli ſine vlla dubitatione commiſſam, nõ perſequebãtur? quę cauſa? quæ ratio eſt? vna illa, iudices, quã videtis: quòd vltrò etiã [k] illuſos ſe, & irriſos ab iudicio diſceſſuros videbant. Etenim quod eſſet iudiciũ, cùm è Verris turpiſſimo, flagitioſiſſimóque comitatu tres recuperatorum nomine aſſediſſent, aſſeclæ iſtius, non à patre ei tra diti, ſed à meretricula cõmendati? Ageret videlicet cauſam arator: nihil ſibi frumenti ab Apronio relictũ, bona ſua etiã direpta: ſe pulſatũ, verberatúmque diceret. conferrent viri boni capita: de [m] comeſſatione loquerentur inter ſe, ac de mulierculis, ſi quas à prætore

a Digito ſublato licitationes fieri ſolitas dixi Verrina. i.*

b L. iugeris ar. ‖ ſed in ſingulis iugis arare, eſt vno tantum in iugo: cuiuſmodi ſpatium iuncti boues vno die exarare poſſunt

c De perſona recuperatorum

d L. inbet recuperatores reiicere. Decurias ſcribamus. e al. decurias exſcribamus.

f al. decumanis eſſe aiebat, omneis qui vllam agri

g De colluſione comitis Verris cum decumanis.*

h L. plus, ac multo plus, quàm dec. & ita v.c. i lib. vulg. non habet, tot.

P. CIIII.

k lib. vulg. illuſos ſe & irritos ab iud. mendoſe l al. irritos vt S. ac præterea illudere & irridere idem. Igitur, ita irritos, hic referemus ad frustrationem iudicij, non ad ludibriũ* m lib. vulg. de comeſſatione ſed veteres comiſſari, comiſſationem dixerunt. vide Feſt. in Commiſſat.*

a al. ac.* P. 8.

b al. ſolus, c id eſt impubere. Prætextam enim pueri ad annum 17. gerebant.* d Mos Græcis, vt audi in conuiuiis fal. tarẽ quod oſtenditur in Piſonem Gabinio 2. Catilinar. Catilinæ ſceliſ crimini dat* e L. ad ſortunas aratorũ vexandas, &c. f Primum. edictum Verris in aratores iniquiſſimum.* g al. decumanum nomine dare oportere.* h L. ego tãtumdem quant. i L. quidq. qui? eſt hoc. veri enim ſimile non eſt & ita v.c. k L. puretis. l L. nam id ſignificare nutu videtur. P. CIIII. m al. plus.* n L. abſtulerit. q.

o L. al. quæ vectigalia ſint, &c. quæ vectigalis ſit, cùm &c. ‖ reſtat nec enim omnia vectigalia.

p Intereſt noſtra populi non ſolutum repetere quàm ſolutum repetere l. 3. ff. de compenſationib.

abeunteis possent deprehendere. res agi videretur. surrexisset Apronius, noua dignitas publicani, non vt decumanus, squaloris plenus, ac pulueris: sed vnguentis oblitus: vino, vigiliisque languidus. omnia primo motu, ac spiritu suo, vini, vnguenti, corporis odore cõplesset. dixisset hæc, quæ vulgò dicere solebat, non se decumas emisse, sed bona, fortunásque aratorum: non se decumanum esse Apronium, sed Verrem alterum: dominum illorum, ac tyrannum. Quæ cùm dixisset, illi viri optimi de cohorte istius recuperatores, nõ de absoluendo Apronio deliberarent, sed quærerent, quomodo [a] petitorem ipsum Apronio [b] condemnarent [c]. Hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cùm decumanis, hoc est, Apronio permisisses, vt, quantum vellet, posceret: quantum poposcisset, auferret: hoc tibi defensionis ad iudicium tuum comparabas, habuisse te edictum, recuperatores daturum in octuplum? Si mehercule ex omni copia conuentus Syracusani, splendidissimorum [d], honestissimorúmque hominum faceres potestatem aratori, non modò reiiciendi, sed etiam sumendi recuperatores: tamen hoc nouum genus iniuriæ ferre nemo posset, te, cùm tuos omneis fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere, ac persequi lite, atque iudicio. Cùm verò verbo, iudicium sit in edicto, re quidem vera, tuorum comitum, hominum nequissimorum collusio cum decumanis sociis tuis, atque adeo procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere, præsertim cùm id non modò oratione mea, sed etiam re ipsa refellatur? Cùm [e] in tantis incommodis aratorum, iniurissque decumanorum, nullum ex isto præclaro edicto non modò factum, sed ne postulatum quidem iudicium inueniatur. Erit [f] tamen [g] in aratores lenior, quàm videtur. Nam, qui in decumanos octupli iudicium se daturum edixit, idem habuit in edicto, *se in aratorem in quadruplum daturum.* Quis hunc audet dicere, aratoribus infestum, aut inimicum [h] fuisse? quanto leuior est, quàm in publicanum? Edixit, vt, quod decumanus edidisset, sibi dari oportere, id ab aratore magistratus Siculus exigeret. Quid [i] dereliquit iudicij, quod in aratorem dari posset? Non malum est, inquit, esse istam formidinem: vt, cùm exactum sit ab aratore, tamen ne se commoueat, reliquus metus iudicij sit. Si iudicio à me vis exigere, remoue Siculum magistratum. si hanc vim adhibes, quid opus est iudicio? Quis porrò erit, qui non malit decumanis tuis dare, quod [k] poscerent, quàm ab afflictis tuis quadrupli [l] condemnari? Illa [m] verò præclara est *clausula edicti*, quòd *omnium controuersiarum, quæ essent inter aratorem, & decumanum, si* [n] *vter velit, edicit se recuperatores daturum.* Primùm, quæ potest esse controuersia, cùm is, qui petere debet, aufert? & cùm is non, quantum debetur, sed, quantum commodum est, aufert [o]? Ille autem, vnde ablatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest? deinde in hoc *homo lynceus* [p], etiam callidus, ac veterator esse vult, quòd ita scribit, *Si vter volet* [q], *recuperatores dabo.* Quam lepidè se furari putat? Vtrique facit potestatem, sed vtrùm ita scripserit, *Si vter volet*, an, *Si decumanus volet*, nihil interest, arator enim tuos istos recuperatores numquid [c] volet? ¶ Quid? illa cuiusmodi sunt, quæ ex tempore, ab Apronio admonitus, edixit? Q. Septitio, honestissimo homine, equitéque Romano resistente Apronio, & affirmante, se plus decuma non daturum, exoritur peculiarẽ edictum [f] repentinum, *Ne* [b] *quis frumentum de area tolleret, antè quàm cum decumano pactus esset.* Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbri frumentum corrumpi in area patiebatur: cùm illud edictum repentè vberrimum, & quæstuosissimum nascitur, vt ante Kalendas Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent. Hoc edicto, non Siculi (nam eos quidem iam superioribus edictis satis perdiderat, atque affixerat) sed [c] isti ipsi equites R. qui suum ius retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis prætoribus gratiosi, vincti Apronio traditi sunt. Attendite enim, cuiusmodi edicta [a] sint. NE TOLLAT, inquit EX AREA, NISI ERIT PACTVS. Satis hæc magna vis est ad iniquè pacisc endum. malo enim plus dare, quã non maturè ex area tollere. At ista vi Septitium, & nonnullos Septitij similes non coercet: qui ita dicunt: Non [e] tollam potiùs, quam paciscar. His hoc apponitur [f], Deportatum habeas ante tal. Sext. Deportabo igitur. Nisi pactus eris, non commouebis. Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area. cohibitio [g] tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. ¶ Iam verò illud non solùm contra legem Hieronicam, nec solùm contra consuetudinem superiorum, sed etiam contra omnia iura Siculorum, quæ habent à senatu, populóque Romano, ne [h] extra suum forum vadimonium promittere cogantur. Statuit iste, *vti arator decumanus, quò vellet decumanus, vadimonium promitteret*: vt hic quoque Apronio, cùm [k] à Leontino vsque Lilybeum aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi [l] quæstus accederet. Quamquam illa fuit ad calumniam singulari consilio reperta ratio, quòd edixerat, vt aratores iugera sationũ suarum profiterentur. Quæ res cùm ad pactiones iniquissimas magnam vim habuit, sicut ostendemus, neque [n] ad vllam vtilitatem reip. pertinuit: tum verò ad calumnias. in quo omnes inciderent, quos vellet Apronius. Vt enim quisque contra voluntatem eius dixerat, ita in eum iudicium de professione iugerum postulabatur. cuius iudicij metu magnus à multis frumenti numerus ablatus, magnæque pecuniæ coactæ sunt: non [o] quo iugerum numerum verè profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri (quid enim in eo periculi esse posset?) sed causa erat iudicij postulandi [p], quòd ex edicto professus non esset. Iudicium autem quod fuerit, isto prætore, si, quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis, scire debetis. Quid igitur est, quod ex hac iniquitate nouorum edictorum intelligi velim, iudices? Iniuriámne factam sociis? at videtis. Auctoritatem superiorum repudiatam? non audebit negare. Tantum Apronium isto prætore potuisse? confiteatur, necesse est. ¶¶ Sed vos fortasse, quod vos lex commonet, id in hoc loco quæretis, num *quas* [q] *ex hisce rebus pecunias ceperit.* Docebo, cepisse maximas, omneisque eas iniquitates, de quibus antea dixi, fui quæstus causa irrupisse [r] conuincam.

a *L.* ecquo modo petitorem ipsum Apronio cõdemnare possent. Hãc *al.* Apronio condonarent,
c *al.* promitterent *al.* cõdonarent.*
d *al.* splendidissimorũ homi. honestiss. que
P. E.
e *al.* Quòd in tantis incõmodis ar. iniur. q. dec. n. ex isto pr. ed. n. m. r. f. ne postul. q. iud. inueniturve ita v. c.
f *fort.* quanto in aratorem len.
g De pœna quadrupli in aratores constituta a Verre.*
h *al.* in quũ.*
i L. Quid est reliqui iudicij. & ita v. c.
k *L.* quod popoſcerint, quàm
l *al.* quadruplo cond. & ita v. c.
m De Clausula edicti à Verre, in aratores compositi.*
n *L.* si vter volet. ed. v. c. si vter velit, ed.
P. CLV.
o *lib. vulg.* auferat
p *L.* luteus *fort.* bliteus, luteus *autem est* hebes & tardus.*
fort. velit,
a *L.* numquã volet
b Secundum edictum Verris aduersus aratores.*
c *al.* sed illi ipsi
d *al.* edicta sunt
e *L.* ne tollam
f *L.* opponitur
g *L.* prohibitio
P. E.
h *L.* ne quis extra *T. T.* pr. cogatur.
i Tertium edictum Verris aduersus aratores. j
k L. cùm Leontinis q. Lil. aliq. vadaretur ex mi. aratorib. calumniandi quæst. acc.
l v. c. kalumniandig. m L. obtendam. *al.* nec ad vll.
o *al.* non quod
p *al.* pertimescendi.*
q DE PECVNIA frumentaria non mihi erepta r *L.* reperisse vincam. *al.* confitiatisse vincam. *al.* ita q. v. c. *al.* inficiatisse vincam.*

uincam, si prius illud propugnaculum, quo contra omneis meos impetus vsurum se putat, ex defensione eius deiecero. *Magno*, inquit, *decumas vendidi*. Quid ais? an tu decumas, homo audacissime, atque amentissime, vendidisti? tu parteis eas, quas te S. P. Q.R. voluit, an fructus integros, atque adeò bona, fortunásque aratorum omneis vendidisti? Si palàm præco iussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire parteis, & ita emtores accessissent, vt ad dimidias parteis emendas: si pluris vendidisses tu dimidias, quàm ceteri decumas, cuinam mirum videretur? Quid verò, si præco decumas pronuntiauit: re vera, hoc est, lege, edicto, conditione plus etiam, quàm dimidiæ venierunt? tamen hoc tibi præclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quàm ceteros quod oportebat, vendidisse? Pluris[a] vendidi decumas, quàm ceteri. Quibus rebus id assecutus es? innocentia? Adipice ædem Castoris: deinde, si audes, fac mentionem innocentiæ. Diligentia? codicis lituras tui contemplare in Sthenij Thermitani nomine: deinde aude te dicere diligentem. ingenio? qui testeis interrogari priore actione nolueris, & ijs tacitum os tuum præbere malueris, quantumuis[b], & te, & patronos tuos, ingeniosos esse dicito. Qua re igitur id, quod ais, assecutus es? magna est enim laus, si superiores consilio vicisti, posterioribus exemplum, atque auctoritatem reliquisti. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. At te videlicet, inuentorem rerum optimarum, ac principem, imitabuntur omnes. Quis aratorum, te prætore decumam[c] dedit? quis duas? quis non maximo se affectum beneficio putauit, cùm tribus decumis pro vna defungeretur, præter paucos, qui propter societatem furtorum tuorum nihil omnino dederunt? Vide, inter importunitatem tuam, senatúsque bonitatem, quid interfit. Senatus, cùm temporibus reip. cogitur, vt decernat[d], vt alteræ decumæ exigantur: ita decernit, *vt pecunia pro hu decumis soluatur aratoribus*: vt, [e] quod plus sumitur, quàm debetur, id emi, non auferri putetur. Tu, cùm tot decumas non s. c. sed nouis edictis tuis, nefariísque institutis exigeres, & eriperes: magnú te feciſſe arbitrabere, [f] si pluris vẽdideris, quàm L. Hortensius, pater istius Q. Hortensij, quàm Cn. Pompeius, quàm M. Marcellus: qui ab æquitate, ab lege, ab institutis non recesserunt? An tibi vnius anni, aut biennij ratio habenda fuit: salus prouinciæ, commoda rei frumentariæ, ratio reip. in [g] posterum fuit negligenda [h], cùm ita rem constitutam accepisses, vt & populo R. satis fruméti ex Sicilia suppeditaretur, & aratoribus tamen arare, atque agros colere expediret? Quid effecisti? quid assecutus es? Vt populo R. prætore te, nescio quid ad decumas accederet, deserendas orationes, relinquendásque curasti. Successit tibi L. Metellus. Tu innocentior, quàm Metellus? tu laudis, & honoris cupidior? tibi enim consulatus quærebatur, Metello paternus honor, & auitus negligebatur. multo minoris vendidit, nó modò, quàm tu, sed etiá, quàm qui ante te vendiderũt. Quæro, si ipse excogitare non poterat, quemadmodum quàm plurimo venderetur: tua quidem recentia proximi prætoris vestigia persequi poterat, vt tuis præclaris, abs te principe inuentis, & excogitatis edictis, atque institutis vteretur? Ille verò tum se Metellum minimè fore putasset, si te vlla in re imitatus esset: qui ab vrbe Roma, quod nemo vmquam post hominum memoriam fecit, cùm sibi in prouinciam proficiscendum putaret, litteras ad Siciliæ ciuitates misit, per quas hortatur, & rogat, vt arét, vt serant. In beneficio populi R. hoc petit aliquanto ante aduentũ suũ: & simul ostendit, se lege Hieronica venditurum, hoc est, in omni ratione decumatum nihil isti simile factorum. Atque hæc, non cupiditate aliqua scribit adductus[a], vt in alienam prouinciam mittat litteras ante tempus: sed consilio, ne, si tempus sationis præteriisset, granum in [b] prouincia Sicilia nullum haberemus. Cognoscite Metelli litteras. Recita epistolam L. Metelli. LITTERAE L. METELLI. Hæ litteræ, iudices, L. Metelli, quas audistis, hoc, quantum [c] est ex Sicilia frumenti hornotini [d] exatauerunt. glæbam commosset in agro decumano Siciliæ nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset. Quid? Metello diuinitus hoc vênit in mentem: an ab Siculis, qui Romam frequentissimi conuenerant, negotiatoribúsque Siciliæ doctus est? quorũ, quanti conuentus ad Marcellos, antiquissimos [e] Siciliæ patronos, quanti ad Cn. Pompeium, cos. designatum, ceteróque illius prouinciæ necessarios, fieri soliti sint, quis ignorat? Quod quidem iudicium nullo vmquam de homine factum est, vt absens accusaretur ab ijs palàm, quorum in bona, liberósque, summum imperium, potestatémque haberet. Tanta vis erat [f] iniuriarum, vt homines quidquis perpeti, quàm non de [g] istius prauitate, & iniuriis deplorare, & conqueri mallent. Quas litteras cùm ad omneis ciuitates propè suppliciter misissel Metellus: tamen antiquum modum sationis, nulla ex parte exsequi [h] potuit. diffugerant enim permulti, id quod ostendam: non i solùm arationes, sed etiam sedes suas patrias, istius iniuriis exagitati, reliquerant. Non mehercule criminis augendi causa dicam, iudices: sed, quem accepi ipse oculis, animóque sensum, hũc verè apud vos, &, vt potero, planissimè exponam. Nam, cùm quadriennio pòst in Siciliam venissem: sic mihi affecta visa est, vt hæ [k] terræ solent, in quibus bellum acerbum, diuturnúmque versatum est. quos ego campos antea, colleísque nitidissimos, viridissimósque vidissem, hos ita vastatos nunc, ac desertos videbã, vt ager ipse cultorem desiderare, ac lugere dominũ videretur. Herbitensis ager, Ennensis, Murgentinus, Assorinus, Macharensis, [l] Agyrinensis, ita relictus erat ex maxima parte, vt non solùm iugerum, sed etiam dominorum multitudinem quæreremus. Ætnensis verò ager, qui solebat esse cultissimus, &, quod caput est rei frumentariæ, campus Leontinus, cuius antea spes [m] hæc erat, vt, cùm obsitum vidisses, annonæ caritatem non vereres: sic erat deformis, atque horridus, vt *in uberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus*. [n] labefactarat enim vehementer aratores iam superior annus: proximus verò funditus euerterat. Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarum? Tu [o] in tanta acerbitate, in tot & tantis iniuriis, cùm in arationibus, & in earum rerum iure prouincia Sicilia consistat: euersis funditus aratoribus, relictis agris,

a L. inductus & ita v.c.

b L. ex prouinc.

c *fort.* quantum est, ex S. d Hornotinum frumentum, quod vnius aut huius anni. sic Hornum Lucilio & Varroni, est ipsius anni apud Nonũ c. 12. in Hornum 403.*

e Patroni Siciliæ antiquissimi, Marcelli.*

f *al.* erat istius iniuriarum.*

g L. de istius improbitate & iniur.

h L. assi qui p

i L. nec solũ

k L. ex terr.

l *al.* Macharenis *scribendum est* Macharensis vt apud Ptolemæum, & in alphabeto Plinij Siciliensi.

m L. species h.

n L. requirõremus

o L. tu in tanta improbitate, in tanta acerb.

a *al.* Pluris vendidisti decumas, q. *al.* pluris decumas vendidisti q.

b L. quamuis & te.

c *fort.* vnam decumam d.

P. R.

d Decumæ alteræ imperari solitæ à senatu, pro vsu & necessitate temporum.

e L. vt quo plus sumitur

f L. arbitraresi pl.

g L. in posterum

h L. negligendas. Cum tot decumas vt & P.R.f.fr.

cùm in prouincia tam locuplete, ac referta, non modò rem, sed ne spem quidem vllam reliquam cuiquam feceris, aliquid te populare putabis [a] habere, cùm dices, *te pluris, quàm ceteros, decumas vendidisse?* Quasi verò aut populus R. hoc voluerit, aut senatus hoc tibi mandauerit, vt, cùm omneis aratorum fortunas decumarum nomine eriperes, in posterum fructu illo, commodóque. rei frumentariæ populi [b] R. priuares: deinde si quã partem tuæ prædæ ad summã decumarũ addidisses, bene [c] de populo R. meritus viderere. Atque [d] perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda, quòd propter gloriæ cupiditatem, vt aliquos summa [e] decumarum vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interposuerit, omnium superiorum auctoritatem repudiarit. Magno tu decumas vendidisti. Quid, si doceo, te non minus donum tuam auertisse, quàm Romam misisse, decumarum nomine? quid habet populare ratio tua, cùm ex prouincia populi R. æquam partem tu tibi sumseris, atque populo R. miseris? quid, si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quàm populo R. misisse? taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam [f] iactaturum, & [g] populo se ad coronam daturum [h]? Hæc vos antea, iudices, audistis: verùm fortasse ita audistis, vt auctorem rumorem haberetis, sermonémque omnium. cognoscite nunc, innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam: vt simul illam quoque eius vocem improbam [i] agnoscatis: qui se vno quæstu decumarum omnia sua pericula redemturum esse dicebat. Audiuimus [k] hoc iamdiu, iudices: nego quemquam esse vestrûm, quin sæpe audierit, socios istius fuisse, decumanos. nihil aliud arbitror in istum falsò esse dictum ab ijs, qui malè de isto existimarint, nisi hoc. nam socij parandi sunt, quos inter res communicata est. Ego rem totam, fortunáque aratorum omneis, istius fuisse dico: Apronium, Venerió que seruos, quod isto prætore fuit nouum genus publicanorum, ceteróique decumanos, procuratores istius quæstus, & [l] ministros rapinarum fuisse [m] dico. Quomodo hoc doces? quo modo ex locatione illa columnarum docui istum esse prædatum? opinor, ex eo maximè, quòd iniquam legem, nouámque dixisset. Quis enim vmquam conatus est iura omnia, & consuetudinem omnium commutare cum vituperatione, sine quæstu? Pergam, atque insequar longius. iniqua lege vendebas, quo pluris venderes. cur, iam addictis, & venditis decumis, cùm iam ad summam decumarum nihil, ad tuum quæstum multùm posset accedere, subitò, atque ex tempore noua nascebãtur edicta? nam vt vadimonium decumano, quocumque is vellet, promitteretur: vt ex area, nisi pactus esset, arator ne tolleret: ante [n] kal. Sext. decumas deportatas haberent: hæc [o] omnia, venditis decumis, anno tertio te edixisse dico: quæ si reip. causa faceres, in vendundo essent pronuntiata: quia tua causa faciebas quod erat imprudentia prætermissum, id quæstu ac tempore admonitus reprehendisti [p]. Illud verò cui probari potest? te sine tuo quæstu, ac [q] maximo quæstu, tantam tuam infamiã, tantum capitis tui, fortunarúmque [r] tuarum periculum neglexisse, vt, cùm totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniásque audires: cùm, vt ipse dixisti, reum te fore putares: cùm huiusce iudicij discrimen ab opinione tua non abhorreret: paterere tamen aratores indignissimis iniuriis vexari, ac diripi? profectò, quamquam es singulari crudelitate, & audacia: tamen abs [a] te totam alienari prouinciam, tot [b] honestissimos, tibi inimicissimos fieri nolles, nisi hanc rationem, & cogitationem salutis tuæ, pecuniæ cupiditas, ac præsens illa præda superaret. ¶ Etenim, quoniã summam, & numerum iniuriarum, iudices [c], vobis non possum exponere [d]: singulatim [e] autem de vniuscuiusq; incommodo dicere infinitũ est: genera [f] ipsa iniuriarum, quæso, cognoscite. *Nympho* est *Centuripinus*, homo nauus [g], & industrius, experientissimus, ac diligentissimus arator. is cùm arationes magnas conductas haberet, (quod homines etiam locupleres, sicut ille est, in Sicilia facere consueuerunt) eásque magna impensa, magno instrumento [h] tueretur: tanta ab isto iniquitate oppressus est, vt non modò arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia profugeret, Romámque vnà cum multis ab isto eiectis, veniret. fecit vt decumanus Nymphonem [k] vocaret ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliam rem, nisi ad huiusmodi quæstus pertinebat, numerum [l] iugerum professum [m] non esse. Nympho cùm se vellet æquo iudicio defendere, iste viros optimos recuperatores dat, eundem illum medicum Cornelium (is est Artemidorus Pergamenus [n], qui in sua patria dux isti quondam, & magister ad despoliandum Dianę templum fuit) & haruspicem Volusianum [o], & Valerium præconẽ. Nympho, antequam planè constitit, condemnatur. Quanti, fortasse quæritis. Nulla erat edicti pœna certa. frumenti eius omnis, quod in areis esset. Sic Apronius decumanus non decumã debitam, non frumentum remotum, atque celatum, sed tritici septem millia medimnûm ex Nymphonis arationibus, edicti pœna, non redemtionis aliquo iure tollit. *Xenonis Menenij*, nobilissimi hominis, vxoris fundus erat colono locatus. colonus, quod decumanorum iniurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerûm professione. Xenon [p] ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat. dabat iste iudicium, *si* [q] *pateret, tugera eiusmodi fundi esse plura, quàm colonus esset professus, tum Xenonem damnaretur.* Dicebat ille, non modò non arasse se, id [r] quod satis erat, sed nec dominum eius esse fundi, nec locatorem: vxorem esse. eam ipsam suum negotium gerere: ipsam locauisse. Defendebat Xenonem homo summo splendore, & summa auctoritate præditus, M. Cossetius. Iste nihilominus iudicium LLS. LXXX. millium dabat. Ille tamen si recuperatores de cohorte latronum sibi parari videbat: tamen iudicium accepturum se esse dicebat. Tum iste magna voce Veneriis imperat, vt Xenonem audirent: dum [s] res iudicaretur, hominem vt asseruarent: cùm iudicatum sit, ad se adducant. & illud simul dixit, se non putare, illum, si propter diuitias, pœnas damnationis contemneret, etiam virgas contemnere. Hac ille vi, & hoc mẽtu adductus, tantũ decumanis, quantũ iste imperauit, exsoluit. *Pelemarcus* est Murgentinus vir

[a] *al.* putas habere, cùm dicis te pl.

[b] *al.* remp. pr.
[c] L. bene de rep. bene de populo R.
[d] L. Atque hæc proinde loq.
[e] L. summa frumenti decumani vinceret P. CLVIII.

[f] hic gestus reprehensus in Hortensio *Gellius, Quintil.**
[g] L. & populo se, ac coronæ daturum,
[h] Dare se coronæ est accommodare se ad multitudinis voluntatem. vt hunc locum interpretatur Donatus *in Adelphis ad illud Terentii.* Da te hodie mihi, *Verum* se ad coronam dare *nihil aliud mihi videtur* quàm populi gratiam aucupari velle.*
[i] *al.* probrosam
[k] L. Audimus hoc
[l] L. & administros
[m] *lib. vulg.* dico fuisse *mendose.*
[n] *lib. vulg.* Kalendis Sextilibus decumas dep. h.
[o] L. hæc omnia, venditis iam decumis,
[p] *al.* deprehendisti. ‖ *al.* præsentauit.*
[q] L. ac maximo quidem quæstu.
[r] *lib. vulg.* fortunarum que periculũ a.

[a] L. totam abs te alienari.
[b] L. tot honestissimos ac locupletissimos, tibi
[c] L. vobis iudices,
[d] L. exponeret singulatim autem e Singulatim enumerat, à quibus Verres, frumentario eoque decumano nomine, pecuniam iniuste acceperit.*
[e] id est exempla.*
[f] Natusho mo, celer ac strenuus Ennio, vnde Naui pro celeriter plauto à nauium celeritate derivat Festus.*
[g] Instrumentum autem fundi conficit in eis quæ fructus quærendi, colendi, cultus causa *L. instrumento* 15. *§. instrumento ff. de instructo* i *al. lib. cum* multis
[h] L. Nymphonem pergaret ad illo pr. forsitan fundi causa barus vt sua dignitas quot iugerum essent in eodem referretur l. 4 *ff. de cens.* & m L. professum esse.
[i] L. Pergamus. *al.* Pergamus a Pergamo oppido Pamphyliæ, vnde Apollinem Pergæum vocat Virgilius ad Dianam Pergæam templum fuit Dianæ.
[o] L. Volusianum
[p] L. Xenonem, rentig ea ius fundi *et al. ff. de*
[q] L. si pateret. P. si
[r] *aliqd* quod fateretur.
[s] Scenis Veteris.*

vir bonus atque honestus. is, cum pro iugetibus [a] quinquaginta medimna [b] IↃↃↃ. decumæ imperarentur, quòd recusabat, domum ad istum in ius deductus [c] est: &, cùm iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est: quod, nisi mulieri, & decumano, patebat alij nemini. Ibi, cùm pugnis & calcibus concisus [d] esset: qui DCC. medimnis decidere noluisset, mille promisit. *Eubulides est* Græcus Centuripinus, homo cùm virtute & nobilitate domi suæ, tum etiam pecunia princeps. huic homini, iudices, honestissimæ ciuitatis honestissimo, non modò frumenti scitote, sed etiam vitæ, & sanguinis tantum relictum esse, quantum Apronij libido tulit. nam vi, malo, plagis adductus est, vt frumenti daret non quantum haberet, [e] sed quantum cogeretur. *Sostratus*, & *Numenius*, & *Nymphodorus* eiusdem ciuitatis, cùm ex agris tres fratres consortes [f] profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exarant: hominibus coactis, in eorum arationes Apronius venit: omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. postea cùm ad eum Nymphodorus venisset Ætnam: & oraret, vt sibi sua restituerentur: hominem corripi, ac suspendi iussit in [g] oleastro quadam: quæ est arbor, iudices, Ætnę [h] in foro, tamdiu pependit in arbore socius, amicúsq; populi R. in sociorum vrbe ac foro, colonus, atrátórque vester, quamdiu voluntas Apronij tulit. Genera iam dudum innumerabilium iniuriarum, iudices, singulis nominibus profero: infinitam multitudinem iniuriarum prętermitto. vos ante oculos, animósque vestros, tota Sicilia decumanorum hos impetus, arato rum direptiones, huius importunitatem, Apronij regnum proponite. Contemsit Siculos: non duxit homines: nec ipsos ad persequendũ vehementeis fore, & vos eorum iniurias leuiter laturos existimauit. Esto: talìam de illis habuit opinionem, malam de vobis: verumtamen cum de Siculis malè mereretur, ciueis R. coluit, his indulsit, eorum voluntati, & gratiæ deditus fuit. Iste ciueis Romanos? At [i] nullus inimicior, aut infestior fuit. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera, mitto secureis: crucem [k] denique illam prætermitto, quam ciuibus Romanis testem humanitatis in eos, ac [l] beneuolętię suæ voluit esse: mitto, inquam, hæc omnia, atque in aliud dicendi tempus reiicio: de decumis, de ciuium R. conditione in arationibus disparo: qui quemadmodũ essent accepti, iudices, audistis ex ipsis. bona sibi erepta esse dixere. Verùm hæc, quoniam [m] huiusmodi casus affunt, ferenda sunt: nihil valuisse æquitatem, nihil consuetudiné: damna denique, iudices, nulla tanta sunt, quę non viri fortes, magno & libero animo afferenda arbitrentur. Quid, si equitibus R. non obscuris, neque ignotis, sed honestis, & illustribus, manus ab Apronio, isto prætore, sine vlla dubitatione afferebantur? quid exspectatis? quid à me amplius dicendum putatis? an id agendum, vt eò celeriùs de isto transigamus, quò maturiùs ad Apronium possimus, id quod ego illi iam in Sicilia pollicitus sum, venire? qui C. Matrinium, iudices, summa virtute hominem, summa industria, summa gratia, Leontinis [n], in publico, biduum tenuit, atque ab Apronio, iudices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia, libidinésque accommodato, equitem Rom. scitote biduum cibo, tectoque prohibitum: biduum Leontinis [a], in foro, custodiis Apronij retentum, atque seruatum, neq; antè dimissum, quàm ad conditiones eius depactus [b] est. Nam quid ego de Q. Lollio, iudices, dicam, equite Rom. spectato atque honesto? Clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima, atque notissima: qui cùm arater in Ætnensi, cùm is ager Apronio cum ceteris agris esset traditus: equestri vetere illa & auctoritate, & gratia fretus, affirmauit, se decumanis plus quàm deberet, non daturum. refertur eius sermo Apronio [c]. Enimuerò iste ridere, ac mirari, Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus audisse. mittit ad hominẽ Venerios (hoc quoq; attendite, apparitores à prętore assignatos habuisse decumanum: si hoc mediocre argumentum videri potest, istũ decumanorum nomine ad suos quæstus esse abusum) adducitur à Veneriis, atq; adeò attrahitur Lollius commodè [d], cùm Apronius è palæstra rediisset, & in triclinio, quod in foro Ætnæ statuerat, decubuisset [e]. Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum cõuiuio. Non mehercule, quæ loquor, credere, iudices, tametsi vulgò audieram, nisi mecum ipse senex, cùm mihi, atq; huic voluntati accusationis meæ lacrymas gratias ageret, summa cum auctoritate esset locutus. Statuitur, vt dico, eques Rom. propè annos XC. natus, in Apronij conuiuio, cùm interea Apronius caput, atq; os suum vnguento perfricaret. Quid est, Lolli? inquit. *tu, nisi malo coactus, recte facere nescis?* Homo, quid ageret? taceret, respõderet: quid faceret deniq;, illa auctoritate, & ætate prędituis, nesciebat. Apronius interea cenam, ac pocula poscebat. ferui autem eius, qui & moribus iisdem essent, quibus dominus, & eodem genere, ac loco nati, prætèr [f] oculos Lollij hęc omnia ferebãt. Ridere cõiuię: cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis, eum in vino, ac [g] luxu non risisse, qui nunc in periculo, atq; exitio suo risum tenere non possit. Ne multa, iudices: his cõtumeliis scitote Q. Lollium coactum, ad Apronij leges, conditionésque venisse. Lollius, ætate & morbo impeditus, ad testimonium dicendũ venire non potuit. Quid opus est Lollio? nemo hoc nescit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus, nunc se primùm hoc dicet audire. M. Lollius, filius eius, adolescens lectissimus, prætò est: huius verba auditis [h]. nam [i] Q. Lollius, eius filius, qui [k] Calidium accusauit, adolescens & bonus, & fortis, & in primis disertus, cùm his iniurijs, contumelijsque commotus in Siciliã esset profectus, in itinere occisus est. cuius mortis causam fugitiui sustinent: re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eò sit occisus, quòd [l] habere clausa non potuerit sua consilia de Verre. Iste porrò non dubitabat, quin is, qui antea alium studio adductus accusasset, sibi aduenienti prætò esset futurus, cùm esset parentis iniuriis, & domestico dolore commotus. Iámne intelligitis, iudices, quæ pestis, quæ immanitas in vestra antiquissima fidelissima, proximáque prouincia versata sit? Iam [m] videtis, quam ob causam Sicilia tot hominũ antea furta, rapinas, iniquitates, ignominiásque perpessa, non [n] potuerit nouum, ac singulare, atque incredibile genus iniuriarum, contumeliarúmque ferre [o]? Iam omneis in-

[a] L. iugeris.
[b] Medimnũ senos modios capiebat.*
[c] L. eductus est.
[d] v.c. conciss. fuis esset: & ita L.
[e] L. deberet, sed q.
[f] Consortes qui agrum eundem sorte tiri, eq. inter se ponitea reg. omnibus diuiserunt. Ad hos consortes refer l. duodum 14. C. de cautionib.*
[g] L. in oleastro quodam p. CLX.
[h] L. libri non habeti, Aetnæ
[i] L. At nullis
[k] in quam egit p. Gauiũ Romanum Veriná g.* v.c. ac beniuolentiæ
[l] v.c. quòd h.
[m] L. quoniã eiusmodi casus affuit, f. & ita v.c.
P. B.
[n] al. Leontini.
[o] al. atque

[a] al. Leontini, vt sit nomen vrbis.*
[b] L. depectus est. al. de iectus est.
[c] L. ad Apronium.
[d] fort. commodùm.
[e] L. recubuisset.
P. CLXI.
[f] Præter hic pro ante sumitur, & ita Nonius hunc locum interpretatur. vbi tamen scribi legitur pro Lolii.
* L. ac lucro non ris.
[h] L. audieris fort. nam Q. Lollium, etiã eius filium, qui Cal.
[k] al. qui Canidius acc.
[l] L. quòd h.
[m] al. Iámne videtis,
[n] L. non potuerit hoc nouum
P. B.
[o] L. perferret

telligunt, cur vniuersa prouincia defensorem suæ salutis eum quæsiuit [a], cuius iste fidei, diligentiæ, perseuerantiæ, nulla ratione eripi possit. tot iudiciis interfuistis: tot homines nocentes, & improbos, accusatos & vestra, & superiorum memoria scitis esse. ecquē vidistis, ecquem audistis, in tantis furtis, in tam apertis, in tanta audacia, tanta [b] impudentia esse versatum? Apronius stipatores Venerios secum habebat: ducebat eos circum ciuitates: publicè sibi conuiuia parari, sterni [c] triclinia etiam in foro iubebat: eò vocari [d] homines honestissimos, non solùm Siculos, sed etiam equites Romanos: vt, quicum [e] inire conuiuium nemo vmquam, nisi turpis, impudúsque voluisset, ad eius conuiuium spectatissimi, atque honestissimi viri tenerentur. Hęc tu omnium mortalium prostigarissime, ac perditissime, cùm scires, cùm audires quotidie, cùm videres: si fine tuo maximo quæstu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atque concederes? & tantum apud te quæstus Apronij, tantum eius sermo inquinatissimus, & blanditiæ flagitiosæ valuerunt, vt numquā animum tuum, cura tuarum fortunarum, cogitatioque tangeret? Cernitis, iudices, quod, & quantum incendium, decumanorum impetu non solùm per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum: non [f] solùm per bona, sed etiam, per iura libertatis, & ciuitatis, isto prætore, peruaserit. videtis pendēre alios ex arbore: pulsari autem alios & verberari: portò alios in publico custodiri: destitui alios in conuiuio: condemnari alios à medico, & præcone prætoris: bona tamen interea nihilominus eorum omnium ex agris auferri, ac diripi. Quid est hoc? populi R. imperium? populi R. leges? iudicia? socij fideles? prouincia suburbana [g]? nónne omnia potiùs eiusmodi sunt, quæ, si Athenio [h] vicisset, rex fugitiuorum, in Sicilia non fecisset? non, inquam, iudices, esset vllam partem istius nequitiæ fugitiuorum insolentia consecuta. ¶ Priuatim hoc modo: quid? *publicè* [i] *ciuitatu quemadmodum tractatæ sint?* audistis per [k] multa indicia, & testimonia ciuitatum, & reliquarum audietis. Ac primùm *de Agrinensi* populo, fideli, & illustri, breuiter cognoscite. Agyrinensis est in primis honesta ciuitas Siciliæ, hominum ante [l] hunc prætorem locupletiū, summorúmq; aratorum. eius agri decumas cùm emisset idē Apronius, Agyrium venit. Qui cùm [m] eò cū apparitoribus vi, ac minis eò venisset, poscere pecuniam grandem cœpit, vt, accepto lucro, discederet. nolle se negotij quidquam habere dicebat, sed [n], accepta pecunia, quàm primùm aliam ciuitatem occurrere. Sunt [o] homines Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat: sed homines & satis fortes, & satis planè frugi, ac sobrij: & in primis hæc ciuitas, de qua loquor, iudices. Itaque homini [p] in primis improbissimo, respondent Agyrinenses, sese decumas ei, quemadmodum deberent, daturos: lucrum cùm ille magno præsertim emisset, non addituros. Apronius certiorem facit istum, cuia res erat, quid rei esset. Statim, tanquam coniuratio aliqua Agyrij contra rempublicam facta, aut legatus prætoris pulsatus esset, ita Agyrio magistratus, & quinque primi [q], accitur istius, euocantur. Veniunt Syracusas: præsto est Apronius: ait, eos ipsos, qui venissent, contra edictum prætoris fecisse. Quærebant, quid? respondebat, se ad recuperatores esse dicturum. Iste, æquissimus homo, formidinem illam suam miseris Agyrinensibus iniiciebat: recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. Agyrinenses, viri fortissimi, iudicium se passuros esse dicebant. Ingerebat iste Artemidorum [a] medicum Cornelium, pictorem [b] Tlepolemum, & eiusmodi recuperatores: quorum ciuis Romanus nemo erat: sed Græci sacrilegi, iampridem improbi, repentè [c] Cornelij [d]. videbant Agyrinēses, quidquid ad eos recuperatores Apronius attulisset, illum perfacilè probaturum. condemnari cum istius inuidia, infamiáque malebant, quàm ad eius conditiones, pactionésque accedere [e]. Quærebant, quæ in verba recuperatores darent. Respondebat, *si pateret* [f] *aduersus edictum feciſſe*: quæ [g] in iudicio dicturum esse dicebat [h]. Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus, conflictari malebant, quàm quidquam cum isto sua voluntate decedere. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, vt transigerent. Pernegabant. Quid ergo? In singulos LLS. quinquagenis millibus damnari mauultis? Malle dicebant. Tum iste clarè, omnibus audientibus, *Qui damnatus erit*, inquit, *virgis ad necem cædetur*. Hic illi flentes rogare, atque orare cœperunt, vt sibi suas segetes, fructúsque omneis, arationésque vacuas Apronio tradere liceret: vt ipsi sine ignominia, molestiáque discederent. hac lege, iudices, decumas vendidit Verres. Dicat licet Hortensius, si audet [i], magno Verrem vendidisse. Hæc conditio fuit isto prætore aratorum, vt secum præclarè agi arbitrarentur, si vacuos agros Apronio tradere liceret. multas enim cruceis propositas effugere cupiebant. quantum Apronius edidisset deberi, tantum ex edicto dandū erat. Etiámne si plus edidisset, quàm quamtum natum esset? Etiam. Quomodo? Magistratus ex [k] ipsius edicto exigere debebant. At arator repetere poterat. Verum Artemidoro I recuperatore. Quid, si minus arator dedisset, quam popposcisset Apronius? Iudicium in aratorem in quadruplum. Ex quo iudicum numero? Ex cohorte prætoris præclara [m] honestissimorum. Quid amplius? *minus te iugerum professum esse dico*: recuperatores reiice, quòd aduersum edictum feceris. Ex quo numero? ex eadem cohorte. Quid erit extremum? *Si damnatus erit* (nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat esse?) *virgis ad necem cædi necesse erit*. His legibus, his conditionibus, erit quisquam tam stultus, qui decumas veniſſe arbitretur? qui aratori nouem parteis reliquas factas esse existimet? qui non intelligat, istum sibi quæstui, prædæque habuisse bona, possessiones, fortunas aratorum? Virgarum metu Agyrinenses, quod imperatum esset, facturos se esse dixerunt. Accipite nunc, quid imperarit: & dissimulate vos, si potestis, vos intelligere, ipsum prætorem, quod tota Sicilia perspexerit, redemtorem decumarum, atque adeò aratorum dominū, ac regem fuisse. Imperat Agyrinensibus, *vt decumas ipsi publicè accipiant: Apronio lucrum dent*. Si magno [n] emerat, quoniam [o] tu es, qui diligentissimè pretium exquisisti: qui, vt ais, magno vendidisti: quare putabas emtori lucrum addi oportere? Esto: putabas. quamo-

P. B.
a L. quæsiuerit.

b L. in tanta impudentia *& ita v. c.* c L. sterni triclinia, & in foro sterni iub. *& ita v. c.*

d L. eò conuocari*

e *al.* vt quicum conuiuere nemo vmquam. *al.* qui cum viuere nemo vmq.

f L. neque solùm P.

g Suburbanam prouinciam vocat, quòd propinqua sit*

h L. si Athenio, rex fugitiuorum, vicisset, in Sic. de quo libro 2. s.

P. CLXII.

i Transit à priuatis exēplis ad publica.*

k L. permultarum indicia, & testimonia ciuit.

l simile loquendi genus extat Dig. natione & lib. 2. s.*

m L. Qui cū apparitoribus vi, ac minis eò venisset, posc.

n L. sed, accepta pecunia, velle quàmp.

o L. cum sint omnes Sicili non contēnendi, si per nostros magistratus liceat. sed & satis fortes, plane frugi, ac sobrii: tū in primis &c

p L. homini improbissimo r

q Quinque primi qui essent dixi in superioribus.* r id est vocat.*

P. B.
a L. Artemidorum, Cornēlium medicum, Valerium præconem, Tlepolemum pictorē & eiusmodi, b *al.* præco *& male. Hist. Verrina 5.*

c sic apud Vlpianum heri seruus hodie liber. tus. *l.* 7. §. 2. *ff. de iniust.* vbi plura dixi.*

d hoc est Cornelii Verris liberti aut eius beneficio ciues facti.*

e *fort.* deberē dere.

f L. si pateret aduersus edictum feciſſe si pateret aduersus.

g L. quæ se

in ind.

h *al.* aiebat.

i L. si volet magno Verrem decumas vendidit.

k L. ex illius ed.

P. CLXIII.

l *al.* Artemidoro

m L. præclara, hominum honestiss.

n Solebat Apronius dare legem emerat. o *fort.* quoniam tu es qui dil.

quamobrem imperabas, vt adderent? Quid est aliud capere, & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si hoc non est, vi, atque imperio cogere inuitos lucrum dare alteri, hoc est pecuniam dare? Age, quid tum? si Apronio, deliciis prætoris, lucelli aliquid iussi sunt dare, putate Apronio datum, si Apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur. Imperas, vt decumas accipiant: Apronio dẽt [a] lucrũ, tritici medimna XXXIIII [b]. Quid est hoc? vna ciuitas ex vno agro plebis [c] Romanæ prope menstrua cibaria prætoris imperio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vendidisti, cùm tantum lucri decumano sit datum? profectò, si pretium exquisisses diligenter, tum, cùm vendebas, X. medimna [d] potius addidisses, quàm LLS. D C. postea. Magna præda videtur: audite reliqua, & diligenter attendite, quo minus miremini, Siculos, re necessaria coactos, auxilium à patronis, à consulibus [e], à senatu, à legibus, à iudiciis [f] petiuisse. Vt probaret Apronius [g] hoc triticum, imperat Agyrinensibus Verres, *vt in medimna singula dẽ tur Apronio* LLS. III. Quid est hoc? tanto numero frumenti, lucri nomine, imperato, & expressò, nummi præterea exigentur [h], vt probetur frumentum? an poterat non modò Apronius, sed quiuis, exercitui si metiundum [i] esset, improbare Siculum frumentum, quod [k] isti ex area [l], si vellet, admetiri licebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur, non est satis. nummi præterea imperantur. dantur. parum est. Pro decumis hordei alia pecunia cogitur. iubes [m] LLS. XXX. lucri dari. Ita ab vna ciuitate, vi, minis, imperio, iniuráque prætoris, eripiuntur tritici medimna [n] XXXIII. & præterea LLS. LX. an hæc obscura sunt? aut, si omnes homines velint, obscura esse possunt? quæ tu palàm egisti? in conuentu imperasti? omnibus inspectantibus coegisti? qua de re Agyrinenses magistratus, & quinque primi, quos [o] tui quæstus causa euocasti [p], acta & imperia tua domum ad senatum suum renuntiauerunt: quorum renuntiatio, legibus illorum, litteris publicis mandata est: quorum legati, homines nobilissimi, Romæ sunt, qui hoc idem prò testimonio dixerunt? Cognoscite Agyrinensium publicas litteras: deinde testimonium publicum ciuitatis. Recita litteras publicas. LITTERAE PVBLICAE. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Animaduertistis in hoc testimonio, iudices, Apollodorum, cui Pyragri [q] cognomen est, principem suæ ciuitatis, lacrymantem testari, ac dicere, numquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum, & cognitum, Agyrinenseis contra quemquam inimicum ciuem R. dixisse, aut fecisse quippiam: qui nunc contra prætorem populi Romani iniuriis, & magno dolore publicè testimonium dicere cogerentur Vni meherculè, huic ciuitati, Verres, obsistere tua defensione non potest: tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate, tantus [r] dolor iniuriæ, tanta religio in testimonio. Verùm [s] non vna te, sed vniuersæ similibus afflictæ incommodis, legationibus ac testimoniis publicis persequẽtur. ¶ Etenim deinceps videamus, *Herbitensis ciuitas*, honesta, & antea copiosa, quemadmodum spoliata ab isto, ac vexata sit.

A At quorum hominum? summorũ aratorum, remotissimorũ à foro, iudiciis, controuersiis [a]: quibus parcere, & consulere, homo impurissime, & quod genus hominũ studiosissimè conseruare debuisti. Primo [b] anno venierũt eius agri decumæ [c] tritici [d] medimna XVIII. Atidius [e], itẽ istius minister in decumis, cùm [f] emisset, & præfecti nomine cùm venisset Herbitã cum Veneriis, locúsq; ei publicè, quò diuerteretur, datus esset: coguntur Herbitẽses ei B lucri dare tritici [g] modiũm XXXVII. millia, cùm decumæ venisset tritici modiũm XVIII. Atq; [h] hoc triticũ lucri cogũtur dare publicè [i], cùm iã priuatim aratores ex agris spoliati, atque exagitati decumanorũ iniuriis profugissent. Anno secũdo cùm emisset Apronius decumas [k] tritici modiũm XXV. [l] millibus, & ipse Herbitã cum [m] illa prædonum copia, manuq; venisset: populus publicè coactus est ei C conferre lucri tritici [n] modiũm XXVI. [o] & accessionem LLS. MM. De accessione dubito, an Apronio ipsi data sit, merces operæ, pretiumq; impudentiæ. De tritici quidẽ numero tanto, quis potest dubitare, quin ad istum prædonem frumentarium, sicut Agyrinense frumentum, peruenerit? Anno verò tertio in hoc agro consuetudine vsus est regia. Solere [p] aiunt barbaros reges Persarum, ac Syrorum, plureis [q] vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere, hoc modo: *Hæc ciuitas* D *mulieri [r] redimiculum præbeat, hæc in collũ, hæc in crineis.* ita populos habent vniuersos non solùm cõscios libidinis suæ, verùm etiam administros. Eandem istius, *qui se regem Siculorum esse dicebat*, [s] licentiã, libidinémque fuisse cognoscite. Æschrionis Syracusani vxor est Pippa: cuius nomẽ istius nequitia tota Sicilia peruulgatũ est, de qua muliere versus plurimi supra tribunal, & supra prætoris caput scribebãtur. Hic Æschrio, Pippæ vir adumbratus, in E Herbitẽsibus decumis nouus instituitur publicanus. Herbitẽses cùm viderent, si ad Æschrionem pretiũ redisset [t], se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt vsque eò, quoad se efficere posse arbitrabantur. suprà adiecit Æschrio. neq; enim metuebat, ne, prætore Verre, decumana mulier damno affici posset. Addicitur [u] medimnis CIↃ. CIↃ. dimidio [x] ferè pluris, quàm superiore anno. Aratores funditus euertebantur: F & eo magis, quòd iam superioribus annis exhausti [y] erant, ac pænè perditi. Intellexit iste ita [z] magno venisse, vt amplius ab Herbitensibus exprimi non posset. demit de [z] capite medimna DC. iubet in tabulas pro medimnis [b] CIↃ. CIↃ. CIↃ. VIII. referri IↃ. CIↃ. CIↃ. & IIII. Hordei decumas eiusdẽ agri Docimus emerat. Hic est Docimus, qui [c] ad istum deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiã, vi abG ductã ab Rhodio tibicine. Huius Tertiæ plus etiã, quàm Pippæ, plus quàm ceterarũ, ac propè dicã, tantum apud istũ in Siciliensi prætura auctoritas valuit [d], quantum in vrbana Chelidonis. Veniunt Herbitã duo prætoris æmuli, non molesti, mulierculârum [e] deterrimarum

a L. & controuers.
b Huius loci de decumis Herbitẽsium restitutio petendæ est ex Frõtone Grãmatico, in exẽplis eloquutionum, in voce dimidio, vbi adducit Ciceronis verba ex libro quẽ Tiro in lucẽ edidit, *Commentariis eas farum.**
c L. tritice dimnum xv. mill. millib.
d *al.* tritici modiũ XLIIII. *Vrsin. al.* tritici medimnum XVIII. millib.
e *al.* Atidius ac census iſtius, item minister ẽ decum.
f L. cùm decumas emisset,
g L. tritici modium xxxvIII. millia, cùm decumæ venissent tritici modium VIII. millib. Atq. *al.* tritici M. XXXVI M. D. CCC. cùm decumæ venis. M. XVII. Atque.
P. B.
h L. Atque hoc tantũ tr.
i L. publicè, tum, cum iã
k L. decumas tritici medimnum XX. mill. *al.* decumas tritici M. XX. Dccc. & ipse.
l *al.* XXV. DCCC. *Vrs.**
m L. cum illa sua præd.
n L. tritici, modium XVI. millia. & accessionis LLS. CIↃ. CIↃ. De acc. *al.* tritici M. XXI. & accessionis LLS. CIↃ. CIↃ. D.
o *al.* XXV *Vrsin.**
p Mos persarum & Syrorum.*
Plato in Alcibiade. Diodorus I.*
q L. recidiſſet.
r *al.* mulieri in redimiculum præbeat.* f L. ducebat. u L. addicuntur medimnum CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. IↃↃ. *al.* Addicitur. med. VIII. c. dimid. x Vide huius loci Ictionẽ apud Cornelium Frontonem in exemplis electionum. *vsum*, Dimisso.* y *al.* afflicti erant. z L. se ita magno vendidisse, vt ampl. a *al.* de capite med. DC. iubet in tabulas pro med. VIII. referri VII. Hord. L. de capite CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. IↃↃ. referri CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. Hord. CIↃ. CCCC. medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. *al.* medimnum VII. referri *Vrsin.** quem iste deduxerat. Tertiam, *&c. non placet.* d potuit. e L. mulierculârum. t æterrimatum impr.

improbissimi cognitores. Incipiunt postulare, poscere, minari. non poterant tamen, cùm cuperent, Apronium imitari. Siculi Siculos non tam pertimescebant. Cùm omni ratione tamen illi calumniarentur [a]: promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas. Eò posteaquàm ventum est, coguntur Æschrioni, id est, Pippæ, dare tantũ, quantũ erat de capite demtum, tritici [b] modios CIↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. Mu lierculæ publicanæ noluit ex decumis nimiũ lucri dare, ne fortè ab nocturno suo quæstu animum ad vectigalia redimenda transferret. Transactum putabant Herbitenses, cùm iste, Quid de hordeo, inquit, &[c] Docimo, amiculo meo? quid cogitatis? At [d] hoc agebat in cubiculo, iudices, atque in lectulo suo. Negabant illi sibi quidquam esse mandatum. Non audio: numerate LLS [e]. XV. Quid facerent miseri? aut quid recusarent? præsertim cùm in lectulo, decumanæ mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perseuerandum intelligebant? Ita ciuitas vna sociorum, atque amicorum, duabus deterrimis [f] mulierculis, Verre prætore, vectigalis fuit. Atque ego nunc, eum frumẽti numerum, & eas publicè pecunias decumanis ab Herbitensibus datas esse dico: quo illi frumento, & quibus pecuniis tamen à decumanorum iniuriis cueis suos non redemerunt. perditis [g] enim, & direptis aratorum bonis, hæc decumanis mercès dabatur, vt aliquando, ex eorum agris, atque ex vrbibus abirent. Itaque cùm Philinus Herbitensis, homo distortus, & prudẽs, & domi nobilis, de calamitate aratorũ, & de fuga, & de reliquorum paucitate publicè diceret: animaduertistis, iudices, gemitum populi R. cuius frequentia huic causæ numquam defuit. qua de paucitate aratorum alio loco dicam, nunc illud, quod pænè præterij, non omnino relinquendum videtur. Nam per deos immortaleis, quod [h] de capite ipso demsit, quo tandem modo vobis non modò ferendum, verùm etiam audiẽdum videtur? Vnus adhuc fuit post Romam cónditam (dij immortales faxint, ne sit alter) cui resp. totam se tradidit, temporibus coacta, & malis domesticis, L. Sylla. Hic tantum potuit, vt nemo, illo inuito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset: tantum animi habuit ad audaciam, vt dicere in concione non dubitaret, bona ciuium Romanorum cùm venderet, *se prædam suam vendere*. Eius omneis res gestas [i] non solùm obtinemus, verùm etiam propter [k] malorum, incommodorum, & calamitatum metum, publica auctoritate defendimus. Vnum hoc illius senatus consulto reprehensum, decretúmque est, vt, quibus ille de capite demsisset, hi pecunias in ærarium referrent. Satuit senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, à [m] populo factarum, quæsitarúmque rerum summas imminuere. Illum viris fortissimis iudicarunt patres conscripti remittere de summa nõn potuisse: te mulieri deterrimæ [n] rectè remisisse senatores iudicabunt? ille, de [o] quo lege populus Roma. iusserat, vt ipsius voluntas [p] populo Rom. esset pro lege, tamẽ in hoc vno genere, veterum religione legũ, reprehenditur. tu, qui omnibus legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege esse voluisti? in illo reprehenditur, quòd ex ea pecunia remisetit, quã ipse quæsierat: tibi concedetur, qui de capite vectigalium populi Romani remisisti? ¶ Atque in hoc genere audaciæ *multo etiam impudentiùs in decumis Segestensium* [a] *versatus est*: quas cùm addixisset eidem illi Docimo, hoc [b] est tritici modiũm quinque millia, & accessionem adscripsisset LLS. MD. coegit Segestenses à Domico tantidem publicè accipere. id [c] quod ex Segestensium publico testimonio cognoscite. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Audistis, quanti decumas acceperit à Docimo ciuitas, tritici [d] modium quinque millia, & accessionem. Cognoscite nunc, quanti se vendidisse retulerit. LEX DECVMIS VENDVNDIS C. VERRE PR. Hoc nomine vidistis [e] tritici modiũm CIↃ. CIↃ. CIↃ. de capite esse demta, quæ cùm de populi Ro. victu, de vectigalium neruis, de sanguine detraxisset ærarij, Tertiæ mimæ condonauit. Vtrùm impudentiùs à sociis abstulit? an turpiùs merettici dedit? an improbiùs populo Ro. ademit? an audaciùs tabulas publicas commutauit? Ex horum seuerita te te vlla vis, aut vlla largitio eripiet? sed si eripuerit, non intelligis, hæc, quæ iamdudum loquor, ad aliam quæstionem, atque ad peculatus iudicium pertinere? Itaque hoc mihi reseruabo genus integrum totum: ad illam, quam instituì, causam frumenti, ac decumarum reuertar. Qui cùm agros maximos, ac feracissimos, per seipsum, hoc est, per Aproniũ, Verrem alterum, depopularetur: ad minores ciuitates habebat alios, quos, tanquam canes, immitteret, nequam homines, & improbos: quibus aut frumentum, aut pecuniam publice cogebat dari. A. Valentius est in Sicilia, interpres: quo iste interprete non ad linguam Græcam, sed ad furta, & flagitia vti solebat. Fit interpres hic, homo leuis, atque egens, repentè decumanus. ¶ *Emit agri Liparensis, miseri atque ieiuni, decumas* tritici medimnis IↃC. Liparenses vocantur. ipsi accipere decumas, & numerare Valentio coguntur lucri LLS [f]. XXX. millia. Per deos immortaleis, vtrum tibi sumes ad defensionem? atóne minoris te decumas vendidisse, vt ad medimna IↃC. XXX [g]. millia lucri, statim sua voluntate ciuitas adderet, hoc est, tritici [h] medimna DI. millia? an, cùm magno decumas vendidisses, te expressisse ab inuitis Liparensibus hanc pecuniam? Sed quid ego ex te quæro, quid defensurus sis potius, quàm cognoscam ex ipsa ciuitate, quid gestum sit? Recita testimonium publicum Liparensium, deinde quemadmodum Valẽtio nũmi sint dati. TESTIMONIVM PVBLICVM, QVOMODO SOLVTVM SIT, EX LITTERIS PVBLICIS. Etiámne hæc tã parua ciuitas, tã procul à manib. tuis atque à conspectu remota, seiũcta à Sicilia, in [i] insula inculta, tenuíq; posita, cumulata aliis tuis maioribus iniuriis, in hoc quoque frumentario genere, prædę tibi, & quęstui fuit? quã tu totã insulam cuidam tuorũ sodalium, sicut aliquod munusculum, cõdonaras: ab hac etiam hęc frumentaria lucra, tanquã à mediterraneis, exigebantur? Itaq; qui tot annis agellos suos ante te prętorẽ redimere à piratis solebãt, iidẽ [k] seipsos à te pretio impositò redemerunt. ¶ Quid ergo? *à* [l] *Tissensibus* perparua, & tenui ciuitate, & aratoribus laboriosissimis, frugalissimísq; hominibus, nonne plus lucri nomine, eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararant? ad quos tu decumanum Diognetũ Venerium misisti,

a v.c. Kalumniarentur.

b L. tritici medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. al. tritici med. D. III. DC.

P. B.

c v.c. & de Docimo, amico ita. L.

d al. Atque

e L. LLS. XV mi. al. LLS. XII.

f L. teterrimis mul.

g L. perditis enim iam, & dir.

h v.c. quod de capit. iste demsit.

i proscriptiones. vide orationem in Pisonem, & ad Attic. 1.

k fort. propter maiorum incomod.

l L. Vnũ hoc aliquot senatus consultis reprehẽsum. decretumq. est,

m L. ab ipso partarum, quæsitarumq.

n L. teterrimæ r.

o L. de quo legem populus R. iussit.

P. CIↃXVI.

p L. Voluntas ei posset esse pro lege & ita vet.

a L. Egestensium

b L. hoc est, Tertiæ tritici medimna CIↃ. & accessionem adscr. LLS. IↃↃↃ. coegit Egestenses à Doc.

c L. id quod ex Egestensium publ.

d L. tritici medimnum quinque millib. & accessione. Cognosce.

e L. videte tritici medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. de c.

f L. LLS. V. millia. Per deos LLS. XXX. millia lucri,

g L. LLS. V. millia lucri,

h L. tritici modium tt. milliaꝰ

i v.c. in insula inculta loc. posita in insulis la

k fort. illum seipsũ à te pre-

l L. à Tissensibus

m L. sed à aratoribus.

misisti, nouum genus publicani. cur hoc auctore non Romæ quoque serui publici ad vectigalia accedant? [a] Anno secundo Tissensesb LLS. XXI. lucri dare coguntur inuiti. tertio [c] anno LLS. CIↃ CIↃ. modiûm tritici, lucri Diogneto Venerio dare coacti sunt. Hic Diognetus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium[d] nullum habet, nihil omni no peculij. Vos etiam nunc dubitate, si potestis, vtrùm tantum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit, an huic exegerit. atque hæc ex publico Tissensium[e] testimonio cognoscite. TESTIMONIVM PVBLICVM TISSENSIVM. Obscurè, iudices, prætor ipse decumanus est, cùm eius apparitores frumentum à ciuitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto plus [f] ipsi auferant, quàm quantum populo Romano decumarum nomine daturi sunt? Hæc æquitas in tuo imperio fuit, hæc prætoris dignitas, vt seruos Venerios Siculorum dominos esse velles. hic [g] delectus, hoc discrimen, te prætore, fuit, vt aratores in seruorum numero essent, serui in publicanorũ. ¶ Quid? *Ameſtratini* miseri, impositis ita magnis decumis, vt ipsis réliqui nihil fieret, nónne tamen numerare pecunias coacti sunt? Addiciuntur decumæ M. Cæsio, cùm adessent legati Ameſtratini. ſtatim cogitur Heraclius legatus numerare LLS. XXII. Quid hoc est? quę est ista prædа? quæ vis? quæ direptio sociorũ? Si erat Heraclio ab senatu mandatum, vt eme ret: emisset. si non erat: quî poterat sua sponte pecuniam numerare? Cæsio renuntiat se dedisse. Cognoscite renunciationem ex litteris. Recita ex litteris publicis. LITERAE PVBLICAE. Quo S. C. erat hoc legato permissum? nullo. cur fecit? coactus est. quis hoc dicit? tota ciuitas. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Ab hac eádem ciuitate anno secundo, simili ratione extortam esse pecuniam, & Sex. [h] Vennonio datam, ex eodem testimonio cognouistis. At Ameſtratinos, homines tenueis, cùm eorum decumas medimnis DCCC. vendidisses Banobali [i] Venerio (cognoscite nomina [k] publicanorum) cogis eos plus lucri addere, quàm quanti venierant, cùm magno venissent. dât Banobali [l] med. DCCC. LLS. MD. [m] Profectò numquam iste tam amens fuisset, vt ex agro populi Romani plus fruméti seruo Venerio, quàm populo Romano tribui pateretur, nisi omnis ea prædа, serui nomine, ad istum ipsum perueniret. ¶ *Petrini*, cùm eorum decumæ magno addictæ essent, tamen inuitissimi p. Nævio Turpioni, improbissimo homini, qui iniuriarũ, Sacerdote, prætore, damnatus est, LLS. [n] VII. dare coacti sunt. Itáne? dissolutè decumas vendidisti, vt [o], cùm medimnûm XV. millibus venissent, hoc est LLS. XXXXV. vt [p] lucri decumano LLS. MMM, darentur? At permagno decumas eius agri vendidisti [q]. Videlicet gloriatur, non Turpioni lucrum datum, sed Petrinis pecuniam eripuisse. ¶ Quid? *Halicienſes*, quorum incolę decumas dant, ipsi agros immuneis habent: nónne huic eidem Turpioni, cùm [r] decumæ c. essent, venissent, LLS. XV. CIↃ, dare coacti sunt? Si id, quod maximè vis, posses probare, hæc ad decumanos lucra venisse, nihil te attigisse: tamen hæ pecuniæ, per vim, atque iniuriam tuam captæ, & conciliatæ, tibi fraudi, & damnationi esse deberent. cùm verò hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse, vt Apronium, aũt Turpioné, seruos homines, tuo, liberorumq; [a] tuorum periculo diuites fieri velles: dubitaturum quemquã existimas, quin illis emissariis hæc tibi omis pecunia quæsita sit? ¶ *Segeſtam* item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur. is ab isto litteras affert, vt sibi contra [b] omnia S. C. contra iura omnia, contraq; legem Rupiliam, extra forũ vadimoniũ promittãt aratores. Audite litteras, quas ad Segestanos miserit. LITTERAE C. VERRIS. Hic Venerius quãdmodũ aratores eluserit, ex vna pactione hominis honesti, gratioſiq́ue cognoscite. in eodẽ enim genere sunt cetera. Diocles est Panormitanus, Phimes [c] cognomine, homo illustris, ac [d] nobilis arator. Is agrũ in Segestano (nã [e] cõmercium in eo agro Panormitanis est) conductũ habebat LLS. [f] sex millib. pro decuma cùm pulsatus à Venerio esset, dedit [g] LLS. XVI. millia, & CICLIIII. id ex tabulis ipsius cognoscite. NOMEN DIOCLIS PANORMITANI. Huic eidem Simmacho, Anneius [h] Brocchus, [i] senator, homo eo splendore, ea virtute, qua omneis existimatis, nummos præter frumentum coactus est dare. Veneriône seruo, te prætore, talis vir, senator populi Romani, quæstui fuit? Hunc ordinem si dignitate antecellere non existimabas, ne hoc quidem sciebas, iudicare? Antea cum equester ordo iudicaret, [k] improbi, & rapaces magistratus in prouinciis inseruiebant publicanis: ornabãt eos, quicunque in operis erant: quemcumque equitem Romanum in prouincia viderant, beneficiis, ac liberalitate prosequebantur: neque tantum illa res nocentibus proderat, quantum obfuit multis, cum aliquid contra vtilitatem eius ordinis, voluntatémque fecissent. Retinebatur hoc tum nescio quomodo quasi communi consilio ab illis diligenter, vt, qui vnum equitem R. contumelia dignum putasset, ab vniuerso ordine malo dignus iudicaretur. Tu sic ordinem senatorium despexisti, sic ad iniurias, libidinémq; tuas omnia coæquasti: sic habuisti statutũ [l] cum animo, ac delibe ratũ, omneis[m], qui [n] habitarent in Sicilia, aut qui Siciliã te prætore attigissẽt, iudices reiicere, vt illud non cogitares, tamen ad eiusdem ordinis homines te iudices esse venturum? in quibus, si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insidêret: tamen esset illa cogitatio, in alterius iniuria sese despectos, dignitatémque ordinis contemtã, & abiectam. quod mehercule, iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. *Hſ ABET enim quendam aculeum contumelia, quem patt prudentes [o], ac viri boni difficillimè poſſunt.* Spoliasti Siculos. solent enim inulti esse in iniuriis suis prouinciales. vexasti negotiatores. inuiti enim Romam, ratoque decedunt P. Equites [q] R. ad Apronij iniurias dedisti. quid enim iam nocere possunt, quibus non licet iudicare? Quid, cùm senatores summis iniuriis afficis? quid aliud dicis, nisi hoc? cedo mihi etiam istum senatorem: vt hoc ampliſſimum nomen senatorium non modò ad inuidiam imperitorum, sed etiam ad contumeliam improborũ natum esse videatur. Neque hoc in vno fecit Anneio [r], sed in omnibus senatoribus: vt ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiã valeret. In C. Cassio,

a L. accedũt? P. CLXXII
b L. Tissenſes LLS. XX. millia lucri
c L. tertio anno XII. modium tritici millia lucri D.
d Vicarius ſerui*
e L. Tissenſium t.
f L. plus ipſi lucri auf.
g L. hic dilectus,
h al. Sextio mino d.
i al. Barboba
k hoc eſt barbara non Romana.*
l al. Barboba li. med. ccc LLS. CCC. D. P. B.
m al. XII. al pro medimnis DCCC.* n L. LLS. XX ccc. dare co. e L. vt cùm eſſet medim. nus LLS. XV. veniſſent decumæ. VI. medim. hoc eſt, LLS. XXXV. P. L. vt lucri decumano LLS. XV. millia d. q lib. vulg. vendidi. Vide licet. igitur non Tur. lic. d. ſed Pet. pecuniæ ereptæ
r L. cùm decumæ CC. nec eſſent venir ferent. LLS. duo millia dare c.

Tom. 2.

a L. liberumque tuor.
b L. contra omnia S. C. contraq. legem Rup.
c al. Phiſunes
d L. ac nobilis Arabat is agrum conductũ in Seg. al. ac nobilis. Is agrum in Seg. P. CLXVIII.
e L. (nam cõmercium in agro nemini eſt)
f L. LLS. VI. millib. Cùm pulſ.
g L. accidit LLS. XV. millib. &c. L. tu
h L. Anneius Brocchus.
i Furiæ gentis cognomen.*
k Lege Sempronia ante x. annos.*
l al. ſtatutũ animo.
m ſenatores.* P. B.
n L. qui haberent. Sic.
o L. prudentes, ac viri b.
p fort. diſc.
q lib. vulg. Equitem R.
r L. Annæio.

vito clarissimo & fortissimo, cùm is eo ipso tempore, primo istius anno COS. esset, tanta improbitate vsus est, vt, cùm eius vxor, fœmina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, frumentū [a] omne in decumas auferre [b] iusserit. Hunc tu in hac causa testem Verres, habebis: quoniam iudicem ne haberes, prouidisti. Vos autem, iudices putare debetis, esse quiddam nobis inter nos commune, atque cōiunctum. multa sunt imposita huic ordini [c] munera, multi labores, multa pericula, nō solùm legum [d], ac iudiciorū, sed etiam rumorum, ac temporum. Sic est *hic ordo quasi propositus, atque editus in altum, vt ab omnibus vētis inuidiæ circunstari posse videatur.* In hac misera, & indigna conditione vitæ, ne hoc quidem retinebimus, iudices, vt magistratibus nostris in obtinendo iure nostro ne cōtemtissimi, ac [e] despectissimi esse videamur? ¶ *Thermitani* miserunt, qui decumas emerēt agri sui. Magni sua putabant interesse, publicè potius quamuis magno emi, quàm in aliquem istius emissarium incidere. Appositus erat Venuleius quidam, qui emeret. Is liceri non destitit. illi, quoad videbatur ferri aliquo modo posse, contenderunt: postremò liceri destiterunt. addicitur [f] Venuleio tritici mo. VII. C. Legatus Possidorus renuntiat. Cùm omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat, tritici [g] mod. VI. præterea LLS. CID. CID. millia. ex quo facilè appāret, quæ merces decumani, quæ prætoris præda esse videatur. Cedo Thermitanorum mihi litteras, & testimonium. TABVLAE THERMITANORVM, ET TESTIMONIVM. ¶ *Acharenses seu* [h] iam omni frumento ablato, iam omnibus iniuriis tuis exinanitos, tributum ferre, miseros ac perditos, coegisti: vt Apronio darent LLS. XX. millia. Recita decretum de tributis, & publicum testimonium. S. C. DE TRIBVTO CONFERENDO. TESTIMONIVM ACHARENSIVM. *Ennenses*, cum decumæ venissent agri Ennēsis medimnūm [i] CID. CID. CID. CC. Apronio coacti sunt dare tritici [k] modiūm LXX. MMM. & LLS. III. millia. Quæso attendite, quantus numerus frumenti cogatur ex omni agro decumano. nam per omneis ciuitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea: & in hoc genere nunc iudices, versor, in quo non singillatim [l] aratores euersis bonis omnibus sunt, sed publicè decumanis lucra data sunt vt aliquando ex eorum agris, atque vtribus, expleti, atque saturi cum hoc cumulo quæstus decederent. ¶ *Calatinus* quamobrem imperasti anno tertio, vt decumas agri sui, quas Calatæ dare consueuerant, Amestrati M. Cæsio decumano darent, quod neque ante te prætorem illi fecerant, neque tu ipse hoc ita statueras antea per biennium? ¶ Theomnastus Syracusanus in *agrum Muticensem* [m] cur abs te immissus est? qui aratores ita vexauit, vt illi in alteras decumas, id quod in aliis quoque ciuitatibus ostendam, triticum emere necessārio, propter inopiam, cogerentur. ¶ Iam verò *ex Hyblensium pactionibus* intelligetis, quæ [n] pactæ sint cum decumano Cn. Sergio, texies tantum, quàm quantum satum sit, ablatum esse ab aratoribus. Recita. Recita sationes, & pactiones ex litteris publicis. Recita. PACTIONES HYBLENSIVM CVM VENERIO SERVO EX LITTERIS PVBLICIS. ¶ Cognoscite item professiones sationum, & pactiones *Meneniorum* cum Venerio seruo. Recita ex litteris publicis. PROFESSIONES SATIONVM, ET PACTIONES MENENIORVM CVM VENERIO SERVO EX LITTERIS PVBLICIS. Patiemini, iudices, à sociis, ab aratoribus populi Romani, ab iis, qui vobis laborant, vobis seruiunt, qui ita plebem Romanam ab sese ali volunt, vt sibi ac liberis suis tantum super sit, quo ipsi ali possint: ab his, per summam iniuriam, per [a] summas contumelias, plus aliquanto ablatum esse, quàm natum sit? ¶ Sentio, iudices, moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendámque vestram satietatē. non versabor in vno genere diutiùs, & ita cetera de oratione mea tollam, vt [b] in [c] causa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortissimorum virorum, diligentissimorúmque [d] querimonias. cognoscetis, iudices [e], Entellinorum [f] summi labores, summæque industriæ, dolorem, & iniurias: Heracliensium, Incilienſium [g], Ætnensium, Solentinorum incommoda proferentur: Catinensium, locupletissimorum hominum, amicissimorúmque agros vexatos ab Apronio cognoscetis: Tyndaritanam, nobilissimam ciuitatem, Cephaleditanam, Halentinam, Apollonienſem, Eggynam, Capitinam, perditas esse hac iniquitate decumanorum intelligetis: Murgentinis, Assorinis, Elorinis, Ennensibus, Lerinis, nihil omnino relictum: Citarinos, Acherinos, paruarum ciuitatum homines, omnino abiectos esse, ac perditos: omneis denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigaleis fuisse: & plerisque aratoribus nihil omnino superfuisse: quibus quod [h] tum aut remissum, aut relictum sit, id fuisse tātum, quantum ex eo, quo istius auaritia contenta fuit, redundarit. Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos, ac nobilissimos, Ætnensem, & Leontinum. Horum agrorum ego missos faciam quæstus triennij: vnum annum eligam, quo faciliùs id, quod instituī, explicare possim. Sumam annum tertium, quòd & recentissimus est, & ab isto ita administratus, vt, cùm se certè decessurum videret, non laboraret, si aratorem nullum in Sicilia omnino esset relicturus. Agri Ætnenſis, & Leontini decumas agemus. Attendite, iudices, diligenter. agri sunt feraces: annus tertius: decumanus Apronius. ¶ *De Ætnensibus* perpauca dicam. dixerunt enim ipsi priore actione publicè: memoria tenetis, Artemidorum Ætnensem, legationis eius principem, publicè dicere, Apronium venisse Ætnam cum Veneriis [i]: vocasse ad se magistratum: imperasse, vt in foro sibi medio lecti sternerentur: quotidie solitum esse non modò in publico, sed etiā de publico conuiuari: cùm in eis conuiuiis symphonia caneret, maximúsque poculis ministraretur, retinere [j] solitum esse aratores, atque ab iis non modò per iniuriam, sed etiam per contumeliam, tantum exprimi frumenti quātum Apronius imperasset. Audistis hæc, iudices, quæ nunc ego omnia prætereo, ac relinquo. Nihil de luxuria Apronij loquor, nihil de [k] insolentia, nihil de singulari nequitia, ac turpitudine: tantùm de quæstu, ac lucro dicā vnius agri, & vnius anni, quo faciliùs vos coniecturā de triennio, & de tota Sicilia facere possitis. Sed mihi Ætnensiū breuis est oratio.

a v. c. frumentum omne decumanos auferre iuss.
b al. auferri.*
c senator. d Legibus enim repetundarum soli senatores tenebant P. CLXIX. Cicero pro Cluentio & Postumo.*
e L. ac despicatissimi esse vid.
f L. addicuntur Venuleio tritici mod. VIII. mill. b. Legatus Pharsidorus ren.
g L. tritici modii 100. & præterea LLS duo mil. a. ex q.
h al. Imacharenses vt s. al. Macharenses.*
i al. medimnum VIII. cc.
k L. tritici mod. XVIII. millia & LLS III m l. fort. medimnum XI & LLS. III. mill.
P. B.
l al. singulatim. al. digillatim.*
m Z. Mu'gensem. al. Mutyensem. ‖ & ita apud Plinium & Strabonem.*
n v. c. quæ factæ sint.
a A. peraccæ. b. simas 60.
b L. vt in causa tamen relinquam.
c In causa relinquere non relinquere est. tractatum sed tā de oratione aliquid tollere aut silentio verbis præterire, vt tamen intercætera accusationis capita id manifestat.* P. CLXX.
d L. diligentissimorum & locupletissimorum atrocitatorum querimon.
e L. ex iudices adsunt.
f L. Entellinorum, horum summi labores. ‖ g Z. Geleatium. Solentinorum.
h L. qui quod pro remissum.
i L. rectos solitos esse.
k insolentia. al. nihil de prouincia hoc licentia.

oratio. ipsi enim venerunt: ipsi publicas litteras deportarunt. docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo non malus, familiaris prætoris, Apronius. id, quæso, ex ipsorum testimonio cognoscite. Recita testimonium Ætnensium.

TESTIMONIVM AETNENSIVM. Quid ais? dic, dic, quæso, clariùs, vt populus R. de suis vectigalibus, de suis aratoribus, de suis sociis, atque amicis audiat. L[a]. MEDIMNA. Per deos immortales, vnus ager vno anno CCC. millia mod. tritici: & præterea LLS. L. Millia lucri dat Apronio? tantóne minoris decumæ venierunt, quàm fuerunt: an, cùm satis magno veniſſent, hic tantus tamen frumenti, pecuniæque numerus ab aratoribus per vim ablatus est? vtrum enim horum dixeris, in eo culpa & crimen hærebit. Nam illud quidem non dices, quod vtinam dicas, ad Apronium non peruenisse tantum. ita te non modò publicis tenebo, sed etiam priuatis aratorum factionibus, ac litteris: vt intelligas, non te diligentiorem in faciendis furtis fuisse, quàm me in deprehendendis. Hoc tu feres? hoc quisquam defendet? hoc hi, si aliter de te statuere voluerint, sustinebunt? Vno aduentu, ex vno agro, Qu. Apronium, præter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, CCC. millia mod. tritici lucri nomine sustulisse? Quid? hoc Ætnenses soli dicunt? immò etiam Centuripini, qui agri Ætnensis multo maximam partem possident: quorũ legatis, hominibus nobilissimis, Auctoni, & Arthemoni, senatus ea mandata dedit, quæ publicè ad ciuitatem ipsorum pertinebant. de iis iniuriis, quas ciues Centuripini non in suis, sed in aliorum finibus acceperũt, senatus & populus Centuripinus legatos noluit mittere: ipsi aratores Centuripini, qui numerus est in Sicilia maximus, honestissimorum [b], & locupletissimorum, treis legatos, ciueis suos, delegerunt [c]: vt eorum testimonio non vnius agri, sed propè totius Siciliæ calamitates cognoscerentis. arant enim tota Sicilia ferè Centuripini. & hoc in re grauiores, certioréque testes sunt, quòd ceteræ ciuitates suis solùm incommodis commouentur: Centuripini, quòd in omnibus ferè finibus habẽt possessiones, etiam ceterarũ ciuitatum damna ac detrimenta senserunt. Verùm, vt dixi, ratio certa est Ætnensium, & publicis, & priuatis litteris consignata. ¶ Mcæ diligentiæ pensum [d] magis *in*[e] *Leontino agro* est exigendum, propter hanc causam, quòd ipsi Leontini publicè nõ sanè me multum adiuuerunt. neque enim eos, isto prætore, hæ decumanorum iniuriæ læserunt: potius [f] etiam adiuuerunt. Mirum fortasse hoc vobis, aut incredibile videatur, in tantis aratorum incommodis, Leontinos, qui principes rei frumentariæ fuerunt, experteis incommodorum, atque iniuriarum fuisse. hoc causæ est, iudices, quòd in agro Leontino, præter vnam Mnasistrati famo. *glæbam Leontinorum possidet nemiliam. Itaque Mnasistrati, hominis honestissimi, atque optimi viri testimonium, iudices, audietis [g]: ceteros Leontinos, quibus nõ modò Apronius in agris, sed ne tempestas quidem vlla nocere potuit, exspectare nolite. etenim non modò incommodi nihil cepe-runt: sed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæstu sunt, compendióque versati. Quapropter, quoniam me Leontina ciuitas, atque legatio, propter eam, quam dixi, causam,

A defecit: mihimet ineunda ratio, & via reperiẽda est, qua ad Apronij quæstum, siue adeò, qua ad istius ingentem, immanémque prædã possim peruenire. Agri Leontini decumæ anno tertio venierũt tritici [a] medimnis XXXVI. hoc est, tritici mod. CCXVI. Magno, iudices, magno. neque enim hoc possum negare. itaque necesse est aut damnum, aut certè non magnum lucrum fecisse decumanum. Hoc enim solet vsu venire iis, qui magno redemerunt. Quid, si ostendo, in hac vna emB tione, lucri fieri tritici modios [b] C? quid, si CC? quid si CCC? Quid si CCCC? dubitatis etiam, cui ista tanta præda quæsita sit? Iniquum me esse quispiam dicet, qui ex lucri magnitudine coniecturam faciam furti, atque prædæ. Quid, si doceo, iudices, eos, qui CCCC. millia modiũm lucri faciunt, damnum facturos fuisse, si [c], vt tua iniquitas fuit, si tui ex cohorte recuperatores non intercederent? num quis poC terit in tanto lucro, tantáque iniquitate dubitare, quin [d] propter iniquitatem tam magnos quæstus feceris? propter magnitudinem quæstus improbus esse volueris? Quomodo igitur hoc assequar, iudices, vt sciam, quantum lucri factũ sit? nõ ex Apronij tabulis, quas ego cùm conquirerem, non inueni: & cùm in ius ipsum eduxi, expressi, vt conficere tabulas secogerem. Si mentiebatur: quamobrem remouebat, si hæ tabulæ nihil tibi erant D obfuturæ? Si omnino nullas confecerat litteras: ne [e] id quidẽ satis significabat, illum non suum negotium gessisse? ea est enim ratio [f] decumanorum, vt sine plurimis litteris confici non possit. singula enim nomina aratorum, & cum singulis pactiones [g] decumanorum, litteris persequi & conficere necesse est. Iugera professi sunt aratores omnes imperso, atque instituto tuo: non opinor quẽquam minus esse professum, quàm, quantum arasset, cùm tot cruces, tot [h] iudicia, tot E ex cohorte recuperatores proponerentur. In i iugere agri Leõtini medimnũ ferè tritici seritur, perpetua, atque æquabili satione. ager [k] efficit, cum I octauo bene vt agatur: verùm, vt omnes dij adiuuent, cum decimo [m], quod si quando áccidit, tum fit, vt tantum decumæ sit, quantum seueris: hoc est, vt, quot iugera sunt sata, totidem medimna decumæ debean tur. Hoc cùm ita esset: primùm illud dico, F pluribus millibus medimnũm venisse decumas agri Leontini, quàm quot millia iugerũm sata erant in agro Leontino. Quòd si fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex [n] iugere ararẽt: medimnum autem ex iugere decumano dari poterat, cùm ager, id quod perrarò éuenit, cum decumo extulisset: quæ erat ratio decumani, si quidem decumæ, ac non bona veniebant [o] aratorum, vt pluribus aliquanto medimnis decumas emeret, quàm iugera erant sata? In Leontino iugerũm G subscriptio, ac professio, nõ [p] est plus XXX. Decumæ XXXVI. medimnis venierunt. Errauit, an potius inianiuit Apronius? immò tum insanisset, si aratoribus, quod deberent, licitum esset: & non, quod Apronius imperasset, necesse fuisset dare. Si ostendo, minus tribus medimnis in iugerũ neminem dedisse decumæ [q]: concedes, opinor, vt [r] cum decumano fructus arationis perceptus sit, neminé minus H tribus decumis dedisse. Atque [s] hoc in beneficij loco petitum est ab Apronio, vt [t] *iugera*

a L. tritici medimnum XXXVI. millib. hoc est, trit. mod. CCXVI. millib. M.

b L. modium c, milliaſ

c L. si tua iniquitas, si tui ex coh. rec.

d L. quum propter iniquitatem tuam tã magn.

e L. ne id quidem satis significat, illum P. CLXXII. tumm, nõ suũ negot.

f *lib. vulg.* ratio decumarũ || Rationes decumanorũ vti fierent,*

g *lib. vulg.* pactiones decumarum,

h L. tot supplicia, tot ex i L. In iugero agri I.

k L. ager efficit cum octauo, bene vt agatur:

l Prouẽtus agrorum frumentariorũ apud Leontinos quis.*

m I. decumo *& ita v. c.*

n L. ex iugero exararent med. aute ex iugero d.

o L. venibãt

p L. non est plus, quam XXX. mil um. Decumę XXXVI. m. II b. medimnum venier. || & ita paulo apertius infra legitur.*

q *al.* decumanum nomine.*

r L. vt cum decumo f. || *idest* cum de c ma parte fructuum.*

f *VI.* Atqui hoc.

t L. vt in iugera singula tern.

singula ternis medimnis decidere liceret. Nã cùm à multis quaterna, etiam quinà exigerentur: multis autem non [a] solùm granum vllum, sed ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur: tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus est, vnum in locum conuenerunt: hominem suæ ciuitatis in primis honestum, ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarunt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc iudicium, legatum, & testem Centuripina ciuitas misit: vt is apud eum causam aratorum ageret, ab eóque peteret, *vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera singula, quàm terna medimna exigeret.* Hoc vix ab Apronio in summo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum est. id cùm impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, *vt pro singulis decumis, ternas decumas dare liceret.* Quòd si tua res non ageretur, à te potius postularent, ne ampliùs, quàm singulas, quàm ab Apronio, vt ne plus, quàm ternas decumas darent. Nunc, vt hoc tempore ea, quæ regiè, seu potius tyrannicè, statuit in aratores Apronius, prætermittam: neque eos appellem [b], à quibus omne frumentum eripuit, & quibus nihil non modò de fructu, sed ne de bonis quidem suis réliqui fecit: ex his ternis medimnis (quod beneficij, gratiæq; causa concessit) quid lucri fiat, cognoscite. Professio [c] est agri Leõtini ad iugerũm xxx. millia. Hęc sunt ad tritici medimnad [d] XC. id est, tritici mod. DXL. millia. deductis tritici mod. CCXVI. millibus quanti decumæ venierunt, reliqua sunt tritici CCCXXII. millia. adde totius summæ IOXL. millium modiũm treis quinquagesimas, id est, tritici mod. XXXII. millia, CCC. ab omnibus enim ternæ præterea quinquagesimæ exigebantur. Sunt [e] hæc iam ad LLS. CCCXL. mod. tritici. At ego CCCC. millia lucri facta esse dixeram. non enim duco in hac ratione, eos, quibus ternis medimnis non est licitum decidere. Verùm, vt hac ipsa ratione summam mei promissi compleam, ad singula medimna multi [f] LLS. duo, multi LLS. quinque accessionis cogebãtur dare: qui minimum, singulos nummos. hoc minimum vt sequamur, quoniã XC. medimnũm millia duximus, accedant eò nouo, pessimóque exemplo LLS. XC. millia. Hic mihi etiam dicere audebit, magno se decumas vendidisse, cùm ex eodem agro, dimidio plus ipse abstulerit, quàm populo Ro. miserit? CCXVI. modiũm millib. decumas agri Leontini vendidisti. si ex lege, magno: si, vt lex esset libido tua, paruo: si, vt, quæ dimidiæ essent, decumæ vocarentur: paruo vendidisti. multo enim pluris fructus annui Siciliæ venire potuerunt, si id te senatus, aut populus Ro. facere voluisset. etenim sæpe decumæ tanti venierunt, cùm lege Hieronica venirent, quanti nunc lege Verrea venierunt. Cedo mihi C. [g] Norbani decumas venditas. C. NORBANI DECVMAE VENDITAE AGRI LEONTINI. Atque [h] tum neque iudicium de modo iugerum dabatur: neq; enim erat Artemidorus Cornelius recuperator: neq; ab aratore magistratus Siculus tã tum exigebat, quantum decumanus ediderat: nec [i] beneficium petebatur à decumano, vt in iugera singula ternis medimnis decidere liceret: nec nummorum accessionẽ [k] cogebatur arator dare, nec ternas quinquagesimas frumenti addere: & tamen populo R. magnus frumenti numerus mittebatur. Quid verò ille sibi quinquagesimæ, quid porrò nummorum accessiones volunt? quo id iure, atq; adeò quo id potius ore fecisti? nummos dabat arator. quomodo? aut vnde? qui, si largissimus esse vellet, eumulatiore mensura vteretur, vt antea solebant [a] facere in decumis, cùm æqua lege, & conditione venibant. Is nummum dabat. Vnde? de frumento? quasi habuisset, te prætore, quod venderet. De viuo igitur erat aliquid resecandum, vt esset, vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium [b] nummorum adderetur. Iam id porrò vtrùm libentes, an inuiti dabant? libentes? amabant, credo, Apronii. inuiti? qua re, nisi vi, & malo cogebantur? Iam iste, homo amentissimus, in vendundis decumis nummorum [c] faciebat accessiones ad singulas decumas: neque multum: bina[d], aut terna millia addebat. fiunt per triennium LLS. fortasse IO. millia. Hoc neq; exemplo cuiusquam, neq; vllo iure fecit: neq; eam pecuniam retulit: neque hoc paruum crimen quemadmodum defensurus sit, homo quisquam vmquam excogitauit. Quod cùm ita sit, audes dicere, te magno decumas vendidisse, cùm sit perspicuum, te bona, fortunásque aratorum, non populi R. sed tui quæstus causa, vendidisse? VT, si quis villicus ex eo fundo, qui [e] LLS. dena meritasset [f], excisis arboribus ac venditis, demtis regulis, instrumento, pecore ablenato, domino XX. millia nummũm pro X. miserit: sibi alia præterea centum confecerit: primò dominus, ignarus incommodi sui, gaudeat, villicóque delectetur, q[g] tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum [g] sit: deinde, cùm audierit, eas res, quibus fundi fructus, & cultura continẽtur [h], amotas & venditas: summo supplicio villicum afficiat, & secum malè actum putet: item [i] populus R. cùm audit, pluris decumas vendidisse C. Verrem, quàm innocentissimum hominem, cui iste successit, C. Sacerdotem, putat se bonum in arationibus, fructibúsque suis habuisse custodem ac villicum. cùm senserit, istum omne instrumentum aratorum, omnia subsidia vectigalium vẽdidisse, omnem spem posteritatis auaritia tua sustulisse, arationes & agros vectigaleis vastasse, atque exinanisse: ipsum maximos quæstus, prædásque fecisse: intelliget secum actum esse pessimè: istum autem summo supplicio dignum existimabit. Vnde ergo hoc intelligi potest? ex hoc maximè, quòd ager decumanus prouinciæ Siciliæ propter istius auaritiam desertus est. neque [k] id solum actum est, vt hi minus multis iugis arent, si qui in agris remanserunt [l]: sed etiam, vt permulti locupletes homines, magni & nati aratores, agros latos [m], ac fertileis desererent, totásque arationes derelinquerent. Id adeò sciri facillimè potest ex litteris publicis ciuitatum, propterea q[p] lege Hieronica numerus [n] *aratorum* [o] quotannis apud magistratus publicè subscribitur. Recita tandem, quot acceperit aratores agri Leontini Verres. OCTOGINTA TREIS. quot anno tertio profiteantur. TRIGINTA DVO. Vnum & quinquaginta aratores ita video deiectos [p], vt his ne vicarij quidem successerint. Quot aratores, adueniente te, fuerũt agri Muticensis [q], videamus ex litteris publicis. CENTVM OCTOGINTA OCTO. Quid? anno tertio? CENTVM ET VNVS.

a L. non modo granum nullum, sed na pal. & ita v.c.

b L. appellẽ, quibus omne c Agri Leontini professio & decumæ.

d L. medimnum xc. millia id est, tritici mod. DXL. millia. d L. sunt hæc iam ad tritici modium eccelvt. millia cccc.

f L. multis LLS. binos, multi LLS. singulos, & semiss. accessionis cog.

g Caius hic Norbanus, Prætor fuit Siciliæ in cuius aureo nũmo, *C. Norbanus IR. S C.* In argenteo fasces, spica, & prora signata sunt ad iudicandam P. CLXXIII. eius Præturam Siciliensem.*

h L. Atqui t. l *ad.* neq. beneficium p.

k Accessiones nummorum vocat, bina illa vel terna millia nummũ quæ per Apronii Verres exigebat à decumanis, cum alicuius agri decumas venderet: quam pecuniam decumani ipsi à miseris aratoribus postea exprimebant. Hanc ipsam pecuniam postea corollarium nummorum vocat. Verris ratio potuit forte colorari hoc ipso quòd legimus super annuã mercedem, quinquennio quoque, a conductoribus priuatorum aliquid amplius positũ *l. 7. § ex se 7. ff soluto matrimonio*

a Aratores in decumis cum æqua lege venibant. cumulatiore mensura vel consuetudine interdum etiam manus dare.*

b Corollarium Glossis ὀβολοστάτιον, quod pro coronis datur quale Athenis victoribus dabatur. *I. 5. pignora dixi.**

c LLS. nummum f.

d L. bina aut terna millia nummũm ad deb.

e L. qui seges tria dena meritasset. *ad.* cui LLS. dena mereces esset.

f Meritare fundus Siculis dicitur ex quo mercedes, fructus Syracusanus præstatur. *g. al.* est. cum *litt. al.* recepit fit. *Alconimentum, i. al.* co. P. CLXXIII.

k L. neque id solum accidit, vt minus multis iugis ararent, legi &c. *I. sementem* ferant.

l *al.* latos n Aratorum numerus quo tanuis apud magistratus Siciliæ subscribitur: vt quot quoque in agro essent, ex eo constaret. o Aratores delecti à Verre. p *al.* dei. q L. Muger. *litt. al.* Mutinensis.

NVS. Octoginta septem aratores vnus ager istius iniuria desiderat: atque adeò nostra resp. quoniã illa populi Rom. vectigalia sunt, hunc tot patrumfamiliâs numerũ desiderat, & repòscit. Ager Herbitensis primo anno habuit aratores ducentos, quinquaginta [a] septẽ, tertio cẽrum viginti. hinc centum triginta septem patres familiâs extorres profugerunt. Agyrinensis ager, quorum hominum! quàm honestorum! quàm locupletum! [b] ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno præturę tuę. Quid tertio anno? octoginta, quẽ admodum legatos Agyrinenseis recitare ex publicis litteris audistis. Prò dii immortales! si ex prouincia tota centum septuaginta eiecisses, possesne, seueris iudicibus, saluus esse? Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta aratoribus manior cùm sit, vos coniecturam totius prouinciæ non [c] facietis? Atque hoc perẽquè in omni agro decumano reperietis: quibus aliquid tamen réliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumẽto, minus [d] multis iugis, minores [e] remansisse, quòd metuebant, si [f] recessissent, ne reliquas fortunas omneis amitterent: quibus autem iste nihil reliqui, quod perderent, fecerat, eos planè non solùm ex agris, verùm ex ciuitatibus suis profugisse. Illi ipsi, qui remanserant, vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erãt, nisi ad eos Metellus Roma litteras misisset, [g] *se decumas lege Hieronica venditurũ*, & nisi ab iis hoc petiuisset, *vt sererent quàm plurimum*: quod illi semper sua [h] causa fecerant, cùm eos nemo rogaret, quamdiu intelligebant, sese sibi, & populo R. non Verri & Apronio serere, impẽndere, laborare. Iam verò, iudices, si Siculorum fortunas negligitis: si, quemadmodum socij populi R. à magistratibus nostris tractentur, non laboratis: at vos communem populi R. causam suscipite, atque defendite. Eiectos [i] aratores esse dico: agros vectigaleis vexatos, atque exinanitos à Verre: populatam, vexatámque prouinciam: hæc omnia doceo [k] ciuitatum, & priuatis primariorum virorum testimoniis. Quid vultis amplius? num exspectatis, dum L. Metellus is, qui multos in istum testeis imperio & potestate deterruit, idem absens de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat? non opinor. At is optimè, qui successit isti, potuit cognoscere. Ita est: verùm amicitia impeditur. At debet nos certi ores facere, quo pacto se habeat prouincia. Debet: *verum L. Metelli* [l] *testimonium* requirit? nemo. Num quis postulat? non opinor. Quid si testimonio L. Metelli, ac litteris hæc omnia vera esse docebo? quid dicetis? vtrùm Metellum falsum scribere? an amicum lædendi esse cupidum? an prætorem, quemadmodum prouincia affecta sit, nescire? Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium, & M. Crassum cos. quas ad [n] M. Mummium prætorem, quas ad [o] quæstores vrbis misit. EPISTOLA L. METELLI. DE CVMAS FRVMENTI LEGE HIERONICA VENDIDI. Cùm scribit, se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? ita se vendidisse, vt omnes, præter Verrem. cùm scribit se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? se per istum erepta Siculis maiorum nostrorum beneficia, ius ipsorum, conditionem societatis, amicitiæ, fœderum reddidisse. dicit, quanti cuiusque agri decumas vendiderit. deinde quid scribit? Recita de epistola reliqua. SVMMA [a] DATA EST OPERA A ME, VT QVAM PLVRIMO DECVMAS VENDEREM. Cur igitur, Metelle, non ita magno vendidisti? quia desertas arationes, inaneis agros, prouinciam miseram, perditámque offendi. Quid? id ipsum, quod satum est, qua ratione quisquam, qui sereret, inuentus est? Recita litteras. LITTERAE. ait se misisse, & [b] confirmasse, suam interposuisse auctoritatem. tantum quòd aratoribus Metellus obsides dedit [c], se nulla in re Verri similem futurum. At quid est tandem, in quo se laborasse dicat? Recita. VT ARATORES, QVI RELIQVI ERANT, QVAMPLVRIMVM SERERENT. Qui [d] reliqui? quid hoc est? réliqui? quo ex bello? qua ex vastitate? quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum, te prætore, versatum est, vt is, qui tibi succesisset, reliquos aratores collegisse, & recreasse videatur? Cùm bellis Karthaginienſibus Sicilia vexata est, & [e] post nostram, patrúmque memoriam, cùm bis in [f] ea prouincia magnę fugitiuorum copiæ versatæ sint: tamen aratorum internecio [g] facta nulla est. tum, semente prohibita, aut messe amissa, fructus annuus interibat: tamen incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum. tum, qui M. Leuinio, aut P. Rupilio, aut M. Aquillio prætoribus in eam prouinciam successerant, aratores reliquos non colligebant. Tantóne plus Verres cum Apronio prouinciæ Siciliæ calamitatis importauit, quàm aut Hasdrubal cum Pœnorum exercitu, aut Athenio [h] cum fugitiuorum maximis copiis, vt temporibus illis simulatque hostis superatus esset, ager araretur omnis, neque aratori prætor per litteras supplicaret, neque eum præsens oraret, vt quàm plurimùm sereret nunc autem, ne post abitum quidem huius importunissimæ pestis, quisquam reperiretur, qui sua voluntate araret? pauci essent réliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atque ad suum larem familiarem redirent? His te litteris, homo audacissime, atque amentissime, iugulatum [i] esse non sentis? non vides, cùm is, qui tibi succesisset, aratores reliquos appellet [k], hoc eum disertè scribere, reliquos hos esse, non ex bello, neque ex aliqua huiusmodi calamitate, sed ex tuo scelere, importunitate, auaritia, crudelitate? Recita cetera. TAMEN PRO EO, VT TEMPORIS DIFFICVLTAS, ARATORVMQVE PAENVRIA TVLIT. Aratorum, inquit, pænuria. Si ego accusator toties de re eádem dicerem, vererer, ne animos vestros offenderem, iudices. Clamat Metellus: nisi litteras misissem, non est satis. Nisi præsens confirmassem. ne id quidem satis est. Reliquos, inquit, aratores. reliquos? propè lugubri verbo calamitatem prouinciæ Siciliæ significat. addit, Aratorum pænuria. Exspectatel etiam, iudices, si potestis, auctoritaté accusationis meæ. dico aratores istius auaritia eiectos [m]: scribit Metellus, reliquos ab se esse confirmatos. dico agros relictos, arationésque desertas esse: scribit Metellus aratorum esse pænuriam. hoc cùm scribit, illud ostendit, deiectos [n], eiectos, fortunis omnibus expulsos esse populi R. socios, atque amicos. quibus siqua calamitas propter

a L. LLS. ter tio c.xx. Hinc c. xxxvii. gir. b L. locupletium?

P. B.

c al. absque facietis? Atque hoc

d L. minus multis iugis remansisse, e al. timore aut minore fa millia.* f L. si discessissent, ne rel

g lib. vulg. decumas lege H. se h vac. sui causa

i al. Deiectos

k L. docebo litteris, ciuitatum, quem testimoniis & publicis honestissimam ciuitatum, & priuatis primariorum virorum vultis & c. § al. docebo litteris publicis honestissimam ciuitatum & priuatis amplius?

l Epistolis Metelli Verrem commonstrat.*

P. CLXXV. m al. ad M. Nummium pr.

n L. ad quæstores vrbanos m.

a v.c. Summa vi data est à me opera, vt q.

b L. & præsentem confirmasse. c L. non dedit, se nulla in re &c. P. B. d al. Quid réliqui.

e L. & post nostra, patrúmque memoria, al. & nostra patrúmque memoria, f L. in eádẽ pr.

g L. incertitio ‖ & ita legitur apud Nonium cap. 3. in Interitus.

h de quo v. & lib. 2.*

i al. iugulatum non sentis.*

k L. appellat.

P. CLXVII.

l L. Exspectare etiam iudices, exspectate, si por.

m al. deiectos:

n al. deiectos, fortunis omn. & sic v.c.

istum, saluis vectigalibus nostris, accidisset, animaduertere in eum vos oportebat: præsertim cùm ea lege iudicaretis, quæ sociorum causa esset constituta. cùm verò perditis, profligatísque sociis, vectigalia populi R. sint [a] deminuta: res frumentaria, commeatus, copię, salus vrbis, atque exercituum nostrorum in posteritatem istius auaritia interierit: saltem [b] commoda populi R. respicite, si sociis fidelissimis prospicere non laboratis. Atque, vt intelligatis, ab isto, præ lucro, prædáque præsenti, nec vectigalium, nec posteritatis habitam esse rationem: cognoscite, quid ad extremum scribat Metellus. IN RELIQVVM TEMPVS VECTIGALIB. PROSPEXI. In reliquum tempus ait se vectigalib. prospexisse. nō scriberet, se vectigalibus prospexisse, nisi hoc vellet ostendere, te vectigalia perdidisse. Quid enim erat, quod vectigalibus prospiceret Metellus in decumis, & in tota re frumentaria, si iste non vectigalia populi R. suo quæstu peruertisset? Atque ipse Metellus, qui vectigalib. prospicit, qui reliquos aratores colligit, quid assequitur, nisi hoc, vt arent, si qui possint, quibus aratrum saltem aliquod fatelles istius Apronius reliquum fecit: qui tamen in agris spe, atque exspectatione Metelli remanserunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maximus numerus aratorum, qui non modò ex agris eiecti sunt, sed etiam ex ciuitatibus suis, ex prouincia, denique bonis, fortunísque omnibus ereptis, profugerunt? qua ratione ij reuocabuntur? quot prætorum innocentia, sapientiáque opus est, vt illa aratorum multitudo aliquando in suis agris, ac sedibus collocetur? ¶ Ac [c], ne miremini, tantam multitudinē profugisse, quantā ex litteris publicis, aratorúmque professionibus cognouistis: scitote, tantam acerbitatem istius, tantum scelus in aratores fuisse, incredibile dictu est, iudices: sed & factum, & tota Sicilia peruulgatum, vt homines, propter iniurias, licentiámque decumanorum, *mortem sibi ipsi consciuerint* [d]. Centuripinum Diocelem, hominem locupletem, suspendisse se constat, quo die sit ei nuntiatum, Apronium decumas redemisse. Dyrrachinum [c], primum ciuitatis eadem ratione mortem oppetisse dixit apud vos homo nobilissimus, Archonidas Elorinus, cùm audisset tantum decumanū professum esse ex edicto istius sibi deberi, quantum ille bonis suis omnibus efficere [f] non posset. Hæc tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus, crudelissimúsque semper fuisti, tamen numquā perpeterere, quod [g] illi gemitus, luctúsque prouinciæ ad tui capitis periculum pertinebant [h]: non, inquam, perpeterere, vt homines iniuriæ tuæ remedium i morte, ac suspendio quærerent, nisi ea res ad quæstum, & ad prædam tuam pertineret. ¶ Quid [k]? illud perpeterere? *attendite* iudices. omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt omnes intelligant, quàm improbam, quàm manifestam, quàm confessam rem pecunia redimere conentur [l]. Graue crimen est hoc, & vehemens, & post hominum memoriam, iudiciáque de pecunijs repetundis constituta, grauissimum, prætorem populi R. socios habuisse, decumanos. Non [m] hoc nunc primùm audit priuatus de inimico, reus ab accusatore. Iam antea in sella sedens prætor, cùm prouinciam Siciliam obtineret, cum ab omnibus non solùm, (id quod commune est) propter imperium, sed etiam, (id quod istius præcipuum est), propter crudelitatem metueretur, millies audiuit, cùm eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, auaritiæque suæ frenaret [a]. *Loquebantur* enim *decumani palàm*, & præter ceteros is, qui apud istum plurimùm poterat, maximósque agros populabatur, Apronius: perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire: prætorem esse socium. Hoc cùm palàm decumani tota prouincia loquerentur, tuúmque nomen in re tam turpi, nefariáque interponerent: nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere? nihil denique capiti, ac fortunis tuis prouidere? cùm tui nominis terror in auribus, animísque aratorum versaretur: cùm decumani aratoribus ad pactiones faciendas, non suam vim, sed tuum scelus, ac nomen opponerent: ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset? cùm planum fieret, decumis contra [b] instituta legis, consuetudinémque omnium venditis, in aratorum bonis, fortunísque diripiendis decumanos dictitasse tuas esse partes, tuam rem, tuā, prædam: idque [c] te tacuisse. &, cùm dissimulare non posses, potuisse tamen perpeti, & perferre, quòd magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem, plúsque aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quàm iudicij metus posset? Esto. cetera negare non potes, ne illud quidem tibi reliquum [d] fecisti, vt hoc posses dicere, nihil eorum te audisse, nihil ad tuas aureis de infamia tua peruenisse. Querebantur cum luctu, & gemitu aratores. Tu id nescibas? Fremebat tota prouincia. nemo id tibi renuntiabat? Romæ querimoniæ de tuis iniuriis, conuentúsque habebantur. ignorabas hæc? ignorabas hæc omnia? quid? cùm palàm Syracusis, te audiente, maximo conuentu P. Rabrius [e] Qū. Apronium sponsione [f] lacessiuit, *Ni Apronius dictitaret, te sibi in decumu esse socium*: hæc te vox non perculit? non pertubauit? non, vt capiti, & fortunis tuis prospiceres, excitauit? Tacuisti: sedasti [g] etiam liteis illorum: & sponsio illa ne fieret, laborasti. Prò, dij immortales! hoc aut innocens homo perpeti potuisset, aut quauis nocens, qui modò iudicia Romæ fore putaret, non [h] aliqua se simulatione populi R. existimationi hominum vindicasset? Quid est hoc? spōsio fit de capite, ac fortunis tuis. tu sedes, & quiescis? non persequeris? non persequeras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? vnde hoc natum, quemadmodum prolatum sit? Si quis tibi ad aurem accessisset, & dixisset, Apronium dictitare, te sibi esse socium: commoueri te oportuit, vocare [k] Apronium, nec illum ante tibi satisfacere, quàm tu omnium existimationi satisfecisses. cùm verò in foro celeberrimo, tanta frequentia, hoc, verbo & simulatione, Apronio re vera, tibi obiectum esset: tu vmquam tantam plagam taciturnitatis accipere potuisses, nisi hoc ita statuisses: in re tam manifesta quidquid [l] dixisses, te deterius [m] esse facturum? Quæstores, legatos, præfectos suos, tribunos, multi missos fecerunt, & de prouincia decedere iusserunt,

a *al.* sint diminuta,

b *al.* saltem commoda vestra respic.

P. B.

c Effectis iniurias Verris probat.*

d *al.* conciuerint.

e *v.c.* Tiracinum, *& ita L.*

f *al.* reficere.*

g L. qu' d ille gemitus,
h L. pertinebat:

p CLXXVII
i *fort.* remedium à morte, ac suspendio q
k 5. Societatem cum decumanis obiicit Verri eamque multis probat.*
l L. conetur.

m L. Non nunc primū audit hoc pr

a L. refrenaret.
b L. contra institutā, leges, consuetudinem.
c *L.* id te tacuisse, &, cū diss.
d *v.c.* reliqui
e L. L. Rubrius
f Sponsionibus se inuicem, qui contendebant, prouocare consueuerāt, siue actionibus siue interdictis experturi essent: cuiusmodi sponsiones ab hac particula, Ni incipiebant *vt hic. & in Ptlenem.* Ni P. B.
Esquilina introisset. *sic Verrina de supplicijs.* Ni furtis quæstū faceret, *& 7. famil.* 21. Ni bonorū Turpillię possessionem Q. Cępio prætor ex edicto suo mihi dedit: & paulo post, hac *oratione.* Ni te Apronius in decumis socium esse dicat *& 3. esse.* Ni vir bonus esset, *& pro Cæcinna.* Ni Cæcinna restitutus ex edicto Prætoris esset *& ibidem.* Ni aduersus edictum Prætoris vis facta esset *& pro Quintio.* Ni bona sua ex edicto P. Burieni Prætoris dies 30. possessa essent 13. *Gell.* 2. Ni vir melior esset Gellius, quàm Titius orat. 2. Ni corpore quæstum facitasset similé quidā erat, Sacramento contendere de quo dixi 7. familiar. 32.*
g *v.c.* sedasti etiam istis illi.

h *L.* non aliqua simulatione existimationi se hominum venditasset,
i *al.* venditasset *vel* S.* k *L.* euocare Apr. l *al.* quidquid dixisset. m *al.* deteriorem.*

quòd

quòd eorum culpa se minus commodè audire arbitrarentur, aut quod peccare illos aliqua in re iudicarent. Tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum: qui non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset, eum [a] in tanto tuo dedecore profectò, ne verbo quidem grauiore appellasses: ne que apud te tam sancta religio societatis fuisset, vt tui capitis periculum negligeres, nisi rem tam notam esse omnibus, & tam manifestam videres. Cum eodem Apronio postea P. Scandilius, eques Rom. quem vos omnes nostis, eandem sponsionem de societate fecit, quam Rubrius facere voluerat. Institit, oppressit, non remisit: facta est sponsio LLS. v. millib. cœpit Scandilius recuperatores, aut iudicem postulare. Satisne vobis prætori improbo circumdari cancelli [b] videntur in sua prouincia [c]: immò verò in sella, ac tribunali: vt aut de suo capite iudicium fieri patiatur, præsens, ac sedens: aut confiteatur, se omnibus iudiciis conuinci necesse esse? Sponsio [d] est, *ni te Apronius in decumis socium esse dicat*: prouincia tua est: ades: abs te iudicium postulatur. Quid facis? quid decernis? Recuperatores dicis te daturum. bene agis: tametsi qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cùm prætor adsit, non solùm contra voluntatem eius, sed etiam contra fortunas iudicare? Verùm esto. manifesta res est, cùm nemo esset, quin hoc se audisse liquido [e] diceret, locupletissimus quisque, certissimus testis esset: nemo erat Sicilia tota qui [f] nesciret decumas esse prætoris, nemo [g], qui non audisset ita Apronium dictitasse? præterea conuentus [h] honestus Syracusis, multi equites Rom. viri primarij, ex qua copia recuperatores reiici oporteret, qui aliter iudicare nullo modo possent. Instat [i] Scandilius, poscere recuperatores. tum iste, homo innocens, qui illam suspicionem leuare, atque ab se remouere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. Prò deûm, hominúmque fidem! quem ego accuso? in quo meam industriam, ac diligentiam spectari volo? quid est, quod ego dicendo, aut cogitando efficere, aut assequi debeam? teneo, teneo, inquam, in mediis vectigalibus populi R. in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifestò auertentem [k] rem frumentariam omnem, pecuniam maximam: teneo, inquam ita, vt negare non possit. nam quid hic dicet? sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, *Ni [l] te socium sibi in decumis esse dictitaret.* Exspectant omnes, quantæ tibi ea res curæ sit, quemadmodum hominum existimationi te, atque innocentiam tuam probari velis. Hic tu medicum, & haruspicem, & præconem tuum, recuperatores dabis, aut etiam illum ipsum, quem tu in cohorte tua *Cassianum [m] iudicem* habebas, si qua res maior esset, Papirium [n] Potamonem, hominem seuerum, ex vetere illa equestri disciplina? Scandilius postulare de conuentu recuperatores. Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam, nisi suis, commissurum. Negotiatores sibi [o] putant esse turpe, id forum sibi iniquum [p] eiurare, vbi negotientur. Prætor prouinciam suam totam sibi iniquam eiurat. O impudentiam singularem! Hic postulat se Romæ absolui, qui in sua prouincia iudicauit, se absolui nullo modo posse? qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam, quàm apud treis negotiatores metum valere? Scandilius verò negat sese apud Artemidorum [a] recuperatorem verbum esse facturum: & tamen vrget [b], atque onerat te bonis conditionibus, si tu vti velis. si ex prouincia Sicilia tota statuas idoneum iudicem, aut recuperatorem nullum posse reperiri, postulat à te, vt [c] Romam reiicias. Hîc enimuerò tu exclamas, hominem improbum, qui postulet ibi de tua existimatione iudicium fieri, vbi te inuidiosum esse intelligebat [d]: negas te Romam reiecturum: negas de conuentu recuperatores daturum: cohortem tuam proponis. Scandilius rem se totam relecturum dicit, & suo tempore esse redditurum. Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis. quid? sponsionem acceptam [e] facere? Impudenter tollis exspectatum existimationis tuæ iudicium? non facis. Quid ergo? Apronio permittis, *vt, quos velit, de cohorte sumat recuperatores?* Indignum, vni potius ex iniquis sumendi, quàm [f] vtrisque ex æquis reiiciendi fieri potestatem. Neutrum facis eorum. Quid ergo? Est [g] aliquid, quod improbius fieri potest. cogit enim Scandilium quinque illa millia nummûm dare, atque adnumerare Apronio. Quid potuit elegantiùs facere prætor cupidus existimationis bonæ: qui ab sese omnem suspicionem propulsaret? qui se eripere ex infamia cuperet? Adductus erat in sermonem, inuidiam, vituperationem. dictitarat homo improbus, atque imputus, Apronius, socium [h] esse prætorem: venerat res in iudicium, atque discrimen: potestas erat isti, homini integro, atque innocenti data, vt, in Apronium cùm animaduertisset, sese grauissima leuaret [i] infamia. Quid excogitat pœnæ? quid animaduersionis in Apronium? cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatē, atque audaciam, prædicationémque nefariæ societatis, LLS. v. millia, mercedis [k] nomine, ac præmij dare. Quid interfuit, homo audacissime, vtrûm hoc decerneres: an id, quod Apronius dictitabat, tute de te proferres [l], ac dictitares? quem hominem, si quis pudor in te, atque adeò si quis metus fuisset, sine supplicio dimittere non debuisti: hunc abs te sine præmio discedere noluisti. Omnia simul intelligere potuistis [m], iudices, ex vno crimine Scandiliano: primùm, hoc non esse Romæ natum de societate decumarum [n], non ab accusatore fictum, non (vt [o] solemus interdum in defensionibus dicere) crimen domesticum, ac vernaculum [p], non ex tempore periculi tui constitutum: sed [q] vetus, excogitatum iã, &c, te prætore iactatum, & non ab inimicis Romæ cõpositum, sed Romam de [r] prouincia exportatum. Simul [s] intelligi potest illud istius in Aproniũ studium, Apronij de isto non modò confessio, verùm etiam commemoratio. eôdem [t] accedit, quòd [u] hoc quoque intelligere potestis, istum statuisse, in prouincia sua, existimationis suæ iudicium extra cohortem suam committendum fuisse nemini. Ecquis est iudex, cui non ab initio decumani criminis persuasum sit, istum in aratorum bona, fortunásque impetum fecisse? quis hoc nõ ex eo statim iudicauit, quod ostendi, istum decumas noua lege, atque adeò nulla lege, contra

a *L. cum in tanto tuo dedecore, ne verbo qu dē grau. appellasses, atq. apud te tam f. r. c. f. vt t. c. p. n. n. r. t. not. esse omn. & tuam videres,*

b Metaphora à bestiis quæ septis & cancellis continentur ne effugiãt.*

c *L. prouincia, imãmo vero in sella ac*

d De sponsionum formula paulo ante dixi.*

e Liquido dicere, est palã aperte, facile ex animi sui sententia. Sic liquido iurare *l. a. liãt ff. de iureiur.* vbi dixi.*

P. B.

f L. quin sciret dec.

g L. nemo, quim aud.

h *L.* conuẽtus honestus erat §.

i *al.* Instat Scandilius poscere recup.

k *v.c.* auertentem

l *v.c.* ni socium te sibi

m Cassianus iudex pro seuero. a L. Cassio qui scopulus reorum dicebatur *adde* Asc. pro Scaur. Amerino, pro Milone Philipp. 2.*

n teriba Verris nomen natur *in diuinatione, &* o *lib. vulg.* non habent, sibi

P Eiurare forum, nihil aliud quam reiicere iudicem. sic eiurare 2. *de Oratore* inquit eiurare dicitur XII. *Philippica* vbi dixi*

a Medicum Verris*

b *v.c.* auget atque onerat te b.

c *v.c.* vt Romam reiicias *& ita L.*

d L. intellis gat.

e Acceptum facere est ac cepti latione seu verborũ solenni formula liberare debitorem *l. 1. ff. de acceptat. Inse. quibus modis tollitur obligatio* Alij tamen *hic legunt* factam missam facere: *alij* accepţam prosequi.*

f L. quàm vtriq. ex æq.

g L. Eũne aliquid, quod improbius fieri possit est cog.

h L. socium sibi esse pr.

i L. infamia leuaret.

k *v.c.* mercedis, ac præmij dare. *& ita L.*

L. profitẽrere, acd.

m *v.c.* potestis *& ita L.*

n *sort.* decumanorum,

o Defensores reorum, vt

P. B. eorum crimina eleuarent dicebant crimen domesticum ac vernaculum esse id est domi confictum esse ab accusatore.*

p Vernacula dicuntur domi nata. vnde Vernæ serui in iure qui ex ancillisno stris domi nati.*

q L. agitatũ iam, & te pr. ‖ *al.* cogitatũ *al.* cognitũ.*

r *v.c.* de prouincia deportatum.

s L. Simul illud int. pot. istius in apr.

t L. eodem accedit, quod ex hoc quoque intel.

u *al.* quod ex hoc quoque

omniũ consuetudinem, atque instituta vendidisse? Verùm, vt istos ego iudices tam seueros,tam diligenteis, tam religiosos non [a] haberem:ecquis est, ex iniuriarum magnitudine, improbitate decretorum, iudiciorum iniquitate, qui hoc non iamdudum statuerit, & iudicarit? Etiam sanè sit aliquis dissolutior in iudicando: legum, officij,reip.sociorum, atque amicorum negligentior: quid?is possitne de istius improbitate dubitare, cùm tanta lucra facta,tam iniquas pactiones, vi & metu expressas cognouerit? cùm tanta præmia ciuitates,vi, atque imperio, virgarum ac mortis metu, non modò Apronio, atque eius similibus, verùm etiam Veneriis seruis dare coactas? Quòd siquis sociorum incommodis minus [b] mouetur:si quem aratorum fugæ,calamitates, exsulia [c], suspendia denique non permouent: non possum dubitare, quin is tamen,cùm vastatam Siciliam,relictos agros,ex ciuitatum litteris,& epistola L. Metelli cognouerit:statuat,fieri non posse, vt de isto non seueriſſimè iudicetur.Erit etiam aliquis,qui hæc omnia dissimulare, ac negligere possit? Attuli sponsiones ipso præsente factas de decumarum societate, ab ipso prohibitas iudicari. Quid est, quod posset quisquam manifestius hoc desiderare?non dubito,quin vobis satisfecerim,iudices. verumtamen progrediar longiùs:non mehercule quo magis hoc vobis persuadeatur, quàm iam persuasum esse confido:sed vt ille aliquando impudentiæ suæ finem faciat:aliquando desinat,ea se putare posse emere,quæ ipse semper habuit venalia,fidem, iusiurandum, veritatem,officium,religionem: desinant amici eius ea dictitare,quæ detrimento,maculæ,inuidiæ, infamiæ nobis omnibus esse possint. At qui amici?O miserum,atque inuidiosum, offensúmque paucorum culpa,atque indignitate ordinem senatorium!Albam Æmilium sedentem in faucibus [d] macelli loqui palàm, vicisse Verrem,emtos habere iudices, alium LLS.CCCC.millibus,alium [e] LLS.IↃ. quem minimo,CCC. Atque ei cùm responsum esset,fieri nõ posse:multos testeis esse dicturos, me præterea causæ non defuturum: Licet hercules,inquit,omnes omnia dicant [f]:in [g]illo nisi ita res manifesta erit allata, vt responderi nihil possit, *vicimus*. Bene agis Alba: ad tuam veniam conditionem.nihil [h] putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ vitæ existimationem, nihil bonorum virorum testimonia, nihili ciuitatum auctoritates,ac testimonia. litteras manifestas quæris.Non quæro *iudices* k*Cassianos*:veterem iudiciorum seueritatem non requiro:vestram[l] in hoc fidem,dignitatem,religionem in iudicando non imploro: Albam habebo iudicem,eum hominem, qui se ipse scurram improbissimum existimari vult:qui à scurris potiùs semper *gladiator*, quàm *scurra* appellatus sit:afferam rem eiusmodi in decumis, vt Alba fateatur:istum in re frumentaria,& in bonis aratorum apertè, palámque esse prædatum. Decumas agri Leontini magno [m] dicit se vendidisse. Ostendi iam illud initiò, non existimandum magno vendidisse eum,qui verbo decumas vendiderit:re, & conditione,& lege, & edicto, & licentia decumanorum,decumas aratoribus nullas reliquas fecerit.Etiam illud ostendi,vendidisse alios magno decumas agri Leontini, ceterorúmque agrorum: lege Hieronica vendidisse:& pluris etiam,quàm te vendidisse,nec aratorem quemquam esse questum. nec enim fuit quòd quisquam queri posset, cùm lege æquissimè [a] scripta venirent:neque illud vmquam aratoris interfuit, quanti decumæ venirent.non enim ita est,vt,si magno venierint,plus arator debeat: si paruo,minus.Vt [b] frumenta nata sunt,ita decumæ veneunt. aratoris autem interest, ita se frumenta habere, vt decumæ quàm plurimo venire possint.dũ arator ne plus decuma det, expedit ei decumam [c] esse quàm [d] maximam.Verùm hoc, vt opinor esse vis caput defensionis tuæ, *magno te decumas vendidisse* [e]. agri verò Leontini,qui plurimum efficit,tritici mod. CCVI. millibus. Si doceo, pluris aliquanto potuisse te vendere,neque his voluisse addicere, qui contra Apronium licerentur: & Apronio multo minoris,quàm aliis potueris [f], tradidisse:si hoc doceo:poteritne [g] te Alba, tuus antiquissimus non solùm amicus, verùm etiam amator [h],absoluere?Dico equitem Rom. hominem *in* primis honestum, Qu. Minucium, cum sui similibus, ad decumas agri Leontini tritici mod. non CIↃ. non CIↃ CIↃ. non CIↃ CIↃ CIↃ. sed ad vnas vnius agri decumas tritici mod.xxx.millia voluisse addere,& ei potestatem emendi non esse factam,ne res abiret ab Apronio. negare hoc, nisi fortè negare omnia constituisti, nullo modo potes. palàm res gesta est, maximo conuentu,Syracusis:testis est tota prouincia, propterea quòd vndique [i] ad emendas decumas solent eò conuenire.quod siue fateris,siue conuinceris:quot [k], & quam maximis in rebus teneare,non vides?primùm tuam rem illam,& prædam fuisse.nam,nisi ita esset,cur tu Apronium malebas, quem [l] omnes tuum procurare in decumis negotium loquebantur, quàm Minucium, decumas agri Leontini sumere?deinde immensum,atque infinitum lucrum esse factum. nam si XXX [m].millibus mod.tritici tu commotus non esses:certè hoc idem lucri Minucius Apronio libenter dedisset,si ille accipere voluisset. Quantam igitur illi spem prædæ propositam arbitramur fuisse, qui tantum præsens lucrum, nulla opera insumta,contemserit, atque despexerit?deinde ipse Minucius numquam tãti habere voluisset,si decumas tu lege Hieronica venderes: sed quòd tuis nouis edictis, & iniquissimis institutis plus aliquanto se,quàm decumas,ablaturum videbat, idcirco longiùs progressus est. At Apronio semper plus etiam multo abs te permissum est, quàm quod edixeras.Quantum igitur quæstum putamus factum esse per eum, cui quiduis licitum sit: cùm tantum lucri voluerit addere is, cui, si decumas emisset, idem non liceret? Postremò illa quidem certè tibi præcisa defensio est,in qua tu semper omnia tua furta, atque flagitia latère posse arbitratus es:*magno te decumas vendidisse*:plebi Romanæ cõsuluisse:annonæ prospexisse. Non potest hoc dicere,is, qui negare non potest,se vnius agri decumas XXX [n]. millib.mod.minoris, quàm potuerit, vendidisse : vt etiam, si tibi hoc concedam, Minucio ideo te non tradidisse,quòd iam ad dixisses Apronio:(aiunt enim te ita dictitare. quod ego exspecto : cupióque [o] te illud defendere)

a *L.* non habeam

p. CLXXX.

b *L.* minus commouetur

c *al.* exsilia,

d vbi præcones stare solitì.*

e *L.* alium ac.

f *al.* dicant in illo *Ant. Aug.ſſ.* dicant in illum P. B. *Verſtant haec verba in illo gloſſema eſſe exiſtimat.* *

g *L.* in illo nisi res manif.erit allata,ita,vt r.

h Coniectu ræ ſuſpicio nes, teſtes & teſtimonia in iudicils plurimum valent.*

i tZ.nihil ciui atum auctoritates,ac litteras, res manifeſtas q.

k Seueros.* l *L.* vestram in hac re fid. m *L.*magno dicis te vẽd.

a *L.*æquiſſimè, ſcripta venderent: neq.

b Decumæ vendẽbantur vt frumenta nata erant.* c id eſt decumarum maximam ſe venditionẽ. nam maxima decumarum venditio argumentum erat vberis anni & prouentus.*

d *L.* quàm maximi Ver. e *L.* vendidisse: atque P. CLXXX. aliorum quidem agrorũ proportione magno ĩtem mas vendidisse:agri vero Leontini f *L.*potuerit vendere.trad g *L.*poterit ne te iſte ab ba.

h Amatoris & amici differimẽ. hic animi, ille corporis.*

i Decumis emendis ſeu ad decumas emendas vndique feb bant conue nire.*

k *al.* quot, & quàm magnif. in reb.ten. v.c. quot, & quã manif. in rebus ten.

l *L.* omnes tuum procurare eſſe in decumis tuum negotium ag ere.log. *Ver.xxx.* m *al.* xxx. mod.

n *al.* xxx. o *L.*cupiõ, te ita illud.

fendere, verùm vt ita sit, tamen non potes hoc, quasi præclarum aliquid, prædicare, magno te decumas vendidisse, cùm fuisse fateare, qui multo pluris voluerint emere. Tenetur igitur [a] iam, iudices, & manifestò tenetur auaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia. Quid si hæc, quæ dico, ipsius amici, defensoréque iudicarunt? quid vultis amplius? Aduentu L. Metelli, prætoris, cùm omneis eius comites iste sibi suo illo panchresto [b] medicamento amicos redemisset, aditum [c] est ad Metellum: eductus est Apronius: eduxit vir primarius C. Gallius, senator: postulauit à [d] L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Apronium, QVOD [e] PER VIM, AVT METVM ABSTVLISSET: quam formulam Octauianam, & Romę Metellus habuerat, & habebat in prouincia. non impetrat: cùm hoc diceret Metellus, præiudicium à se de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. Tota Metelli cohors, hominum non ingratorum, aderat Apronio. C. Gallius, homo nostri ordinis, à suo familiarissimo L. Metello iudicium ex edicto non potest impetrare. Non reprehendo Metellum. pepercit homini amico, & quem admodum ipsum dicere audiui, necessario. Metellum ipsum modò præiudicarit, verùm grauissimè, ac vehementissimè iudicarit. Primùm enim, si Apronium absolutum iri putaret: nihil erat, quòd vllum præiudicium veteretur. deinde, si condemnato Apronio, coniunctam cum eo Verris causam omnes erant existimaturi: Metellus quidem certè iam hoc iudicabat, eorum rem, causámque esse coniunctam: qui statuerit, Apronio condemnato, de isto præiudicium futurum. & simul vna res vtrique rei est argumento: & aratores vi & metu coactos Apronio multo plus, quàm debuerint, dedisse: & Apronium istius rem suo nomine egisse, cùm L. Metellus statuerit non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scelere, atque improbitate iudicaretur. ¶ Venio [g] *nunc ad Epistolam* Timarchidis [h], liberti istius, & accensi: de qua dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. Hæc epistola est, iudices, quam nos Syracusis in ædibus Apronij, cùm litteras conquireremus, inuenimus. missa est, vt ipsa significat, ex itinere, cùm Verres iam de prouincia decessisset, Timarchidis i manu scripta. Recita epistolam Timarchidis: TIMARCHIDES VERRIS ACCENSVS APRONIO SALVTEM DICIT. Iam hoc quidem non reprehendo [k], quod [l] adscribit, ACCENSVS [m]. cur enim sibi hoc scribit, bæsoli fumant? L. PAPIRIVS SCRIBA. volo ego hoc esse commune accensorum, lictorũ, viatorum. FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS, QVOD AD EXISTIMATIONEM PRAETORIS ATTINET. Commendat Apronio Verrem, & hortatur, vt inimicis eius resistat. Bono præsidio munitur existimatio tua: si quidem in Apronij constituitur diligentia, atque auctoritate. HABES VIRTVTEM, ATQVE ELOQVENTIAM. Quàm copiosè laudatur Apronius à Timarchide! quàm magnificè! cui ego nõ putem illum placere oportere, qui tantopere Timarchidi probatus sit! HABES SVMTVM VNDE FACIAS. Necesse est, quod redundaret [a] de vestro frumentario quæstu, ad illum potissimùm, per quem agebatis, defluxisse. SCRIBAS, APPARITORES RECENTEIS [b] ARRIPE. CVM L. VVLTEIO, QVI PLVRIMVM POTEST, CAEDE, CONCIDE. Videte quàm valde militiæ suæ confidat Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis præcepta det. Iam [c] hoc, CAEDE [d], CONCIDE, non verba domo patroni deprimere videtur, ad omne genus nequitiæ accommodata? VOLO [e] MIHI FRATERCVLO TVO CREDAS. Consorti quidem in lucris, atque furtis, gemino & simillimo nequitia, improbitate, audacia. IN COHORTE CARVS HABEARE. Quid est hoc, IN COHORTE? quò pertinet? Apronium doces? quid? in vestram cohortem, te monitore, an sua sponte peruenerat? QVOD CVIQVE OPVS SIT, OPPONE. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? ait, omnia pecunia effici posse: dare [f], profundere, opponere, si velis vincere. Non hoc mihi tam molestum est, Apronio suadere. Timarchidem, quàm quod hoc idem patrono suo præcipit. TE POSTVLANTE OMNES VINCERE SOLENT. Verre quidem prætore, non Sacerdote, non Pæduceo, non hoc ipso Metello. SCIS METELLVM SAPIENTEM ESSE. Hoc verò ferri iam non potest, irrideri viri optimi, L. Metelli, ingenium, & contemni, ac despici à fugitiuo Timarchide. SI VVLTEIVM HABEBIS, OMNIA LVDIBVNDVS PERFICIES. Hîc vehementer errat Timarchides, qui aut Vulteium pecunia corrumpi putet posse, aut Metellum vnius arbitratu gerere prætura. sed [g] errauit coniectura domestica: quia multos per se, & per alios multa ludibúdos libidinosè apud Verrẽ effecisse videbat: ad [h] omneis, eosdem patêre aditus arbitrabatur, i faciliùs vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre, quòd multa eius ludorum genera noratis. INCVLCATVM EST METELLO, ET VVLTEIO, TE ARATORES EVERTISSE. Quis istuc Apronio attribuebat, cùm aratorem aliquem euerteret? aut Timarchidi, cùm ob iudicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquid, aut remittendum, pecuniam acceperat? aut Sestio [k] lictori, cùm aliquem innocentem securi percussérat? nemo. omnes ei Verri tunc attribuebant, quem nunc condemnari volunt. OBTVDERVNT EIVS AVREIS, [l] TE SOCIVM PRAETORIS FVISSE. Videsne, [m] hoc quàm clarum sit, ac fuerit? cùm etiam Timarchides hoc metuat: concedes, non [n] hoc crimen nos in te confingere, sed iampridem ad crimen aliquam defensionem libertum quærere. libertus, & accensus tuus, & tibi ac liberis tuis, omnibus in rebus coniunctus ac proximus, ad Apronii scribit, vulgò esse ab [o] omnibus ita demonstratũ Metello, tibi Apronium in decumis socium fuisse. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORVM. IPSI SVDABVNT, SI DII VOLENT. [p] Quid istuc, per deos immortaleis, aut qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium, atque tantum? quantam [q] iniuriam fecerunt Verri aratores, vt eos etiam libertus & accensus eius tam

a L. redundarit de

b *v.c.* RECENTIS

c L. Iam hęc CAEDE, CONCIDE, nõnne vobis verba

d Conciden di verbum inter verba summæ nequitiæ. Sic apud Lampridium in Heliogabali Cõcide Magíre plura vide apud Lipsiũ 5. epistolicar. quæst. 14.

e *v.c.* VOLO MIHI FRATER FRATERCVLO T.

f L. dare, profundere oportere, si velis vinc. *al.* DA, PROFVNDE, OPPONE, SI VELIS V.

g L. sed errat coniect.

h *v.c.* ad omneis

i *forte* arbitratur.

k L. Sextio lict.

l *v.c.* auris.

m L. v. des. hoc quàm

n L. non nũc hoc crim.

o *forte* ab omnibus id d.

p *al.* VOLVNT

q L. quã tam tam iniur.

a L. Verrino

b *al.* Panchrisio id est medicamento ad omnia mala eadem ratione herba Panacea dicta, Plinio) hæc potro voce pecuniam Verris intelligit.*

c *al.* aditus est Metello.*

d *v.c.* ab L. Met.

e L. QVOD PER VIM, AC METVM ABST. P. CLXXXII

f L. de hoc ipse non m.

g L. Epistola Timarchidis.*

h L. Timarchidis lib.

i L. Timarchidi m.

k Ironia.*

l L. quod adscribit,

m Reprehendit irrisione adhibita. Tul. ius: quod Timarchides Verris accensus fuit in inscriptionibus litterarum municeps fuit, nemo adscribebat & temere. *Accensus*, vendituret sulæ: cùm tauri non essi fer. Accensi munus: & hu smodi inscriptiones vsitatæ es sent imperatoribus Con sulibus præscriptis, Aedilibus, Censoribus non Accensis: tamen plerique, vt scribæ hususmodi inscriptionem.

a *vel.* animo ac litteris suis.

irato animo[a], his litteris insequatur? Neque ego huius fugitiui, iudices, epistolam vobis recitassem, nisi vt ex ea totius familiæ præcepta, & instituta, & disciplinam cognoscere-
b *al.* quibus in rebus, ac munus. insinuet tis. Videtis, vt moneat Apronium? quibus[b] rebus, ac muneribus se insinuet in familiaritatem Metelli? Vultcium corrumpat? scribas, accensúmque[c] pretio deliniat? ea præcipit, quæ vidit: ea monet alienum hominem, quæ domi didicit ipse. verùm in hoc errat vno, quòd eadem existimat vias ad omnium familiaritates esse munitas. Quamquam meritò sum iratus Metello: tamen hæc, quę vera sunt, dicam. Apronius ipsum Metellum non pretio, vt Verrem, non conuiuio, non muliere, non sermone impuro[d], atque improbo posse corrumpere: quibus rebus non sensim, atque moderatè ad istius amicitiam[e] adrepserat, sed breui tempore totum hominem, totámque eius prætură possederat. Cohorte autem Metelli, quam vocat, quid erat, quòd corrumperet, ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur? Nam quòd scribit, Metelli filium puerũ esse, vehementer errat. non enim ad omneis prætorum filios iidẽ aditus sunt. O Timarchide, Metelli est filius in prouincia, non puer. sed adolescens bonus ac pudens, dignus illo loco ac nomine, vester ille puer prætextatus, in prouincia quemadmodũ fuisset, non dicerem, si pueri esse illam culpã, ac non patris existimarem. Tũne, cùm te, ac tuam vitam nosses, in Siciliam tecum grádem prętextatum filium ducebas? vt, etiam si natura puerum à paternis vitiis, atque à generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum, & disciplina degenerare non sineret? Fac enim fuisse in isto C. Lælij, & M. Catonis materiẽ[f], atque indolem: quid ex eo boni sperari, atque effici potest, qui in patris luxurie sic vixerit, vt nullum vmquam pudicum, neque sobrium conuiuium viderit? qui in epulis quotidianis, adulta ætate, per triennium inter impudicas mulieres, & intemperanteis viros versatus sit? nihil vmquam à[g] patre audierit, quo pudentior, aut melior esset? nihil vmquam patrem agere[h] viderit, quod cùm imitatus esset, non, id quod turpissimum est, patri[i] similis putaretur? Quibus in rebus non[k] solùm filio, verùm etiam reip. feciſti iniuriam. Susceperas enim liberos non solùm tibi, sed etiam patriæ: qui non modo tibi voluptati, sed etiam qui aliquando vsui reip. esse possent. Eos instituere, atque erudire ad maiorum instituta, atque[l] ciuitatis disciplinam, non[m] ad tuas turpitudines debuisti. Esset[n] ineptus, atque impuro, & improbo parente nauus, & pudẽs, & probus filius. Haberet aliquid abs te resp. muneris. nunc pro te Verrem substituisti alterũ ciuitati, nisi hoc fortè deterior est, si fieri potest, quòd tu eiusmodi euasisti, nõ in hominis luxurioſi, sed tãtùm in furis, ac diuisoris disciplina educatus. Quid isto festiuius fore arbitramur, qui est tuus natura filius, consuetudine discipulus, voluntate similis? Quem ego, iudices, quamuis[o] bonum, fortẽmque facilè pateret euadere. non enim me inimicitiæ commouent, si quæ mihi cum isto futuræ sint. nam si in omnibus rebus innocẽs fuero, meíque similis: quid mihi istius inimicitiæ nocebunt? sin aliqua in re Verri[p] similis fuero, non magis mihi deerit inimicus, quàm Verri defuit. Etenim, iudices, eiusmodi resp.

c *al.* accensúsque

d *al.* incauto.

e L. arrepserat.

P. clxxxiiii.

f *al.* natură.

g *al.* audierit à patre, g L. facere viderit,

h *fort.* patris k L. non solùm filio, Verres, verum

l *fort.* atque ad ciuit. m L. non ad tuas flagitia, neque ad tuas turp. n L. fuisset ex inerti. atque

o *al.* quantumuis bon.

p. B. p *fort.* Verris

debet esse, & erit, seueritate iudiciorum constituta, vt inimicus neque deesse nocenti possit, neque obesse innocenti. Quapropter nulla res est, quamobrem ego istum nolim ex paternis probris, ac vitiis emergere. id quod tametsi isti difficile est, tamen haud scio an fieri possit: præsertim si (vt nunc fit, custodes amicorum eum sectabuntur: quoniam pater tam negligens, ac dissolutus est. Verùm huc longiùs, quàm voluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa[a] est oratio mea. qua recitata, concluſurum me esse crimen decumarum dixeram: ex quo intellexistis, innumerabilem frumenti numerum per triennium auersum à repub. esse, abreptúmque aratoribus. ¶ Sequitur[c], vt *de frumento emto* vos, iudices, doceam, maximo atque impudentissimo furto: de quo dum certa, & pauca, & magna dicam breuiter, attendite[d]. Frumẽtum emere in Sicilia debuit Verres ex senatusconsulto, & ex lege Terentia, & Cassia, frumentaria. Emundi duo genera fuerunt: vnum[e] certarum decumarum: alterum, quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuisset: huius[f] imperati tritici mod. IↃ. CCC. millia: pretium autem constitutum decumano in mod. singulos LLS[g]. ternos: imperato LLS. IIII. Ita in frumentum imperatum LLS[h]. duodetricies in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus soluere: in alteras decumas fermè ad nonagies. sic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem propè centies[i] & tricies ero gatum est. Hanc[k] pecuniam tantam, datam tibi ex ærario inopi, atque exhausto: datam ad frumentum, hoc est, ad necessitatem salutis & vitæ: datam, vt Siculis aratoribus, quibus tanta onera resp. imponeret, solueretur: abs te sic laceratam esse dico, vt possim illud probare, si velim, omné te hanc pecuniam domum tuam auertisse. etenim sic hanc rem totam administrasti, vt hoc, quod dico, probari æquissimo iudici possit. Sed ego habebo rationé auctoritatis meæ: meminero, quo animo, quo cõsilio ad causam publicam accesserim: nõ agam tecũ accusatoriè: nihil fingam: nihil cuiquam probari velim, me dicente, quod non antè mihimetipsi probatum sit. In[m] hac pecunia publica, iudices, hæc insunt tria genera furtorum. Primùm[n] eam, cùm posita esset apud eas societates, vnde erat attributa, binis centesimis fœneratus est. Deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino: Postremò, si cui ciuitati soluit: tantum detraxit quantum commodum fuit: nihili, quod debitum est, reddidit. Ac *primùm*[o] hoc ex te quæro: tu, cui publicani ex Carpinatij litteris gratias egerunt, pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi R. ad emendum frumentum attributa, fuerúne tibi quæstui: pensitatúne tibi binas centesimas. Credo te negaturum. *TVRPIS enim est, & periculosa confessio.* Mihi autem hoc peragendum est demonstrare, quibus[p] enim testibus? Publicani tractati honorificè sunt: tacebunt. litteræ eorum decreto decumanorum remotæ sunt. Quò me igitur vertam? rem tam improbam, crimen tantæ audaciæ, tantæque impudentiæ, propter inopiam testium, ac litterarum prætermittam? non faciam, iudices, vtar teste. quo? P. Vettio Philone, homine eque-

a L. digressa est or.

b L. erepta quæ arator. c Il. De FRVMENTO empto. d Attentio.

e L. vnum alterarum decumarum.

f L. huius imperati annos singulos, tritici mod. LLLS. tot ni. imperato LLS. quater. g LLS. bis h LLS. bis & tricies in annos sing. i L. centies & vicies ex. k Propositio.

l L. probari volumus. m L. Primum in Partitione cùm posita esse pecunia apud eas rationes attributa. binis centesimis.

o Primum furtum. Verris seu furtorum partitio.

p L. quibus rebus publicis, quibus testimoniis, quibus litteris confirmabit. dec. & sic vs.

equestris ordinis honestissimo, atque ornatissimo: qui isti ita [a]amicus, & necessarius est, vt etiã si vir bonus non esset, tamen, quod cõtra istum diceret, graue videretur: ita vir bonus est, vt, etiam si inimicissimus isti esset, tamen eius testimonio credi oporteret. Admiratur & exspectat, quisnam Vettius dicturus sit, nihil dicet ex tempore: nihil ex sua voluntate: nihil, vt ei vtrumuis licuisse videatur. Misit in Siciliam litteras ad Carpinatium, cùm esset magister scripturæ [b], & sex publicanorum: quas [c] ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris: Romę in litterarũ missiarum apud magistrum Tullii [d], familiarem tuũ inueni: quibus ex litteris impudentiã fœnerationis, quæso, cognoscite. LITTERAE MISSAE [e] L. VETTII [f], L. SERVILII, C. [g] ANTISTII, MAGISTRORVM. Præstò se tibi ait futurum Vettius, & obseruaturum, quẽadmodum rationes ad ærarium referas: vt, si hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas societati. Possumus hoc teste, possumus P. Seruilij, & C [h]. Antistij, magistrorum litteris, primorum hominum, atque honestissimorum, possumus auctoritate societatis, cuius litteris vtimur, quod dicimus, obtinere? an aliqua firmiora, aut grauiora quærenda sunt? Vettius, cuus familiarissimus: Vettius, tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio, tuæ frater vxoris Vettius, frater tui quæstoris, testatur [i] impudentissimũ tuũ furtũ, certissimũque peculatum. (nã quo alio nomine pecuniæ publicæ fœneratio est appellanda?) [k] * * *

Recita reliqua. Scribam tuum dicit: Verres, huius perscriptorem fœnerationis fuisse, ei quoque magistri minantur in literis: & [l] casu scribæ tum duo magistri fuerunt cum Vettio. Binas centesimas ab se ablatas ferendum non putant: & rectè non putant. Quis enim hoc fecit vmquam? quis denique conatus est facere, aut posse fieri cogitauit, vt, cùm senatus publicanos vsura sæpe iuuisset, magistratus à publicanis pecuniam pro vsuris auderet auferre? Certè huic homini spes nulla salutis esset, si publicani, hoc est, si equites Romani iudicarent. Minor [m] esse cura nunc, iudices, vobis disceptantibus debet: & tanto minor, quanto est honestius alienis iniuriis, quàm te tua commoueri. Quid ad hæc respondere cogitas? Vtrùm factum negabis? an tibi hoc licitum esse defendes? negare [n] qui potes? an vt tanta auctoritate litterarum, tot testibus publicanis conuincam, relicuisse verò qui? si mehercule te [o] pecuniã non populi R. in prouincia fœneratum docerem, tamen effugere non [p] posses. * * * sed publicam, sed ob frumentum decretam, sed à publicanis fœnore accepto: hoc licuisse cuiquã probabis? quo non modò ceteri, sed [q] tu ipse nihil audacius, improbiúsque fecisti. Non mehercule hoc, quod omnibus singulare videtur, de quo mihi deinceps disputandum est, possim, iudices, dicere audacius esse, aut impudentius, quòd permultis ciuitatibus pro frumento nihil [r] soluit omnino. maior hæc præda fortasse est: sed illi impudentia certè non minor. Et, quoniam de illa fœneratione satis dictum est, nunc *de hac tota pecunia auersa*, quæso, cognoscite. Siciliæ ciuitates multæ sunt, iudices, ornatæ, atque honestæ: ex quibus in primis numerãda est ciuitas Halesi [s]. nullam enim reperietis aut officiis fideliore, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate grauiorem. Huic iste in annos singulos, cùm sexaginta tritici millia modiũm imperauisset, pro tritico nummos abstulit, quanti erat in Sicilia triticum: quos de publico nummos acceperat, retinuit omneis. Obstupui [a], iudices, cùm hoc mihi primùm Halesiæ demonstrauit in senatu Halesinorum homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate præditus Halesinus Ænias [b] cui senatus dederat publicè causam [c], vt mihi, fratríque meo gratias ageret: & simul, qui nos ea, quæ ad iudicium pertinerent, doceret. Demonstrat, hanc istius consuetudinem ac rationem fuisse, cum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta, solitum esse istum pecuniam cogere à ciuitatibus, frumentum improbare: quantum frumenti Romam esset mittendum, tantum de suo quæstu, ac de sua copia frumenti mittere. Posco rationes: inspicio litteras: video frumenti granum Halesinos, quibus LX d. millia modiũm imperata erant, nullam dedisse: pecuniam Volcatio, Timarchidi, scribæ dedisse. reperio genus huiusmodi, iudices, prædæ, vt prætor, qui frumentum emere debebat, non emat, sed vendat: pecunias, quas ciuitatibus distribuere debebat, eas omneis auertat, atque auferat. Non mihi iam furtum, sed monstrum, ac prodigium videbatur: ciuitatum frumentum improbare, suum probare: cùm suum probasset, pretium ei frumento constituere: quod constituisset, id [e] ciuitatibus auferre: quod à populo R. accepisset, tenere. Quot vultis esse in vno furto peccatorum gradus? vt [f] si singulis insistere velim, progredi iste non possit. Improbas frumentum Siculum. Quid? ipse quod mittis: peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit? Cùm senatus decernit, vt ematur in Sicilia frumentum, aut [g] cùm populus iubet: hoc, vt opinor intelligit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere. Tu, cùm ciuitatum Siciliæ vulgò omne frumentum improbas, num ex Ægypto, aut ex Syria frumentum Romam mittis [h]? Improbas Halesinum, Cephaleditanum, Thermitanum, Amestratinum, Tyndaritanum, Herbitense, multarum præterea ciuitatum. Quid [i] accidit tandem, vt horum populorum agri frumentum eiusmodi, te prætore, ferrent [k], quod numquam antea, vt neque mihi, neque tibi, neque populo R. posset probari, præsertim cùm ex iisdem agris, eiusdémque anni frumentum ex decumis Romam mancipes aduexissent? quid [l] accideret, vt ex eodem horreo decumanum probaretur, emptum [m] non probaretur? Dubiúmne est, quin ista omnis improbatio, cogendæ pecuniæ causa nata sit? Esto. improbas Halesinũ: habes ab alio populo quod probes. eme illud, quod placet: missos fac eos, quorum frumentum improbasti. Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniæ, quantum ad eum numerũ frumenti satis sit, quem [n] ciuitati imperas. Dubium est quid egeris? In medimna singula video ex litteris publicis tibi Halesinos LLS. quinos denos dedisse. Ostẽdam ex tabulis locupletissimorum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum vendidisse. Quæ est ergo ista ratio, aut quæ potiùs amẽtia, frumentũ improbare id, quod ex eo

a. Obstupui, *iud. & ita vel. sic ita apud Plan tum.*

b. *al.* Aeneas

c. id est dederat totam cõ troueſiam litteris proscriptionis, vt eam me doceret.

d. *L.* sexagena mill.

e. *al.* id à ciuitatibus

f. L. tot sunt vt in singulis insistere si velim, progredi ipse non possim. Impr

g. *lib. vulg.* aut populus.

h. L. missum est? Impr. p. c. XXVII.

i. L. Quid ac cidit tãdem, cur hor.

k. L. efferret,

l. *L.* quid accideret, cur eod,

m. *L.* emtum improbaretur? *& ita v. c.*

n. *L.* quem ei ciuitati imperas, emendum Dub. *& ita v. c.*

o. *L.* quod & eo loco sit, ex q

loco sit, ex quo senatus & populus R. emi voluerit: ex [a] eo aceruo, ex quo partem tu idem, decumarum nomine, probaris: deinde à ciuitatibus pecunias [b], ad emendum frumentum cogere, cùm ex ærario acceperis? Vtrùm [c] te lex [d] Terentia Siculorum pecunia frumentum emere à Siculis, an populi Romani pecunia frumẽtũ ab Siculis emere iussit? Iã verò ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. accipis enim LLS. XV. pro medimno. tanti enim est illo tempore medimnum. retines [e] LLS. XII. tanti enim est frumentum Sicilienſe ex lege æstimatum. Quid interest, vtrùm hoc feceris, an [f] frumentum non improbaris, sed frumẽto probato, & accepto, pecuniã publicam tenueris omnem, neque quidquam vlli dissolueris ciuitati, cùm æstimatio legis, eiusmodi sit, vt ceteris temporibus tolerabilis Siculis, te prætore etiã grata esse debuerit? Est enim modius lege LLS. III. æstimatus. fuit autẽ, te prætore, vt [g] tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, LLS. II. Sed fuerit LLS. III. quoniam tu tantũ à ciuitatibus in modios singulos exegisti. cùm, si solueres Siculis tantum, quantum te populus R. iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset: tu non modò eos accipere quod oportebat, noluisti: sed etiã dare, quod nõ debebant, coegisti. Atque hæc ita gesta esse, iudices, cognoscite & ex litteris publicis ciuitatum, & ex testimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum [h] intelligetis. Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non [i] interpositis, neque perturbatis, neque repentinis [k], sed certis, institutis, ordine [l] relata, atque confecta sunt. Recita rationes Halesinorum. Cui pecuniam datam dicit? dic etiam clariùs. VOLCATIO, TIMARCHIDI, MAEVIO. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse versatos? *mancipes* frumentum improbasse? mancipes pretio cum *ciuitatibus decidisse*, & eosdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abstulisse: deinde ipsos sibi frumentum coëmisse: *nihil* hæc ad te pertinere? Magna mehercule, ac misera defensio, prætorem hoc dicere, Ego frumentum neque attigi, neque adspexi [m]: mancipibus potestatem probandi, improbandi quæ permisi: mancipes à ciuitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. Mala [n] est hæc quidem, vt dixi, defensio criminis: sed tamen hac ipsa tibi, si vti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuæ, tuorúmque deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ: cui simul, & Volcatio pecunia à ciuitate numerata est. Iam verò scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuenit, ista [o] te ratione vti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi vti fateare, te Romam frumentum emtum Siculorum pecunia misisse: publicam pecuniam domum tuam auertisse? *O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, & audacibus, cùm pœna absuit?* & licentia *consecuta est!* Iste in hoc genere peculatus non nunc primùm inuenitur: sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari quæstori ad sumtum exercitus consularis: vidimus paucis pòst mensibus & exercitum, & consulem spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam remp. tum occupauerant [a]. Iterum gessit hereditariam quæsturam cum [b] Dolabella. magnam pecuniam auertit: sed eius rationem cum damnatione Dolabellæ permiscuit. Commissa est pecunia tanta prætori. non repetietis hominem timidè, nec leuiter hæc improbissima lucra ligurientem [c], deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. *Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere ipse sibi non possit.* Tenetur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidisse, non solùm vt eas pœnas, quas proximè meruisset, solueret: sed vt illa etiam scelera eius in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur. Etenim noua quoque alia res exstitit, iudices, in hoc crimine, quæ tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam, vt illud missum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc IO. CCC. millia modiûm, quod emtum populo. Ro. darent, non habuisse: sed à tuo procuratore, hoc est, ab Apronio, emisse: ex quo intelligi potest, nihil te aratoribus réliqui fecisse: vt hoc prætereamus, quod [d] in multis est testimoniis expositum: potest illo quidquam esse certius, in tua potestate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ, per triennium, atque omneis fructus agri decumani, fuisse? Cùm enim à ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas, vnde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tu id non omne clausum, & cõpressum possidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæstus [e] fuit, ipsius frumenti, quod erat ereptum ab aratoribus: alter, quòd id [f] frumentum improbissimè per trienium partum, non semel, sed bis: neque vno, sed duobus pretiis, vnum & idem frumentum vendidisti: semel ciuitatibus LLS. XV. in medimnum: iterum populo Rom. à quo LLS [g]. XII. in medimna, pro eodem illo frumento abstulisti. At [h] enim frumentum Centuripinorum, & Agrigentinorum, & nonnullorum fortasse præterea probasti, & his populis pecuniã dissoluisti. Sint [i] aliquæ ciuitates in eo numero, quarũ frumẽtum improbare nolueris. Quid tandem? his ciuitatibus omnisne pecunia, quæ pro frumento debita est, dissoluta est? Vnum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quære, circumspice, si quis fortè est ex ea prouincia, in qua tu triennium præfuisti, qui te nolit perisse: vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui [k] vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. confirmo, iudices, neminem esse dicturum. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis [l] nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione [m], & collybo [n]: deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. nã o collybus esse quî potest, cùm vtantur omnes vno genere nummorum? cerarium [p] verò quid vocas? quomodo hoc nomen ad rationes magistratus? quomodo ad pecuniã publicam alla-

a L. & ex eo aceruo, b L. pecuniã ademem.
d L. Vtrùm enim te lex Terentia, Siculorum, an populi R. pecunia, fr. ab Sicul. emere iussit,
d Lex hæc Terentia lata est M. Terentio Lucullo & C. Cassio Vero P. B. Coss. anno vrbis 580. & ad frumentum ex Sicilia exportandum solum pertinebat,*
e L. retines LLS. XVIII. tanti enim est fr.
f L. an frumentum Sicilienſe nõ im. *& ita v. c.*
g *al.* vt in multis.
h L. accommodatum esse intell.
i L. non interpolatis, id est in quibus multa sunt vestigia mendarum.*
k Repentinæ rationes, tumultuariè confectæ.
l *forte* in ordinem relata, atque confecta sunt.

P. Clxxxvii.

m L. inspexi;

n L. Mala est hæc quidem, vt dixi, ac per dita, maximorum peccatorum, per huiusmodi iniurias, & iniuriæ confessionem defensio: sed tamẽ h.
o L. ista ratione.

p *al.* conuertisse *al.* auertisse?
q L. assuit.

a L. occupauerant.
b *al.* cum A. Dolabella
c L. ligurientem.

P. 8.

d L. quod multorum est testium.

e L. quæstus erat ipsius frumentum, quod erat ereptum aratoribus.* f *v. c. tamen hæc bene premenda sunt.*
g L. XVIII.
h Terentium frumentum declarato.*
i L. Sint fortè aliquæ ciuitates.
k L. vel qui tibi ad stat.
l *al.* recti. Certis nominibus deductiones fieri *hic dicit vt pro Quinctio certis* nominibus pecuniam debere Horatius 2. nominibus certis expensum dere nãmo* m Spectatio hîc, est probatio pecuniæ.
n Collybus quod pro nõmorum permutatione datur.*
o L. nam collybus quinam esse potest, cùm merum, *al.* certum vere, quid, quomodo Cerarium sit quod pro cerasatur.*

cam allatum est? Nam illud genus tertiũ deductionis erat eiusmodi, quasi non modò liceret, sed etiã oporteret: nec solùm oporteret, sed planè necesse esset. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur. Quis tibi hoc concessit? quæ lex? quæ senatus auctoritas? quæ porrò æquitas, vt tãtam pecuniam scriba tuus auferret[a] siue de aratorum bonis, siue de populi Ro. vectigalibus? Nam si potest ista pecunia sine aratorũ iniuria detrahi: populus R. habeat, præsertim in tantis ærarij angustiis. sinautem & populus id voluit, & æquũ ita est, solui aratoribus: tuus apparitor parua mercede populi conductus, de aratorũ bonis prædabitur? & in hac causa scribarum ordinem in me concitabit Hortensius? & eorum commoda à me labefactari, atque oppugnari iniuria[b] dicet? quasi verò hoc scribis vllo exemplo sit, aut vllo iure concessum. Quid ergo vetera repetam? aut quid eorũ scribarum mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines, atq; innocẽtissimos fuisse? non me fugit, iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri, atque haberi. in his tẽporibus versabor miseris, ac perditis. Nuper, Hortensi, quæstor fuisti. quid tui scribæ fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cùm in eãdem ista Sicilia pro frumento ciuitatibus pecuniam soluerem: mecum duos frugalissimos homines scribas haberem, L. Mamilium[c], & L. Sergium: non modò istas duas quinquagesimas, sed omnino nummum nullũ cuiquam esse deductum. Dicerem, hoc mihi totum esse attribuendum, iudices, si illi vmquã à me hoc postulassent, si vmquã omnino cogitassent. Quamobrem enim scriba deducat, ac[d] non potius mulio[e], qui adduxit, tabellarius? cuius aduentu certiores facti petiuerunt? præco, qui adesse iussit? viator, ac Venerius, qui fiscum[f] sustulit? quæ pars operæ, aut opportunitatis in scriba est? cur[f] ei non modò merces tanta detur, sed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo est honestus. Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? est verò honestus, quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculáque magistratuũ committuntur. Itaque ex his scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus[g] familiãs, viris bonis atque honestis, percontamini, quid sibi iste quinquagesimæ velint. iam omnes intelligetis, nouam rem totam, atque indignam videri. Ad eos me scribas reuoca, si placet: noli hos colligere, qui nũmulis corrogatis de nepotum bonis[h], ac de scenicorũ[i] corrolariis, cùm decuriam emerunt, ex primo ordine exploforum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt. Eos scribas tecum disceptatores huius criminis habebo, qui istos scribas esse molestè ferunt. Tametsi cùm in eo ordine videamus esse multos nõ idoneos, qui ordo industriæ propositus est, & dignitati: mirabimur, turpeis[k] aliquot in eo esse, quòd cuiuis licet pretio peruenire? Tu ex pecunia publica tredecies[l] scribam tuum permissu tuo cùm abstulisse fateare, reliquã tibi vllam defensionem putas esse? hoc ferre quemquam posse? hoc quemquam denique nunc tuorum aduocatorum animo æquo audire arbitrare? quia in ciuitate C. Catoni[m], clarissimo viro, consulari homini, LLS. [n] XVIII. millibus lis æstimata sit: in eãdem ciuitate apparitori tuo esse cõcessum, vt LLS. [o] vno nomine tredecies auferret? Hinc ille est annullus[a] aureus, quo tu istum in cõcione donasti, quæ tua donatio singulari impudentia prædita, noua Siculis omnibus, mihi verò etiam incredibilis videbatur. *Sæpe enim nostri imperatores, superatis hostibus, optimè rep. gesta, scribas*[b] *suos annulis aureis in concione donarunt.* Tu verò quibus rebus gestis, quo hoste superato, cõcionẽ, donandi causa, aduocare ausus es? Neque enim solùm scribam tuum annulo, sed etiam virum fortissimum, ac tui dissimillimũ, Q. Rubrium, excellẽti[c] virtute, auctoritate, copiis, corona & phaleris, & torque donasti: M. Cossutiũ, sanctissimum virum, atq; honestissimum: M.[d] Castritium, summo splendore, ingenio, gratia prædi tum. Quid hæc sibi horum trium ciuium Romanorum dona voluerunt? Siculos præterea, potentissimos, nobilissimósq; donasti: qui nõ, quemadmodum speraſti, tardiores fuerũt: sed ornatiores tuo iudicio ad testimonia dicunda[e] venerunt. Quibus ex hostium spoliis? de qua victoria? qua ex præda, aut manubiis, hæc abs te donatio constituta est? an quòd, te prætore, paucorũ aduentu myoparonum, classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, prætidiúmq; prouinciæ, piratarum manibus incensa est? an quòd ager Syracusanus prædonum incendiis, te prætore, vastatus est? an quòd forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit? an quòd in portu Syracusano piraticus myoparo nauigauit? Nihil possum reperire, quamobrem te in istã amentiam incidisse arbitrer: nisi fortè id egisti, vt hominibus ne obliuiscì quidem rerum tuarum malè gestarum liceret. Annulo est aureo scriba donatus, & ad eam donationẽ concio[h] est aduocata. Quod erat os tuũ, cùm videbas in cõcione eos homines, quorum[i] ex bonis iste annulus aureus donabatur, qui ipsi annulos aureos posuerant, liberísq; detraxerant, vt esset vnde scriba tuus hoc tuum munus[k], ac beneficium tueretur? quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? Illa scilicet vetus, atq; imperatoria? *Quando tu*[l] *quidem in prælio, in bello, in re militari:* cuius ne mentio quidem, te prætore, vlla facta est: an illa? *Quandoquidem tu nulla vmquam mihi in cupiditate, ac turpitudine defuisti: omnibusque in istis flagitiis mecum & in legatione,* & [m] *prætura, & hic in Sicilia versatus es: ob hasce res, quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono.* Vera hæc fuisset oratio. nõ enim iste annulus aureus abs te datus, istum virum fortem, sed hominem locupletem esse declarat. Ita eundem annulum ab alio datum, testem virtutis duceremus: abs te donatum, comitem pecuniæ iudicamus. ¶ Dictum, iudices, est de decumano frumento: dictum de emto. extremum, & reliquum [n] est, *de æstimato* [o]. quod cùm magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere: & [p] verò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingeniosa aliqua defensio, sed improbissima confessio cõparatur. Nam cùm ex S.C. & ex legibus frumentum ei in cællam sumere liceret: idq; frumentum senatus ita æstimasset, quaternis [q] LLS. tritici modium: binis, hordei: iste numero ad summam tritici adiecto [r], tritici modios singulos cum aratoribus denariis ternis [s] æstimauit. Non est in hoc crimen, Hortensi: ne fortè ad hoc meditere: multos sæpe viros bonos, & forteis, & innocenteis cum aratoribus, & cum ciuitatibus frumentum, in cællam

a *vt c.* annulus

b Annulis donati scribæ ab imperatoribus.*

c *al.* excellentem virt.

d *al.* M. Crassicium.*

e L. dicenda ven.

f L. èqua v. g *v.c.* rerum tuarum liceret.

h Annulos aureos cum daret scribis suis Imperatores, concionem adiocatam ex hoc loco intelligi potest.*

i L. quorum ex bonis istũ annulo aureo donabas? qui

k Equestrem ordinem cuius census 400000. testertium hoc est 10000. coronatorum. Annulis & aureis & censu à plebe distinguebantur e. P. B. quites. *Plin.* 33.*

l Donationis, virtutis ergo, qualis ab imperatoribus fortissimis fieri solebat, vetus formula.*

m L. & in p. n fumentum aliud ordinarium, nec emptũ quod & decumanum: aliud emptũ. aliud æstimarum *

o III. DE FRVMENTO AESTIMATO.*

p L. tũ verò eo mag. *al.* ne vero.*

q *al.* ternis LLS.

r Duplex fuerũ fuit Verri in frumento æstimato, vnũ in æstimatione, quã à ternis sesterciis ad ternos denarios perduxerat: Alterum in adiectione frumenti, maiorem enim tritici numerũ P. CXCI. quàm legib. liceret, imperabat.

s hoc est XII. ttis.*

quod sumi oporteret, æstimasse, & pecuniam pro frumẽto abstulisse. Scio, quid soleat fieri: scio, quid liceat. nihil, quod [a] antea fuerat in consuetudine bonorũ, nunc in istius facto reprehenditur. hoc reprehendo, cp, cùm in Sicilia LLS, II. tritici mod. esset, vt istius epistola ad re missa [b] declarat, summam LLS. ternis: id quod & testimoniis omnibus, & tabulis aratorum planum factum antea est: tum iste pro tritici modiis singulis ternos ab aratoribus denarios exegit. Hoc crimen est: vt intelligas, nõ ex æstimatione, neque ex ternis denariis pendẽre crimen, sed ex coactione [c] annonæ, atque æstimationis. Etenim hæc æstimatio nata est, iudices, initiò non ex prætorum, aut consulum, sed ex aratorum, atque ciuitatum commodo. Nemo enim fuit initiò tam impudẽs, qui, cùm frumentũ deberetur, pecuniam posceret. certè hoc ab aratore primùm est profectũ, aut ab ea ciuitate, cui imperabatur: cùm aut frumentum vendidisset, aut seruare vellet, aut in eum locum, quò imperabatur, portare [c] nollet: petiuit in beneficij loco, & gratiæ, vt sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare liceret. Ex huiusmodi principio, atque ex liberalitate, atque accommodatione [f] magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est. Secuti sunt auariores magistratus: qui tamẽ in auaritia sua non solum viam quæstus inuenerunt, verùm etiam exitum, ac rationem defensionis [g]. Instituerunt semper ad [h] vltima, ac difficillima loca apportãdum [i] frumentum imperare, vt vecturæ difficultate, ad quam vellent, æstimationem, peruenirent. In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio: ideò quòd eum, qui hoc facit, auarũ possumus existimare: crimen in eo constituere non tam facilè possumus: quòd videtur concedendum magistratibus nostris esse, vt iis, quo loco velint, frumentum accipere liceat. Itaque hoc est, quod multi fortasse fecerunt: & ita multi, vt [k] ij, quos innocentissimos meminimus, aut audiuimus [l], non fecerint. Quæro nunc à te, Hortensi, cum vtris tandem istius factum collaturus es? cum iis, credo, qui benignitate adducti, per beneficium, & gratiam ciuitatibus cõcesserunt, vt nummos pro frumento darent. Ita credo, petisse ab isto aratores, vt, cùm LLS. ternis tritici modium vendere non possent; pro singulis modiis, ternos denarios dare liceret. An, quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos, ternos denarios dare maluisse? Cuius vecturæ? quo ex loco, in quem locum ne portarent? Philomelónе [m] Ephesum? Video, quid inter annonam interesse soleat: video quot dierum via sit: video Philomelenses [n] expedire, quanti Ephesi sit frumentum, tãtum dare potius in Phrygia, quàm Ephesum portare, aut ad emendum frumentum Ephesum pecuniam, & legatos mittere. In Sicilia verò quid eiusmodi? Enna, mediterranea est maximè. coge, vt ad aquam tibi, id quod sumi iuris est, frumentum Ennenses metiantur: vel Plutiam, vel Halesam, vel Catinam, loca inter se maximè diuersa, eodẽ die, quo iusseris, deportabunt. tamensi ne vectura quidem opus est. Nam totus quæstus hic, iudices, æstimationis, ex annonæ natus est varietate. hoc enim magistratus in prouincia assequi potest, vt ibi accipiat, vbi est carissimum. ideò valet ista ratio æstimationis in Asia: valet in Hispania: valet in his prouinciis, in quibus vnum pretium frumento esse non solet. In Sicilia verò quid cuiusquam intererat quo loco daret? neque enim portandum erat: & quò quisque vehere iussus esset, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset. Quamobrẽ [a] si quid, Hortensi, docere vis, aliquid ab isto simile, in æstimatione, atque à ceteris, esse factum: doceas oportet, [b] aliquo in loco Siciliæ, prætore Verre, ternis denariis tritici modium fuisse. Vide quam tibi defensionem patefecerim, quàm iniquã in socios, quam remotam ab vtilitate reip. quàm seiunctam à voluntate, atque [c] sententia legis. Tu, cùm tibi ego frumentũ in meis agris, atque in mea ciuitate: denique cùm in dijs locis, in quibus es, versaris, rem geris, prouinciam administras, paratus sim dare: angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, recõditum, ac derelictum? iubeas ibi me metiri, quò portare non expediat? vbi emere nõ [c] possum? Improbum facinus, iudices: non ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. tamen ego hoc, quod ferri nego posse, Verri, iudices, concedo, & largior. Si vllo in loco eius prouinciæ frumentum tanti fuit, quanti iste æstimauit, hoc crimẽ in istum reum valere oportere non arbitror. Verùm enimuerò [f] cùm esset LLS. binis, aut etiam ternis, quibusuis in locis prouinciæ duodenos sestertios exegisti. Si mihi tecum neque de annona, neque de æstimatione tua potest esse controuersia, quid sedes? quid exspectas? quid [g] defendes? Vtrùm tibi pecuniçh cociliatæ videntur aduersum leges, aduersum rempũ maxima sociorũ iniuria: an verò id rectè, ordine, è rep. sine cuiusquam iniuria factum esse defendes? cùm tibi senatus ex ærario pecuniam promisisset, & singulos tibi denarios adnumerasset, quos tu pro singulis modiis aratoribus solueres: quid facere debuisti? Si, quod L. Piso ille frugi [i], qui legem [k] de pecuniis repetundis primus tulit: cùm emisses, quanti esset: quod superaret pecuniæ, retulisses: si, vt ambitiosi homines, aut benigni: cùm pluris senatus æstimasset, quàm quãti esset annona: ex senatus æstimatione, non ex annonę ratione soluisses: sin, vt pleriq; faciunt, in quo etiã erat aliquis quæstus, sed is honestus, atque cõcessus: frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses: sumsisses id nummorum, quod tibi senatus, cællæ nomine, concesserat. Hoc verò quid est? quam habet rationem, non quæro æquitatis, sed ipsius improbitatis, atque impudentiæ? Neque enim est ferè quidquam, quod homines palàm facere audeãt in magistratu, quamuis improbi, quin eius facti, si non bonam, at aliquam rationẽ afferre soleant. Hoc l quid est? Venit prætorem frumentum, inquit, me abs te emere oportet. Optimẽ. Modium denario. Benignè, ac liberaliter. nam [o] ego tribus LLS. non possum vendere. Mihi [p] frumento non opus est: nummos volo. Non [q] sperabam, inquit arator, me ad [r] denarios peruenturũ: sed, si ita necesse est, quanti frumẽtum sit, cõsidera. Videto esse binis LLS. Quid ergo à me tibi nũmorum dari potest, cùm senatus tibi quaternos nummos [s] dederit? Quid potest, attendite: & vos, quæso, simul, iudices, æquitatẽ prætoris attendite. Quaternos LLS. quos mihi senat[t] decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistã [c] transferã ex [u] fisco.

Quid

a L. quod antea fuerit in cons.

b testimoniis omnium, &c.

c Coactio annonæ, id quod ad ordinariam tritici summam à Verre additur.*

d L. cum frumentum aut.

e lis. vulg. frumentum portare nollet.

f Accommodatio magistratuum, eorum facilitas.*

g al. defensionis instituerunt. semper &c.

h L. in vltima, an difficillima ad portandum loca, frumentum imp.

P. B. à al. portandum.*

k L. vt ij, quos meminimus: aut vidimus, non fecerit. & ita, al. vidimus.*

m Philomelione Eph. Est autẽ Philomelij Phrygiæ oppidum a quo Ephesum vsque vecturam difficilem reddunt amfractus & flexus.*

n L. Philomelio ossibus.

P. CXCII.

a L. Quamobrem, si vis, Hortensi, docere, aliquid ab isto simile in æstima.

b vet. oportebit,

c al. atque à sententia legis.

d L. in eius locis.

e L. non possimus

f L. cum esset modius LLS. binis.

g al. quid defendis?

h L. Pecunię cõactæ, concilatæ videntur adu.

i L. Frugi.

k Lex de pecuniis repetundis, latæ Cicero 2. de officiis & pro Rabir.*

P. B. l L. Hoc verò quid est?

m Dialogus inscr. Pretorem aratorem.*

n L. Optimè.

o L. Nã ego non possum.

p L. Mihi frumentum non opus est: nummos volo.

Sperabã, inquit, ad. volo. Nã iperabam, &c.

q al. Nam ad.

Non ipsa ram &c.

r Ad denarios peruenturũ, dicitur, qui nummum ibi quit non frumentos.*

s LLS. dat. Cicõ. Ita differentia autem ex his testibus hic dicitur, qui ex publico quaternos & prętam & aream rem, niam pecuniam fere.* trans.

u L. de fisco.

Quid postea? quid? pro singulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos LLS. dato. Quæ ratione? Quid quæris rationem? non tantâ rationem res habet, quantâ vtilitatem, atq; prædam. Dic[a], inquit ille, planiùs. Senatus te voluit mihi nummos dare: me tibi frumentum metiri. tu eos nummos, quos mihi senatus dare voluit, ipse habebis: à me, cui singulos denarios dari oportuit, binos[b] aufers? & huic prædæ ac direptioni, cellæ nomen imponis? Hæc[c] deerat iniuria, & hæc calamitas aratoribus, te prætore, qua reliquis fortunis omnibus euerterẽtur[d]. Nam quid esse réliqui poterat ei, qui per hanc iniuriã non modò frumentũ[e] omne amitteret, sed etiã omne instrumentum[f] vendere cogeretur? Quo enim se verteret, nõ habebat. ex quo fructu nummos, quos tibi daret, inueniret? Decumarũ nomine tantum erat ablatũ, quantum voluntas tulerat Apronij: pro alteris decumis, emtóque frumẽto, aut nihil datũ, aut tantum datum, quãtum réliqui scriba[g] fecerat, aut vltrò etiã, id quod didicistis, ablatum. Cogantur etiam nummi ab aratore[h]. quo iure? quo exemplo? Nam, cùm[i] fructus diripiebantur aratorum, atque omni lacerabãtur iniuria: videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quæsisset, in quo elaborasset, quod agri, segetésque extulissent. Quibus iniuriis grauissimis tamẽ illud erat mi serum solatium, quòd id perdere videbatur, quod alio prætore, eodem ex agro reparare[j] posset. Nummos[k] verò, vt[l] daret arator, quos[m] non aratro, ac manu quærit, boues[n] & aratrum ipsum, & omne instrumentum vendat, necesse est. Nõ enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis: habet[o] idẽ in vrbanis prædiis. Nã[p] *cùm aratori onus aliquod imponitur, non omnes, si quæ sunt præterea facultates, sed arationis ipsius vis, ac ratio consideranda est, quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit, ac debeat.* Quamquam illi quoque sunt homines ab isto omni ratione exinaniti, ac perditi: tamen hoc vobis est statuendũ, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rep.[q] fungi ac sustinere velitis. Imponitis[r] decumas: patiuntur. alteras: tẽporibus vestris seruiendum putant. dent emtum præterea. dabũt, si voletis. Hæc quàm sint grauia, & quid, his rebus detractis, possit ad dominos puri, ac réliqui peruenire, credo vos ex vestris rebus iusticis coniectura assequi posse. Addite nunc cõdem istius edicta, instituta, iniurias: addite Apronij, Veneriorũmque seruorum, in agro decumano regna, ac rapinas. Quamquam hæc omitto: de cælla loquor. Placémne vobis, in cællã magistratibus nostris[s] frumẽtum Siculos gratis dare? Quid hoc indignius? quid iniquius? Atq;[t] hoc scitote, aratoribus u, hoc prætore, optandum, ac petendum fuisse. Sositenus[x] est Entellinus, homo cum[y] primis ciuitatis prudens, & domi nobilis: cuius verba audistis: [z] qui ad hoc iudicium legatus publicè cum Arthemone, & Menisco, primariis[a] viris, missus est. Is cùm in senatu Entellino multa mecum de istius iniuriis aget, hoc dixit: si hoc de cælla, atque hac æstimatione concederetur, velle Siculos senatui polliceri frumentum in cællam gratis, ne

a L. non ad æquitatẽ cõditionis, sed. b L. Verri & suæ parte in cælla. c L. pro eo numero d *al.* LLS. XVIII. millia. e L. certe fructu suo n. *al.* prof. ctũ. *al.* toto. *al.* cetero. Certum autem fructũ appellat, capi solitum & cõsuetum.* P. CXCIIII. f L. hoc est si Sicilia ferre g *vet.* P. R. ferat potius, quàm nostri magistratus. M. h L. & ferendus debet populo R. S cilia decumas. det pro singulis modiis tritici ternos X. sibi hab. i Prætorib. Sicilix pecunia dabatur frumentario nomine duplici ex causa, hoc est, vt & sibi in cellã: & in vsũ P. Romani emeret.* k *al.* iam ref. l L. At enim quam rem in publico frumento Sicilia non fert. &c. *vet.* At enim istam rẽ, quã in pub. frum. Sici. nõ ferret hanc rẽ.

a Dic, die, in quit ille. planius. b L. binos aufers? & huic prædæ. c L. deerat. cel lx nom. imponer. P. CXCIII. e *al.* Hoc de erat iniuriæ, &c. d *fort.* euerteretur: vt proxime *alludat ad Verris nomen.** e L. fructum omnem am. f Instrumentum rusticum intelligit.* g L. scribæ fecerant. h Aratores, de quib. hic, dicitur, quibus agri publici dabantur ea conditione vt ex iis decumas darent: ager qui dabatur, ea lege, vt essi gallis, decumanis, aratoribus non dominis esset, sed P. Romanis: vbi alibi aratores & domini dicuntur. i Separare dicitur, qui P. R. vellit, quæ retinere, dicit ad l. 22. §. si. de verbor. oblig. Horatius sic Epod. Ode 2. Nec vitia tua Lyra reprehendit, non horrida quæstus. k Nummos aratorum de re differe.* l *al.* vt det a. m L. quos nõ exact. quos aratro. n *non sapit* prohibitis. *vet.* prædibus. *cum* fundatoribus. *Cap. quæres* pignora.* o L. habet in vrb. p L. nam cũ aratori ali. quid imponitur non homines, si quæ. q *alias* rep. r L. Aratoribus Verre præsentibus: qui. s L. cum primis prudens & domi n. t Primarii viri ciuitatum qui. primores ciuitatum dicti *l.* 16. ff. *de vsu & vsufructu legato.** u L. Aratoribus Verre præ. x L. Sositeus est. y L. cum primis prudens & domi n. z L. audistis: qui. a Primarii viri ciuitatum qui. primores ciuitatum dicti *l.* 16. ff. *de vsu & vsufructu legato.**

A

B

C

D

E

F

G

H

posthac tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus. Perspicere vos certò scio, Siculis quantopere hoc expediat, non[a] ad æquitatis conditionem, sed *ad minima malorum eligenda.* Nam, qui mille modiũm Verri[b] suæ partis in cællam gratis dedisset, duo millia nummũm, aut summum tria dedisset: idem nunc pro[c] eodẽ numero fruméti LLS[d]. XIII. millia dare coactus est. Hoc arator assequi per triennium certo fructu suo non potuit: vendiderit instrumentum, necesse est. quòd si munus, & hoc vectigal aratio tolerare, hoc[f] est, Sicilia ferre, ac pati potest: populo[g] R. ferat potius, quàm nostris magistratibus. Magna est pecunia: magnum præclarúmque vectigal. si modò id salua prouincia, si sine iniuria sociorum percipere possitis: nihil detraho. Magistratibus tantundem detur in cællam, quantũ semper datum est. quod præterea Verres imperat, id, si facere non possunt, recusent. si possunt, populi Ro. potius hoc sit vectigal, quàm præda prætoris. Deinde cur in vno genere solo frumenti ista æstimatio constituitur? Si est æqua & [h] ferenda: pupulo R. Sicilia decumas det, pro singulis tritici modiis ternos denarios: sibi habeat frumentum. Data[i] tibi pecunia est, Verres: vna, qua frumentum tibi emeres in cællam: altera, qua frumentũ emeres à ciuitatibus, quod Romam mitteres. Tibi datam pecuniam domi tetines: & præterea pecuniam permagnam tuo nomine aufers. fac idem in eo frumento, quod ad populum Ro. pertinet. exige eádem æstimatione pecuniam à ciuitatibus, & refer, quam accepisti. tum[k] refertis erit ærarium populi R. quàm vmquã fuit. At[l] enim istam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rẽ in meo frumento tulit. Proinde quasi aut æquior sit ista æstimatio in tuo, quàm in populi R. commodo: aut ea res, quam ego dico, & ea, quam tu fecisti, inter se genere iniuriæ, non magnitudine pecuniæ differat. Verùm istam ipsam cællam ferre nullo modo possint. vt omnia remittantur, vt omnibus iniuriis, & calamitatibus, quas te prætore tulerunt, in posterum liberentur: istam se cællam, atque istam æstimationẽ negant se vllo modo ferre posse. Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompeium cos. nuper, homo disertissimus, & omni doctrina, & virtute ornatissimus, pro tota Sicilia de aratorum miseriis graviter, ac copiosè dixisse, ac deplorasse dicitur, ex quibus hoc, iis, qui aderant, (nam magno conuentu acta res est) indignissimũ videbatur: qua in re senatus optimè, ac benignissimè cũ aratoribus egisset, largè, liberaliterque æstimasset, in ea re prædari prætorem, bonis euerti aratores: & id non modò fieri, sed ita fieri, quasi liceat, concessumq; sit. Quid ad hæc Hortẽsius? falsum esse crimen? Hoc numquã dicet. Non magnam hac ratione pecuniam captam? Ne id quidem dicet. Nõ iniuriam factam Siculis, atque aratoribus? Quî poterit dicere? Quid igitur dicet? *Fecisse*[m] *alios*: quid est hoc? Vtrum crimini defensio, an comitatus exsilio[n] quæritur? Tu in hac rep. an in hac hominũ libidine, &, vt adhuc habuit se status iudiciorum, etiã licentia, nõ[o] ex iure, non ex æquitate, nõ ex lege, nõ ex eo, quod oportuerit, non ex eo, quod licuerit, sed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehenditur, rectè factũ esse defendes? Fecerunt[p] alii, qui alia quàm multa: cur in hoc vno crimine

a L. non ad æquitatẽ cõditionis, sed. b L. Verri & suæ parte in cælla. c L. pro eo numero d *al.* LLS. XVIII. millia. e L. certe fructu suo n. *al.* prof. ctũ. *al.* toto. *al.* cetero. Certum autem fructũ appellat, capi solitum & cõsuetum.* P. CXCIIII. f L. hoc est si Sicilia ferre g *vet.* P. R. ferat potius, quàm nostri magistratus. M. h L. & ferendus debet populo R. S cilia decumas. det pro singulis modiis tritici ternos X. sibi hab. i Prætorib. Sicilix pecunia dabatur frumentario nomine duplici ex causa, hoc est, vt & sibi in cellã: & in vsũ P. Romani emeret.* k *al.* iam ref. l L. At enim quam rem in publico frumento Sicilia non fert. &c. *vet.* At enim istam rẽ, quã in pub. frum. Sici. nõ ferret hanc rẽ.

m Hanc exceptionem, *Fecisse idem alios* repudiat & reprehendit Demosthenes in oratione περὶ παραπρεσβείας Isocrates in oratione quæ inscribitur Βουσίριδος ἐγκώμιον. n *al.* ex silio p deest, hac de re sione Hortensius non assequitur vt Verres absolvatur, sed ne solus condemnetur & vt exilii sui comites habeat. o Ius vnde dici & sumi oportuit.* p L. Fecerũt alii. Quid? alii quàm multa?

isto genere defensionis veteris? Sunt quædam omnino in te singularia, quę in nullum alium hominem dici, [a] neque cõuenire possint: quędam tibi cum multis communia. Ergo, vt omittam tuos peculatus, vt ob ius dicundum pecunias acceptas, vt eiusmodi cetera, quæ forsitan alij quoque etiam fecerint: illud, in quo te grauissimè accusaui, quod ob iudicandam rem pecuniam accepisses, eádem ista ratione defendes, fecisse alios? Vt ego assentiar orationi, defensionem tamen non proba bo. Potius enim te damnato, ceteris angustior locus improbitatis defendendæ relinquetur, quam, te absoluto, alij quod audacissimè fecerunt, rectè fecisse existimentur. *Lugent omnes prouinciæ: quærũtur omnes liberi populi: regna denique iam omnia de nostris cupiditatibus & iniuria expostulant: locus intra Oceanum tam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non, per hæc tempora, nostrorum hominum libido, iniquitásque pertulerit.* sustinere iam populus Roman. omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lacrymas, querimonias non potest. In eiusmodi re, ac moribus: si is, qui erit abductus in iudicium, cum manifestis [b] in flagitiis tenebitur, *alios* [c] *eádem fecisse dicet*: illi exempla non deerunt, teip. salus deerit, si improborum exemplis improbi iudicio ac periculo liberabuntur. Placent vobis hominum mores? placet ita geri magistratus, vt geruntur? placet socios sic tractari, quod restat, vt per hæc tempora tractatos videtis? Cur hæc à me opera consumitur? quid sedetis? cur nõn in media oratione coniurgitis, atque discedit is? Vultis autem istorum audacias, ac libidines aliqua ex parte resecare? *Desinite dubitare, vtrum sit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an vnius improbi supplicio multorum improbitatem coercere.* Tametsi quæ ista sunt exempla multorum? nam cum in causa tanta, cùm in crimine maximo dici à defensore cœptum est factitatum esse aliquid: expectant ij, qui audiunt, exempla [d] ex vetere memoria & monumentis, ac litteris, plena dignitatis, plena antiquitatis. Hæc [e] plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & iucunditatis ad audiendum. Africanos mihi, & Catones, & Lælios commemorabis? & eos fecisse idem dices? quamuis res mihi non placeat: tamen contra hominum auctoritatem pugnare non potero, Anf, cum eos non poteris proferre, proferes hos recenteis, Q. Catulum patrem, C. Marium, Q. Scæuulam, M. Scaurum, Q. Metellum? qui omnes prouincias habuerunt & frumentum cællæ nomine imperauerunt. magna est hominum auctoritas, & tanta, vt etiam delicti suspicionem tegere possit. Non habes ne ex his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, vllum auctorem istius cõtaminationis. Quò me igitur, aut ad quę exempla reuocas? Ab illis hominibus, qui tum versati sunt in rep. cùm & optimi mores erant, & hominum existimatio grauis habebatur, & iudicia seuera fiebant, ad hanc hominum licentiã & libidinẽ me abducis? & in quos aliquid exẽpli populus R. statui putat oportere, ab iis tu defensionis exẽpla quæris? Nõ fugio ne hos quidẽ mores, dũmodo ex his ea, quæ probat popul[g] R. exẽpla, nõ ea, quę cõdẽmnat, sequamur. Nõ circũspiciã, nõ[g] quęrã foris, cũ habeas iudices, principes ciuitatis, P. Seruilium, Q. Catulũ: qui tãta auctoritate sunt, tantis rebus gestis, vt in illo antiquorũ [a] & clarissimorum hominũ, de quibus antea dixi, numero reponãtur. Exẽpla quærimus, & [b] ea nõ antiqua. modò vterq; horũm, exercitũ habuit. Quære, Hortensi, quoniam te recentia exẽpla delectant, quid fecerint. Itáne verò? Q. Catulus frumento est vsus, pecuniã non coegit. P. Seruilius quinquennium exercitui cùm præesset, & ista ratione innumerabilẽ pecuniã facere [c] posset, *nõ statuit sibi quidquã licere, quod non patrem suũ, non* [d] *auũ Q. Metellũ facere vidisset: C. Verres reperietur, qui, quod expediat, id licere dicat?* quod nemo, nisi improbus, fecerit, id aliorum exemplo se fecisse defendat? At in Sicilia factũ tatũ est. Quæ est ista cõditio Siciliæ? cur, quę [e] optimo iure, propter vetustatem, fidelitatem, propinquitatem esse debet, huic[f] præcipua lex iniuriæ definitur? Sed in ista ipsa Sicilia, non quæram exemplum foris: hoc ipso in consilio vtar exẽplis. C. Marcelle, te appello. Sicilię prouinciæ, cùm esses pro consule [g], præfuisti: nũ quæ [h] in tuo imperio pecuniæ, cællę nomine, coactæ sunt? neq; ego hoc in tua laude pono. alia sunt tua facta, atq; consilia, summa laude digna: quibus illã tu prouinciã afflictã & perditam erexisti, atq; recreasti. nã hoc de cęlla, ne Lepidus quidẽ fecerat, cui tu successisti. Quę sunt tibi igitur exẽpla in Sicilia cęllę, si hoc etiam non non modò Marcelli facto, sed ne Lepidi quidem potes defendere? An me ad M. Antonij æstimationem frumẽti, exactionémq; pecuniæ reuocaturus es? Ita, inquit, ad M. Antonij. Hoc enim mihi significasse, & annuisse [i] visus est. Ex omnibúsne igitur populi R. prætoribus, cõsulibus, imperatoribus, M. Antonium delegisti, & eius vnum improbissimũ factum, quod imitarere? Et hîc vtrũ mihi difficile est dicere, an his existimare, ita se in [k] illo infinito imperio M. Antoniũ gessisse, vt multo isti pernicioſius sit dicere, se in improbissima voluisse Antonium imitari, quàm I si posset defendere, nihil in vita se M. Antonio simile fecisse? *Homines in iudicio ad crimen defendendũ, non, quid fecerit quispiam, proferre solent, sed quid* [m] *probarit.* Antonium, cùm multa contra sociorum salutem, contra [n] voluntatem prouinciarum & faceret, & cogitaret, in mediis eius iniuriis, & cupiditatibus mors oppressit. Tu mihi quasi eius omnia facta, atque consilia S. [o] P. Q. R. iudices comprobarint, ita M. Antonij exẽplo istius audaciam defendis. At idem fecit Sacerdos [p]. Hominem innocentem, & summa prudentia prædium nominas: sed tum idem fecisse erit existimandus, si eodem consilio fecerit. Nam genus æstimationis [q] ipsum, à me numquam est reprehensum: sed eius æquitas, aratorum commodo, & voluntate perpenditur. *Non potest reprehendi vlla* [r] *æstimatio, quæ aratori non modò incommoda non est, sed etiam grata est.* Sacerdos, vtin prouinciam vénit, frumentum in cællam imperauit. Cùm esset, ante [s] nouum, tritici modius LLS. XV. petiuerunt ab eo ciuitates, vt æstimaret. Remissior aliquanto eius fuit æstimatio, quàm annona. nam [t] æstimauit denariis III. Vides, eandem æstimationem, propter temporis dissimilitudinem in illo laudis causam habere: in te, criminis? in illo, beneficij: in te, iniuriæ? Eodem tẽpore Antonius III. denariis æstimauit post

[a] *fort.* neque dici, neque [a]

[b] *v. c.* manifestis flagitiis [c] Exempla non excusant delictum.*

[d] Exẽplorũ auctoritas & voluptas.* [e] L. Hæc enim plur.

[f] L. An, cùm eos, non poteris, proferes hos? r.

P. B

[g] L. non quæram foris. Habeo iudices,

[a] L. antiquissimorum. [b] *al.* & ea nõ antiquæ

[c] *v. c.* facere cùm posset, [d] L. nouum. L. Metellum clarissimum hominem, facere vidisset: [e] Prouincia Siciliæ conditio cur melioribus quàm cęterarum prouinciarum esse debuerit Romanis.* [f] *al.* huic præcipuè lex iniuriæ def. v. P. CXCVI. præcipua. [g] *al.* proconsul * [h] *fortasse* quæ.

[i] *al.* annuisse

[k] *al.* in illo inf. l. quàm possit defendere. nihil. *al.* quàm se possit defendere. [l] *lib. vulg.* quid probarint? [m] L. contrarium. [n] L. contrariam voluntatem pr. [o] senatus populúsque R. iudices coper. & ita v. *al.* senatus populique R. mandat. [p] *al.* C. Sacerdos. P. B.

[q] In æstimatione frumenti quid prosit & impro bet Cicero, & Lilla æst. & ita v. c. [r] L. aut ne quam, tritici modius LLS. X. v. pec. *al.* tritici modius LLS. XX. [s] L. Nam æstimauit. [t] *al.* Vid. Nam æstimauit LLS. XII. Vid.

post messem, summa in vilitate, cùm aratores frumentũ dare gratis malebãt [a]. & aiebat, se tantidem æstimasse, quãti Sacerdotem: neque mentiebatur: sed eádem ista æstimatione, alter subleuarat aratores, alter euerterat. Quòd nisi *omnu frumenti ratio ex* [b] *temporibus esset*, & annona, non ex numero, neq; ex summa, cõsideranda: nũquam tam grati hi sesquimodij Q. Hortẽsi, fuissent: quos tu cùm ad mẽ furæ tam exiguã rationem populo R. in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. *caritas* enim *annonæ faciebat, vt istuc, quod* [c] *re paruum videbatur, tempore magnum videretur.* Idem istuc si in vilitate populo Ro. largiri voluisses: derisum tuum beneficium esset, atque contemtum. Noli igitur dicere, istum idem fecisse, quod Sacerdotẽ: quoniam non eo tempore, neque [d] simili fecit anno. dicito potius, quoniam habes auctorem idoneũ, quod Antonius vno aduentu, & vix menstruis cibariis fecerit, id istũ per triennium fecisse: & istius innocentiam M. Antonij facto, atq; auctoritate defendito. Nam de Sex. quidem Præduceo, fortissimo, atq; innocentissimo viro, quid dicitis [e]? de quo quis vmquã arator questus est? aut quis non ad hoc tẽpus innocẽtissimam omnium, diligentissimamq; præturã illius hominis existimauit? Bienniũ prouinciam obtinuit, cùm alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. nũ aut in vilitate nummũ arator quisquã dedit? aut in caritate de æstimatione frumẽti questus est? At vberiora cibaria facta sunt caritate. Credo: neque id est nouũ, neq; reprehendendũ, modò C. Sentium vidimus, hominem vetere illa, ac singulari innocentia prẽditũ, propter caritatẽ frumenti, quæ fuerat in Macedonia, permagnã ex cibariis pecuniã deportare. Quamobrẽ non ego inuideo tuis commodis, siqua [f] ad te lege venerunt: iniuriam queror, improbitatẽ arguo: auaritiam in crimen, & in iudiciũ voco. Quòd si suspiciones iniicere voletis, ad plureis homines, & ad plureis prouincias crimen hoc pertinere: nõ ego istã defensionem vestram pertimesco, sed me omnium prouinciarũ defensorem esse profitebor. Etenim hoc dico, & magna voce dico: Vbicumq; hoc factũ est, improbè factum [h] est. quicumq; hoc fecit, supplicio dignus est. Nã, per deos immortales, videte, iudices, & prospicite animis, quid futurum sit. multi magnas pecunias ab inuitis ciuitatibus, atq; ab inuitis aratorib. ista ratione, cællæ nomine, coegerunt: (omnino ego neminem video, præter istũ: sed do hoc vobis, & concedo, esse multos:) in hoc homine rem adductã in iudicij videtis. quid facere potestis? Vtrùm, cùm iudices sitis de pecunia capta [i], conciliatam pecuniã captam negligere: an, cùm [k] lex sociorũ causa rogata sit, sociorũ querimonias non audire? Verùm hoc quoq; vobis remitto. negligite præterita, si vultis: sed ne reliquas spes turbetis, atq; omneis prouincias euertatis, id prouidete, ne auaritiæ, quæ antehac occultis itineribus, atq; angustiis vti solerent, auctoritate vestra viam patefaciatis illustrem [m], atq; latam. Nam si hoc probatis, & [n] si hoc licere, pecunias isto nomine capi, iudicatis: certè hoc, quod adhuc nemo, nisi impudentissimus, fecit, posthac nemo, nisi stultissimus, non faciet. *Improbi sunt, qui pecunias contra leges cognt: stulti, qui, quod licere iudicatum est, prætermittunt.* Deinde, iudices, videte, quàm infinitam sitis hominibus licentiam pecuniarũ eripiendarum daturi. Si ternos denarios qui coegit, erit absolutus: quaternos, quinos, denos denique, aut vicenos coget alius. quæ erit reprehensio? in quo [a] primùm iniuriæ gradu resistere [b] incipiet seueritas iudicis? quotus erit iste denarius, qui nõ sit ferendus, & in quo primùm æstimationis iniquitas, atque improbitas reprehendatur [c]? non enim à vobis summa, sed genus æstimationis [d] est comprobatum. neque hoc potestis iudicare, ternis denariis æstimare [e] licere. *vbi enim semel ab annonæ ratione, & ab aratorũ voluntate* [f] *res ad prætoru libidinem translata est: non est iam in lege, atque in officio, sed in voluntate hominum, atque* [g] *audacia positus modus æstimandi.* Quapropter si vos semel in iudicando finem æquitatis, & legis transieritis [h]: scitote, vos nullum ceteris in æstimando finem improbitatis & auaritiæ reliquisse. Videte igitur, quàm multa simul à vobis postulentur. Absoluite eum, qui se fateatur maximas pecunias cum summa sociorum iniuria cepisse. nõ est satis. Sunt alij quoque plures, qui idem fecerint. absoluite etiam illos, siqui sunt: vt vno iudicio quàm plurimos improbos liberetis. Ne id quidem satis est. facite, vt ceteris posthac idem liceat. licebit. At hoc parum est. Permittite, vt liceat, quãti quisque velit, tanti æstimer. æstimabit. Videtis iam profectò, iudices, hac æstimatione à vobis comprobata, neque modum posthac auaritiæ cuiusquam, neque pœnam improbitatis futurã. Quas ob res quid agis Hortensi? cõsul es designatus: prouinciã [i] sortitus es: de æstimatione cùm dices frumenti, sic te audiemus, quasi id, quod ab isto rectè factum esse defendes, te factũrum profiteare, & quasi, quod isti licitum esse dices, vehementer [k] cupias tibi licere. Atqui, si id licebit, nihil est, quod putetis quemquã posthac commissurum, vt de pecuniis repetundis condemnari possit. Quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per [l] cællæ nomen æstimationis magnitudine consequatur. At enim est quiddam, quod, etiam si palàm in defendendo non dicit Hortensius, tamen ita dicit, vt vos id suspicari, & cogitare possitis: pertinere hoc ad commodum senatorium: pertinere ad vtilitatem eorũ, qui [m] iudicent, qui in prouinciis cum [n] potestate, aut cum legatione se futuros aliquando arbitrentur. Præclaros [o] viros existimas iudices nos habere, quos alienis peccatis cõcessuros putes, quo faciliùs ipsos [p] peccare liceat. Ergo id volumus populum R. id prouincias, id socios, nationesque exteras existimare, si senatores iudicent, hoc certè vnum genus infinitæ pecuniæ, per summam iniuriam cogendæ, nullo modo posse reprehendi? quod si ita est, quid possumus contra illum prætorem [q] dicere, qui quotidie tẽplum [r] tenet, qui [s] *remp. subsistere negat posse, ni ad equestrem ordinem iudicia referantur* [t]? Quòd si ille hoc vnum agitare cœperit, esse aliquod genus cogendæ pecuniæ senatorum commune, & iam propè concessum ordini, quo genere ab sociis maxima pecunia per summam iniuriam auferatur [u]: neque [x] illud modò senatoriis iudiciis reprehendi posse, idque, dum equester ordo iudicaret, numquam esse commissum: quis obstet? quis erit tam cupidus vestri, tam fautor ordinis, qui de transferendis iudiciis possit

a L. malent

b si Paulus Nouũ ẽ pretio varietatẽ loco tempore atque adferunt &c. l. preia 6. ff. ad l. falcid. * c L. quod re

d L. neq; simili fecit anno dicito

e L. dicetis. * dicis?

P. CXCVII.

f al. si quæ ad te. L. eorquo & ita v.

h L. fabium est, supplicio quicumque hoc facit, dignus est.

i al. captas, & conciliatas. * k solendi re perandarũ. *

l L. atq; augustis

m L. latam, atque illustrẽ

n L. & si ita cetera, in pecuniis ille.

a al. quarto *

b al. constistere.

c L. reprehẽ detur.

d L. æstimationis erit. e. L. æstimari licere, denis non licere.

f L. vtilitate g L. atque auaritia

h al. transiliceritis.

i Cretã: quæ tamen collegæ Metello concessa, (vnde Creti nomen adeptus est) in vrbe manst. *

P. CXCVIII.

k v. c. inmane cupias l hoc est cælæ nomine. Sic apud Tacitum, vbi per nomẽ agrorum, fumen & iuculta, montium excipiant. *

m L. qui res iudicent,

n Cum potestate in prouincijs erãt magistratus, qui imperiũ à P. R. acceperũt. vt Prætores & consules: legati vero à senatu more maiorum deligebantur. *

o L. Præclaros verò existim.

p L. ipsis peccare lic.

q L. Mælium Collium. *

r Templum vocat. rostra, in quibus magistratus legem ferebat in quibus quotidie Cotta Prætor erat. vt legem de iudiciis ferre posset. *

f al. qui rẽpsistere neg.

t sors. transiterant?

u L. fauertatur.

x L. neque id vllo modo sen. & ita

recusare? Atque vtinam posset aliqua ratione hoc crimen, quamuis falsa, modò humana, atque vsitata defendere. minore periculo vestro, minore periculo prouinciarũ omnium, iudicaretis. Negaret [a] hac æstimatione se vsum: vos [b] id credidisse homini, non factum comprobasse videremini. nullo modo negare potest: vrgetur à tota Sicilia: nemo est ex tãto numero aratorum, à quo pecunia cællæ nomine non sit exacta. Vellem etiam hoc posset dicere, nihil ad se istam rationem pertinere: per quæstores rem frumentariam esse administratam: ne [c] id quidem ei licet dicere: propterea quòd ipsius litteræ recitantur, ad ciuitates de ternis denariis missæ. Quæ est igitur defensio? Feci quod arguis: coegi pecunias maximas cællæ nomine: sed hoc mihi licuit: vobis, si prospicitis, licebit. Periculosum prouinciis, genus iniuriæ confirmari iudicio: *pernicio sum nostro ordini, populum Ro. existimare, non posse eos homines, qui ipsi legibus teneantur, leges in iudicãdo religiosè defendere.* Atque isto prætore, iudices, non solùm æstimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem. neque enim id, quod debebatur, [d] sed quantum commodum fuit, imperauit. Summam faciam vobis ex publicis litteris, & testimoniis ciuitatum, frumenti in cællam imperati. reperietis quinquies tanto, iudices, amplius istum, quàm quantum ei in cællam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse. Quid ad hanc impudentiam addi potest, si & æstimauit tanti, vt homines ferre non possent, & tanto plus, quàm erat ei concessum legibus, imperauit? ¶ Quapropter [e], cognita tota re frumentaria, iudices, iam facillimè perspicere potestis, amissam esse populo Romano Siciliam, fructuosissimam, atque opportunissimã prouinciam, nisi eam vos istius damnatione recuperatis. Quid est enim Sicilia, si ei agrif cultionem sustuleris, & si aratorum numerũ, ag nomen extinxeris? quid enim potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores, isto prætore, per summam iniuriam, ignominiámque peruenerit? quibus, cùm decumas dare deberent, vix ipsis [g] decumæ relictæ sunt: cùm pecunia deberetur, soluta non est: cùm optima æstimatione senatus frumentum eos in cællam dare voluisset, etiam instrumenta agrorum vendere coacti sunt. Dixi iam antea, iudices, vt has omneis iniurias tollatis, tamen *ipsam rationem arandi spe magis, & iucunditate quadam, quàm fructu, atque emolumento teneri. etenim ad incertum casum, & euentum, certus quotannis labor, & certus sumtus impenditur. annona porrò, pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet.* si autem vbertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis: vt aut malè vendendum intelligas, si processit [h]: aut malè perceptos fructus, si rectè [i] licet vendere. *Totæ autem res rusticæ eiusmodi sunt, vt eas non ratio, neque labor, sed res incertissimæ, venti, tempestatesque moderentur.* Hinc cùm vnæ decumæ lege, & [k] conditione trahantur: alteræ nouis institutis propter annonæ rationem imperentur: ematur præterea frumentum quotannis publicè: postremò etiam in cællam magistratibus & legatis imperetur: quid, aut quantum præterea est, quod aut liberum possit habere ille arator, ac dominus in potestate, suorum fructuum, aut in ipsis fructibus solutum? Quód si hæc feruntur omnia: si vobis potius, ac populo Rom. quàm sibi, & suis commodis, opera, sumtu, labore deseruiunt [l]: etiámne hæc noua debent edicta, & imperia prætorum, & Apronij dominationem, & Veneriorum seruorum furta, rapinásque perferre? etiámne frumentũ pro empto gratis dare? etiámne in cællam cùm cupiant [m] gratis dare vltrò, pecuniam grandé dare? etiámne hæc tot detrimenta, atque damna cum maximis iniurtis, cõtumeliísque perferre? itaque, hæc iudices, *quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt.* Arationes [n] tota Sicilia desertas, atque à dominis relictas esse cognoscitis: neque quidquam aliud agitur hoc iudicio, nisi vt antiquissimi socij, fideliss imíque, Siculi, coloni populi Romani, atque aratores, vestra seueritate, & diligentia, me duce, atque auctore, in agros, atque in ædes suas reuertantur.

a L. Si negaret, hac æstimatione se vsum: al. Negaret hic est. al. Vellem negare posset, hac æstim.

b v.c. vos id credidisse, hominib. credidisse, non factum comp. & in t.

c al. ne id quidem si licebit dicere:

d v.c. debetur, & in t.

e PERORATIO.* P. CXCIX.

f al. agri cultionem.*

g L. Ipsæ decumæ r.

h Proceder dicitur cum messis copia.

i Recte verbum qui caret

k & conditione dicere. hantur: alte & consuetudine de hant. al. & consuetudine trah. P. B.

l Deseruit qui inseruiens dominis suis mihil v mittit.

m Leuyãt vltrò dare gratis, pecuniam gratis adderet.

n L. Arationes omneis, tota S.

P. CC.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER QVARTVS [a], de signis.

ORATIO NONA.

SYNOPSIS.

¶ *De latrociniis Verris: & quæ abstulerit.* 1. *C. Heio Mamertino.* 2. *Philarcho Centuripino.* 3 *Pamphilo Lilybætano* (*Diocli, Melitensi Diodoro: Cn. Caldio: L. Papyrio:*) 4 *Aeschylo Tyndaritano: & aliis Tyndaritanis:* 5. *Eupolemo Calactino:* 6. *Catinẽsibus.* 7. *Agyriẽsibus.* 8. *Halæsinis.* 9. *L. Titio.* 10. *Antiocho regi Syriæ.* 11. *Segestano.* 12. *Tyndaritanis.* 13. *Agrigentinis.* 14. *Assorinis.* 15. *Enguinis:* 16. *Catinensibus:* 17. *Melitensibus.* 18. *Ennensibus.*

a Citatur hic liber à Cicerone libro de Oratore: & appellatur quartus accusationis.*

b TRANSITIO.* c studiũ rei honestè. moribus & infamia, fortunæ: latrocinium, delicti nomen est.* d L. vos eam suo, non nominis pond. & in v.c. e L. quod id nom.

AVENIO [b] nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium [c]: vt amici eius, morbum, & infamiam: vt Siculi, latrocinium. ego, quo nomine appellem, nescio. tẽ vobis proponam: vos [d] eam suo nominis põdere pẽditore. genus ipsum priùs cognoscite, iudices: deinde fortasse non magnoperè quæretis, quo [e] nomine appellandũ putetis. ¶ Nego [f] in Sicilia tota, tã [g] locuplete, tam vetere prouincia, tot oppidis, tot familiis, tã copiosis, vllum argenteũ vas, vllum Corinthium, aut Deliacum fuisse: nego vllam gemmam, aut margaritam fuisse, aut quidquam ex auro, aut ebore factum, signũ vllum æneũ, marmoreũ, eburneum: nego vllam picturam neq; [k] in tabulis, neque [l] textilem fuisse, quin m quæsierit, inspexerit: quod placitũ sit, abstulerit. Magnũ videor

f PROPOSITIO.* g L. Locupleti, & ita v.c. h Deliacum pro ille: vllum gemm. i L. aut margarita, quam ex au. k neque in tabula. l v.c. neque textili. m L. quin conquisierit.

videor dicere. attendite etiam, quemadmodum[a] dicam. non enim verbi, neque [b] criminis augendi causa complector omnia. cùm dico, nihil istum eiusmodi rerum in tota provincia reliquisse, Latinè [c] me scitote, non accusatoriè loqui: etiam planiùs: nihil in ædibus cuiusquam, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem: nihil apud Siculum, nihil apud ciuẽ Romanum [d], denique nihil istum, quod [e] ad [f] oculos animumque acciderit, neque priuati, neque publici, neque profani, neque sacri, tota in Sicilia reliquisse. ¶ Vnde igitur potiùs incipiam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore, atque in deliciis fuit? aut ex quo potius numero, quàm ex ipsis laudatoribus tuis? faciliùs enim perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderũt, qui accusant, qui persequũtur: cùm apud tuos Mamertinos inueniare improbissima ratione esse prædatus. *C. Heius est Mamertinus* (omnes [h] hoc mihi facilè concedent [i], qui Messanam accesserunt) omnibus rebus in illa ciuitate ornatissimus. Huius domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima, maximéque hospitalis. Ea domus antequ [k] aduentum istius sic ornata fuit, vt vrbi quoque esset ornamento. nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus, portúque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè vacua, atque nuda est. Erat [l] apud Heium sacrarium magna cum dignitate in ædibus, à maioribus traditum, perantiquum: in quo signa pulcherrima quattuor, summo artificio, summa nobilitate: quæ non modò istum hominem, ingeniosum, atque intelligentem, verùm etiam quemuis nostrũm, quos iste idiotas appellat, delectare possent: vnum Cupidinis, marmoreum, Praxitelis [m]: (nimirum didici etiam, dum in istum inquiro, artificum nomina) idem, opinor, artifex eiusdem modi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiæ [n] visuntur. Nam alia visendi causa nulla est. Itaque [o] ille L. Mummius, cùm [p] Thespiis ea, quæ ad ædem Felicitatis sunt, ceteráque profana ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quòd erat consecratus, nõ attigit. Verùm vt ad illud sacratum redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore: ex altera parte Herculis egregiè factus ex ære. is dicebatur esse Myronis [q], vt opinor: & [r] certè ante hosce deos erant tabulæ, quæ cuiusis sacrarij religionẽ significare possent. erãt ænea præterea duo signa, non maxima, verùm eximia venustate, virginali habitu, atq; vestitu, quæ manibus suis sacra quædã more Athenienſium [t] virginum reposita in capitibus sustinebãt. Canephoræ [u] ipsæ vocabãtur: sed earum artificem: quémnam [x]? rectè admones. Polycletum esse dicebãt. Messanã vt quisq; nostrũm venerat, hęc visere solebat: omnib. hæc ad visendũ pagis ornamẽto, quàm ciuitati. C. Claudius [z], cui [a] est hoc Cupidine tãdiu, dum forũ diis immortalibus, populóq; R. habuit ornatum: &, cùm

a Cum *in* foro ludi | populo darentur, signis ac tabulis pictis, partim ab amicis, partim è Græcia cõmodatis vtebãtur ad scenæ speciem & ornatum. *Asconius.**

b *v.c.* & basilicas. ¶ Basilicis in foro tribunplebis ius dicebant. *Plutarchus.**

c Commoda hic pro commodatis accipit.

d L. ex vrbibus sociorũ per causam, & per simulationem ædil.

e L. ab Heio sacrario.

f L. habere dom. suæ. *al.* cu cuimodi. *al.* ciuſmod. *al.* cuiusmodi.*

P. B. h. *al.* tot domos

i *v.c.* vt hic tolleret?

k *v.c.* In hereditate sacrorũ non q. l *Asc. Aug. hæredã.**

m Hereditas sacrorũ vna cum hereditate venibat*

n ¶ Chelidonis.

o Verrẽ qui à Chelidone heres institutus.*

p L. verbo vno repell.

q similis est locus libro 3.*

r L. mercatorem in prouinciam cum imperio, ac fecur. misimus: omnia qui signa *&c. & ita v.c.*

s Coemit qui simul res varias emit.*

t L. putauerunt, *&c. & ita v.c.*

P. CCII. u L. putarũt *& ita v.c.*

x. Prætores in prouinciis quidquam emere vetãt, nisi mancipiũ

in demortui locum.* y L. vox mancipium *non est in* y. *&* z. L. d.

a ἀλλάττει vocat Plutarchus libello de ἀδεξιγνατ. huiusmodi hominem. vide Victor. 1. *Var. 14.** b *al.* neq. crimini causa

c Scitote dicere hic pro scire? vere accusatorie? accusatorie sed per calũniam aut συκοφαντικῶς. *Asconius.** d *al.* Romanum nihil de ipsum quod oculos animumque accenderit. e *al.* quod oculos, animumque accendere f Accidere ad aures, oculos. & animum, *Cicero* quibus legitur *Victorius.** g Mamertinos. *Asconius.**

h L. omnes hoc nihil qui Messanã accesserunt. concedent.

i *v.c.* concedunt?

k L. antequam aduentum istius. *Asconius.** l Primũ fecerãt Heium.* m *v.c.* Praxitelis. Praxitelis.

n Oppidum Bœotiæ. o CCI. p CCI. strabonis 9.* Athenæus 13. Apollodorus.* q *Plinius.* Myronis. r *v.c.* cùm Thespiadas. s de quo 34. *Plin.* 8.* t L. & certè est, ut ante. u L. erant. a. unus quæ. Ita vocãtur. virgines vocant, patuæ a.* *Horat. Sat.* 2. 8. vt alterã virgo cum sacris Cereris procedit. in Canephoris Cicebatur quæ sacra reposita in capitibus, manibus sublatis sustinebant. *Virgil. 8. Aeneid. & 2. Georgic. Horat. 1. Satyr. 8. & 3. Varro* de quibus *Asconius. al.* Canephoror. *al.* Ganephoroi.* x L. quis? *Cicero.* y *v.c.* cotidiè. z Pulcher. auus P. Clodius. *Asconius. & 2. Valer. 5.**

remouerent [a]? hæc, iudices, quòd *putabant ereptionem esse, non emtionem, cùm venditori suo arbitratu vendere nõ liceret.* in prouinciis intelligebant, si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset, emere vellet, idque ei liceret: fore, vti, quod quisque vellet, siue esset venale, siue non esset, quanti vellet, auferret. Dicet aliquis, Noli isto modo agere cum Verre: noli eius facta ad antiquæ religionis rationem exquirere [b]: concede, vt impunè emerit, modò vt bona ratione emerit, nihil pro potestate, nihil ab inuito, nihil per iniuriam. Sic agam. si quid venale habuit Heius, si id, quanti æstimabat, tanti vendidit: desino quærere, cur [c] emeres. Quid igitur nobis faciundum [d] est? num argumentis vtendũ in re eiusmodi? quærendum est, credo, Heius iste num æs alienum habuerit, nũ auctionem fecerit: si fecit, num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit, tanta egestas, tanta vis oppresserit [e], vt sacrarium suum spoliaret: vt deos patrios venderet. At hominem video auctionem fecisse nullam: vendidisse, præter fructus suos, nihil vmquam: non modò in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis esse, ac semper fuisse. si hęc contrà, ac dico, essent omnia: tamen illum hæc, quæ tot annos in familia, sacrarióque maiorum fuissent, venditurum non fuisse. Quid si magnitudine pecuniæ persuasum [f] est ei? *verisimile non est, vt ille homo tam locuples [g], tam honestus, religioni suæ, monumentisque maiorum pecuniam anteponeret* h. Sunt ista: verũtamen abducuntur homines nonnumquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ. Videamus, quãta i ista pecunia fuit, quæ potuerit Heium, hominem maximè locupletem, minimè auarum, ab humanitate, à pietate, ab religione deducere. Ita iussisti, opinor, ipsum in tabulas referre: HAEC OMNIA SIGNA PRAXITELIS, MYRONIS, POLYCLETI, LLS. VI. [k] MILL. VERRI VENDITA SVNT. Recita ex tabulis. TABVLAE HEII. Iuuat me, hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cælum ferunt, Verris æstimatione sic concidisse. Cupidinem Praxitelis [l] LLS. CIↃ. IↃC. profectò hinc natum est, *Malo [m] emere, quàm rogare.* Dicet aliquis, Quid? tu ista permagno æstimas? Ego verò ad meam rationem, vsumq; [n] non æstimo. verumtamen à vobis ita arbitror spectari oportere, quanti [o] hæc eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, æstimentur: quanti venire soleant: quanti hæc ipsa, si palàm, libereque venirent, venire possent: denique ipse Verres quanti æstimet. numquam enim, si denariis quadringentis [p] Cupidinem illum putasset, commisisset, vt propter eum, in sermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Quis vestrûm [q] igitur nescit, quanti hæc æstimentur? In auctione signum æneum non [r] magnum LLS. [s] CXX. [t] millib. venire non vidimus? Quid si velim nominare homines, qui aut non minoris, aut [u] etiam pluris emerent? nónne possum? etenim qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est æstimationis. *difficile est enim finem facere pretio, nisi libidini feceris.* Video igitur Heium, neque voluntate, neque difficultate aliqua temporis, neque [x] magnitudine pecuniæ adductum esse, vt hæc signa venderet: téque ista simulatione emtionis, vi, metu, imperio, fascibus, ab homine eo, quem vnà cum ceteris sociis non [a] solùm potestati tuæ, sed etiam fidei populus Romanus commiserat, eripuisse, atque abstulisse. Quid mihi tam optandũ, iudices, potest esse in hoc crimine, quàm vt hęc eadem dicat ipse Heius? nihil profectò. sed ne difficilia optemus. Heius est Mamertinus: Mamertina ciuitas istum publicè communi consilio sola laudat: omnibus ipse ceteris Siculis odio est: ab his solis amatur. Eius autem legationis, quæ ad istum laudandum missa est, princeps est Heius. Etenim est [b] primus ciuitatis. ne [c] fortè, dum publicis [d] mandatis seruiat [e], de priuatis iniuriis reticeat. Hæc cùm scirem & cogitarem, commisi tamen me, iudices, Heio. produxi eum prima actione: neque id tamen vllo periculo feci. Quid enim poterat Heius respondere, si esset improbus, si sui dissimilis? signa [f] illa domi suæ esse, non apud Verrem? quî poterat quidquam eiusmodi dicere? vt homo turpissimus esset, impudentissiméque mentiretur, hoc diceret: illa se habuisse venalia, eáque [g] sese, quanti voluerit, vendidisse. Homo domi suæ nobilissimus, qui vos de religione sua, ac dignitate verè existimare maximè vellet, primò dixit se istum publicè laudare, quòd sibi ita mandatum esset: deinde neque se illa habuisse venalia, neque vlla conditione, si, vtrum vellet, liceret, adduci vmquam potuisse, vt venderet illa, quæ in sacrario fuissent à maioribus suis relicta, & tradita. Quid sedes Verres? quid exspectas? quid te à Centuripina ciuitate, à Catinensi, ab Halesina, Tyndaritana, Ætnensi [h], Agyrinensi, ceterísque Siciliæ ciuitatibus circumueniri, atque opprimi dicis? tua te *altera patria*, quemadmodum dicere solebas, Messana circúmuenit: tua, inquam, Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, prædarum ac furtorum receptrix. adest enim vir amplissimus eius ciuitatis, legatus, huiusce iudicij causa domo missus, princeps laudationis tuæ: qui te publicè laudat. ita enim mandatum atque imperatum est. tametsi rogatus de Cybea [i], tenebris memoria, quid responderit: ædificatã publicis operis, publicè coactis, eíque ædificandæ publicè Mamertinum senatoré, præfuisse. Idé ad vos priuatim, iudices, cónfugit: vtitur [k] hac lege, qua [l] *iudicium est communis, & priuatæ rei socíorum:* tametsi lex est de [m] pecuniis repetundis, ille se negat pecuniam repetere: quam ereptam non tantopere desiderat: sacra se maiorum suorum repetere abs te dicit: deos penates [n] à te patrios reposcit. Ecquis [o] pudor est? ecqua religio, Verres? ecquis [p] metus? habitasti apud Heium Messanæ: res illum diuinas apud [q] eos deos in suo sacrario propè quotidie [r] facere vidisti. non mouetur pecunia: denique quæ ornamenti causa fuerunt, non requirit: tibi habe Canephoras [s]: deorum simulacra restitue. Quæ quia dixit, quia tempore dato, modestè apud vos, socius, amicúsque populi Rom. quæstus est: quia religioni suæ non modò in diis patriis repetũdis: sed etiam in [t] ipso iureiurando, ac testimonio, proximus [u] fuit: *hominem [x] missum ab isto scitote esse Messanam de legatu vnum*, illũ ipsum, qui nauí istius ędificandę publicè præfuit, qui à senatu peteret, vt Heius ignominia afficeretur.

[a] *al.* remoue ęrint.
[b] *fort.* euigeret.
[c] L. cur emeris.
[d] L. faciendum est?
[e] *v.c.* pressérit,
[f] L. ei persuasum est.
[g] *al.* tam locuples, tam copiosus tãhonestus.*
[h] *al.* antepo neret?
[k] L. quanta ista pecunia fuerit, q.
[k] id est 150. coronatis.*
[l] L. Praxiteli *vt sit patrius casus.**
[m] Prouerbij species in eos qui malunt rem caro emere, quàm precario accipere*
[n] L. vsum q. meum non
[o] Prætia rerum cõmuniter fungi *ade l. prætia ff. ad l. falcid.*
[p] id est 40. coronatis.*
[q] *al.* nostrum
[r] L. non maximum,
[s] *v.c.* LLS. XL.
[t] id est 3000 coronatorũ*
[u] L. aut etiã pluris emerint?
[x] *v.c.* nec magni.
P. CCIII

[a] L. non solùm potestati tuæ, sed etiam fidei populus Romanus commiserat, eripuisse, atque abstulisse. Quid mihi tam optandũ, iudices, potest esse in hoc crimine, quàm vt hęc eadem dicat ipse Heius? nihil profectò. sed ne difficilia optemus. Heius est Mamertinus: Mamertina ciuitas istum publicè communi consilio sola laudat: omnibus ipse ceteris Siculis odio est: ab his solis amatur. Eius autem legationis, quæ ad istum laudandum missa est, princeps est Heius. Etenim est
[b] L. primus est
[c] *al.* & forte
[d] *al.* priuatis iniuriis, de publicis mandatis reticeat.*
[e] *fort.* semitio
[f] L. illa signa *v.c.*
[g] L. eáque se quantivoluerit
ibi ve.
[h] L. Ennensi,
[i] Nauí oneraria a Mamertinis publicè ædificata, Verrique donata vt ea portare sua furia publica. Quadrat. ante fuisse quis supicatur. Si à *xvi.* &c. Cy bea dicta, de
[k] L. vtitur hac lege, tamquam comuni arce loco
P. rum, tametsi L. est de pecuniis repet.
l al. qua sibi eium est pecunia arce sociorum quam comuni arce socio
rũ sed sibi necessario mutandũ, vocat enim legem repetundarum, iudicia communia & priuatæ rei, locorum legem.
m v.c. de repetundis pecuniis, ille de
negat pec.
n v.c. penates te patrios
repoſc.
o v.c. Ecqui pud. est? præque rel.
p v.c. ecqui
q al. apud eos in suo
r al. apud deos in suo
a al. quotidianas.
s L. Canephoros: Lin ipso testimonio iureiurando
dicit videtur,
x Secundo

u Proximus religioni, in iureiurando & testimonio hic qui à religionis iureiurando & testimonio non discedit.* scelus aduersus Heium.*

Homo

Homo amentissime, quid [a] putastè te impetraturum? quanti is à ciuibus suis fieret, quanti auctoritas eius haberetur, ignorabas? Verùm fac te impetrauisse: fac aliquid grauius in Heium statuisse Mamertinos: quantam [b] putas auctoritatem laudationis eorum futuram, si in eum, quem constet verum pro testimonio dixisse, pœnam constituerent [c]? tametsi *quæ est ista laudatio, cum laudator interrogatus laudat, necesse est?* Quid: isti laudatores tui, nónne [c] testes mei sunt? Heius est laudator: læsit grauissimé, producam ceteros: reticebunt, quę poterunt, libenter: dicent, quæ necesse erit ingratis [f]. Negent isti onerariam nauem maximam ædificatam esse Messanæ? negent, si [g] possint. negent ei naui faciundæ senatorem Mamertinum publicè præfuisse? vtinà negét. Sunt etiam cetera, quæ [h] malo integra reseruare, vt quàm minimũ sit illis temporis ad meditandum, confirmandúmque periurió. Hæc tibi laudatio procedat in numerum. hi te homines auctoritate sua subleuét: qui te neque debét adiuuare, si possint: neque possint, si velint: quibus tu priuatim iniurias plurimas, cõtumeliásque imposuisti: quo in oppido multas [i] familias toras in perpetuum infameis [k] tuis stupris flagitiisque feciſti. At publicè commodalti, non sine magno quidem reip. prouinciæque Siciliæ detrimẽto. Tritici modium Lx. millia emta populo R. dare debebant, & solebãt, abs te solo remissum est. Resp. detrimentũ fecit, quòd per te imperij ius vna [l] in ciuitate imminutũ est. Siculi, quòd [m] hoc non de summa frumenti detractum est, sed translatũ in Cęruritinos, & Halesinos, immuneis populos: & hoc plus impositũ, quàm ferre possent. Nauem imperare ex [o] fœdere debuisti. remissũ [p] in triennium. militẽ nullum vmquã poposcisti per tot annos. *fecisti* item *vt prædones solent: qui cùm* [p] *communes hostes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modò parcant, verùm etiam præda augeant: & eos maximè, qui habent oppidum opportuno loco, quò sæpe adeundum sit nautibus, nonnumquam etiam necessario.* Phaselis illa, quam cepit P. Seruilius [q], non fuerat vrbs antè Cilicum, atque [r] prædonum: Lycij [s] illam, Græci homines, incolebant [t]. sed quòd erat eiusmodi loco, atque ita proiecta in altum, vt & exeuntes è Sicilia prædones sæpe ad eam necessariò deuenirẽt: & cùm [u] ex hisce se locis reciperent, eódem deferrentur: asciuerunt [x] illud sibi oppidum piratæ, primò commercio, deinde etiam societate. Mamertina ciuitas, improba antea nõ erat: etiam erat inimica improborum: quæ C. Catonis, illius, qui consul fuit, impedimenta tenuit. At cuius hominis? clarissimi, potentissimíque [y], qui tamen cùm consul fuisset, condemnatus est. Ita, C. Cato [z], duorum hominum clarissimorum nepos, L. Paulli, & M. Catonis, & P. Africani sororis filius: quo damnato, tum [a], cùm seuera iudicia fiebant, LIS. XVIII. millibus lis æstimata est. Huic Mamertini itati [b] non fuerunt: qui maiorem sumtum, quàm, quanti Catonis [c] lis æstimata est, in [d] Timarchidis prandium sæpe fecerunt. Verùm hæc ciuitas, isti prædoni, ac piratæ Siciliensi Phaselis fuit. Huc omnia vnbique deportabantur [e], apud istos relinquebantur: quod celari opus erat, habebant sepositum, ac [f] recónditum: per istos, quæ volebat, in [g] nauem clàm imponenda, occulèe exportanda curabat: nauim denique maximam, quam onustam furtis in Italiam mitteret, apud istos faciendam [h], ædificandámque curauit. pro hisce rebus, vacatio data est ab isto sumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium. per triennium soli non modò in Sicilia, verùm, vt opinio mea fert, his quidem temporibus, in omni orbe terrarum, vacui, experres, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumtu, molestia, munere. hinc illa Verrea [i] nata sunt: hinc in conuiuium Sextum [k] Cominium protrahi iussit, in quem scyphum de manu iacere conatus est: quem obtorta gula de conuiuio in [l] vincula, atque in tenebras abripi iussit. hinc illa crux, in [m] quam ciué R. iste, multis inspectantibus, sustulit: quam non ausus est [n] vsquam defigere [o], nisi apud eos, quibuscũ omnia scelera sua, ac latrocinia cõmunicasset [p]. Laudatum etiam vos quemquã [q] venire audetis? qua auctoritate? vtrùm, quam apud [r] senatorium ordinem, an quam apud populum R. habere debetis? Ecquæ [s] ciuitas est, non [t] modò in prouinciis nostris, verùm in vltimis [u] nationibus [x], aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis, ac barbara: Rex denique ecquis est, qui senatorem populi R. tecto Pac domo nõ inuitet? qui honos non homini solùm habetur, sed primùm populo R. cuius beneficio nos in hũc ordinem vènimus: deinde ordinis auctoritati, quæ nisi grauis erit apud socios, atque [y] exteras nationes, vbi erit imperij nomen & dignitas? Mamertini me publicè non inuitarũt. me cùm dico, leue est. Senatorem populi R. si non inuitauerunt [z], honorem debitum detraxerunt non nomini, sed ordini. Nam ipsi Tullio [a] patebat domus locupletissima, & [b] amplissima Cn. Pompeij Basilisci [c]: quòd, etiam si esset inuitatus à vobis, tamen [d] diuertisset. erat etiam Parcenniorum, qui nunc item Põpeij sunt, domus honestissima: quò L. frater meus summa illorũ voluntate diuertit [e]. Senator populi R. quod in vobis fuit, in vestro oppido iacuit, & pernoctauit in publico. nulla hoc ciuitas vmquam alia commisit. Amicum enim nostrum in iudicium vocabas. Tu, quid ego priuatim negotij geram, interpretabere in minuendo honore senatorio? Verùm hæc tum queremur, si quid de vobis per eum ordinem agetur, qui ordo à vobis adhuc solis contemtus est. In populi R. quidem conspectum, quo ore vos commisistis? nec priùs illã crucem, quæ etiam nunc ciuis R. sanguine redundat: quæ fixa est ad portum, vrbémque vestram, reuellistis, neque in profundum abiecistis, locúmque illum omnem expiastis, quàm Romam, atque in horum conuentum adiretis? In Mamertinorum solo fœderato, atque pacatò monumentum istius crudelitatis constitutum est. vestrãne vrbs electa est, ad quam cùm adirent ex Italia, crucem ciuis R. priùs, quàm quemquam amicum populi R. viderent? quam vos Rheginis, quorum ciuitati [a] inuidetis, item [b] incolis vestris, ciuibus R. ostendere soletis, quo minus sibi arrogent, minúsque vos despiciant, cùm videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum. Verùm hęc emisse te dicis. *Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodẽ Heio* peripetasmata ad emere oblitus es? licuit eodem modo, vt signa. Quid enim actum est? an litteris peper-

a *L. quid putas?* impetraturum te, &c.
b *L. quam putas*
c *L. constituerint.*
d *v.c.* laudatio ista.
e *L.* non testes mei sunt
f *L.* ingratis. p. CCIIII. autem dicere hoc est inuite seu inuitum dicere?
g *v.c.* si possint.
h *al.* quæ modo integra reseruare, vt &c.
i *al.* multas familias in perp. infameis.
k *v.c.* infamia
l *L.* in vna ciuit.
m *al.* quod hoc ipsum non de summo, quod ipsum non dec.
n *v.c.* communia
o *v.c.* debuisti ex fœdere
p *L.* cum hoc comm.
q *L.* de cuius prędo.
r *L.* Lucij & f. a. vnuto
s *L.* qui Lycię
t *L.* ad eas rupis Tarpeię.*
u *L.* cum se
x *L.* adsciue runt sibi ill. oppi. &c.
y *L.* ac potentissimi.
z *fabiani*, cõsularis est.*
a *v.c.* tunc.
b *v.c.* itati fuerunt.
c *al.* Catonis
d *L.* in Timarchidi prandium *fe. v.* fecerunt.
e *v.c.* defertebantur.
f *L.* & recond. & *v.c.*

a *duo v.c. non habent.*
b *fori* ædificandam, faciendám ue curauit.*
c *v.c.* Verria] Verrea seu Verriana dies Festus in honorem Verrii instituta, maximè propter hæc in Mamertinos beneficia d *L.* Sex Cominium
e *L.* in vincla, p. CCV.
f *L.* in quam iste ciuem R.
g *al.* esset.*
h Cruces in quibusdam vrbibus, supplicii destinatæ ac defixæ.*
i *L.* communicauit.
k *L.* quem quam venistis,
l *v.c.* apud senatum. an. *&c. & ita v.c.*
m *al.* Ecquæ ciuit. *& ita v.c.*
n *L.* non in prouin. *& ita v.c.*
o *antea male legebatur* arationibus.
p *fori.* in reditum, ac domum non inu.
q *v.c.* & exteras nat.
r *L.* inuitauerunt, hon.
s *id est mihi.**
t *duo v.c. nõ habent*, & amplissima,
u *al.* Basilici
x *L.* tamen deuertisset,
y *L.* deuertit p. B.

z *sic duo v. c. al.* ad quam qui adirent ex It.

a quia ciues Romani facta.*
b *al.* itęque*
c Tertium scelus adueśus Heiũ.*
d Peripetasmata quę antea & peristromata *l.* instratum 45 ff. de verbor. signif.*

cisti? Verùm hominem amentem hoc fûgit: minus clarum putauit fore, quod de armario, quàm quod de sacratio esset ablatum. At quomodo abstulit? non possum dicere planiùs, quàm ipse apud vos dixit Heius. cùm quæsissem, numquid aliud de bonis eius peruenisset ad Verrem, respondit istũ ad se misisse, vt sibi mitteret Agrigentum peripetasmata. Quæsiui, an misisset. respondit id, quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse prætori: misisse. Rogaui, peruenissentne Agrigentum: dixit peruenisse. Quæsiui, an [a] domũ reuertissent, negauit adhuc reuertisse. Risus populi, atque [b] admurmuratio omnium [c] facta est. Hîc tibi in mentem non venit, iubere, vt hæc quoque referret, LLS [d]. VI. millibus IↃ. se tibi vendidisse? metuisti ne æs alienũ tibi crescret si [e] LLS. D. tibi constarẽt ea, quæ tu facilè posses vẽdere LLS. CC. millibus? fuit tanti, mihi crede. haberes quod defenderes: nemo quæreret, quanti [f] illa res esset, si modò te posses docere emisse: facilè cui velles, tuam causam, & factũ probares. nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias nõ habes. ¶ Quid? *à* [g] *Philarcho Centuripino*, homine locuplete, ac nobili, phaleras [h] pulcherrimè factas, quæ regis Hieronis fuisse dicũtur, vrúm tãdẽ abstulisti, an emisti? in Sicilia quidẽ cùm essem, sic à Centuripinis, sic à ceteris audiebã: non enim parum res erat clara: tã te has phaleras à Philarcho Centũripino abstulisse dicebant, quàm [i] alias itẽ nobileis, ab Aristo Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano. Etenim si Philarchus vẽdidisset, non ei, posteaquã reus factus es, redditurũ te promisisses. quod quia vidisti plures scire, cogitasti, si ei reddidisses, te minus [k] habiturũ, tẽ nihilominus testatã futurã: non reddidisti. dixit Philarchus pro testimonio, se, quòd nosset tuum istũ morbũ, vt [l] amici tui appellãt [m], studiosè cupisse te celare de phaleris: cũ abs te appellatus esset, negasse habere sese: apud [n] aliũ quoq; eas habuisse depositas, nẽ quà inueniretur: tuam tantam fuisse sagacitatem, vt eas per illum ipsum inspiceres, vbi erant depositæ: tum se deprehensum negare nõ potuisse: ita ab se inuito ablatas [o] phaleras gratis. Iam [p] vt hæc omnia reperire, ac perscrutari solitus sit, iudices, est operæ pretium cognoscere. Cybiratæ [q] sunt fratres quidam, Tlepolemus, & Hiero: quorum alterum fingere opinor è cera solitum esse, alterum esse pictorem. hosce [r] opinor Cybitæ, cùm in suspicionem venissent suis ciuibus fanum expilasse Apollinis, veritos pœnam iudicij ac legis, domo profugisse. quòd Verrem artificij sui cupidum cognouerant tum, cùm iste, id quod ex testibus didicistis, Cybiram cum inanibus [s] syngraphis venerat, domo [t] profugientes ad eum se exsules, cùm iste esset in Asia, contulerũt, habuitq; secum eos ab illo tẽpore: & in legationis prædis, atque furtis, multùm illorum opera, consilióque vsus est. hi sunt illi, quibus, in [x] tabulis retulit [y] sese Q. Tadius dedisse iussu istius, Græcis pictoribus. Eos iã bene cognitos, & reprobatos secum in Siciliã duxit. Quò posteaquàm venerunt, mirandũ in modum canes [z] venaticos diceres: ita odorabantur omnia, & pertestigabant, vt, vbi quidquid [a] esset, aliqua ratione inuenirent, aliud minitando, aliud pollicẽdo, aliud per seruos, aliud per liberos, per amicum aliud, aliud per inimicum inueniebant. quidquid illis placuerat, perdendum erat. nihil aliud optabant quorum poscebatur argentum, nisi vt Hieroni & Tlepolemo displiceret. ¶ Veré [a] mehercules hoc, iudices, dicam. memini *Pamphilum Lilybætanum*, hospitem meum, & amicum nobilem hominẽ, mihi narrare: cùm iste ab sese hydrias [b] Boëthi manu factã, præclaro opere, & grandi pondere, per potestatem abstulisset, se sanè tristem, & conturbatum, domum reuertisse, quòd vas eiusmodi, quod sibi à patre, & à maioribus esset relictũ, quo solitus esset vti ad festos dies, ad hospitũ aduentum [d], à se esset ablatum. Cùm sederem, inquit, domi tristis, accurrit Venerius, iubet me scyphos sigillatos [e] ad prætorẽ statim afferre, permotus sum, inquit: binos habebam: iubeo promi vtrosque, ne quid plus mali nasceretur, & mecũ ad prætoris domũ ferri. eò cùm venio, prætor quiescebat, fratres illi Cybiratę inambulabãt. qui, me vbi viderunt, Vbi sunt, Pãphile, inquiunt, scyphi? ostendo tristis. laudant. incipio queri, me nihil habiturũ, quod alicuius esset pretij, si etiã scyphi essent ablati. tum illi, vbi me cõturbatum vident: Quid [f] vis nobis dare, vt isti abs te ne auferantur? ne multa, LLS [g] CC. me, inquit, poposcerũt: dixi me daturũ. c. vocat interea prætor: scyphos poscit. tũ illos cœpisse prætori dicere, putasse se, id quod audissent, alicuius prætij scyphos esse Pãphili: luteum [h] negotiũ esse, non dignũ, quod in suo argento Verres haberet. Ait ille, idẽ sibi videri. ita Pamphilus scyphos optimos auferet [i]. Et mehercules ego antea, tametsi hoc nescio quid nugatorii sciebam esse, ista intelligere: tamẽ mirari solebã, istum in his ipsis rebus aliquẽ sensum habere: quem scirem nulla in re quidquam simile hominis habere. Tum primùm intellexi, ad eam rẽ istos fratres Cybiratas fuisse, vt iste in furando manibus suis, oculis illorũ vteretur. At ita studiosus est huius præclaræ existimationis, vt putetur in hisce rebus intelligẽs esse, vt nuper (videte [l] hominis amentiam) posteaquàm est comperendinatus [m], cùm iam pro damnato, mortuóque esset, ludis Circẽsibus [n] manè apud L. Sisennam, virum primarium, cùm essent triclinia strata, argentũmque expositum in ædibus, cùm pro dignitate L. Sisennæ domus esset plena hominum honestissimorum, accesserit ad argentum: contemplari vnumquodque [o] otiosè, & considerare cœperit. mirari stultitiam alij, quòd in ipso iudicio, eius ipsius cupiditatis, cuius insimularetur, suspicionem augeret: alij amentiam, cui comperendinato, cùm tam multi testes dixissent, quidquãillorum veniret [p] in mentem. pueri autẽ Sisennæ, credo, qui quæ audiuissent, quæ in istũ testimonia essent [r] dicta, oculos de isto nusquã deiicere [s], neque ab argento digitũ discedere. *Est boni iudicis, paruis ex rebus coniecturã facere vniuscuiusque* [t] *& cupiditatis, & incontinentiæ.* qui [u] reus lege, & reus comperendinatus, re & opinione hominum pænè damnatus, temperare [x] non potuerit maximo cõuentui, quin L. Sisennæ argentũ tractaret, & cõsideraret: hunc [y] in prouincia prætorem quidquam putauit à Siculorũ argento cupiditate, aut manus abstinere potuisse? Verùm, vti Lilybæũ, vnde [z] digressa est, oratio reuertatur, *Diocles* est, Pãphili gener, illius, à quo hydria ablata est, Popillius cognomine. ab hoc abacus vasa omnia, vt exposita fuerãt, abstulit. Dicã se emis-

a *duo v.c.* quemadmodum reuertissent.
b *v.c.* atque admiratio omn. *non placet.*
c *v.c.* omniũ vestrũm f.
d L. LLS. IↃↃ. CIↃ. IↃ. se tibi vend.
P. B.
e Z. si LLS. VI. mill bus IↃ. tibi cõst. *al.* si H.S. D.*
f Z. quanti illa res esset, si modo te posses docere emisse, facilè &c.
g *v.c.* à Philarcho
h equarum ornamenta.*
i *fort.* quam alteras
k *al.* te mirus te inuidiæ habiturum.*
l v. de initiũ huius libri.*
m Z. appellant, vt ru, studium: cupisse te cel.
n L. apud alium eas hab dep.
o *al.* phaleras sublatas: Z. phaleras ablatas gr.
p Digressio.*
q à Cybira prouinciæ Ciliciæ in qua Verres legatus Dolabellæ κωδυνοστὰ appellat Strabo 13. *in fin.* Cybiratæ: vt & κηβῦρα non Cybirã vt *hic.**
r *fort.* hosce studio Cybi-
P. B.
ræ.
s Inanes syngraphæ, in quibus caletur ea pecunia, quæ non numerata.*
t *v.c.* domo fugientes
u L. habuit eos secum ab
x L. in tabulis rer.
y *v.c.* refert
z aliudit ad mores Cybiratarum qui venapulstudio dediti.*
a *al.* quidquã.*

a *v.c.* Verè mehercule
b hydriã, vas aquæ.*
c *v.c.* Boëthi memmit *Plinius* lib. 33. & 34. c. 8. *Pausanias in Eliacon.**
d L. Aduentus,
e sigillari scyphi, parui, signis ornati: hinc ad Atreum, pocula sigillata.*
p. CCVII.
f L. Quid vis inquiunt, nobis dare.
g L. LLS. CC. millia mo. nq.
h Luteum negotium, vile vilissimum.*
i *fort.* refert
k *v.c.* & mehercule
l *v.c.* vide hom. *non placet.*
m vide Verrinam 2. lo. f.*
n Circenses ludi dabantur in circo maximo*
o L. vnumquidque
p *v.c.* venit
q L. qui dicti dicti,
r L. dicta
sent, desiderare,
s *v.c.* non cuiusq; cupiditatis, cuiusq; rei legi compererit.
P. B.
t L. libidinem
u L. libidinem perperam p.
x L. habuit
y L. hunc prætorem prouincia
z L. vnde de gressa est.
a *al.* vertamus.*

A
B
C
D
E
F
G
H

se emisse.etenim hîc propter [a] magnitudinẽ furti,sunt,vt opinor,litteræ factę.iussit Timarchidem æstimare argentum.Quo modo?quo modo qui [b] vmquam tenuissimè in donationẽ histrionum æstimauit. Tametsi iamdudũ erro [c],qui tam multa de tuis emtionibus verba faciam,& quæram,vtrùm [d] emeris,& quo modo,& quanti emeris:quod verbo tranfigere possum.Ede mihi scriptum, quid argẽti in prouincia Sicilia pararis, vnde quidque, aut quanti emeris.Quid fit quamquam nõ debebam ego abs te has litteras poscere.me enim tabulas tuas habere,& proferre oportebat.Verùm negas te horum annorum aliquot confecisse.compone hoc,quod postulo, de argẽto: de reliquo videro.Nec scriptum habeo, nec possum edere.Quid futurum igitur est? quid existimas hoscè iudices facere posse?domus [e] plena signorum pulcherrimorum iam [f] etiã ante prætura:multa ad villas tuas posita, apud amicos multa deposita, multa aliis data, atque donata:tabullæ nullum indicant emtũ: omne argentum ablatum ex Sicilia est: nihil cuiquam,quod suum dici vellet,relictum.fingitur improba defensio,prætorẽ omne id argentum coemisse:tamen idipsum tabulis demonstrari non potest. siquas tabulas proferis, in his,quid habeas,quomodo habeas, scriptũ non est:horum autem temporum,cùm te plurimas res emisse dicas [g],tabulas omnino nullas proferas [h]:nónne te & prolatis,& nõ prolatis tabulis condemnari necesse est? Tu à M. [i] Cælio, equite R.lectissimo adolescente, quæ voluisti vasa argentea Lilybæi abstulisti:tu C.Cacunj [k],promtissimi [l] hominis, & experientis, & in primis gratiosi, supellectilem omnem auferre non dubitasti:tu maximam, & pulcherimam mensam citream [m] à Q[n].Lutatio Diodoro,qui Q.Catuli beneficio à L.Sylla ciuis R.factus est,omnibus scientibus, Lilybæi abstulisti. Non tibi obiicio, quòd hominem dignissimum tuis moribus, Apollonium,Nicõnis filium,Drepanitanum, qui nunc A.Clodius vocatur,omni argento optimè facto spoliasti,ac depeculatus [o] es.taceo.non enim putat ille sibi iniuriam factam: propterea quòd homini iam perdito, & collapso [p] in laqueum inferenti,subueniisti,cùm pupillis Drepanitanis bona patria erepta cum illo partitus es.gaudeo etiam, si [q] quid ab illo abstulisti:& abs te nihil rectiùs factum esse dico.à Lisone verò Lilybætano,primo homine, apud [s] quem diuersatus es, Apollinis signum ablatum [s] certè esse non oportuit.At dices te emisse.scio:LLS.CIↃ.ita opinor.scio, inquã. proferam litteras:& tamen id factũ nõ oportuit.A pupillo Heio,cui [t] Marcellus tutor est, à quo pecuniam grandem eripueras,scaphiau cum emblematis [x] Lilybæi vtrùm emta esse dicis,an confiteris erepta? Sed quid ego istius in eiusmodi rebus mediocreis iniurias colligo:quæ tantummodò in furtis istius,& damnis eorum,à quibus auferebat,versatæ esse videantur:accipite,si vultis,iudices,rem eiusmodi, vt amentiam singularem, vt [y] furorem iam,non cupiditatem eius perspicere possitis. *Melitensis Diodorus* est, qui apud vos antea testimonium dixit.is Lilybęi multos iam annos habitat,homo & domi nobilis, & apud eos, quò se contulit, propter virtutem splendidus,& gratiosus.de hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata [z]:in [a] his pocula duo quædam,quæ [a] Heraclea nominantur, Mentoris manu,summo artificio,facta. quod iste vbi audiuit, sic cupiditate inflammatus est non solùm inspiciundi [b],verùm etiam auferendi,vt Diodorũ ad se vocaret, ac poscaret. Ille,qui illa non inuitus haberet,respondet se Lilybæi non habere: Melitæ apud quendam propinquum suum reliquisse.Tum iste continuò mittit homines certos Melitã: scribit ad quosdam Melitenseis, vt ea vasa perquirant: rogat Diodorum, vt ad illũ suum ptopinquũ det litteras,nihil ei longius videbatur, quàm dũ illud videret argentum.Diodorus, homo frugi,ac diligẽs,qui sua seruare vellet,propinquo [c] suo scribit,vt iis,qui à Verre venissent, responderet,illud argentum se paucis illis diebus misisse Lilybæũ. Ipse interea recedit. abesse ab [d] domo paullisper maluit, quàm præsens illud optimè factum argentum amittere. Quod vbi audiuit [e] iste,vsque eò est commotus, vt sine vlla dubitatione insanire omnibus,ac furere videretur.quia non potuerat argentum [f] eripere, ipse à Diodoro erepta sibi vasa optimè facta dicebat: minitari absenti Diodoro:vociferari palàm:lacrymas interdũ vix tenere.Eriphylam [g] accepimus in fabulis ea cupiditate,vt,cùm vidisset monile,vt opinor,ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa,salutem viri proderet.similis istius cupiditas:hoc etiam acrior,atque insanior,quòd illa cupiebat id,quod viderat:huius libidines non solùm oculis,sed etiam auribus excitabãtur.Cõquiri Diodorũ tota prouincia iubet.ille ex Sicilia castra [h] iã mouerat,& vasa colligerat.Homo,vt aliquo modo illũ in prouinciam reuocaret,hanc excogitauit rationem:si hæc ratio potiùs, quàm amentia nominanda est,apponit de suis canibus [i] quẽdam,qui dicat,se Diodorum Melitẽsem rei capitalis reũ velle facere. Primò mirum omnibus videri, Diodorum reum,hominem quietissimum,ab omni non modò facinore [k],verùm etiã minimi erroris suspicione remotissimum.deinde esse perspicuum, fieri omnia illa propter argentum.Iste non dubitat iubere nomen deferri:& tum primùm [l] opinor istum absentis nomẽ recepisse. Reclamat [m] Sicilia tota,propter [n] cælati argenti cupiditatẽ reos fieri rerum capitaliũ:neque [n] solùm præsenteis reos fieri,sed etiã absenteis.Diodorus Romæ sordidatus [o] circũ patronos,atque hospites cursare:rem omnibus narrare.litteræ mittuntur isti à patre vehementes,ab amicis item,videret quid ageret, de Diodoro quò progrederetur:rem claram esse,& inuidiosam: insanire hominem:periturum hoc vno crimine, nisi cauisset.Iste etiam tum patrem, si non in parentis,at in hominum numero putabat:ad iudicium nõdum se satis instruxerat:primus annus erat prouinciæ,non,vt in Sthenio, iã refertus pecunia.itaque furor eius,pallulum nõ pudore,sed metu ac timore repressus est.condemnare Diodorum non audet: absentem, de [p] reis eximit. Diodorus interea prætore isto propè triennium prouincia, domóque caruit.ceteri non solùm Siculi, sed etiã ciues R.hoc statuerant:quoniã [q] iste tantũ cupidita te progrederetur,nihil esse quòd quisquã putet, quòdque reus capitis factus sit Diodorus, non quòd quod admisisset,sed vt [r] celato suo argento priuaretur.* [o] L.neq. solum reos fieri.f.& *ita* v.c. [p] Hoc enim habitum,rei vt antea, diximus.* [q] Dereis eximere. adde l.11.in f.ff.*de accusat.* [r] *al.* quoniam iste in tantam cupiditatem p.

a L. propter magnitudinẽ furti, sunt litteræ.vt opinor, subaud. b Histriones boni etiam vetustate ac vili argento donari soliti.* c L. ego erro, d L. vtrùm emeris, nõne.&

e Vel domus ẽ plena f v.c. iam ante prætur. g *Vide* ante.

h Reproferes: i T.M. Cœlio. k *al.* Curtij. l L. promti hominis m Citreæ: mensæ genus.* n Hîc Q.Lucullus Diodorus, quod Catuli beneficio factus esset ita defuisse solebant enim peregrini prætorem & ciuitates eorũ quorum opera ciues fabi vtebantur: fidelis exemplum Q. fabius. 30. & plum. Q. fabius. 36. & o v.c. depeculatus es.* p *Vide* ante. q L. si quid ab eo abstulisti. r L. apud quem. s L. ablatum. t L. Lucio C. Marcello. u Scaphia, vasa Pytoria à similitudine scaphæ.* x Emblemata quæ ornatus causa inclusa.* y L. furorem, nõ iam cupidi. z *Vide* v.c. in h. poculis quæ dam

taret,se, quod isti paullo magis placeret,conseruare,aut domi retinere posse.posteà verò, quàm intellexerunt,isti virum fortem,quem summè prouincia exspectabat, Q. Arrium, non succedere: statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimò,promptissimúmque esset. Tum iste ab equite R. splendido,& gratioso,*Cn.Calidio*,cuius filium sciebat senatorem [a] populi R.& iudicem esse equuleos [b] argenteos pulcherrimos nobileis,qui Q.Maximi fuerant,aufert.Imprudens huc incidi,iudices. emit enim, non abstulit. nollem dixisse. iactabit se, & in his equitabit equuleis. Emi: pecuniam solui.Credo, etiam tabulæ proferentur.est [c] tanti.cedò tabulas.dilue sanè crimen hoc Calidianum,dum ego tabulas aspicere possim.Verumtamen quid erat, quòd Calidius Romæ quereretur,se,cùm tot annos in Sicilia negotiaretur, abs [d] te solo esse contemtum,ita despectum, vt etiam cum [e] ceteris Siculis despoliaretur,si emeras?quid erat, quod confirmabat,se abs te argentum esse repetiturum,si [f] tibi sua voluntate vendiderat? tu porrò posses facere, vt Cn. Calidio non redderes:præsertim cùm is L.Sisenna,defensore tuo, tam familiariter vteretur:cùm [g] & ceteris familiaribus Sisennæ reddidisses? deinde non opinor negaturum esse te, homini honesto,sed non gratiosiori,quàm Cn. Calidius est, L [h]. Cordio argentum per Potamonem,amicum tuum,reddidisse. qui quidem ceterorum causam apud te difficiliorem fecit.Nam cùm te compluribus [i] confirmasses redditurum,postea quàm Cordius pro [k] testimonio dixit,te sibi reddidisse,finem reddendi fecisti:quòd intellexisti,te [l] ,præda de manibus amissa, testimonium tamen effugere non posse. Cn.Calidio,equiti Romano,per [m] omneis prætores licuit argentum habere benefactum [n] :licuit posse domesticis [o] copiis, cùm magistratum, aut aliquem superiorem inuitasset, ornare, & apparare conuiuium. multi domi Cn.Calidij cum Pimperio,ac potestate fuerunt:nemo inuentus est tam amēs, qui illud argentum tam præclarum, ac tam nobile eriperet:nemo tam audax,qui posceret: nemo tam impudens, qui postularet, vt venderet.Superbum est enim, iudices, & non ferendum, dicere prætorem [q] in prouincia homini honesto,locupleti, splendido, Vende mihi vasa cælata. hoc est enim dicere,Non es dignus tu,qui habeas, quæ tam benè facta [r] sint: meæ dignitatis ista sunt. Tu dignior,Verres,quàm Calidius? qui, vt non conferam vitam,atque [s] existimationem tuā cum illius (neque enim est conferenda) hoc ipsum conferam, quo tu te superiorem fingis:quòd LIS. LXXX. [t]millia diuisoribus [u], vt prætor renuntiarere, dedisti:recenta accusatori,ne tibi odiosus esset. ea re contemnis equestrem ordinem,ac despicis?ea re indignū tibi visum est, quidquam,quod tibi placeret, Calidium potius habere, quàm te? lactat se iamdudum de Calidio : narrat omnibus,se [x] emisse. Num etiam de *L.Papirio*, viro primario, locuplete, [y] honestóque, equite R. turibulum [z] emisti?qui pro testimonio dixit te,cùm inspiciendum popposcisses,auulso [a] emblemate remisisse : vt intelligatis, in homine intelligentiam esse,non auaritiā:artificij cupidum,non argenti fuisse. Nec solùm in Papirio fuit hac abstinentia:tenuit hoc institutum in turibulis omnibus, quæcumque in Sicilia fuerunt.incredibile est [a] autem, quàm multa,& quàm præclara fuerint.credo tum, cùm Sicilia florebat opibus,& copiis, magna artificia fuisse in ea insula.Nam domus erat ante istum prætorē [b] nulla paullo locupletior,qua in domo hæc non essent, etiamsi præterea nihil esset argenti. patella [c] grandis cum sigillis,ac simulacris deorum : patera, qua mulieres ad res diuinas vterentur : turibulum. hæc autem omnia antiquo opere,& summo artificio facta: vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræquā [d]proportione cetera: sed quibus multa fortuna ademisset,tamen apud eōs remansisse ea, quæ religio retinuisset. Dixi,iudices, multa fuisse ferè apud Siculos omneis : ego idem confirmo, nunc ne vnum quidem esse. Quid hoc est?quod monstrum,quod prodigium in prouinciam misimus?nónne vobis id egisse videtur,vt non vnius libidinem,non suos oculos, sed omnium auarissimorum [e] insanias, cùm Romam reuertisset,expleret?qui simul atque in oppidum quoppiam venerat,immittebantur illi continuò Cybiratici [f] canes,qui inuestigabant,& perscrutabantur omnia. Si quod erat grande vas,& maius opus inuentum, læti auferebant. si minus eiusmodi quippiam venari potuerant:illa quidem certè pro lepusculis capiebantur [g] ,patellæ,pateræ,turibula. Hîc quos putatis fletus mulierum? quas lamentationes fieri solitas esse in hisce rebus? quæ forsitan vobis paruæ esse videantur : sed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim,cùm eripiuntur è manibus ea,quibus ad res diuinas vti consueuerunt [h] ,quæ à suis acceperunt, quæ in familia semper fuerunt. ¶Hîc nolite exspectare, dum ego hoc [i]crimē agā ostiatim,*ab Æschylo Tyndaritano* istum patellam [k] abstulisse ,à Thrasone item Tyndaritano patellam , à Nymphodoro Agrigentino turibulum. cùm testeis ex Sicilia dabo , quem [l] volet,eligat, quem ego interrogem de patellis,pateris, turibulis:nō modó oppidum nullum : sed [m] ne domus quidem paullo locupletior expers huius iniuriæ reperierur. qui [n] cùm in conuiuium veniſſet,si quidquam cælati adspexerat, manum [o] abstinere,iudices,non poterat.Cn. Pompeius est Philo,qui fuit Tyndaritanus. is cœnam isti dabat apud [p]villam in Tyndaritano.fecit,quod Siculi non audebant.ille, ciuis Romanus quòd erat , impuniùs id se facturum putauit. apposuit patellam,in qua sigilla erant egregia. iste continuò vt vidit, non dubitauit illud insigne penatium , hospitalíumque deorum,ex hospitali mensa tollere. sed tamen,quod antea [q] de istius abstinentia dixeram , sigillis aulsis reliquum argentum sine vlla auaritia reddidit. ¶Quid? *Eupolemo Calactino* [r] ,homini nobili , Lucullorum hospiti ac perfamiliari,qui nunc apud exercitum cum L.Lucullo est, non idem fecit? cognabat apud eum. argentum ille ceterum purum [s] apposuerat , ne purus ipse relinqueretur.duo pocula nō magna,verumtamen cum emblematis.hic [t] ,quasi festiuum acroama,ne sine corrollario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus [x],emblemata auellenda [y] curauit.Neque ego nunc istius facta omnia enumerare conor : neque opus est,nec

a *v.c.* senatorem P.R.
b *v.c.*eculeos argenteos‖*vti forte legendū* culleos argenteos *vt de vasis vina viris loquantur.**
c *al.*exeant:ceteris tabulas.*
d L.à te solo
e L.vnà cum ceteris.
f L. si id tibi
g L. & cum ceteris f.
h *v.c.*L.Curidio
i L. confirmasses complur.
k Pro testimonio *hic et infra* dicit, qui interrogatus dicit. testimonium.*
l *v.c.*præda te de man.
m L.per omneis alios pr.
n Argentum bene factū, bene cælatum.
o id est propria supellectile.*
P. CCX.
p *L.*cum potestate arq. imperio *l.* & *infra v.c.*
q *v.c.*PR.
r *L.* facta
s L. neque existim.
t *v.c.*CCC. dixit.
u Diuisores qui essent in superioribus comitiis.*
x *L.* emisse se.
y L. locupleti,
z *al.* thuribulum.*
a *v.c.*auulso

a *L.* autem est,
b *v.c.*PR.
c Patellæ vasa picta quibus vsi P. bantur in Sicilia.Festus in Patellæ.Varro Manio. Oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere in patellam dare. παρὰ τὸ πατεῖσθαι, Nonius in patella.*
d *al.* peraque pro portione.*
e L.cupidissimorum in Sic.
f T.Populemus & Verro. de quibus Paullo ante dixit.*
g *v.c.* accipiebantur, non placent.
h *L.*confiteantur,*v.c.* *infra v.c.* i L.hæc eliminanda.
k *L.*patera
l *v.c.*quem voletille, eligat, *m* *v.c.*vel ne domus quidem nulla paullo locupletior. *L.* sed ne domus quidem vlla pl. loc. P. CCXI. *n al.* ipse *o* L.manū hoc enim vno *p* L.in villa apud Nonium. *q* L.vel apud Nonium. Hoc loco cauete.*
r L.vel *al.* Calatino.* *s* L.vnum argentum. Ebrietatis *v.c.* hi. tāquam sed ad hæc quasi
t *v.c.* per acroama auditio.*
x *v.c.* per Anaglyphos
y *v.c.*curate d'ena

est,nec fieri vllo modo potest. Tantummodò [a] vniuscuiusque de varia improbitate generis indicia apud vos, & exempla proferò. neque enim ita se gessit in his rebus tãquam rationé aliquando esset redditurus: sed prorsus ita, quasi aut reus numquam esse futurus, aut,quò plura abstulisset, eò minore periculo in iudicium esset [b] venturus:qui hæc, quæ dico,iam non occultè, non per amicos, atque interpretes,sed palàm de loco superiore ageret,pro [c] imperio, & potestate. ¶Catinam cùm venisset,oppidum locuples,honestum,copiosum,Dionysiarchum [d] ad [e]se prorogorum [f] [hoc est,summum magistratum], vocari iubet.ei palàm imperat,vt omne argẽtum,quod apud quemque esset Catinæ ,conquirendum curaret, & ad se afferendum [h]. Phintiarchum i Centuripinum,primarium hominem genere,virtute,pecunia, non hoc idé iuratum dicere audistis,sibi istum negotium dedisse,atque [k] imperauisse,vt Centuripinis [l], in ciuitate totius Siciliæ multo maxima, & locupletissima, omne argentum conquireret, & ad se comportari iuberet? ¶*Agyrio* similiter istius imperio vasa Corinthia per quem testem audistis, Syracusas deportata sunt.

¶Illa verò optima [m] ,quòd, cùm *Haluntium* venisset prætor laboriosus,& diligens, ipse in oppidum accedere [n] noluit,quòd erat difficili adscensu, atque arduo · Artagathum Haluntinum,hominem non [o] solùm domi suæ, sed tota Sicilia in primis nobilem,vocari iussit.ei negotium dedit,vt, quidquid Haluntii esset argenti cælati, aut,si quid etiam Corinthiorum, vt [p] omne statim ad mare ex oppido deportaretur.adscendit in oppidum Artagathus q,homo nobilis,qui [r] à suis & amari, & diligi vellet: ferebat grauiter,illam sibi ab isto prouinciã datam:nec [s] ,quid faceret, habebat.ptonuntiat, quid sibi imperatum esset: iubet omneis proferre,quæ [t] haberent. metus erat summus. ipse enim tyrannus non discedebat longiùs : Artagathum [u] ,& argentum in lectica cubans ad [x] mare infra [y] oppidum exspectabat.quem concursum factum [z] in oppido putatis?quem clamorem? quẽ portò fletum mulierum? qui viderent equum Troianum introductum:vrbem captam [a] esse dicerent.efferri [b] sine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum,effringi multorũ foreis,reuelli claustra.Quid enim putatis?scuta siquando conquiruntur à priuatis in bello, ac tumultu:tamen homines inuiti dant, etsi ad salutem communem dari sentiunt:ne quẽ putetis sine maximo dolore argẽtum cælatũ domo , quod alter eriperet,protulisse.omnia deferuntur.Cybiratæ fratres vocantur : pauca improbant:quæ probarant,iis crustæ,aut emblemata detrahuntur [d] .Sic Haluntini, excussis deliciis,cum argento puro domum reuerterunt.Quod vmquam,iudices,huiusmodi [e] rei aliquid de publico quàm obscurissimè per magistratum solebant:etiam [f] aliquid de priuato nonnumquam occultè auferebant: & illi tamen condemnabantur : &, si quæritis, vt [h] egomet mihi detraham : illos ego accusatores puto fuisse , qui huiusmodi homi-

num furta odore,aut aliquo leuiter presso vestigio persequebantur.Nam nos quidem quid facimus in Verre , quem in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus?permagnũ est in eum dicere aliquid , qui prætiens, lectica paullisper deposita,non per prestigias, sed palàm per potestatẽ, vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit [a] ?At tamen, vt possit se dicere emisse,Artagatho [b] imperat,ac [c] aliquid illis, quorum argentum fuerat,nummorũ [d] *dicis* [e] *causa*,daret. ínuenit Artagathus [f] paucos,qui vellent accipere:his dixit.eos nummos tamen iste Artagatho [g] non reddidit.voluit Romæ petere [h] Artagathus: Cn.Lentulus Marcellinus dissuasit,sicut ipsum dicere audistis [i] ,atque hac tota de re audistis Artagathi,& Lentuli testimonium.&,ne fortè hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coaceruare voluisse,videte,quanti vos,quanti existimationem populi R.quanti leges , & iudicia,quanti testeis [k] Siculos,negotiatoréisque fecerit.postea quàm tantam multitudinem collegerat emblematum, vt ne vnum quidem cuiquam reliquisset:instituit officinã Syracusis [l],in regiam maximã palàm artifices [m] omneis,cælatores, ac vascularios conuocari iubet: & ipse suos complureis [n] habebat.eò [o] conducit magnã hominum multitudinem.menses octo continuos opus [p] his non defuit,cùm vas ,nullum fieret,nisi aureum. tum illa,ex patel [q] is,& turibulis quæ [q] velleratur,ita scitè in aureis poculis illigabat,ita aptè in scyphis aureis includebat,vt ea ad illam rem nata esse diceres: ipse tamen prætor,qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse,in hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat,& pallio.Hæc ego,iudices, non auderem proferre, ni vererer , ne fortè plura de isto ab aliis in sermone,quàm à me in iudicio audisse vos diceretis.Quis enim est, qui de hac officina,qui de vasis aureis,qui de [r] istius pallios, tunica pulla [t] non audierit ?quem voles de ciuentu Syracusanorum virum bonum nominato.producam. nemo erit, quin hoc se aut vidisse,aut audisse dicat. ¶O tempora,ô mores!nihil nimiùm vetus proferam. Sunt [x] vestrûm,iudices,quàm multi,qui L. Pisonem cognouerunt [y] ,huius L. Pisonis,qui prætor fuit,patrem. is cùm esset in Hispania prætor, qua in prouincia occisus est, nescio quo pacto,dum armis exercetur, annulus [z] aureus, quem habebat,fractus est,& cõminutus.cùm vellet sibi annulum facere,auti ficem iussit vocari in [a] foro,ad sellam , Cordubæ,& ei palàm appendit aurum. hominem in foro sellam [b] iubet ponere,& facere annulum,omnibus præsentibus.Nimium fortasse dicet [c] aliquis hunc diligentem.hactenus reprehẽdat [d] , siquis volet:nihil amplius.verùm fuit ei concedendum. filius enim L.Pisonis erat, eius, qui [e] primus de [f] pecuniis repetundis legem tulit.Ridiculum est nunc [g] de Verre me dicere, cùm de Pisone Frugi dixerim. verumtamen,quãtum interfuit,videte.iste cùm aliquot abacorum faceret vasa aurea,non laborauit, qui [i] non modò in Sicilia , verùm etiam Romæ in iudicio audiret [k]:ille in auri semuncia

a *v.c.* tantum vnius.c.
b *L.* venturus esset.*ita Ver.*
c *v.c.* se apud Terentium patris pro imperio quisquis ex.*
d Dionysiarchum proprio nomine sit Dionysius Sacerdos,vt Lyciarchus.
P. B.
Chur. Cappadocarchus.*
e *al.* ad se
f Pardiorum, hoc est. Prorogorum, videtur ex Scilis fuisse, qui Romanis Aedilis apparebant.
g Inclusa vi deantiqui bus esse glossema.*
h *v.c.* f. offerendi
i Vsillarienses *al.* atque Centuripini.
k *v.c.* optimo iure.
l Centuripinis.*
m *v.c.* optimè.*
n *v.c.* adscendere non potuit.*
o *v.c.* non solùm domi.
p *L.* id omne
q *L.* Archagathus,
r *L.* qui à suis amari, & dil.
s Sic *Virgil.* Nec quid ipse sequatur habet.*
t *v.c.* quod haberent.
u *L.* Archagathum.
x *L.* ad mare infra
y *L.* oppidum
z *L.* captam dicerent.
a *L.* esse
b *al.* efferri è gynæceis vasa.*
c *v.c.* citatur hic locus à Nonio,*c.1.in Lacerat. Seruio lib. 3. Aeneid. ad illum versum Arduus inde Acragas ostentat maximus urbes.* & infra
d *L.* huiusce modi
e citatur hic locus à Nonio,*c.1.in* Euerriculum genus retis piscatorij,à verrendo dictum,vel quod trahatur: vel quod,si quid fuerit pisciũ nactũ,euerrat.*
f *v.c.* etiam cùm aliquid *&c. fort.* etiam tum
g *v.c.* & ij tamen cõd. *al.*
h *v.c.* vt ipse de me detrahã.
a *v.c.* compilauerit? Ac tamen vt possit dicere,se
b *L.* Archagatho
c *v.c.* vt illis aliqu'd,
d *L.* nummulorum,
e Dicis causa,id est simulatè.sd verbi legibus nostris satis frequens.*
f *L.* Archagathus
g *L.* Archagatho.
h *L.* repetere Archagathus *& ita v.c.*
i *v.c.* audistis.Rec. Archagathi ,& Lentuli testimonium.
P. B.
k *v.c.* testis
l L. Syracusis in regiam maximam. pal. *& ita v.c. al.* Syracusis in regia maxima.*
m *al.* aurifices.*
n *v.c.* complures.
o *al.* eos cõcludit magna hominũ multitudine,*
p *v.c.* his opus non defit. *& ita L.*
q *L.* quæ auellerat. *v. c.* quæ euellerat.
r *v.c.* de istius pallio pullo non aud,
f pallium vestis Græcorum.*
t atra. quã lis plebeiorum*
u *L.* è conuentu Syracusano viri
b. *& ita v.c.*
x *L.* sunt vestrum iudices quam multi qui *al.* alij quàm multi*
y *L.* cognorunt,
z *v.c.* anulus aureus.
a *L.* in foro,
b *L.* iubet sellam
c *v.c.* dicit
d *L.* reprehendet,siquis volet

e L.Pisonem frugi intelligit.* f Lex de repetundis primũ lata à L. Pisone frugi.* g *L.* me nunc de Verre dicere, h *L.* non laborauit, quid non modo in Sic. i *al.* quin *al.* quid *adde Mureti 3. Variar.* k *al.* audiretur.*

totam Hispaniam scire voluit, vnde prætori[a] annulus fieret. nimirum, vt hic nomen suum comprobauit: sic ille cognomen. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. genera ipsa cupio breuiter attingere: vt hic modò me commonuit Pisonis annulus, quod totum efflu-
xerat. Quàm multis istum putatis hominibus honestis, de [b] digitis annulos aureos abstulisse? numquam dubitauit, quotiescumque alicuius aut gemma, aut annulo delectatus est. Incredibilem [c] rem dicam, sed tam claram, vt ipsum negaturum non arbitrer. Cùm Valentio eius interpreti epistola [d] Agrigenti allata esset, casu signum iste animaduertit in cretula [e]. placuit ei: exquisiuit [f], vnde esset epistola: respondit, Agrigento. iste [g] litteras, ad quos solebat, misit: vt is annulus ad se primo quoque tempore afferretur. ita litteris istius, patrifamiliâs *Lh. Titio* cuidam, ciui R. annulus de digito detractus est. Illa verò eius cupiditas incredibilis est. nam vt in singula conclauia, quæ iste non modò Romæ, sed omnibus [k] in villis habet, tricenos lectos optimè stratos cum ceteris ornamentis conuiuij quæreret, nimium multa comparare videretur. nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste non textrinam [l] instituerit. Mulier est Segestana, perdines, & nobilis, Lamia nomine. per triennium isti plena domo telarum [m], stragulam vestem confecit: nihil nisi conchylio [n] tinctum. Attalus, homo pecuniosus, nec [o] vulgo Lilybæi, Critolaus Ennæ, Syracusis Æschirio, Cleomenes, Theomnastus, Pelori Archonides, Megistus. vox [p] me citiùs defecerit, quàm nomina. Ipse dabat purpuram tantùm, amici operas. credo. iam enim non libet omnia criminari. quasi [q] hoc mihi non satis sit ad crimẽ, habuisse tam multum, quod daret: voluisse deportare tam multa: hoc denique, quod concedit [r], amicorum operis esse in huiusce modi rebus vsum. Iam verò lectos æratos [s], & candelabra ænea num cui, præter istum, Syracusis per triennium facta esse existimatis? Emebat, credo. Sed tantùm [t] vos certiores, iudices, facio, quid iste in prouincia prætor egerit, ne cui fortè nimiùm negligens fuisse videatur, neque se satis. cùm potestatem habuerit, instruxisse & ornasse. ¶ Venio nunc non [u] ad furtum, non ad auaritiam, non ad cupiditatem, sed [x] ad eiusmodi facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi, atque inesse videantur: in quo dij [y] immortales violati, existimatio atque auctoritas nominis populi R. imminuta, hospitium spoliatum ac proditum, abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationésque, quę in eorum regno, ac dicione sunt. Nam *reges Syriæ*, *regu Antiochi filios* pueros scitis Romæ nuper fuisse: qui venerant non propter Syriæ regnum: nam id sine controuersia obtinebant, vt à patre, & à maioribus acceperant: sed regnum Ægypti ad [z] se, & [a] ad Selinen, matrem suam, pertinere arbitrabantur. Hi [b] postquàm temporibus populi R. exclusi, per senatum agere quæ voluerant, nõ potuerunt, in Syriam in regnum patriũ profecti sunt. eorũ alter, qui Antiochus [c] vocatur, iter per Siciliam facere voluit. itaque isto prætore venit Syracusas. hìc Verres hereditatẽ sibi venisse arbitratus est, quòd in eius regnũ, ac manus venerat is, quem iste & audierat multa secum præclara habere, & suspicabatur. mittit homini munera satis largè: hæc ad vsum domesticum: vini, [a] olei quod visum erat: etiam tritici, quod satis esset, de [b] his decumis. deinde ipsum regem ad [c] cenam vocauit. exornat amplè, magnificéque triclinium: exponit ea, quibus abundabat [d], plurima ac pulcherrima vasa argẽtea. namque hæc aurea nondum fecerat. omnibus curat rebus instructum, & paratum vt sit cõuiuium. Quid multa? Rex ita discessit, vt & istum copiosè ornatum, & se honorificè acceptum arbitraretur. vocat ad cenam deinde ipse prætorem: exponit [e] suas copias omneis, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ, *vt mos* [f] *est regius*, *& maximè in Syria*, gemmis erant distincta clarissimis. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla [g] excauata cum manubrio aureo: de [h] qua, credo, satis idoneum, satis grauem testem, Qu. Minucium dicere audistis. iste vnum quodque vas in manus sumere, laudare, mirari. Rex gaudere, prætori populi R. satis iucundum, & gratum illud esse conuiuium. posteaquàm inde discessum est, cogitare iste [i] nihil aliud, quod ipsa res declarauit, nisi, quemadmodũ regem ex prouincia spoliatum, expilatúmque dimitteret. mittit rogatum vasa ea, quæ pulcherrima apud illum viderat: ait se suis cælatoribus velle ostendere. Rex, qui istum non nosset, sine vlla suspicione libentissimè dedit. Mittit etiam trullam gemmeam rogatũ: vellet [k] eam se dili gentiùs considerare. ea quoque ei mittitur. Nunc reliquum, iudices, attẽdite, de quo & vos audistis, & populus R. non nunc primùm audiet, & [l] in exteris nationibus vsque ad vltimas terras peruagatum est. Candelabrum è gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum, reges hi, quos dico, Româ cùm attulissent, vt in Capitolio ponerent: quòd [m] nondũ etiam perfectum templum [n] offenderant [o], neque [p] ponere, neque vulgò ostendere, ac proferre voluerunt [q]: vt & magnificentius videretur, cùm suo tempore in [r] sella Iouis Opt. Max. poneretur: & clarius, cùm pulchritudo eius recens ad oculos hominum, atque integra peruenirer. statuerunt id secũ in Syriã reportare: vt, cùm audissent simulacrum Iouis [s] Optimi Maximi dedicatum, legatos mitterent, qui cum ceteris rebus illud quoq; eximium, atque pulcherrimum donũ in Capitolium afferrent. Peruẽnit res ad istius aureis, nescio quomodo. nam [t] rex id celatum voluerat: non [u] quò quidquam metueret, aut suspicaretur, sed vt ne multi illud antè perciperent oculis, quàm populus Rom. Iste petit à rege, & eum pluribus verbis rogat, vti [x] ad se mittat: cupere se dicit inspicere, neque se aliis videndi potestatem esse facturum. Antiochus, qui animo & puerili esset, & [y] regio, nihil de istius improbitate suspicatus est: imperat suis, vt id in prætorium [z] inuolutum quàm occultissimè deferrent. quò postea-quàm attulerunt, inuolucrisque relectis constituerunt: iste [a] clamare cœpit, dignam rem esse regno Syriæ, dignam regio munere, dignam Capitolio. Etenim erat eo splendore, qui ex clarissimis, & [b] plurimis gemmis esse debebat: ea varietate operum, vt ars

a Verris, qua voce frequenter vtitur Cicero, quàm Cornelij gentem Cornelium offenderet.*
b *L.* de digitis annulos abstulisse? *& ita v.c.*
c *L.* Incredibile dicam: sed ita clarũ, vt
d *L.* epistola Agrigento *ali. & ita v.c.*
e *al.* cerula‖ Creta & cera literas obsignabãt veteres *Cicero pro Flacco.**
f *al.* quæsiit
g L. iste ad quos solebat litteras misit P. B.
h *L.* Titio, ciui R. annulus
i conclauia pro triclinijs sumit.*
k *v.c.* in omnibus villis h.
l *v.c.* textrinam
m *v.c.* tela
n id est purpura: vnde in iure conchyliolegulũ.*
o L. Not: Lysi Lilybæi
p *v.c.* dies me citius defecerit, q. *& ita L.*
q *L.* quasi vero hoc mihi obm
r *al.* concepit.*
s L. lectos cubiculares, qui etiã triclinia res, cibo & hi quidẽ primo ligneis deinde ærati, postremo eburni argentei, enei *Plin. 33.**
t *al.* tamen*
u L. non iã ad furt.
x *v.c.* sed eiusmodi
y *v.c.* di immort.
z *al.* quod ad se
a L. & ad Selenen, matr.
b L. Hi ipsi postea quam temporibus eiꝰ.
c vide Appianum in Syriacis.*

a *v.c.* olei, visum est: *& ita L.*
P. CCXIIII.
b *v.c.* de suis decumis
c ad cenam vocauit
d *v.c.* habundabat.
e *ita est ex tollit. Ita hanc vocem interpretatur Nonius cap. 4. in Expurge* 172.*
f Mos regibus maximè Syris, pocula ex auro gemmis distincta habere.*
g *L.* trulla excauata, manubrio aureo.‖ *est autẽ* Trulla *vnde vinum effunditur.**
h *v.c.* de qua satis credo, idon.
i *v.c.* nihil iste aliud, quod *Cæsal.* nihil aliud, quẽ id quod res ipsa declarauit, quẽ ad eorum reg.
k *v.c.* velle se eam dilig. *& ita L.*
l *al.* quod in exteras nationes.*
m *v.c.* quod nõdum perf.
n Teu plum pro Capitolio accipit. quod istic incendio fulgurit. vel la mortuo Q. Catulus refecit & confecerat. *Plutarc. Sympos. Lib. vlt.**
o *citatur hic locus à Nonio in ea fenderet.** rat. offendere.*
p *L.* neque ponere potuerunt, neque vulgo ost.
P. B.
q *al.* potuerunt, Non id dom. lus.
r *L.* in cella Iouis
s *v.c.* I. O. M.
t *v.c.* nam res celatum voluerat.
u *al.* non quod:
x *L.* vt ad se m.
y *v.c.* & regio
z *L.* in lectos, & pigmentarios, pigmentarios donum prætoris. Quod
a *v.c.* clamare iste cœpit, b *v.c.* & pulcherrimis gemmis esse debebat: ea varietate operum, vt ars Syracusis fuit, olim regia fuit Hieronis regis *vt infra sæpe fit. Cicero vbi de Syracusis.**

certare videretur cum copia: ea magnitudine, vt intelligi posset, non ad hominum apparatum [a], sed ad amplissimi templi ornamentum esse factum, quod cùm satis iam perspexisse videretur, tollere incipiunt, vt referrent. Iste ait, se velle illud etiam, atque etiam considerare: nequaquam se esse satiatum. iubet illos discedere, & candelabrum relinquere. Sic illi tum inanes ad Antiochum reuertuntur. Rex primò nihil metuere, nihil suspicari. dies vnus, alter, plures: nihil referri. Tum mittit rex ad istum, si sibi videatur, vt reddat. Iubet iste posteriùs ad se reuerti. mirũ illi videri. mittit iterum. non redditum. Ipse hominẽ appellat: rogat, vt reddat. Os hominis, insignémque impudentiam cognoscite. Quod sciret, quódque ex ipso rege audisset in Capitolio esse ponendum: quod Ioui Optimo Maximo, quod populo R. seruari videret, id sibi vt donaret, rogare, & [b] vehementer petere cœpit. Cùm ille se & religione Iouis Capitolini, & hominum existimatione impediri diceret, quòd multæ nationes testes essent illius operis, ac muneris: iste homini minari acerrimè cœpit. Vbi videt eum nihilo magis minis, quàm precibus permoueri [c]: repente [d] hominem de prouincia iubet ante noctem discedere [e]: ait se competisse, ex eius regno piratas in Siciliam esse venturos. Rex maximo conuentu Syracusis, in foro, ne quis fortè me in crimine obscuro versari, atque affingere aliquid suspicione [f] hominum arbitretur, in foro [g], inquam, Syracusis flens, deos [h] hominésque contestans, clamare cœpit, candelabrum factum è gemmis, quod in Capitolium missurus esset, quod in templo clarissimo, populo i R. monumentum suæ societatis, amicitiæque esse voluisset: id sibi C. Verrem abstulisse: de ceteris operibus ex auro, & gemmis, quæ sua penes illum essent, se non laborare: hoc sibi eripi, miserum esse, & indignũ. id etsi antea iam mente, & cogitatione sua, fratrisque sui, consecratum esset: tamen tum se in illo conuentu ciuium Rom. dare, donare, dicare, consecrare Ioui Opt. Max. testémque ipsum Iouem suæ voluntatis, ac religionis adhibere. Quæ vox? quæ latera? quæ vires huius vnius criminis querimoniam possint [k] sustinere? Rex Antiochus, qui Romæ ante oculos omnium nostrũm biennium fere comitatu regio, atque ornatu fuisset: is cùm amicus, & socius populi Ro esset, amicissimo patre, auo, maioribus, antiquissimis, & clarissimis regibus, opulentissimo & maximo regno, præceps [l] è prouincia populi Ro. exturbatus est. Quemadmodum hoc accepturas nationes exteras: quemadmodum huius tui facti famam in regna aliorum, atque in vltimas terras peruenturam putasti, cùm audierint, à [m] prætore populi R. in prouincia violatum regem, spoliatum hospitem, eiectum socium populi Ro. atque amicum? Nomen vestrum, populique Ro. odio, atque acerbitati scitote nationibus exteris, iudices, futurum, si istius hæc tanta iniuria impunita discesserit. sic omnes arbitrabuntur, præsertim cùm [n] hæc omnino fama de nostrorum hominum auaritia, & cupiditate percrebruerit: non istius solius hoc esse facinus, sed eorum etiam, qui approbarint. Multi reges, multæ liberæ ciuitates, multi priuati opulenti, ac potentes habent profectò in animo Capitolium sic ornare, vt tenuis dignitas, imperiique nostri nomen desiderat. qui si intellexerint, interuerso [a] regali hoc dono, grauiter vos tulisse: grata fore vobis, populóque Ro. sua studia, ac dona arbitrabuntur. sin hoc vos in rege tam nobili, in re tam eximia, in iniuria tam acerba, neglexisse audierint: non erunt tam amentes, vt operam, curam, pecuniam impendãt in eas res, quas vobis gratas fore non arbitrentur. Hoc loco, Qu[b] Catule, te appello. loquor enim de tuo clarissimo, pulcherimóque monumento: non iudicis solum seueritatem in hoc crimine, sed propè inimici, atque accusatoris vim suscipere debes. tuus [c] est enim honos in illo templo, senatus, populíque R. beneficio: tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur. tibi hæc cura suscipienda, tibi hæc opera sumenda est, vt Capitolium, quomodo [d] magnificentiùs est restitutum, sic copiosiùs ornatum sit, quàm fuit: vt illa flamma [e] diuinitus exstitisse videatur, non [f] quæ deleret Iouis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius, magnificentiúsque deposceret. Audisti, Qu. Minucium Rufum dicere, domi suæ diu etiam [g] esse Antiochum regem Syracusis: se illud scire ad istum esse delatum: se scire non redditum. audisti, & [h] audies omni è conuentu Syracusano, qui ita dicant, sese audientibus, illud Ioui Opt. Max. dicatum esse ab [i] rege Antiocho, & consecratum. Si iudex non esses, & hæc ad te delata res esset: te potissimùm hoc persequi, te [k] petere & agere oporteret. Quare non dubito, quo animo iudex huius criminis esse debeas, qui apud alium iudicem multo acrior, quàm ego sum, actor, accusatórque esse deberes. Vobis [l] autem, iudices, quid hoc indignius, aut quid minùs ferendum videri potest? Verrémne habebit domi suæ candelabrum [m] Iouis Opt. Max. è gemmis, auróque perfectum? cuius fulgore collucere, atque illustrari Iouis Opt. Max. templum oportebat, id apud istum in eiusmodi conuiuiis constitueturque domesticis stupris, flagitiísque fœdabunt? In istius lenonis turpissimi domo simul cum ceteris Chelidonis [n] hereditariis ornamentis, Capitolij ornamenta ponentur? Quid huic sacri vmquam fore, aut quid fuisse [o] religiosi putatis, qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat? qui in iudicium veniat, vbi ne precari quidem Iouem Opt. Max. atque ab eo auxilium petere more omnium possit? à quo etiam dij immortales sua repetunt in eo iudicio, quod hominibus ad [p] suas res repetundas est constitutum. Miramur Athenis Mineruam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Pergę [q] Dianam, multos præterea ab isto deos tota Asia, Græciáque violatos, qui à Capitolio manus abstinere non potuerit? quod priuati homines de suis pecuniis ornãt, ornaturque sunt, id C. Veres ab regibus ornari nõ [r] est passus. Itaque hoc nefario scelere concepto, nihil postea tota in Sicilia neque sacri, neque religiosi esse [s] duxit. ita sese in ea prouincia per triennium gessit, vt ab isto non solùm hominibus, verùm etiam diis immortalibus bellum indictum putaretur. ¶ Segesta [t] est oppidum peruetus in Sicilia, iudices, quod ab Ænea [u] fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant. Itaque Segestani non solùm perpetua societate, atque amicitia, verùm etiam cognatione se cũ populo Ro. coniunctas esse arbitrantur. Hoc

a Interuertere est celare, sibi retinere.*

b Apostrophe ad Catulum.*

c Capitolium enim à te restitueum dedicasti.*

d v.c. quemadmodum

e Conflagrauit enim Capitolium mortuo Sylla.*

f Non quæ Iouis Opt. Max. templũ deleret, sed q.

g L. deuersatum esse Ant.

h al. & audies omnes è conuentu Syr.

i v.c. à rege

k v.c. te, petere, te agere op.

l Apostrophe ad Iudices.*

m v.c. candelabrum Iouis è gem.

u meretricis à qua Verres heres institutus.

o v.c. religiosi fuisse p.

p al. ad suas res repetendas

q In æreo numismate Vrsini, Pergeon, vna parte impressa est Dianæ imago: in altera Victoriæ figurum cum hac Inscriptione ἀρτεμιδος περγαιας.*

r v.c. non passus est

s L. duxit esse.

t Straboni libro 6.* Αἰγέστα.*

u Strabo 6. refert ab iis qui cum Philocteta in Crotoniatarum agrum venerant missi ab eo in Siciliam cũ Aegesto Troiano.*

quondam oppidum,cùm illa ciuitas cum Pœnis suo nomine,ac sua sponte bellaret,à Karthaginiensibus vi captum,atque deletum est: omniáque, quæ ornamento vrbi esse possent, Karthaginem sunt ex illo loco deportata.fuit apud Segestanos ex ære simulacrum [a] Dianæ, tum summa atque antiquissima præditum religione,tum singulari opere, artificióque perfectum.hoc translatum Karthaginem,locum tantùm, hominésque mutarat: religionem quidem pristinam conseruabat[b]. nam propter [c] eximiam pulchritudinem,etiã hostibus digna,quam sanctissimè colerent videbatur.aliquot sæculis pòst, P. Scipio bello Punico tertio Karthaginem cepit: qua in victoria(videte hominis virtutem, & diligentiam, vt & domesticis præclarissimæ virtutis exemplis gaudeatis, & eo maiore odio dignã istius incredibilem audaciam iudicetis) conuocatis [d] Siculis omnibus, quod diutissimè, sæpissiméque Siciliam vexatam à Karthaginiensibus cognorat [e], iubet omnia conquiri:pollicetur,sibi magnæ curæ fore, vt omnia ciuitatibus,quæ cuiusque fuissent, restituerẽtur.Tum illa,quæ quondam fuerant [f] Himera sublata,de quibus antea dixi, Thermitanis sunt reddita:tum alia Gelensibus [g], alia Agrigentinis: in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur: quò viuos, supplicij causa,demittere homines, & [h] subiicere flammam solebat. quem tautum Scipio cùm redderet Agrigentinis,dixisse dicitur: *æquum esse illos cogitare, vtrum* [i] *esset Siculis vtilius,suisne seruire,an* [k] *populo Ro.obtemperare*: cùm idem monumentum & domesticæ crudelitatis, & nostræ mansuetudinis haberent. Illo tempore Segestanis maxima cum cura hæc ipsa Diana,de qua dicimus, redditur:reportatur Segestam: in [l] suis antiquis sedibus summa cum gratulatione ciuium, & lætitia reponitur. Hæc erat posita Segestæ, sanè excelsa in basi:in qua grandibus [m] litteris P. Africani nomen erat incisum, eúmque Karthagine capta restituisse,perscriptum.colebatur à ciuibus: ab omnibus aduenis visebatur.cùm quæstor essem,nihil mihi ab illis est demonstratum priús [n]. Erat admodum amplum [o], & excelsum signum cum stola: veruntamen inerat in illa magnitudine ætas, atque habitus virginalis: sagittæ pendebant ab humero: sinistra manu retinebat arcum: dextra ardentem facem præferebat.Hãc cùm iste sacrorum [p] omnium hostis,religionúmque prædo vidisset:quasi illa ipsa face percussus [q] esset,ita flagrare cupiditate,atque amẽtia cœpit.imperat magistratibus iste, vt eã de moliantur,&sibi dent.nihil sibi gratius ostẽdit futurum.illi verò dicere,id [r] sibi nefas esse:séque cùm summa religione, tum summo metu legum,& iudiciorum teneri.iste tum [s] petere ab illis,tum minari:tum spem,tum metum ostendere. Opponebant illi interdũ nomẽ [t] Africani:donũ populi R.illud esse dicebant:nihil se in eo potestatis habere,quodim perator clarissimus,vrbe ostium capta, monumentum victoriæ populi R. esse voluisset. Cùm iste nihilo remissiùs, atque etiam multo vehementiùs instaret quotidie: res agitur in senatu. vehementer ab omnibus reclamatur.Itaque illo tempore, ac primo istius aduentu pernegarur.postea,quidquid erat oneris in nautis remigibúsque exigendis,in frumento imperando,Segestanis,præter ceteros, imponebat aliquanto amplius, quàm ferre possent. præterea magistratus eorum euocabat: optimum [a], & nobilissimum quemque ad se arcessebat:circum omnia prouinciæ fora rapiebat:fingillatim [b] vnicuique calamitatiforе se denuntiabat:vniuersam se funditus illam euersurum esse ciuitatem minabatur.Itaque aliquando,multis malis, magnóque metu victi Segestani, prætoris imperio parendum esse decreuerunt.magno cum luctu, & gemitu totius ciuitatis, multis cum lacrymis, & lamentatione virorum, mulierúmque omniũ,simulacrum Dianæ tollendum locatur. Videte quanta religione [c] fuerit. apud Segestanos repertum esse,iudices,scitote neminem,neque liberum, neque seruum, neque ciuem,neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Barbaros quosdam Lilybeo scitote aduocatos [d] esse operarios.hi denique illud,ignari totius negotij, ac religionis,mercede accepta, sustulerunt. quod cùm ex oppido exportaretur [e], quem conuentum mulierum factum esse arbitramini?quem fletum maiorum natu?quorum nonnulli etiam illum diem memoria tenebant, cùm illa eadem Diana Segestam,Karthagine reuecta,victoriam populi R.reditu suo nũtiasset. Quàm dissimilis hic dies illi tempori videbatur? tum imperator [f] populi R.vir clarissimus,deos patrios reportabat Segestanis, ex vrbe hostium recuperatos. nunc ex vrbe sociorum prætor [g] eiusdem populi turpissimus, atque impurissimus, eosdem illos deos nefario scelere auferebat.Quid [h] hoc tota Sicilia est clarius,quàm omneisSegestanas matronas,& virgines conuenisse,cum Diana exportaretur ex oppido? vnxisse vnguentis? compleſſe coronis,& floribus?ture,odoribúsquei incensis vsque ad agri fineis prosecutas esse?Hanc tu tãtam religionem si tu tum in imperio propter cupiditatem, atque audaciam non pertimescebas:ne nunc quidem in tanto tuo, liberorúmque tuorum periculo perhorrescis?Quem tibi aut hominem,inuitis diis immortalibus, aut verò deum, tantis eorum religionibus violatis,auxilio futurum putas?Tibi illa Diana in pace, atque in otio religionem nullam attulit?quæ cùm duas [k] vrbeis,in quibus locata fuerat,captas, incensásque vidisset, bis ex duorum bellorum flamma, ferróque seruata est:quæ Karthaginiensium victoria,loco nutato,religionem tamen non amisit:P.Africani virtute religionem simul cum loco recuperauit.Quo quidem scelere suscepto,cùm inanis esset basis,& in ea P.Africani nomẽ incisum: res indigna, atque intoleranda videbatur omnibus, non solùm religiones esse violatas, verùm etiam P.Africani, viri fortissimi, rerum gestarum gloriam, memoriam virtutis, monumenta victoriæ, C. Verrem sustulisse. Quod cùm isti renuntiaretur de basi ac litteris,existimauit homines in obliuionem totius negotij esse venturos,si etiam basim,tanquam indicem sui sceleris,sustulisset. itaque tollendam istius imperio locauerunt: quæ vobis locatio ex publicis Segestanorum [l] litteris priore actione recitata est.Te nunc, P. Scipio,te,inquam,lectissimum,ornatissimúmque adolescentem appello: abs te officium tuum,debitum generi,& nomini requiro, & flagito.

a L.Dianæ simulacrum cùm summa atque antiq. ita v.c.

b v.c.seruabat.

c statuæ ob artificis manum in numina a gentibus relatæ*

d hanc historiã refert Plutarchus in Apophthegm. & Appianus in f.* P. CCXVII.

e L.esse cognorat,

f v.c. erant Him.

g al.Gellenfibus.*

h L. & cui subiic.

i v. c. verũ esse Agrigentinis vtilius, &c.

k v.c.anne pop.

l al. & in suis.*

m Grandes litteræ hic quæ longæ, Plauto in Rudente act. 5.*

n al. antiquius.*

o Dianæ Segestanæ simulachrũ cuiusque descriptio.*

p v. sacrorum omniũ, & religionũ hostis* prædoque vid.

q al.perustus Agrippa libro de Orthographia perculsus.*

r v.c.sibi id nef.

s v.c.cùm petere ab eis eum.

t al.P.Africani

a v.c. optimum quemque, & nobiliss.

b v.c. singulatim

c v.c. religio fuerit.

d v.c. addu ctos

e L.exportabatur,

f P. Africanus de quo

g al.P.R.eiusdem prætor populi & cet. id est populi Romani.*

h L.Quid ea ta Sicilia est clarius, quã omneis

i v.c. adorantib. incensis

k v.c.suas vrbeis.*

l v.c.Lintels Segestanũ

flagito. Cur pro isto, qui laudem, honorémque [a] familiæ vestræ depeculatus est, pugnas? cur eũ defensum esse vis? cur ego tuas parteis, suscipio? cur tuum [b] onus sustineo? M. Tullius [c] P. Africani monumenta requirit: P. Scipio cũ qui illa sustulit, defendit. cùm mos à maioribus traditus sit, *vt monumenta maiorum ita suorum quisque defendat, vt ea ne ornari quidem nomine alieno sinat:* tu isti aderis, qui non obtrusit [d] aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit, ac deleuit? Quisnam igitur, per deos immortales, tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? quis monumenta, atque indicia virtutis, si [e] tu ea relinquis, ac deseris? neq; solùm spoliata illa patiere [f], sed etiam eorum spoliatorem, vexatorémq; defendes? adsunt Segestani, clientes tui, socij populi R. atq; amici: certiorem te faciunt, P. Africanum, Karthagine [g] deleta, simulacrum Dianæ maioribus suis restituisse: idque apud Segestanos, eius imperatoris nomine positum, ac dedicatum fuisse: hoc Verrem demoliendum, & asportandũ, noménq; omnino P. Scipionis delendum, tollendũque curasse: orant te atque obsecrant, vt sibi religionem, generi tuo laudem, gloriámq; restituas, vt, quod [h] ex vrbe hostium per P. Africanum recuperarint, id per te ex prædonis domo conseruare possint. Quid [i] aut [k] his respondere honestè potes, aut illi facere, nisi vt te, ac fidẽ tuam implorent? adsunt, & implorãt. potes domesticæ laudis amplitudinem, Scipio, tueri? potes: omnia in I te sunt quę aut fortuna hominibus, aut natura largitur. nõ præcerpo fructũ officij tui: non alienam mihi laudẽ appeto: non est pudoris mei, P. Scipione, florentissimo adolescente, viuo, & incolumi, me propugnatorẽ monumẽtorum [m] P. Scipionis, defensoremq; profiteri. Quam ob rẽ si suscipis domesticæ laudis patrociniũ, me non solùm silere de vestris monumentis oportebit, sed [n] etiam lętari, P. Africani eiusmodi [o] esse fortunas mortui, vt eius honos ab iis, qui ex eádem familia sint [p], defendatur, neq; vllũ aduẽtitiũ [q] requiratur auxiliũ. Si [r] istius amicitia te impediet: si hoc, quod [s] abs te postulo, minus ad officium tuũ pertinere arbitrabere: succedã ego vicarius tuo muneri: suscipiã parteis, quas alienas esse arbitrabar, ne [t] ista præclara nobilitas desinat queri, populum R. hominibus nouis, atque industriis libenter honores mãdare, semperq; mandasse. Non est querendum, in [x] ea ciuitate, quæ propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimũ posse. Sit apud alios imago P. Africani: ornentur alij, mortui virtute, ac nomine. talis ille vir fuit: ita de populo R. meritus est, vt nõ vni familię, sed vniuersæ ciuitati cõmẽdatus esse debeat. Est aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis sum, quam ille amplam, illustrem, clarámque reddidit: præcipuè [y] in his artib. pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit, æquitate, industria, temperantia, defensione miserorũ, odio improborum: quæ cognatio studiorum, & artium, propemodum non minus est conjuncta, quàm ista, qua vos delectamini, generis, & nominis. Repeto abs te, Verres, monumentum P. Africani: causam Siculorum, quã suscepi, relinquo: iudicium de pecuniis repetundis ne fit hoc tempore: Segestanorum iniuriæ negligantur: basis P. Africani restituatur: nomen inuictissimi [y] imperatoris inci-

datur: signum pulcherrimũ Karthagine [a] captum reponatur. Hæc abs te non Siculorum defensor, non tuus accusator, non Segestani postulant: sed is, qui laudem, gloriámque P. Africani tuendam, conseruandámque suscepit. Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem, qui cùm res maximas gesserit monumentáque suarum [b] rerum maximè [c] constituat, atque in his elaboret: profectò volet hęc nõ solùm suis posteris, verùm etiam omnibus viris fortibus, & bonis ciuibus defendenda, non [d] spolianda improbis tradere. Non vereor, ne tibi. Qu. Catule, displiceat, cuius amplissimum [e] in orbe terrarum, clarissimúmque monumentum est, quàm plurimos esse custodes monumentorũ, & putare omneis bonos alienæ gloriæ defensionem ad officium suum pertinere. Et [f] quidem ceteris istius furtis, atque flagitiis ita moueor, vt ea reprehendenda tantùm putem: hîc verò tanto dolore afficior, vt nihil [g] mihi indigniùs ferendum videatur. Verres Africani monumentis domum suam, plenam stupri, plenam flagitij, plenam dedecoris, ornabit? Verres temperatissimi [h], sanctissimúmque viri monumentum, Dianæ simulacrum virginis, in ea domo collocabit, in qua semper meretricum, lenonúmq; flagitia versantur? At hoc solum Africani monumẽtum violasti? ¶ Quid? à *Tyndaritanis* [i] non eiusdem Scipionis beneficio positum simulacrum Mercurij, pulcherrimè factum, sustulisti? At quemadmodum, dij immortales! quàm audacter! quàm libidinosè! quàm impudenter! audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos [k], homines honestissimos, ac principes ciuitatis: Mercurij, qui sacris anniuersariis apud eos, ac summa religione coleretur, quem P. Africanus, Karthagine capta, Tyndaritanis [l] non solùm suæ victorię, sed etiam illorum fidei, societatisq; monumẽtum, atque indicium dedisset: huius vi, scelere, imperioque esse sublatum, qui vt primùm in illud oppidum venit, statim, tanquam ita fieri non solùm oporteret, sed etiam necesse esset, tanquam hoc senatus mandasset, populúsq; R. iussisset: ita continuò, signum vt demoliretur, & Messanam deportarent, imperauit. Quod cùm illis, qui aderant, indignum: qui audiebant incredibile videretur: non est ab isto, primo illo aduentu, perseueratum. discedẽs mandat proagoro Sopatro, cuius verba audistis, vt demoliatur. cùm recusaret, vehemẽter minatur. Ita [m] tũ ex illo oppido proficiscitur. Proagorus [n] refert rẽ ad senatũ: vehemẽter vndiq; reclamatur, ne multa: iterum iste aliquanto [o] pòst ad illos venit, quærit continuò de signo. respõdetur ei senatum non permittere: pœnã capitis constitutã, si iniussu senatus quisquam attigisset: simul religio cõmemoratur. Tum iste. Quam mihi religionem narras? quam pœnam? quem senatum? viuum te non relinquam: moriere virgis, nisi [p] signum traditur. Sopater [q] iterũ flens ad senatum defert istius cupiditatem, minásque demonstrat. Senatus Sopatro responsum nullum dat, sed commotus perturbatúsque discedit. Ille [r] prætoris arcessitus nuntio, rem demonstrat: negat vllo modo fieri posse. Atque hæc (nihil enim prætermittendum de istius impudentia videtur) agebantur in conuentu palàm, de sella, ac de loco superiore. Erat hiems summa, tempestas, vt ipsum Sopatrũ dicere audistis, per-

a L. honoremque eius, familiæque tuæ.
b L. tuũ munus sustinco?
c v.c. Cur M. Tullius P. Africani monumenta requirit, P. Scipio eum, qui illa sustulit, defendit?
d L. v.c. obtruxit aliquis, obtrudit aliquid.
e L. Istum ea relinques, ac deseres: nec solum spolia Istius.
f v.c. patietur, adde s. v.c.
g v.c. quod per P. Afric. ex vrbe hostium recup. id per te.
h L. Quid aut his respondere potes, aut illi facere, nisi vt te, ac fidẽ tuam implorent? adsunt, & implorãt. potes domesticæ laudis amplitudinem, Scipio, tueri? potes: omnia in I te sunt quę aut fortuna hominibus, aut natura largitur. nõ præcerpo fructũ officij tui: non alienam mihi laudẽ appeto: non est pudoris mei, P. Scipione, florentissimo adolescente, viuo, & incolumi, me propugnatorẽ monumẽtorum P. Scipionis, defensoremq; profiteri. Quam ob rẽ si suscipis domesticæ laudis patrociniũ, me non solùm silere de vestris monumentis oportebit, sed etiam lętari, P. Africani eiusmodi esse fortunas mortui, vt eius honos ab iis, qui ex eádem familia sint, defendatur, neq; vllũ aduẽtitiũ requiratur auxiliũ. Si istius amicitia te impediet: si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuũ pertinere arbitrabere: succedã ego vicarius tuo muneri: suscipiã parteis, quas alienas esse arbitrabar, ne ista præclara nobilitas desinat queri, populum R. hominibus nouis, atque industriis libenter honores mãdare, semperq; mandasse. Non est querendum, in ea ciuitate, quæ propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimũ posse. Sit apud alios imago P. Africani: ornentur alij, mortui virtute, ac nomine. talis ille vir fuit: ita de populo R. meritus est, vt nõ vni familię, sed vniuersæ ciuitati cõmẽdatus esse debeat. Est aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis sum, quam ille amplam, illustrem, clarámque reddidit: præcipuè in his artib. pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit, æquitate, industria, temperantia, defensione miserorũ, odio improborum: quæ cognatio studiorum, & artium, propemodum non minus est conjuncta, quàm ista, qua vos delectamini, generis, & nominis. Repeto abs te, Verres, monumentum P. Africani: causam Siculorum, quã suscepi, relinquo: iudicium de pecuniis repetundis ne fit hoc tempore: Segestanorum iniuriæ negligantur: basis P. Africani restituatur: nomen inuictissimi imperatoris inci-
y v.c. dominiõi

P. E.
a L. Karthagine capta reperatum reponatur. ‖ al. Karthagine capta receptum reportatur al. legãt captum receptum reponatur.*
b L. suarum rerum gestarum quàm maxime con.
c al. tuũc maximè.*
d fort. *non* improbis spoliandatrad.
e L. amplissimum orbis terr.
f L. Equitem ceteris
g L. nihil mihi indigniùs, nihil minùs ferend.
h al. temperantissimi.
i L. Tindaritanis, P. CCXX.
k Tindaritanos,
l L. Tindaritanis,
m al. & statim ex illo oppido.*
n L. referet rem ille ad sen. & ita v.c. o v.c. ad illos aliq. post venit.
p L. nisi mihi signum tr.
q L. Sopater iterum flens ad senatum rem defert istius c.
r v.c. ille à prætoris arcessitus nunt.

frigida: imbēr maximus: cùm iſte imperat lictoribus, vt Sopatrū de porticu, in qua ipſe ſedebat, præcipit: m in forum deiiciāt, nudumque conſtituant. Vix [a] erat hoc planè etiam imperatum, cùm illum ſpoliatum, ſtipatúmq; lictoribus videres. omnes [b] ideò putabant, vt miſer, atque innocens, virgis iſte cæderetur. fefellit hæc homines opinio. virgis iſte cæderet ſine cauſa ſocium populi R. atque amicum? nō vſque eò eſt improbus: non omnia ſunt in [c] eo vno vitia: numquam fuit crudelis. leniter hominem, clementérque accepit. Equeſtres ſunt medio in foro Marcellorum ſtatuæ, ſicuti ferè ceteris in oppidis Siciliæ: ex quibus iſte C. Marcelli ſtatuam delegit: cuius [d] officia in illa ciuitate, totáque prouincia recentiſſima erant, & maxima. in ea Sopatrum, hominem tum [e] domi nobilem, tum ſummo magiſtratu prædítum, diuaricarif, ac [g] deligari iubet. quo cruciatu ſit affectus, venire in mētem neceſſe eſt omnibus, cùm eſſet vinctus nudus [h] in aëre, in imbri, in frigore. neque tameſſ finis huic iniuriæ, crudelitatíque fiebat, donec populus, atque i vniuerſa multitudo, atrocitate rei, miſericordiáque commota, ſenatum clamore coegit, vt ei ſimulacrum illud Mercurij polliceretur. clamabant fore, vt [k] ipſi ſeſe dii immortales vlciſcerentur: hominem interea perire innocentem non oportere. Tum frequēs ſenatus ad iſtum venit: pollicetur ſignum. Ita Sopater de ſtatua C. Marcelli, cùm iam pænè obriguiſſet, vix viuus aufertur. Nō poſſum diſpoſitè iſtum accuſare, ſi cupiā: opus eſt non ſolùm ingenio, verùm etiā artificio quodam ſingulari. Vnū hoc crimē videtur eſſe, & à me pro vno ponitur de Mercurio Tyndaritano. plura ſunt: ſed ea quo pacto diſtinguere, ac ſeparare poſſim, neſcio. eſt pecuniarum captarum, quòd ſignum à ſociis pecuniæ magnæ ſuſtulit. eſt peculatus, quòd [l] publicè populi Rom. ſignum, de præda hoſtium captum, poſitum imperatoris noſtri nomine, non dubitauit auferre. eſt maieſtatis, quòd imperij noſtri gloriæ, rerūmquem geſtarum monumenta euertere, atque aſportare auſus eſt. eſt ſceleris, q religiones maximas violauit. eſt crudelitatis, quòd in [n] hominē innocentem, in ſocium noſtrum, atq; amicum, nouum ac [o] ſingulare ſupplicij genus excogitauit. illud verò quid ſit, iā non queo dicere: quo nomine appellem, neſcio, quòd in C. Marcelli ſtatua. Quid eſt hoc? patronúſne quòd erat? quid tū? quò id ſpectat? vtrūm ea res ad opem, an ad calamitatem clientium, atque hoſpitum valere debebat? an vt hoc oſtenderes, contra vim tuam, in patronis præſidij nihil eſſe? quis hoc [p] non intelligeret, in improbi præſentis imperio maiorem eſſe vim, quàm in bonorum abſentium patrocinio? an verò ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia, cōtumacia? detrahere videlicet aliquid te de [q] amplitudine Marcellorum putaſti [r]? Itaque nunc Siculorum Marcelli non ſunt patroni: Verres in eorum locum ſubſtitutus eſt. Quam in te tantam virtutem eſſe, aut dignitatem arbitratus es, vt conarere clientelam tam [s] illuſtrem, tam ſplendidæ prouinciæ, tranſducere [t] ad te, auferre à certiſſimis, antiquiſſimiſque patronis? tu iſta ſtultitia [u], nequitia, non modò totius Siciliæ, ſed vnius tenuiſſimi Siculi clientelam tueri potes? tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clienteis Marcellorū fuit?

a *v.c.* Vix erat no. planè imperatum, P. B.
b L. omneis id fore putabant, *& ita v.c.*
c *v.c.* in vno uitia
d L. cuius officia in illam ciuitatem, totámque prouinciam rec.
e *v.c.* cùm dicit eſſe, diſtēdi Dium eſt autem ab his qui vitio naturæ ita ſunt pedibus diſcreti, vt eos habeant in diuerſū ſeparatos. Nonius 1 in *diuaricauit* 147. *apud quem tamen hunc ipſum locum Terentij legitur*, deuaricari.
g *v.c.* ac deligari, *& ita Z.*
h L. nudus in ære.
i *v.c.* & vniuerſa
k *v.c.* vt ipſi ſe d.¶
l L. quod publicum populi R. ſignum, *& ita v.c.*
d. CCXXI.
m L. rerum geſtarum m.
n *v.c.* in innocentem, in hominem, in ſocium veſtrum,
o *v.c.* & ſi.
p *v.c.* non hoc intell.
q *al.* de magnitudine
r L. putaſti.
ſ *v.c.* tā ſplē didæ tam illuſtris prouinciæ,
t L. traducere ad te,
u *v.c.* nequitia, ſtultitia, i.

tu ex illius honore in eos ipſos, qui honorē [a] illi habuerant, ſupplicia quærebas? Quid poſtea? quid tādem tuis ſtatuis fore arbitrabare? an [b] verò id, quod áccidit? Nam Tindaritani ſtatuā iſtius, quam ſibi propter Marcellos, altiore etiam baſi poni iuſſerat, deturbarunt, ſimulac ſucceſſum iſti audierūt. Dedit [c] igitur tibi fortuna Siculorū C. Marcellū iudicem, vt, cuius ad ſtatuam Siculi, te prætore, alligabantur, eius religioni te eundē vinctum, adſtrictúmq; [d] dedamus. Ac primò, iudices, hoc ſignum Mercurij dicebat iſte Tindaritanos C. [e] Marcello huic Æſernino vendidiſſe: atq; hoc ſua cauſa etiā Marcellum [f] ipſum ſperabat eſſe dicturum: quod mihi nunquam veriſimile viſum eſt, adoleſcentem illo loco natum, patronum Siciliæ, nomen ſuum iſti ad tranſlationem criminis commodaturum. Verumtamen ita [g] res mihi tota præuiſa, atque præcauta eſt, vti [h], ſi maximè eſſet inuentus, qui in ſe ſuſcipere iſtius culpam, criménque cuperet: tamen is proficere nihil poſſet. eos enim teſteis i deduxi, & eas litteras deportaui, vt de iſtius facto dubium nemini eſſe poſſet. publicæ litteræ ſunt, deportatum eſſe Mercurium Meſſanam ſumtu publico. dicunt [k], quanti: prætuiſſe huic negotio publicè legatum Poleam. quid? is vbi eſt? præſto eſt: teſtis eſt. Proagori [l] Sopatri iuſſu. Quis eſt hic? qui ad ſtatuā adſtrictus eſt. Quid? is vbi eſt? teſtis eſt. vidiſtis hominem, & verba eius audiſtis. Demoliendum curauit Democritus [m] gymnaſiarchus, & is eo loco præerat. Quid? hoc nos dicimus? immò verò ipſe præſens: Romę nuper [n] ipſum eſſe pollicitum, ſeſe id ſignū legatis eſſe redditurum, ſi eius rei teſtificatio tolleretur, cautúmque eſſet, eos teſtimoniū non eſſe dicturos. Dixit hoc apud vos Zoſippus, & Hiſmenias, homines nobiliſſimi, & principes Tindaritanæ ciuitatis. ¶ Quid? *Agrigento* nónne eiuſdem P. Scipionis monumentum, ſignum Apollinis pulcherrimum, cuius in o femine, litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum, ex Æſculapij religioſiſſimo fano ſuſtuliſti? quod [p] iſte, iudices, cùm clàm feciſſet: cùm ad ſuū ſcelus illud, furtúmque [q] nefarios quoſdam homines improbos, duces, atque adiutores adhibuiſſet, vehemēter commota ciuitas eſt. Vno [r] eodem tempore Agrigentini beneficium Africani, religionem domeſticam, ornamentum vrbis, indicium victoriæ, teſtimonium ſocietatis, requirebant. Itaque [s] ab illis, qui principes in ea ciuitate erāt, præcipitur, & negotiū datur quęſtoribus, & ædilibus, vt noctu vigilias agerent ad ædeis ſacras. etenim iſte Agrigenti (credo propter multitudinem illorum hominum, atque virtutem, & quòd ciues Romani, viri fortes, ac ſtrenui, & honeſti permulti in illo oppido, coniunctiſſimo animo, cum ipſis Agrigentinis viuunt, ac negotiantur) non audebat palàm tollere [t], aut poſcere, quæ placebant. Herculis templum eſt apud Agrigentinos, nō longè à foro, ſanè ſanctū apud illos, & religioſum. ibi eſt ex ære ſimulacrū ipſius Herculis, quo non facilè quidquā [u] dixerim me vidiſſe pulchrius, (tameti non tam multū in iſtis rebus intelligo, quàm multa vidi) vſq; eò, iudices, vt [x] rictus eius, ac mentum paullo ſit attritius quòd in precibus, & gratulationibus non ſolùm id venerari, verùm etiam oſculari ſolent. Ad hoc templum, cùm eſſet iſte Agrigēti, duce

a *v.c.* bonorem habuerant, ſuppl.
b *v.c.* cum verò quid recid.
c L. Deſig. nunc igitur tibi fortuna Sic. *Cicilia v.c.* P. B.
d *al.* adſtrictúmque.
e *v.c.* M. Marc.
f *v.c.* M. Mar.
g L. ita mihi res ea prę uiſa atq;
h *v.c.* vt ſi,
i *v.c.* deduxi teſteis. *&* adduxi. *&*
k *v.c.* dicebat.
l Proagoras nomen. magiſtratus. n. L. Demetrius gymn.
m *al.* nuper
n ipſum eſſe pollicitum. *v.c.* ita ſe more. *l.* teſtes minuebātur. *& ita L.*
p *v.c.* Quid, iudices? cum ille id feciſſet: non placet.
q L. furtúmque nefarios. *& ita v.c.*
r L. Vno *&* eodem tempore
ſ *L.* Itaque ab iſis qui principes P. CCXXII.
t poſcere, aut tollere
u L. dicerim quidquam
x Vt rictus eius, ac mentum paullo ſit attritius quòd in precibus, & gratulationibus non ſolùm id venerari, verùm etiam oſculari ſolent. Ad hoc templum, cùm eſſet iſte Agrigēti, duce

duce Timarchide, repentè, nocte intempesta, seruorum armatorum fit concursus, atque impetus. clamor à vigilibus, faniq; custodibus tollitur. Qui primò cùm obsistere, ac defendere conarentur, malè [a] multati clauis, ac fustibus repelluntur. postea cõuulsis [b] repagulis [c], effractisque valuis, demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur. Interea ex clamore fama tota vrbe percrebuit [d], expugnari deos patrios, non [e] hostium aduentu, neque repẽtino prædonum impetu, sed ex domo, atque cohorte prætoria, manum fugitiuorum instructam, armatámque venisse. nemo Agrigenti neque ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis [g] fuit, qui non illa nocte, eo nuntio, excitatus surrexerit, telúmque quod [h] cuique fors [i] offerebat, arripuerit. Itaque breui tempore ad fanum ex vrbe tota concurritur. Hora [k] amplius iã in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud [l] interea nulla lababat ex parte: cùm alij vectibus subiectis conarentur commouere, alij deligatum omnibus membris rapere ad se fanibus. Repentè [m] Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio: dant sese in fugam istius prædari imperatoris nocturni milites. duo tamẽ sigilla perparuula tollunt, ne omnino inanes ad istum prædonem religionum reuerterentur. Numquam tam [n] malè est Siculis, quin aliquid facerè, & commodè dicant: velut in hac re aiebant in labores Herculis non minùs hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthiũ referri oportere. ¶ Hanc virtutẽ Agrigentinorum imitati sunt *Assorini* postea viri fortes, & fideles, sed neq; aquâ ex tam ampla, neque [o] tam ex nobili ciuitate. Chrysas [p] est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. is apud illos habetur deus, & religione maxima colitur. fanum eius est in agro propter ipsam viã, qua Assoro itur Ennã. in eo Chrysæ est simulacrum, præclarè factum è marmore. id iste poscere Assorinos propter singularem eius fani religionem non ausus est. Tlepolemo dat, Hieroníque negotium. illi noctu, facta manu, armatíque q veniunt: fores ædis effringunt: æditui [r], custodésque maturè sentiunt: signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur: homines ex agris concurrunt: eiicitur, fugatúrque Tlepolemus: neque quidquam ex fano Chrysæ, præter vnum perparuulum signum ex ære, desideratum est. ¶ *Martis magnæ fanum apud Enguinos est.* Iam enim mihi non modò breuiter de vnoquoq; dicendum est, sed etiam prætereunda videntur esse permulta, vt ad maiora istius & illustriora in hoc genere furta, & scelera veniamus. In hoc fano loricas, galeá q; æneas, cælatas opere Corinthio, hydriásque grandes [s], simili in genere, atque eádem arte perfectas, idem ille P. Scipio, vir omnibus rebus præcellentissimus, posuerat, & suum nomen inscripserat [t]. Quid de isto plura dicam, aut queram? omnia illa, iudices, abstulit: nihil in religiosissimo fano, præter vestigia violatæ religionis, nomẽque P. Scipionis, reliquit. hostium spolia, monumenta imperatorum, décora, atque ornamenta fanorum posthac [u], his præclaris nostris monibus amissis, in instrumẽto, ac [x] suppelle folus vasis Corinthiis delectaris? tu illius æris

[r] v.c. nom. nanctur.

[s] L. ac supellectile C. Ver. v. erat que in supellect. le

temperationem, tu operum lineamenta sollertissimè perspicis? hęc Scipio ille non intelligebat, homo doctissimus, atq. humanissimus? tu sine vlla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris, intelligis, & iudicas? vide, ne ille non solùm temperantia, sed etiam intelligentia te, atque istos, qui se eleganteis dici volũt, vicerit. nam quia, quàm pulchra essent, intelligebat, idcirco existimabat, ea, non ad hominum luxuriem, sed ad ornatum fanorũ, atque oppidorum esse facta, vt posteris nostris monumenta religiosa esse videantur.

¶ Audite etiam singularem eius, iudices, cupiditatem, audaciam, amentiam, in his præsertim sacris polluendis, quæ non modò manib. attingi, sed ne cogitatione quidem violari fas fuit. *Ærarium Cereris est apud Catinenses*, eádem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua propè in toto orbe terrarum. In eo sacrario intimo fuit [a] signum Cereris perantiquum: quod viri, non modò cuiusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant. aditus enim in id sacrarium non est viris: sacra per mulieres, ac virgines confici solent, hoc signum noctu clàm istius serui ex illo religiosissimo, atque antiquissimo fano sustulerunt. postridie sacerdotes Cereris, atque illius fani antistites [b], maiores natu, probatæ ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferunt. omnibus acerbum, indignum, luctuosum denique videbatur. Tum iste permotus illa atrocitate negotij, vt ab se sceleris istius [c] suspicio remouereter [d], dat hospiti suo cuidam negotium, vt aliquem reperiret, quem ea fecisse insimularet: datétque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Res non procrastinatur. nam cùm iste Catinam profectus esset: serui cuiusdam nomen defertur. is accusatur: ficti testes in eum dantur: rem cunctus senatus Catinẽsiũ legib. iudicat. Sacerdotes vocãtur: ex his quæritur secretò [e] in curia, quid [f] esset factũ: quẽ admodũ arbitrarentur signũ esse ablatũ. respondẽt illæ, Prætoris in loco seruos esse visos. res, quæ esset [g] antea non obscura, sacerdotũ testimonio perspicua esse cœpit. itur in consiliũ: seruus ille innocens [h] omnib. sententiis absoluitur, quò facilius vos hũc omnib. sententiis condemnare possetis. quid enim postulas, Verres? quid speras? quid respectas? quẽ tibi aut [k] deorũ, aut hominũ auxilio putas futurũ? eóne tu seruos ad spoliãdũ fanũ immitterte ausus es, quò liberos adire, ne orandi quidẽ causa, fas erat? hísne rebus manus afferre nõ dubitasti, à quibus etiam oculos cohibere te religionum iura cogebant? tametsi nec oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam, ac tam nefariam decidisti. [m] nam id concupisti, quod nunquam videras: id inquam, adamasti, quod antea non adspexeras. auribus tu tantam cupiditatem concepisti: vt eam non metus, non religio, non deorum vis, non hominum existimatio contineret. At ex viro [n] bono, credo, audieras, & bono auctore. Quid id potesto, qui ne ex viro quidẽ audire potueris? Audisti igitur ex muliere: quoniã id viri neque vidisse, neque nosse poterant. Qualem porro illam P [o] fœminã fuisse putatis, iudices? quàm pudicam, quæ cum Verre loquerentur? quam religiosam, quæ sacrarij spoliandi ostẽderet q rationẽ? At minimè mirũ, quæ sacra per summã castimoniã virorũ, ac mulierũ fiãt, eádẽ per istius stuprum, ac flagitium esse

[x] L. ac supellectile C. Ver. v. erat que in supellect. le

[y] v.c. nom. nanctur.

a L. signum fuit

P. B.

b L. antistitũ tæm. & ita v.c. & Priscianus lib. 5.*

c L. illius suspic. & ita v.c. d v.c. dimoueretur.

e χωρὶς

f v.c. quid esse factum arbitrarẽtur? quemadmodum signum esset ablatũ.

g al. esset ita*

h v.c. omnib. sententiis innocens absf.

i L. quid exspectas?

k L. aut deũ, aut hominẽ auxil. & ita v.c.

l al. non.* & m al. inci disti.

P. CCXXIIII

n v.c. bono viro,

o L. Qui id potes? & ita v. c. al. Qui id pote est.*

p v.c. nõ haberent, illam.

q v.c. rationem ostenderet & ita L.

violata. ¶ Quid ergo? hoc solùm auditione expetere cœpit, cùm id ipse nō vidisset? immò verò alia complura: ex quibus[a] eligam spoliationem nobilissimi, atque antiquissimi fani: de qua priore actione testeis dicere audistis. nunc eadem illa, quæso, audite, & diligenter, sicut adhuc fecistis, attēdite. *Insula est Melita*, iudices, satis lato ab [b] Sicilia mari, periculosoque diiuncta: in qua est eodem nomine oppidū, quò iste numquā accessit: quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. Ab eo oppido non longè, in [c] promontorio fanum est Iunonis antiquum: quod tanta religione semper fuit, vt non modò illis Punicis bellis, quæ in his terè locis nauali [d] copia gesta, atq; versata sunt: sed etiam in hac prædonum multitudine semper inuiolatum, sanctúmque fuerit. Quin etiam hoc memoriæ proditū est, classe quondam Masinissæ [e] regis ad eum locum appulsa, præfectum regium denteis eburneos, incredibili magnitudine, è fano sustulisse, & eos in Africam portasse, Masinissæque [f] donasse. Regem [g] quidem primò delectatum esse munere: pòst, vbi audisset, vnde essent, statim certos homines in quinqueremi misisse, qui eos denteis reportarent [h]. itaque in[i] his inscriptū litteris Punicis fuit: *Regem Masinissam imprudentem accepisse: re cognita, reponendos* [k], *restituendósque curasse*. Erat præterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburneæ Victoriæ, antiquo opere, ac summa arte perfectæ. Hæc iste omnia, ne multis morer, vno impetu, atque vno nuntio per seruos Venerios, quos eius rei causa miserat, tollenda, atque asportanda curauit. Prò dij immortales, quem ego hominem accuso? quem legibus, ac iudiciali [l] iure persequor? de quo vos sententiam per [m] tabellam feretis? dicūt legati Melitenses publicè, spoliatum templum esse Iunonis: nihil istū in religiosissimo fano reliquisse: quem in locum classes hostium sæpe accesserint: vbi piratæ ferè quotannis hiemare soleāt: quod neq; prædo violarit antea[n], neque hostis attigerit, id ab vno isto sic spoliatum esse, vt nihil omnino sit relictū. Hic nūc aut iste reus, aut ego accusator, aut hoc iudiciū appellabitur? criminibus enim coarguitur, aut suspicionibus in iudicium vocatur? dij ablati, fana vexata, nudatæ vrbes reperiuntur. earum autem rerum nullam sibi iste neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit: omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur, & manet etiam, ac tacitus facta mecum sua recognoscit. ¶ Nimiùm mihi diu videor in vno genere versari criminum, sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium, animorúmque vestrorum. Quam ob rem multa prætermittam, ad ea autem, quæ dicturus sum, reūcite vos, quæso, iudices, per deos immortaleis, per eos ipsos, de quorum religione iamdiu dicimus, dū id eius facinus cōmemoro, & profero, quo prouincia tota cōmota est, de quo sipaullo altiùs ordiri, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite. Rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatē criminis non sinit. Vetus est hæc opinio, iudices, quæ cōstat ex antiquissimis Græcorū litteris, atque [o] monumentis, insulam Siciliam totam, esse Cereri, & Liberæ [p] consecratam. hoc cùm ceteræ gentes sic arbitrantur[q], tum ipsis Siculis tā persuasum est, vt [b] animis eorū insitum, atq; innatum esse videatur. Nā & natas esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primùm reperitas [c] arbitrātur: & raptā esse Liberā, quam eandem Proserpinā vocant, *ex Ennensium* memore: qui locus, [p] in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominatur. quā cùm inuestigare, & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erūpunt: quas sibi cùm ipsa præferret: orbem [d] omnium peragrasse terrarū. Enna autē, vbi ea, quæ dico, gesta esse memorātur, est[e] loco præcelso, atq; edito: quo in summo est æquata agri planities, & aquæ peremnes. tota [f] verò omni aditu circūcisa, atque [g] diremta est. quā circa lacus, lucíq; sunt plurimi, & [h] lectissimi flores omni tēpore anni: locus vt ipse raptum illum virginis, quem iam à pueris accepimus, declarare videatur. Etenim propter [i] est [k] spelunca quædā, conuersa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua [l] Ditem [m] patrem ferunt repentè cum curru exstitisse[n] abreptámq; ex eo loco virginem secum asportasse, & subitò nō lōgè à Syracusis penerrasse sub terras, lacúmq; in eo loco repentè exstitisse: vbi vsq; ad hoc tempus Syracusani festos dies aniuersarios agunt, celeberrimo virorum, mulierúmq; conuentu. Propter huius opinionis vetustatem, quòd eorum in his locis vestigia, ac propè incunabula reperiuntur deorum, mira quædam tota Sicilia priuatim, ac publicè religio est Cereris Ennēsis. Etenim multa sæpe prodigia vim eius, numenq; declarant: multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium eius oblatum est, vt hæc insula ab ea non solùm diligi, sed etiam incoli, custodiríque videatur. Nec solùm Siculi, verùm etiam ceteræ gentes, nationésque Ennensem Cererem maximè colunt. Etenim, si Athenienſium sacra, summa cupiditate expetuntur, ad quos Ceres in illo errore venisse dicitur, frugésque attulisse: quantam esse religioné cónuenit eorū, apud quos eam natā esse, & fruges inuenisse constat? Itaque apud patres nostros atroci, ac difficili reip. tempore, cùm, Ti. Graccho occiso, magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio [o], L. Calpurnio coss. aditū est ad libros Sibyllinos: in quibus inuentum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemuirali [p] sacerdotes populi Rom. cùm esset in vrbe nostra Cereris pulcherrimum, & magnificentissimum templum, tamen vsque Ennam profecti sunt. tanta enim erat auctoritas, & vetustas illius religionis, vt, cùm illuc irent, non ad ædem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur. Non obtundam diutiùs aureis vestras [q]: iamdudum vereor, ne oratio mea, aliena ab iudiciorum ratione, & [r] quotidiana dicendi consuetudine esse videatur. hoc dico, hanc ipsam Cererem, antiquissimam, religiosissimam, principem omnium sacrorum [s], quæ apud omneis gentes, nationésque fiunt, à C. Verre ex suis templis, ac sedibus esse sublatam. Qui accessistis Ennam, vidistis simulacrū Cereris è marmore, & in altero tēplo Liberę. sunt ea perampla, atq; præclara, sed non ita antiqua. Ex ære fuit quoddam modica amplitudine, ac singulari opere, cum facibus, perantiquum, omnium illorum, quæ sunt in eo fano, multo antiquissimum. id [t] sustulit.

a *al.* quibus vnam eligam

b L. à Sicilia

c L. in promontorio f.

d L. pauali præsio

e L. Massinissæ

f Massanissæq.

g L. Regem primò delectatum P. B. esse m.

h *v.c.* reponerent.

i L. in hic scriptum litt. Pun. f. Regē massanissæ

k *v.c.* reportandos curasse.

l *v.c.* aut iudiciali iure. ‖ *al.* ac iure.*

m per iudicialem tabellam.*

n L. ante, neque vnquam hostis.

o *v.c.* P. M. Scæuolā, & *in* L. Crassum.

p Id est Proserpinæ.

a *v.c.* atbli trentur.

b *v.c.* vt la animis eor.

c *v.c.* & L. repertas esse arb.

d L. omnem orbem perag. & *in* v. e *al.* est loco præcelso.

f L. tota vno ab omni aditu

g *v.c.* atque circūcisa est.

h *al.* & lætissimi flores *v.c.* & latissimi. flores omni te.

i *v.c.* propō, *sed* propter *idē* quod propē. Nonius c. 4. in Propter 357.*

k *al.* eam.*

l L. ex qua Ditem patre P. B.

m Plutonē. n *al.* exisse.

p *v.c.* P. M. Scæuolā, & *in* L. Crassum.

p *al.* quindecimuirali.*

q L. vestras? Etenim iamdudum vereor. *v.c.* vestras? Non habemus hæc diu aureis vestras.

r *v.c.* & cotidiana

s Sacra Eleusinia quæ & Græca & Cereris intelligit, Festus. Græca festa. P. CCXXV. t L. id sustulit nec tamen eo contentus fuit. *v.c.* & complura alia sustulit.

P. CCXXV.

sustulit, ac tamen eo contentus non fuit. Ante ædem Cereris in aperto, ac propatulo loco signa duo sunt, Cereris vnum, alterum Triptolemi [a], & pulcherrima, & perampla. his pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quòd eorũ demolitio, atq; asportatio, perdifficilis vi debatur. insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrimè factum Victoriæ. hoc iste è signo Cereris auellendum, asportandũque curauit. Qui tandẽ istius animus est nunc in [b] recognitione scelerum suorum, cùm ego ipse in commemoratione eorum non solùm animo commouear, verùm etiam corpore perhorrescam? venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem: versantur ante oculos omnia: dies ille, quo [c] ego Ennam cùm venissem, præstò mihi sacerdotes Cereris cum infulis [d], ac verbenis [e] fuerunt: conuentúsque ciuium: in quo ego cùm loquerer, tanti [f] fletus, gemitúsque fiebant, vt acerbissimus tota vrbe luctus versari videretur. non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non importunissimas [g] istius libidines, non vim, non contumelias, quibus [h] operti, oppressique erant, conquerebantur: Cereris numen, sacrorum vetustatem, fani religionem, istius sceleratissimi, atque audacissimi supplicio expiari volebant: omnia se cetera pati, ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus, vt Verres, *alter Orcus* [i], venisse Ennam, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. Etenim vrbs illa non vrbs videtur, sed fanum Cereris esse. habitare apud sese Cererem Ennenses arbitrantur: vt mihi non ciues illius ciuitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolæ, atque ãntistites Cereris esse videantur. Ennæ [k] tu simulacrum Cereris tollere audebas? Ennæ tu de manu Cereris Victoriam diripere [l], & deam deæ detrahere conatus es? quorũ nihil violare, nihil attingere ausi sunt, in quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt quàm religioni. tenuerunt enim P. Popillio, P. Rupilio coss. illum locũ serui, fugitiui, barbari, hostes. sed neq. tam serui illi dominorum, quàm tu libidinum: neq. tam fugitiui illi dominis, quàm tu à [m] iure, & à legibus: neque tã barbari lingua, & natione illi, quàm tu natura & moribus: neq; illi tam hostes hominibus, quã tu diis immortalib. Quæ deprecatio est igitur ei reliqua, qui indignitate seruos, temeritate fugitiuos, scelere barbaros, crudelitate hosteis vicerit? Audistis Theodorum, & Numinium, & Nicasionem, legatos Ennenseis, publicè dicere, sese [n] à suis ciuibus hęc habere mandata, vt ad Verrem aditent, & eum *simulacrum Cereris, & Victoriæ* reposcerent. id si impetrassent, tum vt morem veterẽ Ennensium conseruarent: publicè in eum, tametsi vexasset Siciliam: tamen, quoniam hæc à maioribus constituta [o] accepissent, testimonium ne quod dicerent. sinautem ea non redidisset, tum vt iudicio adessent, tum vti de eius iniuriis iudices docerẽt, sed [p] multo maximè de religione quererẽtur. quas illorum querimonias nolite, per deos immortaleis, aspernari, nolite contẽnere, ac negligere, iudices. Aguntur iniurię sociorũ: agitur [q] vis legũ: agitur existimatio, veritásque iudiciorũ. quæ sunt omnia permagna: verùm illud maximũ: tãta religione obstricta tota prouincia est: tanta superstitio ex istius facto menteis omnium Siculorum occupauit, vt, quæcũque ãcidant publicè [a], vel priuatim incommoda, propter [b] eam causam scelere [c] istius euenire videãtur. Audistis, Centuripinos, Agyrinẽseis, Catinenseis, Herbitenseis [d], Ennenseis, complureis alios, publicè dicere, quæ solitudo esset [e] in agris, quę vastitas, quę fuga aratorũ, quàm deserta, quàm inculta, quàm relicta omnia. Ea tamẽtsi istius multis, & variis iniuriis acciderunt: tamẽ hæc vna causa in opinione Siculorum plurimùm valet, q., Cererе violata, omneis cultus, fructúsq. Cereris in his locis interiisse arbitrãtur. Medemini religioni sociorum, iudices: conseruate [f] vestram auctoritatẽ. Neque enim hæc externa nobis [g] est religio, neque aliena. quòd si esset, si suscipere eã nolletis: tamẽ in eo, qui violasset, sanciri vos velle oporteret. ¶ Nũc verò in communi omniũ gentiũ religione, ĩque his sacris, quę maiores nostri ab exteris nationib. adscita, atq; [h] arcessita coluerunt: quæ sacra, vt erant re vera, sic appellari Græca [i] voluerunt: negligẽtes, ac dissoluti si cupiamus esse, quî possumus? Vnius etiam vrbis, omniũ [k] pulcherrimæ, atque ornatissimę, *Syracusarum direptionẽ cõmemorabo*, & in medium proferã, iudices: vt aliquando totã huius generis orationẽ concludã, ac definiam. Nemo ferè vestrũm est, quin, quẽadmodum captæ sint à M. Marcello Syracusę, sæpe audierit, uonnũquam etiã in annalib. legerit. conferte [l] hanc pacẽ cũ illo bello: huius prætoris aduentũ, cum illius imperatoris victoria: huius cohortem impurã, cum illius exercitu inuicto: huius libidines, cũ illius continentia: ab illo, qui cepit, cõditas: ab hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. Ac iã illa omitto, quæ dispersè à me multis [m] locis dicẽtur, ac dicta sunt: forũ Syracusanorũ, quod [n] introitu Marcelli à plurima cæde seruatũ est, id aduentu Verris Siculorum innocentiũ sanguine redũdasse: portum Syracusanorum, qui tum & nostris classibus, & Karthaginensium clausus fuisset, eum, isto prætore, Cilicũ myoparoni, prædonibúsq; patuisse. Mitto adhibitam vim ingenuis, matres familiãs violatas, quæ [o] tum, vrbe capta, commissa non sunt, neque odio hostili, neq; licentia militari, neq; more belli, neque iure victoriæ: mitto, inquã, hæc omnia, quæ ab isto per triennium perfecta sunt. ea, quæ coniuncta cũ illis rebus sunt, de quibus antea dixi, cognoscite. Vrbem [p] Syracusas maximam [q] esse Græcarum vrbium, pulcherrimámque omnium, sæpe audistis. Est, iudices, ita, vt dicitur. nam & situ est cùm munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari, præclaro ad adspectũ: & portus habet propè in ædificatione, adspectuque vrbis inclusos: qui cùm diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur, & confluunt. Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur *Insula* [r], mari disiuncta angusto, ponte rursum [s] adiungitur, & continetur. Ea tanta est vrbs, vt ex quatuor [t] vrbibus maximis constare dicatur: quarum vna est ea, quam dixi, Insula: quæ duobus portubus [u] cincta, in vtriusque portus ostium, aditúmque proiecta est: in qua domus est, quæ regis [x] Hieronis fuit, qua prætores vti solent, in ea sunt ædes sacræ complures: sed duæ, quæ longè ceteris antecellunt: Dianæ vna: & altera, quæ fuit ante istius aduentum ornatissima, Mineruæ. In hac insula extrema,

a L. publicè, priuatimque incomm.
b L. propter sceleris istius euenire vid.
c al. sceleris al. sceluisque al. hæc vox scelere vel scelleris vel scelus expungitur à quibusdam. Alij legunt propter sc. lus istius.*
d al. Ennenseis, Herbitenseis,
e v.c. in agris esset. & ita L.
f L. conseruare vestram. Neque vi hic subaudias religionem.*
g v.c. vobis est relig. & ita L.
h al. atq. accepta col.
i. Græca sacra. adde Festũ in Græca sacra.*
k L. omniũ Græcarum vrbium pulch.
l v. refertur hic locus libro de Oratore.*
m v.c. multis in locis.
n L. quod in introitu Marcelli purum à cæde seruatum est, & alij lib. uet. purũ cæde.
o v.c quæ tum in vrbe capta.
p Syracusanorum descriptio.*
q v.c. maxima Græcarũ pulcherrima que omnium.
r eam Ortygiam insulã appellat Strabo 6.
s v.c. rursus adiungitur. al. rursum coniungitur, & cont.
t quinque dicit fuisse Strabo lib. 6.*
u v.c. portibus.
x v.c Hieronis regis.

est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium: qui fluctu totus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidum à [a] mari diſiunctus eſſet. Altera autem eſt vrbs Syracuſis: cui nomen *Acradina* eſt: in qua forum maximum, pulchertimæ porticus, ornatiſſimum prytaneum [b], ampliſſima eſt curia, templúmque egregium Iouis Olympij, ceteræque [c] vrbis partes vna lata via perpetua, multiſque tranſuerſis diuiſæ, priuatis ædificiis continentur. Tertia eſt vrbs, quæ, quòd in ea parte, Fortunæ fanum antiquum fuit, *Tiche* [d] nominata eſt: in [e] qua & gymnaſium ampliſſimum eſt, & complures ædes ſacræ: colitúrque ea pars, & habitatur frequentiſſimè. Quarta [f] autem eſt vrbs, quæ quia poſtrema ædificata eſt, *Neapolis* nominatur: quam ad ſummā theatrum eſt maximum: præterea duo templa ſunt egregia, Cereris vnum, alterum Liberi: ſignumque Apollinis, qui [g] *Tennites* vocatur, pulcherrimum, & maximum: quod iſte ſi portare potuiſſet, non dubitaſſet auferre. Nunc ad Marcellum reuertar, ne hæc à me ſine cauſa commemorata eſſe videantur: qui cùm tam præclaram vrbem vi, copiiſque cepiſſet, non putauit ad laudem populi Romani hoc pertinere, hanc pulchritudinem, ex qua præſertim nihil periculi oſtenderetur, delere, & extinguere. itaque ædificiis omnibus [h], publicis, & priuatis, ſacris, & profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet. in ornatu vrbis habuit victoriæ rationem, habuit humanitatis. victoriæ putabat eſſe, multa Romam deportare, quæ ornamento vrbi eſſe poſſent: humanitatis, non planè ſpoliare [i] vrbem, præſertim quam conſeruare voluiſſet. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli populo Rom. appetiuit, quàm humanitas Syracuſanis reſeruauit. Romam quæ aſportata [k] ſunt, ad ædem Honoris, atque [l] Virtutis, itémque aliis in locis videmus. nihil in ædibus, nihil in hortis poſuit, nihil in ſuburbano: putauit, ſi vrbis ornamenta domum ſuam non contuliſſet, domum [m] ſuam ornamento vrbi futuram. Syracuſis autem permulta, atq; egregia reliquit: deum verò nullum violauit, nullum attigit. Conferte Verrem: non vt hominem cum homine comparetis, nequa tali viro mortuo fiat iniuria: ſed vt pacem cum bello, leges cum vi, forum & iuriſdictionem cum ferro, & armis, aduentum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis. *AEdes* [n] *Mineruæ* eſt in inſula, de qua antè dixi: quam Marcellus non attigit: quam plenam, atque ornatam reliquit: quæ ab iſto ſic ſpoliata, atque direpta eſt, non [o] vt ab hoſte aliquo, qui tamen in bello, religionum, & conſuetudinis iura retineret, ſed vt à barbaris prædonibus vexata eſſe videatur. *Pugna erat equeſtris Agathoclis* [p] *regis in tabulis picta* præclarè: his autem tabulis interiores [q] templi parietes veſtiebantur. nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracuſis, quod magis viſendum putaretur. has tabulas M. Marcellus, cùm omnia illa victoria ſua profana feciſſet, tamen religione impeditus non attigit. iſte, cùm illa iam, propter diuturnam pacem, fidelitatémque populi Syracuſani, ſacra, religioſáque accepiſſet, omneis eas tabulas abſtulit: parietes, quorum ornatus tot ſæcula manſerat [a], tot bella effugerat, nudos ac deformatos reliquit. Et Marcellus, qui, ſi Syracuſas cepiſſet, duo templa ſe Romæ dedicaturum vouerat, id [b], quod erat ædificaturus, his rebus ornare, quas ceperat, noluit: Verres, qui non Honori, neque Virtuti, vt ille, ſed Veneri, & Cupidini vota deberet, is Mineruæ templum ſpoliare conatus eſt. ille deos deorum ſpoliis ornare noluit: hic ornamenta Mineruæ virginis in meretriciam domum tranſtulit. *Viginti, & ſeptem præterea tabulas pulcherrimè pictas ex eadem æde ſuſtulit*: in quibus erant imagines Siciliæ regum, ac tyrannorum, quæ non ſolùm pictorum artificio delectabant, ſed etiam commemoratione hominum, & cognitione formatum. Ac videre, quanto tætrior hic tyrannus Syracuſanus fuerit, quàm quiſquam ſuperiorum: cùm [c] illi tamen ornarint templa deorum immortalium: hic etiam deorum monumenta, atque ornamenta ſuſtulerit. Iam verò quid ego *de valuis* [g] *illius templi* commemorem? vereor, ne hæc qui non viderunt, omnia me nimis augere, atque ornare arbitrentur: quod tamen nemo ſuſpicari debet, tam eſſe me [h] cupidum, vt tot viros primarios velim, præſertim ex iudicum numero, qui Syracuſis fuerint, qui hæc viderint, eſſe temeritati, & mendacio meo conſcios. Confirmare hoc liquidò [i], iudices, poſſum, valuas magnificentiores, ex auro, atque ebore perfectiores nullas [k] vmquam vllo [l] tempore fuiſſe. incredibile dictu eſt, quàm multi Græci de [m] valuarum harum pulchritudine ſcriptum reliquerint. nimium forſitam hæc illi mirentur [n], atque efferant. eſto: verumtamen honeſtius eſt reip. [o] noſtræ, iudices, ea, quæ illis pulchra eſſe videantur, imperatorem noſtrum in bello reliquiſſe, quam prætorem in pace abſtuliſſe. Ex ebore diligentiſſimè perfecta [p] argumenta [q] erant in valuis. ea detrahēda curauit omnia. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum [r] anguibus, reuellit, atq; abſtulit: & tamen indicauit, ſe non ſolùm artificio, ſed [s] etiā pretio, quæſtúq; duci. nā bullas omneis [t] aureas ex his valuis, quæ erant [u] & multæ, & graues, non dubitauit auferre: quarū iſte non opere delectabatur, ſed pondere. Itaq; eiuſmodi valuas reliquit, vt, quæ olim ad ornandum templum erant maximè, nunc tantùm ad claudendum factæ eſſe videantur. Etiámne gramineas [x] haſtas? vidi enim vos in hoc nō y minimè, cùm teſtes dicerent, cōmoueri, quòd erant huiuſmodi, vt ſemel vidiſſe ſatis eſſet: in quibus neq; manu factum quidquā, neque pulchritudo erat vlla, ſed tantùm magnitudo incredibilis, de qua vel audire ſatis eſſet: nimiū videre plus, quàm ſemel. etiámne id concupiſti? Nam *Sapphō, quæ ſublata de prytaneo* eſt, dat tibi iuſtam excuſationem, propè vt cōcedendum, atq; ignoſcendum eſſe videatur. M. [z] Syllanionis [a] opus tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum, quiſquā non modò priuatus, ſed populus potius haberet, quàm homo elegantiſſimus, atq; eruditiſſimus Verres? nimirum contrà dici nihil poteſt. noſtrūm enim vnuſquiſq;, qui tam beati, quàm iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus: ſiquādo aliquid iſtiuſmodi videre volet, eat ad ædem Felicitatis, ad monumentum Catuli, in por-

P. CCXXVIII. a *v.c.* diſiunctus eſſet à mari.

b *Prytaneū* Athenis locus in quo *τὰ πρυτανεῖα* iudicia exercebantur & bene meriti de Republ. ea publicis ſumptibus alebātur. Huius ſimilitudine Prytaneum fuit Syracuſis.*

c L. *& v.c.* ceteræque vrbis partes, quæ vna via lata, perp. &c.

d *v.c.* Tucha

e *v.c.* in qua gymnaſ.

f *v.c.* Quarta autem eſt, quæ q. *& ita* L.

g L. qui Tennites vocatur, ‖ *al.* Theſmotes. *al.* Themiſtes *al.* Themiſes. *al.* Themites *al.* Theſinothetes. *ſed ſcribendū videtur* Temenites *à loco* Siciliæ qui τεμενίτης *dictus Stephano adde Suetonium in Tiber.* B. P. *vir. Tuneb. 8 aduerſ. 12.**

h *v.c.* publicis omnibus, & priuatis.

i *v.c.* expolare

k *v.c.* apportata ſunt, &c. L. deportata ſunt.

l *v.c.* & virtutis,

m L. domui ſuæ ornamēto vrbem futuram.

n *v.c.* Aedis Min.

o *al.* vt non ab hoſte aliquo, qui t. iuſ. b. reip. & c. iura ret. ſed a barb.

o L. Agatho clireges

q *v.* cinteriotis.

a *v.c.* maſſa ant, tot bella effugeran

b L. &c.

c *v.c.* quem admodū ſtatuas ſed Ven. P. CC. XXIX.

d *v.c.* ſed & comm.

e *v.* quia

f L. hic etiā illorū monumentorū valuæ magnificentiores templi Mineruæ.

h *al.* ne criminandi cupidum.*

i L. quidē confirmare eſt ſapere & firmare.*

k L. nullas vmquam vllo in templo fuiſſe & *v.c.*

l *al.* illo templo fuiſſe *ad Turnebū 8 aduerſ. 12.**

m L. de harum valuarū

n *al.* mirantur, atq; adferunt.

o *v.* noſtræ reip.

p L. perfectæ erant, atque mirabiliter

q *al.* antigamenta.*

r *al.* crinitū

s *v.c.* ſed &

t *v.c.* aureas omneis P.

u L. multæ & grandes.

x *id eſt* graminofas. *ita hanc vocem interpretatur Seruius ad Aeneid. VII. illam Virgilij locum: Geminum in cornua pumicem. Alij tamen hic legi fraxineas. Y Lipſius ait nimium ſibi placere hanc lectionem. Z L. Silanionis opus tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum, quiſquā non modò priuatus, ſed populus potius haberet, quàm homo elegantiſſimus, atq; eruditiſſimus Verres? nimirum contrà dici nihil poteſt. noſtrūm enim vnuſquiſq;, qui tam beati, quàm iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus: ſiquādo aliquid iſtiuſmodi videre volet, eat ad ædem Felicitatis, ad monumentum Catuli, in por-*

a Statuarii

b alia quæ liquida

in porticum Metelli:videt operam, vt admittatur in alicuius istorum Tusculanum: spectet [a] eorum [b] ornatum, si quid iste suorum ædilibus [c] accõmodauit: Verres hæc habeat domi? Verres, ornamentis fanorum, atque oppidorum habeat plenam domum, villas refertas? Etiámne huius operarij studia, ac delicias, iudices, perferetis? qui ita natus [d] est, ita educatus est, ita fastus & animo, & corpore, vt multo appositior ad [e] deferẽda, quàm ad auferenda signa esse videatur. Atque [f] hęc Sappho sublata quantum desiderium sui reliquerit, dici vix potest. namq; tum ipsa fuit egregiè facta, tum epigramma Græcum pernobile incisum [h] habuit in basi, quod iste eruditus homo, & Græculus, qui hæc subtiliter iudicat, qui solus intelligit, si vnam litteram Græcam sciisset, certè non sustulisset. nunc enim quod [i] inscriptum est inani in basi, declarat, quid fuerit, & id ablatũ indicat. Quid? *signum Paeanis ex aede Aesculapy* præclarè factum, factum, & religiosum, non sustulisti? quod omnes propter pulchritudinem visere, propter religionem colere solebant. Quid? *ex aede Liberi simulacrum Aristei* non tuo imperio palàm ablatum est? Quid? *ex aede Iouis religiosissimum simulacrum Iouis imperatoris, quem Graeci Vrion nominant*, pulcherrimè factum, nónne abstulisti? Quid? *ex aede Liberi parnum illud caput pulcherrimum*, quod visere solebamus, num dubitasti tollere? Atque [m] ille Pæan sacrificiis anniuersariis simul cum Æsculapio apud illos colebatur. Aristeus, qui, vt Græci ferunt, Liberi filius, inuentor olei esse dicitur, vnà cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus. Iouem autem imperatorem quãto honore in suo templo fuisse arbitramini? hinc colligere potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem specie, atque forma signum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio posuerat Flaminius [o]. Etenim tria [p] ferebantur in orbe terrarum signa Iouis imperatoris vno in genere pulcherrimè facta: vnum illud Macedonicum, quod in Capitolio videmus: alterum, in Ponti ore, & angustiis: tertium, quod Syracusijs ante Verrem prætorem fuit. illud [q] Flamininus ita ex æde sua sustulit, vt in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Iouis poneret. Quod autem est ad introitum Ponti, id, cùm tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porrò in Pontum inuecta sint, vsque ad hanc diem integrũ, inuiolatúmque seruatum est: hoc tertium, quod erat Syracusijs, quod M. Marcellus, armatus & victor, viderat: quod religioni concesserat: quod ciues, atque incolæ Syracusani colere, aduenæ non solùm visere, verùmetiam venerari solebant: id [r] Verres ex templo Iouis sustulit. Vt sæpius ad M. Marcellum reuertar, iudices, sic habetote: plureis esse à Syracusanis istius aduẽtu deos, quàm victoria Marcelli homines desideratos. Etenim ille requisisse dicitur etiam Archimedem [s] illum, summo ingenio hominẽ, ac disciplina, eúmque cùm audisset interfectum, permoleste tulisse. Iste omnia, quæ requisiuit, non vt seruaret [u], verùm vt asportaret, requisiuit. Iam illa, quia [x] leuiora videbuntur, si hoc loco dicencas e marmore, [y] crateras ex ære pulcherrimas, viam maximam vasorum Corinthiorum [z], ex omnibus ædibus sacris Syracusis [a] abstulit. Itaque, iudices, hi, [b] qui hospites [c] ad ea, quæ vi-

A senda sunt, ducere [a] solent, & vnumquidque ostendere, quos illi mystagógos [b] vocãt, conuersam iam habent demonstrationem suam. nam, vt antè demonstrabant, quid vbique [c] esset: ita nunc, quid vndique [d] ablatum sit, ostendunt. Quid tum? mediocríne tandem dolore eos affectos esse arbitramini? non ita est, iudices: primùm, quòd omnes religione mouẽtur: & deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinẽdos esse arbitrantur: deinde hic ornatus, hæc opera, B atque artificia, signa, tabulæ pictæ, Græcos homines nimio opere delectant. Itaque ex illorum querimoniis intelligere possumus [e], hæc illis accerbissima videri, quę forsitã nobis leuia, & contemnenda esse videantur. mihi credite, iudices, (tametsi vosmetipsos hæc eadem audire certò scio) cùm multas acceperint per hosce annos socij, atque exterę nationes calamitates, & iniurias, nullas Græci homines grauiùs tulerunt [f], nec ferunt, quàm C huiusce modi spoliationes fanorum, atque oppidorum. Licet iste dicat emisse se, sicuti solet dicere: credite [g] mihi, iudices: nulla vmquam ciuitas tota Asia, & Græcia, signum vllum, tabulam pictam, vllum denique ornamentum vrbis, sua voluntate cuiquam vendidit. nisi forte existimatis, posteaquàm iudicia seuera Romæ fieri [h] desierint, Græcos homines hæc vendere [i] cœpisse, quæ tum D non modò non vendebant [k], cùm iudicia fiebant, verumetiam coemebant: nisi arbitramini, L. Crassũ, Q. Scæuulæ, C. Claudio, potentissimis hominibus, quorum ædilitates ornatissimas vidimus, commercium istarum rerum cum Græcis hominibus non fuisse: iis, qui post iudiciorum dissolutiones, ædiles facti sunt, fuisse. Acerbiorem etiam scitote esse ciuitatibus falsam istam, & simulatam emtionem, quàm si quis clàm surripiat, aut eripiat palàm, atque auferat. nam turpitudinem E summam esse arbitrantur, referri in [l] litteras publicas, pretio adductam ciuitatem, & pretio paruo, ea, quæ accepisset à maioribus, vendidisse, atque alienasse [m]. etenim mirandum in modũ Græci rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur. Itaque maiores nostri facilè patiebantur, hæc esse quàm [n] plurima apud socios, vt imperio nostro quàm ornatissimi, florentissimique essent. apud eos autem, F quos vectigaleis [o], aut [p] stipendiarios fecerant, tamen hæc relinquebant, vt illi, quibus ea iucunda sunt, quæ nobis leuia videbantur q, haberent hæc oblectamenta, & solatia seruitutis. Quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Romani sunt, merere [r] velle, vt ab eis marmorea Venus [s] illa ne auferatur? quid Tarentinos, vt [t] ne Europam in tauro sedentem amittant? vt Satyrum, qui apud illos in æde Vestę est? vt cetera? quid Thespienseis, vt Cupidinis signum, propter quod vnum visuntur G Thespiæ? quid Cnidios, vt Venerem marmoream? quid vt pictam, Coos? quid Ephesios, vt Alexandrum? quid Cyzicenos, vt Aiacem, aut Medéam? quid Rhodios, vt [u] Ialysium? quid Athenienseis, vt ex marmore Iacchum, aut Parhalum [x] pictum, aut ex ære, Myronis bucolam? Longum est, & non necessarium, commemorare, quæ apud quosque visenda sunt tota Asia & Græcia: verùm illud est, quam- H obrem hæc commemorarim [y]: quòd existimare vos hoc volo, mirum quẽdam dolorem

a L. spectet forum ornamenta, si quid ibi fuorum, additos commodauit, b al. fuorum. c al. addubitauit. d v.c. & L. ita natus, ita educatus est, ita fastus & c e L. ad ferendas. f al. Anqui h. g L. ita eius dem fere sententiæ. h L. & v.c. insculptum in basi. P. CCXXXX. i L. & v.c. quod scriptum est. k L. Præconis

l Quòd territoriis & finitimis præfectos & horum ab iniuria arceret. Huius rei meminit Demosthenes ὑπὲρ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Nonnulli. Hanc statuam Pæonis. Atque ille Pæon C. Claudius Nero potentissimus fuit.

m L. Flamininus. Signa totius orbis veneranda.

q L. illud Flaminius ita ex.

r L. Cl. Verres ex v.c. s vide quæ scripsi ad ea. t al. quem. u L. conseruaret, & v.c. x v.c. quæ leuiora vid. y al. crateras ex ære pulcherrimas. z vide Plin. 34. a L. abstulit Syracusis. b L. qui hospitibus. c L. hospitibus adhibentis ad ea, quæ vi

a v.c. solent ducere. b Mystagogi munus. c al. vbi quæ d Ant. Aug. vndeque. al. unde quæ.

e v.c. possimus

P. CCXXXX. f al. ferunt rc tulerunt

g v.c credite hoc mihi, iu.

h L. fieri desierunt, Græcos homines hæc vendita re cœp. & ita v.c. i al. vendita re id est vendere velle k v.c. vendi tabant.

l v.c. in tabulas pr. m L. abalienasse.

n L. apud illos quam plurima, vt imp. o Vectigalibus & stipendiariis populis, signa sua relicta à Romanis victoribus, vt victi ea haberent oblectamẽta & solatia seruitutis.

p Sociorum tria genera. Immunes, vectigales, stipendiarij

q v.c. videtur r al. mereri

s L. & v.c. Venus illa auferatur? § adde Turneb. 12. ad uerss. 8.

t L. vt Europam in tauro amittant? & ita v.c.

u L. vt Ialysum?

x al. Parrhasium y v.c. commemorem.

accidere[a] iis, ex quorum vrbibus hæc auferantur[b]. Atque, vt ceteros omittamus, de ipsis Syracusanis cognoscite: ad quos ego cùm venissem, sic[c] primò existimabam, vt Romæ ex istius amicis acceperam, ciuitatem Syracusanam propter Heraclij hereditatem, non minùs esse isti amicam, quàm Mamertinam propter prædarum, ac furtorum omnium societatem: simul & verebar, ne mulierum nobilium, & formosarum gratia, quarum iste arbitrio præturam[d] per triennium gesserat, vitorúmque, quibus cum illæ nuptæ erant, nimia in istum non modò lenitudine[e], sed etiam liberalitate oppugnarer, siquid ex litteris Syracusanorum conquirerem. Itaque Syracusis cum ciuibus Romanis eram: eorum tabulas exquirebam[g]: iniurias cognoscebam. cùm diutiùs in negotio, curáque fueram: vt requiescerem, curámque animi remitterem, ad Carpinatij præclaras tabulas reuertebar: vbi cum equitibus Ro. ex illo conuentu honestissimis, illos Verrutios, de quibus antè dixi, explicábam: à Syracusanis prorsus nihil adimenti neque publicè, neque priuatim exspectabam: neque erat in animo postulare. Cùm hæc agerem, repentè ad me venit Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis habebat, homo nobilis, qui sacerdos[h] Iouis fuisset, qui honos apud Syracusanos est amplissimus, agit mecum, & cum Q. fratre meo, vt[k], si nobis videretur, aditemus ad eorum senatum: frequenteis esse in curia: se iussu senatus à nobis petere, vt veniremus. Primò nobis fuit dubium, quid ageremus: deinde citò venit in mentem, non esse vitandum nobis[l] conuentum, & locum. Itaque in curiam venimus. Honorificè sanè consurgitur. nos rogatu magistratus assedimus. Incipit is loqui, qui & auctoritate, & ætate, &, vt mihi visum est, vsu rerum antecedebat, Diodorus Timarchides: cuius omnis oratio hanc habuit primò sententiam: Senatum, populumque[m] Syracusanum moleste, grauiterque ferre, quòd ego, cùm in ceteris Siciliæ ciuitatibus, senatum, populumque docuissem, quid eis vtilitatis, quid salutis afferrem, & cùm ab omnibus mădata, legatos, litteras, testimoniáque sumsissem, in illa ciuitate nihil eiusmodi facerem. Respondi neque Romæ in conuentu Siculorum, cùm à me auxilium communi omnium legationũ consilio petebatur, causáque totius[n] ad me Siciliæ deferebatur, legatos Syracusanorum affuisse: neque me postulare, vt quidquam contra C. Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verris statuam viderem. Quod posteaquàm dixi, tantus est gemitus factus adspectu statuæ, & commemoratione, vt illud in curia positum monumentum sceleru, non beneficiorum videretur. Tum pro se quisque, quantum dicendo assequi poterat, docere me cœpit, ea, quæ paullo antè commemoraui: spoliatam vrbem, fana direpta: ex[o] Heraclij hereditate, quam palæstris[p] concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse: neque[q] postulandum fuisse, vt ille palæstritas[r] diligeret, qui etiam inuentorem olei deum[s] sustulisset: neque illam statuam esse ex pecunia publica, neque publicè datam: sed eos, qui hereditatis diripiendæ participes fuissent, faciendam, statuẽdamque curasse: eosdẽ Romæ fuisse legatos, illius adiutores improbitatis, socios furtorũ, cõscios flagitiorum: eo minus mirari me oportere, si illi communi legatorũ voluntati, & saluti Siciliæ defuissent. Vbi eorum dolorem ex illius iniuriis, non modò non minorem, sed propè maiorem, quàm ceterorum[a] Siculorum esse cognouistis, tum meum animũ in illos, tum mei consilij, negotiíq; totius suscepti causam, rationémq; proposui: tum eos hortatus sum vt causæ communi, salutíque ne deesserent: vt ei illam laudationem, quam se vi, ac metu coactos, paucis illis diebus, decresse dicebant, tollerent. Itaque, iudices, Syracusani hæc faciunt, istius cliẽtes, atq. amici: primùm mihi litteras publicas, quas in ærario[c] sanctiore cõditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia, quæ dixi ablata esse, perscripta, & plura etiam, quàm ego potui dicere: perscripta autem hoc modo, quòd ex æde Mineruæ hoc & illud abesset: quòd ex æde Iouis, quòd ex æde Liberi. vt quisque eis rebus tuendis[d], conseruandísque præfuerat, ita perscriptum erat, cùm rationem ex[e] lege redderet, & quæ acceperat, deberet[f] tradere: petiisse, vt sibi, si hæres abesset, ignosceretur: itaque omneis liberatos discessisse, & esse ignotum omnibus: quas ego litteras obsignandas publico signo, deportandásque curaui. De laudatione autem ratio sic[g] reddita est. primùm cùm à Verre litteræ aliquanto ante aduẽtum meum de laudatione venissent, nihil esse decretum: deinde, cùm quidam ex illius amicis commonerent, oportere decerni, maximo[i] esse clamore, & conuicio repudiatos[k]: posteaquàm meus aduentus appropinquarit, imperasse eũ, qui summam[l] potestatem haberet, vt decerneret: decretum ita esse, vt multo plus illa[m] laudatio mali, quàm boni, possit afferre. Idn ideò, iudices, vt mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite. *Mos est Siculis, vt si qua de re ad senatũ referatur, dicat sententiam, qui velit. nominatim nemo rogatur. & tamen, vt quisque honore, & ætate antecedit, ita primus solet sua sponte dicere: idq; à ceteris ita conceditur. & quãdo taceãt omnes, tunc sortito cogũtur dicere.* Cùm hic mos esset, refertur ad senatum de laudatione Verris. In quo primũ, vt aliquid esset moræ, multi interpellant: de Sex. Peducæo, qui de illa ciuitate, totáque prouincia optime meritus esset, sese anteà, cùm audissent ei negotium facessitum, cúmque eũ publicè pro plurimis eius, & maximis meritis laudare cuperent, à C. Verre prohibitos esse: iniquũ esse, tametsi Peducæus eorum laudatione iã non vteretur, tamen non id priùs decernere, quod aliquando voluissent, quàm quod[s] tum cogerẽtur. Conclamãt omnes, & approbant, ita fieri oportere. Refertur de Peducæo. vt quisq; ætate, & honore antecedebat, ita sententiã dixit ex ordine. Id adeò ex ipso S.C. cognoscite. nãque principiũ sentẽtię perscribi solet. Recita. QVOD QVI VERBA FACTA SVNT DE SEX. PEDVCAEO. Dicit, qui primi suasserint. decernitur. refertur deinde de Verre. dic, quæso, quomodo? QVOD VERBA FACTA SVNT DE C. VERRE. Quid postea scriptum est? CVM SVRGERET NEMO, NEQVE SENTENTIAM DICERET. Quid hoc est? SORS DVCITVR. Quamobrem? nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ, defensor periculorum tuorum[x], præsertim cùm

a L. accipere eos, ex q.
b *v.c.* auferuntur.
c *v.c.* sic primum
d L. per triennium præturã gess. *& ita v.c.*
e *ita videtur legisse Non. c. 2. ita lenitudine. c.* Ali. *tamen legunt* lenitudine. quæ apud eundem auctorem Nonium illo capite, ideo quod lenitas quod vel authoritate Ciceronis 4. *Tusculana* probat.*
f *v.c.* litteris.
P. CCXXXII
g L. exsetibam: *& c.* duo *v.c.* exquirebam.
h Sacerdotium Iouis, honos apud Syracusanos, amplissimus.*
i L. est apud Syracusanos amp. *& ita v.c.*
k Quo ritu & honore Romani senatores excepti a curas prouinciarũ* l *v.c.* illum nobis.
m *v.c.* & populum Syracusanum.
n L. totius prouinciæ ad me def. *& ita v.c.*
o *v.c.* de Heraclij.
p L. palæstritis conceff.
q Palæstritis enim opus o leo.*
r Aristæum, Bacchi filium *nisi legas* oleę deam *vt intelligamus* Minerua m.*
s *v.c.* fuisset.
t *v.c.* de sex. Peducæo.
u Formula ioiũ senatusconsulti, *& v.c.* habent tum non *sequit L. sequi fidē.*
x *v.c.* cum

P. L.
a *v.c.* Siculorum ceterorum
b L. rum ego meum animo
c Aerarium sanctius apud Syracusanos in quo etiam litteræ publicæ asseruatæ.*
d *al.* tuendis præfuerat.*
e è Lege redderet, *alij lib.* reddidit & quæ acceperat,
f L. tradere deberet. *v.c.* tradere deberent
g L. sic mihi reddita est. h L. à C. Verre.
i *v.c.* maximo clamore esse, & conuicio
k *al.* repudiatos. *&* postea, quam meus. P. CCXXXIII. l L. & *v.c.* illi iudices.
m L. & *v.c.* posset.
n L. Laudes, iudices.
o Mos dicendæ sententiæ Syracusis. P. Vide *v.c.* ætate, & honore q. *al.* sin aliquando.* r *al.* sortito nec.*
s *v.c.* quod tunc cog.
t L. nã principium sententiæ perscribi solet. Recita. *al.* principio sententiæ perscribi solent.
u Formula ioiũ senatusconsulti, *& v.c.* habent tum non *sequit L.* non *fidē.*

cùm inire à prætore gratiam posset nemo. ipsi illi a tui conuiuæ, consiliarij, & conscij, verbum facere non audebane b. in qua curia statua tua stabat, & c nuda in ea filij, nemo fuit, quem ne nudus quidem filius in nuda prouincia commoueret. Atque etiam hoc me docent, eiusmodi d senatusconsulto sese feciſſe laudationem, vt omnes intelligere possent, non laudationem, sed potius irrisionem esse illam, quæ e commonefaceret istius turpem, calamitosámque præturam. Etenim scriptum esse ita, QVOD f iste virgis neminem cecidisset: à quo cognoscitis, nobilissimos homines, atque innocentissimos securi esse percussos: QVOD vigilanter prouinciam administrasset: cuius omneis vigilias in g stupris constat, adulteriisque esse consumtas. hoc autem scriptum etiam, quod proferre non auderet reus, accusator recitare non desineret. QVOD prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset Verres: quos etiam intra Syracusanam insulam recepisset. Quæ h postea quàm ex illis cognoui, discessi cum fratre è curia, vt, nobis absentibus si quid vellent, decernerent. Decernunt i statim: primùm, vt L. fratri hospitium k publicè fieret, quòd is eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset, quam ego semper habuissem. id non modò tum scripserunt, verùm etiam in ære incisum nobis tradiderunt. Valde hercle te Syracusani tui, quos crebrò commemorare soles, diligunt: qui cum accusatore tuo satis iustam causam coniungendæ necessitudinis putant, quòd te accusaturus sis, & l quòd ad inquirendum in te venerit. postea decernitur m, ac non variè, sed propè coniunctis sententiis, vt laudatio, quæ C. Verri decreta esset, tolleretur. At n verò cùm iam non solùm discessio o facta esset, sed etiam perscriptũ, atque in tabulas relatum, prætor appellatur. At quis appellat p magistratus aliquis? nemo. senator? ne id quidem. Syracusanorum aliquis? minimé. quis igitur prætorem appellat? qui quæstor istius fuerat, Cæcilius? Orem ridiculam: ô desertum hominem: ô desperatum, ac relictum à magistratu Siculo. ne S. C. Siculi homines facere possent, ne suum ius suis moribus, suis legibus obtinere possent, non amicus istius, non hospes, non de nique aliquis Siculus, sed quæstor prætorem appellat. Quis hoc vidit? aut quis audiuit? Prætor æquus, & sapiens dimitti iubet senatum. concurrit ad me maxima multitudo. primùm senatores clamare, eripi q sibi ius, eripi libertates Romanis? me nusquam discedere. quo qui dem die nihil ægriùs factum est, multo u labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur. Cùm ad prætorem in ius adissem, excogitat sanè x diligenter, & cautè, quid decernat. nam antè quàm verbum facerem, de sella surrexit, atque abiit. Itaque tum de foro, cùm ia aduesperascaret, discessimus. Postridie manè ab eo postulo, vt Syracusanis liceret S.C. quod pridie fecissent, mihi reddere. Ille enimuero negat: & ait, indignum facinus esse, quod y ego in senatu Græco verba fecissem, id ferri nullo modo posse. Respondi hoc illud mini, vt potui, vtz volui, vt deberi tum bb multa, tum etiam hoc me memini dicere, facilè esse perspicuum, quantum inter hunc, & illum Numidicum, verum, & germanum Metellum interesset, illum noluisse sua laudatione iuuare a L. Lucullum, fororis virum, quicum b optimè conueniisset: hunc homini alienissimo, à ciuitatibus laudationes per vim, & metum comparare. Quod vbi intellexi, multum apud illum recenteis nuntios, multùm tabulas non commendatitias, sed tributarias valuisse: admonitu ipsorum c Syracusanorum impetum in eas tabulas facio, in d quibus singula perscripta erant. Ecce autem noua turba: atque rixa. ne tamen istum omnino Syracusis sine amicis, sine hospitibus, planè nudum esse, ac desertum putetis: retinere cœpit e tabulas Theomnastus quidam, homo ridiculè insanus, quem Syracusani Theoractum f vocant: qui illic eiusmodi est, vt eum pueri sectentur: vt omnes, cùm loqui cœperit, irrideant. Huius tamen insania, quę ridicula est aliis, mihi tum molesta sanè fuit. nam cùm spumas ageret in ore, arderent g oculi, voce maxima vim me sibi afferre clamaret: copulati in ius peruenimus. Hìc ego postulare cœpi, vt mihi tabulas obsignare, ac deportare liceret. Ille h contrà instare ego, omnium mihi tabularum, & litterarum fieri potestatem oportere. Contrà ille furiosus vrgere, nihil ad se nostras leges pertinere. Prætor intelligens i, *negare sibi placere, quod S.C. ratum esse non deberet, id me Romam deportare.* Quid multa? nisi vehementiùs homini minatus esset: nisi legum k sanctionem l, pœnámque recitasset: tabularum mihi potestas facta non esset. Ille autem insanus: qui pro isto contra m me vehementissimè declamasset, postquàm non impetrauit: credo, vt in gratiam mecum rediret, libellum mihi dat, in quo istius furta Syracusana perscripta erant: quæ ego antea n iam ab illis cognoram, & acceperam. Laudent te sanè iam Mamertini, qui ex tota o prouincia soli sunt, qui te saluum velint: ita tamen laudent, vt Heius, qui p eius princeps legationis est, adsit: ita laudent, vt q ad ea, quæ rogati erunt, mihi parati sint respondere. Ac ne subitò à me oppriamantur, hæc sum rogaturus: nauem r debeántne fatebuntur præbuerint ne prætore C. Verre? negabunt. ædificauerintne nauem oneratiam maximam publicè quam Verri dederut? negare non poterunt. frumentúmne ab his sumserit Verres, quod populo R. mitteret, sicuti superiores? negabunt. Quid militum, aut nautarum per triennium dederint? nullum datum dicent. Fuisse Messanam omnium istius furtorum, ac prædarum receptricem, negare non poterunt: permulta multis nauibus illinc exportata: hanc s denique nauem maximam à Mamertinis datam, onustam t, cum isto prætore profectam fatebuntur. Quamobrem tibi habe sanè istam laudationem Mamertinam? Syracusanam quidem ciuitatem, vt abs te affecta est, ita in te esse animatam videmus, apud quos etiam Verrea x illa flagitiosa sublata sunt. etenim *minimè conueniebat, et deorum honores haberi, qui simulacra deorum sustulisset* y. Etiam mehercule illud in Syracusanis meritò reprehenderetur, si, cùm diem festum ludorum de fastis suis sustulissent celebertimum, & sanctissimum, quòd eo ipso die Syracusæ à Marcello captæ esse dicuntur, iidem diem festum Verris nomine agerent:

a *v.c.* iunctũ a. e. i. Luc. *fort.* iunati à se L. Lu.
b L. quicum ei optim. cõueniss.
c *v.c.* Syracusan. ipsor. P. B.
d L. in quib. S. C. perscripta erat. *v.c.* in quib. S.C. perscripserant.
e *v.c.* incipit.
f diuino furore correptum.*
g *v.c.* oculis arderet
h L. Ille cõtra negare illud senatusconsultũ, in quo pr. appellatus esset, mihi tradi oportere. ego legem recitare, instare omniũ mihi tabu. o. e. Illic cõtrà dicere: negare esse illud S. C. in quo pr. appellatus esset, negare id mihi tradi oportere. ego legem recitare: omnium mihi tab. & lit. fieri potestatem. Ille fur.
i Ironia.*
k *v.c.* legis. P. CCXXXV.
l Sandio quæ pars legum esset: & quid ea parte cõtineretur etiã dixi.*
m *v.c.* vehementissimè
n L. iam antea.
o *lib. vulg.* tanta prou.
p L. qui princeps legationis est,
q *al.* vt ea quæ.
r *v.c.* nauẽ prætori debeántne. fat. L. nauem populo R.
s *v.c.* hãc nauem denique
t L. onustã ũ illo profectã, fatebuntur.
u *v.c.* Manertionorum:
x Verrea dies festus Verris in honorem Verris apud Mamertinos, furtorum Verris sacios, constitutus.*
y *v.c.* absentissset.

a f. reliquerat, & ita m.c. b m.c. Verria.

cùm iste Syracusanis quæ ille calamitosus dies reliquerit, [a] ademisset. At videte hominis impudentiam, atque arrogantiam, iudices, qui non solùm Verrea [b] hæc turpia, ac ridicula ex Heraclij pecunia con-

A

stituerit: verùm etiam Marcelléa [c] tolli imperarit, vt ei sacra facerent quotannis, cuius opera omnium annorum sacra, deósque patrios amiserãt: eius autẽ familiæ dies festos tolleret, per quã ceteros quoq. festos dies recuperarãt.

c f.c. Marcellia.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER QVINTVS, DE SVPPLICIIS.

ORATIO DECIMA.

Synopsis.

¶ De re bellica. Verrem boni imperatoris munere fuisse functum non fuisse in bello aduersus fugitiuos & piratas, & quidem in hoc posteriore nauarchi Verrij item ruluerisa, auaritiæ, maiestatis deminutæ crimen, libidines, crudelitates in nauarchos. ¶ De supplicijs, & qui ciues Romani à Verre virgis cæsi, in lautumijs necati, in crucem sublati. ¶ Peroratio.

a L. Seruatus. Eadem nomina ab illi. b v.c. tempestate. c al. Verria. d v.c. Verre hoc tempore, consi-

NEMINI video dubium esse, iudices, quin apertissimè C. Verres in Sicilia, sacra, profanaque omnia & priuatim, & publicè spoliarit, versatúsque sit sine vlla nõ modò religione, verùm etiam dissimulatione in omni genere furandi, atque prædandi. sed quædam mihi magnifica, & præclara eius [a] defensio ostenditur: cui quemadmodum resistam, multo [b] mihi antè, iudices, prouidendum. Ita enim causa constituitur, prouincia Sicilia, virtute eius [c], & vigilantia singulari, dubijs, formidolosísque temporibus, à fugitiuis, atque à belli periculis tutam [d] esse seruatam. Quid agam, iudices? quò accusationis meæ rationem conferam? quò me vertam? ad omneis enim meos impetus, quasi murus quidam, boni nomen imperatoris opponitur. Noui locum: video, vbi se iactaturus sit Hortensius: belli pericula, tempora reip. imperatorum penuriam commemorabit: tum deprecabitur, à vobis, tum etiam pro suo iure contendet, ne patiamini, talem imperatorem populo R. Siculorum testimoniis eripi: néve [e] obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiæ velitis. Non possum dissimulare, iudices: timeo, ne C. Verres propter hanc [f] virtutem eximiam in re militari, omnia, quæ fecit, impunè fecerit. venit enim mihi in mentem, in iudicio M. Aquillij quantum auctoritatis, quantum momenti oratio [g] M. Antonij habuisse existimata sit: qui, vt erat in dicendo non solùm sapiens, sed etiam fortis, causa propè perorata, ipse arripuit M'. Aquillium, constituítque in conspectu omnium, tunicámque eius à pectore abscidit, vt cicatrices populus Rom. iudicésque adspicerent, aduer-

B

so corpore exceptas. simul & de illo vulnere, quod ille in capite ab hostiũ duce acceperat multa dixit: eóque adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehementer vt vererentur, ne, quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cùm sibi ipse non pepercisset, hic non ad populi Romani laudem, sed ad iudicum crudelitatem videretur esse seruatus [a]. Hæc éadem nunc ab illis defensionis ratio, viáque tenetur [b]: idem quæritur. Sit fur, sit sacrilegus sit flagitiorum omnium, vitiorúmque princeps: at est bonus imperator, & [c] felix, & ad dubia reip. tempora reseruandus. Non agam summo iure tecum: non dicam id, quod debeam: forsitan obtinere: cùm iudicium certa lege sit constitutum [d], non quid in re militari fortiter feceris, sed, quemadmodum manus ab alienis pecuniis abstinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, sic agam, sed ita quæram, quemadmodum te velle intelligo, quæ tua opera, & quanta fuerit in bello.

C

¶ Quid dices? an bello *fugitiuorũ Siciliam virtute tua liberatam*? magna laus, & honesta oratio: sed tamen quo bello? nos enim post [h] id bellum, quod M'. Aquillius cõfecit, sic accepimus, nullum in Sicilia fugitiuorum bellum fuisse. At in Italia fuit [i], fateor, & magnum quidem, ac vehemens, num igitur ex eo bello partem aliquã & laudis appetere conaris? num tibi illius victoriæ gloriam cum M. Crasso, aut Cn. Pompeio communicandam putas? non arbitror hoc etiam deesse tuæ impudentiæ, vt quidquam eiusmodi dicere audeas. Obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitiuorum copiæ possent. vbi? quando? qua ex parte? cùm [k] aut [m] nauibus, aut ratibus conarentur accedere? nos enim nihil vnquam prorsus audiuimus: & illud audiuimus, M. Crassi. fortissimi viri, virtute, consilióque factum, ne ratibus coniunctis, freto fugitiui ad Messanam transire possent: à quo illi conatu non tantopere prohibendi fuissent, si [n] vlla in Sicilia præsidia

D

E

præsidia

a v.c. defensio eius
b L. multo ante est mihi prouidẽdum. al. multo ante, iudices, mihi est prouidẽ.
c L. Iustius.
d al. totam.*
e L. ne obteri laud.
f L. hanc eximiam virtutem.
g al. ratio.*
h P. CCXXXVI

præsidia ad illorum adiumentum opposita putarentur. At[a] cùm in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen [b] in Sicilia non fuit? Quid mirum? ne cùm in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruasit. Etenim propinquitas [c] ad vtram partem hoc loco profertur? vtrùm aditum faciem hostibus, an contagionem imitandi eius belli periculosam fuisse? Aditus omnis hominibus sine vlla facultate nauium non modò disiunctus, sed etiam clausus fuit: vt illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis facilius fuerit ad Oceanum peruenire, quàm ad Pelori[d] dem accedere. Contagio autem ista seruilis belli, cur abs te potiùs, quàm ab iis omnibus, qui ceteras prouincias obtinuerunt, prædicatur, an [g] in Sicilia iam antè bella fugitiuorum fuerunt? At ea ipsa causa est, cur ipsa prouincia minimo in periculo sit, & fuerit. Nam posteaquam illinc M'. Aquillius decessit, omnium institutа, atque edicta prætorum fuerunt eiusmodi, *Vt*[e] *ne quis cum telo seruus esset*. Vetus[f] est quod dicam, & propter seueritatem exempli nemini fortasse vestrum inauditum: L. [g] Domitium prætorem in Sicilia, cùm [h] aper ingens ad eum allatus esset, admiratum requisisse, quis eum percussisset. cùm audisset, pastorem cuiusdam fuisse [k], eum ad se vocari iussisse: illum cupidè ad prætorem, quasi ad laudem, atque [l] præmium accurrisse: quæsisse Domitium, quî [m] tantam bestiam percussisset: illum respondisse, venabulo. statim deinde iussu prætoris in crucem [n] esse sublatum. Durum hoc fortasse videatur: neque ego vllam in partem disputo. tantum intelligo, maluisse Domitium crudelem in animaduertendo, quàm in prætermittendo dissolutum videri. Ergo his institutis prouinciæ, iam tum, cùm bello fugitiuorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus Cn. [o] Norbanus, in summo otio fuit, perfacilè enim sese Siciliæ prouincia tenim cùm nihil tam coniunctum sit, quàm negotiatores nostri cum Siculis, vsu, re, ratione, cõcordia: & cùm ipsi Siculi res suas ita cõstitutas habeant, vt his pacem expediat esse: imperium autem populi Romani sic diligant, vt id imminui, aut cõmutari minimè velint: cumque hæc ab [r] seruorum bello pericula, & prætorum institutis, & dominorum disciplina prouisa sint: nullum est malum domesticum, quod ex ipsa prouincia nasci possit. Quid igitur? nullíne motus in Sicilia seruorum, vestro [s] prætore? nullæne consensiones? Q. R. peruenerit: nihil, quod iste Romam publicè conscripserit [u] & tamen cœptum esse in Sicilia moueri aliquot locis seruitium suspicor. id adeò non tam ex re, quàm ex istius factis, decretísque cognosco. Ac videte, quàm non inimico animo sim acturus. ego ipse hæc, quæ [x] ille quærit, quæ adhuc numquam audistis, commemorabo & proferam. In [y] Tricalino, quem locum fugitiui iam antè tenuerunt, Leonidæ cuiusdam Siculi familia in suspicionem vocata est coniurationis, res delata ad istum. statim (vt par fuit) iussu eius hominet, qui [z] nominati erant, comprehensi sunt, adductíque Lilybæum. domino denuntiatum est [vt [aa] adesset] causa dicta damnati sunt [bb]. Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut prædam exspectatis aliquâ. Nolite

A vsquequaque eadem [a] quærere. In metu belli, furandi [b] qui locus potest esse? etiam siqua fuit in hac re occasio, prætermissa est. Tum potuit à Leonida nummorum aliquid auferre, cùm denuntiauit, vt adesset, fuit nundinatio aliqua, & isti non noua, ne causam diceret[c]. etiam alter locus, vt absoluerentur. damnatis quidem seruis, quæ prædandi potest esse ratio? produci ad supplicium necesse est. testes enim sunt, qui in consilio fuerunt? testes, B publicæ tabulæ: testis, splendidissima ciuitas Lilybætana: testis, honestissimus, maximúsque conuentus ciuium R. nihil[d] potest: producendi sunt. Itaque producuntur, & ad[e] palum alligantur. Etiam[f] nunc mihi exspectare videmini, iudices, quid deinde factum sit: quòd iste nihil vmquam fecit sine aliquo quæstu, atque præda. Quid in eiusmodi re fieri potuit: quod commodum est? exspectate facinus, quàm vultis improbum: vincam tamen exspectationẽ omnium. nomine [g] sceleris, coniurationísque C damnati, ad supplicium traditi, ad palum alligati, repentè, multis millibus hominum inspectantibus, soluti sunt, & [h] Leonidæ illi domino redditi. Quid hoc loco potes dicere, homo amentissime? nisi id, quod ego non quæro: quod denique in re tam nefaria tametsi dubitari nõ potest, tamen, ne si dubitetur quidem, quæri oporteat: quid, aut quantum, aut quomodo acceperis. remitto tibi hoc totum, atque ista te cura libero. neque enim metuo, ne hoc cuiquam persuadeatur, vt, ad quod facinus nemo, præter te, vlla pecunia adduci potuerit, id tu gratis suscipere conatus sis. verùm de ista furandi, prædandíque ratione nihil dico: de hac imperatoria iam tua laude disputo. Quid ais, bone custos, defensórque prouinciæ? tu, quos seruos arma capere, ac [i] bellum facere in Sicilia voluisse cognoras, & *de* [k] *consilij sententia* iudicaras: hos ad supplicium iam more maiorum traditos, & [l] ad palum alligatos, ex media morte eripere, ac liberare ausus es? vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus R. reseruares? Perditæ ciuitates, desperatis [m] omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, vt dãnati in integrum restituantur, vincti soluantur, exsules reducantur, res iudicatæ rescindantur. quæ cùm accidunt, nemo est, quin intelligat ruere illam rempub. hæc vbi veniunt[n], nemo est, qui vllam spem salutis reliquam esse arbitretur. atque hæc sicubi facta sunt: facta sunt, vt homines populares, aut nobiles is supplicio, aut exsilio leuarentur. vt [o] non ab his ipsis, qui iudicassent: vt [p] non statim, vt non eorum facinorum damnati, quæ ad vitam, & omnium fortunas pertinerent. Hoc verò nouum: & eiusmodi est, vt magis propter reum, quàm propter rem ipsam credibile videatur, vt homines seruos, vt ipse, qui iudicarat, vt statim è medio supplicio dimiserit, vt eius facinoris damnatos seruos, quod ad omnium liberorum caput, & sanguinem pertineret. O præclarum imperatorem, nec iam cum M'. Aquillio, fortissimo viro, sed verò cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum! Tantúmne vidisse in metu, periculóque prouinciæ? cùm seruitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italiæ fugitiuorum videret, ne quis se cõmouere auderet, quantum terroris iniecit? H Comprehendi iussit. quis non pertimescat? causam? dicere dominos. quid seruis

a *v. c.* idem quær.
b *v. c.* furandi locus qui pot. *& ita L.*
c L. diceretur, *& ita v. c.*
d L. fieri nihil potest: *& ita v. c.*
e Ad palum alligabãtur, verberandi vel cõburendi, vel iecuri percutiendi facit Verrina de supplic. iis.*
f L. Etiamnũ mihi
g *v. c.* hominesscel. *& ita L.* | *al.* omniũ sceleris & vt
h *v. c.* & Triochalino illi redd.
i *v. c.* & bellũ facere.
P. 238.
k de consilii sententia iudicare se dicebãt Prætores, quod ex hoc loco & aliis sequentibus. & aliis colligi potest*.
l *v. c. duo*, nõ *habent*, & ad palum alligatos,
m *v. c. & L.* desperatis iã omnib. reb.
n L. eueniũt,
o L. at non iis ipsi.
p L. at non statim, ac non eorum facin.
q L. causam dicere. quid seruis tam

tam formido'osum? FECISSE? VIDERI pronuntiauit, exortam videtur flammam paucorũ dolore, ac morte restinxisse. Quid deinde sequitur? verbera, atque ignes, & illa extrema ad supplicium damnatorum. metum ceterorum, cruciatus, & crux. hisce omnibus suppliciis sunt liberati. Quis dubitet, quin seruorum animos summa formidine oppresserit, cùm viderent ea facilitate prætorem vt ab eo seruorum, sceleris, coniurationisque damnatorum, vita, vel ipso carnifice interruntio, redimeretur? Quid? hoc in Apollonienſi Ariſtodamo? quid? in [b] Leonte Megarenſi non idem feciſti? Quid? iſte motus ſeruorum [c], bellíque ſubita ſuſpicio, vtrùm tibi tandem diligentiã cuſtodiendæ prouinciæ, an nouam rationem improbiſſimi quæſtus attulit? Halicienſis Eumeni, de nobilis hominis & honeſti, magnæ pecuniæ villicus cùm impulſu tuo inſimulatus eſſet, LXS. à domino accepiſti: quod nuper ipſe iuratus docuit, quemadmodum geſtũ eſſet. Ab equite R. C. Matrinio abſente, cùm is eſſet Romæ, quòd eius villicos, paſtoréſque tibi in ſuſpicionem veniſſe diceras, LS. [d]. centũ abſtuliſti. dixit hoc L. Flauius, qui tibi eam pecuniam numerauit, procurator C. Matrinij: dixit [f] ipſe C. Matrinius: dicet vir clariſſimus Cn. Lentulus cenſor, qui Matrinij honoris cauſa, recenti negotio ad te litteras miſit, mittendáſq. curauit. Quid? de Apollonio, Diodis [g] filio Panormitano, cui gemino cognomen eſt, præteriri poteſt? ecquid hoc tota Sicilia clarius? ecquid indignius? ecquid manifeſti? proferri poteſt? quem is, vti Panormum venit, ad ſe vocari, & de tribunali citari iuſſit, concurſu magno, frequentiáque conuentus. Homines ſtatim loqui: mirari, quod Apollonius, homo pecunioſus, tandiu ab iſto maneret integer: excogitauit: neſcio quid actulit. profectò homo diues repentè à Verre non ſine cauſa citatur. exſpectatio ſumma omnium, [h] quidnam id eſſet: cùm examinatus ſubitò ipſe accurrit cum adoleſcente filio. nam pater, grãdis natu, iamdiu lecto tenebatur. nominat iſte ſeruum, quem magiſtrum pecoris eſſe diceret. eum dicit coniuraſſe, & [i] alias familias concitaſſe. is omnino ſeruus in familia non erat: eum ſtatim exhiberi iubet. Apollonius affirmat [k] ſeruum ſe omnino illo nomine habere neminem. Iſte [l] hominem arripi[m] à tribunali, & in carcerem coniici[n] iubet. Ille [o] clamare, cùm raperetur, nihil ſe miſerum feciſſe, nihil commiſiſſe: pecuniam ſibi eſſe in [p] nommibus: numeratam in præſentia non habere. Hæc cùm maximè ſumma hominum frequentia teſtificaretur, vt quiuis intelligere poſſet, eum, quòd pecuniam non dediſſet, idcirco illa tam acerba iniuria affici: cùm maximè, vt dico, hoc de pecunia clamaret, in vincla coniectus eſt. Videte conſtantiam prætoris, & eius prætoris, qui nunc reus non ita defendatur, vt mediocris prætor: ſed ita laudetur, vt optimus imperator. Cùm ſeruorum bellum metueretur, quo ſupplicio dominos indemnatos [q] affligebat, hoc ſeruos damnatos liberabat. Apollonium, locupletiſſimum [r] hominem, qui ſi fugitiui bellum in Sicilia facerent, ampliſſimas fortunas amitteret, belli fugitiuorum nomine, indicta [s] cauſa, in vincla coniecit: ſeruos quos ipſe cum [t] conſilio, belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit, eos ſine conſilij ſentẽtia, ſua ſpõte, omni ſupplicio liberauit. Quid[a] ſi ab Apollonio aliquid commiſſum eſt, quamobrẽ iure in eum animaduerteretur: taménne hanc rem ſic agemus, vt crimini, aut inuidiæ reo putemus eſſe oportere, ſiquo de homine ſeueriùs iudicauit [b]? Non agam tam acerbè: non erat iſta accuſatoria [c] conſuetudine, ſiquid eſt factum clementer, vt diſſolutè factum criminer: ſiquid vindicatum ſeuerè[d] eſt, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. non agam iſta ratione tua ſequar iudicia: tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles. ſimul ac tute cœperis tua iudicia reſcindere: mihi ſuccenſere deſinito. meo enim iure contendam, eum, qui ſuo [e] iudicio condemnatus ſit, iuratorum iudicum ſententiis damnari oportere. Non defendam Apollonij cauſam, amici, atq. hoſpitis mei, ne tuum iudicium videar reſcindere: nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia, dicam: præcermittam illud etiam, de quo antea dixi, fortunas eius ita conſtitutas fuiſſe, familia, pecore, villis, pecuniis creditis, vt nemini minùs expediret. vllũ in Sicilia tumultum, aut bellum commoueri non dicam ne illud quidem, ſi maximè in culpa fuerit Apollonius, tamen [f] in hominem honeſtiſſimum, ciuitatis honeſtiſſimæ, tam grauiter animaduerti, cauſa indicta, non oportuiſſe, nullam inuidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo, cùm eſſet talis vir in carcere, in tenebris, in ſqualore, in ſordibus, tyrannicis interdictis tuis patri exacta ætate, & adoleſcenti filio adeundi ad illum miſerum poteſtatem numquam eſſe factam. etiam illud præteribo, quotieſcumq. Panormum veneris illo anno, & ſex menſibus (nam tamdiu fuit [h] in carcere Apollonius) toties ad te ſenatum Panormitanum adiiſſe ſupplicem cum magiſtratibus, ſacerdotibúſq. publicis, orantem, atq obſecrantem, vt aliquando ille miſer, atq. innocens calamitate illa liberaretur. relinquam [i] hæc omnia, quæ ſi velim perſequi, facile oſtendam, tua crudelitate in alios, omneis tibi aditus miſericordiæ iudicum iampridem eſſe præcluſos. Omnia [k] igitur iſta concedam, & remittam. præuideo [l] enim, quid ſit defenſurus Hortenſius. fatebitur, apud iſtum neque ſenectutem patris, neque adoleſcentiam filij, neq. lacrymas vtriuſque plus valuiſſe, quàm vtilitatem, ſalutémque prouinciæ: dicet, *remp. adminiſtrare ſine metu, ac ſeueritate non poſſe*: quæret, quamobrem faſces [m] prætoribus, præferantur, cur ſecures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot ſupplicia ſint in improbos more maiorum conſtituta. quæ cùm omnia grauiter, ſeueréque dixerit: queram, cur hunc eundem Apollonium Verres idem, repente, nulla [n] noua re allata, nulla defenſione, ſine cauſa de carcere emitti iuſſerit: tantumque in hoc crimine ſuſpicionis eſſe affirmabo, vt iam ipſis iudicibus ſine mea argumentatione coniecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, quàm improbum, quàm indignum, quámque ad magnitudinem quæſtus immenſum, infinitúmque eſſe videatur. nam quæ iſte in Apollonio fecit, ea primùm breuiter cognoſcite, quot, & quanta ſint: deinde hæc expendite, atque æſtimate pecunia, repertis, ideireo hæc in vno homine pecunioſo tot conſtituta, vt cereris formidines ſimilium incommodorum, atque exempla periculorũ proponerentur. Primum inſimulatio eſt repẽtina, capitalis, atque inuidioſi criminis. Statuite,

b Sententiæ cũdemnatoriæ formula, de qua alias diximus in Lucullo, & ad Atticum: Pro Cæcina & in Pisonẽ.

b t. in Leonida Acharen. al. Megarenſi. al. Leonida Imacharonſi.*
c v. c. ſeruitiorum,
d L. LS. L X. millia à dom.
e L. LLS. centum millia aoeſt.
f v. c. dixit ipſe Matrinius: vir clariſſ. Ca. Lent.
g L. Diocli fil.
h L. hominũ, & ita v. c.
P. CCXX-XIX.
i v. c. & famil. concit.
k v. c. affirmare, ſe omnino nomine illo ſeruum habitem.
l L. iſte hominem abripi à trib. & ita v. c.
m al. abripi.*
n v. c. conicio v. c. clamare ille,
p In nominibus pecuniã hauenti opponitur is qui numerata & in præſentia habeat.*
q Indemnatũ ſupplicio affici eſt indicta, inaudita neq. defenſa cauſa ſupplicio affici. Salmanus 8. de prouidentia, Indemnatum interfici XII. tabularum decretaeuerint Auguſt. 1. de ciuitate 19. Nec quẽquã indemnatum impunè voluiſſe occidi* r L. hominẽ locupletiſſ. & ita v. c.
ſ Cicero 1. de legibus, vt dictator quẽ vellet ciuiũ indicta cauſa interficeret.*
t v. c. de cõſilio, fort. le cõſilio ſententia,

a v. c. Galliquid ab Apollonio aliquid commiſſum eſt, quamobrẽ iure in eum animadverteretur: taménne hanc rem ſic agemus, vt crimini, aut inuidiæ reo putemus eſſe oportere, ſiquo de homine ſeueriùs iudicauit? Non agam tam acerbè: non erat iſta accuſatoria conſuetudine, ſiquid eſt factum clementer, vt diſſolutè factum criminer: ſiquid vindicatum ſeuerè eſt, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. non agam iſta ratione tua ſequar iudicia: tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles. ſimul ac tute cœperis tua iudicia reſcindere: mihi ſuccenſere deſinito. meo enim iure contendam, eum, qui ſuo iudicio condemnatus ſit, iuratorum iudicum ſententiis damnari oportere. Non defendam Apollonij cauſam, amici, atq. hoſpitis mei, ne tuum iudicium videar reſcindere: nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia, dicam: præcermittam illud etiam, de quo antea dixi, fortunas eius ita conſtitutas fuiſſe, familia, pecore, villis, pecuniis creditis, vt nemini minùs expediret. vllũ in Sicilia tumultum, aut bellum commoueri non dicam ne illud quidem, ſi maximè in culpa fuerit Apollonius, tamen in hominem honeſtiſſimum, ciuitatis honeſtiſſimæ, tam grauiter animaduerti, cauſa indicta, non oportuiſſe, nullam inuidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo, cùm eſſet talis vir in carcere, in tenebris, in ſqualore, in ſordibus, tyrannicis interdictis tuis patri exacta ætate, & adoleſcenti filio adeundi ad illum miſerum poteſtatem numquam eſſe factam. etiam illud præteribo, quotieſcumq. Panormum veneris illo anno, & ſex menſibus (nam tamdiu fuit in carcere Apollonius) toties ad te ſenatum Panormitanum adiiſſe ſupplicem cum magiſtratibus, ſacerdotibúſq. publicis, orantem, atq obſecrantem, vt aliquando ille miſer, atq. innocens calamitate illa liberaretur. relinquam hæc omnia, quæ ſi velim perſequi, facile oſtendam, tua crudelitate in alios, omneis tibi aditus miſericordiæ iudicum iampridem eſſe præcluſos. Omnia igitur iſta concedam, & remittam. præuideo enim, quid ſit defenſurus Hortenſius. fatebitur, apud iſtum neque ſenectutem patris, neque adoleſcentiam filij, neq. lacrymas vtriuſque plus valuiſſe, quàm vtilitatem, ſalutémque prouinciæ: dicet, *remp. adminiſtrare ſine metu, ac ſeueritate non poſſe*: quæret, quamobrem faſces prætoribus, præferantur, cur ſecures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot ſupplicia ſint in improbos more maiorum conſtituta. quæ cùm omnia grauiter, ſeueréque dixerit: queram, cur hunc eundem Apollonium Verres idem, repente, nulla noua re allata, nulla defenſione, ſine cauſa de carcere emitti iuſſerit: tantumque in hoc crimine ſuſpicionis eſſe affirmabo, vt iam ipſis iudicibus ſine mea argumentatione coniecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, quàm improbum, quàm indignum, quámque ad magnitudinem quæſtus immenſum, infinitúmque eſſe videatur. nam quæ iſte in Apollonio fecit, ea primùm breuiter cognoſcite, quot, & quanta ſint: deinde hæc expendite, atque æſtimate pecunia, repertis, ideireo hæc in vno homine pecunioſo tot conſtituta, vt cereris formidines ſimilium incommodorum, atque exempla periculorũ proponerentur. Primum inſimulatio eſt repẽtina, capitalis, atque inuidioſi criminis. Statuite,

b v. c. iudicauerit?
c Accuſatoris conſuetudo ea eſt, vt ſemper augeat crimen.*
d v. c. eſt ſeuere,
e L. ſuo iudicio damnatus ſit,
f L. tamen in hominem honeſtiſſimæ ciuitatis honeſtiſſimũ, tam gr. v. c. in re inuidiam,
h v. c. fuit Apollonius in carcere.
i v. c. reliquo.
k v. c. Omnia tibi iſta concedam, & P. CCXL.
l v. c. prouideo.
m Inſignia Prætoris (ex proconſulibus erant, nõ ampliùs l. 14. ff. de offic. proconſul & legati.*
n v. c. prouideo. n v. c. nullã noua all. & ita L.

tuite, quanti hoc putetis, & quàm multos redemisse. Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione. Æstimate harum rerum omnium pretia & cogitate, in his iniquitatibus vnũ hæsisse Apollonium: ceteros profectò multos ex his incommodis pecunia se liberasse. Postremò tenebræ, vinculaa, carcer, inclusum supplicium, atque à conspectu parẽtum, ac liberûm, deniq. à libero spiritu, & b communi luce secluſum. Hæc verò, *quæ vel vita redimi rectè possunt, æstimare pecunia non queo.* hæc omnia serò redemit Apollonius, iam mærore, ac miseriis perditus: sed tamẽ ceteros docuit, antè istius auaritiæ, ac sceleri occurrere. Nisi verò existimatis, hominem pecuniosissimũ sine d aliqua causa quæstus iniectum e ad tam incredibile crimen, aut sine eadem causa repentè è carcere emissum, aut hoc prædandi genus ab isto in illo vno adhibitum, ac tentatum, & non per illum omnibus pecuniosis Siculis metum propositũ, & iniectum. ¶ Cupiof mihi, iudices, ab illo subiicig, quoniam de militari eius gloria dico, si quid fortè prætereo. Nam mihi videoh de omnibus iam rebus eius gestis dixisse, quæ quidem ad i belli fugitiuorum pertinent suspicionem: certè nihil sciens prætermisi. Habetis hominis consilia, diligentiam, vigilantiam, custodiam, defensionẽmq. prouinciæ. Summa illuc pertinet, vt sciatis, quoniam plurak genera sunt imperatorum, ex quo genere iste sit. Ne diutius in tanta pænuria virorum fortium tantem imperatorẽ ignorare possitis: non ad Q. Maximi sapientiam, neq. ad illius superioris Africani in regerendal celeritatem, neque ad huius, qui postea fuit, singulare consilium, neque ad Paulli rationem, ac disciplinam, neque ad C. Marij vim atque virtutem, sed m ad aliud genus imperatorum sanè diligenter retinendum, & cõseruandum, queso, cognoscite. ¶ Iinerum n primùm laborem, qui vel o maximus est in re militari, iudices, & in Sicilia minimè necessarius, accipite quã facilẽ sibi iste, & iucundum ratione, consilióque reddiderit. Primùm temporibus hibernis, ad magnitudinem frigorum, & q ad tempestatum vim, atq. imbriump, præclarum sibi f hoc remedium comparat: vrbem Syracusas elegerat: cuius u hic situs, atque hæc natura esse loci, cælique dicitur, vt nullus vmquam dies tam magna, turbulentáque x tempestate fuerit, quin y aliquo tempore solem ejus diei homines viderent. hic ita viuebat iste bonus imperator hibernis mensibus, vt eum non facilè, non modò extra tectum, sed z ne extra lectum quidem quisquam videret, ita diei breuitas, continuus a noctis aa longitudo, stupris & flagitijs conterebatur. Cùm autem *ver* esse cœperat, cuius bb initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabatcc: sed, cùm rodabat se labori, atque itineribus: in quibus vsque dd eò se præbebat patientem, atque impigrum, vt eum nemo vmquam in equo sedentem videret. Nam, vt ee mos fuit Bythyniæ regibus, lectica ff hexaphoro ferebatur: in qua puluinus erat perlucidus gg Melitensi rosa farctus: ipse autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo, reti-

A culúmque a ad b nareis sibi apponebat c, tenuissimo lino, minutis d maculis plenum resæ. Sic confecto itinere, cùm ad aliquod oppidũ venerat, eádem lectica vsque in cubiculum deferebatur. eò veniebant Siculorum magistratus, veniebãt e equites R. id quod ex multis iuratis audistis. controuersiæ secretò deferebantur: paullo pòst palàm decreta auferebantur. deinde vbi paullisper in cubiculo, pretio, non æquitate iura descripserat: Veneti iam, & Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. quo loco mihi f non prætermittenda videtur præclari imperatoris egregia, ac singularis diligentia. Nam scitote esse oppidum in Sicilia nullum ex iis oppidis, in quibus consistere prætores, & conuentum g agere h solent, quo in oppido non isti ex aliqua familia, non i ignobili, delecta k ad libidinem mulier esset. Itaque nonnullæ ex eo numero in conuiuium adhibebantur palàm. si quæ castiores erant, ad tempus veniebant: lucem, conuentúmque vitabant. erant l autem conuiuia non m illo silentio prætorum, atque imperatorum, neque eo pudore, qui in magistratuum conuiuiis versari solet, sed cum maximo clamore, atque conuicio. nonnumquam etiam res n ad manus, atque ad pugnam veniebat. Iste enim prætor seuerus, ac diligens, qui populi R. legibus numquam paruisset, illis o diligenter legibus, quæp in poculis q pone bantur, obtemperabat. Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter r manus è conuiuio, tãquam è prælio, auferretur: alius, tanquam occisus, relinqueretur: pleriq. fusi sine mente, ac sine vllo sensu iacerent, quiuis s vt, cùm adspexisset, non se prætoris conuiuium, sed t vt Cannensem u pugnam nequitiæ videre arbitraretur. Cùm verò *æstas* summa esse iã cœperat, quod x tempus omnes y Siciliæ semper prætores in itineribus consumere consueuerunt, propter ea quòd tum putant obeundam esse maximè prouinciam, cùm in areis frumenta sunt, quòd & familiæ congregantur, & magnitudo seruitij perspicitur, & labor operis maximè offenditur z, & frumenti copia cõmonet, tempus anni non impedit: tum, in quam, cùm concurrant ceteri prætores, iste nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracusarum loco aa statiua sibi castra faciebat. nam in ipso aditu, atque ore portus, vbi bb primùm ex alto sinus ad cc vrbem ab litore inflectitur, tabernacula carbaseis dd intẽtace velis collocabat, huc ex illa domo prætoriaff, quę regis Hieronis fuit, sic emigrabat, vt gg per eos dies nemo istum extra illum locum hh videre posset. in eum autem ipsum locum ii aditus erat nemini, nisi qui aut socius, aut minister libidinis esse posset. Huc omnes mulieres, quibuscunque iste cõsueuerat, cõuenie bant: quarum incredibile est, quanta multitudo fuerit Syracusis. huc homines digni istius amicitia, digni vita illa, conuiuiúmque veniebant. Inter eiusmodi viros, ac kk mulieres, a dulta ætate filius versabatur: vt eum, etiamsi natura à parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen, ac disciplina patri ll similem

a citatur à Nonio hic locus c. 3. in Reticulis 188.* b L. ad nareis sibi admonebat. c admonebat. *Non dil.* d hæc duo, minutis maculis desunt Nonio ibid. e v.c. duo, nõ habent, *venie bant.* f L. non prætermittenda mihi vid. g Conuentus & conuentum agere quid, dixi ad Theophilum Inst. qui & quibus ex causis manumitti. §. 4.* h v.c. agere soleant. i v.c. non ignorabili. k L. dilecta ad ad lib. c. 14 v.c. Diligere autem est inter multos legere.* l Conuiuia Verris dissoluta.* m Conuiuis prætorum & imperatorũ & magistratuũ, silentium, & pudor adhibebatur.* n v.c. res ad pugnam, atq. ad manus vocabatur. o L. illis legibus, quæ in poculis ponebãtur. dilig. ob. p Paronomasia. leges. e. pocula & populi Romani opponit.* q Leges ponebantur poculis in conuiuiis.* r Inter manus auferri est manibus auferri & trahi, exportari, simile dicẽdi genus apud Cæsarem.* s L. vt quiuis, cum adspex. t L. sed Can. u hic. tumultum nõ qualis in pugna Cannẽsi: sed qualis inter helluones nequissimos oriri solet.* x Assiatis tẽpus prætores Siciliæ, in itineribus cõsumere solebant & cur. y L. omnes Siciliæ præt. semper in itinerib. z L. & v.c. offenditur, frumenti copia offendi *ab extenditur.** aa *al.* loco st. sed loci nomine significat aciem.* bb *al.* vt.* cc v.c. ab ore ad vrbẽ. dd vide 19. Plin. r.* ee forte ostensa.* ff Prætoria, seu Prætoria domus Syracusis, olim Hieronis regia: quod & infra inculcat.* gg L. vt per illos dies n. hh *al.* locum litoris v.c. ii *al.* lucum. kk v.c. & mulieres. ll patris similem.

idem refert infra Cicero.

vbi quæstores? vbi legati? vbi ternis denariis æstimatum frumentum? vbi muli?[a] vbi tabernacula? vbi tot, tantáque ornamenta magistratibus, & legatis à senatu, populóque Ro. permissa, & data? denique vbi præfecti, &[b] tribuni tui? Si ciuis Rom. dignus isto negotio nemo fuit, quid ciuitates, quæ in amicitia, fidéque populi Rom. perpetuò manserãt? vbi Segestana? vbi Centuripina ciuitas, quæ tum officiis, fide, vetustate, tum[c] etiam cognatione[d] populi Ro. nomen attingunt? O dij immortales! quid, si harum ipsarum ciuitatum militibus, nauibus, nauarchis, Syracusanus Cleomenes iussus est imperare? nõ omnis honos ab isto dignitatis, æquitatis, officiíq. sublatus est? Ecquod in Sicilia bellum gessimus, quin Cęturipinis sociis, Syracusanis hostibus vteremur? Atq hæc[e] omnia ad memoriã vetustatis, non ad contumeliam ciuitatis referri volo. Itaque si ille vir clarissimus, summúsque imperator, M. Marcellus, cuius virtute captæ, misericordia conseruatæ sunt Syracusæ, *habitare in ea parte vrbis, q æ insula est, Syracusanis*[f] *neminem voluit*. Hodie, in quam Syracusanum in ea parte habitare non licet. est enim locus quem vel pauci possunt[h] defendere. Committere igitur eum non fidelissimis hominibus noluit: simul quòd ab illa parte vrbis nauibus aditus ex alto est. Quamobrem qui nostros exercitus sæpe exclusérant, ijs claustra[i] loci committenda non existimauit. Vide quid interfit inter tuam libidinem, maiorúmque auctoritatem: inter amorem, furorúmq. tuum, & illorum consilium, atq. prudentiam. Illi aditum litoris Syracusanis ademerũt: tu[k] maritimum imperium concessisti. Illi habitare in eo loco Syracusanum, quò[m] naues accedere possent, noluerunt: tu classi & nauibus Syracusanum præesse voluisti. quibus illi vrbis suæ partem[n] ademerunt, iis tu nostri imperij partem dedisti: &, quorum sociorum opera Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusanis[o] dicto audientes esse iussisti. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu: sequitur Segestana nauis, Tindaritana Herbitensis, Heraclensis, Apollonien sis, Haluntina, præclara classis in speciem: sed inops, & infirma, propter dimissionem propugnatorum, atque remigum. Tandiu in imperio suo classem iste prætor diligens vidit, quãdiu conuiuium eius flagitiosissimum præteruecta est. ipse autem qui visus multis diebus non esset, tum se tamen in conspectum nautis paullisper dedit. Stetit[p] soleatus[q] prætor populi R. cum pallio purpureo, tunicáque talari, muliercula noxius in litore. Iam hoc ipso istum vestitu Siculi ciuésque Romani permulti sæpe viderunt. Posteaquam paullum prouecta classis est, & Pachynum quinto die deniq. appulsa est: nautæ fame[r] coacti, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliæ, multitudo, colligebant. & his miseri, petulique alebantur. Cleomenes autem, qui alterum se Verrem cùm luxuria, atque nequitia, tum etiam imperio, putaret: similiter totos dies, in litore tabernaculo posito, perpotabat. Ecce autem repentè, ebrio Cleomene, esurientibus ceteris, nuntiatur piratarum naues[s] esse in portu Edissæ: nam ita is locus nominatur. nostra autem classis erat in portu Pachyni. Cleomenes autem, quòd[t] erat terrestre præsidium non re, sed nomine, sperabat, iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerũ nautarum, & remigum posse. Reperta est eádem istius hominis auaritiæ ratio in præsidijs, quæ in classibus. nam erant perpauci reliqui, ceteríq. dimissi. Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperauit: & simul, vt se ceteri sequerentur, signum dari iussit. Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. nam scire isto prętore nemo poterat, quid[a] quæq. nauis remis facere posset: etsi in hac quadriremi propter honorem, & gratiã Cleomenis miuimè multi remiges, & milites deerant. Euolarat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis, cùm etiam tũc ceteræ naues suo[b] in loco moliebantur[c]. Erat animus in reliquis. quamquam erant pauci, quoquo modo sese[d] res habebat, pugnare tamen se velle clamabant: &, quod reliquum vitæ, viriúmq. fames fecerat, id ferro potissimùm reddere volebant. Quòd[e] si Cleomenes non tãto antè fuisset, aliqua ad resistendum ratio fuisset. erat enim sola illa nauis constrata, & ita magna vt propugnaculo ceteris posset esse. quæ, si in prædonum pugna versaretur, vrbis[f] instar habere inter[g] illos piraticos myoparones videretur: sed tunc inopes relicti à h duce, præfectóque classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt. Pelorum i versus, vt ipse Cleomenes, itak ceteri nauigabant, neq. l hi tamen tam prædonum fugiebãt impetum, quàm imperatorem sequebantur. Tũ vt quisque in fuga postremus, ita[m] periculo princeps erat. postremam enim quamque nauem piratæ primam adoriebantur. ita prima Haluntinorum nauis capitur, cui præerat Haluntinus, homo nobilis, Philarchus: quem ab illis prædonibus Locrenses posteà publicè redemerunt: ex quo vos priore actione iurator rem omnem, causãm q. cognostis. deinde Apollonienſis nauis capitur, & eius præfectus Anthropinus occiditur. Hæc dum aguntur, interea Cleomenes[n] iam ad Pelori litus peruenerat: iam sese in terram è naui eiecerat, quadriremémque in[o] salo fluctuantem reliquerat. Reliqui[p] præfecti nauium, cùm in terram imperator exisset, cùm ipsi neque repugnare, neque mari effugere vllo modo possent, appulsis ad Pelorum nauibus, Cleomenem persecuti sunt. Tunc[q] prædonum dux Heracleo, repentè, præter spem non sua virtute, sed istius auaritia, nequitiáque victor, classem pulcherrimam populi Rom. in litus expulsam[r], & eiectam, cùm primùm aduesperascęret[s], inflammari[t], incendíq. iussit. O tempus miserum, atque acerbum prouinciæ Sicilię! ô casum illum multis innocentibus calamitosum, atque funestum! ô istius nequitiam, ac turpitudinem singularem! Vna, atq eádem nox erat, qua prætor amoris turpissimi flamma, ac classis populi Rom. prædonum incendio conflagrabat. Affertur nocte intempesta grauis huiusce mali nuntius Syracusas: currit ad prætorium, quò istum è conuiuio illo præclaro reduxerant paullo antè mulieres cum cãtu, atq. symphonia. Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi: neque aderat vxor: quæ cõsolari hominem in malis posset. Huius autem præclari imperatoris ita erat seuera domi disciplina, vt[u] in re tanta, in tã graui nunc-

a Muli enim dabantur magistratibus vt ne eos sociis imperarent.*
b L. vbi tribuni tui? & ita v.c.
c L. tum etiã cognatione populum R. attingunt? P. CCLIIII.
d Segestã enim ab Aenea cõditam esse dixit Verrina 4. de supplicijs.*
e v.c. hæc ego ad mem. & ita L.
f L. laq. vir ille clariss.
g v.c. Syracusanorũ nem.
h L. possent defend.
i Clausira loci hic loca cõclusa & interiora. fũt autẽ clausira à claudendo Varro 6. de lingua 15. Iesid. 7.*
k v.c. tu imperium marit.
l L. in eo loco, quàm naues acc.
m al. quam.*
n al. portam*
o v.c. Syracusano d.
P. B. p Verris vestitus.*
q Soleæ (vnde hic soleatus, Crepidæ mulebres quibus tamẽ & viri vtebantur do ii. Horat. & soleas posuit.*
r v. c. coacti fame,
s v.c nauis
s L. quod erat ibi terrestre pr. Erat autem his, ea, al erat.*
a L. quid quæque nauis remis posset. &c. nam, facere, vti & posse.
b v.c. & L. no in loco
c Moliebantur. subaudi fugam.*
d v.c. res se habeb. & ita L.
P. CCLIIII.
e L. Quòd si si Cleomenes tanto &c. & ita v.c.
f v.c. vrbis instar habere
g myoparonum piraticorum & cæterarum nauium cum parario.
h v.c. ab duce pr.
i Anton. August. Elorb.* L. ita cæteri nauigarent.
l L. neq. hi tamen prædonum imperium fugiebãt, quàm imp. L. ita in præsulopr.
n v.c. si Cleomenes
o v.c. in salo fluctuantem in salo
p v.c. Reliqui
q v.c. Tum
r Lesp. atq. eiectam. v.c. omnes fame eiectam. v.c. inuasit rafferri. v.c. Classes tuanem eo pias Piratas instar nostr. eodem exemplo vehi simos.
u al. vti re tanta, & tam

tio nemo admitteretur: nemo esset, qui audiret aut dormientem excitare, aut interpellare vigilantem. Iam verò ea ab omnibus cognita, concurrabat vrbe tota maxima multitudo. non enim, sicut[a] antea consuetudo erat, prædonum[b] aduentum significabat ignis è specula sublatus, aut tumulo, sed flamma ex ipso incendio nauium & calamitatem acceptam, & periculum reliquum nuntiabat. Cùm prætor quæreretur, & [c] constaret, ei neminem nuntiasse: fit ad domum eius cum clamore concursus. atque impetus. Tum[d] iste excitatus exit: audit rem omnem ex Timarchide[e] fagum[e] sumit. Lucebat iam ferè: procedit in medium, vini, somni, stupri plenus. Excipitur ab omnibus eiusmodi clamore, vt ei Lampsaceni f periculi similitudo versaretur ante oculos. hoc & etiam maius hoc videbatur, quòd in odio simili multitudo hominum hæc erat maxima. Tum istius actæ[h] cõmemorabantur[i]: tum flagitiosa illa conuiuia: tum appellabantur à multitudine mulieres nominatim: tum[k] quærebatur ex ipso palàm, tot dies cõtinuos, per quos numquam visus esset, vbi fuisset, quid egisset: tum imperator ab isto præpositus Cleomenes flagitabatur: neque quidquam propius est factum, quàm vt illud Vticense l exemplum de[m] Adriano, transferretur Syracusas, vt duo sepulcra duorum prætorum improborum, duabúsq; [n] in prouinciis constituerentur. verùm habita est à multitudine ratio temporis, habita [o] est tumultus, habita etiam dignitatis, existimationísq. communis, quòd is est conuentus Syracusiis ciuium Romanorum, vt nõ modò illa prouincia, verùm etiam rep. diguissimus existimetur. Confirmant ipsi se, cùm is [p] etiam tum semisomnis stupueret: arma capiunt: totum forum, atque insulam, quæ est vrbis magna pars, complent. Vnam illam solam [q] noctem prædones ad Pelorum commorati, cùm fumanteis etiam nostras naueis reliquissent, accedere incipiunt [r] ad Syracusas. Qui videlicet, sæpe audissent, nihil esse pulchrius, quàm Syracusarum mœnia, ac portus. statuerant [s], sese, si ea Verre prætore non vidissent, numquam esse visuros. Ac priusquam [t] ad illa æstiua [s] prætoris accedunt, ipsam illam ad partem litoris, vbi iste per eos dies, tabernaculis positis, castra luxurię collocarat. quem postea quàm inanem locum offendere, & prætorem commouisse ex eo loco castra sensere: statim sine vllo metu in [u] portum ipsum penetrare cœperunt. Cùm in portum dico, iudices, (explanandum est enim diligentiùs, eorum causa, qui locum ignorant) in vrbẽ dico, atque in vrbis intimam partem venisse piratas. non enim portu illud oppidũ claditur, sed vrbe portus ipse cingitur, & cõtinetur: non [y] vt alluantur à mari mœnia extera, sed [z] influat in vrbis sinum portus. Hîc, tum [aa]

tum oportuerit, neque quęquam esse dimissum. illi enimuerò se ostendunt, quod vellet, esse facturos. Iste non procrastinat: aduocat amicos, statim quærit ex his singillatim: quot quisque nautas habuerit respondit[a] vnusquisque, vt erat præceptum. Iste in tabulas refert, obsignat signis amicorũ, prouidès homo: vt contra hoc crimen, siquando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. De risum credo[b] esse hominem amentem à suis consiliariis, & admonitum, hasce ei tabulas nihil profuturas: *etiam p us*[c] *ex nimia præteris diligentia suspicionis in eo crimine futurum.* Iam iste erat hac stultitia multis in rebus vsus, vt publicè quoque, quæ[d] vellet in ciuitatum litteris & tolli & referri iuberet: quæ omnia nunc intelligit sibi nihil prodesse, postea quàm certis literis; testibus, auctoritatibúsq. conuincitur. vbi hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam, tabulas sibi nullo adiumento futuras: init consilium, non improbi prætoris (nam id quidem esset ferendum) sed importuni, atque amentis tyranni. statuit, si hoc crimen extenuare vellet (nam omnino tolli posse non arbitrabatur) nauarchos omneis, testeis sui sceleris, vita esse priuandos. Occurrebat illa ratio: quid[e] Cleomeni fiet? poterone animaduertere in eos, quos dicto audientes esse iussi? missum facere eum, cui imperium[f], potestatémque permisi? poteróne eos afficere supplicio, qui Cleomenem secuti sunt: ignoscere Cleomeni, qui secum fugere, & se contra ius fasq. iussit? poterone in[g] eos esse vehemens, qui naueis inaneis non modò habuerunt, sed etiam apertas: in eum dissolutus, qui solus habuerit constratã nauem, & minus exinanitã? pereat Cleomenes vná. Vbi fides? vbi[h] exsecrationes? vbi dextræ, complexúsque? vbi illud contubernium muliebris militiæ, in illo delicatissimo litore? fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. Cleomenem[k] vocat. dicit ei, se statuisse animaduertere in omneis nauarchos: ita sui periculi rationes ferre. ac postulare. Tibi vni parcam, & totius istius culpæ crimen, vituperationémq. inconstantiæ potiùs suscipiã, quàm[l] aut in re tam crudelis: aut tot, tam graueis[m] testeis viuos, incolumesq. esse patiar. Agit[n] gratias Cleomenes, approbat consilium: dicit, ita fieri oportere. admonet tamẽ illud quod istũ fugerat, in[o] Phalargũm Centuripinum, nauarchum, non posse animaduerti, propterea q̃ secum fuisset[p] vná in Centuripina quadriremi. Quid ergo? iste homo ex eiusmodi ciuitate, adolescens nobilissimus, testis relinquetur? In præsentia[q], inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed post aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit. Hæc postea q̃ acta, & cõstituta sunt. procedit iste repentè è prætorio, inflammatus scelere, furore, crudelitate. in forũ venit: nauarchos vocari iubet. Qui nihil metuerẽt, nihil suspicarẽtur, statim accurunt. Iste hominibus miseris, innocẽtibúsq.[r] iniici catenas imperat. Implorate illi fidem pop. R. & quarę id faceret, rogare. Tunc iste hoc causæ dicit, quòd classem prædonibus prodidissent. Fit clamor, & admiratio[s] populi, tantam esse in homine impudentiam, atque audaciam, vt aliis causam calamitatis attribueret, quæ omnis propter auaritiam ipsius accidisset, aut, cùm ipse prædonum socius putaret[a], aliis proditionis crimen inferret: deinde, hoc quintodecimo die crimen esse natum, postquàm classis esset amissa. Cùm hæc fierent[b], querebatur, vbi esset Cleomenes: non[c] quò illum ipsum, cuiusmodi esset, quisquam supplicio, propter illud incõmodum, dignum putaret. nam quid Cleomenes facere potuit? (non enim possum quemquam insimulare falsò) quid[d], inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, istius auaritia nauibus exinanitis? Atque eum vident sedere ad latus prætoris, & ad aurem familiariter, vt solitus erat, insusurrare. Tum verò omnibus indignissimum visum est, homines honestissimos, electos ex suis ciuitatibus, in ferrum, atque[e] in vincla coniectos: Cleomenem propter flagitiorum, ac[g] turpitudinis societatem familarissimum esse prætoris. Apponitur his tamen accusator Næuius Turpio quidam, qui, C. Sacerdote prętore, iniuriarum damnatus est, homo benè appositus ad istius audaciam: quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calũnia[h] præcursorem habere solebat, & emissarium. Veniunt Syracusas parentes, propinquique miserorum adolescentium, hoc repentino calamitatis suæ commoti[i] nũtio: vinctos adspiciunt catenis liberos suos, cùm istius auaritiæ pœnam collo, & ceruicibus suis sustinerent. adsunt, defendunt, proclamant fidem tuam, quæ nusquam erat, nec vmquam fuit, implorant, Pater aderat Dexio[k] Tindaritanus homo nobilissimus, hospes tuus: cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras. eum cùm[l] illa auctoritate, & miseria videres[m] præditum, non te eius lacrymæ, non[n] senectus, non hospitij[o] ius, atque nomen à scelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit. Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? qui Sthenium Thermitanum, hospitem suum, cuius domum per hospitium exhausit, & exinaniuit, absentem in reos retulerit, causa indicta, capite damnarit: ab eo nunc hospitiorum iura, atque officia quæramus? cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera, atque immani belua? te[p] patris lacrymæ de innocentis filij periculo non mouebant? cùm patrem domi reliquisses: filium tecum haberes: te neque præsens filius de liberorum caritate, neque absens pater de indulgentia patria commonebat? Catenas habebat hospes tuus Aristeus, Dexionis[q] filius. quid ita? Prodiderat[r] classem. quod ob præmium? deseruerat exercitum. quid Cleomenes? ignauus fuerat. At eum tu ob virtutem corona aurea donaras. Dimiserat nautas. tu ab omnibus mercedem missionis acceperas. Alter parens ex altera parte erat Herbitensis Eubulida, homo domi suæ clarus, & nobilis: qui, quia Cleomenem in defendendo filio læserat, nudus pænè est destitutus. Quid erat autem, quod quisquam diceret aut defenderet? Cleomenem nominare non licet. At causa cogit. Moriere, si appellaris. nũquam. n. iste est[s] cuiquam mediocriter minatus. At remiges non erant. Prætorem tu accusas? frange ceruicem[t]. Si neque prætorem, neque prætoris æmulum appellare licebit, cùm in his duobus tota causa sit: quid futurum est? Dicit etiam causam Heraclius Segestanus homo domi suæ summo loco natus. Audite, vt vestra humanitas postulat, iudices. audie-

a v.c. arbitretur, b fit, legitur. c arbitrarentur. d accipiebantur. e cita referent. f v.c. nõ quidem. g v.c. a turpitudine. h v.c. calumnia. i v.c. nunc commoti. k v.c. Dexio Tind. l v.c. cùm illa auctoritate, & miseria. m v.c. videres. n v.c. nec senectus. o v.c. nec hospitij. p v.c. te filij. q v.c. Dexionis filius. r v.c. Prodiderat classem. deseruerat exercitũ. Quid obprærogatiuã? Quid Cl. v.c. prodiderat? Quod ob præmium de[se]ruerat? Cleom. nunc desit.

a l. respõdet vnusq. & ita vas.

b l. esse credo hom. & ita v.c.

c Præsumi fraus solet ex nimia diligẽtia, facit l. 7. ff. de condit. instituti. l. 2. God. de furtis l. 17. God. de testamentis.

d L. quæ vellet, e ciuitatum litteris tollit, & in eas ref. v. c. quæ vellet, in litteras ciuitatum tolli, & referri iuss. *non pl.*

e L. Quid Cleomene fiet? *& ita v.c.*

f v.c. potestatem, imperiúmq. perm. p. CCLVII.

g v.c. esse in eos veh.

h *ἐπάρας*

i Exsecratio hic pro iureiurando.

k v. c. vocat Cleomenem.

l v. c. quàm in te sim. r. m v.c. grauis aestis

n *forte.* Agit ei gratias

o L. in Pharargium Centurip. *al.* in Phalargium Cent.

p v.c. vnà fuisse &c. *& ita v. c.*

q *al.* In præsenti.

r v. c. innocentibus inici cit.

s *forte.* admiratio pop.

t v.c. cuiquã eũ med. te, e cæteris.

audietis enim de magnis incommodiis, iniurijsque sociorum. Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa: qui propter grauem morbum oculorum tum non nauigarit, & [a] iussu eius, qui potestatem habuit, in commeatu Syracusis remanserit. Istè[b] certè neque prodidit classem, neque metu perterritus fugit, neq. exercitū deseruit. Etenim tunc esset hoc animaduersum cùm classis Syracusis proficiscebatur. Is tamen in eadem causa fuit, quasi esset in aliquo manifesto scelere deprehensus: in quem nec falsò quidem causa conferri criminis potuit. Fuit in illis nauarchis Heraclienſis quidam Furius (nam habent illi nōnulla huiusce modi Latina nomina) homo, quamdiu vixit, domi suæ, non solùm post mortem, tota Sicilia clarus, & nobilis. in quo homine tantum animi fuit, non solùm vt istum liberè læderet (nam id quidē, quoniam moriendum videbat, sine periculo se facere intelligebat) verùm, morte proposita, cùm lacrymans in carcere mater noctes, diésque assideret, defensionem causæ suæ scripsit[c]: quā nūc nemo est in Sicilia, quin habeat, quin legat, quin tui sceleris, & crudelitatis ex illa ora tione cōmoneſiat. in qua docet, quot à ciuita te sua nautas acceperit: quot, & quāti quemq. dimi erit: quot secum habuerit: item de ceteris nauibus dicit, quæ cùm apud te diceret, virgis oculi verberabantur. Ille morte propo sita, facilè dolorem corporis patiebatur. clamabat. id quod scriptum reliquit, facinus esse indignum plus impudicissimæ mulieris apud te Cleomenis salute, quàm de sua vita lacrymas matris valere. deinde etiam illud videō esse dictum. quod, si rectè vos populus R. cognouit, non[f] falsò ille iam in ipsa morte de vobis prædicauit. non posse Verrē, testeis interficiendo, crimina sua exstinguere: grauiorem apud sapienteis iudices fore ab infeteris testem, quàm si viuus in iudicium produceretur: tum, auaritiæ solùm, si viueret: nunc, cùm ita esset necatus, sceleris audaciæ, crudelitatis testem fore. Iam illa præclara, non te solùm modò cæteruas, cùm tua res ageretur, sed à diis manibus innocentium pœnas, sceleratorúmque[g] furias in tuum iudicium esse venturas: fore ideo leuiorem casum suum finire. quòd iam antè aciem securium tuarum, quibus dilecti ij, tui carnificis, vultum & manum viderunt, cùm in conuentu ciuium R. iussu tuo securi ciues Ro. ferirentur. Ne multa, iudices, quam vos sociis dedistis, hac[h] ille acerbissimo supplicio miserrimæ seruitutis abusus est. Condemnat omneis[m] *de consilij sententia.* tamen neq. iste in tanta re, tot hominū causa, quæstorem suum, cuius consilio vtebatur, neq. P. Seruium, talem virum, legatum, qui, quia legatus, isto prætore, in Sicilia fuit, primus ab isto iudex reiectus est: sed de tanto numero, hoc est, de comitum suorum sententia condemnat omneis. Hīc cuncti Siculi, fidelissimi, atque antiquissimi socij, plurimis affecti beneficijs à maioribus nostris, grauiter commouentur, & de suis periculis[o], fortunisq. omnibus perimescunt. Illam clementiā, manſuetudinémq. nostri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatémque esse conuertam? condemnari tot homines vno tempore nullo crimine? defensionem suorum furtorem prætorem improbum ex indignissima morte

A innocentium quærere? Nihil addi iam videtur, iudices, ad hanc improbitatem, amentiam, crudelitatémq. posse. [i] & [a] rectè nihil videtur, nam si cum illorum improbitate certet, lōgè omneis[b], multúmque superabit, sed[c] secum ipse certat: id agit, vt semper superius suum facinus nouo scelere vincat. Phalargum[d] centuripinum dixeram acceptum esse à Cleomene, quòd in eius quadrietemi Cleomenes vectus effectamē quia pertimuerat adolescens,
B quòd eandē suam causam videbat esse, quam illorum, qui innocentes peribant: ad[d] hominem accedit Timarchides: à securi negat ei esse periculum: virgis ne cæderetur, monet vt caueat. Ne multa, ipsum dicere adolescētem audistis, se[f] ob hunc virgarum metum pecuniam Timarchidi numerasse. Leuiaē sunt hæc in hoc reo crimina. metum virgarum nauarchus[h] nobilissimæ ciuitatis pretio redemit. humanum. alius. ne condemnaretur, pecuniam
C dedit: vsitatum[k] est. non vult populus R. obsoletis criminibus accusari Verrem. noua postulat, inaudita desiderat. non de prætore Siciliæ, sed de crudelissimo tyranno fieri iudicium arbitratur. Includuntur in carcerem condemnati. supplicium constituitur in illos. sumitur[m] de miseris parētibus nauarchorum: prohibentur adire ad[n] filios suos: prohibentur liberis suis cibum, vestitúmq. ferre. patres hi, quos videtis, iacebant in limine, matres
D miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberūm excluſæ: quæ nihil aliud orabant, nisi vt filiorum[o] extremum spiritum excipere sibi liceret. Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris: mors tertiorq. iociorum & ciuium, lictor[p] Sestius [q]: cui ex[r] omni gemitu, dolorésq. certas merces comparabatur. vtī adeas, tantum dabis: vt[t] cibum tibi intrò ferre liceat, tantum. nemo recusabat. Quid, vt[u] vno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne sæpius
E feriatur? ne cum sensu doloris aliquo, aut cruciatu spiritus auferatur? Etiam ob hāc causam pecunia lictori dabatur, O magnum, atque intolerandum dolorem! ò grauem, acerbāmq. fortunam! non vitam liberūm, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. Atq. ipsi etiam adolescentes cum[x] Sestio de eadem plaga, & de vno illo ictu loquebantur. idque postremum parenteis suos liberi orabant, vt leuandi cruciatus[y] sui gratia lictori pecunia daretur. Multi, & graues dolores inuēti parentibus, & propinquis: multi. verumtamen mors sit extrema. non erit. Est ne aliF quid vltrà, quò progredi crudelitas possit? reperietur. Nam, illorum liberi cùm erunt secuti percussi, ac necati, corpora feris obiicientur. hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi potestatem. Onasum Segestanum, hominem nobilem, dicere auditis, se ob sepulturam Heraclij nauarchi pecuniā Timarchidi[z] dinumeratse hoc[aa] ne possis dicere: patres enim venerunt, amissis filiis, irati: Vir primarius, homo nobilissimus, dicit: neque de filio dicit. Iam hoc, quis tum fuit Syracusis, qui[bb] non audierit, quin sciat, has[cc] per Timarchidem pactiones sepulturę cum viuis etiam illis esse factas? non palàm cùm Timarchide loquebantur? non omnes hominum propinqui adhibebamur? non palàm viuorum funera locabantur? Quibus dd rebus omnibus actis, atque

a L. & rectè videtur. Nam* b v.c. omnis, c al. sed cum secum ipse certet* c L. Phararchum Cent. h al. Philarchum al. Philarchum* P. B. d L. accedit ad hominem Timarchides e v.c. se ob hunc metum pec. f v.c. Leuia hæc sunt in hoc reo. metum h L. nauarch. homo nobilissimus fuæ ci. & ita v.c. i v.c. humanum est k v.c. vsitatū non vult. l v.c. sed de nefario tyr. m L. sumitur de miseris parentibus p. n v.c. ad filios proh. o ita e quintilianus. L. & v.c. filiorum suorum extremum spiritum sibi ore excep. [ita Nonius c. 4. in excipere filium suorum postremum spiritum ore excipere liceret* p Lictoris improbissimi & venalis exēplum* q v.c. ex omnium gem. r Lictori idem ac carni P. CCLX. fex: cuius minus & carcerem custodire, securi percutere, cruciari, virgis cædere.* t L. vt cibum tibi, vestitumque int. o f, & ita q. v.c. u v.c. vt vno securis ictu x L. cum Sextio de vna pla. y L. v.c. cruciatus sui causa z L. Timarchidi dinumeratse a a v.c. ne hoc posses dicere, bb L. quin audierit, &c. & ita v.c. cc v.c. has Timarchidi p. dd v.c. Quibus omnibus rebus.

decisis, producuntur è carcere, & deligantur ad palum. Quis[a] tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter vnum te, qui non illorum ætate, nobilitate, miseria commoueretur? ecquis fuit, quin lacrymaretur? quin ita calamitatem putaret illorum, vt fortunam tamen non alienam, periculum autem commune agi arbitraretur? Feriuntur securi lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas: testeis auaritiæ tuæ gaudes esse sublatos. Errabas, Verres, & vehementer errabas, cùm te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare: præceps amentia ferebare, qui te existimares auaritiæ vulnera crudelitatis remediis posse sanare. Etenim quamquam illi sunt mortui sceleris tui testes, tamen eorum propinqui neque tibi, neque illis desunt: tamen ex illo ipso numero nauarchorum aliqui viuunt, & adsunt: quos, vt mihi videtur, ab illorum innocentiũ pœna fortuna ad hanc causam reseruauit. Adest Philarchus[b] Haluntinus, qui, quia cum Cleomene non fugit, oppressus à prædonibus, & captus est: cui calamitas saluti fuit: qui nisi captus à piratis esset, in hunc prædonem sociorum incidisset. dicet is pro testimonio de missione nautarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adest centuripinus Phalarchus[c], in amplissima ciuitate, amplissimo loco natus, eadem dicit: nulla in re discrepat. Per deos immortaleis, iudices, quo tandem animo sedetis? aut hæc quemadmodum auditis? Verùm ego desipio, & [d] plus quàm satis opus est, doleo in tanta calamitate, miseriaq. sociorum? an vos quoque hic acerbissimus, innocẽtium cruciatus, & mæror pari sensu doloris afficit? Ego enim cùm Herbitẽsem, cùm Heraclien sem securi esse percussum dico, versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. Eorúmne populorum ciueis[e], eorúmne agrorum colonos, ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanæ, illorum operis, ac laboribus quæritur, qui à parẽtibus, ipse nostri imperij, nostræque æquitatis, susceptí, educatíque sunt, ad C. Verris nefariam immanitatem, & ad [f] eius fecutem funestam esse seruatos? Cùm mihi Tindaritani illius venit in mentem, cùm Segestani, tum iura simul ciuitatum, atque officia considero, quas vrbeis P. Africanus etiam ornandas esse spoliis hostium arbitratus est, eas C. Verres, non solùm illis ornamentis, sed etiam viris nobilissimis nefario scelere priuauit. En quod Tindaritani libenter prædicent: Nos in septemdecim[g] populis Siciliæ numeramur: nos semper in omnibus Punicis, Sicilien sibúsq. bellis amicitiam, fidémque populi R. secuti sumus: à nobis omnia populo R. semper & belli adiumenta, & [h] pacis ornamenta administrata sunt. Multùm verò hæc his iura profuerunt in istius imperio, ac potestate. Vestros quõdam nautas contra Karthaginem Scipio duxit, at [i] nunc naueis contra prædones pænè inaneis Cleomenes ducit. Vobiscum Africanus hostium spolia, & præmia laudis communicauit, at nunc per me spoliati, naue à prædonibus abducta, ipsi in hostium numero loco q. ducemini.[k] Quid verò illa Segestanorum non solùm litteris tradita, neque [l] cõmemorata verbis, sed multis officiis illorum vsurpata, & comprobata cognatio[m], quos tandem fructus, huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? Nempe hoc fuit iure, iudices, vt ex [a] sinu patris nobilissimus adolescens, & è complexu matris ereptus innocens filius, istius carnifici Sestio dederetur. Cui ciuitati maiores nostri maximos agros, atque optimos[b] concesserunt: quam immunem esse voluerunt: hæc tanta apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis auctoritate, ne hoc quidem iuris obtinuit, vt vnius honestissimi, atque innocentissimi ciuis mortem, & sanguinem deprecaretur. Quò confugient socij? quẽ implorabunt? qua spe denique, vt viuere velint, tenebũtur, si vos eos deseritis? Ad [c] senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumat? nõ est vsitatum, non senatorium. Ad populum R. confugient? facilis est causa [d] populi. legem enim sociorum causa iussisse, & vos ei legi custodes, ac vindices præposuisse dicet. Hic locus est igitur vnus, quò perfugiant: hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum: quò quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in suis repetendis rebus solebant. non argentum, non aurum, non vestem, non mancipia repetunt: non ornamenta, quæ ex vrbibus, fanisq. erepta sunt. metuunt homines imperiti, ne iam hæc populus R. concedat [f], & iam fieri velit. Patimur enim iam [g] multos, & silemus, cùm videamus, ad paucos homines omneis omniũ nationum pecunias peruenisse[h]. quod eo magis ferre æquo animo, atque concedere videmur, quia nemo istorum dissimulat: nemo laborat, vt obscura sua cupiditas esse videatur. In vrbe nostra pulcherrima, atq. ornatissima, qđ signũ, quæ tabula picta est, quę nõ ab hostibus victis capta, atq. [i] apportata sit? At istorũ villæ, sociorum[k] fidelissimorũ & plurimis, & pulcherrimis spoliis ornatæ, refertæq. sunt. Vbi pecunias exteratũ nationum esse arbitramini, quibus [l] nunc omnes egent. cùm Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chium, Samum, totam denique Asiam, Achaiam, Græciam, Siciliam iam in paucis villis inclusas esse videatis? Sed hæc, vt dico, omnia iam socij vestri relinquunt, & negligunt, iudices. Ne publicè à populo Rom. spoliarentur, officiis, ac fide prouiderunt. Paucorum cupiditati tum, cùm obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant. Nunc verò iam adempta est non modò resistendi, verùm etiam suppeditandi facultas. Itaque res suas negligunt. pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non[m] repetunt: relinquunt, & negligunt. Hoc iam ornatu ad vos confugiunt. adspicite, adspicite, iudices, squalorem, sordeisque sociorum. Sthenius hic Thermitanus cum hoc capillo [n], atque veste, domo sua tota expilata, mentionem tuorum furtorum non facit: sese ipsum abs te repetit, nihil amplius. totum enim tua libidine, & scelere ex sua patria, in qua multis virtutibus & [o] beneficiis fuit princeps, sustulisti. Dexio[p] hic, quem videtis, non quæ publicè Tindari[q], non quæ priuatim sibi eripuisti, sed [r] vnicum miser abs te filium optimum, atque innocentissimum flagitat. non sex litibus æstimatis tuis pecuniam domum: sed ex tua calamitate cineri, atque ossibus filij sui solatium vult aliquod reportare. Hic tam grandis natu Eubulida, hoc tantum, exacta ætate, laboris, itineris que susceptis, non vt aliquid ex [s] huius bonis vsurpare[t], sed vt. quibus oculis eruentas ceruices filij sui viderat, illidem

a v.c. Quis tam f. illo temp. ferreus qui t.

b al. opimos

c L. Ad eorum ventitãt

d v.c. populi causa. e L. Legem enim, &c. loc. causa iust. & vos eius legis cust. Sic. & ita v.c.

P. B.

b L. pharar chus, al. Phylarch. supra Phalargus.*

L pharar chus, q supra lib. 4. Philarchus.*

c v.c. ciuis,

d L. & plus, quàm satis est, dol. & ita v.c.

e v.c. ciuis,

f L. & ad eius funestam fecure esse ser. g Siciliæ septemdecim populi qui bellum cum P. Romano gesserunt quibus tamen PCCLXI. sumà clemẽtia ager redditus est, cùm esset iure belli publicus populi Romani factus.*

h L. & pacis ornamenta ministrata sunt: & ita v.c.

i v.c. at tunc naues cõtra pr. p inanem Cl. or.

k L. ducimini,

l L. & commemorata.

m quod ab Acnea oriundi, vt supra & lib. 4.*

a v.c. ex sinu patris nob.

b al. opimos

c L. Ad eorum ventitãt

d v.c. populi causa. e L. Legem enim, &c. loc. causa iust. & vos eius legis cust. Sic. & ita v.c.

P. B.

f L. concedat & ita fieri vel.

g L. multos iam annos, & Ilegm. & Augustin. Indicos

h L. peruenire.

i L. atque deportata sit?

k v.c. sociorum Siciliæ plur. & pulcherr.

l v.c. quia nunc omn.

m v.c. nõ ap petunt, relinquunt, &c.

n Statua pro rum, capillo prodigus, ornatus ffis fordi p. CCLX o L. & bene ficiis patro ceps tanto princeps ruit. & ita v.c.

p L. Dexio

q L. Tyndaride, non

r L. sed vnicum abs te miser Sh. & ita v.c.

s L. Ad. Ge gor. ex libris æstimatis tuis non pecuniam domum. t L. desiderare: sed vbi nis. recuperare: sed &c. & ita v.c.

ijsdem [a] te condemnatum videret. Si per L. Metellum licitū esset, iudices, matres illorū, vxores, sororésque veniebant, quarū vna, cùm ego ad Heracliam noctu accederem, cū omnibus matronis eius ciuitatis, & cū multis facibus mihi obuiam vénit, & ita, me suam salutem appellans, te suum carnificem nominās, filij nomen implorans, mihi ad pedes miserā iacuit, quasi [b] ego excitare filiam eius ab inferis possem. Faciebant hoc idem [c] in ceteris ciuitatibus grandes natu matres, & item paruuli liberi miserorum: quorum vtrorumque ætas laborem, & industriam meam, fidem & misericordiam vestram requirebat. Itaque a [d] me, iudices, præter ceteras, hanc querimoniam Sicilia detulit [e] lacrymis. Ego ad hoc non gloria inductus accessi: sed ne falsa damnatio, ne carcer, ne catenæ, ne verbera, ne fecures, ne cruciatus sociorum, ne sanguis innocentium, ne denique etiam exsanguium corpora mortuorum, ne mœror parentum, ac propinquorū, magistratibus nostris quæstui posset esse. Hunc ego si metum Siciliæ, damnatione istius, per vestram fidem & seuerita-
tem deiecero, iudices: satis officio meo, satis illorum voluntati, qui à me hoc petiuerunt, factum esse arbitrabor. Quapropter si quem forte inueneris, qui hoc nauale crimen conetur defendere, is ita defendat: illa communia quæ ad causam nihil pertinent, prætermittat: me [f] culpam fortunæ assignare, calamitatem crimini dare. me amissionem classis obiicere, [g] cū multi viri fortes in communi, in certóque periculo belli, & terra, & mari sæpe offenderint. Nullam tibi obiicio [h] fortunam. nihil est, quòd ceterorum res minùs commodè gestas proferas: nihil est, quòd multorum naufragia fortunæ colligas. ego naueis inanes fuisse dico: remiges, nautásque dimissos: reliquos stirpibus vixisse palmarum: præfuisse classi populi R. Siculum, [i] perpetuò socijs, atque amicis Syracusanum: te illo tempore ipso, superioribusque diebus omnibus in hoc tempore cum mulierculis perpotasse dico: harum rerum omnium auctores, testesque produco. Num tibi insultare in calamitate, num inuidere, num præcludere perfugium [k] fortunæ, num cæcis exprobrare, aut [l] obiicere videor? Tametsi solent ij fortunam sibi [m] obiici noscere, qui se fortunæ commiserunt, qui in eius periculis sunt, ac varietate versati. Istius quidem calamitatis tua fortuna particeps non fuit: homines enim in prælijs, non in conuiuijs, belli [n] fortunam tentare, ac periclitari solent. In illa autem calamitate non Martem fuisse communem, sed Venerem possumus dicere. Quòd si fortunam obiici [o] tibi non oportet, cur tu fortunæ illorum innocentium veniam, ac locum non dedisti? Etiam [p] illud prædices licet, quòd supplicium [q] more maiorum sumeris, securíque percusseris, idcirco à me in crimen, & inuidiam vocari. Non in supplicio crimen meum vertitur: non ego securi nego quemquam feriri debere: non ego metum ex re militari, non securitatem imperij, non pœnam flagitij, tolli dico oportere. fateor non modò in socios, sed etiam in ciues, militésque nostros, persæpe esse seuerè, ac vehementer vindicatum. Quare hæc quoque prætermittas licet. Ego culpam non in nauarchis, sed in te fuisse demonstro: prætio milites, remigésque dimisisse arguo. hoc nauarchi réliqui dicunt: hoc Netinorum fœderata ciuitas publicè dicit, hoc Herbitenses, hoc Amestratini, hoc Ennēses, hoc Agyrinenses, Tindaritani, Locrenses publicè dicūt: tuus denique testis, tuus [a] imperator, tuus hospes Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse egressum, vti Pachino [b], è tetrestri præsidio, milites colligeret, quos in nauibus collocaret, quod certè non fecisset, si suum numerum naues haberent. ea est enim ratio instructarum, ornatarúmque nauium, vt non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Dico præterea, illos ipsos reliquos nautas fame, atque inopia rerum omnium confectos fuisse ac perditos. dico, aut omneis extra culpam fuisse, aut, si vni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimā nauem, plurimos nautas haberet, summum imperium obtineret: aut, si omnes in culpa fuerint, non oportuisse Cleomenem constitui spectatorem illorum morti, atque cruciatus. dico etiam, [c] in illo supplicio mercedem lacrymarum, mercedem vulneris, atque plagæ: mercedem funeris, ac sepulturæ constitui nefas fuisse. Quapropter si mihi respondere voles, hæc dicito: classem instructam, atque ornatam fuisse, nullum [d] propugnatorem abfuisse, nullum vacuum transtrum fuisse, remigi rem frumentariam esse suppeditatam, mentiri nauarchos, mētiri tot, [e] & tā graueis ciuitates, mentiri etiam Siciliam totā proditum [f] te esse à Cleomene, qui se dixerit exisse in terram, vt Pachyno deduceret milites: animū illis, non copias defuisse. Cleomenem acerrimè pugnantē ab his relictum esse, atque desertum: nummum ob sepulturam datum nemini, quæ si dices, tenebere. sin alia dices, [g] quæ à me dicta sunt, non refutabis. Hic tu etiam dicere audebis. Est in iudicibus ille familiaris meus, est paternus amicus ille? non, vt quisque maximè est, quicum tibi aliquid sit, ita [h] tui huiusce modi criminis maximè eum pudet? Paternus amicus est. Ipse pater sit iudicaret, per deos immortales, quid facere posset, [k] cùm tibi hæc diceret? Tu in prouincia populi R. prætor, cum tibi maritimum bellum esset administrandum, Mamertinis, ex fœdere quam deberent nauem, per triennium remisisti: tibi apud eosdem priuatim nauis oneraria maxima publicè est ædificata: tu à ciuitatibus pecunias classis nomine coegisti: tu pretio remiges dimisisti: tu cùm [l] nauis esset à quæstore, & ab legato capta prædonum, archipiratam ab [m] omnium oculis remouisti: tu, qui ciueis R. esse dicerentur, qui à multis cognoscerentur, securi ferire potuisti: [n] tu tuam domum piratas adducere, in [o] iudicium archipiratam domo producere ausus es: tu in prouincia tam splendida, apud [p] socios fidelissimos, ciueis R. honestissimos, in metu periculóque prouinciæ, dies continuos complureis in litore conuiuisque iacuisti: te per eos dies nemo domi tuæ conuenire, nemo in fōro videre potuit: tu sociorum, atque amicorum ad ea conuiuia matres familiàs adhibuisti: tu inter eiusmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum, collocauisti, vt ætati maximè lubricæ, atque incertæ exempla nequitiæ parentis vita præberet: tu prætor in prouincia cum [q] tunica, pallióque purpureo visus es: tu propter amorem, libidinémque tuam, imperium nauium legato populi R. ademisti, Syracusano tradidisti: tui milites in prouincia Sicilia fru-

a L. tuus Imperator, tuus æmulus, tuus hosp.
q v.c. vt Pachyno.
c v.c. inipso suppl.
d L. nullum propugnatorem afuisse & ita v.c. e v.c. tot, tam gr.
g L. ea, quæ à me d.
h fort. ita te in eiusmodi crimine maxime eius pudere debet? ex antiq. scri. s. vestigiis. al. Immo vero vt quisque est i Prosopopeia.
k L. posses cum
l v.c. nauis cùm esset.
m v.c. ab oculis omnib.
n al. iussisti vel voluisti
o al. abducere.
p L. & v.c. tu apud socios f.
q L. cum tunica talari, pall.

gibus, frumentóq. caruere[a]: tua luxuria, atque auaritia classis populi R. à prædonib. capta, & incensa est: post Syracusas cónditas, quem in portum numquã hostis accesserat, in eo, te prætore, primùm piratæ nauigauerunt: neque hæc tot, tantáq. dedecora dissimulatione tua, neq. obliuione hominum, ac taciturnitate tegere voluisti: sed etiam nauium præfectos sine vlla causa de complexu parentum[b] suorũ, hospitúmq. tuorum ad mortem, cruciatúmq. rapuisti: neque [c]in parentum luctu, atq. lacrymis, temei nominis cõmemoratio mitigauit: tibi hominum innocentium sanguis non modò voluptati, sed etiam quæstui fuit. Hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniã petere? posses, vt tibi ignosceret, postulare? ¶ Satis[d] est factum Siculis, satis officio, ac necessitudini, iudices, satis[e] promisso nostro ac recepto. ¶ Reliqua est ea causa, iudices, quæ[f] nõ iam recepta, sed innata: neq. delata ad me, sed in anima, sensúque meo penitus[g] affixa, atq. insita est: quæ non ad sociorum salutem, sed ad ciuium R. hoc est, ad vniuscuiusq. nostrũm vitam, & sanguinem pertinet. In qua nolite à me, quasi dubium sit aliquid, argumenta iudices, exspectare omnia [h] quæ dicam de supplicio ciuium R. sic erunt clara, & illustria, vt ad ea probanda totam Siciliam testẽ adhibere possim. *Furor enim quidam sceleris, & audaciæ comes*, istius effrenatũ animum, importunámq. naturam tanta oppressit amentia, vtnũquã dubitaret in conuentu palàm supplicia, quæ in conuictos maleficij seruos constituta sunt, ea in ciuem R. expromere. *Virgis quam multos cecidit*, quid ego cõmemorem? Tantũ breuissimè [k] dico, iudices. nullum fuit omnino, isto prætore, in hoc genere discrimen. Itaque iam consuetudine ad corpora ciuium Rom. etiam sine istius nutu ferebatur manus ipsa lictoris. Num potes hoc negare, Verres, in foro Lilybæi, maximo conuentu[l], C. Seruilium, ciuem Rom. in [m]conuentu Panormitano, veterem negotiatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram, virgis, & verberibus abiectum? aude hoc primùm negare, si potes. nemo Lilybæi fuit, quin viderit. nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis confectum dico à lictoribus tuis ciuem Rom. ante oculos tuos concidisse. Ob [n] quam causam, dij immortales? tametsi iniuriam facio cõmuni causæ, & iuri ciuitatis, quasi enim possit esse vlla causa, cur hoc cuiquam ciui Rom. iure áccidat[o], ita quæro, quæ in Seruilio causa fuerit. Ignoscite in hoc vno, iudices, in ceteris enim non magnopere causas requiram. Locutus erat liberiùs de istius improbitate, atque nequitia. Quod isti simul ac renuntiatum est: hominẽ iubet Lilybæum vadimonium Venerio seruo promittere. Promittit. Lilybæum venitur. cogere eum cœpit, cùm ageret nemo, nemo postularet, LL. s. duobus millibus sponsionem[p] facere cum lictore suo, *ni furtis quæstum faceret.* Recuperatores de cohorte sua dicit[q] daturũ. Seruilius & recusare, & deprecari, ne iniquis iudicibus, nullo aduersario, iudicium capitis in se constitueretur. Hæc cum maximè loqueretur, sex lictores eum circumstunt valentissimi, & ad pulsandos, verberandósque homines exercitatissimi: cœdunt acerrimè virgis: deniq. proximus lictor (de quo sæpe iam dixi) Sestius, [r]conuerso[t] bacillo[u], oculos miseto tundere vehementissimè cœpit. Itaque[x], illi cùm sanguis os, oculósque complesset, cóncidit: cùm illi nihilo minus iacenti latera tunderentur, vt aliquando spondere se diceret. Sic ille affectus, illinc tum pro mortuo sublatus, breui postea est mortuus. Iste autem homo Venerius, & affluẽs omni lepõre, & venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. ¶ Nam quid[a] ego de ceteris ciuium R. suppliciis singillatim potiùs quàm generatim, atq. vniuersè loquar? Carcer ille, qui est à crudelissimo tyrãno Dionysio factus Syracusis, quæ [b] *Latomiæ* [c] vocantur, in istius imperio domicilium ciuium R. fuit. Vt quisque istius animum, aut oculos offenderat, in [d] Latomias statim coniiciebatur. [e] Indignum hoc video videri omnibus, iudices: & id iam priore actione, cùm hæc testes dicerent, intellexi. retineri enim putatis oportere iura libertatis nõ modò hic, vbi tribuni plebis sunt, vbi ceteri magistratus, vbi plenum forum iudiciorũ, vbi senatus auctoritas, vbi existimatio populi R. & frequentia sed, vbicumque terrarum, & gentium violatum ius ciuium R. sit, statuitis id pertinere ad communem causam libertatis, & dignitatis. In externorum hominum, & maleficorum, sceleratorúmq. in prædonum, hostiúmque custodias tu tantum numerum ciuium R. includere aulus es? numquámne tibi iudicij, numquam concionis, numquam huius tantæ frequentiæ, quæ nunc animo te iniquissimo, infestissimóq. intuetur, venit in mentem? numquam [g]tibi populi R. ab sentis digni tas, numquam species ipsa huiuscemodi [h] multitudinis, in oculis, animóque versata est: nũquam te in horum conspectum rediturũ, numquam in forum populi R. ventурum, numquã sub legum, & iudiciorũ potestatem casurum esse putasti[i]? At quæ erat ista libido crudelitatis exercendæ? quæ tot scelerum suscipiendorum causa? nulla, iudices, præter prædandi nouam, singularémq. rationem. Nã vt illi[k], quos à poetis accepimus, sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua promontoria[l], aut prærupta saxa tenuisse dicuntur, vt eos, qui essent appulsi nauigiis, interficere [m] possent, sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. Quæcumque nauis ex Asia, quæ [n] ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexãdria venerat, statim certis indicibus, & custodibus tenebatur: vectores omnes in latomias [o] coniiciebantur: onera atque merces in prætoriam domum deferebantur. Versabatur [p] in Sicilia longo[q] interuallo alter, non Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondã insula multos[r], & crudeles tyrannos) sed quoddam nouum mõstrum, ex vetere illa immanitate, quæ[s] in iisdẽ locis versata esse dicitur. non enim Charybdim tam infestam, neq. Scyllã nautis, quàm istum in eodẽ freto fuisse arbitror, hoc etiã iste infestior, & multò se pluribus[t], & maioribus canibus succinxerat. Cyclops alter, multo importunior, hic enim totam insulam obtinebat[u]: ille Ætnam solam, & eam Siciliæ partem tenuisse dicitur. At quæ causa tum subiiciebatur [x] ab ipso, iudices, huius tam nefariæ crudelitatis? eadem, quæ nunc in defensione commemorabitur. Quicumque accesserant ad Siciliam paullo pleniores, eos Sertorianos milites esse atq. à Diano

a *v.c.* caruerunt *& ita L.*

b L. parẽtium suorum hospitum tuorũ ad m. lita Priscianus li. 7 sic Horatius 3. od. 24. parentium dixit.*

c *v.c.* neque ee in parentum luctu, atq. lacr. mei nom.

d NARRATIO. De suppliciis in ciues Romanos.*

e L. satis promisso muneri ac recepto

f *v.c.* quæ iã non recepta sed

L. penitus defixa atque.

h *v.c.* omnia quæ dicam, ne erunt illustria, vt ad ea pr.

i De his qui virgis cæs à Verre*.

k *v.c.* breuissimè, iudices, dico.

P. B.

l Conuentus quid esset ante dixi*.

m *v.c.* conuentu Pan.

m L. Atquam ob causam.

o id enim vetabat lex Porcia, de qua infra.*

p De spõsionibus & earum formulis dixi Orat. in Pisonem & 3. in Verrem*

q L. dicit sed daturum.

r *v.c.* iam sæpe

t L. Sextius, conuerso baculo.

t id est contorto.*

u Bacillus an hic virga an verò fasces lictorii fasces opinor, vt cõuersus bacillus hic sit, nõ pars illa extrema falcũ qua virgis cædunt damnatum, sed conuersa illi seu opposita, quã lictor manu cõludit dum virgis cedit*

x L. Itaque ille cùm ei sãguis os, oculósque complesset

a De his qui in Latomiis necati à Verre.*

b al. Latumiæ.

c Latomiæ carcer Syracusis*.

d al. in Latomias ſt.

e *v.c.* coniiciebatur.

f *v.c.* numquid ne tibi iudicij, numquid cone. &c. non pr.

g *v.c.* numquid tibi populi R. ab sentis digni pulli. &c. non pr.

h *v.c.* huiuscemodi multe.

i *al. & vt videtur* Rigo. *&* Ioannes Rigoles Homerus Plinius, Gellius, Solinus, *&* L. promotoria, *&* Pomponius, c. p. s.

m *al.* interficere*.

o *al.* Latomias coniiciebantur. Quintilianus *&* Plinius citant

g cap. vlt. q. longa in tenuibus non Dionysi. t Cyclopas, Acolus Syracusius, Carthaginenses. Rhe. 4. lt. quæ in illidem verbis fere sequitur. *&* L. plurib. & immanioribus *v.c.* obliebatur*.

x *v.c.* subiiciebatur*.

Diano fugere[a] dicebat. Illi ad deprecandum periculum proferebant alij purpuram Tyriam: alij, atque odores, vestémque lineam: gémas alij, & margaritas: vina nonnulli Græca, venaleísque Asiaticos: vt intelligeretur ex mercibus, quibus ex locis nauigarent. Non[c] intelligebant, eas ipsas sibi causas esse periculi, quibus adiumentis se ad salutem vti arbitrabantur. Iste enim hæc eos ex piratarum societate adeptos esse dicebat. ipsos in latomias[d] abduci imperabat: naueis eorum, atque onera diligéter asseruanda curabat. His institutis cùm completus iam mercatorum carcer esset, tum illa fiebant, quæ L. Suetium, equitem R. lectissimum virum, dicere audistis, quæ ceteros audietis. Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium R. vt[e] etiam illa vox, & illa imploratio, [f] CIVIS ROMANVS SVM. quæ sæpe multis, in[g] vltimis terris, opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem, & supplicium maturius ferret. Quid est, Verres? quid ad hæc cogitas respondere? num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimen? nũ quid horum dicere istis defensoribus tuis audes? Cedò mihi, quæso, ex ipsius sinu litteras Syracusanorum, quas iste ad arbitrium suum confectas esse arbitratur. cedò rationem carceris, quæ diligentissimè conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit. LITTERAE SYRACVSANORVM. Videtis ciueis Romanos gregatim coniectos in latomias: [h] videtis indignissimo in loco coaceruatam multitudinem vestrorum ciuium. Quærite nunc vestigia, quibus ex exitus illorum ex illo loco compareant. nulla sunt. Omnéne mortui? Si ita posset defendere, tamen fides huis defensioni non haberetur. Sed scriptum exstat in ijsdem litteris, quod iste homo barbarus, ac dissolutus neque attendere vnquã, neq. intelligere potuit, ἐδίκαιον θανεῖν, inquit, hoc est, vt Siculi loquũtur, supplicio affecti, ac necati sunt. Si quis rex aut ciuitas exterarum gentium, si qua natio fecisset aliquid in ciuem R. [l] eiusmodi, nõ ne publicè vindicaremus? non bello persequemur? possemus hanc iniuriam, ignominiam que nominis Romani, inultam impunitámq. dimittere? Quot [m] bella maiores nostros, & quanta suscepisse arbitramini, *quòd ciues* [n] *Romani in uria affecti, quòd nauicularij retenti, quòd mercatores spoliati cicerentur?* At [o] ego retentos non quæror: spoliatos ferendum puto: naumancipijs, mercibus ademtis, in vincula coniectos esse mercatores, & in vinculis ciueis Romanos necatos esse arguo. Si hæc apud Scythas dicerem, non hìc in tanta multitudine ciuium R. non apud senatores lectissimos ciuitatis, non in foro populi R. de tot, & tam acerbis suppliciis ciuium Romanorum: tamẽ animos etiam barbarorum hominum permouerem. Tanta enim huius imperij amplitudo, tanta nominis Romani dignitas est apud omneis nationes, vt ista in nostros homines crudelitas nemini concessa [p] videatur. Nunc [q] ego tibi vllam salutem, vllum perfugium putem, cùm te implicatum scueritate iudicum[r] circumretitum frequentia populi R. esse videam? Si mehercules id[s] (quod fieri intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, ac [t] te aliqua vi, ac ratione explicaris: in illas tibi maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco confici, & concidi necesse est. Cũ si etiam id, quod defendit, velim concedere: tamen illa [a] ipsa defensio non minùs esset ei pernicioſa, quàm mea vera accusatio debeat. Quid enim dicit? ex Hispania fugientes se excepisse, & supplicio affecisse dicit. Quis tibi id permisit? quo [b] id iure fecisti? quis idem fecit? quî tibi id facere licuit? Forum plenum, & basilicas istorum hominum videmus, & animo æquo videmus. Ciuilis enim dissensionis, & siue amentiæ, siue [c] fati, seu calamitatis, non est iste molestus exitus, in quo reliquos saltẽ ciueis incolumeis licet conseruare. Verres ille, vetus proditor consulis, translator quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ, tantum sibi auctoritatis in repub. suscepit, vt, quibus hominibus per senatum, per populum Rom. per omneis magistratus, in foro, in suffragiis, in hac vrbe, in rep. versari liceret, iis omnibus mortem acerbam, crudelémque proponeret, si forruna eos ad aliquam partem Siciliæ detulisset. Ad C. Pompeium clarissimum virum, & fortissimum permulti, [d] occiso Perperna, ex illo Sertoriano numero militum [e] confugerunt. Quem nõ ille summo cum studio saluum, incolumémque seruauit? cuius ciui supplici non illa dextera inuicta & fidem porrexit, & spem salutis ostendit? itáne verò? quibus fuit portus apud eum, cõtra [g] quem arma tulerunt: iis apud te cuius [h] nullum in repub. vnquam monumentum fuit, mors & cruciatus erat constitutus? Vide, quàm commodam [k] defensionem excogitaris. Mâlo, mâlo mehercule, id, quod tu defendis, his iudicibus, populóque R. quàm id, quod ego insimulo, probari. malo, inquam, te isti generi hominum, quàm mercatoribus, & nauicularijs inimicum, atque infestum putari. meum enim crimen auaritiæ te nimiæ coarguit: tua defensio furoris cuiusdam, & immanitatis, & inauditæ crudelitatis, & pænè nouæ proscriptionis. Sed non licet me isto tanto bono, iudices, vti, non licet. adsunt [l] enim Puteoli toti: frequẽtissimi venerũt ad hoc iudicium mercatores, homines locupletes, atq. honesti, qui partim socios suos, partim libertos ab isto spoliatos, in vincla coniectos: partim [m] in vinclis necatos, partim securi percussos esse [n] dicent. Hìc vide quàm me sis vsurus equo. Cùm ego P. Granium testẽ pro duxero, qui suos libertos à te securi percussos esse dicat, qui à [o] te nauem suam, merceisq. repetat: refellito, si poteris: meum testem deseram, tibi faueboꝛte, inquam, adiuuabo, ostendito, illos cũ Sertorio fuisse, à Dianio [p] fugientes ad Siciliam esse delatos. Nihil est, quod te malim probare. nullum enim facinus, quod maiore supplicio dignum sit, reperiri, neque proferri potest. Reducã iterum equitem Romanum, L. Flauium, si voles: quoniam priore actione, vt patroni tui dictitant, noua quadã sapientia: vt omnes intelligunt, conscientia tua, atque auctoritate meorum testium, testẽ nullum interrogasti. interrogetur Flauius, si voles, quinam fuerit L. Herennius, is, quem ille argentariã Lepti fecisse dicit: qui cùm amplius centum ciueis Romanos haberet ex cõuentu Syracusanorum [q], qui eũ nõ solùm cognoscerent, sed etiam lacrymantes, ac te implorantes defenderent: tamen [r] à te, inspectantibus omnibus Syracusanis, securi percussus est, hunc quoq. testem meum refelli, & illum

[a] cf. Diano vt supra.
[b] al. Meliteæ.
[c] v.c. Nonpro uiderant, &c. seruorum pro seruientium.
[d] v.c. lautumias. P. CCLXVI.
[e] v.c. vt iam illa vox, & illa imploratio, hic forsitan vitiose ponatur eadem re contra Verrem ab accusatore vsurpata. Porrò vir gis cedere non potuit, ea verò pauli Apollonij fuit.
[f] ἐξουσίαν ἔχω ῥωμαίων εἰμί. vt alinquãdo Paulo Aõnum ait.
[g] v.c. lautumias.
[h] v.c. quibus e Syracusanorum carceribus ex illo compararent. & v. Kal. Octob.
[i] ἐδίκαιον θανεῖν. inusitata fortasse fuit seu sapientia Siculi ex Græcia sed ex Sicilia Græca mendosa. vbi mendosa, & vitiosa, sed ἐδίκαιον θανεῖν.
[l] v.c. incommodam def. ensionem.
[m] *hæc verba, partim in vinculis necatos quibusdam absunt.*
[n] L. essedicũt & v.c. o v.c. abs te p dixit supra à Dianio.
[o] P.B.
[p] v.c. Syracusano, qui
[q] v.c. tamen, insp. o. Syr. sec, per. est.
[r] v.c. Syracusi.

Herennium Sertorianum fuisse abs te demõstrari. & probari volo. Quid de illa multitudine dicemus eorum, qui capitibus inuolutis, in piratarum, captiuorúmque numero producebantur, vt securi ferirentur? quæ ista noua diligentia? quàm ob causam abs [a] te cogitata? an te L. Flauij, cæterorúmque de L. Herennio vociferatio commouebat? an M. Annij, [b] grauissimi, atque honestissimi viri, summa auctoritas paullo [c] te diligentiorem, timidioremque fecerat? qui nuper pro testimonio, non aduenam, nescio quem, nec alienum, sed eum ciuem Romanum, quid [d] omnib. in illo conuentu notus, qui Syracusis natus esset, à te securi percussum esse dixit. Post hanc illorum vociferationem [e], post hanc communem famam, atque querimoniam, nonmitior in supplicio, sed diligentior esse cœpit Capitibus inuolutis ciueis Romanos ad necem producere instituit: quos tamen idcirco necabat palàm, quod homines in conuentu (id quod antea diximus [e]) nimium diligẽter prædonum numerum requirebant. [f] Hæc in plebe R. te prætore, est constituta conditio? hæc negotij gerendi spes? hoc capitis, vitæque diserimen? Parúmne multa mercatoribus sunt necessariò pericula subeunda fortunæ, nisi etiam hæ formidines ab nostris magistratibus atque in nostris prouinciis impendebunt? ad eámne rem fuit hæc suburbana, ac fidelis prouincia Sicilia, plena optimorum sociorum, & honestissimorũ ciuium Romanorum, quæ ciueis Rom. omneis suis ipsa sedibus libentissimè semper accepit, vt qui vsque ex vltima Syria, atque Ægypto nauigarent: qui apud barbaros propter togæ [h] nomen in honore aliquo fuissent: qui ex prædonum insidiis: qui ex tempestatum periculis profugissent: in Sicilia securi ferirentur, cùm se iam domum venisse arbitrarentur? ¶ Nã quid ego de P. Gauio Cossano municipe dicam, iudices? aut qua vi vocis, qua grauitate verborum, quo dolore animi dicam? tametsi dolor me non deficit. vt cetera mihi in dicendo digna re, digna dolore meo suppetant, magisk elaborandum est. quod crimen eiusmodi est, vt cùm, primùm ad me delatum est, vsurum me illo non putarem. Tametsi enim verissimum esse intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactus lacrymis omnium ciuium R. qui in Sicilia negotiantur, adductus Valentinorum, hominum honestissimorum, omniúmq. Rheginorum, multorumq. equitum R. qui casu tum Messanæ fuerunt, testimoniis, dedi tantum priore actione testimonium. res vt nemini dubia esse posset. Quid nunc agam? Cùm iam tot horas de vno genere, ac de istius nefaria crudelitate dicam: cùm propè omnem vim verborum eiusmodi, quæ scelere istius digna sunt [m], aliis in rebus cõsumserim, neque hoc prouiderim, vt varietate criminum vos attentos tenerẽ: quemadmodum de tanta re dicam? Opinor vnus modus atque vna ratio est. Rem in medio ponã: quæ tantum habet ipsa grauitatis, vt neque mea, quæ nulla [n] est, neque cuiusquam, ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur. Gauius hic, quem dico Cossanus [o], cùm p illo in numero ab isto in vincla coniectus esset, & nescio qua ratione clam è latomiis profugisset, Messanámque venisset: qui propè iã Italiam, & mœnia Rheginorum videret, & ex illo metu mortis, ac tenebris, quasi luce libertatis, & odore aliquo legum recreatus, reuixisset: loqui [a] Messanæ cœpit, & queri, se ciuem Ro. in vincla esse coniectum: sibi rectà iter esse Romam: Verri se præstò aduenienti futurum. Non intelligebat miser, nihil interesse, vtrùm hæc Messanæ, an apud ipsum in prætorio loqueretur. Nam, vt antè vos docui, hãc sibi iste vrbem delegerat, quam haberet aditu triceem scelerum, furtorum receptricem [b], flagitiorum omnium sociam [c]. Itaque ad magistratum Mamertinum statim deducitur Gauius: eóque ipso die casu Messanam Verres venit. Res ad eum defertur, esse ciuem Romanum, qui se Syracusis in latomiis fuisse queretur? quem iam ingredientem nauem [d], & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse, & asseruatum, vt ipse in eum statueret, quod videretur. Agit hominibus gratias, & eorum ergà se beneuolentiam, diligentiámque collaudat. Ipse inflammatus scelere, & furore, in forum venit. Ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat. [g] exspectabant omnes, quò tandem progressurus, aut quidnã acturus esset: cùm repentè hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri [h] iubet. Clamabat ille miser *se ciuem esse Romanum*, municipem Cossanum: meruisse [k] cum L. Pretio, splendidissimo equite Romano, qui Panormi negotiaretur: ex quo hæc Verres scire posset. Tum iste se comperisse ait, eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitiorum esse missum: cuius rei neque index, neque vestigium aliquod, neq. suspicio cuiquam esset vlla. deinde iubet vndique hominem proripi vehementissiméque verberari. Cædebatur virgis in medio foro Messanæ ciuis Rom. iudices, cùm interea nullus gemitus, nulla vox alia istius [m] miseri, inter dolorẽ, crepitúmq. plagarum audiebatur, nisi hæc, CIVIS [n] ROMANVS SVM. Hac se commemoratione ciuitatis omnia verba depulsurum, cruciatúmq. à corpore deiecturum arbitrabatur. Is nõ modò hoc nõ perfecit, vt virgarum vim [o] deprecaretur: sed cum imploraret sæpius, vsurparétq. nomen ciuitatis: crux, crux, inquã, infelici, & ærũnoso, qui numquam istam potestatem viderat, comparabatur. *O nomen dulce libertatis*: ô ius eximiũ nostræ ciuitatis: ô lex Porcia, Plegéſque Semproniæ: ô grauiter deſiderata, & aliquando reddita plebi Romanæ tribunitia potestas! Huccine [q] tandem omnia reciderunt, vt ciuis Rom. in prouincia populi R. oppido [r] fœderatorum, ab eo, qui beneficio populi R. fasceis, & secureis haberet, deligatus in foro virgis cæderetur? Quid, cùm ignes, candentésque laminæ, cæteriq. cruciatus admouebantur? Si te illius acerba implo ratio, & vox miserabilis, non [t] inhibebat: ne ciuium quidem Romanorum, qui tum adestant, fletu, & gemitu maximo cõmouebare? In crucem tu agere ausus es quemquam, qui se ciuem Romanum esse diceret? Nolui tam [u] vehementer agere hoc prima actione, iudices: nolui. Vidistis enim, vt animi multitudinis in istum dolore, & odio, & cõmuni periculi metu, cõcitarentur: Statui egomet mihi tum modum orationi [x] meæ, & C. Numitorio, equiti Ro. primario [y] homini testi meo: & Glabrionem, id quod sapientissimè fecit face re lætatus sum, vt repentè consilio in medio, testem

a L. abs te ex cogitata.
b al. Annii
c L. paullo di lig. timid. q. fe.
d v.c. qui illo conuentu notus.
e v.c. dixit, P. CCXXVIII
f L. Hæcine plebi Roma næ. te pr.
g v.c. honestissimorúmque ciuium, quæ. e.
g Toga vtebãtur soli Rom. vnde togati: & gens togata pro Romanis.
h De iis qui in crucẽ sublati à Verre*
k v.c. magis labor.
l dedi tantũ priore actione testium, s. & ita v.c.
m v.c. sint. P. B.
n al. nõnulla*
o L. Cõsanus,
p v.c. cùm in illo numero ciuium R. ab isto in vincla con. & ita L.
A
B
C
D
E
F
G
H
a v.c. loqui Messanæ, & queri cœpit se. &c. & ita L.
b al. receptricem,
c v.c. cuius non pauc.
d v.c. nauim
e v.c. benignitatem. erga se.
f Citatur plurimis locis à Gellio 10. c. 3.
g Licebat. Quintilian. 5. c. 13. nabatur. Gel. 3.
h Chiaro à Nonio in Expedire*.
k L. Colanum L. Metrullum cum L. P. CCLXIX. l al. adeóque qui Panormi
m v.c. illius miseri. n de hac formula supra dictum.
n al. vim ciuitatisque. prædicaretur ab Gel. 5.
o Lex Porcia de legibus dicta quod ea tione prohibit. q. L. Hortens. r L. Cornelio fœder.
s al. arcessitque. Gellius 10. c. 3.
t L. non legitimè ne ciuis q. ita apud Gellium 10.
u L. cæmentem agere p. x L. fori. orationi meæ. C. Num. P. B.
y v.c. primo homini.

testem dimitteret. Etenim verebatur, ne populus R. ab isto eas pœnas vi repetisse videretur, quas veritus esset, ne iste legibus, & vestro iudicio non esset persoluturus. Nunc, quoniam iam exploratum est omnib. quo loco causa tua sit, & quid de te futurum sit: sic tecum agam. Gauium istum, quem repentinum speculatorem fuisse dicis, ostendam, in Latonias [a] Syracusis à te esse coniectum: neq. id solum ex litteris ostendã Syracusanorum: ne possis dicere, me, quia sit aliquis in litteris Gauius, hoc fingere, & eligere nomen, vt hunc illum esse possim dicere: sed secundum arbitrium tuum testeis dabo, qui istum ipsum Syracusis abs te in Latomias [b] cõiectum esse dicant, producam etiam Cossanos [c], municipes illius, ac necessarios, qui te nũc serò doceant, iudices non serò, illum P. Gauium, quem tu in crucem egisti, ciuem Ro. & municipem Cossanum [d], non speculatorem fugitiuorum fuisse. Cùm hæc omnia, quæ polliceor, cumulatè [e] tuis proximis plana fecero: tum istue ipsum tenebo, quod abs te mihi datur. eo cõtentum me esse dicam. Quid enim nuper tu ipse, cùm populi R. clamore, atque impetu perturba tus exsiluisti, quid inquam, locutus es? Illum, quòd moram supplicio quæreret, ideò clamitasse, se esse ciuem Romanum: sed speculatorem fuisse. Iam mei testes veri sunt. Quid enim dicit aliud C. Numitorius? quid M. & P. Cottij, nobilissimi homines, ex agro Tauromitano? quid Q. Luceius, qui argentariam Rhegij maximam fecit? quid ceteri? Adhuc enim testes ex eo genere à me sunt dati, nonne qui nouisse Gauium, sed qui se vidisse dicerent, cùm is, qui se ciuem R. esse clamaret, in crucem ageretur. Hoc tu, Verres, idem dicis: hoc tu confiteris, illum clamitasse, se ciuẽ esse Romanum: apud te nomen ciuitatis ne tãtum quidem valuisse, vt dilationem aliquam crucis: vt crudelissimiq. tæterrimiq. supplicij aliquam paruam moram saltem posset, assequi. Hoc teneo, hîc hæreo, iudices, hoc sum cõtentus vno: omitto, ac negligo cetera: sua cõfessione induatur, ac iuguletur, necesse est. Qui esset, ignorabas? speculatorem esse suspicabare: non quæro, qua suspicione: tua te accusatione. ciuem R. se esse dicebat. Si tu apud Persas, aut in extrema India deprehensus, Verres, ad suppliciumducerere: quid aliud clamitares, nisi te ciuem esse Romanum? &, si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis, atque vltimis gẽtibus positos, nobile, & illustre apud omneis nomen tuæ ciuitatis profuisset: ille, quisquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi esset ignotus, cùm ciuem se Romanum esse diceret: apud te prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione, atque usurpatione ciuitatis, assequi potuit? Homideunt ad ea loca, quæ numquam antea viderunt: vbi neque noti esse iis, quò venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. Hac i vna tamen fiducia ciuitatis non modò apud nostros magistratus, qui & legũ, & existimationis periculo continentur: neque apud ciueis solùm Romanos, qui & sermonis, & iuris, & multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrantur: sed quocumque venerint, hanc sibi rem præsidio spe zant futurum. Tolle hanc spem, tolle hoc præsidium ciuibus Romanis: constitue nihil esse opis in hac voce, CIVIS R. SVM: posse impunè prætorem, aut alium quemlibet, supplicium, quod velit, in eum constituere, qui se ciuem R. esse dicat: quòd [a] quis ignoret: iam omneis prouincias, iam omnia regna, iam omneis liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, ciuibus R. ista defensione præcluseris. Quid, si L. Pretium equitẽ R. qui tum in Sicilia negotiabatur, nominabat? etiámne id magnum fuit, Panormum litteras mittere? asseruasse hominem? custodiis Mamertinorum tuorum vinctum, clausum [b] habuisse, dum Panormo Pretius veniret? cognosceret hominem: aliquid de summo supplicio remitteres. si ignoraret: tum, si ita tibi videretur, hoc iuris in omneis constitueres, vt, qui neque tibi notus esset, neq. cognitorem locupletem daret, quamuis ciuis R. esset, in crucem tolleretur. Sed quid ego plura de Gauio? quasi tu Gauio tum fueris infestus, ac non nomini generi, iuri ciuium hostis. non illi, inquam, homini, sed causæ communi libertatis inimicus fuisti. Quid enim attinuit, cùm Mamertini more, [c] atque instituto suo crucem fixissent post vrbem, in via Pompeia: te iubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret: & hoc addere, qd negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixisti palàm, te ideirco illum locum deligere, vt ille, qui se ciuem R. esse diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum suam prospicere posset? Itaque [d] illa crux sola iudices, post conditam Messanam illo in loco fixa est. Italiæ conspectus ad eã rẽ ab isto delectus est, vt ille in dolore, cruciatúque moriens, perangusto freto [e] diuisa seruitutis, ac libertatis iura cognosceret: Italia autem alumnum suum, seruitutis extremo, summóq. supplicio affectũ videret. *Facinus est vinctri ciuis R. scelus, verberari prope parricidium, necari: quid dicam in crucem tollere?* verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fait his omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam: in conspectu legum libertatisque moriatur. Non tu hoc loco Gauium, non vnum hominem, nescio quem, ciuem R. sed communem libertatis, & ciuitatis causam in illum cruciatum, & crucem egisti. Iam verò videte hominis audaciam. Nónne eum graviter tulisse arbitramini, quòd illam ciuibus Ro. crucem non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere [h]? quod enim his locis in prouincia sua, celebritate simillimum, regione proximum potuit, elegit. monumentum sceleris, audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, præteuectione omnium, qui vltro, citróque nauigarent.

¶ Sik hæc non ad ciueis Romanos, non ad aliquos amicos nostræ ciuitatis, non ad eos, qui populi R. nomen audissent? denique, si non ad homines, verùm ad bestias, aut etiam, vt longiùs progrediar, si in aliqua desertissima solitudine, ad [l] saxa, & scopulos hæc conqueri, & deplorare vellem: tamen omnia muta, atque inanima, tanta, & tam indigna rerum atrocitate [m] commouerentur. Nunc verò cùm loquar apud senatores populi Ro. legum [n], iudiciorúmque, & iuris auctores, timere nõ debeo, ne non vnus iste ciuis Ro. illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo

a L. (quòd quis ignoret?)

b L. clausúmque habuisse dum Pretius veniret? Si cognosceret hominem aliqde summo suppl.

c Crux more & instituto Mamertinorum post vrbem, id est prope vrbem fixa.*

d L. itaque crux illa sola iud.

e fretu. ita Gellius 13. c. 19. & Prisc. & Lucretius 1, *fal.* affixum *al.* fixum, & ita Nonius in Alumnos c. 4.*

g L. Facinus est, vincire ciuem R. scelus verberare: prope patricidium, necare. q.

P. CCLXXI.

h L. defigere? quem enim locum in prouincia sua cel.

al. quem enim bonum in prouincia.*

k PER ORATIO. in qua commendat iudicib. causam: minatur Hortensio: Nobiles in iniudiam adducit. Repetit Verris crimina.*

l L. ad saxa, & ad scopulos.

m *v.c.* acerbitate.

n *v.c.* legum & iudiciorũ & iuris auct.

indignissimi iudicentur. Paulò autè, iudices, lacrymas in morte miserâ, atque [a] indignissimâ nauarchorum non tenebamus: & rectè ac meritò sociorum innocentium miseria commouebamus. Quid nunc in nostro sanguine tandem facere debemus? *nam ciuium Rom. sanguis coniunctus existimandus est*: quoniâ id & salutis omnium ratio, & [b] veritas omnium postulat, omnes hoc loco ciues Rom. & qui adsunt, & [c] qui vbicumque sunt, vestram seueritatem desiderât, vestram fidem implorant, vestrum auxilium requirunt: omnia sua iura, commoda, auxilia, totam denique libertatem in vestris sententiis versari [d] arbitrantur. A me tametsi satis habent, tamen si res aliter accideri, plus habebunt fortassè, quàm postulant. nam[e] & si qua vis istum de [f] vestra seueritate eripuerit, id quod neque metuo, iudices, neque vllo modo fieri [g] posse video: sed si in hoc me ratio fefellerit. Sicuti causam suam perisse querentur, & mecum pariter moleste ferent: populus quidé Romanus breui, quoniam mihi potestatem apud se agendi dedit, ius suum, me agente, suis suffragiis ante Kal Februarias recuperabit. Ac, si de mea gloria, & [h] amplitudine quæritis, iudices: non est alienum meis rationib. istum mihi ex hoc iudicio ereptum ad illud populi R. iudicium reseruari. Splendida est illa causa: probabilis mihi & facilis: populo grata, atque iucunda. Denique si videor hic id, quod ego non quæsiui, de vno isto voluisse crescere: isto absoluto, quod sine multorũ scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit. Sed mehercules[i], vestra, reiq. pub. causa, iudices, nolo in[k] hoc delecto consilio tantum flagitium esse commissum. nolo eos iudices, quos ego probarim, atq. delegerim sic in hac vrbe notatos. isto absoluto, ambulare, vt non cera, sed cœno obliti esse videantur. Quamobrem te quoque, Hortensi, quia [l] *monendi* locus est, ex hoc loco moneo: videas etiam, atq. etiam, & consideres, quid agas, quò progrediare: quem hominem, & qua ratione defendas. neque de illo quid quam[m] tibi præfinio, quo minùs ingenio mecum, atq. omni dicendi facultate contendas, cetera, si qua putas te occultiùs extra iudicium quæ[n] ad iudicium pertinent, facere posse: si quid artificio, consilio, potentia: gratia, copiis istius moliri cogitas: magnopere censeo desistas: & illa, quæ tentata[o] iam, & cœpta[p] ab isto sunt, à me autem perquestigata, & cognita, moneo vt exstinguas[q], & longiùs progredi ne sinas. magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore, quàm putas. Quòd enim te liberatum iam existimationis metu defunctum honoribus, designatũ cos. cogites: mihi crede, ornamenta ista, & beneficia popul. Ro. non minore negotio retinentur, quàm comparantur. tulit hæc ciuitas, quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istã vestram dominationem in iudiciis, & in omni republica tulit. sed quo die populo R. tribuni pleb. restituti sunt, omnia ista vobis (si forte nondum intelligitis) ademta, atque erepta sunt: omnium nunc oculi cõiecti sunt hoc ipso tempore in vnumquemq. nostrũm, qua fide ego accusẽ, qua religione hi iudicẽt si qua tu ratione defendas. de omnibus nobis, quis tantulum de recta regione[r] deflexerit, non illa tacita existimatio, quam antea contemnere solebatis: sed vehemens, ac liberum populi Romani iudicium consequetur. nulla tibi, Quincte, cum isto cognatio est, nulla necessitudo, quibus excusationib. antea nimium in aliquo iudicio studium tuum defendere solebas, earum habere in hoc homine nullam potes. quæ iste in prouincia palàm dictitabat, cùm ea, quæ faciebat, tua se fiducia facere dicebat, ea ne vera putentur, tibi maximè est prouidendum. Ego [a] mei iam rationem officij confido esse omnibus iniquissimis [b] meis persolutam. Nam istum paucis horis ptimæ actionis, omnium mortalium sententiis, condemnaui. Reliquum iudicium non iam de mea fide, quæ perspecta est, neque istius vita, quę damnata est; sed de iudicibus, & verè vt dicam, de te futurum est. At quo tempore futurum est? (nam id maximè prouidendum est: etenim cùm omnibus in rebus, tum in rep. permagni momenti est, ratio, atque inclinatio temporum:) nempe eo, cùm populus R. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit: nempe [c] ea lege de iudiciis, iudicibúsque nobis[d] promulgata, quam non is promulgauit, cuius nomine proscriptam [e] videtis: sed hic reus, hic inquam, sua spe, atque opinione, quam de vobis habet, legem illam scribendam, promulgandámque curauit. Itaque cùm primò agere cœpimus, lex non erat promulgata. cùm iste, vestra seueritate permotus, multa signa dederat, quamobrem [f] is responsurus non videretur, mentio de lege nulla fiebat. Postea quam iste recreari, & confirmari visus est: lex statim promulgata est. cui legi cùm vestra dignitas vehementer aduersaretur, [g] istius spes falsa, & insignis impudentia maximè suffragatur. Hîc si quid erit commissum à quoquam vestrûm, quòd reprehendatur: aut populus R. iudicabit de [h] eo homine, quem iam antea iudiciis indignum putauit: aut ij, qui propter offensionem iudiciorum de veteribus iudicibus lege noua, noui iudices erunt constituti. Mihi porrò, vt ego nõ dicam, quis omnium mortalium nõ intelligit, quàm longè progredi sit necesse? Potero silere. Hortensi? potero dissimulare, cùm tantum resp. vulnus acceperit, vt[i] expilatæ prouinciæ, vexati socij, dij immortales spoliati, ciues R. cruciati & necati impunè, me actore, esse videantur? potero[k] hoc onus tantum aut in hoc iudicio deponere, aut diutiùs tacitus sustinere? non agitanda res erit? non in medium proferenda? non populi R. fides imploranda? non omnes, qui tanto se scelere obstrinxerint, vt aut fidem suam corrumpi paterentur, aut iudicium corrumperent, in discrimen, ac iudicium vocandi? Quæret aliquis forsasse, Tantúmne[m] igitur laborem, tantas inimicitias, tot hominum, suscepturus es? Non studio quidem hercule vllo, neque voluntate, sed non idem mihi [n] licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt: quibus [o] omnia populi R. beneficia dormientibus deferuntur: longè alia mihi lege in hac ciuitate, & conditione viuendum est. Venit enim mihi in mentem, M. Catonis, hominis Pſapientiſſimi: qui cum se virtute, non genere, populo R. commendari putaret, cùm ipse sui [q] generis initium ac nominis, ab se gigni, & propagari vellet: hominum potentissimorum suscepit inimicitias, & maximis in laboribus vsque ad summam senectutem, summa cum gloria vixit. Postéaque

a L. atque indigna nauar. *& ita v.c.*

b L. & *securitas omnium p.*

c L. & qui vbi q.s. *& ita v.c.*

P. B. d *al.* verti.*

e L. nam si qua vis ist. f *fort.* vestræ seueritati eripuerit, g L. posse fieri vid. *& ita v.c.*

h L. atq. amplitudine. q. *& ita v.c.*

i v.c. mehercule, k *fort.* in hoc delect. cons.

l v.c. siqui monendi locus est.

m L. tibi quid quam præf. *& ita v.c.*

n L. quæ ad iudicium pertineant, f. *& ita v.c.*

P. CCLXXII. o v.c. tentata iam, &c. *mendosè.*

p v.c. & cœpta sunt ab isto.

q *al.* restinguas.*

r al. religione *al.* ratione.

a v.c. Ego mei rationem iam offi. b *al.* animis il simus.

P. B.

c L. nempe lege de iud. d L. nouis primum. e *al.* perscriptam.*

f L. quamobrem respon surus

g L. aduersatur. *& ita v.c.*

h *al.* de eod ordine*.

i v.c. vt expilatæ prouinciæ, vex.

k L. potero ergo hoc onus *& ita v.c.* l v.c. sustinere?

m v.c. Tantumne tibi l. n L. quibus omnia à populo R. ben. o v.c. hominis sapientissimi, & vigilantiss. p *al.* sine r is, ac nominis ab se. q v.c. posteritas Q. Pompeius

steáque[a] Pompe'us[b], humili, atque obscuro loco natus, nónne plurimis inimicitiis, maximísque[c] suis periculis, ac doloribus[d] amplissimos honores est adeptus? Modò L. Fimbriã, C. Marium, C. Cœlium vidimus non mediocribus inimicitiis, ac laboribus contendere, vt ad istos honores peruenirent, ad quos vos per ludum, & per negligentiam peruenistis. Hæc eadem est nostræ rationis regio[e], & via: horum nos hominum sectam, atque institutа persequimur. Videmus quanta sit in inuidia, quantóque in odio apud quosdam homines nobileis nouorum hominum virtus, & industria: si tantulũ oculos deiecerimus, præstò esse insidias: si vllum locum aperuerimus suspicioni, aut crimini, accipiendum esse statim vulnus: esse nobis semper vigilandum, semper laborãdum videmus. Inimicitię sunt? subeantur. labores? [f] suscipiantur. Etenim tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ, & apertæ. Hominum nobilium non ferè quisquam nostræ industriæ fauet: nullis nostris officiis beniuolentiam illorum allicere possumus: quasi natura & genere disiuncti sint, ita dissident à nobis animo ac [g] voluntate. Quare quid habent eorum inimicitiæ, periculi, quorum animos iam antè habueris inimicos, & inuidos, quàm vllas inimicias susceperis? Quamobrem mihi iudices, optandum [h] est illud: in hoc reo finem accusandi facere. cùm & populo R. satisfactum, & receptum officium Siculis necessariis meis, erit persolutum. Deliberatum autem est, si res opinionem meam, quam de vobis habeo, fefellerit, non modò eos persequi, ad quos maximè culpa corrumpendi iudicij, sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Proinde siqui sunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudicium velint esse, ita sint parati, vt disceptante populo Rom. mecum sibi rem videant futuram. &, si me in hoc reo, quem mihi inimicum Siculi dederunt, satis vehementem, satis perseuerantem, satis vigilantem esse cognorunt: existiment, in his hominibus, quorum ago inimicitias, populi R. salutis causa suscepero, multo grauiorem, atque actiorem futurum. *Nunc te, Iupiter* optime maxime, cuius iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atque ista arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum, atque promissum, per nefarium scelus, [k] de regiis manibus extorsit: cuiusque sanctissimum, & pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit: téque, *Iuno*[l] *regina*, cuius duo fana duabus in insulis posita sociorum, Melitæ, & Sami, sanctissima, & antiquissima, simili scelere idem iste omnibus donis, ornamentisque nudauit: téque, *Minerua*, quam item iste duobus in clarissimis, & religiosissimis templis expilauit: Athenis, cùm auri grande pondus: Syracusis, cùm omnia, præter tectum, & parietes, abstulit: téque, *Latona, & Apollo, & Diana*, quorum iste Delium fanum, sed vt hominum opinio, & religio fert, sedem antiquam, diuinúmque domicilium nocturno latrocinio, atque impetu compilauit: etiam te, *Apollo*, quem iste Chio sustulit: téque etiã, atque etiam, *Diana*, quam Pergæ spoliauit: cuius simulacrum sanctissimum Segestæ, bis apud Segestanos conse-

eratum, semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoria, tollendum, asportandúmque curauit: téque *Mercuri*, quem Verres in [a] villa, & [b] in priuata aliqua palæstra posuit, P. Africanus in vrbe sociorũ, & in gymnasio Tyndaritanorum, iuuentutis illorum custodem, & [c] præsidem voluit esse: téque, *Hercules*, quem iste Agrigenti, nocte intempesta, seruorum instructa, & comparata manu, conuellere ex suis sedibus, atque auferre conatus est: téque sanctissima *mater Idea*, quam apud Enguinos augustissimo, & religiosissimo in templo sic spoliatam reliquit, vt nunc nomen modò Africani, & vestigia violatæ religionis maneant, monumenta victoriæ, fumíq. ornamenta non exstent: vós, q. omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum, iudiciorúmque arbitri, & testes celeberrimo [d] in loco prætorij locati, Castor, & Pollux, quorum è templo quæstum sibi [e] iste, & prædam maximam improbissimè cõparauit: omnésque dij, qui vehiculis tensarum sollemneis cœtus ludorum initis: quorum iter iste ad suum quæstum, non ad religionum dignitatem, faciendum, exigendúmq. curauit: téque, *Ceres, & Libera* [f] quarum sacra sicut opiniones hominum, ac religiones ferunt, longè maximis, atque occultissimis cæremoniis continentur: à quibus initia vitæ, atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur: quarum sacra populus R. à Græcis ascita, & accepta, tanta religione & publicè, & priuatim tuetur, non vt ab [g] aliis huc allata, sed vt ceteris hinc tradita esse videantur: quæ [h] ab isto vno sic polluta, & violata sunt, vt simulacrum Cereris vnum, quòd à viro non modò tangi, sed ne adspici quidem fas fuit, è sacrario Catinæ cõuellendum[i], auertendúmque curauerit: alterum autem Ennæk ex sua sede, ac domo sustulerit: quod erat tale, vt homines, cùm viderent, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiẽ Cereris, non humana manu factam, sed [l] cælo delapsam, arbitrarentur: vos etiam, atque etiam imploro, & appello, sanctissimæ deæ, quę illos Ennæeis lacus, lucósque [m] colitis, cunctæque Siciliæ, quæ mihi defendenda tradita est, præsidetis: à quibus inuentis frugibus: & in orbem terrarum distributis, omnes gentes, ac nationes vestri religione numinis continentur: cereros item deos, deásque omneis imploro, atque [n] obtestor, quorum templis, & religionibus iste nefario quodam furore & audacia, instinctus, bellum sacrilegum semper, impiúmque habuit [o] indictum, vt, si in hoc reo, atque in hac causa, omnia mea consilia ad salutem sociorum, dignitatem populi Romani, fidem meam spectauerunt: si vllam ad rem, nisi ad officium, & [p] veritatem omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationésque elaborarunt: quæ mea mens in suscipienda causa fuit, fides in agenda, eadem [q] vestra in iudicanda sit: deinde, vti C. Verrem, si eius omnia sunt inaudita, & singularia facinora sceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, auaritiæ, crudelitatis, dignus exitus eiusmodi vita, atque factis, vestro iudicio consequatur: vtque respmeáque fides vna hac accusatione mea, contenta sit: mihíque posthac bonos potiùs defendere [r] liceat, quàm improbos accusare necesse sit.

a v. c. in domo.
b L. & in priuata palæstra posuit.
c L. ac præsidem vol. & ita v. c.
d L. celeberrimo in loco vrbis locati. e L. iste sibi. & ita v. c.
f Liberam & Liberum Cererem natos scribit Cicero 2. de Natura. Hinc viro rũ illã, feminibus virorũ præesse, scribit Augustinus 4. de ciuit. 11. Est autem Libera hic, quæ Proserpina vt suprà.
g v. c. ab illis.
h v. c. quæ ab vno isto
i L. conuellẽdum auferendúmque
k v. c. Enna ex sua s.
l v. c. sed de cælo delapsã m L. lucósq. incolitis, & ita v. c.
n v. c. & obtestor.
o L. habuit indictum, primùm, vt, si in
p v. c. & virtutem. &c. nõ pl.
q L. eadem vestra sit in canda.
r v. c. laudare licuerit pl.

P. CCLXXV. a al. M' id est Manio Hisenim tantum tribus prænominibus vtagens est Fonteia, Publio Cato, Manio.*

b Deest Exordium & Narratio: superest vero sola Confutatio cum peroratione.*

c cuius causam Galli in Fontei rapinas conferebant.*

d in qua olim Allobroges & Arverni*.

e id est pecuniam mutuo acceperunt vt eam Fonteio darent.* f L. & flagitio testis. & ita v.c.

g lib. vnig. Audacter n. h v.c. ab cõs. & ita L.

i Ordines eorum qui in Gallia*.

k Galliæ status*

l Senonum.* m vide Epitomen Liuii 3 Florum 1. 2. Iustinum 37. 5. Eutrop. 1. Appianum Celtico. 5. Oros. 16.*

n fort. partim cum ipso M. Font.

P. B.

o quæ & Narbona 4. Eutrop. deducta est colonia anno vrbis 635. Eutropii loco Velleius 2.*

p al. Manlius ita enim apud Plinium 3. c. 4. & Mela libro 2.*

q Decumanorum colonia facit Plinius illo loco: Atacinorum Decumanorumq. Mela illo loco.*

r L. pericula populo R. copiis armisq. compensarunt. Est pr. || vult autem Massilienses compensasse hoc est tantum profuisse Romanis quãtum reliqui nominis Romani hostes obfuerint.* s L. est præterea maximus numerus ciu. t v.c. quæ ex hac generum var. & ita v.c. u al. proxime*.

PRO M^a. FONTEIO.

ORATIO VNDECIMA.

Desunt [b] permulta.

Synopsis.

Quæstio An M. Fonteius repetundarum reus. *Accusator*, M. Pletorius: *Subscriptor*, M. Fabius Sanga: *Reus* M. Fonteius, *Patronus*, *Fonteij*. Cicero *Quæstor*, ignoratur. *Habita* anno Ciceronis 38. Vrbis 684.

¶Hoc prætore *oppressam esse ære [c] alieno Galliam*[d]. A quibus versuras [e] tantarum pecuniarum factas esse dicunt? à Gallis? nihil minùs. A quibus igitur? à ciuibus Ro. qui negotiantur in Gallia. Cur eorum verba non audimus? cur eorum tabulæ nullæ proferuntur? Insector vltrò, atque instò accusatori judices: insector, inquam, ac [f] flagito testeis. Plus ego in hac causa laboris, & operæ consumo in poscendis testibus: quàm ceteri defensores in refutandis. Audaciter [g] hoc dico, iudices: non temerè confirmo. Referta Gallia negotiatorum est, plena ciuium R. Nemo Gallorum sine ciue R. quidquam negotij gerit: nummus in Gallia nullus sine ciuium R. tabulis commouetur. Videte quò descendam, iudices, quàm longè videar consuetudinem meam, & cautionem, ac diligentia discedere. Vnæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet, pecuniam Fonteio datam: vnum ex toto [i] negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero testem producant: verè accusatum esse concedam. prò dij immortales: quæ est hæc causa? quæ defensio? Prouinciæ Galliæ [k] M. Fonteius præfuit, quæ constat ex ijs generibus hominum, & ciuitatũ, qui (vt veterà [l] mittam) partim nostra memoria bella cum populo R. acerba, ac diuturna gesserunt: partim modò ab nostris imperatoribus [m] subacti, modò bello domiti, modò triumphis, ac monumentis notati, modò ab senatu agris, vrbibúsq. multati sunt: partim [n], qui cum ipso M. Fonteio ferrum, ac manus contulerunt, multóque eius sudore, ac labore sub populi R. imperium, ditionémque ceciderunt. Est in eádem prouincia Narbo [o] Marcius, [p] Colonia nostrorum [q] ciuium, specula populi R. ac propugnaculum, istis ipsis nationibus oppositum, & obiectum. Est item vrbs Massilia, de qua antè dixi, fortissimorum, fidelissimorúmque sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula [r] populi R. copiis, armísque propulsarunt. Est [s] præterea numerus ciuium R. atque hominum honestissimorum. Huic prouinciæ, quę [t] ex hac gentium varietate constaret, M. Fonteius, (vt dixi) præfuit: qui erant hostes, subegit: qui proximi [u] fuerant, eos ex ijs agris, quibus erant multati, decedere coegit: ceteris, qui idcircò magnis sæpe erant bellis superati, vt semper populo R. parérent, magnos equitatus [a] ad ea bella, quæ tum in toto [b] orbe terrarum à populo Ro. gerebantur, magnas pecunias, ad eorum stipendium, maximum frumenti numerum ad Hispanien se [c] bellum tolerandum, imperauit hæc dqui gessit, in iudicium vocatur: vos, qui in re non interfuistis, causam vnà cum populo Rom. cognoscitis. dicunt contrà, quibus inuitissimis imperatum est: dicunt, qui ex agris ex Cn. [e] Pompeij decreto decedere sunt coacti: dicunt qui ex bello, cæde, & fuga nunc primùm audent contra M. Fonteium inermem consistere. Quid coloni Narbonenses? quid volunt? quid existimant? Hunc per vos volunt, se per hunc incolumeis existimant esse. Quid Massilienſium ciuitas? hunc præsentem ijs affecit honoribus, quos habuit amplissimos: vos autem absens orat, atque obsecrat, vt sua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. Quid? ciuium Romanorum quæ voluntas est? Nemo est ex tanto numero, quin hunc optimè de prouincia, de imperio, de sociis, & ciuibus meritum esse arbitretur. Quoniam igitur videtis, qui [f] oppugnent M. Fonteium, cognoscitis qui defensum velint: statuite nunc, quid vestra æquitas, quid populi Ro. dignitas postulet: vtrùm colonis vestris, negotiatoribus vestris, amicissimis, atq. antiquissimis sociis & credere, & consulere malitis: an ijs, quibus neque, propter iracundiam, fidem, neque, propter infidelitatem, honorem habere debetis. Quid, si maiorem etiam hominum honestissimorum copiam affero, qui huius virtuti, atque innocentiæ testimonio possint esse? taménne plus Gallorum consensio valebit, quàm [g] summa auctoritas omnium? Cùm Galliæ Fonteius præesset, scitis, iudices, maximos populi R. exercitus in duabus Hispaniis [h], clarissimósque imperatores fuisse. Quàm multi equites Ro. quàm multi tribuni militum, quales, & quot, & quoties legati [i] ad eos exercitus? præterea Cn. Pompeius maximus, atque ornatissimus hiemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. Satisne vobis multos, satis idoneos testes, & conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quæ M. Fonteio prætore gererentur in Gallia? Quem [k] ex tanto hominũ numero testem in hac causa producere potestis? quis est ex eo numero, qui vobis auctor placeat?

a Equitatu, quondam fuit Gallia. b in Thracia cum Dardanis: in Asia cum Mithridate tenus Cilicia cum Piratis. c in Hispania. d Sertorio. in Italia cum fugitiuis*. e quod cum Sertorio gerebatur*. f L. Is, qui gessit, &c. & ita v. c. l. e. vter. His oblecto*. e legendum M. Fonteii*. P. CCLXXVI

f L. qui oppugnatum M. Fonteium: cognoscis qui dei.

g L. qui summæ auctoritatis hominum. Cùm vt hic fabula tuetur consensio vel quidem æ auctoritates hominum.* h al. Galliis. i L. legati ad eos, exercitus præterea Cn. Pompeij maximus, &c. sequens ext. equus l. eques.

placeat? eo nos iam laudatore, & teste vtemur. Dubitabitis etiam diutius, iudices, quin illud, quod initiò vobis proposui, verissimũ sit, aliud per hoc iudiciũ nihil agi, nisi vt, M. Fonteio oppresso, testimoniis eorum, quibus multa reip. causa inuitissimis imperata sunt, segniores posthac ad imperãdum ceteri sint, cum videãt eos oppugnari, quibus oppressis, populi Rom. imperium incolume esse non possit? ¶ Obiectum est etiam, *quæstum M. Fonteium ex viarum munitione fecisse*: vt aut ne cogeret munire, aut id, quod munitum esset, improbaret. Si & coacti sunt munire omnes, & multorum opera improbata sunt: certè vtrumque falsum est, & ob vacationem prædium datũ, cùm immunis nemo fuerit: & ob probationẽ, cùm multa improbata sint. Quid si hoc crimen optimis nominibus [a] delegare possimus, & ita, vt non culpam in alios transferamus, sed vti doceamus, eos isti munitioni præfuisse, qui facilè officium suum & præstare, & probare possunt? taméne vos omnia in M. Fonteium, iratis testibus freti, conferetis? Cùm maioribus reip negotiis M. Fonteius impediretur, & cùm ad remp. pertineret, viam Domitiam munireb, legatis suis, pri mariis viris, C. Annio, Bellieno, & C. Fonteio negotium dedit. Itaque præfuerunt: imperarunt pro dignitate sua, quod visum est, & probauerunt[c]. quod vos, si nulla alia ex re, ex litteris quidem vestris[d], quas scripsistis, & missis, & allatis certè scire potuistis. quas si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de ijs rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite.

LITTERAE ADC. ANNIVM LEG. AD C[c]. FONTEIVM. LEG. LITTERAE A C. ANNIO LEG. A C. FONTEIO LEG.

Satis opinionis, neque ad M. Fonteium pertinere, & ab ijs esse tractatam, quos nemo possit reprehendere. ¶ Cognoscite nunc *de crimine vinario*, quod illi inuidiosissimum, & maximum esse voluerunt. Crimen à Pletorio, iudices, ita constitutũ est: Fonteio nõ in Gallia primum venisse in mentẽ, *vt portorium vini institueret*, sed f hac in Italia proposita ratione, Roma profectum. Itaque Titurium Tolosæ quaterdenos denarios, nos denarios in singulas vini amphoras Portorij nomine exegisse: Crodimũ Porcium, & Numium [h] ternos victoriatos. Nulchalone seuere Ymbinos & victoriatos mille. atq. in his oris i seuerè Crodimi & Nulchalone ab his portorium esse exactum, si qui Cobiamacho, qui vicus inter Tolosam, & Narbonem est, reuerterẽtur, neque Tolosam ire [k] vellẽt Elesiodolus tantum senos denarios ab his, qui ad hostem portarent, exegisset. Video, iudices, esse [l] crimen & genere ipso magnũ. vectigal enim esse impositum frugibus [m] non dicitur: & pecuniam permagnam ista ratione cogi potuisse confiteor, & [n] inuidiosam. Vel maximè enim inimici hanc rem sermonibus diuulgare voluerunt. Sed ego ita existimo, quo maius crimen sit id, quod ostenditur esse falsum, hoc maiorem ab eo iniuriã fieri, qui id cõfingat. Vult enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, vt difficilis aditus veritati relinquatur.

OMNIA DE CRIMINE VINARIO DE BELLO VOCONTIORVM, DE

a *Pantagathus*, fratribus.* n *lib. 5.* & inuidiam.

A DISPOSITIONE HIBERNORVM, DESIDERANTVR.

At hoc Galli negant[a]. Actio rerum[b], & vis argumentorum coargui potest. Igitur testibus, iudices, non credere cupidis, & iratis, & coniuratis, & ab religione remotis, nõ solùm potestis, sed etiam debetis. Etenim si, quia Galli dicunt, idcirco M. Fonteius nocens existimandus est. quid mihi opus est sapiente iudice? quid æquo quæsitore? quid oratore non stulto? Dicunt enim Galli. negare non possumus. Hîc si ingeniosi, & periti. & æqui iudicis has partes esse existimatis, vt quoniam quidem testes dicunt, sine vlla dubitatione credendum sit: salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest. Sin autem in rebus iudicandis, non minimam [c] partem ad vnamquamq. rem existimandam, momentó que suo ponderandam, sapientia iudicis tenet: næ [c] multo vestræ maiores, grauioréque partes sunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. Mihi enim semper vnaquaq. de re testis non solùm semel, verùm etiam breuiter interrogandus[f], & sæpe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendum data, aut cupido auctoritas attributa esse videatur. vos & sæpius eandem rem animis agitare, & [g] diutius vnoquoq. de teste cogitate potestis: &, si quem nos intetrogare [h] nolumus, quæ causa nobis tacendi fuerit, existimare debetis. Quamobrem, si hoc, iudices, præscriptum lege, aut officio putatis, testib. credere: nihil est, cur alius alio iudice melior, aut sapientior existimetur: Verum [k] est enim, & *simplex aurium iudicium*: & promiscuè, & communiter stultis, ac sapientibus ab natura datum. Quid est igitur, vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor, & credulus, ab religioso, & sapienti iudice? nimirum illud in quo ea, quæ dicuntur à testibus, coniectura [m], & cogitatione traduntur, quanta auctoritate, quanta animi æquitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existimationis bonæ, quãta cura, quãto timore dicantur. An verò vos id in testimoniis hominũ barbarorum dubitabitis, quod persæpe & nostra, & patrum memoria sapientissimi iudices de clarissimis nostræ ciuitatis viris dubitandum nõ putauerunt? qui Cn & Q. Cæpionibus, L. & Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem [n] nouum, non crediderunt: quorũ virtuti, generi, rebus gestis si lem, & auctoritatẽ in testimonio, cupiditatis, atq. inimicitiarum suspicio derogauit. Ecquem hominẽ vidimus, ecquẽ verè cõmemorare possumus parem consilio, grauitate, constantia, ceteris virtutibus, honoris, ingenij, rerum gestarum ornamentis, M.° Æmilio Scauro fuisse? tamen huius, cuius iniurati nutu propè terrarum orbis regebatur, iurati testimonio, neque in C Fimbriam, neq. in C. Memmium creditum est. *Noluerunt ij, qui iudicabant, hanc patere inimicitiis viam, quem quisque odisset, vt eum testimonio posset tollere.* Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta auctoritas, quis ignorat? tamẽ is, cuius etiam sermo testimonij auctoritatem habebat, testimonio ipso, quæ in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. Fuit, fuit illis iudicibus diuinum, ac singulare, iudices, consilium, qui se nõ solũ de reo, sed etiam de accusatore, de teste iudicare arbitrabantur quid, fictũ quid [q] fortuna, ac tẽpore allatum

P. B.
a *L. & Fabr.* negant. At ratio rer. & vis argum. coarguit. potest iudex testibus iudex nõ credere? cupidis & iratis, & cõiuratis, & ab religione remotis, nõ solùm potest, sed etiã debet. *Victorius*, At Galli hoc non negant: actio rerum & ius argumentorum coargui potest. *Vrsin.* Quid enim negent, cùm actio rerum & vis argumẽtorum coargui non possit.*
b *Pantagath.* eorum.*
c id est non minima ex parte, vt & apud Lucret. 3.*
d al. æstimandam,
e L. videte, ne multo vestræ m. gr. q. partes sint ad
f L. est interrogandus,
g L. & diutius vno de teste cogitare po.
h L. interrogare noluim.
P. 278.
i L. si hoc iudici præscriptum lege,
k L. vnum est enim, & sim.
l L. prudẽtia iudicis? vbid.
m L. cõiectura, & cogitationi traduntur. ¶ & ita *Pantagathus.**
n Ita eum appellat in oratione pro Mureæna humili & obscuro loco natum Verrina 5.*
o L. M. Aemilio Scauro ista mẽ huius,
p vide l. 3. ff. de testibus.*
q L. qui à

tuna, ac tempore allatum, quid pretio corruptum, quid spe, aut metu deprauatum: quid à cupiditate aliqua, aut inimicitiis profectum videretur. Quæ si iudex non amplectetur omnia consilio: non animo, ac mente circunspicietur: si[a], quidquid ex illoloco dicetur ex oraculo aliquo dici arbitrabitur: profectò satis erit, id quod antea, non surdum iudicem, huic muneri, atque officio præesse. nihil erit, quamobrem ille nescio quis sapiens homo ac multarum rerum peritus, ad res iudicandas requiratur. An verò illi equites Ro. quos nos vidimus, qui nuper in rep. iudiciisque maximis floruerunt, habuerunt tantum animi, tantum roboris, vt M. Scauro testi non crederent: vos [b] Belgarum, atque Allobrogum testimoniis non credere timetis? Si inimico testi credi nõ oportuit, inimicior Marcello Crassus, aut Fimbriæ Scaurus ex ciuilibus studiis, atque obtrectatione domestica, quàm huic Galli? quorum qui optima in causa sunt, equites frumentum, pecuniam semel atque iterum, ac sæpius inuitissimi dare coacti sunt: ceteri, partim ex veteribus bellis agro multati, partim ab hoc ipso, bello superati, & oppressi. Si qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur, ijs credi non conuenit: credo maius emolumentum Cæpionibus, & Metellis propositum fuisse ex Q. Põpeij damnatione, cùm studiorũ suorum obtrectatorem sustulissent, quàm cũctæ Galliæ ex M. Fõteij calamitate: in qua illa prouincia propè suam immunitatem, ac libertatem positam esse arbitratur. An, si homines ipsos spectare cõuenit (id quod in teste profectò valere plurimùm debet) non modò cum summis ciuitatis nostræ viris, sed cum infimo ciue R. quisquam amplissimus Galliæ comparandus est? scit Indutiomarus, quid sit testimonium dicere? mouetur eo timore, quo nostrũm vnusquisque, cùm in eum locum productus est? Recordamini, iudices, quantopere laborare soleatis, non modò quid dicatis pro testimonio, sed etiam quibus verbis vtamini, ne quod minùs moderatè positum, nequod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur. Vultu denique laboratis, nequa signi ficari possit suspicio cupiditatis: vt & cùm proditis, existimatio sit quædam tacita de vobis pudoris, ac religionis: & cùm discedetis, ea diligenter conseruata, ac retenta videatur. Credo hæc eadem Indutiomarum in testimonio timuisse, aut cogitasse[c]: qui primùm illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis, ARBITROR[d], quo nos etiam tunc vtimur, cùm ea dicimus iurati, quę cõperta habemus, quæ ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit. Verebatur enim videlicet, ne quidapud vos, populúmque Rom. de existimatione sua deperderet: nequa fama consequeretur eiusmodi Indutiomarum, talem virum, tam cupidè, tam temerè dixisse, non intelligebat, se in testimonio nihil præter vocem, & os, & audaciam neq. ciuibus suis, neq. accusatoribus nostris præstare debere. An verò istas nationes, religione iurisiurandi, ac metu deorum immortalium in testimoniis dicendis cõmoueri arbitramini? quæ[e] tantum à ceterarum gentiũ more, ac natura dissentiunt, quòd ceteræ pro religionibus suis bella suscipiunt, istæ contra omnium religiones. Illæ in bellis gerendis ab dijs immortalibus pacem ac veniam petunt: istę cum ipsis diis immortalibus bella gesserunt. Hæ sunt nationes, quæ quondam tam longè ab suis sedibus, Delphos[a] vsque, ad Apollinem Pythium, atq. ad oraculum orbis terræ vexandum, ac spoliãdum profectæ sunt. Ab iisdem gentibus sanctis, & in testimonio religiosis, obsessum Capitolium est, atq.[b] Iupiter, cuius nomine maiores nostri sanctã[c] testimoniorum fidem esse voluerunt. Postremò his quidquam sanctum, ac religiosum videri potest: qui etiam si quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras, ac tẽpla funestant? vt ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint. Quis enim ignorat, eos vsq. ad hanc diem retinere illam immanem, ac bãrbaram consuetudinem hominum immolandorum? Quamobrem, quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui etiam deos immortaleis arbitrentur hominũ scelere, & sanguine facilè [d] posse placari? cũ his vos testibus vestrã religionem cõiungetis? ab his quidquã sanctè, aut moderatè dictum putabitis? hoc vestræ mentes tam castæ, tam integræ sibi suscipient, vt cùm omnes legati nostri, qui illo triennio in Galliã venerunt, omnes equites R. qui in illa prouincia fuerunt, omnes negotiatores eius prouinciæ: deniq. omnes, in Gallia qui sunt, socij populi Ro. atq. amici, M. Fonteium incolumẽ esse cupiant, iurati priuatim, & publicè laudent. vos[e] tamen Gallis credere malitis? quid? vt secuti esse videamini? voluntatémne hominum? [g] Grauior igitur vobis erit hostium voluntas, quàm ciuiũ? an dignitatè testiũ? potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios[h] gratuitis, impios religiosis inimicissimos huic imperio, ac nomini bonis ac fidelibus & sociis, & ciuibus antefertis? An verò dubitatis, iudices, quin insitas inimicitias istæ gentes omnes & habeant, & gerant cum populi R. nomine: sic existimatis eos hic sagatos[i] brachatósq.[k] versari, animo demisso atq humili, vt solent ij, qui affecti iniuriis ad opem iudicum supplices, inferioréque confugiunt? Nihil verò minús. Hi contrà vagantur læti, atque erecti passim toto foro, cum quibusdam minis, & barbaro atque immani terrore verborum: quod ego profectò non crederẽ, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, iudices, audissem: cùm præciperent, vt caueretis, ne hoc absoluto, nouum aliquod bellum Gallicum concitaretur. Si M. Fonteium, iudices, in causa deficeret omnia: si turpi adolescentia, vita infami, magistratibus [l], quos ante oculos vestros gessit, conuictis virorum bonorum testimoniis, legationibus flagitiosè obitis, inuisus suis omnibus, in iudicium vocaretur: si in eo iudicio colonorum populi R. Narbonien sium, fidelissimorum sociorum Massilien sium, ciuium R. omniũ testimoniis, tabulisq. premeretur: tamen esset vobis magnopere prouidendum, ne, quos ita afflictos à vestris patribus, maioribúsq. accepissetis, vt contemnendi essent, eos pertimuisse, & eorum minis, & terrore cõmoti esse videremini. Nunc verò cùm lædat nemo bonus, laudẽt omnes vestri ciues, atque socij: oppugnent ij, qui æquissimè hanc vrbem, & hoc imperium oppugnarunt:

a L. si, vtquid que ex illoloco d. *al.* si vt quidquid ex illo locodicetur, ita ex oraculo & c.*

b L. Vos Volgarum, atque Allobr. *al.* Tulgarum *vel.* Volcarũ vt sint populi Galliæ Allobrogibus finitimi, de quibus Cæsar. de belli Gallico. Belgæ autem populi, lõgè ab hisce regionibus distinti.

P. CCLXXIX

c L. cogitauisse: *& ita v. c.* d Testimonii qui dicebãt, *arbitrari* se dicebant, ob multam huius vitæ inscientiam. locus exstat elegans Academic. 4. inf. Hoc eodem verbo M. Volscii Pictoris testimonium conceptũ refertur a Liuio 3. Eodem verbo à Iulio trib. pleb. testimonium rogatus Tempanius apud Liuium 4.*

e L. quæ hoc à ceterarum gent.

a vide Tull. Liuium, Paufaniam.*

b L. atque Iupiter, cuius nomine maiores nostri sanctã testimoniorum fidem esse voluerunt. P. B.

tem Ioue nil lumquam Græcis. *vos* *cal.* viatã*.

d L. facilimè posse placari & *al.* v.c.

e L. vos tamen cum Gallis iurare malitis? Nam & Gal. iurati Fonteium testimonium dicerunt.

f *legendum* quid vos sentire videamini.

legendum hostium.

h v.c. mercenarios.

i Sagati. Gallicum vestimentum. Virgil. Æneid. 8. Sagatique Galli.

k Brachatos. Gallos quibus braccæ vestis genus. Strabo lib. 4. Brachas Gallis tegumenta crurum. Horat. Epod. 9. Gallicis cruribus. Martial. lib. 14. Gallica crura. Iuuenal. Satyr. 6. Gallicus vsus.

l Magistratibus Gallorum. Cæsar. lib. 6. de bello Gallico. Apud eos hominum quotannis magistratus, principesque constituuntur, qui ei gentiquæ iura reddant, controuersias minuant. Strabo lib. 4. Gallorum magistratus. Tacitus lib. 3. Gallorum magistratus. Idem lib. 4. Gallorum magistratus. Idem lib. 11. Gallorum magistratus. Idem lib. 13. Gallorum magistratus. Idem lib. 14. Gallorum magistratus. Idem lib. 15. Gallorum magistratus. Idem lib. 16. Gallorum magistratus. Idem lib. 17. Gallorum magistratus. Idem lib. 18. Gallorum magistratus. Idem lib. 19. Gallorum magistratus. Idem lib. 20. Gallorum magistratus. Idem lib.

runt: cúmque inimici M.Fonteij vobis, ac populo R. minentur: amici, ac propinqui supplicent vobis: dubitabitis non modò vestris ciuibus, qui maximè gloria, ac laude ducũtur, verùm etiam exteris nationibus, ac gentibus ostendere, vos in sententiis ferendis cui par cere, quàm hosti cedere maluisse? Magna me hercule[a] causa, iudices, absolutionis cum ceteris causis hæc est, nequa insignis huic imperio macula, atque ignominia suscipiatur, si hoc ita perlatum erit in Galliam, senatum[b], equitésque populi R. non testimoniis Gallorum, sed minis commotos, rem ad illorum libidinem iudicasse. Ita verò[c], si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius[d], qui Indutiomaro isti, minaci, atque arroganti, par in[e] belligerando esse possit: excitandus Cn. Domitius & f Q. Maximus[g], qui nationem Allobrogum, & [h] reliquias suas iterum armis conficiat, atque opprimat: aut, quòd [i] iam id quidem non potest, orandus erit nobis amicus meus, M. Pletorius, vt [k] suos nouos clientes à bello faciendo deterreat, vt eorum iratos animos, atq. horribileis [l] impetus deprecetur: aut si non poterit, M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget quoniam apud illos Fabiorum nomẽ est amplissimum: vt velint isti aut quiescere, id quod victi, ac subacti solent aut, cùm minantur, intelligere, se populo R. non metum belli, sed spem triumphi ostẽdere. Quòd si in turpi reo patiendum non esset, vt quidquam isti se minis profecisse arbitrarentur, quid faciendum vobis in M. Fonteio arbitramini? de quo homine, iudices, (iam enim mihi videor hoc propè causa duabus actionibus perorata, debere dicere) de[m] quo vos homine, iudices, ne ab inimicis quidem vllum fictum probrosum non modò crimen, sed ne maledictum quidem audistis. Ecquis vmquam reus, præsertim in hac vitæ ratione versatus, in honoribus petendis, in potestatibus, in imperiis gerendis, sic accusatus est, vt nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudo, quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore obiceretur, si [n] non vera, atta men ficta cum aliqua ratione ac suspicione? M. Æmilium Scaurum, summum nostræ ciuitatis virum, scimus accusatum à M. Bruto. exstant orationes, ex quibus intelligi potest, multa in illum ipsum Scaurum esse dicta: falsa quis negat? veruntamen ab inimico dicta & obiecta. Quàm multa M. Aquillius audiuit in suo iudicio? quàm multa L. Cotta? denique P. Rutilius? qui etsi damnatus est, mihi videtur tamen inter viros optimos, atque innocentissimos esse numerandus. Ille igitur ipse homo sanctissimus, ac [o] temperatissimus, multa audiuit in sua causa, quę P. ad suspicionem stuprorum, ac libidinem pertinerent. Exstat oratio hominis (vt opinio mea fert) nostrorũ hominum longè ingeniosissimi, atque eloquentissimi, C. Gracchi: qua in oratione perquam multa in L. Pisonem [p] turpia, ac flagitiosa dicuntur. At in quẽ virũ? qui tãta virtute, atque integritate fuit, vt etiã illis optimis temporibus, cùm hominem inuenire nequam nemini posses, solus tamen Frugi nominaretur. quem cùm in concionem Gracchus vocari iuberet, & viator quęreret, quem Pisonem? [q] erãt plures: cogis me, inquit, dicere inimi-

cũ meũ, Frugi. Is igitur vir, quem ne inimicus quidẽ satis in appellando significare poterat, nisi antè laudasset, qui vno cognomine declarabatur non modò quis esset, sed etiam qualis esset: tamen in falsam, atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur. M. Fonteius ita duobus actionibus accusatus est, vt [a] obiectum nihil sit, quo significari vestigiũ libidinis, petulantiæ, crudelitatis, audaciæ possit. non modò nullum facinus huius protulerunt, sed ne dictum quidem aliquod reprehenderunt. Quòd si, aut quantam voluntatẽ habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent, aut ad ementiendum, animi, aut ad fingendum, ingenij: non meliore fortuna ad [b] probra nunc audienda Fonteius, quàm illi, de quibus antea commemoraui, fuisset. Frugi igitur hominem, iudices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum, ac temperantem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis, videtis positum in vestra fide, ac potestate: atque ita, vt commissus sit fidei, permissus potestati. Videte igitur, vtrum sit æquius, hominem honestissimum, virum fortissimum, ciuẽ optimum, dédi inimicissimis, atque immanissimis nationibus, an reddi amicis: præsertim cùm tot res sint, quæ vestris animis pro huius innocentis salute supplicent: primùm generis antiquitas, quàm [c] Tusculo ex clarissimo municipio profectam, in monumentis[d] rerum gestarum incisam ac notatam videmus: tum autẽ continuæ[e] præturæ, quæ & ceteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maximè floruerunt: deinde recens memoria[f] parentis cuius sanguine non solùm Asculanorum manus, à qua interfectus est, sed totũ illud sociale[g] bellum macula sceleris imbutum est: postremò ipse cùm in omnibus vitæ partibus honestus, atq. integer tũ in re militari cùm summi consilij, & maximi animi, tum vero vsu quoque bellorum gerendorũ in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus[h]. Quare si[i] etiã monẽdi estis à me, quòd nõ estis, iudices, videor hoc leuiter pro mea auctoritate vobis præcipere posse[k], vt ex eo genere homines, quorũ cognita virtus, industria, felicitas in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. Fuit enim maior talium virorum in hac rep. copia: quę cùm esset, tamen eorũ non modò saluti, sed etiam honori consulebatur. Quid nunc vobis faciẽdum est, studiis militaribus apud iuuẽtutem obsoletis: hominib. autem, ac summis ducibus partim ætate, partim ciuitatis discordiis, ac reip. calamitate cõsumtis? cùm tot bella aut à nobis necessariò suscipiantur, aut subitò, atq. [l] improuisa nascãtur? nónne & hominem ipsum ad dubia reip. tẽpora reseruandum, & ceteros studio laudis, ac virtutis inflãmandos putatis? Recordamini, quos legatos nuper in bello L. Iulius, quos P. Rutilius, quos L. Cato, quos Cn. Pompeius habuerit. scietis fuisse tum M. Cornutum, L. Cinnam, L. Syllam, prætorios homines, belli gerendi peritissimos: præterea C. Marium, P[m]. Didium, Q. Catulum, P. Crassum, non litteris homines ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis, ac victoriis eruditos. Age[n] verò, nunc inferte oculos in curiam, introspicite penitus in omneis reip. partes. vtrùm videtis nihil posse accidere, vt tales viri defide-

a *al.* vt ei obiectum nihil sit.*

b L. ad probra non audienda Fõt. P. B.

c Fonteij genus vnde.*

d monumenta, lapides.* e hoc est ferè continuæ.*

f bello sociali legatus cũ Q. Seruilio Proconsule interemptus Epit. lib. 72* & 3. Flor. 18.*

g *lib. vulg.* exercitus.

h L. si etiam monendi estis à me iudices, quòd nõ estis vid. *fort.* præscribere vel, prædicere.*

i L. atq. improuiso, nasc. P. cclxxii.

k Manut.*

l L. Agè verò nunc inferte oculos inc.

randi sint? an, si acciderit, eorum hominum copia populum R. abundare? Quę si diligenter attendetis, profectò, iudices, virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad vsum, ac disciplinam, peritũ: ad cõsilia, prudentem: ad casum, fortunámq. felicem, domi vobis, ac liberis vestris retinere, quàm inimicissimis populi R. nationib[9], & crudelissimis tradere[a], & condemnare maletis. At infestis propè signis inferuntur Galli in Fonteium: & instant, atque vrgent summo cum studio, summa cũ audacia. Nos[b] verò, iudices, & multis, & firmis præsidiis, vobis adiutoribus, isti immani atq. intolerãdæ barbariæ resistemus. Primùm obiicitur[c] contra istorum impetus Macedoniad, fidelis, & amica populo R. prouincia, quæ cùm se, ac suas vrbeis non solùm consilio, sed etiam manu Fonteij conseruatam esse dicat, vt illa per hunc à Thracum aduentu, ac depopulatione defensa[e] fuit: sic ab huius nunc capite Gallorum impetus, terrorésque depellit. Constituitur ex altera parte vlterior Hispania, quæ profectò non modò religione sua resistere istorum cupiditati potest, sed etiam sceleratorum hominum periuria testimoniis, ac laudationibus suis refutare. Atque ex ipsa etiam Gallia, fidelissima, & grauissima auxilia sumuntur. Venit huic subsidio, misero, atque innocenti, Massiliensium cuncta ciuitas, quę non solùm ob eam causam laborat, vt huic, à quo ipsa seruata est, parem gratiam referre videatur: sed etiam, quòd ea conditione, atq. eo fato se in his terris collocatam esse arbitratur, ne quid nostris hominibus illæ gentes nocere possint. Pugnat[f] pariter pro salute M. Fonteij Narbonensis colonia, quæ per hunc ipsa nuper obsidione hostium liberata, nunc eiusdem miseriis, ac periculis commouetur. Deniq. vt[g] oportet bello Gallico, vt maiorum iura morésq. præscribunt, nemo est ciuis R. qui sibi vlla excusatione vtendum putet, omnes illius prouinciæ publicani, agricolæ, pecuarij, ceteri negotiatores, vno animo M. Fonteium. atq. vna voce defendunt. Quòd si tantas auxiliorũ nostrorũ copias Indutiomarus ipse despexerit, dux Allobrogum, ceterorúmq. Gallorum: num etiam de matris hunc complexu, lectissimę, miserrimæque fæminæ, vobis inspectanctibus, auellet, atque abstrahet? præsertim cùm virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, vestrámq. iudices: ac populi R. fidem imploret: quæ pro vobis, liberísque vestris tot annos in diis immortalibus placandis occupata est, vt ea, nunc pro salute sua, fratrísque sui, animos vestros placare possit. cui miseræ quod præsidium, quod solatium reliquum est, hoc amisso? nam ceteræ fæminæ gignere ipsæ sibi præsidia, & habere domi fortunarum omniũ socium, participémque possunt: huic verò virgini, quid est, præter fratrem, quod aut iucundum, aut carum esse possit? Nolite pati, iudices, aras deorum immortalium, Vestæque matris, quotidianis virginis lamentationibus de[a] vestro iudicio commoueri. Prospicite, ne ignis ille æternus, nocturnis Fonteiæ[b] laboribus, vigiliísque seruatus, sacerdotis[c] Vestæ lacrymis exstinctus esse dicatur. Tendit[d] ad vos virgo Vestalis manus supplices, easdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere consueuit, cauere ne periculosum, superbúmque sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dij aspernarentur, hæc salua esse non possent. Videtísne subitò, iudices, virum fortissimum, M. Fonteium parentis, & sororis commemoratione lacrymas profudisse? Qui numquam in acie pertimuerit, qui se armatus sæpe in hostium manum, multitudinémque immiserit, cùm in eiusmodi periculis éadem se solatia suis relinquere arbitraretur, quæ suus pater sibi reliquisset: idem nunc perturbato animo pertimescit, ne non modò ornamento, & adiumento non sit suis, sed etiam cum acerbissimo luctu dedecus æternum miseris, atque ignominiam relinquat. O fortunam longè disparem, M. Fontei, si deligere potuisses, vt potius telis tibi Gallorum, quàm periuriis intereundum esset. tum enim vitæ socia virtus, mortis comes gloria fuisset. nunc verò qui[e] est dolor, victoriæ te, atque imperij pœnas ad eorum arbitrium sufferre, qui aut victi armis sunt, aut inuitissimi paruerunt? A quo periculo defendite iudices, ciuem fortem atque innocentem: curate, vt nostris testibus plus, quàm alienigenis credidisse videamini: plus saluti ciuium, quàm hostium libidini consuluisse: grauiorem duxisse eius obsecrationẽ, quę vestris sacris pręsit, quàm eorum audaciam, qui cum omnium sacris, delubrísque bella gesserunt. postremò prospicite, iudices, id quod ad dignitatem populi Rom. maximè pertinet, vt plus apud vos preces virginis Vestalis, quàm minæ Gallorum valuisse videantur.

a L. tradere, & condonare mal.

b al. Nos verò iudices, non & m. & firm. præ. s. vobis adiut. istiim. atq. int. barb. resistemus?

c v. c. obiicitur.

d videtur Fonteius in Macedonia & Hispania legatus fuisse.*

P. B.

e L. defensa est. sic ab h.

f Propugnat.

g Gallico bello multũ vacatio dabatur. adde Philip. 8.*

P. eclaxmo.

a L. de vestro iudicio commoueri. Prospicite, ne ille ignis æternus, noct.

b sororis Fonteiæ.

c L. sacerdotis vestræ lacrym.

d Victor. & Manut. Tendet.*

a al. quis est dol.

PRO

PRO A[a]. CAECINA[b].

ORATIO DVODECIMA[c].

Synopsis.

Quæstio, An Cæcina ab Æbutio ex interdicto vnde vi sit restituendus? *Actor seu vi dieiectus.* Aulus Cæcina: *Cæcinæ patronus* Cicero: *Reus* Æbutius. *Recuperatores*, Iudices à prætore Dolabella dati. *Acta* circiter annum vrbis 683.

SI,[d] QVANTVM in agro, locísque desertis audacia potest, tantum in foro[e], atque in iudiciis impudẽtia valeret: non[f] minus in causa cederet A. Cæcina Sex. Æbutij impudẽtię quàm illud *consideranti hominis esse putauit, qua de re iure decertari oporteret, armis non contendere: & hoc constanti, quicum vi, & armis certare noluisset, eũ iure, iudicióque superare.* Ac mihi quidẽ cùm audax præcipuè fuisse videtur Æbutius in cõuocãdis hominibus, & armãdis: tũ impudens in iudicio: nõ solùm quòd in iudiciũ venire ausus est (nã id quidẽ, tametsi improbè fit in aperta[g] tamen malitia est iã vsitatum) sed q̃ non dubitauit id ipsum, quod arguitur, contẽnere. nisi fortè hoc rationis habuit, quoniã, si h facta vis non esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset: quia cõtra ius, morémque facta sit, A. Cæcinam cum amicis metu perterritum profugisse: nũc quo que in iudicio, si causa more, institutóque omnium defendatur, nos inferiores in agendo non futuros: sine [k] è consuetudine receda tur. se quo impudentiùs egerit, hoc superio ri discessurum. *quasi verò aut in iudicio pos- sit idem improbitas, quod in vi confidentia:* aut nõ eo libentiùs tum audaciæ cesserimus, quo nunc impudentiæ faciliùs obsisteremus. Ita- que longè alia ratione, recuperatores, ad agẽ dam causam hac actione venio, atque initiò veneram. Tum enim nostræ causæ spes erat posita in defensione mea, nũc in confessione aduersarij: tum in nostris, nunc verò in illorum testibus: de quibus ego antea laborabã, si improbi essent, falsi aliquid dicerent: si probi existimarentur, quod dixissent, probarẽtur: nunc fum animo æquissimo. Si enim sunt viri boni: me adiuuant, cùm id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo. sin autem mihi idonei: me non lædunt: cùm, siue credidisse, siue non habebit, de aduersarij testium fide derogatur. Verumtamen cùm illorum causam, reſtituit. Ad quæ Prætor, decernebat restituẽdũ. vis & simulata Gellio. dicitur l. 24. vtrq. superior vis simulata sit hominibus coactis, vt prior sententia à vera, quæ sit hominibus coactis, vt prior sententia obiici: posteriori vero Cic. ipse respondere videatur.*

pudentiùs dici possit. cùm autem vestram in iudicando dubitationem: vereor, ne id quod videntur impudenter fecisse, astutè, & callidè fecerint. Nam, si negassent vim hominib armatis esse factam, facilè honestissimis testibus in re perspicua tenerentur. sin confessi essent, & id, quod nullo tempore iure fieri potest, tum ab se iure factum esse defenderent: sperarunt, id quod assecuti sunt, se iniecturos vobis [a] causam deliberandi, & iudicandi iustam moram, ac religionem. simul illud, quod indigissimum est, futurum arbitrati sunt, vt in hac causa non de improbitate Sex. Æbutij, sed de iure ciuili iudicium fieri videretur. Qua in re, si mihi esset vnius A. Cæcinæ causa agenda, profiterer satis idoneum esse me defensorem, propterea quòd fidem meam, diligentiámque præstarem: quæ cùm sunt in actore causæ, nihil est, in re præsertim aperta ac simplici, quod excellens ingenium requiratur. Sed cùm de eo iure mihi dicendum sit, quod pertineat ad omneis, quod constitutum sit à maioribus, conseruatum vsque ad hoc tempus: quo sublato non solùm pars aliqua iuris deminuta, sed etiam *vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria*, iudicio confirmata esse videatur: video summi ingenij causam esse: non vti demonstretur quod ante oculos est, sed ne, si quis vobis error in tanta re sit obiectus, omnes potiùs me arbitrentur causę quàm vos religioni vestræ defuisse. Quamquã ego mihi sic persuadeo, recuperatores, non vos tam propter iuris obcuram, dubiámque rationem bis [b] iam de eádem causa dubitasse, quàm quod videtur ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere, morã ad condemnandum acquisisse, simul & illi spatium ad [c] se colligendum dedisse. Quod quoniam iam in consuetudinem venit, & id viri boni, vestri similes, in iudicando faciunt, reprehendendum fortasse minùs. quærẽdum verò magis etiam videtur: ideò [d] quòd *omnia iudicia [e] aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorũ maleficiorum causa reperta sunt:* quorum alterum leuius est, propterea quod & minùs lædit, & persæpe disceptatore domestico diiudicatur: alterum est vehementissimum, quòd & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici, sed seuerita tem iudicis, [f] vim requirit. Quod est grauius & cuius rei causa maximè iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est. nam *vt quæque res est turpissima: sic maximè, & maturissimè iudicanda est.* at ea, in qua existimationis periculum est, tardissimè

a L. vobis deliberãdi causam, & iud.

P. R.

b Bis enim de hac causa non liquere sibi respondérant.*

c L. ad sese coll.

d L. ideo quòd cùm omnia iudicia aut pisr. cõt. aut pun. mal. causa reperta sint: q.

e Iudiciorum priuatorũ & publicorũ dissimilitudo.*

f L. ac vim requirit: quod est gr.

g *al.* ocyssimè *al.* velocissimè.*

iudicatur. Quî igitur conuenit, quæ causa fuerit ad constituendum iudicium, eandem, moram esse ad iudicandũ? Si quis, quod spopõdit, quain re verbo se vno[a] obligauit, id nõ facit, maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnatur. qui per tutelam, aut societatẽ, aut rem mandatam, aut fiduciæ[b] rationem, fraudauit quempiam, in eo, quo delictum maius est, eo pœna est tardior. Est[c] enim turpe iudicium, & facto quidem turpe. Videte igitur quàm iniquè accidat, quia res indigna sit, ideò turpem existimationem sequi: quia turpis existimatio sequatur, ideò rẽ indignã non[d] iudicari. At si quis mihi hoc iudex[e], recuperatórve dicat, Potuisti enim leuiore actione confligere: potuisti ad tuum ius faciliore, & commodiore iudicio peruenire. quare aut muta actionem, aut noli mihi instare, vt iudicem: Tamen is aut timidior videatur, quàm fortem, aut cupidior, quàm sapientem iudicem esse æquum est, si aut mihi præscribat, quemadmodum meum ius persequar, aut ipse id quod ad se delatum sit, non audeat iudicare. Etenim si prætor is, quif iudicia dat, numquam petitori præstituit, qua actione illum vti velit: videte quàm iniquum sit, constituta iam re, iudicem, quid agi potuerit, aut quid possit, non quid actum sit, quærere. Verumtamen nimiæ vestræ benignitati pareremus, si alia ratione ius nostrum recuperare possemus. Nunc verò quis est, qui aut vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere, aut eius rei leuiorem actionem nobis aliquam demonstrare possit? Ex quo genere peccati, vt illi clamitant, vel iniuriarum, vel capitis iudicia constituta sunt, in eo potesti: atrocitatem nostram reprehendere, cùm videatis nihil aliud actum, nisi possessionem per interdictum esse repetitam? Verùm siue vos existimationis illius periculum, siue iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicandum: alterius rei causam vosmetipsi iam vobis, sæpius prolato[g] iudicio, sustulistis: alterius ego vobis hodierno die causam profectò auferam, ne diutius de controuersia nostra, ac de cõmuni iure dubitetis. Et, si fortè videbor altiùs initium rei demonstrandæ petisse, quàm me ratio iuris,[h] & ius, de quo iudicium est, & natura causæ coegerit, quæso vt ignoscatis. non enim minùs laborat A. Cæcina, ne summo iure egisse, quàm ne certum[i] ius non obtinuisse videatur.

¶ M. Fulcinius[k] fuit, recuperatores, è municipio Tarquiniensi, qui & domi suæ cum primis honestus existimatus est, & Romæ argentariam non ignobilem fecit. Is habuit in matrimonio Cesenniam, eodem è municipio, summo loco natam, & probatissimam fœminam, sicut & viuus multis ipse rebus ostendit, & in morte sua testamento declarauit. Huic Cesenniæ fundum in agro Tarquiniensi vendidit temporibus[l] illis[m] difficillimis solutionis. Cùm veteretur dote vxoris numerata: quo mulieri esset res cautior, curauit, vt in eo fundo dos collocaretur. Aliquanto pòst, iam argentaria dissoluta, Fulcinius huic fundo vxoris continentia quædam prædia, atque adiuncta mercatur. Moritur Fulcinius: (multa enim, quæ sunt in re, quia remota sunt à causa, prætermittam) testamento facit heredem, quem habebat è Cesennia filium: vsum fructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat, vt frueretur vnà cum filio. Magnus honos viri, iucundus mulieri fuisset, si diuturnã esse licuisset. frueretur enim bonis cum eo, quem suis bonis heredem esse cupiebat, [& ex quo maximum fructum ipsa capiebat.] Sed hunc fructum maturè[b] fortuna ademit. nam breui tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est: hæredem P. Cesennium fecit: vxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum maiorem legauit. ¶ Itaque in partem[d] mulieres[e] vocatæ sunt. Cùm esset hæc auctio hæreditaria constituta: Æbutius, qui iamdiu Cesenniæ viduitate, ac solitudine[f] aleretur, ac[g] se eius in familiaritatem insinuasset hac ratione, vt cum aliquo suo compendio negotia mulieris, si qua acciderent, controuersiásque susciperet: versabatur quoque eo tempore in his rationibus auctionis, & partitionis: [h]atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat: [i] & in eam opinionem Cesenniam adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, vbi non adesset Æbutius. Quam personam iam ex quotidiana cognoscitis vita, recuperatores, mulierum assentatoris, cognitoris[k] viduarũ, defensoris nimiùm litigiosi, conciti ad rixam, *inepti ac stulti inter viros, inter mulieres periti iuris, & callidi*: hanc personam imponite Æbutio. Is enim Cesennię fuit Æbutius: ne forte quęratis, num propinquus? nihil alieni is. Amicus aut à patre, aut à viro traditus? nihil minús. Quis igitur? ille, quem suprà deformaui: voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulatáque sedulitate [l] coniunctus: magis opportuna opera nonnunquam, quàm aliquando fideli.

¶ Cùm esset,[m] vt dicere instituerat, constituta auctio Romæ: suadebant amici, cognatíque[n] Cesenniæ id, quod ipsi quoque mulieri in mentem veniebat: quoniam potestas esset emendi fundum illum Fulcinianum, qui fundo eius antiquo[p] continens esset, nullam[q] esse rationem, amittere eiusmodi occasionem, cùm præsertim pecunia[r] ex partitione deberetur: nusquam eam posse melius collocari. itáque mulier facere constituit: mãdat vt fundum sibi emat. Cui tandem? Cui putatis? an non in mentem venit omnibus? homini illius ad hoc munus, & ad omnia mulieris negotia parati, sine quo nihil satis cautè, nihil satis callidè agi posset? rectè attenditis. Æbutio negotium datur. Adest ad tabulam. [s] licetur Æbutius. deterrentur emptores multi, partim gratia Cesenniæ: partim etiam pretio. fundus addicitur Æbutio: pecuniam argentario promittit Æbutius. Quo testimonio nunc vir optimus vtitur, sibi emptum esse. Quasi verò aut nos ei negemus adictum, aut tum quisquam fuerit, qui dubitarit, quin emeretur Cesenniæ, cùm id plerique scirent: omnes ferè audissent: hi coniectura assequi possent, cùm pecunia Cesenniæ ex illa hæreditate deberetur: eam porrò in prædiis collocari maximè expediret: essent autem prædia, quæ mulieri maximè conuenirent: ea venirent: liceretur is, quem Cesenniæ dare operam nemo miraretur: sibi emere nemo posset suspicari. Hac emtione facta, pecunia soluitur à Cesennia. cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quòd ipse tabulas auerterit: se autem habere argentarii tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptáque relata: quasi[u] id aliter fieri oportuerit. ¶ Cùm omnia ita facta essent,

a Spondeo, fideiubeo, fidepromitto.*

b Fiducia pignus quod creditori mancipatur, aut in iure cedi. P. 285.

c Est enim turpe iudicium. Et factum quidem turpe.

d *lib. vulg.* nõ vindicari.

e Recuperator à iudice hîc distingui tur: in priuatis enim iudiciis Prætor dabat vel vnum iudicẽ, vel tres recuperatores.*

f Iudicia vt dabantur à Prætore, ita nunquam petitori præstituebat qua actione illum vti veller.*

g Profert iudicium qui differt, qui prorogat. hinc diem proferre.*

h L. & vis, de qua iud.

i Ius certum hîc, æquum: cui immediatè antèius summum opposuit.*

P. B.

k Narratio.*

l *al.* temporibus difficillimæ solutionis.*

m Bellorum ciuilium, vel quibus iacebat pretia agrorum.*

a Inclusa desunt multi codices.* b *Al.* præmanet.* c Æbutii fuit deus. d Parisiis poëtæ cat.* e vxor & per defunctum. f Solitudo, status patris cui vxor tantum filius est: vnde hîc tutor fuit. P. 286. Vlpiano in fragmentis, titulo de collibe, orbo, & solitario parente.* g Lac. seius fam. h Partitio, pars legati. S. Inst. de hæred. com. Theophi. vbi Vlpian. lus. Vlpian. in fragment. tit. de legat. 3. §. 3. l. 8. ff. de legat. 1. l. 16. §. 1. ff. de verb. sign. Cicero 2. de legibus. i *Al.* intro bat.* k Cognitor est qui præstitis negotium suscipit. l *Al.* habet. m Quæstio fuit. n L. cognati. Cæsar. pro quo multi in ora vetustissima quem pro. o à Fulcinio emptum. p Paul. lib. 2. dixi hoc fundum Cæsaris à Fulcinio. q Fulcinio. r *Al.* omnibus. s Tabulis. t Tabulis. u *Al.* omnia.

quemadmodum nos defendimus, Cesennia fundum posſedit, locauítque: neque ita multo post A. Cæcinæ nupsit. Vt in pauca conferam, testamento facto mulier moritur. facit heredem ex deunce, & semuncia Cæcinam: ex duabus [a] sextulis M[b]. Fulcinium, libertum superioris viri: Æbutio sextulam adspergit[c]. Hanc sextulam illa mercedem isti esse voluit assiduitatis, & molestiæ, siquam susceperat. Iste autem hac sextula se ansam [d] retinere omnium controuersiarum putat. ¶Iam[e] principiò ausus est dicere, non posse heredem esse Cesenniæ Cæcinam: quòd is deteriore iure esset, quàm ceteri ciues, propter incommodum Volaterranorum[f], calamitatémque ciuilem. Itaque homo timidus, imperitúsque, qui neque animi, neque consilij satis haberet, non putauit esse tanti heréditatem, vt de ciuitate in dubium veniret. concessit, credo, Æbutio, quantum vellet, de Cesenniæ bonis vt haberet: immò vt viro forti, ac sapienti dignum fuit, ita [g] calumniam, stultitiámque obtriuit, ac contudit. In possessione bonorum cùm esset, & cùm ipse sextulam suam nimiùm exaggeraret, nomine heredis arbitrum familiæ erciscundæ postulauit. Atque illis paucis diebus, posteaquam videt nihil se ab A. Cæcina posse, litium terrore, abradere: homini Romæ in foro denuntiat, fundum illum, de quo antè dixi, cuius istum emtorem demonstraui fuisse, mandato [i] Cesenniæ, suum esse, séque sibi emisse. Quid[k] ais? Istius ille fundus est, quem sine vlla controuersia quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus veniit, quoad vixit, possedit Cesennia? Vsus enim, inquit, eius, & fructus fundi, testamento viri, fuerat Cesenniæ. ¶Cùm [l] hoc nouæ litis genus tam malitiosè intenderet, placuit Cæcinæ, de amicorum sententia[m] constituere, quo die in rem præsentem veniretur, &[n] de fundo Cæcina moribus[o] deduceretur. Colloquuntur, dies ex vtriusque commodo sumitur. Cæcina cum amicis ad diem venit in castellum Axiam; à quo loco fundus is, de quo agitur, non longè abest. Ibi certior fit à pluribus, homines permultos, liberos, atque seruos, coegisse, & armasse Æbutium. Cùm id partim mirarentur, partim non crederent: ecce ipse Æbutius in castellum venit. denunciat Cæciuæ se armatos habere: abiturum eum non esse, si accessisset. Cæcinæ placuit, & amicis, quoad videretur saluo capite fieri posse experiri. Tum de castello descendunt: in fundum proficiscuntur: videtur temerè commissum. Verùm vt opinor, hoc fuit causæ. tam temerè istum[p] re commissurum, quàm verbis nuntiabitur? nemo putauit. Atque iste ad omneis introitus, quà adiri poterat non morat, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit. Itaque primò cùm in antiquum fundum ingredi vellet, quòd eà proximè accedi poterat: frequentes armati obstiterunt. Quo loco depulsus Cæcina tamen, quà potuit, ad eum fundum profectus est, ex[r] quo ex conuentu fieri oportebat. Eius autē fundi extremā partem olea[t] directo ordine definiūt. Ad eas præstò fuit, seruúmq. suum nomine Antiochum, ad se vocauit, &[u] clara voce imperauit, *Vt eum, qui illum olearum ordinem intrasset, occideret.* Homo, mea sententia, prudentissimus Cæcina, tamen in hac re plus mihi animi, quàm consilij videtur habuisse. Nam cùm & armatorum multitudinem videret, & eam vocem Æbutij, quam commemoraui, audisset: tamen accessit propiùs, &, iam ingrediens intra finem eius loci, quem oleæ terminabant, impetum armati Antiochi, ceterorúmque tela, atq. incursus refugit[a]. Eodem tempore se in fugam conferunt vnà amici, aduocatíq. eius metu perterriti, quemadmodum illorū testem dicere audistis. ¶His rebus [b] ita gestis, P. Dolabella prætor interdixit, vt est consuetudo, DE VI, HOMINIBVS ARMATIS, sine [d] vlla exceptione, tantum, *vt vnde deiecisset, restitueret.* Restituisse se dixit. sponsio facta est. hac de sponsione vobis iudicandum est. ¶Maximè[e] fuit optandum Cæcinæ[f], recuperatores, vt controuersiæ nihil haberet: secundo loco, vt ne cum tā improbo homine: tertio, vt cum tam stulto haberet. Etenim non minùs nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. improbus fuit, quod homines coegit, armauit: coactis, armatísq. vim fecit. Læsit in eo Cæcinam. subleuauit ibidem. nam in eas ipsas res, quas improbissimè fecit, testimonia sumsit, & eis in causa testimoniis vtitur. Itaque mihi certum est, recuperatores, antequam ad meam defensionem, meósq. testeis venio, illius vti confessione & testimoniis. Quid confitetur, atque ita libenter confitetur, vt non solùm fateri, sed etiam[g] profiteri videatur, recuperatores? Conuocaui homines: coegi: armaui: terrore mortis, ac periculo capitis, ne accederes, obstiti: ferro, (inquit) ferro, (& hoc dicit in iudicio) te reiecī, atque perterrui[h]. Quid? testes quid aiunt? P. Vetilius[i], propinquus Æbutij, se Æbutio cum armatis seruis venisse aduocatum. Quid præterea? fuisse complureis armatos. Quid aliud? minatum esse Æbutium Cæcinæ. Quid ego de hoc te teste dicā, nisi hoc, recuperatores, vt [k] idcircò non minùs ei credatis, quòd homo minùs idoneus habetur: sed ideò credatis, quòd ex illa parte id dicit, quòd illi causæ maximè est alienum? A. Terentius, alter testis: non modò Æbutium, sed etiam seipsum arguit. in Æbutium hoc dicit, armatos homines fuisse: de se autem hoc prædicat, Antiocho, Æbutij seruo, imperasse. *Vt in Cæcinam aduenientem*[l], *cum ferro inuaderet.* Quid loquar amplius hoc de homine? in quem ego dicere, cùm rogarer à Cæcina, numquam volui, ne arguere illum rei[m] capitalis viderer: de eo dubito nunc, quomodo aut loquar, aut taceam, cùm ipse hoc de se iuratus prædicet. Deinde L.[n] Cælius non solùm Æbutium cum armatis dixit fuisse compluribus, verùm etiam cum aduocatis petpaucis eò venisse Cæcinam. De hoc ego teste detraham: cui æquè, atque meo testi, vt credatis, postulo? P. Memmius secutus est, qui suum non paruum beneficium commemorauit in amicos Cæcinæ, quibus sese viam per fratris sui fundum dedisse dixi, quà effugere possent, cùm essent metu omneis perterriti. Huic ego testi gratias agam, quòd & in re misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum. A. Atilius. & eius filius L. Atilius, & armatos ibi fuisse, & se suos armatos adduxisse dixerunt: etiam hoc amplius:

a sextula vncię pars sextą. b Liberti nomina adsumebant patronorum. c festiū. nam & sextula pars vnciæ fuit, & mercēdis vice dabatur. d Antiam vanec Aebutii dolus. e Quos vt Marianos Syllæ iure ciuitatis multa rationem prodonum, Liuium Appianum, v. c. ita Lupianum. f. clxxxvii. g. clxxxvii. h. al. istum. i L. mandatu Cesennię. k L. Quid? tuus ille fundus est. l Cæcinæ de hoc facto sententia dicitur. m. Cæcinæ sententia dicitur. n. T. Cæcinæ. o Moribus dicti in fundum quidam, quem dixi.

p Recommittere, cui opponit verbis nuntiatio eum.* q. denuntiabat, m. al. denuntiabatur. r. al. mittabatur. s. B. t. Lic quo ex conuentu f. Conuentu pro conuentione hic accipitur.* u. L. & ei clara.

a al. effugit. b Sponsionis origo.* c Interdictum de vi forum.* a Interdicta enim plerūque reddebantur, cum exceptionē ac formula, Extra quā &c. Cicero 1. & 2. de Inuentione duobus locis. & 3. ad Atticum.* e CONFIRMATIO. f Sponsio ita facta à Cecina, Si vi hominib. armatis deiectus esset ab Aebutio si hominibus armatis Cæcinā deiecisset.* g profiteri plus est quam fateri.* h al. proterui i al. Vettilius.* k L. vt ne idcirco minùs ei cr. l al. lib. aduenientem, loco. m quod seruo expirasset vti Cæcinam occideret. n al. L. Cælius

P. R.

cùm Æbutius Cæcinæ malum minaretur, ibi tum Cæcinam postulasse, vt [a] moribus deductis fieret. Hoc idem P. Rutilius dixit, & eo libentiùs dixit, vt aliquo in iudicio eius testimonio creditum putaretur. Duo præterea testes nihil de vi, sed de ipsa emtione fundi dixerunt: P. Cesennius, auctor fundi, [b] non tam auctoritate graui, quàm corpore: & argentarius Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, [c] nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio, [d] nihil [e] de vi dixerunt, nihil præterea, quod ad vestrum iudicium pertineret. Decimo verò loco testis exspectatus, & ad extremum reseruatus dixit senator populi [f] R. splédor ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum exemplar antiquæ religionis, Fidiculanius Falcula: qui cùm ita vehemens, acérque veniisset, vt non modò Cæcinam periurio suo læderet, sed etiam mihi videretur irasci: ita eum placidum, mollémque reddidi, vt non auderet, sicut meminisiis, iterũ dicere, quot milia fundus suus abesset ab vrbe. Nam cùm dixisset minùs [g] abesse LIII. populus cum risu acclamauit, *ipsa esse*. meminerant enim omnes, quantum in Albiano iudicio accepisset. [h] In eum quid dicam, nisi id, quod negare non possit? veniisse in consilium publicæ quæstionis, cùm eius consilij iudex non esset? & in eo consilio, cùm causam non audisset, & potestas non esset ampliandi, [i] dixisse *sibi liquere*? dum [k] incognita re iudicare voluisset, maluisse condemnare, quàm absoluere? cùm, si vno minùs damnarent, condemnari reus non posset non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem præstò fuisse? Vtrùm grauiùs aliquid in quempiã dici potest, quàm ad hominem condemnandum: quem nunquam vidisset, neque audisset adductum pretio esse? An certius quidquam obiici potest, quàm quod is, cui obiicitur, ne nutu quidem infirmare conatur? Veruntamen is testis, vt facilè intelligeretis, eum non adfuisse [l] animo, cum ab illis causa ageretur testésque dicerent, sed tantisper de aliquo reo cogitasse: cùm omnes ante eum dixissent testes, armatos cum Æbutio fuisse complureis: solus dixit non fuisse. Visus est mihi primò veterator intell gerè præclarè, quid causa optaret: & tantummodò errare, quòd omneis testeis infirmaret, qui ante eum dixissent: cùm subitò ecce idem, qui solet, suos solos seruos armatos fuisse dixit. Quid huic [m] tu homini facias? nónne concedas interdum, vt excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecetur? Vtrum, recuperatores, his testibus non credidistis, cùm, *quid liqueret*, non habuistis? At controuersia non erat, quin verum dicerent. An in coacta multitudine, in armis, in telis, in præsenti metu mortis, perspicuo periculo cædis, dubium [n] vobis fuit, vtrùm esse vis aliqua videretur nécne? Quibus igitur in rebus vis intelligi potest si in his non intelligetur? An verò illa defensio vobis præclara visa est? *Non [o] deieci sed obstiti* non enim te sum passus in fundum ingredi, sed armatos homines opposui: vt intelligeres, si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundum. Quid ais? is, qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse deiectus? posteriùs de verbo videbimus: nũc rem ipsam ponamus, quam illi non negant & [a] eius rei ius, actionémque quæ ramus. Est hæc res posita, quæ ab aduersario non negatur: Cæcinam cum [b] ad constitutam diem, tempúsque venisset, vt ius ac deductio moribus [c] fieret, pulsum, prohibitúm que esse vi, coactis hominibus, & armatis. Cùm hoc constet, ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorum, ac litium, hanc puto me habere actionem, vt per interdictum, meum ius teneam, atque iniuriam tuam persequar. Fac in hoc errare me, nec vllo modo posse per hoc interdictum id assequi, quod velim. te vti in hac re magistro volo. Quæro, sítne aliqua huius rei actio, an nulla. *conuocari homines, propter possessionis controuersiam non oportet: armari multitudinem iuris retinendi causa, non conuenit: nec [e] iurisquenquam tam inimicum, quàm vis: nec æquitati quidquã tam infestum est, quàm conuocati homines, & armati.* Quod cùm ita sit, réisque eiusmodi sit, vt in primis à magistratibus animaduertenda esse videatur, iterum quæro, sítne eius rei aliqua actio, an nulla. nullam esse dices? audire cupio: qui in pace, & otio, cùm manum fecerit, copias parárit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit, homines [f] inermeis, qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent, armis viris, terrore periculóque mortis repulerit, fugarit, auerterit, hoc dicat, Feci equidem, quæ dicis, omnia: & ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. Quid ergo est? impunè? feci. nam quid agas mecum ex iure ciuili, ac prætorio, non habes. Itáne verò, recuperatores? hoc vos audietis? & apud vos dici patiemini sæpius? cùm maiores nostri tanta diligentia, prudentiáque fuerint, vt omnia omnium non modò tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum [g] iura statuerint, persecutúque [h] sint: hoc genus vnum, vel maximum prætermitterent, vt, si qui me exire domo mea coegissent armis, haberem actionem: si qui [i] introire prohibuissent, non haberem? Nondum de Cæcinæ causa disputo, nondum de iure possessionis nostræ loquor. tantùm de sua defensione, C. Piso, queror. Quando [k] ita dicis, & ita constituis, si Cæcina, cùm in fundo esset, inde deiectus esset, tum per hoc interdictum eum restitui oportuisse: nunc verò deiectum I nullo modo esse inde, vbi non fuerit: hoc interdicto nihil nos assecutos esse: quæro, si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines, & armati, non modò limine, tectóque ædium tuarũ, sed primo aditu [m], vestibulóque prohibuerint, quid acturus fis? Monet amicus meus te, L. Calpurnius, vt idem dicas, quod ipse antea dixit, iniuriarum. Quid? ad causam possessionis: quid? ad restituendum eum, qué oportet restitui. quid denique? ad ius ciuile, aut ad actoris notionem, & animaduersionem, ages iniuriarum? Plus tibi ego largiar. non solùm egeris, verùm etiam condemnaris: licet nunquid magis possidebis? *actio enim iniuriarum non [n] ius possessionis assequatur, sed dolorem imminuat ælibertatis, iudicio: pœnáque mitigatur.* Prætor interea, Piso, tanta de re tacebit? quémadmodum te restituat in ædeis tuas, non habebit? Qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factam iubet: qui de fossis: de cloacis, de minimis aquarum, itinerúmque controuersiis intercidit, is repentè obmutescet? in atrocissima re quid faciet, non habebit? &c. C.

a De moribus deductione dixi suprà*.
b *Panthagathus*, auctionator. sed Auctor hic est venditor. Ab hoc autem auctione publica Cesenia fundum, de quo hìc agitur, per Aebutiũ emerat.*
c Nigro colore histriones, parasitos agebant in scæna.* d Parasitus* e L. de vi nihil dixerunt Ironia*.
g L. minùs abesse xl. cio.
h L. cepisset
i De Amplia tione dixi 1. in Verrẽ*.
k. L. cum incognita re iud. P. cclxxxix.
l. affuisse.
m al. Quid hoc tu homine facias?
n L. dubium vobis fuit, esse vis aliqua v.
o Deiicere alium è fundo qui dicãtur*

a q. v. & ius rei vtiq; & actionem quæ.
b L. cum a constituto diem, &c. que venisset, vt vis ac ded.
c De mor bus deductione quod d Vi bon. interdict. quo tuntur, & illo*.
e sic necessitas contra voluntatẽ l. 1. ff. quod metus causa*.
f al. homines inermes.
g Ius etiam tenuissimarum rerum apud Ciceronem tuum*.
h l. 6. C. de probat. sint, vt Sic Vlpian. l. 3. §. 4. ff. de ui, & ui armata, ait, restituendum esse, si ieiit, vtendi & fruendi causa, & ita ex fundo exiit.
k Quæ actio competat ei qui limine, tecto, aut aggere prohibitus est. P. Cor. An interdictum, an actio quod ædium vestibulo?

suis prohibito,prohibito,inquam, per homines coactos,& armatos, prætor quemadmodum more,& exemplo optitulari possit, non habebit? Quid enim dicet? aut quid tu,tam insigni accepta iniuria,postulabis? *Vnde* [a] *vi prohibitus sit.* nemo vmquam interdixit. nouum est,non dico inusitatum, verùm omnino inauditum. Vnde deiectus? quid proficies, cùm illi hoc respondebunt tibi, quod tu nunc mihi: armatos se tibi obstitisse,ne in ædeis accederes: deiici porrò nullo modo potuisse,qui [b] non accesserit? Deiicior [c] ego, inquis, siquis [d] meorum deiicitur. Omnino iam bene agis. à verbis enim recedis, & æquitate vteris. nam verba ipsa si sequi volumus,quomodo tu deiiceris, cùm seruus tuus deiicitur? Verùm ita est, vti dicis. te deiectum debeo intelligere, etiamsi tactus non fueris. nónne? Age nunc,si ne tuorum quidem quisquam loco motus erit,atque omneis in ædibus [e] adseruati,ac retenti: tu solus prohibitus,& à tuis ædibus vi [f], atque armis perterritus: vtrùm hãc actionem habebis, qua nos vsi sumus,an aliam quampiam,an omnino nullam? nullam esse actionem dicere in re tam insigni,támque atroci, neque prudentiæ, neque auctoritatis tuæ est. alia fiqua fortè est,quæ nos fugerit,dic, quæ fit. cupio discere. Hæc si est,qua nos vsi sumus: te iudice, vincamus necesse est. non enim vereor,ne hoc dicas,in eádem causa,eodem interdicto, te oportere restitui, Cæcinam non oportere. Etenim cui perspicuum non sit,ad incertum reuocari bona,fortunas, possessiones omnium,si vlla ex parte sententia huius interdicti diminuta [g], aut infirmata sit? si h auctoritate virorum talium, visi armatorum hominum,iudicio approbatum videatur: in quo iudicio non de armis dubitatum, sed de verbis quæsitum esse dicatur? Isne a- vos obtinebit causam suam,qui se ita defenderit? *Eieci* ego te armatis hominibus,non *deieci.* vt tantum facinus non in æquitate defensionis,sed in vna [k] littera latuisse videatur? huiusce rei vos statuetis nullam esse actionẽ,nulli experiundi ius constitutũ, quòd obstiterit [l] armatis hominibus? qui [m] multitudine coacta,non introitu,sed omnino aditu quempiam prohibuerit? Quid ego? hoc,

EJECI EGO TE, NON DEIECI[n],*

quam habet vim[o] ? vt[p] illa res [q] aliquid aliqua ex parte differre videatur, vtrùm,pedem cùm intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar, atque deiiciar: an [r] quum eádem vi,atque iisdem armis mihi antè occurratur,ne non intrare,verùm etiam adspicere, aut adspirare possim? Qui [s] hoc ab illo differt? vt [t] ille cogatur restituere,qui ingressum expulerit: ille, qui ingredientem repellerit,non cogatur? Videte, per deos immortaleis,quod ius nobis, quam conditionem vobismetipsis, quam denique ciuitati legem constituere velitis. Huiusce generis vna est actio per hoc interdictum, quo nos vsi sumus,constituta. ea si nihil valet,aut ad hanc rem non pertinet: quid negligentius,aut quid stultius maioribus nostris dici potest,qui aut tantæ rei prætermiserint actionem: aut eam constituerint, quæ nequaquam satis verbis causam,& rationem iuris amplecteretur? Periculosum est dissolui hoc interdictum: captiosum est omnibus, rem vllam constitui eiusmodi, quæ,cùm armis gesta sit, rescindi iure non possit. verumtamen est turpissimum illud, tantæ stultitiæ prudentissimos homines condemnari [a], vt vos iudicetis,huius rei interdictum, atque actionem in mentem maioribus nostris non venisse. Queramur, inquit, licet: tamen hoc interdicto Æbutius non tenetur. Quid ita? *Quia* [b] *vis Cæcinæ facta non est.* Dici in hac causa potest, vbi arma fuerint, vbi coacta hominum multitudo, vbi instructi, & certis locis cum ferrro homines collocati, vbi minæ, pericula, terroréque mortis, ibi vim non fuisse? *Nemo* [c] inquit, *occisus est, neque saucius.* Quid ais? cùm de possessionis controuersia, & de priuatorum hominum contentione iuris loquamur, tu vim negabis esse factam, si cædes, & occisio facta non erit? Ego exercitus maximos, sæpe pulsos, & fugatos esse dico, terrore ipso, impetúque hostium, sine cuiusquam non modò morte, verùm etiam vulnere. Etenim, recuperatores, *non* [d] *ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitámque peruenit, sed etiam multo maior ea, quæ, periculo mortis* [e] *iniecto* [f], *formidine animum perterritum, loco sæpe, & certo de statu demouet* [g]. Itaque saucij sæpe homines, cùm corpore debilitantur, animo tamen non cedunt, neque eum relinquunt locum, quem statuerint defendere. At alij pelluntur integri: *vt non dubium sit, quin maior adhibita vis esit, cuius animus sit perterritus, quàm illi, cuius corpus vulneratum sit.* Quòd si vi pulsos dicimus exercitus esse eos, qui metu, ac tenui sæpe suspicione periculi fugerunt: &, si non solùm impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque ictu comminus, neque coniectione telorum: sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione [h], adspectúque signorum magnas copias pulsas esse, & vidimus, & audiuimus: quæ vis in bello appellatur, ea in otio non appellabitur? &, quod vehemens in re militari putatur, id leue in iure ciuili iudicabitur? &, quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non videbitur mouisse? & vulnus corporis magis istam vim, quàm terror animi declarabit? & fauciatio quæretur, cùm fugam factam esse constabit? Tuus enim testis hoc dixit, metu [i] perterritis nostris aduocatis, locum, quà effugerent, demonstrasse. Qui non modò vt fugerent, sed etiam ipsius fugæ tutam viam quæsierunt, his vis adhibita non videbitur? Quid [k] igitur fugiebant? propter metum. Quid metuebant? vim videlicet. *Potestis* igitur *principia negare, cùm extrema concedatis?* Fugisse perterritos confitemini: causam fugæ dicitis eandem, quam omnes intelligimus, arma, multitudinem hominum, incursionem, atque [l] impetum armorum: hæc vbi conceduntur esse facta, ibi vis facta negabitur? At verò hoc quidem iam verus est, & maiorum exemplo multis in rebus vsitatum: *cùm* [m] *ad vim faciendam veniretur, siquos armatos quamuis* [n] *procul conspexissent, vt sistim testificati discederent, optimè* [o] *sponsionem faceret posset, Ni aduersus edictum prætoris vis facta esset. Itáne verò?* scire esse armatos,

a *al.* condemnare

b *lib. vulg.* Quod vis C. *Iul.* Quid Vim Cæcinæ factam esse ostendit*

c *Interdictũ de vi competit etiam si nemo occisus, neque saucius: sufficit enim terror armorũ vt videatur quis vi deiecisse l.3.§.5. ff. vnde vi.**

d *l.2.3.4.5.6.13 ff. quod metus causa.**

e Hinc, terror mortis verberũ, seruitutis timor maioris malitatis metus maioris rei impetus ad edictum quod vi metusue causa pertinet *d. l.2 3.4.5.**

f *fort.* illato.

g *lib. vulg.* dimouet.

h ἐξηγεῖται

i *fort.* scio, tu

k *L.* Quur igitur fugiebant?

l *L.* atque impetum armatorũ hæc vbi e.

m Contestatio veteribus visitata si vis facta esset *

o De sponsionibus & earumformulis *dixi ꝙ Verrina.** 10 P. CCXCII. sine

a Interdictũ vnde vi datur etiam ad versus prohibentem.* p. E.

b L. qui non accesserit?

c Deiicior ego, inquis, siquis meorum deiicitur, omnino non b.a.

d Dejectus videtur quis, sumo facto de.* Sic Vlpianus ferro proponere, colono desertis ipse dominus deiici videtur *l.1.§.quod fr. 22. ff. de vsur. Vlpianus.*

e Deiici domum videtur familia in ædibus per vim adserua ta & retenta? pro non admisso.*

f L. vi, atque armis? prorsus non proterret. *Ac* rem proterre *fecit* ter rest.*

g Eademinutam auctoritatem virorum, vis armatorum, illud, approbatum videatur.

h Ex auctoritate virorum, vis armatorum, verbo vtar.

i *Ac* qui *Ac* tamen si vox litera plus sit in priore verbo vtar ta men. eadem verisque vocis.*

k *al.* obstiterint.* l *L.* quod mihi videtur.

m Edictum prætoris ita conceptum: Vnde tu illum deiecisti aut familia tua deiecit. *Liv. d. vi bon. rapt.** *al.* vim vnde tu illum deiecisti. eo in illum restituas.*

n *L.* vt illa. Posset aliquid ipsa re aliis quidem *al.* quid.

o *L.* eadem vi, atque eisd. *al. lib.* an in eadem vi, atque in eisd.*

p *L.* Quidni? Quia eadem vi, atque eisd. *al. lib.* an in eadem vi, atque in eisd.*

q *al.* res aliqua ex parte.*

r *L.* an cum eadem vi, atque eisd. *al. lib.* an in eadem vi, atque in eisd.*

s *L.* Quid? Deiicientis ingressum repellentis?

t Deiicientis ingressum & ingredientem repellentis

Pantagathus In

satis est, vt vim factam probes: in manus eorum incidere, non est satis? adspectus armatorum ad vim probandam valebit, incursus, & impetus non valebit? qui abierit, facilius sibi vim factam probabit, quàm qui effugerit? At ego hoc dico: si [a], vt primò in castello Cæcinæ dixit Æbutius, se homines coegisse, & armasse: neque illum, si eò accessisset, abiturum: statim Cæcina discessisset: dubitare vos non debuisse, quin Cæcinæ facta vis esset. si verò, simulac procul conspexit armatos, recessisset: eo minùs dubitaretis. *omnis* [b] enim *vis est, quæ periculo aut decedere nos aliunde cogit, aut* [c] *prohibet accedere.* Quòd si aliter statuetis: videte, ne hoc vos statuatis, qui viuus discesserit, ei vim non esse factam: ne hoc omnibus, in possessionum controuersiis, præscribatis, vt conligendum sibi, & armis decertandum putent: ne, quemadmodum in bello, pœna ignauis ab imperatoribus constituitur, sic in iudiciis deterior causa sit eorum, qui fugerint, quàm qui ad extremum vsque contenderint. Cùm de iure, & legitimis hominum controuersiis loquimur, & in his rebus vim nominamus, pertenuis vis intelligi debet. Vidi armatos, quamuis paucos: magna vis est, decessi vniusd hominis telo perterritus: deiectus, detrusúsque sum. Hoc si ita statuetis: non modò non erit, cur depugnare quisquam posthac, possessionis causa, velit: sed ne illud quidem, cur repugnare. Sin autem vim sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis: statuetis, homines possessionis cupidiores, quàm vitæ esse oportere. Age verò, de vi te ipsum habebo iudicem, Æbuti. respondeto, si tibi videtur. In fundum Cæcina vtrùm noluit tandem, an non potuit accedere? cùm te obstitisse, & [e] repudiasse dicis, certè hunc voluisse concedis. Potes igitur dicere, non ei vim fuisse impedimento, cui, cùm cuperet, eóque consilio venisset, per homines coactos non sit licitum accedere? Si [f] enim id, quod maximè voluit, nullo modo potuit: vis profectò quædam obstiterit necesse est: aut tu dic, quamobrem, cùm vellet accedere, non accesserit. Iam vim factam negare non potes. *Deiectus* [g] quemadmodum sit, qui non accesserit, id quæritur, demouerit [h] enim, & depelli de loco necesse est eum, qui deiiciatur, id autem accidere ei quî potest, qui omnino in eo loco, vnde se deiectum esse dicit, numquam fuit? Quòd si fuisset, & ex eo loco, metu permotus, fugisset, cùm armatos vidisset [k]: dicerésne esse deiectum? Opinor. An tu, qui tam diligenter, & tam callidè verbis controuersias, non æquitate, diiudicas: & iura non vtilitate communi, sed litteris exprimis: poteríne dicere, deiectum esse eum, qui tactus non erit? Quid? *detrusum* dices? nam eo verbo antea prætores in hoc interdicto vti solebant. Quid ais? potésne detrudi quisquam, qui non attingitur? nónne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, *eum detrudi, cui manus afferantur?* necesse est, inquam, si ad verbum rem volumus attingere [l], neminem [m] statu detrusum, qui non adhibita vi, manu demotus, & actus præceps intelligatur. *Deiectus* verò qui potest esse quisquam nisi in inferiorem locum de superiore motus? potest pulsus, fugatus, eiectus denique: illud verò nullo modo potest, deiectus esse quisquam, non modò qui tactus non sit, sed ne æquo quidem, & plano loco. Quid [a] ergo? hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum, qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent? eos enim verè possumus dicere esse deiectos. an non, cùm voluntas, & consilium, & sententia interdicti intelligatur, impudentiam summam, aut stultitiam singularem putabimus, in verborum errore versari? item, & causam, & vtilitatem communem non relinquere solùm, sed etiam prodere? An hoc dubium est, quin neque verborum [b] tanta copia sit, non modò in nostra lingua, quæ dicitur esse inops: sed ne in alia quidem vlla, res vt omnes suis certis, ac propriis vocabulis nominentur? neque verò quidquam opus sit verbis, cùm ea res, cuius causa verba quæsita sint, intelligatur? Quæ [c] lex, quod senatusconsultum, quod magistratus edictum, quod fœdus, aut pactio, quod (vt ad ptiuatas res redeam) testamentum, quæ iudicia, aut stipulationes, aut [d] pacti & conuenti formula non infirmari, aut conuelli potest, si ad verba rem deflectere volimus: consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem & auctoritatem relinquamus? Sermo mehercule & familiaris, & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant: non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. Exemplis nunc vti videlicet mihi necesse est harum rerum omnium? non occurrit vnicuique vestrûm aliud alij in omni genere exemplum, quod testimonio sit, *non* [e] *ex verbis totum pendere ius, sed verba seruire hominum consilijs, & auctoritatibus?* Ornatè, & copiosè L. Crassus, homo longè eloquentissimus, paullo antè, quàm nos in forum vénimus, iudicio centumuirali hanc sententiam defendit, & facilè, cùm contra eum prudentissimus homo, Qu. Mucius, diceret, probauit omnibus, M' [f]. Curium, qui heres institutus esset ita, mortuo [g] postumo filio: cùm filius non modò non mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere. Quid? verbis satis hoc cautum erat? minimé. quæ res igitur valuit? voluntas. quæ si tacitis nobis intelligi posset: verbis omnino non vteremur. quia non potest: verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. Lex [h] *vsum* i, *& auctoritatem fundi iubet esse biennium.* At [k] vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur. Si via sit immunita l, iubet, quà velit, agere iumentum. potest hoc ex verbis intelligi, licere, si via sit in Brutiis immunita, agere, si velit, iumentum per M. Scauri Tusculanum. Actio est in actorem [m] præsentem his verbis, QVANDOQVIDEM [n] TE IN IVRE CONSPICIO. Hac actione Appius ille Cæcus [o] vti non posset, si [p] tam verè homines verba consectarentur, quàm rem, cuius verba sunt, non considerarent. Testamento si recitatus heres esset pupillus Cornelius, iique iam annos XX. haberet: vobis interpretibus amitteret hereditatem. Veniunt in mentem mihi permulta: vobis plura, certò scio. ¶ Verùm, ne nimium multa complectamur, atque ab eo

a *l. si, vt pri mùm in c.*

b *fort. omnino.**

c *l. aut aliquo prohibet accedere & ita v.c.*

d *Interdicto vnde vi etiã vti potest, qui vnius hominis telo perterritus**

e *l. & repugnasse d. l. Pã tagath. repulit.**

f *vi impediri dicitur qui quod voluit, non potuit.**

g *Deiectus an vero eiectus vel detrusus dici possit is qui non accesserit:**

h *lib. vulg. dimoueri*

i *l. Quid si fuisset? & ex eo*

k *l. vidisset*

l *al. adstringere al. adiũgere.**

m *l. neminẽ statu detrusum, qui n.*

a *l. Quidlet go hoc int. b. Hinc Vlpianus Natura rerum cõdidit vt plura sint negotia quã vocabula. l. 4. ff. de script. corp. bis.**

c *vis, aut voluntas præcipiendi verba fece. San.**

d *l. aut pa. & 81 conuenti formula*

e *Leges non verbis, sed rebus imponuntur.**

f *l. ii. vulg.*

g *Institutus heres, mortuo postumo id est sub ea conditione si postumus testatoris mortem non effet, postumo non nato heres esse iussus fit.**

h *xii. tabularum.**

i *adde Cicer. pro Cæcin. & Vlpian. l. 8. ff. de vsufruct. &c.*

k *Extrellus fit vbi ius dicitur recepta ad eam rem vsucapionem.**

l *Munire eodem sensu ripa dicuntur. l. vltim. §. 6. ff. in quod in fundi ni pob. l. ca §. 1. ff. ripa munita.**

m *l. actor*

n *Formula hæc vbi actionis in auctorem in iudicio præsentem effet, plenior autem extat hæc formula apud Vlpianum Probã hoc modo. Quando te in iure conspicio, postulo, fias actor.**

o *quia non potest. confpicere. p. desit tam facere.*

Præterea.

quod propositum est, longiùs aberret oratio: hoc ipsum interdictum, de quo agitur, consideremus. Intelligetis enim in eo ipso, si in verbis ius constituamus, omnem vtilitatem nos huius interdicti, dum versuti, & callidi volumus esse, amisturos. VNDE TV, AVT FAMILIA [a], AVT PROCVRATOR [b] TVVS. Si [c] me [d] villicus tuus solus deiecisset: non FAMILIA deiecisset, vt opinor, sed aliquis de familia. Rectè igitur diceres te restituisse? quippe. Quid enim facilius est, quàm probatis, qui Latinè sciant, in vno seruulo familiæ nomen non valere? Si verò ne habeas quidem seruum, præter eum, qui me deiecerit: clames videlicet, Si habeo familiam, à familia mea fateor te esse deiectum. neque dubium est, quin, si ad rem iudicandam verbo ducimur, non re: familiam intelligamus, quæ constet ex seruis pluribus: quin vnus homo, familia non sit, verbum certè, hoc non modò postulat, sed etiam cogit. At verò ratio iuris, interdictique vis, & prætorum voluntas, & hominum prudentium consilium, & auctoritas, respuat hanc defensionem, & pro nihilo putet. Quid ergo? Isti homines Latinè non loquuntur? immò verò tantum loquuntur, quantum est satis ad intelligendam voluntatem: cùm sibi hoc proposuerint, vt [e], siue [f] me tu deieceris, siue tuorum quispiam, siue seruorum, siue amicorum, vt seruos non numero distinguant, sed appellent vno familiæ nomine: ¶de [g] liberis autem quisquis est, PROCVRATORIS *nomine* appelletur: nonnè quòd omnes sint, aut appellentur procuratores, qui negotij nostri aliquid gerant: sed in hac re, cognita sententia interdicti, verba exquiri omnia noluerunt. Non enim alia causa est æquitatis in vno seruo, & in pluribus: non alia ratio iuris in hoc genere duntaxat, vtrùm me tuus procurator deiecerit is [k], qui legitimè procurator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia non sit, absitue reip. causa, quasi quidam pænè dominus, hoc est, alieni iuris vicarius: an [m] tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quiuis, qui illam vim, deiectionémque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. Quare, si ad eum restituendum, qui vi deiectus est, eandem vim habet æquitatis ratio: ea intellecta, certè nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit, ac nominum. Tam restitues, si tuus me libertus deiecerit, nulli tuo præpositus negotio, quàm si procurator deiecerit: non [n] quòd omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotij gerunt: sed quòd in hac re quæri nihil attinet [o]. Tam restitues, si vnus seruulus, quàm si familia deiecerit vniuersa: non [p] quòd idem sit seruulus, quod familia: verùm quia nō, quibus verbis, quidque dicatur, quæritur, sed quæ res agatur. ¶Etiam [q] vt iam longiùs à verbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidem: si TVVS [r] seruus nullus omnes alieni, ac [t] mercenarij [u]: tamen & ipsi, tuæ familiæ & genere, & nomine continebuntur. ¶Perge porrò hoc idem in terdictum sequi, HOMINIBVS COACTIS [x]. Neminem coegeris: ipsi conuenerint sua sponte, certè cogit is, qui congregat homines, & conuocat, coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati. Si non modò conuocati non sunt, sed ne conuenerunt quidem: sed ij modò fuerunt, qui etiam antea, non, vis vt fieret, verùm colendi, aut pascendi causa, esse in agro consueuerant: defendes, homines coactos non fuisse: & verbo quidem superabis, me ipso iudice: re autem, ne consistes quidem vllo iudice. Vim enim multitudinis restitui [a] voluerunt, non solùm conuocatæ multitudinis: sed, quia plerumque, vbi multitudine opus est, homines cogi solent, ideò de coactis compositum interdictum est: quod, etiam si verbo differre videbitur, re tamen erit vnum, & omnibus in causis idem valebit, in quibus perspicitur vna, atque eadem causa æquitatis. ¶ARMATISQVE [b]. Quid dicemus? armatos [c], si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos, qui scutis, telisque parati, ornatique sunt. Quid igitur? si glæbis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris: iussúque sis, quem hominibus armatis deieceris, restituere: restituisse te dices? Verba si valent: si causæ non ratione, sed vocibus ponderantur: me auctore dicito. vinces profectò, non fuisse armatos eos, qui saxa iácerent, quæ de terra ipsi tollerent: non esse arma cæspites, neque glæbas: non fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramum defringerent arboris: arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint, eos inermeis fuisse vinces. Verùm si quidem erit armorum iudicium, tum ista dicito. iuris iudicium cùm erit, & æquitatis: caue in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia [d] delitescas. non enim reperies quemquam iudicem, aut recuperatorem, qui, tanquam si arma militis inspiciunda [e] sint, ita probet armatum: sed [f] perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, vt vim vitæ, aut corpori potuerint afferre. Atque, vt magis intelligas, quàm verba nihil valeant: ¶Si tu solus [g], aut quinis vnus cum scuto, cum gladio impetum in me fecisses [h], atque ego ita deiectus essem: auderémne dicere, interdictum esse de armatis HOMINIBVS, hîc autem hominem armatum vnum fuisse? Non, opinor, tam impudens esses. Atqui vide, ne multo nunc sis impudentior. nam tum quidem omneis mortaleis implorare posses, quòd homines in tuo negotio Latinè loqui obliuiscerentur: quod [i] inermes armati iudicarentur: quòd, cùm interdictum esset de pluribus, commissa res esset ab vno: vnus homo plures esse homines iudicarentur. ¶Verùm in his causis non verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa verba hæc in interdictum coniecta sunt. Vim, quæ ad caput, & ad vitam pertinet, restitui sine vlla exceptione voluerunt. Ea fit plerumque per homines coactos, armatósque: quæ si alio consilio, eodem periculo facta sit: eodem iure esse voluerunt. non enim maior est iniuria, si tua familia, quàm si tuus villicus: non si tui serui, quàm si alieni, ac [k] mercenarij: non, si tuus procurator, quàm si vicinus, aut libertus tuus: non si coactis hominibus, quàm si voluntariis, aut etiam assiduis, ac domesticis: non, si armatis, quàm [l] si inermibus, qui vim haberent armatorum ad nocendum: non si plutibus, quàm si vno armato. Quibus enim rebus plerumque vis fit, eiusmodi hæc res appellantur interdicto, si per alias res eadem facta vis est: ea tamet- si verbis interdicti non concluditur, tamen

a *Paragatha* respici.*

b *al.* armatisue.
c *l.* 3. § *armis ff. vnde vi l.* 9. *ff. de re militari.**

d *v.c.* kalumnia
e *l.* inspicienda
f *l.* sed proinde valebit.

g Interdictũ de vi hominib. armatis locum habet, etiamsi vnus seruum vi deiecerit *l.* 1 § *sed quæritur* 17 *ff. de vi & vi armata.**
h *l.* fecisset, P. B.
i *l.* quod armatus armati iudicarentur.

k *v.c.* ac mercenarij *e*

l Inermis non videtur qui vim habet armati ad nocendũ etiamsi arma non habeat*

a *l.* 1. *ff. vt pr. & § ut. & sequentibus ff. de vi & vi armata.**
b *d. l.* § 12.
c Familiæ verbo qui continentur. Interdictum, vnde in aut familia habet etiamsi non familia sed vnus ex familia tantũ deiecerit. Vt ne restituat, siue deiecerit, siue fecerit. Quisque. Fecerit.
d Familiæ nomen late patet.*
e Procurator nomine qui contineantur.*
f *al.* non quod *l.* sed in hac re cogn.
g P. B.
h Procurator quis pro dicatur*
i Etiam procurator absente. aut ad omne ne. Quem aut quem. aut quem. aut quem.

sententia iuris,atque auctoritate retinetur [a]. ¶ Venio nunc ad illud tuum:NON DEIECI, si non sui accedere. Puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto ista sit augustior, iniquiórque [b] defensio,quàm si illa vterere: Non fuerunt armati: cum fustibus & saxis fuerunt. Si mehercule mihi,non copioso homini ad dicendum, optio detur, vtrum malim defendere,non esse deiectum eum, cui vi & armis ingredienti sit occursum: an, armatos non fuisse eos, qui sine scutis, ac sine ferro fuerint: omnino ad probandum, vtramque rem videam infirmam, nugatoriámque esse: ad dicendum autem, in altera videar mihi aliquid reperire posse,non fuisse armatos eos,qui neque ferri quidquá, neque scutum vllum habuerint: hîc verò hæream,si mihi defendendum sit,eum,qui pulsus,fugatúsque sit,non esse deiectum. Atque illud in tota defensione tua mihi maximè mirum videbatur,te dicere, *iurisconsultorum auctoritati obtemperari non* [c] *oportere.* Quod ego,tametsi non nunc primùm neque in hac causa solùm audio, tamen admodum mirabar,abs te quam ob rem diceretur.nam ceteri tum ad [d] istam hortationem decurrunt, cùm se in causa putant habere æquum & bonum,quod defendant. si contrà verbis & litteris, &(vt dici solet) summo iure contenditur:solent [e] eiusmodi iniquitati & boni,& æqui nomen, dignitatémque opponere. Tum illud, quod [f] dicitur, * VTI [g] LINGVA NVNCVPASSIT, * irridենt: tum aucupia verborum, & litteratum tendiculas in inuidiam vocant: tum vociferantur, ex æquo & bono,non ex callido,versutóque iure rem iudicari oportere:scriptum sequi, calumniatoris [h] esse:boni iudicis, voluntatem scriptoris, auctoritatémque defendere. In ista verò causa,cùm tu sis is,qui te verbo,litteráque defendas:cùm tuæ sint hæ partes,Vnde deiectus es? an inde, quò prohibitus es accedere? eiectus es,non deiectus. cùm tua sit hæc oratio, Fateor,me homines coegisse:fateor,armasse:fateor, tibi mortem esse minitatum: fateor, hoc interdicto prætoris vindicari [i],si voluntas & æquitas valeat: sed ego inuenio in interdicto verbum vnum,vbi delitescam: non deieci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires.In ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quòd æquitatis censeant rationem,non verbi, haberi oportere? Et hoc loco Scæuulam dixisti causam apud centumviros non [k] tenuisse: quem ego antea commemoraui, quòd [l] idem faceret, quod tu nunc(tametsi ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis) tamen probasse nemini quod defendit, quia verbis oppugnare æquitatē videbatur.Cùm id miror,te hoc in hac re,alieno tempore, & contrà, quàm ista causa postulasset,defendisse: tum illud vulgò in iudiciis,& nonnumquam ab ingeniosis hominibus defendi. mihi mirum videri solet, nec iurisconsultis concedi,nec ius ciuile in causis semper valere oportere. Nam qui hoc disputant, si id dicunt, non rectè aliquid statuere eos, qui consulantur: non hoc debent dicere,iuri ciuili,sed hominibus stultis,obtemperari non oportere. sin illos rectè respondere concedunt,& aliter iudicari dicunt oportere: malè iudicari oportere dicunt. neque enim fieri potest,vt aliud iudicari de iure,aliud re-

a *fort.* continetur.

b *al.* inaniorque.*

c L.obtemperare non op.

d L.ad istam orationem decurr.

e *L.* solent eiusmodi iniquitati,boni & æqui,nom. *al.* æqui, & boni nom.

f *Ant. August.** *lib. vulg habent,* quod dicitur summo iure, irridենt:‖ *al.* quod dicitur, siue,nibe, *id est* siue, niue. vt alludat ad sponsionum & stipulationum formulas quas ferè ordiebantur à SI SIVE, NI NIVE. *Vetus autem huius loci scriptura fuit,* quod dicitur,si veni, be irridենt.*

g dixi ad leges XII. tabularum titulo de pactis.*

h *v.c.* kalumniatoris esse:

i *Pantagathus* violari

k *fort.* non obtinuisse:

P. 8.

l L.cùm idē facerēt,quod

sponderi oporteat :nec vt quisquam iuris numeretur peritus,qui id statuat esse ius, quod non oporteat iudicari. At est aliquando contrà iudicatum.Primùm vtrum rectè,an perperā?si rectè:id fuit ius,quod iudicatum est. sin aliter:non dubium est,vtrum iudices, an iurisconsulti vituperandi sint.deinde si de iure vario quippiam iudicatum est: non potiùs contra iurisconsultos statuunt, si aliter pronuntiatum est,ac Mucio placuit,quàm ex eorū auctoritate,si,vt Manilius statuebat,sic est iudicatum. Etenim ipse Crassus non ita causam apud centumviros egit,vt contra [a] iurisconsultos diceret: sed vt hoc doceret, illud, quod Scæuula [b] denfendebat,non esse iuris: & in eam rem non solùm rationes afferret, sed etiam Qu.Mucio socero suo, multísque peritissimis hominibus auctoribus vteretur. Nam *qui* [c] *ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modo iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitæque communis. qui autem interpretes iuris vituperat:si imperitos iuris esse dicit : de hominibus, non de iure ciuili detrahit. sin peritis non putat esse obtemperandum: non homines ladit, sed leges, ac iura labefactat.* Quod vobis venire in mentem profectò necesse est: *nihil* [d] *esse in ciuitate tam diligenter, quàm ius ciuile, retinendum. etenim, hoc sublato, nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, aut quid alienum sit : nihil est, quod æquabile inter* [e] *omneu, atque vnum omnibus esse possit.* Itaque in ceteris controuersiis, atque iudiciis,cùm quæritur, aliquid factum, nécne sit: verum, an falsum proferatur,& fictus testis subornari [f] solet, & imponi falsæ tabulæ:nonnumquam, honesto,ac probabili nomine,bono viro,iudici,error obiici : improbo facultas dari,vt, cùm sciens perperam iudicarit, testamentum [g], aut tabulas secutus esse videatur. In iure nihil est eiusmodi, recuperatores:non tabulæ falsæ, non testis improbus : denique nimia ista, quæ dominatur in ciuitate,potentia, in hoc solo genere quiescit: quid agat, quomodo aggrediatur iudicem,quà denique digitum proferat, non habet. Illud enim potest dici iudici ab aliquo non tam verecundo homine,quàm gratioso: Iudica hoc factum esse, aut numquam esse factum, vel cogitatum : crede huic testi : has comproba tabulas. Hoc non potest : *Cui filius agnatus* [h] *sit,eius testamentum non esse vtpotum,*iudica: *quod* [i] *mulier sine tutore* [k] *auctore promiserit,deberi.* nō est aditus ad huiusmodi res neque potentiæ cuiusquam, neque gratiæ.denique,quò maius hoc, sanctiúsque videatur, ne pretio quidem corrumpi iudex in eiusmodi causa potest.Iste vester [l] testis, qui ausus est dicere,FECISSE VIDERI EVM, de quo ne,cuius rei argueretur quidem, scire potuisset,ipse numquam auderet iudicare, *deberi* [m] *viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset* [n] .O rem præclaram, vobísque ob hoc retinendam, recuperatores! *Quod* [o] *enim est ius ciuile, quod neque infecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit ? quod si non modò oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius adseruatum erit : nihil est, quod quisquam sese habere certum, aut à patre acceptum, aut* [p] *relicturum liberis arbitretur.* Quid enim refert, ædeis, aut fundum reli-

a aduersus Iurisconsultos, vide quæ Ammianus scr[ib]t *lib.* historiar.*

b *lib.* Scæuola dct.

P. ccxcv.

c Iuris ciuilis commendatio.*

d *L.n*[illegible] nim ciuitate ta[illegible] e v.c. omnis.

f *L.*interpositi falsaque bullæ.

g *L.*si quis filium,aut v. h Agnationē postliminii rē pitur restituentium.*

§ 6.ff.De iniust. rupt. irrit. *lib.* sed & quasi agnatione eius qui in locum sui hæredis succedit *l.* possumus ff. de Iniust. i Promiscuā à muliere tutore auctore non debetur Cicero pro Murœna.*

k Erat multeres apud ve petua tutela, si filiæ familias,si pa rentum si nu præsto virorum si nobiles, aut insuperinj. fraudem vel stupratum mana & tutelā: adde Ciceronem pro Murœna Vlpianum titulo vi. in fragmentis Liuium lib.5 Gell.xv.*

l Facilè.*

m Dos non debetur mulieri lo auctore ta.*

n Dicebant dos solere bus verbis fiue stipulatione, de qua re plenissime scripsit ad l.6.Cod.de dotis promiss fione l.1. de iure dotium l.4.§.1.5.6.ff. de iure dotium adde Vlpianum titulo

P. ii.

o *L.*Quod enim ciui[illegible] nullo quod ne quidē infecti gratia, ne quidē pecu. pellit.

ctum à patre, aut [a] aliqua ratione habere bene partum: si [b] incertum sit, quæ cùm omnia tua, iure mancipij [c] sint, ea possísne retinere? si parum sit communitum ius? si ciuili, ac publica lege contra alicuius gratiam teneri [d] non potest? Quid, inquam, prodest, fundum habere, si, quæ decentissimè descripta à maioribus iura finium, possessionum, aquarum, itinerúmque sunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutaríque possunt [e]? Mihi credite: maior hereditas venit, vnicuique fundum in iisdem bonis, à iure, & à legibus, quàm ab iis, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. nam, vt perueniat ad me fundus, testamento alicuius fieri potest: vt retineam quod meum factum sit, sine iure ciuili non potest. Fundus à patre relinqui potest: at vsucapio [g] fundi, hoc est, finis [h] sollicitudinis, ac [i] periculi litium, non à patre relinquitur, sed à legibus. Aquæductus, haustus, iter, actus, à patre: sed rata auctoritas harum rerum omnium à iure ciuili sumitur. Quapropter *non minùs diligenter ea, quæ à maioribus accepisti, publica patrimonia iuris, quàm priuatæ [k] rei nostræ retinere debetis: non solùm quòd hæc iure ciuile sancta sunt: sed etiam quòd patrimonium vnius [l] incommodo dimittitur: ius amitti non potest sine magno incommodo ciuitatis.* In hac ipsa causa, recuperatores, si hoc nos non obtinebimus, vt, armatis hominibus, deiectum esse eum, quem vi, armatis hominibus, pulsum, fugatúmque esse constet: Cæcina rem non amittet, quam ipsam animo forti, si tempus ita ferret, amitteret: in possessionem in [m] præsentia non restituetur: nihil amplius? populi Ro. causa, ciuitatis ius, bona, fortunæ, possessiónéque in dubium, incertúmque reuocabuntur [n]: vestra auctoritate hoc constituetur, hoc præscribetur: quicum tu posthac de possessione contendes, eum, si ingressum modò deieceris, in prædium restituas oportebit: sit autem ingredienti, cùm armata multitudine obuius fueris, & ita venientem repuleris, fugaris, auerteris [o]: non restituas. tum statueritis *vim [p] in cæde solùm, non etiam in animo: nisi cruor appareat, vim non esse factam:* iniuriarum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deiici neminem posse. *Iuru [q] igitur retineri sententiam [r], & æquitatem plurimùm valere oportere: an [s] verbo, ac litteras ius omne torqueri: vos statuite*, recuperatores; vtrum vilius esse videatur. Hoc loco, commodè accidit, quòd non adest is, qui Paullo antè affuit, & adesse nobis frequenter in hac causa solet, vir ornatissimus, C. Aquilius. nam ipso præsente, de virtute eius, & prudentia timidiùs dicerem, quòd & ipse pudore quodam afficeretur ex sua laude, & me similis ratio pudoris à præsentis laude tardaret. cuius auctoritati dictum est ab illa causa concedi nimiùm non oportere. Verecundiæ, & tali viro ne plus dicam, quàm vos aut scientiatis, aut apud vos commemorari velitis. Quapropter hoc dicam, numquam eius auctoritatem nimiùm valere, cuius prudentiam populus Romanus in cauendo [t], non [u] in decipiendo perspexerit: *qui iuris ciuilis rationem numquam ab æquitate seiunxerit*, qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam

A populo Romano promtam, expositámque præbuerit: qui ita iustus, & bonus vir est, vt natura, non disciplina consultus esse videatur: ita peritus, ac prudens, vt ex iure ciuili, non scientia solùm quædam, verùm etiam bonitas nata videatur: cuius tantum est ingenium, ita promta fides, vt, quidquid inde haurias, purum, liquidúmque te haurire sentias. Quare permagnam initis à nobis gratiam, cùm eum auctorem vestræ [a] defensionis esse dicitis: Illud [b] autem miror, cur vos aliquid contra me sentire dicatis, cùm eum auctorẽ vos pro me appelletis: vestrum nominetis. Verumtamen quid ait iste vester auctor? Omnibus [c], quidquid verbis actum, pronuntiatúmque sit, cónuenit. Ego ex isto genere consultorum non nominem, vt opinor, istum ipsum, quo vos auctore rem istam agere, & defensionem causæ constituere dicitis. Qui cùm istam disputationem mecum ingressus esset, non posse probari quemquam esse deiectum, nisi ex eo loco, in quo fuisset: rem, & sententiam interdicti mecum facere fatebatur: verbo me excludi dicebat: à verbo autem posse recedi non arbitrabatur. Cùm exemplis vteretur multis [d], etiam illa materia [e] æquitatis, ab verbo & ab scripto, plurimis [f] sæpe in rebus ius, æqui, boníque rationem esse seiunctam: sempérque [g] id valuisse plurimùm, quod in se auctoritatis habuisset, æquitatísque plurimum: consolatus [h] est me, & ostendit, in hac ipsa causa nihil esse, quòd laborarem. nam i verba ipsa sponsionis facere mecum, si vellem diligenter attendere. Quónam, inquam, modo? Quia certè, inquit deiectus est Cacina vi, hominibus armatis, aliquo ex loco: si non ex eo loco, quem in locum venire voluit: at ex eo certè, vnde fugit. Quid tum? Prætor, inquit, interdixit, vt, *vnde* deiectus esset, eò restitueretur, hoc est, quicumque is locus esset, vnde deiectus esset. Æbutius autem, qui fatetur, aliquo ex loco deiectum esse Cæcinam, is, quo modo se restituisse dixit, necesse est malè fecerit sponsionem. Quid est, Piso? placet tibi pugnare verbis? placet causam iuris, & æquitatis, & non nostræ possessionis, sed omnino possessionum omnium, constituere in verbo? Ego, quod mihi videretur, quod à maioribus factitatum, quod horum auctoritate, quibus iudicandum est, dignum esse: ostendi, id verum, id æquum, id vtile omnibus esse, spectari, quo consilio, & qua sententia, non, quibus quidque verbis esset actum. Tu me ad verbum vocas? non antè venio, quàm recusaro. nego oportere, nego obtineri posse, nego vllam rem esse, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit, si aut præterito aliquo verbo, aut ambiguè posito, sententia, & re cognita, non id, quod intelligitur, sed id, quod dicitur, valebit. Quoniam satis recusaui: venio iam quò vocas. quæro abs te, simne deiectus, non de Fulciniano fundo: (neque enim prætor, si ex eo fundo essem deiectus, ita me restitui iussisset [k]: sed eò, vnde deiectus essem) sum ex proximo vicini fundo deiectus, quà adibam ad istum fundum: sum de via: sum certè alicunde, siue de priuato, siue de publico. eò restitui sum iussus. restituisse te dixisti. nego l me ex edicto prætoris restitutum esse. Quid ad hæc dicimus? aut tuo, quemadmo-

a *al.* nostræ

b *l.* Illud autem miror cur vos, quid aliquid contra me sentire? prædicetis, cum pro me sentire dicatis: eur quem auctorem meum appelletis, vestrum, *&c.*

c *l.* Quibus quidquid verbis act. pronũ. si spectari cónuenit. Ego ex isto genere consultorum possum nominare non neminem: vt opinor, id ipsum *&c.*

d *al.* multis & omnis memoria antiquitatis.*

e *al.* me, tuerer æquitate.*

f *l.* plurimis sæpe in reb. æqui boniq. rat.

g *l.* sempérque id ius valuisse plurim.

h Responsũ Aquij pro Cæcina aduersus Aebutium*

i Cæcinam vi ab Aebutio deiectum probat, aut iane, Cæcinã interdicto vnde vi posse agere, licet non precise deiectus sit de fundo, sed eo prohibitus.*

k *l.* iussit: P. B.

l *l.* nego me ex interdicto pr. *al.* ex decreto pr.

a L. aut alia qua alia rat.
b L. si incertum sit, omnia, quæ-cumq. tua iure mancipi sint, possis. Mancipio, & mancipatio alienationis species. de qua apud Appianum titulo 22.*
c L. teneri non possit,
d L. possint.
e L. vnicuique horum assis.
f Vsucapio finis sollicitudinis ac periculi litium.*
g vsucapiones introductæ bono publico, ne rerum dominia diu & semper incerta essent. l. 3. ff. de vsucap.*
h *al.* à periculo litium ac periculorum
i *al.* periculi litium.
k *sit.* prima
l. ccxcvii. P.
l. vnius incommodo amittitur.
m *al.* in præsenti non r.
n *al.* vocabuntur
o *l.* vos retinebitis. ten. tuebitis. tuebitis. tuebitis

dum dicitur, *gladio*: aut nostro, *defensio tua conficiatur, necesse est*. Si ad interdicti sententiam cónfugis, &c, de quo fundo actum sit tum, cùm Æbutius restituere iubebatur, id [a] quærendum esse dicis, *neque æquitatem rei verbi laqueo capi putas oportere*: in meis castris, præsidiisque versaris. mea, mea est ista defensio: ego hoc vociferor: ego omneis [b] homines, deósque testor, cùm maiores vim armatam nulla iuris defensione texerint, non vestigium eius, qui deiectus sit: sed factum illius, qui deiecerit, in iudicium venire: deiectum esse, qui fugatus sit: vim esse factam, cui periculum mortis sit iniectum [c]. Istum locum fugis, & reformidas? & me ex hoc, vt ita dicam, campo æquitatis, ad istas verborum angustias, & ad omneis [d] litterarum angulos reuocas? in iis ipsis intercludêre insidiis, quas mihi conaris opponere. *Non deieci, sed eieci*. Peracutum hoc tibi videtur. hic est mucro defensionis tuæ. in eum ipsum causa tua incurrat, necesse est. Ego enim tibi refero, si non sum ex eo loco deiectus, quò prohibitus sum accedere: at ex eo sum deiectus, quò accessi, vnde fugi. Si prætor non distinxit locum, quo me restitui iuberet, & restitui iussit: non [e] sum ex edicto restitutus. Velim, recuperatores, hoc totum si vobis versutius, quàm mea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis: primùm alium, non me, excogitasse: deinde huius rationis [f] non modò non inuentorem, sed ne probatorem quidem esse me: idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensioni retulisse: me [g] posse pro meo iure dicere, neque in hac re, quam ego protuli, quæri oportere, quibus verbis prætor interdixit [h], sed de quo loco sit actum, cùm interdixit: neque in vi armatorum spectari oportere, in quo loco sit facta vis, verùm sine facta: te verò nullo modo posse defendere, in qua re tu velis, verba spectari oportere: in qua re nolis, non oportere. Verumtamen [i] ecquid mihi respondetur ad illud, quod antea dixi, non solùm re, & sententia, sed verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum, vt nihil commutandum videretur? Attendite diligenter, quæso, recuperatores. Est enim vestri ingenij, non meam, sed maiorum prudentiam cognoscere. non enim sum id dicturus, quod ego inuenerim, sed quod illos non fugerit. Cùm de vi interdicitur, duo [k] genera cautarum esse intelligebant, ad quæ interdictum pertineret: vnum, si qui ex eo loco, in quo esset: alterum, si ab eo loco, quò veniret, vi deiectus esset: & horum vtrumque, neque præterea quidquam, potest accidere, recuperatores, id adeò, si placet, considerate. Siqui meam familiam de meo fundo deiecerit, ex eo me loco deiecerit. siqui mihi præstò fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, & me introire prohibuerit: non ex eo, sed ab eo loco me deiecerit. Ad hæc duo genera rerum, vnum verbum, quod satis declaret vtraque res, inuenerunt: vt, siue ex fundo, siue à fundo deiectus essem, vno, atque eódem interdicto restituerer, VNDE TV. Hoc verbum, VNDE [l], vtrumque declarat: & ex quo loco, & à quo loco. Vnde [m] deiectus est Cæcinæ ex vrbe. Vnde deiectus Carbo? ab vrbe. Vnde deiecti Galli? à Capitolio. Vnde qui cum Graccho fuerunt? Ex Capitolio. Videtis igitur, hoc vno verbo significari res duas, & ex quo, & à quo loco. Cùm [a] autem eò restitui iubet, ita iubet: vt, si Galli à maioribus nostris postularent, vt eò restituerentur, vnde deiecti essent, & aliqua vi hoc assequi possent: non, opinor, eos in cuniculum, quà aggressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret: hoc enim intelligitur. VNDE TV DEIECISTI, siue ex quo loco, siue à quo loco, EO RESTITVAS. hoc iã simplex est, in eum locum restituas: siue ex hoc loco deiecisti, restitue in hunc locum: siue ab hoc loco, restitue in eum locum, non ex quo, sed à quo deiectus est. Vt, siqui ex alto [b], cùm ad patriã accessisset, tempestate subitò reiectus [c] optaret [d], vt [e], cùm esset à patria deiectus, eò restitueretur: hoc, opinor, optaret, vt, à quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam vrbem, quam petebat: sic, quoniam vim verborum necessariò similitudine rerum aucupamur, qui [f] postulat, vt, à quo loco deiectus est, hoc est, vnde deiectus est, eò restituatur. Cùm verba nos eò ducunt, tum res ipsa hoc sentire, atque intelligere cogit. Etenim, Piso, (redeo nunc ad illa principia defensionis meæ) siquis te ex ædibus tuis vi, hominibus armatis deiecerit, quid [g] ageres? opinor, hoc interdicto, quo nos vsi sumus [h] persequerêre. Quid? siquis i iam de foro redeuntem, armatis hominibus domum tuam te introire prohibuerit, quid [k] ageres? vterêre eodem interdicto. Cùm igitur prætor interdixerit, vnde deiectus es, vt eò restituaris: tu hoc idem, quod ego dico, & quod perspicuum est, interpretabere: cùm illud verbum, VNDE, in vtramque rem valeat, eóque tu restitui sis iussus: tam te in ædeis tuas restitui oportere, si è vestibulo, quàm si ex l interiore ædium parte deiectus sis. Vt verò iam, recuperatores, nulla dubitatio sit, siue rem, siue verba spectare vultis, quin secundum nos iudicetis, exoritur hîc iam, obrutis rebus omnibus, & perditis, illa defensio, eum deiici posse, qui tum possideat: qui non possideat, nullo modo posse. itaque, si ego sim à tuis ædibus deiectus, restitui non oportere: si ipse sis, oportere. Numera, quàm multa in ista defensione falsa sint, Piso: ac primùm illud attende, te iam ex illa ratione esse depulsum, quòd negabas quemquam deiici posse, nisi qui in eo loco fuerit. nunc, qui possideat, eum, etiam si nó fuerit in eo loco, deiici [m] posse concedis. Cur ergo aut in illud quotidianum interdictum, VNDE ILLE ME VI DEIECIT, additur, Cùm ego possiderem: si deiici nemo potest, qui non possidet: aut in hoc interdictum, DE HOMINIBVS ARMATIS, non additur, si oportet quæri, possederit, nécne? Negas deiici, nisi qui possideat. Ostendo, si sine armatis, coactúsue hominibus deiectus quisquam sit, eum, qui fateatur se deiecisse, vincere [o] sponsionem, si ostendat, eum non possedisse. negas deiici, nisi qui possideat. ostendo ex hoc interdicto, DE ARMATIS HOMINIBVS, qui possit ostendere non possedisse eum, qui deiectus sit, condemnari tamen sponsionis necesse esse, si fateatur esse deiectum. Dupliciter homines deiiciuntur: aut sine coactis, armatísue hominibus, aut per eiusmodi rationem aut [p] vim. Ad duas dissimiles res duo [q] deiuncta inter-

a *al.* Id quærendum dicis,
b *v.c.* omne homines,
c *fort.* inlatũ seu illatum.
d *v.c.* omnis
e *al.* non sum ex interdicto rest. *al.* non sum ex decreto rest.
f *al.* orationis
g *L.* me pro meo posse iure dicere,
h *L.* interdixerit, P. CCC.
i *L.* Verumtamen quid mihi resp.
k Interdicti vnde vi sententia duplex
l vnde & ex quo loco & à quo loco. * m *L.* vnde deiectus est Cinnæ ex vrbe. Vnde deiecti Pœni? ab vrbe. Vnde deiecti Gallí? *Panegyth.* Vnde deiecti Samnites *Nã mox sequitur*, Pœni, Gallí? n *al.* Cinna *vel* nam cõstat Cinnam à collega Octauio vrbe esse

a *L.* Cùm autem restitui iubet: VNDE TV DEIECISTI, EO RESTITVAS, vtũ Gallí ex maiorib. b *ex mari.* c Naut. cum verbum, vt illud, Relatus. *Cæsar ff. de publican.* * d *L.* optaret vt vnde esset e *al.* vnde esset deiectus. * f *L.* qui postulat, vt vnde deiectus eò, vnde restituatur. Cum g *L.* quid ageres h *L.* persequerêre. i *L.* si quis k *L.* quid ageres. vterêre.

l *al.* citatione

m *L.* deiici posse concedis. Cicero non Piso. ataque sed ci posse. Cur ergo aut n *Interrogat.* de homine armato. *S.* vnde ille me vi deiecit? o *v. Glossar.* ponsionem

p *L.* ac vim. q *L.* duo dissimilia res duo. *al.* dissimilia. *al.* adiecta.

interdicta sunt. In illa vi quotidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere possit, cùm possideret, tum deiectum. ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, vt nec vi, nec clàm, nec precariò possederit. Itaque is, qui [a] se restituisse dixit, magna voce sæpe conteri solet, se vi deiecisse: verùm illud addit, Non possidebat: vel etiam, cùm hoc ipsum concessit, vincit tamen sponsione, si plenum facit, ab se illum aut vi, aut clàm, aut precariò possedisse. Videtisne, quot defensionibus eum, qui sine armis [b], ac multitudine vim fecerit, vti posse maiores voluerunt [c]? hunc verò, qui ab iure, officio, bonis moribus ad ferrum, ad arma, ad cædem confugerit, nudum in causa, destitutúmque videtis [d]: vt, qui armatus de possessione contendisset, inermis planè de sponsione certaret [e]. Ecquid igitur interest, Piso, inter hæc interdicta? ecquid interest, vtrùm hoc additum [f], Cùm A. Cæcina possederit, nécne? ecquid re ratio iuris, ecquid interdictorum dissimilitudo, ecquid auctoritas maiorum commouet? Si esset additum: de eo quæri oporteret. additum non est: tamen oportebit? Atque ego in hoc Cæcinam non defendo. possedit enim Cæcina, fecit operas: & id, tametsi extra causam est, percurram tamen breui, vt non minùs hominem ipsum, quàm ius commune defensum velitis. Cesenniam possedisse [g] propter hanc vsum fructum non negas. qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, eúm idem ex eádem conductione fuerit in fundo, dubium est, quin, si Cesennia tum possidebat, cùm erat colonus in fundo, post eius mortem heres eodem iure possederit? deinde ipse Cæcina, cùm circuiret prædia, venit in istum fundum: rationes à colono accepit. sunt in eam rẽ testimonia. Postea cur [i], Æbuti, de isto potius fundo, quàm de alio, si quem habes, Cæcinæ denuntiabas, si Cæcina non possidebat? Ipse porrò Cæcina cur se moribus [k] deduci volebat: idque tibi de amicorum, etiam de ipsius C. Aquillij sententia respondebat? At enim Sylla legem [l] tulit. Vt nihil de illo tempore, nihil de calamitate reip. quæratur, hoc tibi respondeo: adscripsisse eundem Syllam in eandem legem, SI [m] QVID IVS NON ESSET ROGARI, EIVS EA LEGE NIHILVM ROGATVM. Quid [n] est, quod ius non sit, quod populus iubere, aut vetare non possit? Vt ne longiùs abeam, declarat ista adscriptio esse aliquid. nam, nisi esset, hoc in oratione abs te, putésne, si populus iusserit, me, tuum, aut item, te, meum seruum esse: id iustum, tatum, atque firmum futurum? Perspicis hoc nihil esse, vt [o] in ceteris, quæ rogauit. Primùm [p] illud concedis, non, quidquid populus iusserit, ratum esse oportere. deinde nihil rationis affers, quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit. nam & eodem modo de vtraque re traditum nobis est: & si semel ciuitas adimi potest, retineri libertas non potest. Qui enim potest iure [q] Quiritum [r] liber esse is, qui in [s] numero Quiritum non est? Atque ego hanc adolescentulus causam cùm agerem contra hominem disertissimum nostræ ciuitatis, Cottam, prohibui. Cùm Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta decemuiris religionem

a qui se restituisse dicit v. E.

b al. armatis] qua sine armatis multitudine.*

c al. volunt.

d al. destitutúmque

e al. certare?

f sit. addatis

g L. possedit se per colonum non ne. gat: qui colonus fuit. on. de Cesennia fundum. Cæsennia fundum. Cæsennia

h L. per colonum non negat, qui colonus fuit.

i Cur tu, Arbuti,

k Marium, deduci in ea quæ quid, mihi humo. rationis di. E. CCCII. xi.*

l Ne Volaterranæ quæ Rom. si ef. fert: qua le. ge Cæcina, priatur vi. cetur ure ei bitatis pro tione iuxta cetera esse non possit. vt post pere grinus.*

m Sanctis in claudia in hoc legem sum adscribi; foli ad Antium. & Philip.*

n L. Quid est, quod ro. gari non fer, quod populus &c.

o Vt. & ea territ.*

p al. Primum igitur illud concedi. s.*

q L. iure Quiritium maiorum.*

r L. in numero Quiritum

inieciſſet, non posse sacramentum [a] nostrum iustum iudicari, quod Arretinis [b] redempta ciuitas esset, & ego vehementiùs contendissem, ciuitatem adimi non potuisse: decemuiri prima actione non [c] iudicauerunt: postea, re quæsita, & deliberata, sacramentum [d] nostrum iustum iudicauerunt. Atque hoc, & contrà dicente Cotta, & Sylla viuo, iudicatum est. Iam verò in ceteris, vt omnes, qui in eádem causa sunt, & lege [e] agant, & suum ius persequantur, & omnes iure ciuili, sine cuiusquam aut magistratus, aut iudicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione vtantur, quid ego commemorem? dubium nemini vestrùm est. Certè quæri hoc solere me non præterit (vt ex me ea, quæ tibi in mentem non veniunt, audias) quemadmodum, si ciuitas adimi non possit, in colonias Latinas sæpe nostri ciues profecti sint. Aut [f] sua voluntate, aut legis multa [g] profecti sunt: quam multi tam si sufferre voluissent, tum manere in ciuitate potuissent. Quid? quem [h] pater patratus idedidit: aut suus [i] pater, populúsue vendidit, quo is iure amittit ciuitatẽ? Vt religione ciuitas soluatur, ciuis Romanus traditur: qui cùm est acceptus, est eorum, quibus est deditus, si non accipiunt, vt Mancinum [m] Numantini, retinet [n] integram causam, & ius ciuitatis. Si pater vendidit [o] eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iam populus cùm [p] eum vendidit, qui miles factus non est [q], non adimit ei libertatem: sed iudicat, non esse eum liberum, qui, vt liber sit, adire periculum noluit. cùm autem in [r] censum vendit, hoc iudicat: cùm is, qui in seruitute iusta fuerit, censu liberetur, eum, qui, cùm liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatẽ abiudicasse [s]. Quòd si maximè iisce rebus adimi libertas, aut ciuitas potest: non intelligunt qui hæc commemorant si per has rationes adimi maiores posse volue runt, alio modo noluisse? Nam, vt hæc ex iure ciuili protulerunt, sic afferant velim, quibus lege aut Romana [t] ciuitas, aut libertas erepta sit. Nam quod ad [u] exsilium attinet, perspicuè intelligi potest, quale sit. *Exsilium* [x] *enim, non* [y] *supplicium est, sed perfugium, portúsque supplicii.* nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum [z] vertunt: hoc est, sedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, vt apud ceteras ciuitates, maleficium vllum exsilio [a] esse multatum. Sed cùm homines, vincula, neces, ignominiásque vitant, quæ sunt legibus constitutæ: confugiunt, quasi ad aram, in exsilium: qui si in ciuitate legis vim subire vellent: non prius ciuitatem, quàm vitam amitterent: quia nolunt, non adimitur his ciuitas, sed ab his relinquitur, atque deponitur. Nam, cùm ex nostro iure *duarum ciuitatum nemo esse possit*, tum amittitur hæc ciuitas denique, cùm is, qui profúgit, receptus est in exsilium, hoc est, in aliam ciuitatem. Non me

a Sacramentum pecuniæ depositio ab eo qui petebat, & ab eo qui inficiabatur, de qua dictum est oratione pro Quinct. o.*

b eorundem agros publicaret Sylla. *ad Atticum* 16.*

c al. iudicauerunt id est non liquere iudicarunt.*

d Sacramentum iustum iudicare, est secundum aliquem iudicare.*

e Lege agere, est ius suũ persequi.*

f In colonias deducebãtur coloni vel sponte, vel legis multa.*

g Infamia*

h L. quem pater patratus dedit, aut suus pater, populúsue vendit. quo is, iure‖Idem i. de oratore.*

i pater patratus fecialium princeps.*

k Sane qui à patre venditus est, ciuitatem non amittit sed simpliciter liberatur patria potestate.*

l Eos qui ad dilectum nõ respondebãt, virgis cæsos Populus Romanus vendebat Valer. 6. l. 20. *comm. præd. l.* 40. §. 10. ff. *de re militari.**

m Mancini Numantinis dediti meminit Cicero 3. officiorum in *topicis loco ex nominatione &* 1. *de oratore* & Iurisconsultus. *l. vlt. ff. de legationib.*

Liuius 55. & 56.*

n Imò non retinet *l.* 4. ff. *de capitis & postliminio reuersis* nisi lege postea lata, vt sit ciuis *l. vlt. ff. de legationib.** o *L.* vendit eum, q. p *L.* cùm eum vendit, qui q id est qui ad dilectum non respondit.* r *L.* incensum vendit, ‖Incensus qui bona sua in censum non detulit *Vlpianus* 11. § 11. Tom. 1. *Halicarnasseus* 4.* s abiudicare est eripere, adimere.* t *al.* ratione *al.* rogatione.* u *L.* ad exsilium x *L.* Exsilium ‖Porrò exsilium est vel certorum vel omnium locorum interdictio: vel incerti loci vinculũ seu relegatio *l. exilium* 5. ff. *de interdictis.** y Exiliũ supplicium hic esse negat, quod sane Iurisconsultus pœnã esse ait, toto titulo ff. de *interdictis & legatis.** z solum vertere est locum mutare.* a *L.* exsilio b *L.* in exsilium.

præterit, recuperatores, tametsi de hoc iure multa prætereo, tamen me longiùs prolapsum esse, quàm ratio vestri iudicij postulat. Verùm id feci, non quòd vos in hac causa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed vt omnes intelligerent, *nec ademtam cuiquam ciuitatem esse, nec adimi posse*. Hoc cùm eos scire volui, quibus Sylla voluit iniuriam facere, tum omneis [a] ceteros nouos, veterésque ciueis [b] .neque enim ratio afferri potest, cur, si cuiquam nouo ciui potuerit adimi ciuitas, non [c] omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit. Nam ad hanc quidem causam nihil hoc pertinuisse, primũ ex eo intelligi potest, quòd vos ea de re iudicare non debetis: deinde quòd Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum [d] nexa [e], atque hereditates [f], iubet enim eodem iure esse, quo fuerint Ariminenses: quos quis ignorat duodecim [g] coloniarum fuisse, & à [h] populo Ro. hereditates capere potuisse? Quòd si adimi ciuitas A. Cæcinæ lege potuisset, magis illam rationem tamen omnes boni quæretemus, quemadmodum spectatissimum, prudentissimúmque [i] hominem, summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica præditum, leuatum iniuria, ciuem retinere possemus, quàm vti nunc, cùm de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere, quisquam exstat, nisi tui, Sexte, simílis & stultitia, & impudentia, qui huic ciuitatem ademtam esse dicat. ¶ Qui [k] quoniam, recuperatores, suum ius non deseruit, neque quicquam illius audaciæ, petulantiæque concessit, derelinquo iam communem [l] causam, populíque Ro. ius in vestra fide, ac religione depono. Is homo ita se probatum vobis, vestríque similibus semper voluit, vt [m] id non minùs in hac causa laborarit: nec contenderit aliud, quàm ne ius suum dissolutè relinquere videretur: nec [n] minùs vereretur, ne contemnere Æbutium, quàm ne ab eo contemtus esse existimaretur. Quapropter siquid extra iudicium est, quod homini tribuendum sit: habetis hominem singulari pudore, virtute cognita, & spectata fide, amplissimum [o], Hetruriæ nomine totius, in vtraque fortuna cognitum multis signis & virtutis, & humanitatis. Si quid in contraria parte in homine offendendum sit: habetis eum, vt nihil dicam amplius, qui se homines coegisse fateatur. Sin, hominibus remotis, de causa quæritis: cùm iudicium de vi sit, qui arguitur, vim se hominibus armatis fecisse fateatur: verbo se, non æquitate defendere conetur: id quoque ei verbum ipsum ereptum esse videatis: auctoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum: in iudicium non venire, vtrùm Cæcina possederit, nécne: tamen doceri possedisse: multo etiam minùs quæri, A [p]. Cæcinæ *fundus* [q] sit, nécne: me tamen idipsum docuisse, fundum esse Cæcinæ: cùm hæc ita sint, statuite quid vos tempora reip. de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis.

a *v.c.* omnis cet.
b *v.c.* ciuis, *e al.* non omnibus antiquissimis ciuibus poss.
d *l.* eorum nexa.
e Nexum vocat ius alienandi per nexum, id est per æs & libram, Varro: Cicero 3. de oratore.*
f Hereditates vocat ius percipiendæ hæreditatis.*
g quæ in Italia deducta lege M. Liuij trib. pleb. cel lege. C. Gracchi Plutarch. Appianus: Ariminum autem non fuit inter decem colonias, sed eodem iure quo duodecim coloniæ*
h *vet. Aut. Augusti.* A. C. R. id est à ciuibus Romanis*
i Prudentissimum h.
l *al.* omnis
m E. vt in eo non minùs quàm in hac causa lab.
n E. nec minus veritus sit, ne cont.
o I. amplissimum virum Etruriæ totius, in vtraque fortuna cogn.
p L. *ex Buchanano*, A. Cęcina fundus sit, nécne: me tamen idipsum doc. fũdum esse Cęcinam: tum h. *cæt.* L. A Cęcina, ciuis sit nécne: me tamen idipsum doc. ciuem esse Cęcinæ: cum h.
q de fundis populis dixi in orat. pro Cornelio Balbo.

PRO L.ª MANILIA, SEV DE IMPERATORE POMPEIO, deligendo, ad populum.

ORATIO DECIMATERTIA.

SYNOPSIS.

¶ Quæstio. *An Pompeius bello Asiatico, hoc est persequendis reliquiis Mithridatici, ex plebiscito (legem hic appellat Cicero suo more) C. Manilij trib. pleb. imperator sit præficiendus.* Suasor legis seu plebiscíti *Cicero.* Dissuasores *Q. Catulus & Hortensius, viri Consulares.* Acta *in foro, Anno Ciceronis 41. vrbis 687.* Euentus, *Cura Mithridatici belli, multo maiore, quam Lucullus habuerat, imperio, Pompeio demandata.*

a aut postus plebiscito: fata enim hæc lex à Manilio trio. pleb. & quidem venali & alienę potentię administro vt refert Velleius libro 2.*
b Cicero in oratore perfecto. fuit nandus lege Manilia Popeius*
e EXORDIVM.* d Roscia.* e Agit cum populo, qui rogat populum, quid iubeat aut vetet Ge. l. 13.* f magistratui: sed & priuato data a magistratu concione.* g *fort.* tribuendum put. *al.* transmittendum Transmittere est tribuere

QVAMQVAM [c] mihi semper frequens conspectus vester, multo iucundissimus, hic autem locus [d], ad agendum [e] amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique [f] maximè patuit, non mea voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ, prohibuerunt. Nam, cùm antea per ætatem nondum huius auctoritatem loci cõtingere auderẽ: statuerémque, nihil huc, nisi pe fectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum [g] putaui. Ita neque hic locus [h], vacuus vmquam ab ijs, qui vestram causam defenderent, & meus labor in priuatorum periculis castè, integréque versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cùm propter dilationem [k] comitiorum ter [l] prætor primus centuriis [n] cunctis renuntiatus sum, facilè intellexi, Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Nunc cùm & auctoritatis in me tantùm sit, quantum [n] vos honoribus [o] mandatum [p] esse voluistis: & ad agẽdum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi vsu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certis maiores magistratus (Consules, Prętores, Cẽsores) fiebant.* o L. quantũ vos, honorib. mandatis, esse vol. *al.* quantũ vos honoris mandatum esse voluistis: p *al.* honoris: intelligat autem Aedilitatem & Prȩturam.* p *al.* mandatis *al.* mandandi *al.* mandandis.*

h Rostra nemo adscendebat, nisi pro populo dictus.*
i *subaudi* fuit.*
k Dilationes comitiorũ habebãtur vel si quis de cœlo seruasset, vel intercessione trib. pleb.*
l Amplificatio. Ter, primus. cũctis.* m octo erãt Prętores ęta te Ciceronis. Idẽ in Bruto testatur, fuit autẽ depecunis repetundis *pro Cluentio & Postumo.**
n Cęturiatis comitiis

a L.certè, si quid auctoritatis in me est, ea apud eos valeat, qui eam mihi detulerunt: &, si quid dicendo c.

b L.Adesse nemini p.

¶ PROPOSITIO.*

d L.mihi nō tam cop.

e NARRATIO.*

f Sociorum nomine reges quoque intelligit.*

P. B.

g Mithridates relictus: Tigranes lacessitus tātis à Lucullo.*

h L.vestra prouin. ‖Populi autem Romani fuit testamento Nicomedis Prusiæ nepotis. *Appianus Mithridat. Florus epit.*

i Cappadociam.*

k *al.*succesſerit.*

l *Pantagathus*: parārum: ad tantum bellum administrandum vnum ab*c.*

P. V.

m inclusa

n PARTITIO.*

o *Sed.* Genus est igitur eius. *al.* genus est belli eiusmodi. CONFIRMATIO, cuius priore parte Cicero tractat. DE GENERE BELLI.*

p *al.* inflammare ad persequendi studium debeat.*

q L.debeat.

r L. & subsidia belli requiretis.

s L.quib. est à vobis & ipsorum, & reip. causa co.

t delenda vobis est illa

u L.qui vno

x hoc est intra triceſimā: Appianus in Mithridatico: Plutarchus in Sylla: 9. Valer. 1: Auguſt. 5. de ciuitate 22. 3. Flor. 5. Plinius. de viris illustribus. c. 76.*

y 150000. ciuium hoc edicto necati & interfecti. Plutarchus *in Sylla*, vel 80000. vt Valerius notat 9. c. 2.* z Cappadocia, gentium vniuerſarum quæ Ponticum accolunt, vna maxime interrupta recidit. vnde Cappadocum ſolitudo dicitur 2. in Rullum.* a Sullæ, & eius legatus Muræna.*

A

B

C

D

E

F

G

H

a L. reportarunt. P. B.

b L. Bosporanis. *al.* & ſc Boſphoranis finitimis ſuis *&c.**

c L. vſque in Hiſpaniam legatos, ac literas miſit ad d Magnum & Fannium.*

e *al.* ex Albanis. *al.* ac literas miſit *&c.**

f Sertorij.*

g L. à binis hoſtium copiis bell. *al.* an vnius hoſtis copiis.*

h L. diſtracti

i Belli inferendi cauſa. Idē Verrina de ſupplic.*

k L. ac nauicularijs iniuſ. *Cicero 1. officio. & 2. Agrar. Epitome Liuij 51. 52. Iuſtin. 34. 5. Valer. 7. Plinius 1. de viris illuſtrib. Eutrop. lib. 5. 2. Flor. 16. 12. Plin. 35.**

m Pulſati *Liuius & Aſcon.* ſordibus ſa enſicſecti. Strabo*

n *al.* vinclis.

o *al.* illi bello perſecuti ſunt.

p M. Aquilium qui ſeruos in Sicilia deuicerat. Conſul cum Mario.*

q *vt.* tradere.

r L. id, quod acc.

P. VI.

ſ pater eius quem Pompeius poſtea reſtituit.*

t In argēteo Ariobarzanis numiſmate inſcriptū, βασιλέως ἀριοβαρζάνου φιλοῤῥωμαίου δυναστεύοντος. Regibus porro à ſenatu appellatis mos hic fuit, à ſenatu donū m tti coronam & pateram aureā, ſellū, eurulem, eburneū ſcipionē, togā pictam, tunicā palmatam, *Halicarnaſſ. Liuius, Appianus, Tacitus.* In exteris verò regionibus ſol um ſuum iuxta imperatorum Romanorum ſellam ponebant, & cuſtodiæ cauſa turmā equitū habebāt. *Salluſt. in Iugurtha. Plutarchus in Pompeio.* Appellatū ſocij ab Imperatore Romano, cū Imperator in ſuo tribunali ac ſella collocabat 5. *Valer. 7.** u Socii nomen non niſi pro magnis erga ſe regum meritis P. Romanus dabat. *Liuius 3 1. Cæſar. 1. Gallici.** x *al.* expetere.*

ab illo inſignia victoriæ, non victoriā[a] reportarent. Triumphauit L. Sylla, triūphauit L. Murena de Mithridate, duo fortiſſimi viri, & ſummi imperatores: ſed ita triumpharunt, vt ille pulſus, ſuperatúſque regnaret. Verūtamen illis imperatoribus laus eſt tribuenda, quòd egerūt: venia danda, quòd reliquerunt: propterea quòd ab eo bello Syllam in Italiam reſp. Murenam Sylla reuocauit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad obliuionem veteris belli, ſed ad comparationem noui con tulit: qui poſteāquam maximas ędificaſſet, ornaſſétque claſſeis, exercitúſq; permagnos, quibuſcumque ex gentibus potuiſſet, cōparaſſet, Boſphoranis[b] finitimis ſuis, bellum inferre ſi mulaſſet: vſque[c] in Hiſpaniam legatos[d] Ecbatanis[e] miſit ad eos duces, [f] quibuſcū tum bellum gerebamus: vt, cùm duobus in locis diſiūctiſſimis, maximéque diuerſis, vno conſilio, ab[g] vnis hoſtium copiis bellum terra, matíque gereretur, vos ancipiti contentione diſtracti, [h] de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ, atque Hiſpaniēſis, quæ multo plus firmamenti, ac roboris habebat, Cn. Pompeij diuino cōſilio, ac ſingulari virtute depulſum eſt: in altera parte ita res à L. Lucullo, ſummo viro, eſt adminiſtrata, vt initia illa geſtarum rerum magna, atque præclara, non felicitati eius, ſed virtuti: hęc autem extrema, quæ nuper acciderunt, nō culpæ, ſed fortunæ tribuenda eſſe videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, vt neq; vera laus, ei detracta oratione noſtra, neque falſa, affi.cta eſſe videatur. Sed pro veſtri imperij dignitate, atque gloria, quoniam is eſt exorſus orationis meæ, videte, quē vobis animum ſuſcipiēdum putetis. Maioresi veſtri ſæpe, mercatoribus, ac[k] nauiculatoribus iniuriosiūs tractatis, bella geſſerunt: vos tot ciuiū Ro. millibus, vno nūtio, atq; vno tempore necaris, quo tandē animo eſſe debeatis? Legati quòd erant appellati[m] ſuperbiūs, Corinthum patres veſtri, totius Græciæ lumen, exſtinctū eſſe voluerunt: vos eum regem inultum eſſe patiemini, qui legatū populi R. cōſularem, vinculis, nec verberibus, atque omni ſupplicio exeruciatū necauit? Illi libertatem ciuiū Ro. imminutam non tulerūt: vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi[o] perſecuti ſunt: vos legatum[p] populi R. omni ſupplicio interfectū, inultum relinquetis? Videte, ne, vt illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperij gloriā relinquere: [q] ſic vobis turpiſſimum ſit[r], illud, quod acceptiſtis, tueri, & cōſeruare nō poſſe. Quid, quòd ſalus[s] ſociorū ſummum in periculum, ac diſcrimen vocatur? Regno expulſus eſt Ariobarzanes, rex, [t] ſocius[u] populi R. atque amicus: imminent duo reges toti Aſiæ, nō ſolùm vobis inimiciſſimi, ſed etiam veſtris ſociis, atque[x] amicis: ciuitates autē omnes, cūcta Aſia, atque Græcia veſtrum auxilium exſpectare, propter periculi magnitudinem, coguntur: imperatorē à vobis certū depoſcere, cùm præſertim vos aliū miſeritis, neq; audent, neque ſe id facere ſummo ſine periculo poſſe arbitrantur. Videt, & ſentiūt hoc idē, quod & vos, vnū

virum esse,in quo summa sint omnia,& eum propè esse[a],(quo etiã carẽt ægriùs:)cuius aduẽtu ipso,atq; nomine, tametsi ille ad maritimũ bellum venerit,tamen impetus hostiũ repressos esse intelligunt,ac retardatos. Hi vos,quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogãt,vt se quoq;,sicut ceterarũ prouinciarum socios, dignos existimetis,quorum salutẽ tali viro commendetis. atq; hoc etiã magis , quàm ceteros, q; eiusmodi in [b] prouinciam homines cũ imperio mittimus,vt,etiã si ab hoste defendant, tamen ipsorũ aduentus in vrbeis sociorũ,non multùm ab hostili expugnatione differãt.Hũc audiebant anteà,nunc præsentẽ vidẽt,tanta tẽperantia,tanta mansuetudine,tanta humanitate,vt ij beatissimi esse videãtur apud quos ille diuinissimè commoratur[c]. Quare si propter socios[d],nulla ipsi iniuria lacessiti,maiores vestri cum Antiocho,cum Philippo, cum Ætolis,cũ Pœnis bella gesserunt:quanto vos studio cõnenit, iniuriis prouocatos , sociorũ salutẽ vnà cum imperij vestri dignitate defendere, præsertim [e] cùm de vestris maximis vectigalibus agatur? Nam ceterarũ[f] prouinciarũ vectigalia, Quirites, tanta sunt, vt iis ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia verò tam opima est,& fertilis, vt & vbertate agrorum,& varietate fructuũ, & magnitudine pactionis,& multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat.Itaque hæc vobis prouincia,Quirites,si & belli vtilitatem[g],& pacis dignitatem sustinere vultis,non modo à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. Nam [i] *ceteris in rebus,cùm venit calamitas, tum detrimẽtum accipitur.at in vectigalibus nõ solum aduẽtus mali: sed etiam metus ipse affert calamitatem.* Nã cùm hostium copiæ non longè absint,etiam [k] si irruptio facta nulla sit,tamen pecora [l] relinquũtur, agricultura deseritur,mercatorum nauigatio cõquiescit.ita neq; ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal cõseruari potest.Quare sæpe totius anni fructus vno rumore periculi,atque vno belli terrore,amittitur. Quo tandem animo esse existimatis aut eos,qui vectigalia vobis pensitant,aut eos,qui exercent,atq; exigũt,cùm duo reges cum maximis copiis propè adsint? cùm vna excursio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre possit?cùm publicani[m]familias maximas, quas [n] in salinis habent , quas in agris, quas in portubus,atque custodiis,magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos,qui vobis fructuosi [o] sunt,conseruaueritis,nõ solùm (vt antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidẽ vobis negligẽdum est,quod mihi ego extremũ propositurã, cùm essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona ciuium Ro.pertinet:quorum vobis,pro vestra sapientia, Quirites habenda est ratio diligenter.Nam & publicani,homines [p] & honestissimi, & ornatissimi, suas rationes, & copias in illã prouinciam cõtulerunt: quorum ipsorum per se res,& fortunę,curæ vobis esse debent. etenim si *vectigalia* [q], *neruos esse reip.semper duximus* : eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorũ ordinum rectè esse dicemus.Deinde ceteris ex ordinib. homines naui,& industrij partim in Asia negotiantur,quibus vos absentibus cõsulere debetis ; partim suas,& suorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habẽt. Erit igitur humanitatis vestræ , magnũ eorum ciuiũ numerum calamitate prohibere:sapientiæ,videre, multorum ciuiũ calamitatẽ à rep.seiunctã esse nõ posse. Etenim illud primùm patui réfert,vos publicanis amissã vectigalia postea victoria recuperare[a]. neque enim iisdẽ redimẽdi facultas erit,propter calamitatem,neq; aliis voluntas,propter timorẽ.deindeb q; nos eadẽ Asia atq; idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit[c],id quod certè calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tũ,cùm in Asia res magnas permulti amiserunt , scimus, Romæ,solutione impedita,fidẽ cõcidisse.*Non enim possunt vna in ciuitate multi rem,atq; fortunas amittere,vt non plures secum in eadem calamitatem trahant.* A quo periculo prohibete remp.& mihi credite,id quod ipsi videtis.hæc fides,atq; hæc ratio pecuniarũ,quę Romæ,quę in foro versatur, implicita est cũ illis pecuniis Asiaticis, & cohæret.ruere illa nõ possunt , vt hæc nõ eodẽ labefactata motu concidãt.Quare videte,nũ dubitandũ vobis sit,omni studio ad id bellũ incumbere, in quo gloria nominis vestri,salus sociorũ,vectigalia maxima,fortunæ plurimorũ ciuiũ [d] cum rep.defenduntur. ¶ Quoniam[e] de genere *belli* dixi nũc,*de magnitudine* pauca dicã. Potest enim hoc dici: belli genus esse ita necessariũ, vt sit gerendũ: nõ esse ita magnũ,vt sit pertimescendũ.In quo maximè laborandũ est,ne[f] fortè à vobis quæ diligentissimè prouidẽda sunt, contẽnenda esse videantur. Atque,vt omnes intelligant,me L. Lucullo tantũ impertiri laudis, quantũ fortis viro,& sapientissimo[h] homini,& magno imperatori debeatur:dico, eius aduẽtu maximas Mithridatis copias omnib. rebus ornatas,atq; instructas,esse deletas:vrbẽmque Asiæ clarissimã,nobilisq; amicissimã, Cyzicenorum,obsessam ab ipso rege magna multitudine,& oppugnatam vehemẽtissimè,L Luculli virtute,assiduitate,cõsilio,summis obsidionis periculis liberatã:ab eodẽ imperatore classem magnã,& ornatã , quæ ducibus Sertorianis ad Italiã studio inflãmato raperetur , superatã esse, atque depressam: magnas hostium prædas copias multis prœliis esse deletas : patefactum q; nostris legionib. esse Pontũ, qui ante populo R. ex omni aditu clausus [i] esset : Sinopen[k], atq; Amisum [l], quibus in oppidis erant domicilia regis,omnib. rebus ornata [m], atq; referta, ceteráq; vrbeis Ponti,& Capadociæ permultas, vno aditu,atque aduentu esse captas:regẽ ipso fugientem regno patrio,atq; auito, ad alios se reges, atque alias gentes supplicẽ confugisse: atq; hæc omnia, saluis populi R.sociis, atque integris vectigalibus, esse gesta[n]. Satis opinor hoc esse laudis:atque ita [n] reputo, vt hoc vos intelligatis,à nullo istorũ,qui huic obtrectant legi, atque causæ, L. Lucullũ similiter ex hoc loco esse laudatum.Requiretur fortasse nunc,quẽadmodum , cùm hæc ita sint, reliquum possit esse magnum bellum. Cognoscite, Quirites, non enim sine causa quæri videtur. Primùm ex suo regno sic Mithridates profugit, vt ex eodem Ponto Medẽa illa quondam profugisse dicitur: quam [o] prædicant in fuga, fratris sui [p] membra in iis locis , quà se parens [q] persequeretur , dissipauisse , vt eorum collectio dispersa , mœrórque patrius , celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens, maximam vim auri , atque argenti, pulcher-

[a] *al.*propè absint.*al.*propter esse*
[b] *forte*-in hãc prouinc.
P. B.
[c] L.commoretur.
[d] *lib.vulg.* cum Antiocho,cum Aetolis,cũ Pœnis &c.
[e] L.præsertim cùm vestra maxima vectigal a aganturf
[f] De Vectigalibus P. Romani maximis,*
[g] Vtilitas autem belli,respondet nonnunquam necessariæ. Sic Cæsar.1. *Gallici* belli emolumẽtũ.*
[h] *al.* retinere.*
[i] L.Nam in ceteris rebus
[k] L.etiam si nulla irruptio facta sit,
[l] *Seruius* 3. *Georgic.* pecua.*
[m] Familiæ publicanorũ eorũ serui. *l.* 1.§.5.ff.de publicanis.*
[n] L.quam in silua habi. & *ibi v. c.*
‖quod & rectũ videtur.
Vectigalia enim capiebãt Romani ex his tribus è pecore seu pascuis(ce filuis hic dixit. quod genus vectigalis scriptura , *Plaut.Trucu lento.* vnde scripturarius ager Festo) ex agris seu agricolationẽ(ex agrorũ enim decumis frumentum militi,
P. VII.
sed & vrbanæ plebi modo semissibus modo trẽssibus, tandem Ige Clodia, gratis datũ) è mercatura seu mercium importatione & exportatione,quod portoriũ.quę omnia hic ἀμέσως iungũtur.*
[o] L.fructui sunt.c.& v.c
[p] L.homines honestissimi, & ornatiss.
[q] Vectigalia gerui reip.*

[a] *al.* recipe rare.*
[b] L.deinde quod n.
[c] L.docuit, id quidẽ certè calamitate docti mem
P. E.
[d] *al.*ciuium coniunctã, cùm Republica defenduntur.*
[e] CONFIRMATIONIS pars secunda in qua agit de MAGNITVDINE BELLI.*
[f] L.ne forte vobis quæ *forte*-rioribus virtute,* [h] *al.*sapitu.*
[i] L.claudi
[k] Vide Appianum in Mithridaticis Strabonem
[l] Strabonem Amasiam agentem.
[m] *al.* ibique eo.*
[n] *al.* itaque eo.*
[o] Fabulã de Medea, vide apud Ouid. de Ponto. 3. de Ponto. *Metamorph.* Apollonium *Argonaut.* 4. P. Argyrii vel Argyri.
[q] Aetas regis Colchorum.

pulcherrimarúmque rerum omnium, quas [a] & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas [b], in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse è manibus effugit. Ita illum in persequendi studio mæror, hos lætitia retardauit. Hunc in illo timore, & fuga Tigranes, rex Armenius, excepit: diffidentémque rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditúmque recreauit. cuius in regnum posteaquàm L. Lucullus cum exercitu venit: plures etiam gentes contra imperatorem nostrum cõcitatę sunt. Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas numquã populus R. neque [c] lacessendas bello, neque tentandas putauit. erat enim alia grauis, atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararũ peruaserat, fani [d] locupletissimi, & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductũ. Ita nationes multæ, atque magnæ nouo quodam terrore, ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi vrbé [e] ex Tigranis regno ceperat, & præliis vsus erat secundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac desiderio suorum commouebatur. Hîc iam plura non dicam. fuit enim illud extremum, vt ex iis locis à militib. nostris reditus magis maturus, quàm processus longior quæreretur. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat, & eorum, qui se ex eius regno collegerant, & [f] magnis aduentitiis multorum regum, & nationũ copiis iuuabatur. *Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad misericordiam, maximèq; eorum, qui aut reges sunt, aut viuunt in regno, quòd regale tu nomen, magnum & sanctum esse videatur.* Itaque tãtum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. Nam cùm [g] se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, vt [h] eam, posteaquàm pulsus erat, terram, vmquam attingeret: sed in exercitum vestrum [i], clarum, atque victorem, impetum fecit. *Simile hoc loco, Quirites, (sicut [k] poeta solent, qui res Romanas scribunt) præterire me nolunt calamitatem*: quæ tanta fuit, vt eam ad aureis L. Luculli *nõ ex prælio nuntius*, sed ex ser mone rumor afferret. Hîc in [n] ipso illo malo, grauissimáque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, quòd [o] *imperij* [p] *diuturnitati modum statuendum, veteri exemplo putauistis*, partem militum [q], qui iam stipendiis confectis [r] erant, dimisit, partem Glabrioni [s] tradidit. Multa præterea consultò: sed ea vos coniectura pertici tis, quantum [t] illud bellum futurum putetis, quòd coniungant reges potentissimi, renouent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes, nouus imperator vester accipiat, vetere exposito exercitu. ¶ Satis [x] mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset, genere ipso necessariũ, magnitudine periculosum. Restat, vt *de imperatore ad id bellum deligendo*, ac tantis rebus præficiendo, dicendum esse videatur. Vtinam, Quirites, virorum fortium, atque innocentium copiam tantam haberetis, vt hæc vobis deliberatio difficilis esset. quemnam potissimùm tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc verò cùm sic vaus Cn. Pompeius, qui non modò

eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit: quæ res est, quæ cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? Ego enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior [a] vmquam aut fuit, aut esse debuit? qui è ludo, atque [b] pueritię disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est? qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris? ineunte adolescẽtia maximi ipse exercitus imperator? qui sæpiùs cum hoste conflixit, quàm quisquam cũ inimico concertauit? plura bella gessit, quàm ceteri legerunt? plureis prouincias confecit, quàm alij concupiuerunt? cuius adolescentia ad scientiã rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est [c] tradita? Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reip? Ciuile [d], Africanũ [e], Transalpinum [f], Hispaniense [g], mistum ex ciuitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus [h], seruile [i], nauale [k] bellũ, varia & diuersa genera, & bellorum, & hostium, non solùm gesta ab hoc vno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant, in vsu militari positã, quæ huius viri scientiã fugere possit. ¶ Iam verò virtuti [l] Cn. Põpeij, quæ potest par oratio inueniri? quid est, quod quisquam aut dignum illo, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditũ possit afferre? Non [m] enim illæ sunt solæ virtutes imperatoriæ, quę vulgò existimantur, *labor* [n] *in negotio, fortitudo in periculo, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo*: quæ tanta sunt in hoc vno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audiuimus, non fuerunt. Testis est Italia, quam ille ipse victor, L. Sylla, huius [o] virtute, & consilio [p] confessus est liberatam. testis est Sicilia, quam multis vndique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilij, explicauit. testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorũ sanguine redundauit. testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum [q] internecione patefactum est. testis est Hispania, quæ sæpissimè plurimos hosteis ab hoc superatos, prostratósque conspexit. testis est iterum, & sæpiùs Italia, quę cum seruili bello tæterrimo, periculosóque premeretur, ab hoc auxilium absente expetiuit: quod bellum exspectatione Pompeij attenuatum, atque imminutum est: aduentu sublatum, ac sepultum. testes verò iam omnes oræ, atque omnes exteræ gentes, ac nationes: denique maria omnia, tum vniuersa, tum in singulis oris omnes sinus, atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmum habuit præsidium, vt tutus esset? aut tam fuit abditus, vt lateret? Quis nauigauit, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret, cùm aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaret [r]? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam latè diffusum, atque dispersum, quis vmquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus vno anno, aut omnibus annis ab vno imperatore confici posse? Quam prouinciam tenuistis à prædonibus liberam per hosce annos? quod

a *fort.* rei militaris scientior. ¶ Peritia rei militaris in Pompeio*
b L. atque è pueritia d. P. B.
c L. & erat? ta? *& ita v.c.*
e cum Cinna & Carbone.*
e cum Cn. domitio.*
f cũ Gallis.*
g cum Sertorio.*
h Germanis & Gallis*
i L. seruile, nauale, varia & diuersa genera, & bellorum, & hostium, *&c. & ita v.c.* cum Spartaco.*
k cum piratis.*
l Virtus Põpeij.*
m L. Neque enim.*
n adde excepta ex Verrina 5.*
o L. huius virtute, & subsidio confess.
p *al.* subsidio
q L. Gallorũ interitione *al.* internicione. *al.* intensione. Lambinus 2. *ad Attic.* 20. interemptione *vel* interemptione *al.* intensione.* P. X.
r *lib. vulg.* naugaretur?

vectigal vobis tutum fuit? quem ſociũ defendiſtis? cui, præſidio, claſſib. veſtris, fuiſtis? quàm multas exiſtimatis inſulas eſſe deſertas? quàm multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas vrbeis eſſe ſociorum? Sed quid ego longinqua commemoro? *fuit hoc quondam, fuit proprium populi R. longè à domo bellare, & propugnaculu imperij ſociorũ fortunas, non ſua tecta defendere.* Sociis veſtris ego mare clauſum per hoſce annos dicam fuiſſe, cùm exercitus noſtri Brũdiſio [a] numquam, niſi ſumma hieme, tranſmiſerint? Quid, ad nos cùm ab exteris nationibus venirent, captos querar, cum legati populi R. redẽti ſint? mercatoribus tutũ mare non fuiſſe dicam, cùm duodecim ſecures [b] in prædonum poteſtatem peruenerint [c]? Quid aut Colophonem, aut Samũ, nobiliſſimas vrbeis, innumerabileſque alias, captas eſſe commemorem, cùm veſtros portus, atq; eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis, in [d] prædonum fuiſſe poteſtate ſciatis? An verò ignoratis, portum Caietę celeberrimũ, atq; pleniſſimum nauium, inſpectante prætore, à prædonibus eſſe direptum? Ex Miſeno autẽ, eius ipſius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat, à prædonibus eſſe ſublatos? Nam quid ego Oſtienſe [e] incommodum, atq; illam labem, atque ignominiam reip. querar, cùm, propè inſpectantibus vobis, claſſis ea, cui conſul populi R. præpoſitus eſſet, à prædonib. capta, atque oppreſſa [f] eſt? Prò dij immortales! tantámne [g] vnius hominis incredibilis, ac diuina virtus tam breui tempore lucem [h] afferre reip. potuit, vt vos, qui modò ante oſtiũ Tiberinum claſſem hoſtium videbatis, ij nũc nullam intra [i] Oceani oſtium [k] prædonum nauem eſſe audiatis? Atque hæc, qua celeritate geſta ſint, quanquam videtis, tamen à me in dicendo prætereunda non ſunt. Quis enim vmquã, aut obeundi negotij, aut conſequendi quęſtus ſtudio, tam breui tempore, tot loca adire, tantos curſus conficere potuit, quàm celeriter, Cn. Pompeio duce [l], belli impetus nauigauit? qui [m] Siciliam adiit, Africam exploravit: inde Sardiniam cũ claſſe venit, nondũ [n] tempeſtiuo ad nauigandum mari: atque hæc tria [o] frumẽtaria ſubſidia reip. firmiſſimis præſidiis, claſſibúique muniuit. Inde, ſe cùm in Italiam recepiſſet, duabus Hiſpaniis, & Gallia Ciſalpina præſidiis, ac nauib. cõfirmata, miſſis item in oram Illyrici maris, & in Achaiam, omnémque Græciam nauibus, Italiæ duo maria maximis claſſibus, firmiſſimiſque præſidiis adornauit: ipſe autem, vt à Brundiſio profectus eſt, vndequinquageſimo [p] die totam ad imperium populi R. Ciliciã adiunxit: omnes, qui vbique prædones fuerunt, partim capti, interfectiq; ſunt, partim [q] vnius huius imperio, ac poteſtati ſe dediderunt. Idem Cretenſibus, cùm ad eum vſque in Pamphyliam legatos, deprecatoréſq; miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſidéſque [r] imperauit. Ita tãtum bellum, tam diuturnum, tam lõgè, latéq; diſperſum, quo bello omnes gentes, ac nationes premebantur, Cn. Põpeius extrema [s] hieme apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit. Eſt hæc diuina, atq; incredibilis virtus imperatoris. quid ceterę, quas paullo antè commemorare cœperã, quantæ [t], atque quàm multæ ſunt? non enim ſolùm bellandi virtus in ſummo, atq; perfecto imperatore quærenda eſt: ſed multæ ſunt artes eximiæ, huius adminiſtræ, comitéſq; virtutis. Ac primùm *quanta* [a] *innocentia debent eſſe imperatores! quanta deinde omnibus in rebus temperantia* [b]! *quanta fide! quanta facilitate! quanto ingenio! quanta humanitate!* Quę breuiter, qualia [c] ſint in Cn. Pompeio, conſideremus. ſumma enim omnia ſunt, Quirites: ſed ea magis ex aliorũ cõtentione, quàm ipſa per ſeſe cognoſci, atq; intelligi poſſunt. Quẽ [d] enim poſſumus imperatorẽ aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneãt cẽturiatus, atq; venierint? quid hũc hominẽ magnum, aut amplum de repub. cogitare, qui pecuniã ex ærario deprompta ad bellũ adminiſtrandum aut propter cupiditatẽ prouinciæ magiſtratibus [e] diuiſerit, aut propter auaritiã Romæ in quæſtu reliquerit? Veſtra admurmuratio facit, Quirites, vt agnoſcere videamini, qui hæc fecerint. ego [f] autẽ neminẽ nomino. quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui antè de ſe voluerit cõfiteri. Itaq; propter hanc auaritiã imperatorũ, quantas calamitates, quocumq; ventum ſit, noſtri exercitus ferant [g], quis ignorat? Itinera, quæ per hoſce annos in Italia per agros, atque oppida ciuiũ Ro. noſtri imperatores fecerũt, recordamini. tũ facilius ſtatuetis, quid apud exteras nationes fieri exiſtimetis. Vtrũm plureis arbitramini per hoſce annos militum veſtrorum armis hoſtiũ vrbeis, an hibernis, ſociorũ ciuitates eſſe deletas? Neq; enim poteſt exercitũ is cõtinere imperator, qui [h] ſe ipſum non continet: neque ſeuerus eſſe in iudicando, qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices non vult. Hìc miramur, hũc hominem tantũ excellere [i] ceteris, cuius legiones ſic in Aſiã peruenerunt, vt non modò manus tanti exercitus, ſed nę veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur? Iam verò, quemadmodũm milites hibernent, quotidie ſermones, ac literæ perferuntur. non modò, vt ſumtum faciat in militem, nemini vis affertur: ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. *hiemis enim, non auaritiæ perfugium maiores noſtri in ſociorum, atque amicorum tecta eſſe voluerunt.* Agè [k] verò ceteris in rebus quali [l] ſit temperantia, conſideremus. Vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem curſum initum [m] putatis? non enim illum eximia vis remigium, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui noui, tam celeriter in vltimas terras pertulerunt: ſed [n] hæres, quæ ceteros remorari ſolent, non retardarunt: non auaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam reuocauit [o], non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, nõ denique labor ipſe ad quietem. poſtremò ſigna, & tabulas, ceteráque ornamenta Græcorum oppidorum, quę ceteri tollenda eſſe, arbitrantur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimauit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed *de cælo delapſum*, intuentur: nunc denique incipiũt credere, fuiſſe homines Romanos hac quondam abſtinentia: quod iam nationibus exteris incredibile, ac falſò memoriæ proditum videbatur, nunc imperij noſtri [p] ſplendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, non ſine causa maiores ſuos tũ, cùm hac tẽperantia magiſtratus habebamus, ſeruire populo Ro. quàm imperare aliis, maluiſſe. Iam verò ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberę querimoniæ de

a *al.* à Brundiſio u.

b duos Prætores Sextium & Bilinũ: quib. ſingulis ſex faſces: & ita ſũti, xu. faſces efficiunt. *Plutarchus.*

c L. peruenerint? Cn dum aut Coloph.

d L. ſu prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis? ſita legitur apud Gellium 1. c. 7.

e Oſtia, nauale vrbis Romę. *Strabo lib.* 5.*

f *al.* deprehẽſa eſt. *al.* depreſſa.*

g *al.* tanta ve.*

h φάος.

i L. Intra Oceanum prædon. *al.* intra Oceanum hoſtium n.

k fretũ Herculeum.*

l L. duce, tanti belli imp.

m *al.* qui nõdum tempeſtiuo ad nauigandum mari, Siciliam adiit, Africam exploravit: *&c.* vt l. hæc verba nondũ tempeſtiuo ad nauigandũ mari, quæ ſequũtur, huc aduocentur.*

n Mari enim & nauigando tempeſtiuũ ac ſuum tẽpus.*

o Siciliã, Africam, Sardiniam.*

p Celeritas belli confecti.*

q L. partim vnius hominis imp.

r Mos fuit victis, vt ſcipios, obſides imperare.*

s Celeritatis In bello exẽplum.*

t L. quantæ, quam multæ ſunt.

a Imperatoriæ virtutis. b L. temperantia qua in cupiditate ſe continet. quanti ingenio? quanta fide? quanta humanitate? Quæ br. ſint. c L. quanta. d Innocentia Imperatoris.

e *al.* magiſtris.*

f L. ego nũ neminẽ nomino neminem.

g *al.* adſciſci.*

h L. qui ſe ipſe non cõtinet.

i *Al.* antecellere cęt.

k Temperantia reip. nõ.* l *al.* quæ. *al.* quo.* m L. initum putatis? n L. Vtro res.

o L. deſtituit.

p L. vetus. p. xii.

niæ de aliorum iniuriis esse dicuntur, vt is, qui dignitate principibus excellit, [a] facilitate par infimis esse videatur. Iam quantum consilio, quantum dicendi grauitate, & copia valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos [b], Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis. Fidem [c] verò eius inter socios quantam existimari putatis, quàm hostes omnium gentium sanctissimam esse iudicarint? Humanitate [e] iam tanta est, vt difficile dictu sit, vtrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum [f] sit, qui ad omnia nostrę [g] memoriæ bella conficienda, diuino quodam consilio natus esse videatur? ¶ Et quoniam auctoritas [h] multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet, certè nemini dubium est, quin i ea in re idem ille imperator plurimùm possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes quid socij de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cùm sciamus, *homines in tantu rebus, vt aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ, quàm aliqua certa ratione commoueri?* Quod igitur nomen vnquam in orbe terrarum clarius fuit? cuius res gestæ pares? de quo homine vos, id quod maximè facit auctoritatem, tanta, & tam præclara iudicia fecistis? An verò vllam vsquam esse oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama peruaserit, cùm vniuersus populus R. referto foro, repletisque [k] omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, vnum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque, vt plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius auctoritas valeat in bello: ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur: qui, quo die à vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repentè vilitas [l] annonæ ex summa inopia, & caritate rei frumentariæ consecuta est, vnius [m] spe & nomine, quantam vix ex [n] summa vbertate agrorũ diuturna pax efficere potuisset. Iam verò, accepta in Põto calamitate, ex eo prælio, de quo vos paullo ante inuitus admonui, cùm socij pertimuissent, hostiũ opes, animiq; creuissent, cùm satis firmũ præsidiũ prouincia non haberet, amissis etis Asiã, Quirites, nisi [o] ipsum id tẽporis diuinit [o] Cn. Põpeiũ ad eas res gestiones fortuna populi R. attulisset. Hui [o] aduẽ tus & Mithridatẽ insolita inflãmatũ [p] victoria cõtinuit, & Tigranẽ magnis copiis minitantẽ Asiæ retardauit. Et quisquã dubitabit, quid vir tute perfecturus sit, qui tantũ auctoritate perfeceritaut quàm facilè imperio, atque exercitu socios & vectigalia cõseruaturus sit, qui ipso nomine, ac rumore defẽderit? Agè verò, illa res quantam declarat eiusdẽ hominis apud hostes populi R. auctoritatẽ, q̃ ex locis tã longinquis, tãmq; diuersis tã breui tẽpore omnes vnã huic se dediderũt? quòd [r] Cretẽsiũ legati cũ in eorũ insula nostri [s] imperator exercitũs que esset, ad Cn. Põpeiũ in vltimas prope terras venerũt, eiq; se omnes Cretẽsiũ ciuitates dedere velle dixerũt? Quid? idẽ ipse [t] Mithridates, nõne ad eũdẽ Cn. Põpeiũ, legatũ vique in Hispaniam misit [u]: eúmque Pompeius legatũ

A semper iudicauit: ij, quibus semper erat molestum, ad eum potissimùm esse missum, speculatorem, quàm legatum iudicare [a] maluerũt? Potestis igitur iam constituere, Quirites, hanc auctoritatem, multis posteà rebus gestis, magnisque vestris iudiciis amplificatam, quantũ apud illos reges, quantum apud exteras nationes valituram esse existimetis. ¶ Reliquum b est, vt de fœlicitate [c], quã præstare de [d] se ipso nemo potest, meminisse, & cõmemorare de altero possumus: ficut [c] æquum est homini de potestate deorum timidè & pauca dicamus. Ego enim sic existimo: Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis imperatorib. non solùm propter virtutem, sed etiã proprer fortunam, læpius imperia mandata atq; exercitus esse commissos. fuit enim profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem, & [f] gloriam, & ad res magnas bene gerẽdas diuinitus adiuncta fortuna. de huius autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac vtar moderatione dicendi, nõ vt in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed vt præterita meminisse, reliqua sperare videamur: ne aut inuisa diis immortalibus ioratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quãtas ille res domi, militiæque, terra, mariq;, quantãq; felicitate gesserit: vt eius semper voluntatibus nõ modò ciues assenserint, socij obtemperarint, hostes obedierint: sed etiam venti, tempestatesq; obsecũdarint. hoc breuissimè dicam, neminem vnquã tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot, & tantas res tacitus [g] auderet optare, quot, & quantas dij immortales ad Cn. Pompeiũ detulerunt. quod vt illi propriũ, ac perpetuũ sit, Quirites, cùm cõmunis salutis, atq; imperij, tũ ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle & optare debetis. Quare cùm & bellum ita necessariũ sit, vt negligi nõ possit: ita magnum, vt accuratissimè sit administrandum: & si cùm ei imperatorẽ præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod [i] à diis immortalibus oblatum, & datũ est, in rẽpublicam cõseruandam, atq; amplificandam conferatis? Quòd si Romæ Cn. Pompeius priuatus esset hoc tẽpore: tamẽ ad tantum bellum is erat deligendus, atque mittendus. nunc, cùm ad ceteras summas vtilitates hęc quoq; opportunitas adiũgatur, vt in iis ipsis locis adsit, vt habeat exercitum, vt ab iis, qui habent, accipere statim possit: quid exspectamus? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidẽ, cui cetera summa cum salute reipublicæ cõmissa sunt, hoc quoq; bellum regium cõmittimus? At enim [k] vir [l] clarissimus, reipublicæ, & vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus: itémque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimùm valuisse, & valere oportere cõfiteor: sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum [m] virorum, & clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsa re & ratione exquirere possumus veritatẽ: atque hoc facilius, q̃ ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, & necessarium bellum esse, & magnum, & in vno Cn. Pompeio summa esse

P. XIII.
a al. iudicari.*
b Felicitas Pompeii in bello gerendo.*
c autea facilitate.*
d al. de se ipse nemo p.
e L. sicut æquum est hominem de P.
f L. & ad gloriam.
g i. infinite quasi: quod vt vitaretur, Pythagorici iubebãt. μὴ φωνῆς δὸν χρᾶσθαι Clemens Stromate 4.
P. B.
h L. & ei imperatorem
i fort. quod vobis à diis
k CONFVTATIO.*
l L. vir clarissimus, amantissimus reip. vestris beneficiis
m L. fortissimorum, & clarissimorũ virorum, tamen, om.

P. XIIII.

omnia. Quid igitur ait Hortensius? Si vni omnia tribuenda sunt, vnum dignissimum esse Pompeium: sed ad vnum tamen omnia deferri no oportere. Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis, quàm verbis, refutata. Nã tu idem, Quinćte Hortensi, multa, pro tua summa copia, ac singulari facultate dicendi, & in senatu contra virum fortem A.Gabinium graviter, ornatéq; dixisti, cùm is de vno imperatore contra prædones constituendo legẽ promulgasset: & ex hoc ipso loco permulta [a] idẽ contra legẽ verba feceris. Quid? tum, per deos immortaleis, si plus apud populum R. auctoritas tua, quàm ipsius populi R. salus, & vera causa valuisset, hodie hãc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus? Aũ tibi tum imperium esse hoc videbatur, cùm populi R. legati, prætores, quæstoréque capiebantur? cùm ex omnibus prouinciis cõmeatu & priuato, & publico prohibebamur? cùm ita clausab erant nobis omnia maria, vt [c] neque priuatam rem maritimã, neque publicam iam obire possemus? Quæ ciuitas antea vmquam fuit, non dico Athenienſiũ [d], quæ satis latè quondam mare tenuisse dicitur: non Karthaginensium, qui permultùm classe, maritimísque rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorum vsq; ad nostram memoriam disciplina naualis, & [e] gloria remansit: quæ ciuitas antea vmquam tam tenuis, quæ tam parua insula fuit, quæ nõ portus suos, & agros, & aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem [f] Gabiniam ille populus R. cuius, vsq; ad nostram memoriam, nomen inuictum in naualibus pugnis permanserat, magna g, ac multo maxima parte non modò vtilitatis, sed dignitatis, atque imperij caruit. Nos, quorum maiores Antiochum regem classe, Persenque superarunt, omnibúsque naualibus pugnis Karthaginiẽſeis, homines in maritimis rebus exercitatiſſimos, paratiſſimósque vicerunt: ij nullo in loco iam prædonibus pares esse poteramus. nos quoque, qui antea non modò Italiam tutam habebamus, sed [h] omneis socios in vltimis oris auctoritate nostri imperij saluos præstare poteramus, tum, cùm insula Delos tã procul à nobis in Ægeo mari posita, quò omnes vndique cum mercibus, atque oneribus commeabant, referta diuitiis, parua, sine muro nihil timebat: iidem nõ modò prouinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portubus [i] nostris, sed etiam Appia iam via carebamus: & his temporibus non pudebat magistratus populi R. in hunc ipsum locum adscẽdere, cùm eum vobis maiores vestri exuuiis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Bono te animo tum, Q. Hortẽſi, populus R. & ceteros, qui erant in eãdem sententia, dicere existimauit ea, quæ sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus R. dolori suo maluit, quàm auctoritati vestræ obtemperare. Itaque vna lex, vnus vir, vnus annus, non modò nos illa miseria, ac turpitudine liberauit: sed etiã effecit, vt aliquando verè videremur omnibus gentibus, ac nationibus terra, mariſque imperare. Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio [k] dicã, ánne Pompeio, an vtrique? (id quod est verius:) ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti, ac postulanti. Vtrùm ille, qui postulat legatũ ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cùm ceteri ad expilandos socios, diripiendáſque prouincias, quos voluerunt, legatos eduxerint: an ipse, cuius lege salus, ac dignitas populo R. atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriæ eius imperatoris, atq; eius exercitus, qui consilio ipsius, atque periculo est constitutus? an Cn. [a] Falcidius [b], Q. Metellus, Q. Cælius [c] Latiensis [d], Cn. Lentulus, quos omneis honoris causa nomino, cùm tribuni pl. fuissent, anno proximo legati esse potuerũt: in hoc [e] vno Gabinio sunt tã diligẽtes, qui in hoc bello, quod lege [f] Gabinia geritur, in hoc imperatore, atque exercitu, quẽ per [g] se ipse cõstituit, etiam præcipuo iure esse deberet? de quo legãdo spero consules ad senatum relaturos. qui si dubitabunt, aut grauabuntur: ego me profiteor relaturum: neq; me impediet cuiusquã [h], Quirites, inimicum edictum, quo minus, fretus vobis, vestrum ius, beneficiúmq; defendã: neq;, præter intercessionem [i], quidquam audiam: de qua (vt arbitror) isti ipsi, qui minantur, etiã atq; etiam, qui id liceat, considerabunt. Mea quidem sententia, Quirites, vnus A. Gabinius, belli maritimi, rerúmque [k] gestarum [l] auctor, comes Cn. Pompeio adscribitur, propterea quòd alterum vnius id [o] bellũ suscipiẽdũ vestris suffragiis detulit: alter delatum, susceptúmque confecit. ¶ Reliquum est, vt de Q. Catuli [p] auctoritate, & sententia dicendum esse videatur. qui cùm ex vobis quæreret, si in vno Cn. Pompeio omnia poneretis, si [q] quid de [r] eo factũ esset, in quo spem essetis habituri: accepit magnum suæ virtutis fructum, ac dignitatis, cùm omnes propè [s] vnã voce, in [t] eo [u] ipso vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est vir, vt nulla res tanta sit, ac [x] tam difficilis, quã ille non & consilio regere & integritate tueri, & virtute conficere possit. sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quòd, quò minùs certa est hominum, ac minus diuturna vita, hoc magis resp. dum per deos immortaleis licet, frui debet summi hominis vita, atq; virtute. At [y] enim nihil noui fiat cõtra [z] exempla, atque instituta maiorum. Non dico hoc loco, maiores nostros semper in pace, cõsuetudini: in bello, vtilitati paruisse, semper ad nouos casus temporum, nouorum consiliorum rationes accommodasse: nõ [a] dicam duo bella maxima, Punicum, & Hispaniense, ab vno imperatore [b] esse cõfecta: duas vrbeis potentissimas, quæ huic imperio maximè [c] minabantur, Karthaginem, atque Numantiã, ab eodem [d] Scipione esse deletas: non cõmemorabo, nuper ita vobis, patribúsq; vestris esse visum, vt in vno C. [e] Mario spes imperij poneretur, vt idem cũ Iugurtha, idẽ cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret: in ipso Cn. Põpeio, in quo noui cõstitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa sint noua, summáq; Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid enim tam nouum, quàm adolescentulum [f], priuatum, exercitum difficili g reip. tẽpore cõficere? confecit. huic præesse? prefuit. rẽ optimè [h] ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinẽ, quàm homini peradolescenti, cuius à senatorio [i] gradu ætas longè abesset, imperium, atque exercitũ dari? Siciliã permitti, atque Africam, bellúmque in ea administrãdum? fuit in his prouinciis singulari innocentia, grauitate, virtute: bellum in Afri-

P. B.

a fort. permulta contra legem v. al. permulta ire contra eam legem.*

b L. clausa nobis erant om.

c L. vt neq; priuatam rẽ transmarinã, neq.

d Mari valuerunt Athenienses, Carthaginienses, Rhodii.*

e L. & gloria permansit.

f Legem Gabinius tulerat vt Imperium belli administrandi Pompeio demandaretur. *vide quæ sequuntur infra vide Dionem, Plutarchum, Ciceronem in oratione pro Cornelio Balbo apud Asconium* quæ etiam lege scriptũ fuit, vt Pompeius, quos ipse vellet legatos postularet, quod vel sequentia* indicant satis.*

g fort. magna atq; adeò multo maxima

h vet. sed omnis soc.

i vet. portibus.*

k L. Gabiniõne dicam, an Pomp.

a al. C.*

b author fortelegis Falcidiæ.

c L. Q. Cælius

d al. Lentulus, al. Latiensis.*

e al. hoc Gabinio.*

f Lege Gabinia administrationem belli Põpeio P. XV. demandatam fuisse hic testis indicio est.

g al. per vos ipse.*

h al. cuiusquam, sinisqui eas quo minùs ne.

i Trebellii Trib. pleb.

k L. rerum gestarum comes Cn. Põpeio

al. rerum gestarum Cn. Pompeio scribitur.*

l Gabinius Pompeio adscribitur.*

m Illud bellum

n cuius orationẽ & dissuasionem vide apud Dionem

o L. quid eo factum esset:

p idẽ si obiectionis causa mortis mentionem vitauit.

q vna propè voce

r In ipso vos spem habituros esse dixistis.

s Idem Valerius & Plutarchus

t fortasse tũ dixi.

u L. At etiam quod nihil

x Exempla & instituta maiorum semper res publica, non priuati dirigenda apud Romanos.

a Imò dico duo.

b P. Scipione Africano

c fort. minitabatur. Hannibal Barchas

d al. videbatur esse debebat

e vide Plutarchum in Mario & Sylla

f annos nata XXVII. Plutarch.

g Sylla

h capta Cor

ea ins

bone i De senatorum ætate alias dixi adde Plutarchũ in eius vita.

ca maximum confecit, victorem exercitum deportauit [a]. Quid verò tam inauditũ, quàm equitem R. triumphare? at eam quoque rẽ populus R. non modò vidit, sed etiam studio [b] omni visendã [c] putauit. Quid tam inusitatum, quàm vt, cùm duo [d] consules clarissimi, fortissimique essent, eques [e] R. ad bellum maximũ, formidolosissimúmque pro consule mitteretur? missus est, quo quidem rẽpore, cùm esset non nemo in senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatum pro consule: L. Philippus dixisse dicitur, *Non se illum sua sententia pro consule, sed pro cõsulibus mittere.* Tanta in eo reip. bene gerendæ spes constituebatur, vt duorum consulum munus vnius adolescentis virtuti cõmitteretur. Quid tam singulare, quàm vt ex senatusconsulto legibus [f] solutus, cõsul antè fieret, quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile, quàm vt iterum eques R. ex S. C. triũpharet? quæ in omnibus hominibus noua [g] post hominum memoriã constituta sunt, ea tã multa non sunt, quàm hæc, quæ in hoc vno homine vidimus. Atq; hæc tot exempla, tanta, ac tam noua, profecta sunt in eundem hominem à [h] Q. Catulo, atque à ceterorum eiusdẽ dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare videant, ne sit periniquum, & non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeij dignitate à vobis comprobatam semper esse: vestrum ab illis de eodem homine iudicium, populúsque R. auctoritatem improbari: præsertim cùm iam suo iure populus Ro. in hoc homine suam auctoritatem vel contra omneis, qui dissentiunt, possit defendere: propterea quòd, istis reclamantibus, vos vnum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonũ præponeretis. Hoc si vos temerè feceritis, & reip. parũ consuluistis: rectè isti studia vestra suis consiliis regere conantur. sinautem vos plus tum in rep. vidistis: vos, his repugnantibus, per vosmet ipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: aliquando isti principes, & ubi, & ceteris, populi R. vniuersi auctoritati parendũ esse fateantur. Atq; in hoc bello Asiatico, & regio, nõ solùm militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed alię quoque virtutes animi mul tæ & magnæ requiruntur. difficile est in Asia, Cilicia, Syria [i], regnisq; exterarum [k] nationũ ita versari vestrum imperatorem, vt nihil aliud, quàm de hoste, ac de laude, cogitet. deinde etiam siqui sunt pudore, ac temperantia moderatiores: tamen eos esse taleis [l], propter multitudinem cupidorum hominum ne mo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eas [m] hoc anno cum imperio misimus, iniurias, ac libidines. Quod enim fanũ putatis in illis terris nostris [n] magistratibus religiosum, quã ciuitatem sanctã, quã domum satis clausam, ac munitã fuisse? vrbes iam locupletes, ac [o] copiosæ requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem [p] inferatur. Libenter hæc coràm [q] cum Q. Catulo, & Q. Hortensio disputarem, summis, & clarissimis viris. Nouerunt enim socionum vulnera: vidẽt eorum calamitates: querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hosteis exercitum mittere putatis, an hostium simulatione, contra socios, atq; amicos? quæ ciuitas est in Asia, quæ nõ [r] modò vnius imperatoris, aut legati, sed vnius tribuni militum animos, ac [a] spiritus capere possit? Quare, etiã si [a] quem habetis, qui, collatis signis, exercitus regios superare posse videatur: tamen, nisi [b] erit idẽ, qui se à pecuniis sociorũ, qui ab eorũ coniugib. ac liberis, qui [c] ab auro, gazáq; regia, manus, oculos, animũ cohibere possit: nõ erit idoneus, qui ad bellũ Asiaticũ, regiumq; mittatur. Ecquã putatis ciuitatẽ pacatã fuisse, quæ locuples sit? ecquã esse locupletem, quæ istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Põpeium non solùm propter rei militaris gloriam sed etiã propter animi continentiam requisiuit. Videbat [d] enim populus R. [e] nõ locupletari quotannis pecunia publica, præter [f] paucos, neq; [g] eos quidquã aliud assequi classium nomine, nisi vt, detrimentis accipiendis, maiore affici turpitudine videremur. Nunc, qua cupiditate homines in prouincias, quibus iacturis, quibus cõditionib. proficiscãtur, ignorant videlicet isti, qui ad vnum deferẽda esse omnia non arbitrantur? Quasi verò Cn. Pompeium non cùm suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnũ esse videamus. Quare nolite [h] dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui inter [i] annos tot vnus inuentus sit, quem tocij in vrbeis suas cum exercitu venisse gaudeant. Quòd si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis: est vobis auctor bellorum omnium, maximatumq; rerum peritissimus, P. Seruilius: cuius tantæ res gestæ terra, mariq; exstiterunt, vt, cùm de bello deliberetis, auctor vobis grauior esse nemo debeat: est C. Curio summis [k] vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo ingenio, & prudentia præditus: est Cn. Lentulus, in quo omnes, pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam grauitatẽ esse cognoscitis: est C. Cassius, integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, num horum auctoritatibus, illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamus.

¶ Quæ [l] cùm ita sint, C. Manili, primùm istam tuam & legem, & voluntatem, & sententiam laudo, vehementissimèq; comprobo: deinde te hortor, vt auctore populo Rom. maneas in sententia, néve cuiusquam vim, aut minas pertimescas. Primùm in te satis esse animi, constantiæque arbitror: deinde, cùm tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam non [m] iterum in eodem homine præficiendo vidimus [n]: quid est, quòd aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid in me est studij, laboris, ingenij, quidquid hoc beneficio populi Rom. atque hac potestate prætoria, quidquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam, tibi, & populo Rom. polliceor, & defero. testórque omneis [o] deos, & eos maximè, qui huic loco, templóque præsident, qui omnium mentes eorum, qui ad remp. adeunt, maximè perspiciunt, me hoc neq; rogatu facere cuiusquam, neque [p] quòd Cn. Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neq; quòd mihi ex cuiusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adiumenta honoribus quæram: propterea quòd pericula facilè, vt hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus: honores autẽ neq; ab vno, neque [q] ex hoc loco, sed cadẽ nostra illa laboriosissima ratione vitæ, si vestra voluntas feret, consequemur.

[a] L. deportauit. [b] L. omnibus studio. [c] al. visendi te concelebrãdã putauit.* [d] D. Brutus & M. Aemilius.* [e] Q. Metellus Pius.

[f] Legibus solui dicuntur, quibus præcipiuntur. P. XVI. quo ibre vt legibus nõ re tentur sena tusconsulto permittitur.* [g] facti infituta sunt.

[h] L. à Q. Catuli, atque

[i] al. Cilicia, Lycia, Syria.* [k] al. extremarum. al. interiorum. Sed planè ibi nimio. mox exterarum natiõnes.* [l] L. talis P. B. m al. cos per hos annos cum imperio c. c. malè. vix est enim vt Latine referas. cos, ad prouincias.* [n] L. vestris magistr. [o] L. & copiosæ. [p] al. facultatem. [q] L. coràm Q. Catulo [r] L. non modò imperatoris,

[a] al. ac spem capere p. [b] L. nisi idẽ erit is, qui [c] al. qui ab ornamentis suorum atque oppidorum, qui ab auro. &c.* [d] L. Videbat enim, populũ R. [e] Aut. Aug. Ro. locuple. P. XVII. [f] Pantagath. Prætores.* [g] L. neq. nos quidquam aliud ass. [h] L. nolite dubitare, Quirites, quin h. l. fort. inter tot annos [i] al. nunc.* [n] al. videmus.* [k] L. summis vestris beneficiis vsus, maximis rebus est.* [l] PERORATIO.* [o] B. >. c. omnia deas [p] al. neque quòd [q] al. neq. ab hoc loco,

Quamobrē, quidquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id omne me reip. causa suscepisse cōfirmo: tantūmq; abest, vt aliquam bonam gratiā mihi quæsisse videar, vt multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas [a], intelligam, mihi non necessarias, vobis non inutiles, suscepisse. sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem, & reip. dignitatem, & salutem prouinciarum, atque sociorum, meis omnibus commodis, & rationibus præferre oportere.

[a] *al.* aperras, mihi non necessarias, nobis inutiles, intelligat me suscepisse.*

PRO A. CLVENTIO AVITO
ORATIO DECIMA-QVARTA.

SYNOPSIS.

¶ Quæstio *An Cluentius Oppianicum vitricum veneno sustulerit, & An Oppianicus iuste condemnatus* Accusator T. *Atticus Pisaurensis:* Reus *A. Cluentius.* Patronus Cluentij *Cicero idémque Prætor de pecuniis repetundis:* Prætor *Q. Naso*, Iudex, *Q. Voconius:* Acta *in foro anno* 687. Euentus *Cluentius absolutus.*

[a] *al.* Habito *& ita citatur hæc oratio in 1a. l. Cicero 39. ff. de pœnis & in libro de Oratore perfecto.* sic hospes habitus Masinissa *Ciceroni de senectute* spolia habita *Valerio 6. c. de libere dictis.* Et *libro de vniuersitate Ciceronis*, habemus anno Paulo 3. *sententiarum* 4. 5. 7 bona habita quæ vox tantidempræstat quod auita: vt & in inscriptionibus, Habe. prænue.*

P. XVIII. [b] EXORDIVM.*

[c] *vsc.* partis

[d] quo Oppianicus accusante Cluentio, iudice quæstionis C. Iunius condemnatus.*

[f] Tua venefica obiiciebat accusator. Quòd C. Vibium Capacem, veneno sustulisset Oppianico parasset venenum, quòd cū Balbutius [i], quidam interceptū bibisset statim essetmortuus Quod Oppianicum patrē veneno per Asellū quendam in pane necasset.*

P. B.

[g] *al.* perspicio.*

[h] *vsc.* confusis.

[i] L. negem esse illam r.

[k] L. euellere ex animis homin. tantā opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam, non [illegible] n.

A NIMADVERTI [b], iudices, omnē accusatoris [c] orationem, in duas diuisam esse parteis [d]: quarum altera mihi niti, & magnopere cōsidere videbatur inuidiā iam inueteratā iudicij Iuniani [e]: altera tatūmodo consuetudinis causa timidè, & diffidenter attingere rationem veneficij criminum: qua de re lege est hæc quæstio constituta. Itaque mihi certum est hanc eandem distributionem, inuidiæ, & criminum [f], sic in defensione seruare, vt omnes intelligant, nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Sed cùm considero, quomodo mihi in vtraque re sit elaborandum, altera pars, ea quæ propria est iudicij vestri, & legitimæ veneficij quæstionis, per mihi breuis, & non magnæ in dicendo cōtentionis fore videtur: altera autē, quæ procul à iudicio remota est, quæ concionibus seditiosè concitatis accommodatior est, quàm tranquillis, moderatisque iudiciis, prospicio [g], quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. Sed in hac tanta difficultate illa me res tamen, iudices, consolatur, quòd vos de criminibus sic audire consueuistis [h], vt eorum omnem dissolutionem ab oratore quæratis: vt non existimetis, plus vos ad salutem reo largiri oportere, quàm quantum defensor, purgandis criminibus, contenderit, & dicendo probare potuerit. De inuidia autem sic inter vos disceptare debetis, vt non, quid dicatur à nobis, sed quid oporteat dici, consideretis. Agitur enim in criminibus, A. Cluentij proprium periculum: in inuidia, causa communis. Quamobrem alterā partem causæ sic agemus, vt vos doceamus: alteram, sic, vt oremus. in altera, diligentia vestra nobis adiungenda est: in altera, fides imploranda. nemo est enim, qui inuidiæ sine vestro, ac sine talium virorū subsidio possit resistere. Equidem, quod ad me attinet, quò me vertam, nescio. negem fuisse illam infamiam iudicij corrupti? negem [i] illam rem agitatam in concionibus? iactatam in iudiciis? commemoratam in senatu? euellam [k] ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? non est nostri ingenij: vestri auxilij est, iudices, huius innocentiæ sic in calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma, atque in communi incendio subuenire. Etenim *sicut aliis in locis parum firmamenti, & parum* [a] *virium falsitas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.* dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis: valeat in opinionibus, ac sermonibus imperitorum, ab ingeniis prudentium repudietur: vehementeis habeat repentinos impetus, spatio interposito, & causa cognita consenescat. denique illa definitio iudiciorum æquorum, quæ nobis à maioribus tradita est, retineatur: vt in iudiciis & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. Quamobrem à vobis, iudices, antequàm de ipia causa dicere incipio, hæc postulo: primum id, quod æquissimum est, vt nequid huc præiudicati afferatis. etenim *non modò auctoritatem, sed etiam nomen iudicum amittemus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus, ac si ad causas iudicia iam facta domo deferemus.* deinde siquam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio conuellet, si [b] ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit: ne repugnetis, eámque animis vestris aut libentibus, aut æquis remittatis. tum autē, cùm ego vnaquaque de re dicam, & diluam, ne ipsi quæ contraria sunt, taciti cogitationi vestræ subiiciatis: sed ad extremū exspectetis, & me meū dicendi ordinem seruare patiamini: cùm peroraro, tum, siquid erit prætermissum, à me requiratis. Ego me iudices, ad eam causam accedere, quæ iam per annos octo continuos ex contraria parte audiatur, atque ipsa opinione hominum tacita propè conuicta, atque damnata sit, facilè intelligo: sed, siquis mihi deus vestram ad me audiendum benevolentiam [d] conciliarit: efficiam profectò, vt intelligatis, *nihil esse homini tam timendum, quàm inuidiam: nihil innocenti, suscepta inuidia, tam optandum, quàm æquum iudicium*, quòd [e] in hoc vno denique falsæ infamiæ finis aliquis, atque exitus reperiatur. Quamobrem magna me spes tenet, si ea, quæ sunt in causa, explicare, at-

[a] L. parum. uitium veritas habet.

[b] L. si oratio labefactabit P. B.

[c] *al.* cum ego oratione hominum tacita.

[d] L. benivolentiam

[e] L. quid de hoc dicam.

re, atque omnia dicendo consequi potuero, hunc locum, consessúmque vestrum, quem illi horribilem A. Cluentio, ac formidolosum fore putauerunt, eum tandem eius fortunæ miseræ, multúmque iactatæ portum, ac perfugium futurum. Tametsi permulta sunt, quæ mihi, antequàm de causa dicam, de communibus inuidiæ periculis dicenda esse videantur: tamen, ne diutius oratione mea suspensa exspectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, qua mihi sæpiùs vtendum esse intelligo, sic vt me audiatis, quæso, hoc tempore hæc causa primùm dicatur, sicuti dicitur, non quasi sæpe iã dicta, & nũquã probata sit. hodierno enim die primùm veteris istius criminis diluendi potestas est data: ante hoc tempus error in hac causa atque inuidia versata est. Quamobrem dum multorum annorum accusationi breuiter, dilucidéque respondeo, quæso, vt me iudices, sicuti facere instituistis, benignè, attentéque audiatis. ¶ *Corrupisse dicitur A. Cluentius iudicium pecunia quo inimicum suum innocentem, Stratium, Albium condemna et.* Ostendam, iudices, primùm, quoniam caput illius atrocitatis, atque inuidię fuit, innocentem pecunia circumuentum, neminem vmquam maioribus criminibus, grauioribus testibus esse in iudicium vocatum. deinde ea de eo prædicia esse facta ab ipsis iudicibus, à quibus condemnatus est, vt nõ modò ab iisdem, sed ne ab aliis quidem vllis, absolui vllo modo posset. Cùm hæc docuero, *tum illud ostendam*, quod maximè requiri intelligo, iudicium illud pecunia esse tentatum, non à Cluentio, sed contra Cluentium: faciámque, vt intelligatis, in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. ¶ Primùm igitur illud est, ex quo intelligi possit, debuisse Cluentium magnopere causæ cõfidere, quòd certissimis criminibus, & testibus fretus ad accusandum descenderit. Hoc loco faciendum mihi, iudices, est, vt vobis breuiter illa, quibus Albius condemnatus est, crimina exponam. Abs te peto, Oppianice, vt me inuitum de patris tui causa dicere cogas: adductum fide, atq. officio defensionis. etenim tibi si in præsentia satisfacere non potuero, tamen multæ mihi ad satisfaciendum reliquo tempore facultates dabuntur: Cluentio nisi nunc satisfecero, postea mihi satisfaciendi potestas non erit. simul & illud quis est, qui dubitare debeat, contra damnatũ & mortuum, pro incolumi & viuo dicere: cùm illi, in quem dicitur, damnatio omne ignominiæ periculum iam abstulerit, mors verò etiam doloris? huic autem, pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu, ac dolore, & sine summo dedecore vitæ, ac turpitudine? Atq. vt intelligatis, Cluentium non accusatorio animo, nõ ostentatione aliqua, aut gloria adductum, sed nefariis iniuriis, quotidianis insidiis, proposito ante oculos vitæ periculo, nomen Oppianici detulisse, paullo longiùs exordium rei demonstrandæ repetam: quæso, iudices, ne molestè patiamini. *principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis.* ¶ A. Cluentius Auitus, fuit pater huiusce, iudices, homo nõ solum municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cùm esset mortuus, Sylla, & Põpeio Coss. reliquit hunc annos xv. natum: grandem autem, & nubilem filiam: quæ breui tempore post patris mortem nupsit A. Aurio Melino, consobrino suo adolescenti in primis, vt tum habebatur, inter suos & honesto, & nobili. Cùm essent hæ nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ, repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido, nõ solùm dedecore, verùm etiã scelere conuicta. Nam Sassia materd huius Auitii (mater enim à me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater, inquam, appellabitur: neq. vmquam illa ita de suo scelere, & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat. Quo enim est ipsum nomen amantius, in dulgentiúsque maternum, hoc illius matris, quæ multos iam annos, & nunc cùm maximè filium interfectum cupit, singulare scelus, maiore odio dignum esse ducetis.) Ea igitur mater Auitii, Melini illius adolescentis, generi sui, contrà quàm fas erat, amore capta, primò neque id ipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur: deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiæ, non hominum fama, non filij dolor, non filiæ mæror à cupiditate reuocaret. Animum adolescentis, nondum consilio, ac ratione firmatum, pellexit ijs omnibus rebus, quibus illa ætas capi, ac deliniri potest. filia, quæ non solùm illo communi dolore muliebri in eiusmodi viri iniurijs angeretur, sed nefarium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem sine scelere se posse arbitraretur, ceteros sui tanti mali ignaros esse cupiebat: in huius amantissimi sui fratris manibus, & gremio, mœrore, & lacrymis consenescebat. Ecce autem subitum diuortium: quod solatium malorum omnium: fore videbatur. discedit à Melino Cluentia: vt in tantis iniuriis, non inuita. vt à viro, non libenter. Tum verò illa egregia, ac præclara mater, palàm exsultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, victrix filiæ, non libidinis. Itaque diutiùs suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit: lectum illum genalem, quem biennio antè filiæ suæ nubenti straurat, in eádẽ domo sibi ornari, & sterni, expulso, atq. exturbata filia, iubet. nubit genero soerus, nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium. O mulieris scelus incredibile, & præter hanc vnam, in omni vita inauditum! ô libinem effrenatam, & indomitam! ô audaciam singularem! non timuisse, si minùs vim deorum hominúmque famam, at illã ipsam noctẽ faceisq. illas nuptiales? non limen cubiculi? non cubile filiæ? non parietes denique ipsos, superiorum testeis nuptiarum? Perfregit ac prostrauit omnia cupiditate, ac furore: vicit pudorem libido, timorem audacia, rationẽ amentia. Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, cognationis, nominis, grauiter filius: augebatur autẽ eius molestia quotidianis querimoniis, & assiduo fletu sororis. statuit tamẽ nihil sibi in tantis iniuriis, ac tanto scelere matris, grauiùs faciendum, quàm vt illa matre ne vtere-

a Nuptiæ igitur permissæ inter consobrinos.*
b *al.* exorta est
c L. cõiunctæ. *fort.* conquinata.
d Talis Sophoeli Electra μήτηρ ἀμήτωρ.*
e L. mater enim à me in omni causa, *al.* in omni causa.*
g Naturæ nomen, hoc est maternum.*
h *al.* quàm maxime.*
i *lib. vulg.* Habiti,
k *al.* inflammata libid.*
l χωρίζεται
m Lectus genialis in honorem Genii sternebatur in nuptiis. Festus.*
n *al.* genitalẽ aliis ita legẽdum apud Horat. 1. Epistol. & in inscriptione Cõmodi, ita lege Dis genitalibus. & apud Ausonium Periocha 4. Ilia. Eadem ratione genitales deos legi oportere apud Festum.*
o *lib. vul.* nullis auspiciis,
p Auspicato veteres omnia vt & nuptias, cõtrahebant. Cicero 2 de Diuin. Valer. 1. dixi plura ad leg. 12. tab. titulo de nuptiis.*
q De ominibus nuptiarũ vide Virgil. 2 ad illum versum, primúsque per omina gentis. & Valer. 5. ad de Cicer 1. de Diuinat.*
r Facẽ in nuptiis præferri vt & ignem, & aquam moris fuit apud veteres. vide Festum in Facem. dixi ad l. Seia. §. virgini. ff. de donat. inter vir. & vxorẽ. Plinium 16. Plutarchum.*
f Puella nubens, cùm ad limen mariti peruenerat, postes laneis villis ornare, & oleo inungere solebat. vnde vxores dictæ, quasi vnxores. Seruius 4. Aeneid 28. Plinius 9. Caebat quoque vxor domum mariti ingrediens, ne limen attingeret. & cur, vide Plut in probl. Sermium ad Eclog. 8. Virg. Lucanum. 2. plautum Casina.
t L. grauius esse faciendum.

fal. quasi hoc tempore primùm hæc causa dicatur.

P. B. propositio.*

c CONFIRMATIONIS pars prior.*

d L. illud erit,

e *fort.* mihi est, iudices, vt vobis.

fal. dolorem & L. accidere sine

P. XX.

i Narratiũcula de Cluentii matre.*

k Larinum oppidũ Apuliæ. Plin. 3. xij.

turne, quam videre sine summo animi dolore non poterat, ea si matre veteretur, nō solùm videre, sed etiā probare suo iudicio putaretur. Initiū quod huic cū matre fuerit simultatis, audistis[a]. pertinuisse hoc ad causam, tūcb, cùm reliqua cognoueritis, intelligetis. Nam illud me non præterit, cuiusmodi cumque mater sit, tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici vix oportere. non essem ad vllam causam idoneus, iudices, si hoc, quod in communibus hominum sensibus, atq. in ipsa natura positum atq. infixum est, id ego, cùm[c] ad amici pericula depellenda adhiberer, non viderem. *Fac le intelligo non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo æquo ferre oportere.* Sed ego ea quæ ferri possunt, ferēda: quæ taceri, tacenda esse arbitror. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum à matre esset[d] conflatū, & profectum. Quæ hoc tempore fileret omnia, atq ea si obliuione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur. sed ea verò si agit, vt prsus reticere nullo modo possit. Hoc. n. ipsum iudiciū, hoc periculum, illa[e] accusatio, omnis testium copia, quæ futura est, à matre initio est adornata, à matre hoc tempore instruitur, atq. omnib[9] eius opibus, & copiis cōparatur: ipsa deniq nuper Larino, huius opprimēdi causa, Romā aduolauit. præstò est mulier audax, pecuniosa, crudelis: instruit accusatores, instruit[f] testeis squalore huius, & sordibus lætatur: exitiū[g] exoptat: sanguinem suum profundere omnem cupit, dūmodò profusum huius antè videat. Hæc nisi omnia ꝓspexeritis in causa: temerè à nobis illā appellari putatote. sinautem erunt & aperta & nefaria: Cluētio ignoscere debetis, quòd hæc à me dici patiatur: mihi ignoscere non deberetis, si tacerem. ¶ Nunch iam summatim exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit: vt & cōstantiam A. Cluentij, & rationem accusationis perspicere possitis. Ac primùm causa accusandi quæ fuerit, ostendam: vt id ipsum A. Cluentium vi & necessitate coactum fecisse videatis. Cùm manifestò venenum deprehendisset, quod vir matris Oppianicus ei paruisset, & res non cōiectura, sed oculis, ac manibus teneretur, neq. in causa vlla dubitatio posset esse: accusauit Oppianicum, quàm constanter, & quàm diligenter, postea dicam: nunc hoc scire vos volui, nullam huic aliam accusandi causam fuisse, nisi vti propositū vitæ periculum, & quotidianas capitis insidias hac vna ratione vitaret. Atque vt intelligatis, his[i] accusatum esse criminibus Oppianicum, vt neque accusator timerek, neque reus sperare debuerit[l]: pauca vobis illius iudicij crimina exponam: quibus cognitis, nemo vestrûm mirabitur, illum, diffidentem rebus suis, ad Stalenum, atque ad pecuniam cōfugisse. Larinas quędam fuit Dinea socrus Oppianici: quæ filios habuit M. & Numerium Aurios, & Cn. Magium, & filiam Magiam, nuptam Oppianico M. Aurius adolescēs tulus bello Italico[m] captus apud Asculum[n], in Q. Sergij senatoris, eius qui inter[o] sicarios damnatus est, manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo[p]. Numerius autem Aurius frater, mortuus est, heredémq. Cn. Magium, fratrem suum, reliquit postea Magia, vxor Oppianici, mortua est. postremò vnus, qui reliquus erat, Dineæ filius, Cn. Magius est mortuus, is fecit heredem illum adolescentem[a] Oppianicum, sororis suæ filium, eúmque partiri[b] cum Dinea matre iussit. interim venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei, filium eius, M. Aurium, viuere: & in agro Gallico esse in seruitute. Mulier, amissis liberis, cùm vnius filij recuperandi spes esset ostentata, omneis[c] suos propinquos, finiq. sui necessarios conuocauit, & ab iis flens petiuit[d], vt negotium susciperent, adolescentem inuestigarent, sibi testituerent eum filium, quem[e] tantùm vnum ex multis fortunæ reliquum esse voluisset. Hæc cùm agere instituisset, oppresso morbo est itaq. testamentum fecit eiusmodi, vt illi filio LLS. cccciɔɔɔɔ. millia legaret, heredem institueret eundem illum Oppianicum, nepotem suum. atque his diebus paucis est mortua. propinqui tamen illi, quemadmodum vitua Dinea instituerant, ita mortua ad inuestigandum Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicū profecti sunt. Interim Oppianicus, vt erat, ficuti multis ex rebus reperietis, singulari scelere, & audacia, per quendam Gallicanum, familiarem suum, primùm illum indicem pecunia corrupit: deinde ipsum Aurium, non magna iactura facta, tollendum, interficiendúmque curauit. Illi autem, qui erant ad propinquum inuestigandum, & recuperandum profecti, litteras Larinum ad Aurios, illius adolescentis propinquos, suósque necessarios, mittunt: sibi difficilem esse inuestigandi rationem, quòd intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptum. Quas litteras A. Aurius, vir fortis, & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurij propinquus, in foro palàm, multis audientibus, cùm adesset Oppianicus, recitat, & clarissima voce se nomen Oppianici, si interfectum M. Aurium comperisset, delaturum esse testatur. Interim breui tempore illi, qui erant in agrum Gallicum profecti, Larinum reuertuntur: interfectum esse M. Aurium renuntiant. animi non solùm propinquorum, sed etiam omnium Larinatium odio Oppianici, & illius adolescentis misericordia commouentur. Itaque cùm A. Aurius, qui antea denuntiarat, clamore hominem, ac minis insequi cœpisset: Larino profugit, & se in castra clarissimi viri, Q. Metelli, contulit. Post illam *fugam*[f] *& sceleris, conscientiæ testem*, numquam se iudiciis, numquam legibus, numquam inermem inimicis committere ausus est: sed per illam L. Syllæ vim, atque victoriam, Larinum in summo timore omnium, cum armatis aduolauit: quattuor[h] viros[i], quos municipes fecerant, sustulit: se à Sylla, & alios prætorea treis, factos esse dixit: & ab eodem sibi esse imperatum, vt Aurium illum, qui sibi delationem nominis, & capitis periculum ostentarat, & alterum Aurium, & l eius, C. filium, & Sex. Virbium, quo sequestre in[m] illo indice corrumpendo dicebatur esse vsus, proscribendos, interficiendósq. curaret. Itaque, illis crudelissimè interfectis, non mediocri ab eo ceteri proscriptionis, & mortis metu terrebantur. His rebus in causa, iudicióque patefactis, quis est qui illum absolui potuisse arbitretur? Atq.[n] hæc parua sunt: cognoscite reliqua: vt non aliquando condemnatum esse Oppianicum, si aliquandiu incolumem fuisse miremini. ¶ Primùm videte hominis audaciam.

a L. audiuistis.
b L. tum, cùm
c al. quis.*
d L. esset conflatum, & perfectum.
e L. hæc accusatio,
f L. instituit testeis. *id est docet.**
g L. exitium ei exoptat.
P. B.
h Narratiuncula de damnatione Oppianici (cui tertiò Sassia mater, Cluentii nupserat) & eius criminibus, hoc est de M. Auria & alijs interfectis: De Sassia matre Cluentii ducta & occisa duobus filiis ex Papia & Nouia natis. De Cluentia vxore veneno sublata. De Oppianico fratri & eius vxore prægnatæ sublatis: De Magii vxore quam, procurato prius abortu, duxit. De Asinio Larinate occiso per Aiulium. De Dineæ socrus cæde. De falso in Dineæ testamēto commisso: De tabulis publicis Larini corruptis.*
i L. iis acc.
k al. timere debuerit.
l al. potuerit*
m quod & Marsicum, quod à Marsis coegit: & Sociale Strabo. 5. adde Ciceronem pro Sylla.*
n Asculum colonia Piceni 3. *Plin.* 13. *Strabo* 5.*
o Crimen interficarios dicebatur, si cædes ferro aut telo facta.*
p Ergastulum locus seu carcer vinctorū & gladiatorū 15. *Iud.* 16.*

a L. adolescentulum,
b De partitione hereditatis dixi.*
c v. c. omnes suos.
d L. petiit.
e L. quæ tum vnā ea mala.
f Fuga Ieris & scientia. *Plin.* 7. 30. g 30. vi. h L. iii. virorum. i In municipiis quattuor viri dicebantur in aliis. Duumviri. k v. crim. l L. Cælius filium, & Sex. Vibium, & in sequentibus intermedias pauca. Lio sensu accipiuntur sæpe apud Iurisconsultos. lege. 100. ff. de verborum significatione. *al.* Atq[ue] haeg.

ciam. Sassiã in matrimoniũ ducere, Auiti matrem, illam, cuius virum A. Aurium occiderat, concupiuit. Vtrùm impudentior hic, qui postulet: an crudelior illa, si nubat, difficile dictu est. sed tamen vtriusque humanitatem, constantiámque cognoscite. Petit Oppianicus, *vt sibi Sassia nubat*, & id magnopere contendit. illa[a] autem nõ admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur, non denique illam Oppianici[b] dexteram, viri sui sanguine rudantem, reformidat: sed quòd haberet treis ille filios, idcirco se ab his nuptiis abhorrere respondit. Oppianicus, qui pecuniam Sassiæ concupiuisset, domo sibi quærendum remedium existimauit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur. Nam, cùm haberet ex Nouia infantem filium: alter autem eius filius, Pappiæ natus, Theani Appuli, quod[d] abesset à Larino decem & octo millia passuum, apud matrem educaretur: arcessit subitò sine causa puerum Theano: quod facere, nisi ludis publicis, aut festis diebus, antea non solebat. Mater nihil mali misera suspicans, mittit. Ille se Tarentum proficisci cùm simulasset, eo ipso die puer, cùm hora vndecima in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridie, antequàm luceret, combustus[e] est. Atque hunc tantum mærorem matri prius hominum rumor, quàm quisquam ex Oppianici familia renuntiauit. Illa cùm vno tempore audisset sibi non solùm filium, sed etiam exsequiarum munus ereptum, Larinum confestim exanimata venit, & ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Dies nondum decem intercesserant, cùm ille alter filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuò Sassia, lætanti iam animo, & spe optima confirmata. nec mirum, quæ se non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinitam videret. Itaq. *quod ceteri propter liberos pecuniæ cupidiores solent esse, ille propter pecuniam liberos amittere iucundũ esse duxit.* Sentio, iudices, vos pro vestra humanitate, his tantis sceleribus breuiter à me demonstratis, vehementer esse commotos. Quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus his de rebus non modò audiendum fuit, verùm etiam iudicandum? vos auditis de eo, in quẽ iudices non estis: de eo, quem non videtis: de eo, quem odisse iam non potestis: de eo, qui & naturæ, & legibus satisfecit: quem[f] leges exsilio, natura morte multauit: auditis non ab inimico, auditis sine testibus: auditis, cùm ea, quæ copiosissimè dici possunt, breuiter à me, strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo, de quo iurati[g] sententias ferre debebant: de eo, cuius præsentis nefarium, & conceleratum vultum intuebantur: de eo, quem[h] oderant propter audaciam: de eo, quem omni supplicio dignum esse ducebant. audiebant ab accusatoribus: audiebant verba multorum testium: audiebant, cùm vnaquaque de re à P. Canutio, mine eloquentissimo, grauiter, & diu diceretur. Et est quisquã, qui, cùm hæc cognouerit, suspicari possit, Oppianicum iudicio oppressum, & circumuentũ esse innocentem? ¶Accuratim iam reliqua, iudices, dicam, vt ad ea, quæ[k] propiora huius causæ, & adiunctio nearis, non mihi hoc esse propositum, vt accusem Oppianicum mortuum: sed, cùm hoc persuadere vobis velim, iudicium ab hoc nõ esse corruptum, hoc vti initio, ac fundamento defensionis: Oppianicum, hominem sceleratissimum, & nocẽtissimum, esse damnatum: qui *vxori suæ Cluentiæ*, quæ amita huius Auiti fuit, cùm ipse poculum dedisset, subitò illa in media potione exclamauit, se maximo cùm dolore mori. nec diutius vixit, quàm locuta est. nã in ipso sermone hoc & vociferatione mortua est. & ad hanc mortem tam repentinam, vocémque morientis, omnia præterea, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. ¶Eodémque veneno C. Oppianicum, fratrẽ necauit. Neq. est hoc satis: tametsi in[a] ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermissum videtur: tamẽ, vt ad hoc nefarium facinus accederet, aditũ sibi aliis sceleribus antè munuit. Nam cùm esset grauida Auria, fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur: mulierem veneno interfecit, vt[b] vnà illa, & quod erat ex fratre cõceptũ, necaretur. Postea fratrem aggressus est: qui[c] ferò, iam exhausto illo poculo mortis, cũ & de suo, & de vxoris interitu clamaret, testamentúmque mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis, est mortuus. Ita mulierem, ne partu eius ab hereditate fraterna excluderetur, necauit: fratris autem liberos prius vita priuauit, quàm illi hanc ab[d] natura propriam lucem accipere potuerunt: vt omnes intelligerent, nihil ei clausum, nihil sanctum esse posse: cuius ab audacia, fratris liberos, ne materni quidem corporis custodia tegere potuisset. Memoria teneo, Mileſiam[e] quãdã mulierem, cùm essem in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei[f] capitalis esse damnatam: neque iniuria: quæ *spem*[g] *parentis, memoriam*[h] *nominis, subsidium generis, heredem familiæ, designatum reipub. ciuem sustulisset.* Quanto Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? siquidem illa, cùm suo corpori vim attulisset, se[i] ipsam cruciauit. hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem, atque cruciatum. Ceteri non videntur in singulis hominibus multa[k] parricidia suscipere posse: Oppianicus inuentus est, qui in vno corpore plureis[l] necaret. ¶Itaque cùm hanc consuetudinem, audaciámque cognosceret auunculus illius adolescentis, Oppianici, *Cn. Magius*: ísque graui morbo affectus esset, & heredem, illum sororis suæ filium, faceret: amicis adhibitis, præsente matre sua. Dinea, vxorem suam interrogauit, essétne[m] prægnans: quæ cum se esse respondisset: ab ea petiuit, vt, se mortuo, apud Dineam, quæ tum ei mulieri socrus erat, quoad páreret, habitaret, diligentiámque adhiberet, vt id, quod conceperat, seruaret, vt saluum párere posset. Itaque ei, testamento legat grandem pecuniam à filio, siqui natus esset: ab secundo herede nihil legat. Quid de Oppianico suspicatus sit, videtis: quid iudicarit, obscurum non est. Nam, cum eius filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adscripsit. Quid Oppianicus fecerit, cognoscite, vt illum Magium intelligatis longè animo prospexisse morientem. Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, siqui natus esset, eam præsentem Oppianicus non debitam mulieri soluit: si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

a *fort.* illa autem non deniratur

b L. Oppianici domum, vi sui f. [& ita quoque legit Victor. 15. Variar.*

P. XXIII. cal. Pappia est autem nomẽ gentis Pappiæ Lanuuii municipio oriundæ.*

d L. quod abest Larino

e Mos veteribus corpora comburere.*

f L. quem leges exsilio.

g Iurati iudices sententias ferre dicebãt.

h L. quæ propiora huic causæ, & adiuncta, ad quæ propria huius causæ, & adiuncta, ad quæ propiora.

a L. in ipso paterno parricidio n.

b L. vt vnà cũ illa, id, qd erat ex

P. XXIIII.

c L. qui ferò, & iam exh.

d L. à natura

e Citatur hic locus à Tryphonino Iurisconsulto in l. Cicero 39. ff. de pœnis.* f Pœna abacti partus.*

g l. 2. ff. de mortuo inferendo.*

h adde l. 220. in fi. ff. de verbo signif.*

i L. seipsa

k L. multa parricidia l. si. multos.*

m v. effectae prægnans

P. P.

Quo illa pretio accepto, multisque præterea muneribus, quæ tum ex tabulis Oppianici recitabantur, spem illam, quam in aluo cõmendatam à viro continebat, victa auaritia sceleri Oppianici vendidit. Nihil posse iam ad hãc improbitatẽ addi videtur. attendite exitum. Quæ mulier obtestatione viri decem[a] illis mensibus ne domum quidem vllam, nisi socrus suæ, nosse debuit, hęc quinto mẽse post[b] viri mortem ipsi Oppianico nupsit. quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt. Erant enim non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. ¶ Quid? illa cædes *Asinij Larinatis*, adolescentis pecuniosi, quàm[c] clara, cùm recens fuit, quàm omnium sermone celebrata? Fuit Aiulius[d] quidã Larinas perdita nequitia, & summa egestate, arte quadam præditus ad libidines adolescentulorum excitandas accõmodata: qui, vt se blanditiis, & assentationibus in Asinij confuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuò sperare cœpit, hoc[e] se Aiulio, tanquam aliqua machina admota capere Asinij adolescentiam, & fortunas eius patria expugnare posse. Ratio excogitata Larini est: res transiata Romam. initi enim id cõsilium facilius in solitudine, perfici rem eiusmodi commodius in turba posse arbitrati sunt. Asinius cum Aiulio Romã est profectus. Hos vestigiis Oppianicus consecutus est. Iam vt Romæ vixerint, quibus conuiuiis, quibus flagitiis, quantis, & quàm profusis sumtibus, non modò conscio, sed etiam conuiua, & adiutore Oppianico: longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti. Exitum huius assimulatæ familiaritatis cognoscite. Cùm esset adolescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & [f] ibi diem posterum commoraretur: Aiulius, vt erat cõstitutum, simulac se ægrotare, & testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores[g] ad eum, qui neque Asinium, neque Aiulium nossent, adducit, & illum, Asinium appellat: ipse testamento, Asinij nomine obsignato, discedit. Aiulius illicò conualescit. Asinius autem breui illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Esquilinam, perductus, occiditur. qui cùm vnum iam, & alterum diem desideraretur: neque in ijs locis, vbi ex cõsuetudine quærebatur, inueniretur, & Oppianicus in foro Larinatium dictitaret, nuper se, & suos amicos testamentum eius obsignasse: liberti Asinij, & nonnulli amici, quòd eo die, quo postremùm Asinius visus erat, Aiulium cum eo fuisse, & à multis visum esse constabat, in eum inuadunt, & homines ante pedes Qu. Manilij, qui tum erat triumuir[h] constituunt. Atque ille continuò, nullo teste, nullo iudice, recentis maleficij conscientia perterritus, omnia, vt à me paullo antè dicta sunt, exponit, Asinium q. ab se, consilio Oppianici, interfectum fatetur. Extrahituri domo latitans Oppianicus à Manilio: index Aiulius ex altera parte coram tenetur. Hîc iam quid reliqua quæritis? Manilium plerique notaris non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, non vllum existimationis bonæ tuctum vmquam cogitarat: sed ex petulanti, atque improbo scurra, in discordiis ciuitatis ad eam columnam[k], ad quam multorum sæpe conuitiis perductus erat, cum [l] suffragiis populi peruenerat. Itaque rem cum Oppianico transigit: pecuniam ab eo accepit: causam & susceptam, & manifestã relinquit. Ac tum in Oppianici causa, crimen hoc Asinianum cùm testibus multis, tum verò indicio Aiulij probabatur. in quo, inter[a] allegatos Oppianici nomen, primum esse constabat, eius, quem vos miserum, atque innocentem, falso iudicio circunuentum esse dicitis. ¶ Quid? auiam tuã, Oppianice, *Dineam*, cui tu es heres, pater tuus non manifestò necauit? ad quam cùm adduxisset medicum illum suum, iam cognitum, & [b] sæpe victorem, (per quẽ interfecerat plurimos) mulier exclamat, se ab eo nullo modo velle curari, quo curante suos omneis perdidisset. Tũ repentè Anconitanum quendam, L. Clodium, pharmacopólam circumforaneum[c], qui casu tum Larinum venisset, aggreditur, & cum eo LLS. quadringentis, id quod ipsius tabulis tum est demõstratum, transigit. L. Clodius, qui properaret, cui fora multa restarent, simul atque introductus est, rem confecit: prima potione mulierem sustulit. neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Eadem hac Dinea testamentum faciente, cùm tabulas prehendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito[d] legata deleuit: &, cùm id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. Multa prætereo consultò. etenim vereor, ne hæc ipsa nimium multa esse videantur. vos tamen eum similem sui fuisse in [e] ceteris vitæ partibus existimare debetis. Illum tabulas publicas Larini censorias [f] corrupisse, decuriones vniuersi iudicauerunt. cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis, & affinibus tutorem vmquam liberis suis scripsit: nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo conuiuio dignum iudicabat, omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes, vt aliquã immanem, ac pernicioſam bestiam, pestémq. fugiebant. Hunc tamen hominem tam audacem, tam nefarium, tam nocentem, numquã accusasset Auitus, iudices, si id prætermittere, saluo capite suo, potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus, erat: sed tamen erat vitricus: crudelis, & huic infesta mater: attamen marer. postremò nihil tam remotum ab accusatione, quàm Cluentius & natura, & voluntate, & institutæ ratione vitæ. Sed cùm esset hæc illi proposita conditio, vt aut iustè, piéque accusaret, aut acerbè, indignéque moreretur: accusare, quoquo modo posset, quàm illo modo emori, maluit. ¶ Atque, vt hæc ita esse perspicere possitis, exponam vobis Oppianici facinus manifestò compertum, atque deprehensum: ex quo simul vtrumque & hunc, accusare, & [g] illum condemnari necesse fuisse, intelligetis. Martiales [h] quidã Larini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis, religionibúsque Larinatium consecrati: quorum cùm satis magnus numerus esset, cúmque item, vt in Sicilia permulti Venerei sunt: sic illi Larini in Martis familia numerarentur: repentè Oppianicus eos omneis, liberos esse: ciuesq. R. cœpit defendere. Grauiter id decuriones Larinatium, cunctique municipes tulerunt. Itaque ab Auito peciuerunt, vt eam causam susciperet,

a Luctus mẽsem intelligit quem auxit duobus mensib. Theodosius l. 2. C. de secundis nuptiis

b Nuptiæ festinatæ

c L. quàm clara tum, recenti re?q.

d al. Auillius & ita Vrsi.

e fort. hoc se Aiulio adhibito, tanq.

f fort. & ibidẽ

g obsignatores qui parariis Senecæ, 2. de beneficiis actuarii Plauto tabelliones l. 93. de regul. iuris.

h Triumuiri capitales carceris custodiã habuere, l. 2 de origine iuris: delata crimina ad Prætorem referebant.

i Domo extrahi rei ob crimen potestanct. l. 18. ff. de in ius. l. nemo. ff. de regul. iuris.

k ad Columnam Menianã Triumuiri capitales cognoscebant, de seruis & furibus &a-

P. B

liis abiectæ sortis hominibus.

l L. cum suffragiis pop.

a Inter alligatos, Opp.

b L. & sæpe victorem, mulier excl,

c Circumforaneum, quidã agyrtem ponunt, nõ si quis malit circa forum habitantem.

d Tabulis enim cerauis antiqui scribebant.

e L. in ceteris quoque vitæ partibus P. XX VI.

f Censores etiam sui in municipiis, de quo alias dixi a Verrina.

g fort. & illi condemnari necesse fuisse.

h Martiales ministri Martis: vt in Veterem, Veneres, Venerei, Veneris libertus dicatur.

P. B. a L. quod se nō suis solùm commod.

ret, publicóq. defenderet. Auitus cùm se ab omni eiusmodi negotio remouisset, tamen pro loco, pro antiquitate generis sui, pro eo, ꝙ [a] se non solùm suis commodis, sed etiam suorũ municipum, ceterorúmq. necessariorum natum esse arbitrabatur, tantæ voluntati vniuersorum Larinatium deesse noluit. Suscepta causa, Romámq. delata, magnæ quotidie contentiones inter Auitum, & Oppianicum extitisse, studio defensionis excitabantur. Erat ipse immani, acerbáq. natura Oppianicus. incedebat eius amentiam infesta, atque inimica filio mater Auiti. magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc à causa Martialium dimouere[b]. Suberat etiam alia causa maior, quæ Oppianici, hominis auariſſimi, atq. audacissimi, mẽtem maximè cõmouebat. Nam Auitus vsque ad illius iudicij tempus, nullum testamentum vmquam fecerat, neque enim legare eiusmodi matri poterat in animum inducere: neq. testamento nomen omnino prætermittere parentis. Id cùm Oppianicus sciret (neque enim erat obscurum) intelligebat, Auito mortuo, bona eius omnia ad matrem esse vẽtura: quæ ab sese postea, aucta pecunia, maiore præmio: orbata filio, minore periculo, necaretur. Itaque his rebus incensus, qua ratione Auitum veneno tollere conatus sit, cognoscite. C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate[c], hominesinter se cùm forma, tum moribus similes: municipum autem suorum dissimillimi: in quibus quãtus splendor sit, quàm propè æquabilis, quàm ferè omnium constans, & moderata ratio vitæ, nemo vestrûm, vt mea fert opinio, ignorat. His Fabriciis semper vsus est Oppianicus familiarissimé. Iam hoc ferè *scitis omnes, quantam vim habeat ad coniungendas amicitias, studiorum, ac naturæ similitudo.* Cùm illi ita viuerent, vt nullum quæstum turpem esse arbitrarentur: cùm omnis ab his fraus, omnes insidiæ, circumscriptionésq. adolescentium nascerentur, cúmque essent vitiis, atque improbitate omnibus noti: studiosè, vt dixi, ad eorum se familiaritatem multis iam antè annis Oppianicus applicarat. Itaq. tũ sic statuit, per C. Fabricium (nam L. erat mortuus) insidias Auito comparare. Erat illo tempore infirma valetudine Auitus. vtebatur autẽ medico ignobili, sed spectato homine, Cleophanto: cuius uito dandum spe & pretio sollicitare cœpit. Seruus non incallidus. sed, vt ipsa res declarauit, frugi, atq. integer, sermonem Fabricij non est aspernatus: rẽ ad dominum detulit: Cleophantus autem cum Auito est locutus. Auitus autem statim cum M. Bebrio senatore, familiarissimo suo communicauit: qui qua fide, qua prudẽtia, qua dignitate[e] fuerit, meministis vos arbitror. ei placuit, vt Diogenem Auitus emeret à Cleophanto, quo facilius aut comprehenderetur res eius indicio, aut falsa esse cognosceretur. Ne[f] multis: Diogenes emiti viti boni cùm ex occulto interuenissent: pecuniáq. obsignata, quæ ad eam rem dabantur, in manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, deprehenditur. Prò dij immortales! Oppianicum quisquam, his rebus cognitis, circumuentum dicit& esse? Qui? vs vmquam audacior? quis nocentior? quis apertior in iudicium adductus est? Quod ingenium, quæ fa-

A cultas dicẽdi, quæ à quoquã excogitata defensio, huic vni crimini potuit obsistere? simul & illud quis est, qui dubitet, quin hac re comperta, manifestóque deprehensa, aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit? ¶ Satis esse arbitror demonstratum, iudices, iis criminibus accusatũ esse Oppianicum, vt honestè absolui nullo modo potuerit. Cognoscite nunc [a] ita reum citatum esse illum, vt, re semel, atque iterum præiudicata[b], condemnatus, in iudicium venerit. Nã Cluentius, iudices, primum *nomen* [c] *eius detulit*, cuius in manibus venenum deprehenderat, is erat libertus Fabriciorum, Scamander. integrum consilium: iudicij corrupti nulla suscipio: simplex in iudicium causa, certa res, verũ crimen allatum est. Hîc tum Fabricius, is, de quo antè dixi, qui, liberto damnato, sibi illud impendere periculum videret: quòd mihi cum Aletrinatibus vicinitatem, & cum plerisque eorum magnum vsum esse sciebat, frequenteis eos ad me domum adduxit. Qui quamquam de homine, sicut necesse erat, existimabant: tamen, quòd erat ex eodem municipio, suæ dignitatis esse arbitrabantur, eum, quibus rebus possent, defendere: idq à me, vt facerem, & vt causam Scamandri susciperem, petebant: in qua causa patroni omne periculum continebatur. Ego, qui neque illis talibus viris, ac tam amantibus mei, rem possem vllam negare: neque illud crimen, tantum, ac tam manifestum esse arbitrarer, sicut [d] nec illi quidem ipsi, qui mihi tum illam causam commendabant, arbitrabantur: pollicitus iis sum, me omnia, quæ vellent, esse facturum. Res agi cœpta est: *citatus* est Scamander reus: *accusabat* P. Canutius, homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus: accusabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus, venenum esse deprehẽsum. Omnia tela totius accusationis in Oppianicum coniiciebantur: aperiebatur causa insidiarum. Fabriciorum familiaritas commemorabatur: hominis vita, & audacia proferebatur: deniq. omnis accusatio variè, grauitérq. tractata, ad extremum manifesta veneni deprehensione concluſa est. Hîc ego cùm *ad respondendum* surrexi, qua cura? dij immortales! qua sollicitudine animi? quo timore? Semper equidem magno cum metu incipio dicere. quotiescunq. dico, toties mihi videor in iudicium venire, nõ ingenij solùm, sed etiam virtutis, atque officij: ne aut id profiteri videar, quod non possim implere, quod est impudentiæ. aut id non efficere, quod possim, quod est aut perfidiæ, aut negligẽtiæ. tum verò ita sum perturbatus, vt omnia timerem. si nihil dixissem, ne infantissimus. si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Collegi me aliquando, & ita cõstitui, fortiter esse agẽdum. illi ætati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si in minùs firmis causis hominum periculis non defuissem. itáque feci: sic pugnaui, sic omni ratione contendi, sic ad omnia confúgi, quantum ego assequi potui, remedia, ac perfugia causarum, vt hoc, quod timidè dicam, consecutus sim, nequis illi causæ patronum defuisse arbitraretur. Sed, vt quidquid [e] ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus. Si [f] quæsieram an inimicitiæ Scamandro cum Auito. fatebatur, nullas fuisse. sed Oppianicum, cuius ille minister fuisset, huic inimicissimum

a L. nunc ita illum reum esse citatum, vt, re

P. B. b DE PRAEIVDICIIS seu de iudicio in Scamandrum, C Fabricium.*

c Iudiciorum capitalium ordo hîc delineatur: Nominis delatio, patrocinium rei, Citatio, Accusatio, defensio, Probationes ex testibus, coniecturis, interrogationibus seu confessionibus, Condẽnatio*

d L. sicut ne illi quidem ipsi

P. XXVII.

P. XXVIII.

e al. quidq.

f L. Si quæsieram, ecquæ inimicitiæ &c.

fuisse, atque esse dicebat. Sin autem illum egetam, nullum ad Scamandrum morte Auiti venturum emolumentum fuisse: concedebat: sed ad vxorem Oppianici, homini in vxoribus necandis exercitati, omnia bona Auiti ventura esse dicebat. Cùm illa defensione vsus essem, quæ in libertinorum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patrono esse probatum: fatebatur: sed quærebat, cui probatus esset ipse patronus. Cùm ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro factas insidias esse per Diogenem: constitutúmque inter eos de alia re fuisse, vt medicamentum, non venenum Diogenes afferret: hoc cuiuis vsu venire posse: quærebat, cur in eiusmodi locum, tam abditum, cur solus, cur cum obsignata pecunia, venisset. Denique hoc loco causa *testibus*, honestissimis hominibus, premebatur. M. Bebrius de suo consilio Diogenem emtum: se præsente Scamandrum cũ veneno, pecuniáq deprehensum esse dicebat. P. Quinctius[a] Varus, homo summa religione & summa auctoritate præditus, de insidiis, quæ fierẽt Auito, & de sollicitatione Diogenis, recenti re, secum Cleophantũ locutum esse dicebat. Atq. in illo iudicio cùm Scamãdrum nos defendere videremur, verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo, & tota accusatione Oppianicus. Neq. id obscurè ferebat, nec[b] dissimulare vllo modo poterat: aderat frequẽs, aduocabat omni studio, gratiáq pugnabat: postremò, id quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset, sedebat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniiciebantur: *timor* eius, perturbatio, suspensus, incertúsq. vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa, hæc aperta, ac manifesta faciebant. Cùm *in consilium* iri oporteret, quæsiuit ab[c] eo reo C. Iunius, quæsitor, ex lege illa Cornelia, quæ tũ erat, clàm, an palàm, de se sententiã ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est, quòd is Auiti familiarẽ Iunium esse dicebat, clàm velle ferri. Itum est in consilium. *omnibus sententiis*, præter vnam, quam suam Scalenus esse dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. Quis tum erat omnium, qui, Scamandro condemnato, non iudiciũ de Oppianico factum esse arbitraretur? quid est illa damnatione iudicatum, nisi venenũ id quod Auito daretur, esse quæsitum? que porro tenuissima suspicio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit, vt is sua spõte necare voluisse Auitum putaretur? Atq. hoc tum iudicio facto, & Oppianico, re[e] & existimatione, iam: lege, & pronuntiatione nondum condemnato. tamen Auitus Oppianicum reum[f] statim non fecit. voluit cognoscere, vtrùm iudices in eos solos essent seueri, quos venenum habuisse ipsos comperissent: an etiam consilia conscientiásque eiusmodi facinorum, supplicio dignas iudicarent. ¶ Itaque C. Fabricium quem propter familiaritatem Oppianici conscium illi facinori fuisse arbitrabatur, *reum*[g] statim[h] fecit i vtq. ei locus primus constitueretur, propter k causæ coniunctionem impetrauit. Hic tum Fabricius non modò ad me meos vicinos, & amicos, Aletrinateis, non adduxit, sed ipse ijs neque defensoribus vti postea, neque iudicibus[a] potuit. Rem enim integram hominis non alieni, quamuis suspiciosam, defendere, humanitatis esse putabamus: iudicatam labefactare conari, impudentiæ. Itaque tum ille, inopia, & necessitate coactus, in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit, homines industrios, atque eo animo, vt, quæcumque dicendi potestas[b] esset data, in honore, atque in beneficio ponerent. Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atque optimus quæritur, in periculis capitis, vt quæq. causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimúsque patronus adhibetur. nisi fortè hæc[c] causa est, quòd medici nihil, præter artificium, oratores etiam auctoritatem præstare debent. *Citatur* reus: agitur causa paucis verbis. *accusat*, vt de re iudicata, Canutius. Incipit, longo, & altè petito proœmio, *respondere* maior Cepasius. primò attentè auditur eius oratio. erigebat animum, iam demissum, & oppressum, Oppianicus. gaudebat ipse Fabricius non intelligebat, animos iudicum, non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoueri. postea quàm de re cœpit dicere, ad ea, quæ erant in causa, addebat etiam ipse noua quædam vulnera. Hoc quamquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed[e] præuaricari[f] accusationi videbatur. Itaque cùm callidissimè se dicere putaret, & cùm illa verba grauissima ex intimo artificio depromsisset: RESPICITE, IVDICES, HOMINVM FORTVNAS: RESPICITE DVBIOS, VARIOSQVE CASVS, RESPICITE C. FABRICII SENECTVTEM. cùm hoc, RESPICITE, ornãdæ orationis causa sæpe dixisset, respexit ipse: at C. Fabricius à subselliis, demisso capite, discesserat. Hic[g] iudices ridere, stomachari, atque acerbè ferre: patronus causam' sibi eripi, & se cetera de illo loco, RESPICITE IVDICES, nõ posse dicere: nec quidquam propiùs est factũ, quàm vt illum persequeretur, &, collo obtorto[h], ad subsellia reduceret, vt reliqua posset perorare. Iam tum Fabricius primùm suo iudicio quod est grauissimum: deinde legis vi, & sententiis iudicum est *condemnatus*. ¶ Quid i est, quòd iam k de Oppianici l causa plura dicamus? Apud eosdem iudices reus est factus, cùm is duobus præiudiciis iam damnatus esset: ab iisdem autem iudicibus, qui Fabriciorum damnatione de Oppianico iudicarant, locus ei primus est constitutus: accusatus est criminibus grauissimis, ijs, quæ à me breuiter dicta sunt, & præterea multis, quæ ego omnia nunc omitto: accusatus est apud eos, qui & Scamandrum, ministrum Oppianici, & Fabricium, conscium maleficij, condemnarant. Vtrùm[m], per deos immortaleis, magis est mirandum, quòd is condemnatus est, an quòd omnino respondere ausus est? Quid enim illi iudices facere potuerunt? qui si innocentes Fabricios condemnassent, tamen in Oppiani eo sibi constare, & superioribus contentire iudicijs debuerunt. An verò illi sua[n] per se iudicia rescinderent, cùm ceteri soleant, in iudicando, ne ab aliorum iudiciis discrepent, prouidere? & illi, qui Fabricij libertũ, quia minister in maleficio fuerat: patronum, quia cõscius,

a Tabularios etiam patronos admittebant.*

b *Al.* quis.

c L. hoc casse est,

d L. agunt causa: paucis verbis accusat, vt dere iud. Agebatur autẽ causa apud prætorem de P. XXX. cognitionum præsente consilio: Dicebatur verò causa, & edebatur actio postulationum de, qui dies cõperendinus erat nimirum in ius vocationi, dicendóque validimonio destinatus.* e L. sed præuaricari accusatori tui, f Præuaricatur, qui veris crimina abscondit ff. ad Turpil.* g L. Hic iudices ridere stomachari, atque acerbè ferre pastor nuncupat. h sic in Verrem altorem gula.* *al.* Quid est iam quod de NICI Cor demonstrat ei ad cauſam.*

m *al.* Vtrum per d. XXX.

n L. sua ipsi iudicia rele.

a L. Quinctilius Varus,

b *al.* neq. diss.

c L. ab reo Clun. d legem Cornelium de veneficiis intelligit latã à Cornelio Sylla anno vrbis 671.* e Præiudicio damnabãtur, re & existimatione: Iudicio P. XXIX. verò lege, & pronuntiatione simul.* f *al.* statim reũ non fecit.

g *al.* statim reum fecit: h De Scamãdri condemnatione & nominis eius delatione, citatione, accusatione, defensione, condemnatione* i Reum facere, est nomẽ deferre* k ordo accusatorum seruabatur propter causæ coniunctionem.*

scius, condemnassent: ipsum principem, atque architectum sceleris absoluerent? & qui ceteros, nullo præiudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent: hunc, quem bis condemnatum iam acceperant, liberarent? Tum verò illa iudicia senatoria, non falsa inuidia, sed vera, atq. insigni turpitudine notata, atque [a] operta dedecore, & infamia, defensioni locum nullum reliquissent. Quid enim tandem illi [b] iudices responderent, siquis ab iis quæreret? Condemnastis Scamandrum. quo crimine? nempe quòd Auitum per seruum medici, veneno necare voluisset. Quid Auiti morte Scamander consequebatur? nihil, sed administer erat Oppianici. Condemnastis C. Fabricium. quid ita? quia, cùm ipse familiarissimè Oppianico vsus, libertus autem eius in maleficio deprehensus esset: illum expertem eius consilij fuisse nō probabatur. Si igitur ipsum [c] Oppianicum, bis [d] suis iudiciis condemnatum, absoluissent, quis tantam turpitudinem iudiciorum, quis tantam inconstantiam rerum iudicatarum, quis tādem libidinem iudicum ferre potuisset? ¶ Quòd [e] si hoc videtis, quod iam hac omni oratione patefactum est, illo iudicio reum condemnari, præsertim ab iisdem iudicibus, qui duo præiudicia fecissent, necesse fuisse: simul illud videatis, necesse est, nullam accusatori, causam esse potuisse, cur iudicū vellet corrumpere. Quæro enim abs te, T. [f] Acti, relictis iam ceteris argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocēteis & condemnatos existimes: num etiam illa iudicia, pecunia corrupta esse dicas: quibus iudiciis alter à Staleno solo absolutus est, alter etiā ipse se condemnauit. Age, si nocentes: cuius maleficij? numquid præter venenum quæsitum, quo Auitus necaretur, obiectum est? numquid aliud in illis iudiciis versatum est, præter hasce insidias Auito ab Oppianico per Fabricios factas? nihil [h], inquam aliud, iudices, reperietis. Exstat memoria: sunt tabulæ publicæ. redargue me, si mentior: testium dicta recita: doce, in illorum iudiciis quid, præter hoc venenum Oppianici, non modò in crimini, sed in maledicti loco sit obiectum. Multa dici possunt, quare ita necesse fuerit iudicari. sed ego occurram expectationi vestræ, iudices. Nam, etsi à vobis sic audior, vt numquam benigniùs, neque attentiùs quemquam auditum putem: tamen vocat me aliò iamdudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur. Quid ergo? negásne, illud iudicium esse corruptum? non nego. sed ab hoc corruptum non esse confirmo. A quo igitur est corruptum? opinor, primùm, si incertum fuisset, quisnam exitus illius iudicij futurus esset. verisimilius tamen esset, eum potiùs corrupisse, qui metuisset, ne ipse condemnaretur, quàm illum, qui veritus esset, ne alter absolueretur. deinde, cùm esset nemini dubium, quid iudicari necesse esset, eum certè potius, qui sibi aliqua ratione diffideret, quàm eum, qui omni ratione confideret: postremò, certè potius illum, qui bis apud [i] eos iudices offendisset, quàm eum, qui bis causam iis probauisset. vnum quidem certè, nemo erit tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, si constet corruptum illud esse iudicium, aut ab Auito, aut ab Oppianico esse corruptum. si doceo non ab Auito, vinco ab Oppianico. si ostendo ab Oppianico, purgo Auitum. Quare, etsi satis docui, rationem nullam huic corrumpendi [a] fuisse, ex quo intelligitur, ab Oppianico esse corruptum. tamen de illo ipso separatim cognoscite. Atque ego illa non argumentabor, quæ sunt grauia vehementer. eum corrupisse, qui in periculo fuerit. eum, qui metuerit. eum, qui spem salutis in alia ratione non habuerit. eum, qui semper singulari fuerit audacia. multa sunt eiusmodi. verùm cùm habeam rem non dubiam, sed apertam, atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. Dico, C. Ælio Staleno, iudici pecuniam grandem Statium Albium ad corrumpendum iudicium dedisse. numquis negat? Te appello, Oppianice te. T. [b] Acti. quorū alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat. audete negare, ab Oppianico Staleno iudici pecuniam datam: negate, negate, inquam, in [c] eo loco. quid reticetis? At negare nō potestis, quod repetistis, quod confessi estis, quod abstulistis. Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis, cùm ab ista parte, iudici pecuniam ante iudicium datam, post iudicium ereptam esse fateamini? Quónam igitur hæc modo gesta sunt? repetam paullo altiùs iudices, & omnia, quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Vos quæso, vt adhuc me attentè audistis, item, quæ reliqua sunt, audiatis. profectò nihil à me dicetur, quod non dignum hoc conuentu, & silentio, dignum vestris studiis, atque auribus esse videatur. Nam, vt primùm Oppianicus, ex eo, quòd Scamander reus erat factus, quid sibi impenderet, cœpit suspicari: statim se ad hominis egentis, audaciis, in iudiciis corrumpendis exercitati, tum autem iudicis, Staleni familiaritatem applicauit. Ac primùm Scamandro reo, tantum donis datis, muneribúsque perfecerat [d], vt eo auctore [e] vteretur cupidiore, quàm fides iudicis postulabat. Pòst autem, cùm esset Scamander vnius Staleni sententia absolutus, patronus autem Scamandri ne sua quidem sententia liberatus: actoribus saluti suæ remediis subueniendum putauit. Tum à Staleno, sicut ab homine ad excogitandum acutissimo, ad audendum impudentissimo, ad efficiendum acerrimo. (hæc enim ille & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte se habere simulabat.) auxilium capiti, & fortunis suis petere cœpit. Iam hoc non ignoratis iudices, vt etiam bestiæ, fame domi nante [f], plerumque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur. Stalenus ille biennio antè, cùm causam bonorum Safinij Atellæ recepisset, sexcentis millibus nummûm se iudicium corrupturum esse dixerat. quæ cùm accepisset à pupillo, suppressit. iudicióque facto, nec Safinio, nec bonorum emtoribus reddidit. Quam [g] cùm pecuniam profudisset, & sibi nihil non modò ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset. statuit ad easdem sibi prædas, ac suppressiones iudiciales reuertendum [h]. Itaque cùm Oppianicum iam perditum, & [i] duobus iugulatum præiudiciis videret: promissis eum suis excitauit abiectum, & simul saluti desperare vetuit. Oppianicus orare hominē cœpit, vt sibi rationem ostende-

a al. corrumpendi iudicii fuisse,

b L. T. Attis.

c al. meo loco al. in isto loco.*

d L. profecerat, vt eo fautore vteretur cup.

e al. fautore vt suprà.*

f al. domitæ*

g al. Quum pecuniam

h L. esse reuertendum

i L. & duobus præiudiciis iugulatum vi deret:

ret iudicij corrumpendi. Ille autem (quemadmodum ex ipso Oppianico postea est auditum) negauit, quemquam esse in ciuitate, præter se, qui id efficere possit. sed primò grauari cœpit, quòd ædilitatem se petere cum hominibus nobilissimis, & inuidiam, atque offensionem timere dicebat. pòst exoratus, initiò permagnam pecuniam poposcit: deinde ad id peruenit, quod confici potuit, & [a] se stertia sexcenta quadraginta millia deferri ad se domum iussit. Quæ pecunia simulatque ad eum delata est, homo impurissimus statim cœpit in eiusmodi mente, & cogitatione versari: nihil esse suis rationibus vtilius, quàm Oppianicum condemnari: illo absoluto, pecuniam illam aut iudicibus dispertiendam, aut ipse esse reddendam: damnato, repetiturum esse neminem. Itaque rem excogitat singularem. Atque hæc, iudices, quæ vere dicuntur à nobis, facilius credetis, si cum animis vestris longo interuallo recordari C. Staleni vitam, & naturam volueritis. Nam [b] perinde vt opinio est de cuiusque moribus, ita, quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest. Cùm esset egens, sumtuosus, audax, callidus, perfidiosus, & cùm domi suæ, miserrimus & [c] inanissimus, tantum nummorũ posi tum videret: ad omnem malitiam, & fraudẽ versare mentem suam, hæc secum cogitans, cœpit: Démne iudicibus? mihi igitur ipsi, præter periculum, & infamiam, quid quæretur? nihil excogitem, quamobrem Oppianico [d] damnari necesse sit? qui tandem? nihil enim est, quod fieri non possit. Si quis eum fortè casus ex periculo eripuerit, nónne reddendum est? præcipitantem igitur impellamus, inquit, & perditum prosternamus. Capit [e] hoc cõsilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus leuissimis polliceatur: deinde eam postea supprimat: vt, quoniam graues homines sua sponte seuerè iudicaturos putabat: hos, qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico redderet. Itaque, vt erat semper præposterus, atque peruersus, initium facit à Bulbo [f]: & eum, q iamdiu nihil quæsierat, tristem, atque oscitantem, leuiter impellit. Quid tu, inquit? ecquid me adiuuas, Bulbe, ne gratis reipublicæ seruiamus? Ille verò, simul atque hoc audiuit, Ne GRATIS, Quò voles, inquit, sequar. sed quid affers? Tum ei quadraginta [g] millia [h], si esset absolutus Oppianicus, pollicetur: & eum, vt ceteros appellet, quibuscum loqui cõsueisset, rogat: atque etiam ipse conditor totius negotij, Guttam [i] adspergit huic Bulbo. Itaque minimè amarus is visus est, qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat [k]. Vnus, & alter dies interceserat, cùm res parum certa videbatur: sequester, & confirmator [l] pecuniæ desiderabatur. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandissimè potest: Quid [m] tu, inquit, Pacete? (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex [n] imaginibus Æliorum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis magis suæ, quàm generis vti cognomine videretur) quæ de re mecum locutus es, quæruntà me, vbi sit pecunia. Hic ille [o] planus [p] improbissimus, quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe iam, atque animo incubaret, contrahit frontem: (recordamini faciem, atq. illos eius fictos, simulatósque vultus) queritur se ab Oppianico destitutum: &, qui esset totus ex fraude, & mendacio factus, quíque ea vitia, quæ à natura habebat, etiam studio, atque artificio quodam malitiæ condiuisset, pulchrè asseuerat se ab Oppianico destitutum: atque hoc addit testimonij, sua illum sententia, quam palàm omnes laturi essent [a], condemnatum iri. Manarat sermo in consilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices esse versatam. res neque tam fuerat occultab, quàm erat occultanda: neque tã erat aperta, quàm reip. causa aperienda. In ea obscuritate, ac dubitatione omniũ. Canutio, perito homini, qui quodã odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset, neque dũ rem perfectam arbitraretur, placuit repentè iudices pronũtiare [c]. Iudices se id velle dixerunt. Hìc tum Oppianicus non magnopere pertimuit. rem à Staleno perfectam esse arbitrabatur. In consilium erant ituri iudices triginta, & duo. sententiis decem, & sex absolutio confici [d] poterat. L L S. quadraginta millia nummũm in singulos iudices distributa, eum numerum sententiarum conficere debebant, vt ad cumulum, spe maiorum præmiorum, ipsius Staleni sententia septimadecima accederet. Atque etiam casu tum, quòd illud repentè erat factum, Stalenus ipse non aderat. causam nescio quam apud iudicem defendebat. Facilè hoc Auitus patiebatur: facilè Canutius: at non Oppianicus: neque patronus eius L. Quinctius: qui cùm esset eo tẽpore tribunus plebis, conuicium C. Iunio, iudici quæstionis, maximum fecit, vt ne sine Staleno in cõsilium iretur: cúmque id ei per viatores consultò negligentiùs agi videretur, ipse à publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus est, & illud pro potestate dimitti iussit: Stalenum ipse ad subsellia adduxit. Consurgitur in consilium, cùm sententias Oppianicus, quæ tum erat potestas, palàm ferri velle dixisset, vt Stalenus scire posset, quid cuique deberetur. Varia iudicum genera: nummarij pauci: sed omnes irati. Vt enim qui accipere in campo consueuerunt, ijs candidatis, quorum nummos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse: sic eiusmodi iudices, infesti tum reo venerant: ceteri innocentissimum esse arbitrabantur: sed spectabant [e] sententias eorum, quos corruptos putabant: vt ex iis constituerent, à quo iudicium corruptum videretur. Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo, & Staleno, & Guttæ esset iudicandum. Summa omnium exspectatio, qui dnam sententiæ ferrent leues, ac nummarij [f] iudices. Atque illi omnes sine vlla dubitatione condemnant. Hìc tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio, quídnam esset actum. deinde homines sapientes, ex vetere illa disciplina [g] iudiciorum, qui neque absoluere hominem nocentissimum possent, neque eum de quo esset orta suspicio, pecunia [h] oppugnatum, re illa incognita, primò condemnare vellent: nõ liquere dixerunt. Nonnulli autem seueri homines, hoc statuerunt, *quo quisque animo quid faceret, spectari oportere*: &, si alij pecunia accepta verum iudicabant, tamen nihilo minus se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere. Itaque damnarunt. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum siue imprudentia, siue misericordia, siue aliqua suspicione, siue ambitione adducti, absoluerent. Condemnato Oppiani-

P. XXXII.

a L. & sestertium sexcenta quadrag.

b L. Nãprorinde, vt opin.

c L. miserrimis in locis, & inanissimis tantum nũm.

d al. Oppiani cum damn.

e L. Capit hoc consilii,

f Huius Bulbi vt & Staleni meminit Verrina 2.*

P. B.

g fors. quadraginta LLS millia,

h hoc est cẽtum coronatos.*

i. Iocus: conditur enim bulbus asperfa gutta.*

k al. speculæ. Est autem speculæ species exigua.*

l Confirmator pecuniæ, sponsor pecuniæ.*

m L. Quid tu, inquit, Pacete, (hoc enim

n Cognomen gentis Aeliæ, Pætus.*

o al. ipse

p planus impostor,*

a Ex lege Cornelia quæ potestatẽ tribunis dabat, vt sententiæ palàm vel clam ferrentur.*

b L. occultata,

c al. Pronuntiare dixerũt. Hic tũ, Orat. P. XXXIII.

d L. confici poterat. quadraginta millia nummũm in fine.

e al. exspectabant.*

f nummarii iudices, corrupti.*

g L. iudiciorum disciplina, q. l.

h fort. pecunia esse oppugnatum,

pianico, statim L. Quinctius, homo maximè popularis, qui omnes [a] rumorum, & concionum ventos colligere consuesset, oblatam sibi facultatem putauit, vt ex inuidia senatoria posset crescere, quod eius ordinis iudicia minùs iam probari populo arbitrabatur. Habetur vna, atque altera concio vehemens, & grauis accepisse pecuniam iudices, vt innocentem reū condemnarent, tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat: nulla esse iudicia: qui pecuniosum inimicum haberet, incolumen esse neminem [b] posse. Homines totius ignari negotij, qui Oppianicum numquam vidissent, virum optimum, & [c] hominem prudentissimum, pecunia oppressum arbitrarentur: incēsi suspicione, rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. Atq. illo ipso tempore in æleis T. Annij, hominis honestissimi, necessarij, & amici mei, noctu Stalenus, arcessitus ab Oppianico, venit. Iam cetera nota sunt omnibus: vt cum illo Oppianicus egerit de pecunia: vt ille se redditurum esse dixerit, vt eorum sermonem omnem audierint viri boni, qui tum consultò propè [d] in occulto stetissent: vt res patefacta, atque in forum prolata, & pecunia omnis à Staleno extorta, atque erepta sit. Huius Staleni persona, populo iam nota, atque perspecta, ab nulla turpi suspicione abhorrebat: suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasset, qui erant in concione, non intelligebant neque enim docebantur, versatam esse in iudicio mentionem pecuniæ sentiebant: innocentem reum condemnatum esse audiebant: Staleni sententia condemnatum videbant: non gratis id ab eo factum esse, quòd hominem norant, iudicabant. similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspicio consistebat. Itaque confiteor (licet enim iam impunè, hoc præsertim in loco confiteri) quòd Oppianici non modò vita, sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset: indignissimum porrò videretur, circumuentum esse innocentem pecunia: hanc deinde suspicionem augeret Staleni improbitas, & nonnullorum eius similium iudicum turpitudo: causam augeret L. Quinctius, homo cùm summa potestate præditus, tum ad inflammandos animos multitudinis accommodatus: summè illi iudicio inuidiam, infamiámque esse conflatam. Atque in hanc flammam recentem, C. Iunium [h], qui illi quæstioni præfuit, infectum esse memini, & illum hominem adilitium, iam prætorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione dicendi, sed clamore hominum, de foro, atque adeò de ciuitate esse sublatum. Neque me pœnitet, hoc potiùs tempore, quàm illo, causam A. Cluentij defendere. Causa enim manet eadem, quæ mutari nullo modo potest: temporis iniquitas, atque inuidia recessit, vt, quod in tempore mali fuit, nihil obsit: quod in causa boni fuit, prosit. Itaque nunc quemadmodum audiar, sentio, non modò ab iis, quorum iudicium, atque potestas est: sed etiam ab illis, quorum tantum est existimatio. At tum si dicerem, non audirer: non quòd alia res esset, immò eadem, sed tempus aliud. Id adeò sic cognoscite. Quis tum auderet dicere, nocentem condemnatum esse. Oppianicum? quis nunc auderi negare? Quis tum posset arguere, ab [k] Oppianico tentatum esse iudicium pecuniæ? quis id hoc tempore infitiari potest? Cui tum liceret docere, Oppianicum reum factum esse tum denique, cùm duobus proximis præiudiciis comdemnatus esset? quid est, qui id hoc tempore infirmare conetur? Quare, inuidia remota, quam dies mitigauit, oratio mea precata est, vestra fides, atque æquitas à veritatis disceptatione reiecit: quid est præterea, quod in causa relinquatur? Versatam esse in iudicio pecuniam, constat: ea quæritur vnde profecta sit: ab accusatore, an ab reo. Accusator dicit hæc: Primùm, grauissimis criminibus accusabam, vt nihil opus esset pecunia: deinde condemnatum adducebam, vt ne eripi quidem pecunia posset: postremò, etiam si absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret. Quid contrà reus? Primùm, ipsam multitudinem, & atrocitatem criminum pertimescebā deinde, Fabriciis, propter conscientiam mei sceleris, condemnatis, me esse condemnatum, sentiebam: postremò, in eum casum veneram, vt omnis meatum fortunarum status vnius iudicij periculo contineretur. Age, quoniam corrumpendi iudicij causas ille multas, & graues habuit, hic nullam: profectio ipsius pecuniæ requiratur. Confecit tabulas diligentissimè Cluentius. hæc autem res habet hoc certè, vt nihil possit neque additum, neque detractū de re familiari latēre. anni sunt octo, cùm ista causa in ista meditatione versatur: cùm omnia, quæ nunc ad eam rem pertinent, & ex huius, & ex aliorum tabulis, agitatis, tractatis, inquiritis: cùm interea Cluentianæ pecuniæ vestigium nullum inuenitis. Quid? Albiana pecunia vestigiisne vobis [a] odoranda est, an ad ipsum cubile, vobis ducibus, venire possumus? Tenentur vno [b] in loco L L S. sexcenta quadraginta millia nummūm: tenentur apud hominem audacissimum: tenentur apud iudicem. quid vultis amplius? At enim Stalenus non fuit ab Oppianico, sed à Cluentio ad iudicium corrumpendum constitutus. Cur eum, cùm in consilium iretur, Cluentius, & Canutius abesse patiebantur [c]? cùm in consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus [d] quærebat? Quinctius flagitabat? sine Staleno ne in consilium iretur, tribunitia potestate perfectum [e] est? At condemnauit. Hanc enim damnationem [f] dederat obsidem Bulbo, & ceteris, vt destitutus ab Oppianico videretur. Quare si istinc causa corrumpendi iudicij, istinc pecunia, istinc Stalenus, istinc denique omnis fraus, & audacia est: hinc pudor, honesta vita, & nulla suspicio pecuniæ, nulla corrumpendi iudicij causa: patiaminiſ [g], veritate patefacta, atque omni errore sublato, eò transire illius turpitudinis infamiam, vbi cetera maleficia confiſtant [h]: ab eo inuidiam discedere aliquādo, ad quem numquam accessisse culpam videtis. At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum iudicium, sed ad conciliationem gratiæ. Tēne hoc, Acti [i], dicere, tali prudentia, etiam [k] vsu, atque exercitatione præditum? *Sapientissimum* [l] *esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi venit in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet.* In stultitia contrà est. *Minùs enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quàm ille, qui, quod stultè alteri venit in mentem, comprobat.* Istam conciliationem

[a] L. nobis.

[b] L. vno in loco sexcēta quadraginta millia num.

[c] L. patiebātur? cur, cùm in consil.

[d] L. Oppianicus quereba tur?

[e] *al.* condemnationem.

[f] *fort.* patimini, verit.

[g] L. consistunt.

[h] L. tali etiā vsu,

[i] L. Atti,

[k] L. sumpū ex Hesiodo refert etiam Aristoteles 1. ad Nicomachum: Liuius 32.

P. XXXV.

P. XXXIII.

[a] L. Cluentius.

[b] L. Oppianicum.

[c] L. hominem prudentissimum.

[d] *al.* propter. e Hunc locū memini Cicero in Verrē.

[e] L. Oppianicus.

[f] L. Iunium C. Iunium.

[g] L. Summam Antio, illo in magna dicio, inuidiam, ex ver. famosum hac. bere illo iudicio. [h] L. Iunium C. Iunium.

[i] L. id auderet dicere Oppianicum? quis nunc auderi negare? Quis tum posset arguere, ab Oppianico tentatum esse iudicium pecuniæ?

gratiæ Stalenus tum recenti re, cùm faucibus premeretur, excogitauit, siue vt homines tum loquebantur, à P. Cethego admonitus, istam [a] dedit conciliationis, & gratiæ fabulam. Nam fuisse hunc hominum sermonem recordari potestis. Cethegum, quòd hominem odisset, & quòd eius improbitatem versari in repub. nollet, & quòd videret, eum, qui se ab reo pecuniam, cùm iudex esset, clàm, atque extra ordinem accepisse confessus esset, saluum esse non posse, minus ei fidele consilium dedisse. In hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi aduersarium remouere voluisse. sin erat eiusmodi causa, vt Stalenus nummos se accepisse negare non posset: nihil autem erat periculosius, nec turpius, quàm, ad quam rem accepisset, confiteri: non est consilium Cethegi reprehendendum. Verùm alia causa tum Staleni fuit, alia nunc, Atti, tua est. Ille, cùm re premeretur, quodcumque diceret, honestiùs diceret, quàm, si quod erat factum, fateretur. te verò illud idē, quod tum explosum, & eiectum est, nunc retulisse demiror. Quī enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius? qui cum matre habebat simultates: hærebat [b] in tabulis publicis reus, & accusator: condemnati erant Fabricij: nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia kalumnię [c] relinquere accusationem Cluentius. an vt prævaricaretur? Iam [d] id quoque ad corrúpendum iudicium pertinet. Sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? & omnino, quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quàm per bonum aliquem virum ageretur, & amicum, necessariúmque communem? Sed quid ego hæc pluribus, quasi de re obscura, disputo, cùm ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero, ac summa sua non modò, quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat? Sexdecim dico iudices, vt Oppianicus absolueretur, corrumpendos fuisse: ad Stalenum sexcenta & quadraginta millia nummûm esse delata. Si, vt tu dicis, gratiæ conciliandæ causa, quadraginta [e] istorum accessio millium quid valet? si, vt nos dicimus, VTI D. C X L. millia nummûm sexdecim iudicibus darentur: *non Archimedes melius potuit describere*. ¶ At enim iudicia facta permulta sunt, à Cluentio iudicium esse corruptum. Immò verò ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine in iudicium numquam est vocata. Ita multùm agitata, ita diu iactata ista res est, vt hodierno die primùm causa illa defensa sit, hodierno die primùm veritas vocem contra inuidiam, his iudicibus freta, miserit. Verumtamen multa ista iudicia quæ sunt? Ego enim me ad omnia confirmaui [g], & sic paraui, vt docerem, quæ facta postea iudicia de illo iudicio dicerentur, partim ruinæ similiora, aut tempestati, quàm iudicio, & disceptationi fuisse: partim nihil contra Auitum valere: partim etiam pro hoc esse: partim esse eiusmodi, vt neque appellata vmquam iudicia sint, neque existimata. Hîc ego, magis vt consuetudinem seruem, quàm, quòd vos non vestra hoc sponte faciatis, petam à vobis, vt me, dum de his singulis disputo iudiciis, attentè audiatis. Condemnatus est C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat. adde etiam illud,

a L. istam dedit conciliationis gratiæ ab.

b *fort.* hærebant in

c *sic v. c. d al.* Nam.

P. XXXVI.

e L. quadraginta istorū millium accessio.

f CONVTATIONIS pars prima de obiectis ab actione.*

g *fort.* confornaui.

si placet: tum est condemnatus, cùm esset iudex quæstionis. Non modò causæ, sed ne legi quidem quidquam per tribunum pleb. laxamenti datum est. Quo tempore illum à quæstione ad nullum aliud reip. munus abduci licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. At quam quæstionem? Vultus enim vestri, iudices, me inuitant, vt, quæ reticenda putaram, libeat iam liberè dicere. Quid? illa tandem quæstio, aut disceptatio, aut iudicium fuit? putato fuisse. dicat, qui vult hodie de illo populo concitato, qui tum mos gestus est, qua de re Iunius causam dixerit. Quemcumque rogaris, hoc respondebit, quòd innocentem circumuenerit. Est hæc opinio. At, si ita esset: hac lege accusatum esse oportuit, qua [a] accusatur Auitus. At ipse ea lege quærebat. Paucos dies exspectasset Quinctius. At neque priuatus accusare, nec, sedata iam inuidia, volebat. Videtis igitur non in causa, sed in tempore, ac potestate spem omnem accusatoris fuisse. Multam petiuit. Qua lege? *quòd in legem non iurasset.* quæ res nemini vmquam fraudi fuit: & quòd C. Verres, prætor vrbanus, homo sanctus, & diligens, subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. His de causis C. Iunius condemnatus est, iudices, leuissimis, & infirmissimis: quas omnino in iudicium afferri non oportuit. Itaque oppressus est non causa, sed tempore. Hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse oportere? Quam ob causam? Si [b] ex lege subsortitus non erat Iunius, aut si in legem aliquando [c] non iurauerat: idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Non, inquit: sed ille idcirco his legibus cōdemnatus est, quòd contra aliam legē commiserat. Qui hoc confitentur, possunt, illud idem iudicium [d] non fuisse, defendere. Ergo idcirco, inquit, infestus tum prætor Iunio fuit, quòd illud iudicium corruptum per eum putabatur. Num igitur hoc tempore causa mutata est? num alia res, alia ratio illius iudicij, alia natura totius negotij nunc est, ac tum fuit? non opinor, ex iis rebus, quæ gestæ sunt, rem vllam potuisse mutari. Quid ergo est causæ, quòd nunc nostra defensio audiatur tanto silentio, tunc Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tum in causa nihil erat, præter inuidiam, errorem, suspicionem, conciones quotidianas, seditiosè, ac populariter concitatas. Accusabat tribunus pl. idem in concionibus, idem ad subsellia: ad iudicium non modò de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. Gradus illi Aurelij tum noui, quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur: quos vbi accusator concitatis hominibus compleratur, non modò dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. Nuper apud C. Orchinium, collegam meum, locus ab iudicibus Fausto Syllæ de pecuniis residuis non est constitutus: non quo illi aut exlegē esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ, contemtam, atque abiectam putarent: sed quòd, accusante tribuno plebis, conditione æqua disceptari posse non putauerunt. Quid? conferam Syllámne cum Iunio? an hunc tribunum pl. cum Quinctio? an verò tempus cum tempore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis: hæc autem apud Iunium parua, & infirma, & ipsius

a *fort.* qua lege nirus accusatur.

b L. Si ex lege Iubartia eius iudicium non erat.

c Prævaricatus iudicauit.*

d d *al.* iudicium fuisse.*

P. P.

P. XXXVI. g. Iesu. illes qui ne leg. Nonius illes hus. hic. Apud dem. esse. hinc esse.

ipsius labore quæsita, atq. collecta. Hic tribunus plebis, modestus, prudens[a] non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius: ille autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum, ac[b] pacatum: illud omnibus inuidiæ tempestatibus concitatum. Quæ cùm ita essent, in Fausto tamen illi iudices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, cùm aduersario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet. Quam quidem rationem vos, iudices, diligenter pro vestra sapientia, & humanitate cogitare, & penitus perspicere debetis, quid mali, quantum periculi vnicuique nostrûm inferre possit vis tribunitia, conflata præsertim inuidia, & concionibus seditiosè concitatis. Optimis hercle temporibus, tum, cùm homines se non iactatione populari, sed dignitate, atque innocentia tuebantur, tamen nec C. Popillius, nec Qu. Metellus, clarissimi, atque amplissimi viri, vim tribunitiam sustinere potuerunt: nedum his temporibus, his moribus, his magistratibus, sine vestra sapientia, ac[c] iudiciorum remediis, salui esse possimus. Non fuit igitur illud iudicium, iudicij simile, iudices, non fuit: in quo non modus est adhibitus, non mos, consuetudóque seruata, non causa defensa, vis illa fuit, &, vt sæpe iam dixi, ruina quædam atque tempestas, & quiduis potiùs, quàm iudicium, aut disceptatio, aut quæstio. Quòd si quis est, qui illud iudicium tuisse arbitretur, & qui his rebus iudicatis standum putet: is tamen hanc causam ab illa debet seiungere. ab illo enim, siue *quòd in legem non iurasset*, siue *quòd ex lege subsortitus iudicem non esset*, multa petita esse dicitur. Cluentij autem ratio cum illis legibus, quibus ab Iunio multa petita est, nulla potest ex parte esse coniuncta. At etiam Bulbus est condemnatus. Adde, maiestatis: vt intelligas, hoc iudicium cum illo non esse coniunctum. At[d] est hoc illi crimen obiectum. Fateor: sed etiam legionem esse ab eo sollicitatam in Illyrico, C. Coscónij litteris, & multorum testimoniis planum factum est. quod crimen erat proprium illius quæstionis, & quæ res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maximè. Iam ista diuina tio est: qua si vti licet, vide, ne mea coniectura multo sit verior. Ego enim sic arbitror, Bulbum, quòd homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in iudiciũ sit adductus, idcircò faciliùs esse damnatum. tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est, eligis, vt id esse, secutos iudices dicas. Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet, quàm illa, quæ commemorata sunt ab accusatore, duo iudicia, P. Popillij, & T. Guttæ: qui causam de ambitu dixerunt: qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quòd planum fecerint, illos ob rem iudicandam pecuniam accepisse: sed quòd iudicibus profitentibus, quòd in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis venire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentij, vestróque iudicio coniuncta esse possit. Quid, quòd Stalenus est condemnatus? non dico hoc tempore, iudices, id quod nescio an dici

oporteat, illum maiestatis esse damnatum: non recito testimonia hominum honestissimorum, quæ in Stalenum sunt dicta ab iis, qui M. Æmilio, clarissimo viro, legati, & præfecti, & tribuni militares fuerunt: quorum testimoniis planum factum est, maximè eius opera cùm quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflatam. Ne illa quidem testimonia recito, quæ dicta sunt[a] de LLS. IO. C. XL. millibus, quæ ille cùm accepisset nomine iudicii Safiniani: sicut in Oppianici iudicio postea, retinuit, atque suppressit. Omitto & hæc, & alia permulta, quæ illo iudicio in Stalenum dicta sunt: hoc dico, eandem tum fuisse P. & L. Cominiis, equitibus R. honestissimis[b] hominibus, & disertis, controuersiam cum Staleno, quem accusabant, quæ nunc mihi est cum[c] Actio. Cominii dicebãt idem, quod ego dico: Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, vt iudicium corrumperet: Stalenus conciliandæ gratiæ causa se accepisse dicebat. Irridebatur hæc illius reconciliatio, & persona viri boni susceptа, sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnæ[e]: quib[o] subscripsit, Reges ab [f] se in gratiam esse reductos. Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciæ: tota vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur: egestas domestica, quæstus forẽsis in medium proferebatur: nummarius interpres pacis, & concordiæ, non probabatur. Itaque tum Stalenus, cùm idem defenderet, quod [g] Actius, condemnatus est. Cominij cùm hoc agerent, quod nos in [h] tota causa egimus, probauerunt. Quamobrẽ si Staleni damnatione, Oppianicum iudicium corrũpere voluisse, Oppianicum iudici ad emendas sententias dedisse pecuniam, iudicatum est: cùm ita constitutum sit, vti in illa culpa aut Cluentius sit, aut Oppianicus: Cluentii nũmus nullus iudici datus vllo vestigio reperitur[i]: Oppianici pecunia post iudicium factum à iudice ablata est: potest esse dubiũ, quin illa damnatio Staleni, non modò non sit contra Cluentiũ, sed maximè nostrã causam, defensionémque confirmet? Ego [k] adhuc Iunii iudicium video esse eiusmodi, vt incursionem potiùs seditionis, vim multitudinis, impetum tribunitium, quàm iudicium appellãdum putem. Quòd si quis illud iudicium appellet, tamen hoc cõfiteatur necesse est, nullo modo illam multam, quæ à Iunio petita sit, cũ Cluentii causa posse coniungi. Illud igitur Iunianum, per vim factum est: Bulbi, & Popillii, & Guttæ, contra Cluentium non est. Staleni, etiam pro [l] Cluentio. Videamus ecquod aliud iudicium, quod pro Cluentio sit, proferre possimus. Dixítne tandem causam C. Fidiculanius Falcula, qui Oppianicum condemnarat, cùm præsertim, id quod fuit in illo iudicio inuidiosissimum[m], post paucos dies ex subsortitione sedisset? dixit, & bis quidem dixit. In summam enim L. Quinctius inuidiam concionibus eum quotidianis, seditiosis, & turbulentis adduxerat. Vno iudicio multa [n] est ab eo petita, sicut ab Iunio, quòd non suæ decuriæ munere, neque ex lege sedisset. paullo sedatiore tempore est accusatus, quàm Iunius, sed eádem ferè lege, & crimine. Quia nulla in iudicio seditio [o], neque turba versata est, prima actione facillimè est absolutus. Non numero hanc absolutionem. nihilominùs enim potest, vt illam multam non com-

a L. prudens, b L. acuto pacatum, P. B., c L. sine iudiciorum, d L. At etiam hoc crimen, e L. quorum ne sequeretur, f al. quorum ne, P. XXXVIII., g L. Gut ne.

a al. de LLS. IO. C. millib.
b L. honestis hominibus.
c L. cũ Attio. P. B.
d ad Iuturnæ subaudi fanum vel templum.* e Iuturnæ Nymphæ meminit Varr. 4. de lingua. A iuuando ita dicta. e. ius aquam multi ægroti eo nomine ab ea petebant.* f L. à se. g L. quod Actius, h al. in tota causa agimus.
i L. reperiatur: Opp pec. post iud. factũ a iud. ablata sit: p. k L. Ergo adhuc Iunii.
l L. Pro Cluẽtio est. Vid. P. XXXIX.
m L. inuidiosissimum, paucos dies.
n lib. vulgat. *mulcta* mendosè.
o L. seditio neq. vis, neq. turba.

miserit, accepisse tamen ob rem iudicandam, pecuniam [a] quàm captam nusquam Stalenus eádem lege dixit. Proprium crimẽ illud quæstionis eius non fuit. Fidiculanius quid fecisse dicebatur? accepisse à [b] Cluentio LL S. CCCC. Cuius erat ordinis? senatorii, qua lege in eo genere à senatore ratio repeti solet, de pecuniis repetundis, ea lege accusatus, honestissimè est absolutus. Acta est enim causa more maiorum, sine vi, sine metu, sine periculo: dicta, & expositа, & demonstrata sunt omnia: adducti iudices sunt, non modò potuisse honestè ab eo reum condemnari, qui non per petuò sedisset, sed, si aliud is iudex nihil scisset, nisi, quę prę iudicia de eo facta esse constarẽt, [c] audire præterea nihil debuisse. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum rumusculos [d] aucupati, tum illum absoluerunt, iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. à quibus si qui quæreret, sedissẽntne iudices in C. Frabricium: sedisse se dicerent. si interrogarẽtur, num quo crimine is esset accusatus, præterquàm veneni eius, quod quæsitum Auito diceretur: negarent. si deinde essent rogati, quid iudicassent: condemnasse se dicerent. nemo enim absoluit. Eodem modo quæsitum si esset de Scamandro, certè idem respondissent: tametsi ille vna sententia est absolutus: sed illam vnam nemo tum istorum suam dici vellet. Vter igitur faciliùs suæ sententiæ rationem redderet: is ne, qui se & sibi, & rei iudicatæ constitisse [e] dicit: an ille, qui se in principem maleficij, leaem: in adiutores eius, & conscios, vehementissimum esse [f] respondit? Quorum ego de sententia non debeo disputare. neque enim dubito, quin ii tales viri, suspicione [g] aliqua perculsi, repentina, de statu suo declinarent. Quare eorum, qui absoluerunt, misericordiam non reprehendo: eorum, qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt sua sponte, non Staleni fraude, constantiam comprobo: eorum verò, qui *sibi non* [h] *liquere* dixerunt, sapientiam laudo, qui absoluere eum, quem nocentissimum cognorant, & quem ipsi bis iam antea condemnarant, nullo modo poterant: condemnare, cùm tanta consilij infamia, & tam atrocis rei suspicio esset iniecta, paullo posteriùs patefacta re, maluerunt. Ac ne ex facto solùm sapienteis illos iudicetis, sed etiam ex [i] nominibus ipsis, quod ij fecerint, rectissimè, ac sapientissimè factum probetis: quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritior, fide, religione, officio, diligentior, aut sanctior commemorari potest: non absoluit. Quis Qu. Considio constantior? quis iudiciorum, atque eius dignitatis, quæ in iudiciis publicis versari debet, peritior? quis virtute, consilio, auctoritate præstantior? ne is quidem absoluit. Longum est de singulorum virtute ita dicere: quæ quia cognita sunt ab omnibus, verborum ornamenta non quærunt. Qualis vir M. Iuuentius Pedo fuit ex vetere illa iudicum [k] disciplina? qualis L. Ciulius Mergus? M. Basilius? C. Caudinus? qui omnes in iudiciis publicis, iam tum florente repu. floruerunt. Ex eodem numero L. Cassius, Cn. Nœuius, pari & integritate, & prudentia: quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Atque ex his omnibus natu minimus, ingenio, & diligentia, & religione par iis, quos antea commemoraui, P. Saturius [m], in eádem sententia fuit. O inno-

a L. pecuniã quàm Stalenus qui causam nusquàm eadem lege dixit.

b L. à Cluentio LLS. XL. cõ

c L. cõstaret.

d rumusculi, rumores non ita magni.*

P. B.

e L. constitisse dicere: an ille, qui

f L. fuisse responderet.

g L. suspicione aliqua per cussi repentina, de statu suo declinarint.

h De hac formula dixi sæpius.*

i L. ex hominibus ipsis,

P. X L.

k al. iudiciorum.

l L. M. Basilius.

m al. P. Saturcius.

centiam Oppianici singularem! quo in reo, qui absoluit, ambitiosus: qui distulit, cautus: qui condemnauit, constans existimatur. Hæc tum agitante Quinctio, neque in concione, neque in iudicio demonstrata sunt. neque [a] enim ipse dici patiebatur, nec per multitudinem concitatam consistere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipse, postquàm Iunium pertuerit, causam [b] totam reliquit. Paucis enim diebus illis & ipse priuatus est factus, & hominum studia deferbuisse [c] intelligebat. Quòd si, per quos dies Iunium accusauit, Fidiculanium accusare voluisset: respondendi Fidiculanio potestas facta non esset. Ac primò quidem, omnibus illis iudicibus, qui Oppianicum condemnarant, minabatur. Iam insolentiam noratis hominis: noratis animos eius, ac spiritus tribunitios. Quod era [d] bdium? dii immortales! quæ superbia, quanta ignoratio sui? quàm grauis, atque intolerabilis arrogantia? qui illud etiam ipsum acerbè tulerit, ex quo illa nata sunt omnia, non sibi, ac defensioni suæ condonatum esse Oppianicum: proinde [d] quasi non satis signi esse debuerit, ab omnibus eum fuisse desertum, qui se ad patronum illum contulisset. Erat enim Romæ summa copia patronorum, hominum [e] eloquentissimorum, atque amplissimorum, quorum certè aliquis defendisset equitem Ro. in municipio suo nobilem, si honestè putasset eiusmodi causam posse defendi. Nam quam quidem, Quinctius causam vmquam antea dixerat, cùm annos ad quinquaginta natus esset? quis eum vmquam non modò in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco viderat? qui quòd Rostra iamdiu vacua, locúmque illum, post aduentũ L. Syllæ à tribunitia voce desertum, oppressérat, multitudinémque iam desuefactam à concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem, reuocauerat [e], idcirco cuidam hominũ generi paullisper incundior fuit. Atque idem quanto in odio postea suis illis ipsis fuit, per quos in altiorem locum adscenderat? neque iniuria. Facite enim, vt non solùm mores eius, & arrogãtiam, sed etiam vultum, atque amictum, atque illam vsque ad talos demissam purpuram recordemini. Is, quasi nõ esset vllo modo ferendum, se ex iudicio discessisse victum, rem ab subselliis in Rostra detulit. Et iã quærimur sæpe, hominibus nouis non satis magnos in hac ciuitate esse fructus? nego vsquã vmquam fuisse maiores: vbi, si quis ignobilis [f] loco natus, ita viuat, vt nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur, vsque eò peruenit, quoad eũ industria cum innocentia prosecuta est. Si [g] quis autem hoc vno nititur, quòd sit ignobilis: procedit sæpe longiùs, quã si idem ille esset cum iisdem suis vitiis nobilissimus. vt Quinctius (nihil enim dicam de ceteris) si fuisset homo nobilis: quis eum cum illa superbia, atque intolerãtia ferre potuisset? Quòd eo loco fuit: ita tulerunt, vt, si quid haberet à natura boni, prodesse ei putarent oportere: superbiam autem, atque arrogantiam eius, deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis, quàm pertimescendam. Sed, vt illuc reuertar, quo tempore Fidiculanius est absolutus, tu, qui ea iudicia facta commemoras, quæro, quid tum esse existimas iudicatum? certè gratis iudicasse. At condẽnarat: at causam totã non audierat: at in-

a al. nec enim.

b L. totam causam reliquit.

c al. deferuisse intelligit.

d al. perinde q.

e fort. reuocauerat.

f al. nobilis loco natus est.

g fort. Si quis autem hoc vno nititur, quòd sit ignobilis.

P. X L.

at in concionibus omnibus à L. Quinctio vehementer erat, & sæpe vexatus. Illa igitur omnia Quinctiana, iniqua, falsa, turbulenta, popularia, seditiosa iudicia fuerunt. Esto: potuit esse innocês Falcula. Iam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnauit: iam non eos Iunius subsortitus est, qui pecunia accepta condemnarent: Iam potuit [a] aliquis ab initio non fedisse, & tamen Oppianicum gratis condemnasse. Verùm, si innocens Falcula, quæso, quis nocens? si hic gratis condemnauit, quis accepit? Nego rem [b] esse vllam in quemquam illorum obiectam, quæ Fidiculanio obiecta non sit: neque [c] aliquid fuisse in Fidiculanij causa, quod idem non esset in ceterorum. Aut hoc iudicium reprehendas tu, cuius accusatio rebus iudicatis nitida videbatur, necesse est: aut, si hoc verum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare. Quamquam satis magno argumẽto esse debet, quòd ex tam multis iudicibus, absoluto Falcula, nemo reus factus est. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus, plurimis testibus? cùm primùm illi ipsi debuerint potiùs accusari de pecuniis repetundis, quàm ambitus. nam, si in ambitus iudiciis hoc his obfuit, cùm alia lege causam dicerent: certè, si propria lege huius peccati adducti essent, multo plus obfuisset. Deinde, si tanta vis fuit istius criminis, vt qua quisque lege ex illis iudicibus reus factus esset, tamen hac plaga periret: cur in tanta multitudine accusatorum, tantis præmiis, ceteri, rei facti nõ sunt? Hic profertur id [e], quod iudicium appellari non oportet, P. Septimio Scæuulæ [f] litem eo nomine esse æstimatam. Cuius rei quę consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debeo. Numquam enim ea diligentia, quæ solet adhiberi in ceteris iudiciis, eadem, reo damnato, adhibita est. In litibus æstimandis ferè iudices, aut, quòd sibi eum, quem semel condemnarunt, inimicum [g] putant esse, siqua in eum lis capitis illata est, non admittunt: aut, quòd se perfunctos iam esse arbitrantur, cùm de reo iudicarunt, negligentiùs attendunt cetera. Itaque [h] & maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis, de pecuniis repetundis, lites essent æstimatæ: & hoc quotidie fieri videmus, vt, reo [k] damnato de pecuniis repetũdis, ad quos peruenisse pecunias in litibus æstimandis statutum sit, eos illi iudices absoluant. quod cùm fit, non iudicia rescinduntur, sed hoc statuitur, æstimationem litium non esse iudicium. Scæuula condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuleiæ testibus. omni contentione pugnatum est, vel lis hæc, capitis æstimaretur. quæres, si rei iudicatæ pondus habuisset: ille postea vel iisdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipsa factus esset. Sequitur id [m], quod illi iudicium appellant: maiores autem nostri numquam neque iudicium nominarunt, neque [n] perinde, vt rem iudicatam, obseruauerunt, animaduerso, atque *auctoritas censoria*. Qua [o] de re antequàm dicere incipio, perpauca mihi de meo officio verba facienda sunt: vt à me cùm huiusce periculi, tum ceterorum quoque officiorum, & amicitiarum ratio conseruata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui censores proximè fuerunt, ambobus est amicitia: cum altero verò (sicuti & pleri-

a *al.* potuerit aliquis.

b *Non rem esse vllam in quemquam illorum obiectam.* *al.* Non rem esse vllam cuiquam illorum obiectam. c *Aliquid fuisse in Fidiculanij causa.* *al.* Aliquid fuisse Fidiculanio aliquando.

d *L. Riccbatus.* *al.*

e *Vide annotationem ad Philippicam 2. Non licet à iudicio hoc pellari.* *al.* Iudicium non fuit.

f *P. Septimio Scæuulæ.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

g *Præsumitur damnatum is esse, à quo capitis accusatus est.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

h *Maiestatis damnati non conferuntur.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

i *L. Saturninus damnatis de maiestate, de pecuniis repetundis lites essent æstimatæ.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

k *Reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos peruenisse pecunias in litibus æstimandis statutum sit, eos illi iudices absoluant.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

l *Vti lis hæc, capitis æstimaretur.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

m *Censoria auctoritas iudicium appellant.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

n *Non perinde vt rem iudicatam obseruauerunt.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

o *Ratio officij de amicitia.* *Vide Ciceronem pro Sexto Roscio.*

A

vestrùm sciunt) magnus vsus, & summa vtriusque officiis constituta necessitudo [a] est. Quare, quidquid de subscriptionibus [b] eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, vt omnem orationem meam non de illorum facto, sed de ratione censoria habitam existimari velim: à Lentulo autem, familiari meo, qui à me pro eximia sua virtute, summisq. honoribus, quos à populo R. adeptus est, honoris causa nominatur, facilè hoc, iudices, impetrabo, vt, quam ipse adhibere consueuit in [c] amicorum periculis fidem, & diligentiam, tum vim [d] animi, libertatẽmque dicẽdi, in [e] hac mihi concedat, vt tantum mihi sumam, quantum sine huius [f] periculo præterire non possum. A me tamen, vt æquum est, omnia cautè, pedetentimque dicentur, vt neque fides huius defensionis relicta, neq cuiusquã aut dignitas læsa, aut amicitia violata esse videatur. Video igitur, iudices, animaduertisse censores in iudices quosdam illius consilii Iuniani, cùm istam ipsam causam subscriberẽt. Hîc primùm illud commune proponam, *numquam animaduersionibus censoris hanc ciuitatem ita contentam, vt rebus iudicatis, fuisse.* neque in re nota consumam tempus exemplis. ponam illud vnum: C. Getam, cùm à L. Metello & Cn. Domitio, censoribus, ex senatu eiectus esset, censorem ipsum postea esse factum: & , cuius mores à censoribus erant reprehensi, hunc postea & populi Rom. & eorum, qui in ipsum animaduerterant, moribus præfuisse. Quòd si illud iudicium putaretur: vt ceteri turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur: sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. Nunc, si quem Cn. Lentuli, aut L. Gellii libertus furti condemnarit: is, omnibus ornamentis amissis, numquam vllam honestatis suæ partem recuperabit. quos autem ipse L. Gellius, & Cn. Lentulus, duo censores, clarissimi viri, sapientissimique homines, furti [g], & captarum pecuniarum nomine, notauerunt: ii non modò in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt. Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum est, de [h] *quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare*, hæc ignominiæ causa prætermissa est. *Timoris enim causam, non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt.* Itaque non solùm, iudices, illud ostendam, quod iam videtis, populi Rom. suffragiis sæpenumero censorias subscriptiones esse deletas [i], verùm etiam iudiciis eorum, qui iurati statuere maiore cum religione, & diligentia debuerunt. Primùm iudices, senatores, equitésque Rom. in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepisse [k] subscriptum est, suæ potius religioni, quàm censorum opinioni, paruerunt. Deinde prætores [l] vrbani, qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre, numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerũt. Censores denique ipsi sæpenumero superiorum censorum iudiciis (si ista iudicia appellari vultis) non steterunt, atque etiam ipsi

P. XLII.

a *al.* consuetudo est.

b Mos fuit Cẽsoribus, cũ aliquẽ damnarẽt, eundem damnationis subscribere.

c L. in amicorũ cũ periculis cum fidem, & d.

d *al.* vim, libertatémque dicendi.

e *fort.* in hac mihi cont.

f *al.* eius.

P. E.

g L. furti, aut capt.

h *al.* quibus de causis.

i *al.* sublatas.

k L. cepisse.

l Iudices à Prætoribus iurati, selectissimi relegabantur.

inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modò reprehendat, sed etiam rescindat, vt alter de senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet: vt alter in ærarios[a] referri, aut tribu[b] moueri iubeat, alter vetet. Quare quî vobis in mentem venit, hæc appellare iudicia, quæ à populo Rom. rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, à magistratibus negligi, ab iis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter [c] collegas discrepare videatis? Quæ cùm ita sint: videamus, quid tandem censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur. Ac primùm illud statuamus: vtrùm, quia censores subscripserint, ita sit: an quia ita fuerit, illi subscripserint. Si [d] ideò, quia subscripserint: videte, quid agatis, ne in vnumquemque nostrûm, censoribus in posterum potestatem regiam permittatis: ne subscriptio censoria nõ minus calamitatis ciuibus, quàm illa acerbissima proscriptio possit afferre: ne censorium stilum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderunt, æquè posthac, atque illum dictatorium gladium pertimescamus. Sin autem quod subscriptum est, quia verum est, idcirco graue debet esse: hoc quæramus, verum sit, an falsum: remoueantur auctoritates censoriæ: tollatur id ex causa, quod in causa non est: doce, quam pecuniam Cluentius dederit, vnde dederit, quemadmodum dederit: vnum denique aliquod à Cluentio profectæ pecuniæ vestigium ostende. Vince deinde, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum: nihil de illo vmquam secus esse existimatum: nihil denique præiudicatum, tum auctoritatem censorum amplexator: [e] tum illorum iudicium cum re coniunctum esse defendito. Dum verò eum fuisse Oppianicum constabit: qui tabulas publicas municipij sui corrupisse iudicatus sit: qui testamentum interleuerit: qui, suppositâ personâ, falsum testamentum obsignandum curarit: qui eum, cuius nomine id obsignatum est, interfecerit: qui aunculum filij sui in seruitute, ac vinculis necarit: qui municipes suos proscribendos, occidendósque curarit[f]: qui eius vxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit: qui pecuniam pro abortione dederit: qui socrum, qui vxorem, qui vno tempore fratris vxorem, sperátósque liberos, fratrémque ipsum, qui denique suos liberos interfecerit: qui cùm venenum priuigno suo quæreret, manifestò sit deprehensus: cuius ministris, conscisq. damnatis, ipse adductus in iudicium pecuniam iudici dederit ad sententias iudicum corrumpendas: dum hæc, inquam, de Oppianico constabunt, nec vllo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur: quid est, quòd te ista censoria siue voluntas, siue opinio fuit, adiuuare, aut hunc innocentem opprimere posse videatur? Quid igitur censores secuti sunt? Ne ipsi quidem, vt grauissimè dicam, quidquam aliud dicent, præter sermonem, atque famam, nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento comperisse, nihil denique, causa cognita, statuisse dicent. Quod si ita fecissent: tamen id non ita fixum esse deberet, vt conuelli non liceret. Non vtar exemplorum copia, quæ summa est: non rem veterem, non hominem potentem aliquem, aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem, scribam[a] ædilitium, D. Matrinium cùm defendissem apud M. Iulium[b] Qu. Publicium prætores, & M. Plætorium,[c] C Flaminium, ædileis curuleis: persuasi, vt scribam iurati legerent eum, quem iidem isti censores ærarium[d] reliquissent. Cùm enim in homine nulla culpa reperiretur: quid ille meruisset, non quid de eo statutum esset, quærendum esse duxerunt. Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto subscripserint, quis est, qui ab illis satis cognita, & diligenter iudicata arbitretur? in M. Aquillium, & in T. Guttam video esse subscriptum. Quid est hoc? duos esse corruptos solos pecunia. Quid[e]? ceteri videlicet gratis condemnarunt. Non est igitur circumuentus, non [f] est oppressus pecunia, non, vt ille Quinctianæ conciones habebantur, omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt, ac suspicione ponendi. duos solos video auctoritate censorum affineis ei turpitudini iudicari. Nam [g] vt illud afferant, nihil est, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse. Nam [h] illud quidem minimè probandum est, ad notationes, auctoritatémque censoriam, exemplum illos à consuetudine militari transtulisse. Statuerunt enim ita maiores nostri, *vt, si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur:* vt metus videlicet ad [i] omneis, pœna ad paucos peueniret. Quod idem facere censores in [k] delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione vitiorum, quî conuenit? Nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertimuit, potestne idem postea & miles esse melior, & vir bonus, & ciuis vtilis. Quare, ne in bello, propter hostium metum, delinqueret, amplior ei mortis, & supplicij metus est à maioribus constitutus. ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, ideirco illa sortitio comparata est. Hoc tu idem facies, censor, in[m] senatu legendo, si erunt plures, qui, ob innocentem condemnandum, pecuniam acceperint, vt non animaduertas in omneis, sed carpas, vt velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiare? Habebit igitur, te sciente, & vidente, curia senatorem, populus R. iudicem resp. ciuem sine ignominia quemquam, qui ad perniciem innocentis, fidem suam, & religionẽ pecunia commutarit? &, qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciui innocenti, is censoriæ seueritatis nota non inuretur? Tu [n] es præfectus moribus, magister veteris disciplinæ, & seueritatis, si aut retines quemquã fœdi in senatu, fœdere tanto contaminatum: aut statuis, qui in eadem culpa sit, non eádem pœna affici conuenire? & quam conditionẽ supplicij maiores in bello timiditati militis proposítam esse voluerunt, eãdem tu in pace cõstitues improbitati senatoris? Quòd si exemplum ex re militari ad animaduersionem censoriam transferendum fuit: sortitione id ipsum factum esse oportuit. Sin autem sortiri ad pœnam atque hominum delictum [o] fortunæ iudicio committere, minimè censorium est: certè in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam, & turpitudinem, non oportet. Verùm omnes intelligimus, in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum. Iactata res erat in concione à tribuno seditioso: incognita causa probatum illud

a Aerarius, qui pro capite, æs pendit. *Alcon.* P. XLIII.

b Tribu mouebãtur, qui ex rustica in vrbanam: aut ex rustica mobili in aliam rusticã minus mobilem referebantur.*

c L. inter collegas discrepari videatis d Si ideo ita est, qui subscripserint: videte, quid agatis videte, ne in vnumq.

e L. & ita Prisc. 8. sed & mox sequitur defendisse.*

f *al.* curauerit. P. B.

a Scribæ etiam fuerunt ædilibus.* b L. Iunio, Q. Publicio, prætore ædilis legitur in argenteis denariis.*

d Aerarium qui pro vagire æs pedit. e L. Quid cetera?

f L. non oppressus pecunia.

g L. Nam quod illud, quod afferunt, nihil est: aliquid esse, quod de his duobus habuerint compertum, de ceteris nihil comperisse.

h L. Ne illud quidem probandum est, ad not. &c. illud quidem minime probandum.

i *al.* ad omneis.

k L. in delectu dignitatis.

l *Sortitio pœnæ comparata est.* Hoc tu idem facies, censor, in senatu legendo, si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, vt non animaduertas in omneis, sed carpas, vt velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiare? Habebit igitur, te sciente, & vidente, curia senatorem, populus R. iudicem resp. ciuem sine ignominia quemquam, qui ad perniciem innocentis, fidem suam, & religionẽ pecunia commutarit? &, qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciui innocenti, is censoriæ seueritatis nota non inuretur? Tu es præfectus moribus, magister veteris disciplinæ, & seueritatis, si aut retines quemquã fœdi in senatu, fœdere tanto contaminatum: aut statuis, qui in eadem culpa sit, non eádem pœna affici conuenire? & quam conditionẽ supplicij maiores in bello timiditati militis proposítam esse voluerunt, eãdem tu in pace cõstitues improbitati senatoris? Quòd si exemplum ex re militari ad animaduersionem censoriam transferendum fuit: sortitione id ipsum factum esse oportuit. Sin autem sortiri ad pœnam atque hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè censorium est: certè in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam, & turpitudinem, non oportet. Verùm omnes intelligimus, in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum. Iactata res erat in concione à tribuno seditioso: incognita causa probatum illud

m al. in senatu legendo. n Cethegus pater.*

o Ita Victorius & Manut. Alii, de fortuna lectum.

lud erat[a]: multitudinem[b] illicitum est[c] contra
dicere: nemo denique, vt defenderet con-
trariam partem, laborabat. In iuidiam por-
rò magnam illa iudicia venerãt. etenim[d] pau
cis postea mensibus alia vehemẽs erat in iudi-
ciis ex notatione[e] tabularum inuidia versa-
ta Prætermitti à censoribus, & negligi macula
iudiciorum posse non videbatur. homines,
quos ceteris vitiis, atque omni dedecore infa-
meis videbant, eos hac quoque subscriptione
notare voluerunt, & eo magis, quòd illo ipso
tempore, illis censoribus erant iudicia cum e-
questri ordine communicata: vt viderentur
per hominum idoneorum ignominiam sua au
ctoritate illa iudicia cum equestri ordine re-
prehendisse. Quòd si hanc apud eos ipsos cen-
sores mihi, aut alij causam agere licuisset: ho-
minibus tali prudentia certè probauissem: (res
enim indicat) nihil ipsos habuisse cogniti, ni-
hil compertiz ex tota ipsa subscriptione rumo-
rem quendam, & plausum popularem esse quæ
situm. Nam in L.[g] Popillium, qui Oppianicum
cõdemnarat, subscripsit L. Gellius, quòd is pe-
cuniam accepisset, quo innocentem condem-
naret. Iam id ipsum quantæ diuinationis
est, scire, innocentem fuisse reum, quem
fortasse numquam viderat, cùm homines
sapientissimi, iudices, vt, nihil dicam de iis,
qui condemnarunt, causa cognita, sibi di-
xerint *non liquere?* Verùm esto. condemnat
Popillium Gellius: iudicat, accepisse à Cluen-
tio pecuniam. Negat hoc Lentulus. nam
Popillium, quòd erat libertini filius, in sena-
tum non legit: locum quidem senatorium[h]
ludis, & cetera[i] ornamenta reliquit[k] & eum
omni ignominia liberat. Quod cùm facit, iu-
dicat, eius sententia gratis esse Oppiani-
cum condemnatum. & eundem Popillium
postea Lentulus in ambitus iudicio pro te-
stimonio diligentissimè laudat. Quare, si ne-
que L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neque
Lentuli existimatione contentus fuit Gellius:
&, si vterque censor censoris opinione
standum non putauit: quid est, quamobrem
quisquam nostrum censorias subscriptio-
nes omneis[l], fixas, & in perpetuum ra-
tas patet esse oportere? At in ipsum Auitum
animaduerterunt. Nullam quidem ob turpi-
tudinem, nullum ob totius vitæ non di-
cam vitium, sed erratum. Neque enim hoc ho-
mine sanctior, neque probior, neque in o-
mnibus officiis retinendis diligentior esse
quisquam potest: neque illi aliter dicunt: sed
eandem illam famam iudicij corrupti secuti
sunt: neque ipsi secus existimant, quàm nos e-
xistimari volumus, de huius pudore, integri-
tate, virtute: sed putarunt prætermitti accu-
satorem non potuisse, cùm animaduersum
esset in iudices. Qua de re tota si vnum fa-
ctum ex omni antiquitate protulero, plura
mi & clarissimi viri, P. Africani, prætereun-
dum videtur: qui cùm esset censor, & in equi-
tum censu C. Licinius Sacerdos prodiisset:
clara voce, vt omnis concio audire posset, di-
xit se scire, illum *verbum*[n] *concepisse peieras-*
se, si quis contrà dicere vellet: vsurum esse eum
suo testimonio. deinde cùm contrà nemo di-
ceret: iussit equum traducere[o]. Itaque is, cu-
ius arbitrio & populus Rom. & exteræ gen-
tes, contentæ esse consueuerunt[p], ipse[q] sua
conscientia ad ignominiam alterius conten-

tus non fuit. Quòd si hoc Auito facere li-
cuisset, facilè, illis ipsis iudicibus, & falsæ suspi-
cioni, & inuidiæ popularitèr excitatæ re-
stitisset. Vnum etiam est, quod me maximè
conturbat, cui loco respondere posse vix vi-
deor, quod[a] elogium recitasti de testamen-
to Cn. Egnatij, patris, hominis honestissimi, vi-
delicet. & sapientissimi, id circo se exheredas-
se filium, quòd is ob Oppianici damnationem
pecuniam accepisset. De cuius hominis leui-
tate, & inconstantia, plura non dicam. Hoc
testamentum ipsum, quod recitas, eiusmodi
est, vt ille, cùm eum filium exheredaret, quem
oderat. ei filio coheredes homines alienissi-
mos coniungeret[b], quem diligebat. Sed tu, A-
ctie, consideres, censeo, diligenter, vtrùm cen-
sorium[d] iudicium graue velis esse, an Egna-
tij. Si Egnatij: leue est, quod censores de cete-
ris subscripserunt. ipsum enim Cn. Egnatium,
quem tu grauem esse vis, ex[e] senatu eiece-
runt. sin[f] autem censorium: hunc Egnatium,
quem pater censoria subscriptione exheredа-
uit, censores in senatu, cùm patrem eiicerent,
retinuerunt. At enim senatus vniuersus iudi-
cauit, illud corruptum esse iudicium. Quomo-
do? susceptt causam. An potuit rem delatam
eiusmodi repudiare? cùm tribunus pleb. po-
pulo concitato, rem pænè ad manus reuocas-
set: cùm vir optimus, & homo innocentissi-
mus, pecunia circumuentus esse diceretur:
cùm inuidia flagraret ordo senatorius: potuit
nihil decerni? potuit illa coneitatio multitu-
dinis siue summo periculo reipublicæ repu-
diari? At quid est decretum? quàm iustè?
quàm sapienter? quàm diligenter? Si QVI
SVNT, QVORVM OPERA FACTVM
SIT, VT IVDICIVM PVBLICVM
CORRVMPERETVR. Vtrùm videtur sena-
tus id factum iudicare: an, si factum sit, mole-
stè, grauitérque ferre? Si ipse A. Cluentius sen
tentiam de iudiciis rogaretur, aliam non
diceret, atque ij dixerunt, quorum sententiis
Cluentium condemnatum esse dicitis. Sed
quæro à vobis, num istam legem ex isto S.C.L.
Lucullus consul, homo sapientissimus, tulerit:
num anno pòst M. Lucullus, & C. Cassius, in
quos cùm consules designatos idem illud se-
natus decreuerit, non tulerunt. & quod tu A
uiti pecuniа factum esse arguis, neque[h] id vl-
la vel tenuissima suspicione confirmas, fa-
ctum est primò illorum æquitate, & sapien-
tia consulum, vt id, quod senatus decreue-
rat, ad illud inuidiæ præsens incendium restin
guendum, id postea referendum ad po-
pulum non arbitrarentur. ipse deinde popu-
lus Romanus, qui L. Quinctij tribuni pl. fictis
querimoniis antea concitatus[i], rem illam, &
rogationem flagitarat, idem C. Iunij filij, pue-
ri paruuli, lacrymis commotus, maximo cla-
more, & concursu totam illam legem, & quæ-
stionem repudiauit. Ex quo intelligi potuit
id, quod sæpe dictum est: *Vt mare, quod sua na-*
tura tranquillum sit, ventorum vi agitari, atque
turbari: sic & populum Romanum sua sponte esse
placatum, hominum seditiosorum vocibus, vt vio-
lentissimis tempestatibus, concitari. Est etiam
reliqua permagna auctoritas, quam ego tur-
piter pænè præterij, mea enim esse dicitur.
Recitauit ex oratione nescio qua[k] Actiusl,
quam meam esse dicebat, cohortationem quã
dam iudicum ad honestè iudicandum, &
commemorationem tum illorum iudiciorũ,

a L quòd elogium recitasti. al. eclogiũ al. ellogium. al elegium. vel, eclegiũ.

b al. adiungeret.*
c L. Atti.

d L. censorũ.

e al. è senatu.
f L. sin autem censorum.

P. XIV.

g L. in quo tum consules desi. idem ill. sen. decreuerat.

h lib. vulg. neq. id vlla tenuiss.

i L. incitatus.

P. B.

k prima in Verrem.*
l L. Actius.

quæ probata non essent, tum illius ipsius iudicij Iuniani: perinde [a] quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse iudicium: aut, cùm de infamia iudiciorum [b] disputarem, potuerim illud, quod tam populare esset, in illo tempore præterire. Ego verò, siquid eiusmodi dixi, neque cognitum commemoraui, neque pro [c] testimonio dixi, & illa oratio potiùs temporis mei, quàm iudicij, & auctoritatis fuit. Cùm enim accusarem, & mihi initiò proposuissem, vt animos & populi Romani, & iudicum commouerem: cúmque omneis [d] offensiones iudiciorum non ex mea opinione, sed ex hominum rumore proferrem: istam rem, quæ tam popularitèr esset agitata, præterire non potui. Sed *errat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur. omnes enim illæ orationes, causarum, & temporum sunt, non hominum ipsorum, ac* [e] *patronorum.* Nam, si causæ ipsæ pro se loqui possent: nemo adhiberet oratorem. nunc adhibemur, vt ea dicamus, non quæ nostra auctoritate constituantur: sed quæ ex re ipsa, causáque ducantur [f]. Hominem ingeniosum, M. Antonium, aiunt solitum esse dicere, *idcirco se nullam vmquam orationem scripsisse, vt, si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum: posset se negare dixisse:* perinde [g] quasi, quid à nobis dictum, aut actum sit, id nisi litteris mandauerimus, hominum memoria non comprehendatur. Ego verò in isto genere libentius cùm multorum, tum hominis eloquentissimi, & sapientissimi, L. Crassi, auctoritatem sequor, qui cùm L. [h] Plancium defenderet, accusante M. Bruto: homine in dicendo vehementi, & [i] callido, cùm [k] Brutus, duobus recitatoribus constitutis, ex duabus eius orationibus capita alterna, inter se contraria, recitanda curasset, quòd in dissuasione rogationis eius, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest, de auctoritate senatus detraheret: in suasione legis [l] Seruiliæ summis ornat senatum laudibus: & multa in equites R. cùm ex ea oratione asperiùs dicta recitasset, quo animi illorum iudicum in Crassum incenderentur: aliquantum esse commotus dicitur. Itaque in respõdendo primùm exposuit vtriusque rationem temporis: vt oratio ex re, & [m] causa, habita videretur: deinde, vt intelligere posset Brutus, quem hominem, & non solùm qua eloquentia, verùm etiã quo lepõre, & quibus facetiis prædítum lacessisset: teis [n] & ipse excitauit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accusatoris de iure ciuili reliquit. Eorum initia cùm recitarentur, ea, quæ vobis nota esse arbitror: FORTE EVENIT, VT RVRI IN[o] PRIVERNATE ESSEMVS, EGO, ET BRVTVS FILIVS: fundum Priuernatem flagitabat P: IN ALBANO ERAMVS EGO, ET BRVTVS FILIVS. Albanum poscebat. IN [q] TIBVRTE FORTE CVM ASSEDISSEMVS, EGO, ET BRVTVS FILIVS. Tiburtem fundum requirebat: Brutum autem, hominem sapientem, quòd filij nequitiam videret: quæ prædia ei relinqueret, testificari dicebat voluisse. quòd si potuisset honestè scribere, se [r] in balneis cum id ætatis filio fuisse: non præterijsset, eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis, & ex cẽsu quærere. Crassus tum ita Brutum vltus est, vt illum recitationis suæ pœniteret, molestè enim fortasse tulerat, se in iis orationibus reprehensum, quas de rep. habuisset: in quibus forsitan magis requiratur constantia. Ego autem illa recitata esse non molestè fero. neque enim ab illo tempore, quod [a] tum erat, neque ab ea causa, quæ [b] tum agebatur, aliena fuerunt: neque mihi quidquam oneris suscepi, cùm ista dixi, quo minùs honestè hãc causam, & liberè possem defendere. Quod si velim confiteri, me causam A. Cluentij nunc cognoscere, antéa fuisse in illa opinione populari: quis tandem id possit reprehendere? præsertim, iudices, cùm à vobis quoque ipsis hoc impetrare sit cquissimum, quod ego & ab initio petiui, & nunc peto, vt, siquam huc grauiorem de illo iudicio opinionem attulistis, hanc, causa perspecta, atque omni veritate cognita, deponatis. ¶Nunc [c], quoniam ad omnia, quæ abs te dicta sunt, T. Acti [d], de Oppianici damnatione respondi: confiteare necesse est, te [e] opinionem multum fefellisse, quòd existimaris, me causam A. Cluentij non facto eius, sed lege defensurum. Nam hoc perfæpe dixisti, tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. Itáne est? ab amicis videlicet imprudentes prodimur? & est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad aduersarios deferat? Quis nam tibi hoc renuntiauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narrui? nemo, vt opinor, in culpa est: sed nimirum tibi istuc lex ipsa renuntiauit. Sed [f] nũ tibi ita defendisse videor, vt tota in causa mentionem vllam fecerim legis? num [g] secus hanc causam defendisse [h], ac si lege Auitus teneretur? certè vt hominem cõfirmare oportet, nullus est locus à me purgandi istius inuidiosi criminis prætermissus. Quid ergo est? quæret fortasse quispiam, displiceátne mihi, legum [i] præsidio à [k] capite periculum propulsare. Mihi verò, iudices, non displicet: sed vtor instituto meo. In hominis honesti, prudẽtísque [l] iudicio, non solùm meo consilio vti consueui, sed multùm etiam eius, quem defendo, & consilió, & voluntati obtẽpero. Nam, vt hęc ad me causa delata est: quim leges eas, ad quas adhibemur, & in quibus versamur, nosse debere dixi [m] Auito statim, de eo, QVI COISSET, QVOQVIS CONDEMNARETVR, illum esse liberum: teneri autem nostrum ordinem. Atque ille me orare, & obsecrare cœpit, vt ne sese lege defenderem. Cùm ego, quæ mihi viderentur, dicerem: traduxit me ad suam sententiam. affirmabat enim lactymans, non se cupidiorem esse ciuitatis retinendæ, quàm existimationis. Morem hominigessi: & tamen idcirco feci (neque enim id semper facere debemus) quòd videbam, per se ipsã causam copiosissimè sine lege posse defendi. Videbam, in hac defensione, qua iam sum vsus, plus dignitatis: in illa: qua me hic vti noluit, minus laboris futurum. Quòd si nihil aliud esset actum, nisi vt hanc causam obtinerem: lege recitata, perorassem. Neque me illa oratio commoueret, quòd ait Actius [o], indignum P esse facinus, si senator iudicio quemquam circumuenerit, legibus eum teneri: si eques Rom hoc idem fecerit, non teneri. Vt tibi concedam, hoc indignum esse (quod cuiusmodi sit, iam videro),

a L. proinde quasi.
b L. iudiciorũ, quæ probata non essent, d. sput.
c Pro testimonio dicere, est pro teste dicere.*
d v. c. omnis ofs.
e L. aut patron.
f al. dicãtur.*
g L. proinde quasi,
P. XLVII.
h al. Cn. vt 2. de oratore.
i χαὶ δ' ἑτνφ, Victorius 30. Variar. 6. callido.*
k hæc historia recitatur à Cicerone 2. de oratore numero 67. Quintiliano 6. c. 3.
l Lex Seruilia à Q. Seruilio Cæpione lata de iudiciis inter equitẽ & senatum pari numero communicandis: hoc est, vt pari numero iudicarent Cicero in Bruto & 1. de oratore, Plutarch. postea inter tres ordines, cõmunicata iudicia lege Aurelii Cottæ.*
m L. & ex causa,
n v. c. tris.
o al. IN PRIVERNATI.
p vt à decore.
q al. IN TIBVRTI.
r Mos Romanis aliquandiu, vt ne pater cum filio pubere: nec socer cũ genere lauaret.
s Vater. 1.
P. S.

a al. quod hic es.
b al. quæ tũ ag.
c CONFIRMATIONIS pars secunda seu Iudiciaria reiectionem d L. Actii, e fort. opinionem te malum fei.
P. XLVIII.
f L. Sed non tibi ita defendisse videor, vt tota in causa mentionem g al. nec h al. defendisse.
i Militia vocabatur, & quæ castrensis, & quæ scopus. Cæs. vocat. Cic. de
k al. a capite periculum propulsare.*
l L. pudentis.
m L. Actium, in primis ob riti legũ debent. n L. Auitio Actium, ex capite, qui Cõ.
o L. Actius, p al. iniquum esse si senator &c.*

dero) *tu mihi concedas necesse est, multo esse indignius, in ea ciuitate, quæ* [a] *legibus contineatur, discedi à legibus. Hoc enim vinculum est huius dignitatis, qua fruimur in republ.* hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis. *mens* [b], *& animus, & consilium, & sententia ciuitatis, posita est in legibus. Vt corpora nostra sine mente: sic ciuitas sine lege, suis partibus, vt neruis, ac* [c] *sanguine, & membris, vti non potest. Legum ministri, magistratus: legum interpretes, iudices: legum denique idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus.* Quid est, Qu. Naso, cur tu in [d] isto loco sedeas? quæ vis est, qua abs te hi iudices, tali dignitate præditi, coerceantur? vos autem, iudices, quamobrem ex tam magna multitudine ciuium tam pauci de hominum fortunis sententiam ferris? quo iure Actius [e], quæ voluit, dixit? cur mihi tamdiu potestas [f] dicendi datur? quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid ceteri, quos apparêre huic quæstioni video, volunt? opinor hæc omnia lege fieri, totúmque hoc iudicium (vt antea dixi) quasi [g] mente quadam regi, & administrari. Quid ergo est? hæc quæstio sola ita gubernatur? quid M. Plætorij, & C. Flaminij inter sicarios? quid C. Orchinij peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquillij, apud quem nunc de ambitus causa dicitur? quid reliquæ quæstiones? circumspicite omneis reipubl. partes. omnia legum imperio, & præscripto fieri videbitis. Si quis apud me te, T. [h] Actî, reum velit facere: clames, te lege pecuniarum repetundarum non teneri, neque hæc tua recusatio, confessio sit captæ pecuniæ: sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio. Nunc, quid agatur, & quid abs te iuris constituatur, vide. Iubet, lex i ea, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicem [k] quæstionis, hoc est, Q. Voconium, cum iis iudicibus, qui ei obuenerint (vos appellat, iudices) quærere de veneno. In quem quærere? infinitum est. QVICVMQVE FECERIT, VENDIDERIT, EMERIT, HABVERIT, DEDERIT. Quid eádem lex statim adiungit? Recita. DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO. Cuius? qui coierit? conuenerit? non ita est. Quid ergo est? dic. QVI TRIBVNVS MILITVM LEGIONIBVS QVATTVOR PRIMIS [l], QVI VE QVAESTOR, TRIBVNVS PL. Deinceps omneis magistratus nominauit. QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT. Quid tum [m]? QVI EORVM COIIT, COIERIT, CONVENIT, CONVENERIT, QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDEMNARETVR. Qui eorum [n], quorum? videlicet, qui suprà scripti sunt. quid interest, vtro modo scriptum sit? Etsi est apertum, tamen ipsa lex docet, Vbi enim omneis mortaleis alligat, ita loquitur: QVI VENENVM MALVM FECIT, FECERIT. omnes viri, mulieres, liberi, serui in iudicium vocantur. Si item de coitione voluisset, adiunxisset, QVIVE COIERIT. Nunc ita est, DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO, QVI MAGISTRATVM HABVERIT, QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXERIT: QVI EORVM COIIT, COIERIT. Num is est Cluêtius? certè nõ est. Quis ergo est Cluentius? qui tamen defendi causam suam lege nolit. Itaque abiicio [r] legem: morem Cluentio gero: tibi tamen Actiose, pauca, quæ ab hu-

ius causa seiuncta sunt, respondebo. est enim quiddam in hac causa, quod Cluentius ad se: est aliquid, quod ego ad me putem pertinere. hic sua putat interesse, se re ipsa, & gesto negotio, non lege defendi: ego autem mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab [a] Actio videri esse superatum. non enim mihi hæc causa sola dicenda est. omnibus hic labor meus propositus est, quicumque hac facultate defensionis contenti esse possunt. nolo, quemquam eorum, qui adsunt, existimare, me, quæ de lege ab [b] Actio dicta sunt, si reticuerim, comprobare. Quamobrem, Cluenti, de te tibi obsequor: neque ego legem recito: neque hoc loco pro te dico: sed ea, quæ à me desiderari arbitror, non relinquam. *Iniquum tibi videtur*, Actie, esse, *non iisdem* [d] *legibus omneis tenere*. Primùm (vt id iniquissimum esse confitear) huiusmodi est, ve, commutatis eis opus sit legibus, non vt iis, quæ sunt, non pareamus. Deinde quis vmquam hoc senator accusauit, vt, cùm altiorem gradum dignitatis, beneficio populi Rom. esset consecutus, eò se putaret durioribus legum conditionibus vti non oportere? Quàm multa sunt commoda, quibus caremus: quàm multa molesta, ac difficilia quæ subimus? atque [e] hæc omnia tantum honoris, & amplitudinis commodis compensantur. Conuerte [g] nunc ad equestrem ordinem, atque [h] in ceteros ordines eâsdem vitæ conditiones: non perferent. putant enim minùs multos sibi laqueos legum, & conditionum, ac iudiciorum propositos esse oportere, qui in summum locum ciuitatis aut non potuerunt adscendere, aut non petiuerunt. Atque, vt omittam leges alias omneis, quibus nos tenemur, ceteri autem sunt ordines liberati: hanc ipsam legem, NE QVIS IVDICIO CIRCVMVENIRETVR, C. Gracchus tulit: eam legem pro plebe, non in plebem tulit. Postea L. Sylla, homo à populi causa remotissimus, tamen, cùm eius rei quæstionem hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Ro. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare nouo [h] quæstionis genere ausus non est. Quod si fieri posse existimasset: pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil fecisset libentiùs, quam [i] omnem illam acerbitatem proscriptionis suæ, quæstus [k] in veteres iudices, in hâc vnam quæstionem cõtulisset. Neè nunc quidquam agitur (mihi credite, iudices, & prospicite id, quod prouidêdum est) nisi, vt equester [l] ordo in huiusce legis periculum includatur [m]. Neque hoc agitur ab omnibus, sed à paucis. nam ij senatores, qui se facilè tuentur integritate, & innocentia, quales (vt verè dicam) vos estis, & ceteri, qui sine cupiditate vixerunt, equites ordini senatorio dignitate proximos, concordia coniunctissimos esse cupiunt: sed ij, qui se volunt posse omnia, neque præterea quidquam esse aut in homine vllo, aut in ordine: hoc vno metu se putant equites Rom. in potestatem suam redacturos, si [n] constitutum est, vt de iis, qui [o] rem iudicarent, huiusmodi iudicia fieri possint. Vident enim auctoritatem huius ordinis confirmari: vident iudicia comprobari, hoc metu proposito, euellere se aculeum seueritatis vestræ posse confidunt. Quis enim de homine audeat, paullo maioribus opibus prædito, ve-

[a] L. ab Actio.
[b] L. ab Actio.
[c] L. Atti,
[d] legibus iisdem omnes teneri æquissimum.*
[e] L. Atq. hæc omnia tamẽ hon.
[f] al. Conferte nunc.*
[g] L. atq. ad ceteros ord.
[h] fort. nouo quæstionis generi ausus. P. B.
[i] L. quàm illi. acerb. proscriptionis suæ, in hanc vnã q. cont.
[k] hæc, quæstus in veteres iudices, quidã prætæ addititia.*
[l] al. equites. R.
[m] al. concludantur.*
[n] L. si cõstitutum si, vt
[o] L. qui res iudicarent.

rè, & fortiter iudicare, cùm videat, sibi de eo, quod coierit, aut consenserit, causam esse dicendam? O viros forteis, equites Ro. qui homini clarissimo, ac potentissimo, M. Druso, tribuno pleb. restiterunt, cùm ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, quæ [a] tum erat, nobilitate, nisi vti, qui res iudicassent, huiuscemodi quæstionibus in iudicium vocarentur. Tunc C. Flauius Pusio, Cn.[b] Titinnius, C. Mecœnas, illa robora populi Rom. ceteríque huiuscemodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, vt aliquid culpæ suscipere se putarent, recusando: sed apertissimè repugnarunt, cùm hæc recusarent, & palàm fortissimè, atque honestissimè dicerent, se potuisse iudicio populi Ro. in amplissimum locum peruenire, si sua studia ad honores petendos conferre voluissent: sese vidisse, in ea vita qualis splendor inesset, quanta ornamenta, quæ dignitas: quæ se non contemsisse, sed ordine suo patrúmque suorum, contentos fuisse: & vitam illam tranquillam, & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuscemodi iudiciorum amfractu[c], sequi maluisse. aut sibi ad honores petendos ætatem integram restitui oportere: aut, quoniam id non posset, eam conditionem vitæ, quàm secuti, petitionem reliquissent, manere: iniquum esse, eos, qui honorum ornamenta, propter periculorum multitudinem, prætermisissent, populi beneficiis esse priuatos, iudiciorum nouorum periculis non carere: senatorem hoc queri non posse, propterea quòd ea conditione proposita petere cœpisset: quodque permulta essent ornamenta, quibus eâ mitigare molestiâ posset: locus[d], auctoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, toga[e] prætexta, sella[f] curulis, insignia[g], fascesh, exercitus, imperia, prouinciæ: quibus in rebus cùm summum rectè factis maiores nostri præmium, tum plura peccatis pericula proposita esse voluerunt. Illi non hoc recusabant, ea ne lege accusarentur, qua nunc Auitus accusatur, quæ tunc erat Sempronia[i], nunc est Cornelia[k]: intelligebant enim, ea lege equestrem ordinem non teneri: sed [l] ne noua lege alligarentur, laborabant. Auitus ne hoc quidem vmquam recusauit, quo minùs vel ea lege rationem vitæ suæ redderet, qua non teneretur. Quæ si vobis conditio placet: omnes id agamus, vt hæc quàm primùm in [m] omneis ordines quæstio perferatur. Interea quidem, per deos immortaleis, quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus, à legibus non recedamus: simul & illud quàm [n] sit indignum, cogitemus, populum R. aliud nunc agere: vobis remp. & fortunas suas commisisse: ipsum sine cura esse: non metuere, ne lege ea, quam numquam ipse iusserit, & quæstione, qua se solutum, liberúmque esse arbitretur, per paucos iudices adstringatur. Agit enim sic causam T. [o] Actius, adolescens bonus, & diserstus: omneis ciueis legibus teneri omnibus: vos attenditis silentio [p], sicut facere debetis. A. Cluentius, eques Ro. causam dicit ea lege, qua lege senatores, & ii, qui magistratum habuerunt, soli tenentur: mihi per eum recusare, & in arce legis, præsidia [q] constituere defensionis meæ non licet. Si obtinuerit causam Cluentius (sicuti vestra æquitate nixi[r] confidimus) existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter innocentiam, quoniam ita defensus sit: in lege autem, quam attingere noluerit, præsidij nihil fuisse. Hic nunc est quiddam, quod ad me pertineat, de quo antè dixi, quod ego populo R. præstare debeam, quoniam is meæ vitæ status est, vt omnis mihi cura, atque opera, posita sit in [a] omnium periculis defendendis. Video, quàta, & quàm periculosa, & quàm infinita quæstio tentetur ab accusatoribus, cùm eam legem, quæ in nostrum ordinem scripta sit, in populum Ro. transferre conentur. qua in lege est, QVI COIERIT: quòd quàm latè pateat, videtis. CONVENERIT. æquè infinitum, & incertum est. CONSENSERIT. Hoc verò cùm incertum, & infinitum: tum obscurum, & occultum est. FALSVMVE TESTIMONIVM DIXERIT. Quis de plebe Romana testimonium dixit vmquam, cui [b] hoc non periculum, T. [c] Actio auctore, paratum esse videatis? nam dicturum quidem certè, si hoc iudicium plebi Romanæ propositum sit, neminem vmquam esse confirmo. sed hoc polliceor omnibus, si cui fortè hac lege negotium faceßetur, qui lege non teneatur, si is vti me defensore voluerit, me eius causam legis præsidio defensurum: & vel his iudicibus, vel eorum similibus, facilè probaturum, & omni me defensione vsurum esse legis: qua nunc vt vtar, ab eo, cuius voluntati mihi obtemperandum est, non conceditur. Non enim debeo dubitare, iudices, quin, si qua ad vos causa huiusmodi delata sit eius, qui lege non teneatur, etiam si is inuidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, etiam si inuiti absoluturi sitis, tamen absoluatis: & religioni potius vestræ, quàm odio pareatis. *Est enim [d] sapientis iudicis, meminisse se hominem: cogitare, tantum sibi à populo R. esse permissum, quantum [e] commissum, & creditum sit: & non solum sibi potestatem datam, verùm etiam fidem habitam esse meminisse: posse, quem oderit, absoluere: quem non oderit, condemnare: & semper non quid ipse velit, sed quid lex, & religio cogat, cogitare: animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat. quæ res in quæstione versetur.* Cùm hæc sunt videnda, tum verò illud est hominis magni, iudices, atque sapientis. *cùm illam [f], iudicandi causa, tabellam sumserit, non [g] se putare esse solum, neque sibi, quodcumque concupierit, licere: sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatésque omneis amouere: maximèque [h] æstimare conscientiam mentis suæ, quam ab diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non potest:* quæ si optimorum consiliorum, atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine vllo metu, & summa cum honestate viuemus. Hæc si T. [i] Actius aut cognouisset, aut cogitasset: profectò ne conatus quidem esset dicere id, quod multis verbis egit: *iudicem [i], quod ei videatur, statuere & nõ deum tũ legibus esse oportere.* quibus de rebus mihi pro Cluentii voluntate, nimiùm, pro reipubl. dignitate, parum, pro vestra prudentia, satis dixisse videor. Reliqua, perpauca sunt, quæ quia vestræ quæstionis erant, ideirco illi statuerunt sibi fingenda esse, & proferenda, ne omnium turpissimi reperirentur, si in iudicium nihil, præter inuidiam, attulissent. Atque, vt existimetis, necessariò me de his

a al. quæ tũ erat - nobilitas,
b L. Cn. Titinius C. Mæcenas,
P. B.
c al. anfractu
d Senatoria ornamenta & honores quibus d. Cinctâ à ceteris. ad de simile ex oratione pro Postumio.*
e Magistratus insigne, toga prætexta.*
f sella curuli vtebantur Prætores, ædiles, Consules.*
g Imperatoria.*
h Prætorii, Cõsulares.*
i C. Gracchi.*
k Sullæ.*
P. L I.
l al. sed ne noua lege alligarem v.c. in omnis
m L. quàm sit iniquum, cogitem.
o L. T. Attius,
p silentio,
q fort. præsidia defens. meæ constit. non lic.
r q. lib. vel. nihil conf.
a in homines num p.
b L. cui non hoc peric.
c L. T. Actio. p. 88
d L. Est enim Sapientis iudicis, cognitas, tantum esse, quantum & creditum sit, & non.
f al. illam iudicandi tabellam.
g L. reponere non solum.
h al. æstimare que.*
P. L I.
i T. T. Attius.

de his rebus, de quibus iam dixerim, pluribus egisse verbis, attendite reliqua. profectò intelligetis, ea, quæ paucis demonstrari potuerunt[a], breuissimè esse defensa. Cn. Decio Samniti, ei, qui proscriptus est, iniuriam in calamitate eius ab huius familia factam esse dixistis. Ab nullo ille liberaliùs, quàm à Cluentio tractatus est. huius illum opes in rebus eius incommodis subleuarunt. atque hoc cùm ipse, tum omnes eius amici, necessariique cognouerunt. Ancarii, & Paceni pastoribus, huius villicos vim, & manus attulisse. Cùm quædam in collibus (vt solet) controuersia pastorum esset orta: Auiti villici rem domini, & priuatam possessionem defenderunt. cùm esset expostulatio facta: causa illis demonstrata, sine iudicio, controuersiáque discessum est. P. Ælij testamento propinquus exheredatus cùm esset, heres hic alienior institutus est. P. Ælius Auiti merito fecit: neque hic in testamento faciendo interfuit: idque testamentum, ab huius inimico Oppianico est obsignatum. Florio legatum ex testamento, infitiatum esse. Non est ita. sed cùm LLS.XXX. scripta essent, pro LLS. CCC. neque ei satis cautum videretur: voluit, eum aliquid acceptum referre liberalitati suæ. primò debere[b] negauit: pòst sine controuersia soluit. Cœlij cuiusdam Samnitis vxorem post bellum ab hoc esse repetitam. Mulierem cùm emisset de[c] sectoribus[d]: quo tempore eam primùm liberam esse audiuit, sine iudicio reddidit Cœlio. Ennium esse quendam, cuius bona teneat Auitus. Est hic Ennius egens quidam, calumniator[e], mercenarius[f] Oppianici, qui permultos annos quieuit: deinde aliquando cum seruo Auiti furti egit: nuper ab ipso Auito petere cœpit. Hic illo priuato iudicio (mihi credite) nobis iisdem fortasse patronis, calumniam[g] non effugiet. Atque etiam, vt nobis tenuntiatur, *hominum multorum hospitum* A. Binnium quendam, coponem[h], de via Latina, subornatis: qui sibi à Cluentio, seruisque eius, in taberna sua manus allatas esse dicat. Quo de homine, nihil etiam nunc dicere nobis est necesse. Si intulerit, id quod solet, sic hominem accipiemus, vt molestè ferat, *se dei via decessisse*. ¶Habetis, iudices, quæ in totam vitam de moribus A. Cluentij, quem illi inuidiosum reum volunt esse, annos octo meditati accusatores collegerunt. quàm leuia genere ipso! quàm falsa, re! quàm breuia, responsu! Cognoscite nunc id, quod ad vestrum iusiurandum pertinet, quod vestri iudicij est, quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti huc conuenistis, de criminibus veneni: vt omnes intelligant, quàm paucis verbis hæc causa perorari potuerit, & quàm multa à me dicta sint, quæ ad huius voluntatem maximè, ad vestrum iudicium minimè pertinerent. *Obiectum*[k] *est, C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum*. Opportunè adest homo summa fide, & omni virtute præditus, L. Plætorius, senator, qui illius Capacis hospes fuit, & familiaris. Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hunc ægrotauit, huius domi est mortuus. Haud[l] heres est Cluentius. Intestatum dico esse mortuum, possessionémque eius bonorum, prætoris edicto, huic illius sororis filio, adolescentulo prudentissimo, & in primis honesto, equiti Romano datam, Numerio Cluentio, quem videtis. *Alterum veneficij crimen*. Oppianico huic adolescenti, cùm eius in nuptiis more[a] Larinatium, multitudo hominum pranderet, venenum Auiti consilio paratum: id cùm daretur in mulsob, Balbutium quendam, eius familiarem, intercepisse, bibisse, statímque esse mortuum. Hæc ego si sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. Quid vmquam Auitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? quid autem magnopere Oppianicum metuebat, cùm ille verbum omnino in hac ipsa causa nullum facere potuerit: huic autem accusatores, matre viua, deesse non possent? quod[c] iam intelligetis. An vt de causa eius periculi nihil decederet, ad causam nouum crimen accederet? quod autem tempus veneni dandi, illo die? in illa frequentia? per quem porrò datum? vnde sumtum? quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? Multa sunt, quæ dici possunt. sed non committam, vt videar non dicendo voluisse dicere. res enim iam[d] seipsa defendat. Nego, illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illo die esse mortuum. magnum, & impudens mendacium. Perspicite cetera. dico, illum, cùm ad illud prandium crudior venisset, &, vt ætas illa fert, sibi tum non peperciisset: aliquot[e] dies ægrotasse, & ita esse mortuum. Quis huic rei testis est? idem, qui sui luctus, pater: pater, inquam, illius adolescentis? quem propter animi dolorem, pertenui suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere: is hunc suo testimonio subleuat. quod recita. Tu autem, nisi molestum est, paullisper exsurge, & perfer hunc dolorem cõmemorationis necessariæ: in qua ego diutius non morabor, quoniam, quod fuit viri optimi, fecisti, vt[f] necui innocenti mæror tuus calamitatem, & falsum crimen afferret[g]. TESTIMONIVM BALBVTII PATRIS. *Vnum etiam mihi reliquum eiusmodi crimen* est, iudices, ex quo illud perspicere possitis, quod à me initio orationis meæ dictum est: quidquid mali per[h] hos annos A Cluentius viderit, quidquid hoc tempore habeat sollicitudinis, ac[i] negocij, id omne à matre esse conflatum. Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane per M Asellium quendam, familiarem[k] illius: idque Auiti consilio factum esse, dicitis. In quo primùm illud quæro, quæ causa Auito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim inter ipsos fuisse confiteor: sed homines inimicos suos morte affici volunt, vel quòd metuunt, vel quòd oderunt. Quo tandem igitur Auitus metu adductus, tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat, quòd[l] iam Oppianicum pœna affectum pro maleficiis, eiectum è ciuitate, quisquam timeret? quid metuebat: vt[m] oppugnaretur à perdito, an ne accusaretur à condemnato, an ne exsulis testimonio læderetur? Sin autem, quòd[n] oderat, Auitus idcirco illam vita frui noluit: adeóne erat stultus, vt illam quam tum ille viuebat, vitam esse arbitraretur, damnati, exsulis, deserti ab omnibus? quem propter animi importunitatem, ne-

a Morem Larinatium in nuptiis prandere: vt Romãnis cœnare, quidã hic notat. verum hæc verba more Larinatium, non referrẽ ad verbum pranderet, sed ad proximũ sequẽs, multitudo.*

b Mulso primam sitim sedasse veteres hoc ex loco quidam colligũt, vide Lipsium 3. *Antiquar.*

c L. id quod iã intelligetis. al. id quod iam intelligitis.

d L. iã seipsa defendet.

e L. dies aliquot ægr.

f L. vti necui

g L. efferret.

h L. per hosce annos.

i L. & negotii,

k L. familiarem ipsius:

l L. quòd Oppianicum, iã pœna affectum

m L. ne oppugnaretur à perd.

n L. quòd odiderat Auitus inimicum, idcirco illum.

a al. audire.* b L. nemo adspicere.

mo recipere tecto, nemo adire[a], nemo alloqui: nemo [b] respicere vellet? huius igitur vitæ Auitus inuidebat? hunc si acerbè, & penitus oderat, non [c] eum quàm diutissimè viuere velle debebat? huic mortem maturabat inimicus, quod illi vnum in malis perfugium erat calamitatis? qui si quid animi, ac virtutis habuisset (vt multi sæpe fortes viri in eiusmodi dolore) mortem sibi ipse consciscet [d]: huic quamobrem id vellet inimicus offerre, quod ipse sibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi [e] fortè ineptiis, ac fabulis ducimur, vt existimemus, illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plureis illic offendisse inimicos, quàm hîc reliquisse: à socrus, ab vxorum, à fratris, à liberûm pœnis actum esse præcipitem in sceleratorum sedem, atque regionem. quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? Age verò, venenum per quem datum? per M. Asellium. Quid [f] huic cum Auito? nihil: atque adeò, quòd ille Oppianico familiarissimè est vsus, potiùs etiam contrà simultas. Eine igitur, quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimùm & suum scelus, & illius periculum committebat? cur deinde tu, qui pietate ad accusandum excitatus es, hunc Asellium esse inultum tamdiu sinis? cur non Auiti exemplo vsus es, vt per illum, qui attulisset venenum, de hoc præiudicaretur? Iam verò illud quàm non probabile, quàm inusitatum iudices, quàm nouum, in pane datum venenum? Faciliùs ne potuit, quàm in poculo? latentiùs [g] potuit, abditum aliqua in parte panis, quàm si totum colliquefactum in potione esset [h]? celeriùs potuit, comesum [i], quàm [k] epotum in venas, atque in [l] omneis parteis corporis permanare? faciliùs fallere [m] in pane, si esset animaduersum, quàm in poculo, cùm ita confusum esset, vt secerni nullo modo posset? At repentina morte periit. Quod [n] si esset ita factum: tamen ea res, propter multorum eiusmodi mortem, satis firmam veneni suspicionem non haberet. si esset suspicionsum: tamen ad alios potiùs, quàm ad Auitum pertineret. Verùm in eo ipso homines impudentissimè mentiuntur. Id vt intelligatis: & mortem eius, &, quemadmodum post mortem, in Auitum sit crimen à matre quæsitum, cognoscite. Cùm vagus, & exsul erraret, atque vndique exclusus Oppianicus, in Falernum se ad C. [o] Quinctilium contulisset: ibi primùm in morbum incidit, ad [p] satis vehementer, diúque ægrotauit. Cùm esset vnà Sassia, & Statio Albio quodam, colono, homine valente, qui simul esse solebat, familiarius veteretur, quàm vir dissolutissimus, incolumi fortuna pati posset: & ius illud matrimonij castum, atque legitimum, damnatione viri sublatum arbitraretur: Nicostratus quidam, fidelis Oppianici seruulus, percuriosus, & minimè mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse. Interea Oppianicus cùm iam conualesceret, neque in Falerno improbitatem coloni diutiùs ferre posset, & hunc ad [q] vrbem profectus esset (solebat enim extra portam aliquid habere conducti) cecidisse [r] ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer, &, postea quàm ad vrbem cùm febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio, iudices, eiusmodi est, vt aut nihil habeat suspicionis, aut, siquid habet, id intra parietes [a] in domestico scelere versetur. Post mortem eius Sassia statim moliri nefaria mulier cœpit insidias filio: quæstionem habere de viri morte constituit. emit de A. Rupilio, quo erat vsus Oppianicus medico, Stratonem quendam, quasi vt idem faceret, quod Auitus in emendo Diogene fecerat. De hoc Stratone, & de assecla quodam seruo suo quæsituram [b] esse dixit. præterea seruum illum Nicostratum, quem nimiùm loquacem fuisse, ac nimiùm domino fidelem arbitrabatur, ab hoc adolescente Oppianico in quæstionem postulauit. Hic cùm esset illo tempore puer, & illa quæstio de patris sui morte constitui diceretur: etsi illum seruum, & sibi beneuolum [c] esse, & patri fuisse arbitrabatur: nihil tamen est ausus recusare. Aduocantur amici, & hospites Oppianici, & ipsis mulieris multi, homines honesti, atque omnibus rebus ornati, tormentis omnibus vehementissimis quæritur. Cùm essent animi seruorum, & spe [d], & metu [e] tentati, vt aliquid in quæstione dicerent: tamen (vt arbitror) auctoritate [f] aduocatorum, & vi tormentorum adducti, in veritate manserunt, neque se quidquam scire dixerunt. Quæstio illo die de amicorum sententia dimissa est. Satis longo interuallo pòst iterum aduocantur. habetur de integro quæstio: nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur: auersari aduocati, & iam vix ferre posse: furere crudelis, atque importuna mulier, sibi nequaquam, vt speraſſet, ea, quæ cogitasset, procedere. Cùm iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet: quidâ ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & summa virtute præditus, intelligere se dixit, non id agi, vt verum inueniretur: sed vt aliquid falsi diceretur. Hoc postquàm ceteri comprobarunt: ex [g] omnium sententia constitutum est, *satis videri esse quæsitum*. Redditur Oppianico Nicostratus: Larinum ipsa proficiscitur cum suis, mœrens, quòd iam certè incolumen filium fore putabat, ad quem non modò verum crimen, sed ne ficta quidem suspicio peruenire: & cui non modò aperta inimicorum oppugnatio, sed ne occultæ quidem matris insidiæ nocere potuissent. Larinum postquàm venit: quæ à Stratone illo venenum antea viro suo datum, sibi persuasum esse simulasset, instructam ei continuò, & ornatam Larini medicinæ exercendæ causa tabernam dedit. vnum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat, vt velle, atque optare aliquid calamitatis filio potiùs, quàm id struere, & moliri videretur. Tum interim Hortensio, Metello cos. vt hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem, ad [h] hanc accusationem detraheret, inuito despondit ei filiam suam, illam, quam ex genero susceperat, vt eum nuptiis alligatum simul, & testamenti spe deuinctum, posset [i] habere in potestate. Hoc ipso ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiusmodi. Cùm esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantum, & auri: noctu duos conseruos dormientes occidit, in pisci-

a *al.* parietes in domestico scelere versetur. *vel* parietes vel fetur.*

b L. quæsitum se esse dixit.

c *vel* beneuolum esse.

d libertatis l. 3. §. 13. l. 29. §. ad Silvianum l. 2. ff. de iure fisci.* e mortis.* f Quæstionis & tormentis interesse potuerant aduocati, patroni, que. Quin & interrogandi facultas patronis data fuit. l. si postulauerit 27. §. quæstioni 7. ff. ad l. Iul. de adulteriis.*

g *al.* de omnium sententia.

h L. ad hanc accusationem attraheret.

i L. posset hab.

p. L.

p. F.

a *al.* latius petiuit aditum.* b *al.* esset celerius, potius comestũ quã epotum in venas, atque in omnes partes corporis permanaret. ita Priscianus lib. 10. legit hunc locum. vbi tamen permaneret pro permanaret paulò antè ibidé. eúdem locum refert hoc modo, esset, celerius potius comestũ *& in fi.* permanaret.* i Priscianus 10. comestũ.* k L. quàm potum, l *vel.* in omnis. m λαθάνειν. n *al.* Hoc si esset. f. o *al.* L. Quinctius.* p *al.* ac sanè vehem.

q Ad vrbem, id est extra portam. r L. dicitur ex quo decidisse, & homo.

piscinámque deiecit: ipse armarij fundum exfecuit, [a] & sestertiorum, & auri quinque pondo abstulit, vno ex seruis puero nō grandi conscio. Furto postridie cognito, omni suspicio in eos seruos, qui non comparebant, commouebatur. Cùm exsectio illa fundi in armario animaduerteretur, quærebant homines, quonam modo fieri potuisset. Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est, se nuper in auctione quadā vidisse in rebus minutis aduncam ex [b] ex omni parte dentium, & tortuosam venire serrulam, qua illud potuisse ita circumsecari videretur. Ne multa: perquiritur à coactoribus. [c] inuenitur ea serrula ad Stratonem peruenisse. Hoc initio suspicionis orto, & apertè insimulato Stratone, puer ille conscius pertimuit: rem omnem dominę indicauit: homines in piscina inuenti sunt. Stratonem in [d] vincula coniectus est: atque etiam in taberna eius nummi, nequaquam omnes reperiuntur. Cōstituitur quæstio de furto. nam quid quisquā suspicari aliud potest? An hoc dicitis? armario expilato, pecunia ablata, nō omni recuperata, occisis hominibus, institutam esse quæstionem de morte Oppianici? cui probatis? quid est, quod minus verisimile proferre potuistis? Deinde, vt omittam cetera, triennio post mortem Oppianici de eius morte quærebatur? Atque etiam incensa odio pristino, Nicostratum eundem illum tum sine causa in quæstionem postulauit. Oppianicus primò recusauit. posteaquàm [e] illa abducturam se filiam, mutaturam esse testamentum minaretur: mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum, non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit. Post trienium igitur agitata denique quæstio de viri morte habebatur: & [f] de quibus seruis habebatur? Noua, credo, res obiecta, noui quidam homines in suspicionē vocati sunt. De Stratone, & de Nicostrato. Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? Itáne [g] tandem? mulier iam non morbo, sed scelere furiosa, cum quæstionem habuisset Romæ, cùm de T. Annij L. Rutilij, P. [h] Saturij, & ceterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset, satis quæsitum videri eádem de re triennio pòst, iisdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam viro, nec onum fortè adfuisse dicatis, sed bono viro: in filij caput quæstionem habere conata est. An hoc dicitis? mihi enim venit in mentem, quid dici possit, tametsi adhuc non esset dictum: cùm haberetur de furto quæstio, Stratonem aliquid de veneno esse cōfessum? *Hoc vno modo, iudices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio inclusa respirat:* quòd aut ij, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut [k] illi, quorum eminet audacia, atque proiecta est à consiliis malitiæ deserturi, quod si aut considens astutia, aut callida esset audacia, vix vllo obsisti modo posset: Verùm furtum factum non est? At nihil clarius Larini fuit. An ad Stratonē suspicio non pertinuit? At is & ex serrula insimulatus, & à puero conscio est indicatus. An id actum non est in quærendo? Quæ fuit alia igitur causa quærendi? an, id quod dicendum vobis est, & quod tū Sassia dictitabat [l], cùm de furto quæreretur, tum Strato iisdem in tormentis dixit de veneno? En hoc illud est, quod

[a] L. & sestertium & auri quinque pondo abstulit, vno ex seruis puero nō grandi conscio. Furto postridie cognito, omni suspicio in eos seruos, qui non comparebant, commouebatur. Cùm exsectio illa fundi in armario animaduerteretur, quærebant homines, quonam modo fieri potuisset. Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est, se nuper in auctione quadā vidisse in rebus minutis aduncam ex [b] ex omni parte dentium, & tortuosam venire serrulam, qua illud potuisse ita circumsecari videretur. Ne multa: perquiritur à coactoribus. [c] inuenitur ea serrula ad Stratonem peruenisse. Hoc initio suspicionis orto, & apertè insimulato Stratone, puer ille conscius pertimuit: rem omnem dominę indicauit: homines in piscina inuenti sunt. Stratonem in [d] vincula coniectus est: atque etiam in taberna eius nummi, nequaquam omnes reperiuntur. Cōstituitur quæstio de furto. nam quid quisquā suspicari aliud potest? An hoc dicitis? armario expilato, pecunia ablata, nō omni recuperata, occisis hominibus, institutam esse quæstionem de morte Oppianici? cui probatis? quid est, quod minus verisimile proferre potuistis? Deinde, vt omittam cetera, triennio post mortem Oppianici de eius morte quærebatur? Atque etiam incensa odio pristino, Nicostratum eundem illum tum sine causa in quæstionem postulauit. Oppianicus primò recusauit. posteaquàm [e] illa abducturam se filiam, mutaturam esse testamentum minaretur: mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum, non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit. Post triennium igitur agitata denique quæstio de viri morte habebatur: & [f] de quibus seruis habebatur? Noua, credo, res obiecta, noui quidam homines in suspicionē vocati sunt. De Stratone, & de Nicostrato. Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? Itáne [g] tandem? mulier iam non morbo, sed scelere furiosa, cum quæstionem habuisset Romæ, cùm de T. Annij L. Rutilij, P. [h] Saturij, & ceterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset, satis quæsitum videri eádem de re triennio pòst, iisdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam viro, nec onum fortè adfuisse dicatis, sed bono viro: in filij caput quæstionem habere conata est. An hoc dicitis? mihi enim venit in mentem, quid dici possit, tametsi adhuc non esset dictum: cùm haberetur de furto quæstio, Stratonem aliquid de veneno esse cōfessum? *Hoc vno modo, iudices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio inclusa respirat:* quòd aut ij, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut [k] illi, quorum eminet audacia, atque proiecta est à consiliis malitiæ deserturi, quod si aut considens astutia, aut callida esset audacia, vix vllo obsisti modo posset: Verùm furtum factum non est? At nihil clarius Larini fuit. An ad Stratonē suspicio non pertinuit? At is & ex serrula insimulatus, & à puero conscio est indicatus. An id actum non est in quærendo? Quæ fuit alia igitur causa quærendi? an, id quod dicendum vobis est, & quod tū Sassia dictitabat [l], cùm de furto quæreretur, tum Strato iisdem in tormentis dixit de veneno? En hoc illud est, quod

[a] v.c. dixit.

P. LXII.

[b] L. Aui?

[c] L. afferres.

[d] quæstiones tormentis elicitas in tabulas referri, & signa eorum qui interfuerant obsignari mos fuit apud veteres. [e] al. nōnihil est.

[f] L. dare potestatem iudicandi

[g] L. reseruare huic tēp.

[h] PERORATIO.

P. 2.

[i] Enumeratio.

ante dixi: mulier abundat audacia: consilio & ratione deficitur. nam tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ, vobisque editæ sunt, illę ipsæ, quas tum obsignatas esse dixi [a] in quibus tabellis de furto littera nulla inuenitur. Non venit in mentem, primam orationem Stratonis cōscribere de furto, pòst aliquid adiungere dictum de veneno quod non percontatione quæsitum, sed dolore expressum videretur. Quæstio de furto est veneni iam suspicione, superiore quæstione, sublata: quod ipsum hæc eadem mulier indicarat: quæ vt Romæ de amicorum sententia statuerat satis esse quæsitum, postea per triennium maximè ex omnibus seruis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. Cùm igitur de furto quæreretur, & eo furto, quod ille sine controuersia fecerat: tum ille de eo, quod quærebatur, verbum nullum fecit? de veneno statim dixit? de furto, si non eo loco, quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua denique parte quæstionis, verbum fecit vllum? Iam videtis, illam nefariam mulierem, iudices, eadem manu, qua, si detur potestas, interficere filium cupiat, hanc fictam quæstionem conscripsisse. Atque istam ipsam quæstionem, dicite, quis obsignauit? Vnum aliquem nominate, neminem reperietis, nisi fortè eiusmodi hominem, quem ego proferri malim, quàm neminem nominari. Quid ais, [b] T. Acti? tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris cōscriptas in iudicium afferas [c]: neque earum auctoritatem litterarum, neque obsignatorem [d], neque testem vllum nominabis? &, quam tu pestem innocentissimo filio ex matris sinu depromseris, hanc hi tales viri comprobabunt? Esto: in tabellis nihil [e] est auctoritatis: quid? ipsa quæstio, iudicibus: quid? amicis, hospitibusque Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic tandem ipsi tempori, cur non reseruata est? quid istis hominibus factum est, Stratone, & Nicostrato? quæro abs te, Oppianice, seruo tuo Nicostrato quid factum esse dicas. quem tu, cùm hunc breui tempore accusaturus esses, Romam deducere, dare [f] potestatem iudicandi, incolumem denique seruare quæstioni, seruare his iudicibus, seruare [g] huic tempori debuisti. Nam Stratonem quidem, iudices, in crucem actum esse exsecta scitote lingua: quod nemo est Larinatium, qui nesciat. Timuit mulier amens non suam conscientiam, non odium municipum, non famam omnium: sed, quasi non omnes, eius sceleris testes essent futuri, sic metuit, ne condemnaretur extrema seruuli voce moriētis. ¶ Quod [h] hoc portentū, dij immortales? quod tantum monstrum in vllis locis? quod tam infestum scelus, & immane, aut vnde natum est? se dicamus? Iam enim videtis profectò, iudices, non sine necessariis me, ac maximis causis, principio orationis meę de matre dixisse. nihil est enim mali, nihil scelecis, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. ¶ Mitto [i] illam primam sibi dotis iniuriam: mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam: quæ nondum ad huiusce vitæ periculum, sed ad commune familię decus pertinebant, nihil de alteris Oppianici

nuptiis queror: quarum illa cùm obsides filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in familiæ luctum, atque in priuignorum funus nupsit. Prætereo[a] quòd Auriũ Melinum, cuius illa quondam socrus, paullo antè vxor fuisset, cùm Oppianici esse opera proscriptũ, occisúmque cognosceret, eam sibi domum, sedémque coniugij delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indicia, & spolia fortunarum videret. Illud [b] primùm queror, de illo scelere, quod nunc deniq. patefactum est, Fabriciani veneni: quod iam tum recens, suspicioſum ceteris, huic incredibile, nunc verò apertum iam omnibus, ac manifestum videtur. ¶Non est profectò de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum: quod [c] nisi esset: certè postea, deprehensa re, non illa vt ab improbo viro discessisset: sed vt à crudelissimo hoste fugisset, domúmque illam, in perpetuum, scelere omni affluentem, reliquisset. ¶Non modò [d] id non fecit sed ab illo tempore nullum locum prætermisit, in quo non [e] instrueret insidias aliquas, ac dies omneis, ac [f] noctes tota mente mater de pernicie filij cogitaret. quæ primùm, vt istum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, donis [g] muliebribus, collocatione siliæ, spe hereditatis obstrinxit. Itaque [h] apud ceteros, nouis inter propinquos susceptis inimicitiis, sæpe fieri diuortia, atq. [i] affinitatis dissidia [k] vidimus: hæc mulier tatis firmum accusatorem filio suo fore neminem putauit, nisi qui in matrimonium sororem eius ante [l] duxisset. ceteri nouis affinitatibus adducti, veteres inimicitias sæpe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. Neque in eo solùm diligens fuit, vt accusatorem filio suo cõpararet: sed etiam cogitauit, quibus eum rebus armaret. hinc enim illæ sollicitationes seruorum & minis, & promissis: hinc illæ insinitæ, crudelissimæque de morte Oppianici quæstiones: quibus finem aliquando non muliebris modus, sed amicorum auctoritas fecit. ab eodem scelere illæ triennio pòst habitæ Larini quæstiones: eiusdem amẽtiæ falsæ conscriptiones quæstionum: ex eodem furore etiam illa consecrata exsectio[m] linguæ, totius denique huius ab illa est & inuenta, & adornata, comparatio criminis. Atque his rebus cùm instructum accusatorem filio suo Romam ipsa misisset: paullisper, conquirendorum, & conducendorũ testium causa, Larini est commorata: posteà autem, cùm appropinquare huius [n] iudicium, ei nũtiatum est, confestim huc aduolauit, ne aut accusatoribus diligentia, aut [o] pecunia testibus deesset: aut ne fortè mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius sordium, atque luctus, & tanti squaloris amitteret. Iam verò quod iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? quod ego propter vicinitatem Aquinatium, & [p] Venafranorum, ex multis audiui, & comperi: quos concursus in his oppidis quantos & virorum, & mulierum gemitus esse factos? mulierem quandam Larino, atque illam vsque à mari supero Romam proficisci, cum magno comitatu, & pecunia, quo faciliùs circumuenire iudicio capitis, atque opprimere filium posset? Nemo erat illorum, pænè dicam, quin expiandum illum locum esse arbitraretur, quacumque illa iter fecisset: nemo, quin terram ipsam violari, quæ mater est omnium[a], vestigiis consceleratæ matris putaret. Itaque nullo in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitibus inuentus est, qui non contagionem adspectus fugeret. nocti se potiùs, ac solitudini, quàm vlli aut vrbi, aut hospiti committebat. Nunc verò quid agat, quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorare nostrũm putat? quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorum fidem pretio labefactare conata sit, tenemus. quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse, sceleratásque eius preces, & nefaria vota cognouimus: quibus illa etiã deos immortaleis de suo scelere testatur, *neq. intelligit, pietate, & religione, & iustis precibus, deorum menteis, non contaminata superstitione, neque* [b] *ad scelus perficiendum casis hostiis posse placari.* cuius ego furorem, atque crudelitatem deos immortaleis à suis aris, atque tẽplis aspernatos esse cõfido. ¶Vos[c], iudices, quos huic A. Cluentio quosdam alios deos ad omne vitæ tempus fortuna esse voluit, huiusdimportunitatem matris à filij capite depellite. multi sæpe in iudicando, peccata liberũm, parentum misericordiæ concesserunt: vos, ne huius honestissimè actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus: præsertim cùm ex altera parte *totum municipium* videre possitis. Omneis scitote, iudices, (incredibile dictu est, sed à me verissimè[e] dicitur) omneis Larinates, qui valuerunt, venisse Romam, vt huic studio, frequentiáque sua, quantum possent, in tanto eius periculo subleuarent. Pueris illud, hoc tẽpore & mulieribus, oppidum scito te esse traditum, idque in præsentia, in communi Italiæ pace, domesticis copiis esse tutum. quostamen ipsos æquè, & eos, quos præsenteis videtis, huius exspectatio iudicij dies, noctesq. sollicitat. Non illi vos de vnius municipis fortunis arbitrantur, sed de totius municipij statu, dignitate, commodísque omnibus sententias esse laturos. summa est enim, iudices, hominis in cõmunem municipij rem diligentia in singulos municipes benignitas, in omneis homines iustitia, & fides. præterea nobilitatem illam inter suos, locúmque à maioribus traditum, sic tuetur, vt maiorum gratiam, constantiam, gratiam, liberalitatem assequatur. Itaque iis eum verbis publicè laudant, vt non solùm testimonium suum, iudiciúmque significent, verùm etiam curam animi, ac dolorem. quæ dum laudatio recitatur, vos quæso, qui eam detulistis, assurgite[f]. *Ex lacrymis horum*, iudices, existimate potestatis, omneis hæc decuriones decreuisse lacrymanteis. Agè verò, vicinorum quãtum studium, q̃ incredibilis beniuolentitia, quanta cura esse? nõ illi in libellis laudatioũ decreta miserũt, sed homines honestissimos, quos nos semus omneis hinc frequenteis adesse, & hunc præsenteis laudare voluerunt. Adsunt Ferentanis homines nobilissimi, Marrucini item: pari dignitate Theano [h] Appulo, atque Lucria[i] equites Romanos, honestissimos homines, Iudicatores videtis: Bouiano, totóque ex Samnio cùm laudatione honestissimæ missæ sunt, tũ homines amplissimi, nobilissimíq. venerunt. Iam qui in agro Larinati [k] prædia, qui negotia, qui res pecuniarias habent honesti homines, & summo splendore præditi, difficile dictu est, quàm sint solliciti, quàm laborent, Nõ multi

a Præterea, quòd, cùm A. Aurium Melinum, cuius illa quondã socrus, p.a. vx. fuisset, Oppia. esse op.

b L. Illud primum queror, illud scelus, quod

c L. quod ni esset:

d Amplificacio.*

e L. non instrueret filio insidias. aliq.

f *fort.* & nocteis totas mater de pernic. ‖ *al.* atq.* p. LVIII.

g L. donis, muneribus, collocatione fil.

h L. Itaque quòd apud ce.

i L. atq. affinium dissidia videmus:

k *al.* discidia* l L. antea duxiss.

m Straboni?*

n *al.* hoc iudicium,

o *fort.* aut testib. pecunia deess.

p *al.* & Fraba terianorum,

q P. D.

r L. posset?

a *al.* omnium nostrũm,

b *quidem ibi vei.* neq. cæ fis ad scel. perf. hostiis

c Affectus mouet à persona Larinatium, vicinorum matris Cluentii.*

d *al.* huius matris impotunitatem

e L. verissimè dicetur)

P. LIX.

f L. ligesio LAVDATIO CLVENTII, EX DECVRIONVM LARINATIVM DECRETO. Ex

g Ferentani,

h L. Marrucini item pari dignitate Theano Appulo, atque Lucria equites Romanos honestissimos homines, Iudicatores videtis: Bouiano,

h *al.* Theano Apulo atq.

i *al.* Nuceria.

k L. Larinate

l *al.* pecuniæ.

multi mihi ab vno sic diligi videntur, vt hic ab his vniuersis. Quàm non abesse ab[a] huius iudicio L. Volusienum[b], summo splendore hominem, ac virtute præditum, vellem? præsentem[c] possem P. Heluidiũ Rufum, equitem R. omnium ornatissimum, nominare[d]: qui, cùm, huius causa, dies, noctesque vigilaret, & cùm me hanc causam doceret: in morbum grauem, periculosúmque incidit: in quo tamen non minùs de capite huius, quàm[e] de sua vita laborabat. Cn. Tudici senatoris, viri optimi, & honestissimi, par studium & testimonio, & laudatione cognoscetis. Eádem spe, sed maiore verecundia, de te, P. Volumni, quoniam iudex es in A. Cluentium, dicimus. Et, ne longum sit, omnium vicinorum summam esse in hunc beneuolentiam, confirmamus. Horum omnium studium, curã, diligentiam, meúmque vnà laborem, qui totam hanc causam vetere instituto, solus peroraui, vestrám quæsimul, iudices, æquitatem, & mansuetudinem *vna mater* oppugnat. At quæ mater? quam cæcam erudelitate, & scelere ferri videtis: cuius cupiditatem nulla vmquam turpitudo retardauit: quæ vitiis animi in deterrimas partes iura hominum cõuertit omnia: cuius ea stultitia est, vt eã nemo hominem: eavis, vt nemo fœminam: ea crudelitas, vt nemo matrem appellare possit. atq. etiam nomina necessitudinum, non solùm naturæ nomen, & iura mutauit: vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex: eò iam denique adducta est, vt sibi, præter formam, nihil ad similitudinem hominis reseruarit. Quare, iudices, si scelus odistis: prohibete aditum matris à filij sanguine: date parenti, hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberũm: patiamini[f], matrẽ, ne orbata filio lætetur, victam potiùs vestra æquitate discedere. Sin autem, id quod vestra natura postulat, pudorem, bonitatem, virtutémque diligitis: leuate hunc aliquando *supplicem vestrum*, iudices, tot annos in falsa inuidia, periculísque versatum: qui nunc primùm post illã flammã, aliorum facto, & cupiditate excitatam, spe vestræ æquitatis erigere animum, & paullum respirare à metu cœpit: cui posita sunt in vobis omnia: quem seruatum esse plurimi cupiunt, seruare soli vos potestis. Orat vos auitus, iudices, & flens obsecrat, ne se inuidiæ, quæ in iudiciis valere non debet: ne matri, cuius vota, & preces à vestris mentibus repudiare debetis: ne Oppianico, homini nefario condemnato iam, & mortuo, condonetis. Quod siqua calamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocentem: næ[h] iste miser, iudices, si, id quod difficile factu est, in vita remanebit, sæpe, & multùm queretur, deprehensum esse illud quondam Fabricianum venenum. quod si tum indicatum non esset: non huic ærumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum laborum: postremò etiam fortassis mater exsequias illius funeris prosecuta, mortem se filij lugere simulasset. nunc verò quid[i] erit perfectum, nisi vt huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctũ reseruata, mors sepulchro patris priuata esse videatur? Satis diu fuit in miseriis, iudices: satis multos annos ex inuidia laborauit. nemo huic tam iniquus, præter parentem, fuit, cuius animum non iam expletum esse putemus. vos, qui æqui estis omnibus, qui, vt quisque crudelissimè oppugnatur, eum lenissimè subleuatis, conseruate A. Cluentium: restituite incolumem municipio: amicis, vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite: vobis in perpetuum, liberísque vestris obstringite. vestrum est hoc, iudices, vestræ clementiæ: rectè hoc repetitur à vobis, vt virum optimum, atque innocentissimum, plurimísque mortalibus carum[k], atque iucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis: vt omnes intelligant, in concionibus esse inuidiæ locum, in iudiciis veritati.

[a] Ab hoc iudicio el. Volusienum.
[b] L. quam vel tem. presentem posse P. Heluidiũ Rufum equitem R. nominare?
[c] L. quam de sua vita laborat.
[d] P. Lx.
[e] L. patiamini matrem? al. sinite.
[f] Pro salute.
[g] Pro victoria.
[h] v. e. ne iste
[i] L. quid erit perfectum.
[k] L. carissimum, atq.

DE[a] LEGE AGRARIA, CALENDIS IANVAR. CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVM pl. in senatu.

ORATIO DECIMA QVINTA.

Desunt permulta[b].

Synopsis.

Causa. P. Seruilius Rullus trib. plebis legem tulerat, de Decemuiris creandis ad omnes agros publicos (quibusdam exceptis) vel qui extra Italiam vel in Italia essent, partim vendẽdos in posito vectigali partim colonis diuidendos, partim priuatorum quosdam emendos. Hanc legem Cicero primo Magistratus die, hoc est, kalendis Ianuarijs, in senatu, ipso præsente Rullo, & alijs trib. pleb. & pòst ad populum dissuasit. Capita legis varia, de quibus vide hanc & sequentem orationem. Euentus quis fuerit, dicetur in sequentis orationis Synopsi.

QVAE[c] res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. dicent enim Decemuiri, id quod & dicitur à multis, & sæpe dictum est, post eosdem consules, regis[d]

[a] DE VENTIONE LEGIS Agrariæ.
[b] Quinta.
[c] Ptolemæi Alexãdri Appionis qui P. Romanum hæredem fecit. Iustin. 38.
[d] Iustin. 38.

Alexandrini testamento, regnum illud, populi R. esse factum. Dubitis igitur Alexandriam clàm petentibus iis, quibus apertissimè pugnantibus restitistis? Hæc, per Deos immortales, vtrùm esse vobis consilia siccorum [a] an vinolentorum somnia: & vtrùm cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? Videte nunc, proximo capite vt impurus helluo turbet rempublicam, vt à maioribus nostris [b] possessiones relictas disperdat, & dissipet: vt sit non minùs in populi R. patrimonio nepos, [c] quàm in suo. Proscribit in sua lege vectigalia, quæ decemuiri vendant, hoc est, *proscribit auctionem publicorum bonorum, agros emi vult, qui diuidantur: quærit pecuniam.* videlicet excogitabit aliquid, atque afferet. nam superioribus capitibus dignitas populi R. violabatur, nomen imperij in cõmune odium orbis terræ vocabatur, vrbes paçatę, agri socio rum, [d] regum status decemuiris donabãtur [e]: nunc præsens certa pecunia numerata quęritur. Expecto, quid tribunus plebis vigilans, & acutus excogitet. *Veneat*, inquit, *silua Scantia* [f]. Vtrùm tandem hanc siluam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis inuenistis? si quid est, quod indagaris, inueneris, ex tenebris erueris, quamquam iniquum est, tamen consume, quoniam commodum est, quoniam quidem tu attulisti. siluam verò tu Scantiam vendas, nobis consulibus, atque hoc senatu? tu vllum vectigal attingas? tu populi Romani [g] subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? Tum verò hoc me inertiorem consulem iudicabo, quàm illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerunt: quod, quæ vectigalia, illis consulibus, populo Romano parta sunt, ea, me consule, ne retineri quidem potuisse iudicabitur? *Vendit Italiæ possessiones* [h] *ex orbe* omneis. sanè est in eo diligens. nullam enim prætermittit. persequitur in tabulis censorijs totam Siciliam, nullũ ædificium, nullos agros relinquit. *Audistis auctionem populi Romani proscriptam à tribuno plebis, constitutam in mensem Ianuarium:* &, credo, non dubitatis, quin idcirco hæc ærarij [i] causa, non vendiderint ij, qui armis, & virtute peperierunt, vt esset, quod nos, largitionis causa, venderemus. Videte nunc [k], quoad fecerit iter apertius, quàm antea. nam superiore parte legis quẽadmodum Pompeium oppugnarent, à me iudicati sunt, nunc iam se ipsi indicabũt. *Iubent venire agros Attalenſium* [l], *atq.* [m] *Olympenorum.* hos [n] populo Romano Seruilij, fortissimi viri, victoria adunxit. deinde *agros in Macedonia regios*, qui partim ° T. Flaminij, partim L. Pauili, qui Persen vicit, virtute parti sunt, deinde *agrum optimum* [p], *& fructuosissimum Corinthium*, qui L. Mummij imperio, ac felicitate ad vectigalia populi R. adiunctus est. pòst autem *agros in Hispania apud Karthaginem nouam* duorum Scipionũ eximia virtute possessos: tum verò *ipsam veterem Karthaginẽ vendunt*, quam P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus, siue ad notandam Karthaginiensium calamitatem, siue ad testificandam nostram victoriam, siue ad oblatam aliquam religionẽ, ad æternam hominum memoriam conseruarunt. His insignibus, atque insalis imperij venditis, quibus ornatam [q] vobis maiores vestri rempublicam tradiderunt, *iubent eos agros venire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto, Cappadociaque posse* [r] *erit.* Num obscurè videntur propè hasta præconis insectari Cn. Pompeij exercitum, qui venire iubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nũc bellum gerat, atque versetur? Hoc verò cuiusmodi est, *quod eius auctoris, quam constituunt, locum sibi nullum definiunt? nam* decemuiris, quibus in locis ipsis videatur, vendendi potestas lege permittitur. Censoribus [a] vectigalia locare, nisi in conspectu populi Romani non licet. his vendere vel in vltimis terris licebit. At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimoniis, faciunt, vt in atriis auctionariis potiùs quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur. hic permittit sua lege decemuiris, vt, in quibus commodum sit tenebris, vt in qua velint solitudine, bona populi Ro. possint diuendere. Iam illa omnibus in prouinciis, regnis, liberis populis quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa cõcursatio decemuiralis futura sit, non videtis, here ditatum [c] obeundarum causa, quibus vos [d] legationes dedistis, qui & priuati, & priuatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate prædicti, tamen auditis profectò, quàm graues eorum aduentus sociis vestris esse soleant. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris & mali, cùm mittantur in orbem terrarum decemuiri, summo cum imperio, summa cum auaritia, infinitáque omnium rerũ cupiditate? quorum cùm aduentus graues, cùm fasces formidolosi, tum verò iudicium, ac potestas erit non ferenda. licebit enim, quod videbitur, publicum iudicare, quod iudicarint, vendere. etiam illud, quod homines sancti non facient, vt pecuniam accipiant. ne vendant, tamen iis id ipsum per legẽ licebit. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sylla, & Pompeio consulibus, id rursus liberum, infinitúmque fecerunt. *Iubet eosdem decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, & vt eidem possint & liberare agros, quos commodum sit, & quos ipsis libeat publicare.* Quo in iudicio perspici non potest, vtrùm seueritas, acerbior an benignitas, quæstuosior sit futura. Sunt tamen in tota lege exceptiones duæ, non tam iniquæ, quàm suspitiosæ. *excipit in vectigali imponendo, agrum Recentoricum, Sicilienſem: in gvendendis agris, hęc agros, de quibus centum sit fœdere. Hi sunt in Africa, qui ab Hiempſa tum sit fœdere. Hi sunt in Africa, qui ab Hiempſa le pſidentur.* Hic quæro, si Hiempsali satis est cautum fœdere, & Recentoricus ager, priuatus est: quid attinuerit excipi. sin & fœdus illud habet aliquam dubitationem, & ager Recentoricus dicitur nonnunquam esse publicus: quem putet existimaturum. duas causas in orbe terrarum repertas [k], quibus gratis parcerer. Nunc [l] quisnam tam abitrusus vsquam nummus videtur, quem non architecti huiusce legis olfecerint? prouincias, ciuitates liberas, socios, amicos, reges denique exhauriunt: admouent manus vectigalibus populi Rom. non est satis. Audite vos, qui amplissimo populi, senatúsque iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis. *quod ad quemcunque peruẽnit, perunerit, ex præda [m] ex manubijs, ex auro coronario, quod neque consumtum in monumento, neque in ærarium relatum sit,*

[a] sicci, hic, facci.*

[b] al. relictas possessiones disperd.

[c] decoctor.*

[d] L. regũ status, decemuiris condonabantur: [e] al. condonabantur * [f] hãc siluam in Italia Cẽsores locabant. meminit Cicero 2. de oratore & in Bruto.*

[g] al. subsidia belli, ornamenta pac.

[h] al. possessiones ordine omneis.

[i] vt esset ærarium referius.*

[k] L. quò affectarit iter apertius ‖ al. quo affectarint.*

[l] al. Attalienſium al. Attalenſium.* [m] Attalica in Pamphylia: Olympus in Lycia.*

[n] fort. quos popu.

P. LXII.

[o] L. T. Flaminini,

[p] fort. optimũ

[q] al. nobis maiores &c.

[a] Censores vectigalia ea locabant.

[b] Atria auctionaria vocant, in quibus auctiones fiebant.*

[c] legationes liberæ senatoribus dabantur here ditatũ adeun

P. B. darũcausa, vt hic & Oratione 2. infrà. dixi plenius ad legem quæ libera legatione &c. de legationib. & fort. legationes liberas dedisti.

[e] lib. qui ex men id ipsum

[f] al. & vt*

[g] Ignotus est illi, vt videtur, vsus conductionis vectigalis, ita positus, ab veniendum. [h] fort. eos agros, quos centum ille fœdere. [i] i. est reip. vt hic causa reip. vocatur. [k] fort. reip. tas quare his agris gratis P. LXII. L. Nam. [l] in pugnan & manubias hic celebrat. quod & Gellius 13. c. 25.*

sit, id ad decemuiros referri iubet. Hoc capite multa sperant: in [a] omneis imperatores, heredésque eorum quæstionem suo iudicio cõparant: sed maximam pecuniam se à Fausto ablaturos arbitrantur. quã causam suscipere iurati iudices noluerunt, hanc isti decemuiri susceperè. idcirco à iudicibus fortasse prætermissam esse arbitrantur, quod sit ipsis reseruata. Deinde etiam in reliquum tempus diligentissimè sancit, *vt, quod quisque imperator habeat pecuniæ, protinus ad decemuiros deferat*. Hîc tamen excipit Pompeium, simillimè vt mihi videtur, atque in illa lege, [b] qua peregrini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur. non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, sed vnus [c] priuatur iniuria. Sed cui manubias remittit, huius vectigalia inuadit. *iubet* enim, *pecuniam, si qua post nos consules ex nouis vectigalibus recipiatur, [d] hac vti decemuiros*. Quasi verò non intelligamus, hæc eos vectigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare. ¶ Videtis [e] iam P. C. [f] omnibus rebus, & modis constructam, & coaceruatam pecuniam decemuiralem. Minuetur huius pecuniæ inuidia. *Consumetur enim in agrorum emtionibus*. Optimè. Quis ergo emet agros istos? iidem decemuiri: tu Rulle (missos enim facio ceteros) emes, quos voles: vendes, quos voles: vtrumque horum facies, quanti voles. Cauet enim vir optimus, ne emat ab inuito. Quasi verò non intelligamus, ab inuito emere, iniurioſum esse: ab non inuito, quæstuosum. Quantum tibi agri vendet. vt alios omittam socer tuus? & [g], si ego eius æquitatem animi probè noui, vendet non inuitus. Facient idem ceteri libenter, vt possessionis inuidiam pecunia commutent: accipiant, quod cupiunt: dent, quod retinere vix possunt. Nunc prospicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. Pecunia coacta est ad agros emendos: ij porrò ab inuitis non ementur. Si consenserint possessores non vendere, quid futurum est? referetur pecunia? non licet. exigetur? vetat. [h] Verùm esto: nihil est, quod non emi possit, si tantum des, quantum velit venditor. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium, vt, locupletatis aut inuidiæ, aut pestilentiæ possessoribus, agri tamen emantur. Quidi? tum *quæ erit in iis agros deductio?* quæ totius rei ratio, atque descriptio? *Deducentur*, inquit, *coloniæ*. Quòd? quorum hominum? in quæ loca? quis enim non videt, in coloniis esse hæc omnia consideranda? Tibi nos, Rulle & istis tuis, harum omnium rerum machinatoribus, totam Italiam inermem traditurus existimasti, quam præsidiis confirmaretis? coloniis occuparetis? omnibus vinclis deuinctam, & constrictam teneretis? Vbi enim cauetur, ne in laniculo coloniam constituatis? ne vrbem hanc vrbe alia premere, atque vrgere possitis? Non faciemus, inquit. Primùm nescio. deinde timeo. postremò non committam, vt vestro beneficio potiùs quàm nostro consilio salui esse possimus. Quòd verò totam Italiam vestris colonis complere voluistis, id cuiusmodi esset, neminémne nostrum intellecturum existimastis? Scriptum est enim, quæ in municipia, quásque in colonias deduci velint, & iis agros assignent, quibus in locis velint:

vt, cum totam Italiam militibus suis occuparint, vobis non modò dignitatis retinendæ, sed ne libertatis quidem recuperandæ spes relinquatur. Atque hæc à me suspiciouibus, & coniectura coarguuntur. Iam omnis omnium tolletur error. iam apertè ostendent, sibi nomen huius reip. sedem vrbis, atque imperij. denique hoc templum [a] Iouis optimi maximi, atque hanc arcem omnium gentium displicere. *Capuam deduci colonos volunt*. illam vrbem huic vrbi rursus opponere, illuc opes suas deferre, & imperij nomen transferre cogitant. qui locus propter vbertatem agrorum, abundantiámque rerum omnium, superbiam, & crudelitatem genuisse dicitur. ibi nostri coloni, [b] delecti ad omne facinus, à decemuiris collocabuntur. Et, credo, qua in vrbe homines, in veteri dignitate, fortunáque nati, copiam rerum moderatè ferre non poterunt, in ea isti vestri satellites, modestè insolentiam suam continebunt. Maiores nostri Capua magistratus, senatum, consilium [c] commune, omnia denique insignia reip. sustulerunt. neque aliud quidquam, nisi inane nomen Capuæ relinquerunt. non crudelitate (quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hostibus victis sua sæpissimè reddiderunt?) sed consilio: quòd videbant, si quod reip. vestigium illis mœnibus contineretur, vrbem ipsam imperio domicilium præbere posse. Vos hæc, [d] nisi euertere rempub. cupiretis, ac vobis nouam dominationem comparare, credo, quàm pernicioſa essent, non videretis. Quid [e] enim cauendum est in coloniis deducendis, si luxuries [f] Annibalem ipsum Capuæ corrupit? si superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur? si præsidium non præponitur huic vrbi, ista colonia, sed opponitur? At quemadmodum armatur? dij immortaleis! nam bello Punico, quidquid potuit Capua, potuit ipsa per se. nunc omneis vrbes, quæ circum Capuam sunt, [g] à colonis per eosdem decemuiros occupabuntur. hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia, quæ velint, oppida, colonos vt decemuiri deducant, quos velint. Atque *his colonis agrum Campanum, & Stellatem campum diuidi iubet*. Non queror [h] diminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturæ, atque damni: prætermitto illa, quæ nemo est, quin grauissimè, & verissimè conqueri possit, nos caput patrimonij publici, pulcherrimam populi R. possessionem, subsidium annonæ, horreum belli, sub signo, claustrísque reip. positum vectigal, seruare non potuisse: eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per se & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni restitissset. non i dico, solum hoc in repub. vectigal esse, quod, amissis aliis, remaneat: intermissis, non conquiescat: in pace niteat, in bello non obsolescat: militem sustentet, hostem non pertimescat: prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reseruo: de periculo salutis, ac libertatis loquor. Quid enim existimatis [k] integrum vobis in repub. fore, aut in vestrâ libertate, ac dignitate retinendum, cùm Rullus, atque ij quos multo magis, quàm Rullum, timetis, cum omni egentium, atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento,

a *v.c.* Iouis opt. max.

b *fort.* dilecti ad

c τὸ κοινὸν,

d *fort.* nisi cupieritis remp. euertere, ac vobis *&c.* P. B.

e Quid enim non cauendũ est.*

f L. Hannibalem.

g *v.c.* à colonis per eosdẽ x. viros occ. *al.* coloniis per eosdem x. viros occ.

h L. deminutionem.

i L. non dico, hoc solum in rep.

k *fort.* aut integrũ vobis.

a *v.c.* in omnes.

b Lex gene ralis, à qua excipitur v. grini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur.

c L. prohibe. neficio.

d Offeria. tus lex, hac vti decemuiros.

e DE EM. PTIONE pecuniæ. P. Rullus omnibus rationibus modis c. P. R.

f L. Etenim, si ego eius.

g DE DE. CRETO. NE colo. niarum.

h Q. Ofilius lib. 1. Quæ erit in agri tamen emantur.

i L. Quæ post agros deductio? quæ.

k L. vestris co. lonis.

l P. C. XIIII.

& auro, Capuam, & vrbeis circa Capuam
a PER ORATIO. occuparint? ¶ His a ego rebus, P.C. resistam
vehementer, atque acriter: neque patiar, homines ea, me consule, expromere, quæ contra rempubl. diu cogitarint. Erraſtis, Rulle, vehementer & tu, & nonnulli collegæ tui,
P. LXV. qui speraſtis, vos contra consulem, veritate non ostentatione popularem, posse in euertenda repub. populareis existimari. lacesso vos, in concionem voco, populo R. disceptatore vti volo. Etenim, vt circumspiciamus omnia,
b Idem 2. oratio. infrà. que populo grata, atque iucunda sunt, *nihil* b *tam populare, quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus*. sollicitam mihi ciuitatem suspicione, suspensam c metu, per-
c μετέωρον, ἀφροντιδήν. turbatam vestris legibus, & concionibus, & seditionibus tradidistis: spem improbis ostendistis: timorem bonis iniecistis: fidem de foro, dignitatem de rep. sustuliſtis. Hoc motu, atque hac perturbatione animorum, atque rerum cùm populo R. vox, & auctoritas consulis repentè in tantis tenebris illuxerit: cùm ostenderit, nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium nouum, nullum regnum decemuirale, nullam altera Romam, neque aliam sedem imperij, nobis consulibus, futuram, summámque tranquillitatem pacis, atque otij: verendum, credo, nobis erit, ne vestra ista præclara lex Agraria, magis popularis esse videatur. cùm verò scelera consiliorum vestrorum, fraudémque legis, & insidias, quæ ipsi populo R. à popularibus tribunis pl. fiant, ostendero: pertimescam, credo, ne mihi non liceat contra vos in concione consistere: præsertim cùm mihi deliberatum, &
d al. eo modo gerere cons. constitutum sit, ita d gerere consulatum, quo vno modo geri grauiter, & liberè potest, vt neque prouinciam, neque honorem, neque ornamentum aliquod, aut commodum, neque rem vllam, quæ à tribuno pl. impediri possit, appetiturus sim. Dicit frequentissimo senatu consul, kalendis a Ianuarij, sese, si statuus hic reipubl. maneat, neque aliud negotium exstiterit, quod honestè subterfugere non possit, in prouinciam non iturum. sic me in hoc magistratu geram b populo Ro. vt possim tribunum pl. reipub. iratum coercere: mihi iratum, contemnere. Quamobrem, per deos immortaleis, colligite vos, tribuni pleb. deserite eos, à quibus, nisi prospicitis, breui tempore deseremini: consipirate nobiscum: consentite cum bonis: communem remp. communi studio, atque amore defendite. multa sunt occulta c reip. vulnera, multa nefariorum ciuium pernicioſa consilia: nullum externum periculum est, non rex, non gens vlla, non natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum, ac domesticum est huic pro se quisque nostrûm mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Erratis, si senatum probare ea, quæ dicuntur, à me, putatis, populum autem esse in alia voluntate. Omnes, qui se incolumeis volunt, sequentur auctoritatem consulis, soluti à cupiditatibus, liberi à d delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quòd siquis vestrûm spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo: primùm, me consule, id sperare desistat: deinde habeat me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco consulem videt, quæ vitæ via facillimè viros bonos ad honorem, dignitatémque perducat. Quòd si vos vestrum mihi studium, P. C. ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profectò id, quod maximè resp. desiderat, vt huius ordinis auctoritas, e quæ apud maiores nostros fuit, eádem nunc longo interuallo reip. restituta esse videatur.

a L. kalendis Ianuarijs.

b L. gerem. Pro C. vt pote id est pacem conseruem.

c ὑποπλοκὴ.

d L. à delictis.

e fort. auctoritas eadem, quæ apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo int.

DE LEGE

DE LEGE AGRARIA, CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM, TRIBVNVM pleb. ad populum.

ORATIO DECIMA SEXTA.

Synopsis.

¶ Causa. *Tribuni pleb. superiori oratione Ciceronis in Senatu habita exterriti, ad populum Ciceronem vocant, quasi populo disceptatore (cuius in speciem commodo legem Agrariam suadebant) in causa superiores essent futuri. Cicero senatusc. sequi iubet, eiusque comitatu septus in concionē venit, & hac oratione magnifica Legem Agrariam dissuadet.* Eueutus. *Lex Rulli antiquata, non suffragiis aut intercessione trib. pleb. impeditus, verùm eam Rullus cognita populi voluntate ferre non est ausus. 7. Plin. 30.*

P. LXVI. a EXORDIVM.*

EST[a] hoc in more positum, Quirites, institutóque[b] maiorum, vt ij, qui beneficio vestro imagines[c] familiæ suę consecuti sunt, eam primā habeāt concionem, qua gratiam beneficij vestri cum suorū laude coniungant, qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur: plerique autem hoc perficiunt, vt[d] tantum maioribus eorum debitum esse videatur, vnde etiam quod posteris solueretur, redundaret. Mihi quidem apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur: non quòd non tales fuerint, qualeis nos illorum sanguine creatos, disciplinísque institutos videtis: sed quòd laude populari, atque honoris vestri luce caruerunt. De me autem ipso, vereor, ne arrogantis sit apud vos dicere: ingrati, tacere. nam &, quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim, memetipsum commemorare, perquàm graue est: & silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. Quare adhibebitur à me certa ratio, moderatióque dicendi, vt, quid à vobis acceperim, commemorem: quare dignus vestro summo honore, singularíque iudicio sim: ipse modicè dicam, si necesse erit: vos eosdem existimaturos putem, qui iudicauistis. Me perlongo[e] interuallo pro pè memoriæ, temporúmque nostrorum, primum hominem nouum[f], consulem fecistis: & eum locum, quem nobilitas præsidiis firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce, rescidistis: virtutíque in posterum patēte voluistis. neque me tantummodò consulem, quod est ipsum per[g] sese amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobileis in hac ciuitate consules facti sunt, nouus ante me nemo. Nam profectò si recordari volueritis, de nouis hominibus reperieris eos, qui sine repulsa cōsules facti sunt, diuturno labore, atque aliqua occasione esse factos, cùm multis[a] annis pòst petissent, quàm prætores fuissent, aliquanto seriùs, quàm[b] per ætatem, ac per leges[c] liceret: qui autem anno suo petierint, sine repulsa non esse factos: me esse vnum ex omnibus nouis hominibus, de quibus meminisse possumus, qui consulatum petierim, cùm primùm licitum sit: consul factus sim, cùm primùm petierim: vt vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. Est illud amplissimum, quod paullo antè commemoraui, Quirites, quod hoc honore ex nouis hominibus primùm me, multis[d] posthabitis, affecistis: quod prima petitione, quod anno meo: sed tamen magnificentius, atque ornati[9] esse illo nihil potest, quòd meis comitiis nō[e] *tabellam*[f] *vindicem tacitæ libertatis*, sed vocem viuam[g] præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum, ac studiorum tulistis. Itaque me non extrema[h] tribus suffragiorum, sed primi[i] illi vestri concursus: neque[k] singulares voces præconum[l], sed vna voce vniuersus populus R. consulem declarauit. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium, Quirites, cùm ad animi mei fructum, atque lætitiam duco esse permagnum, tum ad curam, sollicitudinémque multo maius. Versantur enim, Quirites, in animo meo multæ, & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impertiunt: primùm tuendi consulatus: quæ cùm omnibus est difficilis, & magna ratio, tum verò mihi, præter ceteros cui errato[m] nulla venia, rectè facto exigua laus, & ab inuitis expressa proponitur: non, dubitanti fidele consilium: non, laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. Quòd si solus in discrimen aliquod adduceret: ferrem, Quirites, animo æquiore: sed mihi videntur certi homines, siqua in re me non modò consilio, verùm etiam casu lapsum esse arbitrabuntur, vos vniuersos, qui me antetuleritis

a septē annos iacuit C. Marius post Præturā. *Cicero 3. Officiorum. Plutarchus.*

b Aetate certa petebatur magistratus, & quidē cōsulat. anno 42 vide Liuiū 30.*

c Leges annales intelligit quibus capiēdorū magistratuū initiū definiebatur.*

d Patriciis duob⁹. P. Galba & L. Catilina: tribunis plebis, L. Cassio Languino, Q. Cornificio & C. Licinio sacerdote. Pedian⁹ in orat. pro Muræna.*

e *lib. vulg.* nō tabellam indicem t.*

f Legib⁹ Tabellariis cōstitutum fuit, vt ne voce sed tabella populus suffragia ferret. Cicero 3. de legibus.*

g *al.* vnam.*

h Arinienſis*

i Tribus Suburanæ.

P. LXVII.

k L. neq. singulæ voces præcon.

l Præcones ad ineunda suffragia citabātur, & designatos renunciabant.*

m al. cuius.*

n erratū hic quidem sic accipiunt, pro eo, qui peccāt, sic apud Terentium Hecyra. Iam ætate casum, vt non fiet peccato mihi ignosci æquum.*

nobilitati, vituperaturi. mihi autē, Quirites, omnia potiùs perpetienda esse duco, quàm non ita gerendum consulatum, vt in omnibus meis factis, atque consiliis, vestrum de me factum, consiliúmque laudetur. Accedit etiam ille mihi summus labor, ac difficillima ratio consulatus gerendi, quòd non eádem, qua superioribus consulibus, lege, & conditione vtendum [a] esse decreui: qui aditum huius loci, conspectúmque vestrum partim, magnoperè fugerunt, partim non vehementer secuti sunt. Ego autem non solùm hoc in loco dicam, vbi est id dictu facillimum: sed in ipso senatu, in quo esse locus huic voci nō videbatur, popularem me futurum esse consulem prima [b] mea illa oratione kal. Ianuar. dixi. Neque enim vllo modo facere possum, vt, cùm me intelligam, non hominum potentium studio, non excellētibus gratiis paucorū, sed vniuersi populi Ro. iudicio consulem ita factum, vt nobilissimis [c] hominibus longè præponerer: non & in hoc magistratu, & in omni vita essem [d] popularis. Sed mihi ad huiusce [e] verbi vim, & interpretationem vehementer opus est vestra sapientia. versatur enim [f] magnus error, propter insidiosas nonnullorum simulationes: qui cùm populi non solùm commoda, verùm etiam salutem oppugnant, & impediunt, oratione assequi volunt, vt populares esse videantur. Ego qualem kalendis [g] Ianuarij acceperim remp. Quirites, intelligo: plenam sollicitudinis, plenam timoris: in qua nihil erat mali, nihil aduersi, quod non boni metuerent, improbi exspectarent. omnia turbulenta consilia contra hunc reip. statum, & contra vestrum otium partim iniri, partim, nobis consulibus designatis, inita esse dicebantur. sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, sed suspicione, ac per turbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum: nouæ dominationes, extraordinaria, non imperia, sed regna, quæri putabantur. Quæ cùm ego non solùm suspicarer, sed planè cernerem: (neque enim obscurè gerebantur:) dixi [h] in senatu, in hoc magistratu me popularem consulem futurum. *Quid enim est tam populare, quàm pax* [i]? qua non modò ii, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta, atque agri mihi lætari videntur. *Quid tam populare, quàm libertas*? quam non solùm ab hominibus, verùm etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. *Quid tam populare, quàm otium*? quod ita iucundum est, vt & vos, & maiores vestri, & fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet. vt aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio, ac dignitate: qui idcirco etiam maioribus nostris præcipuam laudem, gratiámque debemus, quòd eorum labore est [k] factum, vt impunè in otio esse possemus. Quare quî possum non esse popularis, cùm videam hæc omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis, ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quæ vobis cara, atque ampla sunt, in fidem, & quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata? Neque enim, Quirites, illud vobis iucundum, aut popularedebet videri, largitio aliqua promulgata. quæ verbis ostentari potest, re vera fieri nisi exhausto erario, nullo pacto potest. neque verò illa popularia sunt existimanda, iudicio[rū] per-

a L. mihi vtendum.

b L. prima illa mea.

c qui illi, paulo antè dictum est.*
d L. sim popularis.
e Popularis quis verè dicendus.*
f P. B, *al.* enim in eo magnus error*.
g L. kalendis Ian.

h L. dixi in senatu, me in hoc magistratu popularē consi
i Pacis, libertatis, & otii commendatio.

k *al.* factū est,

P. LXVIII.

A *turbationes, verum iudicatarum infirmationes*; *restitutio damnatorum: qui ciuitatum afflictarum, perditis iam rebus, extremi* [a] *exitiorum solent esse exitus.* neque si qui agros populo R. pollicentur, si aliud quiddam obscurè moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt. Nam verè dicam, Quirites, genus ipsum legis Agrariæ vituperare non possum. venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanæ viros, Tiberium [b], & C. B Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri à priuatis antea possidebantur. non sum autem ego is consul, qui, vt plerique, nefas esse arbitrer, Gracchos laudare: quorum consiliis, sapientia, legibus, multas esse video reipublicæ parteis constitutas. ¶ Itaque [c], vt initio mihi, designato consuli, nuntiabatur, legem Agrariam tribunos plebis designatos conscribere: cupiebam, quid cogitarent, cognoscere. etenim arbitrabar, quoniam eodē anno gerendi nobis essent magistratus, esse [d] aliquam oportere inter nos bene administrandæ C reip. societatem. Cùm familiariter me in eorum sermonē insinuarem, ac darem, eelabar, excludebar, cùm ostenderem, si lex vtilis plebi Ro. mihi videretur, auctorem me, atque adiutorem futurum: tamen aspernabantur hanc liberalitatem meam: negabāt, me adduci posse, vt vllam largitionem probarem. finem feci offerendi mei, ne fortè mea sedulitas, aut insidiosa, aut impudens videretur. Interea non desistebant clàm inter se conuenire, priuatos D quosdam adhibere, ad suos cœtus occultos noctem adiungere, & solitudinem. quibus rebus, quanto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facilè assequi coniectura poteritis. Ineunt tandem magistratus tribuni pl. concio [e] exspecta P. Rulli, quòd & princeps erat Agrariæ legis, & truculentiùs se gerebat, quā ceteri. Iam [f] designatus, alio [g] vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur: vestitu obsoletiore, E corpore inculto, & horrido, capillatior [h], quàm antè, barbáque [i] maiore: vt oculis, & adspectu denuntiare omnibus vim tribunitiam, & minitari reipubl. videretur. Legem hominis, concionémque exspectabam. Lex initiò nulla proponitur: concionem in primis aduocari iubet: summa cum exspectatione concurritur. explicat orationem sanè longam, & verbis valde bonis. Vnum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quòd tanta ex frequentia inueniri nemo potuit, qui intelligere posset, quid F diceret. Hoc ille, vtrùm insidiarum causa fecerit, an hoc genere eloquētiæ delectetur, nescio. Tamen [k], si qui acutiores in concione fuerant, de lege Agraria nescio quid voluisse eum dicere, suspicabantur. Aliquando tandem, me designato, lex [l] in publicum proponitur: concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij [m], descriptam legem ad me afferunt. ¶ Omni [n] hoc vobis ratione [o] confirmare G possum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem, cognoscendámque venisse, vt, si eam vobis accommodatam, atque vtilem esse intelligerem, auctor eius, atque adiutor essem. *non* [p] *enim natura, neque diffidio, neque odio penitus insito, bellum nescio quod habet susceptum* [q] *consulatus cum tribunatu, quia* [r] *perspepe seditiosis, atque improbis tribunis plebis boni & fortes consules obstiterunt, & quia vis tribunitia nonnunquam li-* H *bidinosa*

a L. extremi solent esse exitus.

b L. Ti. & C. Gracchos.

c NARRATIO.*

d L. aliquam inter nos bene administrandæ reip. societatem esse oportere. Cùm fa-

e lib. vulg. concio tandem exsp.
f L. Nam iam def.
g vt antiquitatis vultum ea mentitus.
h Annis 454. Romani tonsoribus carere. Varro apud Plin. n. c. 29.*
i Lucretius hic hirsutæ

k *al.* Tamen si qui
l Lex in publicum
m Librarios vtebantur in excipiendis orationibus eorum qui populo agebant.
n PARTITIO.*
o L. adiuuare.
P. LXIX.
d Consulis & trib. plebis diff.
q L. sed quia persæpe

bidini restitit consulari. non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit. Itaque hoc animo legem sumsi in manus, vt etiam cuperem esse aptam vestris cõmodis, & eiusmodi, quam consul, re, non oratione popularis, & honestè, & libenter posset defende re. Atque [a] ego à primo capite legis vsque ad extremum, reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, *nihil [b] aliud actum, nisi vt decem reges, ærarij, vectigalium, prouinciarum omnium, totius reipublicæ regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum, domini constituerentur, legis Agrariæ simulatione, atq. nomine.* Sic confirmo, Quirites, *hac lege Agraria pulchra atque popularis, dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia: ostentari populo R. agros eripi etiam libertatem: priuatorum pecunias augeri, publicas exhauriri: denique, quod est indignissimum, per tribunum plebis, quem maiores præsidem libertatis, custodemque esse voluerunt, regis in castris constitui.* Quæ cùm exposuero, si falsa vobis videbuntur esse: sequar auctoritatem vestram; mutabo [c] meam sententiam. sin insidias fieri libertati vestræ, simulatione largitionis, intelligetis: nolitote dubitare, plurimo sudore, & sanguine maiorum vestrorum partam, nobisque [d] traditam libertatem, nullo vestro labore, consule adiutore, defendere. Primum [e] caput [f] est legis Agrariæ: quo, vt illi putant, tentamini leuiter, quo animo libertatis vestræ diminutionem [g] ferre possitis. *Iubet enim tribunum plebi, qui [h] eam legem tulerit, creare decemviros per tribus septemdecim, vt, quem nouem tribus fecerint, is decemvir sit.* Hîc quæro, quam ob causam initium rerum, ac legum suarum hinc duxerit, vt populus Ro. suffragio priuaretur. toties legibus Agrariis curatores constituti sunt, triũuir. [i], quinq. viri: decuriti: quæro à populari tribuno pl. ecquãdo, nisi per xxxv. tribus creati, sint. Etenim cum omnes potestates, imperia, curationes ab vniuerso populo R. proficisci cõuenit, tum eas profectò maximè, quæ constituuntur ad populi fructum aliquem, & commodum, in quo & vniuersi deligant, quem populo R. maximè consulturum putent, & vnusquisque studio, & suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. Hoc tribuno pl. potissimùm venit in mentẽ, populum Rom. vniuersum priuare suffragiis, paucas tribus non certa conditione iuris, sed fortis beneficio, fortuitò, ad vsurpandam libertatem vocare. ITEM [k], inquit, eodémque modo, capite altero, *vt comitiis [m] pontificis maximi.* Ne hoc quidem vidit, maiores nostros tam fuisse populareis, vt, quod per populum creari fas non erat, propter religionem sacrorum, in eo tamen, propter amplitudinem sacerdotij voluerint populo supplicari [n]. atque hoc idem de ceteris [o] sacerdotiis Cn. Domitius, tribunus plebis, vir [q] clarissimus, tulit [r]: quòd populus per religionẽ sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Videte, quid interfit inter Cn. Domitium, tribunum pl. hominem nobilissimum, & P. Rullum, qui tentauit, vt opinor, patientiam vestram, cùm se nobilem [s] esse diceret. Domitius, quòd per cæremonias populi fieri non posset, ratione affectus est, vt id, quoad posset, quoad fas esset, quoad licet, populi [t] ad parteis daret: hic, quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit, quin ij, qui populo agros essent assignaturi, antè acciperent à populo beneficium, quàm darent: id totum eripere vobis, atque è manibus extorquere conatus est. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodãmodo dedit: hic, quod [b] adimi nullo pacto poterat, potestate, quadã ratione eripere conatur. Quæret quispiam, in tanta iniuria, tantáque impudentia quid spectarit. Non defuit consilium: fides erga plebẽ Romanam, æquitas in vos, libertatémque vestram, vehementer defuit. Iubet enim, comitia decemuiris [c] habere creandis eum, qui legem tulerit. Hoc dicam planiùs. Iubet Rullus homo non [d] cupidus, neque appetens, habere comitia Rullum. Nondum reprehendo. video feciſſe alios illud, quod nemo fecit, de minore parte populi, quò pertineat, videte, Habebit comitia: volet eos denuntiare [e], quibus regia potestas hac lege quæritur. vniuerso populo neque ipse cõmittit, neque illi horum consiliorum auctores cõmitti rectè putant posse. Sortietur [f] tribus idem Rullus, homo felix: educet. quas volet, trib. quos nouẽ tribus decemuiros fecerint, ab eodem Rullo eductæ: hos omnium rerum (vt iam ostendam) dominos habebimus. atque ij, vt grati, ac memores beneficij esse videantur, aliquid se nouem tribuum nutis hominibus debere confitebuntur: reliquis [g] verò sex, & xx. tribubus, nihil [h] erit, quod non putent posse suo iure denegare. Quos tandem igitur decemuiros creari vult? Se primum. Quî licet? leges enim sunt veteres, neque eæ consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribuniciæ, vobis maioribúsque vestris vehementer gratæ, atque iucundæ. Licinia [i] est lex, atque altera Æbutia [k]: quæ non modò eum qui tulerit de aliqua curatione, ac potestate sed etiam collegas eius cognatos, affineis excipit, ne eis ea potestas, curatióve mandetur. Etenim, si populo consulis: remoue te à suspicione alicuius tui commodi: fac fidem, te nihil, nisi populi vtilitatem, & fructum quærere: sine ad alios potestatẽ, ad te gratiã beneficij tui peruenire. nã hoc quidẽ vix est liberi populi, vix vestrorum animorũ, ac magnificentiæ. Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem partẽ populi suffragiis, priuauit? Rullus. Quis comitiis præfuit? Rullius. Quis tribus, quas volu it, vocauit, nullo [l] custode sortitus? Quis [m] decemuiros, quos voluit, renuntiauit? Idem Rullus. Quem principem renũtiauit? Rullum. Vix mehercule, seruis hoc eum suis, non vobis, omnium gentium [n] dominis probaturum arbitrarer. Optimæ leges igitur hac lege sine vlla exceptione tollentur. Idem legis sibi sua lege curationem petet: idem, maiore parte populi suffragiis spoliata, comitia habebit: quos volet, atque in iis se ipsum renuntiabit: & videlicet collegas suos, adscriptores legis Agrariæ non repudiabit, à quibus ei locus primus inuidiæ in præscriptione [o] legis concessus est: ceteri fructus omnium rerum, qui in spe legis huius positi sunt, communi cautione, atque æqua sibi parte retinẽtur. At videte hominis diligentiam, sit aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini. Viderunt ij, qui hæc machinabantur, si vobis ex omni populo diligenti potestas esset data, quæcunque res esset, in qua fi-

a alibi atque ego à lege Agr. sic loquit.*

b L. quod adimi nullo pacto poterat, potest ve, quadam ratione eripere. [illegible] ita hunc locum emendat Muret. 5. Variar. 5.* c v. c. X. viris

d ἀπλεονέκτης,

e L. renuntiari, quib.

f L. Sortietur tribus idem Rullus. homo felix educet, quas volet, tribus:

g Tribus enim XXXV.*

h L. nihil erit, quod non putent se posse suo iure deneg.

i legis huius fuce Liciniæ meminit Cicero orat. pro domo sua & 2. ad Atticum.*

k Lex Aebutia de curatione potestate mandãda fuit & alia Aebutia de Centumuiris cuius meminit Gellius lib. 16.*

l L. nullo custode sortitus Rullius. Quis dec.

m v. c. Quis X viros,

n Sic Romani rerum domini à poeta.*

o L. proscriptione dũ publicæ scribitur. *Idem* tamẽ præscriptionẽ *hic etiam* accipit *pro* indice legis & iis quæ ante legis verba scribũtur: põt esse etiã præscriptio, esse exceptio legis Liciniæ & Aebutiæ, de quibus paulo ante.*

des, integritas, virtus, auctoritas quæreretur, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeium principem delaturos. Etenim, quem vnum ex cūctis delegissetis, vt eum omnibus omnium gentium bellis terra, & mari præponeretis: certè in decemuiris faciendis, siue fides haberetur, siue honos: & committi huic optimè, & ornari hunc iustissimè posse intelligebant. Itaque excipitur, hac lege, non adolescentia, non legitimum impedimentum, nō potestas, non magistratus vllus, aliis negotiis, ac [a] legibus impeditus, non reus denique, quo minùs decemuir fieri possit. Præsentem [b] eum profiteri iubet, quod nulla alia in lege vmquam fuit, ne in his quidem magistratibus, quorum certus ordo est. Timebat enim [c], Pompeius ne si adesset, ferri non posset: aut, ne, si accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis, custodem, ac vindicem cupiditatum. Hic, quoniā video vos hominis dignitate, & contumelia legis esse commotos: renouabo illud, quod initiò dixi, regnum comparari, libertatem vestrā hac lege funditus tolli. An vos aliter existimabatis, cùm ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent? non eos in primis id acturos, vt ex omni custodia vestrę libertatis, ex omni potestate, curatione patrocinio vestrorum cōmodorum Cn. Pōpeius depelleretur? Viderunt, & vident, si per imprudentiam vestram, negligētiam meam, legem incognitam acceperitis: fore, vti postea, cognitis insidiis, cùm decemuiros crearitis: tum vitiis omnibus, & sceleribus legis, Cn. Pompeij præsidium opponendum putetis. Et hoc paruum argumentum vobis erit, à certis hominibus dominationem, potestatémq. omnium rerum quæri, cùm videatis, eum, quem custodem vestræ libertatis fore videant, expertem fieri dignitatis? ¶ Cognoscite nunc, quæ potestas decemuiris, & quanta detur. Primùm *lege Curiata decemuiros ornat* [d]. Iam hoc inauditum, & planè nouo more [e], vti Curiata [g] lege magistratus detur, qui nullis comitiis ante sit datus. Eam legem ab eo prætore, qui sit primus factus, ferri iubet. At quomodo? Vt ij decemuiratum habeant, quos plebs designauerit. Oblitus est, nullo à plebe designari. Et is orbem terrarum obstringit nouis legibus, qui, quid [h] in secundo capite scriptum est, nō meminit in tertio. Atque hîc perspicuum est, quid iuris à maioribus acceperitis, quid ab hoc tribuno pl. vobis relinquatur. Maiores de omnibus magistratibus bis vos sentētiam ferre voluerunt. nam i Centuriata lex Cēsoribus [k] ferebatur, cùm Curiata ceteris patriciis magistratibus: tum l iterum de eisdem iudicabatur, vt esset reprehendendi potestas si populum beneficij sui pœnitere. Nunc, quia prima illa comitia tenetis, centuriata, & tributa: curiata tantùm [m] auspiciorum [n] causa remanserunt. Hic autem tribunus pl. quia videbat, potestatem [o] neminem iniussu populi, aut plebis posse habere, curiatis eā [p] comitiis, quæ [q] vos non sinitis [r], confirmauit: tributa, quæ vestra erant, sustulit. Ita, cùm maiores binis comitiis voluerint vos de singulis magistratibus iudicare: hic homo populatis ne vnam quidem populo comitiorum potestatem reliquit. Sed videte hominis rel gionem, & diligentiam. Vidit, & perspexit, *sine curiata lege decemuiros* [s] *habere potestatem non posse*, quoniam per nouem tribus essent constituti. Iubet ferre de his legem curiatam: prætori imperat. quàm idipsum absurdè, nihil ad me attinet. iubes enim, qui primus sit prætor factus, eum legem curiatam ferre. sin is ferre non possit: qui postremus sit: vt aut lusisse [a] in tantis rebus, aut profectò nescio quid spectasse videatur. Verùm hoc quod est aut ita peruersum, vt ridiculum: aut ita malitiosum, vt obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominis reuertamur. Videt sine lege curiata nihil agi per decemuiros posse. ¶ Quid postea [b], si ea lata non erit? Attendite ingenium. Tum ij *decemuiri*, inquit, *eodem iure sint, quo qui optima lege*. Si hoc fieri [c] potest vt in hac ciuitate, quæ longè libertatis ceteris ciuitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium, aut potestatem assequi possit: quid attinet tertio capite legem curiatam ferre iubere, quoniam quarto [d] permittas, vt sine lege curiata idem iuris habeant, quod habuerunt, si optima lege à populo essent creati? Reges constituuntur, non decemuiri, Quirites: isque [e] ab his initiis, fundamentisque nascuntur, vt non modò cùm gerere cœperint, sed etiam cùm constituentur, [f] omne vestrum ius, potestas, libertásque tollatur. At videte, quàm diligenter, retineat ius tribunitiæ potestatis. Consulibus legem curiatam ferentibus, à tribunis plebis sæpe est intercessum. Neque tamen nos id querimur, esse hanc tribunorum pl. potestatem. tantummodò siquis ea potestate temerè est vsus [f], existimamus. Tribunus pl. lege [h] curiata, quam prætor ferrat, adimit intercedendi potestatem. Atque hoc cùm in eo reprehendendū est, quòd per tribunum plebis tribunitia potestas minuitur: tum in eo deridendum, quòd consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: huic, cui vetat intercedendi potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eandem constituit, quam, si lata esset lex: vt non intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quemquam intercessurum putet: cùm intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. ¶ Sint [k] igitur decemuiri neque viris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciem, atque ad vsurpationem vetustatis, per x x x. [m] lictores, auspiciorum causa adumbratis, constituti. Videte nunc, eos, qui à vobis nihil potestatis acceperint, quanto maioribus ornamentis afficiat, quàm omnes nos affecti sumus, quibus vos ampliſſimas potestates dedistis. Iubet *auspicij coloniarum deducendarum causa decemuiros habere pullarios* [n], *eodem iure*, inquit, *quo habuerunt* [o] *tresuiri per legem* ¶ *Sempronia*. Audes etiam, Rulle, mentionem facere legis Semproniæ? nec te ea lex ipsa commonet [r] treis viros illos x x x v. tribuum suffragio esse creatos? Et, cùm tu à Ti. Gracchi æquitate, ac pudore longissimè remotus sis: id quod dissimillimā ratione factum sit, eodem iure putas esse oportere? ¶ *Dat præterea potestatem verbo prætoriam, re vera regiam*: definit in quinquennium, facit sempiternam. tantis enim opibus, & copiis, vt inuitis eripi nullo modo possit. deinde ornat apparitoribus, scribis [t], librariis, præconibus, architectis: præterea mulis [s], tabernaculis, centuriis, supel-

a *lib. vulg.* ac legib. impeditus, reus denique, atq. ita Pompeiū excluđit lōgo bello impeditum.*

b *al.* Timebat enim ne si Pompeius adesset, ferri non posset.* d Creari scīscit.*

c L. vt is Curiata lege magistratus detur, qui nullis com. &c. *al.* vt ei Curiata lege magist. detur, cui null. com. &c.

d Tertium caput legis agrariæ.*

e P. B. g lege igitur Curiata seu secundis comitiis magistratus dabant qui comitiis vel cē turiatis vel tributis ante fuisset data.*

f L.* quod in secundo capite scriptū est, non meminit in tertio? *al.* qui quid in secundo capite scriptū sit.*

g L. nam eum cūturiata lex rōsulibus ferebat.

h *ita Pantagath.* Gruchius vero Consulibus.* i *al.* cum* m vide hîc Vrsinum.*

n arbitris pōtificibus §. Cell 19. vt diuina quasi approbatio legis humanæ videretur.*

o L. potestatē iniussu pop. aut pl. posse hab. neminē, curiatis &c. *al.* eam.*

q L. quæ vos non tenetis, confir.* *Pantagath.* quam vos non sciuistis, confirmauit: *al.* quæ vos non initis.*

r *al.* tenetis *al.* sciscitis.*

s v. e. X. viros.

a *ἐμποδὼν ὄντι.*

b Quarto caput legis P. L. XVI. Agrariæ.*

c *al.* ferri.*

d L. cùm quarto perm.

e L. hique ab iis initiis, hique ab his init. *al.* hique ab iis initiis.

f *al.* vlus. prehendendum est, manus. Existimare hîc est censere.*

g L. exiliorem. Hic tribunus plebis legi curiatæ, q. Pomponius, exhortatus. *al.* legi curiatæ, vt Curio.* L. nē licet hic, qui vetat potestatem, intercelere, etiā si intercessum fit. quam enim lata lex sit.

h *Pantagath.* mulis Tantheriis, tabernaculis.* lectisli-

lectili: sumtum haurit ex ærario, suppeditat à sociis: ianitores [a] ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores [b] corporis constituit: eosdem ministros, & satellites potestatis. Formam adhuc habetis, Quirites, & speciem ipsam tyrannorum: insignia [c] veteris potestatis, nondum ipsam potestatem. Dixerit enim fortasse quispiam, Quid me ista lædunt, scriba, lictor, præco, pullarius? Omnia sunt hæc huiusmodi, Quirites, vt ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferendus, aut priuatus furiosus esse videatur. ¶ Perspicite [d], quanta potestas permittatur: non priuatorum insaniam, sed [e] intolerãtiam regis esse dicetis. Primùm permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ cõficiendæ de vestris vectigalibus, non fruendis, sed alienandis. deinde orbis terrarum, gentiúmque omnium datur cognitio sine consilio, pœna sine prouocatione, animaduersio sine auxilio, iudicare per quinquennium, vel de consulibus, vel de ipsis tribunis pl. poterunt. de illis interea nemo iudicabit. magistratus his gerere licebit: causam dicere non licebit. emere agros à quibus volent, vel quos volent, quàm volent magno, poterunt: colonias deducere nouas, renouare veteres, totam Italiam suis coloniis vt complere liceat, permittitur: omneis prouincias obeundi, liberos populos agris multandi agrorum [f] vel dandorum summa potestas datur, cùm velint: Romæ esse, cùm commodum sit: quacunque velint summo cum imperio, iudicióque omnium rerum vagari vt liceat conceditur. interea dissoluant iudicia publica: de consiliis abducant, quos velint: singuli de maximis rebus iudicent: quæstori permittant. finitorẽ [g] mittant. ratum sit, quod finitor vni illi, à quo missus erit, renuntiauerit. Verbum mihi deest, Quirites, cùm ego hanc potestatem, regiam appello. sed profectò maior est quædam. nullum enim regnum fuit vmquam, quod non, si minùs iure aliquo, at regionibus tamen certis, contineretur. hoc verò infinitum est, quo & regna omnia, & vestrum imperium, quod latissimè patet, & ea, quę partim libera à vobis, partim etiam ignorata vobis, sunt, permissu legis continentur. ¶ Datur igitur eis primùm [h], *vt liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis senatusconsulta facta sunt, M. Tullio Cn. Cornelio* coss. Cur hoc tam est obscurum, atque cæcum? quid? ista omnia, de quibus senatus censuit, nominatim in lege præscribi nónne potuerunt? Duę sunt huius obscuritatis causæ, Quirites: vna, pudoris, si quis pudor esse potest, in tam insigni impudentia: altera, sceleris, nã neque ea, quæ senatus nominatim vendẽda censuit audet appellare: sunt enim loca publica vrbis, sunt sacella, quę post restituta tribunitia potestate nemo attigit: quę maiores in vrbe partim [i] periculi pfugiak esse voluerunt. Hęc lege tribunitia decemuiri vẽdent. accedet eò mons Gaurus [l]: accedent salictа ad Minturnas: adiungetur etiam illa via vendibilis. Herculanea [m], multarum deliciarum & magnę pecuniæ permulta [n] alia, quę secerunt, consules propter inuidiam non vendiderunt. Verùm hæc fortasse propter pudorem in lege reticentur. Sed illud magis est credendum [o], & pertimescendum, quòd audaciæ decemuirali, corrũpendarũ tabularũ publicarum, fingendorũ que senatusconsultorum, quæ facta numquam sunt, cùm ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur. nisi fortè nihil est æquum vos de eorum audacia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur.

¶ Habetis vnũ venditionis genus, quod magnũ videri vobis intelligo: sed [a] attendite animos ad ea, quæ consequuntur. hunc quasi gradum quendam, atque [b] aditum ad cetera iactum [c] intelligetis. QVI AGRI, QVAE LOCA, QVAE DI EICIA. Quid est præterea? multa in mancipiis in pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili, ceteris reb. Quid [d] dicam? inuidiosum putasset [e] hoc fore, si omnia nominasset? Non metuit inuidiam. Quid ergo? longum putauit, & timuit, nequid præteriret: adscripsit, ALIVDVE QVID. qua breuitate rem [f] nullam esse exceptam videtis. Quidquid ergo sit extra Italiam, quod publicum populi R. factum sit, L. Sylla, Qu. Pompeio, consulibus, aut postea, id decemuiros iubet vendere. Hoc capite, Quirites, omneis genteis, nationes, prouincias, regna, decemuirũ ditioni, iudicio, potestatíque permissa, & condonata esse dico. Primùm [g] hoc quæro, qui tandem locus vsquam sit, quem non possint decemuiri dicere publicum populi R. esse factum. nam, cùm idem possit iudicare, qui dixerit: quid est, quod non liceat ei dicere, cui [h] liceat eidem iudicare? Commodum erit Pergamum, Smyrnam, Tralleis, Ephesum, Miletum, Cyzicum, totam denique Asiam; quæ post L. Syllam, Qu. Pompeium, coss. recuperata sit, publicam [i] populi R. factam esse dicere. Vtrùm oratio ad eius rei disceptationem deerit: an, cùm idem & disseret, & iudicabit, impelli non poterit, vt falsum iudicet? an, si condemnare Asiam volet, terrorem damnationis, & minas non, quanti volet, æstimabit? Quid (quod disputari contra nullo pacto potest, quoniam [k] statutum à vobis est, & iudicatum, quã here ditat é liam creuimus [m]) regnum Bithynię? quod certè publicum est populi R. factum. numquid causæ est, quin omneis agros, vrbeis, statiua, portus, totam denique Bithyniam decemuiri vendituri sint? Quid Mytilenæ [n]? quæ certè vestræ [o], Quirites, belli lege, ac victoriæ iure, factæ sunt: vrbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorum, & pulchritudine, in primis nobilis: agri iucundi, & fertiles: nempe eodem capite inclusi continentur. Quid Alexandria, cuiũstáque Ægyptus? vt occultè latet? vt recondita est? vt furtim tota decemuiris traditur? Quis enim vestrũm hoc ignorat, dici, illud [p] regnũ testamento [q] regis Alexandrini, populi R. esse factum? Hîc ego consul populi R. non modò nihil iudico, sed ne, quid sentiam, quidem profero. magna enim mihi res non modò ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. Video, qui testamentum factum esse confirmet: auctoritatem senatus extare hereditatis aditę sentio, [r] tum, quando Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus, qui ab illo [s] pecuniam depositam, [t] nostris recuperarent. Hęc L. Philippum [u] pe in senatu confirmasse memoria teneo: eum, [u] qui regnum illud tenęat hoc tempore, ne-

a De venditione agrorum.*
b al. factum c L. atq. aditum ad cetera factum intelligetis.
d L. Quid dicant inuidiosum putasse fore, si &c.
e al. putasse.*
f L. nullam rẽ esse excep.
P. LXXIII. g al. Primum hoc, quæro enim qui tandem.*
h lib. vulg. cui licet idẽ iud.
i lib. vulg. non habent eccm, publicam
k L. quod statutum à vobis
l Bithyniam pop. Rom. Nicomedes rex testamẽto reliquerat. Florus.*
m Creauer o hereditate, & cretio quid, vide apud Vlpianũ in fragmentis.*
n vrbs in Lesbo.*
o vide Liuii epitom. 89.*
p Aegyptus pop Rom. facto testamẽto Ptolemæi Alexandri, oratione 1. agrariæ. Liu. 70. Iustinus 38.*
q L. testamento regis Alexandri,
P. B.
r L. tum, cum Alexan.
s L. depositã pecuniam,
t L. nobis
u Ptolemæũ Auletem, qui postea à suis expulsus Romam aufugit (de quo epistol. ad Lentulum. Liui 194.) & tandem per Gabinii restitutus eiecto Archyla. Iustinus 105. Bu. us Auletis filii Ptolemæus Dionysius VI timus regum Aegypti, ex Alexãdri successoribus.*

que genere, neque animo regio esse: inter oneis ferè video conuenire. Dicitur contrà nullum esse testamentum: non oportere populum Ro. omnium regnorum appetentē videri: demigraturos in illa loca nostros homines, propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam. Hac tāta de re P. Rullus cum ceteris decemuiris, collegis suis, iudicabit[a]? & verum[b] iudicabit? nam vtrumq. ita magnum est, vt nullo modo neque consedendum, neque ferendum sit. Volet esse popularis. pop. Rom. adiudicabit. Ergo idem ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Ægyptum: vrbis copiosissimæ, pulcherrimorúmque agrorum iudex, arbiter, dominus, rex denique opulentissimi regni reperietur. Non sumet sibi tantum, non appetet: iudicabit, Alexandriam regis esse: à populo Ro. adiudicabit. Primùm populi R. hereditatem decemuiri iudicent, cùm vos volueritis de priuatis hereditatibus centumuiros iudicare? deinde quis aget causam populi R.? vbi res ista agetur? qui sunt isti decemuiri, quos perspiciamus? regnum Alexandriæ Ptolemęo gratis adiudicaturos? Quòd si Alexandria petebatur: cur non eosdem cursus hoc tēpore, quos L. Cotta, L. Torquato cos. cucurrerunt? cur nō apertè, vt anteà? cur non item[c], vt[d] cum decreto & palàm regionem illam petierunt? an quietis[e] iis, qui per cursum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc tætris tenebris, & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt? Atque illud circumspicite vestris mentibus, vnáque f. * * * Legatos nostros, homines auctoritate tenui, qui rerum[g] priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. graue est enim nomen imperij, atq. id etiam in leui persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine, cùm hinc egressi sunt, abutuntur. Quid censetis, cùm isti decemuiri cum imperio, cum fascibus, cum illa delectā[h] finitorum iuuentute per orbem terrarum vagabuntur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miseras nationes futuras? Est in imperio terror: patientur. est in aduentu sumptus: ferent. imperabitur aliquid muneris: non recusabunt. illud verò quantum est, Quirites, cùm is decemuir, qui aliquam in vrbem aut exspectatus, vt hospes, aut repentè, vt dominus, venerit, illum ipsum locum, quo venerit, illam ipsam sedem hospitalem, in quam erit deductus, publicā pop. R. esse dicet? Quātaica lamitas populi, si dixerit? quātus ipsi quæstus, si negarit? Atq. iidem, qui hæc appetunt, queri nonnumquam solent, omneis[k] terras I Cn. Pompeio, atq. omnia maria[m] esse permissa. Simile verò est, multa committi, an condonari omnia? labori[n], & negotio præponi, an prædæ, & quæstui? mitti ad socios liberandos, an ad opprimendos? deniq; siquis est honos singularis, nihilne interest, vtrùm pop. R. eum, cui velit, deferat: an is impudenter populo R. per legis fraudem surripiatur? ¶ Intellexistis, quot res, & quantas[o] decemuiri, legis permissu, vendituri sint. Non P. est satis. cum sese sociorum, cùm exterarum nationum, cùm regum sanguine implerint: incidant neruos populi Rom. adhibeant manus vectigalibus vestris, irrumpant in ærariam. sequitur enim caput, quo capite non permittit quidem, si fortè desit pecunia, quæ[a] tanta ex superioribus recipi potest, vt deesse non debeat: sed planè, quasi ea res vobis saluti futura sit, ita cogit, atque imperat, *vt decemuiri vestra vectigalia vendant nominatim*. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi R. auctionem: quam mehercule ego præconi huic ipsi luctuosam, & acerbam prædicationem[c] futuram puto. AVCTIO. Vt in suis rebus, ita in rep. luxuriosus[d] est nepos, qui priùs siluas vendat, quàm vineas. Italiam percē suisti: perge in Siciliam. AVCTIONIS PARS EA, QVAE AD SICILIAM PERTINET. nihil est in hac prouincia, quod aut in oppidis, aut in agris maiores nostri proprium nobis reliquerint, quin id venire iubeat. Quod partum recenti victoria maiores vobis in sociorum vrbibus, ac finibus, & vinculum pacis, & monumentum belli reliquerunt, id vos ab illis acceptum, hoc auctore, vendetis? Hīc mihi parumper menteis vestras, Quirites, commouere videor dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrentur[e] contra Cn. Pompeij dignitatem. & mihi, ignoscite, si appello talem virum sæpius. vos mihi prætori biennio antè, Quirites, hoc eodem in loco personam hāc imposuistis, vt, quibuscumque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vnà tuerer. feci adhuc, quę potui, neque familiaritate illius adductus, neq; spe honoris, atque amplissimæ dignitatis: quam ego, etsi libente illo, tamē absente illo per vos cō secutus sum. Quāobrē cùm intelligā, hanc totā ferè legē ad illius opes euertēdas, tanquam machinam, cōparari: & resistā consiliis hominum, & perficiam profectò, quod ego video comparari, vt id vos vniuersi non solùm videre, verùm etiam tenere possitis. Iubet venire, quæ[h] Attaleensium, quæ Phaselitum, quæ Olympenorum fuerint, agrúmque Agerensem, & Orindicum, & Gedusanum. Hæc P. Seruilij imperio & victoria, clarissimi viri, vestra facta sunt. Adiungit agros Bithyniæ regios, quibus nunc publicani fruuntur: deinde Attalicos agros in Cherroneso: in Macedonia, qui regis Philippi, siue Persæ fuerunt: qui item à censoribus locati sunt, & certissimum vectigal. Adscribit idem[i] auctioni Corinthios agros, opimos, & fertileis, & Cyrenenseis, qui Appionis[k] fuerunt: & agros in Hispania propter[l] Karthaginem nouam: & in Africa ipsam veterem Karthaginem vendit: quam videlicet P. Africanus non propter religionem sedium[m] illarum, ac vetustatis, de[n] consilij sententia, consecrauit[o], sed vt ipse locus, eorum, qui cum hac vrbe de imperio certarunt, vestigia calamitatis ostenderet. Sed non fuit tam diligens, quàm est Rullus: aut fortasse emtorem ei loco reperire non potuit. Verùm interea hos agros regios, captos veteribus bellis, virtute summorum imperatorum, adiungit regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, vt eos decemuiri vendant. Itáne verò? non legibus datis, non auditis verbis imperatoris, nondum denique bello cōfecto, cùm rex Mithridates, amisso exercitu, regno expulsus, tamen in vltimis terris aliquid etiam nunc moliatur, atque ab inuicta Cn. Pompeij manu, Mæotide, & illis paludibus, & itinere

a L. iudicabit. Et vtrum iudicabit? al. iudicabit? Sed vtrum iudicabit?
b al. vtrum*

c al. iterum.*
d L. vt cùm directo, & palàm reg. illā pet. quietis P. LXXV. nobis? an qui per curs.] directo autem postea interpretatur per cursum rectum.*
e al. an qui etiisiis, qui per cursum &c. Etisiæ, siue Eteliæ venti æstiui & sereni quibus Roma Aegyptum versus commodè nauigabatur. Cicero ad Atticum 6. 7.*
f L. vnáque, quantum mali exteris nationib. comparetur, considerate. Leg.] al. namque vel nāquum*
g legationē liberam priuatarū causa obibant puta adeundæ hereditatis causa. Orat. 1. suprà]. qui libera ff de legationibus.*
h al. dilecta
i al. At quanta calamitas.*
k Imperium summū debetur Cn Pōp.*
l aduersus Mithridatem. *
m aduersum piratas *
n lib. vulg. vel labor.
o v.e. quantas X viri,
P. B.
p. De vendizione vectigalium.*

a L. quæ tanta ex superioribus recipi potest, vt deesse, vt, Sic. ex superioribus recipi
b al. scribæ huic, ipsi luctuosam, & acerbam prædicationem
c al. futuram
d Luxuriosus est nepos, qui priùs siluas vendat, quàm vineas. Italiam percē suisti: perge in Siciliam. Luxuriosus hic, prodigus est, qui mox nepos adiicit, quod tantum emit, sic Luxuriose vivere l. 15. ff. de excusatoribus tutorum.*
e lib. vulg. arbitrantur.
f al. neq; spe
g L. tam ē absente, sed vt
P. LXXVI
h lib. vulg. quæ Attaleensium,
i L. Corinthios
k Phaselitum
l Karthaginem
m al. Patres
n lege Patres
o Comprobabit
p al. loquitur
q hoc
r groce.

nerum anguſtiis, atque altitudine montium defendatur: cùm imperator in bello verſetur: in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum ſit: eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium, & poteſtas, more maiorum debet eſſe, decemuiri [a] vendent? Et, credo, P. Rulle: (ſi enim ſic ſe gerit, vt ſibi iam decemuir deſignatus eſſe videatur) ad eam auctionem potiſſimum proficiſcetur. Is videlicet antequàm veniat in Pontum, litteras ad Cn. Pompeium mittet: quarum ego iam exemplum ab iſtis compoſitum eſſe arbitror. P [b] .SERVILIVS RVLLVS, TRIBVNVS PLEB. DECEMVIR [c], S. D. CN. POMPEIO, CN. F. Non credo adſcripturum eſſe, Magno. non enim videtur id, quod imminuere lege conatur, conceſſurus verbo. TE VOLO CVRARE, VT MIHI SINOPE PRAESTO SIS, AVXILIVMQVE ADDVCAS, DVM EOS AGROS, QVOS TVO LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM. An Pompeium non adhibebit? in eius prouincia vendet manubias imperatoris? ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter veſtra, atque hoſtium caſtra, haſta poſita, cum ſuis formoſis [d] finitoribus auctionantem. Neque in hoc ſolùm ineſt contumelia, quæ vehementer & inſignis eſt, & noua, vt vlla res parta [e] bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore bellum adminiſtrante, non modò venierit, verùm etiam locata ſit. Plus ſpectant homines certè, quàm contumeliam: ſperant, ſi conceſſum ſit inimicis Cn. Pompeij, cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita poteſtate, cum innumerabili pecunia, non ſolùm aliis in locis vagari, verùm etiam ad ipſius exercitum peruenire: aliquid illi inſidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copiis, gloria, detrahi poſſe. putant, ſi quam ſpem in Cn. Pompeio exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habituram, cùm viderit, earum rerum omnium poteſtatem ad decemuiros eſſe tranſlatam. Patior non moleſtè, tam ſtultos eſſe, qui hæc ſperent: tam impudenteis, qui conentur. illud queror, tam me ab iis eſſe contemtum, vt hæc portenta, me conſule, potiſſimùm cogitarent. Atque in omnibus his agris ædificiiſque vendendis, permittitur decemuiris, vt vendant, quibuſcumque in locis videatur. O perturbatam rationem! ò libidinem refrenandam! ò conſilia diſſoluta, atque [f] perdita! Vectigalia [g] locare nuſquam licet, niſi in hac vrbe, hoc [h] ex loco, hac veſtrum frequentia. venire veſtras res propias, & in perpetuum à vobis alienari, in Paphlagoniæ tenebris, atque in Cappadociæ ſolitudine licebit? L. Sylla cùm bona indemnato rum ciuium, funeſta illa auctione ſua venderet, & ſe prædam ſuam diceret [i] vendere, tamen ex hoc loco vendidit: nec, quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. decemuiri veſtra vectigalia non modò ne vobis quidem arbitris, ſed ne præcone quidem publico teſte vendent? Sequitur omneis agros extra Italiam infinito ex tempore, non, vt antea, ab Sylla & Pompeio coss. Cognitio decemuirûm, priuatus ſit, an publicus: ſicque agro pergrande vectigal imponitur. Hoc quantùm iudicium, quàm intolerandum, quàm regium ſit, quem præterit? poſſe, quibuſcumque locis velint, nulla diſceptatione, nullo conſilio, priuata publicare, publica liberare? Excipitur hoc capite ager in Sicilia Recentoricus: quem ego excipi, & propter hominum neceſſitudinem, & propter æquitatem, Quirites, ſæpe [a] vehementer gaudeo. Sed quæ hæc impudentia? qui agrum Recentoricum poſſident, vetuſtate poſſeſſionis ſe, non iure: miſericordia ſenatus, non agri conditione defendunt. Nam illum agrum publicum eſſe fatentur, ſed [b] moueri poſſeſſionibus, amiciſſimis [c] ſedibus, ac diis penatibus negant oportere. At, ſi eſt priuatus ager Recentoricus, quid eum excipis? ſin autem publicus: quæ eſt iſta æquitas, ceteros [d], etiam ſi priuati ſint, permittere vt publici iudicentur: hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur [e]? Ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum alia ratione valuerunt: ceteri agri omneis, qui vbique ſunt, ſine vllo delectu, ſine populi R. notione, ſine iudicio ſenatus, decemuiris addicentur. Atque etiam eſt alia, ſuperiore capite, quo omnia veneunt, quæſtuoſa exceptio: quæ [g] teget eos agros, de quibus fœdere cautum eſt. Audiuit, hanc rem non à me, ſed ab aliis agitari ſæpe in ſenatu, nonnumquam ex hoc loco, poſſidêre agros in ora maritima regem Hiempſalem [h], quos P. Africanus populo R. adiudicarit: & tamen poſtea per C. Cottam, Coſ. cautum eſſe fœdere. Hoc quia [i] vos fœdus non iuſſeritis, veretur Hiempſal vt ſatis firmum ſit, & ratum. Quid? cuiuſmodi eſt illud? tollitur veſtrum iudicium: fœdus totum excipitur: comprobatur. Quòd minuit auctionem decemuiralem, laudo: quòd regi amico cauet, non reprehendo: quòd non gratis ſit, indico. Volitat enim ante oculos iſtorum Iubæ [k] regis filius, adoleſcens non minus benè nummatus, quàm bene capillatus [l]. Vix iam videtur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. ¶ Auget, addit, accumulat: *Aurum, argentum ex præda, ex* [m] *manubiis, ex* [n] *coronario, ad quoſcumque peruenit, neque relatum eſt in publicum, neque in monumento conſumtum, id profiteri apud* [o] *decemuiros, & ad eos referre iubet.* Hoc capite etiam quæſtionem de clariſſimis viris, qui populi R. bella geſſerunt, iudiciúmque de pecuniis repetundis, ad decemuiros tranſlatum videtis. Horum [p] erit illud iudicium, quantæ cuiuſque manubiæ fuerint, quid relatum, quid reſiduum ſit. In poſterum verò lex hæc imperatoribus veſtris conſtituitur, *vt, qui cumque de prouincia deceſſerit, apud eoſdem decemuiros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur.* Hic tamen vir optimus eum, quem amat, excipit, Cn. Pompeium. Vnde iſte amor tam improuiſus, ac tam repentinus? qui honore decemuiratus excluditur propè nominatim: cuius iudicium, legúmque datio, captorum agrorum ipſius virtute cognitio tollitur: cuius non in prouinciam, ſed in ipſa caſtra decemuiri cum imperio, infinita pecunia, maxima poteſtate, & iudicio rerum omnium, mittuntur: cui ius imperatorium, quod ſemper omnibus imperatorib. eſt conſeruatum, ſoli eripitur: is excipitur vnus, ne manubias referre debeat. Vtrùm tandem hoc capite, honos haberi homini, an inuidia quæri videtur? Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius: beneficio iſto legis, benignitate decemuirali nihil vtitur. nam ſi

a *I. ſanè vehementer gaudeo* P. E.

b *L. ſed ſe moueri*

c *al. antiquiſſimis.*

d *al. ceteros*

e *fateatur hoc loco paſſiue accipitur.**

f *Vide ſine vllo delectu, & infra.*

g *I. quæ tegit*

h *patrem Iubæ.**

i *Fœdera rata non erant niſi ea populus iuſſiſſet, vt Candidum, Numantinum.**

k *I. Iubæ regis fil.*

l *quaſi diceret, ſubatus Iuba.**

m *De venditione manubiarum.**

n *for. ex auro coronatio,*

o *vide apud x. viros.*

p *al. auri erit nullum iudicium I. Horum erit ſolorum iud. ‖al. ſolutum al. nunc al. nullum.**

est æquum, prædas, ac manubias suas imperatores, non in monumenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, sed ad decemuiros, tanquam ad dominos, reportare: nihil sibi appetit præcipuè Pompeius, nihil: vult se in communi, atque in eodem, quo ceteri, iure versari. Sin est iniquum, Quirites: si turpe, si intolerandũ, hoc[a] decemuiros portitores[b] omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modò reges, atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant: non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non possit. Pompeius[c] autem hoc animo sit, vt, quidquid vobis placeat, sibi ferendum putet: quod vos ferre non poteritis, id profectò perficiat, ne diutius inuiti ferre cogamini. Verumtamen cauet, vt, si qua pecunia post nos consules ex nouis vectigalibus recipiatur[d], ea decemuiri vtantur. noua porrò vectigalia videt ea fore, quæ Pompeius adiunxerit, Ita remissis manubiis, vectigalib. eius virtute partis se frui putat oportere. ¶ Parta sit pecunia, Quirites, decemuiris tanta, quanta sit in terris: nihil[e] prætermissum: sed omnes vrbes, agri, regna denique, postremò etiam vectigalia vestra venerint: accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum: quantæ, & quàm immanes diuitiæ decemuiris in tantis auctionibus, tot iudiciis, tam infinita potestate rerum omnium quærantur, videtis. Cognoscite nunc alios immensos, atque intolerabileis quæstus, vt intelligatis, ad certorum hominum importunam auaritiam hoc populare legis Agrariæ nomen esse quæsitum. *Hæc*[f] *pecunia iubet agros emi, quo deducamini.* Non consueui homines appellare asperiùs, Quirites, nisi lacessitus. Velim fieri posset, vt à me sine contumelia nominarentur ij, qui se decemuiros sperant futuros: iam videretis, quibus hominibus omnium rerum & vendendarum, & emendarum, potestatem permitteretis. Sed, quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. Vnum[g] hoc certè videor mihi verissimè posse dicere: tum, cùm haberet hæc resp. Luscinos, Calatinos, Acidinos, homines non solùm honoribus populi, rebúsque gestis, verùm etiam patientia paupertatis ornatos: & tum, cùm erant Catones, Philippi[h], Lælij, quorum sapientiam, temperantiámque in publicis, priuatísque, forensibus, domesticísque rebus perspexeratis: tamen huiuscemodi res commissa nemini est, vt idem iudicaret, & venderet, & hoc faceret per quinquennium toto in orbe terrarum: idémque agros vectigaleis populi R. abalienaret, & cùm summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset, tum denique emeret, à quibus vellet, quod videretur. Committite vos nunc, Quirites, his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc decemuiratum suspicamini. reperietis, partem esse eorum, quibus ad habendum: partem, quibus ad consumendum, nihil satis esse videatur. Hîc ego iam illud, quod expeditissimum sit, ne disputo quidem, Quirites, non esse hanc vobis à maioribus relictam consuetudinem, vt emantur agri à priuatis, quò plebs publicè deducatur: omnib. legibus agris[k] publicis priuatos esse deductos;

huiuscemodi me aliquid ab hoc horrido, ac truce tribuno pleb. exspectasse: hanc verò emendi, & vendendi quæstuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam actione tribunitia, alienam dignitate populi R. semper putaui. Libet agros emi. Primum quæro, quos agros? & quibus in locis? nolo suspensam, & incertam plebem R. obscura spe, & cæca exspectatione pendere. Albanus ager est, Setinus, Priuernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Casinas, audio. Ab alia porta, Capenas, Falisci, Sabinus[b], Reatinus, Venafranus, Alifanus, Trebulanus. Habes tantam pecuniam, qua hosce omneis agros, & ceteros horum simileis non modò emere, verùm etiam coaceruare possis: cur eos non definis, neque nominas, vt saltem deliberare plebs Romana possit, quid interesse sua, quid expediat, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet? Definio, inquit, Italiam. Satis certa regio, etenim quantulum interest, vtrùm in Massici radices, an in Italiam[c], alióue deducamini? Age verò, definis locum. Quidnam[d] agri verò, inquit, qui arari, aut coli possit? Qui possit arari, inquit, aut coli: non qui aratus, aut cultus sit. Vtrùm hæc lex est, an tabula Veratianæ auctionis? in qua scriptum fuisse aiunt: iugera ccc. in quib. oliuetũ fieri potest: iugera ccc. vbi institui[e] vineæ possunt. Hoc tu emes ista innumerabili pecunia. quod arari, aut coli possit? Quod solum tam exile, & macrum est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetũ, in quo agricolarum cultus non elaboret? Idcirco, inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab inuito. Hoc quoque multo est quæstuosius, quàm si ab inuito sumeret. inietur[f] enim ratio quæstus de vestra pecunia: & tum denique ager emetur, cùm idem expedierit emtori, & venditori. Sed videte vim legis Agrariæ. ne ij quidem, qui publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione, & pecunia maxima. Conuersa ratio. Antea, cùm erat à tribuno pl. mentio legis Agrariæ facta, continuò qui agros publicos, aut qui possessiones inuidiosas tenebant, pertimescebant. Hæc lex eos homines fortunis locupletat, inuidia liberat. Quàm multos enim, Quirites, existimatis esse, qui latitudinem possessionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possint? qui vendere cupiant, emtores[h] non reperiant? perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui paullo antè diem[i], noctémque, tribunitium nomen horrebant, vestram vim metuebant, mentionem legis Agrariæ pertimescebant: ij nunc etiam vltro rogabuntur, atque orabuntur, vt agros partim publicos, partim plenos inuidiæ, plenos periculi, quanti ipsi velint, decemuiris tradant. Atque hoc carmen[k] hic tribunus pleb. non vobis, sed sibi intus canit. Habet socerum, virum optimum, qui tantum agri in illis reip. tenebris occupauit, quantum concupiuit. Huic subuenire vult succumbenti[m], iam oppresso Syllanis oneribus graui sua lege, vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. Et[n] vos non dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis, plurimo maiorum vestrorum sanguine, & sudore quæsita, vt Syllanos possessores diuitiis augeatis, periculo liberetis? Nam ad hanc emtio-

a L. hos decemuiros,
b Portitores publicani.*
P. B.
c L. Pompeius enim cum hoc animo sit, vt, quidquid vobis placeat, sibi ferẽdum putet, tum quod vos ferre non poterit. id prof. perficiet, ne diut.
d L reficiatur, ea x. viri vtantur.
e L. nihil prætermissum sit:
¶ DE EMPTIONE publica agrorum.*
g al. Hoc vnum certè vid.
p. LXXXIX. b. L. Phili.
f L. non esse hanc nobis à maioribus.
k al. in agros publicos
a Agrorum qui Romanorum ab vrbe ad lapidem decimum ratio.*
b Tib. vide Sabinus ager R.
c Ant. Aug. de L. Agr. ad. Apul. am.* P.
d L. Quidni agri? Ager vero, inquit, qui arari, aut coli possit.
e Institui vineas, & arbores dicuntur cum aliquo loco arborẽti aut vineæ faciendę causa ponuntur. l. 55. & l. 60. de. l. l. ii.*
f L. iniuitus enim ratio quæstus. ad. Imbutus, L. qui agros public. poss.
h. Cicero reprehendit Lælium & Philippum. Plut. in Cato. Maior. & in Gracch. & in Lælio. Plin. l. xiv. c. xiii. & l. xvii. c. iii. & l. xviii. c. iii. & l. xxxvi. c. xv. & l. xxxvii. c. ii. Gell. l. xiii. c. xx. Val. Max. l. iv. c. iv. Quintil. l. xii. c. vii. Aurel. Victor. de viris illustr. in Lælio. Fronto. l. ii. de Eloquentia. Macrob. l. ii. Saturn. c. x. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv. Val. Max. l. iv. c. iv. Quintil. l. xii. c. vii. Aurel. Victor. de viris illustr. in Lælio. Fronto. l. ii. de Eloquentia. Macrob. l. ii. Saturn. c. x. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv.
i. Priusquàm tribunus plebis fieret. Plut. in Gracch. & in Cato. Maior. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv. Val. Max. l. iv. c. iv. Quintil. l. xii. c. vii. Aurel. Victor. de viris illustr. in Lælio. Fronto. l. ii. de Eloquentia. Macrob. l. ii. Saturn. c. x. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv.
l. Sic. reprehendit Lælium & Philippum. Plut. in Cato. Maior. & in Gracch. & in Lælio. Plin. l. xiv. c. xiii. & l. xvii. c. iii. & l. xviii. c. iii. & l. xxxvi. c. xv. & l. xxxvii. c. ii. Gell. l. xiii. c. xx. Val. Max. l. iv. c. iv. Quintil. l. xii. c. vii. Aurel. Victor. de viris illustr. in Lælio. Fronto. l. ii. de Eloquentia. Macrob. l. ii. Saturn. c. x. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv. Val. Max. l. iv. c. iv. Quintil. l. xii. c. vii. Aurel. Victor. de viris illustr. in Lælio. Fronto. l. ii. de Eloquentia. Macrob. l. ii. Saturn. c. x. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv.
m. Succumbenti. Plut. in Gracch. & in Cato. Maior. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv. Val. Max. l. iv. c. iv. Quintil. l. xii. c. vii. Aurel. Victor. de viris illustr. in Lælio. Fronto. l. ii. de Eloquentia. Macrob. l. ii. Saturn. c. x. Cic. l. i. de Orat. & l. ii. de Fin. & in Brut. & in Tusc. & l. i. de Nat. Deor. & l. iii. de Offic. & l. i. de Diuin. & l. i. de Legib. & l. iii. de Republ. & l. vi. ad Attic. ep. i. & l. xiii. ad Attic. ep. xix. & l. xvi. ad Attic. ep. xiii. & l. xvi. ad Fam. ep. xxi. Horat. l. ii. Sat. i. Ouid. l. iv. de Ponto. el. x. Plin. l. vii. c. xxxi. & l. xxxv. c. ii. & l. xxxvi. c. xv.
n. Et vos non dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis, plurimo maiorum vestrorum sanguine, & sudore quæsita, vt Syllanos possessores diuitiis augeatis, periculo liberetis? Nam ad hanc emtio-

emtionem decemuiralem duo [a] genera agrorum spectant, Quirites. eorum vnum, propter inuidiam, domini fugiunt: alterũ propter vastitatem. Syllanus ager, à certis hominibus latissimè continuatus, tantam habet inuidiã, vt veri, ac fortis tribuni pl. strenui sit vnum perferre non possit. hic ager omnis, quoquo pretio coëtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Alterum genus agrorũ, propter sterilitatem incultum, propter [b] pestilentiam vastum, atque desertũ, emetur ab iis, qui eos vident sibi esse, si non vendiderint, relinquẽdos. Et nimirum istud est, quod ab hoc tribuno pl. dictum est in senatu: vrbanam plebem nimium in rep. posse: exhauriendam [c] esse: hoc enim verbo est vsus: quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur. Vos verò, Quirites, si me audire vultis, retinete istam possessionem gratiæ, libertatis, suffragiorum, dignitatis, vrbis, fori, ludorum, festorum dierum, ceterorum omniũ commodorũ: nisi fortè mauultis, relictis his rebus, atque hac luce reip. in Sipontina siccitate, aut [d] in Saipinorum pestilentiæ [e] finibus, Rullo duce, collocati. At dicat, quos agros emturus sit: ostendat & quid, & quib. daturus sit. Vt verò cùm omneis vrbeis, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam [f] aliquam, aut paludes emat: id vos potestis, quæso, concedere? Quãmquam illud est egregium, quòd hac lege antè omnia veneunt, antè pecuniæ coguntur, & coacerũantur, quàm glæba vna ematur, deinde emi iubet: ab inuito vetat. Quæro, si qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Referre [g] in ærarium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pecuniam omnẽ decemuiri h tenebunt: vobis ager non emetur. vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus, atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros nõ habebitis. Facilè, inquit, adducentur pecuniæ magnitudine, vt velint vendere. Ergo ea lex est, qua nostra vendamus, quanti possimus, alienа emamus, quanti possessores velint. ¶ Atque *in hos agros, qui hac lege emti sint, colonias i ab ys decemuiru deduci iubet* ? Quid ? omnísne eiusmodi locus est, vt nihil interfit reip. colonia deducatur in eum locum, nécne? an est locus, qui k coloniam postulet? est planè rectius, &, quo in genere sicut in ceteris reip. partibus, est operæ pretium diligentiam maiorum recordari: qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, vt esse non oppida Italiæ, sed propugnacula imperij viderentur. Hi deducẽt colonias in eos agros, quos emerint. Etiámne si reip. non expediat? & in quæ loca præterea videbitur? Quid igitur est causæ quin coloniam in Ianiculum possint m deducere? & suum præsidium in capite, atque ceruicibus vestris possint collocare? Tu non definias, quò o colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuã iudicaris? compleas numero? cõfirmes præsidio, quo velis? populi Ro. vectigalibus, atque omnibus copijs ipsum populũ R. coerceas? opprimas? redigas in sistam decemuiralem ditio-

A nem, ac potestatem? Vt verò totam Italiã suis præsidiis obsidẽre, atque occupare cogitet, quæso, Quirites, cognoscite. Permittit decemuiris, vt in omnia municipia, in omneis colonias totius Italiæ colonos deducant, quos velint: isque colonis agrum dari iubet. Nũ obscurè maiores opes, quàm libertas vestra pati potest, & maiora præsidia quæruntur? nũ obscurè regnum constituitur? num obscurè libertas vestra tollitur? Nam, cùm ijdem omnẽ pecuniam, maximam [a] multitudinem, id est, totam Italiam, suis opibus obsidebunt: ijdem vestram libertatem suis præsidiis, & colonijs intercluſam tenebunt: quæ spes tandem, quæ facultas recuperandæ vestræ libertatis relinquetur? At enim ager Campanus hac lege diuidetur, orbis terræ pulcherrimus: & Capũam colonia deducetur, vrbem amplissimam, atque ornatissimam. Atqui quid ad hęc possumus dicere? De commodo vestro priùs dicam, Quirites: deinde ad amplitudinem, & dignitatem reuertar: vt, si quis agri, aut oppidi bonitate delectetur, ne quid exspectet: si quem rei dignitas commouet: vt huic simulatæ largitioni resistat. Ac primùm de oppido dicam, si quis est fortè, quem Capua magis, quàm Roma delectat. *Quinque millia colonorum Capuam scribi iubet.* ad [b] hunc numerum quingentos sibi singuli sument. Quæso, nolite vosmetipsos consolari: verè & diligenter considerate. Num vobis, aut vestri similibus, integris, quietis, otiosis hominibus, in hoc numero locum fore putatis? Si est omnibus vobis, aut maiori vestrũm parti: quamquam me vester honos vigilare dies, atque nocteis, & intentis oculis omneis reip. parteis intueri iubet: tamen paullisper, si ita commodum vestrum feret, cõniuebo. Sed si quinque hominum millibus, ad vim, facinus, cædémque delectis [c], locus, atque vrbs, quæ bellum facere, atque instruere possit, quæritur: taménne patiemini, vestro nomine cõtra vos firmari opes? armari præsidia? vrbeis, agros, copias comparari? Nam agrum quidem Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupierunt: deducent suos, quorum nomine ipsi teneant, & fruantur: coement [d] præterea: ista dena iugera continuabunt. Nam, si dicent per legem id non licere: ne per Corneliam quidem licet. At videmus (vt longinqua mittamus) agrum Prænestinum à paucis possideri: neque istorum pecuniis quidquam aliud deesse video, nisi eiusmodi fundos, quorum subsidio familiarũ magnitudines, & Cumanorum, ac Puteolanorum prædiorum sumtus sustentare possint. Quòd si vestrum commodum spectat: veniat, & coràm mecum de agri Campani diuisione disputet. Quæsiui ex eo Kalendis Ian. quibus hominibus, & quemadmodũ illũ agrum esset distributurus. respondit, à Romilia tribu se initium esse facturum. Primùm, quæ est ista superbia, & contumelia, vt populi pars amputetur, ordo tribuum negatur? ante rusticis [e] detur ager, qui habẽt, quã vrbanis, quibus ista agri spes, & iucunditas ostenditur? aut, si hoc ab se dictũ negat, & satisfacere omnibus vobis cogitat: proferat: fin iugera dena describat: ab [g] Otriculana vsque ad Narniensem nomina vestra proponat: Si non modò dena iugera dari vobis, sed ne constipari quidẽ tantum numerũ hominũ posse in

a Alterorum sectorum genera duo, propter quæ propter inuidiam dominos fugiunt. alterum, propter vastitatem. Syllanus ager, à certis hominibus latissimè continuatus, tantam habet inuidiã, vt veri, ac fortis tribuni pl. strenui sit vnum perferre non possit. hic ager omnis, quoquo pretio coëtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.

b hinc pestilentes, vel pestilentiosi fundi. *al.* fundi pestilentes. *al.* pestilentiosi. *al.* pestilentes. *al.* pestilentiosi. *al.* pestilentes. *al.* pestilentiosi.

c Exhauriendam esse. hoc enim verbo est vsus: quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur.

d in Saipinorum pestilentiæ finibus, Rullo duce, collocati.

e finibus

f aliquam

g Referre in ærarium lex vetat: exigi prohibet.

h tenebunt

i *ab ys decemuiru deduci iubet* ?

k coloniam postulet? est planè rectius, &, quo in genere sicut in ceteris reip. partibus, est operæ pretium diligentiam maiorum recordari:

l Quæ in Italiam

m deducere? & suum præsidium in capite, atque ceruicibus vestris possint collocare?

n quò

o colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuã iudicaris? compleas numero? cõfirmes præsidio, quo velis? populi Ro. vectigalibus, atque omnibus copijs ipsum populũ R. coerceas? opprimas? redigas in sistam decemuiralem ditio-

1 COLONIARVM deductione in agros publica pecunia emptos.*

2 qui coloniam postulet? est & qui planè recusét? quo in genere is, -

3 qui planè recusét. *al.* postulet, vel planè recusét? quo in

4 *Lege* Ferre

5 *Lege* Quæro?

6 qui coloniam postulet? est & qui planè recusét? quo in genere is, - m *L.* possint deducere: & suum præsidium in c. n *L.* ceruicib. vestris collocare, o *L.* quot colonias.

a *L.* maximã multitudinẽ obtinebunt idem totam Italiam suis op.

b *L.* ad hunc numerum sibi singuli quinãgenos sument.

P. R.

c *fort.* dilectis.

d *fort.* coement alios præterea:

e Tribuum aliæ rusticæ, aliæ vrbanæ* f *L.* proferat in singulos iugera dena describat: Suburana vsque ad Arnienſem *al.* ab Ocriculana vsque ad Arnienſ. g *al.* Suburana ad Arnienſem *al.* ab Ocriculana vt sit à prima ad vltimam*

agrum Campanum intelligetis: taménne vexari remp. contemni maiestatē populi R. deludi vosmetipsos diutiùs à tribuno pl. patiemini? Quòd si posset ager iste ad vos peruenire: nónne eum tamen in patrimonio vestro remanere malletis? vnúmne fundū pulcherrimū populi R. caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solatium annonæ, disperire patiemini? An obliti estis, ita lico bello, amissis ceteris vectigalibus, quātos agri Campani fructib. exercitus aluerint? An ignoratis, cetera illa magnifica populi R. vectigalia, perleui [a] sæpe momento fortunæ, inclinatione tēporis pendēre? Quid nos Asiæ portus, quid Syriæ rura, quid omnia tranmaria vectigalia iuuabunt, tenuissima suspicione prædonum, aut hostium iniecta? At verò hoc agri Campani vectigal cùm eiusmodi est, vt domi sit, & omnibus præsidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infestū, nec [b] fructib. varium, nec cælo ac loco calamitosum esse soleat. Maiores nostri nō solùm id, quod à Campanis ceperant, non imminuerunt, verùm etiam, quod [c] & tenebant, quibus adimi iure non poterat, coemerunt. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis R. commodis plurimum cogitauerunt, nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanū attingere ausus est. Rullus exstitit, qui ex ea possessione remp. [d] dimoueret: ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Syriæ dominatio deiecisset. Quem agrum nunc prætereuntes vestrum esse dicitis, & quem pariter qui iter faciunt, externi homines, vestrum esse audiuntis cùm erit diuisus, neque erit, neque vester esse dicetur. At qui homines possidebunt? Primò quidem acres, ad vim promti, ad seditionem parati, qui simulac decemuiri concrepuerint, armati in ciueis, & expediti ad cædem esse possint. deinde ad paucos, opibus, & copiis affluenteis, totum agrum Campanum perferri videbitis. Vobis interea, qui illas à maioribus pulcherrimas vectigalium sedes [e] armis captas [f] accepistis, glæba nulla de paternis, atque auitis possessionibus relinquetur: ac tantum intererit inter vestram, & priuatorum diligentiam, quòd, cùm à maioribus vestris [g] P. [h] Lentulus, princeps senatus, in ea loca missus esset, vt i & priuatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret, dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum cuiusdam emere potuisse: eúmque, qui nollet vendere, ideò negasse se adduci posse, vti venderet, quòd, cùm plureis fundos haberet, ex illo solo fundo numquam malum [k] nuntium audisset. Itáne verò, priuatum hæc causa commouit: populum R. ne agrum Campanum priuatis gratis, Rullo rogante, tradat, non commouebit? Atque [l] idem populus R. de hoc vectigali potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos vobis fructum, Mithridatico bello, non tulit: Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit: Siciliæ ciuitatibus bello fugitiuorum M [m]. Attilius etiam mutuum frumentum dedit: at ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus est. Cetera vectigalia belli [n] facultatibus affiguntur: hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. Deinde in hac assignatione agrorum, ne illud quidem di-

ci potest, quod in ceteris, agros desertos à plebe, atque à cultura hominum liberorum [a] esse non oportere. Sic enim dico: si Campanus ager diuidatur, exturbari, & expelli plebem ex agris, non constitui, & collocari. Totus enim ager Campanus colitur, & possidetur à plebe optima, & modestissima: quod genus hominum optimè moratum, optimorum [b] & aratorum, & militum, ab hoc plebicola tribuno funditus eiicitur. Atque illi miseri, nati in illis agris, & educati, glæbis subigendis exercitati, quò se subitò conferant, non habebunt. his robustis, & valentibus, & audacibus decēuirūm satellitibus agri Campani possessio tota tradetur. &, vt vos nunc de vestris maioribus prædicatis: Hunc agrum nobis maiores nostri reliquerunt: sic vestri posteri de vobis prædicabunt: Hunc agrum patres nostri acceptum à patribus suis, perdiderunt. Equidem existimo, si iam campus Martius diuidatur, & vnicuique vestrūm, vbi consistat, bini pedes assignentur: tamen promiscuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis. Quare, etiā [d] si ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro peruenturū, qui vobis ostenditur, aliis comparatur: tamē honestiùs eum vos vniuersi, quàm singuli possideretis. Nunc verò, cùm ad vos nihil pertineat, sed paretur aliis, eripiatur vobis: nónne acerrimè, tanquā armato hosti, sic huic legi, pro vestris agris resistetis? *Adiungit Stellatem campum agro Campano: & in eo duodena describit in singulos homines iugera.* Quasi verò paullum differat ager Campanus, ac Stellatis. Et multitudo, Quirites, quæritur, qua illa omnia oppida compleantur. Nam dixi antea, lege permitti, vt, quæ velint muni cipia, quas velint veteres colonias, colonis suis occupent. Calenum municipium complebunt: Theanum oppriment: Atellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriam suis præsidiis deuincient: Puteolos verò, qui nunc in sua potestate sunt, suo [f] iure, libertatéque vtuntur, totos nouo populo, atque aduentitiis copiis occupabunt. Tunc illud exsilium [g] Campanæ coloniæ, vehementer huic imperio timendum, Capua [h] à decemuiris infereturtunc contra hanc Romam, communem [i] patriam omnium nostrūm, illa altera Roma quæretur. In id oppidum homines nefarij remp. nostram transferre conantur, quo in oppido maiores vestri [k] nullam omnino remp. esse voluerunt: qui tres [l] solùm vrbeis in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperij grauitatem, ac nomē sustinere. Deleta Karthago est, quòd cùm hominum copiis, tum ipsa natura, ac loco, succincta portubus, armata muris, excurre re ex Africa, imminere ita [m] fructuosissimis insulis populi R. videbatur. Corinthi vestigiū vix relictum est, erat enim posita in angustiis, atque in faucibus Græciæ, sic, vt terra classtra locorum teneret, & duo [n] maria maximè nauigationi diuersa pæne coniungeret, cùm per tenui discrimine separarētur. Hęc, quę procul erant à conspectu imperij, non solùm afflixerant, sed etiam, nequando recreata exsurgere, atque erigere se possent, funditus, vt dixi, sustulerunt. De Capua multùm est, & [o] diu consultum: exstant litteræ, Quirites, publicæ: sunt senatusconsulta complura. Statuerunt homines sapientes, si [p] agrum Campanis ademit sent, magistratus, senatum, publicum ex illa vrbe

P. LXXXII.

a al. ei perleui vel e leui.*

b fort. neque fructibus, neque cælo,

c L. quòd ei tenebant, quib. adim. &c. ij ei anti est ij.*

d L. remp. demouereret:

e L. sedes armis parras ac. f al. partas.*

g al. nostris

h L. P. Lentulus, is qui princ.

i al. vt etiā priuatos

k Ager enim Campanus semper idem non fructibus varius, non cœloac loco calamitosus.*

l lib. vulg. At quidem &c. mendose. m L. M'. Aquillius.

n fort. belli difficultatibus affi. sed belli facultates hic nihil aliud quàm, bello adiumenta.*

a al. liberos*

P. LXXXIII.

b ordines Campani videntur describere optimates, aratores, milites. c al. tributum

d L. etiam si ad vos aliquid singulos esset ex hoc agro

e L. Quasi vero paullū differat ager Campanus, a Stellati. Scili. cet multo tardo.

f immunes, erat Puteoli. postea coloniis deductis facta colonia. p. Mi. nius de Liuio. 34. Vel lenius. 36. vel 38.

g L. vel Campanæ

h L. Lentulus

i Cæsar

k al. nullam

l Cæsar

m L. Lentulus & Philippus

n Binarum Cor. nauium appulsus refertus.*

o L. & diu consultum. Videtur Romæ quæsisse quid adeundum.*

vrbe cõsilium fustulissent, imaginé reip. nullã reliquissent: nihil fore, quòd Capuam timeremus. Itaque hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis, vt esset vrbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset: vt esset locus Campanis [a], conden dísque fructibus: vt aratores, cultu agrorum defessi, vrbis domiciliis vterentur: idcirco illa ædificia non esse deleta. Videte, quantum interuallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia, & inter istorum hominum dementiam. Illi Capuam, receptaculum aratorum [b], nundinas rusticorum, cællam, atque horreum Campani agri esse voluerunt: hi, expulsis aratoribus [d], effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem nouæ reip. constituunt, molem cõtra veteré [e] remp. comparant. Quòd si maiores nostri existimassent, quemquam in tam illustri imperio, & tam præclara populi R. disciplina, Bruti, aut [f] P. Rulli similem futurum (hos enim nos duos adhuc vidimus [g], qui hanc remp. Capuam totam transferre vellent) profectò nomen illius vrbis non reliquissent. Verùm arbitrabantur, Corintho, & Karthagini, etiam si senatum, & magistratum sustulissent, agrúmque heiuibus ademissent, tamen non defore, qui illa restituerent, atque, i qui antè omnia commutarent, quàm nos audire possemus: Hic verò, in oculis S.P.Q.R. nihil posse exsistere, quod non antè exstingui, atque opprimi posset, quàm planè exortum, ac natum esset. Neque verò ea res fefellit homines, diuina mente, & consilio præditos. nã post [k] Qu. Fuluium, Qu. Fabium coss. quibus consulibus Capua deuicta, atque capta est, nihil est in ea vrbe contra hanc remp. non dico factum, sed [m] omnino excogitatum. Multa postea bella gesta cum regibus, Philippo, Antiocho, Perſa, Pseudophilippo, Aristonico, Mithridate, & ceteris: multa præterea bella grauia, Karthaginiensium, [n] Corinthium, Numantinum: multæ in hac rep. seditiones domesticæ, quas prætermitto: bella cum sociis, Fregellanum, Marsicum: quibus omnibus domesticis, externísque bellis Capua non modò non obfuit, sed opportunissimam se nobis præbuit & ad bellum instruendum, & ad exercitus ornandos, & tectis, ac sedibus suis recipiendos. Homines non inerant in vrbe, qui malis concionibus [o], turbulentis senatusconsultis, iniquis imperiis remp. miscerent, & rerum nouarum causam aliquam quærerent, neque [p] enim concionandi potestas erat cuiquam, nec consilij capiundi publici: non gloriæ cupiditate efferebantur, præterea quòd, vbi honos publicè non est, ibi gloriæ cupiditas esse non potest: non contentione, non ambitione discordes. nihil enim supererat, de quo certarent: nihil, quod contrà peterent: nihil, vbi dissiderent. Itaque [q] illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione, & consilio maiores nostri ad inertissimum, & desidiosissimum otium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quòd vrbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, & multum in posterum prouiderunt, quòd, neruis vrbis omnibus exsectis, vrbem ipsam, solutam, ac debilitatam reliquerunt. Hæc consilia maiorum M. Bruto, vt antea dixi, reprehendenda, & P. Rullo visa sunt: neque te, P. Rulle,

omina illa M. Bruti, atque auspicia, à simili furore deterrent. nam & ipse, qui deduxit, & qui magistratum Capuæ, &[a] Leocreanti ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum pœnas pertulerunt. Et quoniam Bruti, atque illius temporis feci mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi, cùm venissem Capuam, coloniam deductam L. Considio, & Sex. Saltio (quemadmodum ipsi loquebantur) prætoribus: vt intel ligatis, quantam [b] locus ipse afferat superbiam: quæ paucis diebus, quibus illò colonia deducta fuit, perspici, atque intelligi potuit. Nam primùm [c], id quod dixi, cùm ceteris in coloniis duumuiri [d] appellentur, hi se prætores appellari volebant. Quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nónne arbitrami ni paucis annis fuisse comitium nomen appetituros? Deinde anteibant lictores, non cum bacillis [e], sed, vt hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. erant hostiæ maiores in foro constitutæ, quæ ab his prætoribus de tribunali [f], sicut à nobis consulibus de [g] consilij sententia probatis [h], ad præconem, ad tibicinem immolabantur. deinde patres conscripti vocabantur. Iam verò vultum Considij [i] videre, ferendum vix erat. Quem hominem vt [k] grandi macie torridum [l], Romæ contemtum, atque abiectum videbamus, hũc Capuę Cãpano supercilio, acregio spiritu cùm videremus, Magios, Blossios mihi videbar illos videre, ac Iubellios. Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum [m]? & in Albana, & Seplasia, quę concursatio percontantium, quid prætor edixisset? vbi cenaret? quid enuntiasset? Nos autem, hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed peregrini, atque aduenæ nominabamur. Hæc qui prospexerint, maiores nostros dico, Quirites, non eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis, & colendos putatis? Quid enim viderunt? hoc, quod nunc vos, quæso, perspicite, atque cognoscite. NON [n] ingeneratur hominibus mores tam à stirpe generis, ac seminis, quàm ex iis reb. quæ ab [o] ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur, & viuimus. Karthaginienses [p] fraudulenti, & mendaces, non genere, sed natura loci, quòd, propter portus suos, multis, & variis mercatorum, & aduenarum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur. Ligures, montani, duri, atque agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura, & magno labore quæsitum. Campani, semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, vrbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primùm illa nata sunt: arrogantia, quæ à maioribus nostris alterum Capua consulem postulauit: deinde ea luxuries, quæ ipsum Annibalem [q], armis etiam tum inuictum, voluptate vicit. Huc isti decemuiri [r] cùm numerum colonorum ex lege Rulli deduxerint: centum [s] decuriones, decem augures, sex pontifices constituerint: quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam [t] in montibus

a *fort.* & Teanti cep. ‖ *al.* coloniæ creati *al.* ab eo creati.*

b Opulentis libertati restituti, superbia maxima.*

c Campanorum arrogantia Romanæ imitatrix.*

d v.c. II. viri appel. ‖ Duũuiri in coloniis hi qui Romæ Prætores erant.* P. LXXXV.

e Bacilli præferebantur Duumuiris; vilfasce. Prætoribus *addit. ad Atticũ* 6. Bacilli, autem idem quod virgæ quas qui ferebant, virgarij Glossis βακδοῦχοι.

f *al.* tribunalis *vt subaudiatur* sententia.*

g L. de consilij sententia probatæ, ad præc.

h *al.* probata *al.* probantibus *al.* protę.a

i Prętorem Capuę antea nominauit.*

k *al.* vegrandi macie *al.* vegerandi facie.*

l *al.* horridum.*

m L. illorũ in Albana, & Seplaña quæ cõc.

n Gnome de locorum natura 5.*

o quidam legunt, ab ipsa natura, nobis, & à vitæ *cæt. non rectè.*

p karthaginiensium, Ligurum. Campanorum mores qui.*

q L. Hannibalem.

r L. cùm 100. colonor. ‖ id est cum 5000 colonorum.*

s Capuæ à Decemuiris coloniæ deductæ, centum decuriones, decem augures, sex Pontifices constituti.*

t Romani & Campani agri comparatio*.

positâ,& cõuallibus,cenaculis sublatam, atque
suspensam,nõ optimis viis, augustissimis semi
tis, præ sua Capua,planissimo in loco explica-
ta,ac [a]præ illis semitis irridebũt,atque contẽ-
nent. agros verò, Vaticanum, & Pupiniam,
cumb suis optimis,atque vberibus campis cõ-
ferendos scilicet non putabunt. oppidorũ au-
tẽ finitimorũ illam copiam cũ hac per risum,
ac per iocum contemnent: Labicos, Fidenas,
Collatiam,ipsum hercle Lanuuium, Aricíam,
Tusculum,cum Calibus,Theano, Neapoli,Pu
teolis,Cumis,Pompeiis, Nuceria cõparabunt.
Quibus illi rebus elati, & inflati, fortasse non
continuò, sed certè, si paullum assumserint
vetustatis,ac roboris,non continebuntur:pro-
gredientur longiùs,efferentur. SINGVLARIS
homo priuatus, nisi magna sapientia prædi-
tus, vix facilè sese regionibus offerj, magnis
in fortunis,& copiis,continet:nedum isti, ab
Rullo,& Rulli similibus conquisiti,atque ele-
cti coloni,Capuæ,in domicilio superbiæ, atq;
in sedibus luxuriæ collocati,non statim con-
quisituri sint aliquid sceleris,& flagitij. immò
verò etiam hoc magis,quàm illi veteres, ger-
manique [c] Campani, quòd in vetere fortuna
illos natos,& educatos, nimiæ tamen rerum
omnium copiæ deprauabant. hi ex summa
egestate,in eandem rerum abundantiam tra-
ducti,non solùm copia, verùm etiam insolẽ-
tia commouebuntur. Hæc d tu, P. Rulle, M.
Bruti sceleris vestigia, quàm monumenta ma
iorum sapientiæ sequi maluisti: hæc tu cum e
istis tuis actoribus excogitasti, vt vetera ve-
ctigalia venderetis, & expleretis noua. Vrbi
Capuæ ad certamen dignitatis opponere vis,
vt sub vestrum ius,iurisdictionem,potestatẽ,
vrbeis,nationes,prouincias, liberos populos,
reges,terrarum denique orbẽ subiũgeretis [f]:
vt, cùm omnem pecuniam ex ærario exhau-
sissetis,ex vectigalibus redegissetis, ab omni-
bus regibus,gentibus, imperatoribus nostris
coegissetis, tamen omnes vobis pecunias ad
nutum vestrum penderent: vt iidem partim
inuidiosos agros à Syllanis possessoribus, par-
tim desertos,ac pestilenteis,à vestris necessa-
riis, à vobismetipsis emtos,quanti vellетis,po
pulo Ro.inducere tis:vt omnia municipia,co-
loniásque Italiæ nouis colonis occupare tis:vt
quibuscumque in locis vobis videretur, ac
quàm multis videretur,colonias collocare tis:
vt omnem remp.vestris militibus, vestris vr-
bibus,vestris præsidiis cingeretis,atque oppres
sam teneretis:vt ipsum Cn.Pompeium, cuius
præsidio sæpissimè populus R. contra acerri-
mos hostes, & contra improbissimos ciueis
victor exstitit,proscribere,atque horum con-
spectu priuare possetis:vt nihil auro & argen-
to violari,nihil numero,& suffragiis deciara-
ri,nihil [g] elata manu perfringi posset, quod
non vos oppressum,atque ereptum teneretis:
vt volitaretis interea per genteis,per regna o-
mnia cum imperio summo,cum iudicio infi-
nito,cum omni pecunia:vt veniretis in castra
Cn.Pompeij,atque ipsa castra, si commodum
vobis esset,venderetis, vt interea magistratus
reliquos,legibus omnib.soluti, sine metu iu-
diciorum,sine periculo,petere possetis:vt ne-
mo ad populum R.vos adducere, nemo pro-
ducere,non senatus cogere, non consul coer-

a *fort.*ac se-
mitas' præ
viis illis suis
irr.|*al.*ac se-
mitas pro vi-
is illis suis.*
b *L.*cum suis
opimis. atq.
P. B.

c γνήσιοι.
P. lxxxvi.

d PERO-
RATIO.*
e *L.*cum istis
tuis auctorib

f *al.*subiuga
retis.*

g *fort.* nihil
mu. & facta
manu. &c.|
al. nihil vi il
lata & manu
al. nihil ve-
lata manu
*al.*vel lecta
manu *al.* vi
& allata ma
nu *al.* vi &
facta manu.
*al.*vi & alie-
cta manu *al.*
violenta ma-
nu.*

cere,non tribunus pl.retinere possit.Hæc ego
vos concupisse [a]pro vestra stultitia,atque in-
temperantia non miror:sperasse,me consule,
assequi posse,demiror [b].NAM cùm omnium
consulum grauis in rep.custodienda cura, ac
diligentia debet esse, tum eorum maximè,
qui [c] non in cunabulis [d],sed in campo sunt
consules facti.nulli populo R. pro me maio-
res mei spoponderunt: mihi creditum est: à
me petere,quod debeo, me ipsum appellare
debetis.Quemadmodum,cùm petebam,nul-
li me vobis auctores generis mei commen-
darunt:sic,si quid deliquero,nullæ sunt imagi
nes,quæ me à vobis deprecentur.Quare,mo-
dò vt vita suppetat,quamquam ego sum is,qui
eam possim ab istorum scelere,insidiisque de
fendere:polliceor hoc vobis, Quirites, bona
fide:remp.vigilanti homini,non timido:dili-
genti,non ignauo commisistis.Ego is consul,
qui concionem metuam? qui tribunos pleb.
perhorrescam?qui sæpe, & sine causa tumul
tuer?qui timeam ne mihi in carcere habitan-
dum sit; si tribunus pleb. duci iussisset? Ego
nondum vestris armis armatus, insignibúsq
amplissimis ornatus,imperio,auctoritate,
non hortui in hunc locum progredi [e],vbi-
que auctoritas improbitati hominis resiste-
re:nunc verear,ne [f] resp.tantis munita præsi-
diis,ab istis vinci,aut opprimi possit? Si antea
timuissem, hac concione, hoc populo certè
non vererer. Quis enim vmquam tam iecũda
concione legem Agrariam suasit, quàm ego
d suasi?sihoc dissuadere est,ac [g] non dissua-
dere,ac peruertere.Ex quo intelligi,Quirites,
potest,nihil esse tam populare,quàm id,quod
ego vobis in hunc annum consul popularis
affero,pacem,tranquillitatem,otium.Quę no
bis designatis timebatis, ea ne accidere pos-
sent,consilio meo,ac ratione prouisa sunt.nõ
modò vos eritis in otio, qui semper esse vo-
lueratis,verùm etiam istos,quib. otiosi negoti-
um feciſsemus,[h],otiosissimos reddam. Etẽ-
nim illis honores,potestates, diuitiæ, ex tu-
multu, atque ex dissensionibus ciuium com-
parari solent:vos, quorum gratia in suffragiis
consistit,libertas in legib. honos in iudiciis
& æquitate magistratus,& res familiares in pa
ce,omni ratione otium tenere debetis.Nã [i],
si ij,qui propter desidiam in otio viuunt, ta-
men in sua turpi inertia capiũt voluptatẽ:subl
ipso otio,quo vos fortunam regitis, si hunc
statum,quem habetis,esse meliorem nõ igno
ratis,non vt quæsitum,sed vita partum otium
tenueritis.Quod ego & [m] concordia,quã mi-
hi ồcstitui cũ collega,inuitissimis ishominib.
quos in consulatu inimicos esse & [n] animis,
& corporis actibus [o]prouidi:omnibus prospe
xi sanè,& reuocaui [p] idem tribunis pleb.de-
nuntiaui,quid [q] turbuléti,me consule,conflа-
rent.Summũ,& firmissimum est illud cõmu-
nibus fortunis præsidium,Quirites,vt,qualeis
vos hodierno die maxima cõcione mihi pro
salute vestra præbuistis,taleis reliquis [r]tẽpori
bus populo Ro.prębeatis.pro certo pollliceor
hoc vobis,atque confirmo, me esse perfectu-
rum,vt iam tandem illi, qui honori inuide-
runt meo,tamen vos vniuersos in consule de
ligendo plurimùm vidisse fatentur.

a *al.* con-
cupisse.
b Demirari
plus est quã
mirari.*

c *al.*quòd
in incunabu-
d vt si qui
rebus a ma-
ioribus gestis
P. Romano
commenda
tur.*

e *lib. vulg.*
Progredi pol
sit, vbi[que
f *al.* ne tan-
tis Reipublicæ
munitus
præsidiis,ab
istis vinci
aut opprimi
possim.*|*al.*tã-
tis munitus
præsidiis, ne
Respublica|
ab istis vinci
aut opprimi
possit.*
g L. & non
P.lxxxvi.

h *L.* faciſſe-
mus otiosiſſi-

i *L.* hono
in iudiciis, æ
quitate ma
gistratuum
similiter.
in pace, omni
k *lib. vulg.*
Nam
l *lib. vulg.*
otiosos

m *L.*cũ
cordia.
n *L.*& animis
& corporis
actis prouidi
omnib. Pro
spexi sanè,&
placaui
o *al.* sus-
al. subiec-
P *al.* pa-
cauí, *al.*re-
gauí.*
q *L.*quid
r *L.* reliqui
temporibus
resp.præbe.

D E

DE [a] LEGE AGRARIA
CONTRA P. RVLLVM,
tribunum pleb. ad populum.
ORATIO DECIMA SEPTIMA.

SYNOPSIS.

Accusatus *Cicero à tribunis plebis, quod Syllanarum assignationum possessoribus gratificaretur, & tamen lege Agraria Rulli tam vehementer obsisteret.* His criminationibus respondet *hac oratione Cicero.*

COMMODIVS [b] fecissent tribuni pleb. Quirites, si, quæ apud vos de me detulerunt [c], ea coram potius, me præsente, dixissent. nam & æquitatem vestrę disceptationis, & consuetudinem superiorum, & ius suæ potestatis retinuissent. sed quoniam adhuc præsens certamen, contentionémque fugerunt: nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant, &, quò pronocati à me, venire nóluerunt, revocati saltem reuertantur. Video quosdam, Quirites, strepitu significare nescio quid, & non eosdem vultus, quos proxima mea concione præbuerunt, in hanc concionem mihi retulisse. Quare à vobis, qui nihil de me credidistis, vt eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis, peto: à vobis autẽ, quos leuiter immutatos esse sentio, paruam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo, vt eã, si, quæ dixero, vobis probabo, perpetuò retineatis: sin aliter, hoc ipso in loco depositam, atque abiectam relinquatis. ¶ Completi [d] sunt animi, aurésque vestrę, Quirites, me gratificantem septem [e] tyrannis, ceteríque Syllanarum assignationum possessoribus, Agrariæ legi, & cõmodis vestris obsistere. ¶ Hæc [f] si qui crediderunt, illud priùs credide rint necesse est, hac lege Agraria, quę promulgata sit, adimi Syllanos agros, vobísque diuidi, aut denique minui priuatorum possessiones, vt [g] in eas vos deducamini. Si ostendo, nõ modò non adimi cuiquam glæbam de Syllanis agtis, sed etiam genus id agrorum, certo capite legis impudentissimè confirmari, atque sanciri: si doceo, agris [h] his, qui à Sylla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, vt facilè appareat, eam legem, non à vestrorum commodorum patrono, sed à Valgij [i] genero esse conscriptam: num quid est cautæ, Quirites, quin illa crimination̄e, qua in me abitentem vsus est, non solùm meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiámque despexerit? Caput est legis XL. de quo ego consultò, Quirites, neque apud vos antè feci mentionẽ, ne aut refricare obductam iam reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissensionis commouere: neque verò nunc ideo disputabo, quòd hunc statum reip. non magnopere defendendum putem: præsertim qui otij, & concordiæ patronum me in hunc annum reip [k], professus sim: sed vt doceam, Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se, & de suis factis taceri velit. Omnium legum iniquissimam, dissimillimámque legis [a] esse arbitror eam, quam L. [b] Flaccus, interrex, de Sylla tulit, *Vt omnia, quæcumque ille fecisset, essent rata.* Nam cùm ceteris in ciuitatibus tyrannis institutis, leges omnes exstinguantur, atque tollantur, hic reip. tyrannum lege constituit. Est inuidiosa lex, sicut dixi: verumtamen habet excusationem. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. Quid, si est hæc multo impudentior? Nã Valeria [c] lege, Cornelíisque [d] legibus eripitur, cùm datur: coniungitur impudens gratificatio cùm acerba iniuria: sed tamen habet in illis legibus spem nonnullam ille, cui ademtus est: aliquem scrupulum, cui datus est. Rulli cautio est hæc, QVAE POST C. MARIVM, CN. PAPIRIVM, CONSVLES. Quàm procul à suspicione fũgit, quòd eos consules, qui aduersarij Syllæ maximè fuerunt, potissimùm nominauit? Si enim Syllam dictatorem nominasset: perspicuum fore, & inuidiosum, arbitratus est. Sed quem vestrũm tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos consules, Syllam, dictatorem fuisse, in mentem venire non posset? Quid ergo ait Marianus tribunus pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? QVAE POST MARIVM ET CARBONEM, COSS. agros, ædificia, lacus, stagna, loca, possessiones, cælum, & mare prætermisit: cetera complexus est. PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT. à quo, Rulle? Post [e] Marium & Carbonem, COSS. quis assignauit? quis dedit? quis concessit, præter Syllam? EA OMNIA EO IVRE SINT. Quo iure? labefactat videlicet nescio quid. nimiùm acer, nimiùm vehemens tribunus pleb. Syllana rescindit. VT [f] QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT. Etiámne meliore, quàm paterna, & auita? meliore. At hoc Valeria lex non dicit: Corneliæ leges non sanciunt: Sylla ipse non postulat. Si isti agri partem aliquam iuris, aliquam similitudinem propriæ possessionis, aliquam [g] spem diuturnitatis attingunt: nemo est tam impudens istorum, quin agi secum præclarè arbitretur. Tu verò, Rulle, quid quæris? quod habent, vt habeant? quis vetat? vt [h] priuatum? At i ita latum est, vt melior tui soceri fundus Irpinus sit, siue ager Irpinus (totum enim possidet)

a Legis huius Valeriæ in gratiam Syllæ à L. Flacco latæ, meminit Cicero 1. de legibus.*

b *L.* Valerius Flaccus.*

c *L.* Valerij Flacci interregis.*

d *al.* Corneliísque legib. cùm eripitur datur.

e *L.* Post Marium & Carbonem COS. quis dedit, quis assignauit, quis vendidit, quis cõcessit, præter Syllam.

f L. QVO QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT

g *al.* aliquã speciem diuturnitatis.

h *al.* vt priuatum

i *al.* Sed ita latum est.

quàm meus paternus,auitúsque fundus Arpinas.Id enim caues.optimo[a]enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt.Libera, meliore iure sunt, quàm serua. Capite hoc, omnia, quæ seruiebant, non seruient.Soluta,meliore in causa sunt, quàm obligata.Eodem capite obligata omnia,si modò Syllana sunt, liberantur. Immunia,commodiore conditione sint,quàm illa,quæ pensitant.Ego Tusculanis pro aqua [b] Crabra vectigal pendam,quia à municipio fundum accepi.si à Sylla mihi datus esset,Rulli lege non penderem.Videó vos, Quirites,sicuti res ipsa cogit,commoueri vel legis,vel orationis impudentia:legis, quæ ius melius Syllanis prædiis constituat,quàm paternis:orationis, quæ eiusmodi causa insimulare quemquam audeat, rationes [c] Syllæ nimiùm vehementer defendere. At si illa solùm sanciret, quæ à Sylla essent data:tacerem : modò ipse se Syllanum esse confiteretur. sed non modò illis cauet, verùm etiàm aliud quoddam genus donationis inducit:& is, qui à me Syllanas possessiones defendi criminatur, non eas solùm sancit : verùm ipse nouas assignationes instituit, & repentinus Sylla nobis exoritur. Nam attendite, quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. Patior.audio.Quid deinde? POSSESSA.Hæc [d] tribunus pleb. promulgare ausus est,vt, quod quisque post Marium & Carbonem, COSS. possidet,id eo iure teneret,quo [e] optimo priuatum? etiámne si vi eiecit?etiámne si clàm, si precariò venit in possessionem? Ergo hac lege ius ciuile, causæ possessionum, prætorum interdicta tollentur. Nō mediocris res,neque paruum sub hoc verbo furtum, Quirites, latet.Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam assignati,neque venditi, qui à paucis hominibus impudentissimè possidentur. his cauet, hos defendit, hos priuatos facit: hos,inquam,agros, quos Sylla nemini dedit, Rullus non vobis assignare vult, sed eis condonare, qui possident. Causam quæro, cur ea,quæ maiores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hispaniis,Macedonia, Asia quæsiuerunt, venire [f] patiamini,cùm ea,quæ vestra sunt, condonari possessoribus eádem lege videatis. Iam, totam legem, intelligetis, cùm ad paucorum dominationem scripta sit, ad Syllanæ assignationis rationes esse accommodatissimam. Nam socer huius,vir multùm bonus est : neque ego nunc de illius bonitate, sed [a] de genere impudentiæ disputo. Ille enim,quod habet,retinere vult:neque se Syllanum esse dissimulat. Hic,vt ipse habeat quod non habet, quæ dubia sunt, per vos sancire vult:&, cùm plus appetat, quàm ipse Sylla: quibus [b] ego rebus resisto, Syllanas res defendere criminor. Habet agros nonnullos, inquit, socer meus desertos, atque longinquos.vendet eos mea lege, quanti volet. habet incertos, ac nullo iure possessos : confirmabuntur optimo iure.habet publicos : reddam priuatos.denique eos fundos, quos in agro Casinati optimos [c], & fructuosissimos continuauit, cùm vsque eò vicinos proscriberet,quoad oculos [d] continuando [e],ex multis prædiis vnam fundi regionem, formámque perfecerit : quos nunc cum aliquo metu tenet,sine vlla cura possidebit. ¶Et [f] quoniam, qua de causa & quorum causa ille hoc promulgauit,ostendit:doceat ipse, num ego quem possessorem defendam, cùm Agrariæ legi resisto.Siluam Scantiam vendis.resto,possidet : defendo. Campanum agrum diuidis: vos estis in possessione:non cedo.Deinde Italiæ,Siciliæ,ceterarúmque prouinciarum possessiones,venaleis, ac proscriptas hac lege video: vestra sunt prædia, vestræ possessiones, resistam, atque repugnabo : neque patiar, à quoquam populum Rom. de suis possessionibus,me consule,demouerih,præsertim cùm vobis nihil quæratur. Hoc enim vos in errore versari diutiùs non oportet. Num quis vestrûm ad vim, ad facinus, ad cædem accommodatus est?nemo. Atqui ei generi hominum,mihi credite,Campanus ager,& præclara illa Capua seruatur:exercitus contra vos, contra libertatem vestram, contra Cn. Pompeium constituitur:contra hanc vrbem, Capua,contra vos, manus hominum audacissimorum,contra Cn.Pompeium, decem duces comparantur.Veniant coràm, &, quoniam me in vestram concionem, vobis flagitantibus,conuocauerunt,differant.

a Optimo iure prædia sunt, quæ optima conditione.*

b Crabræ aquæ meminit idem Cicero 16.famiIiarium 18. adde Frontinũ de aquæductib.*

c fort. cum rationes Syllæ n.

d Z. Hoc tribunus pl.

e Z. quo quod optimo iure priuatum? etiámne si vi eiecit? P. B.

f Z. venire hac lege patiamini.

a Z. sed de generi impudentiæ disputo. ita emendat Manutius.*

b Z. me, quib. ego reb.

c Z. opimor. & fructuosos contin.

d al. oculis.

e Continuare oculos, est contendere, longissimos.*

f PERORATIO*

h Z. populus R. possideret*

h lib. 2. de lege Rull. mouerit.

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS[a] REO, ad Quirites.

ORATIO DECIMAOCTAVA.

SYNOPSIS.

Quæstio. An Rabirius à crimine perduellionis sit absoluendus. Accusator. *T. Labienus pleb. cuius patruus Q. Labienus cum L. Apuleio Saturnino (hic vt Glauciam Consulem faceret, Memmium consularem virum candidatu interfecerat, quo nomine Consules ex SC. armati Saturninū persequuntur. & Capitolio, vbi confugerat, Saturninus, cū fide publica descēdisset in curiam, vt ciuili more causa tractaretur, lapidibus est obrutus: Glauciæ fracta ceruix. Labienus casus: caput Saturnino per ludibriū à Rabirio per conuiuia circumlatū) interfectus.* Reus *C. Rabirius.* Patronus Rabirij *Cicero.* Acta (quòd perduellionis causa esset) *ad populum, Comitiis Centuriatis Anno vrbis 690.* Euentus *Metellus Celer, Prætor & Augur astu vexillo à Janiculo remoto, populi scitum, qui in campo Centuriatim iudicabat, irritum fecit. Nec T. Labienus accusator eam quæstionem instaurare alio die curauit.*

a Cicero in Oratore. tuc perduellionis maiestatis, Rabirii causa continebatur. Ergo in omni genere amplificationis erit arsimus. Adde eundē Lapidem.*

P. B. EXORDIVM.*

PEtit b, Quirites, non est meę cōsuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de causa quēque defendam, propterea quòd cum omnibus ciuibus in eorum periculis semper satis iustam mihi causam necessitudinis esse duxi: tamen in hac defensione capitis, famæ, fortunarum c omnium C. Rabirij, proponenda ratio videtur esse officij mei: propterea quòd, quæ iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absoluendum debet videri. Nāme cùm amicitiæ vetustas, tum c dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua consuetudo, ad C. Rabirium defendendum est f adhortata: tum verò, vt id studiosissimè facerem, salus reip. consulare officium, consulatus denique ipse, mihi vnà vobiscum cum salute reip. commendatus, coegit. Non enim C. Rabirium culpa delicti, non inuidia, vitæque turpitudo, non denique veteres, iustæ, grauésque inimicitiæ ciuium, in discrimē capitis vocauerunt: sed vt illud summum auxilium g maiestatis, atque imperij, quod nobis à maioribus est traditum, de rep. tolleretur: vt nihil posthac auctoritas senatus, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum contra pestem, ac perniciē ciuitatis valeret: idcirco in his rebus euertēdis vnius hominis senectē, infirmitas, solitudóq. tētata est. Quamobrem, si est boni h consulis, cùm cuncta auxilia reip. labefactari, conuelliq; videat, ferre opē patrię, succurrere saluti, fortunísque communibus, implorare ciuium fidem, suam salutem posteriorem salute communi ducere: est etiam bonorum, & fortium ciuium, qualeis vos omnibus reip. temporibus exstitistis, intercludere omneis seditionum vias, munire præsidia reip. summum i in consulibus imperium, summū in senatu consilium, putare: ea qui secutus sit, laude potiùs, & honore, quàm pœna, & supplicio dignū iudicare k. Quamobrē labor in hoc defendendo, præcipuè meus est: studium verò conseruādi hominis, commune mihi vobiscum esse debebit. Sic enim existimare debetis, Quirites, post hominum memoriam rem l nullam magis periculosam, magis ab omnibus vobis prouidendam, neque à tribuno pleb. susceptam, neq; à consule defensam, neq; ad populum R. esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, quàm vt nullum sit posthac in rep. publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem, & audaciam: nullum extremis reip. temporibus perfugium, & præsidium salutis. Quæ cùm ita sint, primùm, quod in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarúmque omniū fieri necesse est, ab Ioue Optimo[a] Max. ceteríq. diis, deabúsque immortalibus, quorum ope, & auxilio, multo magis hæc resp. quàm ratione hominum, & consilio gubernatur, pacem, ac veniam peto: precórque ab iis, vt hodiernum diem, & ad huius salutem cōseruandam, & ad remp. constituendam, illuxisse patiātur. Deinde vos, Quirities, quorum potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro, atque obsecro, quoniam vno tempore vita C. Rabirij, hominis miserrimi, atq; innocentissimi, salus reip. vestris manibus, suffragiísque permittitur, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reip. salute sapientiam, quam soletis. ¶ Nunc b, quoniā, T. Labiene, diligentiæ meæ, temporis angustiis obstitisti, méque ex comparato, & constituto spatio defensionis, in semihoræ c curriculum d coegisti, parebitur &, quod iniquissimum est, accusatoris conditioni: &, quod miserrimum, inimici potestati. Quamquam in hac præscriptione semihoræ, patroni mihi parteis reliquisti, consulis ademisti: propterea quòd ad defendendum propemodum satis e erit hoc mihi temporis, verùm ad conquerendum parū. ¶ Nisi forte *de loco religiosis, ac de* g *lucu*, quos ab hoc violatos esse dixisti, plutib. verbis tibi respondendum putas. Quo in crimine nihil est vmquam abs te dictum, nisi à C. Macro obiectū esse crimen id C. Rabirio. In quo ego demiror, meminisse te, quid obierit C. Rabirio Macer inimicus: oblitū esse, quid æqui, & iurati iudices iudicarint. *An de peculatu* h facto, an de tabulario i incenso, longa oratio est exprimenda k? quo in crimine propinquus l C. Rabirij iudicio clarissimo C. Curtius pro virtute sua est honestissimè liberatus: ipse verò Rabirius non modò in iudicium horum criminū, sed ne in tenuissimam quidē suspicionem verbo est vmquā vocatus.

a *vel.* OPTIMAX.

b DISTRIBVTIO.*

c videtur in perduellionis iudicio potestatē habuisse accusator præscribendi temporis reo defendendi.*

P. B. d L. circulum coeg.

e L. satis erit hoc mihi temporis, ad conquerendum parum.*

f CONFVTATIO criminum quæ obiecta Rabirio.*

g *al.* delubris *in Victorius.**

h *al.* paulatim ande tabulario *&c.**

i Tabularium locus in quo tabulæ, actæ, litteræ publicæ asseruantur: qualia tabularia Romæ in foro multa.*

k expromendā?

l L. propinquus C. Rabirii C. Curius iudicio clarissimo pro viro in Pisonem.**

An *de sororis filio* diligentiùs respondendum [a] est? quem ab hoc necatum esse dixisti, cùm ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quæreretur. Quid enim est tã verisimile, quàm cariorem huic sororis maritum, quàm sororis filium fuisse? atque ita cariorem, vt alter vita crudelissimè priuaretur, cùm alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur? *An de seruis alienis contra legem* [b] *Fabiam retentis, aut de ciuibus Romanis contra legem* [c] *Porciam verberatis*, aut necatis, plura dicenda sunt, cùm tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Campaniæ [d] vicinitatis ornetur? cúmque ad eius propulsandum periculum nõ modò homines, sed propè regiones ipsę conuenerint: aliquanto etiam latiùs excitatæ, quàm ipsius vicinitatis nomen, ac termini postulabant? Nã quid ego ad id longam orationem cõparem, quod est in cãdẽ multæ irrogatione perscriptum [e], hunc nec suæ, nec alienæ pudicitię pepercisse? Quin etiam suspicor, eò mihi semihoram à Labieno præstitutã esse, vt ne plura de pudicitia dicerem. Ergo ad hæc crimina, quæ patroni diligentiam desiderant, intelligis mihi semihorã istam nimiùm longam fuisse. Illam alteram partem de nece Saturnini, nimis exiguam, atque angustam esse voluisti: quæ non oratoris ingenium, sed cõsulis auxilium implorat, & flagitat. ¶ Nam [f] de perduellionis iudicio, quod à me tublatũ esse criminari soles, meum crimen est, nõ Rabirij. Quod vtinam, Quirites, ego id aut primus, aut solus ex hac rep. sustulissem: vtinam quod ille crimen esse vult, proprium testimonium meæ laudis esset. Quid enim optari potest, quod ego mallem, quàm me in consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse? SED ISTA laus primùm est maiorũ nostrorum, Quirites, qui, expulsis [g] regibus nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiæ retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem [h] nõ acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. Quamobrem vter nostrũm tandem, Labiene, popularis est? cúne, qui ciuibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincula [i] adhiberi putas oportere: qui in [k] campo Martio, comitijs centuriatis, auspicato in loco, crucem l ad ciuium supplicium defigi, & constitui iubes: an ego, qui funestari concionem contagione [m] carnificis vero? qui expiandum forum populi Rom. ab illis nefarijs sceleris vestigijs esse dico? qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Ro. integrum ius libertatis defendo seruari oportere? Popularis verò tribunus pl. custos, defensorq; iutis, & libertatis. Porcia [n] lex virgas ab omniũ ciuium R. corpore amouit [o]: hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatem ciuium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, *Ne de capite ciuium R. iniussu vestro iudicaretur:* hic popularis à duumuris, iniussu vestro, non iudicari de ciue Ro. sed indicta causa ciuem Rom. capitis condemnari coegit. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionẽ facis, qui non modò suppliciis inusitatis, sed etiam verborũ inaudita crudelitate, violare libertatem huius populi, tentare mansuetudinem, commutare disciplinam conatus es? Námq; hæc tua, quæ te hominem clementem, popularémq; delectant, l [b] *lictor* [c]: *colliga manus:* quæ non modò huius libertatis, mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilij: sed Tarquinij [d], superbissimi atq; crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina [e]: quæ tu, homo lenis, ac popularis, libentissimè commemoras. *Caput obnubito, arbori infelici* [f] *suspendito* [g]. Quę verba, Quirites, iampridem in hac rep. nõ solùm tenebris vetustatis, verùm etiã luce libertatis oppressa sunt. An verò, si actio ista popularis esset, & si vilam partem æquitatis haberet, aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset? Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C. Graccho, fratris: & tibi acerbior [h] eius patrui mors est, quem numquam vidisti, quàm illi, eius fratris, qui cum concordissime vixerat: & similis viri tu vlcisceris patrui mortem, atque ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere voluisset? & par desiderium sui reliquit apud populum Rom. Labienus iste, patruus vester, quisquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? An pietas tua maior, quàm Gracchi? an animus? an consilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia? quæ si in illo minima fuissent: tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. Cùm verò his rebus omnibus C. Gracchus omneis vicerit: quãtum interuallum tandẽ inter te, atque illum interiectum putas? Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex cõsisteret: quem non modò foro, sed etiam cælo i hoc, ac spiritu censoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt. Hic se popularem dicere audet, me alienum à commodis vestris: cùm iste omneis & suppliciorum, & verborum [k] acerbitates, non ex memoria vestra, ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis, atque ex regum commentarijs cõquisierit: ego omnibus meis opibus, omnibus consilijs, omnibus dictis, atque factis repugnarim, & restiterim crudelitati? Nisi forte hanc conditionem vobis esse vultis, quam serui, si libertatis spem propositam non haberent, ferre nullo modo possent. MISERA est ignominia iudicorũ publicorũ, misera multatio bonorum, miserum exsulum l: sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. mors denique si proponitur, in libertate moriamur. carnifex verò, & obductio [m] capitis, & nomen ipsum crucis, absit nõ modò à corpore ciuium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum non solùm euentus, atque perpessio, sed etiam condition[n], exspectatio, mentio ipsa denique, indigna ciue Romano, atq; homine libero est. An verò seruos nostros horum suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna [o] vindicta liberauit [p]: nos à veteribus, ab vnco, crucis denique terrore, neque res gestæ, neque actæ ætas, neque nostri honores vindicabunt? Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non tribunitia actione, sed regia, meo consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. Qua tu in actione, quamquam omnia exempla maiorum, omneis leges, omnem auctoritatem senatus, omneis religiones atque auspicium publica iura neglexisti: tamen à me hæc in hoc

---

a L. respondendum est, quem ab hoc necatum esse dixi cùm ad iud. m. f. fexc quæreretur?

P. XCII.

b Legem Fabã de plagiariis intelligit cuius titulus in iure.*

c de lege Porcia, vide plura infra.*

d *al.* Campanæ.

e *al.* præscriptum *id.* sit ante scriptũ*

f DIGRESSIO*

g Regibus vrbe expulsis nullum regiæ crudelitatis vestigium in populo esse voluerunt

h Libertas non acerbitate suppliciorum sed lenitate legũ munienda.*

P. B.

i *al.* vincula.

k Comitia centuriata in cãpo martio auspicato loco.*

l Cruces publicas in locis defixas dixi in Verrina.*

m Ne carnifex in concione quemquã attingat.*

n Legis Porciæ meminit idem Cicero *Verrina de supplicijs.* Saluius *in Catilina.* Liuius 10. Porcia lex inquit, prorsus ciuium lata, quod graui pœna, si quis verberasset, necassetve ciuem Romanum, sanxit. Valeria enim nihil vltra quã improbe factum adiecerat.

o *al.* emouit

a L. Namque hæc tua fuit hæc te hominem b *al.* de virgis Lictor, collisimilis fuit mula apud Liuium 8.*

c Lictores assignando dici hinc colligit Nonius 2. in dissidium P. XCIII.

d Carnificis officium in funium. idque Rufus 2 de Valerius *lum per oppi lum quæ* apud 12. Aeneid. 3. quamquã ibidem Tullius. M. Ciceronis libertus, rem à Sinorel à licto dictum scripsit. Licto enim, seu hoc, qui magistratibus præmittebant, cinãti erant. Plura vide apud Gel. d. loco. Quo autem lictum, *Vid. ad Festum in Licto & §.* de diffic. quæ ex diffic. & ad leges xii. tabularum *tum vinclo de furtis.**

d *Furis* legendum Tullij *Hortensij de Vinctione* e vic apud Liuium 1. ex horrendi carminis.*

f Arbores infelices, lucus arbore quæque sacer. Maro. p. 8. que *Stygias* ferum. acto lio. Maro. 3.* *Nec* *Stygijs* goa.* b *Mactabilis* os pœna mors est. c *Mactabilis* i *al.* hos. ce *Mactabilis* k *al.* verberibus acerbus. l *al.* ciuium m Lubinus n. Cognitionem o Vide ii. p. & C. de pœnis numid. vin cta.* p Libertãs

* CONFIRMATIO.*

b Laec de claríssimi viri, patrui tui, c De Saturnini seditione & morte vide ipso memorata. 69. Appianum 1. Civil. Plutarchum in Mario, Velleium 2. Florum 4. Plinium c. 26. 73. de viris illustribus, Valer. 5. Ovid. 5.*

d Apostrophe ad quosdam in concione declamitantes.

e XCIIII. mentes quæ monsequuntur contrariam populi acclamationem.*

f al. secus.

g Seditiosi nec, & cunctis pulcherrimi appellat.*

h Vide plura ad l. 1. qui de tele. Cornel. de sicariis.*

i Liure interfectis. cæ.

k Pantagathum nihil de eius patria.*

l Vide 3. Valer. 3.*

m Vocabula omnes præter Glauciam facit Cæsima 1.*

n Præter Saturninum: omnis præter Glauciam.

o Hæc formula in re. bus repetita. Consul vetabat. fusilibus Comitiis apud Asconium. Livium 4. & 22. Ciceronem pro Sylla. Plutarchum Gracchis.*

p Glauciæ meminit in oratione pro Rabirio perduellionis. & in Pisonem. sed & Valerius 3. c. 2.*

q al. Capito sibi teneret armatus, & fet vna C.

r Atque ex hinc

s al. post eos

t al. qui u

u Ad arma vocare formula fuit veteribus usitata. sic 3. ad ar

x C. M. Æmilius,

y M. Æmilius Scaurus, vide 3. Valer. 2.

hoc tam exiguo meo tempore non audies. liberum tempus nobis dabitur ad istam disceptationem. ¶ Nunc de Saturnini crimine, ac b de clarissimi pactui tui morte dicemus.

Arguu occisum esse à C. Rabirio L. Saturninum:

& id C. Rabirius multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissimè defendente, antea falsum esse docuit. Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Vtinam hanc mihi facultatē causa cōcederet, vt poslem hoc prædicare, C. Rabirij manu, L. Saturninum, hostem populi R. interfectum. Nihil me clamor d iste commouet, sed consolatur, cùm indicat esse quosdam ciueis imperitos, sed non multos. numquam, mihi credite, populus Ro. hic, qui silet, consulem me feciſſet, si vestro clamore perturbatum e iri arbitrarentur. Quanto iam leuior f est acclamatio! quin continetis vocem, indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis? Libenter, inquam, confiterer, si verè possem, aut etiam si mihi esset integrum, C. Rabirij manu L. Saturninum esse occisum: & id facinus, pulcherrimum g esse arbitrarer: sed, quoniam id facere non possum, confitebor id, quod ad laudem minùs valebit, ad crimen nō minùs. Confiteor, interficiendi Saturnini causa, C. Rabirium arma cepisse. Quid est, Labiene? quam h me grauiorem confessionem, aut quod in hunc maius crimē exspectas? Nisi verò interesse aliquid putas inter eum, qui hominem occidit, & eum, qui h cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit: arma sumta esse contra Saturninum, sine scelere non possunt. si arma iure sumta concedis: interfectum i iure concedas necesse est.

Paucula k quædam deesse videntur.

Fit S.C. vt C. Marius l, L. Valerius, consules, adhiberent tribunos pl. & prætores, quos eis videretur: operámq; darent, vt imperium populi Ro. maiestátque conseruaretur. Adhibēt omneis tribunos m pl. præter n Saturninum, præter Glauciam o: *qui p rempub. saluam esse vellent, arma capere, & se sequi iubēt.* Parent omnes. ex ædificiis, armamentariisque publicis arma populo Ro. C. Mario consule distribuente, dantur. Hic iam, vt omittam cetera, de te ipso, Labiene, quæro: cùm Saturninus q capitolium teneret, armatus esset vnà C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedib. atque r ergastulo Gracchus: addam (quoniam ita vis) eōdem Q. Labienum, patruum tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus, eos s. pòst t cunctus senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos Patres cōscripros, qui nunc sunt, in inuidiam vocatis, quò facilius de hoc senatu detrahere possitis, laudare consueuistis: cùm equester ordo: at quorum equitum Romanorum, dij immortales! patrum nostrorum, atque eius ætatis, quęt tum magnam partem reip. atque omnem dignitatem iudiciorum tenebat: cùm omnes omnium ordinum homines, qui in salute reip. salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent: quid tandem C. Rabirio faciē dum fuit? De te ipso, inquam, Labiene, quæro: cùm *ad u arma* consules ex S. C. *vocassent*: cùm armatus M. x Æmilius y, princeps Sena-

A tus in comitio cōstitisset: qui, cùm ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum, impedimento fore putabat: cùm deniq; Q. a Scæuula, confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & mēbris omnibus captus, ac debilis, haftili nixus, & animi vim, & infirmitatem corporis ostenderet: cùm L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnésque, qui tū erant, consulares, pro salute communi arma cepissent: cùm omnes prætores, cuncta nobilitas, ac iuuentus, accurreret, C. & L. Domitius, L. Crassus, Q. Mucius, C. Claudius, M. Drusus: cùm omnes Octauij, Metelli, Iulij, Cassij, Catones, Pōpeij: cùm L. Philippus, L. Scipio, cùm M. Lepidus, cùm D. Brutus, cùm hic ipse P. Seruilius, quo tu imperatore, Labiene, meruisti: cùm hic Q. Catulus, admodū tum adolescens, cùm hic C. Curio, cùm deniq; omnes clarissimi viri cum cōsulib. essent: quid tādem C. Rabirium facere cōuēnit? vtrùm inclusum, atque abditum latēre in occulto, atque ignauiam suam tenebrarum, ac parietū custodiis tegere: an in capitoliū pergere, atq; ibi se cum tuo patruo, & ceteris, ad mortem propter vitæ turpitudinem, confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scæuula b, cum bonis denique omnibus coire nō modò salutis, verùm etiam periculi societatem? Tu denique, Labiene, quid faceres tali in re, ac tempore? cùm ignauię ratio te in fugam, atq; in latebras impelleret: improbitas, & furor L. Saturnini in capitolium arcesseret: consules ad patriæ salutem, ac libertatē vocarent? quam tandem auctoritatem, quam vocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parēre potissimùm velles? Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid c pater? qui cum? quid propinqui vestri, equites Romani? quid omnis præfectura, regio, vicinitas vestra? quid ager Picenus vniuersus, vtrùm tribunitium furorē, an cōsularem auctoritatem secutus est? Equidem hoc affirmo, quod tu nūc de tuo patruo prædicas, neminem vnquam adhuc de sese esse confessum. nemo d est vmquam inuentus tam profligatus, tā perditus, tam ab omni non modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. At fuit vester patruus. Fuerit: & fuerit nulla desperatione rerum suarum, nullis domesticis vulneribus coactus: induxerit eum L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam patriæ præponeret. id circóne oportuit C. Rabirium discisscere à republica? non comparēre in illā armata multitudine bonorum? consulum voci, atque imperio non obedire? Atqui videmus, hæc in rerum natura tria fuisse: vt aut cùm Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latēre, mortis erat instar turpissimæ: cum Saturnino esse, furoris, & sceleris: virtus, & honestas, & pudor eum consulibus esse cogebat. Hoc tu igitur in crimen vocas, quòd cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisset, si oppugnassit: turpissimus, si e reliquisset. At C. Decianus f, de quo tu sępe commemoras, quia, cùm hominem omnibus insignē notis turpitudinis, P. Furium, accusaret summo studio bonorum omnium, queri g est ausus in concione de morte Saturnini, cōdemnatus est: & Sex. Titius, quòd habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, cōdemnatus est. *Statuerūt equites Romani illo iudicio,*

a al. Q. Sceuola c.

b L. Scæuola a

c L. Quid pater qui cum? qui & propinqui vestri, equites R. quid. o. pr. r. vic. vestra? qui & aget Pic.

d L. nemo est inquā inuēt.

P. E.

e L. reliquisset

f vide 8 Valer. 1. vbi de damnatis agit adde Ciceronem pro L. Flacco.*

g Saturnini interfecti magnum odium apud Romanos.*

improbum ciuem esse, & non retinendum in ciuitate, qui hominis, hostilem in modum seditiosi, imagine aut mortem eius honestaret, aut desideria imperitorum misericordia commoueret, aut suam significaret inuitandæ improbitatu voluntatem. Itaque mihi mirum videtur, vnde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habes, inueneris. nam Sex. [a] Titio damnato, qui istam habere auderet, inuentus est nemo. Quod si tu audisses, aut si per ætatem scire potuisses: nũquam profectò istam imaginem, quæ domi posita, pestem, atque [b] exsulium Sex. Titio attulisset, in rostra, atque in concionem attulisses, nec tuas vmquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Sed in his rebus omnibus imprudentia laberis. causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua: quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses. qua in causa tute profectò fuisses, si per ætatem esse potuisses, eam causam in iudicium vocas. An non intelligis, primùm quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas? deinde quot ex iis, qui viuunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessias? Nam si C. Rabirius fraudem capitalem admisit, quòd arma contra L. Saturninum tulit: huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua[c] tum fuit: Q. verò Catulum, patrem huius, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit: M. Scauram, illa grauitate, illo consilio, illa prudentia, duos Mucios, L. Crassum, M. Antonium, qui tum extra vrbem cum præsidio fuit: quorum in hac ciuitate longè maxima consilia, atque ingentia fuerunt: ceteros pari dignitate præditos, custodes, gubernatoréque reipublicæ, quem admodum mortuos defendemus? Quid de illis honestissimis viris, atque optimis ciuibus, equitibus Romanis dicemus, qui tum vnà cum senatu salutem reipublicæ defenderunt? quid de tribunis [d] ærariis, ceterorúmque ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi libertate ceperunt? Sed quid ego de iis omnibus, qui consulari imperio paruerunt, loquor? de [e] ipsorum ccss. fama quid futurum est? L. Flaccũ, hominem cùm semper in republica, tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio, cæremoniisque, quibus præerat, diligentissimum, nefarij sceleris, ac [f] parricidij mortuum condemnabimus? adiungemus ad hanc legem, ignominiámque mortis, etiam C. Marij nomen? C. Marium, quem verè patrem patriæ, parentem, inquam, vestræ libertatis, atque huiusce reipublicæ possumus dicere, [g] sceleris, ac parricidij nefarij mortuum condemnabimus? Etenim, si C. Rabirio, quòd *iit ad arma*, crucem T. Labienus in campo Martio defigendam putauit: quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocauit? Ac si fides [a] Saturnino data est, quod abs te sæpissimè dicitur: non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit: idémque violauit, si in fide nõ stetit. Quæ fides, Labiene, quî potuit sine senatusconsulto dari? Adeóne hospes huiusce vrbis, adeóne ignarus es disciplinæ, consuetudinísque nostræ, vt hæc nescias? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare? Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt [b] quoniam sensu, & vita caret. Itáne verò? tantis in laboribus C. Marius, periculísque vixisset, si nihil longiùs, quàm vitæ termini postulabant, ipse, atque animo de se, & gloria sua cogitasset? At credo, cùm innumerabileis hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione rempublicam liberasset, omnia sua secum vnà moritura arbitrabatur. Non est ita, Quirites: neque quisquam nostrũm in reipublicæ periculis cum laude, ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructúque ducatur. Itaque cùm multis aliis de causis virorum *bonorum mentes diuinæ* [c] *mihi, atque æternæ* [d] *videntur esse, tum maximè quòd optimi, & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil, nisi sempiternum spectare videatur.* Quapropter equidem & C. Marij, & ceterorum virorum, sapientissimorum, ac fortissimorum ciuium, menteis, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem[e], & sanctimoniã demigrasse, testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus, ac pro patriis fanis, atque delubris propugnandum putare: ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minùs strenuè caperem, quàm illi pro communi salute ceperunt. Etenim, Quirites, exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. Quare, si eos, qui iam de vita decesserunt, ornabimus: iustiorem nobis mortis conditionem relinquemus. Sed, si illos, Labiene, quos iam videre non possumus, negligis: ne his quidẽ, quos vides, consuli putas oportere? Neminem esse dico ex iis omnibus qui illo die Romæ fuerint, quem tu diem in iudicium vocas, pubésque [f] tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules secutus sit. omnes ij, quorũ tu ex ætate coniecturam facere potes, quid tum fecerint, abs te rei capitis, C. Rabirij nomine, citantur. At occîdit Saturninum Rabirius. Vtinam fecisset. non supplicium deprecarer, sed præmium [g] postularem. Etenim, si [h] Sceuæ, seruo Q. Crotonis, qui occîdit L. Saturninum, libertas data est: quod equiti R. præmium dari par fuisset? &, si C. Marius, quòd fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iouis Optimi Maximi templis, ac sedibus præcídi imperarat, quòd in cliuo Capitolino improborum [i] ciuium

Desunt, vt videre est, non pauca.

a Meminit Valerius 8. c 1.*

b al. atque exsilium

P. XCVI.

c al. in qua suum fuit:

d Tribuni ærarii, quib. militar. specunia adtributa.*

e fort. ipsorũ consulum fama quid futurum est?

f L. ac parricidii

g L. sceleris, ac parricidii P. B.

a vide Plutarchum, Marcho Appiano Ciuili.

b al. postquam quoniam sensu & vita caret

c Mentes diuinum similes & sempiternæ.*

d Locus de immortalitate animorum*

e fort. peregrinem, & sic de locum, sede.*

P. XCVII.

f ex. pubes quum fuerit.

g quales ex familiis quotidie

h L. si Sceuæ.

i l. improborum ciuium nimirum esse colebat, remittendo ab vero suo iudicio

IN L. CATILINAM PRIMA, HABITA IN SENATV.

ORATIO DECIMANONA.

SYNOPSIS.

Dissuadet Cicero, Catilinam coniurationis in Rempub. suspectum interfici: suadet vt abeat vel in exilium, vel ad bellum aduersus patriam.

QVOVSQVE[a] tãdem abutêre, Catilina, patientia nostra? quandiu nos etiam [b] furor iste tuus eludet [c]? quem ad finem sese effrenata [d] iactabit audacia? nihilne te nocturnum [e] præsidium palatij, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor [g] populi, nihil cõsensus [h] bonorum omnium, nihil hic [i] munitissimus habendi senatus locus, nihil horum [k] ora [l], vultúsque mouerunt? patêre tua cõsilia non sentis? constrictam iam omnium horũ conscientia teneri coniurationem tuã non vides? quid proxima, quid superiore nocte egeris, vbi fueris, quos [m] conuocaueris, quid consilij ceperis, quem nostrûm ignorare arbitraris? O tempora, ô mores! Senatus [n] hoc intelligit, consul videt: hic tamẽ viuit. Viuit? immò [o] verò etiam in senatum venit: fit publici consilij particeps: notat, & designat oculis ad cædem vnum quemque nostrûm. Nos autem, viri fortes, satisfacere reipublicæ videmur, si istius furorem, ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci, iussu consulis, iampridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omneis iamdiu machinatis. An verò vir amplissimus, P. Scipio [p], pontifex maximus, Ti. Gracchum, mediocriter labefactantẽ statum reipublicæ, priuatus interfecit: Catilinã [q] verò, orbem terræ cæde, atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? nam illa nimis antica prætereo, quòd Q. [r] Seruilius Hala [s] Sp. Melium [t], nouis rebus studentem, manu sua occîdit. Fuit, fuit ista quondã in hac rep. virtus, vt viri fortes acrioribus suppliciis ciuem pernicioſum, quàm acerbissimũ hostem coercerent. Habemus enim senatusconsultum in te, Catilina, vehemens, & grauc: non deest reip. consilium, neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico apertè, consules desumus. Decreuit quondam senatus, vt L. Opimius consul videret [u], *nequid resp. detrimẽti caperet*, nox nulla intercessit: interfectus [x] est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre [y] natus, auis, maioribus: occisus est cum liberis M. Fuluius [z], & L. Valerio, COSS. [a] *permissa est resp.* Num [b] vnum diem postea L. Saturninum, tribunum pl., & C. Seruilium mors à reip. pœna remorata est? At [c] nos vicesimum iam [d] diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. habemus enim huiusmodi senatusconsultum, verumtamen [b] inclusum in tabulis, tanquam [c] gladium in vagina reconditum, quod ex senatusconsulto confestim [e] interfectum te esse, Catilina, conuenit. Viuis: & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, P.C. me esse clementem: cupio in tantis reip. periculis nõ [f] dissolutum videri: sed iam me ipsum inertiæ, nequitiæque condemno. Castra sunt in Italia contra remp. in Etruriæ faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducémq; hostium, intra mœnia, atque adeo in senatu videmus [g], intestinam aliquam quotidie perniciem reip. molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iusserò: credo, erit verendum mihi, ne non hoc potiùs omnes boni seriùs à me, quàm quisquã crudeliùs factum esse dicant [h]. Verùm i ego hoc, quod iampridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor vt faciam. tũ denique interficiam [k] te, cùm iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inueniri poterit, qui id non iure factum esse fatea tur. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, viues: & viues ita, vt nunc viuis, multis meis, & firmis præsidiis obsessus [l], ne commouere te contra remp. possis. multorum te etiam oculi, & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur, atque custodient. Etenim quid est, Catilina, quod iam ampliùs exspectes, si neq; nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus cõtinere vocem [m] coniurationis tuæ potest? si illustrantur [n], si erumpũt omnia? Muta iam istam mentem: mihi crede: obliuiscere cædis, atq; incendiorum. tenêris vndique: luce sunt clariora nobis tua cõsilia omnia: quæ eo etiam mecũ licet recognoscas. Meministine, me [p] ante diem XII. Kalendas Nouemb. dicere in senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset ante diem VIII. Kalend. Nouembreis, C. Mãlium [q], audaciæ satellitem, atque administrum tuæ? num me fefellit, Catilina, nõ modò res tanta, tam atrox, tam [r] incredibilis, verùm, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi egò idem in senatu, cædem te optimatum cõtulisse in ante diem V. Kalendas Nou. tum cùm multi principes ciuitatis Roma non tam sui conseruandi, quàm tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentia circumclusum, commouere te contra remp. non potuisse, cùm tu discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus, cæde contentum te esse?

a Huiusmodi apostrophæ & interrogationes admodũ mouent Quintilianum. 9. Hermogenes.*

b *v.c.* non habebetur.

c Eludere quibusdam videtur inuidiosius. nec finem imponere, sed ego, ludendo falleres.*

d *al.* effrenata esse.*

e Periculosis temporibus præsidium palatio imponi solitum.* quibus præsentibus munitissimus habendi senatus locus.

f *al.* statim.

g Tumultum senatus docere. *Dio. Plutarchus, Appianus.*

h *v.c.* consensus.

i Templum Ioui Statori.*

k *v.c.* horum aduentumẽ Catilinã nomo saluturit quem omnes ab eo auersi. Vide Sallustium.*

l L. senatus hæc intellexit, *v.c.* hisce rebus cognitis. tamen hi quidam obtrectauerunt.*

m Immo verò in senatum venit & *v.c.*

n P. Nasica, Coelius, Plutarchus, Appianus, Cicero, Valerius Maximus, Florus, Orosius, Eutropius.

o *al.* Catilinam orbem terræ. &c.

p L. Seruilius Hala. *al.* Ahala. *al.* Cicero primo inuentor huius Seruilii.*

q P. XCVIII Cicero pro domo sua. Liuius 4. 5. Valer. 3. 6. 2. 3. 1. Flor. 2.

r *al.* Manlius. Liuius 5. Valer. 1. *al.* Maet. Liuius 6. Valer. 2.*

s Similis fere consulti decedit reipublicæ apud Sallustium Catilinar. Diodor. Siculum, Plutarchum, Appianum, Dionem, Florum, Orosium, Eutropium.

t Cicero pro domo sua. Liuius 4. 5. Valer. 3. 6. 2. 3. 1. Flor. 2.

u *al.* Manlius. Liuius 6. Valer. 2. Philipp. Plutarchum, Ciceronem Liuium 3. & ipsum 109.

x *v.c.* inox interfectus est.

y Appianus 1. ciuil.* a Pernitti Rempub. pl. & C. Seruilii, præteritis hominibus consuetam fuit apud Romanos, cuius exemplo vide Philippicam 8. & 9. b L. Num vnum diem postea k. Saturnini, tribuni pl. & C. Seruilii, præteritis hominibus consuetam fuit apud Romanos, cuius exemplo vide Philippicam 8. & 9. c *al.* At verò nos. d *v.c.* diem iam.

a L. habemus enim eiusmodi senat. b *v.c.* & *l.* verùm inclusum. inclusũ in tab. c *al.* tanquã in vagina. *Mss. vetus.** d *fort.* quod senatusconsultum confestim interfectum te esse Catilina, cùm velit, viuis, *&c.* & *ita Mss. vetus.* e *al.* statim f L. me non dissol. & *ita v.c.* g *v.c.* videtis h L. dicat & *ita v.c.* i *al.* Verumtamen ego hoc q. k *v.c.* te interficiam, ‖ *al.* interficere cũ iam &c.

l *duo v.c.* oppressus,

m *al.* voces* n ita Dionedes 1. c. 4. ! a Carisius. 2. *al.* clustrantur vt *fit* clustrare, & *lustris erumpere. al.* lustrantur & ita Nonius c. 4. *in lustrare* c. 277. *al. inlustrantur* o *al.* quęiam mecum licet r. p *al.* me in ante diem.* q *al.* Mallii, r L. eamque incredibilis,

dicebas? Quid? cùm te Prænestæ Kalendis ipsis Nou. occupaturum nocturno impetu esse cõfideres: sensistíne, illam coloniam meo iussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliísq; [a] esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non [b] modò audiam, sed etiam videam planéque [c] sentiam. Recognosce [d] tandem mecum illam superiorem noctem. iam intelliges multo me vigilare acriùs ad salutem, quàm te ad pernicié reip. Dico te prio ri nocte venisse inter falcarios [e] (nõ agam obscurè) in M. Leccæ [f] domũ: conuenisse eõdem complureis eiusdem amentiæ, sceleríque socios. num negare audes? quid taces? conuincã, si negas. video enim esse [h] hîc in senatu quosdam, qui tecũ vnà fuere. O dij immortales! vbinam gentium sumus? quã remp. habemus? in qua vrbe viuimus? Hîc, hîc sunt, in nostro número, P. C. in hoc orbis terræ sanctissimo, grauissimóq; consilio, qui [i] de meo, nostrũq; omniũ interitu, qui de huius vrbis, atq; adeò orbis terrarum exitio cogitẽt. hosce ego video consul, & de rep. sententiam rogo: &, quos ferro trucidari oportebat, eos nondũ voce vulnero. Fuisti igitur apud Leccam [k] ea I nocte, Catilina: distribuisti partes Italiæ: statuisti quò quemque proficisci placeret: delegisti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres: desectipsisti vrbis [m] parteis ad incendia: cõfirmasti, te ipsum iam esse exiturum: dixisti paululum tibi esse etiam tum morę, quòd ego viuerem. Repecti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent, & sese illa ipsa nocte paullo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia, vix dum etiam cœtu vestro dimisso, comperi: domum meam maioribus præsidiis muniui, atq; firmaui: excluſi eos, quos tu manè ad me salutatum [n] miseras, cùm illi ipsi venissent, quos ego iam multis [o] viris ad me venturos id temporis esse prædixeram. Quæ cùm ita sint, Catilina, perge quò cœpisti: egredere aliquando ex vrbe: patẽt portæ, proficiscere. nimium diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant. educ tecum etiam omneis [p] tuos: si minùs, quàm plurimos. purga vrbem. magno [q] me metu liberabis [r], dummodo inter me, atque [s] te murus intersit. nobiscum versari iam diutiùs non potes: nõ feram, non patiar, nõ sinam. Magna diis immortalibus habenda est gratia atq; huic ipsi Ioui Statori, antiquissimo custodi huius vrbis, q; hanc tam tetram, tam horribilem, támque infestam reipublicæ pestem toties iam effugimus. non est sæpius in vno homine salus [t] summa periclitãda reipublicæ. Quamdiu mihi, cõsuli designato, Catilina, insidiatus es, nõ publico me præsidio, sed priuata diligentia defendi. cùm proximis comitiis consularibus me consulem in campo, & competitores tuos interficere [u] voluisti, cõpressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio, & copiis, nullo tumultu publicè concitato: denique, quotiescumq; me petisti, per me tibi obstiti: quamquã videbam, perniciẽ meã cum magna calamitate reip. esse coniunctam. nunc iam aperrè remp. vniuersam petis: tẽpla deorum immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuiũ, Italiã deniq; totã, ad exitium, & vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod [x] primũ, atque huius imperij, disciplinæq; maiorum proprium est, facere nõ [y] audeo: faciã id, quod est ad seueritatem lenius, ad communẽ salutem vtilius. nam, si te interfici iussero, resi debit in rep. reliqua coniuratorũ manus. sin [a] tu (quod te iamdudum hortor) exieris: exhaurietur ex vrbe tuorum comitũ magna, & perniciosa sentina reip. Quid est, Catilina? num dubitas id, me imperante [b], facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex vrbe consul hostem iubet. interrogas me, num [c] in exsilium? Non iubeo: sed si me consulis, suadeo. Quid [d] enim, Catilina, est, quod te iã in hac vrbe delectare possit? in qua nemo est, extra istã coniurationem perditorum hominum, qui te nõ metuat, nemo [e], qui te non oderit? Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod priuatarum rerũ dedecus non [f] hæret in infamiæ? quæ libido ab oculis, facinus à manibus vnquam tuis, quod [g] flagitium à toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam, ferrum, aut ad libidinem, facẽ pretulisti? Quid verò? nuper, cùm morte superioris vxoris, nouis nuptiis, domum vacuam [h] fecisses, nónne etiam aliquo incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego prætermitto, & facilè patior sileri, ne in hac ciuitate tãti facinoris immanitas aut exstitisse, aut non vindicata esse videatur. Prætermitto [i] ruinas fortunarum tuarum, quas omneis [k] impendere tibi proximis idib. I senties. ad illa venio, quæ non ad priuatã ignominiam vitiorũ, non ad domesticã tuam difficultatẽ, ac turpitudinẽ, sed ad [m] summã reip. atq; ad omniũ nostrũm vitam, salutemq; pertinent. Potéstne [n] tibi huius vitæ hęc lux, Catilina, aut huius cæli spiritus esse iucundus, cùm scias, horum esse nemi nem, qui nesciat, te pridie Kal. Ian. Lepido, & Tollo, coss. stetisse in comitio cum telo? manum consulũ, & principum ciuitatis interficiendorum causa, parauisse? sceleri, ac furori tuo non rectem aliquam aut timorem tuum, sed fortunam [o] reipublicæ obstitisse? Ac iam illa omitto. neque enim sunt aut obscura, aut [p] nõ multo pòst [q] commissa. quoties tu me designatum, quoties [r] me consulem interficere voluisti? [s] Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, *corpore effugi*? [t] Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latêre [x] valeat in tẽpore: neque tamen conari, ac velle desistis. Quoties iã, quotiesiam tibi extorta est ficca ista de manibus? quoties verò excidit casu aliquo, & elapsa est? tamen ea carere diutius nõ potes: quæ quidẽ quibus [y] abs te initiata sacris, ac deuota sit, nescio, quòd eam necesse putas consulis in corpore defigere. Nunc verò, quæ tua est ista vita? Sic enim iam tecum loquar, non vt odio permotus esse videar, quo debeo, sed vt misericordia, quæ tibi nulla debetur. Venisti paullo antè in senatum. quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis, ac necessariis salutauit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumeliam, cùm sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod aduentu tuo ista subsellia, vacua [z] facta sunt? quid, quòd omnes consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simulatque assedisti, partem istam subselliorum nudam, atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi

---

a *al.* vigiliis esse m.

b *fort.* non modò nõ audiam,

c *al.* pleneq. d L. Recognosce mecum tandem ill. e Falcariorũ voce Priscianus lib. 1. interpretatur locum, vbi habitant falcari.*

f *al.* Leccæ.* g *hic duo lib. vet. al.* si negabis.

h *lib. vnus manuscr. non habet, esse:* i *al.* qui de nostro omnium int.

k Lecam.* l *duo v. c.* illa nocte, & *ita* L.

m L. parteis vrbis ad inc. *& ita v. c.*

n *al.* salutandum

o L. multis. & summis viris *v. c. & ita duo v. c.* P. B.

p v. c. omnis tuos:

q liberaberis *al.* liberauteri *v. c.* magno metu liberabis me.

r *al.* & te

s L. salus summæ rei periclitanda Q. *al.* salus Rei pub. periclitanda.*

t *al.* occidere

x *al.* quod est se primum & quod huius imperii. *al.* id quod primũ, & quod huius.*

y L. nondum audeo. *& ita v. c.*

a *vnus v. c.* sin verò tu

b *vnus v. c.* imperitante.

c L. tum in exsilium?

d L. Quid enim, Catilina, quod

e L. nemo, qui non oderit? *ita duo* f *L.* non hæret in fama? *ista alia mss.*

g *v. c.* quod flagitium, ja corpore tuo tot. afuit?

h *al.* vacuefecisses vt *ita al.* vacuefecisti. *al.* vacefecisses vt *ita* vacefecta.*

i *al.* Prætermitto fortunarum tuarum ruinas:

k *v. c.* omnis l *v. c.* eibus

m L. ad summam rempublicam atque

n L. Potéstne tibi hæc lux, Catil. *ita v. c.*

o L. forensi populi R. *ita Victor.*

p L. aut non multa commissa pudeat *ita* Sic. Q. Pa.

q *al.* parata. *ita Morelius.*

r *v. c.* quoties vero eam tu filem ieci.

s L. quot tua petitiones ita conjectæ

t L. Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latêre valeat in tẽpore: neque tamen conari, ac velle desistis. Quoties iã, quotiesiam tibi extorta est ficca ista de manibus? quoties verò excidit casu aliquo, & elapsa est? tamen ea carere diutius nõ potes: quæ quidẽ quibus abs te initiata sacris, ac deuota sit, nescio, quòd eam necesse putas consulis in corpore defigere. *ita* Sic. Pa.

u *al.* fortè.

x L. esse initiata

y L. non audeo

z *al.* facta sunt: quid, quòd omnes consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simulatque assedisti, partem istam subselliorum nudam, atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi

tibi ferendum putas? Serui me hercle mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam [a] putarem: tu tibi vrbem [b] non arbitraris? &, si me meis ciuibus iniuria suspectum tam graui ter, atque offensum [c] videres: carere me adspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem. tu cùm conscietia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum meteis, sensúsque vulneras, eorum adspectum, presentiámque vitare? Si te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos vlla ratione placare posses: vt opinor, ab eorum oculis aliquò concederes: nunc te *patria, quæ communis est omnium nostrum parens*, odit [e], ac metuit: & iàdiu te [f] nihil iudicat, nisi [g] de parricidio tuo cogitare. huius tu neque auctoritatem verebere, neque iudicium sequêre, neque vim pertimesces? Quæ tecum, Catilina, fic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum iam [h] tot annos facinus exstitit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio, direptióque sociorũ, impunita fuit, ac libera: tu non solùm adi negligẽdas leges, ac [k] quæstiones, verùm etiam ad [i] euertendas, perfringendásque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, vt potui, tuli. nunc verò me totam esse in metu propter te [m] vnum: quidquid increpuerit, Catilinam timeri: nullum videri contra me consilium iniri posse, quod à tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe, si [n] verus, ne opprimar: sin falsus, vt tandem aliquando timere desinam. Hæc si tecum, vt dixi, patria loquatur, nónne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid, quòd tu te ipse in custodiam dedisti? quid, quòd, vitandæ suspicionis causa, apud M. Lepidũ te habitare velle dixisti? à quo non receptus, etiã ad me venire ausus es: atque, vt domi meæ te asseruarem, rogasti? [o] Cùm à me quoque id prespõsum tuliss, me nullo modo posse iisdem parietibus tutò esse tecum, qui magno in periculo essem, quòd iisdem mœnibus contineremur: ad Q. Metellũ prætorem venisti, à quo repudiatus, ad sodalem tuum, virũ optimum, M. Marcellum demigrasti: quem tu videlicet & ad custodiendum te, diligentissimum, & ad suspicandũ, sagacissimum, & ad vindicandum, fortissimum fore putasti. Sed *quàm longè videtur à carcere, atque à vinculis abesse debere, qui se ipsum iam dignũ custodia iudicauerit?* [r] Quæ cum ita sint, Catilina, dubitas, si hìc emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam multis suppliciis iustis, debitisque ereptam, fugæ, solitudiníque mãdare? Refer, inquis, ad senatũ. Id enim postulas: &, si hic ordo sibi placere decreuerit, te ire in [s] exsilium, obtemperaturum esse dicis. Nõ referam id, quod abhorret à meis moribus: & tamẽ faciam, vt intelligas, quid hi de te sentiãt. Egredere exurbe, Catilina: libera rempublicã metuis [t] exsilium, si hãc vocẽ exspectas, proficisere. Quid est, Catilina? ecquid attẽdis? ecquid animaduertis horũ silentium? patiũtur, tacent. quid exspectas auctoritatem loquẽtium, quorum volũtatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio, si fortissimo viro, M. Marcello dixissem: iã mihi consuli hoc ipso in tẽplo iure optimo senatus

vim, & manus intulisset. de [a] te autem, Catilina, cùm quiescunt, probant: cùm patiuntur, decernunt: cùm tacent, clamant, neque his solùm, quorũ tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima: sed etiam illi equites Romani, honestissimi, atque optimi viri, ceteríque fortissimi ciues, qui circumstant senatum: quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paullo antè exaudire potuisti. quorum ego vix abs te iamdiu manus, ac tela contineo: eosdem facilè adducã, vt te hęc, quæ iampridem vastare studes, relinquẽtem, vsque ad portas prosequãtur. Quamquam quid loquor? te vt vlla res frangat? tu vt vmquam te corrigas? tu vt vllam fugam meditere? vtb vllum tu exsilium cogites? Vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent. [c] tamẽsi video, si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiæ nobis, si minus in præsens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed [d] est mihi tanti, dummodo ista priuata sit calamitas, & à reipublicæ periculis seiungatur. Sed vt vitiis tuis commoueare, vt legum pœnas pertimescas, vt temporibus reip. concedas, [e] non est postulãdum. Neque enim Catilina, is es, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Quamobrem, vt iæpe iam dixi, proficiscere: ac, si mihi inimico, vt prędicas, tuo conflare vis inuidiam: rectà perge in exsilium: vix feram sermones hominum, si [g] id feceris: vix molem istius inuidiæ, si in exsulium ieris [h] iussu consulis, sustinebo. Sin autem seruire meæ laudi, & gloriæ mauis: egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium: cõcita perditos ciueis: secerne te à bonis: infer patriæ bellum: exsulta impio latrocinio, vt à me non, eiectus, ad alienos: sed inuitatus, ad tuos isse videaris. Quamquam quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos, quid tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati? sciam [k] pactam & constitutam esse cum Manlio diem? à quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi, ac [l] tuis omnibus perniciosam esse confido, & funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum cõstitutum fuit, sciam esse præmissam? Tu vt illa diutius [m] carere possis, quam venerari, ad cædem proficiscens, solebas? à cuius altaribus sæpe istãn dexteram impiam ad necem ciuium transtulisti? Ibis tandem aliquãdo, quò te iampridem tua ista cupiditas effrenata, ac furiosa rapiebat. neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. numquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti: nactus es ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, verùm etiam spe derelictis, conflatam improborum manum. Hìc tu qua lætitia perfruêre? quibus gaudiis exsultabis? quanta [o] in voluptate bacchabere, cùm in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? Ad huius vitæ studium meditati [p] illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non modò ad obsidendum stuprum, verùm etiam ad facinus obeundum: vigilare non solùm ad insidiandum somno maritorũ, verùm etiam bonis occisorum. Habes vbi ostentes

a Proferte hunc locum Diomedes li. 3. cap. de verbo.

b Latè vt vllum exsilium cogites?

c L. darent.

d *al.* Sed non est mihi tãti, dummodo ista tua priuata. P. CII. *male* NãCatilinarias. Ita loquitur. Est mihi tanti, Quirites, huius inuidiæ tempestatem subire, dummodo vobis periculum depellatur.*

e v.c. cedas

f *al.* recta via p.

g *duo libri vet. non habent hoc verbum*, si id feceris

h v.c. iussu consulis ieris fust. *& ita L.*

i v.c. Quam quã quid tè inuitem, quò iam sciam, *& ita L.*

k v.c. cùm sciam p.

l L. ac tuis omnib. confido perniciosam, ac funestam futurã?

m *al.* carere diutius p.

n v.c. istam impiam dextram.

P. D.

o L. quanta voluptate bacchabere, p v.c. meditati sunt illi, qui f.

illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium: quibus te breui tempore confectum esse sentiet. Tantum profeci tum, cùm te à consulatu repuli[a], vt exsul potius tentare, quàm consul vexare remp. posses: atque vt id, quod esset à te scelerate susceptum, latrocinium potiùs, quàm bellum nominaretur. Nunc vt à me, P. C. quandam propè iustam patriæ querimoniam detester, ac deprecer, percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, & ea penitus animis vestris, mentibúsque mandate. Etenim, si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est carior: si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli quid agis? túne eum, quem esse hostem comperisti: quem ducem belli futurum vides: quem expectari imperatorem [b] in castra hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, euocatorem seruorum, & ciciuium perditorum, exire patieris, vt abs té non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbem esse videatur? nonne [c] hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? mósne maiorum? At persæpe etiam priuati in hac republica pernicioſos ciueis morte multarunt. An leges, quæ de ciuium Romanorum supplicio rogatæ sunt? At nunquam in hac vrbe ij qui à republica defecerunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiam posteritatis times? Præclaram verò populo Ro. refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam maturè ad summum imperium per omneis honorú gradus extulit, si propter inuidiam, aut alicuius periculi metum salutem ciuium tuorum negligis. Sed, si quis est inuidiæ metus, num [d] est vehementius seueritatis, ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ, ac nequitiæ pertimescenda? An [e], cùm bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt: tum te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum? His [f] ergo sanctissimis reipublicæ vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu iudicarem, P. C. Catilinam morte multari: vnius vsuram horę gladiatori isti ad viuendum non dedissem. Etenim, si summi viri, & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certè verendum mihi non erat, ne quid, hoc [g] parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quòd si ea mihi maximè impenderet: tamen hoc animo semper fui, *vt inuidiam virtute partam, gloriam, non inuidiam putarem.* Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quæ imminent, non videant: aut ea, quæ vident, dissimulent: qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, coniurationémque nascentem non credendo corroborauerunt [a]. quorum auctoritatem secuti multi, non solùm improbi, verùm etiam imperiti, si in hunc animaduertissem, crudeliter, & regiè factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quò intendit, in Manliana castra peruenerit, neminé tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam: neminem tam improbũ, qui non fateatur. Hoc autem vno interfecto, intelligo hanc reip. pestem paullisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quòd si se eiecerit, secúmque suos eduxerit, & eôdem ceteros vndique collectos naufragos aggregauerit [c]: exstinguetur, atque delebitur non modò hæc tam adulta reip. pestis, verùm etiã stirps, ac semen malorum omnium. Etenim iamdiu, P. C. in his periculis coniurationis, insidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quòd si ex tanto latrocinio [d] iste vnus tolletur: videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura, & metu esse releuati: periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis, atque in visceribus reip. Vt sæpe homines ægri morbo graui, cùm æstu, febríque iactantur, si aquam gelidam biberint, primò releuari videntur: deinde multo grauiùs, vehementiúsque afflictãtur: sic hic morbus, qui est in rep. releuatus istius pœna, vehementiùs viuis reliquis ingraueſcet. Quare, P. C. secedant improbi, secernant se à bonis, vnum in locum congregẽtur: muro deniq; id quod sæpe iam dixi, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suę consuli, circumstare tribunal prætoris vrbani, obsidere [e] cum gladiis curiam, malleolos [f] ad incendendam vrbem, faceisque comparare: sit denique inscriptum in fronte vniuscuiusque [g] ciuis, quid de rep. sentiat. Polliceor [h] vobis hoc P. C. tantam [i] in nobis COSS. fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus R. virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, vt Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. Hisce omnibus, Catilina, cum [k] summi reip. salute, & cum tua peste, ac pernicie, cúmque eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidióque [l] iunxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Iupiter, qui iisdem, quibus hæc vrbs, auspiciis à Romulo es constitutus: quem Statorem huius vrbis, atque imperii vere nominamus: hunc, & huius socios à tuis aris, cæterísque templis, à tectis vrbis, ac mœnibus, à vita, fortunísque ciuium [m] omnium arcebis: & omneis [n] inimicos bonorum, hosteis patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se, ac nefaria societate coniunctos, æternis supplicíis viuos, mortuósque mactabis.

IN L. CA-

a L. depuli. [b] Diomedes 2 cap. 9. cum à te consulatum repuli.*

b L. imperatorem in castris hostium &c. v. c. in castris imperatorem hostium sentis, auctorem. P. Clif. c L. non húc in vinc.

d al. non est veh. &c. pertimescenda. e al. Ant. profert hunc locum Diomedes cap. 4. Carisi. cap. de coniunct.* f L. His ego sanctissimis reip.

g L. hoc parricida ciuium interf.

a sent. corroborarunt. P. b auctoritate gic. Kyl. teri eam tuit Victorius 6. familiar. 18. eique nihil aliud quã

c v. c. aggregauit sem. aggregarit.

d v. c. naufragio

e al. obsidere.* f v. c. malleolos, & faces ad incendendam vrbem comp.

g al. vniuscuiusque, quid* P. Clif.

h L. polliceor hoc vobis. P. C.

i v. c. tantã in nobis fore diligentiam. k L. cum summa reip. salute. l al. coniunxerunt.

m omnibus ciuium. n al. hostes inimicos.

IN L. CATILINAM SECVNDA, AD QVIRITES.

ORATIO VICESIMA.

Synopsis.

¶ *Gratulatur de Catilina vrbe, sine sanguine ac cæde, eiecto. Hortatur Quirites ad vrbis defensionem & custodiam.*

P. B.

TANDEM aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, vobis, atq. huic vrbi ferrum, flammámque mini tantem, ex vrbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem[a] vrbe, prosecuti sumus. Abiit, excessit, euasit, erupit. nulla iam pernicies à monstro illo, atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur. Atq. hunc quidem vnum[b] huius belli domestici ducem sine controuersia vicimus. non[c] enim iam inter latera nostra sica illa versabitur: non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimescemus loco ille motus[d] est. cùm est ex vrbe depulsus, palàm iam cum hoste, nullo impediente, bellum iustum geremus Sine dubio perdidimus hominem, magnificéque vicimus: cùm illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus Quòd verò nõ cruentum mucronem, vt voluit, extulit, quod viuis nobis egressus est, quòd ei ferrum de[e] manibus extorsimus, quòd incolumeis ciueis, quòd stantem vrbem reliquit: quanto tandem illum mærore afflictum esse, & profligatum putatis? Iacet ille nunc prostratus[f], Quirites, & se perculsum, atque abiectum esse sentit, & retorquet oculos profectò sæpe ad hanc vrbem: quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quę quidem lætari mihi videtur, quod tantam pestem euomuerit, forásque proiecerit. At[g] si quis est talis, qualeis esse omneis oportebat, qui in hoc ipso, in quo exsultat, & triumphat oratio mea me vehementer accuset, quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potiùs, quàm emiserim: non est ista mea culpa, Quirites sed temporum, interemptum esse L. Catilinam, & grauissimo supplicio affectum iampridem oportebat: idque à me & mos maiorum, & huius imperij seueritas, & respublica postulabat. Sed quàm multos fuisse putatis, qui, quæ ego deferrem non[h] crederent? quàm multos, qui propter stultitiam non putarent? quam multos, qui etiam defenderẽt? quàm multos, qui propter improbitatem fauerent? Aci[i] si sublato illo depelli à vobis omne periculum iudicarem: iampridem ego L. Catilinam non[k] modò inuidiæ meæ, verùm etiam vitæ

A periculo sustulissem. sed cùm viderem, ne vobis ne quidem omnibus re etiam tum probata, si illum, vt erat meritus, morte multassem, fore, vt eius socios inuidia oppressus persequi non possem: rem huc deduxi, vt tum palàm pugnare possetis, cùm hostem apertè videretis. Quem quidem ego[a] hostem, Quirites, quàm vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud[b] etiam molestè fero, quod ex vrbe parum comitatus exierit. Vtinam ille omneis secum suas copias eduxisset. Tongillum[c] mihi eduxit, quem[d] amare[e] in prætexta calumnia[f] cœperat: Publicium[g] & Munatium: quorum æs alienum contractum in popina nullum reipub. metum afferre poterat: reliquit quos viros? quanto[h] alieno ære? quàm[i] valenteis? quàm nobileis? vos videtis. Itaque ego illum exercitum, ex[k] Gallicanis legionibus. & hoc delectu, quem in agro Piceno, & Gallico Q. Metellus habuit, & his copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnoperè contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis[m], ex decoctoribus: ex iis, qui vadimonia deserere, quàm illum exercitũ maluerunt: quibus ego non modò si aciem exercitus nostri, verùm etiam si edictum prætoris ostendero, cóncident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire: qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura mallem secum suos milites eduxisset: qui si hîc pérmanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quàm hos, qui exexcitum deseruerunt, pertimescendos. Atq.[n] etiam hoc magis sunt timendi, quod, quid cogitent, me scire sentiunt: neque tamen permouentur Video, cui[o] Apulia sit attributa. qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum qui Gallicum. qui sibi has vrbanas insidias cædis, atque incendiorum depoposcerit. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in senatu hesterno die: Catilina ipse pertimuit, profugit[p]: hi quid exspectant? næ[q] illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram. Quod exspectaui, iam sum assecutus, vt[r] vos omnes factam esse apertam coniurationem contra rempub. videretis. nisi verò si quis est, qui Catilinæ simileis, cum Catilina sentire non putet. Non est iam lenitati locus: seueritatem res ipsa flagitat vnum etiam nũc concedam: exeant, proficiscantur: ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere, demõstrabo iter:

a *vnus v.c.* ego Quirites hostẽ, quàm
b L. etiam illud mol. & *ita v.c.*
c *v.c.* Tongilium m. *al.* Longinũ. Is enim à Sallustio nominatur.*
d L. quem amare in prætexta cœperat
e *al.* amare prætextatum in Gallia cœperat.*
f *al.* kalumnia*.
g *Panthegathus*, Publiciũ Minatium quos viros? quàm valentes? quàm nobile, quorum æs alienum contractum in popinam, nullum afferre Reipublicæ motum poterat.*
h L. quanto ære alieno obstrictos? q. *al.* quanto ære alieno oppressos? q.
i *v.c.* quàm valentis? quàm nobilis? Itaq. ego ill.
k L. præ Gallicanis legionib. & hoc dilectu, quem
l *v.c.* dilectu
m L. mendiculis, & decoctoribus: *al.* mediastinis, & decoct.
n L. Atq. hoc etiam magis sunt t. *al.* Atque hoc etiã sunt timendi magis.
o L. cui sit Apulia attributa, q.
p *v.c.* profugit. quid. exspectant.
p Citatur à Carisio li. 2 c. de coniunctione: Diomed. 1. c. 16.
r *v.c.* vt vos omnes apertè esse; factam coniurationem contra remp. vid. & *ita L.*

h *vnus v.c.* non crederẽt quam multos qui etiam defenderent? q multos qui propter stult. non putarẽt? quàm multos qui propter improb.
i L. Ac si, illo subito, dep.
k L. non modo inuidia mea. verùm &c.

Aurelia via profectus est. si accelerare volent, ad[a] vesperum consequentur. O fortunatam remp. si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit! Vno mehercule Catilina exhausto, releuata mihi, & recreata resp. videtur. Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis[b] parricida, quis testamentorum subiector, quis circumscriptor, quis ganeo, [c] quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor iuuentutis, quis corruptus, quis perditus inueniri potest, qui se cum Catilina non familiarissimè vixisse fateatur? quæ cædes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? Iam verò quę [d] tanta in vllo vmquam homine iuuentutis illecebra fuit, quanta in illo? qui alios ipse amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè seruiebat: aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modò impellendo, verùm etiam adiuuando, pollicebatur. Nunc verò quàm subitò nō solùm ex vrbe, verùm etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat? nemo, non modò Romæ, sed [e] nec vllo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus adsciuerit. Atque, vt eius diuersa studia in dissimili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paullo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ [f] esse fateatur: nemo in [g] scena leuior, & nequior, qui se non eiusdē propè sodalem fuisse commemoret. Atque [h] idem tamen, stuprorum, & sceleru exercitatione, assuefactus frigore & fame, & siti, ac vigiliis perferendis, fortis [i] ab his istis suis sociis prædicabatur, cùm industriæ subsidia, atque instrumenta virtutis, in libidine, audaciáque consumerentur[k]. Hūc verò si sui fuerint comites secuti: si ex vrbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges: ô nos beatos, ô remp. fortunatam, ô præclaram laudem consulatus mei! Non enim iā sunt [l] mediocres hominum libidines, nō humanæ audaciæ, ac tolerandæ: nihil cogitant nisi cædeis, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderūt: fortunas suas obligurrierunt [m]: res eos iampridē, fides deficere nuper cœpit: eadē tamē illa, quæ erat in abundantia, libido permanet. Quòd si in vino, & alea comissationes [n] so ùm, & scorta quærerent: essent illi quidē desperandi, sed tamen essent ferendi. hoc verò quis ferre possit, inter eis homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos [o] sobriis, dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conuiuiis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti [p] cibo, sertis redimiti, vnguētis obliti debilitati stupris, eructant sermonibus suis cædem bonorum, atque vrbis incendia. Quibus ego confido impendē re fatum aliquod & [q] pœnas iamdiu improbitati, nequitiæ, sceleri, libidini debitas, aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit: non breue nescio quod tempus, sed multa [r] sæcula propagarit reipu. Nulla [r] est enim natio, quam pertimescamus: nullus rex, qui bellū populo R. in ferre [s] possit. omnia sunt externa, vnius virtute terra, mariq pacata, domesticū bellū manet: intus insidiæ sunt: intus [a] inclusum periculum est: intus est hostis cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites: susceptio inimicitias hominū perditorū, quæ sanari poterunt, quacumq. [b] ratione sanabo. quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciē ciuitatis manare. [c] Proinde aut exeant, aut quiescāt: aut, si & in vrbe, & in eadē mente permanent: ea quæ merentur exspectent. ¶ At etiā sunt Quirites, qui dicant, à me in [d] exsulium eiectum esse Catilinam. Quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos eiicerem, qui hæc loquuntur. Homo enim videlicet timidus, & permodestus vocem consulis ferre non potuit: simul atq. ire in exsilium iussus est, paruit. [e] Quid, quòd hesterno die, cùm domi meæ pænè interfectus essem: senatum in ædem Iouis Statoris vocaui: rem omnē ad patres conscriptos detuli. quò cùm Catilina venisset: quis eū senator appellauit? quis salutauit? quis denique ita adspexit, vt perditum ciuem, ac non potiùs, vt importunissimum hostem? Quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam, atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul: qui verbo ciueis in exsilium eiscio, quæsiui à Catilina, nocturno [g] conuentu apud M. Lecca: habuisset, nécne. Cùm ille homo audacissimus, conscientia conuictus, primò reticuisset: patefeci cetera: quid ea nocte egisset, vbi fuisset, quid in proxima constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, docui. cùm hæsitaret, cùm [l] cunctaretur: quæsiui, [m] quid dubitaret eò proficisci, quò iampridem pararat: [n] cum arma, cùm secures, cùm fasces, cùm tubas, cùm signa militaria, cùm Aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat, scirem esse præmissam. In exsulium eiiciebam quem iam ingressum in [o] bellum esse videbam? Etenim, credo [p], Manlius iste, centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo R. suo nomine, indixit: & illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant: & ille eiectus in exsilium, se Massiliam, vt aiunt, non in hæc castra conferet. O conditionem miseram, non modo administrandæ, verùm etiam conseruandæ reip. Nūc si L. Catilina, consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus, ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutauerit, deseruerit suos, consilium belli faciundi abiecerit, ex hoc cursu sceleris, & belli iter ad fugam atq. [q] in exsilium conuerterit: non ille à me spoliatus armis audaciæ, non obstupefactus [r], ac per territus mea diligentia, non de spe, conatūque depulsus, sed indemnatus, innocens, in exsilium eiectus à consule, vi, & minis esse dicetur: & erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed [s] timidum: me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint. Est mihi tanti, Quirites, huius inuidiæ falsæ, atque iniquæ tempestatem subire, dummodo à vobis huius horribilis belli, ac nefarij periculum depellatur. Dicatur sanè eiectus esse à me, dummodo eat in exsilium. sed mihi credite, non est iturus. Numquam ego à diis immortalibus optabo, vt L. Quirites[t], inuidiæ meæ leuandæ [u] causa, vt L. Catilinam ducere exercitum hostium, atq. in armis

[a] v.c. ad vesperam

[b] L. quis parricida, P. CVI. [c] Citatur à Nonio in Ganeo.*

[d] L. quæ tanta vmquam in vllo hom. & ita v.c.

[e] al. sed ne vllo quidem in ang.

[f] v.c. Catilinæ fateatur. [g] al. in scæna leu.

[h] L. Atq. idē tamen, stuprorum, & sceleru exercitatione, assuefactus frigori, & fami, & siti, & vigiliis perferendis, fortis ab istis prædicabatur i al. fortis à suis prædicab.

[k] L. consumeret. & ita v.c. [l] v.c. mediocres sunt hom. in. [m] PB. al. abligurierunt: v.c. obligarunt non placet. nal. comissatores *

[o] L. ebrios sobr. & ita v.c.

[p] v.c. confecti cibo,

[q] v.c. & pœnā iamdiu & c. libidini debitam,

[r] v.c. Nulla enim est n. [s] v.c. facere possit & sta Lamb.

a sint. iam periculum

b al. quæ rat. sana. v.c. putare.

d L. eiectum in exsilium esse

P. CVII. e L. paruit, quiescit. Hesterno die, &c. f L. consuesti:

g al. in nocturno conuentu. h al. Lecam, i lib. vet. habet, vbi fuisset, k L. quid proximam constit. l v.c. cùm is neretur. Quirites, m al. interrogauit rem de bitaret, ita ci tatur à Cicerone in oratione pro Sestio. cap. de cōiuratione. n al. posset. o L. fide in bellum videbam. v.c. p L. credo, de centurione.

q L. Longe ex fulium

r L. perhorrescens perterr.

s L. sed mihi rum & ita v.c.

t L. ille, qui habeat, Quirites, u L. vtilitatis causa.

armis volitare audiatis: sed triduo tamen audietis, multóque magis illud timeo, ne mihi sit inuidiosum aliquando, quòd illum emiserim; potiùs[a], quàm ꝙ eiecerim: sed cùm sint homines, qui illum, cùm profectus sit, eiectum esse dicãt, iidẽ, si interfectus esset, quid dicerent? Quamquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quàm verentur. Nemo est istorum tam miser, quàm ego sum, qui illum non ad Manlium, quàm ad Massilienses ire malit. Ille autem si mehercule hoc, quod agit, numquam antè cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet, quàm exsulem viuere nunc verò, cùm ei nihil adhuc præter ipsius voluntatẽ cogitationẽque acciderit, nisi ꝙ viuis nobis Roma profectus est: optemus potiùs, vt eat in exsilium, quàm queramur. ¶ Sed cur tamdiu de vno hoste loquimur: & de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem: & quem, quia, quod semper voluit, murus interest non timeo: de his, qui dissimulant, qui Romæ remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus? Quos quidem ego, si vllo modo fieri posset[b], non tam vlcisci ftudeo, quàm sanare[c], & ipsos placare reip. neq. id quare fieri non possit si me audire voluerint, [d]intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istæ copiæ comparentur: deinde singulis medicina consilii, atque orationis meæ, ſiquam potero, afferam. ¶ Primum[e] est eorum, qui magno in ære alieno, maiores[f] etiam possessiones habent: quarum amore adducti dissolui nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima: sunt enim locupletes: voluntas verò & causa impudentissima. Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copiosus sis: & dubites aliquidꝺ de possessione detrahere, ac[h] fidem acquirere? Quid enim exspectas? bellum? quid ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas[i]? an tabulas nouas? errant, qui istas à Catilina exspectant. meo beneficio tabulæ nouę proferentur: verum auctionariæ. Neque enim isti, qui possessiones habẽt, alia ratione vlla salui esse possunt. Quod si maturiùs facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare cum vestris fructibus prædiorum: locupletioribus[k] his, & melioribus ciuibus vteremur. Sed hosce homines minimè puto pertimescendos, ꝙ aut deduci de sententia possunt[l]: aut si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra remp quàm arma laturi. *Alterum*[m] genus est eorum, qui quamquam premuntur ære alieno, dominationem tamen exspectant[n]: rerum potiri volunt: honores, quos quieta rep. desperant, perturbata consequi[o] se posse arbitrantur. Quibus[p] hoc præcipiendum videtur, vnum scilicet & idẽ, quod[q] ceteris omnibus, vt desperent, se id, quod conantur, consequi posse: primùm omnium me ipsum vigilare, adesse, prouidere reip. deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam cõcordiam, maximam multitudinem, magnas præterea copias[r] militũ: deos deniq. immortalis huic inuicto populo clarissimo imperio, pulcherrimæ vrbi, contra tantam vim sceleris præsentes fauxilium esse laturos. Quòd si iã sint id quòd cum summo furore cupiũt, adepti: num illi in cinere vrbis, & sanguine ciuium, quæ mente conscelerata, ac nefaria

concupierunt[a], se consules[b], ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros? non vident se[c] cupere id, quod si adepti fuerint, fugitiuo alicui, aut gladiatori concedi sit necesse? *Tertium* genus est ætate iam confectum[d] exercitatione robustum: quo ex genere est[e] ipse Manlius, cui nunc Catilina successit[f]. Hi sunt homines ex iis coloniis, quas[g] Fesulis Sylla constituit: quas[h] ego vniuersas, ciuium esse optimorum, & fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se insperatis repentinísq. [i]pecuniis sumtuosiùs insolentiũ, q. iactarunt, hi dum ædificant, tamquam beati: dum[k] prædiis lecticis, familiis magnis, conuiuiis, apparatibus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, vt, si salui esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus, qui etiam nonnullos agrestes, homines tenueis, atque egenteis, in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego vtro sq. Quirites: in eodem genere prædatorum, direpto rúmq. pono. Sed eos hoc moneo, desinant furere, ac proscriptiones, & dictaturas cogitare. Tantus enim illorũ temporũ dolor iniustus est ciuitati, vt iam ista non modò homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videantur. *Quartum* genus est sanè varium & [l]mistum, & turbulentum: qui iampridem premuntur: qui numquam emergent[m]: qui partim inertia, partim malè gerendo negotio, partim etiam sumtibus, in vetere ære alieno vacillant: quiv adimoniis, iudiciis, proscriptionibus[n] bonorum defatigati, permulti & ex vrbe, & ex agris se in illa castra conferre dicũtur Hoscio ego non tam milites acreis, quàm infitiatores lentos esse arbitror. qui homines primùm si stare non possunt, corruant: sed ita vt non modò ciuitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant. nã illud non intelligo, quãobrem, si viuere honestè non possunt, perire[p] turpiter velint: aut cur minore dolore pereant, cum multis, quàm si soli pereant, arbitrentur. *Quantum* genus est paricidarum[q] sicariorum, deniq. omnium facinorosorũ: quos ego à Catilina non reuoco. nam[r] neq. diuelli ab eo possunt: & pereant sanè in latrocinio, quoniam sunt ita multi, vt eos capere carcer non possit. *Postremum* autem genus æst, non solùm numero, verùm etiam genere ipso, atque[s] vita: quod proprium est Catilinæ, de[t] eius delectu, immò verò de complexu eius, ac sinu: quos pexo capillo, nitidos, aut imberbeis aut bene barbatos videtis: manicatis[u], & [x]talaribus, ac tritis tunicis, velis amictos, non togis[y]: quorum omnis industria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq. versantur. hi pueri tam lepidi, ac delicati, non solùm amare & amari, neq.[z] cantare, & [aa] saltare, sed etiam sicas vibrare, & spargere venẽna didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote[bb] hoc in rep. seminariũ Catilinariũ futurũ. Verumtamẽ quid sibi isti miseri volunt: num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quemadmodũ autẽ illis carere poterunt, his præsertim iam noctibus? quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas, ac niueis perferent? nisi idcircò se faciliùs hiemem toleraturos putant, quòd[cc] in conuiuiis nudi saltare didicerunt. ¡O bellũ magnoperè pertimescendum, cùm hanc sit

a q. v. c. concupierunt, b L. consules se, aut dictatores, &c. & ita v. c.
c L. id se cupere, quod si adepti sint fug. & ita v. c.
d v. c. affectũ, sed tamen exercit. al. v. c. effætum, sed tamen exer. e v. c. iste est, & ita L. fv. c. succedit g al quos. al. quas Sylla constituit*. h al. quos ego vniuersos
i L. ac repentinis pec.
k L. dum prædiis lectis, familiis magnis, cõuiuiis apparatis delect. & ita v. c.
P. CIX. l al & mixtũ & turb.
m v. c. emergunt al. se emergunt.
n v. c. proscriptione
o Citatur hic locus à Prisciano lib. 12. c. de figura*.
p v. c. turpiter perire velint.
q lib. vulg. parricidarum
r L. nam neque ab eo deuelli poss.
s L. atque vita proprium Catilinæ,
t L. de eius delectu. immo verò &c.
u L manicatis, & talaribus tunicis: vel is amict. & ita v. c.
u manicatis aut talarib⁹ tunicis. ita legitur apud Nonium 14. in Tunica. vbi Tunica vestimentum sine manicis*
y citatur à Nonio in verbo toga*
z v. c. neque saltare, & cãtare, sed aa al. & psallere,
bb v. c. scitote in rep. semin. Catil.
P. B. cc L. quòd nudi in conuiuiis salt. & ita v. c.

habituru Catilina scorratorum [a] cohortem prætoriam. Instruite nunc, Quirites, contra has tam præclaras Catilinæ copias vestra præsidia, vestrósque exercitus: & primùm gladiatori illi confecto & saucio, consules, imperatoréque vestros opponite: deinde cõtra illam naufragorum eiectam, ac [b] debilitatam manum, florem totius Italiæ, ac robur educite. iam verò vrbes [c] coloniarum, ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis[d] siluestribus. Neque verò ceteras copias, ornamenta, præsidia vestra, cum illius latronis inopia, atque egestate debeo[e] conferre. Sed, si omissis his rebus omnibus[f], quibus nos[g] suppeditamus, eget ille, senatu, equitibus R. populo[h], vrbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, prouinciis omnibus, exteris nationibus, si, [i] inquam, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se confligunt, contendere velimus: ex eo ipso, quàm valdè illi iaceant, intelligere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido: denique[k] æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum[l] iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremò copiæ[m] cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. In huiusmodi certamine ac prœlio, nónne, etiam si hominum studia deficiant, dij ipsi immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus, tot, & tanta vitia superari? ¶ Quæ cùm[n] ita sint, Quirites, vos, quemadmodum iam [o]antea dixi, vestra tecta custodiis, vigiliísque defendite: mihi, vt vrbi sine[p] vestro motu, ac sine vllo tumultu, satis esset præsidij, consultum, ac[q] prouisum est. Coloni omnes, municipésque vestri, certiores à me facti de hac nocturna excursione Catilinæ, facilè vrbeis suas, fineísque defendent: gladiatores, quam [r] sibi ille maximam manum, & certissimam, fore putauit, quamquam melioreſ animo sunt, quàm pars patriciorum, potestate tamen in vestra [t] continebuntur, Q. Metellus: quem[u] ego prospiciẽs hoc, in agrum Gallicanum[x], Picenúmque præmisi, aut opprimet hominem, aut omneis eius motus, conatúsq. prohibebit. reliquis autẽ de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad senatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos, qui in vrbe remanserunt, atque adeò qui contra vrbis salutem, omniúmque vestrũm in vrbe à Catilina relicti sunt, quamquam sunt hostes, tamen quia nati sunt ciues, monitos etiam, atque etiam volo. Mea lenitas adhuc sicui solutior visa est, hoc expectauit, vt id, quod latebat, erumperet, quod reliquum esset, iamnõ possum obliuisci, meam hanc esse patriam, me horum esse consulem: mihi aut cum his viuendum, aut pro his esse moriendum. nullus est portæ[z] custos, nullus insidiator viæ: si qui exire volunt, consulere sibi possunt: qui[b] verò in vrbe se commouerit, cuius ego non modò factum, sed inceptũ vllum, conatúmve contra patriam deprehendero: sentiet in hac vrbe esse consules [c] vigilanteis, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem: quem vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt. Atq. hæc omnia sic agentur, Quirites, vt [d] res maximo minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum, ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum, ac [e]maximum; me vno togato duce & imperatore, sedetur, quod ego sic administrabo, Quirites, vt si vllo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac vrbe pœnã sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestæ audaciæ, si impendens patriæ periculum me necessariò de hac animi lenitate deduxerint: illud profectò perficiam, quod in tanto, & tam insidioso bello vix optandum videtur[f], vt ne quis bonus intereat, paucorúmque pœna vos omnes iam[g] salui esse possitis. Quæ quidem ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis, & nõ dubiis deorum immortaliũ significationibus: quibus ego ducibus in hanc spem, sententiámque sum ingressus: qui iam non procul, vt quondam solebant, ab[h] extero hoste, atque longinquo, sed hîc præsentes suo numine, atque auxilio sua templa, atque vrbis tecta defendunt: quos vos, Quirites, precari, venerari, atq. implorare debetis, vt, quam vrbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimámque esse voluerunt, hanc, omnibus hostium copiis, terra, mariq. superatis, à perditissimorum ciuium nefario scelere defendant.

a L. scortorum cohorte prætor. & ita v.c.

b v.c. debil.

c al. vires*

d al. cumulis

e v.c. conferre debeo,

f v.c. non habent vocem omnib.

g al. qui nos superamus, v.c. suppeditamur, & ita L.

h vox populo abest à v.c.

i v.c. si his reb. omissis & ita v.c.

k v.c. hinc deniq. æquitas, l v.c. cum iniquitate, lux. ign. tem. vit. omnib.

m al. copia,

n PERORATIO*

o v.c. iam antea vestra t.

p L. sine vestro metu, & ita v.c.

q al. atque prouis.

r v.c. quam sibi ille manum certissimam forte p. & ita L.

t al. animo meliore.

s al. nostra*

u L. quem ego hoc prospiciens, in agr. & ita v.c.

x v.c. Gallicum,

a L. portis custos, & ita v.c.

b L. qui verò se in vrbe comm. P. B.

c al. cõsulem vigilantem

d v. c. vt maximæ res.

e v.c. & maximum, &c. & ita L.

f L. & v.c. videretur,

g iam, abest à v.c.

h L. ab exteno hoste, &c. & ita v.c.

IN

IN L. CATILINAM
TERTIA, AD QVIRITES.
ORATIO VICESIMAPRIMA.

Synopsis.

Narrat quibus & quorum iudicijs Catilina, eiúsque coniurati fuerint detecti. Gratias eo nomine sibi act.as à senatu: Coniurationis reos in custodiam coniectos: sibi supplicationem à senatu decretam.

P.CXI.

REMPVBLICAM, Quirites, vitámque omniũ vestrũm, bona, fortunas,, coniuges, liberósque vestros, atq.hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam pulcherrimámq. vrbem, hodierno die, deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, cõsiliis, periculísque[a] meis, ex[b] flamma, atque ferro, ac pænè ex [c]faucibus fati ereptam, & vobis conseruatam, ac restitutam videtis. Et, si nõ minùs nobis iucundi, atque illustres sunt ij dies quibus conseruamur, quàm illi, quibus nascimur, quòd salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio: & quòd sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur: d profectò, quoniam illum, qui hanc vrbem condidit, Romulum[e], ad deos immortaleis beniuolentia, famáque sustulimus: esse apud vos posterósq. vestros in honore debebit[f] is, qui eandem hanc vrbem cõditam, amplificatámq. seruauit. nã toti[g] vrbis tẽplis, delubris, tectis[g] omnibus subiectos propè iam igneis circumdatósque restinximus: iidémque gladios in rempestrictos[h] retudimus, mucronésque eorum à iugulis vestris reiecimus.[i] Quæ quoniam in senatu illustrata, patefacta, cõpertáque[k] sunt per me, vobis iam exponam breuiter, Quirites: vt & quanta, & quàm manifesta, & qua ratione inuestigata, & comprehensa sint, vos[l] qui ignoratis ex[m] actis scire possitis. ¶ Principiò, vt Catilina paucis antè diebus erupit ex vrbe, cùm sceleris sui socios, & huiusce nefarij belli acerrimos duces Romæ reliquisset: semper vigilaui, & prouidi Quirites, quemadmodum in tantis, & tam absconditis insidiis salui esse possemus. Nam tum, cùm ex vrbe Catilinam eiiciebam (non enim iam vereor huius verbi inuidiam, cùm illa magis sit timenda, quòd viuus[n] egressus est) sed tum, cùm illum exterminari volebam: aut reliquã coniuratorum manum simul exituram, aut[o] eos, qui remansissent, infirmos sine illo, ac debileis fore putabam. Atque ego, vt vidi, quos maximo furore, & scelere esse inflammatos sciebam, eos, [p] esse nobiscum, & Romæ remansisse: in eo omneis dies, nocteisque consumsi, vt quid agerent, quid molirentur, sentirem, ac viderem: vt, quoniam auribus vestris, propter incredibilem magnitudinem sceleris, minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, vt[a] tum demum animis: salutique vestræ prouideretis, cùm oculis maleficium ipsum videretis. Itaq. vt comperi, legatos Allobrogum, belli Transalpini, & tumultus Gallici excitandi causa, à P. Lentulo esse sollicitatos, eósque[b] in Galliam ad suos ciueis, eodem[c] itinere, cum litteris, mandatísque, ad Catilinam esse missos, comitémque iis adiunctum[d] Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam litteras: facultatem mihi oblatam putaui, vt, quod erat difficillimum, quódque ego semper optabam à diis immortalibus, tota res non solùm à me, sed etiam à senatu, & à vobis manifestè[e] deprehenderetur. Itaque heterno die L. Flaccum, & [f] C. Pontinum prætores fortissimos, atque amantissimos reipub. viros[g], ad me vocaui: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de repub. præclara, atque egregia sentirent, sine recusatione, ac sine vlla mora negotium susceperunt, &, cùm aduesperasceret, occultè ad pontem Miluium peruenerunt: atque ibi in proximis villis ita[h] bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos, & pons interesset. Eõdem[i] autem & ipsi sine cuiusquã suspicione multos forteis viros eduxerunt, & ego de[k] præfectura Reatina complureis delectos[l] adolescenteis, quorum[m] opera vtor assiduè in reip. præsidio, [n]cum gladiis miserã. Interim tertia ferè vigilia exacta: cùm[o] iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, vnáque Vulturcius: fit in eos impetus: educuntur & ab illis gladij, & à nostris. res [p] erat prætoribus, nota solis: ignorabatur à ceteris. Tum interuentu Pontini[q], atque Flacci, pugna, quæ erat commissa, sedatur. litteræ, quæcumque erant in eo comitatu, integris signis, prætoribus traduntur: ipsi comprehensi, ad me, cùm iam diluesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum[r] machinatorem Cimbrum Gabinium, statim ad me, nihildum[f] suspicantem, vocaui. Deinde item arcessitur[s] P. Statilius, & pòst eum C. Cethegus. tardissimè autem Lentulus venit, credo quòd litteris[u] dandis, præter consuetudinem proxima nocte vigilarat. Cùm verò summis, ac clarissimis huius ciuitatis viris, qui audita re, frequentes ad me manè conuenerant, litteras[x] à me priùs, aperiri quàm ad senatum referri[y], placeret: ne, si nihil esset in-

a L. vt tũ demum animis saluti vestræ prouideretis.
b *v.c.* eósque ad suos ciues in Galliam.
c *v.c.* eodémque itinere.
d *v.c.* adiunctum esse T. Vulturcium,
e *v.c.* manifesto.
f L. & C. Pontinum, pret. *al.* & C. Pontinium, pr.
g *v.c.* ad me aduocaui: rẽ exposui:
h *v.c.* bipartiti ita fuer. *al.* Eodem autem tempore, & ipsi
k L. ex præfectura.
l *fort.* dilectos adolescẽ.
m L. quorum opera vtor assiduè in rep. præsidio, &c.
n *al.* presidio cum gladiis miseram.*
o *al.* cum iam pontem magno com.
p L. res prætoribus erat notasolis: *& ita v.c.*
q L. Pomtini *al.* Pontinii.
r L. machinatorem improbiss. *& ita v.c.*
f L. nihildum tale suspic.
s *v.c.* arcessitus est P. St. *& ita L.*
u L. in litteris dandis &c
x *v.c.* litteras prius à me.
y *q.v.c.* defert pl. L. referrem pl. *& ita al. vs.*

a *v.c.* periculis meis
b *v.c.* è flamma.
c *v.c.* è faucibus.
d *v.c.* seruamur.
e *vox*, Romulum. *etiam à nostris.* *v.c.* abest.
f *Hîc v.vulg.* debebit dies is, qui eand.
g L. tectis, ac mœnib. subiectos &c. *& ita v.c.*
h *ibi v.vulg.* districtos ret.
i *v.c.* deiecimus.
k *al.* comperta sunt p.
l L. vos, qui ignoratis, & expectatis, scire poss. *al.* vos qui P. R. ignoratis, & scire possitis. *al.* exacte*.
m *al.* exacte*.
n L. quòd viuus exierit.
o *v.c.* aut eos qui restitisset. *& ita L.*
p *vt* Restare hîc sit, gradũ reprimere* *v.c.* eos nobiscum esse.

uentum,temerè à me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur:negaui me esse facturum,vt de periculo publico, non ad consiliũ publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites,si ea,quæ erant ad me delata, reperta non essent : tamen ego non arbitrabar in tantis reipub.periculis mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter,vt vidistis, coegi. Atque interea statim,admonitu Allobrogum , C. Sulpicium,prætorem, fortem virum , misi, qui ex ædibus Cethegi,si quid telorum esset, efferret. ex [a] quibus ille maximum sicarum numerum,& gladiorum extulit. Introduxi Vulturcium sine Gallis:fidem [b] ei publicam, iussu senatus, dedi: hortatus sum,vt [c] ea, quæ sciret,sine timore indicaret. Tum ille dixit cùm [d] vix se ex magno timore recreasset,[e] à P.Lentulo se habere ad Catilinam mandata, & litteras , vt seruorum præsidio vteretur, & ad vrbem quàmprimùm cum exercitu accederet : id autem eo consilio, vt, cùm vrbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum , distributúmque erat, incendissent, cædémque infinitam ciuium fecissent: præstò esset ille,qui & fugientеis exciperet, & se cum his vrbanis ducibus coniungeret. Introducti autem Galli iusiurandum sibi , & litteras à P.Lentulo , Cethego , Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt:atque ita sibi [z] his,& à L.Cassio esse præscriptum,vt equitatum in Italiam quàm primùm mitterent:pedestreis sibi copias non defuturas. Lentulum autem sibi confirmasse ex [f] fatis Sibyllinis , Haruspicúmque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius vrbis,atque imperium peruenire esset necesse. Cinnam ante se,& Syllam fuisse:eundémque dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitum huius vrbis , atque imperij , qui esset decimus[g] annus post virginum [h] absolutionem,post Capitolij autem incensionem vicesimus. Hanc autem Cethego cum ceteris controuersiam fuisse dixerunt,quòd,cùm Lentulo,&[i] ceteris,Saturnalibus cædem fieri, atque vrbem incendi placeret , Cethego nimium id longum videretur. Ac, ne longum sit , Quirites,tabellas proferri iussimus, quæ à quoque dicebantur datæ. Primùm ostendimus Cethego. signum cognouit. nos linum incidimus : legimus. erat scriptum ipsius [k] manu,& Allobrogum senatui, & populo,sese , quæ eorum legatis confirmasset, esse facturum : orare, vt item illi facerent, quæ sibi legati eorum præcepissent. Tum Cethegus,qui[m] paullò antè aliquid de gladiis ac sicis,quæ apud illum itidem erant deprehensæ, respondisset , dixissétque , se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse: recitatis litteris debilitatus , atque abiectus, conscientia cõuictus, repentè conticuit. Introductus [n] Statilius,cognouit manum, & signum suum.Recitatæ sunt tabellę in eandem ferè sententiam: confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo: & quæsiui , cognoscerétne signum.Annuit.Est verò,inquã, signum quidem notum,imago aui tui,clarissimi viri,qui amauit vnicè patriam, & ciueis suos:quæ qui dem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit.Leguntur eádem ratione ad senatum Allobrogum,populúmque literæ, si quid de his rebus dicere vellet,feci potestatem . Atq. ille quidem primò negauit:pòst autẽ aliquanto to[o] indicio expositо, atque edito,surrexit:quæsiuit à Gallis ,quid [b] sibi esset cum iis: quamobrem domum suam venissent : itémque à Vulturcio. qui cùm illi breuiter , constantérque respõdissent, per[c] quem ad eum quotiésque venissent:quæsiísséntque ab eo,ni hílne secum esset de [d] fatis Sibyllinis locutus. tum subitò ille , scelere demens, quantaf vis conscientiæ esset,ostendit.nam, cùm id posset initiari, repentè præter opinionem omnium confessus est.ita eum non modò ingenium illud,& dicendi exercitatio,qua sem per vsus fuit,sed etiam propter vim sceleris manifesti,atque deprehensi, impudentia,qua superabat omneis,improbitásque defecit. Vulturcius [g]verò subitò proferri litteras , atque aperiri iussit[h],quas sibi à Lẽtulo ad Catilinam datas esse dicebat.Atque ibi vehementissimè[i] perturbatus Lentulus[k], tamen signum, & manum suam cognouit.erant autem scriptæ sine nomine,sed ita: QVI SIM, EX EO, QVEM AD TE MISI, COGNOSCES.[m]CVRA, VT VIR SIS,ET COGITA, QVEM IN LOCVM SIS PROGRESSVS: ET[n] VIDE, QVID IAM[o] TIBI SIT NECESSE. CVRA,[p] VT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVNGAS, ETIAM INFIMORVM. Gabinius deinde introductus,cùm primò impudenter respondere cœpisset,ad extremum nihil ex iis,quæ Galli insimulabant, negauit. Ac mihi quidem,Quirites,cùm illa certissima sunt visa argumenta , atque indicia sceleris, tabellæ,signa,manus,deni-que vniuscuiusque confessio:tum multò illa [r] certiora, color, oculi, vultus, taciturnitas. sic enim obstupuerant,sic terram intuebantur , sic furtim nonnunquam inter se adspiciebant , vt non iam ab aliis indicari, [s] sed ipsi à se viderentur. ¶ Indiciis expositis,atque editis , Quirites,senatum consului, de [t] summa reip. quid fieri placeret. Dictæ sunt à principibus acerrimæ, ac fortissimæ sententiæ,quas senatus sine vlla varietate est consecutus. Et quoniam nondum est perscriptum S.C.exmemoria vobis, Quirites,quid senatus censuerit , exponam. Primùm *mihi*[x] *gratiæ verbis amplissimis agantur*,quòd virtute ,consilio prouidentia mea, respub.periculis sit maximis[y] liberata: deinde L.[z] Flaccus , & C.Pomtinus , prætores, quòd eorum opera forti , fidelique vsus essem,meritò,ac iure laudantur : atque etiam viro forti, collegæ meo, C.[aa] Antonio, laus impertitur, quòd eos, qui huius coniurationis participes fuissent , à suis,& [bb] reip. consiliis remouisset, atque ita censuerunt,vt P. Lentulus,cùm se prætura abdicasset,tũ in custodiam traderetur:itémque vti C.Cethegus L.Statilius,P.Gabinius , qui omnes præsentes erant,in custodiam traderentur[cc]: atque idem hoc decretum est in L.Cassium,qui sibi procurationem incendendæ vrbis depoposcerat:in M.[dd] Cæparium,cui ad sollicitandos pastores,Apuliam esse attributam, erat indicatum:in P.Furium,qui est ex [ee] his coloniis quas Fesulas L.Sylla deduxit : in[ff] Q.Manliũ Chilonem , qui vnà cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus:in P.Vmbrenum, libertinum hominem, à quo primùm Gallos ad Gabinium perduc-

a q.v.c. è quibus.
b v.c. fidem publicam, iussu.
c q.v.c. vt quæ sciret.
d v.c. cùm se ex magno timore vix recreasset, &c. al.v.c. ex magno timore vix recepissèt à P.
d al. recepissèt.*
e q.v.c. libris Sibyllinis, f al. fatalis Sibyllinis.*
g v.c. annus decimus
h vide Asconium orat.de toga candida.*
i v.c. & aliis
k L.Ipsius manu Allobrogum &c.
l v.c.recepissent. & ita L.
P.CXIII.
m id est suo periculo promisissent.*
m v.c. qui paullo ante aliquid tamẽ de glad.& ita L.
n v.c.introductus est Statilius:cognouit & signum & manum suam R & ita L.
o q.v.c. TIBI IAM
p q.v.c. ET CVRA.
q L.visa sunt & ita v.c.
r v.c.certiora illa,
s q.v.c.sed indicare se ipsi viderentur& ita L.
t L. de summa rep.quid u L. sine vlla varietate est secutus& ita v.c.
x De gratiis Cicer. actis, de coniuratis in custodiam coniectis,de supplicatione Ciceronidecreta*
y q v.c.consumis
z L. Flaccus & Pomtinus, Pr. quod.
aa C. Antonio, abest etiam à nostris v.c.
bb v.c.& à reip.
cc L. datẽtur
dd al.Q.Cæparium.
ee al.ex his coloniis,quos
ff L.in Q.Magium Chilonem, qui al. Q. Magium

ctòs esse cõstabat. Atq. ea lenitate senatus est vsus, Quirites, vt ex tanta coniuratione, tantáque vi, ac multitudine domesticorũ hostiũ, nouẽ hominum pérditissimorum pœna, rep. conseruata, reliquorum menteis sanari posse arbitraretur. Atque etiam *supplicatio dijs immortalibus* pro singulari eorũ merito meo nomine décreta est, Quirites: quod mihi primùm [a] post hanc vrbẽ conditam togato contigit: & his decreta [b] verbis est, quòd vrbem incendiis, cæde ciueis, Italiam bello liberassem. Quæ supplicatio si [c] cum cæteris conferatur, Quirites [d], hoc interfit, quòd cæteræ, bene gesta, hæc vna, conseruata rep. constituta est. Atque illud, quod faciendum primùm fuit, factum. atq. transactum est nam P. Lentulus, quamquam patefactus indiciis, & [e] confessionibus suis, iudicio senatus, non modò prætoris ius, verùm etiam ciuis amiserat: tamen magistratu se abdicauit: vt, quæ religio C. Mario clarissimo viro, non fuerat, quo [f] minùs C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, prætorem occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniendo libe raremur. Nunc, quoniã, Quirites, sceleratissimi [g] periculosissimique belli nefarios duces captos iam, & comprehensos tenetis, existimare debetis, omneis Catilinæ copias, omneis spes, atque opes, his depulsis vrbis periculis concidisse. Quem quidem ego cùm ex vrbe pellebam, hoc prouidebam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi esse P. *Lentuli somnum*, nec L. *Cassii adipem*, nec C. *Cethegi furiosam temeritatem* pertimescendam. Ille erat vnus [k] timendus ex his omnibus, sed tam diu, dum mœnibus vrbis continebatur, omnia norat, omnium aditus tenebat: appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat: erat ei consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat. Iam l ad ceteras res conficiendas certos homines delectos, ac descriptos habebat. neque verò cùm aliquid mandauerat [m], confectum putabat, nihil erat, quod non ipse obiret, occureret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. Hunc ego hominem tam acrẽ, tam paratum, tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem (dicã [n] id, quod sentio, Quirites) non facilè hanc tam tam molem mali à ceruicibus vestris depulissem. Non ille vobis Saturnalia [o] constituisset, neque tanto antè exitium [p], ac fati diem reip. denuntiasset, neque commisisset, vt signum, vt litteræ suæ, testes denique manifesti sceleris deprehenderentur. quæ nunc, illo absente, sic gesta sunt, vt nullum in priuata domo furtum vmquam sit tam palàm inuentum, quàm hæc tanta [q] in rep. coniuratio, manifestò inuenta, atque deprehensa est. Quòd si Catilina in vrbe ad hanc diem remansisset: quãquam, quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri, atque obstiti, tamen, vt leuissimè dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos vmquam. dum ille in vrbe hostis fuisset, tantis periculis rempub. tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus. Quamquam hæc omnia, Quirites, ita sunt à me administrata, vt deorum immortalium nutu, atque consilio & gesta, & prouisa esse videantur. idque cùm coniectura consequi possumus, quòd vix videtur humanis consiliis tantam molẽ rerum gubernatio cõsequi potuisse: tum verò ita præsentes his temporibus opẽ, & auxilium nobis tulerunt, vt eos pæne oculis videre possemus. Nam, vt illa omittam, visas [a] nocturno tempore ab occidente faceis, ardo rémque cæli, fulminum [b] iactus, vt terræ motus, ceteráque quæ [c] tam multa, nobis consulibus, facta sunt, vt hæc, quæ nunc fiunt, cane re dii immortales viderentur: hoc certè, Quirites, quod sum dicturus, neque prætermittendum, neque relinquendum est. Nã profectò memoria tenetis, Cotta, & Torquato Coss. complureis in Capitolio turreis de cælo esse percussas. cùm & simulachra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta. tactus est etiam ille, qui hanc vrbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio paruum, atque [d] lactantem, vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Quo quidem tempore, cùm haruspices ex tota Etruria cõuenissent, cædeis, atque incendia, & legum interitum, & bellum ciuile, ac domesticum, & totius vrbis, atque imperii occasum appropinquare dixerunt, nisi [e] dij immortales omni ratione placati, suo numine propè fata ipsa flexissent. Itaque illorum retponsis tũc & ludi decem per dies facti sunt, neque res vlla, quæ ad [f] placandum deos pertineret, prætermissa est: iidémque iusserunt, simulachrum [g] Iouis facere maius, & in excelso collocare, & cõtrà atq. antè fuerat, ad orientem conuerte te: ac se sperare dixerũt, si illud signum, quod videtis, solis [h] ortum, & forum, curiámq. cõspiceret, fore, vt ea consilia, quæ clàm essent inita contra salutem vrbis, atq. imperij, illustrarentur, vt à S. P. Q. R. perspici possent. Atq. [i] illud ita collocandum consules [k] illi statuerunt: sed tanta fuit operis tarditas, vt neq. à superioribus consulibus, neq. à nobis ante hodiernum diem collocaretur. Hic quis potest esse, Quirites, tam auersus à vero, tam [l] præceps, tam mente captus, qui neget, hæc omnia, quæ videmus, præcipuéque hanc vrbem, deorum immortalium nutu, atque potestate administrari? Etenim cùm esset ita respõsum. cædeis [m], incẽdia, interitúmq. reip. comparari, & ea à perditis ciuibus, quæ tum propter magnitudinem scelerum nõnullis incredibilia videbantur: ea non modò cogitata à nefariis ciuibus, verùm etiam suscepta esse sensistis. Illud verò nonne ita præsens est, vt nutu Iouis optimi maximi factum esse videatur, vt, cùm hodierno [n] die manè per forum meo iussu & coniurati, & eorũ indices in ædẽ Concordię ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur? quo collocato, atq. ad vos, senatúmque conuerso, omnia & senatus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata, & patefacta vidistis. Quo etiam maiore sunt isti odio, supplicioq. digni, qui non solùm vestris domiciliis, atque [o] tectis, sed etiam deorum templis, atq. delubris sunt funestos, ac nefarios igneis inferre conati: quibus ego si me restitisse dicã, nimium mihi sumam, & non sim ferendus. Ille P., ille Iupiter restitit: ille Capitolium, ille hæc templa, ille [q] hanc vrbem, ille vos omneis saluos esse voluit, diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemq. suscepi, atque ad hæc tanta indicia peruẽni. Iam

a Supplicationes togatis non decretæ ante Ciceronem. Idem Orat. 4.*
b Ex L. Cottæ sententia. Philippic. 2.*
c L. si cum ceteris supplicationibus cõf. & ita v. c.
d vox *Quirites*, abest a v. c. e abest copulatio & a v. c. e v. c. quo minus Glauciã,
g q. v. c. conscleratissimi
P. B.
h v. c. omneis spes, opẽque depuli.
i stoliditatẽ
k v. c. timendus vnus ex his omn. & ita L.
ll. Iã ad certas res conf. & ita v. c.
m v. c. mandarat,
n al. (dicam quod sentio, Quirites)
o Saturnalia (quem oppriment dictum poeta appellat, quòd tum ciuitas vino dedita) coniurati delegerant ad faciẽdam cædem*
p L. exitii, ac fati diẽ reip.
q lib. vulg. tantam rẽp. cõiurationem
P. CXV.
a De prodigiis Consule Ciceronẽ. vide Iulii Obsequentem, Dionem*
b L. vt fulminum iactus, vt omittam cetera, quæ tam m.
c al. quæ ita multa.
d L. atque lactentem,
e Deorum pla candorum superstitiosa & anilis ratio.*
f q. v. c. ad placandos d.
g Versus Ciceronianos ea de re vide.*
h Cõtrarium (sed tamen perfidum) responsum Aruspicum fuit cùm Horatii Coclitis statua Romæ in comitio posita de cœlo tacta esset, statuã enim iusserãt in inferiorem locum transferriquẽ solo numquam illustrarei* i q. libri vet. Atque illud signum ita col.
k al. lib. vet. consules illi locauerunt: sedt. & ita L.
l L. tam præceps furoreã m al. cædem, incendia, interitúmque reip. comparari, & ea per ciueis: quæ tam propr.
n Erratigitur Dio qui idcõ tigisse ait cũ Cicero concionem haberet.*
o q. v. c. tectisque sed
p v. c. Ille Iupiter & ita L.
q q. v. c. ille cunctam vrbem

verò illa Allobrogum sollicitatio [a], sic à Lentulo, ceteríſque domeſticis hoſtibus tantares tam dementer credita & ignotis, & barbaris, commiſſæque litteræ numquam eſſent profectò, niſi à diis immortalibus huic tantæ audaciæ conſilium eſſet ereptum. Quid verò? vt homines Galli ex ciuitate malè pacata, quæ gens vna reſtat, quæ populo R. bellum facere & poſſe, & non nolle videatur, ſpem imperii, & rerum ampliſſimarum vltrò ſibi à patriciis hominibus oblatam negligerent, veſtrámque ſalutem ſuis opibus anteponerent. id [b] nónne diuinitus factum eſſe putatis? præſertim qui nos non pugnando, ſed tacendo ſuperare potuerunt? ¶ Quamobrem [c], Quirites, quoniam ad omnia [d] puluinaria [e] ſupplicatio [f] decreta eſt, celebratote illos dies cũ coniugibus, ac liberis veſtris. Nam multi ſæpe honores diis immortalibus iuſti habiti ſũt, ac debiti, ſed profectò iuſtiores numquam. Erepti [g] enim ex crudeliſſimo, ac miſerrimo interitu, & erepti ſine cæde, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione, togati, me vno togato duce, & imperatore, viciſtis. Etenim recordamini, Quirites, omneis ciuileis diſſenſiones, neque ſolùm eas, quas audiſtis, ſed & has, quas [h] voſmetipſi meminiſtis, & vidiſtis: L. Sylla [i] P. Sulpicium oppreſſit [k], ex vrbe [l] eiecit C. Marium, cuſtodem huius [m] vrbis: multóſque forteis viros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cn. Octauius, cos. armis ex vrbe collegã [n] ſuum expulit. omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium ſanguine redundauit. Superauit poſtea Cinna cum Mario. tum verò, clariſſimis viris interfectis, lumina ciuitatis exſtincta ſunt. Vltus eſt huius victoriæ crudelitatem poſtea Sylla. ne [o] dici quidem opus eſt, quanta deminutione ciuium [p], & quanta calamitate reip. Diſſenſit M. Lepidus à clariſſimo, & fortiſſimo viro Q. Catulo. attulit non tam ipſius interitus reip. luctum, quàm ceterorum. Atque [r] illæ diſſenſiones erant huiuſmodi, Quirites, quæ non ad delendam, ſed ad commutandam remp. pertinerent. non illi nullam eſſe remp. ſed in ea, quæ eſſet, ſe eſſe principes: neque hanc vrbem conflagrare, ſed ſe in hac vrbe florere voluerunt. Atque illæ tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium reip. quæſiuit, eiuſmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, ſed [t] internecione ciuium diiudicatę ſint. In hoc autem vno poſt hominum memoriam maximo, crudeliſſimóque bello, quale bellum nulla vmquam barbaria [u] cum ſua gente geſſit: quo in bello lex hæc fuit à Lentulo, Catilina, Caſſio, Cethego, conſtituta, vt omnes, qui ſalua vrbe ſalui eſſe poſſent, in hoſtiũ numero ducerentur: ita me geſſi, Quirites, vt omnes [u] ſalui conſeruare mihi; & cùm hoſtes veſtri tantum ciuium ſuperfuturum putaſſent, quantum infinitæ cædi reſtitiſſet: tantũ autẽ vrbis, quantũ flãma obire non potuiſſet: & vrbem, & [a] ciueis integros, incolumeíſq. ſeruaui. Quibus pro tãtis reb. Quirites, nullũ ego à vobis præmium virtutis, nullũ inſigne honoris, nullũ monumẽtũ laudis poſtulo, præterquàm huius diei memoriã ſępiternam. In animis ego veſtris omneis triũphos meos, omnia ornamẽta honoris, monumenta gloriæ, laudis inſignia, cõdi, & collocari volo. nihil me mutũ poteſt delectare, nihil tacitum, nihil denique huiuſmodi, quod etiam minùs digni aſſequi poſſint. Memoria veſtra, Quirites, noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, litterarum monumentis inueteraſcent, & corroborabuntur: eandémque diem intelligo, quam ſpero æternam fore, & ad ſalutem vrbis, & ad memoriam conſulatus mei, propagatam: vnóque tempore in hac rep. duos ciueis exſtitiſſe, quorum alter fineis veſtri imperij, non terræ, ſed cæli regionibus termi naret: alter eiuſdem imperij domicilium, ſedémq. ſeruaret. Sed quoniam earum rerum, quas ego geſſi, non [b] eſt eadem fortuna, atque conditio, quę illorum, qui externa bella geſſerunt: quòd [c] mihi viuendum ſit cum illis, quos vici, ac ſubegi: iſti hoſteis aut interfectos, aut oppreſſos reliquerunt: veſtrum eſt, Quirites, ſi ceteris rect. [d] ſua facta proſunt, mihi mea nequando obſint, prouidere mentes enim hominum audaciſſimorum ſcelera tæ, ac nefariæ ne vobis nocere poſſent, ego prouidi: ne mihi noceant, veſtrum eſt prouidere. quamquam, Quirites, mihi quidem ipſi nihil iam ab iſtis noceri poteſt. magnum enim eſt in vobis præſidium, quod mihi in perpetuum comparatum eſt: magna in rep. dignitas, quæ me ſemper tacita defendet: magna vis eſt conſcientiæ, quam qui negligent, cum me violare volent, ſe ipſi indicabunt. Eſt etiam in nobis is animus, Quirites, vt non modò nullius audaciæ cedamus, ſed etiam omneis improbos vltrò ſemper laceſſamus. Quòd ſi omnes impetus domeſticorum hoſtium depulſi à vobis, ſe in me vnum conuerterint: vobis eric [e] prouidendum, Quirites, qua conditione poſthac eos eſſe velitis, qui ſe pro ſalute veſtra obtulerint inuidiæ, periculíſq. omnibus. Mihi quidem ipſi quid eſt, quod iam ad vitæ fructum poſſit [f] acquiri præſertim cùm neque in honore veſtro, neque in gloria virtutis, quidquam videam altius, quò quidem mihi libeat adſcendere? Illud perficiam profectò, Quirites, vt ea, quæ geſſi in conſulatu, priuatus tuear, atque ornem: vt, ſi qua eſt inuidia in conſeruanda rep. ſuſcepta, lædat inuidos, mihi valeat ad gloriam. denique ita me in rep. tractabo, vt meminerim ſemper quæ geſſerim, curémq. vt ea, virtute, non caſu, geſta eſſe videantur. Vos, Quirites, quoniam iam nox eſt, veneramini illum ſouem [g], cuſtodem huius vrbis, ac veſtrum, atque *in veſtra tecta diſcedite*: & ea, quãquam iam periculum eſt depulſum, tamen æque, ac priori nocte feciſtis, cuſtodiis, vigiliſque defendite. id ne vobis diutius faciendum ſit, atque vt in perpetua pace eſſe poſſitis, prouidebo.

a L. Sollicitatio ab Lentulo, &c.

b L. id nõ diuinitus

C PERORATIO.

d ad õnia puluinaria ſupplicatio. id eſt omnibus diis ſupplicatio fiebat. Ibant per vrbẽ coronati pueri, matronæ, virgines, nõnunquam etiam laurea tenentes, canebantq. hymnos compoſitos in laudẽ deorum.*

e Puluinaria lecti qui ſternebantur in templis cùm conuiuiũ apponebatur. quod ſacrificii genus, dapem, lectiſternium, & epulũ. vnde epulones, vocabantur.*

f Supplicationes decernebantur, vel ad auertendũ aliquod malum, quod aut impederet vel immineret. ob rem benè ac feliciter geſtam. *

g *q.v.c.* Erepti enim eſtis ex crud.

h *q.v.c.* quas ipſimet mem i vide lib. 27 Epit. Liuii. Flor. 21. Appianum 1. ciu. Plut. Sylla & Mario.*

k L. oppreſſit C. Marium, cuſtodem huius vrbis, multóſque, &c.

l *q.v.c.* eiecit ex vrbe C. M.

m aduerſus Cimbros. vid. Liuii Epit. 68 n Cinnam.*

o *fort.* ne dici quidem poteſt, quanta

p 0000 aut plius ciuium Flor.

q Cùm impedire voluit, ne Sylla in cãpo Martio ſepeliretur (qui honos regib* tantùm ante Syllam tributus fuerat) & acta illius reſcindere conaretur. Liu. 90. Appianu. 1. ciuil. Plut. Pompeio.*

r *v.c.* atque illæ tamen omnes diſſenſiones, eran;

s eiuſmodi, Q. barbaries

f *al.* ſed interitione ciuium diiudic.

t *al.*

u *fort.* vt omnes conſeruar.

aq. *v.c.* & ciueis & omneis integr.

P.C. XVII.

b *v.c.* non eadem eſt fort.

c *q.v.c.* quod mihi cùm his viuendũ eſt, q.

d *v.c.* ſua recte facta

e *al.* erit vidẽdum.

f L. poſſit acquiri, cùm præſertim ne que in h.

P. S.

g Stateram, cuius templũ in clino Capitolino,*

IN L. CATILINAM QVARTA, HABITA IN SENATV.

ORATIO VICESIMA SECVNDA.

Synopsis.

Quæstio, *Vtrum Syllani, an Vrbis Cæsaris sententia de coniuratorum supplicio sequenda?* Habita *in senatu, nonis Decembr.* Euentus, *Catonis sententia, supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario sumptum in carcere.*

a EXORDIVM. D. CXVIII.

IDEO[a], P.C. inme omniũ vestrũm ora, atque oculos esse conuersos, video, vos non solùm de vestro, ac reip. verùm etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore, vestra erga me voluntas: sed eam, per deos immortaleis, quæso, [b] deponite, atque obliti salutis meæ de vobis, ac de liberis vestris cogitate. Mihi quidem si hæc conditio consulatus data est, vt omneis acerbitates, omneis dolores, cruciatúsque perferrem: feram non solum fortiter, sed[c] etiam libenter, dummodo meis laboribus, vobis, populóque Ro. dignitas, salúsque pariatur. Ego sum ille cõsul, P.C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur: non campus, consularibus auspiciis consecratus: non curia, summum auxilium omniũ gentium: non domus, commune[d] perfugiũ: [e] non lectus, ad quietem datus: non denique hæc sedes honoris, sellaf curulis: vnquã vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore, in vestro timore, sanaui. Nunc, si hunc exitum consulatus mei dii immortales esse voluerunt, vt vos, P.C. populúmque Ro. ex[g] cæde miserrima, [h] flamma totam Italiam ex bello, & vastitate eriperem: quæcumque mihi vni proponetur fortuna, subeatur. Etenim, si P. Lentulus suum nomen, inductus[i] à vatibus, fatale ad perniciem reip. fore putauit: cur ego non læter meum consulatum ad salutem reip. prò fatalẽ exstitisse? Quare, P.C. consulite vobis, prospicite patriæ, conseruate vos, coniuges, liberos, fortunásque vestras: populi R. nomen, salutémque defendite: mihi parcere, ac de me cogitare desinite. Nam primùm debeo sperare, omneis[k] deos, qui huic vrbi præsidẽt, pro eo mihi, ac mereor, relaturos gratiam esse, deinde, si quid obtigerit, æquo animo, paratóq. moriar. *neque enim turpis*[m] *mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti.* Nec tamẽ ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi, atque amantissimi præsentis mærore non mouear, horũmque omnium lachrymis, à quibus me circumsessum videtis. neque meam mentem non domum sæpe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia, & paruulus filius, quem[a] mihi videtur amplecti reip. tanquã obsidem consulatus mei: neque ille, qui exspectans huius exitum diei, adstat in conspectu meo gener. moueor his rebus omnibus, sed in eam partẽ, vt salui sint vobiscum[b] omnes, etiam si vis aliqua me oppresserit, potiùs, quàm[c] & illi, & nos vnà cùm rep pereamus. Quare, P.C. incumbite ad reip. salutem: circumspicite omneis procellas, quæ impendent, nisi prouidetis. non Ti. Gracchus, qui iterum tribunus plebis fieri voluit: nõ C. Gracchus, qui agrarios concitare conatus est: non L. Saturninus, qui[d] C. Memmium occidit, in discrimen aliquod, atque in vestræ seueritatis iudicium adducitur: sed tenentur ii, qui ad vrbis incẽdium, ad vestrũm omnium cædem, ad Catilinam accipiendum, Romæ restiterunt. tenentur litteræ, signa, manus, denique vniuscuiusque confessio: sollicitantur Allobroges: seruitia excitantur: Catilina arcessitur: id est initum consilium, vt, interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem reip.[e] nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicauistis[f]: primùm, quòd mihi gratias egistis singularibus verbis: & mea virtute, atque diligentia, perditorum hominum patefactam esse[g] coniurationem decreuistis: deinde quòd P. Lentulũm, vt se abdicaret prætura, coegistis: tum quòd eum, & [h] cæteros, de quibus iudicauistis, in custodiam dandos censuistis: maximéque quòd meo nomine supplicationem decreuistis: quæ[i] honos togatæ habitus ante me est nemini. Postremò[k] quòd hesterno die præmia legatis Allobrogum, Titóque Vulturcio dedistis amplissima, quæ sunt omnia eiusmodi, vt ii, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine vlla dubitatione à vobis damnati esse videantur. ¶ Sed[l] ego instituí referre ad vos, P.C. tanquam integrum, & de facto, quid iudicetis: & de pœna, quid censeatis. illa prædicam, quæ sunt consulis. Ego magnum in rep. versari furorem, & noua quædam misceri, & concitari mala iampridem videbam: sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem à ciuibus, numquam putaui. Nunc quidquid est, quocumque vestræ mentes inclinant, atque sententiæ, statuendum vo-

b *verbũ*, quæso, *abest à q. v.c.*

c *v.c.* verùm etiam libenter, *& ita L.*

d *al.* commune omnium hominũ perfugium.

e Domus cuique sua tutissimũ perfugium.

f *al.* id est sella curulis.

g L. ex cæde miserrima.

h *v.c.* flamma.

i Ex libris Sibyllinis, Cornel. Lentulus, regnũ sibi pollicebatur, quod Romæ Regnum, tribus P. R. Cornelijs portendi dicerent, Syllã atque Cinnã se tertiũ esse existimabat: vt hîc & infrà post. Sallustius Catil. Plutarchus, Appianus.

k *al.* deos omneis.

l L. mihi pro eo, ac mereor gratiam esse relaturos: deinde, si q. *m al.* gratis. & ita Quintil.

a *lib. vulg.* quæ mihi videtur amplecti reip.

b *lib. vet.* nobiscum

c *v.c.* quàm & illi, & nos vnà reip. peste pereamus *& ita L.*

d *al.* qui C. Mummium *al.* qui C. Nũmium L. qui C. Memmiũ vnumoccidit

e L. populi R. nomen.

f L. iudicastis *& ita v.c.*

g *v.c.* coniurationem esse d.

h *v.c.* cæteróque, de quibus iudicastis,

i Idem oratione 3. suprà.

k *al.* Postremò hesterno die

PROPOSITIO.*

bis ante noctem, est. Quantum facinus adnos delatum sit, videtis. huic si paucos putatis affineis esse, vehementer erratis. Latiùs opinione disseminatum est hoc malum: manauit non solùm per Italiam, verùm etiam transcendit Alpeis. & obscurè serpens, multas iam prouincias occupauit. id opprimi sustentando, ac prolatando nullo pacto potest, quacumq; ratione placet, celeriter vobis vindicandum est. ¶ Video[a] *duas* adhuc *esse sententias*: vnam D. *Silani*[b], qui censet, eos, qui hæc delere conati sunt, morte esse multados: alteram *C. Cæsaris*, qui mortis pœnam remouet, ceterorum suppliciorum omneis acerbitates amplectitur. Vterque & pro sua dignitate, & pro rerum magnitudine in summa seueritate versatur. Alter eos, qui nos omneis, qui populum Romanum, vita priuare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romanomen exstinguere, punctum temporis frui vita, & hoc communi spiritu, non putat oportere: atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos ciueis in hac rep esse vsurpatum recordatur. Alter intelligit, *mortem à diis immortalibus non esse supplicij causa constitutam: sed aut necessitatem naturæ, aut laborum, ac miseriarum quietem esse.* Itaque eam sapientes numquam inuiti, fortes etiam[d] sæpe libenter oppetiuerunt. vincula verò, & ea sempiterna, certè ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt. Itaque municipiis[e] dispertiri iubet. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare. decernatur tamen, si placet. Ego enim suscipiam, &, vt spero, reperiam, qui[f] id, quod salutis omnium causa statueritis, non putet esse suæ dignitatis recusare. Adiungit grauem pœnam municipibus[g]: si quis eorum vincula ruperit: horribileis custodias circundat, &[h] digna scelere hominum perditorum sancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per senatum aut per populum leuare possit. eripit etiam *spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet* bona præterea publicari iubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus: quam si eripuisset, multas vno dolore, animi, aci corporis, & omneis scelerum pœnas ademisset. Itaque vt aliqua in vita formido improbis esset posita, *apud inferos*[k] *eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt*: quòd videlicet intelligebant, his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam. Nunc, P. C. ego mea video quid interesse si eritis securi sententiam C. Cæsaris: quoniam hanc is in repub. viam, quæ popularis habetur secutus est, fortasse minùs erût, hoc[l] monitore, & auctore huiusce sententiæ mihi populares impetus pertimescendi. sin[m] illam alteram secuti eritis, nescio, an amplius mihi negotij contrahatur: sed tamen meorum perículorum rationes vtilitas reipub. vendicat[n]. Habemus enim à Ca. Cæsare, sicut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam, tanquam obsidem perpetuæ in rempub. voluntatis. intellectum est, quid interfit, inter leuitatem[o] concionatorum, & animum verè popularem, saluti populi consulentem. Video de istis, qui se populares esse haberi volunt, abesse non neminem, ne de capite videlicet ciuiũ Rom. sententiam ferat. is & nudiustertius in custodiam ciueis R. [Cethegum[a], & Lentulũ] dedit, & supplicationem mihi decreuit, & indices hesterno die maximis præmiis affecit. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quæsitori gratulationem, indici præmium decreuit[b], quid de tota re, & causa iudicarit. At verò C. Cæsar intelligit, legem[c] Sempronium esse de ciuibus Rom. constitutam. qui autem reip. sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse: deniq. ipsum latorem legis[d] Sempronię, iussu[e] populi pœnas reip. dependisse. idem[f] etiam ipsum largitorem[g] Lentulum, & prodigum, non putat, cum de pernicie reip. & exitio huius vrbis tã acerbè, támque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus, atque lenissimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisq. mandare, & sancit in posterum, ne quis huius supplicio leuando se iactare, & in perniciem reip. posthac popularis esse possit. adiungit etiam publicationem bonorum, vt omneis animi cruciatus, & corporis, etiam egestas, ac mendicitas consequatur. Quamobrem siue hoc statueritis: decreritis mihi comitem ad concionem, populo[h] R. carum, atque iucundum siue illam Silani sententiam sequi malueritis. facilè me atque vos à crudelitatis vituperatione defendetis: atq. obtinebo. eam multo[k] leuiorem fuisse. Quãquam, P. C. quæ potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salua rep. vobiscum perfrui liceat, vt ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moueor, (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate: & misericordia. Videor enim mihi hanc vrbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subito vno incendio concidentem: certo animo sepultam[m] patriam, miseros, atque insepultos aceruos ciuium: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis. Cùm verò mihi proposui regnantem[n] Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus est, purpuratum esse hunc Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum familiãs, tum fugam virginum, atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco: &, quia mihi vehementer hæc videntur misera, atque miseranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me ieiuerim, vehementèmque præbeo[o]. Etenim quæro, si quis paterfamiliãs, liberis suis à seruo interfectis, vxore occisa, incensa domo, supplicium[p] de seruo quàm ¶ acerbissimum sumserit: vtrùm is clemens, ac misericors: an inhumanissimus & crudelissimus esse videatur? mihi verò importunus, ac ferreus, qui[r] non dolorem suum, & cruciatum dolore nocentis, & cruciatu lenierit. Sic nos in his hominib. qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt: qui singulas vniuscuiusque nostrum domos, & hoc vniuersum reipub. domicilium delere conati sunt: qui id egerunt, vt gentem Allobrogũ in vestigiis huius vrbis, in cinere desflagrati imperij collocarent: si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur: sin remissio res esse voluerimus summę nobis crudelitatis in patrię, ciuiúmque pernicie fama subeunda est.

P. R. APARTITIO sententiarũ*

b Cõsulis designati. Qui autem designatus prior re loco consul, is priore loco in sententia rogabatur

c Locus communis de morte.*

d *sæpe etiam*

e *q.v.c.* municipibus disp. *al. v.c.* Itaque municipiis dilp. *vt hic.* f *vnus v.c.* quomodo id, quod

g *q.v.c.* municipiis.

h L. & dignas scelere homi num perditorum sancit, nequis.

i *q.v.c.* atque corp.

P. CXX.

k Inferorum pœnæ, quas Cicero videtur non admittere, hîc & pro Cluentio Tuscula. 1. adde Horat. 1 Odar. 4. Platonem Phedone & 1. de Repub. Homerum.*

l *al.* hoc auctore & cognitore.*

m L. sin illam alteram: nescio &c.

n L. vincat H.

o *al.* lenitate*

a incluſa desunt quibusdam.*

b *v.c.* decreuit.

c legem Sempronia minte ligit latam à C. Graccho ne iniussu populi quisquam ciuis Romanus mortem subiret. Verùm hãc legem nihil pertinere ad coniuratos demonstrat Cicero, cum coniurationis ciuium amisserint, & hostes à senatu iudicati sint.*

d *v.c.* Sempronię legis, e forte iniussu. nam ita historiæ veritas demonstrat satis, & ipsa Ciceronis argumentatio docuit.

f L. idem ipsum Lentulũ largitorem, & prodigum, non p. *al.* idem ipsum largitorem, & prodigum Lentulum, non p. g largitionis hoc vitiumnomine quoque Sallustius in eodem Lentulo*

h *v.c.* carum, populo R. atque iuc. siue *v.c.* siue Silani sententiam.

k L. multo leniore fuisse. *al.* subito vno inc.

m *v.c.* sepultam in patria miseros, & insepultos dixit. *vide pro* n *v.c.* præbeo.

o P. supplicij de seruo non quàm acerbissimum sumserit. *al.* nõ quàm acerbissimum & ita apud Lactantium legitur. *vide tra* 17.*

r L. *v.c.* qui non dolore, ac cruciatu, sed dolorem, cruciatúmq; lenierit.

est. nisi verò cuipiam L. Cæsar, vir fortissimus, & amantissimus reipu. crudelior nudiustertius est[a] visus, cùm sororis suæ, fœminæ lectissimæ[b], virum præsentem, & audientem, vita priuandum esse dixit, cùm auum iussu cos. interfectum, filiúmque eius impuberem, legatum à patre missum, in carcere necandum [c]esse dixit. Quorum, quod [d]simile fuit factum? quod initum delendæ reipub. consilium? largitionis voluntas tum in rep. versata est, & partium quædam contentio. Atque illo tempore huius auus Lentuli, clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus & [f]graue tum vulnus accepit, nequid de [g]summa dignitate reip. minueretur. hic ad euertenda fundamenta reip. Gallos arcessiuit,[h] seruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego, ceteros ciueis interficieados Gabinio, vrbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam, diripiendámque Catilinæ. Vereamini censeo, ne in hoc scelere tam immani, ack nefario, nimis aliquid seuerè statuisse videamini, cùm multo magis sit verendum, ne remissione pœnæ crudeles magis in patriam, quàm ne seueritate animaduersionis nimis vehementes in acerbissimos hosteis fuisse[l] videamini. Sed quæ exaudio, P.C. dissimulare non possum, iactantur enim voces, quæ perueniunt ad aureis meas, eorum qui veteri videntur, vt habeam satis præsidij ad ea, quæ vos statueritis hodierno die, transigenda. Omnia prouisa, [m]parata, & constituta sunt, P. C. cùm mea summa cura, atque diligentia, tum multo etiam maiore populi R. ad summum imperium retinendum, & ad communeis fortunas conseruandas voluntate: omnes adsunt omnium ordinum homines, omnium denique ætatum: plenum[n] est forum, pleni omnes aditus huius loci, ac templi. Causa enim est post vrbem cónditam hæc inuenta sola, in qua omnes sentirent[o] vnum, atque idem, præter eos, qui cùm sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potiùs, quàm soli perire voluerunt. Hosce ego homines excipio, & secerno libenter. neque enim in improborum ciuium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri verò, dij immortales, qua frequentia, quo studio qua virtute ad communem dignitatem[p], salutémque consentiunt? Quid ego hîc *equites*[q] R. commemorem? qui *vobis* ita summa[r] ordinis, consiliique concedunt, vt vobiscum de amore reip. certent: quos ex multorum anno rum dissensione ad huius ordinis societatem, concordiámque reuocatos, hodiernus[s] dies nobiscum, atque hæc causa coniungit: quam coniunctionem si in consulatu confirmatam meo, perpetuam in rep. tenuerimus: confirmo vobis, nullum posthac malum ciuile, ac domesticum ad vllam reip. partem esse venturum. Pari studio defendendæ reip. conuenisse video *tribunos ærarios*[t], fortissimos viros: *scribas*[u] item vniuersos: quos cum casu hic dies ad[x] ærarium frequenteis aduocasset, video ab exspectatione sortis ad communē salutem esse conuersos. Omnis *ingenuorum* adest *multitudo*, etiam tenuissimorum. Quis est enim, cui non hæc templa, adspectus vrbis, possessio libertatis, lux denique hæc ipsa, & hoc commune patriæ solum cùm[y] sit carum, tum verò dulce, atque iucundum? Operæ pretium est, P.C. *libertinorum hominum studia cognoscere*, qui [z]fortuna sua ciuitatis ius consecuti, hanc verè suam patriam esse iudicant: quam quidam hinc nati, & summo nati loco, non patriam suam, sed vrbem hostium esse iudicauerunt[b]. Sed quid ego huiusce ordinis homines commemorem, quos priuatæ fortunæ, quos communis resp. quos denique libertas ea, quæ dulcissima est, ad salutem patriæ defendēdam excitauit? Seruus est nemo, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis: qui non audaciam ciuium perditorum[c] perhorrescat: qui[d] non obstare cupiat: qui non tantum, quantum audet: & quantū potest, conferat ad[e] communem salutis voluntatem. Quare si quem vestrum fortè commouet hoc, quod auditum est, Ienonem[f] quendam Lentuli conuersare circū tabernas, pretio sperantem [g]sollicitari posse animos egentium, atque imperitorum: est id quidem cœptum, atque tentarum: sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditi, qui non ipsum illum sellæ, atque operis, & quæstus quotidiani locum: qui non cubile, ac lectulum suum: qui denique non cursum hunc otiosum vitæ suæ, saluum esse velint. Multo verò *maxima*[h] *pars eorum, qui in tabernis*[i] *sunt*: immo verò (id enim potiùs est dicendum) genus hoc vniuersum, amantissimum est otii. Etenim omne eorum instrumētum, omnis opera, ac quæstus, frequentia ciuium sustineturk, alitur otio: quorum si quæstus, occlusis tabernis, minui solet, quid tandem incensis futurum[l] est? Quæ cùm ita sint, P.C. vobis populi R. præsidia non desunt: vos ne populo R. deesse videamini prouidete. Habetis consulem ex plurimis periculis, & insidiis, atque ex media morte, non ad vitā suam, sed ad salutem vestram reseruatum: omnes ordines ad conseruandam remp. mēte, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt: obsessa facibus, & telis impiæ coniurationis, vobis supplex manustendit patria cōmunis: vobis se, vobis vitam omnium ciuium, vobis arcem, & Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum[m] ignem Vestę perpetuum, ac sempiternum, vobis omnia templa deorum, atque delubra, vobis muros, atque vrbis tecta commendat. Præterea de vestra vita, de coniugum vestrarum, ac liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris hodierno die vobis[n] iudicandum est. Habetis ducem, memorem vestri, oblītum sui: quæ non semper facultas datur: habetis omneis homines, vniuersum populū R. id quod in ciuili causa hodierno[o] die primùm videmus, vnū atq. idē sentientē. Cogitate, quātis laboribus fundatū imperiū, quanta virtute stabilitā libertatē, quanta deorum benignitate auctas, exaggeratāsq. fortunas vna nox pænè delerit. Id ne vmquā posthac homines confici, sed ne cogitari quidē possit, vobis hodierno die quidēdū est. Atq. hæc non vt vos: qui mihi studio pænè præcurritis, excitarē, locut[p] sum: sed vt mea vox, quæ debet esse in rep. princeps, officio functa consulari videretur. Nunc antè quàm ad sententiā redeo[p], de me pauca dicam. Ego, quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam esse iudico turpem, & infirmā, contemptam[q], & abiectam. Quòd si aliquan-

a L. visus est, cùm &c. & *i. v.c.*
b. *v.c.* eloctissimæ.
c L. necatum esse dixit.
d *f.* quodsimile factum?
e *v.c.* vir clarissimus.
f *v.c.* ille etiam graue
g L. de dignitate summæ reip.
h *al.* accessit. seruitia concitat, Catilinam euocat* i *al.* credo.* k *v.c.* nefando.
l *v.c.* fuisse videamur. sed ea, quæ ex.
m *f. v.c.* & prouisa & parata, & constit.
n L. plenum est forum, pleno theatro, cum forum, pleni omnes *al.* sentiunt
o *v.c.* salutē dignitatémq. conf.
p Omnium ordinum sententiis Catilinam damnari ait.*
q L. summam ordinis, cōsil. fL. hodiernus dies vobiscū atq.
r Tribuni ærarii militaris pecuniæ quæstores & custodes, vt pro C. Rabirio*
s Scribæ Romæ & in prouinciis curā tabularū publicarum & custodiam habebant & pecuniola magistratuum cōrum fidei cō mittebantur
t L. ad ærarium frequē tatem: video ab exsp.
y L. fit cùm carum *f.*
z L. qui sua virtute, ac fortuna huius ciuitatis ius consec. qui sua virtute fortunam ciuitatis cons.
b *fors.* iudicarunt.
c *v.c.* perdito, *ab ista v.c.*
d L. qui non hæc statare cupiat.
e L. ad communem salutem voluntatis. Q.
f Idem Sallustius, Appianus, Dio*.
g *al.* sperare
h Locus de opificibus ciuitatum.*
i Opifices intelligit qui quæstum vel ex operis vel mercatura faciunt in tabernis sedentes.*
k *v.c.* iusteatur.
l L. futurum fuit.
m L. ignem illum Vestæ sempiternum, vobis omnium deorum templa atq. &c. & ita *v.c.* *al.* nobis.
o L. & *v.c.* hodie primū videmur.
p *al.* redeam?
q *lib. vet.* non habent cōtēt

do alicuius furore, & scelere concitata manus ista plus valuerit, quàm vestra, ac reip. dignitas: me tamen meorum factorum, atque consiliorum numquam, P.C. pœnitebit. Etenim mors, quam illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata: vitæ tantam [a] laudem, quanta vos me vestris decretis honestatis, nemo est assecutus. Ceteris enim semper bene gestæ, mihi vni conseruatæ [b] reip. gratulationem decreuistis. Sit Scipio [c] clarus, ille, cuius consilio, atq. virtute Annibal [d] in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est: ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbeis huic imperio infestissimas, Karthaginem, Numantiámque [e] deleuit: habeatur vir [f] egregius, L. Paullus [g] ille, cuius currum rex potentissimus quondam, & nobilissimus, Perses honestauit sit [h] in æterna gloria Marius, qui bisi Italiam obsidione, & metu seruitutis liberauit: anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestæ, atque virtutes iisdem, quibus solis cursus, regionibus, ac terminis continentur. erit profectò inter horũ laudes aliquid loci nostræ gloriæ: nisi fortè maius est patefacere nobis prouincias, quò exire possimus, quàm curare, vt etiam illi, qui absunt, habeãt quò victores reuertantur. Quã quam [k] est in vno loco conditio melior externæ victoriæ, quàm domesticæ: quòd hosteis alienigenæ aut oppressi seruiunt, aut [l] recepti, beneficio se obligatos putant: qui autem ex numero ciuium dementia aliqua depravati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos, cùm à pernicie reip. reuocaris, neque vi coercere, neque beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis ciuib. æternum bellum susceptum esse video: quod ego vestro, bonorúmq. omnium auxilio, memoriáq. tantorum periculorum, quæ nõ modò in hoc populo, qui seruatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus, ac mentibus semper hærebit, à me, atque à meis facilè propulsari posse confido. Neque vlla profectò tanta vis reperietur, quæ coniunctionem vestram, equitúmq. Ro. & tantam conspiratione bonorum omnium perfringere, & labefactare possit. Quæ cùm ita sint, patres conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, ceteriſq. laudis insignibus, quæ sunt à me propter vrbis, vestræque salutis custodiam, repudiata, pro clientelis, hospitiisque prouincialibus, quæ tamen vrbanis opibus non minore labore tueor, quàm comparo: pro his igitur omnibus rebus [a], & pro meis in vos singularibus studiis, próque hac, quam conspicitis [b], ad conseruandam remp. diligentia, nihil aliud à vobis, nisi huius temporis, totiúsque mei consulatus memoriam postulo: quæ dum erit vestris [c] mentibus infixa fixissimo me muro sæptũ esse arbitrabor. Quòd si meam spem vis improborum fefellerit, atque [d] superauerit: commendo vobis paruum meum filium: qui profectò satiserit præsidii, non solùm ad salutẽ, verùm etiam ad dignitatem, si eius, qui hæc omnia suo solus periculo [e] conseruauerit, illum esse filium memineritis. ¶ Quapropter [f] de summa salute vestra, populique R. P. C. de vestris coniugibus, ac liberis: de fanis, ac templis, de totius vrbis tectis, ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiæ, déque vniuersa rep. decernite diligenter, vt instituistis, acfortiter. Habetis enim consulẽ, qui & parẽre vestris decretis non dubitet: & ea, quæ statueritis, quoad viuet, defendere, & per se ipsum præstare possit.

a q. v. c. laudẽ tantam,

b hoc sæpius inculcat Cicero*

c Africanus minor.*

d al. Hannibal

e Velleius 2.*

f v. c. viregregius, Paullus ille

g cuius vitã vide apud Plutarch.*

h q. v. e. sit æterna glor.

i Nam in Gallia Ambronas & Teutonas: in Italia Cimbros deiecit*

k v. c. Quam quam est v. no loco.

l q. lib. vulg. aut receptiin amicitiam

a q. v. c. rebus, pro m. b. v. c. perspicitis, & ital.

c q. v. c. in vestris mentibus fixa, tutissimo me d v. o. atque superarit:

q L. conseruarit, & ita. v. c.

¶ PERORATIO*

PRO L. MVRAENA.

ORATIO VICESIMA TERTIA.

Synopsis.

Quæstio, *An Murana ambitum commiserit*. Accusatores *Ser. Sulpitius. M. Porcius, Cato & Cn. Postumius*: Reus, *L. Murana*. Patroni Murænæ, *Cicero. Q. Hortensius. M. Crassus*. Euentus, *Murana periculo accusationis liberatus*. Acta *anno vrbis 690*.

P. CXXIIII. a EXORDIVM* b v. c. L. Murena, c Mos Romæ, sequentis anni Consules à Consule renunciari. adde 10. Epist. fam. 32. & 7. fam. 20.* d al. Vt mihi fides magistratuique meo. al. mihi fidei magistratuique meo.*

QVAE [a] precatus sum à diis immortalibus, iudices, more institutóq. maiorũ, illo die, quo auspicatò, comitiis cẽturiatis, L [b] Murænam cõsulem renũtiaui [c]: *Vtd ea res mihi, magistratuique meo populo plebique Romanæ, bene atque feliciter eueniret*: éadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis consulãtum vnà cum salute obtinendum, & vt vestræ mentes atq. sententiæ cum populi R. voluntate [e], suffragiisq. consentiant. eáque res vobis, populóque R. pacem, tranquillitatem otium, concordiámque afferat. Quòd si illa solemnis comitiorum precatio consulatibus auspiciis cõsecrata, tantam habet in se vim, & religionem quantam reip. dignitas postulat: idem ego sum precatus *vt [f] ii quoque hominibus, quibus hic consulatus, me rogante datus est, ea res fausta, feliciter, prosperéque eueniret*. Quæ cùm ita sint, iudices, & cùm omnis deorum immortalium potestas, aut translata [g] sit ad vos, aut certè communicata vobiscum: idem consul eum vestræ fidei commendat, qui anteà diis immortalibus commendauit: vt eiusdem hominis

e al. voluntatibus*

f L. vtris quoque hominibus.

g al. translata*

nis voce & declaratus consul & defensus, beneficium populi Rom. cum vestra, atque omnium ciuium salute tueatur. Et, quoniam in hoc officio studium meæ defensionis, ab accusatoribus, atque etiam ipsa susceptio causæ reprehensa est: antequàm pro L.[a] Muræna dicere instituo, pro me ipso pauca dicam: non [b] quò mihi potior, hoc quidem in tempore, sit officij mei, quàm huiusce salutis defensio: sed vt, meo facto vobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama: fortunísque omnibus, inimicorum impetus propulsare possim. Et primùm M. Catoni, viro tam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato, me & consulem, & legis ambitus latorem, & tam seuerè gesto consulatu, causam L. Murænæ attingere. cuius reprehensio me vehementer mouet, non solùm vt vobis, iudices, quibus maximè debeo, verùm etiam vt ipsi Catoni, grauissimo, atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem, M. Cato, est æquius consulem defendi, quàm à consule? Quis mihi in rep. potest, aut debet esse coniunctior, quàm is, cui resp. à [c] me vnà traditur sustinenda, magnis meis laboribus, & periis sustentata? Quòd si in iis rebus repetendis, quæ [d] mancipii sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu [e] obligauit: profectò etiam rectius in iudicio consulis designati, is, potissimùm consul, qui consulem declarauit auctor beneficij populi R. defensórque periculi esse debebit. Ac, si, vt nonnullis in ciuitatibus fieri soler, patronus huic causæ publicè constitueretur: is potissimè honore affecto defensor daretur, qui eodem honore præditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quàm facultatis. Quod si è sportu soluentibus, ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur præcipere [f] summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum, & locorũ quod [h] natura affert, vt eis faueamus, qui eádem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur: quo tandem me animo esse oportet, propè iam ex magna iactatione *terremk videntem*, in hunc, cui video maximas reip. tempestates esse subeundas? Quare *si est boni consulis, non solùm videre, quid agatur, verùm etiam prouidere*[l] *quid futurum sit*: ostendam alio loco, quantum salutis communis interfit, duos [m] consules in repub. Kalendis Ianuar. esse. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas, quàm resp. consulem ad communem salutem defendendam vocare. Nam quòd lege[n] de ambitu tuli, certè ita tuli, vt eam, quam mihimetipsi iampridem tulerim de ciuium periculis defendendis, non [o] abrogarem. Etenim si largitionem factam esse confiterer, idque rectè factum esse defenderem: facerem improbè, etiam si alius legem tulisset. cùm verò nihil commissum contra legem esse defendam, quid est, quod meam defensionem latio legis impediat? Negat esse eiusdem [p] seueritatis, Catilinam, exitiũ reip. intra mœnia molientem, verbis, & pæuè imperio vrbe expulisse: & nunc pro L. Muræna dicere. Ego autem has parteis lenitatis, & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam verò grauitatis, seueritatísque

a v. c. L. Muræna

b L. non quod mihi potior. P. E.

c L. à me vno trad.

d L. quæ mancipi sunt

e Nexus est omnis quæ per æs & libram geruntur. Varro 6. de lingua.

f Similitudo.

g al. prædicere summo st.

h L. quod natura fert, vt libb. vulg. quo tandem animo me esse op.

k id est finem consulatus. P. CXXV.

l al. prævidere.

m Silanum & Muræn.

n lex de ambitu à Cicerone lata id cõplectebatur, vt condemnatis decem annorum exsulis præter veteres pœnas irrogaretur. p al. non abrogarim. p L. eiusdem seueritatis Cato, Catil.

A personam non appetiui: sed ab rep. mihi impositam sustinui. sicut huius imperij dignitas in summo periculo ciuium postulabat. Quòd si tum, cùm resp. vim, & seueritatem desiderabat, vici naturam, & tam vehemens fui quàm cogebar, non quàm volebam: nunc, cùm omnes me causæ ad misericordiam, atq. ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturæ meæ, consuetudinique seruire? Ac de officio defensionis meæ, ac [a] de ratione accusationis tuæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendũ nobis erit. Sed me, iudices, non minùs hominis sapientissimi, atque ornatissimi, Ser. Sulpicij, conquestio, quàm Catonis accusatio commouebat: qui grauissimè & acerbissimè ferre [b] dixit, me familiaritatis, necessitudinisque oblitum, causam L. Muræ contra se defendere. Huic ego, iudices, satisfacere cupio, vósque adhibere arbitros. Nam *cùm graue est verè accusari in amicitia, tum, etiam si falsò accuseris, non est negligendum*. Ego, Serui Sulpici, me in petitione tua tibi omnia studia, atque officia pro nostra necessitudine & debuisse confiteor, & præstitisse arbitror. nihil tibi, consulatum petenti, à me defuit, quod esset aut ab amico, aut à gratioso, aut à consule postulandum. abiit [c] illud tempus: mutata ratio est: sic existimo, sic mihi persuadeo: me tibi contra honorem L. Muræ, quantum tu à me postulare ausus fis, tantum debuisse: contra salutem, nihil debere. Neque enim si tibi tum, cùm peteres consulatum, affui, idcirco nunc, cùm [d] Muræna ipsum petas, adiutor eodem pacto esse debeo. Atque hoc non modò non laudari, sed ne concedi quidem potest, vt amicis nostris accusantibus, non etiam alienissimos defendamus. Mihi autem cum Muræna, iudices, & vetus, & magna amicitia est, quæ in capitis dimicatione à Ser. Sulpicio non idcirco obruetur, quòd ab eodem in honoris contentione superata est. Quæ si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ, crudelitatísque famam inussisset, si hominis, & suis, & populi Romani ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiassem. Neque enim iam mihi licet, neque est integrum, vt meum laborem, hominum periculis subleuandis non impertiam. Nam cùm præmia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini labores, per quos ea ceperis, cùm adeptus sis, deponere, esset hominis & astuti, & ingrati. Quòd si licet desinere, si te auctore possum, si nulla inertiæ. [e] nulla superbiæ turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur: ego verò libenter desino. Sin autem fuga laboris, desidiam: repudiatio supplicum, superbiam amicorum neglectio, improbitatem coarguit: nimirum hæc causa est eiusmodi. quam [f] nec industrius, nec misericors, nec officiosus deserere possit. Atque huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio, Serui, facillimè ceperis. Nam si tibi necesse putas, etiam aduersariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere: si turpe existimas, te aduocato, illum ipsum, quem contrà [g] veneris, causa cadere: noli tam esse iniustus: vt cùm tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros riuulos etiam amicis putes clausos esse oportere. Etenim,

a L. & de ratione accus.

P. E.

b L. se seuere dixit.

c L. abiit tempus illud.

d L. cùm Muræna ipsum petis.

e al. inertiæ notã, nulla superbiæ turpitudo. P. CXXVI.

f libb. vulg. quã nec industrius quam nec misericors, &c.

g id est, quem in alia causa oppugnaueris: atqui ita loquitur in pro Q. Roscio Verrina 2. & Philip. 2. &

si me tua familiaritas ab hac causa remouisset, &, si hoc idem Q. Hortensio, M. Crassò, clarissimis viris, si item ceteris, à quibus intelligo, tuam gratiam magni æstimari, accidisset: in ea ciuitate consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini vmquam infimo[a] maiores nostri patronum deesse voluerunt. Ego verò, iudices, ipse me existimarem nefarium, si amico: crudelem, si misero: superbum, si consuli defuissem. Quare quod dandum est amicitiæ, largè dabitur à me, vt tecum agam, Serui, non secus, ac[b] si meus esses frater, qui mihi est carissimus: isto in loco, quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, vt meminerim me contra amici studium pro amici periculo dicere. ¶ Intelligo[c], iudices, treis totius accusationis parteis fuisse, & earum vnam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. ¶ Atque harum trium partium prima[d] illa, quæ grauissima esse debebat, ita fuit infirma, & leuis, vt illos lex magis quædam accusatoria, quàm vera maledicendi facultas de vita L. Murænæ dicere aliquid coegerit. *Obiecta* est enim *Asia*: quæ ab hoc non ad voluptatem, & luxuriam expetita est, sed in militari labore peragrata. qui si adolescens patre suo imperatore non meruisset: aut hostem, aut patris imperium timuisse, aut à parente repudiatus[e] videretur. An cùm sedere[f] in equis triumphantium prætextati potissimùm filii soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit vt rebus cõmuniter gestis pænè simul cum patre triumpharet? Hic verò, iudices, & fuit in Asia, & viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et, si habet Asia suspicionem[g] luxuriæ quandam: non Asiam numquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse, laudandum est. Quamobrem non Asiæ nomen obiiciendum Murænæ fuit, ex qua laus familiæ, memoria generi, bonos & gloria nomini cõstituta est. sed aliquod aut in Asia susceptum aut ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. Meruisse verò stipẽdia in eo bello, quod tum populus R. non modò maximum, sed etiam solum gerebat, virtutis: patre imperatore libentissimè meruisse, pietatis: finem stipendiorum, patris victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit. maledicto quidẽ ideirco nihil in hisce rebus loci est, quòd omnia laus occupauit. *Saltatorem appellat L. Muranam Cato.* Maledictum est, si verè obiicitur, vehemẽtis accusatoris: sin falsò, maledici conuiciatoris. Quare cùm ista sis auctoritate nonnulli[h] debes, M. Cato, arripere maledictum ex[i] triuio, aut ex scurrarum aliquo conuicio[k], neque temerè consulem populi R. saltatorem vocare: sed conspicere[l], quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui verè istud obiici possit. *Nemo* enim *ferè saltat sobrius, nisi forte insanit*: neque in solitudine, neque in conuiuio moderato, atque honesto. in tempestiuum[m] cõuiuij amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium omnino esse non potest. nullum tutpe conuiuium, non amor, non[m] comessatio, non libido non sumtus ostenditur. &, cùm ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt: in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te vmbram luxuriæ reperturum putas? Nihil igitur in vitam L. Murænæ dici potest? Nihil[a], inquam, omnino iudices. Sic à me consul designatus defenditur, vt eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita proferatur. Bene habet: iacta sunt fundamenta defensionis. Nondum enim nostris laudibus, quibus vtar postea, sed propè inimicorum confessione, virum bonum, atque integrum hominem defendimus. Quo constituto, facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis: quæ pars altera fuit accusationis. ¶ Summam[b] video esse in te, Serui Sulpici, dignitatem generis, integritatis, industriæ, ceterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum, ad consulatus petitionem aggredi par est. Paria cognosco esse ista in L. Muræna, atque ita patia, vt[c] neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te dignitate superarit. Contemsisti L. Murænæ genus: exstulisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumis, nisi[d] qui patricius sit, neminem bono esse genere natum facis, vt[e] rursus plebs in Auentinum seuocanda esse videatur. Sin autem sunt amplæ[f], & honestæ familiæ plebeiæ: & proauus L. Murænæ, & auus, prætores fuerunt, & pater, cùm amplissimè, atque honestissimè ex prætura triumphasset, hoc facilliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quòd is iam patri debitus, à filio petebatur. Tua verò nobilitas, Serui Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis, & historicis[g] est notior: populo verò, & suffragatoribus obscurior. Pater enim fuit equestri loco: auus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quòd virtute, industriáque perfecisti, vt, cùm equitis R. esses filius, summa tamen amplitudine dignus putarêre: nec mihi vmquam minùs in Q. Pompeio[h], nouo[i] homine, & fortissimo viro, virtutis esse visum est, quàm in homine nobilissimo, M[k] Æmilio. Etenim *eiusdem animi, atque ingenij est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: &, vt*[l] *Scaurus, memoriam propè intermortuam generis sui, virtute renouare.* Quamquam ego iam putabam, iudices, multis viris fortibus ne ignobilitas obiiceretur generis, meo labore esse perfectum: qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis, fortissimis viris, nouis hominib[n], sed his recentibus, Mariis, & Didiis, &[n] Cæliis commemorandis iacebant. Cùm ego verò tanto interuallo clausira ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quàm virtuti, pateret: non arbitrabar, cùm ex familia vetere, & illustri consul designatus ab equitis Ro. filio consule, defenderetur, de generis nouitate accusatores esse dicturos. Etenim mihi ipsi accidit, vt cum duobus patriciis, altero improbissimo, atque audacissimo: altero modestissimo, atque optimo viro peterem: superaui tamen dignitate Catilinam gratia Galbam. Quod si id crimen homini nouo esse deberet: profecto mihi ne quæ

a *sors.* vel infimo.

b L. ac si meus frater esses,

c PARTITIO

P. B. d PARTITIONIS pars prima de reprehensione vitæ Murænæ.

e *al.* repudiatus esse v.

f Prætextati filii sedebant in curru patris triumphantis.

g *al.* suspicionem luxuriæ aliquam,

h L. M. Cato, non debes arripere.

i Ex triuio esse dicitur, quod leue est.

k *al.* cõuiuio. Nec enim scurræ saltare quam facete aliquid dicere.

l *al.* considerare.

mi L. Tempestiui conuiuii, *& ita v. c.* ¶ Tempestiua autem conuiuia, quæ certæ diei tempore aguntur apparatiora, in multam noctem, cum pluribus amicis producta. eóque sensu Tempestiua conuiuia, in orat. pro Archia, & Catone.

n L. non comissatio,

a *al.* Nihil, nihil, inquam, &c.

b PARTITIONIS pars secunda, de Dignitate Murenæ.

c L. vt neque abs te dignitate &c.

d Bono genere etiam nati esse quis potest: licet non patricius sit. e L. vt rursus plebes in A. pro plebs, veteri loquendi more sumatur.

f plebeiæ familiæ honestæ.

g Nam à patre & auo patricius non es.

h Consul fuit anno vrbis 612. vnà cum Cn. Seruilio Cæpione.

i ita eundem appellat in orat. pro Sylla, vt & nouitii & obscuro cuiusdam viri.

k L. M. Æmilio.

l Idem Asconius in L. & Cæliis.

P. CXXVIII.

que inimici, neque inuidi defuissent. Omitta mus igitur de genere dicere, cuius est magna in vtroque dignitatis: videamus cetera. Quæ sturam[a] vnà petijt, & sum ego factus prior. Non est respondendum ad omnia. neque enim quemquam vestrûm fugit, cùm multi pares dignitate fiant: vnus[b] autem primùm solus possit obtinere: non eundem esse ordinè dignitatis, & renuntiationis: propterea quòd renûtiatio, gradus habeat: dignitas autem, sit perfæpe éadem omnium. Sed quæstura vtriusque prope modum pari momento sortis fuit. Habuit hic lege [c] Titia prouinciam tacitam, & quietam: tu illam, cui cùm quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Ostiensem[d] nõ tam gratiosam, & illustrem, quàm negotiosam, & molestam. Consedit vtriusque nomẽ in quæstura. nullum enim vobis forscampum dedit, in quo excurrere virtus [e] cognoscique posset. Réliqui temporis spatium in [f] contentionem vocatur, ab vtroque dissimillima ratione tractatum, Seruius hîc nobiscum hâc vrbanam[g] militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam sollicitudinis, ac stomachi, secutus est: ius ciuile didicit: multum vigilauit: laborauit: præstò multis fuit. multorum stultitiam perpessus est: arrogantiam pertulit: difficultatem exsorbuit: vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. *Magna laus, & grata hominibus, vnum hominem elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura.* Quid Muræna interea? fortissimo, & sapientissimo viro, summo imperatori, legatus L. Lucullo fuit: qua in legatione duxit exercitum, signa contulit: manum conseruit: magnas copias hostium fudit, vrbeis partim vi, partim obsidione cepit. Asiâ istam refertam, & eandẽ delicatam, sic obiit, vt in ea neque auaritiæ, neque luxuriæ vestigium reliquerit: maximo in bello sic est versatus, vt hic multas res, & magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. Atque hæc, quamquam præsente L. Lucullo loquar, tamen, ne ab ipso, propter periculum nostrum, concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis litteris testata sunt omnia: quibus L. Lucullus tantum [h] laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator neque inuidus, tribuere alteri in communicanda gloria debuit. Summa in vtroque est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per Seruium liceat, pari, atque éadem in laude ponam. sed non licet. agitat rem militarẽ: insectatur totam hanc legationem: assiduitatis, & operarum harum quotidianarum putat esse consulatum. Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos? forum non attigeris? abfuerisi tandiu? &, cùm longo interuallo veneris, cum iis, qui in foro habitarunt, dignitate contendas? Primùm ista nostra assiduitas. Seruii, nescis, quantum interdum afferat hominibus fastidij, quãtum satietatis. mihi quidẽ vehementer expediit, positam in oculis esse gratiã: sed tamen ego mei satietatẽ magno meo labore superaui: & [k] tu idem fortasse: verũtamen vtrique nostrûm desiderium nihil obfuisset. Sed, vt, hoc omisso, ad studiorum, atq. artium cõtentionem reuertamur: quis potest dubitari, quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis, rei militaris, quàm iuris ciuilis gloria? Vigilas[m] tu[n] de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: ille, vt[o] eò, quò intendit, maturè cum exercitu peruenit. te Gallorum, illum buccinarum cantus excitat. tu actionem instituis: ille aciem instruit. tu caues, ne tui consultores: ille, ne vrbes, aut castra capiantur. Ille tenet, & scit, vt hostium copiæ: tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatus est in propagandis finibus: tu [a] in regendis. Ac nimirum (dicendum est enim quod sentio) *rei* [b] *militaris virtus præstat ceteris omnibus.* Hæc nomen populo Ro. hæc huic vrbi æternam gloriam peperit: hæc orbem terrarum parẽre huic imperio coegit: omnes res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forensis laus, & industria, latent in tutela, ac præsidio bellicæ virtutis. simul atque increpuit suspicio tumultus: artes illico nostræ conticescunt. Et, quoniam mihi videris istam scientiam[c] iuris, tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, vt istud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrêre. Aliis ego te virtutibus, continentiq́, grauitatis, iustitiæ, fidei, ceteris omnibus, consulatu, & omni honore semper dignissimum iudicaui, quòd quidem ius ciuile didicisti: non dicam, operam perdidisti: sed illud dicam, nullam esse in [e] illa disciplina munitam ad consulatum viam. omnes enim artes, quæ nobis populi Ro. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam vtilitatem debent habere. Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt. omnia enim, quæ sunt in imperio, & in statu ciuitatis, ab iis defendi, & firmari putantur. summa etiam vtilitas: siquidem eorum consilio, & periculo, cùm rep. tum etiam nostris rebus perfrui possumus. Grauis [f] etiam illa est, & plena dignitatis, dicendi facultas, quæ sæpe valuit in consule deligendo, posse consilio, atque oratione, & senatus & populi, & eorum qui res iudicant, mentes permouere. Quæritur consul, qui dicendo nonnumquam comprimat tribunitios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni resistat. Non mirum si ob hanc facultatem homines sæpe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt: præsertim cùm hæc éadem res plurimas gratias firmissimas amicitias, maxima studia pariat. quorum in isto vestro artificio, Sulpici, nihil est. Primùm dignitas in tam tenui scientia quæ potest esse? res enim sunt paruæ, propè in singulis litteris, atque interpunctionibus verborum occupatæ. Deinde, etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis: id, enuntiatis [g] vestris mysteriis, totum est contemtum. & abiectum. Posset agi lege, nécne, pauci quondam sciebant. fastos enim vulgò non habebant. erant [h] in magna potentia qui consulebantur: à quibus etiam dies, *tanquam à Chaldæis* petebantur. Inuentus est scriba quidam Cn.[k] Flauius, qui *cornicum* [l] *oculos confixerit*, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & [m] ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quòd sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata, & cognita, sine sua opera lege posset agi, nota[n] quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent. Cùm hoc fieri bellissimè posset: Fundus Sabinus, meus est: immò meus, deinde iudicium noluerunt. [o] FVNDVS, inquit, QVI EST IN AGRO, QVI, SABINVS VOCATVR. Satis verbosè. cedò

[a] vide Hotomanum. obseruat. 37.
[b] L. vnus autẽ primus solus poss.
[c] *Manne.* lege Lautia: id est munera gratia legatis exterarum nationum data solita.
[d] quæ & Aquaria Orat. in Vatin. Cæterum huic loco adde Liuium 4. Antiquarum 13. ad de Verrina frumentariam.
[e] for. virtus vestra cognouit. *al.* in contẽtionem vocatur. ab vtroq. dissimillima ratione tractatum est S.
P. B. Militia vrbana consistit in respondendo, scribẽdo, cauendo.
[f] Oratoris cõmendatio.
[g] Iuris ciuilis cognitio olim abdita.
[h] L. erant in magna potẽtia.
[i] Chaldæi enim diligentissimi siderum obseruatores.
[k] vide l. 2. ff. de origine iuris.
[l] Coruinum oculos configere prouerbialiter, is dicitur qui acutè videntium aciem rerum dictis simililoquendi genere vtitur oratione proxima.
[m] *al.* & abipsis catis iuris.
[n] notarum vocum, formulas & cautiones iuris consultis inuentas intelligit actori, reo, iudici præscriptas.
[o] ideft discessurus à simplici agendi formula.
[a] *al.* tu in regundis.
[b] Rei militaris commendatio.
[c] Iuris scientia ad quas res vtilis.
[d] *al.* continentia, grauitate fide &c.
[e] L. in ista disciplina.
[f] Oratoris cõmendatio.
P. B.
[g] Iuris ciuilis cognitio olim abdita.
[h] L. erant in magna potẽtia.
[i] Chaldæi enim diligentissimi siderum obseruatores.
[k] vide l. 2. ff. de origine iuris.
[l] Coruinum oculos configere prouerbialiter, is dicitur qui acutè videntium aciem rerum dictis simililoquendi genere vtitur oratione proxima.
[m] *al.* & abipsis catis iuris.
[n] notarum vocum, formulas & cautiones iuris consultis inuentas intelligit actori, reo, iudici præscriptas.
[o] ideft discessurus à simplici agendi formula.
[k] *al.* & tu itẽ fort. *al.* qui potest dubitare.
[m] *al.* Euigilas tu in Militiæ ca ffrenis & quasi compara tio.
[n] L. vt quòin eundit.
[o] L. vt quòin eundit.

quid postea? EVM[a] EGO EX IVRE MEVM ESSE AIO. Quid tum? INDE [b]EGO TE EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, vnde [c]petebatur, non habebat. Transit[d] idem iurisconsultus[e] tibicinis Latini modo: VNDE TV ME, inquit, EX[f] IVRE MANV[g] CONSERTVM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO. Prætor[h] interea, ne[i] pulchrum se, ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cùm ceteris rebus absurdũ, tum verò nullo[k] vsui, VTRIS QVE[l] SVPERSTITIBVS[m], PRAESENTIBVS[n]: ISTAM[o] VIAM DICO: ITE[p] VIAM. Præstò aderat sapiens ille, qui[q] ire viam doceret: REDITE VIAM. eodem duce redibant. Hæc iam tum apud illos barbatos, ridicula, credo, videbantur. homines, cùm recte, atque in loco constitissent: iuberi abire. vt, vnde abissent, eòdem statim redirent. Iisdem ineptiis fucata sunt illa omnia, QVANDO TE IN IVRE[r] CONSPICIO[s]. & hæc, SED[t] ANNE TV DICIS, QVI CAVSA VIN DICAVERIS? quæ dum erant occulta, necessariò ab eis, qui ea tenebant, petebantur: posteà verò peruulgata, atque in manibus iactata, & excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt: fraudis autem, & stultitiæ plenissima. Nam *cùm permulta præclarè legib. essent constituta, ea ureconsultorum*[u] *ingenijs pleraq. corrupta, ac deprauata sunt.* Mulieres omneis propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt: hi inuenerunt genera tutorum[x], quæ potestate mulierum continerentur. Sacra interire illi noluerunt: horũ ingenio senes[y] ad coëtiones faciendas, interimendorum sacrorũ causa, reperti sunt. In omni denique iure ciuili æquitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt: vt, quia in alicuius libris, exempli causa, id nomẽ inuenerant, putarunt, omneis mulieres, quæ coemtionem facerent, Caias vocari. Iam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nũc statuere non potuisse, vtrùm *diem*[z] *tertium*, an [aa]*perendinum: iudicem*, an [bb]arbitrum: *rem*, an [cc]*litem* dici oporteret. Itaque (vt dixi) dignitas in ista scientia cõsularis numquã fuit: quæ tota ex rebus fictis, commẽtitiisque constaret: gratiæ verò multo etiam minùs. Quod enim omnibus patet, & æquè promtum est mihi, & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modò beneficij collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, LICET CONSVLERE: iam perdidistis. *Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam vsquam, neque Romæ rebus prolatis, quidquam valet.* peritus ideò haberi nemo potest, quòd in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. difficilis autem res ideò non putatur, quod & perpaucis, & minimè obscuris litteris continetur. Itaque si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moueritis, *triduo me iurisconsultum*[a] *esse profitebor.* Etenim quæ de scripto aguntur: scripta sunt omnia: neque tamen quidquam tam anguste scriptum est, quo ego non possim, QVA[b] DE RE AGITVR, addere. [c]Quæ consuluntur autem, minimo periculo respondentur. Si id, quod oportet, responderis: idem videare respondisse, quod Seruius, sin aliter: etiam controuersum ius nosse, & tractare videare. Quapropter non solùm illa gloria militaris, vestris formulis, atque actionibus anteponenda est: verùm etiam dicendi consuetudo, longè, & multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit[d]. Itaque mihi videntur plerique initiò multo hoc maluisse. post, cùm id assequi non potuissent, istuc potissimùm sunt delapsi: *vt*[e] *aiunt in Græcis artificibus, eos aulœos*[f] *esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores euadere non potuerunt: eos ad iuris studium deuenire.* Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa etiam gratia. Etenim à vobis salubritas quædam: ab iis, qui dicunt, salus ipsa petitur. Dein de vestra responsa, atque decreta, & euertuntur sæpe dicendo, & sine defensione oratoris firma esse non possunt: in qua re si satis profeciissem, parciùs de eius laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui in dicendo magni sunt, aut fuerunt. *Duæ sunt artes*[g] *quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis. vna imperatoris, altera oratoris boni.* Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli[h] pericula repelluntur. Ceteræ tamen virtutes ipsæ per se multùm valent: iustitia, fides, pudor, temperantia: quibus te, Serui, excellere omnes intelligunt: sed nunc de studiis ad honorem dispositis[i]. non de insita cuiusque virtute disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur, simularque aliquis motus nouus bellicum canere cœpit. Etenim vt ait ingeniosus poeta[k], & auctor valde bonus, præliis promulgatis, TOLLITVR[l] E MEDIO non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum, SAPIENTIA: VI GERITVR RES. SPERNITVR ORATOR, non solùm odiosus in dicendo, ac loquax, verùm etiam BONVS: HORRIDVS MILES AMATVR. Vestrum vero studium totum iacet. NON[m] EX IVRE MANV CONSERTVM SED MAGE FERRO, inquit, REM PETVNT. Quod si ita est, cedat, opinor, Sulpici, forum castris, otium militiæ, stilus gladio, vmbra soli: sit denique in ciuitate ea[n] prima res, propter quam ipsa est ciuitas omnium princeps. ¶Verùm hæc, Cato, nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat: & oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum. quod ego longè secus existimo, iudices: déque eo pauca disseram. neque enim causa in hoc continetur. Nam, si omnia bella, quæ cum Græcis gessimus,

a L. Eum ego ex iure Quiritium, meum
b L. Inde ego te ex iure manum consertum voco.
c Ille vnde petitur, proreo.*
d L. Tráfit ad eum iurisc5l.
e *Carisius* 1. Iureconsultus.*
f L. Ex iure manum conf. vocasti, inde ego
g *al.* manu cõsertum. *vel*, manum consertum: id est, ad manũ conserendam. adde 7. famil. 29 hoc quid sit plenius explicat Gellius 9. c. 20. Augustin. 15. epist. 8 Seruius eclog. vlt. Prob* in notis.*
h Citatur hic locus à Donato Hecyra, ad illum locum, Nam nos omnesquibus est alicunde obiectus labos*
i *al.* ne se pulchrũ, ac beatum p.
k L. nullo vsu
l *al.* virisque. *al* vtrisque superstitibus latam viam. *al.* vtrisq. superstitibus præsentibus sumire vindicias, ire viam. & ita Ciacconus. adde Festum in Superstites & in Pube.*
m Superstites, litigatores stantes supra fundũ cõtrouersum. vide Festum.*
n videtur hæc vox interpretatio antecedentis. vide Seruium 3. Aeneidos, ad illum locũ, superatur & vescitur aura. vbi hunc locum citat.*
o Citatur à Priscian 18.*. p *al.* inire viam. q *al* qui inire viam.
r *fort.* conspicio, &c. s *adde* postulo anne fias autor. vide Probum in Notis. vel postulo vt fias auctor.* t L. sed anne tu dicis causa vindicaueris? quæ u L. iurisconsultorum. x fortè legendum, queis potestate mulieres continerentur. y De senibus coemptionalibus, & coemptione dixi 7. famil. 29.* z Ex vadimoniorum solennibus verbis hæc fuerunt, teste Gellio 7. cap. 1. & Valerio Probo, I. D. T. S. P. id est, in diem tertium siue perendinum. Hîc autem quidam prudentes dubitabant, dicẽdum esset nẽne, in diem tertium, an in perẽdinum. & quidem in perendinum dixisse, antea constitit ex Probo. Idem confirmat Asconius 3. in Verrem. sacerdotes tamen p. Romani. cùm in diem tertium dicere vellent, die perendino dicebant. 10. Gell. 24.* aa Vnde compereo dinatio seu denunciatio in tertium diem: quod sanè, postulato iudice, litigatores inter se denunciabant. Ascon. 3. Verr. adde nonnulla de quibus scripsi ad Theophil. §. appellamus. Inst. de actionibus.* bb In actionibus disiunctiue dicebatur, Quam rem siue litem, Varro 6. de lingua, & apud Liuium 1. quarum rerum litium, causarum. Hac autẽ formula postulabatur à prætore iudices, teste Probo in Notis, P. I. A. Y. P. V. D. id est, Prætor iudicem, arbitrumve, postulo vti des.*

a *al.* iurisconsultum profitebor.
b Iudices in causis potissimum spectabant qua de re agereturve. Idem Cicero 2. & 5. de finib. de fato. & in Bruto.* c *al.* videre*
d *libri vulg.* antecellit. e L. &, vt aiũt in Græcis artif.
f *al.* auletas esse, P. CXXXI.
g Artes dignitatum parentes, duæ: Imperatoria & oratoria
h *fort.* periculum belli.
i *al.* oppositis. *al.* distringere hæc vox videtur.*
k Ennius* l *al.* Pellitur. Gell. 20. Gellius 9.*
m L. non ex iure manum conserunt.
n L. ea prima ars.
o Bellorum aduersus Græcos & Mithridatem maximè gestorum,

gessimus, contemnenda sunt: de rideatur de rege Pyrrho triumphus M [a]. Curij: de Philippo, T [b]. Flaminij: de Ætolis, M. Fuluij: de rege Perse, L. Paulli: de Pseudophilippo, Q. Metelli: de Corinthiis, L. Mummij. sin hæc bella, grauissima, victoriæque eorum bellorum, grauissimæ fuerunt: cur Asiaticę nationes, atque [c] ille à te hostis contemnitur? Atqui ex veterum rerum monumentis, vel maximum bellum populum R. cum Antiocho gessisse video: cuius belli victor L. Scipio, parta [d] cum Publio fratre gloria, quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumsit. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis, proaui tui. quò ille, quum esset, vt [e] ego mihi statuo, talis, qualem te esse video, numquam cum Scipione esset profectus, si cum mulierculis bellandum esse arbitraretur. Neque verò cum P. Africano senatus egisset, vt legatus fratri proficisceretur: cùm ipse, paullo antè, Annibale ex Italia expulso, ex Africa eiecto, Karthagine oppressa, maximis periculis remp. liberauisset [f], nisi illud graue bellum, & vehemens putaretur. Atqui, si diligenter, quid Mithridates potuerit, & quid effecerit, & qui vir fuerit, consideraris: omnibus regibus, quibuscum populus R. bellum gessit, hunc regem nimirum antepones. quem L. Sylla, maximo, & fortissimo exercitu, pugna [g] excitatum, non rudis imperator, vt aliud nihil dicam, cum [h] bello inuectum totam in Asiam, cum pace dimisit: quem L. Muræna, pater huiusce, vehementissimè, vigilantissimèque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui rex, sibi aliquot annis sumtis ad comparandas rationes, & copias belli, tantum ipse opibus, conatúque inualuit, vt se Oceanum cum Ponto, Sertorij copias cum suis coniuncturum putaret. Ad quod bellum duobus consulibus ita missis, vt alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur: alterius res & terra, & mari calamitosæ, vehementer & opes regis, & nomen auxerunt: L. Luculli verò res, tantæ exstiterunt, vt neque maius bellum commemorari possit, neque maiore consilio, & virtute gestum. Nam, cùm totius impetus [i] belli ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eámque vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset, qua effracta [k], & reuulsa, tota pateret prouincia: perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia: vt vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, vt omnes copiæ regis, diuturnitate obsidionis consumerentur. Quid? illam pugnam naualem ad Tenedum, cùm contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe, atque animis inflata peteret: mediocri certamine, & parua dimicatione commissam arbitraris? Mitto prœlia: prætereo oppugnationes oppidorum. expulsus regno tandem aliquando, tantùm tamen consilio, atque auctoritate valuit, vt se, rege [l] Armeniorum adiuncto, nouis opibus, copiisque renouarit. Ac, si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus, imperatorisque dicendum, plurima, & maxima prœlia commemorare possem, sed non id agimus. hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset: neque tanta cura senatus, & populus R. suscipiendum putasset, neque tot annos gessisset, neque tanta gloria L. Luculli: neque verò eius belli conficiendi curam [a] tanto studio populus Rom. ad Cn. Pompeium detulisset: cuius ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. qua ex pugna cùm se ille eripuisset, & Bosphorum [b] confugisset, quò exercitus adire non posset: etiam in extrema fortuna, & fuga, nomen tamen retinuit regium. Itaque ipse Pompeius, regno possesso, ex omnibus oris, ac notis sedibus hoste pulso, tamen tantum in vnius animo posuit, vt, cùm omnia, quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret, tamen non antè, quàm illum vita expulit, bellum confectum iudicarit. Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quo cum per tot annos, tot prœliis, tot imperatores bella gesserunt? cuius expulsi, & eiecti vita, tanti æstimata est, vt, morte eius nuntiata, tum denique bellum confectum arbitraretur [c]? Hoc igitur in bello L. Murænam, legatum fortissimi animi, summi consilij, maximi laboris cognitum esse defendimus: & [d] hanc eius operam non minùs ad consulatum adipiscendum, quàm hanc nostram forensem iudustriam, dignitatis habuisse. ¶ At enim in præturæ petitione prior renuntiatus est Seruius. Pergitisne vos, tanquã ex syngrapha, agere cum populo, vt, quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum, quem Euripum [e] tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus vnus, aut non interposita, sæpe perturbat omnia: & totam opinionem parua nõnumquam commutat aura rumoris. Sæpe etiã sine vlla aperta causa fit aliud, atque [f] existimamus, vt nonnumquam ita factum esse etiam populus admiretur: quasi verò non ipse fecerit. *Nihil est incertius vulgo, nihil obscuriùs voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.* Quis L. Philippum summo [g] ingenio, opera, gratia, nobilitate, à M. Hetennio superari posse arbitratus est? quis Qu. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem, à Cn. Manlio? quis M. Scaurum, hominem grauissimum, ciuem egregium, fortissimum senatorem, à Qu. Maximo? non modò horum nihil ita fore putatum est, sed ne cum esset factum quidem, quare ita factum esset, intelligi potuit. Nam vt tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe improuisò nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur: sic in [h] hac comitiorum tempestate populari, sæpe intelligas, quo signo commota sit: sæpe [i] ita obscura est, vt casu excitata esse videatur. Sed tamen, si [k] est reddenda ratio: duæ res vehementer in prætura desideratæ sunt, quæ ambæ in [l] consulatu, tum Murænæ profuerunt: vna, exspectatio muneris [m], quæ & rumore nonnullo, & studiis, sermonibúsque competitorum creuerat [n]: altera, quòd ii, quos in prouincia, ac legatione omnis & liberalitatis, & virtutis suæ testeis habuerat, nondum decesserant. Horum vtrumque ei fortuna ad consulatus petitionem reseruauit. nam & L. Luculli exercitus, qui ad triumphum cõuenerat, idẽ [o] comes L. Murænæ prætò fuit: & munus am-

a L. M. Curij.
b L. T. Flaminini, [l] de quo Cicero in Catone.*
c fort. atque ille hostis à te con.
d L. partita cum Publ.
e L. vt ego mihi statuo.
f L. liberasset.
g al. cùm exacerbasset pugna, non rudis imp. fuit. pugna exterasset. al. pugna exacerbatum vel exasperatum vel cum exasperasset.*
h al. cum bello inuect.
i al. bello impetus.
k al. refractar.
l Tigrane.*

a ὀπτίμαλεται curationem P. B.
b L. Bosporum confug.
c passim hîc sumitur.* L. arbitraremur.
d L. & illam eius operam
e videtur sumptum ex Aeschinæ oratione contra Ctesiphontem*
f L. atque existimaris.
g L. summo ingenio, opibus, gratia.
h L. sic hæc comitiorum tempestas popularis, i L. sæpe eius ita obscura causa est, k Murena cur repulsam passus sit in Prætura.* l L. in consulatu, Murænæ prof.* m Ludorum Apollinarium* n al. increbruerat.* o L. idem comitis L. Murænæ pr.

plissimum, quod petitio præturæ desiderabat [a], prætura restituit. Num tibi hæc parua videntur adiumenta, & subsidia consulatus? voluntas militum? quæ cùm per se valet multitudine, tum [b] apud suos gratia: tum verò in consule declarando multum etiam apud vniuersum populum Rom. auctoritatis habet: suffragatio militaris? Imperatores enim comitiis consularibus, non verborum interpretes deliguntur [c]. Quare grauis est illa oratio, me saucium recreauit: me præda donauit: hoc duce castra cepimus, signa contulimus: numquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumsit: ipse cùm fortis, tum etiam felix. Hoc quanti putas esse ad famam hominum, ac voluntatem? etenim, si [d] tanta illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiuum [e], quid mirum est, in hoc felicitatis famam, sermonémque valuisse? Sed, si hæc leuiora ducis, quæ sunt grauissima, & hanc vrbanam suffragationem militari anteponis: noli ludorum huius elegantiam, & scenæ [f] magnificentiam [g] valde contemnere: quæ huic admodum profuerunt. Nam quid ego dicam, populum, ac vulgus imperitorum [h] ludis magnopere delectari? minùs est mirandum. quamquam huic causæ id satis est. sunt enim populi, ac multitudinis comitia. Quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandū, eam L. Murænæ apud populum profuisse. Sed si nosmetipsi, qui & [k] ab delectatione omni negotiis impedimur, & in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamē oblectamur, & ducimur, quid tu admirere de [l] multitudine indocta? L. Othoⁿ, vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit non solùm dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex [n] hæc, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quòd honestissimo ordini cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui dissimulant, non solùm eos, qui fatētur: quod ego in mea petitione sensi. nam nos quoque habuimus scenam [o] competitricem. Quòd si ego, qui trinos ludos ædilis feceram, tamen Antonii ludis [p] commouebar: tibi, qui casu nullos feceras, nihil huius istam ipsam, quam irrides, argenteam scenam [q], aduersatam putas? Sed hæc sanè sint paria omnia: sit par forensis opera militari: sit par militari suffragatio vrbana: sit idem, magnificentissimos, & nullos vmquam feciſſe ludos: quid? in ipsa prætura nihilne existimas interfuisse tuam, & [r] istius sortem interfuisse? Huius sors ea fuit, quam omnes tui necessarii tibi optabamus, iuris dicundi: in qua gloriam conciliat magni tudo negotij: gratiam, æquitatis largitio: qua in sorte sapiens prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam [s] adiungit lenitate audiendi. Egregia, & ad consulatum apta prouincia, in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. Quid tua sors [t]? tristis, atrox: quæstio peculatus, ex altera parte, lachrymarum, & squaloris: ex altera, plena catenarum, atque [u] iudicum. cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem: scriba damnatus, ordo totus alienus: Syllana gratificatio reprehensa: multi viti fortes, & propè [x] pars ciuitatis offensa est: lites seuerè æstimatæ: cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit. Postremò tu in prouinciam ire noluisti. non possum id in te reprehendere, quod in me ipso & prætor, & consul probaui. sed tamen L. Murænæ prouincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. habuit [a] proficiscens delectum [b] in Vmbria: dedit ei facultatem resp. liberalitatis: qua vsus, multas sibi tribus, quæ municipiis Vmbriæ conficiuntur, adiunxit. ipse autem in Gallia, vt nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, æquitate, diligentiáque perfecit. Tu interea Romæ scilicet amicis præstò fuisti. fateor: sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minui solere in eos, à quibus prouincias contemni intelligant. Et, quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad consulatus petitionem, dispare fortunam prouincialium negotiorum in Muræna, atque in Sulpicio fuisse: dicam iam apertiùs, in quo meus necessarius fuerit inferior, Seruius, & ea dicam, vobis audientibus, amisso iam tempore, quæ ipsi soli, re integra, sæpe dixi. Petere consulatum nescire te, Serui, persæpe [c] dixi: & in iis rebus ipsis, quas te magno, & forti animo & agere, & dicere videbam, tibi solitus sum dicere, magis te fortem senatorem mihi videri, quàm sapientem candidatum. Primùm accusandi terrores, & minæ, quibus tu quotidie vti solebas, sunt fortis viri: sed & populi opinionem à spe adipiscendi auertunt, & amicorum studia debilitant. Nescio quo pacto semper hoc fit: neque in vno, aut altero animaduersum est, sed iam in pluribus: simulatque [d] candidatus accusationem meditari visus est, vt honorem desperasse videatur. Quid [e] ergo? acceptam iniuriam persequi non placet? Immò vehementer placet: sed aliud tempus est petendi, aliud persequendi. petitorem ego, præsertim consulatus, magna spe, magno animo, magnis copiis &, in forum, & in campum deduci volo: non placet mihi inquisitio [f] candidati, prænuntia repulsæ: non testium potiùs, quàm suffragatorum comparatio: non minæ magis, quàm blanditiæ: non declamatio potiùs, quàm salutatio: præsertim cùm iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium concursent, & ex vultu candidatorum coniecturam faciant, quantum quisque animi & facultatis habere videatur. Videsne tu illum tristem? demissum? iacet, diffidet, abiecit hastas. Serpit hic rumor. Scis [g] tu illum accusationem cogitare? inquirere in competitores? testeis quærere? alium faciam, quoniam sibi hic ipse desperat. Eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur, studia deponunt, aut [h] testatam rem abiiciunt, aut suam operam, & gratiam iudicio & accusationi referuant. Accedit eōdem, vt etiam ipse candidatus, totum animum, atque omnem curam, operam, diligentiámque suam in petitione non possit ponere. adiungitur enim accusationis cogitatio, non parua res, sed nimirum omnium maxima. magnum est enim, te comparare ea, quibus possis hominem è ciuitate, præsertim non inopem, neque infirmum, exturbare: qui & per se, & per suos, & verò etiam per alienos defendatur. *omnes enim ad pericula propulsanda concurrimus, & qui non apertè inimici sumus, etiam alienissimi, in capi-*

a *fort.* desiderarat.
b *L.* cùm apud suos gratia.
c *al.* dilegūtur.*
d Comitiorum authoritas*
e Prærogatiua centuria, cuius voluntatem & iudicium centuriatis comitiis reliquę centurię sequebantur vt omen ea comitiorum fuerit.*
P. B.
f *v. c.* scænę argentęa enim scenam dedit Murænæ *vt infra dicetur adde* 33. *Plin.* 3.*
h *al.* imperitum lud.
i *al.* Et si.*
k *al.* nec.*
l *fort.* multitudinem inductam,
m *L.* Roscius Otho tribunus pl. vt Florus scribit 99. non Consul vt apud Asconiū scribitur in Corneliana.
n à quo Lex Roscia de qua infrà*
n Lex Roscia Othonis ea fuit, vt equitibus Romanis in tertio quattuor decim gradus proximi darentur. Florus 99. Huius legis Rosciæ meminit Cicero *Philipp.* 2. vbi dicitur lege Roscia non licuisse decoctoribus in illis 14. ordinibus sedere. meminit quoque Rosciæ Horat. 1. *epistol.* 1. *adde Ciceronem* 2. *ad Atticum* 19.*
o *vet.* scęnā
p scænam enim totam argento præfoderat *Tacitus*. Plin. 3.
q *vet.* scęnā
r *L.* & huius sortem
s *v. c.* beneuolentiam
t Prætoria.*
u *al.* atque iudicum
x *al.* propè dim dia pars ciuitatis.*

tu periculis, amicissimorum officia, & studia præstamus. Quare ego expertus & petendi, & defendendi, & accusandi molestiam, sic intellexi, in petendo, studium esse acerrimum: in defendendo, officium: in accusando, laborem. Itaque sic statuo, fieri nullo modo posse, vt idem accusationem, & petitionem consulatus diligenter adornet, atque instruat. vnum sustinere pauci possunt, vtrumque nemo. Tu [a], cùm de curriculo petitionis deflexisses, animúmque ad accusandum transtulisses, existimasti, te vtrique negotio satisfacere posse? vehementer errasti. quis enim dies fuit, posteaquàm in istam accusandi denuntiationem ingressus es, quem tu non totum in ista ratione consumseris? Legem [b] ambitus flagitasti, quæ tibi non deerat. erat enim seueriſſimè scripta [c] Calpurnia. gestus est mos & voluntati, & dignitati tuæ. sed tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse armasset: petitioni verò refragata est. Pœna grauior in plebem tua voce efflagitata est. commoti animi sunt [d] tenuiorum. Exsilium [e] in nostrum ordinem. Concessit senatus postulationi tuæ: sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem, te auctore, constituit. Morbi excusationi pœna addita est: voluntas offensa multorum, quibus aut contra valetudinis [f] commodum laborandum est, aut incommodo morbi etiam ceteri vitæ fructus relinquendi. Quid [g] ergo? hæc quis tulit? is, qui auctoritati senatus, voluntati tuæ paruit: denique is tulit, cui minimè proderant [h]. Illa, quæ mea summa voluntate senatus frequens repudiauit, mediocriter aduersata tibi esse existimas? confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis [i] Maniliæ, æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum. Grauiter homines honesti, atque in suis ciuitatibus, & municipiis gratiosi tulerunt, à tali viro esse pugnatum, vt omnes & dignitatis, & gratiæ gradus tollerentur. Idem editicios [k] iudices esse voluisti, vt odia occulta ciuium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent. Hæc omnia, tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsæpiebant. Atque ex omnibus illa plaga [l] est iniecta petitioni tuæ, non tacente me, maxima: de qua ab homine ingeniosissimo, & copiosissimo, Hortensio, multa grauissimè dicta sunt: quo etiam mihi durior locus est dicendi datus: vt, cùm ante me & ille dixisset, & vir summa dignitate, & diligentia, & facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem aliquam agerem causæ, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaque, in iisdem rebus ferè versor, & [m] quod possum, iudices, ocurro vestræ sapientiæ [n]. Sed tamen, Serui, quam te securum [o] putas iniecisse petitioni tuæ, cùm tu populum Romanum in eum metum adduxisti, vt pertimesceret, ne consul Catilina fieret, dú tu accusationem comparares [p], deposita, atque abiecta petitione? Etenim te inquirere videbant, tristem ipsum: mæstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones tetium, secessionem subscriptorum animaduertebant: quibus rebus certè ipsi candidatorum vultus obscuriores [q] videri solent. Catilinam interea alacrem, atque lætum, stipatum choro [a] iuuentutis, vallatum iudicibus [b], atque sicariis, inflatum cùm ipse militum, tum collegæ mei, quemadmodum dicebat ipse, promissis, circumfluentem [c] colonorum Aretinorum, & Fesulanorum exercitu [d], quam turbam dissimillimo ex genere, distinguebant homines percussi [e] Syllani temporis calamitate. vultus erat ipsius plenus furoris: oculi, sceleris: sermo, arrogantiæ: sic vt ei iam exploratus, & domi conditus consulatus videretur. Murænam contemnebat: Sulpicium accusatorem suum numerabat [f], non competitorem: ei vim denuntiabat: reip. minabatur. Quibus rebus, qui timor bonis omnibus iniectus sit, quantáque desperatio reip. si ille factus esset, nolite à me commoneri velle: vosmetipsi vobiscum recordamini. meministis enim, cùm illius nefarij gladiatoris voces percrebuissent [g], quas habuisse in concione domestica diceba tur, *cùm miserorum fidelem defensorem negasset inueniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset: integrorum & fortunatorum promissis sanctos, & miseros credere non oportere*: quare qui cõsumta replere, erepta recuperare vellent, spectarent quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minimè timidum, & valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux, & signifer calamitosorum. Tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri senatuscon sultum, referente me, ne postero die comitia haberentur, vt de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postridie, frequenti senatu, Catilinam excitaui, atque eum de his reb. iussi, si quid vellet, quæ ad me allatæ essent, dicere. Atque ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit, atque [h] innuit. tum enim dixit, duo [i] corpora esse reipub. vnum debile, infirmo capite: alterum firmum, sine capite: huic, cùm ita de se meritum esset, caput, se viuo, non defuturum. Congemuit senatus frequens, neque tamen satis seuere, pro rei indignitate, decreuit. nam partim ideò fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant. Tum erupit è senatu, triumphans gaudio, quem omnino viuum illinc exire non oportuerat: præsertim cùm idem ille in eodem ordine paucis diebus antè, Catoni, fortissimo viro, iudicium minitanti [k], ac denuntianti, respondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed [l] ruina restincturum. His tum rebus commotus, & quòd homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina sciebam, descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & cum illa lata, insignique lorica, non quæ me tegeret (etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput [m], & collum solere petere) verùm vt omnes boni animaduerterẽt, & cùm in metu, & periculo consulem viderent, id quod est factum, ad opem, præsidiúmque meum concurrerent. Itaque cùm te, Serui, remissiorem in petendo putarent, Catilinam & [n] spe, & cupiditate inflammatum viderent: omnes, qui illam ab republica pestem depellere cupiebant, ad Murænam se statim contulerunt. Magna est autem comitiis consularibus repentina [o] voluntatum inclinatio, præsertim cùm incubuit ad virtum bonũ, & multis aliis adiu

a Chorus, pro comitatu.*
b L. audacibus, at. sicariis.
c L. circumfluentem col.
d turba.*
e L. periculi
f al. nominabat.
g L. perere bruissent.
h L. atq. innuit.
P. B.
i Idem Plutarchus in Cicerone.*
k al. minãti,
l Incendiũ vsitate aqua restinguimus, interdũ vero vel ipsa ruina dissipato vicini ædificio. incendium licet auertere l. 49. §. in f. ff. ad l. Aquil. l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 7. §. 3. ff. de incendio 6. Harmenopul. 1. αἴσει
m Sylanas proscriptiones innuit.*
n forte. & spe inflatum & cupiditate inflam.
o L. & repent.

a *fort.* Tu cum te de curriculo petitionis deiecisti. *Vet.* Tu nõ te de curriculo.*
b *subaudi* nouam.*
c Lex Calpurnia de ambitu seuerissima, cuius meminit Asconius in Cornelianas, & in Aurelium & Catilio.*
d *lib. vulg. non habent* sunt,
e L. in exsulum in n.
f *v. c.* valitudinis.
P. B.
g *al.* Quid? ergo hæc quis tulit.*
h L. prodesse rant. Quid illa, quæ mea summa vol.
i L. legis Manilia. Mamilia autem legem intelligit, legem Mamiliam de suffragiis, qua vtiquam simile est confusio in suffragiis maxima introducebatur ob æquationem gratiæ, dignitatis & suffragiorum. Neque placet quod Lex Mamilia definitionibus huic à nouanullis esse dicitur. Loquitur enim hic Cicero de suffragiis, qui bus cum nihil commune habet Mamilia de limitibus
k Editicios iudices appellat, quos edere accusatori permitebatur.
l Plagam inficit, qui nocet,
m L. & quo ad possum, occurro vestræ sapientiæ. L. seq. r.
n *al.* sa tati, ex veteri, sapientati.*
o *forte* legendũ securitatem.
p L. cõparat,
q L. & repent,

mentis petitionis ornatum. qui cùm honestissimo patre, atque maiorib. modestissima adolescentia, clarissima legatione, prætura probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia, petisset diligenter, & ita petisset, vt neque minanti cederet, neque cuiquam minaretur: huic mirandum est, magno adiumento Catilinæ subitam spem consulatus adipiscendi fuisse? ¶Nunc mihi tertius [a] ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt: à me, quoniam ita Muræna voluit, retractatus: quo in loco Postumio, familiari meo, ornatissimo viro,, de diuisorum [b] indiciis, & de deprehensis pecuniis: adolescenti ingenioso & bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis: M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de senatusconsulto, de republica respondebo. [Sed pauca, quæ meum animum repentè mouerunt, priùs de L. Murænæ fortuna conquerar. Nam cùm sæpe antea, iudices, & ex aliorum miseriis, & ex meis curis, laboribúsque quotidianis, *fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti à studiis ambitionis, otium, ac tranquillitatem vitæ secuti sunt*: tum verò in his L. Murænæ tantis, támque improuisis periculis ita sum animo affectus, vt non queam satis neque communem omnium nostrûm conditionem, neque huius euentum, fortunámque miserari: qui [c] primùm dum ex honoribus continuis familiæ, maiorúmque suorum vnum adscendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne & ea, quæ relicta, & hæc, quæ ab ipso parta sunt, amittat: deinde propter studium nouæ laudis, etiam in veteris fortunæ discrimen adducitur. quæ cùm [d] sunt grauia, iudices, tum illud acerbissimum est, quòd habet eos accusatores, *non qui odio [e] inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderent.* Nam, vt omittam Seruium [f] Sulpicium, quem intelligo non iniuria L. Murænæ, sed honoris contentione permotum: accusat paternus amicus, Cn. Postumius, vetus, vt ait ipse, vicinus, ac necessarius: qui necessitudinis causas complureis [g] protulit, simultatis nullam commemorare potuit: accusat Seruius [h] Sulpicius, sodalis filii, cuius ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant: accusat M. Cato, qui quamquam à Muræna nulla re vnquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac ciuitate natus, vt eius opes, & ingenium, præsidio multis etiam alieniss imis, vix [i] cuiquam inimicus esse deberet. Respondebo igitur Posthumio primùm, qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius [k] in quadrigarum [l] cursum incurrere. cuius competitores si nihil deliquerunt, dignitati eorum cõcessit, cùm petere destitit. sin autem eorum aliquis largitus est: expetendus [m] amicus est, qui alienam potius iniuriam, quàm suam persequatur.

Ea omnia, quæ & Postumio, & Ser. Sulpicio, adolescenti, responsa sunt, desiderantur.

Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum [n], ac robur totius accusationis. qui tamen ita grauis est accusator, & vehemens, vt multo magis eius auctoritatem, quàm criminationem pertimescam. In quo ego accusatore, iudices, primùm illud deprecabor, ne quid L. Murænæ dignitas illius, ne quid exspectatio tribunatus, ne quid totius vitæ splendor, & grauitas noceat: denique ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, vt multis prodesse posset [a]. Bis consul fuerat P. Africanus, & duos terrores huius imperii, Karthaginem, Numantiámque deleuerat [b], cùm accusauit L. Cottã. erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas: auctoritas tanta, quanta [c] in homine quoquam, in ipso imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc maiores natu dicere audiui, hanc accusatoris eximiam dignitatem plurimùm L. Cottæ profuisse. noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quemquam cadere in iudicio, vt nimiis aduersarij viribus abiectus videretur. Quid? Ser [d]. Galbam (nam traditum memoriæ est) nónne proauo tuo, fortissimo, atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti ad eius perniciem, populus Romanus eripuit? *semper [e] in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus & populus vniuersus, & sapientes, ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt.* Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non vim maiorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam. valeant hæc omnia ad salutem innocentium, ad [f] opem impotentum, ad auxilium calamitosorum: in periculo verò & in pernicie ciuium, repudientur. Nam si quis hoc fortè dicet, Catonem defensurum ad accusandum non fuisse, nisi priùs de causa iudicasset: iniquam legem, iudices, & miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere oportere. Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo: nonnulla in [g] te forsitan conformare, & leuiter emendare possim. *Non multa peccas*, inquit ille [h] fortissimo viro senior magister: *sed - si peccas, te regere possim.* At ego te veriss imè dixerim peccare nihil, neque vlla in re te esse huiusmodi, vt corrigendus potius, quàm leuiter [i] inflectendus esse videare. finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omneis denique virtutes magnum hominem, & excellsum. accessit his tot, doctrina non moderata, nec mitis, sed, vt mihi videtur, paullò asperior, & durior, quàm veritas, aut natura patiatur. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium: audaciùs paullò de studiis humanitatis, quæ & mihi, & [k] vobis nota, & iudicanda sunt, disputabo. In M. Catone, iudices, hæc bona, quæ videmus diuina, & egregia, ipsius scitote esse propria. quæ nonnumquam requirimus, ea sunt omnia non à natura, sed à magistro. Fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno [l], cuius inuentorũ æmuli Stoici nominantur. Huius sententiæ sunt, & præcepta eiusmodi. *Sapientem grato animo nunquam moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere, neminem misericordem esse, nisi simul-*

a PARTITIONIS pars tertia de crimine ambitus.*

b Diuisores erant, per quos populo pecunias diuidebant.*

c L. qui primum quoniã ex hom.

d al. cùm sint gr.

e al. studio sed nihil mutandum cũ & ita locutus sit in Milo. Miloniana.*

f L. Sec. Sulpicium.

g al. complures.*

h Ser. Sulpicium.

i L. vix cuiquam inimico. exitio esse deberent.

k Desultorij dicebãtur qui ex vno quo in alterum, non intermisso cursu, celerrimè desiliebant. Varro 2. de re rustic. 7. Liuius 23.*

l al. quadrigarum.*

m αὐτόπρος n al. fundamentum.*

a L. posset

b 1. officiorum*

c L. quanta in ipso imperio pop.

d recte vt alibi male Sergius: fuit enim Galba ex Sulpicium gente, vt, Catilina, ex Sergia,* e Accusatorum nimiæ potentiæ obsistendum.*

f L. ad opem impotentũ.

g lib. vulg. in re forsitan. h sumptum videtur ex alia quapiam vetere Tragœdia.*

i al. leniter.*

k L. & vobis nota, & iucunda sunt.

l De Stoicorum doctrina, adde Lactantium in 7. nouembr.*

tum, & leuem: viri non esse, neque exorari, neque placari: SOLOS sapientes esse, si [a] distortissimi sint formosos: si mendicissimi, diuites: si serui tutem seruiant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt: OMNIA peccata esse paria: omne delictum, scelus esse nefarium: nec minùs delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non fuerit, quàm eum, qui patrē suffocauerit: SAPIENTEM nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare numquam. Hæc homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus, arripuit: neque disputandi causa, vt magna pars, sed ita viuendi. Petunt [c] aliquid publicani: caue quidquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt, miseri, & calamitosi: sceleratus, & nefarius fueris, si quidquam, misericordia adductus, feceris. Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniam petit. nefarium est facinus, ignoscere. At leue delictum est. omnia peccata sunt paria. Dixisti [d] quippiam. fixum, & statutum [e] est. Non re ductus es, sed opinione. sapiens nihil opinatur. Erasti aliqua in re. malè dici putat. Hac ex disciplina nobis illa sunt. Dixi in senatu me nomē consularis candidati delaturum. Iratus dixisti [f], numquam, inquit, sapiens irascitur. At temporis causa. Improbi, inquit, hominis est, mendacio fallere: mutare sententiam, turpe est: exorari, scelus: misereri, flagitium. Nostri autem illi, (fatebor enim, Cato: me quoque in adolescentia, diffisum ingenio meo, quæsisse adiumenta doctrinæ) nostri, inquā, illi à [g] Platone, & Aristotele, moderati homines, & temperati, aiunt, *apud sapientem valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri: distincta genera* [h] *esse delictorum, & dispares pœnas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat: irasci nonnumquam: exorari eundem, & placari: quod dixerit, interdum, si ita rectius sit, mutare: de sententia decedere aliquando: omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas.* Nos ad magistros siqua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset: non tu quidem vir melior esses, nec fortior, nec temperantior, nec iustior, (neque enim esse potes) sed paullo ad lenitatem propensior. nō accusares nullis adductus inimicitiis, nulla [i] lacessitus iniuria, prudentissimum [k] hominem, summa dignitate, atque honestate præditum: putares, cùm in eiusdem anni custodia [l] te, atque L. Murēnam fortuna posuisset, aliquo te, cum hoc, reipublicæ vinculo esse coniunctum: quod atrociter in senatu dixisti, aut non dixisses, aut [m] sepositisses, aut mitiorem in partem interpretarere. Ac te ipsum (quantum ego opinione auguror) nunc & animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ, atque ingenij elatum, & recentibus præceptorum studiis flagrantem, iam vsus flecteret, dies leniret, ætas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores [n], & virtutis magistri, fineis officiorum paullo longiùs, quàm natura vellet, protulisse: vt [o], cùm ad vltimum [p] animo cōtendissemus, ibi tamen, vbi [q] oportet, [r] consisteremus. Nihil ignoueris. Immò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causa feceris. Immò resistito [s] gratiæ, cùm officium, & fides postulabit. Misericordia [t] commotus ne sis etiam in dissoluenda seueritate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. In sententia permaneto. Enimuero [a] nisi sententia alia vicerit melior. Hu iuscemodi Scipio [b] ille fuit, quem non pœnitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem [c], & pænè diutinum domi: cuius oratione, & præceptis, quamquam erant eadem ista, quæ te delectant, tamen aspergi non est factus, sed (vt accepi à senibus) lenissimus. Quis verò C. Lælio comior? quis iucundior, eodem ex studio isto? quis illo grauior? sapientior? Possum de L. Philippo, de C. Gallo dicere [d] hæc eadem: sed te domum iam deducam tuam. Quemquāmne existimas Catone, proauo tuo, commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis? de cuius præstanti virtute cùm verè, grauitérque dicere, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est illud quidem exemplum tibi pro positum domi: sed tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, quàm [e] ad vnumquemque nostrūm peruenire potuit: ad imitandum verò tam mihi propositum exemplar illud est, quàm tibi. Sed, si illius comitatem, & facilitatem tuæ grauitati, seueritatique adsperseris: non ista quidem erunt meliora, quæ nunc sunt optima, sed certè condita iucundiùs. Quare, vt ad id, quod instituī, reuertar, tolle mihi è causa nomen Catonis: remoue, ac prætermitte auctoritatem, quæ in iudiciis aut nihil valere, aut ad salutem debet valere: congredere [f] mecum criminibus ipsis. ¶ Quid accusas [g], Cato? quid affers in iudicium? quid arguis? Ambitum accusas? non defendo. Me reprehendis, quòd idem defendam, quod [h] lege punierim. Puniui ambitum, non innocentiam. ambitum verò ipsum vel tecum accusabo, si voles. Dixisti, senatusconsultum [i], me referente, esse factum *si* [k] *mercede corrupti, obuiam candidatu issent, si conducti sectarentur, si* [l] *gladiatoribus vulgò locus tributus* [m], item *prandia si vulgò essent data*: contra legem [n] Calpurniam factum videri. Ergo ita Senatus iudicat, cōtra legem facta hæc videri, si facta sint. decernit, quod nihil opus est, dum cādidatis morem gerit. nam factum sit, nécne, vehementer quæritur: si factum sit, quin contra legem [o] sit, dubitare nemo potest. Est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, id iudicare. Atque id decernitur omnibus postulantibus candidatis: vt ex S.C. neque cuius interfit, neque contra quem fit, intelligi possit. Quare doce, à L. Muræna illa esse commissa. tum egomet tibi contra legem commissa esse concedam. *Multi obuiam prodierunt* de prouincia decedenti, consulatum petenti. Solet fieri. eccui autem non proditur reuertenti? quæ fuit ista multitudo? Primùm, si tibi istam rationem non possim reddere: quid habet admirationis, tali viro aduenienti, candidato consulari, obuiam prodisse multos? quod [p] nisi esset factum, magis mirandum videretur. Quid, si etiam illud addam, quod à consuetudine non abhorret, rogatos esse multos? num aut criminosum sit, aut mirandum, qua in ciuitate rogati infimorum hominum filios [q] propè de nocte ex vltima sæpe vrbe deductum venire soleamus, in ea non esse grauatos homines prodire hora tertia in

a *Legendum esse & hic & duobus locis paullo post.*
b *al.* diuites.
P. CXXXIX.
c *Scueri & mere Stoici hominis imago.*
d L. Dixisti quippe fixū, & statutum est.
e *al.* stabile.*
f *legendum* Dixit
g De Platonis & Aristotelis doctrina.*
h *sint.* esse generā
P. B.
i ἐκ προαιρέσεως
k Impudentissimum h. l.
l *al.* custodiam.*
m L. aut, si potuisses, mitiorem, &c. in Stoici.*
n Inclusa hæc aut subditicia, aut perobscura.*
o Id est ad finem officii, à Stoicis constitutum perutilissimum.*
q L. vbi oporteret, nō consisteremus.
r id est in officio.*
s *legendum* videtur persistito, persistere. verò gratiæ obest per similitudinē gratiæ sed constanter aliquid concedere, si modò officium & fides postulet.*
t L. Misericordia commotus ne sis. Sed tamen est etiam in dissoluenda seueritate laus aliqua humanum, quæ ego mihi probatur.*

a L. Enimuero nisi sententiam sequentia alia vicer.
b Africanus minor.*
c Panætium.*
d L. hæc eadem dicere: sed te dom.*
P. CXL.
e fort. quam ad quemque alium nostrūm ὁμοίως πρὸς ἕκαστον vel ὁμοίως πρὸς ἕκαστον
g Responsio ad obiectiones Catonis. hoc est, de obuiam prodeuntibus, de sectatoribus, de spectaculis, de prandiis,
q L. quod lege pœnierim. Pœniuit. *ista veteres locuti* pro puniuit.*
i Senatusconsultum, de quo hic loquitur, legē antea latam subsecutum est (quod sæpissime fieri visitatum erat) legem in quam Tullius de qua scripsi in orat. pro Sestio & in Vatinium.*
k L. si mercede conducti, obuiam
l *L.* si gladiatoribus vulgo locus tributus, & item *&c.*
m *ad spectandos scilicet gladiatores.* Cicero 2. *ad Atticum* Querit ex me, num consuesset Siculis, locū gladiatoribus dare.*
P. B.
n *Legem Calpurniam* ambitus intelligunt, de qua superius* dixit.
o *al.* legem factum sic
p *al.* quod si non esset f.
q honorem aliquem petentes.*

campum Martium, præsertim talis viri nomine rogatos? Quid, si omnes societates [a] venerunt, quarum ex numero multi hîc sedent iudices? quid, si multi homines nostri ordinis honestissimi? quid, si illa officiosissima, quæ neminem patitur non honestè in vrbem introire, tota natio [b] candidatorum? si denique ipse accusator noster Postumius obuiam cum bene magna caterua sua vênit: quid habet ista multitudo admirationis? omitto clienteis, vicinos, tribuleis [c], exercitum totum Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat. hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam, non modò dignitati vllius vmquam, sed ne voluntati quidem defuisse. At *sectabantur multi.* Doce, mercede: concedam esse crimen. hoc quidem remoto, quid reprehendis? Quid opus est, inquit, sectatoribus? A me tu id quæris, quid opus sit eo, quò semper vsi sumus? Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi [d] beneficij locum, hanc in nostris petitionibus operam, atque assectationem. neque enim fieri potest, neque postulandum est à nobis, aut ab equitibus Romanis, vt suos necessarios candidatos sectentur totos dies: à quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si vno basilicæ [e] spatio honestamur, diligenter obseruari [f] videmur & coli. Tenuiorum, & non occupatorum amicorum est ista assiduitas: quorum copia bonis, & beneficis deesse non solet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum officij, Cato: sine eos, qui omnia à nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. Si nihil erit, præter ipsorum suffragium, tenue [g] est: si, vt suffragentur, nihil valent gratia. Ipsi denique, vt solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam possunt: atque hæc à nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi operâ sua, compensari putant posse. Itaque & legi [h] Fabiæ, quæ est de numero sectatorum, & S.C. quod est L. Cæsare consule factum, restiterunt. nulla est enim pœna, quæ possit obseruantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. At *spectacula sunt tributim* [i] *data, & ad prandium vulgò vocati.* Etsi hoc factum à Muræna omnino, iudices, non est: ab eius amicis autẽ more, & modo [k] factum est: tamen admonitus re ipsa, recordor quantum hæ quæstiones, in senatu habitæ, punctorũ [l] nobis, Serui, detraxerint. Quod enim tempus fuit aut nostra, aut patrum nostrorum memoria, quo hæc, siue ambitio est, siue liberalitas, nõ fuerit, vt locus & in circo, & in foro daretur amicis, & tribulibus? hæc homines tenuiores primùm, nondum [m] qui à suis tribulibus vetere instituto assequebantur.

Deest nonnihil.

Præfectum fabrûm semel [n] locum tribulibus suis dedisse: quid statuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas, tribulium causa, comparatunt? Hæc omnia sectatorum, spectaculorum, prandiorum item crimina, à multitudine in tuam nimiam diligentiam, Serui, conuecta suarum quibus tamen Muræna ab senatus auctoritate defenditur. Quid enim? Senatus num obuiam prodire crimen putat? non. sed mercede: conuince. num sectari multos? non, sed [b] conductos: doce. num locum ad spectandum dare? aut ad prandium inuitare? minimè. sed vulgò, passim. quid est vulgò? vniuersos. Non igitur, si L. Natta, summo loco adolescens, qui, & quo animo iam sit, & qualis vir futurus sit, videmus, in equitum centuriis voluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus, id erit eius vitrico fraudi, aut crimini: nec, si virgo Vestalis, huius propinqua, & necessaria, locum [c] suum gladiatorium cõcessit huic, nõ & illa piè fecit, & hic à culpa est remotus. Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. At enim agit mecum austerè, & Stoicè Cato. negat verum esse, allici beneuolentiam [e] cibo. Negat, iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. Ergo ad cenam, petitionis causa, si quis vocat, condemnetur. Quippe, inquit, tu mihi summũ imperium, summam [f] auctoritatem, tu gubernacula reipublicæ petas fouendis hominum sensibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? Vtrùm lenocinium, inquit, à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarum imperium à populo Ro. petebas? Hortibilis oratio: sed eam vsus, vita, mores, ciuitas ipsa respuit. Neque tamen Lacedæmonij, auctores istius vitæ, atque orationis, qui quotidianis epulis in robore [g] accũbunt: neque [h] verò Cretes, quorũ nemo gustauit vmquam cubãs, meliùs, quàm Romani homines, qui tempora voluptatis, laborisque dispertiunt, resp. suas retinuerunt: quorum alteri, vno aduentu nostri exercitus, deleti sunt: alteri nostri imperij præsidio disciplinam suam, legésque conseruant. Quare noli, Cato, maiorum i instituta, quæ res ipsa publica, quæ diuturnitas imperij comprobat, nimium seuera oratione reprehendere. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros, & honestus homo, & nobilis, Q. Tubero. is, cùm epulum Q. Maximus, Africani patrui sui nomine, populo Romano daret, rogatus est à Maximo, vt triclinium sterneret, cùm esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. Atque ille, homo eruditissimus, ac Stoicus, strauit pelliculis [k] hædinis lectulos Punicanos [l], & exposuit vasa Samia [m]: quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors honestaretur: quem cùm supremo eius die Q. [n] Maximus laudaret, gratias egit dijs immortatib. *quòd ille vir in hac rep. potissimum natus esset. necesse enim fuisse, vbi esse terrarum imperium, vbi ille esset.* huius in morte celebranda grauiter tulit populus Ro. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. Itaque homo integerrimus, ciuis optimus, cùm esset L. Paulli nepos, P. Africani, vt dixi, sororis filius, his hædinis pelliculis prætura deiectus est. Qdit populus Ro. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit. non amat profusas epulas: sordeis, & inhumanitatem multo minùs. distinguit rationem officiorum, ac temporum: vicissitudinem laboris, ac voluptatis. Nam, quòd ais, *Nulla re allici hominum mentes oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate*: hoc tu ipse, in quo summa est dignitas, non seruas. cur enim.

a publicano rum*

b Natione candidatorum intelligit ædilitios, quæstorios alios*

c Tribules, qui ex eadẽ tribu.*

d referendi benef.

e In Basilicis enim spatiari soliti.* f Ἀξιόχρεως

g L. tenue est, si vt suffragentur ni hil]al. tenue est, nisi vt suffragentur.*

h Lex Fabia, de ambitu lata fuit.*

i hoc est tribulibus Muræn æ, at non omnibus.*

k id est modium.* l Puncta pro suffragiis accipit*i P. f.

m al. nè dum qui]al. nè dũ à suis &c. et.* m al. fremmat*

a L. non sed mercede conuince.

b L. sed conductos: conductos doce.

c L. locum suum gladiatorib. concl. huic & illa piè fecit & hic à culpa non est, remd al. munimina al. munia gladiatorum.* e v.c. benivolentiam f L. tu summam auct-

g Lacedæmoniorum hæc consuetudo vt quotidianis epulis in robore accumberẽt. Athenæus xiv Ὅτι Σύλλας dixit. Maximus tamen legit in labore.*

h Cretes in eo differebãt à Spartiatis: quòd Lacedæmonij in epulis accubabant: Cretes ne accubabant quidem, in aliis admodum pa- res populis.

i L. institutis maiorum.

k sordes vitandæ candidato.*

l Ligeo: Seneca 15. ad Lucilium in fe- cundo libro. pelles infra Deliacam ter- ram 33.*

m fictilis Seneca ille loco n L. Maximus

cur enim quemquam, vt studeat tibi, vt te aduiuuet, rogas? Rogas tu me, vt mihi præsis, vt committam ego me tibi. Quid tandem? istúc me rogari oportet abs te, an te potiùs à me, vt pro mea salute laborem, periculúmque suscipias? Quid, quòd habes nomenclatorem? In [a] eo quidem fallis, & decipis. Nam, si nomine appellari abs te ciues tuos, honestum est: turpe est eos notiores esse seruo tuo, quam tibi: sin [b] etiam noris: tamen per [c] monitorem appellãdi sunt? cur antè petisti, quàm insusurrauit? aut quid, cùm admoneris, tamẽ, quasi tute noris, ita salutas? quid, posteaquàm es designatus, multo salutas negligentiùs? Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt. sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperiantur prauissima. Quare nec plebi R. eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conuiuiorum: quæ omnia maiores nostri comparauerunt: nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat, quàm largitionem. At enim te ad accusandum respublica adduxit. Credo, Cato, te isto animo, atque ea opinione venisse. sed tu imprudentia laberis. Ego quod facio, iudices, cum amicitiæ, dignitatisque L. Murænæ gratia facio, tum me pacis, otij, concordiæ, libertatis, salutis, vitæ denique omnium vestrûm causa facere clamo, atque [c] obtestor. Audite, audite consulem, iudices, nihil dicam arrogantius, tantùm dicam, totos dies, atque noctes de republica cogitantem. Non [f] vsque eò L. Catilina remp. despexit, atque contemsit, vt ea copia, quam secum eduxit, se hanc ciuitatem oppressurum arbitraretur. latiùs patet illius sceleris contagio, quàm quisquam putat: ad plureis pertinet. *intus, intus*, inquam, *est equus* [g] *Troianus*: à quo numquam, me consule, dormientes opprimemini. Quæris à me, quid ego Catilinam metuam. Nihil: & curaui, ne quis me cueret: sed copias illius, quas hîc video, dico esse metuendas: nec tam timendus est nũc exercitus L. Catilinæ, quàm isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur. non enim deseruerunt: sed ab illo in speculis, atque insidiis relicti, in capite, atque in ceruicibus nostris restiterunt. Hi & integrum consulem, & bonum imperatorem, & natura, & fortuna, cum reipublicæ salute coniunctum, deiici de vrbis præsidio, & de custodia ciuitatis, vestris sententiis, deturbari volunt. quorum ego ferrum, & audaciam reieci in campo, debilitaui in foro, compressi etiam domi meæ sæpe, iudices: his vos si alterum consulem tradideritis, plus multo erunt vestris sententiis, quàm suis gladiis consecuti. Magni interest, iudices, id quod ego multis repugnantibus egi, atque perfeci, esse [h] Kalendis Ian. in republica duos [i] consules. Nolite arbitrari mediocribus consiliis, aut vsitatis viis, aut lege imptoba, aut perniciosa largitione auditum aliquando aliquod malum reipublicæ quæri. Inita sunt in hac ciuitate consilia, iudices, vrbis delendæ, ciuium trucidandorum, nominis Romani exstinguendi. Atque hæc ciues, ciues, inquam, (si eos hoc nomine appellari fas est) de patria sua & cogitant, & cogitauerunt. horum ego quotidie consiliis occurro, audaciam debilito, sceleri resisto. Sed vos moneo, iudices: in exitu est iam meus consulatus: nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ: nolite adimere eum, cui remp. cupio tradere incolumem, ab his tantis periculis defendendam. Atque ad hæc mala, iudices, quid accedat aliud, non videtis? ¶ Te [a] appello, Cato: nónne prospicis tempestatem anni tui? iam enim hesterna concione intonuit vox pernicioſa designati tribuni, collegæ tui: contra quem multùm tua mens, multùm omnes boni prouiderunt, qui te ad tribunatus petitionem vocauerunt. Omnia, quæ per hoc triennium agitata sunt iam ab eo tempore, quo à Lucio Catilina, & Cneo Pisone initum consilium senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Qui locus est, iudices, quod tempus, qui dies, quæ nox, cùm ego non ex istorum insidiis, ac mucronibus, non solùm meo, sed multo etiam magis diuino consilio eripiar, atque euolem? Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem consulem de reipub. præsidio demouere [b] volũt: nec minùs vellent, Cato, te quoque aliqua ratione si possent, tollere: id quod, mihi crede, & agunt, & moliuntur. vident, quantum in te sit animi, quantum ingenij, quantum auctoritatis, quantum reip. præsidij: sed cùm consulari auctoritate, & auxilio spoliatam vim tribunitiam viderint, tum se faciliùs inermem, & debilitatum te oppressuros arbitrantur. nam ne sufficiatur consul, non timent. vident [c] in tuorum potestate collegarum fore: sperant sibi Silanum, clarum virum, sine collega, te sine consule, remp. sine præsidio obijci posse. His tantis in rebus, tantísque in periculis, est tuum, M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus es, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorem, socium in rep. consulem non cupidum, consulem (quod maximè tempus hoc postulat) fortuna constitutum ad amplexandum otium: scientia, ad bellum gerendum: animo, & vsu, ad quod velis negotium. ¶ Quamquam huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, iudices: totam remp. vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret L. Murænam: si interficere posset, occideret. Petunt enim rationes illius, vt orbetur auxilio resp. vt minuatur contra suum furorem imperatorum copia: vt maior facultas tribunis plebis detur, depulso aduersario, seditionis, ac discordiæ concitandæ. Idémne igitur delecti [e] amplissimis [f] ex ordinibus honestissimi, atque sapientissimi viri iudicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis reipublicæ iudicaret? Mihi credite, iudices, in hac causa non solùm de L. Murænæ, verùm etiam de vestra salute sententiam feretis. In discrimen extremum venimus: nihil est iam, vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. non solùm minuenda non sunt auxilia, quæ habemus: sed etiam noua, si fieri possit, comparanda. hostis est enim non apud Anienem, quod bello Punico grauissimum visum est, sed in vrbe, in foro: (dij [g] immortales! sine gemitu hoc dici non potest:) non nemo etiam in illo sacrario reipublicæ, in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est. Dii faxint, vt meus collega, vir fortissimus, hoc Catilinæ nefarium latrocinium armatus opprimat: ego togatus, vobis, bonísque omnibus adiutoribus, hoc,

a Apostrophe ad Catonem.

b L. deesse uri

c L. videntes intuorum pot.

d Apostrophe ad iudices.

e vel dilecti

f L. ex ordinib. amplissimis hon.

g al. O Dij al. (o) immortales)

a eo quidem

b L. sin, eri si noris, tamẽ per monitorem app. sunt: cur ante appellas, quàm inf.

c Monitoris seu nomenclatoris officium apertissime hic describitur, & Horatius merito seruul qui dicitur nomina.

d al. pellis al. appellas.

e L. CXLIII. c. L. atq. testori

f vet. cod. Nusquam.

g Catilina vna cum grege suo conseruatorum.

h Quintilianus libro 6. legit esse pridie kalẽd. p. R. Ianuar. cer.

i L. duo cõsules. Nolite arbitrari. Ne mediocribus consiliis, aut vsitatis, viis, non lex improba, non perniciosa largitio, non auditum aliquando aliquod mãlum eip. quæriri. init.

quod conceptum reſpublica periculum parturit, conſilio diſcutiam, & comprimam. Sed quid tandem fiet, ſi hæc elapſa de manibus noſtris, in eum annum, qui conſequitur, redundarint? Vnus erit conſul, & is non in adminiſtrando bello, ſed in ſufficiendo collega occupatus. hunc iam qui impediuri ſint [a], parati [b] ſunt. illa [c] peſtis immanis, importuna, Catilinæ prorumpet, quà poterit: & iam populo Romano minatur: in agros ſuburbanos repentè aduolabit: verſabitur in caſtris furor, in curia timor, in foro coniuratio, in campo exercitus, in agris vaſtitas: omni autem in ſede, ac loco ferrum, flammámque metuemus. quæ iamdiu comparantur, éadem iſta omnia, ſi ornata ſuis præſidiis erit reſpublica, facilè & magiſtratuum conſiliis, & priuatorũ diligentia opprimentur. ¶ Quæ [e] cùm ita ſint, iudices, primùm reipublicæ cauſa, qua nulla res cuiquam potior debet eſſe, vos, pro mea ſumma, & vobis cognita in remp. diligentia, moneo, pro auctoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, vt otio, vt paci, vt ſaluti, vt vitæ veſtræ, & ceterorum ciuium, conſulatis: deinde ego fidem [f] veſtram, vel defenſoris, & amici officio adductus, oro, atque obſecro, iudices, vt ne hominis miſeri, & cùm corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murænæ, recentem gratulationem noua lamentatione obruatis. modò maximo beneficio populi R. ornatus, fortunatus videbatur, quòd primus in familiam veterem, primus in municipium antiquiſſimum, conſulatum attuliſſet: nunc idem ſqualore ſordidus, confectus morbo, lacrymis, ac mærore perditus, veſter eſt ſupplex, iudices, veſtram fidem obteſtatur, miſericordiam implorat, veſtram poteſtatem, ac veſtras opes intuetur. Nolite, per deos immortaleis, iudices, hac eum re, qua ſe honeſtiorem fore putauit, etiam ceteris antè partis honeſtatibus, atque omni dignitate, fortunáque priuare. Atque ita vos Muræna, iudices, orat, atque obſecrat, ſi iniuſtè neminem læſit, ſi nullius aures, voluntatém ve violauit: ſi nemini, vt leuiſſimè dicam, odio nec domi, nec militiæ fuit: ſit apud vos modeſtiæ locus, ſit demiſſis hominibus perfugium, ſit auxilium pudori. *Miſericordiam ſpoliatio conſulatus: magnam habere debet, iudices, una enim eripiuntur cum conſulatus omnia.* inuidiam verò his temporibus habere conſulatus ipſe nullam poteſt. obiicitur enim concionibus ſeditioſorum, inſidiis coniuratorũ, telis Catilinæ: ad omne denique periculum, atque ad omnem inuidiã ſolus opponitur [a]. Quare quid inuidendum Murænæ, aut cuiquã noſtrũm ſit in hoc præclaro conſulatu, non video, iudices. quæ verò miſeranda ſunt, ea & mihi ante oculos verſantur, & vòs videre, & perſpicere poteſtis. Si (*quod Iuppiter omen auertat*) hunc veſtris ſententiis afflixeritis [b]: quò ſe miſer vertet? domúmne? vt eam imaginem clariſſimi viri, parentis ſui, quam paucis antè diebus laureatam in ſua gratulatione conſpexit, eandem deformatam ignominia, lugentémque videat? an ad matrem, quæ miſera modò conſulem oſculata filium ſuum, nunc cruciatur, & ſollicita eſt, ne eundem paullo pòſt ſpoliatum omni dignitate conſpiciat? Sed quid ego matrem, aut domum appello, quem noua pœna legis & domo, & parente, & omnium ſuorum conſuetudine, conſpectúque priuat? Ibit igitur in [c] exſulium miſer? quó? ad Orientíſne parteis, in quibus annos multos legatus fuit, & exercitus duxit, & res maximas geſſit? At *habet magnum dolorem, unde cum honore deceſſerit, eódem cum ignominia reuerti.* An ſe in contrariam partem terrarum abdet, vt Gallia Tranſalpina, quem nuper ſummo cum imperio libentiſſimè viderit, eundem lugentem, mærentem, exſulem videat? in ea porrò prouincia, quo animo C. Murænam, fratrem ſuum, adſpiciet? qui huius dolor? qui illius mæror erit? quæ vtriuſque lamentatio? quanta autem perturbatio fortunæ, atque ſermonis, quòd, quibus in locis paucis antè diebus factum eſſe conſulem Murænam, nuntij, litteræque celebraſſent, & vnde hoſpites, atque amici gratulatum Romam concurrerint, repentè eò accedat ipſe nuntius ſuæ calamitatis? Quæ ſi acerba, ſi miſera, ſi luctuoſa ſunt, ſi [d] alieniſſima à manſuetudine, & miſericordia veſtra, iudices: conſeruate populi R. beneficium: reddite reip. conſulem: date hoc ipſius pudori, date patri mortuo, date generi, & familiæ, date etiam Lanuuio, municipio honeſtiſſimo: quod in hac tota cauſa frequens, mæſtumque vidiſtis. nolite à ſacris patriis Iunonis Soſpitæ, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum, & ſuum conſulem potiſſimùm auellere. Quem ego vobis, ſi quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea, conſul conſulem, iudices, ita commendo, vt cupidiſſimum otij, ſtudioſiſſimum bonorum, acerrimum contra ſeditionem, fortiſſimum in bello, inimiciſſimum huic coniurationi, quæ nunc remp. labefactat, futurum eſſe promittam [e], & ſpondeam.

a *al.* ſint, videtis: illa peſtis immanis.*
P. B.
b *lib. vulg. non habent hæc totum*, parati ſunt.
c *L.* illa peſtis immanis & import. Cat lina, prorumpet, d *al.* comprimentur *ex veteri* comprimentur.* e PERORATIO.*
f *L.* fidem veſtram & defenſoris, & amici off.
a *al.* expo nitur.
b *quidam lib. vulg.* abfeceritis.
c *al.* in exſilium P. B.
d *L.* ſi alieniſſima manſuetudine, &c.
e *ſeru.* vobis promittam, & ſpondeo.

PRO L. VALERIO FLACCO [a].

ORATIO VICESIMAQVARTA.

SYNOPSIS.

Quæſtio *An L. Flaccus repetundarum reus ſit*, Accuſator *D. Lælius*: Reus *L. Flaccus*: Patroni L. Flacci, *Q. Hortenſius & M. Cicero*, Iudex. *L. Lucullus*, Acta *in foro nõ lõgè à gradibus Aurelijs, anno vrbis* 694.

a repetundarum reo ex Prætura Aſiatica in qua Ciceroni ſucceſſerat.*

b EXORDIVM.*

QVM b in maximis periculis huius vrbis, atque imperij, grauiſſimo, atque acerbiſſimo reipublicæ caſu, ſocio, atque adiutore conſiliorum, periculorúmque meorum, L. Flacco, cædem à vobis, cõiugibus liberis veſtris, vaſtitatem à templis, delubris, vrbe, Italia depellebam: ſperabam, iudices, honoris [c] potiùs L. Flacci me adiutorem futurũ, quam miſeriarum deprecatorem. Quod enim eſſet

c *L.* honoris potius

esset præmium dignitatis, quod populus Ro. cùm huius maioribus semper detulisset, huic denegaret: cùm L. Flaccus veterem [a] Valeriæ gentis in liberanda patria laudem propè [b] quingẽtesimo anno reip. retulisset? Sed si fortè aliquãdo aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus exstitisset: existimabam L. Flacco multitudinis potiùs imperitæ, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimorum, & lectissimorum virorum iudicium esse subeundum. etenim, quibus auctoribus, & defensoribus, omnium tum salus esset non ciuium solùm, verùm etiam gentium defensa, ac retenta, neminem vmquam putaui per eos ipsos periculum huius fortunis, atque insidias creaturum. Quòd si esset aliquando futurum, vt aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret: numquam tamen existimaui, iudices, D. Lælium, optimi viri filium, optima ipsum spe præditum, summę dignitatis, eam suscepturum accusationem, quæ sceleratorum ciuium potiùs odio, & furori, quàm ipsius virtuti, atque [c] institutæ adolescentiæ conueniret. Etenim cùm à clarissimis viris iustissimas inimicitias sæpe cum bene meritis ciuibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus, quemquã amicũ reip. posteaquàm L. Flacci amor in patriam perspectus esset, nouas huic inimicitias, nulla accepta iniuria, denunciaturum. Sed quoniam, iudices, *multa nos & in nostris rebus, & in rep. fefellerũt*: ferimus ea, quæ sunt ferenda. tãtum à vobis petimus, vt omnia reip. subsidia, totum statum ciuitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc vno iudicio positam esse, & desixam putetis. Si vmquam resp. consilium, grauitatem, sapientiam, prouidentiam iudicium imploranit: hoc tempore, hoc, inquam, tempore implorat. Non estis de Lydorum, aut Myorum, aut Phrygum, qui huc compulsi, concitatíque venerunt, sed de vestra rep. iudicaturi, de ciuitatis statu, de communi salute, de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam nunc, quæ fortium ciuium menteis, cogitationésque sustentet. omnia alia perfugia bonorum, præsidia innocentum, subsidia reip. consilia, auxilia, iura occiderunt. Quem enim alium appellẽ? quem obtester? quẽ implorem? senatúmne? at is ipse auxilium petit à vobis, & confirmationem auctoritatis suæ, vestræ potestati permisit. an equites Romanos? iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta [e], quid cum omnibus senseritis. an populum Romanũ? at is quidẽ omnem [f] suam de bonis [g] potestatem tradit vobis. Quamobrem, nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, iudices, non auctoritatem, quæ amissa est, sed salutem nostram, quæ spe exigua, extremáque pendet, tenuerimus: nihil est præterea, quò cõfugere possimus: nisi fortè quæ res hoc iudicio tenetur, quid agatur, cui causæ fundamenta iaciantur, iudices, non videtis. Damnatus est is, qui Catilinam, signa patriæ inferentem, interemit: quid est causæ, cur non is, qui Catilinam ex [i] vrbe repulit, pertimescat? rapitur ad pœnam, qui indicia communis exitij cepit: cur sibi confidat is, qui ea proferenda, & patefacienda curauit? socij consiliorum, ministri, comitésque vexantur: quid auctores, quid duces, quid principes sibi exspectent? Atque vtinã inimici nostri, ac bonorum omniũ, mecum potiùs contendant. vtrùm tamen omnes boni, duces nostri, an comites fuerint ad communem conseruandam salutem [*]

Deest nonnihil.

¶ Hũc igitur virũ, Lęli, quib. tandẽ rebus oppugnas? Fuit, P. Seruilio imperatore, in Cilicia tribunus mil. ea res filetur. Fuit M. Pisoni quæstor in Hispania. vox de quæstura nulla missa est. Bellum Cretense ex magna parte gessit, atque vnà cũ summo imperatore sustinuit. muta est huius temporis excusatio. Præturæ iurisdictio, res varia, & multiplex ad suspiciones, & simultates, non attingitur. ea [b] verò in summo, & periculosissimo reip. tempore etiã ab inimicis laudatur. At [c] à quibus læditur. Antequàm dico, à quibus, quadspe, quãvi, qua re cõcitatis, qua leuitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia præditis, dicã de genere vniuerso, & de conditione omnium nostrũm. Per deos immortaleis, iudices, vos, quomodo is, qui anno antè Romæ ius dixerat, anno pòst in Asia ius dixerit, à testibus quæretis ignotis? ipsi coniectura nihil iudicabitis? in tam varia iurisdictione tam multa decreta, tot hominum gratiosorum læsæ voluntates. quæ est vmquam iacta non suspicio, quę tamen solet esse falsa, sed iracundiæ vox, aut doloris? Et is est reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compẽdiũ, in [e] maledicentissima ciuitate, in suspicionissimo negotio maledictũ omne, non modò crimen effugit. Prætereo illa, quæ prætereunda non sunt: nullum huius in priuatis rebus factum auarũ, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri. Quibus igitur testibus ego hoisce possum refutare, nisi vobis? Timolites ille vicarius [f], homo nõ modò nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit, qualis sit L. Flaccus? quem [g] vos modestissimum adolescentem, prouinciæ maximæ sanctissimum virum, nostri exercitus fortissimũ militem, diligentissimum ducem, temperatissimum [h] legatum, quæstorémque [i] cognouerunt? quem vos præsentes constantissimum senatorem, iustissimum [k] prætorem, ac amantissimum reip. ciuem iudicastis? De quibus vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testeis audietis? At quos [l] testeis? primùm dicam (id [m] quod est commune) Græcos: non quo nationi huic ego vnus maximè fidẽ derogem. nam, si quis vmquam de nostris hominibus à genere isto, studio, ac voluntate nõ abhorrens fuit: me & esse arbitror, & magis etiam tum, cùm plus erat otij, fuisse: sed sunt in illo numero multi boni, docti [n], prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt: multi [o] imprudentes, illiterati, leues, quos variis de causis video concitatos. Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinam, nõ adimo sermonis lepórem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, siqua sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorũ religionem, & fidem numquam ista natio coluit: totiúsque huiusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud est, *Da [p] mihi testimonium [q] mutuum [r]?* num Gallorũ, num Hispanorum putatur? totũ istud Græcorum est: vt etiam qui Græcè nesciunt, hoc, quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. Itaque videte, quo vultis, qua confidentia

a CONTENtionis pars prima, seu de TESTIBVS Asiaticis in genere.*

b L. at verò in summo, & periculosissimo reip. tempore etiã ab inimicis eadẽ præturæ laudatur.

c *Pantagathus.* At Asiatica à testib. læditur *non male*? Nam de Vrbana iam est locutus* d L. qua spe qua re concitatis.

e L. id maledicentissima ciuitate maledictũ omne, in suspicionissimo negotio omnẽ suspicionem nõ modò crimen effugit.

f L. Nicenus homo n. ‖ *& ita Timneb.**

g Testimonia pro Flacco.*

h *al.* temperantissimum legatum.

i quæstorémque cognouerunt?

k L. iustissimum prætorem, amantiss. reip.

l L. At quos testeis? primùm, (id quod est c.) *Gr.*

m Græciæ commendatio & vituperium*

n L. docti prudentes, P. CXLVIII.

o L. multi impudentes,

p δόκει μοι μαρτυρίαν.

q *al.* mutuũ testimoniũ?

r Testimonium mutuũ dicitur, compensatũ & insimili causa, seu pari hodie reddi tum.*

a hoc est p. Valerij Publicolæ, qui pro liberatione patria contra Tarquinium Superbum, legẽsque P. Romano gratas tulit, de quo infra.*

b hoc est 466. Tot an. à Valerio ad consulatũ Cæsaris numerantur.*

c L. atque in Asiatico adolescentiæ P. B. adolescentiæ cõ.

d L. præsidia innocentum.

e Iudicabãt hoc tempore lege Aurelij Cottæ sensto res, equites, & tribuni ærarii qui plebẽ referebant.* f L. omnem suam de nobis potestatẽ tradidit vobis.

D. CXLVII.

g al. nobis.*

h L. e vrbe repulit, pertimescat, repetitur ad pœnam qui indicia comm. exitij excepit curauit &c. *Gr.*

dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. numquam nobis ad [a] rogatũ respondent: semper accusatori plus quàm ad rogatum. numquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt: sed quemadmodum se explicẽt dicendo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, quòd (vt ipse aiebat) libertus [b] erat eius turpi iudicio condemnatus. nihil dixit, quod [c] læderet eum, cùm cuperet. impediebat enim religio. tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit? Quàm promtus homo, P. Septimius? quàm irat[o] de iudicio, & de villico? tamen hæsitabat: tamen eius iracundiæ religio nonnũquam repugnabat. Inimicus M. Cæliꝰ [d], ip, cùm in re manifesta putaret *negas esse, publicanũ iudicare contra publicanum*, sublatus erat è numero recuperatorum. tamen tenuit se, neq; attulit in iudicium quidquam ad lędendum, nisi voluntatem. Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores, ac disciplina plus valerẽt, quàm dolor, ac simultas: omnes se spoliatos, vexatos, fortunis euersos esse dixissent. Græcus testis cùm ea voluntate processit [e], vt lædat: non iurisiurandi, sed lædendi verba meditatur, vinci, refelli, coargui putat esse turpissimum: ad id se parat: nihil aliud curat. Itaque non optimus quisque, nec grauissimus, sed impudentissimus, loquacissimúsque deligitur. Vos autẽ *in priuatis minimarum rerum iudicijs testẽ [f] diligenter expenditis*. etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostis, mores tamen exquirẽdos putatis. qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, vt se ipse sustentat! vt omnia verba moderatur! vt timet, nequid cupidè, ne quid iracundé, ne quid plus minúsve, quàm sit necesse, dicat! Num illos idem putatis? quibus iusiurandum iocus est: testimonium, ludus: existimatio vestra [g], tenebræ: laus, merces, gratia, gratulatio [h], proposita est omnis in impudenti mendacio. Sed non dilatabo orationem meam. etenim [i] posset esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimoniis dicendis explicare vanitatẽ. sed propiùs accedam: de his vestris testibus dicam. Vehementem accusatorem nacti sumus, iudices, & inimicũ in omni genere odiosum, ac molestum: quẽ spero his [k] rebus fore magno vsui & amicis, & reip. Sed certè inflammatus incredibili cupiditate, hanc causam, accusationémq; suscepit. Qui comitatus in [l] inquirendo? comitatũ dico? immò verò quantus exercitus? quæ iactura? qui sumtus? quanta largitio? quæ quamquã vtilia sunt causæ, timidè tamen dico, ꝙ vereor, ne Lælius ex his rebus, quas sibi suscepit gloriæ causa, putet aliquid, oratione mea, sermonis in se, aut inuidiæ esse quæsitum. Itaque hanc partem totam relinquam: tantùm à vobis petam, iudices, vt, si quid ipsi audistis communi fama, atque sermone, de vi, de manu, de armis, de copiis, memineritis, quarum rerũ inuidia, lege ac recenti, ac noua, certus [m] est inquisitioni [n] comitum numerus cõstitutus. Sed, vt hanc vim omittã, quanta illa sunt? quæ quoniam accusatorio iure, & more sunt facta, reprehendere non possumus, tuæri tamẽ cogimur: primùm ꝙ distributis partibus, sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Põpeium, ꝙ L. Flacco est vehementer inimicus, contendisse à Lælio paterno amico, ac perneccssario, vt hunc hoc iudicio arcesseret: omnémque ei suam auctoritatẽ, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc verisimilius Græcis hominibus videbatur, quòd paullò antè familiarẽ Lælium in eádem prouincia Flacco viderant. Põpeij autem auctoritas cùm apud omneis tanta est, quãta esse debet, tum excellit in ista prouincia, quã nuper & prædonũ, & regum bello liberauit. Adiunxit illa, vt eos, qui domo exire nolebant, testimonij denuntiatione terreret: qui domi stare non poterant, largo, & liberali viatico cõmoueret. Sic adolescens, ingenij plenus, locupletetis [o] metu, tenueis præmio, stultos errore permouit, sic sunt expressa ista præclara, quę recitantur, psephismata, non [b] sententiis, neq; auctoritatibus declarata, nec [c] iureiurando cõstricta, sed *porrigenda [d] manu, profundẽdoq; clamore multitudinis concitata*. O morem præclarum, disciplinámq; , quam à maioribus accepimus, si quidem teneremus! sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur. nullam illi nostri sapientissimi, & sanctissimi viri, vim concionis esse voluerunt, quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet: summota concione, distributis partibus, tributim [f], & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata, & cognita, iuberi [g], vetarique voluerunt. *Græcorũ autem tota resp. sedentũ concionũ temeritate administratur*. Itaque vt hanc Græciã, quę iamdiu suis consiliis perculsa, & afflicta est, omittam: *illa [h] vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc vno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum*. Cùm in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes, ignariq; considerant: tum bella inutilia suscipiebant: tum seditiosos homines reipublicæ præficiebant: tum optimè [i] meritos ciueis è ciuitate eiiciebant [k]. Quòd si hæc Athenis tum, cùm illæ nõ solùm in Græcia, sed propè cunctis gentibus enitebant [l], accidere sunt [m] solita: quam moderationem putatis in Phrygia, aut in Mysia concionũ fuisse? Nostras conciones, illarum nationum homines plerumq; perturbant. quid, cùm soli sunt ipsi, tandem [n] fieri putatis? Cæsus est virgis Cynicus [o] ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus. data concio Lælio est, processit ille, & Græcus apud Græcos non de culpa sua dixit, sed de pœna questus est. *porrexerũt manus*: psephisma natum est. Hoc testimonium est? Nuper epulati, paullo antè omni largitione saturati Pergameni, quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed fagina [p] tenebat, se velle dixit, id sutores, & zonarij [q] conclamarunt. Hoc testimonium est ciuitatis? Ego testeis à Sicilia [r] publicè duxi. verùm erant testimonia nõ concitatę concionis, sed iurati senatus. Quare iam non est mihi contentio cum teste: vobis videndũ est, sintne hæc testimonia putanda. Adolescẽs bonus, honesto loco natus, disertus, cum maximo, ornatissimóque comitatu venit in oppidum Græcorum: postulat concionem: locupletes [s] homines, & graueis, ne sibi aduersentur, testimonij denũtiatione deterret: egẽteis, & leueis spe largitionis [t], & viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat [u]. opificcs, & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum, quid est negotij concitare, in eum præsertim, qui nuper summo cùm in imperio fuerit, summo autem in amore esse, propter nomen ipsum imperij, non potuerit?

Miran-

a Testis ad rogatum non respondere dicitur, cum interrogatus aliud, nihil de re, sed omnino aliena refert: accusatoris autẽ gratia, plus etiam quàm rogatus sit, dicit.*

b L. libertus eius erat turpi.

c L. quòd lædere t, cùm c. al. quod eum lædere t, cùm cup.

d L. M. Cœlius, al. M. Celius,

e al. procedit.*

f vide l. 3. ff de testibus.*

g al. verò tri cæ. al. verba. tenebræ, laus.

h L. gratulatio, posita est omnis in impud.

i L. etenim potest esse in.

k al. his verbis. al. aliis rebus. al. his virtutibus. al. his moribus*

l al. in anquirendo?

m L. certus sit inq.

P. CXLIX.

n al. inquisitori.*

a vt c. loquepleris metus tenuit præ.

b Psephismatum declarandorum mos*

c al. neq; iureiur.

d τῆς χειροτονίας, sic infra porexerant manum. psephisma natum est. Hac vero χειροτονία vtebantur Athenienses in suffragiis ferendis, magistratibus creandis & decretis scisc endis. De mosthenes contra Ctesiphontem, Vlpianus in orat. Demosthenis cõtra Midiã, Andocides orat. one de pace, Xenophon. 1. re rum Græcarũ Suidas. Qui mos in reuocandis & creandis Ecclesiæ* minimis seruatus quoque in veteri Ecclesia consuetudine nimirum Græca. Actia apostol.*

e al. concitata.*

f Tributim, scisceit plebs: centuriatim, populus vniuersus.*

g al. iuberi, vetarique volto ad Philippum. seu ipso annorum.*

i Themistocl. Aristid. Cimonis &c.

k al. eiiciebant.

l al. emittebant.

m al. solita sunt. fieri tandem putaris.*

o L. Cynicus ille Ath. al. Cynicus.*

p epulis.*

q al. coriarij. al. zonarij & zoriarij. Pätagathus*

r fort. è Sicilia.

s al. locupleteis

t al. legationis,

u al. prolectat

Mirandum verò est, homines eos, quibus odio sunt nostræ fecures: nomen acerbitati: scriptura [a], decumæ [b], portorium [c], morti: libenter arripere facultatem lædendi, quæcumque detur. Mementote igitur, cùm audietis pfephismata, non [d] audire vos testimonia: audire temeritatem vulgi, audire vocem leuissimi cuiusque, audire strepitum imperitorum, audire concionem concitatam leuissimæ nationis. Itaque perscrutamini penitus naturam, rationémque criminum: iam nihil, præter speciem [e] nihil, præter terrorem, ac minas reperietis. *

a *Scriptura a vectigal ex pascuis.*
b *Decumæ ex agris.*
c *Portorium ex importatione & exportatione rerum.*
d *pfephisma ortum, Græcorum ritu.*
e *L. spē. ¶Speciem hic vocat terrorem modum & minas.*

Deesse videntur nonnulla.

In ærario nihil habent ciuitates, nihil in vectigalibus. duæ rationes cōficiendæ pecuniæ, aut versura [f], aut tributo. nec tabulę creditoris proferuntur, nec tributi confectio vlla recitatur. Quàm verò facilè falsas rationes inferre, & in tabulas, quodcumque commodum est, referre soleant, ex Cn. Pompeij litteris ad Hypæum, & Hypsæi ad Pompeium missis, quæso cognoscite. LITTERÆ POMPEII AD HYPSAEVM, ET HYPSAEI AD POMPEIVM. Satisne vobis coarguere his auctoribus dissolutam Græcorum consuetudinem, licentiámque impudentem videmur? nisi forte, qui Cn. Pompeium, qui præsentem, qui nullo impellente, fallebant, eos, vrgente Lælio, in absentem, & in L. Flaccum aut timidos fuisse, aut religiosos putamus. Sed fuerint incorruptę litteræ domi: nunc verò, quam habere auctoritatem, aut quam fidem possunt? Triduo lex [g] ad prætorem deferri, iudicum signis obsignari iubet. tricesimo die vix deferuntur. Ne cor rumpi tabulæ facilè possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit. At obsignantur corruptæ. Quid refert igitur, tanto pòst ad iudices deferantur, an omnino non deferātur? Quid, si testium studium cum accusatore sociatum est? taménne isti testes habebuntur? Vbi est igitur illa exspectatio, quæ versari in iudiciis solet? nam antea, cùm dixerat accusator acriter, & vehementer, cúmque defensor suppliciter, demisséq; respondera: tertius ille erat exspectatus locus testium, qui aut sine vllo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. Hoc verò quid est? Vnà sedēt, ex accusatorum subsellijs surgunt, non dissimulant, non verentur: de subselliis querorē? vna ex domo prodeunt. si verbo tiubarint [h], quò reuertantur, non habebunt. An quisquam esse testis potest, quem accusator sine cura interroget: nec metuat, ne sibi aliquid, quod ipse nolit, respondeat? Vbi est igitur illa [i] laus oratoris [k], quæ vel in accusatore antea vel in patrono spectari solebat? Bene testem interrogauit: callide accessit: reprehendit: quòd [l] noluit, adduxit: conuicit, & elinguē reddidit. Quid tu istum roges, Læli, qui, priusquàm hoc, Te rogo, dixeris, plura etiam effundet, quàm tu ei domi ante præscripseris? Quid ego autē defensor rogem? nam *aut oratio testium refelli solet, aut vita lædi.* Qua disputatione orationem tefellā eius, qui dicit, Dedimus: nihil ampliús? In hominem dicendum est igitur, cùm oratio [m] argumentationē non habet. Quid dicam in ignotum [n]? Querēdum est ergo, & deplorandum, id quod iamdudum facio, de omni accusationis iniquitate: primùm de communi genere testium. dicit enim natio minimè in testimoniis dicendis religiosa. propiùs accedo. nego esse ista testimonia, quæ [a] tu ipse pfephismata appellas: sed & fremitum egentium, & motum quendam temerariū Græculæ concionis. Intrabo etiam magis. qui gessit, non adest: qui numerasse dicitur, non est deductus: priuatæ litteræ nullæ proferuntur: publicæ retentæ sunt in accusatorum potestate. summa est in testibus, hi viuunt cum inimicis: adsunt cū aduersariis: habitant cum accusatoribus. Verum hic tandem disceptationem, & cognitionem veritatis an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Multa enim sunt eiusmodi, iudices, vt etiam si in homine ipso, de quo agitur, ne gligenda sint, tamen in [b] conditione, atque in exemplo pertimescenda videantur. Si quē infimo loco natū, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem: tamen [c] ciuis ciuem à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, ne ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris [d] confessoribus, conuiuis, contubernalibus: ne hominibus, leuitate Græcis, crudelitate barbaris, ciuem ac supplicem vestrum dederetis: ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. sed, cum L. Flacci res agatur, cuius ex familia qui primus consul factus est, primus [e] in hac ciuitate cōsul fuit: cuius virtute regibus exterminatis, libertas in rep. constituta est: quæ vsque ad hoc tēpus honoribus [f], rerum gestarum gloria cōtinuata permansit: cúmq; ab hac peremptis, cōtestataq; virtute maiorum, non modò nō degenerarit L. Flaccus, sed [h] id quod maximè florere in generis sui gloria viderat, laudem patriæ in libertatem vindicandæ prætor adamarit [i], in hoc ego reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimescā, in quo, etiā si quid errasset, omnes boni conniuendū esse arbitrarentur? Quod quidem ego non modò nō postulo, sed contrà, iudices, vos oro, & obtestor, vt totam causam quàm maximè intentis [k] oculis, (vt aiunt) acerrimè contemplemini. Nihil religione testatū, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum: contráque omnia corrupta libidine, iracúdia, studio, pretio, periurio reperientur. ¶Etenim [l] iam vniuersa istorū cognita cupiditate, accedā ad singulas querelas, criminationésq; *Græcorū*. Classis nomine pecuniam ciuitatibus imperatā [m] queruntur. Quod nos factum, iudices, confitemur. Sed, si hoc crimē est: aut in eo est, quòd non licuerit imperare: aut in eo, q, non opus fuerit nauibus: aut in eo, quòd nulla, hoc prætore, classis nauigarit. Licuisse vt intelligas, cognosce, quid, me consule, senatus decreuerit, cùm quidem nihil à superioribus continuorum annorum decretis decesserit [n]. SENATVSCONSVLTVM. Proximum est ergo, vt opus fuerit classe, nécne, quæramus. Vtrùm igitur hoc Græci statuent, aut vllæ exteræ nationes, an [o] vestri prætores, vestri duces, vestri imperatores? Equidem existimo, in eiusmodi regione, atque prouincia, quæ mari cincta, portubus distincta, insulis circūdata esset, non solùm præsidij, sed etiam ornādi imperij causa, nauigandū fuisse. *Hæc enim ratio, ac [p] magnitudo animorū, in maioribus nostris fuit: vt, cùm in priuatis rebus, suisq; sumptibus, minimo cōtenti, tenuissimo cultu viuerēt: in imperio, atque in publica dignitate, omnia ad*

a *I. quæ ipse pfephisma. appellas. sed fremitum egentium.*
b *al. in imitatione,*
c *L. tamen eū quem à ciuib. d vide l. 3. ff. de testibus.*
e *P. Valerius Publicola intelligit. Hoc autem Flaccus, L. Valerius F accus. f L. honoribus. i mperiis r.*
g *al. peremti, hoc est, cōtinua.*
h *L. sed in qua maximè florere generis sui gloriam vid.*
i *al. adamauerit.*
k *Intentis oculis, contemplari & penitus conuersis ac defixis acerrime cōtemplari.*
l *De TESTIBVS in specie & singulatim dixit. & quidem prioreloco de testibus totius Asiæ. Deinde de testibus singularū ciuitatum.*
m *hoc est infam. indictā.*
n *B. discesserit.*
o *I. an nostri prætores nostri. d. nostri imperat.*
p *Veterum institutis primatim tenuissimi: publici, in gloria & splendore.*

gloriam, splendoremq; reuocarent. Quæritur enim in re domestica, continentia laus: in publica, dignitatu. Quid [a] si etiam præsidij causa classem habuit? quis erit tam iniquus, qui reprehendat? Nulli erant prædones. Quid? nullos fore, quis præstare poterat? Minuis, inquit, gloriam Pompeij. Immò tu auges molestiã. Ille enim classeis prædonum, vrbeis, portus, receptacula sustulit: pacem maritimã summa virtute, atque incredibili celeritate confecit: illud verò neque susceptit, neque susciperе debuit, vt, si qua vspiam nauicula prædonum apparuisset, accusandus videretur. Itaque ipse in Asia, cùm omnia iam bella terra, marique confecisset, classem tamen iisdem istis ciuitatibus imperauit. Quod si tum statuit opus esse, cùm ipsius præsentis nomine tuta omnia, & pacata esse poterant: quid, cùm ille decessisset, Flacco existimatis statuendum, & faciendum fuisse? Quid nos hîc? nónne ipso Pompeio auctore, Silano, & Muræna coss. decreuimus, vt classis in Italiã nauigaret? nónne eo ipso tempore, cùm L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hîc in mare superum, & inferum sestertiùm ter & quadragies rogabamus [b]? Quid postremo anno? nónne M. Curio, & P. Sextilio quæstoribus, pecunia in classem est erogata? quid? hoc omni tempore equites in ora maritima non fuerunt? Illa est enim gloria diuina Pompeij: primùm prædones eos, qui tum, cùm illi bellum maritimum gerendum datum est, toto mari dispersi vagabantur, redactos esse omneis in potestatem: deinde Syriam esse nostram, Ciliciam teneri, Cyprum per Ptolemeum regem nihil audere; præterea Cretam [c] Metelli [d] virtute esse nostram: nihil esse, vnde proficiscantur. nihil quò reuertantur: omneis sinus, promontoria [e], litora, insulas, vrbeis maritimas, clausstris imperij nostri contineri. Quòd si, Flacco prætore, nemo in mari prædo fuisset, tamen huius diligentia reprehendenda non esset. Idcirco enim, quòd hic classem habuisset, existimarem non fuisse. Quid si L. Opij, L. Agrij, C. Cestij, equitum R. huius etiam clarissimi viri, Cn. Domitij, qui in Asia tum legatus fuit, testimonio doceo, eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, complureis à prædonibus esse captos? tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehendetur? Quid si etiam occisus est à piratis Adramitenus [f], homo nobilis, cuius est ferè nobis omnibus nomẽ auditum, Achinas [g] pugil, Olympionices? hoc [h] est apud Græcos (quoniam de eorũ grauitate diclmus) propè maius, & gloriosius, quàm Romæ triumphasse. At neminem cepisti. Quàm multi oræ maritimæ clarissimi viri præfuerunt, qui cùm prædonẽ nullum cepissent, mare tamen tutũ præstiterunt? casus est enim in capiendo, locus, euentus, occasio. defendendi facilis [i] est cautio, non solùm latibulis occultorum locorũ, sed etiam tempestatum moderatione, & conuersione. Reliquum est, vt quæratur, vtrùm [k] nostra ista classis, cursu, & remis, an sumtu tantùm, & litteris nauigarit. Num [l] igitur negari potest, cuius rei cũcta testis est Asia, bipartitò classem distributã fuisse, vt vna pars supra Ephesum, altera infra Ephesum nauigaret? hac classe M. Crassus, vir amplissimus, ab [m] Æno in Asiam, his nauibus Flaccus nex Asia in Macedoniam nauigauit. In quo igitur prætoris est diligentia requirenda?

a L. Quod si etiam præsidij causa classem habuit: quis erit t.

b L. erogabamus

c Flor. 7.* d qui inde Creticus dictus est.* e L. promunctoria. P. B.

f al. Adramyttenus. vt apud Strabonem & Stephanum de vrbib.

g L. Athinas

h Olympionici honos apud Græcos propè maius, quàm Romæ triũphãtis.* i al. facilis cautio.*

k L. vtrùm Asia classis

l L. Num igitur id negatum lib. vulg. ab Hæmo ‖ Est verò Ennus vel Aenus, vbi Tracia, Stephano de Vrbib.* n Pantagathus Crassus*

A in numero nauiũ, & in descriptione æquabili sumtus? dimidium eius, quo Pompeius erat vsus, imperauit. num potuit parcius? descripsit autem pecuniam ad Pompeij rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni: qui [a] cùm omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset: illam rationẽ in imperando sumtu, & Pompeius [b], & Flaccus secutus est. neque est adhuc tamen ea summa cõpleta. Non refert verò. Quid lucretur? cùm [c] B enim genus imperatæ pecuniæ suscipit: id, quod tu crimen esse vis, cõfitetur. Quî igitur probari potest, in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? At enim negas fratrem meum, qui L. Flacco successerit, pecuniam vllã in remiges imperasse. Equidem Q. fratris mei laude delector: sed aliis magis, grauioribus, atq; maioribus, aliud quiddam statuit, aliud vidit. existimauit, quocumque tempore auditum quid esset de prædonibus, quàm vellet subitò, se classem comparaturum. denique hoc primus frater meus in Asia fecit, vt hoc sumtu remigũ ciuitates leuaret. *crimẽ autem tum videri solet, cùm [d] aliquis sumtus instituit eos, qui ante non erant instituti, non cùm successor aliquid immutat de institutis priorum.* Flaccus, quid alij postea facturi essent, scire non poterat: quid fecissent, videbat. ¶ Sed [e], quoniam de communi [f] totius Asiæ crimine dictũ est, aggrediar iam ad singulas ciuitates: ex quibus sit sanè nobis prima *ciuitas* [g] *Æmonensis*. Citath prœco voce maxima legatos Æmonẽsis i. Procedit vnus Asclepiades. prodeant [k]. Etiámne præconem mentiri coegistis? est enim credo, is [l] vir, iste, vt ciuitatis nomen sua auctoritate sustineat: damnatus turpissimis iudiciis domi, notatus litteris publicis: cuius de probris, adulteriis, ac sturpis extant Æmonensium [m] litteræ: quas ego non solùm propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum, prætereundas puto. Dixit publicè data drachmarum cc. & vi. millia. dixit tantùm: nihil ostendit, nihil protulit: sed adiunxit id, quod certè, quoniam erat domesticum, docere debuit: se priuatim drachmas [n] ccvi. dedisse. Quantum sibi ablatũ homo impudentissimus dicit, tantũ nũquam est ausus, vt haberet, optare. Ab Aulo Sextilio dicit se dedisse, & a suis fratrib. Potuit dare Sextilius. nam fratres quidem, consortes sunt mendicitatis [o]. Audiamus igitur Sextilium: fratres deniq; ipsi prodeant: quàm volent, impudenter mentiãtur: &, quod numquam habuerint, dedisse se dicant. tamen aliquid fortasse coràm producti dicent, in quo reprehendãtur. Nõ deduxi, inquit, Sextilium. Cedò tabulas. non deportaui. Fratres saltẽ exhibe. non denuntiaui. Quod ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudentia, atq; audacia fretus, sine tabulis, sine auctore legerit p, id nos, quasi crimẽ, aut testimoniũ pertimescamus? Idem laudationẽ q, quam nos ab [r] Æmonensibus Flacco datã proferebamus, falsam esse dicebat. cuius quidẽ laudationis iactura exoptãda nobis fuit. Nã vt signũ publicum inspexit præclarus iste auctor suæ ciuitas, solere suos

a L. qui cùm omnes Asiæ ciuitates pro portione pecuniam descripsisset: id est constituisset quantum quæque Asiæ ciuitas P. Romano quotãnis tributi nomine penderet.*

b L. & Pompeius, & Flaccus secuti sunt. neq.

c L. cùm enim onus imperatæ pec.

d Sumptus qui à magistratu instituti possint.*

e De TESTIBVS singulatim ciuitatũ Asiæ. hoc est, de Aemonensibus, Dorylensibus, Tenitis, Trallianis.*

f Commune Asiæ dixit, vt in Verrinis commune Siciliæ.*

g L. ciuitas Aemonensis, ‖ & ita in veteribus nummismatibus esse, ac legitur fert Vrsinus ἀναγλύφων.*

h Mos fuit per præconẽ testes citari.*

i L. Aemonenses.

P. B.

k L. professe ceteri. Etiam præc.

l Asclepiades.*

m L. Aemonensium

n al. decem CCV. millia.

o quid sibi vult legata mendicitas? vt significet, sortes & consortes esse in malè dicendo, tametsi nihil muto. & cur retineri possit lectio, vt innuat, nõ modò egere fratres sed & mendicitate confortes quod ad elenandam testiũ orationem valet.

p L. ab patronis mor

r L. ab ciuibus

quàm maxime. p al egerit.* q Reos laudari per fas fuit, ósque vel ciues, vel municipes, vel prouinciales Aemonensibus.

ciueis, ceteróſque Græcos ex tempore [a], quod opus ſit, obſignare dixit. Tu verò tibi habeto iſtam laudationem. nec enim Æmonēſiumb teſtimonio Flacci vita, & dignitas nititur. das enim mihi, quod hæc cauſa maximè poſtulat, nullam grauitatem, nullam conſtantiam, nullum firmum in Græcis hominibus conſilium, nullam denique eſſe teſtimonij fidem. niſi verò hactenus iſta formula teſtimonij, atque orationis tuæ, deſcribi, ac diſtingui poteſt, vt Flacco abſenti aliquid ciuitates tribuiſſe dicantur: Lælio præſenti, per ſe agenti, vi legis, iure accuſationis, opibus præterea ſuis terrenti, ac minanti, nihil temporis cauſa ſcripſiſſe, aut obſignaſſe videantur. Equidem in minimis reb. ſæpe res magnas vidi, iudices, deprehēdi, ac teneri, vt in hoc Aſclepiade. Hęc [c], quæ à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta [d] illa Aſiatica: quæ ferè eſt omnibus nota nobis: qua vtuntur omnes nō modò in publicis, ſed etiam in priuatis litteris, quas quoti die videmus mitti à publicanis, ſæpe vnicuiq; noſtrūm. neque enim teſtis ipſe ſigno inſpecto falſum nos proferre dixit, ſed leuitatem totius Aſiæ protulit, de qua nos & libenter, & facilè concedimus. Noſtra igitur laudatio, quā ille temporis cauſa nobis datam dicit, datam quidem cōfitetur, conſignata creta eſt: in illo autem teſtimonio, quod accuſatori dicitur datum, ceram eſſe videmus [e]. Hîc ego, iudices, ſi vos Æmonenſium [f] decretis, ſi ceterorum Phrygum litteris permoueri putarem, vociferarer, &, quantum maximè poſſem, contenderem: teſtarer publicanos, excitarem negotiatores, veſtram etiam conſcientiam implorarem: cera deprehenſa, confiderem totius teſtimonij fictam audaciam manifeſtò comprehenſam, atque oppreſſam teneri. Nunc verò non inſultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc inſolētiùs, neque in iſtum nugatorem, tanquam in aliquem teſtem inuehar, neque in toto Æmonenſium [g] teſtimonio, ſiue hîc confictum eſt, vt appāret: ſiue *miſſum domo* [h] eſt, vt dicitur, commouebor. etenim, quibus ego iſtam laudationem remittam, quoniam ſunt (vt Aſclepiades dicit) leues, horum teſtimonium non pertimeſcam. ¶ Venio nunc ad *Dorylenſium teſtimonium:* qui producti, tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dixerunt. O paſtores, neſcio quos, cupidos litterarum: ſiquidem nihil iſtis, prēter litteras, abſtulerūt. Sed aliud eſſe cauſæ ſuſpicamur, ne fortè iſtiparum verſuti eſſe videantur. Pœna eſt, vt opinor, Dorylenſium i grauior [k], quàm apud alios, falſarum, & corruptarum litterarum. ſi veras protuliſſent, criminis nihil erat: ſi [l] falſas, erat pœna. beliſſimum putarunt, dicere amiſſas [m]. Quieſcant igitur, & me hoc *in⁹ luctro ponere*, atque aliud agere patiātur. Non ſinunt. ſupplet [o] enim ille neſcio quis, & priuatim dicit ſe dediſſe. Hoc verò ferri nullo modo poteſt. Qui [p] de tabulis publicis recitat, iis, quæ in acculatoris poteſtate fuerunt, non debet habere auctoritatem: ſed [q] tamen iudicium [r] fieri videtur, cùm tabulæ [s] illæ ipſæ, cuiuſquemodi ſunt, proferuntur [t]. cùm verò is, quem nemo veſtrūm vidit vmquā: nemo, qui mortalis eſſet, auduit: tantùm dicit dedi: dubitatis, iudices, quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum ciuem vindicetis? Atqu huic eidem nuper tres [x] equites Romani honeſti, & graues, cùm in cauſa liberali eum, qui aſſerebatur, cognatum ſuū eſſe diceret, nō credidērūt. Quî hoc euēnit, vt, qui locuples teſtis doloris, & ſanguinis ſui non fuerit, idē ſit grauis auctor iniurię publicæ? Atque [a] Dorylenſis nuper cùm efferretur [b] magna frequentia, conceſſúq; veſtro, mortis illius inuidiam in L. Flaccum Lęlius conferebat. Facis iniuſtè, Læli, ſi putas periculo noſtro viuere tuos contubernales [c]: præſertim q⁹ tua negligentia factum arbitremur. homini enim Phrygi, qui arborē fici numquam vidiſſet, fiſcinam [d] ficorum obieciſti: cuius [e] mors te ex aliqua parte releuauit. edacem enim hoſpitem amiſiſti. Flacco verò quid profuit, qui valuit tādiu, dum huc prodiret? mortuus eſt, aculeo [f] iam dimiſſo, ac dicto teſtimonio? At iſtud columen actionis [g] tuæ, Mithridates, poſteaquàm biduum retentus teſtis à nobis, effudit, quæ voluit, omnia: reprehenſus, conuictus, fractúſq; diſceſſit, ambulat cum lorica: metuit homo doctus, & ſapiens, ne L. Flaccus nunc ſcelere ſe alliget, cùm iam teſtem illum effugere non poſſit: vt, qui ante dictum teſtimonium ſibi temperarit, cùm tamen aliquid aſſequi poſſet, is nunc id agat, vt ad falſum auaritiæ teſtimonium, verum [h] maleficij crimen adiungat. Sed [i] de hoc teſte, totóq; Mithridatico [k] diſſeruit & ſubtiliter, & copioſè Q. Hortenſius: nos, vt inſtituimus, ad reliqua pergamus. ¶ Caput eſt omniū Græcorum concitandorum, qui cum accuſatoribus ſedet, Heraclides [l] ille *Tennites*, homo ineptus, & loquax, ſed (vt ſibi videtur) ita doctus, vt etiam magiſtrum aliorum ſe eſſe dicat: &, qui ita ſit ambitioſus, vt omnes vos, nóſq; quotidie perſalutet. Tem ni vſq; ad illā ætatem in ſenatum venire non potuit: &, qui ſe artem dicendi traditurū etiam ceteris profiteatur, ipſe [m] omnibus turpiſſimis iudiciis conuictus [n] eſt. Pari felicitate vnà legatus venit Nicomedes, qui neque in ſenatum vlla cō ditione peruenire potuit, & furti, & pro ſocio damnatus eſt. Nam princeps legationis Lyſanias, adeptus eſt ordinem ſenatoriū: ſed cùm remp. nimiùm amplecteretur, peculatus damnatus, & bona, & ſenatoriū nomen amiſit. Hi tres etiam ærarij noſtri tabulas falſas eſſe voluerūt. nam ſeruos nouem ſe profeſſi ſunt habere, cùm omnino ſine comite veniſſent. Decreto ſcribēdo primùm video affuiſſe Lyſaniam: cuius fratris bona, quòd is populo nō ſoluebat, prætore Flacco publicè venierunt. præterea Philippus, eſt Lyſaniæ gener, & Hermobius: cuius frater Poles item pecuniæ publicæ eſt condemnatus. Dicunt ſe Flacco, & iis, qui ſimul eſſent, drachmarum XV. millia dediſſe. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima, & [o] conficientiſſima [p] litterarum: in q qua nummus moueri nullus poteſt ſine quinque prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſariis [r], qui apud illos à populo creantur. Ex hoc tanto numero deductus eſt nemo: &, cùm illam pecuniam nominatim Flacco datam referant: maiorem [s] etiam aliquam cùm huic iidem darent, in ædem ſacram reficiendam, ſe perſcripſiſſe dicunt: quod minimè cōuenit. nam aut omnia occultè referenda fuerunt, aut aperte omnia. cùm perſcribunt nominatim Flacco: nihil timent, nihil verentur. cùm operi publico referunt: iidem homines ſubitò eundem, quem contemſerant, pertimeſcunt. Si prætor dedit, vt eſt ſcriptum: à quæſtore numerauit: quæſtor à men-

a ex tempore obſignare, infra exponit, temporis cauſa ſcribere & obſignare.*
b L. Amonēſium teſt.
P. CLIIII.
c L. Hæc, quæ dicit à nobis, p.
d Creta hanc Aſiaticā Herodotus in Euterpe vocat γῆν σταυρηΐδα.
e L. vidimus.
f L. Amon.
g L. Acmonenſium teſt.
h domeſtici cū teſtimonium amouit, quod iure non admittitur. Paul. l. 24. ff. de teſtibus. teſtem de domo dixit.*
P. B.
i *ſort.* apud Dorylenſeis.
k Pœna falſarum & corruptarum litterarum grauiſſima, ſin falſas, m quæ neque verę neque falſæ n. Terentius, lucro deputabo.*
o L. ſuppler enim ille neſcio qui. & p. *al.* quia qui c. ſed nō neceſſario q. l. tamē iudicium fieri videtur, cū reb. iſtiuſmodi fiunt.
r *al.* iudicium hoc videtur idem ſpectare iudicium eſt ſtands te.
t L. Atqui huic eidem ſi forte recuperatores
x L. ſuper cū

a L. Atque hic Dorylſis nuper cùm efferretur magna fr.
b Mortuale vocabulum. Terentius effertur, inquit.*
c L. præſertim cùm tua neg.
d Fiſcinam Varro 4. *de lingua*, refert inter inſtrumenta ruſtica quibus cō portātur fructus ac neceſſariæ res. Eſt autem fiſcina à fiſco: vt & deminutiuū fiſcella 20. *Iſidor.* 9.
e L. cuius mors te aliquà releuauit.
f L. aculeo iam emiſſo.
P. CLV.
g *al.* accuſationis.*
h *al.* verum etiam malefi.
i L. ſed quoniam de hoc teſte, totóq. Mithridatico crimine diſſ. & ſubtiliter, & cop.
k *al.* Mithridatici criminis. *al.* Mithridatico teſtimonio diſſeruit &c.*
l L. Heraclides ille Temnites.
m Turpe enim videtur artis dicendi profeſſori in dictis turpiſſimis vinci ſeu conuinci.*
n L. victus eſt o L. conficiendarum litterarum diligentiſſima: in qua nummus commoueri nullus p. p. hoc eſt cō ficiendis literis curioſa.*
q Aerarii ad miniſtrandi diligentiſſima cura apud Dorilenſes.*
r Menſarii qui & trapezitæ qui, publicas rationes attingūt.*
s L. maiorem etiam aliam cùm huic eidem dar.

sa [a] publica: mensa [b] aut ex vectigali [c], aut ex tributo. Numquam erit istud simile criminis, nisi mihi totam rationem omni & personarũ genere,& litterarum explicaris. Vel quod est in eodem decreto scriptum,homines clarissimos ciuitatis, amplissimis [d] vsos honoribus, hoc prætore circumuentos. cur hi neq; in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? non enim credo significari isto [e] loco illum, qui se erigit, Heraclidẽ. vtrùm enim in clarissimis est ciuibus is, quẽ iudicatum hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quã habet,non accepit à suis ciuibus,sed [f] vsq; Tymolo petiuit? cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vmquã?res autem ea,quæ tenuissimis committebatur,huic [g] vni in vita cõmissa sola est? custos [h], T. Ausidio prætore, frumento publico est positus? pro quo cùm à P. Varino prætore pecuniam accepisset: celauit suos ciueis,vtróque iis sumtum intulit. Quod posteaquàm Temni,litteris à P.Varino missis,cognitum,atque patefactum est:cúmque eádem de re Cn.Lentulus, qui censor fuit, Temnitarum patronus, litteras misisset: Heraclidem istum Temni nemo postea vidit. Atque, vt eius impudentiam perspicere possitis , causam ipsam,quæ leuissimi hominis animum in Flaccum incitauit,quæso,cognoscite.Fundum Cymæum Romæ mercatus est de [i] pupillo Meculonio. Cùm verbis se locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam,quã videtis: pecuniam sumsit mutuam à Sex.Scola,iudice hoc nostro,primario viro, qui & rẽ agnoscit,neque hominem ignorat:qui tamen credidit P.Fuluij [l] Veratij,lectissimi hominis, fidei [m]. ei cùm soluerei, sumsit à C.& M. Fusiis [n], equitibus Rom,primariis viris.Hìc hercule, *coraici* [o] *oculum* [p], vt dicitur.nam hunc Hermippum,hominem eruditum,ciuem suũ, cui debebat esse notissimus , percussit. eius enim fide sumsit à Fusiis [q]. Securus Hermippus Temnum proficiscitur,cùm [r] iste sese pecuniam,quam huius fide sumserat, à discipulis suis diceret Fusiis persoluturum. habebat enim rhetor iste adolescenteis quosdam locupleteis, quos dimidio redderet stultiores, quàm acceperat, vbi [s] nihil possent discere, nisi ignorantiam litterarum. Neminem [t] quidem adeò infatuare [u] potuit, vt ei nummum vllum crederet.Itaque, cùm Roma clàm esset profectus, multósque minutis mutationibus fraudauisset: in Asiam venit , Hermippóque percontanti [x] de nomine Fufiano respondet, se omnem pecuniam Fufiis persoluisse. Interim,neque ita longo interuallo,libertus à Fufiis cum litteris ad Hermippum venit: pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclide petit:ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus,& fidem suam liberat. Hũc æstuantem, & tergiuersantem iudicio ille persequitur. à recuperatoribus [y] causa cognoscitur. Nolite existimare,iudices, non vnam, & eandem omnibus in locis esse fraudatorum,& inficiatorum [z] impudentiam. fecit éadem omnia, quæ nostri debitores solent. negauit sese omnino versuram [a] illam [b] feciſſe Romæ : Fufiorum se affirmauit numquam omnino nomen audisse: Hermippum verò ipsum,pudentissimum, atque optimum virum, veterem amicum , atque hospitem meum , splendissimum,atq; ornatissimum ciuitatis suæ,probris

a Mensa publica, ærariũ ciuitatis aut potus pecunia ciuitatis foeneratitia cui præpositi mensarii à populo creati.*

b Quæstores publici solebant ex mensa,eaque aut ex vectigali aut ex tributo.*

c *quid si legas vt supra* ex versura aut ex tributo.idque eo magis quod hic mensę publicæ & mensariorum sit mentio.*

d *fort.* amplissimis honoribus vsos,hoc pr.

e *al.* sto loco tuum, qui se.

f L.sed vsque T.molo petiuit.

g L.huic vnã in vita commissa sola est

h *v.c.* custos T.Ausf.pr. in frumẽto pub est positus?

i *al.* de P.Maculonio *al.* de M Aculeone

k L.Sex.S gna.*al.* à Sex. Siloga.

l L. P.Fului j Neiati.

m *v.c.* fide.

n L.Fufiis

o Hoc ipso loquendi genere vsus in oratione pro Murena.* *p.sibaudi* cõfixit.*

q L.Fufiis

r L. cùm iste se pecun.

f inclusa absunt ab optimo libro Vaticano *teste Victorio.**

t L.Neminẽ tamen adeò

u Infatuãdi verbo vtitur in Philipp.*

x L.percunctanti de nõ. Fuf.respõdit, se

y Recuperatores iudices

z Inficiator qui pecuniã à se petitam inficiatur.*

P. B.

a Versura quid esset antea dixi.* b L.illam

A omnibus,maledictísque vexauit. Sed, cùm se homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi illa oratione iactaret,repẽtè,testimoniis Fufiorum , nominibúsq; recitatis, homo audacissimus pertimuit,loquacissimus obmutuit. Itaq; recuperatores contra istum rem mi nimè dubiã prima actione iudicauerũt. Cùm iudicatum [a] nõ faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Habetis & honestatem hominis,& auctoritatẽ testimonij, & causam omnem simultatis. Atq; is ab Hermippo missus, cùm ei pauca mancipia vẽdidisset, Romã se contulit : deinde in Asiam rediit, cùm iam frater meus Flacco successisset. ad quem adiit, causamq; ita detulit,recuperatores, vi [b] Flacci coactos, & metu, falsum inuitos iudicauisse. Frater meus,pro sua æquitate,prudentiáq;,decreuit,*vt,si iudicatum negaret* [c]: *in duplu tret. si metu coactos diceret: haberet eosdem recuperatores.* Recusauit: &,quasi nihil esset actũ,nihil iudicatum,ab Hermippo ibidẽ mancipia,quæ ipse ei vẽdiderat,petere cœpit.M. Gratidius [d], legatus, ad quem est aditum, actionẽ se daturum negauit: re [e] iudicata stari ostendit plane re. Iterũ iste , cui nullus esset vsquam consistendi locus,Romã se retulit:persequitur Hermippus,qui numquã istius impudentiæ cessit. petit Heraclides à C. Plotio senatore, viro primario , qui legatus in Asia fuerat , mancipia quædã,quæ se,cùm [f] iudicatum esset,per vim vẽdidisse dicebat. Qu.Naso,vir ornatissimus, qui prætor fuerat,iudex sumitur: qui cùm sententiã secundum Plotium se dicturum ostenderet [g], & ab eo iudice abiret,quòd iudicium lege non erat,causam totam reliquit. Satísne vobis,iudices,videor ad singulos testeis accedere, neque,vt primò constitueram,tantummodò cum vniuerso genere confligere? Venio ad Lysaniam eiusdem ciuitatis, peculiaré tuum,Deciane,testẽ: quem tu cùm ephebum Temni cognosses, quoniam [h] te nudus delectarat, semper nudum esse voluisti. abduxisti Temno Apollonidem [i]. pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia [k] tamen accepta, occupauisti [l]. Hanc [m] fiduciam cõmissam tibi tenes hodie,ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni [n] venire ad testimonium dicendũ coegisti: qui [o] quoniam testimonium nõdum dixit, quídnam sit dicturus, exspecto. noui genus hominũ, noui cõsuetudinem,noui libidinem. Itaq;, etsi teneo,quid sit dicere paratus, nihil tamen contrà disputabo priùs quàm dixerit. totum enim conuertet [p], atque alia finget. Quamobrẽ & ille seruet, quod parauit : & ego me ad id, quod attulerit, integrum conseruabo [q]. ¶ Venio nunc ad eam ciuitatem , in [r] quam ego multa & magna officia contuli : & quam meus frater in primis colit, atque diligit : quæ si ciuitas per viros bonos , graueisque homines, querelas ad vos detulisset, paullo commouerer magis. nunc verò quid putem? *Trallianos* Mæandrio causam commisisse , homini egenti , sordido , sine honore , sine existimatione, sine censu? Vbi [s] erant illi, Pythodorus,& Lepiſon , ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles ? vbi illa magnifica, & gloriosa ostentatio ciuitatis ? nónne esset puditum , si hanc causam agerent seuerè , non modò legatum , sed Trallianum omnino dici Mæandrium ? huic [t] tali legato,huic publico testi patronũ suum iam inde à patre atque

a Iudicatum non facentis pœna,addicti creditori & ab eo duci *ad de 20. Edict.*

b *al.* vi coactos,& metu

c Actiones quædam sic inficientur diuersi plantur veluti iudicati *de qua hic Idem testatur Paulus. l. sem. ff. §. 1. Plura dixi de actionibus quæ inficiando crescunt ad Theophil §. vlt. aut. tem 19. Inst. de actionib.**

d *al.* Cratidius,

e *al.* rei iudicatæ.*

f L.cùm iudicatus esset.

g L.ostenderet ab eo iudice abiit. & quod iudice lege non erat *tre.*

h L.quia tẽ te nud.

i *al.* Apollonium.*

k Fiducia hic *p. pignore* vt & apud Paulũ in sententiis.*

l Occupare pecuniam est collocare & fœnori dare Nonius.* m L. Hanc fiduciam commissam tibi tenes

hodie

n Patrę, pa ternũ quod is testimonium dicendum ea egisti,qui nam ille dictu rus exspecto.* *olim vulgo* quoniã testimonii dixit, quidnã sit d. o *al.* conuerterat & pro fingeret.*

q L.seruabo

r L.in quam ego multa, & magna fiducia & off.

s L. vbi erãt illi Pythodori. Lepisones ceteri gen.

t *al.* huic illi legato.

atque[a] maioribus, L. Flaccum mactandum ciuitatis testimonio tradidissent? Non est ita, iudices, non est profectò. vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parrhasium, vidi Archidemũ, [b]cùm quidem idem hic mihi Mæandrius, quasi ministrator, aderat, subiiciés, quid in suos ciueis, ciuitatémque, si vellem, dicerem. nihil enim illo homine leuius, nihil egentius, nihil inquinatius. Quare si hunc habent auctorem Tralliani, doloris sui, si hunc custodem litterarum, si hunc testem iniuriæ, si hunc[c] auctorem quærelarum: remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam, fateantur in Mæandrij persona esse expressam[d] faciem ciuitatis. sin istum semper illi ipsi domi proterendum[e] esse, & conculcandum putauerunt: desinant putare auctoritatem esse in eo testimonio, cuius auctor inuentus est nemo. Sed exponam, quid in re sit, vt, quamobrem ista ciuitas, neque seuerè Flaccum oppugnarit, neque benignè defenderit, scire possitis. Erat ei Castriciano nomine irata: de quo toto respondit Hortensius: inuita soluerat Castricio pecuniam, iamdiu debitam. Hinc totum odium, hinc omnis offensio. Quò cùm veniisset Lælius ad iratos, & illud Castricianum vulnus dicendo[f] refricuisset: siluerunt,[g] neque in illa concione adfuerunt, neque ipsius decreti, ac testimonii auctores esse volauerunt. vsque[h] eò orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Mæandrius: cuius lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata. Itaque ciuitatis pudentis i, vt ego semper existimaui, & grauis, vt ipsi existimari volunt, iustum dolorem, querelásque cognoscite. Quæ pecunia fuerit apud se, Flacci patris nomine, collata à ciuitatibus, hanc à se esse ablatam queruntur. Alio loco quæram, quid lucerit Flacco: nunc tantùm à Trallianis requiro, quam pecuniam à se ablatam quærantur, suámne dicant, sibi à ciuitatibus collatam in vsum suum. cupio audire. non, [k] inquit, dicimus. Quid igitur? delatam ad nos, creditam nobis, L. Flacci patris nomine, ad huius dies festos, atque ludos. Quid tum? Hanc te, inquit, capere non licuit. Iam id videro: sed primùm illud tenebo. queritur grauis, locuples, ornata ciuitas, quòd non retinet alienum: spoliatam se dicit, quòd id non habet, quod eius non fuit. quid hoc impudentius dici, aut fingi potest? delectum est oppidum, quo in oppido vno pecunia à tota Asia ad[m] honores L. Flacci poneretur. hæc pecunia ab honoribus trãslata est in quæstum, & fœnerationem: recuperata est multis post annis. Quæ ciuitati facta est iniuria? At molestè ferit ciuitas. Credo. amissum[n] est enim præter spem, quod erat spe deuoratum lucrum. At queritur. Impudenter facit. *non* enim *omnia, quæ dolemus, eadem iure queri possumus.* At accusat verbis grauissimis. Non ciuitas, sed imperiti homines, à Mæandrio concitati. Quo loco etiam, atque etiam facite vt recordemini, quæ sit temeritas multitudinis, quæ leuitas propria Græcorum, quid in concione seditiosa valeat oratio. Hîc, in hac grauissima, & moderatissima ciuitate, cùm est forum plenũ iudiciorum, plenum magistratuum, plenum optimorum virorum & ciuium, cùm speculatur, atque obsidet rostra vindex temeritatis, & moderatrix officij, curia: tamen quantos fluctus excitari concionum videtis? quid vos fieri censetis Trallibus? an[a] id, quod Pergami? nisi fortè hæc ciuitates existimari volunt, faciliùs vna se epistola Mithridatis moueri, impellíque potuisse, vt amicitiam populi Ro. fidem suam, iura omnia officij, humanitatísque violarent, quàm[b] vt filiũ testimonio læderent, cuius patrem armis pellendum suis mœnibus censuissent. Quare nolite mihi ista nomina ciuitatum nobilium opponere. quos enim hosteis hæc familia contemsit, numquã eosdem testeis pertimescet. Vobis autem est confitendũ, si[c] consiliis principum vestræ ciuitates reguntur, non multitudinis temeritate: optimatum consilio bellum ab istis ciuitatibus cum populo Ro. esse susceptum. sin ille tum motus est temeritate impetitorum excitatus: patiamini[d] me delicta vulgi à publica causa separare. At enim istam pecuniam huic capere non licuit. Vtrùm vultis patri[e] Flacci licuisse, nécne? si licuit, sicuti certè licuit, ad eius honores collatam, ex quibus ipse nihil capiebat, patris pecuniam rectè abstulit filius. si non licuit: tamen illo mortuo, non modò filius, sed quiuis heres rectissimè potuit auferre. Ac tum quidem Tralliani, cùm ipsi graui fœnore istã pecuniam multos annos occupauissent, à Flacco tamen omnia, quæ voluerunt, impetrauerunt: neque tam fuerunt impudentes, vt id, quod Lælius dixit, dicere auderent, hanc[f] eis pecuniam abstuliſſe Mithridatem. Quis enim erat, qui non sciret, in ornandis studiosiorem Mithridatem quàm in spoliandis Trallianis fuisse? Quæ quidem à me si, vt dicenda sunt, dicerentur, grauiùs agerem, iudices, quàm adhuc egi: quantam Asiaticis testibus fidem habere vos conueniret: reuocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam vniuersorum ciuium Rom. per tot vrbeis, vno[g] puncto temporis, miseram, crudelémque cædem: prætores nostros deditos, legatos in[h] vincula coniectos, nominis propè Romani memoriã cum vestigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, verùm etiam ex litteris esse deletam. Mithridatem[i], *deũ*[k] *illum patrem, illum conseruatorem Asiæ, illum Dionysium*[l], *Bacchum, Liberum nominabant.* vnum, atque idem erat tempus, cùm L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat: Cappadocem autem illum non modò recipiebat suis vrbibus, verùm etiam vltrò vocabat. Liceat hæc nobis, si obliuisci non possumus, at tacere: liceat mihi potius de leuitate Græcorum queri, quàm de crudelitate. Auctoritatem isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt? nam, quoscumque potuerunt, togatos, interemerunt: nomen ciuium Romanorum, quantum in ipsis fuit, sustulerunt. In hac igitur vrbe se iactent[m], quam oderunt? apud eos, quos inuiti viden? in ea re, ad quam opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt? Adspiciant hunc florem legatorum, laudatorúmque Flacci, ex vera, atque integra Græcia. tum se ipsi expendant, tum his se comparent: tum, si audebunt, dignitati horum anteponant[n] suam. Adsunt Athenienses, vnde[o] humanitas, doctrina, religio, fruges[p], iura, leges ortæ, atque in omneis terras distributæ putantur: de quorum vrbis positione[q], propter pulchri-

a *fort.* annon idem quod Pergami? *P. B.*

b *fort.* quàm vt eum filiũ

c L. si consiliis principũ vestrę ciuitates reguntur: non multitudinis temeritate, sed opt. consilio.

d L. patriminę me del. *& ita v. c.*

e L. patri Flacco lic. *& ita v. c.*

f L. hanc ab se pecuniam abst.

g vide S. ora. pro lege Manilia vbi dixi h *qvib.* in vincla cõiec.

i L. Mithridatẽ, dominum illũ patr. illũ conseru. Asiæ illum Eum, Dionysium, Nysium, Bromium, Bacchum nomin k Deos principes suos plerique populi adulatione summa vocare solẽt. v. de exẽpla in orat. post reditum in senatu & apud Plutarchum in Demetrio & Alexandro: acta *apostolica c.* 12. *versio.* Suetonium *passim.**

l *al.* Dionysium. Dionysum vero Mithridatẽ vocatũ esse Plutarchũ refert vel quod edacitatis & bibacitatis præmia proponeret: vel quòd fulmine ictus. *Plutarchus in* 1 *sympos.**

m L. iactant, n L. componant f *al.* opponant s. [Componere autem est, cõmittere, opponere: tractum à gladiatoribus.*

o Athenarũ laus.*

p ...ustore Triptolemo qui aratrum & agriculturam inuenit.*

q *al.* possessione *id ibi* tuetur.*

tudinem etiam inter deos [2] certamen fuisse proditum est: quæ vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciueis genuisse dicatur: & eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur: auctoritate autem tanta [b] est, vt iam fractum propè, ac debilitatũ Græciæ nomen, huius vrbis laude nitatur. Adsunt Lacedęmonij, cuius ciuitatis spectata ac nobilitata virtus, nõ solùm natura corroborata, verùm etiam disciplina putatur: qui [c] soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius vnis moribus, & numquam mutatis legib. viuunt. Adsunt ex Achaia cũcta multi legati, Bœotia, Thessalia: quibus locis nuper legatus L. Flaccus, imperatore Metello, præfuit. Neque verò te, Massilia, prætereo, quæ L. Flaccum militẽ, quæstoremq; cognosti: cuius [d] ego ciuitatis disciplinã, atque grauitatem non solùm Græcię, sed haud scio an cunctis gentibus anteponẽdam [e] iure dicam: quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguaq; diuisa, cùm in vltimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariæ fluctibus alluatur, sic optimãtum consilio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare faciliùs possint, quàm æmulari. Hisce vtitur laudatoribus Flaccus, his innocentiæ testibus, vt Græcorum cupiditati, Græcorum auxilio resistamus. Quamquam quis ignorat, qui modò vmquam mediocriter res istas scire curauit, quin tria Græcorũ [f] genera sunt verè? quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Æoles alteri: Dores tertij nominabantur. Atque hęc cuncta [g] Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quę plurimis artibus, quæ etiam imperio, & bellica laude floruit, paruum quendam locum, vt scitis, Europæ tenet, sempérque tenuit. Asiæ maritimam oram, bello superatam, cinxit vrbibus, non vt munitam coloniis illam [h] gentem augeret, sed vt obsessam teneret. Quamobrem quęso à vobis Asiatici testes, cùm verè recordari voletis, quantum auctoritatis in [i] iudicium afferatis, vosmetipsi describatis Asiam, nec, quid alienigenæ de vobis loqui soleant, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis, memineritis. Namque, vt opinor, Asia [k] vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrùm igitur nostrum est, an vestrũ hoc vetus prouerbium, *Phrygem plagis fieri solere melius*ẽ? Quid de tota Caria? nónne hoc vestra voce vulgatum est, *si quid cum periculo experiri velis, in* [l] *Caria id potissimùm esse faciendum?* Quid porrò in Græco sermone tam tritum, atque celebratum est, quàm, si quis despicatui ducitur, vt *Mysorum vltimus esse dicatur?* Nam quid ego dicam de Lydia? *quis vmquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset?* Quamobrem quæ vobis sit iniuria, si sta tuimus vestro nobis iudicio stándum esse de vobis? ¶ Equidem mihi iam satis, superque dixisse videor de Asiatico genere testium: sed tamen vestrum est, iudices, omnia, quæ dici possunt in hominũ leuitatem, incõstantiam, cupiditatem, etiamsi à me minùs dicuntur, vestris animis, & cogitatione comprehendere. *Sequitur* [m] *auri illa inuidia Iudaici.* Hoc nimirum est illud, quòd non longè à gradibus [n] Aureliis hæc causa dicitur. ob [o] hoc crimen hic locus abs te, Læli, atque illa turba quęsita est. Scis, quanta sit manus, quanta concordia, quantum valeat in concionibus. Summissa [p] voce agam, tantùm vt iudices audiãt.

neque enim desunt, qui istos in me, atque [a] optimum quemque incitent: quos ego, quò id faciliùs faciant, non adiuuabo. Cùm aurũ [b], Iudæorum nomine, quotannis ex Italia, & ex omnibus vestris prouinciis Hierosolymã exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret. Quis est, iudices, qui hoc non verè laudare possit? *Exportari* [c] *aurum nõ oportere*, cùm sæpe antea senatus, tum me consule, grauissimè iudicauit. Huic autem barbaræ superstitioni resistere, seueritatis: multitudinem Iudæorum, flagrantem nonnumquam in concionibus, pro rep. contemnere, grauitatis summæ fuit. At Cn. Põpeius, captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil [d] attigit. In primis hoc, vt multa alia sapienter, quòd in tam suspiciosa, ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. non enim credo, religionem & Iudæorum, & hostium impedimento præstantissimo imperatori, sed pudorẽ, fuisse. Vbi ergo crimen est? quoniam quidem furtum nusquam reprehendis, edictum probas, iudicatum [e] fateris, quæsitum, & probatum [f] palàm non negas, actum esse per viros primarios res ipsa declarat: Apamẽæ manifestè [g] comprehensum, ante pedes prætoris in foro expensum [h] est auri pondo centũ paullo minus per Sex. Cæsium, equitem Romanum, castissimum hominem, atque integerrimum: Laodicęæ viginti pondo paullo amplius per hunc ipsum L. Peducæum, iudicẽ nostrum: Adrymeti i per Cn. Domitium legatum: Pergami [k] non multum auri. ratio constat: aurum in ærario est: furtum non reprehenditur: inuidia quæritur: à iudicibus oratio auertitur: vox in coronam, turbámque effunditur. *Sua cuique ciuitati religio*, Læli, *est, nostra nobis.* Stantibus Hierosolymis, pacatíque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum à splendore huius imperij, grauitate nominis nostri, maiorum institutis, abhorrebat: nunc verò hoc magis, q illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostẽdit armis: quàm cara diis immortalibus esset, docuit, q est victa, quòd elocata [m], quòd seruata [n]. ¶ Quamobrem, quoniã, quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum: veniamus [o] iam ad ciuium Romanorum querelas. Ex quibus sit sanè prima *Deciani*. Quid tibi tandem, Deciane, iniuriæ factũ est? negotiaris in libera ciuitate: primùm pátere me esse curiosum. quousque negotiabere? præsertim cùm sis isto loco natus. annos iam triginta in foro versaris: sed tamen Pergameno [p] longo interuallo, si quando tibi peregrinari cõmodum est, Romam [q] aduenis: affers faciẽ nouam, nomen vetus, purpurã Tyriam. in qua tibi inuideo, q vnis vestimentis tãdiu lautus es. Verùm esto: negotiari libet: cur non Pergami? Smyrnæ [r] Trallibus? vbi & multi ciues Romani sunt, & ius à nostro magistratu dicitur? otium te delectat: lites, turba [s], prætor [t], odiosi: Græcorũ libertate [u] gaudes. Cur ergo vnus tu Apollonidenses [x] amantissimos populi R. fidelissimósque socios, miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit y vnquam? cur his per te frui libertate sua, cur

a Neptunũ & Minerua. vicit autem Minerua, qui inde Græci πολιάδα & πολιάδα nominarũt.* b *fort* tanta, vt iam fr. c Spartani tenacissimi patriorum institutorum.*

d De Massiliæ disciplinę commendatione hæc quędam ex Valerio 2. c. 6. de veteribus institutis Massiliensium.* e L. anteponendam dicã quæ t.

f Græcorum tria genera Athenienses Aeoles Dores.* g *al.* cuncta Græcia, quæ gloria, q. s.

h L. illam auderet, *vel.* illum generaret.* i *vel.* in iudicium deferatis, *& ita L.*

k Asiæ, Romanæ prouinciæ.* P. CLX.

l L. in Caria id pot.

m CONTENTIONIS pars secunda de AVRO IVDAICO.* n Gradus Aurelii, Romæ locus, quem circa Iudei, qui Romæ versare soliti* o *al.* ad.* p L. Sic summissa voce agam

a L. atque is optim.

b Iudaicum aurum Hierosolymis exportari quotannis solitum.* c Simile quiddã sol. 2. Cod. de commerciis.* d Vide Plutarchum Pompeio & Iosephum 14. Ca. 2.* P. R.

e *al.* indicatum.* f *al.* prolatum.* g L. manifestó deprehẽsum esse. *Hal.* expressum.* i *Legendum* Adramyti ex Strabonis 13. & Stephano *de vrbib.** k L. Pergami nõ imulum. Auri, ratio constat: aurum in ærario est: furtum non reprehenditur: inuidia quæritur: à iudicibus oratio auertitur: vox in coronam, turbámque effunditur. *Sua cuique ciuitati religio*, Læli, *est, nostra nobis.* Stantibus Hierosolymis, pacatíque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum à splendore huius imperij, grauitate nominis nostri, maiorum institutis, abhorrebat: nunc verò hoc magis, q illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostẽdit armis: quàm cara diis immortalibus esset, docuit, q est victa, quòd elocata [m], quòd seruata [n]. ¶ Quamobrem, quoniã, quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum: veniamus [o] iam ad ciuium Romanorum querelas. Ex quibus sit sanè prima *Deciani*. Quid tibi tandem, Deciane, iniuriæ factũ est? negotiaris in libera ciuitate: primùm pátere me esse curiosum. quousque negotiabere? præsertim cùm sis isto loco natus. annos iam triginta in foro versaris: sed tamen Pergameno [p] longo interuallo, si quando tibi peregrinari cõmodum est, Romam [q] aduenis: affers faciẽ nouam, nomen vetus, purpurã Tyriam. in qua tibi inuideo, q vnis vestimentis tãdiu lautus es. Verùm esto: negotiari libet: cur non Pergami? Smyrnæ [r] Trallibus? vbi & multi ciues Romani sunt, & ius à nostro magistratu dicitur? otium te delectat: lites, turba [s], prætor [t], odiosi: Græcorũ libertate [u] gaudes. Cur ergo vnus tu Apollonidenses [x] amantissimos populi R. fidelissimósque socios, miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit y vnquam? cur his per te frui libertate sua, cur

n *al.* eneruata. *al.* frua facta.* o CONTENTIONIS pars tertia de quærelis ciuium Romanorum Deciani, Andronis, Sextilij.* p *al.* in Pergameno.* q L. Romam venis. r *vel.* Zmyrnæ? s turbæ, prætor Ro. odio est. t *al.* Prætor Ro. odio est. u *al.* leuitate* x L. Apollonidienses a. y

e *al.* indicatum.* f *al.* prolatum.* g L. manifestó deprehẽsum esse. *Hal.* expressum.* i *Legendum* Adramyti ex Strabonis 13. & Stephano *de vrbib.** k L. Pergami nõ imulum. Auri, ratio constat: aurum in ærario est: furtum non reprehenditur: inuidia quæritur: à iudicibus oratio auertitur: vox in coronam, turbámque effunditur. *Sua cuique ciuitati religio*, Læli, *est, nostra nobis.* Stantibus Hierosolymis, pacatíque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum à splendore huius imperij, grauitate nominis nostri, maiorum institutis, abhorrebat: nunc verò hoc magis, q illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostẽdit armis: quàm cara diis immortalibus esset, docuit, q est victa, quòd elocata [m], quòd seruata [n]. ¶ Quamobrem, quoniã, quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum: veniamus [o] iam ad ciuium Romanorum querelas. Ex quibus sit sanè prima *Deciani*. Quid tibi tandem, Deciane, iniuriæ factũ est? negotiaris in libera ciuitate: primùm pátere me esse curiosum. quousque negotiabere? præsertim cùm sis isto loco natus. annos iam triginta in foro versaris: sed tamen Pergameno [p] longo interuallo, si quando tibi peregrinari cõmodum est, Romam [q] aduenis: affers faciẽ nouam, nomen vetus, purpurã Tyriam. in qua tibi inuideo, q vnis vestimentis tãdiu lautus es. Verùm esto: negotiari libet: cur non Pergami? Smyrnæ [r] Trallibus? vbi & multi ciues Romani sunt, & ius à nostro magistratu dicitur? otium te delectat: lites, turba [s], prætor [t], odiosi: Græcorũ libertate [u] gaudes. Cur ergo vnus tu Apollonidenses [x] amantissimos populi R. fidelissimósque socios, miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit y vnquam? cur his per te frui libertate sua, cur

deniq; esse liberis nō licet? homines sunt tota ex Asia frugalissimi, sanctissimi, à Græcorū luxuria, & leuitate remotissimi, patresfamiliās suo contenti, aratores, rusticani: agros habent & natura pcbonos, & diligentia, culturáque meliores. In hisce agris tu prædia habere voluisti. Omnino mallem, & magis [a] erat tuum. Si iam te crassi [b] agri delectabant, hīc alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verùm esto: Catonis est dictum, *Pedibus [c] compensari pecuniam.* Longè omnino à Tiberi ad Caicum: quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu erraſſet, nisi ducem Telephum [d] inueniſſet. Sed concedo id quoque: placuit oppidum: regio delectauit. emisses. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia, princeps illius ciuitatis. cuius socrum, mulierem imbecilli consilij, satis locupletem, pellexit Decianus ad sese: &, cùm illa, quid ageretur, ne sciret, in possessione prædiorum eius familiam suam collocauit: vxorem abduxit ad Amynta pregnantem: quę peperit apud Decianum filiam, hodiéque apud Decianum est vxor Amyntæ, & filia. Numquid harum rerum à me fingitur, Deciane? sciunt hæc omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt denique nostri homines, sciūt mediocres negotiatōres. Exsurge Amynta: repete à Deciano, non pecuniam, non prædia: socrum denique sibi habeat: restituat vxorem: reddat misero patri filiam. nam membra, quæ debilitauit lapidibus, fustibus, ferro: manus, quas contudit: digitos, quos confregit: neruos, quos concidit, restituere non potest. filiam, filiam, inquam, ærumnoso, patri, Deciane, redde. Hæc [e] Flacco te non probasse miraris? cui, quæso, tandem probasti? emtiones falsas, prædiorum proscriptiones cum [f] mulierculis, aperta circumscriptione, fecisti. tutor his [g] rebus Græcorum legibus adscribendus fuit. Polemocratem [h] scripsisti, mercenarium [i], & administrum consiliorum tuorum. adductus est in iudicium Polemocrates [k] de dolo malo, & de fraude, à Dione, hubius ipsius tutelæ nomine. Qui cōcursus ex oppidis finitimis vndique? qui dolor animorum? quæ querela? Condemnatus est Polemocrates sententiis omnib. irritæ vēditiones: irritæ proscriptiones. Non restituis, defers ad Pergamenos, vt illi reciperent in suas litteras publicas, præclaras proscriptiones, & emtiones tuas. repudiant, reiiciunt. At qui homines? Pergameni, laudatores tui. Ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem maiorum tuorum assecutus esses: & hoc te superiorem putabas esse, quàm Lælium, quòd te ciuitas Pergamena laudaret. Num honestior est ciuitas Pergamena, quàm [m] Smyrnæ? At ne ipsi quidem dicunt. Vellem tantum habere otii, vt possem recitare psephismata [n] Smyrnæorum, quæ fecerunt in Castricium mortuum: primùm [o] vt in P oppidum introfertur: quod aliis non conceditur: deinde, vt ferrent ephebi: postremò vt [q] imponeretur aurea corona mortuo. Hæc P. Scipioni, clarissimo viro, cùm esset Pergami mortuus, facta non sunt. At Castricium quibus verbis, dii immortales! decus patriæ, ornamentum populi Rom. florem [r] iuuentutis appellant! Quare, Deciane, si cupidus es gloriæ, alia ornamenta censeo, quæras.

Pergameni te deriserunt. Quid? tu ludi te non intelligebas? cùm tibi hæc verba recitabant, Clarissimum virum, præstantissima sapientia, singulari ingenio: mihi crede, ludebant [a]: cùm verò coronam auream litteris [b] imponebant: re vera *non [c] plus aurum tibi, quàm monedulæ [d] committebant*. Ne tum quidem hominum venustatem, & facetias perspicere potuisti? Isti igitur, isti Pergameni perscriptiones [e], quas tu afferebas, repudiauerunt. P. Orbius, homo, & prudens, & innocens, contra te omnia decreuit. In [f] P. Globulum, meum necessarium, fuisti gratiosior. Vtinam neque ipsum, neque me pœniteret. Flaccum [g] in curia decreuissent. Veridicas adiungis causas inimicitiarum, quòd patri L. Flacci, ædili curuli, pater tuus, tribunus pl. diem dixerit. At istud, ne [h] ipsi quidem patri Flacci valde molestum esse debuit: præsertim cùm ille, cui dies dicta est, prætor posteà factus sit, & consul: ille, qui diem dixit, non [i] potuerit priuatus in ciuitate consistere. Sed, si iustas inimicitias putabas, cur cùm tribunus militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti, cùm tibi per leges militareis effugere liceret iniquitatem tribuni? Cur [k] autem per te inimicum paternum in consilium vocauit [l]? quæ quidem quàm sanctè solita [m] sint obseruari, scitis omnes. Nunc accusantur ab iis, qui in consilio nobis fauerunt [n]. Decreuit Flaccus. Num aliud, atque oportuit? In liberos. Num aliter, ac censuit senatus? In [o] absentem decreuit. Cùm ibidem esses, cùm prodire nolles. non est hoc in absētem reum. SENATVS CONSVLTVM, ET DECRETVM FLACCI. Quid? P, si non decreuisset, sed edixisset? quis posset verè reprehendere? Num etiam fratris mei litteras, plenissimas humanitatis, & æquitatis, reprehensurus es? quas eadem mulieri [p] à me datas, apud Pataranos requisiuit. Recita litteras Qu. Ciceronis. LITTERAE Q. CICERONIS. Quid? hæc Apollonidienses [q], occasione facta, ad Flaccum detulerunt? apud Orbium acta nō sunt? ad Globulum delata non sunt? Ad senatum nostrum, me consule, nónne legati Apollonidienses omnia postulata de iniuriis vnius Deciani detulerunt? Ad [r] hæc prædia etiam in censu [u] dedicauisti [x]. Mitto, quòd aliena: mitto, quòd possessa per vim: mitto, quòd coniecta ab Apollonidiensibus: mitto, quòd à Pergamenis repudiata: mitto etiam, quòd à nostris magistratibus in integrum restituta: mitto, quòd nullo [y] iure, neq. in re, neque in possessione tua. Illud quæro, *sintne [z] ista prædia censui censendo: habeant ius ciuile: sint, nè ne sint, mancipi [aa]: subsignari apud ærarium, apud censorē [bb] pos-*

a *al.* illudebant.* b hoc est cū psephismate suo coronam auream tibi decernerēt.* c prouerbii species* d cui si quis committeret, amissum sciret, auis enim illa aurum auidissimè furatur. Plin.* e L. proscriptiones, q. tu aff. repudiarunt. ‖ vt de proscriptione prædiorū loquatur.* f *forte* apud P. Globulū, meū necessg. L. Flaccum, elatum iracūdia decreuisse dicis. Et verò adiungis causas inim. ‖ *al.* Flaccus vi & iniuria decreuit, motus paternis odiis, veréque adiungis causas. *Pantagathus*, Flaccū in curia iniuriā decreuisse dicis: adiūgis causas inimicitiarū.* h *libri vulg.* nec ipsi quidē p. *meandoē.* i Exuli in ciuitate, hoc est Romæ, esse non licuit.* k L. Cur autē prætor te, inimicum pat. q. Prætoris autē voce intelligendus Flaccus ipsius Flacci filius. atque ita interpretatur Ant. Augustinus.* l vt iudex esses.* m Hoc vult, veteres sanctè solitos obseruare: vt ne sub tribuno aduersario militarēt, sed & ne iudicē

a *al.* magis erat tuum: si iam te. b id est pingues. Alii legunt? Grassi.* c Pedibus cō pensare pecuniam, nō est peregrinādo proficere in virtutis studio, sed prædium, minimo pretio emere, vel hoc ipso, quod in loginquo positum sit. Nam vicina, cariore: remotiora, viliore emimus. quod pedum seu longi itineris instituendi habē da sit ratio. d vide Eustachium lib. 1.* e 4. lib. ver. Hæc Flacco non probasse te miraris? f *al.* cum mulieribus. g L. his, moribus Græcorū, asscribēdus fuit. h L. Ptolemo eratem scr. i vel. mercenarium. k L. Ptolemocrates. l vel. reiiciūt. m L. quàm Smyrnæa? guidem vel. Zmyrnæa? n L. plephismas Smyrnæorū, quod fec. o Efferendi mos veiusmodi.* p Græci raro in oppido mortuos sepelliebant. adde librum de legibus Polyb. 6.* q Coronati mortui efferebantur. adde Artophanem. CLXI. ΟΤΑΝ ΤΟΥ ΤΕΘΝΗΚΟΤΑ Ciceronem 2. de legib. r Iuuentutis nomine apud veteres qui accipiebantur, non nunquam principes iuuentutis dicti.

sint: in qua tribu deniq; ista prædia censuisti? Commisisti [a], si rempus aliquod grauius accidisset [b], vt ex iisdem prædiis & [c] Apolloniæ, & Romæ imperatum esset tributum. Verùm esto. glorioſus fuisti. voluisti magnum agri modum [d] censeri, & eius agri, qui diuidi plebi Romanæ non potest [e]. Census es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta L L S. millia. Eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census es mancipia Amyntæ. neque huic vllam in eo feci sti iniuriam. possidet enim ea mancipia Amyntas. ac primò quidem pertimuit, cùm te audisset seruos suos esse censum. Retulit ad iurisconsultos. Constabat inter omnes, si [f] aliena censendo. Decianus sua facere posset, eum [g] maxima [h] habiturum esse.

* * Habetis

causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus, ad Lælium detulerit hanc opinam accusationem. Nam ita quæstus est Lælius, cum de perfidia Deciani diceret: Qui mihi auctor fuit, qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus: is à Flacco corruptus est, is me deseruit, ac prodidit. Siccine tu auctor tandem eum, cuii tu in consilio fauisse, apud quem omneis gradus dignitatis tuæ retinuisses, pudentissimum [k] hominem, nobilissima familia natum, optimè de repub. meritum, in discrimè omnium fortunarum vocauisti? Scilicet [l] defendam Decianum: qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. Non est, mihi crede, corruptus. Quid enim fuit, quod ab eo redimeretur? vt duceret [m] iudiciũ cui sex [n] horas omnino lex dedit. Quantum tandem ex his horis detraheret, si [o] tibi morem gerere voluisset? Nimirum illud est, quod ipse suspicatur. Iuuidisti ingenio subscriptoris tui, quòd ornabat facilè [p] locum, quem prehenderat, & acutè testeis interrogabat, aut circumueniebat: fortasse fecisti, & tu, & populi sermo, ne exciperes. Idcirco Decianum vsque ad coronam [r] applicuisti. Sed [s], vt hoc verisimile est, ita haud verisimile, Decianum à Flacco esse corruptum. Ita scito, iudices, esse cetera: vel quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertiũm vicies. Et eum tu accusas auaritiæ, quem dicis sestertiũm vicies voluisse perdere? nam quid emebat, cùm [t] te emebat? vt ad se transires? quam [u] partem causæ tibi daremus? an vt enuntiares consilia Lælij? qui testes ab eo prodirent? quid? nos non videbamus habitare vnà? quis [x] hoc nescit? tabulas in Lælij potestate fuisse, non dubium est. an ne vehementer, ne copiosè accusares? Nunc facis [y] suspicionem. ita enim dixisti. vt nescio quid abs te impetratum esse videatur. ¶ At enim *Andronì Sextilio* grauis iniuria facta est. & non ferenda: quòd, cùm esset vxor [z] eius Valeria, intestata [aa] mortua, sic egit eam rẽ Flaccus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. In quo quid reprehendas, scire cupio. quòd falsum intenderit? quî doces? Ingenua, inquit, fuit. O peritum iuris hominem! Quid? ab ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt? *in manum* [bb], inquit, *conuenerat*. Nunc audio. sed [a] quæro, vtrùm vsu, an coemtione. Vsu non potuit. Nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate deminui. *Coemtione* [b]? omnibus [c] ergo auctoribus. in quibus certè Flaccum fuisse non dices. Relinquitur illud, quod vociferari non [d] desistit, non [e] debuisse, cùm prætor esset, suum negotium agere, aut mentionem facere hereditatis. Maximas audio tibi, L. Lucculle, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate, maximisque beneficiis in tuos, venisse hereditates, cùm Asiam prouinciam consulari imperio obtineres. si quis eas, suas esse dixisset, concessisses? Tu, T. [f] Vetti, siqua tibi in Africa venerit hereditas, vsu amittes? an tuum, nulla auaritia, salua dignitate, retinebis? At istius hereditatis, iam Globulo prætore, Flacci nomine, petita possessio est. non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciẽdam Flacci animum impulerunt. Itaque eodem etiam M Lurco, vir optimus, meus familiaris, conuertit aculeum test monij sui. *negauit, à priuato pecuniam in prouincia petorem petere oportere.* Cur tandem, M. Lurco, non oportet? eripere, extorquere, accipere [g] contra leges non oportet: petere non oportere, numquam ostendes, nisi docueris non licere. An legationes sumere liberas [h], exigendi causa, sicut & tu ipse nuper, & multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est: quod ego non reprehendo: socios video quæri prætorem, si heredi tatem in prouincia non [i] reliquerit, non solùm reprehendendum, verùm etiam condemnandum putas? *Doti* [k], inquit, Valeria pecuniam omnem suam *dixerat*. Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis, illam in tutela Flacci non fuisse. si fuit, quæcumque [l] sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. Sed tamen Lurconem, quamquam pro sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ, tamen iratum Flacco esse vidistis. neque enim occultauit causam iracundiæ suæ, neque reticendam putauit. questus est, libertum suum, Flacco prætore, esse damnatum. *O conditiones miseras administrandarum prouinciarum! in quibus diligentia, plena simultatum est: negligentia, vtuperationum: vbi seueritas, periculosa est: liberalitas, ingrata: sermo, insidiosus: assentatio, perniciosa: frons omnium, familiaris: multorum animus, iratus: iracundia occultæ, blanditiæ apertæ: venienteis prætores exspectant præsentibus inseruiunt, abeunteis deserunt.* Sed omittamus querelas, ne nostrum consilium in [m] prætermittendis prouinciis laudare videamur. Litteras misit de villico P. Septimij, hominis ornati, qui villicus eadem fecerat. Septimium ardentem iracundia videre potuistis. In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit. hostis est Lurco. Quid igitur? hominum gratiosorum, splendidorúmque libertis fuit Asia tradenda? an simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus exercuit [n]? an vobis in vestris vestrorúmque causis seueritas odio est: eadem laudatis, cùm de nobis iudicatis? At iste Andro, spoliatus bonis, vt dicitis, ad dicendum testimonium non venit. Quid, si veniat? Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit, quo splendore vir? qua fide? qua religione? obsignator C. Sexti-

a *al.* Num casisti.*
b *al.* incideret.
c *al.* & Apollonide, & R.
d modus, non quantitas.
e quo in regione Apollonidenſiũ, qui socii & liberi.*
f *al.* maxima præditi *forte* maximi. Aliàs quæ quisque aliena in censum deducit nihilo magis eius fiũt. l. 64. ff. de adquir. rerũ dominio, vbi dixi.*
P. E.
g *fort.* si aliena mancipia censendo,
h L. eum maximam habiturum esse familiam. Respondsum est, eius facta nõ videri. Idem visũ est postea Flacco, cùm rem cognoscere: itáque decreuit. Hab.
i L. cui tu in consilio fuisses,
k *al* prudentissimum.*
l L. Sed defendam Decianum, non necessariò vt pũ scilicet itouix nota.*
m ducere in dicio, est protrahere, producere.*
n In iudicio repetundarũ tres horæ accusatori, totidẽ defensori P. C L X I I. dabantur*
o *al.* nisi tibi mor.
p L. facetè loc.
q L. & vt populi sermonẽ exciperes, idcirco Decianum.*
r Id est in cõspectũ populi adduxisti. Ant. August. coronidem.*
s L. Sed, vt hoc verisimile est, ita haud verisimile est, Dec. *al.* Sed, vt hoc verũ est, ita haud verisim.
t v. c. cùm abs te emebat?
u L. quas partes is causæ tibi d.
x *fort.* quis hoc nescit, tabulas in Lælii potestate fuisse? non dubium est.
y *al.* iacis.
z L. eius vxor.
aa *al.* intestatò.
bb *al.* in matrimonio malè. Porrò de in manum conuentione dixi in Topicis: & ad Vlpianum titulo 9.*

a L. sed quæro vsu, an
b De coemptione dixi 7. familiarũ 29.*
c *fort.* omnibus ergo tutoribus auct.
d L. non desistit.
e Hoc vult Cicero prætori, etiã, tum cùm Prætor est, licere, suũ negotium agere.
f L. Tu T. Vetti,
g L. capere contra leges.
h Legationes liberas trahant senatores sui cõmodi causa. L. qui liberta. 14. ff. de legat. exigendi causa, vt hîc & adeũdarũ hæreditatum. Cicero 1. & 3. Verrina & 3. de legib. i *al.* creuerit, non solũ &c. Est autẽ cernere verba cretionis interpretationis legitimæ cernendi tẽpus dicere, ad hunc modũ, Cãm me Maximus hæredẽ instituerit, ea hæreditatem adeo, cerno. Vipianus titulo 22. de hæred. & Fest.*
k Doti dicere, pro dotem dicere.*
l Dos dicta sine legitimo tutore nulla. adde, quæ scripsi. 1. ad Attic. 6. P. CLXIII. m *al.* in omnes pi.
n L. exercet.

Sextilius, Lurconis sororis filius: homo [a] & prudens, & constans, & grauis. Si vis erat, si fraus, si metus, si circumscriptio: quis actionem fieri, quis adesse istos coegit? Quid, si ista omnis pecunia huic adolescẽtulo, L. Flacco, reddita est? si petita, si [b] redacta? si per hunc Antiochum, paternum huius adolescentis libertum, seni illi Flacco probatissimum? videmúrne non solùm auaritiæ crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudem assequi singularem? communem enim hereditatem, quæ æqualiter ad vtrumque lege venisset, concessit adolescenti, propinquo suo: nihil ipse attigit de Valerianis bonis. quod statuerat facere, adductus huius pudore, & non amplissimis patrimonij copiis, id non solùm fecit, sed etiam prolixè, cumulatéque fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepisse, qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis. ¶ At *Falcidianum* crimen est ingens. Talenta quinquaginta se Flacco dicit dedisse. Audiamus hominem. Non adest. Quomodo igitur dicit? Epistolam mater eius profert, & alteram sororis: scriptum ad se dicunt esse ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is, *qui si aram* [c] *tenens iuraret, crederet, nemo*, per epistolam, quod volet, iuratus probabit? Atqui vir? quàm non amicus suis ciuibus? qui patrimonium satis lautum, quod hîc nobiscum cõficere potuit, Græcorum conuiuiis maluit dissipare. Quid attinuit relinquere hanc vrbem? libertate tam Præclara carere? adire periculum nauigandi? quasi bona comesse Romæ non liceret. nunc denique materculæ suæ festiuus filius, aniculæ minimè suspicioſæ, purgat se per epistolam, vt eam pecuniam, quam confecerat [d], non consumsisse, sed Flacco dedisse videatur. At fructus isti Trallianorum, Globulo pr. venierant [e]: Falcidius emerat LL. s. nongentis millibus. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, vt rata fit emtio. emit igitur aliquid, quod certè multo pluris esset: dat de lucro: nihil detrahit de viuo. minus igitur lucri facit. Cur Albanum venire iubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis, & sororis, & matris imbecillitatem aucupatur? postremò cur non audimus ipsum? Retinetur, credo, in prouincia: mater negat. venisset, inquit, si esset denuntiatum. Tu certè coegisses, si vllum firmamentum in illo teste posuisses. sed hominem ab negotio abducere noluisti. magnum erat ei certamen propositum, magna cum Græcis contentio: qui tamen, vt opinor, iacent victi. nam iste vnus totam Asiam magnitudine poculorum, bibendóque superauit. Sed tamen quis tibi, Læli, de epistolis istis indicauit? mulieres negant se scire. quis [f]? is ipse? igitur ille tibi, [g] oratu tuo? [h] *al.* prudentissimum hom. [i] L. C. Manlium? P. CLXIIII. [k] L. non posse.

[a] L. homo & prudens, &c.

[b] L. si redacta per hunc.

[c] Iurare ani teneres solebant.* P. B.

[d] *Vet.* traiecerat. *al.* contraiecerat. *al.* coniecerat. Quo loco cõmitti traiectã pecuniam interpretantur ab Italia in Asiã trãsmissã, alii fœneratitiam, cõsumptã ac deperditã fœnebri tame aut fœnebrem acceptam ab alio. Atque hoc sensu, cõficiendi verbum, paulò aptè accipiẽdũ esse monet.* [e] L. venierũt.

[f] L. quis is est igitur? ille tibi,

[g] L. oratu tuo?

[h] *al.* prudentissimum hom.

[i] L. C. Manlium? P. CLXIIII.

[k] L. non posse.

[a] PERORATIO.

[b] L. disputo, & expostulo? [c] L. de summa rep.

[d] *Vet.* satis cõuersam rẽp.

[e] hoc est de Lentulo interfecto,* *al.* liberum.

[g] L. in nos omneis od. *al.* in omneis nos od.

[h] Litare est sacrificio facto impetrare. vide Festũ in litatum: Nonius cap. 5. in inter sacrificare & litare.* h Parentare mortuo dicitur qui pro mortuo sacrificia facit. Glossæ parentat ἀπαχάζεσθαι νεκρῷ τὰ νομιζόμενα.

[i] L. si ita pl. P. B.

[k] L. vna mente, ac virtute. [l] L. atque ẽ ciuitate exp. [m] Etenim si populi Romani &c.*

[n] L. perspiciunt mentẽ, & vol.

[o] L. M'. Aquillium.

[p] de quo l. c. in Verrem & 2. de oratore Liuius 7.* [q] *Vet.* liberarunt.

fictam vocem, & simulatum dolorem? ¶ Sed [a] quid ego de epistolis Falcidij, aut de Androne Sextilio, aut de Deciani censu tamdiu disputo [b], postulo? de salute omnium nostrûm, de fortunis ciuitatis, de [c] summa reipu. taceo? quam vos vniuersam in hoc iudicio vestris humeris, vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis. videtis, in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum, ac perturbatione versemur. Cùm alia multa certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur, vt vestræ quoque mentes, vestra iudicia, vestræ sententiæ, optimo cuique infestissimæ, atque inimicissimæ reperiantur. grauia iudicia pro reipu. dignitate, multa de coniuratorum scelere fecistis. non putant satis [d] conuersam esse rempu. nisi in eandẽ impiorum pœnam optimè meritos ciueis detruserint. Oppressus est C. Antonius. esto: habuit quandam ille infamiam suam: neque tamen ille ipse, pro meo iure dico, vobis iudicibus damnatus esset: cuius damnatione sepulchrum L. Catilinæ, floribus ornatum, hominum audacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu, epulísque celebratum est: iusta Catilinæ facta sunt. Nunc à Flacco Lentuli [e] pœnè per vos expetuntur. Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum [f], cõiugúmque vestrarum trucidatos, incendio patriæ sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem, quàm si L. Flacci sanguine illius nefarium in [g] vos omneis odium saturaueritis? Litemus [h] igitur Lentulo, parentemus [i] Cethego, reuocemus eiectos: nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, *si* [k] *ita di sp lacet*, sufferamus. nos iam ab indicibus nominamur: in nos crimina finguntur: nobis pericula comparantur: quæ si per alios agerent: si denique per populi nomen, ciuium imperitorum multitudinem concitassent: æquiore animo ferre possemus. illud verò ferri non potest, quòd per senatores, & per equites Ro. qui hæc omnia pro salute omnium, communi consilio, vna mente, atque virtute gesserunt, harum rerum auctores, duces, principes spoliari omnibus fortunis, ac [m] de ciuitate expelli posse arbitrantur. Etenim [n] populi Ro. perspiciunt [o] eam mentem, & voluntatem: omnibus rebus, quibus potest, populus Ro. significat, quid sentiat: nulla varietas est inter homines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermonis. Quare, si quis illuc me vocat, venio: populum R. disceptatorem non modò non recuso, sed etiam deposco. Vis absit: ferrum, ac lapides remoueantur: operæ facessant: seruitia fileant. nemo erit tam iniustus, qui me audierit, sit modò liber, & ciuis, quin potiùs de præmiis meis, quàm de pœna cogitandum putet. O dij immortales! quid hoc miserius? nos, qui P. Lentulo ferrum, & flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus: lectissimorum ciuium, & amplissimorũ sententias pertimescimus. M. Aquilium [p] patres nostri multis auaritiæ criminibus, testimoniisque conuictũ, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt [q]. Consul ego nuper defendi C. Pisonẽ: qui quia consul fortis, cõstánsque fuerat, incolumis est reip. conseruatus. defendi item consul L. Murænam, consulem designatũ. nemo illorum iudicum, clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi de am-

bitu putauit, cùm, bellum iam gerente Catilina, omnes, me auctore, duos consules kalendis Ianu. scirent esse oportere. Innocens, & bonus vir, & omnibus rebus ornatus, bis hoc anno, me defendente, absolutus est A. Thermus. Quanta[a], reipubli. causa, lætitia populi Roman. quanta gratulatio [b] consecuta est? *Semper graues, & sapientes iudices in rebus iudicandis, quid vtilitas ciuitatis quid communis salus, quid reipubl. tempora, poscerent, cogitauerunt*[c]. Cùm tabella [d] vobis dabitur, iudices, non de Flacco dabitur solùm: dabitur de ducibus, auctoribúsque conseruandæ ciuitatis: dabitur de [e] omnibus bonis ciuibus: dabitur de vobismetipsis: dabitur de liberis vestris, de vita, de patria, de salute communi. non iudicatis in hac causa de exteris nationibus, non de socijs: de vobis, ac vestra repiudicatis. Quòd si prouinciarum vos ratio magis mouet, quàm vestra: ego verò non modò non recuso, sed etiam postulo, vt prouinciarum auctoritate moueamini. Etenim opponemus Asiæ prouinciæ primùm magnam partem eiusdem prouinciæ, quæ pro huius periculis legatos, laudatoréisque misit: deinde prouinciam Galliam, prouinciam Ciliciam, prouinciam Hispaniam, prouinciam Cretam. Græcis autem Lydis, & Phrygibus, & Mysis obsistent Massilienses, Rhodij, Lacedæmonij, Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Bœotia Septimio, & [g] Cælio, testibus, P. Seruilius, & Qu. Metellus, hujus pudoris, integritatisque testes repugnabunt. Asiaticæ iurisdictioni vrbana iurisdictio respondebit. annui temporis criminationem omnis ætas L. Flacci, & perpetua vita defendet. Et, si prodesse L Flacco, iudices, debet, quòd se tribunum militum, quòd quæstorem, quòd legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, prouinciis grauissimis, dignum suis maioribus præstitit: prosit, quòd hic, vobis videntibus, in periculis communibus omnium vestrûm, sua pericula cum meis coniunxit: prosint honestissimorum municipiorum, coloniarúmque laudationes: prosit etiam senatus, populique Roman. præclara, & vera laudatio. *O nox* [h] *illa*, quæ pænè æternas huic vrbi tenebras attulisti, cùm Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrum, & flammam vocabantur: cùm ego te, Flacce, cælum, noctémque contestans, flens flentem obtestabar: cùm tuæ fidei optimæ, & spectatissimæ, salutem vrbis, & ciuium commendabam. Tu, tu, Flacce, prætor, communis exitij nuntios cepisti: tu inclusam in litteris reipubli. pestem deprehendisti: tu periculorum indicia, tu salutis auxilia, ad me, & ad senatum attulisti. Quæ tibi tum gratiæ sunt à me actæ? quæ ab senatu? quæ à bonis omnibus? quis tibi, quis C. [i] Pomtinio, fortissimo viro, quemquam bonum putaret vmquam non salutem, verùm honorem vllum denegaturum? *O* [k] *nonæ illa Decembres*: quæ, me consule, fuistis: quem ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possum. O nox illa[l], quam iste est dies consecutus, fausta huic vrbi: miserum me, me tuo ne funesta nobis! Qui tum animus L. Flacci? (nihil [m] dicam enim de me) qui amor in patriam? quæ virtus? quæ grauitas exstitit? Sed quid ea commemoro, quæ tum, cùm agebantur, vno consensu omnium, vna voce populi Rom. vno orbis terræ testimonio, in cælum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modò non prosint, verùm etiam aliquid obsint. Etenim multo acriorem improborum interdum memoriam esse sentio, quàm bonorum. Ego te, si quid grauius acciderit, ego te, inquam, Flacce, perdidero[a]: mea dextera illa, mea fides, mea promissa, cùm te, si rempu. conseruaremus, omnium bonorum præsidio, quoad viueres, non modò munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar. putaui, speraui, etiam si honos noster vobis vilior fuisset, salutem certè eam futuram. At [b], L. Flaccum quidem, iudices, si *(quod dij immortales omen auertant)* grauis iniuria afflixerit: numquam tamen prospexisse vestræ saluti, consuluisse vobis, liberis, coniugibus, fortunis vestris, pœnitebit. semper ita sentiet, talem se animum & generis dignitatis, & pietati suæ, & patriæ debuisse: vos ne pœniteat tali ciui non pepercisse, per deos immortaleis, iudices, prouidete. Quotus enim quisque est, qui hanc in republic. sectam [c] sequatur? qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi, atque amplissimi cuiusque hominis, atque ordinis auctoritatem magni putet [d]: illam viam sibi vident expeditiorem ad honores, & ad omnia, quæ concupiuerunt. Sed cetera sint eorum: sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates. Liceat iis, qui hæc salua esse voluerunt, ipsis esse salui. nolite, iudices, existimare, eos, quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserunt, non exspectare huius exitum iudicij. Si L. Flacco tantus amor in bonos omneis, tantum [e] in repub. studium, calamitati fuerit: quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quam antè præcipitem, & lubricam esse ducebat, huic planæ, & stabili præponendam esse arbitretur? Quòd si talium ciuium vos, iudices, tædet: ostendite: mutabunt sententiam, qui potuerint: constituent, quid agant, quibus integrum est. nos, qui iam progressi sumus, hunc exitum nostræ temeritatis feremus. sin hoc animo quàm plurimos esse vultis, declarabitis hoc iudicio, quid sentiatis. Præclara[f] illi hæc oratio[g] quidem, si huic, huic misero puero, vestro, ac liberorum vestrorum supplici, iudices, hoc iudicio, viuendi præcepta dabitis. cui si patrem conseruatis: qualis ipse debeat esse ciuis, præscribetis. sin eripitis: ostendetis, bonæ rationi, & constanti, & graui nullum à vobis fructum esse propositum. qui vos, quoniam est id ætatis, vt sensum iam percipere possit ex mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre possit: orat, ne suum luctum, patris lacrymis, patris mærorem, suo fletu augeatis. qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat: ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spoponderim, dignitatem. Miseremini familiæ, iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filij: nomen [h] clarissimum, & fortissimũ, vel generis, vel vetustatis, vel hominis causa, reipubl. reseruate.

PRO

P. CLXV.

a *al.* quanta Reipub. lætitia, quanta P. R. gratulatione conseruatus est.*
b *al.* gratulatione conseruatus est.*
c *fort.* cogitarunt.
d Tabellæ tres iudicibus dabãtur, absolutionis, cõdemnationis, ampliationis.*
e *v.c.* de omnibus: dab. *& ita L.*
f L. de vobis, & de vestra

g *al.* & Cælio

P. B.
h qua in trãsitu Pontis Miluii legati Allobrogum, cum litteris mandatisque Catilinæ ad suos ciues missi, comprehensi à Flacco & Põtinio Prætoribus. Orat. 3. Catil. Sallust.*
i *al.* C. Pomtino,
k quo die, Cõsule Cicerone, indicijs coniurationis expositis in senatu, censuit senatus, Lentulũ prætura abdicare: alios octo coniuratos in custodiam tradi.* l de qua suprà.*
m L. (nihil dicã de me.)

P. CLXVI.

a *v.c.* prouidero:

b L. Ac, L. Flacc.

c sectam pro studio defendæ Reipublicæ Reipit. Græci αἵρεσιν vocant, genus vitæ, quod quisque sibi elegit: sic αἵρεσιν vocabant, fidem Pauli. Actor. 24. vers. 14. d L. putet, cui illã viam sibi videant esse ad hon. & ad omn. q. concupierũt? S. e L. tantum in temp. &

f L. Hoc toto, Præcl. illi hortãdi vox g. declatio.*

k *al.* homicidæ.

PRO P. SYLLA.

ORATIO VICESIMAQVINTA.

Synopsis.

¶ Quæstio, An P. *Sylla cum Catilina coniurauerit.* Accusator *vel* Delator, *L. Torquatus.* Reus, *P. Sylla.* Patroni P. Syllæ, *Qu. Hortensius & Cicero.* Acta *anno vrbis 691.*

P. CLXVII. a EXORDIVM.

MAXIME[a] vellem, iudices, vt P. Sylla & antea dignitatis suæ splendorem obtinere, &, post calamitatem acceptam, modestiæ fructum aliquem potuisset percipere. sed, quoniam ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore cùm communi ambitionis inuidia, tum singulari Autronij[b] odio euerteretur, & in his pristinę fortunæ reliquiis miseriis, & afflictis, tamen haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidē suo satiare posset: quamquā ex huius incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facilè patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam, misericordiámque, notam omnibus quondam, nunc, quasi intermissam, agnoscerent: improbi, ac perditi ciues, edomiti, atque victi, præcipitante repub. vehementem me fuisse, atque fortem: conseruata, mitem, ac misericordem faterentur. Et, quoniam[c] L. Torquatus, meus familiaris, ac necessarius, iudices, existimauit, si nostram in accusatione sua necessitatem, familiaritatémque violasset, aliquid se de auctoritate meæ defensionis posse detrahere: cùm huius periculi propulsatione coniungam defensionem officij mei: quo quidem genere non vterer orationis, iudices, hoc tempore, si mea solùm interesset. multis enim mihi locis, & data facultas est, & sæpe dabitur de mea laude dicendi. sed, vt ille, iudices, quātum de mea auctoritate diripuisset[d], tantum se de huius præsidiis diminuturum[e] sperauit: sic hoc ego sentio, si mei facti rationem vobis, constantiámque huius officij, ac defensionis probauero, causam quoque me P. Syllæ probaturum. ¶ Ac[f] primùm abs te illud, L. Torquate, quæro, cur me à ceteris clarissimis viris, ac principibus ciuitatis, in hoc officio, atque in defensionis iure secernas. quid enim est, quamobrem abs te Qu. Hortensij factum, clarissimi viri, atque ornatissimi ciuis, non reprehendatur, reprehendatur meum? nam si initum est consilium à P. Sylla inflammandæ ciuitatis, huius exstinguendi imperij, delendæ vrbis: mihi maiorem hæc[g] res dolorem, quàm Qu. Hortensio, mihi maius odiū afferre debet[h]? meū denique grauius esse iudicium, qui adiuuandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus,

b al. Antronii.*

c Imitatur hic Demosthenē orat. pro Ctesiphonte.*

d L. deripuisset, Deripere vero est, detrahere.*

e L. deminuturum sp.

P. B.

f L. hæ res.

g L. hæ res.

h L. debent?

A qui deserendus esse videatur? Ita, inquit. tu enim inuestigasti, tu patefecisti coniurationem. Quod cùm dicit, non attendit, eum, qui patefecerit, hoc curasse, vt id omnes viderent, quod antea fuisset occultum. Quare ista coniuratio, si patefacta per me est, tam patet Hortensio, quàm mihi. quem cùm videas honore hoc, auctoritate, virtute, consilio præditum, non dubitasse, quin innocentem P. Syllam defenderet: quæro, cur, B qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit. quæro illud etiam, si me, qui defendo, reprehendendum putas esse, quid tandem existimes de his summis viris, & clarissimis ciuibus, quorum studio, & dignitate celebrari hoc iudicium, & ornari, causam defendi huius innocenteis vides? non enim vna est ratio defensionis ea, quæ posita est in oratione. omnes, qui adsunt, qui laborant, qui saluum volunt, pro sua parte, atque auctoritate defendunt. An verò, in C quibus subselliis hæc ornamenta, ac lumina reipubl. viderem, in his me apparêre nollem, quorum ego opera[a] illum in locum, atque in hanc celsissimam sedem dignitatis, atque honoris, multis meis, ac magnis laboribus, & periculis, adscendissem? Atque, vt intelligas, Torquate, quem accuses, si te id offendit, quod ego, qui hoc genere quęstionis defenderim neminem, non desim P. Syllæ: recordare D de ceteris, quos adesse huic vides. intelliges, & de hoc, & de ceteris iudicium meum, & horum, par, atque vnum fuisse. Quis nostrûm adfuit Vargunteo[b]? nemo: ne hic quidem Qu. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. non enim iam se vllo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cùm ille, tanto scelere commisso, omnium officiorum societatem diremisset. Quis nostrûm Ser. Syllam? quis P. Lentulum? quis M. Leccam? quis[c] Cornelium, defendendum putauit? quis his horum adfuit? nemo. quid ita? quia ceteris in causis, etiam nocentes, viri boni, si necessarij sunt, non defendendos esse non putant. in hoc crimine, non solùm leuitatis est culpa, verùm etiam quædam contagio sceleris, si defendas eum, quem obstrictum esse patriæ suspicêre. Quid[d] Autronio? nónne sodales, non collegæ sui, non veteres F amici, quorum ille copia quondam abundarat, non hi omnes, qui sunt in repu. principes, defuerunt? immò etiam testimonio plerique læserunt? Statuerant, tantum illud esse maleficium, quod[e] non modò non occultari per se, sed etiam aperiri, illustrarique deberet.

a al. ope.*

P. CXXVIII.

b L. Vargunteio.

c L. Quis C. Cornelium, def.

d L. Quid? Autronio nō sodales,

e sert. vocem modo

Quamobrē quid est, quòd mirere, si cum iisdem me in hac causa vides adesse, cum qui
a t. afuisse-ll & ita veteres. bus in ceteris intelligis abfuisse[a]? nisi verò me vnum vis ferum, præter ceteros, me asperum, me inhumanum existimari: me singulari immanitate, & crudelitate præditum. Hanc mihi tu si, propter res meas gestas, imponis in omni vita mea personam, Torquate, vehementer erras. me natura misericordem, patria seuerum: crudelem nec patria, nec natura esse voluit. denique istam ipsam personam, vehementem, & acrem, quam mihi tum tempus, & respu. imposuit, iam voluntas, & natura ipsa detraxit. illa enim ad breue tempus seueritatem postulauit: hæc in omni vita misericordiam, lenitatémque desiderat. Quare nihil est, quòd ex tanto comitatu virorum amplissimorum me vnum abstrahas. simplex
b I. bonorū omnium. officium, atque vna est omnium [b] bonorum causa, nihil erit, quod admirere posthac, si in ea parte, in qua hos animaduerteris, me videbis. nulla est enim in repu. causa mea propria. tempus agendi fuit magis mihi proprium, quàm ceteris: doloris verò, & timoris, & periculi fuit illa causa communis. neque enim
c fort. ad salutem aliis esse pot. princeps tunc ad [c] salutem esse potuissem, si esse alij comites noluissent. Quare necesse est, quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id iam priuato cum ceteris esse commune. Neque ego hoc partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. In Autronium testimonium dixisti, inquit: Syllam defendis. Hoc totum eiusmodi est, iudices, vt, si ego sim inconstans, ac leuis, nec testimonio fidem tribui conuenerit, nec defensioni auctoritatem. sin est in me ratio reipu. teligio priuati officij, studium retinendæ voluntatis bonorum: nihil minùs accusator debet dicere, quàm à me defendi Syllam, testimonio læsum esse Autronium. videor enim non solùm studium ad defendendas causas, verùm opinionis aliquid, & auctoritatis afferre: qua & moderatè ego vtar, iudices, & omnino non vterer, si ille me
P. C. LXIX. d L. Lepido, & Tullo, & al. Lepido & Volcatio Coss. non coegisset. Duæ coniurationes abs te, Torquate, constituuntur: vna, quæ Lepido [d], & L. Tullo, CO SS. patre tuo consule designato, facta esse dicitur: altera, quæ me consule. Harum in vtrâque Syllam dicis fuisse. Patris tui, fortissimi viri, atque optimi consulis, scis, me. consiliis non interfuisse: scis, me cùm mihi summus tecum vsus esset, tamen illorum expertem temporum, & sermonum fuisse: credo, quòd nondum penitus in rep. versabar, quòd nōdum ad propositum mihi finem honoris perueneram, quòd mea me ambitio, & forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. Quis ergo intererat vestris consiliis? omnes hi, quos
e L. quos vides huic adesse, [e] vides hìc adesse, & in primis Qu. Hortensius: qui cùm propter honorem, ac dignitatem, atque animum eximium in rempubli. tum propter summam familiaritatem, summúmque amorem in patrem tuum, tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commouebatur. Ergo istius coniurationis crimen, defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognouit, qui particeps & consilij vestri fuit, & timoris. cuius in hoc crimine propulsando cùm esset copiosissima, atque ornatissima oratio, tamen non minus inerat auctoritatis in ea, quàm fa-

A cultatis. Illius igitur coniurationis, quæ facta contra vos delata ad vos, à vobis prolata esse dicitur, ego testis esse non potui. non modò enim nihil comperi, sed vix ad aureis meas istius suspicionis fama peruēnit. Qui [a] vobiscum in cōsilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum conflari putabatur, qui Autronio non adfuerunt, qui in illum testimonia grauia dixerunt, hunc defendunt, huic adsunt [b], in huius periculo declarant, se non crimine coniurationis, ne adessent ceteris, sed homiuum maleficio, deterritos esse. Mei consulatus autem tempus, & crimen maximæ [c] coniurationis à me defenderur. Atque inter nos partitio nō est fortuito, iudices, nec temerè facta: sed, cùm videremus, eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus, vterque nostrûm id sibi suscipiendum putauit, de quo aliquid sciret, atque existimare potuisset. Et, quoniam de criminibus superioris
C coniurationis Hortensium diligenter audistis, de hac coniuratione, quæ, me consule, facta est, hoc primùm attendite. Multa, cùm essem consul, de [d] summis reip. periculis audiui, multa quæsiui, multa cognoui. nullus vmquam de Sylla nuntius ad me, nullum indicium, nullæ litteræ peruenerunt, nulla [e] suspicio. Multùm hæc vox fortasse deberet valere eius hominis, qui consul insidias reipubl. consilio
D inuestigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset, cùm ipse nihil [f] audisse de P. Sylla, nihil suspicatum esse diceret. sed ego nondum vtor hac voce ad hunc defendendum: ad purgandum me potius vtor: vt mirari Torquatus desinat, me qui [g] Autronio abfuerim, Syllam defendere. Quæ enim Autronij fuit causa? quæ Syllæ est? ille ambitus iudicium tollere. ac [h] disturbare primùm constato voluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: deinde, id quod vidimus, o-
E mnes, lapidatione, atque concursu Syllæ, si sibi suus pudor, ac dignitas non prodesset, nullum auxilium requisiuit. Ille damnatus ita se gerebat non solùm consiliis, & sermonibus, verùm etiam adspectu, atque vultu, vt inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ videretur. hic se ita fractum illa calamitate, atque afflictum putauit, vt nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia retinuisset. Hac verò in coniuratione, quid tam
F coniunctum, quàm ille cum Catilina, cum Lentulo? quæ tanta societas vllis inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis, sceleris, libidinis, audaciæ? quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? cùm interim Sylla cum [k] eisdem ipsis non modò nō-ctem, solicitudinémque non quæreret, sed ne mediocri quidem sermone, & congressu
G coniungeretur. Illum Allobroges, maximarum rerum verissimi indices, illum multorū litteræ, ac nuntij coarguerunt: Syllam interea nemo insimulauit, nemo nominauit. Postremò electo, siue emisso iam ex vrbe Catilina, ille arma misit, cornua, tubas, falceis, signa, [m] legiones. Ille relictus intus, ex spectatus foris, Lentuli pœna compressus, conuertit se aliquando ad timorem, numquam ad sanitatem: hic contra ita quieuit, vt eo tempore
H omni Neapoli fuerit, vbi neque homines fuisse pu-

a L. Quibus in causa fuerunt.
b L. affuerunt.
c lib. 2. de maximè coniur. mentiosd. P. R.
d fort. de summæ reip. periculis.
e al. nulla de nig. suspicio.
f L. nihil suspicatum esse de P.
g L. qui Autronio abfuerim,
h fort. ac disturbare voluit primùm, constato gladiatorum tumultu. al. Syllæ. cùm sibi suus pudor, &c.
i L. cùm eisdem illis hō
k al. facris. m Al. de gestis signa legionis.

fuisse putantur huius affines suspicionis, & [a] locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos, quàm ad consolandos accommodatus. Propter hanc igitur tantam dissimilitudinem hominum, atque causarum, dissimilem me in vtroque præbui. Veniebat enim ad me, & sæpe veniebat Autronius, multis cum lacrymis, supplex, vt se defenderem: & se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quæstura commemorabat fuisse: multa mea in se, nonnulla etiam sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus, iudices, ita flectebar animo, atque frangebar, vt etiam ex memoria, quas ipse mihi fecerat insidias, deponerem: vt iam immissum esse ab eo C. Corneliũ, quib me in sedibus meis, in conspectu vxoris meæ, ac liberorum meorum trucidaret, obliuiscerer. Quæ si de vno me cogitasset: quæ mollitia fuit animi, ac lenitate, numquam mehercule illius lacrymis, ac precibus restitissem. Sed, cùm mihi patriæ, cùm vestrorum periculorum, cùm huius vrbis, cùm illorum delubrorum, atque templorum, cùm puerorum infantium, cùm matronarum, ac virginum veniebat in mentem: & cùm illæ infestæ, ac funestæ faces, vniuersúmque totius vrbis incendium, cùm tela, cùm cædes, cùm ciuium cruor, cùm cinis patriæ versari ante oculos, atque animum memoria refricare cœperat: tum denique ei resistebam, neque solùm illi hosti, ac [c] parricidæ, sed his etiam propinquis illius Marcellis, patri, & filio, quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cùm scirem, defendere. Atque idem ego neque P. Syllam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos, neque huius M. Messallæ, hominis necessarij, preces sustinere potui. neque enim est causa aduersata naturæ: nec homo, nec res misericordiæ meæ repugnauit. nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat: nullum crimen, nullum indicium [e]. Suscepi causam, Torquate, suscepi, & feci libenter, vt me, quem boni constantem semper, vt spero, existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. Hîc ait se ille, iudices, *regnum meum* ferre non posse. Quod tandem, Torquate, regnum? consulatus, credo mei: in quo ego imperaui nihil, sed contrà patribus conscriptis, & bonis omnibus parui. quo in magistratu non institutum est à me, iudices, regnum, sed non permissum. Quem tum in tanto imperio, tanta potestate, non dicis fuisse regem, nunc priuatum, regnare dicis? quo tandem nomine? Quòd, in quos testimonia dixisti, inquit, damnati sunt: quem defendis, speratse absolutum [f] iri. Hîc tibi ego de testimoniis meis hoc respondeo: si falsum dixerim, te [g] in eos dixisse. sin verum: *non est se hoc repugnare, cùm [h] verum iuratos dicas probare*. De huius spe tantum dico, nullas à me opes P. Syllam, nullam potẽtiam, nihil denique, præter fidem defensionis, exspectare. Nisi tu, inquit, causam recepisses, numquam mihi restitisset: sed, indicta causa, profugisset. Si iam hoc tibi concedam, Qu. Hortensium, tanta grauitate hominem, si hos taleis viros non suo stare iudicio, sed meo: si hoc tibi dem, quod credi non potest, nisi ego huic adessem, hos adfuturos non fuisse: vter tandem rex est, ísne, cui innocentes homines non resistunt, an is, qui calamitosos non deserit? At hîc etiam, id quod tibi necesse minimè fuit, facetus esse voluisti, cùm Tarquinium, & Numam, & me, tertium [a] *peregrinum* regem, esse dixisti. Mitto iam de rege quærere: illud quæro, peregrinum cur me esse dixeris. nam, si ita sum, non tam est admirandum, regem esse me, quia, vt tu vis, etiam peregrini, reges Romæ fuerunt, quàm consulem Romæ fuisse peregrinum. Hoc dico, inquit, te esse ex municipio. Fateor, & addo etiam, ex eo municipio, vnde iterum iam salus huic vrbi, imperióque missa est. Sed scire ex te peruelim, quamobrem, qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur. nemo enim istuc M. illi Catoni seni, cùm plurimos haberet inimicos, nemo T[b]. Coruncano, nemo Curioni [c], nemo huic ipsi nostro C. Mario, cùm ei multi inuiderent, obiecit vmquam. Equidem vehementer lætor, eum esse me, in quem tu, cùm cuperes, nullam contumeliam iácere potueris, quæ non ad maximam partem ciuium conueniret. Sed tamen te à me, pro magnis causis nostræ necessitudinis, monendum esse etiam atque etiam puto. non possunt omnes esse patricij: si [d] verum quæris, ne curant quidem: nec se æquales tui, propter istam causam, abs te anteiri putant. At [e], si tibi nos peregrini [f] videmur, quorum iam & nomen, & honos inueterauit & huic vrbi, & hominum famæ, ac sermonibus: quàm tibi illos competitores tuos, peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti [g], tecum de honore, & de omni dignitate contendunt? quorum caue tu quemquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare. qui si attulerint nerues, & industriam: mihi crede, excutient tibi istam verborum iactationem, & te ex somno sæpe excitabunt: nec patientur, se abs te, nisi virtute vincentur, honore superari. Ac, si, iudices, ceteris patriciis me, & vos peregrinos videri oporteret, à Torquato tamen hoc vitium fileretur. est enim ipse à materno genere, municipalis, honestissimi, ac nobilissimi generis, sed tamen Asculani. Aut igitur doceat, Picenteis solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi me meum non anteponere. Quare neque me peregrinum posthac dixeris, ne grauiùs refutẽre: neque regem, ne derideare. *nisi forte regium [h] tibi videtur, ita viuere, vt non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias: contemnere omneis [i] libidines: non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere: in senatu sentire liberè: populi vtilitati magis consulere, quàm voluntati: nemini cedere, multis obsistere. si hoc putas esse regium, me regem confiteor [k] esse.* sin te potẽtia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans, aut superbum mouet: quin tu id potiùs profers, quàm verbi inuidiam, contumeliámque maledicti? Ego tantis à me beneficiis in repub. positis, si nullum aliud mihi præmium à senatu, populóque Roma. nisi honestum otium postularem, quis non concederet? sibi [l] haberent honores, sibi imperia, sibi prouincias, sibi triumphos, sibi alia præclaræ laudis insignia: mihi liceret eius vr-

[a] al. & locus ipse est non tam
[b] L. qui me ad ædib. meis
[c] L. ac parricidæ,
[d] al. eosdem Marcellos & huius periculis lachrymantes adspicere.*
[e] al. nullum iudicium, nullam suspicionem.*
[f] v.c. absolutum iri. P. CLXXI. g. te in hos dixi.
[h] L. cùm verum dicas, iurum probatis, probare fis sententiam. Non esse hoc regnare, est quis, verò dicere audeat? Non regnare est, non persuadere. Non regnare est, iudicium non fallere. Non fallere, non pertinere.*
[b] L. T. Coruncanio. al. Ti. Corũcanio.*
[c] al. Curio.
[d] al. & si verum quæris, P. B
[e] L. Ac, si tibi
[f] Peregrini qui*
[g] v.c. dilecti,
[h] Regium quid.*
[i] v.c. omnis
[k] L. esse confiteor, & ita v.c.
[l] L. sibi habeant alii honores, p. LXXVI.

bis, quam conseruassem, conspectu, tranquillo animo, & quieto frui? Quid, si hoc, non postulo? si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si operæ, si vigiliæ deseruiunt amicis, prætò sunt omnibus? si neque amici in foro requirunt studium meum, neque respubl. in curia? si me non modò rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat[a] à labore? si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus? si mihi ne ad ea quidem, quæ pro salute omnium gessi, recordanda, & cogitanda quidquam relinquitur temporis? tamen[b] hoc regnum appellabitur? cuius[c] vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest, longè abest[d] regni suspicio. Si[e] quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. Res enim gestæ, credo, meæ, me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, iudices, hoc possum dicere, me, qui è summis eripuerim periculis vrbem hanc, & vitam omnium ciuium, satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omneis mortaleis beneficio nullum in me periculum redundabit. Etenim, in qua ciuitate res tantas gesserim, memini, & in qua vrbe, intelligo. plenum forum est eorum hominum, quos ego à vestris ceruicibus depulsi; iudices, à meis nō remoui. nisi verò paucos fuisse arbitramini, qui conari, aut sperare posse, se tantum imperium posse delere. Horum ego faces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates verò conscelcratas, ac nefarias, nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius, quanto periculo viuam in tanta multitudine improborum, cùm mihi vnicum omnibus improbis æternum videam bellum esse susceptum. Quòd si illis meis præsidiis fortè inuides: &, si ea tibi regia videntur: quòd omnes boni omnium generum, atque ordinum, suam salutem cum mea coniungunt: consolare te, quòd omnium mentes improborum mihi vni maximè sunt infensæ, & aduersæ. qui me non solùm idcirco oderunt, quòd eorum conatus impios, & furorem conscelcratum repressi: sed eò etiam magis, quòd nihil iam se simile, me viuo, conari posse arbitrantur. At verò quid ego miror[g], si quid ab improbis de me improbè dicitur, cùm L. Torquatus, primùm ipse his fundamentis adolescentiæ iactis, ea spe proposita amplissimæ dignitatis, deinde L. Torquati, fortissimi consulis, constantissimi senatoris, semper optimi ciuis, filius, interdum efferatur immoderatione verborum? qui cùm suppressa[h] voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, tantum modò vt vos, qui ea probatis, exaudire posletis: de supplicio P. Lentuli, de carcere, magna, & queribunda voce dicebat. In quo primùm illud erat absurdum, quòd, cùm[i] ea, quæ leuiter dixerat, vobis probare volebat: eos autem, qui circum iudicium stabant, audire nolebat: non intelligebat, ea, quæ clarè diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, vt vos quoque audiretis, qui id non probabitis. Deinde alterum iam oratoris vitium, *non videre, quid quæque causa postulet*? Nihil est enim tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accusat, quàm videri coniuratorum pœnam, mortémque lugere. Quod[a] cum is tribunus pl. facit, qui vnus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, non mirum est. *difficile est enim tacere, cùm doleas*: te, si quid eiusmodi facis, non modò talem adolescentem, sed in ea causa, in qua te vindicem coniurationis velis esse, vehementer miror. sed reprehendo tamen illud maximè, quòd isto ingenio, & prudentia præditus, causam respubl. non tenes, qui arbitrere, plebi Romanæ res eas non probari, quas, me consule, omnes boni pro salute communi gesserunt. Ecquem tu horum, qui adsunt, quibus te contra ipsorum voluntatem venditabas, aut tam sceleratum statuis fuisse, vt hæc omnia perire voluerit, aut tam miserum, vt & se perire cuperet, & nihil haberet, quod saluum esse vellet? An verò clarissimum virum generis vestri, ac nominis, nemo reprehendit, qui filium suum vita priuauit, vt in ceteris firmaret imperium: tu reprehendis, quæ domesticos hosteis, ne ab iis ipsa necaretur, necauit? Itaque attende iam, Torquate, quàm[b] ego non defugiam auctoritatem consulatus mei, maxima voce, vt omnes exaudire possint, dico, sempérque dicam: adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite menteis, aureisque vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, di centem attendite. Ego consul, cùm exercitus perditorum ciuium, clandestino scelere conflatus, crudelissimum, & luctuosissimum exitium patriæ comparasset: cùm ad occasum, interitúmque reipubl. Catilina in castris, in his autem templis, atque tectis dux Lentulus esset constitutus: meis consiliis, meis laboribus, mei capitis periculis, sine tumultu, sine[c] delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis, atque confossis[d], incensione vrbem, internicione[e] ciueis, vastitate Italiam, interitu rempubl. liberauiego vitam omnium ciuium, statum orbis terræ, vrbem hanc denique, sedem omnium nostrùm, arcem regum, ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperij, quinque hominum amentium, ac perditorum pœna redemi. An me existimasti hæc iniuratum in iudicio non esse dicturum, quæ iuratus in maxima concione dixissem? Atque etiam illud addam, nequi[f] fortè incipiat improbus subitò te amare, Torquate, & aliquid sperare de te: atque, vt idem omnes exaudiant clarissima voce dicam. Harum omnium rerum, quas ego in consulatu pro[g] salute communi suscepi, & gessi, L. ille[h] Torquatus, cùm esset meus[i] contubernalis in consulatu, [cùm signifer[k] esset iuuentutis], atque in prætura fuisset auctor, adiutor, particeps existitit [cùm princeps, cùm auctor, cùm signifer esset iuuentutis], parens eius, homo amantissimus patriæ, maximi animi, summi consilij, singularis constantiæ, cùm esset æger, tamen omnibus rebus illis interfuit: numquam est à me digressus: studio, consilio, auctoritate vnus adiuuit plurimùm, cùm infirmitatem corporis animi virtute superaret. Videsne, vt eripiam te ex improborum subita gratia, & reconciliem bonis omnibus? qui te & diligunt, & retinent, retinebúntque semper: nec, si à me

a L. vindicat.

b al. tamèane hoc regn.

c L. Cuius vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest, lōge abest ab eo regni susp.

d abest is à regni suspicione. al. ab eo est.*

e al. Et, si quæris, qui s.

f L. iudices, depuli, à meis n. al. repuli, iudices, à m.

P. B.

g al. miror.

h submissa.*

i L. cùm ea, quæ leniter.

a L. Quod tamē tribunus pl. facit, & qui vnus vid. P. CLXXIII. ex ill. ad leg. coniur. relictus: nec mirum est.

b L. quàm ego defugiam auctoritatem conf. | Defugere autem auctoritatem est negare, se auctore fuisse. Gall. dicerent, *desdenner.**

c L. sine delectu.

d al. confossis.*

e al. interneccione. al. interitione.

P. B.

f al. nequis.

g L. pro communi salute.

h al. ille.

i L. meus contubernalis in consulatu, atque in prætura fuit. cùm significet esse iuuentutis: auctor, adiutor, particeps existitit parens eius, homo amantissimus patriæ, maximi animi, summi consilij, singularis constantiæ, cùm esset æger, tamen omnibus rebus illis interfuit: numquam est à me digressus: studio, consilio, auctoritate vnus adiuuit plurimùm, cùm infirmitatem corporis animi virtute superaret. Videsne, vt eripiam te ex improborum subita gratia, & reconciliem bonis omnibus? qui te & diligunt, & retinent, retinebúntque semper: nec, si à me

k signifer iuuentutis hic dicitur, quia illis locis, sitn ceps iuuentutis.* L. degressus fuit.

si à me fortè desciueris, idcirco te à se, & à rep. & à tua dignitate deficere patiētur. ¶Sed iam [a] redeo ad causam: atque hoc vos, iudices, testor: mihi de meametipso tam multa dicendi necessitas [b] quædam imposita est ab illo. Nam, si Torquatus Syllam solùm accusasset: ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi cùm qui accusatus esset, defenderé: sed cùm ille tota illa oratione in me esset, in uectus, & cùm initiò, vt dixi, defensionem meam auctoritate spoliare voluisset: etiam si dolor meus respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc à me orationem flagitasset. ¶*Allobrogibus* [c] *nominatum* Syllam esse dicis. Quis [d] negat Syllæ iudicium? At vide quemadmodum nominatus sit. L. Cassium dixerunt commemorasse, cum ceteris Autronium secum facere. Quæro, num Syllam dixerit Cassius. Numquam sese aiunt quæsisse de Cassio, quid Sylla sentiret. Videte diligentiam Gallorum, qui vitam hominum, naturámque non nossent, ac tantùm audissent, eos pari calamitate qui fuerant, esse in eâdē voluntate. Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam, tamen mihi non videretur, in hunc id criminosum esse debere. Quid ita? quia qui barbaros homines ad bellum impelleret, non debebat minuere illorum suspicionem, & [e] purgare eos de quibus illi aliquid suspicarentur. Non respondit tamen vnà facere Syllam. Etenim esset absurdum, cùm ceteros sua sponte nominasset, mentionem Syllæ facere nullam, nisi admonitum, & interrogatum. nisi fortè verisimile est, P. Syllæ nomen in memoria Cassio non fuisse. Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquiæ pristinæ dignitatis, non tam illustres fuissent: tamen Autronij commemoratio memoriam Syllæ retulisset. etiam, vt arbitror, cùm auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, & cùm sciret exteras nationes maximè nobilitate moueri, non priùs Autronium, quàm Syllam nominasset. Iam verò illud probari minimè potest, Gallos, Autronio nominato, putasse, propter calamitatis similitudinem, sibi aliquid de Sylla esse quærendū: Cassio, si hic esset in eodem scelere, ne cùm appellasset quidem Autronium, huius in mētem venire potuisse. Sed tamen quid respondit de Sylla Cassius? *Se nescire certum.* Non purgat, inquit, Dixi antea: ne si argueret quidem tum denique, cùm esset interrogatus, id mihi crimino um videretur. Sed ego in [f] iudiciis, & quæstionibus non hoc quærendum arbitror, num purgetur aliquis: sed num arguatur. etenim cùm negat se scire Cassius, vtrùm subleuat Syllam, an satis probat se nescire? Subleuat apud Gallos. Quid ita? ne indicent? Quid? si periculum esse putasset, ne [g] vlli vmquam indicarent, de seipso confessus esset? nescisuit? [h] Credo, iudices, celatum esse Cassium de Sylla vno nam de ceteris certè sciebat: & ea domi eius pleraque conflata esse constabat. Qui negare noluit esse in eo numero Syllam, quo plus spei Gallis daret: dicere autē falsum non ausus est: nescire [i] dixit. Atquī hoc perspicuū est, cùm is, qui de omnibus scisset, de Sylla se scire negarit: eandem [k] vim esse negationis [l] huius, quam si extra coniurationem hunc esse, se scire dixisset. Nam, cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. Sed iam non quero, purgétne Cassius Syllam: illud mihi tantùm satis est. contra Syllam nihil esse in indicio. ¶Exclusus hac criminatione Torquatus, rursus in me irruit, me accusat *ait me aliter ac dictum est, in tabulas publicas retulisse.* O dii immortales! (vobis enim tribuam, quæ vestra sunt: nec verò possùm meo tantum ingenio dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas, in illa turbulentissima tempestate reipublicę mea spōte disexerim) vos profectò animū meum tum cōseruandæ patriæ cupiditate incēdistis: vos me ab omnib⁹ ceteris cogitationibus ad vnam salutem reip cōtulistis; vos deniq. in tātis tenebris erroris, & in scientiæ clarissimū lumen prætulistis⁵ menti meæ. Vidi ego hoc, iudices, nisi recenti memoria senatus, auctoritatem huius indicij monumētis publicis testatus essem, fore, vt aliquando non Torquatus, neque Torquati quispiam similis (nam id me multùm fefellit) sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otij, bonorum hostis, aliter indicata hęc esse diceret, quò faciliùs, vento aliquo in optimum quemque excitato, posset in malis reip. portum suorum malorum aliquem inuenire. Itaque introductis in senatum indicibus: constituī senatores, qui omnia indicum dicta interrogata, responsa perscriberent. At quos viros? non solùm summa virtute, & fide, cuius [d] generis in senatu facultas maxima: sed etiā quos sciebam memoria, scientia, consuetudine, & celeritate scribendi, facillimè, quæ dicerentur, persequi posse: C. Cosconium, qui tunc [e] erat prætor: M. Messallam, qui tum prætura petebat: P. Nigidium, App. Claudium. credo esse neminem, qui his omnibus, aut [f] verè referendis, aut etiam scribendis, putet ingenium defuisse. Quid deinde? quid feci? cùm scirem, ita iudicium in tabulas publicas relatum, vt illæ tabulæ priuata tamen custodia, more maiorum, continerentur: non occultaui, nō continui domi, sed describi ab omnibus statim librariis [g], diuidi [h] passim, & peruulgari, atque edi populo Romano imperaui. diuisi toti Italiæ, diuisi [i] in omnes prouincias: eius iudicij, è quo salus oblata esset omnibus experte esse neminem volui. Itaque dico, locum in orbe terrarum esse nullum, quo in loco populi Romani nomen sit, quin eōdem perlatum hōc iudicium peruenerit. In quo ego tam subito, & egiguo, & turbido tempore multa diuinitus, ita vt dixi, non mea sponte, prouidi: primùm: ne qui posset tantum aut de reipublicæ aut de alicuius periculo meminisse, quantum vellet [k]: deinde, ne cui liceret vmquam reprehendere illud iudicium, aut temerè creditum criminari: postremò, ne quid iam à me, ne quid ex meis commentariis quæreretur: ne aut obliuio mea, aut memoria, videretur nimia: ne denique aut negligentia, turpis: aut diligentia, crudelis putaretur. Sed tamen abs te, Torquate, quæro, cùm indicatus tuus inimicus esset, & esset eius rei frequens senatus, & recens memoria testis: tibi, meo familiari, & contubernali, priùs etiam edituri [l] fuerint iudicium scribæ mei, si voluisses, quàm in codicem retulissent: cùm videres aliter fieri, cur tacuisti? passus es? non mecum, aut cum familiari meo

a DEFENDIT Syllam, & offendit Syllam non coniurasse: & hac quidem parte tractat DE CRIMINIBVS Sylle obiectis ab Allobrogibus: De literis publicis, de gladiatorib. emptis, De Pōpeianis, De Ciconio, De P. CLXXIIII. De Cæcilio, De epistola, de vita Syllæ.*

b *L.* necessitatem quandam impositam esse ab illo.

c *L.* Ab Allobrogibus n.

d *L.* Quis negat? At vide, q. ‖ & ita Faernus.*

e *fort.* & eos purgare, de quib.

f *L.* aut scribēdis, fidē petet, aut etiam ingenium defuisse. *al.* fidē putet, aut diligētiam defuisse. ‖ *al.* aut referēdis fidem aut referendis. *Vetus Vsitata.* Qui his omnibus vere referendis aut memoriā putet, aut ingenium defuisse.*

g Librarii, qui instrumēta & acta excipiebant *l.* si librarius 92. ff de regul. iuris, vbi dixi.*

h *fort.* didi pass. ‖ à verbo didor, quod valet dispergi, diffundi.*

i *L.* dimisi in omneis prouincias.*

k *al.* Vellet, se quantum esset in re*

l *L.* edituri in dicium fuerint fer.

P. B. Elib. 2. c. 3. id iudiciis, & quæst. *L.* quæ lectio ferri potest: tamet si cuſa, vero propior sit ob indicii & indicandi vocēs sæpius at que sæpius post repetitas.*

g *L.* ne illi vmquam

h *L.* Nescisuit. Cr.

i *L.* nescire se dixit.

k Negationis effectus.*

l *fort.* negatio huiusce, atque huius, ar- extra

questus es? aut, quoniam tam facilè inueheris in amicos, iracũdiùs, aut vehementiùs expostulasti? Tu, cùm tua vox numquam sit audita: cùm indicio lecto, descripto, diuulgato, quieueris, tacueris, repentè tantam rem enuntiare audeas? & in eum locũ te deducas, vt antè, quàm ne commutati indicij coargueris, te summæ negligẽtiæ, tuo iudicio conuictũ esse fateare? Mihi cuiusquam salus tanti fuisset, vt meam negligerem? per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? quemquam denique ego iuuarem, [a] quo eruderis insidias in rempublicam factas, & in me potissimùm consulem, putarem? Quòd si iam essem oblitus seueritatis, & constantiæ meæ, támne amens eram, vt, cùm litteræ posteritatis causa repertæ sint, quæ subsidio obliuioni esse possent, ego recentem putarem memoriam cũcti senatus commentario meo posse superari? Fero ego te, Torquate, iamdudum, fero: & nonnumquam animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam reuoco ipse, & reflecto. permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. sed, nisi tibi aliquem modum vitæ constitueris: coges oblitum me nostræ amicitiæ, habere rationem meæ dignitatis. Nemo [b] vmquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim [c]. Sed mihi hoc credas velim, non iis libentissimè soleo respondere, quos mihi videor facillimè posse superare. Tu, quoniam minimè ignoras consuetudinem dicendi meam, noli hac noua lenitate abuti mea: noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari: noli id putare omnino à me esse omissum, si quid est remissum, atque concessum. cùm illæ valent apud me excusationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra: tum nondum statuo, te virium satis habere, vt ego tecum luctari, & congredi debeam. quòd si esses vsu, atque ætate robustior: essem idem, qui soleo, cùm sum lacessitus. nunc tecum sic agam, tulisse vt priùs iniuriam, quàm retulisse [d] gratiam videar. Neque verò, quid mihi irascare, intelligere possum. si, quòd eum defendo, quem tu accusas: cur tibi quoque ipse non succenseo, qui accuses eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meum. Et amicum ego defendo meum. Non debes tamen quem quam in coniurationis quæstione defendere. Immò nemo magis eum, de quo nihil est suspicatus, quàm is, qui de aliis multa cogitauit [e]. Cur dixisti testimonium in alios? Quia coactus. Cur damnati sunt? Quia creditum est. *Regnum est, dicere in quem velis, ac* [f] *defendere quẽ* [g] *velis.* Immò *seruitus est nõ dicere in quẽ velis, ac* [g] *defendere quem velis.* Ac, si considerare cœperis, vtrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an tibi: intelliges, honestiùs te inimicitiarum modum statuere potuisse, quàm me humanitatis. At [h] verò cùm honos agebatur amplissimus familiæ vestræ, hoc est, consulatus parentis tui, sapientissimus vir familiarissimis suis nõ succensuit pater tuus, cùm Syllam & defenderent, & laudarent. Intelligebat, hanc nobis à maioribus esse traditam disciplinam, vt nullius amicitia ad propulsanda pericula impediremur. Et erat huic iudicio longè dissimilis illa contentio. tum, afflicto P. Sylla, consulatus vobis patiebatur, sicuti partus est: honoris erat certamen: ereptum repetere vos clamitabatis, vt victi in cãpo, in foro vinceretis. tum qui contra vos pro huius salute pugnabãt, amicissimi vestri, quibus non irascebamini, consulatum vobis eripiebant, honori vestro repugnabant, & tamen id inuiolata vestra amicitia, integro officio, veteri exemplo, atque instituto optimi cuiusque faciebant. Ego verò quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno? Quid est, quod [a] iam ab eo expetas? honor ad patrem, insignia honoris ad te delata sunt. Tu ornatus ærumnis, venis ad eum lacerandum, quem interemisti: ego iacentem, & spoliatum defendo, & protego. Atq. hîc tu & reprehendis me, quia defendam, & irascaris. Ego autem non modò tibi non irascor, sed ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim existimo tibi statuisse, quid faciendum putares, & satis idoneum iudicem posuisse [b]. ¶ At accusat [c] C. Cornelij filius, idémque valere debet, ac si pater indicaret. O patrem Cornelium sapientem, qui, quod præmij solet esse in indicio, reliquerit: quod turpitudinis in confessione, id per accusationem filij susceperit. Sed quid est tandem, quod indicat per istum puerum Cornelius? Sed [d] est causa mihi ignota, cum Hortensio communicata: respondeat Hortensius. Sin [e] tu ais illum comitatum Autronij & Catilinæ, cùm in campo, consularibus comitiis, quæ à me habita sunt, cædem facere voluerunt: Autronium tum in campo vidimus: &, quid dixi vidisse nos? ego vidi. vos enim tum, iudices, nihil laborabatis, neque suspicabamini. ego tectus præsidio firmo amicorum, Catilinæ tum, & Autronij copias, & conatum repressi. Num quis est igitur, qui tum dicat in campum adspirasse Syllam? Atquî si tum se cum Catilina scelerisque coniunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Autronio non erat? cur in pari causa non paria signa reperiuntur [f] criminis? Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc te indicando dubitat, vt dicitis, informat ad hoc adumbratum iudicium, filium: quid tandem de illa nocte dicit [g], cùm inter falcarios ad [h] M. Leccam nocte ea, quæ consecuta est posterum diem nonarum Nouemb. me consule, Catilinæ denuntiatione conuênit? quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit, atque acerbissima. Tum Catilinæ dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum descriptio totam per vrbem cædis, atque incendiorum constituta est: tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam sibi officiosam prouinciam depoposcit: vt, cùm prima luce consulem salutatum veniret, intromissus meo more, & iure amicitiæ, me in meo lectulo trucidaret. Hoc tempore, cùm arderet acerrimè coniuratio: cùm Catilina egrederetur ad exercitum: Lentulus in vrbe relinqueretur: Cassius incendiis, Cethegus cædi præponeretur: Autronio, vt occuparet Etruriam, præscriberetur: cùm omnia ordinarentur [i], instituerentur, pararentur: vbi fuit Sylla, Corneli? num Romæ? Immò [k] longè abfuit. num in ijs legionibus, quò se Catilina referebat? multo etiam longiùs. num in agro Camerti, Piceno, Gallico: quas oras maximè

a L. à quo & crudeleris insid.

b L. Nemo vmquam me tenuissima quidem suspic. perstrinxit, quẽ non peruerterim. P. CLXXVI. c *al.* peruerterim.*

d *al.* retulisse videar.*

e, *al.* cognouit.*
f *al.* ac non defendere.*
g L. nec defendere, quẽ velis *al.* ac nõ defendere, quem velis.
h *al.* An verò eum honos agebatur amplissimus familiæ vestræ hoc est, consulatus parentis tui, sapientissimus vir familiarissimis suis nõ succensuit pater suus, cùm Syll. & defend. & laudarent?

a L. quod is ab hoc exp.*

b L. posui te. At
c De Gladiatoribus emptis.*

d *al.* Si est causa mihi ignota, neq. mihi cũ Hortensio communicata:
e L. Sin tu ais Syllam in illo comitatu Autronii, & Catilinæ fuisse, cùm &c. P. CLXXVII.

f L. criminis reperiuntur?

g *al.* apud.*
h *al.* dixit?

i L. ornarentur, instituerentur, par.
k L. Immò longè aliud.

maximè quasi morbus quidam illius furoris peruaserat? nihil verò minùs. fuit enim, vt iam antè dixi, Neapoli: fuit in ea parte Italiæ, quæ maximè ea suspicione caruit. Quid ergo indicat, aut quid affert, aut ipse Cornelius, aut vos, qui ab eo hæc mandata defertis? *Gladiatores emtos esse, Fausti simulatione ad cædem ac tumultum.* Ita prorsus: interpositi sunt gladiatores, quos testamẽto patris videmus [a] deberi. Arrepta est familia: quæ si esset prætermissa, posset alia familia Fausti munus præbere. Vtinam quidem hæc ipsa non modò iniquorum inuidiæ [b], sed & æquorum exspectationi satisfacere posset. Properatum vehementer, cùm longè tempus muneris abesset. Quasi verò tempus dandi munetis non valde appropinquaret. Nec opinante Fausto, cùm is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. At litteræ sunt Fausti, per quas ille precibus à P. Sylla petit, vt emat gladiatores, & vt hos ipsos emat: neque solùm ad Syllam missæ, sed ad L. Cæsarem, Quintum Pompeium, C. Memmium: quorum de sententia tota res gesta est. At [c] præfuit familiæ Cornelius. Iam si in comparanda familia suspicio est nulla: quòd præfuit, nihil ad rem pertinet. Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda [d]: præfuit verò numquam: eáque res per Bellum, Fausti libertum, omni tempore administrata est. ¶ At enim *Cincius* est ab hoc in vlteriorem Hispaniam missus, vt eam prouinciam perturbaret. Primùm Cincius iudices, L. Iulio, C. Figulo, cõsulibus, profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ, & ante suspicionem huius coniurationis: deinde est profectus non tum primùm, sed cùm in iisdem locis aliquanto antè eádem de causa aliquot annos fuisset, ac profectus est non modò ob causam, sed etiam necessariam causam, magna [e] ratione cum Mauritaniæ rege contracta. Tum autem, illo profecto, Sylla procurante eius rem, & gerente, plurimis, & pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, æs alienum eiusdem dissolutum est: vt, quæ causa ceteros ad facinus impulit, eu piditas retinendæ possessionis, ea Cincio non fuerit prædiis diminutis [f]. Iam verò illud quàm incredibile? quàm absurdum? qui Romæ cædem facere, qui hanc vrbem inflamma re vellet, eum [g] familiarissimum suum dimittere ab se, & [h] mãdare in vltimas terras? vtrùm quò faciliùs Romæ ea, quæ conabatur, effice ret si i in Hispania turbatum esset? At hæc ipsa per se sine vlla coniunctione [k] agebantur. An in tantis rebus, tam nouis consiliis, tam periculosis, tam turbulentis, hominem amantissimum sui, familiarissimum, coniunctissimũ officiis, vsu, consuetudine, dimittendum [l] est arbitraretur? verisimile non est, vt, quem in secundis rebus, quem in otio secum semper habuisset, hunc in aduersis, & in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitteret. Ipse autem Cincius (non enim mihi deserenda est causa amici veteris, atque hospitis) is homo est, aut ea familia, ac disciplina, vt hoc credi possit, eum bellum reipublicæ facere voluisse? vt, cuius pater, cùm ceteri deficerẽt finitimi ac vicini, singulari exstiterit in remp. publicam nostram officio, & fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum

a P. B. L. deberi videmus. At emta est fam. ¶ Nam paulò post ait, familia est comparata.*

b vel inuidia esset.*

c L. At præfuit familiæ. Iam si in c.

d L. perspicienda.

e L. magnæ pecuniæ ratione

P. CLXVIII. f L. deminutis.

g L. eum tum famil.

h L. & amandare in vlt. i c. si in Hispaniam turbatum esset?

k fort. coitione ageb.

l L. dimittendum à se arbitraretur? vt quem in sec. res. q. in ot. secum semp. hab. h. in aduers. &c. dimitteret?

A putaret? cuius æs alienum videmus, iudices, non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum: qui ita Romæ debuit, vt in prouinciis, & in regnis maximæ ei pecuniæ deberentur: quas cùm peteret, non commisit, vt sui procuratores quidquam oneris, absente se sustinerent: venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quàm vllam moram cuiquam fieri creditorum suorum. A quo quidem genere, iudices, ego numquam timui, cùm in illa reipublicæ tempestate versaret. Illud erat genus hominum horribile, & pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi [a] tenebant, vt ab his membra diuellicitiùs, ac distrahi posse diceres. Cincius numquam sibi cognationem cum prædiis esse existimauit suis. Itaque se non modò ex suspicione tanti sceleris, verùm etiam ex omni hominum sermone, non armis, sed patrimonio suo vindicauit. ¶ Iam verò, quod subiicit, *Pompeianos esse à Sylla impulsos*, vt ad istam coniurationem, & ad hoc nefarium facinus accederent: id cuiusmodi sit, intelligere non possum. An tibi Pompeiani coniurasse videntur? quis hoc vmquam dixit? aut quæ fuit istius rei vel minima suspicio? Disiunxit, inquit, eos à colonis, vt hoc dissidio [b], ac dissensione facta, oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere. Primùm, omnis Pompeianorum colonorũmque dissensio delata ad patronos est, cùm iam inueterasset, ac multos annos esset exagitata: deinde ita à patronis res cognita est, vt nulla in re à ceterorum sententiis Sylla dissenserit: postremò coloni ipsi sic intelligunt, non Pompeianos à Sylla magis, quàm sese esse defensos. Atque hoc, iudices, ex hac frequentia colonorum, honestissimorum hominum, intelligere potestis: qui [c] adsunt, laborant: hunc patronum defensorem custodem illius coloniæ, si in omni fortuna, atque omni honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, quo afflictus iacet, per vos tutari, conseruaréque cupiunt. Adsunt [d] pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur: qui ita de ambitione [e], & de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, vt idem de communi salute sentirent. Ac ne hæc quidem P. Syllæ mihi videtur silentio prætereunda esse virtus, quòd, cùm ab hoc illa colonia deducta sit, & cùm commoda colonorum à fortunis Pompeianorum populi Romani fortuna diuiserit, ita carus vtrisque est, atque iucundus, vt non alteros dimouisse [f], sed vtrosque constituisse videatur. ¶ At enim *& gladiatores & omnis ista vis, rogationis Cæciliæ causa comparabantur.* atque in hoc loco in L. Cæcilium prudentissimum [g], atque ornatissimum virum, vehementer inuectus est: cuius ego de virtute & constantia, iudices, tantum dico: talem hunc in ista rogatione, quam promulgauit non detollenda, sed de leuãda calamitate fratris sui, fuisse, vt consultum esse voluerit fratri: tamen cum [h] rep. pugnare noluerit: promulgarit impulsus amore fraterno, destiterit fratris auctoritate deductus. Atque in ea re per L. Cæcilium Sylla accusatur, in qua re est vterque laudandus. primùm [i] Cæcilius, qui id promulgarit, in quo res iudicatas vide-

a al. complexi tenebant P. S.

b al. discidio

c L. qui adsunt, lab.

d Adsunt, p.

e al. amulatione.*

f L. demouisse.

g L. prudentissimum, itque

h L. cum rep. tamen pug.

i L. primùm Cæcilius qui fratris calamitatem leuare, pœnã legis mitigãda voluerit, laud. m. meruit: deinde Cæcilius, qui id prom. in quo res iud. P. CLXXIX. videb. vol. rescindere vt Sylla restituereturSylla rectè rep. ‖ al. præterea. Cæcilius qui si promulgarit, in quo res iudicatas videbatur voluisse rescindere vt restitueretur Sulla, rectè reprehendis. Status enim &c. *In Pantagathum*

batur voluisse rescindere, vt statueretur[a]: Sylla rectè reprehendit. *Status enim reipublicæ maxime iudicatis*[b] *rebus continetur*. neque ego tantum fraterno amori dandũ arbitror, vt[c] quisquam de salute suorum cõsulat, communem relinquat. Nihil de iudicio ferebat: sed[d] pœnam ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper superioribus legibus constituta. Itaque hac rogatione, non iudicum sententiam, sed legis vitium corrigebat. Nemo iudicium reprehendit, cùm de pœna queritur, sed legẽ. Damnatio enim est iudicum, quæ manebat: pœna, legis, qui leuabatur. Noli igitur animos eorũ ordinum, quæ præsunt iudiciis summa cum grauitate, & dignitate, alienare à causa. nemo labefactare iudicium est conatus. nihil est eiusmodi promulgatum. semper Cæcilius in calamitate fratris fui, iudicum potestatẽ perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit. Sed quid ego de hoc plura disputem? Dicerẽ fortasse, & facilè, & libenter dicerem. Si paullò etiam longiùs, quàm finis quotidiani officij postulat, pietas, & fraternus amor L. Cæcilium protulisset: implorarem sensus vestros: vniuscuiusque indulgentiam in suos testarer: peterem errato veniã. L. Cęcilij ex intimis vestris cogitationibus, atque ex humanitate cõmuni. Iex dies fuit proposita paucos: ferri cœpta numquam: posita[e] est in senatu, populum Romanum latuit. cùm in Capitolium nos senatum conuocassemus, nihil est actum priùs & f id mandato Syllæ Q. Metellus prætor se loqui dixit, Syllam illam rogationem de se nolle ferri. Ex illo tempore L. Cæcilius multa[g] de republica egit: Agrariæ legi, quæ tota à me reprehensa & adiecta est, intercessorem[h] fore professus[i] est: improbis largitionibus restitit: senatus auctoritatem numquam impediuit: ita se gessit in tribunatu, vt, onere deposito domestici officij, nihil postea nisi de reipublicæ cõmodis cogitarit. Atque in ipsa rogatione nuper[k] vim quid ageretur, quis[l] tamen vestrũm Syllam, aut Cæcilium verebatur? nónne[m] omnis seditionis timor, atque opinio, ex Autronij improbitate pendebat? eius voces, eius minæ ferebantur: eius adspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis[n], seditionésque afferebant. Itaque P. Sylla, hoc importunissimo tum honoris tum etiam calamitatis socio, atq. comite, & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine vllo remedio, atque alleuamento permanere. ¶Hîc tu *epistolam meam sæpe recitas*, quam ego ad Cn. Põpeium de meis rebus gestis, & de[o] summa reipublicæ misi: & ex ea crimen alicui quod in P. Syllam quæris: & si furorem incredibilem biennio antè conceptum, erupisse in meo consulatu scripsi, me hoc demonstrasse dicis, Syllam in illa fuisse superiore coniuratione. Scilicet is sum, qui existimem, Cn. Pisonem, & Catilinam, & Vargunteium, & Autronium nihil sceleratè, nihil audacter, ipsos per sese sine P. Sylla facere potuisse. de quo etiam si quis dubitasset antea, num, id quod tu arguis, cogitasset, interfecto patre tuo, consule, descendere Kalendis Ianuariis cum lictoribus: sustulisti hanc suspicionem, cùm dixisti, hunc, vt Catilinam consulem efficeret, contra patrem tuum operas & manum comparasse. Quod si tibi ego confitebor[p], tu mihi concedas necesse est, hunc, cùm Catilinæ suffragaretur, nihil de suo consulatu, quem iudicio amiserat, per vim recuperando cogitauisse. neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen, iudices, P. Syllæ persona suscipit. ¶Iam enim faciam, criminibus omnibus ferè dissolutis, contrà, atque in ceteris causis fieri solet, vt nunc denique *de vita hominis, ac de moribus dicam*. Etenim[a] de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satisfacere exspectationi hominum, de me aliquid, & de ipso, qui accusatus est, dicere, nunc iam reuocandi estis eò, quò vos ipsa causa, etiam tacẽte me, cogit, animis. *Omnibus in rebus*, iudices, *quæ grauiores, maioréque sunt, quid quisque*[b] *voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum*. Neque enim potest quisquam nostrũm subito fingi, neq. cuiusquam repentè vita mutari, aut natura conuerti. Circumspicite paullisper mentibus vestris, vt alia omittamus, hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri fuerunt. Catilina contra rempub. coniurauit: cuius aures vmquam hoc respuerunt conatum[c] esse hominem vsque à pueritia non solùm intemperantia, & scelere, sed etiã consuetudine, & studio in omni flagitio, stupro, cæde versatum? Quis eum contra patriam pugnantem periisse miratur, quem semper omnes ad ciuile latrocinium natum putauerunt? Quis Lentuli societates cũ indicibus, quis insaniam libidinum, quis peruersam, atque impiam religionem recordatur, qui illum aut nefariè, aut stultè cogitasse miretur? Quis de C. Cethego, atque eius in Hispaniam profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pij cogitat, cui nó ad illius pœnam carcer ædificatus esse videatur? omitto ceteros, ne sit infinitũ: tantum à vobis peto, vt taciti de omnibus, quos coniurasse cognitum est, cogitetis. intelligetis, vnumquemque illorum priùs à sua vita, quàm nostra suspicione esse damnatum. Ipsum illum Autronium (quoniã eius nomen finitimũ maximè est huius periculo, & crimini) non sua cõsuetudo, ac vita conuincit? semper audax, petulans, libidinosus. quem in stuprorum defensionibus[e] non solùm verbis vti improbissimis solitũ esse scimus, verùm etiã pugnis, & calcibus: quẽ exturbare homines è possessionibus, cædem facere vicinorum, spoliare fana sociorum, vim conatum & armis disturbare iudicia, in bonis rebus omneis contemnere, in malis pugnare contra bonos, non reipublicæ cedere, non fortunæ ipsi succumbere. huius si causa nõ manifestissimis rebus[g] ueneretur, tamen eũ mores ipsius, ac vita conuincerent. Agedũ[h] conferte nunc cũ illius vita vitã P. Syllæ, vobis, populóq. Romano notissimam, iudices, & eam[i] ante oculos vestros proponite. Ecquod huius factum, aut commissum non dicam audacius, sed quod cuiquam paullo minùs consideratum[k] videretur factum, quęro verbum ecquod vmquam ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offendi? At verò in illa graui L. Syllæ victoria turbulentáque, quis P. Sylla mitior? quàm multorum hic vitam est à L. Sylla deprecatus! quàm multi sunt summi homines, & ornatissimi, & nostri, & equestris ordinis, quorum pro salute se hic Syllæ obligauit! quos ego nominarem: neque enim ipsi nolunt, & huic, animo gratissimo, adsunt: sed quia maius est beneficium, quàm posse debet ciuis ciui dare, ideò à vobis,

a *al.* restitueretur. *al.* in fratre tum Sulla, qui de se reprehenderit.*
b L. reb. iudicatis cont.
c *al.* vt quisquam saluti suorum consulat. ita Anton. August.*
d L. sed pœnam ambitus auferebat, quæ f. l non necessario.*
F. B.
e L. proposita est in sen.
f L. & id mandatu Syllæ
g L. multa è rep. egit. sed nihil mutari necesse est.*
h L. intercessorem se fore i *al.* perpessus est: *mendosè*.
k L. ne quid per vim ag.
l L. quis tandem vestrum Syll.
m L. nónne omnis ille terror, omnis seditionis timor.
n *al.* vobis,
o L. pe summa rep.
P. CLXXX.
p *al.* cõfiteor,
a *al.* Etenim à principio
b Volũtas in maleficiis maxime spectatur.
c *al.* contami natum, sed co natum esse hîc est coniu rasse.*
d L. cum audacibus, P. B.
e *Pantagathi* detestationibus.*
f L. vi & armis disturbare iudic. sed vi & conatu, ar mis. g L. in rebus
h L. Agitedum, i *al.* ante oculos vestros ponite. k L. considerat.

à vobis peto, vt, quod potuit, tempori tribuatis, quod fecit, ipsi. Quid reliquam cõstantiam vitę cõmemorem? dignitatem? liberalitatem? moderationẽ in priuatis rebus? splendorem in publicis? quæ ita à fortuna deformata sunt, vt tamẽ à natura inchoata cõpareãt. Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas? quæ studia amicorum? quæ ex quoque ordine multitudo? Hæc diu, multùm, & multo labore quæsita, vna eripuit hora. Accepit P. Sylla, iudices, vehemens[a] vulnus, & mortiferum: verumtamen eiusmodi, quod videretur eius vita, & natura accipere potuisse. Honestatis, & dignitatis habuisse nimis magnã iudicatus est cupiditatẽ: quam si nemo alius habuit in cõsulãtu petendo, cupidior iudicatus est hic fuisse, q̃ ceteri. sin etiã in aliis nõnullis fuit iste consulatus amor: fortuna in hoc fuit fortasse grauior, quàm in ceteris. Posteà verò quis P. Syllam, nisi mærẽtem demissum, afflictúmque vidit? quis vmquam est suspicatus, hunc magis odio, quàm pudore hominum adspectum, lucémq. vitare? Qui[b] multa haberet inuitamenta vrbis, & fori, propter summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis restiterunt: abfuit[c] ab oculis vestris: &, cùm lege retineretur, ipse se exsulio pænè multauit. In hoc vos pudore iudicij, & in hac vita, tanto sceleri locum fuisse creditis? Adspicite ipsum: contuemini os: conferte crimen cum vita vsque ad hoc tempus explicata: tum crimen recognoscite, mitto rempublicam, quæ fuit semper Syllæ carissima: hóstine amicos, taleis viros, tam cupidos sui, per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ, crudelissimè petire voluit, vt cum Lentulo, & Catilina, & Cethego fœdissimam vitam, ac miserrimam, turpissima morte proposita, degeret? Non, inquam, cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. noua quædam illa humanitas exorta est: incredibilis fuit, ac singularis furor: ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitiis repentè tanta ista importunitas inauditi sceleris exarsit. Nolite, iudices, arbitrari, hominum illum impetum, & conatum fuisse. neque enim vlla gens tam barbara, aut tam immanis vmquam fuit, in qua non modo tot, sed vnus tam crudelis hostis patriæ sit inuentus. belluæ quædam illæ ex portentis immanes, ac feræ, forma hominum indutæ, exstiterunt. perspicite etiam atque etiam, iudices. nihil enim est, quod in hac causa dici possit vehementiùs. penitus introspicite Catilinæ, Autronij, Cethegi, Lentuli, ceterorúmque menteis. quas vos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, quàm incredibileis furores, quas notas scelerum, quæ indicia parricidiorũ[e], quan tos aceruos facinorum reperietis? ex magnis, & diuturnis, & iam desperatis reipublicæ moribus ista repentè vis erupit, vt, ea confecta, & eiecta, conualescere aliquando, & sanari ciuitas possit. Neque enim, est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in republica pestibus, diutiùs hoc[f] imperium stare potuisse. Itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad luendas reipublicæ pœnas furiæ quædam incitauerunt. In hunc igitur gregem vos nunc P. Syllam, iudices, ex his, qui cum hoc viuunt, atque vixerunt, honestissimorum hominum

a L. vulnus vehemens, & mortif.

b L. Qui cùm multa hab.

c L. afuit ab oculis

P. B. d L. Non cadit, non, inquam, cadit, aut poriet. Non cadit, &c.

e L. parricidiorum,

f L. hæc stare potuisse.

A gregibus, reiicietis? ex hoc hominum numero, ex familiari dignitate, in impiorum partem, atque in parricidiatum[a] cœtum, ac numerum transferetis? Vbi erit igitur illud fortissimum[b] præsidium pudoris? quo in loco nobis vita antè acta proderit? quod ad tempus existimationis partæ fructus referuabitur, si in extremo discrimine, ac dimicatione fortunæ deseruerit? si non aderit? si nihil adiuuabit? ¶ *Quæstiones nobis seruorum, ac tormenta accusator minitatur:* in quibus quamquam nihil periculi suspicamur: tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi, tum corporis. regit quæsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, vt in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur. Vita P. Syllæ torqueatur. ex ea quæratur numquæ occultetur libido, num quod lateat facinus, num[c] quæ crudelitas, num quæ audacia. nihil erroris erit in causa, nec obscuritatis, iudices, si à vobis vitæ perpetuæ vox, ea, quæ grauissima debet esse, audietur. Nullum in hac causa testem timemus: nihil quem quam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen, si nihil vos P. Syllæ fortuna[f] mouet, iudices, vestra moueat. vestra enim, quicã summa elegantia, atq. integritate vixistis, hoc maximè interest, non ex libidine, aut simultate, aut leuitate testium causas honestorum hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinísque periculis vitam vniuscuiusque esse testem. Quam vos, iudices, nolite armis suis spoliatam, atque nudatam obiicere inuidiæ, dedere suspicioni. munite communem arcem bonorum, obstruite[g] perfugia improborum. valeat[h] ad pœnam, & ad salutem plurimùm, quam solam videtis ipsam ex vi sua, naturáque facillimè perspici: subitò flecti, fingíque non posse. Quid[i] verò hæc auctoritas, (semper enim de ea dicendum est: quamquam à me timidè, modicéque dicetur) quid, inquam, hæc auctoritas nostra? qui à ceteris cõiurationis causis abstinuimus, P. Syllam defendimus: nihil hunc tandem iuuabit? Graue, si appetimus aliquid: si cùm ceteri de nobis silent, non etiã nosmetipsi tacemus, graue. Sed, si lædimur, si accusamur, si in inuidiam vocamur: profectò conseditis, iudices, vt nobis libertatem retinere liceat, si minùs liceat dignitatem. ¶ *Accusati sunt vno nomine consulares:* vt iam videatur honoris amplissimi nomen plus inuidiæ, quàm dignitatis afferre. Affuerunt, inquit, Catilinæ, illúmque laudarunt. Nulla tum patebat, nulla erat cognita coniuratio: defendebant amicum, aderant supplici, vitæ eius turpitudinem in summis eius periculi non insequebãtur. Quin etiam parens tuus, Torquare, consul reo de pecuniis repetundis Catilinæ fuit aduocatus: Improbo homini: At supplici: Fortasse audaci: At aliquando amico. Cui cùm adfuit[l] post delatam ad eum primam illam coniurationem: indicauit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non adfuit alio in iudicio, cùm adessent ceteri. Si postea cognorat ipse aliquid, quod in consulatu ignorasset: ignoscendum est iis, qui postea nihil audierunt. sin illa res pecuniis de repetundis, prima valuit: non inueterata, quàm recens, debuit esse grauior. Sed, si tuus parens etiam in illa suspicione periculi sui, tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbissimi Sellæ

a L. paricidarum P. CLXXXII.

b L. firmissimum

c L. deseret

d al. num quæ occ.

e al. num quæ crud. nũ quæ audac.

f *Pantagath.* acta vita mouet.

g L. obstruite perfugio improb. | *id est* quasi murũ struite aduersus perfugiũ improborũ.

h L. valeat hæc ad pœn.

i L. quid verò hæc auctoritas, (semp. e. de ea d. est: P. B. q. à me t. m. q. d.) quid? inquam, hæc auct. nostra, qui à cet. cũiur. c. abst. P. Syll. defend. &c.

k L. concedetis,

l L. affuit

curuli, atque ornamentis & suis, & consulatus honestauit: quid est, quamobrem consulares, qui Catilinæ adfuerunt[a], reprehendantur? At iidem iis, qui ante hunc causam de coniuratione dixerunt, nõ adfuerunt[b], tãto scelere adstrictis hominibus, statuerũt nihil à se adiumenti, nihil opis, nihil auxilij ferri oportere. Atque, vt de eorum constantia, atq. animo in remp. dicam, quorum tacita grauitas, & fides de vnoquoque loquitur, neque cuiusquam ornamẽta orationis desiderat: potest quisquam dicere vmquam meliores, fortiores, constantiores cõsulareis fuisse, quàm iis temporibus, & periculis, quibus pænè oppressa est respublica? Quis nõ de cõmuni salute apertissimè, quis nõ fortissimè, quis non constantissimè sensit? Neq. ego præcipuè de consularibus disputo, nã hęc & hominum ornatissimorum, qui prætores fuerunt, & vniuersi senatus, cõmuni[c] est laus: vt constet, post hominum memoriam numquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in remp. plus grauitatis fuisse. Sed quia sunt descripti consulares, de his tantùm mihi dicendum putaui, quod satis esset, attestante[d] memoria omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, virtute, auctoritate, incubuerit ad remp. conseruandam. Sed quid? ego, qui Catilinam non laudaui, qui reo Catilinæ consul non[e] adfui, qui testimonium de coniuratione dixi in alios, adeóne vobis alien⁹ à sanitate, adeò oblîtus constantiæ meæ, adeò immemor rerum à me gestarum esse videor, vt, cùm consul bellum gesserim cum coniuratis, nunc eorũ ducem conseruare cupiam. & in animum inducam, cuius nuper ferrum retuderim, flammámque restinxerim, eiusdem nunc causam, vitámque defendere? Si medius fidius, iudices, non me ipsa respublica, meis laboribus, & periculis conseruata, ad grauitatem animi, & constantiam sua dignitate, reuocaret, tamen hoc natura est insitum, vt, quem timueris, quicum de vita, fortunísque contenderis, cuius ex insidiis euaseris, hunc semper odetis. Sed, cùm agatur honos meus amplissimus, gloria rerum gestarum singularis: cùm, quoties[f] quisquam est in hoc scelere conuictus, toties renouetur memoria per me inuẽtę salutis: ego sim tam demens, ego committam, vt ea, quæ pro salute omnium gessi, casu magis, & felicitate à me, quàm virtute, & cõsilio gesta esse videantur? Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam, vt, quia tu defenderis, innocens iudicetur? Ego verò, iudices, non modò nihil mihi assumo, in quo quispiam repugnet: sed etiã si quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto. non in ea re publica versor, non ijs temporibus caput meũ obtuli pro patria periculis omnibus, nõ aut ita sunt exstincti, quos vici, aut ita grati, quos seruaui, vt[g] ego mihi plus appetere coner, quàm quantum omnes inimici, inuidíque patiantur. Graue esse videretur, eum, qui inuestigarit coniurationem, qui patefecerit, qui oppresserit, cui senatus singularibus verbis gratias egerit: cui vni togato supplicationem decreuerit, dicere in iudicio: non defenderem, si coniurasset. non dico id, quod graue est: dico illud, quod in his causis coniurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo. Ego ille coniurationis inuestigator, atque vltor, certè non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer. Ego, iudices, de tantis omnium periculis cùm quærerẽ omnia, multa audirem, non crederem omnia, cauerem omnia: dico hoc, quod initiò dixi, nullius indicio, nullius suspicione, nullis[a] litteris, de[b] re P. Syllæ rem vllam ad me esse delatam. ¶ Quamobrem[c] vos, dij patrij, ac penates, qui huic vrbi atque huic imperio præsidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populúmque Romanum, qui hæc tecta, atque templa, me consule, vestro numine, auxilióque seruastis, testor, integro me animo, ac libero, P. Syllæ causam defendere: nullum à me sciente facinus occultari, nullum scelus susceptum contra salutem omnium, defendi, ac tegi. nihil de hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audiui. Itaque[d] idem ego ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sũ, persolui patriæ quod debui: reliqua iã à me meæ perpetuæ cõsuetudini naturęq. debentur. tã sum misericors, iudices, quàm vos: tam mitis, quàm qui lenissimus. In quo vehemens fui vobiscum, nihil feci, nisi coactus: reipublicæ præcipitanti sub uéni: patriam demersam extuli: misericordia ciuium adducti, tunc fuimus tam vehementes quàm necesse fuit. salus esset omnium amissa vna nocte, nisi esset seueritas illa suscepta. Sed vt ad sceleratorum pœnam amore reipublicæ sum adductus: sic ad salutem innocentium voluntate deducor. Nihil video esse in hoc P. Sylla, iudices, odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim nunc propulsandæ calamitatis suæ causa supplex ad vos, iudices, confugit: sed nequa generi, ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Nam ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ, quibus lætari, & perfrui possit? domus erit, credo, exornata: aperientur maiorum imagines: ipse ornatum, ac vestitum recuperabit. omnia, iudices, hæc amissa sunt: omnia generis, nominis, honoris insignia, atque ornamenta vnius iudicij calamitate occiderunt[e]. sed ne exstinctor patriæ, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti generis[f] in familia relinquat, id laborat, id metuit[g], cui honoris integros fructus non sit traditurus, neb æternam memoriam dedecoris relinquat. Hic vos orat, iudices, paruus, vt se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta, patri suo gratulari sinatis. huic misero notiora sunt iudiciorũ itinera, & fori, quàm[i] disciplinarum. Non iam de vita P. Syllæ, iudices, sed de sepultura contenditur. vita erepta est superiore iudicio: nunc, ne corpus efficiatur, laboramus. Quid enim est huic réliqui, quod eum in[k] vita hac teneat? aut quid est, quamobrem hæc cuiquam vita videatur? Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se neque honore, neque gratia, nec[l] fortunis anteferret. nunc spoliatus omni dignitate, quæ erepta sunt, non repetit: quod fortuna in malis reliqui fecit, vt cum parente, cum liberis, cum fratre, cum his necessariis lugere suam calamitatem liceat, id sibi ne eripiatis, iudices[m], vos obtestatur. Te ipsum iam, Torquate expletũ esse huius miseriis pateat[n]: etsi nihil aliud Syllæ, nisi consulatũ abstulisse tis, tamen eo vos contentos esse oportebat. honoris enim

a L. adfuerũt,
b L. adfuerũt.
P. 183.
c al. communis laus est:
d ad testandam memoriã omnium, ¶ vel attestãte memoriã. al. adstante memoria.*
e L. nõ affui,
P. B.
f L. quoties quisquã est hoc scelere conuict.
g al. vt ego mihi plus ap.

a al. nullis litteris, de P. Syllæ; ré vl.
b al. de coniuratione Syllæ al. de coniuratu P. Syllæ.*
c PERORATIO.*
P. 184.
d L. itaq. ego idem ille, q.
e al. concidere runt.
f L. sceleris in fam.
g al. id metuit, ne deni. que miser cõiurati & proditoris filius nominetur, huic pueroq. qui eã ei vita sua multo carior, metuit cui honoris &c. h L. ne ei æternam &c. i L. quam scholarum, &c. scholiarum,
P. B.
al. quàm disciplinarum, & scholæ.
k L. in hac vita ten.
l al. neq. fortunis
m L. vos, iudices, opt.
n L. par erat. ¶ quod non probo. Nam par esse, nihil aliud quàm æquum non vult esse. qđ nõ vult Cic. Itaque relicti hos, fat erat, vel fatis erat: vnde mox sequitur, tamen eo vos contentos esse oportebat.

enim contentio vos ad causam, non inimicitiæ deduxerunt. Sed cùm huic omnia cum honore detracta sint, cùm in hac fortuna misera [a], ac luctuosissima destitutus sit: quid est, quod expetas ampliùs? lucísne [b] hanc vsuram [c] eripere vis, plenam lacrymarum, atque mæroris, in qua cum maximo cruciatu, atque dolore retinetur? libenter reddiderit, ademta ignominia fœdissimi criminis. an verò inimicum vt expellas? cuius ex miseriis, si esses crudelissimus, videndo fructum caperes maiorem, quàm audiendo, O miserum, & infelicem illum diem [c] quo consul omnibus centuriis P. Sylla renuntiatus est! ô falsam spem! ô volucrem fortunam! ô cæcam cupiditatem! ô præposteram gratulationem! Quàm citò illa omnia ex lætitia, & voluptate ad luctum, & lacrymas reciderunt, vt qui paullo antè cõsul designatus fuisset, retineret repentè nullum vestigium pristinę dignitatis! Quid enim erat mali, quod huic spoliato honore, fama, fortunis, deesse videretur? aut cui nouæ calamitati locus vllus relictus esset? vrget eádem fortuna, quę cœpit: reperit [d] nouum mærorem: non patitur, hominem calamitosum

a L. miserrima, ac luctuosissima d.
b L. lucísne huius vsurã
c Ita locutus Cicero in pro Rabirio Postumo & Vertina 1. vt alibi, vsuram horæ, temporis, vitæ.*
P. CLXXXV.
d L. reperit nouum mærorem:

A vno modo afflictum, vno in luctu perire. Sed iam impedior egomet, iudices dolore animi, ne de huius miseria plura dicam. vestræ iam sunt partes, iudices, in vestra mansuetudine, atque humanitate causam totam repono. vos & reiectione interposita, nihil suspicantibus nobis repentini in nos iudices consedistis, ab accusatoribus delecti [e] ad spem acerbitatis, à fortuna nobis ad præsidium innocentiæ constituti. Vt ego, quid de me pop. Romanus existimaret, quia seuerus in improbos fueram, laboraui, & quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi: sic vos seueritatem iudiciorum, quæ per hos menseis in homines audacissimos facta est [f], lenitate ac misericordia mitigate. Hoc cùm impetrare à vobis ipsa causa debet: tum est vestri animi, atque virtutis declarare, non esse eos vos, ad quos potissimùm interposita reiectione, deuenire conuenerit. In quo ego, iudices, vos quantum meus amor in vos postulat, tantum honor, vt communi studio, quoniam in rep. coniuncti sumus, mansuetudine, & misericordia vestra falsam à nobis crudelitatis famam repellamus.

e L. dilecti ad spem
f al. sunt.*

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ORATIO VICESIMASEXTA.

Synopsis.

Quæstio, *An Archias, peregrinus seu non ciuis sit habendus?* Accusator, *Gracchus.* Reus, *Archias.* Patronus, *Cicero.* Acta *anno vrbis 692.*

a EXORDIVM.*

SI QVID est in me ingenij, iudices, quod sentio quàm sit exiguũ: aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum: aut si huiusce rei ratio aliqua, ab optimarum artium studiis, & disciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo iure debet. Nam quoad

D longissimè potest mẽs mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptísque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit: à quo id accepimus, quo ceteris opitulari, & alios seruare possemus, huic profectò, ipsi, quantũ [b] est situm in nobis, & opem, & salutẽ ferre debemus. Ac, ne quis

E à nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd alia quædam in hoc facultas sit ingenij, neque hæc dicendi ratio, aut disciplina: ne nos quidem huic cuncti [c] studio penitus vmquam dediti fuimus [d]. Etenim omnes artes, quæ ad

b al. quãtum situ est in n.
c al. vni. al. iuncti.*
d al. fuerimus.*

humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Sed necui vestrûm mirum esse videatur, me in quæstione legitima[a], & in iudicio publico[b], cùm res agatur apud prætorem pop. Romani lectissimum virum, & apud seueriſſimos iudices, tanto cõuentu hominum, ac frequentia, hoc vti genere dicendi, quod non modò à consuetudine iudiciorum, verùm etiam à forensi sermone abhorreat: quæso à vobis, vt in hac causa mihi de his hanc veniam, accommodatâ huic reo, vobis, quemadmodum spero, non molestam: vt me pro summo poeta, atque eruditiſſimo homine, dicentem, hoc concursu hominum litteratiſſimorum, hac vestra humanitate, hoc denique prætore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis, ac litterarum, paullo loqui liberiùs: & in eiusmodi persona, quæ propter otium ac studium, minimè in iudiciis, periculísque tractata est, vti propè nouo quodam, & inusitato genere dicendi. Quod si mihi à vobis tribui, concediq́ue sentiam: perficiam profectò, vt hunc A. Licinium non modò nõ segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium: verùm etiã, si non esset, putetis ascisc endum[c] fuisse. ¶Nam[d] vt primùm ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, *se ad scribendi studium* contulit: primùm Antiochiæ (nam ibi *natus est*, loco[e] nobili, & celebri quondam vrbe, & copiosa, atque eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſq. studiis affluenti) celeriter *antecellere* omnibus ingenij gloria contigit. pòst in ceteris Asiæ partibus, cunctáque Græcia, sic eius aduentus celebrabatur, vt famã ingenij, expectatio hominis: exspectationem ipsius aduentus, admiratióque superaret. Erat Italia tunc plena Græcarum artium, ac disciplinarum: studiáque hæc & in Latio vehemẽtiùs tum colebantur, quàm nunc iisdem in oppidis: & hîc Romæ, propter tranquillitatem reip. non negligebantur. Itaque hunc & Tarentini, & [f] Rhegyni, & Neapolitani, eiui tate, ceteríſque præmiis donarunt: & omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione, atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famæ cùm esset iam absentibus notus, *Romam* venit, Mario consule, & Catulo. nactus est primùm consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter eùm res gestas, tum etiam studium, atque aureis adhibere posset. Statim Luculli, cùm prætextatus[g] etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed[h] enim hoc non solùm ingenij, ac litterarum, verùm etiam naturæ, atque virtutis fuit, vt domus, quæ huius adolescentiæ prima fuerit, eádem esset familiariſſima senectuti. Erat tem poribus illis iucundus Q. Metello illi, Numidico, & [i] eius Pio filio audiebatur à[k] M. Æmilio: viuebat cum Q. Catulo, & patre, & filio: à L. Crasso colebatur: Lucullos verò, & Drusum, & Octauios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum, deuinctam consuetudine cùm teneret, afficiebatur summo honore, quòd eum non solùm colebant, qui aliquid percipere, aut laudere studebant, verùm etiam, si qui fortè simulabant, interim satis[m] longo interuallo, cùm esset cum L. Lucullo in Ciliciam[a] profectus, & cùm ex ea prouincia cum eodem Lucullo decederet, *venit Heracleam*: quæ cùm esset ciuitas æquiſſimo iure, ac fœdere, adscribi se in eam ciuitatem voluit: idque cùm ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate, & gratia Luculli ab Heraclienſibus[b] impetrauit. Data est ciuitas Silani[c] lege, & Carbonis, *Si qui fœderatis ciuitatibus adscripti fuissent: si tum eum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent: & si sexagintа[d] diebus apud prætorem essent professi.* Cùm hic domicilium Romæ multos iã annos haberet, professus est apud prætorem, Q. Metellum, familiariſſimum suum. ¶Si[e] nihil aliud, nisi de ciuitate, ac [f] lege dicimus, nihil dico ampliùs: causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Gracche, potest? Heracleæ[g] ne esse eum *adscriptum* negabis? Adest vir summa auctoritate, & religione, & fide L[h]. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non[i] audiuisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. adsunt Heraclienses legati, nobiliſſimi homines, qui huius iudicij causa, cum mandatis, & cum publico testimonio venerunt, qui hunc adscriptũm Heraclienſem[k] dicunt. Hic tu tabulas desideras Heraclienſium publicas, quas Italico[l] bello, incenso tabulario[m], interiisse scimus omnes. Est ridiculum, ad ea, quæ habemus, nihil dicere, quærere quæ habere non possumus: & de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare: &, cùm habeas ampliſſimi viri religionem, integerrimi municipij iusiurandum, fidémque: ea, quę deprauari nullo modo possunt, repudiare: tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. At[n] *domicilium* Romæ non habuit is, qui[o] tot annis ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum, ac fortunarum suarum Romæ collocauit. At non est professus. Immò verò iis tabulis *professus*, quæ solæ ex illa professione, collegióque prætorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cùm Appij tabulæ, negligentiùs asseruatę dicerentur, Gabinij[p] quamdiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem, calamitas omnem tabularum fidem reliquasset: Metellus, homo sanctiſſimus, modestiſſimúsque[q] omnium, tanta diligentia fuit, vt ad L. Lentulũ prætorem, & ad iudices venerit, & vnius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in [r] nomen A. Licinij videtis. Quæ cùm ita sint, quid est, quòd de eius ciuitate dubitetis, præsertim cùm [s] aliis quoque in ciuitatibus fuerit adscriptus? Etenim cùm mediocribus [t] multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte prædítis, gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur[u], Rhegínos credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis [x] artificibus largiri solebant, id huic, summa ingenij prædito gloria, noluisse. Quid? cùm ceteri nõ modò post ciuitatem datam, sed etiam post legem[y] Papiã, aliquo modo in eorum municipiorũ tabulas irrepserint: hic[z] nec vtitur quidem illis, in quibus est scriptus, quòd semper se Heraclienſem esse voluit, reiicietur[aa]? Censusbb nostros requiris scilicet. Est enim obscurũ, proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitũ fuisse: superioribus, cum eodem quæstore fuisse

a lege Plotia peregrinis aditus quidã P. CLXXXVI. ad ciuitatem Romam factus.*
b Iudicia publica, quæ cuiuis ex populo patent, vel quæ in publico loco exercentur.*
c al. fuisse ascisc endum
d NARRATIO de studiis, patria, fama, aduentu Romam, & iure ciuitatis Archiæ poetæ.*
e L. loco nobili, celebri quond.
f L. & Rhegini,
g adolescẽs Non. Etenim hoc non t.
h L. & Pio, eius filio. Non c. à M. Aemilio:
i L. atq. audire ſt. ro L. lõgo satis interuallo.
a al. Sicilia.*
b al. Heraclienſibus.*
c L. Silusani ſigni ficatur autem
d al. ſexagintа
e CONFIRMATIO, qua probat Archiam ciuem esse, adscriptione, domicilio, professione ciuitatis. Deinde adiicit ciuitate dignum esse, quod poesim profiteatur, cui sit adiecta vtilitas & delectatio.*
f al. hac*
g Heraclienſe.*
h v.c. M. Lucullus,
i al. non audisse,
k Heraclienſ esse dicunt.
l seu seruili. Strabo 5.*
m Tabularij locus vbi tabulæ publicæ asseruantur.*
n L. At domicilium in Italia non habuit is, &c.
al. An domicilium in Italia nõ habuit is, &c. collocauit? quamquã [illegible] Aut domicilium in Italia*
o al. qui tot annis ciuitate data.*
p al. Gabinij Gabinius extat mentio in proscriptione.*
q L. omnium quę. E.
r L. in nomine A. Licinij.
vid.
s L. cùm aliis quoq; ciuitatis fuerit ad scriptus?
t vide ad hunc locum exemplum apud Victorium 3. Var. 2. Athenæum dipnoſophistar.*
u L. impertiebant, x v.c. scenicis
y lege Papia, peregrini vrbe submoti.*
z L. qui ne vtiturquidem illis,
aa L. Census
bb prolepsis.*
nostros requiris, scilicet est obsc. &c.

in Asia: primis, Iulio, & Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed, quoniam *census non ius ciuitatis confirmat* [a], *ac tantummodo indicat, eum* [b], *qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue*: iis [c], temporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium R. iure esse versatum: & testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adiit hereditates ciuium R. & in beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætore, & consule. Quære argumenta, si qua potes. numquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio reuincetur [e]. Quæres [f] à nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur. ¶ Quia suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuitio defessæ conquiescãt. An tu existimas aut supperere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros *doctrina* excolamus: aut ferre amicos tãtam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego verò fateor, me his studiis esse deditum. ceteros pudeat, si qui [g] ita se litteris abdiderunt, vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adspectum, lucémque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo, iudices, vt ab illis nullo me vmquam tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit? Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure succenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi & corporis concedit temporis: quantum i alij tribuunt intempestiuis conuiuiis: quantũ denique aleæ, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumsero? Atque [k] hoc eo mihi concedendum est magis, quòd ex his studiis hæc quoque cresceat oratio, & facultas: quæ quantacumque in me est, numquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui leuior [l] videtur: illa quidem certè, quę summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. Nam, nisi multorum præceptis, multísque litteris mihi [m] ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem, atq. honestatem: in ea autem persequenda omneis cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atq. exsilij, parui esse ducenda: numquam me pro salute vestra in tot, ac tanta dimicatione, atq. in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientium voces, plena exẽplorum vetustas: quæ iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quàm multas nobis imagines, non solùm ad intuendum, verùm etiam ad imitandum, fortissimorum virorum, expressas, scriptores & Græci, & Latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administranda rep. proponens, animum, & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. Quæret quispiam, quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditæ sunt, istáne doctrina, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare. sed tamẽ est certum, quid respõdeam. Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuisse [o], & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos, & moderatos, & grauçis exstitisse fateor. etiam illud adiungo, sæpius ad laudem, atq. virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cùm ad naturam eximiam, atq. illustrem accesserit ratio quædam, confirmatióque [a] doctrinæ: tum illud nescio quid præclarum, ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderũt, diuinum hominem, Africanum: ex hoc C. Lelium, L. Furium modestissimos homines, & continentissimos: ex hoc fortissimum virum, & illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem: qui profectò si nihil ad percipiendam, colendámq. virtutem, litteris adiuarentur, numquã se ad earum studium contulissent. Quòd si nõ hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studiis *delectatio* sola peteretur: tamen, vt opinor, hanc animi remissionem, humanissimã, ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceteræ neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. *hæc studia adolescentiam* [c] *alunt* [d], *senectutem oblectant, secũdas res ornant: aduersis perfugium, ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticãtur.* Quòd si ipsi hæc neque attingere, neq. sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cùm in aliis videremus. Quis [e] nostrũm tam animo agresti, ac duro fuit, vt Roscij morte nuper non commoueretur? qui cùm esset senex mortuus, tamen, propter excellentem artem, ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus: nos animorum incredibileis motus celeritatémq. ingeniorum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, (vtar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cùm litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? quoties reuocatum [f] eandem rem dicere, commutatis verbis, atq. sententiis? Quæ verò accuratè, cogitatéque [g] scripsisset: ea sic vidi probari, vt ad veterum scriptorum laudem peruenirent. Hunc [h] non ego diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atquí sic à summis hominibus, eruditissimísque accepimus, ceterarum rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare: poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu affiari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos [i] appellat poetas, quòd quasi deorum aliquo dono, atq. munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetæ nomen, quod nulla vmquam barbaria violauit. Saxa & solitudines voce [k] respondent, bestiæ sæpe [l] immanes cantu flectuntur, atque cõsistunt: nos instituti rebus optimis non poetarum voce moueamur? Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum: Chij [m] suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi [n] verò suum esse confirmant [o]. Itaque etiam delubrum [p] eius in oppido dedicauerunt. permulti alij præterea pugnant inter se, atque contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc viuum, qui & voluntates, & legibus noster est, repudiabimus? præsertim

a *forte*, conferre*
b L. eum, qui sit census, se tam tum g.
c L. iis temporibus, per quæ tu crimineris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium R. iure esse versat.
d Ciues enim soli testari poterant.*
e L. conuincetur
f L. Quæris à nobis. 188.
g L. siqui se tota litt.
h L. vt ab nullius vmquã me tempore aut *al.* vt à nullius vmquãme tempore aut cõmodum &c.
i L. quantum alii tribuunt tempestiuis conuiuijs, videtur autẽ hæc semẽtia sumpta ex Platonis Phædro* k *al.* Atq. hoc adeò mihi concedendum est mag. quod ex his fluit. hæc quoque cresceret oratio. l *al.* lauior.* m L. mihi ab adolescentia persuasissem,
n *al.* fuisse fi. & doctrina & per seipsos, & per se.

a L. cõformatióq. doctrinæ:
b *v. e.* hanc animaduersionẽ, *c ita L.* [Muretus 12. Variar. 15. ami. p. 189.
c v. c. adolescentiã agunt senect.
d *al.* agunt.*
e L. Quis nostrum animo tam agr.
f *al.* reuocatam.*
g *al.* cogitatoque scr.
h L. hũc ego nõ diligam? i Poetæ Lucti & cur. Idẽ pene in fine huius orationis*
k L. voci respondent,
l hæc vox satis ostendit hunc locum P. C X C. ad Orphei & Arionis fabulam non referri.*
m L. Chii, vt suum, vindicant,
n *v. c.* Zmyrnæi
o *al.* confitentur.*
p L. Itaque etiam delubrum eius in op. [*Aut. Augustin.* teque, vt apud Varronem 13. Gell. 12.*
q Idem Strabo 14. 16.*

cùm omne olim ſtudium, atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Ro gloriam, laudémque celebrandam? nam & Cimbricas res adoleſcens attigit, & ipſi illi C. Mario, qui duriot ad hæc ſtudia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quiſquam eſt tam auerſus à Muſis, qui non mandari verſibus æternum [a] ſuorum laborum facilè præconiũ patiatur. Themiſtoclẽ illũ ſummum Athenis virum, dixiſſe aiunt, cùm ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſimè audiret: eius à quo ſua virtus optimè prædicaretur. Itaque [c] ille Marius item eximiè L. [d] Plotium dilexit: cuius ingenio putabat, ea, quæ geſſerat, poſſe celebrari. Mithridaticum verò bellum magnum, atque difficile, & in multa varietate, terra, marique verſatum, totum ab hoc expreſſum eſt: qui libri non [e] modò L. Lucullum, fortiſſimum, & clariſſimum virum, verùm populi R. nomen illuſtrant. Populus enim R. aperuit, Lucullo imperante, Pontum, & regiis quondam opibus, & ipſa natura regionis vallatum: populi R. exercitus, eodem duce, non maxima manu innumerabileis Armeniorum copias fudit: populi R. laus eſt, vrbem amiciſſimam Cyzicenorum, eiuſdem conſilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam eſſe, atque conſeruatam: noſtra ſemper feretur, & prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cũ interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſſis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis: noſtra ſunt trophæa [f], noſtra monumenta, noſtri triumphi. Quare [g], quorum ingenijs hæc feruntur, ab ijs populi Ro. fama celebratur. Carus fuit Africano ſuperiori noſter Ennius. itaque etiam in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus, è [h] marmore. At [i] ijs laudibus [k] certè non [l] ſolùm ipſi, qui laudantur, ſed etiam populi Romani nomen ornatur. In cælum huius proauus Cato tollitur. magnus honos populi R. rebus adiungitur. omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fuluij, non ſine communi omnium noſtrũm laude decorantur. Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium [m] hominem, maiores noſtri in ciuitatem receperunt: nos hunc Heraclienſem, multis [n] ciuitatibus expetitum, in hac autem legibus conſtitutum, de noſtra ciuitate eiiciemus [o]? Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat, propterea quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus: Latina ſuis finibus, exiguis ſanè, continentur. Quare [p] ſi res hæ, quas geſſimus, orbis terræ regionibus definiuntur: cupere debemus, quò [q] minus manuum noſtrarum tela perue nerint, eõdem gloriam [r], famámq. penetrare: quòd cùm ipſis populis, de quorum rebus ſcribitur, hæc ampla ſunt: tum ijs certè, qui de vita, gloriæ cauſa, dimicant, hoc maximũ & periculorum incitamentum eſt, & laborum. Quàm multos ſcriptores rerum ſuarum Magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur? Atque is tamen, cùm [f] in Sigæo ad Achillis tumulum adſtitiſſet. *O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris.* Et verè. nam, niſi Ilias extiſtiſſet illa [t], idem tumulus, *qui corpus eius* contexerat, nomen etiam obruiſſet. Quid? noſter hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit, nónne Theophaneum [u] Mitylenæum, ſcriptorem rerum ſuarum, in concione militum ciuitate donauit? & noſtri illi, fortes viri, ſed ruſtici, ac milites, dulcedine quadam gloriæ cõmoti, quaſi participes eiuſdem laudis, magno illud clamore approbauerunt [b]? Itaque, credo, ſi ciuis Romanus Archias legibus non eſſet, vt ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit. Sylla, cùm Hiſpanos, & Gallos donaret: credo, hunc petentem repudiaſſet: quem nos in concione vidimus, cùm ei libellum malus poeta de populo ſubiecisſet, quòd epigramma in eum feciſſet tantum modo alternis verſibus longiuſculis, ſtatim ex ijs rebus, quas tunc vendebat, iubere ei præmium tribui ſub ea conditione, nequid poſtea ſcriberet. Qui ſedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, huius ingenium, & virtutem in ſcribendo, & copiam non experiſſet? Quid? à Q. Metello Pio, familiariſſimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neque per ſe, neque per Lucullos impetrauiſſet? qui præſertim vſque eò de ſuis rebus ſcribi cuperet, vt etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam ſonantibus, atque peregrinum, tamen aureis ſuas dederet. Neque enim eſt hoc diſſimulãdum, quod obſcurari non poteſt: ſed præ nobis ferendum: trahimur omneis laudis ſtudio: & optimus quiſque maximè gloria ducitur. Ipſi illi philoſophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: in eo ipſo, in quo prædicationem, nobilitatémque deſpiciunt, prædicari [c] de ſe, ac nominari volunt. Decius [d] quidem Brutus, ſummus ille vir, & imperator, Attij [e], amiciſſimi ſui [f], carminibus, templorum, ac monumentorum aditus exornauit ſuorum. Iam verò ille, qui cum Ætolis, Ennio comite, bellauit, Fuluius, non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare. Quare, in qua vrbe imperatores propè armati, poetarum nomen, & Muſarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices à Muſarum honore, & à poetarum ſalute abhorrere. Atque, vt id libentiùs faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortaſſe, verumtamen honeſto, vobis confitebor. Nam, quas res nos in conſulatu noſtro vobiſcum ſimul pro ſalute huius vrbis, atque imperij, & pro vita ciuium, próque vniuerſa republica geſſimus, attigit hic verſibus, atque inchoauit: quibus auditis, quòd mihi magna res, & iucunda viſa eſt, hunc ad perficiendũ hortatus ſum. *Nullam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorũmque deſiderat, præter hanc laudis, & gloriæ: qua quidem detracta, iudices, quid eſt, quòd in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis [g] nos in laboribus exerceamus?* Certè ſi nihil animus præſentiret in poſterum, &, ſi, quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, eiſdem omneis cogitationes terminaret ſuas: nec tantis ſe laboribus frangeret, neque tot curis, vigiliſque angeretur [h], neque toties de vita ipſa dimicaret. nũc inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ nocteis, & dies animum gloriæ ſtimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore eſſe [i] dimittẽdã cõmemorationẽ nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam. An verò tam parui animi videamur eſſe o-

a L. æternum ſuorum; laborum præconium facilè patiatur.
b Idẽ 8. Valer. 14. Id tamen tribuit Xenophonti Plutarchus libel. de ſenis officio.*
c L. Itaq; Marius ille itẽ exim.
d al. L. Plautium
e fort. non modò L. Luculli fortiſſimi, & clariſſimi viri, verùm etiam &c.
P. B.
f L. tropæa,
g al. Quia.*
h al. & marmoratis laudibus.*
i Ennii effigiem in monumẽtis Corneliæ gentis collocatam ab Africano refert Valer. 8. cap. 14. Liuius 38. 7. Plin. 30.*
k al. eius *
l fort. non ſolùm ipſorũ, qui l.
m al. Rudinũ
Ρόδιος πόλις patria Ennii. Straboni 6. Proinde Rodei vel Rudei legẽdum in verſu Enniano; de oratore, non Rutili. Memi nit Silius & Auſonius & Euſeb. in Chronicis *
n L. à multis
o v. c. eiciemus?
p L. Quare ſi res ex q.
q L. quo manuum noſtra rum tela per nenerint. Ita emendat Victorius 1. Variat. 4.*
r al. eò ſaltem gloriam &c.*
ſ Idem 5. epiſtol. 12. adde Arrianum 1.*
t antea, ille idem tumulus.*

a 8. Valerius 15. Strabo 13.*
b L. approbarunt?
c L. prædicari ſe, ac n.
d L. Dicimus quidem. P. C C L.
e al. Accius vt in Bruto v. Valerius 14.
f familiaris dicitur in Bruto.*
g L. tãta nos laboriõ. exercẽamus?
h L. neq; tantis ſe laboribus
i fort. angeret, k L. eſſe deinentandam cõmẽ.

se omnes, qui[a] in reipublica, atque in his vitæ periculis, laboribúsque versamur, vt, cùm vsque ad extremum spatium, nullum tranquillum, atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? At, cùm statuas[b], & imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiosè multi sumi homines reliquerunt[c], consiliorum relinquere, ac virtutum nostrarum effigiem nónned multo malle debemus summis[e] ingeniis expressam, & politam? Ego verò omnia, quæ gerebam iam tum in gerendo spargere me, ac f disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriã sempiternam. Hæc verò siue à meo sensu post mortem abfutura[g] sunt *siue, vt*[h] *sapientissimi homines putauerunt, ad aliquam*[i] *animi mei partem pertinebunt*[k]: nunc quidem certè cognitione quædam, spéque delector. ¶ Quare[l] conseruate, iudices, hominem pudore eo, quem[m] amicorum[n] studiis videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venustate[a], ingenio autem tanto, quantum id conuenit existimari, quod[b] summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis: causa verò eiusmodi, quæ beneficio legis[c], auctoritate municipij[d], testimonio Luculli tabulis Metelli comprobetur. Quæ cùm ita sint: petimus à vobis, iudices, siqua non modò humana, verùm etiam diuina in tantis negotiis commendatio debet esse: vt eum qui vos, qui vestros imperatores, qui pop. R. res gestas semper ornauit: qui etiam his recentibus nostris, vestrísq. domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturũ esse profitetur: quique[e] est eo numero, qui semper apud omneis sanctos[f] sunt habiti, atq. dicti: sic in vestram accipiatis[g] fidẽ, vt humanitate vestra leuatus potiùs, quàm acerbitate violatus esse videatur. Quæ de causa pro mea cõsuetudine, breuiter, simplicitérq. dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori[g], neque iudiciali consuetudine, & de hominis ingenio, & [h] cõmuniter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, à vobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certè scio.

a *al.* quiin hac rep.

P. B.

a Locus sumptus ex Isocratis Euagora* c L. reliquerint,

d L. non multorum.

e *fort.* à summis ingeniis

f Translatio exagro sumpta, de qua di xi in Plancia ea orat.*

g L. afutura est, siue, vt f.

h Immortalitatem animæ videtur admittere*

i *al.* aliquam mei partem.

Horat. Non, totus moriar, magnáque pars mei vitabit Libitinam. Quidius parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar.* k L. pertinebit: l

PERORATIO.* m L. amicorũ videtis cõprobari tum

digniti. tum ad venustate. *al.* venust. n *al.* amicorũ videtis comprobari tum dignitate venustate, exund pro venustate hæc verba, tum dignitate, tum etiam Heu aut supersunt Manutio.*

a *al.* verũ ate.*

b L. quod à summorum homin.

c Plautia.* d Heracliensis.*

e *al.* quoq. eo hominũ numero. *vel*, qui que eorum numero est.*

f Nam superius dixit ab Ennio poetas sanctos appellari.*

P. CXCII. g L. fidem accipiatis,

h *fori.* forensi,

i L. & cõmuniter de meo atque ipsius studio.

ANTEQVAM IRET IN EXILIVM*. AD QVIRITES POST REDITVM.

ORATIO VICESIMASEPTIMA.

QVOD precatus à Ioue optimo Maximo, ceterísque diis immortalibus[b], sum, Quirites, eo tempore, cùm me, fortunásq. meas pro vestra incolumitate, otio, concordiáque deuoui, vt, si meas rationes vmquam vestræ saluti anteposuissem: sempiternam pœnam sustinerem, mea[c] voluntate susceptam. sin & ea, quæ antè gesseram, conseruandæ ciuitatis causa gessissem, & illam miseram profectionem vestræ salutis gratia suscepissem: vt, quod odium scelerati homines, & audaces in rempublicam, & [d] in omneis bonos conceptum iamdiu continerent, id in me vnum[e] potiùs, quàm in optimum quemque, & in vniuersam rempublicam deflecterent: hoc si animo in vos, liberósque vestros fuissem, vt aliquando vos, patres conscriptos, Italiámque vniuersam, memoria mei, misericordia, desideriúmque teneret: eius deuotionis me esse conuictum[f] iudicio deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiæ, confessione inimicorum, beneficio diuino, immortalique vestro, maximè lætor, Quirites. Et [g] si homini nihil est magis optandum, quàm prospera, æquabilis, perpetuáque fortuna, secundo[h] vitæ sine vlla offensione cursu: tamen, si mihi tranquilla, & placata omnia fuissent: incredibili quadam, & pænè diuina, qua nunc, vestro beneficio, fruor, lætitiæ voluptate caruissem. *Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quam sui cuique liberi?* mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores. tamen non tanta voluptate erant suscepti, quanta nunc-

f id est damnatũ: sic Virgil. in Daphne, damnabis tu quoq. votis. & Probus in Timoleõte voti dãnatus.*

g L. Et si nihil est homini mag.

h L. secundus vitæ sine vlla offensione cursus.

a Hæc oratio indigna quibusdam videtur quæ Ciceroni adscriba tur. Et tamen quod hunc locus in exemplaria nonnullis legere tur, no plane omissa, sed in finem operis ejecta est.*

a in v.c. duobus hæc oratio sequitur eam, quã habuit in senatu, & præterea habet hanc inscriptionẽ, *cùm populo gratias egit.*

P. CXCVIII. b q.r. immortalib.

c *al.* in ea.* d v.r. & in omnis

e *al.* vno potius quam in optimo quoque & vniuersa ciuitate deflecterent vel deligerent.*

sunt restituti. Nihil cuiquam fuit vmquam iucundius, quàm mihi meus non tam id sentiebam, cùm fruebar, quàm tunc, cùm carebam: & posteaquàm vos me illi, & mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque delectat: reliquæ[a] meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm tunc incolumib afferebant. Amicitiæ, consuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique, & dies festi *quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo.* Iam verò honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quamquam mihi semper clarissima visa sunt, tamē ea nunc renouata, illustriora videntur, quàm si obscurata non essent. *Ipsa autem patria, dij immortales, dicic vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet?* quæ species Italiæ? quæ celebritas oppidorum? quæ forma regionum? qui agri? quæ fruges? quæ pulchritudo vrbis? quæ humanitas ciuium? quæ reipublicæ dignitas? quæ vestra maiestas? quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, vt nemo magis. Sed tanquam bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui numquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta, delectant. Quorsum igitur hæc[d] disputatio? quorsum? vt intelligere possitis, neminem vmquam tanta eloquentia fuisse, neque tam diuino, atque incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem, multitudinémque beneficiorū, quæ in me fratrémque meum liberósque vestros contulistis, non modò augere, aut ornare oratione, sed enumerare, aut consequi possit. ¶ *A.*[e] *parentibus*[f], id quod necesse erat, paruus sum procreatus: à vobis natus sum cōsularis. Illi mihi frattem, incognitum qualis futurus esset, dederunt: vos spectatum, & incredibili pietate cognitum reddidistis. Rempublicam illis accepi temporibus eam, quæ pænè amissa est: à vobis eam recuperaui, quam aliquando omnes vnius opera seruatam iudicauerunt[g]. *Dij immortales* mihi[h] liberos dederunt: vos reddidistis. multa præterea à diis immortalibus optata consecuti sumus. nisi vestra voluntas fuisset[i], omnibus diuinis[k] muneribus caruissemus l. vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc à vobis vniuersos habemus: vt, quantum anteà parentibus, quantum diis immortalibus, quantum vobismetipsis, tantum hoc tempore, vniuersō[m] cuncta populo R. debeamus. Nam, cùm in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, vt eam complecti oratione non possim: tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, vt non solùm calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini. *Non enim pro meo reditu, vt pro P. Popillij*, nobilissimi hominis, adolescentes filij & multi præterea cognati, atque affines deprecati sunt: non, vt pro Qu. *Metello*, clarissimo viro, iam [a] spectata ætate filius: non L. Dalmaticus[o] consularis, summa auctoritate vir: nō Qu.[p] Metellus censorius, non eorum liberi, non Qu. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non sororum filij, Luculli, Seruilij, Scipiones: permulti enim tum Metelli, aut Metellorum [q] liberi pro Qu. Metelli reditu vobis, ac patribus vestris supplicauerunt. quòd si ipsius summa dignitas, maximæque res gestæ non satis valerent: tamen filij pietas, propinquorum preces, adolescentium squalor, maiorum natu lacrymæ populum Romanum mouere potuerunt. Nam *C. Marij*, qui post illos veteres clarissimos consulareis, vestra, patrúmque memoria, tertius ante me consularis, subiit indignissimam fortunam præstantissima sua gloria, dissimilis fuit ratio. Non enim ille deprecatione rediit, sed in dissensu[a] ciuium exercitu se, armísque reuocauit. Me[b] autem nudum à propinquis cognatione munitū, nullo armorū, ac tumultus metu, C. Pisonis, generi mei, diuina quædā & inaudita auctoritas, atque virtus, fratrísque mei miserrimi atque optimi quotidianæ lacrymæ, sordésque lugubres à vobis deprecatæ sunt. Frater erat vnus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret: qui suo fletu desiderium mei, memoriámque renouaret: qui statuerat, Quirites, si vos me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam: & tanto in me amore exstitit, vt negaret fas esse non modò domicilio, sed ne sepulchro quidem se à me esse seiunctum. Pro me præsente senatus, hominúmque præterea viginti millia vestem mutauerūt: pro[c] eodem me absente vnius squalorem, sordeísque vidistis. Vnus hic, qui [d] domi, qui in foro posset esse mihi pietate filius, inuentus est beneficio parens, amore idem, qui semper fuit, frater. Nam coniugis miseræ squalor, & luctus, atque optimæ filiæ mæror assiduus, filiíque parui [e] desiderium mei, lacrymæque pueriles, aut itineribus necessariis, aut magna [f] parte tectis, ac tenebris continebantur. Quare hoc maius est vestrum in nos prometitū, quòd non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis nos reddidistis. ¶ Sed quēadmodum propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandam calamitatem meam non affuerūt: sic, illud, quod mea virtus præstare debuit, *adiutores, auctores, hortatoréſq.* ad me restituendum ita multi fuerunt[g], vt longè superiores omneis[h] hac dignitate, copiáque superarem. Numquam de P. Popillio, clarissimo, atque fortissimo viro: numquam de Q. Metello, nobilissimo, & constantissimo ciue: numquam de C. Mario, custode ciuitatis, atque imperij vestri, in senatu mentio facta est. Tribunitiis superiores illi regionibus, nulla auctoritate senatus sunt restituti. Marius verò non modò non à senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus: nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marij, sed exercitus, atque arma valuerunt. at de me vt valeret semper senatus flagitauit: vt aliquando perficeretur, cùm primùm licuit, frequentia, atque auctoritate perfecit. nullus [i] in eorum reditu motus municipiorum, & coloniarum factus est. at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta reuocauit. Illi, inimicis interfectis, magna ciuium cæde facta, reducti sunt. ego iis, à quibus eiectus sum prouincias obtinentibus, inimico autem [k] optimo viro, & mitissimo, altero consule referente reductus sum: cùm is inimicus, qui ad meam perniciem vocē suam communibus hostibus præbuisset, spiritu duntaxat viueret, re quidē infra omneis mortuos amādatus esset. Nūquam de P. Popillio L. Opimius, fortissimus consul, numquam de Qu. Metello non modò C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidem, qui secutus est, M. Antonius, homo eloquentissimus, cum A. Albino collega senatum, aut populum

a *al.* reliquiæ meæ rum fortunarum.*
b L. incolumi totæ afferebant. *v.c.* incolumitates afferebāt. *mendose* [c] *vel* q̄ tunc incolumitas afferebat. *al.* quam tunc incolumes totæ afferebant. Incolumitas verò hoc loco est σωτηρία integræ existimationis status.*
c *fort.* dici vix potest, quid voluptatis habeat.
d L. hæc disputo?
e CONFIRMATIO in qua prædicat p. Romani beneficia: & amicorum officia. Deinde pollicetur pietatem, voluntatem, remunerationem.*
P. CXCIX.
f Cōparat beneficia quæ à populo Rom. accepit, cùm beneficiis parentum, deorum, cum reditu Popillii, Metellii, Marii.*
g *al.* iudicarunt.
h L. liberos mihi
i *al.* affuisset *vel* fecisset*
k *al.* donis ac muneribus.*
l L. careremus.
m L. vniuersim cuncto populo R. d. [l] *al.* vniuersum *al.* vniuerse.*
n L. iam spectata ætate filius: L. Metellus Diadematus, consularis, f. a. v. Qu. Metell. cens. eorum lib. Qu. Met. Nepos, qui t. cons. pet. fororum fil.
o *al.* Delmaticus. *al.* Diadematus sic apud Plutarchum Coriolano. Plinio 7. c. 44.*
p *al.* C. Metellus.*
q L. Metellarum lib.

A B C D E F G H

P. E.

a *al.* differtis *al.* difficilis.*
b *v.c.* & me nudum propinqui.

c L. pro eo cū absente vn.
d L. qui domi posset esse mihi ætate filius: in foro pietate item filius inuentus est, beneficio parens, amore
e *Anton. Aug.* parui vagi singultus desiderio mei. *Vrsin.* parui vagiēt ciulatus desiderio mei IA chrymæque pueriles.
f L. magnam partem id est magna ex parte
P. CC.
g *v. c.* fuere,
h *v.c.* omnia

i *al.* nullius.*

k L. autem al tero consule optimo viro & mitissimo & referente

re,

populum est cohortatus. At pro me superiores consules semper, vt referrent, efflagitati sunt: sed veriti sunt, ne gratiæ causa facere viderentur, quòd alter mihi affinis erat: alterius causam capitis receperam: qui prouinciarum fœdere irretiti[a], totum illum annum quærelas [b], senatus, luctum bonorum, Italiæ gemitum pertulerunt. kalendis verò Ian. postea quam orba resp. consulis fidem, tanquam legitimi tutoris, implorauit, *P. Lentulus* consul, parens, deus, salus [c] nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, simul ac de sollemni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi priùs, quàm de me agendum iudicauit. Atque eo die confecta res esset, nisi is tribunus pleb. [d] quem ego maximis beneficiis quæstorem consul ornaueram, cùm & cunctus ordo, & multi eum summi viri ornarent, & Cn. Oppius socer, optimus vir, ad pedes eius flens iacéret: noctem sibi ad deliberandum postulasset: quæ deliberatio non in reddenda, quemadmodum nonnulli arbitrabantur: sed, vt patefactum est, in augenda mercede consumta est. Postea res acta est in senatu alia nulla: & [e] cùm variis rationibus impediretur: voluntate tamen perspecta senatus, causa ad nos mense Ian. defendebatur. Hîc tãtum interfuit inter me, & inimicos meos. Ego, cùm homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriarísque vidissem: cùm intelligerem, veteres ad spẽ cædis, Catilinæ copias esse reuocatas [g]: cùm viderem, ex ea parte homines, cuius partis nos vel principes numerabamur, partim quòd mihi inuiderent, partim quòd sibi timerent, aut proditores esse, aut desertores salutis meæ: cùm duo consules, emti pactione prouinciarum auctores se inimicis reip. tradidissent, cùm egestatem, auaritiam, libidines suas viderent expleri non posse, nisi me constrictum domesticis hostibus dedissent: cùm senatus, equitésque Rom. flere pro me, ac, mutata veste, vobis supplicare edictis, atq. imperiis vetarentur: cùm omniũ prouinciarum pactiones, cùm omnia eũ omnibus fœdera, re conciliationes gratiarũ, sanguine [h] meo sancirentur: cùm omnes boni non recusarẽt, quin vel pro me, vel mecum perirent: armis decertare pro mea salute noluí[i], quòd & vincere, & vinci luctuosum reipublicæ fore putaui. At inimici mei mense Ian. cùm de me ageretur, corporibus ciuium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum intercludendum putauerunt. Itaque cùm [k] ego abfui, eam rempublicam habuistis, vt æquè me, atque illam, restituendam putaretis. ego autem, in qua ciuitate nihil valeret senatus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis & ferrum in foro versarentur: cùm priuati se parietum præsidio, non legum tuerentur: tribuni pleb. vobis inspectantibus, vulnerarentur, ad magistratuum domos cum ferro, & facibus iretur, cõsulis fasces frangerentur, deorum immortalium templa incenderentur: remp. nullam [l] esse putaui. Itaque neque repub. exterminata, mihi locum in hac vrbe esse duxi: nec, si illa restitueretur, dubitaui, quin me secum ipsa reduceret. An ego, cùm mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum, quis illis ipsis reip. periculosissimis temporibus ædilis curulis, me consule, omnium meorum consiliorum particeps, periculorúmque socius fuisset: dubitarem, quin is me, confectum consularibus vulneribus, consulari medicina ad salutem reduceret? Hoc duce, collega autem eius, clementissimo, atque optimo viro, primò non aduersante, pòst etiam adiuuante, reliqui magistratus pænè omnes, fuerunt defensores salutis meæ. ex quibus excellẽti animo, virtute, auctoritate [a], præsidio, *T. Annius*, & *P. Sextius*, præstanti in me beneuolentia, & diuino studio exstiterũt. eodémque P. Lentulo auctore, & pariter referente collega, frequentissimus senatus, vno dissentiente, nullo intercedente, dignitatem [b] meam quibus potuit verbis amplissimis ornauit: salutem vobis, municipiis coloniísque omnibus commendauit. Ita me nudum [c] à propinquis, nulla cognatione munitum, consules, prætores, tribuni pl. senatus, Italia cuncta, semper à vobis deprecata est: deniq. omnes, quis vestris maximis beneficentiis, honoribúsq. sunt ornati, producti [d] ad vos ab eodem, non solùm ad me conseruandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores [e], testes, laudatorésque fuerunt. Quorum princeps ad cohortandos vos, & ad rogandos fuit *Cn Pompeius*, vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia [f], ac gloria princeps: qui mihi vnus vni priuato amico éadem omnia dedit, quæ vniuersæ reipublicæ salutem, otium, dignitatem. cuius oratio fuit, quemadmodum accepi, tripartita. primùm vos docuit, meis consiliis remp. esse seruatam: causámque meam cum communi salute coniũxit: hortatúsque est, vt auctoritatem senatus, statum ciuitatis, fortunas ciuis bene meriti defenderetis: tum in perorando posuit, vos rogari à senatu, rogari ab equitibus R. rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solùm, verùm etiam obsecrauit. Huic ego homini, Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est. Huius consilia, P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti, in eo me loco, in [i] quo vestris beneficiis fueram, iisdem cũriis, quibus collocaratis, reposuistis. Eodem tempore audistis [k] eodem ex loco summos viros, ornatissimos, atque amplissimos homines, principes ciuitatis, omneis [l] consulareis, omneis prætorios, éadem dicere, vt omnium testimonio per me vnum remp. conseruatam esse cõstaret. Itaque cùm *P. Seruilius*, grauissimus vir, & ornatissimus ciuis, dixisset, opera mea remp. incolumem magistratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solùm auctoritatem, sed etiam testimonium *L. Gellij*: qui, quia suam classem attentatam magno cum suo periculo pænè sensit: dixit in concione vestra: si ego consul, cùm fui, non fuissem, remp. funditus interituram fuisse. En [m] ego tot testimoniis Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiæ, tanto studio bonorum omnium, agente P. Lẽtulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus fauentibus, diis, [n] denique immortalibus, frugum vbertate, copia, vilitate, reditum meum comprobantibus, mihi, meis, reip. restitutus, tantum vobis, quantum facere possum, Quirites, pollicebor: primùm, qua sanctissimi homines *pietate* erga deos immortaleis esse solent, eádem me erga populum Rom. semper

a al. irritati.*
b q.v.c. querelas
P. R. cal. salutis.*
d Sex. Attilius Serranus de quo in orat. pro Sexto.*
e v.c.q. non haberet cæpta & fecit. cùm intelligerẽ ad spem cædis veteres Catilinæ cop.
g al. renouatas.*
h sanguine fœdera & reconciliationes gratiarũ sanciebantur, hiulcus argumẽtum.*
P. CCI.
i al. nolbi quod potui: quod & vincere &c.*
k L. cùm ego abfui, al. cum ego abfuí,
l L. esse nullam P. & ita v.c.
a fort. auctoritate prædicti, T. Annius, & P. Sextius,
b L. dignitatem meam quàm potuit verbis amplissimis ornauit. [al. quàm potuit verbis amplissimis.*
c v.c. nudum propinquis,
d al. productus ad vos ab eadem.*
e Hexameter versus: qui interdũ excidit Ciceroni, quod tamen in orationem soluta vitiosissimum.*
f L. laudatores fuerunt. & ita v.c.
g L. sapiẽtia, gloria pr. al. virtute gloria, sapientia princ.
h al. tripertita.
i L. in quo vestris beneficiis collocatus fueram, iisdem cent.
k Testimonia de Ciceronẽ.*
l v.c. omnis consularis, omnis prætor.
m Polliceatur pietatem, voluntatẽ gratiam.*
n v.c. dis denique

fore: nihilominúsque vestrum æquè mihi graue, & sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum: deinde, quoniam me in ciuitatē resp. ipsa reduxit, nullo me loco reip. defuturum. Quòd si quis existimat, me aut *voluntate* esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. mihi, quod potuit vis, & iniuria, & sceleratorum[a] hominum furor detrahere, eripuit[b], abstulit, dissipauit: quod viro forti adimi non potest, id manet, & permanebit. Vidi ego fortissimum virum, municipem meum, C. Marium, quoniā nobis quasi aliqua fatali necessitate, non solùm cum his, qui hæc delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit: eum tamen vidi, cùm esset summa senectute, non modò non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renouato. quem egomet dicere audiui, tum se fuisse miserum, cùm careret patria, quam obsidione liberauisset: cùm sua bona possideri ab inimicis, ac diripi audiret: cùm adolescentem filium videret eiusdem socium calamitatis: cùm in paludibus demersus, concursu, ac misericordia Minturnensium corpus, ac vitam suam conseruasset, cùm parua nauicula traiectus[c] in Africam, quibus regna ipse dederat, ad eos inops, suppléxque venisset: recuperata verò sua dignitate, se non commissurum, vt, cùm ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam numquam perdidisset. Sed hoc inter me, atque illū interest: quòd ille, qua re plurimùm potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus est, armis: ego, qua consueui, vtar pietate: quoniam illi arti in bello, ac seditione locus est: huic in pace, atque otio. Quamquam ille animo irato nihil nisi de inimicis vlciscendis agebat: ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi resp. permitteret, cogitabo. Denique, Quirites, quoniam me quattuor[e] omnium genera hominum violarunt: vnum eorum, qui odio reip. quòd eam ipsis inuitis conseruaram, mihi inimicissimi fuerunt: *alterum*, qui per simulationem amicitiæ, nefariè prodiderunt: *tertium*, qui cùm propter inertiam suam, éadem esse qui non possent, inuiderunt laudi, & dignitati meæ: *quartum*, qui cùm custodes reip. esse debuerūt, salutem meam, statum ciuitatis, dignitatem eius imperii, quod erat penes ipsos, vendiderunt: sic vlciscar generaf singula, quemadmodum à quibusque sum prouocatus: malos ciueis, remp. bene gerendo: perfidos amicos, *nihil*[a] *credendo, atque omnia cauendo*: inuidos, virtuti, & gloriæ seruiendo: mercatores prouinciarum, reuocando domum, atque ab iis prouinciarum rationem repetendo. Quamquam[b] mihi maiori curæ est, *quemadmodum quidem vobis, qui de me estis optimè meriti, gratiam referam*, quàm, quemadmodum inimicorum iniurias, crudelitatémque persequar. Etenim[c] vlciscēdæ iniuriæ facilior ratio est, quam beneficii remunerandi, propterea quòd superiorem esse contra improbos, minus est negotii quàm bonis exæquari. tum[d] etiam nec tam necessarium quidem est, malè meritis, quàm optimè meritis, referre quod debeas. Odium vel precibus mitigari[e] potest, vel temporibus reip. communisque vtilitate deponi, vel difficultate vlciscendi teneri, vel vetustate sedari. bene meritos quin colas, nec exorari fas est, nec[f] id reip. repetere vtcumque necesse est, neque est excusatio difficultatis, neque æquum est tempore, & die memoriam beneficii definire. Postremò qui in vlciscēdo remissior fuit, moxg apertè laudatur. at grauissimè vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis, est tardior: neque solùm ingratus, quòd ipsum graue est, verùm etiam impius appelletur, necesse est. Atque[h] in officio persoluendo dissimilis[i] est ratio, & pecunia debita: propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissoluit: qui reddidit, non habet. gratiam & qui retulit, habet: & qui habet, dissoluit. Quapropter memoriam vestri beneficij colam beneuolentia sempiterna, non solùm dum anima spirabo[k] sed[l] etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficij permanebunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, sempérque præstabo, mihi neque in consiliis de rep. capiendis, diligentiam, neque in periculis à rep. propulsandis, animum, neque[m] in sententia simpliciter referenda, fidem, neque in hominum voluntatibus pro rep. lædendis, libertatem, nec in perferendo labore, industriam, nec in vestris commodis augendis, gratam animi beneuolentiam[n] defuturam. ¶ Atque[o] hęc cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna, vt cùm vobis, qui apud me deorum immortalium vim, & numen tenetis, tum posteris vestris, cunctísque gentibus dignissimus ea ciuitate videar, quæ suam dignitatem non posse tenere se, nisi me recuparasset, cunctis suffragiis iudicauit.

POST

a *al.* sceleratus.*
b L. id eripuit abst.
c L. traiectus *al.* peruectus. *vel* prouectus & prauect.*
d *al.* lenitate *vel* vtar: quoniam vt subaudias eloquentia *vel* arte.*
e L. quattuor omnino homin. gen. & *sua vic.*
f L. singula genera, ‖ *vel* facinorum *al.* ea genera*
a Epicharmus νῶς ὁρᾷ καὶ νῶς ἀκούει τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.* P. CCIIII.
b L. Quamquam nihil quidem maiori curæ est, quemadmodum vobis, qui de me estis optimè meriti, gratiam referam, quàm, quemadmodum inimicorum iniurias, crudelitatémque persequar. Etenim cùm vlciscēdæ &c. & *ita v. c.*
d L. tum etiā ne tam necessarium quidem est, e *v. c.* mendicari pot. *al.* medicari potest,
f L. nec id reip. repetere vtiq. necesse est, neq.
g *vel* ei eorum apertè vtitur, aut grauissima, *al.* In eo partim reprehenditur, partim laudatur. At grauissimè &c.*
h L. Atqui officii persoluendi dissimilis est ratio & pecuniæ debitæ. *Ppr.* i similis est locus in oratione pro Plancio infrà, cuius meminit Gellius 1. c. 4.* k *Vel.* & *Manut.* sperabo & *Victor. al.* superero *al.* exspirato &c. Plato in *Apol.* [illegible] *Symp.* *
l L. sed etiā dum, me mortuo, vita mortuum. P. 3. m L. neq. in sententia simpliciter referenda. *Ppr.* n *v. c.* beneuolentiam
o PERORATIO.*

POST[a] REDITVM IN SENATV[b].

ORATIO VICESIMAOCTAVA.

Synopsis.

¶ Gratias agit *senatui quòd ab exilio reuocatus sit.* Acta *in senatu & de scripto Non. septembr. anno vrbis 696. Inuehitur in eos quorum inuidia exul factus: Amicorum beneficia extollit: Pollicetur studium erga Rempub.*

a Hotgrario, in libris manuscript. duobus, ante superiorem collocatur: præterea hanc habet inscriptionem, CVM SENATVI GRATIAS EGIT. & superiorem, CVM POPVLO GRATIAS EGIT. P.C.CIIII.

b vide Dionem 38.*

c GRATIAS agit quod reuocatus ab exilio.*

d v.c. immortalibus

e v.c. attribuendum

f v. c. Quæ tanta enim exsist.

g v.c. parentes,

h immortaleis,

i fort. quod vobis debemus,

k v.c. immortalium

P. R.

l L. recuperatimus. & ita v.c. in v.c. immortalitatem.

m L. me vniuersi reuocauisti, n. L. Ninnio & ita Dio.*

IC, PATRES cõscripti, pro vestris immortalibus[d] in me, fratrémque meum, liberósq. nostros meritis parum vobis cumulatè gratias egero, quęso, obtestórque, ne meæ naturæ potiùs, quàm magnitudini vestrorum beneficiorum, id[e] tribuendum putetis. Quæ[f] enim tanta potest exsistere vbertas ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod tam diuinum, atque incredibile genus orationis, quo quisquã possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parenteis[g], nobis liberos: qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam remp. qui patriam, qùa nihil potest esse iucundius, qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. Quòd si parenteis carissimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est: si deos immortaleis[h], quorum beneficio & hæc tenuimus, & ceteris rebus aucti sumus: si populum R. cuius honoribus in amplissimo consilio, & in altissimo gradu dignitatis, atq. in hac omnium terrarum arce collocati sumus: si hunc ipsum ordinem, à quo sæpe magnificentissimis decretis sumus honestati: immensum quiddam & infinitum est, quod[i] vobis debeamus, qui vestro singulari studio, atque consensu parentum beneficia, deorum immortalium[k] munera, populi Rom. honores, vestra de me multa iudicia, nobis omnia vno tẽpore reddidistis: vt, cùm multa vobis, magna populo R. innumerabilia parentibus, omnia diis immortalibus debeamus, quòd hæc antea singula per illos habuerimus: nunc vniuersa per vos recuperauerimus[l]. Itaque P.C. quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem[m] quandam per vos adepti videmur. quod enim tempus erit vmquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria, ac fama moriatur, qui illo ipso tẽpore, cùm vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini, nõ multo post discessum meũ vniuersi[n] me reuocauistis, referente *L. Mummio*[o] fortissimo, atque optimo viro? quem habuit ille pestifer annus & maximè fidelem, & minimè timidum, si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ. posteaquàm vobis potestas[a] decernendi non est permissa per eum tribunum pleb. qui, cùm per se remp. lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit[b]: numquam de me siluistis, numquam[c] meam salutem non ab his consulibus, qui vendiderant, flagitauistis. Itaque vestro studio, atque auctoritate perfectum est, vt[d] ille ipse annus, quem ego mihi, quàm patriæ, malueram esse fatalem, hos[e] tribunos haberet, qui[f] promulgarent de salute mea, & ad vos sæpenumero referrent. nam consules modesti, legúmque metuentes, impediebantur lege, non ea, quæ de me, sed ea, quæ de ipsis lata erat, cùm meus inimicus promulgauit, vt, si reuixissent ij, qui hæc pænè delerunt, tum ego redirem: quo facto vtrumque confessus est, & se illorum vitam desiderare, & magno in periculo remp. futuram, si aut hostes, atque interfectores reip. reuixissent, aut ego non reuertissem. Itaque[g] illo ipso anno, cùm ego cessissem: princeps autem ciuitatis, non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tueretur: resp. sine[h] consulibus esset, neque solùm parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata? sententias dicere prohiberemini: caput meæ proscriptionis recitaretur: numquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere. Posteà verò quàm singulari, & præstantissima virtute *P. Lentuli* consulis, ex superioris anni caligine, & tenebris lucem in repub. kalendis Ian. respicere[i] cœpistis: cùm Q. Metelli, nobilissimi hominis, atque optimi viri, summa dignitas, cùm prætorum, trib.[k] pleb. pænè omnium virtus, & fides, reip. subuenisset: cùm virtute, gloria, rebus gestis *Cn. Pompeius*, omnium gentium, omnium sæculorum[l], omnis memoriæ facilè princeps, tutò se in senatum venire arbitraretur: tantus vester consensus de salute mea fuit, vt[m], licet corpus abesset meum, dignitas iam in patriam reuertisset. Quo quidem mense, quid inter me, & meos inimicos interesset, existimare potuistis. ego meam salutem deserui, ne propter me ciuium vuis lner[n] respub. cruentaretur: illi meum reditum non populi Rom. suffragiis, sed flumine sanguinis intercludendum putauerunt. Itaque postea nihil vos ciuibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis: nihil iudices sententiis, nihil populus suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declarauit.

a L. decernẽdi potestas non est p.

b *al.* delituit*

c *al.* Numquã non meam salutem.*

d *al.* vt ipse ille annus,

e L. octo tribunos

f L. qui & promulgarẽt de salute m. & *ita v.c. al.* qui & de salute mea p. mulg.

g *v.c.* Itaque illo ipso tamen anno, cùm ego &c. P. CCV.

h *al.* sine respublica sine consulibus esset.*

i L. dispicere cœp. *al.* despicere.*

k L. tribunorum pl.

l v.c. sæculorum,

m L. vt corpus abesse meum, dignitas iam in patr. & *ita v.c.*

mutum forum, clinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem videbatis. Quo quidem tempore, cùm is excessisset, qui cædi & flammæ vobis auctoribus restiterat: cum ferro & facibus homines tota vrbe volitanteis, magistratuum tecta oppugnata, [a] deorum templa inflammata, summi viri, & clarissimi consulis fasceis fractos, fortissimi, atque optimi viri, tribuni pl. sanctissimum corpus [b] solùm tactum, ac violatum manu, sed vulneratum ferro, confectúmque vidistis. Qua strage nonnulli permoti magistratus, partim metu mortis, partim desperatione reipub. paullum à mea causa recesserunt. reliqui fuerunt, quos neque terror, neque [c] vis, nec spes, nec metus, nec promissa, nec minæ, nec tela, nec faces à vestra auctoritate, à populi Rom. dignitate, à mea salute depellerent. Princeps P. Lentulus, parens, ac deus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putauit, si me mihi, si meis, si vobis, si reip. red didisset. qui vt est designatus, numquam dubitauit sententiam de salute mea, fe, & rep. dignam, dicere. Cùm à Tribuno pl. vetaretur, cùm præclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset: totam illam causam [e], vt ante dixi proscriptionem, non legẽ putauit, qua ciuis optimẽ de rep. meritus, nominatim sine iudicio, vnà cũ senatu, reip. esset ereptus. Vt verò iniit magistratũ, nõ dicam, quid [f] egerit prius, sed quid omnino egit aliud, nisi, vt, me conseruato, vestra in posterum dignitatem, auctoritatémque sanciret? ¶ Diis immortales, quantum mihi beneficium dedisse videmini, quòd hoc anno P. Lentulus consul fuit? quãto maius dedissetis, si superiore anno fuisset? nec enim eguissem medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine atque optimo ciue [h] & viro, Q. Catulo, *non sæpe vnum consulem improbum, duos verò numquam, excepto illo Cinnano tempore, fuisse.* quare meam causam semper fore firmissimam dicere solebat, dum vel vnus in rep. esset [i] consul. Quod verè dixerat, si illud de duobus consulibus, quod antè in rep. non fuerat peremne, ac proprium manere potuisset. Quòd si Q. Metellus illo tempore consul fuisset, vnicus [k]: dubitatis, quo animo fuerit in me conseruando futurus, cùm in restituendo auctorem, fuisse, adscriptorémque videatis? Sed fuerunt duo [l] consules, quorum mentes angustæ, humiles, prauæ [m], oppletæ tenebris, ac sordibus, nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperij nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerunt: non consules, sed mercatores prouinciarum, ac venditores vestræ dignitatis. quorum alter à me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus: alter Cethegum, consobrinum suum [n], reposcebat: qui ime duo sceleratissimi post hominum memoriam non consules, sed latrones, non modò deseruerunt, in causa præsertim publica, & consulari, sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio non solùm suo, sed etiam vestro, ceterorúmque ordinum, spoliatum esse voluerunt: quorum alter tamen neque me, neque quemquam fefellit. Quis enim vllam vllius boni spem haberet *in eo*, cuius primum tempus ætatis palàm fuisset ad [a] omneis libidines diuulgatum? qui ne à sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare? qui cùm suam rem non minus strenuè, quàm postea publicam confecisset, egestatem [b] & luxuriam domestico lenocinio sustentauit? qui nisi in aram tribunatus confugisset: neque vim prætoris, nec [c] multitudinem creditorum, nec [d] bonorum proscriptionem effugere potuisset, qui [e] in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profectò [f] & egestate, & improbitate coactus piraticam ipse fecisset: ac minore quidem cum reip. detrimento, quàm quòd intra mœnia ne farius hostis, prædóque versatus est: quo inspectante, ac sedente, legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur: ne obnuntiare concilio, aut comitiis: ne legi intercedere liceret: vt lex Ælia [g], & [h] Fusia ne valerent: quæ nostri maiores certissima subsidia reip. contra tribunitios furores esse voluerunt. Idémque postea, cùm innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, cúmque adolescentes nobilissimi, cunctíque equites R. se ad lenonis impurissimi [k] pedes abiecissent: quo vultu cincinnatus ganeo non solùm ciuium lacrymas, verùm etiam patriæ preces repudiauit? Neque [l] contentus fuit, sed etiam in concionem adscendit: eáque dixit, quæ, si eius vir Catilina reuixisset, dicere non esset ausus: se nonarum Decembr. quæ, me consule fuissent, cliuíque Capitolini pœnas ab equitibus Ro. esse reperiturum: neque solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit: L. verò Lamiam, equitem R. præstanti dignitate hominem, & saluti meæ, pro [m] familiaritate reipub. pro fortunis suis, amicissimum, consul imperiosus exire [n] vrbe iussit: & cùm vos vestem mutandam censuissetis, cunctíque mutassetis, atque idem omnes boni iam antè feciss entille vnguentis oblitus, cum toga prætexta, quam omnes prætores, ædiléique tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum, & luctum grauissimæ ciuitatis: fecítque quod nemo vmquam tyrannus, vt quo minùs occultè vestrum malum gemeretis, nihil diceret: ne apertè incommoda patriæ lugeretis, ediceret. Cùm verò in Circo Flaminio, non à tribuno plebis consul in concionem, sed à latrone, archipirata, productus esset: primùm processi, qua auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madenti coma, compositio capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, & temulenta: quòd in ciueis indemnatos [o] esset animaduersum, id sibi dixit grauis auctor vemẽtissimè displicere. Vbi nobis hæc auctoritas tamdiu tãta latuit? cur in lustris, & helluationib? huius calamistrati [p] saltatoris tã eximia virtus tãdiu cessauit? Nã alter Cesonius Caluentius, ab adolescentia versatus est in foro, cùm eum, præter simulatã, versutámq. tristitiam, nulla res commendaret: non [q] consulis

a v.c. Impugnata,

P. B.

b L. non tactum, ac violatum

c al. nec vis,

d δήγμα

e al. clausulam, al. rogationẽ, præscriptionem, vt antè dixi, non legem al. legẽ, proscriptionem vt antè dixi non legem. al. totũ illud caput, vt antè dixi, proscriptionem, non legem.*

f quid egit prius, sed &c. & ita v.c.

g INVEHITVR in eos quorum inuidia pulsus fuit.*

P CCVI.

h L. ciui & viro, & ita v.c.

i L. cõsul esset, & ita v.c.

k L. inimicus: dub. & ita v. c.

l L. duo, quorum m. || al. ii vel hi.*

m σὺν χωρεῖν

m vox, suum, abest à v. c.

nec eam agnouit L.

a v.c. ad omnis

b L. egestate & luxuriam dom.

c al. neque

d al. neque

e L. quo in magistr.

f L. profectò egestate, & impr.

g dixi orat. de prouinciis Consularibus in f.*

P. B.

h L. & Fusia ne val.

i al. valerent

k al. impudicissimi.*

l L. Neq; eo contentus fuit, & ita v.c.

m hæc verba pro familiaritate Reipublicæ, suspecta sunt Lambino.*

n al. exire ex vrbe

o v.c. indemnatos, &c. mendose.

p Calamistratus saltator, calamistris inustus aut ornatus, hinc calamistrata coma in Oratione pro Sextio inf. Calamistri autem à Varrone 4. de lingua ponuntur in mundo muliebri dicebat autem calamistratos, quod his adhibitis c. lefadis in cinere capillis ornatus qui ea minister, ferebat, &c. Cicero Nonius Calamistrum, ferrum ad calamistrandum facit. Isidorus vero 19. cap. 33. acum, quæ calefacta & adhibita capillos torquet & inflexit & intorquet capillos. vnde calamistrati qui torquẽ capillos. Idem libro 19. Calamistrum a cum ferreo à calamistrandi militudine. Calamistratis, studium

dici, quo crines obtorquentur vt crispi sint. Glossis, παραγωγροῖ, καὶ εἰς τὸ οὖλον συστρέφον τὴν κόμην.

q L. non consilium, non dicendi facultas, non scientia rei militaris, non cognoscendorum hominum studium, non liberalitas. || Vide. Non consilium, non scientia rei militaris, non studium cognoscendorum hominum.*

studium, non discendi initia rei militaris, non cognoscendorum hominum, non liberalitas. quem præterieus cùm incultum, horridum, mæstúmque vidisses, etiam si agrestem, & inhumanum existimares, tamé libidinosum, & [a] perditum non dubitares. Cùm [b] hoc homine, an cum stipite Æthiope [c] si in foro constitisses, nihil credères interesse. sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum [d], Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceres. Idem domi quàm libidinosus? quàm impurus? quàm intemperans, non ianua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus? cùm verò etiam litteras [e] studere incipit, & [f] helluo immanis cum Græculis philosophari, tum est Epicuréus, non penitus, illi disciplinæ, quæcumque est, dedi tus: sed captus vno verbo voluptatis. Habet autem magistros non ex istis ineptiis, qui dies totos de officio, ac de virtute disserunt: qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur [g]: sed eos, qui disputent, horam nullam vacuam voluptate esse debere: in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium, delectationémque versari. His vtitur quasi præfectis libidinum suarum: hi voluptates omneis vestigant, atque odorantur: hi sunt conditores, instructoréque conuiuij: iidem expendunt, atque æstimant voluptates, sententiámque dicunt, & iudicant, quantum cuique libidini tribuendum esse videatur. horum ille artibus eruditus, ita contemsit hanc [h] prudentissimam ciuitatem, vt [i] omneis suas libidines, omnia flagitia latére posse arbitraretur, si modò vultum importunum in forum detulisset. Is [k] non me (quamquam equidem non cognoram eum, propter Pisonum affinitatem, quàm longè hunc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset) sed vos, populúmque Ro. non consilio, neque eloquentia, quod in multis sæpe áccidit, sed rugis, supercilióque decepit. L. Piso, túne ausus es isto oculo, non dicam isto animo: ista fronte, non vita: tanto supercilio, non enim possum dicere tantis [l] gestis, cum A. Gabinio consociare consilia pestis meæ? non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis, in [m] eam cogitationem adducebat, vt, cùm illius re similis fuisses, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutiùs vti non liceret? cum hoc coire ausus es, vt consulatem dignitatem, vt reipub. statum, vt senatus auctoritatem, vt ciuis optimè meriti fortunas prouinciarum fœdere addiceres? te consule: tuis edictis, & imperiis, senatui, populóque Ro. non est licitum, non modò sententiis, atque auctoritate sua, sed ne luctu quidem, ac vestitu reipu. subuenire. Capuæne te putabas, in qua vrbe domicilium quondam superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore: an Romæ, in qua ciuitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? tu es ausus in Circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum, atque omneis bonos tum, cùm [n] à patria pestem expellerent, crudeleis demonstrabas fuisse. Tu misericors me affinem tuum, quem comitiis, prærogatiuæ primum custodem præferebas, quem kalendis Ian. tertio loco sententiam rogaras, constrictum inimicis reipu. tra-

didisti: tu meum generum, propinquum tuum: tu affinem tuam, meam [a] filiam, superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti: idémque tu clementia, ac misericordia singulari, cùm ego vnà cum republi. non tribunitio, sed cósulari ictu concidissem: tanto scelere, tantáque intemperantia fuisti, vt ne vnam quidem horam interesse paterere inter meam pestem, & tuam prædam, saltem dum conticesceret illa lamentatio & gemitus vrbis. Nondum palàm factum erat concidisse [b] rempub. cùm tibi arbitria [c] funeris soluebantur. vno, eodémque tempore domus mea [d] diripiebatur, agebat bona ad vicinum consulem de Palatio: de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur: cùm, iisdem [e] operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modò à bonis, sed etiam à liberis, atque inani foro, ignaro populo Ro. quid ageretur, senatu verò oppresso, & afflicto, duobus impiis, nefariísque consulibus, ærarium, prouinciæ, legiones, imperia donabantur. ¶ Horum [f] *consulum* ruinas vos consules vestra virtute fulsistis, summa *tribunorum* plebis, prætorúmq. fide, & diligentia subleuastis [g]. ¶ Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali ciue satis dignè vmquam loquetur? qui cùm videret, sceleratum ciuem, aut domesticum potiùs hostem, si legibus vti liceret, iudicio esse frangendum: sin ipsa iudicia vis impediret, ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, manum manu, vim vi esse superandam: primò de vi postulauit. posteaquam ab eodé iudicia sublata esse vidit: ne ille omnia vi posset efficere, curauit: qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forum, neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus, & copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus, post meum discessum, metum à [h] bonis, timorem huic ordini, seruitutem depulit ciuitati. Quam rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu ciuitatis nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ discrimen vitandum vmquam putauit: qui causam senatus exagitatam concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendauit, vt nihil tam populare, quàm vestrum nomen: nihil tam omnibus carum aliquando, quàm vestra auctoritas videretur: qui me cùm omnib. rebus, quib. tribunus pl. potuit, defendit, tum reliquis officiis, iuxtà, ac si meus frater esset, sustentauit: cuius ego clientibus, libertis, familia, copiis, litteris ita sum sustentatus, vt meæ calamitatis non adiutor solùm, verùm etiam socius videretur. Iam ceterorum officia, studiáque [i] vidistis: quàm cupidus mei C. [k] Sestilius, quàm studiosus vestri, quàm non variusfuerit in causa. Quid [l] Mosopius? cui ego ipsi, parenti, fratríque eius, sentio quantum debeam: qui cùm à me voluntas eorum in priuato iudicio esset offensa, publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliterauerunt. Iam T. Fadius, qui mihi quæstor fuit, M. [m] Curtius, cuius ego patri quæstor fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt. Multa de me C.[o] Messinus, & amicitiæ, & reip. causa dixit: legem separatim initiò de salute mea promulgauit. Q. Fabricius, si, quæ de me agere cona-

a L. filiam meam, *sup.*

b L. occidisse remp.

c *al.* arbitraria. & ita legendum in oratione Pisoniana scribit Turneb. 28. aduers. 3. Arbitraria autem interpretatur, funeris impensas, quod in arbitriũ hæredis pleruque cõferrétur. l. 11. ff. de condict. causa data. l. 6. l. 40. §. 5. ff. de cond. & demonstrat. Horat. 2. Satyr. 5. & 3. sic arbitria victoriæ pro præmiis vsurpauit Curtius. *

d *v.c.* non habet prouocabulum, *meæ.*

e *v.c.* isdem operis

f AMICORVM beneficia extollit, Consulum, trib. plebis, Prætorum, Lentuli, Metelli, Seruilii. *

g L. subleuati. Q.

P. B.

h L. à bonis, timorem ab hoc ordine, seruitutem depulit à ciuitate.

i *v.c.* studia vidistis:

k L. C. Sextilius,

l *al.* Quid M. Cispius? L. Quid M. Olbius?

m *fort.* obliterarunt.

n L. M. Curius,

o *al.* C. Mescinius, qui pater fortasse fuit L. Mescinii Rufi, eius qui Quæstor in Cilicia Ciceronis Proconsulis & sub Augusto triumuir monetæ eudendæ. *

at. & perditũ esse non dubitares.

b L. Cum hoc homine, an cum Æthiope in foro cõstitisses, *&c.*

c Æthiopem appellat, quod niger eius cutis color erat.

d L. vecordẽ, e *al.* litteris studere incip.

f L. & belluæ immanis *&c.*

g L. cohortãtur: sed eos, qui disputãt, hor.

P. B.

h *al.* hãc prudentissimam ciuit.

i *v.c.* vt omnis *f.*

k L. Is non me (quamq. equidẽ cognoram propter Pis.

l L. tãtis reb. gestis.

m L. in eam cogitationẽ add. *& sic v.c.*

P. CCVIII.

n L. cùm a patria pestẽ depellerent. *al.* pellerent, depellerent,

tus est, ea contra vim, & ferrum persicere potuisset: mense Ianuario nostrum statum recuperassemus, quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardauit, auctoritas vestra reuocauit. Iam verò *prætores* quo animo in me fuerint, vos existimare potuistis, cùm L. Cæcilius priuatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare: publicè [a] promulgarit de salute mea cum collegis pænè omnibus. direptoribus autem meorum bonorum in ius adeundi potestatem non fecerit. M. autem Calidus, statim designatus, sententia sua, quàm esset cara sibi mea salus, declarauit. Omnia officia C. Septimij, Q. Valerij, P. Crassi, Sex. Quinctilij, C. Cornuti, summa & in me, & in rempub. constiterunt. quæ cùm libenter commemoro, tum non inuitus nonnullorum in me nefariè commissa prætereo. non est mei temporis iniurias meminisse: quas ego etiam si vlcisci possem, tamen obliuiscì mallem. aliò transferenda mea tota vita est, vt bene de me meritis referam gratiam [b]: cum apertis hostibus bellum geram: timidis amicis ignoscam: proditoribus [c] meis non iudicem dolorem profectionis meæ: defensores reditus dignitate consoler. Quòd si mihi nullum aliud esset officium in omni vita reliquum, nisi vt erga duces ipsos, & principes, atque auctores salutis meæ, satis gratus iudicarer: tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modò ad referendam, verùm etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic [d] homini, ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referent: quæ memoria, quæ vis ingenii, quę magnitudo obseruantiæ, tot, tantísque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus afflicto, & iacenti consularem fidem, dexterámque [e] porrexit: qui me à morte ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem reuocauit. qui tanto amore in me, studio in remp. fuit, vt excogitaret, quemadmodum calamitatē meam non modò leuaret, sed etiam honestaret. quid enim magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quòd, illo [f] petente, vos decreuistis, *vt cuncti ex omni Italia, qui rempubl. saluam vellent*, ad me vnum, hominem fractum, & propè dissipatum, restituendum, & defendendum *venirent?* vt [g], qua voce à te, Romule, post Romam conditam consul vsus esset pro vniuersa rep. apud eos solùm qui eius vocem exaudire possent: eádem voce senatus omnibus agris, vicis, atq. oppidis, ciueis, totámq. Italiā ad vnius salutem defendendam excitaret. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quàm hoc senatum iudicasse, qui ciuis me non defendisset, eum remp. saluam noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis dignitas valuit, vt omne [h] is flagitium se committere putaret, si quis non veniret. Idémque consul, cùm illa incredibilis multitudo Romam, & pænè Italia ipsa veniret, vos frequentissimos in Capitolium conuocauit. quo tempore quātam vim naturæi bonitas haberet, aut vera nobilitas, intelligere potuistis. nam Q. *Metellus*, & inimicus, & frater inimici, perspecta vestra voluntate, omnia priuata odia deposuit: quem *P. Seruilius*, vir cùm clarissimus, tum verò optimus, mihique amicissimus, & auctoritatis, & orationis suæ diuina quadam grauitate, ad sui generis, communisque sanguinis fa-

a *al.* publicè de salute mea cum collegis pænè omnibus promulgarit dixerit. *al.* publicè promulgarit de mea salute cum collegis pænè omnibus: & *ita v. c.*

b *al.* gratiam, amicitias dignè perspectas tueat, cū apertis, &c.*

c *al.* proditores non iudicem, dolorem protectionis meæ reditus dignitate cōsoler.*

d Lentulo.*

e L. dextrámque porr.

P. B.

f *i. v. c.* illo suffragium ferente, &c. non ut lacet.

g L. vt, qua voce ter omnino post Rom. cond. & ita Brissonius *al.* qua voce semel omnino post Romam conditam *&c.* De hac autē formula vide Asconium in Corneliana, pro Rabirio 4. Tusculana. Appianum 1. ciuil. Plutarchū in Graechis.*

h *al.* omneis flagitiis se commissi putarent. & ita Ant. Augusti.*

i L. vera bonitas hab.

A

B

C

D

E

F

G

H

cta, virtutésque reuocauit, vt haberet [a] in consilio & [b] fratrem ab inferis, socium rerum mearum, & omneis [c] Metellos, præstantissimos ciueis [d], *penè ex Acheronte excitatos*: in quibus Numidicum illum, cuius quondam de patria discessus, honestus ipsi, omnibus [e] luctuosus tandem visus est. Itaq. fuit [f] is non modò salutis defensor, qui ante hoc vnum beneficium fuerat inimicus, verùm etiam adscriptor dignitatis meæ. Quo quidem die cùm [g] c c c c x. senatores essetis, magistratúsq. omnes adessent: dissensit vnus, is, qui sua lege coniuratos etiam ab inferis excitandos putarat. Atque illo die, quo [h] rempu. meis consiliis conseruatam grauissimis verbis, & plurimis iudicassetis, idem consul curauit, vt éadem à principibus ciuitatis in concione, postero die, diceretur: cùm quidem ipse egit ornatissimè causam meam, perfecítque, adstante, atque audiente Italia tota, vt nemo cuiusquam conducti, aut perditi vocem acerbam, atque inimicam bonis, posset audire. Ad hæc non modò adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meæ, reliqua vos iisdem addidistis: decreuistis, ne quis vlla ratione rem impediret: qui id impedisset, grauiter [i], molestéque laturos: illum contra rempu. salutémque bonorum, concordiámque ciuium facturum: & vt ad vos ea statim referrentur: méque etiam, si diutiùs calumniarentur [k], redire iussistis. Quid l? vt agerentur gratiæ, qui è municipiis venissent? quid, vt ad illam diem, res cùm [m] redissent, rogarentur, vt pari studio conuenirent? Quid denique illo die, quem P. Lentulus mihi, fratríque meo, liberísque nostris natalem constituit, non modò ad nostram, verùm etiam ad sempiterni memoriam temporis? quo [n] die nos comitiis centuriatis, quæ maximè maiores [o] iusta dici, haberíque voluerunt, arcessiuit in patriam: vt eædem centuriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. Quo die quis ciuis fuit, qui fas esse putaret, quacumque aut ætate, aut valetudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiæ totius, ordinúmque omnium? quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodésque vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti, atque diuino, non solùm reducti sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi [p] viri, sed equis insignibus, & curru aurato reportati. Possum ego satis in *Cn. Pompeium* vnquam gratus videri, qui non solùm apud vos, qui omnes idem sentiebatis, sed etiam apud vniuersum populum Romanum salutem reipubl. & conseruatam per me, & coniunctam esse cum mea dixerit? qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit, eodémque tempore improbos auctoritate sua compresserit? bonos excitarit? qui populum Romanum pro me, tanquam pro fratre, aut pro parente, non solùm hortatus sit, verùm etiam obsecrarit? qui ipse cùm propter metum dimicationis, & sanguinis, domo [q] se teneret, etiam à superioribus tribunis petierit, vt de salute mea & promulgarent, & referrent? qui in colonia nuper constituta, cùm ipse gereret magistratum, in qua nemo [r] erat emtus intercessorum [s], vim & crudelitatem priuilegij, auctoritate honestissimorum hominum, & publi-

a *al.* adhibeat in consilium & fratrem socium &c.*

b L. & fratrē sociū rerum mear. *&c.*

c *v. c.* omneis.

d *v. c.* ciuiles.

e L. bonis omnibus luct.

f *al.* exstitit vel dumtaxat.*

g *v. c.* cum CCCCXVII.

h *al.* quo die Remp.*

i *al.* id vero grauiter, molestéque.

k *v. c.* calumniarentur.

l L. Quid quòd vt ita agerentur. *al.* Quid vt ad Comitia prīdie nonas sextiles rogarētur, &c. ita Pantagathus Manutius vtrò, Quid vt iidem ad res cū redissent.*

m Res redire, dicūtur, quæ intermissæ ac prolatæ repetūtur: vt apud Plautū Capt. in pr. finibus porro huic loquus est in Scæna.*

n P. B. *o illo, inquit, die non nonis est.*

o L. maiores comitia iusta dici, hab. p *al.* clarissimi ciues, sed eq.

q *al.* domi se teneret,

r notat se ranum & Numerii Quinctium.

s *fort.* intercessores.

& publicis litteris consignarit[a], princépsque, Italiæ totius præsidium ad [b] nostram salutem implorandum putarit [c]? qui, cùm ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiam vt suos necessarios mihi amicos redderet, elaborarit [d]? Quibus autem officiis T. Annij beneficia remunerabor? cuius omnis actio [e], ratio, cogitatio, totus denique tribunatus, nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, inuicta defensio salutis meæ? Quid de P. Sextio loquar? qui suam erga me beniuolentiam, & fidem non solùm animi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendit? ¶ Vobis [f] verò, P.C. singulis & egi, & agam gratias vniuersis. egi initiò, quantum potui: satis ornatè agere nullo modo possum. Et quamquam sunt in me præcipua merita multorum, quæ sileri nullo modo possunt, tamen huius temporis, ac timoris mei non est, conari commemorare beneficia in me singulorum. nam difficile est non aliquem, nefas quemquam præterire. Ego vos vniuersos, patres conscripti, deorum [g] numero colere debeo. Sed, vt in ipsis diis immortalibus non semper eosdem, atque alias alios solemus & venerari, & precari: sic in hominibus de me diuinitus meritis omnis erit ætas mihi ad eorum erga me merita prædicanda, atque recolenda. Hodierno autem die nominatim [h] à me magistratibus statui gratias esse agendas, & de priuatis vni, qui pro salute mea municipia, coloniásque adisset, populum Ro. supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidistis. vos me florentem semper ornastis: laborantem, mutatione vestis, & propè luctu vestro, quoad licuit, defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta, qui mea pericula non modò suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt. Quibus ego rebus obiectis, cùm mihi priuato consligendum viderem cum eodem exercitu, quem consul non armis, sed vestra auctoritate superatam: multa mecum ipse reputaui. Dixerat in concione consul, se cliui Capitolini pœnas ab equitibus Romanis repetiturum. nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur: aditus templorum erant non solùm præsidiis & manu, verùm etiam demolitione sublati. Alter [i] consul [k], vt me, & rempubli. non modò deserent, sed etiam hostibus reipubli. proderent, pactionibus eos suorum præmiorum obligarat. Erat alius [l] ad portas cum imperio in multos annos, magnóque exercitu: quem ego inimicum mihi fuisse non dico: tacuisse, cùm diceretur esse inimicus, scio. Duæ partes esse in republi. cùm putarentur: altera me deposcere, propter inimicitias: altera timidè defendere, propter suspicionem cædis putabatur. Qui autem me deposcere videbantur, in hoc auxerunt dimicationis metum, quòd numquam infitiando suspicionem hominum, curámque minuerunt. Quare cùm viderem senatū ducibus orbatum, me à magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum: seruos simulatione collegiorum nominatim esse conscriptos,

A copias [a] omneis Catilinæ pænè iisdem ducibus ad spem cædis, & incendiorum esse reuocatas: Equites Rom. proscriptionis: municipia, vastitatis: omneis, cædis metu esse permotos: potui, potui, P.C. multis auctoribus fortissimis viris, me vi, armisque defendere: nec mihi ipse ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. sed videbam, si vicissem præsentem aduersarium, nimiùm multos mihi alios esse vincendos. si [b] victus essem: multis bonis & pro me, & mecum, etiam post me esse pereũdum: tribuntiíque sanguinis vltores, esse præsenteis [c] meæ mortis pœnas, iudicio, & posteritati reseruari. Nolui, cùm consul communem salutem sine ferro defendissem, meam priuatus armis defendere: bonósque viros lugere malui meas fortunas, quàm suis desperare. ac, si solus essem interfectus, mihi turpe: sid cum multis, reipubli. fune stum fore videbatur. Quòd si mihi æternam esse [e] propositam ærumnam arbitrarer: morte me ipse potiùs, quàm sempiterno dolore multassem. sed cùm viderem, me non diutiùs, quàm ipsam rempubli. ex hac vrbe abfuturum [f] neque ego illa exterminata mihi remanendum putaui: & illa, simulatque reuocata est, me secum pariter reportauit. Mecũ leges, mecum quæstiones, mecum iura magistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum vbertas, mecum deorum, & hominum sanctitates omnes, & religiones adfuerunt [g]. Quæ si semper abessent: magis vestras fortunas lugerem, quàm desiderarem meas. sin aliquando reuocaréturintelligebam, mihi cum illis vnà esse redeundum. Cuius mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos capitis fuit, Cn. Plancius, qui, omnibus prouincialibus ornamẽtis, commodísque depositis, totam suam quæsturam in me sustentando, & conseruando collocauit. qui si mihi quæstor imperatori fuisset: in filij loco fuisset, nũc certè erit in parentis, cùm fuerit quæstor nõ imperij, sed doloris mei. ¶ Quapropter [h], patres conscripti, quoniã in remp. sum pariter cum rep. restitutus: non modò in ea defendẽda nihil minuam de libertate mea pristina, sed etiã adaugebo. etenim, si eam tum defendebam, cùm [i] aliquid mihi illa debebat: quid nũc me facere oportet, cùm ego illi plurimùm debeo? nam quid est, quod animũ meũ frangere, aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modò nullius delicti, sed etiam diuinorum in remp. beneficiorum testẽ esse videatis? nam [k] importata est, quia defenderam ciuitatem: & mea voluntate suscepta est, ne à me defensa respub. per eundem me extremum in discrimẽ vocaretur. Pro me non, vt pro P. Popillio, nobilissimo homine, adolescentes filij, non propinquorum multitudo populum Rom. est deprecata, non, vt pro Qu. Metello, summo [l] & clarissimo viro, spectata [m] iam adolescentia filius [n]: non L. & C. Metelli, consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Seruilij, Scipiones, Metellorum filij, flentes, ac sordidati, populo Rom. supplicauerũt: sed vnus frater, qui in me pietate, filius: consiliis, parens: amore, (vt erat) frater inuentus est: squalore, & lacrymis, & quotidianis precibus, desiderium mei nominis renouari, & rerum gestarum memo-

a al. consignauit.
b Ad meam salutem
c al. putauit?
d al. elaborauit?
e vox, actio, absent à libris manuscr. & nonnullis vulg.
f REDIT ad gratiarũ actionem.* P. CCXI.
g Deos, vtque decet colere principes suos adulatores ita solẽt: dixit orat. pro Flacco.*
h fort. nominatim à me & magistr.
i Clodius significatur.* k L. consules, vt me, & ita edit. Aldi. l P. M. Cæsar.
a v.c. copias omnis
b L. sin victus eidem:
c v.c. præsentis:
d al. sin cum mult.
e L. esse ærumnã propositam arb.
f L. afuturũ: al. afuerunt.* P. CCXII.
g L. afuerunt.
h POLLICETVR suũ studium erga Rempublicam.*
i L. cùm mihi al. quid illa debebat: & ita v.c.
k al. nam importata est.
l v.c. summo ac clariss.
m q. lib. vulg. spectatæ iam adolescentiæ fil.
n L. filius: L. & C. Met. cõsulares eorũ lib. Qu. Met. Nepos, qui tũ cons. pet. Luculli, Seruĩ &c.

a al. nisi me per vos.

b al. & mortis deposcere:

c L. ac pietate, & ita v.c.

riam vsurpari coegit. qui cùm statuisset, nisi[a] per vos me recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium & vitæ, & [b] mortis deposceret: numquam nec magitudinem negotij, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela pertimuit. Alter fuit propugnator mearum fortunarum, & defensor assiduus, summa virtute, & [c] pietate, C. Piso, gener: qui minas inimicorum meorum: qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis: qui Pontum, & Bythyniam quæstor pro mea salute neglexit. Nihil vmquam senatus de P. Popillio decreuit, numquam in hoc ordine Qu. Metelli mentio facta est. Tribunitiis sunt illi rogationibus, interfectis inimicis, denique nullà auctoritate senatus, restituti, cùm alter eorum senatui paruisset, alter vim, cædémque fugisset. Nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis, tempestate ciuili expulsus est, non modò à senatu non est restitutus: sed reditu suo senatum cunctum pænè deleuit. nulla de illis magistratuum consensio, nulla ad rempu. defendendam populi Ro. conuocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorum, & coloniarum exstiterunt. Quare cùm me vestra auctoritas arcessierit, populus Ro. reuocarit, resp. implorarit, Italia cuncta pænè suis humeris reportarit: non committam, P. C. vt, cùm ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea non habeã, quæ ipse præstare possim[d], præsertim cùm illa amissa recuperarim, virtutem, & fidē numquā amiserim.

d v.c. possum,

PRO DOMO SVA AD PONTIFICES.

ORATIO VICESIMANONA.

Synopsis.

Respondet *Clodio qui actionē eius de potestate rei frumētariæ Pompeio danda reprehenderat: Deinde sua domus à Clodio euersa, aream à Clodio trib. plebis consecratam, ab omni religione vacuā atque puram apud Pontifices docet.* Effectus *ut fuit, vt Pontifices, persuaserit aream sibi restitui.* Acta *eodem anno quo superiores duæ pridie Kal. Octobr.*

a aut verius ea domus à P. Clodio euersa recuperāda: aut sanè pro domo sua ita euersa restituenda vt & fuit restituta publica sumptu. Dion. 39. Ascon. hic 4. ad Attic. 2. & in Pisone.*

b EXORDIVM.* P. CCXIII.

c duo v.c. nō habent præp. à.

d duo v.c. nō habent, vos.

C VM [b] multa diuinitus, pontifices, à maioribus nostris inuenta, atque instituta sunt: tum nihil præclarius, quàm quod vos [d] *eosdem & religionibus deorum immortalium & summæ reip. præesse voluerunt*: vt amplissimi, & clarissimi ciues rempub. bene gerendo, religiones [e] sapienter interpretando, rempubl. conseruarent. Quòd si vllo tempore magna causa in sacerdotum populi Ro. iudicio, ac potestate versata est: hæc profectò tanta est, vt omnis reipubli. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ, domicilia, vestræ, sapientiæ, fidei, potestatique[f] commissa, creditáque esse videantur. Vobis hodierno die constituendum est, vtrùm posthac amentes[g], ac perditos magistratus improborum, ac sceleratorum ciuium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis. Nam si illa labes, ac flamma reipubli. suum illum pestiferum, & funestum tribunatum, quem æquitate humana tueri non potest, diuina religione defenderit: aliæ cæremoniæ nobis erunt, alij antistites deorum immortalium, alij interpretes religionum requirendi. sinautem vestra auctoritate, sapientiáque, pontifices, ea, quæ furore impro-

e L. religiosissimi religiones sapiēter interpretādo eādem cōseruarent. & ita Pantagathus emendat.

f L. potestati comm. & ita v.c.

g v. c. amentis,

C borum in [a] rep. ab alis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita gesta sunt, rescinduntur [b]: erit causa, cur consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis[c], iure, ac meritò laudare possimus. Sed, quoniam ille demens, si ea, quæ ego per hos dies in senatu de repu. sensi, vituperasset, aliquem se aditum ad aureis vestras esse habiturum putauit. omittam ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille vti non potest, sed conuicio, cuius exercitationem cùm intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate muniuit.

D ¶ Ac primùm [d] illud à te, homine vesano, ac furioso, requiro, quæ te tanta pœna tuorum scelerum, flagitiorúmque vexet, vt hos taleis viros, qui non solùm consiliis suis, sed etiam specie ipsa, dignitatem reipubli. sustinent, quòd ego in sententia dicenda salutem ciuium cum honore Cn. Pompeij coniunxerim, mihi esse iratos, & aliud de [e] summa hoc tempore religione sensuros, ac me absente senserint: arbitrêre. *Fuisti tu, inquit, apud pontifices superior: sed iam, quoniam te ad [f] populum contulisti, sis inferior, necesse est.* Itáne verò quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas, & inconstantia, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum, cōmutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia grauitas, à libidinosa sententia certum & definitum ius religionum, vetustas exemplorum, auctoritas litterarum, monumentorúmque deterret? *Tūne es, ille, is*

a decst quæ busdam.

b al. rescinderentur.

c v. c. diligendis, sed. diligendis,

d CONTENTIONIS para pelma de cōtinuis Clodii.*

e L. de summa religione hoc tempore censi. & ita v.c.

f L. ad Pompeium cont.

ille, inquit, quo senatus cauere non potuit? quem bonis luxerunt? quem respubli. desiderauit? quo restituto, senatus auctoritatem restitutam putabamus? quam primùm adueniens prodidisti? Nondum de mea sententia dico. impudentiæ primùm respondebo tuæ. Hunc igitur, funesta reipubl. pestis, hunc tu ciuem ferro, & armis, & exercitus terrore, & consulum scelere, & audacissimorum hominum minis, seruorum delectu [a], obsessione templorum, occupatione fori, oppressione curiæ, domo, & patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere [b] curasti, quem à senatu, quem à bonis omnibus, quem à cuncta Italia desideratum, accersitum [c], reuocatum, conseruandæ reipubl. causa, confiteris? *At enim in senatum venire, in capitolium intrare turbulento illo die non debuisti.* Ego verò neque veni, & domi me tenui, quamdiu turbulentum tempus fuit: cùm seruos tuos ad [d] rapinam, ad bonorum cædem paratos, cum illa tua conscelleratorum, ac perditorum manu, armatos, in Capitolium tecum venisse constabat, quod cùm mihi nuntiaretur, scio me domi mansisse, & tibi, & gladiatoribus tuis instaurandæ cædis potestatem non fecisse. posteà quàm mihi nuntiatum est, populum R. in Capitolium, propter metum, atque inopiam rei frumentariæ, conuenisse: ministros autem scelerum tuorum perterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis, diffugisse: veni non solùm sine vllis copiis, ac manu, verùm etiam cum paucis amicis. An ego, cùm P. Lentulus consul, optimè de me, ac de republi. meritus, cùm Qu. Metellus, qui, cùm meus inimicus esset, frater tuus, & dissensioni nostræ, & precibus tuis salutem, ac dignitatem meam prætulisset, me arcesserent in senatum: cùm tanta multitudo ciuium tam recenti officio suo me ad referendam gratiam nominatim vocarent: non venirem, cùm præsertim te iam illinc cum tua fugitiuorum manu discessisse constaret? Hîc tu me etiam custodem, defensorémque Capitolij, templorúmque omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quòd, cùm in Capitolio senatum duo consules haberent, eò venirem? vtrúmne est tempus aliquod, quo in senatum venisse turpe sit? an res illa talis erat, de qua agebatur, vt rem ipsam repudiare, & eos, qui agebant, condemnare [e] deberem? Primùm dico senatoris esse boni, semper in senatū venire: nec enim his sentio, qui statuunt minùs bonis temporibus in senatū ipsi non venire: non intelligentes, hanc suam nimiam perseuerantiam, vehementer iis, quorum animum offendere voluerunt, gratam, & iucundam fuisse. At enim nonnulli propter timorem, quòd se in senatu tutò non esse arbitrabantur, discessérunt. Non reprehendo: nec quæro, fueritne aliquid pertimescendum. puto, arbitrio [f] suo, quemque timere oportere. cur ego non timuerim, quæris. Quia te illinc abiisse constabat. Cur, cùm viri boni nonnulli putarint [g], tutò se in senatu esse non posse, ego non idem senserim? Cur, cùm ego me existimassem tutò omnino in ciuitate esse non posse, illuc irem? an aliis licet, & rectè licet, in meo metu sibi nihil timere: mihi vni necesse erit & meum, & aliorum vicem pertimescere? An, quia non condemnaui sententia mea duos consules, sum reprehendendus? eos

a L. dilectu, & in v.c.

P. CCXIIII.

b L. cedere obsessi: quæ à sen.

c L. arcessitum, & ita v.c.

d L. à re iampridem ad bonorum cæd. & ita v.c.

e v.c. condemnare, damnare.

f v.c. suo quæ quæ arbitratu timere oport. & ita L.

g L. v.c. putarint.

igitur ego potissimùm damnare [a] debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus [b], atque optimè de repub. meritus, damnatorum pœnam sustinerem? quorum etiam delicta, propter eorum egregiam in me conseruando voluntatem, non modò me, sed omneis bonos ferre oporteret, eorum optimum consilium ego potissimùm, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, consilio [c] repudiarem meo? At quam sententiam dixi? Primùm eam, quam populi sermo in animis nostris [d] iam antè defixerat: deinde eam, quæ erat superioribus diebus agitata in senatu: deinde eam, quam senatus frequens, tum, cùm mihi est assensus, secutus est: vt neque allata sit à me res inopinata, ac recēs: nec, si quod in sententia vitium est: magis sit eius, qui dixerit, quàm omnium, qui probarint. At enim liberum senatus iudicium, propter metum, non fuit. Si timuisse eos facis, qui discesserunt: concede, non timuisse eos, qui remāserunt: sinautem sine iis, qui [e] tum abfuerunt, nihil decerni liberè potuit: cùm omnes adessent. cœptum est referri de inducendo S. C. Ab vniuerso senatu reclamatum est. Sed quæro, in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum eius, atque auctor, quid reprehendatur. Vtrùm causa capiendi [f] noui consilij non fuit? an meæ partes in ea causa non præcipuæ fuerunt? an aliò potius confugiendum fuit? quæ [g] res, quæ causa maior [h] esse, quàm fames, potuit, quàm seditio? quàm consilia tua: tuorúmque: qui, facultate oblata, ad imperitorum animos incitandos, renouaturum te tua illa funesta latrocinia ob annonæ causam putarunt [i]? Frumentum prouinciæ frumentariæ partim non habebant, partim in alias terras, credo, propter varietatem venditorum miserant, partim quo gratius esset, tum, cùm in ipsa fame subuenissent, custodiis suis clausum continebant, vt subitò nouum mitterent. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atque ante [k] oculos proposito periculo: neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus. nam, cum ingraueſceret annona, vt iam planè inopia, ac fames, non caritas timeretur: concursus est ad templum Concordiæ factus, senatum illuc vocante Metello consule: qui [l] si verus fuit, ex dolore hominum, & fame: certè cōsules causam susceperè, certè senatus aliquid consilij capere potuit [m]. sin [n] in causa fuit annona, seditionis quidem stimulator [o], & concitator tu fuisti: nónne id agendum nobis omnibus fuit, vt materiem subtraheremus furori tuo? Quid, si vtrumque fuit, & vt fames stimularet homines, & tu in hoc vlcere, tanquam vnguis, exsisteres? nónne fuit eo maiora adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & [p] hoc delectum [q] malum sanare posset? Erat igitur & præsens caritas, & [r] futura fames: inde saxis facta lapidatio est. Si ex dolore plebeio [s], nullo incitante: magnum malum. si P. Clodij impulsu: vsitatum hominis facinorosi scelus. si vtrumque, vt & res esset ea, quæ sua sponte multitudinis animos incitaret, & parati, atque armati seditionis duces: videtúrne ipsa respu. & consulis auxilium imploraſſe, & senatus fidem? Atqui vtrumque fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, summámque inopiam rei frumentariæ, vt homines non iam diuturnam caritatem, sed [t] vt famem planè timerent, nemo [u] negat

a v.c. dāpnare deb. *mendosè.*

b v.c. indemnatus, *mendosè.*

c v.c. meo cōsilio repudiarem? & ita L.

d vestris.

P. CCXV.

e L. qui tum afuerunt.

f v.c. noui cōsilii capiendi

g L. quæ vis, quæ c.

h L. maior, quàm fames, esse potuit? & ita v.c.

i L. putauerunt?

k *fort.* antè oculos posito peric.

l L. qui si verus timor fuit ex dol. hom.

m *fort.* debuit fin.

n *al.* si causa fuit annona.

o v.c. inflimā lator.

P. B.

p L. & hoc delatū mal.

q *al.* delictū.

r L. & futura fames. Nō est satis: facta lapidatio est.

s v.c. plebei, & ita L.

t L. sed famē planè.

u *al.* fuisse nemo n.

hanc istum, otij & pacis hostem, causam[a] arrepturum fuisse ad incendia, cædem, rapinas, nolo, pontifices, suspicemini, nisi videritis. Qui sunt homines à Qu. Metello, fratre tuo, consule, in senatu palàm nominati, à quibus ille se lapidibus appetitum, & [b] percussum esse dixit? L. Sergium, & M. Lollium nominauit. Quis est iste Lollius? qui sine ferro ne nunc quidem te cum est: qui, te tribuno pleb. nihil de me diceam, sed qui Cn. Pompeium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum, damnatus iniuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ. His, atque huiusmodi ducibus, cùm tu in annonæ caritate in consules, in senatum, in bona, fortunásque locupletum[c], per causam inopum, atque [d] peregrinorum, repentinos impetus comparares: cùm tibi salus esse in otio nulla posset: cùm desperatis ducibus decuriatos, ac descriptos haberes exercitus perditorum: nónne prouidèdum senatui fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret? Fuit igitur causa capiendi noui [e] consilij. Videte nunc, fuerintne partes meæ pænè præcipuæ. Quem tú Sergius ille tuus, quê Lollius quêceterę pestes in lapidatione illa nominabant? quê annonam præstare oportere dicebant? nónne me? quid puerorum illa concursatio nocturna? num [f] à te ipso instituta, me frumentum flagitabant? Quasi verò ego aut rei frumentariæ præfuissem, aut compressum aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quidquam, aut curatione, aut potestate valuissem. Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat. Cùm de mea dignitate in templo Iouis Optimi Maximi senatus frequentissimus, vno isto dissentiente, decreuisset: subitò, illo ipso die, carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. Erant qui deos immortaleis (id quod ego sentio) numine suo reditum meum dicerent comprobasse. nonnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturámque reuocabant, qui, quòd in meo reditu spes otij, & concordiæ sita videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, iam pænè belli depulso metu, commutatam [g] esse annonam dicebant: quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, à me, cuius aduentu fore vili tatem boni viri dictitabant, annona flagitabatur. Ego denique non solùm ab operis tuis, impul'u tuo nominabar, sed etiam, depulsis [h], ac dissipatis tuis copiis, à populo Rom. vniuerso, qui tum in Capitolium conuenerat, cùm illo die missùs valerem, nominatim in senatum vocabar. Véni exspectatus. multisi sententiis iam dictis, rogatus sum sententiam. dixi reipubli. saluberrimam [k], ac mihi necessariam. Petebatur à me frumenti copia, annonæ vilitas, quasi possem aliquid in [l] ea re gerenda: non [m] habebatur. flagitabar bonorum expostulatione. improborum conuicia sustinere non poteram. delegaui amico locupletiori, non quo illi, ita de me merito, onus illud imponerem (succubuissem enim potiùs ipse) sed quia videbam id, quod omnes: quos nos de Cn. Pompeio pollicerémur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate denique sua facillimè perfecturum. Itaque, si

[a] al. ansam.* [b] L. etiã percussum. [c] v.c. locupletium, & ita L. d L. atque imperitorum, & sic v.c. & nõnulli lib. vulg. [d] P. CCXVI. [e] q.v.c. consilii noui. [f] L. non à te ipso institit. & sic v.c. [g] v.c. commutatam annonam esse di. [h] fort. dispulsis. [i] L. multis iã sententiis dictis [k] L. saluberrimam, mihi necessariam. [l] L. in ea re, mei ratio non habebatur, vel neq. ratio non habebatur. al. meæ personæ ratio nõ habebatur. vel anni ratio non habebatur. Aut Augst gerenda nominabar, flagitabar. Xanthagulus. præ ceteris.* [m] habeo?

[1] ue hunc dij immortales fructum mei reditus populo Roma. tribuunt, vt, quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset: sic reditu meo vbertas agrorum, frugum copia, spes otij, tranquillitas animorum, iudicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas, mecum simul reducta videantur: siue egomet aliquid adiuuentu meo, consilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio populi [a] Romani præstare debui: præsto, promitto, spondeo: nihil dico amplius: hoc, quod satis est huic tempori, dico, remp. annonæ nomine, in id discrimen, quò vocabatur, non esse venturam. Num igitur in hoc officio, quod fuit præcipuè meum, sententia mea reprehenditur[b]. Rem maximam eripui[c] è peste summi periculi, non solùm eam, sed etiam vos à cæde, incendiis, vastitate: nemo negat: cùm ad causam caritatis accederet iste speculator communium miseriarum, qui semper in reipub. malis, sceleris sui faceis inflammarit[d]. Negat oportuisse quidquam vni extra ordinem decerni. Non iam tibi sic respondebo, vt ceteris: Cn. Pompeio plurima, periculosissima, maxima, terra, marique bella extra ordinem esse commissa: quarum rerum si quem pœniteat, cum victoriæ [e] populi Ro. pœnitere [f]. non ita tecum ago. Cum his hæc à me haberi oratio [g] potest, qui ita disputant, se, si qua res ad vnum deferenda sit, ad Cn. Pompeium delaturos potissimùm: sed se extra ordinem nihil cuiquam dare: cùm Pompeio datum sit, id se pro dignitate hominis ornare, ac tueri solere. Horum [h] ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompeij triumphis: quibus ille, cùm esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Ro. imperiúmque honestauit: constantiam probo, qua mihi quoque vtendum fuit, quo ille auctore [i] extra ordinem bellum cum Mithridate, Tigranéque gessit. Sed cum illis tamen possum aliquid disputare: tua verò quæ tanta impudentia est, vt audeas dicere, extra ordinem dare nihil cuiquam oportere? qui cùm lege nefaria Ptolemæum [k], regem Cypri, fratrem regis [l] Alexandrini, eodem iure regnantem, causa incognita, publicasses, populúmque Rom. scelere obligasses: cùm in eius regnum, bona, fortunas, latrocinium huius imperij immisisses, cuius cum patre [m], auo [n], maioribus societas nobis, & amicitia fuisset: huius pecuniæ deportandæ, &c. [o], si quis suum ius defenderet, bello gerendo M. Catonem præfecisti. Dices, Quem virum? Sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, amicissimum reip. virtute, consilio, ratione [p] vitæ mirabili ad laudem, & propè singulari. Sed quid addo, qui negas esse [q] iuris, quemquam vlli reip. extra ordinem præfici? Atque in hoc solùm inconstantiam redarguo tuam: qui in ipso Catone, quem [r] tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras: quem tuis Sergiis, Lolliis, Titiis, ceteríque, cædis, & incendiorum ducibus, obiiceras: quem carnificem ciuium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras: ad hunc, honorem, & imperium extra ordinem nomina-

[a] al. populo R. [b] v.c. reprehenditur? c veteres, potuisse summi periculi non solùm eam me, sed etiã &c. [d] L. inflammaret. [e] al. victoris populi Romani necesse est pœnitere. [f] al. pœnitere necesse esse: P. CCXVII. [g] v.c. oratio est, &c. non placet. [h] v.c. Horum autè sententiam. [i] al. suã fore. [k] Ptolemæus hic, Ptolemæi Auletis Aegypti regis frater, qui cũ Catone, Clodii regatione adueršum se armatum ad haud sibi expectanda rapus, venenum morem sibi consecuit. [l] Alexandrini reges, qui & Aegyptii, qui & Ptolemæi Laurea. [m] Ptolemæo Euergete, qui & Physcon, [n] L. R. [o] si quis suum ius defend. [p] L. ratione, vitæ mirabili ad l. [q] L. esse verum, quem, quã, &c. [r] verum est.* s v.c. quem tu in eo non pro illi. tim ro-

tim rogatione tua detulisti: & tanta fuisti intemperantia, vt illius tui sceleris rationem occultare non posses. Litteras in concione recitasti, quas tibi à C.Cæsare missas diceres.

CAESAR[a] P. CLODIO. cùm etiam es argumentatus, amoris esse hoc signum[b], cùm nominibus [c] tantùm vteretur, neque adscriberer, proconsulid, aut tribuno pl. deinde [e] gratulari, quòd idē in posterum M.Catonem tribunatu tuo remouisses, & quòd idem [f] in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. Quas aut numquam tibi ille litteras misit: aut, si misit, in concionem recitari noluit: aut, siue ille misit, siue tu finxisti: certè consilium tuum de Catonis honore, illarum litterarum recitatione patefactum est. Sed omitto Catonem, cuius eximia virtus, dignitas, & in eo negotio, quod gessit, fides, & continentia, tegere videntur improbitatem & legis, & actionis tuæ. Quis prouinciam hominī post homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo? quis illam opimam, fertilémque Syriam, quis [g] bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros constitutam, ereptam [h] vi ex Cæsaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit? Cui quidem cùm Ciliciam dedisses, mutasti pactionem, & Ciliciam ad prætorem item extra ordinem transtulisti: Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti. Quid? homini tæterrimo, crudelissimo, fallacissimo, omnium scelerum, libidinúmque maculis notatissimo, L. Pisoni, nónne nominatim populos liberos, multis senatusconsultis, etiam recenti lege fœderi [i] ipsius liberatos, vinctos, & constrictos tradidisti? nónne, cùm abeo merces tui beneficij, pretiúmque prouinciæ, meo sanguine tibi esset persolutum, tamen ærarium cum eo partitus es? Itáne verò? tu prouincias consulareis, quas C. Gracchus, qui vnus maximè populāris fuit, non modò non abstulit ab [k] senatu, sed etiam, vt necesse esset quotannis constitui, per [l] senatum decreta lege sanxit: eas lege [m] Sempronia per senatum decretas, rescidisti? extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed reipub. pestibus? nos, quòd nominatim rei maximæ pænè iam desperatæ, summum virum sæpe ad extrema reipub. discrimina delectum [n] præfecimus, à te reprehendemur? Quid tandem? si, quæ [o] tum illis reipub. tenebris, cæcísque nubibus, & procellis, cùm senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse archipirata cum grege prædonum impurissimo plenissimis velis nauigares: si, quæ tum promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti, perficere [p] potuisses, qui locus in orbe terrarum vacuus extraordinariis fascibus, atque imperio Clodiano fuisset? Sed excitatus aliquando Cn. Pompeij (dicam ipso audiente, quod sensi, & sentio, quoquo [q] animo me auditurus est) excitatus, inquam, aliquando Cn. Pompeij nimiùm diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor, subuênit subitò reipubli. ciuitatémque fractam malis, mutam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam spem libertatis, & pristinæ dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariæ præficiendus non fuit? Scilicet tu heluoni spurcissimo[r], prægustatori libidinum tuarum, hominī egentissimo, & facinorosissimo [s], Sex. Clodio, socio[a] tui sanguinis, qui sua[b] lingua etiam sororem tuam à te abalienauit, omne frumentum priuatum, & publicum, omneis prouincias frumentarias, omneis mancipes, omneis [c] horreorum claueis lege tua tradidisti. qua ex re primùm caritas nata est: deinde inopia: impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis, & bonis. Queritur etiam immortuna pestis, ex ore impurissimo Sex. Clodij rem frumentariam esse ereptam, summísque in periculis, eius viri auxilium imploratum esse remp. à quo sæpe se & seruatam, & amplificatam esse meminisset. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. Quid? de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, nónne extra ordinem tulisti? An de peste ciuis, quemadmodum omnes iam dij, atque homines iudicauerunt, conseruatoris reipub. quemadmodum autem tute ipse confiteris, non modò indemnati, sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre non legem, sed nefarium priuilegium, lugente senatu, mærentibus bonis omnibus, totius Italiæ precibus repudiatis, oppressa, captáque republica: mihi populo Rom. implorante, senatu poscente, temporibus reip. flagitantibus, non licuit de salute populi Ro. sententiam dicere? Qua quidem in sententia, si Cn. Pompeij dignitas aucta est, coniuncta[d] cum vtilitate communi, certè laudandus essem, si eius dignitati suffragatus viderer, qui meæ saluti opem, & auxilium tulisset. Desinant, desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus anteà stantem perculerunt. Quod enim par amicitiæ consularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos, ego, & Cn. Pompeius? quis apud populum Roma. de [e] illius dignitate industriùs, quis senatui sæpius dixit? qui tantus fuit labor, quæ simultas, quæ contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? qui ab illo in me honos, quæ prædicatio de mea laude, quæ remuneratio beneuolentiæ prætermissa est? Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in republi. bene gerenda, hanc iucundissimam vitæ, atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus, & falsis criminibus diremerunt: cùm iidem illum, vt me metueret, me [f] caueret, monerent: iidem apud me, mihi illum esse [g] vni inimicissimum, dicerent: vt neque ego, ab illo quæ mihi petenda essent, satis audacter [h] petere possem: neque ille, tot suspicionibus certorum hominum, & scelere exulceratus, quæ meum tempus postularet, satis prolixè mihi polliceretur. Data merces est erroris mei magna, pontifices, vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat: qui, cùm me non repentinum aliquod meum [i] tempus, sed veteres multo ante suscepti, & prouisi labores, cum vito fortissimo, & clarissimo coniunxissent, sim [k] passus à tali amicitia distrahi: neque intelexerim, quibus aut vt apertis [l] inimicis obsisterem, aut vt insidiosis amicis non crederem. Proinde desinant aliquando me iisdem inflammare [m] verbis: Quid sibi iste vult? nescit, quantùm auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus. cur ornat eum, à quo desertus est? Ego verò neque me tum desertum puto, sed pænè [n] dedi-

a fort. socio, tuique sanguinis. Pantagathus, socio tui facinoris.
b hoc lingua rire postea appellat: Græci, γλωσσοτομεῖν cuiusmodi lingua mala est, etiā? taceat, vt Arnobii verbis vtamur, lib. 7.
c v.c. omnis horreorum claues.
d L. coniunctā vtilitate communi: certe l.
e L. de illius dignitate illustriùs, quis sen. v.c. de il. dignit. inlustriùs, q.
f L. sibi à me caueret. P. CCXIX.
g v.c. vni esse in.
h L. audaciter pe. ere ita v.c.
i v.c. tempus meum.
k al. passus sim.
l L. q. lib. v. as periissimis
m L. inflare verbis:
n al. pœnæ al. planè

tum: nec, quæ sint in illa reipu. flamma gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciundum[a] mihi esse arbitror. Si vtile reipu. fuit, haurire me vnum pro omnibus illam indignissimam calamitatem: etiam hoc vtile sit, quorum id scelere conflatum sit, me occultare, & tacere. Illud verò est hominis ingrati, tacere. Itaque libentissimè prædicabo, Cn. Pompeium studio, & auctoritate æquè, vt vnumquemque vestrûm, opibus, contentione, precibus, periculis[b] denique, præcipuè pro salute mea laborasse. Hic tuis, P. Lentule, cùm tu nihil aliud dies, & nocteis, nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit: hic tibi grauissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandum, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit: huic municipia, coloniásque adiit: hic Italiæ totius auxilium cupientis implorauit: hic in senatu princeps sententiæ fuit idémque cùm dixisset[c], tum etiam pro salute mea populum Roma. obsecrauit. Quare istam orationem, qua es vsus, omittas licet: post illam sententiam, quam dixerama de annona, pontificum animos esse mutatos: perinde[e], quasi isti aut Cn. Pompeio aliter, atque ego existimo, sentiant: aut, quid mihi pro exspectatione populi Romani, pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cuius fortè pontificis animum, quod certò scio aliter esse, mea sententia offendit, alio modo sit constituturus aut de religione pontificum, aut de republi. quàm eum aut cæremoniarum ius, aut ciuitatis salus coegerit. ¶ Intelligo[f], pontifices me plura extra causam dixisse, quàm aut opinio tulerit, aut voluntas mea: sed cùm me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. Sed hoc compensabo breuitate eius orationis, quæ pertinet ad § ipsam cognitionem vestram: quæ cùm sit[h] in ius religionis, & in ius reipub. distributa, religionis partem, quæ multo est verbosior, prætermittens[i], de iure reipub. dicam. Quid est enim aut tam arrogans, quàm de religione, de rebus diuinis, cæremoniis, sacris, pontificum collegium docere conari: aut tam stultum, quàm[k], si quis quid in vestris libris inuenerit, id narrare vobis: aut tam curiosum, quàm ea scire velle, de quibus maiores nostri vos solos & consuli, & scire voluerunt? Nego potuisse iure publico, legibus iis, quibus hæc ciuitas vtitur, quemquam ciuem vlla eiusmodi calamitate affici, sine iudicio. hoc iuris in hac ciuitate, etiam l. tum, cùm reges essent, dico fuisse: hoc nobis esse à maioribus traditum: *hec esse denique proprium liberæ ciuitatis, vt nihil de capite ciuis, aut de bonis, sine iudicio senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re constituti iudices sint, detrahi possit.* Videsne[m] me non radicitus euellere omneis actiones tuas? neque[n] illud agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse iure, non fuisse tribunum pleb.? hoc dico, esse[o] parricidium P: dico apud pontifices: augures adsunt: versor in medio iure publico. Quod est, pontifices, ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, &, cùm [q] potuerit, sit expertus. Quæ deinde causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum[a], ac dignitatis, quę sacrorum, quærib à Pontificum collegio solet. Quid est horum in ista adoptione quæsitum? Adoptat annos viginti[c] natus, etiam minor[d], senatorem. Libe rorúmne[e] causa? At procreare potest. habet vxorem: suscepit etiam liberos. Exheredabit igitur pater filium. Quid? sacra[f] Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est[g] quę omnis notio pontificum, cùm adoptare[g], esse debuit. Nisi, fortè ex te ita quæsitum est, num perturbare rempublicam seditionibus velles: & ob eam causam adoptari, non vt filius esses, sed vt tribunus plebis fieres, & [h] funditus euerteres ciuitatem. Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbauerunt[i], non ætas eius, qui adoptabat, quæsita est, vt in Cn. Aufidio, M. Puppio: quorum vterque nostra memoria, summa senectute, alter Oreſtem, alter Pisonem adoptauit. quas *adoptiones*, sicut alias innumerabileis. *hereditates nominis, pecuniæ sacrorum secutæ sunt*. Tu neque Fonteius es, qui esse debebas: neque patris heres: neque, amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti. Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus, & quam deseruisti, & quam polluisti, iure Quititum[k] legitimo tutelarum, & hereditatum relicto[l], factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisti. Dico apud pontifices. nego, istam adoptionem pontificio iure esse factam: primùm, quòd hæ[m] vestræ sint ætates, vt is, qui te adoptauit, vel[n] tibi loco filij per ætatem esse potuerit: deinde quòd causa quæri soleat[o] adoptandi, vt & is adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, & legitimo, & pontificio iure quærat: & ita adoptet, vt nequid aut de dignitate generum [p], aut de sacrorum religione minuatur. illud in primis, nequa calumnia[q], nequa fraus, nequis dolus adhibeatur: vt hæc simulata adoptio [r] filij, quàm maximè veritatem illam susceipiendorum liberorum imitata esse videatur. Quæ maior calumnia est, quàm venire imberbem[s] adolescentulum, bene valentem, ac maritum: dicere, filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire, & videre omneis: non vt ille filius instituatur, sed vt è patriciis exeat, & tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscurũ. nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius, qui adoptarit. Cur ergo adoptatur [t]? probate genus adoptionis. iam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis, patricius nemo relinquetur. cur enim quisquam velle[u] tribunum plebis se fieri non licere? augustiorem tibi [x] esse petitionem consulatus? in sacerdotium cùm possit venire, quia patricio non sit locus, non venire? Vt cuique aliquid acciderit, quare commodius sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur. Itaque populus Romanus breui tempore, neque regem [y] sacrorum, neque flamines, nec [z] Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes: neque auctores centuriatorum[aa], & curiatorum comitiorum: auspiciáque populi Romani, si [bb] magistratus patricij creati non sint, intereant necesse est, cùm interrex [cc] nullus sit, quòd & ipsum, patricium esse, & à patricio prodi necesse est. Dixi apud pontifices, istam adoptionẽ nullo decreto huius collegij, probatam, contra omne pontificium ius factam, pro nihilo esse ha-

a L. patefaciendũ mihi *&c. & ita v.c.*

b *v.c.* periclis den.

P. B.

c *al.* dixit*

d L. dixerim.

e L. proinde, quasi

§ CONTENTIO NIS pars altera. quæ est DE COGNITIONE PONTIFICVM cuius priore parte ostendit Clodii tribunatũ nullum esse iure sacrorum, auspiciorum, legum.*

g *v.c.* ad eam iam, cognitionémq. vestram: *& ita l.*

h Pontificiorum cognitio in ius religionis & Reip. distributa.*

i L. prætermittam, de iure. *&c. & ita v.c.*

k *al.* quàm, quod quis in vestr.

l *v.c.* etiam tùm regesessent.

P. CCXX.

m L. Videsne me radicitus.

n L. me illud a L. te esse patricium: *& ita v.c.* Nec enim per leges licuit patricio trib. plebis fieri.

p Aut. August. Pontificium. *al.* parricidium.

q fortè quod non potuerit, sit expertus.*

a *fortè* generis vel ætatis vel gentis: nisi fi. generis voce interligas, *&c.*

b De adoptio ne vide titulũ Digestorum & Instit. de adoptionib. & §. Gell. 19.*

c Aetas in adoptanie quæsito.*

d Ordo in adoptionibus quærebatur.*

e id est, quod liberos nullos habeat.*

f Adoptiuus in sacra adoptantis transibat.*

g L. adoptare, ‖ vt Cicero alloquitur P. Clodium qui a

P. B. Fonteio, plebeio homine adoptari voluit, vt trib. pleb. fieret.

h L. & funditus ciuitatem euerteres.

i verum, *approbauerunt*, non habentes libri veteres.

k *v.c.* Quiritium.

l L. derelictes *& ita v.c.*

m L. ea n L. vel filii tibi loco per ætatem ero.

o *al.* solet

p fortè genere, vt & paulò ante emendatum.*

q *v.c.* calumpnia,

r *al.* adoptio.

s *al.* imberbũ ‖ *al.* nequa calumniabit.

t *al.* adoptabit.*

u *al.* volet.*

x quia plebeii consules esse potuerunt: at patricii id. *&c.*

y sacerdotis gradus.*

z L. neq. salios hab.

aa de comitiis & centuriatis vide si Gellii 7.*

bb Es patriciis qui magistratus & sacerdotes e. P. CCXXI. ligeretur.

cc L. interrex nullus esse potest. patricius, & à patricio.*

esse habendam: qua sublata, intelligis, totum tribunatum tuũ cõcidisse. ¶ Venio ad *augures* quorum ego libros, si qui sunt recõditi, non scrutor: non sum in exquirendo iure augurũ curiosus, hæc, quæ vnà cũ populo didici, quæ sæpe in concionibus responsa sunt, noui. *Negant* [a] *fas esse agi cum populo, cùm de cælo seruatum sit.* Quo die de te lex curiata lata esse dicatur, audes negare de cælo esse seruatũ? Adest præsens vir singulari virtute, constantia, grauitate præditus, M. Bibulus: hunc consulem illo ipso die contendo seruasse de cælo. Infirma [b] sunt igitur acta, tua sententia, C. Cæsaris viri fortissimi? Minimé, neque enim mea iã quidquam interest, exceptis his telis, quæ ex illius actionibus in meũ corpus immissa sunt. Sed hæc de auspiciis, quæ ego nunc perbreuiter attingo, acta sunt à te, tu, tuo præcipitante iam, & debilitato tribunatu, auspiciorũ patronus subitò exstitisti: tu M. Bibulum in concionẽ, tu, augures, produxisti, te interrogante augures responderunt, cùm *de cælo seruatum sit*, cũ populo agi non posse, tibi M. Bibulus quærẽti, se de cælo seruasse respondit: idémq; in concione dixit, ab Appio, fratre tuo, productus, te omnino, quòd cõtra auspicia adoptatus esses, tribunum plebis non fuisse. Tua denique omnis actio posteriorib. mensibus fuit: omnia, quæ C. Cæsar egisset, quæ [c] contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere. quod si fieret, dicebas te tuis humeris me custodẽ vrbis in vrbem relaturum. Videte hominis amentiã, vbi per suũ tribunatũ Cæsaris actis alligatus [e] teneretur. ¶ Si & sacrorũ iure pontifices, & auspiciorũ religione augures totum euertunt tribunatum tuum, quid quæris ampliũs? an etiam apertiùs aliquod *ius populi*, atque *legum*? Hora [f] fortasse sexta diei Questus sum in iudicio, cùm C. Antonium, collegam meum defenderem, quædam de republica, quæ mihi visa sunt, ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros forte is longè aliter, atque à me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. Si, quod in ceteris legibus trinũm nundinũm esse oportet, id in adoptione satis est, trium esse horarum: nihil reprehendo. sin éadem obseruanda sunt: decreuit [g] senatus, M. Drusi legibus, quæ contra legem [h] Cæciliam, & Didiam latæ essent, populum non teneri [i]. Iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse? Atque [k] ego hoc totum non sine causa relinquo. video enim, quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse, te cum plebe iure agere potuisse: qui etiam de me ipso, cùm tua rogatione funere elatam rempublicam esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum, atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant, quod [l] de me ciue, ac de repub. bene merito tulisses, funestum funus te indixisse reipublicæ: quod saluis auspiciis tulisses, iure egisse dicebant. Quare licebit, vt opinor, nobis eas actiones nõ infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum tuum comprobauerunt. ¶ Fueris [m] fanè tribunus plebis *tam* [n] *iure, quàm* [o] *lege*, quàm fuit hic ipse Rullus, vir omnibus rebus clarissimus, atque amplissimus: quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tulisti? *Vetãt leges sacratæ, vetant XII. tabulæ, leges* [a] *priuatis hominibus rogari*: *id est* enim priuilegium. nemo vmquam tulit: nihil est crudelius, nihil pernicioſius, nihil, quod minùs hæc ciuitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud, & omnis acerbitas Syllani temporis, quid habet, quod maximè sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor, pœnam in ciues Romanos nominatim sine iudicio constitutam. Hanc vos igitur, pontifices, iudicio, atque auctoritate vestra tribuno plebis potestatem dabitis, vt proscribere possit, quos velit? quæro enim, quid sit aliud proscribere. VELITIS, IVBEATIS, VT M. TVLLIVS IN CIVITATE NE SIT, BONAQVE EIVS VT MEA SINT. Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Hoc plebiscitum [b] est? hæc lex? hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? hoc ferre ciuitas, vt singuli ciues singulis versiculis è ciuitate tollantur? Equidem iam perfunctus sum: nullam vim, nullam impetum metuo: expleui animos inuidorum: placaui [c] odia improborum: saturaui etiam perfidiam, & scelus proditorum. denique de mea causa, quæ vidébatur perditis ciuibus ad inuidiam esse proposita, iam omnes vrbes, omnes ordines, omnes dij, atque homines iudicauerunt [d]. ¶ Vobis met ipsis, pontifices, & vestris liberis, ceteríque ciuibus, pro vestra auctoritate, & sapientia consulere debetis. nam, cùm tam moderata iudicia populi sint à maioribus constituta: primùm, *Vt ne pœna capitu cum pecunia coniungatur*: deinde, *Ne, nisi prædicta* [e] *die, quo accusetur: vt ter antè magistratus accuset* [f], *intermissa die, quàm multam irroget, aut iudicet: quarta sit accusatio trinum nundinum prodicta* [g] *die, qua die iudicium sit futurum*: tum multa etiam ad placandum, atque ad misericordiam reis concessa sunt: deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute: denique etiam siqua res illum [h] diem aut auspiciis, aut [i] excusatione sustulit: tota causa iudiciúmque sublatum est. Hæc [k] cùm ita sint in re, vbi crimen est? vbi accusator? vbi testes? Quid indignius, quàm, qui neque adesse sit iussus, neque citatus, neque accusatus, de eius capite, liberis, fortunis omnibus, conductos, & sicarios, egenteis, & perditos suffragium ferre, & eam legem putare? At, si hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem causa, quem respublica tuebatur, cuius denique pecunia non expetebatur, cui nihil oberat præter conuersionem status, & inclinationem communium temporum: quid tandem futurum est iis, quorum vita remota ab honore populari, & ab hac illustri gratia est: pecuniæ autem tantæ sunt, vt eas nimium multi, egentes, sumtuosi, nobileis concupiscant? Date hanc tribuno plebis licentiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, & eos maximè, qui imminere iam cupiditate videntur in tribunitiam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota reperientur, hoc iure firmato, quæ coëant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari, & spe largitionis oblata. ¶ At quid tulit legum scriptor peritus, & callidus? VELITIS, IVBEATIS, VT M. TVLLIO AQVA [l], ET IGNI IN-

a L. leges priuatas. lo. minib.

n *v.c.* plebiscitum est?

c *hoc totum* plac. od. imp. *non est in* 3. *dib. vet.*

d L. iudicarunt.

e *al.* prædicta die *al.* prodicta d.

f L. citet, interim.

g *al.* prodicta *al.* prædicta

h *al.* illam.*

i L. aut recusatione fust.

k L. Hæc cùm ita sint constituta iure, vbi cr.

v.c. aqua & ignis

a Alij oratione de prouinciis Consularibus.*

b L. infirma sunt igitur, tua sententia, acta C. Cæsaris viri fortiss.

c *al.* quod *al.* quia.*

d L. amentiã qui perire suum tribunatum tum demum voluerit, vbi per f. trib.

e L. alligatus § L. Hora circiter sexta diei.*

f *al.* iudicatum *al.* iudicatur decernunt senatus.

g Lex Cæcilia & Didia Q. Cæcilio Metello & T. Didio Coss. Fabii P. 8. *Consul.* meminit huius legis Cicero 2. ad Atticum 20. Philipp. 3. Hæc autem cauebantur, vt trium nũdinũm proposita lex esset, antequam ferretur: vti quæ capita reprehenderentur, & alia id genus: vnde queritur Cicero triumdinum in adoptione P. Clodij non fuisse. Prouatum 2. ad Atticum 20. Philipp. 3. de triumdino adde Dionẽ 45. 46. & Gell. 9 *al.* generiã inteligis.*

g V.c. At ego hoc totũ &c.

h L. quod de me ciui, ac de rep. bene merito ciui tulisses: funus te indix. in CONTENTIONIS pars tertia: pars secunda seu secundæ partis contentionis. pars altera DE ACTIONIBVS Clodij. Hæc autem parte probat, actiones Clodij esse irritas. Ac primum legem Clodiam, priuato hominis latam esse contra formam iudiciorum, per iniurias & vim latã. Deinde domus suæ euersionem & dedicationẽ reprehendit. n vide 5. Senec. c. 18. de breuitate vitæ l. pen. D. de adopt. o L. tam lege.

TERDICATVR? crudele, nefariũ, ne in scelera tissimo quidẽ ciue [a] ferendũ sine iudicio. Nõ tulit, vt interdicatur. quid ergo? vt interdictum sit. O cœnũ, ô portentũ, o scelus! hanc tibi legẽ Clodius [b] scripsit, spurciorem lingua sua, vt interdictum sit, cui non sit interdictum, Sexte [c] noster, bona venia dic, quoniam iam dialecticus es, & [e] hoc quoque Liguris [d]: quod factum non est, vt sit factum, ferri ad populum, aut verbis vllis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? Hoc tu scriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solùm, sed etiam quadrupedum impurissimo, rempublicam perdidisti. neque tu eras tam excors, támque demens, vt nescires hunc Clodium esse, qui [f] contra leges faceret: & alios [g] esse, qui leges scribere solerent. sed neque eorum, neque ceterorum, in quibus esset aliquid modestiæ, cuiusquã tibi potestas fuit: neque tu legum scriptoribus [h] iisdem ipotuisti vti, quibus ceteri, neque operum architectis [k]: neque pontificem adhibere quem velles: postremò ne in prædæ quidem societate mancipem, aut prædæ socium, extra tuorum gladiatorum numerum: aut denique suffragiatorem in ista tua proscriptione quemquam, nisi furem, aut [l] sicarium, reperire potuisti. Itaque cùm tu florens, ac potens per medium forum populariſ [m] volitares: amici illi tui, te vno amico tecti, & beati, qui se populo commiserant, ita repellebantur, vt etiam Palatinam tuam perderent. qui in iudicium venerant: siue accusatores erant, siue rei: te deprecante damnabantur. denique etiam ille nouitius Ligur [o], venalis adscriptor, & [p] subscriptor tuus, cùm M. Papirij, sui fratris, esset testamento & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit: nomen Sexti Propertij detulit: accusare alienæ damnationis, scelerísque socius [q], propter calumniæ metum, non est ausus. De hac igitur lege dicimus, quæ iure rogata videatur: cuius quam quisque partem tetigit, digito, voce, præda, suffragio: quocumque venit, repudiatus, conuictúsque discessit. Quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, vt se ipsa dissoluat? est enim, QVOD M. TVLLIVS FALSVM SENATVSCONSVLTVM RETVLERIT. Si igitur retulit falsum senatusconsultum, tum est rogatio: si non retulit, nulla est. Satísne tibi videtur à senatu iudicatum, me non modò non ementitum esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam vnum post vrbem conditam diligentissimè senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid si, etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti? taménne arbitraris, id, quod M. Drusus in legibus suis pletisque, bonus [r] ille vir, M. Scaurus, & L. Crassus consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum, & stuprorum omnium [s] Decumis, & Clodiis [t] auctoribus obtinere? Tulisti de me, ne reciperer, non vt exirem: quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romæ. Quid enim diceres? damnatum? Certè non. Expulsum? quî licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum, vt exirem. pœna est, qui receperit: quam omnes neglexerunt. eiectio nusquam est. Verùm sit. quid operum publicorum exactio? quid [u] nominis inscriptio, tibi num aliud videtur esse, ac meorum bonorum direptio: præterquàm quod neid quidem per legem [a] Liciniam, vt ipse tibi curationem ferres, facere potuisti? Quid hoc ipsum, quod nunc apud pontifices agis, te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, in [b] meis ædibus te signum dedicasse, eáque te ex vna rogatiuncula fecisse: vnum & idem videtur esse, atque id, quod de me ipso nominatim tulisti? Tam hercule est vnum, quàm quod idem tu lege vna tulisti: vt Cyprius rex, cuius maiores huic populo socij, atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub præcone subiiceretur, & [c] exsules Byzantium reducerentur. Eidem, inquit, vtráque de re negotium dedi [d]. sed quid, si eidem negotium dedisses, vt in Asia Ciſtophorum [e] flagitaret, inde iret in Hispaniam: cùm [f] Roma decessisset, consulatum ei petere liceret: cùm factus esset, prouinciam Syriam obtineret? quoniam de vno homine scriberes, vna res esset? Quòd si iam populus Romanus de ista re [g] consultus esset, & non omnia per seruos, latronésque gessisses, nónne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret, de exsulibus Byzantinis [h] displiceret? Quæ i est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis [k], & Didiæ, nisi hæc, *ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare?* ¶ *Quid, si per vim tulisti?* taménne lex est? aut [l] quidquam iure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? an, si in ipsa latione tua, capta iam vrbe, lapides iacti, si manus collata non est, idcircò tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis, sine summa vi peruenire potuisti? Cùm in tribunali Aurelio conscribebas palàm non modò liberos, sed etiam seruos, ex omnibus vicis concitatos, vtrum videlicet non parabas? cùm edictis tuis tabernas claudi iubebas, non vim imperitæ multitudinis: sed hominum honestorum modestiam, prudentiámque quærebas. cùm arma in ædem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi vti ne quid per vim agi posset, machinabare? cùm verò gradus Castoris conuellisti, ac remouisti: tũ, vt modestè tibi agere liceret, homines [m] audaceis ab eius templi aditu, atque adscensu repulisti? cùm eos, qui in conuentu virorum bonorum verba de salute mea fecerant [n], adesse iussisti, eorúmque aduocationem, manibus, ferro, lapidibus discussisti: tum profectò ostendisti, vim tibi maximè displicere. Verùm hęc furiosa vis vesani tribuni plebis facilè superari, frangíque potuit virorum bonorum vel virtute, vel multitudine. Quid? cùm Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, vtrique infinitum imperium, ingens pecunia, vt tibi omnia permitterẽt, te adiuuarent, tibi manum, copias, tibi suos [o] paratos centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te suis scelerатis concionibus subleuarent, senatus auctoritatem irrideret, equitibus Romanis mortem, proscriptionémque minitarentur: me terrerent minis: mihi cædem, & dimicationem denuntiarent: meam domum, refertam viris bonis, per amicos suos complerent [p], proscriptionis metu me [q] frequentia nudarent, virorum bonorum me præsidio spoliarent: senatum pro me non modò propugnare, amplissimun ordinem, sed etiam plorare, & supplicare, mutata veste, prohiberent: ne tum quidem vis erat? Quid igitur ego gessi? [s], aut qui timo-

a *L.* cíui sine iudicio ferendum, *& ita v.c.*
b L. Sex. Clodius de quo §.*
c *L.* Sexte noster, bona venia: dic, quon.
d *al.* ligu-ris de quo superius dixi.*
e *al.* & hoc quoque Liguris *& ita v.c.*
f L. qui contra leges faceret: alios qui leg.
g *al.* alios qui leges scribere
h *L.* scriptoribus iisdem po.
i *ver.* iisdem*
k *al.* architectum.*
l L. ac sicarium, *& ita v.c.*
m L. scortũ populare volitaris
n *al.* Palatinam tribũ tuam *Ant. Augusti.* Palatiuam illã tuam.*
o Actius Ligur intercessit, cum L. Mumm. rerib pleb. retulisset de Ciceronis reditu
p *copula, &, abest à v.c.*
q *v.c.* socios propr.
P. B.
r *al.* in bonis *forte* magnus.*
s *al. abest hinc vox, omnium*
t *al.* Cloëlis
in al. quid nominis inscriptio. tibi, num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio.

a de lege Licinia vide Agrariam 2.*
b L. te in meis ædibus signum dedicasse,
c L. exsules Byzatij red.
d L. dedi. Scilicet. Quid si eid,
e Ciſtophorus nummi Asiatici species *Augusti.* Ciſtophorum millies flagitaret *Panegyr.* Ciſtophorum exegisset.*
P. cervetti.
f L. cùm inde decessisset consul.
g L. lege
h Byzantiis displ.
i L. Quæ est enim alia v. *al.* Quæ est, quæso, alia v.
k Legis Cæciliæ & Didiæ de separandis capitibus rogationum memini. orat. pro Sextio *Philip.* 5. ad Atticum 2 3. de legibus Dion 45. 5. Gell. 19.* l *al.* an
m *L.* homines ab eius templi *v.c.* facerent,
o *L.* ibi sparatos centuriones adparatos idem sparsas armatos, ostiarios aut temerarii gestus. Cicero pr. Milone. Sallust. Catil. *Virgil* 10. Aeneid 10. Gell. 25. Festiuitas Romanor. & Sparta Nauii 18.*
p *al.* compilarent.*
q L. me frequentia nudarent virorum bonorum me præs.
r *v.c.* non modo propugnare
f *al.* ceiit.*

timor fuit? non [a] dicam in me quidem: fac me timidum esse natura: quid? illa tot virorum fortissimorum millia: quid [b] illi equi, illi equites Romani: quid? senatus: quid denique omnes boni, si nulla vis [c] erat, cur me flétes potiùs prosecuti sunt, quàm aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam, si mecum ageretur more, institutóque maiorum, vt possem presens sustinere? Vtrùm si dies dicta esset, iudicium mihi fuit pertimescendum: an fine iudicio priuilegium? iudiciũ in causa tam turpi? scilicet is homo sum, qui etiam [d] si causa esset ignota, dicendo non possem explicare. an eam causam probare non poteram, cuius tanta bonitas est, vt [e] ea ipsa non modò se, sed etiam me absentem per se probarit? an senatus, an ordines ij, qui cuncta ex Italia ad me reuocandum conuolauerunt, segniores me presente ad me retinendum, & conseruandum fuissent in ea causa, quam [f] ipse iam parricida talem dicat fuisse, vt me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem exspectatum [g], atque reuocatum queratur? An [h] verò in iudicio periculi nihil fuit: priuilegium pertimui, ne, mihi præsenti si multa irrogaretur, nemo intercederet? Tã inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda respublica à magistratibus? Quid? si vocatæ tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in vllo ciue [k] comprobauissent? An, si ego prætens, fuissem, veteres illæ copiæ coniuratorum, utique perditi milites, atque egentes, & noua vis icerat issimorum consulum corpori meo peperissent? qui cùm eorum omnium crudelitati, sceleríque cessissem, ne absens quidem luctu meo menteis [l] illorum satiare potui. Quid enim vos vxor mea misera violarat? quã vexastis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis. Quid? mea filia, cuius fletus assiduus, sordésque lugubres vobis erant iucundæ, ceterorum omnium menteis, oculósque flectebant: quid? paruus filius: quem, quamdiu [m] abfui, nemo nisi lactymantem, confectúmque vidit: quid fecerat, quòd eũ toties [o] per insidias interficere voluistis? Quid? frater meus, qui cùm aliquanto post meum discessum ex prouincia venisset, neque sibi viuendum, nisi me restituto, putaret, cùm eius mœror, squálorp increbuisset, & inauditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur q: quoties [r] ex vestro ferro, ac manibus est elapsus? Sed quid ego vestram crudelitatem exprómo, quam in ipsum me, ac meos adhibuistis: qui parietibus, qui tectis, qui columnis, ac postibus meis horrificum [s] quoddam, & [t] nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis? non enim te arbitror, cùm post meum discessum, omnium locupletum [u] fortunas, omnium prouinciarum fructus, & terrarcharum, ac regum bona, spe [x] & auaritia deuorasses, argẽti, & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum: non existimo, Campanum illum consulem cum saltatore collega, cùm alteri totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnémque babariã, bono ciuium Romanorum condonasses: alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas, pacatissimáque genteis ad diripiendum tradidisses: illos tam cupidos liminum meorum, & columnarum, & valuarum fuisse. Neque porrò illa manus, copiæque Catilinæ, cæmentis, ac [a] tegulis meorum tectorum se famem suam explere putauerunt. Sed vt hostium vrbes, nec omnium hostium, verùm eorum, quibuscum acerbum bellum, intestinúmque [b] suscepimus, non præda adducti, sed odio solemus excidere [c], quòd, in quos propter eorũ crudelitatem inflammatæ mentes nostræ fuerunt, cũ horũ etiã tectis, ac [d] sedibus residére aliquando bellũ semper videtur: * * *[e] Nihil erat latum de me: non adesse eram [f] iussus: non citatus fueram: eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis, cùm domus in Palatio, villa in Tusculano, altera [g] ad alterum consulem, transferebatur. *senatum consules* vetabant [h]. columnæ i marmoreæ ex ædibus meis, inspectante populo Romano, ad [k] socerum consulis portabantur: in fundum autem vicini consulis non modò instrumentum, aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur: cum ipsa villa non prædæ cupiditate (quid enim erat prædæ?) sed odio, & crudelitate funditus euerteretur. domus ardebat in palatio non fortuitò, sed oblato incendio: consules [l] epulabantur, & in coniuratorum gratulatione versabantur, cùm alter se Catilinæ delicias, alter Cethegi consobrinum fuisse diceret. Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo corpore oppositò, à [m] bonorum omnium ceruicibus depuli, omnémque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inueterata, compressò odio, atque tacito, iam [n] erumpebat in actum, tam audaceis duces excepi meo corpore. in me vno consulares faces iactæ manibus tribunitiis: in me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæserunt. Quòd si, vt multis fortissimis viris placuit, vi [o] & armis contra vim decertare voluissem: aut vicissem cum magna internecione improborum, sed tamen ciuium: aut, interfectis bonis omnibus, quod illis optatissimũ erat, vnà cũ rep. cõcidissem. Videbam, vino senatu, populóq; Romano celerẽ [p] mihi summa cũ dignitate reditũ: nec intelligebã fieri diutiùs posse, vt mihi non liceret esse in ea republica, quam ipse seruassem. quòd si non liceret: audieram, & legeram, clarissimos nostræ ciuitatis viros, se in medios hosteis ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse q: ego pro salute reipublicæ vniuersæ dubitarem? Hoc [r] meliore conditione esse, quàm Decij, quòd illi ne auditores quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem, Itaque infractus furor tuus, inaneis [s] faciebat impetus. omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat. non erat in tam immani [t] iniuria, tantísque ruinis nouæ crudelitati locus. Cato [u] fuerat proximus. (quid ageres, non erat,) vt qui modus omnibus moribus fuerat, idem esset iniuriæ. Quid? posses extrudere ad Cypriam pecuniam. Præda perierit. Alia non deerit: hunc modò amandandũ esse. Sic M. Cato, inuisus [x], quasi per beneficium, Cyprum relegatur. eiiciuntur duo, quos y improbi videre nõ poterant: alter per honestissimam calamitatem. Atque, vt sciatis, nõ homi-

endis rebusque getendis fuerat proximus, quid ageres? Non erat vt qui modus omnium moribus fuerat, idem tibi adiutor esset iniuriæ. *x *forte* inuisus, y v.c. quos videre improbi non p. *& ita* v.c.

a L. non dicam in me: fac me
b v.c. Quid nostri equites R:
c v.c. erat vis,
d L. fi iam causa &c. *& ita* v.c.
e *forte* vt ea ipsa se non modò præsente me, sed etiam absente, per se probarit
f L. quam ipse etiam Patricida
g *al.* experientem.*
h *al.* At verò in iud. periculi nihil fuit: priuilegium pertimui, ne, mihi præsenti si multa irrogaretur, nemo intercederet? Tã inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda respublica à magistratibus? Quid? si vocatæ tribus essent, proscriptionem
i *al.* Quid, si vocatæ tribus essent, proscr. &c.
k v.c. ciui *& ita* L.
l v.c. menteis illorum s. *& ita* L.
m L. lacera filia,
n L. quãdiu abfui
o v.c. toties, *mendose*
p L. celerẽ quæ iniqr. q *al.* v. debatur*
r v.c. quotiens *mendose*
s *al.* hostificũ *al.* hostificũ.*
t L. & nefarium, omniq; u v.c. locuplet. *& ita* L. *forte*
x v.c. spe, atque auaritia *& ita* L.

nibus istum, sed virtutibus hostem semper fuisse: me expulso, Catone amandato, in eum ipsum se conuertit, quo auctore, quo adiutore, in concionibus, ea, quæ gerebat, omnia, quæque gesserat, se fecisse, & facere dicebat. Cn. Pompeium, quem omnium iudicio longè principem esse ciuitatis videbat, diutiùs furori suo veniam daturum non arbitrabatur. qui ex eius custodia, per insidias regis amici filium, hostem, captiuum, surripuisset, & ea iniuria virum fortissimum lacessisset: sperauit iisdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem, bonorum periculo, dimicare: & primò quidem, adiutoribus consulibus: postea fregit fœdus Gabinius: Piso [a] tamen in fide mansit. Quas iste tum cædeis, quas lapidationes, quas fugas fecerit: quàm facilè ferro, quotidianisque insidiis, cùm iam à firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompeium foro, curiáque priuarit, domúmque. coniecerit, vidistis. ex quo iudicare potestis [b], quanta vis illa fuerit oriens, & congregata, cùm hæc Cn. Pompeium terruerit iam distracta, & exstincta. Hoc vidit in sententia dicenda Kalendis Ianuariis vir prudentissimus, & cùm reipublicæ, tum mihi, tum [c] etiam veritati amicissimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non censuit: qui me consuluisse reipub. cessisse tempestati: amiciorem vobis, ceterisque ciuibus, quàm mihi, ac meis exstitisse: vi, armis, dissensione hominum ad cædem instituta, nouóque dominatu pulsum esse dixit: nihil de meo capite potuisse ferri: nihil [d] esse inscriptum, aut posse valere: omnia contra leges, morésque [e] maiorum, temerè, turbulentè, per vim, per furorem esse gesta. quòd si illa lex esset, nec referre ad senatum consules [f], nec sententiam dicere sibi licere: quorum vtrumque cùm fieret, non oportere, vt de me lex ferretur, decerni: ne illa, quæ nulla esset, esse lex iudicaretur. Sententia [g] verior, grauior, vtilior, melior reipublicæ nulla esse potuit. hominis enim scelere, & furore notato, similis à republica labes in posterum dimouebatur [h]. Neque hoc Cn. Pompeius, qui ornatissimam de me sententiam dixit, vósque, pontifices, qui me vestris sententiis, auctoritatibúsque defendistis, non vidistis, illam [i] esse nullam, atque esse potiùs flammam temporis, interdictum sceleris, vocem furoris: sed prospexistis, nequa popularis in vos aliquando inuidia redundaret, si sine populi iudicio restituti videremur. eodémque consilio, M. Bibuli, fortissimi viri, senatus sententiam secutus est, vt vos de mea domo statueretis: non quòd dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum: sed nequis oriretur aliquando in tanta vbertate improborum, qui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret. nam legem quidem istam, nullã esse, quotiescumque de me senatus sententiam dixit, toties iudicauit: quoniam [k] quidem scripto illo istius, sententiam dicere vetabatur [l]. Atque hanc rem par illud simile, Pisó, & Gabinius, vidit. Homines legum, iudiciorúmque metuentes [m], cùm frequentissimus senatus eos, vt de me referrent, quotidie flagitaret. non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediti. Erat hoc verum. nam impediebantur, verum ea lege, quam idem iste de Macedonia, Syriáque tulerat. Hanc tu P. Lentule, neque priuatus, neque consul legem esse vmquam putasti. nam tribunis plebis referentibus, sententiam de me designatus consul sæpe dixisti: ex Kalendis Ianuariis, quoad perfecta res est, de me retulisti, legem promulgasti, tulisti: quorũ tibi, si esset illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus, collega tuus, vir [i] clarissimus, quam legem esse homines alienissimi à P. Clodio, iudicarant, Piso & Gabinius, eam nullam esse frater P. Clodij, cùm de me ad senatum tecum vnà retulit, iudicauit. Sed isti, qui Clodij leges timuerunt, quemadmodum ceteras obseruarunt? Senatus quidem, cuius est grauissimum iudiciũ de iure legum, quotiescumque de me consultus est, toties eam nullam esse iudicauit. quod idem tu, Lentule, vidisti in ea lege, quam de me tulisti. nam non est ita latum, vt mihi Romam venire liceret, sed vt venirẽ. non enim voluisti, id, quod licebat, ferre, vt liceret: sed me ita esse in republica, magis vt arcessitus imperio populi Romani viderer, quàm ad administrandam ciuitatem restitutus. ¶ Hunc tu etiam, pernicioſa[b] pestis, *exsulem* [c] appellare ausus es, cùm tantis sceleribus esses, & factis notatus, vt omnem locũ, quo adisses, exsulij similimum redderes? quid est enim exsul? ipsum per se nomen, calamitatis [d], non turpitudinis. Quando igitur est turpe? Re vera, quando [e] est pœna peccati: opinione autem hominum, etiam si est pœna damnati. Vtrùm igitur *peccato meo exsulis nomen subeo, an re iudicata? Peccato* [f]? Iam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui felicem Catilinam nominant, neque quisquam eorum, qui solebant. non modò iam nemo est tam imperitus, qui ea, quæ gessi in cõsulatu, peccata esse dicat: sed nemo est tam inimicus patriæ, qui non meis consiliis patriam conseruatam esse fateatur. Quod enim est in terris commune tantum, tantulúmve consilium, quod non de meis rebus gestis ea, quæ mihi essent optatissima, & pulcherrima, iudicarit? Summum [g] populi Romani, populorúmque, & gentium omnium, ac regum consilium, *senatus* decreuit, vt omnes, qui rempublicam saluam esse vellent, ad me vnum defendendum venirent: ostenditque, nec stare potuisse rempublicam, si ego non fuissem [h] restitutus, nec futuram esse vllam, si non redijssem. Proximus est huic dignitati *ordo equester*. omnes omnium publicanorum [i] societates de meo consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima, atque ornatissima decreta fecerunt. *Scribæ*, qui nobiscum in rationibus, monumentisque publicis versantur, non obscurum de meis in rempublicam beneficiis suum iudicium, decretúmque esse voluerunt. Nullum est in hac vrbe *collegium*, nulli pagani [k], aut montani (quoniam plebi [l] quoque vrbanæ maiores [m] nostri conuenticula, & quasi consilia [n] quædam esse voluerunt) qui non amplissimè non modò de salute mea, sed etiam de dignitate decreuerint. Nam quid ego illa diuina, atque immortalia municipiorum, & coloniarum, & totius Italiæ decreta commemorem, quibus, tanquam gradibus, mihi videor in cælum adscendisse, non solùm in patriam reuertisse? Ille verò dies quis [o] fuit, cùm te, P. Lentule, legem de me ferente populus Romanus ipse [p] vidit

a *L.* Piso autem in f.

b *al.* potuistis.*

c *forte.* tum etiam libertati amicissimus.

d *L.* nihil esse iure scriptum, aut *Pantagathus* nihil esse iure scitum.*

e *L.* morémque maiorũ, *& ita v.c.*

f *L.* consulibus, nec f.

g *v.c.* Sententia grauior, verior, melior, vtilior

h *L.* demouebatur. P. ccxxvii.

i *L.* illam legem esse nullam.

k *al.* quandoquidem; l *v.c.* videbatur *forte* quoniam quidem ex præscripto istius sententiam dicere iubebatur.

m *v.c.* timebat.

a *v.c.* clarissimus vir.

P. B.

b *al.* portenta fœda c EXILIVM suum probat non esse pœnam peccati, aut iudicij.* d *L.* calamitatis est, non turpitud. e *L.* cùm est, *&c. & ita L.* f *al.* Peccato. iam neque tu id d.

g *L.* Summa est populi R. populorúmque & gentium omn. ac regum consilium. Decreuit vt. *&c.* h *al.* ciuitatem nec esse vllam. i *v.c.* publicanorum

k de paganis plebis Romanæ dixi. Io. de petitione consulatus.* l *al.* plebei quoniam Halicarnass. quædam de Numa dicebat. τὰ δὲ πατρικὰ καὶ ἀρχαῖα ἐκ τῶν ἱερῶν ἐστὶ τὰ περὶ τὸν ἡμέτερον βίον. p. cxxvii. ἐκβαίνοις πάντως.* n *al.* coetia. o *v.c.* qui fuit. p *al.* ipse se vidit.*

vidit, sensitque, quantus, & quanta dignitate esses [a]? constat nullis vmquam comitiis, campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Omitto ciuitatum, nationum, prouinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in [b] omneis mortaleis meritis vnum iudicium, vnúmque consensum: aduentus meus, atque introitus in vrbem qui fuit? vtrùm me patria sic accepit, vt lucem, salutémque redditam sibi, ac restitutam accipere debuit, an vt crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales de me dicere solebatis. Itaque ille vnus dies, quo die me populus Ro. à porta in capitolium, atque inde domum sua celebritate, lætitiáque, comitatum honestauit, tantæ mihi iucunditati fuit, vt tua mihi conscelerata illa vis, non modò non propulsanda, sed etiam emenda fuisse videatur. Quare illa calamitas (si ita est appellanda) excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat iam reprehendere [c] consulatum meum tot, tantis, tam ornatis iudiciis, testimoniis auctoritatib. comprobatum. Quod si in isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras [d] meam: quid te aut fieri, aut fingi dementius potest? vno enim maledicto, bis à me patriam seruatam esse concedis: semel, cùm id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti: iterum, cùm tuum, multorúmque, propter te re, inflammatum in bonos omneis impetum, meo corpore excepi, ne eam ciuitatem, quam seruassem inermis, armatus in discrimen adducerem. Esto, non fuit in me pœna vlla peccati, *At fiunt iudicy.* Cuius? quis me vmquam vlla lege interrogauit? quis postulauit? quis diem dixit? Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus [e]? hoc tribunitium [f] est? hoc populare est? quamquam vbi te popularem, nisi cum pro populo fecisti, potes [g] dicere? Scilicet cùm iuris à maioribus proditum sit, *Vt nemo ciuis Romanus aut libertatem* [h], *aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit?* quod tu ipse potuisti in tua causa discere. credo enim, quamquam in illa adoptione legitimè factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctorne esses, *Vt in te P. Fonteius vitæ* [i], *necisque potestatem haberet, vt* [k] *in filio.* Quæro, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen id XXX. curiæ iussissent, num id iussum esset ratum? certè non. quid ita? quia ius à maioribus nostris, qui non fictè, & fallaciter populares, sed verè, & sapienter fuerunt, ita comparatum est. *Vt ciuis Romanus libertatem nemo* [l] *posset inuitus amittere.* Quinetiam, si decemuiri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen, quotiescumque vellet quis, in [m] hoc genere se rem iudicatam referre [n] voluerunt. *Ciuitatem* verò nemo vmquam vllo populi iussu amittet inuitus. Qui ciues Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nominéque dederant. qui erant rerum capitalium condemnati, non priùs hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant. id autem vt esset faciendum [o], non ademtione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. Populus Roma-

nus, L. Sylla dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis ciuitatem ademit: ademit iisdem agros. de agris ratum est: (fuit enim populi potestas) de ciuitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Syllani temporis arma valuerunt. Hanc [a] verò Volaterranis, cùm etiam tum essent in armis, L. Sylla victor, republica recuperata, comitiis centuriatis, ciuitatem eripere non potuit: hodiéque Volaterrani non modò ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac ciuitate: consulari homini P. Clodio, euersa republica, ciuitatem adimere potuit, concilio aduocato, conductis operis non solùm egentium, sed etiam seruorum, Sedulio [b] principe, qui se illo die confirmauit [c] Romæ non fuisse? Quòd si non fuit, quid te audacius, qui in [d] eius nomen incideris? quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? sinautem is primus sciuit, quod facilè potuit, propter inopiã tecti, in foro pernoctans: cur non iuret se Gadibus [e] fuisse, cùm tu te fuisse Interamnæ probaueris? Hoc tu igitur homo popularis, iure munitam ciuitatem, & libertatem nostram putas esse oportere, vt, si, tribuno plebis rogante, VELITIS, IVBEATIS VE, Sedulij centũ se velle, & iubere dixerint, possit vnusquisque nostrũm amittere? Tum igitur maiores nostri, populares non fuerunt, qui de ciuitate, & libertate, ea iura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec [f] res tum iudicata, nec denique vniuersi populi Rom. potestas, quæ ceteris in rebus est maxima, labefactare possit. At tu etiam, ereptor ciuitatis, *legem de iniuriis publicis tulisti* Anagnino nescio cui Menulæ [g], per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit, vt locus ipse in [h] tua tanta iniuria legem, & inscriptionem statuæ refelleret. quæ res municipibus Anagninis ornatissimis [i] multo maiori dolori fuit, quàm quæ idem ille gladiator scelera Anagniæ fecerat. Quid, si ne scriptum quidem vmquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius negat sciuisse: tu huius, vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohonestes, auctoritatem amplecteris? Sed, tametsi nihil de me tulisti, quo minùs essem non modò in ciuium numero, sed etiam in eo loco, in quo me honores populi Romani collocauerunt [k]: taménne eum tua voce violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum, tot vides iudiciis senatus consulum, populi Romani, totius Italiæ honestatum? quem ne tum quidem, cùm aberam, negare poterãs esse tua lege senatorem? Vbi enim tuleras, vt mihi aqua [l], & ignis interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. homines seditiosissimi de optimis, ac fortissimis ciuib. non, vt esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed vt interdiceretur. Vbi cauisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam [m] quibusdam damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Quare hoc ex [n] Clodio *scriptore* legum tuarum: iube adesse: latitat omnino: sed si requiri iusseris, inuenient hominem apud [o] sororem tuam, occultantem se, capite demisso. Sed si patrem tuum, ciuem medius fidius egregium, dissimilémque vestri, nemo vmquam sanus exsulem [p] appellauit,

a *v.c.* esse*m* *fors.* esset

b *v.c.* in omnis mortalis

c *vv.* reprẽdere

d *al.* meam illustras:

e Indemnatum interfici leges XII. tabularum vetuerunt: Sallustius. *g.* de prouidentia. Nec quemquam scelestum indemnatum impune voluisse occidi Augustinus. *l.* de ciui. *c.* 19. Inauditum dixit Vlpianus. *l.* 2. *ff.* de Senatib.*

f *al.* tribunitium hoc P. R. popularesque* *g* L. potes dicere? Potest desinere ei vis esse, cùm

h Ciceronẽ exilio suo libertatem vel ciuitatem nõ amisisse.*

i Parres iuris & necis in libe os olim habuere *l. filius* 11. *ff. f.* & *l. vlt. Cod. de patria potest.* & *alia multa, lo cis ia dicere.*

k L. vt in filium. k quæ verba Lambinus putat subdititia. Lõge aliud ego. Nam in formula arrogationis hoc continebatur *S. Gell. 19.*

l L. nemo potest in *l.* hoc in genere se rẽ iudicatam ref. posse vel *al.* hoc in genere solo rem iudicatã referri posse voluerunt.* n *al.* recindere posse voluerunt *mss.* referre rem P. CCXXIX. iudicatam, sit de re semel iudicata iterum cogoscere* o *al.* faciun

a L. Anvero Volaterranis

b *al.* Fidulo*

c *al.* confirmat.*

d *Ant. Augast. & Faernus* qui in eũ eius incideris.*

e *Ant. Augast.* in gradibus.

P. R.

f L. nec res iudicata, n* *al.* nec res iã iudicata.

g L. Menullæ. *& ita v. c.*

h L. in tanta tua *& ita v. c.*

i hæc vox deest quibusdam.

k L. collocarunt:

l L. aqua, & igni interdiceretur, quibus dãnatus interd. *& ita Petrus Faber Tholosanus. Panta. gaith.* ciuibus iam*

m L. è Sex. Clodio ser. n hoc quid, superius dictum est vero longè turpissimum.*

o Exsul nõ est qui adesse propter iniquitatem tyranni non vult. Sic latitare is non dicitur, qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones *l.* 7 §. 4. *quibus ex causis in possess.** P. CCXXXV

qui cùm de eo tribunus plebis promulgasset, adesse propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, eique imperium est abrogatum: si in illo pœna legitima turpitudinem nõ habuit propter vim temporum: in me, cui dies dicta numquam est, qui reus non fui, qui numquam sum à tribuno plebis citatus: damnati[a] pœna esse potuit, ea præsertim, quæ ne in ipsa quidem rogatione perscripta [b] est? At vide, quid interfit inter illum iniquissimum patris tui casum, & hanc fortunam, conditionémque nostram. patrem tuum, ciuem optimum, clarissimi viri filium, qui si viueret, qua seueritate fuit, tu profectò non viueres, L. Philippus censor aununculum suum præterijt in recitando senatu. nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quæ erant acta in ea republica, in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset. me L. Cotta homo censorius, in senatu iuratus dixit, se, si censor tum esset, cùm ego abessem, meo loco senatorem recitatum fuisse. Quis in meum locum iudicem subdidit? quis meorum amicorum testamentum discessu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod & si adessem? quis non modò ciuis, sed socius recipere contra tuam legem, & iuuare dubitauit? Denique vniuersus senatus multo ante, quàm est lata lex, de me gratias agendas censuit ciuitatibus iis, quæ M. Tullium: tantúmne? immò etiam ciuem optimè de republica meritum, recepissent. Et tu vnus pestifer ciuis, eum restitutum negas esse ciuem, quem ejectum vniuersus senatus non modò ciuem, sed etiam egregium ciuem semper putauit? At verò, vt annales populi Romani, & monumenta vetustatis loquuntur, Censor [c] ille Quinctius, & M. Furius Camillus, & M. Seruilius Ahala [d], cùm essent optimè de republica meriti, tamen [e] populi incitati vim, iracundiámque subierunt: damnatíque comitiis centuriatis cùm in exsilium profugissent, tursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quòd si iis damnatis non modò non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestauit: (nam, etsi optabilius est, cursum vitæ conficere sine dolore, & sine iniuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert desideratũ esse à suis ciuib. quàm omnino numquã esse violatum) mihi [f] sine vllo iudicio populi profecto, tum amplissimis omnium iudiciis restituto, maledicti locum, aut criminis obtinebit? Fortis, & constans in optima ratione ciuis, P. Popillius, semper fuit. tamen eius in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quàm calamitas ipsa. quis enim iam meminisset, eum bene de republica meritum, nisi & ab improbis expulsus esset, & per bonos restitutus? Qu. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena grauitatis: tamen huius vnius laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagauit. Quòd [g] si & illis, qui expulsi sunt iniquè, sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis, rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiæ, non desiderio ciuitatis, inimicorum iniuria probro non fuit: in me, qui profectus iam integer, absfui [h] simul cum republica, dicam maxima cum dignitate, te viuo [i], fratre tuo altero consule reducente, altero prætore petente: tuum scelus, meum probrum putas esse oportere? Ac, si me populus Romanus incitatus iracundia, aut inuidia, è ciuitate eiecisset, idémque postea mea in remp. beneficia recordatus, se collegisset, temeritatem, atque iniuriam suam restitutione mea reprehendisset: tamẽ profectò nemo tam esset amens, qui [a] mihi populi tale iudicium non dignitati potiùs, quàm dedecori putaret esse oportere. nunc verò, cùm me in iudicium populi nemo omnium vocarit: condemnari non potuerim, qui accusatus non sim: denique ne expulsus quidem ita sim, vt, si contenderem, superare non possem: contráque à populo R. semper sim defensus, amplificatus, ornatus: quid est, quare quisquam mihi se ipsa populari ratione anteponat [b]? An tu populum Romanum esse illum [c] putas, qui constat ex iis, qui mercede conducuntur? qui impelluntur, vt vim afferant magistratibus? vt obsideant senatum? optem quotidie cædem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteras: cui populo duces Lentidios [d], Lollios, Sergios præfeceras. O speciem, dignitatémque populi Romani, quam reges, quam nationes exteræ, quam gentes vltimæ pertimescunt, multitudinem hominum ex seruis conductis, ex facinorosis, ex egentibus congregatam! Illa fuit pulchritudo populi R. illa forma, quam in campo vidisti tum, cùm etiam tibi contra senatus, totiúsque Italiæ auctoritatem, & studium, dicendi [e] potestas fuit. Ille, ille populus est, dominus regum, victor, atque imperator omnium gentium, quẽ illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cùm omnes principes ciuitatis, omnes ordinum, atque ætatum omnium suffragium se non de ciuis, sed de ciuitatis salute ferre censebant: cùm denique homines in campum non tabernis, sed municipiis clausis venerunt. Hoc ego populo, si tum consules aut fuissent in republica, aut omnino non fuissent: nullo labore, tuo præcipiti furori, atque impio sceleri restitissem, sed publicam causam contra vim armatam, sine populi præsidio suscipere noluisse: non [f] quo mihi P. Scipionis, fortissimi viri, vis intima, priuati hominis, displiceret: sed Scipionis factum statim P. Mucius consul, qui in gerenda republica putabatur fuisse segnior [g], gesta multis senatusconsultis non modò defendit, sed etiam ornauit: mihi aut, te interfecto, cum consulibus: aut, te viuo, & tecum, & cum illis, armis decertandum fuit. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. ad seruos medius fidius res peruenisset: tantum homines impios ex vetere illa conjuratione inustum nefariis mentibus bonorum odium [h] retinebat. Hic tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferenda, quæ soleam de me prædicare: & homo facetus, inducis etiam sermonem vrbanum, ac venustum: me dicere solere, *esse me Iouem*: eundémque dictitare, *Mineruam esse sororem meam*. Non tam insolens sum, qui i Iouem esse me dicam: non tam ineruditus, qui [k] Mineruam Iouis sororem, meam esse sororem existimem. sed tamen ego mihi sororem virginem asciſco: tu sororem tuam virginem esse non fuisti. Sed vide, ne, tu te debeas Iouem dicere, quòd tu iure eandem sororem, & vxorem appellare possis. Et quoniam hoc reprehendis,

a *v.c.* damnati *mendose* b *al.* præscripta.*

c L. Cæso ille Quinctius ‖ *al.* Kæso. Fuit autem P. B. hic L. Quinctii Cincinnati filius, qui exsul ad Tuscos abiit, de Republica aliquid bene meritus. Liuius. 3.*

d *I.* Ahala, e *v.c.* tamẽ populi concitati iracundiam subierunt:

f L. mihi cũ sine vllo iud.

g L. Quod si illis, q.

i L. absfui simul cũ reprehendi; maxima cũ ego, & *al.* maxime.*

P. CCXXXI. a L. qui mihi tale populi iud.

b *Panag.* anteponatur.*

c L. putas illam, & ita *v.c.*

d *v.c.* Lentid. Lollios, Plaguleios, Seruios præ.

e *I.* dicendi potestas defuit.

P. B.

f *al.* non quod

g L. segnior quàm gesta,

h fuit, odiũ retinebat. quod Iouem me esse dicoquã erudilus, quod Mineruã sororem Iouis exilimo.*

k L. qui Mineruam Iouis fil. amsororem meã esse exist. Passerat. Mineruam Iouis, sororem meam. Ang. Mineruam Iouis sororem existimem. Panagiak. Mineruam sororem meam, Iouis sororem existimem.*

hendis, quòd solere me dicas de me ipso gloriosiùs prædicare: quis vmquam audiuit, cùm ego de me, nisi coactus, ac necessariò dicerem? nam si, cùm mihi furta, largitiones, libidines obiiciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus, patriam esse conseruatam [a], non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quàm de obiectis non confiteri. sed si mihi ante hæc durissima reipublicæ tempora nihil vmquam aliud obiectum est, nisi crudelitas illius temporis, cùm à patria perniciem depuli: quid? me huic maledicto vtrùm non respondere, an demisse respondere decuit? Ego verò etiam reipublicæ semper interesse putaui, me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ, gessissem, splendorem verbis, dignitatémque retinere: præsertim cùm mihi vni in hac republica audiente populo Rom. *Opera* [c] *mea hanc vrbem, & hanc rempublicam esse saluam* iurato [c] dicere fas fuisset. Exstinctum est iam illud maledictum crudelitatis, quòd me non vt crudelem tyrannum, sed vt mitissimum parentem omnium ciuium studiis desideratum, repetitum, arcessitum vident. Aliud exortum est, obiicitur [d] mihi meus ille discessus: cui ego crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim, pontifices, debeo dicere? peccare me conscientia profugisse? At id, quo mihi crimini dabatur, non modò peccatum non erat, sed erat res, post [e] natos homines pulcherrima. Iudicium populi pertimuisse? At id, nec propositum vllum fuit, &, si fuisset, duplicata gloria discessissem. Bonorum mihi præsidium defuisse? Fallum est. Me mortem timuisse? Turpe est. Dicendum igitur est id, quod non dicerem, nisi coactus: (nihil enim vmquam de me dixi sublatiùs ascendéq; laudis causa potius, quàm criminis depellendi) dico igitur, & quàm possum maxima voce dico: Cùm omnia perditorum, & coniuratorum incitata [f] vis, duce tribuno pl. cõsulibus auctoribus, afflicto senatu, perterritis equitib. Romanis, suspensa, ac sollicita tota ciuitate, non tam in me impetum faceret, quàm per me in omneis bonos: me vidisse, si viciissem tenueis reipublicæ reliquias: si victus essem, nullas futuras. quod cùm iudicassem: deflecui coniugis miseræ dissidium [g], liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis, amantissimi, atque optimi casum, subitas fortunas familiæ ruinas. sed his omnibus rebus, vitam anteposui meorum ciuium: rémque publicam condere [h] vnius discessu, quàm omnium interitu occidere malui. speraui, id quod accidit, me iacentem posse à viuis viris fortibus excitari: si vnà cum bonis interiissem, nullo modo posse recreari. Accepi, pontifices, magnum, atque incredibilem dolorem: non nego: neque istam mihi asciscо sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse, atque afflicto loquebantur. An ego poteram, cùm à tot rerum tanta varietate diuellerer, (quas idcirco prætereo, quòd ne nunc quidem sine fletu commemorare possum) inficiari me esse hominem, & communem naturæ sensum repudiare? Tum verò neque illud meum factum laudabile, nec beneficium vllum à me in rempublicam profectum

a v.c. seruatam.

B. CCXXXII.

b Id iurabãt cõsulatu fungentes ad Ciceronem in Pisonem 2. & ep. Ro. famil. 2.*

c vide quæ ad hunc locum scripsi, & epistolar familiar. 2.*

d v.c. obiicitur

e L. post homines natos pulch.

f v.c. incita vis.

g L. diffidiũ P. B.

h L. concidere vn. d. al. cadere vn. al. concidere.*

i L. neq. beneficium

A dicerem, si quidem ea reipublicę causa reliquissem, quibus æquo animo carerem: eámque animi duritiem, sicut corporis, quod cùm vritur, non sentit, stuporem potiùs, quàm virtutem putarem. Suscipere tantos animi dolores, atque ea, quæ, capta vrbe, accidunt victis, stante vrbe vnum perpeti, & iam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas, patriæ denique causa patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre prætextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petenteis funeris: hæc omnia subire conseruandorum ciuium causa, atque ita, vt dolenter absis, non tam sapiens, quàm ij, qui nihil curant, sed tam amans tuorum, ac tui, quàm communis humanitas postulat: ea [a] ea [a] laus præclara, ac diuina. Nam, qui ea, quæ numquam cara, atque iucunda duxit, æquo animo reipublicæ causa deserit, nullam beneuolentiam insignem in rempublicam declarat. qui autem ea relinquit, reipublicæ causa, à quibus cum summo dolore diuellitur, ei patria cara est: cuius salutem caritati anteponit suorum. Quare [b] rempublicam, (*disrumpatur licet ista furia*, atque audiat hæc ex me, quoniam lacessiuit) bis [c] seruaui, vt consul, togatus armatos vicerim: priuatus, consulibus armatis cesserim. Vttiusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quòd ex senatus auctoritate, & senatum, & omneis bonos, meæ salutis causa, mutata veste vidi: posterioris, quòd & senatus, & populus Romanus, & omnes mortales, & priuatim & publicè iudicarunt, sine meo reditu, rempublicam saluam esse non posse. ¶Sed hic meus reditus, pontifices, vestro iudicio continetur. nam, si vos me in meis ædibus [d] collocatis, id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis, auctoritatibus, sententiisque feci: video me planè, ac sentio restitutum. sin mea domus non modò mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet inimico, doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, qui hunc reditum potiùs, quàm pœnam sempiternam putet? In conspectu præterea totius vrbis domus est mea, pontifices: in qua si manet illud non monumentum vrbis, sed sepulchrum inimico [e] nomine inscriptum [f]: demigrandum potiùs aliquò est: quàm habitandum in ea vrbe, in [g] qua trophæa & de me, & de republica videam constituta. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, vt, cuius vrbis seruatorem me esse senatus omnium assensu toties iudicarit, in ea possim intueri domum meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste communi, & [h] ab eodem exstructam [i], & positam in oculis ciuitatis, ne vmquam conquiescere possit fletus bonorum? Sp. Melij, regnum appetentis, domus est complanata. Ecquid aliud æquum accidisse Melio [k] populus Romanus iudicauit? nomine [l] ipso Æquimelij, stultiæ [m] pœna comprobata est. Sp [n]. Cassij domus ob eandem causam euersa: atque in eodem loco ædes posita Telluris. In Vacci pratis domus fuit M Vacci, quę publicata est, & euersa, vt illius facinus, memoria, & nomine loci notaretur. M. Manlius cùm ab adsensu Capitolii Gallorum impetum repulisset, non

P. CCXXXIII.

a L. ea laus præclara c. ac d.

b *libri vulg.* Quar. disrumpatur

c L. bis seruaui, & cùm consul togatus armatos vici, & cùm priuatus cõsulibus armatis cessi. Vtr. *al.* bis seruaui semel consul, cùm togatus armatos vici: iterum priuatus, cum consulibus armatis cessi cuius vtriusque *&c.** d CONTENTIONIS pars quarta in qua notat Domum suã iniuria euersam & dedicatam. Dedicatam enim non ab his, quibus dedicare licuerit, neque forma solenni.*

e L. inimici nom.

f *al.* scriptũ:

g L. in qua tropea & in v.c.

h L. & ab eodem ædẽ exstructam,

i P. B. *al* extructam sepulturam in oculis ciuitatis.*

k v.c. populus R. Melio iuste cauit;

l Idem Varro 4. de lingua.*

m L. stultitiæ pœna comprn. v.c. Sp. Cassio 56. Valer. 3. Liuius 2. Halicarnass.

fuit contentus beneficij sui gloria: regnū appetisse est iudicatus. ergo eius domum euersam, duobus lucis conuestitam videtis. Quam igitur maiores nostri sceleratis, ac nefariis ciuibus maximam pœnā constitui posse arbitrati sunt, eandem ego subibo, ac sustinebo, vt apud posteros nostros non exstinctor coniurationis & sceleris, sed auctor, & dux fuisse videar? Hanc verò, pontifices, labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit populi R. dignitas sustinere, viuo senatu, vobis [a] principibus publici consilij, vt domus M. Tullij Ciceronis cum domo Fului [b], Flacci [c] ad memoriam pœnæ publicè constitutæ coniuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem reip. fecerat [d], & senatus sententia est interfectus, & eius domus euersa, & publicata est: in qua porticum pòst aliquanto Q[e]. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Ista autem fax, ac furia patriæ, cùm vrbem, Pisone & Gabinio ducibus, cepisset, occupasset, teneret: vno, eódemque tempore & clarissimi viri mortui monumenta delebat, & meam domum cum [f] M. Flacci domo coniungebat: vt, qua pœna senatus affecerat euersorem ciuitatis, eádem iste, oppresso senatu, afficeret eum, quem P. C. custodem patriæ iudicassent. Hanc verò in Palatio, atque in pulcherrimo vrbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunitii, sceleris consularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis reip. doloris mei defixum indicium ad memoriā omniū gentium sempiternam? quam porticum pro [g] amore, quem habetis in remp. & semper habuistis, non modò sententiis, sed, si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis, nisi quę fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. ¶ O [h] rem, quam homines [i] soluti, à cura liberati ridere non desinant: tristiores autem sine maximo dolore audire non possint! P. né Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? hunc, inquam, etiam vos, qui estis antistites cæremoniarum, & sacrorum, auctorem habetis, & magistrum publicæ religionis? O dij immortales! (vos enim hæc audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat? vestrum numen horret? res omneis humanas religione vestra contineri putat? hic non illudit auctoritati horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra, pontifices, grauitate abutitur? ex isto [k] ore, religionis verbum excidere, aut [l] elabi potest? cùm tu eodem ore, accusando senatum, quòd seuerè de religione decerneret, impurissimè, tætterrimèque violasti. Adspicite [m], adspicite, pontifices, hominem religiosum, & si vobis videtur (quod est bonorum pōtificum) monete eum *modum quendam esse religionis*: nimium esse superstitiosum non oportete. Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuisere? quæ autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, vt non putares, deos satis posse placari, nisi etiam muliebrib. religionibus te implicuisses? quem vmquam audisti maiorum tuorum, qui & sacra priuata coluerunt, & publicis sacerdotiis præfuerunt, cùm sacrificium bonæ Deæ fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem, qui [n] cæcus factus [o] est. Ex quo intelligitur, multa in vita fallò homines opinari, cùm ille, qui nihil viderat sciens, quod nefas esset, lumina amisit: istius, qui non solùm adspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit [a] cæremonias, pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est couuersa. Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, potestis, pontifices, non commoueri, cùm suis dicat se manibus domū ciuis optimi euertisse, & eā iisdē manibus consecrasse? ¶ Quæ [b] tua fuit consecratio? Tuleram, inquit, vt mihi liceret. Quid [c] non exceperàs, vt, si quod ius non esset rogare, ne esset rogatum? Ius igitur statuetis esse, vniuscuiusque vestrūm sedes, aras, focos, deos penateis, subiectos esse libidini tribunitiæ? in quem quisque per homines cōcitatos irruerit: quem impetu perculerit, huius domum non solùm affligere, quod est præsentis [d] insaniæ, qua si tempestatis repentinæ, sed etiam in posterum tempus religione [e] sempiterna obligare? ¶ Equidem sic accepi, pontifices, *in religionibus suscipiendu, caput esse, interpretari, quæ voluntas deorum immortalium esse videatur: nec est vlla erga deos pietas nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, cum expers nihil ab iis, quod sit iniustum, atque inhonestum, arbitrere.* Hominem inuenire ista labes tum, cùm omnia tenebat, neminē potuit, cui ædeis [f] meas adiceret, cui traderet, cui donaret: ipse cùm loci illius, cùm ædium cupiditate flagraret, ob eámque causam vna [g] iusta illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset: tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cuius cupiditate inflammatus erat, possidere. deos immortaleis existimatis, cuius labore & consilio sua ipsi templa tenuerunt, in eius domum affictam, & euersam per vnius hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare voluisse? Ciuis est nemo in tanto populo, extra contaminatam illam, & cruentam P. Clodij manum, qui rem vllam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate defenderit, at, qui aliqua se contagione prædæ, societatis, emtionis, contaminauerunt, nullius neque priuati, neque publici iudicij pœnam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis, quorum [h] nemo rem vllam attigit, qui non omnium iudicio sceleratissimus haberetur, dij immortales domum meam concupiuerunt? Ista tua pulchra Libertas, deos penateis, & familiares meos Lares expulit, vt [i] à te ipsa, tanquam in captiuis sedibus collocaretur? *Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus [k] vniuscuiusque ciuium? hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacra [l] religionis cæremoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt [m] inde abripi neminem fas sit.* Quo magis est furor istius ab auribus vestris repellendus, qui, quæ maiores nostri religionibus tuta nobis, & sancta esse voluerunt, ea [n] iste non solùm contra religionem labefactauit, sed etiam ipsius religionis nomine euertit. At quæ dea est? Bonā esse oportet, quandoquidem est abs te dedicata. Libertas [o], inquit, est. Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex vrbe tota sustulisti? Tu, cùm collegas tuos, summa potestate præditos, negares liberos esse: cùm in templum Castoris aditus esset apertus nemini: cùm hunc clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis vsum, pontificem, & consularem, & singulari bonitate

a *v.c.* nobis

b *forte.* Fului. & Flacci hic cum C. Graccho ab Opimio consule interfectus.*

d L. fecerat, senatus sententia est interfectus eius domus euersa, & p.

e Idem 6. Valerius 3.* f *v.c.* cum Flacci

P. CCXXXIIII.

g *forte.* pro eo amore,

k Domus Ciceronis à quibus dedicata.*

i L. homines cura soluti, ac liberati, *al.* homines soluti à cura ac liberati

k de cuius lingua ś. dictum est.

l *L.* aut elabi potest? quā tu end ore, accus. sen. q. f. de rel. decern. imp. terr. q. violasti,

m *v.c.* Adspicite, ponti.

P. B.

n Appius Claudius Cœcus.*

o *v.c.* est factus.

a *v.c.* cæremonias polluit,

b DEDICATIONEM Domus Ciceronis factam fuisse sine religione, sine voluntate deorum sine Pontifice, sine apprehensione pecis sine verbis sine solennibus, sine lege, & legis verbis solennibus.*

c L. Quid, non excep. vt siquid ius nō esset

d L. præsentis infantiæ

e *L.* sempiterna religione

f L. cui meas ædeis

g L. vniuersa illa r.

P. CCXXXV

h *v.c.* ex qui bus n.

i *L.* vt se ipse tanquam in captiuis sedibus collocaret? Q. ita ne.

k Domus suæ cuique tutissimum perfugium l. fleriq; 18. de in ius vocando.* l *L.* sacra, religiones, cæremonia *v.c.*

m Nemo de domo sua ritus extrahitur l. 105. ff. de regulis iu. ris.* *al.* ea non solum cōtra

o L. libertas inquit. Eam.

P. B.

tate, & modestia præditum (quem [a] quibus oculis aspicere audeas, satis mirari nō queo) audiente populo R. à pedisequis cōculcari iuberes: cùm indemnatū exturbares, priuilegiis tyrannicis irrogatis: cùm principem orbis terræ virum, inclusum domi contineres, cùm forum armatis cateruis perditorum hominum possideres: Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quæ domus erat ipsa iudicio tui crudelissimi dominatus, & miserrimæ populi Ro. seruitutis? Eúmne potissimùm Libertas domo sua debuit pellere, qui nisi fuisset, in seruorum potestatem ciuitas tota venisset? At vnde inuenta est ista Libertas? quæsiui enim diligenter. Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur. eius non longè à Tanagris [b] simulacrum è marmore in sepulcro positum fuit. Hoc quidam homo nobilis, non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. etenim cogitarat omneis superiores muneris splendore superare. Itaque omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis, & communibus locis, tota è Græcia, atque [c] insulis omnibus, bonis populi R. causa, sanè frugaliter domū suā deportauit. Is postea quàm intellexit, posse se, interuersa ædilitate, à L. Pisone consule prætorem renuntiari, si modò eádem prima [d] littera competitorem habuisset aliquem: ædilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis suis collocauit: signū de busto meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum [e], quàm publicæ libertatis. Hanc deam quisquam violare audeat, imaginé meretricis, ornamentū sepulchri, à fure sublatam, à sacrilego collocatā? hæc me domo mea pellet? hæc vltrix afflictæ ciuitatis, reip. spoliis ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod positum est, vt esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiternam [f] turpitudinis? O Q. Catule, (patrémne appellem, an filium? recentior memoria filij est, & cum rebus meis gestis coniunctior:) tantúmne te fefellit, cùm mihi summa, & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas? negabas fas esse, duos consules esse in hac ciuitate inimicos reip. Duo sunt inuenti, qui senatum tribuno furenti constrictū traderent: qui pro me patres conscriptos deprecari, & populo supplices esse, edictis, atq; imperio, vetaret: quibus [g] spectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur: qui deniq; ambustas fortunarum mearum reliquias suas in domos comportari iuberent. Venio nunc ad patrem. Tu Qu. Catule, M. Fuluij domum, cùm is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum nubiarum esse voluisti, vt eius, qui pernicioſa reipublicæ consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominū, ac mentib. tolleretur. Hoc si quis tibi ædificanti illam porticū diceret, fore tēpus, cùm is tribunus plebis qui auctoritatem senatus, iudicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentū, consulibus non modò inspectantibus, verùm adiuuantibus disturbaret, euerteret, idque cum eius ciuis, qui rempublicam ex senatus auctoritate consul defendisset, domo coniungeret: nónne respōderes, id, nisi euersa ciuitate, accidere non posse? At videte hominis intolerabilem audaciam cum proiecta quadam, & effrenata cupiditate. Monumentū iste numquam, aut religionem vllam excogitauit [h]: habitare laxè, & magnificè voluit: duásque & magnas & nobileis domos coniungere. eodem puncto temporis, quo meus discessus isti causam cædis eripuit, à Qu. [a] Scio Postumio contendit, vt [b] Qu. Postumius sibi domum venderet. cùm ille id negaret: primò se lumi nibus eius esse obstructurū minabatur. Affirmabat Postumius [c], se [d] viuo, illam domum istius numquam fututam. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertissimè fustulit: emit domū, litigatoribus [e] defatigatis, propè dimidio cariùs quàm æstimabat. Quorsum igitur hæc oratio pertinet? domus [f] mea illa propè tota vacua est: vix pars ędium mearum decima ad Catuli porticum accessit. causa fuit ambulatio, & monumētum, & ista Tanagręa, oppressa libertate, Libertas. in Palatio, pulchertimo prospectu, porticum cum conclauibus pauimentatam trecentūm pedum concupierat, amplissimum peristylum [g], cetera eiusmodi, facilè vt omnium domos & laxitate, & dignitate superaret. Et homo religiosus, cùm ædeis meas idem emeret & venderet: tamen illis tantis [h] tenebris non est ausus suum nomen emtioni illi adscribere. posuit i scilicet Statonem illum, hominem [k] sua virtute egērem, vt is, qui in Marsis, vbi natus est, tectum, quò imbris vitandi causa succederet, nullum haberet, ędeis in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem ædium partem assignauit non suæ genti Fonteiæ, sed Clodiæ, quam reliquit. quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate, aut scelere perditus. Hanc vos, pōtifices, tam variam, tam nouam in omni genere voluntatem, impudentiam, audaciam, cupiditatem, comprobabitis? ¶ Pontifex, inquit, affuit. Non te pudet, cùm apud pontifices res agatur, *pontificem dicere, non collegium pontificum affuisse*: præsertim cùm tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam cogere? Esto: collegium non adhibuisti, quid? de collegio quis tādem affuit? posuerat enim auctoritatem in vno, quę est in his omnibus: sed tamen *auget & ætas, & honos dignitatem*. opus erat etiam scientia: quam etsi omnes consecuti sunt, tamen certè *peritiores veritatis faciet*. Quis ergo affuit? Frater, inquit, vxoris meæ. Si auctoritatem quærimus, etsi id est ætatis, vt nondum consecutus sit: quanta l est in adolescente auctoritas, ea, propter tantam coniunctionem affinitatis, minor est putanda. sinautem scientia est quæsita: quis erat minùs peritus, quàm is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti, cùm se, fratrem vxoris tuæ, fratri tuo germano antelatum videbat. Etsi in eo prouidisti, ne frater te accusare posset [m]. Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pōtificem, non denique adolescentem quemquam, cùm haberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? Affuit is, si modò affuit, quem tu impulisti: soror rogauit, mater coēgit. Videte igitur, pontifices, quid statuatis in causa mea de omniū fortunis. Verbóne [n], pōtifices, putatis, si *u posse o tenuerit*, & aliquid dixerit, domum vniuscuiusque consecrare posse? An istæ dedicationes, & templorum, & delubrorū religiones, ad honorē deorum

a v.c. (quē, satis mirari, quibus oculis adspicere audeas, non queo) & ita l.

b Tanagra vrbs Bœotiæ Strabo 9.*

c L. atque ex insulis omn.

d al. præmaturi: tale, coperit. &c.*

e L. istorum sceleris quam

f L. turpitudinis CCCXXXVI anis sempiternam?

g L. quib. inspectantibus.

h L. cogitauit.

A

B

C

D

E

F

G

H

P. E.
a al. à Q. Scio contēdit per Q. Postumum vt sibi domū venderet.*
b L. vt sibi domum venderet. & ita v.c.
c L. Postumus
d al. Scio ait. uo.*
e Pantagath. licitatoribus.*
f L. domus illa mea pr. & ita v.c. ‖ Pantagath. domus vicina illa.*
g L. peristylium,
h Pantagathantis. in tenebris.
i v.c. posuit Statonem illum, hom.
k L. hominē sine virtute egentem,
p. ccxxxvii.
l v. quanta quanta est in adol.
m v.c. possit
n L. Verbóne pontificē putatis, pontifices si is post al. verbone pontifices putatis, si is post al. verbóne pontifices.*
o de poste tenendo mox dicam.*

immortalium, sine vlla ciuium calamitate à maioribus nostris constitutæ sunt? Est [a] inuétus tribunus plebis, qui cõsulatibus copiis instructus, omni impetu furoris in eum ciuem irruerit: quem perculsum ipsa respublica suis manibus extolleret. Quid, siquis similis istius (neq. enim iam deerunt, qui imitari velint) aliquem mei dissimilem, cui resp. non tantùm debeat, per vim afflixerit, domum eius per pontificem dedicarit: id vos ista auctoritate constituetis ratum esse oportere? Dicitis [b], quem reperiet pontificem? Quid? & tribunus plebis idem esse non potest pontifex? M. Drusus ille clarissimus vir, tribunus plebis, pontifex fuit. ergo, si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem ædium tenuisset, & pauca verba fecisset, ædes Cæpionis [c] essent dedicatæ? ¶ Nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, cæremoniis: non dissimulo me nescire ea, quæ etiam si scirem, dissimularem, ne aliis molestus, vobis etiam curiosus viderer: etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aureis sæpe permanant. *Postem* [c] *teneri* in dedicatione oportere videor audisse templi. ibi enim postis est, vbi templi aditus est, & valuæ. Ambulationis posteis nemo vmquam tenuit in dedicando. Simulacrũ autem, aut aram si dedicasti, sine religione loco moueri potest. Sed iam hoc dicere tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti. Quamquam quid ego de dedicatione loquar? aut quid de vestro iure, & religione contrà, quàm proposueram, disputabo? ¶ Ego verò, si omnia *sollemnibus verba, veteribus, & priscu institutis* acta [d] esse dicerem: tamen me reip. iure defenderem. An, cùm tu eius ciuis discessu, cuius vnius opera senatus, atque omnes boni ciuitatem esse incolumẽ toties iudicassent, oppressam terrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus remp. teneres: domum eius, qui patriam à se seruatã perire suo nomine noluisset, per pontificem aliquem dedicasses: posset recreata respublica sustinere? Date de hac religione aditum, pontifices: iam nullum fortunis communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex, & verba ad religionem deorum immortalium composita, ad perniciem ciuium transtulerit, valebit ad iniuriam nomen sanctissimum religionis: si tribunus plebis verbis non minus prisis, & pænè solemnibus bona ciuis cuiuspiam consecrarit, non valebit? Atqui C. Atinius, patrum memoria, bona Qu. Metelli [e], qui eum ex senatu censor eiecerat, aui [f] tui, Qu. Metelle, & tui, P. Seruili, & proaui tui, P. Scipio, consecrauit, foculo [g] posito in rostris, adhibitóque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni plebis, ductus ex nonnullis veterum [h] temporũ exemplis, fraudi Metello fuit, summo illi, & clarissimo viro? Certè non fuit. Vidimus, hoc idem Cn. Lentulo censori tribunum plebis facere. Num quid igitur is bona Lentuli religioni obligauit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velato, concione aduocata, foculo posito, bona tui Gabinij, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarúmque donaras, consecrasti. Quod si tum nihil est actum: quid in meis bonis agi potuit? sin est ratum, cur ille gurges heluatus tecum simul reipublicæ sanguinem, ad cælum tamen exstruxit villam in Tusculano visceribus [a] ærarij? mihi meas ruinas, quarum ego similem totam vrbem esse passus non sum, adspicere non licuit? Omitto Gabinium: Quid? exemplo tuo bona tua nónne L. Mummius, vir omniũ fortissimus atq; optimus, cõsecrauit? quòd si, quia ad te pertinet, ratum esse negas oportere: ea iura constituisti in præclaro tribunatu tuo, quibus in te conuersis, recusares, alios euerteres? sin ista consecratio legitima est: quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? An [b] consecratio [c] nullum habet ius, dedicatio est religiosa? Quid ergo illa tua tum obtestatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid prisca verba voluerunt? ementiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad [d] hominum timorem quid voluisti? Nam si est illud ratum: mitto Gabinium: tua domus certè, &c, quicquid habes aliud, est Cereri consecratum. sin ille ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omneis pollueris aut ementiendo, aut stuprando? Iam fateor, inquit, in [e] Gabinio me nefariũ fuisse. Quippe vides, pœnam illam à te in alium institutam, in te ipsum esse conuersam. Sed homo omnium scelerum, flagitiorúmq; documentum, quod in Gabinio fateris, cuius impudicitiam pueritiæ, libidines adolescẽtiæ, dedecus, & egestatem reliquæ vitæ, latrocinium consulatus vidimus: cui ne ista quidem ipsa calamitas iniurià potuit accidere: id in me infirmas? & grauius esse dicis, quod vno adolescente, quàm quod, concione tota teste, effecisti? ¶ Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. Nónne vobis Numa Pompilius videtur loqui? discite orationem, pontifices, & vos flamines: etiam tu rex disce à gentili [f] homine tuo: quamquam ille gentem istam reliquit: sed tamen disce ab [g] homine religionibus dedito, iusto, tum omnium religionũ perito. Quid? in dedicatione nónne & quis dicit [h], & quid, & quomodo, quæritur? An tu hæc ita confundis, & perturbas, vt, quicumque velit, quod velit, quomodo velit, possit dedicare? quis eras tu, qui dedicabas? quo iure? qua lege? quo exemplo? qua potestate? vbi te isti rei populus R. præfecerat? vides enim esse legem [i] veterem tribunitiam, *quæ veret, iussu plebis ædes, terram, aram consecrare.* neque tum hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogauit, sensit, neque suspicatus est, fore periculum, ne domicilia, aut possessiones indemnatorũ ciuium consecrarentur. neque enim id fieri fas erat, neque quisquam fecerat, neque erat causa, cur prohibendo non tam deterrere videretur, quàm admonere. Sed quia consecrabantur ædes, non priuatorũ domicilia, sed quæ sacræ nominantur: consecrabantur agri, non ita vt nostra prædia, si quis vellet, sed vt imperator agros de hostib. captos consecraret: statuebantur aræ, quæ [k] religionem afferrent, ipso si loco essent consecratæ: hæc, nisi plebs iussisset, fieri vetuit, quæ si tu interpretaris de nostris ædibus, atq; agris scripta esse: non repugno. sed quæro, quæ lex lata sit, vt tu meas ædeis consecrares: vbi tibi hæc potestas data sit: quo iure feceris. Neque ego nunc de religione, sed de bonis omniũ nostrũm, nec de pontificio, sed de iure publico disputo. Lex l Papiria *vetat, ædeis iussis plebis consecrari.* Sit sanè hoc de nostris ædibus, ac nõ de publicis tẽplis. Vnũ ostende verbum

a Tuus rutus est trib.

b L. Dicetis, Quem rep. P. B.

c Postem tẽpli, dedicaturos tenere mos etat *Valerius* 5. *c.* to. *Seneca de cõstat. ad Martiam: Plutarchus in Publicola: Liuius* 2.*

d *fort.* acta esse diceres?

e Metellum Macedonicũ intelligit v 7 *Plin.* 44. *liuy epitom.* 59.* f Imò proauũ. Nã, Metel P ecxxxvIII. li Macedonici filius Baleari, cus genuit Nepotem, patrem huius Q. Metelli Nepotis, quod Asconius Pedianus in cõmẽtario Cornelianæ & Fasti etiam capitolini declarant: similis est ἐπιχρονία Ciceronis in oratione pro domo, & 3. epistolarum familiar 11. in f. vbi de anno Appij & Clodij.*

g Foculum in rostris ponebat bona consecraturi. vt hic & infra duobus locis.

h L. peruetere rum temp.

a *fort.* de viceribus ær.

b L. An consecratio nullam habet religionem, dedicatio est religiosa? Quid ergo tum tua illa obt.

P. B.

c Consecrationes bonorũ, à Tribunis fiebant, capite velato, concione aduocata, foculo posito in rostris, adhibito tibicine, solemni prece, prisis verbis, vt hic & paulo ante, vnde colligit consecrationem bonorũ æque religiosam ac dedicationem templorum.*

d L. ad hominem timorẽ voluisti?

e L. me in Gabinio nef. f. f L. a gentili tuo:

g L. ab homine cùm religio. ib. dedit rostrum omn.

h L. dicat,

i Lex tribunitia quæ & paulo post Papiria, de æreis, ferreis aræ, in iussu plebis consecrandis.*

k L. quæ religionem afferrent ipso loco, si essent consecr. id. quæ religionem offerret ipsi loco. sic. l Lex Papiria ea est quæ paulò antè, tribunitia, à Q. Papirio trib. pleb. ata.

verbum consecrationis in ipsa tua lege: si illa lex est, ac non vox sceleris, & crudelitatis tuæ. Quòd si tibi tum in illo reip. naufragio omnia in mentem venire potuissent, aut si tuus scriptor in illo incendio ciuitatis non syngraphas cum Byzantiis exulibus, & cum legatis regiis faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita, sed pretenta conscriberet: esses omnia, si minus re, at verbis legitimis consecutus. Sed vno tempore cautiones fiebãt, pecuniarum fœdera feriebantur, prouinciarum regum appellationes venales erant, seruorum omnium vicatim celebrabatur tota vrbe descriptio, inimici in gratiam reconciliabantur, imperia [a] adscribebantur [b] nouæ iuuentuti, Q. Scio venenum misero parabatur, de Cn. Pompeio, propugnatore, & custode imperij interficiendo consilia inibantur, senatus [c] nequid esset, vt lugerent boni semper, vt capta respubl. consulum proditione, vi tribunicia tenerentur. Hæc cùm tot, tantáque agerentur: non mirum est, præsertim in furore animi, & cæcitate, multa illum, & te fefellisse. At videte, quanta sit vis huius Papirię legis, in re tali, non qualem tu affers, sceleris pienã, & furoris, Qu. Marcius, censor signum Cõcordiæ fecerat, idque in publico collocarat. hoc signum C. Cassius censor cùm in curiam transtulisset, collegium vestrum consuluit, nũ quid esse causæ videretur, quin id signum, curiámque Concordiæ dedicaret. Quęso, Pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate. Ille erat summa modestia, & gratitate censor: hic tribunus plebis, scelere, & audacia singulari. tempus illud erat tranquillum, & in libertate populi & gubernatione positum senatus: tuum porro tempus libertate populi Ro. oppressa, senatus auctoritate deleta. res illa plena iustitiæ, sapientiæ, dignitatis. censor enim, penes quẽ maiores nostri (id quod tu sustulisti) iudicium senatus [d] de dignitate esse voluerunt, Concordiæ signum volebat in curia, curiámque [e] ei deæ dedicare. Præclara voluntas, atque omni laude digna. præscribere enim se arbitrabatur, vt, sine studiis dissentionis, sententiæ dicerentur, si sedem ipsam, ac templum publici consilij, religione Concordiæ deuinxisset. Tu cùm ferro, cùm metu, cùm edictis, cùm priuilegiis, cùm præsentibus copiis perditorum, absentis exercitus terrore, & minis, consulum societate, & nefario fœdere seruitute oppressam ciuitatem tenes: Libertatis signum potuisti magis [f] ad ludibrium impudentię, quàm ad simulationem religionis. Ille in curia, quæ pòterat, sine cuiusquã incommodo, dedicabat: tu in cuius optimè de rep. meriti cruore, ac pænè ossib. simulacrum non libertatis publicæ, sed licentiæ, collocasti. Atque ille tamẽ ad collegium retulit: tu ad quem retulisti? Si quid deliberasses, siquid tibi aut piandum, aut instituẽdum fuisset religione domestica: tamẽ instituto ceterorũ vetere, ad pontificẽ detulisses [g]. nouũ delubrum cùm in vrbis clarissimo loco, nefando quodam atque inaudito instituto, inchoares: referendum ad sacerdotes publicos non putasti? At, si [h] collegium pontificum adhibendum non videbatur: nemóne horum tibi idoneus visus est, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt, vt cum eo dedicationem communicares? quorum quidem tu non contemsisti, sed pertimuisti dignitatem. An tu auderes quærere ex P. Seruilio, aut ex M. Lucullo: quorum ego consilio, atque auctoritate remp. consul ex vestris manibus, ac faucibus eripui: quibúsnam verbis, aut quo ritu, primùm hoc dico, ciuis domum consecrares, deinde ciuis eius, cui princeps senatus, cui etiam ordines omnes, deinde Italia tota, pòst cunctæ gentes, testimonium huius vrbis, atque imperij conseruati dedisset? Quid diceres, ô nefanda, & perniciosa labes ciuitatis? *Ades* [a], *ades, Luculle, Seruili, dum dedico domum Ciceronis, vt mihi præeatus, postemq́* [b] *teneatu.* Es tu quidem cùm audacia, tum impudentia singulari: sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent, cùm te viri, qui sua dignitate personam populi Rom. atque auctoritatem imperij sustinerent, verbis grauissimis perterruissent: neque sibi fas esse dixissent, furori interesse tuo, atque [c] in patriæ parricidio, & scelere. Quæ cùm videres, tum te ad tuum affinem nõ delectum à te, sed relictum à ceteris contulisti. quem ego tamen credo, si est ortus ab illis, quos memorię proditum est ab ipso Hercule, perfuncto iam laboribus, sacra didicisse, in viri fortis ærumnis, nõ ita crudelem fuisse, vt in viui, & iam spirantis caput bustum suis manibus imponeret: qui aut [d] nihil dixit, aut, si fecit, omnino pœnam hanc maternæ temeritatis *ultus* [e], *vt mutam in delicto personam*, noménque præberet: aut [f], si dixit aliquid, verbis hęsitantibus, postémque tremebunda manu tetigit. certè nihil ritè, nihil castè, nihil more, institúque perfecit. Viderat ille Murenam, vitricum suum, consulem designatum, ad me consulem cum Allobrogibus communis exitij indicia afferre: audierat ex illo, se à meis salutem accepisse, separatim [g] semel, iterum cum vniuersis. Quare quis est, qui existimare possit, huic nouo pontifici, primam hãc pòst sacerdotium initium religionem instituenti, vocémque mittenti, nõ & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatam metu concidisse: præsertim cùm ex collegio tanto, non regem, nõ flaminem, non pontificem videret: fierique particeps alieni sceleris inuitus cogeretur, & grauissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustineret? Sed, vt reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipsi pontifices semper non solum ad suas cæremonias, sed etiam ad populi iussa accommodauerunt: habetis in commẽtarijs vestris, C. Cassium censorẽ de signo Concordiæ dedicando ad pontificum collegium retulisse, eique M. Æmilium pontif. maximum pro collegio respondisse, nisi eum populus R. nominatim præfecisset, atque eius iussu faceret: non [h] videri ea rectè posse dedicari. Quid, cum Licinia virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prędita, T. Flaminio, [k] Q. Metello, COSS. aram, & ædiculam & puluinar, sub saxo sacro dedicasset, non eam rem ex auctoritate senatus ad hoc collegium Sex. Iulius prætor retulit? cùm P. Scæuola, pontif. Max. pro collegio respondit *quod in loco publico Licinia, C. F. inussu populi dedicasset*, [m] *sacrum non videri esse.* Quam quidem rem quanta seueritate, quantáque diligẽtia senatus sustulerit, ex ipso S.C. facilè cognoscetis. Recita S. C. SENATVS CONSVLTVM. Videtísne, prætori vrbano

a L. imperia scribebantur noua, Q. Scio venen. miss. p. b al. adscribebantur, in. iuniebantur. al. proscribebantur.* c al. senatus ne quis esset

P. S.

d L. de senatus dignitate e L. aramque ei d.

f al. magis ad ludibrium pudicitiæ, quàm

g L. retulisses.

h fort. Ar, si ri. collegium p.

a Aedes, arasque dedicaturi Magistratus, rẽ prius ad collegium referebant, iisque vt adesset, denuntiabant.*
b Posti is tenendi mos fuit in dedicationibus, de quo paulo ante dixi.*
c L. atque in patriæ parricidio, & scel.

d L. aut nihil fecit, aut. al. qui nihil dixit, aut fecit omnino pœnamque hanc.*
e fort. luit, vt
f L. aut, si dixit aliquid, dixit verb. hæs.

g L. semel separatim.

h L. non videri id rectè posse d.
i Liciniæ virginis Vestalis sit mentio in Bruto & apud Macrob. 1. *Saturnaliorum*, 10. & 3. cap. 13. fit & alterius Licin æ mentio, quæ virili strangulauit. apud Liuium 48. & 6. *Valer.* 3.*
k L. T. Flaminino, Q. Met.
l L. retulit. cùm
m L. sacrum non videri. Quam q.

negotium datum, vt curaret, ne id sacrum esset? & vt, siquæ essent inciſæ, aut inſcriptę litteræ, tollerentur? O tempora, ô mores! Tum censorem, hominem sanctiſſimum, simulactũ Concordiæ dedicare pontifices, in templo inaugurato prohibuerunt: pòst autem senatus in loco augusto consecratam eam[a] aram, tollendam ex auctoritate pontificum censuit, neque vllum est passus ex ea dedicatione, litterarum exstare monumentũ. tu procella patriæ, turbo, ac tempestas pacis, atq; otij, quod in naufragio reip. tenebris offusis, demerso populo R. euerso, atq; eiecto senatu diruueris, ædificaris, religione omni violata, reip. tantùm nomine contaminaris: in ciuis huiusce ædibus, & in vrbe, quam suis laboribus, ac periculis conseruasset, monumentum deletæ reip. collocaris ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium, sublatóque Q. Catuli nomine incideris: id sperasti remp. diutius, quàm, quoad mecum simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam? ¶ At, si, pontifices, neque is, cui licuit, neque id, quod fas fuit, dedicauit: quid me attinet iam illud tertium, quod proposueram, docere, *non hu inſtitutis, ac verbis, quibus cæremoniæ poſtulãt*, dedicasse? Dixi à principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito iure pontificum, dicturum. Quæ sunt adhuc à me de iure dedicandi disputata, non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumta de medio, ex rebus palàm per magistratus actis, ad collegiúmque delatis[b], ex S. consulto, ex lege. Illa interiora, iam vestra sunt, quid dici, quid præcipere, quid tangi, quid teneri ius fuerit. Quæ si omnia ex Coruncanij scientia, qui[c] peritiſſimus pontifex fuisse dicitur, acta[d] esse constarent: aut si M. Horatius ille Puluillus, qui[e], cùm eius dedicationem multi, propter inuidiam, fictis[f] religionibus impedirent, restitit, & constantiſſima mente Capitolium dedicauit, huiusmodi alicui dedicationi præfuisset: tamen in scelere religio non valeret: nedum valeat id, quod imperitus adolescens, nouus sacerdos, fororis precibus, matris minis adductus, ignarus, inuitus, sine collegis, sine libris, sine auctore, sine scriptore[g], furtim, mente, ac lingua titubante feciſſe dicatur: præsertim cùm iste impurus, atque impius hostis omnium religionum, *qui contra fas inter*[h] *viros ſæpe mulier, & inter mulieres vir fuiſſet*, ageret illam rem ita raptim, & turbulentè, vt neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. Delatum[i] tum est ad vos pontifices, & pòst omnium sermone celebratum, quemadmodum iste præposteris verbis, ominibus obscœnis, identidem se ipse reuocando, dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, & pronuntiarit, & fecerit. Quod quidem minimè mirum est, in tanto scelere, tantáque dementia, ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim, si nemo vmquam prædo tam barbarus, atque immanis fuit, qui cùm fana spoliasset, deinde aram aliquam in littore deserto, somniis stimulatus, aut religione aliqua, consecraret, non horreret animo, cùm diuinum numen scelere violatum, placare precibus cogeretur: qua tandè istum perturbatione mentis, omnium templorum, atque tectorum, totiúsq; vrbis prædonem, fuisse censetis, cùm pro detestatione tot scelerum vnam aram nefariè cõsecraret? Non poterat vllo modo (quamquam & insolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia) non in agendo ruere, ac sæpe peccare, præsertim illo pontifice, & magistro, *qui cogeretur docere*[a], *antequàm ipſe didiciſſet*. Magna vis est cùm in deorum immortalium numine, tum verò in ipsa rep. Dij immortales suorum tẽplorum custodem, ac præsidem sceleratiſſimè pulsum cùm viderent, ex suis templis in eius ædeis immigrare nolebant. itaq; istius vecordiſſimi mentem cura, metúque terrebant. Res verò publica, quamquam erat exterminata mecum, tamen obuersabatur ante oculos exterminatoris sui, & ab istius inflammato, atque ignito furore iam[b] tum me, seque repetebat. Quare quid est mirum, si iste[c] metus furore instinctus, scelere præceps, neque institutas cæremonias persequi, neque verbum vllum solemne potuit effari? ¶ Quæ[d] cùm ita sint põtifices, reuocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad vniuersam rẽp. quam anteà cum viris fortibus multis, in hac verò causa solis[e] vestris ceruicibus sustinetis. Vobis vniuersi senatus perpetua auctoritas, cui vosmetipsi præstantiſſimi[f] semper in mea causa præfuistis: vobis Italiæ magnificentiſſimus ille motus, municipiorúmque concursus, vobis campus, centuriarumque vna vox omnium, quarum vos principes, atque auctores fuistis vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re, aut spe[g] denique sunt boni, omne vobis erga meam dignitatem studium, & iudicium non modò commissum, verùm etiam commendatum esse arbitrabuntur[h]. denique ipsi dij immortales, qui hanc vrbem, atque hoc imperium tuentur, vt esset omnibus gentibus, posteritatiq; perspicuum, diuino me numine esse reip. redditũ, idcirco mihi videntur fructũ ipsum reditus, & gratulationis meæ, ad suorum sacerdotum potestatem, iudiciúmq; reuocasse. Hic est enim reditus, pontifices, hæc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in diis penatibus recuperandis. Quorum[i] iste suis sceleratiſſimis manibus tecta, sedésque conuellit: ducibúsque consulibus, tanquam vrbe capta, hanc vnam domum, quasi acerrimi propugnatoris, sibi delendam putauit: tamen illi dij penates, ac familiares mei, per vos in meam domum mecum erunt restituti. Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia populus R. *optimum*, propter vim, *maximum* nominauit, téque, *Iuno regina*, & te, *custos*[k] *vrbi*, *Minerua*, quæ semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum exstitisti, precor, ac quæso: vósque, qui maximè me repetistis, atque reuocastis, quorum de sedibus hæc mihi proposita est contentio, patrij penates, familiaréque qui huic vrbi, & reip. præsides[l] estis, vos obtestor, quorum ego à templis, ac delubris pestiferam illam, & nefariam flammam depuli: téque, Vesta mater, cuius castiſſimas sacerdotes ab hominum amentia, furore, & scelere defendi: cuiúsque ignem illum sempiternum nõ sum passus aut sanguine ciuium restingui, aut cum totius vrbis incendio commiscẽri: vt[m], si in illo pœne fato reip. obieci meum caput pro vestris cæremoniis, atque templis, perditiſſimorum ciuiũ furori atque ferro: &, si iterum, cùm ex mea conten

a *al.* iam.*

b *al.* relatis.

c l. 2. ff. de origine iuris.* P. B.
d L. acta esse constaret:
e Liuius 2. Dionys. 5. Tacitus 19. 5. Valer. 10.*
f allato de morte filij nuncio.*

g *al.* fictore

h Sic. Verrina, vir inter mulieres, inter viros mulier cula.*
i L. Delatum iam tum est ad vos.

a *fort.* docere.* P. CCXLII.

b L. iam tum se, méque reper.
c L. si iste me tu perturbatus, furore inst. *al.* metu perculsus, furore inst.
d PERORATIO.*
e L. soli vestris
f vox, præstantiſſimi, *abeſt a nonnullis libris.* ‖ *al.* præstantiſſime.*

g *al.* specie.*

h L. arbitrantur,

i L. Quorum e. si ille suis scel. p.

k PONTIFICES, adde epistol. ad Corinthium. Dionem 38.*

l L. præsides,

m Pantegathus hanc partem aliquam vitiat.

contentione interitus bonorum omniũ quæreretur, vos sum testatus, vobis me, ac meos commendaui, méque,ac meum caput ea conditione deuoui, vt, si & eo ipso tempore, & antè, & in consulatu meo, commodis meis omnibus, emolumentis, præmiis prætermissis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, nisi de salute meorum ciuium laborasse: tum mihi rep. aliquando restituta liceret frui: sinautem mea consilia patriæ non profuissent, vt perpetuum dolorem,auulsus à meis, sustinerem: hanc ego deuotionem capitis mei, cùm ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse, & commissam putabo [a].nam nunc quidem, pontifices, non solùm domo, de qua cognoscitis, sed tota vrbe careo, in quam videor esse restitutus. Vrbis enim celebertimæ, & maximæ partes aduersum illud non monumentum, sed vulnus patriæ contuentur. quem cùm mihi conspectum morte magis vitandum, fugiendúmque esse videatis: nolite, quæso, eum, cuius reditu restitutam remp.fore putastis, non solùm dignitatis ornamentis, sed etiam vrbis partibus velle esse priuatum. Non me bonorum direptio, non [b] rectorum excisio, non depopulatio prædiorum,nõ præda consulum ex meis fortunis crudelissimè capta permouet: caduca semper, & mobilia hæc esse duxi: nõ virtutis,atque ingenij,sed fortunæ, & temporum munera: quorum ego non tam facultatem vmquam,& copiam, expetendam putaui, quàm & in vtendo rationem, & in carendo patientiam. Etenim ad nostrum vsum propemodum iam est definita moderatio rei familiaris: liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ, relinquemus: domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratiùs etiam ædificata, quàm euersa, carere sine maxima ignominia reipub.meo dedecore, ac dolore nõ possum. Quapropter, si diis immortalibus,si senatui, si populo Rom.si cunctæ Italiæ, si prouinciis,si exteris nationibus, si vobismetipsis, qui in mea salute principem semper locum, auctoritatemque tenuistis, gratum, & iucundum meum reditum intelligitis esse: quæso, obtestórque vos, pontifices, vt me, quem auctoritate,studio, sententiis restituistis, nunc,quoniam senatus ita vult, manibus quoq; vestris in sedibus meis collocetis.

A

B

C

a P. CCXLIII. *fort.*putem

b L.bonorum rectorum excisio

DE [a] HARVSPICVM RESPONSIS, IN SENATV.

ORATIO TRICESIMA.

SYNOPSIS.

Quæstio. *An quòd prodigiis factis Aruspices consulti, respondêrẽt, Loca sacra & religiosa profana videri, hoc responso domus Ciceronis ante à P. Clodio consecrata profana videatur?* Actor *P. Clodius ædilis* Reus, *suique patronus Cicero:* Acta *in senatu anno Ciceronis 51.vrbis 697.*

P. R. b EXORDIVM.

HESTERNO [b] die, P.C.cùm me,& vestra dignitas, & frequentia equitum Romanorum,quibus senatus dabatur, magnoperè commouisset: putaui mihi reprimendam esse P. Clodij impudicam impudẽtiam, cùm is publicanorũ causam stultissimis interrogationibus impediret, & P. & Tullioni Syro nauaret operam, atque ei sese, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Itaque hominem furentem, exsultantémque continui, simulac periculum iudicij intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris,ferociámque compressi. At tamen ignarus ille,qui consules essent,exsanguis, atque æstuans, se [c] curia repentè proripuit, cum quibusdam fractis iam, atque inanibus minis, & cum illius Pisoniani tẽporis, Gabinianíque terroribus. Quem cùm egredièrem insequi cœpissem: cœpi equidem frustrum maximũ & ex consurrectione omnium vestrũm,& ex comitatu publicanorũ.Sed vecors repẽtè sine suo vultu,sine colore,sine voce consticit: deinde respexit: & simulac Cn. Lentulũ cos.adipexit,cóncidit in curię pænè limine,recordatione,credo,Gabinij sui, desperióq; Pisonis:cuius ego de effrenato, & præcipiti furore quid [d] dicam? [e] haud potest grauioribus à me verbis vulnerari, quàm est statim,in facto ipso,à grauissimo viro, P. Seruilio confectus, ac trucidatus: cuius si etiam [f] vim,& grauitatem illam singularem, ac pænè diuinam, essequi possem: tamen non dubito, quin ea tela, quæ coniecerit inimicus, quàm ea, quæ collega patris emisit, leuiora, atque hebetiora esse videantur. Sed tamen mei facti rationẽ exponere illis volo, qui hesterno die dolore me elatum, & iracundia longiùs [g] propè digressum arbitrabantur,quàm sapientis hominis cogitata ratio postularet. Nihil feci iratus,nihil impotenti animo, nihil nõ diu consideratum, ac multo antè meditatũ. Ego enim, P.C.inimicum me semper esse professus sum duobus,qui me, qui [h] rem meã cùm defendere deberent,seruare possent: cumque ad consulatus officium ipsis insignibus illius imperij, ad meam salutem non solùm auctoritate, sed etiam precibus vestris vocarentur: primò reliquerunt, deinde prodiderunt, postremò oppugnauerunt [i], præmissique nefarię pactionis funditus vnà cum rep. oppressum, exstinctúmque voluerunt: quique suo ductu, & imperio cruento illo,atque funesto supplicia neque à sociorum mœnibus prohibere, neque hostiũ vrbibus inferre potuerunt: excisionem [k], inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem [l] eam sua cum præda meis omnibus tectis, atque agris intuleruntcum his furiis,& facibus,cũ his,inquã, exitiolis prodigiis, ac pænè huius imperij

A

B

C

c L.se è curia.

d L.quid dicam? potest grauioribus &c. ac trucidatus? e al. dicam? haud &c.

f L. si eam vim, P.CCXLIIII.

g L.longiùs progressum. *al.*prope &c. progressum.

h L.qui rẽp. cum def.deb.

i L.oppugnarunt,

k L.exscissionem.

l L. vastitatẽ aucti prædæ meis omn.

pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum: neq; id tamen ipsum tantũ, quantum meus, ac meorum, sed tantum, quantum vester, atque omnium bonorum dolor postulauit. In Clodium verò non est hodie meum maius odium, quàm illo die fuit, cùm illum ambustum religiosissimis ignibus, cognoui muliebri ornatu, ex incesto stupro, atque ex domo pontificis maximi emissum. tum, inquam, tum vidi, ac multò antè prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reip. Videbam, illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem [a] adolescentis furentis, nobilis, vulnerati non posse arceri otij finibus: eruptorum illud malum aliquando, si [c] impunitum fuisset, ad perniciẽ ciuitatis. non multum mihi sanè pòst ad odiũ accessit. nihil enim contra me fecit odio mei, sed odio seueritatis, odio dignitatis, odio reip. non me magis violauit, quàm senatum, quàm equites R. quàm omneis bonos, quàm Italiam cunctam. non denique in me sceleratior fuit, quàm in ipsos deos immortaleis [e]. Etenim illos eo scelere violauit, quo nemo antea. in me fuit eodẽ animo, quo etiã eius familiaris Catilina, si vicisset, fuisset. Itaq; eum numquã à me esse accusandũ putaui, nõ plus, quàm stipitẽ illum, qui, quorũ hominũ esset, nescirem, nisi se Ligurem ipse esse diceret. Quid enim hunc persequar, pecùdem, ac belluam, pabulo inimicorũ meorũ, & glande corruptum? qui [d] si sensit, quo se scelere deuinxerit: non dubito, quin sit miserrimus. sin autem id nõ videt: periculũ est, ne se stuporis excusatione defendat. Accedit etiã, q; exspectatione omnium, fortissimo, & clarissimo viro, T. Annio, deuotæ, & constituta ista hostia esse videtur: cui me præripere despõsam iã, & destinatã laudẽ, cùm ipse eius opera & dignitatẽ, & salutem recuperarim, valde est iniquum. Etenim, vt P. ille Scipio, natus mihi videtur ad interitum, exitiúmq; Karthaginis, qui illam à multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatã [e] pænè captã aliquando, quasi fatali euẽtu, solus euertit: sic T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendã, funditus delendã natus esse videtur, & quasi diuino munere donatus [f] reip. Solus ille cognouit, quẽadmodum armatum ciuẽ, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi contineret, qui vrbem totam, qui curiam, qui forum, qui templa omnia cæde, incendiisque terreret, non [g] modò vincere, verùm etiã vincire oporteret. Huic ego, & tali, & ita de me, ac de patria merito viro, numquam mea volũtate præripiam eum præsertim reum, cuius ille inimicitias nõ solùm suscepit propter salutem meã, verùm etiam appetiuit. Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exspectatione supplicij iam non diuturna implicatus, feretur tamẽ hæsitans, & in me impetum impeditus facere conabitur: resistam, & aut concedente, aut etiam adiuuante Milone, eius conatum refutabo: velut hesterno die, cùm mihi stanti tacens [h] minaretur, voce tantum attigi legum initium, & iudicij. consedit [i] ille. conticuit. Diem dixisset, vt fecerat. fecissem, vt ei statim tertius à prætore dies diceretur. Atq; hoc sic moderetur [k]: & cogitet, si contentus sit iis sceleribus, quæ commisit, iam se esse consecratum Miloni: si quod in me telum intorserit [a], statim me esse arrepturum arma iudiciorum, atque legum. ¶ Atqui [b] paullo antè, P. C. concionem habuit, quæ est ad me tota delata: cuius concionis primùm vniuersum argumentum, sententiámque audite, cùm riseritis impudentiam [c] hominis, tum à me de tota concione audietis. ¶ De religionibus [d] sacris, & cęremonis est concionatus, patres conscripti, Clodius: P. inquam, Clodius sacra, & religiones negligi, violari, pollui, quęstus est. Nõ mirum, si hoc vobis ridiculũ videtur. etiam sua concio risit hominem quomodo ipse gloriari solet, ducẽtis confixum senatusconsultis [e]: quæ sunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominẽq; [f] illũ, qui puluinarib. Bonæ deæ stuprum intulerit, cáq; sacra, quæ viri oculis, ne imprudẽtis quidem, adipisci fas est, non solùm adspectu virili, sed flagitio, stuproque violarit, in concione de religionibus neglectis conqueri. Itaque nunc proxima concio eius exspectatur de pudicitia. Quid enim interest, vtrùm ab altaribus religiosissimis fugatus, de sacris, & religionibus conqueratur, an ex sororum cubiculo egressus, pudorẽ, pudicitiámq; defendat? Responsum Haruspicũ hoc recens de fremitu [g] in concione recitatum est in quo cũ aliis multis scriptum etiã illud est (id quod audistis) *loca sacra, & religiosa, profana habeari*. In ea causa esse dixit domum meam, à religiosissimo sacerdote, P. Clodio, consecratam. Gaudeo mihi de toto hoc ostento, quod haud scio, an grauissimum multis his annis huic ordini nuntiatum sit, datam non modò iustam, sed etiã necessariam causam esse dicendi. Reperietis enim ex hoc toto prodigio, atq; responso, nos de impio ciue, ac furore, ac de impendentibus [h] periculis maximis, propè iam voce Iouis optimi maximi præmoneri. Sed primùm expiabo religionem ædium mearum, si id facere vere, ac sine vllius quidem dubitatione potero. sin [i] scrupulus tenuissimus residêre aliquis videbitur: nõ modò patienti, sed etiam libenti animo portentis eorum immortalium, religioni q; parebo. Sed quę tandem est in hac vrbe tanta domus, ab ista religionis suspicione tam vacua, atque pura? Quamquam vestræ domus, P. C, ceterorúmque ciuiũ, multo maxima [k] ex parte sunt liberæ religione, tamen vna mea domus iudiciis omnibus liberata, in hac vrbe, sola est. Te enim appello, Lentule, & te, Philippe. ex hoc Haruspicum responso decreuit senatus, *vt de loco sacro* [l] *religiosis, ad hunc ordinem referrentur*, potestisne referre de mea domo? quæ (vt dixi) sola, in hac vrbe, omni religione, omnibus iudiciis, liberata est. quam primùm inimicus ipse in illa tempestate, ac nocte reip. cùm cetera scelera stilo illo impuro Sex. Clodius conscripsisset, ne vna quidem attigit littera religionis. deinde eandem domum populus Romanus, cuius est summa potestas omnium rerum, comitiis centuriatis, omnium ætatum, ordinúmque suffragiis, *eodem iure esse iussit, quo fuisset*. Postea vos, P. C. non quòd dubia res esset, sed vt huic furiæ, si diutius in hac vrbe, quam delere cuperet, maneret, vox [n] interdiceretur, decreuistis, vt de mearum ædium religione ad pontificum collegium referretur. Quæ tanta religio est, qua non in nostris dubitationibus, atque in maximis superstitionibns, vnius P. Seruilij, ac M. Luculli responso, ac verbo liberemur? De sa-

P. B. a v.c. immanem

b v.c. si inn tum

c v.c. immortalis.

d L. qui si sensit, quod scelere deuinx.

e al. labefactam,

P. CCXLV. f L. reip. donatus.

g L. non modò vincere, verum etiã vincere oportere.

h fort. iacens i L. concidit ille, & conticuit. Diem d. k al. meditetur.*

a al. intercederit, st. b PARTIO.*

c v.c. impudentiam. d CONTIO.*)

e L. senatusconsultis. P. B. liue sit antiquus genetiuus.* f al. hominemque cum qui p.

g qui sua terra conclusus est in agro Latinensi. Dion 39.*

h v.c. impendentibus

i L. sin scrupulus vel tenuissimus.

k al. maximam partẽ.

P. CCXLVI. l Sacris, ac religiosis,

m al. Clodij oratione & scripsisset.*

n al. vos interciderentur,

De ſacris publicis, de ludis maximis, de deorum Penatium, Veſtæque matris cæremoniis, de illo ipſo ſacrificio, quòd [a] fit pro ſalute populi Romani, quod poſt Romã cõditam, huius vnius caſti tutoris religionum ſcelere violatum eſt, quod tres pontifices ſtatuiſſent, id ſemper populo Romano ſemper ſenatui, ſemper ipſis diis immortalibus ſatis ſanctum, ſatis auguſtum, ſatis religioſum eſſe viſum eſt. At verò meam domum P. Lentulus, CONS. & pontifex [b], P. Seruilius, M. Lucullus, Qu. Metellus, M. Glabrio [c], M. Meſſalla, L. Lentulus, flamen Martialis: P. Galba, Qu. [d] Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius, rex ſacrorum: M. Scaurus, M. Craſſus, C. Curio, Sex. Cæſar, flamen Quirinalis: Qu. Cornelius, P. Albinouanus, Qu. Terentius, pontifices minores, cauſa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia ampliſſimorum, ac ſapientiſſimorum ciuium adſtante, *omni religione*, vna mente omnes *liberauerunt*. Nego vmquam poſt ſacra conſtituta, quorum eadem eſt antiquitas, quæ ipſius vrbis, vlla de re, ne de capite quidem virginum Veſtalium, tam frequens collegium iudicaſſe. quamquam ad facinoris diſquiſitionem intereſt adeſſe quamplurimos. Ita eſt enim interpretatio illa ponitificum, vt iidem poteſtatem habeant iudicum. Religionis explanatio [e] vel ab vno pontifice perito rectè fieri poteſt: quod idem in iudicio capitis durum, atque iniquũ eſt, tamen ſic reperietis, frequentiores pontifices de mea domo, quàm vmquam de cæremoniis virginum iudicaſſe. Poſtero die frequentiſſimus ſenatus, te conſule deſignato, Lentule, ſententiæ principe, P. Lentulo, & Qu. Metello, COSS. referentibus, ſtatuit, cùm omnes pontifices, qui erant huius ordinis, adeſſent: cúmque alij, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegij iudicio verba feciſſent, omnéſq; iidem ſcribendo [f] adeſſent: *Domum meam, tudicio pontificum, religione liberatam videri*. De hoc igitur loco ſacro potiſſimùm videntur Haruſpices dicere, qui locus ſolus ex priuatis locis omnibus hoc præcipuè iuris habet, vt ab ipſis, qui ſacris præſunt, ſacer non eſſe iudicatus ſit. Verùm referte: quod ex S.C. facere debetis, aut vobis cognitio dabitur, qui primi de hac domo ſententiam dixiſtis, & eam religione omni liberaſtis: aut ſenatus ipſe iudicabit, qui, vno illo ſolo antiſtite ſacrorum aut, id quod certè fiet, ad pontifices reiicietur, quorum auctoritati, fidei, prudentiæ maiores noſtri ſacra religionéſq; & priuatas, & publicas commendarunt. Quid ergo hi poſſunt aliud iudicare, ac iudicauerunt? Multæ ſunt domus in hac vrbe, P. C. atque haud ſcio, an pænè cunctæ iure optimo: ſed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure [g] mancipij, iure nexi. nego eſſe vllã domum aliam, æquè priuato iure, atque optima lege, publico verò omni præcipuo, & humano, & diuino iure munitam. Quæ primùm ædificatur ex auctoritate ſenatus, pecunia publica: deinde contra vim nefariam huius gladiatoris, tot ſenatuſconſultis munita, atque ſtratibus eſt datum anno ſuperiore, vt curarent, vt ſine vi mihi ædificare liceret, quib. in maximis periculis, vniuerſa reſpub. commendari ſolet: deinde, cùm ille ſaxis, & ignibus, & ferro vaſtitatem meis ædibus intuliſſet: decreuit ſenatus, eos, qui id feciſſent, lege [a] de vi, quæ eſt in eos, qui vniuerſam remp. oppugnaſſent, teneri. Vobis verò referẽtibus, ô poſt hominum memoriam fortiſſimi, atque optimi conſules, decreuit idem ſenatus frequentiſſimus, qui meam domum violaſſet, contra remp. eſſe facturum. Nego, vllo de opere publico, de monumento, de templo, tot ſenatus exſtare conſulta, quot de mea domo, quam ſenatus vnam, poſt hãc vrbem conſtitutam [b], ex ærario ædificandam, à pontificibus liberãdam, à magiſtratibus defendendam, à iudicibus puniendam [c] putaret. P. Valerio, pro maximis in remp. beneficiis, data domus eſt in villa [d] publica: at mihi in Palatio reſtituta. illi locus: at mihi etiam parietes, atque tectum. illi, quam ipſe priuato iure tueretur: mihi, quam publicè magiſtratus omnes defenderẽt. Quæ quidẽ ego ſi aut per me, aut ab aliis haberem: non prædicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer. Sed, cùm ſint mihi data à vobis, cùm ea attententur eius lingua, cuius anteà manu euerſa vos mihi, & liberis meis, manibus veſtris reddidiſtis: non ego de meis, ſed de veſtris factis loquor: nec vereor, ne hæc mea veſtrorum beneficiorum prædicatio, non grata potiùs, quàm arrogans videatur. Quamquam, ſi me tantis laboribus pro cõmuni ſalute perfunctum efferret aliquandò ad gloriam in refutandis maledictis improborum hominum, animi quidam dolor, quis non ignoſceret? Vidi enim heſterno die quendam murmurantem: quem aiebant negare ferre me poſſe, quia, cùm ab hoc eodem impuriſſimo [e] parricida rogarer, cuius eſſem ciuitatis, reſpondi [f], me; probantibus & vobis, & equitibus R. eius eſſe, quæ carere me non potuiſſet. Ille, vt opinor, ingemuit. Quid igitur reſponderem? (quæro ex eo ipſo, qui ferre me non poteſt) me ciuem eſſe Romanum? litteratè reſpondiſſem. Tacuiſſem? [g] deſertum negotium. Poteſt quiſquam vir in [h] rebus magnis cum inuidia verſatus, ſatis grauiter contra inimici contumeliam ſine ſua laude reſpondere? At ipſe non modò reſpondet, quidquid poteſt, cùm eſt laceſſitus: ſed etiam gaudet, ſe ab amicis, quid reſpondeat, admoneri. ¶ Sed, quoniam [i] mea cauſa expedita eſt, videamus nũc, quid haruſpices dicant. Ego enim fateor, me, & magnitudine oſtenti, & grauitate reſponſi, & vna, atque conſtanti haruſpicum voce vehemẽter eſſe commotum. Neque is ſum, qui, ſi cui fortè videor plus, quàm ceteri, qui æquè atque ego ſunt, occupati, verſari in ſtudio litterarum, his delecter, aut vtar omnino litteris, quæ noſtros animos deterrent, atque auocant à religione. Ego verò primùm habeo auctores, ac magiſtros religionum colendarum, maiores noſtros: quorum mihi tanta fuiſſe ſapientia videtur, vt ſatis, ſupérque prudentes fint, qui illorum prudentiam non dicam aſſequi, ſed, quanta fuerit, perſpicere poſſint: qui ſtatas [k], ſollemnéſque cæremonias, pontificatu: [l] rerum bene gerendarum auctoritates, augurio: fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libris: portentorum explanationes [m], Etruſcorum diſciplina contineri putarũt [n]: quæ quidẽ tanta eſt, vt noſtra memoria primùm Italici belli

a in operto bonæ deæ.*

b Pontificũ ordo hic obſeruandus, vt priore loco Pontifex maximus deinde flamen martialis, Rex ſacrorum, flamen, Quirinalis, pontifices minores nominẽtur.* P. B.

c L. M. Glabrio.*

d al. P. Scipio vt ſupra pro domo.*

e L. expiatio vel ab

f Senatuſcõſultis hæc verba addi ſolita, ſcribẽdo adeſſe.*

g Mancipi.

P. CCXLVII. Iure mancipi.

a fort. lege de vi publica.*

b al. condita.

c L. munienda put.

d Ant. Auguſt. via ſacra Pantagathus viro Publico: vt apud Liuium 2. & Plutarchum in Publicola.*

P. B.

e L. impuriſſimo patricida.

f fort. reſpõdi, probantibus & vobis, & equitibus Rom. me eius eſſe.

g al. An tacuiſſem?

h al. reb. in magnis

i Reſponſio ad haruſpicum reſponſa.*

k al. ſtatutas.*

l Religio Romana ab his quatuor partita, pontificibus, auguribus, vatum libris, Etruſcorum diſciplina.*

P. CCXLVIII. m Id Cicero diuinat.*

fort. expiationes, vt apud Valerium lib. 1.*

n L. putarũt.

funesta illa principia, post Syllani, Cinnaníque temporis extremum pænè discrimẽ, tum hanc recentem vrbis inflammãdæ, delendíq; imperij coniurationem non obscurè nobis paullo antè prædixerint. Deinde etiam cognoui, multa homines doctissimos, sapientissimósque & dixisse, & scripta de deorum immortalium numine reliquisse: quæ quamquã diuinitus perscripta video, tamẽ eiusmodi sunt, vt ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur. Etenim *quis*[a] *est tam vecors, qui aut, cùm susperit in cælum, deos esse non sentiat, & ea, quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum, ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? aut, cùm deos esse intellexerit, non intelligat, eorum numine hoc tantum imperium esse natum, & auctum, & retentum?* Quàm volumus licet, P.C. ipsi nos amemus: tamen nec[b] numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso eius gentis, ac terræ domestico, natiuóque sensu, Italos ipsos, ac Latinos, sed pietate, ac religione, atque hac vna sapientia, quòd deorũ immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus, omneis gẽteis, nationésque superauimus. Quare, ne[c] plura de re minimè loquar dubia, adhibete animos, & mẽteis vestras, nõ solùm aureis, ad haruspicum vocem admouete: QVOD IN AGRO LATINIENSI AVDITVS EST STREPITVS CVM FREMITV. Mitto haruspices, mitto illam veterem ab ipsis dijs immortalibus, vt hominum fama est, Etruriæ datam[d] disciplinã: nos nónne haruspices esse possumus? EXAVDITVS IN AGRO PROPINQVO, ET SVBVRBANO EST STREPITVS QVIDAM RECONDITVS, ET HORRIBILIS FREMITVS ARMORVM. Quis est ex gigantib.[e] illis, quos poetæ ferunt bellum dijs immortalibus intulisse, tam impius, qui hoc tam noúo, tantóque motu non magnum aliquid deos populo R. præmonstrare, & præcinere fateatur? De ea re scriptum est, postulationes decretas[f] esse Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, dijs cælestibus. ¶ Audio, quibus dijs violatis expiatio debeatur: sed, hominum quæ ob delicta, quæro. LVDOS MINVS DILIGENTER FACTOS, POLLVTOSQVE. Quos ludos? te appello, Lentule, (tui sacerdotij sunt tensæ, & curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum) vósque pontifices, ad quos epulones[h] Iouis optimi, max. si quid est prætermissum, aut commissum, afferunt: quorum de sententia illa ẽadem renouata, atque instaurata celebrantur: qui sunt ludi minùs diligenter facti? quanto, aut quo scelere pollutí? respondebis & pro te, & pro collegis tuis, & pro pontificum collegio, nihil cuiusquam aut negligentia contemtum, aut scelere esse pollutum: omnia solemnia, ac iusta ludorum, omnibus rebus obseruatis, summa cum cæremonia esse seruata. Quos igitur haruspices ludos minùs diligenter factos, pollutósque esse dicunt? eos, quorum ipsi dij immortales, atquei illa mater, dea, te, te, Cn. Lentule, cuius ab auia manibus esset accepta, spectatorẽ esse voluit, quòd ni tu Megalesia[k] illo die spectare voluisses: haud scio an viuere nobis, atq; his de rebus iã queri liceret. vis enim innumerabilis incitata ex omnib. vicis collecta seruorũ ab hoc ædili religioso, repẽtè fornicibus, ostíísq; ómnibus, in scenã, signo dato, immissa irrupit. Tua tũ, tua, Cn. Lẽcule, ẽadem virtus fuit, quæ in priuato quõdã tuo proauo. te nomẽ, imperiũ, vocem, adspectũ, impetum tuũ stans senatus, equitésq; R. & omnes boni sequebãtur, cùm ille seruorũ, & ludiorũ multitudini S.P.Q.R. vinctũ ipso confessũ, & constrictũ spectaculis, atque impeditum turba, & angustiis tradidisset. An, si ludius[a] cõstitit, aut tibicẽ repẽtè cõticuit, aut puer ille patrimus[b], & matrimus si[c] terrã nõ tenuit, aut tensam[d], aut lorum amisit, aut, si ædilis verbo, aut[e] si nutu aberrauit, ludi sunt nõ ritè facti, ẽaq; errata expiantur, & mentes deorũ immortalium, ludorũ instauratione placantur: si ludi ab lætitia ad metũ traducti sunt[f], si nõ intermissi, sed perẽti, atq; sublati sunt: si ciuitati vniuersę scelere eius, qui ludos ad luctũ cõferre voluit, exstiterunt dies illi festi[g] pænè funesti, dubitabimus, quos[h] ludos ille fremitus nuntiet esse pollutos? Ac, si volumus ea, quæ de quoq; deo nobis tradita sunt, recordari, hanc Matrẽ magnam, cuius ludi violati, polluti, pęnè ad cędẽ, & ad funus ciuitatis cõuersi sunt, hanc, inquã, accepimus, agros, & nemora cũ quodã strepitu, fremitúque peragrare. Hæc igitur vobis, hæc populo R. & scelerũ indicia ostendit, & periculorũ signa patefecit. nã quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri[i] maiores ante templum, in ipso Matris magnæ conspectu, Megalensibus[k] fieri, celebraríq; voluerũt? qui sunt more, institutíq; maximè casti, sollemnes, religiosi: quibus ludis primũ ante populi consessum senatui locũ P. Africanus iterum consul ille maior dedit: vt eos ludos hæc lues impura pollnerit: l quò siquis liber aut spectandi, aut etiam religionis causa, accesserat: manus asserebantur. quò matrona nulla adijt, propter vim, consessúmque seruorũ. Ita ludos eos, quorũ religio tãta est, vt ex vltimis terris arcessita in hac vrbe cõsederit: qui, vni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, vt vocabulo ipso & appetita religio externa, & Matris magnæ nomine suscepta declaretur: hos ludos serui fecerunt, serui spectauerũt: tota denique hoc ædile, seruorũ Megalesia fuerũt. Prò dij immortales! quí magis nobiscum loqui possetis, si essetis, versareminíq; nobiscũ? ludos esse pollutos significatis, ac planè dicitis. Quid magis deformatũ, inquinatum, peruersum, conturbatum dici potest, quàm, ne seruitium, permissũ magistratus, liberatis in alteram scenam immissum, alteri præpositum, vt alter consessus potestati seruorũ ob iiceretur, alter seruorum totus esset? Si examẽ apum ludis in scenam venisset, haruspices acciendos ex Etruria putaremus: videmus vniuersi repentè examina tanta seruorũ immissa in populum Rom. sæptum, atque inclusum, & non commouemur? Atque in apum fortasse examine, nos ex Etruscorum scriptis haruspices, vt à seruitio caueremus, monerent. Quod igitur ex aliquo diffuncto, diuersóque monstro significatum caueremus, q id cùm sibi ipsum mõstrũ est, & cùm in eo ipso periculũ est, ex quo periculũ portẽdicur, nõ pertimescemus? istiusmodi Megalesia[r] fecit pater[s] tuus? istiusmodi patruus? Is mihi etiã

a Deos esse. Deorum esse prouidentiã. Deorum numine imperia nasci, augeri, retineri.*

b Gentium quarundã dotes proprię & singulares.*

c L. ne plura de re minimè dubia loquar P. B.

d L. traditã

e Gigantum meminit libro de senectute.*

f *quidam libri non habẽt* decretas,

g Tenia vel Thensę, sacra vehicula: & vt Festus scribit *in Tensa*, argẽtea quibus exuuiæ deorum ludis Circensibus ad puluinar deorum vehuntur. Asconius Tensas dictas existimat.

quòd ante ipsas lora tẽdantur, quæ gaudent manũ tenere, qui eas deducunt.*

h Epulones seu Epoloni qui epulas diis iudicrndi potestatem habebant. vide Festum in Epolones.*

i L. atque illa mater Idæa, te, te, &c.

k Megalesia ludi matris magnæ. vide Varronem 5. de lingua. Festum in Megalesia.*

p. CXLIX.

a *al.* Lydius. ista apud veteres dicebatur: sed pro Lydius. Naeuius, Halitus. Plautus, Asinaria. Andabata.

b Vide Festũ in Pater patrimus. in Matrimes. in Patrimes. in Rica.*

c *Ita ſſ. siserram, vel sisarram.* id autẽ veteri lexico Θρέττατον - μεί ζον ἑαυτῶν: cuiusmodi pueri patrimi, & matrimi ad sacrificium ducebant: quæ si casu aufugissent: aut quod Cicero dicit, si puer ouem nõ tenuisset, mali omnis erat, & turbãdi sacrificii. *vide Iipſ. ad Antiquar. 3.* Alij terram tenere idem esse quod tãgere existimant. *Augustinus. Aegyptius legit.* si contam non tenuit aut forum remisit.* d Tensę quid P. B. esse s. dixi. e L. aut ipsum pulo aëtet. *lus. verũ.* Symbolo. Et autem ipsum pulum. *compulum, compulum. ſed Pompeius. ſed Pompeius. ſed Pompeius. ſed Pompeius.* criebris pulsabilis. *Naeuius.**

f *quidam libri non habẽt* decretas.

g *al.* pro festis. ſtas. nelli.*

h L. quos ille fremitus nuntiet. quos esse pollutos?*

i Megalesia ludi quæ parte vltima celebrari solent.* k L. Megalesiis fieri.

l L. pollueret. m *al.* obiice retur. ſic forsan. n. de diuinatione: sic forsan. ſed cum ipsum tibi

n Apum examine ludi interpellabantur addendum ex diuinatione. Plin. l. 11. de diuinatione. Marcell. Valer. 1. de diuinatione. Plutarchum. Marcellum. Liuium. Dionysium. Halicarnassæum. Valerium Maximum. Solinum. Obsequentem. Iulium Obsequentem. Iulium Obsequentem. Iulium

generis sui mentionem facit, cùm Atheniensis[a], aut Spartaci[b] exemplo ludos facere maluerit, quàm Cani, aut Appii, Claudiorum? Illi cùm ludos facerent, seruos [c] de cauea exire iubebant: tu in alteram seruos immisisti, ex altera liberos eiecisti. Itaque qui anteà voce præconis à Liberis semouebantur[d], tuis ludis non voce, sed manu liberos à se segregabant. Ne hoc quidẽ tibi in mẽtem veniebat, Sibyllino sacerdoti, hæc sacra maiores nostros ex vestris[e] libris expetisse: si illi sunt vestri, quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus attrectas. Hac igitur vate suadente quondam, defessa Italia Punico bello, atque ab Annibale vexata, sacra ista maiores [f] nostri ascita ex Phrygia Romæ collocauerunt[g]: quæ vir[h] is[i] accepit, *qui est optimus à populo Ro. iudicatus, P. Scipio:* fæmina autem, quæ matronarum castissima putabatur, Qu. Claudia: cuius priscam illam seueritatem sacrificij tuak soror mitificè existimatur imitata. Nihil te igitur neque maiores tui, conuincti cum his religionibus, neque sacerdotium ipsum, quo est hæc tota religio constituta, neque curulis ædilitas, quæ maximè hanc tueri religionem solet, permouit, quominùs castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, scelere obligares? Sed quid ego id admiror? qui accepta pecunia Pessinuntem ipsum[l], sedem, domicilium̃que Matris deorũ, vastaris, & Brogitaro[m] Gallogræco, impuro[n] homini, ac nefario, cuius legati, te tribuno, diuidere in æde Castoris tuis operis nummos solebant, totum illum locum, fanúmque venderis? sacerdotem [o] ab ipsis aris, puluinarib̃usque detraxeris? omnia illa, quæ vetustas, quæ Persæ, quæ Syri, quæ reges omnes, qui Europam, Asiámque tenuerunt, semper summa religione coluerunt, peruerteris? quæ denique nostri maiores tam sancta duxerunt, vt, cùm refertam vrbem, atque Italiam fanorum haberemus, tamen nostri imperatores maximis & periculosissimis bellis huic deæ vota facerent, eáque in ipso Pessinunte ad illam ipsam principem aram, & in illo loco, fanóque persolueret. Quod cùm Deiotarus religione sua castissimè tueretur, quem vum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic imperio, atque[p] amantissimum nostri nominis: Brogitaro, vt antè dixi, addictum pecunia tradidisti. Atque hunc tamen Deiotarum, sæpe à senatu regali nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum testimoniis ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro iubes, sed alter est rex, iudicio senatus, per nos: pecunia Brogitarus, per te appellatus: alterum[q] putabo regem, si habueric vnde tibi soluat, quod ei per syngraphã credidisti. nam cùm multa regia sunt in Deiotaro, tum illa maximè, quòd tibi nummum nullum dedit: quòd eam partem legis tuæ, quæ congruebat cum iudicio senatus, vt ipse rex esset, non repudiauit: quòd Pessinuntem per scelus à te violatum, & sacerdote, sacrisque spoliatum, recuperauit, vt[r] in pristina religione seruaret: quòd cæremonias ab omni vetustate acceptas, à Brogitaro polluí non sinit, mauúltque generum suum munere tuo, quàm illud fanum antiquitate religionis sanctum. Sed, vt ad hæc haruspicum responsa redeam, ex quibus est primum de ludis; quis est qui id non

totum in istius ludos prædictum, & responsum esse fateatur? ¶ Sequitur *de locis sacris religiosis.* O impudentiam miram! de mea domo dicere audes? Committe vel consulibus, vel senatui, vel collegio pontificum tuam. Ac mea quidem his tribus[a] omnibus iudicijs, vt dixi antea, liberata est. At in iis ædibus, quas tu, Qu. Seio, equite Romano, viro optimo per te apertissimè interfecto, tenes, sacellum dico fuisse, & aras. tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo, ac docebo. agatur modò hæc res. Quòd ex eo Senatusconsulto quod nuper est factum, referri ad vos necesse est: habeo quæ de locis religiosis velim dicere, cùm de domo tua dixero: in qua tamen ita est inædificatum sacellum, vt alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendum: tum videbo, num mihi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere. putant enim nonnulli ad me pertinere, armamentarium Telluris aperire. nuper id patuisse dicunt, & recordor. nũc sanctissimam partem, ac sedem maximæ religionis priuato dicunt vestibulo contineri. Multa me mouent: quod ædes Telluris, est curationis meæ: quòd is, qui illud armamentarium sustulit, meam domum pontificum iudicio liberatam, secundum fratrem suum iudicatam esse dicebat. mouet me etiam in hac caritate annonæ, sterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris, & eo magis, quòd eodem ostento Telluri postulatio[b] deberi dicitur. Vetera fortasse loquimur: quã quam hoc si minus ciuili iure perscriptũ est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sancitum[c] est, *vt nihil mortales à dijs immortalibus vsũ capere possint.* Verumtamen[d] antiqua negligimus: etiãne ea negligemus quæ fiũt maximè? quæ videmus? L. Pisonẽ quis nescit, his ipsis tẽporibus, maximũ, & sanctissimũ Dianæ sacellum in Cœliculo[f] sustulisse? adsunt vicini eius loci: multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificias[g] gentilia[h] illo ipso in sacello, statuto loco, anniuersaria factitarint. Et cõquiri mus, dij immortales quæ loca desiderent, quid significent, de quo loquantur? A Sext. Serrano[k] sanctissima sacella suffossa, incẽsa, inædificata, oppressa, summa deniq. turpitudine esse fœdata nescimus? Tu meã domũ religiosã facere potuisti? Ecqua[l] mente? qua inuaseras[m]. qua manu? qua disturbaras. qua voce? qua incendi iusseras. qua lege? quam ne in illa quidem impunitate tua scripseras. quo puluinari[n]? quod stupraras. quo simulacro? quod ereptũ ex meretricis[o] sepulchro in imperatoris P. monumento collocaras. Quid habet mea domus religiosi, nisi quòd impuri, & sacrilegi parietem tangit? Itaque, ne quis meorum imprudens introspicere possit tuam domum ac te sacra illa tua facientem videre: tollam[q] altiùs tectum: non vt ego te despiciam[r], sed ne tu adspicias vrbem eam, quam delere voluisti. ¶ Sed iam haruspicum reliqua responsa videamus. *Oratores, contra ius, fasque interfectos.* Quid est hoc? de Alexandrinis video esse sermonem: quem ego non refuto. sic enim sentio, *ius legatorum cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam diuino iure esse vallatum.* Sed quæro ab illo, qui omneis iudices[s] tribunus è carcere in forum effudit, cuius arbitrio ficæ omnes nunc, atque omnia venena tractantur, qui cùm Hermacho Chio syngra-

a Consulum, senatus, Pontificum.*

P. SCII.

b al. postul o vt hic postulo vel victima, vel supplex aliquis. atque ita quidam legi volunt apud Varronem 4. delingua. vbi tamen Turneb. legit, postileonẽ. *
c al. sanctum est,
d al. Verumtamen si antiqua negligemus? e L. nunc maximè?
f subaudi monte.*
g L. sacrificia gentilia,
h al. gentilitia, gentilia vel sacra, gẽtis vnius & priuata.*
i al. foco,
k al. Serano al. Sarano.o
l L. At qua mente? quam amiseras. q. m.
P. B.
m al. quam amiseras vt suprà.*
n Puluinar in sacris fuit.*
p Q. Catuli.*
q obstruam luminibus tuis.*
r Despicere est è loco superiore.*
s L. audaceis. ¶ al. iudicaros.*

a *Vide* 3. Florum 19.* Verrinam 5. & 6. ad Atticum 2. & 2. Florum 20. Epitomen Liuij 81. Velleium 2. 13. 5. 20. ff. de adquir. poſſeſſ.* C. I. ſeruos ex arte de cauea iub.
b *al.* fort ſummouebantur, Sibyllinos intelligit vt apud Strabonem 12. vt hinc etiã conſtet Clodium xv. virum fuiſſe ſacris faciendis.*
c *al.* noſtrorum maiorum
d L. collocauerunt:
e P. Scipio Naſica Pater Africani.* f Liuius 33. Plutarchus in Africano. Solinus 7. Plinius 34. 8. Valer 16. Florus 29. cpit. Ouid. 4. Faſtorum Sillius 7. Plinius 44. de viris illuſtribus. Cicero in Bruto. Saluſt. Iugurt. 5.*
g *al.* tua miri ſcè ſoror
h *al.* ipſam.*
i qui Βοηδρόμιος Strabo 12. Huius Brogitari meminit Cicero infra oratione pro Sextio.*
k Impuro homini pro P. Seſtio.*
l P. B. P. L. ate. 2. amãſſimo noſtri nominis regem Brog.
m *al.* alterum ſemper alterum tuum putabo regem *vel* ſi, *al.* certam ſemper putabo regem, alterum ſi habueric vnde.*
n *al.* vt Priſci. ſi religionẽ ſequare nt.*

¶ Sequitur *de locis sacris religiosis.* O impudentiam miram! de mea domo dicere audes? Committe vel consulibus, vel senatui, vel collegio pontificum tuam. Ac mea quidem his tribus[a] omnibus iudicijs, vt dixi antea, liberata est. At in iis ædibus, quas tu, Qu. Seio, equite Romano, viro optimo per te apertissimè interfecto, tenes, sacellum dico fuisse, & aras. tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo, ac docebo. agatur modò hæc res. Quòd ex eo Senatusconsulto quod nuper est factum, referri ad vos necesse est: habeo quæ de locis religiosis velim dicere, cùm de domo tua dixero: in qua tamen ita est inædificatum sacellum, vt alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendum: tum videbo, num mihi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere. putant enim nonnulli ad me pertinere, armamentarium Telluris aperire. nuper id patuisse dicunt, & recordor. nũc sanctissimam partem, ac sedem maximæ religionis priuato dicunt vestibulo contineri. Multa me mouent: quod ædes Telluris, est curationis meæ: quòd is, qui illud armamentarium sustulit, meam domum pontificum iudicio liberatam, secundum fratrem suum iudicatam esse dicebat. mouet me etiam in hac caritate annonæ, sterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris, & eo magis, quòd eodem ostento Telluri postulatio[b] deberi dicitur. Vetera fortasse loquimur: quã quam hoc si minus ciuili iure perscriptũ est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sancitum[c] est, *vt nihil mortales à dijs immortalibus vsũ capere possint.* Verumtamen[d] antiqua negligimus: etiãne ea negligemus quæ fiũt maximè? quæ videmus? L. Pisonẽ quis nescit, his ipsis tẽporibus, maximũ, & sanctissimũ Dianæ sacellum in Cœliculo[f] sustulisse? adsunt vicini eius loci: multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificias[g] gentilia[h] illo ipso in sacello, statuto loco, anniuersaria factitarint. Et cõquiri mus, dij immortales quæ loca desiderent, quid significent, de quo loquantur? A Sext. Serrano[k] sanctissima sacella suffossa, incẽsa, inædificata, oppressa, summa deniq. turpitudine esse fœdata nescimus? Tu meã domũ religiosã facere potuisti? Ecqua[l] mente? qua inuaseras[m]. qua manu? qua disturbaras. qua voce? qua incendi iusseras. qua lege? quam ne in illa quidem impunitate tua scripseras. quo puluinari[n]? quod stupraras. quo simulacro? quod ereptũ ex meretricis[o] sepulchro in imperatoris P. monumento collocaras. Quid habet mea domus religiosi, nisi quòd impuri, & sacrilegi parietem tangit? Itaque, ne quis meorum imprudens introspicere possit tuam domum ac te sacra illa tua facientem videre: tollam[q] altiùs tectum: non vt ego te despiciam[r], sed ne tu adspicias vrbem eam, quam delere voluisti. ¶ Sed iam haruspicum reliqua responsa videamus. *Oratores, contra ius, fasque interfectos.* Quid est hoc? de Alexandrinis video esse sermonem: quem ego non refuto. sic enim sentio, *ius legatorum cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam diuino iure esse vallatum.* Sed quæro ab illo, qui omneis iudices[s] tribunus è carcere in forum effudit, cuius arbitrio ficæ omnes nunc, atque omnia venena tractantur, qui cùm Hermacho Chio syngra-

a Consulum, senatus, Pontificum.*

b *al.* postul o vt hic postulo vel victima, vel supplex aliquis. atque ita quidam legi volunt apud Varronem 4. delingua. vbi tamen Turneb. legit, postileonẽ. *
c *al.* sanctum est,
d *al.* Verumtamen si antiqua negligemus? e L. nunc maximè?
f subaudi monte.*
g L. sacrificia gentilia,
h *al.* gentilitia, gentilia vel sacra, gẽtis vnius & priuata.*
i *al.* foco,
k *al.* Serano *al.* Sarano.o
l L. At qua mente? quam amiseras. q. m.
P. B.
m *al.* quam amiseras vt suprà.*
n Puluinar in sacris fuit.*
p Q. Catuli.*
q obstruam luminibus tuis.*
r Despicere est è loco superiore.*
s L. audaceis. ¶ *al.* iudicaros.*

P. SCII.

phas fecit? ecquid sciat, vnum acerrimum aduersarium Hermachi, Theodosium, legatum ad senatum à ciuitate libera missum, sica percussum? quod non minus, quàm de Alexandrinis, indignum diis immortalibus esse visum, certò scio. Nec confero nunc in te vnum omnia. spes maior esset salutis, si, præter te, nemo esset impurus. plures sunt. hoc & tu tibi confidis magis, & nos propè iure diffidimus. Quis Platorem ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarum, ac nobilem, legatum Thessalonicam ad nostrum (vt ipse appellauit) imperatorem venisse nescit? quem ille, propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincula coniecit, & medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero fœdissimè & crudelissimè venas incideret. Secureis suas eruentari scelere noluit: nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminauit, vt id nulla re possit, nisi ipsius supplicio, expiari. Qualeis hunc carnifices putamus habere, quis etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtatur? Sed recitemus, quid [a] sequatur. FIDEM, ET IVSIVRANDVM NEGLECTVM. Hoc quid sit, per seipsum non facilè interpretor: sed ex eo, quod sequitur, suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici: quibus olim erepti essent nummi, nisi à senatu præsidium postulassent. Quare autem de his dici suspicet, hæc causa est, quòd sic statuo, & illud in hac ciuitate esse maximè illustre, atque insigne periurium, & te ipsum tamen in periurij pœnam ab iis, quibuscum coniurasti, non vocari. Et video in haruspicum responsis hæc esse subiuncta, *Sacrificia vetusta, occultáque, minus diligenter facta, pollutáque.* Haruspices hæc loquuntur, an patrij, penatésque dij? multi enim sunt, credo, in quos huius maleficij suspicio cadat. Quis præter hunc vnum? obscurè dicitur, quæ sacra polluta sint? quid planiùs, quid grauiùs, quid religiosiùs, dici potest? *Vetusta occultáque.* nego vlla verba Lentulum, grauè oratorem, ac disertum, sæpius, cùm te accusaret, vsurpasse, quàm hæc, quæ nunc ex Etruscis libris in te conuersa, atq. interpretata dicuntur. Etenim quod sacrificium [b], tam [c] vetus est, quàm hoc, quòd à regibus æquale? huic vrbi accepimus? quod autem tam occultum, quàm id, quod non solùm curiosos oculos excludit, sed etiam erranteis? quò non modò improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium in omni memoria violauit, nemo vmquam adiit, nemo neglexit, nemo vir adspicere non horruit: quod sit per virgines vestaleis, sit [e] pro populo Ro. sit in ea domo, quæ [f] est in imperio, sit incredibili cæremonia, sit ei deæ, cuius ne nomen quidem viros scire fas est: quam iste idcirco Bonam dicit, quòd in tanto sibi scelere ignouerit. Non ignouit, mihi crede, nō. nisi fortè tibi ignotum putas, quòd te iudices dimiserunt [g] excussum, & exhaustum, suo iudicio, absolutum: omnium, condemnatum: aut quòd oculos, vt opinio illius religionis est, non perdidisti. Quis enim ante tè sacra illa vir sciens viderat, vt quisquā pœnam, quę sequeretur illud scelus, scire posset? An tibi luminis obesset cęcitas plus, quàm libidinis? ne id quidem sentis, conniuenteis illos oculos abaui [a] tui magis optandos fuisse, quàm hos [b] flagranteis sororis? Tibi verò, si diligenter attenderis, intelliges hominum pœnas deesse adhuc, non deorum, homines te in re fœdissima defenderunt: homines turpissimum, nocētissimúmq. laudarunt: homines propter [c] pecuniam, iudicio liberauerunt: hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos, dolori non fuit: homines tibi arma, alij pòst in illum inuictum ciuem dederunt: hominum [d] beneficia prorsus concedo tibi, ac maiora non esse quærenda. *A dijs quidem immortalibus quæ potest homini maior esse pœna, furore, atque dementia?* nisi fortè in tragœdiis, quos vulnere, ac dolore corporis cruciari, aec consumi vides, grauiores deorum immortalium iras subire, quàm illos, qui furentes induc̄tur, putas. Non sunt illi eiulatus, *& gemitus Philoctetæ* [e] tam miseri (quamquam sunt acerbi) quam illa *exsulatio Athamantis* [g], & quàm *somnium matricidarum.* Tu, cùm furialeis in cūcionibus voces mittis, cùm domos ciuium euertis, cùm lapidibus optimos viros foro pellis, cùm ardenteis faceis in vicinorum tecta iactas, cùm ædeis sacras inflammas, cùm seruos concitas: cùm sacra, ludósque conturbas: cùm vxorem, sorémque non discernis: cùm, quòd ineas cubile, non sentis: cùm bacharis: cùm furis: tū das eas pœnas, quæ [h] sunt solæ hominum sceleri à diis immortalibus constitutæ. Nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se: denique ipsum corpus tenuissima sæpe de causa conficitur: *deorum tela in impiorum mentibus figuntur.* Quare miserior es, cùm in omnem fraudem raperis oculis, quàm si omnino oculos non haberes. Sed, quoniam de iis omnibus, quæ haruspices commissa esse dicunt, satis est dictum, videamus, quid [i] iidē haruspices à diis iam immortalibus dicant? moneri. Monenti, *Ne per optimatum discordiam, dissensionémque patribus, principibúsque cades, periculáque creentur, auxilióque* [m] *diminuti deficiantur: quare ad vnum imperium prouinciæ redeant exercitúsque pulsus, diminutióque* [n] *accedat.* Haruspicum verba sunt hæc omnia: nihil addo de meo. Quis igitur hanc optimatium discordiam molitur? Idem iste: nec vlla vi ingenij, aut cōsilij sui, sed quo dā errore nostro: quē quidem ille, quòd obscurus non erat, facilè perspexit. hoc enim etiam turpius afflictatur respublica quòd ne ab eo quidem vexatur, vt tanquam fortis in pugna vir, acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis, & honestis? cadere videatur. Ti. Gracchus conuertit? statum ciuitatis. qua grauitate vir! qua eloquentia? qua dignitate! nihil vt à patris, auúque [r] Africani præstabili, insigníque virtute, præterquàm quod à senatu desciuerat, deflexisset. Secatus est C. Gracchus [s] quo ingenio! quanta vi! quanta grauitate dicendi! vt dolerent boni omnes, nō illa tanta ornamenta ad meliorem mentem, voluntatémque esse conuersa. Ipse L. Saturninus [t] ita fuit effrenatus, & pænè demens, vt auctor esset egregius, & ad animos imperitorum excitandos, inflammandósque perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio [u] loquar? cuius tanta in dicendo grauitas, tanta iucunditas, tanta breuitas fuit, vt posset, vel prudentes erra-

a I. quod sequitur

b Vestalium scilicet.*
c L. tam vetustum est,
d Vestalium sacerdotiū instituit Alba oriundū, & à Numa Romæ institutum Liuius 1.*
e Sacrificabāt pro p. Romano Vestales.*
f al. quæ est cum imperio. al. in qua est imperiū
g al. emiseruat.*

a Imò prauus 3. epistol. in f. Imo tristus. fuit enim App. Claudius Cæcus P. Clodii proauus, ab auus, sed tritauus, vt ex fastis colligi potest. Similis cæ ἀνθρωποπαθεία Ciceronis in Oratione pro domo, vbi de Metelli auo agitur.*
b al. hos flagranteis
c L. propè cōstentem, propter pecuniam iudicio liberarunt:
d L hominū in te beneficia concedo tibi prorsus esse maxima, & maiora.
e L. & consumi
f Philoctetæ gemitus meminit Cicero
P. CELLIO. lib. de finibus, Tusculanis, defato & ad Herennium*
g L. Athamantis, quàm Athamas per insaniā Learchum occidit: quam ob causam Ino vx or ipsa Athamantis, sē cum filio Melicerta præcipitē dedit in mare. vide Ouidium Metamorph.*
h L. quæ solæ sunt.
i L. quis nos iidem
k L. dicant moneri. ne per opt. Monemur. vox monere diſtinguitur.
l L. auxiliisque deminuti, quare ad vnius imperiū res redeat, exercitúsque pulsus ad deminutionem accedat. Haruspicum dimanauit.*
m al. honestè*
n L. conuellit.
q genere, formas, eloquentiæ Principes dicitur fuisse Flor. 4. Iulius Appian. 1. de bell. ciuil. Apud

r vide Velleium 2.* s vide Plutarchum Gracchis. Velleium 2. Appianū 1. ciuilium 3. Florum 15.* t Apuleius Saturn. vide Appianum 1. ciuil. 1, Florum 16.* u Syllæ imperium abrogauit. Sylla Romam exercitū adduxit, & Marianos vrbe exegit.

tes errarent, vel vt boni minus bene sentirent, perficere dicendo. Cùm his conflictari, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum remp. gubernabant, molestum: sed habebat ea molestia quandam tamen dignitatem. Hic verò, de quo ego ipse tam multa nunc dico, prò dij immortales, quid est? quid valet? quid affert, vt tanta ciuitas, si cadet *(quod dij omen obruant!)* à viro tamen confecta videatur? qui post patris mortem, primam illam ætatulam suam ad scurrarum locupletum [b] libidines detulit: quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis [c] stupris volutatus: deinde iam robustus, prouinciæ se, ac rei militari dedit, atque ibi piratarum contumelias [d] perpessus, etiam Cilicum libidines, Barbarorúmque satiauit: post, exercitu L. Luculli sollicitato, per nefandum scelus, fugit illinc, Romæque, recenti adhuc uentu suo, cum propinquis suis decidit, ne reos faceret: à Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè prætiaricaretur. inde cum Murænam se in Galliã cõtulit: in qua prouincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos neca uit, nefarias cum multis scelerum pactiones, societatésque constauit. vnde vt rediit, quæstum [e] illum maximè, fæcundum, vberémque, campestrem, totum ad se ita redegit, vt homo popularis fraudaret improbissimè populum, idémque vir clemens diuisores [f] omnium tribuum domi ipse suæ crudelissima morte mactaret. Exorta est illa, reip. sacris, religionibus, auctoritati vestræ, iudiciis publicis funesta quæstura: in qua idem iste deos, hominésque pudorem, pudicitiam, senatus auctoritatem, ius, fas, leges, iudicia, violauit. Atque hic ei gradus (ô misera tempora, ítultásque nostras discordias!) P. Clodio gradus ad remp. hic [g] primus est aditus ad popularem iactationem, atque adscensus. Nam Ti. Graccho inuidia [h] Numantini fœderis, cui feriendo, quæstor C. Mãcini cos. cùm esset, interfuerat, & in eo fœdere improbando senatus seueritas dolori, & timori fuit: istáque res illum, fortem, & clarum virum, à grauitate patrum defciscere coegit. C. Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi, ad expetendas domesticis sanguinis pœnas excitauit. Saturninum [i] quòd in annonæ caritate quæstorem à suis [k] frumenta ria procuratione senatus amouit, eíque rei M. Scaurum præfecit, scimus, dolore factum esse popularem. Sulpicium ab optima causa profectum Caióque Iulio, consulatum, contra leges petenti, resistentem, longiùs, quàm voluit, popularis aura prouexit. Fuit in his omnibus causa, etsi non iusta *(nulla enim potest cuiquam malè de repub. merendi iusta esse causa)* grauis tamen & cum aliquo animi, & virili dolore coniuncta. P. Clodius à crocóta [l], à mitra, à muliebribus soleis [m], purpureísque fasciolis, à strophio à psaltrio [n], à flagitio, à stupro, est factus repentè popularis. Nisi eum mulieres exornatum ita [o] deprehendissent: nisi ex eo loco, quò eum adire fas non erat, ancillarum beneficio emissus esset: populari homine populus Ro. resp. P. ciue tali careret. Hanc ob amẽtiam in discordiis nostris, de quibus ipsis, his prodigiis recentibus, à diis immortalibus admonemur, arreptus est vnus ex patriciis, cui [q] tribuno pl. fieri non liceret. Quod anno antè frater Metellus, & concors etiam tum senatus [r], princi-

a *forte* obuer tant.*

b L. locupletium lib.

c *al.* cum germanis sororibus stupris volutatus. *al.* cum germanis sororibus stupris volutatus. *al.* germanisq. stupris volutatus.*

d *Expete lid est libidines flagitiosas & contumeliæ plenas.*

e L. Quæstum illum maximè fœcundum, vb.

f Diuisores tribuum fuisse hic locus aperto indicio est.*

g L. hic primus fuit: hic primus aditus ad p.

P. CCLXIII. b. 3. Flor. 14.* i adde Orat. pro Sextio.*

h hoc est Orientis. *vide* erat. pro Sextio.*

i Crocota croceri coloris vestis. *vide* Crocotari Plauto. Nonnius.*

k Socios vocabant milites & viri nobiles. Alii camé hic legunt Siculi* n psaltrium, instrumẽtum musicum, quod in scenis bonæ Deæ adhibebatur.*

l Lita exornatum deprehendissent.*

m Ciue tali resp. careret.

n Tribun. pleb. fieri non poterat, qui ex patricio genere esset.* *al.* senatus, senatui prim cipi. Alii prin cipi sententiã dicere hic interpretantur primo dicere.*

A pi Cn. Pompeio sententiam dicenti excluserat [b], acerrimèque vna voce, ac mente restitue rat: id post dissidium optimatium, de quo ipso nunc monemur, ita perturbatum, itáque permutatum est, vt, quod frater consul, ne fieret, obstiterat: quod affinis, & sodalis, clarissimus vir, qui illum reum non laudarat, excluserat [c]: id is consul efficeret in discordiis principum, qui illi vnus inimicissimus esse debuerat: & eo feciſſe auctore se diceret, cuius auctoritatis neminem [d] posset pœnitere. Iniecta est fax fœda, ac luctuosa reip. petita est auctoritas vestra: grauitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium, totus denique ciuitatis status. hæc enim certè petebantur, cùm in me, cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum cõliciebatur [e]. Excepi, & pro patria solus exarsi: sic tamen, vt vos iisdem ignibus circumfæpti, me primùm ictum pro vobis, & fumantem videretis. Non [f] sedabantur discordiæ: sed etiam crescebat in eos odium, à quibus nos defensi putabamur. Ecce, iisdem auctoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, populum Rom. desiderantem, flagitanteis vos, non auctoritate sua solùm, sed etiam precibus ad meam salutem excitauit, restituti sumus. *Sit discordiarum finis aliquando: à diuturnis dissensionibus conquiescamus.* Non finit éadem ista labes: eas habet conciones, ea miscet, ac turbat, vth modò vendat illis: nec tamen ita, vt se quisquam, si ab isto laudatus sit, laudatiorem putet. sed vt eos, quos non amant, ab eodem gaudeant vitupetari. Atque ego hũcnõ miror. quid enim faciat aliud? illos homines sapientissimos, grauissimósque miror: primùm quòd quemquam clarum hominem atque optimè de rep. fæpe meritum, impurissimi voce hominis violari facilè patiuntur. deinde quòd existimant, perditi hominis, profligatíque maledictis posse, id quod minimè conducit ipsis, cuiusquam gloriam, dignitatémque violari: postremò, quòd non sentiunt id, quod tamen mihi iam suspicari videntur, illius furenteis, ac violentos impetus in se ipsos posse conuerti. Atque [k] ex hac nimia nonnullorum alienatione, & [l] quibusdam hærentia tela in rep. quæ quamdiu hærebant, in vno me grauiter equidem, sed aliquanto leuiùs ferebam. An iste, nisi, primò se dedisset [m] iis, quorum animos à vestra auctoritate seiunctos esse arbitrabatur [n]: nisi eos in cælum suis laudibus præclarus auctor extolleret: nisi exercitum C. Cæsaris, in quo fallebat [o] multos, sed eum nemo redarguebat, nisi eum, inquam exercitum signis infestis in eariam se immissurum minitaretur: nisi P. Cn. Pompeio adiutore, M. Crasso auctore, quæ faciebat, facere clamaret. nisi consules causam coniunxisse secum, in quo vno non mentiebatur, confirmaret: tam crudelis mei, tam sceleratus reip. vexator esse potuisset? Idem. posteaquã respirare vos à metu cędis, emergere auctoritatem vestram à [q] fluctibus illis [r] seruitutis, reuiuiscere [s] memoriã, ac desideriũ mei vidit, vobis se cœpit subitò fallacissimè venditare. Tum leges Iulias [t] cõtra [u] auspicia latas, & hic, & in concionibus dicere: in quibus legibus inetat curiata illa lex, [x] quæ totum eius tribunatum continebat: quam cæcus amens non videbat: producebat fortissimum virum,

b *fort.* exacerbat, hic ex cutere voces dixit Philippica.*

P. D.

c *al.* excusserat:

d L. neminẽ pœnitere post ser. Iniecta est &c.

e *v.c.* conicie batur.

f L. Non modò non sedabantur disc.

g *al.* flagitan teis vos, populum Rom. desiderãtem, non auct.

h L. vt se modo his, modo vendat illis: *al.* vt modò se venditet illis. *Pantag.* vt modo se vẽdat his, modo illis.*

i *al.* volatilices *id est* instabiles *fuit* vinolẽtos.*

k L. Atque ex hac à me non nullor.

l L. & quibusdam occultis odiis hærent etiam tela in rep.

m *al.* vendidisset.*

n *al.* arbitrabamur:

o *al.* fallebat sed.*

p L. nisi se Cn. Pompeio adiuuat.

q L. e fluctib. *al.* illius.* fuit reuiuescere. *al.* reuiuescere.*

t leges Iulias appellat à C. Iulio Cæsare inuito senatu latas.*

u de cœlo seruare impediendi gratia Bibulo collegã. *Plutarchum in C. Cæsare.*

x de adoptione P. Clodii vide ad Atticum. Nam si curiata lex vitio lata, plebeius esse P. Clodius non potuit: ideo nec tribun. pleb.

M. Bibulũ: quærebat ex eo, C. Cæsare leges ferente, de [a] cælo sempérne seruasset? semper se ille seruasse dicebat. Augures interrogabat, quæ ita lata essent, recténe lata essent? illi vitio lata esse dicebant. Ferebant [b] in oculis hominem quidam boni [c] viri, & de me optimè meriti: sed illius, vt ego arbitror, furoris ignari. Longiùs processit: in ipsum Cn. Pompeium, auctorem, vt prædicare est solitus: consiliorum suorum, inuehi cœpit. Inibat gratiam à nonnullis. Tum verò est ratus se posse, quoniam togatum [d] domestici belli exstinctorem nefario scelere fœdasset, illum etiam, illum externorum bellorum, hostiúmque victorem, affligere. tum est illa in templo [e] Castoris scelerata, & pænè deletrix huius imperij [f] sica deprehensa. tũ ille, cui nulla hostium diutius vrbs vmquam fuit [g] clausa, qui omneis angustias, omneis [h] altitudines, omnium obiecta tela, semper vi & virtute perfregit: obsessus est [i] ipse domi, méque nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis meæ, consilio, & facto suo liberauit. Nam, si Cn. Pompeio, viro vni omnium fortissimo, quicumque nati sunt, miserrimum [k] magis fuit, quàm turpe, quamdiu ille tribunus pleb. fuit, lucem non adspicere, carere publico, minas eius perferre: cùm in concionibus diceret, velle se in Carinis [m] ædificare alteram porticum, quæ palatio responderet: certè mihi erit domo mea, ad priuatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipub. gloriosum. Videtis igitur hominem per seipsum iampridem afflictum, ac iacentem, pernicios is optimatium discordiis excitari. cuius initia furoris, dissensionibus eorum, qui tum à vobis seiuncti videbantur, sustentata sunt. Reliqua iam præcipitantis tribunatus, etiam post tribunatum obtrectatores eorum, atque aduersarij defenderũt: ne à rep. reip. pestis remoueretur, restiterunt: etiam, ne causam diceret [n]: etiam, ne priuatus esset [o]. Etiámne in sinu [p], atque in deliciis quidam [q] optimi viri viperam illam venenatam, ac pestiferam habere potuerunt? quo tandem decepti munere? Volo, inquiunt, esse, qui in concione detrahat de Pompeio. Detrahat ille vituperando? Velim sic hoc vir summus, atque optimè de mea salute meritus accipiat, vt à me dicitur: dicam quidem certè, quod sentio. Mihi, medius fidius, tum de illius amplissima dignitate detrahere, cùm [r] maximis laudibus efferebat, videbatur. *Vtrùm tandem C. Marius splendidior, cùm eum C. Glaucia laudabat, an cùm eundem iratus postea vituperabat?* an ille demens, & iampridem ad pœnam, exitiúmque præceps, fœdior, atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quàm in vniuerso senatu vituperando fuit? quod quidem mirror, cùm alterum gratum sit iratis, alterum esse tam bonis ciuibus non acerbum. Sed, ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc eius concionem, de qua loquor: in qua Pompeium ornat, an potiùs deformat? Certè laudat, & vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperij gloria dicit: & significat, se illi amicissimum [t] esse, & reconciliationem esse gratiæ factam. Quod ego quamquam, quid sit, nescio: tamen hoc statuo, hunc, si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. Quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? Vaneantij, qui illum Cn. Pompeio inimicum esse gaudebãt, ob eámque causam in tot, tantísque sceleribus conniuebant, & nonnumquam eius indomitos, atque effrenatos furores plausu etiam prosequebantur, quàm se citò inuerterit. nunc enim iam laudat illum: in eos inuehitur, quibus se anteà venditabat. Quid existimatis, eum, si [a] reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? Quas ego alias optimatium discordias à diis immortalibus desiniti putem? nam hoc quidem verbo neque Publ. Clodius, neque quisquam de gregalibus eius aut de consiliarijs designatur. Habent Etrusci libri certa [b] nomina, quæ in id genus ciuium cadere possunt. *Deteriores* [c], *repulsos*, (quos iam audietis) hos appellant, quorum & mentes, & res sunt perditæ, longéque à communi salute disiunctæ. Quare, cùm dij immortales monent de optimatium discordiis: de clarissimorum, & optimè meritorum ciuium dissensione prædicunt. cùm principibus periculum, cædémq. portendunt: in tuto collocant Clodium, qui tantum abest à principibus, quãtum à puris, quantum à religiosis. Vobis, ô clarissimi, atque optimi ciues, & vestræ saluti consulendum, & prospiciendum vident. cædes principum ostenditur: id, quod interitum optimatium sequi necesse est, adiungitur [d] etiam, ne in vnius imperium res decidat [e], admonemur. ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu, coniecturáq. raperemur. *Neque enim vllus alius discordiarum solet esse exitus inter claros, & potentes viros, nisi aut vnius interitus, aut victoris dominatus, aut regnum.* Dissensit cum Mario, clarissimo ciue, consul nobilissimus, & fortissimus, L. Sylla. Horum vterque ita cecidit victus, vt victor idem regnauerit. Cum Octauio collega Cinna dissensit [f]. vtrisque horum secunda fortuna regnum est largita, aduersa mortem. Idem iterum Sylla superauit: tum sine dubio habuit regalem potestatem, quamquam rempr. recuperauit. Inest hoc tempore haud obscurum odium, atque id insitum penitus, & inustum animis hominum amplissimorum, dissident principes: captatur occasio, qui non tantum opibus valent, nescio quam fortunam tamen, ac tempus expectant. qui sine cõtrouersia plus possunt, hi [g] fortasse nonnumquam consilia, ac sententias inimicorum suorum extimescunt. Tollatur hæc è ciuitate discordia. iam omnes isti, qui portenduntur metus, exstinguentur: iam ista serpens, quæ tum hîc delituit, cum se emergit, & [h] fertur illuc, compressa, atque illisa morietur. Monent enim iidem, ne occultis consiliis respub. lædatur. Quæ sunt occultiora, quàm eius, qui [i] ausus in concione est dicere, *iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia tolli?* nisi fortè existimatis, hanc tantam colluuionem [k] illi, tantámque euersionem ciuitatis, in mentem subitò in [l] rostris nec cogitanti venire potuisse. Est [m] quidem ille plenus vini, stupri, somni, plenúsque inconsiderantissimæ, ac dementissimæ temeritatis. verumtamen nocturnis vigiliis, etiam coitione hominum, iustitium illud, conceptum, ac meditatum est. Mementote, patres conscripti, verbo illo nefario tentatas [n] aureis vestras, & pernicios am viam, audiendi consuetudine, esse munitã. Sequitur illud, *ne deterio-*

ribus

a De cælo seruare quid, alias dixi.*

b Ferre in oculis est obseruare, & imitari exemplum, probare.*

c Cæsaris inimici Bibulus, Cato, & alij. d Ciceronẽ.* P. B.

e In templo Castoris habebatur.* f hoc est Pöperi. deprehensus enim in templo Castoris seruus P. Clodii cũ fica, interficiendo Pompeio à P. Clodio destinatus. Cicero pro Milone* g L. clausa fuit,

h L. omneis altitudines

i L. ipse est domi

k L. miserum magis f.

l Idem pro Milone.* m vbi domus Pompeij.*

n Idem pro Sextio, Noua edicta proponũt, Ne reus adsit, ne citetur, ne quæratur.*

o Creatus enim fuit Aedilis curulis.*

p in amplexi P. C C L V I. bus epistola ad Lẽtulum* q al. optimi quidam viri r al. cùm eum max.

s primum amicus Marij: deinde inimicus: interfectus cũ Saturnio vt hostis publicus*

t L. esse amicissimũ, &c.

a L. si reditus ei in gratiam pat.

b quæ ea sint mox expõit.* c Deteriores & repulsi qui in libris Etruscis.* P. B.

d al. adiungitur ne in vnius imperium res decidat: Ad quæ &c.*

e L. recidat,

f L. discedit, veriq. horum sec.

g L. ei fortasse nonnumquam &c.

h L. fertur huc, & illuc, compr. P. C L VI.

i L. qui in concione sua est dicere,

k L. illi collusionem, al. in rostris concionãti.* m L. Est ille quidem

n L. vestras aureis tentatas.

a Repulſi qui dicantur in libris Etruſci.*

b Vatinium. Cicero in Vatinium & pro Sextio. * c cum æ dilitatem peteret, tribũ ſuã Sergiam non retulit.* d L. monitu e Deteriores qui dicãtur in libris Hetruſcorum.*

f P. B. f L. & in lucem ſuſcipimur, & hoc g Hæc à parentib. conſequitur, nomẽ, ſacra, memoriã gentem.* h adoptatus enim P. Clodius à Fonteio Plebeio.* i ſacra Bonæ deæ.* k hoc eſt Nympharum quæ ſubuenire incendiis putabantur. Idem pro Milone.* l L. comite: vt ille dicebat, duce, in lex Aelia Fuſia, de interceſſione, dabat omnationem, ſi quis per eos ores, quibus agi cum populo licebat, de cælo ſeruaſſet. Hãc le m P. Clodius tulerat lege lata, vt ne quis per prodigium diret de cælo ſeruaret. Aſcon. de prouinciis, Dio 39.* L. & Fuſig, o Tulit. n. P. Clodius ne quem cenſores in ſenatu legendo præterirent niſi qui apud eos accuſatus, & grauiſq. cenſoris ſententia damnatus eſſet: in Pſionem.* p. vt Brogitarũ ſuprà.* q Q. Caruli porticum.* r hoc eſt ipſius Ciceronis. f id eſt meæ domus, quæ eſt veſtrimi monumentum à Clodio ſumptu publico eſt ædificata.* s L. Lucullũ.* u Luculli.*

vribus, Repulſiſque Honos augeatur. Repulſos[a] videamus: nam deteriores qui ſint, pòſt docebo. ſed tamen in eum cadere hoc verbum maximè, qui ſit vnus omnium mortalium ſine vlla dubitatione deterrimus, concedendũ eſt. Qui ſunt igitur repulſi? non, vt opinor ij, qui aliquando honorem, vitio ciuitatis, non ſuo, non ſunt aſſecuti. nam id quidem multis ſæpe optimis ciuibus, atque honeſtiſſimis viris accidit. *Repulſi ſunt ij, quos ad omnia progredientes quos munera contra leges gladiatoria parentes, quos aperiſſimè largientes, nõ ſolum alieni, ſed etiam ſui, vicini tribules*[c], *vrbani, ruſtici repulerunt.* Hi ne honore augeantur, monemur. Debet eſſe gratum, quod prædicunt: ſed tamen huic malo populus Rom. ipſe haruſpicum admonitud, ſua ſponte proſpexit. *Deteriores*[e] cauete: quorum quidem magna eſt natio: ſed tamen eorum omnium hic dux eſt, atque princeps. Etenim, ſi vnum hominem deterrimum poeta præſtanti aliquis ingenio, fictis, conquiſitiſque vitiis deformatum, vellet inducere: nullum profectò dedecus reperire poſſet, quod in hoc non ineſſet: multáq. in eo penitus defixa, atque hærentia præteriret, *Parentibus, & dijs immortalibus, & patriæ nos primum natura conciliat. eodem enim tempore &* [f] *ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu augemur, & certã in ſedẽ, ciuitatis, ac libertatis adſcribimur.* Iſte parentum nomen, ſacra, memoriam, gentem, Fonteiano [h] nomine obruit deorum ingueis i, ſollemneis menſas, abditos, ac penetraleis focos, occulta, & maribus non inuiſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra, inexpiabili ſcelere peruertit. idémque earum [k] templum inflãmauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur. Quid de patriâ loquar? qui primùm eum ciuem vi, ferro, periculis, vrbe omnibus patriæ præſidiis depulit, quem vos patriæ conſeruatorem eſſe ſæpiſſimè iudicaueratis: deinde euerſo ſenatus, vt ego ſemper dixi, comite [l]. duce, vt ille dicebat ſenatum ipſum principem ſalutis, mentiſque publicæ, vi, cæde, incendiiſq. peruertit: ſuſtulit duas leges[m], Æliam, & [n] Fuſiam, maximè reipub. ſalutareis: cenſuram [o] exſtinxit: interceſſionem remouit: auſpicia deleuit: conſules ſceleris ſui ſocios, ærario, prouinciis, exercitu armauit: reges, qui erant, vendidit: qui non erant, appellauit? P: Cn. Pompeium vi, ferro, domum compulit: imperatorum [q] monumenta euertit: inimicorum [r] domos diſturbauit: veſtris[s] monumentis nomen ſuum inſcripſit. Infinita ſunt ſcelera, quæ ab illo in patriam ſunt edita. Quid, quę in ſingulos ciueis, quos necauit? ſocios, quos diripuit? imperatores[t], quos prodidit? exercitus[u], quos tentauit? Quid verò? ea, quanta ſunt, quę in ſeipſum ſcelera, quæ in ſuos edidit? quis minus vmquam pepercit hoſtium caſtris, quàm ille omnibus corporis ſui partibus? quæ nauis vmquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quàm iſtius æras fuit? quis vmquam nepos tam liberè eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus volutatus? quam denique tam immanem Charybdim poetæ fingendo exprimere potuerũt, quæ tantos exhaurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum[a], Brogitaroũmque præ das exſorbuit? aut tam eminentibus canibus Scyllam, támque ieiunis, quàm, quibus iſtum videtis, Gelliisb, Clodiis, Titiis roſtra ipſa mãdentem? Quare, id quod extremum eſt in Haruſpicum reſponſis, prouidete, ne reipub. ſtatus commutetur. etenim vix hæc, ſi vndique fulciamus, iam labefacta, vix, inquam, innixa in omnium noſtrũm humeris cohærebunt. Fuit quondam ita firma hæc ciuitas, & valens, vt negligentiam ſenatus, vel etiam iniurias ciuium ferre poſſet. Iam non poteſt. ærarium nullum eſt: vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt: auctoritas principum cecidit: conſenſus ordinum eſt diuulſus: iudicia perierunt: ſuffragia diſtricta [c] tenentur à paucis: bonorum animus, ad nutum noſtri ordinis expeditus iam nõ erit: ciuem, qui ſe pro patriæ ſalute opponat inuidię, fruſtra poſthac requiretis. Quare *hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcumque eſt, nullâ alia re, niſi concordia, retinere poſſumus.* nam, vt meliore ſimus loco, ne optandum quidem eſt, illo impunito: deteriore autem ſtatu vt ſimus, vnus eſt inferior gradus, aut interitus, aut ſeruitutis. quò ne trudamur, dij immortales nos admonent, quoniam iam pridem humana conſilia ceciderunt. ¶ Atq [d] ego hanc orationem[e], P. C. tam triſtem, tam grauem nonf ſuſcepiſſem, non[g], inquam, niſi hanc perſonam, & has parteis, honoribus populi Romani veſtris plurimis ornamentis mihi tributis, deberem & poſſem ſuſtinere: ſed[h] tamen facilè tacentibus ceteris, reticuiſſem: ſed oratio omnis fuit non auctoritatis meæ, ſed publicæ religionis. mea fuerunt verba fortaſſe plura. ſententiæ quidem omnes haruſpicum. ad quos aut referri nuntiata oſtenta non conuenit, aut eorum reſponſis commoueri neceſſe eſt. Quòd ſi cetera magis peruulgata nos ſæpe, & leuiora mouerunt. vox ipſa deorũ immortalium non mentęis omnium permouebit? nolite enim id putare accidere poſſe, quod [l] in fabulis ſæpe videtis fieri, *vt deus aliquis elapſus* [l] *de cælo, cætus hominum adeat, verſetur interris, cum hominibus colloquatur.* cogitate genus ſonitus eius, quem Latinienſes[m] nunciarunt. recordamini illud etiam, quod nondum eſt relatum, quòd eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terremotus horribilis, cum quibuſdam multis, metuendiſque rebus. hæc eádem profectò, quæ futura proſpicimus, impendentia pertimeſcetis. Etenim hæc deorum immortalium vox, hæc pænè oratio iudicanda eſt, cùm ipſe mundus, cùm agri[n] terræmotu quodam nouo contremiſcunt, & inuſitato aliquid ſono, incredibiliſque prędicunt, in quo conſtituendæ nobis quidem ſunt procurationes[o], & obſecratio P, quemadmodum monemur, ſed faciles ſunt preces apud eos, qui vltrò nobis viam ſalutis oſtendunt, noſtę nobis ſunt inter nos iræ, diſcordiæque placandæ,

a exulum, quos lege ſua reſtituit Cicero pro domo & Sextio.*
b egentiſſimis hominibus.*
c al. deſcripta.*
d PERORATIO.*
e al. actionẽ*
f L. non ſuſcepiſſem. non quin hanc perſ.
g al. nõ quin hanc perſonam.*
h L. ſed quia facilè tacentib. P. B.
i Vſitatum in fabulis, finẽ illis à Deo imponi.*
k θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ὅσπερ ἀγεται. vide Lucianum.*
l L. de lapſus de cælo cætus hom.
m qui eam agri ſubactã partem incolunt, vnde ſonitus inſolitus ẽſt auditus.*
n al. aer, atq. terremotu &c.*
o al. precationes.*
p L. obſecrationes, qu.

P. CCLIX.

PRO CN. PLANCIO.

ORATIO TRICESIMAPRIMA.

Synopsis.

¶Quæstio, *An Cn. Plancius reus fuerit ambitus in ædilitatis petitione.* Accusator, *M. Iuuentius Laterensis, & L. Cassius.* Reus, *Cn. Plancius.* Patronus Cn. Plancij, *Cicero.* Quæsitor, *C. Flauius, vel, vt alij putant, C. Aiſius.* Acta *anno vrbis 699.*

a EXORDIVM.



VM[a] PROPTER egregiam & singularem Cn. Plancij, iudices, in mea salute custodienda fidem, tam multos, & bonos viros eius honori videtem esse fautores, capiebam animo non me-

A

diocrem voluptatem, quòd, cuius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. Cùm autem audirem, meos partim inimicos, partim inuidos, huic accusationi esse fauturos[b], eandémque rem aduersariam esse in iudicio, Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset adiutrix: dolebam, iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quòd is meam salutem, atq. vitam sua beneuolentia[c], præsidio, custodiáque texisset. Nũc autem vester, iudices, conspectus, & concessus iste reficit, & recreat mentem meam, cùm intueor, & contemplor vnumquemque vestrũm. video enim hoc in numero neminem, cui mea salus cara non fuerit: cuius non exstet in me suum[d] meritum: cui non sim obstrictus memoria beneficij sempiterna. Itaque non extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui meipsum maximè saluum videre voluerunt. Sepiúsque, iudices, mihi venit in mentem, admirandum esse, M. Laterensem hominem studiosissimum, & diligentissimum salutis meæ, reum[e] hunc potissimùm sibi delegisse, quàm metuendum, ne vobis id ille magna ratione fecisse videatur. Quamquam mihi non sumo tantum, iudices, neque arrogo, vt Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem. Nisi eus integerrimam vitam, modestissimos mores, summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero: nihil de pœna recusabo. sin omnia præstitero, quæ sunt à bonis viris expetenda: petam[f], iudices, à vobis, vt, cuius misericordia salus mea custodita sit, ei vos vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis. ¶ Equidem[g] ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio, quàm in ceteris, etiam hanc molestiam assumo, quòd mihi non solùm pro C. Plancio dicendum est, cuius ego salutem non secus, ac meam tueri debeo: sed etiam pro me ipso, de quo accusatores plura pænè, quàm de re, teóque dixerunt. Quamquam iudices si quid est in me ipso ita reprehensum, vt id ab hoc alienum sit, non me id magnopere conturbat. nõ enim timeo ne, quia perrarò grati homines reperiantur, idcirco, cùm me nimium gratum illi esse dicant, id mihi criminosum esse possit. quæ verò ita sunt agitata ab illis, vt aut merita Cn. Plancij erga[a] me minora esse dicerent, quàm à me ipso prædicarentur: aut, si essent summa, negarent ea tamen ita magni, vt ego putarem, ponderis apud vos esse debere: hæc mihi sunt tractanda, iudices, & modice, ne quid ipse offendam: & tum denique, cùm respõdero criminibus ne nõ tam innocentia reus sua, quàm recordatione meorum temporum, defensus esse videatur. ¶ Sed[b] mihi in causa facili, atque explicata, perdifficilis, iudices, & lubrica defensionis ratio proponitur nam, si tantummodo mihi necesse esset contra Laterensem dicere: tamen id ipsum esset in tanto vsu nostro tantáque amicitia molestum. verus enim est lex illa iustæ, veræque amicitiæ, quæ mihi cum illo iam diu est, *Vt idem amici semper velint. neque est vllum certius amicitiæ vinculum, quàm consensus, & societas consiliorũ, & voluntatum.* Mihi[c] autem non est in hac re solùm molestum, contra illum dicere, sed multò id magis, quòd in ea causa contrà dicendum est, in qua quædam[d] hominum ipsorum videtur facienda esse contentio. Quærit enim Laterensis, atque hoc vno maximè vrget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit. Ita, si cedo illius[e] ornamentis, quæ multa & maxima[f] sunt: nõ solùm huius dignitatis iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspicio[g] est. sin hunc illi antepono: contumeliosa habenda est oratio, & dicendum est id, quod ille me flagitat, Laterensem à Plancio dignitate esse superatum. Ita aut amicissimi hominis existimatio offendenda est, si illam accusationis cõditionem sequar: aut optimè de me meriti salus deserẽda[h] est. Sed ego, Laterensis, cæcum me, & præcipitem ferri confitear in causa, si te aut à Plancio, aut ab vllo, dignitate potuisse superari dixero. Itaque discedam ab ea contentione, ad quam tu me vocas & veniam ad illam, ad quam me causa ipsa deducit. ¶ Quid[i] cũnck inanem dignitatis iudicem putas esse populum? Fortasse nonnumquam est. Vtinam verò[k] semper non esset: sed

B

C

D

E

F

a al. minore erga me

b CONTENTIONIS pars prima de Plancio.

c C. C C V. c L. Mihi autem nõ id est in hac re molestissimum, d L. quædam hominum. Ita plerorum videtur facienda esse contentio. e Laterensis f L. magna fuere

g L. suspicio. sin h. h L. deferetur. i CONVENTATIO. k L. tunc quum dignitatis iudicẽ adiu non inuenient dignitatis. l L. vtinam verò semper, id est, verum, id est æquum. Scit mos opponit iniquum.

a EXORDIVM.

b al. fautores

c vide. beneuolentia,

d L. summum meritum

e L. reum sibi hunc potissimùm del.

f. B.

g L. petam à vobis, iudices, vt, &c.

g PARTITIO.

esset: sed est perrarò, & si quando est, in iis magistratibus est mandandis, quibus salutem suam committi putat: his leuioribus comitiis, diligentia, & gratia petitorum honos paritur, non iis ornamentis, quæ esse in te videmus. Nam, quod ad populum pertinet, *semper dignitatis iniquus iudex est qui aut inuidet, aut fauet.* Quamquam nihil potes in te, Laterensis, cõstituere, quod sit proprium laudis tuę quin id tibi sit commune cum Plancio. Sed hoc totum agetur alio loco: nunc tantum disputo de iure populi: qui & potest, & solet nõnumquam dignos præterire: nec, si à populo præteritus est, quem non oportuit, à iudicibus condemnandus est, qui præteritus non est. Nam si ita esset: quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprehensores essent comitiorum, id haberent iudices: quod [a] multo etiam minus est ferendum. tum enim magistratum non gerebat is, qui cepe-rat, si patres, auctores non erant facti: nunc postulatur à vobis, vt eius exsilio[b], qui creatus sit, iudicium populi R. reprehendatis[c]. Itaque quamquam, quod volui, ianua sim ingressus in causam, sperare videor tãtum abfuturam[e] esse orationem meam à minima suspicione offensionis tuæ, te vt potiùs obiurgem, quòd iniquum in discrimen adducas dignitatem tuam, quàm vt ego eam vlla cõtumelia coner attingere. Tu continentiam, tu industriam, tu animum in remp. tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, q. ædilis non sis factus, fractos esse, & abiectos, & [f] repudiatos putas? Vide tandẽ, Laterensis, quantum à te dissentiam. Si medius fidius decem soli essent in ciuitate viri boni, sapientes, iusti, graues, qui te indignum ędilitate iudicauissent[g]: grauius de te iud catum putarem, quàm est hoc, quod tu metuis, ne à populo iudicatum esse videatur. *non enim comitys iudicat semper populus, sed mouetur plerumq; egratia: cedit precibus: facit eos, à quibus est maximè ambitus. denique, si iudicat, non* [h] *delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum. sed impetu nonnumquam, & quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: semper que sapientes ea quæ populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt.* Quare cùm te ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris accusas. At [i] fueris dignior, quàm Plancius: de quo ita tecũ contendam paullo pòst, vt conferuem dignitatem tuam: sed, vt fueris dignior: non competitor à quo es victus, sed populus, à quo es præteritus, in culpa est. In quo primùm illud debes putare, comitiis[k], præsertim ædilitiis, studium esse populi, non iudicium, eblandita illa, non enucleata esse suffragia: eos qui suffragium ferant, quid denique ipsi debeant, considerare [m] sæpius, quàm, quid cuique à rep. videatur deberi. Sin autem mauis esse iudicium: non tibi id rescindendum est, sed ferendum. Malè iudicauit populus. At iudicauit. Non debuit. At potuit. Non fero. At multi clarissimi, & sapientissimi ciues tulerunt. est [o] enim conditio liberorum populorum, præcipuéque huius principis populi, & omnium gentium domini, ac victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrahere, quod velit, cuique: nostrum autem est, qui in hac tempestate populi iactemur, ac fluctibus, ferre-

P. B.

a L. vel quod multo.
b L. exsulio,
c fort. reprehendatur.
d L. qua nolui, ianua sũ ingressus. al. quoniam, qua voluí, ianua sum ing.
e L. afuturam

f L. & repudiatos putas. V.

g L. iudicassent:

h L. non dilegat.

i L. vt fueris P. C. C. X. L. L.

k L. quid cui quæ ipsi d.

l al. considerari. al. deliberare.* m fort. deberi videatur.

o fort. est enim hæc conditio lib.

modicè populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores si magni non putemus, non seruire populo: sin eos expetamus, non defatigari supplicando. Venio [a] nunc ad ipsius populi partes, vt illius contra te orationem potiùs, quàm mea, disputem. qui si tecum congrediatur, & si vna voce loqui possit, hæc dicat: Ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui: sed, cùm essetis æquè boni viri, meum beneficium potiùs ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis submissè supplicarat. Respondebis, credo, te splendore, & vetustate familiæ fretum, non valde ambiendum putasse. At verò te ille ad sua instituta, suorúmque maiorum exempla reuocabit: semper se dicet rogari [b] voluisse, semper placuisse: M. Seium, qui ne equestrem quidem splendorem incolumem à calamitate iudicij retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni, prætulisse: præposuisse se Qu. Catulo in summa familia nato, sapientissimo, & sanctissimo viro, non dico C.[c] Serenum subtilissimum hominem (fuit enim & animi satis magni, & consilij) sed Cn. Manlium, non solùm ignobilem, verùm sine virtute, sine ingenio, vita etiam contemta, ac fordidæ. Desiderarũt te, inquit, oculi mei, cùm tu esses Cyrenis. me enim, quàm socios, tua frui virtute malebam: & quo plus intererat, eo plus aberas à me: certè[d] non videbam, deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti. cœperas enim petere tribunatũ pleb. tẽporibus iis, quæ istam eloquentiam, & virtutem requirebant: quam petitionem cùm reliquisses, si hoc iudicasti[e], tanta in tempestate te gubernare non posse: de virtute tua dubitaui: si nolle, de voluntate. sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reseruasti: ego[f] quoque, inquam, & respub. ad ea te tempora reuocaui, ad quæ tu te ipse seruaras. Pete igitur eum magistratum, in quo mihi magnæ vtilitati esse possis. ædiles quicumque erunt, idem [g] mihi, quod ostenderas [h]: aut, si, quod mea minus interest, id te magis fortè delectat: reddam tibi istam ædilita em, etiam negligenter petenti. Sed amplissimos honores vt pro dignitate tua consequare, condiscas censeo mihi paullo diligẽtiùs supplicare. Hæc populi oratio est: mea verò, Laterensis, hæc: Quare victus sis, non debere iudicem quærere, modò ne largitione sis victus. nam, si, quotiescumque præteritus erit is, qui non debuerit præteriri, toties oportebit, eum, qui factus erit, condemnari: nihil iam est, quòd populo supplicetur: nihil, quod diribitio [i], nihil quòd supplicatio magistratuum, renuntiatio [k] suffragiorum expectetur: simul vt qui sint professi, video quid dicam. hic familia consulari est, ille prætoria. reliquos video esse ex equestri loco. sunt omnes sine macula, sunt æquè boni viri, atque integri. sed seruari necesse est gradum. cedat I consulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equester locus. sublata sunt studia, exstincta suffragationes, nullæ contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla expectatio suffragiorum. nihil, vt plerumque euenit, præter opinionem accidet. nulla erit posthac varietas comitiorum. Sin hoc per-

a Veni ad ipsu.

b L. rogari, semper sibi supplicari voluisse M. Seium, P. B.

c L. C. Serenum. non ful tissimum hom. al. stultissimum al. tenuissimum. *

d L. te certè nõ videbam.

e L. indicasti,

f L. ego quoque, ego, inquam,

g Pactagnibus tu des al. id da mihi &c.*
h subaudi præstabunt. *

i Diribebantur tabellæ postquã supplicatũ erat populo: sed alii legunt, direpto Virginio, diremptio, nihil qđ supplicatio suffragiorum, renuntiatio magistratuum exspectetur.*
k L. nihil quòd renuntiatio suffr. l ordinũ gradus.*

fæpe accidit, vt & factos aliquos, & non factos esse miremur: *si cæpus atque illæ undæ commitiorum, vt mare profundum, & immensum, sic effervescunt quotidie, qui ad alios accedant, ab alijs autem recedant:* in tanto nos impetu studiorũ, & motu temeritatis, modum aliquẽ, & consilium, & rationẽ requiramus? Quare noli me ad contentionem vestram [a] revocare, Laterensis. Etenim *si [b] populo grata est tabella, quæ fronteis aperit hominum, mentes tegit: dà quæso eam libertatem, vt quod velint faciant: promittant autem quod rogentur:* cur tu in iudicio exprimis, quod non sit in cápo? Hic, quàm ille, dignior per quàm graue est dictu. Quomodo igitur est æquum? Sic credo: quod agitur: quod satis est iudicij: hic factus est. Cur iste potius, quàm ego? Vel nescio, vel non dico, vel denique, quod [c] mihi grauissimum esset sic dicere, sed impunè tamen deberem dicere: Non rectè. nam [d] quid assequerer, si illa extrema defensione vterer, populum, quod voluisset, fecisse, non quod debuisset? Quid, si populi quoq. factum defendo, Laterensis, & doceo, Cn. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit [e] omnibus hoc nostro equestri loco? possúmne eripere orationi tuæ contentionem vestrũm quę tractari sine concumelia non potest, & te ad causam, criménque deducere? Si, quòd equitis R. filius est, inferior esse debuit: omnes tecum equitum Romanorum filij petiuerunt. nihil dico amplius. hoc tamen [f] miror, cur tu huic potissimùm irascare, qui longissimè à [g] te abfuit. Equidem, si quando, vt, fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cùm ego ad fabium [h] fornicem impellor: sed eum, qui in me ipsum incurrit, atque incidit. Tu neque Q. Pedio, forti viro, succenses, neque huic A. Plotio, ornatissimo homini, familiari meo: & ab eo, qui hos dimouit[i], potiùs, quàm ab iis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Sed tamen hæc tibi est prima cum Plancio generis vestri, familiæque contentio, qua abs te vincitur. Cur enim non confitear, quod necesse est? sed non hic magis, quàm ego à meis competitoribus & aliàs, & in consulatus petione vincebar. Sed vide, ne hæc ipsa quæ despicis, huic suffragata sint. Sic. n. conferamus. Est tuum nomẽ vtraque familia consulare. Non [k] dubitas igitur, quin omnes, qui fauent nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, qui nominibus vestris ducuntur, te ædilem fecerint[l]. Equidẽ non dubito. Sed, si parum multi sunt, qui nobilitatem ament: num ista est nostra culpa? etenim ad caput, & ad fontem vtriusque generis veniamus. ¶ Tu es ex [m] *municipio* antiquissimo Tusculano, ex quo plurimæ [n] familiæ sunt consulares: in quibus est etiam Iuuentia [o], quot è reliquis municipiis omnibus non sunt. Hic est è præfectura [p] Atinati, non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana. Quantum interesse vis ad rationẽ petendi? primùm vtrùm magis fauere putas Atinateis, an Tusculanos, suis? alteri (scire enim hoc propter vicinitatem facilè possum) cùm huius ornatissimi, atque optimi viri, Cn. Saturnini, patrem ædilem, cùm prætorem viderunt, quòd primus ille non modò in eam familiam, sed etiam in præfecturam illam, sellam curulem attulisset: mirandum in modum lætati sunt alteros (credo, quia refertum est municipium consularibus: nam maleuolos non esse certò scio) numquam intellexi vehementiùs hospitum [a] suorum honore lætari. Habemus hoc nos: habent nostra municipia. Quid [b] ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri propè dicam ipsi, montésque fauerunt. num [c] aliquando vides Tusculanum aliquẽ de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. [d] Coruncano, municipe suo, num de tot Fabiis [e] gloriari? verbum nemo facit. At, in quemcumque Arpinatem incideris, etiam si nolis, erit tamen tibi fortasse de nobis aliquid [f], & de C. Mario audiendum. Primùm igitur hic studia suorum ardentia: tu tanta, quanta in hominibus iam saturatis honoribus esse potuerunt. Deinde tui municipes, sunt illi quidem splendidissimi homines: sed tamen pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur. huius præfectura, plena virorum fortissimorum, sic vt nulla tota Italia frequentior dici possit. Quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore[g], & luctu supplicem vobis. Hi tot equites [h] Romani, tot tribuni [i] ærarij (nam plebem à iudicio dimisimus, quæ cuncta comitiis adfuit) quid roboris, quid dignitatis huius petitioni attulerunt? non enim tribum [k] Terentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum, sed solidam, & robustam & assiduam frequentiam præbuerunt. Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer mouentur. ¶ Omnia, quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. summus enim finitimi Atinatibus. *laudanda est, vel etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum officij morem, non infuscata [l] maleuolentia, non assueta mendacijs, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis vel suburbano, vel etiam vrbano.* Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Casinas [m], nemo Aquinas. Totus ille tractus celeberrimus, Venafranus, Alifanus [n]: tota deniq. nostra illa aspera, & [o] montuosa, & fidelis, & simplex, & fautrix suorum regio, se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur: iid. démq. nunc à municipiis adsunt equites R. publicè, cum legationis testimonio: nec minore nunc sunt sollicitudine, quàm [p] tum erant studio. etenim *est grauius spoliari fortunis, quàm non augeri dignitate.* Ergo vt alia in te erant illustriora, Laterensis, quæ tibi maiores tui reliquerant: sic te Plancius hoc non solum municipij, verùm etiam vicinitatis genere vincebat. nisi forte Lauicana [q], aut Bouillana, aut Gabina vicinitas adiuuabat. quibus è municipijs vix iam, qui carnem [r] Latinis petant, inueniuntur. Adiungam, si vis, id, quod tu etiam huic obesse putas, *patrem* publicanum, qui ordo [s] quanto adiumento sit in honore, quis nescit? flos enim equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum reip. publicanorum [t] ordine continetur. Quis [u] est ergo, qui neget, ordinis eius studiũ fuisse in honore Plancij singulare? neque iniuria: vel quòd erat pater is, qui est princeps iamdiu publicanorum: vel quòd is ab sociis vnicè diligebatur: vel quòd diligentissimè rogabat: vel quia pro filio

a L. vestrũm
b legis Tabellariæ commendatio.*
c L. quod mihi grauissimum esset, si dicerem, sed imp. *al.* quod mihi grauissimum esset dicere,
d *al.* Nunc.*
e L. patuerit hominibus hoc n.
f *al.* tantum*
g *L.* à te afuit
h *forte* Fabianus. est autem hic Fabius fornix arcus iuxta regiam in sacra via à Fabio Censore constructus,
P. B. qui Allobrogicus nominatus est Ascon. 2. Verrina.*
i L. demouit,
k L. Num dubitas ig
l L. fecerint*
m Studia erga Plancii municipum eius, vicinorum, patris Ciceronis.*
n *al.* plures.*
o ex hac familia Marc. hic Iuuẽtius Laterensis te ste Velleio.*
p Præfecturæ dicebãtur in quibus ius dicẽbatur & nundinæ agebãtur: erãtq. quædam earum Respublica, cum tamen magistratus suos non haberẽt, sed vel ipsas suffragio populi, aut à prætore vrbano quotãnis mittebantur, qui ius dicerent. vide Festum in Præfectura. Forum verò, locus nundinationis, negotiationis. Imo vbi ius dicebatur. conciliabulũ foro minus. *Frontin. de limitib. & auctores de limitibus.* De Colonijs & municipijs dixi *Philippica* 2. à præfecturis autem diuersæ sunt.*

a *al.* hominum.*
b *al.* quid ego de me, aut de fratre m. L. num quid
d T. Coruncanio, munic.
e *al.* aliis.*
f *al.* aliquid de C. Mar.
g mos lugẽtium.*
h Equites, tribuni ærarij, sed & senatores: Hi tres ordines soli iudicabant. lege Aurelia, cùm lege Cornelii Sullæ, antea per annos decem, equites iurpiter iudicasent. dixi 8. epistol. famil. 2. pebs verò à iudicijs dimissa, vt indicat Cicero.*
P. B.
i De Tribunis ærariis, alias dixi.*
k Tribus Terentinæ infrà meminit.*
l *forte* nõ insueta maleuolentia. vt insuetum sit valde assuetum.* *v. c.* malim L. Cassinas
o *al.* Allifanus:
p L. & monte
Fæ fidelis
q L. quàm
r *al.* Labicanæ,
s Ferus Latinis sacrificium (quod Latiar) Bipe collatis à 47. populis Latinis.* Bebat in monte Albano lauro, immolato, singulis populis, qui adfuerãt, carnis portio dabatur. Liuius 23. 7. 41. & Iesta Latini sacrorum causa in monte Albano conuenient: vt publicis, ad lucum Ferentinæ.*
t Equestris ordinis commendatio.*
u vide 13. familiar. 10. & 65.*
x L. Quis ergo est,

supplicabat, vel quia huius[a] in illum ordinem summa officia quæsturæ, tribunatúsque constabant: vel quòd illi in hoc ornando ordinem se ornare, & consulere liberis suis arbitrabantur. ¶ Aliquid præterea, (timidè dico, sed tamen dicendum est:) non enim opibus, non inuidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficij, sed misericordia, sed precibus *aliquid attulimus etiam nos*, appellaui populum, tribubus submisi[b] me, & supplicaui: vltro mehercules[c] se mihi etiã offerenteis, vltro pollicenteis rogaui. valuit causa rogandi, non gratia: nec, si vir amplissimus, cui nihil est, quod roganti concedi non iure possit, de aliquo, vt dicis, non impetrauit, ego sum arrogans, quòd me valuisse dico. Nam, vt omittam illud, quòd ego pro eo laborabam, qui valebat ipse per sese: *rogatio ipsa semper est gratiosissima, quæ est officio necessitudinis coniunctissima*, neque ego sic rogabam, vt petere viderer, quia familiaris esset meus, quia vicinus, quia huius parente semper plurimùm essem vsus, sed [d] vt quasi parenti, & custodi meo. non potentia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. nemo mea restitutione lætatus est, nemo iniuria doluit, cui non huius in me misericordia, grata fuerit. Etenim, si ante reditũ meum Cn. Plancio se vulgò viri boni, cùm hic tribunatum peteret, vltro offerebant: cui nomẽ meum honori fuisset, ei meas præsenteis preces non putas profuisse? An Minturnenses[e] coloni, quòd C. Matium ex ciuili errore[f], atque ex impiis manibus eripuerunt, quòd tecto receperunt: quòd fessum inedia, fluctibúsque recrearunt: quòd viaticum congesserunt: quod nauigium dederunt: quòd eum linquentem terram eam, quam seruauerat, lacrymis[g], votísque omnibus prosecuti sunt, æterna in laude versantur. Plancio, quòd me vel vi pulsum, vel ratione cedentem[h] tempori, receperit, iuuerit, custodierit, his, & senatui, populóque Rom. vt haberent quod reducerent, conseruarit: honori hanc fidem, misericordiam, virtutem fuisse miraris? Vitia mehercule res hæc, Cn. Plancij, de quibus dixi, tegere potuerunt: ne tu in ea vita, de qua iam dicam, tot, & tanta adiumẽta, huic, honori fuisse mirere. ¶ Hic est [i] enim, qui adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic ab illo grauissimo, & sanctissimo, atque omni laude, & honore dignissimo viro dilectus est, vt & contubernij necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulabat. Quòd[k] si adesset: non minùs ille declararet, quàm hic illius frater patruelis, & socer T. Torquatus, illi omni virtute, & laude par: qui [l] est quidem cũ illo maximis vinculis & propinquitatis, & affinitatis coniunctus: sed ita magni[m] amoris, vt illæ necessitudinis causæ, leues esse videantur. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini, propinqui sui: miles huius Q. Metelli. quibus cùm fuerit probatissimus, hodiéque sit: omnibus esse se probatum debet sperare. In ea prouincia legatus fuit C. Sacerdos: qua virtute, qua constantia vir? L. Flaccus: qui homo? qui ciuis? qualem hunc putent: assiduitate, testimonióque declarant. In Macedonia tribunus militum fuit: in eádem prouincia postea quæstor[n]. Primùm Macedonia sic eum diligit, vt indicant hi principes ciuitatum suarum: qui cùm missi sint ob aliam causam,

A tamen huius repentino periculo commoti, huic assident, pro hoc laborant: huic si præstò fuerint, gratiùs se ciuitatibus suis facturos putant, quàm si legationem, & mandata sua confecerint. L. verò Apuleius hunc tanti facit, vt morem illum maiorum, qui præscribit, in parentum loco quæstoribus suis prætores esse oportere, officiis, beneuolentiáque[a] superarit. Tribunus plebis fuit non fortãsse tam vehemens, quàm isti, quos[b] tu
B iure laudas: sed certè talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset tribunus. Omitto illa, quæ[c] si minus necessaria sunt, at certè, cùm sunt prolata, laudantur: vt viuat cum suis: primùm cum parente (nam meo iudicio pietas fundamentum est omnium virtutum) quem veretur, vt deum, (neque enim multo secus parens liberis) amat verò, vt sodalem, vt fratrem, vt æqualem. Quid dicam cum patruo? cum affinibus? cum propinquis? cum hoc Cn.
C Saturnino, ornatissimo viro? cuius quantam honoris huius cupiditatem fuisse creditis, cùm videatis luctus societatem? Quid de me dicam? qui mihi in huius periculo reus esse videor? Quid de his tot[d] viris talibus, quos videtis veste mutata? Atqui hæc sunt iudicia[e] solida, iudices, & [f] expressa hæc signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domestica inusta notis veritatis. facilis est illa occursatio, & blanditia popularis: adspicitur, non attrectatur: procul appáret, non excutitur: non
D in manus sumitur. Omnibus igitur rebus ornatum hominem, quem [g] externis, quem domesticis: nonnullis rebus inferiorem, quàm tæ, generis & nominis, dico, superiorem aliis, municipum, vicinorum, societatum studio, temporum meorum memoria, patris virtute, integritate[h], modestia, ædilem factum esse miraris? ¶ Hic [i] tu vitæ splendorem maculis adspergis[k] istis? lacis adulteria, quæ nemo non
E modò nominel, sed ne suspicione quidẽ possit agnoscere. *Maritum*[m] appellas, vt[n] verba fingas, non solùm crimina. Ductum esse ab eo in prouinciam aliquem dicis, libidinis causa. quod [o] non crimen est, sed impunitum in maleficio [p] mendacium. Raptam esse mimulam. quod dicitur Atinæ factum à iuuene, vetere quodam in scenicos iure, maximéque oppidano. O adolescentiam traductam eleganter! cui quidem cùm quod licuerit, obiiciatur, tamen id ipsum, falsum reperiatur. E-
F missus aliquis è carcere, & quidem emissus (vt cognostis) necessarij hominis, optimíque adolescentis rogatu: idem postea præmandatis [q] requisitus, Atque [r] hæc, nec vlla alia, sunt cõiecta maledicta in eius vitam, de cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis. *Pater* verò [s], inquit, *etiam obesse filio debet*. O vocem duram, atque indignam tua probitate, Laterensis! Pater vt in iudicio capitis, pater vt in
G dimicatione fortunarum, pater vt apud taleis viros obesse filio debeat? qui si esset turpissimus, sordidissimus: tamen [t] ipo nomine patrio valeret apud clementeis iudices, & misericordeis: valeret, inquam, communi sensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. Sed[u] cùm sit Cn. Plancius is eques Ro. ea primùm vetustate equestris ordinis, vt pater, vt auus, vt maiores eius omnes, equites
H Ro. fuerint, summum in præfectura [x] florentissima gradum tenuerint & dignitatis, & gra-

P. CCLXV.
a *v. c.* beneuolentiáque
b *al.* quos tu dilaudas:
c L. quæ si minus in scena sunt, at certè ¶ In scena autẽ esse, idem quod in próptu esse.*
d L. tot viris, talib.
e L. indicia
f L. & expressa virtutis.¶ *al.* hæc expressa signa.*
g L. qua externis, quà domesticis: nõnull.
h *al.* integritate, sua & modestia, *&c.*
i CONFVTATIO, in qua Laterensem deinde Cassium refutat.*
k CONFVTATIONIS pars prima aduersus Laterensem.*
l *fort.* crimine,
m De vita anteacta Plãcii. Porro Faernus legit Marimaretũ. *Asc. Aug.* Maritam.*
n L. vt verba etiam fing.
o L. quod non crimen est in reo, sed impunitum in maledico mẽdacium.
p *al.* maledico.*
q L. prætoris mãdatu req.¶ *Pantag.* præmandato vel præ mãdatu.*
r *Pantag.* Ac cùm hæc, nec vlla alia sint, cõfecta in huius vitæ, de huius vos pudore, *&c.*
s De patre Plancii.*
t *al.* tamen in ipso n.
u *al.* Nunc cũ sit Cn. Planc.
x De præfecturis supra dixi.*

a L. huius ipsius in ill.
P. CCLXIIII.
b *al.* summisi *al.* mehercu le.
c L. sed quasi pro parente, & custode meo.
e Velleius.* f *al.* terrore, ll *al.* cruore.*
g L. lacrymis, votis, omnibusque prosq.
h L. cedente receperit.
P. D.
i Plancii vita.*
k *Asco. Aug.* Qui
l L. qui est cum filio quidem m. *Pantagath.* magnis.*
m De quæstoris coniunctione, adde Cicer. de Orat. 2. de coniunctione Torquati cum Torrem & Plancii. 10. 11. 12.

tiæ: deinde, vt ipse in legionibus P. Crassi, imperatoris, inter ornatissimos homines, equites R. summo splendore fuerit: vt postea, princeps inter suos: plurimarum rerum sanctissimus, & iustissimus iudex: maximarum societatum auctor: plurimarum magister: si non modò in eo nihil vmquam reprehensum, sed laudata sunt omnia: tamen [a] is oberit honestissimo filio pater, qui vel minùs honestum, & alienum tueri vel auctoritate sua, vel gratia possit? Asperius, inquit, locutus est aliquid aliquando. Immò fortasse liberiùs. At id ipsum, inquit, non est ferendum. Ergo hi ferendi sunt, qui queruntur, libertatem equitis R. se ferre non posse? vbinam ille mos? vbi illa æquitas iuris? vbi illa antica libertas, quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata, se erigere debebat? equitum ego Rom. etiam in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Qu. Scæuulam, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate præstantem, asperè, & ferociter, & liberè dicta commemorem? Consuli P. Nasicæ præco [b] Granius, medio in foro, cùm ille, edicto [c] iustitio [d], domum descendens rogasset Granium, *quid tristu esset? an quòd auctiones essent?* *Immò verò*, inquit, *quòd legiones*. Idem tribuno pleb. potentissimo homini, M. Druso, sed [g] multa in rempubli. molienti, cùm ille eum salutasset, vt fit, dixisset que, *quid agu Grani?* Respondit, *immò verò, tu Druse quid agis* [h]? ille L. Crassi, ille M. Antonij voluntatem asperioribus facetiis sæpe perstrinxit impunè. nunc vsque eò oppressa vestra arrogantia ciuitas est, vt, quæ fuit olim præconi in ridendo, nunce equiti Rom. in plorando, non sit concessa libertas. Quæ enim vmquam fuit Plancio vox contumeliæ potiùs, quàm doloris? quid est autem vmquam questus, nisi cùm à sociis [i], & à se iniuriam [k] propulsaret? Cùm senatus impediretur, quo minùs, id quod hostibus semper erat tributum, responsum equitibus Rom. redderetur: omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit: sed eum ipsum dolorem hic tulit paullo apertiùs. communis ille sensus, in aliis fortasse latuit: hic [l], quod cum ceteris animo sentiebat, id magis, quàm ceteri, & vultu promtum habuit, & lingua. Quamquam, iudices (agnosco enim ex me) permulta in Plancium, quę ab eo numquam dicta sunt, conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando, non studio adductus, sed contentione dicendi, aut lacessitus, & quia, vt fit in multis, *exit aliquando aliquid si non perfacetum* [m], *attamen fortasse non rusticum*: quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. Ego autem, si quid est, quod mihi scitum esse videatur, & homine ingenuo dignum, atque docto: non aspernor, stomachior verò, cùm aliorum non me digna in me conferuntur. Nam quòd primus sciuit [n] *legem* [o] *de publicanis*, tum, cùm vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatū, si licuisset P, dedisset: si in eo crimen est, quia suffragium tulit: quis non tulit publicanus: si, quia primus [q] sciuit: vtrùm id sortis esse vis, an eius [r], qui illam legem ferebat? si sortis: nullum crimen est in casu: si consulis: splendor etiam Plancij, hunc à summo [s] viro principem ordinis iudicatum. ¶ Sed aliquando veniamus ad causam [t]. In qua tu nomine legis [a] Liciniæ, quæ est *de sodaliciis*, omneis [ba] ambitus leges [c] complexus es. neque enim quidquam aliud in hac lege, nisi edititios [d] iudices, es [e] secutus. quod [f], genus iudiciorum si est æquum nulla in re, nisi hac tributaria [g]: non intelligo, quamobrem senatus hoc vno in genere [h] tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras [i] causas: de [k] ipso denique ambitu, de [l] reiectione, fieri voluerit iudicium alternorum [m]: cúmque [n] nullum genus acerbitatis prætermitteret, hoc tamen vnum prætereundum putarit. Quid? huius rei obscura causa est? an & agitata, cùm ista in senatu res agebatur, & disputata hesterno die copiosiùs à Qu. Hortensio? cui tum est senatus assensus. ¶ Hoc igitur sensimus: cuiuscumque tribus largitor esset, & per consensionem magistratuum, quæ honestè sodalitas nominaretur, quam quisque tribum turpi largitione corrumperet, eum maximè iis hominibus, qui eius tribus essent, *esse notum*. Ita putauit senatus, cùm reo tribus ederentur, eæ, quas is largitione deuinctas haberet, eosdem fore testeis, & iudices. Acerbum omnino genus iudicij: sed tamen si vel sua, vel ea, quæ maximè esset cuique coniuncta, tribus ederetur, vix recusandum. Tu autem, Laterensis, quas tribus edidisti? *Terentinam* [o], credo. Fuit [p] id æquum, & certè exspectatum est, & fuit dignum constantia tua, cuius tu tribus [q] venditorem, & corruptorem, & sequestrem Plancium fuisse clamitas: eam tribum profectò, seuerissimorum præsertim hominum, & grauissimorum, edere debuisti. aut [r] *Voltiniam*. libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari. hanc igitur ipsam cur non edidisti? quid Plancio cum *Lemonia* [s]? quid cum *Veientina*? quid cum *Crustumina*? nam tertiam [t] etiam, non [u] quæ iudicaret, sed quæ reiiceretur, esse voluisti. Dubitatis igitur, iudices, quin vos M. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suam spem aliquam de ciuitate delegerit? dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cùm ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc obseruatas, non largitione? Quid enim potest dicere, cur ista editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo secuti sumus? Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos, quos inexorabileis, quos inhumanos, quos crudeleis existimes? Tu, me ignaro, nec opinante, inscio [x], notes & tuos, & tuorum necessarios, vel [y] iniquos meos, vel etiam defensorum meorū? eodémq. adiungas, ad quos natura putes asperos, atque omnibus iniquos? deinde effundas repentè, vt antè consessum eorum iudicum videam, quàm potuerim, qui essent futuri, suspicari? apud eósque me, ne quinque quidem reiectis, quod in proximo reo *de consilij sententia constitutum* est, cogas

---

a *fort.* tamènne is oberit hon,

P. CCLXVI.

b Præconis libertas in iocando.*

c Iustitiũ indicebatur legionum conscribendarũ causa.*

d propter bellum Iugurthinum.*

e *fortè* cessent?

f & edictum Iustitium bellicausa.*

g & sed multa in rep. molienti,

h id est quid moliris in Rempublicam.*

i Publicanis Asiæ.*

k nullum enim responsum à senatu datũ erat publicanis Asiæ: remissionem petentibus, quod nimiũ magno conduxissẽt. vide 3. ad Atticũ.* l. Plãcius paucr.*

m *al.* perfectum.

n à scisco.*

P. B

o a.*

p Cato enim obstitit.*

q antea primùm.*

r Deligebatur qui legẽ sciscerẽt, ab eo qui legem ferebat. sic Sedulius à Clodio legem in Ciceronẽ ferẽte, delectus Cicero pro domo.*

s Cæsare.*

t De ambitu Plancii & in ea parte de editione iudicum, de denuntiatione: de coitione, de nummis.*

b Lege Liciniа de sodalitiis, sodalitia prohibita, & procuratio-nes factas esse.

c Lex Licinia ambitus etiam crimen comprehẽdit ad quam refer 8. epistol. familiar. 2.*

d *al.* legis.*

e sodalitiis iudices, qui ab accusatore debẽbatur reo.*

f L. secutus es.

g L. quod genus iudicum si nulla in re est æquum, nisi *al.* si non est æquum vel in re, nisi Tributaria res, quæ ad tribum pertinet. Alii tributaria legũt male. Nã mox, sequitur tribus.*

h id est lege Licinia de sodalitiis.*

i subaudi tributuarias.*

k L. in ipso denique iudicio de ambitu, reiectione fieri voluerit iudicum altero.

l Iudicum reiectio fiebat ab accusatore & reo in omnibus sodalitiorum crimin. bus.

m *al.* iudicum.*

n alternos iudices iudicare vidẽtur non qui olim ex ordine senatorio, post ex equestri, & tribunis, ærariis, & illis assumti, sed sodalitiorum, quæ in sortitione, & reiectione, & tertia, subsortitione.*

o Plancii tribum. Tribus hic variæ notantur. Terrina, Voltinia, Lemonia, Veientina, Crustumina, & Mœtia, & quidẽ hîc æquis, id est Terentinæ, paulò antè meminit. *p lib. vul.* Fuit certè id æquum & certè, &c. q *fort.* emtorem, r L. At Voltiniam. l. f. quam latereusium edidit.* t. L. Mœciam, non *al.* Meciam, s *al.* Mœtia vt sit nomen tribus, cuius meminit Festus. *vet.* tres, non quæ iudicarent, sed quæ reiicerent, esse voluisti. Alii Tertiæ vocabulo *tribum Crustumi*nam intelligunt.* u Indicat hic locus, vbi tres tribus accusator ederet, tertia à reo reiici potuisse.* x *al.* in secreto. y *fort.* vel inimicos meos vel etiam. Sed iniquis hic & Yerrin. 5. & Tenrentio in prologo. Adeò inimici.*

causam.

causam de fortunis omnibus dicere? Non enim, si aut Plancius ita vixit, vt offenderet sciens neminem, aut tu ita erraſti, vt eos oderes imprudens, vt nos, inuito te, tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus: idcirco iſta editio per ſe non acerba eſt. An verò nuper clariſſimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt, cùm ex CXXV. iudicibus, principibus equeſtris ordinis, quinque & LXX. reus reiiceret, L. referret, omniáque potiùs permiſcuerunt, quàm ei legi, conditioníque parérent: nos neque ex [a] delectis iudicibus, ſed ex omni populo, neque editos ad reiiciendum, ſed ab accuſatore conſtitutos iudices ita feremus, vt neminem reiiciamus? Neque ego nunc legis iniquitatem queror, ſed factum tuum à ſententia legis doceo diſcrepare: & illud acerbum iudicium, ſi, quemadmodum ſenatus cenſuit, populúſque iuſſit, ita feciſſes, vt in hunc & ſuam, & ab hoc obſeruatas ederes: non modò non quereremur, ſed hûc, iudicibus editis, qui teſtes iidem eſſe poſſent, abſolutum putaremus: neque nunc multo ſecus exiſtimo. cùm enim has tribus edidiſti: ignotis te iudicibus vti malle, quàm notis indicaſti [c]. fugiſti ſententiam legis: æquitatem omnem reieciſti: in tenebris, quàm in luce, cauſam verſari maluiſti. Voltinia tribus ab hoc corrupta: Terentinam habuerat venalem. Quid diceret apud Voltinienſeis, aut tribuleis ſuos iudices? immò verò tu quid diceres? quem iudicem ex illis aut tacitum teſtem haberes, aut verò etiam excitares? Etenim, ſi reus tribus ederet, Voltiniam fortaſſe Plancius, propter vicinitatem, ac neceſſitudinem ſuam, non edidiſſet. &, ſi quæſiſſet edendus fuiſſet, quem tandem potiùs, quàm hunc C. Alfium [d], quem habet, cui notiſſimus eſſe debet, viſinum, tribulem, grauiſſimum hominem, iuſtiſſimúmque edidiſſet? cuius quidem æquitas, & meæ ſimilis voluntas erga Cn. Plancij ſalutem, quam ille ſine vlla cupiditatis ſuſpicione præ ſe fert, facilè declarat, non fuiſſe fugiendum tribulem huic iudicem, cui quæſitorem tribulem exoptandum fuiſſe videatis. Neque ego nunc conſilium [e] reprehendo tuum, quòd non eas tribus, quibus hic maximè notus erat, ediderit: ſed à te doceo conſilium non ſeruatum ſenatus. etenim quis te tum audiret illorum? aut quid diceres? ſequeſtrémne Plancium? reſpuerent autes, nemo agnoſceret, repudiaretur. an gratioſum? illi libenter audirent: nos non timidè confitemur. noli enim putare, Laterenſis, legibus iſtis, quas ſenatus de ambitu ſancire voluerit, id eſſe actum, vt ſuffragatio, vt obſeruantia, vt gratia tolleretur. Semper fuerunt boni viri, qui apud tribuleis ſuos gratioſi eſſe vellent. Neque verò tam durus in plebem noſter ordo fuit, vt eam coli noſtra modica liberalitate noluerit: neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſeruent tribuleis ſuos, ne diligát, ne reficere neceſſariis ſuis ſuam tribum poſſint, ne par ab iis munus in ſua petitione reſpectent: hæc enim plena ſunt officij, plena obſeruantiæ, plena etiam antiquitatis. Iſto in genere & fuimus ipſi, cùm ambitionis noſtra [h] tempora poſtulabant, & clariſſimos viros eſſe vidimus, & hodie eſſe videmus quamplurimos gratioſos. ¶ *Decuriatio* tribulium, deſcriptio [a] populi, ſuffragia largitione deuincta ſe ueritatem ſenatus, & bonorum omnium vim, ac dolorem excitarunt, hæc doce, hæc profer, huc incumbe, Laterenſis. decuriaſſe [b] Planciũ, cõſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe [c], diuiſiſſe: tum mirabor, te iis armis vti, quæ tibi lex dabat, noluiſſe. tribulibus enim iudicibus, non modò ſeueritatem illorum, ſi iſta vera ſunt, ſed ne vultus quidem ferre poſſemus. Hanc tu rationem cùm fugeris, cúmque eos iudices habere nolueris, quorum in huius delicto cùm ſcientia certiſſima, tum dolor grauiſſimus eſſe debuerit: quid apud hos dices, qui abs te taciti requirunt, cur hoc ſibi oneris impoſueris, cur ſe potiſſimùm delegeris, cur denique ſe diuinare malueris, quàm eos, qui ſcirent iudicare? Ego Plancium, Laterenſis, & ipſum gratioſum eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui, gratioſos: quot tu ſi ſodaleis vocas: *officioſam amicitiam nomine inquinas crimino ſo*: ſin, quia gratioſi ſunt, accuſandos putas: noli mirari, te id quod tua dignitas poſtularit, repudiandis gratioſorum amicitiis non eſſe aſſecutum. Iam, vt ego doceo, gratioſum eſſe tribulibus [d] Plancium, quòd multis benignè fecerit, pro multis ſpoſponderit, in operas plurimos patris auctoritate, & gratia miſerit: quòd denique omnibus officiis per ſe, per patrem, per maiores ſuos totam Atinatem præfecturam comprehendetit: ſic tu doce, ſequeſtrem fuiſſe, largitum eſſe, cõſcripſiſſe [e], tribuleis decuriaſſe [f], quod ſi non potes: noli tollere ex ordine noſtro liberalitatem, noli maleficium putare eſſe graſſiam, noli obſeruantiam ſancire pœna. Itaque hæſitantem te in hoc ſodalitiorum tribunario [g] crimine eſt, ad communem ambitus cauſam contuliſti, in qua deſinamus aliquando (ſi videtur) *vulgari, & peruagata dec amatio contendere*. ſic enim tecum ago. Quam tibi commodum [h] eſt, vnam tribũ delige tu: doce id, quod debes, per quem ſequeſtrem [i], quo diuiſore corrupta ſit ego, ſi id facere non poſſum, tueris, quod, vt opinio mea fert, ne incipies quidẽ, per quem tulerit, docebo. Eſtne hæc vera contentio? placétne ſic agi? non poſſum magis *pedem conferre* (vt aiunt) aut propiùs accedere. Quid taces? quid diſſimulas? quid tergiuerſaris? etiam atque etiam inſto, atque vrgeo, inſector, poſco, atque adeò flagito crimen: quamcumque tribum, inquam, delegeris, quam tulerit Plancius, tu oſtendito, ſi poteris, vitium. Ego, qua ratione tulerit, docebo: nec erit hæc alia ratio Plancio, ac Laterenſi. nam [k] vt, quas tribus tu tuliſti, ſi iam ex te requiram, poſſis, quorum ſtudio tuleris, explicare: ſic ego hoc contendo, me tibi ipſi aduersario, cuiuſcumque tribus rationem poſcenti reddituram. Sed cur ego ſic ago? quaſi non comitiis iam ſuperioribus [l] ſit Plancius deſignatus ædilis. quæ [m] comitia primũ habere cœpit conſul tum [n] omnibus in rebus ſumma auctoritate, tum [o] harũ ipſarum legum ambitus auctor: deinde habere cœpit ſubitò, præter opinionẽ omniũ: vt ne ſi cogitaſſet quidẽ quiſpiã largiri, daretur ſpatiũ cõparandi. Vocatæ tribus: latum ſuffragium: deſcriptæ [p], renũtiatæ. longè plurimùm valuit Plancius. nulla largitionis nec fuit, nec eſſe potuit ſuſpi-

a al. diſcriptio pop.

b decuriare eſt in curias referre & deſcribere, vnde ſuprà decuriatio.*

c pronuntiare, eſt promittere pecuniam.*

d L. apud tribuleis Pl.

e deſcripſiſſe populum. f al. decuriaſſe.

g Tribuariũ crimen, eſt de tribubus corruptis.*

h id eſt vt placet.*

i Tribus, Romanæ per ſe queſtres corrupi ſolitæ.*

k L. nam, vt tu, quas tribus tuliſti.

l ſuffragia bis ferebantur de magiſtratibus: atq. ita Plancius, bis ædilis deſignatus.*

m Comitia ædilitia primo à conſule habita: ſecãda ab ædilibus.*

n Cum omnibus.

o L. cum earũ ipſ.

p al. diſcriptæ.

a al. ex dilecto iud.

b al. ederet.*

c al. iudicaſti.

P. CCLXVIII d & ita Victorius: Flauium verò legit, Aſc. Aug.

e al. conſiliũ cum reprehendo.

f al. ſufficere, ſed reficere quidã interpretantur, cõcedere ſuis amicis ſuam tribum. vet. ſuppeditare, ſuffinere.* Porro, reſpectare, eſt retro ſpectare.*

g al. expectẽt.

h L. noſtræ

a Centuriæ cũ prærogatiuæ priuilegiũ adde Festum in prærogatiuæ Centuriæ.*

cio. An tandem vna centuria[a] prærogatiua, tantum habet auctoritatis, vt nemo vmquam prior eam tulerit: quin renuntiatus sit: tu aut his ipsis comitiis consulibus, aut certè in illum annum ædilem Plancium factum miraris, in quo non exigua pars populi, sed vniuersus populus voluntatem suam declararit? cuius in honore non vnius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogata[b]? Quo quidem tempore, si id, Laterensis, facere voluisses, aut si grauitatis esse putasses tuæ, quod multi nobiles sæpe fecerunt, vt, cùm minùs valuissent suffragiis, quàm putassent, postea, prolatis[c] comitiis, prosternerent se, & populo Rom. fracto animo, atque humili supplicarent: non dubito, quin omnis ad te conuersura se fuerit multitudo. numquam enim nobilitas, integra præsertim, atque innocens, à populo Rom. supplex repudiata fuit. Sed, si tibi grauitas tua, & magnitudo animi, pluris fuit, sicut esse debuit, quàm ædilitas: noli, cùm habeas id, quod malueris, desiderare id, quod minoris putaris. Equidem *primùm*[d] *vt honore dignus*[e] *essem, maximè semper laboraui: secundò vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisque primum est, ipse honos: quibus denique debet esse iucundus quorũ dignitati populus Rom. testimonium, non beneficium ambitioni dedit.* Quæris etiam, Laterensis, quid imaginibus tuis, quid ornatissimo, atque optimo viro, patri tuo, respondeas mortuo. Noli ista meditari: atque illud caue potiùs, ne tua ista querela, dolórque nimius, ab illis sapientissimis vitis reprehendatur. vidit[f] enim pater tuus, Appium Claudiũ nobilissimũ hominé, viuo patre suo, potẽtissimo, & clarissimo ciue[g], C. Claudio, ædilem non esse factum, & eundem sine repulsa factum esse consulem: vidit, hominem sibi maximè coniunctum, egregiam virum, L. Volcatium: vidit, M. Pisonem in ista ædilitate offensiuncula accepta, summos à populo Rom. esse honores adeptos. Auus verò tuus, & P. Nasicæ tibi ædilitiam prædicaret repulsam, quo ciue neminem ego statuo in hac repub. fortiorem: & C. Marij, qui, duabus ædilitatis acceptis repulsis, septies consul est factus: & L. Cæsaris, Cn. Octauij, M. Tullij, quos omneis scimus ædilitate præteritos, consules esse factos. Sed quid ego ædilitias repulsas colligo? quæ sæpe eiusmodi habitę sunt, vt iis, qui præteriti essent, benignè à populo factum videretur, Tribunus[h] militum, L. Philippus, summa nobilitate, & eloquentia, quæstor Q. Cælius, clarissimus, ac fortissimus adolescens: tribuni pleb. P. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Cassius, Cn.[k] Orestes, facti non sunt: quos tamen omneis consules factos scimus esse. Quæ tibi vltro pater, & maiores tui non consolandi. tui gratia dicerent, neque verò quo te[l] liberent aliqua culpa[m], quam tu veueris, ne à te suscepta videatur: sed vt te ad cursum istum tenendum, quem à prima ætate suscepisti, cohortentur[n]. nihil est enim, mihi crede, Laterensis, de te detractum: detractum dico? si mehercules verè, quod accidit, interpretari velis, est aliquid etiam de virtute significatum tua. Noli enim existimare, non magnum quendam motum fuisse illius petitionis tuæ, de qua ne aliquid iurares, destitisti. Denuntiasti, homo adolescens, quid[o] de summa reip. sentires, fortiùs tu quidem, quàm nonnulli defuncti honoribus, sed apertiùs, quàm vel ambitionis, vel ætatis tuæ ratio postulabat. Quamobrem in dissentiente populo noli putare, nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet: qui te incautum fortasse[a] nunc tuo loco demouere potuerunt, prouidentem[b] antè, & præcauentem numquam certè mouebunt. An te illa argumenta duxerunt? ¶ Dubitabitis[c], inquit, quin *coitio* facta sit, cùm tribus pleraſque cum Plotio tulerit Plancius? An vnà fieri potuerunt, si[d] vnà tribus non tuliſſent? At nonnullas punctis[e] pænè totidem. Quippe cùm iam facti prope superioribus comitiis, declaratique veniſſent. quamquam ne id quidem suſpicionem coitionis habuerit. neque enim vmquam maiores noſtri ſortitionem[f] conſtituiſſent ædilitiam, niſi viderent accidere poſſe, vt competitores pares ſuffragiis eſſent. Et ais, prioribus comitiis Anſenſem à[g] Plotio, Terentinam à Plancio tibi eſſe conceſſam: nunc ab vtroque eas auulſas, ne in anguſtum venirent. Quàm cõnuenit, nondum cognita populi voluntate, hos, quos iam tum coniunctos fuiſſe dicis, iacturam ſuarum tribuum, quo vos adiuuaremini, feciſſe: eoſdem, cùm iam eſſent experti, quid valerent, reſtrictos, & tenaceis fuiſſe? Etenim verebantur, credo, anguſtias. quaſi res in contentionem, aut in diſcrimen aliquod poſſet venire. Sed tamen tu an Plotium, virum ornatiſſimum, in idem crimen vocandum iudicas? an dicis eum[h] te arripuiſſe, à quo non ſis rogatus? Nam quòd queſtus es, pluris te teſteis habere de Voltinia[i], quàm quot in ea tribu puncta tuleris: indicas, aut eos teſteis te adducere, qui, quia nummos acceperint, te præterierint: aut, te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. ¶ Illud verò *crimen de nummis*, quòs in circo Flaminio deprehenſos eſſe dixiſti, *caluit re recenti*[k]: *nunc in cauſa refrixi*. neque enim, qui illi nummi fuerint, nec, quæ tribus, nec, qui diuiſor, oſtenderis. Atque is quidem adductus[l] ad conſules, qui tum in crimen vocabatur, ſe iniquè à tuis iactatum grauiter querebatur. qui ſi erat diuiſor, Præſertim eius, quem tu habebas reum, cur abs te reus non eſt factus? cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparaſti? Sed neque tu habes hæc, neque eis confidis. alia te ratio, alia cogitatio ad ſpem huius opprimẽdi excitauit. magnæ ſunt in te opes: late patet gratia: multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuæ: multi huic inuident: multis etiam pater, optimus vir, nimiùm retinens equeſtris iuris, & libertatis videtur: multi etiam communes inimici reorum omnium: qui ita ſemper teſtimonium de ambitu dicunt, quaſi aut moueant animos ſuis teſtimoniis, aut gratum populo Romano ſit, aut ab eo faciliùs ob eam cauſam, dignitatem, quam volunt, conſequantur. Quibuſcum me, iudices, pugnanteſi meo more priſtino non videbitis: non[m] quòd fas ſit quidquam effugere[n], quod ſalus Plancij poſtulet: ſed quia neque neceſſe id, me id perſequi voce, quod vos mente videatis, & quòd ita de me meriti ſunt illi ipſi, quos ego teſteis video, paratos, vt eorum reprehenſionem vos veſtræ prudentiæ aſſumere, meæ[o] modeſtiæ remittere debeatis. Illud vnum vos magnopere oro, atque obſecro, iudices, cùm huius,

a *forte ſi eum tuo loco.* b L. prouidentem autem & præcauentẽ, &c.
c *fert.* Dubitatis,
d *al.* ſi vnà tribus nõ tuliſſent, cùm nõ nullas puncta pænè totidẽ.
e puncta pro ſuffragiis hic vſurpat, vt infrà.*
P. E.
f Ædilitatẽ plures duob. petere: duo tantum gerere poterant. Plures igitur electi (vt ſi ſuffragia paria eſſent) inter ſe ſortiri cogebantur, quinã ex his ædilitatem gererent.*
g Tribun.*
h L. eum tibi eripuiſſe, à quo non ſis donatus? Ni. i tribu.*
k ſtatim poſt comitia ædilitia.*
l *al.* eductus.*
m hoc eſt ſuſpicione culpæ.*
n L. cohortantur.
p. CCLXXX.
m L. neſquod mihi fas ſit quidquã fugere, n *al.* defugere.*
o L. meæque mod.

huius, quem defendo, tum communis periculi causa, ne *fictu auditionibus*, ne dissemination[a], dispersóque sermoni, fortunas innocentium subiiciendas putetis. Multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri[b] iniqui, multi communes obtrectatores, atque omnium inuidi multa finxerunt. *nihil est autem tam volucre, quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur.* Neq. ego, si fontē maledicti reperietis: vt aut negligatis, aut dissimuletis, vmquā postulabo. sed, si quid sine capite manabit, aut si quid erit eiusmodi, vt non exstet auctor, qui audierit: aut ita negligens vobis esse videbitur, vt, vnde audierit, oblitus sit: aut ita leuem habebit auctorem, vt memoria dignum non putarit: huius illa vox [c] vulgaris auditu, ne quid reo innocenti noceat, oramus. ¶ Sed [d] venio iam ad L. Cassium[e], familiarem meum, cuius ex oratione ne illum quidem *Iuuentium* tecum[f] expostulaui: quem ille omni & virtute, & humanitate ornatus, adolescens, primum de plebe ædilem curulem factum esse dixit. In quo, Cassi, si ita tibi respondeam, nescisse id populum Romanum, neque fuisse qui id nobis narraret, præsertim mortuo Longino[g]: non, vt opinor, admirere, cùm ego ipse non abhorrens à studio antiquitatis, me hic id ex te primùm audisse confitear. Et, quoniam tua fuit perelegans, ac perfubtilis oratio, digna equitis Romani vel studio, vel pudore: quoniámque sic ab his es auditus, vt magnus honos & ingenio, & humanitati tuæ tribueretur: respondebo ad ea, quæ dixisti, quæ pleraque de [h] ipso fine fuerunt: in quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. *Quæsiti, vtrùm* mihi putarem, equitis Romani *filio*, faciliorem fuisse ad adipiscendos honores viam, an futuram esse filio meo, qui esset familia consulari. Ego verò, quamquam illi omnia malo, quàm mihi, tamen illi honorum aditus numquam faciliores optaui, quàm mihi fuerunt. quinetiam, ne fortè ille sibi me potiùs peperisse iam honores, quàm iter demonstrasse adipiscendorum putet. hæc illi soleo præcipere (quamquam ad præcepta ætas[i] non est gnati) [k] quæ ille à Ioue ortus, suis præcipit filiis: *Vigilandum[l] est semper: multa insidiantur[m] bonis.* nostis cætera. quæ[n] nónne id, quod multi videant, quæ scripsit grauis ille, & ingeniosus poeta: scripsit, non vt illos regios pueros, qui iam nusquam erant, sed vt nos, & nostros liberos ad laborem, & laudem excitaret? Quæris, quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn. Scipionis fuisset filius. Magis ædilis fieri non potuisset: sed hoc præstare, quòd ei minùs inuideretur. Etenim *honorum gradus summis hominibus, & infimis sunt pares: gloriæ, dispares.* Quis nostrùm se dicit M. Curio, quis C. Fabricio, quis P.[o] Duellio parem? quis Atilio Calatino? quis C. & P. Scipionibus? quis Africano, Marcello, Maximo? eosdem sumus honorum gradus, quos illi, assecuti. *Est[p] enim in virtute multis adscensus: vt is gloria maximè excellat, qui virtute plurimum præstet. honorum populi finis[q] est, consulatus: quem magistratum[r] in octingenti[s] ferè consecuti sunt. hotem reperias gloria dignam, si diligenter quæras, vix decimam partem.* sed nemo vmquam sic egit, vt tu. Cur iste fit consul? quid potui, amplius, si L. Brutus esset, qui ciuitatem dominatu regio liberauit? Honore nihil amplius laude multum. Sic igitur Plancius nihilominùs quæstor est factus, & tribunus plebis, & ædilis, quàm si esset summo loco natus. sed hæc, pari loco orti, sunt innumerabiles alij consecuti. *Profers triumphos* Ti. Gracchi, & C. Marij: & *quæris, quid simile in Plancio.* Quasi verò isti, quos commemoras, propterea magis [a] laude fuerint digni, quòd triumpharunt, & non, quia commissi sunt iis magistratus, in quibus [b] re bene gesta triumpharent. *Rogas, quæ castra viderit:* qui & miles in Creta, Metello hoc imperatore, & tribunus in Macedonia militum fuerit, & quæstor tantùm ex re militari detraxerit temporis, quantum in me custodiēdum transferre maluerit. *Quæris, num disertus.* Immò id quod secundum est, ne sibi quidem videtur. *Num iurisconsultus.* Quasi quisquam sit, qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. Omnes enim istiusmodi artes in iis reprehenduntur, qui cùm professi fuerint, satisfacere non possunt: non in iis, qui [c] abfuisse ab his studiis confitentur. *Virtus probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Vt nos in mancipiis parandis, quamuis frugi hominem si prosubro, aut pro textore emimus, ferre molestè solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, si forte nescierit: sinautem eminus, quem [d] villicum imponeremus, quem pecori præficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus: sic populus Romanus deligit magistratus, quasi reipublicæ villicos: in quibus si qua præterea est ars: facilè patitur. sin minus, virtute eorum, & innocentia contentus est.* Quotus enim quisque disertus: quotus quisque iuris peritus est, vt eos numeres, qui volunt esse? quòd si præterea honore dignus [e] nemo, quidnam tot optimis, & ornatissimis ciuibus est futurum? *Iubes Plancium de vitiis Laterensis dicere.* Nihil potest, nisi [f] eum nimis in se iracundum putabis fuisse. Idem *effers Laterensem laudibus.* Facilè patior, id te agere multis verbis, quod ad iudicium non pertineat: & id te accusantem tamdiu dicere, quod ego defensor sine periculo possim confiteri. Atqui non modò confiteor summa in Laterense ornamenta esse: sed te etiam reprehendo, quòd ea non enumeres: alia quædam inania, & leuia conquiras. *Præneste feciſſe ludos.* Quid? alij quæstores nonne fecerunt? *Cyrenis liberalem in publicanos, iustum in socios fuisse.* Quis negat? sed ita multa Romæ geruntur, vt vix ea, quæ fiunt in prouinciis, audiantur. Non vereor, ne mihi aliquid, iudices, videat arrogasse, si de quæstura mea dixero. Quamuis enim illa florue rit, tamen eum me posteà fuisse in maximis rebus [g] arbitror, vt non ita mihi multum fit ex quæsturæ laude repetendum: sed tamen non vereor, ne quis audeat dicere, vllius in Sicilia quæsturam, aut gratiorem, aut clariorem fuisse. Verè mehercules hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines vmquam aliud Romæ, nisi de quæstura mea, loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerum misetam. negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, municipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram vi sus in omni officio diligentissimus, excogita-

a. Translatio ex agro & opere rusticorum sumpta. Eadem vtitur in pro Archia quæ vide Pla. ad de legib. Hermates ad Philippum.*

b L. nostri inimici.

c L. vox vulgaris, AVDIVI, ne quid

d CONFVTATIONIS pars secunda aduersus Cassium.*

e subscripto. ex Laterensis.*

f Postea. sequentem expostulabo.* historiæ, iuris, antiquitatis exemplorum peritissimo. vide Cic. de oratore. p. 3.

g L. de ipso me fuer.

h vel. non est genera. tus. al. ætas apta nati. vel. ætas apta nō est quali.*

i al. nati.

k vel. Alii qui paulò inferiores existant in Sexta.*

l L. sunt boni. Nōte id, quod multi animaduerant, multiq. expectant, inscitia eā postulare? Pedes cæteri quoque scripsit grauis, & ingeniosus poeta. Horatius, non vt al.

m Pancgoh. Quæritote id quod multi animaduerant. vt sit verius Attii.

n al. C.

o al. Ea enim virtutem ad virtutem motus adsensus. fort. Etenim in virtute multi sunt adscensus. fort. al. Est enim ad virtutem. Hoc genus vnius adsensus.*

p L. Honorum finis, Consulatus. Quæstura.* Quæsitus Romanorum populi finis est, consulatus: quem magistratum octingenti ferè consecuti sunt, si diligenter quæras, vix decimam partem reperias gloria dignam. hoc tēpus orationis Plācianæ. p. CCLXVII.

a vel. magistratibus fuerint digni & post in iis pro in quibus.*

b al. in iis vt suprà dixi.* c. 1.

c L. qui abfuisse ab his.

d fort. quem villicum præponeremus. al. quem villæ, præponeremus.

e L. dignus est nemo q.

f L. nisi in eū nimis anquirendum puta.

g al. maximis arbitror. al. maximis honoribus.*

ti quidam erant à Siculis honores inaudi-
a L. hac spe decedebam. P. CLXXIII
ti. Itaque hac [a] spe discedebam, vt mihi popu-
lum Romanum vltrò omnia delaturum pu-
tarem. At ego, cùm casu diebus iis, itineris
faciendi causa, decedens è prouincia, Puteo-
los fortè venissem, cùm plurimi, & lautissimi
solent esse in iis locis: concidi pænè, iudices,
cùm ex me quidam quæsisset, quo die Ro-
ma exissem, & numquid in ea esset noui. cui
cùm respondissem, me è prouincia decede-
re: etiam mehercules, inquit, vt opinor, ex A-
frica. Huic ego iam stomachans fastidioſè,
immò ex Sicilia, inquam. Tum quidam, qua-
si qui omnia sciret, quid? tu nescis, inquit,
hunc Syracusis quæstorem fuisse? Quid mul-
ta? desiti stomachari. & me vnum ex iis fe-
ci, qui ad aquas venissent. Sed ea res, iudi-
ces, haud scio an plus mihi profuerit, quàm
si mihi tum essent omnes congratulati. *nam
postea quàm sensi, populum Romanum hebetiores,
oculos acreu, atque acutos habere: desiti, quid de
me auditurus essent homines, cogitare: feci, vt
posteà quotidie me præsentem viderent: habita-
ui in oculis: præsti forum: neminem à congressu meo,
neque ianitor meus, neque somnus absterruit.* Ec-
b L. Sed quid ego dicam.
quid [b] ego dicam de occupatis meis tempo-
ribus, cui fuerit ne otium quidem vmquam
otiosum? nam, quàs tu commemoras, Cassi, le-
gere te solere orationes, cùm otiosus sis: has
ego scripsi ludis, & feriis, ne omnino vm-
quam essem otiosus. Etenim M. Catonis il-
lud, quod in principio scripsit Originum
suarum, semper magnificum, & præclarum
putaui. *Clarorum virorum, atque magnorum,
non minus otij, quàm, negotij rationem esse ope-
portere.* Ita, si quam habeo laudem, quæ,
quanta sit, nescio, parta Romæ est, quæsita in
foro: meáque priuata consilia publici quo-
que casus comprobauerunt, vt etiam summa
respublica mihi domi fuerit gerenda, & vrbs
in vrbe seruanda. Eadem igitur, Cassi, via
munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad
gloriam: hoc facilior fortasse, quòd ego huc
à me ortus, & per me nixus, adscendi: istius e-
gregia virtus adiuuabitur commendatione
maiorum. Sed, vt redeam ad Plancium, num-
quam ex [c] vrbe abfuit, nisi fortè [d] lege, neces-
sitate. non valuit rebus iisdem, quibus fortas-
se nonnulli. at valuit assiduitate, at valuit ob-
seruandis amicis, valuit liberalitate: fuit in o-
culis: petiuit: est [e] vsus ratione, qua, minima
inuidia, noui homines plurimi eosdem ho-
nores consecuti sunt. ¶ Nam, quòd ais, Cassi [f],
non plus me Plancio debere, quàm bonis o-
mnibus, quòd iis æquè mea salus cara fuerit:
ego me debere bonis omnibus fateor. sed e-
tiam iis, quibus ego debeo, boni viri, & ciues,
ædilitiis [g] comitiis aliquid se meo nomine
debere Plancio dicebant. Verùm fac me mul-
tis debere, & in iis Plancio: vtrùm igitur me
conturbare [g] oportet: an ceteris, cùm cuius-
que dies venerit, hoc nomen, quod vrget,
nunc cùm petitur, dissoluere? Quamquam *dis-
similis est* [h] *pecuniæ debitio & gratiæ, nam qui pe-
cuniam dissoluit, statim non habet id, quod reddi-
dit: qui autem debet* [i] *is* [k] *retinet alienum: gratiam
autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso,
quod habet, refirt.* neque [l] ego nunc Plancio
desinam debere, si hoc soluero: nec minus ei
redderem voluntate ipsa, si hoc molestiæ
non accidisset. *Quæris à me, Cassi, quid pro fratre
meo, qui mihi est carissimus, quid pro meis libe-
ris, quibus nihil potest esse iucundius, amplius, quàm
pro* [a] *Plancio facio, facere possim:* nec vides, istо-
rum ipsorum caritate ad huius salutem de-
fendendam maximè stimulari me, atque ex-
citari. Nam neque illis huius salute, à quo
meam sciunt esse defensam, quidquam est o-
ptatius: & ego ipse numquam illos adspicio,
quin per hunc me [b] his conseruatum esse me-
minerim, huiúsque meriti in me recorder.
*Opimium damnatum esse commemoras: seruato-
rem ipsum reipublicæ Calidium adiungis, cuius lege
Q. Metellus in ciuitatem sit restitutus: reprehendis
meas pro Plancio preces, quòd nec Opimius sue no-
mine liberatus sit, nec Qu. Metelli Calidius.* De
Calidio tibi tantum respondeo, quod ipse vi
di: Qu. Metellum Pium, consulem, prætoriis
comitiis petente [c] Qu. Calidio [d], populo Ro.
supplicasse, cùm quidem non dubitaret &
consul, & homo nobilissimus, patronum il-
lum esse suum, & familiæ [e] suæ nobilissimæ
dicere. Quo loco quæro ex te, num id in iu-
dicio Calidij putes, quod ego in Plancij facio,
aut Metellum Pium, si Romæ esse potuisset,
aut patrem eius, si vixisset, non fuisse factu-
rum. Nam Opimij quidem calamitas vtinam
ex hominum memoria posset euelli. vulnus
illud reipub. dedecus huius imperij, turpitu-
do populi Rom. non iudicium purandum est.
Quam enim illi iudices, si iudices, & [f] non
parricidæ patriæ nominandi sunt: grauiorem
potuerunt reipubl. infligere secutim, quàm,
cùm illum è ciuitate eiecerunt, qui prætor fi-
nitimo consul domestico bello rempublicam
liberarat? At enim nimis ego magnum beneficium
Plancij [g] facio, &, vt ais, id verbis exaggero.
Quasi verò me tuo arbitratu, & non meo gra-
tum esse oporteat. Quod istius tantum meri-
tum, inquit? an quia te non iugulauit? immò
verò, quia iugulari passus non est. Quo quidē
tu loco, Cassi, etiam purgasti inimicos meos,
meæque vitæ nullas ab illis insidias [h] fuisse di
xisti. Posuit hoc idem Laterensis. Quamobrē
de isto paullo pòst plura dicam: de te tantum
requiro, vtrùm putes odium in me mediocre
inimicorum fuisse. Quod [i] fuit vllorum tan
tum? requiro, vtrùm putes odium vmquam
barbarorum tam immane, ac tam crudele in
hostem: an fuisse in iis aliquem aut famæ me
tum, aut pœnæ: quorum vidisti toto illo anno
ferrum in foro, flammam in delubris, vim in
tota vrbe versari. nisi existimas, eos ideireo
vitæ meæ pepercisse, quòd de reditu meo nō
timerent. Ecquem [k] putas fuisse tam exco-
dem, qui, viuis his, stante vrbe & curia, reditu
rum me, si viuerem, non putaret? Quamobrē
non debet is homo, & is ciuis, prædicare, vi-
tam meam, quæ fidelitate amicorum conser-
uata sit, inimicorum modestia non esse appe
titam. ¶ Respondebo [l] tibi nunc. Laterensis,
minùs fortasse vehemēter, quàm abs te sum
prouocatus: sed profectò nec considerate mi-
nùs, nec minùs amicé. nam primùm illud fuit
asperius, me, quæ de Plancio dicerem, *mentiri,
& temporis causa fingere.* scilicet homo sapiens
excogitaui, quamobrem viderer maximis be-
neficij [m] vinculis obstrictus, cùm liber es-
sem, & solutus. Quid enim? mihi ad defenden
dum Plancium patrum multæ, parum iustæ ne
cessitudines erant, familiaritatis, vicinitatis,
patris amicitiæ? quæ si non essent, vercor, cre-
do [n], ne turpiter facerem, si hoc splendore, &
hac dignitate hominem defenderem. fingen-
da fuit

a L. hac spe decedebam. P. CLXXIII

b L. Sed quid ego dicam.

c L. ex vrbe abfuit,

d L. nisi forte, lege, n. [vt hæc tria coniungat, fortè, legem, necessitatem.*

e L. ea est vsus rat.

f. CONTENTIONIS pars secunda, qua respōdet Cicero primum Cassio, deinde Laterēsi.*

g Conturbat rationes qui præpostere soluit.*

h vide in hūc locū Gellium l. c. 4. similis est alius apud Ciceronē in S. orationis post reditum suprà.*

i L. habet. [i] Gellius illo loco,*

k al. as. & ita Gell. l. c. 4.

l fort neque ego tamē Plācio desinā debere, si hoc nunc soluero.

s al. quam quod pro Plancio

b L. me illis conf. & ita vt.

P. CCLXXIII

c sebant [f], præturam,

d ita apud Valerium l. c. 2.*

e quod tribunus plebis lege, qua pater Metelli in ciuitatem restitueretur, tulerat 5. Valer. 2. adde Plin. de viris illustrib. 65. Appianum 1. ciuil.*

f L. & non parricidæ

g al. Plancio. Pantag. lancio.*

h L. insidias factas esse dicit. al. insidias fuisse dixisti comparatas

i L. quod fuerit vllorum tantum, vtrùm putes odium. P. B.

k L. Ecquem quem putas fuisse.

l RESPONDET Laterēsi, de mendacio Cicerōis, de calūnia, De tribunatu Plancii, de eloquentia Ciceronis, de discessu Ciceronis, de amoris erga suos, de timore, de liberate, de cloaca.*

m al. beneficiis.

n L. vereretis credo, ne

da fuit mihi, iudices, causa peracuta, vt [a] ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. At *id etiam gregarij* [b] *milites faciunt inuiti, vt coronam* [c] *dent ciuicam* [d], *& se ab aliquo seruatos esse fateantur: non* [e] *quo turpe sit, protectum in acie, hostium manibus eripi* (nam id accidere, nisi forti viro, & pugnanti comminus, non potest) *sed onus beneficij reformidant, quòd permagnum est, alieno debere idem, quod parenti.* Ego, cùm ceteri vera beneficia, etiam minora, dissimulent, ne obligati esse videantur: eo me beneficio obstrictum esse mentiar, cui ne referri quidem gratia [f] posse videatur? An hoc tu, Laterensis, ignoras? qui, cùm mihi esses amicissimus, cùm vel periculum vitæ tuæ mecum sociare voluisses: cùm me in illo tristi, & acerbo luctu, atque discessu, non lacrymis solùm tuis, sed animo, corpore, copiis prosecutus esses: cùm meos liberos, & vxorem, me absente, tuis opibus, auxilióque defendisses: sic mecum semper egisti, te mihi remittere, atque concedere, vt omne studium meum in [g] Cn. Plancij honorem consumerem, quòd eius in me meritum tibi etiam gratum esse dicebas. nihil autem me noui, nihil temporis causa dicere, nónne etiam illa testis est oratio, quæ est à me prima [h] habita in senatu? in qua cùm perpaucis nominatim egissem gratias, quòd omnes enumerari nullo modo possent, scelus autem esset quemquam præteriri: statuissémque eos solùm nominare, qui causæ nostræ duces, & quasi signiferi fuissent: in his Plancio gratias egi. Recitetur [i] oratio, quæ propter eius magnitudinem, dicta de [k] scripto est: in qua ego homo astutus ei [l] me dedam, cui nihil magnopere debeam, & huius tanti officij seruitutem adstringam testimonio sempiterno. Nolo cetera, quæ à me mandata sunt litteris, recitare: prætermitto illa, ne [m] aut proferre videar ad tempus, aut eo genere vti litterarum, quod meis studiis aptius, quàm consuetudini iudiciorum, esse videatur. ¶ Atque etiam clamitas, Laterensis: *Quousque* ista dicis? nihil in *Cispio* profecisti. absolutæ iam sunt preces tuæ. De Cispio mihi [n] videlicet obiicies, quem ego de me bene meritum quia te teste cognoueram, te eodem auctore defendi? & ei dices, QVOVSQVE, quem negas, quod pro Cispio, contenderit, impetrare potuisse? Nam istius verbi, QVOVSQVE, hæc poterat esse inuidia. datus est tibi ille: condonatus ille: non facis finem: ferre non possumus. Ei quidem, qui pro vno laborarit, & [o] ipsum id non obtinuerit, dici, QVOVSQVE, irridentis magis est, quàm reprehendentis. Nisi forte ego vnus ita me gessi in iudiciis: ita & cum his, & inter hos vixi: is in causis patronus, is in republica ciuis & sum, & semper fui, solus vt à te constituar, qui nihil à iudicibus debeam vmquam impetrare. Et mihi lacrymulam Cispiani iudicij obiectas. sic enim dixisti: Vidi ego tuã lacrymulam. Vide, quàm me verbi tui pœniteat. non modò lacrymulã, sed multas lacrymas, & fletũ cum singultu videre potuisti. An ego, qui meorũ lacrymis, me absente, cõmotus, simultates, quas mecũ habebat, deposuisset, meæq. salutis nõ modò non oppugnatorem (vt inimici mei putarãt) sed etiã defensor fuisset, huius in periculo nõ dolorẽ meum significarem? ¶ Tu autem, Laterensis, qui

A tum lacrymas meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis inuidiosas videri. Negas, *tribunatum* Plancij quidquam attulisse adiumenti dignitati meæ. atque hoc loco (quod verissimè facere potes) L. Racillij, fortissimi, & constantissimi viri, diuina in me merita cõmemoras: cui quidem ego, sicut [a] Plancio, numquam dissimulaui me plurimum debere, semperque præ me feram. nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes nec pro republica, nec pro me defugiendas putauit. Atque vtinam, quam ego sum in illũ gratus, tam [b] licuisset per [c] hominum vim, & iniuriam pop. Ro. ei gratiam referri [d]. Sed, si non eadem contendit in tribunatu Plancius: existimare debes, non huic voluntatem defuisse, sed me, cùm iam Plancio deberem, Racillij [e] beneficiis fuisse contentũ. An verò putas, iudices idcirco minus mea causa facturos, quòd me esse gratum crimineris? an, cùm populus Romanus illo senatusconsulto, quod in monumento Marij factum est, quo mea salus omnibus est gentibus commendata, vni Cn. Plancio gratias egerit (vnus enim fuit de magistratib. defensor salutis meæ: cui senatus pro me gratias agendas putauit [f]) ei ego à me referendam gratiam non putem? Atqui, eum cùm vides, quo me tandem animo in te putas esse, Laterensis? vllum esse tantum periculum, tantum laborem, tantam contentionem, quam ego non modò pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerem? Quo quidem etiam magis fum, non dicam miser (natura [g] quidem abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus [h]: non quia multis debeo (*leue enim onus, beneficij gratia*) sed quia sæpe concurrit propter aliquorum de me meritorum inter ipsos contentiones, vt eodem tempore in omneis verear ne vix possim gratus videri. Sed ego hoc meis [i] ponderibus examinabo, non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusq. interfit, & quid à me cuiusque tempus poscat. Agitur fortunis tuum, vel etiam, si vis, existimatio, laus, ædilitas: at Cn. Plãcij salus, patria, fortunæ. Saluum tu me esse cupisti: hic fecit etiam, vt esse possem. distineor tamen, & diuellor dolore, & in causa disgari offendi te à me, doleo: sed medius fidius multo citius meam salutem pro te obiecero [k], quàm Cn. Plancij salutem tradidero contentioni tuæ. Etenim, iudices, *cùm* [l] *omnibus virtutibus me affectum esse cupiam, tamen* [m] *nihil est, quod malim, quàm me & gratum esse, & videri. Hæc est enim vna virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas grata, in parentes? qui sunt boni ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia memmerunt? qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam diu immortalibus gratiam iustis honoribus, & memori mente persoluunt? quæ potest esse iucunditas vitæ, sublatis amicitiis? quæ porrò amicitia potest esse inter ingratos? Quis est nostrũm liber aliter educatus* [n], *cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui nõ locus ille mutus, vbi ipse a tus* [o], *aut doctus est, cum gratia recordatione in mẽte versetur? cuius opes tãtæ esse possint, aut vmquã fuerũt, quæ sine multorũ amicorũ officiis stare possint? quæ certè, sublata memoria, & gratia, nulla exstare possũt. Equidẽ nil tã proprium hominis existimo, quã nõ modò beneficio, sed etiã benuolẽtiæ significatione alligari: nihil porrò tam inhuma-*

a *al.* cur.
b Gregarii, vilissimi inter milites.*
c Corona ciuica appella tur, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, reflorescit vitæ, salutisq. percipiæ dat. Ferat autẽ è fronde querna vel ilici.) Mãlius tamen Sabinus P. CCLXXV. vt memorabilium ciuicã coronam tum dari soliti dicit, quum is qui ciuem seruauerat, eodẽ tempore etiã hostẽ occiderat. Gell. 6. Zonar. 2. 16. Plin. 16. 4. & 22.
d L. dent ciuicã, quã ciuicam, *e al.* non quod *f* fortasse gratiã possẽ. Cn. Plãcio honore eõ dem.
g subaudi post reditũ.* *h al.* Recitemque or.
i Descripto oratio esse dicitur, quæ tenuiter memoriter pronunciata, vt hinc etiam obseruemus memoriæ interdũ fuisse orationes de scripto recitatas.*
k Ei me debere dicam, cui ni hil magn. debeam? h. l. videtur deesse aliquid. Fortasse legendum est, ei me debere quicquam? Sed hã tẽr. lectio. m L. ne aut proferre videar dic, aut eo genere.
n Nihilne videri. p. R.
o *al.* & id ipsum.

a L. sicuti Pl.
b L. tam mihi licuisset per
c *fortasse* per hominũ vim, & iniuriam,
d gratiam L. referre. P. CCLXXV.
e Racilii beneficia.*
f *al.* putarẽt.
g *fuit*, natura enim abh. Vrs. Nam id quidem abhorret à virtute verbum.*
h Exercitus, id est exercitatus.*
i prouocabulũ, *hoc*, abest à nonnullis lib. vet.
k *al.* abiecero,
l Locus com munis de gratia.*
m L. tũ nihil est, P. R.
n *al.* eductus o adde testũ in Attellus. Nonium cap. 4. in Altum 8. Alii legũt alitus.

num, tam immane, tam ferum, quàm committere, vt beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare. Quæ cùm ita sint, iam succumbam, Laterensis, isti [a] tuæ orationi: in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium, quoniam ita tu vis, nimium me gratum esse concedam: petámque à vobis, iudices, vt eum beneficio complectamini, quem [b] qui reprehenderit, in eo reprehendit, quòd gratum præter modum dicat esse. Neque enim ad negligendam meam gratiam debet valere, quòd dixit idem, vos nec nocenteis, nec litigiosos esse, quo minùs me apud vos valere oporteret. Quasi verò in amicitia mea non hæc præsidia (si qua fortè sunt in me) parata semper amicis esse maluerim, quàm necessaria. Etenim ego de me tantùm audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus, quàm præsidio fuisse: *néque vehementer vitæ meæ pœniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti.* ¶ Sed hoc nescio quomodo frequenter in me confessisti [c], sanéque in eo creber fuisti, te id circò in locos [d] causam conijcere [e] voluisse, ne [f] *ego mea & consuetudine aliquid de tensis* [h] *misericordiæ causa dicerem*: quod in aliis ædilibus antè feci sem. Nonnihil egisti hoc loco. nam mihi eripuisti ornamentum orationis meæ. deridebor, si mentionem tensarum fecero, cùm tu id prædixeris. sine tensis autem quid potero dicere? Hîc etiam [i] addidisti, me idcirco meâ [k] lege l ex isto ambitu traxisse [m], vt *miserabiliores epilogos* [n] possem dicere. Non vobis videor cum [o] aliquo declamatore, non causa laboris, & fori disputare? Rhodi [p] enim, inquit, non fui. Me vult fuisse: sed fui, inquit, (putabam in Nicæis dicturum) bis in Bithynia. Si locus habet reprehensionis ansam [q] aliquam, nescio cur seueriorem Nicæam putes, quàm Rhodum. si spectanda causa est: & tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti, & ego Rhodi non minore. Nam, quòd in eo me reprehendisti, quòd nimiùm multos defenderim: vtinam & tu, qui potes, & ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc leuare. sed sit vestra diligentia, qui in causis ponderandis omneis ferè repudiatis, vt ad nos plereque confluant, qui miseris, & laborantibus nihil negare possumus. Admonuisti etiam, quòd in Creta fuisses [r], dictum [s] aliquod in [t] petitione [u] tua dici potuisse: me id perdidisse. Vter igitur nostrûm est cupidior dicti? egóne, qui, quod dici potuit, non dixerim: an tu, qui etiam ipse in te dixeris? Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quòd mihi meæ, quas ad aliquem misissem, obfuissent. Quas ego mihi obfuisse non intelligo: reipu. video prodesse potuisse. ¶ Sed sunt hęc leuiora: illa verò grauiora, atque magna, quòd *meum discessum*, quem sæpe defleras: nunc quasi reprehendere, & subaccusare voluisti. dixisti enim non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. Ego verò fateor [x] me hercule, quòd videram mihi auxilium non deesse, idcirco [y] me illi auxilio peperciss e. Quis enim status, quod discrimen, quæ fuerit in republica tempestas illa, quis nescit? Tribunitius me terror, an consularis furor mouit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum, quos ego florentes, atque integros sine ferro viceram? Consules post hominum memoriam cæteri-

mi, atque turpissimi, sicut & illa principia, & hi recentes rerum exitus declararunt: quorum alter [a] exercitum perdidit, alter [b] vendidit, emtis prouinciis [c], à senatu, à republica, à bonis omnibus defecerant: qui [d] exercitib. qui armis, qui opibus [e] plurimùm poterant, cùm, quid sentirent, nesciretur, furialis illa vox nefariis stupris, religiosis altaribus effœminata, secum & illos, & consules facere acerbissimè [f] personabat. egenteis in locupleteis, perditi in bonos, serui in dominos armabantur. Aderat mecum senatus, & quidem veste [t] mutata: quod pro me vno post hominum memoriam publico cõsilio susceptum est. Sed recordare, qui tum fuerint consulum nomine hostes, qui soli in hac vrbe senatum senatui parêre non fuerint: edictóque suo non luctũ patribus conscriptis, sed luctus iudicia [g] ademerint. Aderat mecum cunctus equester ordo: quem quidem in concionib. saltator [h] ille Catilinæ consul, proscriptionis denuntiatione terrebat, ac tota Italia conuenerat: cui qui dem belli intestini, & vastitatis metus inferebatur. Hisce ego auxiliis studentibus, atque incitatis vti me, Laterensis, potuisse confiteor, sed erat non iure, nõ legibus, nõ disceptando decertandum (nam profectò, præsertim tam bona in causa, numquam, quo ceteri abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset) armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum: quibus à seruis, atque à seruorum ducibus cædem fieri senatus, & bonorum, reipublicæ exitiosum fuisset. *Vinci autem improbos à bonis fateor fuisse præclarum*, si finem eum vincendi viderem: quem profectò non videbam. Vbi enim præstò fuisset mihi aut tam fortis consul, quàm L. Opimius [i]? quàm [k] Marius? quàm L. Flaccus? quibus ducibus improbos ciueis [m] respublica vicit armatis: aut, si minus fortes, attamen tam iusti, quàm P. Mucius, qui arma, quæ priuatus P. Scipio, ea, Ti. Graccho interemto, iure optimo sumta esse defendit? Esset igitur pugnandum cum consulibus. nihil ampliùs dico, nisi illud, Victoriæ nostræ graueis aduersarios paratos: interitus nullos victores [n] esse videbam. Hisce ego auxiliis salutis meæ si idcirco defui, quia nolui dimicare: fatebor, id quod vis, non [o] mihi auxilium, sed me auxilio defuisse. sin autem, quo maiora studia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis consulendum, & parcendum putaui: tu id in me reprehendis, quod [p] Metello laudi datum est, hodiéque est, & semper erit maximæ gloriæ? quem, vt potes ex multis audire, qui tum affuerunt, iuuentissimis [q] viris, constat bonis [r] cessisse: nec fuisse dubium, quin contentione, & armis superior posset esse. Ergo ille cùm suum, non cùm senatus factum defenderet: cùm perseuerantiam sententiæ suæ, non salutem reipublicæ retinuisset: tamen ob [s] illam constantiam, qua [t] illud voluntarium vulnus accepit, iustissimos omnium Metellorum, & clarissimos triumphos gloriæ laude superauit, quòd & illos improbissimos ciueis interfici noluit, &, ne quis bonus interiret in eádem cæde, prouidit: ego, tantis periculis propositis, cùm, si victus essem, interitus reipublicæ: si vicissem, infinita dimicatio pararetur: committerem, vt idem perditor reipublicæ nominarer, qui seruator fuissem? Mortem me timuisse dicis. ¶ Ego verò *ne immortali-*

a *al.* isti tuo verbo.
b I. quem qui reprehendit. P. CCLXXVII
c *al.* conieci sti.
d *vet. Pãg.* locos communes. *al. vet.* ludos.*
e *v.c.* conicere.
f L. noluisse.
g Aediles amb itus accusatos cum Cicero defendisset, misericordiæ commouerat.*
h Tensæ vehicula sacra.*
i L. Etiam dixisti, addidisse me idcirco meæ legi, Nisi ex testamẽto præfitituta die, vt miserab. epil. possit elicere. Nõ v. k Legem Tullią intelligit, quàm ipse Cicero tulit Cõsul de ambitu, irrogato decem annorum exsilio.* l *al.* lege modo, ex isto &c.*
m id est sum pisse.*
n In Epilogis commouere auditorem solent oratores.*
o L. cũ aliquo declamatore, non cum oratore disputare? Rh.
p Rhodi verò fuit Cicero vbi Milonẽ audiuit: Cicero de Claris orat. Plutarch. in Cicerone.*
q *al.* causam.*
r subaudi legatus.*
s Dictũ pro sale Vinco qui sanè in Laterensem conijci potuit, quasi cretatũ: nempe non tam quòd in Creta legatus quàm quòd ambitus reus. Cretati. n. id est albis vestimẽtis ornati, magistratum ambiebant: P. Vnde à colore etiã cãdidati dicti.*
t *fort.* in petitionem tuam u subaudi eũ ædilitatis.*
x L. fateor, me, quod vid.
y L. idcirco illi aux. pep.
a Piso.*
b Gabinius.*
c Clodius legẽ lata, vt foni Macedoniã Gabinio Syriã traderet.*
d Cæsare intelligit.*
e Pompeius & Crassus.*
f *al.* accerrimè
g Luctus iudicia appellat, atram vestem.*
h Gabinius, vt in orat. post reditum pro domo: in Pisonem.* i L. terrebat tota Italia. P. CCLXXVIII. k *al.* Ap.*
n L. esse victores videbam.
o L. non auxilium mihi, sed
p Numidico.
q Limitissimis viris bonis nisi conãr
r Passerat. tribunis.*
s L. ob illam, qua illud voluntarie vel nus accepit, constantiam, iustissim.
t *al.* quo.*

mortalitatem quidem contra rempublicam acciendam putarem, nedum emori cum pernicie reipublicæ vellem. nam, *qui pro republica vitã reddiderunt* (licet me diuinare dicatis) *numquam mehercule eos mortem potius quàm immortalitatem assecutos putaui*. Ego verò, si tum illorum impiorum ferro, ac manu concidissem, in perpetuum respublica ciuile præsidiũ salutis suæ perdidisset. Quin etiam, si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumsisset: tamen auxilia posteritatis essent imminuta. quòd peremptum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuisset senatus, populúsque Romanus. An, si vmquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus, omnium parricidarum[a] tela commossem? quæ si viginti quiessem dies, in aliorum iugulum[b] consulum recidissent. Quamobrem, si vitæ cupiditas contra rempublicam est turpis, certè multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernicie ciuitatis. ¶ Nam *quòd te in republica liberum esse gloriatus es*, id ego & fateor, & lætor, & [c] tibi etiam in hoc gratulor. quòd me autem negasti in eo neque te, neq; quemquam diutius patiar errare. Nam si quis idcirco aliquid de libertate mea diminutum[d] putat, quòd non ab omnibus eisdem, à quib. antea solitus sum dissentire dissentiam: primùm, si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino[e] incurrere in crimen hominis nimiùm memoris, nimiúmque grati. sin autem sine vllo reipublicæ detrimento respicio etiam aliquando salutem tum meam, tum meorum: certè non modò non sum reprehendendus, sed etiam, si ruere vellem, boni viri me, vt id ne facerem, rogarent. res verò ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum, vt, quoniam sibi seruissem semper, numquam mihi: fructus autem ex sese non vt oportuisset, lætos, & vberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem: vt iam mihi seruirem, consulerem meis: se non modò satis habere à me sed etiam vereri, ne patum mihi pro eo, quod tum à me haberet, reddidisset. Quid, si horum ego nihil cogito? & idem sum in republica, qui fui semper? taménne [f] tu libertatẽ requires meam? quam tu ponis in eo, si semper cum iis, quibuscum aliquando contendimus, depugnemus. quod est longè secus. *Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo reipublicæ, qui quoniam versetur* [g], *eam deligere partem debemus, ad quam nos illius vtilitas, salúsque conuerterit*. Ego autem Cn. Pompeium, non dico auctorem, ducem, defensorem salutis meæ (nam hæc priuatim fortasse officiorum memoriam, & gratiam quærunt) sed dico hoc, quod ad salutem reip. pertinet: ego eum non tueor, quem omnes in republica principem esse concedunt? ego C. Cæsaris laudib. desim, quas primùm populi Ro. nunc etiam senatus, cui me semper addixi, plurimis, atque amplissimis iudiciis videam esse celebratas? Tum mehercule me confitear nõ iudicium aliquod habuisse de reip. vtilitate, sed hominibus amicum, aut inimicum fuisse. An, cùm videam nauem secundis ventis cursum tenentem suum, si nõ ea eam petat portum, quem ego aliquando probaui, sed alium non minus tutum, atque tranquillum: cum tempestate pugnem periculosè potiùs, quàm illi, salute præsertim proposita, obtempe-

rem, & paream? *Neque enim inconstantis*[a] *puto, sententiam, tamquam aliquod nauigium, atque cursum, ex reipublicæ tempestate moderari*. Ego verò hæc didici, hæc vidi, hæc scripta legi: hæc de sapientissimis, & clarissimis viris, & in hac rep. & in aliis ciuitatibus monumenta nobis litteræ[b] prodiderunt: *non semper easdem sententias ab iisdem, sed, quascumque reipub. status inclinatio temporum, ratio concordiæ postularet, esse defendendas*. quod ego & facio, Laterensis, & semper faciam: libertatémque, quam in me requiris, quam ego neque dimisi vmquam, neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo. ¶ Nũc venio ad illud extremum: quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem facere *ex cloaca*, lapidémque è sepulchro venerari pro deo. neque enim mihi insidiarum periculum vllum, neque mortis fuisse. Cuius ego temporis rationẽ explicabo breui[c], neque inuitus. nihil enim ex meis est temporibus, quod minùs peruagatum[d], quòd que minùs aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum, atque notum. Ego enim Laterensis, ex illo incendio legum, iuris, senatus, bonorum omnium, cedens, cùm mea domus ardore suo deflagrationem vrbi, atque Italiæ toti minaretur, nisi quieuissem: Siciliam petiui animo[e], quę & ipsa erat mihi, sicut domus vna, coniuncta: & obtinebatur à C. Virgilio: [f] quo cum me vno vel maximè cùm vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tum resp. sociarat. Vide nunc caliginem temporum illorum. Cùm ipsa pænè insula mihi sese obiam ferre vellet: prætor ille eiusdem tribuni pleb. concionibus propter eandem reip causam sæpe vexatus, nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire noluit. Quid dicam? C. Virgilio[g] tali ciui, & viro, beniuolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem, humanitatem, fidem defuisse? nihil videlicet est eorum: sed, quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus, metuit[h] vt eam ipse posset opibus suis sustinere. Tum consilio repentè mutato, iter[i] à Vibone Brundisium terra petere contendi. nam maritimos cursus præcludebat hiemis magnitudo. Cùm omnia illa municipia quæ sunt à Vibone Brundisium, in fide mea, iudices, essent: iter mihi tutum, multis minitantibus, magno cum suo metu præstiterunt. Brundisium veni, vel potiùs ad mœnia accessi. vrbem vnam mihi amicissimam declinaui, quæ se vel potiùs exscindi, quàm è suo complexu vt eriperer, facilè patefecit. Inhorros me M.[k] Lenij Flacci contuli, cui cùm omnis metus, publicatio bonorum, exsilium[l], mors proponeretur, hæc perpeti, si accideret, maluit, quàm custodiam mei capitis dimittere. Huius ego, & parentis eius prudentissimi, atque optimi senis, & vtriusque filiorum manibus, in naui tuta, ac fideli collocatus, eorúmque preces, & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat[m] in fide mea, petere contendi. Quò cùm venissem, cognoui, id quod audieram, refertam esse Græciam sceleratissimorum hominum, ac nefariorum: quorũ impium ferrum, igneisque pestiferos meus ille consulatus è manibus extorserat: qui antequàm de meo aduentu audire potuissent, cùm tum abessent [n] aliquorum dierum viam, in Macedoniam, ad

a L. parricidarum. b al. vigiliã* c al. & tibi etiam hoc gratul. d L. deminutum qu. e al. debeo* f L. Virginio g L. Virginiõ h al. metuit, ne eam ipse non posset opib. i L. iterum à Vibone Pan. tag. terra Vibone* Brundusium petere contendi* k L. M. Lænii l L. exsuliũ, m vide 14. famil. 1. & 3. & 3 ad Atticum 22* n frt. abessent aliquot dierum

a L. inconstantis esse puto b P. E. Pantag. litterarum* c al. breuiter* d al. peruulgatum. e Pantag. à Vibone Idẽ petiũ eo animo quod & ipsa* f L. Virginio

P. CCLXIX. P. CCLXXX.

Planciúmque pertexi. Hic verò simul atque me mare transisse cognouit: (audi, atque attende, Laterensis, vt scias, quid ego Plancio debeam: confitearéque aliquãdo, quod faciã, me & gratè, & piè facere: huic, quæ pro salute mea fecerit, si minùs profutura sint, obesse certè non oportere.) Nam, simulac me Dyrrhachium attigisse audiuit: statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata, profectus est. O acerbam mihi iudices, memoriam temporis illius, & loci, cùm P. B. in me incidit, complexus est, conspersítque lacrymis, nec loqui præ mœrore potuit! ô rem cùm auditu crudelem, tum visu nefariam! ô reliquos omneis dies, noctésque eas, quibus iste à me non recedens, Thessalonicam me, in quæstoriúmque perdukit! Hîc ego nunc de prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi, eum & ciuem optimum semper, & mihi amicum fuisse: sed eádem timuisse, quæ ceteros. Cn. Plancium fuisse vnum, non, qui a L. sed qui, si acc minus timeret, sed[a], si accederent ea, quæ timerentur, mecum ea subire, & perpeti vellet. Qui, cùm ad me L. Tubero, meus necessarius, qui fratri meo legatus fuisset, decedens ex Asia veniisset, eásque insidias, quas mihi paratas ab exsulibus coniuratis audierat, animo amicissimo detulisset: in Asiam me ire, propter eius prouinciæ metum, & cum meo fratre necessitudinem[b] comparatam, non est passus. Vime, inquam, Plancius, & complexu suo retinuit, multósque menses à capite meo non discessit, abiecta quæstoria persona comitiísque sumta. ¶ O[c] excubias tuas, Cn. Plãci, miseras! ô flebileis vigilias! ô nocteis acerbas! ô custodiam etiam mei capitis infelicẽ! si quidẽ ego tibi viuus non prosum, qui fortasse mortuus profuissem. memini, enim, memini, neq. vmquam obliuiscar noctis illius, cùm tibi vigilanti, assidenti, mœrenti, vana quædã miser, atque inania, falsa spe inductus, pollicebar: me, si ellem in patriam restitutus, præsentem, tibi gratiam relaturum: si nautem vitam mihi sors[d] ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset: hos, hos (quos enim ego tum alios animo intuebar?) omnia tibi illorum laborum præmia pro me persoluturos. Quid me adspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me beneuolentiam[a] promittebam: hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vitæ periculo vel le videbam: de[b] eorum desiderio, luctu, querelis quotidie aliquid tecum simul audiebam. nunc timeo, ne nihil tibi: præter lacrymas, queam reddere: quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Quid enim possum aliud, nisi mœrere? nisi[c] flere? nisi te cum mea salute complecti? salutem tibi iidem[d] dare possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen, quæso. retinebo, & complectar: nec me solùm deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem, sociúmque profitebor: atque (vt spero) nemo erit tam crudeli animo, támque inhumano, nec tam immemor meorum, non[e] dicam in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui à me mei seruatorem capitis diuellat, ac distrahat. Non ego meis ornatum beneficiis à vobis deprecor, iudices, sed custodem salutis meæ: non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia: mecúmque vos simul misertimus, & optimus obtestatur parens, & pro vno filio duo patres deprecamur. Nolite, iudices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis, his præsertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare lætitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei, salutísque eius, à quo mea salus conseruata est, hosteis extitisse. nolite animum meum debilitare tum luctu, tum etiam metu commutatæ vestræ voluntatis erga me: sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere. Téque, C. Flaui, oro, & obtestor, qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum, quas gessi, adiutor fuisti, méque non modò saluum semper, sed etiam ornatum, florentémque esse voluisti: vt mihi per hos conserues eum, per quem me tibi, & his conseruatum vides. Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymæ impediunt, vestræque, iudices, non solùm meæ: quibus ego, magno in metu meo, subitò inducor in spẽ, vos eosdem in hoc conseruãdo futuros, qui fueritis in me: quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas pro me sæpe, & multùm profudistis.

a v.c. beneuolentiam P. CCLXXXI

b L. de hoc

c al. nisi te, meam salutẽ comp.

d al. idem*

e L. non dicã meorum in bon.

a L. sed qui, si acc

b lib. vulg. nocis insidias comparatas

c PERORATIO*

d L. fors adem.

P. F.

PRO

PRO P. SEXTIO[a].

ORATIO TRICESIMASECVNDA.

Synopsis.

Quæstio, *An P. Sextius vim commiserit.* Accusator, *M. Tullius Albinouanus.* Testis, *P. Vatinius.* Patroni P. Sextii, *Q. Hortensius, & Cicero.* Acta *Ciceronis anno 51. vrbis 697.* Euētus, *P. Sextius absolutus.*

[a] memînit Cicero 5. Epist. 1.

[b] EXORDIVM P. 1.

[b] QVIS antea, iudices, mirabatur, quid esset, quòd pro tantis opibus reipub. tātáque dignitate imperij, nequaquam satis multi ciues forti, & magno animo inuenirentur, qui auderent se, & salutem suam in discrimen offerre pro statu ciuitatis, & pro communi libertate: ex [c] hoc tempore miretur potiùs, si quem bonum & fortem ciuem viderit, quàm si quem aut timidum, aut sibi potiùs, quàm rep. consulentē. Nam, vt omittatis de vniuscuiusq. casu cogitando recordari, vno ad spectu intueri potestis, eos[d], qui cum senatu, cum bonis omnibus, remp. afflictam excitarint, & latrocinio domestico liberarint, mæstos, sordidatos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicantes: eos autem, qui omnia diuina, & humana violarint, vexarint, perturbarint, euerterint, non solùm alacreis, lætósque volitare, sed etiam voluntarios[e] fortissimis, atque optimis ciuibus periculum moliri, de se nihil timere. In quo cùm[f] multa sunt indigna, tum nihil minùs est ferendum, quàm quòd iam non per latrones suos, non per homines egestate, & scelere perditos, sed per vos nobis, per optimos viros optimis ciuibus periculum inferre conantur: & quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copiis delere non potuerunt, hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sententiis se oppressuros arbitrantur. Ego autem, iudices, qua voce mihi in agendis gratiis, commemorandóque eorum, qui de me optimè sunt meriti, beneficio, esse vtendum putabam, ea nunc vti cogor in eorum periculis depellendis. iis potissimum vox hæc [g] seruiat, quorum opera & mihi, & vobis, & populo Romano restituta est. Et, quamquam à Qu. Hortensi, clarissimo viro, atque eloquentissimo, causa est P. Sextij perorata: nihilque ab eo prætermissum est, quod aut pro repub. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum: tamen aggrediar ad dicendum ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur per quem est perfectum, ne ceteris ciuibus deesset. Atq. ego sic statuo, iudices, à me in hac causa, atque hoc extremo dicendi loco pietatis potiùs, quàm defensionis: querelæ, quàm eloquentiæ: doloris, quàm ingenij partes esse susceptas. Itaque, si autacriùs egero, aut liberiùs, quàm qui ante me dixerunt: peto à vobis, vt tantum orationi meæ concedatis. quantum & pio dolori, & iustæ iracundiæ concedendū putetis. neque enim officio coniunctior dolor vllius[a] esse potest, quàm hic meus, susceptus ex hominis, de me optimè meriti, periculo: neq. iracundia magis vlla laudanda, quàm ea, quæ me inflammat[b] eorū scelere, qui cum omnib. salutis meæ defensoribus bellum esse sibi gerendū iudicauerunt. ¶ Sed, quoniam [c] singulis criminib. ceteri respondebunt, dicam ego de omni statu P. Sextij, de genere vitæ, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio cōseruandæ salutis cōmunis, atq. otij: cōtendámque, si modò id consequi potero, vt in hac cōfusa, atque vniuersa defensione, nihil à me, quod ad vestram quæstionem, nihil, quod ad reum, nihil, quod ad remp. pertineat, prætermissum esse videatur. Et, quoniam in grauissimis tēporibus ciuitatis, atque in ruinis euersę atq. afflictæ reip. P. Sextij tribunatus est à fortuna ipsa collocatus: nō aggrediar ad illa maxima, atque amplissima priùs, quàm docuero, quibus initiis, ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sint. ¶ Parente[d] P. Sextius natus est, iudices, homine, vt pleriq. meministis, & sapiēte, & sancto, & seuero: qui cùm tribunus pleb. primus inter homines nobilissimos tēporibus optimis factus esset reliquis honorib. non tā vti voluit, quàm dignus videri. Eo auctore[e] duxit honestissimi, & spectatissimi viri, C. Albini[f] filiam: ex qua hic est puer, & nupta iam filia. Duobus[g] his grauissimis antiquitatis viris sic probatus fuit, vt vtrique eorum, & carus maximè, & iucundus esset. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed caritatem illius necessitudinis, & [h] beneuolentiam non ademit. hodie sic hunc diligit, vt vos facillimè potestis ex hac vel assiduitate eius, vel sollicitudine, & molestia iudicare. Duxit vxorem, patre viuo, optimi, & calamitosissimi viri filiam, L. Scipionis. Clara in hoc P. Sextij pietas exstitit, & omnibus grata, quòd & Massiliam statim profectus est, vt socerum videre, consolarique posset, fluctibus reip. expulsum, in alienis terris iacentem, quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat: & ad eum filiam eius adduxit, vt [i] illo insperato adspectu, complexúq. si non omnem, at aliquam partem mæroris sui deponeret: & maximis officiis & illius ærumnam, quoad vixit, & filiæ solitudinem sustentauit. Possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari, de prouinciali in eo magistratu abstinētia: sed mihi ante[k] oculos obuersatur reip. dignitas, quæ me ad sese rapit, hæc minora

[b] EXORDIVM P. 1.

[c] Fortè legendum in hoc vel simpliciter hoc tempore.

[d] q. lib. eos quidam, qui

[e] id est non lacessitos Quidamamen hanc partem non habent. [f] Idem mul ta hinc ind.

[g] L. Duobus his grauissimis ac sanctissimis viris

[h] al. & beneuolentiæ

[i] al. vt illeho inſp.

[k] al. ante oculos versatur

P. II.

[d] CONFIR. MATIONIS pars prima de rebus Sextii in genere id est patris consensu.

[f] Idem 13. famil. 8.

[a] al. vllus

[b] v. e. inflammat.

[c] PARTITIO

P. III.

relinquere hortatur. Quæstor hic C. Antonij, collegæ mei, iudices, fuit sorte, sed societate consiliorum, meus. Impedior nonnullius officij, vt ego interpretor, religione, quo minùs exponam, quàm multa ad me detulerit, quanto antè prouiderit. Atque ego de Antonio nihil dico, præter vnum: numquam illum in illo summo timore, ac periculo ciuitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipso suspicionem aut infitiando tollere, aut, dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo atque moderando, si meam in illum indulgentiam, coniunctam cũ[a] summa custodia reip. laudare verè solebatis: par propè laus P. Sextii esse debet, qui suum consulem ita obseruauit, vt & illi quæstor bonus, & vobis omnibus optimus ciuis videretur. Idem, cùm illa coniuratio ex latebris, atque ex tenebris erupisset, palámque armata volitaret: venit cum exercitu Capuam: quam vrbem, propter plurimas belli opportunitates, ab illa impia, & scelerata manu attentari [b] suspicabamur: & inde M.[c] Aulanum tribunum militum[d] Antonij[e], Capua præcipitem[f] eiecit, hominem perditum, & non obscurè Pisauri, & in alijs agri Gallici partibus, in illa coniuratione versatum. Idémque C. Marcellum, cùm is non solùm Capuam venisset, verùm etiam se, qua si armorum studio, in maximam familiam coniecisset, exterminandum ex illa vrbe cu tauit. Qua de causa & tum conuentus ille Capuæ, qui propter salutem illius vrbis consulatus conseruatam[g] meo me[h] vnum patronũ adoptauit, huic apud me P. Sextio maximas gratias egit, & hoc tempore iidem homines, nomine commutato, coloni, decurionésque fortissimi, atque optimi viri, beneficium P. Sextij, testimonio declarant, periculúmque decreto suo deprecantur. Recita, quæso, P. Sexti, quid decreuerint Capuæ decuriones, vt iam virilis[i] tua vox possit aliquid significare inimicis nostris, quidnam, cùm se corroborarit, effectura esse videatur. DECRETVM DECVRIONVM. Non recito decretum officio aliquo expressum vicinitatis, aut clientelæ aut hospitij publici, aut ambitionis, aut cõmendationis gratia: sed recito memoriam perfuncti periculi, prædicationem amplissimi beneficij, vicem[k] officij præsentis, testimonium præteriti temporis. Atq. illis temporibus iisdem, cùm iam Capuam metu Sextius liberasset, vrbem senatus, atque omnes boni, deprehensis, atque oppressis domesticis hostibus, me duce, ex periculis maximis extraxissent: ego litteris eum Capua arcessiui cum illo exercitu, quem tum secum habebat. quibus hic litteris lectis ad vrbem confestim incredibili celeritate aduolauit. Atque, vt illius temporis atrocitatem recordari possitis, audite litteras, & vestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate. LITTERAE CICERONIS, CONSVLIS. Hoc aduentu P. Sextij, tribunorum pleb. nouorũ, qui tum extremis diebus consulatus mei, res eas, quas gesseram, vexare cupiebant, reliquíq. coniurationis impetus, & conatus, sunt retardati. Ac, posteaquam est intellectum, Catone tribuno plebis fortissimo, atque optimo ciue[l], remp. defendente, per seipsum S. P. Q. R. sine militum præsidio tueri facilè maiestatem suam, & dignitatem eorum, qui salutem communem periculo suo defendissent: Sextius, cum illo suo exercitu summa celeritate est Antonium consecutus. Hic ego quid prædicem, quibus hic rebus consulem ad rẽ gerendam excitarit? quot[a] stimulos admouerit homini studioso fortassis victoriæ, sed tamen *nimium communem Martem*, bel'iq. casum metuenti? longũ est ea[b] dicere: sed[c] hoc breue dicã. Si M. Petreij non[d] excellens animus, & amore reip. præstans in rep. virtus, non summa auctoritas apud milites, non mirificus vsus in re militari exstitisset, neque adiutor ei P. Sextius ad excitandum Antonium, cohortandum[e], impellendum fuisset datus: illo in bello esset hiemi locus, neque vmquam Catilina, cùm è pruina Apennini, atque è niuibus illis emersisset, atque æstatem integram nactus, Italiæ calleis,[f] & pastorum stabula præclara[g] cepisset, sine multo sanguine, ac sine totius Italiæ vastitate miserrima concidisset. Hunc igitur animum ad tribunatum attulit P. Sextius, vt quæsturam Macedoniæ reliquã, & aliquando ad hæc propiora veniam. quamquam non est ommittenda singularis illa integritas prouincialis, cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leuiter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. Verùm hæc ita prætereamus, vt tamen intuentes & respectantes relinquamus. Ad tribunatum, quia ipse ad se se iam dudum vocat, & quodammodo absorbet orationem meã contento studio, cursúq. veniamus. ¶ De[h] quo quidem tribunatu ita dicetur[i] à Q. Hortensio, vt eius oratio non defensionem modò criminum videretur continere, sed etiam memoriam[j] digna vti, & reip. capessendæ auctoritatem, disciplinámque præscribere. Sed tamen, quoniam tribunatus quidem totus P. Sextij nihil aliud, nisi meum nomen, causámque sustinuit, necessariò mihi de iisdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandũ, at certè iudices, dolentiùs deplorãdum. Qua in oratione si asperiùs in quosdam homines inuehi vellem, quis non concederet, vt eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem? Sed[l] vt agam modestè, & huic[m] potiùs tempori seruiam, quàm dolori meo. si qui occultè à salute nostra dissentiunt, lateant. si qui fecerunt aliquid aliquando, atq. iidem nunc tacent, & quiescunt: nos quoq. simus obliti. si qui se obtulerunt[n] insolenter, & insectantur: quo ad ferri poterunt, perferemus: neq. quẽquam offendet oratio mea, ni si qui se ita obtulerit, vt in eum[o] non inuasisse, sed incurrisse videamur. ¶ Sed[p] necesse est, antequàm de tribunatu P. Sextij dicere incipiam, me totum superioris anni reipub. naufragiũ exponere: in quo colligendo, ac reficienda salute communi, omnia reperientur P. Sextij dicta, facta, consilia, versata[q]. Fuerat ille annus in reipub. magno metu[r], & multorum timore tanquam intentus arcus in me vnum, sicut vulgò ignari rerum loquebantur, re quidem vera in vniuersam rẽp. traductione ad plebem *furibundi hominis*, ac perditi, mihi irati, sed multo acriùs otij, & communis salutis inimici. Hunc vir clarissimus, mihiq. multis repugnantibus, amicissimus, Cn. Pompeius, omni cautione, fœdere, exsecratione deuinxerat: nihil in tribunatu contra me esse facturum. At ille nefarius, ex omnium scele-

a L. cum summo studio r.

b al. tentari conspiciebamus*

c al. M. Aulanium, L. C. Menelanum, vel. M. Menulanum al. Cn. Menulanum* d al. Antronii*

e *Panag.* Antonii castra præcipitem egit.

f al. præcipitẽ egit hom.

g L. conseruatæ

h al. me inaurata statua donarat me vnum patronũ &c.

i al. puerilis Nam suprà dixit Ex quabic est puer* P. V

k L. vocem officii præs.

l L. ciui

a al. quo

b al. cogit

d. P. B.

c L. Sed hoc breue dicã.

d L. non excellens animus amore reip. non prestans in rep.

e L. cohortãdum, accurãdum, imp.

f al. caulas & pastorum stabula prædari cepisset, g al. prædari

h Confirmationis pars secunda de tribunatu Sextij.

i al. dictum à Q. Hortensio, vt.

k L. memoria dignam rei capessendæ aut lal. memoriam *Panag.* memoriæ dignitatem*

l L. Sed aggr. moderatè, & huic potiùs temp. ser. q. d. meo. sigui

m al. huius*

n L. conferens insol. & insectantur

o *Panag.* me

p Partito de Naufragiis quæ Respublica passa est à Clodio, Gabinio, Pisone*

q L. effecta vel facta.

r L. motu, s Clodii*

scelerum colluuione natus, parum se fœdus violaturum est arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset. Hanc tætram, immanémque [a] beluã, vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis, soluit subitò legum [b] cura consul, vel, vt ego arbitror, exoratus, vel, vt nemo putaret, mihi iratus: ignarus quidem certè, & [c] imprudens impendentium tantorum scelerum, ac malorum. qui tribunus pleb. felix in euertenda rep. fuit nullis suis neruis. qui enim in eiusmodi vita nerui esse potuerunt, hominis, fraternis flagitiis, fororis [d] stupris, omni inaudita libidine infamis? Sed fuit profectò quædã illa reip. fortuna fatalis, vt ille cæcus, atque amens tribunus pleb. nanciscereturr, quid dicam consules? hoccine [e] vt ego appellem nomine euersores huius imperij? proditores vestræ dignitatis? hosteis bonorum omnium? qui ad delendum senatum, affligendumque quæstrem ordinem, exstinguenda omnia iura atque instituta maiorum, se illis fascibus, ceterisque insignibus summi honoris, atque imperij ornatos esse arbitrabantur? Quorum, per deos immortaleis, si nondum [f] scelera, vulneráque inusta reip. vultis recordari, vultum, atque incessum animis intueamini, facilius facta eorum occurrent mentibus vestris, si ora ipsa oculis proposueritis. Alter [h] vnguentis affluens, calamistrata [i] coma, despiciens conscios stuprorum, ac veteres vexatores æratulæ suæ puteoli [k], & fæneratorum gregibus [l] inflatus [m], atque [n] perculsus, olim [o] *ne Scyllæ illo æris alieni in fretо* ad columnam adhæresceret, in tribunatus portũ perfugerat. [p] consemnebat [r] equites Romanos, minitabatur senatui, venditabat se operis, atque ab ijs se ereptum, ne de ambitu causam diceret. prædicabat, ab iisdémque se, etiam inuito senatu, prouinciam sperare dicebat: eámque nisi deprus esset, se incolumem nullo modo fore arbitrabatur. Alter [q], ô dij boni! quàm tæter incedebat! quàm truculentus quàm terribili adspectu! vnum aliquem tu ex barbatis illis, exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis, columẽ reipub. diceres intueri. veritus asper nostra hac purpura plebeia, ac pænè fusca: capillio ita horrido, vt Capua, in qua ipse tum imaginis formandæ [s] causa diuumuirat um [t] gerebat, Seplasiam [u] sublatus videretur. Nam quid ego de supercilio dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus reipub. videbatur. tanta erat grauitas in oculo tanta [x] frontis contractio, vt illo supercilio [y] respub. *tanquam Atlante cælum* [z], *niti videretur*. Erat denique hic omnium fermo. Est tamen reip. magnum, firmúmque subsidium: habeo quem opponam labi illi, atque cœno: vultu medius fidius collegæ sui libidinem, lenitatémque franget, habebit senatus, in hunc annum quem sequatur non deerit auctor, & dux bonis. mihi denique hominis præcipuè gratulabantur, quòd haboturus essem contra tribunum pleb. furiosum, & audacem, cùm amicum, & affinẽ [a] tum etiam fortem, & grauem consulem. Atque eorum alter [b] fefellit neminem. Quis [c] enim *clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reipu. tractare* in maximo cursu, ac fluctibus posse arbitraretur hominem emersum subitò ex diuturnis tenebris lustrorum, ac stupro rum? vino, ganeis, lenociniis, adulteriisque coniectum? cùm is præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset? qui non modò tempestatem intueri [d] impendentem temulentus, sed ne lucem quidem insolitam adspicere posset? Alter [e] multos planè in omneis parteis fefellit. erat enim hominum opinioni nobilitate [f] ipsa, blanda [g] conciliatricula, commendatus. *Omnes boni semper nobilitati fauemus, & quia vtile est reip. nobileis homines esse dignos maioribus suis, & quia valet apud nos, clarorum hominum, & bene de rep. meritorum memoria etiam mortuorum.* Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhortidum, atque incultum videbant, & quòd erat eo nomine, vt ingenerata familiæ [h] frugalitas videretur: fauebant, gaudebant, & ad integritatem maiorum, spe sua hominem vocabant, materni generis obliti. Ego autem (verè [i] hoc dicam, iudices,) tantum esse in homine sceleris, audaciæ, crudelitatis, quãtum ipse cum rep. sensi, numquam putaui, nequam esse hominem, & leuem, & falsa opinione, errore hominum, ab adolescentia commendatum, sciebam. etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur: sed hæc obstructio [l], nec diuturna est, nec [m] obducta ita, vt curiosis oculis perspici non possit. Videbamus genus, desidiam, inertiam: inclusas eius libidines, qui paullo propiùs accesserant, intuebantur. denique etiam sermonis ansas dabat [n], quibus reconditos eius sensus tenere possemus. Laudabat homo doctus philosophos nescio quos: neque eorum tamen nomina poterat dicere: sed eos tandem laudabat maximè, qui dicuntur præter ceteros esse auctores, & laudatores voluptatis: [o] cuius, & quo tempore, & quo modo, non quærebat. verbum ipsum omnibus modis animi, & corporis deuorabat: eosdémque præclarè dicere aiebat. *Sapientes omnia sua causa facere: Remp. capessere hominem bene sanum non oportere: nihil esse præstabilius otiosa vita, & plena, & conferta voluptatibus: eos autem, qui dicerent, dignitati esse seruiendum, reip. consulendum, efficij rationem in omni vita, non commodi, esse ducendam, subeundas [p] pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam: vaticinari, atque insanire dicebat.* Ex his assiduis eius, quotidianisque sermonibus, & quòd videbam, quibus cum hominibus in interiore ædium parte viueret, & quòd ita domus ipsa fumabat, vt multa eius sermonis indicia redoleret [q]: statuebam sic, boni nihil ab illis nugis [r] exspectandum. mali quidem certe nihil pertimescendum. Sed ita est, iudices, vt, si gladium puero, aut si imbecillo seni, aut [s] debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat: sin ad nudum vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa, & ferri viribus vulnerari: ita cùm hominibus enervatis, atque exsanguibus, consulatus [t] tanquam gladius, esset datus: qui per se pungere neminem vnquam potuissent, hi summi imperij nomine armati rempublicam contrucidauerunt. fœdus fecerunt cum tribuno [u] pleb.

a C. Pisonem filium L. Pisonis frugi cui anno ante consulatũ Cicero despondérat filiam Tulliã 2. ad Attic. 2.*
b Gabinius*
c Gabinii & Pisonis comparatio*
d L. impendentem intueri tem.
e Piso*
f *fort.* à nobilitate ipsa*
g Nobilitas. blanda conciliatricula*
h Pisonum*
i L. (verè dicam,
k P. Romano*
l Obstruere est contra, & è regione struere*
m *al.* nec ita obducta, vt curiosis &c.
n hoc est sermone quotidianò prodebat se*
o Epicureos*
p *al.* adeunda
q *al.* redolerent*
r *fort.* legendum rugis: & rugarum nomine intelligit Epicureos philosophos seueritatẽ quãdam præse ferentes*
s L. ac debili ded.
t L. vulnerare: P. VIII.
u Clodio*

a v. r. inimanémque
b L. lege curiata. & ita Turneb.
c v. c. & imprudens impendentium.
d fororiis
e L. hòccine
f al. vinquam
g L. intuemini.

P. B.
h Gabinius*
i Vide quæ supra dixi in orat. post reditum.*
k Puteal prætoris seu basilica in qua Prætor ius dicebat. Horat. 1. epist. Forũ putealque libelli manda omnia fecis
l *fort.* infl. &
al. afflictus.
m *al.* intract*
al. inflictus.
al. afflictus.
Postea. infensa æquis: atque compulsus. & pist. perfugere, pro perfugerat.
n v. c. atque compulsus. & L.
o *al.* Scyllæ, 3. Olimpiorũ, 270 Olimpiorũ nisi fortè ætatem in freto adhæresceret, in tribunatu portũ confugeret.*
P. Videtur esse carmen ex vetere aliquo poeta.*
q Vnguentis affluens. & Philosophis accipit. vnguentis Cic. Pisonianis. vocat barbatũ Epicurum. adde tu ibi annum de barbatis philosophis. & Gell.*
r *al.* ornandæ
P. VII.
s Diminuti in coloniis & municipiis, quibus legem Cicero ne ferat Agraria.* & Sepiana vi cum Capua, in qua vnguentarii & gerontopoli. Cicero 2. Agrar. 29. vt. t.
u Seplasia vicus Romæ, ita dictus, quòd in eo vnguenta venderentur.

x L. tanta contractio frontis.
y L supercilio annus Atlante cælum niti vid. ex *veteri*, supercilio an mantuus videretur.*
z *al.* supercilio tanquam Rhadamanthus
2 de Atlante adde Ciceronem 2. Tusc. Ariostum ad Horat. 1. Carm. 3. Ouid. 4. Metam. 7. Prin. 56. & 2. c. 8. Augustin. de ciuit.*

palàm, vt ab eo prouincias acciperent, quas ipsi vellent[a]: exercitum & pecuniam, quantam vellent, ea lege, si ipsi priùs tribuno plebis afflictam[b] rempublicam tradidissent. id autem fœdus meo sanguine[c] ictum sanciri posse dicebant. Quæ re patefacta (neque enim dissimulari tantum scelus poterat, nec latere) promulgantur vno, eodémque tempore rogationes ab eodem tribuno ded mea pernicie, & de prouinciis consulum nominatim. Hic e tum senatus sollicitus, vos equites excitati, Italia cuncta permota, omnes denique omnium generum atque ordinum ciues summæ reipublicæ à consulibus, atque à summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur, cùm illi soli essent, præter furiosum illum tribunum, duo reip. turbines, qui non modò præcipitanti patriæ non subuenirent, sed etiam nimiùm tardè concidere mærerent. Flagitabatur ad his quotidie cùm querelis bonorum omnium, tum etiam precibus senatus, vt meam causam susciperent, agerent aliquid, denique ad senatum referrẽt. hi non modò negando, sed etiam irridendo, amplissimum quemque illius ordinis insequebantur. Hic subitò cùm incredibilis in Capitolium multitudo ex tota vrbe, cunctáque Italia conuenisset: vestem mutandam omnes, méque etiam omni ratione, priuato consilio (quoniam publicis ducibus resp. careret) defendendum putarunt. Erat eo ipso tempore senatus in æde Concordiæ, quod ipsum templum repræsentabat memoriam consulatus mei, cùm flens vniuersus ordo cincinnatum[f] consulem orabat. nam alter[g] ille horridus, & seuerus consultò se domi continebat. Qua tum superbia cœnum[h] illud, ac labes, amplissimi ordini preces, & clarissimorum ciuium lacrymas repudiauit? me ipsum vt contemsit heluo patriæ? nam quid ego patrimonij dicam, quod[i] ille cùm quasi quæstum faceret, amisit? Cùm venisset ad[k] senatum, vos inquam equites Rom. & omnes boni veste mutata, vos[l], inquam, pro meo capite, ad pedes lenonis impurissimi proiecistis, cùm, vestris precibus à latrone illo repudiatis, vir incredibili fide, magnitudine animi, constantia, L[m] Mummius, ad senatum de rep. detulit. senatúsque frequens, *Vestem pro meæ salute mutandam censuit.* O diem illum, iudices, funestum senatui, bonísque omnibus reip. luctuosum: mihi ad domesticum mærorem grauem: ad posteritatis memoriam, gloriosum! Quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm, pro vno ciue & bonos omneis priuato consensu, & vniuersum senatum publico consilio mutasse vestem? Quæ quidem tum[n] mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus. quem enim deprecarentur[o], cùm omnes essent sordidati? cúmque noc satis esset signi, esse[p] improbum, qui mutata veste non esset? Hac mutatione vestis facta, tanto, in luctu ciuitatis, omitto quid ille tribunus[q], omnium rerum diuinarum, humanarúmque prædo, fecerit: qui adesse nobilissimos adolescenteis honestissimos equites Rom. deprecatores salutis meæ iusserit, eósque operarum suarum gladiis, & lapidibus obiecerit de consulibus loquor, quorum fide resp. niti debuit. Exanimatus euolat ex senatu, non minùs perturbato animo, atque vultu, quàm[r] si aptè annis paucis in creditorum conuentum incidisset: aduocat concionem: habet orationem talem consul, qualem numquam Catilina victor habuisset: *Errare homines si etiam tum senatum aliquid in republica posse arbitrarentur: equites verò Romani daturos illius b diei pœnas, quo me consule, cum gladiis, in cliuo Capitolino fuissent: venisse tempus iis, qui in timore fuissent,* (coniuratos videlicet dicebat) *vlciscendi se.* Si dixisset hoc solùm, omni supplicio esset[c] dignus. nam *oratio ipsa consulis perniciosa, potest rempublicam labefactare.* quid fecerit, L. Lamia[d], qui cùm me ipsum pro summa familiaritate, quæ mihi cum fratre, cum patre eius erat, vnicè diligebat, tum pro rep. vel mortem oppetere cupiebat, in concione[e] relegauit: edixítque. *Vt ab vrbe abesset M. p passus, quòd esset ausus pro s ciue pro bene merito ciue, pro amico, pro republica deprecari.* Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum, aut quò potiùs hostem tam sceleratum reserues? qui, vt omittam cetera, quæ sunt ei cum collega immani, impuróque coniuncta, atque communia, hoc vnum habet proprium, vt expulerit ex vrbe, relegarit, non dico equitem Romanum, non ornatissimum, atque optimum virum, non amicissimum reip. ciuem, non illo ipso tempore vnà cum senatu, & cum bonis omnibus casum amici, reíque publicæ lugentem: sed ciuem[h] Romanum sine[i] vllo iudicio, [k]aut edicto ex patria consul eiecerit. Nihil acerbius Socij Latini ferre soliti sunt quàm, id quod perraro áccidit, *ex vrbe exire à consulibus iuberi.* Atque illis tum[l] erat reditus in suas ciuitates, ad suos lares familiareis: & in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat. Hoc verò quid est? exterminabit ciueis Romanos edicto consul à suis diis penatibus? expelletíque[m] patria? deligetque[n] quem volet? damnabit, atque eiiciet nominatim? hic, si vmquam vos eos, qui nunc estis in rep. fore putasset, si denique imaginem iudiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in ciuitate reliquum credidisset, vmquam ausus esset senatum de rep. tollere? equitum Romanum preces aspernari? ciuium denique omnium, nouis, & inauditis edictis, ius, libertatémque euertere? [o] Etsi me attentissimis animis, summa cum benignitate auditis, iudices: tamen vereor, nequis fortè vestrûm miretur, quid hæc mea oratio tam[p] longa, hic tam altè repetita velit, aut quid ad P. Sextij causam, eorum, qui ante huius tribunatum rempublicam vexarunt, delicta pertineant. mihi autem hoc propositum est ostendere, omnia consilia P. Sextij, mentémque totius tribunatus hanc fuisse, vt afflictæ & perditæ reipublicæ quantum posset, mederetur. Ac, si in exponendis vulneribus illis, de me ipso plura dicere videbor, ignoscite. nam & illam meam cladem vos, & omnes boni maximum esse reipublicæ vulnus iudicastis: & P. Sextius est reus non suo, sed meo nomine: qui cùm omnem vim sui tribunatus in mea salute consumserit: necesse est meam causam præteriti temporis cum huius præsenti defensione esse coniunctam. Erat igitur in[q] luctu senatus: squalebat ciuitas, publico consilio mutata veste: nullum erat Italiæ municipium[r] nulla colonia, nulla præfectura[s], nulla Romæ focietas vectigalium, nullum collegium, aut cõcilium.

a Gabinius Syriam, Babylonem, Persas: Piso, Achaiã, Thessaliam, Græciam, Macedoniam. Bœotiam. Cicero de prouinciis Cons

b L. afflictam & constrictã remp.

c Sanguine icta & sancita fœdera hic locus iudicio est. similis est locus in orat. post reditum ad Quirites, & in Pisonem. Exemplum verò apud Salustium Catilinæ*.

d Vt qui ciuem Romanum inde mnatum intere misereiaqua & igni interdiceretur: qui bus verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen petebatur Velleius: 2. Dio 38. Ea re rogationẽ illam Cicero vocat, primile gium orat. pro domo.

e Clodii rogationes*

f Gabinium

g Gabinii in solentia**

h Pisõ*

B.B.

i L. quod ille rum, quasi q. k L. in senatu. vos, vos, inq.

l L. vos pro meo c.

m L. L. Ninnius ad sen. [subandi Quadratus. Hic author fuit populo, vt tanquam in aliqua publica calamitate vestem pro salute Ciceronis mutaret.*

n Sent. vestis mutatio.

o L. eum esset deprecati.

p L. eum esse

q Clodius*

L. quàm si paucis antè annis in cr. al. quàm si annis antè paucis.

P IX.

b v. c. illius dies pœnas. lita hic fuit dum esset. Cæselio vt fert Gellius 9. cap. 14. vt lit dies, pro diei. Sic apud virgil. Geo. Libra die[i] somniq; pares vbi fecerit horas.*

c L. dignus esset.

d equestris ordinis principem Dio. 38. e al. in concione sine lege relegauit. L. millia passuum ducenta.

f L. pro ciui, pro bene merito ciui, h de cuius c. pice nili cẽre riatis comitiis agi non poterat. Cic. pro domo. L. sine vllo iudicio. ex patria conf. k Vantag. sus*

l L. eratũ ci

m L. à patria n al. videlicet*. p.p.

o L. peruerte re?

p L. non tam longa.

q Iulius P. Romani. r Cor. orum veteris. hæc pe nerum data municipia. co loniæ. præfe cti. vectigales. lium, collegia, conciliu, consiliacum, munia.* s De præfecturis. Quid Præfecturæ alias. dixi.

cilium, aut omnino aliquod commune consilium, quod tum non honorificentissimè de
a Y. de mea salute decreuisset: creuisset[a] de mea salute: cùm subitò edicunt duo consules, *Vt ad suum vestitum senatores redirent*. Quis vnquam consul senatum ipsius decretis parère prohibuit? *quis tyrannus miseros lugere vetuit?* Parúmne est, Piso vt omittam Gabinium, quòd tantum homines fefellisti, vt negligeres auctoritatem senatus? optimi cuiusq. consilia contemneres? tẽp. proderes? consulare nomen affligeres? etiámne[b] edicere audeas, *Ne mærerent homines meam, suam, reip. calamitatem, néve*[c] *hunc suum dolorem veste*[d] *mutata significarent*? siue illa[e] vestis mutatio ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum valebat, *quis vmquam tam crudelis fuit qui prohiberet quemquam aut sibi mærere, aut ceteris supplicare*? Quid? sua sponte homines in[f] amicorum periculis vestitum mutare non solét? pro te ipso, Piso, nemóne mutauit? ne isti quidem, quos legatos non modò nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu, tute tibi legasti? Ergo hominis desperati, & prodi toris reip casum lugebunt fortasse qui volent ciuis florentissimi benevolentia bonorum, & optimè de salute p. triæ meriti, periculum, cõ iunctum cum periculo ciuitatis, lugere senatui nõ licebit? Idem consules[h], quos nemo est, qui non modò ex memoria. sed etiam ex fastis euellendos non putet, pacto iam fœdere prouinciarum, producti in circo Flaminio in concionem ab illa furia, ac peste patriæ, maximo cum gemitu vestro, illa omnia, quæ tum contra me, contráque[k] remp. dixerat, voce ac sententia sua comprobauerunt[l]. Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus lata lex est, [m] *Ne auspicia valerent, nequis obnuntiaret, ne quis legi intercederet: Vt*[n] *omnibus festis diebus legem ferri liceret: Vt lex*[o] *Aelia, lex*[p] *Fusia ne valeret*. qua vna rogatione, quis est, qui non intelligat, vniuersam remp. esse deletam? iisdem consulibus inspectantibus, seruorum delectus[q] habebatur pro tribunali Aurelio, nomine collegiorum, cùm vicatim homines conscriberentur, decuriarentur: ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur. Iisdem cossi. arma in templum Castoris palàm comportabantur, gradus eiusdem templi tollebantur: armati homines forum, & conciones tenebant: cædes, lapidationésq. fiebant nullus erat senatus nihil reliqui[r] magistratus: vnus omnem omnium potestatem armis, & latrociniis possidebat, nõ aliqua vi sua, sed cùm duos[s] consules à rep. prouinciarum, fœdere[t] retraxisset, insultabat, dominabatur: aliis pollicebatur: terrore, ac metu multos plureis etiã spe, & promissis tenebat. Quæ[u] cùm essent eiusmodi, iudices, cùm senatus duces nullos, ac pro ducibus proditores, aut potiùs apertos hosteis haberet: equestet[x] ordo reus à consulibus citaretur: Italiæ totius auctoritas repudiaretur: alij nominatim relegarentur, alij metu, ac periculo terrerentur: arma essent in templis, armati in foro: eáque non silentio consulum dissimularentur, sed & voce, & sententia cõprobarentur: cùm omnes vrbem nondum[y] exciesam: & euersam, sed iam captam, atque oppressam videremus: tamen his tantis malis tanto bonorum studio, iudices, restitistemus. Sed me alii metus, atque aliæ curæ, suspicionésq. mouerunt. Exponam enim hodierno

A die, iudices, omnem rationem facti, & consilij mei: neque huic vestro tanto studio audiẽdi, neque verò huic tantæ[a] multitudini, quanto, mea memoria, numquam vllo in iudicio fuit, deero. nam, si ego in causa tam bona, tãto studio senatus, consensu tam incredibili bonorum omnium, tam parato, tota denique Italia ad omnem contentionẽ expedita, cessi tribuni pl. despicatissimi hominis, furori, con tẽtissimorum consulum leuitatem, audaciám que pertimui: nimiùm me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor. Quid enim simile fuit in Q. Metello[b] cuius causam etsi omnes boni probábat, tamẽ neq. senatus publicè, neq. vllus ordo propriè, neq. suis decretis Italia tota susceperat. ad suã enim magis[c] quandã ille gloriam, quàm ad perspicuã salutẽ reip spectarat, cùm vnus in legem[d] per vim latam iurare noluerat: deniq. videbatur ea conditione tã fortis fuisse, vt cum patriæ caritate constantiæ gloriam commutaret[e]. Erat autem ei res cum exercitu C. Marii inuicto: habebat inimicum C. Marium, conseruatorem patriæ, sextum iam illum consulatum gerentem: res erat cum L. Saturnino iterum tribuno pleb. vigilante homine, & in causa populari si non moderatè, at certè populariter, abstinentérq. versato, cessit ne aut victus à fortibus viris, cum dedecore caderet: aut victor, multis, & fortibus ciuibus remp. orbaret. Meam causam senatus palàm, equester ordo acertimè, cuncta Italia publicè, omnes boni propriè, enixéque suscepérant. easres gesserã, quarum non vnus auctor, sed dux omnium voluntatis fuissem, quæque non modò ad singularem meam gloriam, sed ad salutem communem omnium ciuium, & propè gentium, pertinerent: ea conditione gesseram, vt meũ factum semper omnes præstare. tueriq. deberent. Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis. & ad diripiendam vrbem concitatis. habebã inimicum non C. Marium, terrorem hostiũ, spem, subsidiúmque patriæ: sed duo importuna[h] prodigia, quos egestas, quos æris alieni magnitudo, quos leuitas, quos improbitas tribuno pl. constrictos addixerat. Nec mihi res erat cum Saturninoi, qui, quòd à se quæstore Ostiẽsi[k], per ignominiam ad principem & senatus, & ciuitatis, M. Scaurum, rem frumentariam translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur: sed eum scurrarum locupletum[l] scorto, cum fororis adultero, cum stuprorũ sacerdote, cum venefico, cum testamentario[m], cum sicario, cum latrone. quos homines, si, id quod facile factu fuit, & quod fieri debuit, quódque àme optimi, & fortissimi ciues flagitabant, vi, atmísque superassem, non verebar. ne quis aut vim vi repulsam reprehenderet. aut perditorum ciuium, vel potiùs domesticorum hostium mortem mæreret: sed me illa mouerũt: omnibus in concionibus illa facia clamabat, se, quę faceret contra salutem meã, facere auctore Cn. Pompeio, clarissimo viro, mihíque & nunc, & quoad licuit, amicissimo. M. Crassus, quócum[n] mihi erant omnes amicitiæ necessitudines, vir fortissimus, ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis prædicabatur. C. Cæsar, qui à me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus esse
H mex saluti ab eodẽ quotidianis concionibus

a magna multitudine presente hanc orationẽ habitã ex hoc loco potest colligi.*

b Numidico.*

c L. quandam magis ille P. Xi, d Legem Apuleiã intelligit.*

e & in exilium Smyrnam profecti sunt. Flor. 16. 3. Valer. 28. Plut. Mario. Plin. c. 62 de viris illustrib. Epitome Liuii 69. Appian. r. f. al. res ei g. al. Cessit tamen nihil tergiuersatus ne aut victus &c.

h v. c. importuna pr.

i Meminit Cicero suprà erat. de Haruspicum.*

k frumentariam procurationem vocat orat. de Haruspicum. respons. l L. locupletem scr.

m Testamentarius qui testamenta subiicit eadem voce vsus est lib. Offic.*

n al. qui cum

dicebatur. His se tribus auctoribus in consiliis capiendis, adiutoribus in re gerenda esse vsurum dicebat. ex quibus vnum, habere exercitum maximum[a] in Italia: duos [b], qui priuati tum essent, & præesse, & parare, si vellent, exercitum posse: idque facturos esse dicebat. nec mihi ille iudicium[c] populi, nec legitimam aliquam contentionem, nec disceptationem, aut causæ dictionem, sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat. Quid [d] ergo? inimici oratio, vana præsertim, tam improbè in clarissimos viros iniecta, me mouit? Me verò non [e] mouit illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur: qui tum, quamquam ob aliam [f] causam tacebant, tamen *hominibus, omnia timentibus, tacendo loqui, non infitiando confiteri videbantur.* illi autem aliquo tum timore perterriti, quòd acta illa, atque omneis res superioris [g] anni labefactari à prætoribus, infirmari à senatu atque [h] principibus ciuitatis putabant, tribunum popularem à se alienare [i] nolebant, suáque sibi priora pericula esse, quàm mea, loquebantur. Sed tamen & Crassus à consulibus meam causam suscipiendam esse dicebat, & eorum fidem Pompeius implorabat, neque se priuatum causæ [k] publicè susceptæ defuturum esse dicebat, quem virum studiosum mei, cupidissimum reipublicæ conseruandæ, domi [l] meæ certi homines ad eam rem compositi monuerunt, vt esset cautior: eiúsque vitæ à me insidias apud me [m] domi positas esse dixerunt: atque hanc ei suspicionem alij litteris mittendis, alij nuntiis, alij coràm ipsi excitauerunt vt ille, cùm à me certè nihil timeret, ab illis, ne quid meo nomine molirentur, sibi cauendum putaret. Ipse autem Cæsar, quem [n] maximè ignari homines veritatis, mihi esse iratum putabant, *erat ad portas*, erat cum imperio: erat in Italia eius exercitus, inque [o] eo exercitu ipsius tribuni plebis inimici mei fratrem præfecerat. Hæc ego [p] cùm viderem (neque enim erant occulta) senatum sine quo ciuitas stare non posset, omnino de ciuitate esse sublatum: consules, [q] qui [r] publici consilij duces esse deberent, perfecisse, vt per ipsos publicum [s] consilium funditus tolleretur: eos, qui plurimùm possent, opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolosè tamen auctores ad perniciem meam: conciones haberi quotidie contra me, vocem pro me, ac pro rep. neminem mittere: intenta signa legionum existimari ceruicibus, ac bonis vestris, falsò, sed putari tamen: coniurato rum veteres [t] copias, & effusam illam, ac supe ratam Catilinæ manum importunam, nouo duce, & insperata commuratione rerum esse renouatam: hæc cùm viderem, quid agerem, iudices? scio enim, tum non mihi vestrum studium sed meum propè vestro defuisse. contenderem contra tribunum pleb. priua tus, [u] armis? vicissent improbos boni, fortes inerteis: interfectus esset is, qui hac vna medicina sola potuit à reipublicæ peste depelli. Quid deinde? quid reliquiarum [x] restaret? quid denique? erat dubium, quin ille sanguis tribunitius, nullo præsertim publico consilio profusus, consules vltores, & defensores esset habiturus? cùm quidem in concione dixisset, *aut mihi semel pereundum, aut hi esse vin-*

cẽdum. Quid erat his vincere? Id profectò, vt, cum amentissimo tribuno pleb. cùm decertassem, cum consulibus, ceterisque eius vltoribus dimicarem. Ego vero, si mihi vni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi [a] insanabilis, illi mortifera, quam [b] reip. imposuissem: semel perite tamen [c], iudices, maluissem, quàm bis vincere. Erat enim illa altera eiusmodi contentio, vt neque victi, ne que victores remp. tenere possemus. Quid, si in prima contentione, vi tribunitia, victus, in foro, cùm multis bonis viris concidissem [d] Senatum consules, credo, vocassent, quem totum de ciuitate delerant: *ad arma* vocarent, qui ne vestitu [d] quidem defendi rempublicam suissent: à tribuno pleb. post interitum meum dissedissent, qui eandem hostem meæ pestis, & suorum præmiorum esse voluissent. Vnum enim mihi restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis, & acris animi, magníque dixerit: restitisses, repugnasses, mortem pugnans oppetisses. De quo te, te inquam, patria, obtestor [e], & vos penates, patriique dij, me vestrarum sedium [f], temporúmque causa, me propter salutem meorum ciuium, quæ mihi semper fuit mea cariorvita, dimicationem, cædémque fugisse. Etenim si mihi in aliqua naue cum meis amicis nauiganti, hoc, iudices, accidisset, vt multi ex multis locis prædones classibus eam nauem se oppressuros minitarentur, nisi me vnum sibi dedidissent: si id vectores negarent, ac mecum simul interire, quàm me tradere hostibus mallent: iecissem me ipse [g] potiùs in profundum: vt ceteros conseruarem, quàm illos mei tam cupidos non modò ad certam mortem, sed in magnum vitæ discrimen adducerem. Cùm vero in hanc reipublicæ nauem, ereptis senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatæ tot classes, nisi ego vnus deditus essem, incursuræ viderentur: cùm proscriptio, cædes, direptio denuntiaretur [h]: cùm alij me suspicione periculi sui non defenderent, alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuiderent, alij obstare sibi me arbitrarentur, alij vlcisci dolorem i suum aliquem vellent, alij rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum, otiúmq. odissent, & ob hasce causas, tot, támque varias, me vnum deposceret: depugnarem potiùs cum summo, non dicam exitio, sed periculo certè vestro, liberorúmque vestrorum, quàm non id, quod omnibus impendebat, vnus pro omnibus susciperem, ac subirem? Victi essent improbi. At ciues: atk ab eo priuato, qui sine [k] armis remp. etiam consul conseruarat, sin victi essent boni: quid [l] superesset? non ad seruos videtis rem [m] venturam fuisse? An mihi ipsi, vt quidam putant: fuit mors æquo animo oppetenda? quid? tum mortémne fugiebam? an erat res vlla, quam mihi magis optandam putarem? aut [o] ego illas res tantas, in tanta improborum multitudine cùm gerebam, non mihi mors, non exsilium ob oculos versabantur? non hæc denique à me tum, *tanquam fata*, in ipsa re gerenda *concinebantur*? an erat mihi in tanto luctu meorum, tanta disiunctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum quas mihi aut natura, aut fortuna dederat, vita retinenda? tam eram rudis? tam ignarus rerum?

a L. in Italia maximum: *& ita v. c.*
b L. duo, q. *& ita v. c.*
c Iudiciariæ hæ voces non tàdæ contentio, disceptatio causæ, dictio legitima*
d *al.* Quid? ergo inim.
e L. nõ illius oratio sed eorum taciturnitas mouit. in q.
f L. alias causas, *& ita v. c.*
g *v. c.* anni superioris lab. *& ita L.*
h L. atque à princip. *& ita v. c.*
i *al.* alienari P. XII.
k *v. c* publicè susceptæ causæ def. *& ita L.*
l *fori.* domi suæ
m *al.* apud me posita*

n L. quemmaxime ignari veritatis,
o L. eique exercitui ipsius trib. pl. *& ita v. c.*
p Sic Demosthenes orat. περὶ στεφάνου. ταῦτα δὲ ὁρῶν ὁ φίλιππος, ἐγὼ δὲ οὔ ἀφανῆ.*
q Consulum officium.*
r *v. c.* qui duces publici consilii esse d.
s *al.* consilium publicum
t L. copias, veteres. *& ita v. c.*

u *al.* priuatis*

x *al.* reliqua ita staret *al.* qui reliquæ starent*

a L. mihi insanabilis, illi mortifera.
b qui eam imposuissent:
c vox *tamen*, abest à libris veteribus.

d id est veste mutatione.*

e L. testor. *& ita v. c.*
f L. sedum, & ita legẽdum monent Grammatici veteres*

P. XIII.
g L. iecissem ipse me poc.

h *al.* denuntiaretur

i L. dolorem aliquem suum

k L. si ab eo armato priuato q.
l *L.* sine armis etiam remp. consul cons.
m L. qui superesset?
n L. rem.
o L. aut cum illa res tantas, in tanta improb. multitudine gerebam, & P. L. canebantur. *& ita v. c.*

rerum? tam expers consilij, aut ingenij? nihil audieram? nihil videram? nihil ipse legendo, quærendóque cognoueram? *nesciebam vitæ breuem esse cursum, gloriæ* [a] *sempiternum? cùm esset omnibus definita mors, optandum esse, vt vita, quæ necessitati deberetur, patriæ potius donata, quam reseruata naturæ videretur?* nesciebam, inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse, *vt alij dicerent animos hominum, sensúsque morte restingui, alij* [b] *autem tum maximè menteis sapientum* [c], *ac fortium virorum, cùm è corpore excessissent, sentire, ac vigere?* quorum alterum, fugiendum non esse, carere sensu: alterum etiam optandum, meliore esse sensu. denique, *cùm omnia semper ad dignitatem retudissent, nec sine ea quidquam expetendum esse homini in vita putassem*, mortem, quam etiam virgines Athenis, regis, opinor, Erechtheid filiæ, pro patria contemsisse dicuntur, ego vir consularis, tanris rebus gestis, timerem? præsertim cùm eius essem ciuitatis, ex qua Q. Mucius [c] solus in castra Porsenæ venisset, eúmque interficere, proposita sibi morte, conatus esset? ex qua P. Decius primùm pater [f], post aliquot annos patria virtute præditus filius [g], se, ac vitam suam instructa acie, pro salute populi Ro. victoriáque deouuisset? ex qua innumerabiles alij partim adipiscendæ laudis, partim vitandæ turpitudinis causa, mortem in variis bellis, æquissimis animis, oppetissent? in qua ciuitate ipse meminissem, patrem huius M. Crassi, fortissimum virum, ne videret victorem viuus inimicum, eâdem sibi manu vitam exhausisse, qua [h] mortem sæpe hostibus obtulisset? [i] Hæc ego, & multa alia cogitans, hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset: neminem vmquam fore, qui audederet suscipere contra improbos ciueis i reipub. salutem. Itaque non solùm si vi interissem, sed etiam si morbo exstinctus essem, fore putabam, vt exemplum reipub. conseruandæ mecum simul interiret. Quis enim vmquam, meâ senatu, populóque Rom. tanto bonorum [k] omnium studio [l], non restituto, (quod certè, si essem interfectus, numquam [m] accidere potuisset) vllam [n] reipub. partē cum sua minima inuidia auderet attingere? Seruaui igitur remp. discessu meo iudices: eádem à vobis, liberisque vestris: vastitatem, incendia, rapinas. meo dolore, luctúque depuli: & vnus remp. bis seruaui, semel gloriam meam. Iterum æstumna mea. neque enim in hoc me hominem esse infitiabor vmquam, vt me optimo fratre carissimis liberis, fidelissima coniuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu, sine dolore caruisse glorier. quod si accidisset: quod à me beneficium haberetis. cùm pro vobis ea, quæ mihi essent vilia, reliquissem? hoc, meo quidem animo, summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quòd cùm abesse ab [o] ea non possem sine summo dolore, hunc me perpeti, quàm illam labefactari ab improbis, malui. Memineram, iudices, diuinum illum virum, atque ex iisdem, quibus nos, radicibus [p] natum, ad salutem imperii [q] huius, C. Marium, summa senectute, cùm propè vim iusto rem armorum profugisset, primò senile cor-

pus paludibus [a] occultasse demersum: deinde ad infimorum, ac tenuissimorum hominum Minturnis [b] misericordiam confugisse: inde nauigio perparuo, cùm omneis portus, terrásque fugeret, in Africæ desertissimas peruenisse. Atq. ille vitam suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem, [c] & ad reip. statum [d] reseruauit: ego, qui (quemadmodum multi in senatu, me absente, dixerunt) periculo reip. viuebam, quique ob eam causam consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar, nónne, si meâ vitam deseruissem, remp prodidissem? in quo quidem nunc, me restituto, viuit me cum simul exemplum [e] fidei publicæ exemplum reip. defendendæ. quod si immortale retinetur, quis non intelligit, immortalem hanc ciuitatem futuram? Nam externa bella regũ, gentium, nationum, iampridem ita exstincta sunt, vt præclarè cùm iis agamus, quos pacatos esse patiamur? denique ex bellica victoria non ferè quemquam est inuidia ciuium consecuta. domesticis malis, & audacium ciuium consiliis sæpe est resistendum: eorúmque [f] periculorum [g] est in rep. retinenda medicina: quam omnem iudices, perdidissetis, si meo interitu senatui, populóque Rom. doloris sui de me declarandi potestas esset erepta. Quare *moneo vos, adolescentes, atque hoc meo iure præcipio, qui dignitatem qui remp. qui gloriam spectatis: ne si qua vos aliquando necessitas ad remp contra improbos ciueis defendendam vocabit, segniores sitis, & recordatione mei casus à consiliis fortibus refugiatis.* Primùm, non est periculum, ne [h] qui vmquam sint in ciuitate eiusmodi consules, præsertim si erit his id, quod debetur, persolutum. deinde numquam iam, vt spero, quisquam improbus, consilio, & auxilio bonorum se oppugnare remp. dicet, illis tacentibus: nec armati exercitus terrorem opponet, rogatis: neque erit iusta causa *ad portas* sedenti imperatori, quare terrorem [i] suum falsò iactari, opponíque patiatur. numquam enim erit tam oppressus senatus, vt ei ne supplicandi quidem, ac lugendi sit potestas: tam captus equester ordo, vt equites Romani à consule relegentur. Quæ cùm omnia, atque etiam multo alia maiora, quæ consultò prætereo, accidissent, vidissetis me tamen in [k] pristinam meam dignitatem, breui [l] temporis dolore interiecto, reip. voce esse reuocatum. Sed [m], vt reuertar ad illud, quod mihi in hac omni est oratione proposítum, omnibus malis illo anno, scelere consulum, remp. esse confectã: primùm illo ipso die, qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus, cùm ego me è complexu patriæ, conspectúque vestro eripuissem, & metu periculi [n] vestri, non mei, furori hominis, sceleri, perfidiæ, telis, minisque cessissem, patriámq. quæ mihi erat carissima, propter ipsius patriæ caritatem reliquissem: cùm [o] meum illum casum tam horribilem tam grauem, tam repentinum, non solùm homines, sed [p] tecta vrbis, ac templa lugerent: nemo vestrûm forum, nemo curiam, nemo lucem adspicere vellet: illo, inquam, ipso die, die dico? immò hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi, reique publ. pernicies: Gabinio, & Pisoni prouincia rogata est. Prò dii immortales, custodes, & conseruatores huius vrbis, atque imperij! quænam illa in rep. monstra, quæ scelera vidistis? ci-

Tom. 2.

Locus de gloria & fama*

b De immortalitate animorum* & v.c. sapientium.

c Erechtheus fertur à Cecrope filiam pro salute patriæ deuouisse, reliquæ sibi mortem conscierunt. vide Pausaniam Attic. Suidã* & epitomen Liuij 2. Valer. 3. Elor. 3. de Dionys. 5. Plutarch. 4. Paralel. Eutrop. 1. Martialis 1. Silius Italicus 4. Plin. c. 2. de viris illust. Augusti. 5. de ciuit.* d De Publio Decio patre qui se diis manibus pro salute patriæ deuouit vide Liuium 8. 2. Flor. 1. 4. Plin. 3. Plutarc. 27. Paralel. 1. Val. 7. & c. 6. Plin. de viris illustrib. c. 26. Augusti. 3. de ciuitate* & De P. Decio filio. adde Liuium 10. 2. Eutrop. 2. Plin. de viris illustrib. c. 27. Plutarc. 1. Præterea de hunc Decium & patrem & filiũ quorum ille Gallicoalter Remisso bello Latio deuouit se & nostros qui in bello Pyrrhi Regis pericl. fecerunt. Cicero 1. Tuscul.* e al. qua manu mort. i v.c. ciuit. f P. IIII. k L. omnium bonorum &. g v.c. l al. studio reuocato. omnia pro Republica peri culo adire dubitabit* m al. restituto omnia adire periculo pro Republ. ubi. quod si essem interfectus numquam ac. n v.c. vllam* o L. hoc est Arpinatem p L. ab ea fine summo dol. non poss. h. & i. r v.c. huius imperii, & ita L. f L. cùm propè iust.

---

a Epitome* Liuii 77. & Valer. 3. Plin. de viris illustrib. c. 69. Appian 1. ciuil. Luc. lit. 2. Pharsal. Iuuenal. sat. 10. b L. Minturnensium missi. c L. spē reip. recuperandæ referu. lex veteri rep. rata al. atum al. raudum* d Paetag. fatum* d al. exéplum fidei publicæ exemplum reip. defendendæ al. exemplum publicæ defendendæ*

f al. periculo g Pantag. bonorúmque*

g L. ac ciuitas vmquam incidat in eiusmodi cõs. §. ne vel. quis vmquam in ea cidit in*

i v.c. suum terrorem*

P. XV. k à digressione reuertitur ad exilii sui narrationem* l L. in meam pristinam dign & ita v.c. m L. breui dolore interiecto, v.c. breui tempore doloris. int. fort. breuis tempore dolore int. n L. vestri periculi, non o L. cùm illũ meum cas & ita v.c. p L. sedes tecta vrb. & ita v.c.

uis erat expulsus, is, qui remp. ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat, & expulsus, non alio aliquo, sed eo ipso crimine. erat autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, seruitio denique concitato: lex erat lata, vastato ac relicto foro, & iudiciis, seruisq. tradito, & ea lex[a], quæ vt ne ferretur, senatus fuerat veste mutata. Hac tanta perturbatione ciuitatis, ne noctem quidem consules inter meum discrimen, & [b] eorum prædam interesse passi sunt: statim, me perculso, ad meum sanguinem hauriendum, &, spirante etiam rep. ad eius spolia detrahenda aduolauerunt[c]. omitto gratulationes, epulas, partitionem æratij beneficia, spem, promissa prædam, lætitiam paucorum, in luctu omnium. vexabatur vxor mea: liberi ad necē quærebantur: gener[d], & Piso gener, à Pisonis consulis pedibus supplex reiiciebatur: bona diripiebantur, eáque ad consules deferebantur: domus ardebat in Palatio: consules epulabuntur. Quòd si meis incommodis lætabantur, vrbis tamen periculo commouerentur. ¶ Sed, vt à mea causa iam recedam, reliquas illius anni pestis[e] recordamini. sic enim facillimè perspicietis, quantam vim omnium remediorum à magistratibus proximis respu. desiderarit. legum[f] multitudinem, cùm earum, quæ latæ[g] sunt, tum verò, quæ promulgatæ fuerunt, dicam? nam latæ quidem sunt consulibus illis tacentibus, immò verò approbantibus etiam, *Vt consortia notatio[h], & grauissimum iudicium sanctissimi magistratus de re publica tolleretur: Vt collegia non modò illa vetera contra S.C. restituerentur, sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua conscriberentur. Vt remissis semissibus[i], & trientibus, quincta propè pars vectigalium tolleretur: Vt Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi sine remp. prodidisset, pactus erat, Syria daretur: Vt vmbelicum bis de eadem re deliberandi, & rogata lege[k], potestas fieret pro uincia commutandæ. Mitto eam legem, qua omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omneis leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandarum, vna rogatione delerat:* mitto omnem domesticam labem: etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus. lege tribunitia Matris [l] Magnæ Pessinuntius ille sacerdos expulsus, & spoliatus sacerdotio est, fanúmque sanctissimarum, atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi, Brogitaro [m], impuro homini, atque indigno illa religione: præsertim cùm [n] ea sibi ille non colendi, sed violandi causa appetisset: appellati reges à populo, qui id numquam ne à senatu quidem postulassent: reduci[o] exsules Byzantium [p] condemnati[q] tum, cùm indemnati ciues è ciuitate eiiciebantur. *Rex & Ptolemæus*, qui si nondum erat ipse à senatu socius appellatus, erat tamen frater eius regis, qui cùm esset in eádem causa, iam erat à senatu honorem istum consecutus: erat eodem genere, iisdémque maioribus, eádem vetustate societatis: denique erat rex, si nondum socius, at non hostis: pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani, regno paterno, atque auito: regali otio perfruebatur. de hoc nihil cogitante, nihil suspicante, eisdem operis suffragium ferentibus, est rogatum. *Vt sedens, cùm purpura, & sceptro, & illu insignibus regijs præconi publico subiiceretur: & imperante populo Romano, qui[a] etiam bello victis regibus regna reddere consuerit, rex amicus, nulla iniuria commemorata, nullis repetitis[b] rebus, cũ bonis omnibus publicaretur.* Multa acerba, multa turpia, multa turbulēta habuit ille annus: tamē illi sceleri, quod in me illorū immanitas[c] edidit, haud scio, an rectè hoc proximū esse dicā. Antiochū illum magnū[d], maiores nostri magna belli contentione terra, marique superatum, intra[e] montem Taurum regnare iusserunt: Asiam[f], qua illum multarunt, Attalo, vt is regnaret in ea, condonauerunt [g]. Cum Armeniorum rege, Tigrane, graue[h] bellum perdiuturnúmque gessimus. cùm ille, iniuriis in socios[i] nostros inferendis, bello propè nos lacessisset, hic & ipse per se vehemens fuit, & acerrimum hostem huius imperij Mithridatem, pulsum Ponto, opibus suis, regnóque defendit: & à Lucullo, summo viro, atque imperatore pulsus, animo tamen hostili cum reliquis copiis suis in pristina mente mansit. hunc Cn. Pompeius, cùm in suis castris supplicem, abiectúmque vidisset, erexit, atque in signe[k] regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, &, imperatis l certis rebus, regnare iussit: nec minùs & sibi, & huic imperio gloriosum putauit, constitutum & se regem, quàm constrictum videri. Tulit[m], gessit, qui & ipse hostis fuit populi Romani, & accerrimum hostem in regnum recepit: qui conflixit, qui signa contulit, qui de imperio pænè certauit, regnat hodie. & amicitiæ nomen, ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecutus. Ille [n] Cyprius miser, qui [o] semper socius, semper amicus fuit: de quo nulla vmquam suspicio durior aut ad senatum, aut ad imperatores nostros allata est: *vius* (vt aiunt) *est, & videns*, cum victu, ac vestitu suo publicatus. En, cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, cùm hoc illius funesti anni perdito exemplo videant, per tribunum aliquem, & sexcentas operas, se fortunis spoliari, & regno omni posse nudari. At etiam eo negotio *M. Catonis* [p] splendorem maculare voluerunt, ignari, quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret: quæ in tempestate sæua, quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendétque per se semper, neque alienis vmquam sordibus obsolescit. Non illi ornandum M. Catonem, sed relegandum: nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putauerunt: qui in concione palàm dixerint, linguam se euellisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset. Sentient, vt spero, breui tempore, manere libertatem illam: atque hoc etiam, si fieri poterit, esse maiorem, quòd cum consulibus illis M. Cato, etiam cùm iam desperasset aliquid auctoritate sua proficere[q] posse, tamē voce ipsa, ac dolore pugnauit, & post meum discessum, iis Pisonem verbis, flens meum, & reip. casum, vexauit, vt illum hominem perditissimum, atque impudentissimum pænè iam prouinciæ pœniteret. Cur igitur rogationi paruit? Quasi verò ille non in alias quoque leges, quas iniustè rogatas putaret, iam antè iurarit. non offert

a Lex Clodia de aqua & igni Ciceroni interdicēdis Plutarchus. Dio. 38. Asconius Pisoniana.*
b L. & suam præs. & ita v. c.
c fort. aduolarunt.
d L. Piso gener à P. B.
e Consulum duorum, scelera, & de eorum legibus sceleratis, de iniuria in regem Ptolemæum, in Catonem.
f L. legimultitudine eum earum, q. l. t. g leges terebantur. cum in comitiis populo proponebantur, vel lentiuerent ne legem cā ratam esse suis suffragiis: Promulgari vero dicebantur cū publicè proponebatur, vt legi possent* i hoc est vt quod frumentum populo semis æris & trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur* k vel. rogata lege fieret* l videorat. de Haruspic. respons.* m De Brogitaro dixiorat. de Haruspic. respons.
n L. cùm eam
o L. reducti exsules Byzantii condemnati, tum cùm &c.*
p vide orat. pro domo*
P. XVI
q al. condemnati exsules Byzantii reducti tum
r Iniuria in regem Ptolemæum regem Cypri Cleopatræ patruum*
s Huius rogationis Clodia næmeminit Plutarchus Catone: & Appianus 2. Dio. 38. Epitome Liu. 104. 3. t Flor. 9. Strabo 14. in fine*

a Mos Romanis, bello euictis regibus regna reddere.*
b Repetebantur per clarigationem*
c v. c. inimicitias
d L. Magnum
e Intra Taurum, non est in monte Taurum: sed vsque ad montem Taurum: hic enim hunc locum explicat Gellius 12. c. 13.*
f al. Asiam Attalo, qua illum multarunt, vt is regnaret in ea, condonarunt
g Gell. ibidē.*
h L. graue bellum, diuturnúmque gessimus, & ita v. c.
i Idē Cicero orat. pro lege Manilia.*
k Regium hoc infigere. Plutarchus vocat
l L. certis rebus imperatis. & ita v. c.
m L. Tigranes igitur, qui & ipse & ita quoque Antonius Augustinus. Pompeius Strabo, cui hinc Albanos recens Albanum regem bis cum Pompeio cum fusisse, itémque Lucullo, ita legendum. Consequens.
n Pisone.*
o Quasi non per senatum semper licuisset reuocare. Plutarchus Cicero.*
p Ita Plutarchus Cicero. Tamen Cato
q L. pudet posse & ita v. c.

A B C D E F G H

fert se ille istis temeritatibus, vt cùm reip. nihil profit, se ciue remp. priuet. Consule me, cùm[a] esset, designatus tribunus plebis, obtulit in discrimen vitam suam: dixit eam sententiam, cuius inuidiam capitis periculo sibi præstandam videbat: dixit vehementer: egit acriter: ea, quæ sensit, præ se tulit: dux, auctor, actor rerum illarum fuit: non quo periculum suum non videret: sed in tanta reip. tempestate nihil sibi, nisi de patriæ periculis cogitandum putabat. Consecutus est ipsius tribunatus. Quid ego de singulari magnitudine animi eius, ac de incredibili virtute dicam? meministis illum[c] diem, cùm, templo à collega occupato, nobis omnibus de vita eius viri, & ciuis timentibus, ipse animo fortissimo venit in templum, & clamorem hominum, auctoritate: impetum improborum, virtute sedauit. Adiit tum periculum, sed adiit ob eam causam: quæ quanta fuerit, iam mihi dicere non est necesse. At si isti Cypriæ rogationi sceleratissimæ non paruissent: hæreret illa nihilominus in rep. turpitudo. Regno enim iam publicato, de ipso Catone erat nominatim rogatum, quod ille si repudiasset, dubitatis, quin ei vis esset allata, cùm omnia acta illius anni perd[d] illum vnum labefactari viderentur? Atque etiam hoc videbat: quoniam illa in rep. macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere, quod exmalis boni possit in[e] rep. prouenire, id vtilius esse per se conseruari, quàm per alios. Atque ille etiam si alia quapiam vi expelleretur illis temporibus ex hac vrbe facilè pateretur. etenim, qui superiore anno senatu caruisset, quò si tum veniret, me tamen socium suorum in repub. consiliorum videre posset: is æquo animo tum, me expulso, & meo nomine cùm vniuerso senatu, tum sententia sua condemnata, in hac vrbe esse posset? Ille verò eidem temporis, cui nos, eidem furori, eisdem consulibus, eisdem minis, insidiis, periculis cessit. luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem. His de tot, tantisque iniuriis in socios, in reges, in liberas ciuitates, consulum querela esse debuit, in eius magistratus tutela, reges, atque exteræ nationes semper fuerunt. ecquæ vox vmquam est audita consulum? quamquam quis audiret, si maximè queri vellet? de Cyprio rege quererentur, qui me ciuem nullo meo crimine, patriæ nomine laborantem, non modò stantem non defenderunt: sed iacentem quidem protexerunt? Cesseram, si alienam à me plebem fuisse vultis, quæ non fuit inuidiæ: si commoueri omnia videbantur, temporis: si vis fuberat, armis: si societas, magistratuum pactione: si periculum ciuium rep. Cur, cùm de capite ciuis (non disputo, cuiusmodi ciuis) & de bonis, proscriptio ferretur, cùm & sacratis[m] legibus, & XII[m]. tabulis sancitum esset, *Vt*[o] *neque priuilegium inrogari liceret, neque de capite, nisi comitiis centuriatis, rogari*, nulla vox est audita consulum? constitutumque illo anno est, quantum in illis duabus[p] huius imperij pestibus fuit, iure posse peragi? operas concitatas quemuis ciuem nominatim tribuni plebis cōsilio ex ciuitate exturbare? Quæ verò promulgata illo anno fuerūt[q], quæ promissa multis[r], quæ conscripta, quæ operata, quæ cogitata, quid dicam? qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus? cuius negotii publici cogitari, optari, fingiq. procuratio potuit, quæ non esset attributa, atque descripta? quod genus imperii, quæ prouincia, quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur? quæ regio, oráve terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur? quis autem rex, qui illo anno non aut emendum sibi, quod non habebat, aut redimendum, quod habebat, arbitraretur? quis prouinciam, quis pecuniam, quis legationem ab[d] senatu petebat? Damnatis de vi, restitutio: consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur. Hæc gemebant boni, sperabant improbi, agebat tribunus pl. consules adiuuabant. ¶ Hic aliquando[e], seriùs[f] quàm ipse vellet, Cn. Pompeius, inuitissimis iis, qui mentem optimi, ac fortissimi viri, suis consiliis, ac fictis terroribus à defensione meæ salutis auerterant, excitauit illam suam non[h] sopitam, sed suspicione aliqua retardatam cōsuetudinem reip. bene gerendæ. Non est passus ille vir, qui sceleratissimos ciueis, qui acerrimos hosteis, qui maximas nationes, qui reges, qui genteis feras, atque inauditas, qui prædonum infinitam manum, qui etiam seruitia virtute, victoriáque domuisset: qui omnibus bellis terra, marique compressis, imperium populi Ro. orbis terrarum terminis definisset, reip. euerti scelere paucorum: quam ipse nōsolùm consiliis, sed etiam sanguine suo sæpe[i] defendisset: accessit ad causam publicam: restituit auctoritate sua, reliquis rebus de præteritis questus est. fieri quædam ad meliorem spem inclinatio visa est. ¶ *Decreuit*[k] *senatus*, frequens *de meo reditu* kalendis Iuniis dissentiente nullo, referente[l] L. Mummio, cuiusin mea causa numquam fides, vtriusque contremuit. Intercessit Ligus[m] iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum. res erat, & causa nostra eo iam loci, vt erigere oculos & viuere videretur. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocumque venerat, quod iudicium cumque subierat, damnabatur. Inueniebatur nemo, qui se suffragium de me tulisse confiteretur. decesserat ex Asia frater meus magno squalore. sed multo etiam maiore mœrore, huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas cum lacrymis, gemitúque processerat: loquebatur liberiùs senatus: concurrebant equites Romani: n Piso ille, gener meus, cui fructum pietatis suæ neque ex me, neque[o] à populo Rom. ferre licuit, à propinquo suo socerum suum flagitabat: omnia senatus reiiciebat nisi de me primùm consules retulissent. Quæ cùm res iam manibus teneretur: & cum consules prouinciarum pactione libertatem omnem perdidissent, qui, cum in senatu priuatim[p], vt de me sententias dicerent flagitabantur[q], legem illi se Clodiā timere dicebant. cum hæc non possent iam diutius sustinere: initur consilium de interitu Cn. Pompeij: quo patefacto, ferróque deprehenso, ille inclusus domi tamdiu fuit quamdiu inimicus meus in tribunatu. De meo reditu octo tribuni promulgarunt. ex quo intellectum est, mihi[r] absenti creuisse amicos, in ea præsertim fortuna, in qua nonnulli etiam, quos esse putauerant, non erant, sed eos voluntatem semper eandem, liber-

a v. Plutarchum in Catone. Velleium 2.*

b al. nō quòd

c L. diem illū, & sic v.c.

d L. per vnum illum lab. & sic v.c.

e L. in remp. prouenire,

f al. eiusdē.*

g v.c. in ciuitate liberas, & Consulis nisi rum.*

i Pomponius Lætus, vellent.* Reciperentur reportarentur, pudio magistratuum Reipublicæ.* in legesfacta rogatio liberta ciuium. Rom.* ac hac lege xii. tabularum.* al. vi néne priuilegium. li cent. neue de cap.

p L. constitutumque illo anno q. fuerunt; multis; quæ conscripta, quæ operata, quæ cogitata, quid dicam? qui locus

a P. XVIII.

b L. fingi curatio potuit*

c al. Iland.*

d L. è senatu & sic v.c.

e al. aliquando.*

f Cn. Pompeii virtutis reuocando Ciceronē.* g L. fidēque terr.

h v.c. non in solitam

i L. seruasset & sic v.c.

k Decretum de reditu Ciceronis.*

l L. Ninnio subaudi Quadrato.* P.P.

m C. Stalenus qui Paceti cognomenex Aeliorum imaginibus ad fcueras vt infra & in Cluentianā.*

n al. Piso ille gener, cui fr. o L. neque ex populo R. al. neque à me neque à populo Ro.

p L. priuatim q al. flagitabant.*

r L. normihi absenti creuisse.*

tatem non eandem semper habuisse. nam ex nouem tribunis, quos tunc habueram, vnus, me absente, defluxit. qui cognomen sibi ex Æliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis[b] eius esse, quàm generis, videretur. Hoc igitur anno, magistratibus nouis designatis, cùm omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem conuertissent: princeps P. Lentulus auctoritate, ac sententia sua, Pisone & Gabinio repugnantibus, causam suscepit, tribunisque plebis octo referentibus, præstantissimam de me sententiam dixit qui cùm ad gloriam suam, atque ad amplissimi beneficij gratiam magis pertinere videret, causam illam integram ad suum consulatum reseruari, tamẽ rem talem per alios citiùs, quàm per se tardiùs confici malebat. ¶ Hoc[c] interim tempore *P. Sextius*, iudices, designatus, iter ad C. Cæsarem pro mea salute suscepit. Quid egerit, quantum profecerit, nihil ad causam, equidem, existimo, si ille (vt arbitror) æquus nobis fuerit[d], nihil ab hoc profectum: sin iratior, non multùm. sed tamẽ sedulitatem, atque integritatem hominis videtis, Ingredior iam in Sextij tribunatum. nã hoc primum iter designatus, reip. causa suscepit. pertinere & ad concordiam ciuium putauit, & ad perficiendi facultatem, animũ Cæsaris à causa nõ abhorrere. Abiit ille annus respiraſſe homines videbantur, nondum re, sed[e] spe reip recuperandæ. exierunt malis omnibus[f], atque exsecrationibus duo[g] vulturij[h] paludatii: quibus vtinam ipsis euenissent ea, quæ tum homines precabantur neq. nos prouinciam Macedoniam cum exercitu, neque equitatum in Syria, & cohorteis optimas, per didisſemus. ineunt magistratum tribuni k pl. qui omnes se de me promulgaturos confirmarant. ex his princeps[i] emitur ab inimicis meis, is, quem homines in luctu irridentes, Gracchum vocabant: quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa *ex*[m] *vepreculis extracta nitedula*[n] remp. conaretur arrodere. Alter[o] verò non ille *Serranus ab*[p] *aratro*, sed[q] ex deserto Gaui Oleli horreo, calathis[r] gruuis, in Calatinos, ac Lælios insitus, subitò nominibus in tabulas relatis, nomen suum de tabula sustulit. Veniunt, kalendæ Ianuarii, vos hæc melius scire potestis: equidem audita dico: quæ tum frequentia senatus, quæ exspectatio populi, qui concursus legatorum ex Italia cuncta, quæ virtus, actio, grauitas P. Lentuli consulis fuerit, quæ etiam collegæ eius moderatio de me: qui *cùm inimicitias sibi mecum ex reipub. dissensione susceptas esse dixisset, eas se patribus conscriptis dixit, & temporibus & reip. permissurum*[u]. Tum princeps rogatus sententiam L. Cotta, dixit id, quod dignissimum rep. fuit. *Nihil de me actum esse ure, nihil more maiorum, nihil legibus: non posse quenquam de ciuitate tolli sine iudicio: de capite non modo ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitiis centuriatis: vim fuisse illam, flammam quassatæ reipub. pertubatorumque temporum, iure, iudiciisque sublatis: magna rerum perturbatione impendere, declinasse me paullulum, &, spe reliquæ tranquillitatis præsentis fluctus, tempestatemque fugisse. Quare cum absens rempublicam non minus magni periculis quam quodam tempore præsens liberassem, non restitui me solum, sed etiam ornatiorem natum dicere.* Disputauit etiam multa prudenter, *ita de me illum amentissimum, & prostigatissimum hostem pudoris, & pudicitiæ, scripsisse quæ scripserat, iis verbis, rebus, sententiis, vt, etiam si iure esset rogatum, tamen vim habere non posset. quare me, qui nulla lege abessem non restitui lege, sed reuocari senatus auctoritate oportere.* Hunc nemo erat, quin verissimè sentire diceret. Sed post eum rogatus Cn. Pompeius, approbata, laudatáque Cottæ sententia dixit, *sese otij meæ causa, vt omni populari concitatione defungerer, censere, vt ad senatus auctoritatem, populi quoque Romani beneficium erga me adiungeretur.* Cùm[b] omnes certatim, alius alio grauiùs, atque ornatiùs de mea salute dixissent, hereique sine vlla varietate discessio[c] surrexit, vt[d] sciatis, Atilius hic Gauianus: nec ausus est, cùm esset emtus, intercedere: *nocte m sibi ad deliberandum postulauit.* Clamor senatus, quæ eius preces, socer ad pedes abiectus. Illi se affirmate, postero die moram nullam esse facturum. Creditum est: discessum est. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est. Consecuti dies pauci omnino Ianuario mense, per quos senatum haberi liceret: sed tamen actum nihil, nisi de me. Cum omni mora, ludificatione, calumnia[e] senatus, auctoritas impediretur: venit[f] tandem consilij de me agendi dies, v III. kalendas Febr. Princeps rogationis, vir mihi amicissimus, Qu. Fabricius, templum aliquanto ante lucem occupauit. Quietus eo die Sextius, is, qui est de viteus actor hic, defensórque causæ meæ. nihil progreditur, consilia exspectat inimicorum meorum. Quid illi, quorum consilio P. Sextius in iudicium vocatur? quo se pacto gerunt? cùm forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus, ac seruis plerisque occupauissent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos: venientem in forum, virum optimum, & constantissimum, M. Cispium, tribunum pl. vi depellunt: eædem in foro maximam faciunt: vniuersique, districtis[g] gladiis, & cruentis, in omnibus fori partibus, fratrem meum, virum optimum, fortissimum, meique amantissimum, oculis querebant, voce poscebant. quorum ille telis libenter, in tanto luctu, ac desiderio mei, non repugnandi, sed moriendi causa, corpus obtulisset suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reseruasset. subiit tamen vim illam nefariam conceleratorum latronum: &, cùm ad fratris salutem à populo Rom. deprecandam venisset, pulsus è rostris, in comitio iacuit, séque seruorum[i], & libertorum corporibus obtexit, vitámque tum suam noctis, & fugæ præsidio, non iuris, iudiciorúmque defendit. Meministis tum, iudices, corporibus ciuium Tiberim compleri, cloacas referciri, è foro spongiis[k] effundi sanguinem, vt omnes tantam illam copiam, & tam magnificum apparatum, non priuatum, aut plebeium, sed patricium, & prætorium esse arbitrarentur[l]: nihilque neque ante hoc tempus, neque hoc ipso turbulentissimo die criminamini[m] Sextium. Atqui vis in foro versata est. Certé, quando enim maior? lapidationes persæpe vidimus: non ita sæpe, sed nimium tamen sæpe gladios: eædem verò tam tã, tãtos acerbos corporum exstructos, nisi for tè illo Cinnano[n], atque Octauiano[o] die, quis vnquam in foro vidit? P qua ex concertatione ani-

a al. C. Stalenus, de quo paulo antè dixi.
b al. generis eius esse quàm rationis videretur quam lectionem confirmat similis locus in oratione pro A. Cluentio de hoc ipso Ligure*
c De Sextio* d al. iuerat* e L. sed spe, rep. recuperata.
f legendum omnibus*
g Gabinius al. Piso*
h Vulturios vocat rapacissimos*
h Paludati Præsides in prouinciam Roma exibant.*
k Milo, Sextius & alii*
l Numerus Quintius*
m al. ex vepreculis. & ita Priscianus libro 3.*
n nitedula, quæ & nitela Sernio muris genus. huic loco Guilelmius 2. verisimi. 13. vbi explicat veroium vipera est in vepreculis: quidam cinclde lam interpretantur.*
o Sex. Aelius Serran trib. pleb. qui reditu Ciceronis sua intercessione impedierat*
p Plinius 18. c. 3. ferentem inuenerit dari honores, Serrani, vnde cognomen*
q L. sed ex deserto Gaui Oleli horreo & calathis Gauiis, in Calatinos Atilios insitus, ut. c. sic sed ex deserto Gauii Atilii horreo, & calathis Gauianis, in Calatinos Atil &c. r calatis gruis & ita Sigon. Calata vero grana interpretatur ita pauca vt facile possint calari ideſt numerari*
Alii grauem hic onustum interpretantur. Alii pro gratis, legunt Gauianis.*

a L. quæsti pisset, & ita v. c.

P. XX.
b L. Cùm omnes certatim, alius alio grauiùs, atq. ornatiùs de mea salute dixissent.

c Discessione senatus consulta fiebant, vide 5. Gell.* d al. vt scitis,

e v. c. calumnia.
f L. venietãdem, in comitio de me agendi dies.

g L. de strictis gladiis.

h L. à populo Ro. implorãdam, deprecandamque venit.

i pro seruorum & libertorum

k L. spongiis effusi sanguinem. Effingi, vero est abstergi, vide Seruium. Aeneid. ibi corpora fingere lingua.

l v. c. arbitrarentur. Nihil neq. criminamini est in sextium. n. vide Velleium 2. o Octauius hic collega Cinnæ, Appian. 1. civilium. p. v. vidit sine simul. q. v. concertatione exacerbatum.

ne animorum? nam *ex pertinacia, aut constantia interfessoris oritur sæpe seditio, culpa, atque improbitate latoris, commodo aliquo imperitis, aut largitione proposita oritur ex concertatione magistratuum: oritur sensim ex clamore primùm: deinde aliqua*[a] *discessione concionis: vix, serò, & rarò ad manus peruenitur, nullo verò verbo facto, nulla concione aduocata, nulla*[b] *lege concitatam nocturnam seditionem quis audiuit?* An verisimile est, vt ciuis Romanus, aut homo liber quisquam cum gladio in forum descenderit antelucem ne de me ferri pateretur, præter eos, qui ab pestifero, ac perdito ciue iampridem reipublicæ sanguine saginantur[c]? Hic iam de ipso accusatore quæro, qui P.Sextium queritur cum multitudine in tribunatu, & cum præsidio magno fuisse: num illo die fuerit. certè non fuit. Victa igitur est causa reipublicæ, & victa, non auspiciis, non intercessione, non suffragiis: sed vi, manu, ferro. nam, si obnunciasset Fabricio is[d] tribunus plebis, *qui seruasse de cœlo dixerat*: accepisset respublica plagam, sed eam, quam acceptam gemere[e] posset. Si intercessisset collega Fabricio, læsisset rempublicam, sed rempublicam iure læsisset. Gladiatores tu nouitios, pro exspectata ædilitate suppositos cum sicariis è carcere emissis ante[f] lucem in forum immittas? magistratus templo deiicias? cædem maximam facias? forum[g] purges? & cùm omnia, & armis egeris, accuses eum, qui se præsidio munierit, non vt te oppugnaret, sed vt vitâ suam posset defendere? Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sextius, vt à suis munitus, turò in[h] foro tum magistratum gereret, rempublicam administraret. Itaque fretus sanctitate tribunatus, cùm se non modò contra vim, & ferrum sed etiam contra verba, atque intercessionem legibus sacratis esse armatum putaret: venit in templum Castoris: obnuntiauit consuli: cùm subitò manus illa Clodiana, in cæde ciuiũ sæpe iã victrix, exclamat, incitatur, inuadit inermẽ, atq. imparatũ tribunũ alij gladiis adoriũtur, alij fragmẽtis sæptorũ, & fustibus: à quib[o] hic, multis vulneribus acceptis, ac debili tandem corpore, & contrucidato, se abiecit exanimatus: neq. vlla alia re ab se, nisi opinione mortis depulit. quem cùm iacentem, & concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exsanguem, & confectum viderent: defatigatione magis, & errore, quàm misericordia, & modò, aliquando cædere destiterunt: Et causam dicit Sextius de vi? quid ita? quia viuit. At id non sua culpa, plaga vna illa extrema defuit: quæ si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. accusa Lentidium: nõ percussit loco[m]: maledicito Sabino[n], homini Reatino, cur tam temerè[o] exclamarit occisum. ipsum verò quid accusas? num defuit gladiis? num repudiauit? num vt gladiatoribus[q] imperari solet, ferrum non recepit? An hæc ipsa vis est, non posse emoti? an illa, quòd tribunus plebis templum cruentauit? an, quòd, cùm esset ablatus, primùmque respuisset[r], non se referri iussit? vbi est crimen, quod reprehenditis? Hic quæro, iudices, si illo die gens ista Clodia quod facere voluit, effecisset: si P. Sextius, qui pro occiso relictus est, occisus esset: fuistisne ad arma ituri? fuistisne vos ad patrium illum animum, maiorúmque virtutem excitaturi? fuistisne aliquando rempublicam à funesto latrone repetituri? an etiam tunc[a] quiesceretis, cunctaremini, timeretis, cùm rempublicam à facinorosissimis sicariis, & ãseruis esse oppressam, atque occupatam videretis? Cuius igitur mortem vlciscereminí, siquidem liberi esse, [b] & habere rempublicam cogitaretis: de eius virtute viri quid vos, loqui, quid sentire, quid cogitare, quid iudicare oporteat, dubitandum putatis? At[c] verò ipsi parricidæ, quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna, adeò vim facinoris sui perhorruerant, vt, si paullo longior opinio mortis Sextii fuisset, Gracchum illum suum, transferendi in nos criminis causa, occidere cogitarint. Sensit rusticulus non incautus, (neque enim homines nequam tacere potuerunt) suum sanguinem quæri ad restinguendam inuidiam facinoris Clodiani: mulioniam[d] penulam arripuit, cum qua primùm Romam ad comitia venerat: mestoria se corbe contexit. Cùm quærerent alij Numerium, alij Quinctium, gemini nominis errore seruatus est. Atque hoc scitis omnes, vsque[e] adeò hominem in periculo fuisse, quoad scitum sit Sextium viuere, quod[f] nisi esset patefactum paullo citiùs, quàm vellem: non illi quidem morte mercenariis[g] sui transferre potuissent inuidiam in quos putabant, sed acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent. Ac, si tunc P. Sextius, iudices, in templo Castoris animam, quàm vix retinuit, edidisset: non dubito, quin, si modò esset in republica senatus, si maiestas populi Romani reuixisset, aliquando statua huic ob rempublicam interfecto, in foro statueretur. Nec verò illorum quisquam, quos à maioribus nostris morte obita, positos in illo loco, atq. in rostris collocatos videtis, esset P. Sextio aut acerbitate mortis, aut[h] in rempublicam animo præponendus: qui cùm causam ciuis calamitosi, causam amici, causam bene de republica meriti, causam senatus, causam Italiæ, causam reipublicæ suscepisset: cúmque auspiciis, religioníque parens obnuntiaret, [i] quod sensisset: luce palàm à nefariis pestibus in deorum, hominúmque conspectu esset occisus, sanctissimo in templo, sanctissima in causa, sanctissimo[k] in magistratu! Eius igitur vitam quisquam spoliandam ornamentis esse dicet, cuius mortem ornandam monumento sempiterno putaretis? Homines, inquit, emisti, eo egisti, parasti. Quid vti faceret? senatum obsideret? ciues[m] indemnatos expelleret? bona diriperet? ædes incenderet? tecta disturbaret? templa deorum immortalium inflammaret[n], tribunos plebis ferro è rostris expelleret? prouincias, quas vellet, quibus[o] vellet, venderet? reges appellaret? rerum capitalium condemnatos, in liberas[q] ciuitates per legatos nostros reduceret? principẽ[r] ciuitatis ferro obsessum teneret? hęc vt efficere posset, quæ fieri, nisi armis oppressa republica, nullo modo poterant, idcircò: credo], manum sibi P. Sextius, & copias comparauit. At nondum erat maturum: nondum res ipsa ad eiusmodi præsidia viros bonos compellebat: pulsi nos eramus, non omnino ista manu sola, sed tamen non sine ista: vos taciti mirabamini. Captum erat forum anno superiore, æde Castoris, tanquam arce aliqua, à fugitiuis occupa-

a *v.c.* tum

b *fort.* & aliquam habere remp.

c L. At verò illi ipsi parricidæ,

d L. mulioni campenulam ita Pisc.*

e *fort.* vsque eò hom.

f L. quod ni esset p. & ita v.c.

P.XXII.

g v.c. mercẽnariis.

h L. aut animo in rem & ita v.c.

i *Pantag.* renuntiaret

k sancti enim tribuni, vt suprà dixi*

l hoc est tribunatu plebis*

m v.c. ciuis indemnatos

n v.c. inflamaret & ita L.

o Gabinium & Pisonem*

p Brogitarus de quo suprà*

q Bizantium vt suprà*

r Pompeiũ*

P.B. *al.* mœrebamini *al.* mœrebatis L. vos mussabatis.

a L. aliqua dissensione conc.

b L. nulla lege promulgata

c *al.* saginantur* P.XXI

d L. is prætor qui seruasse de &c. & ita v.c.

e *al.* gemere non quæri posset*

f v.c. ante lucem inimicitias?

g Purgare forum Turnebus interpretatur forum sine frequentia reddere. Manutius legit: forum spurcas* in foro

h L. in foro

i Gladiatores tribunis quod & apud florum. &c. sacrosancti caput tribunis plebis dicitur.*

k L. atque in tentationem & ita v.c.

l Intercessione est interpellatio, obnuntiatio. quod aduersus tribunum plebis loquentem facerenõ licuit*

m Sages facra ne qui poliberare popu li & ciuium* li & ciuium

n Sabinũ imporunitum ad mortem. Manutius legit, locũ legi, maledicto Titio Sabino. vt maledicto Titio Sabino. nõ.*

o v.c. vbi. tẽ pore*

p L. repugnare. &c.

q Gladiatori bus imperari solebant vt ferrum recuperet. Cicero. Tuſc. disp. Ferrum iussus recipere. Rabirius Posthumo pro Rabirio Amerino. Ferrum te bis templum cruentauit. an, quòd, cùm esset ablatus, primùmque respuisset, non se referri iussit? vbi est crimen, quod reprehenditis? Hic quæro, iudices, si illo die gens ista Clodia quod facere voluit, effecisset: si P. Sextius, qui pro occiso relictus est, occisus esset: fuistisne ad arma ituri? fuistisne vos ad patrium illum animum, maiorúmque virtutem excita-

r *fort.* respirasset. *vet.* respisset *vet.* respisset. s *fort. Clodiana*

t Prudentius in Peristephano, ferrum in papillas omne

ta:ferebatis[a]:omnia,hominum,cùm egestate,tum audacia perditorum,clamore,cõcursu, vi, manu gerebantur: perferebatis. magistratus templis pellebantur. alij omnino aditu,ac foro prohibebantur: nemo resisteb at gladiatores ex prætoris comitatu comprehensi,in senatum introducti,confessi, in vincula coniecti à Milone, missi à Serrano. mentio nulla. forum corporibus ciuium Romanorum constratum cæde nocturna. non modò nulla noua quæstio, sed etiam vetera iudicia sublata. tribunum plebis [b] plus viginti vulneribus acceptis iacentem, moribundúmque vidistis: alterius [c] tribuni plebis, diuini hominis (dicam enim quod sentio, & quod mecum sentiunt omnes) diuini, insigni quadam, inaudita, noua magnitudine animi, grauitate, fide præditi, domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. Et tu hoc loco laudas Milonem, & iure laudas. Quem enim vmquam virum tam immortali virtute præditum[d] vidimus? qui, nullo præmio proposito, præter hoc, quod iam contritum, & contemtum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, summos labores, grauissimas contentiones, inimicitiásque susceperit? qui mihi vnus ex omnibus ciuibus videtur re docuisse, non verbis, quid [e] oporteret à præstantissimis viris in republica fieri, & quid necesse esset. oportere hominum audacium, euersorum reipublicæ sceleri, legibus, & iudiciis resistere, si leges non valerent, iudicia [f] non essent, si respublica vi, consensúque audacium, armis oppressa teneretur: præsidio, & copiis defendi vitam, & libertatem necesse esse. Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis: & sentire verò, & facere: perfectæ, cumulatæque virtutis. Addit ad rempublicam tribunus plebis, Milo: de cuius laude plura dicam, non quo aut ipse hæc diei, quàm existimari malit, aut ego hunc laudis fructum præsenti libenter impertiam, præsertim cùm verbis consequi non possim: sed quòd existimo, si Milonis causam accusatoris voce collaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sextij causam existimaturos. Adiit igitur T. Annius ad causam reipublicæ, sicũ vt ciuem patriæ recuperare vellet reipublicæ tum simplex causa, constans ratio, plena consensionis omnium plenaconcordiæ. collegas adiutores habebat: consulis alterius summum studium, alterius animus penè placatus, de prætoribus vnus alienus: senatus incredibilis voluntas: equitum R. animi ad causam excitati, erecta Italia, duo soli erant emti ad impediendum: qui si homines despecti [h], & contenti, tantam rem sustinere non potuissent: se causam, quam susceperat, nullo labore peracturum videbat. agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinem, agebat exemplo bonorum, & fortiũ [i] ciuium: quid republica, quid se dignum esset, quis ipse esset, quid sperare, quid maioribus suis reddere deberet, diligentissimè cogitabat. Huic grauitati hominis, videbat ille gladiator, se, si moribus ageret, parem esse non posse: ad ferrum, ad faceis, ad quotidianam cædem, incendia, rapinas, se cum exercitu suo contulit: do mũ oppugnare, itineribus occurrere, vi lacessere, & terrere cœpit. Non mouit hominem summa grauitate, summáque constantia: sed quamquam dolor animi, innata libertas, prompta excellénsque virtus, fortissimum virum hortabantur, vi vim oblatam, præsertim sæpius, vt frangeret, & refutaret, tanta[a] moderatio fuit hominis, tantum consilium, vt contineret dolorem, neque eádem se re vlciscereтur, qua esset lacessitus: sed illum tot iam funeribus reipublicæ exsultantem, ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis constringeret. Descendit ad accusandum. quis vmquam tam proptié? reipublicæ causa: nullis inimicitiis, nullis præmiis, nulla hominum postulatione, aut etiam opinione, id [c] vmquam esse facturum. fracti erant animi hominis. hoc enim accusante pristini illius sui iudicij turpitudinem desperabat. Ecce tibi consul, prætor, tribunus plebis, noua noui generis edicta proponunt. *Ne reus adsit, ne citetur, ne quæratur, ne mentionem omnino cuiquam iudicum, aut iudiciorum facere liceat.* Quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus, vi sceleratorum hominum corroborata, legibus, iudiciisque sublatis? cernuices tribunus plebis, priuato, præstantissimus vir prostigatissimo homini daret? an causam susceptam affligeret? an se domi, contineret? *Etd vinci turpe putauit, & deterreri.* etiam [c] eripi reiecit: vt, quoniam sibi in illum legibus vti non liceret, illius vim neque in suo, neq. in reip. periculo pertimescereт. Quomodo igitur in hoc genere præsidii comparati accusas Sextium, cùm idem laudes Milonem? an, qui sua tecta defendit: qui ab aris, focis, ferrum[f] flammámque depellit: qui sibi licere vult tutò esse in foro, in templo, in curia: qui vitæ præsidium comparat: qui vulneribus, quæ cernit quotidie, totoc orpore, mouetur[g], vt aliquo præsidio caput, & ceruicis, & iugulum, ac latera tutetur, hunc de vi accusandum putas? Quis enim vestrũm, iudices, ignorat, *Itanaturam rerum tulisse, vt quodam tempore homines, nõdum neque naturali, neque ciuili iure descripto, h fusi per agros, ac dispersi vagarentur, tantúmque haberent, quantum manu, ac viribus per eædem, ac vulnera aut eripere, aut retinere potuissent? Qui igitur primi virtute, & consilio præstanti exstiterunt, ij perspecto genere humanæ docilitatis, atque ingenij, dissipatos, vnum in locum congregarunt, eosque ex [i] feritate illa ad iustitiam, atque mansuetudinem traduxerunt. Tum [k] res communem vtilitatem cõmenteis, quas publicas appellamus, tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt, tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento & l diuino, & humano iure, mœnibus sepserunt. Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, & illam immanem, nihil tam interest, quàm ius atque vis. horum vtro vti nolumus, altero est vtendum. Vim volumus extingui? ius valeat necesse est, id est, iudicia, quibus omne ius continetur. Iudicia disploceant, aut nulla sunt? vis dominetur necesse est.* Hæc[m] vident omnes: Milo & vidit, & fecit, vt ius experiretur, vim depelleret. altero vti voluit, vt virtus audaciam vinceret: altero vsus necessariò est, ne virtus ab audacia vinceretur, Eadémque[n] ratio fuit P. Sextij, si minùs in accusando (neque enim per omneis fuit[o] idẽ necesse fieri) at certè in necessi-

[a] L. tanta moderatio fuit hominis tamen, tant. conf. P. R.

[b] L. quis vmquam rampro prie reip. causa?

[c] *sust.* id eum vmquam

[d] *al.* At & vici turpe puto uit, & deterreri etiam eam fam sibi cripi: reiecit vt q.

[e] L. esse iam è rep. credidit quoniam sibi in illum legibus vti non hic ist. non que in fin. in reip. peric. pertimescere Q. vt. & citò è rep. redeat Alijs ita legitur etiam tur pe itaque fecit vt quoniã. *Aut Augustin.* vt turpe reie cit *Dijserti*am cit vti, &c. *al.* etiam turpe reiecit quod erat fecerius consilium fe cit quod erat fecundum gnandum &c. *f* in. e. *Ferrũ* ferrumque pellit.

[g] L. mouetur & ita v.c.

[h] *al.* discri pto.

[i] L. feritate & ita v.c.

[k] L. tum res a d commodã vtilitatem per tinentes, 1 L. & diuino & humano iure, & ita v.c. Hoc vi dent a Pontif. eadem quoque ratione fieri necesse) & ita v.c.

[a] *al.* flebatis*.

[b] P. Sextius.*

[c] DE MILONE.*

[d] *vum* præditum, *abest à v.c.*

[e] L. & quid op. & *ita v.c.*

[f] L. si iudicia non essent,

[g] L. sicut qui ciuem patriæ recuperare vellet reipublicæ ereptum. *sim. al.* sicut oportebat qui ciuẽ recuperare velles reipublicæ ereptũ *al.* sicut si patriam recuperare vellet, reipub tum *ver. Vsp.* sicut ciuẽ paterat; qui Rẽpub. recuperare vellet.*

[h] *al.* despicati,

[i] L. ac fortiũ ciuium & *ita v.c.*

XXIII.

tate defendendæ salutis suæ, præsidióque cõtra vim, & manum comparando. O dij immortales! quémnam ostenditis exitum nobis? quam spem reip. datis? quotus quisque inuenietur tanta virtute vir, qui optimam quãque causam reip. amplectatur? qui bonis viris

a L. duo illa reip. & ita v. c.

deseruiat? qui solidam laudem, verámque quærat? cùm sciat, illa[a] duo reip. pænè fata, Gabinium, & Pisonem, alterum haurire quotidie ex pacatissimis, atque opulentissimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri? bellum inferre quiescentibus, vt eorum veteres, illibatásque diuitias, in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat? villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium vt iam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus plebis pictam olim in conciouibus explicabat, quo fortissimum, ac summum ciuem in inuidiam homo castus, ac non cupidus vocaret? alterum Thracibus, ac Dardanis primùm pacem maxima pecunia vendidisse? deinde, vt illi pecuniam conficere possent,

P. B.

b L. vexandã Macedoniã.

vexandam[b] his Macedoniam, & spoliandam tradidisse? eundémque bona creditorum, ciuium Romanorum, cum debitoribus Græcis diuisisse? cogere pecunias maximas à Dyrthachinis, spoliare Thessalos, certam Achæis in annos singulos pecuniam imperauisse: neque tamen vllo in publico, aut religioso loco signum, aut tabulam, aut ornamentum reliquisse? Hos sic illudere, quibus omne supplicium, atque omnis iure optimo pœna debetur? reos esse hos duos, quos videtis? omitto iam Numerium, Serranum, Ælium, quisquilias seditionis Clodianæ: sed tamen hi quoque etiam nunc volitant, vt videtis: nec, dum

c L. timentis & pertimescunt.

vos de vobis aliquid timebitis[c], illi vmquam de se pertimescent. [d] Nam quid ego de ædile ipso loquar, qui etiam diem dixit, & accusauit de vi Milonẽ? neque hic tamẽ vlla vmquã iniuria adducetur, vt eum tali virtute, tantáque firmitate animi se in rempublicam fuisse pœniteat: sed, qui hæc vident, adolescentes, quónam suas menteis conferent? ille, qui monumenta publica, qui ædeis sacras, qui dos mos inimicorum suorum oppugnauit, excidit, incendit, qui stipatus semper sicariis, sæptus armatis, munitus indicibus[f] fuit, quorum hodie copia redundat, qui & peregrinam manum facinoroso rũ concitauit, & seruos ad cædem idoneos emit, & in tribunatu carcerem totum in forum effudit: volitat ædilis:

P. XXV.

accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exsultantẽ repressit. hic, qui se est tutatus sic, vt in priuata re deos penates suos, in republica iura tribunatus, auspiciáque [h] defenderet: accusare eum moderatè, à quo ipse nefariè accusatur, per senatus auctoritatem non est situs. ¶ Nimirum hoc illud est, quod de me potissimùm tu in accusatione quæsisti, xisti. Rem quæris præclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilẽ ad perdocendum. nec ab vtilitate eorum, qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa p. Sextii abhorrebit oratio mea. *Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui versari in republica, atque in ea se excellentius gerere studuerunt*: quibus ex generibus alteri se populares, alteri *optimates* & haberi & esse voluerunt. Qui ea, quæ fa-

A ciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda esse volebant, populares: qui autem ita se gerebant, vt sua consilia optimo[a] cuique probarentur, optimates habebantur. Quis[b] ergo optimus iste? quis? de numero si quæris, innumerabiles, neque enim aliter stare possemus. sunt principes consilij publici: sunt, qui eorum sectam sequuntur: sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia: sunt municipales, rusticíque Romani: sunt ne

B gotiæ[c] gerentes: sunt etiam libertini optimates, numerus, vt dixi, huius generis, latè, & variè diffusus est: sed genus vniuersum (vt tollatur error) breui[d] circumscribi, & definiri potest. Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec[e] natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Est[g] igitur, vt[g] *hi sint* ([h] quam tu nationem appellasti) *quiqui*[i] *integri sunt, & sani, & bene de rebus domesticis constituti.* Horum qui voluntati, com-

C modis opinioni in gubernanda republica seruiunt defensores optimatium, ipsíque optimates grauissimi, & clarissimi ciues nominantur[k], & principes ciuitatis. Quid est igitur propositum his reipub. gubernatoribus, quod intueri, & quò cursum suum dirigere debeant? id quod est præstantissimum, maximéque optabile omnibus sanis, & bonis & beatis, *Cum dignitate otium.* Hoc qui volunt, omnes optimates, qui efficiunt, summi viri,

D & conseruatores ciuitatis putantur. *Neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita conuenit, vt otio non prospiciant: neque vllum amplexari otium, quod abhorreat à dignitate.* Huius autem otiosæ dignitatis hæc fundamenta sunt, hæc membra, quæ tuenda principibus, & vel capitis periculo defendenda sunt: religiones[l] auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges, mos maiorum,

E iudicia, iurisdictio, fides, prouinciæ, socij, imperij laus, res militaris, ærarium. Harum rerum tot, atque tantarum esse defensorem, & patronum, magni animi est, magni ingenij, magnæque constantiæ. Etenim *in tanto*[m] *ciuium numero magna multitudo est eorum, qui aut propter metum pœnæ, peccatorum suorum conscii, nouos motus, conuersionésque reipublicæ quærant, aut qui propter insitum quendam animi*[o] *furorem discordiis ciuium, ac seditione pascantur: aut qui, propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint, quàm suo, deflagrare.* qui cùm au

F ctores sunt, & duces suorum studiorum, vitiorúmque nacti, in republica fluctus excitantur: vt vigilandum sit iis, qui sibi gubernacula patriæ depoposcerunt: *enitendúmque omni scientia, ac diligentia, vt conseruatis his, quæ ego paullo antè fundamenta, ac*[p] *membra esse dixi, tenere cursum possint, & capere etij illum portum, & dignitatis.* Hanc[q] viam, iudices, si aut asperam, aut arduam, aut plenam esse periculo-

G rum, aut insidiarum negem, mentiar: præsertim cùm id non modò intellexerim semper, sed etiam præter ceteros senserim. *Maioribus præsidiis, & copijs oppugnatur respublica, quàm defenditur, propterea quòd audaces homines, & perditi, nutu impelluntur: & ipsi etiam sponte sua contra rempublicam incitantur: boni nescio quomodo tardiores sunt, & principiis rerum neglectis, ad extremum ipsa denique necessitate excitantur: ita vt nonnumquam cunctatione, ac tarditate, dum otiam, volun-*

H

a L. optimo cui probarẽt & ita v. c.
b L. Qui ergo isti optimates? qui?
c L. negotiigerentes: id est negotiatores
d al. breuiter
e L. neq. natura
f al. Est
g L. Esto igitur. vt ii sint optimates: (quãtu n. ad qui & integri sunt, & sani, &c.
P. B.
h Subaudi optimates
i quæ sequuntur ad verbũ Horum, quibusdam desunt
P. B.
k v. c. numerantur, & ita L.
l Officium optimatum & populariũ
m seditiõũ quæ causæ seditionis
n L. aut qui propr.
o L. animis
p L. ac membra otiosæ dignitatis esse
P. XXVI.
d L. Hanc ego viam.

etiam sine dignitate retinere, ipsi vtrumque amittant. Propugnatores autem reipublicæ qui esse voluerunt, si leuiores sunt, desciscunt: si timidiores, desunt: permanent illi soli, atque omnia reip. causa perferunt, qui sunt tales, qualis pater tuus, M.ª Scaure, fuit, qui à Graccho vsque ad C[b]. Marium seditiosis[c] omnibus restitit: quem[d] nulla vmquam vis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit: aut qualis Qu. Metellus[e], patruus matris tuæ qui cùm[f] florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum censor notasset, cúmque insistuum[g] Gracchum contra vim multitudinis incitatæ censu[h] prohibuisset: cúmque in eam legem, quam non iure rogatam iudicaret[i], iurare vnus noluisset: de ciuitate maluit, quàm de sententia dimoueri[k]: aut, vt vetera exempla, quorum est copia digna huius imperij gloria, relinquam néve eorum aliquem, qui viuunt, nomine: qualis nuper Qu. Catulus[l] fuit, quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit vmquam de suo cursu, aut spe, aut metu dimouere[m]. Hæc imitamini, per deos immortaleis, qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quæritis. hæc ampla sunt, hæc diuina, hæc immortalia: hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur: posteritati propagantur. Est labor: non nego. pericula magna: fateor. *Multæ insidiæ sunt bonis:* verissimè dictum est. *Sed, te id, quod multi inuideant, multique expetant, Inscitia*[n] *sit,* inquit, *postulare, si tu laborem summa cum cura efferas nullum.* Idem alio loco dixit, quod exciperent improbi ciues, *Oderint, dum metuant.* Præclara enim illa præcepta iuuentuti: sed tamen hæc via, hæc ratio reipublicæ capessendæ, olim erat magis pertimescenda. cùm multis in rebus multitudinis[o] studium ad populi commodum ab vtilitate reipublicæ discrepabat. *Tabellaria lex*[p] ab L. Cassio ferebatur. Populus libertatem agi putabat suam. dissentiebant principes, & in salute optimatium, temeritatem multitudinis, & tabellæ licentiam pertimescebant[q]. *Agrariam*[r] Ti. Gracchus *legem* ferebat. grata erat populo fortunæ constitui tenuiorum videbantur. nitebantur contra optimates. quòd ea discordiam excitari videbant: &, cùm locupletes possessionibus diuturnis mouerentur, spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur. *Frumentariam*[s] *legem* C.[t] Gracchus ferebat iucunda res plebi Romanæ. victus enim suppeditabatur largè sine labore. repugnabant boni, quòd[u] & ab industria plebem ad desidiam auocari putabant, & ærarium exhauriri videbatur. Multa etiam, nostra memoria, quæ consultò prætereo, fuerunt in ea contentione, vt populares cupiditas à consilio principum dissideret. Nunc[x] iam nihil est, quòd populus à delectis[y], principibúsque dissentiat: nec flagitat rem vllam, neque, nouarum rerum est cupidus, & otio suo, & dignitate optimi cuiusque, & vniuersæ reipublicæ gloria delectatur. Itaque homines seditiosi, ac turbulenti. quia nulla iam largitione populum Romanum concitare possunt, quòd plebs perfuncta grauissimis seditionibus, ac discordiis, otium malle videatur, conductas habet conciones: neque id agunt, vt ea dicant, aut ferant, quæ illi velint audire, qui in concione sunt: sed pretio, ac mercede perficiunt, vt, quidquid dicant, id illi velle audire videatur. Nùm vos existimatis, Gracchos, aut Saturninum, aut quemquam illorum veterum, quipopulares habebantur, vllum vmquá in concione habuisse conductum? nemo habuit. ipsa enim largitio, & spes commodi propositi, sine mercede vlla multitudinem concitabat. Itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graueis, & honestos homines, sed populi iudiciis, atq. omni significatione florebant. his in theatro plaudebatur: hi suffragiis, quod contenderant, cõsequebantur. horũ homines, nomen, orationẽ, vultum, incessum amabant. Qui autem aduersabantur ei generi: graues[a], & magni homines habebantur: sed valebant in senatu multùm, apud bonos viros plurimùm: multitudini iucundi non erant suffragiis offendebatur sæpe eorum voluntas: plausum verò etiã si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset, pertimescebat. Attamen, si qua res erat maior, idem ille populus, horum auctoritate maximè commouebatur. Nunc. nisi me fallit, in eo statu ciuitas est, vt,[b] si operas conducto rum remoueris, omneis idem de republica sensuri esse videantur. ¶ Etenim[c] *tribus locis significari maximè populi Romani iudicium, ac voluntas potest. concione, comitiis, ludorum, gladiatorúmque consessu.* ¶ Quæ concio fuit per hos annos, quæ quidem esset non conducta, sed vera, in qua populi[d] Romani consensus perspici posse? Habitæ sunt multæ de me à gladiatore sceleratissimo, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer: nemo illum fœdum vultum adspicere, nemo furialem vocem honus audire poterat. Erant, erant illæ conciones perditorum hominum necessariò turbulentæ. Habuit de eodem me P. Lentulus consul concionem. concursus est populi Romani factus: omnes ordines, tota in illa concione Italia constitit. egit causam summa cũ grauitate, copiáque dicendi, tanto silentio, tã ta approbatione omnium, nihil vt vmquam videretur tam populare ad populi Romani aureis accidisse. Productus est ab eo Cn. Pompeius, qui se non solùm auctorem meæ salutis, sed etiam supplicem populo R. exhibuit. huius oratio &[e] pergrauis, & grata concioni fuit. sic contendo, nũquam neque sententiam eius, auctoritate, neque eloquentiam, iucunditate fuisse maiorem. Quo silentio sunt auditi de me ceteri principes ciuitatis? quos ideò non appello hoc loco, ne mea oratio, si minùs de aliquo dixero, ingrata: si satis de omnibus, infinita esse videatur. Cedò nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem. Quis non[g] modò approbauit, sed non dignissimum facinus putauit, illum non dicam loqui, sed viuere, ac spirare[h]? qui is fuit, qui non eius voce maculari rempublicam, seque, si eum audiret, scelere adstringi arbitraretur? ¶ Venio ad *comitia*[i] siue *magistratuum* placet, *siue legum. Legas* videmus sæpe ferri multas omitto eas, quæ feruntur ita, vix vt quini, & hi ex aliak tribu, qui suffragiũ ferãt, reperiantur. De me, quem tyrannum, atque ereptorem libertatis esse dicebat, in illa ruina reipub.

a Cicero pro Rabirio Appianus ciuil. 1. 3. Valerius 2. v. Plinius c. 72. de viris illustribus.*

b *al.* Qu. vt hic fuerit Q. Varius Hispanus, qui patrẽ Scaurũ accusauit.*

c Opimium contra Gracchu; Marium contra Clauream & Saturninum priuato consilio armauit. *Plinius illo loco.**

d L. quẽ numquam vlla vis vllæ m. vlla inuid.

P. B.

e Numidicus, de quo suprà.

f Luc. Plinius c. 47. de viris illustribus.*

g In tiuum Gracchum vocat Quinctii, qui fr. Tiberii Gracchi filiũ mendicatur, Plinius *illo loco.**

h Censoris officium fuit inter cætera cẽsu prohibere.*

i L. iudicarat, kL. demoueri: l de ciuil. more v. 9. Valer. 12.

m L. demouere.

n *al.* Inscita sunt *al.* Inscitum sit. *vet.* Inscitia sit *al.* Stultitia sit.*

o L. multitudinis studium, ac populi cõ. p Legis Tabellariæ, Cassiæ mentio fit in Bruto & 3. de legibus.*

q L. Agrariam legẽ Ti. Gracchus fereb.

r Lex Agraria. quæ & Sempronia, Orat. agraria in Rullum: frumentaria in Bruto. adde Florum 58. Appianum 1. ciuil. Plutarch.*

s Lex Frumẽtaria C. Gracchi vt semissis & triens frumentũ populo daretur, Liuius 50. Plutarchus in Gracchis Plinius 65. de viris illustribus.* c de quo vide Plutarchum in Gracchis 3. Flor. 15. Appianum 1. ciuilium Liu. 60. 61. Vell. 2 & alios.* u Legis Frumentariæ inutilitas.* x L. Nunc antem nihil est. y *al.* dilectis.*

a *al.* Graues illi quidem & magni.

b *fort.* vt si operas conducitas rem. c P. Romani iudicium tribus maximè locis cernit. turin cor-

P. B.

ciones, comitiis (ad leges & magistratus) ludis* d *al.* non populi vel infra populi vel non populi: in illis fatemur locis negotio trasfecerat.*

e *al.* & pergrauis, & pergratis, & pergrata conc.

f *Ad. Aug.* maiore. g Plautag. nõ approbauit.* h *al.* respirare.*

i Com itia, alia magistratuum, alia legum.*

k *al.* quo.

reipublicæ dicit se legem tulisse. Quis est, qui se, cùm contra me ferebatur, iniisse suffragium consiteatur? cùm autem de me eodem ex senatusconsulto, comitiis centuriatis, ferebatur, quis est, qui non profiteatur se affuisse, & suffragium de salute mea tulisse? Vtra igitur causa populares debet videri: in qua omnes honestates [a] ciuitatis, omnes ætates, omnes ordines vnà consentiunt[b] an in qua furiæ concitatæ, tanquam ad funus reipublicæ conuolant? An, sicubi aderit Gellius[c], homo & fratre indignus, viro clarissimo, atque optimo consule, & ordine equestri, cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit: id erit populare? est enim homo iste populo Romano dedit[d]. Nihil vidi magis. qui cùm eius adolescentia in amplissimis honoribus summi viri, L. Philippi, vitrici, florere potuisset, vsque eò non fuit popularis, vt bona solus comesset. deinde ex impuro adolescente, & petulante, posteaquàm rem paternam ab idiotarum diuitiis[d] ad philosophorum regulam perduxit: Græculum se atque otiosum putari voluit: studio litterarũ se [e] subitò dedidit. Nihil sanè à re iuuabatur. anagnostę [g], libelli etiam pro vino sæpe oppignerabantur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Itaque semper versabatur in spe rerum nouarum: otio, & tranquillitate reipublicæ conseneſcebat. Ecquæ [h] seditio vmquam fuit, in qua non ille princeps? ecquis seditiosus, cui ille non familiaris? ecquæ i turbulenta concio, cuius ille non concitator? cui bene dixit vmquam bono? benedixit? immò, quem fortem, & bonum ciuem non petulantissimè est insectatus? qui, vt credo, non libidinis causa, sed vt plebicola [k] videretur, libertinam [l] duxit vxorem. Is de me suffragium tulit, is affuit, is interfuit epulis, & gratulationibus parricidarum [m], in quo tamen est [n] * ne vllus cum illo reo inimicus est meus suauiatus. qui, quasi mea culpa bona perdiderit, ita ob eam ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet. Vtrùm ego tibi pattimonium eripui, Gelli, an tu comedisti? quid? tu meo periculo, gurges, ac vorago patrimonij, heluabare: vt, si ego consul rempublicam contra te, & gregaleis tuos defendissem, in ciuitate esse me nolles? te nemo tuorum videre vult: omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt: te sororis filius Postumus, adolescens grauis, senili iudicio, notauit, cùm [o] in magno numero tutorem liberis non instituit. Sed elatus odio, & meo, & reipublicæ nomine, quorum ille vtri sit inimicior, nescio. plura dixi, quàm dicendũ fuit, in furiosissimum, atque egentissimum ganeonem. Illuc reuertor: contra me cùm sit actum, capta vrbe, atque oppressa, Gellium, Firmidium, Titium, eiusdem modi furias, illis mercenariis pregibus duces, & auctores fuisse, cùm ipse lator nihil ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorreret. At, cùm de dignitate mea ferebatur: nemo sibi nec valetudinis excusationem, nec senectutis, satis iustam putauit. nemo fuit, qui se non rempublicam mecum simul reuocare in suas sedes arbitraretur. Videamus nunc comitia magistratuum. Fuit *collegium* nuper *tribunitium*, in quo tres minimè, vehementer duo populares existimabantur. ex his, qui populares nõ habebantur, quibus in illo genere conductarum concionum consistendi potestas non erat, duos [a] à populo Romano prætores video esse factos: &, quantum [b] sermonibus vulgi, & suffragiis intelligere potui, præ se populus Romanus ferebat, sibi illum in tribunatu Cn. Domitij animum constantem, & egregium, atque [c] Qu. Ancharij fidem, ac fortitudinem, etiam si nihil agere potuissent, tamen voluntate ipsa gratum [d] fuisse. Iam de C. Fannio quæ sit existimatio, videmus: quod iudicium populi Romani in honoribus eius futurum sit, nemini dubium esse debet. Quid? populares illi duo quid egerunt? alter, qui tamen se continuerat, tuletat nihil: sentserat tantùm de republica aliud, atque homines exspectabant, vir & bonus, & innocens, & bonis viris semper probatus: quòd parùm videlicet intellexit in tribunatu, quid verò populo probaretur, & quòd illum esse populum Romanum, qui in concione erat, arbitrabatur, non tenuit eum locum, in quem, nisi populares esse voluisset, facillimè peruenisset. alter, qui ita se in populari ratione iactarat, vt auspicia, legem [e] Æliam, senatus auctoritatem, consulem, collegas, bonorum iudicium, nihil[f] putaret, ædilitatem petiuit cũ bonis viris, & hominibus primis, sed non præstãtissimis opibus, & gratia: tribũ suam non tulit: Palatinã denique, per quam omnes illę pestes vexare populum R. dicebantur, perdidit: nec quidquã illis comitiis, quod boni viri vellent, nisi repulsã, tulit. Videtis igitur, populũ ipsum, vt ita dicam, iam nõ esse popularẽ, qui ita vehemẽter eos qui populares habentur, respuat: eos autem, qui ei generi aduersantur, hõnore dignissimos iudicet. ¶ Veniamus *ad ludos*. Facit enim, iudices, vester in me animorum, oculorũmque contuitus [g], vt mihi iam licere putem remissiore vti genere dicendi. *Comitiorũ, & concionum significationes, interdum veræ sunt, nonnumquam vitiatæ, atque corruptæ: theatrales, gladiatoriique consessus, dicuntur omnino solere, leuitate nonnullorum, emtos plausus & exileis, & raros excitare.* attamen facile est, cùm id fit, quemadmodum, & à quibus fiat, & quid integra multitudo faciat, videre. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi ciuium maximè applaudatur? neminem vestrùm fallit. sit hoc sanè leue: quod non ita est, quoniam [h] optimo cuique impertitur: sed, si est leue, homini graui leue *est: ei* [i] *verò, qui pendet à* [k] *rebus leuissimis: qui rumore, &* (vt ipsi loquuntur) *fauore populi tenetur, & ducitur: plausum, immortalitatem: sibilum, mortem videri necesse est.* Ex te igitur, Scaure, potissimùm quæro, qui ludos apparatissimos [l], magnificentissimosque fecisti, ecquis istorum popularium tuos ludos adspexerit: ecquis se theatro, populóque Romano commiserit. Ipse ille maximè ludius [m], non solùm spectator, sed actor, & acroama: qui omnia sororis embolia [n] nouit: qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur: nec tuos ludos adspexit in illo ardenti tribunatu suo, nec vllos alios, nisi eos, à quibus vix viuus effugit. Semel, inquam, se ludis homo popularis commisit omnino, cùm in templo Virtutis honos habitus esset Virtuti, C. que Marij, conseruatoris huius imperij, monumentum, municipi eius, & reipublicæ defensori sedem ad

a L. ætates ciuitatis. omnes ord.
b L. an in quam
c de quo multa hic ad feras
d Pantag. deliciis.*
e al. se ubito dedit.
f L. Attæ iubilant, anagn. & ita quæ Vitellius vt ad Asiam refe. eadem portam. legum arte imbuebatur. vel arte adimbuebatur. vel chartæ adimbuebat. al. Nihil sane te iuuabant anagno stæ. Pantag. à re.*
g Anagnostæ lectores.*
h L. Equa f.
i L. Equa
k L. publico
l Nuptiæ cũ libertina.*
m L. parricidarum.
n L. est me quis, cùm illo ore inimicus esse inimicus. Pluta in quo tamen est me virtus, cũ illo ore inimicũ est meum ore suauiatus. quo esset quamobrem inimicus illi meus esset quis.* Notari vi detur, qui à periculo liberi sunt.*
a L. duo à populo & ita v. c.
b L. quantũ ex sermonibus,
c L. & Q. Ancharij fid.
d L. gratam f.
P. XXIX.
e Legem Æliam de obnuntiatione intelligit cuius meminit oratione pro domo, de Haruspicum responsis & in Vatinium.*
f al. nihil putaret,
g L. coniectus. ‖ ver. cõtactus.*
P. 5.
h al. quando.*
i al. ei qui pendet.
k al. qui rebus.*
l M. Scaurus Aedilis, ad Scænam theatri temporarij & vix vno mense futuri in vsu. 360. columnas trãsportari curauit 36. vlin. 2. Idem induxit scænæ exquisitum genus vestis 2. Valer. 2.* m Ludius vnde dictus vide apud Valerium 2. c. 4.*
n Embolia, versus intercalares, & instrumẽtum iniectorium hic vero obscenè vsurpatur.*

salutem præbuisset. Quo quidem tempore, quid populus Romanus sentire se ostenderit, vtroque in genere declaratum est: primò, cùm, audito S. C. ore [a] ipsi, atque absenti senatui plausus est ab vniuersis datus: deinde, cùm senatoribus singulis spectatum è senatu redeuntibus. Cùm verò ipse, qui ludos faciebat, consul assedit: stantes, &, *manibus* [b] *passis*, gratias agentes, & lacrymantes gaudio, suam erga me beneuolentiam [c], ac misericordiam declararunt. At, cùm ille furibundus, in citata illa sua vecordi mente, venisset: vixse populus Romanus tenuit: vix homines odium suum à corpore eius impuro [d], atque infando repressserunt. voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt. Sed quid ego populi Romani animum, virtutémque commemoro, libertatem iam ex diuturna seruitute respicientis in eo homine, cui tum petenti iam ædilitatem ne histriones quidem coràm sedenti pepercerũt? Nam [e] cùm ageretur Togata [f], Simulans [g], vt opinor, caterua tota clarissima [h] contentione in ore impuri hominis imminens concionata est, *Huic vitæ tuæ —— &c. Post principia, atque* [k] *exitus vitiosæ vitæ.* Sedebat exanimatus: & is, qui antea cantorum conuicio [l] conciones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus eiiciebatur. Et, quoniam facta mentio est ludorum, ne illud quidem prætermittam, *in magna varietate sententiarum, numquam vllum fuisse locum, vt quo aliquid à poeta dicta, cadere in tempus nostrum videretur, quod aut populum vniuersum figeret, aut non exprimeret ipse actor.* Et, quæso, hoc loco, iudices, nequa me leuitate ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis, si de poetis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar. Non sum tam ignarus, iudices, causarum, non tam insolens [m] in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omneis vndique flosculos carpam, atque delibem. scio, quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio, quid illi [n] conuentus, quid dignitas P. Sextij, quid periculi magnitudo, quid ætas, quid honos meus postulet. Sed [o] mihi sumsi hoc loco doctrinam quandam iuuentuti [p], qui essent optimates. in ea explicanda demonstrandum est, non esse populareis omneis eos, qui putentur. Id facillimè consequar, si vniuersi populi iudicium verum, & incorruptum, &, si intimos sensus ciuitatis expressero. Quid fuit illud, quòd, recenti nuntio de illo S. C. quod factum est in templo Virtutis, ad ludos, scenámque perlato, confessu maximo, summus artifex, & mehercule semper partium in republica, tanquã in scena, optimatium [q], flens, & recenti lætitia & misto dolore, ac desiderio mei, egit apertè multo grauioribus verbis meã causam, quàm egomet de me agere potuissem? summi enim poetæ ingenium non solùm arte sua, sed etiam dolore exprimebat.

Quam [r] *enim certo animo qui rempublicam adiuuerit, steterit cum Achiuis.* Vobiscum me stetisse dicebat, vestros ordines demonstrabat, reuocabatur ab vniuersis.

Re dubia, nec dubitarit vitam offerre, nec capiti pepercerit.

Hæc quãtis ab illo clamoribus agebantur? cùm iam, omisso gestu, verbis poetæ, & studio actoris, & exspectationi nostræ plauderetur? *Summum amicum, summo in bello* — (nam illud ipse actor adiungebat amico animo: & fortassis homines propter aliquod desiderium approbabant) *summo ingenio præditum.* Tum illa quanto cum gemitu populi Ro. ab eodẽ paullo pòst in eâdẽ fabula sunt acta?

O pater.

Me, me ille absentem, vt patrem deplorandũ putarat [a], quem Qu. Catulus [b], quem multi alij sæpe in senatu patrem patriæ nominarant. Quanto cum fletu de illis nostris incendiis, ac ruinis, cùm patrem pulsum, patriam afflictam deploraret, domum incensam, euersámque? sic egit, vt demonstrata pristina fortuna, cùm se conuertisset,

Hæc omnia vidi inflammari:

fletum etiam inimicis, atque inuidis excitaret. Prò, dij immortaleis! quid? illa quemadmodum dixit idem? quæ mihi quidem ita & acta, & scripta videntur esse, vt vel à Catulo, si reuixisset, præclarè posse dici viderentur. is enim liberè reprehendere, & accusare populi nonnumquam temeritatem solebat, aut errorem senatus:

O ingratificos Argiui, inanes Graij, immemores beneficij.

Non erat illud quidem verum. non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem à quo acceperant, non liceret: nec vnus in quẽquam vmquam gratior, quàm in me vniuersi. sed tamen illud scripsit dissertissimus poeta pro [c] me: egit fortissimus actor, non solùm optimus, de me, cùm omnes ordines demonstrarent, senatum, equites R. vniuersum populum Romanum accusaret.

Exsulare simus, fuerimus [d] *pelli, pulsum patiminí.* Quæ tum significatio fuerit omnium, quæ declaratio voluntatis ab vniuerso populo Ro. in causa hominis non popularis [e] audiebamus: existimare [f] faciliùs possunt, qui adfuerunt. Et, quoniam me huc prouexit oratio, histrionicarum meum toties collacrymauit, cùm ita dolenter ageret causam meam, vt vox eius illa præclara, lacrymis impediretur. neque poetæ, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt: eáque populus Romanus non solùm plausu, sed etiam gemitu suo comprobauit. Vtrùm igitur hæc Æiopum potiùs pro me, aut Accium dicere oportuit, si populus Ro. liber esset, an principes ciuitatis? Nominatim sum appellatus in Bruto.

Tullius, qui libertatem ciuibus stabiliuerat, millies reuocatum [g] est. Patiúmne videbatur populus Romanus iudicare, id à me, & à senatu esse constitutum, quod perditi ciues sublatum per nos criminabantur? Maximum verò populi Romani iudicium vniuerso *consessu i gladiatorio* declaratum est. erat enim munus Scipionis, dignum & eo ipso, & illo Qu. Metello, cui dabatur. Id autem spectaculi genus erat quod omni frequentia, atque omni genere hominum celebratur: quo multitudo maximè delectatur. In hunc consessum P. Sextius tribunus pl. cùm ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit, & se populo dedit, non plausus cupiditate, sed vt ipsi inimici nostri voluntatem vniuersi populi viderent. venit (vt scitis) ad columnam [k] Mæniam. tantus est ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, vt numquam maior consensio, aut apertior populi R. vniuersi fuisse vlla in causa diceretur. Vbi erant tum illi concionum moderatores,

a L. auctori ipsi, atque abs. [al. præconi ipsi al. consuli ipsi*
b Manibus passis gratias interdum agebant.
c v.c. beniuol.
d v.c. impuro,
e Fabula in Clodium. Imò non Fabula, sed ex fabula actio locus insignis aduersus Albinouanum.*
f Togata *nomen Comediæ Iambum vero legit* Telamon.*
g Simulans nomen comœdiæ ab Afranio scriptæ. quæ citatur à Nonio.*
h clarissima concentione i. L. posi, Princip.*
k al. ecquis exitus otioso vitæ.*
l Pantagath. comitio.*
m al. insolens dicendo n al. ille.*
o fort. sed qua mihi & post inuenièdi pro inuentui.*
p fort. inuenendi vt g.*
q *l.* optimatium,
r *l.* Quid enim? Qui rẽp certo animo adiuuarit. steterit cum Achiuis v.
a L. putabat b vel. vt plurimi tardius C. Appianus M. Cato vir quique ita ea ipsa esse.*
c L. pro Tullio famoso,
d *l.* si fas sit.
e L. equidẽ audiebamus. exit. f. al. æstimare
f fortasse tantum. vel repetitum.* h al. Patiúmne videbatur populum R.
i Comitias gladiatorius.*
k De columna Mœnia dictum in Verrinis.*

deratores,legum domini,ciuium expulsores? aliúsne est aliquis improbis ciuib. peculiaris populus, cui nos offensi [a], inuisique fuerimus? Equidem existimo,nullum [b] tempus esse frequentioris populi,quàm illud gladiatorium:neque concionis [c] vllius, neque verò vllorum comitiorũ.Hæc igitur innumerabilis hominum multitudo,hæc populi R. tanta significatio,sine vlla varietate vniuersi, cùm illis ipsis diebus de me actum iri putaretur, quid declarauit,nisi optimorum ciuium salutem,& dignitatem,populo R. caram esse vniuerso? At [d] verò & ille tribunus pl.qui de me, non patris,aui,proaui,maiorum denique suorum omnium, sed Græculorum instituto, concionem interrogare solebat, *Velletne me redire:*&,cùm erat reclamatũ semiuiuis mercenariorum [e] vocibus, populum R. negare dicebat: is,cùm quotidie gladiatores spectaret,nunquã est conspectus.cũ veniret,emergebat [f] subitò,cùm sub tabulas subrepserat,vt

Mater te appello--

dicturus videretur. Itaque illa via latebrosa, qua spectatum ille veniebat,Appia [g] iam vocabatur.qui tamen, quoquo tempore conspectus erat,non modò gladiatores, sed equi ipsi gladiatorum repentinis sibilis extimescebant. Videúsne igitur,quantum inter populũ R. & concionem interfit?dominos concionum omni odio populi notari?quibus autem consistere in operarum concionibus non liceat, eos omni populi R. signi ficatione decorari? Tu mihi etiam M.Atilium Regulum commemoras,qui [h] redire ipse Karthaginem sua voluntate ad supplicium, quàm sine ijs captiuis, à [i] quibus ad senatum missus erat,Romæ manere maluerit? & mihi negas optandum reditum fuisse per familias comparatas, & homines armatos? Vim scilicet ego desideraui, qui, dum vis fuit, nihil egi, & quem, si vis non fuisset,nullares labefactare potuisse? ¶Hunc [k] ego reditum repudiarem, qui ita florens fuit, vt vereat,nequis me studio gloriæ putet iccirco exisse,vt ita redirem? Quem enim vmquã senatus,ciuem,nisi me,nationibus exteris cõmendauit?cuius vmquam propter salutem, nisi meam, senatus publicè sociis populi R. gratias egit?de me vno P.C.decreuerunt, *Vt, qui prouincias cum imperio obtinerent, qui quæstores, legatique essent, salutem, & vitam meam custodirent.* In [l] mea vna causa post Romam conditam factum est, vt litteris consularibus ex senatusconsulto, cuncta ex Italia, *omnes* [m] *qui remp. saluam vellent, tonuocarentur.* Quod numquam senatus in vniuersæ reip.periculo decreuit, id in vnius mea salute conseruanda decernendum putauit. Quem curia magis requisiuit? quem forum luxit?quem æquè ipsa tribunalia desideraue-runt? Omnia discessu meo deserta, horrida, muta,plena luctus, & mæroris fuerunt. Quis est Italiæ locus,in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ, testimonium dignitatis? Nam [n] quid ego illa de me diuina senatusconsulta commemorem? vel quod in templo Iouis optimi maximi factum est,cùm vir [o] is,qui tripartitas [p] orbis terrarum oras, atque regionis tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit, de scripto sententia dicta, mihi vni testimonium *patriæ conseruatæ* dedit? cuius sententiam ita frequentissimus senatus secutus est, vt vnus

a *al.* offensi*

b Gladiatorium hui⁹ summa fuit frequentia.*

c Concio à comitiis distinguitur,vide Gellium.*

d L. At vero ille trib.

e *al.* mercenariorũ voc.

f *al.* sed emergebat subito.

g *Sic* Atilia iam voc.

P. XXXII.

h De Atilio Regulo alias dixi.*

i *al.* de.*

k REDITVS Ciceronis causa & fundam.*

l L. Lentul. mea causa

m De hac formula dixi oratione Post reditum

P. 8. n *al.* Nam quid ego &c. diuina illa de me sen. o Pompeius p Lat. tripertitas à Vide. Plin. hunc sim. gium ex vetere parte.*

A

B

C

D

E

F

G

H

dissentiret hostis: idque ipsum tabulis publicis mandaretur, ad memoriam posteri temporis sempiternam:vel quod est postridie decretum in curia,populi ipsius R.& eorum,qui ex municipiis conuenerant,admonitu,*ne quid de cælo seruaret?* ne quis moram vllam afferret:si quis aliter fecisset, eum planè euersorem reip.fore, idque senatum grauissimè laturum: & vt statim de eius facto referretur? Qua grauitate sua,cùm frequens senatus nonnullorum scelus,audaciámque tardasset: tum illud addidit,nisi diebus quinq;,quibus agi de me potuisset,non esse actum, redirem in patriam, dignitate omni recuperata. Decreuit eodem tempore senatus, Vt ijs, qui ex tota Italia salutis meæ causa conuenerant,agerentur gratiæ:atque [a] vt iidem ad [b] res redeuntes,vt venirent,rogarentur. Hæc erat studiorum in mea salute contentio:vt ij,qui à senatu de me rogabantur, ijdem senatui pro me supplicarent. Atque ita in his rebus vnus est solus inuentus, qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palàm dissideret, vt etiam Q.Metellus consul, qui mihi vel maximè ex magnis contentionibus reip,fuisset inimicus, de mea salute retulerit.Qui [c] excitatus summa cum auctoritate [d], P.Seruilij quadam grauitate dicendi, cùm ille omneis propè ab inferis euocasset Metellos, & ad illius generis, quod sibi cum eo commune esset, dignitatem, propinqui sui mentem à Clodianis latrociniis reflexisset: cúmque eum ad domestici exempli memoriam, & [e] ad vnum dicto citius Metelli casum vel gloriosum, vel grauem conuertisset:collacrymauit [f], vt vir egregius,ac verè Metellus,totúmque se P [g]. Seruilio dicenti etiam tum tradidit:nec illam diuinam grauitatem, plenam antiquitatis, diutius homo eiusdem sanguinis potuit sustinere, & mecum absens beneficio [h] redijt in gratiam.Quod certè,*si* [i] *est aliquis* [k] *sensus in morte* præclarorum virorum.cùm omnibus Metellis,tum verò vni viro fortissimo,& præstantissimo ciui,gratissimum,fratri suo, fecit, socio laborum, periculorum, consiliorum meorum.Reditus verò meus qui fuerit, quis ignorat ? quemadmodum mihi aduenienti tanquam totius Italiæ,atque ipsius patriæ dexteram porrexerint Brundisini ? cùm ipsis nonis [l] Sext.idẽ dies aduentus mei fuisset,qui [m] reditus [n] natalis:idem charissimæ filiæ?quam ex grauissimo tum primùm desiderio, luctúque conspexi:idem etiam ipsius coloniæ Brũdisinæ [o]:idem [p], vt scitis?cúmque me domus eadem optimorum, & doctissimorum virorum,Lenij Flacci & patris,& fratris eius lætissima accepisset, quæ proximo anno mærens receperat, & suo præsidio, periculóque defenderat?cúmque itinere toto vrbes Italiæ festos dies agere aduentus mei videbantur? viæ multitudine legatorum, vndique missorum celebrabantur? ad vrbem accessus incredibili hominum multitudine, & gratulatione florebat? iter à porta, in Capitolium adscensus, domum reditus erat eiusmodi, vt summa in lætitia illud dolerem, ciuitatem tam gratam, tam miseram, atque oppressam fuisse? Habes igitur,quod ex me quæsisti, qui essent optimates.non est natio,vt dixisti :quod ego verbum agnoui : est enim illius, à quo vno

a *Atque vt* iidem, ad illam dem. res cum ve dissent vt ve nirent,rogarentur.

b Redire ad res vel ad res redire, quid esset dixi in orat. post reditu.

c L. Qui ex ceratus cum summa auctoritate P. Seruil. tum incredibili quad.gr.

d *vel* auctoritate vestra, tunc P. Seruilio* P.XXXIII.

e L. & ad Numidici illius Metelli c.‖ *al.* & ad vnius Numidici Metelli casum.*

f L.collacry mauit vir

g L.P. Seruilio etiam tum dicenti, trad.

h *al.* beneficio suor.

i veteres in mentione defunctorum ita plerunque loquebantur *adde Philippica vbi dixi 9. & 4. famil.* 5.*

k *al.* aliqui sens

l confer locum 4 epist. ad Atticum* m *L.* qui reditus natalis idem carissimæ fil.

n *Petr. Fab. Thol.* reditus? natalis idem carissimæ filiæ? *& post* Brund. næ dies *Pantagathus* qui natalis idem carissimæ filiæ quam ego grauissimo,tum primum,desiderio, luctúque conspexi:idẽ etiam ipsius coloniæ Brũdusinæ idem & salutis: vt salutis Augurium in Quirinali, vicinũ Atticæ notetur *adde 4. ad Atticum* 1.‖

o *al.* Brũdusinenses *vt* 3. dixi. *Ant. Aug.* Brũdusini ædeductionis *ex vet* na

p *L.* idem salutis, vt scitis, *& ita Mantins Lambinus vero.* & salutis.*

talis deductionis. *Aptius esset* natalis coloniæ P. *ant.* idem &

maximè P.Sextius se oppugnari videt, hominis eius, qui hanc nationem deleri, & concidi cupiuit: qui C.Cæsarem, mitem hominem, & à cæde abhorrentem, sæpe increpuit, sæpe accusauit, cùm affirmaret, *illum numquam, dum hac natio viueret, sine cura futurum.* nihil profecit de vniuersis: de me agere non destitit: me oppugnauit primùm per indicem [a] Vettium, quem in concione de me, & de clarissimis viris interrogauit. in quo tamen eos ciueis coniunxit eodem periculo, & crimine, vt à me inierit gratiam, quòd me cum amplissimis, & fortissimis viris congregauit. Sed postea mihi, nullo meo merito, nisi quod bonis placere cupiebam, omneis est insidias sceleratissimè machinatus. Ille ad eos, à quibus audiebatur, quotidie aliquid [b] defecti afferebat: ille hominem mihi amicissimum, Cn. Pompeium, monebat, vt meam domum metueret, atque [c] à me ipso caueret: ille se sic cum inimico meo copulat, *vt illum meæ proscriptioni*, quam adiuuabat Sex. Clodius, homo iis dignissimus, quibuscum viuit, *tabulam esse, se scriptorem diceret*: ille vnus ordinis nostri discessu meo, luctu vestro palàm exsultauit. de quo ego, cùm quotidie rueret, verbum feci, iudices, numquam: neque putaui, cùm omnibus machinis, ac tormentis, vi, exercitu, copijs oppugnarer, de vno sagittario me queri conuenire. Acta [d] mea illi displicere, quis nescit? qui legem [e] contemnat, quæ dilucidè *vetat, Gladiatores biennio, [f] quo quis peterit, aut petiturus sit*, [g] *dare*? In quo eius temeritatem satis mirari, iudices, non queo. facit apertissimè contra legem: facit is, qui neque elabi ex iudicio iucunditate sua, neque emitti gratia potest: neque opibus, & potentia leges, ac iudicia perfringere. Quæ res hominem impellit, vt sit tam intemperans? ista nimia gloriæ cupiditate familiam gladiatoriam, credo, nactus est, speciosam, nobilem, gloriosam, notat studia populi: videbat clamores, & concursus futuros. Hac exspectatione elatus homo, flagrans cupiditate gloriæ, tenere se non potuit, quin hos gladiatores induceret, quorũ esset ipse pulcherrimus. Si ob eam causam peccaret, & pro recenti populi R. in se beneficio, populari studio elatus: tamen ignoscere mihi nemo. cùm verò ne de venalibus [i] quidem homines electos, sed ex ergastulis [k] emtos, nominibus glodiatoriis ornarit, & sortitò alios Samnites [l], alios Prouocatores fecerit: tanta licentia, tanta legum contemtio ne non habitura sit exitum, non pertimescit? Sed habet defensiones duas: primum, *Do*, inquit, *bestiarios*: lex est scripta *de gladiatoribus*. Festiuè. Accipe aliquid [m] etiam acutius. dicit se non gladiatores, sed vnum [n] gladiatorem dare, & totam ædilitatem in munus hoc transtulisse. Præclara ædilitas. vnus leo. ducenti bestiarij. Verùm vtatur hac defensione: cupio eum suæ causæ confidere. Solet enim tribunos pl. appellare, & vi iudicium disturbare, cùm diffidit. quem non tam admiror, quod meâ legem contemnat, hominis inimici, quàm [p] quòd se statuit omnino consularem legem nullam putare. Aciliam [q], Didiam [r], Liciniam, Iuniam [s] contemsit. Etiámne eius, quem sua lege, & suo beneficio ornatum, munitum, armatum solet gloriari, C. Cæsaris legem de pecunijs repetundis non putat esse legem? Et aiũt, alios esse, qui acta Cæsaris rescindant, cùm hæc optima lex, & ab illo socero eius, & ab hoc assecla negligatur? Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos iudices, vt aliquando essetis seueri, aliquando medicinam adhiberetis reip. Non est ea medicina, cùm sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina est ista, & crudelitas. hi medentur reip. qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis. ¶ Sed, vt [a] extremum habeat aliquid [b] oratio mea, & vt ego antè dicendi finem faciam, quã vos me tam attentè audiendi, concludam illud de optimatibus, eorũque principibus, ac reip. defensoribus: vósque, adolescentes, &, qui nobiles estis, ad maiorum vestrorum imitationem *excitabo* [c], & qui ingenio, & virtute nobilitatem potestis consequi, ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore, & gloria floruerunt, cohortabor. *Hæc est vna via, mihi credite, & laudis, & dignitatu, & honoris: à bonis viris, sapientibus, & bene natura constitutis, laudari, & diligi: nosse descriptionem [e] ciuitatis, à maioribus nostris sapientissimè constitutam: qui [d] cùm regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creauerunt, vt consilium senatus reipublicæ proponerent [e] sempiternum: deligerentur autem in id consilium ab vniuerso populo, aditúsque in illum summum ordinem omnium ciuium industriæ, ac virtuti pateret. senatum [f] reipublicæ custodem, præsidem, propugnatorem collocauerunt: huius ordinis auctoritate vti magistratus, & quasi ministros grauissimi consilij esse voluerunt: senatum autem ipsum, proximorum ordinem splendore confirmari: plebis libertatem, & commoda tueri, atque augere voluerunt. Hæc qui [g] pro virili parte defendunt, optimates sunt, cuiuscumque [h] sint ordinis: qui autem præcipuè suis ceruicibus tanta munia, atque rempublicam sustinent, ij semper habiti sunt optimatum principes, auctores, & conseruatores ciuitatis. Huic hominum generi fateor, vt antè dixi, multos aduersarios, inimicos, inuidos esse, multa proponi pericula, multas inferri iniurias [k], magnos esse exeundos & subeundos labores: sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia: cum dignitate, non cum voluptate: cum ijs, qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno, & conuiuijs, & delectationi natos arbitrantur. Nam, si qui voluptatibus ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt: missos faciant honores, nec] attingant rempublicam: patiantur [m] viros fortes labore, se otio suo perfrui. Qui autem bonam famam bonorum, quæ sola verè gloria nominari potest, expetunt, alijs otium quærere debent, & voluptates, non sibi. sudandum est his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeunda sæpe pro republica tempestates: cum multis audacibus, improbis, nonnumquam etiam potentibus, dimicandum.* Hæc audiuimus de clarissimorum virorum consiliis, & factis hæc accepimus, hæc legimus. neque [n] eos in laude positos videmus, qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem, aut qui largitione cæcarunt mentes imperitorum, aut qui forteis, & claros viros, & bene de republica meritos in inuidiam aliquam vocauerunt. Leueis hos semper nostri homines, & audaceis, & malos, & pernicioseis ciueis putauerunt. At verò qui horum impetus,

a *al.* Iulicè: cognomen enim Vettiorum Iudex.*

b *l.* aliquid de me ficti afferebat: *al.* aliquid deferebat:

c *fort.* atque à me ipso sibi caueret:

d L. Acta mea ait sibi displicere. Quis nescit e Legem suã hoc est Tulliam iudicat. quam de ambitu tulit in suo consulatu, cuius meminit infra oratione in Vatinium. Hanc Senatusconsultũ consecutum videtur vt dixi oratione pro Murena*

f magistratus biennio nonnumquã integro petiti.*

g *al.* petat.*

h *subaudi* magistratũ.*

i Venales seruos ad gladiatorum munus fuisse hinc colligimus.*

k Ergastula loca quibus gladiatores cõtinebãtur & instituebantur.*

l Gladiatorum alij Samnites, alij Prouocatores.*

m L. aliud etiam] acutius, & dicit n Pantag. vnam venationem dare.*

o L. demitor,

p L. quàm quod statuat omn.

q L. Cæciliã, Didiã*] Porro siue Cæciliam siue Aciliam, erit vtraque repetũdarum.*

r Lex Didia & Licinia sumptuariæ

s mem nit a. ad Atticum 20. & lib 4.*

a PER ORATIO cius Tus partes duæ Cohortatio & Assentatio.*

b *al.* aliquod.

c Cohortatio*

c Ciuitatis Romanæ descriptio ordinum & iunctio.* d vide Halicarnassæum 4. & 5. Liuium e L. præponerent f.

f Senatus Reipublicæ custos, præsidium, propugnator.*

g Optimates & optimatum principes qui.*

h Optimates Romæ quo ordine & partes & quæstis plebeij.*

k *al.* iudicium.

l Insania

m *vel.* patiatur viros fortes, laborum patientes sui. C. L. patiantur viros fortes, laborum patientes, honorib. frui &

n De seditiosis locis, adnexus sedit. osos etiam.*

impetus,& conatus represserunt:qui auctoritate,qui fide,qui constantia,qui magnitudine animi,consiliis audacium restiterunt: ij graues,ij principes, ij duces, ij auctores huius dignitatis,atque imperij semper habiti sunt. Ac, ne quis ex nostro,aut aliquorum prætereà casu hanc vitæ viam pertimescat:vnus in hac ciuitate,quem quidem ego possim dicere, præclarè vir de republica meritus, L. Opimius [a], indignissimè concidit:cuius monumentum [b] celeberrimum in foro, sepulcrum desertissimum in littore Dyrrhachino relictum est. Atque hunc tamen flagrantem inuidia propter interitum C. Gracchi,semper ipse populus R. periculo liberauit,alia quædam ciuem egregium iniqui iudicij procella peruertit. ceteri verò aut repentina vi perculsi,ac tempestate populari, per populum tamen ipsum recreati sunt,atque reuocati:aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. At verò *ij qui senatus consilium,qui auctoritatem bonorum, qui instituta maiorum neglexerunt, & imperitæ,aut concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt : omnes ferè reipublicæ pœnas aut præsenti morte, aut turpi exsilio* [c] *dependerunt.* Quòd si apud Athenienses,homines Græcos, longè à nostrorum hominum grauitate disiunctos, non deerant [d] qui rempublicam contra populi temeritatem defenderent,cùm omnes, qui ita fecerant, è ciuitate eiicerentur : *si Themistoclem illum, conseruatorem patriæ, non deterruit à rep. defendenda nec Miltiadis calamitas, qui illam ciuitatem paullò antè seruarat,nec Aristidis fuga* [e], *qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur : si postea summi eiusdem ciuitatis viri, quos nominatim appellari non est necesse, proposito tot exemplo iracundiæ, leuitatisque popularis, tamen suam remp. illam defenderunt: quid nos tandem facere debemus, primùm in ea ciuitate nati,vnde orta mihi grauitas, & magnitudo animi videtur: tum in tanta gloria insistentes,vt omnia humana leuiora videri debeãt: deinde,ad eam rempublicam tuendam aggressi, quæ tanta dignitate est, vt eam defendentem occidere non aliud sit, quam* [g] *oppugnantem rerum potiri?* Homines Græci,quos antea nominaui,iniquè à suis ciuibus damnati,atque expulsi, tamen, quia bene sunt de suis ciuitatibus meriti,tãta hodie gloria sunt,nõ in Græcia solùm, sed etiam apud nos,atque in ceteris terris, vt eos,à quibus illi oppressi sunt,nemo nominet horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant. Quis Karthaginiensiũ plutis fuit Annibale [h],consilio,virtute,rebus gestis : qui vnus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio,& de gloria decertauit? huncsui [i] ciues è ciuitate eiecerunt:nos etiam hostem litteris nostris,& memoria videmus esse celebratum. Quare imitemur nostros Brutos,Camillos,Halas [k],Decios, Curios,Fabricios,Maximos,Scipiones, Lentulos, Æmilios [l],innumerabileis alios, qui hanc rempublicam stabiliuerunt: quos equidem in deorum immortalium cœtu, ac numero repono. *amemus patriam,pareamus senatui, consulamus bonis: præsenteis* [m] *fructus negligamus: posteritatis & gloriæ seruiamus:id esse optimum putemus. quod erit rectissimum : speremus quæ volumus,sed quod acciderit, feramus : cogitemus denique,corpus virorum fortium,magnorúmque hominum,esse mortale,animi verò motus, & virtutis gloriã sempiternam*:neq. hanc opinionẽ si in illo sanctissimo Hercule consecratã [n] *videmus,cuius* corpore ambusto,vitam eius, & virtutem immortalitas excepisse dicitur, minùs existimemus,eos, qui hanc tantam rempublicam suis consiliis,aut laboribus,aut [a] auxerint,aut defenderint,aut seruarint, esse immortalem gloriam consecuturos [b]. ¶Sed [c] me repentè,iudices,de fortissimorum, & clarissimorum ciuium dignitate,& gloria dicentem,& plura etiam dicere parantem,horũ adspectus in ipso cursu orationis repressit. Video P. Sextium meæ salutis,vestræ auctoritatis publicæ caulę defensorem, propugnatorẽ, auctorem [d], reum video hunc prætextatum eius filium oculis lacrymantibus me intuentem:video Milonem,vindicem vestræ [e] libertatis,custodem salutis meæ,subsidium afflictę reipublicę,exstinctorem domestici latrocinij, repressorem cædis quotidianæ, defensorem templorum, atque tectorum, præsidium curiæ,sordidatum & reum: video P. Lentulum, cuius ego patrem,deum, ac parentem statuo fortunæ,ac nominis mei,& [f] fratris, rerúmque nostrarum, in hoc misero squalore, & sordibus:cui superior annus idem & virilem patris,& prætextam, populi iudicio, togam dederit [g], hunc hoc anno in hac toga, rogationis iniustissimæ subitam acerbitatem pro patre fortissimo,& clarissimo ciue deprecante. Atque hic tot,& taliũ ciuium squalor, hic luctus, hæ sordes, susceptæ sunt propter vnum me,quia me defenderunt,quia meum casum,luctúmque doluerunt,quia me lugenti patriæ,flagitanti senatui,poscenti Italiæ,vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me scelus? quid tantoperè deliqui illo [h],illo die,cum ad vos indicia, litteras,confessiones communis exitij detuli? cùm parui vobis? Ac,si sceleſtum est amare patriam, pertuli pœnarum satis: euersa domus est,fortunæ vexatæ,dissipati liberi, raptata [i] coniunx [k],frater optimus, incredibili pietate,amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum : ego pulsus aris,focis, diis penatibus, distractus à meis,carui patria,quam(vt leuissimè dicam) certè texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium [l], fraudem inuidiorum. Si hoc non est satis, quòd hæc omnia deleta videntur reditu meo: multo mihi, multo,inquam,iudices,præstat,in eandem illam recidere fortunam,quàm tantam importare meis defensoribus, & conseruatoribus calamitatem. An ego in hac vrbe esse possum [m],his pulsis, qui me huius vrbis compotem fecerunt?non ero.non potero esse,iudices:neque hic vmquam puer, qui his lacrymis,qua sit pietate,declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumen videbit: nec, quotiescumque me viderit, ingemiscet, ac pestem suam, & patris sui,sese dicet videre.Ego verò vos in omni fortuna, quæcumque erit oblata, complectar : nec me ab ijs, quos meo nomine sordidatos videtis, vmquam [n] vlla fortuna diuellet : neque eæ nationes, quibus me senatus commendauit, quibus de me gratias egit,hunc exsulem propter me sine me videbunt. Sed hæc dij immortales, qui me suis templis aduenientem receperuut,stipatum ab his viris,& P. Lentulus consul,atque ipsa respublica,qua nihil est sanctius,vestræ potestati, iudices, commisę-

a Idem vide Velleium 2.*

b Monumẽtum hîc distinguitur à sepulchro.*

c L. exsulto

d hos postea reuocãt.*

e Quidã Aristidem iustum vide Plutarchum in Aristide.

f Lucãm puta

g Quàm pugnantem

h L. Hanni bale

i Annibal eiectus a suis

k L. Athalas

l Vide Aimilios

m Vide præsentis

n Vide Posteritatis gloriæ

a v. c. aut auxerũt, aut defenderunt, aut seruarũt, &c.

b v. c. consecutos P. B.

c Affe uit*

d v. c. actorẽ

e al. nostræ

f cæpula, &, abest à v. c.

g v. c. dedit.

h v. c. illo die,

i al. iactata K L. coniux

l Ant. Aug. infidorum.*

m al. possim

n al. vlla vmquam

runt. vos hoc iudicio omnium bonorum menteis confirmare, improboru reprimere potestis: vos his ciuibus vti optimis, vos me reficere, & renouare temp. potestis. Quare vos obtestor, atque obsecro, vt, si me saluum esse voluistis, eos conseruetis, per quos me recuperauistis.

IN [a] VATINIVM.

ORATIO TRICESIMATERTIA.

Quæstio *an Vatinio teste aduersus P. Sextium fides adhibenda sit?* Cicero *fidem adhibendam vt impurissimo & multum modis corrupto, negat.* Acta *eodem anno quo superior.*

[a] Interrogatio est in Vatinium testē: quo in genere interrogandi testis, ingeniū oratoris elucebat Cicero 1. Famil. 5. 9. Quintil. 7.* [b] EXORDIVM.*

SITVA [b] tantummodò, Vatini, quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod his vehementer placebat, vt te cuius testimonium propter turpitudinem vitæ, sordesisque domesticas, nullius momenti putaretur, tacitus dimitterē. nemo enim horum aut ita te refutandum, vt grauē aduersarium, aut ita rogandum, vt religiosum testem, arbitrabatur. sed fui paullo in [c] te intemperantior fortasse, quàm debui. odio enim tui, in quo, etsi omneis propter tuum in me scelus, superare debeo, tamen ab omnibus pænè vincor, sic sū incitatus, vt, cùm te non minus contemnerem, quàm odissem, tamen vexatum potiùs, quàm despectum, vellem dimittere. Quare, ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirere, quòd interrogem, quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignum putet: nulla me ad id causa impulisset, nisi vt ferocitatem tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem, & loquacitatem paucissimis [d] interrogationibus irretitam retardarē. Etenim debuisti, Vatini, etiam si falsò venisses in suspicionem P. Sextio, tamē mihi ignoscere, si in tanto hominis de me optimē meriti periculo, & tempori eius, & voluntati parēre voluissem. Sed [e] hesterno pro testimonio esse mentitum, cùm affirmares nullum tibi omnino cum Albinouano sermonem non modò de Sextio accusando, sed nulla vmquam de re, fuisse paullò antè imprudens indicasti: qui & T. Claudium tecum communicasse, & à te cōsilium P. Sextij accusandi petisse, & Albinouanum, quem antea vix tibi notum esse dixisses, domum tuam venisse, multa [f] tecum locutum dixeris: denique conciones P. Sextij scriptas, quas neque nosset neque reperire posset, te Albinouano dedisse, eáque in hoc iudicio esse recitatas. hr quorum altero es confessus, à te accusatores esse instructos, & subornatos: in altero inconstantiam tuam, cùm leuitate, tum etiam periurio implicatam refelliste: cum, quem [g] alienissimum à te esse dixisses, eum domi tuæ fuisse: quem prænuncatorem [h] ab initio iudicasses, ei te, quos rogasset, ad accusandū libros dixeris dedisse. Nimium es vehemens, feróque natura, non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum, & honorificum ad aureis tuas accedat [i]. venisti itaque omnibus: quod ego, simulac te adspexi, priùs quàm loqui cœpisti, cùm antè Gellius, nutricula sedi: disceptorum omnium, testimonium diceret, sensi, atque prouidi [a] repentè enim te, tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato [b] collo, tumidis ceruicibus intulisti: vt mihi renouatus ille tuus [c] in te tribunatus videretur. ¶ Ad mihi prim ùm obiecisti, quòd Cornelium veterem meum amicum, sed tamen tuum familiarē defenderim, cùm in hac ciuitate oppugnatio soleat, qua tu nunc vteris, nonnumquam, defensio numquam vituperari. Sed quæro à te, *cur* ℈. *Cornelium non defenderem:* num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit: num Æliam [d], num Fusiam legem neglexerit: num consuli vim attulerit: num armatis hominibus, templum tenuerit: num intercessorem vi deiecerit: num religiones polluerit: ærarium exhauserit: rempublicam compilarit. Tua sunt, tua sunt hæc omnia. Cornelio eiusmodi nihil obiectum est. Codicem legisse dicebatur. defendebatur, testibus collegis suis, non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Constabat tamen, Cornelium consilium [f] illo die dimisisse, intercessioni paruisse. Tu verò, cui Cornelij defensio displicet, quam causam ad patronos tuos, aut quod os afferes? quibus iam præscribis, quanto illis probro futurum sit, si te defenderint, cùm tu mihi Cornelij defensionem in maledictis obijciendam putaris. Attamen hoc, Vatini, memento, paullo post istam defensionem meam, quam tu bonis viris displicuisse dicis, me cum vniuersi populi Romani summa voluntate, tum optimi cuiusque singulari studio, magnificentissimè post hominum memoriam consulem factum, omniáque ea me pudenter viuendo consecutum esse, quæ tu impudenter vaticinando sperare te sæpe dixisti. Nam *quod mihi discessum obiecisti meum*: & quòd horum, quibus ille dies acerbissimus fuit, qui idem tibi lætissimus, luctum & gemitum renouare voluisti: tantùm tibi respondeo, me, cùm tu, ceteræque reipublicæ pestes, armorum causam quæreretis, & cùm per meum nomen [h] fortunas locupletum [g] diripere, sanguinem principum ciuitatis exsorbere, crudelitatem vestram, odiúmque diuturnum, quod in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cuperetis: scelus, & furorem vestrum cedendo maluisse frangere, quàm resistendo. Quare peto à te, vt [i] mihi ignoscas, Vatini, cùm patriæ pepercerim, quam seruaram: &, si ego te perditorem, & vexatorem reipublicæ feroz, tu me conseruatorem, & custodem feras. deinde [k] eius viri discessum increpas, quem vides, omnium ciuium desiderio, ipsius [l] denique

a *al.* prætulit. b Vatinij strumam alibi ita perstrinxit 2. ad Atticum 10. vbi dixit, c *aut* ferebatur tuus in te * * vere è meo amicum & cet. Vatinius. Tum tibi remoratus iucundissime, quod meum *velitis* vt in me cumeres illud vtrumne vere rem meum * * dicit. OBIECTIONIBVS Vatinij respondet: & quòd Cornelium defendat, quasi iniuria exsul. c Lex Aelia de obnuntiatione.* f *Al.* concilio.

g Locupletium diripere *al.* sanguinem ciuitatis. i Vt & mihi ignoscas, *Var.* quod pace tua dixerim, dolore discessum eius viri increpas, quem vid. omnium ciuium desiderio. cui esse vocatum. At *l. fort.* ipsius denique reipublicæ vocē esse red

nique reipublicæ luctu esse reuocatum? At enim dixisti, non mea, sed reipublicæ causa homines de meo reditu laborasse. *Quasi verò quisquam vir excellenti animo in rempublicam ingressus, optabilius quidquam arbitretur, quàm se à suis ciuib. reip. causa diligi.* Scilicet aspera mea natura: difficilis aditus: grauis vultus: superba respõsa: insolens vita: nemo humanitatẽ meã, nemo cõsuetudinẽ, nemo cõsiliũ, nemo auxilium requirebat: cuius desiderio (vt hæc minima dicam) forum mæstum, muta curia, omnia denique bonarum artium studia siluerunt. Sed nihil sit factum mea causa: omnia illa senatusconsulta, populi iussa, Italiæ totius, cunctatum societatum, collegiorum omnium decreta de me, reipublicæ causa esse facta fateamur. Quid ergo, homo imperitissime [a] solidæ laudis, ac veræ dignitatis, præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ, atque ad memoriam mei nominis sempiternam, quàm omneis hoc ciueis meos iudicare, ciuitatis salutem cum mea vnius salute esse coniunctam? Quod quidem ego tibi reddo tuum. nam, vt tu me catum esse dixisti senatui, populóque R. non tam mea causa, quàm reip. sic ego te, quamquam sis omni diritate, atque immanitate tætterrimus, tamen dico esse odio ciuitati non tam tuo, quàm reip. nomine. Atque, vt aliquando ad te veniam, de me hoc sit extremum. *quid quisque nostrùm de se ipse loquatur, non est sanè requirendum: boni bviri iudicent. id est maximi momenti, & ponderu.* Duo sunt tempora, quibus nostrorum ciuium spectentur iudicia de nobis: vnum honoris, alterum [c] salutis. Honos [d] talis populi R. voluntate paucis est delatus, ac mihi: salus tanto studio ciuitatis nemini reddita. de te autem homines quid sentiant, in honore experti sumus, in salute, exspectamus [e]. Et, vt ne me cum homine vno non solùm impudentissimo, atque [f] infimo conferam: de te ipso, homine & arrogantissimo, & mihi inimicissimo, quæro, Vatini, vtrum tandem putes, huic ciuitati, huic reip. huic vrbi, his templis, æratio, curiæ, viris his, quos vide, horum bonis, fortunis, liberis, ciuibus, [g] ceteris denique deorum immortalium delubris, auspicijs, religionibus, melius fuisse, & præstabilius, me ciuem in hac ciuitate nasci, an te? cùm mihi hæc [h] respónderis, aut ita impudenter, vt manus à te homines vix abstinere possint: aut ita dolenter, vt aliquando *ista ilia* [i], *quæ sunt infiata, rumpantur*: tum memoriter respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. ¶ At [k] illud tenebricosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latére. licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. habeat hoc præmium tua indignitas, vt adolescentiæ turpitudo, obscuritate, & sordibus tuis obtegatur. *Quæsturam* petisti cum P. Sextio, cùm hic nihil loqueretur, nisi quod agebat: tu de altero consulatu gerendo te diceres cogitare. Quæro abs te, teneásne memoria, cùm P. Sextius, quæstor sit cunctis suffragijs factus, tunc te vix, inuitis omnibus, non populi beneficio, sed consulis, extremum adhæssisse in eo magistratu, cùm tibi magno clamore aquaria [m] prouincia sorte obtigisset, missúsne sis à me consule Puteolos, vt inde aurum exportari, argentúmque prohiberes? in eo negotio, cùm te non custodem ad continendas, sed portitorem [a] ad partiendas merceis missum putares, cúmque omnium domos, apothecas, naueis, furacissimè scrutarere, hominésque negotia [b] gerenteis, iudicijs iniquissimis irretires, mercatores è naui egredienteis terreres, conscendenteis morarere: teneásne memoria, tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas? ad me consulem, Puteolanorum [c] querelas esse delatas? ¶ Post quæsturam exieríne *legatus* in vlteriorem Hispaniam, C. Cosconio proconsule? cùm illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat, aut [d], si quis nauigare velit, certa sit ratio nauigandi: veneríne in Sardiniam, atque inde in Africam? fueríne, quod sine [e] senatusconsulto tibi facere nõ licuit, in regno Hiempsalis? fueríne in regno Mastanesosi? veneríne ad fretum per Mauritaniam? quem scias vmquam legatum Hispaniensem in [g] illam prouinciam istis itineribus peruenisse? ¶ Factus es *tribunus plebis* (quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis, fordidissimísque furtis interrogem?) quæro abs te, primùm [h] quod genus improbitatis, & sceleris in eo magistratu prætermiseris? Ac tibi iam inde præscribo, ne tuas sordeis cum clarissimorum virorum splendore permisceas. Ego te, quæcumque rogabo, de tè ipso rogabo, neque te ex amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris extraham: omniáque mea tela sic in te conijcient [i], vt nemo *per tuum latus* (quod soles dicere) *faucietur*. in tuis pulmonibus, ac visceribus hærebunt. ¶ Et, quoniam *omnium rerum magnarum, à [k] diis immortalibus principia ducuntur*, volo [l] vt mihi respondeas tu, qui te Pythagoricum [m] soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætendere, quæ te tanta prauitas mentis tenuerit, qui tantus furor, vt, cùm [n] inaudita, ac nefaria sacra [o] susceperis, cùm inferorum animas elicere, cùm puerorum extis deos manes mactare [p] soleas: auspicia [q], quibus hæc vrbs condita est, quibus omnis republica atque imperium tenetur, contemseris? initióque tribunatus tui senatui denuntiaris, tuis actionibus augurum responsa, atque eius collegij arrogantiam impedimento non futuram? Secundum ea quæro, seruatísne in eo fidem? num quando tibi moram attulerit, quo [r] minùs consilium aduocares, legémque ferres, quòd eo die scires de cælo esse seruatum? Et, quoniã hic locus vnus [s] est, quem tibi cum Cæsare communem esse dicas: seiungam te ab illo nõ solùm reip. causa, veùrm etiam Cæsaris, nequa ex tua summa indignitate labes illius dignitati adsperfa videatur. Primùm quæro, num tu senatui causã tuam permittas, quod facit Cæsar? deinde, quę sit auctoritas eius, qui se alterius facto, nõ suo defendat? deinde (erumpet enim aliquando ex me vera vox, & dicam sine cunctatione quod sentio) si iam violentior aliqua in re C. Cesar fuisset, si eum magnitudo contentionis, studium gloriæ, præstans animus, excellens nobilitas aliquò impulisset, quod in illo viro & tum ferendum esset, & maximis rebus, quas postea gessit, obliterandum: id tu tibi, furcifer, sumes, & Vatinij latronis, ac sacrilegi vox audietur, hoc postulãtis, vt idem sibi concedatur, quod Cæsari? Sic enim

a *al.* impurissimè.
b *Varrag.* Quod boni P. B. iudicent.*
c *hoc est vi-te.**
d L. Honos talis populi Ro. vol.
e L. exspectamur. Sed tamen, ne me cum his principibus, qui adsunt P. Sextio, fraudem, homine vno
f *al.* verum etiam infimo.* *al.* coniunctissimo.*
g *v.c.* hoc respond.
h *al.* illa illa tenebrata rumpantur & *quæ sine Horatio* fulgurat vt ille Codro.* p. XXXI. k L. Atque illud ten. DE VITA Vatinij his verbis cuique quæsita legatione, tribunatu, quod nefaria fieri facta fecerit & his sua sacrificiis & templis templorúmque donis, quæ ipse consecrauerit, pollicitationes tollere conatus sit, diuinos fines auspicij aut ita dolenter, vt aliquando *ista ilia* i, *quæ sunt infiata, rumpantur*: tum memoriter respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. ¶ At k illud tenebricosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latére. licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. habeat hoc præmium tua indignitas, vt adolescentiæ turpitudo, obscuritate, & sordibus tuis obtegatur. *Quæsturam* petisti cum P. Sextio, cùm hic nihil loqueretur, nisi quod agebat: tu de altero consulatu gerendo te diceres cogitare. Quæro abs te, teneásne memoria, cùm P. Sextius, quæstor sit cunctis suffragijs factus, tunc te vix, inuitis omnibus, non populi beneficio, sed consulis, extremum adhæssisse in eo magistratu, cùm tibi magno clamore aquaria m prouincia sorte obtigisset, missúsne sis à me consule Puteolos, vt inde

a *fort.* partitorem *vel* portitorem ad portandas merces.*
b *v.c.* negotiis gerenteis
c *v.c.* querelas Puteolanum.
d *v.c.* aut qui nauig.
e Certis itineribus procõsules in prouinciam pro fectos hinc colligimus: ac sine senatusconsulto, ftatam illam & solennem itineris ratio nem mutare non licuisse.*
f *fort.* Masinissæ *aut potius* Mandrestalis *regis Numidarũ, cuius mentio apud Appianum* r. ciuil.*
g *v.c. & L.* istis itinerib. in illam prouinciam p. P. B.
h L. primùm vniuersè, quod g. *& ita v.c.*
i *v.c.* coniicientur,
k *vet.* ab diis l *al.* volo mihi respõdm Pythagoræus Vatinius.*
n Auspicia, sacris nefariis & impuris polluuntur.*
o Sacrorum nefariorum exempla.* *Pantagath.* placare.*
q Auspicia sublata à Vatinio
r L. quo minus concilium aduoc.
f L. est vnus *& ita v.c.*

aquaria prouincia, quæ, in pro Muræna, Oftiensis orat. pro Murena. i Vetus de huius loci interpretatione adi Lipsiam 4. Antiquar. 13.*

ex te quæro. Tribunùs pl. fuisti. seiunge te à consule. collegas habuisti viros forteis nouem. ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas *de* [a] *cælo seruare*: quos irridebas, quos priuatos esse dicebas: de quibus duos prætextatos sedenteis vides, te [b] ædilitiam prætextam togam, quam frustrà confeceras, vendidisse: tertium scis ex illo obsessu, atque afflicto tribunatu, consularem auctoritatem hominem esse adolescentem consecutum: reliqui sex fuerunt: ex [c] quibus partim planè tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant. omnes habuerunt leges promulgatas: in his multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius, iudex noster: quem, tu [d] disrumperis, cùm ædilitium vides. Volo vti mihi respondeas, num quis ex toto collegio legem sit ausus ferre, præter vnum te? quæ tanta in te fuit [e] audacia: quę tāta vis: vt, cùm [f] tui nouem collegæ sibi timendum esse duxerint, id vnus tu, emersus è cœno, omnium facilè omnibus rebus infimus, contemnendum, despiciendum, irridendum putares? *num* [g] *quē post vrbem conditam scias tribunum pl. legisse cū* [h] *plebe, cùm constaret seruatum esse de cœlo?*

¶ Simul etiam illud volo vti respondeas, cùm, te tribuno plebis, esset etiam tum in rep. *lex* [i] *Ælia, &* [k] *Fusia: quæ* [l] leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt, & represserunt, quas contra, præter te, nemo vmquam est facere conatus, quæ quidem leges anno pòst, sedentibus [m] in templo duob. [n] non consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis, ac pestibus, vnà cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagrauerunt: ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere, & [o] consiliū conuocare? nūquem ex omnibus tribunis pl. quicumque seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, vt vmquam contra legem Æliam, aut [p] Fusiam concilium conuocaret [q] ? Quæro [r] illud etiam ex te, conatúsne sis, voluerisne, denique cogitaris, (est enim res eiusmodi, vt, si tibi modò in mentem venit, nemo sit, qui te vllo cruciatu esse indignumputet) cogitarisne, in illo tuo intolerabili, non regno (nam cupis id audire) sed latrocinio, augur fieri in Q. Metelli locum? vt, quicumque te adspexisset, duplicem dolorem, gemitúmque susciperet, & ex desiderio clarissimi, & [s] fortissimi ciuis, & ex honore turpissimi, atque improbissimi? Adeóne non [t] labefactatā remp. te tribuno, neque conquassatam ciuitatem, sed captam hanc vrbem, atque euersam putares [u], vt augurem Vatiniū ferre possemus? Hoc loco quæro, si, id quod concupieras, augur factus esses in qua tua cogitatione nos, qui te oderamus, vix dolorem ferebamus: illi autem, quibus eras in deliciis, vix risum tenebant: sed quæro, si ad cetera vulnera, quibus putasti [x] remp. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui, vtrùm decreturus fueris id, quod augures omnes vsque à Romulo decreuerunt, *Ioue* [y] *fulgente, cum populo agi nefas esse*, an, quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus? ¶ Ac, ne diutiùs loquar de auguratu tuo, quod inuitus facio, vt recorder ruinas reip. (neque enim tu vmquam, stante non modò maiestate horum, sed etiam vrbe, te augurem fore putasti) verùm tamen vt somnia tua relinquam, ad scelera veniam, volo vti mihi respondeas:

[a] *L.* seruare de cælo & ita v.c.
[b] *fort.* tu ędilitiam prætextam togā, q. sr. conf. vendidisti.
[c] v.c. è quibus plane parcim
[d] L. tu disrumperis,
[e] L. fuerit aud.
[f] L. cùm tui collegæ nouem sibi tim. *al.* cùm nouē tui collegæ
[g] hoc lex Aelia verabat, de qua dixi oratione de prouin ciis consularibus in f.
[h] Agi cum plebe non solet, cum de cœlo seruatum esse constat.*
[i] Contra leges Vatinii feciſſe.*
[k] *L.* & Fusia *adde Ciceronem in Pisonem & ibidē Asconium & post reditum in senatu & de prouin ciis consulibus & 2. ad Atticum 10* m *al.* præsidentibus
P. B. n Gabinio & Pisone.*
[o] L. & concilium & ita v.c.
[p] L. aut Fusiā
[q] v.c. aduocaret.
[r] v.c. Quæro etiam illud ex te. & ita l.
[s] L. ac fortissimi c.
[t] L. non labefactam rem.
[u] *fort.*, utaris,
[x] *fort.* remp. putasti posse del. v.c. remp putasti deleri
[y] *Augurali disciplina receptum erat.* Ioue fulgente agi cum populo nefas esse *vide* Liuium 2. de diuinat. & 2. Naturæ deorum Ioue tonante, fulgurante comitia populi habere nefas in commentariis argumentorum scriptū erat*

cùm M. Bibulum consulem, non dicam bene de rep. sentientem, ne tu mihi homo potens irascare, qui ab eo dissensisti: sed hominem certè nusquam progredientem, nihil in rep. molientem, tantum animo ab actionibus tuis dissentientem: cùm eum tu [a] consulem in [b] *vincla duceres, & à tabula* [c] *Valeria collegæ tui mitti iuberent*: feceríne ante Rostra pontem [e] continuatis tribunalibus per quem cōsul populi Rom. moderatissimus, & constantissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum hominum incitata, turpissimè [e], misertim óque spectaculo non in carcerem, sed ad supplicium, & ad necem duceretur? quæro, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? vt sciamus, vtrùm veterum facinorum sis imitator, an inuentor nouorum. Idémque tu cùm his, atque huiusmodi consiliis, ac facinoribus, nomine C. Cæsaris, clementissimi, atque optimi viri, scelere verò, atque audacia tua, M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnib. expulisses, inclusum [f] domi contineres, cúmque non maiestate imperij, non iure legum, sed ianuæ præsidio, & parietum custodiis, consulis vita regeretur: misertíne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret, vt, quod in priuatis semper est seruatum, id, te tribuno pleb. consuli domus exsilium [g] esse non posset? Simúlque mihi respondeto tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerísne non tribunus pleb. sed intolerandus ex cœno nescio quo, atque ex tenebris tyrannus? qui primùm eam rempublicam, quæ [h] auspiciis inuentis constituta est, iisdem auspiciis sublatis conarere peruertere: deinde sanctissimas leges, Ælium, & [i] Fusiam dico, quæ in [k] Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in contentione Sulpicii, & in cruore Cinnano, & [l] inter Syllana arma vixerunt, solus conculcari, ac pro nihilo putatis: qui consulem [m] morti obieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis: qui in eo magistratu non modò emerseris ex mendicitate, sed etiam diuitiis nos *iam tuu* terreas: fuerísne tanta crudelitate, vt delectos [n] viros, & principes ciuitatis tollere, & delere tua rogatione coneris? ¶ Cùm P. L. Vettium, qui in senatu confessus esset se cum telo fuisse, Cn [q]. Pompeio, summo, & clarissimo ciui, suis manibus necem [r] afferre voluisse, in concionem produxeris, indicem in Rostris, in illo, inquam, augurato [s] templo, ac loco collocaris, quò auctoritatis ex quirendæ causa ceteri tribuni pleb. principes ciuitatis producere consueuerunt, ibi [t] tu indicem Vettium linguam, & vocem suā sceleri, & menti tuæ præbere voluisti [u], vt diceret L. Vettius in concione tua, rogatus à te, se auctores, & impulsores, & socios habuisse sceleris illius eos viros, quibus è ciuitate sublatis, quod tu eo tempore moliebare, ciuitas stare non posset? M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras interficere volueras, spoliare [x] consulatu, patria priuare cupiebas: L. Lucullum, cuius tu rebus gestis, quòd ipse ad imperatorias laudes à puero videlicet spectaras, vehementiùs inuidebas: C. Curionem, perpetuum hostem improborum omnium, auctorem publici consilij, libertate communi tuenda maximè liberum, cum filio pe-

P. XXXIII.
[a] Vatin. consulem in vincula conieciſſe.*
[b] *al.* in vincula
[c] Tabula Valerialocus in foro, vbi trib. pleb. conuenire solitus & iudiciorum *familiæ* vt & Tabula Sestia *erat.* pro Sextio.*
[d] Pontem suffragiorum intelligit.*
[e] *L.* turpissimo, & ita v.c.
[f] v.c. domi inclusum cōtinet ita *L.*
[g] L. eſſe
p. B.
h vide Liuium.*
i L. Fusiā
k seditiosorum ciuitatis Romanæ conuersat. & C. Gracchos Saturninum, Drusum, Sct. Sulpicium Cinnam. Sylla.
l v.c. etiam inter arma Syllana & ita L.
m Bibulum vt *S. infra*
n L. duobus consulibus
o Iocosere rīs
p Vatinium
q principes tollere, conatum esse.*
q *al.* morte Cn. Pompeio
r crudelitate vsus necē
s templo fre quenti.*
t L. nem offerre vol. f. *al.* inaugurato templo.
al. ibi tu
v. tum in dicem, linguam & vocem suā scribere L. Vettius.
x L. spoliaras cons. & ita v.c.

pe iuuentutis, cum rep. coniunctiore etiam, quàm ab illa ætate postulandum fuit, delere voluisti: L. Domitium, cuius dignitas, & splendor perstringebat [a], credo, oculos Vatinij, quē [b] tu propter commune odiū in bonos, oderas: in posterum autē propter omniū spem, quę de illo est, atq; erat, antè aliquanto timebas: L. Lentulum hunc iudicem nostrum, flaminem Martialem, quòd erat eo tempore Gabinij tui competitor, eiusdem Vettij indicio opprimere voluisti. Qui si tum illam labem, pestémque vicisset, quod ei tuo scelere non licuit, resp. victa non esset. Huius etiam filiū eodem indicio, & crimine, ad patris interitum aggregare voluisti. L. Paullum, qui tum quæstor Macedoniam obtinebat, quē ciuem? quē virū? qui duos nefarios patrię proditores, domesticos hosteis, legibus exterminarat, hominem ad conseruandam remp. natum, in idem Vettij indicium, atque in eundem hunc numerum congregasti. [c] Quid ego de me querar? qui etiam gratias tibi agere debeo, quòd me ex fortissimorum ciuium numero seiungēdum non putaris. Sed [d] qui fuit ille tantus furor tuus, vt, cùm iam Vettius ad arbitrium tuum perorasset, & ciuitatis lumina notasset, descendisset̄que de Rostris, eum repentè reuocares, colloquerere, populo Ro. vidente? deinde interrogares, ecquòsnam alios posset nominare? inculcarísne, vt C. Pisonem, generum meum, nominaret: qui in summa copia optimorum adolescentium, pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem? itémque M. Lateresem, hominem dies, ac [e] noctes de laude, & de rep. cogitantem? promulgarísne, impurissime, & [f] perditissime hostis, quęstionem de [g] tot amplissimis, & talibus viris, indici Vettio præmia amplissima? quibus rebus, omnium mortalium non voluntate, sed conuicio repudiatis, fregerísne in carcere ceruices ipsi illi Vettio, nequod indicium corrupti iudicij exstaret, eiusque sceleris in te ipsum quæstio flagitaretur? Et, quoniam crebrò vsurpas, *legem* te *de alternu consiliys reijciendu tuliſſe*, vt omnes intelligant, te ne rectè quidem facere sine scelere potuisse, quæro, cùm [h] lex esset æqua promulgata initio magistratus, multas etiā alias tulisses, exspectarísne, dum C. Antonius reus fieret apud [k] Cn. Lentulū, & Q. Claudiū? & posteaquàm ille est reus factus, statim tuleris in eū, qui tuam post legem reus factus esset: vt homo consularis exclusus, miser, puncto temporis spoliaretur beneficio, & æquitate legis tuæ? Dices, familiaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo. Præclara defensio facinoris tui. nā Maximi quidem summa laus est, sumtis inimicitiis, susceptā causā, quæsitore, consilioque delecto, commodiorem inimico suo contentionem [l] reiectionis [m] dare noluisse: nihilque Maximus fecit alienum aut sua virtute, aut illis viris clarissimis, Paulis, Maximis, Africanis: quorum gloriam huius virtute renouatam non modò speramus, verùm etiam iam videmus. tua fraus, tuum malefi-
cium, tuum scelus illud est, te id, quod protulgasses misericordiæ nomine, id crudelitatis tempus distaliſſe. Ac nunc quidem C. Antonius hac vna re miseriam suam consolatur, quòd imagines patris [n], & fratris sui, fratrisque filiā, non in familia, sed in carcere collocatas audire maluit, quàm videre. ¶ Et o

quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis diuitiis intolerantissimè gloriaris, volo vti mihi respondeas, fecerísne fœdera tribunus pleb. cum ciuitatibus, cum regibus, cum tetrarchis [a]? erogarísne pecunias ex ærario tuis legibus? eripuerísne parteis illo tempore carissimas partim à Cæsare, partim à publicanis? Quæ cùm ita sint, quæro ex te, sisne ex paupertimo dies factus illo ipso anno, quo *lex lata est de pecuniis repetundis* acerrima? vt omnes intelligere possent, à te non modò nostra acta, quos tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui legem esse contentam, apud quem tu etiam nos criminari soles, qui illi sumus amicissimi, cùm tu ei contumeliosissimè toties maledicas, quoties illi affinem te esse dicis. ¶ Atque illud etiam scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Qu. [b] Arij familiaris mei, cum toga pulla [c] accumberes? quem vmquam videris? quem audieris? quo exemplo, quo more feceris? Dices, supplicationes te illas non probasse. Optimè, nullæ fuerint supplicationes. videsne, me nihil de anni illius causā, nihil de eo, quod tibi cum summis viris commune esse videatur, sed de tuis propriis sceleribus ex te quærere? Nulla supplicatio fuerit. cedò, quis vmquā cenauit [d] atratus? Ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris: epulæ quidē ipsę, dignitatis. Sed omitto epulum [e] populi R. festum diē, argento, veste, omni apparatu, orna tūq; visendo [f]. quis vmquam in luctu domestico, quis in funere familiari cenauit cū toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla vmquā data est? cùm tot hominū millia accumberent, cùm ipse epuli [g] dominus, Qu. [h] Atius, albatus [i] esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidulo [k] atrato, ceteríq; tuis furiis funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reip. casum? quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi, hanc tantā, & tam graue m ciuitatem, subiectā esse non modò furori, verūm etiam irrisioni tuæ? Hūc tu morem ignorabas? numquam epulū videras? numquā puer aut adolescēs inter coquos [l] fueras? Fausti, adolescentis nobilissimi, paullo antè ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras? quem accumbere atratum videras, dominum cum toga pulla, & eius amicos ante conuiuium? quæ te tanta tenuit amentia, vt tu, nisi id feciſſes, quod fas non fuit, nisi violasses tēplum Castoris, nomē epuli, oculos ciuiū, morem veterem, eius, qui te inuitarat, auctoritatē, parum [m] putares testificatū esse, suplicationes te illas nō [n] putare? ¶ Quæro [o] illud etiam ex te, quod [p] priuatus admisisti: in quo certè iam tibi dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuam esse coniunctam: postulatúne sis lege Licinia & [q] Iulia? edixerísne C. Memmius prætor ex ea lege, vt adesses die tricesimo? cùm is dies venisset, feceríne, quod in hac rep. non modò factum antè [r] numquā est, sed in omni memoria sic [s] inauditum? appellarísne tribunos plebis, ne causam diceres? Ieuius dixi: quamquā idipsum esset & nouum, & nō ferendum: sed appellarísne nominatim pestem illius anni, furiam patriæ, tempestatē reip. Clodium? qui tamen cùm iure, cùm more, cùm potestate iudicium impedire non posset, rediit ad illam vim & [t] furorem suum, ducémque se militibus tuis præbuit. In quo, nequid à me

a L. præstinguebat. cr.
b L. quem tum pr.
P. XXXIIII.
c L. aggregasti.
d L. Sed qui fuit tuus ille tantus f. & ita v. c.
e v. c. atque modis.
f fort. dicēdo hac vaux veteribus.*
g L. de tot. & talibus viris, ind. Vett.
h L. cum lex esset æqua promulg. v. c. nisi has tu iam alias tulisses, &c. & ita f.
k L. apud Cn. Lentuli Clodianum & Q. Claud. & postea q. &c. P. B. ita v. c. Huius Cn. Clodi ani meminit Gellius 12. c. 4.*
l L. condidisti rem rei. &c. in Paralogismo lectione.*
m al. P. patris.
n Va. lum petitus suis tetrus f. &c.
a Tetrarchæ quibus quæ tā pars regni alicuius veteris adsignata aut à P. Romano aut iudicio familiæ erciscundæ, vnde τετραρχεῖν & τετραρχεῖσθαι Strabone 12.*
b L. Q. Arrij
c Vatinium hīc & infra multis reprehendit. quòd P. XXXV. toga pulla id est fusca, vteretur. pulla inquam, quæ tenuiorū & vilium erat. vnde pullati Suetonio in Augusto 44. & Plinio 7. epistolarum pullatus circuius, pullata turba. Quod hiano 1. & 6. viles & e vulgo qui & colorati Senecę de vita beata c. 2.
d v. c. cenarit atratus.
e Epulum, p. Romano vti fieret.
f fort. visendum.*
g qui & magister conuiuij.*
h Q. Arrius.
i Albati ab alba veste. cuius color natiuus: vt candidæ vestis color ab arte.*
k al. Fibulo. al. Figulo.*
l al. coxuos al. cocos. & ita v. c. ‖ vt & cacos.*
m L. parum putares te ſtificatū esse, ſuppl. te iſſ.
n L. non probaret
o L. Quæro etiam illud ex te
p Vatinium vi iudicium disturbasse.*
q L. & Iunia ‖ & ita Ferrarius hunc locum P. B. tum reſtituit.*
r L. antea n. & ita v. c.
ſ L. eſt omnino inauditū? al. fit omnino inaud.
t al. & ad furorem.

dictum in te potiùs putes, quàm abs te esse quæsitum, nullum onus imponam mihi testimonij: quæ mihi breui tempore ex eodem isto loco video esse dicenda, seruabo, téque non arguam, sed, vt in ceteris rebus feci, rogabo. Quæro ex te, Vatini, nũ quis in hac ciuitate post vrbem conditam tribunos pl. appellarit, ne causam diceret? num quis reus in tribunal sui quæsitoris adscenderit, eúmq; vi deturbarit? subsellia dissiparit? vrnas deleuerit [a]? eas denique omneis res in iudicio disturbando cõmiserit, quarum rerum causa iudicia sunt cõstituta? sciásne tum fugisse Memmium? accusatores esse tuos de tuis, tuorúm que manib. ereptos? iudices quæstionum de proximis tribunalibus esse depulsos? in [b] foro, in luce, inspectãte populo R. quæstionem, magistratus, morem maiorum, leges, iudices, scelerum [c] pœnã esse sublatam? hæc omnia sciásne diligentia C. Memmij publicis tabulis esse notata, atq; testata? Atq; [d] illud etiã quæro, quòd posteà quàm es postulatus, ex legatione redieris, ne quis te iudicia defugere arbitraretur: téq;, cùm tibi, vtrum velles, liceret, dictitaris causam dicere maluisse: quî consentaneum fuerit, cùm legationis perfugio vti noluisses, appellatione improbissima te ad auxilium nefarium cõfugisse? ¶ Et quoniam legationis tuæ facta mentio est, volo [e] etiam audire de te, *quo* [f] *tandem S.C. legatus* sis? De gestu intelligo, quid respondeas: tua lege dicis. Esne igitur patriæ certissimus parricida [g]? sperarásne [h] id, vt patres cõscripti ex rep. funditus tollerẽtur? ne hoc quidem senatui relinquebas, qđ nemo vmquã ademit, vt legati ex eius ordinis auctoritate legarẽtur [i]? adeóne tibi sordidum consiliũ publicum visum est? adeò afflictus senatus, adeò misera & prostrata respu. vt non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilij auctores, nõ ministros muneris prouincialis senatus more maiorum deligere [k] posset? Eripueras senatui prouinciæ decernendæ potestatẽ, imperatoris deligendi [l] iudiciũ, ærarij dispensationem: quæ numquam sibi populus Rom. appetiuit, qui [m] numquam hæc à summi consilij gubernatione auferre conatus est. Agè: factum est horum aliquid in aliis: rarò: sed tamen factum est, vt populus diligeret [n] imperatorem. Quis legatos [o] vmquam audiuit sine senatusconsulto? ante te nemo. Pòst continuò fecit idem id duobus [p] prodigiis reip. Clodius: quo etiam *maiore es malo mactandus* [q], *quòd non solùm facto tuo, sed etiam exemplo remp. vulneraſti*: neque [r] tantùm es improbus ipse, sed etiam alios docere voluisti [s]. ¶ Atque illud etiam audire à te cupio: quare, cùm ego [t] legem de ambitu ex S.C. tulerim, sine vi tulerim, saluis auspiciis tulerim, salua *lege* [u] *Aelia, & Fusia* [x], tu eam esse legem non putes: præsertim cùm ego legibus tuis, quoquo modo latæ sint, paream. Cùm mea lex [y] dilucidè vetet, BIENNIO QVO QVIS PETAT, PETITVRVSVE SIT, GLADIATORES DARE, NISI EX TESTAMENTO PRAESTITVTA DIE: quæ tanta in [z] te sit amentia, vt in ipsa petitione gladiatores audeas dare? nũ quem putes illius tui certissimi gladiatoris similem tribunum pl. posse reperiri, qui se interponat, quo minùs reus mea lege [aa]? Ob hasce omneis res scias, te seue-

A

B

C

D

E

F

G

H

rissimorum hominum, Sabinorum, fortissimorum virorum, Marsorum & Peligno rum, tribulium tuorum iudicio notatum, nec post Romam conditam, præter te, tribulem [a] quẽquam, tribũ b Sergiam perdidisse. ¶ Ac [c] si hæc omnia contemnis, ac despicis, quòd ita tibi persuasetis, vt palàm dictitas, te, diis, hominibúsq; inuitis, amore in te incredibili quodã C. Cæsaris, omnia, quæ velis, cõsecuturum: ecquid audieris, ecquísnam tibi dixerit, C. Cæsarem nuper Aquileiæ, cùm de quibusdam esset mentio facta, dixisse, C. Alfium præteritum permolestè tulisse, quòd in homine summã fidem, probitatemq; cognosset: grauitérque etiam se ferre, prætorem aliquem esse factũ, qui à suis rationibus dissensisset? tum quæsisse quẽdam, de Vatinio quem admodum ferret, ipsum respondisse, Vatiniũ in tribunatu gratis nihil fecisse: qui omnia in pecunia posuisset, honore animo æquo carere debere? Quod si ipse, qui te suæ dignitatis augendæ causã, periculo tuo, nullo suo delicto, ferri præcipitem est facilè passus, tamẽ te omni honore indignissimum iudicat: si [e] te vicini, si tribules ita oderunt, vt repulsam tuam, triumphum suum duxerint: si nemo adspicit, quin ingemiscat: nemo mentionem facit, quin exsecretur: si vitant, fugiunt, audire [f] de te nolunt: cùm viderunt, tanquam auspicium malum detestantur: si cognati respuunt, tribules exsecrantur, vicini metuunt, affines erubescunt, strumæ [g] denique ab ore improbo demigrarunt, & aliis iam se locis collocarũt: si es odium publicum populi, senatus, vniuersorum hominum [h]: quid est, quam ob rem præturam potius exoptes, quàm mortẽ? præsertim cùm popularem te velis esse, neq; vlla in re populo gratius facere possis? ¶ Sed vt aliquando [i] audiamus, quàm [k] copiosè ad interrogata respondeas, cõcludam iam interrogationem meam, téque in extremo pauca de ipsa causa rogabo. Quæro, quæ tãta in te vanitas, tanta leuitas fuerit, vt in hoc iudicio T. Annium iisdem verbis laudares, quibus [l] eũ laudare & boni viri, & boni ciues consueuerunt, cùm in eundem nuper ab eádem illa terterrima furia productus ad populum, cupidissimè falsum testimonium dixeris? An erit hæc optio, & potestas tua, vt, cùm Clodianas operas, & facinorosorum hominũ, & perditorum manum videris, Milonem dicas, id quod in cõcione dixisti, gladiatoribus, & bestiariis [m] obsedisse remp. cùm autem ad tales viros veneris, non audeas ciũem singulari virtute, fide, constantia vituperare? Sed, cùm T. Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam adspergas (in illorum enim numero mauult T. Annius esse, qui à te vituperantur) verùm [n] etiam quæro, cùm in rep. administranda T. Annio cum P. Sextio consiliorum omnium societas fuerit (id quod non solum bonorum, verùm etiam improborum iudicio declaratum est: est enim reus vterque ob eandem causam, & eodem crimine: alter die dicta ab eo, quem tu vnum improbiorem esse, quàm te, numquam soles confiteri: alter tuis consiliis, illo tamen adiuuante) quæro, quî possis eos, quos crimine coniungis, testimonio disiungere? Extremum illud est, quod mihi abs te responderi velim: cùm multa

a Tribules, qui ex eadẽ tribu. * P. B.
b Tribus Sergia. *
c L. At si hęc omn. ‖ Vatinium nullo in prętio esse apud Cæsarem. *
d v.c. contẽpnis.
e L. si te vicini, si affines, si tribules
f L. audire te nolunt.
g de strumis Vatinij §. dixi. *
h L. hominũ rusticanorũ: quid est &c. & ita v.c.
i Vatinium leuem esse. *
k L. quàm copiosè mihi ad rog. & ita v.c.
l L. quibus eum verbis laud. boni viri, &
p. XXXVII.
m Profecto ego Iudicia publica cũ bellis ciuilibus pugnabant. *
n L. etiam tamen quæro
a fort. deiecerit? ‖ al. delegerit. al. disiecerit. *
b L. in foro, luce, inſp.
c L. reũ pœnam esse
d v.c. Atque etiam illud quæ v.c. volo audire de te,
f Vatinium interrogat, quo senatusconsulto legatus sit. *
g L. patricidat
h al. spectarásne id. vt p. v.c. spectatissime id. & c. fort. sperarissime id.
i fort. legerẽtur?
k al. dilegere. *
l v.c dilegẽdi.
m L. qui nũquam antea summo consilio gubernatione auf.
n v.c. dilegeret:
o Legati nũquam habebant sine senatusconsulto. *
p Vatinio & Pisoni. *
q al. mutandus. sed nihil P. XXXVI mutari necesse est. Nam & Latini dicunt infortunio mactare.
r L. neque tãtùm ipse es impro bus.
s v.c. voluisti. Ob hasce omneis res scíásne seuerisi. &c. perdidisse? Atque etiam aud. à te c. &c. mea fias? At, si hæc omnia contemnis, &c.
t Lex Tull a Ciceronis de ambitũ. *
u Vatinium in Legẽ Tulliam comissi se ostendit. *
x L. Fusia.
y Legem Tulliam de ambitu, hoc est suam, latamque se consulem innuit: cuius etiam meminit Sallust. pro Sextio. Hanc senatusconsultũ secutũ videtur vii dixi in orat. pro Murena. *
z v.c. sit in te am. & ita L.
aa L. fias? At si hæc omnia &c.

multa in Albinouanum de præuaricatione diceres, dixeríſne, nec tibi placuiſſe, nec oportuiſſe Sextium de vi reum fieri? quauis lege, quouis crimine accuſandum potiùs fuiſſe? etiam [a] illud dixeris, cauſam Milonis, fortiſſimi viri coniunctam cum hoc exiſtimari? quæ pro me à Sextio facta ſint, bonis eſſe grata? Non coarguo inconſtantiam orationis, ac teſtimonij tui. Quas enim huius actiones probatas bonis eſſe dicis, in eas plu- A ribus verbis teſtimonium dixiſti: quicum autem eius cauſam, periculúmque coniungis, eum ſummis laudibus extuliſti. Sed hoc quæro, num P. Sextium, qua lege accuſandum omnino fuiſſe negas, ea lege condemnari putes oportere? aut ſi te in teſtimonio conſuli nolis [b], ne quid tibi auctoritatis à me tributum eſſe videatur, dixeríſne in eum teſtimonium de vi, quem negaris reum omnino de vi fieri debuiſſe?

a L. etiamne ill. al. etiam id dixeris,

b L. noles, & ita v.c.

PRO M. COELIO.

ORATIO TRICESIMAQVARTA.

SYNOPSIS.

Quæſtio. *An Cœlius à Clodia aurum mutuo ſumpſerit: & ne id reddere cogeretur eidem venenum parauerit*: Accuſatores *Atratinus, Herennius, Balbus*: Reus *Cœlius*: Patroni *Cicero & M. Craſſus*: Prætor *Cn. Domitius*: Acta *anno vrbis 697.*

[*] EXORDIVM. [b] v.c. alij, [c] ſic v.c. al. conſuetudinisque noſtræ [d] v.c. forenſibus negotiis

SI [a] QVIS, iudices, fortè nunc adſit [b], ignarus legum, iudiciorum, conſuetudinis [c] noſtræ: miretur profectò, quæ ſit tanta atrocitas huiuſce cauſæ, quòd diebus feſtis, ludíque publicis, omnibus negotiis [d] forenſibus intermiſſis, vnum hoc iudicium exerceatur: nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, vt, eo neglecto, ciuitas ſtare non poſſit. Idem, cùm audiat *eſſe legem, quæ de ſeditioſis, conſceleratiſque* [e] *cuibus, qui armati ſenatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, remp. oppugnarint, quotidie* [f] *quæri iubeat*: legem non improbet: crimen, quod verſetur in iudicio, requirat. cùm audiat, nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocàri: ſed adoleſcentem [g] illuſtri ingenio, induſtria, gratia, accuſari ab eius filio, quem ipſe in iudicium & vocet, & vocarit: oppugnari [h] autem hunc opibus meretricijs: Atratini i illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet, vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe. Etenim, ſi attendere diligenter, exiſtimare verè de omni hac cauſa volueritis, ſic conſtituetis, iudices, nec deſcenſurum quemquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui, vtrum vellet, liceret, nec cùm deſcendiſſet, quidquam habiturum ſpei fuiſſe, niſi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur. ſed ego Atratino, humaniſsimo, atque optimo adoleſcenti, meo neceſſario, ignoſco qui habet excuſationem vel pietatis, vel neceſsitatis, vel ætatis. ſi voluit accuſare, pietati tribuo: ſi iuſſus eſt, neceſsitati: ſi ſperauit aliquid, pueritiæ. ceteris non modò nihil ignoſcendum, ſed etiam acriter eſt reſiſtendũ. Ac mihi quidẽ videtur, iudices hic introitus defenſionis, adoleſcentiæ M. Cœlij maximè conuenire, vt ad ea, quæ accuſatores, deſor- A mandi huius cauſa, detrahendæ, ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt, primum reſpondeam. ¶ Obiectus [a] eſt *pater* variè, quòd aut parum ſplendidus ipſe, aut parum piè tractatus à filio diceretur. De dignitate, Cœlius [b] notis [c], ac maioribus natu, etiam ſine mea oratione, tacitus facilè ipſe reſpondet. quibus autem, propter ſenectutem, quòd iam diu minùs in foro nobiſcum verſatur, non [d] æquè eſt cognitus: hi ſic habeant: quæcumque in equite Romano dignitas eſſe poſſit, quæ certè poteſt eſſe maxima, eam ſemper in M. Cœlio habitam [e] eſſe ſummam, hodiéque haberi non ſolùm à ſuis, ſed etiam ab omnibus, quibus potuerit aliqua de cauſa eſſe notus. Equitis [f] autem Rom. eſſe filium, criminis loco poni ab acuſatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. Nam, quod de pietate dixiſtis, eſt quidem iſta noſtra exiſtimatio, ſed iudicium certè parentis. quid nos opinemur, audietis ex iuratis. quid parentes ſentiant, lacrymæ matris incredibiliſque mœror, ſqualor patris, & hæc præſens mæſtitia, quam cernitis, luctúſque declarat. ¶ Nam, quod eſt obiectum, municipibus eſſe adoleſcentem non probatum ſuis: nemini vmquam præſenti Pateolani [g] maiores honores habuerunt, quàm abſenti M. Cœlio: quem & abſentem in ampliſſimum ordinem cooptarunt, & ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt: iidémque nunc lectiſſimos viros, & noſtri ordinis, & equites Rom. cum legatione ad hoc iudicium, & cum grauiſſima, atque ornatiſſima laudatione miſerunt. Videor mihi ieciſſe fundamenta defenſionis meæ: quæ firmiſſima ſunt; ſi h nitantur iudicio ſuorum. neque enim vobis ſatis commendata huius ætas eſſe poſſet, ſi non modò parenti, tali viro, verùm etiam municipio tam illuſtri,

a VITAM Cœlij à calũniis & criminationibus defendit. Hæc enim Cœlio obiiciebant accuſatores quòd in patrẽ impius, municipalibus ingratus, impudicus, Catilinariæ coniurationis particeps, ære alieno obrutus quod à patre ſemigraſſet, ſenatoré pulſaſſet, vxores alienas attrectaſſet, quòd ſeditionem certis locis fecerit, quod luxurioſus.*

b al. M. Cœlius

c Notis reſpondere dixit. vt Plautus notis prædicare.*

d al. non eſt cognitus.*

e t. hab tam eſſe ſummũ, ſummámque hodie hab.

f v.c. Equitis R. autem eſſe f. & ita t.

g al. Prætoriani al. Prætori vet. preſtutiani.

h v.c. ſi nitatur.

ac tam graui, displiceret. Equidem, vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi [a] ad hominum famam: & meus hic forensis labor, vitęque ratio dimanauit [b] ad existimationē hominum paullo latiùs commendatione ac iudicio meorum. ¶ Nam, quod obiectum est *de pudicitia*, quódque omnium accusatorum nō criminibus, sed vocibus, maledicti que celebratum est, id numquam tam acerbe feret M. Cœlius, vt [c] eum pœniteat non deformē esse natum. sunt [d] etenim ista maledicta peruulgata in omneis, quorum in adolescentia forma, & species fuit liberalis. Sed *aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio* [e] crimen desiderat, rem vt definiat hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. *Maledictio* autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantiùs iactatur [f], conuiciū: si facetiùs, vrbanitas nominatur. quam quidem partem accusationis admiratus [g] sum, & molestè tuli potissimum esse Atratino datā. neque enim decebat, neque ætas illa postulabat, neque, id quod animaduertere poteratis, pudor patiebatur optimi [h] adolescentis, in tali illum oratione versari. Vellem aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicēdi locum suscepisset [i]: aliquanto liberiùs, & fortiùs, & magis more nostro refutaremus istam maledicendi licentiam. Tecum, Atratine, agam [k] leuiùs, quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ: & meum erga te, parentemq; tuū beneficium tueri debeo. Illud [l] tamen te esse admonitum volo: primùm [m] *qualis es, talem te esse existimes, vt, quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate seiunges: deinde, vt ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falsòn responsa sint, erubescas.* Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti ætati [o] non possit quam velit petulanter, etiam si sine vlla suspicione, at non sine argumēto, maledicere? Sed istarum partium culpa est eorum, qui te agere voluerunt: laus pudoris tui, quòd ea te inuitum dicere videbamus: ingenij, quòd ornatè, politéq; dixisti. Verùm ad istam omnē orationem breuis est defensio. nā quoad ætas M. Cœlij dare [p] potuit isti suspicioni locum, fuit primùm ipsius pudore, deinde etiam patris diligētia, disciplináque munita: qui vt [q] huic virilem togam dedit, nihil dicā hoc loco de me: tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc à patre continuò ad me esse deductum. nemo hunc M. Cœlium in illo ætatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecū, aut in M. Crassi castissima domo, cùm artibus honestissimis erudiretur. ¶ Nam quòd *Catilinæ familiaritas obiecta Cœlio est*, longè ab ista suspicione abhorrere debet. Hoc enim adolescente scitis consulatum mecum petisse Catilinam, ad quem si accessit, aut [r] si à me discessit vmquam, (quamquam multi boni adolescentes illi homini nequam, atque improbo studuerunt:) tum existimetur Cœlius Catilinæ nimiū familiaris fuisse. At enim postea scimus, & vidimus esse hunc in illius amicis. Quis negat? sed ego illud tempus ætatis, quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum est, id hoc loco defendo. fuit assiduus mecum, prætore me: non nouerat Catilinam. Africam tum prætor ille obtinebat. secutus est annus. causam de pecuniis repetundis Catilina dixit. mecum erat hic: illi ne aduocatus quidem venit vmquam. deinceps fuit annus, quo ego consulatum petiui. petebat Catilina mecum. numquam ad illum accessit: à [a] me numquam recessit. Tot igitur annos versatus in foro sine suspicione, sine infamia, studuit Catilinę iterum petenti. Quę ergo ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? Nobis quidem olim [b] annus erat vnus ad cohibendum brachium toga, constitutus [c]: & vt exercitatione, ludóque campestri tunicati vteremur. eadémque erat, si statim mereri [d] stipendia cœperamus, castrensis ratio, ac militaris. qua in ætate nisi qui se ipse sua grauitate, & castimonia, & cùm disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderet [e]: quoquo modo à suis custoditus esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa [f] initia ætatis, integra, atq; inuiolata præstitisset: de eius fama, ac pudicitia, cùm is iam se corroborauisset, ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. Studuit Catilinæ, cùm iam aliquot annos esset in foro, Cœlius. & multi hoc idem ex omni ordine, atque ex omni ætate fecerunt. Habuit [g] enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarū non expressa signa, sed adumbrata virtutum, vtebatur hominib. improbis multis: & quidē optimis se viris deditum esse simulabat. erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam industriæ quidā stimuli, ac laboris. flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. neq; ego vmquam fuisse tale monstrum in terris vllum puto, tā [h] ex contrariis, diuersisq; inter se pugnātibus naturæ studiis, cupiditatibúsque conflatum. Quis clarioribus vitiis quodam tempore iucundior? quis turpioribus cōiunctior? quis ciuis meliorum partiū aliquando? quis tætrior hostis huic ciuitati? quis in voluptatib. inquinatior? quis in laboribus patiētior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effusior? Illa verò, iudices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnib. communicare quod habebat, seruire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiā, si opus esset, & audacia: versare [i] suam naturam, & regere ad tempus, atque huc, & illuc torquere, & [k] flectere: *cum [l] tristibus [m] seuere, cum remissis iucunde, cum senibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinorosis audacter [n] cum libidinosis luxuriosè viuere.* Hac illa tam varia, multiplicique natura cùm omneis omnibus ex terris homines improbos, audaceisque collegerat: tum etiam multos forteis viros, & bonos specie quadam virtutis assimulatæ [o] tenebat. neque vmquam ex illo delendi huius imperij tam sceleratus [p] impetus exstitisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdā facilitatis, & patiētiæ radicibus niteretur. Quare ista conditio, iudices, respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. est enim commune cum multis, & cum quibusdā etiam bonis. Me ipsum, me, inquā, quōdam pænè ille decepit, cùm & ciuis mihi bonus, & optimi cuiusq; cupidus, & firmus amicus, & [q] fidelis videretur, cuius ego facinora oculis prius, quàm opinione, manib. antè quàm suspicione, deprehēdi. cuius in magnis cæteruis amicorū, si fuit etiā Cœlius, magis [r] est, vt ipse molestè ferat errasse se, sicuti & nonnūquā in eodē homine me quoque erroris mei pœniteat, quàm [s] vt istius amici-

a *al.* perfluxi

b v.c. demanauit

c vide ad hūc locum Gellij 17.c.1.*

d L. sunt enim

e Accusatoris officium & partes.*

f *sic v.c. ferr. iactatur. ‖ & ita Mureti.** g *fort.* demiratus sum,

h vox, optimi, *abest à v.c.*

i *v.c.* cepisset *& ita L.*

k L. agam leniùs,

l *al.* Illud tātum te esse monitum P. CXXXIX. m L. primùm (vt, qualis es talē te esse existimet) vt quantum à ter. n *fort.* falso. *vet.* tiam falso.* o L. ætati, ac dignitati non poss. ‖ & ita legit Agretius vetus Grammaticus: & dignitatem interpretatur, pulchritudinem virilē.* p L. dare potuit suspicioni toc. q *al.* vt virilē huic tog.

r *v.c.* aut à me disc.

P. E.

a *al.* numquam à me

b Prætexta pueri vtebātur ad annū vsque XVI. tum vero togam sumebant, vt illam purpuream in Capitolio. Hæc autem ita totū corpus amictus & ita quodāmodo impediuit, vt etiam brachium vtrumque cohiberet.* c *sic v.c. al.* constituit: vt exercit. d *al.* meteret e L. defenderat. *& ita vet.* f *al.* prima illa.* g Catilinæ descriptio.*

h L. ex tam contrariis, *al.* P. XL. uersisque, atque inter se peg.

i Id Græcis μανθάνειν dicitur. Vide Virgilium 3. & 11.* k Lege flectere. *v.c.* recipiens. *Sic* y Sonare, pro mihi sentire.* m hoc est seueris, tristibus.* n L. audacter, *& ita v.c.* o L. similitæ P. *v.c.* colo. ueratus

q *fort.* ac fidus vid.

r L. magis est cur ipse mol. f. L. quàm cur ille.

amicitiæ crimen reformidet. Itaq; à maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio est vestra delapsa. posuistis enim, atque id tamen titubanter, & strictim, coniurationis hunc, propter amicitiam Catilinæ, participē fuisse: in [a] quo non modò crimen non hærebat, sed vix disserti adolescentis cohærebat oratio. Qui enim tantus furor in Cœlio? quod tantum aut in moribus, naturáque vulnus, aut in re, atque fortuna? vbi [b] denique in ista suspicione est Cœlij nomen auditum? Nimium multa de re minimè dubia loquor. Hoc [c] tamen dico, nō modò si socius cōiurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam coniurationis accusatione adolescentiā suā potissimùm commēdare voluisset. quod, haud scio, an de ambitu, & de [d] criminibus istius sodalium, ac sequestrium, quoniam huc incidi, similiter respondendum putē, numquā enim tam Cœlius amēs fuisset, vt, si se isto infinito ambitu cōmaculasset, ambitus alterum accusaret. neq; enim [e] eius facti in altero suspicionem quæreret, cuius ipse sibi perpetuā licentiā optaret: nec, si sibi semel periculum ambitus subeundū putaret, ipse alterum iterū ambitus crimine arcesseret. quod quamquam nec sapienter, & me inuito facit, tamen est eiusmodi [f] cupidus, vt magis insectari alterius innocentiam, quàm de se timidè cogitare videatur. ¶ Nam quòd *ea alienum obiectum est*, sumtus reprehensi, tabulæ flagitatæ: videte, quàm pauca respondeam. Tabulas [g], qui in patris potestate est, nullas conficit [h]. versuram numquam omnino fecit vllam. Sumtus vnius generis obiectus est, habitationis triginta mil libus dixistis eum habitare. Nunc demum intelligo, P. Clodij insulam esse venalem, cuius hic in ædiculis habitet [i], decé, vt opinor, millibus. vos autem, dum illi placere vultis, ad tēpas ei mendacium vestrum accommodauistis [k]. ¶ Reprehendistis, *à patre quòd semigrarit* l. Quod quidem iam in hac ætate minimè reprehendēdum est. qui [m] cùm ex reip. causa, esset mihi quidem molestam, sibi tamē gloriosam, victoriam consecutus, & per ætatem [n] magistratus petere posset, non modò permittente patre, sed etiam suadente, ab eo semigrauit: &, cùm domus patris à foro longè abesset, quò facilius & [o] nostras obire domos, & ipse à suis coli posset, conduxit in Palatio, non magno, domum. Quo loco postùm dicere id, quod vir clarissimus, M. Crassus, cùm de aduentu regis Ptolemæi quereretur, paullo antè dixit,

Vtinam ne in nemore Pelio

ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. *nam numquam hera errans hanc molestiam nobis exhiberet,*

Medēa animo ægra, amore sæuo saucia.

Sic enim, iudices, reperietis, quòd, cùm ad id loci venero, offendam, hanc Palatinam Medēam, migrationémq; huic adolescēti causam fuisse. ¶ Quamobrem illa, quæ ex accusatorū oratione præmuniri iam, & fingi intelligebā, fretus vestra prudentia, iudices, non pertimesco. Aiebant enim fore testem senatorem, *qui se pontificius* P *comitiis pulsatum à Cœlio diceret.* A quo quæram, si prodierit: primùm cur statim nihil egerit: deinde q, si id [r] quæri, quàm agere maluerit, cur productus à vobis potiùs, quàm ipse per se: cur tāto pòst potiùs, quàm continuò, quæri [a] maluerit. Si mihi ad hæc acutè, argutéque respondeat: tum quæram denique ex quo iste fonte senator emānet. nā si ipse orietur, & nascetur ex sese: fortasse, vt soleo, commouebor. sin [b] autem, vt riuulus, arcessitus, & ductus ab ipso capite accusationis vestræ: lætabor, cùm tanta gratia, tantísq; opibus accusatio vestra nitatur, vnum senatorē solum esse, qui vobis gratificari velle, inuentum. ¶ Nec tamen illud genus alterū nocturnorum testium pertimesco. est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, *vxores suas à cena redeunteis, attrectatas esse à Cælio.* Graues erūt homines, qui hoc iurati dicere audeāt [c]: cùm sit hic confitendum, numquam se non congressu quidem, & constitutō cœpisse de tantis iniuriis experiri. Sed totum genus oppugnationis huius, iudices, & iam prospicitis animis, & cùm inferetur, propulsare debebitis. non enim ab iisdem accusatur M. Cœlius, à quibus oppugnatur. palàm in eū tela iaciuntur, clàm submiuistrantur. Neq; id ego dico, vt inuidiosum sit in eos, quibus gloriosum hoc [d] etiam esse debet, funguntur officio: defendunt suos: faciunt [e] quod viri fortissimi solent. læsi dolent, irati efferuntur, pugnāt lacessiti. sed vestræ sapientiæ tamē est, iudices, nō, si causa iusta est viris fortib. oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustā alieno dolori potiùs, quàm vestræ fidei consulēdi. Quæ sit multitudo in foro, quæ genera, quę studia, quę varietas hominum, videtis. ex hac copia quàm multos esse arbitramini, qui hominib. potentib. gratiosis, & diuitiis, cùm aliquid eos velle arbitrentur, vltrò se offerre soleant, operā nauare, testimoniū polliceri? Hoc ex genere si qui se in hoc iudicium fortè proiecerint: excluditote eorū cupiditatem, iudices, sapientia vestra; vt eodē tempore huius [f] saluti, & religioni vestræ, & contra periculosissimas [g] hominum potētias conditioni omnium ciuium prouidisse videamini. Equidem vos abducam à testibus: neque huius iudicij veritatem, quę mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari sinam: quæ facillimè effingi [h], nullo negotio flecti, ac detorqueri potest. argumentis agemus: signis omni [i] luce clarioribus crimina refellemus. res cum re, causa cum causa, ratio cū ratione pugnabit. ¶ Itaque illam partem causæ facile patior grauiter, & ornatè à M. Crasso esse peroratam, *de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, & de* [k] *bonis Pallæ.* Vellem dictum esset ab eodē etiam *de Dione.* de quo ipso tamen quid est, quod exspectetis: quod is, qui fecit, aut non timet, aut etiam fatetur? etenim [l] reus qui dictus est & adiutor fuisse, & conscius, P. Ascitius, is iudicio est liberatus. Quod igitur est huiusmodi crimen, vt, qui commiserit, non neget: qui [m] non negauit, absolutus sit: id hic pertimescat, qui non modò à facto, verùm etiam à conscientiæ suspicione abfuit [n]? &, si Ascitio causa plus profuit, quàm nocuit inuidia, huic obierit tuum maledictum, quid istius facti non [o] modò non suspicione, sed ne infamia quidem est adspersus? At præuaricatione est Ascitius liberatus. Perfacile est isti loco respondere, mihi præsertim, à quo illa causa defensa est. Sed Cœlius optimam causam Ascitij esse arbitratur: cuiusmodi [p] autē sit, à sua putat esse seiunctam: neque solùm

P. B. [a] L. in quo non modò crimine non hærebat, sed vix d.

[b] L. vbi denique est in ista suspicione Cœlij

[c] L. hoc tantum dico,

[d] L. & de criminibus istis sed. & ita v.c

[e] particula, enim, abest ab vno cod. ami.

[f] vt eiusmodi cupiditatis, vt. al. vt eiusmodi cupidus. [g] L. eiusmodi dixit. &c. eiusmodi id est solus.

[h] Tabulas conficere, est mutuo accipere. [i] fere. fort. conficit [k] L. habitat, al. habet. [l] v.c. accommodatis. [m] P. XLI. fort. emigrauit. sed emigrare est sedes & aliquas migrare. [n] L. qui cū ex his v.c. [o] magistratui certe tantum ætate pe rin. [o] v.c. & nostras obire, domus

P. Comitia Pontificia, quibus Pontifices creantur. [p] L. deinde, [q] L. quæ

[r] L. queri maluerit.

[a] L. queri maluerit.

[b] fort. sin autem vt riuulus, erit arcessitus, & d. v.c fin autem est P. B. riuulus' arcessitus, & d.

[c] L. audebūt & ita v.c.

[d] L. etiā hoc

[e] verbum, faciunt, abest à q. v.c.

[f] al. & huius

[g] L. periculosas h. & ita v.c.

[h] L. fingi P. XLIII.

[i] v.c. luce omni

[k] copulatio & abest à v.c.

[l] L. est enim res, qui d.

[m] L. qui negauit. absn L. absu

[o] L. non modò suspicione

[p] L. cuius cuiusmodi autem sit. al. cuiusmodi

Cœlius, sed etiam adolescentes humanissimi, & doctissimi, rectissimis studiis, atque optimis artibus præditi, Titus, Caiúsque Coponij: qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluerunt: qui cùm doctrinæ studio, atque humanitatis, tum etiam hospitio Dionis tenebãtur. Habitabat is apud L. Lucceium, vt audistis. fuerat ei cognitus Alexandriæ. Quid aut hic, aut summo splendore præditus, frater eius, de M. Cœlio existimet, ex ipsis, si producti erunt, audietis. ¶ Ergo hæc[a] remoueantur, vt aliquando, in quibus causa nititur, ad ea veniamus. Animaduerti enim, iudices, audiri à vobis meum familiarem[b], L. Herennium, perattenté. in quo etsi magna ex parte ingenio eius, & dicendi genere quodam tenebamini: tamen nonnumquam verebar, ne illa subtiliter ad criminãdum inducta oratio, animos vestros sensim, ac[c] leniter accenderet. dixit enim multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis iuuentutis, multa de moribus: &, qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, versari periucundè soleret, fuit in hac causa pertristis quidã patruus, censor, magister. obiurgauit M. Cœlium, sicut neminem vmquam parens. multa de incontinentia, intemperantiáque dixerunt. Quid quæritis, iudices? ignoscebam vobis attentè audientibus, propterea quòd egomet tam triste illud, & tam asperum genus orationis horrebam. Ac prima pars fuit illa, quæ me minùs mouebat, fuisse meo necessario Bestiæ Cœlium familiarem: cœnasse apud eum, ventitasse domum, studuisse præturæ. Non me hæc mouent, quæ perspicuè falsa sunt. etenim eos vnà cœnasse dicit, quid aut absunt, aut qui bus necesse[e] est idem dicere. Neq; verò illud me commouet, quòd sibi in Lupercis sodalem esse Cœlium dixit. *Fera*[f] quædam sodalitas, & planè pastoritia, atque agrestis germanorum[g] Lupercorum: quorum coitio illa siluestris, antè est instituta, quàm humanitas, atque leges. si quidem non modò nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando, vt[h] ne, si quis id fortè nesciat, timere videatur. Sed hæc omittam: ad illa, quæ me magis mouerunt, respondebo. Deliciarum obiurgatio fuit longa, & ea lenior: plúsque disputationis habuit, quàm atrocitatis: quo etiam audita est attentiús. nam P. Clodius, amicus meus, cùm[i] se grauissimè, vehementissiméque iactaret, & omnia iuflammatus[k] ageret tristissimis verbis, voce maxima: tametsi probabã eius eloquentiam, tamen non pertimescebam. aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem. tibi autem, Balbe, respondebo primùm precariò, si licet, si fas est defendi à me eum, qui nullum conuiuium renuerit[l], qui vnguenta sumserit, qui Baias viderit. Equidem[m] multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui *primoribus labru gustassent* genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, *digitis*[n] *attigissent*, sed qui totam adolescentiã voluptatibus dedidissent[o], emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse, graueisque homines, atq; illustreis fuisse. Datur enim cõcessu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates: quæ si ita erumpunt, vt nullius vitam labefactent, nulliús domum euertant: faciles, & tolerabiles haberi solent. Sed tu mihi videbare ex cõmuni infamia iuuẽtutis aliquam inuidiam Cœlio velle conflare. Itaque omne illud silentium, quod est orationi tributum tuæ, fuit ob eam causam, q; vno reo proposito de multorũ vitiis cogitabamus. Facile est accusare luxuriem. dies iam me deficiet, si, quæ dici in eam sententiam possunt, coner expromere: de corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumtibus, immẽsa oratio est, vt tibi reũ neminem, sed[a] vitia proponas, res tamẽ ipsa & copiosè, & grauiter accusari potest. sed vestrę sapientiæ est, iudices, nõ abduci ab reo: nec, quos acculeos habeat seueritas, grauitásq; vestra, cùm eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tẽpora, emittere in hominẽ, & in reũ: cùm is non suo crimine, sed multorũ vitio sit in quoddam odium iniustũ vocatus. Itaq; seueritati tuæ, vt[b] oporteret, ita respondere non audeo: erat enim meum deprecari vacationẽ adolescentiæ, veniamq; petere: non, inquam, audeo: perfugiis non vtor ætatis: cõcessa omnibus iura dimitto: tantùm peto, vt, siqua est inuidia communis hoc tempore ætris alieni, petulantiæ, libidinum iuuẽtutis, quã video esse magnam, ne huic aliena peccata, ne ætatis, ac temporũ vitia noceant. ¶ Atque ego idem, qui hæc postulo, quin criminibus, quę in hunc propriè conferuntur, diligentissimè respondeam[c], non recuso. Sunt autẽ *duo crimina, auri, & veneni:* in quibus vna[d], atq; eadem persona versatur. Aurum sumtum à Clodia: venenũ quæsitum, quod Clodię daretur, dicitur. omnia sunt alia, non crimina, sed maledicta iurgij petulantis magis, quàm publicæ quæstionis. Adulter, im pudicus, sequester, conuicium est, non accusatio. nullum est enim fundamentum horum criminum, nulla sedes. voces sunt cõtumeliosæ, temerè ab irato accusatore, nullo auctore, emissæ. Horum duorum criminum video[e] fontem, video auctorem, video certum nomen, & caput. Auro opus fuit: sumsit à Clodia, sumsit sine teste, habuit quamdiu voluit. maximum video signum cuiusdam egregiæ familiaritatis. necare eandem voluit, quæsiuit venenũ, sollicitauit quos potuit, parauit[f] locum, cõstituit, attulit. magnum rursus odiũ video cũ crudelissimo dissidio[g] exstitisse. Res est omnis in hac causa nobis, iudices, cũ Clodia, muliere non solùm nobili, sed etiam nota: de qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa. Sed intelligis pro tua præstanti prudentia, Cn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis: quæ si se aurum Cœlio cõmodasse[h] non dicit, si venenum ab hoc sibi paratũ esse non arguit: petulanter facimus, si matrẽ familiâs, secus, quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus. sin, ista muliere remota, nec crimen vllum, nec opes ad oppugnandum Cœlium illis relinquẽtur, quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi vt eos, qui insectantur, repellamus? quod quidẽ facerem vehementiùs, nisi intercederent mihi inimicitiæ cum istius mulieris viro[i]: fratrem volui dicere: semper hîc erro. nunc agã modicè, nec longiùs progrediar, quàm me mea fides, & causa ipsa coget. *neque enim mediocreu vmquã inimicitias mihi gerẽdas putaui,* præsertim eum ea, quam omnes semper amicam[k] omnium potiùs, quàm cuiusquam inimicam putauerunt. Sed tamen ex ipsa quærã priùs,

a De luxuria Cœlio obiecta.*

b *v.c.* familiarem, Terentium, P. B.

c *al.* ac leuiter acc.

d L. aut qui abs.

e *al.* nec esse ibidem liceret.*

f Lupercorũ fratrum sodalitas quę, adde de Lupercis, Festum in Crepos, & Februarius & Fabiani.*

g fratrum.*

h *fort.* vt ne quis, si id f. *al.* vt ne quis id fortè nesciat, temerè facere videãtur.

P. XLIII.

i *v.c.* cùm se vehementissimè, grauissimèque iact.

k *al.* inflammatus.*

l *vet.* remunerit.*

m Adolescẽtes, & semel insaniuimus omnes.*

n sic, summo digito tetigisse dixit Iustinianus fine Institut. Vbi Theophilus ἄκρῳ γλώσσῃ πεδεσθαι. plura vide apud Victorium 9. Variar. 19.*

o *v.c.* dedissent

a *al.* sed vitã ipsa prop.

P. B.

b L. vt oporteret, & ita *v.c.*

c CONFVTATIO duorum criminũ quæ Cœlio obiectã: vnũ auri, alterum veneni.

d *al.* vna eadémque persona versatur. *al.* vegetur. pro versatur.*

e *sic v.c. al.* video auctorem: video fontem.*

f *v.c.* parauit locum constituit.

g *f.* discidio & ita *vet.*

h mutuũ dixisse: nisi si aurum fœdã commodatã fuit*.

i P. Clodio qui cum sororibus fratrum ferisse arguebatur.*

k ἀπόφασις sic amicę nomen aliud Horatium in epistol.* I Clodium obiurgat.*

priùs, vtrùm me secũ seuerè, & grauiter, & pri scè agere malit, an remissè, ac[a] leniter, & vrbanè. si illo austero more, ac modo: aliquis mihi ab inferis excitandus est, ex barbatis illis, non hac barbula, qua ista [b] delectatur: sed illa horrida, quam in statuis antiquis, & imaginibus videmus: qui obiurget mulierem, & [c] pro me loquatur, ne ista mihi fortè succenseat. Exsistat igitur ex hac ipsa familia aliquis: ac potissimùm cæcus [d] ille. minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit. qui profectò si exstiterit, sic aget, & sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti, vt aurum commodares: aut tam inimica, vt venenum timeres? non patrem tuum videras? non patruum, non auum, proauum [e], atauum audieras consules fuisse? non deniq; modò te Q. Metelli [f] matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi, & [g] fortissimi viri, patriæque amantissimi? qui simulac pedem limine extulerat, omneis propè ciues virtute, gloria, dignitate superabat? cui cùm ex amplissimo genere in familiã clarissimam nupsisses, cur tibi Cœlius tam cõiunctus fuit? cognatus? affinis? vir tui familiaris? nihil horum [h]. quid igitur fuit, nisi quædam temeritas, ac libido? nónne [i] te, si nostræ imagines viriles non commouebãt, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa [k] Vestalis Claudia, quæ patrem cõpulsa triumphantem ab inimico tribuno pleb. [l] de curru deuahi passa non est? cur te fraterna vitia potiùs, quàm bona paterna, & auita, & vsque à nobis cùm in viris, tũ etiam in fœminis repetita, mouerunt? ideóne ego [m] pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? ideò aquam [n] adduxi [o], vt ea tu incestè vterere? ideò viam muniui, vt eam tu alienis viris comitata celebrates? Sed quid ego, iudices, ita grauem personam induxi, vt verear, ne se idẽ Appius repentè conuertat, & Cœlium incipiat accusare illa sua grauitate censoria? Sed videro hoc posteriùs, atque ita, iudices, vt vel seueerissimis disceptatoribus M. Cœlij vitam me probaturum esse confidam. Tu [p] modò mulier (iam enim ipse tecum nulla persona introducta loquor) si ea, quæ facis, quæ dicis, quæ insimulas, quæ moliris, quæ arguis, probare cogitas: rationem tantæ familiaritatis, tantæ conuictudinis, tantæ coniunctionis redas, atque exponas necesse est. Accusatores quidẽ libidines, amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comessationes [q], cantus, symphonias, naugia iactant: iidémq; significant, nihil se, te iouita, dicere. quæ tu, quoniam mente nescio qua effrenata, atque præcipiti in forũ deferri, iudiciúmque, voluisti: aut diluas oportet, & falsa esse doceas, aut nihil neq; crimini tuo, neque testimonio credendum esse fateare. Sin autem vrbaniùs me agere mauis: sic agam tecum. remouebo illum senem durum, ac penè agrestem: ex hisque tuis sumam aliquem, ac potissimùm minimum fratrem tuum, qui est in isto genere vrbanissimus: qui te amat plurimùm: qui, propter nescio quam credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inaneis metus, tecũ semper pusio [r] cum maiore sorore cubitauit. eum putato tecum loqui: Quid tumultuaris soror? quid insanis?

quid [a] clamore exorsa, verbis, paruam rem, magnam facis? vicinum adolescentulum adspexisti: candor huius te, & proceritas, vultus, oculique perpulerunt [b]: iæpius videre voluisti: nonnumquam [c] in iisdem hortis [d] visa nobilis mulier: illum filiũ familiãs patre parco, ac tenaci, habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti. confer te alió. habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparasti [e], quò omnis iuuentus natandi [f] causa venit. hinc licet cõditiones quotidie legas. cur huic, qui te spernit, molesta es? Redeo nunc ad te, Cœli, vicissim, ac mihi auctoritatem patriam, seueritatémque suscipio: sed dubito, quem patrem potissimùm sumam. Cæcilianúmne aliquem, vehemẽtem, atque durum? *Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira*: Aut [g] illum.-

O infelix, ô sceleste.--

Ferrei sunt isti patres.--*Egóne quid dicam? egóne quid velim? quæ [h] tu omnia tua fœdu facta, facu, vt nequid quam velim.* Vix [i] ferenda diceret talis pater, *Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur illecebræ cognitu non refugisti? cur alienam vllam mulierem nosti? dedo [k] te, ac disite, per me licebit. Si egebu, tibi dolebit: mihi sat est, qui, ætatu quod reliquum est, oblectem meæ.* Huic tristi, ac [l] decrepito sem resp deret Cœlius, se nulla cupiditate inductũ de via decessisse. Quid signi? nulli sumtus, nulla iactura, nulla ventura. At fuit fama. Quotus quisq; istam effugere potest in tam maledica ciuitate? Vicinum eius mulieris mitaris malè audisse, cuius frater germanus sermones iniquorũ effugere non potuit? Leni verò, & clementi patri, cuiusmodi ille [m] est:-

Fores effregit? restituentur: discidit vestem? resarcietur.

Cœlij causa est expeditissima. Quid enim esset, in quo se non facilè defenderet? nihil iam in istam mulierem dico: sed, si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus peruulgaret, quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias [n], iure suo libidines omnium commearent: quæ etiam aleret adolescenteis, & parsimoniam patrum suis sumptibus sustentaret: si vidua liberè, proterua petulanter, dies effusè, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, si quis hanc paullo libertiùs salutasset? Dicet aliquis, Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescenteis? ob hanc causam tibi [o] hunc puerum parens commendauit, & tradidit, vt in [p] amore, & voluptatibus adolescentiam suam collocaret: & [q] hanc tu vitam, atque hæc studia defenderes? Ego, si quis, iudices, hoc robore animi, atque hac indole virtutis, ac cõtinentiæ fuit, vt respuer & omneis voluptates, omnémque vitæ suæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret: quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectarent: nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude, & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instructum, atque ornatũ [r] puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror

a L. quid à clamore exorsa, b L. perculerunt: c *susti nõ nunquam in isdem hort.* d *al.* hortis. *Vis ô nobilis mulier illum & post* deuinctum* e *v.c.* parasti *& ita L.* f Natandi causa iuuentus Romæ in quem locorum conuenerit.* g L. An il fuit *fort.* quin tu omnia? h L. Vix ferẽdi. Diceret talis p. k) L. dide, ac disite, ‖ Disitere autẽ est discere eaque forma p. B. effertur, vt præsecor. *a. apud Plautum Pœnulo* prosicies, proficiæ, procisium *apud Varronem ieste Nonio. Solinum & Festum*, proficiæ *apud Ar nobium 7.* insicia *apud Varronem 4. de lingua.* Est apud Præscianum 14. dissicio, vt & dissico apud Lactantium 2. *cap.* 8 & 3. *c.* 17. & *de Ira c.* 10. & *Virgilium Æneidos 7. & 12.* apud Valerium *lib.* 3. & 8. *c.* 25. Plautum *Curculione act.* 3. Isidorum 18. *vbi de templis.* Ou dio 15. *Metamorphos.* Senecã *Agamem. act.* 5. Valeriũ Flaccũ 3 *Argonautic.* Prudentium *hymno c.* Κρίσις μεσῶν, & ὅπως στεφάνων apud Nonium Gymnasico *teste* Nonio *in Disputationibus.* Quibus locis partim corruptè diligit vel difficit, legitur* l L. ac dicto o *sic vet. al.* p *al.* in amorib. q *al.* & hanc tuam* r L. ornatum fuisse puto.

m Terẽtianus adelphis *act.* 1. *scena.* 2.* n *al.* balneas* parens t bi hunc puerum com. p *al.* in amorib. q *al.* & hanc tuam* r L. ornatum fuisse puto.

Camillos, Fabricios, Curios, omneſque eos, qui hæc ex minimis tanta fecerunt. Verùm hæc genera virtutum non ſolùm in moribus noſtris, ſed vix iam in libris reperiuntur. charactæ quoque, quæ illam priſtinam ſeueritatem continebãt, obſoleuerũt[a], neque ſolùm apud nos qui hanc ſectam, rationémque vitæ, re magis, quàm verbis, ſecuti ſumus, ſed etiam apud Græcos, doctiſſimos homines: quibus, cùm facere non poſſent, loqui tamen, & ſcribere honeſtè, & magnificè licebat. Alia quædam, mutatis Græciæ temporibus, præcepta exſtiterunt. Itaque alij[b] *voluptatis causa omnia ſapientem facere dixerunt:* neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt. alij *cum voluptate dignitatem coniungendã putauerunt*, vt res maximè inter ſe repugnãteis dicendi facultate coniungerent. *Illud*[c] *vnum ad laudem cum labore directum iter qui probauerunt, propè iam ſoli in ſcholis ſunt relicti.* multa enim nobis blãdimenta natura ipſa genuit, quibus ſopita virtus conniueret: & interdum multas vias adoleſcẽtiæ lubricas oſtẽdit, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut[d] prolapſione vix poſſet, & multarum rerum iucundiſſimarum varietatem dedit, quanon modò hæc ætas, ſed etiam iam corroborata caperetur. Quamobrem ſiquem fortè inueneritis, qui aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, nõ ſapore capiatur, excludat auribus omnẽ ſuauitatem: huic homini ego fortaſſe, & pauci, deos propitios, plerique autem iratos putabunt. Ergo *hæc deſerta via, & inculta, atq; intercluſa tam frondibus, & virgultis, relinquatur: detur aliquid ætati: ſit adoleſcentia*[e] *liberior: non omnia voluptatibus denegentur: non ſemper ſuperet vera illa, & directa*[f] *ratio: vincat aliquãdo cupiditas, voluptáſq; rationem, dummodò illa in hoc genere præſcriptio, moderatioq; teneatur: parcat inuẽtus pudicitiæ ſuæ, ne ſpolietur alienam: ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum, atq; famam*[g]*: ne probrum caſtu, labem integru, infamiam bonu inferat: ne quem interimat*[h]*: ne interſit inſidijs: ſcelere careat: poſtremò, cùm paruerit voluptatibus, dederit aliquid tẽporu ad ludũ ætatis, atq; ad inanem haſce adoleſcẽtiæ cupiditates: reuocet ſe aliquãdo ad curã rei domeſticæ, reiforenſis, reipub.*[k] *vt ea, quæ ratione antea non perſpexerat*[l]*, ſatietate abieciſſe, experiẽdo cõtemſiſſe videatur.* Ac[m] multi & noſtra, & patrum, maiorúmque memoria, iudices, ſummi homines, & clariſſimi ciues fuerunt, quorum cùm adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent[n], eximię virtutes, firmata iam ætate, exſtiterũt. ex quibus neminem mihi neceſſe o eſt nominare: voſmet vobiſcum recordamini. nolo enim cuiuſquam fortis, atque illuſtris viri ne minimum quidem erratum cum maxima laude coniungere. quod ſi facere vellem, multi à me ſummi, atque ornatiſſimi viri prædicarentur: quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, ſumtus o, libidines, nominarentur: quæ multis poſtea virtutibus obtecta, adoleſcentiæ, qui vellet, excuſatione defenderet. At verò in M. Cœlio (dicam enim iam confidẽtiùs de ſtudiis eius honeſtis, quoniam audeo quædam, fretus veſtra ſapientia, liberè confiteri) nulla luxuries reperietur, nulli ſumtus, nullum æs alienum, nulla conuiuiorum, ac luſtrorum[a] libido. quod quidem vitium ventris & gutturis[b], non modò non minuit ætas hominibus, ſed etiam auget. Amores autem, & hæ deliciæ quæ vocantur, quę firmiore animo prædictis diutiùs moleſtæ non ſolẽt eſſe (maturè enim, & celeriter defloreſcunt) numquam hunc occupatum, impeditúmque tenuerunt. Audiſtis, cùm pro ſe diceret: audiſtis antea, cùm accuſaret (defendendi hæc cauſa, non gloriandi loquor:) genus orationis, facultatem, copiam ſententiarum, atque verborum, quæ veſtra prudentia eſt, perſpexiſtis. Atque in eo non ſolùm ingenium[c] elucere eius videbatis: quod ſæpe etiam ſi inductria non alitur, valet tamẽ ipſum ſuis viribus: ſed[d] inerat, niſi me propter beneuolentiam fortè fallebat, oratio[e] & bonis artibus inſtituta: & cura[f], & vigiliis elaborata. Atque[g] ſcitote, iudices, eas cupiditates, quæ obiiciuntur[h] Cœlio, atque hæc ſtudia, de quibus diſputo, non facilè in eodem homine eſſe poſſe. *fieri enim non poteſt, vt animus libidini deditus: amore, deſiderio, cupiditate, ſæpe nimia copia, inopia etiã nonnunquam impeditus, hoc, quidquid eſt, quod nos facimus in dicendo, non modò agendo, verum etiam cogitando poſſit ſuſtinere.* An vos aliam[i] cauſam eſſe vllam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta[k] gloria, tanto honore, tam ſint pauci[l], ſempérque fuerint, qui in hoc labore verſentur? *Omittenda*[m] *ſunt omnes voluptates: relinquenda ſtudia delectationis: ludus, iocus*[n]*, conuiuium, ſermo etiam*[o] *panè omnium familiaritũ deſerendus.* quæ res in hoc genere homines à labore, ſtudióque dicendi deterret, non[p] quo aut ingenia de ſciant, aut doctrina puerilis. An hic, ſi ſeſe iſti vitæ dediſſet, conſularem hominem admodum adoleſcens in iudicium vocauiſſet? hic, ſi laborem fugeret, ſi obſtrictus voluptatibus teneretur, in hac acie quotidie verſaretur? appeteret inimicitias? in iudicium vocaret? ſubiret periculum capitis? ipſo inſpectante populo R. tot q menſes aut de ſalute, aut de gloria dimicaret? Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Baiæ denique ipſę loquũtur? illæ verò non loquuntur ſolùm, verùm etiam perſonãt, huc vnius mulieris libidinem eſſe prolapſam, vt ea non modò ſolitudinem, ac tenebras, atque hæc flagitiorũ integumenta non quęrat, ſed in turpiſſimis rebus frequentiſſima celebritate, & clariſſima luce lætetur. Verùm ſi quis eſt, qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuuentuti putet: eſt ille quidem valde ſeuerus: negare non poſſum: ſed abhorret nõ modò ab huius ſæculi licentia, verùm etiam à maiorum conſuetudine, atque conceſſis. quando enim hoc non[r] factum eſt? quando reprehenſum? quando non permiſſum? *quando denique fuit, vt, quod licet, non liceret?* Hîc ego iam[s] rem definiam: mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam. Siqua[t] non nupta mulier dorium ſuam patefecerit omnium cupiditati, palámque ſeſe in meretricia vita collocarit, virorum alieniſſimorũ conuiuiis vti inſtituerit: ſi hoc in vrbe, ſi in hortis, ſi in Baiarũ illa celebritate faciet: ſi denique ita ſeſe geret, nõ inceſſu ſolùm, ſed ornatu, atque comitatu nõ flagrantia[u] oculorum[x], non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione, aquis, nauigatione, conuiuiis, vt nõ ſolùm meretrix, ſed

a Ita Priſcia nus 3. *Alij legunt* obſoluerunt.*

b Varię philoſophorum ſententiæ de ſumo bono.*

c v.c. illud vnum, directũ iter ad laudẽ cum labore qui probauerunt.

d ſic v.c. al. ac prol.

e Adoleſcentiæ partes,*

f ſic v.c. al. & directa via ac rat. P. B.

g q.v.c. familiam:

h v.c. vi terreat:

i ſit v.c. al. atque inanes

k v.c. reique publ.

l al. proſperexerat.

m L. Ac multi quidem & & noſtra.

n L. deferuiſſent. ‖ Sed verumque eſt à ferueo ferui & deferbui v.c. ‖ liquet nom non pl.

o L. ſumtus libidinis nominar.

a al. ſtuprorum.*

b v.c. & gurgitis, P. XLVII.

c v.c. ingenium eius* lucere vid, d ſort. ſed in eo erat, e v.c. ratio & bon. nõ pl. f L. & curæ ac vigiliis elaborata. g L. Atqui ſcitote, h v.c. obiiciuntur

i Oratores cur pauciſſimi.*

k L. tanta gratia, & ita v.c. l vide Ciceronem de oratore.* m vet. obſcuræ.* n Citatur à Nonio in dictione Iocus* o particula etiam. Abeſt à v.c. p al. nõ quod P. B.

q ſic v.c. al. tot iam menſes

r L. non ſic. ſtatum eſt

ſ al. remiſſe

t Meretricis mores.

u al. fragrantia.* x al. odore?

sed etiam procax [a] videatur: cum hac si quis adolescens fortè fuerit, vtrùm hic tibi, L. Herenni, adulter, an amator: expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur? Obliuiscor iam iniurias[b], Clodia: depono memoriam doloris mei: quæ abs te crudeliter in meos, me absente, facta sunt, negligo. ne sint hæc in te dicta, quæ dixi. sed ex te ipsa requiro, quoniâ & crimen accusatores abs te, & testē eius criminis te ipsam dicunt se habere: si qua mulier sit huiusmodi, qualem ego paullo antè descripsi, tui dissimilis, vita, institutóque meretricio, cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, nũ tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego mâlo: quid est, quod obiiciant Cœlio? sin eam te volunt esse: quid est, cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam, rationémq. defensionis. nam aut pudor tuus defendet, nihil à M. Cœlio petulantiùs est factum: aut impudentia, & huic, & ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit. Sed quoniam emersisse iam à vadis, & scopulos præteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina vna in muliere summorum facinorum: auri, quod sumtum à Clodia dicitur: & veneni, quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cœlium criminantur. ¶ *Aurum sumsit*, vt dicitis, quod L. Lucceij seruis daret, per quos Alexandrinus Dio, qui tum apud Lucceium habitabat necaretur. magnum crimen vel in legatis insidiādis [c], vel in seruis ad hospitem domi [d] necandũ sollicitandis: plenum sceleris consilium, plenum audaciæ. Quo quidem in crimine primùm illud requiram, dixeritne Clodiæ, quam ad rem aurum tum sumeret, an non dixerit. si non dixit, cur dedit? si dixit, eodem se conscientiæ scelere deuinxit. túne aurum ex armario tuo promere ausa es? túne Venerem illam tuam spoliatricem spoliare ornamentis? Ceterùm cùm scires, quantum ad facinus aurum hoc quæreretur, ad [e] necem scilicet legati, ad L. Lucceij, sanctissimi hominis, atque integerrimi, labem sceleris sempiternæ, huic facinori tanto tua mens liberalis, conscia: tua domus popularis, ministra, tua denique hospitalis illa Venus, adiutrix esse non debuit. Vidit hoc Balbus. facinoris [g] tantum celatam esse Clodiam dixit, atque ita Cœlium ad illam attulisse, se [h] ad ornatum ludorum aurum quærere. Si tam familiaris erat Clodiæ, quàm tu esse vis, cùm de libidine eius tam multa dicis: dixit profectò quò vellet aurum. si tam familiaris non erat: non dedit. Ita si verum tibi Cœlius dixit, ô immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti? si non est ausus dicere: non dedisti. Quid ego nunc argumentis huic crimini, quæ sunt innumerabilia, resistam? possum dicere, mores M. Cœlij longissimè à tanti sceleris atrocitate i esse disiunctos: minimè esse credendum, homini tam ingenioso, támque prudenti nõ venisse in mentẽ, rem tanti sceleris, ignotis alienísq. seruis non esse credendam. possum etiam illa & ceterorũ patronorum, & mea consuetudine, ab accusatore perquirere, vbi sit congressus cum seruis Lucceij Cœlius: qui ei fuerit aditus. si per se, qua temeritate? si [k] per alium, per quem? Possum omneis latebras suspicionum peragrare dicendo. nõ cau-

sa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, nõ occultandi maleficij spes, non ratio vlla, nõ vestigiũ maximi facinoris reperietur. Sed hæc, quæ sunt oratoris propria: quę mihi non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem, vsúmque dicendi fructũ aliquẽ ferre potuissent, cùm à me ipso laborata [a] proferri viderentur, breuitatis causa relinquo omnia. habeo enim, iudices, quem vos socium vestræ religionis, iurisq. iurandi facilè esse patiemini [b], L. Lucceium, sanctissimum hominem, & grauissimum testem: qui tãtum facinus, in famam, atque fortunas suas neq. non audisset illatum à Cœlio, neq. neglexisset, neq. tulisset. An ille vir, illa humanitate præditus, illis studiis, artibus [c], atq. doctrina, illius ipsius periculũ, quẽ propter hæc ipsa studia diligebat, negligere potuisset? &, quod facinus in alienum hominem illatum seuerè acciperet, id omisisset curare in hospite? quod per ignotos actum cùm [e] cóperisset, dolerer, id à suis tentatum esse negligeret? quod in agris, locísve publicis factum reprehenderet, id in vrbe, ac [f] in suæ domi cœptum esse leuiter [g] ferret? quod in alicuius agrestis periculo non prætermitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Sed cur diutiùs vos, iudices, teneo? ipsius iurati religionem auctoritatémq. percipite, atq. omnia diligenter testimonij verba cognoscite. Recita testimonium Lucceij. TESTIMONIVM LVCCEII. Quid exspectatis amplius? an aliquam vocem putatis ipsam pro se causam, & veritatem posse mittere? Hæc est innocentiæ defensio, hæc ipsius causæ oratio: hæc vna vox veritatis. In crimine ipso nulla suspicio est, & in re nihil est argumenti: in negotio, quod actum esse dicitur, nullũ vestigium sermonis, loci, temporis: nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimẽ profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo: domus autem illa, quę tentata scelere isto nefario dicitur, plena *sit* integritatis, officij, religionis: ex qua domo recitatur vobis iureiurãdo deuincta auctoritas: vt res minimè [h] dubitanda, in contentione ponatur, vtrùm temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen, an grauis, sapiens, moderatúsque vir religiosè testimonium dixisse videatur. ¶ Reliquum est igitur *crimen* i *de veneno*: cuius ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. ¶ Quæ fuit enim *causa*, quamobrẽ isti mulieri venenum vellet dare Cœlius? nè aurum redderet? num petiuit? ne crimen hereret? num quis obiecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic nemini [k] nomen detulisset? Quin etiam Herennium [l] dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse Cœlio, nisi iterum eádem de re suo [m] familiari absoluto nomen hic detulisset. Crédibile est igitur, tantum facinus nullam [n] ob causam esse commissum? & vos non videtis fingi sceleris maximi crimen, vt [o] alterius causa sceleris suscipiendi fuisse videatur? ¶ *Cui denique commisit?* quo adiutore vsus est? quo socio? quo conscio? cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? seruísne mulieris? sic enim obiectum est. Et erat tam demens hic, cui P. vos ingenium certè tribuitis, etiam si cetera, inimica ratione detrahitis, vt omneis suas fortunas alienis seruis cõmitteret? At quibus seruis? refert enim magnope-

a *L.* elaborata *prof.* ‖ vt &c.
b *v.c.* patiamini, *L.* Lucceium,
P. XLIX.
c *al.* illis artibus:
d *L.* in alieno homine seuerè acc.
e *al.* si comperisset,
f *sic v.c. al.* ac domi suæ
g *al.* leuiter.*
h *al.* minimè dubia, in cõt.
P. B. i VENEFICIVM à Cœlio non esse admissum probat Cicero, negat causam fuisse cur venenũ daret, circumstantias vltras aduersus Cœlij negat testibus legitimis factum probari.*
k *al.* nemi-nis *
l *al.* L. Herennium
m *al.* sui familiaris absoluti.*
n *v.c.* ob nullam causam
o *al.* vt alterius sceleris suscipiendi causa fuisse vid.
p *v.c.* cui vos certè ingen. &c. in *L.*

re idipsum: hisne quos intelligebat non communi conditione seruitutis uti, sed licentiùs, liberiùs, familiariùs cum domina viuere? quis enim hoc non videt, iudices? aut quis hoc ignorat, in eiusmodi domo, in qua mater familiâs meretricio more viuat: in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit: in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia, atque flagitia versentur: hîc seruos, non esse seruos? quibus omnia committantur? per quos gerantur? qui versentur iisdē in voluptatibus? quib. occulta credantur? ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumtib[a], ac luxuria redundet? id igitur Cœlius nō videbat? si enim tam familiaris erat mulieris, quàm vos vultis: illos quoque seruos familiaris esse dominæ sciebat. sin ei tanta consuetudo, quanta à vobis inducitur, non erat: quę cum seruis potuit familiaritas esse tanta? Ipsius autē veneni quæratio fingitur? vbi quæsitum est? quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco traditū? Habuisse aiunt domi, vimque eius esse expertum in seruo quodam, ad rem ipsam parato: cuius percelerī interitu esse [b] ab hoc comprobatum venenum. Prò dij immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis, aut conniuetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reseruatis? Vidi enim, vidi: & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cùm Q. Metellus abstraheretur è sinu, gremióq. patriæ, cúmque ille vir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die pòst, quàm in curia, in Rostris, in rep. floruisset, integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, eripereretur indignissimè bonis omnibus, atque vniuersæ ciuitati. quo quidem tempore ille moriens, cùm iam ceteris ex partibus oppressa mens esset extremum sensum ad memoriam reip. referebat: cùm me intuens flentem significabat interruptis [c], atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella vrbi, quanta tempestas ciuitati: & cùm parietem sæpe feriens, eū, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebrò Catulum, sæpe me, sæpissimè remp. nominabat: vt non tam se emori, quàm spoliari suo præsidio cùm patriam, tum etiam me doleret. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset: quónam modo ille furenti fratri suo patrueli consulari [d] restitisset, qui consulem incipientem furere, atq. conantem, sua se manu interfecturum, audiente senatu, dixerit? Ex hac igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? nónne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat [e]? non parietes conscios, nonne noctem illam funestam, ac luctuosam perhorresc[e]t? Sed reuertar ad crimen. Sed enim hæc facta illius clarissimi, ac fortissimi viri mentio, & vocem meam debilitauit, & mentem dolore impediuit. Sed tamen venenum vnde fuerit, quemadmodum paratum sit, non dicitur. Datum esse hoc aiunt P. Licinio, pudenti adolescenti, & bono, Cœlij familiari: constitutum [f] factum esse cum seruis, vt venirent ad balneas Xenias: eódem Licinium esse venturum atque iis veneni pyxidem traditurum. Hîc primùm illum requiro: quid attinuerit illud ferri in eum locum constitutum: cur illi serui non ad Cœlium domum venerint, si manebat tanta illa consuetudo Cœlij Clodia, tantáque familiaritas: quid suspicionis esset, si apud Cœlium mulieris seruus visus esset? sin autem iam suberat simultas, exstincta erat consuetudo, dissidium [a] exstiterat: *hinc illæ lacrymæ nimirum*, & hæc causa est horum omnium scelerum, atq. criminum. Immò, inquit, cùm serui ad dominam rem istam & maleficium Cœlij detulissent, mulier ingeniosa præcepit suis, vt omnia Cœlio pollicerentur: sed [b], vt venenum, cùm à Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum iussit, balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent: deinde repētè, cùm venisset Licinius, venenum [c] traderet: prosilirent, hominémque comprehenderent. Quæ quidem omnia, iudices, perfacilem rationem habent reprehendendi. Cur enim balneas [d] publicas potissimùm constituerat? in quibus non inuenio quæ latebra togatis hominibus esse possit. Nam si essent in vestibulo balnearum: non laterent, sin se in intimum conijcere vellent: nec satis commodè calceati, & vestiti id facere possent, & fortasse non reciperentur: nisi fortè mulier potens quadrantaria [e] illa permutatione [f] familiaris facta erat balneatori. ¶ Atque equidem vehementer expectabam, *quinam isti viri boni, testes* huius veneni quæratio fingitur? vbi quæsitum est? quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco traditū? Habuisse aiunt domi, vimque eius esse expertum in seruo quodam, ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse [b] ab hoc comprobatum venenum. Prò dij immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis, aut conniuetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reseruatis? Vidi enim, vidi: & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cùm Q. Metellus abstraheretur è sinu, gremióq. patriæ, cúmque ille vir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die pòst, quàm in curia, in Rostris, in rep. floruisset, integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, eripereretur indignissimè bonis omnibus, atque vniuersæ ciuitati. quo quidem tempore ille moriens, cùm iam ceteris ex partibus oppressa mens esset extremum sensum ad memoriam reip. referebat: cùm me intuens flentem significabat interruptis [c], atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella vrbi, quanta tempestas ciuitati: & cùm parietem sæpe feriens, eū, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebrò Catulum, sæpe me, sæpissimè remp. nominabat: vt non tam se emori, quàm spoliari suo præsidio cùm patriam, tum etiam me doleret. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset: quónam modo ille furenti fratri suo patrueli consulari [d] restitisset, qui consulem incipientem furere, atq. conantem, sua se manu interfecturum, audiente senatu, dixerit? Ex hac igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? nónne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat [e]? non parietes conscios, nonne noctem illam funestam, ac luctuosam perhorresc[e]t? Sed reuertar ad crimen. Sed enim hæc facta illius clarissimi, ac fortissimi viri mentio, & vocem meam debilitauit, & mentem dolore impediuit. Sed tamen venenum vnde fuerit, quemadmodum paratum sit, non dicitur. Datum esse hoc aiunt P. Licinio, pudenti adolescenti, & bono, Cœlij familiari: constitutum [f] factum esse cum seruis, vt venirent ad balneas Xenias: eódem Licinium esse venturum atque iis veneni pyxidem traditur

tradita seruis, euasissent subitò ex balneis mulieris amici, Liciniúmque comprehendissent: imploraret hominum fidem, atque à se illam pyxidem traditam pernegaret: quem quomodo illi reprehenderent? vidisse se dicerent? primùm ad se reuocarent maximi facinoris crimẽ: deinde id se vidisse dicerẽt, quod, quo loco collocati fuissent, non potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt, cùm Licinius veniret, pyxidem expediret, manum porrigeret, venenum traderet. *Mihi* a ergo *est tam exitus, nõ fabulæ*: in quo cùm clausula b non inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæũ c tollitur. Quæro enim, cur Licinium titubantem, hæsitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria d manus e ista de manibus emiserit f? cur non comprehenderint: cur non ipsius confessionem multorum oculis, facinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserint, an timebant, ne tot vnum, valẽtes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis reperietur. Itaque hæc causa, ab argumentis, à coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testeis tota traducta est. Quos quidem ego testeis, iudices, non modò sine vllo timore, sed etiam cum aliqua spe delectationis exspecto. Prægestit animus iam videre, primùm lautos iuuenes, mulieris beatæ, ac nobilis familiareis: deinde forteis viros, ab imperatrice in insidiis, atque in præsidio balnearum locatos. ex quibus requiram, quónam modo latuerint, aut vbi. alneúsne h ille, an *equus Troianus* fuerit, qui tot inuictos viros, muliebre bellum gerenteis tulerit, ac texerit. Illud verò respondere cogam, cur tot viri, ac tales, hunc & vnum, & tam imbecillum, quàm videtis, non aut stantem comprehenderint, aut fugientem consecuti sint. qui se numquam profectò, si i istum in locũ processerint, explicabunt: quàm volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnumquàm etiam ad vinum diserti sint. alia fori vis est, alia triclinij: alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum, comessatorúmque k conspectus l: lux denique longè alia est solis, & m lychnorum. Quamobrem excutiemus omneis istorum delicias, omneis ineptias, si prodierint. sed, si me audiant, nauent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent: vigeant apud istam mulierem venustate: dominentur sumptibus: hæreant, iaceant n, deseruiant: capiti verò innocentis, & fortunis parcant. At sunt serui illi de cognatorum sententia nobilissimorum, & clarissimorum hominum, manumissi. Tandem aliquid inueniemus, quod ista mulier de suorum propinquorum, fortissimorum virorum, sententia, atq. auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio: in qua aut crimen est Cœlio quæstium, aut o quæstio sublcuata, aut multarum rerum conscíis seruis cùm causa præmium persolutum. At propinquis placuit. Cur non placeret, cùm rem tute ad eos non ab aliis tibi allatam, sed à te ipsa compertam, deferre diceres? Hîc etiam miramur, si illam commentitiam? pyxidem obscœnissima sit fabula confecta. Nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadere videatur. Audita p, & peruulgata, & percelebrata sermonibus res est, percipitis

A animis, iudices, iamdudum quid velim, vel potiùs, quid nolim dicere. quod etiam si est factum, certè à Cœlio non est factum. Quid enim attinebat? Est enim ab aliquo fortasse adolescente, non tam insulso, quàm non verecundo. sin autem est fictum: non illud qui dem modestum, sed tamen est non infacetum b mendacium. quod profectò nunquam hominum sermo, atque opinio comprobasset, nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare c aptè viderentur. ¶ Dicta d est à me causa, iudices, & perorata. Iam intelligitis, quantum iudicium sustineatis, quanta tes sit commissa vobis. De vi quæritis. quæ e lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: quam legem Qu. Catulus armata dissentione ciuium, reipublicæ pænè extremis temporibus tulit: quæque lex, sedata illa flamma f consulatus mei, fumantis reliquias coniurationis exstinxit g. Hac enim lege Cœlij adolescentia non ad reipublicæ pœ
C nas, sed ad mulieris libidines h, & delicias de poscitur. Atque hoc etiam loco M. Camurti, & Ceserni i dãnatio prædicatur. O k stultitiam, stultitiámne dicam, an impudentiam singulare? audetísne, cùm ab ea muliere veniatis, facere istorum hominum mentionem? audetísne, cùm ab ea muliere veniatis, facere istorum hominum mentionẽ? audetísne excitare tanti flagitij memoriã, non exstinctam illam quidem, sed repressam vetustate? Quo enim illi crimine, peccatóq. perierunt? nempe
D quòd eiusdem mulieris dolorem, & iniuriã Vettiano nefario sunt stupro persecuti. Ego, vt audiretur Vettii nomen in causa, vt illa vetus Afrania l fabula refricaretur, idcirco Camurti, & Ceserni causa m est renouata? qui quamquam lege de vi certè nõ tenebantur, eo maleficio tamen erant implicati, vt ex nullius legis laqueis emittendi viderentur. M. verò Cælius cur in hoc iudicium vocatur?
E cui neque proprium quæstionis crimen obiicitur, nec n verò aliquid eiusmodi, quod sit à lege seiunctum, & cum vestra seueritate coniunctum. cuius prima ætas dedita disciplinis fuit, iisque artibus, quibus instruimur ad hunc vsum forensem, ad capessendam rempublicam, ad honorem, gloriam, dignitatem, iis autem fuit amicitiis maiorum natu, quorum imitari industriam, continentiámque maximè velit: iis æqualium studiis, vt eundem, quem optimi, ac nobilissimi, petere cursum laudis videretur. Cùm autem paullùm iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q.
F Pompeio proconsuli o contubernalis, castissimo viro, atque omnis officij diligentissimo: in qua prouincia cùm res erant, & possessiones paternæ, tum etiam vsus quidam prouincialis, non sine causa à maioribus huic ætati tributus. discessit illinc Pompeij iudicio probatissimus, vt p ipsius testimonio cognoscetis, voluit vetere instituto, eorum adolescentium exemplo, qui pòst in ciuitate summi viri, & clarissimi ciues exstiterunt, industriam suam à populo Romano ex aliqua illustri accusatione cognosci. Vellem aliò potiùs eum cupiditas gloriæ detulisset. sed q abiit huius tempus querelæ. Accusauit C. Antonium, collegam meum: cui misero
G præclari in rempublicam beneficij r memoria

a Mimi exitus non fabulæ, puerbialiter vsurpatur. Quisquis exitus fuerit mimis. ¶ Mimi autem dramatia poemata genus est, hîc indicat Cicero mimorum repræsentari fugientem aliquem: ex manibus, scabella concrepare, aulæũ tolli.*

b Clausula iam vocat, quam paullò ante, exitum appellauit.*

c Aboleri mingue vrebantur, *Festus.**

d Mulieraria manus, mollis turba. Hoc sensu, Mulierarius legitur apud Capitolinũ.* e L. ista manus.

f al. miserit, al. amiserit.* g L. cur non comprehenderit: cur nõ ipsum confessionem, multorum oculis, facinoris denique voce tanti sceleris expresserit.

h Alneum lorica, cur in balneis aquæ recipiendis idoneus.* i L. si in istũ locum comitatorumque al. confessurus.* k al. alia lychnorum. l al. adiacerã. m L. energ. tenerant.

n al. aut quæ stabulata, aut subsellia, aut mulæ.

o L. procos, al. pro consule

p al. vt ex ipsius testimonio cognoscetis.

q lib. cui g. sed abiit hoc tempus querelæ.

r iuuerat enim Ciceronem aduersus Catilinã. Cicero pro Sextio, in Pisonem. Plutarchus Sall. Iust. Dion.

vt in foro, plus vt in negotiis versaretur, causisque amicorum, plus vt valeret inter suos gratia. quæ nisi vigilanteis[a] homines, nisi sobrij, nisi industrij, consequi non possunt omnia labore, & diligentia est consecutus. In hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate, ac sapientia vestra) fama adolescentis paullum hæsit ad metas notitia nouæ mulieris, & infelici vicinitate, & insolētia voluptatum. quæ cùm inclusæ diutiùs, & primæ ætate compressæ, & constrictæ fuerunt, subitò se nonnumquam profundunt, atq. eiiciunt vniuersæ qua ex vita, vel dicam, quo ex sermone (nequaquā enim tantum erat, quantum homines loquebātur) verùm ex eo, quidquid erat, emersit, totúmque se eiecit, atque extulit: tantúmque abest ab illius familiaritatis infamia, vt eiusdem nunc ab sese inimicitias, odiúmque propulset. Atque vt iste interpositus sermo deliciarum, desidiæq. moreretur, (fecit me mehercule inuito, & multum repugnante, sed tamen fecit) nomen amici mei de ambitu detulit: quem absolutum insequitur, reuocat: nemini nostrûm obtemperat: est violentior, quàm vellem. Sed ego non loquor de sapientia, quę non cadit in hac ætatem: *de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam: quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia verò, tanquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quanta fruges industriæ sint futuræ.* Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potiùs à gloria, quàm incitandi fuerunt: amputanda plura sunt illi ætati, siquidem efflorescit ingenij laudibus, quàm inserenda. Quare, si cui nimium efferbuisse[b] videtur huius vel in suscipiēdis, vel in gerendis inimicitiis vis, ferocitas, pertinacia: si quem etiam minimorum horum aliquid offendit, si purpuræ genus, si amicorum cateruæ, si splendor, si nitor: iam ista deseruerint[c]: iam[d] ætas omnia, iam ista dies mitigarit. Conseruate igitur reipublicæ, iudices, *eiusmodi bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum.* Promitto hoc vobis, & reipublicæ spondeo, si modò nos ipsi reipublicæ satisfecimus, numquam hunc à nostris rationibus seiunctum fore. quod cùm fretus nostra familiaritate promitto, tum quòd durissimis se ipse legibus iam obligarit[e]. Nequeenim potest, qui hominem consularem, quòd ab eo rempublicam violatam diceret[a], in iudicium vocarit, ipse esse in republica ciuis turbulentus: non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impunè vmquam esse largitor. Habet à M. Cœlio resp. iudices duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora volūtatis. Quare oro, obtestórq. vos, iudices, vt qua in ciuitate paucis his diebus Sext. Clodius absolutus sit, quē vos p biennium aut ministrum seditionis, aut ducem vidistis: qui ædes[b] sacras, qui censum[c] pop. Ro. qui memoriam publicam suis manibus incendit, *hominem[d] sine re. sine fide, sine spe, sine sede. sine fortunis: ore, lingua, manu, vita omni inquinatum:* qui catuli monumentum[e] afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit: qui in Palatio, atque in vrbis oculis seruitia ad cædem, & inflammandam vrbem incitauit: in ea ciuitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Cœlium, libidini muliebri condonatum, ne eādem mulier cum suo coniuge[f] & fratre turpissimum latronem eripuisse, & honestissimum adolescentem oppressisse videatur. Quòd cùm huius vobis adolescentiam proposueritis, constituitote vobis ante oculos huius[g] etiam miseri senectutem, qui hoc vnico filio nititur, in huius spe requieuit[h], huius vnius casum pertimescit: quem vos supplicem vestræ misericordiæ, seruum potestatis, abiectum non tam ad pedes, quàm ad mores, sensúsque vestros, vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum iucunditate sustētate: vt in alterius dolore, vel pietati, vel indulgentiæ vestræ seruiatis. Nolite, iudices, aut hunc iam natura ipsa occidētem, velle maturiùs exstingui vulnere vestro, quàm suo fato: aut hunc nunc primùm floreścentem, firmata iam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tēpestate peruertere. Conseruate parenti filium, parentem filio: ne aut senectutem iam propè desperatam contemsisse, aut adolescentiam plenam spei maximæ, non modò non aluisse vos, sed etiam perculisse, atque afflixisse videamini. Quem si vobis, si suis, si reipublicæ conseruatis, addictum, deditum, obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis: omniúmque huius neruorum, ac laborum vos potissimùm, iudices, fructus vberes, diuturnósque capietis.

DE

---

a Ὁ δὲ νήφοντος οὐ πάνυ λέγει

b L. efferuisse
c al. deferueo. Alii legunt deferuerint. al. deferbuerint. vet. deferuerit. al. deferuerint
d L. iam ætas iam dies ista omn. mitig.
P. LIII P. fiat multa dies mitigarit.
e L. obligauit

a L. esse dicet

b Templum Nympharum Cicero de Haruſp. reſponſ.
c Censuta bulæ in ædē Nympharum adſeruabantur. Cicero pro Milone.
d al. homo & poſt inquinatus.
e porticum Cicero pro domo.
f alludit ad coniugium Iouis, & Iunonis. Virgil. & ſoror, & coniux.
g L. etiam huius
h al. acquieſcit,

P. 3.

PRO[a] L. CORNELIO BALBO[b].

ORATIO TRICESIMA QVINTA.

Synopsis.

¶Quæstio, *An Balbus iure ciuitatis donatus sit.* Accusator, *non nominatur.* Reus, *Balbus.* Patronus Balbi post M. Crassum & Cn. Pompeium, *Cicero.* Acta, *anno vrbis 697.* Euentus, *absolutus.*

IC AVCTORITATES patronorum in iudiciis valerent ab amplissimis viris[d] L. Cornelij causa defensa est: si vsus, à peritissimis: si ingenia, ab eloquentissimis: si studia, ab amicissimis, & cùm beneficiis cũ L. Cornelio, tum maxima familiaritate cõiunctis. Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ quantã vos in me esse voluistis, vsus mediocris ingenij minimè volũtati paris. nã ceteris, à quib[e] est defensus, hũc debere plurimùm video: ego, quã tum tũ ei debeam, alio loco ostẽdam. Principio orationis hoc [e] oppono, me omnibus, qui amici fuerint[f] saluti meę, & dignitati, si minùs referẽda gratia satisfacere potuerim, at prædicanda & habenda certè satis esse facturum. Quæ fuerit hosterno die Cn. Pompeij grauitas in dicendo, iudices, quæ facultas, quæ copia, nõ opinione tacita vestrorum amicorum sed perspicua admiratione declarari videbatur. nihil enim vmquã audiui, quod mihi de iure subtiliùs dici videretur, nihil[g] de memoria, de more[h], de exemplis acutiùs, nihil peritiùs de fœderibus, nihil illustriore auctoritate de bellis, nihil de republica grauiùs, nihil de ipso modestiùs, nihil de causa, & crimine ornatiùs: vt mihi iam verum videatur illud esse, quod nonnulli litterati[i], ac studiis, doctrinisque dediti quasi quiddam incredibile dicere putabantur, eum, qui omneis animo virtutes penitus comprehẽdisset, omnia, quę[k] facere vellet, facillimè tractare. Quæ enim in L. Crassio potuit, homine I nato ad dicendi singularem quandam facultatem, si hanc cauſam ageret, maior esse vbertas, varietas, copia, quàm fuit in eo, tãtam potuit impertire huic studio temporis, quantum ipse à pueritia vsque ad hanc ætatem à continuis bellis, & victoriis conquieuit? Quo mihi difficilior est hic extremus perorandi locus. etenim ei succedo orationi, quæ nõ præteruecta sit aureis vestras, sed in animis omnium penitus insederit: vt plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quàm non modò ex mea, sed ex cuiusquam oratione capere possitis. Sed mos est gerendus non modò Cornelio, cuius ego voluntati in eius periculis nullo modo deesse possum: sed etiam Cn. Pompeio, qui sui facti, sui iudicij, sui beneficij, voluit me esse, vt apud eosdem vos, iudices, nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem, &[a] auctorem. ¶Ac[b] mihi quidem hoc dignum reo videtur, hoc deberi huius excellentis viri præstãtissimæ gloriæ, hoc proprium esse vestri officij, hoc satis esse cautæ, vt, quod fecisse Cn. Pompeium constet, id [c] omnes & licuisse concedant. Nam verius nihil est, quàm quod hesterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, vt nullius in delicti crimen vocaretur. Non enim furatus esse ciuitatem, non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse[d] in censum dicitur: vnum obiicitur, *natum esse Gadibus:* quod negat nemo. ceterùm accusator fatetur, hunc in Hispania, durissimo bello, cum Qu. Metello, cum[e] C. Memmio, & in classe, & in exercitu fuisse, &, vt Põpeius in Hispaniam venerit, Memmiúmque habere quæstorem cœperit, nunquã à Memmio discessisse: Karthaginem esse profectum: acerrimis illis prœlijs, & maximis, Sucronensi[f], & Durienſi interfuisse: cum Pompeio ad extremum belli tempus fuisse. Hæc sunt præclia Cornelij: talis in remp. nostram labor, assiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore, spes pro periculis præmiorum. præmia quidem ipsa[h] non in eius facto, qui adeptus est, sed in eius, qui dedit. *'Donatus[i] igitur est ob eas causas à Cn. Pompeio ciuitate.* id accusator nõ negat, sed reprehendit: vt in Cornelio causa ipsius probetur, pœna quæratur: in Pompeio causa lædatur, pœna sit nulla. Sic famam, sic innocentissimi hominis fortunas, præstantissimi imperatoris factum condemnari volunt. Ergo in iudicium, caput Cornelij factum Pompeij vocatur. hunc enim in ea ciuitate, in qua sit natus, honestissimo loco natum esse concedis, & ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus, in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatum: nullius laboris, nullius obsessionis, nullius prœlijs expertem fuisse. hæc sunt omnia cùm plena laudis, tum propria Cornelij: nec in his rebus crimen est vllum. ¶Vbi I igitur est crimen? quòd eum Pompeius ciuitate donauit. Huiuscéne crimen[a] minimè: *nisi honos, ignominia putanda[m] est.* Cuius igitur? Reuera nullius: actione accusatoris, eius vnius qui donauit. Qui si adductus gratia, minùs idoneum hominẽ præmio affecisset: qui etiam si virum bonum, sed[n] non ita meritum: si denique aliquid, quod non contrà, atque oporteret: tamen esset omnis eiusmodi mali[o] reprehensio à vobis, iudices,

a L. & actorẽ, *& ita v.c.*

b PROPOSITIO & NARRATIO.*

c *sic v.c.* L. id omnes ei licuisse cons.

d Censebantur soli Ciues Romani. Interpere igitur in censum is dicebatur, qui cum ciuis non esset, sed pro ciue gerebat, se vt ciuem in tabulas censoris referebat.* P. LVI.

e *al.* cum M. Memmio, f ad eũ fluuiũ Põpei[a] à Sertorio victus est *Plutarch.** g ad hũc quoque fluuium Sertorius cũ Pompeio & Metello pugnauit. Plutarchus Sertorio.*

h *v.c.* illa

i *v.c.* Donatus est ergo ob eas c.

k *al.* periculi.*

l CONFIRMATIO qua probat Balbum iure à Pompeio Imperatore ciuitate donari potuisse.* m *al.* vocanda.*

n *fort* sed non ita bene meritum:

o vox, *mali*, abest à cod. ves.

a Balbus hic quod pro L. Cornelium bene ciuitatis Romanæ adeptus esset, L. Cornelius dictus.*

b Hic Gaditanus in Hispania natus, bello Sertoriano Imp. Romanis pro hostibus primus externorũ fasces Cõsul 7. Plin. 43 de Gaditanis triumphauit 5. Plin. 5. de eius theatro vide eundem Plinij 36. c. 7. de oppido Gaditanorũ ab eodẽ Balbo ampliato vide Strabonem 3.*

c EXORDIVM*

d vox, *vitæ*, abest à codd. manuscr.

e L. hoc posito, f L. salutis, & dignitatis meæ,

g L. nihil de more maiorum, de exemplis scitius, nihil de fœderibus scitius, nihil de bellis scitius*

i L. & v.c. litteris, ac studiis doctrinæ dedit.

k *al.* quæ vellet.*

P. 8. l Crassi eloquentia commendatur laudibus de oratore.*

repudianda. Nunc verò quid dicitur? quid[a] ait accusator feciſſe Pompeium? quod ei facere non licuerit? quod grauius[b] eſt, quàm ſi id factum ab eo diceret, quod non oportuiſſet. *Eſt enim aliquid, quod non oporteat etiam ſi licet. quidquid verò non licet, certè non oportet.* Hîc ego nunc cunctor[c] ſic agere, iudices, non eſſe fas dubitari, quin, quod Cn. Pompeium feciſſe conſtet, id[d] non ſolùm decuiſſe, ſed etiam debuiſſe fateamur? Quid enim abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, iure[e] hoc tribui, & concedi putaremus? vſúſne rerum? qui pueritiæ tempus extremum[f] principium habuit bellorum, atque imperiorum maximorum? cuius plerique æquales minùs ſæpe caſtra viderunt, quàm hic triumphauit? qui totſ habet triumphos, quot oræ ſunt, partéſque terrarum? tot victorias bellicas, quot ſunt in rerum natura genera[h] bellorum? an ingenium? cùm etiam ipſi[k] caſus, euentúſque rerum, non duces, ſed comites eius conſiliorum fuerint? in quo vno ita ſumma fortuna cum ſumma virtute certauit, vt omnium iudicio, plus[l] homini, quàm decet, tribueretur? an pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia vmquam requiſita eſt? quem prouinciæ noſtræ, quem liberi[m] populi, quem reges, quem exteræ gentes, caſtiorem, moderationem, ſanctiorem, non modò viderunt, ſed aut ſperando vnquam, aut optando cogitauerunt[n]? Quid dicam de auctoritate? quæ tanta eſt, quanta in his tantis virtutibus, ac laudibus eſſe debet. Cui S.P.Q.R. ampliſſimæ dignitatis præmia[o] dedit, non poſtulanti imperia, verùm etiam recuſanti: huius de facto, iudices, ita quæri, vt id agatur, licuerítne ei facere, quod fecit, an verò, non dicam, non licuerit, ſed nefas fuerit (contra fœdus enim, id eſt, contra populi R. religionem, & fidem feciſſe dicitur) non[p] turpe populo Ro. nónne vobis? Audiui hoc de parente meo puer: cùm Qu. Metellus[q], L.F. cauſam de pecuniis repetundis diceret, ille[r], *ille vt recuperet patria ſalus, dulcior, quàm conſpectus, fuit: qui de ciuitate decedere, quàm de ſententia mauult*: hoc igitur cauſam[t] dicente, cùm ipſius tabulæ circumferrentur inſpiciendi nominis cauſa fuiſſe iudicem ex illis equitibus Romanis, grauiſſimis vitis, neminem, quin[u] remoueret oculos, & ſe totum auerteret, ne fortè quod ille in tabulas publicas retuliſſet, dubitaſſe quiſquam, verúmne, an falſum eſſet, videretur. nos Cn. Pompeij decretum, iudicium *de conſilij ſententia pronuntiatum* recognoſcemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum[x] acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus[y]? Athenis aiunt, cùm quidam[z] apud eos, qui ſanctè grauitérque vixiſſet, & teſtimonium publicè dixiſſet, & (vt *mos*[aa] *Græcorum eſt*) *iurandi cauſa ad aras accederet*, vna voce omneis iudices, ne is iuraret, reclamaſſe. Cùm Græci homines, ſpectati viri, noluerint, religione videri potiùs, quàm veritate, fidem eſſe conſtrictam: nos etiam in ipſa religione & legum, & fœderum conſeruanda, qualis fuerit Cn. Pompeius, dubitabimus? Vtrùm enim inſcientem vultis contra fœdera feciſſe, an ſcientem? ſi ſcientem? ô nomen noſtri imperij! ô populi R. excellens dignitas! ô Cn. Pompeij ſic latè longéque diffuſa laus, vt eius gloriæ domicilium communis imperij finibus terminetur! ô nationes, vrbes, populi, reges, tetrarchæ, tyranni, teſtes Cn. Pompeij non ſolùm virtutis in bello, ſed etiam religionis in pace! vos denique mutæ regiones imploro, & ſola terrarum vltima: vos maria, portus, inſulæ litoráque[a]. Quæ eſt enim ora, quæ ſedes, qui locus, in quo non exſtent huius cùm fortitudinis, tum verò humanitatis, tum animi, tum conſilij impreſſa veſtigia? Hunc quiſquam incredibili quadam, atque inaudita grauitate, virtute, conſtantia præditum, fœdera ſcientem neglexiſſe, violaſſe, rupiſſe, dicere audebit? Gratificatur mihi geſtu accuſator: inſcientem Cn. Pompeium feciſſe ſignificat. Quaſi verò leuius ſit, cùm in tanta rep. verſere, & maximis negotiis præſis, facere aliquid, quod ſcias non licere: an[c] omnino neſcire quid liceat. Etenim[d] cùm in Hiſpania bellum acerrimum, & maximum geſſerat, quo iure Gaditana ciuitas eſſet, neſciebat? an, cuius linguam populi non noſſet, interpretationem fœderis non tenebat? Id igitur quiſquam Cn. Pompeiũ ignoraſſe dicere audebit, quod me diocres homines, qđ nullo vſus, nullo ſtudio militari prediti, quod[e] librarioli ſif deniq. ſcire profiteantur? Equidem[g] contrà exiſtimo, iudices, cùm in omni genere, ac varietate artium, etiam illarum, quæ ſine ſummo otio non facilè diſcuntur, Cn. Pompeius excellat, ſingularem[h] quandam laudem eius, & præſtabilem eſſe ſcientiam in[i] fœderibus, pactionibus, conditionibus, populorum, regum, exterarum nationum: in vniuerſo denique bello iure, ac pacis. niſi fortè, quæ nos libri[k] docent in vmbra, & otio, ea Cn. Pompeium, neque cùm requieſceret, litteræ: neque, cùm rẽ gereret, res ipſæ docere potuerunt. Atque[l] vt ego ſentio, iudices, cauſa dicta eſt[m] temporis magis ego, non huius, inquam, generis iudicij plura dicam. Eſt[n] enim huius ſæculi labes quædam, & macula, virtuti inuidere? velle ipſum florem dignitatis infringere. Etenim, ſi Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet, is vir, à quo ſenatus adoleſcentulo, atque equite Romano ſæpe communis ſalutis auxilium expetiſſet: cuius res geſtæ omneis gentes, cum clariſſima victoria, terra, marique peragraſſent: cuius[o] res triumphi teſteſeſſent, totum orbem terrarum noſtro imperio teneri: quem populus Ro. ſingularibus honoribus decoraſſet: ſi nunc apud vos, id, quod is feciſſet, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profectò. *mors enim cùm exſtinxiſſet inuidiam, res eius geſtæ ſempiterni nominis gloria niterentur.* Cuius igitur audita virtus dubitationi locum nõ daret: huius præſens, experta, atque perſpecta, obtrectatorum voce lædetur? Omittam igitur Pompeium iam oratione mea réliqua: ſed vos, iudices, animis, ac memoria tenetote, de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua conſuetudine ciuitatis noſtræ, renouabo ea, quæ dicta ſunt. nihil enim mihi noui, nihil integri neque M. Craſſus, qui totã cauſam & pro facultate, & pro fide ſua diligentiſſimè vobis explicauit, neq. Cn. Põpeius, cuius oratio omnib[p] ornamẽtis abũdauit, ad dicendũ reliquid. Sed, quoniã mi me

a L. quid ait accuſator? feciſſe Põpeiũ, quod ei facere non licuerit, quod gr. b feciſſe quod non licuerit, & quod non oportuerit? diſſerunt.* P. B.

c *ſic v. c.* L. coner d L. id non ſolùm licuiſſe, ſed etiam debuiſſe fateamur?

e L. iure ei hoc trib.

f *al.* externæ* g hoc eſt tres. Ter enim triũphauit Pompeius ex Africa Hiarba rege Numidiæ victo: ex Europa Sertorio occiſo: ex Aſia Mithridate & Tigrane ſuperatis. Plutarchus in Põpeio.*

h *v. c.* bellorũ genera? an i Ciuile, Africanum, Tranſalpinum, Hiſpanienſe, Seruile, Nauale* k *v. c.* ipſe caſus,

l L. plus homini, quàm decet, trib.

m liberi populi qui dicãtur v. l. 7. §. 1. ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis.*

n *ſic v. c. fort.* cogitarunt?

P. LVII.

o L. præmia dedit non poſtulanti: imperia verò etiam recuſanti:

p *ſic v. al.* nõne turpe

q Numidicus.*

r *ſic v. c.*

ſ vide orationem pro Sextio & in Piſ. Plutarchum Mario,* t Reperundarum 2. Valer. 10.*

u Non in tabulis ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincerè adminiſtratæ prouinciæ legenda ſibi iudices crediderunt indignũ rati integritatẽ tanti viri exigua cera,

x v. L. quorum acerrima dilig. eſt perpendemus? y Pertendere dixit vt & Varro 4 de lingua in pr. z Xenocratem 2. Valer. 10. Lactius.* aa Iuraturi apud Athenienſes ad aras accedebant.*

a *forſ. hiatus* Quæ *b al.* Quæ rẽ non leuius ſit, cùm in lata rep. verſ. & max. negot. facere aliq. quod ſcias non licere, quàm omneſc. q. lic. *fic.* Quaſi verò leuius ſit, cùm in tanta rep. verſ. & max. negot. omnino neſcire quid liceat quàm ſcire aliq. quod ſcias non licere. Etenim vtrũ *fic al.* quàm omnino d L. Etenim vtrũm, qui ſe L. quod librarioli deniq. ſe ſcire prof.

e Librarioli, librarii exteriores,* f *v. c.* Sigidem

g L. tum ſingularem q. i Imperatori ſummo quatum veris ſcientia* necceſſaria ſit.

k v. Polyb.* l L. Atque re ego ſentio, iudices, cauſa dicta eſt temporis magis ego, non huius, inquam, generis iudicij plura dicam. Eſt enim huius ſæculi labes quædam, & macula, virtuti inuidere? velle ipſum florem dignitatis infringere. Etenim, ſi Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet, is vir. à quo ſenatus adoleſcentulo, atque equite Romano ſæpe communis ſalutis auxilium expetiſſet: cuius res geſtæ omneis gentes, cum clariſſima victoria, terra, marique peragraſſent: cuius res triumphi teſteſeſſent, totum orbem terrarum noſtro imperio teneri: quem populus Ro. ſingularibus honoribus decoraſſet: ſi nunc apud vos, id, quod is feciſſet, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profectò. *mors enim cùm exſtinxiſſet inuidiam, res eius geſtæ ſempiterni nominis gloria niterentur.* Cuius igitur audita virtus dubitationi locum nõ daret: huius præſens, experta, atque perſpecta, obtrectatorum voce lædetur? Omittam igitur Pompeium iam oratione mea réliqua: ſed vos, iudices, animis, ac memoria tenetote, de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua conſuetudine ciuitatis noſtræ, renouabo ea, quæ dicta ſunt. nihil enim mihi noui, nihil integri neque M. Craſſus, qui totã cauſam & pro facultate, & pro fide ſua diligentiſſimè vobis explicauit, neq. Cn. Põpeius, cuius oratio omnib[p] ornamẽtis abũdauit, ad dicendũ reliquid. Sed, quoniã mi me

me recusante, placuit ambobus adhiberi hunc à me quasi perpoliendi quendam operis extremum [a] laborem: peto à vobis, vt me officio [b] potiùs, quàm dicendi studio hanc suscepisse operâ, ac munus putetis. Ac priùs, quàm aggrediar ad ius, causámque Cornelij, quidam de communi conditione omnium nostrûm, deprecandæ [c] causa, breuiter commemorandum videtur. *Si quo quisque loco nostrûm est, iudices, natus, aut si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitæ statum vsq. ad senectu tẽ obtinere debet, & si omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustrauit labor, & industria pœna sunt afficiendi:* nõ grauior L.Cornelio, quàm multis viris bonis, atque fortibus, constituti lex vitæ, & conditio videtur. *Sinautem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere, & fortunæ gradu non modò amicitias, & rei familiaru copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem:* non intelligo, cur potiùs inuidia violatura [d] virtutem L. Cornelij, quàm æquitas vestra pudorem eius adiutura videatur. Itaque, quod maximè petendum est, à vobis idcirco nõ peto, iudices, ne de vestra sapientia, atque de vestra humanitate dubitare videar. Est autem petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici sitis industriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniendam putetis. illud peto, vt, si causam ipsam per se firmam esse, & stabilem videritis, hominis ipsius ornamenta adiumento causæ potiùs, quàm impedimento esse malitis. ¶ Nascitur, iudices, causa Cornelij ex [e] lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt. qua lege videmus [f], sanctis esse sanctum [g], *vti ciues R. sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia [h] sigillatim ciuitate donauerit.* Donatum esse L. Cornelium præ sens Pompeius dicit: indicant publica [k] tabulæ: accusator fatetur. sed *negat [l] ex fœderato populo quemquam potuisse, nisi is populus [m] fundus factus esset, in hanc ciuitatem venire.* O præclarum interpretem iuris auctorem antiquitatis: correctorem, atque emendatorem nostræ ciuitatis, qui hanc pœnam fœderibus adscribat, vt omnium præmiorum beneficiorúmq. nostrorum experteis faciat fœderatos. Quid enim potuit dici imperitiùs, quàm fœderatos populos, fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium fœderatorum, quàm omnium liberorum. Sed totum hoc, iudices, in ea fuit positum semper ratione, atq. sententia, *vt cum iussisset P. R. aliquid: si id ascisset socij populi, ac Latini, &* [n], *si ea lex, quam nos haberemus, eádem in populo aliquo, tanquã in fundo, resedisset: vt tum lege [o] eádem is populus teneretur:* non vt de nostro iure aliquid minueretur: sed vt illi populi aut iure, eo, quod à nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut q beneficio vterentur. Tulit apud maiores nostros legem [r] C. Furius de testamentis: tulit: Q. [s] Voconius [t] de mulierum hereditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ. quas Latini voluerunt, asciuerunt. & Latinis data, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent. In quo magna contentio Heraclienſium, & Neapolitanorum fuit, cùm magna pars in iis ciuitatibus iuris [x] sui libertatẽ [y] ciuitati anteferret. Postremò hæc vis est istius [z] [illegible] ris, & verbi, vt fundi [2]

[a] sic extremũ laborem dixit Virgilius in Gallo.*
[b] L. & v.c. officii por. cæ v. e. maluo lentiæ c.
[c] v.c. violaturã, virtutem L. Corn. &c. mendosè.
[d] CIVIS Cornelius Balbus lege.*
[e] v.c. videamus, i. al. videamus sanè fenatum.*
[f] P. D. g v.c. sanctã, h L. singillatim. i sic v.c. k de tabulæ publicæ: ciuitate do nari an potuerint fœde rati populi, qui populi fundi facti nõ fuissent.* m De populis fundis fabulas dixi.* n fundi populi dicebantur, si ea lex quæ haberet Romani, eadem in illo populo ciuitas quam in fundo fieret. e. de vitiget eadem.* p L. deminue rerur. q sic v. e. al. ac beneficio r de lege Furia. videtheophilum Inst. de lege Furia.* s al. C. Voconius vt & Verr. Lex Iudiciaria.* t vnde lex Voconia de qua dixi in Verrem.* P. LIX. u adde 23. familiæ 20. x al. fœderis. y hoc est antiquum ciuitatis fundatæ & stabilitum.* z fundi populi, beneficio p. Romani non iure sedebat.*

A populi, beneficio nostro, non suo iure fiant. Cùm aliquid pop. R. iussit, id si est eiusmodi, vt quibusdam populis siue fœderatis, siue liberis, permittendum esse videatur, vt statuãt ipsi non de nostris, sed de suis rebus, quo iure vti velint: tum, vtrùm fundi facti sint, an non querendum esse videatur. de nostra verò rep. de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt. Atqui, si imperatorib. nostris, si senatui, si populo R. nõ licebit propositis præmiis elicere ex ciuitatib. sociorum, atq. amicorum, fortissimum, atque optimum quemq. ad subeunda pro salute nostra pericula: summa vtilitate, ac maximo sæpe præsidio in periculis, atque asperis temporibus carẽdum [a] erit. Sed, per deos immortaleis, quæ est ista societas, quæ amicitia, quod fœdus, vt aut nostra ciuitas careat in suis periculis Massilienſi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino: aut, si quis ex illis populis sit exortus, qui nostros duces auxilio [b] laboris, commeatus, periculo suo iuuerit, qui cum hoste nostro comminus in acie sæpe pugnarit, qui sepe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit: nullæ conditione huius ciuitatis præmiis affici possit? Etenim in populum R. graue est, non posse vti sociis; excellenti virtute prædictis, qui velint cum periculis nostris sua cõmunicare: in socios verò ipsos, & in eos, de quib. [c] agimus, fœderatos, iniurioſum, & contumelioſum est, his præmiis, & his honorib. [d] exclusos esse fideliſſimos, & coniunctiſſimos socios, quæ pateãt stipẽdiariis [e], pateãt hostibus, pateãt sæpe seruis. Nãd & stipẽdiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris prouinciis multos ciuitate donatos videmus. &, q hostes, ad nostros imperatores perfugiſſent, & magno vsui reip. nostræ fuissent, scimus ciuitate esse donatos: seruos [f] deniq. *quorum [g] tus & fortunæ cõditio infima est,* bene de republica meritos, persæpe libertate, id est, ciuitate publicè donari videbamus [g]. Hanc tu igitur, patrone fœderum, ac fœderatorum, conditionem statuis Gaditanis, tuis ciuibus, vt, quod iis, quos Gaditanis [h] adiutoribus, armis subegimus, atq. in dictionem nostram redegimus, liceat, si populus R. permiserit, vt ab senatu, ab imperatoribus nostris ciuitate donentur: id ne liceat ipsis [i], qui si suis decretis, legibúsve sanxissent, ne quis suorum ciuium, castra imperatorum populi Rom. [k] iuret: ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis, atque in vitæ discrimen inferret [l]: Gaditanorũ auxiliis, cùm vellemus, vti nobis non liceret. priuatim [m] verò, ne quis vir & animo, & virtute præcellẽs, pro nostro imperio periculo suo dimicaret: graui ter id iure ferremus, minui auxilia pop. R. debilitari animos fortissimorum virorum alienigenarum nos hominum studiis, atque externa virtute priuari [m]. Atquî nihil intereſt, iudices, vtrùm hæc fœderati iura cõstituant, vt, necui liceat ex his ciuitatibus ad nostrorũ bellorum pericula accedere: an, quæ nos eorum ciuibus, virtutis causa, tribuerimus, ea tanta esse non possint. nihil [n] enim magis vteremur his adiutoribus, sublatis præmiis virtutis, quàm, si omnino his versari in nostris bellis non liceret. Etenim, cùm *pro sua patria pauci post genus hominum natum, reperti sint, qui, nullis [o] præmijs propositis, vitam suam hostium*

[a] L. earẽdum nobis erit. & ita v.c.
[b] L. auxilio labore, commeatu, periculo suo iuu.
[c] Stipendiari populi qui.*
[d] Ciuitatis ius datum stipẽdiariis, hostib. qui ad Romanos perfugissent & magno vsui Reip. fuissent, seruis, bene de rep. meritis*
[e] Seruorũ ius & fortunæ cõditio infima* f v.c. quorum ius, fortuna, cõditio inf. g al. indicamus.*
[h] L. Gaditanis tuis, adiut.
[i] *Pantagathus* ipsis.*
[k] L. offerret: l L. priuatim vero, si ne quis vir &c.
[m] *Pantag* prãuari*
[n] k nihilo enim ma.
P. LX.
[o] L. multis p.

telis obiecerint: pro aliena rep. quemquam fore putatis, qui se opponat periculis, non modò nullo proposito præmio, sed etiam interdicto? Sed, cùm est illud imperitissimè dictum de populis [a] fundis, quod [b] commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorũ: ex quo intelligi necesse est, aut neminem ex sociis ciuem fieri posse, aut etiam posse ex fœderatis: tum verò ius omne noster iste magister mutandæ ciuitatis ignorat: quod est, iudices, non solùm in legibus publicis positum, sed etiam in priuatorum voluntate. Iure enim nostro neque mutare ciuitatem quisquam inuitus [c] potest, neque si velit, mutare [d] non potest, modò ascisc. atur ab ea ciuitate, cuius [e] esse se ciuitatis velit: vt, si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue R. vt sit is ciuis Gaditanus, magnas potestas sit nostro ciui mutandæ ciuitatis, nec fœdere impediatur, quo minùs ex ciue R. ciuis Gaditanus possit esse. *Duarum* [g] *ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest*: non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alij ciuitati dicarit, potest. Neque solùm dicatione[h], quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, C. Lænati, Qu. Philippo, Nuceriæ, C. Catoni Tarraconæ, Qu. Cœpioni, Rutilio[k], Smyrnæ, vidimus accidisse, vt earum ciuitatum fierent ciues, hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solum ciuitatis mutatione vertissent: sed [l] etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio. neque enim sine causa de [m] Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem apud maiores legati nostri in Græciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum, *vt is Publicius si domum reuenisset*[n], *& inde Romam rediisset, ne minus ciuis esset*. Multi etiam superiore memoria ciues Romani sua voluntate indemnati, & incolumes, his rebus relictis, alias se in ciuitates contulerunt. ¶ Quòd si ciui R. licet esse Gaditanum siue [o] exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis: vt iam ad *fœdus*[p] veniam, quod ad causam nihil pertinet (de ciuitatis enim iure, non de fœderibus disceptamus) quid est, quamadmodum ciui Gaditano in hanc ciuitatem venire non liceat? Equidem longè secus sentio. nam cùm ex omnibus ciuitatibus via sit in nostram, cúmque nostris ciuibus pateat iter ad ceteras ciuitates: tum verò, vt quę que nobiscũ maximè societate, amicitia, sponsione, pactione, fœdere coniuncta[q] est, ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis, continere[r] videtur. Atqui ceteræ ciuitates non dubitarent nostros omneis [s] recipere in suas ciuitates, si idem nos iuris haberemus, quod ceteri. sed *nos non possumus & huius esse ciuitatis, & cuiusuis præterea: ceteris is concessum est*. Itaque in [t] Græcis ciuitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, ceteros undique adscribi, multarúmque esse eosdem hominum ciuitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros ciueis, Athenis in numero iudicum, atque Areopagitarum, certa tribus certo numero, cùm ignorarent, si illam ciuitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent[a]. Peritus verò nostri iuris, ac moris nemo vmquã, qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ciuitatem se dicauit. Sed hic totus locus disputationis, atque orationis meæ, iudices, pertinet ad commune [b] ius mutandarum ciuitatum: nihil habet, quod sit proprium religionis, ac fœderũ. Defendo enim rem vniuersam, *nullam esse gentem ex omni regione terrarum, neque tam dissidentem à populo R. odio quodam, atque* [d] *dissidio, neque tam fide, beneuolentiáque coniunctã, ex qua nobis interdictum sit, vt neq. ascisc ere ciuem, aut ciuitate donare possimus*. O iura præclara, atque diuinitùs iam inde à principio Romani nominis à maioribus nostris comparata, *ne quis nostrũm plus quàm vnius ciuitatis esse possit*. (dissimilitudo enim ciuitatum, varietatem iuris habeat necesse est) neqs inuitus ciuitate mutetur: néve in ciuitate maneat inuitus. Hæc sunt enim fundamẽta firmissima nostræ libertatis, *sui quĕq. iuris & retinendi & dimittẽdi esse dominum*. Illud verò sine vlla dubitatione maximè nostrum fundauit imperium, & populi R. nomẽ auxit, quòd princeps ille creator huius vrbis, Romulus fœdere Sabino docuit, *etiam hostibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere*. Cuius, auctoritate, & exemplo numquam est intermissa à maioribus nostris largitio, & communicatio ciuitatis. Itaque & ex Latio multi, & Tusculani[d], & Lanuuini[e], & ex ceteris generibus gentes vniuersæ in ciuitatem sunt receptæ, vt Sabinorum, Volscorum, Hernicorum: quibus ex ciuitatibus nec coacti essent ciuitatem mutare, si qui noluissent: nec, si qui essent ciuitatem nostram beneficio populi R. consecuti, violatum fœdus eorum videretur. At enim quædam fœdera exstant, vt Germanorum, Insubrium, Heluetiorum, lapidum[f], nonnullorũ item ex Gallia Barbarorum, quorum [g] in fœderibus exceptum est, *Ne quis eorum à nobis ciuis recipiatur*. Quòd si *exceptio*[h] *fecit, ne liceat: ibi necesse est licere, vbi non est exceptum*. Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus R. Gaditanum recipiat i ciuitate? nusquam. ac ficubi esset: lex[k] id Gellia 1, & Cornelia, quæ *definitè potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat*, sustulisset. Exceptum est, inquit: fœdus siquidem[m] sacrosanctum est. Ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles: (reliquerasenim ciuitatem tuam:) neque nostras potuisti leges inspicere: ipsæ enim te à cognitione suâ [n] iudicio publico repulerunt. Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompeio à Gellio, & à Lẽtulo, cos. ss. lata est, in qua [o] aliquid sacrosanctum videretur? Primùm enim, *sacrosanctum* [p] *esse nihil potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset: deinde sanctiones*[q] *sacrandæ* [r] *sunt, aut genere ipso, aut* [s] *obtestatione, & consecratione legis, aut* [t] *pœnæ, cùm caput eius, qui contrà facit, consecratur*. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi? Vtrùm[u] capitis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? nihil [x] omnino vmquã de isto fœdere ad populum, nihil [y] ad plebem latum esse dico: de quibus etiam si latum esset, neq. legem, neq. pœnam latã esse, neque quemquam illis verbis, quod sacrosanctum esset, excep-

a Populi fundi quid commune habeãt cum liberis populis.*

b Populorũ igitur alii liberi: alii fundi: alii fœderati.*

c Idem pro domo.*

d *Ant Augst.* non mutare, non potest: vel ita legi potest, neque, si velit mutare, non potest.*

e L. cuius esse se ciuem ciuitatis velit:

f Ciuis Romanus, poterat fieri ciuis alterius populi, non quidẽ inuitus, sed volẽs, nisi dicatione fiebat ciuis alterius populi, quod quibusdã accidisse testatur hic Cicero.*

g vide quæ scripsi ad l. 23. ff. ad Municipalem.*

h Ciues Romani, alterius populi dicatione fiebant ciues & quidem inuita: dicatione inquam, hoc est destinatione & exilii reiectione.*

i Rutilius vir optimus, Q. Mutii procõsulis legatus, ab equitum seu publicanorũ iniuriis Asiã defenderat, eo nomine p summa iniuriã repetũdarũ dãnatus & ac cusa t apud equites Romanos (qui tum soli lege Sempronia iudicabant) dãnatus, in exilium abiit, *Velleius 2. Liuius 70.*

k L. Terraconę, &c. *& ita vs.*

l Ciuitatis mutatio postliminio fieri potest.*

m Huius Menandri mentio fit in l. 5. ff. de captiuis.* n *al.* reuertisset, o L. siue exsulio, p Ciuis Cornelius Balbus fœdere.* q *vs.* est coniuncta, r *fort.* videtur continere. s *al.* homines.* t Ciuis duarum ciuitatum qui Græcus, esse poterat Romanus nõ poterat: Alienæ tamen ciuitatis ciuis factus qui Romanus esset, Romanam postliminio recuperare poterat.

a *al.* recipere sent,

b De iure cõmutandarum ciuitatum. c *vs.* atque discidio, *vt ita L. P. L. X I I. d vt T. Coruncanius & Cato.*

e vt Milo.*

f *al.* Izygum. *al.* Iapydum. Nam Græcis Ἴαπυγες dicunt.*

g L. quorum fœderibus facit, ne liceat quod cõmuni iure conceditur.*

i L. recipiat in ciuitates.

k L. lex vide licet Gellia & Corn.

l Lex Gellia & Cornelia de imperio Pompeii.*

m Fœdera Iacrosancta, n *al.* sui.*

o *al.* in quo aliquid sacrosanctum excipiebatur. p sacrosanctas quæ à populo latæ sunt. q Sanctiones consecrabantur aut genere ipso suæ cuiusque sanctionis, aut obtestatione legis, aut pœnæ.

P. B. na, cum caput eius qui contra faceret consecrabatur. Nã in plerisq. legibus ita sanciebatur. *Qui secus fecerit, quique*, &c. *sacer esto*, & ipse pecuniã, & ipsi boues facti prodũciabantur, vt de Iesturia in Aliuia: in Plorare in Termino: in Sacer. adde l. 9. §. 1. ff. de rerũ diuis. r *al.* sacrosancta. s *Aut* obtestatione legis, & consecratur. aut p. t *Aut Angelo* pœna.

u *Vs.* Vtrùm à capitis.* x *Pamag.* Nihil omnino vmquã desse fœdere ad populum, nihil ad plebem, neq. legem, neq. pœnam latum esse dico: neque quicquam illis verbis, quod sacrosanctum esset, excep-

ne quem ciuem reciperemus: tamen id esset, *quod populus postea iussisset, ratum*: neque quidquam illis verbis, si[a] quid sacrosanctum esset, esse[b] exceptum videretur: de his, cùm populus R. nihil vnquam iusserit, quidquam audes dicere sacrosanctum fuisse? Nec verò hæc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum, iudices, pertinet. neque enim est meum, contra opinionem vetustatis, contra ius optimè meritæ ciuitatis, contra auctoritatem senatus dicere. Duris enim quòdam temporibus reip. nostræ, cùm præpotens terra, marique Karthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret, & cùm duo fulmina[c] nostri imperij subitò in Hispania, Cn. & P. Scipiones, exstincti occidissent: L. Marcius, primipili centurio, cum Gaditanis fœdus icisse[d] dicitur. quod cùm magis fide illius populi, iustitia vestra[e], vetustate denique ipsa, quàm aliquo publico vinculo religionis teneretur: sapientes homines, & publici iuris periti, Gaditani, M. Lepido, Q. Catulo coss. à senatu de fœdere postulauerunt. Tum est cum Gaditani fœdus vel renouatum, vel ictum. de quo fœdere populus Rom. sententiam non tulit: qui iniussu suo, nullo pacto potest religione obligari. Ita Gaditana ciuitas, quod beneficiis suis erga rempubl. nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli, summi viri, auctoritate, quod iudicio senatus, quod fœdere, consecuta[f] est: quod publica religione sanciri potuit, id abest. populus enim se nusquam obligauit. neque ideò est Gaditanorum causa deterior. grauissimis enim, & [g] plurimis rebus est fulta. sed isti disputationi certè nihil est loci. *sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod per populum, plebemve sancitum*[h] *est*. Quòd si hoc fœdus, quod populus Roma. auctore senatu, commendatione, & iudicio vetustatis, voluntate, & sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset: quid erat, cur ex ipso fœdere Gaditanum in ciuitatem nostram recipi non liceret? nihil est enim aliud in fœdere, nisi, *Vt pia, & æterna pax sit*. Quid id ad ciuitatem? Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: *Maiestatem*[i] *populi Rom. comiter*[k] *conseruent* l. Id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior. Primùm verbi genus hoc conseruandi [m], quo magis in legibus, quàm in fœderibus, vti solemus, imperantis est, non [n] precantis. Deinde, cùm alterius populi maiestas conseruari iubetur, de altero sileatur: certè ille populus, in superiori conditione, causáque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. In [o] quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione qui ita dicebat, *Comiter*, esse communiter: quasi verò priscum aliquod, aut insolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrant viam: benignè, non grauatè: comiter [p] quidem certè, non communiter [q] conuenit. Et simul absurda res est, caueri fœdere, vt maiestatem populi R. communiter conseruent: id est, vt populus R. suam maiestatem esse[r] saluam velit. Quod si iam ita esset, vt esse non posset: tamen de nostra maiestate, nihil de illorum caueretur. Potéstne igitur [s] nostra maiestas à Gaditanis benignè conseruari. si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus? potest esse vlla denique maiestas, si impedimur, quo minùs per populum Ro. beneficiorum, virtutis causa, tribuendorum potestatem imperatorib. nostris deferamus? Sed quid ego disputo, quæ mihi tum, si Gaditani contra me dicerent, verè posse dici[a] viderentur? illis enim repetentibus L. Cornelium, responderem, legem populum R. iussisse de ciuitate tribuenda. hoc [b] genere legum *fundos*[c] *populos fieri non solere*. Cn. Pompeium de consilij sententia ciuitatem huic dedisse, nullum populi nostri iussum Gaditanos habere: itaque nihil esse sacrosanctum, quod [d] lege exceptum videretur. si esset, tamen in fœdere nihil esse cautum, præter pacem. aditum [e] etiam esse illud, vt[f] *maiestatem illi nostram conseruare deberent*: quę certè minueretur, si aut adiutoribus illorum ciuibus vti in bellis nobis non liceret, aut præmij tribuendi potestatem nullam haberemus. Nunc verò quid ego contra Gaditanos loquar, cùm id, quod defendo, voluntate eorum, auctoritate, legatione ipsa comprobetur? qui à principio sui generis, ac reip. ab omni studio, sensúque Pœnorum menteis suas ad nostrum imperium, noménque flexerunt? quos, cùm maxima bella nobis inferrentur, mœnibus excluserunt? classibus insecuti sunt? corporibus, copiis, opibus depulerunt? qui & veterem illam speciem fœderis Marciani [g] semper *omni sanctiorem Marte*[h] duxerunt, & hoc fœdere, Catuli, senatúsque auctoritate, se nobiscum coniunctissimos esse arbitrati sunt: quorum mœnia, delubra, agros, vt ipse Hercules, itinerum, ac laborum suorum, sic maiores nostri, imperij, ac nominis populi Ro. terminos esse voluerunt? Testantur & mortuos nostros imperatores, quorum viuit immortalis memoria, & gloria, Scipiones, Brutos, Horatios, [k] Cassios, Metellos, & hunc præsentem Cn. Pompeium, quem procul ab eorum mœnibus, acre, & magnum bellum gerentem, commeatu, pecuniáque iuuerunt: & hoc tempore ipso populum Ro. quem in caritate annonæ, vt sæpè antè fecerant, frumento suppeditato, leuaueruntl: hæc ius esse velle, vt sibi, & liberis, si qui eximia virtute fuerint, sit [m] in nostris castris, sit in imperatorum prætoriis: sit denique inter [n] signa, atque in acie locus, sit his gradibus adscensus etiam ad ciuitatem. Quòd si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendióque multatis, virtute adipisci liceat ciuitatem: Gaditanis autem, officiis, vetustate, fide, periculis, fœdere coniunctis, hoc idem non licebit: non fœdus sibi nobiscum, sed iniquissimas leges impositas à nobis esse arbitrabuntur. Atque hanc, iudices, non à me fingi orationem, sed me dicere, quæ Gaditani iudicarint, res ipsa declarat. Hospitium multis annis ante hoc tempus, cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publicè dico. proferam testeis, proferam legatos: excitabo laudatores, quos ad hoc iudicium, summos homines ac nobilissimos, deprecatores huius periculi, missos videtis. re denique multo antè Gaditanis iam [o] audita, fore, huic [p] vt ab illo periculum crearetur, grauissima tum in istum ciuem suum Gaditani senatusconsulta [q] fecerunt. Potuit magis fundus [r] populus Gaditanus fieri (quoniam hoc magnopere delectare verbo) si [s] tum sit fundus, cùm scita, ac iussa nostra sua sententia comprobat, quàm [t] cùm hospitium fecit, vt & ciuitate illum mutarit?

a L. nec si fœdus sacrosanctum esset. ‖ al. etsi. ‖ al. & si fœdus sacrosanctum esset.*

b al. exceptũ esse vid.

c al. lumina. vnde mox sequitur exstincti, & alio quin male fulmina imperii Romani dicuntur Scipiones. Nam quòd à poeta fulmina bella dicuntur, grauiter dictum.*

d al. feciſſe. P. LXII. e v.c. nostra, & vet.

f fort. id consecuta est.

g al. & plurib.

h v.c. sanctũ est.

i al. maiestatem.* k sic Procul. in l. non dubito 7. ff. de capitis qui maiestatē. B. nostram comiter conser. uare debent. Liberi intelligendi.* COMSERVANTO. in l. CONSERVANTO. v.c. & non precantis. al. in verbo comiter accusatoris.* l. communiter quidem non comiter. non cõsentit. al. comiter, vel simul. v. c. sed. libidine fallam velit. f v.c. ergo.

m v.c. sint in nost. castr. sint in imperatorũ prætorio. n v.c. intra.

o L. inaudita. ‖ id est audita.* p L. vt huic ab

q al. senatus consulto fecerunt.* P. B.

r De fundis populis, superiùs dictũ.* l populi, fundi fiebant, cũ scita ac iussa p. Romani, sua sententia computabant.*

t fort. quàm cùm hospitiũ cum L. Cornelio fecit.

tum esse fateretur, & [a] ius ciuitatis honorem dignissimum iudicaret? potuit certius interponere iudicium voluntatis suæ, quàm cùm etiam accusatorem huius, multa, & pœna multauit[b]: potuit magis de re iudicare, quàm cùm ad vestrum iudicium ciueis amplissimos legauit, testeis huius iuris, vitæ laudatores, periculi deprecatores? Etenim quis est tam demens, quin sentiat, ius hoc Gaditanis esse retinendum, ne interceptû sit iis iter perpetuò ad hoc amplissimum præmium ciuitatis: & magnopere iis esse lætandum, huius L. Cornelij beniuolentiam erga suos remanere Gadibus: gratiam, & facultatem commendandi, in hac ciuitate versari? Quis [c] enim nostrûm est, cui non illa ciuitas sit huius studia, cura, diligentia, commendatior? Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Cæsar, cùm esset in Hispania prætor, affecerit, controuersias sedarit, iura ipsorum permissu statuerit, inueteratam quondam [d] barbariam ex Gaditanorum moribus, disciplináque delerit, summa in[e] eam ciuitatem, huius rogatu, studia, & beneficia contulerit, multa prætereo, quæ quotidie labore huius, & studio, aut omnino, aut certè facilius consequuntur. Itaque & adsunt principes ciuitatis, & defendunt, amore, vt suum ciuem: testimonio, vt nostrum: officio, vt [f] nobilissimum, & sanctissimum hospitem: studio, vt diligentissimum defensorem commodorum suorum. ¶ Ac, ne ipsi Gaditani arbitrentur, quamquam nullo incommodo afficiantur, si liceat eorum ciueis virtutis causa in nostram ciuitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum fœdus, quàm ceterorum: consolabor & hos præsenteis viros optimos, & illam fidelissimam, atque amicissimam nobis ciuitatem, simul & vos, non ignoranteis, iudices, admonebo, quo de iure hoc iudicium constitutum sit, deq; eo numquam omnino esse dubitatum. Quos igitur prudentissimos [h] interpretes fœderum quos peritissimos bellici iuris, quos diligentissimos in exquirendis conditionibus ciuitatum, atq. causis, esse arbitrabamur? eos profectò, qui iam imperia, ac bella gesserũt. Etenim, si Qu. [i] Scæuula [k] ille augur, cùm de iure prædatorioi cõsuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnumquam ad Furium, & [m] Casellium, prædatores, reiiciebat: si nos de aqua[n] nostra Tusculana M. Tugionem potiùs, quàm C. Aquillium consulebamus, quòd *assiduus usus uni rei deditus, & ingenium, & artem sæpe vincit*: quis dubitet de fœdribus, & de toto iure pacis, & belli, omnib.[o] iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? Possumúsne igitur tibi probare auctorem exempli, atq. facti illius, quod à te reprehẽditur, C. Marium? quæris aliquem grauiorem? constantiorem, præstantiorem virtute, prudentia, religione, æquitate? Is igitur M. Annium Appium, fortissimum virum, summa virtute præditum, ciuitate donauit, cùm Camertinum fœdus, sanctissimum, atq. æquissimum sciret esse. Potest igitur, iudices, L. Cornelius condemnari, vt non C. Marij factum condemnetur? Exsistat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest: vt conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis. dicat, se non imperitum fœderis[p], non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse: se P. Africani disci-

pulum, ac militem: se stipendiis, se legationibus bellicis eruditum: se, si tanta bella legisset, quanta gessit, & confecit: si tot consulibus meruisset, quoties ipse consul fuisset, omnia iura belli perdiscere, ac nosse [a] potuisse: sibi non fuisse dubium, quin nullo fœdere à reip. bene gerenda impediretur: à se ex cõiunctissima, atque amicissima ciuitate fortissimum quemque esse delectum [b]: neque [c] Fulginatium, neque Camertium fœdere esse exceptum: quo minùs eorum ciuib. à populo Ro. præmia virtutis tribuerentur. Itaq. cùm paucis annis post hanc ciuitatis donationem acerrima de ciuitate quæstio, Licinia [d], & Mucia lege, venisset: num quis eorum, qui de fœderatis ciuitatibus esset ciuitate donatus, in iudicium est vocatus? nam Spoletinus T. Matrinus [e], vnus ex iis, quos C. Marius ciuitate donasset, dixit causam ex colonia Latina, in primis firma, & illustri. quem cùm disertus homo L. Antistius accusaret [f], Spoletinus [g] dixit *fundum populum* Spoletinum non esse factum. videbat enim populos de suo iure, nõ de nostro, fundos fieri solere, sed, cùm lege [h] Apuleia coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus C. Mario tulerat, *Vt in* [i] *singulas colonias ternos ciueis Ro. facere posset*, negabat hoc beneficium, re ipsa sublata, valere debere. Nihil habet similitudinis ista accusatio: sed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, vt non per L. Crassum, affinem suum, hominem incredibili eloquentia, sed paucis ipse verbis causam illam grauitate sua defenderit, & probarit. Quis enim esset, iudices, qui imperatoribus nostris, in bello, in acie, in exercitu, delectum [k] virtutis: qui sociis, qui fœderatis, in defendenda republ. nostra spem præmiorum eripi vellet? Quòd si vultus C. Marij, si vox, si ille imperatorius ardor [l] oculorum, si recentes triumphi, si præsens valuit adspectus: valeat auctoritas, valeant res gestæ, valeat memoria, valeat fortissimi, & clarissimi viri nomen æternum. sit hoc discrimen inter gratiosos ciueis, atq. forteis, vt illi viui fruantur opib. suis: horum, etiam mortuorum, (si quisquam huius imperij defensor mori potest) viuat auctoritas immortalis. Quid? Cn. Pompeius, pater, rebus Italico bello maximis gestis, P. Cæsium, equitem R. virum bonum, qui viuit Rauennæ, fœderato ex populo, nónne ciuitate donauit? quid? sohorteis duas vniuersas Camertium? quid? Heraclienſium [m] legionẽ, P. Crassus, vir amplissimus, ex ea ciuitate, quacum propè singulare fœdus Pyrrhi temporibus C. Fabricio consule, ictum putatur? quid? Massiliẽsem Aristonem Sylla? quid? quoniãde Gaditanis agimus, idem [n] heros L x Gaditanos? quid? vir sanctissimus, & summa religione, ac modestia, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum? quid? hic, qui adest, à quo hæc, quæ ego nunc percurro, subtilissimè sunt omnia perpolita, M. Crassus, non Aletrinensem [o] fœderatum ciuitate donauit, homo tum [p] grauitate, & prudentia præstans, cum vel nimiùm parcus in largienda ciuitate? Hic tu, Cn. Pompeij beneficium, vel potius iudicium, & factum infirmare conaris, qui fecit, quod C. Marium fecisse audierat: fecit quod P. Crassum, quod L. Syllam, quod Q. Metellũ, quod denique domesticũ auctorem, patrem suum, facere viderat? neque ? verò in vno Cornelio id fecit. nam & Gaditanum Hasdrubalem

a L. & huius ciuitatis honore dignissimum iudicaret? b *fort.* mactauit?

c *v. c.* Quis est enim nostrûm.

d *al.* quandã*

e sic *v. c.*

P. LXIIII. f L. vt ex nobilissimo ciui sanctissimum hosp. *Græca v. c.*

g *al.* de eo iure numq.

h Ciuis Corneli⁹ Balbus, interpretatione prudentissimorum.

i in *lib. vulg.* Q. Scæuola

k hunc locũ citat Valerius 8. c. 12. optimis artiũ magistris cõcedendũ esse.*

l Ius prædatorium, rerũ prædialium: vade prædatores huius iuris periti.*

m L. & Casellium *al* Cæsellium. Val. d. loco,* n vide Ciceronem Agraria 3.*

o *al.* hominibus.

P. B.

p *sic v. c. al.* fœderatum.

a *fortè* posse nosse pot.

b L. dilectũ

c *v. c.* neque Ignatiorum.

d Lex Licinia & Mutia à L. Licinio Crasso & Q. Mutio Scæuola, vt ne pro ciue se gereret, qui ciuis nõ esset. Cicero in Bruto & 3. Officior.*

e L. Matrinius.

f L. accusaret, item Spoletinus: non dixit, fundũ populũ Spoletinum esse factum: g *Panegyrius* istud ei non dixit, fundũ Spoletinum populum non esse factum.*

h Lege Apuleia à L. Apuleio Saturnino trib. pleb. lata.*

P. LXV.

i Colonias, iure ciuitatis Romanæ donatas non fuisse, ex hoc loco quidam colligunt.*

k *v. c.* dilectũ

l vide Plutarchũ in Mario & Appian. de ciuilium, Fabii oculi Cæsari. Sext. Aurel. Victor.*

m *vel* Heracleenſium. *al.* Heracleenſem Alexan.

n *sic v. c. al.* idem prætor LX.

o *vt.* Anagninensem*.

p *v. c.* cum grauitate.

P. B.

q *v. c.* & Ire que verò id in vno Cornelio fecit.

L. & Mamertinos Quios, & q. lita Bucananus. Ouiorum enim familia clara apud Campanos. Liuius 9: vt Mamertini coloni Campanorum.*

balem ex bello illo Africano, & [a] Mamertinos obuios,& quosdam Vticenseis, & Sagun tinos fabros, ciuitate donauit. Etenim, cùm ceteris præmiis digni sunt,qui suo labore, & periculo nostram remp.defendunt:tum certè dignissimi sunt, qui ciuitate ea donentur,pro qua pericula,ac tela subierunt. Atq.vtinã qui vbiq.sunt propugnatores huius imperij, possent in hanc ciuitatem venire,& cõtrà, oppugnatores reip.de ciuitate exterminari.Neque enim ille summus poeta [b] noster, Annibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorum[c], voluit esse, " *Hostem qui feriet,mihi erit Karthaginiensis. Quisquis erit,ciuitatis.*" etsi id habent hoc leue,& semper habuerunt.Itaque & ciueis vndiq. forteis viros adsciuerunt,& hominum ignobilium virtutẽ persæpe nobilitatis in ertiæ prætulerũt. ¶ Habetis[e] imperatorum summorum, & sapientissimorum hominum, clarissimorum virorũ, interpretationem iuris,ac fœderum: dabo etiam *iudicum*,qui huic quæstioni præfuerunt, dabo vniuersi populi R. dabo [f] sanctissimum etiam iudiciũ senatus.Iudices cùm præ se ferrent,palámque loquerentur,quid essent leges Papia de M.[h] Crasso, Mamertinis repetentibus,iudicaturi: Mamertini, publicè susceptа causa,destiterunt. Multi in ciuitatem recepti[i] ex liberis,fœderatisq. populis.nemo vmquam est de ciuitate accusatus, quòd aut populus, fundus factus non esset,aut quod fœdere ciuitatis mutandæ ius impediretur. Audebo etiã hoc contendere, numquam esse eondemnatum,quem constaret,ab imperatore nostro ciuitate donatum.Cognoscite nunc *populi R. iudicium*,multis rebus interpositum, atq.in maximis causis, re ipsa, atq. vsu comprobatum. Cũ Latinis omnibus fœdus ictum, Sp.Cassio, Postumio Cominio,c o ss.quisignorat?quod quidem nuper in columna ænea meminimus post Rostra incisum, & perscriptum fuisse. Quomodo igitur L.Cassinius Tiburs,pater eius equitis R.optimi, atque ornatissimi viri, damnato Cœlio [k], quomodo ex eádem ciuitate T.Coponius,ciuis item summa virtute,& dignitate (nepotes T.& C.Coponios nostis) damnato C.Massone ciuis Roman.est factus? *an lingua, & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit: manu, & virtute non potuit:* ánne de nobis trahere spolia fœderatis licebit? de hostibus non licebit? an, quod adipisci poterunt dicendo, id eis assequi [m] pugnando non licebit? an accusatori maiores nostri maiora præmia, quàm bellatori, esse voluerũt? Quòd si acerbissima lege[n] Seruilia principes[o] viri,ac grauissimi,& sapientissimi ciues,hanc Latinis,id est,fœderatis, viã ad ciuitatem populi iussu patêre passi sunt:neq. in his est hoc reprehensum Licinia[p] & Mucia lege, cùm præsertim genus ipsum accusationis, & nomen,eiusmodi præmium, quod nemo assequi possit,nisi ex senatoris calamitate, neq. senatori, neq. bono cuiquam nimis iucundũ esse possit:dubitandũ fuit,quin,quo in genere,iudicum præmia rata essent, in eodẽ iudicia imperatorũ valerent?nũ fũdos igitur factos populos Latinos arbitramur aut Seruilia lege,aut ceteris, quibus q, Latinis hominibus erat propositũ aliqua ex re præmiũ ciuitatis? Cognoscite nunc *iudicium senatus*,quod semper est[r] iudicio populi comprobatum. Sacra Ceteris, iudices, summa maiores nostri religione confici cæremoniáq. voluerunt: quæ cùm essent assumta de Græcia,& per [a] Græcas sem per curata sunt sacerdotes, & Græca[b] omnia nominata:sed cùm illam,quæ Græcum[b] illud sacrum monstraret,& faceret, ex Græcia diligerent[c]: tamen *sacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt,vt deos immortaleis scientia peregrina, & externa: mente domestica,& ciuili precarẽtur*[d]. Has sacerdotes video ferè Neapolitanas, aut Velienseis fuisse, fœderatarum sine dubio ciuitatum.Mitto vetera: proxima dico,ante ciuitatem Veliensibus datam,de senatus sententia C. Valerium Flaccum prætorem Vrbanum, nominatim ad populum de Calliphana Velienſe,vt ea ciuis Romana esset,tulisse. Num[e] igitur aut fundos factos Velienseis,aut sacerdotẽ illã, ciuem R.factam nõ esse,aut fœdus & à senatu,& à populo Ro.violatũ arbitrabimur[f]. ¶ Intelligo,iudices,in causa aperta,minimèq.dubia,multo & plura,& à pluribus peritissimis esse dicta,quàm res postularet. sed id factum est, non vt vobis rem tam perspicuam,dicendo probaremus,verùm vt omniũ maleuolorũ,iniquorũ,inuidorũ[h] animos frangeremus: quos vt accusator incẽderet i, vt aliqui sermones hominum, alienis bonis mærentium, etiam ad vestras aureis permanarent,& in iudicio ipso redundarẽt,idcirco illa in omni parte orationis [k] summa arte adspergi videbatis: tum pecuniam L.Cornelij, quæ neq.inuidiosa est,&, quantacumque est, eiusmodi est,vt conseruata magis,quàm[l] eorrupta esse videatur:tũ luxuriam,quæ non crimine aliquo libidinis,sed communi maledicto notabatur: tum Tusculanum, quod Q. Metelli fuisse meminerat,& L.Crassi,Crassum emisse de libertino homine, Soterico Marcio:ad Metellũ peruenisse de Venonij Vindicij bonis nõ tenebat: simul illud nesciebat, prædiorũ nullã esse gentẽ:emtionib.ea solere sæpe ad alienos homines,sæpe ad infimos,nõ legibus,tanquã tutelas,peruenire. Obiectũ est etiã,q, in tribũ Crustuminã peruenerit:quod hic assecutus est legis de ambitu præmio, minùs inuidioso,quàm qui legum præmiis prætoriam sententiam,& prætextam togam consequuntur.Et adoptio Theophanis agitata est: per quam Cornelius, nihil est, præterquàm propinquorum suorũ hereditates, assecutus. Quamquam istorũ animos, qui ipsi Cornelio inuident,non est difficillimũ mitigare. more hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant:non [m] illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt.Qui amicis L.Cornelij aut inimici sunt,aut inuident, hi sunt huic multo vehementiùs pertimescendi.nam huic quidem ipsi quis est vmquam inuentus inimicus?aut quis iure esse potuit?quem bonum non coluit? cuius fortunæ, dignitatique non concessit? Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi,in maximis nostris malis,atque discordiis neminem vmquam alterius rationis, ac partis non re, non verbo, non vultu denique offendit. fuit hoc siue meum,siue reipubl.fatum, vt in me [n] omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. non modò non exsultauit in ruinis vestris[o], nostrísque discordiis Cornelius: sed omni officio,lacrymis,opera,consolatione,omneis,me absente,meos subleuauit. quorũ ego testimonio, ac precibus munus hoc meritũ[p] huic,&,vt à principio dixi,iustam,&

[a] Sacra Græca per Græcus sacerdotes delectas è Græcia curata: ea omissa quæ sacra pro ciuibus faciebat,cãnim ciuẽ esse oportebat.*
[b] Festus in Græca.*
[c] *fort.* dilegerent:
[d] *v.c.* precaretur.| vt referatur ad ciuem.*
[e] *v.c.* Num ergo
[f] *Sic v.c.al.* arbitramur?
[g] PERORATIO.*
[h] *v.c.* inuidiosorum animum.
[i] *v.c.* accenderet,
[k] *L.& v.c.* orationis suæ, arte adsp.
[l] L. quàm correpta esse vid. *& ita v.c.|* Pantag. conflata.
P. LXVII.
[m] L.non ille mimico, sed h.
[n] *al.* in me vnum.*
[o] L.nostris, nostr.
[p] *Sic v.c.. al.* meritò huic,

debitam gratiam refero: speróque, iudices, vt eos, qui principes fuerunt conseruandæ salutis, aut dignitatis meæ, diligitis, & earos habetis: sic quæ ab hoc pro facultate huius[a], pro loco facta sunt, & grata esse vobis, & probata. Non igitur à suis, quos nullos habet, sed à suorum, qui & multi, & potentes sunt, vrgetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompeius copiosa oratione, & graui, secum, si vellent, contendere iubebat ab [b] hoc improbo certamine, atque iniusta contentione auocabat. Et *erat æqua lex, & nobis, iudices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer vtilis, vt nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis [c] nostrorum inimicorum temperemus.* Ac, si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cùm me præsertim rerum varietate, atque vsu ipso iam perdoctum viderent: etiam ab illis eos maioribus discordiis auocarem. id [d] enim contendere mecum de republi. *cùm id defendas, quod esse optimum sentias, & [e] fortium virorum, & magnorum hominum semper putaui:* neque huic vnquam labori, officio, muneri defui. sed contentio, tam diu sapiens est, quamdiu aut proficit aliquid, aut, si non proficit, non obest ciuitati. Voluimus quædam, contendimus, experti sumus: obtenta non sunt. dolorem alij. nos luctum, mærorémque suscepimus. *Cur ea, quæ mutare non possumus, conuellere malumus, quàm ueri?* C. Cæsarem senatus & genere supplicationum amplissimo ornauit, & [f] numero dierum xv. Idem in angustiis ærarij victorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decreuit, lege [g] Sempronia succedendum non censuit. Harum ego sententiarum & princeps, & auctor fui: neque me dissensioni meæ pristinæ putaui potiùs assentiri, quàm præsentibus reipubl. temporibus, & concordiæ, conuenire. Non idem aliis videtur. sunt fortasse in sententia firmiores. reprehendo neminem: sed assentior non omnibus: *neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam, tanquam aliquod naufragium, atque cursum, ex reipubli. tempestate moderari.* Sed, si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in [h] quos semel susceptum sit, quos video esse nonnullos: cum ducibus ipsis, non cum comitatu, assectatoribúsque confligant. Illam enim fortasse pertinaciam nonnulli, virtutem alij putabunt: hanc verò iniquitatem omnes cum aliqua crudelitate coniunctam. Sed, si certorum hominum mentis nulla [i] ratione placare possumus, iudices: vestros quidem animos certè confidimus, non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos. Quid enim est, cur non potiùs ad summam laudem huic, quàm ad minimam fraudem, Cæsaris familiaritas valere debeat? cognouit adolescens: placuit homini prudentissimo: in summa amicorum copia, cum familiarissimis eius est adæquatus. in prætura, in consulatu præfectum [a] fabrûm detulit: consilium hominis probauit, fidem est complexus: officia, obseruantiámque dilexit. fuit hic multorum illi laborum socius aliquando: est fortasse nunc nonnullorum particeps commodorum. quæ quidem si huic obfuerint apud vos, non intelligo, quod bonum cuiquam sit apud taleis viros profuturum. Sed, quoniam C. Cæsar abest longissimè, atque in iis est nunc locis, quæ regione, orbem terrarum: rebus illius gestis, imperium populi Rom. definiunt: nolite, per deos immortaleis, iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri, vt suum præfectum fabrûm, vt hominem sibi carissimum, & familiarissimum, non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Miseremini eius, qui non de suo peccato, sed de huius summi, & clarissimi viri facto: non de aliquo crimine, sed de [b] periculo suo de publico iure disceptat: quod ius si Cn. Pompeius ignorauit[c], si M. Crassus, si Qu. Metellus, si Cn. Pompeius pater, si L. Sylla, si L. Crassus, si C. Marius, si senatus, si populus Rom. si, qui de re simili iudicarunt, si fœderati populi, si socij, si illi antiqui Latini: videte, ne vtilius vobis, & honestius sit [d], illis ducibus errare, quàm hoc magistro erudiri. Sed, si de certo, de perspicuo, de vtili, de probato, de iudicato vobis iure esse constituendum videtis: nolite committere, vt in re tam inueterata quid quam noui sentiatis. Simul & illa, iudices, omnia ante oculos vestros proponite [e]: primùm esse omneis etiam post mortem reos, clarissimos illos viros, qui fœderatos ciuitate donarunt: deinde senatum, qui persæpe hoc iudicauit: populum, qui iussit: iudices, qui approbarunt. tum etiam illud cogitatote: sic viuere, ac vixisse Cornelium, vt, cùm omnium peccatorum quæstiones sint, non de vitiorum suorum pœna, sed de virtutis præmio in iudicium vocetur. Accedat etiam illud, vt statuatis hoc iudicio, vtrùm posthac amicitias [f] clarorum virorum calamitati hominibus, an ornamento esse malitis. Postremò illud, iudices, fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelij, sed de beneficio Cn. Pompeij iudicaturos.

[a] L. eius,

[b] L. ab hoc impari cert. [h] *ex veteri*, imperito.*

[c] hoc est, vt amicis inimici, inimicos nostros putemus.*

[d] L. ita enim contendere, mihi videtur è rep. cùm] *al.* Ita enim cõtendere de Rep. vt id defendas, quod esse optimum sentias, & magnorum hominum & fortium virorum semper putaui.*

[e] L. & id fortium viror.

[f] L. & numero dierum nouo. Idem

[g] de lege Sempronia vide quæ scripsi in oratione pro domo. *supra. Sed Pantagathus legit*, Trebonia. de qua vide Dion. 39.*

P. LXVIII. [h] *al.* ex quo sem. v. c. in quo.

[i] *v. c.* nulla ratione, iudices, placare pos. & *ita L.*

[a] *al.* præfecturam.*

[b] *al.* sed periculo suo, de publico iure.* [c] *fort.* non ignorauit.*

[d] Honestius est duce magno errare, quàm sub imperito magistro erudiri.*

[e] *fort.* ponite.

[f] Amicitiæ clarorum virorum, magno, non calamitatiorum, esse debent.

DE PRO-

P. IXIX.

DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS.

ORATIO TRICESIMASEXTA.

Synopsis.

Suadet Cicero ex senatusconsulto quod factum esset anno vrbis 667. prouincias Consulares, Syriam & Macedoniam futuris Consulibus decerni: Galliam Cæsari non adimi. atq. ita Pisoni, Macedonia detracta, quam Clodius trib. plebis ei decreuerat.

ETOR-DIVM.*

IQVRS[a] vestrûm, P. C. exspectat, quas sim prouincias decreturus, cõsideret ipse secum, qui mihi hominis ex prouinciis potissimum detrahendi[b] sint: non dubitabit, quid me sentire cõueniat, cũ, quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac, si[c] princeps eam sententiam dicerem: laudaretis profectò. si solus: certè ignosceretis. etiam si paullo minùs vtilis[d] vobis sententia videretur: veniam tamen aliquam doloti meo tribueretis. Nunc verò, P. C. non parua afficior voluptate, vel quòd hoc maximè reip conducit, Syriam, Macedoniámque decerni, vt dolor meus nihil à communi vtilitate dissentiat: vel quòd habeo auctorem P. Seruilium, qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum, & cùm in vniuersam rempublicam, tum etiam erga meam salutẽ fide, ac beneuolentia[e] singulari. Quòd si ille & paullo antè, &, quotiescumque ei locus dicendi, ac potestas fuit, Gabinium, & Pisonem, duo reipub. portenta, ac[f] pænè funeta, cùm propter alias causas, tum maximè propter illud insigne scelus eorum, & importunam in me crudelitatem, non solùm sententia sua, sed etiam verborum grauitate esse notandos putauit: quónam me animo in eos esse oportet, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec[g] iracundiæ seruiam. quo animo vnusquisque vestrûm debet esse in illos, hoc ero: præcipuum illum, & proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, à sententia dicenda amouebo. ad vlciscendi tempora reseruabo. ¶ Quattuor[h] sunt prouinciæ, P. C. de quib. adhuc intelligo sententias esse dictas: Galliæ duæ, quas hoc tempore vno imperio videmus esse coniunctas: & Syria, & Macedonia: quas, vobis inuitis, & oppressis, pestiferi i illi consules pro euersæ reipublicæ præmiis occupauerunt. ¶ Decernendæ[k] nobis[l] sunt lege[m] Sempronia duæ, quid est, quod[n] possimus de Syria, Macedoniáque dubitare? Mitto, quòd eas ita partas habent ij, qui nunc obtinent, vt non antè attigerint, quàm hunc ordinem condemnarint? quàm auctoritatem vestram è ciuitate exterminarint: quàm fidem publicam, quàm perpetuam populi Romani salutem, quàm me, ac meos omneis fœdissimè, crudelissiméque vexarint, Omnia[a] illa domestica, atque vrbana mitto: quæ tanta sunt, vt *numquam Annibal*[b] *huic vrbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint.* Adipsas venio prouincias. quarum Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed [c] tropheis, quæ multis victoriis erat iamdiu, triumphísque pacata, sic *à Barbaris*[d], quibus est, propter auaritiam, pax erepta, vexatur, vt Thessalonicenses, positi in gremio imperij nostri, relinquere oppidum, & arcem munire cogantur: vt via illa nostra, quæ per Macedoniam est vsque ad Hellespontum militaris, non solùm excursionibus Barbarorum sit infesta, sed etiam castris Thraciis[e] distincta, ac notata. Ita gentes eæ, quæ, vt pace vterentur, vim argenti dederant præclaro[f] imperatori nostro: vt exhaustas domos replere possent, pro emta pace bellum nobis propè iustum intulerunt. Iam verò *exercitus* ille[g] noster superbissimo delectu[h], & durissima conquisitione collectus, omnis interiit. Magno hoc dico cum dolore. miserandum in modum milites populi Ro. capti, necati, deserti, dissipati sunt: incuria, fame, morbo, vastitate consumti: vt, quod i est indignissimũ scelus[k], is imperator in pœnam exercitus expetitus esse videatur. Atque hanc Macedoniam, domitis iam gentibus finitimis, Barbariáque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam, tenui præsidio, atq. exigua manu, etiam sine imperio, per legatos nomine ipso populi Rom. tuebamur, quæ nunc consulari imperio, atque exercitu ita vexata est, vix vt se possit diuturna pace recreare: cùm interea, quis vestrûm hoc non audiuit, quis ignorat, Achæos *ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis*[l] vectigal, ac portorium Dyrrachinorum totum in huius vnius quæstum esse conuersum? vrbem Byzantiorum, vobis, atque huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quò ille, postquam[l] nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla via miseris extorquere potuit, cohorteis in hiberna misit: his præposuit, quos putauit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. Omitto iurisdictionem[m] in libera ciuitate contra leges, senatúsq. consulta: cædeis relinquo, libidines prætereo: quarum exstat acerbissimũ indiciũ, & ad insigné memoriã turpitudinis, & pænè ad iustũ imperij nostri odiũ, quòd constat, nobilissimas virgines se in puteos abiecisse, & morte voluntaria[n] nefariam turpi-

a *v.c.* Omnia domestica, atque vrbana m.

b *v.c.* Kannibal

c L. sed tropæis, *& ita v.c.*

d Thracibus.*

e L. *al.* Treciis d.

f *v.c* præclaro nostro imperatori:

g *v.c.* noster ille P. LXX.

h L. dilectu, *& ita v.c.*

i *al.* quod est indignissimum, is imp.

k *al.* scelus imperatoris, in pœnam exercitus expeditus esse videatur. *al.* scelus, imperatoris in pœnam exercitus expetisse videatur. vt expetere sit, euenire. quo sensu frequens verbũ apud Plautũ*

l *v.c.* postea. quàm.

m Iurisdictionem in libera ciuitate Romani non exercebant.*

n *al* voluntaria turpitudine oepulisse.*

pitudinem depulisse. Nec hæc idcirco omitto, quòd non grauissima sint: sed quia nunc sit e teste dico. Ipsam verò vrbem Byzantiorum, fuisse refertissimam atque ornatissimam signis, quis ignorat? quę illi exhausti sumtibus bellisque [a] maximis, cùm Mithridaticos impetus, totúmque Pontum armatum, efferuescentem in Asiam, atque erumpentem, ægrè repulsum, & cruentibus intercluſum suis, sustinerent, tum, inquam, Byzantij, & postea signa illa, & reliqua vrbis ornamenta, sanctissimè custodita, tenuerunt. te imperatore infelicissimo, & tæterrimo, Cæsonine Caluenti, ciuitas libera, & proximis suis beneficiis à senatu, & à populo Romano liberata, sic spoliata, atque nudata est, vt, nisi C. Virginius, legatus, vir fortis, & innocens, interuenisset, vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaia, qui locus, aut lucus in Græcia tota, tam sanctus fuit, in quo vllum simulachrum, vllum ornamentum reliquum sit? Emisti à fœdissimo tribuno [b] plebis, tum in illo naufragio huius vrbis, quam [c] tu idem, qui gubernare debuerás, euerteras: tum, inquam, emisti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis crediti ius in liberos populos contra senatusconsultum, & contra legem teneri tui dicere liceret. id emtum ita vendidisti, vt aut jus non diceres, aut bonis ciueis [e] Romanos euerteres. Quorum ego nihil [f] dico nunc, patres conscripti: hominem ipsum relinquo: de prouincia disputo. Itaque omnia illa, quæ & sæpe audistis, & tenetis animis, etiam si non audiatis, prætermitto: nihil de hac eius vrbana, quam ille præsens in oculis vestris, mentibúsque defixit, audacia loquor: nihil de superbia, nihil de contumacia [g], nihil de crudelitate disputo. lateant libidines eius illæ tenebricosæ, quas fronte, & supercilio, non pudore, & temperantia contegebat: de prouincia, quod agitur, id disputo. Huic vos nō summittetis [h]? hunc diutiùs manere patieminí? cuius, vt prouinciam teteri gerit, sic fortuna cum improbitate certauit, vt nemo posset, vtrùm deteriori, an infelicior esset, iudicare. ¶ An [k] verò in Syria diutius est Semiramis [l] illa retinenda? cuius iter in prouinciam fuit eiusmodi, vt rex Ariobarzanes consulem vestrum ad cædem faciendam, tāquam aliquem Thracem [m] conduceret. Dein de aduentus in Syriam primus, equitatus habuit interitum: post conciſæ sunt optimæ cohortes. Igitur in Syria, imperatore illo, nihil [n] aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis, decisiones, direptiones, latrocinia, cædes, cùm palàm [o] populi Romani imperator, instructo exercitu, dexteram tēdens, non ad laudem militeshortaretur, sed omnia sibi & emta, & emenda esse clamaret. Iam verò publicanos miseros (me etiammiserum illorum ita de me meritorum miseriis, ac dolore) tradidit in seruitutem Iudæis, & Syris [p], nationibus natis seruituti. Statuit ab initio, & in eo perseuerauit, ius publicano [q] non dicere: pactiones sine vlla iniuria factas rescidit: custodias sustulit, vectigaleis [r] multos, ac stipendiarios liberauit: quo in oppido ipse esset, aut quò veniret, ibi publicanum, aut publicani seruum esse vetuit. Quid multa? crudelis haberetur, si [s] in hostem animo fuisset eo, quo fuit in ciueis R. eius ordinis præsertim, qui est semper dignitate sua, benigaitate magistratus sustentatus. Itaque [a] videtis, patres conscript, in non temeritate redemtionis, aut negotij gerendi inscitia [b], sed auaritia, superbia, crudelitate Gabinij, pænè afflictos iam, atque euersos publicanos: quibus quidem vos, in his angustiis ærarij, tamē subueniatis necesse est: etsi iam multis non potestis: qui propter illum hostē, senatus, inimicissimum, ordinis equestris bonorúmque omnium, non solùm bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt: quos non parsimonia, nō cōtinentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius helluonis [c], & prædonis audaciam. Quid? qui se etiam nūc subsidiis patrimonij, aut amicorum liberalitate sustentant, hos perire patiemini [d]? An, si qui frui publico non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria: quem is frui non sinit, qui est, etiam si nō appellatur, hostis, huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in prouincia diutiùs eum, qui de sociis cum hostibus, de ciuibus cum sociis faciat pactiones: qui hoc etiam se pluris esse, quàm collegam, putet, quòd ille vos tristitia, vultúque deceperit, ipse numquam se minùs, quàm erat, nequam esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriatur, se breui tempore perfecisse, ne [e] C. Gabinius, vnus omnium nequissimus existimaretur. Hos vos de prouinciis, si non aliquando deducendi essent, diripiendos [f] non putaretis? & has publicas [g] pesteis sociorum, militum cladeis, publicanorum ruinas, prouinciarum vastitates, imperi maculas, tenueretis? At iidem vos anno superiore hos eosdem reuocabatis, cùm in prouincias iam peruenissent. Quo tempore si liberum vestrum iudicium fuisset, nec toties dilata res, nec ad extremū è manibus erepta esset: restituissetis, id quod cupiebatis, vestrā auctoritatem, iis, per quos erat amissa, reuocatis, & his ipsis præmiis extortis, quæ erant pro sceleie, atque euersione patriæ cōsecuti. Quamh pœnam si tum aliorum opibus, non suis, inuitissimis vobis, euolarunt: at aliam multo maiorem, grauiorémque subierunt. quæ enim homini, in quo aliquis si non famæ pudor, at supplicij timor est, grauior pœna accidere potuit, quàm non credi litteris iis, quæ rem bene gestam in bello nuntiarēt? Hoc statuit senatus, cùm frequens supplicationem Gabinio denegauit: primùm, homini sceleribus, flagitiis [i] contaminatissimo, nihil esse credendum: deinde, à proditore, atque eo, quem præsentem hostem reipublicæ cognosset, bene [k] rem gesi non potuisse: postremò, ne deos quidem immortales velle aperiri sua templa, & sibi supplicari hominis impurissimi, & sceleratissimi nomine. Itaque ille alter, aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtiliùs eruditus, quibuscum iam in orchestra heluatur, antea post siparium [m] solebat: aut amicos habent prudentiores, quàm Gabinius, cuius nullæ litteræ perferūtur. Hosce igitur imperatores habebimus? quorū alter nō audet nos certiores facere, ne [n] imperator appelletur: alterū, si tabellarij non cessarint, nec esse est paucis diebus pœniteat audere. cuius amici si qui sunt, aut si belluæ, tā immanitate, quæ tætræ possunt vlli esse amici, hac cōsolatione vtūtur, etiā Albucio supplicatione hūc ordinē de negasse. Quod est primùm dissimile res in Sardinia cū mastrucatis [o] latrúculis à

a v.c. Itaque c. videtis.
b L. iniuria.
c L. beneficiis, P. B.
d v.c. pœniteat?
e al. v.c. & L. lib. v. Gabinius.
f L. deripiendos.
g L. duplicibus pecuniis.
h al. Quæ ea pœna si v.c. i fert. Magistrū. q. contam. k v.c. bene remp. gerit. l L. in cruciatu. Et verò quæ pars fuerit tam tenui mercede chiæ? quæ intus sit ratoris? quæ cādis tores? pars. Pollucem. & Vitruv. 5. c. Varrar. vel. m. Siparia ex Festo. Vbi in scenis velum ducitur. Verrius putat dictum à velamento, quod vocetur Aulæum. Iulius Pollux. lib. 4. c. 19. Siparia ex Cicer. Re. Scæuo apud Hirtiū 3. de c. 19. vbi tamē mastrucatā legitur. non mastruca, & genus vestis Gallicæ: inde latrúculi. Sardoni pisk. Antiqua ex. cat.

P. B. a al. sumtibus bellorum ma ximis.

b P. Clodio. * c al. cùm. * d al. euerteres:

d v.c. ciuis, f v.c. nihil di go, P. C. nunc in hominem ipsum de prouincia disp..

g L. contumelia.
h al. successe P. LXXI. forem mittetis,
i L. protervior,
k CONFIRMATIONIS pars altera, qua suader, Gabiniū ex Syria detrahendum. *
l Gabinius *
m al. Threcē vt Threx sit gladiatorqui & Thrax Festo 1. Horatio 1. Epistol. 8. Ciceroni Philip. 6 *.
n L. nihil aliud vsq. actum est, & sic ferè o. v. c. o vox, palàm, abest à v. c. p inde alias, Syrus, pro ser mo in Pisonem.
q v.c. & al. publicanis.
r De vectigalium & stipēdiariorum populorum differētia aliàs dixi. *
s L. si in hostis an. v. c. & in hostis.

proprętore vna cohorte auxiliaria gesta, & bellum cũ maximis Syriæ gẽtibus[a], tyrannis, consulari exercitu, imperióque confectum. deinde Albucius, quòd à senatu petebat, ipse sibi in Sardinia antè decreuerat [b]. constabat enim, Græcum hominem, ac leuem, in ipsa prouincia quasi triumphasse. Itaque hanc eius temeritatem senatus supplicatione denegata notauit. Sed fruatur sanè hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam vni, præter se, inusta est, putet esse leuiorem: dummodo, cuius exemplo se consolatur, eius exitum exspectet: præsertim cùm in Albucio nec Pisonis libidines, nec audacia Gabinij fuerit: hac tamen vna plaga conciderit, ignominia senatus. ¶ At [c] qui [d] duas Gallias decernit consulibus duobus, hos [e] retinet ambos: qui autem alteram Galliam, & aut Syriam, aut Macedoniam: tamen alterum retinet, & in vtriusq. pari scelere disparẽ[f] cõditionem facit. Faciam, inquit, illas prætorias, vt Pisoni, & Gabinio succedatur statim. Si hic sinat. Tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest. Itaque ego idem, qui nunc consulibus iis, qui designati erunt, Syriam, Macedoniámque decerno, decernam easdem prætorias, vt & prætores annuas prouincias habeant, & eos quàm primùm videamus, quos animo æquo videre nõ possumus. Sed mihi credite: numquam succedetur illis, nisi cùm ea lege referetur, qua intercedi de prouinciis non licebit. Itaque, hoc tempore amisso, annus est integer vobis exspectandus: quo interiecto, ciuium calamitas, sociorum ærumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagatur. Quòd si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Cæsari succedendum nondum putarem. Qua de re dicam, patres conscripti, quod sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi, qua paullo antè interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimiciorem Gabinio debere esse, quàm Cæsari. omnem enim illam tempestatem, cui cesserim, Cæsare impulsore, atque adiutore esse excitatam. Cui si primùm sic respondeam, me communis vtilitatis habere rationem, non doloris mei: possimne probare, cùm id me facere dicam, quod exemplo fortissimorum, & clarissimorum ciuium facere possim? Quis plenior [g] inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus. aliíne inimici? omnes Metelli. At hi non modò illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant [h], sed & propter rationem Gallici[i] belli, prouinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum gestum est: domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus, nondum iure certo, nõdum satis firma pace deuinctæ. Bellum affectum videmus, &, verè vt dicam, pænè confectum: sed ita, vt, si idem extrema persequitur, qui inchoauit, iã omnia perfecta videamus. si succeditur: periculũ sit, ne instauratas maximi belli reliquias, ac renouatas audiamus. Ergo ego senator, inimicus, si ita vultis, homini, amicus esse, sicut semper fui, reipublicæ debeo. Quid, si ipsas *inimicitias depono reipublicæ causa*? quis me tandẽ iure reprehendat? pręsertim cùm ego omniũ meorũ cõsiliorũ, atq. factorũ exẽpla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. An

a L. gentibus, ac tyrannis,
b al. decrerat.
c L. At duas Gallias qui decernit cõs. d. Atq. duas Gallias qui dec.
d CONFIRMATIONIS pars, qua suadet Cæsarem in Gallia retinendum.*
e L. hos retinet ambo. & ita v. c.
P. B.
f v. c. disparẽ consiliarẽ cõdit. fort. disparem cõsularẽ condit. vel de lege cõsularem.
P. LXXIII.
g pleniorem inimicũ hic vsurpat, pro manifesto & aparente inimico.*
h fort. retrahebant.
i L. belli Gallici, pr. & ita v. c.

A non [a] M. ille Lepidus[b], qui bis consul, & pontifex maximus fuit, non solùm memoria[c] & testimonio, sed etiã annaliũ litteris, & summi poetę voce laudatus est, quòd cum M. Fuluio collega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, vt commune officium censuræ communi animo, ac voluntate defenderent? An non Ti.[d] Grachus, (patrem dico, cuius vtinam filij [e] ne degenerassent à grauitate patria) tantam [f] laudem est adeptus, quòd tribunus plebis solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus & ipsius, & fratris eius, Africani, iurauítque in concione, *se in gratiam non rediisse, sed alienum sibi videri dignitate imperij, quò duces essent hostium, Scipione triumphante, ducti, eôdem ipsum duci, qui triumphasset?* Atque, vt vetera, quæ sunt innumerabilia, mittã, tuus pater, Philippe, nónne vno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit? quibus [g] cum omnibus éadem respublica reconciliauit, quæ alienarat. Multa prætereo, quòd intueor coràm hæc lumina, atq ornamenta reipublicæ P. Seruilium, & M. Lucullum, (vtinam etiam L. Lucullus ille viueret[h].) Quæ fuerunt inimicitiæ grauiores in ciuitate, quàm Lucullorũ, atque Seruiliorum? quas in viris fortissimis nõ solùm exstinxit reipublicæ dignitas, & ipsorũ, sed etiã ad amicitiam, consuetudinémque traduxit. Quid? Qu. Metellus Nepos, nónne consul in templo Iouis optimi, maximi, permotus cùm auctoritate vestra, tum illius P. Seruilii incredibili grauitate dicendi, absens mecum, summo suo beneficio, rediit in gratiã? An ego possùm huic esse inimicus, cuius litteris, fama, nuntiis, celebrantur aures quotidie meæ cum nouis nominibus gentium, nationum, locorum? Ardeo, mihi credite, patres conscripti (id quod vosmet de [i] me existimatis, & facitis ipsi) incredibili quodam amore patriæ: qui me amor & subuenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis, & rursum, cùm omnia tela vndique esse intenta in patriam viderem, subire coegit, atque excipere vnum pro vniuersis. Hic [k] meus in rempublicam animus pristinus, ac peremnis, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Quod volent denique, homines existiment, *nemini* [l] *ego esse possum bene de republica merenti non amicus.* Etenim si iis, qui hæc omnia flamma, ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solùm, sed etiam bellum indixi, atq. intuli, cùm partim mihi illorũ, familiares, partim etiam, me defendente, capitis iudiciis essent liberati: cur eadem respublica, quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit? Quod mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quòd *perniciosum patriæ ciuem fore putabam, qui turpissima libidine incensus, duas res sanctissimas, religionem* [m], *& pudicitiam vno scelere violasset?* Num est igitur dubium ex iis rebus, quas is egit, agítque quotidie, quin ego, in illo oppugnando, reipublicæ plus, quàm otio meo: nonnulli, in eodem defendendo, suo plus otio, quàm communi, prospexerint? Ego me à Cn. Cæsare in republica dissensisse fateor, & sensisse vobiscum: sed nunc iisdem vobis assentior, cùm quibus anteà sentiebam. Vos enim, ad quos litteras L. Piso de suis rebus nõ audet mittere: qui Gabinij litteras insigni quadam nota, atq. ignominia noua condẽna-

a De reconciliatione seu ab odio ad gratiam deflexu.*
b Liuius 40. Gell. 8. 4. Valer. 2.*
c L. memoriæ, testimonio.
d Valerius & Gell. illo loco. Liuius 38.*
e Tiberius & Caius.*
f al. eandẽ.*
g al. quibus cum omn.
P. B.
h v. c. desideret fort. hic sederet.
i L. & de me exist.
k al. Hic me meus
l v. c. nemini ego possum esse, &c. & ita L.
m Religio & pudicitia duæ res in ciuitate sanctissimæ.*
P. LXXIIII.

stis, C. Cæsari supplicationes decreuistis, numero, vt nemini vllo [a] ex bello: honore, vt omnino nemini. Cur [b] igitur exspectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? Reduxit ordo amplissimus, & ordo is, qui est & publici consilij, & meorum omnium consiliorum auctor & princeps. Vos sequor, patres conscripti: vobis obtempero, vobis assentior: qui, quamdiu C. Cæsaris consilia in republica non maximè deligebatis, me quoque cum illo minùs coniunctum videbatis. posteáquam rebus gestis menteis vestras, voluntatémque [c] mutastis: me non solùm comitem esse sententiæ vestræ, sed etiam laudatorem vidistis. Sed quid est, quod in hac causa maximè homines admirentur [d], & reprehendant meum consilium, cùm ego idem anteà multa decreuerim [e], quæ magis ad hominis dignitatem, quàm ad reipublicæ necessitatem pertinerent? *Supplicationem* [f] quindecim [g] dierum decreui sententia mea. Reip. satis erat tot dierum, quot C. Mario, Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis. Ergo ille cumulus dierum, hominis est dignitati tributus. In quo ego, quo consule referente, primùm decē dierum supplicatio decreta Cn. Pompeio, Mithridate interfecto, confectóque [h] Mithridatico bello, & cuius sententia primùm duplicata est supplicatio [i] consularis (mihi enim estis assensi, cùm eiusdem Pompeij litteris recitatis, confectis omnibus maritimis, terrestribúsque bellis, supplicationem dierū duodecim decreuistis) sum Cn. Pompeij vir tutem, & animi magnitudinem admiratus, quòd, cùm ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat, quàm ipse erat consecutus. Ergo in illa supplicatione, quam ego decreui, res ipsa tributa est diis immortalibus, & maiorū institutis, & vtilitati reipublicæ: sed dignitas verborum, honos, & nouitas, & numerus dierum Cæsaris ipsius laudi, & [k] gloriæ concessus est. Relatum est ad nos nuper de *stipendio* exercitus. non decreui solùm, sed etiá, vt vos decerneretis, laboraui: multa dissentientibus respondi: *scribendo affui*, tum quoq. homini plus tribui, quàm nescio cui necessitati. illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitum præda antè parta, & bellum conficere posse: sed decus illud, & ornamentum triumphi, minuendum nostra parsimonia non putaui. Actum est de decem legatis, quos alij omnino non dabant, alij exempla quærebant, alij tempus differebant, alij sine vllis verborum ornamentis dabant. in ea quoque re sic sum locutus, vt omnes intelligerent, me id, quod reipublicæ causa sentirem, facere vberiùs propter ipsius Cæsaris dignitatem. At ego idem nunc in prouinciis decernendis, qui illas omneis res egi silentio, interpellor: cùm [m] superioribus [n] causis hominis ornamenta fuerint, in hac me nihil aliud, nisi ratio belli, nisi summa vtilitas reipublicæ moueat. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in prouincia commorari velit, nisi vt ea, quę per eum affecta [n] sunt, perfecta reipublicæ tradantur [o]? Amœnitas eum, credo, locorum, vrbium pulchritudo, hominum, nationúmque illarum humanitas, & lepos, victoriæ cupiditas finium imperij nóstri propagatio retinet. Quid illis tetris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? quid porrò tot victoriis præstabilius? *quid Oceano longius inueniri potest?* An reditus in patriam habet aliquā offensionem? vtrùm apud populum, à [a] quo missus est: an apud senatum, à quo ornatus est? an dies auget eius desiderium? an [b] magis obliuionem? an laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuallo viriditatem? Quare, si qui hominem non diligunt, nihil est, quòd eum de prouincia deuocent. ad gloriam deuocant: ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem senatus, equestris ordinis gratiam, populi caritatem. Sed, si ille hac tam eximia fortuna propter vtilitatem reipublicæ frui non properat, vt omnia illa conficiat: quid ego senator facere debeo, quem, etiam si ille aliud vellet, reipublicæ consulere oporteret? Ego verò *sic intelligo, patres conscripti, nos hoc tempore in prouinciis decernendis, perpetuæ pacis habere* [c] *oportere rationem.* namq quis hoc tempore non sentit, omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo, atque etiam ab omni suspicione belli? lamdiu mare videmus illud immensum, cuius feruore non solùm maritimi cursus, sed vrbes etiam, & viæ militares [c] iam tenebantur [f], virtute Cn. Pompeii sic à populo Rom. ab Oceano vsque ad vltimum Pontum, tanquam vnum aliquem portum, tutum, & clausum teneri: nationes eas, quæ numero hominum, ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas, vt Asia, quæ imperium antea nostrum terminabat, nunc tribus [g] nouis pro uinciis ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni hostium genere dicere. *nulla gens est, quæ non aut ita subacta sit, vt vix exsteterit: aut ita domita, vt quieuerit: aut ita placata, vt victoria nostra, imperióque lætetur.* Bellum Gallicum, patres conscripti. C. Cæsare imperatore, gestū est: anteà tantummodo repulsum, semper illas nationes nostri imperatores refutandas potiùs bello, quàm lacessendas putauerunt. Ipse ille C. Marius [h], cuius diuina, atq. eximia virtus magnis populi R. luctibus, funeribúsque subuēnit, influenteis in Italiā Gallorum [i] maximas copias repressit, non ipse ad eorū vrbeis, sedeisq. penetrauit. Modò ille meorum laborum, periculorū, consiliorum socius, C. [k] Pōtinius, fortissimus vir, ortum repentè bellum Allobrogum [l], atque hoc scelerata coniuratione excitatum, prœliis fregit, eósque domuit, qui lacessierāt: & ea victoria contentus, republica metu liberata, quieuit. C. Cæsaris lōgè aliam video fuisse rationē. nō enim sibi solùm cum iis, quos iam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. Itaque cum acerrimis nationibus, & maximis, Germanorum, & Heluetiorum, prœliis felicissimè decertauit, ceteras contriuit [m], compulit [n], domuit, imperio populi Romani parēre alsuefecit, & [o], quas regiones, quáſque gentes nullæ nobis antea litteræ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator, nostérque exercitus, & populi Romani arma peragrarunt. Semitam tantùm Galliæ tenebamus anteā, patres conscripti, ceteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè immanibus, & barbaris.

a L. vno ex bello: honore.
b v.c. Cur ergo
c v.c. voluntatéſq. & ita L.
d fic v.c. fort. demirentur.
e v.c. decreuerim, & ita L.
f De suplicatione, stipendio, & decem legatis Cæsari decreris.*
g Supplicationes multorum dierū decernebant ob res ab aliquo bene gestas: vt hīc Cæsari & Mario quindecim: Pōpeio, decē & duodecim dierū*
h v.c. & confecto Mithridatico. b.
P. B.
i al. supplicatio, mihi enim, &c.
k L. gloriæq. cōc. & ita v.c.
j Re bene gesta, dispensandæ: obtinuerūtq. victoriæ, imperatoribus decem legati decernebant. adde Liuium 38. Dion.
m L. cùm in superioribus.
n Affecta dicuntur quæ plusquā inepta, nōdum tamen perfecta.*
o L. tradatē & ita v.c.
P. B.
a v.c. à quo missus: an apud s.
b L. an magis obliuionem, ac laurea illa m & ita v.c.
c fic v.c. soli habere rationem oportere. nam q. d. L. nam quid hoc non sentit &c. & ita v.c.
e fort. & omnes militares.*
f al. piratis.*
P. B.
g Ponto, Armenia, Syria.*
h vide j. Flor. 3. Eutrop. & Appian. in Celtic.*
i Theutonum & Tigurinorum.*
k L. C. Pomptinus.*
l vide j. Flor. 3. Eutrop. & Dion. Florum 3.
m al. contriuit.
n L. contrīdit, al. conflixit.
o al. ceteros ciuitates, vel tamen tulit.

barbaris, & bellicosis tenebantur: quas nationes nemo vmquam fuit, qui [a] non frangi, domarique cuperet: nemo sapienter de republica nostra cogitauit iam inde à principio huius imperij, quin Galliam maximè timendam huic imperio putaret [b]: sed propter vim, ac multitudinem gentium illarum, numquam est anteà cum omnibus dimicatum. restitimus semper lacessiti. nunc denique est perfectum, vt imperij nostri, terrarúmque illarum idem esset extremum. *Alpibus Italiam munierat antè natura, non sine aliquo diuino numine. nam, si ille aditus Gallorum immanitati, multitudinique patuisset: numquam hæc vrbs summo imperio domicilium, ac sedem præbuisset*: quæ iam licet considant. nihil est enim vltra illam altitudinem montium vsque ad Oceanum, quod sit Italiæ pertimescendum. Sed tamen vna [c], aut altera æstas vel metu, vel spe, vel pœna, vel præmiis, vel armis, vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis adstringere. *impolitæ verò res, & acerbæ si erunt relictæ: quamquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuire cent* [d]. Quare *sit in eius tutela Gallia, cuius* [e] *virtuti, fidei, felicitati commendata est*. Etenim si fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius eius deæ [f] periculum facere nollet: si in patriam, si ad deos penateis, si ad eam dignitatem, quam in ciuitate sibi propositam videt, si ad iucundissimos liberos, si ad [g] clarissimum generum [h] redire properaret: si in Capitolium inuehi victor cum illa insigni laurea gestiret: si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere iam non potest, quantum auferre: vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, à quo profligata sunt, confici velle. Cùm verò ille suæ gloriæ iampridem, reipubli. nondum satisfecerit, & malit tamen tardiùs ad suorum labotum fructus peruenire, quàm non explere susceptum reipubl. munus: nec imperatorem incensum ad rempubl. bene gerendam reuocare, nec totam Gallici belli rationem, propè iam explicatam, perturbare atque impedire debemus.

CONFVTATIO. ¶ Nam [i] illæ sententiæ virorum clarissimorum minimè probandæ sunt: quorú alter vlteriorem Galliã decernit cũ Syria, alter citeriorem, qui vlteriorem: omnia illa, de quibus differui paullo antè, perturbãt: simul obstrepit, eam se scire legem, quam esse legem negetur: & [k], quæ pars prouinciæ sit, cui non possit intercedi, hanc se auellere: quæ defensorem habeat, non tangere: simul & illud facit, vt, quod illi à populo datum sit, id non violet: quod senatus dederit, id senator properet auferre. Alter belli Gallici rationem habet: fungitur officio boni senatoris: legem, quam non putat, eam quoque seruat. præfinit enim successori diem quil mihi nihil videtur minùs à dignitate, disciplináque maiorum dissidere, quàm vt, qui consul kalendis Ianu. habere prouinciam debet, is vt eam desponsam, non decretam habere videatur. Fuerit toto in consulatu sine prouincia, cui fuerit, antequàm designatus esset, prouincia decreta[m], sortietur, an nõ? nam & non sortiri absurdum est, & quod sortitus sis, non habere. Proficiscetur [n] paludatus? quó? quò peruenire ante certam diem non licebit. Ianuario, Februario, prouinciam non habebit. kalendis ei denique Martiis nascetur repente prouincia, At [o] tamen his sententiis Piso in prouincia permanebit. Quæ cùm grauia sunt, tum *nihil grauius illo, quod multari imperatorem diminutione* [a] *prouinciæ, contumelio sum est*: neq. solùm summo in viro, sed etiam in [b] mediocri homine accidat, prouidendum. Ego vos intelligo, P. C. multos decreuisse honores [c] eximios C. Cæsari, & propè singulareis, quod [d] ita meritus erat: gratis etiam, vt quàm coniunctissimus huic ordini esset. Sapientes, ac diuini fuistis. neminem vmquam est hic ordo complexus honoribus, & beneficiis suis, qui vllam dignitatem præstabiliorem ea, quam per vos esset adeptus, putarit. nemo vmquam hic potuit esse princeps, qui maluerit esse popularis. Sed homines aut propter dignitatem suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab huius ordinis coniunctione depulsi, sæpe ex hoc portu se in illos fluctus propè necessariò contulerunt. qui si ex illa iactatione, cursúque populari, bene gesta republica referunt adspectum in curiam, atque huic amplissimæ dignitati commendati [e] esse volunt: non modò non repellendi sunt, verùm etiam expetendi. Monemur à fortissimo viro, atq. optimo post hominum memoriam consule, vt prouideamus, ne citerior Gallia nobis inuitis alicui decernatur, post eos consules, qui nunc erunt de signati: perpetuóque posthac ab iis, qui hunc ordinem oppugnent, populari, ac turbulenta ratione teneatur. Quam ego plagam etsi non contemno P. C. præsertim monitus à sapientissimo consule, & diligentissimo custode pacis, & otij, tamen vehementius arbitror pertimescendum, si hominum præclarissimorum ac [f] potentissimorum aut honorem minuero, aut studium erga hunc ordinem repudiaro. nam vt C. Iulius omnibus à senatu eximiis, ac nouis rebus [g] ornatus, per manus hãc prouinciam tradat ei, cui minimè vos velitis: per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum. Postremò, quo quisque animo futurus sit, nescio: quid sperem, video. *præstare hoc sentior debeo, quantum possum, neque vir clarus, aut potens huic ordini iure eraseipossesse videatur*. Atque hoc, si inimicissimus essem C. Cæsari, sentirem tamen reip. causa. Sed non alienum esse arbitror, quo minùs sæpe aut interpeller à nonnullis, aut [h] tacita æstimatione reprehendar, explicare breuiter, quæ mihi sit ratio, & causa cum Cæsare. Ac primùm illud tempus familiaritatis, & consuetudinis, quę mihi cum illo, quę fratri meo, quæ C. Varroni, consobrino nostro, ab omnium nostrũm adolescentia fuit, prætermitto. Posteaquàm sum in remp. ingressus, ita dissensi ab illo, vt in disiunctione sententiæ, coniuncti tamen amicitia [i] maneremus. Consul ille egit eas [k] res, quarum participem me esse voluit: quibus ego si minùs assentiebar, tamen illius mihi iudicium, gratum esse debebat; ne ille, vt quinqueuiratum [l] acciperem, rogauit: me in tribus sibi coniunctissimis consularibus esse voluit: mihi legationem, quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit. quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui, quàm sapienter, non disputo: multis enim non probabo: constanter quidem, & fortiter certè, qui cùm firmissimis opibus contra

a L. deminutione pr.
b *v.c.* mediocri in homine.
c *v.c.* eximios honores P. LXXVII.
d *al.* quod erat meritus gratis: sin etiã, vt quam coniunctissimus huic ordini esset, Sapientes ac diuini fuistis.
e *v.c.* esse cõmendati volunt.
f L. clarissimorum, & *ita v.c.*
g L. honorib. orn.
h L. aut tacita existimatione repr.
i *fort.* in amicitia manserimus. *al.* amicitiam amaremus.
k *v.c.* illa res, quarũ me participem *& ita* L. l agro æstimato diuidendo. Sed *Aut. Aug.* viginti iurãtũ: vt subaudias ad agrũ Campanum æstimãdum. vide Dionem 38. Suetonium Augusto. Ciceronem 9. ad Atticum 2.

scelus inimicorum munire, & populareis impetus populari præsidio possem[a] propulsare quamuis excipere fortunam, subire[b] vim, atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Sed *non is so lum gratus debet esse, qui accepit beneficium, uerum etiam is, cui potestas accipendi fuit*. Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, & conuenire iis rebus, quas gesseram, non putabam. Illum quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem ciuem[c], suum gerentem, sentiebam. Traduxit ad[d] plebem inimicum meum[e]: siue iratus mihi, quòd me secum ne beneficiis quidem videbat posse coniungi: siue exoratus. Ne[f] hoc quidem fuit iniuria, nam postea me, vt sibi essem legatus, non solùm suasit, verùm etiam rogauit. Ne id quidem accepi: non[g] quo alienum mea dignitate arbitrarer, sed quòd tantũ reip. scelcris impendere à consulibus proximis non suspicabar. Ergo adhuc magis est mihi verendum, ne mea superbia in illius liberalitate, quàm ne illius iniuria in nostra amicitia reprehendatur. Ecce illa tempestas, caligo[h] bonorum, & subita, atque improuisa formido, tenebræ reipublicæ, ruina, atque incendium ciuitatis, terror iniectus Cæsari de eius actis, metus, cædis bonis omnibus: consulum scelus, cupiditas, egestas, audacia. Si non fum adiutus: non[i] debuit. si destitutus: sibi fortasse prouidit. si etiam oppugnatus, vt quidam aut putant, aut volunt: violata amicitia est: accepi iniuriam, inimicus esse debui, non nego. sed, si idem ille tum me saluum esse voluit, cùm vos me, vt carissimum filium desideratis: &, si vos iidem pertinere ad causam illam putabatis, voluntatem C. Cæsaris à salute mea non abhorrere: &, si illius voluntatis generũ eius habeo testem, qui idem Italiam, in municipiis, populum R. in concione, vos mei semper cupidissimos, in Capitolio, ad meam salutem incitauit: si denique Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, & sponsor est illi de mea: nónne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non[k] possem euellere, ex animo quidem certè excidere? Ego verò, si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem, atque inimicitias meas reipub. concessisse, quod magni cuiusdam hominis, & persapientis videtur: vtar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam, quàm ad vitandam vituperationem valet, hominem me esse gratum, & non modò tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum beniuolentia commoueri. A viris fortissimis, & de me optimè meritis quibusdam peto, vt, si ego illos meorum laborum, & incommodorum participes esse nolui, ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse, præsertim cùm mihi iidem illi cò cesserint, vt etiam acta illa Cæsaris, quæ neq. oppugnaui anteà, neq. defendo meo iam iure possim defendere. nam summi ciuitatis viri, quorum ego consilio rempubl. conseruaui, & quorum auctoritate illam[a] coniurationem Catilinæ defugi, Iulias[b] leges, & ceteras, illo consule, rogatas, iure latas negant, iidem illam proscriptionem capitis mei, contra salutem reipubl sed saluis auspiciis rogatam esse dicebant. Itaque vir summa auctoritate, summa eloquentia, dixit grauiter, *casum illum meum funus esse reipubl. sed funus iustum, & indictum*. Et[c] mihi ipsi omninò perhonorificum, discessum[d] meum funus reipubl. Reliqua non reprehendo: sed mihi ad id, quod sentio, assumo. nam, si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cælo seruarat: oblitine erant, tum, cùm ille, quid id egerat, plebeius est lege curiata factus, dici de cælo esse seruatum? qui si plebeius omnino esse non potuit, quî tribunus pl. potuit esse? & cuius tribunatus si ratus est, nihil est, quod[e] irritum ex actis Cæsaris possit esse: eius non solùm tribunatus, sed etiam pernicio sissimæ res[f], auspiciorum religione conseruata, iure latæ videbuntur? Quare aut vobis statuendũ est, legem Æliam[g] manere, legem[h] Fusiam non esse abrogatam, *non omnibus fastis legem ferri licere: cùm lex feratur, de cælo seruari, obnuntiari, intercedi licere*. censorium iudicium, ac notionem[k], & illum morem seueriss imum magistratuum, non esse nefariis legibus de ciuitate sublatum: si patricius, tribunus pl. fuerit, contra leges sacratas: si plebeius, contra auspicia fuisse: aut mihi concedant homines[m] oportet, aut in rebus bonis non exquirere iura ea, quæ ipsi in perditis non exquirunt, præsertim cùm ab illis aliquoties conditio C. Cæsari lata sit, vt easdem res alio modo ferret: qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant: in Clodio auspiciorum ratio sit eadem, leges omnes sint euersæ, ac peditæ ciuitatis. ¶ Extremum[n] illud est. ego, si essent inimicitiæ mihi cum C. Cæsare, tamen hoc tempore reipubl. consulere, inimicitias in aliud tempus reseruare deberem. possem etiam *summorum virorum exemplo inimicitias reip. causa deponere*: sed, cùm inimicitiæ fuerint numquam: opinio iniuriæ, beneficio sit exstincta: sententia mea, P. C. si dignitas agitur C. Cæsaris, homini tribuã: si honos quidam, senatus concordiæ consulam: si auctoritas decretorum vestrorum, constantiam ordinis in eodem ornando imperatore seruabo: si perpetua ratio Gallici belli, reipub. prouidebo: si aliquod meum priuatum officium, me non ingratum præstabo. Atque hoc velim probare omnibus, patres conscripti: sed leuissimè feram, si forte aut iis minùs probaro, qui meum inimicum, repugnante vestra auctoritate, texerunt: aut iis, si qui meũ cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, cùm ipsi, & eum meo, & cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

a v.c propulsare possem, & ita L.
b sic v.c fort. quamuis subire v.
c al. ciuium.*
d per adoptionem inimicum.*
e P. Clodiũ.*
f L. Ne hæc quidem f. & ita v.c.
g L. nõ quòd alien.
h al. illa caligo bonor.
i v.c. non debui. & ita b
k al. non possim L. & v.c. non possum.
l B.

a L. illam de iunctionem Cæsaris
b Leges Iulix.*
c L. Et mihi ipsi.
d Exitium.*
e L. quod non irritũ exact. & ita v.c.
f fort. legis.
g Lege Ælia cauebatur, ne omnibus fastis legem ferri liceret, vt cùm lex ferretur, de cælo seruarij, obnũtiarij, intercedi liceret. Infra. Cicero in Pisonem, pro reditum in Quirites. ad Atticum 2. Asconius Pedianus. Hãc lege neglecta Cæsar, de prædo in plebem, legem tulit, & Bibulum collegã Cõsulem denunciantem armis expulit. Fest. Sext. h L. legem Fusiam. i Sic Orat. in Vatinium 2. ad Atticum 4. k Hæc potestas censorum. l L. Si illud morem seueritissimum, ne esse. m L. homines oportet, in rebus bonis, ne. n PERORATIO.

IN L. CALPVRNIVM PISONEM.

ORATIO TRICESIMASEPTIMA.

Deest principium.

Iámne vides,bellua,iámne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur, Syrum, nescio quem, de grege nouitiorum, factum esse consulem.non enim nos coloriste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia,frons,vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est,hic [a] in errorem homines impulit: hic eos,quibus erat ignotus,decepit[b],fefellit, in fraudem induxit. pauci ista tua lutulenta vitia nouerамus:pauci tarditatem ingenij, stuporem,debilitatémque linguæ. numquam erat audita vox in foro:numquam periculum factum consilij: nullum non modò illustre, sed ne notum quidem factum aut militiæ: aut domi. obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum:quarum simile habes nihil,præter colorem.Is mihi etiam gloriabitur, se omneis magistratus sine repulsa assecutum? nihil ista licet de me vera cum gloria prædicare.omneis enim honores populus Rom.mihi ipsi,homini nouo,detulit. Nam,tu cùm quæstor es factus,etiam qui te numquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Ædilis es factus Piso est à populo Rom.factus, non iste Piso.Prætura item maioribus delata est tuis.noti erant illi mortui: te viuum nondum nouerat quisquam. Me cùm quæstorē in primis, ædilem priorem, prætorem primum cunctis suffragiis populus Rom. faciebat:homini ille honorem,non generi:moribus,non maioribus meis:virtuti perspectæ, non auditæ nobilitati deferebat. Nam quid ego de consulatu loquar? parto vis,ánne gesto? Miserum me:cum [c] hac me peste,atque labe conferor,sed nihil comparandi causa loquar: ac [d] tamen ea,quæ sunt longissimè disiuncta,comprehendam. Tu consul es renuntiatus (nihil dicam grauius, quàm quod omnes fatentur) impeditis reipublicæ temporibus, dissidentibus COSS.Cæsare & Bibulo,cùm hoc non [e] recusares, quin ii, à quibus dicebare consul, te luce dignum non putarent, nisi nequior, quàm Gabinius, exstitisses. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me vniuersa ciuitas non priùs tabella, quàm voce priorem consulem declarauit. Sed omitto, vt sit factus, vterque nostrûm. *Sit* sanè *Fors domina campi.* magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quàm quemadmodum ceperimus. ¶ Ego [f] kalendis Ianu.senatū, & bonos omneis,legis Agrariæ,maximarúmque largitionum metu liberaui. ego agrum Campanum,si diuidi non oportuit, conseruaui: si oportuit, melioribus auctoribus reseruaui.ego in C.Rabirio,perduellionis reo, XL. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra inuidiam,atque defendi. ego adolescenteis bonos, & forteis,sed vsos ea conditione fortunæ, vt, si essent magistratus adepti,reipubl.statum cōuulsuri viderentur,meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia,comitiorum ratione priuaui.ego Antonium collegam,cupidum prouinciæ,multa [a] in republi.molientem, patientia, atque obsequio meo mitigaui. ego prouinciam Galliam, senatus auctoritate, exercitu & pecunia instructam,& ornatam,quam cum Antonio communicaui [b], quod ita existimabam tempora reipub. ferre, in concione deposui,reclamante populo Roma.ego L.Catilinam, cædem senatus, interitum vrbis, non obscurè, sed palàm molientem, egredi ex vrbe iussi: vt, à quo legibus non poteramus, mœnibus tuti esse possemus. ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis ciuitatis, de coniuratorum nefariis manibus extorsi. ego faceis iam accensas ad huius vrbis incendium, comprehendi, protuli, exstinxi. Me Qu. Catulus, princeps huius ordinis, & auctor publici [c] consilij, frequentissimo senatu, *parentem patriæ* nominauit. mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, L.Gellius [d], his audientibus, ciuicam [e] coronam deberi à [f] republica dixit. mihi togato senatus,non vt multis bene gestæ,sed vt nemini, conseruatæ [g] reipubl singulari genere supplicationis,deorum immortalium templa patefecit.Ego cùm in concione, abiens magistratu, dicere à tribuno pleb. [i] prohiberer, quæ constitueram: cúmque is mihi tantummodò vt iuratem [k], permitteret.sine vlla dubitatione iurauī, *rempubl. atque hanc vrbem meā vnius opera esse saluam*. Mihi populus Ro. vniuersus illa in concione non vnius dici gratulationem, sed æternitatem, immortalitatémque donauit, cùm meum insiurandum tale,atque tantum, iuratus ipse, vna voce, & consensu approbauit. Quo quidem tempore is meus domum fuit è foro reditus, vt nemo, nisi qui mecum esset, ciuium esse in numero videretur. Atque ita est à me consulatus peractus, vt nihil sine consilio

a L. hic in fenatum homines imp.

b L. decepit, fefellit,induxit g.

c L.cum hac me nunc pe. atque

d L. tamen ea,q. non re. cuſſares,in à quibus dice. bare conſul, quin te luce d.

e DE CONSVLATV POSTEA ge.

a L. multáq. in rep. P. B.

b commutauī.

c *al.* consilii publici.

d vir consularis 5. Gell. 6.*

e Ciuica corona appellabatur quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem vitæ salutisq. percepitæ dat: ea fiebat è fronde querna, quoniam cibus victūsq. antiquissim* èquercu capi solitus est. Hac corona ciuica L.Gellius vir censorius in senatu Ciceronem consulē donari à Repub. censuit, quod eius opera esset atrocissima illa Catilinæ cōiuratio detecta vt hoc loco & 5. Gel. 6. vbi meminit variarum coronarum.*

f L.à populo R.

g dixi Philip.2.& 14.*

h L.cōseruatæ reip. testimonii dedit, & sing. & na v.c.

i Metellum intelligit tribunum pleb. de quo vide 5. epistol. familiæ.*

k Iurisiurādi huius memi. nit 5. epistol. famil.2.cuius formulā mox adiicit. adde orationem pro domo.*

senatus, nihil non approbante populo Rom. egerim: vt semper in [a] Rostris curiam, in se, senatu populum defenderim: vt multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum senatu coniunxerim. Exposui breuiter consulatum meum. Aude nunc, ô furia, de tuo dicere: cuius fuit initium ludi Compitalitij, tum primùm facti post L. [b] Aurelium, & C. Matium cos. contra auctoritatem huius ordinis: quos Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius [c] paucos pares hæc ciuitas tulit, cum [d] hac [e] importuna bellua confertam) sed ille designatus consul. cùm [f] quidem tribunus pleb. suo auxilio magnos [g] ludos contra senatusconsultum facere iussisset, priuatus fieri voluit: atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cùm in kalendas Ian. Compitalitiorum [h] dies incidissent, Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus es, hominem impurum, atque non modò facie, sed etiam oculo tuo dignissimum. Ergo his fundamentis positis consulatus tui, duo pòst, inspectante, & i tacente, à P. Clodio, fatali portento, prodigióq. resp. lex Ælia [k], & [l] Fusia, euersa est, propugnacula, munitq. tranquillitatis, atq. otij: collegia, nō ea solùm, quę senatus sustulerat, restituta sunt [m], sed innumerabilia quædam noua ex omni fæce vrbis, ac seruitio constituta. ab eodem homine, in stuptis inauditis, nefariisque versato vetus illa *magistra pudoris, & modestiæ seueritas censoria*. sublata est: cum tu interim, bustum reip. qui te consulem tum Romæ dicis fuisse, verbo numquam significaris sententiâ tuam tãtis in naufragiis ciuitatis. Nondum, quæ feceris: sed quæ fieri passus sis, dico. neq. verò multum interest, præsertim in consule, vtrùm ipse pernitiosis legibus, improbis concionib. rempu. vexet, an alios vexare patiatur. *An potest vlla esse excusatio non dicam malè sentientiⁿ, sed edenti cunctanti, dormienti° in maximo reip. motu cõsuli?* centum propè annos legem Æliam, & P. Fusiam tenueramus: quadringentos iudicium, notionémque[q] censoriã. quas leges ausus[r] est non nemo improbus, potuit quidem nemo vmquam conuellere: quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quanto quoque [s] anno iudicaretur, nemo [t] tam effusè petulans conatus est. Hæc sunt, ô carnifex, in gremio sepulta consulatus tui. Persequere connexos his funeribus [u] dies. Pro Aurelio tribunali, ne [x] cõniuente quidē te, quod ipsum esset scelus, sed etiã hilarioribus oculis, quàm solitus eras, intuente, delectus [y] seruorum habebatur ab eo, qui nihil sibi vmquam nec facere, nec pati turpe [z] duxit: arma in templo Castoris (ô proditor templorum omnium,) vidente te, constituebatur ab eo latrone, cui templum illud fuit, te cõsule, arx ciuium perditorum receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij, bustum legum omnium, ac religionum. Erat non solùm domus mea, sed [aa] totum Palatium senatu, equitibus R. ciuitate omni, Italia cuncta, refertum: cùm tu non modò ad eum Ciceronem (mitto enim domestica, quæ negari possunt: hæc commemoro, quæ sunt palàm) non modò, inquam, ad eum, cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogatiuæ, quē in senatu sententiã rogabas tertium, numquam adspirasti: sed omnibus consiliis, quæ ad me opprimendum parabantur, non interfuisti solùm, verùm etiam crudelissimè præfuisti. Mihi verò ipsi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? egere, foris [a] esse Gabinium: fine prouincia stare non posse: spem [b] habere à tribuno plebis, si tua consilia cum illo coniunxisses[c], à senatu quidem desperasse. huius te cupiditati obsequi, sicuti ego feci[s]sem in collega meo: nihil esse, quòd præsidium consulum implorarem: sibi quemq. consulere oportere. Atq. hæc dicere vix audeo. vereor, ne qui sit, qui istius insignè nequitiam, frontis inuolutam integumentis, nondum cernat: dicã tamen. ipse certè agnoscet, & cum aliquo dolore, flagitiorum suorum recordabitur. Meministine, cœnum, cũ ad te quinta ferè hora, cum C. Pisone venissem, nescio quo è gurgustio [d] te prodire, inuoluto capite, soleatum? &, cum isto ore fœtido tætertimam nobis pupinam inhalasses, excusatione te vti valetudinis, q. diceres, violentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cùm accepissemus, (quid enim facere poteramus?) paullisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore, atq. fumo: vnde tu nos cùm improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando [e] eiecisti. Idem illo ferè biduo productus in concionē ab eo, cui sic æquatum [f] præbebas consulatum tuum, cùm esses interrogatus, quid sentires de consulatu meo: grauis auctor, Catilinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsoninus, semiplacentinus [g] Caluentius, respondes, altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, Crudelitatem tibi non placere. Hîc te ille homo dignissimus tuis laudib. collaudauit. Crudelitatis. tu furcifer, senatum consul in cõcione condemnas? non enim me, qui senatui parui. nam delatio [h] illa salutaris, & diligens, fuerat cõsulis, animaduersio quidē, & iudicium, senatus, quæ cùm reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita fortè accidisset, fueris illo tempore consul futurus. stipendio mehercule, & frumento Catilinam esse putasses iuuandũ. Quid enim interfuit inter Catilinam, & eum, cui tu senatus auctoritatem, salutem ciuitatis, totam remp. prouinciæ præmio vẽdidisti? Quæ enim L. Catilinam conantẽ consul prohibui, ea P. Clodium facientem consules adiuuerũt, voluit ille senatum interficere, vos sustuliſtis: leges incendere, vos abrogastis: interire patriam, vos adiuuistis. Quid est, vobis c o s s. gestum sine armis? incendere illa coniuratorum manus voluit vrbem: vos eius domum, quem propter [k] vrbs incensa non est. A cne illi quidem, si habuissent vestri similem consulem, de vrbis incendio cogitassent. non enim se tectis priuare voluerunt: sed his stantibus nullum domicilium sceleri suo fore patauerũt. cædem illi ciuium, vos seruitutem expetistis. Hîc[l] vos etiam crudeliores. huic enim populo ita fuerat ante vos c o s s. libertas insita, vt emori potius, quàm seruire præstaret. Illud verò geminũ cõsiliis Catilinę, & Lẽtuli, quòd me domo mea expulistis, Cn. Pompeium domum suam compulistis neque enim, me stante, & manẽte in vrbis vigilia, neq. resistente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, vmquá se illi remp. delere posse duxerunt. à me quidem etiã pœnas expetistis, quibus cõiura-

[a] *fort.* in Rostris senatũ, in sen. P. LXXXI.

[b] L. post L. Metellum, & Q. Marcium, coss.

[c] L. cui paucos pares.

[d] v.c. cum importuna bellua conf.

[e] Imitatus videtur. Aeschinis locum orat. contra Ctesiphontẽ*

[f] L. cùm quidam trib.

[g] *al.* magistros Turneb. 2. aduers. 15.*

[h] L. Cõpitaliorum dies incidisset.

[i] L. & tacente te, à P.

[k] De lege Aelia & Fufia dixi Orat. de prouinciis Consularib. in f.

[l] L. & Fusia, [m] verbũ *sunt*, abest à v.c.

[n] *fort.* sentiẽdi, sed sedẽdi, cunctandi, dormiendi, &c.

[o] Imitatur Homerum Iliad. 1. P. B.

[p] L. & Fusiã.

[q] *al.* notationem. *al.* rationem.*

[r] L. ausus est nõ nemo improbus (potuit quidem nemo) cõuellere:

[s] Censores quinto quoq. anno de moribus, iudicabant.*

[t] L. nemo, quamtumuis effusè petulans.

[u] id. est malis coniunctos & contiguos.*

[x] *fort.* nõ modò ne connitente quidẽ te.

[y] L. dilectus seru. & *ita* v.c.

[z] L. turpe esse duxit.

[aa] L. sed palatium totum sen. *ornia* v.c.

[a] Foris esse debitor dicitur, qui latitat, neque facit sui copiam.*

[b] L. te spem hab. P. LXXXII.

[c] *al.* conuitasses.

[d] Gurgustiũ genus habitationis angustum. Festus.*

[e] L. ructando

[f] *al.* adæquatum. Aequatum autem præbere cõsulatum est magistratus authoritate non vti, & se superiore alijs non gerere.* *al.* semper placẽtinus.

[g] L. relatio illa & c. v.c.

[h] p. p.

[i] alienissimè.*

[k] v.c. propter quem & c. *ita* L.

[l] *al.* His vos

torum manes mortuorum expiaretis: omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis. quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem. Quod autem maius indicium ex spectatis, nihil inter vos, & Catilinam interfuisse, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis? quòd omneis undique perditos collegistis? quod in me carcerem effudistis? quòd coniuratos armastis? quòd eorum ferro meum cor pus, atque omnium bonorum vitam obiicere voluistis? Sed iam redeo ad præclaram illam concionem tuam. Tu es ille, cui crudelitas displicet? cui[a] cùm senatus[b] luctum, ac dolorem suum vestis mutatione declarandum censuisset, cùm videres mærere rempubl. amplissimi ordinis luctu, & noster misericors, *quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus*, omitto enim illud, consulem edicere, *Vt senatus senatusconsulto ne obtemperet*: quo fœdius nec fieri, nec cogitari quidquam potest. ad misericordiam redeo eius, cui nimis videtur senatus in conseruanda patria fuisse crudelis. Edicere est ausus cum illo suo pari, quem tamen omnibus vitiis superare cupiebat, *Vt senatus*, contrà, quàm ipse censuisset, *ad vestitum rediret*[c]. *Quis hoc fecit*[d] *vlla in Scythia tyrannus, vt eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret?* mærorem relinquis: mœroris aufers insignia. eripis lacrymas non consolando, sed minando. Quòd si vestem non publico consilio, patres conscripti, sed priuato officio, aut misericordia mutauissent, tamè id iis nõ licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat nõ ferendæ, cùm verò id se natus frequens censuisset: ordines reliqui iam antè fecissent: tu ex tenebricosa popina consul extractus, cum illa saltatrice[e] tonsa, senatum fr reipu. occasum, atque interitum lugere vetuisti. At quærebat etiam paullo antè de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio: cur non meis inimicis, meis copiis restitissem. Quasi verò non modò ego, qui multis sæpe auxilio fuissem, sed quisquam tam inopsfuerit vmquam, qui, isto non modò propugnatore, tutiorem se, sed aduocato, aut adstipulatore, pratiorem fore putaret. Ego istius pecudis, ac putidæ carnis[g] consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? ab hoc electo[h] cadauere quidquam mihi aut opis, aut ornamenti exspectabam? Consulem ego tum requirebam, consulem, inquam, non illum quidem, quem in hoc animali inuenire non possem, qui tantam reip. causam grauitate, & consilio tuo tueretur: sed qui, tanquam truncus, atque stipes, si stetisset, modò, posset sustinere tamen titulum consulatus. Cùm enim esset omnis causa illa mea consularis & senatoria, asxilio mihi opus fuerat & consulis, & senatus: quorum alterum etiam ad perniciem meam erat à vobis conuulsum: alterum reip. peni bis consulibus conuersum: alterum reip. penitus ereptum. At[k] tamen, si consilium exquiris meum, neque ego cessissem, & me ipsa suo complexu patria tenuisset, si mihi cum illo bustuario[l] gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset. Alia enim causa præstantissimi viri, Q. Metelli, fuit: quem ego ciuem, meo iudicio, cum deorum immortalium laude cõiungo: qui C. illi Mario, fortissimo viro, & consuli, & sextùm consuli,

& eius inuictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit. Quod mihi igitur certamen esset huiusmodi? cum C. Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero, barbato[a] Epicureo[b], cum altero, Catilinæ[c] laternario[d] quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala[e], ac crótala: fugi: neque tam fui timidus, vt, qui in maximis turbinibus, ac fluctibus reipubl. nauem gubernassem, saluámque *in portu*[f] *collocassem*, frontis[g] tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Alios ego vidi ventos: alias prospexi animo procellas: aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed his vnum me pro omnium salute obtuli. Itaque discessu tum meo omnes illi nefarij gladij de manibus crudelissimis exciderunt: cùm quidem tu, ô vecors, & amens, cùm omnes boni abditi, inclusíque mærerent, templa gemerent, tecta ipsa vrbis lugerent, complexus es illud funestũ animal ex nefariis stupris, ex ciuili cruore, ex omnium scelerum importunitate, & flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo, eodem & loci vestigio, & temporis, arbitria[h] non mei solùm, sed patriæ funeris abstulisti. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam, & gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimus gregibus intemperãtissimas perpotationes prædicem? quis te illis diebus sobrium, quis agentem aliquid, quod esset libero dignum, quis denique in publico vidit? cùm collegæ tui domus cantu, & cymbalis personaret, cúmque ipse nudus in conuiuio saltaret: in quo ne tum quidem, cùm illum suum saltatorium[i] versaret orbem, *fortunæ*[k] *rotam* pertimescebat. Hic autem non tam concinnus heluo, nec tam musicus, iacebat in suo [l] Græcorum fœtore, atque vino. Quod[m] quidem istius, in illis reipub luctibus, *quasi aliquod Lapitharum*[n], *aut Centaurorum conuiuium ferebatur*. in quo nemo potest dicere, vtrùm iste plus biberit, aut vomuerit, an effuderit. Tu etiam mentionem facies consulatus tui? aut te fuisse Romæ consulem dicere audebis? quid? tu in lictoribus, in toga[o], & præexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule, esse voluisti. Huius? tu, Clodiani canis[q], insignibus consulatum declarari putas? *animo consulem esse oportet, consilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus*. ego consulem esse putem, qui senatum esse in re publi. non putauit? & sine eo consilio consulé numerẽ, sine quo Romæ ne reges quidem esse potuerunt? Etenim illa iam omitto: cùm seruorum delectus[r] haberetur in foro: arma in templum [s] Castoris luce, & palàm comportarentur: id autem templum, sublato aditu, reuulsis gradibus à coniuratorum reliquiis, atque à Catilinæ præuaricatore quondam, tum vltore, armis teneretur: cùm equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur, senatui non solùm iuuare remp. sed ne lugere quidẽ liceret:

a *al.* barbaro Epicuro. Barbarum autẽ Epicurum vocat Gargilius quod esset Latinus nõ ille Atheniensis Epicurus. Nã pro Latino barbarus apud Plautum sumitur. vel dic barbarũ, Semiplacentinũ & bracchatæ agnationis. Quin infra ipsum Pisonem vocat Epicurũ.*
b L. Epicuro, *v.c.* barbaro Epicureo.
c *al.* Catilina: sic Lipſ. 4. Variar. 18.
d *v.c.* laternario? *nõ placet.* || *al.* Lautumario: *al.* Lautumiario. *al.* laterario Lipſi. 4. Var. 18. At timni ais? ita legit. Est vero Lautumiarius carceris colonus.*
e crotala, instrumẽti genꝰ quod manu pulsatur laminis quibusdam ex ære rotundis.*
f *al* portũ. & ita legit Fortunat. 3. Rhetoric.*
g *fort.* tum frontis tuæ P. LXXXIIII.
h *al.* arbitraria, vt in oratione post reditum, vbi dixi quid esset arbitraria.*
i orbis saltatorius est, cũ qui saltant se in orbem circumagunt. versus dicitur Plauto in Stichо scena Qui Ionicus.*
k hoc genus dicendi reprehendit in Ciceronе Tacitus libello de claris oratoribus.*
l *al.* suorum.*
m L. Quod quidẽ istius, in illis reip. luctibus, symposium, quasi aliquod Lapith. [*vel* Centaur.] Quod quidẽ istius in illis Reip. luctibus conuiuium quasi aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebatur.*
n vide Quidium 12. Metamor.
o *al.* toga prætexta. Ilocretem in Encomio Helenes.*
p L. His insultat Clodianę canis, insignib.
q quod more canis Clodio adulatus sit, vt prouinciam, quàm vellet, obtineret.*
r *al.* consulatus, omni officio tuendo, maximéque id quod vis ipsa præscribit Reipublicæ consulendo.
s L. dilectus.
t *al.* templo.

cùm ciuis is, quem hic ordo, assentiente Italia, cunctisque gentibus, conseruatorem patriæ iudicarat, nullo iudicio, nulla lege, nullo more, seruitio, atque armis pelleretur, non dicam auxilio vestro, quod verè licet dicere, sed certè silentio: tum Romæ fuisse consules quisquam existimabit? Qui latrones igitur, si quidem vos consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis: non [a] capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit lenitas ista, non egestas animi: non infirmitas ingenij sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam grauem, tam seueram. Seplasia [b] mehercle, vt dici audiebam, te, vt primùm adspexit, Campanum [c] consulem repudiauit. Audierat Decios [d], Magios, & de Taurea [e] illo Iubellio aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse consulibus, non fuit: at fuit pompa, fuit species, fuit incessus, saltem Seplasia dignus, & Capua. Gabinium denique si vidissent duumuirum vestri illi vnguentarij: citiùs agnouissent. erant illi comti capilli, & madentes cinciunnorum fimbriæ, & fluentes, cerussatæque [f] buccæ, dignæ Capua: sed illa vetere. nam hæc quæ nunc est, splendidissimorum hominum, fortissimorum virorum, optimorum ciuium, mihique amicissimorum multitudine redundat. quorum Capuæ te prætextatum nemo adspexit, qui non gemeret desiderio mei: cuius consilio cùm vniuersam rempubli. tum illam ipsam vrbem meminerant esse seruatam. me inaurata statua donarant: me patronum vnum adsciuerant: à me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur. me & præsentem contra latrocinium tuum suis decretis, legatisque defenderunt [g], & absentem, principe Cn. Pompeio referente, & de corpore reipubl. tuorum scelerum tela reuellente, reuocarunt [h]. An tu eras consul, cùm in Palatio mea domus arderet, non casu aliquo, sed ignibus iniectis, instigante te? Ecquod in hac vrbe maius vmquam incendium fuit, cui non consul subuenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam propè à meis ædibus, cuius domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas non extinctor, sed auctor incendij, & ardenteis faceis furiis Clodianis pænè ipse consul ministrabas. An verò reliquo tempore consulem te quisquam duxit? quisquam tibi paruit? quisquam in curiam venienti assurrexit? quisquã consulenti respondendum putauit? numerandus est ille annus denique in repub. cùm obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, mœrerêt boni, vis latrocinij vestri tota vrbe volitaret, neque ciuis vnus ex ciuitate, sed ipsa ciuitas tuo, & Gabinij sceleri, furorique cessisset? At [i] ne tum quidem emersisti, lutulente Cæsonine [k], ex miserrimis naturæ tuæ sordibus, cùm experrecta tandem virtus clarissimi viri, celeriter & verum amicum, & optimè meritum ciuem, & suum pristinum morem requisiuit: neque est ille vir passus, in ea rep. quam ipse decorarat, atque auxerat, diutiùs vestrorum scelerum pestem morari: cùm tamen ille, qualiscumque est, qui est ab vno improbitate victus, Gabinius, collegit ipse se vix: sed collegit tamen, & contra suum Clodiũ primùm simulatè: deinde nõ libenter: ad extremum tamen pro Cn. Põpeio verè, vehementérque pugnauit. quo quidem in spectaculo mira [a] reip. æquitas erat. vter eorum periisset, tanquã lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem verò quæstum, si vterque cecidisset. Sed ille tamen agebat aliquid: tuebatur auctoritatem summi viri. erat ipse sceleratus, erat gladiator: cum sceleratotamen, & cum pari gladiatore pugnabat. Tu scilicet homo religiosus, & sanctus, fœdus, quod meo [b] sanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluisti. cauerat enim sibi ille sororius adulter, vt, si tibi pecuniam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reip. visceribus dedisset, omnium suorum scelerum socium te, adiutorémque præberes. Itaque in illo tumultu fracti fasces: ictus ipse: quotidie tela, lapides, fugæ: deprehensus denique cum ferro ad [c] senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocarum fuisse constabat. Et [d] quis audiuit non modò actionem aliquam, aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam? Consulem [e] tu te fuisse putas, cuius in imperio, qui remp. senatus auctoritatem seruarat, idémque [f] in Italia qui omneis omnium gentium partes tribus triũphis deuinxerat, is se in publico tutò. statuit esse non posse? An tum eratis consules, cùm, quacumque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad senatum: cunctus ordo reclamabat, ostendebátque, nihil esse vos acturos, nisi priùs de me retulissetis? cùm vos, quamquam fœdere obstricti tenebamini, tamen cupere vos [g] diceretis, sed lege impediri? *Quæ lex pro uatis hominibus esse lex non videbatur, iniusta per seruos, incisa per vim, imposita per latrocinii, sublato senatu, pulsis è foro bonis omnibus, capta repub. contra omneis leges, nullo scripta more:* hanc qui se metuere dicerent, consules, non dicam animi hominum: sed facti, vlli ferre possunt? Nam, si illam legem non putabitis, quæ erat contra omneis leges, *indemnati ciuis, atque integri capitis, bonorúmque tribunitia proscriptio:* hac [h] tamen obstricti pactione tenebamini: *quis vos non modò consules, sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua adstricta mercede?* Sin illam vos soli legem putabatis: quisquam vos consules tunc fuisse, aut nunc esse consulareis putet, qui eius ciuitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores, non iura noritis? ¶ An [i], cùm proficiscebamini [k] palam dati [l] in prouincias vel emtas, vel ereptas, consules vos quisquam putauit? Itaque, credo, si minùs frequentia sua vestrum egressum ornando? atque celebrando: at omnibus [m] saltem bonis, vt consules: non tristissimis, vt hostis, aut proditores prosequebantur. Túne etiam, immanissimum, ac fœdissimum monstrum, ausus [n] es meum discessum illum, testem sceleris, & crudelitatis tuæ, maledicti & contumeliæ loco ponere? Quo quidem tempore cepi, P. C. fructum immortalem vestri in me, & amoris, & iudicij, qui non ad murmurationem, sed voce, & clamore, abiecti hominis, & semiuiui furorem, pectulantiámque fregistis. Tu luctum senatus, tu desiderium equestris ordinis, tu squalorem Italiæ, cuncta ciuitatis, tu silentium perpetuum iudiciorum, ac fori, tu [o] cetera illa in maledicti loco pones, quę meus discessus reipulnera inflixit? Qui si calamitosissimus fuisset ta-

a Seplasia vicus Capuæ vnguentariorum.

b Campanus cõsul, Capuæ duumvir: at non ipse Piso tũ Capuæ, vt Asconius putat. adde pro Sextio.*

c Hi (æque ruerunt.* e vide Liuiũ.* f Seruũ. vti fiat docet Isidorus 19. cap. 27 adde Vitruuiũ 6. c. 11 24. Plin. vlt. 5. Dioscorid. 94. Serapionẽ c. 368.

d P. LXXXVI.

g L. defenderant.

h L. reuocatura.

i L. Ac netũ quidem.

k v. c. Cæso, al. Cæsoni.

a v. c. mira R. æq. L. mira populi &.

b sanguine fœdera icibatur ad quę morem hic alludit, vt & oratione post redirem ad Quirites.

c fort. in senatũ.

d I. Ecquis aud.

e al. Cõsulem tum te f.

f al. item q.*

P. LXXXVI.

g al. non.

h fort. & hæc tamen.

i DE PISONIS exitio & abitu & absentia eius, cũ abiit Seruius Cicero, quæstor, ex Cicerone, pro Sestio, & Prætores qui in Prouincias Roma proficiscebant, pro consule dari ei existimabant, & honoratos & amicorum & fœcia prole quebatur bonis, omnibus, 1 Paludatos in prouincia profectus. Prætores alias appellandi. * al. omnibus optimis, antea, hominibus. n fort. aulus mihi meum. o fort. tu cetera illa mihi in male-

set: tamen misericordia dignior, quàm contumelia: & cum gloria potiùs esse coniunctus: quàm cum probro putaretur: atque ille, dolor meus duntaxat, vestrum quidem scelus, ac dedecus haberetur. Tum[a] verò forsitan hoc, quod dicturus sum, mirabile, auditu esse videatur, sed certè id dicam, quod sentio. Cùm tantis à vobis, P.C. beneficiis affectus sim, tantis honoribus: non modò illam calamitatem esse non duco: sed, si quid mihi potest à repub. esse seiunctum, quo d vix potest: priuatim ad meum nomen augendum, optandam duco mihi fuisse illam, expetendámque fortúnam. Atque, vt tuum lætissimum diem cum tristissimo meo conferam, vtrùm tandem bono viro, & sapienti optabilius putas, sic exire à [b] patria, vt omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi áccidit: an, quod[c] tibi proficiscenti euénit, vt omnes exsecrarentur, malè precarentur, vnam [d] tibi illam viam, & perpetuam esse vellent? Mihi medius filius in tanto omnium mortalium odio, iusto præsertim, & debito, quæuis [e] fuga potiùs, quàm vlla prouincia esset optatior. Sed perge porró. nam si illud meum turbulentissimum tempus profectionis, tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? Me kalendis Ianu. qui dies post obitum, occasúmque nostrum reip. primus illuxit, frequentissimus senatus, concursu Italiæ, referente clarissimo, atque fortissimo viro, P. Lentulo, consentiente [f] populo Rom. atque vna voce reuocauit. me idem senatus exteris nationibus, me legatis, magistratibúsque nostris auctoritate sua, cõsularibus litteris, non vt [g] nuper dicere ausus es, orbatum patria, sed vt senatus illo ipso tempore appellauit, *ciuem* [h] *conseruatorem reipublicæ*. commendauit. ad meam vnius [i] salutem senatus auxilium omnium ciuium cuncta ex Italia, qui rempubl. saluam esse vellent, consulis voce, & litteris implorandum putauit. mei capitis seruandi causa Roma vno tempore, quasi signo dato, Italia tota conuênit. de mea salute, P. Lentuli, præstantissimi viri, atque optimi consulis, Cn. Pompeij, clarissimi, atque inuictissimi ciuis, ceterorúmque principum [k], celeberrimæ, & gratissimæ [l] conciones fuerunt. de me senatus ita decreuit, Cn. Pompeio auctore, & eius sententiæ principe, vt, si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur [m]: iisque [n] verbis ea de me senatus auctoritas declarata est, vt nemini fit triumphus honorificentiùs, quàm mihi salus, restitutióque perscripta. de me, cùm omnes magistratus promulgassent, præter vnum prætorem, à quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, prætérque duos [o] *de* P *lapide emtos* tribunos plebis, legem comitiis centuriatis tulit P. Lêtulus consul de collegæ Q. Metelli sententia: quem mecum éadem respublica, quæ in tribunatu eius disiunxerat, in consulatu, vir tute optimi, ac iustissimi viri, sapientiáque, coniunxit. Quæ lex quemadmodũ accepta sit, quid me attinet dicere? ex vobis audio, nemini ciui vllam, quo minus adesset, iustam [q] excusationem esse visam: nullis comitiis vmquam [r] multitudinem hominum tantam, neque [s] splendidiorem fuisse: hoc certè video, quod indicant tabulæ publicæ, vos *rogatores* [t], vos *distributores* [a], vos *custodes* [b] fuisse *tabularum*: &, quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis vel ætatis excusatione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte feci stis. Confer nunc, Epicure noster, ex hara [c] producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam, cum mea. Obtinuisti prouinciam consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. nam lege Cæsaris iustissima, atque optima, populi liberi, planèd, & verè erant liberi? lege autem ea, quam nemo legem, præterte, & collegam tuum, putauit, omnis erat tibi Achaia, Thessalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta. habebas exercitum tantum, quantum tibi non senatus, aut populus R. dederat, sed quantum tua libido conscripserat, ærarium exhauseras. Quas [e] res gessisti in imperio, exercitu, prouincia cõsulari? quas res gesserit, quæro? qui vt venit statim [f] nondum commemoro rapinas, nondum [f] exactas pecunias, non captas, non imperatas, non neces sociorum, non cædem hospitum, non perfidiam, non immanitatem: nõ scelera prædico: mox, si videbitur, vt cum fure, vt cum sacrilego, vt cum sicario, disputabo: nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris.) Quis vmquam prouinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad senatum litteras miserit? tantam verò prouinciam cum tanto exercitu, Macedoniam præsertim, quæ [g] tantis barbarorum gentibus attingitur, vt semper Macedonibus [h] imperatoribus iidem fines prouinciæ fuerint, qui gladiorum, atque pilorum: ex qua aliquot prætorio imperio, consulari [i] quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, qui [k] non triumpharit. est hoc nouum: multo illud magis appellatus est hic [l] vulturius [m], illius prouinciæ (si diis placet) imperator. Ne tum quidem, Paulle noster, tabulas [n] Romam cum laurea mittere audebas? Missi, inquit. Quis vmquam recitauit? quis, vt recitarentur, postulauit? nihil [o] enim mea refert, vtrùm tu, conscientia oppressus scelerum tuorum, nihil vmquam ausus sis scribere ad eum ordinem, quem de spexeras, quem afflixeras, quem deleueras: an amici tui tabulas [p] abdiderint, ijdémque silentio suo temeritatem, atque audaciam tuã condemnarint. Atque haud scio, an malim, te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis [q], an [r] amicos tuos plus habuisse & pudoris, & cõsilij, quàm aut te videri pudẽtiorem [s] fuisse, quàm soles, aut tuum factum non esse condemnatum iudicio amicorum. Quòd si non tuis nefariis in hunc ordinẽ contumeliis in perpetuum tibi curiã præclusisses: quid tandem erat actum, aut gestum in [t] illa prouincia, de quo ad senatum cum gratulatione aliqua scribi abs te oporteret? vexatio Macedoniæ? an oppidorum turpis amissio? an sociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Thessalonicæ? an obsessio militaris viæ? an exercitus nostri interitus, ferro, fame, frigore, pestilẽtia? Tu verò, qui ad senatũ nihil scripseris: vt in vrbe nequior inuẽtus es, quã Gabinius, sic in prouincia paullo tamen, quàm ille, demissior. nam ille gurges, atque heluo, natus abdomini suo, nõ laudi, atque [u] gloriæ, cùm equites R. in prouincia, cùm publicanos, nobiscum & voluntate, & dignitate coniunctos, omneis fortunis, multos fama,

a L. diribitores, ſ. Diribitores in comitiis tabellas, imo & plerúque pecunias diribebant.
b Custodes tabularum dũ tribus vel cẽturiæ suffragia ferebant, & dum ea dirimebãtur, & dũ sortitio fiebat, ne quid fraudi fieret, obseruabant sed & numerũ & pũcta suffragiorum adnotabant.
c Citatur à Nonio hic locus cap. 2. in Hara.*
P. B.
d L. planè, & veri liberi: lege
e L. Quas res gessisti imperio, exerc.
f L. non exactas pec.
g v.c. quam tantæ barbarorum gentes attingunt, vt
h Macedonicis imp.
i ver. consularis.*
k v.c. quin triumpharit.
l L. hic vulturius illius prouinc.
m vulturius, est direptor. Ita Carisius interpretatur hunc locum lib. 1.*
n L. Tabellas Romam mit.
o L. nihil enim mea iam refert.
P. LXXXVIII.
p L. tabellas abd.
q L. mittendis, & amicos tuos pl.
r al. &
s Turneb. prudentiorem.*
t v.c. in tua prouincia, & ita L.
u v.c. & gloriæ, & ita L.

P. B.
a al. Tibi vero.

b L. e patria vt omnes ei
c L. quod tibi in prouincia profisc.
d Inimicis aliquo profecturi. vnam & perpetuam viam precabãtur. Turpilius Thrasilcone apud Nonium c. 8. in Itiner. 2. Age, age egredere, atq; istum vtinam perpetuum itinerem sit tibi*
e L. quæuis fuga, quàm vlla pr.
f L. consentiente, atque vna voce.
g L. vt, tu Imperatoriceret. eũdem
h Macedonicis. enim Macedonensem, & Semiplacentinum vocat: quippe ex inferioribus Pisonis. Et hæc lectio nata ex veteri, insu.*
i v.c. ciuem, seruatorémq; reip.
P. LXXXVII.
k v.c. virius hominis fal.
l v.c. Principes
m al. & grauiss. fimæ conc.
n L. reputare.
o v.c. eisque verbis eadem senatus auct.
p ex. Attilium Serranum & Numerium Quintũ, qui corruptos à Clodio.* Mos fuit
q Vendiciones publicas per Prætorẽ fieri ex lapidicinis.*
r L. satisiusta exercitus.
s v.c. vnquam neque mult.
t neque splendiorẽ f.
u Rogatores in comitiis rogabant quis quis illis vel-

a L. diribitores, ſ. Diribitores in comitiis tabellas, imo & plerúque pecunias diribebant.
b Custodes tabularum dũ tribus vel cẽturiæ suffragia ferebant, & dum ea dirimebãtur, & dũ sortitio fiebat, ne quid fraudi fieret, obseruabant sed & numerũ & pũcta suffragiorum adnotabant.
c Citatur à Nonio hic locus cap. 2. in Hara.*
P. B.
d L. planè, & veri liberi: lege
e L. Quas res gessisti imperio, exerc.
f L. non exactas pec.
g v.c. quam tantæ barbarorum gentes attingunt, vt
h Macedonicis imp.
i ver. consularis.*
k v.c. quin triumpharit.
l L. hic vulturius illius prouinc.
m vulturius, est direptor. Ita Carisius interpretatur hunc locum lib. 1.*
n L. Tabellas Romam mit.
o L. nihil enim mea iam ref.
P. LXXXVIII.
p L. tabellas abd.
q L. mittendis, & amicos tuos pl.
r al. &
s Turneb. prudentiorem.*
t v.c. in tua prouincia, & ita L.
u v.c. & gloriæ, & ita L.

vitaque priuasset, cùm egisset aliud [a] nihil in illo exercitu, nisi vt vrbeis depopularetur, agros vastaret, exhauriret domos ausus est (quid enim ille non [b] auderet?) à senatu supplicationem per litteras postulare. O dij immortales! túne etiam, atque adeo vos, geminæ voragines: scopulíque reip. vos meam fortunam deprimitis? vestram extollitis? cùm de me ea senatu consulta absente facta sint, ex contentiones habitæ, is motus fuerit municipiorum, & coloniarum omnium, ea decreta publicanorum, ea collegiorum, ea denique generum, ordinúmque omnium, quæ [c] ego non modò optare numquam auderem, sed cogitare non possem? vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis? ¶ An ego, si te, & Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex [d] infamia [e]? nullum est supplicium putandum, quo affici casu aliquo etiam boni viri, fortésque possunt. Atque hoc quidem etiam ísti tui dicunt voluptarij, Græci: quos vtinam ita audires, vt erant audiendi. numquam te in tot flagitia ingurgitasses. verùm audis in præsepibus: audis in stupris: audis in cibo, & vino. Sed [f] dicunt ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, *Sapientem, etiam si in* [g] *Phalaridis tauro inclusus, succensis ignibus torreatur, dicturum tamen, suaue illud esse, seseque* [h] *ne tantulum quidem commoueri. Tantam virtutis esse vim voluerunt, vt non posset vmquam esse vir bonus non beatus.* Quæ est igitur pœna? quod supplicium? Id mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti, susceptа fraus, impedita, & [i] oppressa mens conscientia, bonorum omnium odium, nota iusti [k] senatus, amissio dignitatis. Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginienses, resectis [l] palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt, supplicio videtur affectus: nec C. Marius [m], quem Italia seruata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus, Africa deuicta, ab eodem expulsum, & naufragium vidit. *fortunæ enim ista tela sunt, non culpæ: supplicium autem, est pœna peccati.* neque verò ego, si vmquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, in quo dij immortales meas preces audiuerunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyestea [n] ista exsecratio est, poetæ, vulgi animos, non sapientum, mouentis:

Vt tu naufragio expulsus, vspiam [o] saxis fixus asperis,
Euisceratus latere penderes (vt ait ille) saxa spargens tabo,
Sanie [p], sanguine atro. ---

Non ferrem omni no molestè, si ita accidisset: sed id tamen esset humanum. M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloria [q], & laude viuit. in fortuna quadam est illa mors, non in pœna, putanda. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? quæ saxa? quæ cruces? Ecce [r], duos duces in prouinciis populi Ro. habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum, & fraudum suarum, vt ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis, nullas [s] sit ad senatum litteras mittere ausus. Ex qua prouincia modò vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis reb. gestis, me referente, absens imperator sit [a] appellatus: vnde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli iustissimos triumphos vidimus, ex ea, te imperatore, nuntius ad senatum allatus est nullus. ab altero allatæ litteræ, recitatæ, relatum ad senatum. Dij immortales! idne ego optarem, vt inimic[o] meus, ea, qua nemo vmquā, ignominia notaretur? vt senatus is, qui [b] in eam iam benignitatis consuetudinē venit, vt eos, qui bene rēp. gesserint, nouis honoribus afficiat, & numero dierum, & genere verborū: huius vnius litteris nuntiantibus non crederet? postulantibus denegaret? His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quòd de vobis hic ordo opinatur nō secus, ac de tæterrimis hostibus [c]: quòd vos equites Ro. quòd ceteri ordines, quòd cuncta ciuitas odit: quòd nemo bonus, nemo denique ciuis est, qui modò se ciuē esse meminerit, qui vos nō oculis fugiat, auribus respuar, animo aspernetur, recordatione deniq. ipsa consulatus vestri perhorrescat. Hæc ego semper de vobis expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum. plura etiā acciderunt, quàm vellē. nam, vt amitteretis exercitū, num quam [d] mehercule optaui. illud etiam accidit præter optatum meum: sed valde ex voluntate mihi enim non [e] venerat in mentē, furorem, & insaniā optare vobis, in quam incidistis. Atqui fuit optandum. me tamen fugerat, deorū immortaliū has esse in impios. & consceleratos pœnas certissimas cōstitutas [f]. *Nolite enim putare*, P. C. vt *in* [g] *scena videtis, homines conscieratos impulsu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces.* Ego [h] te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo *Oreste, aut Athamante dementiorem* putem, qui sis ausus primùm facere (nā id est caput) deinde paullo antè, Torquato, grauissimo, & sanctissimo viro, premente, confiteri, te prouinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses, sine vllo milite reliquisse? Mitto de amissa maxima parte exercitus. sit hoc infelicitatis tuæ. dimittendi verò exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quàm legem? quod senatusconsultū? quod ius? quod exemplum? Quidk est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non ciuitatem? cruentare [m] corpus suum [n]? maior hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio. Si familiam tuam dimisisses, quod [o] ad neminem, nisi ad ipsum te, pertineret, amici [p] te tui constringendum putarent. præsidium [q] tu populi R. custodiam prouinciæ, iniussu populi [r], senatúsque dimisisses, si tuę mētis cōpos fuisse? Ecce [s] tibi alter, effusa iam maxima præda, quam ex fortunis publicanorum, ex agris, vrbibúsq. sociorum exhauserat, cùm partim tetius prædæ profundæ libidines deuorassent, partim noua quædam, & inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, vbi omnia diripuit emtiones, partim [u] permutationes [x] ad hunc Tusculanum [y] montem exstruendum, cùm illa eius immensa, & intolerabilis ædificatio constitisset: se ipsum, fasceis suos, exercitum populi R. numen, interdictúmque deorum immortalium, responsa sacerdotū, auctoritatē senatus. iussa populi, nomē ac dignitatē imperij, regi [z] Ægyptio vēdidit. Cùm fineis prouinciæ tan-

[a] L. aliud nihil illo exercitu,

[b] L. non auderet?

[c] *v. c.* quæ nō modò ego opt. *& ita L.* P. B.

[d] L. ex famæ? *& ita v. c.*

[e] Locus cōmunis de infamia & virtute.

[f] L. Sed dicūt ísti ipsi.

[g] L. in Phalaridis tauro. ita citatur à Carisio.*

[h] *L. & v. c.* séque ne

[i] L. & oppressa mens, bonorum odiū. nota iniusta à senatu, amisk *al.* iusta.* l adde *s.* Gell. 4.*

[m] vide Appianum *t. ciuil.**

[n] apud Ennium.

[o] *al.* ipse: vt Tusculana 1. vbi hi versus citantur.

[p] L. Sanie, & sanguine.

P. LXXXIX.

[q] L. in gloria, & laude viu.

[r] L. Esse duos duc.

[s] L. nullā sit ad senatum litteram mit.

[a] L. ett appellatus.

[b] *v. c.* quibus eam benigne

[c] *v. c.* acerbis hostibus *& ita vet. Fam.**

P. B.

[d] *v. c.* nunquā hercule

[e] L. nunquā venirent in

[f] *v. c.* in cōsilitas, *absit à*

[g] *v. c.* in scena.

[h] Pisonis furor.*

i Ouid. 4. Metamor. Homer. Odyss. 3.

[k] L. Quid est aliud furere, non cognoscere leges, furoris si-

[l] gna.* L. cruētare corpus suum, leue est. maior h. signum hoc furoris, quale Phrygis numeris in sacris Cybeles stimulati & in furorē acti se sauciabāt & cruentabant.* id est, etiā vel quasi.

P. L. amici te

consir.

q L. præsidiū tutelæ cuiusq.

P. & c.

r L. populi

s L. ecce.

[t] Gabinii filius.

rot.*

t *v. c.* partem eius gr. prof. lib. deu. partem.

u *v. c.* partem

[x] permutatio nes, hic nouū tur numni prouincialis in Roman.*

[y] L. Tusculanū ni montem extruēdum cùm ego rei, cùm illa eius immissa interlerab.

[z] Ptolemæo. vide Plutarchum in M. Antonio.*

ciæ tantos haberet, quantos voluerat, quantos optauerat, quantos [a] mei capitis pretio, periculóq. emerat: his se tenere non potuit. exercitum eduxit ex Syria. Quî licuit extra prouinciam? Tribuit se mercenarium [c] comitem regi Alexandrino. Quid hoc turpius? in Ægyptum venît: signa contulit cum Alexandrinis. Quando hoc bellum, aut hic ordo, aut populus suscepérat? Cepit Alexãdriam. Quid aliud expectamus à furore eius, nisi vt ad senatum tantis de rebus gestis litteras mittat? Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, diis que immortalibus eas, quæ grauissimæ sunt, furore, acq. insania penderet: ausus esset (mitto exire de prouincia) educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi, aut [d] senatus accedere? quæ cùm plurimæ leges veteres, tum lex [e] Cornelia maiestatis, Iulia [f] de pecuniis repetundis, planissimè vetant [g]: sed hæc omito. Ille, si non acerrimè furet, auderet, quam prouinciam P. Lentulus amicissimus huic ordini, cùm & auctoritate senatus, & sorte haberet interposita religione sine vlla dubitatione deposuisset, eam sibi tum ascíscere, cùm, etiam si religio non impediret, mos maiorum tamen, & exempla, & grauissimæ legum pœnæ vetarẽt? ¶ Sed [h] quoniam [i] fortunarum cõtentionem facere cœpimus: de reditu Gabinij omittamus: quem etsi sibi ipse præcidit, ego tamen os vt videam hominis, exspecto. Tuum, si placet, reditum cum meo conferamus. At [k] meus quidem is fuit, vt [l] à Brundusio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiæ videre[m]. neque enim regio fuit vlla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua nõ [n] publicè ad me venerint gratulatum. Quid dicam aduentus meos? quid effusiones hominum ex oppidis? quid concursum ex agris patrumfamiliâs cũ coniugibus, ac liberis? quid eos dies, qui, quasi deorũ immortalium festi, ac [o] sollemnes, sunt aduentu meo, reditú que celebrati? Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo [p] in patriã redij, cùm senatum egressum vidi populúmq. Romanum vniuersum, cùm mihi ipsa Roma propè consulsa sedibus suis, ad cõplectendum conseruatorem suum procedere[q] visa est. quæ me ita accepit, vt non modò omnium generum, ætatum, ordinum omnes viri, ac mulieres, omnis fortunæ, ac loci: sed etiam mœnia ipsa videntur, & tecta vrbis, ac templa lætari. Me cõsequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, prætores [r] collocarunt, mihíque, quod ante me nemini, pecunia publica ædificãdam domum censuerunt. Habes reditum meum. Confer nunc vicissim tuum, quandoquidem, amisso exercitu, nihil incolume domum, præter os illud pristinum [s] laureatis tuis lictoribus, quis scit? *quos tum Meandros* [t], dum omneis solitudines perséque quod te municipiũ vidit? quis amicus inuitato die non [x] solitudo pro frequentia? cauponia nobilis imperator, sed vt mortuus infamisy referri videtur? Romam verò ipsam fœdauit aduentus tuus. O familiæ non dicam Calpurniæ, sed Caluentiæ: neque huius vrbis,

A sed Placentini municipij: neque paterni generis, sed brachatæ [a] cognationis dedecus, quemadmodum venisti? quis tibi, non dicam horum, aut ciuium ceterorum, sed tuorum legatorum obuiã venît? mecum enim L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus, atque iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit ad conseruandam remp. dignior, mecum fuit tum, cùm te quidam non longè à porta cum lictoribus errantem visum
B esse narrabat [b]: scio item vitum fortem in primis, belli ac rei militaris peritum, familiarem meum, Q. Marcium, quorum tu legatorum [c] prælio imperator appellatus eras, cùm [d] longè abfuisses, aduentu isto tuo domi fuisse otiosum. Sed quid ego enumero [e], qui tibi obuiam non venerint? qui [f] dico venisse pænè neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum, cùm vulgò essent & illo ipso & multis antè diebus admoniti, & rogati. Togulæ [g]
D lictoribus ad portam præstò fuerunt: quibus illi acceptis, fagula reiecerunt [h] & cæteruam imperatori suo nouam præbuerunt. Sic iste tãto [i] exercitu, tanta prouincia, triennio pòst, Macedonicus imperator, in vrbem se intulit, vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vmquam fuerit desertior. in quo me tamen, qui esset paratus ad se defendendum, reprehendit. cùm ego Cœlimontana porta [k] introisse dixissem, respondit [l] me mimica,
C *Esquilina introisse* homo promtissimus lacessiuit: quasi verò id aut ego scire debuerim, aut [m] vestrûm quispiam audierit, aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modò ne triumphali: quæ [n] porta Macedonicis semper proconsulibus ante te patuit. tu inuentus es, qui consulari imperio præditus, ex Macedonia non triumphares. ¶ At audistis, P. C. philosophi [o] vocem. negauit, se triumphi cupidum vmquã fuisse. O scelus, ô pestis, ô labes! cùm exstinguebas senatum, vendebas auctoritatẽ
E hui [p] ordinis, addicebas tribuno pleb. consulatũ tuũ, remp. euertebas, prodebas caput, & salutẽ meam vnâ [q] mercede prouinciæ: si triumphũ nõ cupiebas, cuius tandẽ rei te cupiditate arsisse defendes? sæpe enim vidi, qui & mihi, & ceteris cupidiores prouinciæ viderentur, triumphi nomine tegere, atque velare [q] cupiditatem suam. Hoc modò D. Silanus cõsul in hoc ordine, hoc meus etiam collega dicebat. neque enim quisquam potest exercitum cupere, apertéq. petere, vt non prætexat cupiditatem triumphi. Quòd si [r] te senatus, populúsq.
F Rom. aut non appetentem, aut etiam recusantem, bellum suscipere, exercitum ducere coegisset, tamen erat angusti animi, atque demissi triumphi [s] honorem, atq. dignitatẽ contemnere. nã, *vt leuitatis est, inanẽ aucupari rumorem, vt* [t] *omneis vmbras etiam falsæ gloriæ consectari: sic* [u] *leuis est animi, lucem splendorémque fugientis, iustam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare.* Cùm verò non modò non postulante, atque cogente, sed inuito, atque oppresso senatu, non modò nullo populi Ro. studio, sed nullo ferente suffragium libero, prouincia tibi ista manupretium [x] fuerit non euersæ per te, sed perditæ [y] ciuitatis: cùmq. omnium tuorum scelerum hæc pactio exstiterit, vt, si tu totam remp. nefariis latronibus tradidisses, Macedonia tibi ob eam rem [z] quiH tu velles finibus traderetur.

[a] Braccati, Galli. Suetõ. Cæsare. *
[b] L. narraret c. *al.* legatorum opera in prælio. *
[d] L. cùm longè abfuisses, e L. numero. *
[f] L. cui dico g Togulæ minores togæ, Togis veris vtebantur in pace, vt sagis in bello. *
[h] L. reiecerunt: cæteruã imp.
[i] L. à tãto exercitu,
[k] vox *porta*, abest à v. c.
[l] L. sponsione me, ni Esquilina introisset, homo promtus laceff. | Quidã censent ita legẽdum quòd sponsiones ita conciperentur veteribus, dixi ‡. Verrina Alii exquilinam interpretantur hic Ciceronẽ vrbe eiectum. *
[m] L. aut verũ quisquam audierit, aut quidquã ad rem pert.
[n] porta triũphalis, Macedonicis proconsulibus semper patuisse hic dicitur, quòd ea porta proconsules multi Macedonici triumphãtes ingressi. *
[o] Locus cõmunis de Gloria & eius contemptu. *
[p] vox, *tua*, abest à v. c. nec eam agnouit L.
[q] v. c. celare cup. *& ita L.*
[r] L. si te senatus, si pop. R.
[s] l. iusti triũphi hon.
[t] L. & omneis vmbr.
[u] *forte* sic est laxi animi, lucẽ, splend. *forte* sic est animi, lucem, splendorẽmque fug. [*al.* sic ieiuni est animi. *
P. XCII.
[x] L. manupretium fuerit euersæ per te, & perditæ ‡. || Manupretium vero est, operæ merces. *
[y] *al.* proditæ. *
[z] L. quibus

bus tu finibus velles, redderetur: cùm exhauriebas ærarium: cùm orbabas Italiam iuuentute: cũ mare vastissimũ hieme transibas [a]: si triumphum contemnebas, quæ te, prædo amentissime, nisi prædę, ac rapinarum cupiditas tam cæca rapiebat? Non est integrum Cn. Pompeio, consilio iam vti tuo, errauit enim. non gustarat istam tuam philosophiam. ter iam homo stultus triumphauit. Crasse, pudet me tui. quid est, quòd [b] confecto formidolosissimo [c] bello, coronam illam lauream [d] tibi tantopere decerni volueris à senatu? P. Seruili, Q. Metelle, C. Curio, P. [e] Africane, cur non hunc audistis tam doctum hominẽ, tam eruditum, prius q̃ in istum errorẽ indu ceremini? C. ipse [f] Pontino, necessario meo, iam non est integrum. religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! sõ amentem Paullum rusticum Marium, nullius consilij patres [h] istorum amborum consulum, qui triumpharunt! Sed, quoniam *præterita mutare non possumus*, quid cessat hic [i] *homulus, ex argilla, & lucto fictus* Epicuréus [k], dare hęc præclara præcepta sapientiæ, clarissimo, & summo imperatori, genero suo: fertur ille vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate iusti, & magni triumphi, non didicit eadem ista, quæ tu. mitte ad eum libellum, sed [l] iam, si ipse coràm congredi poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cepiditatem comprimas, atque restinguas. valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate, vir moderatus, & constans, apud indoctum eruditus, apud generum socer. dices enim, vt es homo facetus [m], ad persuadendum concinnus, perfectus, politus [n] è schola: Quid est Cæsar, quòd te supplicationes toties decretæ, tot dierum, tanto perè delectent? in quibus homines errore ducuntur: quas dij negligunt: qui (vt noster ille diuinus dixit Epicurèus) neque [o] propitij cuiquam esse solent, neque irati. Non facies fidem scilicet, cùm hæc disputabis. tibi enim & esse, & [p] fuisse *deos* videbit *iratos*. Vertes te ad alteram scholam: disseres de triumpho. Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis, & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista, mihi crede. delectamenta pænè puerorum, captare plausus, vehi per vrbem, conspici velle. quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere: nihil quod referre ad voluptatem corporis possis. Quin tu me vides, qui, ex qua prouincia T. [q] Flaminius, L. Paullus, Q. Metellus, T. Didius, innumerabiles alij, leuiſ cupiditate commoti, triumpharunt. ex ea sic redij, vt ad portam Esquilinam, Macedonicam lauream conclearim, ipse cum hominibus quindècim malè [f] vestitis ad portam [s] Cœlimontanam sitiens peruenerim? quo in loco mihi libertus, præclaro imperatori, domum ex hac die biduo antè conduxerat: quę vacua si non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem. nummus interea mihi, Cæsar, neglectis vehiculis [t] triumphalibus domi manet, & manebit. rationes [u] ad ærarium retuli continuò, sicut tua lex [a] iubebat: neque alia vlla in re legi tuæ parui. quas rationes si cognoris: intelliges, nemini plus, quam mihi, litteras profuisse. ita enim sunt perscriptæ scitè, & litteratè, vt scriba, ad ærarium qui eas retulit, præscriptis rationibus, secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit, Ratio quidem hercle appâret, argentum [b] *ciz zmy*. Hac tu oratione non dubito, quin illum iam adscendentem in currum possis [c] reuocare. O tenebræ, ô lutum, ô sordes, ô paterni generis oblite, materni vix memor lita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quàm vt Mediolanensi præcone, auo tuo dignum esse videatur. L. Crassus, homo sapientissimus nostræ ciuitatis, spiculis [d] propè scrutatus est Alpeis: vt, vbi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret. Eádem cupiditate vir summo ingenio præditus, C. Cotta, nullo certo hoste, flagrauit, eorum neuter triumphauit, quòd alteri illum honorem collega, alteri mors ademit. Irrisa abs te Paullo antè M. Pisonis cupiditas triumphandi, à qua te longè dixisti abhorrere. qui etiam si minùs magnum bellum gesserat, vt abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum non putauit. Tu eruditior, quàm Piso, prudentior, quàm Cotta, abundantior cõsilio, ingenio, sapientia, quàm Crassus, ea contemnis, quæ illi idiotæ, vt tu appellas, præclara duxerunt. Quòd si reprehendis, quòd cupidi laureæ fuerint, cùm bella aut parua, aut nulla gessissent: tu, tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minimè fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti. neque verò contemsisti [e], licet [f] Themista sapientior, si os tuum ferreum senatus cõuicio verberari noluisti. Iam vides, quando-quidem [g] ita mihimet fui inimicus, vt me te cum compararem, & digressum meum, & absentiam, & reditum ita longè tuo præstitisse, vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint [i]. Nunc [k] etiam in hac quotidiana, assidua, vrbanáque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis, aut, vt verius dicam, cuiquam! es infirmissimo, ac desperatissimo ante laturus? Agè, senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictoré, & proditorem [m] non modò dignitatis, & auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui: videre equites Romani non possunt: quo ex ordine vir præstantissimus, L. [n] Ælius, est, te consule, relegatus: plebs Romana perditè cupit, in cuius tu infamiam ea, quæ per [o] latrones, & per seruos de me egeras, contulisti: Italia cuncta exsecratur, cuius idem [p] tu super bissimè decreta, & preces repudiasti. Fac huius odij tanti, ac [q] vniuersi periculum, si audes. Instât [r] post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimique ludi, quales nõ modò numquam fuerunt, sed ne quomodo fieri quidem posthac possint, possum vllo pacto suspicari. Da te populo, committe ludibilum metuis? vbi sunt vestræ scholæ? nemo acclamatur? ne id quidem est curare philosophi. manus tibi ne afferantur, times. dolor enim est malum, vt disputas: existi-

a v.v. transiebas. fort. transmeabas. ‖ Trãsiebas autẽ dixit, vt Terentius Hecyra, rediebat.*

b al. quòd per te confecto f.
c Seruili. Appian. r. ciuil. Plutarch.
d al. aureã. malè. Nam M. Crasso de fugitiuis & Spartaco ouanti, lancea, vt Plinius ait, concessa fuit: quũ alii ouantes myrtea coronari soliti essent. Gellius 5. Claudianus in Eutrop.*
e al. L. Afrani
f L. Pontino.
g L. Maximos, amẽtẽ Paull.
h L. patresho rũ amb. conſ. qui triupharint:
i L. hic homil lus.
k L. Epicurus
l L. Etsi iam ipse coràm cong. poter.
m L. facetus ad persuaden P. B.
dum cõc. ‖ al. factus. hic apud Tacitum 4. facetus pro fact' legitur*
n v.e. politus ex schola:
o Sententia Epicuri de prouidẽtia diuina.*
p L. & fuisse videbit irat.

q L. T. Flaminius. ‖ fuit autẽ hic qui Macedoniam subegit, frater L. Quintii Flaminini, quem M. Cato in Censura senatu mouit, quod in conuiuio à scorto exoratus esset, vt quendam reum capitalis damnatum, in vincula conjectum securi feriret.*
r v.e. leuitate, & cupiditate eo mm.
s vet. à male vestitis, vt forte nomen sit loci.*
t L. ferculis triumphalib.
u L. rationes ad ærarium continuò. sic vt tua lex iubebat, detuli: neque

a Legem Titiam intelligit de rationibus reddendis, cuius mentio fit Ioãne Lydo, de magistratibus, cap. 20. Ciceronis 5. Epistolarum ad Lentulum.
b L. argento
œcheiz.
P. XCIII.
c L. removere possis. & ita v.e.
d Vet. Exemplaria, aliquot, pilis.*
e L. licet ſis Themista sapientior, sed os tuum
f al. licet, ſis Themista sapientior. Tu nebus ea. adueſ. 25 licet tu ille Lysipientior. al. Themi ſta ſis pientior, sed ira legisse vi deo Lipsium
g. Varianum 18. Alii Themistam licet pretantum licet sapientior. curi eiusmodi ſectæ deditus, cuius meminit Laertius in Epicuro, & Lactantius lib. 3.*
g L. quoniam quidem
h al. & degeſti ſum m.
i L. Nam etiã
k DE PRIVATIS Flagitiis Pisonis.
l L. cuiquam es infirmo, ac desperatiſſimo, ac mo ante
m L. perditorem
P. B.
n fort. Lælius. Lamius eſt, te conſule. ‖ hic à Cicerone relegatus tuã Ælia per tu genitus. Lamiorum gens Romana. Ælii Lamiani. Aelia Cæſar. Aelia
o L. per latrones per ſeruos.
p Litem tuã vniuerſi P.
r tuorum à Pompeio exhibitum memini. ſic Cicero. ‖ al. flat. Plotius. Pio. 39. 7.
s v.e. ne ac clamentur. ſi mes. ne ſi ne cura eſt curare philosophi. manus ti bi ne afferantur. tu dolor enim

matio, dedecus, infamia, turpitudo, verba[a] sunt, atque ineptiæ. Sed de hoc non dubito, non[b] audebit accedere ad ludos. conuiuium publicum non dignitatis gratia inibit (nisi fortè, vt cum P. Clodio, hoc est, cum[c] amoribus suis cenet) sed planè animi sui causa. ludos nobis idiotis relinquet. solet enim in disputationibus suis, oculorum, & aurium delectationi abdominis voluptates anteferre. nam, quòd vobis iste tãtummodò improbus, crudelis olim furunculus, nunc verò etiam rapax, quòd sordidus, quòd contumax, quòd superbus, quòd fallax, quòd perfidiosus, quòd impudens, quòd audax esse videatur: nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. [d]luxuriam[e] autem in isto nolite hãc cogitare. est enim quædam, quamquam omnis est vitiosa, atque turpis, tamen ingenuo, ac libero dignior. nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quidquam, præter libidines, sumptuosum. tota reuma nullum: maximi *calices*[f], & hi, ne contemnere suos videatur, *Placentini*. exstructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida. serui sordidati ministrãt: nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriensis: pistor domi nullus, nulla cælla: panis & vinum à[g] propola, atque de [h] cupa: Græci stipati,[i] quini[k] in lectulis, sæpe plures: ipse solus, bibiturus[l] quæ eodem de solio ministrem. tur. vbi galli cantum audiuit, auum[m] suum reuixisse putat, mensam tolli iubet. Dicet aliquis, Vnde tibi hæc nota sunt? non mehercules[n] contumeliæ causa describam quemquam, præsertim ingeniosum hominem, atque eruditum, cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, possum. Est quidã Græcus[o], qui cum isto viuit, homo, verè[p] vt dicam (sic enim cognoui) humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum. is cùm istum adolescentem iam tum cum hac dis[q]irata fronte vidisset, non[r] fugit eius amicitiam, cùm esset præsertim appetitus: dedit se in consuetudinem, sic, vt prorsus vnà viueret, nec[s] ferè ab isto vmquam discederet. Non apud indoctos, sed, vt ego arbitror, in hominum eruditissimorum, & humanissimorum cœtu loquor. Audistis profectò dici, philosophos Epicureos[t], omneis res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri. rectè an secus, nihil ad nos, aut si ad nos, nihil ad hoc tẽpus. sed tamẽ lubricũ genus orationis adolescenti non acri ter[u]intelligenti, sæpe[u] præceps. Itaq. admissarius iste simulatque audiuit, à philosopho voluptatem tantoperè laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omneis incitauit, sic ad[x] illius hanc orationem adhinniit, vt non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur. Græcus primò distinguere, atque[y] diuidere illa, quemadmodum dicerentur: iste claudus (quomodo[b] aiunt) pilam retinere: quod acceperat, testificari, tabulas obsignare velle, Epicurum[c] disertum decernere: & [d] tamen dictum opinor, se nullum bonum intelligere posse, demtis corporis voluptatibus. Quid multa? Græcus facilis, & valde venustus, nimis pugnax contra senatorem populj Romani esse noluit. Est autem hic, de quo loquor, non philosophia solùm, sed [e] etiam litteris, quod ferè ceteros Epicuréos negligere dicunt, perpolitus. Poema porrò facit ita festiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil vt fieri possit argutius. in quo reprehendat eum licet, si [f] qui volet, modò leuiter, non [g] vt impurum, non vt improbum, non vt audacem, sed vt Græculum, vt assentatorem, vt poetam. deuẽnit [h], aut potiùs incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus, atque aduena, quo tam sapiens & tanta ciuitas[i] reuocare se non poterat. familiaritate implicatus: & simul inconstantiæ famam verebatur: rogatus, inuitatus, coactus, itak multa ad istum de isto scripsit, vt omneis hominis libidines, omnia cœnarum genera, conuiuiorum quel, adulteria eius delicatissimis versibus expresserit. in quibus, si quis velit, possit istius tamquam in speculo vitam intueri: ex quibus multa à multis lecta, & audita recitarem, nisi vererer, ne hoc ipsum genus orationis, quo nunc vtor, ab huius loci more abhorreret. & simul de ipso, qui scripsit, detrahi[m] nolo, quisi fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior, & grauior esse potuisset: sed eum casus in hanc consuetudinẽ scribendi induxit, philosopho valde indignam: siquidem *philosophia*, vt tertur, *virtutis continet, & officij, & bene viuendi disciplinam: quam qui profitetur, grauissimam mihi* [n]*sustinere personam videtur*. sed idem casus illum [o] ignarum quid profiteretur, cùm se philosophũ esse diceret, istius impurissimę, atque intemperantissimę[p] pecudis cœno, & sordibus inquinauit: qui [q] modò res gestas consulatus mei cùm laudasset (quę quidem *laudatio*[r] *hominis turpissimi, mihi ipsi erat pænè turpis*.) Non[s] vlla tibi, inquit, inuidia nocuit, sed versus tui. Nimis magna pœna, te consule, constituta est siue malo poetæ, siue libero. Scripsisti[t] versus. *Cedãt arma togæ*. Quid tum? Hæc res tibi tuis illos excitauit. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio[u], quod te cõsule, in sepulcro reipublicæ incisum est, *Velitis, iubeatis, vt quàd M. Cicero* versum fecerit: sed quòd *vindicarit*. Verùm tamen quoniam *te non Aristarchum*[x], *sed Phalarim grammaticum habemus*, qui non notam opponas ad malum versum, sed poetam armis persequare: scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas, *Cedant arma togæ*. Tuæ dicis, inquit, togæ summum imperatorem esse cessurum. Quid nunc te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed fustibus. non dixi hanc togam, qua sum amictus: nec arma, scutum & [y] gladium vnius imperatoris: sed [z], quòd *pacis est insigne, & otij, toga: contrà autem arma tumultus, atque* [aa] *belli*: more poetarum locutus [bb], hoc intelligi volui, *bellum, ac tumultum paci, atque otio concessurum*. Quære ex familiari tuo, Græco illo poeta: probabit genus ipsũ, & agnoscet, neq. te nihil sa-

a L. verba, atque ineptiæ. b L. nam non audebit c c. cum amoribus suis &c. al. compotibus suis &c.

d al. luxuriã nolite autem cogitare. e DE LVXVRIA Pisonis.* f Calices placentini, sicci, minoris pretii quàm turcenici & segontini.* g L. propatula, atque de cupa: propatula. qui mer. cem propalã vellet, propalam sum. de palo vendendum habet & vendit. vt a. Pud Varronẽ idem rustice. Nonius in primitet.* h Vinum de cupa, quod & de dolio, & lagunone, & lacuna. Plautus in Bruto. i L. Quini in lectis. k Ducumie di. mos veterum nõ singulos, sed binos lectos habere, testatur Varro. l quæ eodem de solio ministrem. m L. me hercules. n L. me hercules. o Philodemus. Horat. 1. sermon. 2.* p L. vt verè dicam; q an ea districta fronte, al. distracta fronte.* r L. non fuit. diuit eius amicitiam, ita vet Faem.* s L. nec ferè t Epicurcorum dogma.* u L. est sæpe præc. x L. adhinnit illius orationem adhinniuit, y v.c. & diuidere illa, b L. quemadmodum c al. Epicurcum & post, Est tamen &c.* d L. & tamen dicere opinor, e L. sed etiã ceteris studiis, quæ f v.c. si qui vult, g L. nõ vt improbum, non vt audacem, non vt impurum, sed vt Gr. h vet. deuenit autem, aut potiùs incidit.* i al. ciuitas.* k L. ita multa ad istum de isto quoq. scripsit, vt omneis libidines, omnia stupra, omnia cenarum, cõuiuiorumq. genera, adulteria deniq. eius delicatiss. P. XCV. l al. conuiuiorúmque adulteria.* m L. nihil detrahi volo. n v.c. sustinere mihi perf. o L. illum nõ ignarum, p al. intemperatissimæ.* q L. qui modo cum res gestas consulatus mei collaudasset: r L. collaudatio h & ita v.c. s L. non illa tibi. t L. Scripsit enim, Cedãt u L. eclogio, al. ellogio, al. elegio, x Aristarchi Homericorũ versuum cẽsoris meminit Cicero Epistolar. familiar. 3.* y L. aut gladium vn. z L. sed quia pac. aa L. ac belli poetarũ more tum locut. bb al. tum locutus. al. conlocutus.*

pere mirabitur. At in illo altero, inquit, hæres, *Concedat*[a] *laurea laudi*[b]. Immò mehercule, habeo tibi gratiam. hærerem enim, nisi[c] tu me expedisses. nam cùm tu timidus, ac tremens, tuis ipse furacissimis manibus detractam è cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecisti: indicasti[d], non modò amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse. Atque ista ratione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum: vt, si versus mihi non cuerit, ab eo, quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quæsita, Omitto, nihil istum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum, quem, quantum potuissem, multis sæpe orationibus scriptisque decorassem, hunc vno violare versu. Sed sit offensus, primò nón ne compensabit cum vno verficulo tot mea volumina laudum suarum? Quòd si est commotus, ad[e] perniciémne non dicam amicissimi, non ita de sua laude meriti, non ita de re publica, non consularis, non senatoris, non ciuis, non liberi: in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset? Tu[f] quidem, tu, apud quos, de quo dicas, intelligis? complecteris amplissimos viros ad tuum & Gabinij scelus: neque id occulé. nam paullò antè dixisti, me cum iis confligere, quos despicerem: non attingere eos, qui plus possent, quibus iratus esse deberem. quorum quidem (quis enim non intelligit, quos dicas?) quamquam non est vna causa omnium, tamen est omniũ mihi probata. Me Cn. Pompeius, multis obsistentibus eius erga me studio, atque amori, semp delixit, semper sua cõiunctione dignissimũ iudicauit, semper non modò incolumem, sed etiã amplissimum, atq. ornatissimum voluit[g] esse. vestræ fraudes, vestrum scelus, vestræ criminationes insidiarum mearum, illius periculorum, nefariè fictæ, simul eorum, qui familiaritatis licentia, suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius, impulsu vestro, collocauerunt[h], vestræ cupiditates prouinciarum, effecerũt, vt ego excluderer, omnésque, qui me, qui illius gloriam, qui remp. saluam esse cupiebant, sermone, atque a ditu prohiberentur. Quibus rebus est perfectum, vt illi planè suo stare iudicio non liceret, cùm certi homines non studium eius à me alienassent, sed auxilium retardassent. Nónne ad te L. Lentulus, qui tum erat prætor, non Qu. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multíque mortales oratum in Albanum obsecratúmque venerant, ne meas fortunas desereret, cum reipublicæ salute coniunctas. quos ille ad te, & ad tuum collegam remisit, vt causam publicam susciperetis, vt ad senatum referretis: se contra armatum tribunum pleb. sine consilio publico decertare nolle: consulibus ex S.C. remp. defendentibus, se arma susceperum. Ecquid infelix recordaris, quid respondereris in quo illi omnes quidem, sed Torquatus, præter ceteros, furebat contumacia responsi tui, te non esse tam fortem quàm ipse Torquatus in consulatu fuisset, aut ego: nihil opus esse armis, nihil contentione: me posse iterum rempublicã seruare, si cessissem: infinitam cædem fore, si restitissem. deinde ad extremum, neque se, neque generum, neque collegam suum, tribuno pl. defuturum. Hîc tu hostis, ac proditor, aliis me inimiciorem, quàm tibi debere esse dicis? Ego C. Cæsarem non éadem de rep. sensisse, quæ me, scio: sed tamen, quod iam de eo, his audientibus, sæpe dixi, me ille sui totius consulatus, eorúmque honorum, quos cum proximis communicauit, socium esse voluit, detulit, inuitauit, rogauit. non sum ego, propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem, adductus ad causam: non postulabam, vt ei carissimus essem, cuius ego ne beneficiis quidéa sententiam meam tradidissem. Adducta res in certamen, te consule, putabatur, vtrùm quę superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur. Quid loquar plura? si tantum ille in me esse vno roboris, & virtutis putauit, vt ea, quæ ipse gesserat conciderent, si ego restitissem: cur ei non ignoscam, si ante posuit suam salutem meæ? Sed præterita omitto: me[b] vt Cn. Pompeius omnibus suis studiis, laboribus, vitæ periculis complexus est, cùm municipia pro me adiret, Italiæ fidem implo raret, P. Lentulo consuli, auctori salutis meæ, frequens assideret, senatui sententiam præstaret, in cõcionibus non modò se defensorem salutis meæ, sed etiam supplicem pro me profiteretur: huius voluntatis eum, quem multùm posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi, & adiutorem C. Cæsarem adiunxit. Iam[c] vides me tibi nõ inimicum, sed hostem: illis, quos describis, non modò non iratum, sed etiam amicum esse debere? quorũ alter, id quod meminero semper, æquè mihi fuit amicus, ac sibi: alter, id quod obliuiscar aliquãdo, sibi amicior, quàm mihi. Deinde hoc ita fit, vt viri fortes, etiam si ferro inter se comminus decertarint, tamẽ illud contentionis odium simul cum ipsa pugna, armísque ponant. Atquid me ille odisse, numquã potuit, ne tum quidé, cùm dissidebamus. *habet hoc virtus, quam tu ne*[e] *da facie quidé nosti, vt viros fortes species eius, & pulchritudo etiã in hoste posita delectet.* Equidẽ dicam ex animo, P. C. quod sentio, & quod vobis audientibus, sæpe iam dixi. Si mihi numquam amicus C. Cæsar fuisset, sed semp iratus: si aspernaretur amicitiã meam, seséq. mihi implacabilem, inexplicabilémq. præberet: tamen ei, cùm tantas res gessisset, gererétq. quotidie, non amicus esse non possem. cuius ego imperio[f] non Alpium vallum contra adscensum, transgressionémq Gallorum, non Rheni fossam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus obiicio, & oppono. Perfecit ille, vt, si montes resedissent, amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed victoria sua, tebúsq. gestis Italiam munitam haberemus. Sed cum me expetat, diligat, omni laude dignum putet: tu me à tuis inimicitiis ad[g] simultatem reuocabis? sic tuis[h] sceleribus reip. præterita facta[i] refricabis? quod quidem tu, qui bene nosses coniunctionem meam, & Cæsaris, eludebas, cùm à me tremẽtibus omnino labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrem, requirebas. Quamquam, quod ad me attinet, *Numquam*[k] *istam imminuam curam infitiando tibi*, tamen est mihi considerandum, quantum illi, tantis reip. negotiis, tantóque bello impedito, ego homo amicissimus, follicitudinis, atque oneris imponam. nec despero tamen, quamquam languet iuuentus. nec mperinde, atque debeat, in laudis & gloriæ n cupiditate versatur[n], futuros aliquos, qui

[a] Τὰ ὅπλα δοθείη τῷ τῆς ἐνναλίου κῆρι τὴν δρεπανηφόρον ὑποθείκεται δάφνην.
Has voces tribuit Ciceroni Plutarchus.*
[b] L. linguæ.
[c] L. nisi tu expedisses.
[d] al. iudicasti.
[e] L. ad perniciem, non dicam &c. & sic v. c.
[f] L. Tu quid tu apud quos, tu de quo
[g] L. XCVI. al. esse voluit.
[h] fort. collocarunt.
[i] al. inimicitiis tuis sceleribus
[k] Versus est Ennianus è poeta aliquo vetere.
[l] al. vt languet.
[m] al. ingue.
[n] al. vt supra.
[o] Abiectum

a Abiectũ ea ratione quid sit dixi.*

P. B.

b DE CRVDELITATE Pisonis.*

c L. multúmque dubitantem

d L. cùm quidem te,

e al. cùm tres centũ, tal. al. cùm te trecẽ

f qui Catus Florus 3. Cotys, alio & Tanito 2. Annalium.*

g Resti Thraciæ populi, Strabone 7. Appiano in Illyricis. Eutropio 2.*

h Denseleti dicũtur Plinio 4. c. 11. in pr. & Strabone 7. Δρυσσηλῆται.*

i L. familias abripuerunt, al. maresfamilias.*

k fort. Iouis Veli tan. Quasi Iouem Velsurium in ore & fauc. Etrusci Ponti. Cicer. 2. de N. D. XCVIII. Verrè 4. & 6. in Verrè memin. Iouis Vsiti & Arriani.* al. perparua in DE AVARITIA Pisonis.*

l Vasarium, supellex qua magistratus in prouincia proficiscens, a populo iubetur. Alexandro.* Iustin. 12. Fusidiũ, q.

abiectum a hoc euadauer consularibus spoliis nudare non nolint, præsertim tam afflicto, tam infirmo, tam enervato reo: qui te ita gesseris, vt timeres, ne indignus beneficio videreris, nisi eius, à quo missus eras, simillimus exstitisses. An verò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui, stragésq. provinciæ? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus.

¶ Notata à nobis sunt; & prima illa scelera in b aduentu, cùm, accepta pecunia à Dyrrhachinis ob necem hospitis tui Platoris, eius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, eámque, seruis symphoniacis, & aliis muneribus acceptis, timentem, & c multùm dubitantem confirmasti, & Thessalonicam fide tua venire iussisti. quẽ ne maiorum quidem more supplicio affecisti, cùm miser illud secutibus hospitis sui cernices subiicere gestiret: sed ei medico, quem tecum eduxeras, imperasti, vt venas hominis incideret. Tum d quidem tibi etiam accessio fuit ad necẽ Platoris, Pleuratus eius comes. quem necasti verberibus, summa senectute confectum. Idémque tu Rabocentum, Bessicæ gentis principem, cùm e trecentis talentis regi Cottoſ vendidisses, secuti percussisti: cùm ille ad te legatus in castra venisset, & tibi magna præsidia, & auxilia, à Bessis, g peditum, equitúmq. polliceretur. neq. eum solùm, sed etiã ceteros legatos, qui simul venerant: quorũ omniũ regi capita Cotto vendidisti. Denseletis h, quæ natio semper obediens huic imperio, etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedonia, C. Sextium prætorem tutata est, nefarium bellum, & crudele intulisti: essque cùm fidelissimis sociis vti posses, hostibus acerrime maluisti. Ita perpetuos defensores Macedoniæ, vexatores, ac perditores effecisti, vectigalia nostra perturbarunt, vrbeis ceperunt, vastarunt agros, socios nostros in seruitutem abduxerunt, falilias i arripuerunt, pecus abegerunt, Thessalonicenses, cùm oppido desperassent, munire arcem coegerunt. A te Iouis k Velsuri famum antiquissimum barbarorum sanctissimúmque direptum est. tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerunt: qui cùm vno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset: dubitabat nemo, quin violati hospites, legati necati: pacati, atque socij, nefario bello lacessiti, fana vexata, hanc tantam efficerent vastitatem. Cognoscis ex particula paruua l, scelerum & crudelitatis tuæ genus vniuersum.

¶ Quid m auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea, quæ maximè nota sunt, dicam. Nónne sestertiũm centies, & octogies, quod, quasi vasarij n nomine, in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti? nónne cùm c c. talenta tibi Apolloniatæ Romæ dedissent, ne pecuniarias creditas soluerent, vltro Fusidium o, equitem R. hominem ornatissimum, creditorem, debitoribus suis addixisti? nónne, hibernacùm legato, præfectóq. tradidisses, euertisti miseras funditùs ciuitates: quæ non solùm bonis sunt exhaustæ, sed etiam nefarias libidinum contumelias, turpitudinésq. subierunt? Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui

A honorarij? *si quidem potest vi, & metu extortum, honorarium nominari.* quod cùm a pleræque omnes, tum acerbissimè Bœotij, & Byzantij, Cherronenses b Thessalonica sensit. vnus tu dominus, vnus æstimator, vnus venditor, tota in prouincia, per triennium, frumenti omnis fuisti. Quid ego rerum capitalium quæstiones, reorum pactiones, redemtiones, acerbissimas damnationes libidinosissimas liberationes proferam? tantum locum aliquem cùm mihi notum c senseris, tecum ipse licebit, quot in eo genere, & quanta sint crimina, recordere. Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris, cùm omnis totius, prouinciæ pecore compulso, pellium d nomine, omnem quæstum illum domesticum, paternúmque renouasti? videras enim grandis iam puer, bello Italico e, repleri quæstu vestram domum, cùm pater f armis faciendis tuus præfuisset. quid? vectigalem prouinciam, singulis rebus, quęcumq. venirent, certo portorio impositò, seruis tuis publicanis à te factam esse meministi? quid? centuriatus palàm venditos? quid? per tuum seruulum ordines assignatos? quid? stipendium militibus per omneis annos à ciuitatibus, mensis palàm propositis, esse numeratum? quid illa in Põtum profectio, & eo natus tuus? quid debilitatio, atq. abiectio animi tui, Macedonia prætoria nuntiata, cùm tu non solùm quòd tibi succederetur, sed quòd Gabinio non succederetur, exsanguis, & mortuus concidisti? quid quæstor ædilitius reiectus? præpositus g legatorum tuorum turpissimus, optimus abs te quisque violatus? tribuni militum non recepti? M. Bæbius, vir fortis, interfectus iussu tuo? quid, quòd tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctúque iacuisti? quòd populati illi sacerdoti h sexcentos ad bestias amicos sociósque misisti? quid, quòd, cùm sustẽtare vix posses mærorem tuum, dolorémque decessionis, Samothraciam te primùm, inde i Thasum cum tuis teneris saltatoribus, & cum Antobulok, Athamante, & Timocle, formosis fratribus, contulisti? quid, quòd, cùm inde te recipiendis, in villa Leucadiæ, quæ l fuit vxor exegisti, iacuisti mærens aliquot dies, atque inde obsoletus Thessalonicam, omnibus inscientibus, noctúque venisti? qui cùm concursum plorantium, ac tempestatem querelarum ferre nõ posses, in oppidum deuium Beroã m perfugisti: quo in oppido cùm tibi spe falsa, quòd Qu. Ancharium non esse successurum putares, animos tumor inflasset: quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innouasti? Mitto aurum n coronarium, quod te diutissimè torsit cùm modò velles, modò nolles. lex enim generi tui & decerpi, &, o te accipere vetabat, nisi decreto triumpho. In quo tu, accepta tamen, & deuorata pecunia Vtinachorum p, centum talenta euomere non poteras: vocabula tantùm pecuniarum, & genera mutabas. Mitto diplomata tota in prouincia passim data: mitto numerum nauium, summamque prædæ: mitto rationem exacti, imperatiq. frumenti: mitto ereptam libertatem populis, ac singulis, qui erant affecti prẽmiis nominatim, quorum nihil est, quod non sit lege Iulia q, ne r fieri liceat, sancitum diligenter. Æstoliam, quæ procul à barbaris diiuncta gentibus in sinu pacis posita, medio fere Græciæ

a L. rùm plerąq. omnes.
b L. Cherronesii, al. Cherronenses.
c L. notum e ſ ſe senseris.
P. B.
d Pelles hîc pro papilionibus: quo significatur ſ pantur à Cicerone in Lucullo. Liuio 5.*
e quod & sociale.*
f hi fabricenses & fabrorum præfecti.*
g al. præpositus homo turpissimus, legatorum tuorum optimus abs te quisq. viol.
h Sacerdos hîc pro ludorum ministro videtur accipi.*
i al. inde Thasum, mendoſſ.
k L. Autobulo,
l L. quæ fuit vxor Execisti, al. quæ fuit vxoris Aegisti,*
mal. Beroea.*
P. XCIX.
n Aurum coronarium quid, vide C. Iliium.*
o L. & accipere vet. p al. vt in Achæorum cẽ tum talentis euomere nõ poteras.*
q Diplomata, litteræ Publicæ.*
r L. ne fieri poſſit, ſancũ dilig.

gremio continetur, (ô pœna, ô furia sociorum!) decedens, miseram pe,rdidisti. Arsi-
a L. Arsinoë, Stratũ, Naupactum.
b al. Thrachinium.*
c L. Agræorũ, al. Agrianum, ‖ vt sint Agræi populi quorũ memi nit. Stephanus *
noena, Thracumb, Neopactum, vt modò tute iudicasti, nobileis vrbeis, atque plenas fateris ab hostibus esse captas. Quibus autem hostibus? nempe iis, quos tu Ambracię fedens, primo tuo aduentu ex oppidis Agrinarum c, atque Dolopum demigrare, & aras, & focos relinquere coegisti. Hoc tu in exitu, præclare imperator, cum tibi ad pristinas cladeis accessio fuisset Ætolię repentinus interitus, exercitum dimisisti: neque vllam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quàm numerum tuorum militum, reliquiásque cognoscere. Atque, vt deorum Epicureorum similitudinem in re militari, imperióque videatis: Albucius, cùm in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est: hic cùm
d E. expectaret, al. trophæa* P. B.
similem exitum spectaret d, in Macedonia tropæa e posuit: eáque, quæ bellicæ laudis, victoriáque omnes gentes insignia, & monumenta esse voluerunt, noster hic præposterus imperator, amissorum oppidorum, cæsarum legionum, prouinciæ præsidio, & reliquis militibus orbatæ, ad sempiternum dedecus sui generis, & nominis indicia constituit, idém-
f al. inscribi, incidiq. poss.
que, vt esset, quod in basi tropæorum incidi, inscribíq posset, Dyrrhachium vt venit, decedens, obsessus est ab iis ipsis militibus, quos paullò antè Torquato respondit beneficij causa ab se esse dimissos. quibus cùm iuratus affirmasset, se, quæ deberentur, postero die persoluturum, domum se abdidit: inde nocte intempesta, crepidatus, veste seruili, nauem conscendit, Brundisiúmque vitauit, & vltimas Adrianig maris oras petiuit: cùm interim Dyrrhachij milites domum, in qua istum esse arbitrabantur, obsidére cœperunt, &, cùm latere hominem putarent, igneis circundederũt. quo metu commoti Dyrrhachini, profugisse nocte crepidatum imperatorem indicauerũt. Illi autem statuam, istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbãt, affligunt, comminunt, dissipant. Sic odium, quod in ipsum attulerant, id in eius imagi-
g al. Hadriani sic apud Horatium 1. Odar. 16. siue mari liber Adriano. Alii tamẽ legunt Adriatici.*
nem, ac simulacrum profunderunt. ¶ Quæh cùm ita sint, non dubito, quin, cùm hæc, quæ excellunt, me nosse videas, non existimes me diam illam partem, & turbã flagitiorum tuorũ mihi esse inauditam. nihil est, q̃ me horteretur: nihil est, q̃ inuites. admoneri me satis est.
h PERORATIO.*
admonebit autẽ nemo alius nisi reip. tempus: qđ mihi quidem magis videtur, quàm tu vm quam arbitratus es, appropinquare. Ecquid vides, ecquid sentis, lege i iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri? non k æquè legetur quisquis voluerit: nec, q̃ quisquis voluerit, nõ legetur. nulli coniicientur in illum ordinem, nulli eximẽtur: nõ ambitio ad gratiam, non iniquitas adm simulationẽ coniicietur n. iudices iudicabunt ij, quos lex ipsa, non quos hominum libido delegerit. Quod cùm ita sit, mihi crede, neminem inuitus o inuitabis: res ipsa, & reip. tempus aut me ipsum, quod nolim, aut alium quempiam, aut inuitabit, aut dehortabitur. Equidem, vt paullò antè dixi, nõ eádem supplicia esse in hominibus existimo, quæ fortasse plerique, damnationes, expulsiones, neces: denique *nullam mihi pœnam videtur habere id, quod accidere innocenti, quod*
i Legẽ iudiciariam videtur intelligere quæ à L. Aurelio Cotta lata, vt Senatores cum equitibus & tribunis æra riis iudicarent. Cuius P. CLX. apud Ciceronem frequẽs mentio.*
k L. nõ enim legetur quisquis
l v. c. coniicietur
m fort. ad simultatem
n L. coniicietur.
o L. inuitabit inuitum:
fortè, quod sapienti, quod bono viro, & sim pot est.

A Damnatio ista, quæ in te flagitatur, obtigit a R. Rutilio: quod speciem habuit hæc ciuitas innocentiæ. maior mihi iudicum, & reip. pœna illa visa est, quàm Rutilij. L. Opimius eiectusb est à patria, is, qui prætor, & consul, maximis remp. periculis liberarat. non in eo, cui facta est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris, ac conscientiæ pœna remansit. At contra bis Catilina absolutusc: emissus etiam ille auctor tuus prouinciæ, cùm stuprum Bonæ deæ puluinaribus intulisset. Quis fuit tanta ciuitate, qui illum incesto d liberatum, non eos, qui ita iudicarunt, pari sceleri adstrictos arbitraretur? An ego exspectem, dum de te quinque, & septuaginta tabellæ diribeantur e, de quo iampridem omnes mortales omnium gentium, ætatum, ordinum iudicauerunt? quis enim te aditu, quis vllo honore, quis denique communis salutatione dignum putet? omnes memoriam cõsulatus tui, facta, mores, faciem deniq. ac nomen à rep. detestantur. legati, qui vnà fuere, alienati: tribuni militum inimici: centuriones, & si qui ex tanto exercitu reliqui milites exsistunt f, non dimissi abs te, sed dissipati, te oderunt, tibi pestem exoptant, te exsecrantur. Achaię, exhausta: Thessalia, vexata: laceratæ Athenę: Dyrrhachium, & Apollonia, exinanita: Ambracia, direpta: Parthini, & Bullienses g, illusi: Epirus, excisa h: Locri, Phocij, Bœotij, exusti: Acarnania, Amphilochia, Perrhæbia, Athamanúmque gens, vendita: Macedonia, condonata barbaris: Ætolia, amissa: Dolopes, finitimíq. montani, oppidis, atque agris exterminati: ciues Romani, qui in i iis locis negotiantur, te vnum, solum, suum depeculatorem, vexatorem, prædonem, hostem, venisse senserunt. Ad horum omnium iudicia tot, atq. tanta domesticum iudiciũ accessit sententiæ dãnationis tuæ: occultus aduentus, furtiuum iter per Italiam, introitus in vrbem desertus ab amicis, nullæ ad senatum è prouincia litteræ, nulla trinisk æstiuis gratulatio, nulla triumphi mentio: non modò quid gesseris, sed ne quib. in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte, & seminario l triumphorum cùm arida folia laureæ retulisses: cùm ea abiecta ad portam reliquisti: tum m tu ipse de te sententiam tulisse videris tum iudicium pronuntiauisti. qui si nihil gesseras dignum honore, vbi exercitus? vbi sumtus? vbi imperiũ? vbi illa vberrima supplicationibus tũm phisq. prouincia? sin autẽ aliquid spetare voluerat, si cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa tropæa, plena dedecoris, & risus, te commentatum esse declarant: quis re miserior, quis te damnatior, qui neque scribere ad senatum, *à te bene rẽmp. esse gestam*, neq. præsens dicere ausus es? An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit, *non euentis, sed factis, cuiusque fortunam ponderari*, dicere audes, neque in tabellis paucorum iudicum, sed in sententiis omnium ciuium, famã nostram, fortunámq. pendere? te indemnatum videri putas, quem socij, quẽ fœderati, quem liberi populi, quẽ stipendiarij, quem negotiatores, quem publicani, quem vniuersa ciuitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui mortem effugerunt, omni cruciatu dignissimum putant? cui nõ apud senatum, apud illum o ordinem, nõ apud equites R. non in vrbe, non in Italia, maximorum scelerum venia
a al. contigit
b L. eiectus est è patria,
c fort. remansit pœna.
d al. incestu
e fil. vulg. diripiantur me-dosse, ‖ diribere porro est distribuere, al. ultimantur.*
f L. exstant
P. B.
g Stephano & Cæsare Bullienses: Strabone & Plinio, Bullinenses. Illyrici populi.*
h L. in his
k L. ex tribus æstiuis al. externis æst.
l hoc est Macedonia*
m L. tum tu ipse de te, vt CLSSE. Vt DERE, pronu.
n L. nõ ponderari neq. è tabellis paucorum iudicũ, sed è sententiis omn. c. f. nostr. fort. fere. q. p. dere; tr. indemn.
o L. vllum.

vlla ad ignoscendum dari possit? qui[a] se ipsum oderit, qui metuat omneis, qui suam causam nemini eō mittere audeat, qui seipsum condēnet? Numquā ego sanguinem expetiui tuum: numquam illud extremum, quod possēt esse improbis, & probis commune, supplicium, legis, ac iudicij, sed abiectum, contemtum, despectum à ceteris, à te ipso desperatum, & relictum: circumspectantem omnia: *quidquid increpuisset, pertimescentem*: diffidentem tuis re-

A bus: sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine vlla specie consulari: horrentem, tremētem, adulantem omnibus, videre te volui: vidi. Quare, si tibi euenerit, quod metuis, ne accidat: equidem non molestè feram. sin id tardiùs fortè fiet, fruar tamen tua indignitate: nec minùs libenter metuentem videbo, ne reus fias, quàm reum. nec minùs lætabor, cùm te semper sordidum [b], quàm si paulisper sordidatum [c] viderem.

B

[a] Qui te ipsum oderis? qui me tuas omneis? qui tuam causam? comm. audeas? q. teipsi. timebunt?

[b] Sordidus, illuuie squalidus: sordidatus qui sordida reorum veste amictus. [c] antea sordidatum.

PRO T. ANNIO MILONE.

ORATIO[a] TRICESIMAOCTAVA.

Synopsis.

¶ Quæstio, *An Clodius iure à Milone cæsus sit.* Accusatores, *Appius, M. Antonius, P. Valerius Nepos.* Reus, *T. Annius Milo.* Patronus Milonis, *Cicero.* Acta *in foro (vbi Pompeius dispesuerat armatos milites cum ipse præsidio ad ærariū præsideret) anno vrbis* 701. Euentus, *Milo in exilium actus commotis iudicibus vel ipso facto Milonis quòd huic iudicio magno animo affuisset, neq. cæruicem, neque vestem, reorum more, mutasset.* Plutarchus in Cicerone.

[a] Hanc orationem scripsit Cic. cùm Milo esset in exilio Massiliæ. Quæ adest, est exercitatio, nō extat. Asconius. [a] Quintil. [b] EXORDIVM.

[a] incidere. [b] & ita [c] pro aëdis, est ante templū. [d] porticibus locata. [e] afferunt. [f] horrorisne. [g] horrentis. [h] nec. [i] nimirum. [k] sapientum. [l] multitudinis auctoritate. [m] ex. [n] hoc.

Tvs [b] vereor, iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipiētem, timere, minimēq. deceat, cùm T. Annius Milo ipse magis de reipublicæ salute, quàm de sua perturbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse, tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos: qui, quocumque incederint [c], veterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum minimè vident. non enim corona cōcessus vester cinctus est, vt solebat: non vsitata frequentia stipati sumus. nam illa præsidia, quæ prō templis omnibus cernitis, etsi contra vim collocata [e] sunt, non afferunt tamen orator [f] aliquid, vt in foro, & in iudicio, quamquam præsidiis salutaribus, & necessariis sæpti sumus, tamen ne nō timeri quidem sine aliquo timore possimus. Quæ si opposita Miloni putarem: *cederem tempori* [g], iudices, nec [h] inter tātam vim armorum existimarem oratori [i] locum esse. Sed me recreat, & reficit Cn. Pompeij, sapientissimi, & iustissimi viri, consilium: qui profectò nec iustitiæ suæ putaret esse quem reum sententiis iudicum tradidisset, eundē telis militum dedere: nec sapientiæ [k], temeritatem concitatæ multitudinis auctoritate publica armare. Quā obrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, sed præsidium denuntiant. neq. solùm, vti quieto, sed etiam vt magno animo simus hortantur. neq. auxilium modò defensioni meæ, verùm etiā silentium pollicentur. Reliqua verò multitudo, quæ quidem est ciuium, tota nostra est. neque eorum quisquā, quos vndiq. intuenteis [m] ex [n] hoc ipso loco

A cernitis, vnde aliqua pars fori adspici potest, & huius exitum iudicij expectanteis, non cùm virtuti Milonis fauet, tū de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat. Vnum genus est aduersum, infestúmq. nobis, eorum, quos P. Clodij furor rapinis, & incēdiis, & omnib. exitiis publicis pauit [a]: qui hesterna etiam eōcione incitati sunt, vt vobis *voce præirent*, quid iudicaretis. quorū clamor siquis [b] fortè fuerit, admonere vos debebit, vt eum ci ē retineatis, qui semper genus illud

B hominum clamoréq. maximos pro vestra salute neglexit. Quamobrem *adeste animis*, iudices, & timorē, si quem habetis, deponite. Nā, si vmquā de bonis & fortibus viris: si vmquā de benemeritis ciuibus potestas vobis iudicādi fuit: si deniq. vmquam locus amplissimorū ordinum delectis [c] viris datus est, vbi sua studia erga forteis, & bonos ciueis, quæ vultu, & verbis sæpe significassent, re, & sentētiis declararent. hoc profectò tēpore eā potestatem omnē vos haberis, vt statuatis, vtrùm nos, qui semp vestrę auctoritati dediti fuimus, semper miseri lugeamus. an diu vexati à perditissimis ciuib [d], aliquādo per vos, ac [d] vestrā fidem, virtutē: sapiētiamq. recreemur. Quid. n. nobis duobus, iudices, laboriosius, quid magis sollicitum, magis exercitum, dici, aut fingi potest: qui spe amplissimorū præmiorum ad temp. adducti, metu crudelissimorū exitiorum [e] carere non possumus? Equidem ceteras tempestates, & procellas in illis duntaxat fluctibus

D concionum semper putaui Miloni esse subeundas, quòd semper pro bonis contra improbos senserat. in iudicio verò, & in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus amplissimi viri iudicarent, numquam existimaui spem vllā esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modò exstinguēdam, sed etiam gloriā per taleis viros infringendam. ¶ Quam quam [f] in hac causa, iudices, T. Annij tri-

[a] Al. parauit. [b] L. si quis. [c] L. dilectis. [d] L. ac per ge ti. & ita v. s. [e] L. supplicium cæt. [f] PROPOSITO.

natu, rebus omnibus pro salute reipublicæ gestis ad [a] huius criminis defensionem non abutemur, nisi *oculis videritis* insidias Miloni à Clodio factas: nec deprecaturi sumus, vt crimen hoc nobis multa propter præclara in rempublicam merita condonetis: nec postulari, vt[b], si mors P. Clodij salus vestra fuerit, ideirco eam virtuti Milonis potiùs, quàm populi Romani felicitati assignetis. sed[c] si illius insidiæ *clariores* hac *luce* fuerint, tum denique obsecrabo, obtestabórque vos, iudices, si cetera amisimus, hoc saltem nobis vt relinquatur, ab inimicorum audacia, telisque vitam vt impunè liceat defendere. ¶ Sed, antequàm [d] ad eam orationem venio, quæ est propria nostræ [e] quæstionis, videntur ea esse refutanda, quæ [f] in senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sæpe iactata sunt, & in cõcione etiã paullò ante ab accusatoribus: vt, omni errore sublato, rem planè, quæ venit in iudicium, videre possitis. ¶ *Negant*[g] *intueri lucem esse fas ei, qui à se hominẽ occisum esse*[h] *fateatur.* In qua tandem vrbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primum [h] iudicium de capite vidit M. Horatij, fortissimi viri: qui, nondum libera ciuitate, [i] populi Rom. comitiis liberatus est, cum sua manu sororem interfectam esse fateretur. An est quisquã, qui hæc ignoret, *cùm de homine occiso quæratur, aut negari solere omnino esse factum: aut rectè aut iure factũ esse defendi?* Nisi verò existimatis, dementé P. Africanum fuisse, qui cùm [k] C. Carbone, tribuno plebis, in[m] concione seditiosè interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit, *iure cæsum videri.* Neque enim posset aut[n] Hala ille Seruilius, aut P. Nasica[o], aut L. Opimius Paut C. Marius, [q] aut, me consule, senatus non nefarius haberi, si sceleratos[r] ciueis interfici nefas esset. Itaque hoc, iudices, non sine causa fictis [s] tabulis [t] doctissimi homines memoriæ prodiderunt, *eum,*[u] *qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variùs hominum sententiis, non solùm humana, sed etiam deæ sapientissimæ sententia liberatum.*[z] Quod si duodecim [a] tabulæ *nocturnum furem, quoquo modo: diurnum autem, si se telo defenderit,* [b] *interfici impunè voluerunt*: quis est,[c] qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendũ[d] putet, cùm videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus? Atquì *si tempus est vllum iure hominis necandi, quæ mutata sunt certè illud est non modò iustum, verùm etiam necessarium, cùm vi vis illata defenditur.* Pudici tiam cùm eriperet militi tribunus militaris [e] in exercitu C. Marij, propinquus eius imperatoris: interfectus ab eo est, cui vim afferebat. facere enim probus adolescens periculosè, quàm perpeti turpiter maluit. atque hunc ille vir summus, scelere solutum, periculo liberauit. Insidiatori verò, & latroni, quæ potest afferri [f] iniusta nex? Quid comitatus nostri, quid gladij volunt? quos habere certè non licebit, si vti illis nullo pacto liceret. *Est*[a] *enim hæc, iudices, non scripta, sed*[b] *nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Silent enim leges inter arma, nec*[c] *se expectari à iubent, cùm ei, qui exspectare*[c] *velit, ante iniusta pœna*[f] *luenda sit, quàm iusta repetenda.* Et si per sapienter, & quodammodo tacitè, *dat ipsa lex potestatem defendendi: quæ non modò hominem occidit, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat: vt*[g], *cum causa, non telum quæreretur. qui sui defendendi causa telo esset*[h] *vsus non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur.* Quapropter hoc maneat in causa, iudices. non enim dubito, quin probaturus sim vobis defensionem meã, si id memineritis, quod oblui sci non potestis insidiatorem iure interfici posse. ¶ Sequitur illud, quod à Milonis inimicis sæpissimè dicitur, *Eadem, qua P. Clodius occisus est, senatum iudicasse contra rempublicam esse factam.* Illam verò senatus non sententiis suis solùm, sed etiam studiis comprobauit. Quoties enim est illa causa à nobis acta senatu? quibus assensionibus vniuersi ordinis? quàm nec tacitis, nec occultis? Quando enim frequentissimo senatu quatuor, ad summum quinque sunt inuenti, qui Milonis causam non probarent? declarant huius ambusti [i] trib. pleb. illæ intermortuę conciones, quibus quotidie meam potentiam inuidiosè criminabantur, cùm diceret, *senatum non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere.* Quę quidem si potentia est appellanda potiùs, quàm [k] propter magna in rempubl. merita mediocris in bonis causis auctoritas, aut propter officiosos labores meos nonnulla apud bonos gratia: appellatur ita sanè, dummodò ea nos vtamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum. Hãc verò quæstionem, etsi non est iniqua, numquam tamen senatus constituendam putauit. erant enim leges, erant quæstiones, vel de cæde, vel de vi: nec tantum inæterem, ac luctum senatui mors P. Clodij afferebat, vt noua quęstio constitueretur. Cuius enim, senatui, de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta: de eius interitu quis potest credere senatum iudicium nouum constituendum putasse? Cur igitur incendium curię, oppugnationem ædium M. Lepidi, cædem hanc ipsam, contra rempublicã senatus factam esse decreuit? *Quia nulla vis vmquam est in libera ciuitate suscepta inter ciueis, non contra rempublicam. Non enim est vlla defensio contra vim vmquam optanda: sed non numquam est necessaria.* Nisi verò aut [l] ille dies in quo Ti. Gracchus est: cæsus aut ille, quo Caius aut quo arma Saturniui oppressa sunt, etiam si è republica, rempublicam tamen non vulnerarunt. Itaque ego ipse decreui, cùm cædem in [m] Appia factam esse constaret, *non eum, qui se defendisset, contra rempublicam fecisse: sed, cum inesset in re vis, & insidiæ, crimen iudicio reseruaui, re notaui.* Quòd si [n] furiosum illũ tribunum, senatui, qđ sentiebat, perficere licuisset, nouã quęstione nũc nullã haberemus decernebat. n. *Vt veteribus legibus tantummodo*

extra

a *sic v. c. al.* ad eius cr.
b L. vt, quia mors P.
c L. sin illius insid.
d CONFVTATIO.*
e L. vestræ quæst.
f L. quæ & in senatu ab inimicis sæpe iactata sunt, & in cõcione sæpe ab improbis, & paullo ante ab acc. & ita v. c.
g Homicidæ ducẽ intueri nefas.*
h Primum iudicium capitis Romæ M. Horatii.*
i vide Liuiũ 1. Halicarnass. 3. 8. Valer. 1.*
k exempla eorum qui Romæ paricidii seu homicidii absoluti*
l vide Liuiũ 56. 6. Valer. 2.*
m L. seditiosè in concione int.
P. CIII.
n L. aut Ahala ille ‖ Liuius 4. 5. Valer. 3.*
o qui priuatus T. Gracchum occidit. Liuius 58. Plutarch. in Gracchis 5. Val. 3. & 5. c. 2.*
p qui consul C. Gracchum occidit. Appianus 1. ciuil. Plutarch. in Gracch.*
q quo consule L. Apulei Saturninus occisus. Appianus 1. ciuil. Plutarch. & Valer 2.*
r Catilinarios'
s L. etiam fictis fab.
t Fabulam vide apud Demosthenẽ orat. aduersi. Aristocrat.*
u Orestem.*
x id est Areopagitarum. Alii legunt deorum. Nã Orestes, XII diis in Areopago sedentibus & Eumenidibus accusantibus, dicitur à sex cõdemnatus, ab aliis sex absolutus. *Alii* legunt, variatis sententiis.* y L. diuina, sed etiam x Varro Eumenidibus apud Nonium, Dico vicissim Orestẽ vos facessite.* a. dixi ad leges XII tabularum.* b L. defenderet, c *al.* eum à quoquomodo.* d L. pœnicndum putet, & *ita v. c.* e Caius Clodius scilicet. Is à Trebonio cui vim intercl. t interfectus. meminit Cicero 2. de Inuentione. Plutarchus in Mario.* f Ibidem Dinarchus & Aristides Smyrneus in Panathenaicis. adde Aeschylum.* g L. inferri iniusta nex *ita v. c.*

a citatur locus, tore.* b vim pellere tura licet

c *legendum* est, nec exspectari.* P. R. d *al.* spectare. e *al.* spectare.* f *al.* pœna. g Lambinus putat hunc locum sic emendandum esse. Homicidæ ducẽ intueri nefas. cum causa non telo. tum, id est, natura, qui sui defendendi causa telo esset, non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur.* h L. esset vsus: se defendisse, non hominis occidendi, sed se defendendi causa telum habuisse. Quas lectiones ad hunc locum vide apud Lambinum.* i T. Munatii Planci Bursæ trib. pleb. qui curiã incenderat. Vbi supra. CIII. P. kl. quam cum p. & ita vti.

1 L. aut ille dies, quo

n L. iniusta Appia f. ita v. c.

extra ordinem quæreretur. Diuisa sententia est, postulante nescio quo. nihil enim necesse est omnium [a] flagitia proferre. sic reliqua auctoritas senatus, emta intercessione sublata est. At enim Cn. Pompeius rogatione sua & de re, & de causa iudicauit. tulit enim de cæde, quæ in Appia via facta esset: in qua P. Clodius occisus[b] fuit. Quid ergo tulit? *nempe vt quæreretur.* Quid porrò quærendum est? factúmne sit? At constat. à quo? At [c] patet. Vidit [d], *etiam in* [e] *confessione facti, iure tamen defensionem suscipi posse.* Quod nisi vidisset, posse absolui eum, qui fateretur: cùm videret nos fateri: neque quæri vmquam iussisset, nec [f] vobis tam salutarem [g] hanc in iudicando litteram, quàm illam tristem dedisset. Mihi verò Cn. Pompeius non modò nihil grauius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur, quid [h] vos in iudicando spectare oporteret. Nam *qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendam, non interitum putauit.* Iam illud dicet ipse profectò, quod sua sponte fecit, P. ne Clodio tribuendum putet [i], an tempori. Domi suæ [k] nobilissimus vir, senatus propugnator, atque, illis quidem temporibus, pænè patronus, auunculus [l] huius nostri [m] iudicis, fortissimi viri, M. Catonis, tribunus pl. M. [n] Drusus, occisus est. Nihil de eius morte populus consultus, nulla quæstio decreta à senatu est. Quantum luctum in hac vrbe fuisse à nostris patribus accepimus, cùm P. [o] Africano domi suæ quiescenti illa nocturna vis esset illata? quis tum non P gemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, eius ne necessariam quidem exspectatam esse mortem? Num igitur vlla quæstio de Africani morte lata est? Certè nulla. Quid ita? Quia *non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur. Interfit inter vitæ dignitatem summorum, atque infimorum. mors quidem illata per scelus ijsdem pœnu teneatur, & legibus.* Nisi fortè magis erit parricida q, si quis consularem patrē, quā si quis humilem necauerit: aut eo mors atrocior erit P. Clodij, quòd is in monumentis maiorum suorum sit interfectus. Hoc enim sæpe [r] ab istis dicitur. perinde [s] quasi Appius ille Cæcus viam [t] munierit, non qua populus veteretur, sed vbi impunè sui posteri latrocinarentur. Itaque in eadem ista Appia via, cùm, ornatissimum equitem Romanū M. Papirium [u] occidisset, non fuit illud facinus puniendum [x], homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat. Nunc eiusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? quæ cruentata anteà cæde honesti, atque innocentis viri, silebatur, eádem nunc crebrò vsurpatur, posteaquàm latronis, & [y] parricidæ sanguine imbuta est. Sed quid ego illa [z] commemoro? comprehensus[a] est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pompeiū interficiendū collocarat. extorta est confitenti sica[b] de manibus. caruit foro potea Pompeius: caruit senatu, caruit publico, ianua se, ac parietibus, non iure legum, iudiciorúmque texit. Num [a] quæ rogatio lata? num [b] quæ noua quæstio decreta est? Aequi, si res, si vir, si tempus vllum dignum fuit, certè hæc in illa causa summa omnia fuerunt. Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso senatus: ei viro autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis: eō porrò reipublicæ tempore, quo si vnus ille occidisset, non hæc solùm ciuitas, sed gentes omnes concidissent. nisi [c] fortè quia perfecta res non est, non fuit punienda [d]: *perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur.* minùs dolendum fuit re non perfecta, sed [e] puniendum certè nihilo minùs. Quoties ipse, iudices, ex P. Clodij telis, & [f] ex cruentis eius manibus effugi? ex quibus si me non mea, vel reipublicæ fortuna seruasset, quis tandem de interitu meo quæstionem tulisset? Sed stulti fumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompeium, nosmetipsos, cum P. Clodio conferre audeamus. tolerabilia fuerunt illa: P. Clodij mortem æquo animo nemo ferre potest. luget senatus: mæret equester ordo: tota ciuitas confecta senio est: squalent municipia: afflictantur coloniæ: agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum ciuem desiderant. Non[g] fuit ea causa, iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam: sed homo sapiens, & [h] alta quadam mente præditus, multa vidit: fuit se sibi illum inimicum, familiarem Milonem: in communi omnium lætitia si etiam ipse gauderet, timuit, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. multa etiam alia vidit, sed illud maximè: quamuis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicaturos. Itaque delegit è florentissimis ordinibus ipsa lumina: neque verò, quod nonnulli dictitant, secreuit in iudicibus legendis amicos meos. neque enim hoc cogitauit vir iustissimus, neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiamsi cupiisset [i]. non enim mea gratia familiaritatibus contineretur, quæ latè patēre non possunt, propterea quòd *consuetudines victus non possunt esse cum multis.* sed, si quid possumus, ex eo possumus, quòd respublica nos coniunxit cum multis. ex quibus ille cùm optimos viros legeret, ídque maximè ad fidem suam pertinere arbitraretur, non potuit legere non studiosos mei. Quòd verò te, Cn [k]. Domiti, huic quæstioni præesse maximè voluit, nihil quæsiuit aliud, nisi iustitiam, grauitatem, humanitatem, fidem. tulit, vt consularem necesse esset: credo, quòd *principum munus esse ducebat, resistere & leuitati multitudini, & perditorum temeritati.* ex consularibus te creauit potissimúm. dederas enim, quàm contemneres populares insanias, iam ab adolescentia documenta maxima. ¶ Quamobrem [l], iudices, vt aliquando ad causam, criménque veniamus: si *neque omnis confessio facti est inusitata:* neque de causa quidquam nostra aliter, ac nos vellemus, à senatu iudicatum est: & lator ipse legis, cùm esset controuersia nulla facti, iuris tamen disceptationem esse voluit: & electi iudices, & [m] isti præpositus quæstioni, qui hæc iustè, sapientérque disceptet; reliquum est, iudices, vt nihil iam aliud quærere debeatis, nisi, vter vtri insidias fecerit: quod quò faciliùs argumentis perspicere possitis, rem gestam vobis dum breuiter expono, quæso, diligenter attendite.

a *l.* Nō qua r.
b *al.* num qua n.
c L. nisi verò quia
d L. pœnienda. proinde quasi
e L. f. d pœniendum
f *al.* & cruēt P. E.
g L. Non fuit ea causa pro fecto iudices *& ita v.c.*
h L. & alta, & diuina quæ d.
i L. cupisse.
k L. L. Domiti. *& ita v.c.*
l TRANSITIO.*
m L. is q. præp.

a *Non ingemuit? & ita v.c.* q *L.* parricida, ‖ *al.* parricida, qui pa-
trem seu hominem occiderit.* r *L.* ab istis sæpe s *L.* proinde quasi
t viam vique Brundisium lapidibus strauit, vnde Appia dicta: adde
Ciceronem pro M. Cœlio, Plin. c. 14. de viris illustrib. Frontinum lib. de a-
quæ ductibus.* u vide Asconium.* x *L.* pœniendum *& ita v.c.*
y *L.* & parricidæ z *L.* illam a *meminit Cicero pro Sextio. pro* ‖ *domo*
*sua. Plutarchum in Pompeio.** b sica gladius breuis
de Pyrrhum 4. Paradox. Perfici incruus, Iosephus 20. antiquit. 7.
ambat acinace s

a NARRATIO. qua continentur consilia Clodii.occasio occidendi, Apparatus Clodij, pugna inter Clodium & Milonem, Cædes Clodij.*

b L.non, vt ſtrelig.*

¶P. [a]Clodius cùm ſtatuiſſet omni ſcelere in prætura vexare rempublicam, videretque ita tracta eſſe comitia anno ſuperiore, vt nō multos menſes præturam gerere poſſet: qui non honoris gradum ſpectaret, vt ceteri, ſed & L. Paullum collegam effugere vellet, ſingulari virtute ciuem, & annum integrum ad dilacerandam rempublicam quæreret: ſubitò reliquit annum ſuum, ſéque in annum proximū tranſtulit, non [b] religione aliqua, ſed vt haberet, quod ipſe dicebat, ad præturam gerendam, hoc eſt, ad euertendam rempublicam, plenum annum, atque integrum. Occurrebat, mancam ac debilem præturam ſuam futuram, conſule Milone: eum porrò ſummo conſenſu populi R. conſulem fieri videbat. contulit ſe ad eius competitores: ſed ita, totam vt petitionem ipſe ſolus, etiam inuitis illis, gubernaret: tota vt comitia ſuis, vt dictitabat, *humeris ſuſtineret*, conuocabat tribus: ſe interponebat: coloniam [c] nouam, delectum perditiſſimorum ſcribebat ciuium. Quanto ille plura miſcebat, tanto hic magis in dies conualeſcebat. Vbi vidit homo ad omne facinus paratiſſimus, fortiſſimum virum, inimiciſſimum ſuum, certiſſimum conſulem, idque intellexit non ſolùm ſermonibus, ſed etiam ſuffragiis populi Romani ſæpe eſſe declaratum: palàm agere cœpit, & apertè dicere, occidendum Milonem. Seruos agreſteis, & barbaros, quibus ſiluas publicas depopulatus erat, Etruriámque vexarat, ex Appennino deduxerat, quos videbatis. res erat minimè obſcura. etenim palàm dictitabat, conſulatum Miloni eripi non poſſe: vitam poſſe. ſignificauit hoc ſæpe in ſenatu: dixit in concione. quinetiam Fauonio, fortiſſimo viro, quærenti ex eo, qua ſpe fureret, Milone viuo: reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo periturum. quam vocem eius ad hunc M. Catonem ſtatim Fauonius [d] detulit. Interim cùm ſciret Clodius (neque [e] enim erat difficile ſcire) [f] iter ſollemne, legitimum, neceſſarium, ante diem XIII. kalendas Feb. Miloni eſſe Lanuuium ad flaminem prodendū, quod [g] erat dictator Lanuuij Milo: Roma ſubitò ipſe profectus prīdie eſt, vt ante ſuum fundum (quod re intellectum eſt) Miloni inſidias collocaret. atque ita profectus eſt, vt concionem turbulentam, in qua eius furor deſideratus eſt, quæ illo ipſo die habita eſt, relinqueret: quam, niſi obire facinoris locum, tempuſque voluiſſet, numquam reliquiſſet. Milo autem cùm in ſenatu fuiſſet eo die, quoad ſenatus dimiſſus eſt, domum venit: calceos, & veſtimenta mutauit: paullíſper, dum ſe vxor, (vt fit) comparat, commoratus eſt: deinde profectus eſt id temporis, cùm iam Clodius, ſiquidem eo die Romam venturus erat, redire potuiſſet. obuiā fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla rheda [h], nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, vt ſolebat: ſine vxore, quod numquam ferè: cùm hic inſidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparaſſet, cum vxore veheretur in rheda, pænulatus [i], vulgi magno impedimento, ac muliebri & delicato ancillarum, puerorúmque comitatu. Fit obuiam Clodio ante fundum eius hora ferè vndecima [k], aut non multo ſecus. ſtatim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum. aduerſi rhedarium occīdunt. cùm autem hic de rheda reiecta pænula, deſiluiſſet, ſéque acri animo defenderet: illi, qui erant cùm Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad rhedam, vt à tergo Milonem adorirentur, partim, quod hunc iam interfectum putarent, cædere incipiunt eius ſeruos, qui poſt erant: ex quibus qui animo fidei [a] in dominum erant, & præſentes fuerunt, partim occiſi ſunt, partim, cùm ad rhedam pugnari viderent, & domino ſuccurrere prohiberentur, Milonem[que] [b] occiſum etiam ex ipſo Clodio auditrent, & [c] ita eſſe putarent: fecerunt id ſerui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis cauſa, ſed vt factum eſt) neque imperante, neque ſciente, neque præſente domino, quod [d] ſuos quiſque ſeruos in tali re facere voluiſſet. ¶Hæc, ſicut expoſui, ita geſta ſunt, iudices: inſidiator ſuperatus, *vi victa vis*, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt. Nihil [e] dico, quid reſp. conſecuta ſit: nihil, quid vos: nihil, quid omnes boni: nihil ſanè id profit Miloni, qui hoc fato natus eſt, vt ne ſe quidem ſeruare potuerit, quin vnà rempublicam, vóſque ſeruaret. Si id iure non poſſet: nihil habeo, quod defendam. ſin *hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſemper vim, quacumque ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent*: non poteſtis hoc facinus improbum iudicare, quin ſimul iudicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut veſtris ſententiis eſſe pereundum. Quod ſi ita putaſſet: certè optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non ſemel ab illo, neque tam primùm petitum, quàm iugulari à vobis, quia ſe illi non iugulandum tradidiſſet. ſin hoc nemo veſtrūm ita ſentit: illud iam in iudicium, venit, non occiſúſne ſit, quod fatemur: ſed iure, an iniuria: quod [g] multis antea in cauſis iam quæſitum eſt. Inſidias factas eſſe conſtat: & id eſt, quod ſenatus contra remp. factum iudicauit. ab vtro factæ ſint, incertum eſt. de hoc igitur latum eſt vt quæreretur. Ita & ſenatus rem, non hominem, notauit: & Pompeius de iure, non de facto, quæſtionem tulit. Numquid igitur aliud in iudicium venit, niſi, vter vtri inſidias fecerit? profectò nihil. ſi hic illi: vt ne ſit impune: ſi ille huic: tum [h] nos ſcelere ſoluamur. ¶Quónam igitur pacto probari poteſt, inſidias Miloni feciſſe Clodium? ſatis eſt quidem in illa tam audaci, ram nefaria bellua, docere, magnam ei cauſam, magnam ſpem in Milonis morte propoſitam, magnas *vtilitates* fuiſſe. Itaque illud Caſſianum, *Cui [k] bono fuerit*, in his perſonis valeat. etſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe paruo. Atquí, Milone interfecto, Clodius hoc aſſequebatur, non modò vt prætor eſſet, non eo conſule, quo ſceleris nihil facere poſſet: ſed etiam vt his conſulibus prætor eſſet, quibus ſi non adiuuantibus, at conniuentibus certè, ſperaſſet ſe poſſe remp. eludere in illis ſuis cogitatis furoribus. cuius illi conatus, vt ille ratiocinabatur, nec [l], ſi cuperent, reprimere poſſent, cùm tantum beneficium ei ſe debere arbitrarentur: &, ſi vellent, fortaſſe vix poſſent frangere hominis ſceleratiſſimi corroboratam iam vetuſtate audaciam. An verò, iudices, vos ſoli ignoratis, vos hoſpites in hac vrbe verſamini? veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur, quas ille leges (ſi leges nominandæ ſunt,

c L. coloniā nouam dilectu perditiſſimorum ciuium conſcribebat. & *ita v. c. al.* Colli nam nouam ex dilectu perditiſſimorum ciuium ſcribebat. *vt de tribu* Collina *loquatur Verum nihil mutandum video.**

d Catonis amicus refertur à Plutarcho in Catone.*

e L. neque enim id erat d.

f *v. c.* ſciret à Lanuuinis)

g Flamines vel à Pontifice Maximo vel à Dictatore prodebantur.*

h Rheda currus Gallicus.*

i L. pænulatus, magno, & impedito, & muliebri, ac delicato ancill. ‖ *al.* pænulatus vulgo magno, & impedito*

k *al.* ix, ‖ citatur hic locus à Diomede Grammatico libro 2. de verbo

l citatur hic locus à Diomede Grammatico libro 2. de verbo

P. CVII.

a L. fideli in dominum, & prælent. fuer.

b L. & *v. c.* Milonem ex ciſum & ex ipſo Cl.

c L. & re vera putarent d ſimile quid dam apud Demoſthē. oratione contra Midiam.* e CONSVLTVIO cauſa.*

f Ratio, neceſſitas mea natura, perſuadendi cauſa, docēdi, barbaris gentibus ferīs.* g L. quod multis in cauſis iam ſæpe quæſ.

h *forte* tum vt nos ſcelere ſoluamur. ‖ CONFIRMATIONIS P. R. pars prior & de inſidiarū cauſſis vtilitate, odio ſpe impunitatis, diſſidio Clodij, tempore.*

k ſi cilis formula Philippica. in oratione pro Sext. Roſcio Amerino de arte dicendi. de inuentione. ubi de reprehenſione. Lyſias

Νῦν μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐκ τοῦ ἴσου ἔχει τὰ πράγματα ἡμῖν τε καὶ τοῖς κατηγόροις· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ Ἐρατοσθένης, πάντα ἔσται τὰ ἐμὰ ἐν ἀδήλῳ τοῦ κινδύνου, τὰ δὲ τούτου ἐν φανερῷ.

l L. nec; ſi poſſent reprimere vellent cùm tantum.

sunt,ac non faces vrbis, & pestes reip.) fuerit impositurus nobis omnibus atque inusturus? Exhibe, quæso, Sexte Clodi,exhibe librariũ [a] illud legum vestrarum,quod te aiunt eripuisse è domo,& ex mediis armis, turbáque nocturna,*tanquam Palladium* [b], sustuliſſe, vt [c] præclarum inde munus,ac instrumentum tribunatus ad aliquem,si nactus esses,qui tuo arbitrio tribunatum gereret,deferre posses. Et adspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat,cùm omnia omnibus minabatur. Mouet me quippe lumen curiæ. Quid? tu me iratũ,Sexte,putas tibi,cuius tu inimicissimũ multo crudeliùs etiam punitus [e] es,quàm erat humanitatis meæ postulare? Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo,tu in publicũ eiecisti [f]: tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa,laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum [g], nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. quam [h] rem etsi necessariò feciſti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatẽ expromsisti tuam,laudare non possum, iratsi certè non debeo. P. Clodij præturam non sine maximo rerum nouarum motu [i] proponi [k] solitam esse videbatis,nisi esset is consul, qui eam auderet, posséque confringere [l], eum Milonem [m] esse cùm sentiret vniuersus populus R. quis dubitaret suffragio suo, se metu,periculo remp. liberare? At [n] non, P. Clodio mortuo,vsitatis iam rebus, obnitendum est Miloni, vt tueatur dignitatem suam. singularis illa huic vni concessa gloria,quæ quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis,iam morte Clodij cecidit. Vos adepti estis, quem ciuem metueretis: hic exercitatione virtutis,suffragationem consulatus, fontem peremnem gloriæ suæ perdidit. Itaque Milonis consulatus,qui,viuo Clodio, labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Non modò igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodij mors Miloni. ¶ At valuit *odium*,fecit iratus, fecit inimicus, fecit [o] vltor iniuriæ, punitor [p] doloris sui. Quid,si [q] hæc, non dico maiora fuerunt in Clodio,quàm in Milone,sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo, segetem, ac materiam [r] suæ gloriæ, præter hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus? Ille [s] erat vt odisset primùm defensorem salutis meæ: deinde vexatorem furoris, domitorem armorũ suorum: postremò etiam accusatorem suum. reus enim Milonis,lege [t] Plotia, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc *tyrannum* [u] tulisse creditis? quantum odium illius, & in homine iniusto, quàm etiam iustum [x] esse? Reliquum est,vt iam illum natura ipsius, consuetudóque defendat: hunc autem hæc eadem coarguant: nihil per vim vmquam Clodius,omnia per vim Milo. Quid ergo, iudices? cùm,in ærentibus vobis, vrbe [y] cessit, non seruos, non arma, non vim intentauit? Quæ fuisset igitur causa restituẽdi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi? Dic mihi,credo, dixerat: multam irrogarat: actione perduellionis

[t] Legem Plotiam seu Plautiam de v

[u] Lucanus *Phars. lib. 1.* [x] *Instit. de vsucap.* [y] L. & v.c. vrbe cessi, iudicium-tinui, non seruos, non arma. Quæ fuisset igitur vobis iusta causa restituendi mei, nisi e

[a] v.c. & mihi videlicet in causa aut mala, aut mea non & præclarissima,& vestra, iudicium tim. *fort.* & mihi videlicet in causa aut mala mea, aut non præclarissima, & vestra iudicium & [b] v.c. obiici [c] L. multratus & *ita v.c.*

[d] *al.* vobis e de quo.

[f] L. attrahi *al.* retrahi

[g] L. quod occ

P. CIX.

[h] L. ciuj-egr. & *ita v.c.*

[i] *al.* Q. Fabricio,

[k] *al.* L. Coccilij,

[l] v.c. lubet

[m] v.c. tribunj plebei.

[n] L. in iudicium

P. B.

[o] q v.c. cũ in Cæsarem pro Mil.

[p] v.c. d imm.

[q] L. Marci ver. Antonij max.

[r] v.c. cum ille in septa tuisset, *fort.* cùm ille in sæptis, virum esse, *al.* um ille irrupisset.

intenderat:& [a] mihi,iudices,in causa aut vestra mala, aut mea nec præclarissima, etiam iudicium timendum fuit. Seruorum, & egentium ciuium, & facinorosorum, armis meos ciueis, meis consiliis,periculísque seruatos,pro me obiici [b] nolui. Vidi enim,vidi hunc ipsum Qu. Hortensium,lumen, & ornamentum reip. pænè interfici seruorum manu,cùm mihi adesset: qua in turba C. Vibienus senator, vir optimus,cum hoc cùm esset vnà,ita est multatus [c], vt vitâ amiserit. Itaque quando illius postea fica illa,quam à Catilina acceperat,conquieuit? Hæc intentata nobis [d] est: huic ego vos obiici pro me non sum passus: hæc insidiata Pompeio est: hæc istam Appiam viam,monumentum sui nominis, nece Papirij [e] cruentauit: hæc eadem longo interuallo conuersa rursus est in me: nuper quidem, vt scitis, me ad regiam pænè confecit. Quid simile Milonis? cuius vis omnis hæc sempet fuit,ne P. Clodius, cùm in iudicium detrahi [f] non posset,vi oppressam ciuitatem teneret. quem si interficere voluisset, quantæ, quoties [g] occasiones,quàm præclaræ fuerunt? Potuítne,cùm domum,ac deos penates suos, illo oppugnante, defenderet, iure se vlciſci? potuítne,ciue [h] egregio,& viro fortissimo,P. Sextio,collega suo vulnerato? potuítne,Fabricio [i], viro optimo,cùm de reditu meo legem ferret,pulso, crudelissima in foro cæde facta? potuítne,L [k]. Cæcilij,iustissimi,fortissimíque prætoris,oppugnata domo? potuítne illo die, cùm est lata lex de me? cùm totius Italiæ concursus,quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens [l] agnouisset: vt,etiam si id Milo feciſſet,cuncta ciuitas eam laudem pro sua vẽdicaret? Atqui erat id temporis clarissimus & fortissimus consul,inimicus Clodio,P. Lentulus,vltor sceleris illius,propugnator senatus, defensor vestræ voluntatis,patronus illius publici consensus,restitutor salutis meæ: septem prætores, octo tribuni [m] plebis, illius aduersarij, defensores mei: Cn. Pompeius auctor,& dux mei reditus, illius hostis: cuius sententiam senatus omnis de salute mea grauissimam,& ornatissimam secutus est: qui populum R. cohortatus est: qui, cùm de me decretum Capuæ feciſſet: ipse cunctę Italiæ cupienti,& eius fidem imploranti, signum dedit, vt ad me restituendum Romam concurrerent. omnia tum denique in illum odia ciuium ardebant desiderio mei: quem qui tum interemisset, non de impunitate eius, sed de præmiis cogitaretur. Tamen se Milo continuit,& P. Clodium ad [n] iudicium bis, ad vim numquam vocauit. Quid? priuato Milone,& reo ad populum, accusante P. Clodio, cùm [o] in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est: quæ tum non modò occasio,sed etiam causa illius opprimendi fuit? Nuper verò cùm M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, grauissimámque adolescens nobilissimus reip. partem fortissimè suscepisset, atque illam belluam,iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, dij [p] immortales, fuit? cùm se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset, magnum Miloni fuit,conficere illam pestem nullà sua inuidia, Anton [q] verò maxima gloria? Quid? comitiis in campo quoties potestas fuit? cùm [r] ille vi in sæpta irruisset, gladios distringẽdos,

lapides iaciendos curasset, deinde subitò, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos, & omnes boni vota faceretis, vt Miloni vti virtute sua libêret? Quem igitur cum omnium gratia noluit: hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco, quê tempore, quem impunè non est ausus: hunc iniutia, iniquo loco, alieno tẽpore, periculo capitis, non dubitauit occidere? præsertim, iudices, cùm honoris amplissimi contentio, & dies comitiorum subesset: quo quidem tempore (scio enim, quàm timida sit ambitio, quantáque, & quàm sollicita cupiditas consulatus) omnia non modò, quæ reprehendi palàm, sed[a] etiam quæ obscurè cogitari possunt, timemus: tumorem, fabulam[b] fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium, atque oculos intuemur. *Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos, sensusque ciuium: qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed*[c] *etiam in rectè factu sæpe fastidiunt.* Hunc[d] diem igitur campi speratum, atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus, & facinus præ se ferens, & confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum: qui se, interfecto Milone, regnaturum putaret? ¶ Quid? quod[e] caput audaciæ est, iudices: quis ignorat, *maximam illecebram esse peccandi, impunitatem spem?* In vtro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti, aut præclari aut certè necessarij? an in Clodio qui ita iudicia, pœnámque contemserat, vt eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret? ¶ Sed quid ego argumentor? quid pluta disputo? te, Qu. Petilli appello, optimum, & fortissimum ciuem: te, M. Cato testor: quos mihi diuina quædam fors dedit iudices. Vos ex M. Fauonio audistis, Clodium sibi dixisse, & audistis, *viuo Clodio, periturum Milonem triduo.* post diem tertium gesta res est, quàm dixerat. Cùm ille non dubitaret aperire, quid cogitaret, vos potestis dubitare, quid fecerit? ¶ Quemadmodum igitur eum *dies* non fefellit, dixi equidem modò. Dictatoris[f] Lanuuini stata[g] sacrificia nosse, negotij nihil erat. vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuium illo ipso, quo[h] profectus est, die. itaque anteuertit. At quo die? quo, vt iantè dixi, insanissima concio ab ipsius mercenario[k] tribuno pl.[l] est concitata? quem diem ille, quam concionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, numquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiã causa manendi: Miloni nulla facultas manendi, exeundi non causa solùm, sed etiam necessitas fuit. Quid, si, vt ille sciuit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? Primùm quæro, qui scire potuerit, quod vos idem in Clodio quærere nõ potestis. vt enim neminem alium, nisi T. Patinã, familiarissimum suũ, rogasset, scire potuit illo ipso die Lanuuij à dictatore Milone prodi flaminem necesse esse. sed erant permulti alij, ex quibus id facillimè sciri posset: omnes[m] scilicet Lanuuini. Milo de Clodij reditu vnde quęsiuit? quęsierit sanè. videte, quid vobis largiar. seruum etiam, vt[n] Arrius, meus amicus, dixit, corruperit. Legite testimonia testiũ vestrorum, dixit C. Cassinius, cognomẽto Schola[a], Interamnis[b], familiaris[c] meus, & idem comes P. Clodij: cuius iampridem testimonio Clodius eádem hora Interamnæ fuerat, & Romæ, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse: sed subitò ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mortuum: itaque Romam repentè constituisse proficisci. dixit hoc comes item P. Clodij, C. Clodius. Videte, iudices quantæ res his testimoniis sint confectæ. primùm certè liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, vt insidiaretur in via Clodio: quippe[d] qui ei obuius futurus omnino non erat. deinde (non enim video, cur non meum quoque agã negotium) scitis, iudices, fuisse, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu cædem esse factã, consilio verò maioris alicuius. Videlicet[e] me latronem, ac sicarium abiecti homines, & perditi delirebant. Iacent[f] suis testibus ij, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro auditum esset, rediturum fuisse. Respiraui: liberatus sum: non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. Nunc persequar cetera: nam[g] occurrit illud: ne Clodius quidem de insidiis cogitauit, quoniam fuit in Albano mansurus, siquidem exiturus ad cædẽ è villa non fuisset. Video enim illum, qui[h] dicitur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. nam quid de Cyro nũtiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientẽ? Vnà fuit: testamentum[i] simul obsignaui[k] cum Clodio: testamentum autem palàm fecerat, & illum heredem, & me scripserat. Quem pridie hora tertia animam afflantem reliquisset, eũ mortuum postridie[l] horã decima ei nuntiabatur? Agè, sit ita factum: quæ[m] causa, cur Romam properaret? cur in noctem se cõiiceret? quid afferebat festinationẽ? quòd heres erat? primùm erat nihil, cur properato opus esset: deinde, si quid esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie manè Romam venisset? Atque[n], vt illi nocturnus ad vrbem aduẽtus vitandus potius, quàm expetendus[o] fuit: sic Miloni, cùm insidiator esset, si illum ad vrbem noctu paccessurum sciebat, subsistendum[q], atque exspectandum fuit. noctu, insidioso[r], & pleno latronum in loco occidisset. nemo ei neganti nõ credidisset, quem esse omnes saluũ, etiam confitentem, volunt. Sustinuisset hoc crimen primùm ipse ille latronum occultator, & receptator locus[s], dum neque muta solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset Milonẽ: deinde vbi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timentes in suspicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria. Atque illo die certè Aricia rediès diuertitu Clodius ad[x] Albanum. Quòd y nisi sciret Milo, illum Ariciæ fuisse, suspicari tamẽ debuit, eum, etiam si Romam illo die reuerti vellet, ad villam suã, quæ viam tangeret, diuersurum[z]. cur neque antè occurrit, ne[a] in villa residêret: nec eo in loco subsedit, quò ille noctu venturus esset? Video adhuc constare omnia, iudices: Miloni etiam vtile fuisse Clodium viuere: illi ad ea, quæ concupierat, optatissimum interitum Milonis fuisse: odium il-

a *al.* Scola
al. Sigol.
b *al.* Interamnas.
c L. familiarissimus, & idem comes P. Cl.[j] rectè: vix enim fieri potest vt homo familiaris Ciceronis, eo mes fuerit P. Clodij.* *v.c.* d *rect* quippe ille obuius ei fuit
e *sic v.c.* ex *Ascon.* Me videlicet latron.
f L. Tacent hi, suis testib qui Clod.
g L. nam occurrit illud. Igitur de Clod. *&c. ita v.c.*
h *v.c.* qui dicatur
i *al.* testamentum Cyri simul
P. CXI.
k Hæredibus igitur adhuc vererer licuit. Primo nium in re stamentis præterire. q mèrito mutatum est. Sed neque id, & ibidem Theophil. Inst. de testamentar. diadmitt.*
l *v.c.* post diei tertij horam Xmam. *sic.* post tertium horæ Xmæ et nam m. L. quæ causa fuit.
n *al.* Atqui
o *al.* eligendus.*
p *v.c.* nõdũ
q L. *v.c.* subsistendũ. rectè. nam & eodem verbo paullo post etiam vtitur. subsistere autem est, cum in itinere, aut in via subsistit reuiuit. Vergetio subsistere loca itinere.
r L. insidioso. & pl. *v.c.* & receptor L. locus tũ
s neq.
t se, sit in vicinia. *v.c.* Quod
u L. deuertit *v.c.* deuortit,
x *al.* ad se in Albanum. *v.c.* ad lam suam. *sic* à nobis d scessi 15 famil. 7. pro à domo.* y
vt sciret Milo, *&c.*
z L. deuersurum.*
a *al.* ne illa in

a *v.c.* sed etiam obscure quæ cog.
b L. fabulam falsam, fictã. leuem perhor.[i] *al.* fabulam fictam perhorrescimus.*
c *al.* sed etiã rectè facta fæpe fastid.
d L. Hunc igitur diem c.
P. CX.
e *al.* quod caput est, iud
f Dictatores Lanuuini.*
g Statuta. ¶ Sed. statua Sacrificia *sunt.* Festo, solita certis diebus fieri.*
h L. quo est profectus, d.
i L. vt antè dixi, fuit insc.
k *v.c.* mercennario tr.
l L. plebis scucita
m *in Lambinum hæc omnia* omnes scilicet Lanuuini. glossema esse putat.*

lius in hunc acerbissimum, in [a] illum huius nullum: consu etudinem illius perpetuam in vi inferenda, huius tantũ in repellenda: mortem [b] ab illo denuntiatam palàm Miloni, & prædicatam, nihil vmquam auditum ex Milone: profectionis hujus diem illi notum, reditum illius huic ignotũ fuisse. huius iter necessarium, illius etiam potiùs alienum: hunc præ se tulisse, se illo die Roma exiturũ, illum eo die se dissimulasse rediturum: hunc nullius rei mutasse consilium, illum causam mutandi consilij finxisse: huic, si insidiaretur, nocte [c] prope vrbem exspectandum, illi, etiam si hũc non timeret, tamen accessum ad vrbem nocturnum fuisse metu endum. Videamus nunc id, quod caput est: locus ad insidias ille ipse, vbi congressi sunt, vtri tandem fuerit aptior. Id verò, iudices, etiam dubitandum, & diutius cogitandum est? Ante fundum Clodij: quo in fũdo, propter insanas illas substructiones, faci le mille hominum versabantur valentium [e]. Atqui excelso loco superiorem se fore putabat [f] Milo. & ob eam causam eum locum ad pugnam potissimùm delegerat [g]. An [h] in eo loco potiùs exspectandum ab eo, qui ipsius loci spe facere imperum cogitarat? Res loquitur, iudices, ipsa, quæ semper valet plurimùm. Si hæc non gesta audiretis, sed picta videretis: tamen appareret, vter esset insidiator, vter nihil cogitaret mali, cùm alter veheretur in rheda pænulatus, vnà sederet vxor. quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus promtum ad pugnã, cùm pænula irretitus, rheda impeditus, vxore pènè constrictus esset? Videte nunc illum, primùm egredientem è villa subitò. Cur vesperi? quidi necesse est? qui conuenit, præsertim id tempo ris? Diuertit [k] in villam Pompeij. Pompeium vt videret? Sciebat in [l] Alsiensi esse. Villam vt perspiceret? millies in ea fuerat. Quid ergo erat moræ, & tergiuersationis? dum hic veniret, locum relinquere noluit. Agè: nunc iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum vxore: tum sine ea. numquam [m] non in rheda: tum in equo. comites Græculi, quocumque ibat, etiam cùm in castra Etrusca properabat: tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui numquam, tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat, & ancillarum greges. ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper *lupas* [n] ducebat [o], tum neminem, nisi vt virum à viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator à latrone, nonnumquam etiam latro à viatore occiditur: quia, quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros: Nec verò sic erat vmquam non paratus Milo contra illum, vt non satis ferè esset paratus. semper ille & quantum interesset P. Clodij se perire [q], & quanto illi odio esset, & quantum ille audaret, cogitabat. Quamobrẽ vitam suam, quam maximis præmiis propositam, & pænè addictam sciebat, numquam in periculum sine præsidio, & sine custodia prouehebat. ¶ Ad-*temque communem: qui sæpe spoliantem iam, & exsultantem euertit, & perculit ab abiecto.* Adde insciti am [r] pransis, poti, oscitantis ducis: qui cùm à tergo hostem intercluſum reliquisset: nihil de eius extremis comitibus cogitauit: in quos incensos ira, vitámque domi-

Ani desperanteis cùm incidisset, hæsit in iis pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini vita expetiuerunt. Cur igitur eos manumisit? metuebat scilicet, ne indicaretur [a]: ne dolorem, perferre non possent: ne tormentis cogerentur, occisum esse à seruis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid quæris? occiderítne? occidit. Iure, aniniuria? nihil ad tortorem. *facti enim in* [b] *eculeo quæstio est, iuris in iudicio.* Quod igitur in causa quærendum est, id agamus: hoc, quod tormentis inuenire vis, id fatemur. Manu verò cur miserit, si id potiùs quæris, quàm cur parum amplis affecerit præmiis: nescis inimici factum reprehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter, & fortiter, M. Cato: dixítque in turbulenta concione, quæ tamen huius auctoritate placata est, non libertate solùm, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. *Quod enim præmium, satis magnum est tam beneuolis* [c], *tam bonis, tam fidelibus seruis, propter* [d] *quos viuit?* etsi id quidem non tanti est, quàm quòd propter eosdem non sanguine, & vulneribus suis, crudelissimi inimici mentem, oculósque satiauit. quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuissent, conseruatores domini, vltores sceleris, defensores necis. Hic verò nihil habet in his malis, quòd minùs molestè ferat, quàm etiam si quid ipsi accidat, esse tamen illis meritum præmium persolutum. Sed quæstiones vrgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. Quibúsnam de seruis? rogas? de P. Clodij. Quis eos postulauit? Appius. quis produxit? Appius. vnde? ab Appio. Dij boni, quid potest agi seueriús? De seruis nulla [e] quæstio est in dominum, nisi [f] de incestu, vt fuit in Clodium. Proximè [g] ad deos accessit Clodius, propiùs quàm tum, cùm ad ipsos penetrarat: cuius de morte, tamquam de cæremoniis violatis, quæritur. Sed [h] tamen *maiores nostri in dominum de seruo quæri noluerunt, non quia non posset verum inueniri, sed quia videbatur indignum esse, & domini* i *morte ipsa tristius.* In reum de seruis accusatoris cùm quæritur, verum inueniri potest? Agè verò, quæ erat, aut qualis quæstio? Heus [k] vbi Ruscio, vbi [l] Casca? Clodius insidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux. Nullas fecit. Sperata libertas. Quid hac quæstione certius? Subitò arrepti in quæstionem, tamen separantur à ceteris, & in arcas [m] coniiciuntur [n], ne quis cum iis colloqui possit. Hi centũ dies, penes accusatorẽ cùm fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quæstione dici potest integrius? quid incorruptius? Quòd si nondũ satis cernitis, cùm res ipsa tot, tã claris argumentis, signísque luceat, pura mente, atque integra Milonem, nullo scelere imbutum, nullo metu perterritũ, nulla conscientia exanimatũ, Romam reuertisse: recordamini, per deos immortaleis, quæ fuerit celeritas reditus eius: qui ingressus in forũ, ardente curia: quæ magnitudo animi, qui vultus, quę oratio. Neque verò se populo solùm, sed etiã senatui tradidit [o]: neque senatui modò, sed etiam publicis præsidiis, & armis: neque hi stantùm, verùm etiam eius potestati, cui senatus totam rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta populi R. arma commiserat. cui [p] se numquã profectò tradidisset, nisi causæ suæ confideret

a *al.* iudicarent.*

b *al.* in equuleo

c *v.c.* benuolis.

d id est quorum opera & beneficio*

e *al.* nulla se ge quæstio est in d.

f seruí in dominos tor queri possunt de incestu.*

g L. proximè deos acc. *& ita v.c.* Ita legitur apud Prisciannum.*

h Sernos in dominos torqueri veteres noluerunt.*

i *al.* dominis

P. CXII.

k, L. Heus tu Roscio, verbi causa caueas mentiaris. Clodius inf.

l *al.* verbi causa.*

m Arcæ hic, loca ab alijs separata, in quibus vincti seruabantur vt ne cum aliquo loqui possent, dicæ autem arcæ ab arcendo.*

n *v.c.* coniciuntur

o L. permisit *v.c.* commisit

p L. cui nũquam se hic profecto tr.

præsertim omnia audienti, magna metuenti[a], multa suspicanti, nonnulla credenti. *Magna* [b] *vis est conscientiæ, iudices, & magna in vtramque partem: vt neque timeant, qui nihil commiserint: & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.* Neque verò sine ratione certa, causa Milonis semper à senatu probata est. videbant enim sapientissimi homines facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam. An verò obliti estis, iudices, recenti illo nuntio necis Clodianæ, non modò inimicorum Milonis sermones, & opiniones, sed nonnullorum etiam imperitorum, qui negabant eum Romam esse rediturum? Siue enim illud animo irato, ac percito fecisset, vt incensus odio trucidaret inimicum: arbitrabantur, cum tanti mortem P. Clodij putasse, vt æquo animo patria careret, cùm sanguine inimici expleisset odium suum: siue etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum, quin, cùm suo periculo salutem [c] reip. attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternã, nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipse seruasset. Multi etiam Catilinam, atque illa portenta [d] loquebantur: erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriæ faciet. *Miseros interdum ciues, oblitos de rep. meritos: in quibus homines non modò res præclarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.* Ergo illa falsa fuerunt: quæ certè vera exstitissent, si Milo admisisset aliquid, quod non posset honestè, veréque defendere. Quid, quæ posteà sunt in eum congesta [e]? quæ [f] quamuis etiam mediocrium delictorum conscientiam perculissent, vt [g] sustinuit? dij immortales! sustinuit? immò verò vt contemsit, ac pro nihilo putauit? quę neque maximo animo nocens, neque innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset. scutorum, gladiorum, frenorum [h], sparorum [i], pilorúmque etiam multitudo deprehendi posse iudicabatur [k]. nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus: arma in villam Otriculanam [l] deuecta Tiberi: domus in cliuo Capitolino scutis referta: plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum. Hæc non delata solùm, sed prænè credita: nec antè repudiata sunt, quàm quæsita. Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompeij: sed dicam, vt sentio. iudices *nimis multa audire coguntur: neque aliter facere possunt ij, quibus tota commissa est resp.* Quin [m] etiam audiendus sit Popa Licinius, nescio [n] quis, de circo maximo: seruos Milonis apud se ebrios factos, sibi confessos [o] esse de interficiendo Cn. Pompeio coniurasse: deinde postea se gladio percussum esse ab vno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nũtiauit. Arcesser in primis. de amicorũ sententia rem defert ad senatum. Non poteram in illius mei patriæque custodis tanta suspicione nõ metu exanimari: sed mirabar tamen, credi [p] Popæ ebrioforum [q] confessionem seruorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari. Verùm [r] tamẽ, vt intelligo, cauebat magis Pompeius, quàm timebat, non ea solùm, quæ timenda erant, sed [s] omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæsaris, clarissimi, & fortissimi viri, per multas noctis horas nũtiabatur. nemo audierat tam celebri loco, nemo sensserat. tamen audiebatur. non poteram Cn. Pompeium, præstãtissima [a] virtute ciuem, timidũ suspicari. diligentiam, tota rep. suscepta, nimiã nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in Capitolio senator inuẽtus est, qui Milonem cum telo esse diceret. nudauit se in sanctissimo templo, quoniam vita talis & ciuis, & viri, fidem non faciebat, nisi [b], eo tacente, res ipsa loqueretur. Omnia falsa, atque insidiosè ficta comperta sunt. Quòd [c] si tamẽ metuitur etiam nunc Milo, non hoc iam Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei, (te enim iam appello ea voce, vt [d] me audire possis) tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas: si Italiæ delectus [e], vt nonnulli conquisitores tui dictitant [f], si hæc arma, si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si [g] delecta iuuentus, quæ tuum corpus, domúmque custodit, contra Milonis impetũ armata est, atque illa omnia in hunc vnum instituta [h], parata, intẽta sunt: magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non vnius viri vires, atque opes indicantur, si quidem in hunc vnum & præstantissimus dux electus & tota resp. armata est. Sed quis nõ intelligit, omneis tibi reip. parteis ægras, & labanteis, vt eas his armis sanares, & confirmares, esse commissas? Quòd si [i] Miloni locus datus esset: prohibuisset profectò tibi ipsi, neminem vmquam hominem homini cariorem fuisse, quàm te sibi: nullum se vmquam periculum pro tua dignitate fugisse: cum [k] illa ipsa tæterrima pestis pro tua gloria contendisse tribunatum suum ad salutem meam, quæ tibi carissima fuisset, consiliis tuis gubernatũ se à te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione prætutæ: duos se habere semper amicissimos, speratisse: te tuo beneficio, me suo. quæ si non probaret: si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullo vt euelli modo posset: si denique Italia à [m] delectu, vrbs ab armis, sine Milonis clade numquam esset quietura: næ [n] iste haud dubitãs cessisset patria, is [o], qui ita natus est, & ita consuetus: tte, Magne, tamen attestaretur. P. [p] quod nunc etiã facit. *Vide, quàm sit varia vitæ, commutabilisque ratio, quàm vaga, volubilisque fortuna, quanta infidelitates, in amicis quàm ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates.* Erit, erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies, cùm tu, salutaribus [r], vt sperò, rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporũ immutatis, qui quàm crebrò accidat, experti debemus scire, & amicissimi beneuolentiam, & grauissimi hominis fidem, & vnius *post homines natos* fortissimi viri magnitudinem animi desideres. Quamquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, iuris publici, moris maiorum, rei denique publicæ peritissimum, cùm senatus ei commiserit, vt videret, *Ne quid res publica detrimenti caperet*: quo [s] vno versiculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis: hunc exercitu, hunc delectu [t] dato, iudicium exspectaturum fuisse in eius consiliis, vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret? Satis iudicatum [u] est à Pompeio, falsò ista conferri in Milonem: qui legem tulit, qua, vt ego sentio, Milonem absolui [x] oportet: vt omnes confitentur, liceret. Quòd verò

a al. intuenti.*
b Conscientiæ vis magna
P. E.
c v.c. salutẽ P.R. att.
d al. tempora.*
e al. coniecta.
f L. quæ quẽquis, etiã mediocriũ del.
g Profert hunc locum Carisius in verbo, vt.*
h forte frumentarum.*
i Spara Festo minimi generis iacula à Spargẽdo dicta. Spari vero Nonio c. 18. in sparos, lanceæ: quo loco mirum, quod eos negat esse tela bellica. sparos etiã vocat Gellius 10. c. 25. sparum Gallicum genus armorum facere videtur Festus in *Rumex.**
k al. indicabatur.
l Ocriculam. P. CXIIII. nam. ſi rectẽ Nam ὀκρίκολοι Strabo m. 15: ὀκρίκολαι Stephano.*
m L. Quin etiam fuerit audiendus
n L. nescio qui
o L. confessos esse se dixit.
p L. credi Popæ confessionem
q al. ebriorum.*
r Verùm vt f. l. sed. o. mnia, ne al.
a L. præstãtissima virtute virum tum,
b v.c. vt eo tacente, r.
c al. Cùm tamẽ si inter.
d L. vt me exaudire possis, tuas, inquam, tuãs.
e dilectus.
f L. dictitarunt.
g L. si delecta iuuentus. P. E.
h fort. instructa.
i L. si locus Miloni d.
k v.c. cuius ipsa illa tæterrima pestis sese.
l v.c. inhabitasset, al. habitasset.*
m L. à dilectu,
n al. nec.
o al. qui natus est. P. L. aute tẽ. Fraterni sed saltem vel saltem ebrioſum ſeruorum confeſſionem audiri
p L. amicissimi.*
q al. sibi, & f. l. fac. tum formula vetabant. consules ad arma populum ciuesque dimittebant. Festus de Reip. tempore
r L. dilecta
s al. indicatum est
t L. absoluit
u vobis oportet

verò in illo loco, atque [a] in illis publicotum presidiorum copiis circumfusus sedet: satis declarat, se non terrorem inferre vobis (quid enim illo minùs dignum, quàm cogere, vt vos eum condemnetis, in quem animaduertere ipse & more maiorum, & suo iure posset?) sed præsidio esse: vt intelligatis, contra hesternam concionem illam licere, vobis quod sentiatis, liberè iudicare. Nec verò me, iudices, Clodianum crimen mouet: nec tam sum demens, támque vestri sensus ignarus, atque expers, vt nesciam, quid de morte Clodij sentiatis. de qua si iam nollem ita diluere crimen vt dilui, tamen impunè Miloni palàm clamare, atque mentiri gloriosè liceret: occídi, occídi, non Sp. Melium, qui annónab leuãda, iacturísque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suscipionem incidit regni appetendi: non Ti. Gracchũ, qui collegę magistratum per seditionem abrogauit: [c] quorũ interfectores implerunt orbẽ terrarum nominis sui gloria: sed eum (auderet enim dicere, cùm patriam periculo suo liberasset) cuius nefariũ [d] adulterium in puluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ cõprehẽderũt: eum, cuius supplicio senatus sollẽnes religiones expiandas sæpe censuit: eũ, quẽ cum foro re germana nefarium stuprũ fecisse L. Lucullui iuratus se, quæstionibus habitis, dixit comperisse: eum, qui ciuem, quem senatus, quẽ populus, quem omnes gentes, vrbis ac vitæ ciuiũ conseruatorem iudicabant [e], seruorum armis exterminauit: eũ, qui regna dedit, ademit: orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus est: eum, qui, pluribus [f] cædibus in foro factis, singulari virtute, & gloria ciuem domum vi, & armis compulit: eum, cui nihil vmquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum, qui ædem Nympharum [g] incendit, vt [h] memoriam publicæ recensionis, tabulis publicis impressam, exstingueret: eum denique, *cui tam nulla lex erat, nullum ciuile ius, nulli possessionum termini*: qui non calumnia i litium, non iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat: qui non solùm Etruscos (eos enim penitus contemserat) sed [k] hunc Cn. Pompeium, virum fortissimum, atque optimum ciuem, iudicem nostrum, pellere possessionibus armis, castrísque conatus est: qui cum architectis, & decempedis villas multorum, hortósque peragrabat: qui Ianiculo, & Alpibus spem possessionum terminabat suarum: qui cùm ab l equite Romano, splendidissimo, & forti viro, T. Pacauio [m] non impetrasset, vt [n] insulam in olacu Pretio venderet, repentè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque [p] arma conuexit: dominóque trans ripam inspectante, non dubitauit ædificium exstruere in alieno: qui huic T. Furfanio, cui viro, dij immortales! (quid enim de muliercula Sanctia [q]? quid de adolescente Apronio [r] dicam? quorum vtrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset) sed ausus est Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantam popposcerat, non dedisset, mortuum se in domum eius illaturum: qua inuidia huic esset tali viro conflagrandum: qui Appium fratrem, hominem mihi coniunctum fidelissima [s] gratia, absentem de possessione fundi deiecit: qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere

fundamenta, vt sororem non [a] modò vestibulo priuaret, sed omni aditu, & lumine [b]. Quamquam hæc quidem iam tolerabilia videbantur: etsi [c] æquabiliter in remp. in priuatos: in longinquos, in propinquos: in alienos, in suos irruebat: sed nescio quomodo iam vsu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Quæ verò aderant iam, & impendebant, quónam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre imperium [d], si id ille nactus esset? Omitto socios, exteras nationes, reges, tetrarchas: (vota enim feceratis [e], vt [f] in eos potiùs mitteret [g], quàm in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias) à liberis dico. à liberis *medius fidius*, & coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingi hæc putatis, quæ patent? quæ nota sunt omnibus? quæ tenentur? seruorũ exercitus illum in vrbe conscripturum fuisse, per quos totam rempub. réliquæ priuatas omniũ possideret? Quamobrem, si cruentũ gladiũ tenens clamaret T. Annius, Adeste, quęso, atque audite ciues: P. Clodium interfeci: eius furores, quos nullis iam legibus, nullis iudiciis fręnare poteramus, hoc ferro, & hac dextera à ceruicibus vestris repuli: per [h] me vnum effectum est, vt ius, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in ciuitate manerent [i]. enimuerò timendum, quónam modo id factum ferret ciuitas. nunc enim quis est, qui non probet? qui non laudet? qui non vnum post hominũ memoriam T. Annium plurimùm reip. profuisse, maxima lætitia populum Ro. cunctam Italiam, nationes omneis affecisse, & dicat, & sentiat? Nequeo [k], vetera illa populi Rom. quanta [l] fuerint gaudia, iudicare. multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias ætas nostra vidit: quarum nulla neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tantam. Mandate hoc memoriæ, iudices. spero multa vos, liberósque vestros in rep. bona esse visuros. in his singulis ita semper existimabitis, viuo P. Clodio, nihil [m] horum vos visuros fuisse. In spem maximam, &, quemadmodum confido, verissimam adducti [n] sumus, hunc ipsum annum, hoc [o] summo viro consule, concussâ [p] hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & iudiciis constitutis, salutarem ciuitati fore. Num quis igitur est tam demens, qui hoc, P. Clodio viuo, contingere potuisse arbitretur? Quid? ea, quæ tenetis, priuata, atque vestra, dominante homine furioso, quod ius perpetuæ possessionis habere potuissent? Non timeo, iudices, ne odio inimicitiarum [q] mearum inflammatus, libétiùs hæc in illum euomere videar, quàm veriùs. etenim etsi præcipuum esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis, vt in communi odio pænè æqualiter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantú exitij fuerit. Quin sic attendite, iudices. nempe hæc est quæstio de interitu P. Clodij. fingite animis: *liberæ enim sunt cogitationes nostræ: & quæ volunt, sic intuentur, vt ea cernimus, quæ videmus*: fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ: si possim efficere, vt Milonem absoluatis: sed ita, si P. Clodius reuixerit. Quid vultu extimuistis? quónam modo ille vos viuus afficeret, qui [r] mortuus inani cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute, ac [s] fa-

a *l.* atque il lis pub.*

b id est ad annonam leuandam.*

c *l.* abroga bat.

d *l.* nefandum. P. B.

e *l.* iudicarat.

f *l.* pluribus

g Nymphæ fœcundis aruis præesse putabantur. Earum ædi repositi tabulæ publicæ, asseruabantur.

h *l.* vt memoriam publicam recensionis.*

i *l.* et hâc calumnia.*

k *l.* et hunc Cn. Pompeium, virum fortissimum, atque optimum ciuem, iudicem nostrum.*

l *l.* an quierit R. splendido, & forti, M. Pacanio non imp. m *al.* Paconio *al.* M. Pacanio.*

n *l.* vt sibi hortorum o *l.* eam la cu Pretiosi *al.* in lacu Pretio.* p *al.* atque arenam.

q *al.* Sentia. *al.* Sentia.

r *al.* Apronio

s *l.* ludissima

a *l.* non modò vestibulo sed omni aditu, & limine priuaret Qq.

b Lumen pro domo hîc accipi videtur vt in *l.* 6 § 6. ff. de officio præsidis.

c *al.* etsi æqualiter

d *l.* aut ferre imperium illo si nactus esset.

e *al.* faceretis.*

f *l.* vt in eos se potiùs immitteret, quã in vestras possessiones: à vestris tectis, vestris pecuniis: vestra tecta, vestras pecunias dico, à liberis, medius fidius, & à coniugibus vestr.

P. B.

g *al.* imm. ittaret.*

h I. per me vnum vt ius, equ. &c.

i I. manerẽt Esset verò timend. quón. m. id ferret ciuit.

k *al.* Non queo.*

l *l.* gaudia, quanta fuerint, iudic.

m *l.* nihil eorum vos

n *l.* sumus adducti.

o *l.* hoc ipso summo v.

p *l.* compressa hom.

q quod ex inimicis oritur.*

P. CXVII.

r *fort.* quos mort.

s *l.* ac fortuna est, & ita vis.

pientia est, vt ea potuerit semper, quæ nemo præter illum: si is, inquam, potuisset, vt [a] quæstionem de morte P. Clodij ferre, sic ipsum *ab inferis excitare*: vtrum putatis [b] facturum fuisse? etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare [c], propter remp. non fecisset. Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis: & de eius nece lata quæstio est, qui si eadem lege reuiuiscere posset, lata lex numquam esset. Huius ergo interfector [d] non esset etiam confitendo ab iis impetraturus, ne pœnam timeret, quos liberauisset? Græci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyranos necauerunt. Quæ [e] ego vidi Athenis? quæ aliis in vrbibus Græciæ? quas res diuinas talibus institutas viris? quos cantus? quæ carmina? propè [f] ad immortalitatem, & religionem, & memoriam consecrantur. Vos tanti conseruatorem populi, tanti sceleris vltorē, non modò honoribus nullis afficietis, sed [g] ad supplicium rapi etiam patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquā, si fecisset, & magno animo, & libenter se fecisse, libertatis omnium causa. quod certè ei non confitedū modò fuisset, verùm etiā prædicandū g. Etenim, si id non negat, ex quo nihil petit, nisi vt ignoscatur: dubitaret id fateri, ex quo etiam præmia laudis essent petēda? nisi verò gratius putat esse vobis, sui se capitis, quàm vestri ordinis defensorem fuisse: cùm præsertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores assequeretur amplissimos. si [h] factum vobis non probaretur (quamquam qui poterat salus sua cuique [i] non probari?) sed tamen si minùs fortissimi viri virtus ciuibus grata cecidisset: magno animo, constantíque cederet ex ingrata ciuitate. nam quid esset ingratius, quàm lætari ceteros, lugere eum solū, propter quem ceteri lætarentur? Quamquam hoc animo semper omnes [k] fuimus in patriæ proditoribus opprimendis, vt, quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque, & inuidiam, nostram putaremus. nam [l] quæ mihi contribuenda laus esset ipsi, cùm tantum in consulatu meo pro vobis, ac liberis vestris ausus essem, si id, quod conabar, sine maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitrarer? quæ mulier sceleratum, ac pernicioſum ciuem occidere non auderet, si periculum non timeret? *Proposita inuidia, morte, pœna, qui nihilo segnius remp. defendit, is vir verè putandus est. Populi grati est, præmiis afficere benè meritos de rep. ciues: viri fortis, ne suppliciis quidem moueri, vt fortiter feciſſe pœniteat.* Quamobrem vteretur eādem confessione T. Annius, qua [m] Hala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmet ipsi: &, si grata resp. esset, lætaretur: si ingrata, tamen in graui fortuna, conscientia sua niteretur. Sed huius beneficij gratiam, iudices, fortuna, populi Ro. & vestra felicitas, & dij [n] immortales sibi debere putant. Nec verò quisquam aliter arbitrari potest, nisi [o] qui nullam vim cælestem existimat, numénue diuinum: quem neque imperij vestri [p] magnitudo, neque sol ille, nec cæli, signorúmque motus, nec vicissitudines rerum, atque ordines mouēt, neque, id quod maximum est, maiorum [q] sapientia: qui sacra, qui cæremonias, qui auspicia & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis, suis posteris, prodiderunt. Est, est profectò illa vis: neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra ineſt quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non ineſt in hoc tanto naturæ, tam [a] præclaro motu. nisi [b] fortè idcirco esse non putant, quia non appāret, nec cernitur: perinde [c] quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua prouidemus, qua hæc ipsa agimus, ac dicimus, videre, aut planè, qualis, aut vbi sit, sentire possimus. Ea [d] vis, ea est igitur, quæ sæpe incredibileis huic vrbi felicitates, atque opes attulit: quæ illam perniciem exstinxit, ac sustulit: cui primùm mentem iniecit, vt vi irritare, ferróque lacessere fortissimum virum auderet, vincerétúrque ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatem, & licentiam sempiternam. Non est humano consilio, ne mediocri quidem, iudices, deorum immortalium cura, res illa perfecta. religiones [e] mehercule ipsæ, araéque, cùm illam belluam cadere viderunt, commouisse [f] se videntur, & ius in illo suum retinuisse. Vos [g] enim, Albani tumuli, atque luci, vos, Inquam imploro, atque obtestor, vósque Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi Rom. sociæ, & æquales, quas ille præceps amentia, cæsis, postratíque sanctissimis lucis, substructionū infanis molibus oppresserat: vestræ [h] tum aræ, vestræ religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat: túque ex tuo edito monte, Latialis [i] sancte Iupiter, cuius ille lacus [k], nemora, fineisque sæpe omni nefario stupro, & scelere maculārat, aliquando ad eum puniendum [l] oculos aperuisti: vobis illæ, vobis vestro in conspectu feræ, sed iustæ tamen, & debitæ pœnæ solutæ sunt. nisi fortè hoc etiam, casu factum esse dicimus, vt ante ipsum sacratium Bonæ deæ, quod est in fundo T. Sextij Galli, in primis honesti, & ornati adolescentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cùm prælium commisisset, primum illud vulnus acceperit [m], quo tætertimam mortem obiret: vt non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem pœnam reseruatus. Nec verò non éadem ita deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, vt sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exsequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, óblitus cruore, & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburetetur [n] etiam abiectus. non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas illi tætertimo parricidæ [o] aliquid décoris afferre, neque vllo in loco potius mortē eius lacerati, quàm in quo vita esset dānata. Dura mihi, medius fidius, iā fortuna populi Ro. & crudelis videbatur, quæ tot annos illū in hanc remp. insultare [p] videret, & pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones: senatus grauissima decreta perfregerat: pecunia [q] se palām à iudicibus redemerat: vexarat in tribunatu senatum: omnium ordinum consensu pro salute reip. gesta rescinderat: me patria expulerat: bona diripuerat: domum incenderat: liberos, coniugem meam vexauerat: Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat: magistratuum, priuatorúmque cædes effecerat: domum mei fratris incenderat: vastarat Etruriam: multos sedibus, ac fortunis eiecerat: instabat, vrgebat, capere [r] eius amentiā ciuitas, Italia, prouinciæ, regna non poterant: incidebantur iā domi leges, quę nos nostris seruis addicerent: nihil erat cuiusquā quod

à *al.* aut.*

b L. putatis potius factu rum fuisse.

c L. reuocare.

d L. interfector si esset: in confitendo ab his ne pœnam timeret, quos liberauisset? & ita Priscianus lib. 8. vt sit sensus, Pœnam Miloni non esse indicendā, cum enim interfecerit, quem interfectum, vel eorum qui in hac causa sedent iudicum Clodiū tolli, interfecerit.*

e Tyrannicidæ trucidati in Græcia

f L. propè ad immortalitatem & religione, & memoria cons.

g L. sed et ā ad supplicium rapi patiemini.

h Prædicatio hic plus nescio quid continet, quam confessio. Est enim prædicatio confessio non modò voluntaria, sed & cum affectatione laudis.*

h *L.* si factum

P. B.

i L. cuiquā *& ita v.c.*

k *L.* fuimus omnes in patr. *& ita v.c.*

l *L.* nam quę mihi ipsi tribuenda laus esset, cum

m *L.* qua Ahala

n Dijs fœlicitatem populi Romani asserit.*

o L. nisi qui nullam vim esse ducit, numénue diuinum:

p *al.* nostri

q *L.* maiorū nostrorum sap.

P. CXVIII.

a *L.* támque præcl.

b Deus in vniuerso & mens in corporibus nostris ineſſe dicitur, etiamsi neque deus neque animus cernatur,*

c *L.* proinde quasi

d *L.* Ea vis est igitur ipsa q.

e *L.* religiones mehercule ipsæ, quarum illam bell.

f *L.* cōmolse se vid.

g *L.* Vos enim iam Albani t.

h *al.* vestræ religiones viguerunt.*

i *L.* Latiaris sancte Iup.

Iupiter vero illo Latia rius sanguine humano colebatur, ve ste Festo in Oscillum. Alijs Latiaris dicitur, Dionysio Halicarnasseo lib. 4. Theophil. lib. 3. aduersus Ephes: Tatianus aduersus Græcos: Lactantius 1. c. 2. Iulius firmicus libro de errore profanarum religionum.*

k *L.* locos.

l *v.c.* pœnitendum

P. B.

m *L.* & *L. al.* percussor. vere.

n *L.* vere. tur abiectus

o *L.* parricidæ

p *L.* insultare pateretur.

q *L.* pecunia palām se à iud.

r 2 Ms.

quod quidem ille adamasset, quod non hoc anno suum fore putaret: obstabat eius cogitationib. nemo, præter [a] illũ Milonẽ ipsum, qui poterat obstare: Cn. Põpeiũ nouo [b] reditu in gratiã quasi deuinctum arbitrabatur: Cęsaris potentiam suã potentiã esse dicebat: bonorũ animos etiam in meo casu contemserat: Milo vnus vrgebat. Hîc dij immortales, vt suprà dixi, mentem [d] dederunt illi perdito, ac furioso, vt huic faceret insidias. aliter perire pestis illa non potuit: numquam illum resp. suo iure esset vlta. Senatus, credo, prætorem eum circũscripsisset. Ne cùm solebat quidem id facere in priuato eodem hoc, aliquid profecerat. An consules in prætore coercendo fortes fuissent? Primũ Milone occiso, habuisset suos consules. deinde quis [e] in eo prætore consul fortis esset, per quẽ tribunũ, virum consulatẽ crudelissimè [f] necatum [g] esse meminisset? omnia possideret, teneret: lege noua, quæ est inuenta apud eum cum reliquis legibus Clodianis, seruos nostros, libertos suos fecisset. postremò, nisi eum dij immortales in eam mentem impulissent, vt homo effæminatus fortissimũ virum conaretur occidere, hodie remp. nullam haberetis. An ille prætor, ille verò consul, si modò hæc templa, atque ipsa mœnia stare eo viuo tamdiu, & consulitum eius exspectare potuissent, ille denique viuus, mali nihil fecisset, qui [h] mortuus, vno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce, curiam incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, cõsilij publici, caput vrbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo Rom. concessam vni ordini, inflammari, exscindi, funestari: neque id fieri à multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab vno: qui cùm tantum ausus sit vltor pro mortuo, quid signifer pro viuo non esset ausus? In curiam potissimùm abiecit, vt eam mortuus incenderet, quam viuus euerterat. Et sunt qui de via Appia querantur, taceãt de curia? Ecquando [k] ab eo spirante forũ [l] potuisset defendi, cuius nõ restiterit cadaueri curia? Excitate [m], excitate eum, si potestis, ab inferis. frangetis impetũ viui, cuius vix sustinetis furias insepulti? nisi verò sustinuistis eos, qui cum facib. ad curiam cucurrerunt, cum [o] falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Cædi vidistis populum Ro. concionem gladiis disturbari, cùm audiretur silentio M. Cœlius, tribunus plebis, vir fortissimus, & in suscepta causa firmissimus, & bonorum voluntati, & auctoritati senatus deditus, & in hac Milonis siue inuidia, siue fortuna, singulari, diuina, & incredibili fide. ¶ Sed P. iam satis multa de causa: extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat, nisi vt orem, obtestẽrque vos, iudices, vt eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat: ego q autem, repugnante hoc, & imploro, & exposco? Nolite si in nostro omniũ fletu nullam lacrymam adspexistis Milonis: si vultum semper eundem, si vocem, si orationẽ stabilem, ac non mutatam videtis, hoc minùs ei parceuãdus magis. Etenim si in gladiatorio pugno, & in infimi generis hominum conditione, atq; fortunarum timidos & supplices, &, vt viuere liceat, obsecrantes, etiam odisse solemus: forteis, & ani-

[a] L. præter Milonem, illam ipsum, qui P.

[b] P. CXIX. L. nouo redita gr. & bi deuinctum arbitr.

[d] L. deleri hic quoque pariculam, etiam

[d] L. mentem illi perd. ac fur. dederunt vt huic f.

[e] L. quis in eo prætore fortis consul

[f] L. crudelissime vexarũ esse meminisse

[g] al. vexatũ, & sic Ant. Aug. ſi.

[h] v.c. dum moriuntur.

[i] al. ortis, &

[k] P. B. Et qui al. fort. Ecqui

[l] P. B. forum

[m] P. B. excitate

P. PERORATIO.

[n] Ergo etiã rogo.

A *mosos, & [a] se acriter ipsi morti offerenteis, seruare cupimus: eorúmque nos magu miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant: quanto hoc magu in fortissimis ciuibus facere debemus?* Me quidem, iudices, exanimant, & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assiduè, & quibus interfum quotidie. Valeant, inquit, valeant ciues mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc vrbs præclara, mihíque patria carissima, quoquo [b] modo merita de me etit. tranquilla rep. ciues mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen, perfruantur. ego cedam, atque abibo. si [c] mihi rep. bona frui non licuerit, at carebo mala: & quam primùm tetigero bene moratam, & liberam ciuitatem, in ea conquiescam. O frustra, inquit, suscepti mei labores! ô spes fallaces! ô cogitationes inanes meæ! Ego cùm tribunus pleb. rep. oppressa, me senatui dedissem, quem exstinctum acceperam: equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant: mihi vmquam bonorum præsidium defuturum putarem? Ego, cùm te (mecum enim sæpissimè loquitur) patriæ reddidissem, mihi [d] non futurum in patria putarem locum? Vbi nunc senatus est, quem secuti sumus? vbi equites Rom. illi, illi, inquit, tui? vbi studia municipiorum? vbi Italiæ voces? vbi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox [e], & defensio? mihíne ea foli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari? Nec verò hæc iudices, vt ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. negat enim, se, negat ingratis ciuibus fecisse, quæ [f] fecit: timidis [g], & omnia circumspicientibus pericula, non negat. plebem, & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce, fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vita vestra, se fecisse commemorat, vt non modò virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret: nec timet, ne, cùm plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in remp. singularibus. Senatus erga se beneuolentiam [h] temporibus his ipsis iæpe esse perspectam: vestras verò, & vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, *quemcumque i cursum [k] fortuna dederit*, secum se ablaturum esse dicit. Meminit etiam, sibi vocem præconis modò defuisse, quam minimè desideraret: populi verò cunctis suffragiis, quod vnum cupierit, se consulem declaratum. nũo denique, si [l] hæc arma contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. Addit hæc, quæ certè vera sunt, *forteu, & sapienteu viros non tam præmia sequi solere rectè factorũ, quàm ipsa rectè facta*: se nihil in vita, nisi præclarissimè fecisse, si quidem *nihil sit præstabilius viro, quam periculis patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus: nec tamen eos miseros, qui beneficio ciueu suos vicerint: sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium, gloriam [m]: esse hanc vnam, quæ breui tatem vitæ posteritatis memoria consolaretur: quæ efficeret, vt absentes adessemus, mortui viueremus: hanc denique esse, cuius [n] gradibus etiam homines in cælum videantur adscendere.* De me, inquit, semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur, nulla vmquam

[a] fort. & se acriter ipsos morti off.

P. CXX.

[b] L. quoquo modo erit merita de me tr.

[c] v.c. si me rep. bona

[d] L. mihi futurum in patria non putarem locum? & sic v.c.

[e] L. vox, atq. defensio?

[f] L. quæ fecerit:

[g] al. timentibus, & omn.

[h] v.c. beneuolentiam

[i] Sic Dido apud Virgilium 4. Aeneidos: vixi, & quem mi derat cursum fortuna pregi.

[k] al. casum P. B.

[l] v.c. si hæc contra se sint fut.

[m] locus de gloria.

[n] L. cuius gradibus etiã in cælum homines adscendere videantur. De me,

obmutescet vetustas. quin hoc tempore ipso, cùm omnes à [a] suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur, tamen omni in hominum cœtu, gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur. Omitto Etruriæ festos, & actos, & institutos dies. centesima [b] lux est hæc ab interitu P. Clodij: & [c], opinor, vltra, quàm fines imperij populi Ro. sunt, non solùm fama iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit. Quamobrem, vbi corpus hoc sit, non, inquit, laboro, quoniam omnibus in terris & iam versatur, & semper habitabit nominis mei gloria. Hęc tu mecum sæpe, his absentibus: sed iisdem audientibus, hæc ego tecum, Milo. Te quidem, quòd [d] isto animo es, satis laudare non possum: sed, quo est ista magis diuina virtus, eo maiore à te dolore diuellor. Nec verò, si [e] mihi eriperis, reliqua est illa tamen [f] ad consolandum querela, vt his iræsci possim, à quibus tātum vulnus accepero. non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non malè aliquando de me meriti, sed semper optimé. Nullum vm quam, iudices, mihi tantum dolorem inuretis (etsi quis potest esse tantus?) sed ne hunc quidem ipsum, vt obliuiscar, quanti me semper feceritis. quæ si vos cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis: cur non id meo capite potiùs luitur, quàm Milonis? Præclarè enim vixero, si quid mihi acciderit priùs, quàm hoc tantum mali videro. Nunc me vna consolatio sustentat, quòd [g] tibi, ô T. Anni, nullum à me amoris, nullum studij, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetiui: ego meum sæpe corpus, & vitam obieci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te supplicè abieci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum, in communionem tuorū temporum cōtuli: hoc denique ipso die, si qua vis est parata, si qua dimicatio capitis futura, deposco. Quid iam restat? quid [h] habeo, quod dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, nisi vt eam fortunam, quæcumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo: vósque obsecro, iudices, vt vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occasura [i] esse iubeatis. His lacrymis non mouetur Milo. est quodam incredibili robore [k] animi sæptus: *exsilium ibi esse putat, vbi virtuti non sit locus: mortem, naturæ finem esse, non pœnam.* Sit [l] hic ea mente, qua natus est. quid vos, iudices? quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis: ipsum eiicietis? & erit dignior locus in terris

a L. à tuis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciūtur, t. *Quidam* suis *interpretantur pro* eius*

b Sic Iuuenalis loquens de Mose & Iudeorum genti Cui septima quæque fuit lux Ignaua.*

c L. &, opinor, altera. vltrà quam fin.

d v. c. cùm isto animo es, *e fort.* si mihi eripieris,

f v. c. saltem P. CXXI.

g L. quòd tibi, T. Anni,

h L. quid habeo? quid faciā pro tuis, &c.

i L. occasura esse videatis.

k L. robore animi. exsilium, &c.

l L. Sed hic ex mente natus est. Quid? vos iudices, quo tandem animo eritis?

vllus, qui hanc virtutem excipiat, quàm hic, qui procreauit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinem [a] effudistis: vos in viri & in ciuis inuicti appello periculo, centuriones, vósque milites: vobis non modò inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur? exterminabitur? eiicietur [b]? O me miserum, ô infelicem! reuocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille seruasset? At in qua causa non potuisse? quæ est grata gentibus, à quibus non potuisse? ab iis, qui maximè P. Clodij morte acquierunt. quo deprecante? me. Quódnam [c] concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi, iudices, cùm illa indicia communis exitij indagani, patefeci, protuli, extinxi? omnes in me, meósque redundant [d] ex illo fonte dolores. Quid me reducem esse voluisti? an vt, inspectante me, expellerentur ij, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorem reditum esse, quàm fuerit ille ipse discessus. Nam quî possum putare me restitutum esse, si [e] distrahor ab iis, per quos restitutus sum? Vtinam dij immortales fecissent (pace tua, patria, dixerim: metuo enim, ne sceleratè dicam in te, quod pro Milone dicam piè) vt [f] P. Clodius non modò viueret, sed etiam prætor, consul, dictator esset [g], antequàm hoc spectaculū videre. O dij immortales! forte, & à vobis, iudices conseruandū virū. Minimè [h], inquit. immò verò pœnas ille debitas luerit: nos subeamus, si ita necesse est, nō debitas. Hiccine vir patrię natus, vsquā, nisi in patria morietur? aut, si fortè pro patria: huius vos animi monumēta reti nebitis: corporis in Italia nullū sepulchrū esse patiemini? hunc sua quisquā sententia ex hac vrbe expellet, quem omnes vrbes expulsum à vobis ad se vocabunt? O terram illā beatam, quæ hunc virum exceperit: hanc ingratam, si ieceritis: miserā, si amiserit. Sed finis sit. neque enim præ lacrymis iam loqui possum: & hic se lacrymis defendi vetat. vos oro, obtestórque, iudices, vt in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutē, iustitiam, fidē, mihi credite, is maximè probabit, qui in iudicibus legendis, optimum, & sapientissimum quemque lēgit [i].

a L. sanguinem profudistis. *Forma vet.*

b L. proiicietur?

c L. Quódnam ego concepi &c.

d L. redūdāt è fonte illo dolores.

e L. si distraharab

f L. vtinam P. Clodius

g L. esset potius, quàm hoc spectaculū videre. P. CXXII.

h L. Minimè, inquit, immò verò.

i v. c. elegit.

PRO C. RABIRIO [a]
POSTVMO.
ORATIO TRICESIMANONA.

SYNOPSIS.

Quæstio *An C. Rabirius repetundarum reus.* Accusator *Cn. Memmius*: Reus *C. Rabirius.* Patronus Rabirij, *Cicero.*

[b] EXO-DIVM.*

SIb QVIS est, iudices, qui C. Rabirium, quòd suæ fortunæ, fundatas præsertim, atque optimè cõstitutas, opes potestati regiæ [c], libidiníque commiserit, reprehendẽdum putet: adscribat ad iudicium suũ, non modò meam, sed huius etiam ipsius, qui commisit, sententiam. neque enim cuiquam eius consilium vehementiùs, quàm ipsi displicet. Quamquam *hoc plerumque* [d] *facimus, vt cõsilia euentu ponderemus: &, cui bene quid processerit, multum* [e] *illum prouidisse: cui secus, nihil* [f] *sensisse dicamus.* Si exstitisset in rege fides: nihil sapientius Postumo, quia fefellit rex: nihil hoc amẽtius dicitur: vt iam nihil esse videatur, nisi diuinare, sapientis. Sed tamen, si quis est, iudices, qui illam Postumi siue inanem spem, siue inconsultam rationem siue, (vt grauissimo verbo vtar) temeritatem, vituperandam putet, ego eius opinioni non repugno: illud tamen deprecor, vt, cùm ab ipsa fortuna crudelissimè videat huius consilia esse multata: nequid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet. *Satis est, homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere verò iacentem, aut præcipitantem* [g] *impellere, certè est in humanum:* præsertim, iudices, *cùm sit hoc genere hominum propè natura datum, vti, qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè, qui sunt eius stirpis, (quòd sermo* [h] *hominũ ad memoriam prodendam patrum virtute celebretur) cupidissimè persequantur.* siquidem nõ modò in gloria rei militaris Paullum Scipio, aut Maximum filius, sed etiam in deuotione vitæ, & in ipso genere mortis, imitatus est P. Decium filius [i]. Sint igitur *similia*, iudices, *parua magnis.* Fuit [k] enim, pueris nobis, huius pater C. Curius, [l] princeps ordinis equestris, fortissimus, & maximus publicanus: cuius in negotiis gerẽdis magnitudinẽ animi nõ tã homines probassent, nisi in eodẽ benignitas incredibilis fuisset: vt in augenda re non auaritię prædã, sed instrumentũ bonitati quęrere videretur. Hoc ille natus, quamuis patrẽ suũ numquã viderat, tamen & natura ipsa duce, quæ plurimũ valet, & assiduis domesticorum sermonib. in paternæ culpæ similitudinẽ deductus est. multa gessit: multa contraxit: magnas parteis habuit publicanorũ [m]: credidit populis: in pluribus prouinciis eius versata res est: dedit se etiã regibus: huic ipsi Alexãdrino grandẽ iam antea pecuniam credidit: nec interea locupletare amicos vmquã suos destitit, mittere in negotiũ, dare parteis augeren, fide sustẽtare. Quid multa? cùm magnitudine animi, tũ liberalitate, vitam patris, & consuetudinẽ expressĕrat. Pulsus interea regno Ptolemęus dolosis cõsiliis (vt dixit Sibylla, [o] sensit Postumus) Romã venit. huic [a] egenti, & rogãti hic infelix pecuniam credidit: nec tũ primùm. nã regnãti crediderat absens: nec temere se credere putabat, ꝙ erat nemini dubiũ, quin is in regnũ restitueretur à senatu, populoq; R. In dando autẽ, & credendo processit longiùs: nec suam solùm pecuniã credidit, sed etiam amicorum: stultè: quis negat? aut quis iã non admonet? quod malè cecidit, benè [b] consultum putares. Id est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id nõ exsequi vsq; ad extremũ. Supplex erat rex: multa rogabat: omnia pollicebatur: vt iam metuere Postumus cogeretur, ne, quod crediderat, perderet, si credẽdi constituisset modũ. nihil autẽ erat illo blãdius, nihil hoc benignius: vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. Hinc [c] primùm exoritur crimen illud: senatum corruptum esse dicunt. ¶ O [d] dij immortales! hæc [e] est illa exoptata iudiciorum seueritas? corruptores nostri causam dicunt: nos, qui corrupti sumus, non dicimus. Quid ego [f] senatum defendam hoc loco, iudices? omni equidem loco debeo. ita de [g] me est meritus ille ordo: sed ad nec agitur hoc tempore, nec cum Postumi causa res ista cõiuncta est. Quamquam ad sumtum itineris, ad illam magnificentiam apparatus, comitatũmq; regiũ, suppeditata pecunia à Postumo est, factæque syngraphę sunt in Albano Cn. Põpeij cùm ille Roma profectus esset: tamen nõ debuit is, qui dabat, quò ille, qui accipiebat, consumeret [h], quærere. non enim latroni, sed regi credidit: nec regi inimico populi Ro. sed ei, cuius reditum consuli [i] datum à senatu videbat: nec ei regi, qui alienus ab hoc imperio esset, sed ei, quicũ fœdus fieri in Capitolio viderat. Quòd *si creditor in culpa sit, non qui est improbè creditа pecunia vsus: damnetur ille, qui fabricatus gladium est, & vendidit, non is, qui illo gladio ciuem aliquem interemit.* Quamobrem neque tu, C. Memmi, hoc facere debes, vt senatum, cuius auctoritati te ab adolescentia dedisti, in tanta infamia versari velis, neque ego id, quod nõ agitur, defendere. Postumi enim causa, quæcumque est, seiuncta à senatu est. Quòd si itẽ à Gabinio seiunctam ostendero, certè quod dicas, nihil habebis. Est enim hęc causa, quo [k] ea pecunia peruenerit, quasi quædã appẽdicula causę iudicatę, atq; dãnatę. Sũt lites ęstimatę A Gabinio: nec [l] prędes datim, nec ex eius bonis, quãta summa litiũ fuisset, à populo recipiũ. Lex æqua est. Iubet lex Iulia [n] persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quã is ceperit, q dãnat [o] sit, peruenerit. Si est hoc nouũ in lege Iulia, sicuti multa sunt seueriùs scripta, q̃ in antiquis legib. & sãctiùs iudicata: sanè etiã cõsuetudo huius generis iudiciorũ, noua, sin hoc totidẽ

a L. ei egenti & rog.

b *Aut. Augustin.* id si bene cõsultum putares. *vt hanc sententiam videatur Cicero mutuatus ex prima Olympica.**

P. B.
c L. Hic primùm
d CONTENTIO.*
e *forè.* hæcine est illa *&* f *al.* ergo.*

g L. de me meritus est ille.

h *fort.* insimè rerct.

i L. consuli mandatum

k id est in qua quæritur quò ea pecunia peruenerat.*
l L. nec ab eo prædes dati, nec
m *al.* dari.*
n L. recepta. *al.* seruari. *vel* seruata. Recipere *verè* seu seruare pecuniam est à debito suo recuperare.*
Lex æqua est. *Sub. id, est* Num aliqua lex est.*
o Lex Iulia repetundarũ de qua in Digest. 5.

P. B. a Ita dictum à patre adoptionem illo verus pater esset. C. Curius eques Romanus.*

b *Vulgus abesse nata narandã putat.** c *fort.* multũ *vel* nimis. d *Vide* I vidisse dicamus

e *fort.* precipitantes sc.*

f *fort.* sermone hom. ad mem. prod. Patrum vir. celebr.

g EXHIBIT. i. testimonium præbet. vt. 4. Verr. dixit. & NARRATIO.* h L. C. Curius, pr.

i C. publico nomine. *al.* aug. ita legit Cuiacius. 10. obsequar. 25.*

k L. re augere. fœder. o vide Lucam 8.

verbis translatum caput est, quot fuit nó modò in Cornelia [a], sed etiam antè in lege Seruilia b: per deos immortaleis, quid agimus, iudices? aut quem hunc morem nouorum iudiciorum in remp. inducimus? Erat enim hæc consuetudo nota vobis quidem omnibus, sed, si *vsus magister est optimus*, mihi debet esse notissima. Accusaui de pecuniis repetundis: iudex sedi: prætor quæsiui: defendi plurimos. nulla pars, quæ aliquam facultatem dicendi afferre posset, non mea [c] fuit. ita contendo, neminem vmquam, Quo ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. ind litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuitatum. Itaque in [e] ferendis litibus adesse solebant, qui aliquid de se verebantur: &, cùm erant appellati: si videbatur, statim contrà dicere solebant. sin eius temporis recentem inuidiam pertimuerant: respondebant postea. quod cùm fecissent, permulti sæpe vicerunt. Hoc verò nouum est, ante hoc tempus omnino inauditum: in litibus, Postumi nomen est nusquam. in litibus dico? modò vos iidem in A. Gabinium iudices sedistis. num quis testis Postumum appellauit? testis autem? num accusotor? num denique tot [f] illo iudicio Postumi nomen audistis? Non igitur reus, ex ea causa, quæ iudicata est, redundat Postumus: sed est arreptus vnus eques Rom. de pecuniis repetundis reus. quibus tabulis? quæ in [g] iudicio à Gabinio recitatæ non sunt. quo teste? à quo tum appellatus nusquam est. qua appellatione? litium? in quâ Postumi mentio facta nulla est. qua lege? qua non tenetur. Hîc iam, iudices, vestri cõsilij res est, *vestræ sapientiæ: quid deceat vos, non, quantum liceat vobis, spectare debetis.* si enim, quid liceat, quæritis: potestis tollere è ciuitate, quem vultis. Tabella [k] est, quæ dat potestatem, occultat eadem libidinem. cuius [l] conscientia, nihil est, quòd quisquam timeat, si non pertimescat suam. *Vbi est igitur sapientia iudicij? In hoc, vt non solùm, quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet: nec, quantum sibi permissum, meminerit solum, sed [m] etiam, quatenus commissum sit.* Datur tibi tabella iudicij. qua lege? Iulia de pecuniis repetundis. quo de reo? de equite Romano. At iste ordo lege ea non tenetur. Illo, inquit, capite quod erat in Postumum, quòd in Gabinium iudex [n] esses, nihil Gabinio datum, cùm in eum lites æstimarentur. At nunc audio. reus igitur Postumus est ea lege, qua non modò ipse, sed totus etiam ordo solutus, ac liber est. Hîc ego nunc non vos priùs implorabo, equites Rom. quorum ius iudicio tentatur, quàm vos senatores, quorum agitur fides in hunc ordinem: quæ quidem cùm sæpe antè, tum in hac ipsa causa nuper est cognita. nam cùm, optimo, & præstantissimo consule, Cn. Pompeio, de hac ipsa quæstione referente, exsisterent nonnullæ, sed perpaucæ [o] tamen acerbæ sententiæ, quæ censerent, *vt [p] tribuni, vt præfecti, vt scribæ, vt comites omnes magistratuum, lege hac tenerentur*: vos, vos, inquam, ipsi, & senatus frequens restitit: &, quamquam tum, propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamẽ, cùm odium non restingueretis, huic ordini ignem nouum subiici non siuistis. Hoc animo igitur senatus. Quid? vos equites Romani, quid tãdem estis acturi? Glaucia [a] solebat, homo impurus, sed tamen acutus, populum monere, *vt, cùm lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet.* Si [b] esset dictator, consul, prætor, magister equitum: ne laboraret: sciret nihil ad se pertinere. sinautem, quicumque post hanc legem: videret, nequa noua quæstione alligaretur. Nunc vos, equites Rom. videte. scitis, me [c] ortum è vobis: omnia semper sensisse pro vobis: nihil horum sine magna cura, & summa caritate vestri ordinis loquor. alius alios homines, & ordines: ego vos semper cõplexus sum. moneo, & prædico: integra re, causaque denuntio. omneis homines, deósq; testor: dũ potestis, dum licet, prouidete, *ne duriorem vobis conditionem statuatis, ordini quem vestro, quam ferre possit.* serpet hoc malũ (mihi credite) longiùs quàm putatis. Potentissimo, & nobilissimo tribuno pleb. M. Druso, vnam in equestrem ordinem quæstionem ferenti, *si quis ob rem iudicatam pecuniam cepisset*: apertè equites Rom. restiterunt. Quid? hoc licere volebant? Minimè: neque solùm hoc genus pecuniæ capiendæ turpe, sed [d] etiam nefarium arbitrabantur. attamen ita dispu tabant: eos teneri legibus [e] oportere, qui suo [f] iudicio essent illam conditionem vitæ secuti. delectat amplissimus ciuitatis gradus, sella curulis, fasces, imperia, prouinciæ, sacerdotia, triumphi, denique imago ipsa, ad posteritatis memoriam posita. [g] est simul etiam sollicitudo aliqua, & legum & iudiciorum maior quidam metus. nos ista numquã contemsimus (ita enim disputabant) sed hanc vitam quietam, atque otiosam secuti sumus. *quæ quoniam honore caret, careat etiam molestia.* Tam es tu iudex, quàm ego senator. Ita est: sed tu istud petisti, ego hoc cogor. Quare aut iudici mihi non esse liceat, aut legem [h] lege senatoria non timere. Hoc vos, equites Ro. ius à patribus acceptum amittetis? moneo, ne faciatis. tapientur homines in hæc iudicia ex omni non modò inuidia, sed sermone maleuolorum, nisi caueris. Si [i] iam vobis nuntiaretur, in senatu sententias dici, vt his legibus teneremini: concurrendum ad curiam putaretis. si lex ferretur: conuolaretis ad Rostra. vos senatus liberos hac lege esse voluit: populus numquam alligauit: soluti huc conuenistis: ne constricti discedatis, cauete. nam si Postumo fraudi fuerit, qui nec tribunus, nec præfectus, nec ex Italia comes, nec familiaris Gabinij fuit: quónã se modo defendent posthac, qui vestri ordinis cum magistratibus nostris fuerint his causis implicati? Tu, inquit, Gabinium, vt regem [k] reduceret, impulisti. Non [l] patitur mea etiam fides de Gabinio grauiùs agere. quem [m] enim ex [n] tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. quocũ stante, si me Cn. Pompeij auctoritas in gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret. sed tamen, cùm ita dicis, Postumi impulsu Gabinium profectum Alexandriam: si defensioni Gabinij fidem non habes, obliuiscerisne etiam accusationis tuæ? Gabinius se id fecisse dicebat reip. causa, quòd classem Archelai timeret, quòd mare refertum fore prædonum putaret

a Fuit hæc lex Cornelia de repetundis.*

b Lex hæc Seruilia de repetundis lata a C. Seruilio Glaucia, qua inter cætera constitutum, vt comperendinari reo liceret. antea enim vel iudicar primo pote rat, vel amplius pronũtiari. Ante hãc vero Seruiliam fuit etiam Acilia * c *forte* omissa d L. in litibus autẽ æstimãdis

e L. in inferendis litib. ‖ *vel*, in litibus. *vel* æstimandis lit. bus.*

f *al.* toto illo in iudicio

P. B.

g L. in iudicio A. Gabinij rec.

h L. qua illatione litium ‖ *al.* qua æstimatione litium.*

i *al.* æstimatione.*

k de legibus Tabellariis aliàs dixi.

l L. cuius cõscientiam nihil

m *al.* sed & quatenus

n *al.* index.*

o *al.* paucæ

p Lege repetundarũ quę personę tenebantur.*

P. CXXV.

a Glauciæ meminit in Orat. pro C. Rabirio: & in Bruto, meminit & Valerius 3. c. 2.*

b Legum primi versus variis. Alij enim ita cõcepti. si dictator, si consul, vel si prætor: vel si magister equitum, vel quicũq; hanc legem.*

c Cicero & exfamilia & quæstri fuerit.*

d L. sed & nefarium,

e reprehendarum.*

f hoc est qui sua sponte contractũ.*

g L. prodita, *al.* prodẽdo.* P. B.

h *al.* aut legem senatoriam non timere.*

i Ordo equestris vel latus cederet, sua ruinis illis & legibus.*

k Proleptikon.*

l L. Non patitur mea fides vt & Valerium, quę diu gentiari sunt semper inter se tum duobus publicis iudiciis, rutatus est. 4. Valer. 2. Cicero ad Quintum fratrem. 3. familiar. 6. Quintil. 5. n Idem ferius 4. c. 2. de reconciliatione.*

putaret. lege etiam id sibi licuisse dicebat. tu inimicus negas. Ignosco: & eo magis, quòd est contra illud iudicatum. Redeo igitur ad crimen, & accusationem tuam [a]. Quid vocifera bare, decē millia talentūm Gabinio esse promissa? Huic videlicet perblandus reperiēdus[b] fuit, qui hominem, vt tu vis, auarissimum, exoraret, sestertiūm bis millies, & quadringenties ne magnopere contemneret. Gabinius illud, quoquo consilio fecit, fecit certè suo. quæcumque mens illa fuit, Gabini fuit. siue ille, vt ipse dicebat, gloriam: siue, vt tu vis, pecuniam quæsiuit: quæsiuit sibi. Num Gabinij comes, vel sectator? negat. non enim ad Gabinij, cuius id negotium non erat, sed ad P. Lentuli, clarissimi viri, auctoritatē, à senatu profectam, & consilio certo, & spe non dubia, Romam contenderat. At dicæcetes [c] fuit regius. Et quidem in custodia etiam fuit regia: & vita eius oblata pœnæ est. multa præterea, quæ libido regis, quæ necessitas cogebat ferre, pertulit. quarum omnium rerum vna reprehensio est, quòd regnum intrarit, quòd potestati se regis commiserit. verum si quærimus, stulté. quid enim stultius, quàm equitem Ro. ex hac vrbe, huius, inquam, reip. ciuem, quæ est vna maximè, & fuit semper libera, venire in eum locum, vbi parendum alteri, & seruiē dum sit? Sed ego in hoc tandem Postumo non ignoscam, homini mediocriter docto, qui [d] videam sapientissimos homines esse lapsos? Virum [e] vnum totius Græciæ facilè doctissimum, Platonem, iniquitate Dionysij, Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis, insidiisque esse versatum accepimus: Callisthenem, doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum: Demetrium & ex rep. [f] Athenis quā optimè digesserat, & ex doctrina nobilem, & clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodē isto Ægypti regno aspide ad corpus admota vita esse priuatum. *Planè confiteor, fieri nihil posse dementius, quàm scientem in eum locum venire, vbi libertatem sis perditurus.* sed huius iustius facti stultitiam, maior iam superior stultitia defendit: quæ facit, vt hoc stultissimum facinus, quòd in regnum venerit, quòd regi se commiserit, sapienter factum esse videatur. siquidem [g] *tam semper stulti quàm serò sapientes est, cum stultitia sua impedimus sit, quo modo possit, se expedire.* Quamobrem illud manear, & fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest: in quo æqui, speraſſe Postumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse se confitetur, quòd suam, quòd amicorum pecuniam regi crediderit cum tanto fortunarum suarum periculo. Hoc quidem semel suscepto, atque contracto, perpetienda illa fuerunt, vt se aliquādo ad suos vindicaret. Itaque obiicias licet, quàm voles sæpe, palliatum [h] fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis insignia. quoties eorum quippiam dices, toties vnum dices, atque illud, temere [k] hunc pecuniam regi credidisse: suas fortunas, atque famam libidini regiæ cōmisisse. Fecerat temerè: fateor: mutari [l] fas tum iam nullo modo poterat, aut pallium sumendum Alexandriæ, vt & [m] Romæ togato esse liceret: aut omnes fortunæ abiiciendæ, si togā retinuisset. Deliciarum causa, & voluptatis, non modò ciueis Ro. sed & nobileis adolescenteis, & quosdā etiam senatores summo loco natos, non in hortis, aut suburbanis suis, sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella [a] sæpe videmus. chlamydatum illum L. Syllam imperatorē: L. verò Scipionis, qui bellum in Asia gessit. Antiochúmq; deuicit, nō solùm cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuā videtis. quorum impunitas fuit non modò à iudicio, sed etiam à sermone. Faciliùs certè P. Rutiliū Rufum necessitatis excusatio defendet: qui cùm à Mithridate Mytilenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos[b], vestitus mutatione vitauit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentū fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis [c], prudentiæ, consularis homo soccos habuit, & pallium? Nec [d] verò ideò id homini tū quisquam, sed tempori assignandum putauit: Postumo crimen vestitus afferet is, in quo spes fuit, posse sese aliquādo ad fortunas suas peruenire? Nam, vt ventum est Alexandríam ad Auletem [e], iudices, hæc vna ratio à rege proposita Postumo est seruandæ pecuniæ, si curationem, & quasi dispensationem regiā susceperisset. id autem facere non poterat, nisi diœcetes: hoc [f] enim nomine vtitur, qui à rege esset constitutus. Odiosum negotium Postumo videbatur: sed erat nulla omnino recusatio. molestum etiā nomen ipsum: sed res habebat nomen hoc apud illos, nō hic imposuerat. oderat vestitum etiam illum: sed sine eo nec nomen illud poterat, nec munus tueri. Ergo aderat *vu* (vt ait poeta ille noster) *quæ summas frangit, infirmatq; opes.* Moreretur, inquies. nam id sequitur. Feciſſet certè, si sine maximo dedecore, tam impeditis suis rebus, potuisset emori. *Nolite igitur fortunam conuertere in culpam: neque regis iniuriam, huius crimen putare: nec consilium ex necessitate, nec voluntatem ex vi interpretari:* nisi fortè eos etiā, qui in hosteis, aut in prædones inciderint, si aliter quippiam coacti faciant, quàm liberè, vituperandos putes. Nemo nostrūm ignorat, etiam si experti non sumus, consuetudinem regiam. *Regum* [g] autem *hæc sunt imperia, Animaduerte, & dicto pare.* & præter [h] rogitatum si querare: & illæ minæ, *Si i te secundo [k] lumine hic offendero; moriere.* quæ non vt delectemur solùm, legere, & spectare debemus, sed vt cauere etiam, & effugere discamus. At ex hoc ipso crimen exoritur. ait enim, dum [l] Gabinio pecuniam Postumus cogeret [m] ex decumis imperatorum [n], pecuniam sibi coegisse. Non intelligo, hoc quale sit: vtrùm accessionem decumæ, vt nostri facere coactores [o] solent, centesimæ: an decessionem de summa fecerit, si accessionem vndecim millia talentūm ad Gabinium peruenerunt. At non modò abs te decem millia obiecta sunt, sed etiam ab his æstimata. Addo illud etiam: quī tandem cōuenit, aut tam graui onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentūm accessionem esse factam: aut in tanta mercede hominis, vt vis, auaritissimi, mille talentūm decessionem esse cōfessum? neque enim fuit Gabinij, remittere tantum de suo: nec [p] regis, imponere tantum pati suis. Aderunt testes, legati Alexandrini. hi nihil in Gabinium dixerunt. immò [q] hi Gabinium laudauerunt. Vbi ergo ille mos? vbi consuetudo iudiciorum? vbi exempla? soléne is dicere in eum, qui pecuniam redegit, qui in illum, cuius nomine ea

a *al.* cum mitrella, vt & Nizolius legisse videtur.*

P. CXXXII.

b id est Romanos.*

c L. sanctitatis, pr.

d L. Nec verò id hominitum q. & ita v.c.

e Ægypti regem.

f διοικητὴς curator & dispensator regiæ pecuniæ vt hic & paulo ꝛ.

g Regū Imperia, tyrannis.*

h L. Præterrogatum si loquare: & illam. *fort.* præter rogitatū ne loquere.

i Versus ex Euripidis Medea expressus Εἰ σ' ἡ πρὶν ἔστε λαμ- P. B. πὰς ὅλα τοῦ θεῦ, θανῆ. Hic autem versus Tullianus repetitur ꝛ. ad Atticum vlt.*

k id est secundo die.*

l *al.* cùm G. m. cogeret ex decumis imperatis,

n *al.* imperatis.*

o Coactores quorum officium pecuniā cogere & recipere.*

p L. neque regis

q L. imma ꝛ. Gab.

a *al.* quam: qui vocifer. d. mal. Gab. P. CXXVI. esse promissa is.

b *al.* requirēdus.*

c διοικητὴς quid ꝛ. post paulo dicet.*

d *al.* in quo videam.

e Exempla eorum qui in eum locū ve nerunt vbi libertatem seire bant facile se perdituros.* f L. & ex rep. Athenienſi, quam opt. *al.* & ex rep. Athenienſem, quam opt. P. B.

g L. siquidē tam non sem per stulti, quàm

h Togam & vestitum qui dem è Roma alit interdum vel integrē vel mutatū: vel mutatis Romano alijs abhorruerit. vt hic Pallium Postumus: nobiles quidam cum vestitus Syllæ, chlamydati Scipio Asiaticus, cum crepidibus ia. P.* i *al.* atque idem.

k Temere pecunia credita regibus fit. l L. factum mutari. m *al.* et.*

pecunia redigeretur, nõ dixerit? Age, si is, qui non dixit, solet: eiámne is solet, qui laudauit? iisdem testibus, & quidem non productis, sed dictis [a] testium recitatis, quasi præiudicata res ad has causas deferri solet? Et ait etiam meus familiaris, & necessarius, eandem causam Alexandrinis fuisse, cur laudarent Gabinium, quæ mihi fuerit, cur eundem defenderem. Mihi, C. Memmi, causa defendendi Gabinij fuit reconciliatio gratiæ. *neque me verò pœnitet mortaleu inimicitias, sempiternas amicitias habere* b. nam si me inuitum putas, ne Cn. Pompeij animum offenderem, defendisse: causam [c], & illum, & me vehementer ignoras. neque enim Pompeius me sua causa quidquam facere voluisset inuitũ: neq; ego, cui omnium ciuium libertas carissima fuisset, meam proiecissem. Quamdiu inimicissimus Gabinio fui, non d amicissimus mihi non Pompeius fuit: nec, postea quàm illius auctoritate eam dedi veniam, quam debui, quidquã simulaui, ne eam mea perfidia illi etiam ipsi facerem, cui beneficium dedissem, iniuriam. nam non redeundo in gratiam cum inimico, non violabam Pompeium. si per eum reductus insidioſè rediissem: me scilicet maximè, sed proximè illum quóque fefellissem. At de me omittamus: ad Alexandrinos istos reuertamur. Quod habẽt os? quam audaciam? modò, vobis inspectantibus, in iudicio Gabinij tertio quoque verbo excitabantur. negabant, pecuniam Gabinio datam. recitabatur idem Pompeij testimonium: regem ad se scripsisse, nullam pecuniam Gabinio, nisi in rem militarem, datam. Non est, inquit, tum Alexandrinis testibus creditum. Quid e? postea creditum? non. f quamobrem? quia nunc aiunt, quod tunc negabant. Quid g ergo? *ista conditio est testium, vt, quibus creditum non sit negantibus: iisdem credatur dicentibus?* At, h si verum tum, cùm verissima fronte dixerunt: nunc mentiuntur, si tunc mentiti sunt: doceant nos verum. Quid i vultis? fileant [k], dicere audiebamus, Alexandriam nunc cognoscimus, illinc omnes præstigiæ, illinc inquam, omnes fallaciæ: omnia denique ab his numerorum l argumẽta nata sunt. nec mihi longius quidquam est, iudices, quàm videre hominum vultus. Dixerunt hîc modò nobiscum ad hæc subsellia quibus supercilijs renuentes huic decem millium crimini iam nostris insulsitatem Græcorum. humeris gestum agebant. tum temporis, credo, cauta: nunc scilicet cẽpus nullũ est. *Vbi semel quis peieranerit, ei credi postea, etiamsi per plureu deos iurer, non oportet:* præsertim, iudices, cùm in his iudiciis, ne locus quidem nouo testi soleat esse: ob eámque causam iidem iudices retineantur, qui fuerint de reo: vt his nota sint omnia, neque quid fingi noui possit. Lites, quò ea pecunia peruenerit, non suis propriis iudiciis, sed in reum factis condemnari solent. Itaque si aut prædes dedisset Gabinius, aut tantum ex eius bonis quanta summa litium fuisset, populus recepisset [m]: quamuis magna ad Postumum ab eo pecunia peruenisset, non redigeretur: vt intelligi facilè possit, quod ex [n] ea pecunia ad quem eorum, qui damnatus est, peruenisse in illo primo iudicio planum factum sit, id hoc genere iudicij redigi solere. Nunc verò quid agitur? vbi terrarum fumus? quid tam insolens, tam peruersum, præposterúmve dici, aut excogitari potest? Accusatur is, qui non abstulit à rege, sicut Gabinius iudicatus est: sed qui maximã regi pecuniam credidit. Ergo is Gabinio dedit, qui [a] non huic reddidit. Iam cedò, cùm is, qui pecuniam Postumo debuit, non huic, sed Gabinio dederit: condemnato Gabinio, vtrùm illi eam pecuniam reddidit, an etiam nunc debet? At habet, & celat. sunt enim qui ita loquantur. Quod genus tandem est istud ostentationis, & gloriæ? Si nihil habuisset vmquam, tamen, si quæsisset, cur [b] is dissimularet habere, causa nõ esset. qui verò duo lauta, & copiosa patrimonia accepisset, rémque præterea bonis, & honestis rationibus auxisset: quid esset tandem causæ, cur existimari vellet nihil habere? An, cùm credebat inductus vsuris, id agebat, vt haberet quamplurimum: posteaquàm exegit quod crediderat, vt existimaretur egere, nouum genus hoc gloriæ concupiscit? Dominatus est enim, inquit, Alexandriæ. Immò verò in superbissimo dominatu fuit: pertulit ipse custodiam: vidit in vinculis familiareis suos: mors ob oculos sæpe versata est: nudus, atque egens ad extremum fugit è regno. At permutata aliunde [c] pecunia est: ductæ naues Postumi Puteolis sunt: auditæ, visæque merces. Fallaces [e] quidem, & fucosæ, chartis, & linteis, & vitreo [f] delatæ [g]: quibus cùm multæ naues refertæ fuissent, vna [h] non patuit parua, & arcta. Plus ille Puteolanus sermo illius temporis, vectorúmque cursus, atque ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos Postumi nomen propter opinionem pecuniæ nescio quam, æstatem i vnam complureis aureis refersit istis sermonibus. ¶ Verum [k] autem, iudices, si scire vultis: nisi C. Cæsaris summa in omneis, incredibilis in hunc eádem liberalitas exstitisset, nos hunc Posthumum iamprídem in foro non haberemus. Ille onera multorum huius amicorum excepit vnus: quæque multi homines necessarij secundis Postumi rebus descripta sustinuerunt, nunc eius afflictis fortunis vniuersa sustinet. Vmbram equitis Rom. & imaginem videtis, iudices, vnius amici conseruatam auxilio, & fide. nihil huic eripi potest, præter hoc simulacrum pristinæ dignitatis, quod Cæsar solus tuetur, & sustinet: quæ quidem, in miserrimis rebus, huic tamen tribuenda est maxima. nisi verò hoc mediocri virtute effici potest, vt tantus ille vir tanti l ducat hunc: & afflictum præsertim, & absentem, & in tanta fortuna sua, vt aliena respicere magnum sit: tanta [m] oppugnatione maximarum rerum, quas gerit, atque gessit, vt vel obliuisci aliorum non sit mirum: vel, si meminerit, oblitum [o] esse, facilè possit probare. Multas equidem C. Cæsaris virtutes, magnas, incredibilesque cognoui. sed sunt ceteræ maioribus quasi theatris propositæ, & pænè populares: *castra [o] locum capere, exercitum instruere, expugnare vrbem, aciem hostium profligare: hanc vim frigorum, hiemẽmque, quam nos vix huius vrbis rectis sustinemus, excipere: hu ipsis diebus hostem persequi, tum, cùm etiam fere latibulis se tegant, atque omnia bella iure gentium conquiescant.* sunt ea quidem magna: quis negat? sed magis excitata sunt præmiis ad memoriam hominum sempiternam. quo minùs admirandũ [p] est, eum facere illa, qui immortalitatem

a Dicta testium testimonia.*

b *fort.* gerere c *al.* & causam. & illum P. CXXVIII. d L. non amicissimus mihi Pompeius non fuit. e L. Quid postea creditur quamobrem? qu a &c.

f hanc vocẽ delet Pantagathus.*

g L. Quid? ergo ista conditio est testium, vt, quib cred. h L. At, si verum dixerit tum, cùm verissima fronte dixerunt: nunc ment.

i *al.* dicunt, audiebamus* k L. Quid multa? aut fileant, aut verum dicant. Audiebamus Alexandriam nunc cognoscimus. ‖ *vet.* Quid nullis, aut fileant, aut differ verum discant* l L. minorũ argumẽta n. *fal.* venenorum quod ἀγχόνια φάρμακα & ἀγχόνιστι proverbium Græcum celebre fit.*

m p. 8. m *fort.* redegisset: ‖ *al.* à populo recepta *vel* redacta *vel* recuperasset, *vel* r. cuperat.* n L. ex ea pecunia, quam ex peritis, qui damnatus est peruenisse &c. ‖ *& ita quoque Iacobus Cuiacius legit. Pantagathus non ita,* ex ea pecunia quam is reperit qui damnatus est, ad quem quã peruenisse in illo primo iudicio planũ factum sit, in hoc genere iudicium redigi solere.*

a L. qui huic non reddidit.

b L. cur is dissimularet se habere.

P. CXXIX. c l. al quando pec. d b. audiæ naues Post. e L. Fallaces inquit, & fucosæ.

f *al.* nitro.* g L. celatæ: h L. vna non paruit parua. Cataplus ille Puteolanus; sermo illius temporis ve ro Cataplus denauigatio ad portum ex anagoge in adium frumentarias quibus ego multis locis memini. leg 4. §. fi. de officio proconsul & legat.* i L. ætatem vnam. nõ plureis, aureis ref.

k PERORA TIO.*

l L. tanti hic est hunc & alia. m L. & in ea ta occupato nus. n fort. oblitus se. illo facile &c.

o tempestatis vbinam.* p P.

p *al.* mirãdam &c.

tatem concupiuerit. Hæc mira laus est, quæ non poetarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. Equitem Rom. veterem amicum suum, studiosum, amantem, observantem sui, non libidine, non turpibus impensis cupiditatum, atque iacturis, sed experientia patrimonij amplificandi, labentem excepit, corruere non siuit, fulsit & sustinuit, re, fortuna [a], fide: hodieque sustinet: nec amicum pendentem corruere patitur: nec illius animi aciem perstringit [b] splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus obstat altitudo fortunæ, & gloriæ. Sint sanè illa magna, quæ re vera magna sunt. de iudicio animi mei, vt volet, quisque sentiat. ego enim *hanc in tantis opibus, tanta fortuna, liberalitatem in suos, memoriam amicitiæ, reliquis virtutibus omnibus antepono.* Quam quidem vos, iudices, in nouo genere bonitatem inusitatam claris, ac præpotentibus viris, non modò non aspernari, ac refutare, sed complecti etiam, & augere debetis: & eo magis, quòd videtis, hos quasi sumtos dies ad [c] labefactandum illius dignitatem: ex qua illi nihil detrahi potest, quod non aut fortiter ferat, aut facilè restituat. amicissimum hominem si honestate spoliatum audierit: nec sine magno dolore feret, nec id amiserit, quod [d] posse sperat recuperari. Satis multa hominibus non iniquis hæc esse debent: nimis etiam multa vobis, quos æquissimos esse confidimus. Sed, vt omnium vel suspicioni, vel maleuolentiæ, vel crudelitati satis fiat, occultat pecuniam. Postumus, latent regiæ diuitiæ. Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirij Postumi *nummo [e] sestertio sibi addici velit?* Sed, miserum me, quanto hæc dixi cum dolore! hem, Postume, túne es Curij [f] filius, C. Rabirij iudicio [g], & voluntate filius, natura fororis filius? túne ille in omneis tuos liberalis? cuius multos bonitas locupletauit? qui nihil profudisti? nihil vllam in libidinem cõtulisti? tua, Postume, nummo sestertio à me addicuntur [h]? O meum miserum, acerbumque præconium! At hoc etiam optat miser, vt condemnetur à vobis: ita bona veneant, vt solidum suum cuique soluatur. nihil iam aliud nisi fidem curat: nec vos huic, si iam obliuisci vestræ mãsuetudinis voluerit is, quidquam præterea potestis eripere. quod, iudices, ne faciatis, oro, obtestorque vos, atque eo magis, si aduentitia [i] pecunia petitur ab eo, cui sua non redditur. nam in eum, cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est. Sed iam, quoniam, vt spero, fidem, quam potui, tibi præstiti, Postume, reddam etiam lacrymas, quas debeo. quas quidem ego tuas in meo casu plurimas vidi. versatur ante oculos luctuosa nox meis omnibus, cùm tu tótum te cum tuis copiis ad me detulisti. tu comitibus, tu præsidio, tu etiam tanto pondere auri, quantum rempus illud postulabat, discessum [k] illum sustentasti: tu numquam meis, me absente, liberis, numquam coniugi meæ defuisti. Possum excitare multos reductos [l] testeis liberalitatis tuæ: quod sæpe audiui patri tuo, qui id fecisset, magno adiumento in iudicio capitis fuisse. sed iam omnia timeo: bonitatis ipsius inuidiam reformido. iã iudicat tot hominum fletus, quàm sis carus tuis: & me dolor debilitat, includitq; vocem. Vos obsecro, iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vmquam fuit, nomẽ equitis Ro. & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri, atque in hoc foro vestigiũ facere liceat: quod ipsum fortuna eripuerat, nisi vnius amici opes subuenissent.

a L. fortunis

b L. præfinit splendor suum.

c al. adlabefactandã ill. d L. quod spe recuperari. e Nummo sestertio plerique bonis debitoris sui addicebant, vt is crederibus faceret. f L. Curij g Adoptiui iudicio & voluntate fili.

h fort. addicuntur?

i Aduentitia pecunia cui opponitur sua. est igitur non propria, extranea, vt 2. de inuentione.*

k al. discessũ

l al. rel. testes* m L. interciduitque uocem.

P. B.

PRO M. MARCELLO.

ORATIO QVADRAGESIMA.

SYNOPSIS.

Quæstio *An Cicero Cæsari gratias agere debeat pro M. Marcello restituto: cùm is in perpetuum tacere statuerit. Et vero, idque verbis amplissimis, gratias hic agit Cicero.*

DIVTVRNI [a] silentij, P. C. quo erã his temporibus vsus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit: idémque initiũ, quæ vellem, quæque sentirem, meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam, inauditámque clementiam, tantum in summa potestate, rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam, ac pænè diuinam, tacitus nullo modo præterire possum. M. enim Marcello vobis, P. C. reique pub. reddito, non [b] solùm illius, sed meam etiam vocem, & auctoritatem, & vobis, & [c] reip. conseruatam, ac restitutam puto. Dolebã enim, P. C. & vehementer angebar [d], cùm viderem, virũ talem, qui [e] in eádem causa, in qua ego, fuisset, non in eárdem esse fortuna: nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in [f] vestro veteri curriculo, illo æmulo, atq; imitatore studiorũ, ac laborum meorũ, quasi quodã socio [i], à me, & comite distracto. Ergo & mihi meæ pristinæ vitę consuetudinẽ, C. Cęsar, intercłusam aperuisti, & his omnib. ad bene de [k] omni rep. sperandũ, quasi signũ aliquod sustulisti. Intellectum est enim mihi quidem in multis, & maximè in me ipso, sed paullo [l] antè in omnibus, cùm M. Marcellum senatui [m], populóque Rom. & reip. concessisti, commemoratis præsertim offensionibus, te auctoritatem huius ordinis, dignitatémque reip. tuis [o] vel doloribus, vel suspicionibus anteferre. Ille quidem fructum omnis antè actæ vitæ hodierno die maximum cepit, cùm summo consensu senatus, tum [p] præterea iudicio tuo grauissimo, & maximo: ex quo profectò intelligis quanta in dato beneficio sit laus, cùm in accepto tãta [q] sit gloria. Est [r] verè fortunatus ille, cuius ex salute non minor

a Vide non iniquam illius, & meam ui. crem, ut e adde reip. restituram P. Angebar, vbum tacem qui. ccum in f Accusat. di ſpraegi- hac. Mihi per ſondere pote t. m. nostro L. nostro ſ. ſ. ſ.

pænè ad omneù, quàm ad illum venturaſit, lætitia peruenerit [a]. Quod [b] ei quidem meritò [c], atque optimo iure contigit. quis [d] enim eſt illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarùm artiũ ſtudio, aut innocentia, aut [e] vllo genere laudis præſtantior? ¶ Nullius [f] tãtum eſt flumen ingenij, nulla [g] dicendi, aut ſcribendi tanta vis, tantáq; copia, quæ non dicã exornare, ſed enarrare, C. Cæſar, res tuas geſtas poſſit. tamen [h] hoc affirmo, & hoc pace dicã tua, nullam in his eſſe laudem ampliorem, quàm eam, quã hodierno die conſecutus es. Soleo ſæpe ante oculos ponere, idq; libẽter crebris vſurpare ſermonibus: omneis noſtrorũ imperatorum, omneis exterarum gentium, potentiſſimorũmque populorum, omneis [i] clariſſimorum regum res geſtas cum tuis nec cõtentionum magnitudine, nec numero prælio rum, nec varietate regionũ, nec celeritate conficiendi, nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri. nec verò diſiunctiſſimas terras citiùs cuiuſquã paſſib. potuiſſe peragrari, quàm tuis non dicam curſibus, ſed [k] victoriis illuſtratæ ſunt. Quæ quidem ego niſi ita [l] magna eſſe fateár, vt ea vix cuiuſquam mens, aut cogitatio capere poſſit, amens ſim: ſed tamen ſunt alia maiora. nam *bellicas laudes ſolẽt quidam extenuare verbo, easq; [m] detrahere ducib. communicare cum militibus [n], ne propriæ ſint imperatorum. & certè in armis, militum virtus, locorum oportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multum iuuant. maximam verò partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi vindicat: &, quidquid [o] eſt proſperè geſtum, id pæne omne ducit [p] ſuum.* At verò huius gloriæ, C. Cæſar, quam es paullo antè adeptus, ſociũ habes neminẽ, totũ hoc, quantumcumq; eſt, quod certè maximum eſt, totũ [q] eſt, inquam, tuũ. nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. quin etiam illa [r] ipſa rerum humanarum domina, Fortuna, in [s] iſtius ſe ſocietatem gloriæ nõ offert: tibi cedit [t]. tuam [u] eſſe totam & propriam facetur. *num quam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec [x] ad conſilium caſus admittitur.* Domuiſti gẽteis immanitate barbaras, multitudine innumerabileis, locis infinitas, omni copiarum genere abundanteis: ſed tamen ea viciſti, quæ & naturam, & [z] conditionem, vt vinci poſſent, habebant. *nulla eſt enim tanta [a] vis, tanta copia, quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangique poſſit.* verùm [b] *animũ vincere, iracundiam cohibere, victoriam [c] temperare, aduerſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem, non modò extollere iacentem, ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem: hæc [d] qui faciat [e], non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed [f] ſimillimum deo iudico.* Itaque, C. Cæſar, bellicæ tuę laudes celebrabuntur illę quidem non [g] ſolùm noſtris, ſed pænè omnium gentium [h] litteris, atque linguis: neque vlla vmquam [i] ætas de tuis laudibus conticeſcet. Sed tamen eiuſmodi res, neſcio quomodo, etiã [k] dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur, & tubarum ſono. At verò cùm aliquid clementer, manſuetè, iuſtè, moderatè, ſapienter factum, *in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in victoria, quæ natura inſolens, & ſuperba* eſt [l], aut audimus, aut legimus: quo [m] ſtudio incendimur, non modò in geſtis rebus, ſed etiam in fictis, vt eos ſæpe, quos nunquam vidimus, diligamus? Te verò, quem præſentem intuemur, cuius mentem, ſenſúſque [a], & [b] os cernimus, vt, quidquid belli fortuna reliquum reip. fecerit, id eſſe ſaluum velis, quibus laudibus efferemus? quibus ſtudiis proſequemur? qua beneuolentiã complectemur? Parietes, medius fidius, C. [c] Cæſar, vt [d] mihi videtur, huius curiæ, tibi gratias agere geſtiunt, quòd breui tempore [e] futura ſit illa auctoritas in his maiorum ſuorum, & ſuis ſedibus. Equidem cùm C. Marcelli, viri optimi, & cõmemorabili pietate, ac [f] virtute prædicti lacrymas modò vobiſcum viderem, omnium Marcellorum meũ pectus memoria effõdit [g]. quibus tu etiam mortuis, M. Marcello conſeruato, dignitatem ſuam redidiſti, nobiliſſimámque familiam, iam ad paucos redactam, pænè ab interitu vindicaſti. Hunc [h] tu igitur diem tuis maximis, & innumerabilibus gratulationibus iure antepones [i]. hæc enim res vnius eſt propria [k] Cæſaris: ceteræ duce te geſtæ, magnæ illæ quidem, ſed tamen multo, magnóque comitatu. huius autem rei tu [l] idẽ es & dux, & comes: quæ quidem tanta eſt, vt trophæis, monumentiſque [m] tuis nulla [n] vmquam allatura ſit finem ætas. *Nihil enim eſt opereo, aut [p] manu factum, quod [q] aliquando non conficiat, & conſumat vetuſtas.* At [r] verò hæc tua iuſtitia, & lenitas animi floreſcet quotidie magis, ita [s], vt, quantum operibus tuis diuturnitas detraher, tantum afferat laudibus. Et ceteros quidem omneis [t] victores bellorum ciuilium, iam [u] antè æquitate, & miſericordia viceras: hodierno verò die *te [x] ipſum viciſti.* Vereor, vt hoc quod dicam, non perinde intelligi [y] auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. ipſam victoriam viciſſe videris, cùm [z] ea ipſa, quæ illa erat adepta, victis remiſiſti. nam cùm ipſius [a] victoriæ conditione iure omnes victi occidiſſemus, clementię tuę iudicio conſeruati ſumus. Rectè igitur *vnus inuictus es, a quo etiam ipſius victoriæ conditio, viſque deuicta eſt.* Atque hoc C. Cæſaris iudicium, P. C. quàm latè pateat, attendite. omnes enim, qui ad illa arma fato ſumus [b] neſcio quo reip. [c] miſero, funeſtóque compulſi, etſi aliqua culpa tenemur erroris humani, à ſcelere certè liberati ſumus. nam cùm M. Marcellum, deprecantibus vobis [d], reip. conſeruauit: memet mihi, & item reipub. nullo deprecante, reliquos ampliſſimos viros, & [e] ſibi ipſis, & patriæ reddidit: quorum & frequentiam, & dignitatem hoc ipſo in conſeſſu videtis: non ille hoſteis induxit in curiã, ſed iudicauit, à pleriſque ignoratione potiùs, & falſo, atque inani metu, quàm cupiditate, aut crudelitate ciuile bellum eſſe ſuſceptũ. quo quidem in bello *ſemper de [f] pace agendum, audiendumq; [g] eſſe putaui, ſemperq; dolui non modò pacem, ſed orationem etiam ciuium, pacem eſſe flagitantium [h], repudiari.* neque enim ego illa, nec vlla vmquam ſecutus ſum arma ciuilia, ſemperque mea *conſilia, pacis, & togæ ſocia, nõ belli, atque armorum* fuerunt. hominem ſum ſecutus priuato officio, non publico: tantúmque apud [k] me grati animi fidelis memoria valuit, vt [l] nulla non modò cupiditate, ſed neſpe quidem, prudens & ſciens, tamquam ad interitum ruerẽ voluntarium. Quod quidem

a al. peruenerit quod quidẽ ei merito*
b v.c. Quod quidẽ ei me.
c fort. meritiſſimò, atque
d al. quis enim illo aut nobilitate?*
e v.c. aut vllo laudis gen.
f LAVS Cæſaris.*
g v.c. nulli dicendit.
h al. tamen affirmo.*
i ſic v.c. vnus-uſquiſq; omneis regũ clariſſimorũ res geſt. & ita I.
k L. ſed victorias luſtra æ ſunt & ita v.c. duo.
l al. tam.*
m v.c. eas detrab.
n al. multis, & ita v.c. duo
o v.c. quidquid proſperè geſtum eſt
P. CXXXII.
p al. dicit
q al. totum, inquã, eſt tuũ
r v.c. ipſa il.
ſ v.c. in iſtius ſocietatẽ gloriæ ſe nõ off.
t al. concedit.*
u v.c. tuam ſe eſſe totam & c. non pl.
x v.c. neq; ad
y al. ea tamẽ viciſti,
z v.c. vnus, & conditio. quã vinci p.
a L. tãta vis, quæ non ferro & viribus & ita duo v. c. al. nulla eſt enim tanta copia, tanta vis, quæ nõ I.
b duo v.c. nõ habẽt. verùm
c al. victoriæ temperare, al. victę temperare, & ita vnus v.c.
d ταῦτὸ δὲ ἀνὴρ.*
e al. facit.*
f v.c. vnus nõ habet paniculam, ſed.
g al. neque ſolùm & ita v.c. vnus.
h al. gentiũ linguis atque litteris.
i al. vſquã.*
k al. etiã dũ leguntur. ob. al. etiã cùm leguntur ob.
l L. en, audimus aut legimus, no ſtud. al. eſt, & audimus, & legimus al. eſt. audiamus, & legm fort. eo it.

a v.c. vnus ſenſúmque
b al. eos*
c v.c. duo non habent, C. Cæſar,
d L. vt mihi videtur.
e al. tempore illa futura ſit auctoritas
f v.c. res non habent, nec virtute
g v.c. res ei fudit al. effudit. memoriã omnes
h al. Hunc tu diem t.
i al. antepones.
k al. proprię Cæſ. ſed. propria C. Cæſaris,*
l L. tu idem & dux es, &
m L. monumentiſq; tuis nonnulla alia tura ſit finem ætas. ll. al. & monumenta tuis finem al. latura ſit ætas.*
n al. aliquando nonnulla allatura ſit & ita v. c. duo. Virgilius, Vtr
o L. opera
p al. & q. al. quod non aliquando conficiat.*
r L. At hæc tua iuſt. al. At vero tua iuſtit.
P. CXXXIII.
ſ al. ita q.
t v.c. vnus
u al. ita ea
x L. te ipſe viciſti, vere
y al. ſenſu
z v.c. non casque illa c
a Les victoris & victi.*
b al. ſumus.
c v.c. populi Ro.
d al. nobis.
e L. & ſibi ipſis
f L. de pace ſemper audiendum putauit & ita v. c. al. audiendum putauit. & ſtagi
h al. & ſtagnantium.*

i L. ſum ſecutus ar. & ita v.c. k Grati animi memoria plurimum apud nos valere debet.* l Cupiditas ac ſpes nulla tantum eſſe debet, vt prudentes ac ſcientes ad interitum ruamus voluntarium.*

meum cõsilium minimè obscurum fuit nam &in hoc ordine,integra re,multa de pace dixi,& in ipso bello eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo erit tam iniustus rerum æstimator qui dubitet quæ Cæsaris voluntas de bello fuerit,cùm pacis auctores conseruandos stato censuerit,ceteris fuerit iratior. Atque id minùs mirum videretur fortasse tum,cùm esset *incertus exitus, & anceps fortuna belli qui verò victor,pacis auctores diligit. profectò declarat sibi maluisse nõ inimicare,quàm vincere.* Atque huius quidem rei M. Marcello sum testis nostri enim sensus, vt in pace semper,sic tum etiam in bello congruebant. Quo ties ego eum & quãto cum dolore vidi, cùm insolentiam eorum hominum, tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem quo gratior tua liberalitas,C. Cæsar,nobis,qui illa vidimus,debet esse non enim iam causæ sunt inter se,sed victoriæ comparandæ. Vidimus tuam victoriam,præliorum exitu terminatam,gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus,quos amisimus ciueis,eos Martis perculit,non ira victoriæ: vt dubitare debeat nemo,quin multos,sibi fieri posset,C Cæsar *ab inferis excitaret*,quoniam ex eâdem acie conseruat,quos potest. Alterius verò partis,nihil amplius eo dicam,quàm id quod omnes verebamur,nimis iracundam futuram fuisse victoriam. Quidam enim non modò armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur.nec quid quisq.sensisset,sed vbi fuisset,cogitandã esse dicebant,vt mihi quidem videantur dij immortales, etiam si pœnas à populo R.ob aliquod delictum expetuerunt, qui ciuile bellum tantum, & tam luctuosum excitauerunt vel placati iam, vel etiam satiati aliquando, omnem spem salutis ad clementiam victoris.& sapientiam contulisse. Quare gaude tuo isto tam excellenti bono: & fruere cùm fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis: ex quo quidem maximus est fructus,iucunditásque sapienti. Cætera cùm tua recordabere,etsi perspæpe virtuti tamẽ plurimumque felicitati tuæ congratulabere. de nobis,quos in republica tecũ simul saluos esse voluisti quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis,toties de incredibili liberalitate,toties de singulari sapientia tua cogitabis. quæ non modò summa bona. sed nimirũ audebo vel sola dicere tantus est enim splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi,& consilij,dignitas,vt hæc à virtute dona ta,cetera à fortuna cõmodata esse videantur. *Nolí igitur in conseruandis bonis viris defatigari, nõ cupiditate præsertim,aut prauitate aliqua lapsis sed opinione officij stultâ fortasse,certè non improbâ,& specie quadã reipublicæ.* Non *enim tua vlla culpa est,si te aliqui timuerunt: cõtráque sum malus.quòd plerique minimè timendum fuisse senserunt.* ¶ Nunc verò venio ad grauissimã quærelam,& atrocissimam suspicionem tuã, quæ non tibi ipsi magis, quàm cùm omnib. ciuibs. tum maximè nobis qui à te conseruati sumus prouidenda est. quam etsi spero esse falsam, nũquã tamẽ verbis extenuabo. *Tua.n.cautio nostra cautio est*, vt,si in alterutro peccandũ sit, malim videri nimis timidus,quàm parũ prudens. Sed quisnã est iste tam demens de tuis nec tamẽ si qui magis sunt tui, quàm quibus tu salutem imperantibus reddidisti? an exe o numero,qui vnà tecum fuerunt non est credibilis tãtus in vllo furor,vt,quo duce omnia summa sit adeptus,huius vitã non anteponat suæ. At si tui nihil cogitant sceleris, cauendum est,ne quid inimici. Qui? omnes enim qui fuerunt, aut sua pertinacia vitam amiserunt,aut tua misericordia retinuerunt: vt aut nulli supersint de inimicis, aut, qui superfuerunt, amicissimi sint. Sed tamen, cùm in animis hominum tantæ latebræ sint, & tanti recessus, augeamus sanè suspicionem tuam, simul enim augebimus & diligentiam. nam quis est omnium tam iguarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil vmquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat, tua salute contineri suam. & *ex vnius tui vitam pendere omnium?* Equidem de te dies,noctesque,vt debeo, cogitans, casus dunta at humanos, & incertos euentus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimesco:doleóque, cùm respublica immortalis esse debeat, eam in vnius mortalis anima consistere. si verò ad humanos casus, ncertósque euentus valetudinis, sceleris etiam accedat,insidiarúmque consensio,quem deum,etiam si cupiat,opitulari possit reipublicæ credamus? Omnia sunt excitanda tibi, C. Cæsar, vni, quæ iacẽre sentis, belli ipsius impetu quod necesse fuit, perculsa, atque prostrata: constituenda iudicia, reuocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles, omnia, quæ dilapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. Non fuit recusandum in tanto ciuili bello, tantóque animorum ardore.& armorum,quin quassata respublica, quicumque belli euentus fuisset, multa perderet,& ornamenta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ, multáque vterque lux faceret armatus, quæ idem togatus fieri prohibuisset. Quæ quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda sunt,quibus.præter te, mederi nemo potest. ¶ Itaque illam tuam præclarissimam, & sapientissimam vocem inuitus audiui: *satis te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ.* Satis,si ita vis; naturæ fortasse, addo etiam,si placet,gloriæ,at,quod maximum est, patriæ certè parum. Quare omitte, quæso, istam doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam, *noli nostro periculo sapiens esse.* Sæpe enim venit ad aureis meas, te idem istud nimis crebrò dicere,*satis te tibi vixisse.* Credo:sed tum id audirem, si tibi soli viueres, aut si tibi etiam soli natus esses. nunc,cùm omnium salutem ciuium, cunctámque rem publicam res tuæ gestæ complexæ sint: tantum abesà perfectione maximorum operum, vt fundamenta,quæ cogitas,nondum ieceris. Hîc tu *modum tuæ vitæ, non salute reipublicæ, sed æquitate animi definies?* quid, si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cuius te esse auidissimum, quamuis sis sapiens,non negabis. Parúmne igitur,inquies,gloriam magnam relinquemus? Immò verò aliis,quamuis multis,satis:tibi vni parum. *Qui quid enim est, quamus amplum sit,id certè parum est tum,cùm est aliquid amplius.* Quòd si rerum tuarum immortalitũ, C Cæsar,hic exitus futurus fuit,vt,deuictis aduersariis, rempublicam in eo statu relinqueres,in quo nunc est,vide, quæso, ne tua diuina virtus admirationis plus sit habitura,quàm gloriæ. siquidem gloria,est illustris,ac peruã-

a *alii.*duce summa omnia.*
b v.c.At si nihil tui cog. *al.*An si.*
c enim *abest à q.v.c.*
d *q.v.c.*supersunt, sint amicissimi. ‖ *al.*fuerunt, sint amicissimi.*
e L.augebimus diligentiam *& ita v.c.*
f *vnus*, quia intelligat,
g L. & ex vnius tua,vitã pendere omnium *v.c.duo* & ex vnius tua vita pendêre omnia?
h *v.c* valetudinis,
i *v.c.*motus valitud.
k Posse opitulari reip. *lat.*credimus
m L.suboles
n L.diffluxerunt, ‖ *vel.*de fluxerunt.*
o *v.c.*erunt, euentus belli
p L.Quæ tibi quidem nunc omnibelli vul.sananda sunt, *& ita v.c. duo*
q CONFVTATIONIS pars altera,Cæsarẽ odia neq. naturæ vel
g oriæ vixisse.*
r *v.c.*satis.diu vel naturæ vixi,vel gloriæ. P. CXXXV.
s *v.c.* fortasse naturæ *tal.*addo *vel.* adeo.*
u *v.c.*istam, quæso docet.
x *tres v.c.*es se sapiens.
y *q v.c.*tibi satis te vixisse.
z *al.*etiam natus esses.*
a *al.*tuæ complexæ sint.*
b *al.*complexæ sunt:
c *duo v.c.*vt fundamenta nõdum, quæ cogitas, iecceris.
d L.vitæ tuæ
e *al* Parúmne ergo, inquies. *al.*Parcne,inquies
f *al.*Quidquidest enim quamuis amplum, sit certe est parum.*

gata multorum, & magnorum, vel in suos[a] ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc[b] igitur tibi reliqua pars est: *hic restat actus*, in hoc elaborandum est, vt tempublicam constituas, eáque tuę[c] in primis composita, summa tranquillitate, & otio perfruare: tùm te, si voles, cùm & patriæ. quod debes, solueris, & naturam ipsam expleueris satietate viuendi, satis diu vixisse dicito. Quid[d] est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cùm venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est quia postea nulla[e] futura sit? quamquam[f] iste tuus animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad viuendum dedit, contentus[g] fuit, sempérque[h] immortalitatis amore flagrauit. Nec verò hæc tua vita dicenda[i] est, quæ corpore, & spiritu continetur. illa, inquâ, illa[k] vita est tua, Cæsar, quæ vigebit memoria sæculorum omnium: quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper intuebitur[l]. Huic tu inseruias, huic te ostentes, oportet: quę quidem, quæ miretur, iam pridem multa habet: nunc etiam, quæ laudet, exspectat. obstupescent posteri certè imperia, prouincias, Rhenũ, Oceanũ, Nilũ, pugnas innumerabiles[m] inc redibileis victorias, monumenta[n], munera triũphos audiẽtes, & legẽtes tuos. sed, nisi hæc vrbs stabilita tuis consiliis, & institutis erit, vagabitur modò[o] nomen tuam longè, atque latè: sedem[p] quidem stabilem, & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam[q], qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio, cùm alij laudibus ad cælum res tuas gestas efferent. alij fortasse aliquid requirent, idque vel maximum, nisi belli ciuilis incendium salute patriæ restinxeris: vt illud fati fuisse videatur, hoc consilij. Serui igitur iis etiam iudicibus qui multis pòst sæculis de te iudicabunt, & quidem haud scio, an incorruptiùs, quàm nos. nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine inuidia iudicabunt. id autem etiam[r] si tunc ad te, vt quidam falsò putant, non pertinebit. nunc certè pertinet, esse[s] talem, vt tuas laudes obscuratura[t] nulla vmquam sit obliuio. Diuersæ voluntates ciuium fuerunt, distractæque sententiæ. non enim consiliis solùm, & studiis, sed armis etiam, & castris dissidebamus. Erat[u] autem obscuritas quædam, erat certamen inter clarissimos duces: multi dubitabant, quid optimum[x] esset. multi, quid expediret. multi, quid deceret. nonnulli etiam, quid liceret. Perfuncta[a] respublica est hoc misero, fataleque bello. vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. neque omneis, quibus iratus esset, eosdé etiã exsilio, aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt, *Ingratus est, iniustúsq. ciuis, qui arma ciuili periculo liberatus, animũ tamen rectè non armatum habet: vt*[c] *etiam ille sit melior, qui in acie cecidit, quàm*[d] *qui in causa animam profudit.* Quæ enim pertinacia est quibusdam, éadem aliis constantia videri potest. Sed quia iam omnis fracta dissensio est armis, & exstincta æquitate victoris: restat, vt omnes vnum velint, qui modò habent[e] aliquid non solùm sapientiæ, sed etiam sanitatis. quia nisi te, C. Cæsar, saluo & in ista sententia, qua cùm antea, tum hodie vel maximè vsus es, manente, salui esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc salua esse volumus, & hortamur, & obsecramus, vt[g] vitæ, vt saluti tuæ consulas: omnésque tibi, vt pro aliis etiam loquar, quod de me ipse sentio, quoniam subesse aliquid putas, quod cauendum sit, non modò excubias, & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & [h] corporum pollicemur. ¶ Sedi, vt vnde est orsa[k], in eodem terminetur[l] oratio mea. maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar, maiores etiam habemus. nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus, & lacrymis sentire potuisti. sed quia non est astantibus[m] omnibus necesse dicere: à[n] me certè dici volunt: cui necesse est quodammodo & quòd volunt, & quòd M. Marcello à te huic ordini, populóque Romano, & reipublicæ reddito, præcipuè id à me fieri debere intelligo. nam lætari omneis, non vtde vnius solùm, sed vt de communi omnium salute, sentio. Quod autem summæ beneuolentiæ est, quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, vt vix C. Marcello[o], optimo, & amantissimo fratri, præter[p] eum quidem, cederem neminí, cùm id sollicitudine, cura, labore tamdiu præstiterim, quamdiu est de illius salute dubitatum. certè hoc tempore, magnis curis, molestiis, doloribus liberatus, præstare debeo. Itaque, C. Cæsar, sic tibi gratias ago, vt[q] omnibus me rebus à te non conseruato solùm, sed etiam ornato, tamen ad[r] tua innumerabilia[s] in me vnum merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto, cumulus accesserit.

PRO

a *al.* deest hæc vox.*
b *vnus v.c.* Hæc ergo t.
c L. ei quę tu in primis cõ summa tranquill. *& ita v.c. duo,*
d *o. q. c.* Quid enim est eẽ. nulla est futura? q.
e *al* quamquã tuus iste animus.*
f *al.* contentus semper.*
g *vnus v.c.* sed semp̃
h P. B. imm.
i *al.* ducenda est,
k *v.c.* illa vita est tua, quæ vigeb.
l *v.c.* tuebitur.
m *al.* incredibiléque victorias.*
n L. monumẽta innumera, triumph.
o *duo v.c.* modò tuum nomen
p *duo v.c.* sedem stabilẽ, & domicilium certũ, non h.
q particula, *aliam*, abest à *duobus v.c.*
r L. etiam si tum ad tr.
s L. esse te talem, vt tuas laudes nulla vmquam obliuio sit obscuratura. Diuersæ
t *sic duo vr.*
u L. erat obscuritas q. *al.* erat enim obsc.
x Quid optimũ, quid expediat, quid deceat, quid liceat.*
P. CXXXVI.

a *sic. tu* [illegible] *alii duo* [illegible] respub. [illegible] ta miser, fatale ita L.
b antea legebatur, igitur
c L. vt etiam ille melior sit, qui &c.
d *al.* vt iam ille &c.
e Victoria quàm qui in causa animã non profudit. *al. delendo hæc particula.*
f *sic duo v.c. L. & alii duo v.c.* aliquid non sapientiæ modo, sed etiam sanitatis:
g L. tum hodie maxime *duo v.c.* vitæ, & saluti conf.
h hoc est, ego positionem
i PERORATIO.*
k *sic duo v.c. al.* orta;
l *2. v.c.* mea terminetur oratio.
m *sic omnes v.c. L.* stantibus *al.* omnibus stantibus
n *al.* à me di ci certè vel.

P. B.

o *al.* fratri optimo, & amãtissimo.
p *al.* præterea quidem.
q *al.* vt me omnibus
r *duo v.c.* ad tua innumerabilia
s tibi immortalitatis amore flagrauit.

CXXXVII.

PRO Q. LIGARIO AD C. CÆSAREM.

ORATIO QVADRAGESIMAPRIMA.

Synopsis.

Ligarius cùm aliquanto post aduentum Attij Varij in Africa legatus mansisset, Q. Tuberonem cum patre illuc aduenientem vt eam prouinciam traderet Cæsari non admisit, & ab ingressu prohibuit. Hoc nomine Ligarium Tubero apud Cæsarem accusauit, quem Cicero apud eundem Cæsarem defendit.

EXOR. DIV.M.

NOVVM[a] crimen, C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum[b], propinquus meus ad te Qu. Tubero detulit, Qu. Ligarium in Africa fuisse: idq. C. Pansa, præstanti vir ingenio, fretus fortasse[c] ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque, quò me vertam, nescio. paratus enim veneram, cùm tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, vt ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuteretur: sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est, quod[d] latebat: confitendum est, vt opinor: præsertim cùm meus necessarius, C. Pansa, fecerit, vt[e] id iam integrum non esset: omissáque controuersia, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, qua plurimi sunt conseruati, cùm à te non solùm[g] libe rationem culpæ, sed errati veniam impetrauissent. Habes[h] igitur, Tubero, quod est accusatori maximè optandum, confitentem reum, sedi tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaque *prius de vestro delicto constituamus necesse est, quàm Ligarij vllã culpã reprehendatis.* ¶ Qu. k igitur[l] Ligarius, cùm esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africã cũ[m] procõsule, C. Cõsidio, profectus est: qua in legatione, & ciuibus, & sociis ita se probauit, vt decederet Considius prouinciã[n] satis facere hominibus non posset, si quẽquã aliũ prouinciæ præfecisset. Itaq Q Ligarius cùm diu recusans nihil profecisset, prouinciã acciperet inuitus: cui sic profuit in pace, vt & ciuibus & sociis gratissima esset eius integritas, & fides. Bellũ subitò exarsit: quod, qui erãt in Africa, antè audierunt geri, q̃ parari. quo audito, partim cupiditate inconsiderata, partim cæcã quodam timore, primò[r] salutis causa, pòst etiam studij sui, quærebant aliquem ducem. Tum[s] Ligarius domum[t] spectans, & ad suos redire cupiens nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Actius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Vticam venit. ad eum statim concursum est. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, si *illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio defertebatur.* Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paullum aduentu Vari conquieuit. Adhuc, C. Cæsar, Qu. Ligarius omni culpa vacat. domo est egressus non[a] modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli: legatus in pace profectus, in prouincia paratissima ita se gessit, vt ei pacem esse expediret. Profectio certè animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio? Multò minùs. nam, profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam[b] necessitatem honestam. Ergo hæc duo tempora carent crimine: vnùm, cum ei[c] legatus profectus: alterum, cùm efflagitatus à prouincia, præpositus Africæ est. Tertium[c] est tempus, quo post aduentum Vari in Africa restitit. Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille, si potuisset illinc vllo modo euadere, Vticæ[d] potiùs, quàm Romæ: cum P. Attio, quàm cum concordissimis fratribus: cum alienis esse, quàm cum suis maluisset? cùm ipsa legatio plena desiderii, ac sollicitudinis fuisset, propter incredibilem quendam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit, belli[e] dissidio distractus à fratribus? ¶ Nullum[f] igitur habes, Cæsar adhuc in Qu Ligario signum alienæ à te voluntatis. cuius ego causam animaduerte, quæso qua fide defendam, cùm prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse, in qua seipsum confitetur fuisse: nec tuas tacitas cogitationes extimescit: nec, quid tibi de alio audienti, de se ipso occurrat, reformidat. Vide, quàm non reformidem: vide, quanta lux libertatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. quantum potero, voce[g] contendam, vt hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam[h] ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio[i] meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te. Apud quem[k] igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui cum hoc sciret tamen me, antequàm vidit, reipublicæ reddidit: qui I ad me ex Ægypto litteras misit, vt essem idem, qui fuissem: qui cùm ipse imperator in toto imperio populi Romani vnus esset, esse[m] me alterum passus est: a quo,

a *al.* non mosso ad bellum sed

b. *duo v.c.* necessitatem etiam honestum.

c *al.* tempus est. q.

d *al.* Vticæ, quàm Romæ*

e P. CXXXVIII. L. belli dissidio distr. à fr. è Constitutio causæ*

g *L.* vocem contendam

h *duo v.c.* ex parte magna

i L. iudicio, ac voluntate ad ea &c. & *ita v.c.*

k *duo v.c.* ergo

l Idem 14. Familiar.23*

m sic *o.v.c.al.* me alterum esse p.

hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasceis laureatos tenui, quoad tenendos putaui: qui mihi tum denique se salutem putauit reddere, [a]si eam nullis spoliatam ornamentis redderet[b]. Vide, quæso, Tubero, vt quid de meo facto non dubitem dicere, de Ligarij non audeam confiteri. Atque hæc pro tenera de me dixi, vt mihi Tubero, cùm de se eadem dicerem, ignosceret. cuius ego industriæ, gloriæque faueo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd eius ingenio, studiisque delector, vel quòd laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis puret fuisse[c] crimen, esse in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipse in eádem Africa esse voluit, & prohibitum se à Ligatio queritur, & certè contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille districtus[d] in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis vrgeo: commoueri videtur adolescens: ad me reuertar. iisdem in armis fui. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi, vt: quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem. Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero, quòd homo cùm ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc causæ quod esset, non viderit. nam, si vidisset, quouis profectò, quàm isto modo à te agi maluisset. Arguis fatentem. non est satis accusas eum, qui causam habet, aut, vt ego dico, meliorem quàm tu: aut, vt tu vis, patrem. Hæc[e] non modò mirabilia sunt, sed prodigiis similia, quæ dicam. Non habet eam vim ista accusatio, vt Q. Ligarius condemnetur, sed vt necetur. Hoc egit ciuis Rom. ante te nemo. externi istius[g] mores *vsque ad sanguinem* incitare[h] solent odium aut leuium Græcorum, aut immanium barbarorum. nam quid aliud agis? vt Romæ ne sit? vt domo careat? ne cum optimis fratrib. ne cum hoc T. Brocho[i], auunculo suo, ne cum eius filio, cõsobrino suo, ne nobiscum viuat? ne sit in patria? num[k] in patria est? num potest magis carere his omnibus, quàm caret? Italia prohibetur, exsulat. Non tu ergo hunc[l] patria priuare qua caret, sed vita, vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem, qui omneis, quos oderat, morte multabat, quisquam egit isto modo. ipse iubebat occidi, nullo postulante: præmiis etiam inuitabat. quæ tamen crudelitas ab eodem aliquot annis pòst, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est. Ego verò istud non postulo, inquies. Ita mehercule existimo, Tubero. noui enim te, noui patrem tuum, noui domum, noménque vestrum: studia denique[m] generis, ac familiæ vestræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ plurimarum artium, atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque certò scio, vos non petere sanguinem: sed parum attenditis. res enim eò spectat, vt ea pœna, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia, præter mortem? Si enim in [n]exsilio est, sicuti est, quid amplius postulatis? an ne ignoscatur? Hoc verò multo acerbius, multóque est grauius. Quod nos domi petimus, precibus & lacrymis, prostrati[a] ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quàm huius humanitati, id ne impetremus, pugnabis? & in nostrum fletum irrumpes? & nos iacenteis ad [b]pedes, supplicum voce prohibebis? Si, cùm hoc domi faceremus, quod & fecimus, &, vt spero, non frustrà fecimus, tu de repentè irrupisses, & clamare cœpisses, C.[d] Cæsar, caue credas, caue ignoscas, caue te frattrum, pro fratris salute obsecrantium, misereat: [e]nónne omnem humanitatem exuisses? quanto hoc durius, quod[f] nos domi petimus, id à te in foro oppugnari? & in tali miseria multorum perfugium misericordiæ tollere? Dicam planè, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines intelligo, (quid loquar) acerbissimo luctu redundaret[g] ista victoria. quàm multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cùm etiam de victis reperiantur? quàm multi, qui, cùm à te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cùm etiam ij, quibus ipse ignouisti, nolint te in alios esse misericordem? Quòd si probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse: si honesto, & misericordi mendacio, saluti[h] ciuis calamitosi consultum esse vellemus: tamen hominis non esset, in tanto discrimine & periculo ciuis refellere, & coarguere nostrum mendacium: &, si esset alicuius, eius certè non esset, qui in eádem causa, & fortuna fuisset. Sed tamen *aliud est errare Cæsarem nolle, aliud nolle misereri.* Tum diceres: Cauei, Cæsar, credas: fuit in Africa Ligarius[k]: tulit arma contra te. Nunc quid dicis? Caue ignoscas. Hæc nec hominis, nec ad hominem vox est. qua qui apud te, C. Cæsar, vtetur, suam citius abiiciet humanitatem, quàm extorquebit tuam. Ac primus aditus, & postulatio Tuberonis, hæc, vt opinor, fuit, velle se de Q. Ligarij scelere dicere. Non dubito, quin admiratus sis, vel quòd de[l] nullo alio quisquam, vel quòd is, qui in eádem causa fuisset, vel quidnã noui facinoris[m] afferret. Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? isto enim[n] nomine illa adhuc causa caruit. alij errore appellant: alij timorem: qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui grauius, iracundiam, temeritatem: scelus, præterea, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium, & verũ nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, & improuidas hominum mentes occupauisse[o] vt nemo mirari debeat humana cõsilia diuina necessitate esse superata. Liceat esse miseros[p], quãquã hoc victore esse non possumus, sed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris verò crimine, furoris, parricidij[q] liceat Cn. Põpeio mortuo, liceat multis aliis carere. Quãdo hoc quisquam ex te, Cæsar, audiuit, aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi à te contumeliam propulsare? quid egit tuus ille inuictus exercitus, nisi vt suum ius tueretur, & dignitatem tuam? quid? tu, cum[r] pacem esse cupiebas, idne agebas, vt tibi cum sceleratis, an vt cum bonis ciuibus conueniret? Mihi verò, Cæsar, tua in me maxima merita, tanta certè non videntur, si me, vt sceleratũ, à te conseruatum

a *vnus v.c.* dare,
b L. reddidisset. *v.c.* deuisset
P. B. c L. esse crimen, fuisse in Africa. *& ita v.c.*
d L. destrictus
e *al.* admirabilia hæc, sed prodigii simile est, quod dicam.*
e L. sed prodigii similia. *& ita v.c.*
g *vnus v.c.* istius sunt mores vsq.
h *v.c.* incitari solent odio aut l.
i Brocchus Furiæ familiæ cognomen. P. CXXXIX.
k L. num est? *& ita v.c.* vide Victorium 21. Variar.*
l *vnus v.c.* hunc patria qua caret sed vita priuare vis
m *duo v.c.* non habent deniq.
e L. in exsilio est, *al.* est in exsilio,
a *al.* stricti
b *al.* ante, vt apud Priscianum 7.*
c *al.* turrepidi d L. C. Cæsar caue ignoscas caue te frater. e *al.* misereatur, & ita Priscianus libro 8.*
f L. quod nos domi petimus id te in foro oppugnare?
P. B. g *al.* ista victoria redundaret.
h L. saluti ciui calamitoso esse vellemus:
i L. Cæsar, caue credas: *& ita tres v.c.* k *duo v.c.* non habent vocē, Ligarius:
l *al.* nullo de alio
m *al.* sceleris n *duo v.c.* non habent, enim
o L. & *duo v.c.* occupasses
p *duo v.c. al.* quamquam non liceat te esse victore
P. CXL. q L. participium
r *al.* cum pacem cupiebas

seruatum putarem. Quomodo autem tu de rep. bene meritus esses, si[a] tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem[b] tu illam existimauisti, Cæsar, initiò, non bellum: non hostile odium, sed ciuile dissidium[d], vtrisque cupientibus remp. saluam[e], sed partim consiliis: partim studiis à communi vtilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pænè par: non par fortasse eorum, qui sequebantur: causa tum dubia[f], quòd erat aliquid in vtraque parte, quod probari posset, nunc[g] *melior certè ea iudicanda est, quam*[h] *etiam dij adiuuerunt*. cognita verò clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo nisi armatus? Sed, vt[i] omittam communem causam, veniamus[k] ad nostram: vtrùm tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligarium [l]ex Africa exire, an vos in Africam non venire? Poteramúsne, inquis, cùm senatus censuisset? Si me consulis nullo modo. sed tamen Ligarium senatus idem legauerat. Atque ille eo tempore paruit, cùm parere senatui necesse erat, vos tum paruistis, cùm paruit nemo qui noluit. Reprehendo igitur? minimè verò. neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ sed hoc *non concedo, vt, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis.* Tuberonis sors conjecta est ex S.C. cùm ipse non adesset, morbo[m] etiam impediretur. statuerat se excusare. Hæc ego noui propter communes[n] necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone. domi[o] vnà eruditi, militiæ contubernales, pòst affines, inter omni denique vita familiares. magnum etiam vinculum, quòd iisdem studiis semper vsi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere voluisse. sed ita quidam egebant[q], ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebãt, vt ciuitas si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potiùs paruit. Vnà est profectus cùm iis, quorum erat vna causa, tardiùs iter fecit. Itaque in Africam venit iam occuparatam. Hinc in Ligarium crimen oritur vel ira potiùs. nam, si crimen est[r] prohibere illum voluisse: non minùs magnum est, vos Africam, omnium[s] prouinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc vrbem gerendum, obtinere voluisse, quàm aliquem [t]se imperatorem esse maluisse. atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat: fasceis certè habebat. Sed quo modo sese illud habet, hæc quærela vestra, Tubero, quid valet? Receptiin prouinciã non sumus. Quid si essetis? Cæsarine eam tradituri fuissetis, an[u] contra eum retenturi? Vide, quid licentiæ, Cæsar, nobis tua liberalitas det, vel potiùs audaciæ. Si responderit Tubero, Africam, quò senatus eum, sórsque miserat, tibi patrem suum traditurum[x] fuisse: non dubitabo apud ipsum te, cuius id eum facere interfuit, grauissimis verbis eius consilium reprehendere. non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. Sed iam hoc totum omitto, non tam[y] vt ne offendam tuas patientissimas aureis, quàm ne Tubero, quod numquam cogitauit: facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam prouinciam, vstam: in qua erat rex[z] potentissimus, inimicus huic causæ, aliena voluntas: conuentus firmi, atque magni. Quæro, quid facturi fuis-

setis[a]? Quamquam quid facturi fueritis non dubitem, cùm videam, quid feceritis. prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere, & [a] prohibiti, vt perhibetis, summa cum iniuria. Quomodo id tulistis? acceptæ iniuriæ querelam ad quem detulistis? nempe ad eum cuius auctoritatem secuti, in societatem belli veneratis. Quòd si Cæsaris causa in prouinciam veniebatis ad eum profectò excluſi prouincia venissetis. venistis ad Pompeium. Quę est ergo apud Cæsarem querela, cùm eum accusatis, à quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendacio, si vultis, gloriari per me licet, vos prouinciam fuisse[c] Cæsari tradituros. etiam si à Varò, & quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem[f] confitebor culpam esse Ligarij, qui vos tantæ laudis occasio ne priuauerit[f]. Sed vide, quæso, C. Cæsar constantiam ornatissimi viri, L. Tuberonis: quam ego, quamuis ipse probarem, vt probo, tamen non commemorarem, nisi à te cognouissem in primis eam virtutem solere laudari. Quæ fuit igitur vmquam in vllo homine tanta constantia? constantiam dico? nescio, an meliùs patientiam possem dicere. Quotus enim istud quisque fecisset, vt, à quibus partibus in dissensione ciuili non esset receptus, esset[q]. [g] etiam cum crudelitate eiectus [h], ad eas ipsas rediret? magni cuiusdam animi, atque eius viri est, quem de suscepta causa, propositáque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. Vt enim cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splẽdor, ingenium, quæ nequaquam fuerunt: hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd iusto cum imperio ex S.C. in prouinciam suam venerat. Hinc prohibitus non ad Cæsarem ne iratus: non domum, ne inersne non[i] aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, in Cn. Pompeij castra venit, in eam ipsam causam, à qua erat reiectus: cum iniuria. Quid? cùm ista res nihil[l] commouisset eius animum, ad quem veneratis: languidiore, credo, studio in causa fuistis. tantumnodò in præsidiis eratis: animi verò à causa abhorrebant. an, vt fit in ciuilibus bellis, nec in vobis magnis, quàm in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui: sed tum ferò. erat enim amentis, cùm aciem videres, pacem cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus: tu certè præcipuè, qui in eum locum veniisses[m] vbi tibi esset pereundum, nisi vicisses: quamquam, vt nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficij sui pœniteret. Nunc quæro, vtrùm vestras iniurias, an reip. persequaminisireip. quid de vestrain[n] eo causa perseueratia respõdebitis? si vestras: videte, ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratũ fore putetis, cùm ignouerit suis. ¶ Itaq.[o] num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarij occupatus[p] esse? num de eius facto dicere? quidquid dixi, ad vnam summam referri volo vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuę. Causas, Cæsar, egi multas, & quidem tecum, dum[q] te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certè numquam hoc modo. Ignoscite, iudices: errauit: lapsus est: non putauit: si vm-

a L. & prohibiti summa cũ iniuria. *al.* & vt perhibetis*

b L. gloriemini per me licet, *& ita duo v.c. al.* Atque in hoc quidẽ vobis vel cũ mendacio, si vultis gloriari per me licet.

c *al.* Cæsari tradituros fuisse, etiamsi

d *al.* prohibiti non essetis

e *al.* tamen *al.* tum*

f *al.* priuarit.

g *al* esset etiã

h L. reiectus, *& ita v.c.*

i *al.* non in aliquam reg.

k L. reiectus iniuria *& iis v.c.*

l *al* nihil eius animum, ad quẽ veneratis languidiore, credo, studio in causa fuistis. tantumnodò in præsidiis eratis: animi verò à causa abhorrebant. an, vt fit in ciuilibus bellis, nec in vobis magnis, quàm in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui: sed tum ferò. erat enim amentis, cùm aciem videres, pacem cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus: tu certè præcipuè, qui in eum locum veniisses[m] vbi tibi esset pereundum, nisi vicisses: quamquam, vt nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficij sui pœniteret. Nunc quæro, vtrùm vestras iniurias, an reip. persequaminisireip. quid de vestrain[n] eo causa perseueratia respõdebitis? si vestras: videte, ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratũ fore putetis, cùm ignouerit suis. ¶ Itaq.[o] num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarij occupatus[p] esse? num de eius facto dicere? quidquid dixi, ad vnam summam referri volo vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuę. Causas, Cæsar, egi multas, & quidem tecum, dum[q] te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certè numquam hoc modo. Ignoscite, iudices: errauit: lapsus est: non putauit: si vm-

m L. veneras *& ita v.c.*

n L. in illa causa p. *& ita duo v.c.* L. in illa causa pr. *& ita duo v.c.*

o Per oratio*

p *al.* esse occupatus? P. CXLII.

q *al.* dum te tenuit in foro rat.

quàm posthac ad [a] parentem sic agi solet ad iudices, Non fecit, non cogitauit, falsi testes, fictum crimen. Dic, te, Cæsar, de facto Ligarij iudicem esse: quibus in præsidiis fuerit, quære, taceo. ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud iudicem: Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus, in[b] eo non acerbus: tum [c] etiam fuit totus animo & studio tuus. Ad [d] iudicem sic agi solet, sed ego ad[e] parentem loquor. Erraui, temerè feci, pœnitet: ad clementiam tuã confugio: delicti veniam peto: vt[f] ignoscas, oro. si nemo impetrauit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit, cùm mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi? Quamquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui à te pro Ligario petunt, tui necessarij. Vidi enim, & cognoui, quid maximè spectares, cùm pro alicuius salute multi laborarent. *causas*[g] *apud te rogantium gratiores esse, quàm preces: neque*[h] *spectare quàm tuus esset necessarius iu, qui te oraret: sed quam illius, pro quo laboraret.* Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, vt mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quàm tu ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video tamen, apud te causas, vt dixi, rogantium valere pius, quàm preces: ab iisque te moueri maximè, quorum iustissimũ dolorem videas in petendo. In Qu. Ligario conseruando multis tu quidem gratum facies, necessariis tuis: sed hoc, quæso, considera, quod soles, possum fortissimos viros, Sabinos tibi probatissimos, totúmque agrum Sabinũ, florem Italiæ robur reipublicæ proponere. nosti optimè homines. animaduertere horum omnium mœstitiam, & dolorem. huius T. Brochi, de quo non dubito quid existimes, lacrymas, squalorémque ipsius, & filij vides. Quid de fratribus dicam? noli, Cæsar, putare de vnius capite nos agere. aut tres Ligarij in ciuitate retinendi sunt, aut tres ex ciuitate exterminandi. quoduis exsilium [k] his est optatius, quàm patria, quàm dij penates, vno illo exsulante. Si frater nè, si pie, si cum dolore faciunt: moueant te horum lacrymæ, moueat pietas, moueat germanitas. valeat [l] tua vox illa, quæ vicit. Te enim dicere audiebamus, *Nos, omneis aduersarios putare, nisi qui nobiscum essent: te omneis, qui contra te non essent, tuos.* Vidésne igitur hunc splendorem, omnem hanc Brochorum domum, hunc L. Marcium, C. Cæsetium, L.[m] Cornificium, bosce omneis equites R. qui adsunt[n] veste mutata, non solùm notos tibi, verùm etiam probatos viros[o], qui tecum fuerunt? Atque? his maximè irascebamur, & hos requirebamus, & his nonnulli etiam minabantur. Cònserua igitur tuis suos: vt quèadmodum cetera, quæ[a] dicta sunt à te, sic hoc verissimum reperiatur. Quòd si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum: omneis[b] fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eádem sententia futurus[c] fuerit, in qua fratres fuerunt? quis est, qui horum consensum conspirantem, & pænè conflatum, in hac propè æquali tate frater na non nouarit? qui hoc nõ sentiat, quiduis priùs futurum fuisse, quàm, vt hi fratres diuersas[d] sententias, fortunásque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerant: tempestate abreptus est vnus: qui, si consilio id fecisset, esset eorum simillis, quos tu tamen saluos esse voluisti. Sed ierit ad bellum: dissenserit non à te solùm, verùm etiam à frattribus. hi te orant tui. Equidem, cùm tuis omnib. negotiis interessem, memoria teneo, qualis T. Ligarius, quæstor vrbanus fuerit erga te, & dignitatem tuam. sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, *qui obliuisci nihil soles, nisi iniurias*, quoniam hoc est animi, quoniam [e] etiam ingenij tui, te aliquid de [f] huius quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud (neque enim hæc diuinabat) nisi vt tu eum studiosum, & bonum virum iudicares, nunc à te supplex fratris salutem petit. quam huius admonitus officio cùm vtrisque his dederis, treis fratres optimos, & integerrimos, non solùm sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reip. cõdonaueris. Fac igitur, quod de homine nobilissimo, M. Marcello restituto, fecisti nuper in curia, nunc idem in foro de optimis, & huic omni frequentiæ probatissimis frattribus vt concessisti illum senatui, sic da hunc populo: cuius voluntatem carissimam semper habuisti. &, si ille dies tibi gloriosissimus, populo R. gratissimus fuit: noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, simílem illi gloriæ laudem quàm sæpissimè quærere. *nihil est enim*[i] *tam populare, quàm bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis neck gratior, nec admirabilior misericordia est. homines enim ad deos nulla re propius accedũt, quàm salute hominibus danda. nihil*[l] *habet nec fortuna tua maius, quam vt possis: nec natura tua melius quàm vt velis conseruare*[m] *quàm plurimos.* Longiorem orationem causa fortũnatus postulat, tua certè natura breuiorem. Quare, cùm vtilius esse arbitrer, te ipsum, quàm aut quemquam, loqui tecum, finem iam faciam: tantùm te ipsum admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus te daturum.

PRO

a al. ad parentes

b al. in eo ipso; non ac.

c al. quin etiã fuit. al. tamet si fuit

d L. ad iudicem sic. sed ego

e al. apud par.

f duo v.c. vt ignoscatur, oro.

g L. causas apud te rogãtium, gratiosiores esse, quã vultus: neq.

h L. neq. te spect. & ita v.c. duo

i L. aut tres Ligarii tibi retinendi in ciuitate sunt, aut

k L. exsulium

l L. valeat vox tua illa. q. al. valeat vox illa tua,

m L. Corsidiũ & ita v.c.

n al. adstant

o al. viros te cum fuisse?

p duo v.c. Atque his irascebamur: & hos req.

a L. quæ à te dicta sunt,

b sic vet. cod. al. omneis cum fratres

c v.c. duo fuisset futurum

q.

d al. diuisas sent. non ge.

e L. quoniam est ingen.

f v.c. duo de illo huius quæstorio officio; etiam de aliis quibusdam quæstoribus. P. CXLIII.

g L. nisi vt ei cum tui studiosum. &

h duo lib. vet. non habent sua.

i fort. condonaris:

k v.c. clarissimo. fecisti in curia

l tres libri vet. non habent hoc tum, M. Marcello restituto.

m absit enim a duob. v.c. nec admirabilior nec gratior

n sic apud Strabonem lib. 14. ἐσπ- ἐν ἐξ τὸν τὸν τὸν ἀνδρῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶν

o al. seruare & ita apud Quintilianum 8. c. 5. vbi ne tot praeterea

p Coloss. quæ sunt

q vox omnia, abest à duob. cod. v.

P. CXLIII.

PRO REGE DEIOTARO
AD C. CÆSAREM.
ORATIO QVADRAGESIMASECVNDA.

Synopsis.

Deiotarum regem Gallogræciæ, coniurationis aduersus Cæsarem reum delatum, purgat apud eundem Cæsarem Cicero.

VM in omnibus A
causis grauioribus C. Cæsar, initio dicendi cõmoueri soleã vehemẽtiùs quàm videtur vel vsus, vel ætas mea postulare: tum in hac causa ita me multa perturbant, vt, quantum mea fides studij mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat. Primùm dico pro capite, fortunísq. regis: quod ipsum etsi iniquum est, in tuo duntaxat periculo: tamen *est ita inuisitatum, regem capitis reum esse, vt ante hoc tempus non sit auditum.* Deinde eum regem, quem ornare anteà cuncto cum senatu solebamus, pro perpetuis eius in nostram rempublicam meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor defendere. Accedit, vt accusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum, & impium, qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit, adolescentiæque suæ terrorem intulerit ei, cuius senectutem tueri, & tegere debebat: commendationem incuntis ætatis ab impietate, & scelere duxerit: auúk seruum, corrupturn præmiis, ad accusandum dominum impulerit, abduxerit. Fugitiui autem dominum accusantis, & dominum absentem, & dominum amicissimum nostræ reipub. cùm os videbam, cùm verba audiebam: non tam afflictam regiam conditionem dolebam, quàm de fortunis communibus extimescebam. Nam, cùm more maiorum *de seruo in dominum, ne tormentis quidem, quæri liceat*: in qua quæstione dolor veram vocem elicere possit, etiam ab inuito: exortus est seruus, qui quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus. Perturbat me, C. Cæsar, etiam illud interdum quod tamen, cùm te penitus recognoui, time re desino. re enim iniquum est, sed tua sapientia fit æquissimum. nam dicere apud eum de facinore, cõtra cuius vitam consilium deres, graue est. *nemo enim fere libenter est, qui sui periculi iudex non sibi se æquiorem, quàm reo præbet.* Sed hunc mihi metum minuit non enim tam timeo, quid tu de rege Deiotaro, quàm intelligo, quid de te ceteros velis iudicare. Moneo B etiam loci ipsius insolentia, quòd tantam causam, quanta nulla vmquam in disceptatione versata est, dico[a] intra domesticos parietes, dico extra conuentum, & eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore, vultúque acquiesco: te vnum intueor: ad te vnum omnis mea[b] spectat oratio: quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis grauissima sunt, ad motum animi, & [c] omnem impetum dicendi, contentionémque leuiora. Hanc enim C. Cæsar, causam si in foro dicerem, eodem[d] audiente, & disceptante te, quantam mihi alacritatem populi R. concursus afferret? quis enim ciuis ei regi non faueret, cuius omnem ætatem in populi R. bellis cõsumtam esse me minisset? spectarem curiã, intuerer forum, cœlum denique testarer ipsum. Sic, cùm & deorũ immmortalium, & populi R. & senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi[e] deesse posset oratio. Quæ quoniam angustiora parietes faciunt, actióq. fcausæ maximè debilitatur loco: tuum est, Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quidg nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre, quo faciliùs tũ[h] æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationẽ meam. ¶ Sed antequàm de accusatione ipsa dico, de accusatorum spe pauca dicam. qui cùm videantur neq. ingenio, neq. vsu, atq exercitatione rerum valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe, & cogitatione venerunt. Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescij: affectum[k] illum quibusdam incommodis, & detrimentis, propter offensionem animi tui, meminerant: tẽque cum huic iratum, tum sibi amicum[l] cognoscerant: cúmque[m] apud ipsum te de tuo periculo dicerent. *fore putabant, vt in exulcerato animo facile fictum crimen insidêret.* Quamobrem hoc nos primum metu, C. Cæsar, per fidem, & constantiam, & clementiam tuam, libera, ne residêre in te vllam partem iracundiæ suspicemur. *Per*[n] *dexteram te istam oro*, quam regi Deiotaro hospes[o] hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram non tam P in bellis, & in prœliis, quàm in promissis, & fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renouare voluisti: te eius dij penates acceperunt: te amicum, & placatum Deiotari regis aræ, focíque viderunt. Cùm *facile exorari*[r] Cæsar, tum *semel exorari soles. nemo vmquam te placauit inimicus, qui vllas reliquias sensisset.* Quamquam cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ? num-

a *al.* dico intra parietes, dico extra

b *g. v. c.* non habent *mea*
c *o. v. c.* & *al.* omnem *&c, & ita L.*
d *tres v. c.* eodem audiente & disceptãte, q.

e *al.* deesse mihi poss.
f *duo v. c.* actióque maximæ causæ debil. *& ita L.*
g L. quid mihi nunc animi sit *& ita tres v. c.*
h *al.* cùm P. CXLV.
i Narratio*

k *tres v. c.* affectum illum quibus.
l *duo v. c.* amicum esse cognorant *L.* quodq. apud ipsum *& ita duo v. c.*

m L. Per dexteram istam te oro, *& ita tres v. c.*
n *pal.* magis Prisc. *lib.* 3*
o L. neque in prœli: *& ita tres v. c.*
r adorari

quam tu illum accusauisti,vt hostem, sed[a] vt amici officio parum functum, quòd propensior in Cn.Pompeii amicitiam fuisset, quàm in tuam.cui[b] tamen ipsi regi veniam te daturum fuisse dicebas,si tum[c] auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipse tamen excusatione ætatis vsus esset.Itaq.dcùm maximis eum rebus liberares, perparuam[e] amicitiæ culpam relinquebas. Itaq.non solùm in eum non animaduertisti,sed omni metu liberauisti,hospitem agnouisti,regem reliquisti. neq. enim ille odio tui progressus,sed errore communi lapsus est.Is rex,quem senatus hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellauisset,quíq.illũ ordinẽ ab adolescentia grauissimum,sanctissimúmq duxisset,ilsdẽ rebus est perturbatus:homo longinquus, & alienigena,quibus nos in media rep.nati, sempérq. versati. Cùm[g] audisset, senatus cõsentientis auctoritate arma sumta:consulibus, prætoribus,tribunis pl.nouish imperatoribus remp. defendendam datam : mouebatur animo,& vir huic imperio amicissimus,de salute populi R.extimescebat,in qua etiam suam inclusam[i] esse videbat. summo[k] tamen timore quiescẽdũ sibi essearbitrabatur.maxim[e] verò perturbatus est,vt audiuit consules ex Italia profugisse:omneísque consulares (sic enim nuntiabar!)cunctum senatũ totã Italiam esse[m] effusam. talibus enim nuntiis, & rumoribus patebat ad Orientẽ via,nec[n] vlli veri sub sequebantur.nihil ille de conditionibus tuis, nihil de studio cõcordiæ[o], & pacis,nihil de conspiratione audiebat certorum hominũ cõtra dignitatẽ tuã.quę cùm ita esset,tamẽ vsq eò se tenuit,quoad à Cn. Põpeio.adpeũ legati, litteræque veneruntIgnosce, ignosce Cæsar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus cessit,quẽ nos omnes secuti sumus.in[q] quẽ cùm dii atq. homines omnia ornamenta cõgessissent,cum tu ipse plurima & maxima *neq.enim si tuæ res gestæ ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt, ideirco Cn.Pompeÿ memoriã amisimus.* quantum nomen eius[r] fuerit, quantæ opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi R.quanti senatus, quanti tui, quis ignorat?tanto[s] ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus præstitisti. Itaq. Cn. Pompeii bella,victorias,triumphos,consulatus admirantes numerabamus:tuos enumerare nõ possumus.Ad eum igitur rex Deiotarus venit hoc misero, fataliq.bello, quẽ antè te iustis, hostilibúsq.bellis adiuuerat[u], quo-cum erat non hospitio solùm, verùm etiam familiaritate coniunctus:& venit vel rogatus[x],vt amicus:vel arcessitus,vt socius:vel[y] euocatus, vt is,qui senatui parẽre didicisset:postremò venit,vt ad fugientem, non vt ad[z] insequentẽ. id est,ad periculi,non ad victoriæ societatem. Itaq.Pharsalico prælio facto,à Pompeio discessit:spem infinitam persequi noluit.vel officio.si quid debuerat:vel errori,si quid nescierat:satis factum esse duxit: domum se contulit:tẽque Alexandrinum bellum gerente,vtilitatibus tuis paruit[a]. Ille exercitum Cn.Domitii,amplissimi viri,suis tectis, & copiis sustentauit:ille Ephesum ad eum , quem tu extuis fidelissimum, & probatissimum omnibus delegisti,pecuniam misit:ille iterum,ille tertiò[b] auctionibus factis pecuniam dedit, quas ad bellum vtereris:[c]ille corpus suum periculo obiecit,tecúmque in acie contra Pharnacem fuit,tuúmq,hostem esse[d] duxit suum. Quæ quidem à te in eam partẽ accepta sunt, C.Cæsar,vt eum amplissimo regis honore,& nomine affeceris. ¶Is[b] igitur non modò à te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus,arguitur[c] domi te suæ interficere voluisse.quod tu,nisi eum furiosissimũ iudicas, suspicari profectò non potes. ¶Vtd enim omittam,cuius tanti sceleris fuerit, in conspectu deorum penatium necare hospitẽ: cuius tantæ importunitatis, omniũ gentiũ, atq. omnis memoriæ clarissimum lumen exstinguere: cuius[e] tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimescere[f]: cuius tam inhumani,& ingrati animi,à quo rex appellatus esset,in eum,tyrannum inueniri: vt hæc omittam,cuius tanti furoris fuit, omneis reges,quorum multi erant finitimi,omneis[g] liberos populos, omneis socios, omneis prouincias,omnia deniq. omnium arma contra se vnum excitare? quõnam ille modo cum regno,cum domo,cum coniuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere non modò perfecto,sed etiam cogitato? At credo, hæc homo inconsultus,& temerarius non videbat.Quis cõsideratior illo?quis tectior?quis prudentior?quamquam huc loco Deiotarũ non tam ingenio,& prudentia,quàm fide, & religione vitæ defendendum puto. Nota tibi est,C.Cæsar,hominis probitas.noti mores,nota constantia.Cui porrò?qui modò populi R. nomen audiuit,Deiotari probitas[k],integritas, grauitas,virtus,fides non[l] sit audita? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentẽ cadere[n] posset,propter metum præsentis exitij,nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus,id vos & à viro optimo,& ab hominẽ minimè stulto cogitatum esse cõfingitis[o]. At quàm non modò non credibiliter,sed ne suspiciosè quidem? Cùm,inquit,in castellum Luceium venisset[p],& domum regis hospitis tui,diuertisset[q]:locus erat quidam,in quo erant ea[r] composita, quibus rex te muneratef constituerat.huc te è balneo , priùs quàm accumberes ducere volebat.ibi[t] enim erant armati,qui te interficerent, in eo ipso loco collocati.En crimen,en causa,cur regem fugitiuus,dominum seruus accuset. Ego mehercule[u] C.Cæsar,initio , cùm est ad me ista causa delata,Phidippum medicum,seruum tegium, qui cum legatis missus esset,ab[x] ipso adolescente existimaui esse corruptum : hac suspicione sum perculsus[y]:medicum indicem subornabit[z]:finget videlicet aliquod crimen venẽni.Etsi à veritate longè,tamen à consuetudine criminandi non multùm res abhorrebat.Quid ait medicus?nihil de veneno[a]. At id fieri potuit:primò occultiùs in[b] potione vel in cibo:deinde etiam impunius fit,quode cum est factum,negari potest.Si palàm te interemisset:omnium in se gentium non solùm odia,sed etiam arma conuertisset : si veneno: *Iouis illius quidem hospitalis numen numquam celare potuisset,homines[d] verò fortasse celauisset.* Quod igitur & [e] occultiùs conari, & efficere cautius potuit:id tibi,& medico callido , & seruo,vt putabat,fideli,non credidit : de armis,de ferro,de insidiis celare te noluit? At quàm festiuè crimen contexitur? Tua te, inquit, eadem,quæ[f] semper, fortuna seruauit.negauistis[g] cum te inspicere velle. Quid postea? an[h] Deiotarus,te illo tempore non perfecta,

a sed vt amicum officio parum funct. *& ita s.v.c.*
b L. *s.v.c.* cui tamen ipsi rei v c.*
c L.si,cùm auxilia Pomp. vel etiam fil. P. B. misisset,ipse *ad.*si tantum auxilia*
d L.Ita cùm max.
e L. perparuã in amicitia culpam reling. *& ita duo v.c.*
f *al.* sed cum omni
g L.Cùm audiret,sen. *& ita duo v.c.*
h L.nobis imperatorib. *& ita duo v.c.*
¶ L.esse inclusam vid.
k L.insummo tamen timore quiescendum esse arbitr. *& ita v.c.*
l L. ei nuntiabatur.
m *duo v.c non habent* esse.
n *al.*nulliveri subs.
o *al.*pacis,& condordiæ
p L.legati ad eum,litt. *& ita duo v.c.*
q *duo v.c.* ad quẽ cùm dii
r *duo v.c.*illius
P.CXLVI.
s *vnus v.c.* quanto illesu per.vic.gl, tanto in omnib.pr.
t L.antèà *& ita v.c.*
u *v.c.vnus* adiutauerat,
n Rogatiarcessiti & euocati differentia*
y *vnus v.c.* vel vocatus
z *al.*ad sequẽtem.
a L.paruit,
b *al.*tertium
c *v.c,*vterere
A
B
C
D
E
F
G
H
a *al.*dux'e esse suum
b Propositio
c *duo v.c.*arguitur te domi suæ interficere *& ita L.*
d cõfirmati o P. B.
e *v.c.*vt cuius ferocitatis, vita.
f L.& ingrati à quo r.
g L.omneis socios omneis liberos populos,omneis prouin.
h *vnus v.c* cõsideratior
i *duo v.c.* horum probitas, C. Cæsar, noti m.
k *tres v.c.non habent* probitas,
l *v.c.*non audita est L.nõ est audita?
m *sic tres lib. vet.al.*prudentem
n *al.* cadere,
p *al.*confingitis?
p L. venisset,
q L.deuertisset:
r *al.* omnia
s *al.*muneratæ
t *al.*etenim ibi armati,vt te int.
u *duo v.c.* mehercules
x L.ab isto adolescente
y compulsus hac susp. *& ita s.v.c.* P. CXLVII.
z *al.*ab isto
a *al.* y Impercultus
b *v.c.* in
c *al.*labens.
d *al.* veneno nihil.At id.
e *v.c.* in potione in cibo,*& ita.*
f *al.*quisquid cum est f.
g *v.c.* homines fortasse celassent, *& ita L.*
h L. & consi occultiùs, *& ita v.c.*
i *al.* quæ sæpe *& ita v.c.*
k *al.*An Deiotarus illo tempore ni perfecta,

perfecta, continuò dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eodem te, cum cenauisses, rediturum dixeras: itáque feciſti. horâ vnam, aut duas eodem loco armatos, vt[a] collocati fuerunt retinere[b] magnũ fuit? cum in eõuiuio comiter, & iucundè fuiſſes. tum illuc iuiſti[c], vt dixeras. Quo in loco Deiotarum talem erga te cognouiſti, qualis rex Attalus[d] in P. African. fuit: cui magnificentiſſima dona vt ſcriptum legimus, vſque ad Numantiã miſit ex Asia: quæ[e] Africanus, inſpectante exercitu, accepit. Quod cùm præſens Deiotarus regio & animo, & more feciſſet, tu[f] in cubiculũ diſceſſiſti. Obſecro, C. Cæſar, rep ete temporis illius memoriã: pone[g] illum ante oculos diẽ: vultus hominum te intuentium, atq; admirantium, recordare. num[h] quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid niſi moderate[i], niſi quietè, niſi ex hominis grauiſſimi, & ſanctiſſimi diſciplina? Quid igitur cauſæ excogitari poteſt, cur te lautum voluerit, cenatum noluerit occidere? In poſterum, inquit, diem diſtulit, vt, cum in caſtellum Luceium ventum eſſet, ibi cogitata perficeret. Non video cauſam loci mutandi: ſed tamen acta res criminoſè eſt. Cum, inquit, vomere[k] poſt cenã velle te dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt, ibi enim erant inſidiæ. at te eádem tua fortuna ſeruauit, in[m] cubiculum te ire malle dixiſti. *Di te perdant*, fugit ee: ita non modò nequam, & improbus, ſed fatuus, & amens es. Quid? ſigna ænea in inſidiis poſuerat, quæ è[n] balneo in cubiculum tranſferri[o] non poſſent? Habes crimina inſidiarum. nihil enim dixit amplius. Horum, inquit, eram conſcius. Quid? ita demens ille erat, vt eum, quem conſcium tanti ſceleris habebat, à ſe dimitteret? Romam etiam mitteret, vbi & inimiciſſimũ ſciret eſſe, nepotem ſuum, & C. Cæſarem, cui feciſſet inſidias? præſertim eum is vnus eſſet, quiq poſſet de[r] abſente ſe vindicare? Et fratres meos, inquit, quòd erant conſcii, in vincula ſecum habebat, te ſolutum Romam mittebat, qui éadem ſcires, quæ illos ſcire dicis? Reliqua pars accuſationis duplex fuit: vna, regem ſemper in ſpeculis fuiſſe, cum à te animo eſſet alieno; altera, exercitum eum contra te magnum comparaſſe. De exercitu dicam breuiter, vt cetera. Numquã eas copias rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo R. poſſet: ſed quibus fineis ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrocinii is tueretur, & imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Atque antea quidem maiores copias alere poterat: nunc exiguas vix tueri poteſt. At miſit ad[t] Cæſium neſcio quem: ſed[u] eos, quos miſit, quòd ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quero, quàm verisimile ſit, aut nõ habuiſſe regẽ, quos mitteret: aut eos, quos miſiſſet, nõ paruiſſe: aut, qui dicto audiẽtes in tãta re nõ fuiſſent eos vinctos potius, quã[x] necatos fuiſſe. ſed tamẽ cum ad[y] Cæſium mittebat, vtrũ cauſam illam victam eſſe neſciebat, an[z] Cæſium iſtum, magnum hominem putabat? quem pro ſecto is, qui optimè noſtros homines nouit, Addidit etiã illud, equites nõ optimos miſſitatũ, ſed miſit ex iis, quos habuit, electos. Áiit neſcio quem ex eo numero, ſeruum iudicatum. Nõ arbitror: nõ audiui: ſed in eo, etiam ſi accidiſſet, culpam regis nullam fuiſſe arbitrarer. Alieno autem à te animo fuit. Quomodo? ſperauit, credo, difficileis tibi Alexandriæ[a] fore exitus propter regionis naturam, & fluminis. At eo ipſo tempore pecuniam dedit, exercitum aluit: quem[b] Aſiæ præfeceras, ei nulla[c] in re defuit: tibi victori, non ſolùm ad hoſpitium, ſed ad periculum etiam, atque ad aciem præſtò fuit. Secutus eſt bellum Africanũ. graues de te rumores ſparſit. qui etiam furioſum illum Cælium[e] excitauerunt. Quo tum erga te rex animo fuit? qui ſuctionatus ſit, ſeſéque, & filium ſuum exſpoliare[h] maluerit, quàm tibi pecuniam non ſub miniſtrare? At eo, inquit, tempore ipſo Nicæam[i], Epheſúmque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. Itaq; cũ eſſet ei nũtiatũ. Domitiũ naufragio periiſſe, te in caſtello circũſideri: de Domitio dixit verſum[k] Græcũ eádẽ ſententia, quã etiam nos habemus Latinum: *Pereant amici, dum vnà inimici intercidant*: quod ille, ſi eſſet tibi inimiciſſimus, numquam tamen dixiſſet. ipſe enim manſuetus, verſus immanis. Qui autem Domitio poterat eſſe amicus, qui tibi eſſet inimicus? tibi porrò inimicus cur eſſet, à quo cùm vel interfici belli lege potuiſſet, regem & ſe, & filium ſuum conſtitutos eſſe miniſſet? Quid deinde? furcifer quò progreditur? ait, hac lætitia Deiotarum elatum, vino ſe obruiſſe, in conuiuióque nudum ſaltauiſſe. Quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicij afferre? Deiotarum ſaltantem quiſquam, aut ebrium vidit vnquam? omnes ſunt in illo regiæ virtutes, quod te, Cæſar, ignorare non arbitror: ſed præcipuè ſingularis, & admiranda frugalitas. etſi[l] hoc verbo ſcio lauda ri reges non ſolere. *Frugi hominem dici non multùm habet laudis in rege. fortem, iuſtum. ſeuerum, grauẽ, magnanimum*[m] *largum, beneficum, liberalem, ha ſunt regiæ laudes, illa priuata eſt. Vt volet, quiſq. accipiat: ego tamen frugalitatem, id eſt, modeſtiam, & temperantiam, virtutem*[n] *eſſe maximam iudico.* hæc in illo eſt ab ineunte ætate, tum à cuncta Aſia, tum à magiſtratibus, legatiſq. noſtris, tum ab equitib. R. qui in Asia negotiati ſunt, perſpecta, & cognita. Multis ille[o] quidem gradibus officiorum erga remp. noſtram ad hoc regium nomen adſcendit: ſed tamen, quidquid à bellis populi[p] R. vacabat, cum hominibus noſtris conſuetudines, amicitias, res, ratiõnéſque iungebat: vt *non ſolùm tetrarcha nobilis, ſed optimus*[r] *paterfamilias, & diligentiſſimus agricola, & pecuarius habeatur.* Qui igitur[ſ] adoleſcens, nondum tanta gloria præditus, nihil vm quam niſi ſeueriſſimè, & grauiſſimè fecerit, is ea exiſtimatione, eáque ætate ſaltauit? Imitari potiùs, Caſtor, aui[t] tui mores, diſciplinám que debebas, quàm optimo, & clariſſimo viro fugitiui ore maledicere. Quòd ſi ſaltatorem auum[u] habuiſſes, neque eum virum, vnde pudoris, pudicitiæque exempla peterentur: tamen hoc maledictum minimè in illam ætatem conueniret, quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat, non ſaltandi, ſed bene *vt arma*[x] optimè *vt equis vteretur*: ea tamen illum cuncta, iam[y] ætate exacta, defecerant. Itaque Deiotarum cùm plures in equum ſuſtuliſſent, quod hærere in eo ſenex poſſet, admirari ſolebamus. Hic verò adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cùm in illo noſtro exercitu equita-

a *al.* Alexandreæ *al.* Alexandriæ.*
b L. ei. quem Asiæ præfecerat, nulla in re def.
c *duo v. c.* nulla re defuit
d *duo v. c. non habent.* ſparſit
e L. Cæciliũ excitauerunt. Quo tum rex animo fuit, qui &c.
f *vnus v. c.* nõ habent fuit
g *duo v. c. non habent*, & filiũ ſuum.
h L. ſpoliare
i *al.* Niceæ*
k Verſus Græcus is eſt ἐκφύτω φίλος σὺν ἔχθρος. extat autem apud Plutarchum libello de amico & adulatore. eſt autem ἐκφύτ μὴ φυτεφθς πέλεθρον. vide Victoriũ 1. Variar. 9.*
l frugalitate an regem deceat.*
m L. magni animi, & *vnus v. c.*
n L. virtutem maximã iud.
o *al.* quidem ille grad.
p *al.* populus R.
q *v. c.* non ſolum tetrarches nob. ſed etiam. paterf. dilig. agr. & pec.
r Rex Deiotarus optimus paterfamilias diligentiſſimus agricola & pecuniarius*
ſ *al.* ergo P. CXLIX.*
t L. aui mores
u Deiotarum
x Regiæ occupationes, arma & æqui*
y *al.* iam exacta ætate. def. L. iam ætate defec. & *ita duo v. c.*
z *duo v. c.* cum ſuis dilectis eq.
a *al.* quos cur ſuſt.

a *al.* vti
b *al.* retineri
c *v. c. duo*, iſti, d *legendum*
Auricbur. e *legunt* Ciceronis eſt
f *vnus v. c.* quod non puto. Nam infra dicitur. Antonius nomi
g *al.* quæ P. Africanus
h L. tum in cubic.
P. P.
i *al.* pone ante oculos illum diem
k *al.* vomere
l *al.* vomere te velle dixi. *al.* velle te
m *al.* cepere. *al.* coperunt
n *al.* transfere
o *al.* transferre
p *vide* Victor. 3. variar. 13.*
q *v. c.* qui ea illa ædemé, &c. *al.* Quæ tum ita ædem &c.
r *al.* abſcedere
ſ *al.* vincla
P. CLVIII.
t *al.* 24 Cæcinæ. 16 Auſcio q. *al.* & eos, q. *al.* ire noluerunt in vincula coni.
u L. quam neque ſed Cæcinæ. ſed tamẽ
x L. Cæciſam illam
y *al.* vel quia
z *al.* vel
a *al.* non noſſet. vel
b L. cum
c L. miſiſſe
d *al.* vteretur. &
e *al.* ſi ſe vtibi
f *al.* ſtium
g *vide* 3.
h *al.* quos habuit
i *al.* nec
k *al.* quem
l *al.* quos
m *al.* ſeruum
n *al.* iudicatum
o *al.* audiui
p *al.* ſed in eo
q *al.* etiam

ret cum[a] suis delectis equitibus, quos vna cũ eo ad Pompeium pater miserat, quos[b] concursus facere solebat? quàm se iactare? quàm[c] se ostentare? quàm nemini in illa causa studio, & cupiditate concedere? Cùm verò, exercitu amisso, ego, qui pacis auctor[d] semper fui, post Pharsalicum autem[e] prœlium suasor fuissem armorum non deponendorum[f], sed abiiciendorum, hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, quod & ipse ardebat studio ipsius[g] belli, & patri satisfaciendum esse arbitrabatur. Felix ista domus, quæ non impunitatem solùm adepta sit, sed[h] habet etiã accusandi licentiam: calamitosus Deiotarus, qui & ab eo, qui in[i] iisdem castris fuerit, non modo apud[k] te, sed etiam à suis accusetur. vos vestra secunda fortuna, Castor, non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti. Sint sane inimicitiæ, quæ esse non debebant. Rex enim Deiotarus vestram familiam abiectam[m], & obscuram, è tenebris in lucem vocauit[n]. Quis tuum patrem antè [o] qui esset, quàm cuius gener esset, audiuit? Sed quãuis ingratè, & impiè necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias, hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere. Esto. concedatur hæc quoque acerbitatis[p], & odij magnitudo. Adeóne, vt[q] etiam omnia vitæ, salutísq. communis, atq. etiam humanitatis iura violentur? *seruum sollicitare verbis: spe promißisq.[r] corrumpere: adducere [s] domum, contra dominum armare. hoc est, non vni prop. nquo, sed omnibus familiis bellum nefarium indicere.* nam ista corruptela serui, si non modò impunita fuerit, sed etiam à tanta auctoritate approbata: nulli parietes nostram salutem, nullæ leges, nulla iura custodient. vbi enim id quod intus est, atq. nostrum, impunè euolare potest, contráq. nos pugnare: fit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus. O tẽpora, ô mores! Cn. Domitius[u] ille, quem nos pueri cõsulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cùm tribunus pl. M. Scaurum, principem ciuitatis, in iudicium populi vocasset, Scauriq seruus ad eum clàm domum veniisset, & crimina in dominum delaturum se esse dixisset: comprehendi[x] hominem iussit, ad Scaurúmq. deduci. Vide quid interfit: etsi iniquè Castorem cum Domitio comparo: sed tamen ille inimico seruum remisit: tu ab auo abduxisti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti: ille adiutorem cõtra dominum repudiauit, tu etiam[z] accusatorem adhibuisti. At semel iste est corruptus à vobis? nónne, cùm[a] esset productus testis, & cùm tecum fuisset, refũgit ad legatos? nónne[b] etiam ad hunc Cn. Domitium venit? nónne audiente hoc Ser. Sulpicio, clarissimo viro, qui tum casu apud Domitium cenabat, & hoc T. Torquato, optimo adolescente, se à te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum esse confessus est? Quæ est ista tam[c] impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? idcirco in hanc vrbem venisti, vt huius vrbis iura, & exempla corrumperes, domesticáq. [d] tua inhumanitate nostræ ciuitati humanitatẽ inquinares? At quàm acutè collecta crimina? Blesamius, inquit, (eius[e] enim nomine optimi[f] hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad regem inquit, scribere solebat, te inuidiosè[g] tyrannum existimari: statua inter reges posita, animos hominum vehementer offensos: plaudi tibi non solere. Nónne intelligis, Cæsar, ex vrbanis maleuolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Cæsarem scriberet? multorum enim ciuium[a] capita viderat: multos iussu Cęsaris vexatos, verberatos, necatos: multas afflictas, & euersas domos: armatis militibus refertum forum, quæ semper in ciuili victoria esse[b] solet: dicere est solitus, *Beneignè sibi à populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis vteretur:* potest[m] multo facilius se Deiotarus consolari. Ille enim furoris multam[e] sustinuerat[p], hic erroris. Omnia tu Deiotaro, Cæsar, tribuisti, cùm & ipsi filio nomen regium concessisti. Hoc nomine retento, atque conseruato, nullum beneficium pop. Romani, nullum iudicium de se senatus imminutum putat: magno animo, & erecto est, nec vmquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem. Multa se arbitratur & peperisse antea[r] factis, & habere in animo, atque virtute: quæ nullo modo possit amittere. quæ enim fortuna, aut quis casus, aut quæ tanta possit iniuria, omnium imperatorum de[s] Deiotaro decreta delere? ab omnibus enim est ornatus, qui postquàm[t] in castris esse potuit per ætatem, in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt. Senatus verò iudicia de illo tam multa, támque honorifica, quæ publicis populi R. litteris, monumentísq. consignata sunt, quæ vmquam vetustas obruet, aut quæ tanta delebit oblivio? Quid de virtute eius dicam? quid de[u] magnitudine animi, grauitate, constantia? quæ omnes docti, atque sapientes, summa: quidam etiam sola bona esse dixerunt: hisq. non modò ad bene, sed etiam ab beatè viuendum contentam virtutem[x] esse. Hæc ille reputans, & dies[y] & noctes cogitans, non modò tibi non succensent, (esset enim non solùm ingratus,

a *duo v.c.* cũ suis dilectis eq.
b *al.* quos cursus f.
c L. quàm ostentare, & ira *v.c.*
d *al.* auctor sui Pharsalico autem prœlio
e *q.v.c.* non habuit, autem *al.* ponendorum,
f *al.* illius belli
g L. sed etiã accus. lic.
h L. in eisdem
i *al.* à peregrinis nonplacet
k *q.v.c.* nõ habent, Castor,
l *al.* deiect. ẽ,
m *al.* reuocauit
n *al.* amicã
P. B.
o L. acerbitas &
p L. vt omnia vitæ f.
q *al.* præmiscque
r *al.* abducere domo?
s *v.c. duo* nefarium bellum
t Idem Asconius hanc historiam planè inuertit Plutarchus libello de amico & adulatore: hoc est quod Domitius hic egisse dicitur, Scauro tribuit
u *al.* apprehendi
x *al.* reduci,
y etiam, *ab. sl.*
z *q.v.c.*
a L. cùm esset perductus, & cùm t:
b L. nónne ad hunc Cn.
c L. tam impotens,
d L. domesticaq. inhumanitate &c.
al. domesticã
P. CL.
que immanitate &c.
e *al.* eius nomine optimi viri nec tibi ignoti
f *v.c.* viri optimi,
g *al.* te inuidiæ esse tyrannum existimãt
a *al.* capita ciuium
b *al.* solus, solus, inq.
c L. populi R.
d *al.* ducem videmus
e L. statuis,
f L. nullis ẽ ad stat. & *v.c.*
P. B.
g *al.* prætenuis
h *al.* exterminum.
i *al.* ne illum tibi
k *al.* abest ab eo longissimè, vel à quo abest longissimè.
l Idem *q.* Valerius l. in f. Plin. c. 54. de viris illustr. adde Flor. in fin. deuictus
m Antiochus
n *v.c.* multarum. *al.* fuisset.
o *al.* repetitæ
p *v.c.* acceptis, Ita Livius 9. belli Macedonici consultans antea &c. de Deiotarum decr. *v.c.* putes, quàm
P. CL.
q *al.* de animi magnitudine
r *al.* esse virtutem.
s L. modicis

gratus, sed etiam amens, verùm omnem tranquillitatem, & quietem senectutis, acceptam refert elementiæ tuæ. Quo quidem animo cùm antea fuerit, tum non dubito, quin tuis litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omníq. sollicitudine abstraxerit. Iubes enim eum bene sperare, & bono esse animo: quod scio te non frustra scribere solere. memini enim iisdem ferè verbis ad me te scribere, méque tuis litteris bene sperare non frustra esse iussum. Laboro equidem regis Deiotari causa, quocum mihi amicitiam resp. conciliauit hospitium voluntas vtriusque coniunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam verò necessitudinem magna eius officio in me, & in exercitũ meũ effecerunt: sed cùm de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus[a] semel esse ignotum à te oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum sollicitudinem sempiternam, nec accidere, vt quisquam te timere incipiat, eorum, qui [b] semel à te sint liberati timore. ¶Nond debeo, C Cæsar, quod fieri solet in tãtis periculis, tentare, quónam modo dicendo misericordiam tuam commouere[c] possim, nihil opus est. occurrere ipsa solet supplicibus, & calamitosis, nullius oratione euocata. Propone tibi duos reges: & id animo contemplare, quod oculis non[f] potes. dabis profectò misericordiæ, quod iracundiæ negauisti[g]. Multa sunt tuæ clementiæ monumenta: sed maximè eorum incolmmitates, quibus salutem dedisti. Quæ si in priuatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in regibus. *Semper regium[a] nomen in hac ciuitate sanctum fuit, sociorum verò regum & amicorum sanctissimum.* Quod nomen hi reges ne amitterent, te victore, timuerunt: retentum verò, & à te confirmatum posteris etiam suis tradituros esse[b] confido. Corpora verò sua, pro salute regum suorum hi legati tibi regii tradunt, Hieras, & Blesamius, & Antigonus, tibi, nobísque omnibus iamdiu noti, eadémque fide & virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus est ad te missus: tum regum amicissimi, tum tibi etiam, vt spero, probati. Exquire de Blesamio, numquid ad regem contra dignitatem tuam scripserit. Hieras quidem causam omnem suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit reum, memoriam tuam implorat, qua vales plurimùm: negat vmquam se à te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse: in primis finibus tibi[c] se præstò fuisse dicit, vsque ad vltimos prosecutum cùm è balneo exisses, tecum se fuisse, cùm illa[d] munera inspexisses cenatus, cùm in cubiculo recubuisses: eandémque[e] assiduitatem tibi[f] se præbuisse postridie. Quamobrem, si quid eorum, quæ obiecta sunt, cogitatum sit, non recusat, quin id facinus, suum iudices. Quocirca, C. Cæsar, velimexistimes, hodierno die sententiam tuam, aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus, aut incolumem famam cum salute: quorum alterum optare, illorum crudelitatis est: alterum conseruare, clementiæ tuæ.

a L. quib. semel ignotum a te esse op. & ita v.c.

b Peroratio. c al. qui sint semel à te liberati timore.

d al. timore liberati.

e al. mouere

f al. nõ vales

g L. denegasti P. B.

a v.c. regum

b al. se esse confidunt

c al. tibi præsto se f.

d al. illa inspexisses

e al. eandem assid.

f q. v.c. tibi se tribuisse post.

P. CLIII.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICARVM LIBER PRIMVS SEV PHILIPPICA PRIMA.

ORATIO QVADRAGESIMATERTIA.

ANTEQVAM de republica, Patres[a] conscripti, dicam ea, quæ[b] dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breuiter consilium & profectionis & reuersionis meæ. Ego, cùm sperarem aliquando ad vestrum consilium, auctoritatémque[c] rempublicam esse reuocatam, manendum mihi statuebam, quasi in vigilia quadam consulari, ac senatoria. nec verò vsquam discedebam, nec à republica deiiciebam[d] oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus, in quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis: Atheniensiúmque[e] reuocaui vetus exemplum: Græcum etiam verbum[f] vsurpaui, quo[g] tum in sedandis discordiis erat[h] vsa ciuitas illa, atque *omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam[i] censui.* Pręclara tum oratio M. Antonij[k] egregia etiam voluntas: pax denique per eum, & per liberos eius cum præstantissimis ciuibus, [l] confirmata est, Atque his principiis reliqua consentiebant. ad deliberationes eas, quas habebat

a Mos ea appellatione Senatum compellare: nõ ad Consulem, sed ad voluerium amplissimum ordinẽ orationem dirigendo: vt quoties hæc verba occurrunt, intelligamus verba fieri in Senatu.

b al. quæ hoc tempore dicenda arbitror.

c al. auctoritatem.

d citatur à Plinio.

e L. renouaui exemp. & ita v.c. Colat Ferr.*

f vnus v.c. Græcum etiã verbum anne stiam, vsurpaui.

g al. verbum ἀμνηστίαν. al verbum μὴ μνησικακεῖν. Mur. 2. Variar. 15.

g al. quod tunc in s.d. vsurpauerat ciuitas illa. al. Vet. quod tum in scandalis discordauerat al. vet. quod tum in sedandis discors erat à vet. Ferr.*

h q. v.c. vsa erat

i al. statui

k q. u.c. egregiaque voluntas.

l Cassio & Bruto.*

QVONAM meo fato, P.C. fieri dicã, vt nemo his annis viginti reipub. hostis[a] fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Nec verò necesse[b] est à me quemquam nominari[c] vobis, cùm ipsi recordemini. mihi pœnarum illi plus, quàm optarem, dederunt. Te miror, Antoni quorum facta imitére, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minùs mirabar. nemo illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes à me reipub. causa lacessiti, tu, ne verbo quidem violatus, vt audacior, quàm[d] L. Catilina furiosior, quàm P. Clodius, viderere, vltrò[e] maledictis me lacessisti: tuámque à me alienationem commendationem tibi ad[f] ciueis impios gloriæ fore putauisti. Quid putem? contemtúmne me? non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid dispicere possit Antonius. An in senatu facillimè[g] de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis ciuibus bene gestæ reipub. testimonium multis, mihi vni conseruatæ dedit? An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est. quid enim plenius, quid vberius, quàm mihi & pro me, & contra Antonium dicere? Illud profectò est. non existimauit, sui similibus probari posse se[h] esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. Cui priùs quàm de ceteris rebus respondeo, de amicitia, quàm à me violatam esse criminatus est, quod ego grauissimum crimen iudico, pauca[i] dicam: Cõtra[k] rem suam venisse me nescio quando quæstus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari, &[l] necessario meo? non venirem contra gratiam, non virtutis specie, sed ætatis flore collectam? non venirem contra iniuriam, quam iste interpellatoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? Sed hoc ideirco commemoratum à te puto, vt te infimo ordini commendares, cùm te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos nepotes Quadij libertini hominis, fuisse. At enim te in disciplinã meam tradideras: (nam ita dixisti) domum meam ventitaras.[m] Nę tu, si id feciſſes, meliùs famæ, meliùs pudicitiæ tuæ consuluisses. sed[n] nec fecisti, nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. Auguratus petitionem mihi te concessisse dixisti. O incredibilem audaciam! ô impudentiam prædicandam! Quo enim tempore me augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius, & Q. Hortensius nominauerunt (neque enim licebat à pluribus nominari) tu nec soluendo eras, nec te vllo modo, nisi euersa rep incolumem fore putabas. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cùm in Italia Curio non esset? aut tum, cùm es factus, vnam tribum sine Curione ferre potuisses? cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent. At beneficio sum vsus[b] tuo. Quo? quamquam illud ipsum, quod commemoras, semper præ me tuli. malui me tibi debere confiteri, quàm cuiquam minùs prudenti non satis gratus videri. Sed quo beneficio? quòd me Brundisij non occideris? quem ipse victor, qui tibi, vt tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, saluum esse voluisset, in Italiam ire iussisset, eum tu occideres? Fac potuisse quod est aliud, P.C. beneficium latronum, nisi vt cõmemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint? Quod si esset beneficium, numquam ij, qui illum interfecerunt, à quo erant seruati, quos tu ipse[c] viros clarissimos appellare soles, tantam essent gloriam consecuti. Quale autem beneficium est, quòd te abstinueris nefario scelere? qua in re non tam iucundum[d] videri mihi debuit, non[e] interfectum à te, quàm miserum, in te impunè facere potuisse. Sed sit beneficium, quando quidem maius accipi à latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu reipub. queri non debui, neq; de te ingratus videri? Nam in illa querela, misera quidem, & luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me senatus, populúsque Rom. collocauit, necessaria, quid est[f] dicti à me cũ contumelia? quid non moderatè? quid non amicè? Etsi quidem cuius temperantiæ fuit, de M. Antonio quereretem, abstinere maledicto? præsertim cùm tu reliquias reipublicæ dissipauisses? cum domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia? cùm leges eas, quæ numquam promulgatæ essent, & de te, & à te lata confiterere? cùm auspicia augur, intercessionem consul sustulisses? cùm esses fœdissimè stipatus armatis? cùm omneis impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino, lustrisque confectus? At ego tanquam mihi cum M. Crassi contentio esset, quo-cum multæ & magnæ fuerunt, non cum vno gladiatore nequissimo, de repub. grauiter querens, de homine nihil dixi. Itaq. hodie perficiam, vt intelligat, quantum

a L. fore incolumem; put. & in 2. v. c.

b L. tuo vsus & in 2. v. c.

p. 8.

c clarissimi viros soles appellare.

d L. mihi videri deberi. e al. me non f al. res id

g al. ne ingratus esse videretur? Atio.

h L. Quod quidem e. i L. malè dicti?

quantum [a] tum à me beneficium acceperit. At etiam litteras, quas me sibi misisse diceret, recitauit, homo & humanitatis expers, & vitæ communis ignarus. Quis enim vmquam, qui [b] paullùm modò bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit, palámque recitauit? Quid [c] hoc est aliud, quàm tollere è vita vitæ societatem? tollere amicorum colloquia absentium? quàm multa ioca solét esse in epistolis, quæ prolata si sint, inepta [d] esse videantur? quàm multa seria, neque tamen vllo modo diuulganda? Sit hoc inhumanitatis tuæ [e]: stultitiam incredibilem videte. Quid habes, quod mihi opponas, homo diserte, vt Mustellæ [f] Tamisio, & Tironi Numisio videris? qui cùm hoc ipso tempore stét cum gladiis in conspectu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. Sed quid opponas tandem, si negem, me vmquã istas litteras ad te misisse? quo me teste conuinces [g]: an chirographo? in quo habes scientiam quæstuosam. Quî possis? sunt enim librarij manu. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere docuit [h]. Quid enim est minùs non dicere oratoris, sed hominis, quàm id obiicere aduersario, quod ille si verbo negarit, longiùs progredi non possit, qui obiecerit? At ego non nego: téque in isto ipso conuinco non inhumanitatis solùm, sed etiam amentiæ. Quod enim verbum in istis litteris est non plenum humanitátis, officij, beneuolentiæ [i]? omne autem crimen tuum est, quòd de te in his litteris non malè existimem: quòd scribam tanquam ad ciuem, tanquam ad bonum virum, non tanquam ad sceleratum, & latronem. At ego tuas litteras, etsi iure poteram à te lacessitus, tamen non proferam: quibus petis, vt tibi per me liceat quemdam de [k] exsilio reducere: adiurá'que, id te, inuito me, non esse facturum: idque à me impetras. quid enim me interponerem audaciæ tuæ: quam [l] neque auctoritas huius ordinis, neque existimatio populi Rom. neque leges vllæ possent coercere? Verumtamen quid erat, quòd me rogares, si erat is, de quo rogabas, Cæsaris lege reductus? Sed videlicet meam gratiam voluit esse: in quo ne ipsius quidem vlla potest [m] esse, lege lata. Sed cùm mihi, patres conscripti, & pro me aliquid, & in M. Antonium multa dicenda sint: alterum peto à vobis, vt [n] pro me dicentem, benignè: alterum ipse efficiam, vt, contra illum cùm dicam, attentè audiatis. simul illud oro: si meam cùm in omni vitá, tum in dicendo moderationem, modestiámque cognoscitis, ne me hodie, cùm isti, vt pronocauit, respondebo [o], oblitum esse putetis mei. non tractabo vt consulẽ: ne ille quidẽ me vt consularẽ. Etsi ille nullo modo consul, vel quòd ita viuit, vel quòd ita remp. gessit, vel quòd ita factus est consul [p]: ego sine vlla controuersia consularis. Vt igitur intelligeretis, qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit mihi consulatum meum, qui consulatus, verbo meus, P. C. re, vester fuit. quid enim constituí, quid gessi, nisi ex huius ordinis consilio, auctoritate, sententia? Hæc tu homo sapiens, non solùm eloquens, apud eos, quorum consilio, sapientiáque gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum consulatum, præter P [a]. Clodium, qui vituperaret, inuentus est? cuius [b] quidem te fatum, sicuti C. Curionem, manet: quoniam id domi [c] tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale. Non placet Marco Antonio consulatus meus. At placuit P. Seruilio, vt eum primum nominem ex illius temporis consularibus, qui proximè est mortuus: placuit Qu [d]. Lutacio Catulo, cuius [e] semper in hac repub. viuet auctoritas: placuit duobus Lucullis, Marc. Crassò, Qu. Hortensio, C. Curioni, M. Lepido, C. Pisoni, M [f]. Labeoni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Murenæ, qui tum erant consules designati: placuit idem, quod consularibus, M. Catoni: qui cùm multa, vita excedens, prouidit: tum quòd te consulem non vidit. Maximè verò consulatum meum Cn. Pompeius probauit: qui vt me primùm decedens ex Syria vidit, complexus, & [g] gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Sed [h] quid singulos commemoro? frequentissimo senatui sic placuit, vt esset nemo, qui mihi non, vt parenti, gratias ageret: qui [i] non mihi vitam suam, liberos, fortunas, remp. referret acceptam. Sed quoniam illis, quos nóminaui, tot [k] & talibus viris resp. orbata est: veniamus [l] ad eos, qui duo è [m] consulari numero reliqui sunt. L. Cotta, vir summo ingenio, summáque prudentia, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decreuit verbis amplissimis: etíque illi ipsi, quos modò nominaui, consulares, senatúsque cunctus assensus est. qui honos post conditam hanc vrbem habitus est togato ante me nemini. L. Cæsar, auunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua grauitate sententiam dixit in fororis suæ virum, vitricum tuum? hunc tu cùm auctorem, & præceptorem omnium consiliorum, totiúsque vitæ debuisses habere, vitrici te similem, quàm [n] auunculi esse maluisti. huius [o] ego consiliis alienus consul vsus sum: tu fororis filius, ecquid ad eum vmquam de repub. retulisti? ad [p] quos refert? dij immortales! ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt. Hodie non descendit Antonius. cur [q]? dat [r] natalitia [s] in hortis. cui? neminem nominabo. putatote [t] eum Phormioni alicui, tum Gnatoni, tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam! ô impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam! tu cùm principem senatorem, ciuem singularem, tam propinquum habeas, ad eum de rep. nihil refers [u]: ad eos refers, qui [y] domum suam nullam habent, tuam exhauriunt? Tuus videlicet salutaris consulatus, pernicioſus meus. Adeóne pudorem cum pudicitia perdidisti, vt hoc in eo templo dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quõdam florens orbi terrarum præsidebat, consulebam: tu homines perditissimos cum gladiis collocauisti [y]? At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) Cliuum Capitolinum dicere, me consule, plenum seruorum armatorum fuisse. Vt illa, credo nefaria senatusconsulta fierent, vim afferebam senatui. O [z] miserum, siue illa tibi nota non sunt (nihil enim boni nosti) siue sunt, qui apud taleis viros tam impudenter loquare! Quis enim eques Rom. quis, præter te, adolescens nobilis, qui vllius ordinis, quis [a] se ciuem meminisset, cùm senatus in hoc templo esset, in Cliuo Capitolino non fuit? quis no-

a T. quantũ à me beneficium tum acc. P. eclxxi.
b L. qui paullum m.
c L. Quid est aliud tollere è vita V. f.
d L. inepta videantur? & [illegible] q. v. c. esse habeantur: f. al. Mustelę Tami.
e L. continuo.
f L. dicere. dolenti.
g 3. v. c. beneficentiæ.
h L. de exsilio
i al. quem
P. B.
k L. est. postea. l L. vt me m L. Proinde. n L. respondero. & ita res. o v. c. commodum, si in quo est. p L. quid enim ego cot quid. gessi, quid gessi, nisi ex h. q al. consula tum. meum præter t. & P. Clodium.

men non dedit? quamquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. Etenim cùm homines nefarij de patriæ parricidio [a] consiterentur, conscio-
rum [b] indiciis, sua manu, voce pænè litterarûm coacti, se vrbem inflammare, ciues trucidare, vastare Italiam, delere tempub. consensisse: quis esset, qui ad salutem communem defendendam non excitaretur? præsertim cùm senatus, populúsque Rom. haberet ducem, qualis [c] si quidem nunc esset, tibi idem, quod illis accidit, contigisset. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum. Hoc verò ne P. quidem Clodius dixit vmquam. quem, quia iure ei fui [d] inimicus, doleo [e] à te iam omnibus vitiis esse superatum. Qui autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? an verebare, ne non putaremus natura te potuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiam disciplina? Tam autem eras excors, vt [f] tota in oratione tecum ipse pugnares: vt [g] non modò non cohærentia inter se diceres, sed maximè disiuncta, atque contraria? vt non tanta mecum, quanta tecum tibi esset contendi? Vitricum tuum in [h] tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectum querebare. Ita, quod [i] proprium meum est, laudasti: quod [k] totius senatus est, reprehendisti. nã [l], cùm comprehensio sontiũ mea, animaduersio senatus fuerit: homo differtus non intelligit, eũ, quem cõtra dicit, laudari à se: eos, apud quos dicit, vituperari. Iam illud cuius est non dico audaciæ (cupit enim se audacem dici) sed quod minimè vult, stultitiæ, qua vincit omneis, Cliui Capitolini mentionem facere, cùm inter subsellia nostra versantur armati? cùm in hac cæla Concordiæ, ô [m] dij immortales! in qua me consule, salutares sententiæ dictæ sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines collocati stent? Accusa senatum: accusa equestrem ordinem, qui tum cum senatu copulatus fuit: accusa omneis ordines, omneis ciueis, dum conficeare, hunc ordinem, hoc ipso tempore ab Ithyreis circumsederi. Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudenter, sed [n] quia tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profectò sapis. Quid est enim dementius, quàm [o], cùm ipse contra remp. pernicioſa arma ceperis, obiicere alteri salutaria? At etiam quodam loco facetus esse voluisti. Quàm [p] id (dij boni) non decebat! in quo est tua culpa non nulla. aliquid enim salis ab vxore mima trahere potuisti. CEDANT ARMA TOGAE. Quid? tum nónne cesserunt? At postea tuis armis cessit toga. Quæramus igitur, vtrum melius fuerit: libertati populi Rom. sceleratorum arma, an libertatem nostram armis tuis cedere. Nec verò tibi de versibus respondebo [q]: tantum [r] dicam breuiter: neque illos, neque vllas te omnino litteras nosse: me nec reip. nec amicis vmquam defuisse, & tamen omni genere monumentorũ meorum perfecisse [s] operis subseciuis, vt meæ vigiliæ, meæque litteræ & iuuentuti, vtilitatis, & nomini R. laudis aliquid afferrent. Sed hæc non huius temporis. ad [t] maiora veniamus. P. Glodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cùm tu illum in foro, spectante [u] populo R. gladio stricto insecutus es, negotiúmq; transegisses, nisi [a] ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, hísque oppilatis impetum tuũ compressisset? Sed [b] quid? ego fauisse me tibi fateor, suasisse ne tu quidem dicis. At Miloni ne fauere quidé potui. priùs enim rẽ transegit, quàm [c] quisquam tum suspicaretur eum facturum esse. At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, vt prodesse reip. sine suasore non posset. At lætatus sum. Quid [d]? ergo in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me vnũ tristem esse oportebat? Quãquam de [e] morte P. Clodij fuit quæstio non satis prudenter illa quidem cõstituta. Quid enim attinebat noua lege quæri de eo, qui hominem occidisset, cùm esset legibus quæstio constituta? quæsitum est tamẽ. Quod [f] ergo, cùm res agebatur, nemo in me dixit: id tot annis pòst tu es inuentus, qui dicere? Quòd verò dicere ausus es, idque multis verbis, opera mea Pompeium à Cæsaris amicitia esse disiũctum, ob eámque causam meag culpa ciuile bellum esse natum: in eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus errasti. Ego M. Bibulo, præstantissimo ciue, consule, nihil prætermisi, quantum facere, enitíque potui, quin Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. in quo Cæsar fuit [h] felicior. ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit. Postea verò, quàm se totum Pompeius Cæsari tradidit: quid ego illum ab eo distrahere conarer? stulti erat sperare: suadere, impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. ea velim reprehendas, si potes: vnum, ne quinquennij imperium Cæsari prorogaretur [i]: alterum, ne pateretur fieri, vt absentis eius ratio haberetur. quorum si vtrumuis persuasissem: in has miserias numquam incidissemus. Atque [k] idem cùm iam omneis opes & suas, & populi Ro. Pompeius ad Cæsarem detulisset, eróque eadem sentire cœpisset, quæ ego [l] antè multo præuideram [m]: inferrique patriæ bellum nefarium viderem: pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti: meáque illa [n] vox est nota multis, *Vtinam* [n], (*n*. Pompei, cum C. Cæsare societatem aut numquam coisses, aut numquam diremisses. fuit alterum grauitatis, alterum prudẽtiæ tuæ. Hæc mea, M. Antoni, semper & de Pompeio, & de repub. consilia fuerunt. quæ si valuissent: respub. staret: tu tuis flagitiis, egestate, infamia, concidisses. Sed hæc vetera: illud verò recens, Cæsarem [p] meo consilio interfectum. Iam vereor, patres conscripti, ne, quod turpissimum est, prædicatorem mihi apposuisse videar, qui me non solùm meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret [q] alienis. Quis enim meum in [r] istius societate gloriosissimi facti nomen audiuit? cuius autem, qui in eo numero fuisset, nomen est occultatum? occultatum dico? cuius non statim diuulgatum? citius dixerim iactasse se aliquos, vt [s] fuisse in ista societate viderentur, qui [t] socij non fuissent, quàm vt quisquam celare vellet. Quàm verisimile porrò est, in tot hominibus, partim obscuris, partim adolescentibus, neminem occultantibus, meum nomen latere potuisse? Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur illis auctoribus, Brutos ego impellerem, quorum vterque L. Bruti imaginem quotidie [x] videret, alter etiam Halæ [y]? His igitur

[a] al. patricidio
[b] al. cùm cõsciorum ind.
[c] L. qualis si qui nunc esset,
[d] L. inimicus fui.
[e] L. doleo à te omnib. vit. esse sup.
[f] L. vt tota in oratione tua tec.
[g] al. & non modo non coh. al. nec modò non coh.
[h] L. fuisse in tanto scel.
[i] L. quod proprie
[k] L. quod totum est senatus, repr. & ita v. c. & L.
[l] nam comprehensio sontium mea animaduersio, senatus fuit.
[m] abest, ô, à veteribus.
[n] L. sed qui tantam rerũ repugn. non videas, nihil prof. sapis. Quo al. quam, cum, reip. pernicioſa arma ipse ceperis, &c. P. B.
[p] L. Quàm id te, (dij bon.) n.
[q] L. respondebo plura tantum.
[r] L. tantum dicam breuiter, te neque illos, neque vll. omn. litt. n.
[s] al. fecisse. vt meæ vigiliæ.*
[t] L. maiora videan. us,
[u] L. inspectã te p. & sic v. sqq.
[a] v. c. nisi ille se in scalas al. nisi, se ille scalas
[b] L. Quod quidem ego fauisse me tibi, fateor.
[c] L. quam eum quisquis id facturum suspicaretur. At al. quàm quisquam eũ facturum id suspic.
[d] al. Quid ergo? n.
[e] L. de morte Clodij
P. CLXV.
[f] al. Quod? igitur, cùm res
[g] al. culpa mea bellum ciuile
[h] L. felicior fuit. & sic v.c.
[i] L. prorogaretur alterum, ne pateretur fieri, vt abl.
[k] Atque idem ego, cùm iam opes omneis & suas & populi Ro. &c. al. que idem ego, cùm iam omnes opes suas, & reip. Pompeius &c. l. Lego multo antè prouideram.*
[m] al. prouideram.* n. Idem Cicero refert. Epistolar. familiar. &.*
[o] al. Vtinam Pompei, ... Cæsare fuisset.

tur maioribus orti ab alienis potiùs consilium peterent, quàm à suis? & foris potiùs, quàm domo? Quid? C. Cassius, in ea familia natus, quæ non modò dominatum, sed ne potentiam quidem cuiusquam ferre potuit, me auctorem, credo, desiderauit: qui etiam sine his clarissimis viris, hanc rem in Cilicia ad ostium [a] fluminis Cydni confecisset, si ille ad eam ripam, quam [b] constituerat, non ad contrariam, nauim [c] applicuisset. Cn. Domitium non patris interitus, clarissimi viri, non auunculi mors, non spoliatio dignitatis, ad [d] recuperandam libertatem, sed mea auctoritas excitauit? An [e] C. Trebonio persuasi? cui nè suadere quidem ausus essem. quo etiam maiorem ei resp. gratiam debet, qui *libertatem populi Rom. vnius amicitiæ præposuit: depulsorque dominatus, quàm particeps esse maluit.* An L. Tullius [f] Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus, quàm facturum putaui. admiratus sum autem ob eam causam, quòd immemor beneficiorum, memor patriæ fuisset. Quid duos Seruilios? Cascas dicam, an [g] Halas? & hos auctoritate mea censes excitatos potiùs, quàm caritate reipub? Longum est persequi ceteros: idque reip. præclarum, fuisse tam multos, ipsis [h] gloriosius est. ¶ At quemadmodum me coarguerit homo acutus, recordamini. *Cæsare interfecto* [i], inquit, *statim cruentũ altè extollens M. Brutus pugionẽ, (Ciceronẽ nominatim exclamauit, atque ei recuperatam [k] libertatem est gratulatus.* Cur mihi potissimùm? quòd [l] sciebam? Vide ne illa causa fuerit appellandi [m] me, quòd cùm rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimùm testatus est, se æmulum meorum [n] laudum exstitisse. Tu autem omnium [o] stultissime, non intelligis, id, quod me arguis, voluisse interfici Cæsarem, crimen sit: etiam lætatum esse morte Cæsaris, crimen esse? *quid* enim *interest inter suasorem facti, & probatorem?* aut quid refert, vtrùm voluerim fieri, an gaudeam factum? ecquis est igitur, te [p] excepto, qui illum regnare gaudebas, qui illud aut fieri noluerit, aut factum improbarit? omnes [q] enim in culpa. etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit: voluntas nemini. Sed stuporem hominis, vel [r] dicam pecudis, attendite. sic enim dixit, M. Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamauit: ex quo intelligi debet, eum consciun fuisse. Ergo ego sceleratus appellor à te, quem tu suspicatum aliquid suspicaris, ille, qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur? Esto: sit in verbis tuis hic stupor. quanto in rebus, sententiisque maior? Constitue hoc, consul, aliquãdo, Brutorum, C. Cassij, Cn. Domitij, C. Trebonij, reliquorum, quam velis esse causam: edormi crapulam, inquam, & excitent, tantæ causæ indormientem? numquámne intelligis [s], statuendum tibi esse, vtrùm illi, qui istam rem gesserunt, homicidij [t] rei sint, an vindices libertatis? Attende enim paullisper, cogitationémque sobrij hominis *punctum temporis* suscipe. etenim ego, qui sum illorum, vt ipse fateor, familiaris: vt à te arguor, socius, nego quidquam esse me-

dium: confiteor eos, nisi liberatores populi R. conseruatoresque [a] reip sint, plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas esse: siquidem *est atrocius patriæ parentem, quam suum occidere.* Tu homo sapiens, & considerate, quid dicis? si [b] parricidæ: cur honoris causa à te sunt, & in hoc ordine, & apud populum Rom. semper appellati? cur M. Brutus, te [c] referente, legibus est solutus, si ab vrbe plus, quàm decem dies abfuisset [d]? cur ludi Apolinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur prouinciæ Cassio [e], & Bruto datæ? cur quæstores additi? cur legatorum numerus auctus? Atque hæc acta per te. non igitur homicidæ. sequitur, vt liberatores tuo [f] iudicio sint: quandoquidem tertium nihil potest esse. Quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis, quæ distinctiùs [g] dicuntur: intelligis. sed tamen hæc est summa conclusionis meæ: quoniam scelere à te liberati sunt, ab eodem te ampliss. præmiis dignissimi [i] iudicati sunt. Itaque iam tetexo orationem meam, scribam ad illos, vt, siqui fortè, quod à te mihi obiectum est, quærent, sitne verum: ne cui negẽt. etenim vereor, ne [k] aut celatum me ab ipsis, illis non honestum: aut inuitatum refugisse, mihi sit turpissimum. Quæ enim res vnquam (pro sancte Iupiter) nõ modò in hac vrbe, sed in omnibus terris est gesta maior? quæ gloriosior? quæ cõmendatior hominum memoriæ sempiterne? In [l] huius me consilij societatem, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso. Ago etiam gratias, quoquo animo facis [m], tanta enim res est, vt inuidiam istam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem. Quid enim beatius illis, quos tu expulsos à te prædicas, & relegatos? qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos, quo accesserint, non affari, atque appetere videatur? qui homines tam agrestes, qui se, cùm eos adspexerint, non maximum cepisse vitæ fructum putent? quæ vero tam immemor posteritas, quæ tam ingratæ litteræ reperientur, quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? Tu verò adscribe me talem in numerum. Sed vnam rem vereor, ne non probes. si enim fuissem, *non solùm regem, sed regnum etiam de rep. sustulissem*: &, si meus stilus ille fuisset (vt dicitur) mihi crede, *non solùm vnum actum, sed totam fabulam confecissem.* Quamquã si interfici Cęsarẽ voluisse, crimen est, vide, quęso, Antoni, quid tibi fututum sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est, & ob eius consilij societatem, cùm interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus seuocari. Egoautem (vide quàm tecũ agã non inimicè) quòd bene cogitasti aliquãdo, laudo: quod [n] non indicasti, gratias ago: quod non fecisti, ignosco. virũ res illa quærebat. Quod si te in iudiciũ quis adducat, vsurpétque illud Cassianum, *cui* [o] *bono fuerit*: vide, quæso, ne hæreas, quamquam illud quidem fuit, vt tu dicebas, omnibus bono, qui [p] vni seruire nolebant: tibi tamen præcipuè, qui non modò non seruis, sed etiam regnas: qui maximo te ære alieno ad ęqdem Opis liberasti [r]: qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipauisti: ad quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt: cuius [s] domus, quæstuosissima [t] est falsorum com-

a *L.* patricidas esse.

b *L.* si patricidæ:

c *al.* referẽte te,

d *L.* afuisset:

e *L.* Bruto, & Cassio

f *L.* tuo iudicio: quand.

g *al.* disiunctius.*

h *L.* sed tamen hęc summa est concl.

i *L.* si dignissimos iudicatos. *& ita o.v.c.*

k *L.* ne aut celatum me esse, illis ipsis non honestum: *&c.*

l *L.* in huius me tu coniurationis societ. tanq. in eq. Troianum cum principibus includi, non recuso. P. CLXVII.

m facias.

n *al.* quòd indicasti,

o Similis formula in orat. pro Milone vbi dixi.* P. B. p *o.v.c.* qui seruire nolebant: *& ita L.*

q *al.* ad Opis lib.

r *al.* liberauisti:

s *al.* cuius domi

t *al.* est quæstuosis. falsis.

mentariorum, & chirographorum officina: agrorum, oppidorum, immunitatum [a], vectigalium, flagitiosissimæ nundinæ. Etenim quæ res egestati, & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subuenire potuisset? Nescio quid conturbatus [b] mihi esse videris. numquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur? libero te metu: nemo credet vmquam: non est tuum de rep. bene mereri: habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros resp. auctores: ego [c] te tantùm gaudere dico: fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus: nunc etiam reliquis respondendum est. Castra mihi Pompeij, atque [d] illud omne tempus obiecisti. quo quidem tempore si, vt dixi, meum consilium, auctoritásque valuisset: tu hodie egeres, nos liberi essemus, resp. non tot duces, & exercitus amisisset. Fateor enim, me, cùm ea, quæ acciderunt, prouiderem [e] futura, tanta in mæstitia fuisse, quanta ceteri optimi ciues, si idem prouidissent, fuissent. Dolebam, dolebã, P.C. remp. vestris quondam, meisque cõsiliis conseruatam, breui tempore esse perituram. neque verò eram tam indoctus, ignarúsque rerum, vt frangerer animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus: dimissa, molestiis omnib. liberasset [f]. illos ego præstantissimos viros, lumina reip. viuere volebam, tot consulareis, tot prætorios, tot honestissimos senatores, omnem [g] præterea florem nobilitatis, ac iuuentutis, tum optimorum ciuium exercitus: qui si viuerent, quamuis iniqua conditione pacis (*mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili vtilior videbatur*) rempub. hodie teneremus. Quæ [h] sententia si valuisset, ác non ij maximè mihi, quorum ego vitæ consulebam, spe victoriæ elati, obstitissent: vt alia omittam, tu certè numquam in hoc ordine, vel potiùs numquam in hac vrbe mansisses. At verò Cn. Pompeij voluntatem à me abalienabat [i] oratio mea. An ille quemquam plus dilexit? eum vllo aut sermones, aut consilia contulit sæpius? quod quidem erat magnum, de [k] summa re dissentienteis, in eâdem consuetudine amicitiæ permanere. Sed & ego quid ille, & contrà ille quid [l] ego sentirem, & spectarem, videbat. Ego incolumitati ciuium primùm, & [m] posteà dignitati: ille præsenti dignitati potiùs consulebat. quòd autem habebat vterque quod [n] sequeretur, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. Quid verò ille [o] consularis vit, ac pænè diuinus de me senserit, sciunt qui eum Pharsalica [p] fuga Paphum prosecuti sunt. numquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderij, cùm me vidisse plus fateretur, se [q] sperauisse meliora. Et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem [r] esse fateare? Sed omittatur bellum illud, in quo tu nimiùm felix fuisti. Ne iocis quidem respondebo, quibus *me in castru vsum* [s] esse dixisti. Erant [t] illa quidem castra plena curæ: verumtamen *homines, quamuis in turbida rebus sint, tamen, si modò homines sunt, interdum animus relaxantur.* ¶ Quòd autem idem *mæstitiam meam reprehendit, idem iocum* [u]: magno argumento est, me in vtroque fuisse moderatum. *Hereditates mihi negasti venire.* Vtinam hoc tuum verum crimen esset: plures amici mei, & necessarij viuerent. Sed quî istuc tibi vênit in mentem? ego enim amplius [ILS.] ducenties acceptum hereditatibus retuli. Quamquam in hoc genere fateor feliciorē esse te. me nemo, nisi amicus, fecit heredem, vt cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur: te is, quem [a] numquam [b] vidisti, L. Rubrius Cassinas [c], fecit heredem. Et quidem vide, quàm te amarit is, qui, albus, atérue [d] fueris, ignorans, fratris filium præteriit: Qu[e]. Furij, honestissimi equitis Romani, [f] suisque amicissimi, quem palàm heredem semper factitarat, ne [g] nomen quidem perscripsit: te, quem numquam viderat [h], ac numquam salutauerat, fecit heredem. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu. nihil scio, inquies, nisi quæ prædia habuerit. Igitur fratrem exheredans, te faciebt heredem. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum, eiectis [i] veris heredibus, tanquam heres esset, inuasit. Quamquam hoc maximè admiratus [k] sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, cùm ipse hereditatem patris non adisses. Hæc vt colligeres, homo amentissime, tot dies in [l] altera villa declamasti? quamquam tu quidem (vt tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, non ingenij acuendi causa declamitas [m]. Et nyerò adhibes ioci causa magistrum, suffragio tuo, & compotorum tuorum, rhetorem: cui confessisti, vt non [o] in te, quæ vellet, diceret, sed in quem vellet, diceret. Salsum omnino hominem, sed materia facilis [p], in te, & in tuos dicta dicere. Vide [q] autem, inter te, & auum tuum, quid interfit. ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena. At quanta merces rhetori dataest? Audite, audite, P. C. & cognoscite reip. vulnera. duo millia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti, & quidem immunia, vt [r] pro tanta mercede nihil sapere disceres. Num etiam hoc, homo audacissime, me, ex Cæsaris commentariis? Sed dicam alio loco de Leontino agro, & de Campano, quos iste agros ereptos reipub. turpissimis possessoribus inquinauit. ¶ Iam enim, quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore, & correctore nostro quædam dicenda sunt. nec enim omnia effundam, vt, si sæpiùs decertandum sit, vt erit, semper nouus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum, peccatorúmque largitur. Vísne igitur te inspiciamus à puero? sic opinor. à principio ordiamur. Tenésne memoria, prætextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est. Concedo. etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti in [s] quatuordecim ordinibus, cùm esset lege [t] Roscia *de octoribus vt certus locus constitutus*, quáuis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset. Sumsisti [x] virilem togam [y], quam statim muliebrē stolam reddisti. Primò vulgare scortum: certa flagitij merces, nec ea parua: sed citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæstu abduxit: &, tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili [z], & certo locauit. Nemo vmquam puer emtus libidinis causa, tam fuit in domini potestate, quam tu in Curionis. Quoties te pater eius domo sua eiecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares: cùm [a] tamen tu, nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per te-

a *al.* immunitatis vectigalium.

b *L.* conturbatus videris esse *al.* nescio quid mihi conturbatus videris esse

c *al.* ego te dico tantũ gaudere.

d *al.* atque omne illud temp.

e *al.* prævideremus.

f L. liberasset.

g *al.* & omnem præt.

h *al.* Quæ sententia mea si

i *L.* alienabat oratio mea

P. clxviii.

k *L.* de summa rep. dissentienteis, l *al.* quid ego & sentirem,

m L. vt postea dignitati possemus: ille præf.

n *al.* quid seq.

o L. ille singularis vir,

p *L.* de Pharsalica fuga Paphum persecuti sunt.

q *al.* se sperasse

r Sectorem obscœno sensu hic accipit: vt & paulo post infra

s *forte* visum.*

t *L.* Erant quidem illa castra.

u *al.* iocos.

a *L.* quem tu vidisti nunquam & ita v. c.

b Hæres etiam ignotus instituī potest.*

c *al.* Cassinas.

d *L.* aterue fueris.* P. p.

e *L.* Qu. Furfij,

f *al.* sibique amicissimi,

h *L.* ne memini quidē: *al.* ne nomen aut quidē

h L. videret certè numquam salutauerat: f.

j *al.* vi eiectis

k *al.* demiratus tum,

l *L.* in altera villa

m *L.* declamas.

n *al.* At verò

o *L.* vt in te, quæ vel ea diceret. Salsum omn.

p *L.* facis et in te, & in q. *L.* Vide autem, quid interfit inter te, & auum tum. ille & ies. q. c.

r *al.* reponas li Rosciante.

P. clxix.

f *L.* in quatuordecim cum esset.

t De lege Roscia dicit in oratione pro Murena & Nonnihil Noctis quis cogitat bonus vehem.

u Hæc tenus videtur apud Quintilianum esse integra, cæterali referuntur. Qui artem exercuerit, iocandi ordinibus, primis ne sedeat.

x *L.* Sumsisti virilem, quàm statim muliebrem togam reddid. Vi. Toga cētã vocantur meretrices adde Horatii P. Satyra.

z sic apud Virgilium Cõiugium stabile.*

per tegulas demitterere [a]. quæ flagitia domus illa diutiùs ferre nõ potuit. Scísne me de reb[9] mihi notissimis dicere? Recordare tempus illud, cùm pater Curio mærens iacebat in lecto: filius se ad pedes meos prosternens lacrymans, te mihi commendabat: orabat, vt [b] te contra suum patrem, si sestertiûm sexagies peteret, defenderem. tantum enim se pro te intercessisse dicebat. Ipse autem amore ardens confirmabat, quòd desiderium tui [c] dissidij ferre non posset, se in exsilium esse iturum. Quo [d] ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedaui, vel potius sustuli. patri persuasi, vt æs alienum filij dissolueret: redimeret adolescentẽ, summa spe & animi, & ingenij, præditum, rei familiaris facultatibus: eúmque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione, patrio iure, & potestate prohiberet. Hæc tu, cùm per me acta meminisses: nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare ausus es? Sed iam stupra, & flagitia omittam [e], sunt quædam, quæ honestè non possum dicere: tu autem eo liberior, quòd ea in te admisisti, quæ à [f] verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum vitæ cursum videte: quem quidem celeriter perstringam, ad hæc enim, quæ in ciuili bello, in maximis reip. miseriis fecit, & ea, quæ quotidie [g] facit, festinat animus. quæ peto, vt, quamquam multo notiora vobis, quàm mihi sunt, tamen, vt facitis, attentè audiatis. *debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio sõlùm rerum, sed* [h] *etiam recordatio.* tametsi [i] *incidamus oportet media, ne nimu sẽrò ad extrema veniamus.* Intimus erat in tribunatu Clodio: qui sua erga me beneficia commemorat. eius omnium in cendiorum fax. cuius etiam domi quiddam [k] iam tum molitus est, quid dicam, ipse optimè intelligit. Inde [l] itum Alexandriam [m] contra senatus auctoritatem, contra [n] religionem. Sed habebat ducem Gabinium, quicum quiduis rectissimè facere posset. Qui tum inde reditus, aut qualis? prius in vltimam Galliam ex Ægypto, quàm domum. Quæ [o] autem erat domus? suam enim quisque domum tum obtinebat, neque erat vsquam tua. domum dico? quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Misenum, quod cum sociis, tamquam Sisaponem tenebas? Venisti è Gallia ad quæsturam petendam. aude dicere, te prius ad [p] patrem tuum venisse, quàm ad me. accesserat enim iam antè Cæsaris litteras, vt mihi satisfieri paterer à te. itaque ne loqui quidem tum te passus de gratia. Postea [q] custoditus sum à te, tu à me obseruatus [r] in petitione quæsturæ. quo quidem tempore P. Clodium, approbante populo R. in foro es conatus occidere: cúmque eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo: tamen ita prædicabas, te non existimare, nisi illum interfecisses, vmquam mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum. In quo demiror, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cùm te vltrò mihi idem illud deferentem nũquam sim adhortatus. quamquã, si in eo perseuerares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam, quàm ad meam gratiam. Quæstor es factus. deinde continuò sine senatusconsulto, sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi. id enim vnum in terris, egestatis, [a] æris alieni, nequitiæ, perditis vitæ rationibus perfugium esse ducebas. Ibi te cùm & illius largitionibus, & tuis rapinis expleuisses (*si* [b] *hoc est explere, quod statim effundas.*) aduolas [c] egens ad tribunatum, vt in eo magistratu, si posses, viri [d] tui similis esses. Accipite nunc, quæso, non ea, quæ ipse in te, atque in domesticum dedecus impurè, atque intemperanter, sed quæ in nos, fortunáque nostras, id est, in vniuersam remp. impiè, ac nefariè fecerit. ab huius enim scelere omnium malorum principium natum reperietis. Nam, cùm L. Lentulo, C. Marcello, consulibus, calendis Ianuar. labentem [e], & propè cadentem remp. fulcire cuperetis, ipsíque C. Cæsari, si sana mente esset, consulere velletis: tum iste venditum, atque [f] mancipatum tribunatum, consiliis vestris oppositi, cerniculísque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. In [g] te autem, M. Antoni, id decreuit senatus, & quidem incolumis, nondum tot [h] luminaribus exstinctis, quod in hostem togatum decerni est solitum more maiorum. Et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es, cùm ab hoc ordine ego conseruator essem, tu hostis reip. iudicatus? Commemoratio illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta. dum genus hominum, dùm populi R. nomen exstabit (quod quidem erit, si per te licuerit [i], sempiternum) tua illa pestifera intercessio nominabitur. Quid cupidè à senatu, quid temerè fiebat, cùm tu, vnus adolescens, vniuersum ordinem decernere de salute reip. prohibuisti? neque id semel, sed sæpius? neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es? quid autem agebatur, nisi ne [k] delere, & euertere remp. funditus velles, cùm te neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu monendo, neque frequens senatus agendo, de vendita, atque addicta sententia mouere potuit? Tum illud, multis [l] rebus antè tentatis, necessariò tibi vulnus inflictum [m], quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo. Tum contra te dedit arma hic ordo consulibus, reliquísque imperiis, & potestatibus: quæ non effugisses, nisi te ad arma Cæsaris contulisses. Tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps C. Cæsari, omnia perturbare cupienti, causam belli contra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat? quam causam [n] dementissimi [o] sui consilij, & facti afferebat, nisi quòd intercessio neglecta, ius tribunitium sublatum, circumscriptus [p] esset Antonius? omitto, quàm hæc falsa, quàm leuia: præsertim cùm *omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi.* Sed nihil de Cæsare: tibi certè confitendũ est, causam pernicioſissimi belli in persona tua constitisse. O miserum te, si [q] intelligis: miseriorem, si non intelligis, hoc litteris mandari, hoc memoriæ prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum vmquam immemorẽ fore, consules ex Italia expulsos, cúmq; his Cn. Pompeium, qui [r] imperij P. R. decus, ac lumen fuit: omneis consulareis, qui per valetudinem [s] exsequi fugã [t] illam: cladémque potuissent: prætores, prætorios, tribunos plebis, magnam partem senatus, omnem [u] sobolem iuuentutis, vnóque [x] verbo remp. expulsam, atque exterminatam suis sedibus. Vt [y]

a *L.* dimittererere.

b *al.* vt se contra f.

c *L.* tui dissidij &c.

d *al.* Quo tempore ego tanta ma-la.* P. S.

e *L.* omittam, sunt & ita v.c.

f *al.* verecundante

g *v.c.* cotidie

h *al.* verùm etiam. i *al.* si incidamus, optemus, medius. quod si legemus tametsi incidamus.* k *L.* iam tũ quiddam. l *L.* inde iter Alexandriam.* m *al.* Alexandriam.* n *L.* contra remp. & religionem. o *v.c.* Quæ autem domus. p *L.* ad matrem tuam venisse.

q *L.* Postea quàm sum te passus de gratia. Postea custoditus sum à te, tu à me obseruatus. Hoc fit Cicero. ab Antonio remanente à Cæsaris potentia illum vitium à se obseruatum. ne tribuni suffragia, peculiaria emerentur: obsistere enim verbum seruare. Alij, Absistere. comitatus, vel ornatus.*

a *al.* egestatis æri alieno. nequitiæ.* b *fort.* (si hoc est explere, deuorare, quod statim effundas) c *L.* aduolasti egens. *&c. & ita v.c.* d *Vetus* vir tutis *al.* virtrici *vt de P. Lentulo loquatur.** e *L.* labantẽ *& ita v.c.*

f *L.* atque emancipatum

g *v.c.* In te, M. Antoni, h *L.* tot luminib. exst. *& ita v.c.*

P. S.

i *al.* licebit

k *L.* ne delere & euertere

l *al.* multis antè tentatis necessi.

m *al.* inflictũ est quod

n *al.* ansam* o *al.* sui dementissimi consilij. p *L.* circumscriptus à senatu esset *& ita v.c.* q *al.* si hæc intelligis. r *L.* quod imperij pop. *& ita v.c.* f *v.c.* valitudinem s *L.* cladem illam, fugámque pot. t *L.* omnem sobolem iuu. x *L.* vno verbo. y Cõparatio sumpta ex Demosthenes oratione pro Ctesiphõtem

igitur in seminibus est causa arborum,& stirpium: sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti.Doletis, treis exercitus populi Ro. interfectos:interfecit Antonius.desideratis clarissimos ciueis: eos quoque eripuit [a] vobis Antonius. auctoritas huius ordinis afflicta est: afflixit Antonius. omnia denique, quæ posteà vidimus(quid [b] autem mali non vidimus?)si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Vt *Helena Troianu*, sic iste huic reipub. causa belli, causa pestis, atque exitij fuit. Reliquæ partes tribunatus principio [c] similes.omnia perfecit,quæ senatus, salua repub.ne fieri possent,perfecerat.cuius tamen scelus in scelere cognoscite.Restituebat multos [d] calamitosos.in his patrui nulla mentio. si seuerus: cur non in omneis? si misericors,cur non in suos?sed omitto ceteros.Licinium Lenticulam [e],*de* [f] *alea condemnatum*, colluforem suum,restituit [g],quasi verò ludere cum condemnato non liceret:sed vt, quod ille in alea perdiderat,beneficio legis dissolueret. Quam attulisti rationem populo R. cur eum restitui oporteret? Absentem credo in reos relatum: rem indicta causa iudicatam: nullum fuisse de alea lege iudicium:vi oppressum,& armis:postremò,quòd [h] de patruo dicebatur,pecunia iudiciũ esse corruptum. Nihil horum.At vir bonus,& repub.dignus. Nihil id quidem ad rem:ego [i] tamen, quoniam condemnatum esse,pro nihilo est, si ita esset, ignoscerem. Hominem [k] omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere,*lege* [l], *quæ* [m] est de alea,condemnatum,qui in integrum restituit, is nõ apertissimè studium suum ipse profiteretur? in eodem verò tribunatu, cùm Cæsar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset: quæ fuit eius peragratio itinerum? lustratio municipiorum? Scio me in rebus celebratissimis sermone [n] omnium versari,eáque quæ dico,dicturúsque sum,notiora omnibus [o] esse,qui in Italia tum [p] fuere,quàm mihi, qui non fui. notabo tamen singulas res: etsi nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestræ scientiæ. etenim quod vnquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est? tantam turpitudinem? tantum dedecus? Vehebatur in essedo [q] tribunus pleb. lictores laureati antecedebant: inter quos,aperta lectica, mima portabatur: quam ex oppidis municipales, homines honesti, obuiam necessariò prodeuntes, non [r] noto illo,& mimico nomine,sed Volumniam con salutabant.sequebatur rheda cum lenonibus, comites pequissimi: [s] rejecta [t] mater amicam impuri filij,tanquam nurum, sequebatur. O miseræ mulieris fœcunditatem calamitosam! Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia [u],præfecturas [x],colonias [y],totam denique Italiam impressit. Reliquorum factorum eius,P.C. difficilis est sanè reprehensio, & lubrica. versatus in bello est: saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium. fuit [a] felix, *si potest vlla esse in scelere felicitas*. Sed, quoniam veteranis cautum esse volumus, quamquam dissimilis est militum causa, & tua:illi secuti sunt,tu quæsisti ducem:tamen, ne apud illos me in inuidiam voces, nihil de belli genere dicam. Victor è Thessalia Brundisium cum legionibus reuertisti. ibi me non occidisti. magnum beneficium. potuisse enim fateor. quamquam nemo erat eorum,qui [b] tunc tecum fuerunt, qui mihi non censeret parci oportere.tanta [c] enim est caritas patriæ,vt vestris etiam legionibus sanctus essem,quòd eam à me seruatam esse meminissent.sed [d] fac te dedisse mihi,quod non ademisti:méque à te habere vitam, quia [e] à te non sit erepta: liceat [f] nunc mihi per tuas contumelias hoc beneficium tueri,vt tuebar, præsertim cùm te hæc auditurum videres. Venisti Brundisium, in sinum quidem, & in complexum tuæ mimulæ. Quid est? num mentior? *quàm miserum est id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri!* Si te municipiorum non pudebat: ne veterani quidem exercitus?quis enim miles fuit, qui Brundisij illam non viderit? quis, qui nescierit venisse [g] eam tibi tot diebus viam [h] gratulatum?quis, qui non indoluerit, tam serò se, quem [i] hominem secutus esset, cognoscere? Italiæ rursus percursatio eâdem comite mima:in oppida militum crudelis,& misera deductio:in vrbe auri [k],& argenti,maximéque vini fœda direptio.Accessit,vt,Cæsare ignaro, cùm [l] ille esset Alexandriæ, beneficio amicorum [m] magister equitum constitueretur. tum existimauit se suo iure cum Hippia viuere, & equos vectigaleis Sergio mimo tradere [n].Quid ego istius decreta, quid rapinas,quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? cogebat egestas: quò se verteret,non habebat: nondum ei tanta à L.Rubrio,non à L. Turselio hereditas venerat:nondum in Cn. Pompeij locum, multorúmque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat. erat ei viuendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantum rapere potuisset. Sed hæc,quæ robustioris improbitatis sunt,omittamus: loquamur potiùs de [o] iniquissimo genere leuitatis. Tu istis fauicibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in populi Rom. conspectu vomere postridie. O rem non modò visu fœdam, sed etiam auditu! Si [p] inter cenam,in [q] tuis Immanibus illis poculis,hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret [r]? in cœtu verò populi Rom. negotium publicum gerens, magister equitum,cui ructare turpe esset, is vomens, fructis exsculentis,vinum redolentibus,gremium suum, & totum tribunal impleuit. Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus: veniamus ad [s] splendida. Cæsar Alexandriam [t] se recepit,felix, vt sibi quidem videbatur: mea autem sententia,*si quu* [u] *reipub.sit infelix,felix est esse non potest*.hasta [x] posita pro æde Iouis Statoris,bona [y] (miserum me:consumtis enim lacrymis, tamen infixus animo [z] hæret dolor)bona,inquam,Cn. Pompeij Magni, voci acerbissimæ subiecta præconis. vna in illa re seruitutis

a *L.* vobis eripuit
b *v.c.* quid autem mali vidimus,
c *duo v. c.* principijs similes.
d *al.* multos damnatos.
e *L.* Denticulam,
f Aleæ pœna constituta apud Romanos.*
g *L.*restituit non vt luderet cum restituto: quasi v
h *L.*quod de patruo tuo diceb.
i *al.* & ego tamen.
k *al.*Hominem vero omn.
l *al.*hac leg. P. B.
m Lex de alea.*
n *al.*omniũ sermone
o *L.*esse omnibus, qui
p *al.* tum fuerunt,
q Essedum genus vehiculi.*
r *al.*non vero illo, & mim.
s *al.* sequebatur rheda cum leonibus, comites
n *al.* sequebantur rhedam cum leonib. com. nequiss‖ *videor* vsus est enim leonibus ad currum Antonius *teste Plinio*.*
t *v.c.* reiecta mater‖ *pro* rejecta *al:* rheditula *Ant. Augusti.* lectica.*
u Municipia præfecturæ & coloniæ hic separantur. additur & forum & concilabulum a pud varios authores de Imitib. præfectura Fori & Cocil abulum quid esset dixi in orat. pro Plancio. Municipia vero erant vrbes iure ciuitatis donatæ,in quas si coloni deducebantur,in coloniæ conditionem deducebantur: & cum antea sui iuris essent legem à deductore coloniæ accipiebant:vel etiam coloniæ municipia fiebant. Sic Puteoli antea municipium, *Liuius* 5. *Velleius* post colonia. *Cicero in Rullum & pro Cœlio*:* x Præfectura quid esset dixi in orat. pro Plancio.* y Coloniæ erant, cum coloni aliquem in locum deducebantur aut veter bus incolis adscribebantur, vel veteribus colonis noui addebantur. Latinis, ius erat ciuitatis, suffragij,magistratus si in sua colonia magistratum gessissent. Eidem ius Transpadanis coloniis ius de ir Pompeius,quamuis colonos ipse non deduxisset *Strabo*. *Addet* t. *Atticum* t. Italiæ, tantum immunes à tributo & stipendio. Neque ius ciuitatis,suffragij,ac magistratus habebant. Tandem tota Italia ciuitate donata:& confirmatione Antonini, qui in orbe Romano. l. in orbe 17. ff. de stat.*

a *al.* felix fuit,si p:

P. CLXXII.

b *L.*qui tum
c *al.* tanta est enim caritas p.
d *L.*sed fac id re ded.
d *al.*quæ à te non sit *al.* quia non à te sit
f *L.* licuisse mihi per tuas con.tu. h. tuebar.sic tueri,vt t.
g *v.c.*venisse eam tot tibi dierum *v.al.* venisse eam tibi tot dierum *v.al.* h *al.*via
i *L.*quàm me quam hominem sec.fut. quam nequam hom
k *al.*auri,
l *L.* cùm esset ille
m *L.*amicorum cius mag.
n *L.*traderetur sibi,non liane, quam nunc matrem, sed M. Pisonis domum, vbi habitaret, se gerat. Quid ego ill. de *v.c.*
o *L.* de nequissimo P. si hoc tibi fuisse, q
p *L.* fuisse
q *L.* vomere
r *v.c.* Ecce
s *al.*ad splendida.
t *L.*Alexandriæ se
u *L.*qui reipub. sit infelix,felix est esse non potest.*
x *al.* posita
y *L.*qui tum
z *L.* hæret animo dolor

seruitutis oblita ciuitas ingemuit, seruientibúsque animis [a], gemitus tamen populi Romani liber fuit. exspectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam dijs, hominibúsque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo, præter Antonium, præsertim cùm tot essent circa [b] hastam illam, qui alia omnia auderent. vnus inuentus est, qui id auderet, quod omnium fugisset, & [c] formidasset audacia. Tantus igitur te stupor oppressit, vel, vt verius dicam, tantus furor, vt primùm, cùm sectordsis isto loco nemus, deinde cùm Pompeij sector, non te exsecrandum [c] populo Romano, non detestabilem, non omneis tibi deos, omneis [d] homines, & esse inimicos, & futuros scias? At quàm insolenter statim helluo [g] inuasit in eius viri fortunas, cuius virtute terribilior erat populus R. exteris gentibus, iustitia carior? In [h] eius igitur copias cùm se subitò ingurgitauisset [i], exsultabat gaudio, persona de mimo [k], *modò egens, repentè dives.* Sed, vt est apud poetam nescio quem, *Malè parta, malè dilabuntur.* Incredibile, ac simile portenti est, quónam modo illa tam multa, quàm paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit: maximus [l] vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & lauta supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Horum paucis diebus nihil erat. Quæ *Charybdis* tam vorax? Charybdin dico? quæ si fuit, fuit [m] animal vnum: Oceanus, *medius fidius*, vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum. apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. alia mimi rapiebant, alia mimæ: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur, atque in locis pluribus [n]: suggerebantur etiam sæpe (non enim semper iste felix) damna aleatoria. conchyliatis [o] Cn Pompeij peristromatis [p], seruorum in cœlis, lectos stratos videres. Quamobrem desinite mirari, hæc tam celeriter esse consumta. non modò vnius patrimonium, quamuis [q] amplum, vt illud fuit, sed vrbeis, & regna celeriter tanta nequitia deuorare potuisset. At [r] eiusdem ædeis etiam, & hortos. O audaciam immanem! tu [s] ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum ædium diis penatibus os importunissimum [u] ostendere? quam domum aliquandiu nemo adspicere poterat, nemo sine lacrymis præterire, hac te in domo tamdiu diuersari [x] non pudet? in qua, quamuis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse iucundum. An [u] tu, illa vestibula, rostra, spolia cùm adspexisti, domum tuam te introire putas? fieri nò potest, quamuis enim sine [y] mente, sine [z] sensu sis, vt ea tamen & te, & tua, & tuos nosti. nec verò te vnquam neque vigilantem, neque in somnis credo [a] mente posse consistere. necesse est, quamuis sis, vt es, violentus [b], & furens, cùm tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum te de somno excitari, furere etiam sæpe vigilantem. Me quidem miseret parietum ipsorum, atque tectorum. Quid enim vnquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina? fuit enim ille vir, P. C. sicut scitis, cùm foris clarus, tum domi admirandus: neque rebus exteris [a] magis laudandus, quàm institutis domesticis. huius in [b] sedibus [c] pro cubiculis stabula, pro [d] tricliniis popinæ [e] sunt. Etsi iam negat. nolite, nolite quærere. frugi factus est. mimam illam *suam suus* [f] *res sibi habere iussit* [g]: ex duodecim tabulis causam addidit, *exegit* [h]. quàm porrò spectatus ciuis, quàm probatus: cuius ex omni vita nihil est honestius, quàm quòd cum mima fecit diuortium? At quàm crebrò vsurpat, & consul, & Antonius? hoc est dicere, & consul, & impudicissimus: & consul, & homo nequissimus. quid [i] enim est aliud Antonius? nã si dignitas significaretur [k] in nomine: dixisset [l] aliquãdo, credo auus [m] tuus, Et consul, & Antonius. numquam dixit. Dixisset etiam collega meus, patruus tuus. nisi [n] tu solus es Antonius. Sed omitto ea peccata, quæ non sunt earum partium propria, quibus tu remp. vexauisti: ad ipsas tuas partes redeo, id est, ad ciuile bellum: quod natum, conflatum, susceptum opera tua est. Cur [o] ei bello tam propter timiditatem tuam, tum propter libidines defuisti? gustaras ciuilem sanguinẽ, vel potiùs exsorbueras: fueras in acie Pharsalica antesignanus: L. Domitium, nobilissimũ [p] & clarissimum virum, occideras: multos [q], qui [r] de prœlio effugerant, quorum Cæsar, vt nonnullos, fortasse seruasset, crudelissimè persecutus truncidaras. quibus rebus tantis, talibus gestis, quid fuit causæ, cur in Africam Cæsarem non sequerere, cùm præsertim belli pars tanta restaret? Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? cuius tu imperatoris quæstor fueras, dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, prædæ socius, testamenti [s], vt ipse dicebat, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Primò respondisti planè ferociter: &, ne omnia videar contra te, propemodum æqua, & iusta dicebas. A [t] me C. Cæsar pecuniam? cur potiùs, quàm ego ab illo? an [u] ille sine me vicit? at ne potuit quidem. ego ad illum belli ciuilis causam attuli: ego leges pernicioſas rogaui: ego arma contra consules, imperatoréſque populi R. contra senatum, populúmque Rom. contra deos patrios, aráſque, & focos, contra patriam tuli. num sibi soli vicit? *quorum facinus est commune, cur non sit eorum præda communis?* Ius postulabas: sed quid ad rem? plus ille poterat. Itaque, excussis tuis vocibus & ad te, & ad [x] prædas tuas milites misit: cùm repentè, à te præclara illa tabula prolata, qui [y] risus hominum de te erat? tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones, ex quibus, præter partem Miseni, nihil erat, quod is, qui auctionaretur, posset suum dicere. Auctionis verò miserabilis adspectus: vestis Pompeij non multa, eáque maculosa: eiusdem quædam argentea vasa collisa: sordidata mancipia: vt doleremus quidquam esse ex illis reliquiis, quod videre possemus. Hanc tamen auctionem heredes L. Rubrij decreto Cæsaris prohibuerunt. Hærebat nebulo. quò se verteret, non habebat.

a *L.* externis
b *L.* in ædibus
c *al.* ædibus
d *vet.* pro conclauibus popinæ trieſt nissent *P. Fabet Tel. sanus* pro conclauibus triclinia sunt: pro triclinijs popinæ sunt.
e Popinæ in exercitu dãnatæ. Cui rei argumento locus elegãs Spartiani in Pescennino Nigro & Gellij 15. c. 12.
i Formula diuortij l 2. ff. *de diuortijs* vbi dixit g *L.* iussit ex xii. tabulis: clauis ademit, foras ex egit *sita apud Nonium* Forro De clauium ademP. cixxiiii. ptione adde Festum in Claui adde Ambros. epistol. 65.*
h *al.* claues ademit & ita Nonius sed tamen probabilis est causa lectio. Causa enim diuortij addere solebat, qui ab vxore diuertebat, vt de Sp. Carʒilio legimus apud Gellium.*
l *al.* quid est enim al.
k L. significaretur nomine
l *L.* dixisset credo, aliquãdo
m *L.* auus tuus, scilicet consulem, & Antonium.
n *al.* nisi tu es solus Ant.
o *L.* Cui bello cùm primùm dixit. tum primùm libid. defuisti. gustaras
p *al.* clarissimum, & nobilissimum.
q *al.* multósque præterea
r *L.* qui è prœlio effugerant, quos Cæsar, vt nõnullos, fortasse s.
s *L. & ita* v. c. testamento vt dicebas ipse. filius, app.
t *al.* A me Cæsar pecuniam?
u *L.* an sine me ille vicit?
x *L.* ad prædes tuos
y *L.* qui risus hominum, tantam esset. *& ita* v. c.

quippe [a] in his ipsis temporibus domi Cæsaris percussor ab isto missus, deprehensus dicebatur esse cum sica. de [b] quo Cæsar in senatu,apertè in te inuehens,questus est.Profici|scitur in Hispaniam Cæsar, paucis tibi ad soluendum, propter inopiam tuam, prorogatis diebus. ne tum quidem sequeris. *Tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti?* Hunc igitur quisquam, qui in suis partibus, id est, in suis fortunis tam timidus fuerit, pertimescat? Profectus est tandem [c] aliquando in Hispaniam:sed tutò,vt ait, peruenire non potuit. Quónam modo igitur Dolabella peruênit? *Aut non suscipienda fuit ista causa,Antoni: aut, cùm suscepisses, defendenda vsque ad extremum.* Ter depugnauit Cæsar cum ciuibus, in Thessalia, Africa, Hispania. omnibus affuit his pugnis Dolabella: in Hispanienſi etiam vulnus accepit. Si de meo iudicio quæris: nollem.sed tamen consilium à [d] principio reprehendendũ, laudanda constantia. *Tu vero quis [e] es?* Cn. Pompeij liberi primùm patriam repetebant. esto: fuerit [f] partium hæc causa communis. repetebant prætereà deos penates [g], patrios, aras, focos, larem suum familiarem: in quæ tu inuaseras. hæc cùm repeterent armis ij, quorum erant legibus: etsi in rebus iniquissimis quid potest esse æqui? tamen [h] erat æquissimum contra Cn. Pompeij liberos Cn. Pompeij pugnare sectorem.An [i] tu Narbore, in mensas hospitum cùm vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? qui verò Narbone reditus[k]? & [l] tamen quærebat,cur ego ex ipso cursu tam subitò reuertissem. Exposui nuper,P.C.causam reditus mei. volui, si potuissem, etiam ante Kalendas Ian. prodesse reip.nam, quod quærebas, quomodo redissem:primùm luce,non tenebris:deinde cum calceis,& toga,nullis nec [m] caligis,nec lacerna.At etiam adspicis me,& quidem, vt videris,iratus.Næ [n] tu mecum iam in gratiam redeas,si scias, quàm me pudeat nequitiæ tuæ, cuius te ipsum non pudet. Ex [o] omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui,quàm [p] quòd, qui magister equitum fuisse tibi viderere, in proximum annum consulatum peteres,vel potiùs rogares: is per municipia,coloniásque Galliæ,à [q] qua,cùm consulatus noster petebatur, non rogabatur,petere consulatum solebamus,cùm [r] caligis, & lacerna cucurristi. At videte leuitatem [s]. Cùm hora diei decima [t] ferè,ad Saxa rubra veniſſet, delituit in quadam cauponula,atque ibi se occultans,perpotauit ad [u] vesperum:inde cisio [x] celeriter ab vrbem aduectus, domum vênit capite inuoluto [y]. Ianitor, *Quis tu?* à Marco tabellarius. Confestim ad eam,cuius causa venerat, deducitur [z]: eique epistolam tradit [a]: quam cùm illa legeret flens(erat enim amatoriè [b] scripta:caput autem litteratum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum: omnem se amorem abiecisse illinc [c],atque in hanc transfudisse) cùm mulier fleret vberiùs: homo misericors ferre non potuit:caput aperuit:in collum inuasit.O hominem nequam!(quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere.)ergo,vt te catamitum [d], nec-opinato cùm ostendisses, præsertim spem mulier adspiceret, idcirco vrbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum,metu perturbasti? Et domi quidem causam amoris habuit [a], foris etiam turpiorem,ne L.Plancus prædes tuos venderet.productus [b] autem in concionem à tribuno plebis,cùm respondisses, te rei tuæ causa venisse,populum [c] in te dicacem etiam reddidisti.Sed nimis multa de nugis.ad maiora veniamus.Cæsari ex Hispania redeunti obuiam longissimè processisti,celeriter isti [d],& redisti,vt cognosceret te, si minùs fortem, attamen strenuum.factus es ei rursus nescio quomodo familiaris. *habebat hoc omnino Cæsar: quem planè perditum ære alieno,egentémque, sic eundem nequam hominem, audacémque cognouerat [e], hunc in familiaritatem libentissimè recipiebat.* His igitur rebus præclarè commendatus, iussus es renuntiari consul, & quidem cum ipso. nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, elusus. Qua in re quanta fuerit vtriusque [f] vestrûm perfidia in Dolabellam, quis ignorat? ille induxit, vt peteret: promissum, & receptum interuertit, ad séque transtulit: tu eius perfidiæ voluntatem tuam adscripsisti. Veniunt Kalendæ Ianuariæ. cogimur in senatum: inuectus est copiosiùs multo in istum, & paratiùs Dolabella, quàm nunc ego. Hic autem iratus quæ dixit, dij boni? Cùm [g] primùm Cæsar ostendisset, se, priùs quàm proficisceretur,Dolabellam consulem esse iussurum: quem negant [h] regem, qui & faceret semper eiusmodi aliquid,& diceret: sed cùm Cæsar ita dixisset:tum hic bonus augur, eo se sacerdotio præditum esse dixit, vt comitia auspiciis vel impedire,vel vitiare posset, idque se facturum esse asseuerauit. In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. Quid enim? istuc, quod te sacerdotij iure facere posse dixisti, si augur non esses, & consul esses,minùs facere potuisses? Vide ne etiam faciliùs. nos enim nuntiationem solùm habemus:consules,& reliqui magistratus etiam inspectionem [i]. Esto:hoc imperitè(*nec [k] enim ab homine numquam sobrio postulanda prudentia*) sed videte impudentiam.multis antè mensibus in senatu dixit,se Dolabellæ comitia aut prohibiturum auspiciis,aut id facturum esse, quod fecit. Quisquámne diuinare potest [l], quid vitij in auspiciis futurum sit, *nisi qui de [m] cælo seruare constituit*? quod neque licet comitiis per leges, &, si quis seruauit: non [n] habitis comitiis, sed priùs quàm habeantur, debet nuntiare. Verùm *implicata* [o] inscitia,impudentia [p] est,si nec scit quod augurem,nec facit quod pudentem decet.Atque ex illo die recordamini eius vsque ad Idus Martias consulatum. Quis vmquam apparitor tam humilis, tam abiectus? nihil ipse poterat:omnia rogabat: caput in [q] aduersam lecticam inferens [r], beneficia,quæ venderet,à collega petebat. Ecce Dolabellæ comitiorum dies, fortitio [s] prærogatiuæ [t]. quiescit.renuntiatur:tacet.prima classis vocatur:renuntiatur:deinde [u], vt assolet, suffragia [x]:tum secunda classis [y]:quæ omnia citiùs sunt facta, quàm dixi. Confecto negotio bonus augur (Lælium diceres) Alio die, inquit.O impudentiam singularem!quid videras? quid senseras? quid audieras? nec enim te de cælo seruasse dixisti, neque hodie dicis. id igitur obuênit vitium,quod tu iam Kalendis Ianuariis futurum esse prænuideras [z],& tanto antè prædixeras. Ergo,hercule, magna, vt spero, tua

a *L.*quin his ipsis temporib.
b *al.*de qua
c *L.*aliquando tandem in His.
d *L.*à primo repr.*& ita o. v.c.*
e *L.*quid es, *al.*quid censes,
f *L.*fuerit hæc partiũ causa comm
g *abest vox*, penates à *v.c.*
h *v.c.* tamẽ quem erat æquissimum contra Cn. Pompeij liberos pugnare,quem, te sectorem?*ita Veins Vaticanus.**
i *L.* An tu Narbone mẽsas hospitum conuomeres.
Dol.
k *al.* reditus eius, ‖Nã quæreba',
m *L.* nec Gallicis, *& ita quoque Vaticanus liber* Gallicæ autem soleę, viris parum decoræ.*
P. CLXXV.
n *L.*Næ tu iam mecum *&c.*
o *al.* Ex omnium omnibus
p *quidam v. c.non habent* quàm,quòd
q *L.* à qua nos tũ, cùm consulatus petebatur, non r.
r *L.*cum Gallicis,
s *al.*leuitatẽ hominis. Cũ h.
t *al.*ferè de cima,
u *L.* ad vesperam:
x Cisium genus vehiculi,vnde cisiarius in iure,*
y *L.* obuolu to.
z *L.* deducitur est:
a *L.*tradidit
b *L.*scripta amatoriè.
c *L.*illum, *& ita v.c.*
d Catamitus, effœminatus.*

a *L.*habuisti.
b *L* productus in conc. P.
c *L.* populi etiam dicacem
d *L.*isti.redisti.
e *L.* cognorat,
f *L.* vterque vestr.
g *duo v.c* Primùm cùm Cæsar *&c.*
h *al.*negat
i *L.*spectionem *al.* electionem.
k *L.*nec enim est ab. l *al.* posset mensare e cælo Comitis pro legeș non licebat & si quis seruasset, muniare debet; habuerunt comitiare non comitiis habitis vt hier. & *L.* Gell. 14.*
n *L.*non comitiis habitis,
o *L.*implicata inficeatia, impud.
p *al.* impudentia *&c.* nec scit quod augur.nec facit quod pudent.d.Sed impudentię.*
q *L.*ex auctam
r *L.*insertis, *& ita v.c.*
s *L.*Pessimo fortissimo rogatione, quando ea rogatio fuerit. Prima classis vocatur: deinde suffragia renuntiantur. tum sibi, si secunda classis vocatur.*
t prærogatiua centuria quid,al.assit dum.*
u *L.* deinde ita,vt assolet suffragatum, secunda classis vocatur, quæ omnia
x *al.* suffragia.
y *al.* classis vocatur.
z *L.* prouideras,

tua potiùs, quàm reipublicę calamitate ementitus es auſpicia: obſtrinxiſti[a] populũ Romanũ religione. Augur auguri, cõſul conſuli obnuntiauiſti[b]. Nolo plura, ne acta Dolabellæ videar conuellere: quæ neceſſe eſt aliquando ad noſtrum collegium deferantur. Sed arrogantiam hominis, inſolentiámque cognoſcite. quamdiu tu voles, vitioſus conſul Dolabella: rurſus, cùm voles, ſaluis auſpiciis creatus. Si nihil eſt, cùm augur iis verbis nũtiat, quibus[c] nuntiaſti: confitere te, cùm, *ALIO* [d] *DIE*, dixeris, ſobrium non fuiſſe. ſin eſt aliqua vis in iſtis verbis, ea quæ ſit, augur à collega requiro. ¶Sed, ne fortè ex multis rebus geſtis, M. Antoni, rem vnam pulcherrimam tranſiliat oratio, *ad Lupercalia*[e] *veniamus*. Non diſſimulat P. C. appãret eſſe commotum: ſudat, palleſcit. quidlibet, modò ne nauſeet, faciat, quòd in porticu Numicia[f] fecit. Quæ poteſt eſſe turpitudinis tantæ defenſio? cupio audire: vt videam, vbi rhetoris tanta merces, vbi campus Leontinus appareat. Sedebat in Roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea, coronatus: adſcendis: accedis ad ſellam (ita eras Lupercus, vt[g] ce eſſe conſulem meminiſſe deberes) diadema oſtendis. gemitus toto foro. vnde diadema? non enim abiectum ſuſtuleras, ſed attuleras domo meditatum, & cogitatum ſcelus. Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plauſu reiiciebat. Tu ergo vnus, ſcelerate, inuentus es, qui cùm auctor regni[h] inuentus eſſes, eum, quem collegam regni habebas, dominum habere velles: & idem tentares, quid populus Romanus ferre, & pati poſſet. At etiam miſericordiam captabas: ſupplex te ad pedes abiiciebas: quid petens? vt ſeruires? tibi vni peteres: qui ita à puero vixeras, vt omnia paterere, vt facilè ſeruires: à nobis, populóque R. mandatum id certè non habebas. O præclaram illam eloquentiam tuam, cùm es nudus i concionatus! Quid hoc turpius? quid fœdius? quid ſuppliciis omnibus dignius? num exſpectas, dum te ſtimulis fodiam[k]? hæc te, ſi vllam partem habes[l] ſenſus, lacerat, hæc cruentat oratio. Vereor, ne imminuam virorum[m] ſummorum gloriam. dicam tamen dolore commotus. Quid[n] indignius, quàm viuere eum, qui impoſuerit diadema, cùm omnes fateantur iure interfectum eſſe, qui abiecerit? At etiam inſcribi[o] iuſſit in faſtis, Ad Lupercalia, C. Cæſari, dictatori perpetuo, M. Antonium conſulem, populi iuſſu regnum detuliſſe, Cæſarem vti noluiſſe. Iam iam minimè mitor, te otium perturbare: non modò vrbem odiſſe: ſed etiam lucem eum perditiſſimis latronibus non ſolùm de die, ſed etiam in diẽ viuere. Vbi enim tu in pace conſiſtes? qui locus tibi in legibus, & [p] iudiciis eſſe poteſt, quæ tu, quantum in te fuit, dominatu regio ſuſtuliſti? Ideóne L. Tarquinius exactus? Sp[q]. Caſſius, Sp. Melius, M[r]. Manlius, necati, vt mul tis pòſt ſæculis, à M. Antonio, quod fas non eſt, rex Romæ conſtitueretur? Sed ad auſpicia redeamus. De quibus rebus idibus Martiis fuit in ſenatu Cæſar acturus, quæro tum tu quid egiſſes. audiebam quidẽ te paratum veniſſe, quòd me de ementitis auſpiciiis, quibus tamẽ parẽre neceſſe erat, putares eſſe dicturum. Sutiam tuũ de auſpiciis iudicium interitus Cæſaris ſuſtulit? Sed incidi in id tempus, quòd iis[t] de rebus, in quas ingreſſa erat oratio, prætereundum[a] non ſit. Quæ tua fuga? quæ[b] formido illo die? quæ propter conſcientiem ſcelerum deſperatio vitæ? cùm ex illa fuga, beneficio eorum, qui te, ſi ſanus eſſes, ſaluum eſſe voluerunt, clàm te domum recepiſti? O mea fruſtra ſemper veriſſima auguria rerum futurarum! dicebam illis in Capitolio liberatoribus noſtris, cùm me ad te ire vellent, vt ad defendendam remp. te adhortarer, quòd metueres, omnia te promiſſurum, ſimulac timere deſiiſſes, ſimilem te futurum tui. Itaque cùm ceteri conſulares irent[c], & rediren: in ſententia manſi: neque te illo die, neque poſtero vidi: neque vllam ſocietatem optimis ciuibus cum importuniſſimo hoſte fœdere vllo confirmari poſſe credidi. Poſt[d] diem tertium veni in ædem Telluris, & quidem inuitus, cùm[e] omneis aditus armati obſiderent. Qui[f] tibi ille dies, M. Antoni, fuit? quamquam mihi ſubitò inimicus exſtitiſti, tamen me tui miſeret, quòd tibi inuideris. Qui tu vir, dij immortales, & quantus fuiſſes, ſi illius diei mentem ſeruare potuiſſes! pacem haberemus, quæ erat facta per obſidem puerum, nobilem[g], M. Antonij filium, M. Bambalionis nepotem. quamquam *te bonum timor jũctebat, non*[h] *diuturni magiſter officij*[i]: improbum fecit ea, quæ, dum timor abeſt, à te non diſceſſit[k], audacia. Etſi tum, cùm optimum te putabant, me quidem diſſentiente, funeri[l] tyranni illius ſceleratiſſimi præfuiſti. tua illa pulchra laudatio, tua miſeratio, tua cohortatio, tu[m] tu illas faceis incendiſti, & eas, quibus[n] ſemiuſtum latus illius eſt, & eas, quibus incenſa L. Bellieni domus deflagrauit. tu[o] illos impetus perditorum hominum, &, ex maxima parte, ſeruorum, quos nos vi, manúque repulimus, in noſtras domos immiſiſti: idem tamen, quaſi fuligine abſterſa, réliquis diebus in Capitolio præclara S. C. feciſti, nequa poſt Idus Martias immunitatis tabula, néve[p] cuiuſquam beneficij figeretur. meminiſti ipſe, de exſulibus: ſcis, de immunitate quid dixeris. optimum verò, quòd dictaturæ nomen in perpetuum de rep. ſuſtuliſti. quo quidem facto tantum te cepiſſe odium regni videbatur, vt eius omnem[q], propter proximum dictatorem, tolleres[r] metum. Conſtituta reſp. videbatur aliis, mihiverò nullo modo, qui omnia, te gubernante, naufragia metuebam. Num me igitur fefellit? aut num diutius ſui potuit eſſe diſſimilis? inſpectantibus vobis toto Capitolio tabulæ figebantur: neque ſolùm ſingulis veniebant immunitates, ſed etiã populis vniuerſis. ciuitas non[s] tum ſingillatim, ſed prouinciis totis dabatur. Itaque ſi hæc manent, quæ ſtante republica manere nõ poſſunt, prouincias vniuerſas, P. C. perdidiſtis: neque vectigalia ſolùm, ſed etiam imperium populi R. huius domeſticis nũdinis diminutũ[t] eſt. vbi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis[x] patebat? funeſtæ illius quidem pecuniæ, ſed[y] tamen, ſi iis, quorũ erat, nõ redderẽtur, quæ nos à tributis poſſet vindicare. Tu autem quadringẽties LLS. quod idibus Martiis debuiſti, quónam modo ante kalendas April. debere deſiiſti[z]? Quid[a] ego de commẽtariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis[b] loquar? Sunt ea quidem innumerabilia, quæ à diuerſis emebantur, non inſciente te: ſed vnũ egregium de rege Deio-

a *L. præ*ver*tendum eſt.*
b *L. quæ fur*mido *præcla*ro *illo die?*
c *L. ſi*rent. re*di*rent.
d *al. Poſt ter*tium *diem*
e *p. c. cùm o*mnis *aditus*
f *L. Qui t*i *bi*dies *ille, M. Ant.*
g *L. nobilem M. Bambalio*nis *nepotem*
& ita v. c.
h *L. non di*uturnus *mag.*
& ita v. c.
i *hoc eſt vir*tutis *amor.**
k *L. diſcedit.*
l *L. funeri; ty*ranni, *ſi illud* funus *fuit, ſce*leratiſſime *p.*
m *L. tu. tu, in*quam, *illas f.*
n *L. quibus ſe muſtulatus* ille *eſt,* P. B.
o *L. tu illos impetus per*ditorũ, *& ex* max. *p.*
p *L. néve cu*jus *benef.*
q *al. omen* nomen *prop*ter *proximũ* dictatoris metum *tolle*res. *al. omne* nomen.*
r *L. metum* tolleres.
s *L. non iam* ſingillatim, *ſed*
t *L. deminu*tum *eſt.*
u *L. quod eſt* in tabulis, *quæ ſunt ad* Opis *fun.*
x *ſubaudi tẽ*plum.*
y *L. ſed tamẽ* quæ *nos, ſi is* quorum *erat* non *redderetur, à tributis* poſſ. *vind.*
z *L. diſſiſti?* Sũt *ea* quidẽ *innumerab.* quæ.
P. CLXXVIII
a *hoc totum* Quid *ego de* comm. *infin.* qu. *ſt de iunchir. ſoquar: d eſt dicendum eſt.*
b *vide Philippica 13.* & 11. *epiſt.* 8.

taro,populo Rom.amicissimo, decretum in Capitolio fixum. quo proposito nemo erat, qui in ipso dolore risum posset continere. Quis enim cuiquam inimicior, quàm Deiotaro Cæsar? æquè, atque huic ordini, vt equestri, vt Massilienſibus, vt omnibus, quibus rép. populi R. caram esse sentiebat. Is [a] igitur, à quo viuo, nec præsens, nec absens quidquā æquib boni impetrauit, apud mortuū factus est gratiosus, compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat, in [c] eius tetrarchiā ex Græcis comitibus suis collocarat: Armeniā abstulerat à senatu datam. hæc viuus eripuit, reddidit mortuus. At quibus verbis? modò æquum sibi videri, modò non iniquū. mira verborum complexio. at ille numquam (semper enim absenti aff.il Deiotaro) quicquam sibi, quod nos pro illo postularemus, æquum dixit videri. Syngrapha LLS. centies per legatos, viros bonos, sed timidos, & imperitos, sine d reliquorum hospitum regis sententia, facta [e] in loco plurimæ res veniere [f], & veneunt, qua ex syngrapha quid sis acturus, meditere censeo. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, simulatque audiuit eius interitū, *suo Marte* res suas recuperauit [g]. Sciebat homo sapiens, *ius semper hoc fuisse, vt, quæ tyranni eripuissent, ea, tyrannis interfectis, ij, quibus erepta essent, recuperarent* [g]. Nemo igitur iureconsultus [h], ne iste quidem, qui tibi vni est iureconsultus, per quem hæc agis, ex [i] ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quæ erant ante syngraphā recuperatæ [k]. non enim à te emit: sed priùs, quàm tu suum sibi venderes: ipse possedit. Ille vir fuit: nos quidem contemnendi, qui auctorem ódimus, acta defendimus. Quid ergo de commentariis infinitis, quid de innumerabilib? chirographis loquar? quorum etiam imitatores l sunt, qui ea [l], tanquam *gladiatorum libellos* palàm venditent. Itaque tanti acerui nummorum apud istum constituuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ. At quàm cæca auaritia est? nuper fixa tabula est, qua [n] ciuitates locupletissimæ Cretensium vectigalibus [o] liberantur: statuitúrque, ne post M. Brutum proconsulem [p], sit Creta prouincia. Tu [q] mentis es compos? tu non constringendus? an Cæsaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cùm Creta nihil ad Brutum, Cæsare viuo pertineret? At huius venditione decreti (ne nihil actum putetis) prouinciam Cretam perdidistis. Omnino nemo vllius rei fuit emptor, cui defuerit hic venditor. Et de exsulibus legem [r], quam fixisti, Cæsar tulit? Nullius insector calamitatum: tantùm quæro [r], primùm eorum reditus inquinatos, quorum causam dissimilem [s] Cæsar iudicauerit [t]: deinde nescio cur reliquis idem non tribuas. neque enim plus quàm tres, aut quattuor reliqui [u] sunt, qui [x] simili calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cùm de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram petēdā impulisti, eámque petitionē cōparasti quę & risus hominū, & querelas moueret. Cur autem ea comitia non habuisti? an quia tribunus plebis siniſtrum [y] fulmē nuntiabat? tua [z] quid interest? nulla auspicia sunt tuorum, cùm sis rel igiosus. Quid? eundem in septemuiratu nónne destituisti? interuēnit enim, quid [a] metuisti? credo, ne saluo capite negare non posses. omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, si [b] vlla pietas in te esset, colere debebas. filiam eius, sororem [c] tuam eiecisti, falsa [d] conditione quæsita, & antè perspecta. non est satis, probri insimulasti iudicissimam fœminam. Quid est, quod addi possit? contentus eo non fuisti. frequentissimo senatu Kalendis Ian. sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella odij [e] causam ausus es dicere, quòd ab eo sorori, & vxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. Quis interpretari potest, impudentiórne, qui in fenatu an improbior, qui in Dolabellam: an impurior, qui [f] patre audiente an crudelior, qui in illam miserā tam spurcè, tam impiè dixeris? Sed ad chirographa redeamus, quæ [g] fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt à senatu: quæ quidem Cæsar egisset, non ea, quæ [h] Cæsarem egisse dixisset Antonius. Vnde ista erumpunt? quo auctore proferuntur? si sunt falsa, cur [i] probantur? si vera, cur veneunt? At sic placuerat, vt ex Kalendis Iuniis de Cæsaris actis cum consilio cognosceretis. Quod fuit consilium? quem vnquam aduocasti [k]? quas Kalendas Iunias expectasti? an eas, ad quas te, peragratis veteranorum coloniis, [l] stipatum armis retulisti? ô præclaram illam percursationem tuam mense Aprili, atque Maio, tum, cùm etiam Capuā coloniam deducere conatus es. Quemadmodum [l] illam adieris, vel potiùs pænè non adieris, scimus cui tu vrbi minitaris. vtinam conere, vt aliquādo illud. P. AENE, tollatur, atque [m] nobilitata sit tua illa peregrinatio. quid prādi orum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt: illa nostra. Agrum Campanū, qui cùm de vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur, tamen infligi magnum reipublicę vulnus putabāmus: hunc tu compranſoribus tuis, & colluſoribus diuidebas. mimos dico, & [n] mimas, P. C. in agro Campano collocatos. Quid iam quęrar de agro Leontino? quandoquidem [o] hę quondam arationes Campani [p], & Leontini in populi Romani patrimonio glandiferæ, & [q] fructuosæ ferebantur. Medico tria millia iugerum, quasi te sanum [r] feciſſet: rhetori duo, quasi [s] disertum facere potuisset. Sed ad iter, Italiámque redeamus. Deduxisti coloniā Casilinum, quò Cæsar antè deduxerat. Consuluisti me per litteras de Capua tu quidē: sed idē de Casilino respondissem: posséne, vbi colonia esset, eò coloniam nouam iure deducere. Negaui, in eam [t] coloniam, quæ esset auspicatò deducta, dum esset incolumis, coloniam u nouam iure deduci: colonos nouos adscribi posse rescripsi. Tu autem insolentia elatus, omni auspiciorum iure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, vt [x] vexillum [y] videres, & aratrum circumduceres: cuius quidem vomere portam Capuæ pænè perstrinxisti, vt florentis coloniæ territorium minueretur. Ab hac pertut batione religionum aduolas in M. Varronis, sanctissimi, atque integerrimi viri, fundum Cassinatem. Quo iure? quo ore? eodem, inquies, quo in heredum L. Rubri, quo in heredum L. Turselij prædia, quo in reliquas innume-

a v.c. Igitur à quo viuo nec præs. nec abs. rex Deiotarus quidquam æq. b.
b al. æqui boniue.
c L. in eius tetrarchia vnū ex G. cō. P. B.
d L. sine Sext. fiae reliquorū hosp. al. sine nostra fiae réliq. & fiae g. v. c.
e L. venierūt & veu.
f L. & v. c. reciperauit.
g L. recipera rent.
h al. Iurisco sultus.*
i L. ex ista syngrapha
k L. recipera tæ.
l al. licitatores.*
m Tibellis propositis, editores diē muneris, & paria gladiatorum propo nebant: Hinc minus ostenderet Cicero epist. ad Varronem initio. Acad. 1. pronunciare & proponere. Suet. Iulio & Tito. diē munerum dicere Seneca de ira 1. cui etiam ipsi libelli, edicta Seneca epistola 18. adde Ciceronem 2 Fam il. 7. in pr. libelli muneratij Pollio in Claudio libellis Seneca 4 controuers. Pictura quoque & tabulis muneris editionem & formā exhibebant. Plinius 35. Horat. 2. Satyr. 7. Pollio invita Cæsare. Idē in venationibus seruabatur. Capitolinus in Gordiano. adde Lipsium 2. Saturnal. 18.*
n v. c. qua ciuitates locupletissimæ vectigalibus liberantur.
o al. vectigales.*
p al. proconſ.
q al. Tu mentis compos.
r Lex de exsulibus.*
s L. Cæsar d. simile m iud.
t v. c. & L. iudicarit
u reliqui sunt. Qui simili in calamitate sunt, cur tua misericordia simili non fruuntur?
x al. qui in simili.*
y al. fulmen finiſtr.
z L. Cùm tua quid interest, nulla auspicia sunt: cùm tuorum, tum sis religiosus.

a L. quidne tuitii, credo ne saluo capite eum necare nō posses. al. cum metuisti.*
b L. si vlla in te pietas esset.
c Ant. August. vxorē.*
d L. alia eius conditione quæ.
e L. cauſam odij dicere ausus es. quòd &c. fia v. c.
f al. quia tuo auid.
g L. quæ tua fuit
h al. quæque C.
i al. cur ap probat. P. B.
k v. c. comcastis
l L. Quemad modū illum adieris, vel potius pæne non adieris, scimus cui tu vrbi minitaris. vtinam conere, vt aliquādo illud. P. AENE, tollatur, atque nobilis eſt tua illa peregrinatio. quid prādiorum &c. L. & nimas V. C. in agro Camp. coll. o L. quidē quidem P. L. Capua & Leontina. q L. & quæ fructuosæ ferebantur. r L. sanaſſet. s vel quaſi te diſſertum. t L. quid. u Coloniā nouā. dicta tot ſacta ſunt. x Apul. Apologia. y L. vexillum. z L. futura in tot coverſiū batur & aratrum circumducebatur. y L. vexillū tolleret, vt aratrum circumd.

numerabileis possessiones. Et [a] si ab hasta, valeant tabulæ, modò Cæsaris, non tuæ: quibus debuisti, non quibus tu te liberauisti. Varronis quidem Cassinatem fundum quis veniisse [b] dicit? quis hastam istius venditionis vidit? quis vocem præconis audiuit? Mississe te dicis Alexandriam, qui emeret à Cæsare. Ipsum enim exspectare magnum fuit. Quis verò audiuit vmquam (nullius autem salus curæ pluribus fuit) de fortunis Varronis rem vllam esse detractam? Quòd [c] si etiam scripsit ad te Cæsar, vt redderes: quid satis potest dici de tanta impudentia? remoue gladios parumper illos, quos videmus. iam intelliges, aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ, & temeritatis tuæ. non enim te dominus modò illis sedibus, sed quiuis amicus, vicinus, hospes, procurator arcebit. At quàm multos dies in ea villa turpissime es [d] perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. *O tecta ipsa misera, quam [e] dispari domino!* quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur! studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diuersoriũ [f]. Quæ in illa villa antè [g] dicebantur? quæ cogitabantur? quæ litteris mandabantur? iura populi Romani, monumenta maiorum, omnis sapientiæ ratio, omnisque [h] doctrina. At verò, te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum: natabant pauimenta vino: madebant parietes: ingenui pueri cum meritoriis: scorta inter matres familias versabantur. Cassilino [i] salutatum veniebant, Aquino, Interamna. admissus est nemo. iure id quidem. in homine enim turpissimo obsolebant [k] dignitatis insignia. Cùm inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obuiam ei processit (vt est frequens municipiũ) magna sanè multitudo. at iste operta lectica lâtus est per oppidũ, vt mortuus. Stultè Aquinates: sed tamẽ in via habitabant. quid Anagnini? qui cùm essent [l] obuiam ei descenderant, vt istum, tãquam si esset consul, salutarent. Incredibile [m] dictu, tamen [n] inter omneis constabat, neminem esse resalutatũ: præsertim cùm duos secum Anagninos haberet, Mustelam, & Laconem: quorum alter gladiatorum [o] est princeps, alter poculorum. Quid ego illas istius minas, contumeliásque commemorem, quibus inuectus est in Sidicinos? vexauit Puteolanos, quòd [p] C. Cassium, quòd Brutos patronos adprassent: magno quidem iudicio, studio, beniuolentia, caritate, non vt te, vt Basillum, vi & armis, & alios vestri similes, quos clienteis nemo habere velit, non q modò esse illorum cliens. Interea dum tu abes, qui dies ille collegæ [r] tui, cùm illud, quod tu venerari soletas, bustum in foro euertit? quare tibi nonciisti. quid euenerit postea, nescio. mecredo valuisse, & arma. Collegam quidem de cælo detraxisti. effecistíque non tu quidem etiam nunc, vt [s] sit similis tui, sed certe, vt dissimilis esset sui. Qui verò reditus [t] in Romam? quæ perturbatio totius vrbis? me mineramus *Cinnam nimu potentem: Syllam postea dominantem, modò regnantem Cæsarem* videramus. erant fortasse gladij, seduij abscondi, nec ita multi. ista verò quæ, & quanta barbaria est! agmine quadrato cum gladiis se-

quuntur scutati [a] milites: lecticas portari videmus. Atque his quidem iam inueteratis, P. C. consuetudine obdutuimus. Kalendis Iuniis cùm in senatum, vt erat constitutum, venite vellemus, nũtu perterriti repentè diffugimus. At iste, qui senatu non egeret, neque desiderauit quemquam, & potiùs discessũ nostro lætatus est, statim [b] illa mirabilia facinora effecit. qui chirographa Cæsaris defendisset lucri sui causa: is leges Cæsaris, eásque præclaras vt rempublicam concutere posset, euertit. numerum annorũ prouinciis prorogauit: idémque, cùm actorum Cæsaris defensor esse deberet, & in publicis & in priuatis rebus acta Cæsaris rescidit. *In [c] publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est testamentũ.* Leges alias sine promulgatione sustulit: alias, vtd tolleret promulgatas, promulgauit. Testamentum irritum fecit: quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est. Signa, tabulas, quas populo Cæsar vnà cum hortis legauit, eas hic partim in hortos Pompeij deportauit, partim in villam Scipionis. Et tu in Cæsaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? quem [e] maiorem honorem [f] consecutus erat, quàm *vt haberet puluinar, simulacrum, fastigium, flaminem?* est ergo flamen, vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, sic diuo Iulio M. Antonius? Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem: vide, qui te inauguret: collegæ sumus: nemo negabit. O detestabilem hominem. siue quòd tyranni sacerdos es, siue quòd mortui! Quæro deinceps, num, hodiernus dies quis [g] sit, ignores. nescis, heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse? te [h] ipsum autem ad populum tulisse, vt quinctus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsari itua lege datum, deseri patimur? an supplicationes addendo diem contaminari passus es: puluinaria noluisti? aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conserua. Quæres, placeáne mihi puluinar esse, fastigium, flaminem. mihi verò nihil istorum placet. sed tu, qui acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia non cures? nisi fortè vis fateri, te omnia quæstu tuo, non illius dignitate metiri. Quid ad hæc tandem? exspecto enim eloquentiam tuam, disertissimum cognoui auũ tuum: at te etiam apertiorem in dicendo. ille numquam nudus [k] est concionatus: tuum hominis simplicis pectus vidimus. Respondebísne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione mea, cui te respondere posse confidas? Sed præterita omittamus. hunc vnum diem, hunc vnum, inquam, hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. cur armatorum corona senatus sæptus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valuæ Concordiæ non patent? cur homines omnium gentium maximè barbaros, Ithyreos, cum sagittis deducis in forum? Præsidij sui causa te facere dicit. Nónne igitur *mille perire est melius, quàm in sua ciuitate sine armatorum præsidio, non posse viuere?* Sed nullum est istuc, mihi crede, præsidium. *caritate [l], & beneuolentia ciuium sæptum oportet esse, non armis.* Eripiet, extorquebit tibi ista populus Ro. vtinam saluis nobis: sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis cõsiliis vtêris, nõ [m] potes esse, mihi crede, diu-

P. CLXXXI.

a L. scutati milites, sutorum lecticas portari vid.

b L. statim q.

c L. in publicis nihil est legegr.

d L. vt tolleret, promulgauit. Test.

e L. quemin honorem maiorem cons. & ita o. v. c.

f Honos Cæsari mortuo fuisse habitus ab Antonio.*

g L. qui sit,

h L. te autẽ ipsum ad p.

i al. Cæsaris p. R.

k al. est annudus.

l L. caritate te, & beniuo.

m L. non potes, mihi crede, esse diu ut nus.

turnus [a]. etenim ista tua minimè auara coniux, quam ego sine contumelia describo, nimium [a] debet diu populo R. pensionem tertiam. Habet populus R. ad quos gubernacula reip. deferat: qui vbicumque terrarum sunt, ibi est omne reip. præsidium, vel potius ipsa resp. quę se adhuc tantummodo vlta est, nondum recuperauit [b]. habet quidem certè resp. adolescenteis nobilissimos [c], paratos defensores. quàm volent, illi dedant, otio consulentes: tamen à rep. reuocabuntur. *Et nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaru. sed inter pacem, & seruitutem plurimum interest.* pax [d], *est tranquilla libertas: seruitus malorum* [e] *omnium postremum, non modò bello, sed morte etiam repellendum.* Quòd si se ipsos illi nostri liberatores è conspectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. illi quod nemo fecerat, fecerunt. Tarquinium Brutus bello est persecutus: qui [f] tamen rex fuit, cùm esse Romæ regem liceret [g]. Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati. hi primi cum gladiis, non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt. quod cùm ipsum factum per se præclarum [i], atque diuinum est, tum expositum ad imitandum, præsertim cùm illi eam gloriam consecuti sint, quæ vix cælo capi posse videatur. *Etsi enim satu in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali immortalitatem non arbitror contemnendam* [k]. Recordare igitur, illum, M. Antoni, diem, quo dictaturam sustulisti: pone ante oculos lætitiam senatus, populique R. confer cum [l] nummatione tua, tuorúmque: tum intelliges, quantum inter laudem, & lucrum intersit. Sed nimirum, vt *quidam, morbo aliquo, & sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gustum* [m] *non habent.* Sed, *si te laus allicere ad rectè faciendum non potest, ne metus quidem à fœdissimo facto potest reuocare?* Iudicia [n] non metuis? si propter innocentiam, laudo: si propter vim, non intelligis, ei, qui isto modo iudicia non timeat, quid timendũ sit? Quòd si non metuis viros fortes, egregiósque ciueis, quòd à corpore tuo prohibentur armis, tui te, mihi crede, diutiùs non ferent. Quid [a] est autem, multos dies, & nocteis timeri à suis? nisi verò aut maioribus habes beneficiis obligatos, quàm ille quosdam habuit ex iis, à quibus est interfectus: aut tu es vlla re eum eo comparandus. fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura [b], cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quamuis reip. calamitosas, attamen magnas: multos [c] annos regnare est meditatus: magno labore, magnis periculis, quod [d] cogitauerat, effecerat: muneribus, monumentis, congiariis, epulis, multitudinem imperitam lenierat [e]: suos præmiis, aduersaries clementiæ specie deuinxerat. Quid multa? attulerat iam liberę ciuitati, partim metu, partim patiętia, consuetudinẽ seruiẽdi. Cũ illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, ceteris verò rebus nullo modo es comparandus. Sed ex plurimis malis, quæ ab illo reipub. sunt inusta, hoc tamen boni est, quòd didicit iam populus R. quantum cuique crederet, quibus se committeret, à quibus caueret. Hæc [f] igitur non cogitas? *nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse, quàm* [g] *sit pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere?* an, cùm illum homines non tulerint, te ferent? Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus current, nec occasionis tarditas exspectabitur. Respice, quæso, aliquando remp. M. Antoni: quibus ortus sis, non [h] quibuscum viuas, considera: mecum, vt voles: cum republica redi in gratiam. Sed de te tu ipse videris: ego de me ipso profitebor. defendi remp. adolescens, non deseram senex: contemsi Catilinæ gladios, non pertimescam tuos. Quin etiam corpus libenter [i] obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitatis potest [k]. Vtinam aliquando dolor populi Ro. pariat, quod iamdiu parturit. Etenim si abhinc annos propè viginti hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturam esse consulari: quanto verius nunc negabo seni? Mihi verò, P. C. *iam etiam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas adeptus sum, quasque gessi. duo modò hæc opto: vnum, vt moriens populum R. liberum relinquam:* hoc mihi maius à diis immortalibus dari nihil potest: *alterum, vt ita cuique eueniat, vt de rep. quisque mereatur.*

a L. nimirum diu debet tertiam pensionem. & ita v. c P. CLXXXII

b L. recipera uit. & ita v. c al. nobiles

d Pacis & seruitutis diffinitudo.*

e L. postremum malorũ omnium,

f L. qui tum rex f.

g L. licebat.

h L. Spurii Cassius, Melius M'.

i al. præclarum est, atq; diuinum, tum exp.

k al. esse cõtemnendam.

l L. cum hac nũdinatione tua, al. cum hac in manũ latione. Ant. Augusti. hac immani nundinatione.*

m L. gustarũ n al. iudicia non metuis. P, B.

a L. Quæ est autem vita, dies, & noctes &c.

b L. litteratura, cogitatio,

c L. multos annos regnare meditatus magno labore, multa pericu.

d L. quod cogitarat, effecerat. al. quod cogitabat, effecerat.

e L. delenierat.

f L. Hæc nõ cogitas?

g L. quàm sit pulchrum

h al. nõ quibuscum

i L. libenter eis obtulerim.

k L. potest. vt aliquãdo dol.

P. CLXXXIII

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA TERTIA.

ORATIO QVADRAGESIMAQVINTA.

SYNOPSIS.

Suadet, vt quæ Octauius aduersus Antonium egit, rata sint, & vt Imperatoria dignitate in Antonium eligatur, vt legionibus quæ illum secutæ, præmia decernantur: vt Brutus prouinciam Galliam aduersus Antonium tueatur, & vt Antonius hostis à senatu iudicetur.

a EXORDIVM.*

b Z. postulabat. & ita v. c.

SERIVS [a] omnino, P. C. quàm tempus reipublicæ postulauit [b], aliquando tamen conuocati sumus: quod flagitabam equidem quotidie: quippe cùm bellum ne fatiũ contra aras, & focos, contra vitã, fortunásq; nostras, ab homine profligato, ac perdito non comparari, sed geri iam viderem. Exspectantur Kalendæ Ian [c]. quas non exspectat Antonius, qui in prouinciam D. Bruti, summi, & singularis viri, cum exercitu impetum facere conatur: ex qua se instructum, & paratũ ad

c adde in Philip. 6.

ad vrbem venturum esse minitatur. Quæ est igitur expectatio, aut [a] quæ vel minima dilatio temporis? quamquam enim adsunt Kalendæ Ian. tamen *breue tempus longum est imparatu. dies enim affert, & [b] hora potius, nisi prouisum est magnas sæpe cladeis. certus autem dies non vt sacrificij, sic consilij expectari solet.* Quod si aut Kalen. Ian. fuissent eo die, quo primùm ex vrbe fugit Antonius, aut hæ non essent exspectatæ: belium iam nullum haberemus. auctoritate enim senatus, consensuq; populi Ro. facilè hominis amentis fregissemus audaciam. quod confido equidem consules designatos, simulac [c] magistratum inierint, esse facturos. sunt enim optimo animo, summo cõsilio, singulari concordia. mea autem festinatio non victoriæ solùm auida est, sed etiã celeritatis. Quousque [d] enim tantum bellum, tam crudele, tam nefarium priuatis consiliis propulsabitur? cur nõ quàm primùm publica accedit auctoritas? ¶ C. [e] Cæsar adolescens, pænè potiùs puer, incredibili, ac diuina quadam mente, atque virtute, tum, cùm maximè furor arderet Antonij, cúmq; eius à Brundisio crudelis, & pestifer reditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitantibus, nec [f] opinantibus quidem nobis (quia [g] fieri posse non videbatur) firmissimum exercitum inuicto [h] genere veteranorum militum comparauit, patrimoniúmque suum effudit. quamquam [i] non fumus vsi eo verbo, quo decuit. non enim effudit, sed in salute reipublicæ collocauit. Cui quamquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur: habenda tamen tanta [k] est, quantam maximam animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum, tam nihil de republica cogitans, qui hoc non intelligat: si M. Antonius à Brundisio cum iis copiis, quas se habiturum putauerat [l], Romam, vt minabatur, venire potuisset, nullum genus crudelitatis [m] eũ præteriturũ fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundisij fortissimos viros, ciueis optimos, iugulari iussit [n]: quorũ ante pedes eius morientium sanguine os vxoris respersum esse constabat. Hac ille crudelitate imbutus, cùm multo bonis omnibus veniret iratior, quàm illis fuerat, quos trucidarat: cui [o] tandem vestrûm, aut cui omnino bono pepercisset? Qua [p] peste rempublicam priuato consilio (nec enim fieri potuit aliter) Cæsar liberauit. qui nisi in hac republica natus esset, rempublicam scelere Antonij nullã haberemus. Sic enim perspicio, sic iudico, nisi vnus adolescens illius furentis impetus, crudelissimóque conatus cohibuisset, rẽp. funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die, P. C. (nunc enim primùm ita conueniemus, vt [q] de illius beneficio possemus, quæ sentiremus, liberè dicere) tribuenda est auctoritas, vt remp. non modò à se susceptam, sed etiam à nobis commendatam possit defendere. Nec verò de legione Martia (quoniam lõgo interuallo loqui nobis de rep. licet) silere potest. Quis enim vnus fortior, quis amicior vmquam reip. fuit, quàm legio Martia vniuersa? quę cùm hostem populi Ro. M. Antonium iudicasset [r], comes [s] eius esse amẽtiæ noluit: reliquit consulem: quod profectò non fecisset, si eum consulem iudicauisset [t]: quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cædem ciuium, atque interitum ciuitatis, videret. Atque ea legio consedit Albæ. quam potuit

vtbem eligere, aut opportuniorem ad res gerendas [a], aut fideliorem, aut [b] fortiorum virorum, aut amiciorum populo [c] Ro. ciuium? Huiusce legionis virtutem imitata Quarta legio, duce L. Egnatuleio quæstore, ciue [d] optimo, & fortissimo, Cæsaris [e] auctoritatem, atque exercitum persecuta est. Faciendum [f] est igitur nobis, P. C. vt ea, quæ sua sponte clarissimus adolescens, atque omnium præstantissimus gessit, & gerit, hæc auctoritate nostra comprobentur: veteranorúmque, fortissimorum virorum, tum legionis Martiæ, Quartæque mirabilis consensus ad remp. recuperandam & laude, & testimonio nostro confirmetur: eorúmque commoda, honores, præmia, cùm consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore, hodierno die spondeamus. Atque ea quidem, quæ dixi de Cæsare, déque eius exercitu, iamdiu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Cęsaris, constantiáq; militum veteranorum, legionúmque earum optimo iudicio, quæ auctoritatem nostram, libertatem populi Ro. virtutem C. Cęsaris secutæ sunt, à ceruicibus nostris est depulsus Antonius. Sed, vt dixi, hæc superiora: hoc verò recens edictum D. Bruti, quod paullo antè propositum est, certè silentio non potest pręteriri. pollicetur enim, se prouinciam Galliã retenturum in senatus, populíque Romani potestate. O ciuem natum reipublicæ, memorem sui nominis, imitatorémque maiorum! neque enim Tarquinio [h] expulso, maioribus nostris tam fuit optata libertas, quàm est repulso [i] Antonio retinenda nobis. Illi regibus parêre iam à condita vrbe didicerant: nos post reges exactos seruitutis obliuio ceperat. Atque ille Tarquinius, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, nõ impius, sed superbus habitus est, & dictus. quod nos vitium in priuatis sæpe tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus regem superbum non tulit: Decius [k] sceleratum, atque impium regnare [l] patietur Antonium? quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia, & [m] fecit, & facit Antonius? Senatum etiam reges habebant: nec [n] tum, vt Antonio senatum habenti, in consilio regis versabantur barbari armati. seruabant auspicia reges, quæ hic consul, augúrque neglexit, neque solùm legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega vnà [o] referente, eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat. *Quis autem rex vmquam fuit tam insigniter [p] impudens, vt haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia?* quam hic immunitatem, quam ciuitatem, quod præmium, non vel singulis hominibus, vel ciuitatibus, vel vniuersis prouinciis vendidit? Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus. At verò huius domi inter [q] calices pendebatur aurum, numerabatur pecunia: vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperium populi Romani nundinabantur. Supplicia verò in ciueis Romanos nulla Tarquinij accepimus. At hic & Suessæ iugulauit eos, quos in custodiam dederat, & [r] Brundisij trecentos fortissimos viros, ciuesque optimos trucidauit. Postremò Tarquinius pro populo R. bellum gerebat tum, cùm est expulsus: Antonius contra populum Rom. exercitum adducebat, tum, cùm à legionibus [s] relictus, nomẽ Cæsaris, exercitúmq; pertimuit, neglectísque

a L. aut quæ vel minimi dil.
b L. vel horap.
c L. simul vt mag.
d L. Quo enim vsq; &c. e SVASIC. P. CLXXXIIII
f L. Quæ optãdam, quia nõ fieri. g L. Quæ nunc. h L. quã usũ non sum vsus eo verbo, quo debuim. i L. putabat, & ita dos. v.c. k L. est tãta.
l L. Licum crudelissimus prę.
m L. fecerit.
n L. cui tandem vestrum pepercisset? o L. Quid tandem vestrum pepercisset? p L. Quo pestę rempublicam priuato consilio rap. & ita dos v.c.
q L. vt illius beneficio possemus, quæ sentiremus, liberè dicere. r. al. iudicasset. s L. comes eius esse amentiæ. t al. iudicasset.

a *al.* gerũdas
b *al.* aut fortium virorũ, aut amicorũ reip.
d L. ciui optimo
e L. C. Cæsaris
f L. Faciundum est igitur
h Antonium Tarquinio superbo nequioremesse probat.*
i L. depulso iam Antonio
k L. decimus scel. *al.* D. Brutus scel.
l L. regnare patietur? quid Tarq.
m L. & facit, & fecit Ant.
n L. nec tamẽ vt Antonio senatum habente,
o L. vnà serẽte, eo, q.
p L. insignitẽ & ita o. v. c.
q L. inter quasilla pend. & ita v. c. ‖ Quasillum dixit Σανονοφίστικως a qualũ quod vas lanificis aptũ atque ita legit & interpretatur Isidorus 19. ca. 29. hũc locũ. Aut vero inter quasilla pẽdatur aurũ *Sed Pantagathus emendat: & legit* inter ancillas.*
P. B.
r L. & Brundisij ad trecẽtos fort.
s *al.* legionibus omnib.

sacrificiis solennibus, ante lucē vota [a] ea, quæ numquam solueret, nuncupauit: & hoc tempore in prouinciam populi R. conatur inuadere. Maius [b] igitur beneficium à Decio Bruto populus R. & habet, & exspectat, quàm maiores nostri acceperunt à L. Bruto, principe huius maximè conseruandi generis, & nominis. *(cum autem est [c] omnis seruitus misera: tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato: numquam, ne in metu quidem, sobrio.* Hunc igitur qui Gallia prohibet, priuato præsertim consilio, iudicat, verissimēque iudicat, non esse consulem. Faciendum est igitur, P.C. nobis [d], vt D. Bruti priuatum cōsilium auctoritate publica comprobemus. Nec verò M. Antonium consulem post Lupercalia putare [e] debuistis. quo enim ille die, populo Romano inspectante, nudus [f], vnctus, ebrius concionatus [g] est, & id egit, vt collegæ [h] diadema imponeret: eo [i] die non modò consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Esset enim ipsi certè statim seruiendum, si Cæsare viuo, potest [l], & quid, eo mortuo, consequi ipse cuperet, ostendit? Nec verò de virtute, constantia, & grauitate prouinciæ Galliæ taceri potest. est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum imperij populi Romani, illud ornamentum dignitatis. Tantus [m] autem consensus est municipiorum, coloniarumq; prouinciæ Galliæ, vt omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemq; populi Romani, defendendam conspirasse videantur. Quamobrem, tribuni pleb. quamquam vos nihil aliud, nisi de præsidio, vt senatum tutò consules Kalend. Ian. habere possent, [n] retulistis, tamen mihi videmini magno consilio, atque optima mente potestatē nobis de tota republica fecisse dicendi. cùm enim tutò senatum haberi sine præsidio non posse iudicauistis: illud [o] etiam statuistis, intra muros Antonij scelus, audaciamque versari. Quamobrem omnia, mea sententia, complectar, vobis, vt intelligo, non inuitis, vt & præstantissimis ducibus à nobis detur auctoritas, & fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum: & iudicetur non verbo, sed re, non modò non cō sul, sed etiā hostis Antonius, nam, si ille consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt: sceleratus Cæsar, Brutus nefarius, qui contra consulē priuato consilio exercitus comparauerunt. sin autem militib. exquirendi sunt honores noui, propter eorum diuinum, atque immortale meritum: ducibus autem ne referri quidē potest gratia: quis est, qui eum non [p] hostem existimet, quem qui armis persequuntur [q], conseruatores reipublicæ iudicantur? At quàm contumeliosus in edictis? quàm barbarus? quàm [r] rudis? Primùm in Cæsarē maledicta congessit, depromta ex recordatione impudicitiæ, & stuprorum suorum. Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior? quod in iuuentute habemus illustrius exemplū veteris sanctitatis? quis autem illo [s] maledico impurior? Ignobilitatem obiicit C. Cæsaris filio, cuius etiam naturalis [t] pater, si vita suppeditasset, consul factus esset. Atticina mater. Trallianam, aut Ephesiam putes dicere. Videte, quàm despiciamur omnes, qui fumus è [a] municipiis, id est, omnes planè. quotus enim quisque non est? quod autē municipium non contemnitit, qui Aricinum [b] tantopere despicit, vetustate antiquissimum, iure fœderatum, propinquitate pænè finitimum, splendore municipum honestissimū? hinc Voconię, [c] hinc Scatiniē leges: hinc multæ sellæ curules & patrum memoria, & nostra: hinc equites Romani, lautissimi [e] plurimi & honestissimi. Sed si Aricinam vxorem nō probas, cur probas Tusculanam? quamquā huius sanctissimæ fœminæ, atque optimæ patet M. Attius Balbus, in primis honestus, prætorius fuit: tuæ coniugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, *homo nullo numero*, nihil illo contemtius, qui propter hesitantiā linguæ, stuporémq; cordis, cognomen ex contumelia traxerit. At [f] auus huius nobilis, Tuditanus [g] nempe ille, qui cum palla, & coturnis nummos populo de Rostris spargere solebat. vellem hanc cōtemtionem pecuniæ suis reliquisset. habetetis [h] nobilitatem generis gloriosam. Quī autem euenit [i], vt tibi Iulia [k] natus, ignobilis videatur, cùm tu eodem materno genere soleas gloriari? quæ porrò amentia est, eum dicere aliquid de vxorum ignobilitate, cuius pater Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam habuerit vxorem: ipse ex libertini filia susceperit liberos? Sed hoc clarissimi viri viderint, L. Philippus, qui habet Aricinam vxorem, C. Marcellus, qui Aricinæ filiam: quos certè I scio dignitatis optimarum fœminarum non pœnitere. Idem etiam Qu. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto: nec sentit amens, commendationē esse compellationē suam. Quid enim accidere huic adolescenti potuit optatius, quàm cognosci ab [m] hominibus, Cæsaris consiliorum esse socium, Antonij furoris inimicū? At etiam gladiator auius est scribere, hunc de patris, & patrui parricidio [n] cogitasse. O admirabilem impudētiam, audaciam, temeritatem! in eum adolescētem hæc [o] scribere audere, quem ego, & frater meus, propter eius suauissimos, atque optimos mores, præstantissimúmque ingenium, certatim amamus, omnibúsque horis, oculis, auribus, complexu tenemus? Nam [p] in eisdē me edictis nescit, lædat, an lauder. cùm idem supplicium minatur optimis ciuibus, quod ego de [q] sceleratissimis sumserim, laudare videtur, quasi imitari velit. cùm autem illā pulcherrimi facti memoriam refricat: tum à tui similibus inuidiam aliquam in me commoueri putat. Sed ipse quid fecit? cùm tot edicta proposuisset: edixit, vt adesset senatus frequens ad [r] VIII. Kalendas Decembris: eo die ipso [s] non affuit. At quomodo edixit? hęc sunt, vt opinor, verba in extremo. *Si quis non affuerit, hunc omnes existimare poterunt & interitus mei, & perditissimorum consiliorum auctorem fuisse.* Quæ sunt perdita consilia? an ea, quæ pertinent ad libertatem populi Romani recuperandam? quorum consiliorum Cæsari me auctorem, & hortatorem & esse, & fuisse fateor. quamquam ille non eguit cōsilio cuiusquam: sed tamen, vt [t] dicitur, *currentem incitauit.* Nam interitus quidem tui quis bonus non esset auctor, cùm in eo salus, & vita optimi cuiusque, & libertas populi Romani, dignitásque consisteret? Sed cùm tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit

a *al.* ea vota

b L. Maius igitur à D. Bruto beneficiū populus R. &c.

c *al.* omnis seruitus est m.s.

d L. nobis, P. C. vt

e *al.* debuistis putare.

f Idem Philipp. a.*

g L. est concionatus.*

h Cæsari.* P. CLXXXVI

i L. eo die se non m. cōsul. sed etiā libert. abdic.

k L. insignia accip.

l L. posset,

m L. tantus autem est cōsensus m.

n *al.* possint

o L. tum statuistis etiam intra m.

p L. hostem non exist.

q *al.* persequuntur.

r L. quàm di rus? *al.* quam ferus?

s L. illo, qui maledicit, i.

t L. natura pater,

a *al.* de municipiis.

b Aricini municipij cōsuetudo.*

c De lege Voconia alibi dixi.*

d *al.* Atinias leges. *al.* Sextiviæ Lex. Scatinia turpissimum crimen vindicabat de qua in lege cum vir nubit C. de adulteriis.*

e L. lautissimi. & paulò infrà. sed fl. Arrius.

f C. tamen hic locus à Victorio notatus.*

g L. Arauus nobilis. Tubero. h L. Haberis nobilit. opus.

i L. comes nit.

k L. Iulia natus, ita ego. sed fit Atticus mater, quod Attonitus fuit.*

l L. esset

P. CLXXXVII

m L. ab omnibus

n L. patricidio

o L. hæc scribere. & hæc o. v. r.

p L. Nē me illum edict. laedat. tam me in illum edictum. & in illum edictum ego

q L. sceleratissimis. & in illum ego

r L. VIII

s L. ipse non ad.

t L. currere. vt dicitur incitauit.

affuit? num putatis aliqua re tristi, ac seuera? vino [a], & epulis retentus est: si epulæ potius, quàm popinæ nominandæ sunt. diem edicti obire neglexit. in ante diem quartum Kalendarum Decembris distulit. adesse in Capitolio iussit: quod in templum ipse nescio quà, per Gallorum cuniculum adscendit. conuenerũt corrogati, & quidẽ ampli quidã homines, sed immemores dignitatis suæ. is enim erat dies, ea fama, is impetus eius, qui senatum vocarat, vt turpe senatori esset, nihil timere. Ad eos tamen ipsos, qui conuenerant, ne verbum quidẽ ausus est facere de Cæsare, cùm de eo constituissẽt ad senatum referre. Scriptam attulerat consularis quidam sententiam. Quid est aliud, de eo referre non audere, qui contra se consulem exercitum duceret, nisi seipsum hostem iudicare? necesse [b] enim erat alterum esse hostem: nec poterat aliter de aduersariis ducibus iudicari. Si igitur C. Cæsar, hostis, cur consul nihil refert ad senatum? sin ille à senatu notandus non fuit: quid potest dicere, quin, cùm de illo tacuerit, se [c] hostem esse confessus sit? quem in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet. Atque [d] in rebus tristissimis quantos excitat risus? sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare: ego autem, qui intelligeret, quid dicere vellet, adhuc neminem inueni. *Nulla contumelia est, quam facit dignus.* Primùm quid est, Dignus? nam etiam malo digni multi, sicut ipse. an quam facit is, qui cum dignitate est? quæ autem potest esse maior? quid est porrò, Facere contumeliam? quis sic loquitur? Deinde: *Nec timor, quem denuntiat inimicus.* Quid [e] ergo? ab amico timor denunciari solet? horum similia deinceps. Nónne satius est inutum esse, quàm, quod nemo intelligat, dicere? En, cur magister eius ex oratore, arator [f] factus sit: possideat in agro publico populi Romani campi Leontini duo millia iugerum immunia, vt [g] hominem stultum magis etiã infatuet mercede publica. Sed hæc leuiora fortasse. illud quæro, cur [h] tam mansuetus in senatu fuerit, cùm in edict s tam [i] fuisset fetus. quid autem attinuerit, L. Cassio, tribuno pleb. fortissimo, & constantissimo ciui mortem denuntiare, si in senatum venisset: D. Carfulenum, bene de rep. sentientem, è senatu vi & minis mortis expellere: T. Canutium, à quo erat honestissimis [k] contentionibus & sæpe, & iure vexatus, non templo solùm, verùm etiam aditu prohibere Capitolij. Cui S. C. ne intercederent, verebatur? De supplicatione hel, credo, M. Lepidi clarissimi viri. Atque id erat periculum, de cuius honore extraordinario quotidie aliquid cogitabamus, ne eius vsi tatus honos impediretur. Ac, ne sine causa videretur edixisse, vt senatus adesset, cùm de republica relaturus fuisset, allato nuntio de legione Quarta, mente cóncidit [m]: effugere [n] festinans, senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit, cùm id factum esset antea nunquam. Quæ verò profectio postea? quod iter paludati? quę vitatio oculorum, lucis, vrbis, fori? quàm misera fuga? quã fœda? quã turpis? Præclarè [o] tũ fuit senatus in illo ipso die vesperti na prouinciarum religiosa sortitio: diuina verò opportunitas, vt, quæ cuique apta esset, ea cuiq; obueniret. Præclarè igitur fa-

A

citis, tribuni pl. qui de præsidio consulum [a], senatúsq; referatis: meritoq; vestro maximas vobis gratias omnes & agere, & habere debemus. Qui [b] enim carere metu, & periculo possemus in tãta hominũ cupiditate, & audacia? ille autẽ afflictus [c], & perditus, quæ de se exspectat iudicia grauiora, quàm amicorũ suorũ? familiarissimus eius, mihi homo cõiunct [o], L. Lentulus, & P. Naso, omni carẽs cupiditate, nullam se habere prouinciã, nullam Antonij sortitionẽ fuisse iudicauerũt [d]. quod idem fecit L. Philippus, vir [e] auo, patre, maioribúsque suis dignissimus. in eádẽ sententia fuit homo summa integritate, atq; innocentia, M. [f] Anturanius. idẽ fecit Sp. Oppius. ipsi etiam, qui amicitiã M. Antonij veriti, plus ei tribuerunt, quàm fortasse vellent, M. Piso, meus necessarius, & vir, & ciuis egregius, pariq; innocentia M. Vehilius, senatus auctoritati se obtẽperaturos esse dixerunt. Quid ego de L. Cinna loquar? Cuius spectata multis, magníq; [g] in rebus singularis integritas, minùs admirabilem fecit huius honestissimi facti gloriam: qui omnino prouinciã neglexit: quã item magno animo, & constanti C. [h] Cessedius repudiauit. Qui sunt igitur réliqui, quos sors diuina delecte? L. [i] Antonius, & M. Antonius. O felicem vtrũque! nihil enim maluerunt. C. Antonius Macedoniã. Hunc quoq; felicẽ. hãc enim sem per habebat in ore prouinciã C. Caluisius Africam. Nihil felicius. modò enim ex Africa decesserat, & quasi diuinans se rediturũ, duos legatos Vticæ reliquerat. Deinde M. Icci [k] Siciliam, Q. Cassius Hispaniã. nõ habeo, quid suspicer. duarũ credo prouinciarum sorteis minùs diuinas fuisse. O C. Cęsar, (adolescentẽ appello) quam tu salutẽ reip. attulisti? quàm improuisam? quàm repentinã? qui enim hæc fugiens fecerit, quid faceret insequẽs? etenim in concione dixerat, se [l] custodem futurum vrbis: vsque ad Kalend. Maias ad vrbem exercitum habiturum. O præclarũ custodem [m] ouium (vt aiunt) lupum. custósne vrbis, an direptor, & vexator esset Antonius? Et quidem se introiturum in vrbem dixit, exiturúmque, cùm vellet. Quid illud? nónne audiente populo, sedens pro æde Castoris, dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem? Hodierno die primùm, P. C. longo interuallo in possessionem libertatis pedem ponimus: cuius quidem ego, quoad potui, non modò defensor, sed etiam conseruator fui. cùm autẽ id facere non possem, qui [n] fui? nec abiectè, nec sine aliqua dignitate casum [o] illum temporum, & dolorem tuli. Hãc verò tæterrimam belluam, quis ferre posset [p], aut quomodo? quid est in Antonio, præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? ex [q] his tot cõglutinatus est. nihil appãret in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudẽs nihil pudicũ. ¶ Quapropter, quoniam res in id discrimen adducta est, vtrũ ille pœnas reip. luat, an nos seruiamus: aliquando, per deos immortaleis, P. C. *patriũ animum, virtutẽmque capiamus, vt aut libertatem propriam Romani generi, & nominis recuperemus, aut mortem seruituti anteponamus.* Multa quæ in libera ciuitate ferenda non essent, tulimus, & perpessi sumus: alij spe recuperandæ libertatis, alij viuẽdi nimia cupiditate. sed, si illa tulimus, quę nos necessitas ferre coegit, quæ vis quędã pænè fatalis, quæ tamẽ ipsa non tulimus: etiámne huius impuri latronis

a *al.* consulis
b L. Qui enim periculo carere possumus in t.
c L. homo afflictus. P. B.
d *fort.* iudicarunt.
e L. vir patre, auo, &c.
f M. Turranius. *al.* C. Turannius.
g L. magníque rebus
h *al.* C. Cessitius. *al.* Cęssentius.*
i v. c. L. Antonius, M. Antonius.*
k *al.* Itius.*
l L. se custodem fore vrbis:
m Custodum non omnium firma fides. Dixi Diuination in Verrem.* P. CLXXXIX
n L. quicuius nec. Ira emẽdauit Victorius r. Var. 9. similis locus est epistola ad Q. fratrẽ.*
o *al.* casum illorum temporum.
p L. potest, aut
q L. ex his totus conualuinatus est. *al.* ex his totus vitiis cõglutinatus est. PERORATIO.*
r L. Romani & generis & nomen.

Tom. 2.

feremus tetetrimum, crudelissimúmq; dominatū? Quid hic faciat [a], si potuerit, iratus, qui cùm succensere [b] nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus? quid hic victor non audebit, qui nullam adeptus victoriam, tanta scelera post Cæsaris interitum fecerit? refertā eius [c] domū exhauserit? hortos compilarit? ad se omnia [d] ex his ornamenta transtulerit? cædis, & incendiorum causam quæsierit ex funere? duobus aut tribus S.C. bene, & è rep. factis reliquas res ad luerum, prædámq; reuocauerit? vendiderit immunitates? ciuitates liberauerit? prouincias vniuersas ex imperij populi R. iure sustulerit? exsules reduxerit? falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figēda curauerit, earúmque rerum omnium domesticum mercatum instituerit? populo Ro. leges imposuerit? armis, & præsidiis populum [e] R. & magistratus foro excluserit? senatum stipauerit [f] armatis? armatos in cælla Concordiæ, cùm senatū haberet, incluserit? ad legiones Brundisium cucurrerit? ex his optimè sentientes cēturiones iugulauerit? cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem [g] vrbis venire conatus? Atque is ab hoc impetu abstractus consilio, & copiis Cæsaris, consensu veteranorum, virtute legionū: ne fortuna quidem fractus minuit audaciam: nec ruere demens, nec furere desinit. in Galliam mutilatum ducit exercitum: cum vna legione, & ea vacillante, L. fratrem expectat: quo neminem reperire potest sui similiorem. Ille autem ex myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quash fecit strages, vbicúq; posuit vestigia? cædit greges armentorū, reliquíq; pecoris quodcúq; nact [o] est: epulātur milites: ipse autē se vt frattē imitetur, obruit vino: vastantur agri: diripiūtur villę: matres familiās [i], virgines, pueri ingēnui abripiūtur, militibus tradūtur. Hæc éadem, quacumq; exercitum duxit, fecit M. Antonius. His vos teterrimis fratribus portas aperietis? hos vmquam in vrbem recipietis? non, tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo R. conspirante, Italia tota ad libertatem recuperandam [k] excitata, deorum immortalium beneficio vtemini? nullum erit tempus, hoc amisso: à tergo, à fronte, à lateribus tenetur [l]. si in Galliam venerit, non ille armis solùm, sed etiam nostris decretis vrgendus [m] est. magna vis est, magnum [n] nomen, vnum & idem sentientis senatus. Videtisne refertum forum [o]? populum R. ad spem recuperandę libertatis erectū? qui longo interuallo cùm frequenteis hîc videt nos, tum sperat etiam liberos conuenisse. Hunc ego diē exspectans, M. Antonij scelerata arma vitaui, tum, cùm ille in me absentem inuehens, non intelligebat, ad [p] quod tempus me, & meas vireis referrem. si enim illi tū cædis initium à me quærenti respondere voluissem, nunc reip. consulere non possem. Hanc verò nactus facultatem, nullum tempus, P.C. dimittam, neque diurnum, neque nocturnum, quin de populi Romani libertate, de dignitate vestra quod cogitandum sit cogitem: quod agendum, atque faciendum, idem [r] non modò non recusem, sed [s] appetam etiam, atque deposcam. Hoc [t] feci semper, dum licuit: intermisi, quoad non licuit. iam non solùm licet, sed etiam necesse

a al. faciet,
b L. suscensere n.
c al. domum eius exh.
d L. ex his omnia orn. P. B.
e L. populū & magistratus l. excl.
f L. stiparit, arm.
g L. ad direptionem vrbis
h L. quas fa cit strag.
i v.c. matres familig. & ita l.
k v.c. recipe randam P. CXC.
l L. tenebitur, si in Galliam venerit nec ille arm v.c. vigendus est.
m l. magnū numen.
n L. forū popu umque R. ad spem recuperandæ libert. erectū?
o L. quod ad tempus
p L. de libertate populi R. & ita v.c.
q L. id non modo
r L. sed etiā operam. atq;
s L. Hoc feci dum licuit:

a L. malimus

b L. quod moneam vos ita P. B.

c L. & flagitiosam ferendam.
d al. ferendā esse.

e L. ea summa miseria est,

f L. omnes pati fecerit?
g. al. cuncta multa illa bene
h L. iam accedent
i ita interpog. Quas ob res. Quod ait Cæs. vt Philip pica 10. in Quas ob res autem nihil aliud quam. Quæ cum ita sint.
k L. vt sen l. de summa rp.
m Formula hæc reipub debant senatores interpo gam: i. celli cadem formu la exstat pl. lippis prosol. Sed & hāc molimu ri, cenſeō Philippo & Ri. vel Philip. ceo Philippo & Senatui. Nepotianus Sed & hāc molimur, cenſeō Philippo & Ri. Iulio Tertullo Cæsare Mā. Plancō, & Asinio Pollione Cōss. vt L. vt sen n. CXCI. o L. merci p L. prouinciam illius
q L. amicissimi mortunque reip. ſtimum r alieq; rep. f. ad man rempe pert. t L. & L. Plancō, u. kin senati prop.

est, nisi seruire malumus [a], quàm, ne seruiamus, animis, armisque decernere. Dij immortales nobis hæc præsidia dederunt: vrbi Cæsarem, Brutum Galliæ, Si enim ille vrbem opprimere potuisset statim: si Galliam tenere paullo pòst: optimo cuique pereundum, reliquis esset seruiendum. Hanc igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortaleis, P.C. & amplissimi orbis terræ consilij principes vos esse aliquando recordamini. Signum date populo Ro. consilium vestrū nec deesse reip. quoniam ille virtutem suam non defuturam esse profitetur. Nihil est quod [b] moneam. nemo est tam stultus, qui non intelligat, si indormierimus huic tempori, nō modò crudelem, superbámq; dominationem nobis, sed ignominiosam etiam, & [c] flagitiosam etse [d] ferendam. Nostis insolentiam Antonij, nostis amicos, nostis totam domum, libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebrijs seruire, ea [e] est summa miseria, summo dedecore coniuncta. Quòd *si iam (quod dij omē auertant) fatum extremum reip. venit: quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarū, gentiumq; omnium, vt cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia seruiamus.* Nihil est detestabilius dedecore, nihil fœdius seruitute. ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur. Nimium diu teximus, quid sentiremus: nunc iam apertum est: omnes [f] iam patefecerunt, in vtramque partem quid sentiant, quid velint. Sunt impij ciues pro caritate reip. nimium multi: pro [g] multitudine bene sentientium, admodum pauci: quorum opprimendorum dij immortales incredibilē reip. potestatem, & fortunam dederunt. ad ea enim præsidia, quæ habemus, iam [h] accedunt consules summa prudentia, virtute, concordia, multos menses de populi Ro. libertate commentati, atque meditati. His auctoribus, & ducibus, diis iuuantibus, nobis vigilātibus, & multùm in posterum prouidētibus, populo Ro. consentiente, erimus profectò liberi brevi tempore. *iucundiorem autem faciet libertatem seruitutis recordatio. Quas [i] ob res, quod tribuni pl. verba fecerunt, vt [k] senatus Kalendis Ian. tuò haberi, sententiaque de [l] summa reip. liberè dici possint: dem ea re ita cēseo, vt C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, dem operam, vt [n] senatus Kalendis Ian. tuò habeatur: quodq; edictum D. Bruti imperatoris, cōsulis designati, optimè de rep. meriti, propositum sit, senatum existimare, D. Brutum, imperatorem, cōsulem designatū, optime de rep. promereri [o], cum senatus auctoritatem, populiq; R. libertatem, imperiumq; defendat, quodq; Galliam [p] prouinciā citeriorem, optimorum, & fortissimorum virorū, amicissimorū [q] populo R. ciuium, exercitumq; in senatus potestate retineat, id eū, exercitūq; eius, municipia, colonias prouinciæ Galliæ, recte atq; ordine, exq; [r] rep. fecisse, & facere: senatum ad summam reip. pertinere arbitrari, a D. Bruto, & ab L. Planco [t], imperatoribus, COSS. designatis, itemq; à ceteris, qui prouincias obtinent, ex lege Iulia, quoad ex S.C. eique corū successum sit: eōsque dare operam, vt ea prouincia, exercitusque in [u] senatus, populique Rom. potestate, præsidióq; reip. sint: cumq; operā, virtute, consilio C. Cæsaris summoq; consensu militū veteranorum*

ranorum, qui eius auctoritatem secuti, reip. præsidio sunt[a], & fuerunt à grauissimis periculis populus R. defensus sit & hoc tempore defendatur: cùmque legio Martia Alba constiterit, in muni ipio fideliss. mo, & fortissimo: seque [b] ad senatus auctoritatem populique R. libertatem contulerit: quod [c] pari consilio, eadémque virtute legio quarta vsa, L. Egnatuleio duce, ciue egregio, senatus auctoritatem, populique R. libertatem defendat[e], ac defenderit: senatui magnæ curæ esse, ac fore, vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, gratiq. referantur: senatui placere, vti C. Pansa. A. Hirtius cos. designati, cùm magistratum [g] inierint, si eis videbitur, primo quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem referant, ita vti è rep. fidéque sua censuerint.

a L. & sunt, & f.
b L. seq. ad fem.
c L. & quòd pari ci. d L. ciui egr. vel, quem optimo al. Quæstore optimo.
e L. defendas defenderit:
f L. gratiq. referatur: tũ sen.
g L. iniissent, si eis videretur, primo quoque tempore de his videretur.

P. B.

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA QVARTA.

ORATIO QVADRAGESIMASEXTA

Synopsis.

¶ *Eiusdem est argumenti hæc ad Quirites oratio cum superiore ad senatum.*

EXORDIVM.

REQVENTIA [a] vestrûm incredibilis, Quirites, cõcióque tãta, quantam meminisse non videor, & [b] alacritatem mihi summãaffert reip. defendendæ, & spem recuperãdæ libertatis. Quamquam, animus quidẽ mihi numquam defuit, tẽpora defuerunt: quę simulac primùm aliqd lucis ostendere visa sunt, princeps vestræ libertatis defendendæ fui. quod [c] si antè facere conatus essem, nunc facere non possem. ¶ Hodierno [d] enim die, Quirites [e], ne adhuc mediocrem rem actam arbitremini, fundamenta sunt [f] iacta reliquarum actionum. nam est hostis à senatu nondum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. Nũc verò multo sum erectior, quòd vos quoq. hostem [g] illum esse tãto consensu, tantóq. clamore approbauistis. Nec [h] enim fieri potest, vt non aut ij sint impij, qui contra consulem exercitumi comparauerunt: aut ille hostis, contra quem iure arma sumta sunt. Hanc igitur dubitationem, quamquã nulla erat, tamẽ nequa posset esse, senatus hodierno die sustulit C. Cæsar, q i remp. libertarémq. vestram suo studio, cõ filio patrimonio deniq. tutatus est, & tutatur: maximis senatus laudib. ornatus est. Laudo, laudo vos, Quirites, cùm gratissimis animi profequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potiús. sunt enim facta eius, immortalitatis: nõ ętatis. multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omni sæculorũ memoriam tale cognoui: qui cùm seruitute premeremur, & in dies malum crescret, præ Brũdisij nihil haberemus, capitalẽ & pestiferum Brũdisium M. Antonij reditũ rimeremus: hoc insperatum omnibus consilium incognitum certè cepit[i], vt exercitũ inuictum ex[k] His panis militib. conduceret, Antoniq furorem crudelissimis consiliis incitatum à pernicie reip. auerteret. Quis est enim, qui hoc non intelligat, nisi Cæsar exercitum parauisset, non sine exitio nostro futurum Antonij reditum fuisse? Ita enim se recipiebat ardens odio vestri, cruentus sanguine ciuium, quos Suessæ, quos Brũdisij occiderat, vt nihil, nisi de reip. pernicie cogitaret. Quod autẽ erat præsidium salutis, libertatisq. vestræ, si C. Cæsaris, fortissimorúmq. sui patris militum exercitus non fuisset? cuius de laudibus, & honoribus, qui ei pro diuinis, & immortalibus meritis diuini, immortaléq. debentur, mihi senatus assensus paullo antè decreuit, vt primo quoq. tempore referretur. Quo decreto quis non perspicit Antonium hostẽ esse iudicatum? quem enim appellare [d] possumus eum, contra quem qui exercitus ducunt, iis senatus arbitratur singulareis exquirendos honores? Quid legio Martia? quę mihi videtur diuinitus ab [e] eo deo traxisse nomen, à quo pop. R. generatum accepimus. nónne [f] ipsa suis decretis priùs, quàm senatus, hostem iudicauit Antonium? nam [g], ille si non hostis: qui consulem reliquerunt, hosteis necesse est iudicemus. Præclarah & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobastis: qui se ad senatus auctoritatem, ad libertatem vestram, ad vniuersam remp. contulerunt: hostem illum, & latronem, & [i] parricidam patriæ reliquerunt. Nec solùm id animose, & fortiter, sed considerate etiam, sapienterq. fecerunt. Albæ constiterunt, in vrbe opportuna, munita, propinqua fortissimorum virorum, fidelissimorum ciuium, atq. optimorum. Huius Martiæ legionis legio Quarta imitata virtutem, duce L. Egnatuleio, quem senatus meritò paullo ante laudauit, C. Cæsaris exercitũ persecuta est. Quæ exspectas, M. Antoni, iudicia, grauiora? Cæsar fertur in cælum, qui contra te exercitũ comparauit. laudantur exquisitissimis verbis legiones, quæ te reliquerunt; quæ

a L. ciuium
b L. de pernicie reip. c.
c L. si C. Cæsaris fortissimorum patris mil.
d L. possumus appellare eum, contra q.
e al. ab eo ipso deo
f L. non ipsa
g al. num si ille non hostis, hos, qui
h L. Præclarè & loco, recl.
i L. & patricidium patr. P. B.

à te arcessitæ sunt: quæ [a] tuæ essent, si te consulem, quàm hostem maluisses: quarum legionum fortissimum, verissimúmque iudicium confirmat senatus, comprobat vniuersus populus R. nisi fortè vos, Quirites, cõsulem, non hostem iudicatis Antonium. Sic [b] arbitrabar vos iudicare, vt ost eruditis municipia [c], colonias, præfecturas, num aliter iudicare censetis? omnes mortales vna mente consentiunt: omnia arma eorum, qui hæc salua velint, contra illam pestem esse capienda. Quid? D. Bruti iudicium, Quirites, quod ex hodierno eius edicto perspicere potuistis, num cui tandem contemnendum videtur? Rectè, & verè negastis, Quirites. *Est enim quasi deorũ immortalium beneficio, & munere datum reip. Brutorum genus, & nomen, ad libertatem populi R. vel constituendam, vel recuperandam.* Quid igitur D. Brutus de M. Antonio iudicauit? excluſit [f] prouincia: exercitu obstitit: Galliam totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte, suóque iudicio excitatam. Si consul Antonius: Brutus hostis. si conseruator reip. Brutus: hostis Antonius. Nũ igitur, vtrum horum sit, dubitare possumus? Atqui, vt vos vna mente, vnáque voce dubitare vos negatis: sic modò decreuit senatus, D. Brutum optimè de rep. mereri, cùm senatus auctoritatem populíq. R. libertatem, imperiúmque defenderit [h]. A quo defenderit? nempe ab hoste. quæ est enim alia laudanda defensio? Deinceps laudatur prouincia Gallia, meritóque ornatur verbis amplissimis à senatu, quòd resistat Antonio, quem si consulem illa prouincia putaret, neque eum reciperet. magno scelere se adstringeret. omnes enim sub [i] consulis iure, & imperio debent esse prouincię. Negat hoc D. Brutus imperator, consul designatus, natus reip ciuis: negat Gallia, negat cuncta Italia, negat senatus, negatis vos. Qui [k] igitur illum consulem, nisi latrones putant? quamquam ne ij quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt: nec à iudicio omnium mortalium, quamuis impij, nefariiq. sint, sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapiendi, atque prædandi cæcat [l] animos eorum: quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non [m] illa infinita Pompeij hasta satiauit: qui sibi vrbem qui bona, & fortunas ciuium ad prædam proposuerunt. qui dum sit quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur: quibus M. Antonius *(ô dij immortales, auertite, & detestamini, quæso, hoc omen)* vrbem se diuisurum esse promisit. Ita [n] verò ei, vt precamini, eueniat quo huius amentiæ pœna in ipsum familiámq. eius recidat, quod ita futurum esse confido. iam enim non solum homines, sed etiã deos immortaleis ad remp. conseruandam arbitror consensisse. Siue enim prodigiis, atque portentis dij immortales nobis futura prædicunt: ita sunt apertè denuntiata [o], vt & illi pœna, & [p] libertas nobis appropinquet: siue tantus consensus omnium, sine impulsu deorum esse non potuit, quid est, quòd de voluntate cælestium dubitare possimus? Reliquum est, Quirites, vt vos in ista sententia, quam præ vobis fertis, perseueretis. ¶ Faciam [q] igitur, vt imperatores instructa acie solent: quãquam plurimis milites [r] præliandum videant, vt eos tamen adhortentur: sic ego vos ardentes, & erectos ad libertatem recuperandam [s], cohortabor: Non [b] est, non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen, quocum [c] aliqua pacis conditio esse possit. neq. enim ille seruitutem vestram, vt antea, sed iam iratus sanguinem concupiscit. nullus ei ludus videtur esse iucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium. Nondest vobis, Quirites, cum scelerato homine, atq. nefario, sed cum immani tetráque bellua [e]: quæ quoniam *infoueam incidit*, obruatur. si enim illinc emerserit, nullius supplicij crudelitas erit recusanda. sed tenetur, premitur, vrgetur [f], nunc iis copiis, quas [g] iam habemus: mox iis, quas paucis diebus noui consules comparabunt. Incumbite in causam, Quitites, vt facitis. Numquàm vester consensus maior in illa causa fuit: num quam tam vehementer cum senatu consociati fuistis. nec mirum. agitur enim non qua conditione victuri, sed victurine simus, an cum supplicio, ignominiáque perituri. Quamquam *mortem quidem omnibus natura proposuit: crudelitatem mortis, & dedecus, virtus propulsare solet*: quæ propria est Romani generis, & seminis. hanc retinete, quæso, Quirites, quam vobis tanquam hereditatem, maiores vestri reliquerunt. *quamquam omnia [i] alia, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa radicibus. quæ numquam vlla vi labefactari potest, numquam dimoueri* k *loco.* Hac maiores nostri [l] primùm vniuersam Italiam deuicerunt: deinde Karthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt, potentissimos reges, bellicosissimas gentes, in ditionem huius imperij redegerunt. Ac maioribus quidem vestris, Quirites, cum eo hoste res erat, qui haberet remp. curiam, ærarium, consensum, & concordiam ciuium, rationem aliquam, & [m] res ita tulisset, pacis, & fœderis: hic vester hostis vestram remp. oppugnat, ipse habet nullam: senatum id [n] est, orbis terræ consilium, delere gestit, ipse consilium publicum nullum habet: ærarium vestrum exhausit, suum non habet. nam concordiam ciuium quî habere potest, nullam qui habeat ciuitatem? pacis verò quæ potest esse [o] cum eo ratio, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla? Est igitur, Quirites, populo R. victori omnium gẽtium, omne certamen cum [p] excursore, cum latrone, cum Spartaco. Nam, quòd se similem Catilinæ [q] esse gloriari solet: scelere par [r] est, belli industria inferior. Ille cùm exercitum nullum haberet [s], repentè conflauit: hic [t] eum ipsum exercitum, quem accepit, amisit. Vt igitur Catilinam diligentia mea, senatus auctoritate, vestro studio, & virtute fregistis: sic Antonij nefarium latrocinium vestra cum senatu cõcordia tanta, quanta numquam fuit, felicitate & virtute exercituum, ducúmque vestrorum breui tẽpore oppressum [u] audietis. Equidem, quantum cura, labore, virgilijs, auctoritate, consilio, eniti, atq. efficere potero, nihil prætermittam, quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor. neq. enim id pro vestris in [x] me amplissimis beneficiis sine scelere facere possum. hodierno autem die primùm, referente viro fortissimo, vobísq. amicissimo, M. [y] hoc Seruilio, collegáque eius ornatissimis viris, optimis ciuibus, lõgo interuallo, me auctore, & principe ad spem libertatis exarsimus.

a L. quæ essent, si te cõsulem, quàm hostem maluisses, tuæ q.
b L. sic arbitrabar, Quirites, vos iud.
c De municipiorum conditionum, & præfecturarũ differentia aliàs dixi.*
d L. Quid? municipia, col. e L. negatis, Quir.
f v.c. vel recipiendam. al. vel reciperandam.
g L. excludit prouinc. exercitu obstitit:
h L. Atque, vt vos vna m. F. CXCIII.
i L. defenderet. A quo defenderet?
k v.c. in consulis iure, &
l L. quis illũ igitur conf. m L. obcæcat animi.
n L. non illa infinita hasta æraiunt.
o L. Ita verò, Quirites, vt precamini, ei eueniat, atq. huius am.
p al. pronuntiata,
q L. & nobis libertas
P. B.
r PERORATIO.*
ri loco.

f v. recipierandam.
b L. Non est vobis, Quirites,
c al. cum quo
d L. Non est vobis, Quirites, cum e L. belua:
f L. vrgeatur
g al. quas habemus.
h L. Numquã maior cõsensus vester in
i L. alia omnia, incerta, f al. omnia falsa, incerta caduca, &c.
k L. denique
l L. vestri pr.
p. 194.
m L. si ita res tulisset, n sic alibi, senatus publicum bis terræ, cõsilium, o al. cum eo esse ratio,
p L. cum pyrrhi cultore
q L. esse Catilinæ
r L. pari ingenio, industria inferior. Ille cum exercitum
s L. haberet exercitum,
t L. amisit.
u al. oppressum esse ait dicit.
x L. amplissimis in me
y L. Hoc M. Seruil.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA QVINTA.

ORATIO QVADRAGESIMASEPTIMA.

Synopsis.

Dissuadet legatos ad Antonium mitti. Contrà, suadet acta a b Antonio rescindenda, ne præmia Reip. defensoribus decernenda.

NIHIL [a] vmquam longius [b] Kalendis Ian. mihi visum est, patres conscripti: quod idē intelligebā per hos dies vnicuique vestrūm videri. qui enim bellū cum rep gerunt, hunc diem non expectant [c], nos autem tum, cùm [d] maximè consilio vestro subuenire communi saluti oporteret, in senatum non [e] conuocabamur. Sed querelam præteritorum dierum sustulit oratio consulum: qui ita locuti sunt, vt magis exoptatæ [f] Kalendæ Ian. quàm seræ esse videantur. Atque [g] vt oratio cōsulum animū meum erexit, spémq. attulit non modò salutis conseruandæ, verùm etiam dignitatis pristinæ recuperandæ [h]: sic me perturbasset eius sententia, qui primus rogatus est, nisi vestræ virtuti, cōstantiæq. considerem. Hic enim vobis Patres conscripti, dies illuxit: hæc potestas data est, vt, quantum virtutis, quantū constantiæ, quantum grauitatis in huius ordinis cōsilio esset, pop. R. declarare possetis. Recordamini, qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quantus cōsensus vestrūm, quanta virtus, quanta constantia: quantam sitis à pop. R. laudem, quantam gloriam [i] consecuti. Atq. illo die, P. C. ea constituistis, vt vobis nihil [k] iam sit integrum, nisi aut honesta pax, aut bellū necessarium. Pacem vult M. [l] Antonius? arma ponat, roget, deprecetur, neminem [m] æquiorem me reperiet: cui [n] quidem, dum se ciuibus impiis commendat, inimicus esse, quàm amicus maluit. nihil est profectò, quòd [o] dari possit bellum gerenti, erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti. Legatos verò ad eum mittere, de quo grauissimum Pi udicium nudiustertiusdecimus fecceritis, non iam leuitatis est, sed, vt, quod sentio, dicam, dementiæ. Primèm [q] enim eos duces laudauistis, qui contra illum priuato consilio bellum susceptissent: deinde milites veteranos, qui cùm ab Antonio in colonia essent deducti, illius beneficio libertatem pop. R. antepositurūt. Quid? legio [r] Martia: quid? Quarta, cur [s] laudantur? si enim consulem suum reliquerunt, vituperandæ sunt: si [t] inimicum reipub. iure laudantur. Atqui cùm consules nondum haberetis, decreuistis, vt & de præmiis militum, & de honoribus imperatorum primo quoque tempore referretur. Placet eodem tempore præmia constituere iis, qui contra Antonium arma ceperunt [a], & legatos ad Antonium mittere? vt iam pudendum sit, honestiora [b] esse legionum decreta, quàm senatus. siquidem legiones decreuerūt senatum defendere contra [c] M. Antonium: senatus decernit legatos ad Antonium. Vtrùm hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem? Hoc dies duodecim perfecerunt [d], vt, quem nemo, præter Cotylā, tum inuentus sit, qui defenderet, is habeat iam patronos etiam consulares [e]? Qui vtinā omnes ante me sententiam rogarentur, (quamquam suspicor, quid dicturi sint quidam eorum, qui post me rogabuntur.) faciliùs contrà dicerem, si quid videretur. est enim opinio, decreturum aliquem M. Antonio illam vltimā Galliam, quam Plancus obtinet. Quid [f] hoc aliud est, quàm ad bellum ciuile hosti arma largiri? primùm *nerues belli, pecuniam infinitā* qua nunc eget: deinde equitatum, quantū velit equitatū dico? dubitabit credo, gēteis barbaras secum adducere. Hoc qui non videt, excors: qui, cùm videt, decernit, impius [g]. Tu ciuem sceleratum, & perditum, Gallorum, & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? nullæ istæ excusationes sunt. Meusamicus est. Sit [h] patrię priùs. Meus cognatus. *an potest cognatio vlla* [i] *propior esse, quàm patriæ, in qua parentes* [k] *etiam continentur*? Mihi pecuniam attribuit, cupio videre, qui id audeat dicere. Quid autem agatur, cùm aperuero, facile erit statuere, quam sententiam dicatis, aut quam sequamini. Agitur, vtrùm M. Antonio facultas detur opprimendæ reip. cædis [l] faciendæ, bonorum diripiendorum, vrbis, agrorum, suis latronibus condonandi, populum Ro. seruitute opprimendi: an horum nihil facere ei [m] liceat, dubitatis? an non cadunt hæc in Antonium? Hoc ne Cotyla quidem dicere auderet. quid enim in eum non cadit? qui, cuius acta se defendere dicit, eius [n] leges peruertit, quas maximè laudare poteramus. Ille paludes siccare voluit: hic omnem Italiam moderato homini, L. Antonio, diuidendam dedit. Quid? hanc legem populus Rom. accepit? quid? per auspicia ferre [o] potuit? Sed augur verecundus sine collegis de auspiciis, quamquā illa auspicia nō [p] egent interpretatione augurū, *Ioue enim tonante cum* [q]

a EXORDIVM. L. longius his Kal.

c L. exspectabant. d L. cùm maximè consilio subuenire c. e L. non vocabamur. f L. exoptatæ Kalendæ, quam

g CONFIRMATIO. h L. recuperandæ.

i L. gloriam quandā gratiam consul. k L. iam nihil sit int. l L. M. Antonius arma ponat, roget, deprecetur, neminem

m L. æquiorem

n L. cui

o L. quod possit dari

p L. grauissimum & seue

q L. primùm

r L. legio

s L. laudantur

t L. si inimicum

A

B

C

D

E

a L. ceperint,

b L. honestiora decreta esse leg.

c L. cōtra Antonium.

d al. profecerunt,

e L. consulares.

f L. Quid est aliud omnia ad bell. P. B.

g L. impius est. Tu ciu.

h L. Sit patriæ pr.

i L. propior vlla esse,

k L. etiam parentes cont.

l L. cædis faciendæ bonorum, diripiēdæ vrbis, agrorum, suis latronib. c.

m L. ei liceat Dubitate, quid agatis. At non cadunt hæc in Antonium. Hoc ne Cot. n L. eius eas leges p.

o L. ferri p.

p L. non egēt interpretatione. Ioue enim t.

q L. cum populo agi n.

populo R. agi non esse, quis ignorat? Tribuni pleb. tulerunt de prouinciis contra acta Cæsaris, ille[a] biennij, iste sexennij, num etiam hanc legem pop. Rom. accepit? quid? promulgata fuit? quid? nónne antè lata quàm scripta? nónne[b] antè factam vidimus, quàm futuram quisquam est suspicatus? vbi lex Cæcilia.[c] & Didia? vbi promulgatio trinundinum[d]? vbi pœnæ recenti lege Iunia[e], & Licinia? possúntne hæ leges ratæ esse sine interitu legum reliquarum? Eccui potestas in forum introeundi[f] fuit? quæ porrò illa tonitrua? quæ tempestas? vt, si auspicia M. Antonium non mouerent, sustinere tamen eum, ac ferre[g] potuisse tantam vim tempestatis, imbris, ac turbinum, mirum videretur. Quam legem igitur se augur dicit tulisse, non modò tonante Ioue, sed propè cælesti clamore prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam confiteri? Quid? quòd cum[h] eo collega tulit, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur arbitratus est pertinere? sed auspiciorum nos fortasse erimus interpretes, qui sumus eius collegæ, num ergo etiam armorum interpretes quærimus[k]? Primùm omnes fori aditus ita[l] sunt sæpti, vt etiam si nemo obstaret armatus, tamen, nisi sæptis reuulsis, introiri in forum nullo modo posset. sic verò erat dispositа præsidia, vt quo modo aditus[m] hostium prohibetur castellis, & aggeribus, ita ab ingressione fori populum, tribunósque pl. propulsari videres. Quibus de causis eas leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, omneis censeo per vim, & contra auspicia latas[n], iisque legibus populum[o] non teneri. Si quam legem de actis Cæsaris confirmandis, déue dictatura in perpetuùm tollenda, déue coloniis in agros deducendis, tulisse M. Antonius dicitur, eásdem leges de integro, vt populum teneant, saluis auspiciis ferre[p] placet. *Quamuis*[q] *ergo bonas leges vitiosè, per vimque tulerit: tamen hæ leges non sunt habendæ:* omnísq. audacia gladiatoris amentis, auctoritate nostra repudianda[r] est. Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam sestertium[s] septies millies falsis perscriptionibus, donationibúsque auertit: vt portenti simile videatur, tantam pecuniam populi R. tam breui tempore perire potuisse. Quid? illi immanes quæstus, ferendine quos M. Antonij tota exhausit domus? decreta[t] falsa vendebat. regna, ciuitates, immunitates, in æs, accepta pecunia, iubebat incidi. hæc se ex commentariis Cæsaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat[u]. in interiore ædium parte totius reip. nundinæ: mulier sibi felicior, quàm[x] viro, auctionem prouinciarum, regnorúmq. faciebat: restituebantur exsules, quasi lege, sine lege: quæ nisi auctoritate senatus rescinduntur, quoniam ingressi in spem reip. recuperandæ[y] sumus, imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. Neq. solum commentariis commentitiis, chirographísq.[z] venalib. innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, cum, quæ vendebat Antonius, ea se ex actis Cæsaris agere diceret: sed senatus etiam consulta, pecunia accepta, falsa referebat, syngraphæ obsignabantur, senatusconsulta[a], tanquam facta, ad ærarium referebantur. Huius turpitudinis testes erant etiam exteræ nationes. Fœdera intereà facta: regna data: populi, prouinciæque liberatæ: earúmq. rerum falsæ tabulæ, gemente populo R. toto Capitolio figebantur. Quib. reb. tanta pecunia vna in domo coaceruata est, vt, si hoc genus[b] in vnum redigatur, non sit pecunia populo R. defutura[c]. Is etiam legem[d] iudiciariam tulit, homo castus atq. integer: iudiciorum, & iuris auctor. in quo nos fefellit Antesignanos, & manipulareis, & Alaudas[e], iudices se constituisse dicebat. At ille legit aleatores, legit exsules, legit, Græcos. O concessum iudicū præclarum! ô dignitatē consilij admirandā! Pauet[f] animus apud consilium[g] illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audaciſſimum, & perditiſſimum. sed[h] fac ita non esse, num Latinè i scit? num[k] ex iudicum genere, & forma? num[l] leges nostras moresue nouit? num denique homines? est enim Creta vobis notior, quàm Roma Cyde: Delectus[m] autem, & notatio[n] iudicum, etiam in nostris ciuib. haberi solet. Gortynium verò iudicem quis nouit, aut quis nosse potuit? Nam Lysiadem Athenienſem pleriq. nouimus. est enim Phædri[o], philosophi nobilis, filius: homo præterea festiuus, vt ei cum M. P. Curio confessore eodem, & collusore, facillimè possit conuenire. Quæro igitur, si Lysiades citatus iudex non responderit, excusetúrq. Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ, & Athenis res iudicare: accipiétne excusationem is, qui quæstioni præerit, Græculi iudicis, modò palliati, modò togati? An Athenienſium antiquiſſimas leges negliget? Qui portò ille confessus, dij boni? Cretensis iudex, isque nequiſſimus. quemadmodum[q] ad hunc reus allegat? quomodo accedat? dura natio est. At Athenienſes miſeti cordes. puto ne Curium quidem esse crudelem, qui quotidie periculum fortunæ faciat. Sunt item lecti iudices, qui fortasse excusabuntur. habent enim legitimam excusationem, exsilij causa solum vertisse, nec esse posteà restitutos. Hos ille dementes iudices legisset: horum nomina ad ærarium detulisset: his magnam partem reip. credidisset, si vllā specie reip. cogitauisset[r]? Atq. ego de notis iudicibus dixi. quos minùs notis, nolui nominare: saltatores, citharistas, totū deniq, comessationis[s] Antonianæ chorum, in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum[u]. hæc causa cur lex tam egregia, támque præclara, maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & tonitrua ferretur, vt eos iudices haberemus, quos[x] socios ad epulas habere hospites nemo velit scelerū magnitudo, conscientia maleficiorū, direptio eius pecuniæ, cuius ratio in ædē Opis confecta est, hanc tertiam decuriam excogitauit: nec antè turpes iudices quæsiti, quàm honestis iudicibus nocentiū salus desperata est. Sed illud os. illā impuritatē cœni fecisse[y], vt hos iudices legere auderet! quorum lectione duplex imprimeretur reip. dedecus: vnum, quòd tā turpes iudices essent: alterum, quòd patefactū esset, quàm multos in ciuitate turpeis haberemus. Hāc[z] ego, & reliquas eiusmodi leges, etiam si sine vi, saluis auspiciis, essent rogatæ, censerem tamen abrogandas. nunc vero cur[b] non abrogandas censeam, quasi iudicio nō rogatas? An illa nō grauiſſimis ignominiis, monumentiſq. huius ordinis ad posteritatis memoriam, sunt notanda, quòd vnus

a L. ille biennium, hic sexennium

b L. nō antè factum vidimus, quàm futurum q. de lege ex cilia & Didia dixi in oratione pro domo suâ vide.*

c de trinundino proponendis legibus dato ad de Dionem 45. 46. & 5. Gell. 19.*

e lege Iunia & Licinia videntur confirmatæ Cæcilia & Didia leges*

f L. in inuandi fuit?

g L. ferre posse tant.

h al. cum collega tulit,

i L. pertinere arbitratus est?

k L. erimus?

l L. ita sæpti sunt.

m L. hostiū aditus vrbe prohibentur, ita castellis, & operibus ad ingress.

l al. aditus hostium prohibentur al. aditu hostes prohibentur.*

n L. esse latas

o al. populum Ro.

p L. ferri pl.

q L. Quamuis enim res bonas vitiosè,

r vel repudenda al. retūdenda.*

f al. septies sestertium,

P. B.

t vide 12. Epistol. famil. 1. & 14. ad Attic 12.*

u L. dicebat ealebant in interiore æd.

x L. quam viris,

y v. c. recipetandæ sumus

z v. Philippica 1. & 2.*

a L. senatusconsulta nū quam facta ad ærarium deferebātur. al. senatusconsulta nūquā facta. tanquā facta, ad ærarium deferebantur,

a al. earūque ipsarum rerū

b al. genus

c vel, vt, Gr. vel, genus pauperi. vel. genus pecuniæ.

c L. defutura,

Legem etiam iud.

d Lex tullaciaria ab Antonio lata cuius etiam meminit Philip. 8.*

e Alaudæ legionis memor. CXCVIII. Philippic 13. infrag. item Sueto. Cæs.*

f L. Autem animus

g al. illud ē filium

h L. Sed sic non esse.

i Iudices quæ qui latine scirent, sed non potest.

k L. num ex iud.

l L. nā quod maximum est leges nostras, mor. ac. num, quod caput est, leges nostrum. v. c. Dion.

m Lex nūiudicibus legendis dicebatur.*

o 15. famil. 7.*

p al. M. Curio

q L. quem ad hunc reus allegat?

r L. qui pertinere, quomodo facias. quodne fieri. cogi. sci fore?

s L. comessationis Antonianæ chorum. Antonianæ vicinæ. Antonianæ, vel Antoniæ. Antoniæ domus. Antoniæ decuriam.

P. B.

t Philip. 1. Sic Antonij constituta pro gratia, malè adscripti. & de Dionem. Ea cognosse, cui lex? L. quos hospites habere nemo velit.

y L. fuisse,

z L. quod patefactum, & ignominiæ esse, quam

a al. Hanc ego,

b L. cur abrogandas e.

vnus M.Antonius in hac vrbe post [a] vrbem cõditam palàm secum habuit[b] armatos? quod neque reges [c] fecerunt, neque ij, qui, regibus exactis, regnum occupare voluerunt. Cinnam memini: vidi Syllam: modò Cęsarem. hi enim tres post ciuitatem à L. Bruto liberatam, plus potuerunt, quàm vniuersa respub. Non possum affirmare, nullis telis eos stipatos fuisse: hoc dico, nec [d] multis, & occultis. At hanc pestem agmen armatorum sequebatur: Classitius, Mustela, Tiro, gladios ostentantes sui similes greges ducebant per forum: certum agminis locum tenebant barbari sagittarij. cùm autem erat ventum ad ædem Concordiæ, gradus complebantur, lectícæ collocabantur: non quòd ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. Illud verò tætrimum [e] auditu, non modò aspectu, in cella Concordiæ collocati armatos, latrones, sicarios: è [f] templo carcerem fieri: apertis [g] valuis Concordię, cùm inter subsellia senatus versarentur latrones, patres conscriptos sententias dicere. Hic etiam *nji venirem Kalend. Septemb. fabros se missurum, & domum meam disturbaturum esse dixit.* Magna res, credo, agebatur. de supplicatione referebatur [h]. Veni postridie: ipse nõ venit. locutus sum de rep. minùs equidem liberè, quàm mea consuetudo: liberiùs tamen, quàm pericula [i], minæq. postulabant. At ille homo vehemens, & violentus, qui hanc consuetudinem liberè dicendi excluderet (fecerat enim hoc idem maxima cum laude L. [k] Piso xxx. I dieb. ante me) inimicitias mihi denuntiauit: adesse [m] in senatu iussit [n] ad x III. Kalend. Octob. ipse interea decem [o] & septem [p] dies de me in Tiburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens. hæc enim ei causa esse solet [q] declamãdi. Cùm is dies, quo me adesse iusserat, venisset, tum verò agmine quadrato in ædem Concordiæ vênit, atq. in me absentẽ orationem ore [r] impurissimo euomuit. quo die, si pamicos mihi cupienti in senatum venire licuisset, cædis inium fecisset à me. sic enim statuerat. cùm autem gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi, nisi defatigatio, & satietas, attulisset. etenim aderat L. frater, gladiator Asiaticus, qui myrmillo Mylasis depugnarat: sanguinem nostrum sitiebat, suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. hic pecunias nostras æstimabat: possessiones notabat & vrbanas, & rusticas: huius mendicitas auiditatẽ coniuncta in fortunas nostras imminebat: diuidebat agros quibus, & quos volebat: nullus aditus erat priuato, nulla æquitatis deprecatio. tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat diuisor Antonius. Quæ quamquam, si leges irritas feceritis, rata esse non possunt: tamen separatim suo nomine notanda [t] censeo: iudicandúmq. nullos septemuiros fuisse: nihil placere tatum esse quod ab iis actum diceretur. M. verò Antonium quis est, qui ciuem possit iudicare potiùs, quàm tætrimum, & crudelissimum hostem, qui pro ædę Castoris sedens, audiente populo R. dixerit, nisi [u] victurũ neminem? Num [x] putetis, P. C. dixisse eum minaciùs, quàm facturum fuisse? Quid verò, quòd in concione dicere ausus est, se, cùm magistratu abisset, ad vrbem venturum cum exercitu? introiturum, quotiescumque vellet? Quid erat aliud, nisi denuntiare populo R. seruitutem? Quod autem eius iter Brundisium? quæ festinatio? quæ spes, nisi vt ad [a] vrbem ocyus exercitum maximum adduceret? qui autem dilectus centurionum? quæ effrenatio impotentis animi? Cùm eius promissis legiones fortissimæ reclamassent, domum ad se venire iussit centuriones, quos bene de rep. sentire cognouerat: eósq. ante pedes suos, vxorisque tuæ, quam secum grauis imperator ad exercitum duxerat, iugulari coegit. Quo animo hunc fatur? fuisse censetis in nos, quos oderat, cùm in eos, quos numquam viderat, tam crudelis fuisset, & quàm auidum in pecuniis locupletum [b], qui pauperum sanguinem concupisset? quorum ipsorum bona, quantacumq. erant, statim comitibus [c] suis, compotoribúsq. deserti [d]. Atque ille furens infesta iam patriæ signa Brundusio [e] inferebat: cùm Cæsar [f] deorum immortalium beneficio, diuini animi, ingenij, consilij magnitudine cùm [g] sua sponte, eximiáq. virtute, tum approbatione auctoritatis meæ, colonias patrish adiit: veteranos milites conuocauit: paucis diebus exercitum fecit [i]: incitatos latronis impetus retardauit. Posteà verò, quàm legio Martia ducem præstantissimum vidit, nihil egit aliud, nisi, aliquãdo liberi essemus: quam est imitata quarta legio. Quo ille nuntio audito, cùm senatum vocasset, adhibuissétq. consularem, qui sua sententia C. Cæsarem hostem iudicaret, repentè concidit. Pòst autem neque sacrificiis sollemnibus factis, neq. votis nuncupatis, non profectus est, sed profugit [k] paludatus. At quó? in prouinciam firmissimorum, & fortissimorum ciuium: qui illum, ne si ita quidem venisset, vt nullum bellum inferret, ferre potuissent: impotentem, iracundum, contumeliosum, superbum, semper pœnitentem, semper rapientem, semper ebrium. At ille, cuius ne pacatam quidẽ nequitiam quisquam ferre posset, bellum intulit prouinciæ Galliæ: circumsedit [l] Mutinam, firmissimam, & splendissimam populi Romani coloniam: oppugnat D. Brutum imperatorem, cõsulem designatum, ciuem non sibi, sed nobis, & reip. natum. Ergo Annibal [m] hostis, ciuis Antonius? quid ille fecit hostiliter, quod [n] hic aut non fecerit, aut faciat, aut nõ moliatur, & cogitet? Totum iter Antonij [o] quid habuit, nisi depopulationes, vastationes, cædeis, rapinas? quas non faciebat Annibal [p], quia multa ad vsum suũ reseruabat. At hi, qui in horam viuerent, non modò de fortunis, & de bonis ciuium, sed ne de vtilitate quidem sua cogitauerunt. Ad hunc (dij boni) legatos mitti placet? norunt isti homines formam reip. iura belli, exẽpla maiorum? cogitant, quid populi R. maiestas, quid senatus seueritas postulet? Legatos [r] decernitis: si vt deprecentur, contemnet: si vt imperetis, non audiet: denique quamuis seuera legatis mandata dederimus, nomen ipsum legatorum, hunc, quem videmus, populi R. restinguet ardorem municipiorum, atq. Italiæ franget animos. vt omittam hæc, quę magna sunt: certè ista legatio moram, & tarditatem afferet bello. Quamuis dicant, quod quosdam audio dicturos: Legati proficiscantur: bellum nihilominùs paretur: tamen legatorum nomen ipsum & [s] animos mollíet, & belli celeritatem morabitur. *Minimis momentis, P. C. maximæ inclinationes temporum fiunt, cùm in omnia fere reip. tũ in bello, & maximè ciuili: quod opiniones*

a L. ad vrbẽ vel, in vrbem potiùs exerc. al. ad vrbem, vel potiùs in vrbem tacec.

b L. locupletium,

c al. suis comitiis.

d al. discripsit, hoc est singulis distribuit. Idẽ verbum extat 12. epist. famil. 1. & 1. ad Quint. fratrem 1. Verrina de supplicijs 8.*

P. 199.

e I. à Brundisio

f C. Cæsar d.

g L. quamquã dsp. exim. q. vir. tamen appr.

h L. patrias

i L. confecit:

k Idem Philipp. 3.*

l L. circumsedet

m L. Hannibal

n L. quod hic non aut fecerit, aut faciat moliatur, & cog.

o L. Antonio rum

p L. Hannibal,

q al. Hæc qui in hor.

r L. Legatos decernis: si vt deprecceris. contemnet: si vt imperes, n. P. B.

s V. a. & animos hominum mollíet, & belli celerit.

plerumque, & fama gubernatur. Nemo quæret, quibuscum mandatis legatos miserimus: nomen ipsum legationis vltrò missæ timotis esse signum videbitur. Recedat à Mutina, desinat oppugnare Brutum, decedat ex Gallia: non est verbis rogandus, cogendus est armis. Non enim ad [a] Annibalem mittimus, vt à Sagunto recedat, ad quem miserat olim senatus P. Valerium Flaccum, & [b] Qu. Fabium Pamphilum: qui, si Annibal [c] non paréret, Karthaginem ire iussi sunt, nostros[d] legatos quò iubebimus ire, nisi paruerit Antonius? ad nostrum ciuem mittimus, nec imperatorem, ne coloniam populi Rom. oppugnet. Itáne verò? hoc per legatos rogandus[f] est? Quid interest, per deos immortales, vtrùm hāc vrbem oppugnet, an huius vrbis propugnaculum, coloniámque[g] populi R. presidij causa collocatam? Belli Punici secundi, quod contra maiores nostros Annibal[h] gessit, causa[i] fuit Sagunti oppugnatio. rectè ad eum legati missi. mittebantur ad Pœnum, mittebantur[k] ad Annibalem pro hospitibus nostris, & sociis. Quid simile tandem? nos ad ciuem mittemus[l], ne imperatorem populi Rom. ne exercitum, ne coloniam circumsedeat, ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne sit hostis? Age, si paruerit, hoc ciue vti aut volumus, aut possumus? Ante diem XIII. Kalendas Ian. decretis vestris, eum concidistis: constituistis, vt hæc ad vos Kalend. Ian. referrentur, quæ referri videtis, de honoribus, & præmiis bene de rep. meritorum & meteritium: quorum principem iudicauistis eum, qui fuit, C. Cæsarem, qui M. Antonij impetus nefarios ab vrbe in Galliam vertit: deinde milites veteranos, qui primi Cæsarē secuti sunt: tum illas cælesteis, diuinásque legiones, Martiam[p], & Quartam, quibus, cùm consulem suum non modò reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores & præmia sponsidistis: eodémq. die D. Bruti, præstantissimi ciuis, edicto allato, atque proposito, factum eius collaudauistis[q]: quódque ille bellum priuato consilio susceperat, id vos auctoritate publica comprobastis. Quid igitur illo die aliud egistis, nisi[r] vt re hostem iudicaretis Antonium? his vestris decretis aut ille vos æquó animo adspicere poterit, aut vos illum sine[s] summo dolore videbitis? Exclusit illum à rep. distraxit, segregauit non solùm scelus illius[t], sed etiam, vt mihi videtur, fortuna quædam reip. qui si legatis paruerit, Romámque redierit: numquando[u] perditis ciuibus vexillum, quo concurrant, de futurum putatis? Sed hoc minùs vereor. Sunt[x] alia, ob quæ magis numquam parebit ille legatis. noui hominis insaniam[y], arrogantiam: noui perdita consilia amicorum, quibus ille est deditus. Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit[z], *familiam duxit.* Si[a] per se ipse sanus, quod numquam erit: per hos esse ei tamen non licebit. teretur interea tempus: belli apparatus refrigescent. Vnde est adhuc bellū, nisi ex retardatione, & mora[b] vt primùm post discessum latronis, vel potiùs desperatam fugam, liberè senatus haberi potuit, semper flagitaui, vt conuocaremur quo die primùm conuocati sumus, cùm designati consules non adessent: ieci, sententia mea, maximo vestro consensu, fundamenta reipub. seriùs omnino, quàm decuit: nec enim antè potui: sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum profectò nullum haberemus. *Omne malum nascēs facilè opprimitur: inueteratum, sit p[ro]ualidum, perumque robustius.* Sed tum exspectabantur Kalendæ Ian. fortasse non rectè. Verùm præterita omittamus. Etiámne hanc moram afferemus, dum proficiscantur legati? dum reuertantur? quorum exspectatio dubitationem belli afferet[a]? bello autem dubio, quod potest studium esse delectus[b]? Quamobrem, P.C. legatorum mentionem nullam censeo faciendam: rem administrandam arbitror sine vlla mora, &[c] confestim gerendam censeo: *tumultum decerni, iustitium[d] indici[e], saga sumi duco oportere, delectū[f] haberi sublatis vacationibus in vrbe, & in Italia, præterea[g] Gallia tota.* Quę si erunt facta: opinio ipsa, & fama vestræ seueritatis obruet scelerati gladiatoris amentiam. sentiet sibi bellum cum rep. esse susceptum: experietur consentientis senatus nerues, atque vireis. nam nunc quidem partium contentionem esse dictitat. quarum partium? alteri victi sunt, alteri sunt è mediis. C. Cæsaris partibus nisi fortè Cęsaris parteis à Pansa, & Hirtio consulibus, & à filio C. Cæsaris oppugnari putamus. Hoc verò bellum non est ex dissentione partium, sed ex nefaria spe perditissimorum ciuium excitatum: quibus bona, fortunæque nostræ notatæ sunt, & iam ad cuiusque opinionem distributæ. Legi epistolam Antonij, quam ad quemdam septemuitum, capitalem hominem, collegam suum, miserat. *Quid concupiscas, tu videris. quod concupieris, certè habebis.* Hom[h], ad quem legatos mittamus: cui bellum moremus inferre: qui ne forti quidem fortunas nostra destinauit[i], sed libidini cuiusque nos ita addixit, vt ne sibi quidem quidquam integrum, quod non alicui promissum iam sit, reliquerit. eum hoc, P. C. bello, bello, inquam, decertandum[k] est, idque confestim legatorum tarditas repudianda est. Quapropter, ne multa nobis quotidie decernenda sint: *consulibus[l] totam remp. committendam[m] censeo, hisque permittendum, vt remp. defendant, prouideant que, ne quid resp. detrimenti accipiat: censeoque, vt ijs, qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Kalendas Febr. ab eo discesserint.* Hæc si censueritis, patres conscripti, breui tempore libertatem populi Ro. auctoritatémque vestram recuperabitis. sin autem leniùs agetis, tamen eádem, sed fortasse seriùs decernetis. De [n] repub. quoad retulistis, satis decreuisse videor. ¶ Altera res est de honoribus: de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententiis rogandis seruari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur, consule designato, more maiorum capiamus exordium: cuius, vt superiora omittam, quæ sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudiciis, quàm publicè laudata: quibusnam verbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus? *neque enim vllam mercedem tanta virtus, præter hanc laudis, gloriæque desiderat.* qua etiam si careat, tamen sit sui ipsa contenta, atque in memoria gratorum ciuium, tanquam in luce, posita lætetur. laus igitur iudicij, testimoniique vestri, tribuenda Bruto est. Quamobrem his verbis, P. C. senatusconsultum faciendum censeo: vt M. D. Brutus, imp. cos. designatus, prouinciam Galliam

a L. ad Hannibalem
b L. & Q. Rebium Tampilum:
c L. Hānibal d L. nostros quo iubemus ire, si non paruerit.
e L. ne imperatorem, coloniamq. pop.
f L. rogandū est?
g L. coloniā populi R.
h L. Hanibal
i vide Liuiū 3.
k L. mittebatur pro Hannibalis hostibus, nostris sociis.
l L. mittimus
p. C C.
m al. circumsideat,
n L. iudicastis
o L. auertit.
p v.e. Martiā & Quartam cōprobastis: quibus, cum cons.
q L. collaudastis:
r L. nisi vt hostem iudicar. Ant.
s al. sine dolore summo vid.
t L. ipsius,
u al. nūquam al. vmquam
x L. sunt alia, quæ magistri meam, & cogitem. numquam p.
y L. insanam arrogantiam:
z L. depugnarit, famil. ducit. Sit per se P. B.
a L. Sit per se ipse sanus,
b al. bellum protractum, nisi
a al. affert.
b L. dilectus?
c L. & confestim decernendam: tumultum decernendum. Iustitium indici, solitū periculosissimis Reipub. temporibus. Idem infrà Philippica 6.
e L. edici,
f L. dilectum hab.
g L. præter Galliam reg.
h L. Eo, ad quem
i al. destituit
k al. certandum est,
l Certis per sonis rempublicā committebant similis Reipublicæ rebus, vt Athenis in Callistrate
m L. committendam censeo
n L. de republ.

Galliam in senatus,populíq.Ro. potestate teneat: cúmque exercitum tantum, tam breui tempore, summo studio municipiorum, coloniarúmque prouinciæ Galliæ, optimè de rep.meritæ,merentísq.conscripserit, compararitid eum rectè,& ordine, éxq rep.feciſſe: ídque D.Bruti præstantissimum meritum in remp.senatui, populóque R.gratum esse, & fore. itaque senatum, populúmque R.existimare,D.Bruti,imp.c o s.designati opera,consilio,virtute,incredibilíque studio,& consensu prouinciæ Galliæ, reip.difficillimo tempore esse subuentum. Huic tanto merito Bruti, P.C.tantóque in rem p.beneficio,quis est tantus honos, qui non debeatur? nam si M.Antonio patuisset Gallia,si oppressis municipiis, & coloniis imparatis,in illam vltimam Galliam penetrare potuisset:quantus reip.terror impendéret?dubitaret,credo,homo amentissimus, atque [a] omnibus consiliis præceps, & deuius, non solùm cum exercitu suo, sed etiam cum omni immanitate barbariæ bellum inferre nobis:vt eius furorem ne Alpium qui dem muro cohibere possemus. Hæc igitur habenda gratia est D.Bruto,qui illum,nõdum interposita auctoritate restra,[b] suo consilio, atque iudicio, non vt consulem recepit, sed, vt hostem,arcuit[c] Gallia,séque obsideri,quàm hanc vrbem, maluit.Habeat ergo huius tanti facti,támq.præclari decreto vestro testimoniũ sempiternum: Galliáque quæ semper præsidet huic imperio, libertatíq.communi, meritò, verèque [e] laudetur, quòd se, suásque vireis non tradidit, sed opposuit Antonio. Atque etiam M. Lepido pro eius egregiis in rempub.meritis decernendos honores quàm amplissimos censeo. semper ille populum R. liberum esse [f] esse voluit, maximúmque signum illo die dedit voluntatis, & iudicij sui, cùm Antonio diadema Cæsari imponente,se auertit,gemitúq.& mæstitia declarauit,quantum haberet odium seruitutis: quàm populum R.liberum cuperet: quàm illa,que tulerat,temporum magis necessitate, quàm iudicio tulisset.Quanta verò is moderatione vsus sit in illo tempore ciuitatis,quod [g] post mortem Cæsaris cõsecutum est,quis nostrũm obliuisci potest? Magna hæc: sed ad maiora properat oratio. *Quid* enim,(ô dij immortales!) *admirabilius omnibus gentib.quid optatius populo Rom.accidere potuit,quàm, cùm bellum ciuile maximum esset, cuius belli exitum omnes timeremus, sapientia [h] eius id potius exstirpari,quàm armis, & ferro rem in discrimen adduceret?* Quòd si eadem ratio Cæsaris fuisset, in illo tætro, miseróque bello: vt omittam patrem, duos Cn. Pompeij, summi, & singularis viri, filios incolumeis haberemus:quibus certè *pietas fraudi esse non debet* [k]. Vtinam omneis M.Lepidus seruare potuisset. facturum fuisse declarauit in eo,quod potuit, cùm Sext.Pompeium restituit ciuitati maximum ornamentum reip. clarissimum monumentum clementiæ suæ. grauis illa fortuna populi Rom.graue fatum. Pompeio enim patre, quod imperij populi Ro.lumen fuit, exstincto, interfectus est patris simillimus filius. Sed omnia [l] mihi facta videntur deorum immortalium iudicio, & pietate Sex.Pompeio reip.conseruato.Quam ob causam iustam, atq magnam, & quòd periculosissimum ciuile bellum,maximúmque, humanitate, & sapientia sua M.Lepidus ad [a] pacem, concordiámque conuertit, senatusconsultum his verbis censeo perscribendum: Cùm à M.Lepido, imp.pontifice max.tæpenumerò resp.& bene,& feliciter gesta sit,populúsq.R.intellexerit, ei dominatum regium maximè displicere:cúmque eius opera,virtute, consilio,singularíq.clementia, & mansuetudine bellum acerbissimum ciuile sit restinctum:Sextúsq.Pompeius, Cn.F.Magnus, huius ordinis auctoritate ab armis discesserit,& à M.Lepido, imp.pont.max.summa senatus, populíque R.voluntate ciuitati restitutus sit: senatum, populúmque Rom.pro maximis, pluriműsque in remp.M.Lepidi meritis, magnam spem in eius virtute,auctoritate, felicitate,reponere otij, pacis, concordiæ, libertatis:eiúsq.in remp.meritorum senatum,populúmque R.memorem fore, eíque statuam [b] equestrem inauratam in Rostris,aut quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis sententia statui placere. Qui honos, P.C.mihi maximus videtur: primúm, quia iustus est,non enim solùm datur propter spem temporum reliquorum,sed [c] pro amplissimis meritis redditur: nec verò cuiquam possumus commemorare hunc honorem à senatu tributum iudicio senatu soluto,& libero. ¶ Venio ad C. Cæsarem, P.C qui nisi fuisset, quis nostrũm esse potuisset?aduolabat ad vrbem à Brundisio homo impotentissimus,ardens odio,animo hostili in omneis bonos, cum exercitu, Antonius.quid huius audaciæ,& sceleri poterat opponi? nondum vllos duces habebamus, non copias:nullum erat consilium publicum, nulla libertas: dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ: fugã quærebamus omnes,quæ, ipsa exitum non habebat. Quis tum nobis quis populo Ro.obtulit hunc diuinum adolescentem deus? qui, cùm omnia ad perniciem nostram pestifero illi ciui paterent, subitò præter spem omnium exortus, priùs confecit exercitum, quem furori M. Antonij opponeret, quàm quisquam hoc eum cogitare suspicaretur.Magni honores habiti Cn.Pompeio, cùm esset adolescens: & quidem iure, subuénit enim reipub.Sed ætate multo robustior,& militum ducem quærẽtium studio paratior, & in alio genere belli. non enim omnibus Syllæ causa grata. declarat multitudo proscriptorum, tot municipiorum maximè calamitates. Cæsar autem annis multis minor,veteranos cupienteis iam requiescere,armauit: eam complexus est causam, quæ esset senatui,quę populo,quę cunctæ Italię,quęd omnibus gratissima. Et Pompeius ad L.Syllæ maximum imperium, victorémque exercitum accessit: Cæsar se ad neminem adiunxit:ipse princeps exercitus faciendi, & præsidij comparandi fuit. Ille [e] in aduersariorum partibus agrum Picenum habuit munitum [f]: hic ex Antonij amicis,sed amicioribus libertati [g], contra Antonium confecit exercitum. Illius opibus Sylla regnauit:huius præsidio Antonij dominatus oppressus est. Demus igitur imperium Cæsari: *sine quo res militaris administrari,teneri exercitus, bellum geri non potest.* sit pro prætore eo iure, quo qui optimo. qui honos, quamquam est magnus illi [h] ætati,tamen ad necessitatem rerum gerendarum,non solùm ad dignitatem valet.

a ro.familiarium 27.*

P. B.

b Idem Philipp.13.*

c *fort.* sed etiam pro ampliſſ.

P. CCIII.

d L.quæ diis, hominibusq. grat

e L. Ille aduersariorum partib. agr. Pic. habuit cum:

f *al.* amicum *al.* inimicũ.* g L. libertatis, & ita v.c.

h *al* illa ætate.*

ita que illa quæramus, quæ vix hodierno die consequemur. Sed spero fore huius adolescentis ornandi, honorandique & nobis, & populo Ro potestatem, hoc autem tempore ita censeo decernendum: Quòd C. Cæsar, C.F. pont. pro [a] pr. summo reip. tempore milites [b] veteranos ad libertatem populi R. cohortatus sit, eósque conscripserit: quódque legio Martia [c], Quartáque summo studio, optimóque in remp. consentit, C. Cæsare duce, & auctore, remp. libertatem populi Ro. defendant, defenderint: & quòd C. Cæsar, pro pr. [d] Galliæ provinciæ cũ exercitu suo subsidio profectus sit: equites, sagittarios, elephantos in suam, populíque R. potestatem redegerit, difficillimóque reip. tempore, saluti, dignitatíque populi Ro. subuenerit: ob eas causas senatui placere, *C. Cæsarem, C.F. pontificem. proprætorem* [e], *senatorem esse, sententiámque loco prætorio dicere: eiúsque rationem, quæcũque* [f] *appetet, ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore quæstor* [g] *fuisset.* Quid est enim, P.C. cur eum non quàm primùm amplissimos honores capere cupiamus? *Legibus* [h] enim *annalibus* cùm grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. C. Cæsar ineunte ætate docuit, ab excellenti, eximiáque virtute progressum ætatis exspectari non oportere. Itaque maiores nostri, veteres [i] illi, admodũ antiqui, leges annaleis [k] non habebant: quas multis pòst annis attulit ambitio, vt gradus essent petitionis inter æqualeis. Ita sæpe magna indoles virtutis, priùs quàm reip. prodesse potuisset, exstincta [l] fuit. At verò apud antiquos, Rulli, Decij, Coruini, multíque alij: recétiore aũt memoria superior Africanus, T. [m] Flaminius, admodũ adolescentes consules facti, tantas res gesserunt, vt populi R. impèriũ auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander? cùm ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne tertio & tricesimo anno mortem obijt? quæ [n] est ætas nostris legibus decem annis minor, quàm consularis. ex quo iudicari potest, *virtutis esse, quàm ætatis curiam celeriorem.* Nam quòd ij, qui Cæsari inuident, simulant, se timere: ne verendũ quidem est, vt tenere se possit, vt moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantiùs suis opibus vtatur. Ea natura rerũ est, P.C. vt, qui sensum veræ gloriæ ceperit, quíq. se ab senatu, ab equitibus, pop. R. vniuerso senserit ciuem carum haberi, salutarémque reip. nihil cum hac gloria comparandum putet. Vtinam C. Cæsari, patri dico, contigisset adolescenti, vt esset senatui, atque optimo cuiq. carissimus. quòd cùm consequi neglexisset: omnem vim ingenij, quę summa fuit in illo, in populari leuitate cõsumsit. Itaque cùm respectum ad senatũ, & ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset. Eius autem filij longissimè [o] diuersa ratio [p] qui cùm omnibus est, tum optimo cuiq. carissimus. in hoc spes libertatis posita est: ab hoc accepta iam salus: huic summi honores & exquiruntur, & parati sunt. Cuius igitur singularem prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus? quid enim stultius, quàm inutilè potentiã, inuidiosas opes, cupiditatẽ dominãdi præcipitẽ & lubricã anteferre veræ, graui, solidæ gloriæ? Ana hoc vidit puer, si ætate processerit, non videbit? At est quibusdam inimicus, clarissimis, atque optimis ciuibus. Nullus iste timor esse debet. omneis Cęsar inimicitias reip. condonauit. hanc sibi iudicem constituit, hanc moderatricẽ omnium [b] factorum. Ita enim ad remp. accessit, vt eam confirmaret, non vt euerteret, omneis habeo cognitos sensus adolescentis. nihil est illi rep. carius, nihil vestra auctoritate grauius, nihil bonorum virorum iudicio optati [q], nihil vera gloria dulcius. Quã obrem ab eo non modò nihil timere, sed maiora, & meliora expectare debetis. neque in eo, qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit timere, ne memoria maneat domestici doloris, quæ plus apud eum possit quàm salus ciuitatis. Audebo etiam obligare fidem meam, P.C. vobis populóque [c] Rom. quòd profectò, cùm me nulla vis coget, facere non auderem, pertimescrémque in re maxima periculosam opinionem temeritatis. promitto, recipio, spõdeo, patres conscripti, C. Cæsarem, talem semper fore ciuem, qualis hodie sit, qualémq. eum maximè [d] velle, & optare debemus. Quæ cùm ita sint, de Cæsare satis hoc tempore dictum habeo. Nec verò de L. Egnatuleio fortissimo, & constantissimo ciue [e], amicissimo reip. silendum arbitror. sed tribuendum testimonium virtutis egregiæ, quòd is legionem quartam ad Cæsarem adduxerit, quæ præsidio consulibus, senatui, populóque Rom. reíque pub. esset, ob eam causam placere, vti L. Egnatuleio triennium [f] ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. In quo, P.C. non tam cõmodum tribuitur L. Egnatuleio, quàm honos. in tali enim re satis est nominari. De exercitu autem C. Cæsaris ita [h] censeo decernendum [i]. *Senatui placere, militibus veteranis, quik Cæsaris, pontificis, auctoritati & cumque huius ordinis defenderint, atque defendant, his, liberisque eorum, militiæ vacationem esse: vtique C. Pansa, A. Hirtius, cõsules, alter, ambove* [l], *cognoscerent, quem ager colonus esset quò milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, vt is militibus veteranis diuideretur: de agro Campano separatim cognoscerent, inirent q. rationem de commodo militum veteranorum augendo: legionique Martiæ, & legioni quartæ, & ijs militibus, qui de legione secunda tricesimaquinta* [m], *ad C. Pansam, A. Hirtium, consules venissent, suáq. nomina dedissent* [n]: *quòd* [p] *ijs senatus, populiq. Rom. libertas carissima sit, & fuerit, vacationem militiæ ipsis, liberisque eorum esse placere, extra tumultum Gallicum, Italicúmq. eáque legiones, bello confecto, missas fieri placare: quantámque pecuniam militibus earum legionum in singulos C. Cæsar, pontifex, proprætor* [q] *pollicitus sit tantum dari placere: vtique C. Pansa, A. Hirtius, consules alter, ambove, rationem agri habeant, qui sine iniuria priuatorum diuidi possit* [r]: *isque militibus legionis Martiæ, & legionis quartæ ita* [s] *daretur, adsignaretur, vt militibus amplius me dati, adsigna i essent.* ¶ Dixi ad ea omnia consules, de quibus retulistis. quæ [t] si fiant sine mora, matureque decreta, facilius apparabitis ea, quæ tempus, & necessitas flagitat [u]. celeritate autem opus est, qua si essemus vsi, bellum, vt sæpe dixi, nullum haberemus.

IN

a al. proprætor,
b al. milites, & veteranos ad lib. nã pla. c 10. famil. 28. 11. famil. 7.*
d al. pro prætor
e l. pro pr.
f L. quemcũque magistratum petet, ita haberi vt haberi per leges liceret, si g al. Prætor.*
h Leges Annales (quæ & Annariæ festo, Liuio 40. Arnobio 2. aduersus gentes. Prima autem lata fuit à L. Villio Trib. pleb. cuius familiæ cognomẽ postea inditum vt Annales appellarẽtur. Quintil. anno vrbis 573. Postumio Albino & C. Calpurnio Pisone Coss. dictæ, quib* fi niebatur anin magistratũ capiendi, id est quo quisque anno ætatis quẽque magistratum peteret ac ea peteret Lex etiam Annalis à M. Pinario Rusca cuius dissuasor. M. Seruilius. *Cicero 2 de Orat.* Fuit & alia lex à L. Genuciotrib. pleb. lata. Ne quis eundem magistratum inter decem annos caperet. *Liuius 7. in fi.* (hac tamen lege solutus P. Scipio Aemilianus *Flor. 56.* Cui* meminit quoque Cicero 3. de legib.*
a L. veteres illi, leges annal. non habeb.
k Leges Annaleis de quibus supra dixi.*
l L. exstincta est. At v.v.c. exstincta'st.
At v.
m L. T. Flaminius,
n Consules 43 annis minores fieri nõ potuisse hoc ex loco intelligimus: soluebãtur tamen legibus multi propter eas causas quas Cicero hic refert. quin sub Imperatoribus 20. annis minores inuenimus l. vnica de offic. consul.*
o al longè sane di.
p L. ratio est qui

e al. Ana hoc vidit puer, si ætate pr.
b L. consiliorum omneis atque fact. al. dictorum omnium, atq. fact.
p. 8.
c L. populoq. R. reip. prud. quod
d L. maximè esse, velle, & optaleb.
e L. eloi, amicissimõq. reique
f L. triennio ante
h L. non tantum comm. tr. L. Eg. h hac forma la interrogati à Consule Senatores ref pondebãtur de qua plenius diximus, ibi lipp. j. in L. i L. decernendum: & ibi v.c.
k qui Cæsaris, pontificis propter. horratũ, libera. tẽ pop. R. sanctorũq.
Sic.
l Vt Valer. à Max. lib. 3. c. 4. Gellius lib. 2. c. 15. Plutarchus in vita Catonis Vticensis ita appellat eos, qui ætate nõdum essent his colonis adscripti.
m al. exerc. o al. edicto.
n P. C. V.
p L. quod ijs senatus sanctus, populiq. Rom.
q L. prorr. al. cumque militia.
r al. ita daretur, adsignarent, t. PERFORTIO.
u L. qui si erant
x L. flagitaret

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA SEXTA.

ORATIO QVADRAGESIMAOCTAVA.

Synopsis.

Docet populum quid actum sit in senatu aduersus Antonium: & eum hortatur ad bellum Antonio inferendum.

EXORDIVM.

VDITA [a] vobis esse arbitror, Quirites, quæ sint acta in senatu, quæ fuerit cuiusque sententia. res enim ex kalendis Ian. agitata, paullo antè confecta est: minùs quidem illa seuerè, quàm decuit, non tamen omnino dissolutè. mora est allata bello, non causa sublata. Quamobrem, quod quæsiuit à me [b] P. Apuleius, homo & multis officiis mihi, & summa familiaritate coniunctus, & vobis amicissimus, ita respondebo, vt ea, quibus non interfuistis, nosse possitis. Causa [c] fortissimis, optimisque consulibus kalendis Ianuar. de repub. primùm referendi fuit ex eo, quod XIII. kalendas Ian. senatus me auctore decreuit. Eo die primùm, Quirites, fundamenta iacta sunt reipubl. Fuit enim longo interuallo ita liber senatus, vt vos aliquando liberi essetis. Quo quidem tempore, etiam si ille dies vitæ finem mihi allaturus esset, satis magnum ceperam fructum, cùm vos vniuersi vna mente, atque voce itecum à me conseruatam esse rempub. conclamastis. Hoc vestro iudicio tanto, tamque præclaro excitatus, ita kalendis Ianu. veni in senatum, vt meminissem, quam personam impositam à vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium illatum reip. cùm viderem, nullam moram interponendam insequèdi M. Antonium putaui: hominémque audacissimum, qui multis nefariis rebus antè commissis, hoc tempore imperatorem populi Ro. oppugnaret, coloniam vestram fidissimam, fortissimámque obsideret, bello censui persequendum: *tumultumd esse decerni, iustitium edici, sagasumi, dixi placere*: quo omnes acriùs, grauiúsq. incumberent ad vlciscèdas reip. iniurias, si omnia grauissimi belli insignia suscepta à senatu viderent. Itaq. hæc [e] sententia sic per triduum valuit, vt, quamquam discessio facta nõ esset, tamen, præter [f] paucos, omnes mihi assensuri viderentur. Hodierno autem die, nescio [g] qua obiecta re, remissior senatus fuit. nã plures eã sententiam secuti sunt, vt, quantum auctoritas, vestérque consensus apud Antoniũ valiturus esset, per legatos experiremur. Intelligo, Quirites, à vobis hanc sententiam repudiari: neque iniuria, ad quem enim legatos? ad eúmne, qui pecunia publica dissipata, atque effusa, per vim, & contra auspicia impositis populo [a] R. legibus, fugata concione, obsesso senatu, ad opprimendam remp. Brundisiõ legiones arcessierit? ab his relictus, cum latronum manu in Galliam irruperit? Brutum oppugnet? Mutinam circumsedeat? quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Quamquam, Quirites, non est illa legatio: sed denũtiatio belli, nisi paruerit. Ita enim est decretum, vt si legati ad [b] Annibalem mitterentur. mittuntur enim qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne prouinciam depopuletur, ne [c] delectus habeat, sit in senatus, populíque Rom. potestate. Facilè verò huic denuntiationi parebit, vt in patrum conscriptorum, atque in vestra potestate sit, qui in sua numquam fuerit. Quid enim illa vmquam arbitrio suo fecit, semper eò tractus, quò libido rapuit, quò leuitas, quò furor, quò [d] vinolentia? semper eum duo [e] dissimilia genera, lenonum, & latronũ ita domesticis stupris, forensibus parricidiis [f] delectarunt, vt mulieri citiùs auarissimæ paruerit, quàm senatu, populóque Rom. Itaque, quod paullo antè feci in senatu, faciam apud vos. testificor, denuntio, antè prædico, nihil M. Antonium eorum, quæ sunt legatis mandata, facturum: vastaturum agros, Mutinam obsessurum, delectus [g], quà possit, habiturum. is est enim ille, qui semper senatus iudicium, & auctoritatem, semper voluntatem vestram, potestatémque contemserit. An ille id faciat, quod paullo antè decretum est, *vt exercitum citra flumen Rubiconem, qui [h] finis est [i] Galliæ, educeret, dum ne propiùs vrbem Romam CC. mill. admoueret?* huic de nuntiationi ille pareat? ille se fluuio Rubicone [k] CC. mill. circumscriptum esse patiatur? non is est Antonius. nam si esset: non commisisset, vt ei senatus, tamquam [l] Annibali [m] initio belli Punici, denuntiaret, *ne oppugnaret Saguntum.* Quòd verò ita auocatur à Mutina, vt ab vrbe, tanquam pestifera flamma, arceatur, quam habet ignominiam? quod iudicium senatus? Quid? quod à senatu dantur mandata legatis, *vt D. Brutum, mi inésque eius adeant, iísque demonstrent, sua [n] in rempubl. merita, beneficiáque eorum grata esse senatui, populoque Roma-*

a al. reip.

b L. ad Hannibalem

c L. ne dilectus hab.

d al. violentia? v. c. vinulentia?

e L. duo diff. gen. tenuerunt, lenonũ, & latronum. ita dom. st.

f L. paricidiis delectatur, vtm.

P. B.

g L. dilectus,

h Rubico finis Galliæ & Italiæ. adde Plin. 3. c. 15. Strabo 5.*

i hoc est, olim fuit: posteàquidquid ad Alpes fuit, nomen Italiæ censitũ. Strabo 5.*

k Rubicone, & C C. mill. lib.

l L. tamquã Hannib.

m vide Liuiũ decad. 3.*

n L. summa in remp. ns.

nó. eisque eam rem magnæ laudi, magnóque honori fore? passúrúmne censetis Antonium introire Mútinam legatos? exire inde tutó? num quam patietur, mihi credite. noui violentiam, nouiª impudentiam, noui audaciam. Nec verò de illo, sicut de homine aliquo debemus, sed vt de importunissima belua cogitare. Quæ cùm ita sint, non omnino dissolutum est, quod decreuit senatus. habet atrocitatis aliquid legatio. vtinam nihil haberet moræ. nam cùm *plerisque in rebus gerendis tarditas, & procrastinatio odiosa est:* tum hoc bellum indiget celeritatis. succurrendum est D. Bruto: omnes vndique copiæ colligendæ: horam b exhibere nullam in tali ciue liberando sine scelere non possumus. An ille non potuit, si Antonium consulem, si Galliam Antonij prouinciam iudicasset, legiones Antonio, & prouinciam tradere? domum redire? triumpharet, primus in c hoc ordine esse, quoad magistratum iniret? quid negotij fuit? Sed, cùm se Brutum esse meminisset, vestræque libertati natum d: quid egit aliud, nisi vt pænè corpore suo Gallia prohiberet Antonium? Ad hunc vtrùm legatos e, an legiones ire oportebat? Sed præterita omittamus. Properent f, quod video esse facturos. vos saga parate. est enim ita decretum, vt, si ille auctoritati senatus non paruisset, ad saga iretur. ibitur: non parebit: nos amissos tot dies rei gerendæ queremur. Non metuo, Quirites, ne, cùm audierit Antonius, me hoc in senatu, & in concione confirmasse, numquam illum futurum in senatus potestate, refellendi mei causa, vt ego nihil vidisse videar, vertat g se, senatui pareat. numquam faciet: non inuidebit huic meæ gloriæ: malet, me sapientem à vobis, quàm se modestum existimari. Quid? ipse si velit, num etiam L. fratrem passurum arbitramur? nuper quidem dicitur ad Tibur, vt opinor, cum ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri esse minitatus. Etiámne ab hoc myrmillone Asiatico senatus mandata, legatorum verba audientur? nec enim secerni à fratre poterit, tanta præsertim auctoritate: nam hic inter illos Africanus est: pluris habetur, quàm L. Trebellius, pluris quàm T.h Plancius, adolescens nobilis: qui, omnibus sententiis maximo vestro plausu condemnatus, nescio quomodo se coniecit in turbam, atque ita mæstus rediit, vt retractus, non reuersus videretur: sic contemnit, *tamquam si illi aqua, & igni interdictum sit.* aliquando negat ei locum esse oportere in curia, qui incenderit curiam. Nam Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cùm ille tabulis nouis aduersabatur, iam fert in oculis, post quam i ipsum Trebellium vidit sine tabulis nouis saluum esse non posse. audisse enim vos arbitror, Quirites, quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores, & creditores L. Trebellij conuenire. O fides (hinc k enim puto Trebelliũ sum sisse cognomen) quæ potest esse maior fides, quàm fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum venire l ad arma? vbi plausus ille in triumpho est? spe ludi? vbi ædilitas delata summo studio bonorum? quis est, qui hunc non m casu existimet rectè n fecisse? nequitia est, scelus est. Sed red eo ad amores, deliciásque nostras, L. Antonium, qui vos omneis in fidem suam recepit. negatis? num o quispiam est vestrûm, qui tribum non habeat? certè nemo. Atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. Rursus reclamatis? Adspicite à sinistra illam equestrem statuam inauratam, in qua quid inscriptum est? QVINQVE, ET TRIGINTA TRIBVS PATRONO POPVLI ROM. Igitur a est patronus L. Antonius? malam quidem illi pestem. Clamori enim vestro assentior. non modò hic latrò: quem clientem habere nemo velit: sed quis vmquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Rom. victoris, do minique omnium gentium tutorem b dicere auderet? in foro, L. Antonij statuam videmus: sicut illam Qu.c Trebellij, qui Hernicos deuicit, ante Castoris. O impudentiam incredibilem! tãtúmne sibi sumsit, Mylasis myrmillo Thracem iugulauit, familiarem suum? quónam modo istum ferre possemus, si in hoc foro, spectantibus vobis, depugnasset? Sed hæc vna statua. altera ab equitibus Ro. equo publico: qui item adscribunt, PATRONO. Quem vmquam iste ordo patronum adoptauit? si quem quam, debuit me. sed me omitto. quem censorem? quem imperatorem? agrum his diuisit. O sordidos, qui acceperunt! improbum, qui dederit! Statuerunt etiam tribuni militares, qui d in exercitu Cæsaris duobus fuerunt. Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos. his quoque diuisit Semurium. Campus Martius restabat, nisi priùs cum fratre fugisset. Sed hæc agrorum assignatio paullo antè, Quirites, L. Cæsaris, clarissimi viri, & præstantissimi senatoris sententia dissoluta est, huic enim assensi, septemuirûm acta sustulimus. Iacent beneficia Nuculæ: friget patronus Antonius. nam possessores animo æquiore discedent: nullam impensam fecerant: nondum instruxerant, partim quia non confidebant, partim quia non habebant. Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora tempora essent, nõ possem sine risu dicere: LANTONIO, IANI e MEDII PATRONO. Itáne? Ianus medius in L. Antonij clientela sit? quis vmquam illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expensum. Sed nimis multa de nugis: ad causam, bellúmque redeamus: quanquam non alienũ fuit personas quasdam à vobis recognosci: vt, quibus cum bellum gereretur, possitis f taciti cogitare. Ego autem vos hortor, Quirites, vt, etiam si melius aliud fuit, tamen legatorum ditum exspectetis animo æquo. celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam. cùm enim legati renuntiarint, quod certè renuntiabunt, non in vestra potestate, non in senatus esse Antonium: quis erit tam improbus ciuis, qui illum ciuem habendum putet? Nunc enim sunt pauci illi quidem, sed tamen plures, quàm reipubli. dignum est, qui ita loquantur. Ne legatos quidem exspectabimus? Istam certè vocem simulationémque clementiæ, extorquebit his i res ipsa publica. Quo etiam, vt confitear vobis, Quirites, minùs hodierno die contendi, minùs laboraui, vt mihi senatus assentiens tumultum decerneret, saga sumi iuberet. mane lui viginti k diebus pòst sententiam laudari ab omnibus quàm à paucis hodie vituperari. Quapropter, Quirites, exspectate legatorum reditum, & paucorum dierum molestiam deuorate. qui cùm redierint, si pacem assecerint:

a al. vinolentiã, vt suprà quo furor, quo vinolentia. adde 12. familiarium 25.

b L. horam excubare nullam in r. c. al. P. CCVII. horam eximere nul.

c L. primus in hoc ordine, quoad magistratum iniret, sententiã dicere? quid neg.

d L. natũ, non otio suo: q.

e Martium Philippum & L. Calpurniũ Pisonem 12. famil. 8. 12. famil. 4.*

f L. properẽt legati: quod vid.

g L. Vertat se, & senatui par.

h L. T. Plancus, quàm exitius, adol. nobilis, Plácum, qui omnib. ient. &c.

P. B.

i L. postquàm vidit sine tab. nouis, &c.

k L. hoc enim.

l L. ire ad arma vbi plausus ille in triũpho est? sæpe ludis? vbi ædil.

m Virtutis non est, casu rectè facere.*

n L. rectè fecisse, qui nequitia, & scelere ita excellat?

o L. nũ quispiam est vestrum, qui

a L. populi Romani ligatur est pane.

b L. patrocinio.

c L. Q. Trebellii, qui H.

P. CCVIII.

d L. qui in exercitibus Cæsaris duobus fuerunt.

e al. à tyne medio. vide hic Vilius.

f L. postridie. L. Iudicia.

P. PERORATIO.

P. B.

g Lidis rei ipsa. Quæ res

k v. c. XXV dies.

rent: cupidum [a] me. si bellum: prouidum iudicatote. An ego non prouideam meis ciuibus? non dies, nocteisque de vestra libertate, de reipublicæ salute cogitem? Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem [b] vos à se ortum, hominibus nobilissimis, omnibus honoribus, præculisti? an ingratus fum? quis minús? qui, partis honoribus, eosdem [c] gessi in foro labores, quos in petendis. rudis in republica? quis exercitatior, qui viginti iam annos bellum geram cum improbis [d] ciuibus? Quamobrem, Quirites, consilio, quantum potero, labore plus pænè, quàm potero, excubabo, vigilabóque pro vobis. etenim quis est ciuis, præsertim hoc gradu, quo me vos esse voluistis, tam oblitus beneficij vestri, tã immemor patriæ, tam inimicus dignitati [e] suæ, quem non excitet, non inflammet tantus vester [f] iste consensus? multas, magnásque habui consul conciones, multis interfui. nullam vmquam vidi tantam, quanta nunc vestra est. Vnum sentitis omnes, vnum studetis, M. Antonij conatum auertere à rep. furorem extinguere, opprimere audaciam. idem volunt omnes ordines: eódem incumbunt municipia, coloniæ, cuncta Italia. Itaq. senatum sua [a] sponte bene firmum, firmiorem vestra auctoritate feciſtis. Venit tempus, Quirites, seriùs omnino, quàm dignum populo Rom. fuit: sed tamen ita maturum, vt differri iam hora non possit. fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit. nunc, si quis erit, erit voluntarius. populum Ro. seruire fas non est: quem dij immortales omnibus gentibus imperare voluerunt. res in extremum est adducta discrimen. de libertate decernitur. *aut vincatis oportet*, Quirites, quod profectò & pietate vestra & tanta concordia consequemini, *aut quiduis potius, quàm seruiatis. Aliæ nationes seruitutem pati possunt: populi Ro. est propria libertas.*

a *v. c.* bene suâ sponte firmum.

P. C CIX.

b *al.* propria est lib.

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA SEPTIMA.

ORATIO QVADRAGESIMANONA.

Synopsis.

Bellum omnino necessarium esse aduersus Antonium.

PARVIS de rebus, sed fortasse necessariis, consulimur, P.C. De Appia via, & de Moneta, cõsul: de Lupercis tribunus pl. refert. quarum rerũ etsi facilis explicatio videtur, tamen animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus. Adducta est enim, P.C. res in maximum periculum, & [a] extremum pænè discrimen. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, numquam probaui: quorum reditus quid sit allaturus, ignoro: exspectatio quidem quantum afferat languoris animis, quis non videt? non enim sic tenent ij, qui senatum dolent ad auctoritatis pristinæ spem reuiuiscere [b] conjunctum huic ordini populum R. conspirantem Italiam, paratos exercitus, expeditos duces. iam nunc fingunt Antonij [c] responsa, eadémq. defendunt. alij, postulare illum, vt omnes exercitus dimittantur. Scilicet legatos ad eum misimus, non vt parêret, & dicto audiens esset: huic ordini, sed vt cõditiones ferret, leges imponeret, referare nos exteris gentibus Italiam iuberet: se præsertim incolumi, à quo maius periculum, quàm ab vllis nationibus extimescendum est, alij remittere eum nobis Galliam citeriorem: illam vltimam postulare. Præclarè: ex qua non legiones solùm, sed etiam nationes ad vrbem conetur adducere alij, nihil eum iam nisi modesti [a] postulare. Macedoniam suam vocat omnino: quoniam C. frater est inde reuocatus. Sed quæ prouincia est, ex qua illa fax excitare non [b] posset incendium? Itaque iidem, quasi prouidi ciues, & senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt. Suscipiunt [c] partis patrocinium, qui sic disputant: Irritari [d] Antonium non oportuit: nequam est homo ille, atq. confidens: multi prætereà improbi (quos quidé à se primùm numerare possunt: qui hæc loquuntur) eos cauendos esse nuntiant. *Vtrùm igitur in ne fariis ciuibus vlciscendis, cùm possis, an pertimescendis, diligentior est [e] cautio?* Atq. hæc illi [f] loquuntur, qui quondam propter leuitatem populares appellabantur. ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non voluntate fuisse populares. quî enim cõuenit [g], vt, qui in rebus improbis populares fuerint, iidem in re vna maximè populari, quòd éadem salutaris [h] populo Rom. sit, improbos se, quàm populares esse malint? me quidem semper (vt [i] scitis) auersatum multitudinis temeritati, hæc fecit præclarissima causa popularem. Et quidem dicuntur, vel [k] potiùs iidem ipsi se dicunt cõsulares: quo nomine dignus [l] est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. Faueas hosti? litteras [m] tibi ille mittat de sua spe rerum secundarum? eas tu lætus proferas? recites? describendas etiam des improbis ciuibus? eorum [n] augeas animos? bonorũ spem, virtutémque debilites? & te consularem, aut [o] senatorem, aut denique ciuem putes? Acci-

a *al.* modestè.*

P. C C X.

b L. non posset incend. *al.* suscipiunt patris patrocinium: nõne sic disputat.*

c *v. c.* Suscipiunt vt patris patrocinium.

d Irritatum Ant.

e L. cautio est?

f *al.* ii loquũtur, qui q.

g *al.* euenit,

h L. salutaris reip. sit,

i *al.* (vti scitis)

k L. vel potiùs se ipsi dicunt c.

l *al.* nemo est dignus.

m L. ille litteras ad te mittat de s. n *al.* augeas furorem? animos bonorũ, spem, virt.

o L. aut senatorem, denique ciuem p.

piet in optimam partem C. Pansa, fortissimus consul, atque optimus. etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum, mihi hominem familiarissimum, nisi talis consul esset, vt omneis vigilias, curas, cogitationes in reipub. salute configeret[a], consulem non putarem. quamquam nos ab ineunte illius ætate vsus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas, similitudóque coniunxit[b], eiusdémque cura incredibilis in asperrimis belli ciuilis periculis perspexi non modò salutis, sed etiam dignitatis meæ: tamen eundē, vt dixi, nisi talis consul esset, negare esse consulem auderem, idem non modò consulem esse dico, sed etiam memoria mea præstantissimum, atq. optimum consulem, non[c] quia nō pari virtute, & voluntate alij fuerint: sed tantam causam non habuerunt, in qua [d] virtutē, & voluntatem suam declararent. Huius magnitudini animi, grauitati, sapientiæ, temperantiæ est oblata formidolosissimi tēporis. *Tum autem illustratur consulatus, cùm gubernat rempu. si non optabili, at necessario tempore.* magis autem necessarium. P. C. nullum tempus vmquam fuit. Itaq. ego ille, qui semper pacis auctor fui, cuíq. pax, præsertim ciuilis, quamquam omnibus bonis[e], mihi tamen in primis fuit optabilis: (omne enim curriculum industriæ nostræ, in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis, elaboratum est: hinc honores amplissimos, hinc mediocreis opes, hinc dignitatē, siquam habemus, consecuti sumus:) ego itaq. pacis, vt ita dicā, alumnus, qui, quantuscumque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissem (periculosè dico: quemadmodum acceperi, P. C. sitis, horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestræ dignitatis retinendæ, & augēdæ, quæso, oróq. vos, P. C. vt [f] primò si erit vel acerbum auditu, vel incredibile à M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione, quod dixero: néve id priùs, quàm, quale sit, explicauero[g] repudietis.) Ego ille, dicam sæpius, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo. Magna spe ingredior in reliquam orationem, P. C. quoniam periculosissimum locum silentio sum præteruectus. ¶ Cui[h] igitur pacem nolo? quia [i] turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. quæ tria dum explico, peto à vobis, P. C. vt eadē benignitate, qua soletis, verba[k] mea audiatis. ¶ *Quid* [l] *est inconstantia, mobilitate, leuitate, cum singulis hominibus, tum verò vniuerso senatui, turpius? quid porro inconstantius, quàm, quem modò hostem non verbo, sed re, multis decretis, iudicauistis*[m], *cum hoc subitò pace velle coniungi?* quasi [n] verò, cùm C. Cæsari meritos illi quidem honores, & debitos, sed [o] tamen singulareis, & immortaleis decreuistis, vnam ob causam, quòd cōtra M. Antonium exercitū comparauisset, non hostem Antonium iudicaueritis [p]: nec tum hostis est à vobis iudicatus Antonius, cùm ¶ laudati sunt auctoritate vestra veterani milites, qui Cæsarem secuti essent: nec tum hostem Antonium iudicauistis[r], cùmfortissimis legionibus, quòd illum, qui consul appellabatur, cùm esset hostis, reliquissent, vacationes, pecunias, agros spopondistis. Quid? cùm Brutum, omine quodam illius[s] generis & nominis, natum ad rēpliberandam, exercitúmque eius pro libertate populi Romani bellum gerētem cum Antonio, prouinciámque fidelissimam, atque optimam, Galliam laudibus amplissimis affecistis, tum non hostem iudicastis Antonium? quid? cùm decreuistis, *Vt*[a] *coss. alter, ambóve ad bellum proficiscerentur*: quod erat bellum, si hostis Antonius non erat? Quòb igitur profectus est vir fortissimus, meus collega, & familiaris, A. Hirtius consul? At qua imbecillitate? qua macie? sed animi vireis, corporis infirmitas non retardauit. æquum, credo, putauit, vitam, quam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. Quid? cùm [c] delectus haberi tota Italia iussistis, cùm vacationes omneis sustulistis, tum ille hostis non est iudicatus? armorum officinas in vrbe videtis: milites cum gladiis sequuntur consulem: præsidio sunt, specie, consuli: re, & veritate, nobis: omnes sine vlla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant: párent auctoritati vestræ. non est iudicatus hostis Antonius? At legatos misimus. Heu, me miserum! cur senatum cogor, quem laudaui semper, reprehendere? quid? vos censetis, P. C. legatorum [d] missionem populum Rom. probauisse? non intelligitis, non auditis, meam sententiam flagitari? cui cùm pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti. Quam[e] turpe porrò est, legiones ad senatum legatos mittere, senatum ad Antonium? quamquam illa legatio non est: denuntiatio est, paratum illi exitium, nisi paruerit huic ordini. Quid [f] réfert? tamen opinio est grauior. missos enim legatos omnes vident: decreti vestri [g] non omnes verba nouerunt. Retinenda est igitur vobis [h] constantia, grauitas, perseuerantia. repetenda [i] est vetus illa seueritas: siquidem *auctoritas senatus, decus, honestatem, laudem, dignitatem*[k] *desiderat*: quibus hic ordo nimiùm caruit [l] diu. Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta. nunc nulla[m] est. Liberati regio dominatu videmur[n] armis domesticis. ea ipsa depulimus. nunc quidem vi extorquenda sunt. *quod si non possimus facere (dicam, quod dignum est & senatore, & Romano homine) moriamur.* Quanta enim erit illa reipublicæ turpitudo, quantum dedecus, quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco? cuius vt omittam innumerabilia scelera vrbani consulatus, in quo pecuniam publicam maximam dissipauit, exules sine lege restituit, vectigalia vendidit[o], prouincias de populi Romani imperio sustulit, regem addixit pecunia, leges ciuitati per vim imposuit, armis aut obsedit, aut exclusit senatum: vt hæc, inquam, omittam: ne hoc quidem cogitatis, eum, qui Mútinam, coloniam populi Romani, & consulem designatum obsederit, depopulatus agros sit, hunc in eum ordinem recipi, à quo toties ob has ipsas causas hostis iudicatus sit, quàm fœdum, flagitiosúmque [q] sit, videtis. Satis multa de turpitudine. ¶ Dicam deinceps, vt [r] proposui, *de periculo*: quod *etsi minus est fugiendum, quàm turpitudo: tamen offendit animos maioris partis hominum magis*. Poteritis igitur explo ratam habere pacem, cùm in ciuitate Antonium videatis[s], vel potiùs Antonios? nisi fortè contemnitis Lucium. ego ne Caium quidem. sed, vt video, dominabitur Lucius est enim patronus xxxv [t] tribuum, quārum sua lege, qua [u] cum C. Cæsare magistratus tum

[a] L. defigeret, &c.
P. B.
[b] L. deuinxit. eiusdémque cura incredibilis in asp. belli ciuil. peric. perspecta, docuit nō modò salutis, sed meæ fuisse fautorem: tamen cond. &c.
[c] L. non quia pari virt.
[d] al. in qua & voluntatem suam, & virtutem declararent.
[e] L. bonis, tamen in pr. f. opt.
[f] L. vt primò, etsi erit.
[g] L. explicasso.
[h] PARTITIO.
P. CCXI.
[i] Pacem cū Antonio tribus de causis dissuadet.
[k] v. c. mea verba.
[l] CONFIRMATIO.
[m] L. iudicaritis.
[n] L. nisi vero, cùm C. Cæs.
[o] al. sed tamē immortaleis, & singulareis decr.
[p] L. iudicauistis nec t.
[q] al. cum laudati auct. v. vet. m q.
[r] L. iudicastis e.
[s] al. istius gen.
[a] L. vt cons. alter, ambo. ve.
[b] L. Quid igitur pt.
P. P.
[c] L. cùm dilectus h.
[d] L. Legationē missione pu pulo R. vt probauisset.
[e] al. Quam turpe est pop. ro. leg.
[f] fere. Quid refert tamen opinio est grauior.
[g] L. nobis.
[h] L. nobis.
[i] L. repetitio vetus illa
[k] v. diligentatēq. desiderat: quibus h.
[l] L. caruit ciuitas diu. f. L. caruit ciuitas diu. m al. nulla est. nulla ratio regionis minatu. habemus armis domesticis. ea, ea ipsa
[m] L. videtur.
[n] L. videmur. nostra vrgentur. mur. atque illis vrgentur. mur. atque illis dom. dicis. ea ipsa depulimus. nunc quidem vi extorquenda sunt. quod si non possimus facere (dicam, quod dignum est & senatore, & Romano homine) moriamur.
[o] P. CCXI. L. al. diuendi.
[p] L. coloniā populi R. obsederit. depopulatus agros sit, hunc in eum ordinem recipi, à quo toties ob has ipsas causas hostis iudicatus sit, quàm fœdum, flagitiosúmque sit, videtis.
[q] L. flagitiosúmque sit. al. flagitiosis.
[r] al. quod proposui.
[s] L. videbitis. f. L. videbitis. & trigintaviri. u al. quorum. C. fratre meo. gistratum.
[t] al. magistratus x tus p.

tum partitus est, suffragium sustulit: patronus centuriarum equitum[a], quos idem sine suffragio esse voluit: patronus eorum[b], qui tribuni militares fuerunt: patronus Iani medij. ô dij! quis huius potentiam poterit sustinere? præsertim cùm [c] eosdem, in agros etiam deduxerit. quis vmquam omneis tribus? quis equites Romanos? quis tribunos militares? Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quàm huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem [d] non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator [e] appellari solet, sed vt appellant ij, qui planè, & Latinè loquuntur. Myrmillo in Asia depugnauit. cùm ornasset, Thræcidicis [f] comitem, & familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit: luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. Qui familiarem iugulari, quid [g] hic, occasione data, faciet inimico? & qui illud animi causa fecerit, hunc prædæ causa quid facturum putatis? non rursus improbos decuriabit? non sollicitabit rursus agrarios? non [h] quæret expulsos? M. verò Antonius non is erit, ad quem omni motu concursus fiat ciuium perditorum? Vt nemo sit alius, nisi ij, qui vnà sunt, & ij, qui hîc ei nunc aperte fauent: parúmne erunt multi? præsertim cùm [i] bonorum præsidia discesserint, illi parati sint ad nutum futuri? Ego verò metuo, si hoc tẽpore consilio lapsi erimus, ne illi breui tempore nimis multi nobis esse videantur. Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine bellum inuolutum[k] reformido. Quare si pace frui volumus: bellum gerendum est, si bellum omittemus[l]: pace[m] numquam fruemur. Est autem vestri consilij, patres conscripti, in posterum quàm longissimè prouidere. idcirco in hac custodia[n], tanquam [o] in specula, collocati sumus, vt[p] vacuum metu populum Ro. nostra vigilia, & [q] prouidentia redderemus. Turpe est summo [r] consilio orbis terræ, præsertim in re tam perspicua, consilium[s] intelligendi defuisse. Eos consules habemus, eam populi Roma. alacritatem, eum consensum Italiæ, eos duces, eos exercitus, vt nullam calamitatem respub. accidere possit sine culpa senatus. Equidem non deero, monebo, prædicabo[t] denuntiabo, & testabor semper deos hominésque, quid sentiam: nec solùm fidem meam, quod fortasse videtur [u] satis esse, sed in principe ciui non est satis, curam, consilium, vigilantiámque præstabo. ¶ Dixi de periculo: docebo, ne coagmentari [x] quidem posse pacem. de tribus enim, quæ proposui, hoc extremum est. Quæ potest esse[y] pax M. Antonio primùm cũ senatu? quo ore ille vos poterit, quib[z] vicissim vos illũ oculis intueri? quis vestrûm illũ, quẽ ille vestrûm nõ oderit? Agẽ, vos ille solùm, & vos illum? quid? ij, qui Mutinam circũsedent, qui in Gallia delectus[aa] habẽt, qui in nostras[bb] fortunas imminẽt, amici vmquã nobis[cc] erunt, aut nos illis? an equites Romanos amplectetur? occulta enim fuit eorum volũtas, iudiciúmque de M. Antonio: qui frequentissimi in gradibus Concordiæ ste-
rerũt[dd]: qui vos ad libertatem recuperandam incitauerunt[ee]: arma, saga, arma, arma, arma

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA OCTAVA.

ORATIO QVINQVAGESIMA.

Synopsis.

Bellum non simpliciter tumultum decerni aduersus Antonium suadet. Inuehitur in Antonianos.

CONSVLIS hesterno die est[a] acta res, C. Pansa[b], quàm postulabat institutum consulatus tui. Parum mihi visus es eos, quibus cedere non soles, sustinere. Nam cùm senatus ea virtus fuisset, quę solet: & cum re videret omnes esse bellū, quidámque id verbum remouendum arbitrarentur: tua voluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior. Victa[c] igitur est propter asperitatem, te auctore, nostra sententia. Vicit[d] L. Cæsar, amplissimus vir, qui verbi[e] atrocitate demta, oratione fuit, quàm sententia, leniot. Quamquam is quidem, antequàm sententiam diceret, propinquitatem excusauit. Idem fecerat, me consule, in sororis viro, quod hoc tempore in[f] sororis filio, vt & luctu sororis moueretur, & saluti[g] reipub. prouideret. Atque ipse tamen Cæsar præcepit vobis quo dammodo, P. C. ne sibi assentiremini, cùm ita dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse, eámque se, ac repub. dignam, nisi propinquitate impediretur. Ergo ille auunculus. num etiam vos auunculi, qui[h] illi assenti estis? ¶ At in[i] in quo fuit controuersia? *Belli*[k] *nomen* l *ponendum in sententia quidam non putabant: tumultum appellare malebant*, ignari non modò rerum, sed etiam verborum. *potest enim esse bellum sine tumultu: tumultus*[m] *esse sine bello non potest. Quid*[n] *enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum est tumultus.* Itaque maiores nostri, tumultum Italicum, quòd erat domesticus: tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea[o] nullum tumultum nominabant. Grauius[p] autem tumultū esse, quàm bellum, hinc intelligi licet, quòd[q] bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Ita fit, quemadmodum dixi, vt bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. Etenim cùm inter bellum, & pacem medium nihil sit: necesse est, tumultum, si[r] belli non sit, pacis esse. quo quid absurdius dici, aut existimari potest? Sed nimis multa de verbo: rem potiùs videamus, P. C. quam quidem intelligo verbo fieri interdum deteriorem solere. Nolumus[s] hoc bellum videri. Quam igitur municipiis, & coloniis ad excludendum Antonium auctoritatem damus? quam, vt milites fiant sine vi, sine[a] tumultu, studio, & voluntate? quā, vt pecunias in rempub. polliceantur? Si enim belli nomen tollitur[b], municipiorum studia tolluntur[c]: consensus populi Ro. qui iam descendit in causam, si nos languescimus, debilitetur necesse est. Sed quid plura? D. Brutus oppugnatur. non est bellum? Mutina obsidetur, ne hoc quidem bellum est? Gallia vastatur: quæ[e] potest pax esse certior? Illud verò, quis potest bellum esse dicere[f], quòd fortissimum virum cum exercitu mitissimus[g] qui cùm esset infirmus ex graui, diuturnóque morbo, nullam[h] sibi putauit excusationem esse oportere, cùm ad rem. præsidiū vocaretur. C. quidem Cæsar non exspectauit nostrak decreta, præsertim cùm l esset illius ætatis: bellum cōtra Antonium sua sponte suscepit. decernendi enim tempus nondum[m] venerat: belli autem gerendi tempus si prætermisisset: videbat, rep. oppressa, nihil posse decerni. Ergo illi nunc, & eorum exercitus in pace versantur[n], non est hostis is, cuius præsidium Claterna deiecit Hirtius[o]: non est hostis, qui[p] armatus consulem designatū oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paullo ante ex collegæ litteris Pansa recitauit[q]. DEIECI PRAESIDIVM: CLATERNA POTITVS SVM: FVGATI EQVITES: PROELIVM COMMISSVM: OCCISI ALIQVOT. Quæ pax potest esse maior? Delectus[r] tota Italia decreti, sublatis vacationibus: saga cras sumentur: consul se cum præsidio descensurum[s] dixit. Vtrùm hoc bellum non[t] est? an etiam tantum bellum, quantum numquam fuit? Ceteris etiam bellis, maximéque ciuilibus, contentionem reip. causa faciebat. Sylla[u] cum Sulpitio *de iure legum*, quas[x] per vim latas Sylla dicebat: Cinna cum Octauio *de nouorum assium suffragio*: rursus cum Mario, & Carbone Sylla, *ne dominarentur indigni, & vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur*[y] *necem*. Horum omnium bellorum causæ ex reipub. contentione natæ sunt. de proximo[z] bello ciuili non libet dicere: ignoro causam: detestor eximum. Hoc bellum quinctum ciuile geritur: atque omnia in nostram ætatem incidere, primùm non[aa] modò in dissensione, & discordia ciuium, sed in maxima consensione, incredibili q. concordia. omnes idem volunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cùm omnes

a L. sine multa, studio, & voluntate?
b L. tollitur.
c L. tolluntur.
d vel. Mutina dominaretur. Secunda obsidetur, corrupte.
e al. quæ pax potest esse certior?
f L. dicere: Quis fulget, fortissimum virum, cum exercitu mitissimus
g L. infirmus qui e.
h L. nullā prorsus sibi putauit excusationem esse oportere, cùm ad rem. præsidiū vocaretur. C. quidem Cæsar non exspectauit nostra decreta, præsertim cùm l esset illius ætatis: bellum cōtra Antonium sua sponte suscepit. decernendi enim tempus nondum
m L. nondum erat. P. B.
n L. versantur?
o L. Hirtius
p L. qui consul obtinet. deiecit Claterna. Gratum consulem designatū oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paullo ante ex collegæ litteris Pansa recitauit. DEIECI PRAESIDIVM: CLATERNA POTITVS SVM: FVGATI EQVITES: PROELIVM COMMISSVM: OCCISI ALIQVOT. Quæ pax
q al. Deiecisti. Claterna potitus sum. Fugati equites. Proelium commissum. Occisi aliquot.
r al. Delectus
s al. descensurum
t L. non est?
u Sylla cum Sulpitio. Cinna cum Octauio Carbone Sylla. De iure legum, quas per vim latas Sylla dicebat: Cinna cum Octauio de nouorum assium suffragio: rursus cum Mario, & Carbone Sylla, ne dominarentur indigni, & vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem.
x al. quas Sylla per vim latas dicebat: Cinna cum Octauio de nouorum assium suffragio: rursus cum Mario, & Carbone Sylla, ne dominarentur indigni, & vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem.
y al. vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem.
z Pompeii &
aa L. nō modò

a *fort.* acta res est, C. P.
b Consul.
c L. Victa est igitur propter verbi asp.
d L. Vicit L. Cæsaris, amplissimi viri, q.
e Belli enim Tumultus nullius.
f L. in sororis filio fecit, vt &
g & saluti populi R.
h L. qui illi estis assensi.
i al. Belli nomen ponend. quidā in sententia nō put.
k al. Belli nomē in sententia ponendū quidam non put.
l Belli & tumultus similitudo & differentia.*
m al. tumultus fine bello esse n. p.
n L. Quid est enim al.
o Tumultus Italici & Gallici cur dicti.* P. CCXV.
p L. præterea nullum nominabant.
q Tumultus, grauius quiddam est quàm bellum.*
r L. quòd bello vacationes val. ‖ al. quo bello, al. quo bello Italico.*
s *fort.* si belli nomē nō sit pacis esse.
t Nolimus

mneis dico, eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quæ est igitur in medio, belli causa posita? nos deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia, sedésque populi Roma. Penates[a], aras, focos, sepulcra maiorum: nos leges, iudicia, libertatem, coniuges, liberos, patriam defendimus: contrà M. Antonius id molitur, id pugnat, vt hæc omnia perturbet, euertat, prædâ reipubl. causam belli petet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispertiat parricidis [b]. In hac tam dispari ratione belli miserrimum illud est, quòd ille latronibus suis pollicetur primùm domos: vrbem enim se diuisurum confirmat [c]: deinde omnibus portis, quò velint, deducturum omnes Caphones, omnes Saxæ, ceteræque pestes, quæ sequuntur Antonium, ædeis sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. atque etiam homines agrestes, si [d] homines sunt illi potius, quàm pecudes, inani spe ad aquas vsq. quas vsque Puteolanas prouehuntur [e]. Ergo habet Antonius, quod suis polliceatur. Quid nos? num quid tale habemus? *Dij meliora.* id enim ipsum agimus, ne quis posthac eiusmodi [f] quidquam possit polliceri. Inuitus dico, sed dicendum est. Hasta Cæsaris, patres conscripti, multis improbis & spem affert, & audaciam. viderunt enim, ex mendicis fieri repente diuites. itaque hastam [g] semper videre cupiunt ij, qui nostris bonis imminent: quibus omnia pollicetur Antonius. Quid nos? nostris exercitibus quid pollicemur? multo meliora, atque maiora. *scelerum enim promissio, & iis, qui exsecrant, perniciosa est: & iis, qui promittunt.* Nos [h] nostris militibus libertatem, iura [i], leges, iudicia, imperium orbis terræ, dignitatem, pacem, otium pollicemur. Antonij igitur promissa, cruenta, tætra, scelerata, diris, hominibúsque inuisa, nec diuturna, nec salutaria: nostra contrà, honesta, integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis. ¶ Hîc mihi etiam Qu. Fusius [k], vir fortis, ac strenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat, quasi verò, si laudanda pax esset, ego idem facere commodè non possem. semel [m] enim pacem defendi: non semper otio studui: quod cùm omnibus bonis vtile est, tum præcipuè mihi. Quem enim cursum inducam, in qua mea tenere potuisset, sine forensibus causis, sine legibus, sine iudiciis? quæ esse non possunt, ciuili pace sublata. ¶ Sed quæso, Catilene: quid [n]? tu seruitutem, pacem vocas? *Maiores quidem nostri non modò, vt liberi esset, sed etiam vt imperarent, arma capiebant* [o]: *at tu arma abijcienda censes, vt seruiamus. Quæ causa iustior est belli gerendi, quàm seruitutis depulsio?* in qua etiam si non sit molestus dominus: tamen est miserrimum, posse, si velit. Immò [p] alia causa iusta, ac necessaria est, nisi forte ad te hoc non putas pertinere, quòd te socium fore speras dominationis Antonij. In quo [q] *falleris: primùm quòd tuas rationes comple* [r] *in regno, aut iucundum putas* non, si tibi antea profuit, semper prodiderit. Quinetiam [s] de illo homine queri solebas: quid te factum de bellua putas? Atqui [t] is es, qui semper pacem optaris, semper omneis ciueis saluos velis. Honesta oratio: sed ita, si bonos, & vtileis reipubl. ciueis: sin eos, qui natura cines sunt, voluntate hosteis, saluos velis: quid tandem interest [u] inter te, & illos? Pater quidem [z] tuus, quo vtebar sene auctore adolescens, homo seuerus, & prudens, primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui T. [b] Gracchum interfecit, dare solebat. eius [c] enim virtute, consilio, magnitudine animi, liberatam rempublicam arbitrabatur. Quid? nos à patribus nam aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis, si tempora illis fuisse, non probaretur, quia nõ omneis saluos esse voluisset. Quòd L. Opimius consul verba fecit de republica, de ea re ita censuerunt, VTI D OPIMIVS CONSVL REMP. DEFENDERET. Senatus hæc verbis, Opimius armis. Num igitur eum, si tum esset, temeratium ciuem, aut crudelem putares? aut Qu. Metellum [e], cuius [f] quattuor filij consulares [g]? aut P. Lentulum, principem senatorem? complureis alios, summos viros, qui [k] cum L. Opimio consule armati Gracchum I in Auentinum persecuti sunt? quo in prælio Lentulus graue vulnus accepit: interfectus est Gracchus, & M. Fuluius consularis, ciúsque duo adolescentuli filij. Illi igitur viri vituperandi. non enim ciueis [m] omneis saluos esse voluerunt. Ad propiora veniamus. C. Mario, L. Valerio, consulibus, senatus rempublicam defendendam dedit: L. Saturninus tribunus plebis, Glaucia prætor est interfectus. omneis illo die Scauri, Metelli, Claudij, Catuli, Scæuulæ [n], Crassi, arma sumserunt. num aut consules illos, aut clarissimos viros vituperandos putas? Ego Catilinam perire volui. num tu, qui omneis saluos vis, Catilinam saluum esse voluisti? Hoc interest, Caiene, inter meam sententiam, & tuam: ego nolo quemquam ciuem committere, vt morte multãdus sit. tu, etiam si commiserit, conseruandum putas. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri [o], secarique patiamur, vt [p] membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat: sic in rei publicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum, amputetur. Dura vox. Mulcò illa durior: Salui sint improbi, scelerati, impij: deleantur innocentes, honesti, boni, tota respublica. Vno in homine? Qu. [q] Fusi, fateor te vidisse plus, quàm me. Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum ciuem, scelleratum, libidinosum, impium, audacem, facinorosum [r]: tu contrà sanctum, temperantem [s], innocentem, modestum, retinendum ciuem, & optandum. in hoc vno te plurimùm vidisse, me stultum errasse concedo. Nam [t] me recum iracundè agere dixisti solere: non est ita. vehementer me agere fateor, iracundè nego. *omnino iresci amicis non temerè soleo, ne si mererentur quidem.* Itaq. sine verborum contumelia à te dissentire possum, sine [u] animi sum mo dolore non possum. parua est enim mihi tecum, aut [x] parua de te dissensio? ego huic vi delicet faueo, tu [y] illi? Immò verò ego D. Bruto faueo, tu M. Antonio: ego conseruare [z] coloniam populi Romani cupio, tu expugnare [a] studes. An hoc negare potes: qui omneis moras interponis [b], quibus infirmetur Brutus, melior fiat Antonius? quousque enim dicis [c], pacem velle te? res geritur: conductæ vineæ sunt: pugnatur acerrimè: qui intercurrerent, minimus treis principes ciuitatis. hos contemsit, reiecit, repudiauit Antonius. tu tamen permanès constantissimus defensor Antonii. Et quidem, quo melior senator videatur, negat se illi amicum esse debere:

a g.v.c. vbi habent, Penates.

b L. paricidis. P. CCXVI.

c L. esse confirmat:

d L. si homines illi, ac nõ pecudes potius, inani spe ad aquas vsq. & Puteolor. prouch. e al. peruehẽ. f L. quidquã eiusmodi.

g L. semper hastam vid.

h L. nos liberatem nostram milit. leges, iura iud. i al. leges, iura, iud.

k L. Fusius,

l L. ego id commodè, quod facere nõ p. m al. semel enim, P. de semel; non temp. vt. Ro. dui?

n al. quid nũ fero.

o L. capiebãt.

P. B.

p L. immò alia causa iusta, ac necessaria est. q L. his fabellis. r L. fabille, quo fallaris. s L. facilius in regno pulle. t al. Quis es, inimici, de illo hom. u L. Atque ais eum se esse, qui nos, & vtileis reipubl. ciueis: sin eos, qui natura cines sunt, voluntate hosteis, saluos velis: quid tandem interest inter te, & illos? Pater

z al. Pater tuus quidem quo

b Valerius 8. c v.c. eius virtute, consil. & fine L.

d al. Vti L. Opimius

e Numidicũ. f vide 7. Val. l. 7. Plin. 44. Plin. de viris illustribus c. 6. g Imo non omnes hi consulares, sed tres tantùm vnus triumphalis. Plinius d. c. 6. & Valerius illo loco, vnum Cẽsoriũ, duos triumphales, quartũ Prætoriũ. Plinius vero d. c. 44. vnum Prætoriũ, tres cõsulares, duos triumphales vnũ Cẽsoriũ. h al. consulareis? i L. Lent. k al. qui cum Opimio consule

P. CCXVII. l id est C. Gracchum. 2. de oratore, pro Plancio. 2. Val. 8. m al. omneis ciueis s. n al. Scæuolæ, o L. id vri, sec.

p L. vt membrũ aliquod pot.

q Q. Fusi. r v.c. facinorosum, f al. temperatum, t L. Nã quòd me tecũ irac.

P. B.

u al. sine animi summo dolore irasci non possum. x al. ac. y al. tu illi. Immò z L. conseruare a L. expugnari b L. interponas, c L. dices,

cum[a] suo magno beneficio veniſſe eum contra ſe. Vide quanta caritas ſit patriæ. cùm homini ſit iratus, tamen reip. cauſa defendit Antonium. Ego te, cùm in Maſſilienſeis tam[b] ſis acerbus, Fuſi[c], non animo æquo audio. Quouſque enim Maſſiliam oppugnabis? ne triumphus quidem finem fecit[d] belli? per[e] quem ſublata eſt vrbs ea, ſine[f] qua numquam ex Tranſalpinis gentibus maiores noſtri triumpharunt[g]. quo quidem tempore populus R. ingemuit. quamquam[h] enim proprios dolores ſuarum rerum omnes habebant: tamen huius ciuitatis fideliſſimæ miſerias, nemo erat ciuis, qui à ſe alienas arbitraretur. Cæſar ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus: tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem, & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat: te nulla ſua calamitate ciuitas ſatiare tam fidelis poteſt? Rurſus me[i] iam iraſci fortaſſe dices. Ego autem ſine iracundia dico, vt omnia, nec tamen ſine dolore. Neminem illi ciuitati inimicum eſſe arbitror, qui[k] amicus ſit huic ciuitati. Excogitare, quæ tua ratio ſit, Calene, non poſſum. antea deterrere te, ne popularis eſſes, non poteramus: vt[l] nunc ſis popularis, exorare non poſſumus. Satis multa cum[m] Fuſio, ac ſine odio omnia, nihil ſine dolore. Credo autem, qui generi querelam moderatè ferat, æquo animo laturum amici. ¶ Venio[n] nunc ad reliquos conſulares, quorum eſt nemo, iure[o] meo hoc dico, qui[p] non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiæ, alij maximam, alij mediocrem, nemo nullam. Quàm beſternus dies nobis, conſularibus dico, turpis illuxit? iterum legatos? quid[q] ille faceret indutias? ante conſulis[r], oculóſque legatorum, tormentis Mutinam verberauit: opus oſtendebat, munitionémq. legatis: *ne punctum quidem temporis*, cùm legati adeſſent, oppugnatio reſpirauit. Ad hunc legatos? cur? an vt eorum reditu vehementiùs pertimeſcatis? Equidem cùm antea legatos decerni non ceſſiſſem: hoc me tamen conſolabar[t], quòd cùm illi ab Antonio contemti, & reiecti reuertiſſent, dixiſſéntque[u] ſenatui, non modò illum è Gallia non diſceſſiſſe, vt[u] cenſuimus, ſed ne à Mutina quidem receſſiſſe: poteſtate ſibi D. Bruti conueniendi non[x] fuiſſe: putabam fore, vt omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viribus[y] D. Bruto ſubueniremus. nos etiam languidiores[z] facti ſumus, poſtquàm Antonij non ſolùm audaciã, & ſcelus, ſed etiam inſolentiam, ſuperbiámque perſpeximus. Vtinam I. Cæſar valeret, Seruius[a] Sulpicius viueret. multo meliùs hæc cauſa ageretur à tribus, quàm nunc agitur ab vno. dolenter hoc dicam potiùs, quàm contumelioſè deſerti, deſerti, inquã, ſumus, P. C. à principibus. Sed, vt ſæpe iam dixi, *omnes in tanto periculo, qui rectè & fortiter ſentient, erunt conſulares.* animum nobis afferre legati debuerunt: timorem attulerunt: quamquam[b] mihi quidem nullum vmquam timorem, quamuis illi de illo ad quem miſſi ſunt, bene exiſtimentiã quo etiam mandata acceperunt. Prò, dij immortales! vbi eſt ille mos, virtúſque maiorum? C. Popillius[c] apud maiores noſtros, cùm ad Antiochum regem legatus miſſus eſſet, & verbis ſenatus denunciaſſet, vt ab Alexandria diſcederet, quam obſidebat: cùm tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit: dixítque, ſe[d] non antè renuntiaturum ſenatui niſi priùs ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quàm ex illa circumſcriptione exederet[a]. Præclarè: ſenatus enim faciem ſecum attulerat, auctoritatem[b] reipublicæ: cui qui non paret, non ab eo mandata accipienda ſunt, ſed ipſe eſt totus[c] repudiandus. An ego ab eo mandata acciperem, qui ſenatus mandata contemneret? aut ei cum ſenatu quidquam commune iudicarem, qui imperatorem populi R. ſenatu prohibente, obſidêret? At quæ mandata? qua arrogantia? quo ſtupore? quo ſpiritu? Cur autem ea legatis noſtris dabat, cùm ad nos Cotylam mitteret, ornamentum, atque arcem amicorum ſuorum, hominem ædilitium? ſi[d] verò tum fuit ædilis, cùm eum iuſſu Antonij in conuiuio ſerui publici loris ceciderunt. At[e] quàm modeſta mandata fert? ij ſumus, P. C. qui quidquam huic negemus? VTRAMQVE[f] PROVINCIAM, inquit, REMITTO: EXERCITVM DEPONO: PRIVATVS ESSE NON RECVSO. Hæſunt enim verba. redire ad ſe videtur. OMNIA OBLIVISCOR. IN GRATIAM REDEO. Sed quid adiungit? SI LEGIONIBVS MEIS ET SI EQVITIBVS, ET SI COHORTI PRAETORIAE PRAEDAM, AGRVMQVE DEDERITIS. His etiam præmia poſtulat, quibus vt ignoſcatur ſi poſtulet, impudentiſſimus iudicetur? Addit[h] præterea, quos ipſe cum Dolabella dederit agros teneant ij, quibus dati[i] ſunt. Hic eſt Campanus ager, & Leontinus, quæ duo maiores noſtri annonæ perfugia ducebant. Cauet mimis, aleatoribus, lenonibus: Caphoni[k] etiam, & Saxæ cauet: quos centuriones pugnaces, & lacertoſos, inter mimorum, & mimarum greges collocauit. Poſtulat præterea, vt chirographorum, & commentariorum ſua, collegæque ſui decreta maneant. Quid laborat, vt habeat, quod quiſque mercatus eſt, ſil quid accepit, habeat, quivendidit? & ne tangantur rationes ad Opis: id eſt, ne[m] ſeſtertiũm ſepties millies recuperetur: ne fraudi ſit ſeptemuiris, quod regiſſent. Nucula[n] hoc credo, admouit. verebatur fortaſſe, ne amitteret tantas clientelas. Caueri etiam vult iis, qui ſecũ ſunt, quidquid contra leges commiſerunt[o]. Muſtelæ, & Tironi proſpicit: de ſe nihil laborat. Quid enim commiſit vmquam? num aut pecuniam publicam attigit, aut hominem occidit, aut ſefii laboret? Poſtulat enim, ne ſua iudiciaria lex abrogetur. quo impetrato, quid eſt quod metuat? an ne ſuorum aliquis à Cyda, Lyſiade, Curio condemnetur? neque tamen nos vrget mandatis pluribus. remittit aliquantum, & relaxat. GALLIAM, inquit, TOGATAM REMITTO, COMATAM POSTVLO. Otioſus videlicet eſſe mauult. Cùm ſex legionibus, inquit, iiſque ſuppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex[q] delectu ſuo: tamdiúque vt obtineat, quamdiu M. Brutus, C. Caſſius, conſules, próque cõſules prouincias obtinebunt. * * * huius[r] comitiis C.[s] frater eius eſt enim iã annus, iã repulſam tulit. VTQVINQVENNIVM, inquit, OBTINEAM. At iſtud vetat lex[x] Ceſaris, & tua. Hæc tu mãdata, L. Piſo[y], & tu, L. Philippe, principes ciuitatis nõ[z] dico animo[a] ferre, verũ aurib[a] accipere potuiſtis? Sed, vt ſuſpicor, terror erat quidã: nec vos

a L. cùm ſuo magno eſſet beneficio, veniſſe eum c.
b L. tam es acerb.
c L. Fuſi, al. Q. Fuſi.
d L. facit b.
e L. per quẽ lata eſt vrbs ea,
f Maſſilienſiũ laus.*
g al. triũpharunt.
h al. quanquã proprios dol.
i L. iam me
k L. qui ſit huic amicus. Exc P. CCVIII.
l L. exorare nũc, vt ſis popularis, non poſſumus.
m L. cum Fuſio.
n L. Venio ad reli conſ.
o L. (iure hoc meo dico.)
p L. quin mecum hab.
q L. quid ſi il le faceret indutias? ante os, oculóſq.
r al. conſules oculóſq. var. ante hos. al. ea ante os. var. antè conſulem.*
s L. conſolabar: cùm illi ab Ant.
t al. renuntiaſſéntq. ſen.
u L. vti cenſuiſſemus:
x L. nõ fuiſſe: fore, vt omnes infl.
y L. viris
z L. lãguidiores poſtea facti ſumus, quàm Ant.
a L. Ser. Sulpicius viueret:
b L. quãquam m. q. nullum, quamuis de illo, ad q. m. P. B
c Lænas. Liuius 24. Plin. 34. c. 6. 6. Valer. 4. Iuſtinus 32.*
d L. ſe renuntiaturum ſen.

a al. exiſtet. Pr.
b L. auctoritatem populi R.
c al. portio ſeq.
d al. ſi verò tum fuit
e L. At quàm modeſta mandata? Ferret ſumus, P. C. qui quidquam huic negemus, f hanc verbis delet Antonius Augurinus, quod Verſio diſſi. cet.*
g L. MEIS SEX. SI EQVITIBVS COH.
h L. Addit præterea, vt quos ipſe
i L. dati ſint.
P. CCXIX.
k L. Caſani
l L. ſi quod accepit, habeat qui vendidit. Etiam c. m. vt. ne ſepties millies recup.
n L. Nucula, credo, Adam. o L. commiſerint.
p Legis huius iudiciariæ Antonio latæ nemini ſine Cicero pro lege Plancia. q Ex alterã.
r L. prouincias obtinebunt. Quid ſefii laboret? Poſtulat enim, ne ſua iudiciaria lex abrogetur. quo impetrato, quid eſt quod metuat? an ne ſuorum aliquis à Cyda, Lyſiade, Curio condemnetur? neque tamen nos vrget mandatis pluribus. remittit aliquantum, & relaxat. GALLIAM, inquit, TOGATAM REMITTO, COMATAM POSTVLO. Otioſus videlicet eſſe mauult. Cùm ſex legionibus, inquit, iiſque ſuppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex q delectu ſuo: tamdiúque vt obtineat, quamdiu M. Brutus, C. Caſſius, conſules, próque cõſules prouincias obtinebunt. * * * huius r comitiis C. s frater eius eſt enim iã annus, iã repulſam tulit. VTQVINQVENNIVM, inquit, OBTINEAM. At iſtud vetat lex x Ceſaris, & tua. Hæc tu mãdata, L. Piſo y, & tu, L. Philippe, principes ciuitatis nõ z dico animo a ferre, verũ aurib a accipere potuiſtis? Sed, vt ſuſpicor, terror erat quidã: nec vos
s al. ſenatui niſi priùs ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quàm ex illa circumſcriptione exederet. Præclarè: ſenatus enim faciem ſecum attulerat, auctoritatem reipublicæ: cui qui non paret, non ab eo mandata accipienda ſunt, ſed ipſe eſt totus repudiandus. An ego ab eo mandata acciperem, qui ſenatus mandata contemneret? aut ei cum ſenatu quidquam commune iudicarem, qui imperatorem populi R. ſenatu prohibente, obſidêret? At quæ mandata? qua arrogantia? quo ſtupore? quo ſpiritu? Cur autem ea legatis noſtris dabat, cùm ad nos Cotylam mitteret, ornamentum, atque arcem amicorum ſuorum, hominem ædilitium? ſi verò tum fuit ædilis, cùm eum iuſſu Antonij in conuiuio ſerui publici loris ceciderunt. At quàm modeſta mandata fert? ij ſumus, P. C. qui quidquam huic negemus? VTRAMQVE PROVINCIAM, inquit, REMITTO: EXERCITVM DEPONO: PRIVATVS ESSE NON RECVSO. Hæſunt enim verba. redire ad ſe videtur. OMNIA OBLIVISCOR. IN GRATIAM REDEO. Sed quid adiungit? SI LEGIONIBVS MEIS ET SI EQVITIBVS, ET SI COHORTI PRAETORIAE PRAEDAM, AGRVMQVE DEDERITIS. His etiam præmia poſtulat, quibus vt ignoſcatur ſi poſtulet, impudentiſſimus iudicetur? Addit præterea, quos ipſe cum Dolabella dederit agros teneant ij, quibus dati ſunt. Hic eſt Campanus ager, & Leontinus, quæ duo maiores noſtri annonæ perfugia ducebant. Cauet mimis, aleatoribus, lenonibus: Caphoni etiam, & Saxæ cauet: quos centuriones pugnaces, & lacertoſos, inter mimorum, & mimarum greges collocauit. Poſtulat præterea, vt chirographorum, & commentariorum ſua, collegæque ſui decreta maneant. Quid laborat, vt habeat, quod quiſque mercatus eſt, ſil quid accepit, habeat, quivendidit? & ne tangantur rationes ad Opis: id eſt, ne ſeſtertiũm ſepties millies recuperetur: ne fraudi ſit ſeptemuiris, quod regiſſent. Nucula hoc credo, admouit. verebatur fortaſſe, ne amitteret tantas clientelas. Caueri etiam vult iis, qui ſecũ ſunt, quidquid contra leges commiſerunt. Muſtelæ, & Tironi proſpicit: de ſe nihil laborat. Quid enim commiſit vmquam? num aut pecuniam publicam attigit, aut hominem occidit, aut ſefii laboret? Poſtulat enim, ne ſua iudiciaria lex abrogetur. quo impetrato, quid eſt quod metuat? an ne ſuorum aliquis à Cyda, Lyſiade, Curio condemnetur? neque tamen nos vrget mandatis pluribus. remittit aliquantum, & relaxat. GALLIAM, inquit, TOGATAM REMITTO, COMATAM POSTVLO. Otioſus videlicet eſſe mauult. Cùm ſex legionibus, inquit, iiſque ſuppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex delectu ſuo: tamdiúque vt obtineat, quamdiu M. Brutus, C. Caſſius, conſules, próque cõſules prouincias obtinebunt. * * * huius comitiis C. frater eius eſt enim iã annus, iã repulſam tulit. VTQVINQVENNIVM, inquit, OBTINEAM. At iſtud vetat lex Ceſaris, & tua. Hæc tu mãdata, L. Piſo, & tu, L. Philippe, principes ciuitatis nõ dico animo ferre, verũ aurib accipere potuiſtis? Sed, vt ſuſpicor, terror erat quidã: nec vos

vos vt legati apud illum fuistis, nec vt consulares: nec vestram, nec reipublicæ dignitatem tenere potuistis. & tamen nescio quo pacto, sapientia quadam, credo, quod ego non [a] possum, non nimis irati reuertistis vobis M. Antonius nihil tribuit, clarissimis viris, legatis populi Romani. Nos quid non legato Antonij [b] Cotylæ concessimus? cui portas huius vrbis patere ius non [c] fuit, huic hoc templum patuit: huic aditus in senatum fuit: hic hesterno die sententias nostras in codicillos, & omnia verba referebat: huic se etiam summis honoribus vsi contra [d] dignitatem suam venditabant. O dij immortales! *quàm magnum est, personam in republica tueri principu! quæ nõ animis solùm debet, sed etiam oculu seruire ciuium. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, etiam reducere* [e], *hominu est nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantu.* Quod autem est periculum? nam [f] si maximum in discrimen venietur, aut libertas parata victori est, aut mors exposita [g] victo. quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. *Turpu autem fuga mortu, omni est monte peior.* Nam illuc quidem non adducor vt credam, esse quosdam, qui inuideãt alicuius constantiæ, qui [h] laboribus, qui eius perpetuam in republica adiuuanda voluntatem & à senatu, & à populo Romano probari molestè ferant. Omnes [i] id quidem facere debemus: *eaque erat non modò apud maiores nostros, sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare* [k], *cogitare adesse animo, semper aliquid pro republica aut facere, aut dicere.* Ego Qu. Scæuuiam [l] augurem memoria teneo, bello Marsico [m], cùm esset summa senectute, & perdita valetudine, quotidie, simulatque luceret, facere omnibus conueniendi sui potestatem: neque eum quisquam illo bello vidit in lecto, senéxque, & debilis, primus veniebat in cutiam. Huius industriam maximè [n] equidem vellem, vt imitarentur ij, quos

a M. non possem.

b M. Antonij Cotylæ erat.

c L. nõ erat.

d al. onera suam dignitatem

e L. seducere

f L. nam si maximè in discrimen venietur. L. proposita victo.

g L. qui laboribus eius perp.

h al. Omnes quidem id f.

i L. vigilare esse animo, semper aliquid pro rep. aut cogitare, aut facere, aut dicere. Ego. P. C. Q. Scæuol. fuit.

k Q. Scæuola augur.

l quod adhuc in socios fecisse Romanos: Liuij epitome 77. Appianus in Hannibal. Plutarchus in Pyrrho. Sigonius de viris illustribus. Marsicum quidem bellum

m M. Marsicum bellum

n vellem

oportebat: secundo autem loco, ne alterius labori inuiderent. Etenim, P. C. cùm in spem libertatis sexennio [o] simus ingressi, diutiúsque seruitutem perpessi, quàm captiui frugi, & diligentes solent: quas vigilias, quas sollicitudines, quos labores, liberandi populi Romani causa recusare debemus? Equidẽ, P. C. quamquam hoc honore vsi, togati esse [p] solent, cùm est in sagis ciuitas: statui tamen, à vobis, ceteríque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantáque perturbatione populi [q] R. non differre vestitu. Non enim ita gerimus nos hoc bello consulares, vt æquo animo populus R. visurus sit nostri honoris insignia: cùm partim è nobis ita timidi sint, vt [r] omnem ij populi R. beneficiorum memoriam abiecerint: partim ita à rep. auersi, vt [s] huic se hosti fauere præ se ferant: legatos nostros ab Antonio despectos esse, & irrisos facilè patiantur: legatum Antonij subleuatum velint, huic [t] enim reditum ad Antonium prohiberi negabant oportere, & in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant. quibus geram [u] morem. Redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege, ne vnquam Romam reuertatur. ceteris autem, si errorem suum deposuerint, & [x] in reip. gratiam redierint, veniam, & impunitatem dandam puto. ¶ *Quas ob res ita censeo: EORVM, qui cum M. Antonio sunt, qui ab armis discesserint, & aut ad* [y] *Pansam, aut ad Hirtium, consules, aut ad Decium Brutum, imperatorem, COS. designatum, aut ad C. Cæsarem pro* [z] *prætorem, ante* [a] *idus Martias adierint, iis fraudi ne sit, quòd cum M. Antonio fuerint si quis eorum, qui cum M. Antonio sunt, fecerit, quo* [b] *honore, præmióue quis dignus esse videatur: vti C. Pansa, A. Hirtius, COSS. alter, ambove, si eis videatur* [c], *de eius honore, præmióue, primo quoque die ad senatum referant. Si quis post* [d] *hoc ad Antonium profectus fuerit* [c], *præter L. Varium, senatum existimaturum eum contra rempublicam fecisse.*

o L. sexennio postquàm ingr.

p L. solent esse.

q L. reip.

r L. vt omnẽ populi R. ben.

s L. vt se hosti fauere pr.

t L. huncenim reditu ad A.

u L. morem geram. R.

x L. & cum rep. in gra. red.

y L. ad C. Pansam.

z al. pro prætore.

a L. ante idus Martias primas adiei.

b L. quod honore præmióue dignũ esse vid.

c L. videbitur.

d L. post hoc S. C. ad Ant.

e L. esse. pr. P. B.

P. CXXX.

P. CCXXI.

IN M. ANTONIVM. PHILIPPICA NONA.

ORATIO QVINQVAGESIMAPRIMA.

SYNOPSIS.

Seruio Sulpitio, quòd legatus ad Antonium, ibidem mortuus fuerit, statuam ponendam esse suadet.

VELLEM, dij immortales fecissẽt, P. C. vt viuo potiùs Ser. Sulpicio gratias ageremus, quàm [a] mortuo honores quæreremus. Nec verò dubito, quin, si ille vir renũ tiare [b] legationem potuisset, redtus eius & nobis gratus fuerit, & reipublicæ salutaris futurus: non [c] quòd L. Phillippo, & L. Pisoni aut studium, aut cura defuerit in tanto officio, tantóque munere: sed cùm Ser. Sulpicius ætate d illos anteiret, sapientia omneis, subitò ereptus totam legationem orbam, & debilitatam reliquit. Quòd si cuiquam iustus hostium habitus est in morte legato, in nullo iustior, quàm in Ser. Sulpicio, reperietur. Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculum, sine vllo mortis metu profecti sunt: Ser. Sulpicius cum aliqua peruenisset ad M. Antonium spe profectus est, nulla reuertendi. qui cùm ita affectus esset, vt, si ad grauem valetudinem [e] labor viæ accessisset, sibi ipse diffideret: non recusauit, quo minùs vel [f] in extremo spiritu, si quam opem reipublicæ ferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hiemis, non niues, non longitudo itineris, non adsperitas viarum, nõ morbus ingraues cens retardauit: cúmque iã ad congressum, colloquiúmque eius peruenisset, ad quem erat missus: in ipsa cura, & [g] meditatione obeũdi sui muneris excessit è vita.

a L. quàm honores mortuo quær.

b L. legatio nem recusare pot.

c L. non quo

d L. ætate illi anteiret sapientia omnibus.

e v. c. valetudinem

f L. vel extremo sp.

g al. ac.

Vt igitur alia, sic hoc, Pansa [a], præclarè, quòd nos ad [b] ornandum Ser. Sulpicium cohortatus es, & ipse multa copiosè de illius laude dixisti. quibus à te dictis, nihil præter sententiã dicerem, nisi P. Seruilio respondendum putarem, *qui [c] hunc honorem statuæ nemini tribuendum censuit, nisi [d] qui ferro esset in legatione interfectus.* Ego autem, P.C. sic interpretor sensisse maiores nostros, vt *causam mortis* censuerint, *non genus esse quærendum.* Etenim cui legatio ipsa morti fuisset, eius monumentum exstare voluerunt, vt in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. Non igitur exempla maiorum quærenda, sed consilium est eorum, à quo ipsa exempla nata sunt, explicandum. Lartes [e] Tolumnius [f], rex Veientum, quatuor [g] legatos [h] populi Rom. Fidenis interemit: quorum [i] statuæ in Rostris steterunt vsque ad nostram memoriam. Iustus honos. *iu enim maiores nostri, qui ob remp. mortem obierant, pro breui uita diuturnam memoriam reddiderunt.* Cn. Octauij, clari [k], & magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris. Nemo [l] enim tum nouitati inuidebat: nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octauij, in qua periculi suspicio nõ subesset. Nam, cùm esset missus à senatu ad animos regum perspiciendos, liberorúmque populorum, maximéque, vt nepotem Antiochi [m] regis, eius, qui cum maioribus nostris bellũ gesserat, classeis habere. elephantos alere prohiberet: Laodicéæ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus. *Reddita [n] est ei tum à maioribus statua pro uita:* quæ multos per annos progeniem eius honestaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam sola restaret. Arqui [o] & huic, & Tullo Cluuio [p], & L. Roscio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, qui à Veientium rege cæsi sunt, *non sanguis, qui [q] profusus est in morte, sed ipsa mors ob remp. obita, honori fuit.* Itaque, P.C. si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset, doleremne quidem tanto reip. vulnere: mortem verò eius non [r] monumentis, sed luctu publico esse honorandam putarem. Nunc autem quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? secum enim ille mortem extulit: quam, si nobiscum remansisset, sua cura, optimi filij, fideliss imæque [s] coniugis diligentia, vitare potuisset. At ille, cùm videret, si vestræ auctoritati non paruisset, dissimilem se futurum fuisse: si [t] paruisset, munus sibi illud pro rep. susceptum, vitæ [u] finem allaturum: *maluit in maximo reip. discrimine mori, quàm minus, quam potuisset, uideri reip. profuisse.* Multis illi in vrbibus, quà iter faciebat, reficiendi se, & curandi potestas fuit. aderat [x] & hospitum inuitatio liberalis pro dignitate summi viri, & [y] eorum hortatio, qui vnà erant missi, ad requiescendum. & vitæ suæ consulendum. At ille properans, festinánsque [z], mandata nostra conficere cupiens, in hac constantia, morbo aduersante, perseuerauit. Cuius cùm aduentu maximè perturbatus esset Antonius, quòd ea, quæ sibi iussu nostro [a] denuntiarentur, auctoritate erant, & sententia Ser. Sulpicij constituta: declarauit quàm odisset senatum, cùm auctorem senatus exstinctum, lætè, atque insolenter tulit. Non igitur magis Octauium Leptines, nec Veientium rex eos, quos modò nominaui, quàm Ser. Sulpicium occidit Antonius. *Is enim profectò mortem attulit, qui causa mortis fuit.* Quocirca [a] ad posteritatis etiam memoriam pertinere arbitror, exstare, quod fuerit de hoc bello iudicium senatus. erit enim statua ipsa testis, bellum tam graue fuisse, vt legati interitus, honoris memoriam consecutus sit. Quòd si excusationem Ser. Sulpicij, P.C. legationis obeundæ recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur. quin [b] honore mortuo, quam viuo iniuriam fecimus, sarciamus. Vos, enim patres conscripti (graue dictu est, sed dicendum tamen) vos, inquam, Ser. Sulpicium vita priuastis. Quem cùm videretis se magis morbo, quàm oratione, excusantem, non vos quidem crudeles fuistis, (quid enim minùs in hunc ordinem cõuenit?) sed cùm sperare tis nihil esse, quod non illius auctoritate, & sapientia effici posset, vehementiùs excusationi [c] obstitistis: atque eum, qui semper vestrum consensum, grauissimum iudicauisset, de sententia deiecistis. Vt verò Pansæ consulis accessit cohortatio grauior, quàm antea Ser. Sulpicij ferre didicissent, tum [d] filium, méque item seduxit, atque ita locutus est, *vt auctoritatem vestram vitæ suæ se diceret anteferre.* cuius nos virtutem admirati, non [e] ausi sumus eius aduersari voluntati. mouebatur singulari pietate filius: non multum eius perturbationi meus dolor concedebat: sed vterq; nostrûm cedere cogebatur magnitudi animi, orationísque grauitati, cùm quidem ille maxima laude, & gratulatione omnium vestrûm pollicitus est, se, quod velletis, esse facturum, neque eius sententiæ periculum, vitaturum, cuius ipse auctor fuisset, quem exsequi mandata vestra properantem, manè postridie prosecuti sumus. qui quidem discedens, mecum ita locutus est, vt eius oratio, omen fati videretur. *Reddite igitur, P.C. ei vitam, cui ademistis. vita enim mortuorum in [f] memoria uiuorum est posita.* perficite, vt is, quem vos ad mortem inscij misistis, immortalitatem habeat à vobis. cui si statuam in Rostris decreto vestro statueritis, nulla eius legationem posteritatis [g] inobscurabit obliuio. Nam reliqua Ser. Sulpicij vita multis erit, præclarísque monumentis ad omnem memoriam commendata. semper illius grauitatem, constantiam, fidem præstantiam [h], in republica tuenda curam, atque prudentiã, omnium mortalium fama celebrabit. Nec verò silebitur admirabilis quædam, & incredibilis, & [i] pænè diuina eius [k] in legibus interpretandis, equitate explicanda, sciẽtia. Omnes ex omni ætate, qui [l] hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non [m] sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris cõsultus, quàm iustitiæ fuit. Itaque [n] quæo proficiscebatur à legibus, & à [p] iure ciuili, *semper ad facilitatem [q], æquitatémque referebat: neque constituere [r] litium actiones malebat, quam controuersias tollere.* Ergo hoc statuæ monumento non eget: habet alia mansora. hæc enim statua, mortis honestæ testis erit: illa, memoria vitæ gloriosæ: vt hoc magis monumentum grati senatus, quàm clari viri, futurum sit. Multùm etiam valuisse ad patris honorem pietas filij videbitur: qui quamquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, vt ille

a *L.* C. Pansa
b *L.* & ad honorandũ Ser. Sul. P. S.
c Legatis Romanis apud hostes interfectis statuę ponebãtur à Romanis.*
d *L.* nisi ei, qui
e *L.* Tar. Tolumnius, rex Veientum.
f de quo vide Liuium 4. 1. Flor. 12.*
g hos postea nominat.*
h Quibus legatis apud hostes interfectis statuę positæ à Romanis.*
i *v.* eorũ statuæ steterunt vsq. ad memoriam in Rostris. Iust.
k *L.* clari viri, & magni.
l *L.* Nemo tũ nouitati
m *L.* regis Antiochi, eius
n 34. Plinius 6.*
o *L.* Atque & h.
p *al.* Tito Cluio *id enim prænomẽ Cluiæ familiæ.**
q *al.* qui est profusus in morte, P. CCXXII.
r *v.c.* non monumento sed luctu publ. ornandã P.
s *L.* fidelissimæ coniugis
t *L.* sin paru. u *L.* vitæ finem fore: mal in max. reip. discr. emori, quam
x *L.* aderat hospitum inuitatio lib.
y *L.* & eorum cohortatio,
z *L.* festinãs mandata vestra conficere
a *L.* vestro,
a *L.* Quo enim ea enim ad posteritatis mem. P. S.
b *L.* quin honore mortuo
c *fere.* eius rei cul.
d *L.* tum vero denique filium, vocq; seduxit.
e *L.* non ausi sumus. adnert.
f *L.* in memoria ex posita perfer. ita vos inscij mortuis,
g *L.* posteritatis obliuio.
h *L.* ciuitatem reip. ornandæ
i *L.* ac,
k Ser. Sulpicius iurisconsultus.*
l *L.* qui in hac ciuitate intellexerit. *v.c.* non sint comp.
m *L.* ita eb, quæ prof.
n *L.* ita eb, quæ prof.
o *L.* iurisconsultus fuit optimus
p *L.* ab iure
q *al.* vitiosa temperantia facilitatem hic accipimus. Pro iuris tuere. r. iuris tuere.

vt[a] ille si adesset. est autē ita affectus, vt nemo vmquam vnici filij mortem [b] magis doluerit, quàm ille mæret patris. Equidem [c] etiam ad famam Ser. Sulpicij filij arbitror attinere [d], vt videatur honorem debitum patri præstitisse. quamquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere potuerit [e], quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium. cuius luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio leuari potest. Mihi autem recordanti Ser. Sulpicij multos in nostra familiaritate sermones, gratior illi videtur, *si* [f] *quis est sensus in morte*, ænea statua futura, & ea pedestris, quàm inaurata equestris: qualis [g] est L. Sellæ prima statua. magnificè enim Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat. huius sæculi insolentiam vitupērabat. Vt igitur, si ipsum consulam, quid velit, sic pedestrem [h] ex ære statuam, tamquam ex eius auctoritate, & voluntate, decerno: quæ quidem magnum ciuium dolorem, & desiderium, honore monumenti minuet, & leniet. Atque hanc meam sententiam, P.C.P. Seruilij sententia probati i necesse est: qui sepulcrum publicè decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde, atque ferro nullum honorem desiderat: cur decernit honorem sepulturæ: qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod non est datum Cn. Octauio: cur, quod illi datum est, huic dandum esse non censet? Maiores quidem nostri statuas multis decreuerūt, sepulchra [k] paucis. sed statuæ intereunt tempestate [l], vi, vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est: quod nulla vi moueri, neque deleri potest. atque, vt cetera extinguntur, sic sepulcra fiunt [m] sanctiora vetustate. Augeatur [n] igitur isto [o] etiam honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus potest. grati simus in eius morte decoranda, cui [p] nullam aliam gratiam referre iam possumus. notetur etiam M. Antonij, nefarium bellū gerentis, scelerata audacia. his enim honoribus habitis Ser. Sulpio, repudiatæ, reiectæque legationis ab Antonio, manebit testificatio sempiterna. ¶ *Quas ob res ita* [q] *censeo. Cum Ser. Sulpicius, Qu. F. Lemonia* [r], *Rufus, difficillimo reipublicæ tempore, graui, periculosoque morbo affectus, auctoritatem senatus, salutemque populi* [s] *R. vitæ suæ præposuerit, contráque vim, grauitatémque morbi contenderit, vt* [t] *ad castra Antonij, quò senatus eum miserat, perueniret: isque* [u], *cùm tam propè castra venisset, vi morbi oppressus, vitam* [x] *amiserit in maximo reip. munere* [y]: *eiusque mors consentanea vitæ fuerit, sanctissimè, honestissimèque acta, in qua sæpe magno vsui reip. Ser. Sulpicius & priuatus, & in magistratib. fuerit: cùm talis vir, ob rempublicam in legatione mortem obierit: Senatui placere, Ser. Sulpicio statuam pedestrem aneam in Rostris ex huius ordinis sententia statui, circúmque eam statuam locum* [z] *gladiatoribus, ludísque* [a] *liberos, posterosque eius quaque* [b] *versus pedes quinque habere, quòd is ob remp. mortem obierit, eámque causam in basi inscribi: vtique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter, amboue, si eis videbitur* [c], *quæstoribus vrbis imperent, vt eam basim, statuámque faciendam, & in Rostris statuendam locent: quantique locauerint, tantam pecuniam redemtori* [d] *soluendam* [e], *attribuendámque curent: cúmque antea senatus auctoritatem* [f] *in virorum fortium funeribus, ornamentisque ostenderit, placere, eum quàm amplissimè supremo die* [g] *suo efferri: & cùm Ser. Sulpicius, Q. F. Lemonia, Rufus, ita de rep. meritus sit, vt hu ornamentis decorari debeat: Senatum censere, atque è rep. [h] existimare, ædiles curuleis edictum quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicij, Qu. F. Lemonia, Rufi, funeri mittere* h: *vtique locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul seu* [i] *quo alio in loco videbitur* [k] *pedes triginta quoquò versus designet* [l], *quò Ser. Sulpicius inferatur. Quod sepulcrum ipsius, liberorum posterorúmque eius sit: vti quod optimo iure sepulcrum* [m] *publicè datum* [n] *est.*

q hac formula rogabantur senatores à Consule interrogari de quo [p]onius dixi. Philippica 3. in f.*

r Lemonia, tribus nomen.*

s *L.* reip.

t *L.* vt in causa *al.* ipse, etiam P. CCXXIIII.

x *L.* vitam amiserit maximo reip.

y *L.* tempore,

z *L.* locum ludis, gladiatoribusque spectandis.*

a *subaudi*

b *L.* quoquo versus ‖ *al.* quoque.*

c *al.* videatur, quæstoribus vrbanis imp.

d *L.* redemtori attribuendam, soluendamque curent:

e *al.* exsoluendam.*

f *L.* auctoritatem suam in v.

g *L.* suo die eff.

h *L.* remittere:

i *v.c.* seu quo in loco videb. *& ita L.*

k *L.* videbitur,

l *L.* assignet,

m *L.* esse to

n *L.* publicè sepulcrum

o *L.* datum esse.

P. R

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMA SECVNDA.

SYNOPSIS.

Bruto aduersus Antonium coactas copias Senatusconsulto confirmandas esse suadet, aduersus Caleni sententiam.

MAXIMAS tibi, Pansa, gratias, omnes & habere, & agere debemus: qui, cùm hodierno die senatum te habiturum non arbitraremur: vt M. Bruti, præstantissimi ciuis, litteras accepisti, ne minimam quidem moram interposuisti, quin quàprimùm maximo gaudio, & gratulatione frueremur. Cùm factum tuum gratum omnibus debet esse, tum verò oratio, qua, recitatis litteris, vsus es. declarasti enim, verum esse id, quod ego semper sensi, *Neminem alterius, qui suæ consideret, virtuti inuidere.* Itaque mihi, qui plurimis officiis sum cū Bruto, & maxima familiaritate coniunctus, minùs multa de illo dicenda sunt. quas [a] enim parteis ipse mihi sumserā, eas præoccupauit oratio tua. ¶ Sed [b] mihi, P.C. necessitatem attulit paullò plura dicendi, sentētia eius, qui rogatus est ante me: à quo ita sæpe dissentio, vt iā verear, *ne*, id quod minimè fieri debet, *minuere amicitiā nostram videatur perpetua dissensio.* Quæ est enim ista tua ratio, Calene? quæ [c] mens? qui numquam post Kalendas Ian. idē senseris [d], quod is, qui te sententiam primùm [e] rogat [f]? cur numquā tam frequens senatus fuit, vt vnus aliquis tuā sententiam secutus sit? cur semper tui dissimileis defendis? cur, cùm te & vita, & fortuna

a *L.* quas enim ipse mihi parteis sumseram. eas præcepit or.

b REFVTATIO.*

c *L.* quæ mēs vt numquam

d *al.* censuerie,

e *al.* prius.*

f *L.* rogat. numquam tā frequens sen. fuerit, quo vnus aliq.

tua ad [a] otium,& ad dignitatem inuitet, ea probas,ea decernis,ea sentis, quæ [b] sunt inimica & otio communi,& dignitati tuæ?Nam vt superiora omittam,hoc certè, quod mihi maximam admirationem mouet, non tacebo.Quod est tibi cum Brutis bellum?cur eos, quos omnes pænè venerati debemus, solus oppugnas?alterum circumsederi non molestè fers,alterum tua sententia spolias [c] iis copiis,quas ipse suo labore, & periculo ad reip. non ad suum præsidium, per se, nullo adiuuante,confecit?Quis [d] est iste tuus sensus,quæ cogitatio, Brutos vt non probes, Antonios probes?quos omnes carissimos habent, tu oderis?quos acerbissimè [e] omnes oderunt, tu constantissimè diligas? Amplissimæ tibi fortunæ sunt,summus honoris gradus, filius, vt & audio, & spero,natus ad laudem: cui cùm reip.causa faueo,tum etiam tua. Quæro igitur,eum Brutine similem malis, an Antonij? Ac permitto,vt de tribus Antoniis eligas, quê velis:D [f].Brutus melior est,inquies. Cur igitur non [g] iis faues?cur non eos laudas, quorum similem filium tuum esse vis?simul enim reip. consules, & propones illi exempla ad imitandum.Hoc verò, Qũ.Fufi,copiosiùs [h] sine offensione nostræ amicitiæ,sic tecum, vt à te dissentiens, senator quæro. ita enim dixisti,& quidem de scripto.nam te inopia verbi lapsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem.litteras Bruti rectè, & ordine scriptas videri [i] quod quid est aliud, quàm librarium Bruti laudare,non Brutum? Vsum in rep.Calene,magnum iam habere,& debes, & potes,quando ita decerni vidisti? aut quod S.C huius generis(sunt enim innumerabilia) bene scriptas litteras decretum à senatu?quod verbum tibi non excidit, vt sæpe fit, fortuitu [k] :scriptum, meditatum,cogitatum attulisti.Hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectandi fil quis detraxerit:qui[m] tibi velit obtrectare,non relinquetur. Quamobrem collige te, placáque animum [n] aliquando,& mitiga:audi viros bonos,quibus [o] veteris multùm, lóquere cum sapientissimo homine,genero tuo,sæpius,quàm [p] tu ipse te cum:tum denique amplissimi honoris nomẽ obtinebis.An verò hoc pro nihilo putas(in [q] quo equidem pro amicitia tuam vicem doleresoleo) efferri [r] hæc foras, & ad populi Romaureis peruenire,ei, qui primus sententiam dixerit,neminem assensum? quod etiam hodie futurum arbitror.Legiones abducis à Bruto.quas?nempe eas,quas ille ab [s] Antonij scelere auertit, & ad remp. sua auctoritate traduxit.Rursus igitur vis nudatum [t] illum, atque solum ab rep. relegatum videri. Vos autem,P.C.si [u] M.Brutum deserueritis, & prodideritis, quem [x] tandem ciuem vmquam habebitis,quem ornabitis? cui fauebitis: nisi fortè eos,qui diadema [y] imposuerint, conseruandos: eos, qui [z] nomen regis sustulerint, deferendos putatis. Ac de hac quidem diuina, atque immortali laude M. Bruti silebo:quæ gratissima memoria omnium ciuium inclusa, nondum publica auctoritate testata est.Tantámne patientiam, dij boni! tantam moderationem,tantam in iniuria tranquillitatem, & modestiam? qui cùm prætor vrbanus esset,vrbe caruit,ius non dixit,cùm omne ius populi [a] R.recuperasset:cúmque concursu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat, præsidióque Italiæ cunctæ sæptus posset esse, absens iudicio bonorum defensus esse maluit, quàm præsens manu:qui ne Apollinareis quidem ludos, pro sua,populíque R.dignitate apparatos,præsens fecit,ne quã viam patefaceret sceleratorum [a] hominum audaciæ. Quamquam, qui vmquam aut ludi, aut dies, lætiores fuerunt quàm [b] cùm in singulis versibus populus R. maximo clamore, & plausu Bruti memoriam prosequebatur? corpus aberat liberatoris, libertatis memoria aderat:in qua Bruti imago cerni videbatur.At hunc his ipsis ludorum diebus videbam in insula clarissimi adolescentis,Luculli,propinqui sui, nihil nisi de pace, & concordia ciuium cogitantem. Eundem vidi postea Veliæ, cedentem Italia, nequa oriretur belli ciuilis causa propter se. *O spectaculum illud non modò hominibus, sed vndis ipsis, & litoribus luctuosum, cedere è patria seruatorem eius, manere in patria proditores!* [c] Cassij classis paucis post diebus consequebatur:vt me puderet, P.C. in eam vrbem redire,ex qua illi abirent.Sed,quo consilio redierim,initiò audistis,pòst estis experti. Exspectatum igitur tempus à Bruto est. nam quoad vos omnia pati vidit,vsus est ipse incredibili patientia. posteaquàm vos ad libertatem sensit erectos:præsidia vestræ libertati parauit.At cui pesti, quantæque restitit? Si enim C. Antonius, quod animo intenderat,perficere [d] potuisset(potuisset autem, nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset) Macedoniam,Illyricum, Græciam perdidissemus. esset vel receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ Græcia: quæ quidem nunc M. Bruti imperio, ãuctoritate, copiis non instructa solùm,sed etiam ornata,tendit dexteram Italiæ, suúmq; ei præsidiũ pollicetur. Quod [e] qui ab illo abducit, exercitum pulcherrimum, & præsidium firmissimum adimit reipublicæ. Equidem cupio, hæc quamprimùm Antonium audire, vt intelligat, non D. Brutum, quem vallo circumsederet [f],sed seipsum obsideri. Tria tenet oppida toto in orbe terrarum:habet inimicissimam Galliam: eos etiam, quibus confidebat,alienissimos Transpadanos: Italia omnis infesta est: exteræ nationes à [g] prima ora Græciæ, [h] vsque ad Ægyptum,optimorum, & fortissimorum ciuium imperiis, & præsidiis tenentur. [i]Erat ei spes vna in C. Antonio: qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vtrũ cum vtroque certabat: qui,tanquam extruderetur à senatu in Macedoniam, & non contrà prohiberetur proficisci, ita cucurrit.Quæ tempestas,dij immortales, quæ flamma, quæ vastitas, quæ pestis Græciæ fuisset, nisi [k] incredibilis, ac diuina virtus furentis hominis conatum, atque audaciam compressisset? Quæ celeritas illa Bruti? quæ cura? quæ virtus? Etsi [l] ne illa quidem Antonij celeritas contemnenda est: quem nisi in via caducæ [m] hereditates retardassent, *volasse* eum, *non iter fecisse diceres*. Alios ad negotium publicum ire cùm cupimus, vix solemus extrudere: hunc retinentes excludimus [n]. At quid ei cum Apollonia?quid cum Dyrrachio?quid cum Illyrico?quid cum P.Vatinij imperatoris exercitu?succedebat, vt ipse dicebat, Hortensio. Certi fines Macedoniæ, certa conditio [o], certus P. erat etiam illius exercitus?

[a] otium, ad dign.
[b] L. quæ sint inimica & otio c.
[c] lib. vulg. spoliat iis c.
[d] al. Qui est
[e] L. acerbissimè ceteri oderunt.
[f] L. Dij meliora, inquis. Cur ig.
[g] L. non iis faues, quos laudas? quorum sim.
[h] L. cupio sine off. n. amic. sic t. vt à te diss. sen queri. ita c. enim d.
[i] L. videri. Quid est aliud lib. Br. l.
[k] L. fortuito.
[l] al. si qui dett.
P. B. m. L. quid tibi, quod sibi quisque velit, non relinquetur, Quamobr.
[n] L. animum istum al.
[o] L. quibus multis veteris loq.
[p] L. quàm i. pse tecum.
[q] v. c. in quo quidem
[r] L. efferri hoc foras.
[s] L. à C. Antonij scel.
[t] al. illum nudatum, u. v. c. si M. Brutum pro. dideritis, deseruerit is: fort. si M. Brutum prodideritis: quem t.
[x] L. quem tandem ciuẽ vmquam ornabitis, cui fauebi.
[y] hoc est qui tyrannidem affectauit.
[z] L. qui regni nomen
[a] L. re p. recuperasset, si re uperauisset.

[b] L. quàm tum, in singul. versib. pop. R. mag. cl. & pl. Br. memoriam prosequebatur. corp.
[c] L. perdiderres
[d] al. perficere potuisse, aut potuit nisi eius sceleri virtus M. Br. obstitisset. Macedoniam, Illyricum, Græciam perdidissemus. esset vel receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ Græcia: quæ quidem nunc M. Bruti imperio, ãuctoritate, copiis non instructa solùm,sed etiam ornata,tendit dexteram Italiæ, suúmq; ei præsidiũ pollicetur.
[e] L. Quare qui ab illo abducit, exercitum &c. respectum pulcherr. & præsidium firmiss. adimit reipublicæ.
[f] L. circumsederet, sed
[g] Illyr. Pannon. Thrac. Macedon. Asiam. Syriam. Ægyptum.
[h] Græciam Bruti & Aegyptum Cassius tenebat.
[i] L. erat ei spes in C.
[k] Antonius [l] Etsi ne C. quidem Antonij celeritas contemnenda est: quem nisi in via caducæ hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Alios ad negotium publicum ire cùm cupimus, vix solemus extrudere: hunc retinentes excludimus. At quid ei cum Apollonia? quid cum Dyrrachio? quid cum Illyrico? quid cum P. Vatinij imperatoris exercitu? succedebat, vt ipse dicebat, Hortensio. Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certus P. erat etiam illius exercitus?
[m] al. certa cõditio exercitus. si modo erat exercitus. L. certus si modo erat

exercitus. cum Illyrico verò, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? At ne Bruto quidem. id enim fortasse quispiam improbus dixerit. Omnes legiones, omnes copiæ, quæ vbique sunt, populi [a] Romani sunt. neque enim legiones, quæ Antonium reliquerunt, Antonij potiùs, quàm reipublicæ fuisse dicuntur [b]. *Omne enim exercitus,* [c] *& imperij ius amittit is, qui eo imperio, & exercitu rempublicam oppugnat.* Quòd si ipsa respublica iudicaret, aut si omne ius decretis eius statueretur: Antonióne, an Bruto legiones populi Ro. adiudicaret? Alter [d] aduolaret subitò ad direptionem, pestémque sociorum, & [e] quacumque iret, omnia vastaret, diriperet, auferret: exercitu populi R. contra ipsum populum R. veniret. alter [f] verò eam sibi legem statueret, vt, quocumque venisset, lux [g] venisse quædam, & spes salutis videretur. denique alter ad euertendam remp. præsidia quærebat, alter ad conseruandam. Nec verò nos hoc magis videbamus, quàm ipsi milites: à quibus tanta in iudicando prudentia non erat postulanda. Cum VII. cohortibus isse [h] Apolloniam scribit Antonium, qui iam aut captus est *(quod i dixi dent)* aut certè homo verecundus in Macedoniam non accedit, ne contra senatum [k] feciſse videatur. Delectus [l] habitus in Macedonia est summo Qu. Hortensij studio, & industria. cuius animum egregium, dignúmque & ipso, & maioribus suis [m] ex Bruti litteris perspicere potuistis. Legio, quam L. Piso ducebat, legatus Antonij, Ciceroni se filio meo tradidit. equitatus, qui in Syriam ducebatur bipertitò, alter [n] eum, à quo ducebatur, reliquit in Thessalia, seséque ad Brutum contulit: alterum in Macedonia Cn. Domitius adolescés summa [o] virtute, & constantia, ab legato Syriaco abduxit. P. autem Vatinius, qui [p] antè iure laudatus [q] à nobis, & hoc tempore meritò laudandus est, aperuit Dyrrachij portas Bruto, & exercitum tradidit. Tenet igitur populus [r] R. Macedoniam, tenet Illyricum, tuetur Græciam: nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, noster equitatus, maximéque noster est Brutus, semperque noster, cùm sua excellentissima virtute reip. natus, tum fato quodam paterni, maternique generis, & nominis. Ab [s] hoc igitur quisquam bellum timet, qui antequàm nos id coacti suscepimus, in pace iacêre, quàm in bello vigere maluit? quamquam ille quidem numquam iacuit, nec [t] hoc cadere verbum in tantam virtutis præstantiam potest. Erat enim in desiderio ciuitatis, in ore, in sermone omnium. Tantum autem aberat à bello, vt, cùm cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit ciuium studiis potiùs, quàm eos in armatorum discrimen adduceret. Itaque illi ipsi, si qui sunt, qui tarditatem Bruti reprehendant, tamen [u] iidem moderationem patientiámque mirantur. Sed iam video, quid loquantur. neque enim id occultè faciunt. timere se dicunt, quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. Quasi verò quidquam interfuerit inter A. Hirtij, C. Pansæ, D. Brutum, C. Cæsaris, & hunc exercitum M. Bruti. Nam si quattuor exercitus ij, de quib. dixi, propterea laudantur, quòd pro populi R. libertate arma ceperunt: quid est, cur [x] M. Bruti exercitus non in eádem causa reponatur [y]? At enim veteranis suspectū est nomen M. Bruti, magis quàm Decimi. Equidē nō arbitror. etsi [z] est enim Brutorum commune factum, & laudis societas æqua: eò tamen D [a]. Bruto iratiores sunt omnes ij, qui id factum dolebant, quo minùs ab illo rem illam dicebant fieri de cuisse [b]. Quid ergo nūc [c] agunt tot exercitus, nisi vt obsidione D. Brutus liberetur? qui autē hos exercitus ducunt? hi, credo, qui C. Cæsaris res actas euerti, qui causam veteranorum pro di volunt. Si ipse viueret C. Cæsar, acrius, credo, acta sua defenderet, quàm vir fortissimus defendit Hirtius: aut [d] amicior causæ potest inueniri, quàm filius? At eorum alter, nondū ex longinquitate grauissimi morbi recreatus, quidquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam contulit, quorum votis iudicauit se à morte reuocatum: alter virtutis robore firmior, quàm ætatis, cum istis ipsis veteranis ad D. Brutum liberandum profectus [e] est. Igitur [f] illi certissimi, fidémque acerrimi Cæsaris actorū patroni, pro D. Bruti salute bellum gerunt: quos veterani sequuntur. de libertate enim populi R. non de suis commodis armis decernendum vident. Quid est igitur, cur iis, qui D. Brutum omnibus [g] copiis conseruatum velint, M. Bruti sit suspectus exercitus? An verò, si quid esset, quod à M. Bruto timendum videretur, Pansa id non videret? aut si videret, non laboraret? quis [h] aut sapientior ad cōiecturam rerum futurarum? aut ad propulsandum metum diligentior? Atqui [i] huius animum erga M. Brutum, studiúmque vidistis. præcepit oratione sua, quid decernere nos de [k] Bruto, quid sentire oporteret: tantúmque [l] abfuit, vt periculosum reip. M. Bruti putaret exercitum, vt in eo firmissimum reip. præsidium, & grauissimum poneret. Scilicet [m] hæc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit. quæ enim Cæsar [n] egit, ea rata esse non curat: de quibus confirmandis, & sanciendis legem comitiis centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. Desinant igitur, aut ij, qui non timent, simulare se timere, se [o] prospicere reip. aut ij, qui omnia verentur, nimium esse timidi: ne illorum simulatio, horum [p] sit ignauia. Quæ (malùm) est ista ratio, semper optimis causis veteranorum nomen opponere? quorum etiam si amplecterer virtutem, vt facio: tamen, si essent arrogantes, non [q] possem ferre fastidium. An nos conanteis seruitutis vincula rumpere, impediet, si quis veteranos id nolle dixerit? non sunt, enim, credo, innumerabiles, qui pro communi libertate arma capiant. nemo est præter veteranos milites vir, qui ad seruitutē propulsandam ingenuo dolore excitetur. Potest igitur stare resp. freta veteranis sine magno subsidio iuuentutis? quos quidem vos libertatis adiutores complecti debetis: seruitutis auctores sequi non debetis. Postremò (erumpat enim aliquando vera, & me digna vox) si veteranorum nutu mentes huius ordinis gubernantur, omniáque ad eorum voluntatem dicta [r], factáque nostra referuntur: optanda *mors* est, quæ *ciuibus Rom. semper fuit seruitute potior. Omnis* [s] *est enim misera seruitus:* sed fuerit quædam necessitas: ecquódnam [t] principium putatis libertatis capessendæ? an, cùm illum necessarium, & fatalem pænè casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Tota Italia desiderio libertatis exarsit: seruire diutiùs non potest ciuitas: seruio populo R. hunc vestitum, atque ar-

a *L.* Decimo tamen iratiores erant ij, quo minus ab eo rem illam *&c.*
b *L.* debuisse.
c *al.* agunt nunc tot
d *L.* aut amicior causæ quisquam inueniri potest, quam filius. At horū alter, nond.
e *L.* est profectus
f *al.* Ergo illi cert. P. ccxxviii.
g *L.* omnibus opib.
h *fort.* quis aut acutior ad coniecturam.
i *L.* At quis huius
k *L.* de M. Bruto
l *L.* tantúmque afuit, vt p.
m *L.* Scilicet hoc Pansa *fort.* C. Cæsar
o *L.* sed prospicere *al.* & prosp.
p *L.* horum obsit ignauia.
q *al.* fas id ferre non possem. An
r *L.* nostra dicta, facta ref.
s *L.* Omnis est misera seruitus:
t *L.* ecquódnam principium P. C. diris libertat.

ma dedimus, quàm ab eo flagitati sumus. Magna [a] nos quidem spe, & propè explorata, libertatis causam suscepimus: sed, vt concedâ *incertos exitus esse belli, Martemque* [b] *communem*: tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum [c] est. *non enim in spiritu vita est, sed* [d] *ea nulla est omnino seruienti. omnes nationes seruitutem ferre possunt: nostra ciuitas non potest*: nec [e] vllam aliam ob causam, nisi quòd illæ laborem, dolorémque fugiunt, quibus vt careant, omnia perpeti possunt. nos ita à maioribus instituti, atque imbuti sumus, vt *omnia consilia, atque facta ad* [f] *virtutem, & dignitatem referamus. Ita præclara est recuperatio* [g] *libertatis, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda*. Quòd si immortalitas consequeretur præsentis periculi fugam: tamen eo magis ea fugienda videretur, quo [h] diuturnior esset seruitus. cùm verò dies, & nocteis omnia nos vndique fata circumstent: non [i] est vestri, nominísque Romani, dubitare, eum spiritum, quem [k] naturæ quis debeat, patriæ reddere. Concurritur vndique ad commune incendium restinguendum. veteranique [l] primi Cæsaris auctoritatem secuti, conatum Antonij repulerunt: pòst eiusdem furorem Martia legio fregit. Quarta afflixit. Sic à suis legionibus condemnatus, irrupit in Galliam, quam sibi armis, animísque infestam, inimicámque cognouit. hunc A. Hirtij, C. Cæsaris exercitus insecuti sunt: pòst Pansæ delectus [m] vrbem, totámque Italiam erexit. vnus [n] est omnium hostis. quàquam habet secum L. fratrem, carissimum populo R. ciuem: cuius desiderium ciuitas ferre diutius non potest. Quid illa tætrius bellua? quid immanius? qui ob eam causam natus videtur, ne omnium mortalium turpissimus esset M. Antonius. est vnà Trebellius, qui iam cum tabulis nouis redit [o] in gratiam: T. Plancus, ceteri [p] pares: qui id pugnant, id agunt, vt contra rempub. restituti esse videantur: sollicitant homines imperitos Saxa [q] & Caphones, ipsi rustici, atque agrestes, qui hanc remp. nec viderunt vmquam, nec videre constitutam volunt: qui non Cæsaris, sed Antonij acta defendunt: quos auertit agri Campani infinita possessio: cuius eos non pudere miror [r], cùm videant, se mimos, & mimas habere vicinos. Ad hac pesteis opprimendas [s], quid est cur molestè feramus, quòd M. Bruti accessit exercitus? Immoderati, credo, hominis, & turbulenti. Vide [t], ne nimium pænè patientis. etsi in illius viri consiliis, atque factis, nec [u] nimium, nec parum fuit vmquam. Omnis voluntas M. Bruti, P.C. omnis cogitatio, tota mês auctoritatem senatus, libertatem populi R. intuetur. hæc habet proposita, hæc tueri vult. tentauit, quid [x] patientia proficere [y] posset. nihil cùm proficeret: contra [z] vim vi experiendum putauit. Cui quidem, P.C, vos idem tribuere hoc tempore debetis, quod [a] ad XIII. Kalendas Ian. D. Bruto, & C. Cæsari, me auctore, tribuistis: quorum priuatum de rep. consilium, & factum auctoritate vestra est comprobatum, atque laudatum. quod idem in M. Bruto facere debetis, à quo insperatum, & repentinum reip. præsidium legionum, equitatus, auxiliorum magnæ, & firmæ copiæ comparatæ sunt, adiungendúsque est Hortensius [b], qui cùm Macedoniam obtineat [c], adiutorem se Bruto ad comparandum exercitum, fidelissimum [d], & constantissimum præbuit. nam de M. Apuleio separatum cêseo referendum: cui testis est per litteras Brutus, eũ principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. ¶ Quæ cùm ita sint: Quòd C. Pansa, consul, verba fecit de litteris, quæ à [e] Qu. Cæpione, Qu. F. Bruto, proconsule allatæ, & huic ordini recitatæ sunt, de [f] ea re ita censeo: *CVM Q. Capionis Bruti proconsulis* [g] *opera, consilio, industria, & virtute, difficillimo reip. tẽpore prouincia Macedonia, Illyricum* [h], *cuncta Græcia, legiones, exercitus, equitatus, in consulum, senatus, populique R. potestate sint: id Q. Capionem Brutum, proconsulem bene & è rep. & sua, maiorúmque suorum dignitate, consuetudinéque reip. bene gerendæ ficisse. eámque rem senatui, populóque R. gratam esse, & fore: vtique Q. Capio Brutus, proconsul prouinciam Macedoniam, Illyricum, totámque* [k] *Græciam tueatur, defendat, custodiat, incolumémque conseruet: eique exercitui, quem ipse constituit, comparauit, præsit: pecuniáque* [l] *ad rem militarem, si qua opus sit, quæ publica sit, & exigi possit, vtatur* [m], *exigatque à quibus videatur, ad rem militarem mutuam sumat. frumentum* [n] *imperet: operámque det, vt cum suis copiis quàm proximè Italiam sit: cúmque ex litteris Q. Capionis Bruti, proconsulis intellectum sit, Q. Hortensii proconsulis opera, & virtute vehementer remp. adiutam, omniáque eius consilia cum consiliis Q. Capionis Bruti proconsulis coniuncta fuisse, eámque rem magno vsui reip. fuisse: Qu. Hortensium proconsulem rectè, & ordine, exque rep. fecisse: senatuique placere, Q. Hortensium, proconsulem cum* [o] *Q. Capionis proconsulis & legatu suis Macedoniam* [p] *prouinciam obtinere. quoad ea ex S. C. successum sit.*

a *al.* Magna quidem nos spe
b Mars cõmunis. sic 6. famil. 1. pro Sextio pro Milone 3. de Oratore
c *L.* decertandum est.
d *L.* sed ea vero nulla est
e *fort.* nullã aliam ob causam
f *L.* ad dignitatem, & ad virtutem referremus.
g *al.* recuperatio,
h *L.* quo diu turnior seruitus esset.
i *L.* non est viri, miniméque Romani dub.
k *L.* quem naturæ debeat, pat. P. CCXXIX.
l *L.* veterani primi
m *L.* dilectus,
n *L.* vnus omnium est hostis.
o *L.* redijt.
p *L.* & ceteri pares
q *al.* Saxa. & Capho,
r *L.* demiror
s *L.* opprimendas iurmol. feramus,
t *L.* Videte, ne n
u *L.* nihil nec nimium.
x *L.* ecquid pat.
y *al.* perficere posset.
z *L.* vi contra vim exp.
a *L.* quod ante d. XIII. Kal. 9. 8.
b *L.* Q. Pontensius.
c *L.* obtineret,
d *L.* fidelissimum.
e *L.* Q. Cæpione Bruto pro cos. alle. & in hoc ordine
f De hac formula veteri vide quæ scripsimus Philippica 3. in f.
g *L.* pro consule, op.
h Illyricum, & cuncta Græcia,
i *L.* & pro sua, m.
k *L.* cuncámque
l *L.* pecuniámque
m *L.* vtatur exigat: pecuniásque à quibus vid. ad rem. mutuas sumat.
n *L.* imperet frumentúmque. operámque det. P. CCXXX.



IN M. ANTONIVM. PHILIPPICA VNDECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMATERTIA.

SYNOPSIS.

Belli partes aduersus L. Dolabellam Antonianarum partium, qui Trebonium Asiæ præfectum interfecerat, Cassio & Bruto mandandas esse suadet.

a *lib. vulg.* Magno in dolore sum, P.C. vel m. p. q. ex cr. & mis. m. C. Tr. opt. c. m. q. h. accepimus. ineſt t.

MAGNO [a] in dolore, P.C. vel mærore potius, quem ex crudeli, & miserabili morte C. Trebonij [b], optimi ciuis, moderatíssimique hominis accepimus: ineſt tamen aliquid, quod reip. profuturum putemus. perspeximus enim, quanta in iis, qui contra patriam scelerata arma ceperunt, ineſſet immanitas. nã duo hæc capita nata sunt post homines natos tætrissima, & spurcissima, Dolabella,

bella,& Antonius:quorum alter effecit,quod optabat:de altero patefactum est,quid cogitaret.L.Cinna crudelis: C. Matius in iracundia perseuerans:L. Sylla vehemens: neque vllius horum in vlciscendo acerbitas progressa vltra mortem est.quæ tamen pœna in ciueis nimis crudelis putabatur.Ecce tibi geminum in sce lere par,inusitatum,inauditum,ferum,barbarum.Itaque *quorum summum quondam* [a] *inter ipsos odium,bellumque meministu,eosdem postea singulari inter se consensu,& amore deuinxit impurissimæ naturæ,& turpissimæ vitæ similitudo.* Ergo [b] id,quod fecit Dolabella,in quo potuit, multis idem minatur Antonius. sed ille cùm procul abesset [c] à consulibus,exercitibúque nostris,necdum [d] senatum cum populo Rom. conspirasse sensisset: fretus Antonij copiis ea scelera suscepit,quæ [e] iam Romæ susceptа arbitrabatur à socio furoris sui. Quid ergo hûc aliud moliri,quid optare censetis, aut quam omnino causam esse belli?omneis,qui liberè de rep.sensimus, qui dignas nobis sententias diximus,qui populum R. liberum esse voluimus, statuit ille quidem non inimicos, sed hosteis,maiora [f] in nos, quàm in hostem, supplicia meditatur:*mortem* [g] naturæ pœnam putat esse,iracundiæ tormenta, atque cruciatum. qualis igitur hostis habendus est is, à quo victore si cruciatus absit, mors in beneficij parte numeretur?Quamobrem,P.C.quamquam hortatore non egetis,(ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandæ [h] cupiditatem) tamen eo maiore animo, studióque libertatem defendite, quo maiora proposita victis supplicia seruitutis videtis. In Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolabella :in alienam vterque prouinciam. alteri se Brutus obiecit, impetúmque furentis, atque omnia diuexare,& diripere cupientis,vitæ suæ periculo colligauit,progressu [i] arcuit,à reditu refrenauit, obsideri se passus ex vtraque parte constrinxit Antonium. Alter in Asiam irrupit [k] cursim,cui [l] in Syriam patebat via certa,neque longa.quid opus fuit cum legione,præmisso Marso nescio quo Octauio, scelerato latrone,atque egente, qui populentur agros?vexaret vrbeis non ad ipem constituendæ rei familiaris,quam tenere eum posse negant qui norunt:(mihi enim hic senator ignotus est) sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ? cõsecutus est Dolabella, nulla suspicione belli.quis enim id putaret? secutæ collocutiones familiarissimæ cum Trebonio: complexúsque summæ beniuolentiæ falsi [m] indices exstiterunt in amore simulato: dextræ [n] ,quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt,& scelere violatæ:nocturnus [o] introitus in Smyrnam [p] , quasi in hostium vrbem: quæ est fidelissimorum,antiquissimorúmque sociorum: oppressus Trebonius, si vt ab eo, qui apertè hostis esset, incautus: si vt ab eo, qui ciuis etiam tum speciem haberet, miser. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum.Consularem hominem,consulari imperio prouinciam Asiam obtinentem Samario [q] exsuli tradidit: interficere statim [r] captum noluit,ne nimis,credo,in [s] victoriis liberalis videretur. cùm verborum contumeliis optimum virum incesto ore laceraſſet, tum verberibus, ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ,idque per biduum.pòst cerui-

cibus [a] caput abscidit, idque fixum gestari iussit in pilo : reliquum corpus tractum , atque [b] laceratum abiecit in mare.Cum [c] hoste hoc bellandum est, cuius tæterrima crudelitate omnis barbaria superata est.Quid loquar de cæde ciuium Romanorum? de direptione fanorum ? quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? & nunc tota Asia vagatur, volitat vt rex, nos alio bello detineri [d] putat.quasi verò non vnum, idémque bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium. Imaginem M. Antonij crudelitatis in Dolabella cernitis:ex [e] hoc illa effecta [f] est : ab hoc illa Dolabellæ scelerum præcepta sunt tradita. Num leniorem, quàm in Asia Dolabella fuit,in Italia,si liceat, fore putatis Antonium ? mihi quidem & ille peruenisse videtur , quoad progredi potuerit feri hominis amentia: neque Antonius vllius supplicij adhibendi,si potestatem habeat , vllam [g] partem est[h] relicturus.Ponite igitur ante oculos,P.C.miseram quidem illam , & flebilẽ speciem,sed ad incitãdos animos vestrosi necessàriam :nocturnum impetum in vrbem Asiæ clarissimam , irruptionem armatorum in Trebonij domum, cum miser ille priùs latronum gladios videret,quàm , quæ res esset, audisset : furentis introitum Dolabellæ , vocem impuram , atque os illud infame , vincula [k] ,verbera,eculeum,carnificem [l] ,tortorémque Samarium.quæ tulisse illum fortiter, & patienter ferunt.Magna laus,meóque iudicio omniũ maxima. *Est enim sapientis,quidquid homini accidere possit , id præmeditari ferendum* [n] *modice,si aduenerit , esse.maioru omnino est consily , prouidere , ne quid tale accidat : sed animi non minoru , fortiter ferre,si euenerit.* Ac Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis , quamquam eius numquam particeps fuerit, vt suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solùm in viuo, sed etiam in mortuo:ac [o] in eius corpore lacerando,atque vexando,cùm animum satiare non posset,oculos pauerit suos. O multò miserior Dolabella, quàm ille , quem tu miserrimum esse voluisti! Dolores Trebonius pertulit magnos : multi , ex morbi grauitate maiores:quos tamen non miseros , sed laboriosos dicere [p] solemus.longus fuit dolor bidui: at [q] compluribus hominibus annorum sæpè multorum.*nec verò grauiora sunt carnificum* [r] *tormenta , quàm interdum cruciamenta morborum.* Alia sunt , alia , inquam, ô perditissimi homines , & amentissimi , multò miseriora. Nam,*quo maior vu est animi,quàm corporis,hoc sunt grauiora ea , quæ concipiuntur* animo,quàm illa,quæ corpore. miserior igitur,qui suscipit in se scelus,quàm is , qui alterius facinus subire cogitur. Cruciatus est à Dolabella Trebonius: & quidem à Karthaginiensibus Regulus [s] .In qua re cùm crudelissimi Pœni iudicati sint in hoste:quid [t] in ciue Dolabella iudicandus est? An verò hoc conferendum est?an [t]dubitandum,vter miserior: ísne,cuius mortem senatus,populúsque R. vlciscetur [x] : an is,qui cuncti senatus sententia hostis est iudicatus? nam ceteris quidem vitæ partibus, quis est, qui possit sine Trebonij maxima contumelia conferre vitam Trebonij cum [y] Dolabella?alterius consilium,ingenium,humanitatem,innocentiam, magnitudinem animi in patria liberanda , quis igno-

a L. cerui-cib. fracti? cap. abic idq. affixum
b *l.* atq. laniatum
c *l* Cum hoc hoste bellandum est, à cuius tæt.
d L.distineri
e L. ex hoc illa effecta est ab hoc Dolab. scel.
f *al.* efficta*
g *al.* vllam est relicturus partem.
h *al.* d'e.*
i L. nostros
k L.vincla, tortorem,
l v.c. carnificemque Samarium, quę Pittacus σωμάτων αἰσχρῶν ὄζε περὶ γλίσχρῳ τὰ δυσχερῆ, φορτικὸν μὴ γλίσχραν αἰσχρείων δέ, γλισχρὸν δὲ θεᾶς,*
n L.frendum modicè esse,si euenerit.m.
o L.atq.in eius corp.
p *al.*solemus dicere.long.
q L.at cõplu ribus,annorũ s.m.
r *al.*carnificum cruciamenta.quàm interdũ tormenta mor.
f L.Regulus Quare cum.
t L. qui in ciue de Dolabella iudicãdum? Ad P. B.
u L.ant dubi tantũ.vterm.
x L.vlcissi cupiet an is.qui cũctis senatus sententiis hoſt.
y L.cũDolabella?

rat? alteri à puero pro deliciis crudelitas fuit: deinde ea libidinum turpitudo, vt in hoc sit semper [a] lætatus, quòd ea faceret, quæ sibi obiici ne ab inimico quidem possent verecundo. Et hic, dij immortales, aliquando [b] fuit meus amicus. occulta enim erant vitia non inquirenti. neque nunc fortasse alienus ab eo essem, nisi ille vobis, nisi mœnibus patriæ, nisi huic vrbi, nisi diis penatibus, nisi aris, & focis omnium nostrûm, nisi denique naturæ, & humanitati inuentus esset inimicus. à quo admoniti, diligentiùs, & vigilantiùs caueamus Antonium. Etenim Dolabella non ita multos secum habuit notos [c], ac insigneis latrones. at videtis, quos, & quàm multos habeat Antonius. primùm L. fratrem: quam facem, dij immortales? quod facinus? quod scelus? quę gurgitem? quam voraginem? quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones, atque fortunas, non impudentissimos oculos, spe, & mente defigere? Quid Censorinum? qui se verbo prætorem esse vrbanum cupere dicebat, re certè noluit? quid [e] Bestiam, qui se consulatum in Bruti locum petere profitetur? Atque *hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter.* Quàm absurdum autem, qui prætor fieri non potuerit, eum petere consulatum? nisi fortè damnationem pro prætura putat. Alter Cæsar, Vopiscus ille, homo summo ingenio, summa potencia, qui ex ædilitate consulatum petit, soluatur legibus. quamquam leges eum non [f] tenent, credo, dignitate. At hic, me defendente, quinquies absolutus est. sexta palma vrbana, etiam in gladiatore difficilis. Sed hæc iudicum culpa, non mea est. ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum, & præstantissimum senatorem in ciuitate retinere. qui tamen nunc nihil aliud agere videtur: nisi vt intelligamus, illos [g] iudices, quorum res iudicatas irritas fecimus, bene, & è rep. iudicauisse. Neque hoc in hoc vno est. sunt alij in eisdem castris honestè condemnati, turpiter restituti. Quod horum consilium, qui omnibus bonis hostes sunt, nisi crudelissimum, putatis fore? Accedit Saxa, nescio quis, quem nobis Cæsar ex vltima Celtiberia tribunum pl. dedit, castrorum antea metator, nunc, vt sperat, vtbis: à qua cum sit [h] alienissimus, suo capiti, saluis nobis, dominetur. Cum hoc veteranus Capho: quo neminem veterani peius oderunt. His, quasi præter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius, vt haberent reliquorum nutriculas prædiorum: quibus vtinam contenti essent [i]: ferremus: etsi tolerabile non erat: sed quidnis patiendum fuit, vt hoc tærterimum bellum non haberemus. Quid? illa castrorum M. Antonij lumina, nónne ante oculos proponitis [k]? primùm duos collegas Antoniorum, & Dolabellæ, Nuculam, & Lentonem, Italiæ diuisores lege ea, quam senatus per vim latam iudicauit. quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. Quid dicam de Apulo Domitio? cuius bona modò proscripta vidimus [l]: tanta procuratorum est negligentia. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. Sed *non possunt non prodigè viuere, qui nostra bona sperant, cùm effundunt sua.* Videte [m] etiam P. Decij auctionem, clarissimi viri: qui [n] maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit. emtor tamen in ea auctione inuentus est nemo. *Hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret [a] posse, cùm venderet aliena.* Nam quid ego de Trebellio dicam? quàm [b] multæ videntur furiæ debitorum? vindicis enim tabularum nouarum nouam tabulam vidimus [c]. Quid de L. Planco? quem præstantissimus ciuis, Aquita, Pollentia expulit, & quidem erure fracto: quod vtinam antè illi accidisset, ne huc redire potuisset. Lumen, & decus illius exercitus pænè præterij, Caninium [d] Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum Græco verbo, qui [e] omnia[f] iura dissoluit: nisi fortè iure Germanũ Cimber occidit. Cùm hanc, & huius generis copiam tantam habeat Antonius; quod scelus omittet, cùm Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis [g], nequaquam pari latronum manu & copia? Quapropter, vt inuitus sæpe dissensi à Qu. Fusio [h], ita sum eius sententiæ libenter assensus, ex quo *iudicare* debetis, me non cum homine solere, sed cum causa dissidere. Itaque non assentior solùm, sed etiam gratias ago Qu. Fusio. dixit enim seueriam, grauem, rep. dignam sententiam: iudicauit hostem Dolabellam: *bona eius censuit publicè possidenda.* quò cùm addi nihil posset (quid enim atrocius potuit, quid seuerius decernere [i]?) dixit tamen, *si quis eorum, qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset: in eam se iturum.* quam seueritatem quis potest non laudare? Nunc quoniam [k] iudicatus est hostis Dolabella, bello est persequendus. neque enim quiescet [l]: habet legationem, habet fugitiuos, habet sceleratam impiorum manum: est ipse confidens, impotens, gladiatorio generi mortis addictus. Quamobrem, quoniam cum Dolabella hesterno die hoste decreto bellum gerendum est imperator est deligendus. ¶Duæ [m] dictæ sunt sententiæ: quarũ neutram probo: alterã, quia semper, nisi cùm est necesse, periculosam arbitror: alteram, quia alienam his temporibus existimo. ¶Nam [n] *extraordinarium [o] semper imperium popularе, atque ventosum est*, minimè vestræ grauitatis minimè huius ordinis. Bello [p] Antiochi magno & graui, cùm L. Scipioni, Publij filio, obuenisset Asia, parúmque in eo putaretur esse animi, parum roboris, senatúsque ad collegam eius, C. Lælium, huius Sapientis patrem, negotium deferret. surrexit P. Africanus, frater maior L. Scipionis, & illam ignominiam familiæ [q] deprecatus est: dixitque & in fratre suo summam virtutem esse, summúmque consilium, neque se ei legatum id ætatis, iisque rebus gestis, defuturum. quod cùm ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis prouincia commutatum: nec plus extraordinarium imperiũ ad id bellum quæsitum, quàm duobus antea maximis Punicis bellis, quæ à consulibus, aut à dictatoribus gesta [r] & consummata sunt: aut quàm Pyrrhi, quàm Philippi, quàm postea Achaico bello, quàm Punico tertio: ad quod populus R. ita [s] ipse sibi delegit idoneum ducem, P. Scipionem, vt eum tamen bellum gerere consulem vellet. Cum Aristonico [t] bellum gerendum fuit, L. Valerio, P. Licinio consulibus, rogatus [u] populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus consul, & pontifex maximus, Flacco collegæ, flamini Martiali, multam dixit, si à sacris discessisset. quã multa populus

a L. semper ipse lætatus, b L. aliquando fuit meus occulta enim &c.

c v.c. notos. atq. insigneis latr.

d L. noluit. e L. quid Bestiam? qui cõsul. in Br. l. se pet. prouetur

f L. ccxxxiii. f. L. non tenent, propter eximiã, credo, dignitatem. At.

g L. illos, quorum res iudicatas, iar.

h L. sit alienus, suo capiti, saluis nobis, dominetur.

i al. esse possent.

k al. ponitis

l L. vidit etiam P. Decij

m L. vidi etiam P. Decij

n L. qui maiorum ex imp. la. p.

a L. putet posse, cùm vendat al.

b L. quem ea tæ videntur furię debitorum enim vindicę uar. nouam tab. vid.

c v.c. v. de mus

d L. T. Attij Cimbri, al. C. Annium ex Liuianis & Santonio:

e L. quoniã omnia in f attendit ad nomen Lysidici.*

g L. parricidus,

h hoc ex Caleno.*

i al. de gene ro-lesq; verò ex genere.*

k L. quoniã hostis est iudicatus Dolabella

l L. quæ cius P. ccxxxiii. m PARTITIO.*

n L. Nam extraordinarium imperium populi R. atque vectigalis esse, minime conuenit. nostra gr. o Extraordinaria imperia, vocabula & propugnacula & quidem ex mis bellis

p L. bello Antiochi magno & graui

q L. sibi gratiam ab hac familia

r L. gesta, & confecta sunt. quam P. gesta ipse deleg. l. Lita t. vtile Florũ

s v.c.*

t Aristonico.

u L. rogatus est populus

populus remisit: *pontifici tamen flaminem parere iussit*. sed ne tum quidem populus R. ad priuatum detulit bellum. quamquam erat Africanus, qui anno antè de Numantinis triumphauerat [a]: qui cùm longè omneis belli gloria, & virtute superaret, duas [b] tantùm tribus tulit. Ita [c] populus Rom. consuli potiùs Crasso, quàm priuato Africano bellum gerendum dedit. De Cn. Pompeij imperiis, summi viri, atque omnium principis, tribuni plebis turbulenti tulerunt. nam Sertorianum bellum à senatu priuato datum [d] est, quia consules recusabant: cùm L. Philippus pro consulibus se [e] eum mittere dixit, non pro consule. Quæ igitur hæc comitia? aut quam ambitionem constantissimus, & grauissimus ciuis, L. Cæsar in senatum introduxit? clarissimo vito, atq; innocentissimo decreuit imperium, priuato tamẽ. in quo maximum nobis onus imposuit. Assensero [f]: ambitionẽ induxero in curiam. negauero: videbor suffragio meo, tamquam comitiis, honorem homini amicissimo denegauisse. Quòd si comitia placet in senatu habere: petamus, ambiamus. tabula [g] modò noua detur nobis, sicut populo data est. Cur [h] comitiis Cæsar? ita vt aut præstantissimus vir, si tibi nõ sit assensum, repulsam tulisse videatur: aut vnusquisq; nostrũm præteritus, si, cùm pari dignitate simus, eodem honore digni nõ putemur. At enim (nam id exaudio) C. Cæsari adolescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. Ille enim mihi præsidiũ extraordinarium dederat. cùm dico mihi, senatui dico populóq; R. A quo resp. præsidium ne cogitatum quidem tãtum haberet, vt sine eo salua esse non posset, huic extraordinariũ imperium non darem? aut exercitus adimendus, aut imperium dãdum fuit. Quæ est enim ratio, aut *qui potest fieri, vt sine imperio teneatur exercitus?* Non igitur, quod [i] ereptum nõ est, est id existimandum esse datum. eripuissetis C. Cæsari, P. C. imperium, nisi dedissetis. milites veterani, qui illius auctoritatem, imperiũ, nomẽ secuti, pro rep. arma ceperant, volebãt sibi ab illo imperari: legio Martia, & [k] quarta ita se contulerat ad auctoritatem senatus, populúsque R. dignitatem, vt [l] eum deposcerent imperatorem, & ducem. Cæsari bellũ necessitas, fasceis senatus dedit. otioso verò, nihil agenti, priuato, obsecro te, L. Cæsar, (cum perissimo homine mihi res est) quando imperium senatus dedit? Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo, ac de me optimè merito, videar. Et si quis potest refragari non modò non petenti, verùm etiam recusanti? illa verò, P. C. aliena consulum dignitate, aliena temporum grauitate sententia est, vt consules, Dolabellæ persequẽdi causa, Asiam, & Syriam sortiantur. Dicam, cur inutile reip. sed priùs, quàm turpe consulibus sit, videte. Cùm consul designatus obsideatur, in [m] eóq; liberãdo salus sit posita reip. cúmq; à republica pestiferi ciues, parricidæque discesserint: cúmq; id bellum geramus, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus: &, si in potestatẽ quis Antonij venerit, proposita sint torméta, atq; crucitatus: cúmq; harum rerum omnium decertatio consulibus optimis, & fortissimis cõmissa, & cõmendata sit: Asiæ, & Syriæ mentio fiet, vt aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse videamur? At verò ita decernunt, vt liberato

Bruto: id enim restabat: vt relicto, deserto, prodito. Ego verò ita mentionem omninò prouinciarum factam dico alienissimo tempore. quamuis enim intẽtus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est, ad [a] fortissimum virum, & omnium clarissimum, liberandum: tamẽ rerum natura cogit te necessariò referre animũ aliquando ad Dolabellam persequendum, & partem aliquam in Asiam, & Syriam deriuare curæ, & cogitationis tuæ. Si autẽ fieri posset, vel plureis te animos habere vellem, quos omneis ad Mutinam intenderes. quod quoniam fieri non potest, isto [b] animo, quem habes præstantissimum, atque optimum, nihil volumus, nisi de Bruto cogitare. Facis tu id quidem, & eò maximè iucumbis duas tamen res, magnas præsertim, non modò agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest. incitare, & inflammare tuũ istud [c] præstantissimum studium, non ad aliã vlla ex parte curam trãsferre debemus. Adde istuc sermones hominum, adde suspiciones, adde inuidiam. Imitare me, quem tu semper laudasti: qui instructam, ornatámq; à senatu prouinciam deposui, vt incendium patriæ, omissã omni cogitatione, restinguerem. nemo erit, præter vnum me, quicum profectò, si quid interesse putasses [d] tua, pro summa familiaritate nostra communicasses [e], qui credat, te inuito, prouinciam tibi esse decretam. Hanc, quæso, pro tua singulari sapientia reprime famam: atque effice, ne id, quod non curas, cupere videare. Quod quidem eò vehementiùs tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspicionem collega [f], vir clarissimus, non potest. nihil horum scit, nihil suspicatur: bellum geritur in acie stat: de sanguine, & de spiritu decertat: antè prouinciam sibi decretam audiet, quàm potuerit tempus ei rei datũ suspicari. Vereor, ne exercitus, quoque nostri, qui non delectus [g] necessitate, sed voluntariis studiis se ad remp. contulerunt, tardentur animis, si quidquã aliud [h] à nobis, nisi de instãti bello cogitatũ putabunt. Quòd si prouinciæ consulibus expetẽdæ videntur, sicut sæpe multis clarissimis viris expetitæ sunt: reddite priùs nobis Brutum, lumen, & decus ciuitatis: qui ita conseruandus est, vt id signũ, quod de cælo delapsum, Vestæ custodiis continetur: quo saluo, salui sumus futuri. tunc [i] in cælum vos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus: prouincias certè dignissimas vobis deligemus. nunc quod agitur, agamus. agitur autem, liberne viuamus, an mortem obeamus: quæ certè seruituti anteponenda est. Quid si etiam affert tarditatem ista sententia, ad Dolabellam persequẽdum? quãdo enim veniet consul? an [k] id exspectamus, quo ne vestigiũ quidem Asiæ ciuitatũ, atq; vtbium relinquatur? At mittent aliquem de suo numero. Valde mihi probari potest, qui paullo antè clarissimo viro priuato imperium extra ordinem non dedi. At hominem dignum mittẽt. Num P. Seruilio digniorem? at eum quidem ciuitas non habet. Quod ergo ipse nemini putat dandum, ne à senatu quidem, id ego vnius iudicio delatum comprobem? ¶ Expedito nobis homine, & parato, P. C. opus est, & eo, qui imperium legitimum habeat: qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in rep. liberanda. Quis igitur is est? aut [m] M. Brutus, aut C. Cassius, aut vterque

a L. triũphauerat: Pi. B.
b L. duas tamen trib. iolus tulit.
c *al.* Itaque pop.
d *Al.* delatum est, *al.* mandatum est,
e L. cum se mitt.
f L. Assensus erofallar. ind. in curiã. negauero vid.
g L. tabella modò detur nob.
h Cur cõmitiis, Cæsar, vt nisi præt.
i L. quod ereptum non est id existimatũ est datum. P. CCXXXV.
k L. & legio quarta, ita se contulerat.
l L. vt deposcerent imperatorem & ducem. Cæsari bellũ necessitas, fasceis senatus dedit. otioso verò, nihil agenti, priuato, obsecro te, L. Cæsar, (cum perissimo homine mihi res est) quando imperium senatus dedit? Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo, ac de me optimè merito, videar. Et si quis potest refragari non modò non petenti, verùm etiam recusanti? illa verò, P. C. aliena consulum dignitate, aliena temporum grauitate sententia est, vt consules, Dolabellæ persequẽdi causa, Asiam, & Syriam sortiantur. Dicam, cur inutile reip. sed priùs, quàm turpe consulibus sit, videte. Cùm consul designatus obsideatur, in eóq; liberãdo salus sit posita reip. cúmq; à republica pestiferi ciues, parricidæque discesserint: cúmq; id bellum geramus, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus: &, si in potestatẽ quis Antonij venerit, proposita sint torméta, atq; crucitatus: cúmq; harum rerum omnium decertatio consulibus optimis, & fortissimis cõmissa, & cõmendata sit: Asiæ, & Syriæ mentio fiet, vt aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse videamur? At verò ita decernunt, vt liberato
m L. cùm in eo liberando sit posita reip. salus, cùm à populo R. pẽdi. P. pẽdi. cisserint. parricidæque esse.

a L. ad vtrum fortissimum, & omn. P. B.
b L. isto animo, quem habes præstantiss. aq. opt. nihil te volumus,
c L. istuc
d L. tua putasses,
e *al.* communicauisses
e *al.* collega tuus.
g L. dilectus necessi.
h L. aliud nobis, nisi
P. CCXXXV.
i *al.* tunc vel in cælum vos
k *fort.* an id tempus expectamus, quo ne vest.
l CONFIRMATIO.
m L. aut M. Brutus, aut C. Cassius, aut vterque. Verùque decernerem planè, sicut mulej cõsult. *al.* aut M. Brutum, aut C. Cassium, aut vtrumq. planè decernerem, sicut multi consulem a't.

Decernerem planè, ſicut multa [a], conſulem alterũ, ambóſue, ni Brutum colligaſſemus in Græcia, & eius auxiliũ ad Italiã vérgere, quàm ad Aſiam maluiſſemus: non [b] vt ex ea acie reſpectum haberemus, ſed vt ipſa acies ſubſidiũ haberet etiam tranſmarinum. Præterea, P.C. M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnã vrbem, & grauem: tenet, opinor, Hellidem [c]: tenet Amantiam: inſtat Epiro: vrget Illyricũ: habet aliquot cohortes, habet equitatũ. hinc ſi Brutus erit traductus ad aliud bellum, Græciam certè amiſerimus. Eſt autem etiam de Brundiſio, atque illa ora Italiæ prouidendum. quamquam miror tandiu morari Antonium. ſolet enim accipere ipſe manicas, nec diutiùs obſidionis metũ ſuſtinere. Quod [d] ſi cõfecerit Brutus, & intellexerit plus ſe reip. profuturum, ſi Dolabellã perſequatur, quàm ſi in Græcia maneat: aget ipſe per ſeſe, vt adhuc quoque fecit: neq; in tot incendiis, quibus conſeſtim ſuccurrendum eſt, exſpectabit ſenatũ. Nam & Brutus, & Caſſius multis iam in rebus ipſe ſibi ſenatus fuit. neceſſe eſt enim in tanta conuerſione & perturbatione omnium rerum, temporibus potius parêre, quàm moribus. nec enim nunc primùm aut Brutus, aut Caſſius ſalutem, libertatémque patriæ, legem ſanctiſſimam, & morem optimum iudicauit. Itaq; ſi ad nos nihil referretur de Dolabella perſequendo, tamen ego pro decreto putarem, cùm [e] eſſent tales virtute, auctoritate, nobilitate ſummi viri: quorum alterius iam notus nobis eſt exercitus, alterius auditus. Non igitur Brutus exſpectauit [f] decreta noſtra, cùm ſtudia noſſet [g]. neque enim eſt in prouinciam ſuam Cretam profectus: in Macedoniam alienã aduolauit: omnia ſua putauit, quæ vos veſtra eſſe velletis: legiones cõſcripſit nouas, excepit veteres: equitatum ad ſe abduxit Dolabellæ, atque eũ nondum tanto parricidio [h] óblitum, hoſtem ſua ſententia iudicauit. nam ni ita eſſet, quo iure equitatum à conſule abduceret? Quid C. Caſſius, pari magnitudine animi, & conſilij præditus, nónne eo ex Italia conſilio profectus eſt, vt prohiberet Syria Dolabellam? qua lege? quo iure? eo, quod Iupiter ipſe ſanxit, vt omnia, quæ reipublicæ ſalutaria eſſent, legitima, & iuſta haberẽtur. Eſt *enim lex nihil aliud niſi recta, & à numine deorũ tractata ratio, imperans honeſta, prohibens contraria.* Huic igitur legi paruit Caſſius, cùm eſt in Syriam profectus, alienam prouinciam, ſi homines legibus ſcriptis vterentur: his verò oppreſſis, ſuam, lege naturæ. Sed vt [k] ex veſtra quoque auctoritate firmetur, cenſeo: CVM P. Dolabella, quíq; eius crudeliſſimi, & tæterrimi facinoris miniſtri, ſocij, adiutores fuerunt, hoſtes populi Romani à ſenatu iudicati ſint, cúmque ſenatus P. Dolabellam bello perſequendum cenſuerit, vt is, qui omnia deorum, hominúmq; iura nouo, inaudito, inexpiabili ſcelere polluerit, nefarióque patriæ ſe parricidio [l] obſtrinxerit, pœnas diis, hominibúſque meritas debitáſque perſoluat: ſenatui placere, C. Caſſium proconſulem [m] prouinciam Syriam obtinere, vti qui eam optimo iure prouinciam obtinuerit: eumq; à Qu. Marcio [n] Criſpo proconſule, L. Scauto [o] proconſule, A. Plotio [p] legato, exercitus accipere, eóſque ei tradere: cúmq; his copiis, & ſi quas præterea parauerit, bello P. Dolabellam terra, mariſque perſequi: eius belli gerendi cauſa, quibus ei videatur, naueis, nautas, pecunias [a], ceteráque, quæ ad bellum gerendum pertineant, vt imperandi in Syria, Aſia, Bithynia, Ponto, ius, poteſtatémque habeat: víque, quamcumque in prouinciam eius belli gerendi cauſa aduenerit, ibi maius imperiũ C. Caſſij, procos. ſit, quàm eius erit, qui eam prouinciam tum obtinebit, cùm C. Caſſius procos. in eam prouinciam venerit: regem Deiotarum patrem, & regem Deiotarum filium, ſi, vt multis bellis ſæpenumero imperium populi R. iuuerint, item C. Caſſium proconſulem [b] copiis ſuis, opibúſque iuuiſſent, ſenatui, populóq; Ro. gratum eſſe facturos: itémque ſi ceteri reges, tetrarchæ, dynaſtæque feciſſent, S.P.Q.R. eorum officij non immemorem futurum: vtíq; C. Panſa, A. Hirtius, conſules, alter, amboue, ſi eis videretur, rep. recuperata, de prouinciis conſularibus, prætoriis, ad hunc ordinem primo quoque tempore referant. interea prouinciæ ab [c] iis, à quibus obtinentur, obtineantur, quoad cuique ex S.C. ſucceſſum ſit. Hoc S. conſulto ardentem inflammabitis, & armatum armabitis Caſſium. nec enim animum eius poteſtis ignorare, nec copias. animus is eſt, quem [d] videtis: copiæ, quas audiſtis, fortis, & conſtantis viri, qui ne viuo quidem Trebonio Dolabellæ latrocinium in Syriam penetrare ſiuiſſet. Allienus [e], familiaris, & neceſſarius meus, poſt interitum Trebonij profectus, ne dici quidẽ ſe legatum Dolabellæ volet. Eſt Qu. Cæcilij [f] Baſſi, priuati illius quidem, ſed fortis, & præclari viri, robuſtus, & victor exercitus: Deiotari regis & patris, & filij, & magnus, & noſtro more inſtructus exercitus: ſumma in filio ſpes, ſumma ingenij indoles, ſummáq; [g] virtus. Quid de patre dicam? cuius beniuolentia in populum R. eſt ipſius æqualis ætati: qui nõ ſolùm ſocius imperatorum noſtrorum fuit in bellis, verùm etiam dux copiarum ſuarum. Quæ de illo viro Sylla, quæ Murena, quæ Seruilius, quæ Lucullus, quàm ornatè, quàm honorificè, quàm grauiter ſæpe in ſenatu prædicauerunt? Quid de Cn. Pompeio loquar? qui vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum, veréq; beneuolum [h], vnum fidelem populo R. iudicauit. Fuimus imperatores ego, & M. Bibulus in propinquis, finitimíſq; prouinciis. ab eodẽ rege adiuti ſumus & equitatu, & pedeſtribus copiis. ſecutum eſt hoc acerbiſſimum, & calamitoſiſſimum ciuile bellum, in quo quid faciendum Deiotaro? quid omnino rectius fuerit, dicere nõ eſt neceſſe: præſertim, cùm cõtrà, ac Deiotarus ſenſit, victoria belli iudicarit. quo in bello ſi fuit error, cõmunis ei fuit cũ ſenatu: ſin recta ſententia, ne victa quidem cauſa vituperãda eſt. Ad has copias accedẽt alij reges, etiam delectus [i] accedent. neq; verò claſſes deerunt: tãti Tyrij Caſſiũ faciunt, tanti eius in Syria nomẽ, atq; [k] Phœnicia eſt. Paratum habet imperatorem, C. Caſſium, P.C. reſp. contra Dolabellam, nec paratum ſolùm, ſed peritum, atque fortem. magnas ille res geſſit ante Bibuli ſum mi viri aduentum, cùm [l] Parthorum nobiliſſimos duces, maximáſque copias fudit, Syriámq; immani Parthorum impetu liberauit. Maximã eius, & ſingularem laudem prætermitto. cuius enim prædicatio nõdum omnibus grata eſt, hanc memoriæ potiùs, quàm vocis teſtimonio conſeruemus. Animaduerti, PC. di-

a al. multis ſenatuſconſultis alterũ, ambone. vel multi conſulem.*
b L. non vt ex acie eò reſpectu hab.
c L. Byllidem
d fort. Quod bellum ſi cõfecerit Br.*
e L. cùm eſſent tales virtute, auctoritate nobil.
f al. expectabit.*
g al. noſcet.*
h L. parricidio,
i L. Quid P. Caſſius, P.
P. CCXXXVII
k L. vt ea ex veſt.
l L. patricidio obſtr.
m L. pro cos. prouinc.
n 12. famil. 11 al. Marco Appiano 4. & Dioni 47. & 48 ſed mendoſe.*
o L. Statio Marco, pro conſ. A. Alieno, legato, exerc.
p al. A. Alieno ex vet. A. Prolectio.*
a L. pecunias ceteráque omnia, quæ ad b.
b L. pro conſule,
P. R.
c al. abſit, quib. obtin.
d L. quem videtis,
e Legatus Dolabellæ 12 famil. 11. * 12. familiar. Strabo 16. Dion 47.
g L. ſumma virtus.
h v. o. bene uoluit.
P. CCXXXVII. i L. dilectus.
k L. arge. Phœnice eſt.
l al. iam Parthorum nobiliſſimos duces.

P.C.dici iam à quibusdam,exornari etiam nimium à me Brutum, nimiùm Cassiũ ornari: Cassio verò sententia mea dominatũ,& principatum dari. Quos ego orno? nẽpe eos, qui ipsi sunt ornamenta reip. Quid? D. Brutum nónne omnibus sententiis semper ornauiʔnũ igitur reprehẽditis? an Antonios potiùs ornarem,non modò suarum familiarum, sed Ro. nominis probra, atq; dedecora?an Censorinum ornem,in bello hostem,in pace sectorẽ? an cetera ex eodem latrocinio naufragia colligam? Ego verò istos,otij,concordiæ,legum, iudiciorum,libertatis inimicos, tantum abest vt ornem,vt effici non possit,quin eos tam oderim, quàm rempub.diligo.Vide,inquit, ne veteranos offendas. hoc enim vel maximè exaudio.Ego [a] autem veteranos tueri debeo: sed hos, quibus sanitas est: certè timere non debeo:eos [b] veteranos, qui pro repub. arma ceperunt, secutíque sunt C.Cæsarem [c] auctoritate beneficiorum paternorum, hodiéque remp.defendunt cũ magno periculo,nõ tueri solùm, sed etiam commodis augere debeo. qui autem quiescũt,vt vi.& viij.legio,in magna gloria, & laude ponendos puto. comites verò Antonij, qui postquàm beneficia Cæsaris comederunt, consulem designatum obsidentẽ, huic vrbi ferrum, ignémq; minitantur: Saxæ se, & Caphoni [e] tradiderunt,ad facinus,prædamq; natis,numquis est, qui tuendos putet? Ergo aut boni sunt,quos etiam ornare:aut quieti, quos cõseruare debemus: aut impij, quorum contra furorem,& bellum,& iusta arma suscepimus[f]. Quorum igitur veteranorum animos ne offendamus, veremur? eorúmne,qui D.Brutum obsidione cupiũt liberare? quib. cùm Bruti salus cara sit,quî possunt Cassij nomen odisse?an eorũ, qui vtrisq; armis vacant? non vereor, ne acerbus ciuis quisquam istorum sit, qui otio delectantur. Tertio verò generi non militum veteranorũ, sed importunissimorũ hostium, cupio quàm acerbissimum dolorem inurere. quamquam, P.C. quousque dicemus [g] sententias veteranorum arbitratu? quod eorum tantum fastidium est,quæ tanta arrogantia,vt ad arbitriũ illorum imperatoremʰ etiam deligamus?Ego autem (dicendum est enim P.C.quod sentio) non tam veteranos intuendos nobis arbitror, quàm quid tirones milites,flos Italiæ,quid nouæ legiones,ad [i] liberandum patriam paratissimæ, quid cũcta Italia de vestra grauitate sentiat.*nihil enim semper floret: ætas succedit ætati*, diu legiones Cæsaris viguerunt: nunc vigent Pansæ, vigent Hirtij, vigent Cæsaris filij, vigẽt Planci:vincunt numero,vincunt ætatibus: nimirum etiam auctoritate vincunt. Id enim bellum gerunt, quod ab omnibus gentibus comprobatur. Itaque his [k] præmia promissa sunt:illis persoluta.fruantur his illi, persoluantur his,quę spopõdimus.id enim deos immortaleis spero æquissimum iudicare. ¶ Quæ [l] cùm ita sint,eam,quam dixi,sententiam, vobis, P.C.censeo comprobandam.

a L.Ego veteranos
b al.eos veteranos
c L.C.Cæsaris auctoritate beneficiorum paternorum
d al.obsidet.
e L.Caponi.

f L.cipimus.
g L.sententiam dicemus vet.
h L.etiã imperatores deligamus?
i L.ad libertãdam p.
k L.his promissa sunt præmia: P.CCXXXIX. I PERORATIO.*

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DVODECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMAQVARTA.

SYNOPSIS.

Negat eos audiendos esse qui iterum legatos ad Antonium mittendos censeant.

Etsi [a] minimè decere videtur,P.C.falli, decipi, errare eũ, cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini: consolor me tamen, quoniam vobiscum pariter, & vnà cum sapientissimo consule erraui. Nam cùm duo consulares spem honestæ pacis nobis attulissent, quòd erant familiares M. Antonij, quòd domestici, nosse aliquod eius vulnus, quod nobis ignotum esset videbantur. apud alterum vxor, liberi: alter quotidie litteras mittere, accipere, apertè fauere Antonio. Hi subitò hortari ad pacem,quod iamdiu nõ fecissent,nõ sine causa videbantur. Accessit cõsul hortator.At [b] qui cõsulẽ?si prudentiã quærimus, qui minimè falli posset:si virtutẽ, qui nullã pacem probaret,nisi Antonio cedente, atq; victo:si magnitudinẽ animi, qui præferret mortem seruituti.Vos autem, P.C. non tã immemores vestrorũ grauissimorum decretorum videbamini, quàm, spe allata [c] dedi-tionis, quam [d] pacem appellare [e] mallent,de imponendis, non de accipiendis legibus cogitare. Auxerat autem meam quidem spem, credo item vestram, quòd domum Antonij afflictam mœstitia audiebam, lamentari vxorem. Hinc [f] etiam fautores Antonij, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. Quod si non ita est, cur à Pisone,& à Caleno potissimùm,cur hoc tempore, cur tam improuisò, cur tam repentè pacis est facta mentio? Negat Piso se [g] scire, negat audisse quidquam: negat Calenus rem vllam nouam allatã esse.atque id nunc negãt, posteaquàm nos pacificatoria legatione implicatos putant. *Quid ergo opus est nouo cõsilio, si in re nihil omnino noui est?* Decepti,decepti, inquam,sumus,patres conscripti: Antonij est acta causa ab amicis eius, non publica. quod videbam equidem, sed quasi per caliginem. perstrinxerat [h] aciem animi D. Bruti salus. Quòd si in bello dari vicarij solerẽt: libenter me,vt D.Brutus emitteretur, pro illo includi paterer. Atqui i hac voce Qu. Fusij [k] capti sumus: Ne si à Mútina quidem recesserit, audiamus Antonium?ne si in senatus quidẽ potestate futurũ se dixerit?durũ videbatur.itaq; fracti sum[9]:cessimus.Recedit igitur à Mútina?

a L.Hic ecẽ fuit.
b al.Atqui cons.
c al.oblata
d al.quam a.
e al.Antonij ac. pacem appel
f al.dc i. I. vel appelatorem, dc i. I. appelatorem. vel ap. latorem. fal
g al.vel fal lacia alicui

f L.Fusius.
g L.scire se neg.
h p.CCXL. L.præstinxerat aciem.
i L.Atque
k L. Fusi.

Nescio. Paret senatui? Credo, inquit Calenus: sed ita, vt teneat dignitatem. Valde hercule vobis laborandum est, P.C. vt vestram dignitatem amittatis, quę maxima est Antonij, quę neque est vlla, neque esse potest, retineatis: vt eam per vos recuperet, quam per se perdidit. Si iacens id nobiscum ageret, audirem fortasse: quamquam (sed hoc malo dicere) auditem. instanti [a] resistendum est, aut concedenda vnà cum dignitate libertas. At non est integrum. constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest? *cuiusuis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Posteriores enim cogitationes,* (vt aiunt) *sapientiores solent esse.* Discussa est illa caligo, quam paullo antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia, neque per nos solùm, sed admonemur à nostris. Attendistis paullo antè, præstantissimi viri quæ esset oratio. Mæstam, inquit, domum offendi, coniugem, liberos. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quòd spe pacis legationē suscepissem. nec mirum, P. Seruili. tuis enim verissimis, grauissimisque sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. Ad eum ire te legatum quis non miratur? de me experior: cuius idem consilium, quod tuum, sentio quàm reprehendatur. nos reprehendimur soli? quid? vir fortissimus Pansa sine causa tam accuratè paullo antè locutus est tandiu? quid egit, nisi vti falsam à se suspicionem depelleret? vnde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino, quod subitò suscepit, eodē captus errore, quo nos. ¶ Quòd [b] si est erratum, P.C. spe falsa, atq; fallaci: redeamus in viam. *optimus est portus pœnitenti* [c], *mutatio consilij.* Quid enim per deos immortales, potest reipub. prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid [d] si etiam nocuitan vos acerrimam illam, & fortissimam populi R. libertatis recuperandæ cupiditatem, non immanitatem, ac debilitatam putatis legatione pacis audita? quid municipia cēsetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio, quo contrà commune incendium exarserat? an non putamus fore, vt eos pœniteat profectos esse, & præ se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos & animis, & corporibus in salutē reipub. contulerunt? Quemadmodum vestrum [e] hoc consilium Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera est? illa impios ciues iudicauit, eiecit, exclusit. illi, illi, inquā, vbi fortissimè conāti, è manibus est ereptus Antonius. Quid? legionum nostrarum neruos nónne his consiliis incidimus? quis est enim, qui ad bellum inflammato animo sit futurus, spe pacis oblata? ipsa illa Martia, cælestis, & diuina legio, hoc nuntio languescet, & mollietur, atque illud pulcherrimum Martium nomen amittet: éxcidēt gladij: fluent arma de manibus. Senatum enim secuta, non [f] arbitrabitur se grauiore odio in Antonium esse deberē, quàm senatum. Puder huius legionis, pudet Quartæ, quæ pari virtute nostram auctoritatem probans, non vt consulē, & imperatorem suum, sed vt hostem, & oppugnatorem patriæ reliquit Antonium: pudet optimi exercitus, qui coniunctus est ex duobus: qui iam lustratus, qui profectus ad Mútinam est: qui si pacis, id est, timoris nostri nomen audiuerit: vt non referat pedem, insistet [a] certē. quis enim, reuocāte, & receptui canēte senatu, properet dimicare? Quid autē hoc iniustius, quàm nos, inscientibus iis, qui bellū gerunt, de pace decernere? nec solùm inscientibus, sed etiam inuitis? An vos A. Hirtium præclarissimum consulem, C. Cæsarem, deorum beneficio natum ad hæc tempora, quorum epistolas, spem victoriæ declaranteis, in manu teneo, pacem velle censetis? vincere illi expetunt: pacísque dulcissimum, & pulcherrimum nomen non pactione, sed victoria concupierunt [b]. Quid? Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? illa enim huius belli propulsandi, administrādi, sustinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nutum ipsum, ne dicā imperium, secuta, armis, viris, pecunia, belli principia firmauit: éadem crudelitati M. Antonij suum totum corpus obiecit: exhauritur, vastatur, vritur. omneis æquo animo belli patitur iniurias, dúmodò repellat periculum seruitutis. Et, vt omittam reliquas parteis Galliæ (nam sunt omnes pares,) Patauini alios excluserūt, alios eiecerunt, missos ab Antonio: pecunia, militibus, &c, quod maximè deerat, armis, nostros duces adiuuerunt. fecerunt idem réliqui, qui quondā in eádem causa erāt, & propter multorum annorum iniurias alienati à senatu putabantur. quos minimè mirum est, communicata cum his rep. fideleis esse, qui etiam expertes eius, fidē suam semper præstiterunt. His igitur omnib. victoriam sperantibus [c] *pacis nomen afferemus, id est, desperationem victoriæ?* Quid, si ne potest quidem vlla esse pax? *quæ enim est conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest?* Multis rebus à [d] nobis est iniquitatis ad pacem Antonius. bellum tamen maluit. missi legati, repugnante me, sed tamen missi. delata mandata: nō paruit. denuntiatū est, ne Brutū obsidēret, à Mútina discederet: oppugnauit etiam vehemētius. & ad eum legatos de pace mittemus, qui pacis nuncios repudiauit? verecūdiorēm-ne coram putamus in postulando fore, quàm fuerit tum, cùm misit mandata ad senatum? Atqui [e] tum ea petebat [f], quæ videbātur improba omnino, sed tamen aliquo modo posse cōcedi. nondum erat vestris tam [g] grauissimis, támque multis iudiciis, ignominiisque concisus [h]: nunc ea petit, quæ dare nullo modo possumus, nisi prius volumus nos bello victos confiteri. Senatusconsulta falsa [i] delata ab eo iudicauimus. num ea vera possumus iudicare? Leges statuimus per vim, & cōtra auspicia latas: iisque [k] nec populum, nec plebē teneri. nū eas restitui posse cēsetis? Sestertium septies millies auertisse Antonium pecuniæ publicæ iudicauistis. num fraude potuit rerere peculatus? Immunitates [l] ab eo, ciuitates, sacerdotia, regna venierunt. num figentur rursus eæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? Quòd [m] si ea, quæ decreuimus, obruere volumus, num etiā memoriam rerum delere possumus? quando enim obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac vestri tus fœditate fuerimus? vt centurionum legionis Martiæ Brundisij profusus sanguis eluatur, num elui prędicatio crudelitatis poterit? vt media præterea, quæ vetustas tollet operū circa [o] Mútinam tecta monumenta, sceleris indicia, latrociniique vestigia? Huic igitur impor-

a Lastanti res sit.

P. B.

b REFVTATIO.* c al. pœnitētiæ.*

d L. quid si iam obfuit? an vos acerr. al. quid si etiā nocuit, atq; obfuit? an vos acerr.

e al. vestrum consiliū hoc cap.

P. CCXLI. f L. non arbitrabitur sibi grauiori odio debere esse Antonij, quàm senatui f.

a al. subsistere c.

b L. concupierunt.

P. L.

c al. speratibus

d L. nobis ad pacem iniquitatis A.

e al. Atqui cùm ea petebat, quæ videbantur improba omnino, sed tamen aliquo modo posse cōcedi. nondum erat vestris tam grauissimis, támque multis iudiciis, ignominiisque concisus: nunc ea petit, quæ dare nullo modo possumus, nisi prius volumus nos bello victos confiteri.

f L. postulabat.

g Non grauissimis, támque multis iudiciis, ignominiisque concisus.

h L. concisit.

i al. bella relata. al. falsa relata

k Legibus per vim & contra auspicia latis pulsantur non re-

P. CCXLII. l L. immunitates ab eo ciuitates, sacerdotia.

m L. Quòd si ea, quæ decreuimus, obruere volumus, num etiā memoriam rerum delere possumus? quando enim obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac vestri tus fœditate fuerimus? vt centurionum legionis Martiæ Brundisij profusus sanguis eluatur, num elui prędicatio crudelitatis poterit?

n L. poterit?

o al. circum Mut.

importuno, atque impuro parricidæ, [a] quid habemus, per deos immortaleis, quod remittamus? An Galliam vltimam, & exercitum? quid [b] est aliud, quàm non pacem facere, sed differre bellum? nec solùm prorogare bellum sed concedere etiam victoriam? An ille non vicerit, quacumque conditione in hanc vrbem cum [c] suis armis venerit? Nunc omnia tenemus: auctoritate valemus plurimùm: absunt tot perditi ciues, nefarium secuti ducem. tamen eorum ora, sermones [d], qui ex eo numero in vrbe resicti sunt, ferre non possumus. quid censetis, cùm tot vno tempore irruperint? nos arma posuerimus, illi [e] non? nonne [f] nos nostris consiliis victos in perpetuum fore? Ponite ante oculos M. Antonium consulatum: sperantem consulatum Lucium adiungite: supplete ceteros, neque nostri ordinis solùm, honores & imperia meditanteis: nolite ne Tirones quidem, Numisios, & [g] Mustellas, Saxáfue contemnere. cum his facta pax, non erit pax, sed pactio seruitutis. L. Pisonis. amplissimi viri, præclara vox, à te non solùm in hoc ordine, Pansa, sed etiam in concione iure laudata est. Excessurum se ex Italia dixit, deos penateis, & sedeis patrias relicturum, si *(quod dijomen auerterent* h) remp. oppressisset Antonius. Quæro igitur à te, Piso, nonne oppressam remp. putes, si tot, tam impij, tam audaces, tã facinorosi [i] recepti sint? quos nondum tantis parricidiis [k] contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos, toleratbileis censes ciuitati fore? Aut isto tuo, mihi crede, consilio [l] erit vtendum, vt cedamus, abeamus, vitã inopem, & [l] vagam persequamur, aut seruices latronibus dandæ, atque in patria cadendum [m] est. Vbi sunt, C. Pansa, illæ cohortationes pulcherrimæ tuæ, quibus à te excitatus senatus, inflammatus populus R. non solùm audiuit, sed etiam didicit, nihil esse homini Romano fœdius seruitute? Idcircóne saga [n] sumsimus, arma cepimus, iuuentutem omnẽ ex [o] tota Italia excíuimus, vt [p] exercitu florentissimo, & maximo legati ad pacem mitterentur: qui postulãdam, quid timemus? si accipiendam, cur non rogamur? in hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo, ne si dissensero quidem à ceteris, sciturus populus Ro. sit? Ita fiet, vt, si quid remissum, aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, cùm ei peccandi potestas à me concessa videatur. Quod si habenda cum [r] Antonii latrocinio pacis ratio fuit, mea tamẽ persona ad istam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Ego numquam legatos mittendos censui: ego ante legatorum reditũ audiam, *Pacem ipsam si afferrent, quodsus sum dicere, niam sub nomine pacis bellum lateret, repudiandam.* ego princeps sagorum: ego semper illum [s] hostem appellaui, cùm alij aduersariũ: semper hoc bellum, cùm alij tumultum. nec hæc in senatu solùm: éadem ad populum sem per egi: nec solùm in ipsum, sed [t] in eius sotios, facinorũ ministros, & præsenteis, & eos, qui vnà sunt: in totam denique M. Antonij domum sum semper inuectus. Itaque, vt álacres, & læti, spe pacis oblata, inter se impij ciues, quasi vicissent, gratulabantur: sic *me iniquum* [u] *iterabant*: [x] de me querebantur. diffidebant etiam Seruilio, meminerant, eius sententiis confixum Antonium: L. Cæsarem, fortè quidem illum, & constantem senatorem, auunculum tamen: Calenum, procuratorem: Pisonem, familiarem: te ipsum, Pansa, vehementissimum, & fortissimum consulem, factum iam putant leniorem: non [a] quò ita sit, aut esse possit: sed mẽtio à te facta pacis, suspicionem multis attulit immutatæ voluntatis. Inter has personas me interiectum amici Antonij molestè ferunt: quibus gerendus mos est, quoniam semel liberales esse cœpimus. Proficiscantur legati optimis ominibus: sed ij proficiscantur, in quibus non offendatur Antonius. Quòd si de Antonio non laboratis, mihi certè, P. C. consulere debetis. parcite oculis saltem meis, & aliquam veniam iusto dolori date. Quo enim adspectu videre potero, (mitto hostem patriæ: ex quo mihi odium in illum commune vobiscum est,) quomodo [b] adspiciam mihi vni crudelissimum hostem, vt declarant eius de me acerbissimæ conciones? Adeóne me ferreum putatis, vt cum eo congredi, aut illũ adspicere possim? qui nuper, cùm in concione donaret eos, qui ei de parricidis [c] audacissimi videbãtur, mea [d] bona donare se dixit Petissio Vrbinati [e], qui ex naufragio luculẽti patrimonij ad hęc Antoniana saxa proiectus est? An L. Antoniũ adspicere potero? cuius ego crudelitatẽ effugere nõ potuissem, nisi me mœnibus & portis, & studio municipij mei defendissem. Atque idem hic myrmillo Asiaticus, latro Italiæ, collega Lentonis, & Nuculæ, cùm aquilæ primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit. si enim de suis dixisset, ne aquilam quidem ipsam crediturum putauit. Non ferent, inquam, oculi Saxam, Caphonem [f] non duos prætores non tribunũ pl. non [h] duos designatos tribunos, non Bestiam, non Trebellium, non Plancum. non possum animo æquo videre tot, tã importunos, tã scelleratos hosteis: nec [h] id fit fastidio meo, sed caritate reip. Sed vincam animũ, mihique imperabo doloré iu stissimum, si non potero frangere, occultabo. Quid? vitæ censeritisne, P. C. habendam mihi ali quam esse rationem? quæ mihi quidem minimè cara est, præsertim cùm Dolabella fecerit, vt optanda mors esset modò sine cruciatu, atque tormentis: vobis tamen, & populo Ro. vilis [i] esse spiritus meus nõ debet. is enim sum, nisi forte me fallo, qui vigiliis, curis, sentẽtiis, periculis etiã, quæ plurima adij propter acerbissimum omniũ in me odiũ impiorum, pertecerim, vt non obstarem [k] reip. ne quid arrogantiùs videar dicere. Quod cùm ita sit, nihil ne mihi de periculo meo cogitandum putatis? Hic cùm [l] in vrbe essem, ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt, vbi me non solùm amicorum fidelitas, sed etiam vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt. quid censetis, cùm iter ingressus ero, longum præsertim: nullásne insidias pertimescendas? Tres viæ sunt ad Mutinã, quò festinat animus, vt quàm primùm illud pignus libertatis populi R. D. Brutũ, adspicere possim: cuius in cõplexu libẽter extremũ vitæ spiritũ ediderim, cùm [m] omnes actiones bonorũ, omnes sentẽtiæ meæ peruenerint ad eum exitũ, qui mihi fuit propositus. Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. Nunc quæso, attẽdite, num aberret à coniectura suspicio periculi mei. Etrutiam discriminat Cassia. scimúsne igitur, Pansa, quibus in locis nunc sit Lentonis Cesenij septemuiralis auctoritas? no-

a L. patricidæ,

b L. quid est aliud non pacem facere, s.

c L. cum suis venerit Ar. meis nũcomm. ds L. fermonesque, quin vrbe ex eo numero tel.

e L. illi non posuerint? nónne n.n. f al. nónne vos vestris cons.

g L. & Mustellas, Saxas, Sestóve contemnere. al & Mutellas, Seisostue contemnere.

h L. auerrent) i L. facinerosi

k L. parricidas.

l P. B. L. vagámq. persequ.

m L. cadendum. vbi sunt etc.

n L. sagã vestis militaris.

o L. tota Italia excusi sas, sic a No bis ce. 4. in rectores, m P. L. vt de e. xercitu florẽ tissimo.

q L. mitterẽtur. si accipiendam: cur non rogamur? in hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo, ne si dissensero quidem à ceteris, sciturus populus Ro. sit? Ita fiet, vt, si quid remissum, aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, cùm ei peccandi potestas à me concessa videatur. Quod si habenda cum Antonii latrocinio pacis ratio fuit, mea tamẽ persona ad istam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Ego numquam legatos mittendos censui: ego ante legatorum reditũ audiam. dicere, Pacem ipsam si afferrent, quodsus sum

s L. hostem appellaui, cùm alij aduersariũ: semper hoc bellum, cùm alij tumultum. nec hæc in senatu solùm: éadem ad populum sem per egi: nec solùm in ipsum, sed

t L. in eius sotios, facinorũ ministros, & præsenteis, & eos, qui vnà sunt: in totam denique M. Antonij domum sum semper inuectus. Itaque, vt álacres, & læti, spe pacis oblata, inter se impij ciues, quasi vicissent, gratulabantur: sic *me iniquum*

u *iterabant*:

x de me querebantur. diffidebant etiam Seruilio, meminerant, eius sententiis confixum Antonium: L. Cæsarem, fortè quidem illum, & constantem senatorem, auun-

a al. nõ quod ita sit,

b L. sed quomodo adspiciam.

c L. parricidia.

d L. de meis bonis donare se d.

e al. Vrinati

f L. Cafonẽ, non duo prætores, non tribunum pl. P. B.

g L. non duo def.

h al. nec id fastidio m. sed car.

i L. vilis spiritus meus ef se non debet al. vilis meus spiritus esse non deber.

k L. obstarẽ reip.

l L. cũ essem in vrbe, ac domi,

m L. cùm omnes actiones horum mensu, omnes sint. meæ peruẽ. ad eũ, qui mihi fuit propositus, exitum. Tres

P.CCXLIIII

biscũ nec animo certè est,nec corpore.si autẽ aut domi est, aut non longè à domo,certè in Etruria est,id est,in via.Quis igitur mihi præstat,Lentonẽ vno capite esse cótentũ?Dic mihi præterea, Pãsa,Vétidius vbi sit,cui fui semper amicus,antequàm ille reip.bonísq; omnibus tã apertè est factus inimicus.Possum Cassiam vitare,tenere Flaminiã.quid,si Anconã, vt dicitur, Ventidius venerit? poterónе Ariminum tutò accedere? Restat Aurelia. Hîc quidẽ etiã pręsidia habeo. possessiones enim sunt P.Clodij. tota familia occurret: hospitio inuitabit, propter familiaritatẽ notissimam. Hisce ego me viis cõmittam , qui Terminalibus nuper in suburbium,vt eodem die reuerterer, ire [a] non ausus sim? domesticis me parietib.vix tueor, sine amicorũ custodiis. Itaq; in vrbe maneo.si [b] licebit, manebo.hæc mea sedes est,hæc vigilia,hæc custodia,hoc præsidium.statiuum. teneant alij castra, regna, res bellicas: oderint [c] hostem : nos , vt dicimus, sempérq; fecimus,vtrbẽ,& res vrbanas vobiscũ pariter tuebimur. Neque verò recuso munus hoc. quamquã populũ R.video pro me recusare.nemo me minùs timidus , nemo cautior res declarat.vigesimus [d] annus est,cùm omnes scelerati me vnũ petũt.Itaq; ipsi,ne dicã mihi, reip. pœnas dederunt : me saluũ adhuc resp. conseruauit sibi. Timidè hoc dicã: scio enim quiduis homini accidere posse: verumtamen semel circumsessus [e] lectis valentissimorũ hominũ viribus cécidi sciẽs, vt honestissimè exsurgere [f] possem. Possúmne igitur satis [g] videri cautus,satis prouidus,si me huic itineri tã infesto, támq; periculoso commisero? *gloriã [h] in morte debent ij,qui in rep.versantur,nõ culpæ reprehensionem, & stultitiæ vituperationẽ relinquere.* Quis bonus non luget mortẽ Treboniẽ? quis [i] nõ dolet interitũ talis & ciuis,& virí? At sunt qui dicãt(durè illi quidẽ, sed tamẽ dicũt) minùs dolendũ,q; [k] ab homine impuro, nefarioq; non cauerit.etenim *qui multorum custodẽ se profiteatur, eum sapiẽtes sui primùm capitis aiunt custodem esse oportere. Cum sapruss fis legibus & iudiciorum metu,non sunt omnia timenda , neque ad omneu insidias præsidia quærenda.* quis enim audeat luci , quis in militari via,quis benè comitatum , quis illustrem aggredi?Hæc neque hoc tempore, neque in me valent.non modò enim pœnam non extimescet , qui mihi vim attulerit:sed etiam gloriã sperabit à latronum gregibus,& præmia.Hæc ego in vrbe prędeo:facilis est circunspectus vnde exeam,quò progrediar , quid ad dextrã quid ad siniſtrã sit,nũ idem in Apennini [l] tramitibus facere potero? in quib. etiã si non erunt insidiæ,quæ facillimè esse poterunt,animus tamẽ erit sollicitus,vt nihil possit de officiis legationis attendere. Sed effũgi insidias: perrupi Apenninum [m]. nẽpe in Antonij congressum , colloquiúmq; veniendũ est. Quína locus capietur? si extra castra: ceteri viderint. ego mortẽ actutũ futurã [n] puto. noui hominis furorem, noui effrenatã violétiam. Cuius acerbitas morũ,immanitásq; naturæ, ne vino quidẽ permista téperari solet:hic ita,dementiaq; inflammatùs , adhibito fratre Lucio tæterrima bellua [o], num quã profectò à me sacri legas manus,atq; impias [p] abstinebit.Memini colloquia [q] & cum acerrimis hostibus , & cũ grauissimè dissentientibus ciuibus. Cn.Pompeius,Sexti filius,cõsul,me præsente, cùm [r] essem tiro in eius exercitu,cum [a] P. Vettio Catone , duce Marsorũ, inter bina castra collocutus est.quò quidẽ memini Sex.Pompeium, fratrem cõsulis , ad colloquium ipsum Roma venire, doctũ virum , atq; sapientem,quem [b] Cato cùm salutasset, *Quem te appellem?* inquit. At ille, *Voluntate, hospitem : necessitate, hostem.* Erat in illo colloquio æquitas : nullus timor, nulla suberat suspicio : mediocre etiam odiũ. nũ enim vt eriperent nobis socij ciuitatem, sed vt in eam reciperentur,petebant. Sylla cũ Scipione inter Cales,& Teanũ,cùm alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi, & de iure ciuitatis , legis [c] inter se conditiones contulerunt.non tenuit omnino colloquium illud fidem: à vi tamen,periculóque abfuit [d]. Possumúsne igitur in Antonij latrocinio æquè [e] esse vt hi?nõ possumus: aut,si ceteri possunt,me posse diffido. Quòd si non extra castra congrediemur:quæ ad colloquium castra sumẽtur?in nostra ille numquã veniet: multo minùs nos in illius.reliquũ est,vt & accipiantur, & remittantur postulata per litteras. ergo erimus in castris.mea ad omnia postulata vna sententia:quã cùm hic,vobis audientibus,dixero,isse,& rediisse me putatote : legationem confecero. omnia ad senatũ mea sententia reiiciam [f],quæcumq; postulabit Antonius.neq; enim licet aliter,neq; permissum est nobis ab hoc ordine,vt,bellis cõfectis,decé legatis permitti solet more maiorũ: neq; vlla omnino à senatu mandata accepimus,quę cùm agam in consilio,nonnullis, vt arbitror, repugnantib. nónne metuendũ est,ne imperita militũ multitudo per me pacé distineri putet?Facite,hoc meum consilium legiones nouas non impro bare.nam Martiã,& quartam nihil,præter dignitatẽ, & decus, probaturas esse , certò scio. Quid?veteranos non veremur?nam timeri se ne ipsi quidem volunt. Sed quónã modo accipient seueritatẽ meam?Multa enim falsa de me audierunt: multa ad eos improbi detulerunt.quorum commoda, vt vos optimi testes estis,semper [g] ego sententia,auctoritate, oratione firmaui: sed credunt improbis, credunt turbulẽtis,credunt suis. Sunt autem fortes illi quidem,sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi Rom.libertate,& salute reip.nimis feroces,& ad suam vim omnia nostra consilia reuocantes. Horũ ego cogitationem nõ vereor:impetũ pertimesco.Hęc quoque pericula [h] tanta si effugero,satísne tutum reditum putatis fore? Cùm enim & vestra auctoritate,& meo me more defendero,& meã fidem reip.constantiámq; pręstitero:tũ erunt mihi non hi solùm, qui me oderunt, sed illi etiam,qui inuident,extimescẽdi. ¶ Custodiatur [i] igitur mea vita reip. eáq;, quoad vel dignitas , vel natura patietur, patriæ reseruetur: *mors autem necessitatẽ habeat fati , aut,si antè oppetenda est, oppetatur cum gloria.* Hæc cùm ita sint,etsi hanc legationẽ resp. vt leuissimè dicam,non desiderat,tamẽ si tutò licebit ire, proficiscar. omnino, P. C. totum huiusce rei consiliũ non periculo meo, sed vtilitate reip. metiar.de [k] qua mihi *quoniam liberum est spatium,multum etiam, atque etiam considerandũ puto,idq; potissimum faciendum , quod maximè intereſſe reip. iudicauero* [l].

IN M.

a L.ire non fum auſus?
b L.ſi ſic hæc bit.man.[al. & ſi licebit.*
c L. fuder nt hoſtem: ‖al. adeant hoſtẽ vel adierint.*
d al.vicesimus
e al. circumſeptus.
f L. poſſem exſurgere.
g al.ſatis vo bis videri cautus.*
h al.ſolam e nim gloriam ànim.
P. B.
i al.quis non dolet interitu talis.
k al.quid ab hoc homine.
l al. Appennini
m al.Appen ninum.
n al.mihi fu turam p.
o ὠ ♣ & L. belua,
p ſic Homerus, Ζαρέιας ἀφίεις ἀφίξεται.*
q Colloquia cum acerrimis hoſtibus vtilia.*
a al. cum P. Vett.o Scato ne .
P. CCXLV.
b al.quem Scato.
c L.legesinterſe, conditionéſque tulerunt.
d L.ſalut.
e L.æquè cõtutũ nõ poſſ
f vt.c.retici.
g al. ſemper ſententiãbus eorũ.c.
h L.tantæ
P. PERORATIO.*
i
k Dumque mihi liberũ eſt,multo e tiam.*
l L.iudicauero.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMATERTIA.

ORATIO QVINQVAGESIMAQVINTA.

SYNOPSIS.

Negat, aduersus consilium M. Lepidi, tutam pacem iniri posse cum Antonio.

IN[a] PRINCIPIO[b] huius belli, P. C. quod cum impiis ciuibus, sceleratísque[c] susceptimus, timui, ne conditio insidiosa pacis, libertatis recuperandæ[d] studia restingueret. *dulce*[e] *enim nomẽ est pacis*[f]; *res verò ipsa cum iucunda, tum salutaru. Nam nec*[g] *priuatos focos, nec*[h] *publicas leges, nec libertatu iura, cara habere potest, quem discordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat: eumq; ex numero hominum eiiciendũ, exfinibus humanæ naturæ exterminandum puto.* Itaq; siue Sylla, siue Marius, siue vterque, siue Octauius, siue Cinna, siue iterum Sylla, siue alter Marius, & Carbo, siue quis alius ciuile bellũ optauit, eum detestabilem ciuem reip. natum iudico. Nã quid ego de proximo dicam, cuius acta defendimus, cùm i ipsum iure cæsum fateamur? *Nihil igitur hoc ciue, nihil hoc homine tetrius, si aut ciuu, aut homo habendus est, qui ciuile bellum concupiscit.* ¶Sed[k] hoc primùm videndũ est, P. C. cum omnibúsne pax esse possit, an sit aliquod bellum expiabile[l]: *in quo pactio pacis, lex sit seruitutis.* Pacem cum Scipione Sylla[m] faciebat, non erat desperandum, si cõuenissent, fore aliquem tolerabilẽ statum ciuitatis. Cinna si concordiã cum Octauio confirmare voluisset[n], hominũ in rep. sanitas remanere potuisset. Proximo bello si aliquid de summa grauitate Pompeius, multũ de cupiditate Cæsar dimisisset[o]: & pacem stabilem, & aliquã remp. nobis habere licuisset. Hoc verò quid est? cum Antoniis pax potest esse? cum Cenforino, Ventidio, Trebellio, Bestia, Nucula, Munatio[q], Lentone, Saxa? Exẽpli causa paucos nominaui: genus infinitum, immanitatémq; ipsi cernitis reliquorũ. Addite illa naufragia Cæsaris amicorũ, Barbas, Cassios, Barbatios[r], Polliones: addite Antonij collusores, & sodaleis, Eutrapelum, Melã, Cœlium, Põtium, Crassicium, Tironem, Mustellam, Petissium[s]: comitatum relinquo: duces nomino. huc accedunt Alaudæ[t], ceteríq; veterani, seminarium iudicum tertiæ[u] decuriæ, qui, suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris deuoratis, fortunas nostras concupierunt[x]. ô fidam dexteram Antonij, qua ille plurimos ciueis trucidauit! ô ratũ religiosumq; fœdus, quod[y] cum his fecerimus! Hoc[z] si M. Antonius violare conabitur. Lucij eum sanctitas à scelere reuocabit. Illis locus si in hac vrbe fuerit, vrbi ipsi locus non erit. Ota vobis eorum ponite[a], P. C. ante oculos, & maximè Antoniorũ: incessum, adspectum, vultũ, spiritum, latera tegẽtis alios, sequenteis alios progredientis amicos. quam bvim anhelitus? quas contumelias fore cẽsetis, minásq; verborum? nisi fortè eos pax ipsa leniet, maximeq; cùm in hunc ordinem venerint: salutabunt benignè, comiter appellabunt vnumquemq; nostrũm. Nõ recordamini, per deos immortaleis, quas in eos sententias dixeritis? acta Antonij[a] rescidistis: leges refixistis: per vim, & cõtra auspicia latas decreuistis: totius Italiæ delectus[b] excitastis: collegã, & socium scelerũ omnium, hostẽ iudicauistis. cũ hoc quę pax esse potest[c]? Si esset externus hostis, tamen id ipsum vix, talibus factis, posset aliquo modo. sed si maria, montes, regionum magnitudines interessent, odisses[d] eũ, quem non videres. hi in oculis hærebunt, &, cùm libebit, in faucibus. quib. enim sæptis tam immaneis beluas continebimus[e]? At *incertus exitus belli est. Est omnino fortium virorũ*, quales vos esse debetis, *virtute*[f] *præstare tantum, vt possint fortunæ culpã non extimescere.* Sed quoniã ab hoc ordine nõ fortitudo solùm, verũetiã sapiẽtia postulatur: quãquã[g] videãtur hęc nõ posse seiungi, seiungam[g] tamẽ. fortitudo dimicare iubet, iustum odium incendit, ad confligendum impellit, vocat ad periculũ. Quid sapientia? *cautioribus vtitur consiliis, in posterum prouidet, est omni ratione protectior*[h]. quid igitur censet? *parendũ est enim: atq; id optimũ iudicandum, quod sit sapiẽtissimè constitutũ.* Si hoc præcipit, ne quid vita existimẽ antiquius, ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimen, quærã ex ea, etiamne[i] fuerit, cùm id fecero, seruiendũ. si annuerit: næ ego istam[k] sapientiam, quamuis sit erudita, nõ audiam. sin respõderit, *Tu verò ita vitã corpúsq; seruato, ita fortunas, ita rem familiarẽ, vt*[l] *hæc posteriora libertate ducas, ita q; hus vti velu, sim liberare rẽp. possis: nec pro hu libertatẽ, sed pro libertate hæc proticias, tamquã pignora iniuriæ*: tũ sapientiæ vocẽ audire videar, eíq;, vti deo, paream. Itaq; si, receptis illis, possum[m] esse liberi, vincamus odiũ, pacémq;[n] potiamur: sin liber, viuis his, incolumibúsque, esse nullus potest: lætemur decertandi oblatã esse fortunam. aut[o] enim, victis his, fruemur victrice rep. aut oppressi, (quod omen auertat Iupiter) si non spiritu, at virtutis laude viuem[p]. At enim nos M. Lepidus, imperator iterũ[p], põtifex maximus, optimè proximo ciuili bello de rep. meritus, ad pacẽ adhortatur. Nullius apud me, patres conscripti, auctoritas maior est, quã M. Lepidi, vel propter ipsius virtutẽ, vel propter familiæ dignitatẽ. accedunt eódẽ multa priuata: magna eius in me merita[q], ac mea quædam in illũ. maximũ verò eius beneficiũ numero, q hoc animo in rẽp. est: quę mihi vita mea semper fuit carior. Nã cùm Magnum Pompeium,

a L. M. Antonij rescr.
b L. delectus excitauistis:
c v.c. potest esse? Hostis si esset externus, id ipsum u'x, tal. factis P. CCXLVII. poss. aliquo modo. si maria,
d L. odisses eum, q. nõ videtis. hi,
e al. continebitis?
f L. virtutem præstare: tantũ enim possunt: fortunæ culp. nõ ext.
g L. quamquã vix videntur hæc posse seiungi,
h L. tectior.
i L. etiamne si erit, cùm id fecero,
k L. sapientiam istam,
l L. vt hæc posteriora ducas,
m L. si liberare rep possis:
n L. pacẽmque patiamur sine otium, incolumib. his, esse nullum potest:
o L. aut enim his fruemur, victr. rep. aut oppressa,
p quod &c. P. B. *deest vox iterum, quæ desiderat.*
q L. merita, mea quædam officia in illum.

clarissimum adolescentem, præstantissimi viri filiũ, auctoritate adduxit ad pacem, remq; publicam sine armis, maximo ciuilis belli periculo liberauit: tum me eius beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. Itaque ei & honores decreui, quàm[a] potui amplissimos: in quibus vos mihi estis assensimec vmquam de illo & sperare optimè, & loqui destitui. magnis, & multis pignoribus M. Lepidũ resp. obligatum[b] tenet. summa nobilitas est hominis, summi honores, amplissimum sacerdotium, plurima vrbis ornamenta ipsius fratris, maiorúmque monumenta: probatissima vxor, optatissimi liberi, res familiaris cùm ampla, tum casta à cruore ciuili. nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio, & misericordia liberati. Talis igitur vir, & ciuis, opinione labi potest, voluntate à repub. dissidere nullo pacto potest. Pacem vult M. Lepidus. Præclarè: si talem potest efficere, qualem nuper effecit: qua pace Cn. pompeij filium resp. adspiciet, suóque sinu, complexuque recipiet: neque solũm illum, sed cum illo ipsam sibi restitutã putabit. Hæc causa fuit, cur[c] decerneretis[d] statuam in Rostris cum inscriptione præclara: cur absenti triumphũ. quamquã enim magnas res bellicas gesserat, & triumpho dignas, non erat tamen ei tribuendum, quod nec L. Æmilio, nec Æmiliano Scipioni, nec superiori Africano, nec Matio nec Pompeio, qui maiora bella gesserunt: sed, *quòd silentio ciuile*[e] *bellum confecerat*, primùm[f] vt licuit, honores in eum maximos contulistis. Existimásne igitur, M. Lepide, qualem Pompeium resp. habitura sit ciuem, taleis[g] futuros Antonios? in altero pudor, grauitas, moderatio, integritas: in illis (& cùm hos compello, prætereo[h] omnino ex grege latrocinij neminem) libidines, scelera, ad omne facinus immanis audacia. Deinde obsecro vos, patres conscripti, quis hoc vestrũm non videt, quod *Fortuna* ipsa, *quæ dicitur cæca, vidit?* saluis enim actis Cæsaris, quæ concordiæ causa defendimus, Pompeio sua domus patebit: eámque nõ minoris, quàm emit Antonius, redimet: redimet, inquã, Cn. Põpeij domum filius. O rem acerbam! Sed hæc satis diu, multúmque defleta sunt. Decreuistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriis in prædæ dissipatione inimicus victor redegisset. Sed hanc mihi dispensationem pro paterna necessitudine, & cõiunctione deposco. redimet hortos, ædeis, vrbana quædam, quæ possidet Antonius. nam argentum, vestem, suppellectilem, vinum amittet æquo animo, quæ ille helluo[k] dissipauit. Albanum, Formianum l à Dolabella recuperabit[m]: etiam ab Antonio Tusculanum. hîque, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno Anseres[n] depellentur. Sunt alij plures fortasse: sed mea memoria dilabuntur. Ego etiam eos dico, qui hostium numero non sunt, Pompeianas possessiones, quanti emerint, filio reddituros. Satis inconsiderati fuit, ne dicam audacis, rem vllam ex illis attingere. retinere verò quis poterit, clarissimo domino restituto? An is non reddet, qui domini patrimoniũ circumplexus, quasi thesaurum draco, Pompeij seruus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupauit? Atque illud septies millies, quod adolescenti, P.C. spopondistis, ita describite, vt videatur

[a] *vide quos perui ampl.*

[b] L. illigatũ tenet: summa nobilitas est, omnes honores, amplis.

[c] L. cur ei cern.

[d] Honores qui Lepido decreti Romæ quod silentio ciuile bellum confecisset:* P.CCXIVIII

[e] L. bellum ciuile confl.

[f] L. cum primum licuit,

[g] L. taleis futuros in rep. Antonios.

[h] *o.v.c.* prætereo ex gr. *fort.* prætereo omni ex grege &c.

[i] *al.* dispensatione.*

[k] L. heluo l L. Firmanũ m L. recipera bit:

[n] quidã Anserum vocabulo intelligit scriptores laudum Antonii, quibus ipse Antonius ex Pompeij bonis in Falerno dedit.*

P. E.

à vobis Cn. Pompeij filius in patrimonio suo collocatus. Hæc senatus: reliqua populus R. in ea familia, quam vidit amplissimam, persequetur: in primis paternum auguratus locum, in[a] quo ego eum, vt, quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Vtrum igitur augurem Iouis optimi maximi, cuius interpretes, internuntíque constituti sumus, vtrum populus Rom. libẽtiùs sanciet, Pompeium, an Antonium? Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse, *vt actis Cæsaris firmis, ac ratis, Cn. Pompeij filius posset & dignitatem, & fortunas patrias recuperare*[b]. Ac ne illud quidem silẽtio, P.C. prætereun dum puto, quòd clarissimi viri legati, L. Paullus, Qu. Thermus, C. Fannius, quorum habetis cognitam voluntatem in rempub. eámque perpetuam, atque constantem, nuntiant, se Pompeij conueniendi causa diuertisse[c] Massiliam, cúmque cognouisse paratissimo animo, vt cum suis copiis iret ad Mútinam, ni vereretur veteranorum animos offendere. Est verò eius patris filius, qui sapiẽter faciebat non minùs multa, quàm fortiter. Itaque intelligitis & animum ei prǽstò fuisse, nec consilium defuisse. Atque etiã hoc M. Lepido prouidendum est, ne quid arrogantiùs, quàm eius mores ferunt, facere videatur. Si enim nos exercitu terret, non meminit, illum exercitum, senatus, populúque R. atque vniuersæ reip. esse, non suum. At vti potest pro suo. Quid tum? *omniáne viri boni, quæ facere possunt, facienda sunt? etiámne si turpia, si perniciosa erunt? si facere omnino non licebit? quid autem turpius, aut fœdius, aut quod minùs deceat, quàm contra senatum, contra ciues, contra patriam exercitum ducere? quid verò magis vituperandum, quam id facere, quod non liceat? Licet autem nemini contra patriam ducere exercitũ: si quidẽ licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum, institutisq; conceditur.* Neque *enim, quod quisque potest, id ei licet: nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur.* tibi enim exercitum, Lepide, tanquam maioribus tuis, patria pro se dedit. hoc tu arcebis hostem: fineis imperij propagabis: senatui, populóque Rom. parebis, siquam ad aliam rem te fortè[e] traduxerit. Hæc[f] si cogitas, es, M. Lepide, pontifex Maximus, M. Lepidi, pontificis maximi pronepos. sin hominibus tantum licere iudicas, quantum possunt: vide, ne alienis exemplis, iisque recentibus, vti, quàm[g] antiquis, & domesticis male videare. Quòd si auctoritatem interponis sine armis, magis quidem laudo: sed vide, ne hoc ipsum non sit necesse. Quamquam enim est tanta in te auctoritas, quanta debet in homine nobilissimo: tamen[h] senatus se ipse non contemnit: nec verò fuit vmquam grauior, constantior, fortior. *incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandam*[i]: non potest vllius auctoritate tantus senatus, populíq; Rom. ardor exstingui[k]: odimus: irati pugnamus: extorqueri de manibus arma non possunt: receptui signum, aut reuocationem à bello audire non possumus: speramus optima: *pati vel difficillima malumus, quàm seruire.* Cæsar confecit inuictum exercitum: duo fortissimi cõsules adsunt cum copiis: L. Plãci, consulis designati, varia, & magna auxilia non desunt: de D. Bruti salute certatur. vnus furiosus gladiator cũ tẽterrimorum latronũ manu

[a] L. in eum ego eum.

[b] *v.c.* recipe rare.

[c] L. deuertisse M.

[d] L. non sub *v.* CCXIAX.

[e] *al.* Hoc fugitan. M. Lepidi de M. Lepidi pontif. Maximi nepote. Maxime pontifex, si fortuna te ad ea deduxerit, quæ &c.

[f] *al.* tamen senatus ipse se, quæ &c. aut.

[i] *v.c.* recipe randum.

[k] *al.* exstinctus.

manu, contra patriam, contra deos penateis, contra aras, & focos, contra quattuor consules gerit bellum. Huic cedamus? huius conditiones audiamus? cum hoc pacem fieri posse credamus? Ay periculum est, ne ab hoc opprimamur. Non metuo, ne is, qui suis amplissimis fortunis, nisi bonis saluis, frui non potest, pro dat salutem suam. *Bonos ciuis primum natura efficit, adiuuat deinde fortuna, omnibus enim bonis expedit saluam esse remp. sed in iis, qui fortunati sunt, magis id apparet.* Quis fortunatior Lepido, vt antè dixi? quis eodem sanior? vidit eius mœstitiam, atque lacrymas populus Rom. Lupercalibus: vidit, quàm abiectus, quàm confectus esset, cùm Cæsari diadema imponens Antonius, seruum se illius, quàm collegam esse malebat. qui si reliquis flagitiis, & sceleribus abstinere [a] potuisset, tamè vnum ob hoc factum, dignum illum omni pœna putarem. nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat? &, si eius pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eum tyranni, etiámne in nostros liberos dominum, & tyrannum comparabat? Itaque illo interfecto, qualem eum in nos esse voluit, talis ipse in ceteros exstitit. Qua enim in barbaria quisquam tam tæter, tam crudelis tyrannus, quàm in hac vrbe armis barbarorum stipatus Antonius? Cæsare dominante veniebamus in senatum, si non liberè, attamè tutò. hoc archipirata, (quid enim dicam tyranno?) hæc subsellia ab Ithyreis occupabantur. Prorupit Subitò Brundisium, vt inde, agmine quadrato, ad vrbem accederet: lautissimum oppidum, nunc municipium, honestissimorum [b] quondam colonorum, Suessam. fortissimorum militum sanguine impleuit: Brundisij in sinu, non modò auariissimæ, sed etiam crudelissimæ vxoris, delectos Martię legionis centuriones trucidauit. Inde se quo furore, quo ardore, ad vrbem, id est, ad cædem optimi cuiusque rapiebat? Quo tempore dij immortales ipsi præsidium improuisum nec-opinatibus nobis obtulerunt. Cæsaris enim incredibilis, ac diuina virtus, latronis impetus crudeleis, ac furibundos retardauit: quem cùm ille demens lædere se putabat edictis, ignorans, quæcumque [c] falsò is dicere: in sanctissimum adolescentem, ea vertè recidere in memoriam pueritię suę. Ingressus vrbem est, quo comitatu, vel potiùs agmine? cùm dextra, sinistra, gemente populo Rom. minarentur dominis, notaret domos, diuisurum se vrbem palam suis polliceretur. Rediit ad milites, ibi pestifera illa Tiburi [d] concio. inde ad vrbem cursus: senatus in Capitolium: parata de circumscribendo adolescente sententia consularis: cùm repentè (nam [e] Martiam legionem Albæ consedisse sciebat) affertur ei de quarta nuntius quo perculsus abiecit consilium referendi ad senatum de Cæsare, egressus est non viis, sed tramitibus, paludatus: eóque [f] die ipso innumerabilia scelera, quàm scripta sunt. Ex eo non iter, sed cursus, & fuga in Galliam, Cæsarem se qui arbitrabatur cum legione Martia, cum quarta, cum veteranis: quorum ille nomen præ metu ferre non poterat: eíque in Galliam penetranti, D. se Brutus obiecit: qui se totius belli fluctibus circumiri, quàm illum aut regredi, aut progredi maluit, Mutinámque illi exsultanti, tamquam frenos furoris iniecit, quam cùm operibus, munitionibúsque sæpissiet, nec eum florentissimæ coloniæ dignitas, neque consulis designati maiestas à [a] parricidio deterreret: tum, me, (testor & vos, & populum Rom. & omneis deos, qui huic vrbi præsident) inuito, & repugnante, legati missi tres consulares ad latronem M. Antonium gladiatorum ducem. Quis tam barbarus vmquam? tam immanis? tam ferus? non audiuit: non respondit: neque eos solùm præsenteis, sed multò magis nos, à quibus illi erant missi, spreuit, & pro nihilo putauit. Postea, quod scelus, quod facinus parricida [b] non ediderit? circumsedit colonos vestros, exercitum populi Ro. imperatorem, consulem designatum: agros diuexat ciuium optimorum: hostis tæterrimus omnibus bonis cruces, ac tormenta minitatur. Cum hoc, M. Lepide, pax esse quæ potest? cuius ne supplicio quidem vllo satiari videtur posse populus Ro. Quòd si quis adhuc dubitare potuit, quin nulla societas huic ordini, populóque Rom. cum illa importunissima bellua [c] possit esse: desinat profectò dubitare, his cognitis litteris, quas mihi missas ab Hirtio consule modò accepi. Eas dum recito, dúmque de singulis sententiis breuiter disputo, P. C. vt adhuc feciſtis, me attentè audiatis. ANTONIVS HIRTIO, ET CAESARI. Neque se imperatorē, neque Hirtium consulem, nec pro prætore Cęsarem. satis hoc quidem scitè. deponere alienum nomen ipse maluit, quàm illis suum reddere. COGNITA MORTE C. TREBONII, NON PLVS GAVISVS SVM, QVAM DOLVI. Videte quid se gauisum, quid [d] se doluisse dicat: facilius de pace deliberabitis. DEDISSE POENAS SCELERATVM CINERI, ATQVE OSSIBVS CLARISSIMI VIRI, ET APPARVISSE NVMEN DEORVM INTRA FINEM VERTENTIS, AVT IAM SOLVTO SVPPLICIO PARRICIDAE [e], AVT IMPENDENTE, LAETANDVM EST. Ô Spartace! quem enim te potiùs appellem? cuius propter nefãda & scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina: lætandũ esse, ausus es scribere, Treboniũ dedisse pœnas? sceleratũ Treboniũ? quo scelere, nisi quòd te idibus Martiis à debita tibi peste sedúxit [h]? Agè. hoc lætaris: videamus, quid moleste feras. HOSTEM IVDICATVM HOC TEMPORE DOLABELLAM, EO QVOD SICARIVM OCCIDERIT, ET VIDERI CARIOREM POPVLO R. FIIIVMS CVRRAE, QVAM C. CAESAREM, PATRIAE PARENTEM, INGEMISCENDVM EST. Quid ingemiscis hostem Dolabellam iudicatum? quid? te non intelligis delectu [i] tota Italia habito, consulibus missis, Cæsare ornato, sagis denique sumtis, hostem iudicatum? quid est autem scelerate, quòd gemas, hostem Dolabellam iudicatum à senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas. sed eam tibi causam belli gerendi proponis, vt senatum funditus deleas: réliqui boni, & locupletes omnes summum ordinem subsequantur. At scurræ filium appellat. Quasi verò ignotus nobis fuerit splendidus eques Rom. Tribonij pater. Is autem humilitatem despicere audet cuiusquam, qui ex Fadia sustulerit liberos? AGERRIMVM VERO EST, A. HIRTI, ORNATVM [k] BENEFICIIS, CAESARIS ET TALEM AB EO RELICTVM, QVALEM IPSE MIRA-

a L. à patricidio.

P. B.

b L. patricida.

c L. belua.

d L. quid doluisse dicat.

e L. PATRICIDII. P. CCLI.

f μεταφορικῶς Antonium Spartacum seruitutis belli ducem appellat.

g L. nefaria scel. tolerabilis videtur fuisse Cat.

h vide 10. famil. 28. Dionem 44.

i dilectu.

k ORNATVM ESSE BENEFICIIS. al. ORNATVM HIS BENEFICIIS.

RIS. Equidem negare non possum, à Cæsare Hirtium ornatum: sed [a] illa ornamenta, in virtute, & industria posita lucent. Tu verò, qui te ab eodem Cæsare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquò te tua virtus prouexisset? ecquò genus [b]? in lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumsisses, vt faciebas, cùm in gremiis mimarum, mentum [c], mentémque deponeres. ET TE, OPVER [d]. Puerum appellat, quē non modò virum, sed etiam fortissimum virum sensit [e], & sentiet. Est istud quidem nomen ætatis, sed ab eo minimè vsurpandum, qui suam amentiam puero huic præbet ad gloriam. QVI OMNIA EIVS NOMINI DEBES. Debet verò solúsque præclarè. si enim ille patriæ pater est, vt tu appellas (ego, quid sentiam, videto:) cur non hic parens verior, à quo certè vitam habemus, è tuis sacinorosissimis [g] manibus ereptam? ID AGERE, VT IVRE DAMNATVS SIT DOLABELLA? Turpem verò actionem, qua defenditur amplissimi [h] auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. ET VT VENEFICVS [i] HAC LIBERETVR OBSIDIONE? Veneficum [k] audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia inuenit? quem ita obsides, nouus Annibal [l], aut si quis acutior imperator fuit, vt te ipse obsideas, neque te istinc, si cupias, possis explicare. recesseris: vndique omnes insequentur. manseris: hærebis. nimirum rectè veneficum [m] appellas, à quo tibi præsentem pestem vides comparatam. VT [n] QVAM POTENTISSIMVS SIT CASSIVS, ATQVE BRVTVS? Putes Censorinum dicere, aut Ventidium aut etiam ipsos Antonios, cur autem nolint potentes esse non modò optimos, & nobilissimos viros, sed secum etiam in reipub. defensione coniunctos? NI MIRVM EODEM MODO HAEC ADSPICITIS, VT PRIORA. Quæ [o] tandem: CASTRA POMPEII SENATVM APPELLATI S. An verò tua [p] castra potiùs senatum appellaremus? in quibus tu videlicet consularis, cuius totus consulatus est ex omni monumentorum memoria reuulsus [q]: duo prætores sine causa dissiliì se aliquid habituros: nos enim Cæsaris beneficia defendimus? prætorij, Philadelphus Annius, & innocens Gallius [r]: ædilitii, Coricus [s], laterum, & vocis meæ testis Bestia, & fidei patronus: fraudator creditorū Trebellius, & homo diruptus, dirutúsque, Quintus Cœlius, columénque amicorum Antonij, Cotyla [t] Varius: quos [u] Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat à [x] suis publicè: Septemuitales, Lento, Nucula: tum deliciæ, atque amores populi Rom. L. Antonius: tribuni [y] primùm duo designati, Tullus Hostilius, qui suo iure in porta nomen inscripsit: qui cùm prodere imperatorem suū non [z] potuisset, reliquit, alter est designatus, Viseius [aa] nescio [bb] quis, fortis (vt aiunt) latro: quem tamen temperantem fuisse ferunt Isauri [cc] balneatorem. Sequuntur alij, tribunitii, T. Plancus in primis: qui si senatū dilexisset, numquā curiam incendisset, quo scelere damnatus, in eam vrbem rediit armis, è [dd] qua excesserat legibus. sed hoc ei commune cum plurimis dissimillimis. illud tamē verū, quod [ee] Plancō prouerbij loco dici solet, perire eum non posse, nisi [ff] ei crura fracta essent. fracta sunt, & viuit. hoc tamen, vt alia multa, Aquillæ [a] fertur acceptum. Est etiam ibi Decius, abilis, vt opinor, Muribus Deciis. Itaque Cæsaris munere [b], Deciorum [c] quidem, multo intervallo per hūc prælarum virum memoria renouata est. Saxam verò Decidium prætereire quí possum, hominem deductum ex vltimis gentibus, vt eum tribunum pleb. videremus, quem ciuem numquam videramus? Est [d] quidē alter Soseranus: sed omnes tamen tanta habent similitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. Nec verò Exitius, Philadelphi frater, quæstor, prætermittendus est, ne, si de clarissimo adolescente siluero, inuidisse videar Antonio. Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse à se, aper cum curiam vidit post Cæsaris mortem: mutauit calceos: pater conscriptus repentè factus est. Non noui Sex. Albediū: sed tamen neminem tam maledicum offendi, qui illum negaret dignum Antonii senatu. Arbitror me aliquos prætermisisse: de iis tamen, qui occurrebant, tacere non potui. Hoc igitur fretus senatu Pompeianum senatū despicit: in quo decem fuimus consulares: qui si omnes viuerent, bellum omninò hoc non fuisset: auctoritati cessisset audacia. Sed quantum præsidij fuerit in ceteris, hinc intelligi potest, quòd ego vnus relictus [e] è multis, cōtudi, & fregi, adiuuantibus vobis, exultantis prædonis audaciam. Quòd si fortuna nobis modò non eripuisset. Ser. Sulpicium, eiúsque collegam antè Marcum Marcellum: quos ciueis? quos viros? sic duos consules, amicissimos patriæ, simul ex Italia eiectos: si L. Afranium, summum ducem: si P. Lentulum, ciuem cum in ceteris rebus, tum in salute mea singularem: si Bibulū, cuius est in rempub. meritò semper laudata constantia: si L. Domitium, præstantissimum ciuem, si Appium Claudium, pari nobilitate, & voluntate præditum, si P. Scipionem, clarissimum virum, maiorúmque suorum simillimum, resp. tenere potuisset: certè his consularibus non esset Pompeianus despiciendus senatus. Vtrū igitur æquius, vtrum melius reip. fuit, Cn. Pompeiū, an sectorē Cn. Pompeij viuere Antoniū? Quis verò prætorij? quorum princeps M. Cato, idémque omniū gentiū virtute princeps. Quid reliquos clarissimos [h] viros commemorem? nostis omneis. magis vereor, ne longū me in enumerando, quàm ne ingratū in prætereundo putetis. qui ædilitii? qui [i] tribunitii? Quid multa? talis senatorum & dignitas, & multitudo fuit, vt magna excusatione opus iis sit, qui illa in castra nō venerūt. Nunc reliqua attendite. VICTVM CICERONEM DVCEM HABVISTIS [k]. Eo libentiùs ducem audio, quod certè ille dicit inuitus. nam de victo nihil laboro. fatum enim meum est, sine repub. nec vinci posse, nec vincere. MACEDONIAM MVNITIS EXERCITIBVS. Eā [l] quidem fratri tuo, qui à vobis nihil degenerat, extorsimus. AFRICAM COMMISISTIS VARONIS CAPTO. Hic cum C. fratre putat se litigare. IN SYRIAM CASSIVM MISISTIS. Non igitur sentis, huic causæ orbem terræ [m] sat patere parêre: te, extra munitiones tuas, vestigium vbi imprimas, non habere? CASCAM TIBVN ATVM GERERE PASSI ESTIS. Quid ergo? vt M. [n] Arullū, vt Cesetium à repu. remouemus, eum, per quem, vt neque idem

a vel Aquillæ referatur acceptum.
b al. munere Cæsaris, c L. Decio, multo quidē interuallo. P. B.
d L. Est quidē alter Soseranus: sed omnes tamen tanta habent similitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. A Seteno. sed omn.
e fort. reliquus è multis
f al. Quid vt ro prætorius? r. CCLIII.
g al. Quid? h lib. mal. pro clarissimos
i L. qui ædilitii? qui tribunitii? Quid multa? talis senatorum &c.
k al. SEQVI-MINI
l L. Et quidē
m sint passim
n al. Marullū, vt Cesetium à rep.

a al. sed illa omnis ornamenta.
b al. ecquod genus. al. ac quid ingenium. P. B.
c al. mentem mentúmq.
d Octauium intelligit annū enim 19. agebat. Teste Velleio & Tacito. adde 12. famil. 25. & 10. famil. 28. & 11. famil. 7. & 14. & 20: & epistola ad Brutum 15.
e al. sentit.
f L. patrios
g vel facinorosissimis
h L. amplissimi ordinis auctoritas.
i L. VENEFICA HAEC LIBERETVR OBS.
k L. Venefica
l L. Annibalem
m L. Veneficam app.
n L. ET VT Q.
o al. Quo tandem?
p al. tua castra senatum potius app. al. tua castra senatum app.
q vel. euulsus:
r al. M. Gallicis vt apud Appian. lib. 3 & Sueton. P. CCLII. in Tiberio.
s L. C. Oricus, latere, & vocis mex, Bestia etiā fidei patronus:
t al. Cotula.
u L. quem Anton.
x L. à seruis publicis.
y al. tribunitii.
z L. non posset.
aa al. Visellius.
bb L. nescio qui,
cc L. Pisauri balneatorem.
dd al. vnde exc.
ee Iis qui in crucem acti essent crura frangere solebant, si diutius in cruce viuerēt quod & historia sacra innuit.
ff De crurifragio adde quæ dā ex orat. pro Roscio Amerino: Suet. in Augusto.

idem hoc posthac, neque multa huiusmodi accidere possent, consecuti sumus? VECTIGALIA IVLIANA[a] LVPERCIS[b] ADEMISTIS, Lupercorum mentionem facere audet? neq. illius diei memoriam perhorrescit, quo ausus est, obrutus vino vnguentis oblitus, nudus, gementem populum Rom. ad seruitutem cohortari? VETERANORVM COLONIAS, DEDVCTAS LEGE, ET SENATVSCONSVLTO SVSTVLISTIS. Nos fustulimus, an[c] contra legem comitiis centuriatis latam sanximus? vide ne tu veteranos, tamen eos, qui erant perditi, perdideris: in eúmque locum deduxeris, [d] ex quo iam ipsi sentiunt se numquã exituros MASSILIENSIBVS IVRE[e] BELLI ADEMPTA REDDIT VROS VOS POLLICEMINI. Nihil disputo de iure belli. magis facilis disputatio est, quàm necessaria. illud tamẽ aduertite, P.C. quàm sit huic reip. natus hostis Antonius, qui tantopere eam ciuitatẽ oderit, quam scit huic reip. semper fuisse amicissimam. NEMINEM[g] POMPEIANVM, QVI VIVAT, TENERE LEGE HIRTIA[h] DIGNITATES? Quisquã iam legis Hirtiæ mẽtionem facit? cuius non minùs arbitror latorẽ ipsum, quàm eos, de quibus lata est pœnitere? Omnino, mea quidẽ sententia, legem illam appellare fas non est: &, vt sit lex, non debemus illã Hirtij legem putare. APVLEIANA PECVNIA BRVTVM SVBORNASTIS[k]. Quid, si omnib. suis copiis excellentem virum resp. armasset? quem tãdem bonũ pœniteret? nec enim sine pecunia exercitũ alere, nec sine exercitu fratrem tuum capere potuisset. SECVRI PERCVSSOS PATRVM, ET MENEDEMVM, CIVITATE DONATOS, ET HOSPITES CAESARIS, LAVDASTIS. Non laudamus, quod ne audiuimus quidem. valde enim nobis in tanta perturbatione reip. de duobus nequissimis Græculis cogitãdum fuit. THEOPOMPVM, NVDVM, EXPVLSVM A TREBONIO, CONFVGERE ALEXANDRIAM NEGLEXISTIS. Magnũ crimẽ senatus de Theopompo, summo homine, negleximus: qui vbi terrarum sit, quid agat, viuat denique, an mortuus sit, quis aut scit, aut curat? SER. GALBAM EODEM PVGIONE SVCCINCTVM IN CASTRIS VIDETIS. Nihil tibi de Galba respõdeo[m], fortissimo, & constãtissimo ciue: corã aderit: præsens[n] tibi ipse, & ille, quẽ insimulas, pugio respõdebit. MILITES AVT MEOS, AVT VETERANOS CONTRAXISTIS, TANQVAM AD EXITIVM EORVM, QVI CAES. OCCIDERANT. ET EOSDEM NEC OPINANTES AD QVAESTORISSVI, AVT IMP. AVT COMMILITONVM SVORVM PERICVLA IMPVLISTIS. Scili cet verba dedimus, decepimus: ignorabat legio Martia, quarta: ignorabat [o] veterani quid ageretur. nõ illi senatus auctoritatẽ, aut liberalitatẽ populi R. sequebantur: Cæsaris mortẽ vlciscí volebant, quam omnes fatalẽ fuisse arbitrabantur: te videlicet saluũ, beatum, florentẽ esse cupiebant, O miser cùm re, tum hoc ipso, quòd non sentis, quàm miser sis! Sed maximũ crimẽ audite. DENIQVE QVID NON AVT PROBAVISTIS, AVT FECISTIS? QVID FACIAT, SI REVIVIS CAT? Quis credo enim, afferet aliquod scelerati hominis exẽplũ? C. POMPEIVS IPSE? O nos turpeis,

si quidem Cn. Pompeium imitaturi [a] sumus.
AVT FILIVS EIVS, SI[b] DOMI POSSIT? Poterit, mihi crede. nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit.
POSTREMO NEGATIS PACEM POSSE FIERI, NISI AVT EMISERO BRVTVM, AVT FRVMENTO IVVERO. Alij istud negant: ego verò, ne si ista quidem feceris, vmquam tecum pacem huic ciuitati futuram puto. QVID?[c] HOC PLACET NE VETERANIS ISTIS, QVIBVS ADHVC OMNIA INTEGRA SVNT? Nihil vidi tam integrum, quàm vt oppugnare imperatorem inciperent, quem tanto studio, consensúque defenderint[d]. QVONIAM VOS ASSENTATIONIBVS, ET VENENATIS MVNERIBVS VENISTIS. Deprauati[e], aut corrupti sunt, quibus persuasum est, fœdissimum hostem iustissimo bello persequi? [f] AT[g] MILITIBVS INCLVSIS OPEM FERTIS. NIHIL MORORE OS SALVOS ESSE, ET IRE QVO LVBET: SI[h] TAMEN PATIVNTVR PERIRE EVM, QVI MERVIT. Quàm[i] benignè! denique vsi liberalitate. Antonij milites imperatorem reliquerunt, & se ad hostem metu perterriti contulerunt: per quos si non stetisset, non Dolabella priùs imperatori suo, quàm Antonius etiam collegæ parentasset. CONCORDIAE FACTAM ESSE MENTIONEM SCRIBITIS IN SENATV, ET LEGATOS ESSE CONSVLARES QVINQVE. DIFFICILE EST CREDERE, EOS, QVI ME PRAECIPITEM EGERINT, AEQVISSIMAS CONDITIONES FERENTEM, ET TAMEN EX HIS ALIQVID REMITTERE COGITANTEM, PVTARE ALIQVID MODERATE, AVT HVMANE ESSE FACTVROS. VIX ETIAM VERISSIMILE EST, QVI IVDICAVERINT HOSTEM DOLABELLAM OB RECTISSIMVM FACINVS, EOSDEM NOBIS PARCERE POSSE, IDEM SENTIENTIBVS. Parúmne[k] videtur aperte, omnium facinorũ sibi cum Dolabella societatem initam confiteri? nónne cernitis, ex vno fonte omnia scelera manare? Ipse denique fatetur, hoc quidem satis acutè, non posse eos, qui hostem Dolabellam iudicauerint ob rectissimum facinus, (ita enim videtur Antonio) sibi parcere, idẽ sentienti. Quid huic facias, qui hæc litteris, memoriæque mandarit, ita sibi conuenisse cum Dolabella, vt ille Trebonium, &, si posset, etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret, eadémque adhiberet [l] supplicia nobis? Conseruandis [m] ciuis cum tam pio, iustóque fœdere. Is etiam queritur conditiones suas repudiatas, æquas quidem, & verecundas, vt haberet Galliam vltimam, aptissimam ad bellum renouandum, instruendúmque, prouinciam: vt Alaudæ in tertia decuria iudicarent, id est, perfugium scelerum esset cum turpissimis reip. sordibus: vt acta sua rata essent, cuius nullum remanet consularus vestigium. cauebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri priuati, & publici decempedator[n], Nucula, & Lentone collega. QVAMOBREM VOS POTIVS ANIMADVERTITE, VTRVM SIT ELEGANTIVS, ET PARTIBVS VTILIVS, TREBONII[o] MORTEM PERSEQVI, AN CAESARIS ET VTRVM SIT AEQVIVS, CONCVRRERE NOS, QVO FACILIVS REVIVISCAT POMPEIANORVM CAVSA,

a al. IVLIVS al. IVLIANIS b Luperci qui effecti alias dicebam.
P. P. c Num contrà legem comitiis centuriatis lata sanximus? e al. ex quo ipsi iam f. d al. Postquam bellum
e Quid hoc Placetne?
f L. defenderint.
g al. Nemo enim corrupti sunt, quibus persuasum sit, fore diff. hoft. infto bello perfequi?
h Si perfi. qui. g al. Ac mil. h al. si tantùmodò p. i al. Quàm benignè denique? al. Quam benignè? Itaque vsi lib.
P. CCLV.
k L. Parúmne videtur omnium facinorum &c.
l L. adhiberet sup.
m Al. O conseruandus ciuis.
n decempeda tor diuisor. Decempeda decem pedũ mensura.
o TREBONII NE M.

TOTIES IVGVLATA: AN CONSENTIRE, NE LVDIBRIO SIMVS INIMICIS. Si esset iugulata, num quam exsurgeret[a]: quod tibi, tuisque ne contingat. VTRVM, inquit, ELEGANTIVS. Atque[b] hoc bello de elegantia quæritur. ET PARTIBVS VTILIVS. Partes, furiosè, dicuntur in foro, in curia, bellum contra patriam nefarium suscepisti: oppugnas Mutinam, circumsedes consulem designatum: bellum contra te duo cõsules gerunt. cúmque his pro pret. Cæsar: cuncta contra te Italia armata est: istas tu parteis potiùs, quàm[c] populi Ro. defensionem vocas? Potiúsne[d] Trebonij mortem, quàm Cæsaris persequamur? Trebonij satis persecuti sumus, hoste iudicato Dolabella: Cæsaris mors facillimè defenditur obliuione, & silentio. Sed videte, quid moliatur, cùm mortem Cæsaris vlciscendam putat: mortem proponit non iis solùm, qui illam rem gesserunt, sed[e] iis etiam, si qui non molestè tulerunt. QVIBVS VTRI NOSTRVM CECIDERINT, EVCRO FVTVRVM EST. QVOD SPECTACVLVM ADHVC IPSA FORTVNA VITAVIT, NE VIDERET VNIVS CORPORIS DVAS ACIES, LANISTA CICERONE, DIMICANTEIS: QVIVSQVE EO FELIX EST, VT IISDEM[f] ORNAMENTIS DECEPERIT VOS, QVIBVS DECEPTVM CAESAREM GLORIATVS EST. Pergit in mea maledicta, quasi verò ei pulchertimè priora processerint: quem ego inustum veritissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. Egoſne lanista? & quidé nõ inspiés, deteriores enim iugulari cupio meliores vincere. Vtri ceciderint, scribit lucro nobis futurũ. O præclarũ lucrũ! quo, te victore (*quod diÿ omẽ auertãt*) beata mors eorũ futura sit, qui è vita excesserint sine tormẽtis. A me deceptos ait esse ornamẽtis, Hirtiũ, & Cæsarẽ. Quod, quæso, adhuc à me est tributũ Hirtio ornamẽtũ? nã Cæsari plura, & maiora debẽtur. Deceptũ autẽ patrẽ à me Cæsarẽ dicere audes? Tu, tu, inquã, illũ occidisti Lupercalibus: cuius, homo ingratissime, flaminiũ[i] cur reliquisti? Sed iã videte magni & clari viri admirabilẽ grauitatẽ, atq. cõstantiã. MIHI QVIDEM CONSTAT, NEC MEAM CONTVMELIAM, NEC MEORVM FERRE NEC DESERERE PARTES, QVAS POMPEIVS ODIVIT, NEC VETERANOS SEDIBVS SVIS MOVERI PATI, NEC SINGVLOS AD CRVCIATVM TRAHI, NEC FALLERE FIDEM, QVAM DEDI DOLABELLAE. Omitto alia: fidẽ Dolabellę, sanctissimi viri, deserere homo kpius nõ potest. quã fidẽ? an optimi cuiusq. cædis, vrbis, & Italiæ partitionis: suis[l] dandarũ, diripiẽdarúmq. prouinciarũ? nã quid erat aliud, quod inter Antoniũ, & Dolabellã, impurissimos parricidas[m], fœdere, ac fide fieret? Nec LEPIDI SOCIETATEM VIOLARE, PIISSIMI HOMINIS. Tibi cum Lepido societas, aut cum vllo, non dicam bono ciue, sicut ille est, sed homine sano? Id agis, vt Lepidum aut impiũ, aut insanum existimari velis. Nihil agis, quàm quam affirmare[n] de aliquo difficile est, de Lepido præsertim, quem ego metuã nũquam, bene sperabo, dum licebit. Reuocare te à furore Lepidus voluit, non adiutor esse dementiæ. tu porrò ne pios quidem, sed piissimos quæris: &, quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id, propter tuam diuinam pietatem, nouum inducis. NEC PLANCVM PRODERE. PARTICIPEM CONSILIORVM. Plancum participem? cuius memorabilis, ac diuina virtus lucem affert reipublicæ, nisi[a] fortè subsidio tibi venire arbitraris cũ fortissimis legionibus, magno equitũ, peditatúque[b] Gallorum: quique, nisi ante eius aduentum reip. pœnas dederis, ille huius belli fe ret principatum. Quamquam enim prima præsidia, vtiliora reip. sunt, tamen extrema sunt graciora. Sed iam se colligit, & ad extremum incipit philosophari. SI ME RECTIS SENSIBVS EVNTEM DII IMMORTALES, VT SPERO, ADIVVERINT: VIVAM LIBENTER. SIN AVTEM ALIVD ME FATVM MANET: PRAECIPIO GAVDIA SVPPLICIORVM VESTRORVM. NAMQVE, SI VICTI POMPEIANI TAM INSOLENTES SVNT: VICTORES QVALES FVTVRI FVISSENT, VOS POTIVS EXPERIEMINI. Præcipias licet gaudia: non enim tibi cum Pompeianis, sed cum vniuersa republica bellum est. omnes te dii, homines, summi, medii, infimi: ciues peregrini: viri, mulieres: liberi, serui oderunt. sensimus hoc nuper falso nuntio: vero propediem sentiemus. quæ si tecum ipse recolis[c]: æquiore animo, & maiore consolatione moriere. DENIQVE SVMMA IVDICII MEI SPECTAT HVC, VT MEORVM INIVRIAS FERRE POSSIM, SI AVT OBLIVISCI VELINT IPSI FECISSE, AVT VLCISCI PARATI SINT VNA NOBISCVM CAESARIS MORTEM. Hac Antonii sententia cognita, dubitatur[d] sine Hirtium, C. Pansam, consules, putatis, quin ad Antonium transeant? Brutum obsideant? Mutinam expugnare cupiant? Quid de Pansa, & Hirtio loquar[e]? Cæsar, singulari pietate adolescens, poterítne[f] se tenere, quin D. Bruti sanguine pœnas patrias persequatur? Itaque fecerunt, vti his litteris lectis ad munitiones propiùs accederent. Quo[g] maior adolescens Cæsar, maioréque deorum immortalium beneficio reipublicæ natus est, qui nulla specie paterni nominis, nec pietate, abductus vmquam est. Intelligit, *maximam pietatem conseruatione patriæ contineri*. Quod si partium certamen esset, quarum omnino nomen exstinctum est, Antoniúsne potius, & Ventidius partes Cæsaris defenderent, quàm primùm Cæsar, adolescens summa pietate, & memoria parentis sui? Deinde Pansa, & Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum, cùm illæ verè partes vocabantur? Hæ verò quæ sunt partes, cùm alteris senatus auctoritas, populi R. libertas, reipub. salus proposita sit: alteris cædes bonorum, vrbis, Italiæq. partitio? Veniamus aliquando ad clausulam. LEGATOS VENIRE NON CREDO. Bene me nouit. BELLVM QVOVENIAT. Proposito præsertim exẽplo Dolabellę. sanctiores[h] erunt, credo, iure legati, quàm duo consules, contra quos arma fert: quàm Cæsar, cuius patris flamen est: quam cos. designatus, quem oppugnat: quàm Mutina, i[j] POSTVLANTI, COGNOSCAM. Quinetiã abis in malam pestem, malúmque cruciatum? Ad te

a *al.* resurgeret:
b L. Atqui
c L. quàm à populo Ro. defectionem vocas? *al.* quã à rep. defect. *&c. al.* quam à &republ. dissensionem vocans? Trebuniũ mortem, an Cæsari per legunt.*
d L. POTIVSNE TREBONII MORTEM, AN CAESARIS PERSEQVIMVR? *al.* Trebonij mortẽ. e *al.* sed iis etiam, qui non m.
P. CCLVI.
f L. ISDEM.
g *fort.* Ego lanista. & q.
h L. cùm, te [*al.* quam.*]
i Flaminiũ, flamis. num. ó
k *al.* bonus homo
l q. e. vastãda rum, dir. & ita L.
P. B.
m L. patricidas,
n L. affirmare de altero difficile est:
a L. nisi forte eum sub.
b L. peditatu Gall.
c L. resulcet: ria:
d *al.* dubitatúne Hirtiũ, aut C. Pans.
e L. loquar? f *al.* poterit se tenere?
g Quo maior adolescens Cæsar decreto muneris, &c.
P. B. h *al.* sanctiores
i L. POSTVLENTI,
k *al.* Quin tu abi in malam m. q. cruciat.

Adte quisquam veniat, nisi Ventidij similis[a] oriens incendium qui restingueret. summos viros misimus: repudiasti: nunc in tantam flammam, támque inueteratam mittamus, cùm locum tibi reliquum non modò ad pacem, sed ne ad deditionem quidem fecerit? Hanc ego epistolam, P. C. non[a] quò illum dignum putarem, recitaui, sed vt confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia[b], videretis. Cum hoc pacem M. Lepidus, vir ornatissimus omnibus virtutis[c], & fortunæ bonis, si hæc videret denique, aut vellet, aut fieri posse arbitraretur? *Prius* a *undas flammámque*, vt áit poeta nescio quis, priùs denique omnia, quàm aut cum Antoniis respubl. aut cum rep. Antonii redeant in gratiam. Monstra quædam sunt ista, & portenta, & prodigia reipub. Moueri sedibus suis huic vbi melius est, atq. in alias, si fieri possit, terras demigrare, *vnde*

A *Antoniorum*[a] *nec facta, nec nomen audiat*, quàm illos Cæsaris virtute electos, Bruti retentos, intra hæc mœnia videre. *Optatissimum est vincere: secundum est, nullum casum pro dignitate, & libertate patriæ non ferendum putare. quod reliquũ est non est tertium sed postremum omnium, maximã turpitudinem suspicere vitæ cupiditate.* ¶ Quæ cùm ita sint, *de mandatis, litteris q. M. Lepidi, viri clarissimi, Seruilio assentior: & hoc amplius censeo, Magnum Pompeium, C. F. pro patris, maiorumque suorum animo, studióq. in remp. suáque pristina virtute, industria, voluntate feciſſe, quod suam, eorúmque, quos secum haberet, operam sentiret populoque R. pollicitus esset, eámque rem* S. P. Q. R. *gratam, acceptámque esse, eique, honori, dignitatique eam rem fore. Hoc vel coniungi cum hoc* S. C. *licet, vel seiungi potest, separatimque perscribi, vt propriũ* S. C. *Pompeius collaudatus esse videatur.*

a alludit ad veteris poetæ versum vbi nec Pelopidarũ facta nec nomen audiã 7 ep. fam. 38. & 30.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMAQVARTA.

ORATIO QVINQVAGESIMASEXTA.

Synopsis.

¶ Honores decernendi his suadet, à quibus Antonius ad Mutinam victus esset: neque ponenda saga nisi bello confecto. Antonium hostes, non simpliciter, improbos & audaces appellandos esse.



Sit, vt ex litteris, quæ recitatæ sũt, P. C. sceleratissimorũ[b] hostium exercitũ, cæsum fusúmque cognouisti, sic id, qđ & omnes maximè optamus, & ex ea victoria, quæ parta est, cõsecutum arbitramur, D. Brutum egressum iam Mutina esse cognouissem: propter cuius periculũ ad saga adsilemus, propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine vlla dubitatione censerem. Antè verò, quàm[c] ea res, quam auidissimè ciuitas exspectat, allata sit, lætitiæ vsus, satis est maximæ, præclarissimæque pugnæ: reditum ad vestitum confectæ victoriæ reseruate. confectio autem huius belli est, D. Bruti salus. ¶ Quæ autem[e] est ista sententia, vt in hodiernum diem vestitus mutetur, deinde cras sagati prodeamus? Nos verò cùm semel ad eum, quem cupimus, optamúsque vestitum, redierimus, id agamus, vt eum in perpetuum retineamus. nam hoc quidem cùm turpe est, tum ne diis quidem immortalibus gratum, ab[g] eorundem aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere[h]. Atque animaduerto, patres conscripti, quosdam huic fauere sententiæ: quorum ea mens, idque consilium est, vt, cùm videanti, illum gloriopropter eius salutem redierimus ad vestitum, hunc[k] ei fructum eripere cupiant, ne

C memoriæ, posteritatíque prodatur, propter vnius ciuis periculum populum Romanum ad saga iisse[a], propter eiusdem salutem redisse ad togas. Tollite hanc, nullam tam prauæ sententiæ causam reperietis. Vos verò, patres conscripti, conseruate auctoritatem vestram, manete in sententia, tenete vestra memoria, quod sæpe ostendistis, huius totius belli in vnius viri fortissimi, & maximi vita positum esse discrimen. Ad D. Brutum liberandum legati missi, principes ciuitatis, qui illi hosti, ac[b] parricidæ denuntiarent, vt à Mutina discederet: eiusdem D. Bruti conseruandi gratia consules[c] sortiti: ad bellum profectus[d] est A. Hirtius, cuius imbecillitatem valetudinis, animi virtus, & spes victoriæ confirmauit: Cæsar, cùm[e] exercitu perfecto comparato, primis pestibus rempublicam liberasset, nequid postea sceleris oriretur, profectus est ad eundem Brutum liberandum, vicitque dolorem aliquem domesticum patriæ caritate. Quid C. Pansa egit aliud delectibus[g] habendis, pecuniis comparandis, senatusconsultis faciendis grauissimis in Antonium, nobis cohortandis, populo Romano ad causam libertatis vocando, nisi vt D. Brutus liberaretur[a] à quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti vna voce depoposcit vt eam non solùm commodis suis, sed etiam necessitati victus anteferret. quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut iam esse confectum: sed spei fructum rei conuenit, & euentui reseruari, ne aut deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse, aut vim fortunæ stultitia contemsisse videamur. Sed

a L. isse. P. CCIIX.

b L. ac parricidæ nuntiarent,

c L. consul sortitu ad bell.

d L. profectus Hirtius: cuius imb.

e al. tum

f L. per se cõparato, ti primis pestib. &c.

g L. dilectib. hab.

quoniam significatio vestra satis declarat, quid hac de re sentiatis: ad litteras veniam, quæ sunt à consulibus, & à proprætore missæ, si pauca antè, quæ ad ipsas litteras pertineant, dixero. Imbuti sanguine gladij, patres cõscripti, legionum, exercituúmque nostrorum, vel madefacti potiùs duobus consulum, tertio Cæsaris prœlio. Si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas: nefarium scelus, si ciuium. Quousque igitur is, qui omneis hostes scelere superauit, nomine hostis carebit? nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, & dubitare, vtrùm in ciue, an in hoste figantur. Supplicationem decernitis: hostem non appellatis. Gratæ verò nostræ diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ, cùm interfecta sit ciuium multitudo. DE IMPROBIS, inquit, ET AVDACIBVS. nam sic eos appellat clarissimus vir, quæ sunt vrbanarũ maledicta litium, non [a] inustæ belli internecini notæ. testamento, credo, subiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adolescentulos circumscribunt. his enim vitiis affectos, & talibus, malos, & audaces appellare consuetudo solet. Bellum inexpiabile infert quattuor COSS. vnus omnium latronum terrimus: gerit idem bellum cum senatu, populóque Romano. omnibus [b] quamquam tuit ipse suis cladibus, pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat: Dolabellæ ferum, & immane facinus, quod nulla barbaria posset ignoscere [c], id deorum consilio factum esse testatur: quæque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hinc ipse Iupiter ab hoc templo, atq. mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate, quos, optimos viros, honestissimósque homines, maximè cum auctoritate huius ordinis, populíque Romani dignitate coniunctos, crudelissimis exemplis interemit prolubium [d] illud, & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominum, vel, si etiam dij oderint quos oportet, omnium deorum. Refúgit animus, P.C. eáque [e] formidat dicere, quæ L. Antonius in Parmensium liberis, & coniugibus effecerit. quas enim turpitudines Antonij libenter subierunt, easdem per vim lætantur aliis se intulisse. Sed vis calamitosa est, quam [f] illis intulerunt: libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita est vita. Est igitur quisquam, qui hosteis appellare non audeat, quorum scelere crudelitatem Karthaginiensium victam esse fateatur? qua enim in vrbe tam immanis Annibal [g] capta, quàm in Parma surrepta Antonius? nisi forte huius coloniæ, & ceterarum, in quas eodem est animo, non est hostis Antonius putandus. Si verò coloniarum, & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis vrbis, quam ille ad excipiendas [h] egestates latrocinij sui concupiuit? quam iampridem merator, & callidus, decempeda sua Saxa diuiserat? Recordamini, per deos immortaleis, P.C. quid hoc biduo timuerimus à [i] domesticis hostibus, rumoribus improbissimis dissipatis. Quis liberos, quis coniugem adspicere poterat sine fletu? quis domũ? quis tecta? quis larem familiarem? Iam aut fœdissimam mortem omnes, aut miserabilem fugam cogitabant. Hæc à quibus timebãtur, eos hosteis appellare dubitamus? grauius si quis attulerit nomen, libenter assentiar: hoc vulgari consuetudine vix sum, leuiore non vtar. ¶ Itaque [a] cùm supplicationes iustissimas ex iis litteris, quæ recitatæ sunt decernere debeamus, Seruiliúsque decreuerit: augebo omnino numerum dierum, præsertim cùm [b] non vni, sed tribus ducibus sint decernendæ. Sed hoc primùm faciam, vt imperatores appellem eos, quorum virtute, consilio, felicitate, maximis periculis seruitutis, atque interitus liberati sumus. Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, vt non imperator appellaretur, aut minimis rebus gestis, aut plerumque nullis? Quamobrem aut supplicatio ab eo, qui antè dixit, decernenda non fuit: aut vsitatus honos, peruulgatúsque tribuendus iis, quibus etiam noui [c], & singulares debentur. At [d] si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset, non eũ à consuetudine, quæ increbruit, imperatorem appellaret Senatus? tot legionibus cæsis, tanta multitudine interfecta hostium dico, ita, inquam, hostium, quamuis hoc isti hostes domestici nolint, clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorum nomen adimemus? Quanto enim honore, lætitia, gratulatione in hoc templum ingredi debent illi ipsi huius vrbis liberatores, cùm hesterno die propter eorum res gestas me ouantem, & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit? *Is enim demum est, mea quidem sententia, iustus triumphus, ac verus: cùm bene de republica meritis testimonium à consensu ciuitatis datur.* nam siue in communi gaudio populi Romani vni gratulabantur, magnum iudicium: siue gratias agebant, eo maius: siue vtrumq. nihil magnificẽtius excogitari potest. Tu igitur ipse de te, dixerit quispiam. Et quidem inuitus: sed iniuriæ dolor fecit me, præter consuetudinem, gloriosum. nõne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam benemerentibus non referri? etiámne [e] eos, qui omneis suas curas in reipublicæ salute defigunt? Scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me [f] per idus Quinctileis, qui dies hodie est, cum fascibus descensurum. aliquémne imperatorem habituri erimus? crimen inuidia quæretur? Credo hoc in gladiatorem, aut latronem, aut Catilinam esse consultum, non in eum, qui, ne quid tale in republica fieri posset, effecerit. an ego, qui Catilinam hæc molientem sustulerim, euerterim, afflixerim, ipse exstiterim [g] repentè Catilina? quibus auspiciis istos fasceis augur accepe-rem? quatenus haberem? cui traderem? quemquámne fuisse tam sceleratum, qui hoc fingeret? tam furiosum, qui crederet? Vnde igitur ista suspicio, vel potiùs iste sermo? Cùm, vt scitis, hoc triduo, vel quatriduo, tristis à Mutina fama manaret? inflati lætitia, atque insolentia impii ciues, vnum se in locum [h] ad illã curiam, viribus [k] potiùs suis, quàm reipublicæ infelicem, congregabant. ibi, cùm consilium inirent de cæde nostra, partirentúrque inter se, qui Capitolium, qui [l] Rostra, qui vrbis portas occuparent: ad me concursum futurum ciuitatis putabant. quod vt cum inuidia mea fieret, & cum vitę etiam periculo, fatam istam fascium dissipauerunt: fasceis ipsi ad me delaturi fuerunt, quod cùm esset quasi mea voluntate factum. tum in me imperus conductorum hominum, quasi in tyrannum, paraba-

a CONFIRMATIO.

b L. cùm ei-municer. tri-ducis.

p. E.

c L. nouis, singulares q. debentur.

d L. An, si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset, non eũ à consuetudine, quæ increbruit, imperatorem appellaret Senatus? tot legionibus cæsis, tanta multitudine interfecta hostium dico, ita, inquam, hostium, quamuis hoc isti hostes domestici nolint, clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorum nomen adimemus?

e L. etiam in eos, qui omneis suas curas in reipublicæ salute defigunt, crimen inuidiæque quæretur?

f L. per pridie vinalia, aut dies hodie est, cũ fasces fuisse descensurum.

g L. Hannibal

h L. explẽdas

i lib. vulg. à domesticis hostibus. id est, qui intra mœnia hostes sunt, rumoribus &c.

a cf. non iustæ belli internec.

b L. omnibus. (quamquam tuit ipse cum suis) cladempest. vast. cf. omnib. (quãquã. r. i. c f.)

c L. agnoscere, id suo cõsilio

d L. propudiũ tũ. || cf. prodigium.*

e L. eáq. dicere reformidat,

p. CCLX.

f L. quam illi tulerunt:

g L. Hannibal

h L. explẽdas

i lib. vulg. à domesticis hostibus. id est, qui intra mœnia hostes sunt, rumorib. &c.

parabatur: ex quo cædes esset vestrûm [a] omniû consecuta. Quæ res patefecit, patres conscripti: sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur. Itaque P. Apuleius, tribunus plebis, meorum omnium consiliorum, periculorúmque iam inde à consulatu meo testis conscius, adiutor, dolorem ferre non potuit: doloris mei concionem habuit maximam, populo Romano, vnum, atque idem sentiente. In qua concione cùm me, pro summa nostra coniunctione, & familiaritate, liberare suspicione fasciû vellet, vna voce cuncta concio declarauit, nihil esse à me vmquam de republica, nisi optimè cogitatum. Post hāc habitam concionem, duabus, tribúsve horis, optatissimi nuntij, & litteræ venerunt: vt idem dies non modò me iniquissima inuidia liberarit, sed etiam celebertima populi Romani gratulatione auxerit. Hæc interposui, P. C. nō tamvt pro me dicerem (malè enim mecum ageretur, si parum vobis essem fine defensione purgatus) quàm vt quosdam nimis ieiuno animo, & angusto monerem, id quod semper ipse fecissem, *vti excellentium ciuium virtutem ămitatione digna, non inuidia putarent. Magnus est in republica campus*, vt sapienter dicere Crassus solebat. *multis apertus cursus ad laudem*. vtinam quidem illi principes viuerent, qui me post meum consulatum, cùm iis ipse cederem, principem non inuiti videbant. hoc verò tempore in tanta inopia, constantium, & fortium consularium, quo me dolore affici creditis, cùm alios malè sentire, alios nihil omnino curare videam [b], alios parum cōstanter in suscepta causa permanere. sententiámque suam non semper vtilitate reipublicæ, sed cùm spe, tum timore moderari? Quòd si quis de contentione principatus laborat, quæ nulla esse debet: stultissimè facit, si vitiis cum virtute cōtendit. vt enim cursu cursus, sic in viris fortibus, virtus virtute superatur. Tu, si ego de republica optimè sentiam: vt me vincas, ipse pessimè senties? aut, si ad me bonorum concursum fieri videbis, ad te improbos inuita bis? nollem, primùm reipublicæ causa: deinde etiam dignitatis tuæ. Sed, si principatus ageretur: quem numquam expetiui, quid randem mihi esset optatius? go enim malis sententiis vinci non possum, bonis forsitan possum, & libenter. Hæc populum Romanum videre, animaduertere, iudicare, quidā molestè ferūt. poterátne fieri, vt non perinde [c] homines quo que, vt quisque mereretur, iudicarent? vt enim de vniuerso senatu populus Romanus verissimè iudicat, nullis reipublicæ temporibus hūc ordinem firmiorem, atque fortiorem fuisse: sic de vnoquoque nostrū, & maximè qui hoc loco sententias dicimus, scisci tātur omnes, auēt audire, quid quisque senserit. ita de vnoquoque, vt quemq. meritū arbitrātur, existimant. Memoria tenent, me ante diem XIII. Kalendas Ianuarias principem reuocandæ libertatis fuisse: me ex Kalendis Ianuariis ad hanc horam inuigilasse reip. meam domum, meásque aureis, dies, & nocteis omniū præceptis, monitísq. patuisse: meis litteris, meis nuntiis, meísq. cohortationibus omneis, qui vbiq. essent, ad patriæ præsidiū excitatos: meis sententiis à Kalendis Ian. nūquam legatos ad Antoniū: semper illū hostem, semper hoc bellū: vt ego, qui omni tempore veræ pacis auctor fuissem, huic essem nomini pestiferæ pacis inimicus. Idem Ventidium [a], cùm alii tribunum plebis voluissent, [b] non ego semper hostem? has [c] in sententias meas si consules designati discessionem facere omnibus voluissent, omnib. istis latronibus auctoritate ipsa senatus iam pridem de manibus arma cecidissent. Sed, quod tum non licuit, patres conscripti, id hoc tempore non solùm licet, vtrùm etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari, sententiis nostris hosteis iudicari. Antea cùm hostem, aut bellum nominassem: semel, & sæpius sententiam meam de numero sententiarū sustulerunt. quod in hac causa iam fieri nō potest. ex litteris enim C. Pāsæ, A. Hirtii consulum, C. Cæsaris propretoris [e], de honore diis immortalib. habēdo sententias diximus. Supplicationem modò qui decreuit, idē imprudens hosteis iudicauit. numquā enim in ciuili bello supplicatio decreta est. decretam [f] dico? ne victoris quidem litteris postulata [g] est. Ciuile bellum consul Sylla gessit: legionibus in vtbē adductis, quos voluit, expulit: quos potuit, occidit: supplicationis mentio nulla. Graue bellum Octauianum insecutum est: supplicatio Cinnę nulla victoris. Cinnę victoriam imperator vltus est Sylla: nulla supplicatio decreta à senatu. Ad teipsum, P. Seruili, num misit vlas collega litteras de illa calamitosa pugna Pharsaliæ? num te de supplicatione voluit referre? profectò noluit. At misit postea de Alexandria, de Pharnace, Pharsalicę verò pugnæ ne triumphum quidem egit. eos enim ciueis pugna illa sustulerat, quibus non modò victoribus [h], sed etiam viuis, & incolumis, & florés ciuitas esse posset. Quod idem contigerat superioribus bellis ciuilibus. Nam mihi consuli supplicatio, nullis armis sumtis, non ob cædē hostium, sed ob conseruationem ciuium, nouo & inaudito genere, decreta est. Quamobrē aut supplicatio ob rēpublicam pulcherrimè gestam postulantibus vestris imperatoribus, deneganda est, quod præter Gabinium contigit neminī: aut, supplicatione decernenda, hosteis eos, de quibus decernitis, iudicetis necesse est. Quod [k] ergo illi re, id ego etiam verbo, cùm imperatores eos appello, hoc ipso nomine & eos, qui iam deuicti sunt, & eos, qui supersunt, hosteis iudico, cùm victores appello imperatores. Quomodo enim potiùs Pāsam appellē? etsi habet honoris amplissimi nomē quo [l] Hirtium? est ille quidem consul: sed alterū nomē, beneficii est populi Romani, alterū virtutis atq. victoriæ. Quid? Cæsarē, deorū beneficio reipublicę procreatum, dubitémne appellare [m] imperatorem, qui primus Antonij [n] immanem, & fœdam crudelitatem, non solùm à iugulis nostris, sed etiam à membris, & viscēribus auertit? Vnius autem diei quot & quantæ virtutes, dij immortales, fuerunt! Princeps enim omnium Pansa præclii faciendi, & cum Antonio cōfligendi fuit, dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore? cuius si acerrimum impetum cohibere potuisset, vno prælio confecta res esset. Sed cùm libertatis auida legio effrenatiùs in aciem hostium irrupuisset, ipséque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis vulneribus acceptis, sublatus è prælio, reipublicæ vitam reseruauit. Ego verò hunc non solùm imperatorem, sed etiam clarissimum imperatorem iudicor qui cùm aut morte, aut victo-

a L. Omnium vestrûm.

b al. video.

c L. proinde homines de hoc, vt q.

d CCLXII. d LXIII. kal.

e L. meis cohort.

a L. P. Ventidium,
b L. vocauissent,
c al. in has sententias meas si consules.
d Pansa. designato.
e L. propratore,
f L. decreta dico?
g L. postulata. Ciuile b.
h al. vinis, sed et à victoribus incolumis & florens ciuitas esse potest.
i Idem 2. Philippica & Orat. in Pisonē, & 25. famil. 4.
k L. Quod ergo ille re,
l al. quo modo Hirtium.
m al. appellare imperatorem qui primus Antonij immanem, & fœdam crudelitatem, non solùm à iugulis nostris, sed etiam à membris, & viscēribus auertit.
n L. Antonij erato
o Pansa cuius
P. CCLXIII.

ria se satisfacturum reipublicæ spopondisset: alterum fecit, alterius dij immortales omen auertant. Quid dicam de Hirtio? qui, re audita, è castris duas legiones eduxit incredibili studio, atque virtute, quartam illam, quæ, relicto Antonio, se olim cum Martia legione coniunxit, & septimam, quæ constituta ex veterannis, docuit illo prœlio, militibus iis, qui Cæsaris beneficia seruassent, senatus, populíque Romani earum nomen esse. His viginti cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse, aquilam quartæ legionis cùm inferret, qua nullius pulchriorem speciem imperatoris accepimus, cum tribus Antonij legionibus, equitatúque conflixit, hosteisque nefarios, huic Ioui [a] maximo, ceteisque deorum immortalium templis, vrbis tectis, libertati populi Romani, nostræ vitæ, sanguiníque imminenteis, prostrauit, fûdit, occidit, vt cum admodum paucis, nocte tectus, metu perterritus princeps latronum, dúxque fugerit. O solemb ipsum beatissimum, qui antequàm se abderet, strati[c] cadueribus patricidarum [c], cum paucis fugientem vidit Antonium! An verò quisquam dubitabit appellare Cæsarem imperatorem? ætas eius certè ab hac sententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute superauit ætatem. Ac mihi semper eo maiora beneficia C. Cæsaris visa sunt, quò minùs erant ab ætate illa postulanda cui [d] cùm imperium: eodem tempore etiam spem nominis eius deferebamus: quod, cùm est secutus [e] auctoritatem nostri decreti, rebus gestis sui's comprobauit. Hic ergo adolescens maximi animi, vt verissimè scribit Hirtius, castra multarum legionum pacis cohortibus tutatus est, secundúmque prœlium fecit. Ita trium imperatorum virtute, consilio, felicitate, vno die locis pluribus respublica est conseruata. Decerno igitur eo rum trium nomine quinquaginta dierũ supplicationes: quas [f] vt honorificentissimis verbis ipse consequi potero, complectar [g] ipsa sententia. Est autem fidei, pietatísque nostræ, declarare fortissimis militibus, quàm memores simus, quámque grati. Quamobrem promissa nostra, atque ea, quæ legionibus, bello confecto, tributuros nos spopondimus, hodierno senatusconsulto renouanda censeo. æquum est enim, militum, talium præsertim, honorem coniungi. Atque vtinam, P. C. ciuibus omnibus soluere nobis præmia liceret. quamquam nos ea, quæ promisimus, studioseh, quamquam multa reddemus. sed id quidem restat, vt spero, victoribus, quibus senatus fides præstatur[i]: quam quidem cùm difficillimo reipublicæ tempore secuti sunt, eos numquam oportebit consilij sui pœnitere. ¶ Sed [k] facile est bene agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videmur. illud admirabilius, & maius, *maximéque proprium senatus sapien ũ est, grata eorum virtutem memori ũ prosequi, qui propatria vitam pr fuderunt.* Quorum de honore vtinam mihi plura in mentem venirent: duo certè non prætribo, quæ maximè occurrunt: quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam, alterum ad leniendum mœrorem, & luctum proximorum. Placet [l] igitur mihi, P. C. legionis Martiæ militibus, & eis, qui vnà pugnantes occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimum. magna, atque incredibilia sunt in rempubli-

a *fort.* Ioui opt. max.

b vide Victor. lib. 15. Variar. 18.

c *l.* patricidarum.

d *al.* cui cùm imperium dabamus, eodẽ temp. &c.

e *al.* consecutus.

f. B.

f L. quæ quàm honorificentissimis verbis ipse consequi potero, complectar. *al.* cõplectar. Est

h L. studiosè cumulatéque redd. i *al* præstatur: quam cùm dif.

k DIGRESSIO.*

l Hoc verbo Placet, plerũque vtebatur in sententiis dicendis 7 ad Attic. 7. vt & his Censeo, ita Censeo, de ea re ita Censeo vti dixi Philipp. 3. in f. *supra*.

cam huius merita legionis, hæc se prima latrocinio abrupit Antonij, hæc tenuit Albam: hæc se ad Cæsarem contulit: hanc imitata quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est. Quarta victrix desiderat neminem: ex Martia nonnulli in ipsa victoria conciderunt. [a] *fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita.* Vos verò patriæ natos iudico: quorum etiam nomen à Marte est: vt idem deus vrbem hanc gentibus, vos huic vrbi genuisse videatur. *Infuga fœda mors est: in victoria gloriosa etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet.* Illi igitur impij, quos cecidistis, etiam ad inferos pœnas parricidij [b] luent: vos verò, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem & locum consecuti. *Breuis [c] autem vobis vitæ data est: at memoria bene redditæ vitæ, sempiterna quæ si non esset longior, quàm hæc vita: quis esset tam amens, qui maximis laboribus, & periculis ad [d] summam laudem gloriámque contenderet?* Actum igitur præclarè vobiscum, fortissimi dum vixistis, nunc verò etiam sanctissimi milites, quòd vestra virtus nec obliuione eorũ, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit, cùm vobis immortale monumentum suis pænè manibus senatus, populúsque Romanus exstruxerit. Multi sæpe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis, clari, & magni fuerunt: nec tamen vllis tale genus honoris tributum est. Atque vtinam maiora possemus, quandoquidem à vobis maxima accepimus, Vos ab vrbe furentem Antonium auertistis: vos redire molientem repulistis. Erit igitur exstructa moles opere magnifico, inciſæque litteræ, diuinæ virtutis testes sempiternæ: numquámque [e] de vobis, eorum, qui aut videbunt vestrum monumentum, aut audient, gratissimus sermo conticescet. ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. Sed quoniam, patres conscripti, gloriæ munus optimis, & fortissimis ciuibus monumenti honore persoluitur, consolemur eorum proximos, quibus optima est hæc quidem consolatio parentibus, quòd tanta reipræsidia genuerunt: liberis, quòd [f] habebunt domestica exempla virtutis: coniugibus, quòd iis viris carebunt, quos laudare, quàm lugere præstabit: fratribus, quòd in se, vt corporum, sic virtutum similitudinem esse confident. Atque vtinam his omnibus abstergere illorum sententiis nostris, consultísque possemus, vel aliqua talis his adhiberi [g] publicè posset oratio qua deponerent mœrorem, atque luctum, gauderéntque potiùs, cùm multa, & varia impenderent hominibus genera mortis, id genus, quod [h] est pulcherrimum, suis obtigisse, eósque nec inhumatos esse, nec desertos: (quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur) nec dispertis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus, atque muneribus, eáque exstructione, quæ sit ad memoriam æternitatis ara virtutis. Quamobrem maximum quidem solatium erit propinquorum, eodem monumento declarari & virtutem suorum, & pietatem, & senatus fidem, & crudelissimi memoriam belli: in quo, nisi tanta militum virtus exstitisset: parricidio [i] M. Antonii nomen populi Rom. occidisset. Atque etiam censeo, P. C. quæ præmia militibus promissa nos, repub.

P. CCLXIII.

a *al.* ceciderunt.

b patricidij.

c L. Breuis à natura vobis vita data est.

d *al.* ad laudẽ, gloriámque summam

e L. nũquã de vobis

f. B.

f *al.* quod habebunt dom.

g *L.* publicè adhiberi pos

h L. quod et pulcher.

i L. patricid.

rep. recuperata, tributuros, ea viuis, victoribúsque cumulatè, cùm tẽpus venerit, persoluendaꝫ: qui autem ex iis, quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, eadem tribuenda censeo.[a] Sed[b], vt aliquando sententia complectar, ita censeo: *Cum C. Pansa, c o s. imperatorem cum hostibus confligendi fecerit, quæ prælio legio Martia admirabili, incredibiliq; virtute, libertatem populi R. defenderit, quod idem legiones tironum fecerint: ipsæque C. Pansa, c o s. imperatorem inter media hostium tela versaretur, vulnera acceperit: cúmq; A. Hirtius, c o s. prælio audito, & cognito fortissimo, præstantissimoq.[d] animo exercitum castris eduxerit, impetúmq; in M. Antonium exercitumque hostium fecerit, cuius copias occiderit, nec[e] occiderit: suo exercitu ita incolumi, vt ne vnum quidem militem desiderauerit: cúmq; C.[f] Cæsar, imperator, consilio, diligentiáque sua castra feliciter defenderit, copiásque hostium, quæ ad castra accessérant, profligarit, occiderit: ob eas res senatum existimare, & iudicare, eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio, grauitate, constantia, magnitudine animi felicitate, populum Rom. fœdissima, crudelissimáque seruitute liberatum, cúmque rempublicam, templa deorum immortalium, bona, fortunásque omnium liberórum conseruarint: dimicationes, & periculo vitæ suæ, vti ob eas res bene, fortiter feliciterq. gestas, C. Pansam, A. Hirtium, c o s. imperatores alter, ambove aut, si[g] abierint, M. Cornutum prætor vrbanum, supplicationes per dies quinquaginta ad omnia puluinaria constituat: cúmq; e virtus legionum digna clarissimis imperatoribus extiterit, senatum quæ sit antea pollicitus legionibus, exercitibúsque nostris, ea summo studio rep. liberata persoluturum: cúmque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit, atque ita cum maiore numero hostium contenderit, vt plurimos[h] cæderent, caperent nonnullos: cúmq. sine[i] vlla necessitate, pro patria vitam profuderint: cúmq. similis virtute reliquarum legionum milites pro salute, & libertate populi Rom. mortem oppetierint: senatui placere, vt C. Pansa, & A. Hirtius consules, imperatores, alter ambove, si huc[k] reuertatur, si quis sanguinem pro vita libertate, fortunisque populi R. pro vrbe, templisque deorum immortalium profudisset, monumentum quam amplissimum locandum, faciendúmque l. vrbem ad eam rem pecuniam ex[m] contribuere, soluere iubeant, vt exstet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumq. diuinam virtutem: vtque, quæ præmia senatus militibus ante constituit, ea soluantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, eáque[n] fratribus tribuantur, quæ militibus ipsis tribui oporteret, si illi vixissent, qui morte vicerunt.*

a hoc verbo vsi sunt Senatores in mandatis à populo dixi Philippica 3. in PERORATIONE.*

a. al. rem coniecit.*

a. al. præstantissimo.*

b. occidionalis. c. Cæsar, pro primo.

g Prætor vrbanus, ñ consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum 10. famil. 12. Proinde maior dicebatur cæteri minores Festius.*

h al. quàm plurimos cæderent, i L. sine vlla retractatione pro pat. al. sine vlla retractatione

k al. eis* l L. faciendũ curent: quæstores vrb. ad eam r. m al. attribuere.*

n L. illisque tribuantur, quæ m.

P. CCLXX.

C. CRISPI SALLVSTII, IN M. T. CICERONEM ORATIO: NISI POTIVS INCERTI auctoris declamatio est.

GRAVITER, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quàm morbo animi petulantia ista vti. sed cùm in te neque modum, neque modestiam vllam animaduerto, respondebo tibi: vt, si quam voluptatem malè dicendo cepisti, eam malè audiendo amittas. Vbi quærar? quos implorem, patres conscripti? diripi remp. atque audacissimo cuique esse perfidiæ locum[a]? an arruptus est, vt sese, ac fortunas suas venaleis habeat? an apud vos, patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuiq & sceleratissimo ludibrio est: vbi M. Tullius leges, iudicia populi Ro. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non reciuis. An verò, M. Tulli, facta, ac dicta tua obscura sunt? an non ita à pueritia vixisti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? An scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem, nõ pudicitiæ iactura perdidisti? Itaque minimè mirandum est, si eam flagitiosè venditas, quam turpissimè parasti. Verùm, vt opinor, splendor domesticus tibi animos tollit, vxor sacrilega, ac periuriis delibuta: filia matris pellex: tibi iucundior, atque obsequentior, quam parenti par est. domum ipsam tuam vi & rapinis, funestam tibi, ac tuis, comparasti: videlicet, vt nos commonefacias, quàm conuersa esset respublica, cùm in ea domo habitares, homo flagitiosissime, quæ P. Crassi, viri[b] consularis fuit. Atque[c] cùm hæc ita sint, tamen se Cicero dici in cõsilio deorum immortalium fuisse, inde missum huic vrbi, ciuibúsque custodem, absque carnificis nomine, qui ciuitatis incommodum in gloriã suam ponit. Quasi verò non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus, & idcirco respublica disiecta eo tempore, quòd te custodem habebat. Sed, vt opinor, illa te magis extollunt, quæ post cõsulatum cum Terentia vxore de rep. consuluisti, cùm legis[d] Planciæ iudicia domi faciebatis: ex coniuratis alios[e] morte, alios pecunia condemnabas, cùm tibi alius Tusculanum, alius Pompeianam villam ædificabat, alius domum emebat: qui verò nihil poterat,

a Libenter a. pro populum

b fort. viri clarissimi, c L. Atq; hæc cùm ita sint, d L. legis Plautiæ

e L. alios cõdemnabas, alios pecunia absolnebas: cum tibi

is erat calumniæ proximus? is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat: denique de eo tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi licitibus accreuerit, qua ex pecunia domum parareris, Tusculanum, & Pompeianum infinito sumtu ædificaueris: aut si retices, cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis ciuium parareris? Verùm vt opinor, homo nouus Arpinas, ex M. Crassi familia eius virtutem imitatur, contemnit simultatem hominum nobilium, rempublicam caram habet, neque terrore, neq. gratia commouetur. Illud[a] verò amicitiæ tantum, ac virtutis est animi? immò verò homo leuissimus, supplex inimicis, amicis[b] contumeliosus, modò harum, modò illarum partium, nemini fidus, leuissimus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat, lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces: quæ honestè nominari non possunt, inhonestissima. Atque is cùm eiusmodi sit, tamen audet dicere: *O fortunatam natam me consule Romam!* Te consule, fortunatam, Cicero? immò verò infelicem, & miseram: quæ[c] crudelissimam proscriptionem ciuium perpessa est, cùm tu, turbata rep. metu perculsa omneis bonos parère crudelitati tuæ cogebas: cùm omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erãt: cùm tu sublata lege Porcia, erepta libertate, nostrûm omnium vitæ, neciisque potestatem ad te vnum reuocaueras. Atque parum est, quòd impunè fecisti, verùm etiam commemorando exprobras, neque licet obliuisci seruitutis suæ. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris quod libet: satis est perpessos esse: etiámne aureis nostras onerabis tuo odio? etiámne molestissimis verbis insectabere? *Cedant arma togæ, concedat laurea lingua*[d]. Quasi verò togatus, & non armatus ea, quæ gloriaris confeceris: atque interte, Syllámque dictatorem, præter nomen imperij, quid quam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omneis artes edocuit, cupiret optimus maximus in concilium deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportauit. Oro te, Romule Atpinas, qui egregia tua virtute omneis Paullos, Scipiones, Fabios superasti, quem tãdem locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes reip. placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui[e] insidias in ciuitate feciſti ancillaris? quo iure, cùm de exsilio tuo Dyrrhachio rediisti, eum séqueris? quos tyrãnos appellabas, eorum nunc potentiæ fauues? qui tibi ante optimates videbãtur, eosdé nunc demeteis, ac furiosos vocas? Vatini causam agis? de Sextio malè existimas? Bibulum petulantissimis verbis lædis? laudas Cæsarem? quem maximè odisti, ei maximè obséqueris? aliud stans, aliud sedens, de rep. sentis? his maledicis, illos odisti, leuissime transfuga, neq. in hac, neque illa parte fidem habens?

a L. Illud verò amicitiæ: hoc virtutis est animi.
b L. in amicos.
d L. LAVDA
e L. quæ pro cui tribuisse in ciuitate ciuis eis in ciliarem in exsilio &c.
p. 271.
c L. quæ crudelissimam proscriptionẽ perp.

M. T. CICERONIS, VT FALSO INSCRIBITVR, IN CRISPVM SALLVSTIVM responsio.

f. 8.

EADEMVM magna voluptas est, Crispe Sallusti, æqualem, ac parem verbis vitam agere: neque quidquam tam obscœnum dicere, cui non ab initio puericiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat: vt omnis oratio moribus consonet: neq. enim qui ita viuit, vt tu, aliter, ac tu, loqui potest: neq. qui tã illoto sermone vtitur, vita honestior est. Quò me vertam, P. C.? vnde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est vterq. nostrûm: quòd aut si de mea vita, atq.[a] actibus huic conuiciatori respondero, inuidiam gloria consequatur: aut, si huius facta, mores, omnem ætatem nudauero, in idem vitium incidã procacitatis, quod huic obiicio. Id vos, si fortè offendimini, iustiùs[b] huic quàm mihi, succensere debetis, qui initiũ introduxit. Ego dabo operã, vt & pro me minimo cum fastidio respondeã, & in hunc minimè mentitus esse videar. Scio me, P. C. in respõdendo non habere magnam expectationem, quòd nullum vos sciatis nouum crimen in Sallustium audituros: sed omnia vetera recogniturus, quicis & meæ, & vestræ iam, & ipsius aures cãlent, verùm eo magis odisse debetis hominẽ, qui ne incipiẽs quidẽ peccare, minimis rebus potuit rudimentum: sed ita ingressus est, vt neq. ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua ætate præterire. Itaq. nihil aliud studeret, nisi, vt lutulentus sus, cum quouis voluptari, longè verò fallitur opinione. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur: sed est quædam calumnia, quam vnusquisq. nostrûm testante animo suo fert, de eo, qui falsum crimen bonis obiectat, quòd si vita istius memoriam vicerit illam, P. C. non ex oratione, sedc suis ex moribus spectare debetis. Iam dabo operam, quàm maximè potero, vt breue id faciam. Neq. hîc altercatio nostra vobis inutilis erit, patres conscripti. Plerumq. enim respublica priuatis crescit inimicitiis: vbi nemo ci-

a L. atq. actis
b L. iustiùs huic, qui initium introduxit. quam mihi succensere deb.
p. 271.
c L. sed ex suis mor.

mo ciuis qualis ſit, vir, poteſt latere. Primùm igitur, quoniã omnium maior. s Criſpus Salluſtius ad vnum exemplum & regulam quærit, velim mihi reſpondeat, nunquid hi, quos protulit, Scipiones, & [a] Metellos. vel Fabios, antè fuerint aut opinionis, aut gloriæ, quàm eos res geſtæ ſuæ, & vita innocentiſſimè acta cõmendauit. quòd ſi hoc fuit illis inium nominis & dignitatis: cur non æquè de nobis exiſtimetur, cuius & res geſtæ illuſtres, & vita integerrimè acta? quaſi verò tu ſis ab illis viris, Salluſti, ortus. quòd ſi eſſes, nõnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt, ſi priùs noti non fuerint, à me accipiant initiũ memoriæ ſuæ, tu tuis vita, quàm turpiter egiſti, magnas oſtu diſti tenebras: vt etiam ſi fuerint egregij ciues, certè venerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos viros obiectare. Satius eſt enim me meis rebus geſtis florere, quàm maiorum opinione niti. & ita viuere, vt ego ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Neq. me cum iis conferri decet, P. C. qui iam deceſſerunt, omniq. odio careant, & inuidia: ſed cum eis, qui mecum vnà in rep. verſati ſunt. Sed [b] ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus, (nõ hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, ſed illam perniciоſam contra leges, cuius primos ordines Salluſtius duxit) aut in gerendis magiſtratibus, aut in vindicandis maleficijs tam ſeuerus, aut in tuenda rep. tam vigilans, quam tu proſcriptionem vocas: credo quòd non omnes tui ſimiles inco lumes in hac vrbe vixiſſent. At quanto meliore loco reſp. ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum ciuium, vnà cum illis adnumeratus eſſes? An ego tunc falsò ſcripſi, *Cedant arma togæ*, qui togatus armatos, & pace bellum oppreſſi? An illud mentitus ſum, *Fortunatam natam me conſule Romam*, qui tantum inteſtinum bellum, ac domeſticum vtbis incendium extinxi? Neq. te tui piget, homo leuiſſime, cùm ea culpas, quæ in hiſtoriis gloriæ mihi ducis? An turpius eſt, P. C. ſcribente mentiri, quàm illum palàm hoc ordine dicente? Nam & ætatem increpuiſti: tantũ me abeſſe puto ab impudicitia, quàtũ tu abes, à pudicitia. Sed quid ego dete plura quærar? Quid. n. mentiri turpe duces, qui mihi aulus ſis eloquentiã, vt vitium obiicere? cuius ſempet nocens eguiſti patrocinio. An vllum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus, & diſciplinis ſit eruditus? an vlla alia putas eſſe rudimenta, & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatẽ aluntur? Sed minimè mirum eſt, P. C. ſi homo, qui deſidiæ, ac luxuriæ plenus ſit, hæc, vt noua, atq. inuſitata, miratur. Nã quòd iſta inuſitata rabie petulanter in vxorẽ, & in filiam meam inuaſiſti, quę facilius mulieres ſe à vitijs abſtinuerũt, q̃ tu vir à virtis: ſatis doctè, ac peritè feciſti. Non enim me ſperaſti mutuam tibi gratiam relaturum, vt viciſſim tuos cõpellarem. Vnus enim ſatis eſt materiæ habens: neque quidquam domi tuæ turpius eſt, quàm tu. Multũ verò te opinio fallit qui mihi parare putaſti inuidiam ex mea re familiari, quæ mihi multo minor eſt, quàm habere dignius ſim. atque vtinam ne tanta quidem eſſet, quanta eſt: vt potiùs amici mei viuerent, quàm ego teſtamentis eorum locupletior eſſem. Ego fugax, Criſpe Salluſti? furori tribuni plebis ceſſi, vtilius duxi quamuis fortunam vnus experiri, quàm vniuerſo populo R. ciuilis eſſem [a] diſſenſionis cauſa. qui poſteaquàm ille ſuum annum in rep per bacchatus eſt, omniáque, quæ commouerat, pace, & otio reſederunt: hoc ordine reuocante. atq ipſa rep. manu retrahente me, reuerti. Qui mihi dies, cum omni reliqua vita cõferatur, animo quidem meo ſuperet: cùm vniuerſi vos, populúſque R. frequens aduentu meo gratulatus eſt. tanti me fugacem, mercenarium patronum, hi æſtimauerunt. Neq hercule mirum eſt. ſi ego ſemper iuſtas omnium amicitias exiſtimaui. Non enim vni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi: ſed, quantum quiſque reipublicæ ſtuduit, mihi tãtùm fuit aut amicus, aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, quàm pacem. Multi priuatorum audacias meruerunt [b]: ego nihil timui, niſi leges. Multi arma ſua timeri voluerunt: ego nũquam volui quid quam poſſe, niſi pro vobis. Multi ex vobis potentia freti, in vos ſuis viribus abuſi ſunt. Itaq. non eſt mirum, ſi nullius amicitia vſus ſum, qui non perpetuò reipublicæ amicus fuit. Neque enim me pœnitet, ſi aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus ſum, aut Sextij inſolentiam repreſſi, aut Bibuli patientiam eluſi, aut virtutibus Cæſaris fauj. hæ laudes egregij ciuis, & vnicæ ſunt. Quæ ſi tu mihi, vt vitia, obiicis, temeritas tua reprehendetur, nõ mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, ſi apud alios mihi eſſet dicẽdum, P. C. non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Sed vbi rerum teſtimonia adſũt, quid opus eſt verbis? Nunc, vt adte reuertar, Salluſti, patrémque tuum prætereà: qui ſi nũquam in vita ſua peccauit, tamen maiorem iniuriam reipublicæ facere non potuit, quàm quòd te talem filium genuit: neque tu ſi qua in pueritia peccaſti, exſequar, ne parentẽ tuũ accuſare videar, qui eo tempore ſummam tui teſtarem habuit: ſed qualem adoleſcentiam egeris. hac enim demonſtrata, facilè intelligetur, quàm petulanti pueritia, tam impudicus, & procax adoleueris. Poſteaquàm immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit, & ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuiſſet, exoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris: vt, quæ ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes, in aliis experireris. Ita non eſt facile reputare [c], P. C. vtrũ inhoneſtioribus corporis partibus rem quæſierit an amiſerit. Domum paternam viuo patre turpiſſimè venalẽ habuit, vendidit. Et cuiquam dubium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo, prodhere [d] de geſſerit omnia? Neque pudet eũ à me quærere, quis in P. Craſſi domo habitet, cùm ipſe reſpondere non queat, quis in ipſius habitet, paterna domo. At Hercule lapſus ætatis titocinio, poſtea ſe correxit. Non ita eſt, ſed abiit in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani: bis ad iudicis ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit: & ita diſceſſit, vt non hic innocens eſſe, ſed iudices peiraſſe exiſtimarentur. Primum honorẽ in quæſtura adeptus, hunc locum, & ordinem deſpectus [e], cuius aditus ſibi quoque, ſordidiſſimo homini, patuiſſet. Itaque timens, ne facinora ſua clàm vos eſſent, cùm omnibus maribus familiarum opprobrio eſſet, confeſſus eſt, vobis audientibus, adulterium, neque erubuit ora veſtra. Vi-

[a] L. ecke dicũ.

[b] al. nutrierunt.

[c] L. exputare.

[d] L. pro herede ſe geſſerit &c. N.

[e] L. deſpexit.

P. 374. xeris vt libet Sallusti: egeris quæ volueris: satis sit, vnum te tuorum scelerum conscium esse. noli nobis languorem, & soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia nostrarum vxorũ, sed ita experrecti non sumus, vt à te cauere possimus. Audacia tua vincit studia nostra. Et[a] quod hunc mouere possit, P. C. factum, ac dictum turpe, quem non puduit palàm, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quòd si tibi nihil per me respondere voluissem, sed illud censorium elogium[b] Appij Claudij, & L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo vsus est quisque eorum, pro lege palàm vniuersis recitatem, nónne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non possit? Neq. post illum delectum senatus vmquam te vidimus: nisi forte in ea te castra coniecisti, quo omnis sentina reip. confluxerat. At idem Sallustius, qui in pace ne senator quidem manserat: posteaquàm reip. armis oppressa est, & idem victores, qui exules reduxit: in senatum post quæsturam est reductus. quem honorem ita gessit, vt nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emtor fuerit. Ita igitur egit, vt nihil non æquum, ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset: neque aliter vexauit, ac debuit, si quis prædæ loco magistratum accepisset. Peracta quæstura, posteaquàm magna eis dederat, cum quibus similitudine vitæ se coniunxerat, vnus iam ex illo grege videbatur. Eius enim partis erat exemplar Sallustius, quò tãquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorum excesserat[c]. quidquid impudicorum cyllonum parricidarum[d], sacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis subsederant, nominis perditi, ac notissimi, nulla in parte castris apti nisi licentia vitiorum & cupiditate rerum nouarum. At posteaquàm prætor est factus, modestè se gessit, & abstinenter. Nónne ita prouinciam vastauit, vt nihil neq. passi sint, neq. exspectarint grauius in bello socij nostri, quàm experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? vnde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum traiici, aut in naueis contrudi: tantum, inquam, P. C. exhausit, quantum voluit. Ne causam dicerem, sestertio duodecies cum Cæsare pascitur. Quòd si quidpiam eorum falsum est, his palàm repelle, vnde tu, qui modò ne paternam quidé domũ redimere[e] potueris, repentè tanquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti,[f] C. Cæsaris reliquas possessiones paraueris. Neque[g] piguit quærere, cur ego P. Crassi domum emissem, cùm tu veteris villæ dominus sis, cuius paulo ante fuerat Cæsar. modò, inquam, patrimonio non comesso, sed deuorato, quibus rationibus repentè factus es tam affluens, & tam beatus? nam quis te facere heredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit, nisi similis, ac par tui[d]? At hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt. quorum siue tu similis es, siue illi tui, nihil ad omnium scelus, ac nequitiam addi potest. Verùm, vt opinor, honores tui te faciunt insolentem, Tu, C. Sallusti, tantidem putas esse, bis senatorem, & bis quæstorem fieri, quanti bis consularem, & bis triumphalem? Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. Is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in prima ætate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es, & ciuilis belli memoria. Quid enim grauius pati potuimus, quàm quòd te incolumen in hoc ordine videamus? Desine bonos petulantissima consectarie[e] lingua: desine morbo procacitatis isto vti: desine vnumquemque moribus tuis æstimare. his moribus amicum tibi facere non potes: videris velle inimicum habere. Finem dicendi, P. C. faciam. sæpe enim grauius vidi offendere animos auditorum, eos, qui aliena flagitia apertè dixerunt, quàm eos, qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quid Sallustius meritò debeat audire, sed vt ea dicam, siqua ego honestè effari possum.

a L. Ecquod hunc

b L. eclogium App. al. elegium al. ellogium

c al. conceſſerat, al b. parricidarum,

d L. tibi

e L. reliquas potueris

f al. Tiburti, al. Tiburtinũ, r L. Neque ne pig.

P. CCLXXV. e fortasse ri

AD POPVLVM ET EQVITES Rom. antequam iret in exsilium.

Hæc oratio est inelegans inconcinna insulsa, atque inepta, denique vix Latina, itaq. qui eã Ciceroni adscribunt, eadem opera regi alicui opulento vestem aliquam crassa fi o tritam, ac laceram circumdent.

SI QVANDO Fini mi corum impetũ propulsare, ac propellere cupistis, defendite nũc: nisi vniuersi vnum, qui ne omnes conciderentis, ardorẽq flammæ cõflagraretis, mei capitis periculo non dubitaui prouidere. Nam, quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicii. Si liberũ concepiam dulcedinem animo incluſam continetis, noli te eo velle carere, qui carissimam vestram procreationem sibi esse duxit. Est enim liberale officium, serere beneficium, vt metere possis fructum. Fidei conducit, in loco, debitum retribuere. Illic enim animi voluntas propensa cõprobatur: hîc memoria collaudatur. Itaque, si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis: sit is vestris animis acceptissimus, qui à vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruituris. Et, si maiores vestri eos imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt furorem, iucundissimo fuerũt

mo fructu libertatis reconciliato, non solùm statuis dignos putarunt, sed etiam æterna triumphi laude decorarunt: tũ vos eum consulem, qui non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilé ciuium mentem senatus auctoritate vindicauit, existimate vobis retinendum in ciuitate esse. Si, quę beneficia singulis ciuibus, priuatímq. dantur, ea solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta: iure & meritò possum ego vos ad defensionem meæ saluti adhortari, quos conseruauí vniuersos. Nam neq. maius est defendere vnum, quàm populum: neq. verius à singulis, quàm ab omnibus repetere officij præmium, & fructum: propterea quòd in vnius periculo sæpe contentio parua est, vt leuis sit labor defensori sustinendus in reip. insidiis, quo firmius est quod oppugnatur, eo paratiores sunt inimici, vt iis sine magna sollicitudine, industria, virtute nõ queat resisti. Et singulorum opes sæpe sunt tenues, & infirmæ ad gratiam referẽdam, vt opitulari benemerentibus non queant, si maximè cupiant: vniuersorum auxilium eò plurimùm ptodest, quòd firmioribus opibus est nixum. Iure igitur, quo maiam & maior impensa in patriam officij est, quàm in priuata sit defensione, & plus à vobis præsidij, quàm à cæteris opis ad salutem potest afferri: vos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. Non cõuenit enim, cùm ego ad promerendum officium tã fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores: ne, cuius amplitudinem, ac gloriam laude, atque honoribus amplificare debeatis, eius incolumitatem, & salutem defendam existimetis. Etenim errat si quis arbitratur, M. Tullium idcirco in capitis periculũ vocari, quòd deliquerit aliquid, quòd patriã læserit, quòd improbè vixerit. nõ citatur reus audaciæ: virtutis reus citatur. non accusatur quòd remp. vi oppugnarit, sed quòd homo nouus pernicioſum nobilium restiterit furorem. Non obest mihi turpis, & nocens, sed honestissimè laudatissimeq. acta vita nõ odio bonorum, sed inuidia premor malorum. Intelligunt homines, tot [a], & tam præclaris testimoniis, monumentisq. virtutis comparatis, M. Tullio, dum sit incolumis, fore voluptati. idcirco vitam eripere cupiunt, vt cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. Nónne igitur indignum est, eos præmiis meis inuidere, qui virtute certare noluerunt? eos in contentionem honoris venire, qui officiis se superari æquissimo animo tulerunt? Si dulcis est, gloria, conséquere virtutem: noli obiicere labores, petere honorem: honorem dico? immò verò famam, fortunas, familiam, liberos, caput, corpus, ipsum deniq. sanguinem, & animam. Cedo inuitus de rep. cedo oppressus de fortuna, de dignitate: discedo à rep. victus audacia malorum. Liceat manere, si nõ illum M. Tullium, custodem vrbis, defensorem omnium, patrem patriæ: at certè reliquias Tullij: liceat in conspectu ciuium, in hac vrbe, quam ex parricidarum faucibus eripuit, remanere, tecta omnium, fana deorum vniuersam videre periculo liberatam suo ciuitatem: liceat ex hac flamma euolare, præsertim qui illud impium incendium perditorũ hominum lacrymis potius meis, q̃ sanguine vestro restingui malui. Neq. enim peto, vt mihi detis vitam: sed datã repeto, vt reddatis. Si mem-

A nistis quod dedi, vos nõ debetis obliuisci, sed retribuere quod debetis. Vos, vos obtestor, dij immortales, qui meæ menti lumina præstulistis, cùm consensum exstinxi coniurationis arcémq. vrbis ab incendio, ac flamma liberaui, liberósq. vestros è gremio, & complexu matrum ad cædem, & cruorem non sum passus abstrahi. Nũ igitur potest fieri à clientibus vt recipiar, cùm, à quibus debeam retineri, reiicere instituant? Socij quò fugiãt, cùm
B aditus custodi patriæ præclusus sit? Quomodo spes salutis reliquis residebit, cùm ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis? Pax, & concordia extraneis gignetur, cùm iam domesticis non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur? Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros? auxilium ab alienis efflagitabo, cùm ciuei s vestros desertis? Sociorum inuocẽ subsidium,
C cùm à ciuibus intercluſum sit præsidium? Quã colere gentem nunc instituam? vtrùm vt custos accipiar, an vt próditor excludar? si vt cõ seruator: vestra erit ignominia. sin vt oppugnator: præcisa erunt omnia. Itaq. quod putaui fore gaudium, id exstitit exitium. Si, Quirites, eundem in ceterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, & pro innocentissimo quoq propugnare, & nocentissimum quemq. oppugnare nobis vtilissimum esse arbitraremur, & si cum optimi cuiusq. rebus aduersis nostrã salutem, cum deterrimorum hominum secundis, nostra pericula putaremus coniuncta: frequentes profectò talibus conatib⁹ obuiam ire niteremur: neq. partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia ac multitudine amicorum fulti, cùm perfacilè existimaremus aduersariorum vim, ac factionem à nobis repelli posse, subitò ipsi simili periculo circumuenti,
E in nostro euentu aliorum reminiscentes casus, iure id nobis accidere nequiquam quereremur. Quis enim est, Quirites, qui nunc, cùm inimicorum nostrorum vim, atq. violentiam perspiciat, quiq. nostrum ipsum periculosissimum casum recognoscat, qui nõ sibi, ac suis diffidat fortunis? Quo. n. se satis tutum arbitrabitur præsidio? virtutis & gloriæ? At ea nos ipsa hoc tempore oppugnãt. Multitudine amicorum? Aperuerunt nõ forteis esse se a-
F micos, si in eorum potestate nostra sita salus non est. Paucitate inimicorum? At id non in ipsius, sed in aliorum voluntate positum est. nam nõ satis est, ne cui iniuriam facias, prouidere, si tamen sunt voluntarij inimici, qui tuis præmiis te oppugnent. Atq. cùm hæc omnia omnibus sint grauia, atq. acerba tum verò nobis misera, atq. intoleranda, quorum & officia in remp. tecentissima, & incommoda ob rẽp. frequentissima in familia versantur. Nũc
G si eadem cõditio disceptationis proponetur, æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusæ, criminatione, sed vacuæ præbebuntur: qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore: qui sperant, facilius & procliuiùs ad laudem nobilitatis peruenient. Quamobrem nolo me duce supplicij vos ad fraudẽ deduci, vt ego ad pristinum statum recidã casus. Nunc igitur, si lingua est
H concertandum: innocentiæ virtute fretus supero. si facta compensanda sunt: conferamus æquitatem. si violentiæ impetu opprimi-

a al. cùm ciui bus

nur: cedam pro omnibus vnus tribunitio furori, quoniã laborem pro cunctis ferre consueui. Si igitur aliquo tempore iis hominibus consuluistis, quorũ animus est religionis pietate defunctus: debetis mihi quoq. prospicere, qui numini deorum consecratum sartum tectum ab omni * piaculo conseruaui, & vos vt tutam, trãquillámq. fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia. Nam me, quem paullo antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundẽ tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatẽ. Et quoniam animaduertistis illam conspirationem conflatam, ita esse restinctã, vt nulla scintilla compareat incendij, vos quoq. tribunitiam sedate temeritatem (qui nunc se mihi inimicum ostendit, se prius esse vestrum professus est inimicum) ne rei crudelitas expecta in me, in vos conualescat, & calamitas remorata longiùs serpat, atq. progrediatur, præcauete. Nunc vel solus delectus ad calamitatem vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere. Omnia sunt immutata. manus ad demonstrãdam religantur iniuriam: lingua inciditur ad deplorandam calamitatem: animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. Humilitatem generis obiiciunt nobis, qui nouam rationem suscitant, veteres maiorum obterunt laudes. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos sceleratè loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente, coarguitur turpitudine vitæ, vt de iis non fit necesse inimicos prædicare, de quorum scelere ne amici quidem aut ipsi possunt negare. Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. apud vos loquor de mea calamitate, quos habui semper innocẽtiæ & virtutis meæ testeis. Igitur ex ciuitate benemeritus de rep. ciuis exturbatur? innocens expellitur? consularis homo? non facultatibus vsus quondam minimis, amicorum multorum præsidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis circunuẽtus eget indigné? huic si opem non tuleritis in periculo capitis, vos, credo, retinebitis vestram libertatem? qui neq. tanta valetis auctoritate, neq. tantorum officiorum impensam egistis in patriã; mihi credite hoc in vno incommodum confirmatum, multorũ infirmabit incolumitatem: & si initiò non erit refutatum impunè ad omnium perniciẽ conualescet. Proinde aut in meo periculo salutem integram præstate communem, aut in vestris hoc idem incommodum expectate fortunis. Nemo tam perdita auctoritate, tam facinorosa inuentus est vita, qui cùm de scelere fateretur, non tamen sententiis priùs iudicum cõuinceretur, quàm supplicio addiceretur. Ego repentè vi tribunitia correptus nõ modò loquendi liberè in iudicio, sed ne consistendis quidẽ in ciuitate habeo potestatem. Eiicior non solùm sine teste, sine indice, sine crimine, sed sine accusatore, sine etiam scelere. Hostibus in bello, qui dissident voluntate, dimicant armis, vitam quotidie oppugnant, in ipsa acie cùm præliantur, licet loqui, licet disputare: mihi in pace, cui qui perditorũ hominum fregi furorem, pro fortunis meis apud vos loqui non licebit? serui, qui ad supplicium cẽsi verberibus trahuntur, apud eos sæpe disputant, quos necare voluerunt: ego consularis apud vos non loquar, quos conseruaui?

*al. periculo

Tacebo, si necesse est: tacebo, inquam, animo æquo, quoniam virtus mea, me tacente, agit causam meam. Itaq. vt ego in concione mea nihil ponam de rebus meis gestis, tamen in animis, & memoria vestra largiter relinquam. Isti modò videant, qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint. Etenim si à me, vt isti existimant, Lentuli mortui sordes, si Catilinæ notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuries ac stupra Cassij pœnas repetunt: profectò istis hora nulla, eiecto Tullio, vacua periculo, aut periculi expectatione relinquetur. Itaq. illi in dies non meis inſidiis, quæ nullæ à me parantur, sed suorum scelerum conscientia cruciati, mihi absenti, & pop. R. pœnas dabunt. Quas ob res ego inimicorum amentiæ, cupiditatiq. paucorum, omnium salutis causa, decedam: neq. eò deducam, aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conseratis, cædésq. ciuium inter se fiat: multóq. potiùs ipse patria, liberísque meis carebo, quàm propter vnum me, vos de fortunis vestris, reique publ. dimicetis. Sic enim ab initio fui animatus, vt non magis me mea causa putarem esse natum, quàm reip. procreatum. Sed illud quæror, (quod non iam ad vnius perniciem, sed ad vniuersorum instruitur calamitatem) conqueri, cõmiserari, dicere, expurgare, suspicionem dimouere, crimen diluere non licere: ore oppressò ceruices esse præbendas: quæ tamen omnia iam non sunt tam calamitosa, quòd mihi sunt subeunda, quàm perniciosa, quòd in remp. sunt introducta. Quamobrem statutum est, atq. decretum, in his temporibus ciuitatis omnia perpeti, quæ volet furor libidinosus. Vim volunt afferre? præstò sum. Eiicere volunt? exeo. indicta causa nolunt audire? causam non dico. aliud quippiam conantur? agant. nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod semp. tutabitur. Nõ enim illis victus cedo, sed incolumibus vobis me cõdono. Neq. enim mors miseranda est, quæ ob remp. capitur: neq exsilium turpe, quod virtute suscipitur: cùm præsertim nõnullam hæ pœnæ habeant in se consolationem. Nam vitam si eripiunt, non adimunt gloriam immortalem. si exsilio multabunt corpus, non animum à rep. remouebunt. Nam, vbicumq. ero, hoc cogitabo, hæc semper cura mea erit: méq. vobis ereptum non à vobis repudiatum existimabo. Illud ab vniuersis postulo, petóq. si, dum in ciuitate manere licitum est, nemini iniustè periculum creaui, nemini innocenti fui calamitati, si omnibus auxilio, præsidióq. esse consueui, plurimósq. in hac ciuitate sum tutatus: vti vos liberos meos in vestrã fidẽ recipiatis, eósq. defendatis, néve inimicos meos in familiam nostram longiùs progredi patiamini: vtíq. siue hinc abiero, siue ero hîc oppressus, ea maneat opinio, & existimatio, quæ virtute parta, nõ quæ infelicitate illata est. Nunc ego te, Iupiter Optime, Maxime, cuius nutu, ac ditione sola terrarum gubernantur, téq. particeps cõnubij, socia regni, regina Iuno, téq. Tritonia, armipotẽs Gorgona[a], Pallas, Minerua, ceteríq. dij, deæq. immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutã, vt nõ solùm cunctam intueri, sed etiam tueri possitis ciuitatẽ: à quorum ego quondam altaribus impiam manum ciuium remoui: à quorum templis meo periculo funestam facẽ repuli, ne illustrissimum orbis terra-

[a] al. Gorgõ nopborũ

terrarum monumentum cum principe omnium terrarum occideret ciuitate:téq.Iupiter Stator, quē verè huius imperij Statorem maiores nostri nominauerunt: cuius in templo hostilem impetum Catilinæ repuli à muris: cuius templū à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum Victoria est collocatum:oro, atq.obsecro,ferte opem pariter reip.cunctæq. ciuitati,meisq.fortunis:resistite tribunitio furori:fauete innocentiæ, subuenite solitudini, miseremini senectutis:nolite eum supplicem à vobis absterrere, & excludere, qui in suo magistratu funestam facem à vestris repulit templis.Si C.Mario auxilio fuistis,quòd in cliuo Capitolino improborum ciuium cædem fecerat: si P.Scipioni, quòd Annibalis furibundā mentem à vestris repulit templis:si deniq.Cn. Pompeio,quòd terra,marq.hosteis reddidit pacatos:sic nunc in meis calamitatibus aliquā ferte opem diuinam, vt sæpe multorū in periculis fecistis:sic nunc in meis miseriis diuinum aliquod auxilium, & numen ostendite. Deinde vos quorū potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit,oro:atque obsecro, quibus singillatim sæpe supplex ad pedes iacui,vt eum, quē singuli stratum,atq. abiectum subleuastis, nunc vniuersi conseruatum velitis.Si neminem vmquam vestrūm læsi,si nemini innocenti obfui,si etiam è contrario, vt quisq.auxilium meum desiderauit, opem ferre non dubitaui: si deniq.quæcumque administraui,ex vestra auctoritate,& Patrum Conscriptorum voluntate feci:si malui inimicorū cupiditati, quàm reip.& legitimæ auctoritati pœnas sufferre: vt existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu ereptum, in antiquum statum dignitatis restitui conuenire. Sed quoniam neque mihi libere loquendi,neque vobis clementer audiendi,neq.omnino iudicandi,paucorum furore, & audacia facta est potestas: sed oppressa est resp.armis,metu debilitata seruili,vti liberum spiritum ducēdi nullam habeat potestatem: cedam inermis armatis, innocens nocētibus, priuatus furibundo magistratui. Neque enim Q.Metellus quidquam de virtute sua detraxit,quòd cessit L.Saturnino furēti:neq. C.Cotta,quòd Q.Vario tribuno pl.inferiore genere orto cedēdum putauit: neque C.Marius:qui, quantas res gesserit, vestra vobis libertas iudicio esse poterit: neq.verò M.Tullius suum animum vestra abalienauit potestate, cum præcipuum vobis obsidem sui animi,vestram reliquerit libertatem.Quamobrē testor deos, deásq.omneis immortaleis, vestrásq.maximè menteis, me non vitę turpitudine, non pro magnitudine scelerum,non propter reliquæ ætatis infamiam,pœnas iure & lege persoluere:sed propter virtutis inuidiam,propter iucundissimam ingenij laudem,propter magnitudinem rerum gestarum, crudelissimè ciuitate priuari. Quod si idem áccidit Q.Cæpioni,si Mancino,si Rutilio,mihi quoq.hoc accidisse non magnopere erit mirandum, cùm præsertim non generis antiquitate,sed virtutis ornamentis summam laudem sim consecutus.Nunc ego vos Equites R.obtestor,quorum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet coniunctam, quorum factis gloriantur ciues, lætantur socij, gemunt hostes: vt, si erga vos omni tempore optimè fui animatus,si mea pericula neglexi, dum timorem à patria propulsarem: si æquè liberis vestris prospexi, ac vos parentibus cōsueistis: vt nunc me velitis vestris opibus defensum, incolumem in hac ciuitate retinere:quæ cùm à scelerata coniuratione esset incensa, meo ductu ac labore restincta est: nec patiamini me à liberis meis abstractum,à coniuge abreptum, ab aris, focísq.innocentem proiectum vitam degere in exsulio, miserrimi mortalis casum subire. Proiicitur Tullius in exsulium, itaque nimirum innocens ab inimico, religiosus à scelerato,beneuolus huic ciuitati ab hoste.O misera vitæ ratio,quæ tandiu resides in voluptate, quandiu fortunæ poscit libido. egóne inimicus huic ciuitati? quamobrem? quia inimicos necaui. egóne hostis? quid ita? quia hostes interfeci. En conditionem huius temporis:anteà gloria & laude dignissimi ducebantur,qui hæc perfecerunt: nunc scelerati & parricidæ esse dicuntur, qui hæc administrarunt.Sint sanè scelerati: superet istorum victoria, si modò victoria appellanda est, in qua ciuitatis inest luctus: habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Tantum à vobis illud, Equites Rom.peto & rogo, vt, quem sæpenumero vestra laude cohonestastis,eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

FINIS.





M. T. CICERONIS
OPERVM TOMVS III.
OMNES EIVS EPISTOLAS
COMPLECTENS, VT SE-
quens pagina docebit.

Epistolarum libri x v. ad familiareis: ex quibus octauus solas
M. Cœlij epistolas ad Ciceronem continet.
Libri x v 1. ad T. Pomponium Atticum.
Libri 111. ad Q. Ciceronem fratrem.
Liber 1. ad M. Brutum.
Epistola ad Octauium, siue sit Curionis, siue incerti auctoris.
Liber vnus Cornelij Nepotis, de vita T. Pomponi Attici.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS,[a]

LIBRI XVI.

Liber I. ad P. Lentulum.

¶ARGVMENTVM. De officio & pietate Ciceronis erga Lentulum, in hoc vno maximè, vt Ptolemæum Auletem regem Aegypti in regnum reduceret. De Ammonio regu legato. De Pompeio competitore Lentuli. De hu quæ in senatu eo nomine acta ante Id. Ianuarias Marcellino Coss. ab Hortensio, Cicerone, Lucullo, Crasso, Volcatio, Lupo, Afranio, Libone & Hypsæo. De studio & officio Ciceronis in Lentulum.

M. T. C. P. LENTVLO PRO COSS. S. D.

EGO omni officio, ac potiùs pietate [b] erga te, cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nūquam satisfacio. Tāta enim magnitudo est tuorū erga me meritorū, vt, [c] quoniā tu, nisi [d] perfecta re, de me non conquiesti: ego, quia non idem in tua causa efficio, vitam mihi esse acerbam putem. In causa [e] hæc sunt. ¶Ammonius, regis [f] legatus, apertè pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem creditores, [g] per quos, cùm tu aderas, agebatur. Regis causa, si qui sunt, qui velint, qui [h] pauci sunt, omnes rem ad Pompeiū deferri volunt. Senatus religionis calumniā [i] non religione, sed maleuolētia, [k] & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. ¶Pompeium & hortari, & orare, & [l] iam liberiùs accusare, & monere, vt magnam infamiam fugiat, non desistimus. Sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus [m] reliquit locum. Nam cùm in sermone quotidiano, tum in senatu palàm sic egit causam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, neque grauitate, nec [n] studio, nec contentione agere potuerit, cū summa testificatione tuorum in se officiorum, & amoris erga te sui. ¶ Marcellinum tibi esse iratum scis. Is, hac regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat, accipimus: quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest. Res ante [o] idus acta sic est. nam hæc idibus manè scripsi. Hortensij, & mea, & Luculli sententia cedit religioni de exercitu, (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo senatusconsulto, quod te referente factum est, tibi decernit, vt regem deducas, [a]: quod [b] commodè facere possis: vt exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus treis [c] legatos decernit, nec excludit Pompeium. censet enim etiam ex iis, qui cum imperio sunt. Bibulus treis legatos ex iis, qui priuati sunt. Huic assentiuntur reliqui consulares, præter Seruiliū, qui omnino reduci negat oportere: & [d] Volcatium, qui, Lupo referente, Pompeio decernit: & Afranium, qui assentitur Volcatio: quæ res auget suspicionem Pompeij voluntatis. nam aduertebatur, [e] Pompeij familiareis assentire [f] Volcatio. Laboratur vehementer. inclinata res est. Libonis & Hypsæi [g] non obscura concursatio, & contentio, omniúmque Pompeij familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur: cui qui nolunt, iidem tibi, quòd eum ornasti, non sunt amici. ¶Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quòd [h] tibi debemus. Gratiam autem nostrā exstinguit hominum suspicio, quòd Pōpeio se gratificari putant. Vt in rebus multo antè, quàm profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeij clàm exulceratis, deindè palàm à consularibus exagitatis, & in summā inuidiam adductis, ita versamur. Nostram fidē [i] omnes, amorem tui absentis præsentes tui cognoscent. Si esset in iis fides in quibus summa esse debebat, non laboraremus.

a Familiares Epistolæ à quibusdam appellantur, vt ab his quæ ad Atticum scriptæ distinguātur, & aliqui vetusti Codices hanc inscriptionem nō habēt: & singuli harū epistolarum libri, ab eo, ad quem primæ Epistolæ scriptæ sunt, denominantur. Sic à Monio citatur Cicero ad Varronē Epistola Pœtoid est epistola ad Poetum missa quæ continetur in volumine epistolarū ad Varr.

b Vide epist. 9. infr.* c al. vt, qa tu.

d L. nisi perfecta re de me, nō cōq. ‖ ita distinguēdum, sic 6. epistol. ad Balbum, de te iā esse perfectū non diuulgādum.*

e In causa esse dicūtur, de quib. quæritur maximè. Sic ius, in causa positū, in l. 52. §. 2. ff. ad l. Aquil. Hic autē in causa esse, ni hil aliud quā impedimento esse, & obstare.*

f Ptolemæi patris Cleopatræ, eiusdē à suis trahi, lib. 12.*

g q. v. c. cōpetitores, malè. v. 2. ad Q. fratrem, 1.*

h al. qui tamen pauci sunt.

i q. v. c. calūniam, &c. non pl.

k v. c. maliuolentia, &c.

l al. & liberius acc. al. ēt liberius acc. in forte moni tionibus.* q. v. c. ammonitionibus.

m Nam 8. dixit monere: ad monere ὑπομνήσκειν P. B. in memoriā redigere.*

n q. v. c. neque studio, q. v. c. eidus

a L. reducas

b L. quod cōmodo reip. facere possis: ‖ alij, quod cōmodò rem facere possis. *Sed vt nihil mutetur, videtur esse formula bene precandi: Al. legunt* si commodo Reipub.*

c o, v. c. tris legatos

d al. & Vulcatium,

e L. animaduertebatur. ‖ Ita legendū videtur. *Aduertere enim, vix Ciceronianum.** malè q. v. c. aduertebantur, & c. al. v. c. aduertebatur,

f q. v. c. assentiri

g al. Hupsæi: al. Ypsæi. Est autē cognomē familiæ Plautiæ, in qua Plautius Decius de Priuernatibus triumphauit anno vrbis 424.

h *fortè legēdum*, quàm tibi debeamus, nisi quod debeamus, interpretē, quod tibi debitores simus. vide epist. 7.

¶ ARG. Iterum de reducendo rege Ptolemæo: & his quæ eo nomine Idibus Ianuarijs à Marcellino Coss. & Caninio Tribuno plebis & quæ postridie acta: & de sententia Bibuli (ea fuit, vt Ptolemæus à tribus legatis reduceretur) Hortensij (ea fuit, vt à Lentulo) Volcatij (ea fuit vt à Pompeio rex reduceretur) Quæ eadem die priuatim acta eo nomine inter Pompeium & Ciceronem. De senatu XVI. Kal. rogando ac futuro. De senatusconsulto XVII. Kal. Feb. facto & intercessione Catonis & Caninij trib. pleb.

M. T. C. S. D. P. LENTVLO PRO CONSVLE. 2

IDIBVS Ianuariis in senatu nihil est confectum, propterea quòd dies magna ex parte consumtus est altercatione [a] Lentuli [b] consulis, & Caninij tribuni pl. Eo [c] die nos quoque multa verba fecimus: maximéque visi sumus senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. [d] ¶ Itaque postridie placuit, vt breuiter sententias diceremus. videbatur enim reconciliata nobis voluntas [e] senatus esse: quod tum dicendo, tum singulis appellandis, rogandísque perspexeram. Itaque cùm sententia prima Bibuli pronuntiata esset, vt treis legati regem reducerent: secunda Hortensij, vt tu sine exercitu reduceres: tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret: postulatum est, vt Bibuli sententia diuideretur. Quatenus de religione dicebat, ei rei [f] quia iam [g] obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in [h] alia omnia. Proxima erat Hortensij sententia, cùm Lupus, tribunus pleb. quòd ipse de Pompeio retulisset, contendere [i] cœpit, antè se oportere discessionem facere, quàm consules. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. erat enim & iniqua, & noua. Consules neque concedebãt, neque valde repugnabant. diem consumi volebant: id quod est factũ. Perspiciebant enim, in Hortensij sententiam multis partibus plureis ituros: quamquam apertè Volcatio assentirentur. [k] Multi rogabantur, atque idipsum consulibus inuitis. nam [l] ij Bibuli sententiam valere cupierunt. ¶ Hæc controuersia vsque ad noctem ducta, senatus est dimissus: & ego eo die casu apud Pompeium cœnaui: nactúsque tempus hoc magis idoneum, quàm vmquam antea, quòd post tuum discessum, is [m] dies primus honestissimus nobis fuerat in senatu: ita sum cum illo locutus, vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere: quem ego ipsum cùm audio, prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. cùm autem eius familiareis omnium ordinum video, perspicio, id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iampridem à certis hominibus, non inuito rege ipso, consiliariísque eius, esse corruptam. ¶ Hæc [n] scripsi ad [o] XVI. Kal. Febr. ante lucem. Eo die senatus erat futurus. Nos in senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, vt potest in tanta hominũ perfidia, & iniquitate retinebimus. Quod ad popularem [p] rationem attinet, hoc videmur esse consecuti, vt nequid agi cum populo aut saluis auspiciis, aut saluis legibus aut denique sine vi possit. ¶ De his rebus pridie, quàm hæc scripsi, senatus auctoritas grauissima intercesserat: quæ cùm Cato, & Caninius intercessissent, tamen est perscripta. Eam ad te missam esse arbitror. ¶ De ceteris rebus, quidquid erit actum, scribam ad te: & vt quæ rectissimè agantur, [a] omni mea cura, opera, diligentia, gratia prouidebo. Vale.

a *al.* Lucij cons.
b hoc est Marcellini Consulis, de quo epistola superiore. *
c Hæc acta sunt *L.* Philippo & Cn. Lentulo Marcellino Coss. vt Dion. narrat. *
d *al.* permouere.
e *v.c.* voluntas esse senatus: q. *non pl.*
f *L.* cui quidem re iam obs. *male.*
g *al.* clam. *
h In alia omnia ire, est discedere, transire dissentire. *dixi. lib. 8. epist. 13 §.* *
i *v.c.* intendere ‖ alij intercedere. *
k *al.* assentirentur multi: atque idipsum Coss.
l *L.* nam ei Bib. ‖ Est igitur ei pro ij. *
m *L.* is dies honestissimus.

P. B.

n In quibusdam codicibus initium est Epistolæ 3. *
o *L.* a d. XVI *al* die XVI. Kalen. Feb.
p hoc est Catonem & Caninium Tribunos pleb. *

¶ ARG. Commendat Trebonium Lentulo.

M. T. C. P. LENTVLO, S. D. 3

AVLO [b] Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia, & ampla, & expedita [c] habet, multos annos vtor valdè familiariter. Is cùm antea semper & suo splendore, & nostra, ceterorúmque amicorum commendatione gratissimus [d] in prouincia fuit: tum hoc tempore propter tuum in me amorem, nostrámque necessitudinem vehementer confidit [e] his meis litteris, se apud te gratiosum fore: quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo: commendóque tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam: in primísque, vt, quæ T. Ampius [g] de eius re decreuerit, ea comprobes, omnibúsque rebus eum ita tractes, vt intelligat, nostram [h] commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

a *al.* agitur omnia, mea cura, &c. ‖ *al.* omnia mea cura, *al.* vt quàm rectissime agatur, omni mea, *b* *Videtur esse pater Publij Trebonij, qui Caesari in bello ciuili, Cassio in Asia, Antonio Brundusij insidias, P. III. epistola 4. initium.*
c quæ facilè expediri possunt. *
d *L.* gratissimus ‖ pro tot hac tenus tolerati. *
e *v.c.* confidit meis litteris, se apud te gratiosum fore: rogo te.
f *al.* Appium & *mall.* h *v.c.* meam commendationem.

¶ ARG. Iterum de rege reducendo: & quæ eo nomine XVI. Kal. Febr. acta in senatu à Volcatio, Ab aduersarijs Lentuli, Curione, Bibulo, Caninio, Catone: De imquo tribunorum, aduersus Lentulum animo: De studio Ciceronis, senatus, populi erga eundem Lentulum summo.

M. T. C. S. D. P. LENTVLO PRO CONS.

AD XVI. i Kal. Feb. cùm in senatu pulcherrimè staremus, quòd iam illam sententiã Bibuli de tribus legatis, pridie eius diei frege-ramus: vnúmque certamen esset relictum, sententia [k]. Volcatij: res ab aduersariis nostris extracta est variis calumniis. causam enim frequenti senatu, in [l] magna varietate, magnáque inuidia eorum, qui à te causam regiam aliò transferebant, [m] obtinebamus. Eo die ecerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem: pænè etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt se legem vllam ante comitia [n] esse laturos. Senatus haberi ante Kalendas Feb. per legem [o] Pupiam, id quod scis, non potest: neque mense Feb. toto, nisi perfectis, aut reiectis [p] legationibus. Hæc tamen opinio est populi R. à tuis inuidis, atq; obtrectatoribus nomen inductum fictæ [q] religionis, non tam vt te impedirent, quàm vt nequis propter [r] exercitus cupiditatem Alexandriam [s] vellet ire. Dignitatis autem tuæ nemo est, quin existimet habitam esse rationem ab senatu. Nemo est enim, qui nesciat, quòd minùs discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum: qui nunc populi [t] R. nomine, re autem vera, sceleratissimo latrocinio, si [u] quæ conabantur agere, satis prouisum est, vt ne quid saluis auspiciis, aut legibus, aut [x] etiam sine vi agere possint. Ego neque de meo studio, neque de nonnullorum iniuria [y] scribendum mihi esse arbitror. Quid enim aut me ostẽtem: qui [z] si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum assecutus: aut de aliorum iniuriis querar? quod sine summo dolore facere nõ possum. Ego tibi à [z] vi, à hac præsertim imbecillitate magistratuum,

a *al.* aut iam *y* *al.* inuidis. *z* *al.* an hac. sed à vi, &c. ‖ *v.c.* indicant hæc sequentia, vi excepta.

r non tam quòd exercitus id minuat: aut dè cupiebant. *t* *al.* Alexandream. * *u* *v.c.* populi nomine, sed si quæ
petitores imperium exercitus ambiebant. *s* *al.* Alexandrinum *vel* Alexandream. * *x* *v.c.* fiat *y* *v.c.* a Tribunorum, plebis scilicet.

præstare nihil possum. vi [a] excepta, possum confirmare,te & senatus,& populi R. summo studio,amplitudinem tuam retenturũ. Vale.

¶ ARG. *Iterum de rege reducendo. De studio Ciceronis in Lentulum. De Catone Lentuli aduersario: veretur Cicero ne regia causa aut Lentulo eripiatur, aut deseratur: sin minus se id effecturum sperat, vt Pompeio etiam eripiatur. Et tamen Lentulo nihil desperandum virtute id munus facilè obtinere posse. Pompeium de eo obtinendo iam quasi desperare. Hoc verè & apertè intellecto, Regem vnus Lentuli opem certò implo raturum: Catonem, cæteros denique omnes (Hortensio & Lucullo exceptis) Lentulo aut iniquos aut iratos. In his tamen omnibus forti animo vtendum esse.*

M. T. C. S. D. P. LENTVLO PRO CONS. 5

TAMETSI nihil mihi fuit optatius, quàm vt primùm abs te ipso,deinde à ceteris omnibus,quàm gratissimus erga te esse cognoscerer:tamen afficior summo dolore,eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse,vt & meam, & ceterorum erga te fidem, & [b] beneuolentiam absens experirere. Te [c] autem & videre,& sentire, eandem fidē esse hominum in tua dignitate,quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis litteris intelexi. Nos cùm maximè consilio,studio, labore,gratia de causa regia,niteremur, subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret, & animos à minore cura ad summum timorem traduceret. Sed tamen in huiusmodi rerum [e] perturbatione quamquam omnia sunt metuenda, nihil magis,quàm perfidiam timemus: & Catoni quidem,(quoquo [f] modo sese res habeat)profectò resistimus. De Alexandrina re, causáque regia,tantum habeo polliceri, me tibi absenti, tuísque præsentibus cumulatè satisfacturũ. Sed vereor,ne aut eripiatur [g] à nobis regia [h] causa, aut deseratur: quorum vtrum minùs velim, non facilè possum existimare. Sed, si res coget, est quiddam tertium, quod neque Selicio,nec [i] mihi displicebat: vt neque iacēre regem pateremur, nec, [k] nobis repugnantib. ad [l] eum deferri, ad quem propè iam delatum [m] esse existimatur. A nobis agentur omnia diligenter: vt nec,si quid obtineri poterit, non contendamus: nec, si quid non obtinuerimus,repulsi esse videamur. Tuæ sapientiæ, magnitudinísque animi est, omnem amplitudinem,& dignitatem tuam in virtute,atque in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate positam existimare. Si quid ex [n] iis rebus,quas tibi fortuna [o] elargita est,nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi,quàm tibi,futurum. A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi: vtórque ad omnia Q. Selicio: quo [p] neque prudentiorem quemquam ex tuis,neque [q] fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui. Hîc quæ agantur,quæque acta sint, ea te,& [r] litteris multorum,& nuntiis cognoscere arbitror: quæ autem posita sunt in coniectura, quæque mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere. Postea quàm Pompeius apud populum ad [s] VIII. Idus Febr. cùm pro Milone diceret,clamore,conuicióque iactatus [t] est, in senatúque à Catone asperè, & acerbè, omnium [a] magno silentio est accusatus: visus est mihi vehementer esse perturbatus. Itaque Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, (nihil enim tibi detraxit senatus,nisi id,quod per eandem religionē dari alteri [b] non potest) videtur ab illo planè esse deposita. [c] Nunc id speramus, idque molimur, vt,cùm [d] rex intelligat,sese,[e] id quod cogitabat,vt à Pompeio reducatur, assequi non posse: &, nisi per te sit restitutus, desertum se, atque abiectũ fore, proficiscatur ad te. Quod sine vlla dubitatione, si Pompeius paullum modò ostenderit sibi placere,faciet. Sed nosti hominis tarditatem,& taciturnitatem. Nos tamen nihil,quod ad eam rem pertineat,prætermittimus. Ceteris iniuriis, quæ propositæ sunt à Catone,facilè, vt spero,resistemus. [f] Amicum ex consularibus neminem tibi [g] esse video,præter Hortensium,& Lucullum: ceteri sunt partim obscuriùs iniqui, partim non dissimulanter irati. Tu fac animo forti, magnóque sis: speréque, fore, vt, fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem, [h] & gloriam consequare.

¶ ARG. *Sperare se scribit vt aduersariorum Lentuli improbitas infringatur, consiliys amicorum: sed Lentuli, & ipso temporis lapsu. Idq; eò magis quòd in maioribus malis, in seipso, suisq; rebus Cicero ipse idem sit expertus.*

M. T. C. P. LENTVLO PRO CONS. S. D. 6

QVAE gerantur, accipies ex Pollione: qui omnibus negotiis non interfuit solùm, sed [i] præfuit. Me in summo dolore, [k] quem in tuis rebus capio, maximè [l] scilicet consolatur spes,quòd valde suspicor,fore,vt infringatur hominum improbitas, & consiliis tuorum amicorum, & ipsa die: [m] qua [n] debilitantur cogitationes & inimicorum,& [o] proditorum. Facilè secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: quorum imaginem video in rebus tuis. Nam etsi minore in re violatur tua dignitas, quàm mea salus afflicta sit: tamen est tanta similitudo, vt sperē, te mihi ignoscere,si ea non timuerim,quæ ne tu quidem vnquam timenda [p] duxisti. Sed præsta te eum, qui mihi à teneris (vt Græci dicũt) vnguiculis [q] es cognitus. Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. A [r] me autem omnia summa in te studia, officiáque exspecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

¶ ARG. *Iterum de reducendo rege & de mutuo eo nomine inter Lentulum & Ciceronem litteris & officijs. 2. De hu qui in ea causa Lentulo amici aut aduersarij. 3. Qua prudentia aut spe Lentulus in eo negotio esse debeat. 4. De Milone, de Clodio, 5. De statu Reipublicæ. 6. De nuptijs Tulliæ filiæ Ciceronis eiusque marito Crassipede.*

M. T. C. P. LENTVLO PRO CONS. S. D. 7

LEGI tuas litteras: quibus ad me scribis, gratum tibi esse, quòd crebrò certior per me fias de omnibus rebus,& meam erga te beneuolentiam facilè perspicias: quorum alte-

a *al.* inimicũ magno sil. *& ita v.c. tres*
b *legendum fortè*, etiam alteri.*
c *fortè*, desperata *vel* sepositā quod idem ac abiectā.*
d *l.* vt res cùm intell. *& ita v.c.*
e *al.* sese quod cogitabat.
f *al.* resistimus.
g *al.* esse tibi
h *al.* gloriā & dignitatē conseq.
i *l.* sed & præfuit.
k *al.* maximè, dolore, consolatur spes *al.* maximè consolatur, quod valde, &c.*
l *alij*, scilicet maximè.*
m hoc est, ipso tempore.*
n *l.* quæ debilitat cogitationes & inim. *& ita v.c.*
o *q. v. c.* & proditorum tuorum.
p *al.* timēda esse duxisti.
q Prouerbiũ ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων Plutarch. ἐν τῷ περὶ παίδων ἀγωγῆς.
r *v.c.* A me omnia s. *& ita l.*

rum mihi, vt te plurimùm diligam, facere necesse est, si volo is esse, quem tu me esse voluisti: alterum facio libenter: vt, quoniam interuallo locorum, & temporum disiuncti sumus, per litteras tecum quàm sæpissimè colloquar. Quod si rariùs fiet, quàm tu exspectabis, id erit causæ, quòd non eius generis meæ litteræ sunt, vt eas audeam temerè committere. Quoties [a] mihi certorum hominum facultas [b] erit, quibus rectè dem, non prætermittam. 2 ¶ Quod scire vis, qua quisque in te fide sit, & voluntate: difficile dictu est de singulis. Vnum illud audeo, quod anteà tibi sæpe significaui, nunc quoque, re perspecta, & cognita, scribere: vehementer quosdam homines, & eos maximè, qui [c] te & maximè debuerunt, & plurimùm iuuare potuerunt, inuidisse dignitati tuæ: simillimámque in re dissimili, tui temporis nunc, & nostri quondam fuisse rationem: vt, quos tu reip. causa læseras, palàm te oppugnarent: quorum auctoritatem, dignitatem, voluntatémque defenderas, non tam memores essent virtutis tuæ, quàm laudis inimici. Quo quidem tempore, vt perscripsi ad te anteà, cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum: ex magistratibus autem L. Rutilium [d] & fide, & animo in [e] te singulari. Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficij tui fortasse plerisque officij [f] maiorem auctoritatem habere videatur, quàm sententiæ. Præterea quidem de [g] consularibus nemini possum aut studij erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè, non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis. temporibus illis non sæpe in senatu fuisse. Cui quidem litteræ tuæ, quas proximè miseras, quod facilè intellexerim, periucundæ fuerunt. Mihi quidem humanitas tua, vel summa potiùs sapientia, non iucunda solùm, sed [h] etiam admirabilis visa est. Virum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctum, nonnihil suspicantem, propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis, te [i] ab [k] se abalienatum, [l] illa epistola retinuisti. qui mihi cùm semper tuæ laudi fauere visus est, etiam ipso suspicionissimo [m] tempore Caniniano: [n] tum verò, lectis tuis litteris perspectus est à me, toto animo de te, ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare. Quare ea, quæ scribam, sic habeto me, cum illo re sæpe communicata, de illius ad te sententia, atque auctoritate scribere: 3 ¶ Quoniam senatusconsultum nullum exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi ademta sit: eáque, quæ de ea scripta [o] est, auctoritas, cui scis intercessum esse, vt nequis omninò regem reduceret, tantam [p] vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quàm constantis senatus consilium esse videatur: te [q] posse perspicere, qui Ciliciam, Cyprúmque teneas, quid efficere, & quid consequi possis: &, [r] si res facultatem habitura videatur: vt Alexandríam, atque Ægyptum tenere possis: esse & tuæ, & nostri imperij dignitatis, Ptolemaide, [s], aut aliquo [t] propinquo loco rege collocato, te cũ classe, atque exercitu proficisci Alexandríam: vt, cùm eam pace, præsidiísque firmaris, Ptolemæus redeat in regnum: ita fore, vt [u] per te restituatur, quemadmodum senatus initiò censuit: & sine multitudine reducatur, quem-

admodum homines religiosi [a] Sibyllæ placere dixerunt. Sed hæc sententia sic & illi, & nobis probabatur, vt ex euentu [b] homines de tuo consilio existimaturos videremus: si cecidisset [c] vt volumus, & optamus: omneis te & sapienter, & fortiter: [d] aliquid esset offensum: eosdem illos & cupidè, & temerè fecisse dicturos. Quare quid assequi possis, non tam facile est nobis, quàm tibi, cui [e] propè in conspectu Ægyptus est, id iudicare. Nos [f] quidem hoc sentimus: si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum: sin dubium, non esse conandum. Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, fore, vt absens à multis: cùm redieris, ab omnibus collaudere. offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem, religionémque video. Sed ego te [g] vt ad certam laudem adhortor, sic à dimicatione deterreo: redeóque ad illud, quod initiò scripsi, totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo, quàm ex euentu homines esse facturos. Quòd si hæc ratio rei gerendæ, periculosa tibi [h] videbitur, placebat illud, vt, si rex amicis tuis, qui [i] per prouinciam [k] imperij tui pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset: & auxiliis eum tuis, & copiis adiuuares. eam esse naturam, & rationem [l] prouinciæ tuæ, vt illius reditum vel adiuuando confirmares, vel negligendo impedires. In hac ratione quid res, quid tempus ferat, tu facillimè, optiméque perspicies: [m] quid nobis placuisset, ex me potissimũ putaui te scire oportere. 4 ¶ Quòd mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de leuitate, & imbecillitate Clodij gratulaeris: minimè miramur, te tuis, vt egregium artificem, præclaris operibus lætari: quamquam est incredibilis hominum peruersitas (gratiori [n] enim verbo vti non libet) qui nos, quos fauendo in communi causa retinere potuerunt, inuidendo abalienauerunt [o]: quorum maleuolentissimis [p] obtrectationibus nos scito de vetere illa nostra, diuturnáque sententia propè iam esse depulsos, non nos quidem vt nostræ dignitatis simus obliti, sed vt habeamus rationem aliquando etiam [q] salutis. Poterat vtrunque præclarè, si esset fides, si gravitas in hominibus consularibus. sed tanta est in plerisque leuitas, vt eos non tam constantia in repub. nostra delectet, quàm splendor offendat. Quod eo libentiùs [r] ad te scribo, quòd [s] tu non solùm temporibus iis, quæ per te sum adeptus, sed [t] etiam olim nascenti propè nostræ laudi, dignitati, [u] virtutíque profuisti: [x] simul quòd video, non, vt antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ: in te enim homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perspexi: quem [y] tamen illi esse in principibus facilè sunt passi, euolare altiùs certè noluerunt. Gaudeo tuam dissimilé fuisse fortunam. multùm enim interest, vtrùm laus imminuatur, an salus deseratur. Me meæ tamen ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum est. Curasti enim, vt plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm [z] ademtum de fortuna videretur. Te verò moneo cùm beneficiis [a] tuis, tum amore incitatus meo, vt omnem gloriam, ad quam à pueritia

a *al.* quoriens. *
b *v. c.* potestas erit, *& ita L.*
forte qui te iuuare & maximè debuerunt, & plurimùm potuerunt.
P. B.
d *L.* Racilium.
e *hæc duo, in te, quibusdam desunt:* quæ tamen necessaria. *
f Id est, quòd in tua causa à me agetur, plerique existimant me quòd ita sentiam, neque dicere aut etiam facere, sed quòd beneficiis id à me tuis officium debeatur. sic & Epistol. 1.
g id est, quod ad Consulares attinet. *
h *v. c.* sed & admirab. *& ita L.*
i *al. desunt hæc particula* te: *al.* eum. *
k *al.* abs se
l *al.* alienatum,
m hoc est quo suspicio fuit Caninius tribunũ plebis inductũ à Pompeio rogationem ferre vt classe, vt Pompeius regem reduceret, duobus tãtum lictoribus comitatus.
n *al.* Catonianos: male tamen huic actioni fauere videatur Epistola 5. 5. sed vide 2. epist. ad Q. fratrem. 5. & Plutarchũ in Pompeio vbi de Caninio. *
P VII.
o *al.* perscripta est,
p hoc est nõ magnam. *
q *L.* te perspicere posse, qui *&c. & ita v. c.*
r *L.* si tibi res facult.
s *al.* Ptolemaide.
t *al.* alio. *al.* alico.
u *q. v. c.* vt & per te restit. *& ita L.*

a Sybillæ oraculũ prof. ferebatur. Ne Rex multitudine reduceretur, si fieret in publico futuri. Qui hoc oraculo tenebantur Cicero hoc loco, relictos vocat. *
b *al.* enim. to. *
c Metaphora à tali sumpta. *
d *al.* fi. *
e *L.* cuius propè in conspectu Ægyptus est, &c. & ita *v. c.*
f *al.* id quidem nos *L.*
P. B.
g *v. c.* vt te ad cetera *& ita L.*
h *v. c. & L.* tibi esse vid.
i *L.* qui per prouinciam tuam, atque imperij tui pecunias ei cred.
k prouinciã tuam, atque imperij tui prouinciæ, pecunias. Si cæteris in rebus fortunata. Nam aliquando ornamenti, prouincia plures, aut honorem, Ciliciæ aut Syriæ, & fortasse Ægypto [illegible] reddesse gendum Pompeio Ciliciæ, quæ prouincia [illegible] argumento [illegible] minus [illegible] [illegible] [illegible]

inflammatus fuisti, omni cura, atque industria consequare: magnitudinémque animi tui, quã ego semper sum admiratus, sempérque [a] amaui, ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Hæc profectò vides quanto expressiora, quantóque illustriora futura sint, cùm aliquantum ex prouincia, atque ex imperio, laudis accesserit. Quamquam te ita gerere volo, quæ exercitum, atque imperium gerenda sunt, vt hæc multo antè meditere, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas, sentiásque id, quod quia semper sperasti, non dubito quin adeptus, intelligas, te facillimè posse obtinere summum, atque altissimum gradum ciuitatis. Quæ quidem mea cohortatio, ne tibi inanis, aut sine causa suscepta videatur, illa me ratio mouit, vt te ex nostris euentis communibus admonendum putarem, vt considerares, in [b] omni reliqua tua vita, quibus crederes, quos caueres.

¶ Quòd scribis te velle scire, qui sit reip. status: summa dissensio est, sed contentio dispar. Nam qui plus opibus, armis, potentia valent, profecisse [c] tantùm mihi videntur stultitia, & inconstantia aduersariorum, vt [d] iam etiam auctoritate plus valerent. Itaque, perpaucis aduersantibus, omnia, quæ ne per populum quidem sine seditione se [e] assequi posse [f] arbitrabantur, per senatum confecuti sunt. nam & stipendium Cæsari decretum est, & decem [g] legati: &, [h] ne lege i Sempronia succederetur, [k] facilè perfectum est. Quod [l] eò ad te breuiùs scribo, quia me status hic reip. non delectat: scribo tamẽ, vt te admoneam, quod ipse, litteris omnibus à pueritia deditus, experiendo tamẽ magis, quàm discendo, cognoui, id [m] vt tu, rebus tuis integris, discas, neque salutis nostræ rationem [n] nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. 5.

¶ Quòd mihi de [o] filia, & de Crassipide gratularis, agnosco humanitatem tuam: [p] iperóque, & opto, nobis hanc coniunctionẽ voluptati fore. Lentulum nostrum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cùm cęteris ciuibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. nulla enim est hac præstantior disciplina: quem nos, & quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, sempérque dilexit, in primis amamus, charúmque habemus.

¶ ARG. De statu rerũ mutato conqueritur: vt ex eo intelligat Lentulus, nihil amplius sibi sperandum esse de Ptolemæo rege reducendo.

M. T. C. P. LENTVLO PRO CONS. S. D. 8

De omnibus rebus, quæ ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optimè ex Emplatorio q cognosces: qui non solùm interfuit his rebus, sed etiam præfuit: neque vllum officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi r prætermisit. Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces: quæ quales sint, non facile est scribere. Sunt quidem certè in amicorum nostrorum potestate, atque ita, vt nullam mutationem vmquam hac hominum ætate habitura res esse videatur. Ego quidem, [s] vt debeo, & vt tu mihi præcepisti, & vt me dignitas, [t] vtilitásque cogit, me ad eius [a] rationes adiungo, quem [b] tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Sed te non præterit, quàm sit difficile, sensum in rep. præsertim rectum & confirmatum deponere [c]. Verumta men ipse me confirmo [d] ad eius voluntatem, à quo honestè dissentire non possum: neque id facio, vt forsitan quibusdam videor, simulatione. tantùm enim animi inductio, [e] & mehercule amor erga Pompeium apud me valet, vt, quæ illi vtilia sunt, & quæ ille vult, ea mihi, omnia iam & recta, & vera videantur. Neque (vt ego arbitror) errarent, ne aduersarij quidem eius, si cùm pares esse non possent, pugnare desistere. Me quidem etiam illa res consolatur, quòd ego is sum, cui vel maximè concedant omnes, vt vel ea defendam, quæ Pompeius velit, vel taceam, vel etiam, id quod mihi maximè lubet, ad nostra me studia referam litteratum: quod profectò faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. Quæ enim proposita fuerant nobis, cùm & honoribus amplissimis & laboribus maximis perfuncti [f] essemus, dignitas in sententiis dicendis, libertas in rep. capessenda, ea sublata tota: sed nec mihi magis, quàm omnibus. Nam aut assentiendum est nulla cũ grauitate paucis, aut frustra dissentiendum. Hæc ego ad te ob eam causam maximè scribo, vt [g] iam de tua quoque ratione meditere. Commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicæ. otium nobis exoptãdum est: quod ij, qui potiuntur rerum, præstaturi videntur, si [h] quidam homines i patientiùs eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam consularem fortis, & constantis senatoris, nihil est quòd cogitemus, amissa est, culpa eorum, [k] qui à senatu & ordinem [l] coniunctissimum, & hominem clarissimum [m] abalienauerunt. [n] Sed, vt ad ea, quæ coniunctiora rebus tuis sunt, reuertar. Pompeium tibi valde amicum esse cognoui: &, eo tu consule, quantum ego perspicio, omnia, quæ voles, obtinebis: quibus in rebus me sibi ille [o] affixum habebit: neque à me vlla res, quæ ad te pertineat, negligetur. Neque enim verebor, ne sim ei molestus: cui iucundum erit etiam propter [p] idipsum, quòd me esse gratum videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, q quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior sit, quàm meæ res omnes. Idque cùm sentiam, sedulitate mihimet [r] ipse satisfacere possum? [s] re quidem ipsa ideò mihi nõ satisfacio, quòd nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Rem te valde bene gessisse rumor erat. Exspectabãtur litteræ tuæ: de quibus eramus iam cum Pompeio locuti: quæ [t] si erunt allatæ, nostrum studium exstabit [u] in conueniendis magistratibus, & senatorib. Cætera, quæ ad te pertinebunt, cùm etiam plùs contenderimus, quàm possumus, minùs tamen faciemus, quàm debemus.

¶ ARG. 1. Rescripturum se ad ea quæ Lentulus quæsiisset, pollicetur. 2. nimirum, cur redierit in gratiam cum Cæsare & Appio: 3. Cum Vatinio 4. & Crasso. 5. De sua in Rempublicam animo. 6. Se scripta quædã missurũ, hoc est, orationes quasdam, libros de oratore, versus quosdam de temporibus suis. 7. Hus adycit

a *al.* semperque maximè amauit,
b *al.* in omni reliqua vita,
c *al.* perficisse.
d *v.* & etiã authoritate
e *al.* posse
f *al.* arb. *deleui*
g totidem enim legiones Cæsari in Gallia post prorogatam *al.* vnam in quinquennij prouinciam Cæsar. 7. de bello Gallico. *v.* & ne lege Sempronia succe. Lege Sempronia (quæ C. Graccho P. R. tribuj fratre lata de prouinciis) sanciebatur, vt consulatus prouincias consulares, quotannis decerneret, vtque cum decernerentur interdiceret nomini licebat Cæsaris in prouincia pro consule & de prouinciis. *v.* i *al.* si fic. k *v.* Quod ego ad te eò scribo *al.* ego scribo. l *v.* Epist. 5. ad Fratrem 1. & 6. m *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6. n *v.* Rationem habendam nobis, esse dignitatem, neque dignitatis sine salute. o *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6. p *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6. q *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6. r *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6. s *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6. t *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6. u *v.* Epist. 6. ad Fratrem 1. & 6.

vt me pietas errore nato ex vicinitate litterarum d. &, p. & quòd dotus alibi scribitur pro potius: Cassioden. pro, Cassiopen. *
a *id est*, Pompeij.*
b *al.* quę in meis rationib. tibi. *&c.*
c hoc est, mutare.*
d *L.* conformo.
e hoc est, persuasio.*
f Perfunctus dicitur, qui ad exitũ rei peruenit*
g *al.* vt iam quoq. de tua rat. *L. fori* vt iam tu quoque de t. r.
h *L.* si quidẽ hom.
i Cato, eiusque fororum viri, Bibulus, Domitius Pompeij inimici.*
k id est Catonis, qui publicanis remissionem licitationis postulantibus, aduersatus, est v. 1. ad Atticũ. 16.*
P. B.
l id est e. quæstrem *1. ad Atticum*, quem ipse Cicero Consul cum senatu coniunxerat *
m hoc est, Pompeium cuius acta Asiatica confirmari à senatu eius aduersarij Lucullus, Metellus, Cato, non permiserant: tametsi, ducta post Cæsaris filia, ea Cæsar consul confirmauit Appian. de bello ciuili. Dio. 37. Suet. on.*
n *v.* & L. abalienarunt.
o *al.* affixum sibi ille
p *hæc particula* propter, *deest quibusdam**
q *L.* vel niniam,
r *al.* mihimet ipse
s *al.* nõ possum
t *al.* quæ si allatæ erunt nostr.
u *al.* excitabunt.

quædam de domestico rebus Lentuli. 8. de Quinto fratre 9. de rebus Lentuli, eiusque filio. 10. de successore Lentuli. 11. De decretu Lentuli aduersus publicanos.

M. T. C. P. LENTVLO PRO CONS. S. D. 9

PERIVCVNDAE mihi fuerunt litteræ tuæ: quibus [a] intellexi te perspicere meâ in te pietatem: quid enim dicam beneuolentiam, cùm illud ipsum grauissimum, & sanctissimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur? Quòd autem grata [b] mihi mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantia quadam amoris, vt [c] etiam grata sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt. [d] Tibi autem multò notior, atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni, quo [e] seiuncti fuimus, & vnà, & Romæ fuissemus. Nam in eo ipso, quoe te ostendis esse facturum, quódque & in primis potes, & ego à te vehementer exspecto: in sententiis senatoriis, & in omni actione, atque administratione reipublicæ floruissemus. De qua ostendam equidem paullo pòst, qui sit meus sensus, & status: & scribam tibi ad [f] ea, quæ quæris: sed certè & ego te auctore amicissimo, ac sapientissimo, & tu me consiliario fortasse, non imperitissimo, fideli quidem, & beniuolo certè, vsus esses: quamquam tua quidem causa te esse imperatorem, prouinciámque bene gestis rebus cum exercitu victorem [g] obtinere, vt debeo, lætor. Sed certè qui tibi ex me fructus debentur, eos vberiores, & præstantiores [h] præsens capere potuisses. In eis verò vlciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuam propugnationem salutis meæ, partim inuidere propter illius actionis [i] amplitudinem & gloriam: mirificum me tibi comitem præbuissem: quamquam ille [k] peremnis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potissimùm fractam [l] illam, & debilitatam vim suam contulit, [m] nostram [n] vicem vltus est ipse sese. ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum, non modò dignatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem etsi mallem in [o] meis rebus expertum, quàm etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo eandem [p] fidem cognoscere [q] hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. [r] De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, vt tibi rescribam ad ea, quæ quæris. 2 ¶ Certiorem te per litteras scribis esse factum, me cum Cæsare, & cum Appio esse in gratia: téque id non reprehendere adscribis. 3. ¶ Vatinium [s] autem te scire velle ostendis, quibus rebus adductus defenderim & laudarim. Quod tibi vt planiùs exponam, altiùs paullo ratione meorum [t] consiliorum repetam, necesse est. Ego me, Lentule, initio rerum, atque actionũ tuarum, non solùm meis, sed etiam reipublicæ restitutum putabam: &, quoniam tibi incredibilem quendam amorẽ, & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia [u] deberẽ, reipublicæ quæ te in me restituẽdo multum adiuuisset, eum certè me animum merito ipsius debere arbitrabar quem antea tantummodò cõmuni officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum præstitissem. Hac me mente fuisse, & senatus ex me, te consule, audiuit, & tu in nostris sermonibus, collocutionibúsque ipse vidisti. Etsi iam primis temporibus illis, multis rebus meus offendebatur animus: cùm, te agente de reliqua nostra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. Nam neque de monumentis [a] meis ab iis adiutus es, à quibus debuisti: neque de [b] vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus, neque hercule in iis ipsis rebus, quæ quãquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamẽ à me minimi putabantur, in meis damnis ex auctoritate senatus resarciendis, [c] eam voluntatem, quam exspectaram, præstiterunt. Quæ cùm viderem (neque enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hæc [d] accidebant, quàm erant illa grata, quæ fecerant. Itaque quamquam & Pompeio plurimùm, te quidem ipso prædicatore, ac teste, debebam, & eum non solùm beneficio, sed amore [e] etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen nõ reputans, quid ille vellet, in omnibus meis sententiis de rep. pristinis permanebam. Ego sedente Cn. Pompeio, cum, [f] vt laudaret Pompeium, P. Sextius introiisset in vrbem, dixissétque testis Vatinius, me fortuna, & [g] felicitate C. Cæsaris commotum, illi amicum esse cœpisse: dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omniũ triumphis, victoriísque anteferre: dixíque eodem teste, alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegissent. tota verò interrogatio [h] mea nihil [i] habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus: in [k] quo omnia dicta sunt libertate, animóque maximo, de vi, de auspiciis, de donatione regnorum. Neque verò hac in causa modò, sed constanter sæpe in senatu. quinetiam, Marcellino, & Philippo, consulibus, nonis April. mihi est senatus assensus, vt de agro Campano, frequenti senatu, idibus Maiis referretur. Non [l] potui magis in arcem illius causæ inuadere, aut magis obliuisci temporum meorum, & meminisse actionum. Hac à me sententia dicta, magnus animorum motus [m] est factus, cùm eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum nunquam putaram. Nam hoc senatus consulto in meam sententiam facto, Pompeius, cùm [n] nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam, & in Africam profectus est, eóque itinere Lucam ad Cæsarem venit. ibi [p] multa de mea sententia questus est Cæsar, quippe qui etiam Riuennæ Crassum antè vidisset, ab eóque in me esset incensus. Sanè molestè Pompeium id ferre constabat: quod ego cùm audissem ex aliis, maximè [r] ex meo fratre cognouissem ex Pompeius, cùm in Sardinia Pompeius paucis pòst diebus, quàm Luca discesserat, conuenissét: Te, inquit, ipsum cupio: nihil opportunius potuit accidere, nisi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum [s] tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. Quid multa? Quæstus est grauiter: sua merita commemorauit: quid egisset sæpissime de actis Cæsaris cum eo ipso meo fratre, quídque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit: téque, quæ de mea salute egisset, voluntate Cæsaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est: cuius cau-

a *sic. v. c. alii* ex quibus intelli.

P. X.

b *o. v. c.* tibi grata mea, *& o. & ita L.*

c hoc est, vt etiam grata tibi sint ea, quæ prætermitti à me sine nefario scelere non possunt. *

d *al.* possint.

e L. quo discincti fuimus, f *sic o. v. c. al.* ad omnia, q. g L. victore obt. *& ita ves. v. c.*

h *q. v. c.* præsentiores pr. *Interquæ victoriam eamque lectionem seruandam epistola ad Cat. onem 4. 13. & proemio orationis putat. al.* *

v. c. præstantiores pr.

i cum me scilicet, Consulvirtute in patriam ab exsilio reduxisti. *

k Cato. qui tribunus pleb. biennio ante, rogationem tulerat, vt imperum Ciliciæ Lentulo abrogaretur. v. epistol. *

l hoc est irritam. *

m *al.* nostra vice vltus est, *&c.*

P. B.

n id est, quod ipsi facere debuimus. *

o *sic. o. v. u. al.* in meis rebus esse. exp. q. p *v. c.* eam tidem.

q *q. v. c.* cognosse h.

r *q. v. c.* cognouerat.

s quem alias vt seditiosum tribunũ pleb. & teste aduersar um P. Sextum oderat vide orat. in vatinium, *

t *o. v. c.* consiliorum meorum *&c. & ita L.*

v deest hæc particula, *stu dia* in quibusdam. *

a id est de domo mea quam Clodius, vt esset æternum rei monumentum, Liberatei di.

P. XI.

b vide 4. 2. Atticum 3. c L. Lentulis & *ita v. c.*

d Præsentiam, hæc est à *v. c.* e *al.* mortem, etiam. *mea pr.* f L. cum, vt laudaret Sextium Sextium introiisset *in vrb.* g *v. c.* ac felicitate Cæsaris.

h interrogatio quæ dicitur, oratio est in Vatinium. *

i *v. c.* nihil habuit, nihil repr. & *ita L. & al. ita.*

1 L. Num potui magis, *&c.*

temporum meorum, meminisse actionum. *Hæc in al. desunt. eadem mox, &c.*

l *Lubenti* hi nihil ob. *& ita v. c.*

o Lucæ ex rerum opp.

P. B. pidi Gallæ Cæsar. *

P *al.* vbi multa. q *q. v. c.* audissem.

r *prius* tum maxime.

f. Dependere dixit metaphora ducta à more, qui pecuniam grauiter debitam, quam primum reddere cupiunt. Plin. 3. *

ius causam, dignitatémque mihi vt commendaret, rogauit, vt [a] eam ne oppugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Hæc cùm ad me frater pertulisset, & cùm antè tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, vt [b] integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem: collegi ipse me, & cum ipsa quasi rep. sum [c] collocutus: vt mihi tam multa pro se perpesso, atque perfuncto, concederet, vt officium meũ, memorémque in bene meritos animum, fidémque fratris mei præstarem: eúmque, quem bonum ciuem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. In illis autem meis actionibus, sententiísque omnibus, quæ Pompeium videbantur offendere, certorum [d] hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me: qui cum illa sentirent [e] in rep. quæ ego agebam, sempérque sensissent: me tamen non satisfacere Pompeio, Cæsarémque inimicissimum mihi futurum, gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum: sed multo magis [f] illud, quòd inimicum meum, (meum autem? immò verò legum, iudiciorum, otij, patriæ, bonorum omnium [g]) sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur: non [h] illi quidem, vt mihi stomachum facerent, quem i ego funditus perdidi, sed certè vt facere se arbitrarentur. Hîc ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus [k] omnibus, rationibúsque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, si potero, breuiter exponam. Ego, si ab improbis, & perditis ciuibus remp. teneri viderem, sicut & meis [l] temporibus scimus, & nonnullis aliis accidisse [m] accepimus, non [n] modò non præmiis, quę apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus vllis, quibus tamen mouentur etiam fortissimi viri, ad eorum causam me adiungerem: ne si summa quidem eorum [o] in me merita constarent. Cùm autem in repub. Cn. Pompeius princeps esset, vir is, qui hanc potentiam, & gloriam maximis in remp. meritis, præstantissimísque rebus gestis esset consecutus, cuiúsque ego dignitatis, ab adolescentia fautor, in prætura, autem, & in consulatu adiutor etiam exstitissem: cúmque idem auctoritate, & sententia: per se, consiliis, & studiis, tecum me adiunxisset: meúmque inimicum vnum in ciuitate haberet inimicum: non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam, si quibusdam in sententiis paullum me immutassem, meámque voluntatem ad summi viri, de méque optimè meriti dignitatem aggregassem. In hac sententia complectendus erat mihi Cæsar, vt vides, [p] coniuncta & cautus amicitia, quam tu non ignoras mihi, & Q. fratri cum Cæsare fuisse, tum humanitas eius, ac liberalitas, breui tempore & literis, & officiis perspecta nobis, & cognita vehementer etiam res ipsa publica me mouit, quæ mihi videbatur, contentionem præsertim maximis, rebus à Cæsare gestis, cum illis vicisse. Grauissimè autem me in hanc mentem impulit, & Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat: & fratris mei, quam Pompeio. Erant præterea hæc animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem [a] nostrum scripta diuinitus: QVALES IN REPVBLICA PRINCIPES *essent, tales reliquos solere esse ciues.* Tenebam memoria, nobis consulibus, ea fundamenta iacta ex Kalendis Ianuariis confirmandi senatus, vt neminem mirari oporteret, nonis [b] Decembris tantum vel animi fuisse in illo ordine, vel auctoritatis. Idémque memineram, nobis priuatis vsque ad Cæsarem, & Bibulum consules, cùm sententiæ nostræ magnum in senatu pondus haberent, vnum ferè sensum [c] fuisse bonorum omnium. Posteà cùm tu Hispaniam citeriorem cum imperio [d] obtineres, neque resp. consules haberet, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos, ac ministros: iecit quidam casus caput meum, quasi certaminis causa in mediam cõtentionem, dissensionémque ciuilem. Quo in discrimine cùm mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, singularis bonorum omnium [e] consensio [f] in me tuendo exstitisset: non dicam, quid [g] acciderit (multorum est enim, & varia [h] culpa) tantùm dicam breui, [i] non mihi exercitum, sed duces defuisse. In quo, vt iam sit in iis culpa, qui me non defenderunt: non minor est in iis, qui reliquerunt: &, si accusandi sunt, qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi, [k] qui se timere simularunt, Illud quidem certè nostrum [l] consilium iure laudãdum est, [m] quòd meos ciueis & à me conseruatos, & me seruare cupienteis, spoliatos ducibus, seruis armatis nobiici noluerim: de clararíque maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, [o] si ij pro [p] me stante, [q] pugna non destitissent, cùm afflictum excitare potuissent. Quorum quidem animum tu non perspexisti solùm, cùm de me ageres, sed etiam confirmasti, atque tenuisti. Qua in causa non modò non negabo, sed etiam semper & meminero, & prædicabo libenter: [r] vsus es quibusdam nobilissimis hominibus, fortioribus in me restituendo, quàm fuerant iidem in [s] tuendo: qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. [t] Recreatis enim bonis vtris consulatu tuo, & constantissimis, atque optimis actionibus tuis excitatis, Cn. Pompeio præsertim ad causam adiuncto, cùm etiam Cæsar, [u] rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudiciis senatus, ad auctoritatẽ eius ordinis adiungeretur: nulli improbo ciui locus ad remp. violandam esse potuisset. Sed attende, quæso, quæ sint consecuta. [x] Primùm illa furta muliebrium religionum: qui non pluris fecerat Bonam [y] deam, quàm treis [z]

a *vox, nostrum, abesse à quibusdam lib. manuscriptis*
b *L. Decembribus*
c *forte, consensum vt infrà.**
d *An quæstorie, vt putat Vrsinus: an prætorio? vt alijs*
e *v. c. omnium bonorum*
f *o. v. c. consensus,* ‖ *& malè neque enim cohæret antecedenti suo, mirifica:**
g *Lamb. per quos acciderit: vel, qui acciderit*
h *forte, varium vulgus vel, variè vulgata**
i *id est breuitersic Cicero in. de oratore, monente Charisio, comprehendam breui.**
k *o. v. c. si qui se tim. & ita L.*
l *id est, meũ, tamtsi videtur insolens dicendi genus, nostrũ consilium iure laudandũ est, qui meos ciues &cet.**
m *L. qui meos ciueis, & à me &c. & ita o. v. c.*
n *v. c. obici*
o *L. si iis pro me stãte pugnare licuisset, cùm aff.* ‖ *Alij tamen pro licuisset, legũt libuisset**
p *deest pro quibusdam.**
q *stantem hîc opponit afflicto.**
r *forte te vsum esse quibusdam*
s *L. tenendo:*
t *L. Recreati enim cùm essent boni viri const. & const. atque opt. actuis excitati, &c. ita Lamb.* u *v. c. maximis rebus gestis,* x *L Primùm ille fur mul. al. Primum illa furia mul.* ‖ *ita victorius. Hæc autem voce, furia, Clodium intelligit, quod Lamb. non probat. Furia enim pro vexatore religionum hic sumeretur. Atqui Cicero hoc loco refert Clodium mulièbri veste domum Cæsaris, in qua nocturna sacra Bonæ deæ à mulieribus pro populo fiebant, ingressum, & in ea d prehensum, accusatum à Milone, à iudicibus absolutum. Putat itaque legendum, ille fur.* y *cui sacrificabant mulieres in domo Pontificis maximi. Bonæ deæ meminit Cicero in Oratione pro domo sua: de haruspicum responsis: pro Milone, in Paradoxis. Festus in Domitiũ sacrificium. Arnob. 5. aduers. gentes. Plutarch. in problemat. Macrob. 1. saturnal.* z *Imò duæ tantum fuere: vna quæ Lucullo, altera quæ Metello nupsit. Cicero pro Domo, pro Sextio, in Pisonem, pro Cœlio, pro Milone. Varro 3. de re rustica: sed Terentiam quæ Marcio nupsit forte patruelis aut consobrina, adde Plutarch. in Cicerone.*

sorores, impunitatem [a] scelerum, eorum [b] sententiis est assecutus, qui, cùm tribunus pleb. pœnas à seditioso ciue [c] per [d] bonos viros in iudicio persequi vellet, exemplum præclarissimum in posterum vindicandæ seditionis de rep. sustulerunt: iidémque posteà non meum [e] monumentum (non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat) monumentum verò senatus, hostili nomine, & cruentis inustum literis esse passi sunt. Qui me homines quòd saluum esse voluerunt, est mihi gratissimum: sed vellem non solùm salutis meæ, quemadmodum medici: sed [f] etiam, vt aliptæ [g], virium, & coloris rationem habere voluissent. Nunc, VT Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis, incoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solùm elaborarunt: reliquum corpus, imperfectum acrude reliquerunt. In quo ego spem fefelli non modò inuidorum, sed etiam inimicorum meorum: qui de vno acerrimo, & fortissimo viro, meóque iudicio, omnium magnitudine animi, & constantia præstantissimo, Q. Metello, Lucij filio, quondam falsam opinionem acceperunt: quem post reditum dictitant fracto animo, & demisso fuisse. Est verò probandum, quih & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sanè redire curarit [k], eum ob id ipsum fractum fuisse animo [l]: in quo cùm omnes homines, tum M. illum Scaurum, singularem virum, constantia, & grauitate superasset. Sed, quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum: cùm resp. maiorem etiam mihi animum, quàm vnquam habuissem, daret: quæ [m] iam declarasset, sese non potuisse me vno ciue carere: cúmque [n] Q. Metellum vnius tribuni plebis rogatio, me vniuerso resp. duce senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus [o], referente consule, comitiis centuriatis, cunctis ordinibus [p], hominibúsque incumbentibus, omnibus denique suis viribus recuperasset [q]. Neque verò ego mihi posteà quidquā assumpsi: neque hodie assumo, quod quemquam maleuolētissimum [r] iure possit offendere. tantùm enitor, vt neque amicis, neque etiam alienioribus, opera consilio, labore desim. Hic meæ vitæ cursus offendit eos fortasse, qui splendorem, & speciē huius vitæ intuentur: solicitudinem autem, & laborem perspicere non possunt. Illud vero non obscurè queruntur in meis sententiis, quibus ornem Cæsarem quasi [s] desiderim pristina causa. Ego autē cùm illa sequor, quæ paullo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere, Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti: qui confirmatus consulatu nostro, nonnunquam posteà interruptus, & [t] afflictus ante te consulem, recreatus abs te totus est: nunc ab iis, à quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non solùm fronte, atque vultu, quibus simulatio facillimè sustinetur, ii [u] declarant, qui tum nostro illo statu optimates nominabantur: sed etiam sensu [x] sæpe iam, tabellāque docuerunt. Itaque tota iam sapientium ciuium, qualem me & esse, & numerari volo, & sententia, & voluntas, mutata esse debet. Id enim iubet idem ille Plato, quem ego authorem [y] vehementer sequor,

a *L.* impunitatem *ft* illorum sententiis assecutus
b Optimatū scil. nec tamē P. B.
omnium: qui comitia ante iudiciū Clodij haberi voluerunt: in quibus ipse Clodius ædilis creatus est: quo in magistratu in iudicium vocari per leges non potuit*
c *al.* ciui.
d *L.* per bonos viros in iudicio pers.
e vide Manutium hoc loco.*
f *v. c.* sed vt aliptæ, etiā virium, & coloris *&c. & ita L.*
g *l.* vnctores*
h *al.* quod.*
i *L.* affuerit.
k *al.* curaret*
l *nox*, animo *abest à v. c.*
m *L.* quæ declarasset, se non pot. vno ciui. c.
P. XIIII.
n *al.* cumque Metellū &c. *L.* cùm Q. Metellum.
o *al.* omnibus tribunis plebis.
p *al.* ordinibus hominibusque *Lamb.* ordinibus, oīs, hominibus incumbentibus·*
q *q. v. c.* recuperauisset. *al* reciperauisset.
r *v. c.* maliuolentiss. L. nō maleuolentissimum.
s *al.* quasi desciuerim à pristina causa. *al.* quòd quasi destiterim pr.
t *copulatio &, abest à v. c*
u *al.* declarant ij, qui.
x *al* identētia
y *al* vehementer autorem seq.

A

TANTVM contendere in rep. quantum probare tuis ciuibus possis: Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere. Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reip. fuisse: quòd cùm offendisset [a] populum Athenienſem propè iam desipientem senectute, cumque [b] eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vidisset, cùm [c] persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. Mea ratio fuit alia, quòd, neque decipiente populo, neque integrā re mihi ad consulendum, capesserémne remp. implicatus tenebar. Sed lætatus tamen sum, quòd mihi liceret in eadem causa & mihi vtilia, & cuiuis bono recta defendere. Huc accessit commemoranda quædam, & diuina Cæsaris in me, fratrémque meum liberalitas: qui mihi, quascunque res gereret, tuendus esset. Nunc in tanta felicitate, tantúsque victoriis etiam [d] si non in nos is esset, qui est, tamen ornandus videretur. Sic enim te existimare velim: cùm à vobis, meæ salutis auctoribus, discesserim, neminem esse, cuius officiis me tam esse deuinctum non solùm confitear, sed etiam gaudeam. ¶ Quod quoniam tibi expositum, facilia sunt ea, quæ à me de Vatinio, & de Crasso requiris. Nam de Appio quòd scribis, sicut de Cæsare, te non reprehendere: gaudeo consilium tibi probari meum. De Vatinio autem, primùm reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, statim vt ille prætor est factus, cùm quidem ego eius petitionem grauissimis in senatu sententiis oppugnassem, neque tam illius lædendi causa, quàm defendendi, atque ornandi Catonis. pòst autem, Cæsaris, vt illum defenderem, mira contentio est consecuta. Cur autem laudārim, peto à te, vt id à me néue in hoc reo, néue in aliis quæras [e]: ne tibi ego idem reponam, cùm veneris: tametsi possum vel absenti. Recordare enim, quibus laudationem ex vltimis [f] terris miseris. nec hoc pertimueris. nam à me ipso laudantur, *& [g] laudabuntur idem.* Sed tamen defendendi Vatinij fuit etiā ille stimulus, de quo in iudicio, cùm illum defenderē, dixi me facere quiddam [h] quod in Eunucho [i] parasitus suaderet militi.

Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuò: si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comissatum [k]: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit hæc
Illius formam: tu huius contrà. denique
Par [l] pari referto, quod eam mordeat.

Sic petiui à iudicibus, vt, quoniam quidā nobiles homines, & de me optimè meriti, nimis amarent inimicum meū: méque in spectante sæpe eum in senatu modò seuerè seduceret, modò familiariter, atque hilarè amplexaretur: quoniámque illi haberēt suum Publium: darent mihi ipsi alium Publiū, in quo possem eorū [m] animos, mediocriter lacessitus, leuiter repungere [n]. Neque solùm dixi: sed etiā sæpe facio, diis [o], hominibúque approbantibus. 4. ¶ Habes de Vatinio: cognosce de Crasso. Ego cùm mihi cū illo magna iā gratia esset, quòd eius omneis grauissimas iniurias, communis concordiæ causa, volūtaria quadam obliuione contriuerā, repentinam eius defensionem Gabinij, quā proximis superioribus diebus acerrimè oppugnasset, tamē, si sine vlla mea cōtumelia succepisset, tulissem: sed, cùm me diſputantē, non lacessentem læsisset: exarsi, non solùm

a *v.* Plan. epistola P. B. Perdicam & Dionysium cos.
b *L.* tum eū nec persuad. nec cog. v. vid.
c *al.* quem*
d *L.* etiam si in nos non is esset.
e *L.* requiras
f hoc est Hispania citeriore, qui cū imperio præfuit Etulio*
P. XV.
g Hemistichium carmenis: quod in præfatione vitiosum, ne facit hunc locum nostrum? vel quæ aliquis eorum, quæ ab illo quod.
h 28. 5 sect. 130 f.
k *lib.* vulg. comessatum.
l *L.* to par pari respondet. par pro pari legunt. vt in antiquo Terentij libello legitur.
m *L.* animos illorum.
n Repungere, est vicissim aut contra pūgere*
o *al.* deis, hom.

solùm præsenti, credo, iracundia, (nam ea tam vehemens fortasse non fuisset) sed, cùm incluſum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse [a] me omne arbitrabar [b], resíduum tamen, insciente [c] me, fuisset [d]: omne repêtè apparuit. Quo quidem tempore ipso, quidam homines, & iidem illi, quos sæpe nutu, significationéque appello, cùm se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, méque tum denique sibi esse visum reip. qualis fuissem, restitutum, cúmque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset: gaudere se dicebant, mihi & illum inimicum, & eos, qui in eádem causa essent, nunquam amicos futuros. Quorum iniqui sermones cùm ad me per homines honestissimos perferrêtur: cúmque Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis, vt cum Crasso redirem in gratiam, Cæsárque per litteras maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet: habui non temporum solùm rationem meorum, sed [e] etiam naturæ: Crassíusque, vt quasi testata pop. Rom. esset nostra gratia, pænè à meis laribus in prouinciam est profectus. Nam cùm mihi condixisset [f], cenauit apud me in mei generi Crassipedis [g] hortis [h]. Quamobrem eius causam, (quod te scribis audisse) magna illius commendatione susceptam defendi in senatu, sicut meæ fides postulabat. 5¶ Accepisti, quibus rebus adductus, quámque i rem, causámque defenderim: quíque meus in rep. sit pro mea parte, capessenda, status. De quo sic velim statuas, me hæc eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia, ac libera fuissent. Nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes: neque delendum, etiam [k] si id fieri posset, summorum ciuium principatum: neque [l] permanendum in vna sententia, conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis: sed temporibus assentiendum. NVNQVAM ENIM PRAESTANTIBVS IN rep. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio: sed vt in nauigando tempestati obsequi artis est, etiamsi [m] portum tenere nequeas [n]: cùm verò id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis potiùs quàm, eo commutato, quò velis, tandem [o] peruenire: sic, cùm omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debeat id, quod à me sæpissimè dictum est, CVM DIGNITATE OTIVM: NON idem semper dicere, sed [p] idem semper spectare debemus. Quamobrem, vt paullo antè posui, si essent omnia mihi solutissima [q], tamen in rep. non alius essem, atque nunc sum. Cùm verò in hunc sensum [r] & alliciar beneficiis hominũ, & compellar iniuriis: facilè patior, ea me de repub. sentire, ac dicere, quæ [s] maximè cùm mihi, tum etiam reip. rationibus puté conducere. Apertiùs autem hæc ago, ac sæpiùs, quòd & Quin. frater meus, legatus est Cæsaris, & nullum meum minimum dictum, non modò factum, pro Cæsare interceſſit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum putarem. Itaque eius omni & gratia, quæ summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, vt meis. Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cum præsidiis iis, quæ semper habui, hanc [t] etiam potentium beniuolentiam coniunxissem. His ego consiliis, si te præsentem habuissem, vt opinio mea fert, essem vsus eisdẽ. noui enim temperantiam, & moderationem naturę tuę: noui animum, tum mihi amicissimum, tum nulla [a] in ceteros maleuolentia [b] suffusum: contráque cùm magnum, & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te taleis, qualeis tu eosdem in me videre potuisti. Quæ me mouerunt, mouissent eadem te profectò. Sed, quocumque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum. tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium, comitémque habebis: neque mihi in omni vita res tã erit vlla proposita, quàm vt quotidie vehementiùs te de me optimè meritũ esse lætere. 6¶ Quòd rogas, vt mea tibi scripta mittã, quæ post discessum tuũ scripserim: sunt orationes quædam, quas Menocrito dabo: neque ita multæ, vt pertimescas. Scripsi etiam [c] (nam ab orationibus disiungo me ferè, referóque ad mansuetiores Musas: quæ me maximè, sicut iam à prima adolescentia delectant [d]) scripsi [e] igitur Aristoteléo [f] more, quemadmodum quidem volui, treis libros in disputatione, ac dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutileis. Abhorrent enim à communibus [g] præceptis: & omnem antiquorum, & Aristoteléam [h], & Isocratéam rationem oratoriam complectuntur. Scripsi etiam versibus treis libros de temporibus meis: quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem. Sunt enim testes, & erũt, sempiterni, meritorum [i] tuorum erga me, meaque [k] in te pietatis. Sed quia verebar, non eos, qui se læsos arbitrarentur (etenim id feci parcè, & molliter) sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omneis nominare, non misi. Quos tamen ipsos libros, si quem, cui rectè committam, inuenero, curabo ad te perferendos. Atque istam quidem partem vitæ, consuetudinísque nostræ totam ad te defero. Quantum [l] litteris, quantum studiis, veteribus nostris delectationibus [m], consequi poterimus, id omne ad arbitriũ tuum, qui [n] semper hæc amasti, libentissimè conferemus. 7¶ Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæque mihi commendas, ea tantæ mihi curæ sunt, vt me nolim admoneri: rogari verò sine magno dolore vix [o] possum. 8¶ Quòd de Quincti fratris negotio scribis, te priore æstate, quòd morbo impeditus in Ciliciã non transieris [p], conficere non potuisse: nunc autem omnia facturũ, vt conficias: id scito esse eiusmodi, vt frater meus verè existimet, adiuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te cõstitutũ. 9¶ Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostríque studiis, & exercitationibus, velim quàm familiarissimè certiorẽ, & quàm sæpissimè facias: existiméque, neminem cuiquam neque carioré, neque iucundiorem vnquam fuisse, quàm te mihi: idque me, nõ modò vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat, esse facturũ. 10¶ Appius in sermonibus anteà dictitabat: postea dixit etiã in senatu palàm, sese, si licitum esset legem curiatam [q] ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si

a al. nõ vlla b L. maliuolentia

c scripsi etiã carmina: vetus editio P. B.
d duo v.c. delectarunt.
e scripsi etiã vetus editio. Cetera similia interpunctio est huic, vltimo ad Atticum, Tu vero sapienter (nunc d e v h.l.q.m.c.A) sapienter igitur
f al. Aristotelio
g hoc est, vulgaribus
h L. Aristoteliam, & Isocratiam
i L. meritorum erga me tuorum, & ita v.c.
k v.c. meæque pietatis. Sed q.
l q.v.c. Quantum studiis, quantum litteris, veter. P. XVII.
m al. delectationis
n L. qui hæc semper, & ita v.c.
o al. vix possim.
p fortè legendum, transmiseris
q Lex Curiata comitiis curiatis ferebatur de adoptione 5. Gell 19. & de imperio militari quod extra vrbem ferebatur ab eo qui in prouinciam iturus esset.

curiata lex non esset, se partiturum [a] cum collega, tibíque successurum: legémque [b] curiatam consuli ferre[c] opus esse, sibi necesse non esse: se, quoniam ex senatusconsulto prouinciam haberet, lege [d] Cornelia imperium habiturum, quòd [e] in vrbem introisset. Ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio: varias esse opiniones intelligo. sunt qui putent non [f] posse te decedere, quòd sine lege curiata tibi succedatur: sunt etiam, qui, si decedas, à te relinqui posse, qui prouinciæ præsit. Mihi non tam de iure certum est (quanquam ne id quidem valde dubium est) quàm, illud ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem [g], quæ te scio libentissimè frui solere, pertinere, te sine vlla mora prouinciam successori concedere, præsertim cùm sine [h] suspicione tuæ cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. Ego [i] vtrumque puto meum esse, & quid sentiam, ostendere, & quod feceris, defendere. 10 ¶ Scripta iam epistola superiore, accepi tuas litteras de publicanis: quibus æquitatem tuam non potui non probare. facilitate [k] autem, quod vellem, consequi potuisses, ne eius ordinis [l], quem semper ornasti, rem, aut voluntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta defendere: sed nosti cõsuetudinem hominum. scis, quàm grauiter inimici illi ipsi Qu. Scæuolæ fuerint. Tibi tamẽ sum auctor, vt [a], quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiæ tuæ. Vale.

¶ ARG. Lentulo Valerij nomine per litteras se gratiam egisse, eúmque præsentem cupere scribit: & cum eo iocatur.

M. T. C. S. D. L. VALERIO [b] IVRISCONSVLTO [c]. 10

CVR enim tibi hoc vno gratificer, nescio: præsertim cùm his temporibus audacia pro sapiẽtia liceat vti. Lentulo nostro egi per litteras tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas iam nostris litteris vti, & nos aliquando reuisas: & ibi mális esse, vbi aliquo numero sis, quàm istic, vbi solus sapere videare. Quamquam qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas: partim contumeliosum, quòd malè respondeas. Sed iam cupio tecum coràm iocari. Quare fac, vt quàm primùm venias, neque in Apuliam tuam accedas [d], vt possimus saluum [e] te venisse gaudere. Nam illò si veneris, tanquam Vlysses, cognosces [f] te abfuisse [g] tamdiu à nobis & doleo, quòd carui fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ: & lætor, quòd absens omnia cũ maxima dignitate es cõsecutus: quódque in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respõdit. Breue est, quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit. tãta est exspectatio vel animi, vel ingenii tui, vt ego te obsecrare [h], obtestaríque non dubitem, sic ad nos confirmatus i reuertare, vt, quam exspectationẽ cui cõcitasti, hãc sustinere, ac tueri possis. ¶ Etquoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vmquã delebit obliuio, te rogo, vt memineris, quantæcunque tibi accessiones fient & fortunæ, & dignitatis, eas te nõ potuisse consequi, nisi meis puer [l] olim fidelissimis, atque amantissimis cõsiliis paruisses. ¶ Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ætas nostra iam ingraueſcens [m], in amore, atque in adolescentia [n] tua conquiescat. Vale.

¶ ARG. De morte patris Curionis.

M. T. C. C. CVRIONI, S. D. 2

GRAVI teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro: qui cùm suis laudibus, tũ verò te filio superasset. omniũ fortunã, si ei contigisset, vt te antè videret, quàm è vita discederet. Sed spero nostram amicitiã non egere testibus. Tibi patrimoniũ dii fortunent. Me certè habebis, cui patri carus æquè fis, & periucundus, ac fuisti patri.

ARG.

M. TVLLII CICERONIS
EPIST. AD CVRIONEM [m], ET CETEROS, LIBER II.

¶ ARG. Excusat se quod minus sæpe scripserit. cupit præsentem Curionem beneficia in eundem comemorat: eorúmque memorem esse cupit.

M. T. C. S. D. C. CVRIONI. I.

QVANQVAM me nomine negligentiæ suspectũ tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officiũ meũ, quàm iucundum requiri: præsertim cùm in quo accusabar, culpa vacarem: in quo autem desiderare te significabas meas litteras, præ te ferres perspectum mihi [n] quidem, sed tamen dulcem, & optatum amorem tuum. Equidem neminem prætermisi, quem quidem ad te peruenturum putarem, cui litteras non dederim. etenim quis est tam [o] in pscribendo impiger, quàm ego? A te verò bis, tértue quadr summum, & eas perbreueis accepi. Quare, si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Sed de litteris hactenus [s], non enim vereor, ne nõ scribendo te expleam: præsertim si in eo genere studium meũ nõn aspernabere. ¶ Ego

---

a L. vt, si quibus reo.

b memini: epistol. l. 7. epist. 11. c Ab hac re, regitur hus epistolæ principium: quam aliàs mutilatã esse putarat Goo nullí.* d al. concedas, e al. ibimus v. nisi: te g. f Sic Varro scripsit Vlyſſes apud Nonũ c. 4. in rogno scere. 149. ve reor, ne me quoque, cùm domum ab illo celsimo reuerterem, præter eam cognoscat me mo. alde Homerum o.* g L. absuisse. h Obsecrare pus est quã rogare & parare. eã verò per sacra, ro bare: vt obsecrari, dis tribus aut ali quo alio nominatis, i fere scribor matus k al. tueri Pol. hoc ch. poss lumpt. m vi ri é rugati, quæ præsentia cognitus, sumebatur quo anno pretatur. vt. ex. soluto a mutis differ. dentes, sa fo rum vita ci pe. ri. ri. pa. ra. ta. ta. ta

¶ARG. Monet Curionem ne in editionibus munerum patrimonium suum profundat.

M. T. C. C. CVRIONI, S. D. 3

NEMPE[a] studium meum non defuit declarãdorum munerum tuo nomine: sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quidquam, te absente, fieri, quod tibi, cùm venisses, non esset integrum. Meam quidem sententiam aut scribam ad te postea pluribus, aut, ne ad eam meditere, imparatum te offendam, corámque contra[b] istam tuam rationem[c], meam dicam: vt aut te in meam sententiam adducam: aut certè testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim: vt, si quando (quod nolim) displicere tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordari. Breui tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere, vt iis bonis, quæ tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quæ[e] sunt in rep. ampliſſima, consequi possis, quàm muneribus: quorum neque facultatem quisquam admiratur (est enim copiarum, non virtutis) neque quisquam est, quin satietate iam defessus sit. Sed aliter aque ostenderam, facio, qui[f] ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. Summa scito in expectatione te esse, eáque à te exspectari, quæ à summa virtute, summóque ingenio expectanda sunt: ad quæ si es, vt debes, paratus: (quod ita esse confido) plurimis, maximísque muneribus & nos amicos, & ciueis tuos vniuersos, & remp. afficies. illud profectò[g] cognosces, nihil te neque cariorem, neque iucundiorem esse quemquam.

a *L.* Rupæ studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine: sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quidquam, nomẽ liberti Cu

b *g.v.c.* conferque istã, cõtra istam rationẽ, meam dicam. c *al.* rationẽ edificram, vt

d *al.* Breuiter tamen, *L.* quæ sint amplissima in rep.

e *L.* sequi inferiar ad explic. & ita

¶ARG. Nullum è tribus, negotiali, iocoso, & seuero generibus epistolarum nunc occurrere: Se id tantum cupere, vt Curio expectationi respondeat.

M. T. C. C. CVRIONI, S. D. 4

EPISTOLARVM genera multa esse non ignoras: sed vnum illud certissimum, cuius[h] causa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absenteis, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. Huius generis litteras à me profectò non[i] exspectas. domesticarum[k] enim rerum tuarum habes & scriptores, & nuntios. In meis autem rebus nihil est sane noui. Reliqua sunt episto larum genera duo, quæ me magnopere delectant: vnum familiare, & iocosum: alterum seuerum, & graue. Vtro me minùs decerat vti, non intelligo. Iocérne tecum per litteras? ciuem mehercule non puto esse, qui tẽporibus his ridere possit. An grauius aliquid scribam? quid est, quod possit grauiter à Cicerone scribi ad Curionem, nisi de rep.? Atque ea, quæ nunc sentio, velim scribere. Quãobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, vtar ea clausula, qua soleo, téque ad studium summæ laudis cohortabor. Est enim[m] tibi grauis aduersaria constituta, & parata, incredibilis quædam exspectatio: quam tu vna re facillimè vinces, si hoc statueris, QVARVM LAVDVM gloriam adamaris[n]: quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem: & hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.

a *al.* audeo narrare. b *al.* tamen gratulor, quod abet.

c *L.* vnã omnium voce perf.

d *al.* non quòd verear

p. XX.

e *L.* debilitata iam, & propè extincta.

f L. spem aliquã de rep.

g *L.* ciui, atque viro deb *& ita v.c.*

h *g.v.c* dignitatem & libertatem.

i *al.* Seruilium. *al.* Sex. Vilium.

k *L.* cùm has quàm primùm ad te perferri litteras in.

l *L.* & maxima extiterũt *vox* beneficia, *abest à plerisque libris manuscr.*

m L. quam non vel capere animus meum in accipiendo, vel in remuner. cumul. quæ illustr. posset P. B.

n Capitur autem animo gratia cũ nullam eius partem effluere patimur.

p *L.* omnem op.

¶ARG. Curionẽ in summa laude, & exspectatione esse scribit. eundem ad remp. ornandam exhortatur.

M. T. C. C. CVRIONI, S. P. D. 5

HAEC negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare[a] audeo. tibi, etsi vbicunque es (vt scripsi ad te antea) in eádem es nauitamen[b] quòd abes, gratulor: vel quia non vides ea, quæ nos: vel quod exelso, & illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum & sociorum, & ciuium conspectu: quæ ad nos nec obscuro, nec vario sermone, sed & clarissima, & omnium[c] vna voce perfertur. Vnum illud nescio, gratulérne tibi, an timeam, quòd mirabilis est expectatio reditus tui: non[d] quò verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat: sed mehercule, ne, cùm veneris, nõ habeas iam, quod cures: ita sunt omnia debilitata[e], & iam propè extincta. Sed hæc ipsa nescio, recténe sint literis commissa. quare cetera cognosces ex aliis. Tu tamen siue habes aliquam[f] spem de rep. siue desperas: ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo ciue[g], ac viro debẽt, qui sit remp. afflictam, & oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus, in veterem libertatem, ac[h] dignitatem vindicaturus.

¶ARG. Milonem Curioni commendat in petitione consulatus.

M. T. C. C. CVRIONI, S. P. D. 6

NONDVM erat auditum, te ad Italiam aduẽtare, cùm Sextumi Iulium, Milonis mei familiarem, cum his ad te litteris misi, sed tamen cùm appropinquare tuus aduentus putaretur, & te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudõ rei fecit, vtnõ vereremur, ne nimis citò mitteremus, cùm[k] has ad te quàm primùm perferri literas magnoperè vellemus. Ego si mea in te essent officia solùm, Curio, tanta, quanta magis à teipso prædicari, quàm à me ponderari solent: verecundiùs à te, si qua magna res mihi perenda esset, cõtenderem. GRAVE EST ENIM homini prudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo se benè meritum putet: ne id, quod petat exigere magis, quàm rogare: & in mercedis potiùs, quàm beneficij loco numerare videatur. Sed quia tua in me, vel nota omnibus, vel ipsa nouitate meorũ temporũ clarissima & maxima[l] beneficia extiterunt: EST QVE ANIMI ingenui, cui multũ debeas, eidẽ plurimũ velle debere. nõ dubitaui id à te petere, quod mihi omniũ esset maximũ, maximeq; necessariũ. Neq; enim sum veritus, ne sustinere tua in me vel innumerabilia beneficia non possem: cùm præsertim confiderẽ, nullã esse gratiam tantã, quãnon vel nõ ea pereanimus meus accipiẽdo, vel remunerando, cumulãdóque illustrare possit. Ego omnia mea studia, omnéq; poperã, curã, industriã, cogitationem, mentẽ denique omnẽ in Milonis consulatu fixi, & locaui: statuíque in eo me

non officij solùm fructum, sed etiam pietatis laudem debere quærere. Neque verò cuiquã salutem,ac fortunas suas tantæ curæ fuisse vnquam puto,quãtæ mihi sit honos eus, in quo omnia mea [a] posita esse decreui. Huic te vnũ tanto adiumento esse, si volueris, posse intelligo, vt nihil sit prætereа nobis requirendum. Habemus hæc omnia: bonorum studium conciliatum ex tribunatu, propter nostram(vt spero te intelligere)causam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum, liberalitatémque naturæ: iuuentutis, & gratioforum [b] in suffragiis, propter ipsius excellentem in eo genere, vel gratiam, vel diligentiam: nostram suffragationem, si minùs potentem, approbatam [c] tamen, & iustam, & debitam, & propterea fortasse etiam gratiosam. Dux nobis, & auctor opus est,& eorum ventorum, quos proposuit, moderator quidam,& quasi gubernator:qui si ex omnib. vnus exoptandus [d] esset: quem tecum conferre possemus, non haberemus. Quamobrẽ, si me memorem,si gratum,si bonum virum, vel ex hoc ipso, quòd tam vehementer de Milone laborem, [e] existimare potes:si dignũ denique tuis beneficiis iudicas:hoc à te peto,vt subuenias huic meæ sollicitudini,vt huic meę laudi, vel (vt veriùs dicam) propriæ [f] saluti tuum studium dices. De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi,grauitatis, constantiæ, beneuolentiæque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Mihi verò tantum décoris,tantum dignitatis adiunxeris,vt eundem te facilè agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute.Ego,ni te videre scirem,cùm hæc ad te scriberem,quantum officij sustinerem, quantoperè mihi esset in hac petitione Milonis omni ,non modò contentione,sed etiam dimicatione elaborandum,plura scriberem. Nunc tibi omnem rem, atque causam, méque totũ commendo,atque trado. Vnum hoc sic habeto:si à te hanc rem impetrãro [g], me pænè plus tibi, quàm ipsi Miloni debiturum. non enim mihi tam mea salus cara fuit,in qua præcipuè sum ab illo adiutus:quàm pietas erit in referenda gratia,iucunda.eam autẽ tui [h] vnius studio me assequi posse confido. Vale.

a *libri vulg.* mea studia pos.

b *libri vulg.* in suffragiis studia,propt. q.vet. in suffragiis posita studia,propter ipsi.&c.

c *L.*at probatam t.

d *al.* optandus.

e *al.*laboro,

f *L.*propè.

p. XXI.

g *al.* impetrauero,

h *L.* vnius tui.

¶ ARG. Curioni de Tribunatu & sacerdotio gratulatur. Proconsulatum sibi non prorogari, à Curione petit.

M. T. C. [i] PROCONSVL [k] C. CVRIONI, TRIBVNO PL. S. D. 8

SERA gratulatio reprehendi non solet,præsertim si nulla negligentia prætermissa est, longè enim absum : audio seró. Sed [l]& tibi gratulor:&,vt sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus,exopto ? téque hortor, vt omnia gubernes,& moderêre prudentia tua : ne te auferant aliorum [m]consilia.Nemo est, qui [n] sapientiùs tibi suadere possit teipso : nunquam labêre, si te audies. Non scribo hoc temerè: cui scribam,video:noui animum,noui consilium tuum.nõ vereor,nequid timidè,nequid stultè facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse senties.Quod in id reipu.tempus non incideris,sed veneris (iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum) profectò vides: quanta vis in rep. temporum sit, quanta varietas rerum, quam incerti exitus, quàm flexibiles hominum voluntates:quid insidiarum, quid vanitatis [a] in vita sit, [b] non dubito,quin cogites. Sed, amabo te,cura, & cogita, nihil noui, sed illud idem, quod initiò scripsi:tecum lóquere:te adhibe in consilium:te audi:tibi obtempera. alteri qui melius dare consilium possit, quàm tu,non facilè inueniri potest : tibi verò ipsi certè nemo melius dabit. Dij immortales, cur [c] ego non adsum, vel spectator laudum tuarum, vel particeps, vel socius, vel minister consiliorum ? tametsi hoc minimè tibi deest,sed tamen efficeret magnitudo, & vis amoris mei, consilio te vt possem iuuare. Scribam ad te plura aliâs. paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarios:vt, quoniam sanè feliciter, & ex mea sententia remp. [d] gessimus, vnis litteris totius æstatis res gestas ad senatum perscriberem. ¶De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, quámque [e] difficili in re, atque causa,cognosces ex iis litteris,quas Thrasoni,[f]liberto tuo, dedi. ¶Te, mi Curio, pro tua incredibili in me beneuolentia,[g] meáque item in te singulari, rogo,atque oro,ne [h] patiare mihii quidquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. Præsens tecum egi, cùm te tribunum pleb. isto anno fore non putarem: itémque petiui sæpius per litteras : sed tum quasi à senatore nobilissimo:& [k] adolescente gratiosissimo:nunc à tribuno pleb.& à Curione tribuno : non vt decernatur aliquid noui: quod solet esse difficilius:sed vt ne quid noui decernatur : & vt senatusconsultum, & leges defendas : eáque mihi conditio maneat, qua præfectus sum. Hoc [l] te vehementer etiam, atque etiam rogo. Vale.

a *al.* vanitas

b *L.* sit.

c *L.*a.c. cur ego abiem vel ip. no pl.

d *al.*rem.

e *L.* quam diff. ficia.v.c.

f Scribonio Thrasonem liberti patronomine & cognomine vocantur. *L.* Beniuolentiæ & fa v.c.

g poterat enim Curio vt tribunus pleb. efficere, ne annua prouincia admiistratio Ciceroni prorogaretur.

h *L.* quam mihi ad h. cura k *al.* cum adolescente etiam g.

P. XXI.

l *al.* hoc. te vehem quis ei alipugnatice.

m Vatinium. de eo ciliij. senatus prouinciis. Ciceroni. Vatinium. ligus. prorogare diem de quo inter Ciceronem vt iudicio adesset. *L.* Chri. & ita *L.* p. ideò Christi furta. *L.* q. ea quia tiorem enim id est pertinia ré in republ. administra. da ? *L.* perret multa e tiam ipse rumor.

f *al.*eidem.

¶ ARG. Monet Curionem ne posthac de leuissimis rebus scribat. Colloquium sibi fuisse cum Pompeio scribit, eumque laudat: De suo in prouinciam itinere scribit. Non prorogari sibi consulatum petit.

M. T. C. PROCONSVL, M. COELIO S. D. 7

QVID ? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorũ compositiones [m], vt vadimonia [n] dilata, & [o]Chresti compilationẽ [p] mitteres,& ea, quæ nobis,cùm Romæ sumus,narrare nemo audeat? Vide, quantum tibi meo iudicio tribuam:(nec mehercule iniuria. πολιτικώτερον [q] enim te adhuc neminẽ cognoui) ne illa quidem curo mihi scribas, quæ maximis in rebus reip.gerũtur quotidie, nisi quid ad me ipsum pertinebit. scribẽt alij: multi nuntiabunt:perferet [r] etiam multa ipse rumor.Quare ego nec præterita nec præsentia abs te, sed vt ab homine longè in posterum prospiciente, futura exspecto, vt ex tuis litteris,cùm formam reip.viderim, quale ædificiũ futurum sit,scire possim. ¶Neque tamen adhuc habeo,quòd te accusem. neq; enim fuit, quod tu plus prouidere posses, quàm quiuis nostrũm in primisque ego,qui cumPompeio complureis dies nullis in aliis, nisi de reip.ser monibus versatus sum:quæ nec possunt scribi,nec scribenda sunt.Tantùm habeto,eiuem egregium esse Pompeium, & ad omnia, quæ prouidenda sunt in rep.& animo, & consilio paratum. Quare da te homini. complectetur, mihi crede.Iam ildem [s] illi & boni, & mali ciues

ciues videntur, qui nobis videri solent. ¶Ego cùm Athenis decem ipsos dies fuissem, multúmque mecum C. [a] noster Caninius, proficiscebar inde prid. nonas Quinct. cùm hoc ad te litterarum dedi. ¶Tibi cùm omnia mea commẽdatissima esse cupio, tum nihil magis, quam ne tempus nobis prouinciæ prorogetur: in eo mihi sunt omnia. Quod [b], quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optimè constitues. Vale.

¶ARG. De adilitate Curionis, & Hirro eius competitore repulsam passo.

M. T. C. COELIO RVFO, AEDILI CVRVLI DESIGNATO S. D. 9

PRIMVM [c] tibi, vt debeo, gratulor, lætórque cùm præsenti [d], tum etiam sperata tua dignitate, seriùs, non negligentia mea, sed ignoratione [e] rerum omnium. in his enim sum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia, tardissimè omnia perferũtur, Et cùm gratulor, tum [f] verò quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, quòd ita factũ [g] sit, vt dederis nobis, quemadmodum scripseras [h] ad me, quem semper ridere posse̅mus. Itaque cùm primùm audiui [i], ego ille [k] ipse factus sum, scis quem [l] dico: egíque [m] omneis illos adolescenteis, quos ille iactitabat [n], difficile est loqui. Te autem contemplans absentem, & quasi tecum coràm loquerer, Non ædepol, quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris. Quod quia præter opinionem mihi accideret, referebam me ad illud: *Incredibile hoc [o] factu obiicitur. repentè verò incredibili omnibus lætitiæ.* In quo cùm obiurgarer, quòd nimio gaudeo pẽnè desiperem: ita me defendebam: *Ego [q] voluptatẽ homini [r] nimiã,* Quid quæris? dum illũ rideo, pænè sum factus ille. Sed hæc pluribus multáque alia & de te, & ad te, cùm primùm ero aliquid [s] otij nactus. Te verò, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, vltorẽ non modò inimicorum, sed etia inuidorum meorum: vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Vale.

¶ARG. Literas sibi non reddi conqueritur. Res suas in Amano monte gestas, & Pindemissi expugnationẽ refert. Proconsulatum sibi non prorogari petit. De statu Reipub. inquirit.

M. T. C. IMP. M. COELIO RVFO, AEDILI CVRVLI DESIGN. S. D. 10

TV [t] vide, quàm [u] ad me litterę non perferantur, non enim adduci [x] possum, vt abs te, posteà quàm ædilis factus es, nullas putem datas: præsertim cùm esset tanta res, tantæ [y] gratulationis [z]: de te, quia quod sperabam: de Hillo [a] (balbus enim sum) quod non putaram. Atqui sic habeto, nullam me epistolam accepisse tuã post comitia ista præclara: quæ me lætitia extulerunt: ex quo vereor, ne idem eueniat in meas litteras. Equidem nunquam domum [b] misi vnam epistolam, quin esset ad te altera: nec mihi est te iucũdius quidquã, nec carius. ¶Sed balbi non sumus: ad rem redeamus. Vt optasti, ita est. velles enim, ais [c], tãmodò vt haberem negotii, quod esset ad laureolam [d] satis. Parthos times, quia diffidis

a *I.* Hicciste est ille, q.
b Idem Cicero 5. ad Atticum 20. vbi quidã legunt deuortus Est autem diuortiũ locus vnde aquę duas in partes diuisæ incipiũt fluere.*
c *al.* Antiocha.*
P.B.
d *q.v.c.* captasũt, &inc.
e v. 5. ad Atticum 20.*
f de quo v. j. 1. de legib. 6. Plin. 31. & 10. c. 49, Curtium 9. Atheneum. 4.*
g *I.* adduxi exer.
h *I.* & vicesimum.
i Meminit Cicero 5. ad Atticũ 20.*
k *al.* opibus*
l *q.v.c.* Hęc ad te vesperi in præsentiam *fert. l.* quod optasses, posse. *Sed & ita q.v.c.*
n *I.* spissius. ¶quod idem est ac serius, Spisse tarde. v. Nonium c. 4. in spissum 422, Spisso autem, liquidũ opponitur apud Ouidiũ 1. Metamorphos.*

¶ARG. De successione prouinciarum. De Pantheris editioni ludorum à Cælio petitis: De omni reipublicæ statu sollicitum se esse ait.

M. T. C IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI, S. D. 11

PVTARESNE vnquam accidere posse, vt mihi verba deesse̅t: neque solùm ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia, nostratia? Desunt autem propter hanc causam, quòd mirificè sum solicitus, quídnã de prouinciis decernatur. Mirum me desideriũ tenet vrbis, incredibile meorum, atque in primis tui: satietas autem prouinciæ: vel quia videmur eã famam consecuti, vt non tam accessio quærẽda, quàm fortuna metuenda sit: vel, quia totũ negotiũ non est dignũ viribus nostris, qui maiora [o] in rep. onera sustinere & possimus, & soleamus: vel quia belli magni timor impẽdet, quod videmur effugere, si ad constitutã diem decedemus. ¶De pantheris [p], per eos qui venari solent, agitur mãdato [q] meo diligẽter: sed mira paucitas est, & eas, quæ sunt, valde aiunt queri, quòd nihil cuiquam insidiarũ in mea prouincia, nisi sibi, fiat. itaque cõstituisse dicũtur, in Cariam ex nostra prouincia decedere. Sed tamen sedulò fit, & inprimis à Patisco. Quidquid erit, tibi erit: sed [r], quid planè esset, nesciebamus. Mihi, mehercule, magnęcurę est ædilitas tua, ipsa dies me admonebat. scripsi enim hæc ipsis Megalensibus [s]. ¶Tu velim

P. XXIIII.
o *I.* Maiora oneram in rep sisti.
p v. 8. epist. 4. in fin. j.*
q *I.* mandatu meo.
r *I.* sed quid esset planè nesciebamus. *& ita v.c.*
s *I.* ipsis Megalesiis. ¶Sũt autem Megalesia, ludi matris magnæ. Varroni. 5. de lingua & Festo in Megalesia. hac die Aediles ludos, dabant autem templum, Magnæ matris Deũ.*

ad me de omni reip. statu quàm diligentissimè perscribas. ea enim certissima putabo, quæ ex re cognouero. Vale.

¶ARG. Sollicitus de rebus vrbanis. Litteras à Cœlio petit. De Diogenis & Philonis itinere. De vita vrbana & prouinciali collatione. De prouincia recte administrata. De reditu in vrbem.

M. T. C. IMP. M. COELIO, AEDILI CVRVLI, S.D. 12

SOLLICITVS equidem eram de rebus vrbanis: ita tumultuosæ conciones[a], itab mole stæ Quinquatriis[c] afferebantur. nam citeriora nondum audiebamus. Sed eamè nihil me magis sollicitabat, quàm, in his molestiis nõ me, si[d] quæ ridenda essent, ridere tecum. sunt enim multa, sed ea non audeo scribere. ¶Illud molestè fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarũ litterarũ. Quare etsi, cùm tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero: tamen obuiæ mihi velim sint litteræ tuæ, quæ me erudiãt de omni rep. ne hospes planè veniam. hoc meliùs, quàm tu, facere nemo potest. ¶Diogenes tuus, homo modestus, à me cum Philone Pessinunte discessit. iter habebant ad Laium[e] regem: quamquam omnia nec benigna, nec copiosa cognorant. ¶Vrbem[f], mi Rufe, cole, & in ista luce viue. Omnis enim[g] peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicaui) obscura, & sordida est iis, quorum industria Romę potest illustris esse. Quod cùm probè scirem, vtinam in sententia permansissem. Cum vna mehercule ambulatiuncula, atque vno sermone nostro, omneis fructus prouinciæ non confero. ¶Spero me integritatis laudem consecutum. non erat minor ex contemnenda[h], quàm[i] ex conseruata prouincia spes triumphi. In qua satis gloriosè triumpharem, si non essem tandiu quidem in desiderio rerum mihi carissimarum. ¶Sed (vt spero) propediem te videbo. tu mihi obuiam mitte[k] epistolas te dignas. Vale.

a *forti*, coitiones. *
b vide 9. ad Atticum. 15*
c *L.* Quinquatrus aff. ¶Quinquatrus dies, quod post quintũ diem Idus: vt sena tus, post sextum & septimum. vide Varronẽ lib. 5. de lingua. vi & Triatrus & Decimatrus. Festus in quinquatrus dicũtur etiam Quinquatrus Charisio. fuerunt autem Quinquatrus maiores & minusculæ quæ & Iuniæ, de quo v. Varronem 3. de lingua. *
d *L.* siquà rid.
P. B.
e *al.* Lathurum reg. *al.* Latorũ reg. *al.* Deiotarũ reg. *& ita L. al.* ad Latoregem. *al.* Ad iarorigem quem Commanorũ regem hoc tẽpore Strabo fuisse docet lib. 12. *
f *al.* Vrbẽ, vrbem*
g enim *abest ab o. v. c.*
h *al.* contẽpta. *
i *L.* quàm ex conseruata prouincia. Spes triũphi? inquis. Satis gloriosè triumph.
k *L.* mittito l *al.* forteassis m *q. v. c.* fidelitèr suad. n vide 1. Epistol. 9.
o Mea verò officia ci nõ def.
p *al.* οἰκικὸς *al.* οἰκόφθειρ: ita Erasmus legit malè: P. XXV. κωμικὸς μόρτυς nihil aliud quã Cõicus. qualis in Comœdi is acciri solet ad lites dirimendas. vide Suidam in dictione μαρτυς. *
q *L.* accedit. ‖*al.* occidit. *
r Appij libertus v. lib. 3. epist. 1. & 5. * s *v. c.* non in optatis sit compl. *& ita L.*
t Significat tres Appij generos, Lentulum, Brutum, Pompeium, *

A

dioſum mei? Hæc eò pluribus ſcripſi, quod[a] mihi ſignificabant tuæ litteræ, ſubdubitare te, qua eſſem erga illum voluntate. Credo, te audiſſe aliquid, falſum eſt, mihi crede, ſi quid audiſti. Genus inſtitutorum, & rationũ mearũ, diſſimilitudinem nonnullã habet cũ illius adminiſtratione prouinciæ. Ex eo quidam ſuſpicati fortaſſe ſunt, animorum cõtentione, non opinionũ diſſentione, me ab eo diſcrepare. Nihil autẽ feci vnquã, neque dixi, quod cõtra illius exiſtimationem eſſe vellem. Poſt

B

hoc negotium autem, & temeritatem noſtri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. ¶Erat in eâdẽ epiſtola veternus ciuitatis. gaudebam ſanè, & congelaſſe noſtrum[b] amicum lætabar otio. ¶Extrema pagella pupugit me tuo chirographo[c]. Quid ais? Cæſarem[d] defendit Curio? quis hoc putaret præter me? nam[e] ita in via putaui. Dij immortales: quàm ego riſum noſtrum deſidero! Mihi erat in animo, quoniam iuriſdictiõnem confecerã: ciuitates[f] locupleteram: publicanis, etiã ſuperioris luſtri reliqua, ſine ſociorum vlla querela, conſeruaram: priuatis, ſummis, infimis fueram iucundus: proficiſci in Ciliciam Noniis Maij: & cùm primùm æſtiua attigiſſem, millitaremq; [g] rem collocaſſem[h], decedere ex ſenatuſconſulto. Cupio te ædilẽ videre, miróque deſiderio me vrbs afficit, & omnes mei; túque in primis. Vale.

C

a *al.* quid non nihil ſignif. *al.* quid nihil.
b Curioniphum hic. c Chirographum, vt opinor, extremæ huius epiſtolæ. Ita Pagius manu Curionis ſcriptã. d *L.* nunc defendit Curio? ‖*v. c.* Epi. 9. e *L.* nam, ita viam. Pater. f *v. c.* ad Atticum 2. g *al.* mittemque. ea collocaſſem*

D

¶ARG. Fabium commendat.

M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI, S. D. 14

MARCO[h] Fabio, viro optimo, & homine doctiſſimo, familiariſſimè vtor, mirificéque eũ diligo, cùm propter ſummũ ingenium eius, ſummamq; doctrinã, tum præterea ſingularem modeſtiã. Eius negotium ſic velim ſuſcipias, vt ſi eſſet res mea. Noui ego vos magnos patronos. hominẽ occidat oportet, qui veſtra opera vti velit. ſed in hoc homine nullam accipio excuſationem. Omnia relinques, ſi me amabis, cùm tua opera Fabius vti volet. Ego res Romanas vehementer expecto, & deſidero: in primiſque, quid agas, ſcire cupio. nam iandiu, propter hiemis magnitudinem, nihil noui ad nos afferebatur[i]. Vale.

E

h *vide* 7. ad Atticum. 2. *habes* Fabium meum Marcum
i *v. c.* recte reſcribunt. *al.* perferebantur

F

¶ARG. Respondet in genere epistolæ 11. 13. & 10. In specie autem scribit, De supplicationibus sibi decretis. De Dolabella. De reditu Tullię. De suo in Rempublicam studio. De Ocella.

M. T. C. IMP. M. COELIO, CVRVLI AEDIL. S. D. 15

NON potuit acuratius agi, neque[k] prudentiùs, quàm actum eſt à te cum Curione de ſupplicatione[l]: & mehercule, confecta res eſt ex ſententia mea, cùm celeritate, tum quòd is, qui[m] erat iratus, competitor tuus, & idem meus, aſſenſus eſt ei, qui ornauit res noſtras diuinis laudibus. Quare ſcito me ſperare ea, quæ ſequuntur: ad quæ tu te para. ¶Dolabellã à te gaudeo primùm laudari, deinde etiam amari[o]. ¶Nam ea, quę ſperas Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe, ſcio, cui[p] epiſtolæ[q] tuæ reſpondeãt. Quid ſi meam legas: quam ego tum ex tuis litteris miſi ad Appium? Sed quid agas? ſic viuitur. Quod actum

G

H

k *g. v. c.* nec
l *v. g.* epiſt. 11. *
m *v. c.* & hic cele. *p. xxvi.* forte. *al.* mihi erat ita
n *L.* tua, o *al.* & amãte
p *L.* cui tuæ epiſt. refe. q *v. g.* 13.

actum est, dij approbent. Spero fore iucundum generum nobis. multùm [a] in eo tua nos humanitas adiuuabit. ¶Resp. me valde sollicitat: faueo Curioni: Cæsari [b] honestissimè cupio: pro Pompeio mori possum. sed tamen ipsa rep. nihil mihi est carius: in qua tu non valde te iactas. districtus enim mihi videris esse, quòd & bonus ciuis, & bonus amicus es. ¶Ego de prouincia decedens, quæstorem Cœlium præposui prouinciæ. Puerum [c], inquis. At [d] quæstorem, at nobilem adolescentem: at omnium ferè exemplo [e]: neque erat superiore [f] honore vllus [g], quem præficerem. Pomtinius [h] multò antè discesserat. à Quincto fratre impetrari non poterat: quem tamen si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum, vt senatus voluisset, ex i prouincia decessisse: quoniam alterum [k] me reliquissem. Fortasse & [l] illud adderent, senatum eos voluisse prouinciis præesse, qui anteà non præfuissent: fratrem meum triennium Asiæ præfuisse. Denique nunc sollicitus non sum: si fratrem reliquissem, omnia timerē. Postremò non tam mea sponte, quàm potentissimorum duorum exemplo, [m] qui omnes Cassios, Antoniósque complexi sunt, hominem adolescentem nō tam allicere volui, quàm alienare nolui. Hoc tu meū consilium laudes necesse est. mutari enim non potest. ¶De Ocella [n] parum [o] planè aā me scripseras: & in actis non erat. Tuæ res gestæ ita notæ sunt, vt trās montē Taurū etiam [p] de matrimonio sit auditum. Ego, nisi quid me Eteſię morabuntur, celeriter (vt spero) vos videbo. Vale.

A R G. Respondet epistolæ Cœlij quæ est xviij. libri viij.

M. T. C. IMP. M. COELIO, AEDILI CVRVLI, S. P. D. 16

MAGNO dolore me affecissent tuæ [q] litteræ, nisi iā & ratio ipsa depulisset omneis molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouum. Sed tamen quare acciderit, vt ex meis superioribus litteris id suspicarere, quod scribis, nescio. quid enim fuit in illis, præter querelam temporum, quæ [r] non animum meum magis sollicitum haberet, quàm tuum? Nam non eā cognoui aciē ingenii tui, quod ipse videam, te id vt nō putem videre. Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, vt me existimares aut tam improuidum, qui ab excitata [s] fortuna ad inclinatam, & propè iacentem desciscerem: aut tam inconstantem, vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, à [t] méque ipse deficerem, & quod initio, sempérque fugi, ciuili bello interessem. Quod est igitur meū [u] triste consilium? vt discederē fortasse in aliquas solitudines? nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum, in hominum insolentium indignitate, fastidium. Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, noménque imperij [x], quo appellor. Eo si onere [y] carerem, quamuis partis Italiæ latebris contentus essem. Sed incurrit hæc nostra laurus nō solùm in oculos, sed iam etiam in voculas maleuolorū. Quod cùm ita esset, nihil tamē vmquam de profectione, nisi vobis approbantibus, cogitaui. Sed mea prædiola [z] tibi nota sunt. in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Quòd [a] autē

A in maritimis [a] sum, facilè [b] moueo [c] nonnullis suspicionē, velle me nauigare: quod tamē fortasse non [d] nollē, si possem ad otium. nam ad bellum quidem qui conuenit? præsertim contra eum, cui spero me satisfecisse: ab eo, cui tamē satisfieri nullo modo potest? Deinde sententiam meam tu facillimè perspicere potuisti iam ab illo tempore, cùm in Cumanum mihi obuiàm venisti. non [e] enim te celaui. Sed nónne tum prouidisti, quàm abhorrerē B ab vrbe relinquenda? Quod cùm audissem, nónne tibi affirmaui, quiduis me potiùs perpessurum, quàm ex Italia ad bellum ciuile exiturum? Quid ergo accidit, cur consilium mutarem? nónne omnia potiùs [f], vt [g] in sententia permanerem? Credas hoc mihi velim, quod puto te existimare, ex his miseriis nihil aliud me quærere, nisi vt homines aliquando intelligant, me nihil maluisse quàm pacem: ea desperata, nihil tam fugisse, quàm arma ciuilia. Huius me constantiæ puto fore, vt numC quam pœniteat. Etenim memini, in hoc genere gloriari solitum esse familiarē nostrum, Q. Hortensium; quòd numquam bello ciuili interfuisset. Hoc nostra laus erit illustrior, quòd illi tribuebatur ignauiæ: de nobis id existimari posse non arbitror. Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissimè, atque amātissimè proponuntur. Nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus, hac orbis terrarum perturbatione, impendēre videatur: quā quidem ego à rep. meis priuatis, & domesticis incommodis libentissimè, vel istis ipsis, quæ tu me mones, vt caueam, redemissem. Filio meo, quem tibi carū esse gaudeo, si erit vlla resp. satis amplū patronum [h] relinquam, memoriam [i] nominis mei. sin autem nulla erit: nihil accidet ei separatim à reliquis ciuibus. Nam quòd rogas, vt respiciam generum [k] meum, adolescentem optimum, mihíque carissimum: an dubitas, cùm scias, quanti cùm illum, tum verò Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissimè sollicitet? & eò E magis, quòd in communibus miseriis hac [l] tantùm oblectabar specula [m]. Dolabellam meum, vel potiùs nostrum, videbam fore ab iis molestiis, quas liberalitate [n] sua contraxerat, liberum. Velim quæras, quos ille dies sustinuerit, in vrbe dum fuit: quàm acerbos sibi, quàm mihi ipsi socero non honestos. Itaque neque ego hunc Hispaniensem casum exipecto, de quo mihi exploratum est ita esse, vt F tu scribis: nec [o] quidquam astutè cogito. Siquando erit ciuitas, erit profectò nobis [p] locus. sin autem non erit: in eaſdem solitudines tu ipse (vt arbitror) venies, in quibus nos consedisse audies. Sed ego fortassis [q] vaticinor: & hæc omnia meliores habebunt exitus. Recordor enim desperationes eorum [r], qui senes erant, adolescente [s] me. Eos ego fortasse nunc imitor, & vtor ætatis vitio. Velim ita G sit. Sed tamen togam prætextam texi Oppio [t], puto te audisse. nam Curtius noster dibaphum [u] cogitat: sed eum infector [x] moratur. Hæc adspersi, vt scires, me tamen in stomacho solere ridere. De [y] Dolabella, quod scripsi, suadeo videas, tamquam si res tua agatur. Extremum illud erit: nos [z] nihil turbulenter, nihil temerè faciemus. Te tamen [a] oramus, quibuscumque erimus in terris, vt nos, liberósque nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabit. Vale.

H

P. XXVII

a maritimā spatiationē veteribus gratam testatur Plutarc. 1. sympos.*

b id est libenter. sic facillimè audiri, dixi 2. de Oratore: & 13. ad Atticum 26. locū nullum habeo, vbi facilius esse possim quàm Asturæ.*

c *al.* commouco.*

d v. l. j. D. de regulis iuris.*

e L. nō enim te celaui sermonem T. Ampij. vidisti, quàm abhorrerem ab vrbe relinquenda: Q. f perf. renda scilicet.*

g *l.* cur in sent.

P. B.

h *l.* patrimonium relinquam, *& ita o. v. c.*

i *al.* in memoriam: *al.* in memoria.*

k P. Cornelium Dolabellam.*

l *l.* hac tamē oblect.

m Speculam posuit hic pro munita spe.*

n *l.* libertate sua contr. *o q. v. c* neq. quidq.

p *fortè* nobis in ea locus.

q *l.* fortasse vat. *& ita o. v. c.*

r Sullæ & Marii.*

f v. c. me adolescente.

t *al.* Appio,

u διάφοιϛ purpura bis tincta 2. ad Attic. 20. h. e autem pro Anguratu.*

x Infector Glossis βαφεὺς,

y *al.* Dola- P. XXVIII. bella, quod scr.

z *q. v. c.* nos tame n hic.

a *al.* tantum

Tom. 3.

¶ *ARG. Respondet duabus Epistolis Caninij.*

M. T. C. IMP. CANINIO SALLVSTIANO [a] PROPRAETORI [b], S. D. 17

LITTERAS [c] à te mihi stator [d] tuus reddidit Tarsi ad [e] XVI. Kal. Sextileis. His ego ordine, vt vidéris velle, respondebo. De successore meo nihil audiui, nec quemquam fore arbitror. Quin ad diem decedam, nulla causa est, præsertim sublato metu Parthico. Commoraturum me nusquam sanè arbitror. Rhodum [f], Ciceronum causa puerorum, accessurum puto: neque id tamen certum. Ad vrbem velim quàm primùm venire: sed tamen iter meum, reip. & rerum vrbanarum ratio gubernabit. Successor [g] tuus non potest ita maturare vllo modo, vt tu me in Asia possis conuenire. De rationibus referendis, non erat incommodum, te nullam referre: quam tibi scribis à Bibulo fieri potestatem. Sed id vix mihi vidéris per legem [h] Iuliam facere posse: quam Bibulus certa quadam ratione non seruat: tibi magnopere seruandam censeo. Quòd scribis, Apamea præsidium deduci non oportuisse, videbam idem ceteros [i] existimare: molestéque ferebam, de ea re minùs commodos sermones maleuolorum [k] fuisse. Parthi transierint, nécne, præter te, video dubitare neminem. itaque omnia præsidia, quæ magna, & firma parauerat, commotus hominum non dubio sermone, dimisi. Rationes mei quæstoris, nec verum fuit me tibi mittere, nec tum [l] erant confectæ. eas nos Apameæ deponere cogitabamus. ¶ De præda [m] mea, præter quæstores [n o] vrbanos, id est, populum R. teruncium [p] nec attigit, nec tacturus est quisquam. Laodiceæ me prædes [q] accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi, & populo cautum sit sine vecturæ periculo. Quòd scribis ad me de drachmis [r] CCCLIII. nihil est, quod in isto genere cuiquam possim commodare. Omnis enim pecunia ita tractatur, vt præda, à præfectis: quæ autem mihi attributa est, à quæstore curetur. Quòd quæris, quid existimem de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriam: anteà dubitabam, venturæne essent: nunc mihi non est dubium, quin, si anteà auditum erit, otium esse in Syria, venturæ non sint. Marium quidem successorem tardè video esse venturum, propterea quòd senatus ita decreuit, vt cum legionibus iret. ¶ Vni epistolæ respondi: venio ad alteram. Petis à me, vt Bibulo te quàm diligentissimè commendem: in quo mihi voluntas non deest: sed [s] locus videtur esse tecum expostulandi. Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorem [t] me nunquam fecisti, quàm valdè Bibuli voluntas à me fine causa abhorreret. Permulti enim ad me detulerunt, cùm magnus Antiochiæ metus esset, & magna spes in me, atque in exercitu meo, solitum dicere, quiduis se perpeti malle, quàm videri eguisse auxilio meo. quod ego officio quæstorio te adductum, reticere de prætore tuo, non molestè ferebam: quamquâ, quemadmodum tractarêre, audiebam. Ille autem, cùm ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram numquam misit: ad quem intelligebat, eius belli periculum [u] pertinere. Tantùm de auguratu filij sui scripsit ad me: in quo ego misericordia [x] commotus, & quòd semper amicissimus Bibulo fui, dedi operam, vt ei quàm humanissimè [a] scriberem. Ille si omnibus est maleuolus (quod numquam existimauì) minùs offendor in me. sin autem à me est alienior, nihil tibi litteræ meæ proderunt. Nam, ad senatum [b] quas Bibulus litteras misit, in iis, quod mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit. se ait curasse, vt cum quæstu populi pecunia permutaretur. quod [c] autem meum erat proprium, vt alariis [d] Transpadanis vti [e] negarem, id etiã populo se remisisse scribit. quod verò illius erat solius, id mecum cõmunicat: EQVITIBVS [f] AVXILIARIIS [g], inquit, CVM AMPLIVS FRVMENTI [h] POSTVLAREMVS. Illud verò pusilli animi, & ipsa maleuolentia ieiuni, atque inanis, quòd Ariobarzanem, quem [i] senatus per me regem appellauit, mihíque commendauit, iste in litteris non regem, sed regis Ariobarzanis filium appellat. Hoc animo qui sunt, deteriores fiunt rogati. Sed tibi motem gessi: litteras ad eum scripsi, quas cùm acceperis, facies quod voles. Vale.

¶ *ARG. Suadet vt decedens præficiat prouinciæ potiùs quæstorem, quàm legatum.*

M. T. C. IMPERATOR Q. THERMO [k] PROCVRATORI [l], S. D. 18

OFFICIVM meum erga Rhodonem, ceteráque mea studia, quæ tibi ac tuis præstiti, tibi homini gratissimo, grata esse vehementer gaudeo: mihíque scito in dies maiori curæ esse dignitatem tuam: quæ quidem à te ipso integritate, & clementia tua sic amplificata est, vt nihil addi posse videatur. Sed mihi magis, magísque quotidie de rationibus tuis cogitanti, placet illud meum consilium, quod initiò Aristoni nostro, vt ad me venit, ostendi: graueis [m] te suscepturum inimicitias, si adolescens potens, & nobilis à te ignominia affectus esset. & hercle sine dubio erit ignominia. habes enim neminem honoris gradu superiorem. Ille autem, vt omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos, hominésque innocentissimos, legatos tuos, quòd & quæstor est, & quæstor tuus. Nocere tibi iratum neminem posse [n] perspicio: sed tamen treis fratres, summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos, præsertim [o] iure, quos video [p] deinceps tribunos pl. per triennium fore. Tempora autem reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Cur ego te velim incidere in tertiores tribunitios, præsertim cùm sine cuiusquam reprehensione legatis quæstorem possis anteferre? Qui si dignum se maioribus suis præbuerit (vt spero, & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit. sin quid offenderit: sibi totum, nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quòd in Ciliciam proficiscebar, existimaui me ad te oportere scribere. Tu, quod egeris, id velim dij approbent. Sed, si me audies, vitabis inimicitias, & posteritatis otio consules. Vale.

¶ *ARG. Ostendit optatiorem sibi quæstorem obtingere non potuisse: & hortatur vt maturet in prouinciam venire, antequam ipse decedat.*

[r] M. T. C. IMP. C. COELIO L. F. CALDO [s] QVAESTORI DES. S. D. 19

CVM optatissimum nuntium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse, eo iucundiorem mihi eam sortem sperabam fore, quo diutiùs

a *al.* Sallustio: *al.* Caio Sallustio*
b *al.* PROPRAETORE. ‖ *al.* proquæst.*
c *al.* litteras binas, vel, binas litteras*
d v. epistol. 19. infrà*
e *L.* a. d. XVI. kalendas
f *L.* Rhodũ, causa puerorum, accessurum.
g Marius: de quo inf.
h Huius legis Iuliæ de relinquendis in prouincia rationibus. vide lib. 5. epistol. 20. 1. & 6. ad Atticũ 7.*
i *al.* certos: infrà' & 6. ad Atticũ 7.*
k v. c. maliuolorum.
l *al.* tamen*
m ex Amano monte direpto ac vastato 5. ad Atticum 20*
P. B.
n *L.* quæstores vrb.
o *al.* præter quæstores & præfectos*
p *al.* nec tetigit,
q Prædes, fideiussores: horum prædia bona prædia Ascon. Varro 4. de lingue*
r *L.* CCCIↃↃↃ.

s *L.* o. v. c. sed locus esse videtur tecum exp. & ita *L.*
t *L.* certiorẽ nunquã me fec.

u q. v. c. pertinere periculum,

x hoc est orbatione duorũ filiorũ v. de 6. ad Atticum 5.*

P. XXIX.

a *L.* reciteberem.

b q. v. cap. Bibulus misit litteras ad eos, &c.

c q. v. c. quod meum erat or.
d Alariis: quod auxiliares equites, quibus transalpini regebãtur. Liuius 35. & 40. Cæs. de bello ciuili: Sall. in Iugurtha.
e *L.* vt ne negarem.
f Hæc quæ sequuntur verba sunt ex Epistola Bibuli ad senatum*
g *al.* auxiliaribus se egere inquit. male.*
h *al.* supplementi,*
i *L.* quia eũ senatus
k de quo vide ep. 19. Bol. 5. & sequent.
l *al.* PROPRAET.

P. B.
m *al.* grauis enim te fuit.

n q. v. c. per ipsum posse:
o q. v. c. iure præfectorum,
p *al.* videor

diutiùs in prouincia mecum fuisses. Magni enim videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis fors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. Postea [a], cùm mihi nihil neque à teipso, neque ab vllo alio de aduentu tuo scriberetur: verebar, ne id ita caderet, (quod etiam nunc vereor,) ne [b] antè, quàm tu in prouinciam venisses, ego de prouincia decederem. Accepi autem à te missas litteras, in prouincia [c], cùm essem in castris, a.d.x. Kal. Quintileis, scriptas humanissimè: quibus facilè & officium, & ingenium tuum perspici possit. sed neque vnde, neque quo die datæ essent, aut quo tempore te expectarem, significabant. nec is, qui attulerat, à te acceperat, vt ex eo scirem, quo ex loco, aut quo tempore, essent datæ. Quæ cùm essent incerta, existimaui tamen esse [d] faciendum, vt ad te statores [e] meos, & lictores cum litteris mitterem: quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quàm primùm veneris. Nam quòd ad me Curius, consobrinus tuus, mihi (vt scis) maximè necessarius: quòd ité C. Virginius [f], propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissimè scripsit: valet id quidem apud me multùm, sicuti debet hominum amicissimorum diligens commendatio: sed tuæ litteræ, de tua præsertim dignitate, & de nostra coniunctione, maximi sunt apud me ponderis. Mihi quæstor optatior [g] obtingere nemo potuit. Quamobrem, quæcumque [h] à me ornamenta in te proficiscentur, elaborabo [k], vt omnes intelligant, à me habitam esse rationem tuæ, maiorúmque tuorum dignitatis. Sed id iá[l] faciliùs consequar, si ad me in Ciliciam veneris: quod ego & mea, & reip. & maximè tua interesse arbitror. Vale.

f *L. Virgilius*

g *L. te optatior**

h *forſ. quęq. à me ornam. in te prof. vt omnes intel. i. o. v. c. ad te prof.*

k *verbũ elaborabo ab eſt à o. v. c. [pollicetur enim Cicero, omnia ſe in illũ effusurum ornamenta, ſic enim poſtulare & illius & maiorum ſuorum dignitatem**

l *iam abeſt ab o. ferè v. c.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER TERTIVS, AD APPIVM CLAVDIVM PVLCHRVM.

¶ARG. *De Phania & Cilice Appij liberto. De L. Valerio Iuriſconſulto.*

M. T. C. APPIO PVLCHRO IMP. S. D. I.

SI IPSA resp. tibi narrare posset, quomodo sese haberet, non faciliùs ex ea cognoscere posses, quàm ex liberto tuo Phania [a]. ita est homo non modò prudens, verùm etiam (quod [b] vidi) curiosus. quapropter ille tibi omnia explanabit. id enim mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius [c]. De mea autem beneuolentia erga te, etsi potest ex eodem Phania cognoscere: tamen videntur etiam aliquæ meæ partes. Sic enim tibi [d] persuade, carissimum te mihi esse, cùm propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ, tum quod ex [e] litteris tuis, & ex multorum sermonibus intelligo, omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. Quod cùm ita sit, perficiam profectò, vt longi temporis vsuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia: & [f] crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam: idque me (quoniam tu ita vis) puto non inuita Minerua esse facturum: quam quidem ego, si fortè de tuis sumsero, non solùm Palladia, sed etiam Appiada nominabo. ¶Cilix [g], libertus tuus, anteà mihi minùs fuit notus: sed vt mihi reddidit à te litteras, plenas & amoris, & officij, mirificè ipse suo sermone subsecutus est humanitatem litterarum tuarum. Iucunda mihi eius oratio fuit, cùm [h] de animo tuo, cùm de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid quæris? Biduo factus est mihi familiaris: ita tamen, vt Phaniam valde sim desideraturus: quem cum romam remittes, quod (vt putabamus) celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. ¶L. Valerium [i] iurisconsultum [k], valde tibi commendo: sed ita etiam [l], si non est iurisconsultus [m]. Meliùs enim ei cauere volo [n], quàm ipse aliis soleat. Valde hominem diligo, est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. omnino tibi agit gratias: sed idem scribit, meas litteras maximum apud te pondus habituras. Id eum ne fallat, te etiam atque etiam rogo. Vale.

i *de quo vi. epiſt. vlt. & 7. epiſt. 11.**

k *al. iure cõſultum,*

l *al. etiãſi**

m *al. iure cõſulrus.*

n *al. caueri**

¶ARG. *Petit ab Appio prouinciam Ciliciam ſibi expeditiſſimam tradi.*

M. T. C. PROCONSVLO, APPIO PVLCHRO, IMP. S. D. 2

o *al.* PROCONSVLE.

CVM & contra voluntatem meam, & præter opinionem accidisset, vt mihi cumimperio [p] in prouinciam proficisci necesse esset, in multis & variis molestiis, cogitationibúsque meis, hæc vna consolatio occurrebat, quòd neq; tibi amicior, quàm ego sum, quisquam posset succedere: neq; ego ab vllo prouinciam accipere, qui mallet eam mihi quàm maximè aptam, explicatámq; tradere. Quod si tu quoque eandem de mea voluntate erga te spem habet, ea [q] te profectò numquam fallet. A te maximopere [r] pro nostra summa [s]

p *duabus legibus datus Cornelia à ſenatu: Curiata à populo**

q *q. v. s. c. ea profecto*

r *q. v. c. maximo opere*

s *verique enim augures adde epiſt. 11. 3. & inter ſe reconciliati**

coniunctione,tuáq; singulari humanitate,etiã atque etiam peto, & quæso,vt quibuscumque rebus poteris,(poteris autem plurimis)prospicias, & consulas rationibus meis. Vides [a], ex senatusconsulto [b] prouinciam esse habendam.si eam (quoad eius facere potueris) quã expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis.Quid in eo genere efficere possis, tui consilij est. Ego te quob tibi veniat in mentem mea interesse, valde rogo.Pluribus verbis ad te scriberem,si aut tua humanitas longiorem orationẽ exspectaret: aut id fieri nostra amicitia pateretur: aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur.Hoc velim tibi persuadeas, si rationibus meis à te prouisum [c] esse intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam voluptatem esse capturum. Vale.

a *L.* Vides, ex senatusc. prouinciam mihi esse lia.

b Senatus enim decreuerat Bibulum & Ciceronẽ sortiri Syriã & Ciliciam. Ciceroni Cilicia obtigerat*

c *v.c.* prouisum à te esse intel. *vita L*

¶ARG. Petit ab Appio expeditissimam, neque militibus deminutam prouinciam sibi tradi.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D. 3

A.D. XVI. [d] Kalendas Iunias Brundisium cùm venissem,Q.Fabius [e],legatus tuus,mihi præstò fuit, eáque [f] me ex tuis mandatis monuit, quæ non modò mihi, ad quem pertinebant,sed vniuerso senatui venerant in mentem,præsidio [g] firmiori opus esse ad istã prouinciam.Censebant enim omnes ferè, vt in Italia supplementum meis[h], & Bibuli legionibus scriberetur.Id cùm Sulpicius [i], consul,passurum se negaret[k], multa nos quidem questi sumus: sed tantus consensus senatus fuit,vt maturè proficisceremur, parendum vt fuerit: itáque fecimus. Nunc, quod à te petij litteris iis, quas Romæ tabellariis [l] tuis dedi,velim tibi curæ sit, vt,quæ successori coniunctissimo, & amicissimo commodare potest is,qui prouinciam tradit [m], ea pro nostra constantissima [n] voluntate erga te, cura, ac diligentia tua complectare:vt omnes intelligant, nec me beniuolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse prouinciam tradere.Ex iis litteris, quarum ad me exemplum misisti,quas in senatu recitari voluisti, sic intellexeram, permultos à te milites esse dimissos:sed mihi Fabius [o] idem demonstrauit,id te cogitasse facere:sed,cùm ipse à te discederet,integrum militum numerum fuisse. Id si ita est:pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quàm [p] minimum imminueris:qua de re senatusconsulta[q] quæ facta sunt, ad te missa esse arbitror. Equidem pro eo,quanti te facio, quidquid feceris,approbabo. Sed te quoque confido ea [r] esse facturum, quæ mihi intelliges maximè esse accommodata.Ego C.[s] Pontinum, legatum meum, Brundisij expectabam: eúmque ante Kalendas Iunias Brundisium venturum arbitror.Qui cũ venerit,cùm [t] primùm nauigãdi nobis facultas data erit,ea vtemur. Vale.

d *L.* XI. *& ita q.v.c.*

e *q.v.c.* Q. Fabianus,

f *L.* eáque me tuo mandatu mon.

g Ob metum Parthici belli & Crassum à Parthis interfectum*

h Ciceronẽ cum 12000. peditũ: 2500 equitum in Ciliciam iuisse refert Plutarch. in Cicerone.*

i *al.* Ser. Sulpicius,

k ne sc. militibus nudare tur Italia*

l Tabellarius Glossis P. XXXII. γραμματοφόρος*

m *fort.* alteri tradit.

n *v.c.* consociatissimavo luntate *legit Victor. al* cõiunctissima*

o *sic o.v.c.*

p *q.v.c.* quã minimè

q de non imminuendis copiis*

r *v.c.* ea facturum, *& ita L*

s *a.* C. Pontinum, *al.* Põtiniũ, *al.* Põpinum*

t *L*, quæ primùm n. *& ita v.c.*

¶ARG. L. Clodium cum Appij mandatis exspectat. Officium Appio in omnibus pollicetur.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D. 4

PRIDIE nonas Iun.cùm essem Brundisij,litteras tuas accepi:quibus [u] erat scriptum, te L.Clodio mandasse, quæ illum mecum loqui

u *l.* in quib. erat scr.

velles.Eum sanè expectabam, vt ea, quæ à te afferret,quàm primùm cognoscerem. Meum studium erga te, & officium, tamersi multis iam rebus spero tibi esse cognitũ:tamen in iis maximè declarabo, quibus plurimùm significare potuero,tuam mihi existimationẽ, & dignitatem charissimam esse. Mihi, & Q. Fabius Virgilianus,& C.Flaccus,L.filius & diligentissimè M. Octauius, Cn.filius, demonstrauit, me à te plurimi fieri: quod egomet plurimis [a] argumentis iam antea iudicaram, maximéque illo librob augurali,quem ad me amantissimè scriptum, suauissimum misisti. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Nam cùm te ipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci: tum accesserunt etiam [c] coniunctiones necessariorum tuorum.duos [d] enim duarum[e] ætatum plurimi facio,Cn.Pompeiũ, filiæ tuæ socerum, & M. Brutum, generum tuum.Collegij[f] quoque coniunctio, præsertim tã honorificè à te approbata, non mediocre vinculum mihi iquidem attulisse videtur,ad voluntates nostras copulandas. Sed si Clodium conuenero, ex illius sermone ad te scribam plura: & ipse operam dabo, vt[g] te quàm primùm videam.Quòd scribis,manendum [h] tibi causam eam fuisse,vt me conuenires, id mihi,ne [i] mentiar,gratum est. Vale.

a *v.c.* eamdẽ rationis arg. *& ita L.*

b Augustus iuris librum ad Ciceronẽ scribit. Ap. pium exemplar hoc loco fatisvt & epistola p. & ro. ad Att. cum addit festum in Sollicitum*

c *q.v.c.* vel habent coniunctum

d *al.* duos.

e quippe ignorabat Pompeium primum tuis nuptiis Augusti S.v epist. 3 & 10.

f *L.* et vt quæ primum

g *Lat.* vt quã primùm

h Lubi mendã cõsilium *al.* consilium

i *al.* vel mendacium

ter gratum est*

k verbo ad Lucilii kalendas vel *al.* ad kal. v. l. kal. a. d. vi. kal.

m *al.* ad tibi

p. XXIII.

n *leg.* & re. parates

o *ad decima.*

p *v.c.* non hoc animo

q *q.v.c.* Sed hæc scribi

r *v.c.* scribere habet.

s *Idē ep. 6.*

t *Lat.* cùm primùm *& ita v.c.*

turum,quò te maximè velle arbitrarer. tunc mihi ille dixit, classe te velle decedere:perfore acommodatum tibi,si [a] ad Sidam, maritimam partē prouinciæ, nauibus accessissem. Dixi [b] me esse facturum:itáque feciſſem, nisi mihi L.Clodius[c] noster Corcyræ dixisset,minimè id esse faciendum: te Laodiceæ fore ad meum aduētum. Erat id mihi multò breuius multóque commodius, cùm [d] præsertim te ita malle arbitrarer. Tua ratio postea est cōmutata.Nunc,quid fieri possit,tu facillimè statues.ego tibi meum consilium exponam.PridieKal.Sextil.puto me Laodicéę fore:vbi perpaucos dies,dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor.Deinde iter faciam ad exercitū, vt circiter Idus Sextil.putem me ad Iconium fore. Sed si quid nunc me fallit in scribendo (procul enim absum [e] ab re ipsa, & locis) simul ac progredi cœpero, quàm [f] celerrimis potero,& quàm creberrimis litteris faciam[g], vt tibi nota sit omnis ratio dierum, atque itinerum meorū.Oneris tibi imponere nec audeo quidquā,nec debeo.Sed, quod tuo commodo fieri possit,vtriusque nostrûm magni [h] intereſt,priùs vt te cōueniam,quàm decedas. Quam facultatē si quis casus eripuerit, mea [i] tamen in te omnia constabunt, non secus, ac si te vidissem.Tibi de nostris rebus nihil sum antè mandaturus per litteras, quàm desperaro coràm me tecum agere posse. ¶Quòd te à Scæuula petiisse dicis,vt dū[k] tu abesses,ante aduentum meū,prouinciæ præsset:eum ego Ephesi vidi:fuítque mecū familiariter triduū illud,quod ego Ephesi commoratus sum: nec ex eo quidquam audiui, quod sibi à te mādatū [l] diceret.Sanè vellem potuisset obsequi voluntati tuæ.non enim arbitror noluisse. Vale.

¶ARG. De Appij congressu expetito, eoq; ab Appio euitato: De suo in prouinciam itinere.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D. 6

CVM meum factum cum tuo comparo, etsi non magis mihi faueo in nostra amicitia tuenda, quàm tibi : tamen multò magis meo facto delector, quàm tuo.Ego enim Brundisij [m] quæsiui ex Phania [n], cuius mihi videbar & fidelitatem erga te perspexisse, & nosse locum,quem apud te is teneret: quam [o] in partem prouinciæ maximè putaret te velle,vt in succedendo primùm venirem. Cùm ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quàm si ad Sidam [p] nauigassem : etsi minus dignitatis habebat ille aduētus,& ad multas res mihi minùs erat aptus,tamen [q] me ita dixi esse facturum. Idem [r] ego cùm L.Clodiū Corcyrę conuenissem,hominē ita tibi coniunctum, vt mihi cum illo cùm loquerer, tecum loqui viderer:dixi ei , me ita facturum esse,vt in eam partē, quam Phania rogasset, primùm venirem. Tunc [s] mihi ille cùm gratias egisset , magnopere à me petiuit, vt Laodicéam protinus irem:te in prima prouincia velle esse : vt quàm primùm decederes : quin [t] , nisi ego successor essem , quem tu cuperes videre,te anteà , quàm tibi successum esset,decessurum fuisse: quod quidem erat consentaneum cum iis litteris , quas ego Romę acceperam: ex quibus perspexisse mihi videbar,quàm festinares decedere. Respondi Clodio,me ita esse facturum , ac multò quidē libentiùs,quàm,si illud esset faciendum,quod promiseram Phaniæ . Itaque & consilium mutaui , & ad te statim mea manu scriptas litteras misi . quas quidem ex [a] tuis litteris intellexi satis maturè ad te esse perlatas. Hoc ego meo facto valde delector.nihil enim potuit fieri amantiùs. ¶Considera nunc vicissim tuum. Non modò ibi non fuisti , vbi me quàm primùm videre posses , sed eò discessisti, quò ego te ne persequi quidem possim [b] triginta diebus,qui tibi ad decedendum lege [c] (vt opinor) Cornelia constituti essent. vt tuum factum illis,qui,quo animo inter nos simus,ignorant,alieni hominis, (vt leuissimè dicam)& fugientis congressum : meum verò, coniunctissimi , & amicissimi esse videatur. At [d] mihi tamen antè , quàm in prouinciam venirem,redditæ sunt à te litteræ: quibus etsi te Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei cōueniendi affebas:cùm interea , credo equidem,maleuoli homines(latè enim patet hoc vitium , & [e] est in multis) sed tamen probabilem materiem nacti sermonis , ignari meæ constantiæ , conabantur alienare à te voluntatem meam : qui te forum [f] Tarsi agere, statuere [g], multa decernere,iudicare,dicerent, cùm posses iam suspicari, tibi esse successum : quæ ne ab iis quidem fieri solerent,qui breui tempore sibi successum [h] iri putarent. Horum ego sermone non mouebar , quineriam (credas mihi velim) si quid tu ageres , leuari me putabam molestia : & ex annua prouincia, quæ mihi longa videretur , propè iam vndecim [i] mensium prouinciam factam esse gaudebam , si absenti mihi vnius mensis labor detractus esset.Illud(verè dicam) me mouet, in tanta militum paucitate abesse treis [k] cohorteis, quæ sint plenissimæ : nec me scire vbi sint. Molestissimè autem fero:quòd [l] , te vbi visurus sim , nescio : eóque ad te tardiùs scripsi,quòd quotidie te ipsum exspectabam: cùm interea ne [m] litteras quidem vllas [n] accepi , quæ me docerent,quid ageres , aut vbi te visurus essem.Itaque virum fortem, mihíque in primis probatum , Antonium , præfectum euocatorum [o], misi ad te , cui , si tibi videretur,cohorteis traderes : vt,dum tempus anni esset idoneum , aliquid negotij gerere possem. In quo , tuo consilio vt me sperarem esse visurum , & amicia nostra , & litteræ tuæ fecerant .quod [p] ego ne nunc quidem desperо.Sed planè,quando,aut vbi te visurus sim , nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum.Ego,vt me tibi amicissimum esse,& æqui,& iniqui intelligant,curabo. De tuo in me animo iniquis secus existimandi vidéris nonnihil loci dedisse . id si correxeris,mihi valde gratū erit. ¶Et [q],vt tu habere rationem possis,quo loco,me,saluar lege Cornelia,conuenias,ego in prouinciā veni prid ie kalendas Sextileis . iter in Ciliciam facio per Cappadociam.castra moui ab Iconio prid ie kalendas Septēbreis [r]. Nunc tu & ex diebus,& ex ratione itineris , si putabis me esse conueniendum,constitues, quo loco id commodissimè fieri possit, & quo die . Vale.

¶ARG. Querelu Appij satisfacit: Ostendit enim se iure obstitisse , ne Appiani monumentū Appio extruerent: eóque nomine tributū exigerent. Ad hæc, fatetur se Appio obuiàm nō prodiisse , non tamen Appium ea de causa

a *I.* ex tuis intell.s.m.
b *I.* possem trig.
c Lex cornelia L. Sullæ dictatoris concedebat rectoribus prouinciarū, vt per trigināta dies post successoris aduentum in prouincia morari possēt
d *I.* Ac mihi tamen, &c. *al.* Mihi tamen, &c.
e *hæc verba & est in multis, tollenda* P. B. *videntur dittographia*
f Forum agere dicitur Præses prouinciæ , cùm ciuitates vocat,& de controuersiis eorum cognoscit.v Festum in Forū agere dixi ad §. 4 Theop. Inst. qui&quib.ex caus.
g *I.* statuere multa decernere,
h *v.c.* succedere p. *al.* succedi put.
i *I.* vndecim mēsum prouinc. *& ita vnus v.c. lon gē opt.* sic Ouidius 8. metamorphoseos apud Prisciānū lib. 7. Et quos sustinui bis mensum quinque labores.
k Imo quinque, 15. epist. 4.
l *al.* quòd,te visurus ibi sim,
m *al.* ne vnā quidem litteram accepi, quæ me doceret. *al.* ne vnas quidem litteras
P. XXXV.
n *I.* vnas
o Euocati hic, milites emeriti, subitò ex agris in militiā reuocati de quibus dixi lib. 15. epist. 4.
p *v.c.* quod ne nunc quidem des. *& ita I.*
q *v.c.* Et vt habere rationem, &c.
r de qua pauło antè dictū est
s *I.* Sextileis

f Tunc illi mihi cùm gr *& ita v.c.* t *fort.* quin, nisi

queri debere, cùm ipsi Appio sit par & tamen amicissimus.

M. T. C. S. D. APPIO PVLCHRO. 7

PLVRIBVS verbis ad te scribam, cùm plus otij nactus ero. Hæc scripsi subitò, cùm Bruti pueri Laodicéæ me conuenissent, & se Romam properare dixissent. Itaque nullas iis, præterquam ad te, & ad Brutum, dedi litteras. Legati Apameani [a] mihi volumen à te, plenum querelæ iniquissimæ, reddiderunt, quòd[b] eorum ædificationé litteris meis impedissem. Eádem epistola petebas vt eos quàm primùm, ne in hyemé inciderent, ad[c] facultatem ædificandi, liberarem: & simul peracutè querebare, quod eos tributa exigere vetarem, priùs, quàm ego, re cognita, permisissem: genus enim quoddam fuisse impediendi, cùm ego cognoscere non possem, nisi cùm ad hyemem me ex Cilicia recepissem. ¶ Ad [d] omnia accipe: & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Primùm, cùm ad[e] me adiutum esset ab iis, qui dicerét, à se intollerabilia tributa exigi: quid habuit iniquitatis, me scribere, ne facerent, antequam ego ré, causámq; cognoscerem? Non poteram, credo, ante hyemem. sic enim scribis. Quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non [f] illi ad me venire debuerint. Tam lógè, inquis. Quid? cùm dabas iis litteras, per quas mecum agebas, ne eos impedirem, quo minùs ante hyemé ædificarét, non eos ad meventuros arbitrabare? Tamesi id quidem fecerunt ridiculé. quas enim litteras afferebant, vt opus æstate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. Sed scito & multò plureis esse, qui de tributis recusent, quàm qui exigi velint: & me tamé, quod te velle existimem, esse facturum. De[g] Apameánis hactenus. ¶ A Pausania, Lentuli liberto, accenso [h] meo, audiui, cùm diceret, te secum esse questum, quòd tibi obuiàm non prodissem. Scilicet contépsi te: nec potést fieri me quidquam superbius. Cùm puer tuus ad me secunda ferè vigilia venisset, idque te ante lucem Iconium mihi venturum nũtiasset, incertúmque, vtra via, cùm essent duæ: altera Varronem tuum familiarissimum, altera Q. Leptam, præfectũ fabrûm meum, tibi obuiàm misi. mandaui vtrique eorum, vt antè ad me excurrerent, vt tibi obuiàm prodire possem. Currens Lepta venit, mihíque nuntiauit, te iam castra prætergressum esse. confestim Iconium veni. cetera iam tibi nota sunt. An ego tibi obuiàm non prodirem? primùm Appio Claudio? deinde, imperatori? deinde more maiorum? deinde quod caput est, amico? præsertim cùm in isto genere multò etiam ambitiosiùs facere soleam, quàm honos meus, & dignitas postulat. Sed hæc hactenus. Illud idé Pausanias dicebat, te dixisse: Quid? Appius Létulo, Lentulus Appio processit obuiàm: Cicero Appio noluit[k]? Quæso, etiámne tu has ineptias, homo (mea sentétia) summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum vsu, addo vrbanitatem[l], quę est virtus, vt Stoicis rectissimè putant: vllam Appietatem[n], aut Lentulitatem, valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis, existimas? Cùm ea consecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima: tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. postea verò, quàm ita & cepi, & gessi maxima imperia, vt mihi nihil neque ad honorem, neque [a] ad gloriam acquirendam deesse putarem: superiorem quidem nunquam, sed parem vobis me speraui esse factum. Nec mehercule, aliter vidi existimare, vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui vmquam fuerũt, vel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paulò diligentiùs (vt [b] quid sit ἐξοχή[c], quid sit εὐγένεια, intelligas) Athenodorus [d], Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis. Sed, vt ad rem redeam, me tibi non amicũ modò, verumetiá amicissimũ existimes velim. profectò omnibus meis officiis efficiá, vt ita esse verè possis iudicare. Tu autẽ si id agis, vt minus mea causa, dũ ego absum, deberevidearis, quàm ego tua laborarim: libero te ista cura.

——πυρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι.

Οἳ νέ μι πιμπσυσι, μάλιστα δ' ὑπέστατε Ζεύς[e].

Si autem natura es φιλαίπο[g] illud non perficies, quominus tua causa velim. hoc assequêre, vt, quam in partem accipias, minùs laborem. Hæc ad te scripsi liberiùs, fretus constantia [h] officij mei, beniuolentiæque: quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conseruabo. Vale.

¶ ARG. *Appio respõdet querenti imminutos sibi honores à Ciceróne. De rebus vrbanis certiorẽ factum se ab Appio. De rebus suis ad Appium scribit. Sibi ab eodem Appio rescribi postulat.*

M. T. C. PROCONS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP. S

ETSI, quantum ex litteris tuis intelligere potui, videbam, te hanc epistolam, cùm ad vrbem esses[k], esse lecturum, refrigerato l iam leuissimo sermone hominum prouinciali: tamen, cùm tu tam multis verbis ad me de improborum oratione [m] scripsisses, faciẽdum mihi putaui, vt tuis litteris breuiter responderem. Sed prima duo capita epistolæ tuæ, tacita [o] mihi quodammodo relinquenda sunt. Nihil enim habent, quod aut definitum sit, aut certum: nisi me vultu, & taciturnitate significasse [p], tibi non esse amicum, idque pro [q] tribunali, cùm aliquid ageretur, & nonnullis in conuiuiis intelligi potuisse. Hoc totum nihil esse, possum intelligere: sed cùm sit nihil, nec [r] quid dicatur quidem, intelligo. Illud quidem scio, meos multos, & illustreis, & ex superiore[s], & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, & cũ magna significatione nostræ familiaritatis, ad te[t] verè potuisse deferri. Nam, quod ad legatos attinet, quid à me fieri potuit aut elegantius [u], aut iustius, quàm vt sumptus egentissimarum ciuitatum minuerem, sine vlla imminutione dignitatis tuæ, præsertim ipsis ciuitatibus postulantibus? Nam mihi totum genus legationũ tuo nomine proficiscentiũ, notum non erat. Apameæ cùm essem, multarum ciuitatũ principes ad me detulerunt, sumtus [x] decerni legatis nimis y magnos cùm soluẽdo ciuitates non essent. Hîc ego multa simul cogitaui. primùm te hominem, non solùm sapientem, verumetiam (vt nunc loquimur) vrbanum, non arbitrabar genere isto legationũ

a Zanch. al. gloriam, quirentibus esse putentur. cæt. ad gloriã adquirendam Putarem. b al. & quæ c Virum de verbo ad ædificia. d Athenodorus Sandonis hij memorat Plutarchus in Publicola. & Strabo lib. 14. qui Stoicã Cananæ a pago quodã & Augusto præf. prop. e Verba Agamemnonis aduersus Achillẽ libro 1 Iliad. f hoc est Pẽpeius* g idem quidem h Ad officiũ mei. Ouid. 7. i Ad vrbem esse dicuntur qui aut rem per procuratores fecerunt, aut non dum in portum peruenerunt, sed fecisse habent autem qui res bus in prouincia bene gestis triumphare bãt, cæra vero bum expedi. Deonec. ge lata triumphantes in vrbem redire possunt. k Refrigerata l. fortasse ma. m Rationi. al. rationes. al. morationes. al. hortatio. n hoc est pa ne* o hoc est si lentio præ. p tam tacite. q fere significat. cæt. mel bi. r non esse a. idest in ci q idest in ri banali vel tribunali. fo. s ex plebe. t Lucæ de

dicimus. Festus in Pro rostris l. 2. §. 4. D. de origine iuris* u dicatur q. v ex superiore loco. idem quod pro tribunali. v. g. c. ad re potuisse deferri. w autem loco, idem ac de plano* x commodius* x Sumptus qui legatis ita da ur leuat num l. 2. in f. D. de legationibus l. 18. §. 12. D. de muneribus* y In eum finem id constitutum videtur, ne plures quam terni mitterentur. l. 5. §. 6. D. de legationibus* z Quæ ad de quæ de lege Cornelia dicuntur epist. 10. 3. eodem.*

delectant

a al. Appianũ adde Plinũ 5. c. 29.* b Appianos monumentũ extruere ad Appij laudẽ cupientes, Cicero impediebat. adde epist. 9.* c ad facultatem ædificandi liberare, nihil aliud quàm ædificandi potestatem facere.* d al At* e idest, cùm ii me adiissẽt sic 3. epist. 10. P. B. ad me adire quosdam memini* f q. v. c. non ad me illi? g al. De Appianis. h ante lege batur à C. Cęsario al. accesso. al. accessu Porro Accensus hic minister seu magistratus ab accieudo, hoc est vocãdo. Varro 6. de lingua Actio sensu Nonio c. 12. Accensi dicũtur qui ad tributi decurionibus. Festo Accensi, qui in locũ mortuorum militum subrogabãtur, quia adcensum ad iudicabantur* i v. l. tit. in f. D. de in ius & iure l. 5. D. de iurisdict.* k al. noluit. l al. humanitatem. al. vrbanitate* m Vrbanus seu ἀστεῖος P. XXXVI, Stoicis virtute præditus ἀμαθὴς vitiosus. v. Plutarch. in cõment. de poetis legendis* n Appietatẽ & Lentulitatem hic accipit pro ea vrbanitate quã ipsi Appius & Lentulus vrbanitatem esse existimabant*.

delectari: idque me arbitror Synnadis [a] pro tribunali, multis verbis disputauisse: primum, Appium [b] Claudium, senatui, populoque R. nō Myndensium testimonio, (de ea enim ciuitate mentio facta est) sed sua sponte, esse laudatum: deinde me ista vidisse multis accidere, vt eorū causa legationes Romam venirent: sed his legationibus non meminisse vllum tempus laudandi, aut locum dari: studia mihi eorum placere, quòd in te benè merito grati essent: consilium totum videri minimè necessarium. Si autē vellent declarare in eo officiū suum, laudaturum me, si quis suo sumptu functus esset officio: consessurum, si legitimo: nō permissurum, si infinito. Quid enim reprehēdi potest, nisi quòd addis, visum esse quibusdam edictum meum, quasi consultò ad istas legationes impediēdas esse accommodatum? Iam non tam mihi videntur iniuriam facere ij, qui hæc disputant, quàm [c] si cuius aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui edictum: nihil addidi, nisi [d] quòd publicani me rogarunt, cum Samum ad me venissent, vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentissimè scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum: quo in capite sunt, quædam noua, salutaria ciuitatibus: quibus ego magnopere delector. Hoc verò, ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse [e] aliquid, in quo te offenderem, translatitium [f] est. Neque enim eram tam despiciens, vt priuatæ rei causa legari [g] putarē [h], qui & tibi non priuato, & pro re non priuata fua, sed publica. non in priuato, sed in publico i orbis terræ consilio, id est, in senatu vt gratias agerent, minabantur: neque cùm edixi, ne quis iniussu meo proficisceretur, excludi eos, qui me in castra, & qui trans Taurum persequi non possent. Nam id est maximè in quis litteris ridendum. Quid enim erat, quòd me per.requerentur in castra, Taurúmve trāsirent, cùm ego Laodiceā vsque ad iconium iter ita fecerim, vt me omnium illarum diœcesium [k], quæ cis Taurum sunt, omniúmque earum ciuitatum magistratus, legationésque conuenirent? Nisi fortè postea cœperunt legare, quàm ego Taurum transgressus sum, quòd certè non ita est. Cùm enim Laodiceæ, cùm Apameæ, cùm [m] Synnadis, cùm Philomeli, cùm Iconij essem: quibus in oppidis omnibus commoratus sum: omnes iam istius generis legationes erant constitutæ, Atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumtu legationum aut minuendo, aut remittendo decreuisse nihil, nisi quod principes [n] ciuitatum à me postulassent: ne in [o] venditionem tributorum [p], & illam acerbissimam exactionem (quam tu non ignoras) capitū, atque ostiorū inducerentur sumtus minimè necessarij. Ego autem cùm hoc suscepissem, non solùm iustitia, sed etiam misericordia adductus, vt le uarem miseriis perditas ciuitates, & perditas maximè per magistratus suos, nō potui in illo sumptu non necessario negligēs esse. Tu, cùm istiusmodi sermones ad te delati de me sint, non debuisti credere. Si q autem eo genere delectaris, vt, quæ tibi in mentem veniant, aliis attribuas: genus sermonis inducis in amicitiam minimè liberale. Ego si in prouincia de tua fama detrahere vmquā cogitassem, nō ad generum tuum Lentulum, neque ad liberum tuum Brundusij, neque ad præfectū fabrūm Corcyræ, quem in locum me venire velles, retulissem. Quare potes, doctissimis hominibus auctoribus, quorum sunt de amicitia gerenda præclarissimmè scripti libri, genus hoc totum orationis tollere, DISPVTABANT, EGO CONTRA DISSEREBAM. DICEBANT: EGO NEGABAM. An mihi de te nihil esse dictum vnquam putas? ne hoc quidē, quod, cùm me Laodicéam venire voluisses, Taurum ipse transisti? Quòd iisdem diebus meus conuentus [a] erat Apaméæ. Synnadis [b], Philomeli: tuus Tarsi? Non dicam plura, ne, in quo te obiurgem, id ipsum videar imitari. Illud dicam, vt sentio. si ista, quæ alios loqui dicis, ipse sentis: tua summa culpa est. sin alij tecum hæc loquuntur: tua tamen, quòd audis, culpa nonnulla est. Mea ratio in tota amicitia nostra constans, & grauis reperietur. Quòd si quis me astutiorem fingit: quid potes esse incallidius [c], quàm, cùm te absenté semper defenderim, cùm præsertim mihi vsu venturum non arbitrarer, vt ego quoque absens à te defendendus essem: nunc committere, vt tu iure optimo me absentem deserere posses? Vnum genus excipio sermonis, in quo persæpe aliquid dicitur, quod [d] te putem nolle [e] dici: si aut legatorum tuorum quispiam, aut præfectorum, aut tribunorum militum malè dicit: quòd tamen ipsum non mehercule adhuc accidit me audiente, vt aut grauius diceretur, aut [f] impurius, quàm mecum Corcyræ Clodius est locutus: cùm in eo genere maximè quereretur de aliorum improbitate minùs felicē fuisse. Hos ego sermones, quòd & multi sunt, & & tuam existimationē, vt ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquam, sed non valde repressi. Si quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse: non nostrā is perfidiam coarguit, sed indicat suam: simúlque non de me is pessùs, quàm de te existimat. Sin autē quemquam mea instituta in prouincia non delectant: & quadam dissimilitudine institutorū meorum, ac tuorum lædi se putat, cùm vterque nostrum rectè fecerit, sed non idem vterque secutus sit: hunc ego amicum habere non curo. Liberalitas tua, vt hominis nobilissimi [h], latiùs in prouincia patuit. Nostra si i angustior erit, etsi de tua prolixa, beneficáque natura limauit [k] aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporū non debent mirari homines, cùm & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alij mouētur, iisdem ego mouear: me esse acerbum sibi, vt sim dulcis mihi. ¶ De rebus vrbanis quòd me certiorem fecisti, cùm per se mihi gratum fuit, tùm quod significasti, tibi omnia mea mandata curæ fore. In quibus vnum illud te præcipuè rogo, vt cures, ne quid mihi ad hoc negotij aut oneris accedat, aut temporis: Hortensiúmque, nostrum collegam, & familiarem, roges, vt, si vmquam mea causa quidquam aut [l] sensit, aut fecit, de hac quoque sententia bima [m] decedat: qua mihi nihil potest esse inimicius. ¶ De nostris rebus quòd scire vis: Tarso, nonis Octobr. Amanum versus profecti sumus. Hæc scripsi postridie eius diei, cùm castra haberem in agro Mosestiæ [n]. Si quid egero, scribam ad te: neque domum vm quam ad meos litteras mittam, quin adiungā eas, quas tibi reddi velim. De Parthis quòd

a Cōuentus intellig t qui iurs dicendi causa habebā tur. de quibus *vide Theophilum.**

b *al.* Synnade,

c *L.* callidius. ‖ incallidius idcirco minus astutum.*

d *L.* quod te putē non nolle dici, si aut legatorū tuorum cuipiā, aut pr. aut tribun. milit. male dicitur: quod t. s *al.* nō nolle (*de hac* g. *vere loquen-* P. B. *di v. l. eiusdē non nolle* 3. *D. de regulis iuris*) *al.* non valde nolle: *al.* non nimium nolle.*

f *L.* aut in plureis *vita v. c.*

g *al.* te.

h *al.* liberalissim. *al.* nobilissimi, liberalissimi,*

i *L.* si angustior est,

k *al.* elimauit aliq. *al.* de limauit aliq. ‖ *al.* limauit, abit Victorius limitabit. Est autem limitare limites collocare.*

l *q. u. t.* aut fecit. aut seu sit,

m bimam sententiā vocat, Hortensij sententiā, qua putabat, vtile esse vt abiisdē prouinciæ per biennio obtinerentur.*

n *L.* Mopsuhestiæ. ‖ Strabonis 14. Μόψου ἕρεια P XXXIX. / Appiano in Syriacis ἕρεια μέλαινα.

quęris,fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt, admisto [a] Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse. Hostem esse in Syria negãt vllum. ¶Tu velim ad me quàm sæpissimè & de tuis rebus scribas,& de meis,& de omni reipublicę statu:de quo sum sollicitus eo magis,quòd ex tuis litteris cognoui, Pompeiũ nostrum in Hispaniam iturum. Vale.

[a] vt pro Parthis haberentur. *

¶ARG. Litteras ab Appio sibi humanissimè scriptas ait. Gratulatur Appio triumphaturo: Libros Augurales petit ab eodem Appio,& vt sibi decerni supplicationem curet.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 9

VIx [b] tandem legi litteras dignas Appio Clodio,plenas humanitatis,officij,diligentiæ.Adspectus videlicet vrbis tibi tuam pristinam vrbanitatem reddidit. Nam [c], quas ex itinere antè,quàm ex Asia egressus es, ad me litteras misisti, vnas de legatis à me prohibitis proficisci, alteras de Apameorum [d] ædificatione impedita,legi perinuitus.Itaque cõscientia meæ constantis erga te voluntatis,rescripsi tibi subitatus. Iis verò litteris lectis, quas Philotimo,liberto meo, dedisti,cognoui, intellexíque, in prouincia multos fuisse, qui nos,quo animo inter nos sumus, esse nollent: ad vrbem verò vt accesseris, vel potiùs vt primùm tuos videris, cognosse te ex iis, quam in te absentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te obseruantia, & constantia fuissem.Itaque quanti illud me æstimare putas, quod est in tuis litteris scriptum:si quid inciderit [e] quod ad meam digni tatem pertineat, etsi vix fieri possit, tamen te parem mihi gratiam relaturum? Tu verò facilè facies: nihil est enim,quod studio & beneuolentia, vel amore potiùs effici non possit. ¶Ego,etsi & ipse ita iudicabam,& fiebam crebo à meis per litteras certior : tamẽ maximam lætitiam cepi ex tuis litteris de spe minimè dubia, & planè explorata triumphi tui : neque verò ob eam causam, quo ipse facilius consequeter:(nam id quidem ὕστερον [f] est)sed,mehercule,quòd tua dignitas,atq; amplitudo mihi est ipsa cara per se. Quare quoniam plureis tu habes,quam ceteri, quos scias in hanc prouinciam proficisci, quòd te adeunt ferè omnes, si quid velis:gratissimum mihi feceris,si ad me, simulátque adeptus eris,quod & tu confidis,& ego opto, litteras miseris.Longi [g] subsellij(vt noster Pompeius appellat) iudicatio, & mora,si quem tibi item vnum, alterúmve diem abstulerit, (quid enim potest amplius?) tua tamen digni tas suum locum obtinebit. ¶Sed,si me diligis,si à me diligi vis, ad me litteras,vt quàm primùm lætitia afficiar, mittito. Et velim, reliquum quod est promissi, ac muneris tui, mihi persoluas.Cùm ipsam cognitionem iuris [h] augurij i consequi cupio, tum mehercule tuis incrédibiliter studiis erga me, muneribúsque delector. Quòd autem à me tale quiddam desideras, sanè mihi consideradum est, quónam te remunerer potissimùm genere:nã profectò non est meũ,qui in scribendo(vt soles admirari)tantum industrię ponam, committere, vt [k] in scribendo negligens fuisse videar: præsertim cùm id non modò negligentis, sed [l] etiam ingrati animi

[b] id est,serò & quidẽ diu expectatas.*

[c] vide Epist. 7.& 8.

[d] al.Apameanorum, al. Appianorũ: vt.epist. 7.3.

[e] sic o. ferè v.c.al.accidentis, q.

[f] hoc est,hominis,qui Epicuri sententiam sequeretur.adde ? epist:12.*

[g] Longum subsellium hic pro senatu (sic enim Pompeius appellabat) accipit.*

[h] Auguralis iuris peritissimus Appius.v. quę scripsi epistola 4 3.eod.

[i] al.auguralis const.

[k] L vt negligens in scribendo f.al.vt negl.scribendo f.

[l] q.v.c. sed ingrati etiã animi crimẽ futurum sit.

A

crimen futurum sit. Verùm hæc videbimus. ¶Illud, quod polliceris, velim pro tua fide, diligentiáque,& pro nostra non instituta,sed iam inueterata amicitia, cures, enitare, vt supplicatio nobis quàm honorificentissimè, quàm primùm decernatur. Omnino seriùs misi litteras, quàm vellem : in quo cùm difficultas nauigandi fuit odiosa, tum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas litteras.Sed id feci adductus auctoritate, & consilio tuo: ídque à me rectè factum puto, quòd non statim,vt [a] imperator appellatus sim, sed aliis rebus additis,æstiuíque confectis, litteras miserim.Hæc igitur tibi erunt curæ, quę admodum ostendis:méque totum,& meæ, & meos commendatos habebis. Vale.

B

¶ARG. Se grauiter commotum scibit quòd à Dolabella ipse Appius maiestatis sit accusatus. De suo & omnium ordinum erga Appium studio: Redit ad accusationẽ Dolabellæ. Negat se quidquam laudibus Appij detraxisse. Sua erga Appium studia commemorat. De eodem Appio cẽsore futuro scribit.

C

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D. 10

CVm est ad nos allatum de temeritate eorum [b], quitibi [c] negotiũ facesserent,etsi graiter primo nuntio commotus sum,quód nihil tam præter opinionẽ meam accidere potuit:tamen, vt me collegi, cetera mihi facillima videbantur, quòd & in te ipso maximam spem,& in tuis magnam habebam: multáque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Illud planè molestè tuli, quòd certissimũ, & iustissimum triumphum [d], hoc inuidorum consilio esse tibi ereptum videbam. Quod tu si tanti facies,quãti ego semper iudicaui faciendum esse : facies sapienter : & ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum.Ego enim planè video fore,neruis [e] opibus,sapientiáque [f] tua,vehementer vt inimicos tuos pœniteat intemperantiæ suę. ¶Deme tibi sic,obtestans [g] omneis deos,promitto, atque confirmo,me pro tua dignitate (malo enim dicere, quam [h] pro salute) in hac prouincia,cui tu præfuisti,rogando,deprecatoris: laborando, propinqui : auctoritate,cari [i] hominis(vt spero) apud ciuitates,grauitate, imperatoris susceptum officia, atque partes. Omnia volo à me &postules, & expectes. Vincam meis officiis cogitationes tuas. Quod si uilius perbreueis à te mihi [k] litteras reddidi, quæ mihi tamen nimis longæ visæ sunt.Iniuriam enim mihi fieri putabam,cum rogabar. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti [l] ego te, quanti Pompeium, quem vnum ex omnibus facio,vt debeo,plurimi,quanti Brutum [m] facerem: quam quam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicut perspicies:sed,quoniã accidit,si quid à me prætermissum fuerit,commissum facinus, & admissum dedecus confitebor.Pontinus [n], qui à te tractatus est præstãti,ac singulari fide,cuius tui beneficii sum ego testis, præstat tibi memoriã,beneuolentiámq; [o], quam debet: qui, cùm maximis rebus suis coactus à me inuitissimè [p] decessisset:tamen, vt vidit tua [q] interesse,conscendens [r] iam nauem, Epheso Laodicéam reuertit. Talia cùm te studia videam habiturum esse innumerabilia, planè dubitare

D

E

F

G

H

[a] v.c.vt ap pellarentur. e. imperator. b hoc dicit. labellæ. ronis genero. g.Epistol. c hoc edicto. P. Xl. te maiestatis accusaret. hoc tamen minus fuit abfolutus. Appius.pub li. d v.8.epist. 6. in ph. e al.nerui. opus meum. scilicet tamen Victorino e. medio.quod maxime pro bo*. f g.v.c.fidentia tua. g l.contẽptans al. tẽptans omn. illed cõtẽptis probi vide tur.vt metaphora à litibus ducta videatur, sine contestatione. illi cebantur, di verba illa pronuncian essent, tefte esse.g.q. igi tur contẽdaritare.* h Obtestari deos,dicebat pro salute alterius, quasi es ssilicet de amici salute quasi dessurabant, i. bat deos obtestatur pro dignitate.ratione. pus.vt videtur de suis virtutibus.rescribat de dignitate tua. i al.charissimi. k.v.c.mihi. l v.c.quanti. m Forum filij tui. n Pontius. o al.Pontius. p.v.c.benitatem. Cæsar. legatus Cæsaris in Africa. Iobrogibus triumphaturus.Appius ille fo Conlule. adiuuante.e. adappia.re. p.v.c.benuncupatione. q al.inuitissimo. r v.c. interesse tua. f g.v.c.conscendens nauem.

dubitare non possum, quin tibi amplitudini ista sollicitudo futura sit. Si verò effeceris [a], vt [b] censor creeris: &, si ita gesseris censurâ, vt & debes, & potes: non tibi solùm, sed tuis omnibus video in perpetuum summo te præsidio futurũ. Illud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: vt, cùm hîc tibi satisfecerimus, istîc quoque nostram in te beneuolentiam [c] nauare possimus. ¶ Quæ de hominũ, atque ordinum omniũ erga te studiis scribis ad me, minimè mihi miranda, & maximè iucũda acciderũt: eadémque ad me perscripta sunt à familiaribus meis. Itaque capio magnâ voluptatem, cùm tibi, cuius mihi amicitia nó solùm ampla, sed etiá iucunda est, ea tribui [d] video, quæ debeantur: tũ verò etiamnum remanere in ciuitate nostra studia, propè omnium consensu, erga forteis, & industrios viros: quæ mihi ipsi vna semper tributa merces est laborum, & vigiliarum mearum. ¶ Illud verò mihi permirum accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescẽte [e], cuius ergo salutem duobus capitis [f] iudiciis summa contẽtione defendi: vt, tuis inimicitiis susciptendis, obliuisceretur patroni omnium fortunarum, ac rationum suarum: præsertim cùm tu omnibus, vel ornamentis, vel præsidiis redundares: illi (vt leuissimè dicam) multa deessent. cuius sermo stultus, & puerilis. erat iam anteà ad me à M. Cœlio, familiari nostro, perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. Ego autem citiùs ab [g] eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem, quàm nouam cõciliassem. Neque [h] enim de meo erga te studio dubitare debes: neque id est obscurum cuiquã in prouincia, nec Romæ fuit. ¶ Sed tamen significatur in tuis literis suspicio quædam, & dubitatio tua: de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi: purgandi autem mei, necessarium. Vbi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quò minùs Romam ad laudem tuam mitteretur? Aut in quo potui, si te palàm odissem, minùs, quod tibi obesset, facere? si clàm, magis apertè inimicus esse? Quòd si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui in nos hæc conferũt: tamen ea stultitia certè non fuissem, vt aut in obscuro odio apertas inimicitias: aut, in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem voluntatem nocendi. Ad [k] me adire quosdam memini [l], qui dicerent, nimis magnos sumtus legatis decerni: quibus ego nõ tam imperaui, quàm censui, sumtus legatis quàm maxime ad legem [m] Corneliam decernẽdos. Atque in eo ipso me non perseueraſſe, testes sunt rationes ciuitatũ, in quibus quantum [n] quæque voluit legatis tuis datum, induxit [o]. Te autem quibus mendaciis homines leuissimi onerarunt: non modò sublatos sumtus, sed etiá à procuratoribus eorũ, qui iam profecti essent, repetitos, & ablatos [p]: cámque causam multis omnino nõ eundi fuisse. Quererer tecum, atque expostularem, nisi (vt suprà scripsi) purgare me tibi hoc tuo tempore, quàm accusare te mallem: idque putarem esse rectius. Itaque nihil de te, quòd credideris de me: quamobrẽ nõ debueris credere, pauca dicã. Nam si me virũ bonũ, si dignũ iis studiis, eáque doctrina, cui me à pueritia dedi [q]: si satis magni animi, nõ omni cõsilij in maximis rebus perspectũ habes: nihil in me, nõ modò perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunũ debes agnoscere. Sin autẽ me astutũ, & occultũ libet fingere: quid est, quod minùs cadere in eiusmodi naturam possit, quàm aut florentissimi hominis aspernari beneuolẽtiã [a], aut eius existimationẽ oppugnare in prouincia, cuius laudem domi defenderis? aut in ea re animũ ostendere inimicũ, in qua nihil obsis? aut id eligere ad perfidiã, quod ad indicandum odium apertissimũ sit: ad [b] nocendum, leuissimũ? Quid erat autẽ, cur ego in tẽ implacabilis essem, cùm te ex fratre meo, ne tũc quidẽ, cùm tibi propè necesse esset eas agere parteis, inimicũ mihi fuisse cognouissem? Cùm verò reditũ nostrum in gratiam vterque expetisset: quid in cõsulatu tuo frustrà mecũ egisti, quod me aut facere, aut sentire voluisses? Quid mihi mãdasti, cùm te Puteolis prosequerer, in quo non exspectationem tuã diligẽtia mea vicerim [c]? Quòd si id est maximè astuti, omnia ad suã [d] vtilitatẽ referre: quid mihi tandẽ erat vtilius, quid commodis meis aptius, quàm [e] hominis nobilissimi, atque honoratissimi coniunctio: cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinqui, mihi magno, vel ornamento, vel præsidio esse possent? Quæ tamen ego fomnia in expetẽda amicitia tua, nõ astutia quadam, sed aliqua potiùs sapientia, secutus sum. Quid? illa vincula, quibus quidẽ libentissimè adstringor, quanta sunt? studiorũ similitudo, suauitas consuetudinis, delectatio vitæ, atque victus, sermõnis societas, litteræ interiores [g]. Atq; hæc domestica. Quid illa tandem popularia [h]? redibus illustris in [i] gratiam? in quo ne per imprudentiam quidẽ errari potest, sine suspicione perfidiæ: amplissimi [k] sacerdotii collegiũ [l]? in [m] quo non modò amicitiã violari apud maiores nostros fas nõ erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquã ex collegio esset inimicus. Quæ vt omittam tam multa, atque tanta: quis vmquam tanti quemquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium, socerum [n] filiæ tuæ? Etenim si merita valent: patriam, liberos, salutem, dignitatem, memet ipsum mihi per illum restitutũ [o] puto. si consuetudinis iucunditas: quæ fuit vmquã amicitia consulariũ in nostra ciuitate coniunctior? si [p] vlla amoris, atque officij signa: quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit? quid de se in senatu, cùm ipse abesset, per quemquam agi maluit? quibus [q] ille me in rebus [r] non ornatũ voluit amplissimè? quadenique ille facilitate, qua humanitate tulit contentionẽ meã pro Milone, aduersantem [s] interdũ actionibus suis? quo studio prouidit, nequa me illius temporis inuidia attingeret, cùm me consilio, cùm auctoritate, cùm armis denique texit suis? quibus quidẽ temporibus hæc in eo grauitas, hæc animi altitudo fuit, nõ modò vt Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti: sed ne summorum quidem hominũ maleuolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius cùm sit gener tuus, cúmque, præter hanc coniunctionẽ affinitatis, quàm sis Cn. [t] Põpeio carus, quámque iucundus, intelligam: quo tãdem animo in te esse debeo? cùm præsertim eas [u] ad me is literas miserit, quibus, etiã si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamẽ: totúmq; me ad eius viri, ita de me meriti voluntatem nutúmque conuerterem. Sed hæc hactenus. pluribus enim etiã fortasse verbis, quàm ne-

a *v.c.* beneuolentiam,

b *v.c.* quod ad nocendũ, P. XLII.

c *q.v.c.* vincerem?

d *q.v.c.* ad vtilitatem suam ref.

e *q.v.c.* quã nobilissimi hominis.

f *q.v.c.* non habent, go.

g interiores] litteras vocat, secretiores, vt de re augurali & similibus.*

h Popularia opponit domesticis: vt popularia sint, populo nota.*

i Ostendit hic locus simultates fuisse inter Ciceronem & Appiũ, quod & confirmat 3. epist. 6.* k amplissimum sacerdotium hîc appellat auguriũ, quòd esset inter amplissima. amplissimus enim erat, Pontificatus maximus. Phil pp. 13.* l hîc 6. epist. 4. & 2. epist. 3.* m Lex collegii auguralis vt ne augur augurem vio P. B. laret: vt ne in sacerdotẽ quis cooptaretur, qui cuiquam ex collegio esset inimicus* n *v.c.* focerũ tuæ filiæ? o *q.v.c.* restituta puto. p *al.* si illa am. q *l.* quibus ille me rebus *&c. & ita v.c.*

r *q.v.c.* non *habent* voce, rebus,

s *v.c.* aduersante interdum, *&c. & ita l.*

t *l.* Gn. Põp. u *q.v.c.* ad me eas is litteras.

cesse fuit, scripta sunt. ¶Nunc ea, quæ à me perfecta [a], quæque institutа sunt, cognosce.

* *Non pauca desiderantur: quæ fortassis ab ipso Cic. detracta sunt.* *

Atque hæc agimus, & agemus magis pro dignitate, quàm pro periculo tuo. ¶Te enim (vt spero) propediem censorem audiemus: cuius magistratus officia, quæ sunt maximi animi, summique consilii, tibi diligentiùs, & accuratiùs, quàm hæc, quæ nos de te agimus, cogitanda esse censeo. Vale.

¶ *ARG. Duabus epistolis Appij respondet. In primâ responsione gratulatur Appio maiestatis absoluto: eundem ambitus absoluendum sperat: testes mercenarios notãdos pollicetur. in alterius epistolæ responsione, de forma Reipublicæ ab Appio sibi expressa: de Auguralibus eius libru: de duabus epistolis ad Appium antehac scriptis paulò stomachosioribus iudicio Appij: de eiusdem censura agit.*

M. T. C. APPIO PVLCHRO, (VT SPERO) CENSORI, S. D. II

CVM essem in castris ad fluuiũ Pyramum [b], red ditæ mihi sunt vno tempore à te epistolæ duæ, quas ad me Q. Seruilius Tarso miserat. Earum in altera dies erat adscripta nonarum Aprilium: in altera, quæ mihi recentior videbatur, dies non erat. ¶Respondebo igitur superiori priùs: in qua scribis ad me de absolutione [c] maiestatis. de qua, etsi permultùm [d] antè certior factus eram literis, nunciis, fama denique ipsa (nihil enim fuit clarius: non [e] quò quisquam aliter putasset: sed nihil de insignibus ad laudẽ viris obscurè nuntiari solet) tamen eadem illa lætiora fecerunt mihi tuæ litteræ: non solùm quia planiùs loquebantur, & vberiùs, quàm vulgi sermo: sed etiam quia magis tibi videbar gratulari, cùm de te ex teipso audiebam. Complexus igitur sum cogitatione te absentem: epistolam verò osculatus, etiam ipse mihi gratulatus sum. Quæ enim à cuncto [f] populo, à senatu, à iudicibus, ingenio, industriæ, virtuti tribuuntur [g]: quia ipse mihi assentor [h] fortasse, cùm ea esse in me fingo: mihi quoque ipsi tribui puto. Nec tam glorioſum exitum tui iudicij exstitisse, sed tam prauam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar. ¶De ambitu verò quid interest, inquies, an de maiestate? Ad [k] rem [l] nihil: alterum enim non attigisti: alterum auxisti. Veruntamen est maiestas (vt Sylla voluit) ne [m] in quemuis impunè declamare liceret. Ambitus verò, ita apertam vim habet, vt aut accusetur improbè, aut defendatur. quî enim facta, aut non facta largitio ignorari potest? Tuorum autem honorum cursus, cui suspectus vmquam fuit? Me miserum, qui non affuerim. quos ego risus excitasse̅m! Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis litteris iucundissima fuerunt: vnum, quòd te ab ipsa rep. defensum scribis: quæ quidem, etiam in summa bonorum, & fortium ciuium copia, tueri taleis viros deberet: nunc verò eò magis, quòd tanta penuria est in omni, vel honoris, vel ætatis gradu, vt tam orba ciuitas taleis tutores complecti debeat: alterum, quòd Pompeij & Bruti fidem, beneuolentiámque [n] mirificè laudas. Lætor virtute, & officio, cùm tuorum necessariorum, meorum amicissimorum: tum maximè [a] alterius [b], omnium seculorum & gentium principis: alterius [c], iampridem iuuentutis, celeriter (vt spero) ciuitatis. ¶De mercenariis [d] testibus à suis ciuitatibus notandis [e], nisi iam aliquid [f] factum est per Flaccum [g], fiet à me, cùm per Asiam decedam. ¶Nunc ad alteram epistolam venio. Quòd ad me quasi formam [h] communium temporum, & totius reip. misisti expressam: prudentia litterarũ tuarũ valde [i] est mihi grata. Video enim & pericula leuiora, quàm timebam, & [k] maiora præsidia, si quidem (vt scribis) omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt: tuúmque simul promtum animum, & alacrem perspexi ad defendendam remp. mirificámque cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quòd in summis tuis occupationibus, mihi tamen reip. statum per te notum esse voluisti. ¶Nam auguraleis [l] libros ad commune vtriusque nostrũ otium serua. Ego enim, à te cùm tua promissa per litteras flagitabam, ad vrbem te otiosissimum esse arbitrabar. nunc tamen, vt [m] ipse polliceris, pro auguralibus libris, orationes tuas confectas omneis exspectabo. Tullius, cui mandata ad me dederas [n], non conuenerat me: nec erat iam qui isquam mecum tuorũ, præter omneis meos, qui sunt omneis tui. ¶Stomachosiores meas litteras quas dicas esse, nõ intelligo. bis [o] ad te scripsi, me purgans diligenter: te leuiter accusans in eo, quòd de me citò credidisses: quod genus querelæ mihi quidẽ videbatur esse amici. Sin tibi displicet, non vtar eo posthac. Sed si, vt scribis, hæ litteræ non fuerunt disertæ, scito meas nõ fuisse. Vt enim Aristarchus [p] Homeri versum negat, quem non probat: sic tu (libet [q] enim mihi iocari) quod disertum non erit, ne putaris meum. ¶Vale, & in censura, si iam es censor, (vt spero) de proauo [r] multùm cogitato tuo.

¶ *ARG. Duabus de rebus hic agit. Gratulatur Appio ambitus absoluto: deinde purgat se de nuptijs Tullię, se absente, conciliatis cum Dolabella Appij accusatore.*

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. D. 12

GRATVLABOR tibi priùs: (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me conuertar. ¶Ego verò vehementer gratulor de iudicio ambitus: neque id, quod nemini dubium fuit, absolutũ te [s] esse: sed illud, quod, quo melior ciuis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quóque plura virtutis, & industriæ ornamenta in te sunt, eo mirandũ est magis nullam ne [t] in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam [u], quæ te impugnare auderet: non horum temporum, non horum hominum, atque morum negotium: nihil iam sum pridem admiratus magis. ¶De me autem, suscipe paullisper meas partes, & eũ te esse finge, qui [x] ego sum: si facilè inueneris quod dicas, nõli ignoscere hæsitationi meæ. Ego verò velim mihi, Tulliæque meæ (sicut tu amicissimè, & suauissimè optas) prosperè euenire ea, quæ, me [z] insciente, facta sunt à meis: sed ita cecidisse, vt agerẽtur eo tempore, spero omnino cũ aliqua felicitate, & opto. veruntamen plus me in hac spe, tua sapientia

a *vel* maxime, *aliqui ab aliquos tollunt.*
b hoc est Pompeij: qui fuit omnium seculorum & gentium principe vocat.
c hoc est Bruti, quem iuuentutis principe hic vocat: sed quem ciuitas celeriter sperat.
d *v.c.* mercenarijs.
e Mercenarius testis, qui mercede conducitur, qui mercedem accipit. Festo teste. P.XIIII. Harmenopulo lib. 1. tit. 6. §. 28. e v. l.) §. 5. D. *de testib.* f *L. si quis aliquid eß per orc. &* g *vide Cic. pro Cæcinna, vt mercenarios testes, quibus pauperes, & locupletes aure dicat esse, à suis ciuitatibus notandos censet.*
h formã cõmunium temporum vocat futurum Reipub. statum, quẽ fieri cupiebat. i *L. valde mihi est grata. &* k *al. sine.*
l *id est ad* quæ spectabant auguralia libri. m *v. l. ut.*
n *id est ad* quæ spectabat Ciceronis, vt mercenarios testes, quibus pauperes, & locupletes aure dicat esse, à suis ciuitatibus notandos censet.
o *id est ad* litteras quas dicas esse, nõ intelligo. p Aristarchi Samothracis grammatici, qui Homeri versus damnabat. q *v.c.* (libet enim iocari) Appio Claudio Cæco qui Græcam Græcis damnabat. r *id est* Appio Claudio Cæco qui Græcam Græcis damnabat. s *v.c.* bẽ peractum. t *v.c.* nullo vnquam tempore. u *v.c.* malueolentiam. x *v.c.* qui hic pro aute hic pro tertano ponitur. y *v.c.* esse. z *v.c.* me insciente. a *v.c.* me insciente.

tur d *ex* in oratione de Haruspicum responsis. e *v.c.* testimonij. f *v.c.* esse. g *v.c.* tui iudices impune condemnare. Quis enim, cùm tabellis absolutus est? h *v.c.* malueolentiam. i *v.c.* quis enim, cùm tabellis absolutus est? k *v.c.* malueolentiam. l *v.c.* qui sum ego? m *v.c.* ita *L.* n *v.c.* malueolentiam. o *v.c.* qui sum ego? p *v.c.* ita *L.* q *v.c.* malueolentiam. r *v.c.* qui sum ego? s *v.c.* ita *L.* t *v.c.* malueolentiam. u *v.c.* malueolentiam. x *v.c.* qui sum ego? y *v.c.* ita *L.* z *Innuit, se insciente, Tulliam* certas has filiæ nuptias. *Tullia* bellæ, acculatori ipsius Appii desponsam à Cœlio.

a *al.* professa, quæque constituta sunt,
b De Pyramo fluuio Ciliciæ vide Strabonẽ libro 1. 12. 14.
c id est te absolutum maiestatis: cùm eius criminis esses accusatus à Dolabella genero meo.
d *sic v.c. fortè* permultò ante
e *al.* nõ quòd
f Cuncti, omnes qui dẽ, sed congregati: omnes, etiam si diuersis locis. Festus *
g *q.v.* e, attribuuntur.
P.XIIII.
h *al.* assentior, malè. Assentari est blandiri. *
i *q.v.* e, tributum.
k *L.* Ad te nihil.
l id est ad litem negotiũ ipsiũ *. ipsius criminis vim. Sed præstat legi, id te nihil, nam mox addit, alterum enim nõ attigisti, alterum auxisti. vt sit huius loci hic sensus. Nihil interesse Appij, maiestatis absolutũ, nondum tamẽ ambitus: huius enim vt illius criminis, absoluendum. Re ipsa iam absolutum maiestatis, quod maiestatem auxerit: ambitus absoluendũ. quod nunquã ambitum attigerit. Quisimo accusatorem ipsum Appii Dolabellam maiestatis plus teneri lege Cornelii Sullæ, quòd in Appium declamauerit, hoc est de Appio palã maledixerit. Ambitus verò crimẽ nullo modo Appio metuendũ esse. Hoc enim crimẽ, aperte geri & manifestũ esse, siue quis accusẽtur improbe, siue defendatur nocens. Hæc cùm ita sint, Appium securum esse cùm nulli, ne suspectus quidẽ fuerit. * m *L.* vt in quemuis imp. n *L.* beniuolentiamque.

& humanitas consolatur, quàm opportunitas temporis. Itaque, quemadmodum expediam exitum huius institutę orationis, non reperio: neque enim tristiùs dicere quidquã debeo ea de re, quam tu ipse ominibus optimis prosequeris. neque non me tamen mordet aliquid: in quo vnum [a] vereor, ne tu parùm perspicias ea, quæ gesta sunt, ab illis esse gesta, quibus ego ita mandaram, vt, cùm tam longè abfuturus [b] essem, ad me ne referrent: agerent, quod probassent. In hoc autem mihi illud occurrit. Quid tu igitur si affuisses? Rem probassem. de tempore, nihil te inuito, nihil sine consilio egissem tuo. Vides sudare me, iam dudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt, & te non offendam. Leua me igitur hoc onere. numquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem. Sed tamen sic habeto: nisi iam tunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissimè confecissem, tametsi nihil videbatur ad meum erga te præstinum studium addi posse: tamen, hac mihi affinitate renuntiata, non maiore equidem studio, sed acriùs, apertiùs, significantiùs digni tatem tuam defendissem. Decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato, ante diẽ III. Nonas Sextileis, cùm ad Sidam [c] naui accederem, & mecum Q. Seruilius [d] esset, litteræ à meis sunt redditę. dixi statim Seruilio (etenim videbatur esse commotus) vt omnia à me maiora exspectaret. quid multa? beneuolentior [e] tibi, quam fui, nihilo sum factus: diligentior quidem ad declarandam beneuolentiam, [f] multò. Nam, vt vetus nostra simultas anteà stimulabat me, vt cauerem, ne cui suspicionẽ fictè reconciliatæ [g] gratiæ darem: sic [h] affinitas noua curam mihi affert cauendi, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. Vale.

a al. vnum modò vereor, non vereor. b al. futurus esset.

c Pamphylię, vrbem, quæ fabri nauis habuerat Ciceronis. Strabo. lib. 14. Plin. lib. 5. cap. 27. d Quæstor. e Ne beneuolentior. f Ne multò. g Ne gratiæ. h Ne affinitas noua curam mihi, &c.

¶ ARG. *Agit Appio gratias de supplicatione sibi eius officio donata.*

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S. P. D. 13

QVASI diuinarem, tali in officio [a] fore mihi aliquando expetendum studium tuũ: sic, cùm de tuis rebus gestis agebatur, inseruiebam honori tuo. Dicam tamen verè, plus, quã acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscripsit, te non solùm auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego à tali viro contentus eram: sed etiam opera, consilio, domũ veniendo, conueniendis meis, nullum [b] onus officij cuiquam reliquum feciſſe? Hæc mihi ampliora multo sunt, quàm illa ipsa, propter quæ hæc elaborantur. [c] Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt: taliũ virorum tanta studia assequi sola virtus potest. Itaque mihi propono fructum amicitiæ nostræ, ipsam amicitiam: qua nihil est vberius, præsertim in iis studiis, quibus vterque nostrũm deuinctus est. Nam tibi me profiteor, & in rep. socium, de qua idem sentimus: & in quotidiana vita coniunctum, cum [d] iis artibus, studiisque, quæ colimus. Velim [e] ita fortuna tulisset, vt, quanti ego omneis tuos facio, tanti tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non [f] despero. Sed hoc nihil ad te: nostrũ est onus. Illud velim sic habeas, quòd intelliges, hac re nouata, [g] additum potiùs aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quàm quidquam esse detractum. Cùm hæc scribebam, censorem iam te esse sperabam. eò breuior est hæc epistola, &, vt aduersus magistrum morum, modestior. Vale.

a supplicationis scilicet, mihi decernendæ. * b al. nullum munus. c al. laborãtur. elaborari autem est cum labore fieri. * d *hæc particula cum, vi detur superesse.* * e al. vellẽ * P. B. f *q. v. c. nõ ſic ſpero non pl.* g hoc est his nuptiis, Tullię filiæ meę cum tuo accusatore contractis. * h *q. v. c. hęc ep ſtola mea, &c.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER QVARTVS, AD SER. SVLPICIVM.

¶ ARG. *De statu reipublica mutato Cæsare & Pompeij discordijs.*

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. D. 1

CAIVS [h] Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit, te ex se quæsisse, quibus in locis esset: molestéque [i] te ferre, quòd me propter valetudinem [k] tuam, cùm ad [l] vrbem accessissem, non vidisses: & hoc tempore velle te mecum, si propiùs accessissem, de officio vtriusque nostrũm communicare. Vtinam, Serui, saluis rebus, (sic [m] enim est dicendum) colloqui potuissemus inter nos. profectò aliquid opis occidenti reip. tulissemus. Cognoram enim iam absens, te hæc mala multò antè prouidentem, [n] defensorem pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. Ego autem cùm consilium tuũ probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. Serò enim veneram: solus eram: rudis esse videbar in causa: incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. Nunc, quoniam nihil iã videmur posse [i] opitulari reip. si quid est, in quo nobis metipsis consulere possimus, non vt aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed vt quàm honestissimè lugeamus: nemo est omnium, qui cum potiùs mihi, quàm tecum, communicandum putem. Nec enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla: neque doctissimorum, quos semper coluisti, præcepta te fugiunt. Atque ipse anteà ad te scripsissem, te frustrà in senatum, siue [k] potiùs in conuentum senatorum esse venturum, ni veritus essem, ne eius [l] animum offenderem, qui à

i *q. v. c.* opitulari reip. P. XLVI. posse siquid, &c. k Conuentum senatorum à senatu hic separat: vix enim senatus eorũ dicendus est, quibus non libera volũtas est: quib. libertas decernendi ablata. * l Cæsarem intellig. t. *.

me, vt te imitarer, petebat. Cui quidem ego, cùm me rogaret, [a] vt adessem in senatu, eadem omnia, quæ à te de pace, & de Hispanis[b] dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Rem [c] vides, quo modo se habeat: orbem terrarum, imperiis [d] distributis, ardere bello: vrbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide, relictam direptioni & incendiis. Itaque mihi venire in mentem nihil potest, nō modò quod sperem: sed vix iam quod audeam optare. Sin autem tibi, homini prudentissimo, videtur, vtile esse, nos colloqui: quamquam longiùs etiam cogitabam ab vrbe discedere, cuius [e] iá etiam nomen inuitus audio: tamen propiùs accedam. Trebatio mandaui, vt, si quid tu eũ velles ad me mittere, ne recusaret: idque vt facias, velim: aut, si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex vrbe necesse sit, aut mihi accedere. Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo: vt exploratum habeam, quidquid nos communi [f] sententia statuerimus, id omneis homines probaturos. Vale.

1
a *al.* rogasset.
b *al.* Hispanis.*
c *fort.* Res, vides, quo m.
d Cæsare scilicet Italiam & Gallias: Pompeio reliquas prouincias obtinentibus.*
e *q.v.c.* cuius iam nomen etiam in int. *alij* cuius? & iam nomē inuit. *neutra scriptlacet.*
f *q.v.c.* de communi sent.

¶ ARG. Pompeij partes Cæsarianis se anteponere.

M. T. C. SER. SVLPICIO S. D. 2

A.D.III. Kal. Maias cùm essem in Cumano, accepi tuas litteras: quibus lectis, cognoui, non satis prudenter fecisse Philotimũ[g]: qui, cùm abs te mandata [h] haberet, vt scribis, de omnibus rebus, ipse ad me non venisset, litteras tuas misisset: quas intellexi breuiores fuisse, quòd eum perlaturum putasses. Sed tamen, postquàm litteras tuas legi, Postumiai tua me conuenit, & Seruius[k] noster. His placuit, vt tu in Cumanum venires. qui 1 etiam mecum, vt ad te scriberem, egerunt. Quòd meum consilium exquiris: id est tale, vt capere faciliùs ipse possim, quàm alteri dare. Quid enim est, quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate, summáque prudentia? Si, quid rectissimum sit, quærimus: perspicuũ[m] est, si, quid maximè expediat, obscurum: sin ij sumus, qui profectò esse debemus, vt nihil arbitrémur expedire, nisi quod rectum, honestúmque sit: non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit. Quòd existimas, meam causam coniũctam esse cum tua: certè similis in vtroque nostrum, cùm [n] optimè sentiremus, error fuit. Nam omnia vtriusque consilia ad concordiam spectauerunt? qua cùm ipsi Cæsari nihil esset vtilius, gratiam quoque nos inire ab eo, defendẽda [o] pace, arbitrabamur. Quantum nos fefellerit, & quem in locum res deducta sit, vides. Neque solùm ea perspicis quæ geruntur, quæque iam gesta sunt: sed etiam, qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt: aut interesse, etiam si non probes: quorum [p] altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. Restat, vt discedendum putem [q]. In quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur. Omnino cùm miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. Nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, si videbitur, ita censeo facias: vt, si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium meum [a] cum tuo: supersedeas hoc [b] labore itineris. sin autem est quod mecum communicare velis, ego te exspectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quàm primùm velim, venias, sicut intellexi & Seruio, & Postumiæ placere. Vale.

g Libertum Terentiæ Ciceronis.*
h *q.v.c.* mãdatum.
i Vxor Sulpicij, de qua Sueton in Iulio.*
k filius Sulpicij, patris prænomine quo appel.
P. B. labantur filij primo loco nati.*
l *al.* quod. m vt scilicet Pompeium sequamur, non Cæsarem.*
n *al.* cùm idem sent.‖
o id est pacem defendentes, vel si pacem defenderemus.*
P. XLVII. p *al.* quarũ & ita legi in decem manuscr. notat Manut.*
q *q.v.c. non habent verbũ*, putem,
a *Latum ex meo, sup.*
b *q.v.c. non habent, pro* vocabulum, hoc,

¶ ARG. Sulpicium consolatur, Achaiæ præpositũ à Cæsare post victum in Pharsalia Pompeiũ.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. D. 3

VEHEMENTER te esse sollicitum, & in cõmunibus miseriis præcipuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. Quod quanquam minimè miror, & meum quodammodò agnosco: doleo tamen, te sapientia præditum propè singulari, non tuis bonis delectari potiùs, quàm alienis malis laborare. Me quidẽ, etsi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, & peste reip. molestiam traxerit: tamen multa iam consolantur, maximéque conscientia consiliorum meorũ. Multò enim antè, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram: neque id solùm mea sponte, sed multó etiam magis, monente & denuntiante te. Etsi enim abfui [c] magnam partem consulatus tui: tamẽ & absens cognoscebam, quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & prædicendo sententia: & ipse affui primis temporibus tui consulatus, cùm accuratissimè monuisti senatum, collectis omnibus bellis ciuilibus, vt & illa timerẽt, quæ meminissent & [d] scirent, cùm superiores, nullo tali exemplo anteà in rep. cognito, tam crudeles fuissent: quicũque postea reip. oppressisset armis, multo intolerabiliorem futurum. NAM, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant: & aliquid, atque adeò multa addũt, & afferũt de suo. Quare meminisse debes, eos, qui auctoritate, & consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse: cùm tua prudentia salui esse potuissent. Dices: Quid me ista res consolatur in tantis tenebris & quasi perpetuis e reip? Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. Sed tamen & Cæsar ipse ita de te iudicat: & omnes ciues sic existimant: quasi lumen aliquod, exstinctis ceteris, elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Hæc tibi ad leuãdas molestias magna esse debent. Quòd autem à tuis abes: id eo leuius ferendum est, quòd eodem tempore à multis ac [f] magnis molestiis abes: quas ad te omneis perscriberem, nisi vererer, ne ea cognoscerẽs propè absens, quæ quia non vides, mihi videris meliore esse conditione, quàm nos, qui videmus. Hactenus existimo nostram consolationem rectè adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus leuari possent molestiæ tuæ. Reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, nec [g] minima solatia, & [h], vt quidẽ ego sentio, multò maxima: quæ ego ipse experiens quotidie, sic probo, vt ea mihi salutem afferre videantur. Te autem ab initio ætatis memoria teneo summè omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniáque, quæ à sapientissimis ad bene viuendum tradita essent, summo studio, curáque didũt dicisse: quæ quidem vel optimis rebus & vsui, & delectationi esse possent: his verò temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. Nihil faciam insolenter: neque te, tali vel

c *Latui, & fui q.v.c.*
d P. B. *sententia, non ita.*
e *Fort.* parricidis reip. *al.* parricidalis reip. *Fort.* al. de patricidio reip. *Cortesius* ‖ *Pro* hic, parricidas, *Lipsius* parricidia reip. *Pro* reip. *Lipsius* reipublicæ.
f *Pro* ac, *Lipsius* atque magnis.
g *q.v.c.* minima non sunt.
h *q.v.c.* non habent, his verbis, *Lipsius*, & ita legendum censet, *Pro* & magnis, *Lipsius* atque alia, *Pro* & ita legendum censet, *Lipsius* & magnis.

P. XLVIII.

vel scientia, vel natura præditum, hortabor, vt ad eas te referas artes, [a] quibus à primis temporibus ætatis studium tuum dedisti. Tãtùm dicam, quod te spero approbaturum, me, posteà quàm illi arti, [b] cui studueram, nihil esse loci neque in curia, [c] neque in foro viderem, [d] omnem meam curam, atque operã ad philosophiam contulisse. Tuæ scientiæ [e] excellenti, ac singulari non multo plus, quàm nostræ relictum est loci. Quare non equidem te moneo: sed mihi ita persuasi, te quoq; in iisdem versari rebus, quæ etiam si minùs prodessent, animum tamen à sollicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in [f] primisque in [g] hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur, vt excellat. A me verò sic diligitur, vt tibi vni cõcedam, præterea nemini. mihique ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quòd facilè appareat, quòd me colat, & obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

a *v.t. artes*

b eloquentiam intelligit. *

c Curia hic pro senatu: forum, pro iudicijs. sic Cæsarem & foro separat libro 3. Officiorum.

d *al.* videbam

e Iuris ciuilis cognitionem tenuit. Sulpicio quæ maxima fuit maxima vt ipse Cicero testatur lib. de claris oratoribus. *ad Ser. Sulp. lib. 4. ep. 3. & ad Brut. ep. 2. & in primis. Ser. Sulpicius Rufus hoc est, in philosophia versatus, & in ea exercitatus, vt scias Sulpicij Rufi literas politiores exactioresque fuisse, quàm ceteris ciuilis scientiæ scriptis Seruij Sulpicij. Cicero. pro Murena. Seruius Sulpicius iurisconsultus. Quis nescit? Pandect. lib. 1. tit. 2. de origine iuris. l. 2. §. 43. & 44. & lib. 50. tit. 16. de verborum significatione. l. 144. & lib. 1. tit. 8. de diuisione rerum. l. 6. §. 1. & lib. 41. tit. 1. de adquirendo rerum dominio. l. 30. §. 1. & lib. 47. tit. 2. de furtis. l. 43. §. 13. & lib. 18. tit. 1. de contrahenda emptione. l. 6. §. 2. & lib. 19. tit. 1. de actionibus empti & venditi. l. 13. §. 20. & lib. 45. tit. 1. de verborum obligationibus. l. 91. §. 3. & lib. 46. tit. 3. de solutionibus & liberationibus. l. 95. §. 1

P. L.

omneis. Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? aut quî non in illis rebus exercitatus animus callere [a] iam debet, atque omnia minoris æstimare? An [b] illius vicem (credo [c] doles)? Quoties in eam cogitationem necesse [d] est vt tu veneris, nos sæpè incidimus, hisce temporibus non pessimè cùm ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare? Quid autè fuit, quod illâ hoc tépore adviuendũ magnopere inuitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatiũ? Vt cũ aliquo adolescente primario coniuncta ætatem ageret? Licitũ est tibi (credo) pro tua dignitate ex hac iuuentute generum deligere, [e] cuius fidei liberos tuos tuto cõmittere putares. An vt ea liberos ex se se páreret: quos cùm florentes videret, lætaretur? qui rem à parente traditam per se tenere possent? honores ordinatim [f] in reip. petituri essent? in amicorum negotijs libertate [g] sua vterentur? Quid horum fuit, quod non priùs, quàm datum, ademtum sit? At verò malũ est liberos amittere. Malum, [h] nisi hoc peius sit, hæc sufferre, & perpeti. Quæ res mihi nõ mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si fortè eadẽ res tibi minuere dolorem possit. [i] Ex Asia rediens, cùm ab Ægina Megaram versus nauigarem, cœpi regiones circum circa prospicere. post me erat Ægina: antè Megara: dextra Piræeus: sinistra Corinthus: quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & [k] diruta ante oculos iacent. cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem, nos homunculi [l] indignamur, si quis nostrûm [m] interijt, aut occisus est, quorum vita breuior esse debet, cùm vno loco tot oppidorum [n] cadauera proiecta iaceant? Visne tu te, Serui, cohibere, & meminisse, hominem te esse natum? Crede mihi: cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modò vno tempore tot viri clarissimi interierunt: de imperio præterea tanta diminutio [o] facta est: omnes prouinciæ conquassatæ sunt. in vnius mulierculæ animula si iactura facta [p] sit, tantoperè commoueris? quæ si hoc tempore non [q] suum diem obijsset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit: quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum, ac cogitationẽ tuã auoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam, quãdiu ei opus fuerat, [r] vixisse, vnà cum rep. fuisse: te patrem suum, prætorem, consulem, augurem vidisse: adolescẽtibus primarijs nuptam fuisse: omnibus bonis propè perfunctam esse: cùm resp. occideret, vita excessisse. Quid [t] est, quòd tu, aut illa, cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique nolite obliuisci Ciceronem esse, & eum, qui aliis consueueris præcipere, & dare consilium: neque IMITARI malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se [u] tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potiùs, quæ alijs tute [x] præcipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud animũ propone. NVLLVS DOLOR EST, quem nõ longinquitas temporis minuat, atque molliat. Hoc [y] te exspectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. Quòd si quis etiam inferis sensus est: qui illius amor in te fuit, pietásque in omneis suos, hoc certè illa te facere non vult. Da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis ac [a] familiaribus, qui tuo dolore mœrent: da patriæ: vt, si qua in re opus sit, opera, & consilio tuo vti possit. Denique, quoniam in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic rei nobis seruiendum sit: noli committere, vt quisquam te putet non tam filiam, quàm reip. tempora, & aliorum victoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Quare, si hoc vnum proposuero, finem [b] faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrimè [c] te ferre fortunam, magnámque ex ea re te laudem adipisci: [d] fac aliquando intelligamus, aduersam quoque te æquè ferre posse, neque id maius, quàm debeat, tibi onus videri: ne ex omnibus virtutibus hæc vna tibi videatur deesse. Quòd ad me attinet, cùm te tranquilliore [e] animo esse cognouero, [f] de iis rebus, quæ hîc geruntur, quemadmodúmque se prouincia habeat, certiorem faciam. Vale.

¶ ARGV. *Superiori Epistolæ Sulpitij respondet.*

M. T. C. S. D. SER. SVLPICIO. 6

EGo verò, Serui, vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses. Quantum enim præsens me adiuuare potueris & consolando, & propè æquè dolendo, facilè ex eo intelligo, quòd, litteris tuis lectis aliquantulum acquieui. Nam & ea scripsisti, quę leuare luctum possent, & in me consolãdo, non mediocrẽ ipse animi dolorẽ adhibuisti. Seruius tamen tuus omnibus officijs, quæ illi tempori tribui potuerunt, declarauit, & quanti ipse me faceret, & quàm suum talem erga me animũ tibi gratũ putaret fore: cuius officia, iucundiora scilicet fæpe mihi fuerunt: nunquam tamẽ gratiora. Me autem non oratio tua solùm, & societas pænè ægritudinis, sed etiam auctoritas cõsolatur. Turpe enim esse existimo, me non ita ferre casum meum, vt tu, tali sapientia [g] præditus, ferendum putas. Sed opprimor interdũ, & vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quæ ceteris: quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam & Q. Maximus, [h] qui filium consularem, clarum virũ, & magnis rebus gestis, amisit: & L. Paullus, [i] qui duos septem diebus: & [k] nostet Gallus, & M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis tẽporibus fuerunt, vt eos ipsorum [l] dignitas cõsolaretur ea, quã ex rep. consequebantur. Mihi autẽ, amissis ornamentis iis, quæ ipse commemoras, quæque etiam maximis laboribus adeptus: vnum manebat illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, nõ reip. procuratione impediebantur cogitationes meæ: nihil in foro agere licebat [m]. adspicere curiam non poteram: existimabam, id quod erat, omneis me & industriæ meæ fructus, & fortunæ perdidisse. Sed, cùm cogitarem, hæc mihi tecum, & cum [n] quibusdam esse communia: & cùm frangerem iam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter, habebam quò confugerem, vbi conquiescerem, cuius in sermone, & suauitate omneis curas, doloréque deponerem. Nunc autem, hoc tam graui vulnere, etiam illa, quæ [o] consenuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, vt tum me à rep. mœstũ domus excipiebat, quæ leuaret: sic nũc domo mœrens ad remp. confugere possum, vt in eius bonis acquiescam. Itaque & domo

P. L.

a *al.* iã callere d.
b *al.* at*
c *fort.* cedò
d *L. &* necesse est vt tu veneris, & nos sæpè incidimus,
e *v.c.* dilgere *fort.* diligere,
f *v.c.* ordinatim petituri essent in rep.?
g *al.* libera litrate
h *q.v.c. non habent,* Malum,
i *al.* posset.
k *q.v.c.* & dirupta, &c. *non pl.*
l *al* homũculi. Sic apud Terentium in Eunucho. In qui busdam antiquis legi-
P. Bitur, homuncio. pro, homuncio. *Victor.*
m *al.* nostrorum.*
n *q.v.c.* oppidum cad.
‖ Est autem hoc loco oppidum, pro, oppidorum.*
o *v.c.* demi nut o
p *o.v.c.* facta est, & *ita L.*
q *o.v.c.* nõ diem suum obiisset, & *ita l.*
r *o v.c.* fuerit, & *ait L.*
s *al.* floruisse.*
t *q. v. c.* Quid quòd tu.
u *o.v.c.* tenere se. &c. & *ita L.*
x *forte hinc delendum est hoc* tute,
y *forte* Hoc te exsp. tẽp. ac non ei rei sapient a tua te occur. tibi turpe est. Quòd

P. L. II.
a *al.* & familiaribus,
b *g.v.c.* scribendi finem faciam.
c *al.* te gerere fortunam,
d *L.* id pluribus & *ita* frequentissime ac pulchrè in Pædeis libris ferendis scribitur *L.* Sed *g.v.c.* fac aliquando intelligamus.
e *al.* tranquillorem animo atque quilliori animo,
f *v.c.* cognoscero.
g *g.v.c.* fortè tua præditus
h *v.* Cicero pro Planc. *v.* Gellius l. 1. c. 2. *v.* Hieronym. in epitaphio Nepotiani. *v.* Paul. Iurisconsult. l. 1. sent. de lusu & alea. *v.* Festum Pompeium in verbo Nostet. *v.* Macrobium l. 1. Saturn. c. 11. *v.* Plutarchum in vita Catonis Vticensis.
i Hieronymus in epitaphio Nepotiani. *v.* Plutarchum in vita Catonis Vticensis.
k *v.* Gellium l. 1. c. 2. *v.* Macrobium l. 1. Saturn. c. 11.
l *v.* Festum Pompeium in verbo Nostet. *v.* Paul. Iurisconsult. l. 1. sent. de lusu & alea. *v.* Cicero pro Planc. *v.* Hieronym. in epitaphio Nepotiani.
m *v.* Plutarchum in vita Catonis Vticensis. *v.* Macrobium l. 1. Saturn. c. 11. *v.* Gellium l. 1. c. 2.
n *al.* & cum quibusdam esse communia: & cùm frangerem iam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter, habebam quò confugerem, vbi conquiescerem, cuius in sermone, & suauitate omneis curas, doloréque deponerem. Nunc autem, hoc tam graui vulnere, etiam illa, quæ consenuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, vt tum me à rep. mœstũ domus excipiebat, quæ leuaret: sic nũc domo mœrens ad remp. confugere possum, vt in eius bonis acquiescam. Itaque & domo
o *L.* quæ cõsenuisse videbantur, recrudescunt.

absum, & foro, quod nec eum dolorem, quē [a] à rep. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum resp. Quo magis te exspecto, teque videre quàm primùm cupio. Maior mihi leuatio [b] afferri nulla potest, quàm coniunctio cōsuetudinis, sermonúmque nostrorum: quamquam sperabam, tuum aduentum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cùm multis de causis te exopto quàm primùm videre: tum etiam, vt antè cōmentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus: quod est totum ad vnius voluntatē accommodandum, & prudentis, & liberalis, & (vt perspexisse mihi [c] videor) nec à me alieni, & tibi amicissimi. Quod cùm ita sit, magnæ tamen est deliberationis, quæ ratio sit inunda nobis, non agendi aliquid, sed illius cōcessu [d] & beneficio quiescendi. Vale.

¶ ARGV. *Marcellum (consilij ancipitem victo Pompeio) hortatur vt omnibus alijs consilijs postpositis, à Cæsare veniā petat, & Romā redeat.*

M. T. C. S. D. M. MARCELLO. 7

ETSI eo te adhuc consilio vsum intelligo, vt id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quòd ea te sapientia esse iudicem, vt meum consilium non anteponam tuo: tamen & amicitiæ nostræ vetustas, & tua summa erga me beneuolentia, [e] quæ mihi iam à pueritia tua cognita est, me hortata est, vt ea scriberem ad te, quæ & saluti tuæ conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerem à dignitate. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multò antè videris, qui [f] consulatum magnificentissimè, atque optimè gesseris, præclarè memini: sed idem etiam illa vidi, neque te consilium ciuilis belli ita [g] gerendi, neque copias Cn. Pompeij, nec genus [h] exercitus, probare, sempérque summè diffidere. Qua in sententia, me quoque fuisse, memoria tenere te arbitror. Itaque neque tu multùm interfuisti rebus gerendis: & ego id semper egi, ne [i] interessem. Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, [k] auctoritate, causa, quæ erant in nobis superiora: sed lacertis, & viribus, quibus pares non eramus. Victi sumus igitur: aut, si vinci dignitas non potest, fracti certè, & abiecti. In quo tuum consilium nemo potest non maximè laudare, quod cum spe vincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem: ostendistique, SAPIENTEM & bonū ciué initia belli ciuilis inuitū suscipere, extrema nō [l] libenter persequi. Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos. Aut enim renouare bellū cōnati sunt, & [m] hi se in Africā [o] contulerunt: aut, quemadmodum nos, se [p] victos [q] esse crediderunt. Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi dudicā ab omnibus, sapiens tuū cōsilium: à multis, etiam magni, ac fortis animi iudicatū. Sed habet ista ratio, vt mihi quidem videtur, quēdam modum: præsertim cùm tibi nihil deesse arbitrer ad tuas fortunas omneis [r] obtinendas, præter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quòd vereretur, ne tu illud beneficiū omnino non putares. De quo quid sentiā, nihil attinet dicere: cùm appareat, ipse quid fecerim. Sed tamen si iam ita constituisses, vt abesse perpetuò malles, quàm ea, quæ nolles, videre: tamen id cogitare debereres, vbicumque esses, te fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate: qui si facilè passurus esset, te carentem patria, & fortunis tuis, quietè & liberè viuere: cogitandum tibi tamen esset, Romæne & domi tuæ, cuiusmodi [a] res esset: an Mytilenis, aut Rhodi malles viuere. Sed cùm ita latè pateat eius potestas, quem veremur, vt [b] terrarum orbem complexa sit: nónne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ? Equidem, etiam si oppetenda mors esset, domi, atque in patria mallem, quàm in externis, atque alienis locis. Hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt: quorum est magna, pro tuis maximis, clarissimísque virtutibus, multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ, quam dissipari nolumus. Nam etsi nullam potest accipere iniuriā, quę futura perpetua sit: propterea quòd neque is, qui tenet remp. pateretur, neque ipsa resp. tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Hi autem qui essent, auderem scribere, nisi te intelligere confiderem. Hîc [c] te vnius sollicitudines, vnius etiam multæ, & assiduæ lacrymæ C. Marcelli, fratris [d] optimi, deprecantur: nos cura, & dolore proximi sumus: precibus tardiores, quòd ius adeundi, cùm ipsi deprecatore eguerimus, non habemus. Gratia tantum possumus, quantum victi. Sed tamen consilio, studio, Marcello non desumus. [e] A tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus. Vale.

a *L.* cuiusce-iusmodi res esset: *al.* cuicuimodi r.

b *al.* vt orbē terrarum.

¶ ARG. *Iterum Marcellum hortatur vt Romam redeat.*

M. T. C. S. D. M. MARCELLO. 8

NEQVE monere te audeo, præstanti prudentia virum: nec confirmare, maximi animi hominem, virúmque [f] fortissimum: cōsolari verò nullo modo. Nam si ea, quæ acciderunt, ita fers, vt audio, gratulari magis virtuti debeo, quàm consolari dolorem tuum. Sin te tanta mala reip. frangunt: non ita abundo ingenio, vt te consoler, cùm ipse me non possim. [g] Reliquum est igitur vt tibi me in omni re eum præbeam, præstémque, vt ad omnia, quæ tui velint, ita sim [h] præstò, vt me non solùm omnia debere tua causa, quæ [i] possim: sed ea quoque, [k] quæ non possim, putem. [l] Illud [m] vel tu me monuisse, vel censuisse puta, vel propter beneuolentiam [n] tacere nō potuisse: vt, quod ego facio, tu quoque animū [o] inducas: si sit aliqua resp. in ea te esse oportere, iudicio hominum, réque principem, necessitate cedentem [p] tempori: sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exsulandum locum. Si enim libertatem sequimur: qui locus hoc dominatu vacat? sin qualemcumque locum, Qui [q] est domestica sede iucundior? Sed mihi crede, etiā is, qui omnia tenet, fauet ingeniis: nobilitatem verò, & dignitatem [r] hominum, quantùm ei res, & ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura quàm statueram. Redeo ergo [s] ad vnum illud, me tuum fore cum tuis, si modò erunt tui: sin minùs, me certè in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni, amorísque facturum. Vale.

f *al.* vnúmque. *

g *q.v.s.* possum.

h *al.* adsim. *

i *hæc duo, quæ possim, abesse noiat Manutius.* *

k *q.v.c.* quoque etiam, ‖

l *al.* putent, *

m *L.* illud tamen vel me, &c. *& ita v.c. antea legebatur,* illud tamen multum me monuisse. *& sed & ita.* Illud tamen vultu. *

n *v.c.* beneuolentiam.

o *q.v.c.* in animum ind. *& ita L.*

p adde epist. 9. *

q *q.v.c.* quæ est dom. *& ita L.* ‖ *al.* quis est. Cetera adde huic loco epistolā proximè sequentem. *

r *q.v.c.* dignitates.

s ergo. *abest a q.v.c.*

¶ ARG. *Marcellum etiam atque etiam hortatur vt Romam redeat.*

M. T. C. S. D. M. MARCELLO 9

ETSI perpaucis antè [a] diebus dederam Q. Mucio litteras, ad te pluribus verbis scriptas quib. declarauerã, quo te animo censerẽ esse oportere, & quid tibi faciendum arbitrarer: tamẽ, cùm Theophilus, libertus tuus, proficisceretur, cuius ego fidem erga te, beniuolentiámque perspexeram, sine meis litteris eũ ad te venire nolui. Iisdem [b] igitur de rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus litteris hortatus sum: vt in ea rep. quæcumque est quàm primùm velis esse. Multa videbis fortasse, quæ nolis: nõ plura tamen, quàm audis quotidie. Non est porrò tuum, vno sensu solum oculorũ moueri: cùm illud [c] idem auribus percipias, quod etiã maius [d] videri solet, minùs laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliquid quod non sentias: aut faciendũ, quod nõ probes. Primũ TEMPORI [e] cedere, id est, necessitati parêre, semper sapientis [f] est habitũ. deinde non habet, vt nunc quidẽ est, id [g] vitij res. Dicere fortasse, quæ sentias, nõ licet: tacere planè licet. Omnia enim delata ad vnũ sunt. Is vtitur consilio, ne [h] suorũ quidem, sed suo. Quòd non multò secus fieret, si is remp. teneret, quem secuti sumus. An, qui in bello, cùm omnium nostrũm coniunctum esse [i] periculum suo cerneret, certorum hominũ minimè prudentium consilio vteretur: eũ [k] magis cõmunem [l] censemus in victoria futurũ fuisse, quàm incertis [m] in rebus fuisse? &, qui nec, te consule, tuum sapientissimum consiliũ secutus esset, nec, fratre tuo consulatum ex auctoritate tua gerente, vobis auctoribus vti voluerit, nunc omnia tenentem, nostras sententias desideraturum censes fuisse? OMNIA sunt misera in bellis ciuilibus. quæ maiores nostri ne semel quidem: nostra ætas sæpe iam sensit. sed MISERIVS [n] nihil, quàm ipsa victoria: quæ etiã si ad meliores venit, tamẽ eos ipsos ferociores, impotẽtiorésque reddit: vt, etiã si [o] natura tales non sint, necessitate esse cogantur. MVLTA P enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiã [q] inuito, facienda sunt. An tu non videbas mecum simul, quàm illa crudelis esset futura victoria? igitur tunc quoque patria careres, ne, quę nolles, videres? Non, inquies, ego enim ipse tenerem opes, & dignitatem meam. At erat tuæ virtutis, in minimis res [r] tuas ponere: de rep. vehemẽtiùs laborare. Deinde, qui finis istius consilij est? nam adhuc & factum tuum probatur: &, vt in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quòd & initium belli necessariò secutus sis, & extrema sapiẽter persequi nolueris: fortuna, quòd honesto otio tenueris & statum, & famam dignitatis tuæ. Nunc verò NEC locus tibi vllus dulcior esse debet patria: nec eam diligere minùs debes, quòd deformior est, sed misereri potiùs, nec eam [s] multis claris viris orbatã, priuare etiam adspectu tuo. Denique, si fuit magni [t] animi non [u] esse supplicem victori: vide ne [x] superbi sit, aspernari eiusdem liberalitatẽ: [y] &, si sapientis est carere patria, duri [z] non desiderare: &, si rep. nõ possis frui, stultũ [a] est nolle priuata. Caput illud est, vt, si ista vita tibi cõmodior esse videatur, cogitandũ tamen sit, ne tutior non sit. magna gladiatorum est licẽtia: sed in externis locis minor etiã ad facinus verecundia. Mihi salus tua, tantæ curæ est, vt Marcello fratri tuo aut par, aut certè proximus sim. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis. Vale.

¶ ARG. *Hortatur vt reditum maturet.*

M. T. C. M. MARCELLO S. D. 10

ETSI [a] nihil noui, quod ad te scriberem, habebam: magísque litteras tuas iam exspectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen, cùm Theophilus [b] proficisceretur, non potui nihil ei litterarum dare. Cura igitur, vt quàm primùm venias. venies enim, mihi crede, exspectatus, neque solùm nobis, id est, tuis, sed prorsus omnibus. Venit enim mihi in mentẽ, subuereri interdũ, ne te delectet tarda decessio. [c] Quòd si nullum haberes sensum, nisi oculorum, prorsus [d] tibi ignoscerem, si quosdã nolles videre: sed, cùm leuiora non multò essent, quæ audirentur, quàm quæ viderentur: suspicarer autem, multùm interesse rei familiaris tuæ, te quàm primùm venire, idque [e] inf omneis parteis valere: putaui, ea de re te esse admonendum. Sed, quoniam quod mihi placeret, õstẽdi: reliqua tu pro tua prudentia cõsiderabis. Me tamen velim, quod ad tempus te exspectemus, certiorem facias. Vale.

¶ ARG. *Se Romam rediturum scribit.*

M. MARCELLVS M. CICERONI S. D. 11

PLVRIMVM valuisse apud me tuam semper auctoritatem, cùm in omni re, tum in hoc maximè negotio, potes existimare. Cùm mihi C. Marcellus, frater amantissimus mei, non solùm consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret: non priùs mihi persuadere potuit, quàm tuis est effectum litteris, vt vterer vestro potissimùm consilio. Res quemadmodũ sit acta, vestræ litteræ mihi declarant. Gratulatio tua, etsi est mihi probatissima, quod [g] ab optimo fit [h] animo: tamen hoc mihi [i] multò iucundius est, & gratius, quod in summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui verè meæ saluti fauerent, te [k] cupidissimum mei, singularémque mihi beniuolentiam præstitisse cognoui. Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego, quoniam hæc erant tẽpora, facilè, & æquo animo carebam: hoc verò eiusmodi esse statuo, vt sine talium virorũ & amicorum beniuolentia, neque in aduersa, neque in secunda fortuna quisquam viuere possit. Itaque hoc [m] ego mihi gratulor. Tu verò vt intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re [n] tibi præstabo. Vale.

¶ ARG. *De interfecto Marcello, eiúsque funere.*

SER. O SVLPICIVS M. CICERONI S. D. 12

ETSI scio, non iucundissimũ nuntium me vobis allaturum: tamen, cùm CASVS ET [q] NATVRA [r] in nobis dominatur, [s] vtile est faciendũ, [t] quoquo modo res se haberet, vos [u] certiores vt facerem. Ad [x] x. Kal. Iũ. cùm ab Epidauro Piræum naui aduectus essem, ibi Marcellum, collegã nostrũ, conuẽni, eúmque diẽ ibi consumsi, vt cum eo essem. Postero die cùm ab eo digressus [y] essem eo consilio, vt ab Athenis in Bœotiã irem, reliquámque iurisdictionem absolueret: ille, vti aiebat, su-

a q.v.c. diebus antè.
b L. Iisdem igitur de rebus.
P. LIIII. c o.v.c. idẽ illud, &c. & ita L.
d oculi enim augent, dolorem. 6. epist. 1. *
e vide 12. ad Atticum 50. *
f al. est sapientis hab.
g fortasse legendum & incerpũgendũ est: quid vitij res, Dicere fortasse & cet. vt sentẽtiam cuiusdam veteris authoris laudare hîc videatur Cicero, cuius hæc verba fuerint. Dicere fortasse quæ sentias non licet, tacere planè licet.
h al. ne suo quidem sed suorum. *
i al. esset periculum, cerrorum hominũ. vide hîc Victorium. *
k q.v.c. eũ cẽsemus magis communem in vict.
P. B.
l al. comẽ.
m al. quàm in ceteris rebus fuisset: al. quàm in rebus dubiis fuisset. *
n sic lib. 9. epist. 6. extremum malorum omniũ, ciuilis belli, victoria. *
o q.v.c. etsi
p vide 12. epist. 18. *
q q.v.c. & inuito.
r o.v.c. tuas res pon. & ita L.
s Idem supra epistola superiore. *
t al. magnanimi
v L. non isse suppl.
x q.v.c. ne sit superbi,
y colligi ex hoc loco potest, de reditu Marcelli iam impetrato. *
z quasi diceret, Durus est qui patriam non desiderat. *
a al. stulti est. Nam antea dixit, superbi sapientis, duri. *

nihil erat quod te scriberem, magísque litteras tuas iam exspectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen, &c. & ita L.
b Marcelli de quo epist. 8. c al. discessio. Sic liquet verbo Ciceronis innuere videtur, tardum Marcelli ad Cæsarem & vrbem adfectum. *
d al. tibi prorsus.
e q.v.c. atque in omnis parte.
f In omnes partes valet, quod ad omnia valet. *
g L. quid optimo fit animo, &c. *
h facere gratulationem eadem ratione dixit. Cicero 2. epist. 6.
i al. multo mihi
k L. te cupidissimum mei fuisse.
P. B.
singul. l ferũ vtar re quidquam possit. *
m al. in hoc.
n q.v.c. non habuerit.
o In eadem epist. 6. legi refert Gruterus Ciceronis ad Marcellum epistolam quam Cicero plurimum probauerit.
p al. me ti
q al. & fortasse
r al. fortunæ, & male: hæc enim duo, talia & natura opponi solent, ut ea res exemplo ostendit. Hæc autem videntur ad Herculanum fundum pertinere, quem Marcellus habuit, ut ex Cicerone constat. *
s forte deest nauita
t hanc particulam quidam ut fusiorem enim eliminant. Vulgati codices habent, ut ab Athenis in Bœotiã irem, &c. Vulgo
u vos certiores vt facerem. * v libri vulg.
x L. A. d. v. kalendas Iun.
y L degressus.

præsto

premo [a] Maio Italiâ [b] versus nauigaturus erat. Postridie eius diei, cùm ab Athenis proficiscì in animo haberem, circiter horam decimam noctis p. [c] Postumius, familiaris eius, ad me venit, & mihi nuntiauit, M. Marcellum, collegâ nostrũ, post cœnæ tẽpus, à P. [d] Magio Chilone, familiari [e] eius, pugione percussum esse, & duo vulnera accepisse: vnum in stomacho: alterum in capite, secũdùm aurem: sperare tamen eum viuere posse. Magiũ seipsum interfecisse: posteà se à Marcello ad me missum esse, qui [f] hæc nuntiaret, & rogaret, vt [g] cogerem medicos. Coegi, & è vestigio eò sum profectus prima luce. Cùm [h] non longè à Piræeo abessem, puer Acidini obuiàm mihi venit cũ codicillis: in quibus erat scriptum, paullò ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus: & cui inimici propter dignitatem pepercerant: inuentus est amicus, qui ei mortem afferret? Ego tamen ad tabernaculum eius perrexi. inueni duos libertos, & pauculos seruos. reliquos aiebant profugisse, metu [k] perterritos, quòd dominus eorum ante tabernaculũ interfectus esset. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, messque lecticariis [l] in vrbem eum referre: ibíque pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curaui. Ab Athenienſibus, locum sepulturæ intra [m] vrbem vt darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent: neque [n] tamen id antea cuiquam concesserant. Quod proximum fuit, vt [o] in quo [p] vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Nos in nobilissimo [q] orbis terrarum gymnasio Academiæ [r], locum delegimus: ibíque eum combussimus: posteáque [s] curauimus, vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quæ nostra officia fuerunt, pro collegio, & proPinqui tate, & viuo & mortuo omnia ei præstitimus. Vale. Datæ [t] prid. [u] Ka. Iun. Ath.

¶ ARG. P. Nigidio finem polliceturexsilij ducta coniectura è Cæsaris animo.

M. T. C. S. D. P. NIGIDIO FIGVLO. 13

QVAERENTI mihi iamdiu, quid ad te potissimùm scriberem: non modò certa res nulla, [x] sed ne genus quidem litterarum vsitatum veniebat in mentem. Vnã enim partẽ, & consuetudinem earum [y] epistolarum, quibus, secundis rebus, vti solebamus, tempus eripuerat: perfecerátque fortuna, ne [z] quid tale scribere posſem, aut omnino [a] cogitare. Relinquebatur triste quoddam, & miserũ, & his tẽporibus cõsentaneum genus litterarum. id quoque deficiebat me: in quo debe bat esse aut præsidium auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui. Quod pollicerer, non erat. ipse enim pari fortuna, abiectus, [b] aliorũ opibus casus meos sustentabam, fæpiúsque mihi veniebat in mentem queri, quòd ita viuerem, quàm gaudere, quòd viuerem. Quamquam enim nulla [c] insignis iniuria: meipsum priuatim pepulit: nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit optare, quod nõ vltrò mihi Cæsar detulerit: tamen nihilominus [a] eis conficior curis, vt [b] hoc ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimẽ: careo enim cùm familiarissimis multis, quos aut mors [c] eripuit nobis, aut distraxit [d] fuga: [e] tum omnibus amicis: quorum beneuolentiã [f] nobis conciliarat per me quondam, te socio, defensa resp. versórque in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus: nec audio solùm, quod ipsum esset miserum, sed etiam idipsum [g] video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium exstinximus: &, in qua vrbe, modò gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nũc iis quidem omnibus caremus. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem: sed ea plus non potest, quàm vis, & mutatio omnium rerum, atque temporũ. Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus & natura me, & voluntas, & consuetudo assuefecerat: cùm ceteris, vt quidẽ videor, tum [h] ipsi mihi displiceo. Natus enim ad agendum semper aliquid dignũ viro, nũc nõ modò agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem: &, qui anteà aut obscuris hominibus, aut etiam sontibus opitulari poteram, nunc P. [i] Nigidio, vni omnium doctissimo, & sanctissimo, & maxima quòdam gratia, & mihi certè amicissimo, ne benignè quidem polliceri possum. Ergo hoc ereptum est litterarum genus. Reliquum est, vt consoler, & afferam rationes, quibus te à molestiis coner abducere. At ea quidem facultas vel tui, vel alterius consolandi, in te summa est, si vm quam in vllo fuit. Itaque eam partem, quæ ab exquisita quadam ratione, & doctrina proficiscitur, non attingam, tibi totam relinquam. Quid sit fortu, [k] & sapienti homine dignum: quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus à pueritia floruisti, à te flagitẽt, tu videbis. Ego, quod intelligere, & sentire, quia sum Rom ç, & quia curo, attendóque, possum: id tibi affirmo, te in istis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum: in iis autem, in quibus etiam nos sumus, fortasse semper [l] fore. Videor mihi perspicere primùm ipsius animum, qui plurimùm potest, propẽsum ad salutem tuam. Non scribo hoc temere, quò minùs familiaris sum, hoc sum ad inuestigandum curiosior. Quò faciliùs, quibus est iratior, respondere tristiùs [m] possit: hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum. Familiares verò eius, & ij quidem, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te & loquũtur, & sentiũr. Accedit eôdem vulgi voluntas, vel potiùs cõsensus omnium. etiam illa, quę minimùm nũc quidem potest, sed possit nece sse est, resp. quoscumque [n] viros habebit, ab iis ipsis, quibus tenetur, de te propediem (mihi crede) impetrabit. Redeo igitur ad id, vt iam tibi etiam pollicear aliquid, quod [o] primò omiseram. Nam & amplectar [p] eius familiarissimos, qui me admodum diligũt, multúmque mecum sunt: & in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo: [q] & certè omneis vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, peruenire [r] posse. In hoc toto genere plura faciam, quàm scribere audeo. Cętera, quæ tibi à multis promta esse certò scio, à me sunt paratissima. nihil in re familiari mea est, quod ego malim [s] meũ esse, quàm tuum. Hac de re, q-

a *L. supra Maleas. al. P. LVI. Μαλέαν, al. Μαλέαν, al. sub Kalẽ. Iunias, al. Maias. Est autẽ hîc Μάϊος nauigatio conficior. ex p. rasoi Italiã conficiorinquam, sed perniciosior. Huius nauigationis me misit Plinius epistola ad Traianũ Plutar. in Arato. Plinius 6. ep. 31.* b *al. lib. Italiam, sic Hirtius, de bello ciuili. Ad Brundusium.* c *v. c. non habent P. v. ep. 12. ad Attic. 10.* e *v. c. familiare. al. q hoc n. g. vti medicos cogerem. Coegi. v. c. al. vti medicos. Coegi & è vestigio. v. c. qui nõ p. B. habent. vero. Cogere, & fore. Cõ Piræeo nõ longè ab. v. c. offert. Gellius. Tullius. Sallustius. Ciceronis. Tullius. Sallustius. Ciceronis. qui lectum. Ciceronis. in Solonis legibus. de testium. ad eam. ne. quis intra vr. rem sepeliri. Quod. Cicero in Ll. tabulis. Cicero. in Philippicis. de testibus.* n *al. nec tẽ. v. c. vti.* o *v. c. vti in quo.* p *Gymnasia Athenis. hæc fuere. Ἀλκυονίδες, Ὑακίνθος, Κυνόσαργες, Λύκειον, Ἀκαδήμεια.* q *Academia, quam nobilissimum orbis terrarum gymnasium hîc vocat. Cicero. Athenis in quo docuit Plato. teste Laertio.* r *forte Academiæ. Athenis in quo docuit Plato. teste Laertio.* s *al. villa.* t *hoc totum, Datæ pridie, abest à q. v. c. al. Iun.* u *postea quoque v. al. kal. Iun.* x *al. villa.* y *Epistolarum genus nec olim intelligi. vide 2. epist. 4. ad finem.* z *q. v. c. nequid tibi tale scr.* a *q. v. c. animo deficiebat.* b *al. afflictæ.* c *L. perculit.*

a *antiquæ & corruptæ inscriptiæ, nihil leis unde nõ nulli legerũt, Achilleis.* b *v. c. vti ipsum, quod m.* c *perierant enim Pompeius, Lentulus, Caro &c. alij d al. detra- P. LVII, xit.* e *fugerant enim, post Africanum bellum in Hispaniam, ad Pompeij liberos multi.* f *v. c. beneuolentiam.* g *sed etiam video. Ita legit Vrsinus.* h *v. c. tum mihi ipse displ.*

i *P. Nigidij meminit Plutarchus in Cicerone & in libello εἰ πρεσβυτέρου πολιτευτέον.*

k *forte sorti, ac sapienti viro dignum.*

l *al. non semper.*

m *hoc est seuerius sic vita tristior apud Cicero r ẽ r. off. de de Nor ium cap. 4. in triste 455.*

n *L. quascũque viros habeas.*

o *q. v. c. primò quod o- miss al. quod prius om.*

p *q. v. c. cõplectar.*

q *al. insinuabor:*

r *L. peruenire p.*

s *o. v. c. meũ malim esse.*

q-

& de hoc genere toto, hoc scribo parciùs, quòd te, id quod ipse confido, sperare malo esse vsurum tuis. Extremum illud est, vt te horter, [a] & obsecrem, animo vt maximo sis: nec ea solùm memineris, quæ ab aliis magnis viris accepisti: sed illa etiam, quæ ipse ingenio, studióque peperisti. [b] quæ si colliges: & sperabis omnia optimè, &, quæ accident, qualiacumque erunt, sapienter feres. Sed hæc tu meliùs, vel optimè omnium. Ego, quæ pertinere ad te intelligam, studiosissimè omnia, diligentissiméque curabo: tuorúmque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. Vale.

a *al.* orem. Hæc lectio Ciceroni familiaris. *
b *al.* reperisti.

¶ AD G. Duabus Epistolis Plancij respondet. Negat se pristinam dignitatem retinere apud Cæsarem. De nuptiis cum Publilia contractis, Terentia dimissa rescribit. Exsulantem consolatur: operam pollicetur: litteras ab eo petit.

M. T. C. S. D. C N. PLANCIO. 14

BINAS à te accepi litteras, Coreyræ datas: quarum alteris mihi gratulabare, quòd audisses, me meam pristinam dignitatem obtinere: [c] alteris dicebas te velle, quæ [d] egissem bene, [e] ac feliciter euenire. Ego autem, si dignitas [f] est, bene de rep. sentire, & bonis viris probare quod sentias: obtineo dignitatē meā. sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere, si possis, aut denique libera oratione defendere: ne vestigium quidem vllum [g] est reliquum nobis dignitatis: agitúrque præclarè, si nosmetipsos regere possimus, h vt ea, quę partim iam adsunt: partim impendent, moderatè feramus: quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte cędem ostentat i, ex altera seruitutem. Quo in periculo nonnihil me consolatur, cùm recordor, hæc [k] me tum vidisse, cùm secundas etiā res nostras, non modò aduersas pertimescebam: videbámque, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis. Quibus, si ij [l] vicissent, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram: intelligebam [m] tamen, & iratorum hominum, & cupidorū, & insolentium, quàm [n] crudelis esset futura victoria, sin autem victi essent, quantus interitus esset futurus ciuium, partim amplissimorum, partim etiam optimorum, qui me hæc prędicentem[a], atque optimè consulentem saluti suæ, malebant nimiùm timidum, quàm satis prudentem existimari. ¶ Quòd autem mihi de eo, quod egerim, gratularis: te ita velle certò scio: sed[c] ego tam misero tempore nihil noui consilij cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quàm remp. offendissem. Quibus enim, pro meis immortalibus beneficiis, carissima mea salus [d], & meæ [e] fortunæ esse debebant: cùm propter eorū scelus nihil mihi intra meos parietes tutū, nihil insidiis vacuum viderem, nouarum me necessitudinum fidelitate contra veterum [f] perfidiam, munirendum putaui. ¶ Sed de nostris rebus satis, vel etiam nimiùm multa. De tuis velim, vt eo sis animo, quo debes esse. id est, vt ne quid tibi præcipuè timendum putes. Si enim status erit aliquis ciuitatis: quicumque erit te omniū periculorum video expertem fore. Nam alteros tibi iam placatos esse intelligo: alteros nūquam iratos fuisse. ¶ De mea autem in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscunque rebus opus esse intelligam: quanquam videā, qui sim hoc tempore, & quid possim, opera tamen & consilio, studio quidem certè, rei, famæ, saluti tuæ præstò futurum. ¶ Tu velim & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quàm diligentissimè certiorem. Vale.

c apud Cæsarem scilicet. *
d ideſt quòd ſexagenarius Terentia dimiſſa, Publiliam virgi- P. LVIII. nem duxerim. Terentiam autem dimisit quia rem domesticam eo absente, negligenter administrauerat, teste Plutarch. Cæterū Publiliæ seu Popiliæ meminit Quintil. 6. c. 3. *
e *q. v. c.* bene, & felic.
f Dignitatē pristinam retinere qui dicantur. *
g *q. v. c.* est vllum rel.
h *q. v. c.* possumus, i *al.* intētat. *
k *al.* hoc me tum.
l *al.* si vicissent ij, ad q. m *v. c.* tamen intelligebam, & ir.
n vide 3. Epistol. 9. & 9. epistol. 6.

¶ AD G. Hortatur vt communem fortunam fortiter ferat.

M. T. C. S. D. C N. PLANCIO. 15

ACCEPI perbreueis [g] tuas litteras, quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui: cognoui autē id quod mihi dubium nō fuit. nā quàm fortiter ferres communeis miserias, non intellexi: quàm me amares, facilè perspexi: sed hoc sciebam. illud si scissem, ad id meas litteras accommodassem. Sed tamē [k] etsi anteà scripsi, quæ [l] existimaui te scire oportere: tamē hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne [m] quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in [n] communi sumus. Quare non debes aut propriam fortunam, & præcipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me præstare possum. Vale.

scribi oportere. m Z. ne quo in periculo, &c. n Communis magis minus leuiùs quàm propria.

a *al.* prædentem,
b *q. v. c.* cognoscere.
c *q. v. c.* quòd ego tibi
P. E. d Quæ certe eiusque filiā notat. Ni- nim apud Cæsarem dicebant se autore Cicerone, adulteras illum armis cepisse. vide 11. ad Atticum 3. 8. & sequent. e Terentiam vxorem Ciceronis, quam dicat, quam ideo dimiſit quod rem familiarem ipso absente male tractaret, atque alienā plurimum contrahisset, quod vt diſſoluere, vt ginem Publiliam, adulescentulam diuitē in tutelam sibi traditam duxit. vide Plutarchū. e. f hoc est vxoris Terentiæ, Quintiæ fratris, qui- que filij. g *al.* breueis. h Le quibus id, i *q. v. c.* commodassem. P. VIX. K. uisse. k *al.* tamen. esti vi. 3. ad Atticum 17. & de Petit. Consulat. & 3. de Oratore. * l Eque existimaui tibi
M. TVL.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES LIBER QVINTVS, AD Q. METELLVM, ET ALIOS.

¶ ARG. *Conqueritur Metellus Celer fratrem Metellum Nepotem à Cicerone oppugnatum.*

Q. METELLVS, Q. F. CELER [a], PROCOS. S. D. M. T. CICERONI. 1

SI VALES, bene est. Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro recõciliata gratia, neque [b] me absentem ludibrio læsum iri, nec Metellum fratrem ob dictum [c], capite, ac fortunis per te oppugnatum iri. quẽ si parum pudor ipsius defendebat: debebat [d] vel familiæ [e] nostræ dignitas, vel meum studiũ erga vos, rémque publicã, satis subleuare. Núc vídeo illum circumuentum: me desertum, à quibus minimè conueniebat. Itaque in Jucũ f, & squalore sum, qui prouinciæ [g], qui exercitui præsum, qui bellum gero. quæ quoniam nec ratione, nec maiorum nostrorum clementia administrastis [h], non erit mirandum, si vos pœnitebit. Te tam [i] mobili in me, meósque esse animo non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria à rep. abducet. Vale.

¶ ARG. *Respondet epistolæ superiori Metelli.*

M. T. M. F. C. Q. METELLO Q. F. CELERI, PROCONSVLI [k], S. D. 2

SI TY, exercitúsque valetis, bene est. Scribis ad me, te existimasse, pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nunquam te à me ludibrio læsum iri. Quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum: sed tamen suspicor, ad te esse allatum, me, in senatu, cùm disputarem, permultos esse, qui remp. à me conseruatam dolerent, dixisse: à te propinquos tuos, quibus negare non potuisses, impetrasse, vt ea, quæ statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres. Quod cùm dicerem, illud adiunxi: mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in reip. salute retinẽda, vt ego vrbem à domesticis insidiis, & ab intestino scelere: tu Italiã & ab armatis hostibus, & ab occulta cõiuratione defenderes: atq; hãc nostrã tanti, & tam præclari muneris societatẽ, à tuis propinquis labefactatam: qui, cùm tu à me retus esses, timuissent, nequa mihi pars abs te vo luntatis mutuę tribueretur. Hoc in sermone, cũ à me exponeretur, quę mea exspectatio fuisset orationis tuæ, quantóq; in mœrore [m] versatus esset: visa est oratio nõ iniucũda: & mediocris quidem [n] est risus cõsecutus, non in te, sed magis in mœrorem [o] meum, & quòd me abpte cupisse laudari, apertè, atque ingenuè confitebar. Iam hoc non potest in te non honorificè esse dictũ, me in clarissimis meis, atque amplissimis rebus, tamen aliquod testimonium tuæ vocis habere voluisse. Quòd autem ita scribis, *pro mutuo inter nos animo:* quid tu existimes esse in q amicitia mutuum, nescio. equidem hoc arbitror, cùm par voluntas accipitur, & redditur. Ego, si hoc dicã, me tua causa prætermisisse prouinciam: tibi ipse leuior videar esse. meę enim rationes ita tuleruntatque eius mei consilij maiorem in dies singulos fructum voluptatémque capio. Illud dico, me, vt primùm in concione prouinciam deposuerim [a], statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Nihil dico de sortitione vestra: tãtùm te suspicari volo [c], nihil in ea re per collegam meũ [d], me insciente, esse factum. Recordare cetera: quàm citò senatũ illo die, facta sortitione [e], coegerim: quàm multa de te verba fecerim, cùm tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solùm in te honorificam, sed etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse. Iã illud S.C. quod eo die factum est, ea [f] perscriptione est, vt, dum id exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Posteà verò, quàm profectus es, velim recordere, quæ ego de te in senatu egerim: quæ in cõcionibus dixerim, quas ad te litteras miserim. Quæ cùm omnia collegeris: tuũ ipse velim iudices, satísne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, cùm proximè Romã venisti, mutuò respõdisse. Quod scribis *de recõciliata nostra gratia:* non intelligo, cur recõciliatam esse dicas, quę numquã immutata [k] est. Quòd scribis, *non oportuisse Metellum fratrẽ tuũ ob dictũ à me oppugnari:* primũ, hoc [l] velim existimes, animũ mihi istũ tuũ vehementer probari: & fraternã plenam humanitatis ac pietatis volũtatẽ: deinde, si qua ego in re fratri tuo, reip. causa, restiterim, peto, vt mihi ignoscas. tã enim sum amicus reip. quàm qui maximè. Si verò meam salutem contra illius impetum in me crudelissimum defenderim: satis habeas, nihil me etiamnum [m] tecum de tui fratris iniuria conqueri. Quem ego cùm comperissem omnem sui tribunatus conatum in meã perniciem parare, atque meditari: egi cum Claudia [n], vxore tua, & cum vestra sorore Mucia, o cuius erga me studium pro Cn. Põpeij necessitudine, multis in rebus perspexeram: vt eum ab illa iniuria detraherent [p]. Atque q Ille, quod te audisse credo [r], pridie Kal. Ianua. qua iniuria nemo vnquã in [s] aliquo magistratu im probissimus cuius affectus est, ea me cõsulẽ affecit, cùm rẽp. conseruassem: atque abeuntẽ [u] magistratu concionis habendæ potestate priuauit: cuius iniuria mihi tamen honori summo fuit. Nam cùm ille mihi nihil, nisi vt iurarem [x], permitteret: magna voce iuraui verissimum, pulcherrimúmque iusiurandum: quod

dum liquet, nisi fortè quis hic legat, in imo *magistratu.*

[a] sic Cicero 2. Philip. Imitare me qui instructã ornatámque à senatu prouinciã (hoc est Galliam) Cisalpinam depoſui: vt incendiũ patriæ, omissa omni cogitatione exstinguerem. & 2. ad Atticũ. Dixit se, cùm prouinciam in concione deposuit, orationem habuisse.

[b] *al.* nostra

[c] *al.* nolo, aliquid in ea re & cet.

[d] id est, Antonium.

[e] sortiebantur prouincias inter se: vel pactione capiebant. epitto. 9.

[f] v. c. ea prę scriptione est, || v. de quæ scripsi ad hũc locũ. 8. Ep. 8.

[g] *fortè* tum ipse velim iud.

[h] *al.* gratia nostra

[i] Reconciliatum quis dicatur.

[k] *L.* imminuta'st.

[l] v. c. velim hoc exist. *& ita L.*

[m] q. v. c. ctiã tecum de tui fr. *& ita L.*

[n] *al.* Clodia, || Claudia hęc P. Clodij soror quam in pro Cœlio oratione Cicero vexat vt impud. cã, & à fratre stupratam.

[o] *al.* Mutia, quæ & vxor Pompeij: dixi 1 ad Atticum 9.

[p] *L.* deterrent.

[q] *al.* Atille

[r] *al.* certò scio.

[s] i. vltimo Consulatus de.

[t] *L.* in mimo m. ſſet. in annuo *Antea in quibusdam legebatur in animo corrupte Victorius inami. quod quid sit non mos erat vt*

[u] Iurabant autem id consules, post commemoratas res in Consulatu gestas. Omnia se cõsilia atque facta ad Reipub. commoda, dignitatémque retulisse: addc Ciceronem pro domo, & in Pisonem. Dion. 37. Plutarch. in Cicerone.

populus idem [a] magna voce me verè iurasse, iurauit. Hac accepta tam insigni iniuria [b], tamé illo ipso die misi ad Metellum communeis amicos, qui agerent cum eo, vt [c] ab illa mente desisteret. quibus ille respõdit, sibi non esse integrum. etenim paullo antè in concione dixerat, ei, qui in alios [e] animaduertisset in dicta [f] causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Hominem grauem [g], & ciuem egregiũ: qui, qua pœna senatus, consensu bonorũ omnium, eos affecerat, qui vrbem incendere, magistratus, ac senatum trucidare, bellum maximum conflare voluissent, eádem dignum iudicaret eum, qui curiam cæde, vrbem incendiis, Italiã bello liberasset. Itaque ego Metello, fratri tuo, præsenti restiti [h]. Nam in senatu kal. Ian. sic cum eo de rep. disputaui, vt sentiret, sibi cùm viro forti, & constanti esse pugnãdum. Ad [i] tertium Non. Ianuar. cùm agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur: neque illi quidquam deliberatius fuit, quàm me, quacũque ratione posset, non iudicio, neque [k] disceptatione, sed vi, atque impressione [l] euertere. Huius ego temeritati si virtute, atque animo non restitissem: quis esset, qui [m] me in consulatu non casu potius existimaret, quàm consilio fortem fuisse? Hæc si Metellum cogitare de me nescisti, debes existimare, te maximis de rebus à fratre esse celatum: sin autem aliquid impertiuit tibi sui consilij: lenis à te, & facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. Et, si intelligis, non me dicto Metelli, vt scribis, sed consilio eius, animóque in me inimicissimo esse commotum: cognosce nunc humanitatem meam: si humanitas [n] appellanda [o] est in acerbissima iniuria remissio animi, ac dissolutio. Nulla [p] est à me vmquam sententia dicta in fratrem tuum, quotiescumque aliquid est actum, sedens iis assensi, qui mihi lenissimè sentire visi sunt. Addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non molestè tuli: atque etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiuui, vt S. C. meus inimicus, quia tuus [q] frater erat, subleuaretur [r]. Quare non ego *oppugnaui* fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui: nec in te, vt scribis, *animo fui mobili*: sed ita stabili, vt in mea erga te voluntate, etiam destitus ab officiis tuis, permanerem. Atque, hoc ipso tempore tibi pænè minitanti [t] nobis per litteras, hoc rescribo, atque respondeo: Ego dolori tuo non solùm ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. meus enim me sensus, quanta vis fraterni sit amoris, admonet. A te peto, vt tu quoque æquum te iudicem dolori meo præbeas: si acerbè, si crudeliter, si sine causa sum à tuis oppugnatus, vt statuas, mihi non modò non cedendum, sed etiam tuo, atque [u] exercitus tui auxilio in eiusmodi causa, vtendum fuisse. Ego te mihi semper amicum esse volui: me vt tibi amicissimum [x] esse intelligeres, laboraui. maneo in voluntate, &, quoad voles tu, permanebo: citiúsque amore tui fratrem tuum odisse desinam, quàm illius odio quidquam de nostra beneuolentia [y] detrahatur [z]. Vale.

¶ ARG. Molestè se ferre ait à suis & à Ciceronе concionibus ouerari. De suis rebus se scripsisse ait. Amoris conseruationem petit.

Q. METELLVS NEP. [2] S. D. M. T. C. 3

HOminis importunissimi [b] contumelię [c], quibus crebris cõcionibus me onerat, tuis erga me officiis leniũtur: &, vt sunt leues eiusmodi homines [d], à me despiciuntur: libentérque, commutata persona, te mihi fratris loco esse duco. De illo ne meminisse quidem volo: tametsi bis eum inuitum seruaui. ¶ De me, meisque rebus, ne vobis multitudine litterarum molestior essem, ad [f] Lollium perscripsi: de rationibus etiam prouinciæ [g] quid vellem fieri, vt is vos doceret, & commonefaceret. Si poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserues. Vale.

¶ ARG. Exul auxilium implorat Metelli Consulis.

M. C. S. D. Q. METELLO NEPOTI COS. 4

LITTERAE Q. fratris, & T. Pomponij, necessarij mei, tantum mihi spei dederant vt in te non minus auxilij, quàm in tuo collega [h] mihi constitutũ fuerit. Itaque [i] ad te litteras statim misi: per quas, vt fortuna postulabat, & gratias tibi egi, & de reliquo tempore auxilium petij. Posteà mihi non tam meorum litteræ, quàm sermones eorum, qui hâc iter faciebant, animum tuum immutatum significabant. quæ res fecit, vt tibi litteris obstrepere non auderẽ. Nunc mihi Quinctus frater meus mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit: qua [k] inductus, ad te scribere sum [l] coactus: & abs te, quantum tua fert voluntas, peto, quæsóq, vt [m] tu me conserues potiùs, quàm propter arrogantem [n] crudelitatem tuorũ me oppugnes. Tu tuas inimicitias [o] vt reipublicæ donares [p], te vicisti: alienas vt contra remp. confirmes, adduceris? Quòd si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate, tibi confirmo. Sin mihi neque magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari, propter eam vim, quæ me cũ rep. vicit, licuerit: vide, ne, cùm velis reuocare tempus omnium conseruandorũ q, cùm, qui seruetur, nõ erit, nõ possis. Vale.

¶ ARG. Ingratitudinem aspergit Antonio; operam pollicetur. Atticum commendat.

M. C. S. D. C. ANTONIO, [r] M. P. IMPERATORI [s]. 5

ETsi statueram nullas ad te litteras mittere, nisi commendatitias, non [t] quòd eas [u] intelligerem satis apud te valere: sed ne iis, qui me rogarent, aliquid de nostra coniunctione imminutum esse ostenderem: tamen, cùm T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum, & officiorum maximè conscius, tui cupidus, nostri amantissimus, ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putaui: præsertim cùm aliter ipsi Pomponio satisfacere [u] non possem. Ego si abs te summa officia desiderem, mirum nemini videri debet [x] omnia enim à me in te profecta sunt, quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Pro iis rebus nullam mihi abs [y] te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Contrà etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis audiui. nam compe-

[a] *l.* Item [b] Metellus trib. pl. permiserat Cicerõnẽ illud iuramentũ, de quo paulò antè dixi, præstare: at non res in cõsulatu gestas commemorare.* [c] *v.c.* vt de illa mente. [d] *v.c.* dixerat in concione, [e] Lentulũ, Cethegum, Statilium, P. LXI. Sabinũ, Ceparium Catilinæ coniurationis socios.* [f] atque ita contra morẽ maiorũ* [g] εὐεργεσίαν* [h] etiam scripto. 7. Gel. lib.* [i] L. A. d. III. Nonas Ianua. [k] *v.c.* nec d[l] cept. [l] *al.* oppressione [m] *q.v.c.* qui in consulatu me non casũ n Humanitatem pro eruditione sumi à veteribus putat Gellius 13. c. 15. vt sit πρὸς εἰρήνην nõ φιλανθρωπίαν.* [o] *v.c.* appellanda'st. [p] *v.c.* Nulla'st à me. [q] *q.v.c.* frater tuus est, [r] alterum senatusconsultum inuit: quo P. B. Metello & Cæsari senatus ignouit, ad eo priore decreto. vide Sueton.* [s] Mobilis opponit stabili, qua de re vide hic Victorium.* [t] respondet ad illa verba superioris epistolæ, non mirandum si vos pœnitebit.* [u] *q.v.c.* tuique exercitus aux. [x] *q.v.c.* amicissimũ esse. [y] *v.c.* benivolentia d. [z] *q.v.c.* detrahatur.

[2] *al.* Celso [b] id est P. Clodij fratris consobrini huius Metelli. Alij Metellum Nepotem potentem, præterea, & infestissimũ huius epistolæ Metellum Celerem. Illo Celeri buunt. quod ita esse videri potest ex epistola 2.* [c] in Ciceronem scripsit.* [d] *al.* hominis *al.* abiecti modi hominẽ.* [e] *v.c.* De P. LXIII. meis rebus & ita *f.* [f] *al.* Lentulum [g] Hispaniæ cui præfuit hic Metellus Nepos. Appianus. Plutarchus Cæsar. D. 630. [h] P. Lentulo consule Cicero reditũ restituit enixe curante.* [i] *q.v.c.* Itaque litteras statim [k] *al.* quæ vt ad te scriberem, sum inductus.* [l] *L.* sum coactus. [m] *al.* vt me tu conserues. [n] *al.* vt mecum. [o] *al.* vt reipublicæ potius quàm gratificaretur. & crud. [p] *al.* adhæreas. C. Curionẽ. vide Politianum in Coniuras.* [q] *al.* secundo [r] *al.* vt M. Antonium, patris filio, patrio M. Antonio collegæ Ciceronis in consulatu. P. B. Iam pontifex Rempublicam opprimebat.* [s] hic Cæsare & Bibulo Coss. Postea damnatus quod in Thraciæ & Mysiæ partẽ proficisci nõ sustinuit Epistolæ 10. Dion. Obsecundans. [t] *v.c.* non quò. [u] Cupiebat Atticus Ciceronem Antonio parcere imò Antonium pro iure accusandum à Cicerone defendi. [x] *L.* debeat. [y] *v.c.* & *al.* a te.

comperisse [a] me, non audeo dicere,ne fortè id ipsum verbum ponam,quod [b] abs te aiunt falsò in me solere conferri [c]. Sed ea, quæ ad me delata sunt,malo te ex Pomponio,cui nō minùs molesta fuerunt,quàm ex meis litteris, cognoscere.Meus in te animus quàm singulari officio fuerit, & senatus,& populus R. testis est.Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes, quantum mihi debeas, ceteri existiment.ego quæ tua causa anteà feci, voluntate sum adductus, posteáque constantia. ¶Sed reliqua [d], mihi crede,multò maius meum [e] studium, maiorémque grauitatem,& laborē desiderant.Quę ego si non profundere [f], ac perdere videbor:omnibus meis viribus sustinebo. sin [g] ingrata esse sentiam: non committam, vt tibi ipse insanire videar. Ea quæ sint, & cuiusmodi, poteris ex Pomponio cognoscere. ¶Atque ipsum tibi Pomponium ita commendo,vt, quamquam ipsius causa confido te facturum esse omnia:tamen abs te hoc petā,vt,si quid résidet [h] in te amoris erga me,id omne in Pōponij negotio ostēdas.Hoc mihi gratius facere nihil potes.Vale.

a Coperisse & pro: fecisse Ciceronem coniurationem Catilinariam, Ciceroni obiicebatur.*
b Quod aiunt falsò à me solere proferri
c al. confiderari, prouehi, proferri.
d Certè desiderium Antonij de repetendis accusat. olivir adhuc icū 6.*
e v. c. studiū meum.
f profundere est citra detrimentum ac damnum. suæ erogare. l. 1. ff. de curat. furio.*
g v. c. si autē.
h v. c. in te resident. am. l. 1. ff. Hoc mihi grauius. P. LXIII.

¶ARG. *Operam in eo adhibitam ne Sextio succederetur quæstori Antony in Macedonia, exponit. De domo à se empta locu quibusdam adiunctu scribit. De ædibus Sexty. De Antonio à se defenso. Crebræ litteras exposcit.*

M. C. S. D. P. SEXTIO, L. F. IROQVAESTORI. [k] 6

CVM ad me Decius,librarius [l] tuus,venisset, egissēque mecum,vt operam darem,ne tibi hoc tempore succederetur [m]: quamquam illum hominem,frugi, & tibi amicum existimabam,tamen,quòd memoria tenebam, cuiusmodi ad me litteras anteà misisses, non satis credidi homini prudenti, tam valdè esse mutatam voluntatem tuam,sed postea,quàm & Cornelia tua Terētiam conūenit,& ego cū Q.Cornelio locutus sum : adhibui diligentiā, quotiescumque senatus fuit,vt adessem,pluriúmque in eo negotij habui,vt Q.Fusium [n], tribunum plebis,& ceteros,ad quos tu scripseras,cogerem mihi [o] potiùs credere,quàm tuis litteris.Omnino res tota in mensem Ianuariū reiecta erat,sed facilè obtinebatur. ¶Ego tua gratulatione commotus, quòd ad me pridem scripseras, velle te bene euenire, quòd de P Crassio domum emissem: emi eam ipsam domum millibus [q] nummūm xxxv, aliquantò post tuam gratulationem.Itaque nunc me scito tantum habere æris alieni, vt cupiam conIurare [r], si quis me recipiat. sed partim odio inducti,me excludunt,& apertè vindicē conIurationis oderunt:partim non credunt, & à me insidias metuunt :nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione fœneratores [s] exemerit.Homini [t] semissis magna copia est. ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus vt [u] bonum [x] nomen adeptus existimer. ¶Domum tuam, atque ædificationem omnē perspexi, & vehementer probaui. ¶Antonium,etsi eius in me officia omnes desiderāt. tamen in tenatu grauissimè, ac diligentissimè defendi, senatúmque vehementer oratione mea,atque auctoritate cōmoui.Tu ad me velim literas crebriùs mittas. Vale.

a L.S.T.E. Q.V.B.E.E V. Ex litt. ¶simile initiū epistol. 2. S.*
b Vicerat enim Mithridatem Pompeius.*
c M. Crassum & L. Iucullum.*
d hoc est, frigidè mihi gratulabantur de extincta coniuratione Catilinaria.*
e q.v.c. mutuò non respond.

f Cæsaris P. LXIIII, aut Crassi qui occulte coniuratis fauebant.*
g Orbē terræ hic pro senatu accipit.*
h L. facilè & in rep. & in amicitia, &c. & ita v.c.
i ditissimus fuit Romanorum.*
k Hic Publius Crassus seipsum, ne in manus inimicorum incideret, occidit : vide Orationem pro Sextio.*
l v. c. scripserint.

m Operare & sperare ita separantur alibi apud Ciceronem* n q.v.c. vt P. B. in florentissimis tuis rebus.
o Tertulla quæ à Cæsare stuprata: vide Suetonium.*

¶ARG. *Gratulatur Pompeio ob Mithridatē victum. Conqueritur, quod de coniuratione Catilina sibi frigidè gratulatus esset.*

M. T. M. F. CICERO, S. D. CN. POMPEIO CN. F. MAGNO IMPERATORI 7

SI tu [a], exercitúsque valetis,bene est. Ex litteris tuis,quas publicè misisti, cepi vnà cum omnibus incredibilem voluptatem [b]. tātam enim spem otij ostendisti,quantam ego semper omnibus,te vno fretus,pollicebar.Sed hoc scito,tuos veteres [c] hosteis,nouos amicos,vehementer litteris perculsos, atque ex magna spe deturbatos,iacēre. ¶Ad me autem litteras,quas misisti,quamquam exiguam [d] significationem tuæ erga me voluntatis habebant, tamen mihi scito iucūdas fuisse.nulla enim re tam lætari soleo, quàm meorū officiorū conscientia:quibus si quando nō [e] mutuò respōdetur : apud me plus officij residere facillimè patior.Illud non dubito,quin, si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, resp.nos inter nos conciliatura, coniunctúráque sit.Ac,ne ignores, quid ego in tuis litteris desideratim:scribam apertè, sicut & mea natura,& nostra amicitia postulat.Res eas gessi, quarum aliquam in tuis litteris,& nostræ necessitudinis,& reip.causa, gratulationē exspectaui : quam ego abs te prætermissam esse arbitror,quòd verebare,ne cuius [f] animum offēderes. sed scito,ea, quæ nos pro salute patrię gessimus,orbis [g] terrę iudicio, ac testimonio comprobari.Quæ,cùm veneris,tanto consilio, tantáque animi magnitudine à me gesta esse cognosces,vt tibi multò maiori,quàm Africanus fuit,me non multò minorem, quàm Lælius,facilè [h] tibi, & in rep.& in amicitia, adiunctum esse patiare. Vale.

¶ARG. *Officium suum Crasso pollicetur.*

M. T. C. M. LICINIO [i] P. [k] F. CRASSO, S. D. 8

QVANTVM meum studiū exstiterit dignitatis tuæ,vel tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito, quin ad te omnes tui.perscripserim [l].Nō enim fuit,aut mediocre,aut obscurum,aut eiusmodi,quod silentio posset prætériri.Nā & cū consulibus,& cum multis consularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea vlla in causa,susceptáque mihi perpetuam propugnationē pro omnibus ornamentis tuis : veteríque nostræ necessitudini iādiu debitum, sed multa varietate tēporum interruptum,officium cumulatè reddidi. Neque mehercule vnquam mihi tui, aut colendi,aut ornandi voluntas defuit : sed quædam pestes hominum,laude aliena dolētium,& te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquādo immutarunt tibi.Sed exstitit tempus optatum [m] mihi magis,quàm sperātū,vt [n], florentissimis tuis rebus, mea perspici posset, & memoria nostræ voluntatis,& amicitiæ fides. Sū enim consecutus,non modò vt domus tua tota,sed vt cuncta ciuitas me tibi amicissimum esse cognosceret. Itaque & præstantissima omnium fœminarū, vxor [o] tua,& eximia pietate,virtute,gratia, tui Crassi : meis consiliis, monitis,studiis, actionibúsque nituntur: & senatus populúsque R.intelligit, tibi absenti nihil esse tam promtum, aut tam paratum, quàm in omnibus rebus, quæ ad te pertineāt,

r locatur Cicero: & hoc loco Catilinæ vitam & coniuratio.r.ad Q. fratrem.
s publicanos in quos facta coniuratio.r.ad Q. fratrem.
t I. Omnino semissib. magna c. al. omnino semissibus. al. omn no semissibus vt de vsur s legas,semissis homo dicetur vt ep fiola io.iofra cod. u I. vt bonum nomen exist. & ita v.c.
x Bonum nomen appellabant,bonæ fidei & locupletem debitorem.*

operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam. Quæ sint acta, quæque agantur, domesticorum tibi litteris declarari puto. De me sic existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuitò ad tuã amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse: sed, vt primùm forum [a] attigerim, spectasse semper, vt tibi possem quàm maximè esse coniunctus. Quo quidem ex tempore, memoria teneo neque [b] meam tibi obseruantiam, neque mihi tuam summam beneuolentiam [c], ac liberalitatem defuisse. Si qua interciderunt, non tã re, quàm suspicione violenta [d]: ea cùm fuerint & falsa & inania, sint euulsa ex omni memoria, vitáque nostra. Is enim tu vir es, & eum me esse cupio, vt, quoniam in eadem reip. tempora incidimus, coniunctionem, amicitiámque nostram vtrique nostrûm laudi sperem fore. Quamobrem tu, quantum tuo iudicio tribuendum [e] nobis esse putes, statues ipse: &, vt spero, statues ex nostra dignitate. Ego verò tibi profiteor atque polliceor eximium, & singulare meum studium in omni genere officij, quod ad honestatem, & gloriam tuam spectet. in quo, etiamsi multi mecum contendent [f], tamen cùm reliquis omnibus, tum Crassis tuis [h] iudicibus, omneis facilè superabo: quos quidem ego ambos vnicè diligo: sed in Marco beniuolentia impari [h]. hoc magis sum Publio i deditus, quòd me, quamquam à pueritia sua semper, tamen hoc tempore maximè, sicut alterum parentem, & obseruat, & diligit. Has litteras velim existimes fœderis habituras esse vim, non epistolæ, méque ea, quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè [k] esse obseruaturum, dilentissiméque facturum. Quæ à me susceptа defensio est, te absente, dignitatis tuæ: in ea iam ego, non solùm amicitiæ nostræ, sed etiam constantiæ meæ causa, permanebo. Quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum, hoc ad te scribere: me, si quid ipse intelligerem, aut ad voluntatem, aut ad commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturum: sin quippiã aut à te essem admonitus, aut à tuis: effecturum, vt intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quemquam tuorum ad me frustrà detulisse. Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribúsque rebus, vt ad hominem amicissimum: & tuis præcipias, vt opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic vtantur in omnibus, publicis, priuatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum l tuorum negotiis: vt, quoad eius fieri possit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. Vale.

ARG. Petit se absentem defendi. De litteris ad senatum à se missis. De anagnoste Ciceronis fugitiuo scribit: amari se à Cicerone petit.

P. VATINIVS [m] IMP. M. CICERONI
SVO, S. D. 9

SI [n] vales, bene est: ego valeo. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad [o] te venit, qui [p] pro se causam dicier vult. Non, puto, repudiabis in honore [q], quẽ in periculo recepisti. Ego autem, quem potiùs adoptem, aut inuocem, quàm illum, quo defendente [r], vincere didici? An verear, ne, qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo, pusillorum ac [s] maleuolorũ obtrectationes & inuidias non prosternat, atque obterat? Quare, si me, sicut soles, amas, suscipe me totum: atque hoc, quidquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuẽdum ac sustinendum puta. Scis, meam fortunam, nescio quomodo, facilè obtrectatores inuenire, non meo quidem, mehercule, merito: sed quanti id refert, si tamen fato nescio quo accidit? Si quis fortè fuerit, qui nostræ dignitati obesse velit, peto à te, vt tuam consuetudinem, & liberalitatem [b] in me absente defendẽdo mihi præstes. ¶ Litteras ad senatum nostris [c] de rebus gestis [d], quo exemplo miseram, infrà tibi perscripsi. ¶ Dicitur mihi tuus seruus [e] anagnostes [f] fugitiuus cũ Vardacis esse: de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen terra mariq; vt conquireretur, prẽmandaui: & profectò tibi illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit: & inde tamen aliquando eruam. ¶ Tu nos fac ames. Vale. Ad [h] tertium Idus Quinctileis, ex castris, Narona. [i]

ARG. De Dionysio Ciceronis liberto. De Catilio. De Sexto Seruilio: De rebus à se in Dalmatia gestu, quarum causa & supplicationem sibi decerni petit.

P. VATINIVS CICERONI
SVO, S. D. 10

SI [k] vales, bene est: ego quidẽ valeo. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico!: & eò minùs, quòd me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hîc refrigerauit. Sed [n] tamen nõ desistam, quin illum aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi dura imperas. ¶ De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ. ¶ Apage te cum nostro Sexto Seruilio. nam mehercule ego illum quoque amo. sed huiusce modi vos cliẽteis [o], huiusmodi causas recipitis? hominem vnum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos [p], matres familiãs, ciueis [q] Romanos, occidit, arripuit, dissperdidit, regiones vastauit? Simul [s] verò semissis homo contra me arma tulit, & eũ bello cepi. Sed tamẽ, mi Cicero, quid facere possum? Omnia, mehercule, cupio, quæ tu mihi imperas. Meam animaduersionem, & supplicij, quo vsurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi, & condono. Quid illis respondere possum, qui sua bona direpta, naueis expugnatas, fratres, liberos, parenteis occisos, actione [t] expostulant? Si mehercule Appij os [x] habebam, in cuius locum suffectus sum, tamen hoc regi sustinere non possem. Quid ergo est? Faciam [y] omnia sedulò, quæ te sciam velle. Defendit à Q. Volusio, tuo discipulo [z]: si fortè ea res poterit aduersarios fugare, in eo maximè [a] spes est. Nos, si quid erit istic opus, defendes. ¶ Cæsar adhuc [b] mihi iniuriam facit: de meis supplicationibus, & reb. gestis Dalmaticis adhuc non refert, quasi verò non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. Nam si hoc exspectandum sit, dum totum bellum confeciam: viginti oppida sunt Dalmatiæ antiquæ: quæ ipsi sibi asciuerunt, amplius sexaginta. hæc nisi omnia expugno, si mihi supplicationes non decernuntur, longè alia conditione ego sum, ac ceteri imperatores. Ego [c] post supplicationes mihi decretas, in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi oppugnando cepi: vnum hoc, quod erat maximum, quater à me iam captum. quattuor enim turreis, & quattuor muros cepi, & arcem eorum totam: ex qua

a *v.c.* attingere solebant toga virili, sumpta, absoluto anno ætatis decimo sexto, qua ætate aut paulò maiore Nerua filius de iure publicè responsitauit. l. 1. §. 3. ff. de postulando.*

b *al.* neque ibi meam obs.

c *v.c.* beni uolentiam.

d *L.* violata: *& ita.o.v.c.*

e *q.v.c.* tribuendum nobis putes, *&* *q.v.c.* contenderent, *&c forte* conrenderent,

g M. Licinij Crassi duo filij Marcus & Publius.*

h *al.* pari: i v. 2. ad Q. fratrem. 8.*

P. LXV.

k *v.c.* sanctissimè obseruaturum, diligentissimèque esse fact.

l *q.v.c.* cliẽtium.

m qui & Struma dictus. di xi lib. 2. epistol. ad Atticum 10. Vatinij autem à curribus dicti. 11. Plin. 45.

n *L.* S. V. B. E. E. V. Sit.

o *o.v.c.* aduenit,

p *v.c.* qui pro se causam dicere vult. *&* *ita l.* q id est in supplicationibus à senatu impetrandis. Imperator enim ab exercitu, non à senatu appellatus.*

r Vatinius ambitus à Caluo accusatus defensus à Cicerone rogatu Cæsaris, eóque iudicio absolutus: sed & alio iudicio publico ab eodem Cicerone defensus. 4. Val. Max. 21 & laudatus Cicero Philippica. 10.*

a *v.c.* ac meo inuolorum

b *forte,* libertatem.*

c *v.c.* desiderius nostris gestis.

d in Dalmatia: vide epistolam proximam sequentem.*

e Dion. Plin. epist. prox. 25. Epist. 27.*

f id est fugitiuus, vt. ad Atticum 6.*

g *L.* cũ Vardacis *&* cũ Vardeis vide Plin. 23. Strabonem. li. 7. dicuntur Dardani.*

h L. AD. III. Idus Quinctileis, i castris. scilicet, fuit & vágos

mentatus Strabo. de eo.*

k L. S. V. B. E. E. Q. V.

De Extricari est impedimentis liberari. Trico enim impedimenta, & im P. LXV plicationes, vide Nonii cap. 1. in Tricon. 2. 6. *&* *fr. 10.* Ibi tamen *al.* C. Attilio. Catilia enim familia vix apud veteres o *v.c.* cliẽ

tes. in p. fin. in Verrem Mercatio nibilibus vim inger. nuit. maurer. familiis vio

lare.* q *v.c.* cliẽ. R. *L.* abire. *Sallust. Iugurth.*

r *L.* simulato non similis homo. Græcis eadem ratione quidem remanent

mentum dicuntur. vide Ar. Rhodan. in Rasis. & similis homo hic dicitur *v.* epist. 6. 5.*

s *al.* actiones illata dicere.*

t id est fides impudes tiam. vide quæ scripsi. *v.* epist. vlt. in fr. 2. *q.v.c.* ma *&* ita *L.* a iniuria ex Epistolis quibusdam.*

ex qua me niues,frigora, imbres detruserunt: indignéque,mi Cicero, oppidum captum,& bellum iam confectum relinquere fum coactus. Quare te rogo,si opus erit, ad Cæsarem meam causam agas, méque tibi in [a] omneis parteis defendendum putes: hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. [b] Nonis Decembribus, Narona.

a v.c.in omnis partes.
b q.v. vale. Data Nonis &c.

¶ *ARG. De studio erga Vatinium. De Dionysio. De Dalmatis.*

M. T. C. P. VATINIO IMPERATORI, S. D. II

GRATA tibi esse [c] officia mea non miror. cognoui enim te gratissimũ omnium: ídque numquam destiti prædicare.nec enim tu mihi gratiam modò habuisti, verùm etiã cumulatissimè retulisti. Quamobrẽ reliquis tuis rebus omnibus, pari me studio erga te,& eadem voluntate cognosces. Quod mihi fœminam primariam, Pompeiam,vxorem tuam, commendãs: cum Sura nostro statim tuis litteris lectis locutus sum, vt ei meis verbis diceret,vt,quidquid opus esset, mihi denuntiaret:me omnia, quæ ea vellet,summo studio curáque facturum:itáque faciam,eámque, si opus esse videbitur, ipse conueniam. Tu tamen ei velim scribas, vt nullam rem, neque tam magnam,neque tam paruam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur.Omnia,quę in tuis rebus agam,& non laboriosa mihi, & honesta videbuntur. ¶De Dionysio, [d] si me amas,confice.quamcumque ei fidem dederis, præstabo.Si verò improbus fuerit,vt est:duces eum captiuũ in triumpho. ¶Dalmatis dij [e] malè faciant, qui tibi molesti sunt.Sed,vt scribis,breui capientur,& illustrabunt res tuas gestas. semper enim habiti sunt bellicosi. Vale.

c *f.*mea officia esse n. d. mea esse officia n.

d Libro Ciceronis epistolarum huius magnitudinis fugiendo.

e Similis formula imprecandi. extat apud Plaut. & Lucret. me mirari in Oratione pro Cœlio.*

¶ *ARG. Petit à Lucceio vt res à se in suo consulatu gest as litterꝰ mandet.*

M. C. S. D. L. LVCCEIO [f], Q. FILIO. 12

CORAM me tecum eadem hæc agere sæpe conantem deterruit pudor quidam, pænè subrusticus:quæ nunc exponam [g] absens audaciùs. EPISTOLA ENIM NON ERVBESCIT. Ardeo cupiditate incredibili, neque, vt ego arbitror, reprehendenda, nomen vt nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis. Quod etsi mihi sæpe ostendis te esse factum: tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. Genus enim scriptorum tuorum, etsi erat semper à me vehementer exspectatum, tamen vicit opinionem meam,méque ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quàm celerrimè res nostras monumentis commendari tuis. Non h enim me solùm commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit: sed etiam illa cupiditas,vt vel auctoritate testimonij tui, vel indicio beneuolentiæ i, vel suauitate ingenij, viui perfruamur. Neque tamen,hæc cùm scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerére susceptabebam,Italici [k] belli & ciuilis historiam iam pænè l à te esse perfectam: dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri: deesse mihi nolui, ne malles cum [m] ceteris rebus nostra [n] connexere,an,vt multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellũ,Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum:qui omnes à perpetuis suis historiis ea,quæ dixi,bella separauerunt:tu quoque item ciuilem coniurationem ab hostilibus externísque bellis seiungeres. Equidé ad nostram laudem non multùm video interesse:sed ad properationẽ [a] meam quiddam interest,non te exspectare, dum ad locum venias:ac statim causam illam totam, & tempus arripere. Et simul, si vno in argumento, vnáque in persona mens tua tota versabitur: cerno iam animo, quanto omnia vberiora, atque ornatiora futura sint. Neque tamen ignoro,quàm impudenter faciam, qui primùm tibi tantum oneris imponam, (potest enim [b] mihi denegare occupatio tua)deinde etiam, vt ornes me, [c] postulem. Quid si illa tibi non tantopere videntur ornanda:Sed tamen, QVI semel verecundiæ fineis transierit, eum bene & nauiter oportet esse impudentem. Itaque te planè etiam atque etiam rogo, vt & ornes ea vehementiùs etiam,quàm fortasse sentis, & in eo leges historiæ negligas: [d] gratiámque illam, de qua suauissimè quodam in proœmio [e] scripsisti,à qua te affici [f] non magis potuisse demõstras, quàm Herculem Xenophontium [g] illum à voluptate: ea si me tibi vehementiùs cõmendabit,ne aspernére: amorísque nostro plusculum etiam, quàm concedit veritas, largiare. Quòd si te adducemus, vt hoc suscipias:erit, vt mihi persuadeo, materies digna facultate, & copia tua. A principio enim coniurationis vsque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse: in quo & illa poteris vti ciuilium commutationum scientia, [h] vel in explicandis causis rerum nouarum, vel in remediis incommodorum, cùm & reprehendes ea,quæ vituperanda duces:&, quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis, &, si liberiùs, vt [i] consueuisti,agendum putabis, multorum in nos perfidiam,insidias,proditionem notabis. Multam etiam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt, plenam cuiusdam voluptatis, quæ vehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietates, fortunæque vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. HABET ENIM PRAETERITI doloris secura recordatio delectationem. Ceteris verò nulla perfunctis propria molestia, casus [k] alienos sine vllo dolore intuentibus,etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem enim nostrũm ille moriens apud Mantineam[l] Epaminondas[m] non [n] cum quadam miseratione delectat? qui [o] tum denique sibi auelli iubet spiculum, postea quàm ei percontanti [p] dictum est, clypeum esse saluum: vt etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur. Cuius studium in legendo non erectum Themistoclis [q] fuga, [r] reditúque[s] retinetur? Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. At viri sæpe excellentis ancipites, variíque casus habent admirationem, exspectationem, lætitiam, molestiam, spem, timorem.si verò exitu notabili

a festinatione vocat inf.huius epistolæ.*
b *forte legẽdum* potest enim id mihi.*
c *al.*mea, quæ lectio sequent.b.verbis cõfirmatur.*
d *fortasse legendum*,ne negligas,nisi hic maiorem elegantiam a Lucceio requirit, quàm quæ ab historicis seruari solent.*
e Proœmia et amentur historici, vt Liuius, Sallustius & alij.*
f *al.* allici *al.*flecti.*q.v.* c.deflecti]*al.* affecti...*al.*flecti vt sit sensus. Lucceiũ initio operis sui historici scripsisse,gratia se minus flecti posse in scribenda historia, quã Herculẽ Xenophontium à voluptate*
g vide Xenophontem 2. Memoral. P. LXVIII. Ciceronem. 1. Officior. Idem de Prodico Suidas*
h *al.*sententia
i v.c. vt cõsuesti. & ita *l.*
k *q.v.*c.casus autem alieni Mantinea vrbs Arcadiæ Strabo 8.Iustin.6.*
m Epaminondæ memini.1.& 3.de Oratore.*
n *q.v.*c.non cum miseratione quadã del.*al.*cod. nõ cum quadam commiseratiõe del. o adde 2. de finibus.Probum in Epaminonda.*
p *l.*percunctanti.
q *l.*Themistocli f.*& ita v.c.*]vt Themistocli hic sumatur pro Themistoclis ratione veteris declinationis, vt Vlysi,Achilli, Aristoteli, Aristophani, Ariobarzani, de qua lectione videritus iram Persarum hic plura apud Victorium.* r ad Artaxerxem regem, Atheniensium quibus in suspicionem venerat initæ cum rege societatis.* f *al.* obitúque:*al.* exitúque *al.*interitu.*

concluduntur: expletur animus iucundissimę[a] lectionis voluptate. Quod mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, vt à continentibus tuis [b] scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam [c] rerum, euentorúmque nostrorum. Habet enim varios actus, multáſque actiones & cõsiliorum, & temporum. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, cùm hoc demonstrem, me à te potissimùm ornari celebrariq; velle. Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias: & qui non eos magis, quid te non admirentur, inuidos, quàm eos qui laudent, assentatores arbitrére. Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. Neque enim Alexander [e] ille, gratiæ causa ab Apelle potissimùm pingi, & à Lysippo [f] fingi [g] volebat: sed quòd illorum artem cùm ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Atque [h] illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant: quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari viri. Neque [i] enim minùs est Spartiates [k] Agesilaus ille perhibendus [l], quim neque pictam, neque fictam imaginẽ suã passus est esse, quàm qui in eo genere laborarũt [n]. Vnus enim Xenophontis [o] libellus in eo rege laudando facilè omneis imagines hominum [p], statuáſque superauit. Atque hoc præstantius mihi fuerit & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, si in tua scripta perueneró, quàm si in ceterorum, quòd non ingenium mihi solùm suppeditatum fuerit tuũ, sicut Timoleonti [q] à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi & spectatissimi viri, & [r] in reip. maximis grauissimísque causis cogniti, atque in primis probati: vt mihi non solùm præconium, quod, cùm in Sigæum [s] veniſſet Alexander, ab Homero Achilli [t] tributum esse dixit: sed etiam graue testimonium impertitum clari hominis, magníque videatur. Placet enim [u] Hector ille mihi Næuianus, qui non tantùm laudari se lætatur: sed addit etiam, A LAVDATO VIRO. Quòd si à te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit (neque enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem, abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt, scribam ipse de me: multorum [x] tamen exemplo, & clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere vitia. & [y] vt verecundiùs ipsi de se scribant, necesse est, siquid est laudandum: & prætereant, siquid fortè reprehendendum est. Accedit etiam, vt minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant, & dicant, verecũdiores esse præcones [z] ludorum gymnicorum, qui cùm ceteris coronas imposuerunt victoribus, eorúmque nomina magna voce pronuntiauerunt [a], cùm [b] ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. Hæc nos vitare cupimus: &, si recipis causam nostram, vitabimus: idque vt facias, rogamus. Ac, ne fortè mirere, cur, cùm mihi sæpe ostenderis, te accuratissimè nostrorum temporum consilia, atque euentus litteris mandaturum, à te id nunc tantopere, & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initiò scripsi, festinationis, quòd alacres animo sumus: vt & ceteri, viuentibus nobis, ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur. His de rebus, quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. Si enim suscipis [a] causam, conficiam commẽtarios rerum omnium. Sin autem differs me in tempus aliud: coràm tecum loquar. tu interea non cessabis, & [b] ea quæ habes instituta, perpolies, nósque diliges. Vale.

¶ *A RG. Consolationem litterarum Luceii sibi gratissimam esse scribit.*

M. C. S. D. L. LVCCEIO Q. F. 13

QVAMQVAM ipsa consolatio litterarum mihi gratissima est: declarat enim summam [c] beneuolentiam coniunctam pari prudentia: tamen illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi, quòd te prælarè res humanas contemnentem, & optimè contra fortunã paratum armatúmque cognoui. Quã quidem laudem sapientiæ, statuo esse maximam, NON aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut malè viuendi suspensas habere rationes. Quæ cogitatio, cùm mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen tempestatum, & concursu calamitatum erat aliquantùm labefacta [e], atque conuulsa: cui te opitulari & video, & id fecisse etiam proximis litteris, multúmque profecisse sentio. Itaque hoc sæpius dicendum, tibíque non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror nihil mihi esse potuisse tuis litteris gratius. Ad consolandum autem cùm [f] illa valeant, quæ eleganter copioséque collegisti, tum nihil plus, quàm quòd firmitudinem grauitatémque animi tui perspexi, quam non imitari turpissimum existimo. Itaque [g] hoc etiam fortiorem me puto, quàm teipsum, præceptorem fortitudinis, quòd tu mihi videre spem nonnullam habere, hæc aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorij [h], similitudinésque eæ, tum rationes in ea disputatione à te collectæ, vetabant me reip. penitus diffidere. Itaque alterum minùs mirum, fortiorem te esse, cùm aliquid speres: alterum [i] mirum, spe vlla teneri. Quid est enim non ita affectum, vt id non deletum, exstinctúmque [k] esse fateare? Circumspice omnia membra reip. quæ nobilissima sunt tibi. nullum reperies profectò, quod non fractum debilitatúmve sit, quæ perisse querer, si aut meliùs ea viderem, quàm tu vides: aut commemorare possem sine dolore: quamquam tuis monitis. præceptísque omnis est abiiciendus [l] dolor. Ergo & domestica nos feremus. vt censes: & publica paullo etiam fortiùs fortasse, quàm tu ipse, qui præcipis. Te enim spes aliqua consolatur, vt scribis: nos autem erimus etiam in [n] omni desperatione fortes, vt tu tamen idem & hortaris, & præcipis. Das enim mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ, rerúmque earum, quas, te in primis auctore, gessimus. Præstitimus enim patriæ non [o] minus certè, quàm debuimus: aut profectò, quàm est ab animo cuiusquam, aut consilio hominis postulatum. Ignoscesne mihi de meipso aliquid prædicanti. quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluisti, earum etiam commemoratione leni-

a *suav. e. iucundiss. ima lect. &c.*
b *fortè tuis scriptis, quibus perp.*
P. B.
c fabulam vocat res à se gestas: & cur fabulam vocet, mox exponit.*
d *al.* qui sis.*
e idem Horatius 2. epi. 1. 37. Plinius 1. 7. c. 37.*
f Polycletum tamen nominat Appuleius. 1. Floridorũ.*
g fingi igitur Alexãder voluit a Lysippo: pingi ab Appelle *vt chic* in gẽma sculpi à Pygotele. 37 Plin. 1.*
h *al.* Atqui i *v.c.* Nec minùs est Sp. *& ita l.*
k Spartiates, idem quod Spartanus.*
l *al.* probãdus,
m v. Xenophontem & Plutarchũ in Agesilao Probum 1. Athenæum li. 14.*
n *l.* elaborarunt.
o hic liber Xenophontis hodie etiam extat. adde Xenophontem. 5.
P. LXIX. ἀναξάτωρ Pausan. in Eliacis. 1.*
p *l.* omniũ, *ft. & ita v.c.*
q Timoleõtis vitã v. de apud Plutarchũ & Aemilĩ Probũ*
r *q.v.c.* & in rep.
s Troiæ promontorii.*
t vide Ciceronem pro Archi.*
v Idem 15. epistо. 6.*
x L. Syllæ. qui 22. Scauri, qui tres: de vita sua scripsit Plutarch. Cicero in Bruto. Tacitus in Agricola.*
y *l.* & verecundiùs ipsi de se scrip.
z vide Putarchũ in libello quomodo quis possit sui ipsius laudes citra inuidiã prædicare.* a *q.v.c.* pronuntiarunt, *al.* pronuntiarint
b *fortè legendum*, si ipsi, & paullo pòst, donantur.
a *fortè legendum* hanc (si scipis causam.* & b *q.v.c.* & ea, quæ habes, perpolies instituta, nósque diliges. Vale.
P. B.
c *l.* summã beneuolẽtiã pari prudentia coniunctam. *v.c. al.* summam beneuol. coniunctam pari prud. d vide Plutarchum in Epitaphio.
e *l.* labefactata. *& ita v.c.*
f *l.* cùm illa valeant, *q. & ita v.c.*
g *l.* Atque hoc etiam *ft. al.* atque hoc fortior rem.*
h Gladiatorum similitudines. Tullius ne Tullius fiducia ne esse fiducias esse prudentes de Rep. Quintilianus. 12. Inst. Oratoris. 6. Cæsar vi Gallum. Virum. proficiat.
i *al.* alterũ magis mirũ.
k *al.* exstinctum. Etiamque o. rare fiat. prudentes esse. 1 *v.c.* abiiciendus dolor.
m interitum filiæ.
n *q.v.c.* in omnium rerum desp.
o *fortè* non plus certè, quàm deb.

lenimur.Itaque,vt mones, quantùm potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam:transferámque animum ad ea,quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur: tecúmque & ero tantùm, quantùm patietur vtriusque ætas,& valetudo [a]:&,si esse vnà mihus poterimus,quàm volumus:animorum tamen coniunctione, iisdem [b] studiis ita fruemur,vt nũquã non vnà esse videamur. Vale.

¶ *ARG. Consolatur mœrentem Ciceronem,& ne ab vrbe tam diu absit,rogat.*

L. LVCCEIVS, Q. F. S. D.

M. T. C. M. F. 14

SI [c] vales,bene est:ego valeo,sicut soleo:paululo tamen etiam deteriùs, quàm soleo. Te requisiui sæpius,vt viderem. Romæ quia postea non fuisti, quàm [d] à me discesseras,miratus sum:quod item nunc miror. Non habeo certum, quæ te res hinc maximè retrahat. Si solitudine [e] delectare,cùm [f] scribas [g], & aliquid agas eorum,quorum consuesti, gaudeo: neque reprehendo tuum consilium. nam nihil isto potest esse iucundius, non modò miseris his temporibus,& luctuosis. sed etiã tranquillis,& optatis:præsertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus:vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet,te ipsum laudibus illustret. Sin autem, sicut hîc agis,& [h] lacrymis ac tristitiæ te tradidisti:doleo,quia doles,& angere:nec [k] possum te si [l] concedis,quod sentimus, vt liberiùs dicamus,non accusare. Quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima perspicis?tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges duplicari sollicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulat? Quòd si non possumus aliquid proficere suadendo: gratia contendimus,& rogando, si quid nostra causa vis, vt istis te molestiis laxes, & ad conuictum nostrum redeas,& ad consuetudinem, vel nostram communem, vel tuam solius, ac propriam. Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio: cupio deterrere, ne permaneas in incepto,cùm duæ res istæ contrariç me conturbent:ex quibus, aut in altera mihi velim,si potes,obtemperes: aut in altera non offendas. Vale.

¶ *ARG. Respondet superiori Epistolæ Lucceij.*

M. CICERO,L. LVCCEIO, Q. F. S. 15

OMNIS amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his litteris, quas à te proximè accepi: non ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus,& optatus. dicerem,iucundus,nisi id verbum in omne tempus perdidissem. neque ob eam vnam causam, quam tu suspicaris, & in qua me leniſſimis & amantissimis verbis vtens, re grauiter accusas: sed quòd,illius tanti vulneris quæ remedia esse debeant [m], ea nulla sunt. Quid enim? ad amicósne confugiam? quàm multi sunt? habuimus enim ferè communeis: quorum alij occiderunt [n]: alij [o] nescio quo pacto obduruerunt. Tecum [p] viuere possem equidem, & maximè vellem: vetustas [q] amor, consuetudo, studia paria, quod [r] vinculũ,quæ res deest nostræ coniunctioni. Possumúne [s] igitur esse vnà? nec me hercule intelligo,quid impediat. sed certè adhuc nõ fuimus, cùm essemus vicini in Tusculano,in Puteolano. Nã quid dicam in vrbe? in qua,cùm forum cõmune sit, vicinitas non requiritur. Sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, vt, cùm maximè florere nos oporteret,tum viuere etiã puderet. Quod enim mihi poterat esse perfugium,spoliato & domesticis,& forensibus ornamẽtis,atque solatiis? litteræ,credo,quibus vtor assiduè. Quid enim aliud facere possum? sed nescio quomodo ipsæ [a] illæ excludere me à portu, & perfugio videntur,& quasi exprobrare, quòd in ea vita maneam,in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hîc tu ea me abesse vrbe miraris, in qua domus nihil delectare possit? summum sit odium temporum,hominum,fori [b], curiæ? Itaque sic litteris vtor,in quibus consumo omne tempus, non vt ab his medicinam perpetuam,sed vt exiguam doloris obliuionem petam. Quòd si id egissemus, ego,atque tu, quod ne in mẽtem quidem nobis veniebat,propter quotidianos metus [c], omne tempus vnà fuissemus: neque me valetudo [d] tua offenderet, neque te mœror meus: quod,quantũ fieri poterit,consequamur. Quid enim est vtrique nostrũm aptius? Propediem te igitur videbo. Vale.

¶ *ARG. Consolatur Titium mœrentem interitu filij.*

M. T. CICERO S. D. TITIO. 16

ETSI [e] nunc ex omnibus minimè sum ad te consolandum accommodatus, quòd tantùm ex tuis molestiis cepi doloris,vt consolatione ipse egerem: tamen,cùm longiùs à summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quàm tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meæque in te beneuolentiæ [f], non tacere tanto [g] in tuo mœrore tamdiu: sed adhibere aliquam modicam consolationem,quæ leuare dolorem tuum posset,si minùs sanare potuisset. Est autem consolatio [h] peruulgata quidem illa maximè,quam semper in ore atque in animo habere debemus, HOMINES [i] nos vt esse meminerimus, ea lege natos,vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: NEQVE esse recusandum, quominùs ea,qua nati sumus,conditione viuamus: NEVE tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus [k]: euentísq; aliorũ memoria repetendis, nihil accidisse nobis [l] noui cogitemus. Neque hæ, neque ceteræ consolationes, quæ sunt à sapientissimis viris vsurpatæ, memoriæque, & litteris proditæ,tantùm videntur proficere debere, quantùm status ipse nostræ ciuitatis, & hæc perturbatio temporũ perditorũ: cùm beatissimi sint, qui liberos nõ susceperunt: minùs autẽ miseri,qui his tẽporibus amiserunt, quàm si eosdem bona,aut denique aliqua rep. perdidissent. Quòd si tuũ te desiderium mouet,aut si tuarum rerum cogitatione mœres: non facilè exhauriri tibi istum dolorem posse vniuersum puto. sin illa te res cruciat, quæ magis amoris est, vt eorum, qui occiderunt, miserias lugeas: vt ea non dicam,quæ sæpissime & legi, & audiui, nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potiùs, quàm mors ducenda [m] sit: sin sit amissus, nulla videri miseria debeat,quæ non sentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare possum,ea misceri,parari,impendere reip. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus [n] esse videatur. Quid est enim iam non modò pudori, pro-

a *v.c.* valitudo.

b *al.* fisdeque.

P. B. c L.S.V.B. E.V. hic ut f. d *al.* quàm diu discesseras: *al.* quum à me discesseras: vt intelligatur. Cetar. vt *ad* Atticum 3. e In solutudine. se post obstrum illæ constituerat. Cicero vide 12. ad Att. tricum 10.* f *forte legẽdum* quã *vel*, quo scribas. & scripsit in solutudine li brum de Cõsolatione ad scipsum: & quinque de hanibus.* g *copulatio, & abest a v.c. ed.*

i *q.v.c.* & angeris. k *nec possũ* te non si cõcedis, quod scimus, vt liber sit accusa re. l *q.v.c.* si concedas.

P. LXXI. m *v.c.* deberant. n *vt duo* Camilli, *Cicero.* Marcellus, M. Claudius C. Cassius, o *vt* Marcel *hîc vide* 9. epistol. 11.* P *q.v.c.* Tecum equidẽ vivere possem, & maximè vellem: *al.* recum viuere posse equidem ma ximè vel *c.* q *al.* vetustas. amor, consuetudo, studia paria, quod vinculũ, quæ res deest nostræ coniunctioni. Possumúne igitur esse vnà? nec me hercule intelligo, quid impediat. sed certè adhuc nõ fuimus, cùm essemus vicini in Tusculano, in Puteolano. Nã quid dicam in vrbe? in

P. B. a *q.v.c.* illæ ipsæ

b *id est* iudiciorum & senatus.*

c *al.* motus

d *v.c.* valitudo.

e *l.* Etsi vnus ex om. *& ita o.v.c.*

f *v.c.* beneuolentiæ. g *al.* in tanto tuo m.

h *al.* peruulgata consolatio q.

i *q.v.c.* VT HOMINES NOS ESSE mem.

P. LXXII. k *q.v.c.* possimus. l *q.v.c.* nouis uobis cog.

m *q.v.c.* dicenda sit: n *al.* direptus *al.* ereptus.*

bitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti loci? non, mehercule, quemquam audiui hoc grauissimo, & [a] pestilentissimo anno, adolescentulum, aut puerum mortuũ, qui mihi non à diis immortalibus ereptus ex his miseriis, atque ex iniquissima conditione vitæ, videretur. Quare, si tibi vnũ hoc detrahi potest, nequid iis, quos amasti [b], mali putes contigisse: permultum erit ex mœrore tuo diminutum [c]. Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum propriè referetur: in qua non est iam grauitatis ac sapientiæ tuæ, quam tu à puero præstitisti, ferre immoderatiùs casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria malóque seiunctus. Etenim eum semper te, & priuatis in rebus, & publicis præstitisti, tuenda tibi vt sit grauitas, & cõstantiæ seruiendum. Nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos præripere [d] consilio prudẽtiáque debemus. Etenim si nulla vmquam fuit, libetis amissis, tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certè nos, quod est dies allatura, id consilio antè [e] ferre debemus: neque exspectare temporis medicinam, quam [f] repræsentare [g] ratione possimus. His ego litteris si quid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum: sin minùs fortè valuissent, officio tamen esse functũ beneuolentissimi [h] atque amicissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum esse confidas. Vale.

a q. v. c. ac pestilentiss.

b al. amissi. * P. B.

c L. deminutum. & ita v. c.

d L. præcipere & ita v. c. ‖Præcipere autem est ante capere quod verbũ Iurisconsultis familiare, l. 2. §. 2. ff. familiæ. l. 91. ff. de legat. 3. §. 2. l. 8. ff. de legatis. vlp. tit. de legatis §. 6. l. 2. l. 20. ff. de instructo. l. 48. ff. de iure fisci. e al. antè capere debb.

f q. v. c. quã repræsentare nobis ratione poss.

g Repræsentamus cum statim facimus quod aliquãto pòst facturi sumus. l. 2. §. 6. ff. de transac. p. LXXIII. id etiam repræstari dicitur l. 47. ff. de act. empto. *

h v. c. beniuolentiss.

i An is sit quem Cicero defenderit vide hic Manutium. *

k al. tuũ nomen coniũgunt pl,

l tres v. c. vt potui accuratiss.

ARG. Excusat tarditatem litterarum. Exulem consolatur.

M. C. S. D. P. SEXTIO, P. F. 17

NON obliuione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas litteras misi, sed quòd priora tempora in ruinis reip. nostrísque iacuerunt: posteriora autem me à scribẽdo, tuis iniustissimis atque acerbissimis incommodis, retardarunt. Cùm verò & interuallum iam satis longũ fuisset, & tuã virtutem animíque magnitudinem diligentiùs essem mecum recordatus: non putaui esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere. Ego te, P. Sexti, & primis temporibus illis, quibus in inuidiam absens, & in crimen vocabare, defendi: &, cùm in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuum [k] crimen coniungeretur, quàm [l] potui accuratissimè te tuámque causam tutatus sum: & proximè, recenti aduentu meo, cùm rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem: tamen nulla re saluti tuæ defui: cúmque eo tempore inuidia annonæ, inimici non solùm tui, verùm etiam amicorum tuorũ, iniquitas totius iudicij, multáque alia reip. vitia, plus quàm causa ipsa veritásque valuissent. Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. Quamobrem, omnibus officiis amicitiæ, diligenter à me sanctéque seruatis, ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te vt hortarer, rogarémque, vt & hominem te, & virum esse meminisses, id est vt & communem, incertúmque casum, quem neque vitare quisquam nostrũm, neque præstare vllo pacto potest, sapienter ferres: & dolori fortiter ac fortunæ resisteres: cogitaréque, & in nostra ciuitate, & in ceteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis [a] atque optimis viris, iniustis iudiciis, taleis casus incidisse [b]. Illud vtinam ne verè scriberem, ea te rep. carere, in qua neminem prudentem hominem res vlla delecter. De tuo autem filio, vereor, ne, si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium non dedisse [c]: sin autem omnia, quæ sentio, perscripserim: ne refricem meis litteris desiderium, ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissimè facies: si illius pietatem, virtutem, industriam, vbicumque eris, tuam esse, tecum esse duces. NEC ENIM MINVS NOSTRA sunt, quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur. Quamobrem & illius eximia virtus, summúsque in te amor, magnæ tibi cõsolationi debet esse: & nos, ceterique, qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pẽdimus, sempérque pendemus: maximè [d] etiam si tuæ conscientiæ, cùm tibi nihil meritò, accidisse reputabis, & illud adiunges, HOMINES sapienteis turpitudine, non casu: & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri. Ego, & memoria nostræ veteris amicitiæ, & virtute atque obseruantia filij tui monitus [e], nullo loco deero, neque [f] ad consolandum, neque ad leuandum fortunam tuam. Tu, si quid ad me fortè scripseris, perficiam ne te frustrà scripsisse arbitrere. Vale.

a putà Vlmitorio, Aristidi & alijs ostracismũ passis.

b fortè accidisse.

c al. accepisse: al. dixisse. *

P. B.

d L. & maximè si animi tui conscientiæ, cùm tibi nihil meritò, &c.

e al. admoniti tui,

f q. v. c. neque ad consolandum, neque ad leuandum, &c.

ARG. Exulem consolatur. 18

M. CICERO S. D. T. FABIO [g]. *g L. FADIO. & ita v. c.*

ETSI egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum: propterea quòd nullam rem grauiùs iamdiu tuli, quàm incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor solùm, sed etiam, pro amore nostro, rogo atque oro, te [h] colligas, virúmque præbeas, &, qua conditione omnes homines, &, quibus temporibus nati [i] sumus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quàm fortuna abstulit: propterea quòd adeptus es, quod non multi homines noui [k]: amisisti, quod plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, vt optimè actum cum eo videatur esse, qui quàm leuissima pœna ab hac rep. discesserit. Tu verò, qui & fortunas, & liberos habeas, & nos cetérósque necessitudine, & [l] beneuolentia tecum coniunctissimos: quíque magnam facultatem sis [m] habiturus, nobiscum, & cum omnibus tuis viuendi: & cùm vnum sit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, vt [n] quod vna sententia, eáque dubia, potentiæ alicuius condonatum existimetur: omnibus his de causis debes istã molestiã quàm lenissimè ferre. Meus animus erit in te, liberósque tuos semper, quẽ tu esse vis, & qui esse debet. Vale.

h v. c. te vt colligas.

i v. c. nati simus, cogites. *

k Nouo homini opponuntur nobiles. *

l v. c. & beneuolentia. plurimi. amicissimi. Barbarismus hic.

P. LXXIIII.

m v. c. habiturus.

n al. quia: quod quo vna.

ARG. Monet vt Pompeij partes sequatur. 19

CICERO O. RVFO P. S. D.

ETSI mihi numquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus: tamen quotidie magis id perspicio: exstátque id, quod mihi ostenderas quibusdam litteris, hoc te studiosiorem in me colendo fore, quàm in prouincia fuisses, (etsi, meo iudicio, nihil ad tuum prouinciale officium addi potest) quo liberius iudicium esse posset tuum. Itaque me & superiores litteræ tuæ admodum delectaue-runt, q quibus & exspectatum meum aduen-tum

o Ita frequenter soliti scribere tres fuisse prænomina, folis nominibus subditis, P segnomẽ Z Mescinij Ciceronis quæstoris in Cilicia. * q. v. c. de iis earum.

tum abs te amanter videbam, &, cùm aliter res cecidisset ac putasses, te meo consilio magnopere esse lætatum: & his proximis literis magnum cepi fructum & iudicij, & officij tui: iudicij, quod intelligo, te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debẽt, NIHIL putare vtile esse, nisi quod rectum honestúmque sit: officij, quòd te mecum, quodcumque cepissem consilij, polliceris fore: quo neque mihi gratius, neque, vt ego arbitror, tibi honestius esse quidquam potest. Mihi consilium captum iamdiu est, de quo ad te, non [a] quo celandus esses, nihil scripsi antèa, sed quia cõmunicatio consilij, tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse officij, vel potiùs efflagitatio ad coeundam societatem vel periculi, vel laboris. Cùm verò ea tua sit voluntas, humanitas, beneuolentia [b] erga me, libenter amplector talem animum: sed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiam: si non feceris, ignoscam: & alterum timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitrabor. Est enim res profectò maxima, quid [c] rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est: ita tamen, vt, si nos ij sumus, qui esse debemus, id est, studio digni, & litteris nostris, dubitare non possimus, quin ea maximè conducant, quæ sunt rectissima. Quare tu, si simul [d] placebit: statim ad me venies. sin idẽ placebit, atque [e] eódem, nec continuò poteris: omnia tibi vt nota sint, faciam. Quidquid statúeris, te mihi amicum: sin id quod opto, etiam amicissimum iudicabo. Vale.

¶ ARG. *De rationibus prouincialibus, Russo quæstore non expectato, ad ærarium iussu suo delatis scribit.*

CICERO S. D. RVFO. f 20

CVM A.Cęcina tanta mihi familiaritas,consuetudóque semper fuit , vt nulla maior esse possit.Nam & patre [o] eius,claro homine, & forti viro,plurimùm vsi sumus : & hunc à puero,quòd & spem mihi magnam afferebat summæ probitatis,summæque eloquentiæ,& viuebat mecum coniunctissimè, non solùm officiis amicitiæ , sed etiam studiis communibus,sic semper dilexi,vt [p] non vllo cum homine coniunctiùs viuerem. Nihil attinet me plura scribere.quàm mihi necesse sit [q] eius salutẽ,& fortunas,quibuscumque rebus possim, tueri,vides. Reliquum est , vt, cùm cognoTom. 3.

a cognomẽ Romanæ gẽtis.*
b ne lib. liceret vltra esse in Sicilia.*
c pro quo P. E. extat oratio Ciceronis.*
d *L.* esse vti liceret, *& ita v.c.*
e *L.* seu rogationi p.
f *q.v.c.* præstaturos,
g *al.* aditurum,*
h *L.* redditæ sunt, *& ita v.c.*
i antea legebatur sin*
k *q.v.c.* aut, quod spero, aliqua rat. conf.
l *q.v.c.* perfecta.
m *L.* Furfanio ‖ *ita legitur in inscriptione quæ Romæ reperta est ad portam Capenam* Q. Furfanio C. F. Megrino Proc. Fabrorum. Vrs.*
n *L.* Furfanio.

P.LXXXVII.

o eius meminit epist. 6.5 & 13.epi. 66.3.*
p *q.v.c.* vt nullo cum hom.
q *al est.* Manut.

rim [a] pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna, & de reip. calamitatibus sentires, nihil à te petam, nisi vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habituras esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

a ad. cognouerim plur.

¶ ARG. Se suáque omnia Trebatio offert & pollicetur.

M. T. C. TREBATIO [b], S. D. 10

EGo quanti te faciam, sempérque fecerim, quãti me à te fieri intellexerim, sum [c] mihi ipse testis. Nam & consilium tuum, vel casus potiùs, diutiùs in armis ciuilibus cõmorandi, semper mihi magno dolori fuit: & hic euentus, quòd tardiùs, quàm est æquum, & quàm ego vellem, receperis [d] fortunam, & dignitatem tuam, mihi non minori curæ est, quàm tibi semper fuerint casus mei. Itaque & Postumuleno, & Sextio, & sæpissimè Attico nostro, proximéque Teudo [e], liberto tuo, totum me patefeci, & his [f] singulis sæpe dixi, quacumque re possem, me tibi, & liberis tuis satisfacere cupere: idque tu ad tuos velim scribas: hæc quidem certè, quæ in potestate mea sunt, vt operam, studium [g], consilium, rem, fidem meam, sibi ad omneis res paratam putent. Si h auctoritate, & gratia tantùm possem quantùm in ea rep. de qua ita meritus sum, posse deberem [i]: tu quoque is esses, qui fuisti, cùm omni gradu amplissimo dignissimus [k], tum certè ordinis tui facilè princeps. Sed, quando eodem tempore, eadémque de causa nostrum vterque cecidit: tibi & illa polliceor, quæ suprà scripsi, quæ sunt adhuc mea: & ea, quę prętereà videor mihi ex aliqua parte retinere, tamquam ex reliquiis pristinæ dignitatis. Neque enim ipse Cæsar, vt multis rebus intelligere potui, est alienus à nobis: & omnes ferè familiarissimi eius quasi deuincti magnis meis veteribus officiis, me diligenter obseruant, & colunt. Itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi, quod quidem quotidie magis ex eorum [m] sermonibus adducor vt sperem: agam per me ipse, & moliar. singula persequi non est necesse. vniuersum studium meum, & beneuolentiam [n] ad te defero. Sed magni mea interest, hoc tuos omneis scire, quod tuis litteris fieri potest: vt intelligant, omnia Ciceronis patére Trebatio [o]. Hoc eò pertinet, vt nihil existiment esse tam difficile, quod non pro te mihi susceptum, iucundum sit futurũ. Anteà [p] misissem ad te litteras, si genus scribendi inuenirem. tali enim tempore aut consolari, amicorum est, aut polliceri. Consolatione nõ vtebar, quòd ex multis audiebam, quàm fortiter, sapientérque ferres iniuriam temporum, quámque te vehementer consolaretur conscientia factorum, & consiliorum tuorũ: quod quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis: in quibus te scio semper esse versatum: idque vt facias, etiam [q] atq; etiã te hortor. Simul & illud tibi, homini peritissimo rerum, & exemplorum, & omnis vetustatis, ne ipse quidẽ rudis, sed in studio minùs fortasse, quàm vellem: at in rebus, atque vsu plùs etiam, quàm vellem, versatus: spondeo, tibi acerbitatẽ [r] istam, & iniuriam, non diuturnam fore. Nam & ipse [s], qui plurimùm potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum [a] naturam videtur: & ipsa causa ea [b] est, vt iam simul cum rep. quæ in perpetuum iacére non potest, necessariò reuiuiscat, atque recreetur: quotidiéque fit [c] aliquid leniùs, & liberaliùs, quàm timebamus. Quæ quoniam in temporum inclinationibus sæpe paruis posita sunt: omnia momenta obseruabimus: neque vllum prætermittemus tui iuuandi, & leuandi locum. Itaque illud alterum, quod dixi, litterarum genus, quotidie mihi, vt spero, fiet procliuius, vt etiã polliceri possim. id re, quàm verbis, faciam libentiùs. Tu velim existimes, & plureis te amicos habere, quàm qui in isto casu sint, ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim: & me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas, & magnum: quod est in vnote. quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis nostris prouidebuntur. Vale.

a vt homo hominẽ tuetur atque diligat. nisi quę legas & ad suam natu-ram. vt epist. 8. l. 3.
b al. eli. etc. vt
c al. aliquid fit

¶ ARG. Reditum in patriam Dolabellæ beneficio impetratum nunciat.

M. C. TREBIANO, S. D. 11

DOLABELLAM anteà tantummodò diligebam: obligatus ei nihil eram. nec enim acciderat mihi opus esse: & ille mihi debebat, quòd non defueram eius periculis. Nunc tanto sum deinctus eius beneficio, quòd & anteà in re, & hoc tempore in salute tua cumulatissimè mihi satisfecit, vt nemini plus debeã. Quare in re tibi gratulor ita vehementer vt te quoque mihi gratulari, quàm gratias agere malim. alterum omnino non desidero, alterum verè [d] facere poteris. Quod reliquum est, quando tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit: est tuæ sapientiæ, magnitudinisque animi, quid amiseris, obliuisci: quid recuperaueris [e], cogitare. Viues cum tuis, viues nobiscum. plus acquisiuisti [f] dignitatis, quàm amisisti rei familiaris: quæ ipsa tum [g] esset iucũdior, si vlla res esset publica. Vestorius [h] noster familiaris, ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Hæc prædicatio tua mihi, valde grata est, eáque te vti facilè patior, cùm apud alios, tum mehercule apud Syronem, nostrum amicum. Quæ enim facimus, ea prudentissimo cuique maximè probata esse volumus. Te cupio videre quàm primùm. Vale.

d al. verò
e l. recuperaris. & l. 2. v. c.
f l. acquisisti dig. & ita v. c.
g l. tamen esse
h l. Nesterius

¶ ARG. Gratulatur Balbo de reditu apud Cæsarem impetrato.

M. T. C. T. AMPIO BALBO, S. D. 12

GRATVLOR tibi, mi Balbe, veréque gratulor. nec fum tam stultus, vt te vsura fallí gaudii frui velim: deinde frãgi repentè, atque ita cadere, vt nulla res te ad æquitatem animi postea possit extollere. Egi tuam causam apertiùs, quàm [i] tempora nostra ferebant. Vincebatur enim fortuna ipsa debilitate [k] gratię nostræ, tui caritate, & meo perpetuo erga te amore, cultu à te diligentissimè. Omnia promissa, confirmata, certa, & rata sunt, quæ ad reditum, & salutem tuam pertinent. vidi, cognoui, interfui. Etenim omneis Cæsaris familiareis satis opportunè habeo implicatos consuetudine, & beneuolentia, sic, vt, cùm ab illo discesserint, me [l] proximum habeant. Hoc Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Marius [m], Postumius, planè ita faciunt, vt me vnicè diligant. Quòd si mihi pro [n] me efficiendũ fuisset, non me pœni-

i L. quam mea tempora ferebant. & ita v. c.
k L. debilitate gratiæ, fall. & l. lucr. quæ ad illustrissimi dignitatem pertinebant.
l al. mihi habeant proximum.
m L. Marcius
n al. pro me.

a ad. cognouerim plur.

b L. TREBIANO: & ita v. c.
c q. v. c. ipse sum mihi testis.

P. B.

d L. recuperas fortun. q. v. c. recuperas fortun. fall. recuperes al. reciperes* e al. Theude f duo v. c. & hoc his sing.

g vox studiũ abest à nonnullis v. c.
h Idem epist. 13.*
i al. debebã, vt epist. 13.*
k al. dignitatis. & ita veteres. V. fini*

l. casu deiuncti

m q. v. c. ex sermonibus eorum add.
n v. c. & beniuolentiam
o l. Trebiano. fall. aiaveitv. & Manut. Vt simus tamẽ legit Trebatio*

P. LXXXVIII. p alias initium epistolæ. fall. a nonnullis ed. tionibus hinc nascitur nouæ epistolæ initium*

q L. te etiam atque etiã h.

r v. c. istã acerbitatem, & ita q.
s Cæsar f.*

me pœniteret pro ratione temporum ita esse molitum. Sed nihil est à me inferuitum temporis causa. veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt:quibuscū ego agere de te non destiti. Principem tamen habuimus Pansam,tui studiosissimū,mei cupidum: qui valet apud illum non minùs auctoritate, quàm gratia. Cimber [a] autem Tullius [b] mihi planè satisfecit.Valent tamen [c] apud Cæsarem non tam ambitiosæ rogationes, quàm necessariæ:quas quia Cimber habebat, plus valuit, quàm pro vllo alio valere potuisset. Diplóma [d] statim non est datum, quòd mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius,veniam tibi dari, quem illi appellabant [e] tubam belli ciuilis:multáque ita dicūt, quasi non gaudeant id bellū incidisse [f]. Quare visum est occultiùs agendum, neque vllo modo diuulgandum, de te iam esse perfectum,sed id erit perbreui [g]: nec dubito,quin, legente te has litteras, confecta iam res futura sit.Pansa quidem mihi,grauis homo & certus,non solùm confirmauit, verùm etiam recepit,perceleriter se ablaturū diplóma. Mihi tamē placuit,hæc ad te perscribi. minùs enim te firmum sermo Appuleiæ [h] tuæ, lacrymæque Ampiæ declarabant, quàm significant litteræ tuæ: atque illæ arbitrabantur, cùm à te abessent ipsæ, multo in grauiore te cura futurum. Quare magnopere putaui, angoris, & doloris tui leuandi causa, pro certis ad te ea,quæ essent certa, perscribi oportere. Scis, me antea sic solitum esse scribere ad te, magis vt consolarer fortem virum atque sapientem,quàm vt exploratam [i] spem salutis ostenderem,nisi [k] eam,quam ab ipsa rep. cùm hic ardor exstinctus [l] esset, sperari oportere censerem.Recordare tuas litteras, quibus & magnum animum mihi semper ostendisti,& ad omnēs casus ferendos constantē, atque [m] paratū:quod ego non mirabar,cùm recordarer, te & à primis temporibus ætatis in rep. esse versatum, & tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis,fortunarúmque cōmunium:& in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solùm vti victor, beatus: sed etiam [n], si ita accidisset,victus,vt sapiens esses. Deinde, cùm studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis, considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum,quos laudas,non [o] te similem præbeas. Sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora,quæ iam effugisti. Nunc verò tantùm te para ad hæc nobiscum ferenda: quibus ego si quam medicinam inuenirem,tibi quoque eamdem traderem. Sed est vnum perfugium,doctrina,ac litteræ, quibus semper vsi sumus: quæ secundis rebus delectationem modò habere videbantur: nunc verò etiam salutem.Sed,vt ad initium reuertar,caue dubites,quin omnia de salute, ac reditu tuo perfecta sint. Vale.

¶ ARG. *Ligarium bene de Cæsare sperare iubet.*

M. C. Q. LIGARIO, S. D. 13

ETSI tali tuo [p] tempore me aut consolandi,aut iuuandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat:tamē adhuc id non [q] feci:quia [r] neque lenire videbar oratione,neque leuare posse dolorem tuum. Postea verò, quàm magnam spem habere cœpi, fore, vt te breui tempore incolumem haberemus:facere non potui,quin tibi & sententiam, & voluntatem declararem meam. Primùm igitur scribā, quod intelligo,& perspicio, non fore in te Cæsarem duriorem. nam & res eum quotidie,& dies [a], & opinio hominum,&,vt mihi videtur, etiam sua natura mitiorem facit: ídque cùm de reliquis sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis eius:quibus ego ex eo tempore, quo primùm ex Africa nuntius vénit, supplicare vnà cum fratribus tuis non destiti. quorum quidem & virtus,& pietas, & amor in te singularis, & assidua, & [b] perpetua salutis tuæ cura tantum proficit,vt nihil sit, quod non ipsum Cæsarem tributurum existimem.&[c] si tardiùs fit, quàm volumus: magnis occupationibus eius, à quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt:& simul Africanæ causæ iratior,diutiùs velle videtur eos habere sollicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestiis conflictatum.sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissiùs, & placatiùs ferre.Quare mihi crede,& memoriæ manda, me tibi id affirmasse [d], te in istis molestiis diutiùs nō futurum. Quando, quid sentirem, exposui:quid velim tua causa, re potiùs declarabo, quàm oratione: &, si tantum possem, quantum in ea rep. de qua ità meritus [e] sum, vt tu existimas, posse debebam [f]: ne [g] tu quidem in istis incommodis esses. eadem enim causa opes meas fregit, quæ tuam salutem in discrimen adduxit.Sed tamen,quidquid imago veteris meæ dignitatis, quidquid reliquiæ gratiæ valebunt: studium, consilium,opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis optimis fratribus.Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti: primùm ob eas causas,quas scripsi:deinde, quod ea de rep. semper voluisti,atque sensisti,vt non modò nunc secunda sperare debeas, sed etiam, si omnia aduersa essent, tamen conscientia & factorum,& consiliorum tuorum,quæcumque accideremt,fortissimo, & maximo animo ferre deberes. Vale.

¶ ARG. *Narrat quid cum Cæsare egerit de Ligarij incolumitate.*

M. C. Q. LIGARIO, S. D. 14

ME scito omnem meum laborem,omnem operam,curam, studiúmque in tua salute consumere. nam cùm te semper maximè dilexi, tum fratrum tuorum, quos æquè, atque te, summa beneuolentia [h] sum complexus, singularis pietas,amórque fraternus,nullum me patitur officij erga te, studiíque munus, aut tempus prætermittere.Sed quæ faciam, fecerímque pro te,ex illorum te litteris, quàm ex meis, málo cognoscere. Quid autem sperem, aut confidam, & exploratum habeam de salute tua, id tibi à me declarari volo. Nam si quisquam est timidus in magnis, periculosíque rebus, sempérque magis aduersos rerum exitus metuens, quàm sperans secundos,is ego sum:&,si hoc vitium est,eo me non carere confiteor. Ego idem tamen cùm ad [i] v I.Kal.intercalareis [k] priores,rogatu fratrum tuorum veniſſem manè ad Cæsarem: atque omnem adeundi,& conueniendi illius indignitatem & molestiam pertulissem: cùm fratres, & propinqui tui iacérent ad pedes, & ego essem locutus, quæ causa, quæ [l]

a adde 7. epistol. 2 g.*

b *duo v.c.* & perpetua cura salutis tuæ, *&c. & ita l.*

c *l.* Sed si tard. *& ita v.c.* P. B.

d *al.* mare

e *duo v. c.* sum meritus,

f *al.* delerē vt epistolæ 10.3.*

g *al.* ne tu quidē in istis incommodis non esses: *al.* næ tu quidē in istis incommodis non esses, & ita Vrsinus legit.*

h *v.c.* benivolentia

i *l.* a.d. II. kal.

k *suspicor legendum* intercalarem, *vel* compellarem priores & roga- P. XCI.

tu & cæt. nisi intercalares kalendas quis interpretetur Februarias, quòd illo mē se dies nus intercalet-tur.*

l *l.* quæ tuā tempus postul.

tempus tum postulabat: nõ solùm ex oratione Cæsaris, quæ sanè mollis, & liberalis fuit: sed etiam ex oculis, & vultu, & [a] multis præterea signis: quæ faciliùs perspicere potui, quàm scribere: hanc in opinionem discessi, vt mihi tua salus dubia non esset. Quamobrem fac animo magno, fortúque sis: &, si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora lætè feras. Ego tamen tuis rebus sic adero, vt difficillimis, neque Cæsari solùm, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut adhuc feci, libentissimè supplicabo. Vale.

[a] L. & ex multis præt. & sin v.c.

¶ ARG. Gratulatur Basilio.

CICERO BASILIO [b], S. D. 15

[b] L. BASILO

TIBI gratulor: mihi gaudeo: te amo: tua tueor. à te amari, & quid agas, quídque istic agatur, certior fieri volo. Vale.

¶ ARG. Petit vt absentem se tueatur.

BITHYNICVS [c] CICERONI, S. D. 16

[c] Pompeiæ gentis fuit. adde lib. de clar. oratorib. Fest. in Rutrum.*

SI mihi tecum non & multæ, & iustæ causæ amicitiæ priuatim essent, repeterem initia amicitiæ ex parentibus nostris: quod faciendum iis existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia: cuius fiducia peto à te, vt absentem me, quibuscumque in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. Vale.

P. B.

¶ ARG. Cupit vnà cum Bithynico Remp. constitutam bene: & cum Bithynico viuere.

M. [d] T. C. BITHYNICO, S. 17

[d] I. CICERO B.

CVM ceterarum rerum causa cupio esse aliquando remp. constitutam: tum velim mihi credas, accedere [e] id etiam, quo magis expetam promissum tuum, quo in litteris vteris. Scribis enim, si ita sit, te mecum esse victurum. Gratissima mihi tua voluntas est: facísque nihil [f] alienum à necessitudine nostra, iudiciísque patris [g] tui de me, summi viri. Nam sic habeto: beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus valuerunt, aut valeant, coniunctiores tecum esse, quàm me: necessitudine, neminem. Quamobrem grata mihi est, & memoria tua nostræ coniunctionis, & eius etiam augendæ voluntas. Vale.

[e] *al.* accidere

[f] L. nihil alienum necessitud.

[g] de quo in Bruto.*

¶ ARG. De lege quadam Cæsaris. De negotio Leptæ ipsius. De Oratore perfecto à se composito. De mansione vrbana. De filio Leptæ.

M. T. C. LEPTAE, S. D. 18

SIMVL [h] vt accepi à Seleuco tuo litteras, statim quæsiui è Balbo per codicillos, quid esset in lege. Rescripsit, *Eos, qui facerent præconium, vetari esse in decuriombus: qui fecissent, non vetari.* Quare bono animo sint & tui, & mei familiares. neque enim erat ferendum, cùm, qui hodie [i] haruspicinam facerent, in [k] senatu Romæ legerentur: eos, qui aliquando præconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere. ¶ De Hispaniis [l] noui nihil. magnum tamen exercitum Pompeium habere constat. Nam Cæsar ipse ad nos misit exemplum Patieti [m] litterarum, in quo erat, illi vndecim esse legiones. scripserat etiam Messala Q. Salasso, Q. [n] Curtium fratrem eius, iussu Pompeij, inspectante exercitu, interfectum, quòd consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariæ causa venisset, eum comprehendere, ad Cæsaremque deducere. ¶ De negotio tuo, quod sponsor es pro Pompeio: si Galba [a] consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non desinam cum illo communicare, si quid expediri possit: quod videbatur mihi illi confidere. ¶ Oratorem [b] meum tantopere à te probari, vehementer gaudeo. Mihi quidem sic persuadeo, me, quidquid habuerim iudicij de dicendo, in illum librum contulisse. Qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum: sin aliter, non recuso, quin, quantum de illo libro, tantumdem [c] de mei iudicii fama detrahatur. Leptam nostrũ cupio delectari iam talibus scriptis. etsi abest maturitas ætatis, iam tamen personare aureis eius huiusmodi vocibus, non est inutile. ¶ Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Sed cùm ea, quemadmodum spero, fatis firma sit: teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam [d] pensionem: &, mehercule, non tam sum peregrinator iam, quàm solebam. ædificia mea me delectabant [e], & otium domus [f] est, quæ nulli: villarum mearum cedat: otium omni desertissima regione maius. Itaque ne litteræ quidem meæ impediuntur: in quibus sine vllo [g] interpellatore versor. Quare, vt arbitror, priùs hîc te nos, quàm istic tu nos videbis. ¶ Lepta suauissimus ediscat [h] Hesiodum i: & habeat in ore,

[h] *al.* Simul atque acc. *al.* Simul accepi. ſſic 8. ad Articũ: simul audiero: & 9. epistol. vt simul venerit. Terent. Phorm. simul argentũ reperit.*

[i] Si licet ei qui haruspicinam fecit, senatori esse: licebit & ei qui præconium fecit, esse decurioni.*

[k] *forte* in senatum

[l] *al.* de Hispanis.*

[m] L. Patiæci. *al.* Paciæci. vide lib. de bello Hispaniensi.*

[n] v.c. P. Curtium,

P. XCIII.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.
Ἀθάνατοι. Vale.

[a] *al* Basilus

[b] Is est liber de perfecto oratore. de quo 3. epist. 7. & 15. 19. 20. infra.*

[c] *al.* tantumdem. & ita scribendum est. monet Priscianus lib. 1.* d hoc est primam sola tionem dicit. Dorvillius in veteribus solebat reperiri tui animi prima die. Hoc eodem verbo vtitur pensionis. 11. ad Atticum. 19. nisi si & hic & illic pensitatio non positio legendum.* e *al.* delectant.* f in palatio.* g L. villa interpellatore v. & ita v.c.

h Sententiæ poetarum primum ætate discendæ, quibus viri vtamur.* i in operibus ἔργα, ἢ ἡμέρα.

¶ ARG. A Macula diuersorio humanissimè exceptum gratulatur. Ludorum curationem dissuadet.

CICERO LEPTAE, S. D. 19

MACVLAM officio functum esse gaudeo. eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio [k]: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Cetera [l] is mihi quidem locus non displicet: nec ea re Petrinum tuum deseram. Nam & villa, & amœnitas illa, commorationis est, nõ diuersorij [m]. ¶ De curatione aliqua munerum regiorum [n], cum Oppio locutus sum. nam Balbum, posteà quàm tu es profectus, non vidi. tantis pedum doloribus afficitur, vt nos qui manè salutatum eum ire soleamus, ne conuenire quidem nolit. Omnino de tota re, vt mihi videtis, sapientiùs faceres, si non curares. quod enim eo labore assequi vis, nullo modo assequére. tanta est enim intimorum multitudo, vt [o] ex his potiùs aliquis effluat, quàm nouo sit aditus: præsertim qui nihil afferat, præter operam: in qua ille se dedisse beneficium putabit, (si modò ipsum sciet) non accepisse. Sed tamen aliquid videbimus, in quo sit spes P. aliter quidem non modò non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asturæ diutiùs arbitror cõmoraturum, quoad ille quandoque veniat. Vale.

[k] L. deuerso rio: I. Cetero qui is mihi P. B. locus non displ. *al.* Cetero qui mihi locus non displ.

[l] L. diuerso rio,

[m] *al.* regionis, *al.* regionum, & ita legit Manutius. sed mansiones regias, vel mansiones Romanas non quæ genere sed celebritate Cæsari quæque Cicero neque multis locis gerat) vere esse cupiebat. Qui regionum locus, quos Cæsar per singulas vrbis regiones edixerat vel habere intelligunt.*

[n] *al.* vt ex his aliquis potiùs effl. P. *al.* species. *id est* dignitas & honor.

¶ ARG. Consolatur exsulantem.

CICERO TORANIO, S. D. 20

DEDERAM triduo antè pueris Cn. Plãcij q. litteras ad te, eò nunc ero breuior, téque,

stas. & ita legit Victorius improbatque Lambinus. 9. pro quo erat q.*

vt antea consolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse vtilius, quàm ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. Nam præter nauigationis longę, & hyemalis, & minimè portuosæ periculum, quod vitaueris, ne [a] illud quidem negligendũ [b], quãuis stubitò, cũ certi aliquid audieris, te istinc [c] posse proficisci. Nihil est præterea, cur aduenientibus te offerre gestias. multa præterea meo tuo, quæ cum [d] Milone nostro communicaui. Quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti: ex quo te, quocumque opus erit, facillimè, & expeditissimè conferas. Quòd si recipiet ille se: ad tempus aderis. Quoniam multa accidere possunt) aliqua res eum vel impediet, vel morabitur: tu ibi eris, vbi omnia scire possis. hoc mihi prorsus valde placet. De reliquo, vt te sæpe per litteras hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, quod timendum sit, præter communem casum ciuitatis: qui etsi est grauissimus, tamen ita vsimus, & id ætatis iam sumus, vt omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hîc tui omnes valent, summáque pietate [e] te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura vt valeas, & te istinc [f] ne temere commoueas [g]. Vale.

a *Z. Neillud quidem non quantiuis, quamuis habebo, cum certi, &c.*

Est autem hoc loco nõ quantiuis id est non misi mo: quãuis autem id est quamuis.

b *al. non negligendum. ne illud quidem non, quãuis subaudi. Ita M. anno.* P. XCIII.

c *v. c. istinc. eadem varie. ne illim legimus. 7. ad Atticum pro illinc.*

d *f. cũ Chilone: al. cũ Callone, est autem Chilo Iliensis nomẽ, cognomen autem eorum qui labris essent maioribus. Festus.*

e *1. epist. 1. v. c. istim. g forte cõmouetis. h v. c. scribebam, i ferri, & te k venturum. ob communicatam l ampliano. P. B. Aronia, quasi diceret me simulatum & inuentum. Gellius. Labeonis. Gellius. o. epistolis. & alibi a v. c. n Mors o. minis terror. Horat. mõ. Horat. o. epistolarum. p forte me q quod l. c. r. cum re cordetur.*

¶ ARG. *Consolatur Toranium in publicis malis.*

CICERO TORANIO, S. D. 21

ETSI, cùm hæc ad te scriberem, aut hæc propinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum, & confectum videbatur: tamen quotidie commemorabam te i vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi: solósque nos vidisse, quantum esset in eo bello mali, in quo, spe pacis exclusa, ipsa victoria futura esset acerbissima: quæ aut interitum allatura esset, si victus esses: aut, si vicisses, seruitutem [k]. Itaque ego, quem tum fortes [l] illi viri, & sapientes, Domitij, & Lentuli, timidum esse dicebãt: (& meram pladerunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnem euentum paratus sum. Cùm aliquid videbatur caueri posse: tum id negligi dolebam. nunc verò, euersis omnibus rebus, cùm cõsilio proficì nihil possit, vna ratio videtur, quicquid euenerit, ferre moderatè: PRAESERTIM [n] CVM *omnium rerum mors sit extremum*: & mihi sim conscius, me [o], quod licuerit, dignitati reip. consuluisse: &, hac amissa, salutem retinere voluisse. Hæc scripsi, non vt de me ipse dicerem, sed vt tu, qui coniunctissima fuisti mecum & sententia, & voluntate, eadem cogitares. *Magna enim consolatio est, cùm* [p] *recordare, etiam si secus acciderit, te tamen recte, verèque sensisse.* Atque vtinam liceat aliquando aliquo reip. statu nos frui, intérque [a] nos conferre sollicitudines nostras, quas pertulimus tum, cùm timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod timeas, præter vniuersæ reip. interitum, tibi cõfirmo. De me autem sic velim iudices, quantum ego possim, me tibi, saluti tuæ, libertíq; tuis summo cum studio præstò semper futurum. Vale.

a *Z. inter nosque c. Orat. v. c.*

¶ ARG. *Consolatur mœrentem interitu amicorum: officia sua Domitio defert.*

CICERO DOMITIO, S. D. 22

NON ea res me deterruit, quo minùs, postea quàm in Italiam venisti, litteras ad te mitterem, quòd tu ad me nullas miseras: sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse egens [b] rebus omnibus: nec, quid suaderem, cùm mihi metipsi consiliũ deesset: nec quid consolationis afferrem in tantis malis, reperiebam. Hæc quamquam nihilo [c] meliora sunt, nunc etiam atque etiam multò desperatiora, tamen inaneis esse meas litteras, quã nullas, malui. Ego, si te intelligerem plus conatum esse suscipere reip. causa muneris, quàm quantum præstare potuisses: tamẽ, quibuscumque rebus possem, ad eam conditionem te viuendi, quæ daretur, quæque esset, hortarer. Sed cùm consilij tui benè, fortitérque suscepti, eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarũ contentionum esse voluisset: oro, obtestórque te pro [d] nostra vetere coniunctione, ac necessitudine, próque summa mea in te beneuolentia [e], & tua in me pariter [f], te vt nobis, parenti [g], coniugi, tuísque omnibus, quibus es, fuistíque semper carissimus, saluum conserues, incolumitati [h] tuæ, tuorúmque, qui i ex te pendent, consulas: quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis viris tradita, memoria & scientia comprehendisti, iis hoc tempore vtare: quos coniunctos summa beniuolentia, plurimísque officiis amissi, eorum desiderium, si non æquo animo, at forti feras. Ego, quid possim, nescio: vel potiùs me parum posse sentio: illud tamen tibi polliceor, me, quæcunque saluti dignitatíque tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu & studio & officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam fœminam, tuísque amantissimam, detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, vt te velle intellexero. Sin [k] tu minùs scripseris: ego tamen omnia, quæ tibi vtilia esse arbitrabor: summo studio diligentiáque curabo. Vale.

b *duas v. c. egens omnibus rebus P. XCIIII.*

c *Z. nihilo meliora sunt nunc, atque etiam multo desp.*

d *v. c. pro vetere nostra c.*

e *v. c. beneuolentia,*

f *Z. pari,*

g *id est, matri de qua in exordio huius epistolæ.*

h *al. incolumitatique t.*

i *q. v. c. qui de te pendet*

k *q. v. c. Sin autem tu minùs scr.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS, AD M. MARIVM, ET ALIOS.

¶ARG. *De Ludu à Pompeio exhibitis & eorum fastidio. Nihil in illu fuisse dignum Mario.*

M. CICERO M. MARIO S. D. 1

SITE dolor [a] aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis [b] tuæ tenuit, quo minùs ad ludos venires: fortunæ magis tribuo, quàm sapientiæ tuæ. Sin hæc, quæ ceteri mirãtur, contemnẽda duxisti, &, cùm per valetudinem [c] posses, venire tamen noluisti: vtrumque lętor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse, cùm ea, quæ sine causa mirantur alij, neglexeris: modò, vt tibi constiterit fructus otij tui: quo quidem tibi perfrui mirificè licuit, cùm esses in ista amœnitate pę nè solus relictus. Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum [d] perforasti, & patefeciſti Seianum [e]. per eos dies matutina tempora lectiunculis comsumseris: cùm illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarẽt communẽis mimos semisomni. Reliquas verò parteis diei tu cõsumebas his delectationibus, quas tibi ipsi [f] ad arbitrium tuũ compararas [g]: nobis autẽ erant ea perpetiẽda, quæ scilicet Sp. [h] Mæcius [i] probauisset. Omnino, si quæris, ludi apparatissimi [k]: sed non tui stomachi. coniecturam enim facio de meo. Nam primùm honoris causa in [l] scenam redierant ij, quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar. Deliciæ verò tuæ, noster Æsopus [m], eiusmodi fuit, vt ei desinere per omneis homines liceret [n]. is iurare cùm cœpisset, vox eum defecit in [o] illo loco. *si [p] sciens fallo.* Quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos. Quid [q]? ne id quidem lepõris habuerunt, quod solent mediocres ludi. Apparatus [r] enim spectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquissimo carueris. Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra [s]? aut in equo Troiano [t] craterarum tria millia? aut armatura varia peditatus, & equitatus in [x] aliqua pugna? quæ populares admirationem habuerunt, delectationem tibi nullã attulissent. Quòd si tu per eos dies operã dedisti Protogeni tuo, dummodò is tibi quidvis potiùs, quàm orationes meas legerit: næ tu haud paullo plus, quàm quisquam nostrũm delectationis habuisti. Non enim te puto Græcos, aut [y] Oscos ludos desiderasse: præsertim cum Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis: Græcos [z] verò ita [a] non ames: vt ne ad villam quidem tuam via Græca ire soleas. Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contemseris? in quibus ipse Pompeius confitetur, se & operam [b] & oleum perdidisse. Reliquæ sunt venationes [c] binę per dies quinque, magnificæ, nemo negat. sed quæ potest esse homini politico [d] delectatio, cùm aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur? quæ tamen, si videnda sint [a], sæpe vidisti: neque nos, qui hæc ipsi [e] animus, quidquam noui vidimus. Elephantorũ [b] extremus dies fuit: in quo admiratio magna vulgi atque turbæ: delectatio nulla exstitit. quinetiam misericordia quædam consecuta est, atque opinio eiusmodi, esse quãdam illi [c] belluæ cũ genere humano societatẽ. His ego tamẽ diebus, ludis [d] scenicis, ne forte videar tibi nõ modò beatus, sed [e] ne liber omnino fuisse, dirupi [f] pænè me in iudicio Galli Caninij, familiaris tui. Quòd si tam facilem populum haberem, quàm Æsopus habuit: libenter mehercule artem desinerem [g], tecúmque, & cum similibus nostri viuerem. Nam me cùm antea tædebat, cùm & ætas, & ambitio me hortabantur, licebat denique, quem nolebam, non defendere: tum verò hoc tẽpore vita nulla est. Neque enim fructum vllum laboris exspecto [h] & cogor nonnumquam homines nõ optimè de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. Itaque quæro causas omneis aliquãdo viuendi arbitratu meo: tẽque, & istã rationem otij tui & laudo vehementer, & probo: quódque nos minùs interuisis, hoc fero animoi equiore, quòd, si Romæ esses, tamẽ neque nos lepõre tuo, neque te (si quis est in me) meo frui liceret, propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, (nam vt planè exsoluam, non postulo) te [k] ipsum quidem, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profectò, quid sit humaniter viuere. Tu modò istam imbecillitatẽ valetudinis [l] tuæ sustenta, & tuere, vt facis, vt nostras villas obire, & mecum [m] simul lecticula circumcursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quàm soleo, non otij abundantia, sed amoris erga te, quòd me quadam epistola subinuitaras, si memoria tenes, vtinam alie aliquid huiusmodi scriberem, quo minùs te prætermisisse ludos pœniteret. Quod si accusatus sum, gaudeo: sin minùs, hoc me tamen consolãbor [o], quòd posthac ad ludos venies, nósque vises: neque in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ. Vale.

¶ARG. *Mandatum Marij sibi curæ: Burſæ condemnationem gratulatione dignam esse scribit.* 2

M. T. C. M. MARIO, S. D.

MANDATVM tuum curabo diligenter. Sed homo acutus, ei mandasti potissimum, cui expediret, illud vænire quàm q plurimo. Sed eo vidisti multum, quòd si mihi permisisses: quis pluris emerem. Quòd si mihi permisisses: quis meus

a podagratum laborabat epist. 4.*
b *v.c.* valitudinis.
c *v.c.* valitudineni.
d Stabiæ collis celebris in agro Cãpano.*
e *L.* Miseno. *al.* Scianum *vel*, senum *al.* scenam *Turneb.* sinũ *al.* semni *al.* senium.*
f *L.* ipse.
g *v.c.* comparas:
h *v.c.* P. Mæcius.
i P. Mæcius Tarpa poëmata à mimis in scena recitanda prius iudicabat. Horat. epistol. ad Pisones: & 1. Satyr. 10.*
k Ludos intelligit Pompeij quibus theatrum à se factum dedicauit: quibus primus omniũ Elephantorũ pugnam in Circo dedit. meminit Orat. in Pisonẽ, & Plinius 7. c. 48.*
l *v.c.* in scenam.
m insignis tragœdus v. Macrob. 3. Saturnal. 10. Plin. 5.*
n nemini enim placuit *al.* in eo loco.
o ita iurabant plerunque veteres P. XCV. v. Festum in lapidẽ Plin. in Panegyricis exẽpla passim occurrunt.*
p *L.* Quid quòd ne id quidẽ lepõris hab. quod *f.* m. ludis *al.* qui ne id quidem Vrsin.
q Horum ludorũ mentionem facit Cicero in oratione in Pisonẽ, Dion. 39. Pædianus.
r Clytemnestra tragœdia Appij Poetæ vt ex Nonio cognoscitur.* s Tragœdia est Liuij Andronici. adde epist. 16.* t *L.* arcerarũ tria m. Est autẽ Arcera genus vehiculi Varroni & Nonio * x *L.* vt in aliq. p. *al.* vt in Iliaca *vel* Attica *Ant. August. Vrsin.* * y Tria genera ludorũ exhibuit Pompeius Latinos, Græcos, Oscos diuersos, lingua, sermone, amictu Græcorum meminit 16. ad Att. cum 5. z Ironia. a *al.* ita ames.
b Prouerbij species. c Dion. 39. tradit quingentos leones quinque diebus ferro absumptos d *L.* polito quem Græci κεκαλλύντα.
a *L.* tuæ. b *v.c.* tremus. Elephantorũ dies fuit. Idem Dion. lib. 60. fuerunt autem octoginta. P. Victor. Dion. vigesimo. si verò, ut Plinius 8. c. 7. Xiphilinus. c *L.* libertate. d *hac duo*, ludis scenicis *essent glossemata vetera.* e *L.* sed nec liber omnino fuisse videbar. quidẽ amicus fuisse videbar. sed liber videbar. omnino non fuisse. f *L.* dirupi me parũ &c. *al.* deferem. h *v.c.* ex his pero. i *al.* quæ re animo. k *al.* & tu ipsum. l *v.c.* valitudinis. m *v.c.* & mecum nostras villas obire. simul lecticulam circumcursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi. n *v.c.* vt aliquid ad te o *al.* consolabor. p Ironia. q id est mihi mandasti. vt ubi emerem quam plurimo. quam hæc ars interest. vt ne plurimo. quis del. R. XCVI. de reliquis do. r *al.* s. t. mandasti.

meus amor in te est: confecissem cum coheredibus. nunc, quando [a] tuum pretium noui, licitatorem [b] potiùs apponam, quàm illud minoris væneat. sed de ioco satis est. Tuum negotiũ agam, sicuti debeo, diligenter. ¶De Bursa [c], te gaudere certò scio. sed nimis verecundè mihi gratularis. Putas enim, vt scribis, propter hominis sordeis, minùs me magnam illam lætitiam putare. Credas mihi velim, magis me iudicio hoc, quàm morte inimici lætatum. Primum enim iudicio málo, quàm gladio: deinde gloria potiùs amici, quàm calamitate. In primisque me delectauit, tantũ studium bonorum in me exstitisse contra increbilem contentionem clarissimi, ac [d] potentissimi viri. Postremò, quod vix verisimile fortasse videatur, oderam multò peius hunc, quàm illum ipsum Clodium. Illum enim oppugnaram: hũc defenderã. Et ille, cùm omnis resp. in meo capite discrimen esset [e], magnum quiddã spectauit: nec [f] sua quidem sponte, sed eorum auxilio, qui me stante stare non poterant: hic simiolus [g], animi causa, me, in quem inueheretur, delegerat: persuasérátque nonnullis inuidis meis, se in me emissarium semper fore. Quamobrẽ valde iubeo gaudere te. magna res gesta est. numquã vlli fortiores ciues fuerunt, quàm qui ausi sunt eum contra tantas opes eius, à quo ipsi lecti iudices erant, condemnare. Quod fecissent numquam, nisi iis dolori meus fuisset dolor. Nos hîc multitudine, & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita distinemur, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur [i], vt quàm primùm te videre possimus. Vale.

a *l. quoniã r. & ita v.c.*
b *al. ille certorem. al. in licitatione.*
c *Frater l. Plauri ad quem epist.*
d *al. & potentiss.*
e *l. aditura. & ita v.c.*
f *l. nec sua sponte, sed eorum auxilio, qui me stante stare non poterant. id est plane contemnendus hic 5. epistol. 10 & Horat. Sat. vlt. Simius.*
g *id est plane contemnendus hic 5. epistol. 10 & Horat. Sat. vlt. Simius.*
P. R.
h *al. crebritate.*
i *extra ordinem. idque à Pontificibus.*

¶*ARG. Causas exponit cur post Pharsalicam pugnam à Pompeianis discesserit.*

M. C. M. MARIO, S. D. 3

PERSAEPE mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus tot annos versamur, & (vt video) versabimur, solet in mentem venire illius temporis, quo proximè fuimus vnà. quin etiam ipsum diem memoria teneo. Nam ad [k] III. Idus Maias, Lentulo, & Marcello consulibus, cùm in Pompeianum vesperi venissem, tu mihi sollicito animo præsto fuisti. Sollicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verebare, ne officio deesse m: si [l] proficiscerer ad bellum, periculum te meum commouebat. Quo tempore vidisti profectò me quoque ita conturbatum, vt non explicarem, quid esset optimum factu. pudori tamen malui, famæque cedere, quàm salutis meæ rationem ducere. Cuius me mei facti pœnituit, non tam propter periculum meum, quàm propter vitia multa, quæ ibi offendi, quò veneram. Primùm neque magnas copias, neque bellicosas: deinde, extra ducem, paucorque præterea, (de principibus loquor) réliqui primùm in ipso bello rapaces [m]: deinde in oratione ita crudeles, vt ipsam victoriam horrerem: maximum autem æs alienum amplissimorum [n] virorũ. Quid quæris? nihil boni, præter causam. Quæ cùm vidissem: desperans victoriam, primum cœpi suadere pacẽ, cuius fuerat semper auctor: deinde, cùm ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere instituí, vt bellum duceret. Hoc interdum probabat, & in ea sententia videbatur fore, & fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna [o] cecidisset suis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille summus, nullus [a] imperator fuit. Signa tirone [b] & collectitio exercitu cum legionibus robustissimis [c] contulit. victus [d] turpissimè, amissis etiam castris, solus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci: nec putaui, cùm integri pares non fuissemus, fractos superiores fore. Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus, aut ad Iubam [e] confugiendũ, aut capiendus tanquam exsilio [f] locus, aut [g] consciscenda mors volũtaria. Certè nihil fuit præterea, si te victori nolles, aut non auderes committere. *Ex omnibus autem ijs*, quæ dixi, *incommodis, nihil tolerabilius exsilio* [l], *præsertim innocenti: vbi nulla adiuncta est turpitudo: addo etiam, cùm ea vrbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore.* Ego cum meis, (si quidquam nunc cuiuspiam [k] est) etiant in meis esse malui. Quæ acciderunt, omnia dixi futura. Veni domum, non [l] quòd optima viuendi conditio esset: sed tamen, si esset aliqua fortuna [m] reip. tanquam in patria vt essem: si nulla, tanquam in [n] exsilio. Mortem mihi cur consciscerem [o], causa nulla visa est: cur optarem, multæ [p]. Vetus est enim, *Vbi non sis qui fueris, non esse cur velis viuere.* Sed tamen *vacare culpa, magnum est solatium: præsertim cùm habeam duas res, quibus me sustentem: optimarum artium scientiam, & maximarum rerum gloriam:* quarum altera mihi viuo numquam eripietur: altera ne mortuo quidem. Hæc ad te scripsi verbosiùs, & tibi molestus fui, quòd te cùm mei, tũ reip. cognoui amantissimum. Notum tibi omne meum [q] consilium esse volui, vt primùm scires, *me numquã voluisse plus quemquam posse, quàm vniuersam remp.* Posteà autem, quàm alicuius [r] culpa tantum valeret vnus [s], vt [t] obsisti non posset, me voluisse pacem, amisso exercitu, & eo duce, in quo spes fuerat vno, me [u] voluisse etiam, reliquis omnibus postquàm non potuerim [x], mihi ipsi finem fecisse belli: nunc autem, si hæc ciuitas est, ciuem esse me: si non, exsulem esse non incommodiore loco, quàm [y] si me Rhodum, aut Mytilenas contulissem. Hæc tecum coràm malueram: sed quia longiùs fiebat, volui per litteras eadẽ: vt [z] haberes quid diceres, si quando in vituperatores meos incidisses. Sunt enim, qui, cùm meus interitus nihil fuerit reip. profuturus, criminis loco putent esse quòd viuam. Quibus ego certò scio non videri satis multos perisse: qui si me audissent, quamuis iniqua pace, honestè [a] tamen viuerent. Armis enim inferiores, non causa fuissent. Habes epistolam verbosiorem fortasse, quàm velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Ego, si quę volo, expediero, breui tempore te, vt spero, videbo. Vale.

a *q. v.c.* mulius imperii fuit. *nõ plag.*
b *adde 4. Epistol. 7. & 10. Epi. 24.*
c *harum legionũ nonnullæ per nouem annos in Gallia pugnauerant.*
d *in Pharsalia.*
e *vt Scipio. vide 9. epistol. 6.*
f *al. exsulio. vt M. Marcellus 4. epist. 8.*
g *l. aut consciscenda mors. quod Cato Vticæ fecit auditæ Cæsaris Africana victoria. vnde Vticensis dictus.*
i *al. exsulio. vide Paradox.*
k *v.c. cuiusquam est) & ita l.*
l *v.c. non quò*
P. R.
m *v. c. forma reip. & ita l.*
n *al. in exsilio.*
o *l. conciscerem,*
p *libri vulg. multę causę.*
q *al. consilium meum. r id est Pompeii, cuius auctoritate Cæsar, quæ voluit pro sua potentia consecutus est.*
s *id est Cæsar.*
t *l. vt ei obsisti non p.*
u *l. me voluisse etiam reliquis omnibus: postquàm non potuerim, mihi, &c.*
x *sublimelitigo, finẽ belli facere.*
y *q. v.c. quã si Rhodum, aut Mytilenas. me cont.*
z *l. vt haberes quod diceres, si q.*
a *al. honesta*
b *l. A. D IX. kal. al. A. d VIII. kal.*
c *villa Ciceronis prope Pompeios oppidum.*
P. XCVIII.
d *al. si quod*
e *adde epist.*
1 *in pr.*
f *id est si tu constituisti podagram curare.*
g *v.c. fac vt in alium*

¶*ARG. Præmonet Marium de aduentu suo in Pompeianum.*

M. T. C. M. MARIO, S. D. 4

AD [b] IX. Kal. Iulias in Cumanum veni cum Libone tuo, vel nostro potiùs. in Pompeianum [c] statim cogito. Sed faciã te antè certiorem. Te cùm semper valere cupio, tum certè dum hîc sumus. Vides enim, quanto pòst vnà futuri simus. Quare si quid [d] constitutum [e] cum podagra [f] habes, fac [g] in alium diẽ diffe-

tas. Cura igitur, vt valeas: & me hoc biduo, aut triduo exspecta. Vale.

¶ *ARG. Commendat Trebatium Cæsari.*

M. T. C. C. CAESARI IMPER. S. D. 5

VIDE, quàm mihi persuaserim, te me esse alterum, non modò in iis rebus, quæ ad me ipsum, sed etiam in iis, quæ ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram, quocunque exirem, mecum ducere, vt eum meis commu nibus [a] studiis, & [b] beneficiis quàm ornatissimum, domum reducerem. Sed postea quàm & Pompeij commoratio diuturnior erat, quàm putaram: & mea quædam tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare: vide, quid mihi sumserim. Cœpi velle, ea Trebatium exspectare à te, quæ [c] sperasset à me. Neque mehercule minùs ei prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri. Casus verò mirificus quidam interuenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ. Nam cùm de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratiùs domi meæ, litteræ mihi dantur à te: quibus in extremis scriptum erat, *M.* [d] *Furium, quem mihi commendas, vel* [e] *regem Galliæ faciam, vel Leptæ* [f] *legatum* [g]. *Si vis tu*, ad me alium mitte, quem ornem. Sustulimus [h] manus & ego, & Balbus. tanta fuit opportunitas, vt illud nescio quid [i] non fortuitum, sed diuinum videretur. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, vt initiò mea sponte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Hunc, mi Cæsar, sic velim omni tua comitate complectare, vt omnia, quæ per me possis adduci, vt in meos conferre velis, in vnum hunc conferas: de quo tibi homine hæc [k] spondeo, non illo vetere verbo meo, quod, cùm ad te de Milone scripsissem, iure lusisti: sed more [l] Romano, quo modo homines non inepti loquuntur: probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem [m] esse neminẽ. Accedit etiam, quod [n] familiaritatem inducit, in iure ciuili singularis memoria, summa scientia. Huic ego neque tribunatum, neque præfecturam, neque vllius beneficij certum nomen peto: beneuolentiam tuam & liberalitatem peto: neque impedio, quò minùs, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriolæ [o] insignibus. totum denique hominem tibi trado de [p] manu (vt aiunt) in manum tuam istam, & victoria & fide præstantem. Sumus enim putidiusculi [q], quàm per te vix licet: verùm, vt video, licebit. Cura, vt valeas, & me, vt amas, ama.

¶ *ARG. Monet Trebatium vt vrbi desiderium deponat: suásque res, suáque incepta perficiat.*

CICERO TREBATIO, S. D. 6

IN omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem, aut ad Balbum mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuę, nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio [r] meę erga te beneuolentiæ [s]. Tu modò ineptias istas, & desideria vrbis, & vrbanitatis depone: &, quo consilio profectus es, id assiduitate & virtute conséquere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medéæ, *quæ* [t] *Corinthi arcem* [u] *altam habebant* [x] *matronæ opulentæ, optimates:* quibus illa manibus gypsatissimis [a] persuasit, ne sibi illæ vitio verterent, quòd abesset à patria. *Nam* [b] *multi suam rem bene gessêre, & publicam, patria procul. Multi* [c], *qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.* Quo in numero tu certè fuisses, nisi te extrusissemus. Sed plura scribemus aliàs. Tu, qui ceteris cauere [d] didicisti, in Britannia ne ab essedariis [e] decipiaris, caueto: &, quando Medéam agere [f] cœpi, illud semper memento, *Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit* [g], *nequidquam sapit.* Cura vt valeas.

¶ *ARG. Monet vt adsiduam operam nauet Cæsari.*

CICERO TREBATIO, S. D. 7

EGO te commendare non desisto: sed, quid proficiam, ex te scire cupio. Spem maximam habeo in Balbo: ad quem de te diligentissimè & sæpissime scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties à Q. fratre mihi afferuntur [h]. In Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti. Id si ita est, essedum aliquod suadeo rapias, & ad nos quàm primùm recurras. Sin autem sine Britannia tamen assequi id, quod volumus, possimus, perfice vt sis in familiaribus Cæsaris. multùm enim te in eo frater adiuuabit meus, multùm Balbus: sed, mihi crede, tuus pudor, & labor plurimùm. Imperatorem [i] liberalissimum habes, ætatem opportunissimam, commendationem certè singularem: vt tibi vnum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare. Vale.

¶ *ARG. Trebatium reprehendit, quia delatum à Cæsare tribunatum recusauerat.*

CICERO TREBATIO, S. D. 8

SCRIPSIT ad me Cæsar perhumaniter, nódum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certè fore: cui quidem ego rescripsi, quàm mihi gratum esset futurum, si quàm plurimum in te studij, officij, liberalitatis suæ contulisset. Sed ex tuis litteris cognoui præproperam quamdam festinationem tuam: & simul sum admiratus, cur tribunatus [k] commoda, demto præsertim labore militiæ, contemseris. Querar cum Vacerra [l], & Manilio: nam [m] Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo stultus es, quando te ab [n] eo sapere didicisse profiteris. Quin tu vrges istam occasionem, & facultatem, qua melior numquam reperietur? Quòd scribis de illo Prætiano [o] iureconsulto, ego te ei non desino commendare. scribit etiam ipse mihi te sibi gratias agere debere. De eo quid sit, cura, vt sciam. Ego vestras Britannicas litteras exspecto. Vale.

¶ *ARG. Litterarum officium à Trebatio requirit. Monet ne reditum in vrbem præpropere cupiat.*

CICERO TREBATIO, S. D. 9

IAMDIV ignoro, quid agas. nihil enim scribis: neque ego ad te his duobus mensibus scripseram: quia cum Q. fratre meo non eras. quò mitterem, aut cui darem, nesciebã. Cupio scire quid agas, & vbi sis hyematurus. Equidè velim cum Cæsare: sed ad eum propter [p] eius occupationes nihil fum ausus scribere. ad Balbum tamen scripsi. Tu tibi deesse noli. serius potius ad nos, dũ plenior [q]. Quòd huc propere [r] es, nihil est, præsertim Vacerra mortuo. sed

a *L.* omnibus
b *al.* beneficiis q.
c *q.v.c.* quæ exspectaſſet
d *al.* M. ORFIVM, *al.* M. RVFVM, *al.* Vrſinium, *al.* Irſium, *al.* Iſium, *al.* Mirſium, *al.* Idſium, *al.* Fiuium, *al.* Illiſinium, *al.* Itiſium, *al.* M. Inſium, *al.* Infinium, *al.* Liſium, *vet. Manut.**
e *al.* vt me regem Galliæ faciam, Leptæ delegabo: *vel* ita vt me regem Galliæ faciã, vel tertium legatum.*
f *al.* certè, *al.* tertium, *al.* tertiæ legionis legatum.*
g *L.* DELEGABO. *al.* delegem, *al.* dilegam, *al.* P. B. delegam, *a* delegam, *al.* proregem. *& ita legẽd.* vel certè proregem.*
h ob admirationem. Id enim conſuetum fieri. Cicero, Academic.*
i antea quod.*
k *L.* hoc ſpond.
l More Romano commẽdare quid dixit ep ſtola 28.*
m *L.* pudentiorem
a senes cop. CXIX. emptiona'es hic, tutores testamento à patre dati filiabus, vt cũ nuberent, coemptionem sine eorũ auctoritate facere non possent. Coemptionem autem facere est, cùm mulier in manũ viri conuenit solenni quadam stipulatione, qua se inuicẽ coemebant: quo facto, sibi inuicem succedebant, vt etiam domestica sacra mulierũ, non virorũ, interirent. De coemptionalibus senibus adde Ciceronem pro Murœna Liuũ. in fi. De coempt one. Ora. pro Flacco. in. de oratore Boet. in Topic. adi. Turnebũ. 1. 2. duerſ. 28. in fi.*

b al. quòd simus, quòd habeamus, quod homines exist. cal. suſpicio* d id est diligentissime. Est autẽ metaphora sumpta à doliis, quibus diuersa inuruntur notæ, vt interuoscantur vina. hoc ipso querebij aut loquẽdi genere vtitur Catullus ad Manlium. dixi in Bruto. * e *L. delet hoc loco*, posſimus, *& verò nõ reperitur in codicib. antiquis fidelioribus.* f *al. ad* vrbẽ lub. g *fortè* refigere, *al.* deferre.* h qui & potẽs Horatio & Iuuenal. satyr 6. eadem ratione magnæ animæ, magnorum & præstantiũ Tacito *in Agricola.** i metaphora à fabris duo, vel plures vna fidelia parietes dealbantibus.* k sic 5. epist. 28.* l post solis exortũ.* m *al.* quæstoriis, quibus quæstores anni sequentis creabantur.* n Cæsar idemque collega Q. Max mi.* o Comitia tributa, Centuriata, Calata, Curiata, quid: vide 5. Gell. 19. & 15. cap. 27. vbi etiam quid sit consilium exponit.* p Comitiis tributis creabantur minores magistratus: vt Centuriatis, maiores. minores autem magistratus, quæstor, ædilis. trib. pleb. Maiores, Prætor, Consul, Censor. vtraque autem à Consule haberi solita.* q ante lucem scilicet. * r à solis exortu: atque ita, post horam prandij quod à cæna non minus tribus horis distabat.* s dixi orat. pro Murœna in pr.* t locus Ciceronis in Caninium Reuilium vnius diei consulem qui cum rostra ascendisset pariter honorem inijt consulatus & eiecauit, sub quo Cicero hîc scilicet, neminem prandisse, nihil eo consule mali factum esse, in suo toto consulatu somnum non vidisse qui & λογοθεώρητος ab eodem Cicerone apud Macrob. 2. Saturnal. 3. ita breuis temporis Consul. vt vix cerni oculis potuerit: de quo etiam quæsitum, quibus Consulibus Consul fuerit: & c. 2. Voracilius quidam de Caninio loquens, Ante flamines, inquit, nunc Consules diales sunt id est vnius die. * v hora enim septima Cõsul renunciatus ideſt post horã prandij. Cõsul autẽ fuit ad kal. vsque Ianuar. quæ futuræ erãt mane postridie,* x Dies more Romano fit ciuilis 24. horis finitur, quarũ XII. d ei totidẽ, noctis. Initiũ autẽ dici à media nocte. Igitur sex noctis priores horę ad pridie ka. pertinẽt: ex posteriores ad ipsas ka. Quare cùm hic Caninius hora septima post exortũ Solis renunciatus fuerit Consul, somnũ videre non potuit. Nam posteriores horæ noctis ad kal. pertinent: priores verò, insomnes ductæ ab occupatissimo tũ Consule y κτήσις dixit epist. superiore: vide Boe. Topicis. z χρῆσις dixit epistola superiore, a *al.* quo fruitur quisq; arg.

senes[a] coemtionales vænale proscripserit, egerit non multũ. At illa nostra prædicatio quãti est, nos, quòd[b] sim[9], q. homines existimemur, id omne abs te habere? Quare, Cicero mi, perseuera cõstãter nos cõseruare, & Sulpicij[c] successori nos *ded meliore nota* cõmenda, quò faciliùs tuis præceptis obtẽperare possimus[e], téq; adſver lubẽtes videre, & nostra defigere[g] deportaréq; tutò possim[9]. Sed, amice magneh, noli hanc epistolã Attico ostendere: sine eum errare, & putare, me virũ bonũ esse, *nec i solere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare.* Ergo, patrone mi, bene vale, Tironemque meũ salutã nostris verbis. Dat. a. d. IIII. kal. Nouemb.

¶ AD G. De Caninio, Fabio prid. Kal. Ianu. mortuo subrogato. De litteris commendatitijs ad Atticum Sulpicij successorem.

CICERO CVRIO, S. D. 30

EGo verò iam te nec hortor, nec rogo, vt domum redeas, quin hinc ipse euolare cupio, & aliquò peruenire, *vbi k nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.* Incredibile est, quàm turpiter mihi facere videar, qui his rebus interſim. Næ tu vidéris multò antè prouidisse, quid impendéret tum, cùm hinc profugisti. quamquam enim hæc etiam auditu acerba sunt, tamen *audire tolerabilius est, quàm videre.* In campo certè non fuisti, cùm hora secunda l, comitiis quæstoris m instítutis, sella Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset: quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille n autem, qui comitiis o tributis p esset auspicatus q, centuriata habuit: consulem hora septima r renuntiauit s, qui vsque ad kalendas Ian. esset: quæ erant futuræ manè postridie. Ita Caninio t consule scito neminẽ prandisse[u], nihil tamen eo cõsule mali factũ est. fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnũ x non viderit. Hæc tibi ridicula videntur. nõ enim ades. quæ si videres, lacrymas non teneres. Quid si cetera scribã? sunt enim innumerabilia generis eiusdẽ: quę quidẽ ego non ferrẽ, nisi me in philosophiæ portũ contulissem, & nisi haberẽ sociũ studiorũ meorũ, Attieũ nostrũ: cuius quãdo propriũ te esse scribis mãcipio y, & nexu: meum autem vsu z, & fructu, contentus isto sum. *Id enim cuiusque est proprium, quo quisque fruitur, atque vtitur.* Sed hęc aliàs pluribus. ¶ Acillius, qui in Græciam cũ legionibus missus est, maximo a meo beneficio est. bis enim est à me iudicio capitis, rebus saluis, defensus: & est homo non ingratus, méque vehementer obseruat. Ad eum de b te diligentissimè scripsi, eámque epistolã cum hac coniunxi: quam ille quomodo c acceperit, & quid tibi pollicitus sit, velim ad me scribas. Vale.

¶ AD G. Inuitat Curionem ad mutua officia & reditum vrbanum.

CICERO CVRIO, S. D. 31

FACILE perspexi ex tuis litteris, quod semper studui, & me à te plurimi fieri, & te intelligere, quàm mi hi carus esſes. Quod quãdo vterque nostrũm consecutus est: reliquum est, vt officiis certemus inter nos: quibus equo ànimo vel vincam te, vel vincar abs te. Acillio non fuisse necesse meas dari litteras, facile patior. Sulpicij tibi operam intelligo ex tuis litteris, non multùm opus fuisse, propter d res tuas ita contractas, vt, quemadmodum scribis, nec e caput, nec pedes. Equidem vellem, vti pedes haberent, vt aliquando redires. Vides enim exaruisse iam veterem vrbanitatem: vt Pomponius noster suo iure possit dicere, nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. Ergo is tibi, nos ei succedimus f. Veni igitur, quæso, ne tantum semen vrbanitatis vnà cum rep. intereat. Vale.

¶ AD G. De dictu seu dicteriis in Ciceronem De Iudicijs. De Republica. De Dolabella.

M. T. C. VOLVMNIO, S. D. 32

QVOD sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primùm addubitaui, num à Volumnio senatore esset, quo-cum mihi est magnus vsus: deinde δύσκολία litterarum fecit, vt intelligerem, tuas esse. Quibus in litteris omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quòd parum diligenter possessio salinarum g mearum à te procuratore defenditur. Ais enim, vt ego discesserim, omnia omniũ dicta h, in his etiam Sextiana i, in me conferri. Quid? tu id pátere ris? nónne k defendis? non resistis? equidem sperabam, ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, vt cognosci sua sponte possent. Sed quando tanta fæx l est in vrbe, vt nihil tam sit ἄκυρον m, quod non alicui venustum esse videatur: pugna, si me amas, nisi acuta ἀμφιδολία, nisi elegans ὑπόθεσις, ὑπόθεσις γραμμα n bellum, nisi ridiculũ ὑπόθεσις δόξης, nisi cetera, quæ sunt à me in secundo libro de Oratore per o Antonij personam disputata de ridiculis, ἐντεχνα, & arguta apparebunt, vt sacramento p contendas mea non esse. ¶ Nam de iudiciis quòd quereris, multò laboro minùs, trahantur q per me pedibus omnes rei. sit vel Selius tam eloquens, vt possit probare, se liberum: non laboro. Vrbanitatis r possessionem, amabo, quibuuis interdictis t defendamus: in qua te vnum metuo, contemno ceteros. Derideri te putas. Nunc demùm intelligo te sapere. ¶ Sed mehercule, extra iocum: valde mihi tuæ litteræ facetæ, elegantésque visæ sunt. illa quãuis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non mouerunt. Cupio enim nostrum illum u amicum tribunatu quàm plurimum habere grauitatis: ídque cùm ipsius causã, (est enim mihi, vt scis, in maioribus) x tũ mehercule etiam reip. quam quidẽ, quãuis in me ingrata

a *litteræ* maximo meo beneficio est affectus. b *al.* pro affectus est. legetur affectus. c *vide* b g. v. d. gentissime de re scr. c *L.* acceperit, quid tibi pollic.

d g. v. e prouerbij species. f *al.* succedamus adsce delemus. g id est sales & iocos. h id est dicteria. i *al.* Sextiana k *L.* nõ defendis? l id est herbido ingenij.* m *L.* ἀσύστατον. id est inurbanum quod venire caret. n has ὑποθέσεις est impressum, id est argumentatio. o fortè per Iulij perfectam P. Sacramento contendebant qui per Pontificem deperdebantur. in deperditione vadis ri secunda restituebantur. vide Festum. p ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου. q L. traham per me ut est pedibus omn. vide quæ dixi 4. ad Atticum 16. f. le est Liberum: f id est possessionem. s *al.* falsio. t interdictis possessio. defendimus. v Curionis trib. pleb. Intelligit. x *L.* amico tribunatus quàm plurimum habere gratitatis (est enim mihi, vt scis, in maioribus)

ingrata sit,tamen amare non desinam. Tu,mi Volumni,quando & instituisti, & mihi vides esse gratum,scribe ad me quàm sæpissime de rebus vrbanis,de [a] republ. Iucundus est mihi sermo litterarum tuarum. ¶Præterea Dolabellam, quem ego perspicio, & iudico cupidissimum esse,atque amantissimum mei, cohortare,& confirma, & redde planè meum. Non mehercule, quòd quidquam desit: sed quia valde cupio, non videor nimiùm laborare. Vale.

¶*ARG. Afflicta Republica se ad exercitia declamationu retulisse scribit, auditoribus Hirtio,Cassio, Dolabella Volumnium ad eadem studia inuitat.*

M. C. VOLVMNIO, S. D. 33

QVOD declamationibus [b] nostris cares, dãni nihil facis. Quòd Hirtio inuideres, nisi eum amares,nõ erat causa inuidendi: nisi fortè ipsius eloquentiæ magis,quàm, quòd me audiret,inuideres. Nos enim planè,mi suauissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidẽ ipsis displicemus, gregalibus [c] illis, quibus, te plaudente, vigebamus,amissis: vt etiam, si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quòd hæc pennigero[a],non armigero in corpore tela exerceantur, vt ait Philoctetes apud Acciũ[b], abiecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris,hilariora.quamquam venies, vt ipse intelligis,in maximarum quasi cõcursum occupationum:quas si,vt volumus, exceperimus,ego verò multam [c] salutem & foro [d] dicam,& curiæ:viuámque tecum multùm,& cũ cõmunibus nostris[e] amatoribus. Nã & Cassius tuus,& Dolabella noster,vel potiùs vterq; noster, studiis iisdẽ tenentur:& meis æquissimis vtũtur auribus. Opus est huc limatulo & politulo tuo iudicio,& illis interioribus [f] litteris [g] meis,quibus sæpe verecũdiorẽ me in loquẽdo facis. Mihi enim iudicatum [h] est,si modò hoc Cæsar aut patietur,aut volet,deponere illã iam personam [i], in qua me sæpe illi ipsi probaui, ac me totum in litteras abdere, tecúmque,& cum ceteris earum studiosis honestissimo otio perfrui. Tu vellem,ne [k] veritus esses,ne perinuitus legerem tuas litteras, si mihi(quẽadmodum scribis)longiores fortè missiles: ac velim posthac sic statuas, tuas mihi litteras longissimas quasque,gratissimas fore. Vale.

a P. CXI. *v.c.* pinnigero,‖ malè. Nam teste Quintiliano pinnæ haud conueniunt auibus. Pennigero corpore intelligit auere quas Philoctetes tardus configebat celeres:stans volantes vide lib.5. de auibus. Conqueritur autem hoc loco Cicero quòd non,vt antea, ingenium suum exerceat in agendis causis aut tuenda Repub. sed in nud.s declamationibus.*

b *al.* Attũ.

c multam salutem dicere est vale dicere.*

d fori voce iudicia: curiæ,senatum intelligit.*

P. B.

e *al.* nostri*

f Interiores litteras vocat,non vulgares.*

g *L.* litteris eis. qu b.‖ *al.* litterulis *vis.*

h ideest constitutum.*

i causas agendi,in senatum veniendi.*

k *al.* non

M. COELII EPISTOLARVM

LIBER OCTAVVS, AD M. TVLLIVM CICERONEM.

¶*ARG. De rerum vrbanarum commentario: De Comitiis Transpadanorum: De successione Galliarum: De Pompeio: De Cæsare & Domitio: De Cicerone & Pompeio. De Planco. De libris Ciceronis politicis seu de Republica.*

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 1

QVOD tibi decedenti [d] pollicitus sum,me omneis res vrbanas diligentissimè tibi perscripturum: data opera paraui, qui sic omnia persequeretur,vt verear, ne [e] tibi arguta [f] nimiùm hæc sedulitas videatur. Tamẽsi tu,scio,quàm sis curiosus,& quàm omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum,quæ domi gerantur, fieri certiores:tamẽ in hoc te deprecor [g], ne meũ hoc officium arrogantiæ condemnes, quòd hunc laborem alteri delegaui [h]:nõ quin mihi suauissimum sit,& occupato,& ad litteras scribendas,vt tu nosti,pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam. Sed ipsum volumen, quod tibi misi,facilè,vt ego arbitror,me excusat. Nescio cuius otij esset,nõ modò perscribere hæc, sed omnino animaduertere. Omnia enim sunt ibi senatusconsulta,edicta [i], fabulæ [k], rumores: quod exemplum si fortè minùs te delectarit: ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam, fac me certiorem. Si quid in rep. maius actum erit, quod isti operatij minùs commodè persequi possint:& quemadmodũ actum sit, & quæ existimatio [l] consecuta [m], quæque [n] de eo spes, diligenter tibi perscribemus. Vt nunc est,nulla magnopere exspectatio est. ¶Nam & illi rumores de comitiis [l] Transpadanorum,Cumarum [m] tenus [n] caluerunt. Romam,cùm venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. ¶Præterea Marcellus quidem adhuc nihil retulit de successione [o] prouinciarum Galliarum: & in Kalendas Iun.vt [p] mihi ipse dixit, eam distulit relationem. sanè quàm eos sermones repressit,qui de eo tum fuerant, cùm Romæ nos essemus. ¶Tu si Pompeium, vt volebas, offendisti:qui tibi visus sit, & quam orationẽ habuerit tecum, quámque ostenderit voluntatem,(solet enim aliud sentire.& loqui: neque [q] tamen tantum valere ingenio, vt non appareat, quid cupiat) fac mihi perscribas. ¶Quod ad Cæsarẽ attinet, crebri,& non belli de eo rumores: sed [r] susurrationes duntaxat veniunt: alius equitem perdidisse, quod opinor certè factum [s]: alius septimam legionem vapulasse: ipsum apud Bellouacos [t] circumsideri, intercluſum ab reliquo exercitu: neque adhuc certi quidquam est, neque hæc

d P. CXII. l 1.de quatuoruiris creãdis vide 5. ad Atticũ. 2.*

m *q.v.c.* Cumanorum r. *for.* Comanorum t.

n id est Cumas vsque peruenerunt.*

o vt Cæsari ante legitimum diẽ succederetur.*

p *al.* vt ipse mihi dixit.

q *q.v.c.* neque tantum valere ing.

r *L.* sed susurratores dunt. *& ita v.c.*

s *L.* factum esse: alius sept. ‖ *al.* fictum &c.

t v. Hirtium 8. de bello ciuili.*

incerta tamen,vulgò iactantur:sed inter paucos, quos [a] tu nosti planè,secretò narrantur: at Domitius,cùm [b] manus ad os apposuit [c]. ¶Te ad [d] IX,kal.Iun. subrostrani [e], (quod illorum capiti sit)dissiparãt periisse:ita vt in vrbe,ac foro toto maximus rumor fuerit,te à Q. Pompeio in itinere occisum. Ego,qui scirem Q.Pompeium Baulis schœnobaticam [f] facere, & vsque eò,vt ego misererer eius esuriei,non sum commotus:& hoc mendacio,si qua pericula tibi impendérẽt,vt defungeremur, optaui. ¶Plancus quidem tuus Rauennæ est: & magno cõgiario donatus à Cęsare,nec beatus, nec bene instructus est. ¶Tui politici libri omnibus vigent. Vale,

a *L.*quos tu nosti? planè secreto narrantur.
b *fortè legẽdum* non manus ad os apposuit.*
c *al.* apposuit?*
d L.a.d.IX. kal.
e qui in Rostris versari solitus.*
f *al.* epibaticam fa. *al.* embænetica fa. *L.*empenenticam fa. *Pãtagathus* embibaticam. *Turneb.* empinetica, *vt sit ars ejusmodi vtendi. vet.*emenenticam*
g M.Valerium Messallam intelligit ambitus consularis absolutum.*
h *al.* matre prehẽsante.*
i *al.* repræsentante pr. ‖*al.* repræsentare: *al.* prehensante.*
k senatorio, equestri, & tribunorum ærarij. Hi enim soli Aurelia lege (lata à L. Aurelio Cotta) iudicabant: cùm antea lege Cornelia *L.* Sullę equites per annos decem turpiter iudicassent, vide Asconium. adde orat. pro Planc.io.*
l *v.c.* sed singulis.
m *L.* ordine.
n *L.* Videmodò, inquis, Non mehercules, P. CXIII. quidquã vmquam.*& *al.v.c.*
o Legem Liciniam ambitus intelligit, de qua idem Cicero in Planciana *p fortè* in periculo.
q L.tonitrua, rudenti sibilus.
r *Licinius* rudentum simi lis sibilus: *al* rudenti sibilus *quod & rectum est*:hoc enim verbò Pacuuius vtitur apud Varronem 4.de lingua,in pr. s L.& nobilem agentem. t vide epist.ol.4.inf.j. v adde epist.4. x *al.*quod me neg.

gentiùs factito [a], quòd cùm otiosus sum, planè, vbi delectem otiolum meum, non habeo.Tu [b] cùm Romę eras,hoc mihi certum [c], ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otij tempus consumere: idque non mediocriter desiderõ:vt non modò mihi solus esse,sedRomæ,te profecto, solitudo videatur facta:& qui,(quæ mea negligẽtia est,) multos sæpe dies ad te, cùm hîc eras, non accedebam, nunc quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior. ¶Maximè verò,vt te dies,noctesque quæram, competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere,& dissimulare,me certiorem,quàm se, candidatum? de quo,vt,quem optas,quàm primùm nuntium accipias,tua medius fidius magis, quàm mea causa cupio.Nam [d] me, si fio,forsitan non e locupletiorem referam. sed hoc vsque eò suaue est,quod [f], si acciderit, tota vita risus [g] nobis deesse non poterit. Sed [h] tanti?Sed est mehercule.Nec multùm M. Octauius eorum odia, qui Hirrum premunt,quæ [i] permulta sunt,subleuat. ¶Quod ad Philotimi liberti officium,& bona Milonis attinet:dedimus operam, vt & Philotimus quàm honestissimè Miloni absenti, eiusque necessariis satisfaceret,& secundum eius fidem, & sedulitatem existimatio sua cõseruaretur.¶Illud nunc à te peto,si eris,(vt spero)otiosus,aliquod ad nos, vt intelligamus nos tibi curæ esse, σωτάγμα conscribas.Quî tibi istuc [k], inquis, in mentem venit, homini non inepto? Aliquod ex tam multis tuis monumentis extare,quod nostræ amicitiæ memoriam, posteris quoque prodat,velim.Cuiusmodi,puto,quæris. Tu aptiùs, qui omnem nosti disciplinam, quod maximè conueniat,excogitabis:ex eo tamen genere,quod & ad nos pertineat,& διάσημον quãdam,vt versetur inter manus,habeat. Vale.

a *al.* facito cùm R.
b L. Tum
c *forte.*certe simul, ac
d ll. Nam meæ,si fio, forsitan non locupletiora referam.
e *al.*cum locupletiore.
f L.vt, si accidit, tota vita risus nobis deesse non posit.
g v.c.epist. 9.*
h P. B. L.Est ita. Sed mehercule non mul-tum.
i *al.*qui permulti sunt.*
k *al.*ibus.

¶*ARG. De rebus vrbanis. De syngrapha Sitiana. De Pantheri. De regu Alexandrini morte.*

M. COELIVS M. CICERONI,S. D. 4

INVIDEO tibi:tam multa quotidie, quæ mirere,istòc perferuntur.Primùm illud, absolutum Messallam [m]: deinde eumdem condemnatum C.Marcellum,consulem factum:M. Claudium [n], à repulsa condemnatum [o] à P. Gallis duobus: P. Dolabellam quindecimirum factum.Hoc tibi non inuideo,caruisse pulcherrimo spectaculo,& Lentuli Suræ repulsi vultũ non vidisse.At qua spe,quàm certa opinione descẽderat?quàm ipso diffidẽte Dolabella?& [r] Hercules, nisi nostri equites acriùs vidissent, propè concedente aduersario superasset. Illud te non arbitror miratum, Seruium,tribunum pleb.designatum, condemnatum [s]: cuius locum C. Curio petiit: sanè quàm multis [t] incutit,qui eum,facilitatémque eius non norunt, magnum metum. Sed, vt spero,& volo,&, vt se fert ipse,bonos [v], & senatum malet.totus, vt nunc est,hic scaturit [u]. Huius autem voluntatis initium, & causa est,quòd eum non mediocriter Cæsar, qui solet infimorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere, valde contemsit.Quæ in re mihi videtur illud per quàm venustè [x] cecidisse: quòd à reliquis quoque vsque

m cognomẽ est à Messalla Catone. *al.* Catonis de quo epist. 9. & de claris Oratoribus. *L.* Porcium. *Gal.*
n *L.* Gallis duobus.
o *al.* Gallis. *L.* Gallis bis creatis.
p v.c. & inscriptis.
q *al.*Cretic. r v.c. & me hercule.
s L.iacuit multis.
t *al.* bonis seruatus malet.
v L.senatus.
u L.scaturit. *al.*sed scaturire dicitur vt Syllaturire. P. CXIII.
x *al.*cecidisse.

vsque eò est animaduersum, vt Curio, qui nihil consilio facit, ratione, & [a] insidiis vsus videretur in euitandis eorum [b] consiliis, qui se intenderant aduersarios in [c] eius tribunatu: Lælios [d], & Antonios, & id genus valenteis dico. Has ego tibi litteras eo maiore misi interuallo, quòd comitiorum dilationes occupatiorem me habebant, & exspectare in dies exitum cogebant, vt, confectis omnibus, te facerem certiorem. Ad Kalendas Sextileis vsque exspectaui. Prætoriis moræ quædam inciderunt. Mea porrò comitia, quem euentum sint habitura, nescio. opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem, ædilium pl. comitiis, nacta sunt. Nam M. Cœlium Ticinianum [e] mentio illa fatua, quam deriseramus olim, & promulgatio de dictatore, subitò deiecit, & deiectum magno clamore insecuta est. Inde Hirrum cuncti [f] iam non faciendum flagitare. Spero, te celeriter, & de nobis quod sperasti, & de illo quod vix speraueras esse, auditurum. De rep. iam noui quidquam exspectare desieramus. Sed cùm senatus habitus esset ad Apollinis, ad [g] XI. Kal. Sext. & referretur de stipendio Cn. Pompeij: mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit C. Cæsari Pompeius, quo numero esset, quo [h] appeteretur: cum [i] ex Gallia coactus [k] esset dicere Pompeius se legionem abducturam, sed non statim sub mentionem, & conuicium obtrectatorum. Inde interrogatus [l] de successione C. Cæsaris, de qua, hoc est, de prouinciis, placitum est, vt quàm primùm ad vrbem reuerteretur Cn. Pompeius: coram meo de successione prouinciarum ageretur. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus: & statim iit, puto idib. Sextil. de ea re factum [m] iri. profectò aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. Nam in disputando coniecit illam vocem Cn. Pompeius, Omneis oportere senatui dicto audientes esse. Ego tamen sic nihil exspecto, quomodo Paullum consulem designatum primùm sententiam dicentem. ¶Sæpius te admoneo de syngrapha [o] Sitiana. cupio enim te intelligere, eam rem ad me valde pertinere. ¶Item de Panetheris [p], vt Cibyratas arcessias, curéisque, mihi vt vehantur. ¶Præterea nuntiatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. quid mihi suadeas, quomodo eo regnum illud. sese habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas [q]. Kalendis Sextil. Vale.

[a] T. & consilijs vsus.
[b] L. eorum insidijs, qui
[c] L. in eius tribunatum:
[d] L. Lollios.

¶ *ARG. De prouincia Ciceronis. De successionibus prouinciarum.*

M. COELIVS CICERONI,
S. D. 5

QVA tu cura sis, quod ad pacem prouinciæ tuæ, finitimarúmque regionũ attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. Nam si hoc moderari possemus, vt pro viribus copiarum tuarum, belli quoque exsisteret magnitudo, & quãtum gloriæ, triumphóque opus esset, allequeremur, periculosámque, & grauem illam dimicationem euitaremus: nihil tam esset optandum. Nunc si Parthus mouet aliquid: scio non mediocrem fore contentionem. tuus porrò exercitus vix vnum Italiam tueri potest. Hanc autem nemo ducit rationem: sed omnia desiderantur ab eo (tamquam nihil denegatum [a] sit ei, quò minùs quàm paratissimus esset) qui publico negotio præpositus est. ¶Accedit huc, quòd successionem futuram propter Galliarum conuersiam non video. Tametsi hac de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere: tamen, quò maturiùs constitueres, cùm hunc euentum prouidebam, visum [b] est, vt te facerem certiorem. Nosti enim hęc tralatitia [c]: de Gallis constituetur: erit, qui intercedat: deinde alius exsistet, qui, nisi liberè liceat de omnibus prouinciis decernere senatui, reliquas impediat. sic multùm, ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus biennium in his tricis moretur. Si quid noui de repub. quod tibi scriberem, haberem, vsus essem mea consuetudine, vt diligenter, & quid actum esset, & quid ex eo futurum sperarem, perscriberem. Sanè tanquam in [d] quodam silice iam omnia adhæserunt. Marcellus idem illud de prouinciis vrget: sed neque adhuc frequentem senatum efficere potuit. Quod si hoc anno præterito Curio tribunus, & eadem actio de prouinciis introibit: quàm facilè tunc sit omnia impedire, & quàm hoc Cæsari, & iis, qui suam causam, nõ reip. curant, suppetat, non te fallit. Vale.

[a] *q.v.e.* abrogatum sit.
[b] *fort.* visum est te facere certiorem.
[c] sic 3. ad Articum 13. *al.* translatitia, vt 3. Epist. 8. id est vsitata.*
[d] *L. in* quadam incl. in omn. *al.* vt Turneb. 12. Aduers. 17. in quodam cilicio, *&c. quod magis placet.* ¶ *Panagathus* sanè tanquam in quodam vecta lintre omnia adhæserunt.*

¶ *ARG. De Appio à Dolabella accusato. De mandato sibi à Cicerone dato. De Pompeio Appij amico & Appio absoluto. De consulis negligentia. De Curione: otiosam ciuitatem.*

M. COELIVS CICERONI,
S. D. 6

NON [f] dubito, quin perlatum ad te sit, Appium à [g] Dolabella [h] reum factum: sanè quàm non ea, quam [i] existimaueram, inuidia. Neque enim stultè Appius: qui simulátque Dolabella accessit ad tribunal [k], introierat in vrbem, triumphíque postulationem abiecerat. Quo facto rétulit sermones [l], paratiórque visus est, quàm sperauerat accusator. Is nunc in te [m] maximam spem habet. Scio tibi eum non esse odio. quàm velis eum obligare [n], in tua manu est: cum quo simultates si tibi non fuissent, liberius tibi de tota re esset. Nũc si ad illam summam seueritatem [o] legitimum ius exegeris: cauendum tibi erit, ne parum simpliciter, & candidè [p] posuisse inimicitias videaris. In hanc partem [q] porrò tutum tibi erit, si quid volueris, gratificari [r]. nemo enim necessitudine, & amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quòd inter [s] postulationem, & nominis delationem, vxor à Dolabella discessit [t]. ¶Quid mihi discedens mandaris, memini: quid ego tibi scripserim, te non arbitror oblitum. Non est iam tempus plura narrandi. Vnum illud monere te possum: si [u] res tibi non displicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas, & exspectes, quemadmodum exeat ex hac causa, ne [x] quà inuidiosum tibi sit, si emanarit [y]: porrò, significatio vlla si intercesserit, clarius, quàm deceat, aut expediat, fiat. Neque [z] ille tacere eam rẽ poterit, quæ suæ spei tã oppor-

[a] *q.v.e.* abrogatum sit.
[b] *fort.* visum est te facere certiorem.
[c] sic 3. ad Articum 13. *al.* translatitia, vt 3. Epist. 8. id est vsitata.*
[d] *L. in* quadam incl. in omn. *al.* vt Turneb. 12. Aduers. 17. in quodam cilicio, *&c. quod magis placet.* ¶ *Panagathus* sanè tanquam in quodam vecta lintre omnia adhæserunt.*
[e] *al.* Cæsari qui sua causa Remp. nõ curent, superet. *&c.* De Bibulo, De Curione, De Appio, De Dolabella, De, Pantheris.*
[f] huic Epistolæ respondet Cicero. 2. epist. 13.*
[g] vide supra 3. epist. 10.*
[h] Dolabella gener Ciceronis.*
[i] maiestatis & ambitus.*
[k] L. qua existim.
[l] Prætoris: præerat enim iudicijs publicis.*
[m] *al.* retudit, id est repressit acculationem.*
[n] P. B.
[o] successoro prouinciæ.*
[p] beneficio scilicet,*
[q] *al.* veritatem.*
[r] Candidè & simpliciter posuisse inimicitias Ciceronem cum Appio scribit Cœlius: vnde ipse Cicero 3. episto. 10. reditum in gratiam cum Appio, illustrem vocat.*
[s] leniorem partem intelligit, cui opposuit summam seueritatem.*
[t] L. ei gratif.
[u] Postulabat primum accusator, vt accusare liceret, hoc impetrato, nomen rei deferebat, postremo, accusabat.* [x] hoc est diuertit.* [y] *fort.* vt, si res tibi [z] *al.* denique.* rumor scilicet, de matrimonio tuæ filiæ cum Dolabella. a L. Neq. enim ille t.

tuna acciderit: quæque in negotio conficiendo tanto illustrior erit: cùm præsertim is sit, qui si perniciosum sciret esse, loqui de hac re, vix tamen se contineret. ¶Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, vt etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum. Hîc nos omnes absoluimus: & hercule [a] confecta[b] omnia [c], fœda, & inhonesta sunt. ¶Consules autem habemus summa diligentia: adhuc senatusconsultum nisi de feriis [d] Latinis, nullum facere potuerunt. ¶Curioni nostro tribunatus conglaciat [e]. Sed dici nō potest, quomodo hîc omnia iaceāt. Nisi ego cum tabernariis [f], & aquariis [g] pugnarem, veternus [h] ciuitatem occupasset. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hîc frigore frigescimus. Tamen, quoquomodo hîc omnia iaceant, potui sine Parthis. ¶Bibulus in Amano nescio quid cohorticularium iamisit. Hoc sic nuntiatum est. ¶Quod tibi suprà scripsi, Curionem frigêre: iā calet: nam feruentissimè concerpitur. bellissimè [k] enim, quia de intercalando [l] non obtinuerat, transfūgit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit: legémque [m] Viariam, non [n] dissimilem Agrarię Rulli, & Alimentariā [o], quas [p] iubet ædileis metiri, iactauit. hoc nondum fecerat, cùm priorem epistolæ partem scripsi. ¶Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam [q]. ¶De Dolabella integrum [r] tibi reseruo, suadeo. & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuæ, æquitatísque opinioni, te [s] hoc ita facere expedit. ¶Turpe tibi erit pantheratum [t] gregres me non habere. Vale.

¶ARG. Se præsentem Ciceronem cupere. De Cornificij & Orestillæ nuptiis. De Paullæ diuortio. De Ocellæ adulterio.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 7

QVAM citò tu istinc [u] decedere cupias, nescio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius rem gessisti. Dum istic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meū metus aliqui [x] perturbent [y]. Breuiores has litteras properanti publicanorum tabellario subitò dedi: tuo liberto pluribus verbis scripras pridie dederam. Res autem nouæ nullæ sanè acciderunt, nisi hæc vis tibi scribi, quæ certè vis. ¶Cornificius adolescens Orestillæ filiam sibi despondit. ¶Paulla Valeria, soror Triarij, diuortium [z] sine causa, quo die vir è prouincia venturus erat, fecit. Nuptura est D. Bruto. nondum [a] retulerat. Multa in hoc genere incredibilia, te absente, acciderunt. ¶Seruius Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. Quæres, vbi? vbi hercule ego minimè vellem [b]. relinquo tibi quod ab aliis quæras, neque enim displicet mihi, imperatorem singulos percontari [c], cum qua sit aliquis deprehensus [d]. Vale.

¶ARG. De M. Tuccio & M. Seruilio accusatis: senatusconsultu de Pompeio, Cæsare, Curione. De Pompeio. De Curione. De Pantheria. De Siliana syngrapha. De Philone & Diogene libertis.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 8

ETSI [a] de republ. quæ tibi scribam, habeo: tamen nihil, quo magis gauisurum te putem, habeo, quàm hoc. Scito, C. Sempronium Rufum [b], mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse [c], quòd is in causa M. Tuccium, accusatorem suum post ludos Romanos, reum lege [d] Plotia de vi fecit, hoc consilio, quòd videbat, si extraordinarius nemo [e] reus decessisset [f]: sibi hoc anno causam esse dicendam. Dubium porrò illi non erat, quid futurum esset. Nemini hoc deferre musculum maluit, quàm suo accusatori. Itaque sine vllo subscriptore descendit, & Tuccium reum fecit. At ego, simulatque audiui, inuocatus ad subsellia rei accurro [g]: surgo, neque verbum de re facio. Totum Sempronium vsque eò perago, vt Vestorium quoque interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, si [h] quid in iniuriis suis esset, quo Vestorius teneretur. ¶Hæc quoque magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius, postquàm, vt cœperat, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non venderet, quidquam reliquerat: maxima nobis traditus erat inuidia: neque Laterensis prætor, postulante Pausania, nobis patronis, QVO EA PECVNIA PERVENISSET, recipere voluit. Quòd Pilius, necessarius Attici nostri, de repetundis eum postulauit: magna illico fama surrexit: & damnatione feruenter loqui [i] cœptum est. Quo vento proiicitur Appius minor, vt indicet [k] pecuniā ex bonis paternis peruenisse ad Seruilium, præuaricationísque [l] causa diceret [m] depositum LLS. LXXXI. Admiraris amentiā, quid si actiones stultissimas, quid si nefarias [n] de patre confessiones audisses? Mittit in consilium eosdem illos, qui litem [o] æstimarant, iudices. Cùm æquo numero sententiæ fuissent, Laterensis leges ignorans, pronunciauit quid [p] singuli ordines iudicassent: & ad extremum, vt [q] solet, ait [r], REFERAM [s]. Postquàm discessit, & pro absoluto Seruilius haberi cœptus [t], legísque vnum & octogesimum caput legit, in quo ita erat: QVOD EORVM IVDICVM MAIOR PARS IVDICARIT, ID IVS RATVM ESTO: in tabulas absolutum non retulit, ordinum iudicia perscripsit. postulante rursus Appio, cum L. Lollio transegit, & se relaturum dixit. Sic nunc neque absolutus, neque damnatus Seruilius, de repetundis saucius Pilio tradetur. Nam de diuinatione Appius, cùm calumniam iurasset, contendere ausus non est. Pilióque cessit: & ipse de pecuniis repetundis à Seruiliis est postulatus, & præterea de vi reus à [u] quodam emissario suo, Titio [x], factus est. Rectè hoc par habet. ¶Quod ad rempertinet, omnino multis diebus exspectatione Galliarum actum nihil est. Aliquando tamen sæpe re relata [y], & grauiter acta, & planè perspecta Cn. Pompeij voluntate in eam partem, vt eum decedere post Kalendas Martias

---

a *al.* hercules *

b *al.* confecta: *al.* confitetur *al.* confecta omnia fœdera: *al.* conscripta, *al.* concepta *al.* confecta iudicia fœda omnia, & inhonesta fūt. *al.* concepta. *vt intelligatur crimina libello conceptа: al.* cōcepta fœdera *al.* coempta omnia fœdera. *sic Vrsinus.**

c L. omnia fœdè, & inhonestè fūt.

d Vide varronem 5. de lingua. Liuiū, Halicar.*

e id est Curionis tribuni, summa est ignauia.*

f Tabernariorū voce quidam hic intelligunt eos in quorum tabernas cibi gratia homines diuertunt, & qui publicas aquas in vsum suum cōuertebāt.*

g Aquarij erant quibus deducendi aquas publicas in vrbē cura demandabatur. Frōtin. 1. cū his pugna erat Cœlio tum ædil.*

h Veternus morbus ex ignauia cō tractus.*

i cohortis ὑποκορισ-τικὸν seu de minutiuū. adde huic loco 5. ad Att. 20.

k *al.* leuissimè enim, *&c. al.* Ien s. P. B. simè enim, &c.

l hoc est de die Cæsaris causa prodūcenda. v. Dionem. 40.

m Lex Viaria est de sternendis & muniendis viis. adde Appianum 2. de bello ciuili *sed Pantagathus hic legit*, viuariam *al.* vinariā Lips. 1. Elect. 8. vinariā. vt hæc Lex. Curionis ad diuisionē vinearum pertinuerit (quæ in Italia, & Campania præsertim multæ) sicut illa Rulli ad agrorum.*

n hoc est, voluit legis suæ executor esse vt & Rullus. Appian. 2. ciuil. quod sure non licuit. Cicero 2. agrar.*

o Lex Alimentaria hæc fortasse eò pertinuit, vt frumentum plebi gratis diuideretur. quod antea tentatum erat à C. Graccho, Saturnino, P. Clodio. vide 1. ad Herenn. Orat. pro Sextio. Liuij epit. 60. Afconium.*

p *fortasse legendum est*, qua *Panthagatus legit.* queis iubet.*

q *al.* gratia *

r *L.* integram tibi rem seruo, suadeo.

s *pronunciandum*, te *abest ab omnib.* exc. v. c.

t *L.* Pantheras Græcas me non h. ‖ vide 5. epist. 4. in fi.*

u *q. lib. v.* istim

x *al.* aliquis

y *L.* perturbet.

z *al.* deuortium

a *Pantagathus* mundū retulerat. *al.* nondum res suas retulerat.*

b *al.* nollem & ita Vrsinus.*

c *L.* percunctari,

d *L.* deprensus.

a *al.* Etsi etiā ta de re, quæ tibi scr.

b *L.* Rullū, Rufum, mala

c *L.* rullio. Quæris, quis in causa M. Tuccio fuit. Tuccio fuit. Dauisius ex Dio. Cassio. Pla. nonnulla de litibus fra, cum cæ luminum intu rasset.*

d Legis Plotiæ seu Plautiæ de vi mentionē facit Cicero in consiliis. Non solū si domum ff. de vi et vi arm. Impera. Iul. de vi et vi arm. adde Ciceronem pro Milone.*

e v. c. reus nemo

f *lib.* 9. accusatores dicti fuere

g *al.* occurro.

h *L.* 6. quid iuris sibi el. P. CXVI. fecit, vt ve storius pro retur. ff. si quid in ius vo rib. suis el fec. quod ve storius reci retur. ff. si quid in ius fac. esset, vel horta ret. ff. ne quis eū vi neretur. ff. Pauli sent. 5. tit. 6. de iur. quir. contrah. Quo.

i *simpliciter*

k *L.* indicet

l *al.* diuinationis

m *L.* deferret

n Lentulus patris cons.

o *L.* litis.

p *L.* quod

q *L.* vt solet. leuiter. *al.* solitum est.

r *al.* ait ‖ *L.* ait.

s *L.* NON REFERAM. *al.* NON AGAM. *&* DIGAM. *&* ita v. c.

t *L.* cœpisset

u *L.* ab

x *L.* Titio

y *L.* ratam

tias placeret: senatusconsultum, quod tibi missi, factum est, auctoritatésque [a] perscriptæ [b]. S.C. auctoritates [c] Pridie Kalendas Octobreis in ade Apollinis scribendo affuerunt, L. Domitius, Cn. Filius, Ahenobarbus, Q. Cæcilius, Q.F. Metellus, Pius Scipio, L. Iulius, Lucij F. Pomt. Annalis, C. Septimius, T.F. Quirina, Caius Luceius, C.F. Pup. Hirrus, C. Scribonius, C.F. Pop. Curio, L. Atteius, L.F. An. Capito, M. Oppius, M. fil. Terentina. Quòd M. Marcellus consul. V. [d] F. de prouincijs cõsularibus, D. E. R. I. C. uti L. Paullus, C. Marcellus consules, cùm magistratum inissent, ad [e] Kalendas Martias, qua in suo magistratu futuræ essent, de consularibus prouincijs ad senatum referrent, néve quid priùs ex [B] Kalendis Mart. néve quid coniunctim de ea re referretur à consulibus, vtique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S. Q. C. facerent: &, cùm de ea re ad senatũ referretur à COSS. eorum, qui in CCC. iudicibus essent, sex adducere liceret. Si quid de ea re ad populum, plebémve lato opus esset, vt Ser. Sulpicius, M. Marcellus COSS. prætores, tribunique pleb. quibus eorũ videretur, ad populum plebémve ferrent: quod ij non tulissent, vti, quicumque [h] deinceps essent, ferrent. S.C. [i] A. Prid. Kalend. Octob. in ade Apollinis, scribendo affuerunt, L. Domitius, Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius, Q.F. Metellus, Pius Scipio, L. Iulius, L.F. Pomt. Annalis, C. Septimius, T.F. Quirina, C. Scribonius, C.F. Pop. Curio, L. Atteius, L.F. An. Capito, M. Oppius, M.F. Terentina. Quòd M. Marcellus COS. V.F. de prouincijs, D.E.R.I.C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de repub. quàm primùm ad senatum referri, senatúsque consultum fieri posset, qui impedierit, eum senatum existimarerit contra rempubl. feciſſe. Si quis huic senatusconsulto intercesserit, senatui placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad [l] senatum, populúmque referri. Huic senatusconsulto intercessit C. Cœlius, L. Vicinius [m], P. Cornelius, C. Vibius Pãsa. ¶Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Cæsaru sunt: qui eorum stipendia emerita, causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, vt eorum ratio habeatur, causaque cognoscantur. Si quis huic S.C. intercesserit, senatui placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatũ, populúmque ferri. Huic S.C. intercessit C. Cœlius, C. Pansa, tribuni pleb. ¶Itémque senatui placere, in Cilicia prouincia, & innocto reliquas prouincias, quas prætorij propratore obtinerent, eos, qui prætores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorũ ex S.C. cum imperio in prouincias propratore mitti oporteret: eos sortitò in prouincias mitti placere. si ex eo numero, quos ex S.C. in prouincias ire oporteret, ad numerũ non essent, qui in eas prouincias proficiscerentur: tum vti quodque collegium primũ prætorum fuisset, neq; in prouincias profecti essent, ita sorte in prouincias deinceps proximi cuiusque collegij, qui prætores fuissent, neque in prouincias profecti essent, in sortem conijcerentur, quoad [u] numerus effectus esset, quem ad numerũ in prouincias mitti oporteret. Si quis huic S.C. intercessisset, auctoritas perscriberetur. Huic senatusconsulto intercessit C. Cœlius, C. Pansa, tribuni pleb. ¶Illa prædixerunt Cn. Pompeij sunt animaduersa, quæ maximè confidẽtiam attulerunt hominibus, vt diceret, se ante Kalend. Mart. non posse sine iniuria de prouinciis Cæsaris statuere: post Kalendas Mart. se non dubitaturum. Cùm interrogaretur, si qui tum intercederent: dixit, hoc nihil interesse, vtrùm Cæsar senatui dicto audiens futurus non esset, an pararet, qui senatum decernere non pateretur. Quid si, inquit alius, & consul esse, & exercitum habere volet? At ille, quàm clementer! Quid si filius meus fustem mihi impingere volet? His vocibus, vt existimarent homines, Pompeio cum Cæsare esse negotium, effecit. Itaque iam, vt video, alteruttram ad conditionem descendere vult Cæsar, vt aut maneat, neque hoc anno sui ratio habeatur: aut, si designari poterit, decedat. ¶Curio se contrà eum totum parat. quid assequi possit, nescio. Illud video, bene sentientem, etsi nihil effecerit, cadere non posse. Me tractat liberaliter Curio, & mihi suo munere negotium imposuit. Nam si mihi non dedisset eas, quæ ad ludos ei aduectæ erant Africanæ, potuit supersederi. Nunc, quando dare necesse est, velim tibi curæ sit, quod à te semper petii, vt aliquid istinc bestiarum [a] habeamus. Sitianámque [b] syngraphan tibi commendo. ¶Libertum Philonem istuc misi, & Diogenem Græcũ, quibus mandata, & litteras ad te dedi. eos tibi & ré, de qua misi, velim curę habeas. nam, quàm veheméter ad me pertineat: in iis, quas tibi illi reddent, litteris descripsi. Vale.

¶ARG. *Hirrum repulsam à se passum. De prouinciis nihil actum. Pantheras petit. De Fetidio. De Pompeij & Scipionis animo in Cæsarem.*

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 9

SIc tu, inquis, Hirrum tractasti? Immò, si scias, quàm facilè, quàm ne contentionis quidem minimæ [c] fuerit, pudeat te, ausum illum vmquam esse incedere tamquam tuum competitorem [d]. Post repulsam verò risus facit: ciuem bonum ludit, & contra Cæsarem sententias dicit: exspectationem corripit: Curionem prorsus non mediocriter obiurgatus [e], hac repulsa se mutauit. Præterea qui numquam in foro apparuerit, non multùm in iudiciis versatus sit, agit [f] causam liberaliter: sed rarò [g] post meridiem. ¶De prouinciis quod tibi scripseram idibus Sextil. actum iri, interpellat iudicium Marcelli, consulis designatis. In Kalendas reiecta causa [i] est, ne [k] frequentiam quidem efficere potuerant. Has litteras ad [l] IIII. Non. Septembr. dedi, cùm ad eam diem ne promulgatum [m] quidem quidquam esset [n]. Vt video, causa hæc integra in proximum annum transferetur: &, quantum diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciam obtineat. Nam non expedietur [o] successio, quando Galliæ, quæ habent intercessorem, in eandem conditionem, quam [p] ceteræ prouinciæ, vocantur. Hoc mihi non est dubium. quo [q] tibi magis scripsi, vt ad hunc euentum te parares. ¶Ferè litteris omnibus tibi de pantheris [r] scripsi. turpe tibi erit, Patiscbum Curioni decem [s] misisse, te non multis partibus plureis: quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit: ne putes illum tantùm prædia rustica dare scire. Tu, si modò memoria teneres [t], & Cibyratas arcessieris, itémque in Pamphyliam litteras miseris, (nam ibi plureis capi aiunt) quod voles efficies. Hoc vehementiùs laboro nunc, quòd seorsum à collega puto mihi omnia paranda. Amabo

a auctoritas. P. B.
b in senatusconsultis dicuntur, notatis senatu qui adfuerunt senatusconsulto scribendo.*
c al. præscripsere, quæ lectione nihil videtur vitiosius. Duplex enim in SC. præscriptio: vna necessitatis, altera honoris: priorem inferiorem esse SC. sili in decernendo certus ac definitus numerus senatorũ (hoc est 200) non adhiberetur. Numera senatum. Altera præscriptio quæ & auctoritatẽ SC. addebat, cum nouissimi scribendo adessent, eodem significatu præscriptio. P. CVRIO. & præscripsere auctoritates. Supplet. x. ex Orat. pro Sest. & de Orat. 1. auctoritas.
d id est, ver. be fecit.* e id est, de ea re ita censuerunt.* f [illegible] a. d. [illegible] ea. [illegible] Mart. [illegible] g [illegible] quorum deinceps [illegible] effusa] potestas plebiscitum plebeue ferat.* h id est senatusconsulti auctoritas.* i L. exhibiturum L. ad hunc ordinem referri, vt ita fieri, vt ita pistitias.* m L. Vinicius Vinicia gens enim sequens. n v. c. inquit. o multi. si ex
p. 1
A B C D E F G H
a id est Pantheras. vide epistol. sequente.* b v.c. Sitianam quoque syngraphã. c forte res fuerit, d in ædilitate curuli.* e L. obiurgat. scilicet hac repulsa P. CXIX. se mutauit. al. obiurgat scilicet, hac repulsa. al. obiurgat. In hac repulsa* f L. agit causas liberaleis: sed r. & ita v. c. al. liberalius, ita Panaggathus.* g & ante & post meridiẽ causæ agebãtur.* h al. designatio. vnde mox sequitur, in kalendas reiecta est.* i deest hac vox causa. al. quibusdã. * k infrequentes enim senatusconsultum fieri nõ licebat.* l L. a. d. IIII. m al. prolãgatum q. n al. erat. o q. v. c. expeditur p L. quàm q fort. quos tibi eo magis scr. r v. epistol. 4. in f. s.* t q. v. c. decem pantheras misi.
P. B.
r L. tenuisris.

te, impera [a] tibi: hoc cura. Soles libenter, vt ego, maiorem [b] partè nihil curare. In hoc negotio nulla tua, nisi loquèdi, cura est, hoc est, imperandi, & mandandi. Nam simulatque erunt captæ: qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Sitianam [c] syngraphan misi. Puto etiam, si vllam [d] spem mihi litteris ostenderis, me istò missurum alios. ¶ Marcum Fetidium [e], equitem Romanum, amici mei filium, bonum, & strenuum adolescentem, qui ad suum negotium istuc venit, tibi commendo: & te rogo, vt eum in tuorum numero habeas. Agros, quos fructuarios [f] habent [g] ciuitates [h], vult tuo beneficio, quod tibi facile, & honestum factu est, immuneis esse. gratos, & bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare Fauonium [i] à columnariis [k] perterritum [l] esse: optimus quisque eũ [m] nihili fecit. ¶ Pompeius tuus apertè [n] Cæsarem vetat prouinciam tenere cum exercitu, & consulem esse. tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tempore senatusconsultum faciendum. Scipio hanc, vt Kalendis Martiis de prouinciis Galliis, neu quid coniunctim referretur. Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium: & scio, eum conquestum [o] esse cum Scipione. Canidius [p] in defensione [q] sua fuit disertissimus, in accusatione [r] satis [s] frigidus. Vale.

¶ ARG. De Parthis. De rebus vrbanis. De suo erga Ciceronem officio.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. IO

SANE quàm litteris C. Cassij, & Deiotari, sumus cõmoti. Nam Cassius eis Euphratem [t] copias Parthorũ esse scripsit: Deiotarus, profectas super Commagenem in prouinciam nostram. Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem, quàm paratus [x] ab exercitu esses, nequod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret. Nam de vinata, si paratior ab exercitu esses, timuissem. nunc hæc exiguitas copiarum, recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Hoc quomodo acciperent homines, quàm probabilis necessitas futura esset, vereor etiã nunc: neque priùs desinam formidare, quàm tetigisse te Italiam audiero. Sed de Parthorum transitu nuntii varios sermones excitarunt. Alius enim, Pompeium mittendum: alius, ab vrbe non remouendum: alius, Cæsarem cum suo exercitu: alius, consules: nemo tamen ex senatusconsulto priuatos. Consules autem, quia verentur, ne illud senatusconsultum fiat, vt paludati [y] exeant, aut contumeliosè, præter eos, ad alium res transferatur, omnino senatum haberi nolunt: vsque eò, vt parum diligentes in rep. videantur: sed honestè, siue negligentia, siue inertia est, siue ille, quem proposui, metus latet sub hac temperantiæ existimatione, nolle prouinciam. A te litteræ nõ venerunt: &, nisi Deiotari subsecutæ essent, in eam opinionem Cassius venerat, quæ diripuisset ipse, vt viderentur ab hoste vastata, finxisse bellum, & Arabas in prouinciam immisisse, eósque Parthos esse, senatui renuntiasse. Quare tibi suadeo, quicumque est istic status rerum, diligenter, & cautè perscribas, ne aut velificatus [z] alicui dicaris: aut aliquid, quod referret scire, reticuisse [a]. ¶ Nunc exitus est anni. nam ego has litteras ad [b] XIIII. Kal. Decemb. scripsi. Planè nihil video ante Kal. Ianuar. agi posse. Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit: itémque [a] Seruium [b], quàm cunctator. Cuiusmodi putas hos esse? aut quî id, quod nolint [c], conficere posse, qui quæ cupiunt, tamen ita frigidè agunt, vt nolle existimentur? Nouis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc causa primos menses occupabit. Sin autem aut non erit istic bellum, aut tantum erit, vt vos, aut successores paruis additis copiis sustinere possint: Curionem video se dupliciter iactaturũ [d]: primùm, vt aliquid Cæsari adimat: inde [e] vt aliquid Pompeio tribuat, quoduis, quamlibet tenue munusculum. Paullus porrò non humanè de prouincia loquitur. huius cupiditati occursurus est Furnius noster. plureis suspicari non possum. Hæc noui: alia, quæ possunt accidere, non cerno. multa tempus afferre, & præparata multa scio. sed intra fineis hos, quæcumque acciderint, vertentur. Illud faddo ad actiones C. Curionis, de [g] agro Campano: de quo negant Cæsarem laborare, sed Pompeium valde [h] velle, ne vacuus aduenienti Cæsari pateat. ¶ Quod ad tuum decessum attinet, illud tibi non possum polliceri, me curaturum, vt tibi succedatur. Illud certè præstabo, ne [i] quid ampliùs prorogetur. Tui consilij est, si tempus, si senatus coget, si honestè à nobis recusari non poterit, velisne perseuerare: mei officii est, meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris. Vale.

¶ ARG. De supplicationibus Curioni decretis. De Pompeij & Curionis contentionibus. De commentario rerum vrbanarum. De Sitiana syngrapha.

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. II

NON diu, sed acriter nos tuæ supplicationes [k] torserũt. incideramus enim in difficilem nodum. Nam Curio tui cupidissimus, cui omnibus rationibus comitiales [l] eripiebantur, negabat se vllo modo pati posse, decerni supplicationes, nem, si quid furore Pauli ademtum esset boni, sua culpa videretur amisisse: & præuaricator causæ publicæ existimaretur. Itaque ad pactionem descendimus: & confirmarunt consules, se his supplicationibus in hunc annum non vsuros. Planè, quòd vtrisque consulibus gratias agas, est: Paullo magis certè. Nam Marcellus sic respondit eh, spem [n] in istis supplicationibus non habere: Paullus, se omnino in hunc annum non edicturum. Renuntiatum nobis erat, Hirum diutius dicturum: prendimus eum. non modò non fecit, sed, cùm de [o] hostibus ageretur, & posset rem impedire, si, vt numerarentur [p], postularet [q], tacuit. Tantùm Catoni assensus est, qui de te tam [r] locutus honorificè non [s] decreuerat supplicationes. Tertius ad hos Fauonius accessit. Quare pro cuiusque natura, & instituto, gratiæ sunt agendæ: his, quòd tantùm voluntatem ostenderunt: pro sententia, cùm impedire possent, nõ pugnarunt: Curioni verò, quòd de suarum actionum cursu tua causa deflexit. Nam Furnius, & Lentulus, vt debuerunt, quasi eorum res essent, vnà nobiscum circumierunt, & laborarunt. Balbi quoque Cornelij operam, & sedulitatem laudare possum. Nam cum Curione vehementer locutus est: & cum, si aliter fecisset, iniuriam Cæsari [t] fecturũ dixit: tum eius fidem in suspicionem adduxit [t]. Nec decerant

[a] *al.* impera tibi hoc cura.*
[b] id est maiori ex parte.*
[c] vt è Sitiana syngrapha pecuniã exigant.*
[d] *al.* nullã.*
[e] Peridium, *al.* Fusidiũ, *vt sit à Fusio ductum.**
[f] fructuarius ager, qui ciuitatibus annuũ vectigal pẽdet. vide l. 1. & passim ff. si ager vectigalis, id est emphyteuticarius petatur.*
[g] *v.c.* habet *h al.* Cibyra ex. *al.* habebat Cybiratis. *ita Pantagathus.**
[i] *al.* Faoniũ *ita legendum ex veteri lapide monet Pighius.**
[k] Columnarii viles & improbi homines, qui ad columnam Mæniam in iudicium fæpe vocabantur. Pæd. in Diuinat. & pro Cluentio. *Alij hic legunt*, colonariis; *male.**
[l] L. præterium: opt.
[m] L. eum non fec.
[n] *al.* molestè fert Cæsarẽ & prouinciã tenere cum exercitu & consulatum petiturum esse. *vel. Virgilij.**
[o] I. quesfũ
[p] L. Calidius
[q] cum accusaretur à Gallis duobus. epist. 4.*
[r] cum accusaret Q. Gallium Ciceronis defendentem. libro de Claris orat.*
[s] *al.* sanè frigidus.
[t] terminum imperii Romani.*
[u] *q.v.c.* esse profectas p. P. B.
[x] *al.* imparatus: *vel* hoc paratus.*
[y] vide 15. epistol. 17.*
[z] velificari alicui, hic, gratificari est.*
[a] *q.v.c.* conticuisse, *non plac.*
[b] L. a. d. XIIII.

[a] *q.v.c.* ita Seruius quicontator, quib. v. 2. epist. 15.*
[b] *al.* nolunt.
[c] *al.* inleo *f.* magistratu.*
[d] *e* L. deinde vt
[e] *al.* illud addas, actiones C. Curionis de agro Campano: *g* vt L. diuidatur. vide 8. epist. 9.*
[f] *h al.* vt nolle. *al.* valde ne. vide ne valeas cuius &c.*
[g] *i al.* nec amplius.
[h] vide 2. Epistol. 13. in Pr.*
[i] *al.* concionem L. nta P. CXXI. quod furore Paulli ademtum esse boni, *al.* ne quod furore Paulli ademtum esse boni: *al.* ne quod furore Paulli ademtum esse bonitas. *al.* de spem in iis. *f.* o. *q.v.* de hostibus. Iocus Pantagathi.* *al.* nunc. ius daretur. *al.* non decreat. *q.v.c.* Decreat, qui indigne tractari volebat. *f.* qui nunc tractari volebant. *al.* si creatus qui iniquè Pantagathus. Nec decreat qui id nunc tractari volebant.*

deerant quidem,quid numquam transigi vo lebant, Domitij, Scipiones, quibus hac re ad intercessionem auocandam interpellantibus, venustissimè Curio respondit,se eò libentiùs non intercedere, quòd quosdam, qui decernerent, videret confici nolle. ¶Quod ad remp.attinet,in vnam causam omnis contẽtio conijcta est, de [a] prouinciis:in quam adhuc [b] incubuisse cum senatu Pompeius videtur,vt Cæsar ante Idus Nouembreis decedat. Curio omnia potiùs subire constituit, quàm id pati. ceteras suas abiecit actiones. Nostri porrò,quos tu bene nosti, ad extremum certamen rem deducere non audent.Scena [c] rei totius hæc.Pompeius tanquam Cæsarem non impugnet, sed, quod illi æquum putet, constituat, ait Curionem quærere discordias. Valde autem non vult, & planè timet Cęsarem consulem designari prius,quàm exercitum & prouinciam tradiderit. Accipitur satis malè à Curione: & totus eius secundus consulatus exagitatur.Hoc tibi dico:si omnibus rebus prement Curionem, Cæsar defendetur. si intercessorem, (quod videntur)reformidabunt:Cęsar,quoad volet,manebit. Quam quisque sententiam dixerit, in commentatio est rerum vrbanarum: è quo tu,quæ digna sunt,seligę.multa transi, in primis ludorum explosiones, & funerum, & ceterarum ineptiarum,plura habet vtilia.Denique malo in hanc partem errare [e], vt, quæ non desideras,audias,quàm quidquam, quod opus est, prætermittatur. Tibi [f] curæ fuisse de Sitiano negotio, gaudeo. Sed, quando suspicaris, minùs certa fide eos tibi visos: tanquam [g] procuratorsic agash,rogo. Vale.

¶ARG. *Se ab Appio lege,Scantinia accusatum scribit.*

M. COELIVS M. CICERONI,S. D. 12.

PVDET me tibi confiteri, & queri de Appij,hominis ingratissimi,iniuriis, qui me odisse,quia magna mihi debeat [i] beneficia, cœpit:&,cùm homo auarus,vt ea solueret, sibi imperare non posset,occultum bellum mihi indixit:ita occultum tamen, vt multi mihi renuntiarent, & ipse facilè animaduerterem,malè eum de me cogitare. Posteaquam verò comperi eum collegium [k] tentasse: deinde apertè cum quibusdam locutum: cum L.Domitio,vt nũc est,mihi inimicissimo homine I, deliberare:velle hoc munusculum deferre Cn.Pompeio: ipsum [m] reprehendere,& ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putarem, impetrare à me non potui.Quid ergo est?Tum [n] quidem cum aliquot amicis,qui testes erant meorum in illum meritorum,locutus sum .posteaquàm illum, ne, cui satis faceret quidem, me dignũ habere sensi, malui collegę eius, homini alienissimo,mihiq;, propter amicitiam tuam, non æquissimo, me obligare, quàm, illius simiæ vultum subire. Id postquam resciit [o], excãduit [p],& me causam inimicitiarum quęrere clamitauit,quasi, quòd mihi in pecunia minùs satisfeciisset, per hanc speciem simultatis eum consectarer. Posteà non destitit arcessere Publ. Seruilium accusatorem,inire cum Domitio consilia:quibus cùm parũ proficeret, vt vlla lege mihi ponerent accusatorem,compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. Insolentissimi homines summis [a] Circensibus ludis meis postulandum me lege [b] Scantinia curant. Vix hoc erat prælocutus [c], cum ego Appium censorem eadem lege postulaui. Quod melius caderet,nihil vidi.Nam sic est à populo, & non infimo quoque approbatum, vt maiorem Appio dolorem fama, quàm postulatio, attulerit. Prætereà cœpi sacellum [d], in domo quod est,ab eo petere.Cõturbat me mora serui huius,qui tibi litteras attulit. Nam acceptis prioribus litteris, amplius quadraginta dies mansit,Quid tibi scribam,nescio.scis Domitio diem timori esse. Exspecto te valde, & quàm primùm videre cupio. A te peto, vt meas iniurias perinde [e] doleas, vt me existimas & dolere,& [f] tuas vlcisci solere. Vale.

¶ARG. *Gratulatur Dolabellam Ciceroni generum adscitum esse. De Curionis intercessione & de prouinciis. De morte Hortensii.*

M. COELIVS M. CICERONI,S. D. 13

GRATVLOR tibi affinitate [g] virihmedius fidius optimi. Nã hoc ego de illo existimo.Cetera porrò, quibus adhuc ille sibi parum vtilis fuit,& ætate iam sunt decursa, & consuetudine,atque auctoritate tua,&i pudore Tulliæ [k],si qua restabunt, cõfido celeriter sublatum [l] iri.Non est enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id, quod melius sit, intelligendum. Deinde (quod maximum est) ego illum valde amo. ¶Vides, Cicero, Curionem nostrum lautum intercessionis de prouinciis exitum habuisse. Nam cùm de intercessione referretur,quæ relatio fiebat ex s. c. primáque M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum tribunis plebis censebat:frequens senatus in [m] alia omnia iit.Stomacho [n] est scilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti,vt vix id, quod sibi placeat, reperiat. Transierant illuc, vt [o] ratio esset eius habenda, qui neque exercitum, neque prouincias tradere vellet. Quemadmodum hoc Pompeius laturus sit,cùm cognoscat [p], quidnam reip.futurum sit,si aut non possit,aut nõ curet,vos senes diuites videritis. Qu. Hortensius,cùm has litteras scripsi, animam agebat. Vale.

¶ARG. *De L. Domitij Ahenobarbi repulsa inauguratio. De Saturnino ab Cn. Domitio Calvino in iudicium vocato. De Pompeij, Cæsarisque discordijs. De Appio ineptè mores ciuitatis emendante. De Curione, & Pompeio.*

M.COELIVS M. CICERONI,S. D. 14

TANTI nõ fuit Arsacen capere,Seleucíam [q] expugnare, vt earum rerum, quæ hîc gestæ sunt, spectaculo careres.numquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitij vultum vidisses.magna illa comitia fuerunt, & planè studia ex partium sensu apparuerant: perpauci necessitudinem secuti officium præstiterunt. Itaque mihi est Domitius inimicissimus,vt ne familiarem quidem [r] suum, quem nosti,tam oderit, quàm me:atque eo magis,quòd per iniuriam sibi putat ereptum, cuius ego auctor fuerim. Nunc furit, tam gauisos homines suum dolorem, vnúmque me studiosiorem Antonij. ¶Nam Cn. Satur-

a *q.v.c.non habent voces, summis.*

P. 13.

b lege Scantinia vindicabatur turpissimum crimẽ de quo in l. cũ vir nubit in fœminã. Cod.de adulteriis. Huius legis meminit epist. 14. infrã, & philippica.3.Iuuenalis Satyr.2.Sueto. in Domitiano.Ausonius Dictam legẽ putant à Scantinio, cui C'audius Marcellus Aedilis curulis diem dixit ad populum,quòd filium suum de stupro appellasset.de quo plura vide apud Valerium.6.c. 1.Plutarchũ *in Marcello*.* & L. Pola eloquutus.

c Censorum erat curare, vt sacella nõ in domo cuiusquam essent:sed populo patentes Liuius 40.* & L.proinde

d L. & vlcisci tuas solere.

e L.assuetam.

P. CXXIII.

f hoc est Dolabellæ.* *i al.*& prudentia T.

k respõdet huic Epistolæ Ciceronis.2. epist.15.*

l *v.c.*subjaceturi,

m In alia omnia fere cessisse, transire, discedere, transfire, dissentire.Ita locutus Cicero lib. 1. epist.2.3.& 10.epist.12.& 3.Hirtius. 8. de bello Gallico.adde Festum in Quo hoc cęsetis, illuc transite.*

n L. Stomacho est Magnus nunc ita lang. *al.* stomacho est.Cn. Põp.*

o *al.* vt ratio ne esset eius: *al.* vt nec vitio esset eius.* p *al.*aut quidnam Reip.futurum sit,si non curet, vt senes diuites videritis.*Pantag.** q L.Seleuceam exp. *al.*& Selcuc. exp.

r *q.v.c.* quidem suum quemquam tam od-

ninum adolescentem [a], ipse Cn. Domitius reum fecit, sanè quàm à [b] superiore vita iniudiosum. quod iudicium nunc in exspectatione est, etiam in bona spe post Sext. Peducæi absolutionem. De summa rep. sæpe tibi scripsi, me etiamnum pacem non videre: & quò propiùs ea contentio, quàm [c] fieri necesse est, accedit, eò clariùs id periculum apparet. Propositum hoc est, de quo, qui rerũ potiuntur, sunt dimicaturi: quòd Cn. Pompeius constituit nõ pati C. Cæsarẽ cõsulem aliter fieri, nisi exercitũ, & prouincias tradiderit: Cæsari autẽ persuasum est, se saluũ esse nõ posse, si ab exercitu recesserit. Fert illam tamen conditionẽ, vt ambo exercitus tradant. Sic illi iam amores, & [d] inuidiosa coniunctio, non ad occultã récidit obtrectationem, sed ad bellum erumpit [e]: neque mearum rerum quid consilij capiam, reperio: neque [f] dubito, quin te quoque hæc deliberatio sit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his & gratia est, & [g] tantum causam illam, non homines odi. Illud te non arbitror fúgere, *Quin homines in dissensione domestica debeant, quamdiu ciuiliter sine armis certetur* [h], *honestiorem sequi partem: vbi ad bellum, & castra ventum sit, firmiorem: & id melius statuere, quod tutius sit.* In hac discordia video, Cn. Pompeium, senatum, quíque res iudicant, secum habiturum: ad Cæsarem omneis, qui cum timore, aut mala spe viuant, accessuros: exercitum conferendum non esse. omnino [i] satis spatij sit ad considerandas vtriusque copias, & [k] ad eligendam partem tutiorem! ¶ Propè oblitus sum, quod maximè fuit scribendum. Scis Appium censorem hîc ostenta facere? de [m] signis, & tabulis, de [n] agri modo, de ære [o] alieno acerrimè agere? Persuasum est ei: censuram, lomentũ [p], aut vitrum [q] esse. errare mihi videtur. Nam [r] sordeis eluere volens, venas sibi omneis, & viscera aperit. Curre per deos, atque homines, & quàm primùm hæc risum veni: legis [s] Scãtiniæ iudicium apud Drusum fieri: Appium de tabulis, & signis agere. crede mihi, est properandum. ¶ Curio noster sapienter id quod remisit [t] de stipendio Pompeij, fecisse existimatur. Ad summam, quæris, quid putem futurum. Si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendére discordias: quas ferrum, & vis iudicabit [u]. vterque animo & copiis est paratus. Si [x] sine tuo periculo fieri posset, magnum, & iucũdum tibi fortuna spectaculum parabat. Vale.

¶ *ARG. De Cæsaris victoria Corfinienſi. De ſtudio videndi Ciceronu: De itinere ad Alpes: De Domitio hoſpite Cæſaru interfecto.*

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 15

ECQVANDO tu hominem ineptiorẽ, quàm tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? Ecquem autem Cæsare nostro acriorem in rebus gerendis: eodem in victoria [z] temperatiorem, aut legisti, aut audisti? Quid est? nunc [a] tibi nostri milites, qui durissimis, frigidissimis locis, tæterrima hyeme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur? Quid [b] iam, inquis, gloriosum? Immò, si scias quàm sollicitus sim, tum hanc meam gloriam, quæ ad me nihil pertinet, derideas. quæ tibi exponere nisi coràm, non possum: idque [a] celeriter fore spero. Nam me, cùm [b] expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad vrbem vocare, id quod iam existimo confectum, nisi [c] maluit Pompeium Brundisij, circumsedere. Peream, si minima causa est properandi istò mihi, nisi [d] quòd te videre, & omnia intima conferre [e] discupio: habeo autem quàm multa? Hui vereor (quod solet fieri) ne, cùm te videro, omnia obliuiscar. ¶ Sed tamen quódnam ob scelus iter mihi necessarium retro ad [f] Alpeis versus incidit? Ideò quòd Intimelij [g] in armis sunt, neque de magna causa. Bellienus, verna Demetrij, qui ibi cum præsidio erat, Domitium quendam, nobilẽ illic [h] Cæsaris hospitem, à contraria factione nummis acceptis, comprehendit, & strangulauit, ciuitas ad arma iit. eò nunc cum quattuor cohortibus mihi per niueis eundum est. Vsquequaque, inquis, se Domitij malè [i] habent. Vellem quidem verna [k] propugnaturus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse senatus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D. Vale.

¶ *ARG. Suadet Ciceroni quid facto opus ſit Pompeio ex Italia pulſo: vt vel Cæſari ſe coniungat vel vt ei ſe dedat.*

M. COELIVS M. CICERONI, S. D. 16

EXANIMATVS [m] sum tuis litteris: quibus te nihil, nisi triste cogitare ostédisti: neque id quid esset, perscripsisti: neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti. Has illi ad te litteras scripsi. Per fortunas tuas, Cicero, per [n] liberos, te oro, & obsecro, ne quid grauius de salute, & incolumitate tua consulas. Nam deos, hominésque, amicitiámque nostram testificor, me neque temere tibi præ dixisse, neque temere monuisse: sed postquã Cæsarem conuenerim, sententiámque eius, qualis futura esset, parta victoria, cognouerim, te certiorem feciſſe. Si existimas eandem rationem fore Cæsari in dimittendis aduersariis, & conditionibus ferendis, erras. Nihil nisi atrox, & sæuum cogitat, atque etiam loquitur. Iratus senatui exiit: his intercessionibus planè incitatus est: non mehercule, erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius vnicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi carę sunt: si aliquid apud te nos, si vir optimus, gener tuus valet: eorum fortunas nõ debes velle conturbare, vt eam causam, in cuius victoria salus nostra est, aut odisse, aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra salutẽ tuã habeamus. Denique illud cogita: quod offensæ fuerit in ista cũctatione, te priùs subiisse. nunc te contra victorem facere, quem duobiis rebus lædere noluisti: & ad eos fugatos accedere, quos resistenteis sequi noluerit, summæ stultitiæ est. Vide, ne, dum pudet te paxrum optimatem esse, parum diligenter, quid optimum, sit eligas. Quòd si totum tibi persuadere non possum: saltem, dum, quid de Hispaniis agamus, scitur, exspecta: quas tibi nunc tio aduentu Cæsaris fore nostras. Quam isti spem habeant, amissis Hispaniis, nescio. Quod porrò tuũ consiliũ sit ad desperatos accedere, nõ mediusfidi [o] reperio. HOC, quod tu nõ dicẽdo mihi significasti, Cęsar audierat: ac, simulac, *Aue*, P. mihi dixit, statim quid de te audisset, exposuit.

a *al.* adolescens.* b *al.* superiore à vita.* c *q. v. c.* quàm videri necesse est, *non pl.* d *q. v. c.* ingens coniunct. e *al.* erupit.* f *al.* quod non dubito, id est sed nõ P. B. dubito vid Manuti um hîc.* g *al.* tũ tantùm. h *al.* cernatur. i *al.* omnino sat. spatij sit *al.* omnino satis patent* k *q. v. c.* & eligẽdas parteis. Propè, &c. l *vox* tutiorem, *nõ inest in v. c.* m id est de impensis in signa & tabulas moderandis.* n, id est de modo randa agrorũ possessione.* o *forte* de vsuris modo randis,* p Lomentũ fabarum farina.* q L. nitrum esse, hoc sensu putat Appius Censuram posse eluere sordes, vt Lomẽtum rugas tollit: vt nitro è vestib. eluuntur macułæ.* r L. Nã dũ sordeis eluere vult, ven. *q. v. c.* Nam p. CXXIIII. sordeis eluere vult, venas &c. s De lege Scãtinia seu Scantinia dixi epistola 12. 3. t, intendebat Curio, ne senatusconsultũ ne ret de stipendio Pompeij legio. ibus persoluẽdo* v *al.* vindicabit *non pl.* *al.* vindicauit. * x L. Si sine summo periculo fieri posset. y *al.* parabit. *non pl.* z Capto Cornificio Cæsar. a, de bello ciuili.* a num tibi. b Quid iam, inquis, glorioſe?

a *al.* id quod.* b *al.* ex Cafar expulisset.* c *q. v. c. al.* nisi maluit Pompeius Brundisij circumsederit, P. & Bal. d *q. v. c.* habeo, nihil. e L. tecum conf. f sic 3. 4. epistola. in Italiam vertisus.* g 3. Plinius 5. P. B. h quidam ver. illi sic ve nerint Pharnaces filius Mithridatis, & Lucter. Illi cum ve decant.* i *al.* malè dant. k L. venere prognatus. l L. quanti Plicade natus in hoc h. *al.* vt quanti ipse cadem natus.

in L. examinatus tuis litteris, quibus te nihil, n. tr. c. neque id q. esset. perscr. neque non tamen q. cog. qualis rosisti. Illud scripsisti, Cæsar autem tur hæc: cogitet & inquiat. epistola. 10. ad Atticum 11.* n vide, quæ scripsi ad hanc formam. Ann. ad Attici 8. ad finem.*

p. CXXV.

p. v. habet. Aue. vox propria fere salutationis. 12. ad Att. 6.*

exposuit. negaui me scire: sed tamen ab eo petii, vt ad te litteras mitteret, quibus maximè ad remanendum commoueri posses. Me secum in Hispaniam ducit. Nam, nisi ita faceret, ego priùs, quàm ad vrbem accederem, vbicumque esses, ad te peruenissem, & hoc à te præsens contendissem, atque omni vi te retinuissem. Etiam atque etiam, mi Cicero, cogita, ne te, tuósque omneis funditus euertas: ne te sciens, prudénsque eò dimittas [a], vnde exitum vides nullum esse. Quod si te aut voces optimatum [b] commouent, aut nonnullorum hominum insolétiam, & iactationem ferre non potes: eligas [c] censeo aliquod oppidum, vacuum à bello, dum hæc decernuntur. quæ cùm confeceris: & ego te sapienter fecisse iudicabo, & Cæsarem non offendes. Vale.

a L. demittas.
b L. optimatium.
c adde 2. epistol. 16.* d quæ iam erunt confecta. Id si feceris: & ego

¶ *ARG. Conqueritur se Curionis amore & Appij odio Cæsaru partes potiùs quàm Pompeij secutum esse.*

M. COELIVS M. CICERONI. S. D. 17

ERGO me potiùs in Hispania fuisse [e] tum, quàm Formiis, cùm tu profectus es ad Pompeium? quòd vtinam aut [f] non in ista parte Appius Claudius, aut non in hac C. Curio fuisset [g]: cuius amicitia me paullatim in hanc perditam causam imposuit. nam mihi sentio bonam mentem iracundia [h] & amore ablatam. Tum [i] tu porrò, cùm ad te proficiscens noctu Ariminum veniissem, dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, & mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti, neque mihi [k] consuluisti. Neque hæc dico, quòd diffidam huic causæ: sed, crede mihi, perite satius est, quàm hos videre. Quòd si timor vestræ crudelitatis non esset, electi iam pridem hinc essemus. Nam hîc nunc, præter fœneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi [l] Pompeianus. Equidem iam effeci, vt maximè plebs [m], &, qui anteà noster fuit, populus, vester esset. Cur hoc, inquis? immò reliquias [n] exspectât. Vos inuitos vincere coegero. irritaui [o] in me Catonem. Vos dormitis: nec [p] hæc adhuc mihi videmini intelligere, quàm nos pateamus, & quã simus imbecilli. Atque hoc nullius præmii spe facio [q], sed, quod apud me plurimùm solet valere, doloris [r], atque indignitatis [s] causa. Quid istic facitis? prælium exspectatis, quod firmissimum est? Vestras copias non noui. nostri valde depugnare, & facilè algere, & esurire consueuerunt [t]. Vale.

e al. fuisse, quàm Formiis, tum, cùm tu
f al. aut non Appius. ita pronunciauit.*
g 9. v.c. non habent verbum, fuisset.
h Rivius iracundiæ tumore ablatæ malè. hoc enim vult Cœlius, se odio Appij (Pompeiani) amore Curionis (Cæsariani) partes Cæsaris sequutum.*
i al. Tu tu. Manut.*
k al. mi. Manut.*
l al. nisi ex Pompeianus.*
m al. partes.*
n L. reliqua exspecta. Vos antea Aruntenum me Catone. al. M. Catonem.*
o al. nec adhuc.*
p al. faciam. & ita v.c.
q quod Cæsar Trebonio Prætori vrbanam iurisdictionem mandasset, quã Cœlius expetebat. Dio. 42.* P. CXXVI.
r al. indignationis
s al. consuerunt.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIARES, LIBER IX

AD M. TERENTIVM VARRONEM.

¶ *ARG. Varronis aduentum expetit.*

M. T. CICERO M. TERENTIO VARRONI, S. D. 1

EX iis litteris, quas Atticus à [a] te missas mihi legit, quid ageres, & vbi esses, cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil sanè ex eisdem litteris potui suspicari. In spē tamen venio, appropinquare tuum [b] aduentum: qui mihi vtinam solatio sit: etsi tot, tantísque rebus vrgemur, vt nullam alleuationem quisquam non stultissimus sperare debeat: sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re iuuare. Scito enim me, postea quàm in vrbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris, in gratiam. etsi non idcirco eorum vsum dimiseram, quòd iis succenserem [c]: sed quòd eorũ me suppudebat. Videbar enim mihi, cùm me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demisissem, præceptis illorum non satis parui sse. Ignoscunt mihi, & reuocant in consuetudinem pristinam: téque, quòd in ea permanseris, sapientiorẽ, quàm me, dicunt fuisse. Quamobrem, quãdo placatis his vtor: videor sperare debere, si te viderim, & ea, quæ prætermant, & ea, quę impendeant, me facilè transiturum. Quamobrem siue in Tusculano, siue [d] in Cumano adesse tibi placebit, siue (quod minimè velim) Romæ: dummodò simul simus, perficiam profectò, vt id vtrique nostrûm commodissimum esse videatur [e]. Vale.

a L. à te ad te missis.
b 9. v.c. adventum tuum.
c 9. v.c. fuit, cur succenserem
d L. siue in Cumano ad te. pl. al. siue in Cumano apud te pl.
e al. videbitur, al. iudicetur, al. diiudicetur, al. diiudicetur.*

¶ *ARG. Consilium dat quid eum facere oporteat nuncio perlato de Cæsaru Africana victoria.*

CICERO VARRONI, S. D. 2 P. 8.

CANINIVS idem [f] tuus, & idem noster, cùm ad me nuper [g] vesperi veniisset, & se postridie manè ad te iturum esse dixisset: dixi ei, me daturum aliquid manè, &, vt peteret, rogaui. Conscripsi epistolam noctu: nec ille ad me rediit. oblítum credidi. Attamen [h] eam ipsam epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem, postridie te manè è Tusculano exiturum. At [i] tibi repentè, paucis pòst diebus, cùm minimè exspectarem, venit ad me Caninius manè: proficisci [k] ad te statim dixit. etsi erat ἄπολος [l] illa epistola, præsertim tantis [m] posteà nouis rebus allatis, tamen perire meam lucubrationem nolui, & eam ipsam Caninio dedi: sed cum eo & homine docto, & amantissimo tui, locutus ea sum, quæ pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consilii do, quod mihimetipsi: *vt vitemus oculos hominum, si linguas minùs facilè possumus* [n]. Qui enim victoria se efferunt, quasi victos nos intuentur. Qui autem victos esse nostros molestè ferũt,

f v.c. idem & idẽ nost.
g L. peruesperi veniss.
h *fortè* Ac tamen
i L. At tibi repentè p.
k L. proficisci se ad te st.
l non recens.*
m al. tot, & tantis p.
n 9. v.c. possimus.

nos dolent viuere. Quæ res fortasse, cur, cùm hæc in vrbe sint, non absim, quemadmodum tu. Tu enim ipse, qui & me, & alios prudentia vincis, omnia, credo, vidisti, nihil omnino te fefellit. Quamuis [a] *quis est tam Lynceus*, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Ac mihi quidem iam pridem venit in mentem, bellum esse aliquò exire, vt ea, quæ agebantur hîc, quæque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniabar [b] ipse [c]. putabam, qui obuiàm mihi veniſſet, vt cuique commodum esset, suspicaturum, aut dicturum, etiam si non suspicaretur. Hic aut metuit & ea re fugit: aut aliquid cogitat, & habet nauem paratam. Denique, leuissimè qui suspicaretur, & qui fortasse me nouisset optimè: putaret me idcirco discedere, quòd quosdam homines oculi mei ferre non possent. Hæc ego suspicans, adhuc Romę maneo: & tamen λεληθότως [d] consuetudo diuturna *callum* iam *obduxit* stomacho meo. Habes rationem mei consilii. Tibi [e] igitur hæc [f]: censeo latendum tantisper ibidem, dum defatigueſcit hæc gratulatio [g], & simul dum audiamus, quemadmodum negotium confectum sit. confectum enim esse existimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. quamquam quò me coniectura ducat, habeo: sed exspecto tamen. Te verò nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. Erit enim nobis honestius, etiam cùm hinc discesserimus, videri venisse in illa loca ploratum potiùs, quàm natatum. Sed hæc tu melius: modò nobis stet illud, vnà viuere in studiis nostris: à quibus antea delectationem modò petebamus, nunc verò etiã salutem: non deesse, si quis adhibere volet, non modò vt architectos, verùm etiam vt fabros, ad ædificandam remp. & potiùs libenter accurrere: sin nemo vtetur opera, tamen & scribere, & legere πολιτείας [h]: & si minùs in curia, atque in foro: at in litteris, & libris, vt doctissimi veteres fecerunt, nauare [i] reip. & de moribus, ac legibus quærere. Mihi hæc videntur. Tu, quid sis acturus [k], &, quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris. Vale.

a q. v. c. non habet, Quanis

b v. c. calumpniabar, &c. mendose. c al. ipse me.*

P. CXXVII.

d sensim.*

e al. Tibi autem hæc censeo: latend.

f al. hoc:

g ob res à Cæsare aduersus Scipionẽ Pompeii generũ, & Iubã Mauritaniæ regem gestas.*

h libros politicos seu de statu Reipublicæ rãque regẽda.* i L. nauare operam r. al. nauare Rempub. al. nauaram Reip.* k L. facturus, l: al. amico ad te P. B.

¶ ARG. *Cupit se Varroni præsentem.*

CICERO VARRONI, S. D. 3

ETSI, quid scriberem, non habebam: tamen Caninio [l] ad te eunti, non potui nihil dare. Quid ergo potissimùm scribam? quod velle te puto, citò me ad te esse venturum. Etsi vide, quæso, satisne rectum sit, nos, hoc tanto incendio ciuitatis, in istis locis esse. Dabimus sermonem iis, qui nesciunt, nobis, quocumque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Quid refert? tamen in sermonem incidemus. Valde id, credo, laborandum est, ne, cùm omnes in omni genere & scelerum, & flagitiorum volutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. Ego verò neglecta barbarorum inscitia, te persequar. Quanuis enim hæc sint misera, quæ sunt miserrima, tamen artes nostræ nescio quo modo nunc vberiores fructus ferre videntur, quàm olim ferebant: siue quia nulla nunc in re alia acquiescimus, siue quod grauitas morbi facit, vt [m] medicinæ egeamus, eáque nunc appareat, cuius vim non sentiebamus, cùm valebamus. Sed quid ego hæc ad te, cuius domi nascuntur? γλαῦκ' [n] εἰς Ἀθήνας, nihil scilicet, nisi vt referrens aliquid, me exspectares. sic igitur facies. Vale.

l non ea.

m fortè vt medicina egeamus.

n De hoc adagio dixi ad Epistolarum ad Q. fratrẽ 25. in f.*

¶ ARG. *De Varronis aduentu, ex Diodori dialectici sententia iocatur.*

M. T. C. VARRONI, S. D. 4

Περὶ δωματῶν me scito χθὲς Διόδωρον κρίνειν. Quapropter, si venturus es, scito necesse esse te venire. sin autem non [a], περὶ ἀδωμάτων est te venire. Nunc vide, vtra te κρίσις magis delectet, χρυσιππεία [b] ne, an hæc, quam noster Diodorus [c] non cõcoquebat. Sed de his etiam rebus, otiosi cùm erimus, loquemur. hoc etiã est χθὲς χρύσιππον δωμάτιον. De Coctio [d] mihi gratũ est. Nam id etiam Attico mandarã. Tu, si minùs ad nos, nos accurremus ad te. si hortũ in bibliotheca habes, nihil [e] deerit. Vale.

a L. non ea. περὶ

b al. Chrysippia, al. Chrysippi an hæc.

c L. Diodorus & ita v. P. CXXVIII. c. ¶ De quo Academ. 2. de Natura deorum. +

d L. Coctio.

e v. c. deerit nihil.

¶ ARG. *Probat diem quo conuenturi sint: & quòd à Cæsare victi, ab anno discesserint.*

M. T. C. TER. VARRONI, S. D. 5

MIHI verò ad Non. bene maturum videtur fore, neque solùm propter [f] remp. sed etiam propter anni tempus. Quare diẽ istum probo. itaque eumdem ipse sequar. ¶ Consilii nostri, ne si eos quidem, qui id sequuti non sunt, pœniteret [g], nobis pœnitendum putarem. Sequuti enim sumus non spem, sed officium. Reliquimus autem non officium, sed desperationem. Itaque [h] verecundiores fuimus, quàm qui se domo non commouerunt: saniores, quàm qui, amissis opibus, domum non reuerterunt. Sed nihil minùs fero, quàm seueritatem otiosorum: &, quoquo modo res se habeant [i], magis illos vereor, qui in bello occiderunt, quàm hos curo, quibus non satisfacimus, quia viuimus. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum ante nonas veniendi, istic te videbo. sin minùs, perseqũar in Cumanum: & antè te certiorem faciam, vt [k] lauatio parata sit. Vale.

f q. v. propter reip.

g L. Nõ pœniteret & ita v. c.

h v. c. Ita.

i L. habet.

k g. v. c. lauatio P.

¶ ARG. *De Cæsaris ex Africana victoria reditu. De Pompeij & Cæsaru consilys. De otio Varronis.*

CICERO VARRONI, S. D. 6

CANINIVS noster me tuis verbis admonuit, vt scriberem ad te, si quid esset, quod putarem te scire oportere. Est [l] igitur aduentus Cæsaris in exspectatione: neque tu id ignoras. Sed tamen, cùm ille scripsisset, vt opinor, se in Alsiensem venturum: scripserunt ad eum [m] Alsiũ idem ipsúmque multis in [n] Pomtinum videri commodius eum exire posse. Id ego non intelligebam, quid interesset. Sed tamen Hirtius mihi dixit, & se ad eum, & Balbum, & Oppium scripsisse, vt ita faceret, homines, vt cognoui, amanteis tui. Hoc ego idcirco nosse te volui, vt scires, hospitium tibi vbi parares, vel potiùs vbi [o] vtrique. quid enim ille facturus sit, incertum est: & simul ostentaui [p], me istis esse familiarem, & consilijs eorum interesse. Quod ego cur nolim, nihil video. *Non enim est idem, ferre, si quid ferendum [q] est: & probare, si quid probandum non est.* Et is, quid non probem quidem [r], nescio, præter initia rerum. Nam hæc in voluntate fuerunt. ¶ Vidi enim (nam tu aberas) nostros amicos [s] cupere bellum: hunc [t] autem non tam cupere, quàm non timere. Ergo hæc, consilii fuerunt

l E. Etsi igitur de aduentu Cæsaris.

m Ea scite Alsiũ idem quod Cæsar. 3. Phil. 3. scripsit. Sic in retri. 3. Phil. vetus non longè à Cæsare erudito legitur de duobus Alsiensibus. Alsiensis, Alsiensibus.

n al. Oppium videri. Ostendit. 2. Phil. o L. vtrique. alvtrique. p L. ostentaui. q L. ferendum. r al. equidẽ nescio.

s L. Cæsarios.

t Cæsarios.

reliqua necessaria. Vincere autem aut hos, aut illos necesse est. Scio te semper mecum in luctu fuisse, cùm videremus, quàm [a] illud ingens malum alterutrius exercitus ex ducum interitu: tum verò EXTREMVM [b] *malorum omniũ esse ciuilis belli victoriam*: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus. Crudeliter enim otiosis minabantur: erátque iis & tua inuisa voluntas, & mea oratio. Nunc verò, si essent nostri potiti, valde intemperantes fuissent. Erant enim nobis perirati, quasi quidquam de nostra salute decreuissemus, quod non idem illis censuissemus: aut quasi vtilius reip. fuerit, eos etiam ad bestiarum [c] auxilium confugere, quàm [d] vel mori, vel cum spe, si non optima, at aliqua tamen viuere. ¶ At in perturbata rep. viuimus. Quis negat? Sed hæc viderint ij, qui nulla sibi subsidia ad omneis vitæ status parauerũt. huc enim vt venirem, superior longius, quàm voluit, fluxit oratio. Cùm enim te semper magnum hominem duxi [f]: tum quòd his tempestatibus eis propè solus in portu: fructúsque doctrinæ percipis eos, qui maximi sunt, vt ea consideres, eáque tractes, quorum & vsus, & delectatio est omnibus istorum & [g] actis, & voluptatibus anteponenda. Equidem hos tuos Tusculanenseis dies instar [h] esse vitæ puto: libentérque omnibus omneis opes concesserim, vt mihi liceat, vi nulla interpellante, isto modo viuere. Quod nos quoque imitamur, vt possumus, & in nostris studiis libentissimè conquiescimus. QVIS ENIM hoc non dederit nobis, vt cùm opera nostra patria siue non possit vti, siue nolit, ad eã vitam reuertamur, quam multi docti homines, fortasse non recte, sed tamen multi etiam reip. præponendam putauerunt? Quæ igitur studia magnorũ hominum sententia, vacationem habent etiam publici muneris, iis concedente rep. cur non abutamur? Sed plus facio, quàm Caninius mãdauit. Is enim si quid ego sciré, rogarat, quod tu nescires. ego tibi ea narro, quæ tu melius scis, quàm ipse, qui narro. Faciam ergo illud, quod rogatus sum, vt eorum, quæ temporis huius sint, quæ tua interesse audiero, ne quid ignores. Vale.

¶ ARG. *Monet vt ab vrbe discedat: De reditu Cæsaris ex Africano bello scribit.*

CICERO VARRONI, S. D. 7

CENABAM apud Seium, cùm vtrique nostrũm redditæ sunt à te litteræ. Mihi verò iam maturum videtur. Nam quòd anteà te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Volebam propè alicubi esse [i], si quid bonæ salutis, σωσὶ τε δὴ ἐγχέμβροτον. [k] nunc, quando [l] confecta sunt omnia, dubitandum non est, quin equis [m] velis. Nam vt audiui de L. Cæsare [n] F. mecum ipse, *Quid [o] hic mihi faciet patri?* Itaque non [p] desino apud istos, qui nunc dominantur, cænitare. Quid faciam? *tempori seruiendum est.* Sed ridicula missa faciamus, præsertim cùm sit nihil, quod rideamus. *Africa [q] terribili tremit horrida terra tumultu.* Itaque nullum est δόκησις ἁμάρτου, quod non verear. Sed quòd quæris, quando, quà, quò, nihil adhuc scimus. Istuc ipsum de Baiis, nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc prædium [r] suum non inspexit: nec vllum habet deterius, sed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam: vel iam sciemus. aduentat enim Dolabella. eum [a] puto magistrum [b] fore. Πολλοὶ [c] μεθ' ἡμῖν κρείσσονες διδασκάλων. Sed tamen, si sciam, quid tum constitueris, meum consilium accommodabo potissimùm ad tuũ. Quare exspecto tuas litteras. Vale.

¶ ARG. *Petit promissos sibi à Varrone libros de lingua Latina: ad eundem quatuor Academicorum libros mittit. Cupit præsentiam Varronu. Gratulatur de domo empta.*

CICERO VARRONI, S. D. 8

ETSI munus flagitare, quamuis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus: tamen ego exspectatione promissi tui moueor, vt admoneã te, non vt flagitẽ. ¶ Missi autem ad te quattuor admonitores [e] non nimis verecundos. Nosti enim profectò os eius [f] adolescentioris [g] Academiæ. Ex ea igitur media excitatos misi: qui metuo, ne te fortè flagitent: ego autem mandaui, vt rogarent. Exspectabam [h] omnino samdiu, méque sustinebam, ne ad te priùs ipse quid scriberem, quàm aliquid accepissem, vt possem te remunerari quàm simillimo munere. Sed, cùm tu tardiùs faceres, id est, vt ego interpretor, diligentiùs: teneri non potui, quin coniunctionem studiorum, amorísque nostri, quo possem, litterarum genere, declararem. Feci igitur sermonẽ inter nos habitum in Cumano [k], cùm esset vnà Pomponius [l], tibi dedi partes Antiochianas [l], quas à te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumsi Philonis [m]. Puto fore, vt, cùm legeris, mirêre, id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus. sed nosti morem dialogorum. Posthac autem, mi Varro, quàm plurima, si videbitur, & de nobis, & inter nos: serò fortasse: sed superiorum temporum fortuna reip. causam sustineat. Hæc ipsi præstare debemus. Atque vtinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono, at saltẽ certo statu ciuitatis, hęc inter nos studia exercere possemus. Quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes, honestas nobis & curas, & actiones darent: nunc autem quid est, sine his cur viuere velimus? Mihi verò cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidẽ. Sed hæc coràm, & sæpius. ¶ Migratione [n], & emtionem feliciter [o] euenire volo, tuúmque in ea re consilium probo. Cura vt valeas.

¶ ARG. *Suadet Ciceroni vt sẽ vel cum Cæsare coniungat, vel in otium referat.*

DOLABELLA CICERONI, S. D. 9

SI vales, gaudeo: & [p] ipse valeo. & Tullia nostra rectè valet. Terentia minùs bellè habuit: sed certum scio iam conualuisse eam. Præterea rectissimè sunt apud te omnia. Et si [q] nullo tempore in suspicionem tibi debui venire, partium [r] causa potiùs, quàm tua, tibi suadere, vt te aut cum Cæsare, nobiscúmque cõiungeres, aut certè in otiũ referres: præcipuè nunc iam, inclinata victoria, ne possum quidẽ in vllã aliam incidere opinionẽ, nisi in eã, in qua scilicet tua de re tibi suadere videar, quod piè tacere nõ possum. Tu autẽ, mi Cicero, sic hæc accipies, vt, siue probabũtur tibi, siue non probabuntur, ab optimo certè animo, ac dedititissimo tibi, & cogitata, & scripta esse iudices. Animaduertis, Cn. Pompeium nec nominis [s] sui, nec rerum gestarum gloria,

a *al.* ei me puto magistrum fore.*
b id est docebit me, quemadmodum Cæsaris gratiam recuperem.*
c multi discipuli meliores magistris.*
d *q.v.c.* Mi enim.
e hoc est quattuor Academicorum libros, qui te promissi tui admoneant.* P. CXXX.
f L. huius adol.
g id est nouæ Academiæ: fuit enim alia vetus.*
h libros. *fi de lingua Latina. 5. ad Atticum 12.**
i *al.* id tardius.
k sic initio Academicorum.*
l L. Antiochinas, hoc est Antiochi Ascalonetæ Philosophi Academici. *Plutarchus in Lucullo, Brutus, Cicerone.**
m qui nouã Academiam ex Arcesilæ sententia quasi meliorem tuebatur.*
n in domũ nuper empram.*
o L. tibi feliciter.
p *q.v.c.* ego valeo, & Tull.
q *al.* Si nullo
r *fort.* me partium c. ‖ Cæsaris.* P. S.
f magnus enim vocabatur ob victorias.*

nec etiam regum, aut nationũ clientelis, quas ostentare crebrò solebat, esse tutum: & hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere, vt honestè effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano. circumuallato [a] nunc denique b: quod nescio an [c] vlli vmquam nostro acciderit imperatori. Quamobrem, quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia. Sic enim facillimè, quod tibi vtilissimum erit, consilij capies. Illud autem à te peto, vt, si iam ille euitauerit [d] hoc periculum, & se abdiderit in classem. tu tuis rebus consulas: & aliquando tibi potiùs, quàm cuiuis, sis amicus. Satisfactum est iam à te vel officio, vel familiaritati, satisfactum etiam partibus, & ei reip. quam tu probabas. reliquum est, vbi [e] *nunc est resp. ibi simus potius, quàm, dum illam veterem sequimur, simus in nulla.* Quare velim, mihi [f] iucundissime Cicero, si fortè Pompeius pulsus his quoque locis, rursus alias regiones petere cogatur, vt tu te vel Athenas, vel in quamuis quietam recipias ciuitatem.

P. CXXXI.

Quod si eris facturus, velim mihi scribas, vt ego, si vllo modo potero, ad te aduolem. Quæcumque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, qua est humanitate Cæsar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuæ quoque fidei, & humanitatis, curare, vt is tabellarius, quem ad te misi, reuerti possit ad me: & à te mihi litteras referat. Vale.

a ad Dyrrachium *Suetonius, Cæsar 3. civil. Plutarch.**
b *al.* vndique.*
c L. an nulli vmq.
d L. vitauerit.
e L. vt, vbi nunc est r.
f L. mi iucundissime.

¶ ARG. De se, inter Niciam & Vidium iudice: De Morte Syllæ. De bono Pompeianorum hastæ subiectis à Cæsare.

CICERO DOLABELLAE, S. D. 10

g Grãmaticũ de quo Suetonius in Grammaticis. 13. ad Artic. vlt. in f.*
h *fort.* alter à amquã Ar.
i Aristarchi meminit etiã Cicero libro 3. epist. 11. in fin. 3.*
k id est adiectitij.*
l L. gallinarum. *al.* cochlearũ. *al.* gularum. *al.* ferculorum. *al. vet.* integriusculorũ. *ex al.* Tullarum. *al.* Culanum. *male.**
m *antea* Septimia.*
n q. v. e. tun' adeo mihi exc. *al.* an adeò mihi.
P. B. o. conuictorem.*
p *v. c.* sciris. *& ita* L. *& Ant. Aug. sic.* scies.*
q *al.* otero quin a finis &c. [illegible] eris [illegible] agitio.

NON sum ausus Saluio nostro nihil ad te litterarum dare. nec meherculè habebã, quid scriberem, nisi te à me mirabiliter amari: de quo etiam nihil scribente me, te nõ dubitare, certò scio. Omnino mihi magis litteræ sunt exspectandæ à te, quàm à me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare: nisi fortè scire vis, me inter Niciamq; nostrum, & Vidium, iudicẽ esse. Profert alter (vt opinor) duobus versiculis expensum Niciæ: alter [h], Aristarchus [i] hos ὀζελίζει. Ego, tanquã criticus antiquus, iudicaturus sum, vtrùm sint τῦ ποιητῦ, an παρεμβεβλημένοι [k]. Puto te nũc dicere. Oblitúsne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum [l] cum Sophia Septimiæ [m]? Quid ergo? adeon [n] tu mihi excussam seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant? sed tamen suauissimum συμβιώτην [o] nostrum, præstabo intergellum: nec committam, vt, si ego eum condemnaro, tu restituas, ne habeat Plancus Bursa, apud quem litteras discat. Sed quid ago? cùm mihi sit incertum, tranquillóne sis animo, an, vt in bello, in aliqua maiuscula cura, negotióve versere, labor longius. Cùm igitur mihi erit exploratum, te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. ¶ Te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitũ fuisse de P. Syllæ morte, antè quàm certum sciret [p]. Nunc quærere desierunt, quomodo [illegible] putat, se scire, quod sciũt. ¶ Ego eo eo[illegible] animo [illegible] reor, ne hasta [a] Cæsaris refrixerit. Vale.

¶ ARG. De morte filiæ scribit: cupit præsentem Dolabellam, & suos obtrectatores ab eo refutari.

CICERO DOLABELLAE SVO, S. D. 11

VEL meo ipsius interitu mallem litteras meas desiderares, quàm eo casu, quo sum grauissimè afflictus [b]: quem ferrem certè moderatiùs, si te haberem. Nã & oratio tua prudens, & amor erga me singularis, multùm leuaret. ¶ Sed quoniam breui tempore, vt opinio nostra est, te sum visurus, ita me affectum offendes, vt multùm à te possim iuuari: non [c] quò ita sim fractus, vt aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem: sed tamen hilaritas [d] illa nostra, & suauitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi omnino [e] est. Firmitatem tamen & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. ¶ Quòd scribis, prœlia te mea causa sustinere: non tam id laboro, vt, si qui mihi obtrectent, à te refutentur: quàm intelligi cupio, quod certè intelligitur, me à te amari. quod vt facias, te etiã, atque etiam rogo. Ignoscásque breuitati mearum litterarum. nam & celeriter vnà futuros nos arbitror, & nondum satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.

a ad quem Pompeiano rum bona vi nicebant.*
b morte fi liæ meæ.*
c al. non quod
d Idem ad Atticum 39.*
e L. omisi est & stu. v. o

¶ ARG. Dolabellæ Baijs valetudini restituto gratulatur. Orationem pro Deiotaro mittit.

CICERO DOLABELLAE, S. D. 12

P. CXXXII. f. 3. Plinius

GRATVLOR Baiis [f] nostris: siquidem, vt scribis, salubres repentè factæ sunt: nisi fortè te amant, & tibi assentantur: & tamdiu, dum tu ades, sunt oblitæ sui. Quod quidem si ita est, minimè miror, cœlum etiam, & terras vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere [g]. ¶ Orationculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi, quam [h] velim sic legas, vt causam tenuem, & inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospitii veteri, & amico munusculũ mittere volui leuidensæ, i crassio filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti, fortique sis, vt tua moderatio, & grauitas, aliorum infamet iniuriam. Vale.

g L. remittere.
h L. quidem. Ita non habet grammaticus, quam. *al.* quidem. *al.* quidem. *al.* quidem

ipsorum causa: méque in eo vehementer & amicitia mouet, & humanitas. Lepta verò cùm ita laboret, vt eius fortunæ videantur in discrimen venire: non possùm ego non aut proximè, atq; ille, aut etiã çquè laborare. Quapropter, etsi sæpe expertus sum, quantum me amares: tamen sic velim tibi [a] persuadeas, id me in hac re maximè iudicaturum. Peto igitur à te, vel, si páteris, oro, vt homines miseros & fortuna, quàm vitare nemo potest, magis, quàm culpa, calamitosos, conferues in columeis: velisque per te, me hoc muneris cùm ipsis amicis hominibus, tum municipio [b] Caleno, quí-cum mihi magna necessitudo est, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare. Quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. res familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix equestris [c]. Quapropter quãdo his Cæsar vitam sua liberalitate concessit. nec est, quod iis præterea magnopere possit adimi: reditum, si me tantum amas, quantum certè amas, [d] hominibus confice. In quo nihil est, præter viam lõgam: quam idcirco non fugiunt, vt & viuant cum suis, & moriantur domi. Quod vt enitare, contendásque, vel potiùs vt perficias, (posse enim te, mihi persuasi) vehementer te etiam, atque etiam rogo. Vale.

a al. persuadeas tibi.

b al. municipi.

c id est vix posset ex quadringentis millia nummum. Hæc enim cẽsus equestris erat. Horat. epistol. 1.

¶ ARG. *Gratulatur Dolabellæ ob columnam & aram Cæsari mortuo tanquam deo erectam, euersam: & homines pessimè in patriam animatos supplicio affectos.*

CICERO DOLABELLAE CONSULI, S. D. 14

[e] Etsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satísque ex ea maguam lætitiam, voluptatémque capiebam: tamen nõ possùm nõ confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. Neminem conuéni (conuenio autem quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis [f] causa in hæc loca conueniant: præterea ex municipiis frequentes necessarij mei) quin omnes, cùm te summis [g] laudibus ad cælum extulerunt, mihi continuò maximas gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis, & consiliis obtemperans, præstantissimum te ciuem, & singularem consulem præbeas. Quibus ego, quamquam verissimè possùm respõdere, te, quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio: tamen neque planè assentior, ne imminuam laudem tuam; si omnis à meis cõsiliis profecta videatur: neque valde nego. Sum enim auidior etiam, quàm satis est, gloriæ. Est tamẽ nõ alienum à dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni, regum regi, fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis Nestorem: mihi verò gloriosum, te iuuenem consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar, cùm ad eum ægrotum Neapolim venissem, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antè, quàm me planè salutauit, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolabellam, quantum, si ego apud fororis filium valerẽ, iam hiatui esse possemus. Dolabellę verò tuo & gratulor, & gratias ago: quę quidẽ post te consulem, solum possumus. verè consulem

e Etsi contentus eram. vix possum, vix valitudini.

f ob euerſam & aram Cæſari mortuo tanquam deo erectam, & ob ſupplicium affectos.

g Cornificius ad Atticum. 17.

A dicere. Deinde multa de facto, ac [a] de re gesta: tum nihil magnificentiùs, nihil præclariùs actum vmquam, nihil reip. salutariùs. Atque hęc vna vox omnium est. A te autem peto, vt me hanc quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ finas cernere [c]: méque aliqua ex parte, in societatem tuarũ laudum venire patiare. quamquam, mi Dolabella, (hæc enim iocatus sum) libentiùs omneis meas, si modò sunt aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim,
B quàm aliquam partem exhauserim ex tuis. Nam cùm te semper tantum dilexerim, quãtùm tu intelligere potuisti: tum his [d] tuis factis sic incensus sum, vt nihil vmquam in amore fuerit ardentius. *Nihil est enim* (mihi crede) *virtute formosius, nihil pulcrius, nihil amabilius.* Semper amaui (vt scis) M. Brutũ propter eius summum ingeniũ, suauissimos mores, singularem probitatem, atque constantiã. tamen idibus Martiis [e] tantum accessit ad amorem, vt mirarer, locum fuisse augendi in eo
C quod mihi iampridẽ cumulatũ etiã [f] videbatur. Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar, anteã dilexisse. Quare quid est, quòd ego te horter, [g] ad dignitatem, & gloriæ seruias? proponam tibi claros viros, quod facere solent, qui hortantur? neminem habeo clariorem, quàm teipsum, te imitere oportet: tecum ipse certes. nec [g] licet quidem
D tibi iam, tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cùm ita sit, hortationi non est necessaria, gratulatione magis vtendũ est. contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis, nõ modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadã contigisset, gratularer felicitati tuæ: sed contigit
E magnitudine cùm [h] animi, tum etiam ingenij atque consilij. Légi enim concionem tuam. nihil illa sapientius. ita pedetentim, & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus, vt res ipsa maturitatem [i] tibi animaduertendi omnium conceſſu daret. Liberasti igitur & vrbem periculo, & ciuitatem metu: neque solùm ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad [k] exemplum facti. Intelligere debes, in te repositam esse rẽp. tibíque non modò tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, à quibus initium libertatis
F profectum est. Sed his de rebus coràm plura propediem, vt spero. Tu quando remp. nósque conseruas, fac vt diligentissimè te ipsum, mi Dolabella, custodias. Vale.

a de colũna & ara subla ta.

b de seruis cruci affixis. P. B.

c Cernendi vocabulum, iuris pro adire.

d al. tuis hi fi.

e quo die primus Cæsarem occidit.

f L. esse videb.

g L. ne li cet quidem.

¶ ARG. *Duabus epistolis Paeti respondet.*

M. T. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 15

[l] Duabus tuis epistolis respondebo. vni, quam triduo antè acceperam à Zetho: alteri, quã attulerat Phileros tabellarius: Ex prioribus tuis litteris intellexi pergratã [m] tibi esse sententiam meam, & animum meum circa curam valetudinis tuæ: quam tibi perspectam esse gaudeo. Sed, mihi crede, non perinde, vt [n] est re ipsa, abtens ex litteris perspicere potuisti. Nã cùm à satis multis (nõ enim possum aliter dicere) & coli me videam, & diligi:
G nemo est illorũ omniũ mihi te iucũdior. Nã

h q. v. c. tũ animi P. Cxxxiiii.

i al. auctoritatem

k L. ad exẽplum. quo facto intelli.

l al. pergratam tibi esse curam meã valetudinis tuæ &c. al. pergratam tibi meam de perturbatione valetudinis tuæ examinationẽ: amorem erga te meum tibi perspectum esse gaudeo ita Pantagathus. m L. sentẽtiam meam, & curam valetudinis tuæ, animúmque erga te meum: quem tibi p.

n L. vt est reapse.

q me amas: quòd id & iampridé, & cõstanter facis: est id quidem magnum, atque haud scio an maximum: sed tibi commune cum multis. quòd tu ipse tam amandus es, támque dulcis, támque [a] in omni genere iucundus, id est propriè tuum. Accedunt non Attici, sed salliores, quàm illi Atticorum, Romani veteres, atque vrbani sales. Ego autem (existimes licet, quod lubet) mirificè capior facetiis, maximè nostratibus, præsertim cùm eas videam primùm óbsitas Latio, tum, cùm in vrbem nostram est infusa [b] peregrinitas, nunc verò etiam Bracchatis, & Transalpinis nationibus, vt nullum veteris lepôris vestigium appareat. Itaque, te cùm video, omneis mihi Gracchos [c], omneis Lucilios, &(vt verè dicã) Crassos quoque, & Lælios videre videor. Moriar, si, præter te, quemquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis agnoscere. Ad hos lepôres cùm amor erga me tantus accedat, miraris, me tanta perturbatione valetudinis [e] tuæ, tam graviter exanimatum fuisse? ¶ Quòd autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi emtionis Neapolitanæ fuisse, sed auctorem commorationis vrbanæ: neque ego aliter accepi. intellexi tamen idem, quod his intelligo litteris, nõ existimasse te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, sed magnã [f] partem relinquere. Catulum mihi narras, & illa tempora. Quid simile? ne mihi quidem ipsi tunc placebat diutius abesse ab reipubl. custodia. sedebamus enim in puppi, clauúmque tenebamus. nunc autem vix est in sentina locus. An minùs multa senatusconsulta futura putas, si ego sim Neapoli? Romæ cùm sum, & vrgeo forum, senatusconsulta scribuntur apud amatorem tuum, familiarem meum. Et quidem cùm in mentem venit, ponor [g] ad scribendum: & antè audio senatusconsultum in Armeniam, & Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quàm omnino mentionẽ vllã de ea re esse factam. Atque hoc nolim me iocari putes. Nam mihi scito iam à regibus vltimis allatas esse litteras, quibus mihi gratias agant, quòd se mea sententia reges apellauerim: quos ego non modò reges appellatos, sed omnino natos nesciebã. Quid ergo est? tamen quamdiu hîc erit noster hic prætectus [h] morib. parebo auctoritati tuę. cùm verò abierit, ad fungos me tuos conferã. Domũ si habebo, ini denos dies, singulos sumtuariæ [k] legis conferam. Sin minùs inuenero, quod placeat: decreui habitare apud te. Scio enim me nihil gratius tibi facere posse. Domum Syllanam desperabam iam, vt tibi proximè scripsi: sed tamen non abieci. Tu velim, vt scribis, cum [m] fabris eam perspicias. Si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitij, cetera mihi probabuntur. Vale.

¶ *ARG. Se Cæsarianorum beneuolentiam conciliare, locis Pati respondet.*

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 16.

DELECTAVERVNT me litteræ tuę: in quib. primùm amaui amorem tuum, qui te ad scribendũ incitauit, verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset: de quo etiã tu mihi anteà scripseras, bis quidem eodem exemplo: facilè vt intelligerem, te esse commotum: & ego tibi accuratè rescripseram, vt quoquo modo in tali re, atque tempore aut liberarem te ista cura, aut certè leuarem. Sed quando [a] proximis quoque litteris ostendis, quantæ curæ [b] tibi sit ea res: sic, mi Pæte, habeto: quidquid arte fieri potuerit (nõ enim iam satis est consilio pugnare: artificiũ quoddam excogitandum est) sed tamen quidquid elaborari, aut effici potuerit, ad istorum beneuolentiam [c] conciliandam, & colligẽdã, summo studio me consecutum esse: nec frustrà, vt arbitror. sic enim color, sic obseruor ab omnibus his, qui à Cæsare diliguntur, vt ab eis me amari putem. *Nam etsi non facilè diiudicatur amor verus, & fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt* [d], *quasi aurum igne, sic beneuolentia* [e] *fidelis periculo aliquo perspici possit:* cetera sunt signa communia. sed [f] ego vno, vtor arguméto, quamobrem me ex animo, vere réq; arbitrer diligi, quòd & nostra fortuna ea est, & illorum, vt simulandi causa non sit. De illo [g] autem, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam: nisi quòd omnia sunt incerta, cùm à iure discessum est: nec præstari quidquã potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen eius ipsius nulla re à me offensus est animus. Est enim adhibita in ea re ipsa summa à nobis moderatio. Vt enim olim arbitrabar esse meum liberè loqui, cuius opera esset in ciuitate libertas: sic, ea nunc amissa nihil loqui, quod offendat aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si velim nonnullorum acutè [i], aut [k] facilè dictorum offensionem, fama ingenij mihi est abiicienda: quod si possem, non recusarem. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium: &, vt Seruius, frater tuus, quem litteratissimum fuisse iudico, facilè diceret, hic versus Plauti non est, hic est, quòd tritas haberet aureis notandis generibus poëtarum, & consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, cùm volumina iam confecerit ὑποσημειώσεται, vel per se, si quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere: quod eò nunc magis facit, quia viuunt mecũ ferè quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermone vario multa, quæ fortasse illis cùm dixi, nec illitterata, nec insulsa esse videãtur. Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur. ita enim ipse mandauit. Sic fit, vt, si quid præterea de me audiat, non audiendũ putet. Quamobrem Oenomao tuo nihil vtor: etsi possit loco versus Accianos [l]. Sed quæ est iniquitas aut quid nunc mihi inuideri potest? Verùm fac esse omnia. Sic video philosophis [m] placuisse iis, qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, *nihil esse sapientũ præstare, nisi eadem*, qua videor mihi dupliciter carere: & quòd ea senserim, quæ rectissima fuerunt: & quòd, cùm viderem præsidij non satis esse ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni ciuis, certè non sum reprehendendus. Reliquum est, ne quid stultè, ne quid temerè dicam, faciámve contra potentes. Id quoque puto esse sapientis. cetera verò, quid quisque me dixisse dicat: aut quomodo ille accipiat: aut qua fide mecum viuant ij, qui me assiduè colunt, & obseruant, præstare non possum. Ita fit, vt & superiorum consiliorum constantia, & præsentis temporis moderatione me consoler: & illam Accij similitudinẽ nõ modò iam ad

a *al.* atque in omni gẽ. fuisse: *
b id est Galli ciuitate donati, & in senatum recepti. *vide Suetonium.* *
P. B.
c L. Granios ‖ fuit autem præco Granius 2. de Orat. in Bruto, pro Plaucio 4. Gel. 17. *
d L. (verè vt dicam)
e *v. exalitudinis t.*
f id est magna ex parte. *
g *ponor affixis* (scribendo. &
h id est Cæsar, quem senatus moribus in triennium præfecerat. Dion. lib. 43. *
i *q. v. c.* in denos dies, singulos sumtuariæ legis dies conf.
¶ hoc est, quã sumptum in singulos dies præscribit lex sumptuaria, eum in decẽ dies distribuam. Ita nõ modo non contra legẽ, sed etiã intra legem expulabor. epitol. vlt. *
k Lex hæc sumptuaria lata a Cæsare post bellũ Africanum p. CXXXV. Dione teste libro 43. Meminit huiusce legis Cicero epistola vlt. hoc eodem libr. & lib. 7. epistol. 26. §. 13. ad Atticũ 7. de sumptuaris legibus, adde 2. Gell. 24. *
l *q. v. c.* Sin autem min. m Qui ædes eam tenant, villas, hortos & similia. priùs eas adhibitis fabris inspiciebant. l. si post inspectum. ff. de periculo & comm. rei vẽditæ. adde 13. ad Atticũ 8. & 28. Suetonium in Othone ca. 6. *
n L. & tu mihi, &c. & *v. c.*

A

B

C

D

E

F

G

H

a *q. v. c.* quæ niam
b *q. v. c.* tibi curæ
c *v. c.* beneuolentiam
P. B.
d Vsurat. ad Demonicum. e
e *v. c.* beneuolentia
f L. tamen ego vno
g id est de Cæsare. *
h *al.* fortasse sic id, quod.
i *q. v. c.* suæ acuie.
k L. aut facete d.
P. CXXXVI
l *al.* Attio.
m Stoicos intelligit. *
n *v. c.* & consiliorum superiorum constantia.

iam ad inuidiam: sed ad fortunam transferã: *Quam existimo leuem,& [a] imbecillem, ab animo firmo, & graui: tanquã fluctum à saxo, frãgi oportere.* Etenim cùm plena sint monumenta Græcorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis, vel Syracusis: cũ, seruientibus suis ciuitatibus, fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse, vt neque offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meã? ¶ Nunc venio ad iocationes tuas, quãdo tu secundum Oenomaum Accij [b], non, vt olim solebat, Atellanum [c]: sed, vt nunc fit, mimum introduxisti. Quem tu mihi Popilium[d], quem denarium [e] narras? quam tyrotarichi [f] patinã? facilitate mea ista ferebãtur anteà: nũc mutata res est. Hirtium ego, & Dolabellã dicendi discipulos [g] habeo, cœnandi magistros. Puto enim te audisse, (si fortè ad vos omnia perferuntur,) illos apud me declamitare, me apud eos cœnitare. Tu autẽ, *quòd mihi bonam copiam iiures* [h], nihil est. tum enim, cùm rem habebasi, quæstiunculis te faciebã attentiorẽ. nunc, cùm tam æquo animo bona perdas, nõ eo sis consilio, vt, cùm me hospitio recipias, æstimationẽ te aliquã putes accipere, & [k] iam hęc leuior est plaga ab amico, quã à debitore. Nec tamẽ eas cœnas quęro, vt magnę reliquię fiant: quod erit, magnificum sit, & lautum. Memini te mihi Phamęæ cœnam narrare. tempe riùs [l] fiat: cetera eodem modo. Quòd si perseueras me ad matris tuæ cœnam vocare [m], feram id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat ista, quæ scribis, apponere, aut etiam polypum miniani [n] Iouis similem. Crede mihi, non audebis. Ante meum aduentum fama ad te de mea noua lautitia veniet: eam extimesces. Neque est, quòd in promulside spei ponas aliquid: quam totam sustuli. Solebam enim antea delectari oleis, & lucanicis tuis. Sed quid hæc loquimur? liceat modo istò venire. Tu verò, (volo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi vnum sumtum afferam, quòd balneum calfacias oportebit: cetera more nostro. superiora illa lusimus. De villa Cæciliana [p] & curasti diligenter, & scripsisti facetissimẽ. Itaque puto me prætermissurum. salis enim satis est, sannionum [q] parum. Vale.

¶ ARG. *Non esse metuendos rumores de diuisionibus agrorum.*

M. T. C. L. PAPIRIO PAETO, S. D. 17

NVM [r] tu homo ridiculus es, qui, cùm Balbus noster apud te fuerit, ex me quæras, quid de istis municipiis, & agris futurum putem? quasi aut ego quidquam sciam, quod iste nescia: aut, si quid aliquando scio, non ex isto soleam scire. Immò [s], si me amas, tu fac, vt sciam, quid de nobis futurum sit. Habuisti enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel cerè ex ebrio scire posses. Sed ego ista, mi Pæte, non quæro: primùm quia de [t] lucro propè iam quadriennium viuimus: *si aut hoc lucrum est, aut hæc vita superstitem reip vineret*: deinde, quòd scire quoque mihi videor, quid futurum sit. fiet enim quodcumque volent, qui valebunt: *valebunt autem semper arma.* Nobis [u] igitur satis esse debet, quidquid conceditur. hoc si quis pati non potuit, mori debuit. Vicientem quidem agrum, & Capenatem metiuntur. hic non longè abest à Tusculano. Nihil tamen timeo: fruor, dum licet: opto, vt semper liceat. Si id minùs contigerit: tamen, quando ego vir fortis, idémque philosophus, viuere pulcherrimum duxi, non possum eum non diligere, cuius beneficio id cõsecutus sum. qui si cupiat esse remp. qualem fortasse & ille vult, & omnes optare debemus: quid faciat tamen, non habet: ita se cum multis colligauit. Sed longiùs progredior. scribo enim ad te. Hoc tamẽ scito, non[a] modò nõ me, qui consiliis non interfum, sed ne ipsum quidẽ principẽ scire, quid futurum sit. Nos enim illi seruimus: ipse [b] temporibus. ita nec ille, quid tempora postulatura sint: nec nos, quid ille cogitet, scire possumus. Hæc tibi anteà non rescripsi, non [c] quò cessator esse solerem, præsertim in litteris: sed cùm explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adscribam, quod est verissimum, me his tẽporibus adhuc [d] periculo nihil audisse. Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quæcumque erunt. Vale.

¶ ARG. *De ludo eloquentiæ in Tusculano haberi cœpto: De Cœnarum lautitia.*

CICERO S. D. L. PAPIRIO PAETO, 18

CVM essem otiosus in Tusculano, propterea quòd discipulos obuiàm Cæsari [e] miseram, vt iidem me quàm maximè conciliarent familiari suo: accepi tuas litteras, plenissimas suauitatis: ex quibus intellexi probari tibi meum [f] consilium, quòd, vt Dionysius [g] tyrannus, cùm Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse: sic ego, sublatis iudiciis, amisso regno forensi, ludum quasi habere cœperim. Quid quæris? me quoque delectat consilium. multa enim consequor: primùm, id quod maximè nunc opus est, munio me ad hæc tempora. Id cuiusmodi sit, nescio: tantum video, nullius adhuc consilia me huic anteponere: nisi fortè mori melius fuit in lectulo. fateor: sed non accidit. in acie non fui. Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius, fœdè perierunt. At Cato præclarè. Iam istuc quidem, cùm volemus, licebit. demus modò operam, ne tam necesse nobis sit, quàm illi fuit id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud, Ipse melior fio: Primũ valetudinei, quã, intermissis exercitationib. amiserãt deinde ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. ¶ Extremum illud est, quod tu nescio an primum putes. plureis iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos. Tu istic te Atteriano iure delectato: ego me hîc Hirtiano. Veni igitur, si vir es, & disce iam [g] προλεγομένας [l], quas quæris: etsi *sus* [m] *Mineruam.* Sed quando [n], vt video, æstimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implere, Romam tibi remigrandum est. Satius est hîc eruditate, quàm istic fame. Video te bona perdidisse: spero idem istuc fa miliareis tuos. Actum igitur de te est, nisi prouides. Potes malo isto, quem tibi reliquum dicis esse quando cantherium [o] comedisti, Romam peruehi. Sella tibi erit in Ludo, tamquam hypodidascalo [p] proxima, eam puluinus sequetur. Vale.

a L. & imbecillam.

P. B.

b L. Antius. cal. Octobr. Nannia. Ann. Augusto. d L. Pompilium. el. polypum, e Aphrynæum.

f Tyrotarichus quid. di xi 4. ad Attic. 16. 6. & 14. epist. 16.* g vide quæ scripsi 7. epistolarum 33. lib.*

h Iiures, hîc autem iurare, iura re id quod defideretur. non posse præstare. vide de Varronẽ. 6. de lingua. Festum in Iterato.* i L. augebas, quæstiones si ver de demunitionẽ. quæstiones. k L. Etiam hoc. l Tempora. rum. ro. ro. ro

¶ARG. *De Balbo excepto à Paeto: à se verò excipiendo.*

M. T. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 19

TAMEN à malitia non discedis, tenuiculo[a] apparatu significas Balbum fuisse contentum. hoc videris dicere, *cùm reges*[b] *tam sint continentes, multò magis consulares esse oportere.* nescis me ab illo omnia expiscatum. rectà[c] enim à porta domum meam venisse. neque hoc admiror, quòd non ad tuam potiùs: sed illud, quòd nec ad suam. Ego autē tribus[d] primis verbis, Quid noster Pætus? at ille adiurans, Nusquā se vmquam libentiùs. Hoc si verbis assecutus es, aureis ad te afferam non minùs eleganteis. sin autem obsonio: peto à te, ne pluris esse balbos[e], quàm disertos putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed, si me expediero, vt in ista loca venire possim, non committam, vt te serò à me certiorem factum putes. Vale.

a *v. t.* tenuiculo *al.* tenuissimo.
b id est potentes hinc Balbi regia conditio ltr. ad Atticum 13.*
c L. rectà eū P. B. à p. *& ita v. c.*
d *q. v. c.* primis tribus verbis.
e lusit in ambiguo Balbi nomine.*

¶ARG. *Iocatur & se Epicureum factum ait. Vitæ rationem refert.*

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 20

DVPLICITER delectatus sum tuis litteris, & quod ipse risi, & quòd te intellexi iam posse ridere. Me autem à te, vt scurram[f] velitem, malis[g] oneratum esse, non molestè tuli. Illud doleo, in ista loca venire me, vt cōstitueram, non potuisse. habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es[h] solitus promulsi deconficere. Integram famem ad ouum[k] affero. Ita! vsque ad assum vitellinum[m] opera perducitur. Illa mea, quæ solebas anteà laudare, ô hominem faciem! ô hospitem non grauem! abierunt. Nam omnem nostram de rep. curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum, abiecimus. In Epicuri nos aduersarij nostri castra[n] coniecimus: nec tamen ad hanc inſolentiam: sed ad illam quam lautitiam, veterem dico, cùm in[o] sumtus habebas, etsi nunquam plura prædia habuisti. Proinde te para, cum homine edaci tibi res est, & qui iam aliquid intelligat. ὀψιμαθεῖς[p] autem homines, scis quàm insolentes sint. dedisce ndæ tibi sunt sportellæ[q], & artolagani[r] tui. Nos iam exs areis[s] tantum habemus, vt Verrium[u] tuum, & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia? vocare sæpius audeamus. Sed vide audaciam. etiam Hirtio cœnam dedi sine pauone, tamen in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. Hæc igitur est nunc vita nostra. Manè salutamus domi & bonos viros multos, sed tristeis: & hos lætos victores, qui me quidem perofficiosè, & peramanter obseruant. Vbi salutatio defluxit, litteris me inuoluo, aut scribo, aut lego. Veniūt etiam qui me audiunt, quasi doctum hominem, quia paullò sum, quàm[x] ipsi doctior. Inde corpori omne tempus datur. Patriam eluxi iam & grauiùs & diutius, quàm vlla mater vnicum y filium. Sed cura, si me amas, vt valeas: ne ego, te facente, bona tua comedam[z]. Statui enim tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.

f *fort.* ex arcis ‖ *veteris scripturæ* arteis, *&* arcis. Aream autē habere dicū tur, qui nummati.*
g ex areis id est ex messi bus, ex frugibus. sic Varroni 4. de lingua rura lar giri ad aream hoc est ad messem.*
h *al.* Vettiū ‖ Flaccum sc. videMacrob. 1. Saturnal. Festum.*
k *al.* quā il. y ἀγαπητὸν z *f.* comedam.

¶ARG. *Se à Papirio eloquentia vel superari: Papirios quosdam fuisse etiam patricios.*

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 21

AIN' tandem? insanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum, vt scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses. cùm verò etiam vincas, me priùs irrideas, quàm te, oportet. Quare nihil tibi opus est illud à Trabea[a], sed potiùs ἀποφθέγμασι[b] meū. Verumtamen quid tibi ego videor in epistolis? nónne plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare vno modo. Priuatas causas, & eas tenueis, agimus subtiliùs: capitis, aut famæ, scilicet ornatiùs. epistolas verò, quotidianis verbis texere solemus. ¶Sed tamen, mi Pæte, quî tibi venit in mētem negare, Papirium quemquam vmquam, nisi plebeium fuisse? fuerūt enim patricij minorum gentium, quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui consul cum L. Sempronio Atratino fuit, cùm anteà censor cum eodem fuisset, annis post Romam cōditam CCCXII. Sed tum Papisij dicebamini. Post hunc, XIII. fuerunt sella curuli ante L. Papiriū Crassum, qui primus[c] Papisius[d] est vocari desitus. Is dictator cum L. Papirio Cursore, magistro equitum, factus est, annis post Romam cōditam CCCCXV. & quadriēnio pòst consul cum C[e]. Duillio. Hunc secutus est Cursor, homo valde honoratus: deinde L. f. Masso, ædilitius: inde multi Massones: quorum quidem tu omnium patriciorum imagines habeas, volo. Deinde Carbones, & Turdi insequuntur. Hi plebeij fuerunt: quos cōtemnas, censeo. Nam præter hunc Cn. Carbonem, quē Damasippus occidit, ciuis è rep. Carbonum nemo fuit. Cognouimus Cn. Carbonem, & eius fratrem scurrā. quid his improbius? de hoc amico meo, Rubriæ filio, nihil dico. Tres illi fratres fuere, P. C. M. Carbones. Publius, Flaco accusante, condemnatus[g]: fugit Marcus ex Sicilia: Caius, accusante L. Crasso, cantharidas sumsisse dicitur. is tribunus pleb. seditiosus, & P. Africano vim attulisse existimatus est. Hoc verò, qui Lilybæi à Pompeio nostro interfectus est, improbior nemo, meo iudicio, fuit. Iam pater eius accusatus à M. Antonio, *sutorio*[h] *atramento absolutus* putatur. Quare ad patricios censeo reuertare. plebeij quàm fuerint importuni, vides. Vale.

a citatur Trabea in libris. Tuscul. 4. 15. m. Gell. 24. 4.
b L. ῥητορικὸν, ab eratio.* P. B.
c *al.* primū à sic Valerij & Fulvij dicti qui post Valerij 1. 2. §. 36. ff. de origine iuris.*
d *al.* R. Duilio *ita Vss. id est* Duillio.* f. L. Masso, ædilitiusin. de multi Massones.*
g L. condemnatus etc.
h *sutorio ex trāmitte Theophrasto hic accipi pro liquido sutore.*

¶ARG. *De loquendi licentia & obscœnidictu.*

M. T. C. L. PAPIRIO PAETO, S. D. 22

AMO verecundiam, vel[i] potiùs libertatem loquendi, atque hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto: etsi Academiæ nostræ cum eo magna rixa est. Sed, vt dico, placet Stoicis, suo[k] quamque rem nomine appellare. Sic enim disserunt, Nihil esse obscœnum, nihil turpe dictu. Nā, si quod sit in obscœnitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse tertium. In re non est. Itaque non modò in comœdiis res ipsa narratur: vt ille in Demiurgo, Modò (fortè nosti canticum: me-ministi Roscium) ita mē destituit nudum. Tonitus est sermo verbis tectus, re impudentior: sed etiam in tragœdiis. quid est enim illud? *Vsurpat! Quæ mulier vna? quid, inquam, est? Vsurpat! duplex cubile?* Quid illud? *Pherai hic cubile inire est ausus.* Quid est, *Virginem me quondam tunitam per vim violat?* Iupiter bone, violat? atqui

P. CXL. i L. ut potiùs libert.
k *f.* Officiorum Aristo. el 3. Rhetoricor.*
l *al.* Vsurpat. duplex cubile.*

atqui idem significat: sed alterum nemo tulisset. Vides igitur, cùm eadem res sit, quia verba non sint, nihil videri turpe. Ergo in re non est: multo minùs in verbis. Si enim quod verbo significatur, id turpe non est, verbum, quod significat, turpe esse non potest. *Anum* appellas alieno nomine: cur non suo potiùs? Si turpe est, ne alieno quidem, si non est, suo potiùs. Caudam antiqui *penem* vocabant: ex quo est propter similitudinem penicillus[a]. At hodie penis est in obscœnis. At verò Piso ille frugi[b] in Annalibus suis queritur, adolescenteis peni deditos esse. Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectiùs penem. sed iam multis factum est tam obscœnum, quàm id verbum, quo tu vsus es. Quid, quod vulgò dicitur, cùm nos te volumus *conuenire*, num obscenum est? Memini, in senatu disertũ consularem ita eloqui. Hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obsceniùs? non, inquis. nõ enim ita sensit. Non ergo in verbo est. docui autem in re non esse. nusquam igitur est. *Liberis dare operam*, quàm honestè dicitur? etiã Patres rogant filios, eius operæ nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Is *Connus* vocitatus est. num id obscenum putas? Cùm loquimur terni, nihil flagitij dicimus. at cùm *bini*, obscenum est. Græcis quidem, inquies. nihil est ergo in [c] verbo, quando & ego Græcè scio: & tamen tibi dico, bini: idque tu facis, quasi ego Græcè, non Latinè dixerim. *Ruta*, & *menta*, rectè vtrumque. Volo mentam [d] pusillam ita appellare, vt rutulam: non licet. Bella tectoriola dicis: dic ergo etiam pauimenta isto modo. non potes. Vides [e] igitur, nihil esse, nisi ineptias: turpitudinem nec in verbo esse, nec in re: itaque nusquam esse. Ergo in verbis honestis obscena ponimus. Quid enim? num [g] honestum verbum est *diuisio* [h]? At inest obscenum, cui respondet intercapedo. num hæc ergo obscena sunt? Nos autem ridiculé. Si dicimus, illè patrem *strangulauit*, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia: honos i præfandus est. Et quidem iam etiam nõ obscena verba, pro obscenis sunt. *Batuit*[k], inquit, impudenter: *depsit*[l] multo impudentiùs. Atqui neutrum est obscenum. STVLTORVM plena sunt omnia. *Testes*, verbum honestissimum in iudicio: alio loco, non nimis. at honesti, *colei* Lanuuini: Cliternini, non honesti, Quid? ipsa res non, modò honesta, modò turpis? *suppellere*[m], flagitium est. iam erit in balneo, non reprehendes. Habes scholam Stoicam, ὁ σοφὸς βδυρρόπων ἔσῃ, quàm multa ex vno verbo o tuo? Te aduertis me obo (sic enim affluebat) Platonis verecundiam. itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. Sed illi etiam *eruptus* aiunt *aquè liberos, ac ructus esse oportere*. Honor [p] est igitur. Kalendis Mart. Tu me diliges, & valebis. Vale.

a L. penicillus.
b L. frugi.
P. B.
c L. obsceni in verbo.
d id est mendulam.*
e L. Videsne igitur, nihil esse, nisi ineptias?
f L. nec sin re: itaque nusquam est.
g L. non honestum.
h al. diuisor.
i Honorem præfari, verecundiæ obtendere, turpe aliquid dicturi. Adde Senec. Controuers. 1. Apoll. Batuere est ferula verberare. At Sarrãtius P. CXLI. seu Sarrãtius apud Theocritũ, ferire, verbere, a malleo. al. depsit, fudit est, fundit, ratum est. n L. inpensum. diffluit. al. supellit. o rectè loqueris.* c meretrix si à papirio. v. furfuro.* p L. honorem igitur. q In mari ascon. Var. r Add. re ruficis. Strabo

ARG. *Rufum à Pato commendatum ait sibi curæ: Monet vt ad cœnas & conuictum familiarium redeat: Respublica nihil sibi esse carius scribit.*

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D. 24

RVFVM istum, amicum tuum, de quo iterũ iam ad me scribis, adiuuarem, quantum possem, etiam si ab eo læsus essem, cùm te tanto pere[b] viderem eius causa laborare. cùm verò & ex tuis litteris, & ex illius ad me missis intelligam, & iudicem, magnæ curæ ei salutem meam fuisse: non possum ei non amicus esse, neque solùm tua commendatione, quæ apud me, vt debet, valet plurimùm: sed etiam voluntate, ac iudicio meo. volo enim te scire, mi Pæte, initium mihi suspicionis, & cautionis, & diligentiæ fuisse litteras tuas: quibus litteris congruentes fuerunt aliæ posteà multorum. Nam & Aquini, & Fabrateriæ [c] consilia sunt inita de me, quæ te video inaudisse: &, quasi diuinarent, quàm his molestus essem futurus, nihil aliud egerunt, nisi me vt opprimerent. Quod ego non suspicans, incautior fuissem, nisi à te admonitus essem. Quamobrẽ iste tuus amicus apud me commendatione [d] nõ eget. Vtinam ea fortuna reip. sit, vt ille me quàm gratissimum possit cognoscere. Sed hæc hactenus. ¶ Te ad cenas itare desisse, molestè fero. Magna enim te delectatione, & voluptate priuasti. Deinde etiam vereor, (licet enim verum dicere) ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas, & obliuiscare cenulas facere. Nam si tum, cùm habebas, quos imitarere, nõ multum proficiebas: quid nunc te facturum putem? Spurina quidem, cùm ei rem demonstrassem, & vitam tuam superiorem exposuissem: magnum [e] periculum summæ [f] reip. demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem tum, cùm Fauonius flaret, reuertisses. hoc tempore fieri [g] posse, si fortè tu frigus ferre non posses. Sed, mehercule, mi Pæte, extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beatè viuendum arbitror: *vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas*. Nihil est aptius vitæ: nihil ad beatè viuendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero: sed ad communitatem [h] vitæ, atque victus, remissionémque animorum: quæ maximè sermone efficitur familiari, qui est in conuiuiis dulcissimus: vt sapientiùs nostri, quàm Graeci: illi συμπόσια, aut σωσσίτια, [id i est, compotationes, aut cõcenationes:]nos conuiuia: quòd tũ maximè simul viuitur. Vides, vt te philosophando reuocare coner ad cenas? Cura, vt valeas. id foris cenitando facillimè consequere. ¶ Sed caue, si me amas, existimes, me, quòd iocosiùs scribam, abiecisse curam reip. Sic tibi, mi Pæte, persuade, me dies, & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui, liberique sint. Nullũ locum prætermitto monendi, agendi, prouidendi. Hoc denique animo sum, vt, si in hac cura, atque administratione vita mihi ponenda sit, præclarè actum mecum putem. Etiam, atque etiam vale.

a id est articulis ita laborare vt cœnam apparare non possit.*
b q. v. c. magnopere.
P. B.
c Prisc. lib. 2.
d q. v. c. nõ eget commendatione.
e Aruspicum hic mos est, mali aliquid promittere nisi quid intra certam diem fiat.*
f al. summe
g L. ferri p. & in v. c.
h al. comitatem non pl.
i Inclusa vident esse glossema.*

¶ ARG. *Præcepta militaria sibi à Pæto missa tradit & in ea iocatur. Fabium commendat.*

M. T. C. IMP. PAPIRIO PAETO, S. D.

SVMMVM me ducem litteræ tuæ reddidere. planè nesciebam, te tam peritum esse rei militaris. Pyrrhi te libros [a], & Cineæ video lectitasse. Itaque obtemperare cogito præceptis tuis: hoc ampliùs, nauicularum habere aliquid in ora maritima. contra equitem Parthum negant vllam armaturam melioré inueniri posse. Sed quid ludimus? nescis, quocum imperatore tibi negotium sit. *Κύρε παροιμίαν*, quam contriueram legendo, totam in hoc imperio [b] explicaui. Sed iocabimur aliàs coràm, &, vt spero, breui. ¶ Nunc ades ad imperandum [c], vel ad parendum potiùs: si c enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod scire te arbitror) summus mihi est vsus: valdéque eum diligo, cùm propter summam probitatem eius, ac singularem modestiam, tum quòd in his controuersiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicuréis, optima opera eius vti soleo. Is cùm ad me Laodicéam venisset, mecúmque eum d ego esse vellem, repentè percussus est atrocissimis litteris, in quibus scriptum erat, fundum Herculanensem à Q. Fabio, fratre, proscriptum esse: qui fundus cum eo communis esset. Id M. Fabius pergrauiter tulit: existimauítque, fratrem suum, hominem non sapientem, impulsu inimicorum suorum eò progressum esse. Nunc si me amas, mi Pæte, negotium totum suscipe: molestia [e] Fabium libera. Auctoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Noli pati litigare fratres, & iudiciis turpibus conflictari. Matonem, & Pollionem inimicos habet Fabius. Quid multa? non mehercule tam perscribere possum, quàm mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. Id ille in te positum esse putat, mihíque persuadet. Vale.

¶ ARG. *Descriptio & excusatio cœnæ hilarioris, præsertim accumbente Cytheride meretrice.*

M. C. PAPIRIO PAETO, S. D.

ACCVBVERAM hora nona [a], cùm ad te harum exemplum in codicillis exaraui. Dices, vbi? apud Volumnium Eutrapelum, & quidem suprà [b] me Atticus, infrà Verrius, familiares tui. Miraris tam exhilaratam esse seueritatem [c] nostram? Quid ergo faciam? te consulo, qui philosophum audis. Angar? excruciémne me? quid assequar? Deinde quem ad finem? Viuas, inquis, in litteris. An quidquam me aliud agere censes? *Haud dd possem viuere, nisi e in litteris viuerem.* Sed est earum etiam non satietas, sed quidam modus. A quibus cùm discessi, etsi minimum mihi est in cœna: quod tu vnum ζητημὰ Dioni philosopho posuisti: tamen. quid potius faciam, priùs quàm me dormitum conferam, non reperio. audi reliqua. Infra Eutrapelum Cythéris accubuit. In eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille? *Quem f adspectabant? cuius ob os Graij ora obuertebant sua?* Non, mehercule, suspicatus sum illam affore: sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cùm g esset obiectum, habere eum Laida h. *Habeo*, inquit, *Laida: non habeor à Laide.* Græcè hoc meliús. tu, si voles, interpretabere. Me verò nihil istorum, ne interpretabere quidem, mouit vmquam: nedum senem. conuiuio delector. ibi loquor aliquid, quod *in i solum*, vt dicitur, & k gemitum, & l in risus maximos transfero. An tu id meliùs, qui etiam m philosophum irriseris? Cùm ille, si quis quid quæreret, dixisset, cœnam te quærere à n me dixeris. Ille verò o te putabat quæsiturum, vnum p cælum esse, an innumerabilia q. Quid ad te? At hercule cœna numquid ad te? ibi r præsertim. Sic igitur viuitur: quotidie aliquid legitur, aut scribitur: deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà nō modò non contra legem [s], si vlla nunc lex est, sed etiam intra [t] legem, & quidem aliquantó. quare nihil est quòd aduentum nostrum extimescas. Non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. Vale.

a vide Plutarchum & Aelianum.*

b in Cilicia administranda.*

c ideſt, vt imperium feras: & ita quoque loquutus Sallustius in Iugurtha sic apud Virgilium, P. B. cantādo rūpitur anguis, id est dū incantatur, teste Seruio.* d v. c. ego eum esse.

e al. & molestia.

a quē vos res cōsuetudo b Distinguendi vetus hoc elicitur. Cicero vt Consul & Senator dign. ſtimo loco, hoc medio accubit: Atticus summus, vltimus. c Lib. 3. Offic. P. Sallustius. 3. Iugurth. c Licentiam rērū nō vsq; sencscentem noſtr. quod dixit. ¶ quod ſi ſeruiliam legas intelligēdo mitā Catonē. d al. aut poſſem viuere vllis, &c. e Sic Solon libro de ſe nectute gaudiatur. Quotidie ſenescentem addiſcere. de hac re Cicero Lapd Iuliano 2od ff. de Bibliotheca. libertas. f Verſus Ennii ex Thyeſte Tantum monſtri ab oculis Cererne, Thyeſte, g R. cum eſſet ei obiectatum. h Vide Athen. 12. Dipn. 584. Ælian. 9. Var. hiſt. 14. Laertium in Ariſtippo. Athenæum 12. 13. Clementem Stromat. 2. i Id eſt venire quid. dixi lib. 1. de Natura deorum. k L. & gemitum in risus maximos tr. l id eſt etiam: vt ſit ſenſus gemitum vel in riſus maximos transfero.* m al. etiam in.* n L. à manè Atticum. o L. Varro apud. al. Baro. ſ ideſt fatuus vide quæ ſcripſi 5. ad Atticum. p L. vnum cæl. q al. innumerabiles.* r al. tibi. al. mihi. al. nil. s L. vino intra legē hic nihil aliud quā minore ſumptu. quis qui lege ſumptuariam intelligit de qua dixi epiſtola 15. 5.* t al. ſine legē.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS, LIBER DECIMVS, AD CN. PLANCVM, ET ALIOS.

¶ARG. *Inuehitur in Antonij potentiam: Plancum hortatur vt Reipublicam adiuuet: Agit gratias de Furnio honorificè tractato.*

M. T. C. CN. PLANCO IMP. CONS. DESIG. S. D. 1

ET abfui[a] proficiſcens in Græciã: & poſteaquàm de meo[b] curſu reip. ſum voce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui: cuius tanta eſt, nõ inſolentia (nam id quidem vulgare vitiũ eſt) ſed immanitas, nõ modò vt vocem, ſed ne vultum quidem liberum poſſit ferre cuiuſquam. ¶Itaque mihi maximæ curæ eſt, non[c] de mea quidem vita, cui ſatiſfeci, vel ætate[d], vel factis, vel (ſi quid etiam hoc ad rem pertinet) gloria: ſed me patria ſollicitat, in primiſque, mi Plance, exſpectatio conſulatus tui: quæ ita longa eſt, vt optandum ſit, vt poſſimus ad id tẽpus, reip. ſpiritum ducere. Quæ poteſt enim ſpes eſſe in ea rep. in qua hominis impudiciſſimi[e], atque intemperãtiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia? & in qua nec ſenatus, nec populus vim habet vllam? nec leges vllæ ſunt, nec iudicia, nec omnino ſimulacrum aliquod, aut veſtigium ciuitatis? Sed[f] quando acta omnia mitti ad te arbitrabar: nihil erat, quòd ſingulis de rebus ſcriberem. Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia ſuſceptum non ſeruaui ſolùm, ſed etiam auxi: monere te, atque hortari, vt in tempore omni cogitationes curáque incumberes. Quæ ſi ad tuum tempus perducitur: facilis gubernatio eſt. vt perducatur autem magnæ tum diligentiæ eſt, tum etiam fortunæ. Sed & te aliquantò antè (vt ſpero) habebimus, & præterquàm quòd reip. conſulere debemus, tamẽ tuæ dignitati ita fauemus, vt omne noſtrum cõſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillimè & reip. quæ mihi cariſſima eſt, & amicitiæ noſtræ, quam ſanctiſſimè nobis colendam puto, me intelligo ſatisfacturũ. ¶Furnium noſtrum tanti à te fieri, quantum ipſius humanitas, & dignitas poſtulat, nec miror, & gaudeo: téque hoc exiſtimare volo, quidquid in eum iudicij, officiſque contuleris, id ita me accipere, vt in meipſum te putem contuliſſe. Valẽ.

a L. abfui. b L. medio.

c L. nõ mea quidem v. d Edit. iam meos annos ſexagintta duos.

e L. impoteniſſimi.

f Vet. ed. ſed quidem.

¶ARG. *Excuſat ſe quod in ſenatũ non venerit, augendi illius honoris gratia: officium autem in aliis omnibus pollicetur.*

M. C. CN. PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 2

MEVM ſtudium honori tuo nõn defuiſſet pro neceſſitudine noſtra, ſi aut tutò in ſenatum, aut honeſtè venire potuiſſem. Sed *nec ſine periculo quiſquam liberè de rep. ſentiens verſari poteſt in ſumma impunitate gladiorum*[a]: *nec noſtræ dignitati videtur eſſe, ibi ſententiam de rep. dicere, vbi me & meliùs, & propiùs audiant armati, quàm ſenatores.* Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis. ne in publicis quidem, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, vmquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. In iis autem rebus, quæ nihilominùs, vt ego abſim, confici poſſunt: peto à te, vt me rationem habere velis & ſalutis, & dignitatis meæ. Vale.

a Antonij militum.*

¶ARG. *Hortatur ad Rempublicam tuendam.*

M. T. C. CN. PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. P. 3

CVM ipſum Furnium per ſe vidi libentiſſimè, tum hoc libentiùs, quòd illum audiẽs, te videbar audire. Nam & in re militari virtutem, & in adminiſtranda prouincia iuſtitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam expoſuit, & præterea mihi non ignotam in conſuetudine, & familiaritate ſuauitatem tuam adiunxit: præterea ſummam erga ſe liberalitatem. Quæ omnia mihi iucunda, hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo[b] veſtra, antè aliquantò, quàm tu natus es: amorem autem erga te ab incunte pueritia tua: confirmata iam ætate, familiaritatem cùm ſtudio meo, tum iudicio tuo conſtitutam. His de cauſis mirabiliter faueo dignitati tuæ: quam mihi tecum ſtatuo eſſe communem. Omnia ſumma conſecutus es, *virtute duce, comite fortuna*[c]: eáque es adeptus adoleſcens, multis inuidentibus, quos ingenio, induſtriáque fregiſti. Nunc me amantiſſimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reip. ſtatu acquires. Scis profectò, (nihil enim te fugere potuit) fuiſſe quoddam tempus, cùm homines exiſtimarent, te nimis ſeruire temporibus: quod ego quoque exiſtimarem, ſi te ea, quæ patiebare, probaſſe etiam arbitrarer. Sed cùm intelligerem, quid ſentires, te[d] arbitrabar videre quid poſſes. Nunc alia ratio eſt, omnium

b & patre 13. epiſt. 29.*

c epiſt. 5. & 20.*

d al. prudenter ſe arbi-

rerum tuum iudicium est, idque liberum. Consul es designatus, optima ætate, summa eloquentia, maxima orbitate reip. virorum talium. Incumbe, per deos immortaleis, in eâ curam, & cogitationem, quę tibi summam dignitatem, & gloriam afferat. Vnus autem est, hoc præsertim tempore, per tot [a] annos rep. diuexata [b], reip. bene gerendæ cursus ad gloriam. Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putaui, quàm quòd arbitrarer te monitis, & præceptis meis egere. Sciebã enim, ex iisdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. Hoc tantũ significandum putaui: vt potiùs amorem tibi ostenderem meum, quàm ostentarem prudentiam. Interea, quæ ad dignitatem tuã pertinere arbitrabor, studiosè, diligentérque cutabo. Vale.

P. CXLV.

a septẽ scilicet. Nam ciuile bellum Marcello & Lẽtulo Coss. geri coeptũ est.*

b al. deuexa.

¶ ARG. *Respondet epistolæ superiori.*

PLANCVS CICERONI, S. D. 4

GRATISSIMAE mihi tuæ litteræ fuerunt, quas ex Furnij sermone te scripsisse animaduerti. Ego autem præteriti temporis excusationem affero, quòd te profectũ audierã. nec multò ante rediisse sciui, quàm ex epistola tua cognoui. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse prẽterire. in quo tuẽdo habeo causas plurimas, vel paternæ necessitudinis, vel [c] meæ à pueritia obseruantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea, tuáque patitur ætas, persuade tibi, te vnum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiæ plena, quæ summa est, videntur, quàm fidelitatis, quã ego ex mea conscientia metior. Quare si [d] aut aliter sentirem, cessãrè admonitio tua me reprimere: aut, si dubitarem, hortatio impellere posset, vt id sequerer, quod tu optimum putares. Nunc verò quid est, quod me in aliam partem trahere possit? Quæcumque in me bona sunt, aut fortunæ beneficio tributa, aut meo labore parta, etsi à te propter amorẽ cariùs sunt æstimata, tamen vel inimicissimi iudicio tanta sunt, vt præter bonam famam, nihil desiderare videantur. Quare hoc vnum tibi persuade: quantũ viribus eniti, consilio prouidere, auctoritate mouere [e] potuero, hoc omne reip. semper futurũ. Non est ignotus mihi sensus tuus: neque, si facultas, optabilis mihi quidem, tui prælentis esset, vmquam à tuis consiliis discreparem: nec nunc committã, vt vllũ meũ factũ reprehẽdere iure possis. Sũ in exspectatione omniũ rerum, quid in Gallia citeriore [f], quid in vrbe Ianuario mense geratur, vt sciam. Interim maximam hîc sollicitudinẽ, curámq; sustineo, ne inter aliena vitia hæ gentes nostra mala suam putent occasionem. Quod si perinde [g] vt ipse mereor, mihi successerit: certè & tibi, cui maximè cupio, & omnibus viris bonis satisfaciã. Fac valeas, méque mutuò diligas. Vale.

c L. vel meæ in te à pueritia.

P. B. d fort. aut si aliter s.

e L. monere p.

f Gallia citeriore Cisalpina, cui præerat D. Brutus & ipse Consul designatus, Mutinæ inclusus obsidente M. Antonio.*

g L. proinde.

¶ ARG. *Hortatur Plancum ad tuendam Rempublicam.*

CICERO PLANCO IMP. CONS, DESIGN. S. D. 5

BINAS à te accepi litteras eodem exemplo: quod ipsum argumento mihi fuit diligẽtiæ tuæ. Intellexi enim te laborare, vt ad me tuæ exspectatissimæ litteræ perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem, mihíque in cõparatione difficilem ad iudicandum, amorémne erga me tuum, an animum in remp. pluris æstimandum putarem. EST OMNINO patriæ caritas, meo quidem iudicio, maxima: sed amor, voluptatísque [a] coniunctio plus certè habet suauitatis. Itaque commemoratio tuę paternæ necessitudinis, beneuolentiæque [b] eius, quam erga me à pueritia contulisses, ceterarúmque rerum, quæ ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi lætitiam attulit [c]. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de rep. quémque habiturus esses, mihi erat iucundissima. eóque maior erat hęc lętitia, quòd ad illa superiora accedebat. Itaque te nõ hortor solùm, mi Plance, sed planè etiam oro quod feci iis litteris, quibus tu humanissimè respondisti, vt tota mente, omníque animi impetu in remp. incumbas. Nihil est, quod tibi maiori fructui, glorięque esse possit: *Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut præstantius, quàm de rep. bene mereri.* Adhuc enim patitur tua summa humanitas, & sapientia, me, quod sentiã, liberè dicere. Fortunæ [d] suffragãte videris res maximas cõsecutus: quod quãquã sine virtute nõ potuisses: tamẽ ex maxima parte, ea, quę es adeptus, fortunę, temporibúsque tribuuntur. His temporibus difficillimis reip. quidquid subueneris, id erit totum, & proprium [e] tuum. Incredibile est omnium ciuium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Magna spes in te, & in tuo exercitu magna exspectatio. Cuius, per deos, gratiæ, glorięque caue tẽpus amittas. Sic moneo, vt filium: sic faueo, vt mihi: sic hortor, vt & pro patria, & amicissimum. Vale.

P. B.

a L. voluptatisque

b v.c. beneuolentięque.

c L. attulerat

d epist. 3. 5.

e fort. prouentum. g.c. v. proprium & tuum.

¶ ARG. *Improbat consilium Planci: pacem armis non pactione quærendam ait.*

CICERO PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 6

QVAE locutus est Furnius noster de animo tuo in remp. ea gratissima fuerunt senatui, populóque R. probatissima. quæ autem recitatæ [f] sunt litteræ in senatu, nequaquã consentire cum Furnij oratione visæ sunt. Pacis enim auctor eras, cùm [g] collega tuus, vir clarissimus, à fœdissimis latronibus [h] obsideretur [i]: qui aut positis armis pacẽ petere debent, aut, si pugnantes eam postulant, victoria pax, non pactione parienda est. Sed de pace litterę vel Lepidi, vel tuæ, quam in partem acceptæ sint, ex viro optimo, fratre tuo. & ex C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impulit tui caritas, vt, quamquam nec tibi ipsi consiliũ deesset, & fratris, Furniíque beneuolentia [k], fidelíque prudentia tibi præstò esset futura, vellem tamen meæ quoque auctoritatis, pro plurimis nostris necessitudinibus, præceptum ad te aliquod peruenire. Crede ergo mihi, mi Plance, omneis, quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis, (es autem adeptus amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi R. & cum senatus auctoritate coniunxeris. Sed iunge te, quæso, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincula coniunxerunt. Complures in perturbatione reip. consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo exstitit in remp. consulari.

P. CXLVI.

f v.c. recitatæ litteræ sunt in S. C. Sic Ep. Brutus Consul cum.

g Planco dicit.

h Mutinam obsidente M. Antonio.*

i Mutinæ exercitu.

k v.c. beneuolentia.

l p. v. c. Crede igitur mihi &c.

sulari. Talem igitur te esse oportet, qui primùm te ab impiorum ciuium, tui dissimillimorum, societate seiungas: deinde te senatui, bonisque omnibus auctorem, principem, ducem præbeas: postremò, vt pacem [a] esse iudices non in armis positis, sed in abiecto [b] armorum & seruitutis metu. Hæc si & ages, & senties, tum eris non modò consul, & consularis, sed magnus etiam consul & cõsularis: sin aliter tua [c] in istis amplissimis nominibus honorum, non modò dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Hæc impulsus beneuolentia [d], scripsi paulo seuerius: quę tu in experiendo [e] ea ratione, quæ te digna est, vera esse cognosces. Datum [f] XIII. Kal. Aprilis. Vale.

P. CXLVII. a hoc est pacem non patricium, sed ar mis quærendam* b *forte* deiectis armis. c *forte* tum in istis d *vel.* benivolentia e *al.* in expediendo. *fal.* ea ratione.* f *v.* D. XIII kal.

¶ ARG. Breuitatem epistolæ excusat & cur seriùs suum in Rempublicam studium profiterit: Commendat dignitatem suam.

PLANCVS CICERONI, S. D. 7

PLVRA tibi de meis consiliis scriberem, rationémque omnium redderem verbosiùs, quò magis iudicares, omnia me reip. præstitisse, quę & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi, non minùs enim à te probari, quàm diligi semper volui: nec te magis in culpa defensorem mihi paraui, quàm prædicatorem meritorum meorum esse volui) sed breuiorem me duę res faciunt: vna, quòd publicis litteris omnia sum persecutus: altera, quòd M. Varisidium, equitem Rom. familiarem meum, ad [g] te ipsum transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. Non, medius fidius, mediocri dolore afficiebar, cùm alij occupare possessionem laudis viderentur: sed [h] vsque mihi temperaui, dum producerem [i] eò rem, vt dignum aliquid & consulatu meo, & vestra exspectatione efficerem. Quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturum: vt maximo præsidio reip. nos fuisse, & nunc sentiant homines, & in posterum memoria teneant. ¶ A te peto vt dignitati meæ suffrageris: &, quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. Nõ minùs posse te, quàm velle, exploratum mihi est. Fac valeas, méque mutuò diligas.

g *v.* c. ipsi ad te transf. h *forte*, sed vsque eò mihi i *l.* perduce dum. P. B.

¶ ARG. Persensorem se libertatis profitetur, tametsi & id serò fecerit, & causas habuerit. De exercitu suo & Reipublicæ statu significat.

CN. PLANCVS IMP. CONS. DES. S. P. D. COSS. PR. TRIB. PLEB. SEN. POP. PL. Q. R. S

SI CVI fortè videor diutius & hominum exspectationem, & spem reipub. de mea voluntate tenuisse suspensam: huic priùs excusandum me esse arbitror, quàm de insequenti officio quidquam vlli pollicendum. Non enim præteritam culpam videri volo redemisse: sed optimæ mentis cogitata [k] iam pridem, maturo tempore enuntiare. Non me præteribat, *in tanta sollicitudine hominum, & tam perturbato statu ciuitatu, fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis:* magnósque honores ex ea re complureis consecutos videbam. Sed, cùm in eum casum me fortuna demisisset, vt aut celeriter pollicẽdo magna [l] in spe ad proficiendum impedimenta opponerem: aut, si in eo mihi temperauissem: maiores occasiones ad opitulãdum haberem: expeditius iter communis salutis, quàm meæ laudis, esse volui. Nam quis in ea fortuna, quæ mea est, & ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, & cum ea spe, quam in manibus habeo, aut sordidum quidquam pati, aut pernicioſum concupiscere potest. Sed [a] aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensæ opus fuit, vt, quæ reip. bonísque omnibus polliceremur, exitu præstaremus: neq; ad auxilium patriæ nudi cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis sæpe præmiis sollicitatus, vt ab rep. potiùs moderata, quàm ab vno infinita speraret. Confirmandæ complures ciuitates, quæ superiore anno largitionibus, concessionibúsque præmiorum erant obligatæ: vt & illa vana putarent, & eadem à melioribus auctoribus petenda existimarent. Alliciendæ etiam voluntates reliquorum, qui finitimis prouinciis, exercitibúsque præfuerunt: vt potiùs cum pluribus societatẽ defendendæ libertatis iniremus, quàm cum paucioribus funestam orbi terrarum victoriam pararemus [b]. Muniendi verò nosmetip fuimus, aucto exercitu, auxiliísque multiplicatis: vt, cùm præferremus sensus apertè, tum etiam, inuitis quibusdam, sciri, quid defensuri essemus, non esset periculosum. Itaque nunquam diffitebor, multa me, vt ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & & dissimulasse cum dolore: quòd præmatura denuntiatio boni ciuis imparati, quàm pericu losa esset, ex casu collegæ videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atque strenuo, plura etiam verbo, quàm scriptura, mandata dedimus: vt & tectiùs ad vos perferrentur, & nos essemus tutiores: quibúsque rebus & communem salutem muniri, & nos armari conueniret, præcepimus. Ex quo intelligi potest, curam reip. [c] summè defendendæ iampridem apud nos excubare. Nunc, cùm deũm benignitate ab omni re simus [d] paratiores, non solùm bene sperare de nobis homines, sed exploratè iudicare volumus. ¶ Legiones habeo v. sub [e] signis, & sua fide, virtutéque reip. coniunctissimas, & nostra liberalitate nobis obsequenteis. Prouinciam, omnium ciuitatum consensu, paratissimam, & summa contentione ad officia certantem: equitatus, auxiliorúmque tantas copias, quantas hæ gentes ad defendendam suam salutem, libertatémque cõficere possunt. Ipse ita sum animo paratus, vel prouinciam tueri, vel ire quò resp. vocet, vel tradere exercitum, auxilia, prouinciámque: vt vel omnem impetũ belli in me conuertere non recusem, si modò meo casu aut confirmare patriæ salutem aut periculum morari possim. Hæc [f] si iam expeditis omnibus rebus, tranquillóque statu ciuitatis polliceor: in damno meę laudis, reip. commodo lætabor. sin ad societatem integerrimorum, & maximorum periculorum accedam: consilia mea æquis iudicibus ab obtrectatione inuidorum defendenda commendo. Mihi quidem ipsi fructus meritorum meorum in reip. incolumitate satis magnus est paratus. Eos verò, qui meam auctoritatem, & multò magis vestram fidem secuti, nec vlla spe decipi, nec vllo metu terreri potuerunt, vt commendatos vobis habeatis, petendum videtur. Valete.

a *fort.* Sed aliquãti nob. P. CXLVIII.

b *l.* partiremur. *vel.* patremur. & pateremur. & pararemus. & pareremus*

c *l.* rei pub. summæ def. *al.* rei summę def.

d *al* sumus*

e sub signis P. B. legiones esse dicuntur, quę non dispersæ, quæ iussa ducum obsequuntur*

f *q. v.* c. Hoc si iam &c.

¶ ARG. *De studio erga Rempublicam: de dignitate sua: quid egerit, quid acturus sit: qualem exercitum ducat, significat.*

PLANCVS CICERONI, S. P. D. 9

NIHIL me tibi [a] temere scripsisse [b], aut te ceteris de me frustrà recepisse lętor. Certè hoc maius habes testimoniũ amoris mei, quo maturiùs tibi, quàm ceteris, consilia mea volui esse nota. In dies verò meritorũ meorum fieri accessiones, peruidere te spero: cogniturum magis recipio. Quod ad me attinet, mi Cicero (ita ab imminentibus malis resp. me adiuuante liberetur) sic honores præmiáq; vestra suspicio, conferenda certè cum immortalitate, vt sine his nihil de meo studio, perseuerantiáque sim remissurus. Nisi in multitudine optimorum ciuium impetus animi mei fuerit singularis, & opera præcipua: nihil ad meam dignitatem accedere volo suffragatione vestra. Concupisco [c] autem nihil mihi: contráque ipse pugno. sed [d] & temporis, & rei te moderatorem, facilè patior esse. Nihil aut serò, aut exiguè à patria ciui tributum potest videri. Exercitum ad [e] sextum Kal. Maias Rhódanum traieci. magnis itineribus Viennam [f] equites mille via breuiore præmisi. Ipse, si à Lepido non impediar, celeritate satisfaciam. sin [g] autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Copias adduco & genere, & numero & fidelitate firmissimas. Te, vt diligas me, si mutuò me [h] facturum id scis, rogo. Vale.

a k. tibi temerè, aut te ceteris
b *v.c. non ha beni*, scripsisse. P. CXLIX.
c L. concupisco autem nihil contráque.
d *q.v.c.* sed & rei, & temporis te
e L.a.d. vr. kalendas M.
f *al.* Vẽna.*
g *al.* si autem ãtineri meo
h *al.* te*

¶ ARG. *Cohortatur ad rempublicam adiuuandam.*

CICERO PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 10

ETSI satis ex Furnio nostro cognoueram, quæ tua voluntas, quod consilium de rep. esset: tamen, lectis i tuis litteris, liquidius [k] de toto sensu tuo iudicaui. Quamobrẽ, quamquam in vno prælio omnis fortuna reip. disceptat: quod quidem, cùm hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebruit, magnam ex laudem consecutus. Itaque si consulem Romæ habuissemus, declaratum esset [l] à senatu cum tuis magnis honoribus, quàm gratus esset conatus, & apparatus tuus. Cuius rei non modò non prætermittit tempus: sed ne maturum quidem etiamnum, meo quidem iudicio, fuit. IS ENIM DENIQVE HONOS MIHI VIDERI SOLET, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur, & datur. Quare si modò aliqua resp. in qua honos elucere possit. omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. IS AVTEM, QVI VERE APPELLARI POTEST HONOS, non inuitamentum [m] ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem: subueni patriæ: opitulare collegæ: omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationem adiuua. Me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum, fidelissimúmque cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officiis, vetustate coniuncti, patriæ charitas accessit: eáque effecit, vt tuam vitam anteferrem meæ. Quarto [n] Kalendas Aprilis. Vale.

i *q.v.c.* tuis litteris lectis
k *i* dest facilius*
l *q.v.c.* ab senatu esset cum t.
m *fortè legẽdum* non in vita, nec etiã ad tempus. *
n L.tiii. kalendas Aprileis.

¶ ARG. *Ciceronis officia sibi grata est commemorat: Studium in Rempublicam polliceturr.*

PLANCVS CICERONI S. P. D. II

IMMORTALEIS ago tibi gratias, agámque dum viuam. nam relaturũ me, affirmare nõ possum. Tantis enim tuis [a] officiis non videor mihi respondere posse: nisi fortè (vt tu grauissimè [b], disertissiméque scripsisti) ita sensurus es, vt [c] me referre gratiam putes, cùm memoria tenebo. Si de filij tui dignitate [d] esset actum, amabilius certè nihil facere potuisses. Primæ tuæ sententiæ infinitis cum muneribus: posteriores ad tempus, arbitriúmque amicorum meorum compositæ: oratio assidua, & perpetua de me iurgia cum obtrectatoribus propter me, notissima mihi sunt. Quare non mediocris adhibenda mihi est cura, vt reip. me ciuem dignum tuis laudibus præstem: in amicitia tua memorem, atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus tuére: & me, si, quem esse voluisti, eum exitu, rebúsque cognoscis, defende, ac suscipe. Cùm Rhodanum copias [e] traiecissem, fratrémque cum tribus millibus equitum præmisissem, ipse iter ad Mútinam dirigerem: in itinere, de prælio facto, Brutóque, & Mútina obsidione liberatis, audiui. Animaduerti, nullum alium receptum Antoniũ, reliquiásq;, quę cum eo essent, habere, nisi in his partibus: duásque ei spes esse propositas: vnam [f] Lepidi ipsius: alteram exercitus. Quòd quædam pars exercitus non minùs furiosa est, quàm qui cum Antonio fuerũt, equitatum reuocaui. Ipse in Allobrogibus constiti, vt perinde [g] ad omnia paratus essem, ac res me monéret. Si nudus huc [h] se Antonius conferet: facilè mihi videor per me fulsti nere posse, rémque publicam ex vestra sententia administrare, quamuis ab exercitu Lepidi recipiatur. si verò copiarũ aliquid secum, adducet: &, si decima legio veterana, quæ nostra opera reuocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera à me: idque me præstiturum i spero, dum istinc copiæ traiiciantur, cõiunctæque nobiscum faciliùs perditos opprimant. Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum, neque diligentiam mihi defuturam. Cupio mehercule nullam residuam sollicitudinem esse. Sed si fuerit, nec animo, nec beneuolentiæ [k], nec patientiæ cuiusquam, pro vobis cedam. Do quidem ego operam, vt etiam Lepidum ad huius rei societatem incitẽ: omniáque ei obsequia polliceor, si modò remp. respicere volet. Vtor in hac re adiutoribus, interpretibúsque, fratre meo, & Laterense, & Furnio nostro. Non me impedient priuatæ offensiones, quo minus pro reip. salute, etiam cum inimicissimo consentiam. Quod si nihil profecero, nihilominùs maximo sum animo: & maiore fortasse cum mea gloria vobis satisfaciam. Fac valeas, méque mutuò diligas. Vale.

a *q.libri non habent*, tuis.
b *q.v.c.* disertissimè, grauissimèq; scr.
c *forte* vt, eã me ref.
d *P. Ca.* hoc est de periculo.
e *q.cod. non habent* copias.
f *al.* vna Lepidi: ipsius ad terram exerc.
g *v.c.* proin de *q.* ita *L.* h *L.huc.* Antonius se cõferet. *&* fulsti.
i *q.v.c.* præfaturum sp. P. B.
k *v.c.* beneuolentiæ. *al.* voluntatis. *l.* pro bonitate prouo.

¶ ARG. *Litteras Planci Senatui gratissimas fuisse: ad recuperandam Reipublicæ libertatem hortatur.*

CICERO PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 12

ETSI reip. causa maximè gaudere debeo, tantùm ei te præsidij, tantùm opis attulisse extremis pænè temporibus: tamẽ ita te victo-

rem com-

rem complectar, rep.recuperata, vt magnam partem mihi lætitiæ tua dignitas afferat [a], quam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo. Caue enim putes vllas litteras vmquam gratiores [b], quàm [c] tuas, in senatu esse recitatas. Idque contigit cùm meritorũ tuorum in remp. eximia quadam magnitudine. tum verborum, sententiarúmque grauitate. Quod mihi quidem minimè nouum, qui & te nossem,& tuarum litterarum ad me missarum promissa meminissem, & haberem à Furnio nostro, tua penitus consilia cognita. sed senatui maiora visa sunt, quàm erant exspectata: non quod [d] vmquam de tua voluntate dubitasset: sed nec, quantum facere posses, nec quò progredi velles, exploratum satis habebat. Itaque cùm ad [e] VIII. idus Aprileis, manè mihi tuas litteras M. Varisidius reddidisset, eásque legissem: incredibili gaudio sum elatus: cúmque magna multitudo optimorum virorum,& ciuium me de domo deduceret, feci continuò omneis participes meæ voluptatis. Interim ad me venit Munatius noster, vt consueuerat: & ego ei litteras [f] tuas dedi [g]: nihil dum enim sciebat. nam ad me primùm Varisidius [h]: idque sibi à te mãdatum esse dicebat. Paullo post idem mihi Munatius eas litteras legendas dedit, quas ipsi miseras,& eas, quas publicè. Placuit nobis, vt statim ad Cornutum [i] prætorem vrb. [k] literas deferremus: qui, quòd [l] consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Senatus est continuò conuocatus. frequénsque conuenit propter famam, atque exspectationem tuarum litterarum. Recitatis litteris, oblata religio Cornuto est, pullariorum [m] admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operã dedisse. Idque à nostro collegio comprobatum est. Itaque res dilata est in posterum. Eo autem die magna [n] mihi fuit pro tua dignitate contentio cum Seruilio: qui cùm gratia effecisset, vt sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum senatus reliquit, & in [o] alia omnia discessit: meaéque sententiæ, quæ secũda pronuntiata erat, cùm frequens assentiretur senatus, rogatu Seruilij P. Titius [p] intercessit. Res in posterum dilata. Venit paratus Seruilius, Ioui ipsi iniquus: cuius in templo [q] res agebatur. Hunc quemadmodum frequentem, quantáque contentione Titium intercessorem abiecerim: ex aliorum te litteris malo cognoscere. Vnum hoc ex meis. senatus grauior, constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quàm tum fuit. Nec verò tibi senatus amicior, quàm cuncta ciuitas. Mirabiliter enim populus R. vniuersus, & omniũ generum, ordinúmque consensus ad liberandã remp. conspirauit. Perge igitur, vt [r] agis, nec ménque tuum commenda immortalitati: atque hęc omnia, *Quæ habent speciem gloriæ, collecta, ex manifestimis splendoris insignibus, contemne, breuia fugacia [t], & [u] caduca existima. verum decus in virtute positum est, quæ maximè illustratur magnu in remp. meritu.* Eam facultatẽ habes maximã, quã quãdo [x] cõplexus es, & tenes, perfice, vt ne minùs resp. tibi quàm tu reip. debeas. Me tuę dignitatis nõ modò fautorem, sed etiam amplificatorẽ cognosces. Id tum [y] reip. quæ mihi est mea vita carior, tum nostrę necessitudini debere me iudico, Atque in his curis, quas cõculi ad dignitatẽ tuã, cepi magnam voluptatem, [q]od bene

[a] v.c. benivolentia.
[b] L. III. idus April.

mihi T.Munatij prudentiam,& fidem, magis etiam perspexi in eius incredibili erga te beneuolentia [a], & diligentia. Quarto [b] idus Aprileis. Vale.

¶ *ARG. Scribit de Senatusconsulto in sententiam Planci facto: Hortatur, vt reliquias belli Antoniani conficiat.*

CICERO PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 13

VT primùm potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum esset aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipso senatusconsulto poteris cognoscere. ita enim est perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est: quam senatus frequens secutus est summo studio, magnóque consensu. Ego quamquam ex tuis litteris, quas mihi misisti, perspexeram, te magis iudicio bonorum, quàm insignibus [c] gloriæ delectari: tamen considerandum nobis existimaui, etiam si tu nihil postulares, quantũ tibi à rep. deberetur. Tu contexes extrema cum primis. Qui enim M.Antonium oppresserit, is bellum confecerit. Itaque Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssem appellauit πολύπορδον [d].

P. CLII.

[c] honoribus à senatus decretis.*

[d] *al.* πολύπορθον. *al.* πολυπόρθιον: & ita Victorius.*

¶ *ARG. Laudat Plancum quod celeri auxilio Brutum collegam adiuuerit: Hortatur vt belli reliquias extinguat.*

CICERO PLANCO IMP. CONS. DES. S. D. 14

OGRATAM famam biduo ante victoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copiis. Atqui [e] etiam hostibus fusis, spes omnis in te est. Fugisse enim ex prælio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces [f]. Est *autem non minùs gratum extrema delere: quàm prima depellere.* Equidem exspectabam iam tuas litteras, idque cum multis. Sperabámque etiam, Lepidum, temporibus admonitum, tecum [g], & reip. satis esse facturum. ¶In illam igitur curam incumbe, mi Plance, vt ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum: & remp. diuino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequére. Tertio idus Maij. Vale.

[e] v. c. Atquin.
[f] C. & Lucius, fratres Antonij, & alij de quib. Philipp. II.*

[g] L. tecum reip.

¶ *ARG. Quid egerit & quid agat in Antonio opprimendo exponit.*

PLANCVS IMP. CICERONI, S. P. D. 15

HIs litteris scriptis, quæ postea accidissent, scire te, ad remp. putaui pertinere. Sedulitas mea, (vt spero) & mihi, & reip. tulit fructum. Namque assiduis internuntiis cum Lepido egi, vt, omissa omni contentione, reconciliatáque voluntate nostra, communi consilio reip. succurreretur, liberos, vrbem [h] pluris, quàm vnum perditum, abiectúmque latronem putaret: obsequióque meo, si ita faceret, ad omneis res abutereretur. Proteci itaque per Laterẽsem [i] internuntium. fidem mihi dedit, se Antonium, si prohibere sua [k] prouincia non potuisset, bello persecuturũ: me, vt venirem, copiásque coniungerem, rogauit: eóque magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus ne mediocrẽ quidem equitatũ habebat. Nam etiã ex paucitate eius, nõ multis antè diebus, decẽ, qui optimi fuerant, ad me transierũt [l]. Quibus rebus ego cognitis, cunctatus [m] non sum in cursu bonorum cõsiliorũ: Lepidũ adiuuandũ putaui. Ad-

P. B.

[h] q.v.c. vt bémque.
[i] Laterensis meminit epist. 8. & 21.*

[k] L. prouincia sua.

[l] q.v.c. trãsfuerant.
[m] L. cunctatus nõ sum. in cursu bonorum consiliorum Lepidũ adiu.

uentus meus quid profecturus esset, vidi: vel quòd equitatu meo persequi, atque opprimere equitatum eius possem: vel quòd exercitus Lepidi eam partem, quæ corrupta est, & ab rep. alienata, & corrigere, & coercere præsentia mei exercitus possem [a]. Itaque in Isara, flumine maximo [b], quod in finibus est Allobrogum, ponte, vno die facto, exercitum ad [c] quartum idus Maij traduxi. Cùm verò mihi nuntiatũ esset, L. Antonium præmissum cum equitibus, & cohortibus ad Forum Iudij [d] venisse: fratrem cum equitum quattuor millibus, vt occurreret ei, misi ad [e] pridie idus Maijs. Ipse maximis itineribus cum quattuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocris modò fortuna reip. adiuuerit: & audaciæ perditorũ, & nostræ sollicitudinis hîc finem reperiemus. Quòd si latro, præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti [g] erit officium, occurrere ei: cui scio nec consilium, nec animum defuturum. Ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiámque hà vastatione defendat. Fac valeas, méque mutuò diligas. Vale.

a pessim, abest hoc loco à v.c. nec agnoscit I.

b Isaram enim Rhodano Plin. cõparat 3. ca. 4. adde 18. & 21. epist. 7.*

c L. a. d. IIII id.

d quod in Gallia Narbonensi: alterum erat in Carnis. adde epist. 17.*

e v.c. a. d. II. idus M.

f L. Maias.

g qui præerat Galliæ Cisalpinæ.*

h L. Italiam à vast. & ita v.c.

¶ ARG. *Gratissimas senatui fuisse Planci litteras: Eam se sententiam in senatu dixisse pro Planco, cui omnes assensérunt. Monet, vt in subitu suo consilio vtatur, & ne senatus sententiam exspecter.*

CICERO PLANCO SVO, S. D. 16

NIHIL post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidẽ ipso opportunius accidere vidi, quàm tuas, Plance, litteras. Redditæ sunt enim frequenti senatu Cornuto [i], cùm is frigidas sanè, & inconstanteis recitasset litteras Lepidi. Sub eas statim recitatæ sunt tuæ, non sine magnis quidem clamoribus. Cùm [k] rebus enim ipsis essent & studiis, beneficiisque in remp. gratissimæ: tum erant grauissimis verbis, & sententiis plenæ [l]. Flagitare senatus instituit Cornutum, vt referret statim de tuis litteris. Ille [m] se considerare ait velle. Cùm ei magnum conuicium fieret cuncto à senatu: quinque tribuni pleb. retulerunt. Seruilius rogatus, rem distulit. ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. ea quæ fuerit, ex senatusconsulto cognosces. Tu, quamquam consilio non eges, vel abundas potiùs. tamẽ hoc animo esse debes, vt nihil huc reiicias: né ve in rebus tam subitis, támque angustis à senatu consilium petẽdum putes. Ipse tibi sis senatus. quocumque te ratio reip. ducet, sequare. Cures, vt antè factum aliquod [n] à te egregium audiamus, quàm futurum putarimus. Illud tibi promitto, quidquid à te erit factum, id senatum non modò vt fideliter, sed etiam vt sapienter factum, comprobaturum. Vale.

i meminit epistolæ 12. 3.*

k L. Cùm enim reb. ipsis.

l fortè perscriptæ. Fl. v.c. non habent neque vocem, plenæ, neque, perscriptæ m q. v. c. Ille se considerare velle dicit. Cùm.

n al. aliquid.*

P. B.

¶ ARG. *De statu belli. De fratre à se dimisso.*

PLANCVS CICERONI, S. P. D. 17

ANTONIVS idibus Maiis ad Forum Iulij [o] cum primis copiis venit. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad Forum Vocunij castra habet: qui locus à Foro Iulij quattuor, & viginti millia passuum abest: ibíque me exspectare constituit, quemadmodum ipse mihi scripsit. Quòd si omnia mihi integra & ipsi, & fortuna seruauerit [p]: recipio vobis, celeriter me negotium ex sententia confecturum. ¶ Fratrem meum, assiduis laboribus, concursationibúsque confectum, grauiter se habuisse, anteà tibi scripsi: sed tamen cùm primùm posse ingredi cœpit, non magis sibi, quàm reip. conualuisse se existimãs, ad omnia pericula princeps esse non recusabat [a]. Sed ego eum non solùm hortatus sum, verùm etiam coegi istò [b] proficisci: quòd & illa valetudine magis conficere se, quàm me iuuare posset in castris: & quòd acerbissimo interitu consulum remp. nudatam, tali ciue prætore in vrbanis officiis indigere existimabam. Quod si quis vestrûm non [d] probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi ergà patriam fidelitatem. Lepidus tandem [e], quod ego desiderabam, fecit, vt Apellam ad me mitteret, quo [f] obside, fide illius, & societate in rep. administrãda vterer. Studium in ea re suum mihi L. Gellius, de tribus fratribus Segauianis [g] probauit: quo ego interprete nouissimè ad Lepidum sum vsus. Amicum eum reip. cognoscere videor: lib entérque ei sum testimonio, & omnibus ero, qui bene merentur. Fac valeas, méque mutuò diligas, dignitatémque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum beneuolentia [h] fecisti. Vale.

o epist. 15. 2.*

p. v.c. seruasit, & ita L.

a q.v.c. reconciliauit. & ita L.

b q.v.c. illo.

c q.v.c. tuleri.

d q.v.c. improbabit, e q.v.c. mente, q. f L. quo obside fidei illius, & societate.

g L. Sex. Gauiano probante, cuius meminit in Or. P. CLIII. erat. pro Sextio.* h v.c. benuolentia.

¶ ARG. *Narrat quibus ex causis ad Lepidum proficiscatur.*

PLANCVS CICERONI, S. D. 18

QVID in animo habuerim, cùm Læuus, Neruáque discesserunt à me, & ex litteris, quas eis dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus, consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini prudenti, & cupido satisfaciendi reip. bonísque omnibus accidere solet: vt consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quàm tutum, quod habere posset obtrectationem. Itaque post discessum legatorũ, cùm binis continuis litteris & Lepidus me, vt venirem, rogaret, & Laterensis [k] multò etiam magis propè implorans obtestaretur: nullam [l] rem aliam extimescens, quàm eamdem, quæ mihi nunc [m] quoque facit timorem, varietatem, atque infidelitatem exercitus eius: non dubitandum putaui, quin succurrerẽ, méque communi periculo offerrem. Sciebam [n] enim, & [o] cautius illud erat consilium, exspectare me ad Isaram [p], dum Brutus traiiceret exercitum: & cum collega consentiente, ficutgmilites faciunt, hostibus obuiam ire. Tamen si quid Lepidus bene sentiens, detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam [r], si aut hominem offensum mihi, coniunctum cum rep. non subleuassem: aut ipse à certamine belli tam necessarij me remouissem. Itaque potiùs periclitari volui, si possem mea præsentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorẽ, quàm nimis cautus videri. Sollicitiorem certè hominem [s] non suis contractis: neminem puto fuisse. Nam, quæ res nullã habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit [t], ea núc magnã affert sollicitudinem, magnúmque habet cõsum. Mihi enim si contigisset, vt prior occurrerem Antonio, non meherculè horum constitissetis: tantùm ego & mihi confido, & sic perculsas illius copias, Ventidiúsque Mutilionis [u] castra despicio. Sed non possum non exhor-

i Citius. de quo epist. 21.*

k vide epistolam 15. l q.v.c. nouam rem. m q.v.c. hæc. nebulosus. n L. Scio. enim, & si cautius illud erat consilium. Ille se considerare velle dicit. Cùm. me ad Isaram, dum Br. traiiceret exercitum. & cum coll. consentiente, exercitu cordi & beneuolentia ne nimis cautus videar. Sollicitiorem certè hominem non suis contractis: neminem puto fuisse. Nam, quæ res nullã habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea núc magnã affert sollicitudinem, magnúmque habet cõsum. Mihi enim si contigisset, vt prior occurrerem Antonio, non meherculè horum constitissetis: tantùm ego & mihi confido, & sic perculsas illius copias, Ventidiúsque Mutilionis castra despicio. Sed non possum non exhor-

o q.v.c. ab Isara, & ita L.

p q.v.c. ibi.

q hoc nihil, hoc totum mihi facunt. de Lepid. qui alio animo, & consilio, & ratione, quàm nos, bellum gerebat. P. B.

r q.v.c. ab hostibus. s L. nostrum. t q.v.c. abesset. & ita L. u quia vicinum erat castris Lepidi, comparandis inter se, comparatis erat. Valer. 6. 7. Plin. 4.

exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod priùs nocere potest, quàm sciri, curarique possit. Sed certè nisi [a] vno loco me [b] tenerem, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quæ bene de rep. sentit. Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias à Lepido abstraxissent. Quæ si aduentus meus represserit, agã gratias fortunę, constantiæque meæ, quę me ad hanc experientiam excitauit. Itaque ad [c] XII. Kal. Iun. ab Isara castra moui: pontem tamen, quẽ in Isara [d] feceram, castellis duobus ad capita positis, relíqui: præsidiáq; ibi firma posui, vt venięti Bruto, exercituíque eius sine mora transitus esset paratus. Ipse, vt spero, diebus octo, quibus has litteras dabam, cum Lepidi copiis me coniungam. Vale.

a al. si.*
b L. metare mur.

c a.d. XII. Kalendas Iun.
d vide epistol. 15.*

¶ARG. De gratiarum actione Planci. De litteris Planci ad senatum. Plancum hortatur vt reliquias belli conficiat.

CICERO PLANCO IMP. S. P. D. 19

QVANQVAM gratiarum actionem à te non desiderabam, cùm te re ipsa, atque animo scirem esse gratissimum: tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi periucunda. sic enim vidi, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, quid antea? Semper quidem [e], sed nunquam illustriùs. ¶Litteræ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui, cùm rebus ipsis, quæ erant grauissimæ, & [f] maximè fortissimi animi, summíque consilii: tum etiam grauitate sententiarum, atque verborum. ¶Sed, mi Plance, incumbe, vt belli extrema perficias. in hoc erit summa & gratia, & gloria. Cupio omnia reip. causa: sed, mehercule, in ea conseruanda iam defatigatus, nõ multò plus faueo [g] patrię, quàm tuæ gloriæ: cuius maximam facultatem tibi dii immortales, vt spero, dedére: quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium oppresserit, is [h] hoc teterrimum bellum, periculosissimúmque confecerit. Vale.

e fortè equidem, P. CLV.
f L. & maximè, fortissimi animi.
g q.v.c. patriæ saluti.
h q.v.c. is hoc bellum teterrimum, peric.

¶ARG. De Lepidi incerta voluntate. Hortatur vt Antonium opprimat.

CICERO PLANCO, S. P. D. 20

ITA erant omnia, quæ istinc afferebantur, incerta, vt, quid ad te scriberem, non occurreret. Modò enim quæ vellemus de Lepido, modò contrà nuntiabantur. De te tamen constans [i] fama, nec decipi posse, nec vinci: quorum alterius fortuna [k] partem habet quamdam: alterum, proprium est prudentiæ tuæ. Sed accepi litteras à collega [l] tuo, datas idibus Maiis: in [m] quibus erat, te ad se scripsisse, à Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris, sed minùs audes fortasse propter inanem lætitiam litterarũ superiorum. Verùm, vt errarem, mi Plance, potuisti (quis enim id effugeret?) sic decipi te non potuisse, quis non videt? Nunc verò etiam erroris iam [p] causa sublata est. Culpa enim illa, *Bu* [q] *ad eundem*, vulgari re-

i q.v.c. fama constans.
k vide epistol. 15.*
l Bruto. ob. Cassium Mutinę iam bellum gerente.*
m q.v.c. in quibus erat scriptum, te ad se scripsisse, à Lepido non recipi Antonium.
p al. errata. Reuocat priora. vt supra. Vulgata. Periculo. iam, abest a P. B. q.v.c. adde Gallum & Marcobium.*

A esse, quàm ego putaui fore, minimè miror, vehementérque lætor. Quæ quidem tu si rectè istic erit, maiora, & grauiora cognosces. Quarto [a] Kalendas Iunias.

a L. IIII. kalendas Iun.

¶ARG. Lepidum Antonio coniunctum nunciat. Nouas copias postulat. Dignitatem suam commendat.

PLANCVS CICERONI, S. D. 21

PVDERET me inconstantiæ mearum litterarum, si non ex aliena leuitate penderent. Omnia feci, quare Lepido cõiuncto ad remp. defendendam, minore sollicitudine vestra, perditis resisterem. Omnia ei & petenti recepi, & vltrò pollicitus sum, scripsíque tibi biduò antè, confidere me, bono Lepido esse vsurum, communíque consilio bellum administraturum. Credidi chirographis eius: affirmationi præsentis Laterensis [b]: qui tum apud me erat, reconciliarémque me Lepido, fidémque haberem, orabat. Non licuit diutius bene de eo sperare. Illud certè caui, & cauebo, ne mea credulitate reip. [c] summa fallatur. Cùm Isaram [d] flumen, vno die ponte confecto, exercitum traduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quòd petierat per litteras ipse, vt maturarem venire: præstò mihi fuit stator eius cum litteris, quibus, ne venirem, denuntiabat, se [e] posse conficere per se negotium, interea ad Isaram exspectarem. Indicabo temerarium meum consilium tibi: nihilominùs ire decreueram, existimans eum socium gloriæ vitare. Putabam posse me nec de laude ieiuni hominis deliberare [f] quidquam: & subesse tamen propinquis locis, vt, si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. Ego non malus homo hoc suspicabar. At Laterensis, vir sanctissimus, suo chirographo mittit mihi [g] litteras, in iisque desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querénsque se destitutum: in quibus aperte denuntiat, videam, ne fallar: suam fidem solutam esse: reip. ne desim. Exemplar eius chirographi Titio dedi [h]. Ipsa chirographa omnia, & [i] quibus credidi, & ea, quibus fidem non habendam putaui, Læuo [k] Cispio dabo perferenda: qui omnibus his interfuit rebus. Accessit eò, vt milites eius, cùm Lepidus concionaretur, improbi per se, corrupti etiam per eos, qui præsunt, Canidios, Rufrenósque, & ceteros, quos, cùm opus erit, scietis, conclamarint viri [l] boni, pacem se velle, neque esse cum vllis pugnaturos, duobus iam consulibus [m] singularibus [n] occisis, tot ciuibus pro patria amissis, hostibus deniq; omnibus iudicatis, bonísque publicatis. neque hoc aut vindicarat Lepidus, aut sanarat. Huc me venire, & duobus exercitibus coniunctis obiicere [o] exercitum fideliſſimum, maxima auxilia, principes Galliæ, prouinciam cunctam, summæ dementiæ, & temeritatis esse vidi: mihíque, si ita oppressus essem, rémque publicam mecum perdidissem [p], mortuo non modò honorem, sed misericordiam quoque defuturam. Itaque rediturus sum: nec tanta munera perditis hominibus dari posse sinam. Exercitum locis vt habeam opportunis, prouinciam tuear, etiam si ille exercitus desciuerit, omnia qvt integra seruem, dabo operam, quoad exercitus huc summittatis, parique felicitate remp. hic vindicetis. nec depugnate, si occasio tulerit: nec obsideri, si necesse fuerit: nec mori, si casus inciderit, pro vobis

b vide epistolam 15.*
c L. resp. summa fal.
d dixi epist. 15. §. colo¶
e q.v.c. se conficere posse per se n.
f L. delibra re quidq. al. delibare quidquam; |vet. deliberare. al. delimare. Est autem delibrare, detrahere, deminuere.*
g L. mihi litteras, meisq. desp. & ita v.c.
h q.v.c. misi.
i L. & ea, quib.
k vide epistol. 18. initio.*
l Ironia.*
m Hirtio & Pansa.*
n L. singularibus viris,
o al. v.c. obicere.c.
p al. prodidissem
q q.v.c. omnisque integra vt seruem,

paratior fuerit quisquam. ¶Quare hortor te, mi Cicero, exercitum huc traiiciẽdum quàm primùm cures, & matures priùs, quàm hostes magis corroborentur, & nostri perturbentur. In quo si celeritas erit adhibita, respublica in possessione victoriæ, deletis sceleratis, permanebit. ¶Fac valeas, méque diligas. Fratrem meum tibi, fortissimum ciuem, & ad omnia paratissimum, excuso [a] litteris, qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. Cùm primùm poterit istuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco reip. desit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. Cõcupiscere me nihil oportet, habeo te & amantissimum mei, &, quod optaui, summæ auctoritatis. Tu videris, quantum, & quando tuum munus apud me velis esse. Tãtùm te rogo, in Hirtij locum me subdas, & ad tuum amorem, & ad [b] meam obseruantiam. Vale.

a L. excusem litteris, qui ex lab. In f. b. incidit assid. & s. molestã? & ita v. c.

b forte ad meam in te obseru.

¶AR G. Respondet Planco agris diuidendis præsici cupienti.

M. T. C. CN. PLAN. CONS. DES. S. D. 22

IN TE, & in collega [c] omnis spes est, diis approbantibus. Concordia vestra quæ senatui declarata litteris vestris est, mirificè & senatus, & cuncta ciuitas delectata est. Quòd ad me scripseras *de re* [d] *agraria*: si consultus senatus esset, vt quisque de te honorificentissimam sententiam dixisset, eam secutus essem: qui certè ego fuissem. Sed propter tarditatem sententiarum, morámque rerum, cum ea, quæ consulebantur, ad exitum non peruenirent: commodissimum mihi, Plancóque fratri visum est, vti eo, quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci litteris cognouisse. Sed siue in senatusconsulto, siue in ceteris rebus desideras aliquid: sic tibi persuade, tantam esse apud omneis bonos tui caritatem, vt nullum genus amplissimæ dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Litteras tuas vehementer exspecto, & quidem taleis [e], qualeis maximè opto. Vale.

c D Bruto*

d de agris militibus Reipub. diuidẽdis. quã curã Plancus & Brutus sibi demandari postulabant P. CLVII. 11. famil. 20. & 21.*

e. v. t. talis, qualis max.

¶AR G. Se à Lepido deceptum. se copias illi opposuisse, se ab Octauio auxilia petere.

PLANCVS CICERONI, S. D. 23

NVNQVAM meherculè, mi Cicero, me pœnitebit maxima pericula pro patria subire, dum si quid acciderit mihi, à reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si vmquam Lepido ex animo credidissem. *Credulitas enim, error est magis, quàm culpa: & quidem in optimi cuiusque mentem facillimè irrepit.* Sed ego non hoc vitio pænè sum deceptus. Lepidũ pulchrè norã. Quid ergo est? Pudor me, qui in bello maximè est periculosus, hunc casum coegit subire. Nam, nisi vno loco essemus, verebar, ne cui obtrectatorum viderer & nimiùm pertinaciter Lepido infensus [f], & mea patientia etiam alere bellum. ¶Itaque copias propè in [g] ad spectum Lepidi, Antoniíque adduxi, quadragintáque millium passuum spatio relicto consedi, eo consilio, vt vel celeriter accedere, vel hẽcum salute recipere me possem. Adiunxi hæc, in loco eligendo, flumen oppositum vt haberem: in quo mora transitus esset: Vocontij sub manu vt essent, per quorum loca mihi fideliter patéret iter. Lepidus, desperato aduentu meo, quem mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit ad a IIII. Kalen. Iunias: eodémque die ad me castra mouerunt: viginti millia passuum cùm abessent, res mihi nuntiata est. Dedi operam deũm benignitate, vt & celeriter me reciperem, & hic discessus nihil fugæ simile haberet: non miles vllus, non eques, non quidquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis furentibus [b] latronibus interciperetur. Itaque pridie nonas Iunias omneis copias Isaram traieci, ponteísque, quos feceram, interrupi, vt & spatium ad se colligendum homines haberent, & ego me interea cum collega coniungerem: quem triduo, cùm has dabam litteras, exspectabam. Laterensis nostri & fidem, & animum singularem in remp. semper fatebor. Sed certè nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perspicienda fecit eum minùs sagacem. Qui quidem cùm in fraudem se deductum videret, manus, quas iustiùs in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. In quo casu tamen interpellatus, adhuc viuit, & dicitur victurus [c]. Sed tamen de hoc mihi parum certum est. Ego [d] magno cum dolore parricidarum [e] elapsus sum iis [f]: veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. Iracundias autem harum rerum recenteis habebam [g]: quòd Lepidum caftigare non desiteram, vt extingueret bellum: quòd colloquia facta improbabam: quòd legatos, fide Lepidi missos ad me, in conspectum venire vetueram: quòd C. Catinium Vestinum, tribunum militarem [h] missum ab Antonio ad eum cum litteris, interceperam [i]. In quo hanc capio voluptatem, quòd certè, quo magis me petierunt, tanto maiorem his [k] frustratio dolorem attulit. ¶Tu, mi Cicero, quod adhuc feci, idem præsta: vt vigilanter, neruoséque nos qui stamus in acie, subornes [l]. Veniat Cæsar [m] cum copiis, quas habet firmissimas: aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus eius mittatur: cuius ipsius magnum periculum agitur. Quidquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne iam conuénit. Pro vrbis verò salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, vtamur? Quòd si vos istic non defueritis, profectò, quod ad me attinet, omnibus rebus abundè reip. satisfaciam. Te quidem, mi Cicero in dies, mehercule, habeo cariorem: solicitudinésque meas quotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore, aut ex iudicio tuo perdam [n]. Opto vt mihi liceat iam, præsenti pietate meorũ officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Vale. Octauo idus Iunias, Ciuarone [o]: ex finibus Allobrogum.

P. B.

a L. 7. d. 11. ka' eundãtes.

b L. ferte. rentibus. sed fa rentibus re- ciuerit potest. non longe ti- nim post fe- quitur venie- bant enim eodem furo- re.*

c non vixit ramen. Vell. ius 2. Dion. 46.*

d ad. Et ma- gno.*

e L. parici- darum.

f L. bis. § al. his*

g L. habebãt

h L. mil- tãs

i 7. 7. c. ex- cepérãt.

k L. 15 P. CLVIII.

l id est in- structus ita te- tibus quæ ad bellum ne- cessaria.* m. Octauius*

¶AR G. Beneficiorum se memorem pollicetur. Copias suas narrat. Subsidia Octauii petit, eumque quasi Reipublicæ parum amantem carpit.

PLANCVS IMP. CONS. DESIGN. CICERONI, S. D. 24

FACERE non possum, quin in singulas res, meritáque tua, tibi gratias agam. Sed mehercule facio cum pudore. Neque enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem. Neque ego lubenter [p] pro maximis tuis

f L. offensus, g q. v. c. in conspectum Lep. ita. L. h L. vel sa- lutariter rect. al. salutari. al. salutari loco. al. sal- tem*

p al. libẽter

tuis beneficiis tam vili munere defungor o-
rationis: & mâlo præsens obseruantia, indul-
gentia [a], assiduitate, memorem me tibi pro-
bare. Quòd si mihi vita cõtigerit, omneis gra-
tas amicitias, atque etiam pias [b] propinquita-
tes, in tui obseruantia, indulgentia, assiduitate
vincam. Amor enim tuus, ac iudicium de me,
vtrùm mihi plus dignitatis in perpetuùm, an
voluptatis, quotidie sit allaturus, non facilè di-
xerim. ¶ De militum commodis, fuit tibi
curæ: quos ego non potentiæ meæ causa (ni-
hil enim me non salutariter cogitare scio)
ornari volui à senatu: sed primùm, quòd ita
meritos iudicabam: deinde, quòd ad omneis
casus coniunctiores reip. esse volebam: nouis-
simè, vt ab omni omnium sollicitatione a-
uersos eos, taleis vobis præstare possem, qua-
les adhuc fuerunt. Nos adhuc hîc omnia inte-
gra sustinuimus. Quod consilium nostrum,
etsi, quanta sit auiditas hominum, non sine
causa, talis victoriæ, scio: tamen vobis probari
spero. Non enim, si quid in his exercitibus
sit offensum, magna subsidia resp. habet ex-
pedita, quibus subito impetu, ac latrocinio
parricidarum resistat. ¶ Copias verò nostras
notas tibi esse arbitror. In castris meis legio-
nes sunt veteranæ tres: tironum vel luculen-
tissima ex omnibus vna: in castris Bruti vna
veterana legio: altera bima: octo tironum. Ita
vniuersus exercitus, numero amplissimus
est, fir mitate [d] exiguus. Quantum autem in
acie tironi sit committendum, nimiùm sæpe
expertum habemus. ¶ Ad hoc robur nostro-
rum exercituum, siue Africanus exercitus, qui
est veteranus, siue Cæsaris [e] accessisset, æquo
animo summâ [f] reip. in discrimen deduce-re-
mus. Aliquantò [g] autem propiùs esse, quod [h]
ad Cęsarem attinet, videbamus. Nihil destiti
cum litteris hortari: neque ille intermisit
affirmare, se sine mora venire: cùm interim
auersum illum ab hac cogitatione ad alia
consilia video se contulisse. Ego tamen ad eũ
Furnium nostrum cum mandatis, litterisque
missi, si quid fortè proficere posset. Scis tu, mi
Cicero, quod ad Cæsaris amorem attinet, so-
cietatem mihi esse tecum: vel quòd in fami-
liaritate Cæsaris, viuo illo, iã tueri eum, & di-
ligere mihi [i] fuit necesse: vel quòd ipse, quo-
ad ego nosse potui, moderatissimi, atque hu-
manissimi fuit sensus: vel quòd ex tam insigni
amicitia mea, atque Cæsaris, hunc filij loco,
& illius, & vestro iudicio substitutum. non
perinde [k] habere, mihi [l] turpe videtur. Sed,
quidquid tibi scribo, dolenter meherculè ma-
gis, quàm inimicè facio. Quòd viuit Anto-
nius hodie, quòd Lepidus vnà est, quòd exer-
citus habent non contemnendos, quòd spe-
rant, quòd audent: id omne Cæsari acceptum
referre possunt. Neque ego superiora repe-
tam. Sed ex eo tempore, quo ipse mihi profes-
sus est se venire, si venire voluisset, aut op-
pressum iam bellum esset, aut in auersissimã
illis [n] Hispaniam cum detrimento eorũ ma-
ximo detrusum. Quæ mens eum, aut quorum
consilia à tanta gloria, sibi verò etiã necessã-
ria, ac salutari, auocarint, & ad cogitationem
cõsulatus bimestris [p], summo cũ terrore ho-
minũ, & insulsa cũ efflagitatione trãstulerint,
exputare non possum. Multùm in hac re mihi
videntur necessarij eius, & reip. & ipsius cau-
sa proficere posse: plurimùm, vt puto, tu quo-
que: cuius ille tanta merita habet, quanta ne-

mo, præter [a] me. numquam verò [b] obliuiscar,
maxima, ac plurima me tibi debere. De his
rebus. vt [c] exigeret cum eo, Furnio mandaui.
Quòd si, quantam debeo, habuero apud eum
auctoritatem, plurimùm ipsum iuuero. Nos
intereà duriori [d] conditione bellum sustine-
mus, quòd neque expeditissimam dimicatio-
nem putamus: neque tamen refugiẽdo cõmis-
suri sumus, vt maius detrimentum resp. acci-
pere possit. Quòd si aut Cęsar se respexerit, aut
Africanæ legiones celeriter venerint, securos
vos ab hac parte reddemus. Tu, vt instituisti,
me diligas rogo, propriéque tuum esse, tibi
persuadeas. Quincto [e] kal. Sextileis: ex castris.
Vale.

¶ ARG. *Præturæ petendæ præproperam festinationem reprehendit in Furnio.*

M. T. C. C. FVRNIO, S. P. D. 25

SI interest, id quod homines arbitrantur,
reip. te, vt instituisti, atque fecisti, nauare [f]
operam, rebúsque maximis, quæ ad exstingué-
das reliquias belli pertinent, interesse: nihil
vidéris melius [g] neque laudabilius, neque ho-
nestius facere posse. Istámque operam tuam,
nau itatem, animum in remp. celeritati præ-
turæ anteponendam, censeo. Nolo enim
te ignorare, quantam laudem consecutus sis:
mihi crede, proximam Planco, ídque ipsius
Planci testimonio, prætereà [h] fama, scientiá-
que [i] omnium. Quamobrem si quid operis
tibi etiam nunc restat, id maximopere [k] cen-
seo perseguendum. Quid enim honestius, aut
quid honesto anteponendum? Sin autem satisfa-
ctum reip. putas, celeriter ad comitia, quan-
do [m] maturè futura sunt, veniendum cen-
seo: dummodò ne quid hæc ambitiosa fe-
stinatio imminuat eius gloriæ, quam conse-
cuti sumus. Multi clarissimi viri, cùm reip. da-
rent operam, annum petitionis suæ non ob-
ierunt [n]. Quod eò facilius nobis est, quòd
non est annus hic tibi destinatus: vt, si ædilis
fuisses, post biennium tuus annus esset. Nunc
nihil prætermittere videbere vsitati, & quasi
legitimi temporis ad petendum. Video au-
tem, Planco consule, etsi etiam sine eo ratio-
nes expeditas haberes: tamen splendidiorem
petitionem tuam fore, si modò ista ex sen-
tentia confecta essent. Omnino plura me
scribere, cùm tuum tantum consilium, iudi-
ciúmque sit, nõ ita necesse arbitrabar: sed ta-
men sententiam meam tibi ignotam esse no-
lebam. Cuius est hęc summa, vt omnia te me-
tiri dignitate malim, quàm ambitione: maio-
rémque fructum ponere in perpetuitate
laudis, quàm in celeritate præturæ. Hęc ea-
dem locutus sum domi meæ, adhibito Q. fra-
tre meo, & Cæcina, & Caluisio [p], studiosissi-
mis tui, cùm Dárdanus [q], libertus tuus, inter-
esset. omnibus videbatur [r] probari oratio
mea. sed tu optimè iudicabis. Vale.

¶ ARG. *Gratulatur de Narbonensi pugnã euitari. De Planci & Bruti concordia. Dissuadet Præturæ petitionem.*

M. T. C. C, FVRNIO, S. P. D. 26

LECTIS tuis litteris, quibus declarabas, aut
omittendos [s] Narbonenseis, aut cum perí-
culo dimicandum, illud magis timui: quod vi-
tatum non molestè fero. ¶ Quòd de Planci
& Bruti concordia scribis, in eo vel maximã
spem pono victoriæ. ¶ De Gallorum stu-
dio, nos aliquando cognoscemus, vt scribis,

a *q. v. c.* post me.
b L. enim obl.
c L. vt ageret.
d L. durio-re.
P. B.
e L. v. kalendas, &c.
f *al.* operã nauare, reb.
g *al.* neque melius.
h L. prætereáque, f.
i *al.* sententiáque.*
k *al.* maximo opere.
l prætoria.*
m *al.* quoniã
n non venerunt ad petendum.*
P. CL. V.
o *q. v. c.* arbitrabar nõ ita necesse: p meminit? epist. 26. meminisse vidétur Caluisij Philipp. 3.*
q Liberti nomen pristinum seruile retinebãt, adsumpto nomine Romano. Serui autem plerunque denominabantur à patria aut locis in quibus capti.*
r L. probari videbatur f *al.* admittendos.
s Transalpinorum: quibus Plancus præerat.*

cuius id opera maximè excitatum sit. Sed iam (mihi crede) cognouimus. Itaque iucundissimis tuis litteris stomachatus sum in [a] extremo. Scribis enim, si in Sextilem comitia, citò te [b]: sin iam confecta, citiùs, ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni, quàm tu causam tuam non nosti, qui [c] alienas tam facilè diffcas! Tu nunc candidatum te putas, & id cogitas, vt aut ad comitia curras: aut, si iam confecta, domi [d] tuæ sis, scilicet ne cum maximo periculo, vt scribis, stultissimus sis. Non arbitror te ita [e] sentire, omneis enim tuos ad laudem impetus noui. Quòd si, vt scribis, ita sentis, non magis te, quàm de te iudicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si ita adipiscare, vt plerique præpropera festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cælum iure, & verè ferunt? Scilicet [f] id agitur, vtrùm hac petitione, an proxima prætor fias, non vt ita de rep. mereare, omni honore vt dignissimus iudicere [g]? Vtrũ nescis, quàm altè ascenderis? an pro nihilo id putas? Si nescis, tibi ignosco: nos in culpa sumus. Sin intelligis: vlla tibi est prætura, vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re & ego, & Caluisius [h], homo magni iudicij, tuíque amantissimus, te accusamus quotidie. Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, quòd multis de causis reip. arbitramur conducere, in Ian. mensem protendimus [i]. Vince igitur, & vale.

a *fort.* in extremis.
b — venturũ Romam.*
c erat enim Furnius patronus causarum.*
d *q.v.c.* domi tuæ scilicet sis, ne cum
e *q.v.c.* ista P. B. sentire,
f Ironia.*
g L. iudicere? Vtr.
h meminit superiore epistola.*
i L. protrudimus, *& ita v.c.* sic detrudi comitia dixit 2. ad Q. fratrẽ 12.*

¶ARG. *Accusat vt immemorem beneficiorum. Dissuadet ne cum Antonio pacem conciliet.*

M. T. C. M. LEPIDO, S. P. D. 27

QVOD mihi, pro mea summa erga te beneuolentia [k], magnæ curæ est, vt quàm amplissima [l] dignitate sis, molestè tuli, te senatui gratias non egisse, cùm esses [m] ab eo ordine ornatus summis honoribus. ¶Pacis inter ciueis conciliandæ te cupidum esse lætor. Pacem eam si à seruitute seiungis, consules & reip. & dignitati tuæ. Sin ista pax perditum [n] hominem in possessionem impotentissimi dominatus restituturа est, hoc animo scito esse omneis sanos, vt mortem seruituti anteponant. Itaque sapientiùs, meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationem non interpones, quæ neque senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex aliis, aut certior fies litteris. Tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis. Vale.

k *v.c.* beneuolentia,
l ideſt supplicationem *Philip.* 3. triumpho & statua Philip. 5. & 13.*
m *q.v.c.* esses, quotidie ab eo ord. *non pl.*
n ideſt Antonium.*

P. CLXI.

¶ARG. *Dolet se participem coniurationis in Cæsarem non fuisse: vt &, Antonium, vnà non fuisse interfectum: studium libertatis recuperandæ declarat.*

M. T. C. C. TREBONIO, S. D. 28

QVAM vellem, ad illas pulcherrimas epulas o me idibus Martiis inuitasses! reliquiarum p nihil haberemus. At nunc cum his tantum negotij est, vt vestrum illud diuinum in remp. beneficium nonnullam habeat querelam q. ¶Quod verò à te, viro optimo, seductus [r] est, tuóque beneficio adhuc viuit hæc pestis: interdum, quod mihi vix fas est, tibi subiratscor [s]. Mihi enim negotij plus reliquisti vni, quàm, præter me, omnibus. ¶Vt enim primum post Antonij fœdissimum discessum [t] senatus haberi liberè potuit, ad illũ

o hoc est ad illud facinus cum Cæsar occisus est idibus Martiis.*
p ideſt non modo Cæsar, sed & Antonius quoque interfectus fuisset.*
q *al.* querellam, *cum duplici.**
r Philipp. 13. Dion. 44.*
s *q.v.c.* irascor.
t vide Philip. 3. 5. 13. & 12. famil. 3.*

animum meum reuerti pristinum, quem tu cum ciue acerrimo, patre tuo, in ore, & amore semper habuisti. Nam cùm senatum ad [a] XIII. Kalendas Ianuarias tribuni pleb. vocauissent, déque alia re referrent: totam [b] remp. sum complexus, egíque acerrimè, senatúmque iam languentem, & defessum, ad pristinam virtutem, consuetudinémque renocaui, magis animi, quàm ingenij viribus. Hic dies, meáque cõtentio, atque actio, spẽ primũ populo R. attulit libertatis recuperãdæ [c]. Nec verò ipse posteà tempus vllum intermisi de rep. nõ cogitandi solùm, sed etiam agendi. Quòd nisi res vrbanas, actáque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem: quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis: à me pauca: & ea summatim. Habemus fortem senatum: consulareis partim [d] timidos, partim malè sentienteis, Magnum damnum factum est in Seruio. L. Cæsar optimè sentit: sed, quòd aununculus est, non acerrimas dicit sententias. Consules egregij: præclarus D. Brutus: egregius puer [e] Cæsar, de quo spero equidem reliqua. Hoc verò certum habeto, nisi ille veteranos celeriter conscripsisset, legionésque duæ [f] de exercitu Antonij ad eius se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio: nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis præteriturum fuisse. Hæc tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Plura scribam [g], cùm plus otij habuero. Vale.

a L. 2. d. XIII.
b *q.v.c.* totum complexus totam rep. eg.q.
c *q.v.c.* recuperandæ.
d alde timidi.*
e vide quæ scripsi Philipp. 13.*
f Martia & quarta 11. mil. 7. & Philip. cap. 5.
g *q.v.c.* Plura scribam, si plus otij h.

¶ARG. *De suo erga Ampium exulantem studio scribit.*

M. T. CICERO APPIO [h], S. P. D. 29

DE meo studio erga salutem, & incolumitatem tuam, credo te cognoscere ex litteris tuorum: quibus me cumulatissimè satisfecisse certò scio: nec his concedo, quamquam sunt singulari in te beneuolentia [i], vt te saluum malint, quàm ego. Illi mihi necesse est concedant, vt [k] tibi plus, quàm ipsi, hoc tempore prodesse possim: quod quidem nec desistiti facere, nec desistam: & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci salutis tuę. Tu fac bono animo, magnóque sis, méque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie nonas Quintileis. Vale.

h L. AMPIO
i *v.c.* beneuolentia,
k *fort.* vt ego tibi.

¶ARG. *Superatum ad Mutinam Antonium scribit.*

SERGIVS [l] GALBA M. T. C. S. P. D. 30

DECIMO SEPTIMO Kalend. Maij, quo die Pansa in castris Hirtij erat futurus, cum quo ego eram (nam ei obuiam processeramus millia passuum centum, quo maturiùs veniret) Antonius legiones eduxit duas, secũdam, & trigesimam quintam [m], & cohorteis prætorias duas, vnam suam, alteram Silani, & euocatorum [n] partem. Ita obuiam venit nobis, quòd nos quatuor [o] legiones tironum habere solùm arbitrabatur. Sed noctu, quò tutiùs venire in castra possemus, legionem Martiã, cui ego præesse solebam, & duas cohorteis prætorias miserat Hirtius nobis. Cùm equites Antonij apparuissent, contineri neque legio Martia, neque cohortes prætoriæ potuerunt: quas sequi cœpimus coacti, quando [p] eas retinere non poteramus. Antonius ad Forũ Gallorum

l L. SER. GALBA. *Alij:* Servius quod ea prænomina Galbæ fuere Servio Sulpitio P. C. LXII. genitis. *Scripe.**
m *al.* tricesimam.
n Euocati qui dixi lib. 15. epist. 4. *&* 3. epist. 6. 5.*
o *al.* duas. *Aui.* Augusto.*
p L. quoniã.

lorum suas copias continebat: neque sciri volebat, se legiones habere: tantùm equitatum, & leuem [a] armaturâ ostendebat. Posteaquàm vidit, se inuito, legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum. posteà quàm angustias paludis, & syluarum transiuimus, acies est instructa à nobis duodecim cohortium. Nondum venerant legiones duæ, cùm repentè Antonius in aciem suas copias de vico produxit: & sine mora concurrit [b]. Primò ita pugnatum est, vt actiùs non posset ex vtraque parte pugnari: sed dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiæ legionis cohortibus octo, impetu primo fugauerat legionem triceſimamquintam Antonij, vt amplius passus centũ [c] vltra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaque cùm equites nostrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi, & leuem armaturam opponere Maurorũ equitibus, ne auersos nostros aggrederentur. Interim video me esse inter Antonianos, Antoniúmque post me esse aliquantó. repentè equum immisi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insequi: nostri pila coniicere velle. Ita nescio quo fato sum seruatus: quòd citò sum à nostris cognitus. In ipsa Æmilia [d], vbi cohors Cæsaris prætoria erat, diu pugnatum est. Cornu sinisterius, quod erat infirmius, vbi Martiæ legionis duę cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt, quòd ab equitatu circuibantur, quo vel plurimùm valet Antonius. Cùm omnes se recepissent nostri ordines, recipere me nouissimus cœpi ad castra. Antonius, tanquam victor, castra putauit se posse capere. Quò cùm venit complureis ibi amisit, nec egit quidquã. Audita re, Hirtius cũ cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiáſque omneis eius deleuit, fugauítque eodem loco, vbi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius cũ equitibus hora noctis quarta, se in castra sua ad Mũtinã recepit. Hirtius in ea castra rediit, vnde Pansa exierat, vbi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnatæ. Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum. Nec id tamen sine aliqua iactura cohortium prætoriarum nostrarum, & legionis Martiæ fieri potuit. Aquilæ duæ, signa sexaginta sunt relata Antonij. Res bene gesta est. Ad [e] XII. kalendas Maij, ex castris. Vale.

¶ ARG. *Excusat moram studij in Rempublicam per litteras nondum declarati: se tamen Reip. studiosum esse.*

C. ASINIVS POLLIO M. T. CICERONI, S. P. D. 31

MINIME mirum debet tibi videri, nihil me scripsisse de rep. posteà quàm itum est ad arma. Nam saltus Castulonensis [f], qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est: tamen nequaquam tanta in mora est, quanta, qui locis omnibus dispositi ab vtraque parte scrutantur tabellarios, & retinent. Itaque nisi naue perlatæ litteræ essent, omnino nescirem, quid istic fieret. Nunc verò nactus occasionem, posteaquàm nauigari cœptum est, cupidissime, & quàm creberrimè potero, scribã ad te. Ne mouear eius [g] sermonibus, quem tametsi nemo est, qui videre velit, tamen nequaquam perinde [h], ac dignus est, oderunt homines, periculum non est. Adeò est enim inuisus mihi, vt nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit. Natura autem mea, & studia trahunt me ad pacis, & libertatis cupiditatem. Itaque illud initium ciuilis belli sæpe defleui. Cùm verò non liceret mihi nullius partis esse: quia vtrobique magnos inimicos habebam: ea [a] castra fugi, in quibus planè tutum me ab insidiis inimici [b] sciebam non futurum. compulsus eò, quò minimè volebam, ne in extremis essem, planè pericula non dubitanter adii. Cæsarem verò, quòd me in tanta fortuna, modò cognitum, vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate, & fide. Quæ mea sententia gerere mihi licuit, ita [c] feci, vt optimus quisque maximè probarit. Quod iussus sum eo tempore, id ita feci, vt appareret inuito imperatum esse. Cuius facti iniustissima inuidia erudire me potuit, quàm iucunda libertas, & quàm misera sub dominatione vita esset. Ita, si id agitur, vt rursus in potestate omnia vnius sint: quicumque is est, ei me profiteor inimicum. Nec periculum est vllum, quod pro libertate aut refugiam [d] aut deprecer. Sed consules neque senatusconsulto, neque litteris [e] præceperant mihi, quid facerem. Vnas enim post idus Martias demum à Pansa litteras accepi, in quibus hortatur me, vt senatui scribam, me, & exercitum in potestate eius futurum. Quod [f], cùm Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio, maximè contrarium fuit. Nam quibus commeatibus, inuito illo, per illius prouinciam legiones ducerem? aut, si cetera transissem, num etiam Alpeis poteram transuolare [g], quæ præsidio illius tenerentur [h]? Adde huc, quòd perferri litteræ nulla conditione potuerunt. Sexcentis enim locis excutiuntur: deinde etiam retinentur à Lepido tabellarij. Illud me Cordubę pro cõcione dixisse, nemo vocabit in dubium, prouinciam me nulli, nisi qui à senatu missus venisset, traditurum. Nam de legione trigesima [i] tradenda quantas habuerim conciones [k], quid ego scribam? Qua tradita, quanto pro rep. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? Hac enim legione, noli acrius, aut pugnacius quidquam putare esse. Quare me eum existima esse, qui primùm pacis cupidissimus sim: (omneis enim ciueis planè studeo esse saluos) deinde, qui & me, & remp. vindicare in libertatem paratus sim. Quòd familiarem [l] meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. Inuideo illi tamen, quòd ambulat, & iocatur tecũ. Quod [m] quanti æstimem, si vmquam licuerit viuere in otio, experieris. Nullum enim vestigium abs te discessurus sum. Illud vehementer admiror [n], non scripsisse te mihi, manendo [o] in prouinciáne, an ducendo exercitum in Italiam, reip. magis satisfacere possim. Ego quidem, etsi mihi tutius, ac minùs laboriosum est, manere, tamen quia video tali tempore multò magis legionibus opus esse, quàm prouinciis, quæ præsertim recuperari nullo negotio possunt, constitui, vt nunc est, cum exercitu proficisci. Deinde ex litteris, quas Pansæ misi, cognosces omnia. nam earum tibi exemplar misi. XVII. kal. April. Cordubæ P. Vale.

¶ ARG. *De Balbi flagitio & suo in Remp. studio.*

a Pompeiana.*
b fortasse M. Catonis quem adolescens accusauit Pollio. *Tacit. de claris orat.* vel Labieni qui Pollionem accusauerat. 5. *Quintil.* 20.* c *al.* ita gessi,
d L. fugiã, *& ita v. c. al.* defugiã, e *v.c.* litteris suis pr. *& ita L.*
f *al.* Cui quod Lepidus,*
g *q.v.c.* trauolare.
h L. tenentur? *& ita v.c.*
i *al.* triceſima trad.
k L. contẽtiones,
l *fortasse* Cornelium Gallum intelligit, cuius meminit epist. 32. inf.* m L. Quæres, quanti æstimem, si vmquã &c.
n *al.* miror,
o *fort.* manendóne in prouincia, P. CLXIIII, p *al.* Corduba.

C. ASINIVS POLLIO, M. T. C.
S. P. D. 32

BALBVS quæstor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit [a] se à Gadibus, & triduum tempestate retentus ad Calpen [b], kal. Iuniis traiecit sese in regnum Bogudis, planè bene peculiatus [c]. His rumoribus vtrùm Gadeis referatur, an Romam, (ad singulos enim nuntios turpissimè cõsilia mutat) nondum scio. sed præter furta, & rapinas, & virgis cæsos socios, hçe quoque fecit, vt ipse gloriari solet, eadem quę C. Cæsar. Ludis, quos Gadibus fecit, Herẽnium Gallum, histrionem, summo ludorum die annulo [d] aureo donatum, in quartum [e] decimum sessum deduxit. tot enim fecerat ordines equestris loci. Quatuoruiratum [f] sibi prorogauit: comitia biennij [g] biduò habuit, hoc est, renũtiauit [h], quos ei visum est: exsules reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus à seditiosis senatus trucidatus, aut expulsus est, Sex. Varo proconsule. Illa verò iam ne Cęsaris quidem exẽplo: quòd ludis prætextam [k] de suo itinere ad L. Lentulum proconsulem [l] sollicitandum posuit [m]. Et quidem cùm ageretur, fleuit, memoria rerum gestarum commotus. Gladiatoriis [n] autem ob Fadium quendam, militem Pompeianum, quia, cùm depressus [o] in ludum bis gratis depugnasset, auctorari [p] sese nolebat, & ad populum confugerat, primùm Gallos equites immisit in populum: (coniecti enim sunt lapides in eum, cùm arriperetur Fadius) deinde abstractum defodit [q] in ludo: & viuum combussit: cùm quidem pransus, nudis [r] pedibus, tunica soluta [s], manibus ad tergum reiectis, inambularet, & illi misero quiritanti, CIVIS [t] ROMANVS SVM: responderet, Abi nunc, populi fidem implora. Bestiis verò ciueis [u] Romanos, etiã in his circulatore quendam auctionum [x], notissimũ hominẽ Hispali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiusmodi portento res mihi fuit. Sed de illo plura coram. ¶ Nunc, quod restat [y], quid me velitis facere, constituite. Treis legiones firmas habeo: quarum vnam vicesimamoctauam cùm ad se initio belli arcessisset [z] Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios [a] quingẽtos singulis militibus daturũ: in victoria verò eadẽ præmia, quę suis legionib. (quorũ quis illam [b] finẽ, aut modum futurũ putauit [c]?) incitatissim ã retinui, ægrè meherculè: nec retinuissẽ, si vno loco habuissem, vt pote cùm [d] singulæ cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non destitit litteris, atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec verò minùs Lepidus vrsit me & suis, & Antonij litteris, vt legionem trigesimam [e] mitterem sibi. Itaque quem exercitum neque vendere vllis præmiis volui, nec eorum periculorum [a] metu, quæ victoribus illis portendebantur, diminuere [b], debetis existimare retentum, & conseruatum reip. esse: atque ita credere, quodcunque imperasseris, factum fuisse, si, quod [c] iussistis, feci. Nam & prouinciam in otio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus meæ prouinciæ nusquam excessi. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quóquam misi: &, si quos equiteis decenteis nactus sum, supplicio affeci. Quarum retum fructum satis magnum republica salua tulisse me putabo. Sed respubl. si me satis nouisset, & maior pars senatus: maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, cùm etiamnum in prouincia esset, scripsi, legendam tibi misi: etiam prætextam, si voles lege, Gallum [d] Cornelium, familiarem [e] meum, poscito. VI. idus Iunias, Cordubæ. Vale.

¶ *ARG. Deplorat prælium ad Mutinam factum.*

C. ASINIVS POLLIO, M. T. C.
S. P. D. 33

QVo tardiùs certior fierem de prœliis apud Mútinam factis, Lepidus effecit, qui meos, tabellarios, nouẽ dies retinuit: tametsi tantam calamitatem reip. quàm tardissime audire optandum est: sed illis, qui prodesse nihil possunt, neque mederi. Atque vtinam eodem senatusconsulto, quo Plancum, & Lepidum in Italiam arcessistis [g], me quoque iussissetis venire. profectò non accepissetis resp. hoc vulnus. quo si qui lætantur in [h] præsentia, quia videntur & duces, & veterani Cæsaris partium interiisse: tamen postmodum necesse est doleant, cùm vastitatem Italiæ respexerint. Nam & robur, & [i] soboles militum interiit: siquidem, quæ nuntiantur, vlla ex parte vera sunt. Neque ego non videbam, quanto vsui reipub. essem futurus, si ad Lepidum venissem. omnem enim cunctationem eius discussissem, præsertim adiutore Plãco. Sed scribenti ad me eiusmodi litteras, quas leges, & concionibus, videlicet, quas Narbone habuisse dicitur, simileis [k]: simularem planè necesse erat, si vellem commeatum, per prouinciã eius iter faciens, habere. Prętereà verebar, ne, si antè, quàm ego incœpta perficerem, prælium confectum esset, pium meum consilium reperent in contrariam partem obtrectatores mei, propter amicitiam, quæ [l] mihi cum Antonio, non maior tamen, quàm Planco fuit. Itaque à Gadibus mense Aprili binos tabellarios in duas naueis imposui, & tibi, & consulibus, & Octauiano scripsi, vt me facturis certiorem quónã modo plurimùm possem prodesse reip. Sed, vt rationẽ ineo, quo die prælium Pansa commisit, eodem à Gadibus naues profectæ sunt. Nulla enim post hyemem fuit ante eam diem nauigatio. Et herculè longè remotus ab omni suspicione futuri ciuilis tumultus, penitus in Lusitania legiones in hybernis collocaram. Ita porrò festinauit vterque confligere, tanquam nihil peiùs timerent, quàm ne sine maximo reip. detrimento bellum componeretur. sed, si properandum fuit, nihil non summi ducis consilio gessisse Hirtium video. Nam hæc mihi scribuntur ex Gallia Lepidi, & nuntiantur. Pansæ exercitum conciisum esse: Pansam ex vulneribus mortuum: eodem prælio Martiam legionem interisse,

a Sic Plautus *Aulul.* me duco de arbore *& in Bacchidibus* ducte ab arbitris. Terentius *Hecyra.* se duxit foras.*
b mons Hispaniæ.*
c id est, magno instructus peculio.*
d Annulos aureos qui non habebat, eques Romanus non erat nec in quattuor decim gradibus sedebat.*
e L. quatuordecim.
f Quattuoruiratus, vt & Duumuiratus in municipiis summus erat magistratus vt Romæ consulatus.*
g iturus contra Parthos Cæsar, magistratus in tres annos creauit.*
h Romæ sequẽtis anni Consules renunciabãtur à Consule. vide orat. pro Muræna, initio.*
i Decuriones Gaditanos intelligit. Decuriæ enim in municipiis, instar senatus.*
k est fabulæ genus vt infrà.*
l *al.* pro cons.
m id est agendam dedit.*
n L. Gladiatoribus autem *male* significatur enim dies quo gladiatores inter se cõmissi.*
o *al.* deprehensus.*
p id est vendi se ad ludum. *Manutius* legit' auctore sese.* q vt pars obrueretur humo, pars supra terram emineret cuiusmodi facinus editum à Carthaginiensibus refert Cato apud Gellium.* r ideest contra morem Romanum. Calceis enim in publico domi soleis vtebantur.* s argumentũ lasciuiæ & superbiæ: tunicam enim cingi, mos: vnde discincti Horatio.* t *al.* C. uis Romanus natus sum, vox vsitata opem implorantium ciuium Romanorum.* u *q.l. vet. habent*, etiam ciueis R. in his circ. *& ita* L. x Auentronum *vet. Vsl.** y *al.* quod præstat.* z *al.* accersisset. *al.* accessisset.* a L. denarios se quinquagenos sing. *al.* quin genos, quot Octauius dedit veteranis 16. ad Act. 8.* b L. sylum finem, c *al.* putaret?) d *q. v. c.* cum singulæ quædam cohortes. e L. tricesimam.

a *al.* nèc eorum pernic. b L. Demiuere. c L. quod non iussistis.

d Is est fortè quem nominat in Bucolicis Virgilius & Dion. lib. 51. Marcellinus 17.* e Sede quæ dixi epistol. 32. 5.* f L. Corbã.

g *lib. vulg.* accersisti.

h *al.* in præsentia.

i L. & soboles, ita scribendum de collegio, quo nos, ex Festo in Sobolem, olescere id est crescere.

k L. simileis, palpabiliter accedãt. *al.* similimis. *male.**

l *al.* vellem

interisse, & L. Fabatum [a], & C. Peduceum [b], & D. Carfulenum [c]. Hirtiano autem prælio & quartam [d] legionem, & [e] omneis [f] per equites Antonij cæsas: item Hirtij quartam, cùm castra quoque Antonij cepisset, à quincta legione concisam esse. Ibi Hirtium quoque periisse, & Pontium Aquilam: dici etiam Octauianum cecidisse. Quæ si (quod dij prohibeãt) vera sunt: non mediocriter doleo: Antoniũ turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse, sed [g] habere equitatum [h], ac legiones sub signis [i] armatas treis, & P. Vagieni [k] vnam, inermeis [l] bene multos. Ventidium quoque se cum Legione septima, octaua, nona coniunxisse: si nihil de Lepido spei sit, descensurum ad extrema: & non modò nationes, sed etiam seruitia concitaturum: Parmam direptam: L. Antonium Alpeis occupasse. Quæ si vera sunt, nemini nostrûm cessandum est, neque exspectandum, quid decernat senatus. Res enim cogit huic tanto incendio succurrere omneis, qui aut imperium, aut nomen denique pop. Rom. saluum esse volunt. Brutum enim decem & septem cohorteis, & duas nõ frequenteis tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes, qui superstint de Hirtij exercitu, confluant ad eum. Nam in delectu [m] non multum spei puto esse: præsertim cùm nihil sit periculosius, quàm spatium confirmandi sese, Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt. Itaque proximis litteris consilium meum expedietur. Nã neque deesse, neque superesse [n] reipub. volo. Maximè tamẽ doleo, adeò & lõgo, & infesto itinere ad me veniri, vt die quadragesimo pòst, aut vltrà etiam, quàm facta sunt, omnia nuntientur [o]. Vale.

¶ ARG. *Recepti Antonij causam in suos milites confert, dissensionem ciuium inique ferentes.*

M. LEPIDVS IMP. ITER P. PONT. MAX. S. D. SENAT. POP. PL. Q. R. 34

SI qvos, liberique vestri valetis, bene est: ego quoque valeo. Deos, hominésque testor, patres conscripti, qua mente, & quo animo semper in remp. fuerim, & quàm nihil antiquius communi salute, ac libertate iudicarim: quod vobis breui probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus conseruandis [r], communíque pace, seditione [s] facta, retinuit: méque tãtæ multitudinis ciuiũ Romanorũ salutis, atque incolumitatis causam suscipere, vt verè dicam, coegit. In qua re ego vos, patres conscripti, oro, atque obsecro, vt priuatis offensionibus omissis summæ reip. consulatis, né ve misericordiam nostram, exercitúsque nostri, in ciuili dissensione, sceleris loco ponatis. Quòd si salutis omnium, ac dignitatis ratione habueritis: melius & vobis, & reip. consuleris. Data IIII [a] Kal. April. ex Ponte Argenteo. Valete.

¶ ARG. *Monet adueniente Antonio quid egerit: Agit gratias quod iniquis de se rumoribus fidem non habuerit.*

M. LEPIDVS IMP. ITERVM, PONT. MAX. M. T. C. S. P. D. 35

SI [c] vales, bene est: ego quoque valeo. Cùm audissem, Antonium cum suis copiis, præmisso L. Antonio cum parte equitatus, in prouinciam meam venire: cum exercitu meo à [d] confluente Rhodano castra moui, ac contra eos venire instituì. Itaque cõtinuis itineribus ad Forum Vocontium [e] veni, & vltrà, castra ad flumen Argenteum [f] contra Antonianos feci. P. Ventidius suas legiones treis coniunxit cum eo, & vltra me castra posuit. habebat anteà legionem secundam, & ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed [g] inermiũ. Equitatum habet magnum. Nam omnis ex prælio integer decessit, ita vt sint ampliùs equitum trigintah millia. Itaque ad me complures milites, & equites ab eo transierunt: & in dies singulos eius copiæ minuuntur. Silanus, & Culleo [i] ab eo discesserunt. Nos etsi grauiter ab his læsi eramus, & contra nostram voluntatem ad Antoniũ ierant: tamẽ nostræ humanitatis & necessitudinis causa, eorum salutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera vtimur: neque in castris habemus, neque vlli negotio præfecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec senatui, nec reip. deerimus. quæ postea egerimus, faciam te certiorem. ¶ Etsi omni tẽpore summa studia [k], officiáq; mutuò internos certatim constiterũt, pro nostra inter nos familiaritate, & proinde diligẽter ab vtroq; conseruata sunt: tamẽ nõ dubito, in tanto, & tã repentino motu reip. quin nonnulla de me falsis rumoribus à meis obtrectatoribus, me indigna, ad te delata sint, quæ tuũ animum magnopere mouerent, pro tuo amore in remp. Ea te moderatè accepisse, neque temere credendum [l] iudicasse, à meis procuratoribus certior sum factus: quæ mihi, vt debent, gratissima sunt. Memini autem [m] & illa superiora, quæ [n] ab tua voluntate profecta sunt, ad meam dignitatem augendam, & ornandam: quæ perpetuò animo [o] meo fixa manebunt. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, si [p] meam vitam, & studium diligentissimè superioribus temporibus in rep. administranda, quæ Lepido digna sunt, perspecta habes, vt paria, aut eo ampliora reliquo tempore exspectes: & proinde tua auctoritate me tuẽdum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale [q] XII. kalendas Iunias, ex castris, ex Ponte Argenteo.

a Fabatus Bosius genus cognomen. P. CLXVI. Lanuuinus municipium oriundus. * b L. Peducæus. * c al. Carfuleium, Carfulenum, Carfulenij, Carfulenij, Carfulenii. * d Secundam. * e L. & omneis præter Antonij cæsas. al. & omneis præter equites. * f Quinam & Trigesimum quintum. * g Vt v. c. sed habere equitatum * ac al. equitatus. CCIDD CCIDD ac legiones sub signis. * h Ita est. ordinatas: vnde dubitant quidam milites Tarsenses. 17. * i al. Vagienij. al. Vopisci. Valesius. * k Forte. al. studia. * l Male forte. negligentiores. al. negligentiæ. al. negligentiæ. al. negligentiæ

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS, LIBER XI.

AD BRVTVM, ET BRVTI AD CIC. &c.

¶ ARG. Quæ cum Hirtio egerit: postulatam à se liberam legationem: suum consilium exponit.

D. BRVTVS M. BRVTO, ET C. CASSIO, S. D. 1

QVo in statu simus, cognoscite. Heri vesperi apud me Hirtius fuit: qua mente esset Antonius, demõstrauit: pessima scilicet, & infidelissima. Nam se neque mihi prouinciam [a] dare posse aiebat, neque arbitrari, tutò in vrbe esse quemquam nostrûm: adeò esse militum concitatos animos, & plebis. Quod vtrumque esse falsum, puto vos animaduertere: atque illud esse verum, quod Hirtius demonstrabat, timere eum, ne, si mediocre auxiliũ dignitatis nostræ habuissemus, nullę partes iis [b] in rep. relinquerẽtur. ¶ Cùm in his angustiis versarer, placitum est mihi, vt postularem legationem [c] liberam mihi, reliquíque nostris, vt aliqua causa proficiscendi honesta quæreretur. Hoc se impetraturum pollicitus est: nec tamen impetraturum confido: tanta est hominum insolentia, & nostri infectatio. At [d] si dederint, quod petimus, tamen paullo pòst futurum puto, vt hostes iudicemur: aut aqua, & igni nobis interdicatur. ¶ Quid ergo est, inquis, tui consilij? *dandus est locus fortunæ*: cedẽdum ex Italia: migrandum Rhodum, aut aliquò terratũ arbitror. Si mẽlior casus fuerit, reuertemur Romam: si mediocris, in exsilio viuemus: si pessimus, ad nouissima [e] auxilia descendemus. Succurret fortasse hoc loco alicui vestrûm, cur nouissimum tempus exspectemus potiùs, quàm nunc aliquid moliamur? Quia vbi cõsistamus, non habemus, præter Sex. Pompeium, & Bassum Cæcilium, qui mihi videntur, hoc nuntio de Cæsare allato, firmiores futuri. Satis [f] in tẽpore ad eos accedemus, vbi, quid valeant, scierimus. Pro Cassio, & te, si quid [g] me velitis recipere, recipiam. Postulat enim hoc Hirtius, vt faciam. Rogo vos, quàm primùm mihi rescribatis. nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hirtius certiorem [h] me sit facturus: quem in locum conuenire possimus. Quò me velitis venire, rescribite. Post nouissimum Hirtij sermonem, placitum est mihi postulare, vt liceret nobis esse Romæ publico præsidio: quod illos nobis concessuros non puto. magnam enim inuidiam iis faceremus [i]. Nihil tamen non postulãdum putaui, quòd æquum esse statuerem. Valete.

a Galliã citeriorem à Cæsare, dum viueret, Bruto assignata: Cæsare mortuo, à senatu confirmata.*

b *al.* sibi.*

c legationes liberæ dabãtur senatoribus priuatæ rei causa dixit 2. ad Attic. 18. & ad l. 14. ff. de legationib.*

d L. Ac si dederint, ¶ *al.* P. CLXVIII. aut si dederint.*

e id est extrema.*

f *al.* satis tẽpori ad eos accedemus.* g *al.* si quid velitis me recip.

h *v. c.* me certiorem sit fact. & *sic L.*

i *fort.* consilia remus.

¶ ARG. Consilium petunt ab Antonio, vtrum putet ipsos in vrbe tutos esse, præsertim in tam magna veteranorum frequentia.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS PRAET. T. M. ANTONIO COS. S. P. D. 2

DE TVA fide, & [k] beneuolentia in nos, nisi persuasum esset nobis, non conscripsissemus hæc tibi: quæ profectò, quando istum animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam conuenisse iam, & ad kalendas Iunias [a] futurã multo maiorem. De te si dubitemus, aut vereamur, simus nostri dissimiles. Sed certè, cùm ipsi in tua potestate fuerimus, tuóque adducti consilio dimiserimus ex municipiis nostros necessarios, neque solùm edicto, sed etiam litteris id fecerimus: digni sumus, quos habeas tui consilij participes. in ea præsertim re, quæ ad nos pertinet. Quare petimus à te, facias nos certiores tuæ voluntatis in nos: putésne, nos tutos fore in tanta frequentia veteranorum [b], quos etiã de reponenda ara [c] cogitare audimus: quodd velle te probare, vix quisquam credere posse videtur, qui nos saluos, & honestos velit. Nos ab initio spectasse otium, nec quidquã aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat. Fallere nemo nos potest, nisi tu: quod certè abest à virtute tua, & fide: sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi enim vni credimus [c], & crediturí sumus. Maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri: quibus etsi tua fides explorata est, tamen illud in mẽtem venit, multitudinem veteranorum facilius impelli ab alio quolibet, quàm à te reuocari posse. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valde leue est, ac nugatorium, ea re denuntiatũ esse veteranis [f], quòd de cõmodis eorum mense Iunio laturus esses. Quę enim impedimento futurum putas, cùm de nobis certum sit, nos quieturos? Non debemus cuiquã videri nimiùm vitæ cupidi, cùm accidere nobis nihil possit sine pernicie, & confusione omnium rerum. Vale.

P. E. a Philippi ca. 1. longum diem senatu Antonius edixerat.*

b *v. c.* militum veteranorum, c Cæsare mortuo fi. quam deposita & a Dolabella euersa, 12. famil. in fi. & xiij. ad Articum 1. & 2. famil.

c L. quod velles, & probare vix quisquã posset videretur, qui te.

d L. credidimus, *vt vocãti* scribunt.*

¶ ARG. Respondent minacibus Antonii litteris.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS PRAET. T. M. ANTONIO, COS. S. P. D. 3

LITTERAS tuas legimus, simillimas edicti tui, contumeliosas, minaceis, minimè dignas, quæ à te nobis mitterentur. Nos, Antoni, te nulla lacessiuimus iniuria: neque mitturum credidimus, si prætores, & ea dignitate homines, aliquid edicto postulassemus à consule. Quòd si indignaris, ausos esse id facere: concede nobis, vt doleamus, ne hoc quidẽ abs te Bruto, & Cassio tribui. Nã de delectibus habitis, & pecuniis imperatis, exercitibusque sollicitatis, & nũtiis trãs mare missis, quòd te questũ esse negas: nos tibi quidẽ credimus optimo animo te fecisse: sed tamen neque agnoscí-

f postulauerat aut vt saluis legibus, abesse posset. CLXIX. P. decem. vltra decem. Iulij concessit L. causa.

h L. Iulij. Bibulo & Cæsari & in Iulij. 10. ff. de militari. & qui les legendum in fi. comm. diuidundo. prius quam ed. dum. ad ed. delendum.*

agnoscimus quidquam eorum: & te miramur cùm hæc reticueris, non potuisse continere [a] iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obiiceres [b]. Illud verò quemadmodum ferendum sit, tute cogita: non licere prætoribus, concordiæ, ac libertatis causa, per edictum, de suo iure decedere [c], quin consul arma minetur. Quorum fiducia nihil est quòd nos terreas. Neque enim decet, aut cónuenit nobis, periculo vlli submittere animum nostrum. Neque est Antonio postulandum, vt iis imperet, quorum opera liber est. Nos si alia hortarentur, vt bellū ciuile susc itare vellemus, litteræ tuæ nihil proficerēt. *Nulla enim minantis auctoritas apud liberos est.* Sed pulchrè intelligis non posse nos quóquam impelli: & fortassis ea re minaciter agis, vt iudicium nostrum, metus videatur. Nos in hac sententia sumus, vt te cupiamus etiam in libera rep. magnum, atque honestum esse: vocemus te ad nullas inimicitias: sed tamen *pluris nostram libertatem, quàm tuam amicitiam æstimemus.* Tu etiā, atq; etiā vide, quid suscipias, quid sustinere possis: neque, quàm diu vixerit Cæsar, sed quàm nō [d] diu regnarit, fac cogites. Deos quæsumus, consilia tua reipub. salutaria sint, ac tibi. sin minùs: vt, salua atque honesta repub. tibi quàm minimùm noceant, optamus. Pridie nonas Sext. Vale.

¶ ARG. Res gestas aperit: & supplicationes sibi decerni postulat.

D. BRVTVS IMP. COS. DESIGN. M. C. S. P. D. 4

SI de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem, vt dignitatem meam tuerere. sed profectò est ita, vt mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad Transalpinos [e] cum exercitu, non tam nomen [f] captans imperatorium, quàm cupiens militibus satisfacere, firmósque eos ad tuendas nostras res efficere: quod mihi videor consecutus. Nā & liberalitatem nostram, & animum sunt experti. cum omnium bellicosissimis bellū gessi: multa castella cepi: multa vastaui. Nō sine causa ad senatum litteras misi. ¶ Adiuua nos tua sententia: quod cùm facies, ex magna parte communi commodo inseruieris. Vale.

¶ ARG. Excusat Bruti litteris non responsum: Hortatur ad libertatem recuperandam: officia pollicetur.

M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. P. D. 5

LVPVS [g] familiaris noster, cùm à te venisset, cúmque Romę quosdam dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus maximè me tutò esse arbitrabar. Eò factum est, vt ad te Lupus sine meis litteris rediret, cùm tamen curasset tuas ad me perferendas. Romam autem veni ad [h] quinctum idus Decembris, nec habui quidquam antiquius, quàm vt Pansam statim conuenirem: ex quo ea de te cognoui, quæ maximè optabam. ¶ Quare hortatione tu quidem non eges, si ne illa quidem in re, quæ à te gesta est, post hominum memoriam, maxima, hortatorem desiderasti. Illud tamen breuiter [k] significandum videtur, populum Rom. omnia à te exspectare, atque in te aliquando recuperandæ [l] libertatis omnem spē ponere. Tu, si dies, nocteisque emineris (quod te facere certo scio) quantam rem gesseris: non obliuiscere profectò, quātæ tibi etiā nūc gerendæ sint. Si enim iste [m] pro-

uinciam nactus erit, cui quidem ego semper amicus fui antè, quàm illum intellexi nō modò apertè, sed etiam libenter cum rep. bellum gerere, spem reliquam nullam video salutis. Quamobrem te obsecro iisdem precibus, quibus S. P. Q. R. vt in perpetuum remp. dominatu regio liberes: vt principiis consentiant exitus. ¶ Tuum est hoc munus, tuæ partes: à te hoc ciuitas, vel omnes potiùs gentes non exspectant solùm, sed etiam postulant. quamquam, cùm hortatione non egeas, vt suprà scripsi, non vtar ea pluribus verbis: faciam illud, quod meum est, vt tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear [a], quæ ad tuam laudem, & gloriam pertinebunt. Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me tū reip. causa, quæ mihi vita mea carior est: tum quod tibi ipsi faueam, tuámque dignitatem amplificari velim, tuis optimis cōsiliis, amplitudini, gloriæ, nullo loco defuturum. Vale.

[a] L. pollicear in iis, quæ.

¶ ARG. Dignitatem Bruti curæ sibi fore, ac fuisse, ait.

M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. P. D. 6 P. B.

LVPVS noster cùm Romam sexto die Mútina venisset, postridie me conuenit, tuáque mihi mandata diligentissimè exposuit, & litteras reddidit. Quòd mihi tuam dignitatē commēdas, eodem tempore existimo te mihi meam dignitatem commendare: quam mehercule non habeo tua cariorem. Quare mihi gratissimum facies, si exploratum habebis, tuis laudibus nullo loco nec consilium, nec studiū meum defuturum. Cùm tribuni [b] plebis edixissent, senatus [c] adesset ad XIII d. kal. Ian. haberéntque in animo, de præsidio consulum designatorum referre: quamquam statueram in senatum ante [e] kal. Ian. non venire: tamen, cùm eo die ipso edictum tuum propositum esset, nefas esse duxi, aut ita haberi senatum, vt de tuis diuinis in remp. meritis fileretur, (quod factum esset, nisi ego venissem) aut, etiā si quid honorificè de te diceretur, me non adesse. Itaque in senatum veni manè: quod cùm esset animaduersum, frequentissimi senatores conuenerunt. Quæ de te in senatu egerim, quæ in concione [f] maxima dixerim, aliorum te litteris málo cognoscere. Illud tibi persuadeas velim, me omnia, quę ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio susceptum, & defensurum: quod quamquam intelligo me cum multis esse facturum, tamen appetam huius rei principatum. Vale.

[b] Tribuni plebis potestatem habebant conuocandi senatus 14. Gell. 7.*
[c] L. vt senatus adesset a.d. XIII.
[d] hoc die Cicero Philippicā tertiā habuit.*
[e] id est antequam cōsulatum iniuissent Hirtius & Pansa.*
[f] ad populum vide Phil. p. 4.* P. CLXXI.

¶ ARG. Monet vt ne in libertate populi conseruanda auctoritatem senatus exspectet,

M. T. C. D. BRVTO IMP. CONS. DES. S. D. 7

CVM adhibuisset domi meæ Lupus me, & Libonem, & Seruium, consobrinum tuū: quæ mea fuerit sententia, cognoscere [g] te ex Cn h. Seio arbitror: qui nostro sermoni interfuit. Reliqua, quanquam statim Seium Græceius est subsecutus, tamen ex Græceio poteris cognoscere. Caput autem est hoc, quod te diligentissimè percipere, & meminisse velim, vt ne in libertate, & salute pop. Ro. cōseruanda auctoritatem senatus exspectes, nondum liberi, ne & tuum factum condemnes (nullo enim publico consilio remp. liberasti: quo est etiam res illa maior, & clarior) & ado-

[g] al. cognosse te.
[h] al. M. Scio

lescentem, vel [a] potiùs puerum [b], Cæsarem, iudices temere fecisse,qui tantam causam publicam priuato consilio susceperit : denique homines rusticos [c], sed fortissimos viros, ciuesque optimos, dementeis fuisse iudices, primùm milites veteranos, commilitones [d] tuos,deinde legionem [e] Martiam, legionem quartam:quæ tuum consulem hostem iudicauerunt, seque ad salutem reip.defendendam contulerunt.Voluntas senatus,pro auctoritate haberi debet, cùm auctoritas impeditur metu.Postremò susceptæ tibi causæ iam bis est, vt non sit integrum : primùm idibus [f] Martiis: deinde proximè exercitu nouo, & copiis cõparatis [g]. Quamobrem ad omnia ita paratus, atque [h] animatus esse debes,nõ vt nihil facias nisi iussus : sed vt ea geras, quæ ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

¶ARG. De legatis ad Antonium missis pacis causa:Brutum à pop. Romano diligi:summam esse in Bruto omnium exspectationem.

M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D. 8

EO tempore Polla [i] tua misit [k] ad me,vt ad te,si quid vellem, darem litterarum, cùm quid [l] scriberem,non habebam.Omnia enim erant suspensa propter exspectationem legatorum [m] : qui quid egissent, nihil dum nuntiabatur. ¶Hæc tamen scribenda existimaui: primùm,S.P.Q.R.de te laborare, non solùm salutis suæ causa,sed etiam dignitatis tuæ. admirabilis est [n] enim quædam tui nominis caritas,amórque in te singularis omnium ciuiũ. ¶Ita enim sperant, atque confidunt, vt anteà rege, sic hoc tẽpore regno te remp. liberaturũ.Romæ delectus [o] habetur [p],totáque Italia:si hic delectus qappellandus est,cũ vltrò se offerunt omnes : tantus ardor animos hominum occupauit desiderio libertatis, odióque diutinæ seruitutis.De reliquis rebus à te iam exspectare litteras debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius,quid Cæsar meus : quos spero breui tempore societate victoriæ tecum copulatos fore. Reliquum est,vt de me id scribam, quod te ex tuorum litteris & spero, & malo cognoscere : me neque deesse vlla in re,neque vmquam defuturum dignitati tuæ. Fac valeas.

¶ARG. Monet quid agendum sit vtroque consule ad Mutinam amisso.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D. 9

PANSA amisso, quantum detrimenti resp. acceperit,non te præterit. nunc auctoritate,& prudentia tua prospicias oportet, ne inimici [r] nostri,coll.sublatis,sperent se conualescere [s] posse.Ego,ne consistere possit in Italia Antonius,dabo operam. sequar eũ confestim. vtrunque me præstaturum spero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur.In primis rogo te, ad hominem ventosissimum [t], Lepidum,mittas, ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. Nam de Pollione Asinio puto te prospicere[u], quid sit facturus.multæ & bonæ,& firmæ sunt legiones Lepidi,& Asinij. Neque hæc idcirco tibi scribo, quòd te non eadem animaduertere sciam,sed quòd [x] mihi persuasissimum est, Lepidum rectè facturum numquam, si fortè vobis id de hoc dubium est.Plancum quoque confirmetis oro:quem spero, pulso Antonio, reip.non defuturum. Si [y] se Alpeis Antonius traiecerit,constituì præsidium in Alpibus collocare, & te de omni re facere certiorem. Quarto Kalendas Maias, ex castris Rhegij. Vale.

¶ARG. Beneficia in patriam : & Reipub. periculum exponit.

D. BRVTVS M. T. C. S. D. 10

NON mihi remp.plus debere arbitror quàm me tibi. gratiorem me esse in te posse, quàm isti peruersi sint in me,exploratum habes. Si [a] autem hoc tempore ab his videatur dici [b] causa simulationis,mallem [c] mehercule tuũ iudiciũ,quàm ex altera parte omniũ istorum.Tu enim à certo [d] sensu, & vero iudicas de nobis:quod isti ne faciant, summa maleuolentia [e], & liuore impediuntur. Interpellent me, quo minùs honoratus sim, dum ne interpellent, quo minùs resp. à me commodè administrari possit. Quæ quanto sit in periculo, quàm potero breuissimè exponam. Primùm omnium,quantam perturbationem rerũ vrbanarum afferat obitus consulum, quantámque cupiditatem hominibus iniiciat nouitas [f], non te fugit.Satis me multa scripsisse, quę litteris commendari possint,arbitror.Scio enim,cui scribam. Reuertor nunc ad Antonium:qui ex fuga cùm paruulam manum peditum haberet inermium,ergastula [g] soluendo,omnéque genus hominum arripiendo,satis magnum numerum videtur effecisse. Huc accessit manus Ventidij, quæ trans Apenninũ itinere facto difficillimo ad Vada [h] peruenit, atque se [i] ibi cum Antonio coniunxit.Est numerus veteranorum, & armatorum satis frequens cum Ventidio. Consilia Antonij hæc sint,necesse est:aut ad Lepidum vt se cõferat, si [k] recipitur:aut Apennino,Alpibúsque se teneat,& [l] decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, in quæ incurrerit, aut rursus se in Etruriam referat,quòd ea pars Italiæ sine exercitu est. Quòd si me Cæsar audisset, atque Apenninum transisset : in tantas angustias Antonium compulisset [m],vt inopia potiùs,quàm ferro conficeretur. Sed neque Cæsari imperari potest, nec Cæsar suo [n] exercitui:quod vtrunque pessimum est. Cùm hæc talia sint:quo minùs, quod ad me pertinebit, homines interpellent,vt suprà scripsi,non impedio.Hæc quemadmodum explicari possint, aut,à te cùm explicabuntur, ne impediantur, timeo.Alere iam milites non possum. Cùm ad remp. liberandam accessi [o], mihi fuit sestertiũm quattuor millibus amplius. Tantum abest,vt meæ rei familiaris liberum sit quidquam, vt meos iam omneis amicos ære alieno obstrinxerim.Septenũm numerum legionum alo:qua difficultate,tu arbitrare.Non, si Varronis [p] thesauros haberem, sustinere q sumtum possem. Cùm primùm de Antonio exploratum habuero,faciam te certiorem.Tu me amabis ita,si [r] me hoc idem in te facere senseris.III.Non.Maij, ex castris,Derthonã [s], Vale.

¶ARG. Merita Ciceronis erga se cõmendat. De Antonij profectione ad Lepidum scribit. De dubia Planci fide.De suo in remp.studio.

D. BRVTVS IMP. ET COS. DES. M. T. C. S. D. 11

EODEM exemplo litteræ à te mihi redditæ sunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo,quantum persoluere difficile est.

a *al.* vel puerum,potiùs,
b vide quæ scripsi Philipp.13.*
c veteranos qui bus agri, militiæ præmium, adsignati à Cæsare .16. ad Atticum 8.*
d in Gallia scilicet: idque sub Cæsare.*
e has duas legiones inmit 10. famil. 28. 3. Philipp. 3. v. Velleiũ, Appianũ, Dionem.*
f quibus Cæsare cõciditi.*
g vt Antonium Gallia Cisalpina excluderes*
h *al.* ita anim.
i L. Paulla. Sed vtrumque à veteribus vsurpatum, vt caupo, copo:ollas,aulla: plaustrũ plostrũ.Paulla autem vxor fuit Bruti.*
k *v.c.* misit. vt ad te,
l *al.* quod
m M. Philippi L.Calpurnij Pisonis 12.famil. 4. Philip.6.*
n *q. v. c.* enim est quæd.
o L.dilectus
p à Pansa cõsule,Hirtio iam cum Octauiano ad Mutinam profecto. adde 12.epistol.5.*
q L.dilectus
P. CLXXII.
r Octauiani.*
s *fort.* posse conualescere.
t id est leuissimum.*
u L.perspicere, *cæt. v.c.*
x *v.c.* quòd mihi persuasi, Asinium, & Lepidum
y *al.* Si non Alpeis. *vet. Vss.*

a L.Si tamẽ hæc tempora videantur dicere, malim mehercule, si tamẽ hoc tempore reipub. deesse decis causã, mallem tuũ iudiciũ. *fort. Augusto.*
b *al.* dicis causa.*
c *al.* malle
d qui non errat : sed qualẽ quis quid est, iudicat
e *v.c.* maleuolentia,
f L.vacuitas. *v.c.* vacuitas, *Politian. g (pistolagia) 1. Vss.*
P. B.
h vide epist. 13.*
i L.ibi scio
Ant. & ita *v.c.*
k *fort.* & recipiatur.
l *fort.* & cursionibus
m L. comparuit, & ita *v.c.*
n *v.c.* Sextilius, & ita L.
o L. accessi
LLS. mihi fuit pecuniæ
ecc. summa pluis, f. hæc summa fuerit duodecies centena milia
p *id est* Antonij quibusdam hic Varisq; per consulatum vocat, vide, quæ scripsi Ad Att. 10. 9. *id est* Ad Att. 10. 9. 2. Ibi Varisq; *fortasse* Cæsar. *fortasse* Ostiã. *fortasse* Pollionem
q *v. c.* sublatere
r L. si hoc dem me in te f. *al.* verbo maiest. Der tona colonia
s inter Vlla centiam & Genuam
P. CLXXIII. Strabo 5. 2. plinius 3.

difficile est. Scripsi tibi,quæ hîc gererentur. in itinere est Antonius : ad Lepidum proficiscitur : ne de Planco quidem spem adhuc abiecit,vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. In quibus quos ad Asinium, quos ad Lepidum,quos ad Plancum mitteret, scribebat. Ego tamen non habui ambiguum, & statim ad Plancum misi:& biduo ab Allobrogibus,& [a] totius Galliæ legatos exspecto, quos confirmatos domum remittam.Tu,quæ istic opus erunt administrari,prospicies,vt ex tua voluntate, reique publicæ commodo fiant.Maleuolentiæ [b] hominum in me,si poteris,ocurres.si non poteris,hoc te consolabere, quòd me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt, pridie nonas Maij,ex castris, finibus Statiellensium.

a L. & totius Galliæ populis leg.

b v.c. Maleuolentiæ

c ef. Statiellorum adde Plin. 3.31. cap.2.

¶ *ARG. De bello ab Antonio renouato Bruti culpa.*

M. T. C. D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D. 12

TREIS vno die à te accepi epistolas: vnam breuem,quam Flacco Volumnio dederas: duas pleniores : quarum alteram tabellarius T.Vibij attulit:alteram ad me misit Lupus. Ex tuis litteris,& ex Græceij oratione,non modò non restinctum bellum,sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem,pro tua singulari prudentia , quin perspicias , si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua præclara in remp. merita ad nihilum esse venturæ.Ita enim Romam erat nũtiatum, ita persuasum omnibus , cum paucis inermibus [d], perterritis metu,fracto animo,fugisse [e] Antonium. Qui si ita se habet,vt,quemadmodum audiebam de Græceio , confligi cum eo sine periculo non possit : non ille mihi fugisse à Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse.Itaque homines alij fracti [f] sunt : nonnulli etiam queruntur,quòd persecuti non sitis : opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset,existimãt [g]. *omnino est hoc populi,maximéque nostri,in eo potissimùm abuti libertate, per quem eam consecutus sit.* Sed tamen prouidendum est:ne qua iusta querela esse possit. Res sic se habet.Is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. Hoc quam [h] habeat vim, te existimare malo , quàm me apertiùs scribere. Vale.

p. B.

d v. inertiam. adde inertiæ vt apud Statium in Sylua. adde 10. epi. 35.* adde 10. epist. 28. Phil. 12. p. 5. 13.* ad fract.*

e al. exisiimator.

f Quam fracti, te existimare malo.

¶ *ARG. Tarditatem suam in Antonio persequendo excusat. Quo in statu res sint,exponit.*

D. BRVTVS M. T. C. S. D. 13

IAM non ago tibi gratias. *Cui enim re vix referre possum,huic verbis non patitur res satisfieri.* Attendere te volo,quæ in manibus sunt. Quã enim prudentia es,nihil te fugiet,si meas litteras diligenter legeris. Sequi confestim Antonium his de causis,Cicero, non potui.eram sine equitibus, sine iumentis : Hirtium perisse nesciebam:Cæsari non credebã priùs, quàm conuenissem,& collocutus essem. Hic dies hoc modo abiit.Postridie i manè à Pansa sum accersitus [k] Bononiam. Cùm in itinere essem,nuntiatum mihi est, eum mortuum esse. Recurri ad meas copiolas. sic enim verè eas appellare possum. Sunt extenuatissimæ,& inopia omnium rerum pessimè acceptæ. Biduo me Antonius antecessit, itinere multo maiore fugiens,quàm ego sequens.Ille enim iit passim:ego ordinatim. Quacumque iuit , ergastula [l] soluit , homines arripuit, constitit nusquam priùs,quàm ad Vada [a] venit. Quem locum volo tibi esse notum. Iacet inter Apenninum ,& Alpeis, impeditissimus ad iter faciendum. Cùm abessem ab eo millia passuum triginta , & se iam Ventidio coniunxisset:concio eius ad me est allata : in qua petere cœpit à militibus , vt se trans Alpeis sequerentur:sibi cum M. Lepido conuenire. Succlamatum est , & frequenter à militibus Ventidianis , (nam suos valde quàm paucos habet) sibi aut in Italia pereundum esse , aut vincendum.Etiam orare cœperunt,vt Pollentiam iter facerent. Cùm sustinere eos nõ posset,in posterum diem iter suum contulit.Hac re mihi nuntiata : statim quinque cohorteis Pollentiam præmisi,meúmque iter eò cõtuli. hora antè præsidium meum Pollentiam venit , quàm Trebellius cum equitibus. sanè quàm sum gauisus. in hoc enim victoriam puto consistere.In spem venerãt,quod neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur :neque ex Italia tam celeriter exercitum traiici posse credebant. quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges , equitatúsque omnis, qui eò præmissus erat à nobis, sustinebant :nostróque aduentu sustineri facilius posse confidimus. Tamen si quo etiã casu Isaram se traiecerint ,nequid detrimenti reip.iniungat,summa à nobis dabitur opera: vos magnum animum , optimámque spem de [b] summa reipub.habere volumus,cùm & nos , & exercitus nostros singulari concordia cõiunctos,ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis,daréque operam ,vt quàm paratissimi ab exercitu,reliquísque rebus pro [c] nostra salute cõtra sceleratissimã conspiratione hostiũ confligamus,qui quidẽ eas copias,quas diu simulatione reip.cõparárant, subitò ad patriæ periculum conuerterunt. Vale.

a Hic locus iacet inter Alpes & Apenninum: impeditissimus ad iter faciendum epist.10. 3.*

P. B.

b L. de summa repub.

c L. pro vestra.

¶ *ARG. De Decemuiru creandu : De Octauiano : De sua inertia. De legione Martia & Quarta: De Pecuniis. De Bruti & Cæsaru præsidiu. De Africanu legionibus. De bello renouato. De Antonio & Lepido. De suo erga Brutum studio.*

M. T. C. D. BRVTO, IMP. CONS. DES. S. P. D. 14

MIRABILITER, mi Brute,lætor,mea consilia , meásque sententias à te probari de decemuiris [d],de [e] adornando adolescente [f]. Sed quid referãmihi crede, homini non glorioso: ¶Planè iam,Brute,frigeo.ὄψαριον enim erat meum , senatus. id est iam dissolutum. Tantam spem attulerat exploratæ victoriæ tua præclara Mútina [g] eruptio,fuga Antonij, conciso exercitu , vt omnium animi relaxati sint , meæque illę vehementes conciones [h] , tanquam σκιαμαχίαι esse videantur. ¶Sed, vt ad rem redeam,legionem Martiã & quartam negant,qui illas norant, vlla conditione ad te posse perduci. ¶Pecuniæ,quam desideras , ratio potest haberi , eáque habebitur. ¶De Bruto accersendo [k] , Cæsaréque ad Italiæ præsidium tenendo , valde tibi assentior. Sed,vt scribis,habes obtrectatores,quos equidem facillimè sustineo: sed impediunt tamẽ. ¶Ex Africa legiones exspectantur. ¶Sed bellum istic renatum homines mirantur. Nihil tam præter spem vmquam. Nam die tuo natali l victoria nuntiata, in multa secula videbamus rempubl.liberatam. Noui ti-

d creatis aut creandis qui consulatus ab Antonio gesti rationem exposcerent epist.10.3. adde 15. ad Atticum 19. Appianũ 3.* e L. de ornando adol. fid est Octauiano epist. 7.8. Philip. 13.*

g vet.Mutinæ.*

h L.contentiones.

i vmbratiles pugnæ.*

k L.Arcessendo.

l adde epistolam ad Brutum 15.* P. CLXXV.

mores retexunt superiora. ¶Scripsisti autem ad me iis,quas idibus Maiis dedisti, modò te accepisse à Planco litteras,non recipi à Lepido Antonium.Id si ita est,omnia faciliora:sin aliter,magnum [a] negotium:cuius exitum ne extimescam,tuæ partes sunt. ¶Ego plus, quàm feci,facere non possum. Te tamen, id quod spero, omnium maximum & clarissimum videre cupio. Vale.

a q.v.c.magnum negotium restat:cuius.

¶ARG. De Officio & diligentia Bruti: De Bruti & Planci coniunctione. De studio Bruti in tuenda Republica.

M. T. C. D. BRVTO, IMP. COS. DES. S. P. D. 15

ETsi mihi tuæ litteræ iucundissimæ sunt: tamen iucundius fuit, quòd in summa occupatione tua Planco collegæ mandasti, vt te mihi per litteras excusaret: quod fecit ille diligenter. mihi autem nihil amabilius officio tuo,& diligentia. Coniunctio tua cum collega,concordiáque vestra, quæ litteris communibus declarata est.S. P. Q. R. gratissima accidit.Quod superest,perge,mi Brute:& iam non cum aliis,sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te: quo magistro breuitatis [b] vti cogito.Litteras tuas vehementer exspecto, & quidem taleis, qualeis maximè opto. Vale.

b Vide epist.ol.24. & 25. li.*

¶ARG. Commendat Lamiam in petitione prætur æ.

M. T. C. D. BRVTO,IMP. COS. DES. S. P. D. 16

PERMAGNI interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit:vtrum cùm sollicitudinis aliquid haberes,an cùm ab omni molestia vacuus esses.Itaque ei præcepi,quę ad te misi, vt tempus obseruaret epistolæ tibi reddendę. Nam quemadmodum coram qui ad nos intempestiuè adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt,non loco redditæ.Si aût,vt spero,nihil te perturbat,nihil impedit:& ille, cui mandaui,satis scitè,& [c] commodè tempus ad te cepit adeundi:confido,me,quod velim, à te facilè impetraturum .L.Lamia [d] prætur am petit.hoc ego vtor vno omnium plurimùm. Magna vetustas [e], magna consuetudo intercedit:quódque plurimùm valet,nihil mihi eius est familiaritate iucúdius.Magno prætereà beneficio eius, magnóque merito sum obligatus.Nã Clodianis tẽporibus, cùm equestris ordinis princeps esset, próque mea salute acerrimè propugnaret,à Gabinio cõsule relegatus est:quod ante id tẽpus ciui [f] Romano Romæ contigit nemini.Hoc cùm pop. Rom. meminerit, meipsum non meminisse turpissimum est.Quapropter persuade tibi,mi Brute,me petere prætur ã. Quãquam enim Lamia summo splendore,summa gratia est vsus magnificentissimo munere ædilitio:tamé, quasi ea ita non essent,ego suscepi totum negotiũ, Nunc,si me tanti facis,quanti certè facis,quãdo equitum centurias tenes,in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrũ, vt is nobis eas cẽturias conficiat.Nõ tenebo te pluribus. Ponã in extremo quod sentio. Nihil est,Brute, cũ omnia à te exspectẽ, quod mihi gratius facere possis. Vale.

P. B.

c q.v.c.atque commodè

d gentis Aeliæ:cuius auctor antiquissimus Lamus Horatio.*

e vetustas hîc pro veteri amicitia, vt epist. 17. j.*

f al.ciui Romano contigit n.

¶ARG. Commendat eundem Lamiam.

M. T. C. D. BRVTO,IMP. S. D. 17

LAMIA vno omnium familiarissimè vtor. Magna eius in me,non dico officia, sed [g] merita,eáque sunt pop.Rom.notissima.Is magnificẽtissimo munere ædilitatis perfunctus, petit prætur am:omnésque intelligunt, nec dignitatem ei deesse,nec gratiam. Sed is ambitus excitari [a] videtur, vt ego omnia pertimescam, totámque petitionem Lamiæ mihi sustinendam putem.In ea re quantum me possis adiuuare, facilè perspicio: nec verò, quantum mea causa velis,dubito. Velim igitur, mi Brute,tibi persuadeas,nihil me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis opibus, omni studio, Lamiam in petitione iuueris, quod vt facias, vehementer rogo [b]. Vale.

g L.si de merita sunt, eáque populo R.

a al. etiam al.exultare, P.CLXXV.

b L.te rogo.C.de.v.c.

¶ARG. Reprehendit in Bruto nonnullam timoris significationem.

M.T. C. D. BRVTO,IMP.COS.DES. S. D. 18

ETsi ex mandatis, quæ Galbæ, Volumnióque ad senatum dedisti, quid timendum, suspicandúmque putares, suspicabamur:tamẽ timidiora mandata videbantur,quàm erat dignum tua,populíque Rom. victoria [c]. Senatus autem,mi Brute,fortis est,& habet forteis duces.Itaque molestè ferebat,se à te, quem omnium,quicunque fuissent,fortissimum iudicaret,timidum,atque ignauum iudicari. Etenim cùm,te incluso, spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio: quis erat,qui quidquam timeret,profligato illo,te liberato? Nec verò Lepidũ timebamus. Quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur,vt, qui in maximo bello pacẽ velle se dixisset,is in optatissima pace bellum reip. indiceret? Nec dubito, quin tu plus prouideas [d]. Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam molestiam afferebat.Quare velim equidẽ, id quod spero,vt planè abiectus,& fractus sit Antonius. Sin aliquid viriũ fortè collegerit: sentiet,nec senatui consiliũ, nec populo Rom. virtutem deesse, nec reip.te viuo,imperatorem.XIIII. kal.Iun. Vale.

c vicerat eos Mutinæ:sed innuit.*

d fort. videas.

¶ARG. Reipub. vicem timet: Vicetinos commendat. P. B.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D. 19

AD senatum quas litteras misi,velim priùs perlegas:& si qua tibi videbuntur, commutes. Necessariò me scripsisse,ipse animaduertes.nam cùm putarem,quartam, & Martiã legiones mecum futuras,vt Druso, Paulloque placuerat,vobis assentientibus: minus de reliquis rebus laborandum existimaui. Nunc verò cùm sim cum tironibus egentissimis,valde & meam & vestram vicem timeam, necesse est.¶Vicetini me,& M. Brutum præcipuè obseruant. His ne quam patiare iniuriam fieri in [e] senatu vernarum causa,à te peto.Causam habent optimam,officium in [f] rep.summum, genus hominum aduersariorum seditiosum, & inertissimum.XII.kal.Iun.Vercellis. Vale.

e al.à Senatu.

f L.in rep.

¶ARG. Timendum Ciceroni,se à Segulæo accepisse. Suader,quid faciendum ei existimet. De se, suóque exercitu rescribit. Litteras petit à Cicerone.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. T. C. S. P. D. 20

QVOD pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuáque officia cogunt, vt timeam. Sæpe enim mihi cùm esset dictũ, neque à

neque à me contemptum, nouissimè Labeo Segulius, homo sui simillimus, narrauit mihi, apud Cæsarem se fuisse, multúmque sermonem de te habitum esse: ipsum Cæsarem nihil sanè de te quæstum, nisi dictum, quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum: se non esse commissurum, vt tolli possit. Hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente [a] prolatũ. Veteranos verò pessimè loqui, volebat Labeo me credere, & tibi ab iis instare periculum: maximéque indignari, quod in decemviris neque Cæsar, neque ego habiti essemus: atque omnia ad vestrum arbitrium essent collata. Hæc cùm audiuissem [b], & iam in itinere essem, committendum non putaui, prius vt Alpeis transgrederer, quàm, quid istic ageretur, scirem. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborũ, & denuntiatione periculi, sperare eos, te [c] perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere, vt quàm plurimum lucri faciant. Neque tamen non te cautum esse volo, & insidias vitantem. [d] Nihil enim tua mihi vita potest esse iucundius, neque carius. ¶ Illud vide, ne timendo, magis timere cogare. Et, quibus rebus potest occurri veteranis, occurras. Primùm, quod desiderant de decemuiris [e], facias: deinde [f] de præmiis. Si tibi videbitur, agros militum eorum, qui cum Antonio veterani fuerunt, his dandos censeas ab vtrisque nobis. [g] De nummis, lentè, ac ratione habita pecuniæ, fenatum de ea re constituturum: quattuor legionibus iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex [h] agris Sillanis, & agro Campano. Æqualiter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Hæc me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te, & cupiditas otij: quod si ne te consistere non potest. ¶ Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. legiones armo, paro: spero me non pessimum exercitum habiturum ad omneis casus, & impetus hominum. De exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Cæsar non remittit. ¶ Ad has litteras statim mihi rescribe, tuorúmque aliquem mitte, siquid reconditum magis erit [k], méque scire opus esse putaris. Vale. VII. in Kal. Ian. Eporædia.

a *al.* sed qui hanc ipsam recentem deuorauit. *vox enim nouam videtur esse gl. sensa verbi recentem.*

b *al.* recentem deuorauit. *vox enim nouam videtur esse gl. sensa verbi recentem.*

P. CLXXVII.

c *v.c.* abiceremus.

d adde epist. 20. 3. & 10. famil. 22.

e *forte* ab vtroque vestr.

f *al.* rogationem, id est vt ipsi agros ad signarent.

g L. lignrrirent: ¶ & ita quidem scribitur duplici rr apud Nonium. cap. 2. In ligurrire 507. hoc autem interpretatur de gustare, male. Est enim hic ligurire vehementer appetere.

h *al.* qua plurimum vales

¶ *ARG. Respondet superiori epistolæ.*

M. T. C. D. BRVTO, IMP. S. P. D. 21

DIIs istis Segulio malefaciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Quid? tu illum tecum solùm, aut cum o Cæsare, qui neminem prætermiserit, qui-cum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit? Te tamen, mi Brute, sic amo, vt debeo, quòd istic quidquid esset nugarum, me scire voluisti. Signum enim magnum amoris dedisti. Nam quod idem Segulius ait, veteranos queri, quòd tu, & Cæsar in decemuiris non essetis, vtinam ne ego quidem essem. Quid enim molestius? Sed tamen, cùm ego sensissem, de iis, qui exercitus haberent, sententiam ferri oportere: iidem illi, qui solent, reclamarunt. Itaque excepti etiam estis, me vehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non p quò veterem comederit: nullam enim habuit: sed [a] hanc ipsam recentem [b], nouam deuorauit. Quòd autem scribis, te, quod pro te ipso nõ facias, id pro me facere, vt de me timeas aliquid: omni te, vir optime, mihíque carissime Brute, de me metu libero. Ego enim, quæ prouideri poterunt, non fallar in iis: quæ cautionem non habebunt, de his non ita valde laboro. Sim etenim impudens, si plus postulem, quàm homini à rerum natura tribui potest. Quòd mihi præcipis, vt caueam, ne timendo, magis timere cogar: & sapienter, & amicissimè præcipis. Sed velim tibi persuadeas, cùm te constet excellere hoc genere virtutis, vt numquam extimescas, nunquam perturbere: me huic tuæ virtuti proximè accedere. Quamobrem neque metuam quidquam, & cauebo omnia. Sed vide, ne tua iam, mi Brute, culpa futura sit, si ego quidquam timeam. tuis enim opibus, & consulatu tuo, etiam si timidi essemus, tamen omnem timorem abiiceremus [c]: præsertim cùm persuasum omnibus esset, mihíque maximè, nos à te vnicè diligi. ¶ Consiliis tuis, quæ scribis de quatuor legionibus: déq; [d] agris assignandis ab [e] vtrisque vestrûm, vehementer assentior. Itaque cùm quidam de collegis nostris agrariam curationem [f] liguriẽt [g], disturbaui rem, totámque vobis integram reseruaui. Si quid erit occultius, & (vt scribis) reconditum, meorum aliquem mittam, quo fideliùs ad te litteræ perferantur. Vale. Pridie Nonas Iunij.

P. CLXXVII.

¶ *ARG. Commendat Appium Claudium.*

M. T. C. D. BRVTO, IMP. S. P. D. 22

CVm Appio Claudio, c. f. summa mihi necessitudo est, multis eius officiis, & meis mutuis constituta. Peto à te maiorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, vt eum auctoritate tua, quæ [h] plurimùm valet, conseruatum velis. Volo, te, cùm fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimũ existimari. Magno tibi erit ornamento, nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse saluum. Cuius quidem causa hoc melior debet esse, quòd pietate adductus, propter patris restitutionem, se cum Antonio coniunxit. Quare etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. Nutus tuus potest hominem, summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum prætereà, & gratissimum, incolumem in ciuitate retinere. Quod vt facias, ita à te peto, vt maiore studio, magísve ex animo petere non possim. Vale.

¶ *ARG. De Repub. bene sperandum: se litteras à Cicerone exspectare.*

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D. 23

P. B.

NOs hîc valemus rectè: &, quò meliùs valeamus, operam dabimus. Lepidus cõmodè de nobis sentire videtur. omni timore deposito, debemus liberè reip. consulere. Quòd si omnia essent aliena, tamen tribus i tantis exercitibus propriis reipub. valentibus, magnum animum habere debebas [k], quem & semper habuisti, & nunc fortuna adiuuante [l] augere potes. Quæ tibi superioribus litteris mea manu scripsi, terrendi tui causa homines loquuntur. Si frenum [m] momorderis, peream, si te omnes, quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. ¶ Ego, tibi vt antea scri-

i Bruti, Octauiani, Planci. *¶*

k 9. 7. c. debebis: *non pl.*

l profligato iam Antonio pugna Mutinensi*

m id. si, si animũ induxeris eósque contẽpseris*

psi, dum mihi à te litteræ veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. Kal. Iun. Eporædia.

¶ ARG. *Respondet epistolæ superiori. Pecuniam decretam esse ait.*

CICERO D. BRVTO, S. P. D. 24

NARRO tibi: anteà subiraſcebar breuitati tuarum litterarū. nunc mihi loquax esse videor. te [a] igitur imitabor. Quàm multa, quàm paucis? Te rectè valere, operámque dare, vt quotidie meliùs: Lepidum commodè sentire: tribus exercitibus quiduis nos oportere confidere. Si timidus essem, tamen ista epistola mihi omnem metum abstersisses. Sed, vt mones, frenum momordi. etenim qui, te incluso, omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iam vigiliam [b] meā, Brute, tibi tradere: sed ita, vt non desim constantiæ meæ. Quod scribis, in Italia te moraturum, dum tibi litteræ meæ veniant: si per hostem licet, non erraris. multa enim Romæ, sin aduentu tuo bellum confici potest: nihil hic antiquius. ¶ Pecunia expeditissima quę erat, tibi decreta est. Habes amantissimū [c] Seruilium. nos non desumus. Vale. VIII. Idus Iunias.

¶ ARG. *Breuitatem Bruti in scribendo commendat. Spem reipublicæ in ipso & Planco esse: De bruto nihil certi esse.*

M. T. C. D. BRVTO, S. P. D. 25

EXPECTANTI mihi tuas quotidie litteras, Lupus noster subitò denuntiauit, vt ad te scriberem, si quid vellem ego autem etsi quid scriberem non habebam (acta enim ad te mitti sciebam: inanem autem sermonem litterarum tibi iniucundum esse audiebam) breuitatem secutus sum, te [d] magistro. ¶ Scito igitur, in te, & in collega spem omnem esse. ¶ De Bruto autem nihil adhuc certi: quem ego, quemadmodum præcipis, priuatis litteris ad bellum commune vocare non desino: qui vtinam iam adesset. intestinū vrbis malum, quod est non mediocre, minùs timeremus. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν [e] tuum? altera iam pagella procedit. Vince, & vale. XIIII. Kalend. Quintileis.

¶ ARG. *De Antonio, & Lepidi coniunctione sollicitus, legiones & stipendium petit.*

D. B. IMP. M. T. C. S. P. D. 26

IN maximo meo dolore hoc solatiō vtor, quòd intelligunt homines, non sine causa me timuisse ista, quæ acciderunt [f]. Deliberēt, vtrum traiiciant legiones ex Africa, nécne: & ex Sardinia Brutum accersant [g], nécne: mihi stipendium dent, an non, decernant. Ad senatum litteras misi. Crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt, quemadmodum scribo, magnū nos omneis adituros periculum. Rogo te, videte quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant. & fide opus est, & celeritate. Vale. III. Non. Iun. ex castris.

¶ ARG. *Beneficia à Mattio accepta commemorat: Respondet duabus querelis Mattij: Negat enim se dixisse Mattium suffragium tulisse cuidam legi Cæsaru. Deinde honeste interpretatur icurationem ludorum Cæsari mortuo ab Octauiano dicatorum à Mattio susceptam.*

M. T. C. C. MATIO [h], S. P. D. 27

NONDVM satis constitui, molestiæne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster homo tum plenus officij, tum vtriusque nostrūm amantissimus. Nam cùm in Tusculanum veſperi venissem, postridie ille ad me, nondū satis firmo corpore cùm esset, manè venit. Quem cùm obiurgarem, quòd parum valetudini [a] parceret: tum ille, nihil sibi fuisse longius, quàm vt me videret. Numquidnā, inquam, noui? Detulit ad me querelam tuam: de qua priùs, quàm respondeo, pauca præponam. Quantum memoria repetere præterita possum, nemo est mihi te amicus antiquior: *Sed vetustas* [b] *habet aliquid cōmune cum multu: amor non habet.* Dilexi te, quò die cognoui: méq; à te diligi iudicaui. Tuus deinde discessus [c], isque diuturnus, ambitio nostra, & vitæ dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnoui nullis annis ante bellum ciuile, cùm Cæsar esset in Gallia. Quod enim vehementer mihi vtile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti, vt ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiarissimè dicta, scripta, communicata sunt. grauiora enim sunt [d] consecuta. Et initio belli ciuilis cùm Brundisium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me in Formianum [e]. Primùm hoc ipsum quanti, præsertim temporibus illis? Deinde oblitum me putas consilij, sermonis, humanitatis tuæ? quibus rebus interesse memini Trebatium. Nec verò oblitus [f] sum litterarum tuarum, quas ad me misisti, cùm Cæsari obuiā venissem in agro, vt arbitror, Trebulano. Secutum illud tempus est, cùm me ad Pompeium proficisci, siue pudor meus coëgit, siue officium, siue fortuna. Quod officium tuum, quod studium vel in ablentem me, vel [g] in præsentem defuit? quem porrò omnes mei & mihi, & sibi te amiciorem iudicauerunt? Veni Brundisium. oblitúmne me putas, qua celeritate, vt primùm audieris, ad me Tarento aduolaris? quę tua fuerit assessio [h], oratio, confirmatio animi mei, fracti communiū miseriarū metu? Tandē aliquando Romæ esse cœpimus. quid defuit nostrę familiaritati in maximis rebus? Quónam modo me gererem aduersus Cæsarem, vsus tuo consilio sum. In reliquis officiis? cui tu tribuisti excepto Cæsare, præter me, vt domum ventitares, horáſque multas [i] sæpe suauissimo sermone cōsumeres? tum [k], cùm etiam, si meministi, vt hæc φιλοσοφούμενα [l] scriberem, tu me impulisti. Post Cæsaris reditum, quid tibi maiori curæ fuit, quàm vt essem ego illi quàm familiarissimus, quod effeceras. Quorsum igitur hęc oratio longior quàm putaram? quia sum admiratus, te qui hæc nosse deberes, quidquam à me commissum, quod esset alienum [m] à nostra amicitia, credidisse. Nam præter hæc, quæ commemoraui, quæ testata sunt, & illustria, habeo multa occultiora quæ vix verbis exequi possum. Omnia me tua delectant: sed maximè, maxima cùm fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia: tum lepos, humanitas litterę. ¶ Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego te suffragium tulisse in illa lege, primùm non credidi: deinde, si credidissem, numquam id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. Dignitas tua facit, vt animad-

a ideſt breuitatem tuā epistola 15. λακωνισμὸν vocat epist. 25. in f. j.*

b nox in qua mior vigilias distributa erat.*

c forte amātissimum tui P. CLXXIX.

d sic 3. epist. 25.*

e vide quæ scripsi epist. 24. 3.*

f ideſt coniunctionem Lepidi cum Antonio*1 & L. arcessāt.

h doctissimo viro. 5. epist. 15.*

a v. c. valitudini

b vetustas hic proxeteriamicitia, vt epistola 16.* e in Gallium Cæsare proconsulem secutus.*

d 9. 2. 7. seu ta sunt. Et

e 9. ad Attic. cum 7.*

f P. CLXXX. g 9. 2. 7. lium oblitus sit. h 9. 2. 7. velin præsentia me. os defuit & ita L. i L. Lentulo familiarissimi maximè reb. quoniam modo. &c. k L. cui cūm si meministi. l Libros de finibus bonorum & malorum. Academicos. & alia quæ scripsi. 1. 1. 1. Republica. m v. notitia nā nostra & Lupus. & Brutus. n Lupus. Cæsare

animaduertatur,quidquid facias: maleuolentia [a] autem hominum, vt nonnulla duriùs, quàm à te facta sint,proferantur. Ea si tu non audis:quid dicam,nescio.equidem, si quando audio,tam defendo,quàm me scio à te cõtrab iniquos [c] meos solere defendi. Defensio autem est duplex. Alia sunt, quæ aliquando [d] negare soleam:vt *de isto ipso suffragio*.alia,quæ defendam à te piè fieri,& humanè: *vt de curatione* [e] *ludorum*. Sed te, hominem doctissimum[f],non fugit,si Cæsar rex fuerit,quod mihi quidem videtur, in vtramque partem de tuo officio disputari posse : vel in eam, qua ego vti soleo,laudandam esse fidem,& humanitatem tuam , qui amicum etiam mortuum diligas:vel in eam,qua nõnulli vtuntur, *libertatem patriæ,vitæ amici anteponendam*. Ex his sermonibus vtinam essent delatæ ad te disputationes meæ.Illa verò duo,quę maxima sunt laudum [g] tuarum, quis aut libentiùs , quàm ego,commemorat,aut sæpius:te,& non [h] suscipiendi belli ciuilis grauissimum auctorem fuisse , & moderandæ victoriæ ? in quo , qui mihi non assentiretur,inuéni neminem.Quare habeo gratiã Trebatio,familiari nostro,qui mihi dedit causam harum litterarũ,quibus nisi credideris,me omnis officij,& humanitatis experté iudicaris:quo nec mihi grauius quidquam potest esse,nec à te alienius. Vale.

¶ ARG. *Respondet superiori epistolæ, atque etiam purgat se aduersus vituperatores suos.*

C. MATIVS M. T. C. S. P. D. 28

MAGNAM voluptatem ex tuis litteris cepi, quòd,quam speraram,atque optaram,habere te de me opinionem,cognoui. De qua etsi non dubitabam,tamen, quia maximi æstimabam, vt incorrupta maneret, laborabam. Conscius autem mihi eram,nihil à me commissum esse,quod boni cuiusquam offenderet animum.Eò minùs credebam,plurimis atque optimis artibus ornato tibi temere quidquam persuaderi potuisse,præsertim in quem mea propensa, & perpetua fuisset atque esset beneuolentia. * Quod quando [l], vt volui, scio esse : respondebo criminibus, quibus tu pro me,vt par erat,tua [m] singulari bonitate & amicitia nostra,sæpe restitisti.Nota enim mihi sunt, quæ in me post Cæsaris mortem conflauerint. ¶ Vitio mihi, quòd mortem hominis necessarij grauiter fero:atque eum, quem dilexi,periisse indignor. Aiunt enim,*patriã* [n] *amicitiæ præponendam* esse : perinde [o] ac si iã vixerint , obitum eius reip.fuisse vtilem. Sed non agam astutè.Fateor me ad istum gradum sapientiæ non venisse. P Neque enim Cæsarem in dissensione ciuili sum secutus : sed amicum, quamquam re offendebar, tamen nõ deserui : neque bellum vmquam ciuile, aut etiam causam dissensionis probaui:quam etiã nascentem exstingui,summè studui.Itaque in victoria hominis necessarij , neque honoris, neque pecuniæ dulcedine sum captus:quibus præmiis reliqui,minus apud eum,quàm ego, cum possent, immoderatè sunt abusi. Atque etiam res familiaris mea,lege [q] Cæsaris diminuta [r] est:cuius beneficio plerique,qui Cæsaris morte lætantur , remanserunt in ciuitate. Ciuibus victis vt parceretur,æquè:ac pro mea salute:laboraui. Possum igitur, qui omneis voluerim incolumeis,cum,à quo id impetratum est,periisse [a] non indignari:cùm præsertim iidem homines illi,& inuidiæ , & exitio fuerint? Plécteris [b] ergo,inquiunt, quando factum nostrum improbare audes. O superbiã inauditam!alios in facinore gloriari ,aliis ne dolere quidem impunè licere! At hæc etiam seruis semper libera fuerunt,timerent,gauderent [c], dolerent suo potiùs, quàm alterius arbitrio:quæ nunc isti,vt quidem dictitant , libertatis auctores,metu nobis extorquere conantur.Sed nihil agunt. Nullius vmquam periculi terroribus ab officio,aut ab humanitate desciscam.*Numquam enim honestam mortẽ fugiendam , sæpe etiam appetendam* [d] putaui. Sed quid mihi succensent, [e] si id opto,vt pœniteat eos sui facti? Cupio enim,Cæsari is mortem omnibus esse acerbam. At debeo pro ciuili [f] parte remp.velle saluam.Id quidem me cupere,nisi & antè acta vita , & reliqua mea spes,tacente me,probat,dicendo vincere non postulo.Quare maiorem in modum te rogo, vt rem potiorem oratione [g] ducas:mihíque si sentis expedire,rectè fieri, credas nullam cõmunionem cũ improbis esse posse.An, quod adolescens præstiti,cùm etiam errare cum excusatione posset:id nunc,ætate præcipitata [h], commutem:ac me ipse retexã ? Non faciam: neque,quod displiceat,committã,præterquàm quòd hominis mihi coniunctissimi,ac viri amplissimi doleo grauem casum. Quòd si aliter essem animatus,numquam quod facerẽ , negarem:ne & in peccando improbus,& in dissimulãdo timidus,ac vanus existimarer. ¶ At ludos,quos Cæsaris victorię Cæsar adolescens fecit,curaui.At id ad priuatum officium, non ad statum reipubl. pertinebat. Quod tamen munus & hominis amicissimi memoriæ,ac [k] honoribus præstare,etiam mortui, debui : & optimæ spei adolescenti [l], ac dignissimo Cæsari [m] petenti negare non potui. Veni etiam consulis Antonij sæpe domum,salutandi causa:ad quem ,qui me parum patriæ amantem esse existimant,rogandi quidem aliquid , aut auferendi causa, frequenteis ventitasse reperies.Sed quæ hæc est [n] arrogantia,quòd Cæsar numquam interpellauit,quin,quibus vellem, atque etiam quos ipse non diligebat, tamẽ iis uteretur:eos,qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me,efficere conari,ne,quos velim, diligam?Sed non vereor,ne aut meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores:aut [n] ne etiam ij,qui me non amant , propter meam in Cæsarem constantiam,non malint,mei,quàm sui similes amicos habere.Mihi quidem si optata contingẽt, quod reliquum est vitæ, in otio Rhodi degã: sin casus aliquis interpellarit,ita ero Romę,vt rectè fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas gratias ago,quòd tuum erga me animum simplicé atque amicũ aperuit, & quòd eum,quem semper dilexi lubẽter ,quo magis iure colere,atque obseruare deberem , fecit. Bene vale,& me dilige.

¶ ARG. *Profecturus in Græciam suas res Oppio commendat:commemoratu antè beneficijs à eo acceptis.*

M. T. C. M. OPPIO. S. 29

DVBITANTI mihi (quod scit Atticus noster)de hoc toto cõsilio profectionis [o] , quòd in vtrãque partẽ in mentẽ multa veniebant

a L. periisse: *& ita v.c.*
b *al.* Plectêris
c *v.c.* dolerent gauderent suo pot.
d *al.* oppetendam.*
e *v.c.* susceusent,
f id est pro ciuis officio. *al.* pro virili.*
g id est vt meæ vitæ potius quam falsis de me rumoribus credas.*
h id est summa senectute.*
i ideſt mutem.*
k L. atque honorib.
l dixi, Philip.13.*
m L.Cæsare.Id est qui patre Cesare dignissimus est.*
n L.aut etiã ij,qui
o in Græciam.*

P. E.

bant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium, & consilium tuum. Nam & scripsisti apertè, quid tibi videretur: & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicaui, in te, & in capiendo consilio prudentiam summam esse, & in dando fidē: maximéque sum expertus, cùm initio ciuilis belli per litteras te consuluissem, quid mihi faciendum esse censeres: eundúmne ad Pompeium, an manendum in Italia. Suasisti, vt cōsulerem dignitati meæ. ex quo, quid sentires, intellexi: & [a] sum admiratus fidem tuam [b], & in consilio dando religionem: quòd, cùm aliud malle amicissimum [c] tuum putares, antiquius tibi officium meum, quàm illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & semper me à te diligi sensi. Et cùm abessem, atque in magnis periculis essem: & me absentem, & meos præsenteis à te cultos, & defensos esse, memini. Et post meum reditū, quàm familiariter mecum vixeris, quæq; ego de te & senserim, & prædicarim, omneis, qui solent hæc animaduertere, testeis habemus. Grauissimum verò iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cùm, post mortem Cæsaris, totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium, nisi mea summa benevolentia [d] erga te, omnibúsque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Tu, mi Oppi, conseruabis amorem tuum (etsi more magis hoc quidem scribo, quàm quò te admonendum putem) meáque omnia tuebere: quæ tibi ne ignota essent, Attico mandaui: à me autē, cùm paullùm otij nacti erimus, vberiores litteras exspectato. Da operā vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

a L. sumque admiratus & fidem t.
b al. tuam in consilio dando, & religionē.*
c hoc est, Cæsarem.*
d v. c. benuolentia. P. clxxxiii.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS, LIBER XII.

AD C. CASSIVM, ET ALIOS.

¶ ARG. Dolabellæ facinus laudat. Queritur tyranno Cæsare occiso tyrannidem sublatam non esse. Cassium hortatur, vt vnà cum Bruto Rempublicam liberet.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 1

a vide Philipp. 1. 14. Attic. 16. & 17.*
b antea compressa.* c al. vt videamur omne.
d vet. fœdissimo.* e id est Cæsare.* f sic 14. ad Attic. 16. sublato tyrānoꝰ, tyrannida manere video.* g id est ea quæ se facturum leniter & vix in commentariis suis ostenderat. vide Philipp. 1. & 2.* h fort. inuenmur.‖ Antonium innui, facta Cæsaris interfecti tuentem & defendentem.* i id est edicta.* k adde Philipp. 5.* l L. d scribuntur:‖ al. describuntur. Discribere est diuersis distribuere de quo dixi Philipp. 5.*

m Modestus loquendi Ciceroni familiaritatis vetustissima. 3. 8. 4. pro Cæcina 5. pro Flacco: de finibus. 5.* n fort. an quòd cuius rei. o id est tacitis. p sæpe. q vide epist. 3. 3.* r L. communicet? vide Philipp. 1. & 5. s vide Philipp. 7.*

IN EM nullum facio, mihi crede, Cassi, de te, & de te Bruto nostro, id est, de tota rep. cogitandi, cuius omnis spes in vobis est, & in D. Bruto. Quam quidem iā habeo ipse meliorem, rep. à Dolabella [a] meo præclarissimè gesta. Manabat enim illud malum vrbanū, & ita corrobonbatur quotidie, vt ego quidem & Vrbi, & otio diffiderem vrbano. Sed ita compressum [b] est, vt mihi [c] videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo [d] periculo tuti fuisse. ¶ Reliqua, magna sunt, & multa: sed posita omnia sunt in vobis, quamquam primum quidque explicemus. Nam, vt adhuc quidem actū est, non regno, sed rege [e] liberati videmur. [f] Interfecto enim rege, regios omneis nitus g tuemur. [h] Neque verò id solùm, sed etiam, quæ ipse ille, si viueret, non faceret, ea no:, quasi cogitata ab illo, probamus. Nec eius quidē rei finem video. Tabulæ figuntur: immunitates [k] dantur: pecuniæ maximæ distribuuntur: [l] exsules reducuntur: senatusconsulta falsa referuntur: vt tantummodò odium illud hominis impuri, & seruitutis dolor depulsus esse videatur: resp. iaceat in his perturbationibus, in quas eam ille coniecit. Hæc omnia vobis sunt expedienda: nec hoc cogitandum, satis iam habere remp. à vobis. Habet illa quidem tantum, quantum nunquam mihi in mentem venit optare, sed contenta non est, & pro magnitudine & animi, & beneficij vestri, à vobis magna desiderat. Adhuc vlta suas iniurias est per vos, interitu tyranni: nihil amplius. Ornamenta verò sua quæ recuperauit? an quòd ei mortuo pāret, quem viuum ferre non poterat? cuius [n] æra [o] refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? At enim ita decreuimus. Fecimus id quidem, temporibus cedentes: quæ valent in rep. plurimum. Sed immoderatè quidam, & ingratè nostra facilitate abutuntur. Verum hęc propediē, & multa alia coràm. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi cùm reip. quam semper habui carissimam, tum amoris nostri causa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam, vt valeas.

¶ ARG. Inuehitur in Antonium. Spem esse in Cassio ait.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 2

VEHEMENTER lætor, tibi probari sententiam, & orationem meam, qua si sæpius vti liceret, nihil esset negotij, libertatem, & remp. recuperare. Sed homo [p] amēs, & perditus, multóque nequior, quàm ille ipse, quē tu nequissimum occisum esse dixisti, eędis initiū quærit: nullámque aliam ob causam me quasi auctorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, nisi, vt in me veterani incitentur. Quod ego periculum non extimesco, modò facti vestri gloriam cum mea laude communicē [r]. Ita nec Pisoni [s], qui in eum primus inuectus est, nullo assentiente: nec mihi, qui idem tricesimo pòst die feci: nec P. Seruilio, qui me est consecutus, tutò in senatum venire licet. Cædē enim gladiator [t] quærit, eiúsque initiū ad

p M. Antonius.*
q vide epist. 1. 3.*

ad [a] XIII.Kal.Octobr.à me se facturũ putauit. Ad [b] quam paratus venerat, cùm in villa [c] Metelli complureis [d] dies commentatus esset. Quæ autem,in lustris, & in vino commentatio potuisset esse? Itaque omnibus est [e] visus, vt ad te anteà scripsi, suo more vomere, non dicere.Quare quòd scribis te confidere, auctoritate,& eloquentia nostra aliquid profici posse:nonnihil, vt in tantis malis, est profectũ.Intelligit enim pop.Rom.treis[f] esse cõsulareis,qui,quia,quæ de rep.bene senserint, liberè locuti sunt, tutò in senatũ venire nõ possunt. Nec est prætereà quòd quidquam exspectes. Tuus enim necessarius [g] affinitate noua delectatur.Itaque iam non est studiosus ludorum infinitóque fratris tui plausu [h] disrumpitur i. Alter item affinis nouis commentariis Cæsaris delinitus est. Sed hæc tolerabilia: illud non ferendum, quod est, qui vestro anno consulem filium suum futurum putet, ob eámque causam se huic latroni deseruire præ se ferat. Nam L. Cotta familiaris meus, fatali quadam desperatione, vt ait, minùs in senatum venit, L. Cæsar [k], optimus, & fortissimus ciuis, valetudine [l] impeditur. Ser. Sulpicius & summa auctoritate, & optimè sentiens, non adest. Reliquos, exceptis desygnatis [m], ignosce mihi, si [n] non numero consulareis. Habes auctores consilij publici: qui numerus etiam bonis rebus, exiguus esset, quid censes perditis? ¶Quare spes est omnis in vobis: qui si ideirco abestis, vt sitis in tuto: ne in vobis quidem. Sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis: velim saluis nobis:sin id minùs, res tamen publica per vos breui tempore ius suum recuperabit [o].Ego tuis,neque defum, neque deero. qui [p] siue ad me referent,siue non: mea tibi tamen beneuolentia [q], fidésque præstabitur. Vale.

¶ *ARG. Iterum inuehitur in Antonũ: Spem esse in Cassio scribit.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 3

AVGET tuus amicus [r] furorem in dies:primum in statua, [s] quàm posuit in Rostris, inscripsit PARENTI OPT. MER. vt non moni. quid dico,iudicemini? iudicemur potius. Vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me [u] principem dicit fuisse. Vtinam quidem fuissem: molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum [x] fuit: quod quando præteriit, vtilij. Sed ne mihi quidem ipsi reperio, quid faciendum sit. *Quid enim est, quod contra vim sine vi fieri possit?* Consilium autem omne hoc est illorum, vt mortem Cæsaris persequantur. Itaque ante diem sext.[z] Non. Octob. productus in concionem à Canutio[a] turpissimè [b] ille quidem discessit: sed tamen ea dixit de conseruatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus.De me quidẽ non [c] dubitant, quin omnia de meo consilio & vos fecissetis, & Canutius faceret.Cætera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas, cùm hoc faciunt? Ad hostem scilicet portari. O rem miseram! *dominum ferre non potuimus, conseruo [d] seruimus.* ¶Et tamen me quidem fauente [e] magis, quàm sperante, etiam nunc residet spes in virtute tua.Sed vbi sunt copiæ? De reliquo, málo tecum loqui quàm dicta nostra cognoscere. Vale.

¶ *ARG. De Antonio, senatu, populo, legatis ad Antonium missis: de ipso Cassio & Bruto.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 4

VELLEM [a] Idibus Martiis me ad [b] cenam inuitasses:reliquiarum [c] nihil fuisset.Núcd me reliquiæ vestræ exercent,& quidem præter ceteros me: quamquam egregios consules [e] habemus: sed turpissimos [f] consulareis: senatum fortem, sed infimo quemque honore fortissimum.Populo verò nihil fortius,nihil melius, Italiáque vniuersa. Nihil autem fœdius Philippo, & Pisone legatis, [g] nihil flagitiosius: qui cùm essent missi, vt Antonio ex senatus sententia certas [h] res nuntiarent: cùm ille earum rerum nulli paruissent, vtro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt.Itaque ad nos concurritur:factíq;iam in re salutari [i] populares sumus. Sed tu quid ageres,quid acturus,vbi denique esses,nesciebam.Fama nuntiabat, te esse in Syria: auctor erat nemo.De Bruto,quò propiùs est, eò firmiora videntur esse,quę nuntiantur.Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quòd tibi tam citò succederet, cùm tu vix dum triginta dies in Syria fuisses. Itaque constabat,eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua, & Bruti est, quòd exercitum præter spem existimamini comparasse.Scriberem plura, si rem, causámque nosset. Nunc quæ scribo, scribo ex opinione hominum,atque fama. Tuas litteras auidè exspecto. Vale.

¶ *ARG. Bruti laudibus Cassium accendit. De Mutinensi bello: De statu Reip. scribit.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 5

HYEMEM credo adhuc prohibuisse, quominùs de te certum haberemus, quid ageres, maximéque vbi esses. Loquebantur omnes tamen, credo, quòd volebant,in Syria te esse, habere copias. Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus.Res enim tantas gessit,támque inopinatas,vt eæ cùm per se gratæ essent, tum gratiores propter celeritatem. Quòd si tu ea tenes, quæ putamus: magnis subsidiis fulta resp. est. Ac [k] prima enim ora Græcię [l], vsque ad Ægyptum [m], optimorum ciuium imperiis muniti erimus,& copiis. ¶Quamquam,nisi me fallebat,res sic se habebat,vt [n] totius belli omne discrimen in D.Bruto positum videretur:qui si,vt sperabamus,erupisset Mútina, nihil belli reliquum fore videbatur.Paruis omnino iam copiis obsidebatur,quòd magno præsidio Bononiam tenebat Antonius.Erat autem Clodiæ [o] noster Hirtius: ad Forum [p] Cornelium Cæsar: vterque cum firmo exercitu:magnásq; Romæ Pansa copias ex [q] delectu [r] Italiæ cõparauerat.Hyems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, vt mihi crebris litteris significat, acturus videbatur. ¶Præter Bononiam,Rhegium Lepidi,Parmam,totam Galliam tenebamus,studiosissimam reip. Tuos [t] enim clienteis Transpadanos mirificè coniunctos cum causa habebamus. Erat firmissimus senatus, exceptis [u] consularibus:ex quibus vnus L. Cæsar [x] firmus est, & rectus.Ser. Sulpicij morte, magnum præsidium

P.CLXXXV.
a Idem 10.epist.28.*
b id est Cæsarem occidẽdum.*
c etiam Antonius fuisset occisus.*
d L.Nunc reliquiæ nos exercent,
e Hirtium & Pansam.*
f vide epist. 2a3.
g vox legatis, *abest à q. v.c. & in fam.8 Phil.p 6.& 8.*
h vt Mutinę obsidionem relinqueret.*
i cùm in pernitiosa ac populares fuerint Gracchi, Clodius, Cæsar,*
k Sic Philip. 10.*
l quam tenebat Brutus.*
m quam tenebat Cassius*
n *al.* vt omne totius belli discrimen
o *al.* Clitern. *Plinius Strabo*
p ea nunc Imola.*
q L.ex dilectu Ital.com. dilectus autem scribendum, vt ex l. 4.§.10.D. de re militari.*
r adde.11.fam.12.8.*
s *al.* comparat*
t *v.c.* Tuos etiam clientes *& in* L. eoist. 2. & 4.*
u epist.2.*
x epist.2.*

a l.2.d.xiii. kalendas.
b *al.*ac quæ.
c *vet.* at quem *al.*ad quem.*
d Tyburtina Philip.5.*
e sept.vndecim Philip.5.*
f *v.c.* vitio &.& *in* L.
g Pisonem. Ciceronem Senatilium.*
h M.Lepidus qui fororem M.Bruti habebat in matrimonio.*
i vide 24. ad Atticum 3.*
k L. dirumpitur.
l epistola 3.3.*
m *v.c.* valitudine
n Hirtio & Pansa.*
o nos consulares vix audet dicere
p quos partim timidos, partim male ciues appellat.famil. 10.
q turpissimo 9.epist.4. & 5.
r L.recipe. rabit.*& *in v.c.*
s forte qui si ad me referent, nota tibi.
t P. R.
u *v.c.* benilentia

Antonius
Cæsar, seu
Cæsar, a
cum euersa
Dolabellam.
Amicũ
L. Patricide
& &
Abstinum
quid
tibi
Nonas.
tribuni ple
quam po
becaut.
Cæsarem.
Velleius.
Non. de
Rhetoricis
ribus.
Non.42.*
eo. fa-
28.*
non du-
Cæsar, quin
Cæsarem*
est An-
tonio*
fortasse le-
gendum
vo.*

amisimus. Reliqui partim inertes, partim improbi: nonnulli inuident eorum laudi, quos in rep. probari vident. Populi verò R. totiúsque Italiæ mira consensio est. Hæc erant ferè, quæ tibi nota esse vellem. Nunc autem opto, vt ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

¶ *ARG. Commendat Strabonem. In Cassio & Bruto spem Reipublicæ positam esse.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 6

P.CLXXXVI

QVI status rerum fuerit tum, cùm has litteras dedi, scire poteris ex C. Tidio[a] Strabone, viro bono, & optimè de rep. sentiente. nã quid dicam, cupidissimo tui, qui, domo, & fortunis relictis, ad te potissimùm profectus sit? Itaque eum tibi ne commendo quidem. aduentus ipsius ad te satis eum commendabit. ¶ Tu velim sic existimes, tibíque persuadeas, omne perfugiũ bonorũ, in te, & Bruto esse positum, si, quod nolim, aduersi quid euenerit. Res, cùm hæc scribebam, erat in extremum deducta[b] discrimen. Brutus enim Mutinæ vix iam sustinebat. Qui si conseruatus erit, vicimus: sin[c] (quod di) omen auertant) omnis omnium cursus est ad vos. Proinde fac tantum animum habeas, tantúmque apparatum, quanto opus est ad vniuersam remp. recuperandam. Vale.

a *al.* Titio. vt 12. epi. 14.*

b L adducta dis. *& ita* p. c c *al.* sin oppressus erit, (quod dii, &c.

¶ *ARG. De hu quæ in senatu & ad populũ Cass ij nomine egerit, scribit.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 7

QVANTO studio dignitatem tuam, & in senatu[d], & ad populum[e] defenderim, ex tuis te málo, quàm ex me, cognoscere. Quæ mea sententia in senatu facilè valuisset, nisi Pansa vehementer obstitisset. Ea sententia dicta, productus sum in concionem à tribuno plebis, M. Seruilio. Dixi de te, quæ potui, tanta contentione, quantum[f] forum est: tanto clamore, consensúque populi, vt nihil vmquam simile viderim. Id velim mihi ignoscas, quòd inuita socru[g] tua fecerim. Mulier timida verebatur, ne Pansæ animus offenderetur. In concione quidem Pansa dixit, matrem quoque tuam, & fratrem[h], illam à me sententiam noluisse dici. Sed me hæc non mouebant: alia malebam. Fauebam & reip. cui semper faui, & dignitati, ac gloriæ tuæ. Quod autem, & in senatu pluribus verbis disserui, & dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes. Promisi enim, & propè confirmaui, te non expectasse, nec exspectaturum decreta nostra: sed te ipsum tuo more remp. defensurum. &, quamquã nihil-dum audieramus, nec vbi esses, nec quas copias haberes: tamen sic statuebam, omneis, quæ in istis partibus essent[i] opes, copiæque, tuas esse: per téque Asiam prouinciam confidebam iam reip. recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Vale.

d Philip. 11* e ea concio tion extat.*

f quantũ requiritur in foro.*

g Seruilia Catonis Vticensis sorore P. B. matre. M. Bruti & Tertullæ vxoris Cassij.* h Cassium.*

i *forte* essent opes, copiásque.

¶ *ARG. Lepidi cum Antonio coniunctione bellum renouatum queritur. Cassium hortatur ad Remp. liberandam.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 8

SCELVS[k] affinis l tui, Lepidi, summámque leuitatem, & inconstantiam, ex actis, quæ ad te mitti certò scio, cognosse te arbitror. Itaque nos, confecto[m] bello, vt arbitrabamur, renouatum bellum gerimus: spémque omnem in D. Bruto, & Planco habemus: si verum quæris, in te, & in meo Bruto, non solùm ad præsens perfugium, si (quod nolim) aduersi quid acciderit, sed etiam ad cõfirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de Dolabella[a] audiebamus quæ vellemus: sed certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem, & præsenti iudicio, & reliqui temporis exspectatione scito esse. Hoc tibi proposito, fac vt ad summa contendas. Nihil est tantum, quod non populus R. à te perfici, atque obtineri posse iudicet. Vale.

k Conjunctionem Lepidi cum Antonio* l epist. 10. j* m Victo ad Mutinam Antonio. idem epist. 9.*

a oppressa epist. 9. j.

¶ *ARG. Iterum Lepidi cum Antonio coniunctione bellum renouatum queritur. Cassium ad Remp. liberandam hortatur.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 9

p. clxxxvii.

BREVITAS tuarum litterarum me quoque breuiorem in scribendo facit: &, verè vt dicam, non satis occurrit, quid scribã. Nostras enim res in actis perferri ad te certò scio: tuas autem ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppressoo Dolabella, satis illos quidem constanteis, sed adhuc sine auctore. Nos, confectum bellum cùm putaremus, repentè à[c] Lepido tuo in summã sollicitudinem adducti sumus. Itaque persuade tibi, maximam reipu. spem in te & in tuis copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus: sed tamen, vt omnia, (vt spero) prosperè procedant, multùm interest te venire. Exigua est enim spes reip. nam nullam non liberè dicere: sed, quæcumque est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale.

b epist. 8. j. epi. 10. j.*

c idem epi. 8. j. eod.

¶ *ARG. Lepidum hostem à senatu iudicatum: Cassij cum exercitu in Italiam aduentum exoptari scribit.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 10

d epist. 8.*

LEPIDVS, tuus affinis[d], meus familiaris, pridie Kal. Quintileis sententiis omnibus hostis à senatu iudicatus est, ceteríque, qui vnà cum illo à rep. defecerunt: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Kal. Septemb. potestas facta est. Fortis sanè senatus, sed maximè spe subsidij tui. Bellum quidem, cùm hæc scribebam, sanè magnum erat, scelere, & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quæ volumus, audimus: sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. Quod cùm ita esset, tamen litteris tuis, quas nonis Maiis ex castris datas acceperamus, ita perfidiosum erat ciuitati, vt illum iam oppressum[e] omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum exercitu: vt, si hæc ex sententia confecta essent, consilio[f] atque auctoritate tua: sin quid fortè titubatum esset, vt fit in bello, exercitu tuo nitteremur. Quem quidem ego exercitum quibuscumque[g] potero rebus ornabo, cuius rei tum tempus erit, cùm, quid opis reip. laturus[h] exercitus sit, aut quid iam tulerit, notum esse cœperit. Nam adhuc tantùm conatus audiuntur, optimi illi quidem, & præclarissimi, sed gesta res expectatur: quam quidem aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido. Tua virtute, & magnitudine animi nihil est nobilius, itaque optamus, vt quàm primùm te in Italia videamus. remp. nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. Præclarè viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Anto-

e epist. 9.*

f lib. vnde. Cassio, atque auctoritate tua roborare mutilia quid g. f. ex. bis, quibus cunque opes ro, reipublicæ orn. h ab hanc sui quis ceri ct. *

set Antonium. Itaque numquã tanto odio ciuitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulenta rep. hic ex pace, & victoria bellum excitauit. Huic oppositos consules designatos habemus: in quibus est magna[a] quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus præliorum. Persuade tibi igitur, iis te, & in Bruto tuo esse omnia: vos exspectari: Brutum quidem iã, iámque. Quòd si, vt spero, victis hostibus nostris veneritis: tamen auctoritate vestra resp. exsurget, & in aliquo statu tolerabili cõsistet. Sũt enim permulta, quibus erit medendum: etiam si resp. satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

a L. magna illa quidem sp. & ea. v. c.

¶ ARG. Scribit à quibus copias acceperit: seque & Remp. commendat.

C. CASSIVS PROCOS. M. T. C. S. P. D. II

P. clxxviii.

Si b vales, bene est: ego quidem valeo. In Syriã me profectum esse scito ad L. Murcum [c], & Q[d]. Crispum, imperatores. Viri fortes, optimique ciues, posteà quàm audierunt quę Romæ gererentur, exercitus mihi tradiderunt: ipsique mecum vnà fortissimo animo remp. administrant. Item legionem, quam Q. Cæcilius [e] Bassus habuit, ad me venisse scito [f]. Quattuorque legiones, quas A. Allienus [g] ex Ægypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. ¶ Nunc te cohortatione non puto indigere, vt nos absenteis, rémque publicam, quantum opus est, defendas. Scire te volo, firma præsidia vobis, senatuique non deesse, vt optima spe, & maximo animo remp. defendas. Reliqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. Vale. Data Nonis Martiis, ex castris Taricheis.

b L. S. V. B. E. E. Q. V.

c epist. 12. Philipp. 11. Appian. 4. Dion. 48. & al. Q. Marcium Crispũ Philipp. 11. Appiano & Dioni, mendose Marcus appellatur. * c Philip. 11. Strabo 16. Dion. 47. * d Lib. 1. epist. hoc loco, scito.

e Legatus Dolabellæ. Philipp. 11. & oppido Iudæ. 5. Plin. 5. Ioseph. de bello Iudaico. *

f L. S. V. B. E. E. Q. V.

¶ ARG. Beneuolentiam Ciceronis erga se: suam dignitatem, suos duces ac milites commendat. Se in Ciliciam iturum scribit.

C. CASSIVS PROCOS. M. T. C. S. P. D. 12

Si i vales, bene est: ego quidem valeo. Legi tuas litteras, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Videbaris enim non solùm fauere nobis, id quod & nostra & reip. causa semper feciſti: sed etiam grauẽ curam suscepisse, vehementérque esse de nobis sollicitus. Itaque, quòd te primùm existimare putabam, nos, oppressa rep. quiescere non posse: deinde, cùm suspicarere nos [k] moliri, & [l] te sollicitum esse & de salute nostra, & de rerum euentu putabam: simul ac legiones accepi, quas A. Allienus [m] eduxerat ex Ægypto, scripsi ad te, ac [n] tabellarios complureis Romam misi. Scripsi etiam ad senatum litteras, quas reddi vetui priùs, quàm tibi recitatæ essent: si fortè mei obtẽperare mihi voluerint [o]. Quòd si litteræ perlatæ nõ sunt, nõ dubito, quin Dolabella, qui, nefariè Trebonio [p] occiso, Asiã occupauit, tabellarios meos deprehẽderit [q], litterásque interceperit. Exercitus omneis, qui [r] in Syria fuêre, teneo. Habui paullulũ morę, dum promissa militibus persoluo. Nunc iam sum expeditus. ¶ A te peto, vt dignitatem meam tibi [s] commendatã habeas, si me intelligis, nullum neque periculum, neque laborem patriæ denegasse: si contra importunissimos latrones arma cepi te [t] hortante, & auctore: si non solùm exercitum ad remp. libertatémque defendendã compauit, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui. Quem [u] si occupasset Dolabella, non solùm aduẽtu, sed etiam opinione, & exspectatione exercitus sui Antonium cõfitmasset. ¶ Quas ob res milites tuêre si eos mirificè de rep. meritos esse animaduertis: & effice, ne quem pœniteat, remp. quàm spem prædæ, & rapinarũ, sequi maluisse. Item Murci [a], & Cripsi, imperatorum dignitatem, quantum est in te, tuêre. Nam Bassus miserè noluit mihi legionẽ tradere. Quòd nisi milites inuito eo legatos ad me misissent, clausam Apameã tenuissẽt, quoad vi esset expugnata. Hæc à te peto, non solùm reip. quæ tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitię nostrę nomine, quam confido apud te plurimùm posse. Crede mihi, hunc exercitum, quem habeo, senatus, atque optimi cuiusque esse, maximéque tuum. De cuius voluntate assiduè audiendo, mirificè te diligit, carúmque habet. Qui si intellexerit, commoda sua curæ [b] tibi esse: debere etiam se tibi omnia putabit. ¶ Litteris scriptis, audiui, Dolabellam in Ciliciam venisse cum suis copiis, proficiscar in Ciliciam. quid egerim, celeriter [c] vt scias, dabo operam. Ac velim, vt meremur de rep. sic felices simus. Fac valeas, méque ames. Nonis Maiis, ex castris. Vale.

a epist. 11. 3. *

P. Clxxxix.

b v. c. tibi curæ esse: & ita L.

c q. v. c. vt scias, celeriter dabo operam.

¶ ARG. Gratulatur de victoria Mutinensi: Ciceronem commendat. Res à se gestas exponit.

C d. CASSIVS, S. D. M. T. C. 13

Si e vales, bene est: ego quidem valeo. Cùm reip. vel salute, vel victoria [f] gaudemus: tum instauratione tuarum laudũ, quòd maximus consularis maximum cõsulem te ipse vicisti, & lætamur, & mirari satis non possumus. Fatale nescio quid tuæ virtuti datum: id quod iam [g] sæpe experti sumus. Est enim tua toga [h] omniũ armis felicior: quę nunc quoque nobis pænè victam remp. ex manibus hostium eripuit, ac reddidit. Nunc ergo viuemus liberi: nunc te, omnium maximè ciuis, & mihi carissime, id quod maximè reip. tenebris comperisti: nunc te habebimus testem nostri, & in te, & in coniunctissimã tibi remp. amoris: &, quæ sæpe pollicitus es, te & taciturum, dum [i] seruiremus: & dicturum de me tum, cùm mihi profutura essent: nunc [k] illa non ego quidem dici tantopere desiderabo, quàm sentiri à te ipso. Neque enim omniũ iudicio malim me à te commendari, quàm ipse tuo iudicio dignè [l], ac mereor, commendatus esse: vt hæc nouissima [m] nostra facta, non subita, nec [n] inconuenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse iudices, méque ad optimam spem patriæ non minimum tibi ipsi producendum [o] putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi, propinquique, digni quidem te, & meritò tibi carissimi. esse etiam debent in rep. proximè hos cari, qui studiorum tuorum sunt æmuli, [p] quorum esse cupio tibi copiam. Sed tamen non maxima me turba puto excludi, quo minùs tibi vacet me excipere, & ad omnia, quæ velis, & probes, producere [p]. Animum tibi nostrũ fortasse probauimus. ingenium [q] certè diutina seruitus, qualecumque est, minus tamen, quàm erat, passa est videri. ¶ Nos ex ora maritima Asiæ prouinciæ, & ex insulis, quas potuimus, naueis deduximus. Delectum [r] remigum, magna contumacia ciuitãtum, tamen satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolabellæ, cui Lucilius [s] præerat: qui spem sæpe transitionis præbendo, neque [t] vmquam non de-

d fort. nos aliquot mos, qui magni ac diuturni pro patria præstare. * e Lege Iulia. f P. B. mutinensi epistola 11. v. c. ratione bellorumque compl. g L. voluerunt. * h vide Philippic. 12. ¶ Lepreneria, v. c. qui in Asia fuerunt. * i q. v. c. cõ mendare tibi habeas. * k alia horatore. v. al. quos. al. Quam sed quam referendam ad exercitus. *

l L. Dilectũ f L. L. Nigidius Figulus vide Appianum. * t al. neque vnquam nõ decedendo. & ita q. v. c.

ducendo,nouissimè Coryeum [a] se contulit,& clauso portu se tenere cœpit. Nos illa relicta, quòd & in castra peruenire satius esse putabamus,& sequebatur classis altera, quam anno priore in Bithynia [b] Tullius Cimber [c] cõparat,cui Turulius quæstor præerat:Cyprum petiuimus. Ibi,quæ cognouimus, scribere ad vos quàm celerrimè voluimus. Dolabellam, vt Tarsenses,pessimi socij,ita Laodiceni,multò amentiores, vltrò accersierunt [d]: ex quibus vtrísque ciuitatibus, Græcorum militum numero, speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laodicéam posita: & partem muri demolitus est: & castra oppido coniunxit.Cassius noster cum decem legionibus,& cohortibus viginti auxiliariis,& [e] quattuor millium equitatu à millibus passuum viginti,castra habet posita Παλαιῷ: & [f] existimat,se sine prælio posse vincere. Nam iam ternis tetradrachmis [g] triticum [h] penes Dolabellam est [i], vt,nisi quid nauibus Laodicenorum supportarit,citò fame pereat, necesse sit. Ne supportare possit, & Cassij classis bene magna,cui præest Sextilius Rufus, & tres, quas nos [k] adduximus, ego, Turulius [l], & Patiscus [m], facilè præstabunt. Volo igitur vos bene sperare, & remp.vt [n] & vos istic expediistis, ita pro nostra parte celeriter à nobis expediri posse, confidere. Vale Data idibus Iun.Cypro,à [o] Crommiu acride.

¶ *ARG. Exponit res à se gestas. Rhodios accusat. Procurationem Asiæ petit. Merita sua in Rempublicam commemorat.*

LENTVLVS P CICERONI, S. P. D. 14

CVM Brutum nostrum conueniissem,eúmque tardiùs in Asiam venturum animadueterem:in Asiam redij,vt reliquias mei laboris colligerem,& pecuniam quàm primùm Romam mitterem.Interim cognoui, in Cilicia [q] esse classem Dolabellæ,ampliúsque centum naueis onerarias, in quas exercitus eius imponi posset: ídque Dolabellam ea mente comparasse,vt [r], si Syriæ spes eum frustrata esset:conscenderet in naueis,& Italiam peteret, séque cum Antoniis, & reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in timore fui,vt, omnibus rebus relictis, cum paucioribus, & minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. ¶Quæ res, si à Rhodiis non essem interpellatus,fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profligata est. Quandoquidem classis dissipata est: aduentus nostri timore milites, ducésque effugerunt: onerariæ omnes ad vnam à nobis sunt exceptæ. Certè(quod maximè timui)videor etiã consecutus, vt non possit classe Dolabella in Italiam peruenire, nec sociis suis firmatis durius vobis efficere negotium.Rhodij nos,& remp.quàm valde desperauerint,ex litteris,quas publicè misi, cognosces.Et quidem multo parciùs scripsi, [quàm [r] re vera fuerat eos inueni. quòd verò aliquid de his scripsi,]mirari noli. mira est eorum amentia: nec me meæ vllæ priuatim iniuriæ mouerunt vmquam. malus animus eorum in nostram salutem, cupiditas partium aliarum, perseuerantia in contemtione optimi cuiusque,ferenda mihi non fuit. nec tamẽ omneis perditos esse puto.Sed iidem illi, qui tum fugientem patrem [s] meũ,qui L.Lentulum [t], qui Pompeium,qui ceteros viros [u] clarissimos nõ receperunt, iidem, tamquam aliquo fato,& nunc aut magistratum gerũt,aut eos, qui sunt in magistratu,in sua habent potestate. Itaque eadem superbia [a] in prauitate vtuntur.Quorũ improbitatem aliquando retundi,& non pati impunitate augeri, non solùm vtile est reip. nostræ,sed etiã necessariũ. ¶De nostra dignitate,velim [b] tibi vt semper curæ sit:&,quocũq; tẽpore occasionẽ habueris, & insenatu, & in ceteris rebus laudi nostræ suffragere. Quando consulibus [c] decreta est Asia,& permissum est iis,vt,dum ipsi venirent,darent negotium,qui Asiam obtineant:rogo te,petas ab iis, vt hanc dignitatem potissimùm nobis tribuant,& mihi dent negotium,vt Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter venit. Nam,quòd huc properent in magistratu venire, aut exercitum mittere,causam non habent. Dolabella enim in Syria est:&,vt tu diuina tua mente prospexisti, & [d] prædicasti,dum isti venient [e], Cassius eum opprimet. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella,& in oppugnando malè acceptus,nulla alia confisus vrbe,Laodicéam, quæ est in Syria ad mare se contulit.ibi spero celeriter eum pœnas daturum. Nam neque quò refugiat,habet:neque diutius ibi[f] poterit tantum exercitum Cassij sustinere. spero etiam confectum esse iam, & oppressum Dolabellam [g]. Quare non puto,Pansam, & Hirtium in cõsulatu properaturos in prouincias exire: sed Romę acturos consulatum.Itaque si ab his petieris,vt intereà nobis procurationem Asiæ dent,spero te posse impetrare.præterea mihi promiserunt Pansa, & Hirtius coràm, & absenti mihi scripserunt:Verrióque nostro Pansa affirmauit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porrò non, medius fidius cupiditate prouinciæ produci longius spatium mihi volo.nam mihi fuit ista prouincia plena laboris,periculi, detrimenti. Quæ ego ne frustrà sublerim, néve priùs, quàm reliquias meæ diligẽtiæ consequar, decedere cogar,valde laboro.Nam si potuissem, quam exegeram pecuniam,vniuersam mittere:postularem,vt mihi succederetur. Nunc, quod Cassio dedi,quod Trebonij morte amissimus,quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorum,qui mihi fidem,reíque publicæ non præstiterunt:id consequi, & reficere volo. Quod aliter non potest fieri,nisi spatiũ habuero.id,vt per te consequar, velim,vt solet,tibi curæ sit. ¶Ego me de [i] rep. ita puto esse meritum,vt non prouinciæ istius beneficium exspectare debeam,sed tantum, quantũ Cassius,& Bruti, non solùm illius facti, periculíque societate, sed etiam huius temporis studio,& virtute. Primus enim ego leges Antonianas [k] fregi:primus equitatum Dolabellę ad rẽp.traduxi, Cassióque tradidi:primus delectus [l] habui pro salute omnium contra cõiurationem sceleratissimam: solus Cassio, & reip.Syriam,exercitúsque,qui ibi erant, conciunxi. Nam nisi ego tantam pecuniam,tantáque præsidia,& tam celeriter Cassio dedissem: ne ausus quidem esset ire in Syriam: & nunc non minora pericula reip. à Dolabella instarent,quàm ab Antonio. Atque hæc omnia is feci,qui & sodalis,& familiarissimus Dolabellæ eram: coniunctissimus sanguine Antoniis: prouinciam quoque illorum beneficio habebam: sed πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν [m], omnibus meis [n] bellum primus indixi. Hæc etsi adhuc non [o] magnopere

[a] portuosum Pamphyliæ mõtem.*

[b] quæ Cimbro ademta ex senatusconsulto Appian.3, Dion. 47. Plutarchus in Bruto.*

[c] vnus è percussoribus Cæsaris 6. epist.12.*

[d] L. arcessierunt:

[e] al.& quattuor millib. equitum,

[f] al. Παμφύλῳ veter. Boti sed P. CXC. Paltum Syriæ oppidum est, Plinio*

[g] tetradrachmum nũmus Asiaticus,*

[h] Tritici modius XXV. libræ*

[i] q.v.c.est: nisi quid n. Laod. sup.c. f.pereat,necesse est.

[k] nos,abest a q.v.c.

[l] Quæstor Cimbri *

[m] al. Patischus Lentuli proquæstor 2.epist. 11.& 8.epist. 6.*

[n] al.vt vos istic exp.

[o] L.à Crõmyũ acride. Cypri est promontorium Straboni Ptolemæo.al.Palamantide.*

[p] Filius P. Lẽtuli Spintheris ad quem epistolæ libro 1.*

[q] L.Lycia

[r] inclusa desunt veter. Manutij Sigonij & Lambini.*

P. B.

[s] Lentulum Spintherem ad quem sunt epistolę Ciceronis libro 1.*

[t] qui consul cum C. Marcello.*

[u] v.c. clarissimos viros non r.

[a] al.superbia & prauitate al.superbiæ impunitate al. superbia & importunitate.*

[b] al. velim tibi semper curæ sit:

[c] al. Quoriam.Vallæ & Hirtio.*

[d] al.& prædixiti.

[e] q.v.c. veniunt.Gr. ἥξει. L. P. CXC.

[f] aduerbi, ibi absit a q.v.c.

[g] morem.Dolabellã absq; à nouantiqui libris.

[h] fort.mihi Pansa, & Hirtius, & promiserunt coràm, & abi.

[i] de rep. puto esse me-

[k] quas M. Antonius Consul tulerat.

[l] Lullebus

[m] citatur à Plutarcho in Politicis præceptis.*

[n] Antonii.

[o] Forte magnopere.

pere mihi tulisse fructum animaduerto, tamen non despero: nec defatigabor permanere, non solùm in studio libertatis, sed etiam in labore, & periculis. Attamen, si etiam aliqua gloria iusta, & merita prouocabimur, senatus, & optimi cuiusque officiis: maiore [a] cũ auctoritate apud ceteros erimus, & eò plus prodesse reip. poterimus. Filium tuum, ad Brutũ cùm veni, videre non potui, ideò quòd iã in hyberna cum equitibus erat profectus. Sed, medius fidius, ea est eum opinione, & tua, & ipsius, & in primis mea causa, gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, téque dignus est. Vale. Data IIII. Kalend. Iun. Pergæ.

a L. & maiore auctoritate apud ceteros erimus.

¶ ARG. *Res à se gestas commemorat: In Rhodios inuehitur. De Dolabella scribit.*

P. LENTVLVS, P F. PROQVAEST[b]. PROPR. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SEN. P. Q. R. S. P. D. 15

SI c valetis, liberíque v. v. b. e. e. q. v Scelere d Dolabellæ oppressa Asia [e], in proximam prouinciam Macedoniam, præsidiáque reip. quæ M. Brutus, v. c. tenebat, me contuli: & id egi, vt, per quos celerrimè posset, Asia prouincia, vectigaliáque in vestram potestatẽ redigerentur. Quod cùm pertimuisset Dolabella, &, vastata [f] prouincia, correptis vectigalibus, præcipuè ciuibus Romanis omnibus crudelissimè denudatis, ac [g] diuenditis, celeriùs Asia excessisset, quàm eò præsidium adduci potuisset: diutius morari, aut exspectare præsidium non necesse habui: & quàm primùm ad meum officium reuertendum mihi esse existimaui, vt & reliqua vectigalia exigerem, &, quam deposui pecuniam, colligerem: quidquid [g] ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerẽ [h] quàm primùm, & vos de omni re facerem certiores. ¶Interim cùm per insulas in Asiam nauiganti mihi nũtiatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiósque naueis complureis instructas, & paratas in aqua habere: cum iis nauibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparauerat Patiscus i proquæstor, homo mihi cùm familiaritate, tum etiam sensibus in rep. coniunctissimus, Rhodum reuerti, confisus auctoritate vestra, senatúsque cõsulto, quo hostem Dolabellam iudicaratis: fœdere quoque, quod cum his, M. Marcello, Ser. Sulpicio COSS. renouatum erat: quo iurauerant Rhodij, eosdẽ hosteis se habituros, quos S. P. Q. R. Quæ res nos vehementer fefellit. Tantum enim abfuit [k], vt illorum præsidio nostram firmaremus classem, vt etiam à Rhodiis vrbe, portu, statione, quæ extra vrbem est, eõmeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur. Quam indignitatem, diminutionémque l mate statis, non solùm iuris nostri, sed etiam imperij, populíque R. idcirco tulimus, quòd interceptis litteris cognoramus, Dolabellam, si desperasset de Syria, Ægyptóque, quod necesse erat fieri, in naueis cum omnibus suis latronibus, atque omni pecunia conscendere esse paratum, Italiámque petere: idcirco etiã naueis onerarias, quarum minor nulla erat Lycia à classe eius obsideri. Huius rei timore, patres conscripti, pércitus, iniurias perpeti, & cum contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in vrbem, & in senatum eorum, quàm diligentissimè potui, causam reip. egi: periculúmque omne, quod instarer, si ille latro cum omnib. suis naues cõscendisset, exposui. Rhodios autẽ tanta importunitate [a] animaduerti vt omneis firmiores putarẽt, quàm bonos: vt hanc concordiam, & conspirationẽ omnium ordinum ad defendendam libertatem, propensè non crederent esse factam: vt patientiam senatus, & optimi cuiusque manere etiam nunc confiderent, nec potuisse audere quemquam Dolabellam hostem iudicare: vt denique omnia, quę improbi fingebant, magis vera existimarent, quàm quæ verè facta erãt [b], & à nobis docebãtur. ¶Quamente etiam ante nostrũ aduentũ post Trebonij indignissimã cædẽ, ceteráque tot, támque nefaria facinora, binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum, & quidẽ nouo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus iis, qui tum magistratus gerebant. Hæc [c], siue timore, (vt dictitant) de agris, quos in continenti habent, siue furore, siue potentia [d] paucorum, (qui & antea pari contumelia viros [e] clarissimos affecerant, & nunc maximos magistratus gerenteis) nullo exemplo, nequef vestra [g] ex parte, neque nostro præsentium, neque imminenti Italiæ, vrbíque nostræ periculo, si ille parricida [h] cum suis latronibus, nauibus ex Asia, Syriáque expulsus, Italiã petiisset [i], mederi cùm facilè possent, voluerunt [k]. Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionã, detinuisse nos, & demoratos [l] esse dum classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro. Quã suspicionẽ cõsecutæ res aliquot auxerũt: maximè quòd subitò ex Lycia Sex. Marius, & C. Titius, legati Dolabellæ, à classe discessesunt, nauíque longa profugerunt, onerariis relictis: in quibus colligendis non minimum temporis, laborísque consumserunt. Itaque cùm à Rhodo cum iis, quas habueramus, nauibus, in Lyciam venissemus, naueis [m] onerarias recepimus, dominísque restituimus: iidémque, quod maximè verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desiimus. classẽm fugientem persecuti sumus vsque [n] in Sidã, quæ extrema regio est prouinciæ meæ. Ibi cognoui, partem nauium Dolabellæ diffugisse, reliquas Syriam, Cyprúmque [o] petiisse. Quibus dissectis, cùm scirem, C. Cassij, singularis ciuis, & ducis, classem maximã fore præstò in Syria, ad meum officium reuerti: dabóq; operam, vt meũ studium & diligentiam vobis, P. C. reíque [p] pub. præstẽ: pecuniámque, quàm maximam potero, & quàm celerrimè cogam, omnibúsque cum rationibus ad vos mittam. Si percurrero prouinciam, & cognouero, qui nobis, & reip. fidem præstiterunt in conseruanda pecunia à me deposita, quique scelere [q] vltrò deferentes pecuniam publicã, huc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt faciam vos certiores. De quibus, si vobis videbitur, si, vt meriti sunt, grauiter constitueritis, nósque vestra auctoritate firmaueritis: faciliùs & reliqua exigere vectigalia, & exacta seruare poterimus. Interea quò commodiùs vectigalia tueri, prouinciámque ab iniuria defendere possim, præsidium necessarium, voluntariúmque cõparaui. ¶His litteris scriptis, milites circiter XXX. quos Do-

a L. tanta prauitate esse anim. *al.* tanta in prauitate a-nim.

b *q. v. c.* essent.

c *al.* Hoc siue timor est (vt dictitant, de agris, quos in continenti habent, siue P. CXCIII. furor, siue patiẽtia pauorum.*

d *al.* patiẽtia *

e Lentulum & Põpeiũ.*

f L. neq. nostræ partis, neque nostro pr. *al.* neq. nostra ex parte, neq. nostro.

g *al.* vlla *al.* nostræ partis.*

h L. paricida

i L. petisset.

k *al.* voluerunt *

l *al.* & demorati esse, ni *q. v. c.* parati naueis oner. recip.

m L. vsq. Sidam, *&c. v. c.* || *al.* vsque Sydam Cæterum ideo vsque Sidam adiicit, nã prouinciæ fines præterire leges vetabant: Sida verò Paphyliæ, quæ ad Imperium Asiæ pertinuit.*

n F. B.

o *al.* Aegyptúmq. per.

p *al.* & reip.

q L. celerate

labella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes in Pamphyliam venerunt. hi nuntiauerunt, Dolabellam Antiochiam,quæ in Syria est,venisse:non receptum, conatum esse aliquoties vi introire:repulsum semper esse cum magno suo detrimento.Itaque centum circiter amicis,ægrisque compluribus relictis, noctu Antiochia profugisse Laodiceam versus:ea nocte omneis ferè Asiaticos milites ab eo discessisse: ex his ad octingentos Antiochiam rediisse,& se iis tradidisse, qui à Cassio relicti, vrbi illi præerant, ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex numero, se quoque esse dicebant: Cassium autem cum suis omnibus copiis nuntiatum esse quatridui iter à Laodicea abfuisse [a], tum cùm Dolabella eò tenderet. Quamobrem opinione celeriùs confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. Quarto [b] Nonas Iunias.Pergæ.

a L. afuisse tum, c.

b L. IIII. Non.

¶ A R G. Gratulatur de Filij Ciceronis indole. Versus mittit in ciuem improbum à se conscriptos. Petit à Cicerone, vt de Cæsaris interitu scribat.

P.CXCIIII. c Huic epistolæ respondet Cicero lib.15.epist. 21.* d L.S.V.B. E.E.Q.V. e L.a.d. XI.

CICERO TREBONIVS M. T. C [c]. S. P. D. 16

SI [d] vales,bene est:ego quidem valeo.Athenas veni ad [e] XI.kal.Iun. atque ibi, quod maximè optabam,vidi,filium tuum,, deditū optimis studiis, summáque modestiæ fama. Qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes,etiam me tacente. Non enim nescis, quanti te faciam,& quàm,pro nostro veterrimo, verissimóque amore, omnibus tuis etiā minimis commodis,non modò tanto bono, gaudeam.Noli putare,mi Cicero,me hoc auribus tuis dare:nihil adolescente tuo, atque adeò nostro,(nihil enim mihi à te potest esse seiunctum)aut amabilius omnibus iis, qui Athenis sunt, est:aut studiosius earum artium: quas tu maximè amas,hoc est,optimarum. Itaque tibi,quod verè facere possum,libenter quoque gratulor,nec minùs etiā nobis: quòd eum,quem necesse etat diligere, qualicumque esset,talem habemus,vt libenter quoque diligamus. Qui cùm mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere:non modò inuitatus,sed etiam rogatus est à me, vt id potissimùm nobis obtinentibus [f] prouinciam faceret. Cui nos & caritate, & amore tuum officium præstaturus non debes dubitare. Illud quoque erit nobis curæ, vt Crattippus [g] vnà cum eo sit,ne putes,in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.Nam illum paratum, vt video,& in gressum pleno [h] gradu,cohortari non intermittemus,quo in dies longiùs,discendo, exercendóque se,procedat. Vos quid agereris in rep.cùm has litteras dabam,non sciebam.Audiebam quædam turbulenta, quæ scilicet cupio esse falsa, vt aliquando otiosa libertate fruamur: quod vel minimè adhuc mihi contigit. ¶Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum [i] ex instituto meo:& dictum [k],cum magno nostro honore à te dictum, concluſi, & tibi instā subscripsi. In quibus versiculis si tibi quibusdam verbis ἀχρωματέστερος [l] videbor: turpitudo personæ eius, in quam liberiùs inuehimur,nos vindicabit. Ignoscesetiam iracundiæ nostræ,quæ iusta est in eiusmodi & [m] homines,& ciueis.Deinde quí magis hoc Lucilio [n] licuerit assumere libertatis, quàm nobis, cùm eiā si odio pari fuerit in eos, quos læsit,tamen certè non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret.

a dialogos.

¶Tu,sicut mihi pollicitus es, adiunges me quā primum ad tuos sermones [a]. Námque illud non dubito, quin,si quid de interitu Cæsaris scribas,non patiaris me minimam partem & rei,& amoris tui ferre.Vale,& matrem,meósque tibi commendatos habe. VII [b]. kalendas Iunias,Athenis.

b al.D.VII. Kalendas.

¶ A R G. De rumoribus è Syria allatis. De otio ciuitatis. De Oratore à se scripto. De suo erga illum studio.

M.T.C.CORNIFICIO,COLLEGAE [c], S.D. 17

GRATA mihi vehementer est memoria nostri tua,quam significasti litteris:quam vt conserues, non quòd de tua constantia dubitem,sed quia mos est ita rogandi,rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora [d] quædam nuntiata sunt. quæ, quia tibi sunt propiora [e], quàm nobis,tua me causa magis mouēt,quàm mea. ¶Romæ summum otium est: sed ita,vt malis salubre aliquod, & honestū negotiū:quod spero fore,quia video id curæ esse Cæsari. ¶Me scito, dum tu absis [f],quasi occasionē quandā, & licentiam nactum,scribere audacius:& cetera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes: sed proximè scripsi de [g] optimo genere dicendi:in quo sæpe suspicatus sum, te à iudicio nostro,sic scilicet, vt doctum [h] hominem à non indocto,paullulum diffidére. Huic tu libro,maximè velim ex animo:si i minùs,gratiæ causa suffragére.Dicam tuis,vt eum, si velint,describant,ad téque mittant. Puto enim, etiam si rem minus probabis, tamen in ista sollicitudine [k],quidquid à me profectum sit, iucundum tibi fore. ¶Quòd mihi existimationem tuam,dignitatémque commendas,facis tu quidem omnium more: sed velim sic existimes, me, cùm amori, quem inter nos mutuum esse intelligam,plurimùm tribuam, tum de summo ingenio, & [m] de optimis tuis studiis, & de spe amplissimæ dignitatis ita iudicare,vt neminem tibi anteponam,comparem paucos. Vale.

c in augeratu.*

d Seditionem faciente Q.Cæsio Ballo.epist. 11.& Dion. 47.14. ad P.C.N.C.V. Attic.9.Stabo 16.* e cum in Africa sit.* f Labeo, g lic.14.ad Attic.13. 16 est Orator. 15.epist.20. qui & de perfecto oratore, & pluribus h scripsit enim de arte Rhetorica. Cuius i Lelii mimi, k al.solitudine.|| id est otio. l al.tribuo. m genere & studiis de quibus opportunius & de

¶ A R G. De infrequentia litterarum: De Cæcilio Basso. De Cornificio. De Cæsare eius ludis & Planco ab eo restituto.

CICERO CORNIFICIO, COLLEGAE, S. D. 18

QVOD extremum fuit in nea epistola, quā à te proximè accepi,ad id primum respondebo.Animaduerti enim, hoc vos magnos oratores facere nonnunquam. ¶Epistolas requiris meas.ego autem numquam, cùm mihi denuntiatum esset à tuis,ire aliquem,non dedi. ¶Quod mihi videor ex tuis litteris intellegere,te nihil commissurum esse temerè, nec antè, quàm scisses, quò iste nescio qui Cæcilius [o] Bassus erumperet, quidquam certi constituturum.id ego & speraram, pruidentia tua fretus:&,vt confiderem, fecerunt tuæ [p] grauissimæ litteræ.¶Idque vt facias quàm sæpissimè,vt &, quid tu agas, & quid agatur, scire possim,& etiam quid acturus sis, valde te rogo.Etsi periniquo patiebar animo, te à me digredi [q]: tamen eo tempore me consolabar, quòd & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere. ¶Vtrumque contrà accidit.istic [r] enim bellum est exortum:hîc pax consecutaried eiusmodi pax,in qua, si adesses, multa te non delectarent:ea tamen,quæ ne ipsum quidem

n Lucilio in 30. libr. sat.*

o Bassus Pompeianus. vide Dionem 47.* p P. Scipionis mira gratulatione etc.

q Longinqua di-

r in Syria; idque belli opera.*

quidem delectent. *Bellorum* [a] *enim ciuilium hi semper exitus sunt, vt non ea solùm fiant, quæ velit victor, sed etiam, vt iis mos gerendus sit, quibus aduitoribus parta sit victoria.* Equidem sic iam obdurui, vt ludis [b] Cæsaris nostri æquissimo animo viderem T. Plancum [c], audirem Laberij, & Publij poemata. Nihil mihi tam deesse scito, quàm qui-cum hæc familiariter, doctéque rideam. Is tu eris, si quàm primùm veneris. Quod vt facias, non mea solùm, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.

¶ A R G. Syriam administranti gratulatur, & consilium impertitur.

M. T. C. CORNIFICIO, S. D. 19

LIBENTISSIME legi tuas litteras: in quibus iucundissimum mihi fuit, quòd cognoui meas tibi redditas esse. Nõ enim dubitabam, quin eas lubenter [d] lecturus esses: verebar [e], ne redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriámque prouinciam tibi tributam esse à Cæsare, ex tuis litteris cognoui. Eamdem [f] rem tibi volo bene, & feliciter euenire. Quod ita fore confido, fretus & industria, & prudentia tua. Sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sanè me commouit. Quantum copiarum haberes, cùm ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis litteris cognoui. Itaque opto, ne se illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. Quòd si pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet vti consilio M. Bibuli [g], qui se oppido munitissimo, & copiosissimo tamdiu tenuit, quamdiu in prouincia Parthi fuerunt. Sed hæc meliùs ex re, & ex tempore constitues. Mihi quidem vsque curæ erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Litteras ad te numquam habui cui darem, quin dederim. A te, vt idem facias, peto: in primísque, vt ita ad tuos scribas, vt me tuum sciant [h] esse.

¶ A R G. Iocatur.

M. T. C. CORNIFICIO, COLLEGAE S. 20

GRATAE mihi tuæ litteræ: nisi quòd Sinuessanum diuersoriolum [i] contẽsisti. Quã quidem cõtumeliam villa pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano [k], & Pompeiano teddideris *παύτα* l *πᾶσι παύτων*. Sic igitur facies, méque amabis, & scripto aliquo lacessẽs. Ego enim respondere faciliùs possum, quàm prouocare. Quòd si, vt es, cessabis, lacessiam, ne [m] tua ignauia etiam [n] inertiam afferat [o]. Plura otiosus. Hæc, cùm essem in senatu, exaraui. Vale.

¶ A R G. Commendat Anicium senatorem.

M. T. C. CORNIFICIO, S. D. 21

CAIVS Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorũ cultor, legatus est in Africam legatione [p] libera. Eum velim rebus omnibus adiuues, operámque des, vt quàm commodissimè sua negotia conficiat. in primísque, quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi cõmendo: ídque à te peto, quod ipse in prouincia facere sum solitus, non rogatus, vt omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acceperam, & cognoueram à summis viris factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies: ceterísque rebus omnibus eius dignitati, resque, si me amas, consules, id erit mihi gratissimum. Da operam, vt valeas.

¶ A R G. De statu Reipublicæ post Cæsaris interitum scribit. Monet vt prouinciam retineat in potestate.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 22

NOS hîc cum homine gladiatore, omnium nequissimo, collega nostro [a], Antonio, bellum gerimus: sed non pari conditione [b], *contra arma verbis.* At etiam de te concionatur: nec impunè. nam sentiet, quos lacessierit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perscribi ab aliis: à me futura debes cognoscere: quorum quidem non est difficilis coniectura. Oppressa omnia sunt: nec habẽt ducem boni: nostríque *πυρετυκτόνοι* [c] longè gentium absunt. Pansa & sentit bene, & loquitur fortiter: Hirtius noster tardiùs conualescit. Quid futurum sit, planè nescio. Spes tamen est vna, aliquando populũ R. maiorũ similem fore. Ego certè reip. non deero, &, quidquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram. Illud profectò, quoad potero, tuã famam, & dignitatem tuebor. ¶ Ad [e] XIII. kalendas Ianuar. senatus frequens mihi est assensus, cùm de ceteris rebus magnis, & necessariis, tum de prouinciis, ab iis, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, nisi qui ex senatusconsulto successisset. Hoc ego cùm reip. causa cẽsui, tum, mehercule, in primis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te, amoris nostri causa, rogo, reip. causa hortor, vt ne cui quidquam iuris in tua prouincia esse patiare: atque vt omnia referas ad dignitatem: qua nihil potest esse præstantius. Verè tecum agã, vt necessitudo nostra postulat. in Sempronio, si meis litteris obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses. Sed illud & præteriit, & leuius est. Hæc magna res est. Fac vt prouinciam retineas in potestate reip. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. Itaque Chærippo nostro me velim excuses. Vale.

¶ A R G. Se conditionem prouinciæ Cornificij à Stratorio cognouisse. De Forma Reipublicæ Cæsare interfecto se Philosophiæ tradidisse scribit. Stratorij fidem commendat. Monet vt valetudini inseruiat.

M. T. C. P. CORNIFICIO, S. D. 23

OMNEM conditionem imperij tui, statúmque prouinciæ mihi demonstrauit Stratorius. O multa intolerabilia locis omnibus! Sed quòd tua maior dignitas, [g] eò, quæ tibi acciderunt, [h] minus ferenda. Neque enim, quæ tu propter magnitudinem & animi, & ingenij moderatè fers, à te non vlciscenda sunt, etiam si non sint dolenda. Sed hæc posterius. ¶ Rerũ vrbanarum acta tibi mitti certò scio. quod ni ita putarem, ipse perscriberem, in primísque Cæsaris Octauiani conatum: de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, vt in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem, & boni viri, & credunt factũ, & probant. Quid quæris? magna spes est in eo. Nihil est, quod non existimetur laudis, & gloriæ causa facturus. Antonius autem, noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, vt, cùm interfectores suos domi comprehenderit, [k] rẽ proferre non audeat. Itaque l ad [m] VII. Idus Octobr. Brundisium venerat, [n] profectus obuiàm legionibus Macedonicis IIII. [o] quas sibi conciliare pecunia cogitabat, eásque ad vrbẽ adducere, & in ceruicib. nostris collocare.

a in auguratu. & quidem Antonius Augur. & Cornificius Augur. Imp. legitur in antiquis denarijs teste Vrsino.*
b *q. v. c.* cõtentione.
c qui Cæsarem tyrannum occiderunt.*
d *al. Victor.* vestro malo.*
e L. A. d. XIII
P. CXCVII.
f sic epistola vlt. *al.* Stratorius *forte.* Stator tuus*
g *al.* dignitas est, eo
h adde Dionem 48.*
i *in lib. vulg. hic est principium nouæ epist.* RERVM.
k *v. c.* comprenderit, l Itaq. *abest ab aliquot v. c. & vulgatis.*
m L. a. d. VII.
n L. erat, *al.* erat profectus. P. B.
o Martiam Quartam, secundam, & trigesimam quartam.*

Habes formam reip. *si in castris potest esse resp.* in qua tuam vicem sæpe doleo, quòd nullam partem, per ætatem, famæ, & saluæ reip. gustare potuisti. Atque antehac quidem sperare saltem licebat: nunc etiam illud ereptum est. Quæ enim spes est, cùm in concione dicere ausus sit Antonius. Canutium [a] apud eos sibi locum quærere, quibus, se saluo, locus in ciuitate esse non posset? ¶Equidem & hæc, & omnia, quæ homini accidere possunt, sic fero, vt philosophiæ habeam [b] magnam gratiam, quæ me non modò à sollicitudine abduxit, sed etiam contra omneis fortunæ impetus armat: tibíque idem censeo faciundum, nec, à quo culpa absit, quidquam in malis numerandum. Sed hæc tu meliùs. ¶Stratorium nostrum cùm semper probassem: tum, maximè in tuis rebus summam eius fidem, diligétiam, prudentiámque cognoui. ¶Da operam, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

a tribunũ plebis.*

b v.r. magnã habeam gratiam, & ita L.

¶ARG. *Hortatur Cornificium vt omni cura in Remp. incumbat: De legatis ad Antonium à Senatu missis scribit. Pinarium commendat.*

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 24

EGo nullum locum prætermito (nec enim debeo) non modò laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Sed mea studia erga te, & officia málo tibi ex tuorum litteris, quàm ex meis, esse nota. Te tamen hortor, vt omni cura in remp. incumbas. hoc est animi, hoc [c] est ingenij tui, hoc est eius spei, quam habere debes, amplificandæ dignitatis tuæ. ¶Sed hac de re aliàs ad te pluribus. cùm enim hæc scribebam, in exspectatione erant omnia, nondum legati [d] redierant: quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denuntiandum miserat, nisi legatorum nuntio paruisset. Ego tamen, vt primùm occasio data est, meo pristino more remp. defendi: me principem senatui, populóque R. professus sum: nec posteà, quàm suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendæ salutis, libertatísque communis. Sed hæc quoque te ex aliis malo. ¶T. Pinarium, familiarissimũ meum, tanto tibi studio commendo, vt maiore nõ possim. Cui cùm propter omneis virtutes, tum etiam propter studia communia, sum amicissimus. Is procurat rationes, negotiáque Dionysij [e] nostri, quem & tu multùm amas, & ego omnium plurimùm. Ea tibi ego non debeo commendare: sed commendo tamen. Facias [f] igitur, vt ex Pinarij, gratissimi hominis litteris, tuum & erga illum, & erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

c L. hoc ingenij, tui, hoc eius sp. P. CXCVIII.

d ad Antonium missi à senatu: vt Mutinã ob sedition libera ret epist. 4.*

e al. mei, [vide epi. vlt. l. 3. & 4. ad Attic. cum 14.*

f al. Facies ig- id est xvi. kal. April. qui dies Bacchho dicatus* h *forte* Cornificius tuus i De Quinquatribus vide Varronẽ* k Non mutata minerua prouerbij species.*

¶ARG. *De Senatusconsulto ex litteris Cornificij facto: De Sempronio: De Lucceio.*

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 25

LIBERALIBVS [g] litteras accepi tuas, quas mihi Cornificius [h] altero vicesimo die, vt dicebat, reddidit. Eo die non fuit senatus, neque postero. Quinquatribus [i] frequenti senatu causam tuam egi *non inuita* [k] *Minerua*. Etenim eo ipso die senatus decreuit, vt Minerua nostra custos vrbis, quam turbo deiecerat, restitueretur, Pansa tuas litteras recitauit. Magna senatus approbatio consecuta est cũ summo gaudio, & offensione Minotauri, id [l] est, Caluisij, & Tauri. Factum [m] de te est senatusconsultum honorificum. Postulabatur, vt etiã illi notarentur: sed Pansa clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primùm in spem libertatis ingressus sum, & cũctantibus ceteris ad [a] XIII. kal. Ian. fundamenta reip. ieci: eo ipso die prouidi multùm, atque habui rationem dignitatis tuæ. Mihi enim est assensus [b] senatus de obtinendis prouinciis. Nec verò posteà destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria, contumeliáque reip. prouinciam absens obtinebat. Itaque crebras, vel potiùs quotidianas compellationes meas non tulit, séque in vrbem recepit inuitus: neque solùm spe, sed certa re iam, & possessione deturbatus est. Meo iustissimo, honestissimóque conuicio te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, prouinciæque honoribus amplissimis affectum, vehementer gaudeo. ¶Quòd te mihi de Sempronio [c] purgas, accipio excusationẽ. fuit enim illud quoddam cæcum [d] tempus seruitutis. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatísque [e] fautor, iratus temporibus, in Græciam, desperata libertate, rapiebar: cùm me Etesiæ, quasi boni ciues, relinquentem remp. profequi noluerunt. Austér que aduersus maximo flatu me ad tribúleis [f] tuos Rhegium retulit: atque inde *ventis* [g], *remisque* in patriam omni festinatione properaui, postridiéque in summa reliquorum seruitute liber vnus fui. Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnémque suum vinolentum [h] furorem in me vnum effunderet, méque cùm elicere vellet ad cædis causam, tum tentaret insidiis: quem ego ructantem, & nauseantem conieci [i] in Cæsaris Octauiani plagas. Puer [k] enim egregius præsidium sibi primùm, & nobis: deinde summæ [l] reip. comparauit: qui nisi fuisset, Antonii reditus à Brundisio, pestis patriæ fuisset. Quæ deinceps acta sint, scire te arbitror. Sed redeamus ad [m] illud, vnde diuertimus [n]. Accipio excusationem tuã de Sempronio. neque enim statuti quid in tãta perturbatione habere potuisti. *Nunc hic o dies aliam vitam affert, alios mores postulat*, vt ait Terentius [p]. Quamobrem, mi Quincte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, vt rectã teneamus. vtinam prospero cursu. Sed quicumque venti erunt, ars nostra certè non aberit. Quid enim præstare aliud virtus potest? Tu fac vt animo magno sis, & excelsò: cogitésque, omnem dignitatem tuam cum repu. coniunctam esse debere. ¶P. [q] Lucceium mihi meum commendas: quem, quibuscumque rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium [r] quidem, & Pansam, collegas nostros, homines in consulatu reip. salutareis, alieno sanè tempore amisimus, rep. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata: quã nos, si licebit, more nostro tuebimur. quamquam admodum sumus iam defatigati. Sed *Nulla lassitudo impedire officium, & fidem debet.* Verum hæc hactenus. Ab aliis te de me, quàm à me ipso, málo cognoscere. De re audiebamus ea, quæ maximè vellemus. De Cn. Minutio [x], quem tu quibusdam litteris ad cẽlũ laudibus extulisti, rumores duriores erãt. Id quale sit, omninóque, quid istic agatur, facias me velim certiorem. Vale.

a L. 1. & 2. Ian.

b L. sententias assensus de obt. c vide epist. 9. d Lucceius rium cẽpus || Bandinell. & Graeuius al. aegregium al. Gratium e L. diligentius fauoris & ita v.c. f sc. Regis, ses, qui legatos Iulia ciuitatem Romanam adepti suffragiũ in Attici tribu frebant.* g verb. ventisque prosperare prosperi cies.* h al. violentum h. malis nam mox sequitur ruãtem & nauseantem vide Philipp. 6.* i al. coniecit.* k id est Octauius Caesar Octauianus dixi Philipp. 13.* l al. summę rei comp. m L. illuc, vnde digressi sumus. n vide Cic. de Or. lib. 1. circ. p. CXCIV. o L. desertimus, dies.* p in Andria q Sosia r v.c. mea ego animo sua exc. & sua. s Hinc colligitur epistolam hanc scriptam esse Romae. t Hirtium & Pansam augures in numero eius, quos profos ch.* u in augura v. Philipp. 7.*

¶ARG. *Commendat heredes Turij.*

QVRIVS [a], qui in Africa negotiatus est, vir bonus, & honestus, heredes fecit similes sui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidiũ, Cn. Anneium, Q. Considium Gallum, L. Seruilium Postumum, C. Rubellinum [b]. ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egere, quàm commendatione. Tanta enim liberalitate se tua vsos prædicabant, vt iis plus à te tributum intelligerem, quàm ego auderem te rogare. audebo tamen. scio enim, quantum ponderis [c] mea commendatio sit habitura. Quare à te peto, vt ad eam liberalitatem, qua sine meis litteris vsus es, quàm maximus his litteris cumulus accedat. Caput autem est meæ commendationis, ne patiare Erótem Turium [d], Q. Turij libertum, vt adhuc fecit, hereditatem Turianam [e] auertere, ceteríque omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos. Magnam ex eorum splendore, & obseruantia capies voluptatem. Quòd vt velis, te vehementer etiam, atque etiam rogo. Vale.

a al. Curius.*

b al. Rubellium. est enim Rubellius familia nomen. c q. ponderis apud te mea c.

d al. Curius.* e al. Curiatium.*

¶ ARG. *Commendat Ausidij equitis Africana negotia.*

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO, 27

SEX. Aufidius & obseruantia, qua me colit, accedit ad proximos: & splendore, equiti R. nemini cedit. Est autem ita temperatus, moderatísque moribus, vt summa seueritas, summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quæ sunt in Africa, ita commendo, vt maiore studio, magísve ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, vt is intelligat, meas apud te litteras maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo. Vale.

¶ ARG. *Reprehendit Cornificium quod in quosdam Lilybæo minantes non animaduerterit: Studium in Rempub. laudat. De omittenda gratiarum actione assentitur. De pecunia & Republica.*

P. CC.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO. 28

ASSENTIOR tibi, eos, quos scribis Lilybæo minari, istic pœnas dare debuisse: sed metuisti, vt ais, ne nimis liber in vlciscendo viderêre. Metuisti igitur, ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderêre. ¶ Quòd societatem reip. cõseruandæ tibi mecum à patre acceptam renouas, gratum est: quæ societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit. ¶ Gratum etiam illud, quòd mihi tuo nomine gratias agendas non putas. nec enim id inter nos facere debemus. ¶ Senatus sæpius pro dignitate tua appellaretur [f], si, absentibus consulibus, vmquam, nisi ad rem nouam cogeretur. Itaque nec de LLS. XX g. nec de LLS. IOCC h. quidquam agi nũc per senatum potest. Tibi autem ex senatusconsulto imperandum, mutuúmque sumendum cẽseo. In rep. quid agatur, credo te ex eorum litteris cognoscere, qui ad te actæ debent perferi here. Ego sum ipe bona: consilio, cura, labore non desum: omnibus inimicis reip. esse me acerrimum hostem præ me fero. Res neque nunc difficili loco mihi videtur esse: & fuisset facillimo, si culpa à quibusdam abfuisset. Vale.

f L. appel. lari. C. ea vi. Rubellius familia nomen. vt Curio. Curiatius. Curius.

g al. abesse.

h al. Curiatium.*

¶ ARG. *Commendat L. Lamiæ negotia.*

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO. 29

NON modò te, cui omnia nostra notissima sunt, sed neminem in populo R. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quæ mihi cũ L. Lamia est. Etenim *magno theatro* [a] spectata est tum, cùm est ab A. Gabinio consule relegatus, quòd liberè, & fortiter salutem [b] meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos natus est: sed quòd erat verus, & magnus, propterea nullum periculũ pro me adire dubitauit. Ad hæc officia, vel merita potiùs, iucundissima consuetudo accedit, vt nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam exspectare, quibus eum tibi verbis commendem [c], causam enim tanti amoris intelligis: quæ verba desideret, iis me omnibus vsum putato. Tantùm velim existimes, si negotia Lamiæ, procuratores, liberos [d], familiam, quibuscumque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quàm si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudiciũ de hominibus, ipsius Lamiæ causa studiosè omnia facturus sis: quamquam erat nobis dictum te existimare, alicui senatusconsulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse, qui omnino consulibus illis numquam fuit [e] ad scribendum: deinde omnia tum falsa senatusconsulta deferebantur. Nisi fortè etiam illi Semproniano [f] senatusconsulto me censes affuisse: qui ne Romæ quidem tum [g] fui, vt [h] de eo ad te scripsi, re recenti. Sed hæc hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, vt omnia Lamiæ negotia, mea putes esse, curéque, vt intelligat, hanc commendationem maximo sibi vsui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura, vt valeas.

a i. est palam.* P. B. b aduersus Clodium.*

c q. v. c. cõmendari m. non q. l.

d L. libertos.

e L. affuit scribendo: f Sempronij causa facto addes epistolã 25* g *pariculam*, tum, *abest a q. v. r.* h *al.* vt tum de eo.

¶ ARG. *Purgat litterarum infrequentiam. De bello Antoniano renouato. De suo studio in amicitia colenda. De angustiis pecuniæ publicæ. De Dionysio. De Luceio. De legatis Caluisii.*

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 30

ITANE [i] præter litigatores, nemo ad te meas litteras? multæ istæ quidem. tu enim perfecisti, vt nemo sine litteris meis tibi se commẽdatum putaret. sed quis vmquam tuorum mihi dixit esse, cui darẽ, quin dederim? aut quid mihi iucundius, quàm, cùm coràm tecũ loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere [k] litteras? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, vt ad te scribendi meo arbitrãtu facultas nulla detur. Non enim te epistolis, sed voluminibus lacesserem: quibus quidem me à te prouocari oportebat [l]. Quamuis enim occupatus sis, otij tamen plus habes. Aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiã exhibere, & à me litteras crebriores, cùm tu mihi raras mittas, flagitare. ¶ Nam cùm anteà distinebar maximis occupationibus, propterea quòd omnibus curis reip. mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multo distineor vehementius. VT enim grauiùs ægrotãt ij, qui, cùm leuati morbo viderentur [m], in eũ de integro inciderunt: sic vehementius nos laboramus, qui, profligato bello, ac pænè sublato, renouatum bellum gerere conamur. Sed hæc hactenus. ¶ Tu tibi, mi Cornifici, fac vt persuadeas: non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt à te vinci possim aut officiis, aut amore. Non dubitabam equidem: verumtamen multò mihi notiorẽ amorem tuum effecit Chærippus. O hominẽ, semper illum quidem mihi aptum, nunc verò

i al Itane?*

P. CCI.

k q. v. r. litteras legere?

l q. v. r. oporteret.

m al videtur.

etiam suauem ! Vultus mehercule tuos mihi expressit omneis: non solùm animum,ac verba pertulit [a]. Itaque noli vereri, ne tibi succensuerim [b], quòd eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. Requisiui equidem proprias ad me vnum à te litteras : sed neque vehementer,& amanter. ¶De sumtu,quem te in rem militarem facere, & feciſſe dicis, nihil sanè possùm tibi opitulari, propterea quòd & [c] orbus senatus, consulibus amissis, & incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ : quæ conquiritur vndique,vt optimè meritis militibus promissa soluantur : quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. ¶De Accio [d] Dionysio nihil puto esse:quoniam mihi nihil dixit Scratorius [e]. ¶De P. Lucceio nihil tibi concedo, quòd [f] studiosior eius sis, quàm ego sum. est enim nobis necessarius. Sed à magistris [g] cùm contenderem de proferendo die : probauerunt mihi, sese, quo minùs id facerent,& compromisso, & iureiurando impediri. Quare veniedum arbitror Lucceio. quamquam,si meis litteris obtemperauerit [h], cùm tu hæc leges, illum Romæ esse oportebit. Ceteris de rebus,maximéque de pecunia,cùm Pansæ mortem ignorares, scripsisti,quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarere.quæ te non fefellissent,si viueret.nam te diligebat. Post mortem autem eius quid fieri posset,non videbamus. ¶De Venuleio, i Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimium probo,quod scribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. Honore enim digni cum ignominia dignis non erant comparandi : eósque ex senatusconsulto,si non decedunt, cogédos, vt decedant,existimo. Hæc ferè ad eas litteras, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo , velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem. Vale.

a *al.* protulit.
b *v. c.* suscensuerim,
P. B.
c L. & orbus est senatus,
d Attico. vide 4. ad Atticũ 14.*
e sic epist. 23. *al.* Scratorius.*
f L. quo
g auctionũ: l.*
h *al.* obtemperauit,
i legaris C. Caussi pro quos addices Africa provincia obtinebat.*

P. CCII.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS, LIBER DECIMVSTERTIVS, AD C. MEMMIVM.

¶ARG. *Commendat Patronem Epicureum.*

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO. I

Etsi non satis mihi constiterat, cum aliquáne animi mei molestia, an potius libenter te Athenis visurus essem, quòd iniuria [a], quã accepisti, dolore me amceret:sapientia tua,qua fers iniuriam,lætitia:tamen vidisse te mallem. Nam quod est molestiæ,non sanè multo leuius est, cùm te non video.quod esse potuit voluptatis ,certè, si vidissem te,plus fuisset. Itaque non dubitabo dare operam , vt te videam , cùm id satis commodè facere potero. Interea quod per litteras & agi tecum , &,vt arbitror, confici potest,agam. Nunc [b] à te primùm rogabo,nequid inuitus mea causa facias : sed id , quod mea intelliges multùm,tua nullam in partem interesse,ita mihi des,si tibi,vt id libenter facias,antè persuaseris. Cum Patrone Epicuréo mihi omnia [c] sunt : nisi quòd in philosophia vehementer ab eo dissentio.Sed & initiò Romæ,cùm te quoque,& tuos omneis obseruabat,me coluit in primis:& nuper,cùm ea,quæ voluit,de [d] suis commodis,& præmiis consecutus est,me habuit suorum defensorum, & amicorum ferè principẽ:& [e] iam à Phædro, [f] qui nobis,cùm pueri essemus,antè quàm Philonem [g] cognouissemus, [h] valde, vt philosophus,postea tamen,vt vir bonus,& suauis, & officiosus,probabatur,traditus [i], mihique cõmendatus est.Is igitur Patro,cùm ad me Romam litteras misisset,vti te sibi placarem, peteremque, vt nescio quid illud Epicuri parietinarum [k] sibi concederes : nihil scripsi ad te ob eam rem,quòd ædificationis tuæ consiliũ mea commendatione nolebam impediri. Idem,vt véni Athenas,cùm idem,vt ad te scriberem,rogasset : ob eam causam impetrauit, quod te abiecisse illam ædificationem constabat inter omneis amicos tuos. Quod si ita est,& si iam planè tua nihil interest,velim,si qua offensiuncula facta est animi tui,pertuerit aliquorum (noui enim gentem illam) des te ad lenitatem , vel propter tuam summam humanitatem , vel etiam honoris mei causa.Equidem si,quid ipse sentiam , quæris: nec cur ille tantopere contendat,video , nec cur tu repugnes:nisi tamen multò minùs tibi concedi potest,quàm illi,laborare sine causa. Quamquam Patronis & orationẽ , & causam tibi cognitam esse certò scio. honorem,officium, testamentorum [m] ius,Epicuri auctoritatem, Phædri obtestationem [n], sedem , domicilium , vestigia summorum hominum, rationémque,quam sequitur in philosophia, derideamus licet ,si hanc eius contentionem volumus reprehendere [o]. Sed , mehercule, quando illi, ceteríque,quos illa delectant,nõ valde inimici sumus:nescio an ignoscendum sit huic,si tantopere laborat : in quo etiam si peccat:magis ineptiis ,quàm improbitate peccat.Sed ,ne plura,(dicendum enim aliquando est)Pomponium Atticum sic amo,vt alterum fratrem.nihil est illo mihi nec carius, nec iucundius.Is non [p] quò sit ex istis : est q enim omni liberali doctrina [r] politissimus:sed valde diligit Patronem,valde Phædrum amauit) sic à me hoc contendit homo minimè ambitiosus,minimè in [s] rogitando molestus, vt nihil vmquam magis:nec dubitat, quin ego à te nutu hoc consequi possem, ita etiam , si ædificatutus esses. Nunc verò,si audierit,te ædifica-

a Imò iure ambitus damnatus exul. 3. ad Q. fratrem 2.* ẽ
b L. Nunc te illud pr.
c *al.* omnia communia sunt.
d *q. v. c.* de suis præmiis, & commodis cons.
e *q. v. c.* & à Phædro,
f meminit Philip. 5. & de finib.*
g 9. epist. 8. 5. de finib. 2. Tusculana.*
h *v. c.* cognouimus, & *ita l.*
i L. traditus mihi , commend. q. est.
k id est locũ illum vbi habebat Epicurus quẽ
P. B. Arcessagite, decreto facto , exædificandum Memmio : concessere.
l *al.* placet tua:
m morientes eum hæredes fuos. Mercatores loca in vrbe relinquere, vt quæ ad alios peruenirent, ea ipsa ad se ferre videantur.
n obtestatus Philippicis, vt Brutum vt negligeret.*
o *v. c.* reprehendere.
p *al.* non quod fit.
q dolorem amare vt his verbis vtar *l.*
r *q. v. c.* de finib. 1. *al.* omnigena.
P. CCIII.

ædificationem deposuisse, neque tamen me à te impetrasse: non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. Quamobrem peto à te, vt scribat ad tuos, posse tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quem [a] illi vocant, tolli. Sed redeo ad prima. Priùs velim tibi persuadeas, vt hoc mea causa libenter facias, quàm vt facias. sic tamen habeto: si feceris, quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

a q.v.c. & tibi persuadeam. L. & tibi suadeã. b q.v.c. sed quod mihi op.

¶ ARG. *Commendat Euandrum statuarium libertum M. Aemilij.*

M. T. C S. P. D. C. MEMMIO, 2

CAIO Auiano [b] Euandro, qui [c] habitat in tuo sacrario [d], & ipso multùm vtor, & patrono eius, M. Æmilio [e] familiarissimè. Peto igitur à te maiorem in modũ, quod si ne tua [f] molestia fiat, vt [g] ei de habitatione accõmodes. Nam propter opera instituta multa multorũ, subitum est ei remigrare [h] Kal. Quinct. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogẽm. Neque tamen dubito, quin, si tua nihil, aut non multùm interfit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares. mihi certè gratissimum feceris. Vale.

b al. Auieno
c al. qui habitabat.
d id est ea parte ædium Memmij quę sacrario cuiusdã fauebat in prouincia etiam vbi bona gerebat. L. Æmilio. & ita v.
e v.c. beniuolentia.
f id est agrorum diuisioni.
g al. molestia
h al. vt te ei de hib. P. R. i. L. demigrare k. L. Tullium, l. L. Tam rationem mihi rei, quàm

¶ ARG. *Commendat Fusium.*

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO. 3

AVLVM Fusium [i], vnum ex meis intimis, obseruantissimũ, studiosissimúmque nostri, eruditum hominem, & summa humanitate, tuáque amicitia dignissimum, velim ita tractes, vt mihi coràm recepisti. Tam [k] mihi grãtum id erit quàm quod gratissimũ. Ipsum præterea summo officio l & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

i F. B.

¶ ARG. *Commendat Volaterranos,*

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCAE, LEG. PROPRAET. S. D. 4

CVM municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est. magno eni m meo [n] beneficio [o] affecti, cumulatissimè quihi gratiã retulerunt. nã nec in honoribus meis, nec in laboribus vmquam defuerunt P. Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen, quòd te vehementissimè diligo, quódque me à te plurimi fieri sentio, & monerem te, & hortarer, vt eorum fortunis consuleres, præsertim cùm propè præcipuam causam haberent ad q ius obtinendũ. Primùm quòd Syllani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate subterfugerunt: deinde, quòd summo studio populi R. à me in consulatu meo defensi sunt. cùm enim tribuni plr. legem iniquissimam de eorum agris promulgãssent [s]: facilè S. P. Q. R. persuasi, vt eos ciueis, quibus fortuna pepercisset [t], saluos esse vellent. Hanc actionem meam C. Cæsar primo suo consulatu in [u] lege Agraria [x] comprobauit, agrúmque Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberauit: vt mihi dubium nõ sit, quin is, qui nouas necessitudines adiũgat, vetera sua beneficia cõseruari velit. Quamobrem est tuæ prudentiæ, aut sequi eius [y] auctoritatem, cuius sectã, atque imperium summa cum tua dignitate sequare: aut certè illi integram omnem causam reseruare. Illud verò dubitare nõ debes, quin tam graue, tam firmum, tam honestum municipiũ tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligare velis. Sed hæc, quæ scripta

n mo esse poterat nisi 20000. possideret Suet. Augusto.*
o al. factus sis
p L.S.V.B.E. E.Q.V.
q al. me & coram de P. Cuspio tecum
r al. Cuspio Cispii enim familia, quæ & Cipia in argẽteis dẽnariis Fisc.* m Paludati P. CCV. ibant in prouincias. 15. epist. 17.*

sunt suprà, eò spectant, vt te horter, & [a] suadeam. Reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum: vt non solùm tua causa tibi consilium me dare putes, sed [b] etiam quòd mihi opus sit, me à te petere, & rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos omnibus tebus integros, incolumesque esse volueris. Eorum ego domicilia, sedes, rem, fortunas, quæ à diis immortalibus [c], & à præstantissimis [d] in nostra rep. ciuibus, summo S. P. Q. R. studio, conseruatæ sunt, tuę fidei, iustitię, bonitatíque commendo. Si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, vt ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consueui tueri meos: nullum officium, nullum denique certamen, in quo illis prodesse possem, prætermitterem. Sed, quando apud te nihilominùs hoc tempore valere me cõfido, quàm valuerim semper apud omneis: pro nostra summa necessitudine, parique inter nos, & mutua beneuolentia [e] abs te peto, vt ita de Volaterranis mereare, vt existiment, eum quasi diuino consilio isti negotio [f] præpositum esse, apud quem vnum nos eorũ perpetui defensores, plurimùm valere possumus. Vale.

a q.v.c. & tibi persuadeam. L. & tibi suadeã. b q.v.c. sed quod mihi op.
c Sillanis temporibus*
d Cæsare reimò à se, Ciceronе.*
e v.c. beniuolentia.*
f id est agrorum diuisioni.*

¶ ARG. *Commendat Curtium: & ne Curtij ager diuidatur.*

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCAE, LEG. PROPRAET. S. P. D. 5

NON molestè fero, eam necessitudinem, quæ mihi tecum est, notam esse quàm plurimis: neque tamen ob eam causam (quod tu optimè existimare potes) te impedio, quo minùs susceptum negotium, pro tua fide, & diligentia, ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam, difficilémque commisit, gerere possis. Nam cùm multi à me petant multa, quòd de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, vt ambitione mea conturbem officium tuum. *C. Curtio* ab ineunte ætate familiarissimè sum vsus. Eius & Syllani temporis iniustissima calamitate dolui: &, cùm iis, qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Is habet in Volaterrano possessionem, cùm in eam, tanquam è naufragio reliquias contulisset. Hoc autem tẽpore cùm Cæsar in senatum legit: quem ordinem ille, ist [g] possessione amissa, tueri vix potest, *Grauissimum autem est, cum superior factus* [h] *sit ordine, inferiorem esse fortuna*: miniméque conuenit, ex eo agro, qui Cæsaris iussu diuidatur, eum moueri, qui Cæsaris beneficio senator sit. Sed mihi minùs libet multa de æquitate rei scribere, ne causa potiùs apud te valuisse videar, quàm gratia. Quamobrem te maiorẽ in modum rogo, vt C. Curtij rem, meam putes esse: quidquid mea causa faceres, vt id C. Curtij causa cùm feceris, meum existimes. quod ille per me habuerit, id me habere abs te putato. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

F. B.
g senatorum mo esse poterat nisi 20000. possideret Suet. Augusto.*
h al. factus sis
i L.S.V.B.E. E.Q.V.
k al. me & coram de P. Cuspio tecum
l al. Cuspio Cispii enim familia, quæ & Cipia in argẽteis dẽnariis Fisc.* m Paludati P. CCV. ibant in prouincias. 15. epist. 17.*

¶ ARG. *Commendat Cuspij amicos Iulium & Cornelium.*

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCAE. S. P. D. 6

SI i vales, bene est: ego qui dem valeo. Credo te memoria tenere, me [k] & coram P. Cuspio [l] tecum locutũ esse, cùm te prosequerer paludatũ [m]: & idẽ postea plurimis verbis tecũ egisse, vt, quoscũque tibi eius necessarios

commẽdarem, haberes eos in numero meorum necessariorum. Id tu pro tua summa erga me beneuolentia [a], perpetuáque obseruantia mihi liberalissimè, atque humanissimè recepisti. *Cuspius*, homo in omneis suos officiosissimus, mirificè quosdã homines ex ista prouincia tuetur, & diligit, propterea quòd fuit in Africa bis, cùm maximis societatis negotiis præesset. Itaque hoc eius officium, quod adhibet erga illos, ego mea facultate, & gratia foleo, quantum possum, adiuuare. Quare Cuspianorum omnium commẽdationis causam hac tibi epistola exponendam putaui. reliquis epistolis tantùm faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuénit, & simul significem, de numero esse Cuspij amicorum. Sed hanc commendationem, quam his litteris consignare volui, scito esse omnium grauissimam. Nam P. Cuspius singulari studio contendit à me, vt tibi quàm diligentissimè L. Iulium cõmendarem. Eius ego studio vix videor mihi satisfacere posse, si vtar verbis iis, quibus, cùm diligentissimè quid agimus, vti solemus. Noua quædam postulat: & putat me eius generis artificium quoddam tenere. Ei ego pollicitus sum, me ex intima nostra arte depromturum mirificum genus commendationis. Id quando assequi non possum, tu re velim efficias, vt ille genere mearum litterarũ incredibili quiddam [c] perfectum arbitretur. Id facies, si omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate, & à potestate tua proficisci potest, non modò te, sed etiam verbis, vultu [e] denique expresseris: quæ quantùm in prouincia valeant, vellem expertus esses. Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commẽdo, perdignum esse tua amicitia: nec [f] id solum, quia mihi Cuspius dicit, credo, (tametsi id satis esse debebat) sed quia noui eius iudicium in hominibus, & amicis deligendis [g]. Harum litterarum vis quanta fuerit, propediem iudicabo: tibíque, vt confido, gratias agam. Ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiosè, diligenterque curabo. Cura, vt valeas. *P. Cornelius*, qui tibi has litteras reddidit, est mihi à P. Cuspio commẽdatus: cuius causa quantopere cuperem, deberémque, profectò ex me facilè cognouisti. Vehementer te rogo, vt cures, vt ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quàm primùm, quàm sæpissime gratias agat. Vale.

a ... benivolentia.

b Societatem publicanorum, qui Africæ vectigalia exigebant, intelligit.*

P. R. c L. quodã.

d *fort.* & à potest. *al.* fronte, vultu deiiq.

f *al.* non solum

g *fors.* diligendis. *v. c.* in egendis.

¶ ARG. *Commendat municipium Atellanũ, & ne eius ager diuidatur, sed integra causa Cæsari seruetur.*

M. T. C. CLVVIO, S. P. D. 7

Cùm in Galliam [i] proficiscens, pro nostra necessitudine, tuáque summa in me obseruantia ad me domũ venisses, locutus sum tecum de agro vectigali [k] *municipij Atellani*, qui esset in Gallia: quantóque opere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. Post tuã autem profectionem, cùm & maxima res municipij honestissimi, mihíque coniunctissimi, & summum meum officium ageretur, pro tuo animo in me singulari, existimaui, me oportere ad te accuratius scribere: etsi nõ sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit: tibíque negotium [l] datum esse à C. Cæsare, non iudicium, præclarè intelligo. Quare à te tantum peto, quantum & te facere posse, & libenter mea causa facturum esse arbitror. Et primùm velim existimes, quod res est, municipij fortunas omneis in isto vectigali consistere: his autẽ temporibus hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Hoc etsi commune [a] videtur esse cum multis: tamen, mihi crede singulareis huic municipio calamitates accidisse, quas ideirco non commemoro, ne de miseriis meorum necessariorum cónqueres, homines [b], quos nolo, videar offendere. Itaque, nisi magnam spem haberem, C. Cæsari nos causam municipij probaturos: non erat causa, cur à te hoc tempore aliquid contenderem. sed quia confido, mihíque persuasi, illum & dignitatis municipij, & æquitatis, & voluntatis etiã erga se habiturũ esse rationẽ: ideò à te nõ dubitaui cõtendere, vt hanc causam illi integram conseruares [c]. Quod etsi nihilominùs à te peterem, si nihil audiuissem te tale fecisse: tamen maiorem spem impetrãdi nactus sum, postea quã mihi dictũ est, hoc idem à te Rhegienseis impetrauisse. qui etsi te aliqua necessitudine attingunt: tamen tuus amor in me, sperare me cogit, te, quod tuis necessariis tribueris, idem esse tributurum meis: præsertim cùm ego pro his vnis petam: habeam autem, qui simili causa laborent, cõplureis necessarios. Hoc me non sine causa facere, neque ãliqua leui ambitione commotũ à te contendere, etsi te existimare arbitrorfortamen mihi affirmanti credas velim, me huic municipio debere plurimùm: nullum vnquã fuisse tempus neque honorum, neque laborum meorum, in quo non huius municipij studium in me exstiterit singulare. Quapropter à te etiam atque etiam, pro nostra summa coniunctione, próque tua in me perpetua, & maxima beneuolentia [d], maiorem in modum peto, atque contendo, vt, cum fortunas agi eius municipij intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, beneuolentia [e] coniunctissimum, id mihi des. Quod erit huiusmodi, vt, si à Cæsare, quod speramus, impetrauerimus [f], tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus. sin minùs: pro eo tamen id habeamus, quando à te data [g] est opera, vt impetraremus. Hoc cùm mihi gratissimum feceris: tũ vicos optimos, homines honestissimos, eosdémque gratissimos, & tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi, tuísque deuinxeris. Vale.

a L. commune est videtur.

b Cæsaren fortasse aut Cæsarem intelligit.

c *fort.* retinueres.

d *v. c.* beneuolentia

e *v. c.* beneuolentia

f L. supertramus, *v. c.* in eo.

g L. data in opera.

¶ ARG. *Commendat Albinum, & ne in agri diuisione Albini prædia attingat.*

M. T. C. M. RVTILIO. S. P. D. 8

Cvm & mihi conscius essem, quanti te facerem, & tuam erga me beneuolentiam [h] expertus essem, non dubitaui à te petere, quod mihi petendum esset. P. Sextium [i] quãti faciam, ipse optimè scio: quanti autem facere debeam, & tu, & omnes homines sciũt. Is cùm ex aliis te mihi studiosissimum esse cognosceret, petiuit à me, vt ad te quàm accuratissimè scriberem de re *C. Albini* senatoris: cuius [k] ex filia [l] natus est L. Sextius, optimus adolescens, filius P. Sextij. Hoc ideirco scripsi, vt intelligeres, non solùm me pro P. Sextio laborare debere, sed Sextium etiam pro Albino. Res autẽ hæc est: A. M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationẽ [m] acceptique prædia Laberius

h *v. c.* benivolentiam. i Sui tribules Pub. Ciceronius Attilio ab Arpino redoxit, & Iden Orat. pro Sext. k Albinus Albini filius. l Albinum, Sextium, Cæsarem, quos P. C. vt. m Hoc ... ille ... ium.

Laberius emerat à Cęsare de bonis Plotianis. ea si dicam non esse è rep. diuidi, docere te videar, non rogare. Sed tamen cùm Cæsar Syllanas venditiones, & assignationes ratas esse velit, quo firmiores existimétur suæ: si eà prędia diuidentur, quæ ipse Cæsar vendidit, quæ tandem in eius venditionibus esse poterit auctoritas? Sed hoc quale sit, pro [a] tua prudentia considerabis. Ego te planè rogo, atque ita, vt maiore studio, iustiore de causa, magis ex animo rogare nihil possim, vt Albino parcas, prædia Laberiana ne attingas. Magna me afferet non modò lętitia, sed etiam quodammodò gloria, si P. Sextius homini maximè necessario [b] per [c] me satisfecerit, cùm ego illi plurimùm debeam. Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi intelliges esse gratissimum. Vale.

¶ ARG. *Commendat Bithynicam publicanorum societatem: & in hù Puppium.*

M. T. C. CRASSIPEDI, S. P. D. 9

QVAMQVAM tibi præsens commendaui, vt potui, diligentissimè, socios [d] Bithyniæ: tęque cùm ea commẽdatione, tum etiam tua sponte intellexi cupere ei societati, quibuscumque rebus posses, commodare: tamẽ, cùm ij, quorum res agitur, magni tua interesse arbitrarentur, me etiam per litteras declarare tibi, qua essem erga ipsos voluntate, non dubitaui hæc ad te scribere. Volo enim te existimare, me, cùm vniuerso ordini publicanorũ multùm semper libentissimè tribuerim, idq; pro magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse huic Bithynicæ societati: quæ societas ordine, & ipso hominum genere, pars est maxima ciuitatis. constat enim ex ceteris societatibus: & casu permulti sunt in ea societate valde mihi familiares: in primisque is, cuius præcipuũ officium agitur hoc tempore, P. Rupilius [f], P.F. Menenius: qui est magister [g] in ea societate. Quæ cùm ita sint, maiorem in modum à te peto, *Cn. Puppium*, qui est in operis [h] eius societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare: curésque, vt eius operæ, quod tibi facile factu est, quàm gratissimæ sint sociis: rémque, & vtilitatem sociorum, (cuius rei quantam potestatem quæstor habeat, non sum ignarus) per te quàm maximè defensam, & auctam velis. Id cùm mihi gratissimum feceris, tum illud tibi expertus promitto, & spondeo, te socios Bithyniæ, si iis commodaris, memores esse, & gratos cognoturum. Vale.

¶ ARG. *Commendat M. Varronem.*

M. T. C. BRVTO, S. P. D. 10

CVM ad te tuus quæstor, *M. Varro*, i profisciscetur, commendatione egere eum non putabam. Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum: qui, vt te non fugit, hanc quæsturæ [k] coniũctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse. Sed cùm sibi ita persuasisset ipse, meas de se accuratè scriptas litteras, maximũ apud te pondus habituras: à méque contenderet, vt quàm diligentissimè scriberẽ: malui facere, quod meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. Vt igitur debere me facere hoc intelligas, cùm primùm M. Terentius in forum [a] venit, ad amicitiam se meam contulit. Deinde, vt se corroborauit, duæ causæ accesserunt, quæ meam in illum beneuolentiã [b] augerent: vna, quòd versabatur in hoc studio nostro [c], quo etiam nunc maximè delectamur, & cum ingenio, vt nosti, nec sine industria: deinde, quòd maturè se cõtulit in societates publicanorum: quod quidem nollem, maximis enim damnis affectus est. sed [d] tamẽ causa communis ordinis, mihi commẽdatissimi, fecit amicitiam nostram firmiorẽ. Deinde versatus in vtrisque subsellis optima, & fide, & fama, iam ante hanc commutationem reip. petitioni [f] sese dedit, honorémque honestissimum existimauit, fructum laboris sui. His autem temporibus à me Brundisio cum litteris, & mandatis profectus est ad Cęsarem: qua in re & amorẽ eius in suscipiendo negotio perspexi, & [g] fidem in conficiendo ac renuntiando. Videor mihi, cùm separatim de probitate eius, & moribus dicturus fuissem, si priùs causam, cur eum tantopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse. Sed tamen sępe ratum promitto, in méque recipio, fore eum tibi & voluptati, & vsui. Nam & [h] modestũ hominem cognosces, & prudentem [i]: & à cupiditate omni remotissimum: prætereà magni laboris, summæque industriæ. Neque ego hęc polliceri debeo, quæ tibi ipsi, cùm bene cognoueris [k], iudicanda sunt: SED TAMEN *in omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi [l] amicitiæ fores aperiantur.* quod ego his litteris efficere volui. etsi id ipsa per se necessitudo quæsturæ effecisse debet. sed tamen nihilo infirmius illud, hoc addito. Cura igitur, si me tanti facis, quanti & Varro existimat, & ipse sentio, vt quàm primùm intelligam, hãc meã commendationem tantum illi vtilitatis attulisse, quantum & ipse sperarit, nec ego dubitarim. Vale.

¶ ARG. *Commendat vectigalia Arpinatium in Gallia: & legatos qui ad ea exigenda proficiscebantur.*

M. T. C. BRVTO, S. P. D. 11

QVIA semper animaduerti, studiosè te operam dare, vt nequid meorum tibi esset ignotum: propterea non dubito, quin scias, non solum cuius municipij sim, sed etiam, quàm diligenter soleam meos *Municipes Arpinates* tueri. Quorum quidem omnia commoda, omnésque facultates, quibus & sacra conficere, & sarta [m] tecta ædium sacrarum, locorúmque communium tueri possint, consistunt in his vectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia. Ad ea visenda, pecuniásque, quæ à colonis debentur, exigendas, totámque rem & cognoscendam, & administrandam, *legatos* equites Romanos misimus, Q. Suffidium [n], Q. F. M. Faucium, M. F. Q. Mamercum [o], Q. F. Peto à te maiorem in modum, pro nostra necessitudine, vt ea res tibi curæ sit, operámque des, vt per te quàm commodissimè negotium municipij administretur, quàm primúmque conficiatur: ipsósque, quorum nomina scripsi, vt quàm honorificentissimè pro tua natura, & quàm liberalissimè tractes. Bonos viros ad

P. CCVIII.

a Id fiebat anno ætatis XVII. sumpta virili toga, vt oratores audirent cóque discerẽt imitari.*

b v.c. beneuolentiam.

c eloquentiæ.*

d *Vet. Victor.* sed tamen communis. *Victor.* sed tamen communio ordinis.*

e priuatis & publicis: minoribus & maioribus.*

f tribunat. pleb. 13. Gell. 12.*

g *q.v.c.* & in conficiendo, ac renuntiando fidẽ. Vid.

h Quæstoris dotes*

i *al.* pudore m.*

k L. cognoris, *& ita v.c.*

l *al.* amicitiæ quasi f.

P. E.

m addẽ l. 7. §. 1 ff. de offic. procons.*

n d. Fusidiũ, o *al.* Mamercium.

tuam necessitudinem adiunxeris: municipiúmque gratissimũ beneficio tuo deuinxeris: mihi verò eo [a] etiam gratius feceris, quòd cùm semper tueri municipes meos consueui, tum hic annus præcipuè ad meam curam officiúmque pertinet. Nam constituendi municipij causa, hoc anno ædilem filium meum fieri volui, & fratris filium, & M. Cæsium, hominem mihi maximè necessarium (is enim magistratus in nostro municipio, nec [b] alius vllus creari solet (quos cohonestaris, in primisque me, si resp. municipij, tuo studio, & diligentia bene administrata erit. Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

[a] *al.* etiam eo gr.

P. CCIX.

[b] Ædilis apud Arpinates summus magistratus, vt hic. In aliis, dictator, vt Lanuuij *erat. pro Milone*: vel Consul, vt Tusculi vel Duumuir, vt Cornifinij, *Cæsar 1. de bello ciuil.* quartuoruir. vt Neapoli, & Cumis. 10. *ad Atticum* 21. & *Cluentiana* vel quæstor, vt Sidicini & Fereti 10. Gell. 3. vnde Spartianus in Adriano. Per oppida Latina, dictator, ædilis duumuir fieri voluit.*

¶ *ARG. Commendat Q. Suffidium legatum Arpinatum.*

M. T. C. BRVTO, S. P. D. 12

ALIA epistola communiter commendaui tibi legatos Arpinatum, vt potui diligentissimè: hac separatim *Q. Suffidium* [c], quo-cũ mihi omnes necessitudines sunt, diligentiùs commendo: non vt aliquid de illa commendatione diminuam [d], sed vt hanc addam. Nã & priuignus est M. Cæsij, mei maximè & familiaris, & necessarij, & fuit in Cilicia mecum tribunus [e] militum quo in munere ita se tractauit, vt accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse. Est præterea (quod apud te valet plurimùm) à nostris studiis non abhorrens. Quare velim eum quàm liberalissimè complectare: operámque des, vt in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum, secutus auctoritatem meam, quàm maximè eius excellat industria. Vult enim, id quod optimo cuique natura tributũ est, quàm maximam laudem, cùm à nobis, qui eum impulimus, tum à municipio consequi: quod ei continget, si hac mea commendatione tuum erga se studium erit consecutus. Vale.

[c] L. Fufidiũ, [d] L. deminuam. [e] qui honor in legione primus post legatum. Sex autem in singulis legionibus tribuni *Polyb.* Aconius duo genera facit tribunorum, alios facit Rufulos, qui ab exercitu: alios Comitiatos, qui Romę comitiis designati.* P. B. [f] senatorij*

ARG. Commendat L. Castronium Pætum Lucensem.

M. T. C. BRVTO, S. P. D. 13

L. *Castronius Pætus*, longè princeps municipij Lucensis, est honestus, grauis, plenus officij, bonus planè vir, & cùm virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus, sic prorsus, vt nostri [f] ordinis obseruet nemi-nem diligentiùs. Quare & vt meum amicum, & vt tua dignum amicitia, tibi commendo. Cui quibuscumque rebus commodaueris, tibi profectò iucundum, mihi certè erit gratum. Vale.

ARG. Commendat L. Titium Strabonem eiúsque procuratorem libertum.

M. T. C. BRVTO, S. P. D. 14

L. *Titio* [g] *Strabone*, equite Romano, in primis honesto, & ornato, familiarissimè vtor. Omnia mihi cum eo intercedũt iura summæ necessitudinis. Huic in tua prouincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res à Volcario, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto à te hoc diligentiùs, quàm si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare, quàm de sua, vt negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas, operámque des, quod tibi æquum, & rectum videbitur, vt quàm commodissima conditione *libertus Strabonis*, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummósque perueniat. Id & mihi gratissimum erit: & tu ipse L. Titium [a] cognosces, amicitia tua dignissimum. quod vt tibi curæ sit, vt omnia solent esse, quæ me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

[g] *al.* Titione. Str. || *Vet. Vss. al.* Tidio vt 12. epist. 6. §. 1.

[a] *al.* L. Titium.

ARG. Commendat Præcilium.

M. T. C. C. CAESARI, IMP. S. P. D. 15

PRæcilium tibi commendo vnicè, mij necessarij, mei familiarissimi, viri optimi filium: quem cùm adolescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum, & amorem erga me singularem, mirificè diligo: tum patrem eius, te doctus, intellexi, & didici mihi fuisse semper amicissimum. En, hic ille est, de illis maximè, qui irridere, atque obiurgare me soliti sunt, quòd me nõ tecum, præsertim cùm ab [b] te honorificentissimè inuitarer, coniungerem. ἀλλ' [c] ἡμὸν ὕποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν, ὡς [d] νεφέλην ἐκάλυψε μέλαινα. audiebam enim nostros [e] procere s clamitanteis, Ἀλκιμος [f] ἔσσ', ἵνα τίς σε κῆ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃσι. Sed tamen idem [g] me consolatur, & iam hominem petustum etiamnum [h] gloria, volunt incendere: atque ita loquuntur: ἀλλ' ἄγε δή, πῶς μέμονας; ἠ δείσῃ κῆ ἀκλειὼς ἀπολέσσῃς, ἀλλά μέγα φέξας τι κῆ ἐσσομένοισι πύθεσθαι. Sed me minus iam mouent, vt vides. Itaque ab Homeri magniloquentia cõfero me ad vera præcepta Εὐρεπίδου: μισῶ [k] σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. quem versum senex Præcilius laudat egregiè: & ait, posse eundem & ἅμα πρόσω, κῆ ὀπίσω videre, & tamẽ nihilominus, Αἱ [l] ἐν ἀρίστοισιν, κῆ ὑπερέχῃσι ἔμμεναι ἄλλων. Sed, vt redeam ad id, vnde cœpi, vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, cõprehẽderis: & ad id, quod ipsorum Præciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meæ. Genere nouo sum litterarum ad te vsus, vt intelligeres, non vulgarem esse commendationem. Vale.

P. CCX.

[b] L. abs te. [c] id est sed meum animum quam animũ in pectoribus ferunt. Homeri versus *Odyss. 20.* [d] id est tenebula occultauit a tra. Homeras *Odyss. 20.* [e] pompeianos.* [f] fortis ello vt aliquis te patrorum laudet. Est autem versus Homeri *Odyss. 2.* & 7. [g] Idem me consolatur etiam homines ostum inani gloria, vt vox illorum referatur ad Pompeianos & optimates.* [h] al. & inimicitia. al. & inimicitiam. al. & inimicitias. al. & inimicitiarum. al. & inimicitiarũ. [i] id est non dedecorare patriam. [k] id est non est sane inanis gloriam petere. Nec vero sine studio & gloria perpolitus aliquis esse potest. Sed magno opere cauendum est, ne quid de ea re nimium quid affectemus, ne quid ostentationis, ne quid ambitionis appareat. [l] Tempore [m] Tempore [n] al. tum post me cauit.

h L. quoad sibi æq. & ita v.c.

tecum fuisset,&propter memoriam Crassi de tuis vnus esset: & si vti commendationibus vellet, etiam per alios eum videbam id consequi posse. Testimonium meum [a] de eo iudicij,quod ipse magni æstimabat, & ego apud te valere eram expertus,ei libenter dedi. Doctum igitur hominem cognoui, & studiis optimis deditum,idque à puero. Nam domi meæ cum [b] Diodoro Stoico,homine,meo iudicio,eruditissimo,multùm à puero fuit. Nūc autem incensus studio rerum tuarum, eas litteris Græcis mandare cupiebat. posse arbitror:valet ingenio:habet vsum: iam pridem in eo genere studij [c], litterarúmque versatur:satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.Habes opinionis meæ testimonium: sed tu hoc facilius multo, pro tua singulari prudentia,iudicabis.Et tamen,quod negaueram,commendo tibi eum. Quidquid ei commodaueris, erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

¶ ARG. Comendat M. Curium, Patris negotiantem.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 17

Marcus Curius,qui Patris negotiatur,multis,& magnis de causis à me diligitur. Nā & amicitia peruetus mihi cum eo est, vt primùm in forum véni,instituta: & Patris cùm aliquoties anteà,tum proximè hoc miserrimo bello, domus eius tota mihi patuit:qua si opus fuisset,tam essem vsus,quàm mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdā necessitudinis, quòd est Attici nostri familiarissimus, eúmque vnum præter ceteros obseruat,ac diligit. Quem si tu iam fortè cognouisti [e], puto me hoc, quod facio,facere seriùs. Ea enim est humanitate,& obseruantia,vt eum tibi iam ipsum per se commendatum putem. Quod tamen si ita est,magnopere à te quæso,vt ad eam voluntatem,si quam in illum ante has meas litteras contulisti, quàm [f] maximus postea [g] commendatione nostra cumulus accedat. Sin autem propter verecundiam suam minùs se tibi obtulit,aut eum nondum satis habes cognitum,aut [h] quæ causa est,cur maioris commendationis indigeat: sic tibi eum commendo,vt neque maiore studio quemquam, neque iustioribus de causis commendare possim. Faciámque id,quod debent facere ij, qui religiosè, & sine ambitione commendant. spondebo enim tibi, vel potius spondeo, in meque recipio,eos esse M. Curij mores,eámque tum probitatem, tum etiā humanitatē,vt eum & amicitia tua,& tam accurata commēdatione,si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. Mihi certè gratissimum feceris,si intellexero,has litteras tantum, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse. Vale.

¶ ARG. Agit gratias de optima in Atticum voluntate.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D 18

NON concedam,vt Attico nostro,quem ego latum lætitia vidi, iucundiores tuæ suaræ,fuerint,quàm mihi. Nam etsi vtriquè nostrum prope æquè gratæ erant:tamen ego admirabar magis [i], te, quasi rogatus, aut certè admonitus, liberaliter Attico respondisses, quod tamē dubium nobis,quin ita futurum fuerit,non erat) vltro ad eum scripsisse, eíque nec [a] opinanti voluntatem tuam tantam per litteras detulisse. De quo non modò rogare te, vt eo studiosius mea quòque causa facias: non debeo (nihil enim cumulatius fieri potest,quam polliceris) sed ne gratias quidem agere,quòd tu & ipsius causa, & tua spōte feceris.Illud tamen dicam,mihi id,quod fecisti, esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo,quem ego vnicè diligo,nō potest mihi non summè esse iucundum. Quod cùm ita sit, esse gratum necesse est.Sed tamē, quando mihi, pro coniunctione nostra, vel peccare apud te in scribendo licet: verumque eorum,quæ negaui mihi faciēda esse, faciā. Nam & ad id,quod Attici causa te ostendisti esse facturum,tantum velim addas :quantum ex nostro amore accessionis fieri potest. Et, quod modo verebar tibi gratias agere, nunc planè ago, téque ita existimare volo, quibuscumque officiis in Epiroticis [b], reliquísque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. Vale.

¶ ARG. Commendat Lysonem.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 19

Vim Lysone Patrēsi est mihi quidem hospitium vetus:quam ego necessitudinem sanctè colendam puto:sed [c] ea causa etiam cum aliis compluribus: familiaritas tanta nullo cū hospite: & ea cùm officiis eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, vt nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Is cùm Rumæ annum propè ita fuisset,vt mecū viueret, etsi eramus in magna spe,te meis litteris, commendationéque diligentissimè facturum,id quod fecisti,vt eius rem, & fortunas absentis tuerere:tamen quòd in vnius potestate erant omnia, & quòd Lyso fuerat in nostra causa,nostrísque [d] præsidiis, quotidie aliquid timebamus. Effectū tamē est & ipsius splendore,& nostro, reliquorumque hospitū studio,vt omnia, quæ vellemus,à Cæsare impetrarentur:quod intelliges ex iis litteris,quas Cæsar ad te dedit. Nunc non modò non remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione,quasi adepti iā omnia, sed eo vehementiùs à te contendimus,vt Lysonem in fidem,necessitudinémque tuam recipias. cuius dubia fortuna timidiùs tecum agebamus,verentes,ne quid accideret eiusmodi, vt ne tu quidē mederi posses: explorata verò eius incolumitate, omnia à te studia summa curapeto.Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo.In his adolescentem filium eius,quem C.Memmius Gemellus, cliēs meus,cùm in calamitate exsilij [e] sui Patrensis ciuis [f] factus esset,Patrensium legibus adoptauit vt eius ipsius hereditatis ius causamque tueare.Caput illud est,vt Lysonem,quem ego virum optimum, gratissimúmque cognoui, recipias in necessitudinem tuam. Quod si feceris,non dubito,quin in eo diligendo, cæterísque postea commendando,idem, quod ego,sis iudicij & voluntatis habiturus. Quod cùm fieri vehementer studeo, tum etiam illud vereor, ne si minùs cumulatè videberis feciſse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse de se putet, non te oblitum mei. Quanti enim me faceres,cùm ex sermonibus quotidianis meis,tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere, Vale.

a *al.* inopinanti.*

P. CCXXX.

b In Epiro enim possessiones habuit Atticus, vt epistolæ ad eum scriptæ & Nepos in vita demonstrat.*

c I. sed ea causa est etiā c *al.* sed ea causa communis ei est cum aliis compl.

d Pompeij partes insequitur.*

P. C.

e *al.* exsulis

f amissa Romana ciuitate. Nam duarum ciuitatum ciuis esse nemo potest.*

¶ ARG. *Commendat Æsclaponem medicum.*

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 20

A *Sclapone Patrensi*, medico, vtor valde familiariter, ejusque tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine [a] meorum [b]. In qua mihi tum [c]ipsa scientia, tum etiam fidelitate, beneuolentiáque [d] satisfecit. Hunc igitur tibi cõmendo: & à te peto, vt des operam, vt intelligat diligenter me scripsisse de sese, meámque commendationem vsui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

a *v.c.* valitudine.
b hoc est Tironis 16. epist. 1. 6. & 9.*
c *al.* cùm
d *v.c.* beniuolentiáque.

¶ ARG. *Commendat M. Æmylium Auianum & C. Auianum Hammonium.*

M. T. C. SER. SVLPICIO. S. P. D. 21

M. *Æmilius* [e] *Auianus* [f] ab ineunte adolescẽtia me obseruauit, sempérque dilexit, vir cùm bonus, tum perhumanus, & in omni genere officij diligendus [g]. Quem si arbitrarer esse Sicyone, & nisi audirem ibi eum etiã nunc, vbi ego reliqui, Cibyræ commorari, nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere. Perficeret enim ipse profectò suis moribus, suáque humanitate, vt sine cuiusquã cõmendatione diligeretur abs te non minùs, quàm & à me, & à ceteris suis familiaribus. Sed cùm illum abesse putem, commendo tibi maiorem in modum domum eius, quæ est Sicyone, rémque familiarem, maximè *Caium Auianum Hammonium* [h], libertum [i] eius: quẽ quidem tibi etiam suo nomine commendo. Nam cùm propterea mihi est probatus, quod est in patronum suum officio, & fide singulari: tum etiam quòd in me ipsum magna officia contulit, mihíque molestissimis temporibus ita fideliter, beneuoléque [k] præstò fuit, vt si à me manumissus esset. Itaque peto à te, vt eum Hammonium [l], & in patroni eius negotio sic tueare, vt eius procuratorem, quem tibi commendo, & ipsum suo nomine diligas, habeáque in numero tuorum hominem prudentem [m], & officiosum cognosces, & dignũ, qui à te diligatur. Vale.

e *v.c.* Aimilius.
f *al.* Auianus*
g *fort.* dili- P. CCXIII. gentissimus‖ & ita Manut. & Lamb.*
h L. Ammonium.‖ *al.* Aianum, libertum eius*
i epist. 27. 3.*
k *v.c.* beninoléque
l L. Ammonium,
m L. pudentem,

¶ ARG. *Commendat T. Manlium.*

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 22

T. *Manlium*, qui negotiatur Tespiis, vehementer diligo. Nam & semper me coluit, diligentissiméque obseruauit, & à studiis nostris non abhorret. Accedit eò, quòd Varro [n] Murena [o] magnopere eius causa vult omnia: qui ita existimauit, etsi suis litteris, quibus tibi Manlium commendabat, valde confideret: tamen mea cõmendatione aliquid accessionis fore. Me quidem cùm Manlij familiaritas, tum Varronis studiũ cõmouit, vt ad te quã accuratissimè scriberẽ. Gratissimũ igitur mihi feceris, si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum: id est, si T. Manlium, quàm maximè, quibuscumque rebus honestè, ac pro tua dignitate poteris, iuueris, atque ornaueris. Ex ipsius præterea gratissimis, & humanissimis moribus confirmo tibi, eum te, quem soles, fructum à bonorum virorum officiis exspectare, esse capturum. Vale.

n hic ex Licinia Murenarum gente in Tertiam Varro adoptatus. P. B. cognomen vtriusque seruat.*
o *al.* Muræna.*

¶ ARG. *Commendat L. Cossinium.*

M. T. C. SER. SVLPICIO. S. P. D. 23

L. *Cossinio*, amico, & tribuli meo, valde familiariter vtor. Nam & inter nosmetipsos vetus vsus intercedit: & Actius noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. Itaque tota Cossinij domus me diligit, in primisque libertus eius, L. Cossinius Anchialus, homo & patrono, & patroni necessariis, quo in numero ego sum, probatissimus. Hunc tibi ita commendo, vt, si meus libertus esset, eodémque apud me loco esset, quo[a] & est apud patronum suum, maiore studio commendare non possem. Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis: atque eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuueris. Id & mihi vehementer gratũ erit, & tibi posteà iucundum. Hominem enim summa probitate, humanitate, obseruantiáque cognosces. Vale.

a *al.* quo eo apud.

¶ ARG. *Commendat Lysonem.*

P. CCXIIII.

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 24

CVm anteà capiebam ex officio meo voluptatem, quòd memineram, quàm tibi diligenter *Lysonem* [b], hospitem, & familiarem meum, commendassem, tum verò posteà quã ex litteris eius cognoui, tibi eum falsò suspectum fuisse, vehementissimè lætatus sum, me tam diligentem in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse, quòd ad te delatum diceret, sese contra dignitatem tuam Romæ de te loqui solitum esse. De quo, etsi pro tua facilitate, & humanitate purgatũ se tibi scribit esse, tamen primùm, vt debeo, tibi gratias ago, cùm tantum literæ meæ potuerunt, vt, his lectis, omnem offensionem suspicionis, quam habueras de Lysone, deponeres: deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lysone magis, quàm pro omnibus scribere, hominem esse neminem, qui vmquam mentionẽ tui sine tua summa laude fecerit. Lyso verò cùm mecum propè quotidie esset, vnáque viueret: non solùm quia me libenter audire arbitrabatur, sed quia libentiùs ipse loquebatur, omnia mihi tua & facta, & dicta laudabat. Quapropter etsi à te ita tractatur, vt iam non desideret commendationem meam, vnísque se litteris meis omnia consecutum putet: tamen à te peto maiorem in modum, vt eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate [c] complectare. Scirem ad te, qualis vir esset, vt superioribus litteris feceram, nisi eum iam per seipsum satis [d] tibi esse notum arbitrarer. Vale.

b epist. 9. 7.
c L. liberalitásque
d Lat. satis esse, & Fa.
e P. B.

¶ ARG. *Commendat Hageſaretum.*

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 25

H *Ageſaretus* [e] Lariſſæus, magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor, & gratus fuit: méque postea diligẽtissimè coluit. Eum tibi magnopere commendo, vt & hospitem, & familiarem meũ: & gratum hominem, & virum bonum, & principem ciuitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, vt is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

e *al.* Agelaus, *vel al.* Hegesaretus, *vel al.* Lariseus Lat. Lariſæus Fr.

¶ ARG. *Commendat L. Meſſinium.*

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 26

L. *Meſſinius* [f] ea mecum necessitudine [g] coniunctus est, quò mihi quæstor fuit. Sed hanc causam, quam ego, vt à maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit virtute, & humanitate sua iustiorem. Itaque eo sic vtor, vt nec familiariùs vllo, nec libentiùs. Is quãquã

f L. Messinius, *vel* Messius Fol. 28.*
g de necessitudine & coniunctione quæstionis adde epistolam 10. 5. Ciceronem in diuinatione, & pro Plancio.

considere videbatur, te sua causa, quę honestè posses, libenter [a] esse facturum, magnum tamen esse sperauit apud te meas quoque litteras pondus habituras. Id cùm ipse ita iudicabat, tum pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, quàm suauis esset inter nos, & quanta coniunctio. Peto igitur à te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario, & tam familiari: vt eius negotia, quæ sunt in Achaia, ex eo, quòd hæres est M. Mindio, fratri suo, qui Elide negotiatus est, explices, & expedias tum iure, & potestate, quam habes, tum etiam auctoritate, & consilio tuo. Sic enim præscripsimus iis, quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro, &, quod [b] commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur. Id vt honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atque etiam rogo. illud prætereà, si non alienum à tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum: si qui difficiliores erunt, vt rem sine controuersia confici nolint, si eos, quando cum senatore res est, Romam reieceris. Quod quo minore dubitatione facere possis, litteras ad te à M. Lepido consule, non quæ te aliquid iuberent, (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitrabamur [c]) sed quodam modo quasi [d] commendatitias sumpsimus. Sciberem, quàm id beneficium bene apud Messinium positurus esses, nisi & te scire confiderem, & mihi peterem. Sic enim velim existimes, non minùs me de illius re laborare, quàm ipsum de sua. Sed cùm illum studeo quàm facillimè ad suum peruenire: tum illud laboro, vt non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.

a al. libenter te esse facturum.*

b Fr. habent vett. cod. duo.

c g.v.c. arbitramur & forte sequa tur omnes.

d g.v.c. commendatitias.

¶ ARG. *Commendat C. Auianum. Laudat Seruium filium.*

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 27

LICET eodem exemplo sæpius tibi huius generis litteras mittam, cum gratias agam quòd meas commendationes tam diligenter obserues: quod feci in aliis, & faciam, vt video, sæpius: sed tamen non parcam operæ, & vt [e] vos soletis in [f] formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. C. *Auianus* igitur *Hammonius* h incredibileis mihi gratias per litteras egit, & suo, & Æmilij i Auiani, patroni sui, nomine, nec liberaliùs nec honorificentiùs tractari potuisse, nec se præsentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. Id mihi cùm iucundum est eorum causa, quos ego tibi summa necessitudine, & summa coniunctione adductus commendaueram, quòd M. Æmilius vnus est ex meis familiarissimis, atque intimis, maximè necessarius homo, & magnis meis beneficiis deuinctus, & propè omnium, qui mihi aliquid debere videntur, gratissimus: tum multò iucundius, te esse in me tali voluntate, vt plus profis amicis meis, quàm ego præsens fortasse prodessem: credo, quòd magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quàm tu, quid mea. Sed hoc non dubito, quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, vt illos quoque gratos homines esse putes: quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. Quare velim, quidquid habent negotij, des operam, quod commodo tuo fiat,

e vos] al. vt.

f formulis] al. epistolis.

g al. & Auianum.

h Hammonius] al. Hammonio.

i Æmilij] al. Æmilio.

A vt, te obtinente Achaiam, conficiant. ¶ Ego cum tuo Seruio iucundissimè, coniunctissiméque viuo: magnámque cùm ex ingenio eius, singularíque studio, tum ex virtute, & probitate voluptatem capio. Vale.

¶ ARG. *Commendat L. Mescinium, & Lacedæmonios.*

M. T. C. SER. SVLPICIO, S. P. D. 28

B ETSI libenter petere à te soleo, si quid opus est meorum cuipiam, tamen multo libentiùs gratias tibi ago, cùm feceris aliquid commendatione mea: quod semper facis. Incredibile est enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter à me tibi commendati: quæ [a] omnia mihi grata: sed de *L. Mescinio* [b] gratissimum. Sic enim est mecum locutus, te, vt meas litteras légeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia: multò verò plura, & maiora feciſſe. Id igitur (puto enim etiam atque etiam mihi dicendum esse) velim existimes, mihi te feciſſe gratissimum. Quod quidem hoc vehementiùs lætor, quòd ex ipso Mescinio te video magnam capturum voluptatem. Est enim in eo cùm virtus, & probitas, & summum officium, summáque obseruantia: tum studia illa nostra, quibus anteà delectabamur, nunc etiã viuimus. Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quæ te erunt dignæ. Sed [c] duo sunt, quæ te nominatim rogo: Primùm, vt, si quid satisdandum erit, *Amplius* [d] *eo nomine non peti*, cures, vt satisdetur fide mea. Deinde, cùm ferè consistat hereditas in iis rebus, quas auertit [e] Oppia, quæ vxor Mindij fuit: adiuues, in eáque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. quod si putarit illa fore, vt opinio nostra est, negotium conficiemus. Hoc vt assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud, quod supra scripsi, id tibi confirmo, in méque recipio, te ea, quæ feciſti Mescinij causa, quæque feceris, ita bene collocaturum, vt ipse iudices, homini te gratissimo, iucundissimóque [f] benignè feciſse. ¶ Volo enim, ad id, quod mea causa feciſti, hoc etiam accedere. Nec *Lacedæmonios* dubitare arbitror, quin ipsi sua, maiorúmque suorum auctoritate satis commendati sint fidei, & iustitiæ tuæ: & ego, qui te optimè nouissem, non dubitaui, quin tibi notissima & iura, & merita populorum essent. Itaque cùm à me peteret Philippus Lacedæmonius, vt tibi ciuitatem commendarem: etsi memineram, me ei ciuitati omnia debere: tamen respondi, commendatione Lacedæmonios apud te non egere. Itaque sic velim existimes, me omneis Achaiæ ciuitates arbitrari pro horum temporum pertur batione feliceis, quòd tu his præsis: eumdémque me ita iudicare, te, quod vnus optimè nosses, non nostra solùm, sed etiam Græciæ monumenta omnia, tua sponte amicum Lacedæmoniis & esse, & fore. Quare tantùm à te peto, vt, cùm ea facies Lacedæmoniorum causa, quæ tua fides, amplitudo, iustitia postulat: his, si tibi videbitur, significes, te non molestè ferre, quòd intelligas, ea quæ facias, mihi quoque grata esse. Pertinet enim ad officium meum, eos existimare, curæ mihi suas res esse. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

a g.v.c. quæ mihi omnia grata:

b al. Mescinio vt epist. 26.* P. CCXVI.

c g.v.c. Sed duo quidem te nominatim rogo,

d de hac formula dixi oratione pro Rosc. Comœdo.*

e auertere hîc est amouere D. rerũ amotarum*

f al. & iucundissimo ben.

P. R.

¶ ARG. *Commendat Capitonem pro hereditate Antistij.*

a *al.* L PLAN C. O, S. D. M. T. C. CN.[a] PLANCO, S. P. D. 29

NON dubito, quin scias, in iis necessariis, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum, non his modò causis, quæ speciem habent[b] magnæ coniunctionis, sed iis etiam, quæ familiaritate, & consuetudine tenentur[c]: quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo, & summam fuisse. Ab his initiis noster in te amor profectus, auxit paternam necessitudinem, & eo magis, quòd intellexi, vt primùm per ætatem iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, me à te in primis cœptum esse obseruari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum cùm studiorum, quod ipsum est per se graue: tum eorum studiorum, earúmque artium, quæ per se ipsæ eos, qui volútate eádem sunt, etiam familiaritate deuinciunt. Exspectare te arbitror, hæc tã longè repetita principia quò spectent. Id primum ergo habeto, non sine magna, iustáque causa hanc à me commemorationem esse factam, *C. Ateio*[d] *Capitone* vtor familiarissimé. Notæ tibi sunt varietates meorum temporum. in omni genere, & honorum & laborum meorum, & animus, & opera, & auctoritas & gratia, etiam res familiaris C. Capionis præstò fuit, & paruit[e] & temporibus, & fortunæ meæ. Huius propinquus fuit T. Antistius: qui cùm forte quæstor Macedoniam obtineret, neque ei successum esset, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit. Facere Antistius nihil potuit. Nam, si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, quàm[f] ad Capitonem, quem vt parentem diligebat, reuerti: præsertim cùm sciret, quanti is Cæsarem faceret, sempérque fecisset. Sed oppressus, tántum attigit negotij, quantum recusare non potuit. Cùm signaretur argentum Appolloniæ, non possum dicere, eum præfuisse, neque possum negare eum affuisse, sed non plus duobus, aut tribus mensibus. Deinde abfuit[g] à castris: fugit omne negotium. hoc mihi, vt testi, velim credas. meam enim ille mæstitiam in illo bello videbat, mecum omnia communicabat. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam, quò[h] potuit longissimè à castris, non modò vt non præesset vlli negorio, sed etiã vt ne interesset quidem. Is post prælium se ad hominem necessarium, Aulum[i] Plancium in Bithyniam contulit. Ibi eum cæsar cùm vidisset, nihil asperè, nihil acerbè dixit. Romam iussit venire. Ille in morbum continuò incidit: ex quo non conualuit. Æger Córcyram venit: ibi est mortuus, testamento, quod Romæ Paullo & Marcello consulibus[k] fecerat, hæres ex parte dimidia, & tertia est Capito. in sextante sunt ij, quorum pars sine vlla cuiusquam querela publica potest esse: ea est ad XXXLLS I. Sed de hoc Cæsar viderit. Te, mi Planse, pro[m] paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studiis, & omni cursu nostro[n] totius vitæ simillimo, rogo, & à te ita peto, vt maiore cura, maiore studio non possim vt hanc rem suscipias: meam putes esse[o], enitare, contendas, efficias, vt mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio, hereditatem propinqui sui C. Capito obtineat. Omnia, quæ potui in hac summa tua[a] gratia, ac potentia à te impetrare, si petiissem, vltrò te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero. Illud fore tibi adiumento spero, cuius ipse Cæsar esse optimus iudex potest: semper Cæsarem Capito & b dilexit, & coluit. Sed ipse huius rei testis est: noui hominis memoriam. Itaque te nihil doceo. tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsarem, quantum ipsum meminisse senties. Ego, quod in meipso experiri potui, ad te deferam. in eo quantum sit ponderis, tu videbis. Quam partem in rep. causámque defenderim, per quos homines, ordinésque steterim, quibúsque munitus fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas: si quid fecerim hoc ipso in bello minùs ex Cæsaris voluntate, quod intellexerim scire ipsum Cæsarem, me inuitissimum fecisse: id c feci aliorum consilio, hortatu, auctoritate: quòd fuerim moderatior, temperatiorque, quàm in ea parte quisquam id me fecisse maximè auctoritate Capitonis: cuius similes si reliquos necessarios habuissem, reip. fortasse nonnihil, mihi certe plurimùm profuissem. Hanc rem, mihi Plance, si effeceris, meâ de tua erga me beneuolentia d spem confirmaueris, ipsúmque Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem, tuo summo beneficio adiunxeris. Vale.

CONSIDERANDVM vobis etiam, atque etiam,animæ meæ, diligenter puto, quid faciatis: Romæ ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco.Id non solùm meum consilium est, sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem hæc. Romæ vos esse tutò posse per Dolabellam, eámque rem posse nobis [f] adiumento esse, si qua vis, aut si quæ rapinæ fieri cœperint.Sed rursus illud me mouet, quòd video, omneis bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere. Hæc autem regio,in qua ego [g] sum, nostrorum est tum oppidorum, tum etiam prædiorum [h]: vt & multùm esse mecum, &,cùm abieritis,commodè etiam in nostris prædiis esse [i] possitis. Mihi [k] non planè satis constat adhuc, vtrum sit melius. Vos videte, quid aliæ faciant isto loco fæminæ:& ne,cùm velitis,exire non liceat.id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum, & cum amicis consideretis. Domus vt propugnacula, & præsidium habeat,Philotimo dicetis.Et velim tabellarios instituatis certos, vt quotidie aliquas à vobis litteras accipiam. Maximè autem date operam,vt valeatis, si nos vultis valere.Octauo kalendas Febr.Formiis.

¶ARG. *Valetudine filiæ dolorem suum augeri.*

M. T. C. TERENTIAE, S. D. 19

a ex Aegypto in vrbem redeunti.* b Idem fr. ad Atticum. 18.* c v.c. valitud.

P. CCXXXIX.

d L. quæ sint e v.c. valitud.

f al. vobis

P. B.

g L. sum ego & ita v.c. h vide epist. 14.3.* i al. possitis esse. k L. Mihi planè non satis const. & ita v.c.

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ nostræ. De qua nihil est, quòd ad te plura scribam. tibi enim æquè magnæ curæ esse certò scio. Quòd me propiùs vultis accedere, video ita esse faciẽdum. etiã[a] antè fecissem : sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt. Sed à Põponio exspecto litteras, quas ad me quàm primùm perferendas cures velim. Da operam vt valeas.

a q. v. r. & iam ita fec.

¶ ARG. *Se in Tusculanum venturum.*

M. T. C. TERENTIAE SVAE S. P. D. 20

IN Tusculanum nos venturos putamus aut nonis, aut postridie. ibi [b] fac, vt sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, &, vt arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum si in balneo non [c] est: fac vt sit. item cetera, quæ sunt ad victum, & valetudinem necessaria. Vale IIII. kalendas Octobr. de Venusino.

b L. ibi vt sint omnia parata. P. CCXL. c L. non est: Vt sit.

¶ ARG. *Valetudinem & negotia cõmendat.*

M. T. C. TERENTIAE SVAE, S. P. D. 21

SI vales, bene est: ego valeo. Da operam, vt conualescas, quod opus erit, vt res, tempúsque postulat, prouideas, atque administres : & ad me de omnibus rebus, quàm sæpissimè litteras mittas. Vale.

¶ ARG. *Se consilij ancipitem esse victo Pompeio.*

M. T. C. TERENTIAE SVAE, S. P. D. 22

SI vales, bene est, ego valeo. Nos quotidie tabellarios vestros exspectamus : qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit : faciemúsque te statim certiorẽ. Valetudinem [d] tuam cura diligenter. Vale. Kalendis Septembrib.

d v. v. r. tud. e ex Arg. pro. Ideo pro Ligario. f v. v. Valetud. g quas postea recepit. pist. 13. 6. h v. Valetud. P. B. e Τερεντίας Cicer. Ἀττικὸς Sicca boni libr. Ἀπὸ τερεντίου. Dion. 41. 47. 50. Florus 4. f v. Iustinũ 42. Dionem 40. & 49. g huiusmodi Strabo lib. 16. facere videtur filium φυλάρχου τῶ ἀμφὶ Τάρσον. Alij Tarcondimoti, hũc faciunt. Huius meminit Dion. 50. & 54. h fort. pharcho. Iuby larchi ita φύλαρχος ἀβγάρου ἐπιστολὴν Strabonis, quali regulo. φύλαρχος etiam Saracenũ Iuliano partito & Procopio v. de bello Persico: Theodoro Lector. Sexto Rufo dator mando Ammiano 24. sed tamen Lambinus legit Phylarcho. Phylarchum Ptolemæum Cyprium Cæsar. Sextus Rufus. Phylarchus qui præfuit Cilicibus de lumen scribatur significat, nam Cilicibus loci fuit. i Ludibundi, k L. si agas tatis nostræ.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS, LIBER XV.

AD CONSVLES, ET ALIOS.

¶ ARG. *De Parthorum irruptione. Auxilia mitti in eas prouincias petit.*

M. T. C. M. F. PROCONSVL, S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENATVI, P. Q. R.

SI VOS B. V. B. E. E. Q. V. Etsi non dubiè mihi nuntiabatur, Parthos [a] transisse Euphrátem cum omnibus ferè [b] suis copiis: tamen, quòd arbitrabar, à M. Bibulo proconsule certiora de his rebus ad vos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse publicè scribere ea, quæ de alterius prouincia nuntiarẽtur. Postea verò quàm certissimis auctoribus, legatis, nuntiis, litteris sum certior factus: vel quòd tanta res erat, vel quòd nondũ audieramus, Bibulum in Syriam venisse : vel quia administratio huius belli mihi cum Bibulo pænè est communis : quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putaui. Regis Antiochi [c] Commageni legati primi mihi nuntiarunt, Parthorum magnas copias Euphratem transire cœpisse. Quo nũtio allato, cùm essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem haberidam putarent, statui exspectãdum esse, si quid certius afferretur. A. d. XIII. kalendas Octo. cùm [d] exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniæ, & Cappadociæ mihi litteræ reddítæ sunt à Tarcondimoto, [e] qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissimúsque P. R. existimatur : Pacórum [f] Orodis, regis Parthorum filium, cum permagno equitatu Parthico transire Euphratẽ, & castra posuisse Tybæ: magnúmque tumultum esse in prouincia Syria excitatum. Eodem die ab Iambli[g] cho Phylarcho [h] Arabum, quem homines opinantur bene sentire, amicúmque esse reipu. nostræ, litteræ de eisdem rebus mihi redditæ sunt. His rebus allatis, ersi intelligebam, socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum exspectatione suspensos : sperabam tamen, eos, ad quos iam accesseram, quique nostram [i] consuetudinem, integritatémque perspexerant, amiciores populo R. esse factos: Ciliciam autem firmiorem fore, si [k] equitatus noster particeps facta esset. Et ob eam causam, & vt opprimerentur ij, qui ex [l] Cilicum gente in armis essent, & vt hostis is, qui esset in Syria, sciret, exercitum populi R. non modò non cedere, his nuntiis allatis, sed etiam prò piùs accedere: exercitum ad Taurum instituí duce-

a Idem 5. ad Atticum 18. b ferè, abesse à quibusd. v. te.

c cuius soror vxor fuerat Orodis Parthorum regis Dio 49. d de hoc itinere vide 5. ad Atticum 20.

l Hi Armeniæ vic. epist. 4.

ducere. Sed, si quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in iis præsertim rebus, quas vos audistis, ego pænè cerno : magnopere vos & hortor, & moneo, vt his prouinciis seriùs vos quidem, quàm decuit, sed aliquando tamen consulatis. Nos quemadmodum instructos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari, quod ego negotium non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus, non recusaui. Neque enim vmquam vllum periculum tantum putaui, quod subterfugere mallem, quàm vestræ auctoritati obtemperare. Hoc autem tempore res sese sic habet, vt nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, maturè in has prouincias miseritis, summum periculum sit, ne amittendæ sint omnes hæ prouinciæ, quibus vectigalia populi R. continentur. Quamobrem autem in hoc prouinciali delectu [a] spem habeatis aliquam, causa nulla est : neque multi sunt : & [b] diffugiunt qui sunt, metu oblato. Et, quod genus [c] hoc militum sit, indicauit [d] vir fortissimus M. Bibulus in Asia : qui, cùm ei permisissetis, delectum [e] habere noluerit. Nam sociorum auxilia propter acerbitatem, atque iniurias imperij nostri, aut ita imbecilla sunt, vt non multùm nos iuuare possint : aut ita alienata à nobis, vt neque exspectandum ab iis, neque committendum iis quidquam esse videatur. Regis Deiotari & voluntatem, & copias, quantæcumque sunt, nostras esse duco. Cappadocia [f] est inanis. Reliqui reges, tyrannique, neque opibus satis firmi, nec [g] voluntate sunt. Mihi in hac paucitate militum animus [h] certè non deerit: spero ne consilium quidem. Quid casurum sit, incertum est. Vtinà saluti nostræ consulere possimus : dignitati certè consulemus. Valete.

a Edicto tu lio. Cæs. & Cicero ge. mil. militum hoc loc. ius. Edicto

¶ ARG. *De rebus in prouincia gestis.*

M. T. C. M. F. PROCONS. S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENAT. P. Q. R. 2

SI VALEBIS, VALEBAM. Cùm pridie kalen. Sext. in prouinciam venissem, neque maturius propter itinerum, & nauigationum difficultatem venire potuissem: maximè conuenire officio meo, reique p. conducere putaui, parare ea, quæ ad exercitum, quæque ad rem militarem pertinerent. Quæ cùm essent à me cura magis, & diligentia, quàm facultate, & copia, constituta: nuntiique & litteræ de bello à Parthis in prouinciam Syriam illato, quotidie ferè afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam & per Isauros, [o] et Cappadociam arbitratus sum. erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque irrumpere in eam [k] prouinciam conarentur, iter eos per Cappadociam, quòd ea maximè pateret, esse facturos. Itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens [l] est, iter feci: castráque ad Cybistra, [m] quod oppidum est ad montem Taurum, locaui: vt Artasides, [n] rex Armenius, quocumque animo esset, sciret, non procul à suis finibus exercitum populi R. esse: & Deiotarum, fidelissimũ regem, atque amicissimum reip. nostræ, maximè coniunctum haberem, hominem [o], cuius & consilio, & opibus adiuuari [p] posset resp. Quo cùm in loco castra haberem, equitatúmque in Ciliciam mississem, vt & meus aduentus iis ciuitatibus, quæ in ea parte essent, nuntiatus, firmiores animos hominum faceret: & ego maturè, quid ageretur in Syria, scire possem: tempus eius tridui, quod in his castris morabar, in magno officio, & necessario mihi ponendum putaui. Cùm enim vestra auctoritas interceßisset, vt ego regem [a] Ariobárzanem, Euseben, [b] & Philorrhomæum tuerer, eiúsque regis salutem, [c] incolumitatem regnúmque defenderem : regi, [d] regnóque præsidio essem: adiunxissetíque salutem eius regis, populo, senatuíque R. magnæ curæ esse, quod nullo vmquam de rege decretum esset à nostro ordine: existimaui me iudicium vestrum ad regem deferre debere, eique præsidium meum, & fidem, & diligentiam pollicerer: vt, quando salus ipsius, & incolumitas regni mihi commendata esset, à vobis, diceret, si quid vellet. Quæ cùm essem in consilio [e] meo cum rege locutus : initio ille orationis suæ vobis maximas, vt debuit, deinde etiam mihi gratias egit: quòd ei permagnum, & perhonorificum videbatur, S. P. Q. R. tantæ curæ esse salutem suam : méque tantam diligentiã adhibere, vt & mea fides, & cõmendationis vestræ auctoritas perspici posset. Atque ille primò, quod mihi maximè [f] lætitiæ fuit, ita mecum locutus est, vt nullas insidias neque vitæ suæ, neque regno diceret, se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Cùm [g] ei ego gratulatus essem, idque me gaudere dixissem: cohortatus, vt recordaretur casum illum interitus paterni, & vigilanter se tueretur, atq; admonitu senatus consuleret saluti suæ : tum à me discessit in oppidum Cybistra. Postero autem die cum Ariarathe, fratre suo, & [h] cum paternis amicis, maioribus natu, ad me in castra venit: perturbatúsque, & flens, cùm idé & frater faceret, & amici, meam fidem, vestram [i] commendationem implorare cœpit. Cùm admirarer, quid accidisset noui: dixit, ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata, quæ essent ante aduentum meum occultata, quòd ij, qui ea patefacere possent, propter metum reticuissent [k]: eo autem tempore spe mei præsidij complureis ea, quæ scirét, audacter ad se detulisse: in his amantissimum sui, summa pietate præditum, fratrem, dicere [l] ea, quæ is me quoque audiente dicebat, se sollicitatũ esse, vt regnare vellet: id viuo fratre suo accidere non potuisse : se tamen ante illud tempus eam rem numquam in mediũ, propter periculi metum, protulisse. Quæ cùm esset locutus: monui regem, vt omnem diligentiam ad se conseruandum adhiberet: amicósque [m] in patris eius fide, atque iudicio probatos, hortatus sum, regis sui vitam, docti casu acerbissimo patris eius, omni cura, custodiáque defenderent. Cùm rex à me equitatũ, cohortesque de exercitu meo postularet: etsi intelligebam, vestro senatusconsulto nõ modò posse me id facere, sed etiã debere: tamẽ, cùm resp. postularet, propter quotidianos ex Syria nuntios, vt quàprimùm exercitum ad Ciliciæ fines adducerem: cúmque mihi rex, patefactis iã insidiis, nõ egere exercitu populi R. sed posse se suis opibus defendere videretur: illum cohortatus sum, vt in sua vita cõseruanda primũ regnare disceret: à quib. perspexisset sibi insidias paratas: in eos vteretur iure regio: pœna afficeret, quos necesse esset

a *al.* reges Ariaraticen & Ariobárzanem Eusebẽ: & Philorrhomæũ. *Vrs.* Prius enim epitheton. Ariarathi: alterum Ariobarzani tribuitur in argenteis nummis Vrsini.*

b L. Eusebe.

c L. & incolumitatem regn. def.

d *q. v. c.* regno, regique præs.

e quæstore & quattuor legatis præsentibus.* P. B.

f L. maximæ

g L. Cùm ego ei grat.

h *al.* & paternis amicis,

i *al.* vestrámque comm.

k *q. v. c.* eticuissent.

l L. dicere, ea quæ is me.

m L. amicósque patris eius, atque aui iudicio prob. [*al.* amicósque patris eius fide atque iudicio probatos.* P. cexlix.

n *q. v. c.* cíque rex mihi patef.

o L. afficeret eos, quos n. iis v. c.

reliquos metu liberaret: præsidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potiùs, quam ad contentionem vteretur: fore autem, vt omnes, quando senatusconsult. nossent, intelligerent, me regi, si opus esset, ex auctoritate vestra præsidio esse [a] futurum. Ita confirmato illo ex eo loco castra moui, & iter in Ciliciam facere instituì: cùm hac opinione è Cappadocia discederem, vt consilio vestro, casu incredibili, ac pænè diuino, regem, quem vos honorificentissimè apellassetis, nullo postulante, quémque meæ fidei commendassetis, & cuius salutem magnæ [b] vobis curæ esse decreuissetis, meus aduentus præsentibus insidiis liberaret. Quod ad vos à me scribi, nõ alienum putaui, vt intelligeretis ex iis, quæ pænè acciderunt, vos multò antè, ne ea acciderent, prouidisse: eóque vos studiosiùs feci certiores, quòd in rege Ariobárzane ea mihi signa videor virtutis, ingenij, fidei, beneuolẽtiæque [c] erga vos perspexisse, vt non sine causa tantam curam, beneuolentiámque [d] in eius vos salutem videamini contulisse. Valete.

esse, abest v.c. nec agnoscit L.

b q.v.c. magnæ curæ vobis

c v.c. beniuolentiæque d L. diligentiámque in eius

¶ ARG. *De rumore Parthici belli: Excusat cur publicè nihil scripserit.*

P. B.

M. T. C. PROC. IMPER. M. CATONI, S. D. 3

[e] CVm ad me legati, missi ab Antiocho Cõmageno, venissent in castra ad Iconium ad [f] III. Non. Septembr. isque mihi nuntiassent, regis Parthorum filium, quo-cum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphrátem cum maximis Parthorum copiis, multarúmque præterea gentium magna manu venisse, Euphratémque iam trãsire cœpisse, dicíque Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum: putaui, pro nostra necessitudine, me hoc adscribere oportere. Publicè propter duas causas nihil scripsi: quòd & ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuntios, litterásque misisse: & existimabam, M. Bibulum proconsulem [g], qui circiter idus Sextileis ab Epheso in Syriam nauibus profectus erat, quòd secundos ventos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse: cuius litteris omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, vt in huiusmodi re, tantóque bello, maximæ curę est, *vt, quæ copiis, & opibus tenere* [h] *vix possumus, ea mansuetudine, & continentia nostra, sociorum fidelitate teneamus* [i]. Tu velim, vt consuesti, nos absenteis diligas, & defendas. Vale.

e adde epistol. 1.* f L. ante diẽ III. ‖ al. 11. Kal. Septẽb.*

g 4. pro cos.

h l. vix tenere possimus. & ita v.c. ‖ Nonius cap. 4. in Continentia legit, ferre vix possumus.* i Nonius d. loco tueamur.*

¶ ARG. *De rebus in prouincia gestis: supplicationem sibi decerni petit.*

M. T. C. PROC. IMP. M. CATONI, S. D. 4

SVmma tua auctoritas fecit, meúmque perpetuum de tua singulari virtute iudiciũ, vt magni mea interesse putarem, & res eas, quas gessissem, tibi notas esse, & non ignorari à te, qua æquitate, & continentia tuerer socios, prouinciámque administrarem. His enim à te cognitis, arbitrabar, faciliùs me tibi, quæ vellem, probaturum. Cùm in prouinciam pridie kal. Sext. venissem, & propter anni tempus ad exercitum mihi confestim esse eundum viderem, biduum [k] Laodiceæ fui: deinde Apaméæ quatriduum: triduum Synnadis [l]: totidem dies Philomeli. Quibus in oppidis cùm magni conuentus fuissent, multas ciuitates acerbissimis tributis, & grauissimis vsuris, & falso [a] ære alieno liberaui. Cúmque ante aduentum meum seditione quadam exercitus esset dissipatus: quinque [b] cohortes sine legato, sine tribuno militum: denique etiam sine centurione vllo apud Philomelum consedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. Anneio legato imperaui, vt eas quinque cohorteis ad reliquum exercitum duceret, coactóque in vnum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconiũ faceret. Quod cùm ab illo diligenter esset actum: ego in castra ad [c] VII. kal. Septemb. veni: cùm intereà superioribus dieb. ex senatusconsulto, & euocatorũ [d] firmá manum, & equitatum satis idoneum, & populorum liberorum, regúmque sociorum auxilia voluntaria comparauissem. Interim cùm exercitu [e] lustrato, iter in Ciliciam facere cœpissem, kalend. [f] Septemb. legati à rege Commageno ad me missi, pertumultuosè, neque tamen non verè, Parthos in Syriam transisse nuntiauerunt. Quo audito, vehementer sum commotus cùm [g] de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua denique Asia. Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciam attingeret, putaui. Nam si me in Ciliciam demisissem, Ciliciam quidem ipsam propter montis Amáni naturam facilè tenuissem: (Duo sunt enim aditus in Ciliciam ex Syria: quorum vterque paruis præsidiis propter angustias intercludi potest, nec est quidquam Cilicia contra Syriam munitius) sed me Cappadocia mouebat: quæ patet à Syria, regéque habet finitimos, qui etiá si sunt amici nobis, tamen apertè Parthis inimici esse non audent. Itaque in Cappadocia extrema non longè à Tauro apud oppidum Cybistra castra feci, vt & Ciliciam tuerer, & Cappadociam tenens, noua finitimorum cõsilia impedirem. Intereà in hoc tanto motu, tantáque exspectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper & meo, & tuo, & senatus iudicio tributum est, vir cùm beneuolentia [h], & fide erga populum R. singulari, tum præstanti [i] magnitudine & animi, & consilij, legatos ad me misit, se cum omnibus suis copiis in mea castra esse venturum. Cuius ego studio, officióque commotus, egi ei per litteras gratias: idque vt maturaret, hortatus sum. Cùm autem ad Cybistra propter rationem belli [k] quinque dies essem commoratus [l], regem Ariobárzanem, cuius salutem à senatu, te auctore, commendatam habebam, præsentibus insidiis necopinantem liberaui, neque solùm ei saluti fui: sed etiam curaui, vt cum auctoritate regnaret. Metuam [m], & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, Athenæum, importunitate [n] Athenaidis [o] exsilio [p] multatos, maxima apud regem auctoritate, gratiáque constitui. Cúmque magnum bellum in Cappadocia cõciraretur, si sacerdos [q] armis se, quod facturum putabatur, defenderet, adolescens & & equitatu, & peditatu, & pecunia paratus, & & sociis, qui nouari aliquid volebant: perfeci, vt è regno ille discederet: réxque sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulæ cõmunita, regnum cum dignitate obtineret. Intereà cognoui multorum litteris, atque nuntiis, ma dum Antiochiam [s] accessisse, magnúmque eorum equitatum, qui in Ciliciã transisset, ab equitum meorũ turmis, & à cohorte prætoria, quæ

a al. magnis. b Videtur sibi falsum gratiosum videatur, cõcrauit, ab soluit. tributorum. b Iuno tres tantum §. 6.*

c L. 2. d. 11.

d Euocati hic dicuntur militiæ emeriti, subito ex agris in militiam euocati. adde lib. 3 epist. 3. §. 8. lib. 10. epist. 30. in pr. adde Cæsarem 3. de bello ciuili. Dionem lib. 15.*

e Exercitum lustrari, recognosci prius erat quam P. B. castra mouerent.* f al. III. kal. Sept.* g al. cum

h v.c. beniuolentia. i al. præsentia. k huius belli memoria 13. epist. 15.* l 2. v.c. mo ratus. Mihram. m al. Athenaidis. n al. inquietatem. o regis uxoris. Alias est Arbistho. p al. exsilio q Archelaus sacerdos Comanorum. r Pompeio victo. Mithridate deuicto. Suspecti quoque Nicomedes à Cæsare, victo Pompeio. Ptolemæus, Pelusius Sacerdos, duos autem reges habebat. Hinc sacerdotes habebatur. Hirtius de bello Alexandr. Strabo lib. 12. r. L. 8. gemine qui ‖ reges & uno Ariobarzane. Ariobarzanes exorta ille qui, Antiochum.

quæ erat Epiphanéæ præsidii causa, occidione occisum. Quare cùm viderem à Cappadocia Parthorum copias auersas, non longè à finibus esse Ciliciæ, quàm potui maximis itineribus ad Amánum exercitum duxi. Quo [a] vt veni, hostem ab Antiochia [b] recessisse, Bibulũ Antiochiæ esse cognoui, Deiotarúmque confestim iam ad me venientem cum magno, & firmo equitatu, & peditatu, & cum omnibus suis copiis, certioré feci, non videri esse causam, cur abesset à regno: méque ad eum, si [c] quid fortè noui accidisset, statim litteras, nũtiósque missurũ esse. Cúmque eo animo venissem, vt vtrique prouinciæ, si ita tẽpus [d] ferret, subuenirem: tamen id, quod iam antè cõstitueram [e], vehementer interesse vtriusque prouinciæ, pacare Amánum, & perpetuũ hostem ex eo monte tollere, agere perrexi. Cũque me discedere ab eo mõte simulassem, & alias parteis Ciliciæ petere, abessémque ab Amáno iter vnius diei, & castra apud Epiphaneám fecissem: ad [f] quartum idus Octobreis, cùm aduesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad [g] tertium idus Octobreis, cùm lucesceret, in Amánum ascenderem, distributísque cohortibus, & auxiliis, cùm aliis Q. frater, legatus, mecum simul: aliis C. Pontinus [h], legatus: reliquis Marcus Anneius, & L. Tulleius, legati præessent: pleroſque nec opinãteis oppressimus, qui occisi, captíque sunti: intercluſi reliqui. Fugeranam autem, quæ fuit non vici instar, sed vrbis, quòd erat Amani caput: itémque Sepyram, & [k] Ceminorim acriter, & diu repugnantibus l Pomtino illam partem Amáni tenente, ex antelucano tempore, vsque ad horam diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepimus: castellâque sex capta: complura incendimus. His rebus ita gestis, castra in radicibus Amáni habuimus apud Aras [m] Alexandri quatriduum: & in reliquiis Amáni delẽdis, agríſque vastandis, quæ pars eius montis meæ prouinciæ est, id tempus omne consumsimus. Confectis his rebus, ad oppidum Eleutherocilicum [n] Pindenissum [o] exercitum adduxi: quod cùm esset altissimo, & munitissimo loco, ab iisque incoleretur, qui ne regibus quidẽ vmquam paruissent: cùm & fugitiuos reciperent, & Parthorum aduentum acerrimè exspectarent: ad existimationẽ imperij pertinere arbitratus sum, comprimere eorum audaciam: quò facilius etiam ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio nostro, frangerẽtur. Vallo, & fossa circumdedi: sex castellis, castrisque maximis sepsi: aggere, vineis, turribus oppugnaui: vsúsque tormentis multis, multis sagittariis, magno labore meo, sine vlla molestia, sumtúve sociorũ, septimo quinquagesimo die rẽ cõfeci: vt, omnibus partibus vrbis disturbatis, aut incẽsis, compulsi in potestatem meam perueniẽrent. His erant finitimi pati scelere, & audacia Tibærani [p], ab his, Pindenisso capto, obsides accepi: exercitũ in hyberna dimisi. Q. fratrem negotio præposui, vt in vicis aut captis, aut malè pacatis exercitus collocaretur. Nunc velim tibi sic persuadeas, si de his rebus ad senatum relatũ sit, me existimaturũ, summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris. Idque, etsi talibus de rebus grauissimos homines & rogare solere, & rogari scio, tamẽ admonẽdum potiùs te à me, quàm rogandum puto. Tu es enim is, qui me tuis sententiis sæpissimè ornasti: qui oratione, qui prædicatione, qui summis laudibus in senatu: in concionibus ad cælum extulisti: cuius ego semper tanta esse verborum põdera putaui, vt vno verbo tuo cum mea laude coniuncto, omnia [a] consequi me arbitrarer. Te denique memini, cùm cuidam clarissimo [b], atque optimo viro supplicationem non decerneres, dicere, te decreturum, si referretur ob eas res, quas [c] cõsul in vrbe gessisset. Tu idem mihi supplicationem decreuisti togato, nõ vt multis, rep. bene gesta, sed vt nemini, rep. cõseruata. Mitto, quòd inuidiam, quod pericula, quòd omneis meas tẽpestates, & subieris, & [e] multò etiã magis, si per me licuisset, subire parati ſſimus fueris: q, denique inimicum meum [f], tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, vt facilè intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis [g] causa in senatu defendenda, approbaris [h]. A me autẽ hæc sunt profecta: quæ ego in beneficij loco non pono, sed in veri testimonij, atque iudicij: non vt præstantissimas tuas virtutes tacitus admirarer: (quis enim idem non facit?) sed in omnibus orationibus, sententiis dicẽdis, causis agendis, omnibus scriptis, Græcis [i], Latinis, omni denique varietate litterarum meatum, te non modò iis, quos vidissemus, sed iis, de quibus audissemus, omnibus anteferrem. Quæ res fortasse, quid sit, quòd ego hoc nescio quid gratulationis [k], & honoris à senatu, tanti æstimem. Agam iam tecum familiariter, vt est & studiis, & officiis nostris mutuis, & summa amicitia dignum, & necessitudine etiam paterna. Si quisquam fuit vnquã remotus & natura, & magis etiam, vt mihi quidem sentire videor, ratione, atque doctrina, ab inani laude, & sermonibus vulgi, ego profectò is sum. Testis est consulatus meus: in quo, sicut in reliqua vita, fateor, ea me studiosè secutum, ex quibus vera gloria nasci posset. ipsam quidem gloriam per se numquã putaui expetendam. Itaque & prouinciam ornatam, & spem non dubiã triumphi, neglexi. Sacerdotium [m] denique, cùm (quemadmodum te existimare arbitror) non difficillimè consequi possem, non appetiui. Idem post iniuriam [n] acceptam, quam tu reip. calamitatem semper appellas, meam non modò non calamitatem, sed etiam gloriam, studui quàm ornatissima senatus, populíque R. de me iudicia intercedere. Itaque & augur [o] posteà fieri volui, quod anteà neglexeram: & eum honoré. qui à senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum à me olim [illegible] mihi expetendum [p] puto. Huic meæ voluntati, in qua ineſt aliqua vis desiderij, ad sanandum vulnus iniuriæ q, vt fauẽas [r], adiutórque sis, quod paullo antè me negaram rogaturum, vehementer te rogo: sed ita, si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, & contemnendum videbitur, sed tale, atque tantum, vt multi nequaquam paribus rebus honores summos à senatu consecuti sint. Equidem etiam [s] mihi illud animaduertisse videor: (scis enim, quam attentè te audire soleam) *te non tam res gestas, quàm mores, instituta, atque vitam imperatorum spectare solere, in habendis, aut non habendis honoribus.* Quod si in mea causa considerabis, reperies, me exercitu imbecillo [t] *contra metum maximi belli, firmissimum præsidium habuisse, æquitatem, & continentiam.* His ego

a q.v.c. omnia me assequi arb. & ita L.

b Alij Cęsarem intelligunt, malè: cũ fuerit Catonis inimicus, adquẽ hic scribit. Alij C. Antonij collegã Ciceronis in Consulatu, cui supplicatio decreta, ob victum Catilinam. Dio. 37.*

c q.v.c. quæris consul. & ita L.

d Idem in Pisonem, & Philipp. 2. & 14.*

e q.v.c. & multo magis per me.

f P. Clodiũ.*

g qui Clodiũ occiderat.*

h Inter Milonis patronos etiam P. B. Cato testẽ Pediano.*

i Græce etiã scripsit Cicero, vt commentarium de consulatu suo.*

k supplicationis.*

l de Salassis & Inalpinis gentibus.*

m Augustum*

n exsulium.*

o in locum P. Licinij Crassi M.F. qui de Parthis triũphauit*

p 6. ad Atticum 6. in fi.*

q exilij.*

r in supplicatione adipiscendæque triũphi prærogatiuam erat epist. 5.*

s L. etiam illud animaduertisse mihi videor.

t dixi 5. ad Atticum 15.*

P. cor. vtl.

subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem: vt ex alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem, animósque nouarum rerum exspectatione suspensos, ad veteris imperij beneuolentiam [a] traducerem. Sed nimis hæc multa de me, præsertim ad te, à quo vno omnium sociorum querelæ audiuntur, cognosces ex iis, qui meis institutis bse recreatos putant. Cúmque omnes vno propè consensu de me apud te ea, quę mihi optatissima sunt, prędicabunt: tum dúæ maximæ [c] clientelæ [d] tuæ, Cyprus [e] insula, & Cappadociæ [f] regnum, tecum de me loquentur, puto etiam regem Deiotarum, qui vni tibi est maximè necessarius. Quæ si etiam maiora sunt: & *in* [g] *omnibus sæculis pauciores viri* [h] *reperti sunt, qui suas cupiditates, quàm qui hostium copias vincerent*: est profectò tuum, cùm ad res bellicas hæc, quæ rariora, & difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas, iustiores [i] esse, & maiores putare. Extremum illud est, vt, quasi diffidens rogationi meæ, philosophiá ad te allégem: qua nec mihi carior, vlla vmquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à diis munus vllum est datum. Hæc igitur, quæ mihi tecum communis est, societas studiorum, atque artium nostrarum, quibus à pueritia dediti, ac deuincti, soli [k] propemodũ nos philosophiam illam veram, & antiquam, quæ quibusdam otij esse, ac desidiæ videtur, in forum atque [l] remp. atque in ipsam aciem pęnè deduximus: tecum agit de mea laude, cui negari à Catone fas esse non puto. Quamobrẽ sic [m] tibi persuadeas, velim: si mihi tua sententia tributus honos ex meis litteris fuerit, meneuolentia [o] erga me, mihi, quod maximè cupierim, contigisse. Vale.

¶ ARG. Excusat se quod Ciceroni supplicationem non decreuerit: & tamen decretam gaudet, seque de eo honorificentius sensisse, quàm eos qui supplicationem decreuerant.

M. CATO, M. T. C. IMPER. S. P. D. 5

QVOD & resp.me, & nostra amicitia hortatur, libenter facio, vt tuam virtutem, innocentiam, diligentiam, cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris, pari industria administrare [p] gaudeam. Itaque, quod pro meo iudicio facere potui, vt innocentia, consilióque tuo defensam prouinciam, seruatum Ariobárzanis cum ipso rege regnum, sociorum [q] renouatam ad studium imperij nostri voluntatẽ, sententia mea, & decreto laudarem, feci. Supplicationem decretam, [r] tu, qua in re nihil fortuitò, sed summa tua ratione, & cõtinentia, reipub. prouisum est, diis immortalibus gratulari nos, quàm tibi referre acceptum mauis, gaudeo. Quòd si triumphi prærogatiuam [q] putas [r], supplicationem, & idcirco casum potiùs, quàm te laudari mauis [s]: neque supplicationẽ sequitur semper triumphus, & triumpho multo clarius est, senatum iudicare. potiùs mansuetudine, & innocentia imperatoris, prouinciam, quàm vi militum, aut benignitate deorum retentam, atque conseruatam esse: quod ego mea sententia censebam. Atque hæc ego idcirco ad te contra consuetudinem [t] meam pluribus scripsi, vt, quod maximè volo, existimes me laborare, vt tibi persuadeam, me & voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sum arbitratus: & quod tu maluisti, factum esse gaudere. Vale, & nos dilige, & instituto itinere securitatem [a], indulgentiámque sociis, & reip. præsta.

¶ ARG. Laudat Catonu sententiã: ex literis Catonu se voluptatem cepisse. Petit vt si fauere noluerit in adipiscendo triumpho, saltem si adipiscatur, gaudeat.

M. T. C. M. CATONI S. P. D. 6

LAetus sum, *laudari* me, inquit Hector [b], opinor apud Næuium, *abs te, pater, laudato viro*. HA EST ENIM profectò iucũda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ego verò vel gratulatione litterarum tuarũ, vel, testimoniis sententię dictę, nihil est, quod me non affecutum putem. Idque mihi tum [c] amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse, quod liquidò veritati dares. Et [d], si non modò vnus, verùm etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnum existitisse mirabile est: quem ego cum rum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Nam ad [e] meum sensum, & ad illud sincerum, ac subtile iudicium, nihil potest esse laudabilius, quàm ea tua oratio, quæ est ad me perscripta à meis necessariis. Sed causam meæ voluntatis, nõ enim dicam cupiditatis, exposui tibi superioribus litteris: quæ etiam si parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, vt [f] non nimis concupiscendus honos: sed [g] tamen, si deferatur à senatu, minimè aspernandus esse videatur. Spero autem, illum ordinem, promeis ob remp. susceptis laboribus, me non indignum honore, visitato præsertim, existimaturũ. Quod si ita erit, tantum ex te peto, quod amicissimè scribis, vt cùm tuo iudicio quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris: si id, quod maluero, acciderit, gaudeas. Sic enim feciste [h], & scripsisse, & verius sensisse video: réque ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse [i] iucundum, quòd scribendo [k] affuisti. Hæc enim senatusconsulta non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, vt spero, te propediem videbo, atque vtinam repub. meliore, quàm timeo. Vale.

¶ ARG. Gratulatur C. Marcello de Consulatu.

M. T. C. PROCOS. C[l]. MARCELLO COS. DESIGN. S. P. D. 7

MAxima sum lætitia affectus, cùm audiui, te consulem factum esse: eumque honorem tibi deos fortunare volo, atque à te pro tua, parentísque [m] tui dignitate administrari. Nam cùm te semper dilexi [n], amauíque, quod mei [o] amantissimum congnoui in omni varietate rerum mearum: tum patris tui pluribus beneficiis, vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis, necesse est, vt & sim totus vester, & esse debeã: cùm præsertim matris tuæ [p], grauissimæ, atque optimæ fœminæ, maiora erga salutem, dignitatemque meam studia, quàm erant à muliere postulanda, perspexerim. Quapropter à te peto maiorem [q] in modum, vt me absentem diligas, atque defendas. Vale.

¶ ARG. Gratulatur C. Marcello de filio Consule designato.

M. T. C. PROC. M. MARCELLO, S
COLLEGAE, S. P. D.
MARCELLVM

a *v.c.* beniuolentiam
b cum Appij institutis affiĉi essent 5. ad Atticũ 16. & 17. 6. ad Atticum 1.*
c aliæ enim priuatæ erãt clientelæ.*
d Mos erat vt quorum opera natio aliqua in P. Romani potestatem venisset, eorum in cl entela perpetuo esset. Ita Siculi Marcellorũ, Pœni Scipionum cliẽtes.*
e Ita Ciriæos Cyprios Catonis cliẽtes vocat Cicero 4. de finibus.*
f author enim Cato senatui fuerat vt Ariobarzanem Ciceroni commendaret.*
g sumptum videtur ex Xenophontis Agesilao.*
h *vox, viri, abest ab aliquot v.c.*
i *al.* illustriores.*
k vide proœmium Paradox.*
l L. atque in remp.
m L. tibi sic pers. *& ita v.c.*
n *q. v.c.* me sic exist.
o *v.c.* beniuolentia.
p L. administrari
q Prærogatiuam habent tribus & centuriæ quæ primæ rogabantur: quã cæteræ sequebantur. Hic autem prærogatiua profigno insubitabili.*
r *al.* putas esse supp.
s L. vis.
t breuitatis enim vt Stoicus, amator Cato, vide proœmium paradox. Orat pro Murœna: Plutarch.*
P. cclxviii.

a L. fœlicitatem, dignitatemque.
b Idem erat 5. epistol. 12. §. 8. & 14. Tusculana.*
c L. cùm ampl. *& v.c.*
d L. Quid si non modò omnes, verũ
e id est vt sentio.*
f L. non vt nimis concup. hon. g *al.* sed vt si deferatur.
P. P.
h *al.* fecisse, & scripsisse, & scripsisse video. i L. Iucundũ fuisse. k vide 1. epist. 2.*
l *al.* M.
m C. Marcelli ad quem scribit epistolam 8.* n *al.* mandatis dilexi.
o Tuæ. epist. 8.*
p *q. v.c.* in matrem meam.
q in Augurat. lib. 2. de diuinat. & Christian.

MARCELLVM tuum, consulem factum, téque ea lætitia affectum esse, quam maximè optasti, mirum [a] in modum gaudeo: idque cùm ipsius causa, tum quòd te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico: cuius erga me singularem beneuolentiã [b] vel [c] in labore meo, vel in honore perspexi: totam denique domum vestram vel salutis, vel dignitatis meæ studiosissimam, cupidissimámque cognoui. Quare gratum mihi feceris, si vxori tuæ Iuniæ [d], grauissimæ, atque optimæ fœminæ, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod consueuisti [e] peto, me absentem diligas, atque defendas. Vale.

¶ ARG. *Gratulatur M. Marcello de fratre patruele consule designato: Petitque ab eo vt sibi quàm primùm anno imperio prouinciæ finito, successor mittatur.*

M. T. C. PROCOS. M. MARCELLO, COS. S. P. D. 9

TE & pietatis in tuos, & animi in remp. & clarissimi, atque optimi cõsulatus, C. Marcello consule facto, fructum cepisse, vehemẽter gaudeo. Non dubito, quid præsentes sentiant, nos quidem longinqui, & à te ipso missi in vltimas genteis, ad cælum mehercule te tollimus verissimis, ac iustissimis laudibus. Nã cùm te à pueritia tua vnicè dilexerim, túque me in omni genere semper amplissimum esse & volueris, & iudicaris: tum hoc vel tuo facto, vel populi R. de te iudicio, multo acrius, vehementiúsque diligo: maximáq; lętitia afficior, cũ ad hominib. prudentissimis, virisque optimis, omnib. dictis, factis, studiis, institutis, vel me tui similem [g] esse audio, vel te mei. Vnum verò si addis ad præclarissimas res cõsulatus tui, vt aut mihi succedat quàm primùm aliquis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi & senatusconsulto, & lege [h] finisti: omnia me per te consecutum putabo. Cura vt valeas, & me absentem diligas, atque defendas. Quæ mihi de Parthis nuntiata sunt, quia non putabam à me etiam nunc scribẽda esse publicè, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere: ne, cùm ad consulem scripsissem, publicè viderer scripsisse. Vale.

¶ ARG. *Supplicationem sibi decerni postulat.*

M. T. C. IMP. C. MARCELLO, C. F. COS. DESIGN. S. P. D. 10

QVANDO [i] id áccidit, quod mihi maximè [k] fuit optatum, vt omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam, (mirificus enim generis, ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quando [k] ergo ita áccidit, vt omniũ vestrũm studio tuus cõsulatus satisfacere posset, in quem meæ res gestæ, laúsque, & honorearum potissimùm incideret: peto à te, quod facillimũ factu sit, non aspernante, vt confido, senatu, vt [l] quàm honorificentissimum senatusconsultum, litteris meis recitatis, faciendum cures. Si mihi tecum minus esset, quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima. neque enim saluti meæ, neque honori amicior quisquam dici potest. Frater tuus [m] quanti me faciat, sempérque fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. Domus tua denique tota me semper, omnibus summis officiis prosecuta est. Neque verò tu in me diligendo, cuiquam concessisti tuorum. Quare à te peto maiorem in modum, vt me per te quam ornatissimum velis esse: meámque, & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus existimationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.

¶ ARG. *Agit gratias de supplicatione decreta.*

M. T. C. IMP. C. MARCELLO, COS. DESIGN. S. P. D. 11

QVANTAE tibi curæ meus honos [a] fuerit, & quàm idem exstiteris consul in me ornando, & amplificando, qui fueras semper cũ parentibus [b] tuis, & cum tota domo, etsi res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omnium litteris. Itaque nihil est tantũ, quod ego non tua causa debeam, facturúsque sim, cùm studiosè, tum libenter. Nam magni interest, cui debeas. debere autem nemini malui, quàm tibi: cui me cùm studia communia, beneficia paterna, tuáque iam antè coniunxerant: tũ accédit, mea quidem sententia, maximum vinculum, quòd ita remp. geris, atque gessisti, qua mihi carius nihil est, vt, quantum tibi omnes boni debeant, quo minùs tantũdem ego vnus debeã, nõ recusem. Quamobrem tibi velim hi sint exitus, quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, vt spero, videbo. Vale.

¶ ARG. *Gratulatur Paullo de consulatu.*

M. T. C. IMP. L. PAVLLO [c], COS. DESIGN. S. P. D. 12

ETSI mihi numquam fuit [d] dubium, quin te populus R. pro tuis summis in remp. meritis, & pro amplissima familiæ dignitate, summo studio, cunctis suffragiis consulem facturus esset: tamen incredibili lætitia sum affectus, cùm id mihi nuntiatum est: eúmque honorem tibi deos fortunare volo, à téque ex tua, maiorúmque tuorum dignitate administrari. Atque vtinam præsens illũ diem mihi optatissimum videre potuissem, próque tuis amplissimis erga me studiis, atque beneficiis tibi operam meam, studiúmque nauare. Quã mihi facultatem quando hic nec opinatus, & improuisus prouinciæ casus eripuit: tamen, vt te consulem remp. pro tua dignitate gerentẽ videre possim, magnopere à te peto, vt operã des, efficias, ne-quid mihi fiat iniuriæ, néve quid temporis ad meum annuum munus accedat. Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

¶ ARG. *Petit supplicationem sibi decerni.*

M. T. C. IMP. L. PAVLLO, COS. S. P. D. 13

MAXIME mihi fuit optatum Romę esse tecum, multas ob causas, sed præcipuè, vt & in petendo, & in gerendo cõsulatu meũ tibi debitũ studiũ perspicere posses. Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata: sed tamen nauare [e] operam volebam. In consulatu verò cupio equidem te minus habere negotij: sed molestè fero, me consulem tuum studium adolescentis perspexisse: tememum, cùm, id ætatis sim, perspicere non posse. Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, vt tibi ad me ornandum semper detur facultas: mihi ad [f] remunerandum nihil suppetat, præter voluntatem. Ornasti consulatum,

a P. CCI. a supplicatio.*

b vide epist. 7. & 8.*

c Is videtur fuisse qui Catilinam lege Plautia interrogarat: eúmmeminit Sallustius.* d L. dubium fuit, quin te & ita v.c.

e sort. tibi nauare op.

f al. ad te remunerandũ.

ornasti reditum meum. Incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. Itaque cùm & tua summa amplitudo, & dignitas, & meus magnus honos, magnáque existimatio postulare videatur, vt à te plurimis verbis contendam, ac petam, vt quàm honorificentissimum senatusconsultum de meis rebus gestis faciendum cures: non audeo vehementer à te contendere, ne aut ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. Quare, vt te velle arbitror, ita faciam: atque ab eo, quem omnes gentes sciunt de me optimè meritum, breuiter petam. Si alij consules essent, ad te potissimùm, Paulle, mitterem, vt eos mihi quã amicissimos redderes. nunc, cùm tua summa potestas, summáque auctoritas, notáque [a] omnibus nostra necessitudo sit, vehementer te rogo, vt & quàm honorificentissimè cures decernendum de meis rebus gestis, & quàm celerrimé. Dignas res esse & [b] honore, & gratulatione, cognosces ex iis litteris, quas ad te, & collegam, & senatum publicè misi: omniúque mearum reliquarum rerum, maximéque existimationis meæ procurationem susceptã velim habeas. In primisque tibi curæ sit, quod abs te superioribus quoque litteris petiui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te consulem videre, omniáque, quæ spero, cùm absens, [c] tũ etiam præsens te consule assequi. Vale.

P. CCLI.

a q.v.c. notáque sit omnibus nostra necessitudo, veh.

b copulatio &c. abest à q.v.c.

c absens supplicationem, præsens triumphum.*

¶ ARG. *Sibi commendat Fabium: Docet se Cassium ad vrbem non vidisse: petit administrationem sibi non prorogari.*

M. T. C. C. CASSIO, [d] PROQVAEST. [e] S. P. D. 14

d qui postea Cæsarem occidit.*

e M. Crassi.*

MFABIVM quòd mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum. Multi enim anni sunt, cùm ille in ære [f] meo est, & à me diligitur propter summam suam humanitatem, & obseruantiam. Sed tamen quòd te ab eo egregiè diligi sensi, multo amicior ei sum factus. Itaque quamquã profecerint [g] litteræ tuæ: tamen aliquantò plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga te, mihi perspectus, & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiosè, quæ rogas. ¶ Tu multis de causis vellem me conuenire potuisses: primùm, vt te, quẽ iamdiu plurimi facio, tanto [h] interuallo viderem: deinde, vt tibi, quod feci per litteras, posssem præsens gratulari: tum, vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus: postremò, vt amicitia nostra, quæ summis officiis ab vtroque culta est, sed longis interuallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementiùs. Id quando non accidit, vtemur bono litterarum, & eadem ferè absentes, quæ, si coràm essemus, consequemur. Vnus [i] scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi litteris non potest. alter, gratulationis est, is quidem exilior, quàm si tibi teipsum intuens gratularer. Sed tamen & feci antè [k], & facio nunc, tibíque cùm pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de prouincia decedentem summa laus, & summa gratia prouinciæ prosecuta est. Tertium est, vt id, quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus idem litteris. Ego ceterarum rerum causa tibi Romã propetandum magnopere censeo. Nã & ea, quæ reliqui, tranquilla de te erant: & hac tua recenti victoria [a] tanta, clarũ aduentũ tuũ fore intelligo. Sed si qua sunt onera tuorũ, si tanta sunt, vt ea sustinere possis [b]: nihil tibi erit lautius ni hil gloriosius. sin maiora: considera, ne in alienissimũ tempus cadat aduentus tuus. Huius rei totum consilium tuum est. tu enim sentis, [c] quid sustinere possis. Si potes: laudabile, atque populare est. sin planè non potes: absens hominum sermones faciliùs sustinebis. De me autem idem tecum his ago litteris, quod superioribus egi, vt omneis tuos neruos in eo cõtendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam, quam & senatus, & populus annuam esse voluit, temporis prorogetur. Hoc [d] à te ita contendo, vt in eo fortunas meas positas putem. Habes Paullum nostrum nostri cupidissimũ, est Curio: est Furnius. Sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de iis, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ: de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Fuisti etiam præsidio tristissimis meis temporibus. accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto tuo [e] maxima. Itaque in vestro ingenio, & industria mihi plurimum & suauitatis, & dignitatis cõstitutum puto. Id tu, vt tuo studio confirmes, te vehementer rogo: litteráque ad me, & continuò mittas, & cùm Romam veneris, quàm sæpissime. Vale.

a Parthis fisis, fugatoque.

b L. pollet propterea, nihil te posse. v.c. ad pot. sis. Propterea nihil tibi erit lautius. al. propterea. al. propere. c Lselii q. C. ita v.c.

¶ ARG. *De bello ciuili non renouando: De Clementia Cæsaris: De gemitu Italiæ: Consilium Cassij de futuro exquirit.*

M. T. C. CASSIO, S. P. D. 15

d q.v.c. Hoc ita recondo.

ETsi vterque nostrũm spe pacis, & odio ciuilis sanguinis abesse à [f] belli necessaria pertinacia voluit: tamen, quando eius consilij princeps [g] ego fuisse videor, plus fortasse tibi h præstare ipse debeo, quàm à te exspectare. Etsi, vt sæpe soleo mecũ recordari, sermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus, adduxit vtrumque nostrũm ad id cõsilium, vt vno prælio putaremus, si non totam causam, at certè nostrum iudicium definiri conuenire. Neque quisquam hanc nostram sententiã verè vmquam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius esse, deleri omnino rempub, quàm imminutã, & debilitatã manere. Ego autem ex interitu eius nullam spẽ scilicet mihi proponebã: ex reliquiis magnam. Sed ea sunt consecuta, vt magis mirũ sit, accidere illa potuisse, quàm nos non vidisse ea futura: nec, homines essemus, diuinare potuisse. Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, vt illo quasi quodã fatali prælio facto, & victores communi saluti consulere vellẽt, & victi iuge vtrumq; autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris. ¶ Quæ si fuisset, eam dem clementiã experta esset Africa, quam cognouit Asia: quã etiã Achaia, &, vt opinor, ipso legato, ac deprecatore. *Amissa autẽ temporibus, quæ plurimùm valent, præsertim in bellis ciuilib.* interpositus i annus alios induxit, vt victoriã sperarent, alios, vt ipsum vinci contemnerẽt. Atq; horum [m] malorum omniũ culpam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam morã huic bello adiunctum iri, aut nescio quẽ istũ Pharnacem [o] Asiæ terrorem illaturum putaret? Nos tamen in consilio pari, casu dissimili vsi sumus. tu enim eam partem petisti, vt & consiliis interesses, & quod maximè curam leuat, futura animo prospicere possES.

f L. à belli pertinacia voluit.

g vide Pompeio, Cicero ab armis discessit.*

h g.v.c. ibi ipse præstare deb.

f. B.

i al. vnus ille fructus. al. vnus. scilicet fructus. al. vnus sc. licet vi fructus.*

k al. antea.

l id est Pompeius qui ab Afranio, & Petreio in Africam profugit.

m g.v.c. ista malorum omnium nouum.*

n Mithridatis filium.*

o Mithridatis filium.*

ses.ego,qui festinaui, vt Cæsarē in Italia viderem,(sic enim arbitrabamur)eúmq; multis honestissimis virtis conseruatis redeuntem,ad pacem currentē,vt aiunt,incitarē:ab illo longissimè & absum,& [a] abfui.¶Versor autē in gemitu Italiæ,& [b] in vrbis miserrimis querelis: quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua,pro sua quisque parte ferre potuissēt, si auctor affuisset. ¶Quare velim pro [c] tua erga me perpetua beneuolētia [d],scribas ad me, quid videas,quid sentias, quid exspectandū, quid agendū nobis existimes.Magni erūt mihi tuæ litteræ:atq; vtinā primis illis,quas [e]Luceria miseras,paruissem.sine vlla enim molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.

¶*ARG. Iocatur in Epicureorum opiniones, hoc est in Casium Epicureæ sectæ deditum.*

M. T. C. CASSIO, S. P. D. 16

PVTO te iā suppudere,cum [f] hæc [g]te tertia iam epistola antè oppressit,hquàm tu schedulam [i] aut litterā. sed non vrgeo. longiores enim exspectabo,vel potiùs exigam. [k] Ego,si semper haberem,cui darem,vel ternas in horta darē.Fit enim nescio [l] quid,vt quasi coràm adesse videare,cùm scribo aliquid ad te :neq; id κατ' [m] εἰδη,ἢ φαντασίας,vt dicunt tui amicinnoui:qui o putant etiam διανοητικὰς [p] φαντασίας spectris q Catianis excitari.Nā,ne te fugiat, Catius [r] Insuber [s], Epicuréus, qui nuper est mortuus,quæ ille Gargettius [t], etiā antè Democritus, εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiā si oculi possent feriri,quòd [u] vel iis ipsa occurrunt:animas quī possit, ego non video. Doceas tu me oportebit,cùm saluus veneris, in meāne potestate sit spectrum tuum,vt,simulac mihi collibitum sit de te cogitare,illud occurrat [x]: neq; solùm de te, qui mihi hæres in medullis:sed, si insulam Britāniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolet ad pectus. Sed hæc posteriùs. tento enim te, quo animo accipias. si enim stomachabere,& molestè feres,plura dicemus: postulabimúsque,*ex γ qua hæresi*, z vi, [a] *hominibus armatis, deiectus sis, in eam restituare.*In hoc interdicto non solet addi:IN HOC ANNO. Quare si iam biennium,aut triennium est, cùm virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis : in integro res nobis erit. quamquam quicum loquor?cum vno fortissimo viro:qui posteà,quàm forum attigisti,nihil feciſti, nisi plenissimū amplissimæ dignitatis. In ista ipsa αἰσχρὸν [b] metuo ne plus neruorū sit, quàm ego putarim,si modò eam tu probas.Quid tibi in mentē venit?inquies:quia nihil habebā aliud, quod scriberē.De rep.enim nihil scribere possū.neq; enim quod sentio,libet scribere.Vale.

¶*ARG. De tabellariorum importunitate: De Sullæ morte, De bello Hispaniensi: De Pansa profectione in prouinciam : De mansione Brundusina Cassij, De litteru mutuis.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 17

PRAEPOSTEROS habes tabellarios:etsi me quidem non offendunt : sed tamen cùm à me discedunt,flagitant litteras.cùm ad me veniunt , nullas afferunt. atq; idipsum facerent

A cómodiùs,si mihi aliquid spatij ad scribendū darent:sed petasati [a] veniunt:comites ad portā exspectare dicunt.Ergo ignosces:alteras habebis, has breueis. sed exspecta παίσται [c] ἀεὶ παίστων. Etsi quid ego me tibi purgo, cùm tui ad me inanes veniāt:ad te cū epistolis reuertantur?Tamen [d] ad te scribā aliquid.¶Nos hīc D. [e] Syllā patrē mortuū habebamus.alijs à latronibus,alij cruditate dicebant.populus non curabat.combustū [g] enim esse constabat.hoc B tu prohsapientia tua feres ἰαμβο animo, quāquā μεσσωπον πόλεως amisimus. Cæsarē putabant molestè laturū,verentē,ne hasta [k] refrixisset.Mindius Marcellus, & Attius pigmētarius valde gaudebāt,se aduersariū perdidisse. ¶De Hispania noui nihil:sed exspectatio valde magna:rumores tristiores,sed ἀδέκαστοτι [m]. ¶Pansa noster paludatus [n] ad o III. Kalen.Ian. profectus est , vt quiuis intelligere posset id, quod tu nuper dubitare cœpisti, τὸ καλὸν [p] δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse.Nā quòd multos miseriis leuauit,& [q] se in his malis hominē prębuit,mirabilis eū virorū bonorū beneuolētia [q] prosecuta est. ¶Tu [q] adhuc Brundisij moratus es, valde probo,& gaudeo:& meherculè puto te C sapiēter facturū,si ἀναίσκυντος [r] fueris. ¶Nobis quidē,qui te amamus,erit gratū.& amabo te, cū dabis posthac aliquid domū litterarū, mei memineris.Ego nunquā quemquā ad te,cùm sciam,sine meis litteris ire patiar. Vale.

¶*ARG. De epistola breuitate. De tristitia tēporū De bello Hispaniensi: Absenti gratulatur.*

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D. 18

LONGIOR epistola fuisset , nisi eo ipso tēpore petita esset à me, cùm iam iretur ad te.longior etiam,si φαιδρὸς [s] aliquem habuisset.[t]nam σκυδάζειν [u]sine periculo vix possūmus. ¶Ridere igitur,inquies,possumus.Non meherculè facillimé.verūtamē aliā aberrationē à molestils nullā habemus. Vbi igitur,inquies,philosophia [x]tua?In culina quidē meay, E sed molesta est.pudet enim seruire. Itaq; facio me alias res agere,ne cōuicium Platonis [z] audiam.¶De Hispania nihil adhuc certi,nihil omnino noui.¶Te abesse,mea causa molestè fero:tua,gaudeo.¶Sed flagitat tabellarius.Valebis igitur,méque , vt à puero feciſti,amabis.

¶*ARG. Respōdet duabus epistolis Ciceronis: Epicuream sectam laudat : Cæsarē cupit victorē.*

C. CASSIVS M. T. C. S. P. D. 19 F

NON meherculè in hac mea peregrinatione quidquam libentiùs facio,quàm scribo ad te.videor enim cum præsente loqui,& iocari. Nec tamen hoc vsu venit propter spectra [a] Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos [b]Stoicos regeram,vt Catiū Athenis natum esse dicas. Pansam [c]nostrum secunda voluntate hominum paludatum [d] ex vrbe exisse, cùm ipsius causa gaudeo;tum meherculè etiam omnium nostrūm . Speto enim, G homines intellecturos, *quanto sit omnibus odio crudelitas, & quāto amori probitas, & clemētia:*

a Hoc ornatu erant qui se ad iter longum accingebant. plaut. *Pseudolo.* Vatro ἀεὶ ἑξαγωγὴς apud Nonium cap. 4. in Numerum 319.* b L. alteras habebis has breueis.

c Sic supra 12.epistola 20. hoc est omnia de omnibus , id est longissimas litteras.*

d L. Nos hic,i (tamen ad te scribā aliquid) D. Syllam patrem.

e *al.* P. Syllam.

f *q.v.c.* alij à latronibus interfectum. *alij, &c. non pl.*

g in hac familia combustum esse nem nē ante P.Syllam dictatorem, refert Plinius 7. cap. 14.*

h *q.v.c.* pro tua sapientia f.

i Ironia.*

k signum auctionis.*

l in qua Cæsar cum Pōpeij liberis pugnabat.*

m sine auctore.*

n epist. 19. Est autem paludamentum vestis vtilis in bello.adde 8. epist.10.§. Festius, Paludati ibant in prouincias. 13.epist 9.*

P. CCLIIII. o L.a.d.III. p honestum propter se expetendum.*

q *q.v.c.* beneuolentia.

r minimè cuiosus.*

f L. φιλάνθρωπος. hoc est nugacem:verum quod in fine huius epistolæ legitur de Platone iudicio est hic agi de Phædro Platonis.Alterius tamen Phædri videtur fieri mentio 13. ad Atticum 3.* t *fort.* habuissem. u graues res tractare.* x L.philosophia tua quidem in culina:mea in molestia est.] *Manut.* tua quidem in cu'ina:mea in palæstra est *al.* tua quidem in culina,mea molesta est,id est Tu Epicureę sectæ:ego Stoicæ quæ v rtutem.* y *al.* mea in molestia est: *al.* mea in palæstra est.* z obiurgantis ſ rutentes.* a vide epist.16.* b quasi diceret.Tu Catium Epicureum sectæ meæ reprehendis , quod ἐίδωλα interpretetur spectra:Atqui possum his regere Stoicos,è quorum secta tu es,Catio rusticiores & barbare loquentes.‖ c Epicureum *infra* & 7 epist.12.* d Sic epist.17.§.

atque ea,quæ maximè mali petant, & concupiscant,ad bonos peruenire.Difficile est enim hominibus [a] persuadere, τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse:ἡδονὴν verò,& [b] ἀπαλγησίαν virtute,iustitia,πρᾳότητι parati,& verum, & prætereà [c] probabile est. Ipse enim Epicurus, à quo omnes Catij,[d] & Amafinij,[e] mali [f] verborum interpretes, proficiscuntur, dicit [g] οὐκ [h] ἔστιν ἡδέως, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως, ζῆν. Itaque & Pansa,qui ἡδονὴν sequitur,virtutem retinet:& ij, qui à nobis φιλήδονοι vocantur, sunt φιλόκαλοι [i], καὶ φιλοδίκαιοι,omnesque virtutes & colunt,& retinent. Itaque Sylla,cuius iudiciũ probare debemus, cùm dissentire philosophos videret,non quæsiuit,quid bonum esset, omnia [k] bona coémit:cuius ego mortem forti mehercule animo tuli. Nec tamen Cæsar diutius nos eum desiderare patietur. nam habet damnatos [l], quos pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem [m] desiderabit, cùm filium viderit. Nunc, vt ad remp.redeã, quid in Hispaniis geratur,rescribe.Peream,nisi sollicitus sum,ac malo veterem, & clemẽtem dominũ habere, quàm nouum & crudelem experiri. Scis, Cnæus quàm sit fatuus: scis, quomodo crudelitatem, virtutem putet.: scis, quàm se semper à nobis derisum putet.Vereor,ne nos rusticè gladio velit ἀντιμωκτερίσασθαι. Quid fiat, si me diligis,rescribe. Hui,quàm velim scire, vtrùm ista sollicito animo, an soluto legas. sciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat.Ne longior sim, vale:& me,vt facis, ama.Si Cæsar vicit,celeriter me exspecta.

¶ *ARG. Se librum de oratore perfecto ad Trebonium misisse, Sabinotraditum: quẽ ipsum commendat. Petit crebras litteras.*

M. T. C. TREBONIO, P. S. D. 20

ORATOREM [o] meum,(sic enim inscripsi)Sabino tuo commendaui. Natio P me hominis impulit, vt ei rectè putarem: nisi fortè candidatorum licentia hic quoque vsus, hoc subitò cognomen arripuit.etsi modestus eius vultus,fermóque constans,habere quiddam à Curibus videbatur.Sed de Sabino satis. ¶Tu, mi Treboni, quando ad amorem meum aliquantulum [r] olim discedens addidisti: quo tolerabiliùs [s] feramus igniculum [t] desiderij tui,crebris nos litteris appellato:atque ita, si idem fiet à nobis.quamquam duę causæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas, quàm nos:primùm,quòd olim solebant, qui Romæ erant, ad prouincialeis amicos de repub.scribere: nunc tu nobis scribas oportet. Res enim publica istic est:deinde, quod nos aliis officiis tibi absenti satisfacere possumus: tu nobis,nisi litteris, non video, qua re alia satisfacere possis. Sed cetera scribes ad nos posteá. Nunc hæc primò cupio cognoscere: iter [u] tuum cuiusmodi sit:vbi Brutum nostrũ videris : quamdiu simul fueris:deinde, cum processeris longiùs,de bellicis rebus, de toto negotio, vt existimare possimus, quo statu simus.Ego tantum me scire putabo,quantum ex tuis litteris habebo cognitum. Cura vt valeas, méque ames amore illo tuo singulari. Vale.

¶ *ARG. Litteras petit:Treboñ officia munerat: De Caluo oratore mortuo quid sentiat, exponit.*

M. T. C. TREBONIO, S. P. D. 21

ET epistolam [a] tuam legi libenter,& librũb libentissimè:sed tamen in ea voluptate hũc accepi [c] dolorem, quòd,cùm incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostræ, (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere)tum discedis à nobis, méque tanto desiderio afficis, vt vnam mihi consolationẽ relinquas,fore,vt vtriusque nostrũm absentis desiderium crebris, & longis epistolis leniatur. ¶Quod ego non modò de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi. Nullam enim apud me reliquisti dubitationem,quãtum me amares.Nam,vt illa omittam quæ ciuitate teste fecisti, cùm mecum inimicitias communicasti [d], cùm me concionibus tuis defendisti,cùm quæstor in mea, atque in publica causa consulum parteis suscepisti, cùm tribuno pleb. quæstor non paruisti, cui tuus præsertim collega paréret: vt hæc recentia, quæ meminero semper, obliuiscar: quæ tua sollicitudo de me in armis,quæ lætitia in reditu,quæ cura, qui dolor,cùm ad te curæ, & dolores mei perferrentur? Brundisium denique te ad me venturum fuisse, nisi subitò in Hispaniam missus esses? Vt hæc igitur omittã, quæ mihi tanti æstimanda sunt,quanti vitam æstimo,& salutem meam:liber [e] iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui?primùm,quòd tibi facetum videtur,quidquid ego dixi : quod aliis fortasse nõ item:deinde,quòd illa siue faceta sunt [f], siue secus,siunt,narrante te,venustissima.quin etiã antè quàm ad me veniatur, risus omnis pænè consumitur. Quòd si in his scribendis nihil aliud,nisi , quod necesse fuit,de vno me tandiu cogitauisses:ferreus essem,si te non amarẽ. Cùm verò ea,quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris:nõ possum existimare,plus quemquam à seipso, quàm me à te amari.Cui quidem ego amori, vtinam cæteris rebus possem,amore certè respondebo:quo [h] tamen ipso tibi confido futurum i satis. ¶Nunc ad epistolam venio, cui copiosè, & suauiter scriptæ nihil est quòd multa respondeam. Primùm enim ego illas Caluo litteras misi,non plus,quàm has, quas nunc legis , existimans exituras. aliter enim scribimus,quod eos solos, quibus mittimus: aliter,quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id verè potuisse fieri putas.Primùm, quod ita iudicabam,acute mouebatur. genus quoddam sequebatur : in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur,quod probaret.Multæ erant,& reconditæ litteræ:vis nõ erat.Ad eam igitur adhortabar [k].In excitando autem,& in acuendo plurimùm valet, si laudes eum,quẽ cohortere. Habes de Caluo iudicium,& consilium meum:consilium ,quòd hortandi causa laudaui:iudicium,quòd de ingenio eius valde existimaui bene. ¶Reliquũ est, tuam [l] profectionem amore prosequar: reditum spe exspectem:absentem [m] memoria colam : omne desiderium litteris mittendis, accipiendísque leniam. Tu velim tua in me studia , & officia multùm tecum recordere: quæ cùm tibi liceat, mihi [n] nefas sit obliuisci, non modò vitum bonum me existimabis, verùm etiam te à me amari plurimùm iudicabis. Vale.

M. TVLLII

---

a L.persuadere hominibus, *& ita v.c.*

b L.& ἀπαθείαν.‖ *vel.* διαλείψιν *al.* ἀταξίαν malè. Epicurus enim felicitatẽ ponebat in voluptate & ἀταραξίᾳ, hoc est statu carente mentis perturbatione.*

c præterea, *abest à quibusd.v.c.*

d meminit epist.16.*

e *al.* Amafanij.‖ Amafinij meminit Tusculana4.* P. CCLV.

f vel quia εἴδωλα spectra interpretabantur: vel quia Epicuri dogma perperam interpretabantur,voluptatem ab honesto seiungentes : quod & plerique faciebãt Epicurei, *Laertiotestes.**

g in suis sententiis quæ & κυρίαι δόξαι. *1.de Natura & 2. de finib.**

h *Tusculana* 3.7.De finib. 1.& 2. *Laertius in Epicuro.**

i honesti & iusti amatores.*

k L sed omnia b.

l *al.* domi natos.‖ *Manut.* dominatos.*

m sectoris est qui damnati bona emit in auctione *Pedian.**

n vicissim desiderem.*

o Id est librum de perfecto oratore cuius mentio fit 6. epistol.7. & 12.

p. B. librum de optimo dicendi genere appellat 12. epistol.17.*

p Sabina tribus tetrica. Liuius 1.vbi de Numa.*

q Numæ regis patria.*

r L.aliquantulũ disced. *f. fort.* tolerantiùs. t videndi cupidi atem.* u *q.v.c.* tui iter cuiusm. *& ita L.*

a Sedecias est libri discedec.mi.*

b mutuitio lium vocat 12.epist.16. c L.repi

d *q.v.c.* cõmunicauisti.

e quem scripserat Trebonius de dictis Ciceronis.* f *q.v.c.* fiet. g *alias* nõ fium:fic nar. P. CCLVI.

h *al.* quod ea men ipsum tibi confido futurum satis.* i L. me satisfacturum satis

k *al.* hortabar.‖

l L. vt tuam

m *al.* absentem.* n *q.v.c.* hi nt nefas obl.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD FAMILIAREIS, LIBER XVI.

AD TIRONEM.

P. CCLVII. ¶ARG. *Suum Tironis desiderium commendat.*

M. T. C. ET CICERO MEVS, ET FR. ET PRATRIS FIL. TIRONI, S. P. D. 1

PAVLLO faciliùs putaui posse me ferre desiderium tui: sed pla nè non fero: & quamquam magni ad honorem nostrũ interest, quàm primùm ad vrbẽ me venire, tamen peccasse mihi videor, qui [a] à te discesserim. Sed quia tua voluntas ea videbatur esse, vt prorsus, nisi confirmato corpore, nolles nauigare, approbaui tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eádem es sententia. Sin [b] posteà, quàm cibum cepisti, vidéris tibi me [c] posse consequi; tuum consilium est. Marcionem [d] ad te eò misi, vt aut tecum ad me quàm primùm veniret: aut, si tu moraretur, statim ad me rediret. Tu autem hoc tibi persuade, si cõmodò valetudinis [e] tuæ fieri possit, nihil me malle, quàm te esse mecum. sin [f] intelliges opus esse, te Patris, conualescendi causa, paullùm commorari, nihil me malle, quàm te valere. Si statim nauigas, nos Leucade consequêre [g]. sin te confirmare vis: & comites, & tempestates, & nauem idoneam vt habeas, diligenter vidébis. Vnum illud, mi Tiro, videto, si me amas, ne te Marionis aduentus, & hæ litteræ moueant. Quod valetudini [h] tuę maximè conducet, si feceris: maximè obtemperaris voluntati meæ. Hæc pro tuo ingenio cõsidera. Nos ita te desideramus, vt amemus. amor, vt valentem videamus, hortatur: desiderium, vt quàm primùm. Illud igitur potiùs. Cura ergo potissimùm, vt valeas. Dę tuis innumerabilibus in mẽ officiis erit hoc gratissimum. III. Nonas Nouembreis. Vale.

¶ARG. *De sua sollicitudine, suóque Alyziam aduentu.*

TVLLIVS TIRONI, S. P. D. 2

NON queo ad te, nec lubet scribere, quo animo sim affectus: tantùm scribo, & tibi, & mihi maximæ voluptati fore, si te firmũ quàm primùm videro. Tertio die abs te ad Alyziã acceſseramus. Is locus est cĩrra Leucadẽ stadia CXX. Leucade aut te ipsum, aut tuas litteras à Marione putabã me accepturũ. Quantũ me diligis, tantùm fac vt valeas, vel quantùm te à me scis diligi. Nonis Nouembr. Alyzia.

¶ARG. *Valetudinis curam commendat.*

M. TVLLIVS CICERO, PATER, ET FIL. TIRONI SVO, S. D. ET Q. FRATER, ET Q. FILIVS. 3

NOs apud Alyziam [k], ex quo loco tibi litteras antè dederamus, vnum diem cõmorati sumus, quòd Quinctus nos consecutus non erat. Is [l] dies fuit nonæ Nouembr. Inde ante lucem profecscentes, ante [a] diem VIII. Idus Nouemb. has litteras dedimus. Tu, si nos omneis amas, & præcipuè me, magistrũ tuũ, confirma te. Ego valde suspenso animo exspecto, primùm te scilicet, deinde Marionem [b] cũ tuis litteris. Omnes cupimus, ego in primis, quàm primùm te videre: sed, mi Tiro, valentem. Quare nihil properaris: satis quotidie videro, si valebis. Vtilitatibus tuis possum carere: te valere, tua causa primùm volo, tũ mea, mi Tiro. Vale.

¶ARG. *Valetudinem rursus commendat.*

M. T. C. ET Q. FR. ET Q. FIL. TIRONI, S. 4

VARIE sum affectus tuis litteris: valde priore pagina perturbatus, paullùm altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin, quoad planè valeas, te neque nauigationi, neque viæ committas. satis [c] te maturè videro, si planè confirmatum videro. De medico [d] & tu bene existimari scribis, & ego sic audio, sed planè curationes eius non probo. Ius [e] enim dãdũ tibi nõ fuit, cũ κακοστόμαχος [f] esses: sed tamen & ad illum scripsi accuratè, & ad Lysonem. Ad Curium verò, suauissimũ hominem, & summi officij, summæque humanitatis, multa scripsi: in his etiam, vt, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster vereor, ne negligentior sit: primùm, quia omnes Græci: deinde, quòd, cùm à me litteras accepisset, mihi nullas remisit. sed eum tu laudas. Tu igitur, quid faciendum sit, iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumtui ne parcas vlla in re, qua [g] ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium, quod [h] dixisses, daret medico. ipsi puto aliquid dandum esse, quò sit studiosior. Innumerabilia tua sunt in me officia, domestica, forensia, vrbana, prouincialia: in re priuata, in publica, in studiis, in litteris nostris. omnia viceris, si, vt spero, te validum videro. Ego puto te bellissimè, si rectè erit, cùm quæstore Mescinio decursurum. non inhumanus est: teqi, vt mihi visus est, diligit, & cùm valetudini [i] tuæ diligentissimè consulueris, tũ, mi Tiro, consulito nauigationi. Nulla in re iam [k] festinare volo. nihil laboro, nisi vt saluus sis. Sic habeto, mi Tiro, neminem esse, qui me amet, quin idẽ te amet: & cũ tua, & mea maximè interest te valere, tum multis est curæ. Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, numquam te cõfirmare potuisti. nunc te nihil impedit: omnia depone, corpori serui, quoniam

a L. qui abs ea.

b al. sin autem poteas. c q. v. c. posse me consequi. d de quo epist. 3 & 5.* e v. c. valitudinis. f qui a. c. sin autem intelligas. P. B.

g v. c. consequêre. h v. c. valitudini.

a Acarnanię locus. Strabo 10.* b v. c. Is enim dies fuit.

a P. cclviii. a hoc est Idibus ipsis adde l. 132. ff. de verb. significat.* b de quo epist. 5.*

c al. satis enim te mat. d Asclapone epist. 9.* e Ad pulli gallinacei ius hoc refert Manut.* f hoc est stomacho malo affecto.*

g al. quæ P. B. h L. quod dixisses, daret medico ipsi p.

i v. c. valitud. k L. tã te fest.

diligentiam in valetudinem [a] tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Vale, mi Tyro, vale, vale, & salue. Tepta tibi salutem dicit, & omnes. Vale. VI. Idus Nouembr. Leucade.

a v.c. valitudinem.

¶ ARG. *Valetudinem iterum commendat.*

TVLLIVS, ET CICERO, ET Q. Q. TIRONI HYMANISS. ET OPT. S. P. D. 5

P. CCLVI. B.

VIDE, quanta in [b] te sit suauitas. duas horas Thyrei fuimus. Xenomenes hospes tam te diligit, quàm [c] si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus: facturum puto. Mihi placebat, si firmior esses, vt te Leucadem deportares, vt ibi te planè confirmares. Videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem [d] remittere: quem, cùm meliusculè tibi esset, ad me mitteres: sed cogitaui, vnas litteras Marionem afferre posse, me autem crebras exspectare. Poteris igitur, & facies, si me diligis, vt quotidie sit Acastus [e] in portu. Multi erunt, quibus rectè litteras dare possis, qui ad me libenter perferant. Equidem Patras [f] euntem neminem prætermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. Ei te totum trade. malo te paullo pòst valentem, quàm statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi vt tu valeas: cetera ego curabo. Etiam atque etiam vale. Leucade proficiscens, VII. Idus Nouembr.

b q.v.c. sit in te
c q.v.c. quã viderit tecũ.
d de quo epist. 1. & 3.*
e de quo epist. 10. 1.*
f vbi ægrum Tironem reliquerat.*

¶ ARG. *Valetudinem commendat.*

M. TVLLIVS CIC. PATER ET FIL. ET Q. Q. TIRONI, S. D. 6

TERTIAM ad te hanc epistolam scripsi eadem [g] die, magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram cui darè, quàm, quòd haberem, quid scriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentię. Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. cùm valetudinis [h] rationem, vt spero, habueris, habeto etiam nauigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me litteras dabis, vt ego euntem Patras neminem prætermitto. Cura, cura te, mi Tiro, quando non contigit, vt simul nauigares. nihil est quòd festines: nec [i] quidquam cures, nisi vt valeas. Etiam atque etiam vale. VII. Idus Nouembr. Actio, vesperi.

g I. eodem die.
h v.c. valitud. P. CCLIX.
i I. nec quòd quidq.

¶ ARG. *Se aduersis ventis Corcyræ teneri: Valetudinu curam commendat.*

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 7

P. celvii. A. k v.c. nisi im l I. si essent, nihil est haud nihil ageremus.* m anni tempus vocat, hyemem sic 10. epist. 30. & Nauti in Mercat.* n al. XVI. & ita Vrsin.* p al Q. CICERO. q v.c. valitudo. r fuat quidẽ, sine periculo, sed diuturnior.* al. est.

SEPTIMVM iam diem Corcyræ tenebamur. Quinctus autem frater, & filius Buthroti. Solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur nihil à te litterarũ. Iis enim ventis istinc [k] nauigatur, qui si [l] non essent, nos Corcyræ non sederemus[m]. ¶ Cura igitur te, & confirma: &, cùm commodè, & per valetudinem, & per [n] anni tempus nauigare poteris, ad nos, amãtissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligat. carus omnibus, exspectatúsque venies. Cura, vt valeas etiã atque etiam, Tiro noster. Vale. XV. [o] Kale. Nouembr. Corcyræ.

¶ ARG. *Valetudinem Tironis sibi curæ esse.*

M P. T. C. TIRONI, S. 8

MAGNAE nobis est sollicitudini valetudo [q] tua. nam, tametsi qui veniunt, ἀκίνδυνα μὲν, [r] χρονιώτερα δὲ nuntiant, tamen in magna consolatione ingens inest [s] sollicitudo, si diutius à nobis abfuturus [t] est is, cuius vsum & suauitatẽ desiderando sentimus. Attamen quamquam videre te tota cogitatione cupio, tamen te penitus rogo, ne te tam [b] longæ nauigationi, & viæ per hyemem, nisi bene firmum committas: néve nauiges, nisi explorarè. Vix in ipsis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur: nedum in mari, & via sit facilè abesse ab iniuria temporis. ψύχος [c] ὃ λεπτὸν χρῶτι πολεμιώτατον, inquit Euripides. Cui tu quantum credas, nescio. ego certè singulos eius versus, singula [d] testimonia puto. Effice, si me diligis, vt valeas, & vt ad nos firmus, ac valens quam primùm venias. Ama nos, & vale. Qu[e]. frater tibi salutem plurimam dicit.

a L. salutarus.
b quidem c. non hodie, hic grauissimum.
c frigus tenuẽ inimicissimum.
d q.v.c. singula eius teſt.
e L. Q. F.

¶ ARG. *Nauigationem describit: Valetudinem commendat.*

M. T. ET C. ET Q. TIRONI, S. P. D. 9

NOS à te, vt scis, discessimus ad [f] IIII. non. Nouemb. Leucadem venimus ad [g] VIII. idus Nouembr, ad [h] VII. Actium. ibi propter tempestatem ad VI. idus morati sumus. Inde ad [i] quintum idus Corcyram bellissimè nauigauimus. Corcyræ fuimus vsque ad XVI. [k] kalend. Decembr. tempestatibus retenti. ad [l] XII. Kalend. Decembr. à portu Corcyræorum, ad [m] Cassiopem stadia CXX. processimus. Ibi retenti ventis sumus vsque ad [n] IX. Kalendas. Intereà, qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die cenati soluimus. Inde Austro leniss imo, cælo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad Hydruntẽ labidundi [o] peruenimus: eodémque vento postridie (id erat ad [p] VII. Kalend. Decembr.) hora quarta Brũdisium venimus: eodémque tẽpore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia: quæ te facit plurimi. ¶ Ad [q] V. kal. Decembr. seruus Cn. Plancij Brũdisij tandem aliquando mihi à te exspectatissimas litteras reddidit, datas idib. Nouembr. quæ me molestia valde leuarunt: vtinam omnino liberassent. Sed tamen Asclapo [r] medicus planè cõfirmat, propediem te valentẽ fore. Nũc equidem [t] ego te hortor, vt omnem diligentiam adhibeas ad conualescendum. Tuã prudentiã, tẽperãtiã, amorẽ erga me nóui, scio tenomnia facturum, vt nobiscum quàm primùm sis. Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. Symphoniã [x] Lysonis [y] velim vitasses: ne in quartam hebdomadam [z] incideres. Sed, quando pudori tuo maluisti obsequi, quàm valetudini [a], reliqua cura. Curio nisi [b], vt medico nos [c] haberetur: & tibi daret, quod opus esset me, cui iussisset, curaturum. Equum & mulum Brũdisij tibi reliqui. Romæ vereor, ne ex kal. Ian. magni tumultus sint. Nos agemus omnia modicè. Reliquum est, vt [d] te hoc rogem, & à te petam, ne temerè nauiges. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. Cautus sis, mi Tiro. Mare magnum & difficile tibi restat. Si poteris: cum Mescinio. cautè is solet nauigare, si minùs, cũ honesto aliquo homine, cuius auctoritate naũcularius moueatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, tẽque nobis incolumem præstiteris [e], omnia à te habebo. Etiam atq; etiam, noster Tiro, vale. Medico Curio Lysoni de te scripsi diligentissimè. Vale, salue.

f L. a. d. IIII.
g L. a. d. VIII. id. Nouẽbr.
h a. d. VII.
P. CCLIX. B.
i L. a. d. V.
k L. XV.
l a. d. XII.
m L. ad Cassiopen Rhodiã CXX. kal. ad Cassopen. Vrsin.
n L. a. d. IX.
o Hydrantibus similes.*
p L. a. d. VII.
q L. a. d. V. kal.
r Asclapo.
t aliquantũ.
u v.c. omnia te fac.
x id est obsequiam.
y de epist. 19.*
z adhebdomadã.
a v.c. valitudini.
b id est mã dat.*
c honor pro honorato.
d hæc rogo.
e P. CCLX.

H

¶ ARG. *Periculosum est post morbum itineri se committere: Eius operam in studijs exigit.*

M. T. C.

B. CCLXII.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 10

EGo verò cupio te ad me venire:sed viam timeo.grauissimè ægrotasti:inedia, & purgationibus,& vi ipsius morbi consumtus es. Graues solent offensiones esse ex [a] grauibus morbis, si qua culpa commissa est.Iam ad id biduum, quod fueris in via,dum in Cumanũ veneris [b], accedent continuò ad reditum dies quinque,Ego in Formiano III.Kalen.esse volo.Ibi te vt firmum offendam, mi Tiro, effice. Litterulæ meæ, siue nostræ,tui desiderio obtenuerunt. Hac tamen epistola, quam Acastus [c] attulit,oculos paullum sustulerunt.Pompeius [d] erat apud me cùm hæc scribebam. Hilarè, & libenter ei cupienti audire nostra, dixi, sine te omnia mea muta esse. Tu Musis nostris para vt operas reddas.nostra ad diem dictã fient. Docui enim te,fides [e] ἐνυπνιον quod haberet. Fac planè vt valeas.nos adsumus [f] Vale.XIIII.Kal.Ian.

¶ARG. *Valetudinẽ commendat. De suo ad vrbem aduentu. De statu Reipublicæ. De Triumpho. De præfectura Campana.*

M. T. ET C. TERENTIA,ET TVLLIA, QV.FRATER,ET QV. F. TIRONI, S. P. D. 11

ETsi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis desidero:tamen non tam mea, quàm tua causa doleo,te non valere.Sed quando in quartanam conuersa vis est morbi (sic enim scribit Curius) spero , te diligentia adhibita, etiam firmiorem fore. Modò fac,id quod humanitatis tuæ est , ne quid aliud cures hoc tempore,nisi vt quàm commodissimè conualescas,Non ignoro , quantùm ex desiderio laboresfed erunt omnia facilia,si valebis. festinare te nolo , ne nauseæ molestiam suscipias æger, & periculosè hieme nauiges. ¶Ego ad [g] vrbẽ accessi pridie nonas Ianuar. obuiam mihi sic [h] proditum est, vt nihil fieri potuerit [i] honoratius [k]. ¶Sed incidi in ipsam flammam ciuilis discordiæ,vel potius belli:cui cùm cuperem mederi,&,vt arbitror,possem: cupiditates certorum hominum(nam ex vtraque parte sunt,qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt. Omnino & ipse Cæsar, amicus noster , minaceis ad senatum,& acerbas litteras miserat, & erat adhuc impudens, qui exercitum,& prouinciam ,inuito senatu, teneret:& Cutio meus illum incitabat. Antonius quidem noster,& Q.Cassius, nulla vi expulsi,ad Cæsarem cum Curione profecti erãt. Posteà quàm senatus consulibus , prætoribus, tribunis pl.& nobis,qui proconsules [l] sumus, negotium dederat,*vt* [m] *curaremus , ne* [n] *quid resp. detrimenti caperet*:numquam maiori [o] in periculo ciuitas fuit:numquam improbi eiues habuerunt parationem ducem [p] omnino. Ex hac quoque parte diligentissimè [q] bellum comparatur.Id fit auctoritate,& studio Pompeij nostri , qui Cæsarem serò cœpit timere. Nobis inter has turbas,senatus tamen frequés flagitauit triumphum : sed Lentulus consul, quo maius suum beneficium faceret,simul atque expedisset , quæ essent necessaria de rep. dixit se relaturum. Nos agimus nihil cupidè: eóque est nostra pluris auctoritas. ¶Itahæ regiones descriptæ sunt, quam quisque partẽ vellet.Tu etiã atq; etiã cura, vt valeas,litteráſq; ad me mittas, quotiescumq; habebis, cui des. Etiam atque etiam vale.D.pridie idus Ian.

¶ARG. *De statu Reipublicæ & initio bellorum ciuilium. Suam in Tironem beneuolentiam significat.*

M. T. C. TIRONI. S. P. D. 12

QVo in discrimine versetur salus mea , & bonorum omnium,atque vniuersæ reip. ex eo scire potes,quòd domos nostras,& patriam ipsam, vel diripiendam,vel inflammãdam reliquimus. In eum locum res deducta est,vt,nisi [a] quis deus, vel [b] casus aliquis subueneric , salui esse nequeamus. Equidem vt veni [c] ad vrbem , non destiti omnia & sentire,& dicere,& facere, quæ ad concordiam pertinerent. sed mirus inuaserat furor non solùm improbos [d], sed etiã hos, qui boni habentur,vt pugnare cuperent,me clamante,nihil esse bello ciuili miserius. Itaque cùm Cæsar amentia quadam raperetur,& oblitus nominis,atque honorum suorum , Ariminum, Pisaurum,Anconã, Arretium occupauisset, [e] Vrbem reliquimus [f]:quàm sapiẽter, aut quàm fortiter,nihil attinet disputare.Quo [g] quidem in casu simus,vides.Feruntur omnino conditiones ab illo,*vt* [h] *Pompeius eat in Hispaniam: dilectus,qui sunt habiti,& præsidia nostra dimittantur:se vlteriorem Galliam Domitio , citeriorem Considio* [i] *Nonianо* [k] *(hu enim obtigerunt) traditurum:ad consulatus petionem se venturũ: neque iam velle, absente se,* [l] *rationem haberi sui,se præsentem trinundinum* [m] *petiturum.* Accepimus cõditiones:sed ita,vt remoueat præsidia ex his locis [n],quæ occupauit,vt sine metu de iis ipsis conditionibus Romæ senatus haberi possit.Id ille si fecerit,spes est pacis nõ honestæ.leges [o] imponuntur.sed quiduis est melius,quàm sic esse ,vt sumus.Sin autem ille conditionibus stare noluerit : bellum paratũ est,eiusmodi tamen, quod ille sustinere non possit, præsertim cùm à suis conditionibus ipse fugerit:tantummodò vt eum includamus, ne ad vrbem possit accedere : quod sperabamus fieri posse.Delectus [p] enim magnos habebamus:putabamúsque illum metuere, si ad vrbem ire cœpisset,ne Gallias amitteret:quas ambas habet inimicissimas , præter Transpadanos:ex Hispaniáque sex legiones,& magna auxilia,Afranio,& Petreio ducibus, habet à tergo.Videtur,si insaniet,posse opprimi , modò vt vrbe salua.Maximam autem plagam accepit,quòd is,qui summam auctoritatem in [q] illius exercitu habebat,T.Labienus , socius [r] sceleris esse noluit [s]: reliquit illum, & nobiscum est:multíque idem facturi esse dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præsum à Formiis. Nullum maius negotium suscipere volui,quo plus apud illum meæ litteræ ,cohortationésque ad pacem valerent. Sin autem erit bellũ, video me castris , & certis legionibus præfuturum.Habeo etiam illam molestiam , quòd Dolabella noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse volui:quæ [t] caue te perturbent , & impediant valetudinem tuam.Ego A. Varroni , quem tum amantissimum mei cognoui, tum etiam valde tui studiosum , diligentissimè te commendaui,vt & valetudinis tuæ rationẽ haberet,& nauigationis & totum te susciperet, ac tueretur : quem omnia facturum confido, recepit enim,& mecum locutus est suauissimè.Tu , quando eo tempore mecum esse non potuisti,quo [u] ego maximè operam, fidelitatem desideraui tuam,caue festines,aut

a L.nisi qui deus,
b *q.v.c.* aut casus.
c dixi epist. P.CCLXI. n.3.*
d L. improbis,sed etiam his,q.
e L. occupasset,
f adde 4. epist.7.*
g L. Quo in casu simus, vides. Feruntur omnino quidem conditi.
h adde 6.epist.6.3. Cæsar 1.de bello ciuil. Appianus. Dio.*
i *al.*C. Considio Nonia-no, *Vsf.**
k *al.*Nouiano,
l L. absentis rationẽ hab. fui ‖ Id autẽ legẽ permissum erat.*
m Lex ad populum ferenda per trium nundinarum spatium promulgabatur , quo posset populus,legesatis considerata quid sentiret suffragiis ostendere. Idem fiebat in creandis magistratibus. Est igitur trinũdiũ, trinũdini spatium.*
n Arimino, Pisauro, Ancona Arretio vt 3.Cæs.1.de bello ciuil.*
o L. leges enim impon.
p L. Dilectus.
q L in eius exercit. *& ita v.c.*
r L. socius eius sceleris esse ti. *& ita v.c.*
s Idem 13. famil.14.*
t *q.v.c.* quę caue ne te pers.
u *fort.* quo ego tempore max.

cõmittas,vt aut æger, aut hyeme nauiges. Núquã ferò te venisse putabo, si saluus veneris. Adhuc neminé videram, qui te posteà vidisset,quàm M. Volusius,à quo tuas litteras accepi:quod non mirabar.neque enim meas puto ad te litteras tanta hyeme perferri.Sed da operam,vt valeas:& si valebis,cùm rectè nauigari poterit,tũ [a] nauiges.Cicero meus in Formiano erat:Terentia,& Tullia Romæ. Cura, vt valeas.IIII.kalendas Febr. Capua.

a q.v.c.non habent,tum

ARG. Valetudinem commendat.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 13

OMNIA à te data mihi putabo, si te valentem videro.Summa cura exspectabam aduentum Menandri,quem ad te miseram. Cura,si me diligis,vt valeas:&,cùm te bene confirmaris,ad nos venias. Vale.IIII.idus April.

ARG. Valetudinem iterum commendat.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 14

ANDRICVS [b] postridie ad me venit,quàm exspectaram. Itaque habui noctem plenam [c] timoribus,ac miseriis. Tuis litteris nihilo sum factus certior,quomodo te haberes: sed tamen sum recreatus. Ego omni delectatione, litterisque omnibus careo: quas antè, quàm te videro,attingere non possum.Medico mercedis,quantum poscet, promiti iubeto.id scripsi ad Mummium [d].Audio te animo angi,& medicum dicere,ex eo te laborare. Si me diligis,excita ex somno tuas litteras, humanitatémque, propter quam mihi es carissimus.nunc opus est te animo valere,vt corpore possis.Id cùm tua, tum mea causa facias, à te peto.Acastum retine,quò commodiùs tibi ministretur. Conserua te mihi, dies promissorum adest,quem etiam repræsentabo [e], si aduenieris.Etiam atque etiam vale.IIII.idus Aprileis, hora III.

b al.Menandrus.al. Alexandrius. al. Mendricus al. Mandricus.*

c L.plenam timoris ac miseriis.Tuis litteris.n.‖ f.icior.plena timoris: ac miseriis tuis litteris & cet. al. plenam timoris ac miseriæ.*

d L.Vmmiũ al. Munium al. Numium al. Nummũ al. Varibium al. Manium* e id est non exspectabo.dem datam manumittã te etiam ante,si aduenerit.*

ARG. Suam de Tironu valetudine sollicitudinem significat.

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 15

AEGYPTA [c] ad me venit pridiè idus Aprileis.Is etsi mihi nuntiauit, te planè febri carere, & bellè habere: tamen, quòd negauit te potuisse ad me scribere,curam mihi attulit,& eo magis,quòd Hermia, quem eodẽ die venire oportuerat,non venerat. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine: qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem, si iam putarem libenter te legere posse.Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi,tibíque conseruandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale.Scripta iam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis:nec mirum,tam graui morbo. Ego ad te Ægyptam misi [f], quòd nec inhumanus est, & te visus est mihi diligere,vt is tecum esset: & cum eo cocum,quo vterere.Iterum vale.

f ferui nomen.*

g L.remiſi,

ARG. De Tirone manumisso gratias agit & gratulatur.

Q. C. M. CICERONI FRATRI, S. P. D.16

DE Tirone,mi Marce, ita te,meúmque Ciceronem,& meam Tulliolam, tuúmque filium videam,vt mihi gratissimum feceris,cũ eum indignum illa fortuna [g], nobis amicum, quàm seruum esse maluisti. Mihi crede,tuis, & illius litteris perlectis, exsilui gaudio, & tibi & ago gratias, & gratulor. Si enim mihi Statii fidelitas [h] est tantæ voluptati,quanti est

h ſeruili.*

i al.fidelitas, & frugalitas est.

se in isto hæc eadem bona debent,additis litteris,sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis commodis potiora? Amo te omnibus equidem maximis [a] causis, verùm etiam propter hanc,vel quòd mihi sic,vt debuisti, nuntiasti.Te totum in litteris vidi.Sabini pueris [b] & promisi omnia,& faciam. Vale.

a L. maximis de causis

b seruis.*

ARG. Reprehendit Tironem quia Latinè scripserat minus propriè, valetudini fideliter inseruire.

M. T. C. TIRONI, S. P. D 17

VIDEO,quid agas.tuas quoque epistolas vis referam in volumina. Sed heus tu, qui κριτὴς [c] esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἀκύρου [d], *valetudini fideliter inseruiendo?* Vnde in istum locum, FIDELITER, venit?cui verbo domicilium est proprium in officio:migrationes in alienum,multæ. Nam & doctrina,& domus,& ars,& ager etiam,fidelis dici potest:vt sit, quomodo Theophrasto placet,verecunda tralatio.Sed hęc coràm. Demetrius venit ad me:quo quidem comitatu ἀφωμίλητος [e] satis scis.Tu eum videlicet non potuisti videre.cras aderit.videbis igitur. Nã ego hinc perendie manè cogito. Valetudo f tua me valde sollicitat:sed [g] inseruis:& fac omnia,tum te mecum esse,tum mihi cumulatissimè satisfacere putato [h]. Cuspio quod operam dedisti, mihi gratum est. valde enim eius causa volo. Vale.

c L. plenam timoris ac miseriæ.* d L. Vmmiũ al. Munium al. Numium al. Nummũ al. Varibium al. Manium* e id est non exspectabo.dem datam manumittã te etiam ante,si aduenerit.* f ferui nomen.* g L.remiſi,

ARG. Se Tironi manumisso inscripturum M. Tullio Tironi, neque eo tantum modo, sed & suo Tironi. Ab his valetudinem commendat.

TVLLIVS TIRONI i, S. P. D. 18

QVID igitur?non sic oportet?Equidem cẽseo sic,addendum etiam,suo.sed,si placet, inuidia vitetur: quam quidem ego sæpe contemsi.Tibi διαφόρησιν [k] gaudeo profuisse. si verò etiam Tusculanum, dij boni, quanto l mihi illud erit amabilius! Sed, si me amas, quod quidem aut facis, aut perbellè simulas, quod [m] tamen in modum procedit: sed vt n vt est,indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc,dum mihi deseruis, seruisti non satis. ea quid postulet,non ignoras:πέψιν, ἀκεστὸν [o], σῶμα πᾶν σύμμετρον, τέρψιν, δόλυσιαν καὶ λύσις. Fac bellus reuertare. non modò te,sed etiam Tusculanum nostrum plus amem. Párthedrũ excita,vt hortum ipse conducat. Sic olitorem ipsum commouebis.Helicon [q] nequissimus sestertia ducenta dabat nullo aprico horto,nullo emissario,nulla maceria,nulla casa.Iste nos tanta impensa derideat?calface hominem,vt ego Mothonem [r]. Itaque abutor coronis.Dec Crabra [s] quid agatur,etsi nunc quidem etiam nimium est aquæ,tamen velim scire.Horologium mittam,& libros,si erit sudum [t]. Sed tu nullósne tecum libellos?an pangis u aliquid Sophocleum?fac opus appareat. A. Liguriusx Cæsaris familiaris,mortuus est, bonus [x] homo,& nobis amicus.Te quando exspectemus fac vt sciam.Cura te diligenter. Vale.

i C.M. CICERONI FRATRI, S. P. D. 19

EXSPECTO tuas litteras de multis rebus:te ipsum multò magis. ¶Demetrium redde nostrum, & aliud,si quid potes boni. ¶De Aufidiano nomine y nihil te hortor.scio tibi curæ esse.sed cõfice.Et, si ob eam ré moraris,

k Crabræ aquæ meminit idem Cicero in orat. contra Rullum: vt & Frontium.* t serenum.* u scribis.* x al.bellus.* y vt cæteris ab Aufidio quod debet.*

a L. maximis de causis b seruis.* c regula d impratium.* e me à colloquio se gregaui i- φωμιλη- στῳ Mendosè aliàs locus depravatus videtur Victorio & Lambino.* f v.c. Valetudo. P. g. sed ei ſerui h al.putabo i al.Marco Tironi vi- k v.c. διαφόρησιν & relaxatio, digestio.* l g. v. c. quanto illud mihi erit. m L. quod tamen mirũ in modum procedit: n aut vt est.* o id vitationem immoderatæ dicarum defatigationi. antea legebatur ἀλυ μίαν. p Rescr. ‖ id est Irrisionem. Quod πέψιν legas, interpretabere deliberationem. cui hæc adiunguntur consonio, vitano, iudiui, bubito moderata, alui facilitas.* q al.helicon. al. hiscon. bellus. Sine sestertio sine numero. ἀπαλλαγὴν qui delicate iubet verbo vtitur Cicero ad Atticum & ad Gallum: Rhetor. Rhetor. Suidæ Salmon. simulat se illi. P. cibum. paupertatem. r L.M. Otho nem.al. Mothonem. al. Mutonem. s Fronti. t Sereno.* u scribis.* x al.bellus.* y vt cæteris ab

accipio

accipio causam.si [a] te id nō tenet,aduola. Litteras tuas valdè exspecto. Vale.

¶ARG. *De valetudine Tironis. De libris componendis. De olitore. De reditu Tironis.*

M. T. C. TIRONI, S. P. D. 20

SOLLICITAT,ita viuam, me tua,mi Tiro, valetudo:sed confido,si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, citò te firmum fore. ¶Libros compone,videlicet [b] cùm Metrodoro lubebit, quando eius arbitratu viuendum est. ¶Cum olitore, vt videtur. ¶Tu potes kalendis spectare gladiatores, prostidie redire:& ita censeo.Verùm,vt videbitur.Cura te,si me amas,diligenter. Vale,

¶ARG. *De suo ad virtutem studio: De prædio à Tirone empto.*

C. FIL. TIRONI SVO DVLCISS.S. P. D. 21

CVM vehementer tabellarios exspectarem quotidie,aliquando venerunt post diem XL.& VI.quàm à vobis discesserant:quorum mihi fuit aduentus optatissimus [c].Nam cùm maximam cepissem lætitiam ex humanissimi & carissimi patris epistola:tum verò iucundissimæ tuæ litteræ cumulum mihi gaudij attulerunt.Itaque me [d] iam non pœnitebat, intercapedinem scribendi fecisse:sed potiùs lætabar. fructum enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex silentio mearum litterarū, Vehementer igitur gaudeo,te meam fine dubitatione accepisse excusationem. Grates tibi, optatósque esse, qui de me rumores afferuntur,non dubito, mi dulcissime Tiro: præstabóque,& enitar, vt in dies magis, magísque hæc nascens de me duplicetur opinio. Quare quòd polliceris te buccinatorem [e] fore existimationis meæ, firmo id constantíque animo facias licet.Tantum enim mihi dolorem cruciatúmque attulerunt errata ætatis meæ,vt non solùm animus à factis,sed aures quoque à commemoratione abhorreant.Cuius te sollicitudinis,& doloris participem fuisse, notū, exploratúmque est mihi:nec id mirum.Nā [f] cùm omnia mea causa velles mihi [g] succesa: tum etiam tua. socium enim te meorum commodorum semper esse volui.Quando igitur tum ex me doluisti,nunc, vt duplicetur tuum ex me gaudium,præstabo. Crattippo [h] me scito non vt discipulum,sed vt filium, esse coniunctissimum.nam cùm [i] & audio illū libēter,tum etiam eius [k] propriam suauitatē vehementer amplector. Sum totos dies cum eo,noctísque sæpenumero partē:exoro enim vt mecum quàm sæpissime cenet. Hac introducta consuetudine,sæpe inscientibus nobis, & cenantibus obrepit, sublatáque seueritate philosophiæ, humanissimè nobiscū iocatur. Quare da operam, vt hunc talem,tam iucundum, tam excellentem virum videas quàm primùmm.Nam quid ego de Bruto! dicam?quē nullo tempore à me patior discedere: cuius cùm frugi,seueráque est vita,tum etiam iucundissima coniunctitio [m]. non est enim secundus iocus à philologia [n], & quotidiana συζητήσει [o]. Huic ego locū in proximo cōduxi,&,vt possum,ex meis angustiis illius sustēto tenuitatem.Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui:Latinè autem apud Brutū [p] exerceri volo.Vtor familiaribus, & quotidianis conuictoribus,quos secū Mitylenis [q] Cratippus adduxit,hominibus & doctis,& illis probatissimis. Multùm etiam mecum est

Epicrates, princeps Atheniēsiū,& Leonides [a], & horum ceteri similes. τὰ μὲν ἐν κακῷ ἡμῖν, τάδε. De Gorgia autem quòd mihi scribis,erat quidem ille in quotidiana declamatione vtilis: sed omnia postposui, dummodò præceptis [c] patris parerem. διαρκῶς [d] enim scripserat,vt eum dimitterem statim.tergiuersari nolui, ne mea nimia σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret.Deinde illud etiam mihi succurrebat,graue esse, me de iudicio patris iudicare.Tuum tamen studium,& consilium, gratum acceptúmque est mihi.Excusationem angustiarum tui temporis accipio.scio enim, quàm soleas esse occupatus. ¶Emisse te prædium vehementer gaudeo: felicitérque tibi rem istam euenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari,noli mirari.eodem enim ferè loco, tu quoq; emisse te,fecisti me certiorē.Habes [e] vbi deponendæ tibi sint vrbanitates.rusticus [f] Romanus factus es.Cùm ego mihi nunc ante oculos tuum iucūdissimum conspectum propono,videor videre ementē te rusticas res,cū villico loquentem,in lacinia [g] seruantem ex mensa secunda semina [h]. Sed quod ad rem pertinet,me tum tibi defuisse,æquè,ac tu,doleo.Sed noli dubitare,mi Tiro, quin te subleuaturus sim, si modò fortuna me: præsertim cùm sciam, communem nobis emtum esse istum fundum. De mandatis quòd tibi curæ fuit [i], est mihi gratum.Sed peto à te,vt quàm celerrime mihi librarius mittatur, maximè quidem Græcus:multum enim mihi erīpitur [k] operæ in exscribendis hypommematis [l].Tu velim in primis cures,vt valeas,vt vnà συμφιλοσοφεῖν [m] possimus. Antherum [n] tibi commendo. Vale.

¶ARG. *Valetudinem commendat. Reliquæ partes epistolæ de varijs rebus agunt.*

TVLLIVS TIRONI, S. P. D. 22

SPERO ex tuis litteris tibi melius esse: cupio [o] quidem certè. Cui quidem rei omni ratione cura vt inseruias: & caue suspiceris, contra voluntatem [p] meam te facere, quòd non sis mecum. mecum es,si te curas. Quare malo te valetudini tuæ seruire, quàm meis oculis,& auribus.Etsi enim & audio te, & videō libenter:tamen hoc multo erit, si valebis,iucundius. ¶Ego hîc cessō, quia ipse nihil scribo:lego autem libentissimē.Tu istic,si quid librarij mea manu non intelligent, mōstrabis. Vna omnino interpositio difficilior est,quam ne ipse quidem facile legere [q] soleo, de quadrimo [r] Catone.De triclinio,cura, vt facis.Tertia [s] aderit, modò ne Publius rogatus fit:Demetrius iste numquā omnino Phalereus fuit:sed nunc planè Billienus est [t].Itaque te do vicarium. tu eum obseruabis. Etsi: Verumtamen de illis:nosti cetera.Sed tamen, siquem cum eo sermonem habueris, scribes ad me,vt mihi nascatur epistolæ argumentū, & vt tuas quàm longissimas litteras legam. Cura,mi Tiro,vt valeas, hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

¶ARG. *Hortatur vt professionem conficiat:se amicitiam Antonij conservare velle.*

TVLLIVS TIRONI SVO, S. P. D. 23

TV verò confice [u] professionem, si potes: etsi hæc pecunia ex eo genere est, vt professione non egeat. Verumtamen Balbus ad me scripsit,tanta se epiphora [x] oppressum, vt

a 15. ad Atticum 16.*
b quæ ad nos pertinent, hæc sunt.*
c ad potum enim & ad voluptatem Ciceronem filium allicie bat. *Plutarchus* quo magistro forte Cicero filius bibere didicit binos congios simul 14. Plin. v.t.*
d apertè.*
e L. Habes: deponendæ tibi sunt vrb.
f empto scilicet prædio*
g parte vestiment.*
h pomorum quæ comeduntur in iegūda mensa.*
i L. fuerunt. P. B.
k *al.* deripitur.quod valer detrahitur.*
l commentarijs sine cura scriptis.*
m de litteris inter nos disputare.*
n *al.* Anterum.
o *q.v.c.* cupio certè.
p *q.v.c.* contra meam voluntatem.
q *al.* intelligere.*
r de puero Catonis quatuor annos nato. Cato, cùm in domo M. Drusi a iunculi Trib. pl. esset, Latinis petentibus ciuitatem & se præcipitem illum datros ioco minantibus, quadrimus constantissimè negauit. Ita hunc locum Lacrnus & Vrsinus explicāt. *Alij legunt de qua primo cauetis.**
s mulier post duas sorores nata. Sic Cassio vxor, sōror Bruto Tertia & Tertulla dicta.*
t *al.* Bullienus *al.* Billienus, *al.* Ballenus, *al.* Bilienus.*
u hoc est publicè denuncia id omne

quod possideo.* x ὄμφαξ oculorum est morbus.*

P. CCLXVI.

loqui non possit. Antonius de lege quid egerit, liceat modò rusticari, ad Bithynicum scripsi. De Seruilio tu videris, qui senectutem nō contemnis. Etsi Atticus noster, quia quondam me commoueri παιτικῶς [a] intellexit, idē semper putat, nec videt, quibus præsidiis philosophiæ septus sim: & herculè, quòd timidus ipse est, δορυφοπιεῖ. [b] Ego tamen Antonij inueteratam sine vlla offensione amicitiam retinere sanè volo: scribámque ad eum: sed nō antè, quàm te videro: nec tamen te auoco à syngrapha: Cras [c] exspecto Leptam etenim *ad eius rutam* [d] *pulegio mihi tui sermonis vtendum est.* Vale.

a παιτικῶς terrores repentini quorum causam Pani deo tribuit antiquitas.*

b id est tumultum facit.*

c χθὲς ἀνήτης. *al.* syngrapha. Cras exspecto, & cæt. Est autē prouerbij species χθὲς ἀνήτης scilicet ἐρέτου. id est genu tibia propius est, vide Aristotel. Moral. 9. Theocrit. Idyl. Charites, cui hæc adagia respondent. proximus sum egomet mihi *Terent.* Tunica pallio propior *Plautus in Trinummo.**

d hoc est sermonis Leptæ amaritudo, tui suauitate mihi condienda est.*

e L. rei me magnitudo mouebit, *& ita v. c.*

f Prora & puppis.*

g *al.* A flāma scilicet debitore.*

h L. omne, *& ita q. v. c.*

¶ *ARG. De rebus domesticis & publicis.*

TVLLIVS TIRONI, S. P. D. 24.

ETsi manè Harpalū miseram: tamen, cùm haberem, cui rectè darem litteras, etsi noui nihil erat, iisdem de rebus volui ad te sæpiùs scribere: non quin considerem diligentiæ tuę: sed rei [e] magnitudo me mouebat, *Mihi prora* [f], *& puppis*, vt Græcorum prouerbium est, fuit à me tui dimittendi, vt rationes nostras explicares. Ofilio, & Aurelio vtique satis fiat. A flā ma, [g] si non potes omnem, [h] partem aliquam velim extorqueas: in primisque, vt expedita sit pensio Kalendis Ian. De attributione [i], conficies. De repræsentatione [k], videbis. De domesticis rebus hactenus. ¶ De publicis omnia mihi certa, quid Octauius, quid Antonius: quæ hominum opinio: quid futurū putes. Ego vix teneor, [l] quin accurram. [m] Sed litteras [n] tuas exspecto: & scito Balbum tū fuisse Aquini, cùm tibi est dictum, & postridie Hirtium. Puto vtrumque ad aquas [o] Semas. Quid egerint Dolabellæ procuratores, fac admoneantur. [p] appellabis [q] etiam Papiam. [r] Vale.

e L. rei me magnitudo mouebit, *& ita v. c.*

f Prora & puppis.*

g *al.* A flāma scilicet debitore.*

h L. omne, *& ita q. v. c.*

¶ *ARG. Litteras à Tirone requirit.*

CICERO FIL. TIRONI, S. P. D. 25.

ETsi iusta, & idonea vsus es excusatione intermissionis litterarum tuarum, tamen id ne sæpiùs facias rogo. nam etsi de [s] reip. rumoribus, & nuntiis certior fio, & de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater: tamen de quauis minima re scripta à te ad me epistola semper fuit gratissima. Quare cū in primis tuas desiderē litteras, noli committere, vt excusatione potiùs expleas officiū scribendi, quàm assiduitate litterarum. [a] Vale.

¶ *ARG. Litteras ab eodem Tirone petit.*

Q. CICERO TIRONI SVO, S. P. D. 26.

VErberaui [b] te cogitationis tacito dumtaxat conuicio, quòd fasciculus alter ad me iam sine tuis litteris perlatus est. Non potes effugere huius culpæ pœnam [c], te patrono. Marcus est adhibendus vsque diu, & multis lucubrationibus commentata oratione. vide ut probare possit, te non peccasse. Planè te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagænas etiam inaneis obsignabat, ne dicerētur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ: sic tu, etiam si, quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsiuisse videaris. Valde enim mihi semper & vera, & dulcia tuis epistolis nuntiantur. Ama nos, & vale.

a *al.* Litteras ad me.

b Turnebus aquas. Emas quid egerint. Maēnt aquas. Sciemus quid egerint *Lamb.* aquas Xenias. Quid egerint. *vt intelligas*, scribam *Vict.* aquas, sed quod egerint. vt intelligas nondum scio: *vel*, ad me scribe, porro, Aquas hīc intelligit calidas Baianasque.* p *al.* admoneamur.* q id est compellabis vt soluat.* r *al.* Puppium. s L. de rep.

¶ *ARG. Inuehitur in Hirtium, & C. Pansam Consules.*

Q. C. TIRONI SVO, S. P. D. 27.

MIRIFICAM mihi verberationem cessationis epistola dedisti. Nam, quæ parciùs frater perscripserat, verecundia videlicet, & properatione, ea tu sine assentatione, vt erant, ad me scripsisti, & maximè de consulibus desiderantis: quos ego penitus nóui libidinum & languoris effœminatissimi animi plenos: qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est. Incredibile est, quæ ego illos scio, oppositis Gallorum castris, in æstiuis fecisse, quos ille latro [c], nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deliniet. Res est aut tribunitiis, aut priuatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Cesenam [f], alteri Cossutianarum [g] tabernarum fundamenta credas. Te, vt dixi, *fero oculis*. h Ego vos ad i IIII. kal. videbo, tuósque oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, dissuauiabor. k Me ama. Vale.

M. TVLLII

a q. v. de epistolarum.

b id est accusatio.

c q. v. de nam: ibi patronus Marcus ab accusat. d *al.* veteor.

e M. Antonius.*

f L. Cassianam, *vel* Mutinam, quibus Sutianarum *alias vet.* Manut. Cesenam *vet. vsf.* Cossanarum, alteri Cossutiarū *vet. soss.* tabernarum. Alias Cesena nō ignobilis: & quod Sidonius scribit, Cesenam eam ait esse potius quam oppidum, iocatur videtur vt amico, qui Lugdunum patriam Seuerianam donij accepisset, & fauerat, reponeret. *al.* Cossutianarum. g *al.* Cossutianarum. *al.* Cossutiarum. Sutianarum ab. h id est Ariminum. i L. d. iul. k *v. c.* illachrymabor.



M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER PRIMVS.

CICERO ATTICO, S. 1

PETITIONIS nostrę, quam tibi summæ curæ esse scio, huiusmodi ratio est, quòd adhuc coniectura prouideri possit. Prensat vnus P. Galba [a] sine fuco ac fallaciis, more [b] maiorum. negatur. vt [c] opinio est hominum, non aliena ratione nostræ fuit illius hęc præpropera prensatio. nam illi ita negant vulgò, vt mihi se debere dicant. Ita quidda spero nobis profici [e], cùm hoc percrebrescit, pluri mos nostros amicos inueniri. Nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his litteris proficisci Cincius dicebat. [f] In campo, [g] comitiis tribunitiis, [h], ad [i] XVI. Kalendas Sextil. competitores, [k] qui certi esse videbantur, Galba, & Antonius, & Qu. Cornificius. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse [m], vt fronte [n] ferias. Sunt qui etiam Cæsonium [o] putent. Aquillium non arbitramur, qui [p] denegat, & iurauit [q] morbum, & illud suum regnum iudiciale [r] opposuit. Catilina, si iudicatum erit meridie *non liquere* [s], certus erit competitor. De Aufidio & [t] Palicano [u], non puto te exspectare, dum scribam. De iis, qui nunc petūt, Cęsar certus putatur. Thermus cum Silano cōtendere existimatur: qui sic inopes & ab amicis, & [x] existimatione sunt, vt mihi videatur non esse *ἀδύνατον* Curium [y] obducere [z]. Sed hoc, præter me, nemini videtur. Nostris rationibus maximè conducere videtur, Thermum fieri cū Cæsare (nemo est enim ex iis, qui nūc petūt, qui, si in nostrū annū recideri, firmior candidatus fore videatur) propterea quòd cum tator est vię Flaminię: quæ cùm [a] erit absolu-

A ta, sanè facilè eum [a] libenter nūc ceteri consuli acciderint. Petitorum hæc est adhuc [b] informata cogitatio. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam: & fortasse, quoniam videtur in suffragiis multùm posse Gallia [c], cùm Romæ à iudiciis forum [d] refixerit, excurremus mēse Septembri legati [e] ad Pisonem, vt Ianuario reuertamur. Cùm perspexero voluntates nobilium, scribam ad te. Cetera spero prolixa

B esse [f], his duntaxat vrbanis [g] competitoribus. Illam manum tu mihi cura vt præstes (quoniam propiùs [h] abes) Pompeij, nostri amici. nega me ei iratum fore, si ad mea comitia nō venerit. Atque hæc huiusmodi sunt. ¶ Sed est quod abs te mihi ignosci peruelim. Cæcilius, aunculus tuus, à P. Vario cùm magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre Caninio Satyro [k] de iis rebus, quas eum

C dolo [l] malo mancipio [m] accepisse de Vario diceret. Vnà agebant ceteri creditores: in quibus erat Lucullus [n], & P. Scipio: & is, quem putabant magistrum [o] fore, si bona vænirent, L. Pontius. verùm hoc ridiculum est de magistro nunc cognoscere. Rogauit me Cęcilius, vt adessem cōtrà Satyrum P. dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet. obseruat L. Domitium maximè: me habet proximum: fuit & mihi, & Qu. Fratri magno

D vsui in nostris petitionibus. Sanè sum perturbatus, cùm ipsius Satyri familiaritate, tū Domitij: in quo vno maximè ambitio nostra nititur. Demonstraui hæc Cæcilio: simul & illud ostendi, si ipse vnus cum illo vno contenderet, me ei satisfacturum fuisse. nunc in causa vniuersorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facilè communem causam sustinerent, æquum esse, eum

E & officio meo consulere, & tempori. Duriùs accipere hoc mihi visus est, quàm vellē, & quàm homines belli solent: & postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum cōsuetudine longè refūgit. Abs te peto, vt mihi hoc ignoscas, & me existimes humanitate esse prohibitum, ne contra amici summam existimationem miserrimo eius tempore venirem, cùm is omnia sua studia, & officia in me

F contulisset. Quòd si voles in me esse durior, iis qui ex vrbe. [h] id est, minus abes. [i] vide Nepotem *in Attici vita*. Valer. 7. *cap.* 9. [k] *al.* Satrio [l] in fraudē creditorum. Hæc enim actione agebatur, necdum inuenta Pauliana, qua reuocantur alienata in fraudem creditorum §. 6. *Inst. de act.* l. 1. §. 2. l. 14. *ff. de hit quæ in fraud. cred.* [m] *al.* mancupio, mancipio aute accipere est vel emere, vel traditione accipere. [n] *al.* M. Lucullus. [o] auctionis, qualis auctioni faciēdæ, à creditoribus aut hęredibus eligebatur. 6 epistol. & pro Quintio. adde quæ scripsi ad l. 9. ff. ratam rem haberi: & ad Theophil. de succeff. sublatis. [p] *al.* patrium, *vt & post* Satius, & poll Satrii *pro* Satyrus & Satyri.

a *al.* eum ac lubenter tuū certum Consulē accipiēt. *al.* ceteri Cōsulē accipiēt *al.* eum libēter municipes, ceteri & cet. Sigonius, & Tsnael. facile lubēter, municipi cōsul acciderim, *id est municipii viarum Cæsari libenter pars comperitor. Lāb.* ei tum ceteri concesserint. *vel* ita, eum Cæsari consuli acciderim. *id est adiecerim. Bosius* eū libēs ἑξηρμον (*Iapidū hæc exponit significat, alludit autem ad nom. Thermi*) cicerio (*hoc est mihi Ciceroni*) consuli accederent. *vt Cicero ludat nominibus Thermi & Ciceronis, & aliquā* accedere, *legum nimbus accidit*, Teren. *in me cuderunt scelera. Al.* eum, & libenter tū Cōsuli acciderint. *al. pro* acciderint *legunt* addiderim. * b informata adhuc *id est* imperfecta.* c vide quæ scripsi Philip. 2.* d Forū circiter idus sextiles dimittebatur, ad Ianuarium fere mensem.* e id est, libera legatione imperrata: nec enim aliis senatori abesse ab vrbe diutius licuit.* f *al.* fore. *Malasp.** g *id est, tentabimus & lepidis Victor.* 14. *Var.* 12. *Alij* vrbios, accipiūt, pro iis qui ex vrbe. * h id est, minus abes. * i vide Nepotem *in Attici vita*. Valer. 7. *cap.* 9. * k *al.* Satrio * l in fraudē creditorum. Hæc enim actione agebatur, necdum inuenta Pauliana, qua reuocantur alienata in fraudem creditorum §. 6. *Inst. de act.* l. 1. §. 2. l. 14. *ff. de hit quæ in fraud. cred.* * m *al.* mancupio, mancipio aute accipere est vel emere, vel traditione accipere. * n *al.* M. Lucullus. * o auctionis, qualis auctioni faciēdæ, à creditoribus aut hęredibus eligebatur. 6 epistol. & pro Quintio. adde quæ scripsi ad l. 9. ff. ratam rem haberi: & ad Theophil. de succeff. sublatis. * p *al.* patrium, *vt & post* Satius, & poll Satrii *pro* Satyrus & Satyri. *

ambitionem mihi putabis obstitisse. Ego autem arbitror,etiam si id fit, mihi ignoscendū esse:ἐπεὶ [a] ἐχ ἑφίου, ἐδὲ βοείλιν. Vides enim in quo [b] cursu sumus [c], & quàm omnes gratias non modò tetinendas, verùm etiam adquirendas putemus.Spero tibi [d] me causam probasse.Cupio quidem certè. ¶Hermathena [e] tua valde me delectat,& posita ita belle est, vt totum gymnasium, [f] ἰλίυ [g] ἀνάθημα esse videatur.Multùm te amamus. ¶L.[h] Iulio Cæsare,C.Marcio Figulo [i] coss.[k] filiolo me auctum scito,salua Terentia.

CICERO ATTICO, S. 2

ABS te tam diu nihil litterarum? Ego de meis ad te rationibus [l] scripsi anteà diligenter.Hoc tempore Catilinam, competitorē nostrū,defendere [m] cogitamus.Iudices habemus, quos voluimus, [n] summa accusatoris [o] voluntate. Spero,si absolutus erit,cōiunctiorē [p] nobis fore in ratione petitionis: sin aliter acciderit, humaniter [q] feremus. Tuo aduentu nobis opus est maturo. Nam prorsus summa hominū est opinio , tuos familiares [r],nobiles [s] homines,aduersarios honori nostro fore.ad eorum voluntatē mihi conciliandam,maximo te mihi vsui fore video.Quare Ianuario ineūnte,vt constituisti, cura,vt Romæ sis. ¶Auiam [t] tuam scito desiderio tui mortuā esse:& simul quòd verita sit,ne Latinæ [u] in officio non manerēt , & in montem [x] Albanum hostias non adducerēt. eius rei [y] consolationem [z] ad te L.Saufeiū [a] missurum esse arbitror. Nos hīc te ad mensem Ianuarium exspectamus : ex quodā rumore,an ex litteris tuis ad alios missis? nam ad me de eo nihil scripsisti. ¶Signa, quæ nobis curasti,ea sunt ad Caietam exposita. nos ea non vidimus. neque enim exeundi Roma potestas nobis fuit.missimus qui pro vectura solueret.Te multùm amamus,quòd ea abs te diligenter , paruóque curata sunt.

¶Quòd ad me sæpe scripsisti de nostro amico [b] placando, feci, & expertus sum omnia: sed mirandum in modum est animo abalienato:quibus de suspicionibus etsi audisse te arbitror,tamen ex me, cùm veneris,cognosces.Sallustium præsentem restituere in eius veterem gratiā non potui. Hoc eò ad te scripsi,quòd is [c] me accusare de re solebat: in [c] se expertus est illū esse minùs exorabilē , meū studium nec tibi [f] defuisse. ¶Tullíolam C. Pisoni,L.F.Frugi,despondimus. Vale.

CICERO ATTICO, S. 3

CREBRAS exspectationes nobis tui commoues.nuper quidē,cùm iā te aduētare arbitraremur,repētè abs te in mēsem Quinctilē reiecti sumus.Nunc verò sentio [g] (quod cōmodo tuo facere poteris) venias ad id tēpus, quod scribis. obieris Quinēti fratris comitia:h nos longo interuallo viseris: i Acutilianāk controuersiā transegeris. Hoc me etiā Peducæus,vt ad te scriberē,admonuit. putamus enim vtile esse,te aliquando iā rē trāsigere. mea intercessio & l est , & fuit parata

¶Nos hīc incredibili,ac singulari populi volūtate de C. Macro [a] transegimus:cui cùm æqui fuissemus,[b] tamē multo maiorē fructum ex populi existimatione,illo damnato, cepimus,quàm ex ipsius,si absolutus esset, gratia cepissemus. ¶Quod ad me de Hermathena scribis,per mihi gratū est [c] ornamentū Academiæ [d] proprium meæ:quòd & Hermes,cōmune [e] omniū,& Minerua,singulare [f] est eius gymnasij.Quarevelim,vt scribis,ceteris quoque reb.quāplurimis eū locū ornes. Quæ mihi anteà signa missisti,ea nondū vidi : in Formiano sunt:quò ego nunc proficisci cogitabā.illa omnia in Tusculanū deportabo.Caietā,[g] si quādo abundare cœpero,ornabo. ¶Libros tuos cōserua, [h] & noli desperare eos i meos facere posse. quod si assequor, supero Crassum diuitiis,atq; omniū vicos, [k] & prata cōtemno. CICERO ATTICO, S. 4

QVANTVM doloré acceperim, & quanto fructu sim priuatus, & forensi, & domestico,L.fratris [l] nostri morte , in primis, pro nostra consuetudine,tu,existimare potes. nā mihi omnia,quæ iucūda ex humanitate alterius,& morib.homini accidere possunt,ex illo accidebant. Quare non dubito, quin tibi quoq; id molestū sit,cùm & meo dolore moueare,& ipse omni virtute,officióq; ornatissimū, tuíq; & sua spōte, & meo sermone, amantē,affinē, [m] amicúmque amiseris.Quòd ad me scribis de sorore [n] tua , testis erit tibi ipsa,quantæ mihi curæ fuerit, vt Qu.fratris animus in eam esset,is qui esse deberet:quē cùm esse offensiorē arbitrarer,eas litteras ad eū misi,quib.& placarē, vt fratrē:& monerē, vt minorē:& obiurgarē,vt errantē. Itaque ex iis,quæ postea sæpe ab eo ad me scripta sunt, confido ita esse omnia,vt & oporteat, & velimus.De litterarū missione, [o] sine causa abste accusor. numquā enim à Pōponia nostra certior sum factus,esse,cui litteras dare possem.Porrò autē neq; mihi ácidit,vt haberē, qui in Epirū proficisceretur, neq; dum te Athenis esse audiebamus. ¶De Acutiliano [p] autē negotio quod mihi mandaras, vt primū à tuo digressu q. Romā veni,confecerā : sed ácidit,vt & contentione nihil opus esset, & ego,qui in te satis consilij statuerim esse,malem Peducæū tibi consiliū per litteras, quàm me dare. Etenim cū multos dies aureis meis Acutilio dedissem,cuius sermonis genus tibi notū esse arbitror,nō mihi graue duxi referre ad te de illius querimoniis,cū eas audiret(quod erat subodiosum)leue putassem.Sed abs te ipso,qui me accusas,vnas mihi scitō litteras redditas esse , cùm & otij ad scribendū plus,& facultatem dandi maiorem habuerīs. ¶Quòd scribis,etiā si cuius animus in te esset offensior,ā me recolligi oportere:quid dicas? neque id neglexi:sed est miro quodam modo affectus. Ego autē quæ dicēda fuerunt de te,nō præterij. Quid autē contendendum esset,ex tua putabā voluntate:statuere oportere:quā si ad me perscripseris:intelliges,me neq; diligētiorē esse voluisse, quàm tu esses, neq; negligentiorē fore,quàm tu velis. ¶De Tadiana re, mecū Tadius locutus est , te ita scripsisse,nihil esse iā quòd laborarem, quòd nihil hereditas vsucapta esset.Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse puella,nihil vsucapi posse. ¶Epitorticam emtionē gaudeo tibi placere. Quæ tibi mā-

dauī,

a id est , neque vltimā aut bubulū. versus Homeri Ilia.10. vbi Achilles Hectorē contento cursu sequitur,vult autem Cicero,sibi ignosci, consulatum non rē ludicrā ambienti: Alij hoc loco legunt, ἄεθλον γὰδ ἀγαθὸν ἡ τίμη. * b *al.*simus* c *al.*me tibi* d statua Mercurij & Minervæ. *vide* epistolā sequentem. * e villam suā Academicam intelligit vide 31. Pli.2.* f id est Solis instar.Sed & quibusdam deest hæc vox ἡλίυ. Alij pro ἀνάθημα legunt,ἄνδρασμα. *al.* ἑρμαθήνα. *Mart.9.var.10.* ἄλλιος ἀνάθημα *id est* ei *consecratum.** g Initium est epistolæ *Malasp.& Bos.** h qui paulo ante Thermus dictus est, quod ex Minuciis in Marcios adoptione trāsisset, vetere cognomine seruato.* i *designatis, nimirum, non in magistratu.* k *de petitione cōsulatus* l *non tamen defendit. Ascon.in Fenestellam cum explanatione orationis aduersus cōpetitorem.* p. III. m *al.* volumus,* n id est P. Clodij. *Accusatori & reo licebat iudices, quos vellent reiicere.* o *al.*coniunctiorem nobis illum fore.* p *id est humanè.* q Q. Hortensium intelligit. 2. *epistola* vltima.* r ita Q.Hortensium apellat Verris defensorē *in pro Quinctio, & verres in arg.diuinationis.* * t Initium Epistolæ *Malasp.& Bos.** t feriæ.* u vbi feriæ Latinæ celebrari solitæ consulum interuentu. * x *id est* montis. * y vocatur Cicero, cum Attico & Saufeio Epicureis,quorū opinio erat,frustra lugeri mortuos. *Alij perperam hic legunt* consolationem, *vt belli consolationem intelligant.** z Epicureū.dixi.4.epist.6.* a *Lucceio.** b *al.*is qui me. *Malasp.* c *al.* apud te.* d *al.*sibi.* e *al.*at in se expertus est.* f *fort.* censeo. g quib.ædilitatem petebat.* h L.missseris: i vide epi.6.* k *v.c.*parata &c.* l & fuit.

a *Vide Ep. lect. vl.* tarchiæ.* b *id est,* cum tot ab nassium.* c *al.*gratum. Et Hathenar interpr. d villa Ciceronianā nominat epist. 31. Academiæ pli. * e *vel* communē ICG. munem autē Mercurium vocabant quod distinctus rum & mercatorū, existebus societas placeret, deinde Artifices. ad Theodet. Lucanum.* f L.Iuniam re est indigne dus. g

g *Vel* Nam in agro Caietano.* h *vide* epist. 6.* i L. eos me mos facere posse. k *ad locum, ita. Asco. Aegrè ferens* l Patruelis de quo 2. de Orat. & 3. de finibus. m Fratrem viri sororis tuæ. n Q. Ciceronis vxorē. o *fort.* inepte missionē. p Cæcilio. * q Bithynia. Cæcilio. * r Cæcilio. * s *fort.* de gratia. t *al.* dexiliam scribere Malasp.* f *fortasse* videor. is. o vel melius.* t *vel* volumen. tate me ita. tuete oportebere. u Laborare. x vsucapi res pupilli non potest, ag. ff. de usucap. Semiplo. l. p. III. o si quando admodum uite, quin. adde Cicerone pro Flacco vbi varia loca. que impedire tutore d. 22 et. dotem eh.*

daui, & quæ tu intelliges conuenire noſtro Tuſculano, velim, vt ſcribis, cures, quod ſine moleſtia tua facere poteris. nã nos ex omnibus moleſtiis, & laboribus vno illo in loco conquieſcimus: quò fratrem quotidie [a] exſpectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet, & te ſororémq; [b] tuam, & matrem maximè diligit: ſalutémque tibi plurimã adſcribit, & Tulliola, deliciæ noſtræ. Cura, vt valeas, & nos ames: & tibi perſuadeas, te à me fraternè amari.

CICERO ATTICO, S. 5

NON committam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. tu modò videto, in tanto otio vt par mihi ſis. Domũ Rabirianam Neapoli, quam tu iã dimenſam, & exædificatã animo habebas, M. [c] Fõteius [d] Pontius emit LLS.CCCIↃↃↃXXX. Id te ſcire volui, ſi quid fortè ea res ad cogitationes tuas pertineret. Q. frater (vt mihi videtur) quo volumus animo eſt in Póponiã, & cum ea nunc in Arpinati [e] prædio erat, & ſecũ habebat hominẽ χρηστομαθῆ [f], D. Turrannium. Pater nobis deceſſit a.d. VIII. Kalend. Decembr. Hæc habebam ferè, quæ te ſcire vellẽ. Tu, velim, ſi qua ornamenta γυμνασιάδη [g] reperire poteris, quę loci ſint eius, quẽ tu nõ ignoras, ne prætermittas. Nos Tuſculano ita delectamur, vt nobiſmetipſis tũ deniq;, cùm illò venimus, placeamus. Quid agas omnib. de rebus, & quid actutus ſis, fac nos quàm diligentiſſimè certiores.

¶ Apud [h] matrẽ rectè eſt: eáq; nobis curæ eſt. L. Cincio LLS. IXXCD. conſtitui [k] me euraturum Idibus Febr. Tu velim, ea, quæ [l] nobis emiſſe, & paraſſe ſcribis, des operam, vt quàm primùm habeamus: & velim cogites (id quod mihi pollicitus es) quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis. Omnem ſpem delectationis noſtræ, quam, cum in otium venetimus, habere volumus, in tua humanitate poſitam habemus. Vale.

CICERO ATTICO, S. 6

APVD te eſt, vt volumus. mater tua, & ſoror à me, Quinctóque fratre diligitur. Cũ Acutilio [m] ſum locutus. is ſibi negat à ſuo pro curatore quidquam ſcriptum eſſe: & miratur iſtam controuerſiam fuiſſe, quòd [n] ille recuſarat [o], ſatisfdari ampliùs abs te nõ peti. Quòd te de Tadiano negotio decidiſſe ſcribis, id ego Tadio & gratum eſſe intellexi, & magnopere iucũdũ. Ille noſter amicus, & [p] mehercule vir optimus, & mihi [q] amiciſſimus, ſanè tibi iratus eſt. Hoc ſi, quãti tu æſtimes, ſciam, tũ, quid mihi elaborandum ſit, ſcire poſſim. L. Cincio LLS.CCIↃↃ.CCIↃↃ.CCCC. pro ſignis Megaricis, vt tu ad me ſcripſeras, curaui. Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc me admodum delectant. Quare velim, & eos, & ſigna, & cetera, quæ tibi eius loci, & noſtri ſtudij, & tuæ elegantię eſſe videbuntur, quàm plurima, quamprimũque mittas, & maximè, quæ tibi gymnaſij, xyſtíque [r] videbuntur eſſe. nam [s] in hoc genere ſic ſtudio efferimur [t], vt abs te adiuuandi, ab aliis propè reprehendendi [u] ſimus. Si Lentuli nauis non erit, quò tibi placebit, imponito. Tulliola, deliciolę noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me, vt ſponſorem, appellat. mihi [x] autem abiurare [y] certius eſt, quàm dependere. Vale.

CICERO ATTICO, S. 7

NIMIVM rarò nobis abs te litteræ afferuntur, cùm & multo tu facilius reperias, qui Romam proficiſcantur, quàm ego, qui Athenas: & certius tibi ſit, me eſſe Romæ, quàm mihi, te Athenis. Itaque propter hanc dubitationem meam breuior hæc ipſa epiſtola eſt, quòd, cùm incertus eſſem, vbi eſſes, nolebam illum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire. Signa Megarica, & Hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, vehemẽter exſpecto. Quidquid eiuſdẽ generis habebis, dignũ Academia tibi quod videbitur, ne dubitaris mitte re, & arcæ [a] noſtræ confidito. Genus hoc eſt voluptatis meæ, quæ γυμνασιάδη [b] maximè ſunt, ea quæro. Lẽtulus naueis [c] ſuas pollicetur. Peto abs te, vt hæc cures diligẽter: Chilius [d] te rogat, & ego eius rogatu, Εὐμολπιδῶν [e] πάτρεια. Vale.

CICERO ATTICO, S. 8

CVM eſſem in Tuſculano (erit hoc tibi pro Cillo tuo, cùm eſſem in Ceramico [f]) verũtamen èùm ibi eſſem, Roma puer à ſorore tua miſſus epiſtolam mihi abs te allatã dedit, nuntiauítque, eo ipſo die poſt meridiẽ miſſũram [g] eum, qui ad te proficiſceretur. eò factũ eſt, vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid: breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere. Primùm tibi de noſtro amico [h] placando, aut etiam planè reſtituendo polliceor. quod ego etſi mea ſpõte ante faciebam: eò nunc tamen & agam ſtudioſiùs, & contendam ab illo vehementiùs, quòd tantam ex epiſtola volũtatem eius rei tuam perſpicere videor. hoc te intelligere volo, pergrauiter illum eſſe offenſum: ſed quia nullam video grauem ſubeſſe cauſam, magnopere confido, illum fore in officio, & in noſtra poteſtate. Signa noſtra, & Hermeraclas [i], vt ſcribis, cùm commodiſſimè poteris, velim imponas, & ſi quod aliud οἰκεῖον eius loci, quẽ non ignoras, reperies: & maximè, quæ tibi palæſtræ [k], gymnaſiúque videbuntur eſſe. etenim ibi ſedens hæc ad te ſcribebam, vt me locus ipſe admoneret. Præterea typos [l] tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, [m] & putealia [n] ſigillata duo. Bibliothecam tuam caue cuiquã deſpondeas, quamuis acrem amatorem [o] inueneris. nam ego omneis meas vindemiolas [p] eò reſeruo, vt illud ſubſidium ſenectuti parem. De fratre confido ita eſſe, vt ſemper volui, & elaborauí. multa ſigna ſunt eius rei: non minimum, quòd ſoror prægnans [q] eſt. De comitiis meis, & tibi me permiſiſſe [r] memini: & ego iampridem hoc communibus amicis, qui te exſpectant, prædico [s]: & te non modò non arceſſàm [t], ſed prohibebo: quòd intelligã multò magis intereſſe tua, te agere quod agẽdum eſt [u] hoc tempore, quàm mea, te adeſſe comitiis. proinde eo animo te velim eſſe, quaſi mei negotij cauſa in iſta loca miſſus eſſes. me autem eũ & offendes erga te, & audies, quaſi mihi ſi qua parta [x] erunt, non modò te præſente, ſed per te parta [y] ſint. Tulliola tibi diem dat: ſponſorem [z] appellat.

CICERO ATTICO, S. 9

ET mea ſpõte faciebam anteã, & pòſt, duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eandem rationem ſcriptis, magnopere ſum cõmotus. eò accedebat hortator aſſiduus, Salluſtius, vt agerem quàm diligentiſſimè cum Lucceio de veſtra vetere gratia reconcilianda. Sed,

a ex area ſoluunt, qui pecuniam domo deprompunt: ad diſcrimen eius ſolutionis quæ fit ex menſa argentariorum. Donatus. Inde arcarij ſerui, qui hunc ſolutionem præcerant l. 42. in f.ff. de hæred. libera.*

b v.c. gymnaſiode

c Ver. ſuam nam ſua pollicetur.*

d poeta epiſt. 9. 13.*

e Hi ſacrorum præſides Athenis ab Eumolpo P. R. Muſæi ſilio Æſchines contra Ctesiphontem. Suidas.*

f Coram ci autem Athenis duo Suid.*

g v.c. iterũ eum, qui

h Lucceio epiſt. 9.*

i Ver. ἑρμέ ἑρμᾶς. Sed præſtat ἑρμᾶ ἑρμᾶς legi. Erat autem Herculis caput Mercurij ſtatuæ quadratæ impoſitum, quale etiamnum hodie Romæ. & alioquin Hercules Muſarum comes.*

k Vide 5. Victor. 11.*

l parua ſigna 35. Plin. 12. & 37. c. 10.*

m includere ædificio ita dixit Vlpianus l. 1. in f.ff. de tigno iuncto.*

n puteorum opercula paruis ſignis exornata Beſſario putealia ſignata.*

o Farnem. emptorem.*

p omnem pecuniã quã hinc inde conradere potero.*

q v.c. prægnas eſt.

r fort. permittere

p. VI.

s fort. prædico, te non modò non

t al. arceſſi à me, ſed prohiberi, quo intell.

u al. eſſet.*

x v.c. parata

y v.c. parata

z vide hic Beſium.*

cùm omnia feciſſem : non modò eam voluntatem eius,quæ fuerat erga te, recuperare non potui.verùm ne cauſam quidem elicere immutatæ[a] voluntatis:Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium,& in ea, quæ iam tum,cùm aderas, offendere eius animum intelligebam[b] :tamen habet quiddam profectò quod magis in animo eius inſederit : quod neque epiſtola tua,neque noſtra legatio[c] tã poteſt facilè delere,quàm tu præſens,nõ modò oratione , ſed tuo vultu illo familiari tolles,ſi modò tanti putaris:id quod , ſi me audies &,ſi humanitat. tuæ conſtare voles,certè putabis.Ac,ne illud mirere,cur , cùm ego anteà ſignificarem tibi per litteras, me ſperare, illum in noſtra poteſtate fore , nunc idem[d] videar diffidere: incredibile eſt,quanto mihi videatur illius voluntas obſtinatior,& in hac iracundia obfirmatior[e] . Sed hæc aut ſanabuntur,cùm veneris,aut ei moleſta erunt , in vtro culpa erit.Quod in epiſtola tua ſcriptum erat,me[f] iam arbitrari deſignatum eſſe,ſcito nihil tam exercitum eſſe nunc Romæ , quàm candidatos omnibus iniquitatibus,nec,quando futura ſint comitia , ſciri.verũ hæc audies de Philadelpho. Tu velim, quæ Academiæ noſtræ paraſti,quàm primùm mittas.mitum, quàm illius loci nõ modò vſus,ſed etiam cogitatio delectat[g] . Libros verò tuos caue cuiquam tradas.nobis eos, quemadmodum ſcribis,conſerua . ſummum me eorum ſtudium tenet,ſicut odium iam ceterarum rerum:quas tu,incredibile eſt , quàm breui tempore,quãto deteriores offenſurus ſis , quàm reliquiſti. ¶ Teucris[h] illa,lentum ſanè negotium.neque Cornelius ad Terentiam poſteà rediit.opinor ad Conſidium[i] ,Axium[k] ,Selicium[l] confugiendum eſt.nam à Cęcilio propinqui minore centeſimis nummum mouere non poſſunt.Sed, vt ad prima illa redeam : nihil ego illa impudentius,aſtutius,lentius vidi.Libertũ mitto.Tittio mãdaui σκήψεις,atque αἰκδολαξ[m] ſed neſcio , an πευτυμβάτων[n] ἀμεῖνω.nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant, apertè Pompeium acturum, Antonio ſuccedi oportere: eodémque tempore aget prętor ad populum. Res eiuſmodi eſt , vt ego nec per bonorum, nec per popularem exiſtimationem honeſte poſſim hominem defendere , nec mihi libeat[o] , quod vel maximum eſt.etenim accidit hoc , quod totum cuiuſmodi ſit, mando[p] tibi , vt perſpicias. Libertum ego habeo,ſanè nequam hominem. Hilarũ dico, ratiocinatorem,& clientẽ tuum. De eo mihi Valerius interpres nuntiat , Chiliúſque[q] ſe audiſſe ſcribit hæc: eſſe hominẽ cũ Antonio: Antonium[r] porrò in cogẽdis pecuniis dictitare,partẽ mihi quæri, & à me cuſtodem cõmunis quæſtus libertũ eſſe miſſum. Nõ ſum mediocriter commotus. neque tamẽ credidi: ſed certè aliquid ſermonis fuit. totũ inueſtiga.cognoſce , perſpice,& nebulonẽ illum , ſi quo pacto potes , ex iſtis locis amoue. Huius ſermonis Valeris auctorem Cn.Planciũ nominabat.mãdo tibi planè , totũ vt videas cuiuſmòdi ſit.Pompeium nobis amiciſſimũ cõſtat eſſe.Diuortiũ[s] Muciæ vehementer probatur.P.Clodium,Appij F.te credo audiſſe cũ veſte muliebri deprehenſum[a] domi C. Cæſaris,cùm[b] pro populo[c] fieret, eúmque per manus ſeruulæ[d] ſeruatum,& eductum : rem eſſe inſigni infamia : quod te moleſtè ferre certò ſcio.Quod præterea ad te ſcribam, non habeo,& mehercule eram in ſcribendo conturbatior.Nam puer feſtiuus,anagnoſtes[e] noſter,Soſitheus,deceſſerat,méque plus , quàm ſerui mors debere videbatur,cõmouerat. Tu velim ſæpe ad nos ſcribas. ſi rem nullã habebis,quod in buccam venerit,ſcribito.Vale.kalen.Ian.M.Meſſalla,& M.Piſone COSS.

CICERO ATTICO, S. 10

ACCEPI tuas treis iam epiſtolas : Vnam à M.Cornelio,quam à tribus[f] ei tabernis, (vt opinor)dediſti:alteram, quam mihi Canuſinus,tuus hoſpes,reddidit:tertiam , quam (vt ſcribis)anchoris[g] ſolutis de phaſelo dediſti: quæ fuerunt omnes rhetorum . purè loquuntur:cùm humanitatis ſparſa ſale, tum inſignes amoris notis. Quibus epiſtolis ſum equidem abs te laceſſitus ad reſcribendum :ſed idcirco ſum tardior,quòd nõ inuenio fidelem tabellarium.quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolã paullo grauiorem ferre poſſit,niſi eam per[h] lectionem releuerit? Accedit eò,quòd mihi non eſt notum,vt quiſque in Epirum proficiſcatur[i] . Ego enim te arbitror , cæſis apud Amaltheam tuã victimis , ſtatim eſſe ad Sicyonem oppugnandum profectũ:neque idipſum tamen certum habeo , quando ad Antonium proficiſcare , aut quid in Epiro temporis ponas.ita neque Achaicis hominibus,neque Epiroticis paullo lrberiores litteras committere audeo.Sunt autem poſt diſceſſum à me tuum res dignæ litteris noſtris,ſed non committendæ eiuſmodi periculo,vt aut interire,aut aperiri,aut intercipi poſſint. Primùm igitur ſcito,primum me non eſſe rogatum ſententiã, præpoſitúmque eſſe nobis pacificatorem[k] Allobrogum : ſdque admurmurante ſenatu, neque me inuito eſſe factum.ſum enim & ab obſeruando homine perueſo liber, & ad dignitatem in rep.retinendam contra illius voluntatem ſolutus:& ille ſecundus in dicendo locus habet auctoritatem pænè principis, & voluntatem non nimis deuinctam beneficio cos.tertius eſt Catulus,quartus(ſi etiam hoc quæris)Hortenſius.cos l. autem ipſe *parum animo*,& *prauo* :tantùm[m] cauillator genere illo moroſo,quod etiam ſine dicacitate tiditur,facie magis , quàm facetiis ridiculus : nihil[o] agens in repub.ſeiũctus ab optimatibus: à quo nihil ſperes boni reip.quia non vult:nihil metuas mali, quia non audet. Eius autem collega[p] & in me perhonorificus,& partium ſtudioſus, ac defenſor bonarum : quinimmò leuiter inter ſe diſſident.ſed vereor , ne hoc, quod infectum[q] eſt, ſerpat longiùs. Credo enim te audiſſe , cùm apud Cæſarem pro populo fieret,veniſſe eò muliebri veſtitu virũ r: ſdque ſacrificium cùm virgines inſtaurarent, mentionem à Q.Cornificio in ſenatu factam: (is fuit princeps. ne tu fortè aliquem noſtrũm putes)poſtea rem ex s.c.ad virgines,atque ad pontifices relatam, ſdque ab iis nefas eſſe decretum:deinde ex s.c.cõtules rogationem promulgaſſe,vxori[t] Cæſarem nuntium remiſiſſe.In hac cauſa Piſo , amicitia P.Clodij ductus, operam dat,vt ea rogatio , quã ipſe fert, & fert ex s.c.& de religione,antiquetur. Meſſalla

a *v.c.* immutatæ.
b *v.c.* intellegebam:
c L. allegatio.
d *Vrſin.* eidem.*
e *v.c.* affirmatior. ‖ *al.* offirmatio ita Boſius.
f *fore.te* iam me arbitr.
P. B.
g *al.* delectet.
h id eſt C. Antonius ad de epiſto.10. in fi. vbi dixi Porro hic initium epiſtolæ facit Manutius.*
i *q. Valer.* 8.*
k 10.epiſt. 23.*
l fœneratores hi fuere*
m *al.* ἀγαβαλλαὶ *Boſ.*
n *al.* ταυτόμαυν, ἡμῖν ἢ ἀλλιν βουλεύτην verſus Menandri quo dicitur, Caſum plerũque melius conſulere quàm nos ipſos.*
o *v.c.* lubeat
p *al.* mandat.*
q poetæ epiſto.7. in fi.
r Antonius hic,M. Antonij magni oratoris filius, patruus M. antonij qui poſtea Rẽp. oppreſſit *de quo 5.epiſto familiar.5.*
de repetundis accuſatus Cæſare & Bibulo Coſſ.vide *Suet.& orat. pro domo & in Vatinium.*
Cicerone defendente damnatus *Orațio pro Cœlio. & Dio.* Idem à P. VII. Cœlio maieſtatis accuſatus & poſt ea damnatus.*vide Orat.pro Cœlio ac Dionem.**
s *al.* Deuorium.‖ pompeius Muciam ſororem Metellorum duxerat , cum qua poſtea poſt duos ſuſceptos, filios (ſuſpratam à C. Cæſare ſuſpicatus, diuortium fecit. Vide Pedianum. Plutarchum,Dionem & 5.epiſtol. familiar.

a *v.c.* deprehenſum
b *al.* cum
c ſacrificii pro populo Rom. ret.*
c *al.* populi *vt ſuperiora* ſalute.*
d *al.* Sepyl. ‖ *al.* Sep. Rullæ.eſt autem Sepulia ſepulius *al.* Sirpicius. ſeruulæ.*
e Anagnoſtes, idem quod lector vt ſæpe.*
f locus ſuſpectus non proculdubio ab Vrbe Anno.16.& 18.*
g L. anchora ſoluta.
h L. pollectione relevarit
i *v.c.* proficiſcatur. P. B.
k id eſt C. Calpurnium Piſonem.*
l id eſt Piſonem.*
m *v.c.* tamẽ.
n *v.c.* de Orat.*
o *v.c.* nihil agens cum rep.
p M. Valerio Meſſalla.*
q id eſt, quinimmò.
r P. Clodio.*
s *v.c.* vxore pontifice.
P. VII.
t quod à Clodio ſtuprata. vide Suet. Iulio Cæſare.*

salla vehementer adhuc agit [a] seuerè, boni viri precibus Clodij remouentur à causa, operæ comparantur. nosmetipsi, qui Lycurgéi [b] à principio fuissemus, quotidie demitigamur [c]. instat, & vrget Cato. Quid multa? vereor, ne hæc neglecta à bonis, defensa ab improbis, magnorum reip. malorum causa [d] sit. tuus autem ille amicus, scin [e] quem dicã? de quo tu ad me scripsisti, posteaquàm non auderet [f] reprehendere [g], laudare cœpisse: nos (vt ostendit) admodum diligit, amplectitur, amat, apertè laudat, occultè (sed ita, vt perspicuum sit) inuidet, nihil come, nihil sim plex. nihil ὁ τῆς πολιτικῆς [h] honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. Sed hæc ad te scribam aliàs subtiliùs. nam neque adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ i filio, nescio cui, commitere epistolam tantis de rebus non audeo. Prouincias prætores nondum sortiti sunt. res eódem [k] est loci, quò reliquisti. τοποθεσίαν, quam postulas, Miseni, & Puteolorum, includam orationi meæ. ad [l] III. Non. Decem. mendosè fuisse animaduerteram. Quæ laudas ex orationib. (mihi crede) valde) mihi placebant: sed non audebã anteà dicere. nũc verò, quòd à te probata sunt, multò mihi ἀττικώτερα videtur. In illã orationẽ Metellinam addidi quædam. liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri φιλοτίμερα reddidit. Noui tibi quídnam scribam? quid? etiã Messalla cos. Antronianam domum emit LLS. CCCCXXXVII. Quid id ad me, inquies? tantum, quòd ea emtione & nos bene emisse iudicati sumus: & homines intelligere cœperunt licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam peruenire. Tenueris [m] illa, lentum negotium, sed tamen est in spe. Tu ista confice: à nobis liberiorem epistolam exspecta. Vale. VI. Kalendas Febr. Messalla [n], & M. Pisone cos.

CICERO ATTICO, S. II

VEREOR, ne putidum sit, scribere ad te, quàm sim occupatus: sed tamen ita distinebar, vt vix huic tantulæ epistolæ tẽpus habuerim, atque id ereptum [o] è summis occupationibus. Prima concio Pompeij qualis fuisset, scripsi ad te anteà: non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non grauis. itaque frigebat. tum Pisonis cos. impulsu leuissimus tribunus pleb. L. Fusius [p] in concionem produxit q Pompeium. Res agebatur in Circo Flaminio: & erat in eo ipso die nundinarum, παρήγυρις. quæsiuit ex eo, Placerétne ei iudices à prætore legi, quor consilio idem prætor vteretur. Id autem erat de Clodiana religione ab senatu constitutũ. Tum Pompeius μάλ' ἀριστοκρατικῶς locutus est, senatúsque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam videri, semperque visam esse respondit, & id multis verbis. Postea Messalla cos. in senatu de Pompeio quæsiuit, quid de religione, & de promulgata rogatione sentiret. Locutus ita [s] est in senatu, vt omnia illius ordinis consulta γρυικῶς laudaret: muhíque, vt assedit, dixit, se putare satis ab se etiam de istis [t] rebus esse responsum. Crassus posteaquàm vidit illum excepisse laudẽ ex eo, quòd [u] hi suspicarentur homines, ei cõsulatum meum placere, surrexit, ornatissimé que de meo consulatu locutus est: vt ita diceret, se, quòd esset senator, quòd ciuis, quòd liber, quòd viueret, mihi acceptum referre: quoties coniugem, quoties domum, quoties patriam videret, toties se beneficium meum videre. Quid multa? totum hunc locum, quẽ in [a] Aristocratia ego variè meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas λακυθους [b]) valde grauiter pertexuit. Proximus [c] Pompeio sedebam. intellexi, hominem moueri, vtrùm Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset, an esse tantas res nostras, quæ tã libenti senatu laudarentur, ab eo præsertim, qui mihi laudẽ illã eo minùs deberet, quòd meis omnibus litteris in Pompeiana laude perstrictus esset. Hic dies me valde Crasso adiunxit, & tamẽ ab illo apertè, tectè quidquid est datum, libenter accepi. Ego autem ipse, dij boni, quomodo ἐναπροπροσδοκήμενος [c] nouo auditori Pompeio? Si [f] vmquã mihi ὀπτασίαμενα suppeditauerunt: illo tempore. Quid multa? clamores (etenim hæc erat ὑπόθεσις, de grauitate ordinis, de equestri concordia, de cõsensione Italiæ, de immortuis reliquiis coniurationis, de vilitate [g], de otio. nosti iam in hac materia sonitus nostros) tanti fuerunt, vt ego eo breuior sim, quòd eos vsquehhinc ex auditos putem. Romanæ autem se res sic habent. senatus, ἄριστος πάντων: nihil constantius, nihil seuerius, nihil fortius. Nã, cùm dies venisset rogationi ex s.c. ferendæ, concursabant barbatuli [i] iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis: & populum, vt antiqua ret, rogabant. Piso autem consul, lator rogationis, idem erat dissuasor: operæ Clodianæ ponteis [k] occupauerant, tabellæ ministrabantur, ita vt nulla daretur, VTIROGAS. Hic tibi Rostra Cato aduolat. conuicium [m] Pisoni consuli mirificum facit: si [r] id est conuicium, vox plena grauitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis. Accedit eódem etiã noster Hortẽsius, multi prætetea boni. insignis verò opera Fauonij fuit. Hoc concursu optimatũ [n] comitia dimittuntur: senatus vocatur: cùm decerneretur frequenti senatu, contrà pugnante Pisone, ad pedes omnium singillatim accidente Clodio, vt consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam, homines ad XV. Curioni, nullum s.c. faciẽti, assenserunt [o]. Facilè ex altera parte CCCC affuerunt [p]. acta res est. Fusius [q] tertiùm concessit. Clodius conciones miseras habebat: in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messallam consulem contumelioſe lædebat: me tantùm comperisse [r] omnia criminabatur. Senatus & de prouinciis prætorum, & de legationibus [s], & de ceteris rebus decernebat, vt, antequàm rogatio lata esset, ne quid ageretur. ¶ Habes res Romanas: sed tamen etiam illud, quod [t] ego non speraram, audi. Messalla, consul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, amator, imitator. Ille [u] alter, vno vitio minùs vitiosus, quòd iners, quòd somni plenus, quòd imperitus, ᾧ ἀσθμαχοτατος: sed voluntate ita ἡς χρὴ τὰ πάντα, vt Pompeium post illam concionem, in qua ab eo senatus laudatus est, odisse cœperit. itaque mirum in modum omneis à se bonos alienauit: neque id magis amicitia Clodij adductus fecit, quàm studio perditarum rerum, atque partium. sed habet sui similem in ma-

R. deest vti rogas, qua dicebant se rogationem probare.* n L. optimatium o v.c. adiensernnt. p L. fuerunt q Pa. tagathus Fusius trib. pleb. intercessit. at Fufius trib. pleb. tum concessit.* r id est detexisse coniurationem Catilinæ.* s quæ fere audiebantur mense Febr.* t v.c. quodnon sp. u . Piso *

a *hæc duo, in Aristocratia, desunt quibusdam.** b ampullæ sunt pigmentorum, ex quibus pictores sumũt quæ ad colorandũ apta.* c L. Proximè Pompeium sedebam. ¶ ita *Apud Priscianum legitur* apud Diomedem r. proxime Pompeio.* d L. ab illo tecto, apertè quidq. e id est me ostentabam hoc verbo vtitur Paulus 1. *ad Corinthios.* 13. vers. 4. *Basilius* ἐν ἀσκητικοῖς & Petrus Alexand. vbi Balsamo. *Alij legunt* ἀναπροπεροσδοκήμενος* f L. Si vmquam mihi τοιοῦτοι, ἢ καιροὶ, ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκοπαὶ suppedit ¶ *Alij* τοιοῦτοι ἢ καιροὶ. *Bosius*, si τοιοῦτοι ἢ κάμπτη. Est enim κάμπη flexus orationis Demetrio Phalereo.* g *al.* vtilitate, h L. vsque iustum exaud. P. B. i id est latium, barbarum enim alere non moris fuit 3. Gel. 4.* k quibus cliẽtę suffragiorum impositæ 1. *ad Herenn.* & 3. de legib.* l tabellæ b. nædabantur singulis in suffragiis. vna in qua littera, A qua se antiquare aut non probare rogationem dicebant. Altera in qua V. *Vbi* conubium.* n L. optimatium o v.c. adiensernnt. p L. fuerunt q *Pa. tagathus* Fusius trib. pleb. intercessit. *at* Fufius trib. pleb. tum concessit.* r id est detexisse coniurationem Catilinæ.* s quæ fere audiebantur mense Febr.* t v.c. quodnon sp. u . Piso *

P. X.

gistratibus [a], præter Fusium [b], neminem. Bonis vtimur tribunis pl. Cornuto verò Pseudocatone [c]. Quid quæris? nunc [d] ad priuata redeam. πῦκρ. [e] promissa patrauit. Tu mandata effice [f], quæ recepisti. Q. frater. qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit LLS. DCCXXV, Tusculanum venditat, vt, si possit, emat Pacilianam domum. Cum Lucceio in gratiam redi, videro [g] hominem: valde petitur: renauabo operam: Tu quid agas, vbi sis, cuiusmodi istæ [h] res sint, fac me quàm diligentissimè certiorem. Idibus Febr. Vale.

CICERO ATTICO, S. 12

ASIAM Quincto, suauissimo fratri, obtigisse audisti. non enim dubito, quin celeriùs tibi hoc rumor, quàm vllius nostrûm litteræ nuntiarint. Nunc, quoniam & laudis auidissimi semper fuimus, & præter ceteros φιλέλληνες [i] & sumus, & habemur, & multorum odia, atque inimicitias reip. causa suscepimus: πεπὶ τοίνυ ἀρετῆς μιμνήσεο: curáque, & effice, vt ab omnibus & laudemur, & amemur. His de rebus plura ad te in ea epistola scribam, quam ipsi Quincto dabo. Tu me velim certiorem facias, quid de meis mandatis egeris: atque etiam, quid de tuo negotio. Nam vt Brundisio profectus es, nullæ mihi abs te sunt redditæ litteræ. Valde aueo [k] scire, quid agas. Idib. Mart. Vale.

CICERO ATTICO, S. 13

QVAERIS ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam præter opinionem omniũ factum sit, & simul vis scire, quomodo ego minùs, quàm soleam, præliatus sim. Respondebo tibi ὕστερον πρότερον, ἐμμελικῶς [l]. Ego enim, quamdiu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter & vehementer præliatus sum, vt clamor, concursúsque maxima cum mea laude fierent. quòd si tibi vmquam fuisse visus in repub. fortis, certè me in illa causa admiratus esses. Cùm enim ille [m] ad conciones confugisset, in eáque meo nomine ad inuidiã vteretur, dij immortales, quas ego pugnas, & quantas strages edidi? Quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci? Quomodò sum infectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis? Sæpe, ita me dij iuuent, te non solùm auctorem consiliorum meorum, verùm etiam spectatorem pugnarum mirificarum desideraui. Posteà verò, quàm Hortensius excogitauit, vt legem de religione Fusius [n], tribunus pleb. ferret, in qua nihil aliud à consulari rogatione differebat, nisi iudicum genus (in eo autem erãt omnia) pugnauítque, vt ita fieret, quòd & sibi, & aliis persuaserat, nullis illum iudicibus effugere posse: contraxi vela [o], perspiciens inopiam iudicum: neque dixi quid quam pro testimonio P, nisi quod erat ita notum, atque testatum, vt non posset præterire. Itaque, si causam quæris absolutionis, vt iam πρὸς τὸ πρότερον reuertar, egestas iudicum fuit, & turpitudo. id autem vt accideret, commissum est Hortensij cõsilio: qui dum veritus est, ne Fusius [q] ei legi intercederet, quæ ex s.c. ferebatur, non vidit illud satius esse, illum infamia relinqui, ac sordibus, quàm infirmo iudicio committi. sed ductus odio, properauit rem deducere in iudicium, cùm illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Sed iudicium si quæris, quale fuerit, incredibili exitu: sic vti nunc ex euentu ab aliis, à me tamen ex ipso initio consilium Hortensij reprehendebatur. Nam, vt reiectio facta est clamoribus maximis, cùm accusator, [a] tamquam censor bonus, homines nequissimos reiiceret: reus, tamquam clemens lanista [b], frugalissimum quemque secerneret: vt primùm iudices consederunt, valde diffidere boni cœperunt. non enim vmquam turpior in ludo talario confessus fuit, maculosi senatores, [c] nudi equites, tribuni [d] non tam ærati, quàm vt appellantur, ærarij. pauci tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat: qui mœsti inter sui dissimileis, & mærentes sedebant, & contagione turpitudinis vehementer permouebantur. Hîc, vt quæque res ad consilium primis postulationibus [e] referebatur, incredibilis erat seueritas, nulla varietate sententiarum. nihil impetrabat [f] reus, plus accusatori dabatur, quàm postulabat. triumphabat (quid quæris?) Hortensius, se vidisse tantùm. Nemo erat, qui illum reum, ac non millies condemnatum arbitraretur. me verò teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorũ audisse, quæ consurrectio iudicum facta sit, vt me circumsteterint, vt apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. quæ mihi res multo honorificentior visa est, quàm aut illa, cùm iurare tui eiues [g] Xenocratem, testimonium dicentem, prohibuerunt, haut cùm tabulas Metelli i Numidici, cùm hæ (vt mos est) circumferrentur, nostri iudices adspicere noluerunt. multò hæc, inquam, nostra res maior. Itaque iudicum vocibus (cùm ego sic ab his, vt salus patriæ, defenderer) fractus reus, & vnà patroni omnes conciderunt. ad me autẽ eadem frequentia postridie conuenit, quacũ abiens consulatu sum domum reductus. Clamare præclari [k] Ariopagitæ, se non esse venturos, nisi præsidio constituto. refertur ad consilium, vna sola sententia præsidium non desideraui. defertur res ad senatum. grauissimè, ornatissiméque decernitur. laudantur iudices. datur negotium magistratibus. respondent hominem nemo arbitrabatur. ἔστιν [l] νεῶ μοι μοῦσα, Οἵπασις δὲ πρόσθεν πῦρ ἐφέπουσι. Nosti Caluum [m] ex Nanneianis [n] illum, illum laudatorem meum: de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. biduò per vnum seruum, & eum ex gladiatorio ludo, cõfecit totum negotium. accersiuit [o] ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam verò, ô dij boni, ré perditam! etiam noctes certarum mulierum, atq; adolescẽtulorũ nobiliũ introductiones [p] nõnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita summo discessu bonorũ, pleno foro seruorũ XX. iudices ita fortes tamẽ fuerunt, vt summo proposito periculo, vel perire maluerint, quã perdere omnia: XXX q. fuerunt, quos *fames magis, quàm fama* commouerit. Quorũ Catulus [r] cùm vidisset quemdã, Quid vos, inquit, præsidium vobis [s] postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis? Habes, vt breuissimè potui, genus iudicij, & causam absolutionis. Quæris deinceps, quis [t] nunc sit status reip. & qui meus. Reip. statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino confirmatum putabam, qui bonorum omniũ coniunctione, & auctoritate consulatus mei fixus, & fundatus videbatur, nisi quis nos deus respexerit, elapsum scito esse de manibus vno hoc iudicio: si iudicium est, triginta homines populi R. leuissimos, ac nequissimos, summulis acceptis, ius ac fas omne delere, &, quod omnes non modò homines, verùm etiã

P. X.
a *al.* magistratibus neminem præter Fusium. Bonis &c.*
b L. Fusium,
c id est similimo Catonis.*
d L. Nunc, vt ad priuata redeam, πῦκρ.
e *al.* πῦκρις.*
f *al.* confice.
g L. videbo homine valde petiturire. nauabo operam. ‖ Petiturire *autẽ ita dicitur, vt, proscripturire, ĩsturire.**
h quæ ipsis fiebant, vbi Atticus.*
i qui Græcis litteris delectamur*
k *Ver.* habeo.*
l hæc enim figura Homero, P. Bemetus sæpe vtitur.*
m P. Clodius.*
n L. Fusius,
o desistit Clodium oppugnare.*
p Clodius se probaturum affirmabat, quo die in sacris Bona Deæ deprehensus diceretur, eo die Interdictũ fuisse apud C. Cassinium Scholam Plutarch.*
q L. Fusius,

P. XI.
a Xenophon orat. de reb. rusticis. refert
b gladiatorum dominus Philippus.*
c Consilium his constitutum, vt bonis, equitibus, tribunis ærariis, qui ex plebe in hoc ordine Patriciorum & Senatorũ locum adepti erant, ferendi sententiam prius quàm ærarii, vt appellantur, quam ærati.
d *al.* tribuni non tam ærarij, vt appellantur, quam ærati.
e *al.* petitionibus ref.
f *al.* impetrarat
g Athenienses.*
h vide Brut. pro Balbo & Valer.*
i vide orat. pro Balbo.*
k ἐφέσεως hoc dicit.*
l id est ductũ teme sequentem. Id Homerus, & Virgilius, Androuicus, Inlaquere & Inferere &c. Gell. 9. autem hic versus Homeri Iliad. 8. id est Graui
m quorum
n bona præcipue pia à Sylla
o cupide appetebat. Erat, vt dicit. fecit ru Caluum ex Nanneianis, appellat Cicero.*
p *al.* ad se
q L. XXXI.
r Tot
s fuerit, vt
t dixerit. Quibus &c.*

pecudes factum esse sciebant [a], id Talnam [b], & Plautum, & Spongiam, & ceteras huiusmodi quisquilias, statuere, numquam esse factum. Sed tamen, vt te de repub. consoler, non ita, vt sperarunt mali, tanto imposito reip. vulnere, alacris exsultat improbitas in victoria. Nam planè ita putauerunt: cùm religio, cùm pudicitia, cùm iudiciorum fides, cùm senatus auctoritas concidisset, fore, vt apertè victrix nequitia, ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique inusserat seueritas consulatus mei. Idem ego ille (non enim mihi videor insolenter gloriari, cùm de me apud te loquor, in ea præsertim epistola, quam nolo aliis legi) idem, inquam, ego recreaui afflictos animos bonorum, vnumquéque confirmãs [c], & excitans. Insectandis verò, exagitandísque nummariis iudicibus, omnem omnibus studiosis, ac fautoribus illius victoriæ παρρησίαν eripui. Pisonem consulem nulla in re constitere vmquam sum passus. Desponsam hominis [d] iam Syriam ademi: senatum ad pristinã suam seueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui: Clodium præsentem fregi in senatu, cùm oratione perpetua, plenissima grauitatis, tum altercatione huiusmodi, ex qua licet pauca degustes. nam cetera non possunt habere eamdem neque vim, neque venustatem, remoto illo studio contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis. Nam, vt idibus Maiis in senatum conuenimus, rogatus ego sententiã, multa dixi de [e] summa reip. atque ille locus inductus à me est diuinitus, Ne, vna plaga [f] accepta, P. C, concideremt, ne deficerent: vulnus esse eiusmodi, quod mihi neque dissimulandum, neque pertimescendum videretur, ne aut ignorando stultissimi, aut metuendo ignauissimi iudicaremur. Bis absolutum esse Lentulum [g], bis Catilinam: hunc tertium iam esse à iudicibus in remp. immissum. Erras Clodi, non te iudices vrbi, sed carceri reseruarunt: neque retinere in ciuitate, sed exsilio priuare voluerunt. Quamobrem, P. C. erigite animos, retinete vestram dignitatem. manet illa in rep. bonorum consensio: dolor accessit bonis viris, virtus non est imminuta. nihil est damni factum noui: sed, quod erat, inuentum est in vnius hominis perditi iudicio: plures simile reperti sunt. Sed quid ago? pænè orationem in epistolam inclusi. Redeo ad altercationem. Surgit pulchellus puer [i]: obiicit mihi me ad Baias [k] fuisse. Falsum! sed tamẽ quid [m] huic simile est, inquam? quasi in oppertо [n] dicas fuisse. Quid, inquit, homini Arpinati cum aquis calidis? Narra, inquam, patrono tuo, qui Arpinateis [p] aquas concupiuit. nostri enim Marinas [q]. Quousque, inquit, hũc regẽ feremus? Regem appellas, inquã, cùm Rex [r] tui mentionem nullã fecerit? Ille autẽ Regis hereditatem spe deuorarat. Domum, inquit, emisti. Putas [t], inquam, dicere, iudices emisti? Iuranti, inquit, tibi non crediderunt. Mihi verò, inquam, xx [u] iudices crediderunt. xxx [x], quo niam nummos antè acceperunt, tibi nihil crediderunt. Magnis clamoribus afflictus contiuit, & cóncidit. Noster autem status est hic. apud bonos iidẽ sumus, quos reliquisti: apud sordem vrbis, & fæcem, multò meliùs [y], quã reliquisti. nam & illud nobis non obest, vide ri nostrum testimonium non valuisse. missus est sanguis inuidiæ sine dolore. atque etiam hoc magis, quòd omnes illi fautores illius fla

gitij, rem manifestam illam redemtam esse à iudicibus confitentur. Accedit [a] illud, quòd illa concionalis [b] hirudo ærarij, misera, & ieiuna [c] plebecula, me ab hoc Magno vnicè diligi putat: & Hercule multa, & iucunda cõsuetudine coniuncti inter nos sumus, vsque eò, vt nostri isti commessatores [d] coniurationis, barbatuli iuuenes, illum in sermonibus Cn. Cicer onem appellent. Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas ὀπωπιμανίας sine vlla pastoritia fistula [e] auferebamus. Nunc est exspectatio comitiorum, in quæ omnibus inuitis trudit noster Magnus Auli [f] F. atque in eo neque auctoritate, neque gratia pugnat, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modò asellus, onustus auro, posset adscẽdere. Consul autem ille deterioris [g] histrionis similis, susceptisse negotiũ dicitur, & domi diuisores habere: quod ego non credo. sed s. c. duo iam facta sunt odiosa, quòd in consulem facta putantur, Catone & Domitio postulante. vnum, Vt apud magistratus inquiri liceret: alterũ, Cuiusmodi diui soresi haberent, aduersus rẽp. faceae viderẽt. Lurco autẽ, tribunus pl. qui magistratũ simul cũlege [k] Ælia iniit, solutus est & Ælia. & Fufia, vt legem de ambitu ferret, quam ille bono l auspicio claudus homo promulgauit. Ita comitia in mante [11]. Kalen. Sext. dilata sunt. Noui est in lege hoc, *Vt, qui nummos [n] in tribu pronuntiarit, si non dederit, impunè sit: si dederit, vt, quoad viuat, singulis tribubus LLS. Cl. Cl. Cl. debeat.* Dixi, hanc legem P. Clodium iam anteà [o] seruasse: pronuntiare enim solitum esse, & non dare. Sed heus tu: videsne, consulatum illum nostrum, quem Curio antea ὀπτάθωπον vocabat, si hic [p] factus erit, fabam [q] mimum futurum? Quare, vt opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis: & istos consulatus, non [r] ἐλαχιστέον? Quòd ad me scribis, te in Asiam statuisse non ire: equidem mallem vt ires: ac vereor, ne quid in ista re minùs cõmodè fiat: sed tamen non possum reprehendere consilium tuum, præsertim cùm egomet in prouinciam non sim profectus. Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus, præsertim cùm & Chilius [s] nos reliquerit, & Archias nihil de me scripserit: ac vereor, ne Lucullus [t], quoniam Græcum poema condidit, nunc ad Cæcilianam [u] fabulam spectet. Antonio, tuo nomine gratias egi, cãque epistolam Manlio dedi. Ad te ideò antea rariùs scripsi, quòd non habebam idoneum, cui darem, nec satis sciebam, quid [x] darem. Te [y] valde vindicaui. Cincius, si quid ad me tui negotij detulerit, suscipiam, sed nunc magis in suo est occupatus: in quo ego ei nõ desum. Tu, si vno in loco es futurus, crebras à nobis litteras exspecta: aſt plureis etiam ipſe mittito. velim ad me scribas, cuiusmodi sit ἀμαλθεῖον tuũ, quo ornatu, qua τοποθεσία: & quę poemata, quáſq; hiſtorias de ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. lubet mihi facere in Arpinati. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittã. nihil erat absoluti. Vale. CICERO ATTICO, S. 14

MAGNA mihi varietas voluntatis, & dissimilitudo opinionis, & [z] iudicij Q. fratris

Turneb. Sed ὀλιγωμασία quadã Cicero hanc vocẽ finxit flocci facti eon vt superiori opponeret, φιλοσοφητέον.* f meminit t *al.* Lucul is id est in honorẽ Lucullorũ. *vide orat pro Archia.** u pœma in honorẽ Q. Cæcilij Metelli Numidici & pij eius filij: interim ambigue alludit in Cęcilij comici fabulis.* x *al.* quo darẽ.* y L. Valde te venditaui. *Sal.* valde te venditaui *al.* vide te venditaui *al.* vale te venditari *Bos.* videte venditari.* z L. ac iudicij,

P. XIII.

a *Sic.* namque illud

b quæ in concionibus poscendi nullum finem facit.*

c *al.* ac

d comissatores coniur.

e id est, puras sine sibilo, cuius simile lem sonum reddunt, pastoritię fistulæ pura vide apud Muretum 1. Variar. 19.*

f L. Auli filium. *al.* Afr.

g *Bos.* Deterionis *ex vet.* Deterionis*

h L. cuius domi diuisores habitarent, cum aduersus remp. facere viderẽtur. Lurco.

i qui popu lo pecuniam diu debant.*

k lege Aelia seruanda erant auspicia magistratum inituris meminit Cicero pro domo de aruspic. respon. & in Vatinũ.* l *id est male*, nec enim bonum esse auspicii poterat, vitiosi & clodi.*

m L. ante diem vi. kalen. Sext.

n Candidati bumos tribubus promittebant, si sibi honorẽ peritum demandassent.* o L. antè

p Afranius.*

q *al.* Fabam *vt si mihi nomen Passerinus.* Afranij mimum futurum, *vel* Afranium mimum futurum *Bs.* fabam mimum id est interorum parentationẽ. nam mortuis fabis parentabant. Festus, in faba*

P. B.

r L. non flocci facit eon. *al.* non flocci ἐλαχιστον. ἧττα

mer demõstrata est ex litteris tuis, in quibus ad me epistolarũ illius exemplа misisti. Qua ex re & molestia sum tãta affectus, quantam mihi meus amor summus erga vtrumque vestrũm afferre debuit: & admiratione, quidnam accidisset, quod afferret Q. fratri meo, aut offensionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis. Atque illud à me iam antè intelligebatur, quod te quoque ipsum discedentem à nobis suspicari videbã: subesse nescio quid opinionis incommodæ, sauciúmque eius animum, & insedisse quasdam odiosas suspiciones. quibus ego mederi cùm cuperem, & anteà sæpe, & vehementiùs etiam post sortitionem prouinciæ [a] : nec tantum intelligebam ei esse offensionis, quantũ litteræ tuæ declarant: nec tantum proficiebam, quantum volebam: sed tamen hoc me ipse consolabar, quòd non dubitabã, quin te ille aut Dyrrachij, aut in istis locis vi̇piam visurus esset: quod cùm accidisset, confidebã, ac mihi persuaseram, fore, vt omnia placarentur inter vos, non modò sermone, ac disputatione, sed adspectu ipso, congressuque vestro. nam quanta sit in Q. fratre meo comitas, quãta iucunditas, qeàm mollis animus, & ad accipiendam, & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Sed áccidit perincommodè, quòd eum nusquam vidisti. Valuit enim plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum, quàm aut officium, aut necessitudo, aut amor vester ille pristinus: qui plurimùm valere debuit. Atque huius incommodi culpa vbi resideat, faciliùs possùm existimare, quàm scribere. vereor enim, ne dum [b] defendam meos, non parcam tuis. Nam sic intelligo, vt nihil à domesticis vulneris factum sit, illud quidem, quòd erat, eos certè sanare potuisse. Sed huiusce rei totus vitium, quod aliquantò etiam latiùs patet, quàm videtur, præsenti tibi commodiùs exponam. De his litteris, quas ad te Thessalonicam [c] misit, & de sermonibus, quos ab illo & Romæ apud amicos tuos [d], & in itinere habitos putas, & [d] quid tantum causę sit, ignoro. sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes huius leuandæ molestiæ. Nam, si ita statueris, & *irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum* [e], *& eosdem placabiles, & esse hanc agilitatem* (vt ita dicam) *mobilitatemque naturæ plerumque bonitati: & id quod caput est, nobis inter nos nostra, siue incommoda, siue vitia, siue iniurias esse tolerandas*: facilè hæc, quemadmodum spero, mitigabuntur. Quod ego, vt facias, te rogo [f]. nam ad me, qui te vnicè diligo, maximè pertinet, neminem esse meorũ, qui aut te non amet, aut abs te non ametur. Illa pars epistolæ tuæ minimè fuit necessaria, in qua exponis, quas facultates aut prouincialium, aut vrbanorum commodorũ, & aliis tẽporibus, & me ipso consule prætermiseris. mihi enim perspecta est & integritas [g], & magnitudo animi tui: neque ego inter me, atque te quidquam interesse vmquam duxi, præter voluntatem institutæ vitæ: quòd me ambitio quædam ad honorum studiũm autẽ alia minimè reprehẽdenda ratio ad honestũ otium duxit. Vera quidem laude probitatis, diligentiæ, religionis, neque me tibi, neque quemquam antepono. amoris verò erga me, cùm à fraterno amore, domesticóq; discessi, tibi primas defero. Vidi enim, vidi, penitúsque perspexi in meis variis temporibus, & sollicitudines, & lætitias tuas. Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Quin mihi nunc, te absente, non solùm consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maximè deest [a]. Quid dicam in publica re? quo in genere mihi negligenti esse non licet: an in forensi labore, quem anteà propter ambitionẽ sustinebam, nunc vt dignitatem tueri gratia possim? an in ipsis domesticis negotiis, in quibus ego cùm anteà, tum verò post discessum fratris, te, sermonéque nostros desidero? Postremò non labor meus, non requies mẽ negotium, non otium: non forenses res, non domesticæ: non [b] publicæ, non priuatæ, carere diutius tuo suauissimo, atque amantissimo consilio, ac sermone possunt. Atque harũ rerum commemorationem verecundia sæpe impediuit vtriusque nostrũm. nunc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistolæ tuæ, per quam te, ac mores tuos mihi purgatos, ac probatos esse voluisti. Atque in ista incommoditate alienati illius animi, & offensi, illud inest tamen commodi, quòd & mihi, & ceteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas omnitendę prouinciæ: vt, quòd vnà non estis, non dissensione, ac [c] dissidio vestro, sed voluntate, ac iudicio tuo factum esse videatur. Quare & illa, quæ violata, expiabuntur, & hæc nostra, quæ sunt sanctissimè conseruata, suam religionem obtinebunt. Nos hìc in rep. infirma, misera, commutabilíque versamur. credo [d] enim te audisse, nostros equites pænè à senatu esse disiunctos: qui primùm illud valde grauiter tulerunt, promulgatũ ex s.c. fuisse, Vt de iis, qui ob [e] iudicandum, pecuniam accepissent, quæreretur. Qua in re decernenda, cùm ego casu non affuissem, sensissémque, id equestre ordinem ferre molestè, neque apertè dicere, obiurgaui senatũ, vt mihi visus sum, summa cũ auctoritate: & in causa nõ verecunda, admodum grauis, & copiosus fui. Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferẽdæ, quas ego non solùm tuli, sed etiam ornaui. Asiani [g], qui [h] de Censoribus i conduxerũt, questi sunt in senatu, se cupiditate [k] prolapsos, nimiùm magno cõduxisse: vt induceretur locatio, postulauerũt. Ego princeps in adiutoribus, atque adeò secũdus: nã, vt illi auderent hoc postulare, Crassus eos impulit. *Inuidiosa res, turpis postulatio, & confessio temeritatis.* summum erat periculũ, ne, si nihil impetrassent, planè alienarentur à senatu. Huic quoque rei subuentũ est, maximè à nobis, perfectúmque, vt frequentissimo senatu, & libentissimo vterentur, multáque à me de ordinũ dignitate, & concordia dicta sunt Kalendis Decembr. & postridie: neque adhuc res confecta l est: sed volũtas senatus perspecta. Vnus enim contrà dixerat Metellus, c o s. designatus. Diu [m] erat dicturus (ad quem propter diei breuitatem peruentum non est) hesternos ille noster, Cato [o]. Sic ego conseruãs rationem, institutionémque nostram, tueor, vt possùm, illam à me conglutinatam cõcordiam. Sed tamen, quoniam ista sunt infirma, munitur quædã nobis ad retinendas opes nostras tuta, vt spero, via: quam tibi litteris satis explicare non possùm: significatione parua ostendam tamen. Vtor Pompeio familiariſſimé.

[a] P. XV. a Vel absit.

[b] Rostra publica ac re.

[c] Lac dissidio

[d] al. credo enim & ea aud.

[e] al. ob rem iudicandam. f. eas, pecuniam, accepi. q. v. c. P. B.

[f] P. B. oro.

[g] al. ingenuitas.

[h] al. Asiatici.

[i] Asiæ publicani.

[k] Centorum inter ceteros omnium fuit vectigalia locare. Voss. g. de vect. fign. f. Iulij

[l] quæ & colloc. licitantis qui vectigalia vitra imperatum dum solum conducebat, pleriaque fo le h. y. ll. de publicanis. [m] Cæsar. m. o. t. qui erat non ita [n] Cos. Quintus, dicitur n. vt pilob. 1. §. *

mé. Video quid dicas. cauebo, quæ sunt cauenda: ac scribam aliàs ad te de meis consiliis capessendæ reip. plura. Lucceium scito consulatũ habere in animo statim petere. duo enim soli dicuntur petituri. Cæsar cum eo coire per Atrium cogitat: & Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi. Rides? Non sunt hæc ridicula, mihi crede. Quid aliud scribam ad te? quid? multa sunt: sed in aliud tẽpus. Te, si[a] expectari velis, cures[b], vt sciam. Iã illud modestè rogo, quod maximè cupio, vt quàm primùm venias. Nonis Decẽbr. Vale.

P. XVI.

a al. quod exspectari.
b al. cura.

CICERO ATTICO, S. 15

NIHIL mihi nunc scito tã deesse[c], quàm hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, vnà communicem: qui me amet, qui sapiat, qui cum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. abest enim frater ἀφιλάτελος, & [d] amantissimus Metellus [e], non homo, sed littus, atque aër, & solitudo mera. Tu autem, qui sæpissimè curam, & angorem animi mei, sermone, & consilio leuasti tuo, qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum, & consiliorum particeps esse soles, vbinam es? Ita [f] sum destitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. Nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ, sunt in quodã splendore forensi: fructum domesticum non habent. Itaque cùm bene completa domus est, tempore matutino: cùm ad forum [g] stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, qui cum aut iocari libere, aut suspirare familiariter possimus. Quare te expectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus. Multa [h] sunt enim, quæ me sollicitant, angũntque: quæ [i] mihi videor, aureis nactus tuas, vnius ambulationis sermone exhaurire posse. Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omneis, & scrupulos occultabo: neq; ego k huic epistolæ, atq; ignoto tabellario cõmittam. atq; hi (nolo enim te permoueri) nõ sunt permolesti, sed tamen insident, & vrgent [l], & nullius amantis consilio, aut sermone requiescũt. In rep. verò, quamquam animus est præsens, tamen voluntas etiam atque etiam ipsa me deficit. Nam, vt ea breuiter quæ post tuum discessum acta sunt, colligam, iam exclames necesse est, res Romanas diutiùs stare non posse. Etenim post profectionem tuam primus (vt opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ. in qua ego nactus (vt mihi videbar) locũ resecandæ [m] libidinis, & coercendæ iuuentutis, vehemens fui, & omneis profudi vireis animi, atque ingenij mei: non odio adductus alicuius, sed [n] spe non corrigendæ, sed sanandæ ciuitatis. Afflicta resp. est emto, constupratoque o iudicio. Vide, quæ sint posteà consecuta. Consul est impositus is nobis, quem nemo præter nos philosophos, adspicere sine suspirio p posset [q]. Quantum hoc vulnus? facto s. c. de ambitu, de iudiciis, nulla lex perlata: exagitatus senatus, alienati equites R. Sic ille annus duo firmamenta reip. per me vnum constituta, euertit. nam & senatus auctoritatẽ abiecit, & ordinum [r] cõcordiam diffusum constituta, euertit. nam & senatus auctoritatẽ abiecit, & ordinum [r] cõcordiam dissuasit. Instat hic nunc ille annus egregius. eius initium eiusmodi fuit, vt anniuersaria sacra iuuentutis [s] non committerentur. Nam M. Luculli vxorem Memmius suis sacris initiauit. Menelaus egrè id passus diuortiũ fecit. Quamquam ille pastor Idæus [b] Menelaum solum contempserit [c]: hic noster Paris tam Menelaum [d], quàm Agamemnonem, liberum non putauit. Est autem C. Herennius quidam, tribunus pl. quem tu fortasse ne nosti quidem: tamen si potes nosse. tribulis enim tuus est: & Sextus, pater eius, nummos vobis diuidere solebat. Is ad plebem Publium Clodium traducit [e]; idq; ne fert, vt vniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodij ferat. Hunc ego accepi in senatu, vt soleo: sed nihil est illo homine lentius. Metellus est consul egregius, & nos amat: sed imminuit auctoritatem suam, quòd habet, vt dicit, causam promulgatam. Illud idem de Clodio. Auli autem filius, ô dij immortales, quàm gnauus, ac sine animo miles! quàm dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad malè audiendum quotidie præbeat! Agraria [g] autem promulgata est à Flauio sanè leuis: eadem ferè, quæ fuit Plotia. Sed interea πολλὰκὶς ἀνὴρ, ὃν οὐκ ὄναρ, quisquam inueniri potest. qui poterat, familiaris noster, (sic est enim: volo [h] te hoc scire) Pompeius, rogulam illam pictam i silentio tuetur suam. Crassus verbum nullum contra gratiam. ceteros iam nosti: qui ita sunt stulti, vt, amissa rep. piscinas [k] suas fore saluas sperare videantur. Vnus est, qui curet, constantia magis, & integritate, quàm (vt mihi videtur) cõsilio, aut ingenio, Cato: qui [l] miseros publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensem vexat, neque iis à senatu responsum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere antè, quàm publicanis responsum sit. Quare etiam legationes reiectum iri puto. Nunc vides, quibus fluctibus iactemur. etsi ex iis, quę scripsimus, tamen [m] etiam à me non scripta perspicis. Reuisè nos aliquando, &, quamquam sunt hæc fugienda, quò te voco, tamen fac vt amorem nostrum tanti æstimes, vt eò, vel cum his molestiis peruenire [n] velis. Nam, ne absens censeare, curabo edicendum, & proponendum locis omnibus. sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. Quare cura, vt te quàm primùm videamus. Vale. XI. kal. Feb. Q. Metello, L. Affranio COSS.

CICERO ATTICO, S. 16

NON modò, si mihi tantum esset otij, quãtum est tibi, verum etiam, si tam breueis epistolas velim mittere o (quod tu soles facere) te superarem, & in scripto p multo essem crebrior, quàm tu. Sed ad summas, atque incredibileis occupationes meas accedit, quòd nullam à me epistolam ad te sino absque argumento, ac sententia venire q. Et primùm tibi (vt æquum est) eiui amanti patriam, quæ sunt in rep. exponam: deinde quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiam de nobis ea, quæ scire te non nolle arbitramur. Atque in rep. nunc quidem maximè Gallici belli versatur metus. Nam Ædui, fratres [r] nostri,

a L. iuuentutis ‖ & ita in ἀρχέτυπο nõ Vrsin.*
b paris quod à pastoribus in Ida monte edu- P. XVII. catus.*
c contemserat
d M. Luculli & Lucium eius fratrem vide Plutarchum in Luculso.*
e vt adoptione plebeius fiat.*
f L. quidhabet dicis causa promulgatum illud idem de Cl. ‖ Dicis causa quid notum iuris studiosis dixi ad l. 4. ff. commodati. Ver. habet dicit al. habet vt dicit al. Habere. Manut. Ab re dicit censum promulgatum vel, Auct vt dicit*
g epist. 16.*
h v.c. volo hoc scire te,
i triumphalem qua lege vtebatur Pompeius ludis Circensibus Dio. 37. Velleius 2. quod ãtea Paullo Macedonico datum fuerat Plin. de viris illustr. De toga picta adde Lipsium 10. Festum Anson. in grat. act. Capitol. Gordiano.*
k L. Luculli & Q. Hortensium intelligit, quibus piscinæ, curæ vrbe piscinarios vocat infra multis locis.*
l Cato iniquus publicanis. remissionem petẽtibus quòd cupiditate prolapsi, ni- P. B. mio plus cõduxissent, eã indulgeri à senatu dissuasit: qua re, equestrem

ordinem à senatorio dissunxit. adde epistol 14. 3. Contra Cæsar anno sequenti consul tertia mercedum parte releuauit, Suetonius 10 Cæsare: Dio. 38 Appion 2. belli ciuil.
m v.c. tanta
n L. venire ‖ B. f. perfrui.*
o L. mittere, quãm tu soles, facilè te superarẽ.
p al. scribendo.
q v.c. peruenire.
r Ædui senatorum in vrbe ius adepti: datũ. id. fuederi antiquo & quia soli Gallorũ fraternitatis nomen cum populo Romano vsurpabãt. adde 7. famil. 10. in f. Straboně Tacitum 2. Plutarch. in Cæsare. & ita quidem sæpius vt & consanguinei à senatu appellati Cæsar. 1. de bello ciuili. Eodem etiam nomine Ilienses appellatos scribit Suetonius in Claudio cap. 25.*

pugnant. Sequani [a] malè pugnarunt: Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionésque in prouinciam faciunt. Senatus decreuit, vt consules duas Gallias sortirentur, delectus [b] haberetur, vacationes ne valerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates, darémque operam, ne hæ se cum Heluetijs iungerent [c]. Legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, & τὸ ὅπλον τὴν φυκῆν μύρον, Lentulus, Clodiæ [d] filius. Atque hoc loco illud nõ queo præterire, quòd, cùm de consularibus mea prima sors exisset, vna voce senatus frequens retinendũ me in vrbe censuit. Hoc idẽ post me Pompeio áccidit, vt nos duo quasi pignora reip. retineri videremur. Quid enim ego aliorum in me ὀπτασιώνηματα exspectem, cùm hæc domi nascantur? Vrbanæ autem res sic se habent. Agraria [e] lex à Flauio tribuno pleb. vehementer agitabatur, auctore Pompeio, quæ nihil populare habebat, præter auctorem. Ex hac ego lege, secunda concionis voluntate, omnia illa tollebam, quæ ad priuatorum incommodum pertinebant: liberabam agrum eum, qui P. Mucio, L. Calpurnio coss. publicus fuisset: Syllanorũm hominum possessiones confirmabam: Volaterranos & [g] Artemitanos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiserat, in sua possessione retinebam. Vnam rationem non reiiciebam, vt ager hac aduentitia pecunia emeretur, quæ ex nouis vectigalibus per quinquennium reciperetur [h]. Huic toti rationi Agrariæ senatus aduersabatur, suspicans Pompeio nouam quandam potentiam quæri. Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. ego autem magna cum agrariorũ [i] gratia confirmabam omnium priuatorũ possessiones. Is enim est noster exercitus, hominum, vt tute scis, locupletium. Populo autem, & Pompeio (nam id quoque volebam) satisfaciebam emtione. qua constituta diligẽter, & sentinam vrbis exhauriri [k], & Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. Metellus est consul sanè bonus, & nos admodùm diligit. ille [l] alter ita nihil est, vt planè quid [m] erit, nesciat. Hęc sunt in rep. nisi etiam illud ad rẽp. putes [n] pertinere, Herenniũ quemdam tribunum pl. tribulem tuum, sanè hominem nequam, atq; egentem, sæpe iam de P. Clodio ad [o] plebẽ traducendo agere cœpisse. Huic frequenter intercediturr. Hæc sunt (vt opinor) in rep. Ego autẽ, vt semel Nonarum illarum Decembrium iunctam inuidiæ, ac multorum inimicitiis eximiã quamdam, atque immortalem gloriam consecutus sum, nõ destiti eádem animi magnitudine in repub. versari, & illam institutam, ac susceptã dignitatem tueri. Sed posteà, quàm primùm Clodij absolutione leuitatem, infirmitatemque iudiciorum perspexi: deinde vidi nostros publicanos facilè à senatu disiungi [p], quamquam à meipso nõ diuellerentur: tum autem beatos homines (hos piscinarios [q] dico, amicos tuos) non obscurè nobis inuidere: putaui mihi maiores quasdam opes, & firmiora præsidia esse quærenda. Itaque primùm eum, qui nimium diu de rebus nostris tacuerat, Pompeium, adduxi in eam voluntatem, vt in senatu non semel, sed sæpe, multisque verbis suis mihi salutem imperij, atque orbis [r] terrarum adiudicarit: quod non tam interfuit mea (neque enim illæ res aut ita sunt obscuræ, vt testimonium: aut ita dubiæ, vt laudationem desiderent) quàm reip. quòd erant quidam improbi, qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompeio, ex illarum rerum dissentione, arbitrarentur. Cum hoc ego me tanta familiaritate coniunxi, vt vterque nostrûm in sua ratione munitior, & in repub. firmior hac coniunctione esse possit. Odia autem illa libidinosæ, & delicatæ iuuentutis, quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt cõmitate quadam mea, me vnum vt omnes illi colant. Nihil iam denique à me asperum in quemquam fit: nec tamen quidquam populare, ac dissolutum: sed ita temperata tota ratio est, vt reip. constantiam præstem, priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem maleuolorum [a], odium in me improborum, adhibeam quamdam cautionem, & diligentiam. Atque ita tamen [b] nouis amicitiis implicati sumus, vt crebrò mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus [c] cãtilenam illam suã, νῆφε, κ μέμνασο ἀπιστεῖν. ἁρθρα ταῦτα τῆ φρενῶν. Ac nostræ quidem rationis, ac [d] vitę quasi quamdam formam (vt opinor) vides. De tuo autem negotio sæpe ad me scribis, cui mederi nunc non possumus. Est enim illud s. c. summa pedariorum [e] voluntate, nullius nostrûm auctoritate factum. Nam quòd [f] me non esse [g] adscriptum vides, ex ipso s. c. intelligere potes, aliam rem tum relatam: hoc autem, DE POPVLIS LIBERIS, sine causa additum: & ita factum est à P. Seruilio filio, qui in posterum sententiam dixit: sed immutari hoc tempore non potest. Itaque conuentus, qui initiò celebrabantur, tamdiu fieri desierunt. Tu si tuis blanditiis tamen à Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem. Commentarium contulatus mei Græcè compositum misi ad te: in quo si quid erit, quod homini Attico minùs Græcũ, eruditumque videatur: non dicam, quod tibi (vt opinor) Panormi Lucullus de [h] suis historiis dixerat, se, quò facilius illas probaret, Romani hominis esse, idcirco barbara quædam, & σόλοικα [i] dispersisse [k]: apud me si quid erit eiusmodi, me imprudente erit, & inuito. Latinum si perfecero, ad te mittam. Tertium poema expectato, ne quod genus à meipso laudis meæ prætermittatur. Hîc tu caue dicas, πς παλὲρ αἰνῆσ[l]. Si est enim apud homines quidquã, quod potius sit, laudetur, nos viturperemur, qui nõ potiùs alia laudemus. quamquam non ἐκνομιαστικὰ sunt hæc, sed ἐγκωμιαστικὰ quæ scribimus. Q. frater purgat se mihi per literas, & affirmat, nil à se cuiquam de te secus esse dictum. verùm hæc nobis coràm summa cura, & diligentia sunt agenda. Tu modò nos reuise aliquando. Cossinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui visus est, & talis, qualem esse eũ tuę mihi litteræ enuntiarant [m]. Vale. Idib. Mart.

a *al.* se quã male pugnarunt *Ves.* puer malam pugnarunt *al.* puer male *Bos.* permale pugnarunt.*

b L. dilectus

c L. coniungerent.

d alludit ad Lentulorum nomen.*

e L. Clodiani filius. P. XVIII.

f epist. 15.*

g agri huius qui L. Mucio & L. Calpurnio Coss. Vrsinus fragmentum citat ex legis Thoriæ tabula, cet. Musco Beculi Cardinalis translata.*

h *L.* & Arretinos, *q. v. c.* & Artemitanos, ‖ *Sed* Arretinos *legendum putat Ant. Augustinus, cui fauet locus orationis pro Cæcina.**

i L. reficeretur, *al.* redigeretur, *al.* exigeretur.

k plebeiorum qui agros cuperent ad egestatem depelendam.*

l Exhauriendi verbũ in hac ipsa re de qua hic agitur vt improprium notat Cicero. Orat. de lege contra Rullum vbi dixi.*

m L. Afranius.*

n L. quid emerit

o L. putas P. B.

p vide epistolam 15.*

q L. diungi.

r L. Lucullũ & Q. Hortensium adde epistolam 15. *&* epist. 17. *&* 2. epistol. 1. *&* 10. adde Plinium, Plutarchum, Macrob. Varronem.*

s id est Romæ.*

a *al.* malorum, *vt etiam* liuiorum.

b *Ver.* tamen sibi nouis, *vt videtur.*

c hanc vocem Epicharmus glossema esse putat. Manut.*

d *v. ad* vitæ quamdam formam.

e Pedarij senatores qui nullo curru in magistratu gerendo publico itabant in curia *J. Gell.* 18.*

f L. qui de me absente fecerit. Ego vero, quod me absente fecerit, quod me præsente non fecerit, probo. *Ver.*

g Bos. ita ad scribendum. *Ver.* colligo hinc hist. vt intelligat albani de quo Gellius. *Ver.*

h *L.* soluere *al.* absolere. *al.* absolperet.

i *ad* τὰς πρὸ *vide* Plutarchum in Arato initio.*

k Latinitatis.

l *L.* id est. id Matth.

P. XIX.

























































CICERO ATTICO, S. 17

CVM è Pompeiano me Romam recepissem ad [n] IIII. Id. Maij, Cincius noster eã mihi abs te epistolam reddidit, quam tu Idib. Feb. dederas. Ei nunc epistolæ litteris his respondebo. Ac primũ, tibi perspectũ esse iudicium de te meum, lætor: deinde, te in his rebus, quæ mihi asperiès à nobis, atque à nostris, & iniucundiùs actæ videbantur, moderatissi-

n Lentulo.

ratissimum fuisse, vehementissimè gaudeo: idque neq; amoris mediocris, & ingenij summi, ac sapientiæ iudicio. Qua de re cùm ad me ita suauiter, diligenter, officiosè, & humaniter scripseris, vt non modò te hortari ampliùs nō debeam, sed ne exspectare quidem abs te, aut ab vllo homine tantum facilitatis, ac mansuetudinis potuero: [a] nihil duco esse commodius, quàm de his rebus nihil iam ampliùs scribere. cùm erimus congressi, tum si quid res ferret, coràm inter nos conferemus. Quod ad me de rep. scribis, disputas tu quidē & amanter, & prudenter, & à meis consiliis ratio tua non abhorret. nam neque de statu nobis nostræ dignitatis est recedēdum, neque fine nostris copiis intra alterius præsidia veniendum: & is, de quo scribis, nihil habet amplū, nihil excelsum, nihil non summissum, atque populare. Verumtamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis, sed me herculè reip. multò etiā vtilior, quàm mihi, ciuium improborum impetus in me reprimi, cùm hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia, fluctuantem sententiam confirmassem, & à pe malorum ad meatum rerum laudem conuertissem. Quod si cum aliqua leuitate mihi faciēdum fuisset, nullam rem tanti æstimassem: sed [b] tamen à me ita acta sunt omnia, non vt ego illi assentiens, leuior, sed vt ille me probās, grauior videretur. Reliqua sic à me aguntur, & agentur, vt non committamus, vt ea, quæ gessimus, fortuitò gessisse videamur. Meos [c] bonos viros, illos, quos significas, & eam, quam mihi dicis obtigisse σπάρτων, non modò nunquam deseram, sed etiam, si ego ab illa deserar, tamen in mea pristina sententia permanebo. illud tamē velim existimes, me hanc viam optimatū [d] post Catuli mortem nec præsidio vllo, nec comitatu tenere. nam, vt ait Rhinton, [e] vt opinor, οἱ μὴ παρ' οὐδὲν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει. Mihi verò vt inuideant piscinarij nostri, aut scriptā ad te aliàs, aut in congressum nostrum reseruabo. A curia autem nulla me res diuellet, vel quòd ita rectum est, vel quòd rebus meis maximè consentaneum, vel quòd à senatu quāti fiam, minimè me pœnitet. [g] De Sicyoniis (vt scripsi ad te antea) non multum spei est in senatu. nemo est enim iam, qui queratur. quare, si id exspectas, longum est. alia via, si qua potes, pugna. cùm est actum, neque animaduersum est, ad quos pertineret, & raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt [h]. Inducendi s. c. maturitas nondum est: quòd neque sunt, qui querātur, & multi partim maleuolentia [i], partim opinione æquitatis delectantur. Metellus tuus, est egregius cos. vnum reprehendo, quòd otium è Gallia nuntiari nō magnopere gaudet. cupit, credo, triūphare. hoc vellē mediocriùs: cetera egregia. Auli filius [k] verò ita se gerit, vt eius cōsulatus nō cōsulatus sit, sed Magni nostri ὑπόμνημα [l]. De meis [m] scriptis misi ad te Græcè perfectum [n] cōsulatum meū. eum librum L. Cossinio dedi. puto te Latinis meis delectari: huic autem Græco Græcum inuidere. Alij si scripserint, mittemus ad te. sed, mihi crede, simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Nunc, (vt ad rem meam redeam) L. Papirius Pætus, vir bonus, amatórque [o] nostri, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donauit. cùm mihi per legem [p] Cinciam licere capere Cincius, amicus tuus, diceret, libenter dixi me accepturum, si attulisset. Nunc, si me amas, si te à me amari scis, enitere per amicos, clienteis, hospites, libertos denique, ac seruos tuos, vt q scheda nequa depereat. nam & Græcis his libris, quos suspicor, & Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. ego autem quotidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in his studiis conquiesco. per [r] mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, quàm soles in his rebus, quas me valde velle arbitraris. ipsiusque Pæti tibi negotia commendo: de quibus tibi ille agit maximas gratias. Et, vt iam inuisas nos, non solùm rogo, sed etiam suadeo.

[a] L. potuerim.

[b] Farrn. sed a me. v.c. Meos bonos illos viros, q. h. al. Eos bonos viros Vrsin. deos.*

[c] v.c. Meos bonos illos viros, q. h. al. Eos bonos viros Vrsin. deos.*

[d] L. optimatum. ab optimum e puer. Corneus Tarentinus cuius meminit Suidas.* f L. Lucullus & Q. Hortensius dixi epistola 16.*

[g] v.c. pœniteret.

P. B.

[h] Z. cucurrerunt.*

[i] v.c. malèuolentia.

P. XX.

[k] Afranius*

[l] & ita scribendum & legendum. Iliad. 3. in vers. quodā putat Lambinus, non ὑπόμνημα.* m al. nostris* n al. perscriptum.* o Z. amatórque noster, p Ex Cincia de donis & muneribus Cicero 2. de orat. & in Catone Ziuius 4.* q v.c. vt scida nequa dep.

[r] Titiesis Ciceronis familiaris qui vtitur 5. epistol. 10. & 10. epistol. 11. in Manilia.*

P. XXI.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER II.

CICERO ATTICO, S. 1

KALENDIS Iun. eunti mihi Antiū [a], & gladiatores M. Metelli cupidè relinquenti, venit obuiam tuus puer. is mihi litteras abs te, & commentarium consulatus mei Græcè [b] scriptum reddidit, in quo lætatus sum, me aliquāto antè de iisdem rebus Græcè item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. Nam si ego tuum ante legissem, furatū me abs te esse diceres. quamquā tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atq; incōta visa sunt. sed tamē erāt ornata hoc [c] ipso, quòd ornamenta neglexeram: &, vt mulieres, ideò bene olere, quia nihil olebant, videbantur. meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omneis eius discipulorum arculas, ac non nihil etiam Aristotelica [d] pigmenta consumsit: quem tu Corcyræ, vt mihi aliis litteris significas, strictim attigisti: post [e] autem, vt arbitror, à Cossinio accepisti: quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente, ac fastidiosè probauisses. quamquam ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius, se nostrum illud ὑπομνημα cùm legeret, quod ego ad eum, vt ornatiùs de iisdem rebus scriberet, misera: non modò non excitatum esse ad scribendum, sed etiam planè perterritum. Quid quæris? conturbaui Græcam nationem. ita, vulgò qui instabant, vt darem sibi quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Tu, si tibi placuerit liber, curabis, vt & Athenis sit, & in ceteris oppidis Græciæ. videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiunculas autem, & quas postulas, &

[a] Eum IS locum animaduertit nobiles Cincinnati commentatores Strabo. l. 5. Dion 52. fabulatus.*

[b] Idem Cicero de oratore. Varro Tarracinam Menippeis apud Macrob. Sat. 3. Bellianam, maxime quæ inscribitur meleagris, quæ mel lita, quæ sanè dulcia.*

[c] Vrsin. Artocreas.

[d] Pigmenta.

[e] Vrs. Vrsi. Postquam vt arbitror.*

P. B.

plureis etiam mittã: quoniam quidem ea, quæ nos scribimꝰ, adolescentulorũ studiis excitari, te etiã delectant. fuit enim mihi commodum quòd in eis orationibus, quæ Philippicę nominãtur, enitueratª ciuis ille tuus Demosthenesᵇ, & ꝙ se ab hoc refractariolo ᶜ iudiciali dicendi genere abiunxerat ᵈ, vt ᵉ στρατηγὸς πολιτικὸς videretur curare, vt meæ quoque essent orationes, quæ consulares nominarentur: quarũ vna est in senatu kalen. Ian. altera ad populũ de lege Agraria: tertia de Othone ᶠ: quarta pro Rabirio: quinęta de proscriptorum ᵍ filiis: sexta, cùm ʰ prouinciam in cõcione deposui: septima, qua Catilinam emisi: octaua, quam habui ad populum postridie quàm Catilina profugit: nona, in cõcione, quo die Allobroges inuocarunt ⁱ: decima, in senatu nonis Decembr. Sunt præterea duæ breues, quasi ἀποσπασμάτια legis Agrariæ. Hoc totũ σῶμα curabo vt habeas. Et, quoniam te cùm scripta, tum res meæ delectant, iisdem ex libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim. At ᵏ ni poposcisses: ego enim tibi me nõ offerebam. ¶ Quòd quæris, quid sit, quò l te arcessam: ac simul impeditum te negotiis esse significas: neque recusas, quin non modò si opus sit, sed etiam si velim, accurras: nihil sanè est necesse. verumtamen videbare mihi tempora peregrinationis cõmodiùs posse distribuere rem. Nimis abes diu, præsertim cùm sis in propinquis locis: neq; nos te fruimur, & tu nobis cares, ac nũc quidem otiũ est: sed si paullo plùs ⁿ furor Pulchelli ᵒ progedi posset, valde ego te istinc excitarem. verùm præclarè Metellus impedit, & impedier. Quid quæris? est cos. φιλόπατρις, & (vt semper iudicaui) natura bonus. ille autem non simulat, sed planè tribunus pl. fieri cupit. Quare ᵖ cùm in senatu ageretur, fregi hominem, & ᵠ inconstantiam reprehendi, qui Romę tribunatum pl. peteret, cùm in Sicilia ʳ ædilitatem sæpe ˢ dictitasset: sed neque magnopere dixi esse nobis laborãdum, ꝙ nihilo magis ei liciturũ esset plebeio remp. perdere, quàm similibus eius me cos. patriciis esse ᵗ licitum. Iam cùm se ille septimo die venisse à freto, neque sibi obuiam quemquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eos ꝙ se in concione iactasset: nihil ei noui dixi accidisse: ex Sicilia septimo die Romam: tribꝰ horis Roma Interamnam. Noctu introisse. Item ᵘ antè. Nõ esse itum obuiã. Ne tum quidẽ, cùm iri maximè debuit. Quid quęris? hominem petulãtem, modestũ reddo, nõ solùm perpetua grauitate orationis, sed etiam hoc genere dictorum. Itaq; iam familiariter cum ipso etiam cauillor, ac iocor. Quin etiã cùm candidatũ ˣ deducerẽ ʸ, is quærit ex me, num consuessem Siculis ᶻ locũ Gladiatoribus dare. negaui. At ego, inquit, nouos ª patronos instituam ᵇ. Sed soror, quæ tantũ habeat consularis loci, vnũ mihi solum pedem ᶜ dat. Noli, inquã, de vno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas. Non consulare, inquies, dictum. Fateor: sed ego odi ᵈ illam malè consularem. ea est enim seditiosa, ea cum viro bellum gerit: neq; solùm cum Metello, sed etiã cũ Fabio, ꝙ eos mihi esse amicos molestè fert. ¶ Quod deᵉ Agraria lege quęris, sanè iam videtur refrixisse. ¶ Quòd me quodãmodo *molliª brachio* de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me mei præsidij causa cum illo coniunctum esse: sed ita res erat instituta, vt, si inter nos esset aliqua fortè dissensio, maximas in rep. discordias versari esset necesse. quod à me ita præcautum, atque ᵇ prouisum est, non vt ego de optima ᶜ illa mea ratione decederem, sed vt ille esset melior, & aliquid de populari leuitate deponeret: quem de meis rebus, in quas eum multi incitarẽt, multò scito gloriosius, quàm de suis prædicare. Sibi enim bene gestæ, mihi conseruatæ ᵈ reip. dat testimonium. Hoc facere illum, mihi quàm prosit, nescio: reip. certè prodest. Quid, si etiam Cæsarem, cuius nunc venti valde sunt fecundi, reddo meliorem? nũ tantum obsum reip? Quinetiam si mihi nemo inuideret, si omnes, vt erat æquum, fauerent: tamẽ, *NON minùs esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes reip. quàm quæ exsecaret.* Nunc verò cùm equitatus ille, quem ego in cliuo Capitolino, te signifero, ac principe, collocaram, senatum deseruerit: nostri autẽ principes ᵉ digito se cælum putent attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant: alij ᶠ autem negligant: nónne tibi satis prodesse videor, si perficio, vt nolint obesse, qui possunt? Nam Catonem nostrum non tu amas plus, quàm ego. sed tamẽ ille optimo animo vtens, & summa fide, nocet interdum reip. Dicit enim tãquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli fæce, sententiam. Quid verius, quàm in iudicium venire qui g ob rem iudicandam pecuniam acceperit? Censuit hoc Cato: assensit ʰ senatus. equites i curiæ bellum, non mihi. nã ego dissensi. Quid impudentius publicanis renuntiantibus ᵏ? Fuit tamen retinendi ordinis causa faciendа l iactura. Restitit, & peruicit Cato. itaque nunc, consule in carcere incluso, sæpe item seditione commota, adspirauit nemo eorum, quorum ego concursu, itemque consules, qui post me fuerant, remp. defendere solebant. Quid ergo? istos, inquies, mercede conductos habebimus? Quid faciemus, si aliter non possumus? an libertinis, atque etiam seruis seruiemus? Sed, vt tu ais, ἀπὸ σπουδῆς. Fauonius meam tribum tulit honestiùs, quàm suam: Lucceij perdidit. accusauit Naltcam inhonestè: ac ᵐ modestè tamen dixit, vt Rhodi videretur *molu portius, quàm Molon* operam dedisse. mihi, quòd defendissem, semel iterũ succensuit, nunc tamen petit iterũ reip. causa. Lucceius quid agat, scribam ad te, cùm Cæsarem videro: qui aderit biduo. Quòd Sicyonij te lædunt, Catoni, & eius æmulatori arrogantiæ tribuas Seruilio. Quid? ea plaga nónne ad multos bonos viros pertinet? Sed, si ita placuit, laudemus: deinde ⁿ in dissentionibus o soli relinquamur. Amalthea ᵖ mea te exspectat, & indiget tui. Tusculanum, & Pompeianum valde me delectant, nisi quòd me illum ipsum vindicem æris alieni ᵠ, ære non Corinthio, sed hoc circumforaneo ʳ obruerunt. In Gallia speramus esse otiũ. Prognostica ˢ mea cũ oratiunculis propediẽ exspecta: & tamen, quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos. nam mihi Pomponia nuntiari iussit, te mense Quinctili Romæ fore. id à tuis litteris, quas ad me de ᵗ accessu tuo miseras, discrepabat. Peꝛ°, vt antèà ad te scripsit, omnes libros, quos frater

a *al.* enituerit.* b hanc vocem glossema esse putat Manutius.* c *al.* refractariolo.* d *al.* abiunxerit.* e *Vide* ne.* f id est pro Roscio Othone: vide plura in Ciceronе.* g quibus additum ad magistratus S lia lege obtruxerat.* h vide quæ scripsi ad Lucc. locum 5. epistol. familiar.* i L. Iudicarunt Bos. Inuolarunt *scilicet coniurationem Catilinæ.* k L. Aut ne poposcisses. *al.* Aut ne poposcisses autem.* l *Mal. sp.* P. XXII. *Bos.* quod.* m *al.* describere *vita Faerunt.** n *al.* longius.* o. Clodij lib. 1. epistol. 13.* p L. Qua de re q L. & inconstantiam e us r. r *al.* in Sicilia hæreditatem se petere dictasset *Bos.* in Sicilia Heræ ædilitatẽ se petere dictasset. Est autem vrbs Siciliæ Hera, quæ Hybla. *Stephano.** s L. se petere dictasset. t *al.* At tribus horis Roma Interamnam noctu introisse. Item non esse obuiam *&c.** u *al.* Item non esse.* x Candidati deducebantur. *Q. Cicero de petit consulatu.** y *al.* deduceremus.* z cl. nibus meis: locum enim in spectaculis amicis & tribulibus dabant *orat pro Murana.** a L nouus patronus instituam. *Ita Guido Asilius & Mal. Bos.* nouos patronos *antiqui* pro, nouus patronus.* b id est iniuriam dare.* c obscenum & genus conubium interligit vide Manut. *hic.** d L. illam odi male, consularem. e de qua S.*

frater suus reliquisset, mihi donauit. Hoc illius munus in tua diligentia positum est.si me amas,cura, vt conseruentur,& ad me perferatur.hoc mihi nil potest esse gratius,& cùm Græcos, tum verò Latinos diligenter vt conserues,velim.tuum esse hoc munusculum putabo.Ad Octauium dedi litteras:cum ipso nil eram locutus, neque enim ista tua negotia prouincialia esse putabam: neque te in tocullionibus[a] habebam.sed scripsi,vt debui,diligenter. Vale.

CICERO ATTICO, S. 2

CVRA, amabo te, Ciceronem nostrum.ei [b] nos θεῖοι [c] videmur. πλειταίων [d] in manibus tenebam: & herculè magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes exstruxeram. O magnum hominem, & [e] à quo multo plura didiceris,quàm de Procillio[f]. Κορινθίων, καὶ Αἰγιωλαίων puto me Romæ habere.mihi [g] Herodes,lege.hæc doceo, mirabilis vir est. Ἡρώδης,si homo esset,eum potiùs legeret, quàm vnam litteram scriberet:qui me epistola petiuit [h]: ad te, vt video,cōminus accessit. coniurasse mallem,quàm restitisse coniurationi, si illum mihi audiendum putassem. Dę Lollio i sanus non es.de Vinio [k] laudo. Sed heus tu,ecquid vides Kalen.venire,Antonium nō venire?iudices cogi? nam ita ad me mittunt. Nigidium minari in cōcione,se iudicem,qui non affuerit,compellaturum.Velim tamen,si quid est, de Antonij aduentu quod audieris, scribas ad me:&,quoniam huc non venis,cenes apud nos vtique pridie kalendas. Caue aliter facias.Cura vt valeas.

CICERO ATTICO, S. 3

PRIMVM,vt opinor, εὐαγγέλια l.Valerius absolutus est,Hortensio defendente:id iudicium Atilio [m] condonatum putabatur. Et Epicratem [n] suspicor,vt scribis,lasciuum fuisse.etenim mihi caligæ [o] eius,vt fasciæ [p] crectatæ,non placebant.Quid sit,sciemus,cùm veneris.Fenestrarum angustias quòd reprehendis;scito te Κύρᾳ παιδείᾳ reprehendere. nam cùm ego idem istud dicerem,Cyrus qaiebat, radiorum [r] τὰς διαφάσεις latis luminibus,non tam esse suaueis. etenim ἔστω ὅλως μᾶλλον αὐτὸ δὲ ἀφορμῶν, ἐς, γ, ὧν σὺ δὲ, δ', κὶ ε. Vides enim cetera.nam si [s] κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus,valde laborarent ἴδωλα in angustiis.nūc sit lepidè illa ἔκχυσις radiorum. Cetera si reprehenderis,nō feres tacitum.nisi si quid erit ciusmodi,quod sine sumtu corrigi possit.Venio nunc ad mensem Ianuariū,ad [t] ὑποστασιν nostram,ac πολιτείαν: in qua σωκρατικὰς εἰς ἐκάστερον [u]:sed tamen ad extremum, vt illi solebant,τὸν ἀρίστιππον. [x] .Est res sanè magni consilij,nam, vt fortiter resistendum est legi Agrariæ, in quo est quædam dimicatio, sed plena laudis:aut quiescendum: quod est non dissimile atque ire in Solonium,aut Antium: aut etiam adiuuandum, quod à me aiunt Cæsarem sic expectare,vt non dubitet. nam fuit apud me Cornelius,hunc dico Balbū,Cęsaris familiarē.is affirmabat,illū omnibus in rebus meo,& Pōpeij cōsilio vsurū:daturúmque operam, vt cū Pompeio Crassum cōiungeret. Hic sunt hæc: coniunctio mihi summa cum Pompeio:si placet,etiam cum Cæsare:reditus

in gratiam cum inimicis:pax cum multitudine:senectutis otium.Sed me κατακλεῖς [a] mea illa com mouet,quæ est in libro tertio,

Interea cursus,quos prima à parte iuuentæ,
Quósque adeò consul virtute,animóque petisti,
Hos retine,atque auge famā,laudesque bonorū.

Hæc mihi cùm in eo libro,in quo multa sunt scripta ἀρεσκαφανικῶς, Calliope ipsa præscripserit, non opinor esse dubitandum, quin semper nobis videatur Εἷς [b] οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.Sed hæc ambulationibus Cōpitalitiis [c] referuemus. Tu pridie Compitalia memento. Balneum calfieri iubebo:& Pomponiam Terentia rogat.matrem adiūgemus. Θεοφράστου περὶ [d] φιλοτιμίας, affer mihi de libris Q.fratris. Vale.

CICERO ATTICO, S. 4

FECISTI mihi pergratum, quòd Serapionis librum [e] ad me misisti:ex quo quidem ego(quod inter nos liceat dicere) millesimā partem vix intelligo. pro eo tibi præsentem pecuniā solui imperaui,ne tu expensum muneribus ferres. At [f], quoniam nummorū mētio facta est, amabo te,cura,vt cum Titinio, quoquo modo poteris,trāfigas.Si in eo, quod ostenderat,non stat,mihi maximè placet, ea, quæ malè [g] emta sunt,reddi, si voluntate Pōponiæ fieri poterit.si ne id quidem, nummi potius reddantur [h], quàm vllus sit scrupulus. valde hoc velim antè,quàm proficiscare,amāter,vt soles,diligentérque cōficias.Clodius ergo,vt ais,ad Tigranem velim Syrpiæ [k] cōditione.sed facile patior.accommodatius enim nobis est ad liberam [l] legationē tempus illud cùm & Quinctus noster iam,vt speramus, in otio conlederit,& iste [m] sacerdos Bonæ Deæ cuiusmodi futurus sit,scirinpossit.interea quidem cū Musis nos delectabimus animo æquo, immò verò etiam gaudenti:neque mihi vmquam veniet in mentem,Crassō inuidere,neque pœnitere [o],quòd à me ipse non desciuerim.De Geogtaphia,dabo operam, vt tibi satisfaciam: sed nihil certi polliceor. magnum opus est:sed tamen, vt iubes,curabo,vt huius peregrinationis aliquod tibi opus exstet. Tu quidquid indagaris de repub.& maximè quos eos.futuros putes,facito vt sciā.tametsi min[p] sum curiosus. statui enim nihil iā de repub. cogitare.Terentiæ saltum perspeximus. Quid quæris? præter quercum Dodonæam nihil desideramus, quo minùs Epirum ipsum possidere videamur.Nos circiter Kalendas aut in Formiano erimus,aut in Pompeiano.Tu,si in Formiano non erimus,si nos amas, in Pompeianum venito. id & nobis erit periucundum,& tibi non sanè deuium.De muro imperaui Philotimo,ne impediret,quominus id fieret,quod tibi videretur.censeo tamen, adhibeas Vettium q.His temporibus,tam dubia vita optimi cuiusque, magni æstimo vnius æstatis fructum palæstræ Palatinæ [r]:sed ita tamen,vt nihil minùs velim,quàm Pomponiā, & puerum [s] versari in timore ruinæ. Vale.

CICERO ATTICO, S. 5

NVMQVAM antè arbitror te epistolã meã legisse,nisi mea manu scriptã.ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. nam,cùm vacui temporis nihil haberem, & cùm recreandæ vocis causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictaui ambulans. Primùm igitur illud te scire volo, Sampsiceramum [f], nostrum amicum, vehementer sui status pœnitere [g], restituíque in eum locum cupere,ex quo décidit:dolorémque suum impertire nobis,& medicinam interdum apertè quærere : quam ego possum [h] inuenire nullam:deinde omneis illius partis auctores, ac socios,nullo aduersario consenescere: cõsensionem vniuersorum nec [i] voluntate, nec sermone maiorem vmquam fuisse. Nos autẽ (nam id te scire cupere certò scio)publicis cõsiliis nullis interfumus: totósque nos ad forẽsem operam,laborémque cõtulimus, ex quo, quod facilè intelligi possit, in multa commemoratione earum rerum,quas gessimus,desiderióque versamur. Sed βοάμδος [k] nostræ [l] consanguineus non mediocreis terrores iacit, atque denuntiat, & Sampsiceramo negat,ceteris præ se fert,& ostentat. Quamobrem, si me amas tantum,quantum profectò amas, si dormis,expergiscere:si stas,ingredere:si ingrederis,curre:si curris,aduola.Credibile non est, quantum ego in consiliis, & prudentia tua, quódque [m] maximum est, quantum in amore,& fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat: coniunctio verò nostrorũ animorũ breuitate contenta est.permagni nostra interest,te,si comitiis nõ potueris,at,declarato illo,esse Romę.Cura,vtvaleas.

f Pompeiũ: de quo dixi superioribus epistolis.*

g *v.c.*pœnitere,

h *al.* posse inueniri nullam postdeinde& *cæt. Lamb.* quam ego posse inueniri nullã puto.*

P. XXXVIII.

i *v.c.*nec voluntatis, nec sermonis, m.

k fororis Clodij.*

l *al.*noster. *al.*nostri: *vtrunque mendosè.*‖*Manut.* Sed βοάμδος consanguineus noster, non modo *&c. vt cum* nostrum *dicat, ironia vtatur.**

m *v.c.*quod maxim.

n L. ad illa καλὸς μέγατα adde.‖*Ita legit Turneb. ex veteri scriptura* ad illa καλὸς.*

o L. quàm auditu.

p *Vrsin.* Iudex *idque auctoribus antiquis denariis in quibus* T. Vettius Iudex *descriptus est.* Hic autem loquitur de Iudice coniurationis Catilinariæ.*

P. B.

q L. constitisse:‖ colloquendi causa.*Sic Terent.* adesse, resistere.*

CICERO ATTICO. S. 24

QVAS Numestio litteras dedi, sic te his quocabam,vt nihil acrius,neque incitatius fieri posset.ad nillam celeritatem adde etiam, si quid potes.ac ne sis perturbatus.noui enim te,& non ignoro, quàm sit amor omnis sollicitus,atque anxius.sed res est,vt spero, non tã exitu molesta,quàm o aditu.Vettius ille, ille noster index P,Cæsari(vt perspicimus) pollicitus est,sese curaturum, vt in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaque insinuatus in familiaritatem adolescẽtis,& cum eo,vt res indicat, sæpe congressus, rem in eum locũ deduxit, vt diceret sibi certum esse, cum suis seruis in Pompeiũ impetũ facere,eúmque occidere. Hoc Curio ad patrẽ detulit:ille ad Pompeium. res delata ad senatum est. Introductus Vettius, primò negabat, se vmquam cum Curione restitisse q: neque id sanè diu.nam statim fidem [a] publicam postulauit : reclamatum [b] est.tum exposuit,manum fuisse iuuentutis, duce Curione,in qua Paullus initiò fuisset,& Cn. Cæpio hic Brutus,& Lentulus flaminis F.conscio patre:postea C.Septimium,scribam Bibuli, pugionem sibi à Bibulo attulisse. quod totum irrisum est.Vettio pugionem defuisse, nisi ei consul dedisset. Eóque magis id eiectum est, quòd ad [c] III.Idus Maij, Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret insidias : in quo ei Pompeius gratias egerat.Introductus Curio F.dixit ad ea,quæ Vettius dixerat,maximéque in eo tum quidem Vettius est reprehensus, quòd dixerat,àdolescentum [d] consilium,vt in foro cum gladiatoribus Gabinij Pompeium adorirentur : in eo principem Paullum fuisse. quem constabat eo tempore in Macedonia fuisse.fit S.C.vt Vettius,quòd confessus esset se cum telo fuisse,in vincula coniceretur [e] : qui eum emisisset,contra [f] remp.esse facturũ. Res erat in ea opinione, vt putarent id esse actum,vt Vettius in foro cum pugione, & iterum eius comprehenderentur cum telis : deinde ille se diceret indicaturum. Idque ita actum esset,nisi Curiones rem antè ad Põpeium detulissent.Tum S.C.in concione recitatum est.Postero autem die Cęsar,is,qui olim, prætor cùm esset, Q.Catulũ ex inferiore loco iussérat dicere,Vettium in Rostra produxit [g], eúmque in eo loco constituit, quò Bibulo, COS.adspirare nõ liceret.Hic ille omnia,quæ voluit,de [h] repub.dixit,vt iam illuc factus,institutúsque venisset. Primum Cæpionem de oratione sua sustulit, quem in senatu accerrimè nominarat,vt apparêret,noctẽ,& nocturnam deprecationẽ interfessisse.Deinde,quos in senatu ne tenuissima quidẽ suspicione attigerat,eos nominauit:Lucullum,à quo solitũ esse ad se mitti C. Fannium, illum,qui in P. Clodium subscripserat:L. Domitiũ,cuius domum constitutam fuisse,vnde eruptio fieret. me non nominauit:sed dixit,consulatem dissertum,vicinum COS. sibi dixisse.Ahalam [k] Seruilium aliquem, aut [l] etiam Brutum opus esse reperiri.Addidit ad extremum, cùm iam dimissa concione reuocatus à Vatinio fuisset, se audisse à Curione,his de rebus conscíũ esse Pisonem,generum meum, & M.Laterensem. Nunc reus erat apud Crassum Diuitem Vettius [m] de vi:&,cùm esset damnatus,erat iudiciũ [n] postulaturus.quod si impetrasset,iudicia fore videbãtur.ea nos, vtpote qui nihil contemnere solemus,non pertimescebamus.Hominum quidẽ summa erga nos studia significabãtur.sed prorsus vitę tædet:ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima.Modò cædé timueramus,quam oratio fortissimi fenis, Q. Considij,discussérat.ea, quam quotidie timere potueramus,subitò exorta est.Quid quęris? nihil [o] me infortunatius,& Catulo,cùm splẽdore vitę,tum hoc tempore.nos tamen in his etiam miseriis erecto animo,& minimè perturbato sumus, honestissiméque dignitatem nostram, & magna cura tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura, & summam in nos beneuolentiam [p] omni oratione [q] significat. Te habere consiliorum auctorem, sollicitudinum socium, omni in cogitatione coniunctum,cupio.quare,vt Numestio mandaui, tecum vt ageret, item atque eo,si potest, actius, te rogo,vt planè ad nos.

a vt impetret reos collaturus se dicerent.*

b *al.* relatum.*

c *v.c.*ad III.

d L.adolescentium consilium fuisse,vt *v.c.* coeperunt.

e *v.c.* coercerent.

f L.eum contrat.*

P. LXXIX.

g Nec cum priuato licuisse de superiore loco dicere.‖ si à magistratu cessum.*

h L.de omni re.

i L.& quibus hic finit.& venisset, primum Cæs.

k qui ita manu Mediolanum appellatum occiderat. Liuius.*

l *L.aut.* Brutũ *op.al.* suo Iunium Brutum.

m *in ita Faernus.* Vettius drgit.*

n *v.c.*iudicium poit.

o L.ultimus infortunatus : nihil fortunatius Catulo, cum splendore vitæ, tum morte honesta.

P *v.c.*benignitate.

P. S.

q *al.* ratione.*

nos aduoles, respiraro, si te videro. Vale.

CICERO ATTICO, S. 25

CVM aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum scire ex te, me id feciſſe, vt nuper me scis scripſiſſe ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripſiſſe, eam rem, summæ tibi [a] voluptati esse. sed ego mallem ad illum scripſiſſes, mihi illum satisfacere [b]. mirabiliter enim moratus [c] est, sicut noſti, ἐλικτὰ [d], κἀδέΐν. Sed nos tenemus præceptum illud, τὰς ἥδ' κρατύνειν [e]. At herculè alter tuus familiaris [f], Hortenſius [g], quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit, cùm de Flacci prætura, & de illo tempore Allobrogum dicerem! ſic habeto, nec amantiùs, nec honoriſcentiùs, nec copioſiùs potuiſſe dici. ei te hoc ſcribere à me tibi esse miſſum, sanè volo. Sed quid tu ſcribas, quem iam ego venire, atque adesse arbitror? ita enim egi tecum ſuperioribus litteris. Valde te exſpecto, valde deſidero: neque ego magis, quàm ipſa res, & tempus poſcit. His de negotiis quid ſcribam ad te, niſi idem quod ſæpe? Repub. nil deſperatius: his, quorum opera, nihil maiore odio. nos, vt opinio, & ſpes, & cõiectura noſtra fert, firmiſſima beneuolentia hominum muniti ſumus. Quare aduola, aut expedies nos omni moleſtia, aut eris particeps. Ideo ſum breuior, quòd, vt ſpero, coràm breui tempore conferre, quæ volumus, licebit. Cura, vt valeas.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER III.

CICERO ATTICO, S. 1

VTINAM illum diem videam, cùm tibi agam gratias, quòd me viuere coegiſti. Adhuc quidem valde me pœnitet: ſed te oro, vt ad me Vibonem ſtatim venias, quò ego multis de cauſis cõuerti iter meum. Sed eò ſi veneris, de toto itinere, ac fuga mea conſilium capere potero. ſi id non feceris, mirabor: ſed confido te esse facturum. Vale.

CICERO ATTICO, S. 2

ITINERIS noſtri cauſa fuit, quòd non habebam locum, vbi pro meo iure diutiùs esse poſſem, quàm in [a] fundo Sicæ, præſertim nondum rogatione correcta: & ſimul intelligebã, ex eo loco, ſi [b] te haberem, poſſe me Brundiſium [c] referre [d]: ſine te autem non esse nobis illas parteis tenendas propter Antroniũ [e]. Nunc, vt ad te anteà ſcripſi, ſi ad nos veneris, conſilium totius rei capiemus. iter esse moleſtum ſcio: ſed tota calamitas omneis moleſtias habet. Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo perculſo, & abiecto. Cura, vt valeas. Dat. VI. Id. April. Narycij [f] Locridis.

CICERO ATTICO, S. 3

MISERIAE noſtræ potiùs velim, quàm inconſtantiæ tribuas, quòd à Vibone, quò te arceſſebamus, ſubitò diſceſſimus, allata [g] est enim rogatio hde pernicie mea: in qua, quod [i] confectum [k] esse audieramus, erat huiuſmodi, *Vt [l] mihi vltra quadringenta millia liceret esse.* Illò [m] cùm peruenire non liceret, ſtatim iter Brundiſium verſus contuli ante diem rogationis, ne [n] & Sica, apud quem eram, peiret, & quòd Melitæ esse non licebat. Nunc tu propera, vt nos conſequare, ſi modò recipiet: mur. adhuc inuitamur benignè: ſed, quod ſupereſt, timemus. Me, mi Pomponi, valde pœniteret viuere: qua in re apud me tu plurimùm valuiſti. ſed hæc coràm. fac modò, vt venias. Vale.

CICERO ATTICO, S. 4

CVM anteà maximè noſtra intereſſe arbitrabar, te esse nobiſcum: tum verò, vt legi rogationem [a], intellexi ad [b] iter, quod conſtitui, nihil mihi optatius cadere poſſe, quàm vt tu me quàm primùm conſequare: vt, cùm ex Italia profecti eſſemus, ſiue per Epirum iter esset faciẽdum, tuo, tuorúmque præſidio vteremur [c]: ſiue aliud quid agendum esset, certũ conſilium de tua ſententia capere poſſemus. Quamobrem te oro, des operam, vt me ſtatim conſequare. faciliùs potes, quoniã de prouincia Macedonia perlata lex est. Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur. Vale.

a Clodiam, vt mihi intra 400. millia ne liceat esse
b L. ad iter id, q.
c *fort.* vteremur.

CICERO ATTICO, S. 5

TERENTIA tibi & ſæpe, & maximas agit gratias: id est mihi gratiſſimum. Ego viuo miſerrimus, & maximo dolore conficior. ad te quid ſcribam, neſcio. ſi enim es Romæ: iam me aſſequi non potes. ſin es in via: cùm eris me aſſecutus, coràm agemus, quæ erunt agenda. tantùm te oro, vt, quoniam meipſum ſemper amaſti, eodem [d] amore ſis. Ego enim idẽ sum. Inimici mei mea mihi, non meipſum ademerunt. Cura, vt valeas. Dat. VIII. Id. April. Thurij [e].

d P. XII. v.c. vt eodem am.

CICERO ATTICO, S. 6

NON fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut Brundiſij viſurus eſſem: ſdque ad multa pertinuit: in eis, vt & in Epiro conſiſteremus, & de reliquis rebus tuo cõſilio vteremur. quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero noſtrorum malorum. Nobis iter est in Aſiam, maximè Cyzicum. Tibi meos commendo: me vix, miſeréque ſuſtento. Dat. XIIII. Kal. Maias. Tarenti [f].

e *vide* 3. *Plin.* 11. *Alij* Thauri.
f v.c. de Tarentino

CICERO ATTICO, S. 7

BRVNDISIVM veni ad [g] Kalendas Maias. Eo die pueri tui mihi à te litteras reddide-

g v.c. a.d. XIIII. kalẽd. Maias.

runt:& alij pueri post diem tertium eius dici litteras alias attulerunt. Quòd me rogas, & hortaris,vt apud te in Epiro sim:voluntas tua mihi valde grata est,& minimè noua:sed[a] cõsilium mihi quidem optatum, si liceret ibi omne tempus consumere. (Odi enim celebritatem, fugio homines, lucem adspicere vix possim)esset mihi ista solitudo, præsertim tã familiari in loco,non amara: sed itineris causa,vt [b] diuertar, primũ est deuium:deinde ab Antronio [c],& ceteris, quattriduí:deinde sine te. Nam castellum munitum habitanti mihi prodesset,transeunti non est necessariũ. Quòd si auderem,Athenas [d] peterem.sanè ita cadebat, vt vellem,nunc & nostri hostes ibi sunt. & te non habemus:& veremur,ne interpretẽtur, illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse:nec scribis,quam ad diem te exspectemus. Quòd me ad vitam vocas,vnum efficis, vt à me manus abstineam: alterum non potes, vt me non nostri consilij [e] vtique pœniteat. Quid enim est,quod me retineat,præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequebatur? Nõ faciam, vt enumerem miserias omneis,in quas incidi per summam iniuriam, & scelus non tam inimicorum meorum,quàm inuidorum, ne & meum mærorem exagitem, & te in eundem luctũ vocem. hoc [f] confirmo,neminem vmquam tanta calamitate esse affectum, nemini mortem magis optandam fuisse:cuius opperendæ tempus honestissimum prætermissum est. Reliqua tẽpora non [g] sunt tam [h] ad medicinam, quàm ad finem doloris. De rep. video te colligere omnia, quæ putes aliquam spem mihi posse afferre mutandarum rerum, quæ quamquam exigua sunt:tamen quoniam placet, exspectemus. Tu nihilo minùs,si properaris, nos consequêre. nam aut accedemus in Epirum, aut tardè per Candauiam [i] ibimus. Dubitationem autem de Epiro non inconstãtia nostra afferebat,sed quòd de fratre,vbi eum visuri essemus,nesciebamus: quem quidem ego, nec quomodo visurus, nec vbi dimissurus sim, scio. id est maximum,& miserrimum mearũ omnium miseriarum. Ego & sæpius ad te, & plura scriberem, nisi mihi dolor meus cùm omneis parteis mentis, tum maximè huius generis facultatem ademisset. Videre te cupio. Cura,vt valeas. Dat. prid.kalendas Maij. Brundisij [k],proficiscens.

a *fort.*& cõsil.

b *v.t.* vt deuorterer,

c L. Autronio.

d *al.*Athenas P. R. petere. Porro Vrsinus existimat Athenas nomen esse oppidi ignobilis.*

e L.consilij, vitæque pœniteat.

f *v.c.*hoc affirmo,

g *v.t.*sunt non tam ad medicinam, sed ad fin. d. *fort.*sunt non tã ad medicinam, sed ad finẽ.

h *al.*in *Rosf.* i montem Illyrici, diuisorem Macedoniæ & Illyrici,*Strabo, Plin.**

k *al.* Brundisio profic.‖ P. XLII. *al.* Brundisij. Cicero Attico Brundisij proficiscens scr.pseram ad te & *cet. Rosf.**

CICERO ATTICO, S. 8

SCRIPSERAM ad te,quas ob causas in Epirũ non essemus profecti, quòd & Achaia propè esset plena audacissimorum inimicorum, & exitus difficileis haberet,cùm inde proficisceremur.accessit,cùm Dyrrachij essemus, vt duo nuntij afferrentur: vnus, classe fratrem Epheso Athenas:alter, pedibus per Macedoniam venire. Itaque illi obuiam misimus Athenas,vt inde Thessalonicam veniret. Ipsi processimus, & Thessalonicam ad [l] x. Kalendas Iun. venimus, neque de illius itinere quidquã certi habebamus, nisi eum ab Epheso antè aliquando profectum. Nunc,istic quid agatur, magnoperè [m] timeo. quamquam tu altera epistola scribis Idib. Maiis audiren,fore,vt acriùs postularet [o]:altera, iam esse mitiora: sed [p] hæc pridie data,quàm illa: quo conturbor magis. Itaque,cùm me us me mæror quotidianus lacerat, & conficit,tum verò hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Sed & nauigatio perdifficilis fuit: & ille incertus,vbi ego essem,fortasse alium cursum petiuit.nam Phaeton lib.eum non vidit. vento reiectus ab illo in Macedoniam, Pellæ mihi præstò fuit. Reliqua quàm mihi timenda sint,video:nec quid scribam,habeo:& omnia timeo:nec tam miserum est quidquam,quod non in nostram fortunam cadere videatur. Equidem adhuc miser,in maximis meis ærũnis, & luctibus, hoc metu adiecto, maneo Thessalonicæ suspensus, nec audeo quidquã. Nunc ad ea quæ scripsisti: Tryphonem Cæcilium non vidi.Sermonem tuum, & Pompeij cognoui ex tuis litteris. Motum in repub,non tantùm ego [a] video,quantum tu aut vides,aut ad me consolandum affers. Tigrane enim neglecto,sublata sunt omnia. Varroni me iubes agere gratias. Faciam. item Hypsæo. Quòd suades,ne longiùs discedamus, dum acta mensis Maij ad nos perferantur: puto me ita esse facturum:sed vbi,nondum statui,atque ita perturbato sum animo de Quincto,vt nihil quea statuere. sed tamen statim te faciam certiorem. Ex epistolarum mearum inconstantia, puto te mentis meæ motum videre:qui, etsi incredibili, & singulari calamitate afflictus sum,tamen non tam est ex miseria, quàm ex culpæ nostræ recordatione commotus. cuius enim scelere impulsi,ac proditi simus, iam profectò vides. atque vtinam iam antè vidissemus, neque totum animum tuum mærori mecum simul dedissemus. Quare,cùm me afflictum, & cõfectum luctu audies,existimato,me stultitiæ meę pœnam ferre grauiùs,quàm euenti, quòd ei crediderim, quem esse nefarium nõ putarem [b]. Me & meorum malorum memoria,& metus de fratre, in scribendo impedit. Tu ista omnia vide,& guberna. Terentia tibi maximas gratias agit. Litterarum exemplum, quas ad Pompeium scripsi,misi tibi. Vale Dat.IIII. [c].kal.Mai.Thessalonicæ.

l L.a.d.x.kalendas

m *v.c.* magno opere

n *v.c.*audiri, fore, vt acr. *fort.*audirẽ fore,vt Appius cum postularet:

o *al.*postularetur.*

p L. sed hæc ea priũ.

a *al.*ego interpedere video.*

b *v.t.* putarim.

c L.ant. kal. Iun.

CICERO ATTICO, S. 9

QVINCTVS frater cùm ex Asia discessisset ante kalendas Maias, & Athenas venisset Idib.valde fuit ei properandum, ne quid absens acciperet calamitatis,siquis fortè fuisset, qui contentus nostris malis non esset. Itaque eũ malui properare Romã, quàm ad me venire:& simul(dicam enim quod verum est,ex quo magnitudinem miseriarum mearũ percipere possis)animum inducere nõ potui, vt aut illum amantissimum mei,mollissimo animo,tanto in mærore adspicerẽ:aut meas miserias luctu afflictas, & perditã fortunam illi offerrem: aut ab illo adspici paterer. Atque etiam illud timebam, quod profectò accidisset,ne à me discedi nõ posset.versabatur mihi tẽpus illud ante oculos, cùm ille aut lictores dimitteret,aut vi euelleretur [e] ex cõplexu meo. Huius acerbitatis euentum, altera acerbitate non videndi fratris, vitaui. In hunc me casum vos viuẽdi auctores impulistis. Itaque mei peccati luo pœnas. quamquam me tuæ litteræ sustentant:ex quibus,quantum te ipse speres,facilè perspicio:quæ quidem tamẽ aliquid habebant solatij antè, quàm eò veni-sti, [f] POMPEIO. Nunc Hortensium allice, & eiusmodi viros. Obsecro,mi Pomponi, nondum perspicis, quorum opera, quorum

P. XLIII.

d *v.t.* degredi.

e L. auelleretur.

f *v.c.* Ad Pompeium missi. Hortensium allice.*

insidiis, quorum scelere periclitamur? Sed tecum hæc [a] coràm agemus. tantum dico, quod scire te puto: nos non inimici, sed inuidi perdiderunt. Nunc, si ita sunt, quæ speras: sustinebimus nos, & spe, qua iubes, nitemur. sin, vt mihi videntur, infirma [b] sunt: quod optimo [c] tempore facere non licuit, minùs idoneo fiet. Tertia tibi sæpe agit gratias. Mihi etiam vnũ de malis in metu est, frattis miseri negotium: quod si sciam, cuiusmodi sit: sciam, quid agendum mihi sit. Me etiam nunc istorum beneficiorum, & litterarum exspectatio, vt tibi placet, Thessalonicæ tenet. Si quid erit noui allatum: sciam, de reliquo quid agendum sit. Tu, si, vt scribis, kalendis Iun. Roma profectus es, propediem nos videbis. Litteras, quas ad Pompeium scripsi, tibi misi. Dat. Idib. Iun. Thessalonicæ.

a vid. hæc quo nia coràm agemus.*

b al. firma sunt.*

c v.c. optimo tenere

CICERO ATTICO, S. 10

ACTA quæ essent vsque ad VIII. Kalend. Iun. cognoui ex tuis litteris. reliquas exspectabam (vt tibi placebat) Thessalonicæ. quibus allatis, facilius statuere potero, vbi sim. Nam, si erit causa, si quid agetur, si spem videro: aut ibidem opperiar, aut me ad te conferam. sin, vt tu scribis, ista euanuerint: aliud [d] aliquid videbimus. omnino adhuc nihil mihi significatis, nisi discordiam istorum: quæ tamen inter eos de omnibus potius rebus est, quàm de me. itaque, quid ea mihi prosit, nescio. Sed tamen, quoad me vos sperare vultis, vobis obtemperabo. Nam quod me tam sæpe, & tam vehementer obiurgas, & animo infirmo esse dicis: quæso, ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? Ecquis vmquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis faculratibus ingenij, consilij, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium concidit? possum obliuisci, qui fuerim? nõ sentire, qui sim? quo caream honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego (vt nouum calamitatis genus attendas) cùm pluris facerem, quàm meipsum, semperque feci essem, vitaui, ne videretem: ne aut illius luctum, squalorémque adspicerem: aut me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi, afflictúmq; offerrem. Mitto cetera intolerabilia. etenim fletu impedior. Hic vtrũ tandẽ sum accusandus, quòd doleo, an quòd commisi, vt hęc aut non retinerem, (quod facile faciebat, nisi intra parietes meos de mea pernicie cõsilia inirẽtur) aut certè viuus amitterem? [e] Hæc eò scripsi, vt potiùs releuares [f] me, quod facis, quàm aut castigatione, aut obiurgatione dignum putares: eóque ad te minùs multa scribo, quòd & mœrore impedior, & quid [g] exspectem isthinc, magis habeo, quàm [h] quid ipse scribam: quæ si erunt allata: faciam te nostri certiorem. Tu, vt adhuc feci sti, quàm plurimis de rebus ad me velim scribas, vt prorsus nequid ignorem. Dat. XIIII k. kal. Quinct. Thessalonicæ.

a v.c. non litteras

b al. leuares

c v.c. quod

d v.c. aliquid al. aut

e v.c. non

f al. consilium

g v.c. scribam

h al. quid ipse scribam: quæ si erunt allata: faciam

CICERO ATTICO, S. 11

ME & tuæ litteræ, & quidam boni nuntij, non optimis tamen auctoribus, & exspectatio vestrarum litterarum, &, quòd tibi ita placuerat, adhuc Thessalonicæ tenebant. Si accepero litteras, quas exspecto: si spes erit ea, quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferam. si non erit, faciam te certiorem, quid egerim. Tu me, vt facis, opera, consilio, gratia

a v.c. non

b v.c. ita

c v.c. statueram

iuua: consolari iã desine, obiurgare verò noli. quod cùm facis, vt [a] ego tuum amorem, & dolorem desidero! quem ita affectum mea ærũna esse arbitror, vt [b] teipsum consolari nemo possit. Q. frattrem, optimum, humanissimúmque, sustenta. Ad me, obsecro te, vt omnia certa perscribas. Dat. IIII. kalend. Quinctil.

a al. tum ego tam. & dol. desidero q.

b al. vt præter te, ipsum cõsolari nemo possit.*

CICERO ATTICO, S. 12

TV QVIDEM sedulò argumentaris, quid sit sperandum, & maximè per senatũ: idémque caput rogationis proponi scribis, quare in senatu dici nihil liceat. itaque sileatur. Hîc tu me accusas, quòd me afflictem, cùm ita sim afflictus, vt nemo vmquam: quod tute intelligis. Spem ostendis secundum comitia. Quæ ista est, eodem tribuno pl. & inimico cos. Des? Percussisti autem me etiam de oratione prolata. cui vulneri, vt scribis, medere, si quid potes. Scripsi equidem olim [c] ei iratus, quòd ille prior scripserat. sed ita compresseram, vt numquam emanaturam putarem. quomodo exciderit, nescio: sed quia numquam accidit, vt cum eo verbo vno concertarem, & quia scripta mihi videtur negligentiùs, quàm ceteræ: puto posse probari, non esse meam. Id, si putas me posse sanari [d] cures velim. sin planè perij: minùs laboro. Ego etiam nunc eodem in loco iaceo sine sermone vllo, sine cogitatione vlla. Licet tibi, vt scribis, significatim, vt ad me venires Sidona: [e] tamẽ intelligo, te istic prodesse, hîc ne verbo quidem leuare me posse. Non queo pluta scribere: nec est quod scribam. vestra magis exspecto. Datum XVI. Kalend. Sextil. Thessalonicæ.

P. B.

c q.v.c. olim iratus: alij, v. hic, olim & iratus,

d L. seruari.

e L. Dodona: verbi est Epiri Bissar. vet. si domitam. Manut. Scydra.*

CICERO ATTICO, S. 13

EX TVIS litteris plenus sum exspectatione de Pompeio, quidnam de nobis velit, aut ostẽdat. Comitia enim credo esse habita: quibus absolutis, scribis illi placuisse agi de nobis. Si tibi stultus esse videor, qui sperem: facio tuo iussu: & [g] scio te me iis epistolis potiùs, & meas spes solitum esse remorari. Nunc velim mihi planè perscribas, quid videas. Scio, nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. ea si qui casus aliqua ex parte correxerint [h], minus molestè feremus nos vixisse, & adhuc viuere. Ego propter viæ celebritatem, & quotidianam exspectationem rerum nouarum, non commoui me adhuc Thessalonicæ: sed iam extrudimur, non à Plancio, (nam is quidem retinet) verùm ab ipso loco, minime appositio ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epirum ideò, vt scripseram, nõi iui, quòd [k] subiti mihi aduersi nuntij venerant, & litteræ, quare nihil esset necesse quàm proximè Italiam esse. Hinc si aliquid à comitiis audierimus, nos [l] in Asiam conuertemus: neq; adhuc stabat, quò potissimũm, sed scies. Dat. XII. Kalend. Sextil. Thessalonicæ.

f fort. tamen te intelligere istic prod.

g L. etsi scio te his epistolis potius meas sp.

h L. correxerit, P. XLV. B.

i v. c. nouem.

k L. quòd subitò in. hi vniuersi nuntij venerc. cita v.c.

l al. nos iter in As.

CICERO ATTICO, S. 14

QVOD ad te scripseram, me in Epiro futurum posteaquàm extenuari spem nostram, & euanescere vidi, mutaui consilium: nec me Thessalonica commoui, vbi esse m constitueram, quoad aliquid ad me de eo scriberes, quod proximis litteris scripseras, fore, vti secundum comitia aliquid de nobis in senatu ageretur: id tibi Pompeium dixisse. Quia de re, quoniã comitia habita sunt, túque

m v.c. statueram

nihil ad me scribis: perinde [a] habebo, ac si scripsisses, nihil esse: méque temporis non longinqui spe ductum esse, molestè ferã. Quem autem motum te videre scripseras, qui nobis vtilis fore videretur, eum nuntiant, qui veniunt, nullum fore. In tribunis pleb. designatis reliqua spes est: quam si exspectaro, non erit, quòd putes me causæ meæ, ac [b] voluntati meorum defuisse. Quòd me sæpe accusas, cur hunc meum casum tam grauiter feram, debes ignoscere, cùm ita me afflictum videas, vt neminem vnquam nec videris, nec audieris. Nam quòd scribis, te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi verò mens integra est: atque vtinam tam in periculo fuisset, cùm ego iis [c], quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis, crudelissimísq; vsus sum: qui vt me paulùm [d] inclinari timore viderũt, sic impulerũt, vt omni suo scelere, & perfidia abuterentur ad exitium meum. Nunc, quoniam [e] est Cyzicum nobis eundum, quo rariùs ad me litteræ perferentur, hoc velim diligentiùs omnia, quæ putaris me scire opus esse, perscribas. Q. fratrem meum fac diligas: quem ego miser, si incolumen relinquo, non me totum periisse arbitrabor. Dat. nonis Sextilibus.

a L. proinde

P. XLV. A. b *veteres sed. non habent copulationem, ac.*

c dixi 14. fa-mil. 1.*

d L. paul'u-lum

e *al.* quoniã fam est

CICERO ATTICO, S. 15

ACCEPI Idibus Sextilibus quatuor epistolas à te missas: vnam, qua me obiurgas & rogas, vt sim firmior: alteram, qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine, maciéque narrasse: tertiam, qua demonstras acta in senatu: quartam de eo, quod à Varrone scribis tibi esse confirmatum de voluntate Pompeij. Ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, vt non modò à mente non deferar, sed idipsum doleam, me, tam firma mente vbi vtar, & quibuscum, non habere. Nam, si tu me vno non sine mærore cares, quid me censes, qui & te, & omnibus? & si tu incolumis f me requiris, quomodo [g] à me ipsam incolumitatem [h] desiderari putas? Nolo cõmemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solùm quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. Hoc confirmo, neque tantis bonis esse priuatum quemquam, neque in tantas miserias incidisse. Dies autem non modò non leuat luctum hunc, sed etiam auget. nam ceteri dolores mitigantur vetustate: hic non potest non & sensu præsentis miseriæ, & recordatione præteritæ vitæ quotidie augeri. Desidero enim non mea solùm, neque meos, sed meipsum. Quid enim sum? Sed non faciam, vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manus afferam. Nam quòd purgas eos, quos ego mihi scripsi inuidisse, & in eis Catonem: ego verò tantùm illum puto ab isto scelere abfuisse [i], vt maximè doleam, plus apud me simulationem aliorum, quàm istius fidem valuisse. Ceteri [k], quos purgas, debent mihi purgati [l] esse, tibi si sunt. sed hæc serò agimus. Crassi libertum nihil puto sincerè locutum. In senatu rem probè scribis actam. Sed quid Curio? an illam orationem non legit? quæ vnde sit prolata, nescio. Sed Axius [m] eiusdem diei scribens ad me acta, non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid prætermittere: tu, nisi quod erat, profectò non scripsisti, Varronis sermo facit exspectationem Cæsaris: atque vtinam ipse Varro incumbat in causam, quod profectò cùm sua sponte, tum te instante faciet. Ego, si me aliquando vestri, & patriæ cõpotem fortuna fecerit, certè efficiam, vt maximè lætere vnus ex omnibus amicis: meáque officia, & studia, quæ parum anteà luxerunt (fatendum est enim) sic exsequar, vt me æquè tibi, ac fratri, & liberis nostris, restitutum putes. Si quid in te peccaui, ac potiùs quoniam peccaui, ignosce. in me enim ipsum peccaui vehementiùs. Neque hæc eò scribo, quo [a] te non meo casu maximo dolore esse affectum sciã: sed profectò, si, quantùm me amas, & amasti, tantùm amare deberes, ac debuisses, numquam esses passus, me, quo tu abundas [b], egere consilio: nec esses passus mihi persuaderi, vtile nobis esse, legem [c] de collegiis perferri. Sed tu tantum lacrymas præbuisti dolori meo, quod erat amoris, tamquam ipse ego: quod meritis meis perfectũ esse potuit, vt dies & noctes, quid mihi faciendum esset, cogitares, id abs te, meo, non tuo scelere, prætermissum est. Quòd si non modò tu, sed quisquã fuisset, qui me Pompeij minùs liberali respõso perterritum, à turpissimo cõsilio reuocaret, quod vnus tu facere maximè potuisti: aut occubuissem honestè, aut victores hodie viueremus. Hîc mihi ignoscas [d]. me enim ipsum multò magis accuso: deinde te, quasi me alterum, & simul meæ culpæ socium quæro. si [e] restituor, etiam minùs videbimur deliquisse, abs téque certè, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Quòd te cum Culleone scribis de priuilegio [f] locutũ: est aliquid. sed multo est melius abrogari [g]: si enim nemo impediet, sic [h] est firmius. sin erit qui ferri non sinat: idem s. c. intercedet: nec quidquã aliud opus est, quàm abrogari. nam prior lexi nos nihil lædebat: quã si, vt est promulgata, laudare voluissemus, aut, vt erat negligenda, negligere: nocere omnino nobis nõ potuisset. Hic [k] mihi primùm non modò consilium defuit, sed etiã obfuit. Cæci, cæci, inquam, fuimus in vestitu mutãdo, in populo rogando, quod nisi nominatim mecũ agi cœptum esset, fieri perniciosum fuit, sed pergo præterita. verumtamen ob hãc causam, vt, si quid ageretur [l], legẽ illam [m], in qua popularia multa sunt, ne tãgatis. Verùm est stultum, me præcipere, quid agatis, aut quomodo. Vtinam modò agatur aliquid [n]. Multa occultant tuæ litteræ: credo, ne vehementiùs desperatione perturber. Quid enim vides agi posse, aut quo modo? per senatúmne? aut [o] tute scripsisti ad me, quoddã caput legis Clodiũ in curiæ poste fixisse, ne referri, néve dici liceret. Quomodo igitur Domitius se dixit relaturum? Quomodo autem iis, quos tu scribis, & de re dicentibus, & vt referretur, postulantibus, Clodius tacuit? At [p] si per populum: poterítne nisi de omnium tribun. pleb. sententia? quid de bonis? quid de domo? poterítne restitui aut si non poterit, egomet quomodo potero? Hæc nisi vides expediri, quam in spem me vocas? si [q] autem spei nihil est, quæ est mihi vita? Itaq; expecto Thessalonicæ acta Kalendarum Sext. ex quibus statuam, in tuõne agros confugiam, vt neq; videã homines, quos nolim: & te, vt scribis, videam, & propiùs sim, si quid agatur: idque intellexi cùm tibi, tum Q. fratri placere: an abeam Cyzicum. Nunc, Pom-

a *al.* quòd

b Laudat ba, & ita v. c.

c Legem de collegiis restituendis, nouisque instituendis tulit P. Clodius in suo tribunatu, sed & annonariis, vt frumentũ populo gratis daretur. Item, vt ne quis prætor, aut consul, dies plures, quàm comitiorum causa necessarium esset, cum populo agi liceret. De eo sic iterum retractantibus, neque quemquam coërcere posse. Plutarch. in Cicer. Quas leges Cicero postea ferri passus est, hac conditione, ne quid ille contra se moliretur. quod tamen non seruauit. Dio

d Lalogniões e. v. c. Ac si restit. Ac si restit.

e Priuilegium de restituendo ac reuocando intelligit. Legem Cæsaris dispicua privilegia non tollebat

f Quid est scribis? & infra

g Clodij ad populum. Ro-gationes quibus Ciceronis iudicio poena remittebatur. Dio. Plutarch. Cicer. Liuius

h Lex de collegiis

i Lex. XLVII. Tabb.

k Ciceronis remedium. Ciceronis causa lacta.

l Lex. Ma-nilia

m Lex primum consulibus delata, sed obtinuit Gabinius

n Lex Aelia

o Lex Aelia

p Lex Aelia

q Lex Aelia

poni, quoniam nihil impertisti tuę prudentię ad salutem meam, quòd aut in meipso satis esse cõsilij decreueras[a], aut te nil[b] plus mihi debere, quàm vt præstò esses: quandoquidẽ[c] ego próditus, inductus, cõiectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi, totam Italiam in me erectam ad me defendẽdum destitui, & reliqui, me[d] meis tradidi inimicis, inspectante, & tacente te: qui si non plus ingenio valebas, quàm ego, certè timebas minùs: si potes, erige afflictos, & in eo nos iuua. sin omnia sunt obstructa: id ipsum fac vt sciamus, & nos aliquando aut obiurgare, aut comiter[e] consolari desine. Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimùm tuis rectis ere derem: meam amentiam accuso, quòd me à te tantùm amari, quantùm ego vellem, putaui. quod si fuisset: fidem eandem, curam maiorem adhibuisses: me certè ad exitium præcipitantem retinuisses: istos labores, quos nũc in naufragiis nostris suscipis, nõ subisses. Quare fac, omnia ad me perspecta, & explorata perscribas: méq;, vt facis, velis esse aliquem, quoniam, qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum: & vt his litteris non te, sed meipsum à me esse accusatum putes. Si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine litteras dari, velim conscribas, curéq;e dandas. Data XIIII. kalend. Septembr.

CICERO ATTICO, S. 16

TOTVM iter mihi incertum facit expectatio litterarũ tuarũ[f], kal. Sext. datarum: non[g] aliud aliquid. si[h] spes erit, Epirũ: si minùs, Cyzicum, aut aliud quid sequemur. Tuæ quidẽ litteræ, quo sæpius à me leguntur, hoc ipsẽ faciunt mihi minorem, quàm[i] cùm lectæ[k] sunt: tum id, quod attulerunt ad spem, infirmãt: vt facilè appareat, te & consolationi seruire, & veritati: idque[l] te rogo planè, vt ad me, quæ scis[m], vt erunt: quæ putabis, ita[n] scribas. Dat. XII. Kalend. Septembr.

CICERO ATTICO, S. 17

DE Q. fratre nuntij nobis tristes[o], nec varij venerant, ex ante diem Nonas Iun. vsque ad prid. kal. Septemb. Eo autem die Liuinus[p] M. q Reguli lib. ad me à Regulo missus, venit. is omnino mentionẽ nullã factam esse nuntiauit: sed fuisse tamẽ sermonem de C. Clodij filio: isque mihi tum à fratre litteras attulit. Sed postridie Sextij pueri venerunt, qui à te litteras attulerunt, non tam exploratas à timore, quàm sermo Liuini[r] fuerat. Sanè sum in meo infinito mœrore sollicitus, & eo magis, quòd Appij quæstio[s] est. Cetera, quæ ad me eisdem litteris scribis de nostra spe, intelligo esse languidiora, quàm alij ostendunt. Ego autem, quoniam non longè ab eo tẽpore absumus, in quo res diiudicabitur: aut ad te conferam me, aut etiam nunc circũ hæc loca cõmorabor. Scribit ad me frater, omnia sua per te vnum sustineri. Quid te aut horter, quod facis, aut agam gratias, quod non aspectas? Tantùm velim fortuna det nobis potestatem, vt incolumes amore nostro perfruamur. Tuas litteras semper maximè exspecto: in quibus caue[t], ne aut diligẽtia tua mihi molesta, aut veritas[u] acerba sit. Dat. Pridie Non. Septembr.

CICERO ATTICO, S. 18

EXSPECTATIONEM nobis nõ paruã attuleras, cùm scripseras, Varronem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompeium certè susceptum, & simul à Cæsare ei litteræ, quas exspectaret, remissæ essent, auctorem[a] etiam daturum. Vtrùm id nihil fuit? an aduersatæ sunt Cæsaris litteræ? an est aliquid in spe? Etiam illud scripseras, eundem secundum comitia dixisse. Fac, si vides, quantis in malis iaceam, &, si putas esse humanitatis tuæ, me fac de tota causa nostra certiorem. Nam Q. frater, homo mirus, qui me ram valde amat, omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem[b] animi mei. Tuæ autem litteræ sunt variæ. neque enim me desperare vis, nec temerè sperare. Fac, obsecro te, vt omnia, quæ prospici[c] à te possunt, sciamus. Vale.

CICERO ATTICO, S. 19

QVOD[d] eiusmodi mihi litteræ à vobis afferebantur, vt aliquid ex iis esset exspectandum: spe, & cupiditate Thessalonicæ detentus[e] sum. Posteaquam omnis actio huius anni confecta nobis videbatur: in Asiam ire nolui, quòd & celebritas mihi odio est, &, si fieret aliquid à nouis magistratibus, abesse longè nolebam. Itaque in Epirum[f] ad te statui me conferre: non quò mea interesset loci[g] natura, qui lucem omnino fugerẽ: sed h aut ad salutem libentissimè ex tuo portu proficiscar: aut, si ea præcisa erit, nusquam faciliùs hanc miserrimam vitam vel sustentabo, vel, quod multò est melius, abiecero. Ero cum paucis, multitudinem dimittam. Me tuæ litteræ nunquam in tantam spem adduxerunt, quantam aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quàm tuæ litteræ. Sed tamen, quoniã cœptum est, age, quoquo modo cœptum est, &, quacumque de causa, non deseram neque optimi, atque vnici fratris miseras, ac luctuosas preces, nec Sestij[i], ceterorúmque promissa, nec spem ærumnosissimæ mulieris Terentiæ, nec miserrimę mulieris Tulliolæ, obsecrationẽ, & fideleis litteras tuas. Mihi Epirus aut iter ad salutẽ dabit: aut, quod scripsi suprà. Te oro, & obsecro, Pomponi[k], si me omnibus amplissimis, carissimis, iucundissimísq; rebus perfidia hominum spoliatum: si me à meis l cõsiliariis proditum & proiectũ vides: si intelligis, me coactum, vt ipse me, & meos perderẽ, vt me tua misericordia iuues, & Q. fratrem, qui potest esse saluus, sustentes: Terentiam, liberósque meos tueare: me, si[m] putas te istic visurum, exspectes: si minùs, inuisas, si potes: mihique ex agro tuo tantùm assignes, quantũ meo cor pore occupari potest: & pueros ad me cum litteris quàm primùm, & quàm sæpissimè mittas. Data XVI. Kalend. Octobr.

CICERO SAL. D. Q. CAECILIO, Q. F. POMPONIANO ATTICO, 20

QVOD quidem ita esse, & auunculũ tuum functum esse officio, vehementissimè probo: gaudere me tum dicã, si mihi hoc verbo licebit vti. Me miserum, quàm omnia essent ex sententia, si nobis animus, si cõsilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset. quæ colligere nolo, ne augeam mærorem. Sed tibi venire in mentem certò scio, quæ vita esset nostra, quæ suauitas, quæ dignitas: ad quæ recuperanda[n], per fortunas, incumbe, vt facis: diémque natalem reditus mei cura, vt in tuis ædibus amœnissimis agã

a I. actorem & ita v. c. Turnes.

b λειπ-ομαι.

c L. perspici

d I. Quoad & ita v. c.

P. R.

e I. retentus sum. & ita v. c.

f Idem 20. 21. & 22. epist. 3. & 14 famil. 1. & 3.*

g Faern. loci, qui & cet.* h v. c. sed & ad salutem, &c. &, si ea præc.

i al. Sextij.

k I. T. Pomponi, & ita v. c. Turnes. l dix. 14. famil. 1.*

m I. si putas, me te istic visu.

P. XII KK.

n I. recipe randa.

tecum, & cũ meis. Ego huic spei, & exspectationi, quæ nobis proponitur, maximè tamẽ a volui præstolari apud te in Epiro b: sed ita ad me scribitur, vt putem esse commodius nos eisdem in locis esse. ¶ De domo, & Curionis oratione, vt scribis, ita est. In vniuersa salute, si ea modò nobis restituetur, inerunt omnia: ex quibus nihil malo, quàm domum. sed tibi nihil mando nominatim. me c totum tuo amori, fideique commendo. ¶ Quòd te in tanta d hereditate ab omni occupatione expedisti, valde mihi gratũ est. ¶ Quòd facultates tuas ad meam salutem polliceris, vt omnibus rebus à te præter ceteros iuuer: id quantum sit præsidium, video: intelligóque, te multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere, neque, vt ita facias, rogandum esse. ¶ Quod me vetas quidquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus à me erga te commissum, aut prætermissum videretur: geram tibi morem, & liberabor ista cura: tibi tamen eò plus debebo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior, quàm in te mea. ¶ Velim, quid videas, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas, omneisque e ad nostram salutem adhortere. Rogatio Sextij neque dignitatis satis habet, nec cautionis. nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentiùs scribi f: & id animaduertas, velim. Data. IIII. Nonas Octobr. Thessalonicæ.

a *fort.* antea
b vide epist. 19.*
c *v.c.* totum me tuo am. *& ita l.*
d ex qua accepit circiter H S. N pos in vita Attici.*
P. B.
e *v.c.* tuósque omnes, ad nostr. *& ita l.*
f *al.* scribi. id anim.

CICERO ATTICO, S. 21

TRIGINTA dies erãt ipsi, cùm has dabam litteras, per quos nullas à vobis acceperã. Mihi autem erat in animo, iam, vt antea ad te scripsi, ire g in Epirum, & ibi omnem casum potissimùm exspectare. Te oro, vt, si quid erit, quod perspicias, quamcumque in partẽ, quàm planissimè ad me scribas, & meo nomine, vt scribis, litteras, quibus putabis opus esse, vt des. Data v. Kalendas Nouembr.

g epistolam 19.*

CICERO ATTICO, S. 22

ETSI diligenter ad me Q. frater, & Piso, quę essent acta, scripserant: tamen vellem tua te occupatio non impedisset, quo minùs, vt consuesti, ad me, quid ageretur, & quid intelligeres, perscriberes. Me h adhuc Plancius liberalitate sua retinet, iam aliquoties conatũ ire in Epirum. Spes homini est iniecta, non eadem, quæ mihi, posse nos vnà decedere: quam rem sibi magno honori sperat fore. Sed iam, cùm aduentare milites dicentur i: faciẽdum nobis erit, vt ab eo discedamus: quod cùm faciemus, ad te statim mittemus: vt scias, vbi simus. Lentulus suo in nos officio, quod & re, & promissis, & litteris declarat, spem nobis nonnullam affert Pompeij voluntatis. sæpe enim tu ad me scripsisti, eum totum esse in illius potestate. De Metello scripsit ad me frater, quãtùm speraret profectum k esse per te. mi Pomponi, pugna, vt tecum, & cum meis mihi liceat viuere: & scribe ad me omnia. premor l cùm luctu, tum desiderio omnium rerum m, quæ mihi me cariores semper fuerant. Cura, vt valeas. Ego, quòd per Thessaliam si iter in Epirum, perdiu nihil eram anditurus, & quòd mei studiosos n habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cùm illa superiora Thessalonicæ scripsissem. inde cùm ad te me conuertam, faciam, vt scias: túque ad me velim omnia quàm diligentissimè, cuiusmodi o sunt, scribas. Ego iam aut rem, aut ne spem quidem exspecto. Data VI. kalendas Decembr. Dyrrhachij.

fi ep. famil. 1.*
i *al.* dicuntur.
P. L.
k *al.* perfectum.*
l *g.v.c.* premor cùm luctu, tum desiderio rerũ omnium, tum eorum, qui mihi me cariores semper fuerunt. Cura, vt valeas. Ego, quòd per Thessaliam si iter in Epirum, perdiu nihil eram anditurus, & quòd mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cùm illa superiora Thessalonicæ scripsissem. inde cùm ad te me conuertam, faciam, vt scias: túque ad me velim omnia quàm diligentissimè, cuiusmodi sunt, scribas. Ego iam aut rem, aut ne spem quidem exspecto. Data VI. kalendas Decembr. Dyrrhachij.
m *Eæm.* eorum, qui mihi.*
n Idem 14. famil. 1.*
o L. cuicuimodi sunt, *al.* cuiuscuiusmodi sunt

CICERO ATTICO, S. 23

A. D. V. kal. Decemb. treis epistolas à te accepi, vnam, datam ad a VIII. kalendas Nouemb. in qua me hortaris, vt forti animo mẽsem Ian. exspectem: eáque, quæ ad spem puras b pertinere, de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompeij ratione perscribis. In altera epistola, præter consuetudinem tuã, diem non adscribis: sed satis significas tẽpus. Lege enim ab octo tribunis pl. promulgata, scribis te eas litteras eo ipso die dedisse: id est, ad c IIII. kalend. Nouemb. &, quid putes vtilitatis eam promulgationem attulisse, scribis. In quo si etiam d nostra salus cum hac lege desperata erit: velim, pro tuo in me amore, hanc inanem meam diligentiam, miserabilem potiùs, quàm ineptam putes. sin est aliquid spei: des operam, vt maiore diligentia posthac à nostris e magistratibus defendamur. Nam ea veterum tribunorum pl. rogatio tria capita habuit: Vnum, de reditu meo, scriptum incautè: nihil enim restituitur, præter ciuitatem, & ordinem: quod mihi pro meo casu satis est: sed quæ cauenda fuerint, & quo modo, te non fugit. Alterum caput est tralatitium f, de impunitate, si quid contra alias leges eius legis ergò factum sit. Tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & à quo sit inculcatũ, vide. Scis enim Clodium sanxisse g, vt vix, aut h omnino non posset, nec per senatum, nec per populũ infirmari sua lex. Sed vides nunquam i esse obseruatas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur, nam si id esset, nulla fere abrogari posset. neque enim vlla est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. sed cùm lex abrogatur, illud k ipsum abrogaretur l, quomodo m eam abrogari oporteat. Hoc cùm re vera ita sit, cùm semper ita habitum, obseruatúmque sit, nostri tribuni pl. caput posuerunt hoc: SI QVID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST, QVOD PER LEGES, PLEBI SVE SCITA: HOC n EST, QVOD PER LEGEM CLODIAM, PROMVLGARE, ABROGARE, DEROGARE o, S. F. SVA NON LICEAT, NON LICVERIT: QVOD EI, QVI PROMVLGAVIT, ABROGAVIT, DEROGAVIT, OB EAM REM POENAE, MVLTAEVE SIT, Q E. H. L. N. R. Atq; hoc in illis tribunis pleb. non lædebat. Lege enim collegij p sui non tenebantur. quo maior est suspicio malitiæ alicuius, cùm id, quod ad ipsos pertinebat, erat autem contra me, scripserunt, vt noui tribuni pl. si essent timidiores, multò magis sibi eo capite vtẽdum putarent. Neque id à Clodio prætermissum est. dixit enim in concione ad q III. Nonas Nouembr. hoc capite, designatis tribunis pleb. præscriptum esse, quid liceret. Tamen in lege nulla esse eiusmodi caput, te non fallit. quod si omnes essent: omnes in abrogando vterentur. Numquis esset, r ac ceteros fugerit, inuestiges, velim, & qui attulerit, & quare octo tribuni pl. ad senatũ de me referre nõ dubitarint. Sine u, q. obseruandum illud caput nõ putabant: iidem in abrogando tam cauti fuerunt, vt id meuerẽt, soluti cùm essent: quod ne iis quidẽ, qui legem tenentur, est curandum. Id caput fanè nolim nouos tribunos pleb. ferre: sed perferãt, modò quidlibet x. vno capite, quo reuocabor, modò

a L. a. d. vi. b *al.* puras c L. a. d. iii. d L. si iam e L. nisi *sequitur* magistratibus veterum. f *al.* tralatitium. *epist. 1. famil.* g Est autem tralatitium hic à lege qua vtimur. *S. famil. 8.* g id est ferunã irrogatã ei, qui iam legem abrogauit.* h L. aut vt omnino i quasi dicat, P. F. sanctio Clodianæ legis infirma, cum lex eius abrogata fuerit. k L. illud ipsum abrogaretur, *& ita v.c.* l *Eæm* rogatur. m L. quo nõ eam abr. n hæc vetera, hoc est quod per legem Clodiã quidam gloriosè tam audaciam ab ipso Cicerone, inconsulto Terentio, & Cethego, qui fuerant tribunorum vecordiam istã dementes, qui rem publicam rogationi huic præferrent, quo ipsi Clodia vi, & exceptatione quã, Cicero ab exilio reuocaret. non rogauit. *Eæm.* de formulis. o L. DEROGARE SINE FRAVDE SVA. DEROGAVIT, OBEAM. q id est eius hac lege. r. hilum rogatur. s *Eæm.* t L. Vt Ninnij, aut ceteros fu. u L. si enim quod obstitit. cæp. non iubebant: cur eidem in abr. tam cauti fuerunt, vt id meuerẽt, soluti cùm essent? quod ne iis quidẽ, qui legem tenentur, est curandum. Id caput fanè nolim nouos tribunos pleb. ferre: sed perferãt, modò quidlibet. vno capite, quo reuocabor, modò x *v.c.* quid libet, quod

res conficiatur)ero contentus. Iam dudum pu
der tam multa scribere. Vereor enim , ne re
iã desperata,legas,vt hæc mea diligentia, mi-
serabilis tibi,aliis irrideda videatur. Sed si est
aliquid in spe,vide Legem,quàm T.Fabio scri
psit T.Visellius.ea mihi perplacet.Nam Sextij
nostri,quã tu tibi probari scribis, mihi nõ pla
cet. Tertia est epistola prid.Id.Nouemb.data:
in quã exponis prudenter , & diligenter, quæ
sint,quæ cẽ distinere videantur, de Crassõ, de
Põpeio,de ceteris. Quare oro te,vt,si qua spes
erit,posse studiis bonorum,auctoritate, mul-
titudine comparata rem confici,des operam,
vt vno impetu perfringatur: in eã rem incum
bas,ceterósque [a] tu excites.sin , vt ego perspi-
cio tum [b] tua coniectura, tum etiã mea, spei
nihil est,oro,obtestórque te,vt Q. fratrem a-
mes, quem ego miserũ miserè perdidi:néve
quid eũ patiare grauius cõsulere de se, quàm
expediat fororis tuę filio.Meum Ciceronem,
cui nihil insello relinquo , præter inuidiam,
& ignominiam nominis mei,tueare [c],quoad
poteris: Terentiam vnam omnium ærumno-
sissimam sustentes tuis officiis.Ego in Epirum
proficiscar , cùm primorum dierum nuntios
excepero. Tu ad me velim proximis litteris,
vt se initia dederint , perscribas. Data pridie
Kalendas Decembr.

a v.c. cete-
rúque excí-
ta L.
b L.cum tuã
cõn.

c g.v.c tue-
ri non pl.

P. B.

CICERO ATTICO, S. 24

ANTEA cùm ad me scripsissẽtis , vestro
consensu consulareis [d] prouincias orna-
tas esse:etsi verebar , quòrsum id casurum es-
set , tamen sperabam vos aliquid aliquando
vidisse prudentiùs.Posteaquam mihi & dictũ
est, & scriptum , vehementer consilium ve-
strum reprehendi,grauiter [e] sum commotus,
quòd illa ipsa spes exigua , quæ erat, videtur
esse sublata. nam si tribuni pl. nobis succen-
sent [f], quæ potest spes esse? ac videntur iure
succensere [g],cùm & expertes consilii fuerint,
qui causam nostram susceperant, & nostra
concessione omnem vim sui iuris amiserint:
præsertim cùm ita dicant, se nostra causa vo-
luisse suam potestatem esse de consulibus or-
nandis,non vt eos impedirent , sed vt ad no-
stram causam adiungerent. nunc si COSS. à
nobis alieniores esse velint, posse id liberè fa
cere : sin vellent nostra causa , nihil posse, se
inuitis. Nam quod scribis , ni ita nobis [h] pla-
cuisset, illos hoc idem per populum assecu-
turos fuisse:inuitis tribunis pl.fieri nullo mo-

d v.c. vinclũ
& ita L.

P. LII.

b Facerus
immutata.*
c non mi-
rum est. v.c.
non mirum
est.

d v.c.nehos
tamen tene-
re pot.

e Mamut.tũ
discessum.*
f al. pericio.

g al. saluti
nostræ fort.
salutis no-
stræ
h al. hoc
om.

d v.c. consu
lum prouinc.

e v.c sum
grauiter.

f v.c. susceñ
serint.
g v.c. susceñ
serre

h v.nobis.

do potuit. ita vereor , ne & studia tribunorũ
amiserimus, &, si studia maneant , vinculum [a] illud adiungendorum COSS. amis-
sum sit. Accedit aliud non paruum incom-
modum , quòd grauis illa opinio, vt quidem
ad nos perferebatur , senatum nihil decerne-
re ante, quàm de nobis actum esset , amissa
est:præsertim in ea causa,quæ non modò ne-
cessaria non fuit,sed etiam inusitata,ac nona.
neque enim vnquàm arbitror ornatas esse
prouincias designatorum : vt,cùm in hoc illa
constantia,quæ erat mea causa susceptа , im-
minuta [b] sit , nihil iam possit non decerni.
Iam his , ad quos relatum est, amicis placuis-
se,non [c] mirum sit. erat enim difficile repe-
rire , qui contra tanta incommoda duorum
consulum palàm sententiam diceret: & fuit
omnino difficile nõ obsequi vel amicissimo
homini Lentulo,vel Metello, qui simultatem
humanissimè deponeret.Sed vereor,ne [d] hos
cùm tenere potuerimus, tribunos pl.amiserimus. Hæc res quemadmodum cecíderit, &
tota res quo loco sit , velim ad me scribas : &
ita,vt instituisti.nam ista veritas , etiam si iu-
cunda non est , mihi tamen grata est. Data
IIII.Idus Decembr.

a v.c. in ani-
mo sit,
k al. nitar

P. B.

CICERO ATTICO, S. 25

POST tuum [e] à me discessum , litteræ mihi
Roma allatæ sunt : ex quibus prospicio [f]
nobis in hac calamitate tabescendum esse.
neque enim(sed bonam in partem accipies)
si vlla spes salutis [g] nostris subesset, tu , pro
tuo amore in me , hoc tempore discessisses.
Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscum
vnà interire videamur , hæc [h] omitto. Illud
abs te peto, des operam , id quod mihi affir-
masti,vt te ante Kalendas Ianuar.vbicumque
erimus,sistas. Vale.

l hæc totum,
plura non
scribo. Cu-
ra,vt valeas,
non reperitur
in cod. Tur-
neb.ne,nec in
aliquot aliis.

CICERO ATTICO, S. 26

LITTERAE mihi à Q.fratre cum s.c.quod-
de me est factum,allatę sunt.mihi in i ani-
mo est,legum lationem exspectare. si obtre-
tabitur,vtar [k] auctoritate senatus: & potiùs
vita , quàm patria, carebo. Tu,quæso,festina
ad nos venire. VI.Kal.Ian.

CICERO ATTICO, S. 27

EX tuis litteris, & ex te ipsa , nos funditus
periisse video. Te oro, vt,quibus in rebus
mei tui indigebunt, nostris miseriis ne desis.
Ego te,vt scribis,citò videbo.plura [l] non scri-
bo.Cura vt valeas.

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM,
LIBER IIII.

CICERO ATTICO, S. 1

VM primùm Romam veni,fuit-
que cui rectè ad te litteras darẽ,
nihil prius faciendum mihi pu-
taui,quàm vt tibi absenti de re-
ditu nostro gratularer. Cogno-
ram enim (vt verè [a] scribam) te in consiliis
mihi dandis nec fortiorem , nec prudentio-
rem , quàm meipsum , nec [b] etiam propter
meam in te obseruantiam, nimiùm in custo-
dia salutis meæ diligentem : eumdémque te,
qui primis temporibus , erroris nostri , aut [a]
totius furoris particeps, & falsi [b] rumoris so-
cius fuisses , acerbissimè [c] dissidium no-
strum tulisse : plurimúmque operæ , stu-
dii , diligentiæ , laboris , ad conficien-
dum reditum meum contulisse. Itaque
hoc tibi verè affirmo , in maxima lætitia,
& exoptatissima gratulatione , vnum ad

a al.bene.*
b L.nec etiã
pro vereor
tua in me
obseruantia.
al. nec etiam
propter tuã
in me obſ.||
nec etiã
propterea
tuam.

a L.aut po-
tiùs
b L.timorisq;
vet. moris *
c L. discí-
dium. & ita
v.c.

P. IIII.

cumulandum gaudiũ conſpectum, aut potiùs complexum mihi tuum defuiſſe: quem ſemel nactus, nũquam dimiſero: ac, niſi etiam prætermiſſos fructus tuæ ſuauitatis præteriti temporis omneis exegero, profectò hac reſtitutione fortunę me ipſe non ſatis dignum iudicabo. Nos adhuc in noſtro ſtatu, quòd difficillimè recuperari [a] poſſe arbitrati ſumus, ſplendorem noſtrum illum forenſem, & in ſenatu auctoritatẽ, & apud viros bonos gratiam, magis quàm optaramus, conſecuti ſumus: in re autem familiari, quæ quemadmodum fracta, diſſipata, direpta ſit, non ignoras, valde laboramus: tuarúmque non tam facultatũ, quas ego noſtras eſſe iudico, quàm conſiliorum, ad colligendas, & cõſtituendas reliquias noſtras indigemus. Nunc, etſi omnia aut ſcripta eſſe à tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata, tamen ea [b] inſcribam breui, quæ te puto potiſſimùm ex meis litteris velle cognoſcere. Prid. Non. Sext. Dyrrachio ſum profectus, ipſo illo die, quo lex eſt lata de nobis. Brundiſiũ veni Nonis Sext. Ibi mihi Tulliola mea fuit præſtò natali [c] ſuo ipſo die, qui caſu idem natalis erat & Brundiſinæ [d] coloniæ, & tuæ vicinæ Salutis [e]: quæ res animaduerſa à multitudine, ſumma Brundiſinorum gratulatione celebrata eſt. Ante diem VI. Id. Sext. cognoui [f] litteris Q. fratris, mirifico ſtudio omnium ætatum, atque ordinũ, incredibili concurſu Italiæ, legem comitiis centuriatis eſſe perlatã. inde à Brundiſinis honeſtiſſimis [g] ornatus, iter ita feci, vt vndique ad me cum gratulatione legati conuenerint. Ad vrbem ita véni, vt [h] nemo illius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam nõ venerit, præter eos inimícos, quibus idipſum non liceret aut diſſimulare, aut negare. Cùm veniſſem ad portã Capenã, gradus tẽplorum ab infima plebe completi erãt: à qua plauſu maximo cùm eſſet mihi gratulatio ſignificata, ſimilis & frequentia, & plauſus me vſq; ad Capitoliũ celebrauit. In i foro, & in ipſo Capitolio, miranda multitudo fuit. Poſtridie in ſenatu, qui fuit dies Nonarũ Septemb. ſenatui gratias egimus. Eo biduo cùm eſſet annónæ ſumma caritas, & homines ad theatrum primò, deinde ad ſenatum concurriſſent impulſu Clodij, mea opera frumenti inopiam eſſe clamarent, cùm per eos dies ſenatus de annóna haberetur, & ad eius procurationẽ ſermone non ſolùm plebis [k], verùm etiam bonorũ, Pompeius vocaretur, ſdq; ipſe cuperet, multitudõq; à me nominatim, vt id decernerem, poſtularet: feci, & accuratè ſententiam dixi, cùm abeſſent conſulares, q; tutò ſe negarẽt poſſe ſententiã dicere, præter Meſſallam, & Afraniũ. Factum eſt s. c. in meam ſentẽtiam, vt cum Pompeio ageretur, vt eam rem ſuſciperet, léxque ferretur. Quo s. c. recitato, cùm concio, more hoc inſulſo, & nouo, plauſum meo [l] nomine in recitando deciſſet, habui concionem [m]: omnes magiſtratus preſentes, preter vnũ prętorem, & duos tribunos pl. dederunt. Poſtridie ſenatus frequẽs, & omnes conſulares nihil Pompeio poſtulanti negarunt. Ille legatos quindecim cùm poſtularet, me principem nominauit, &c [n] ad omnia me alterum ſe fore dixit. Legem COSS. conſcripſerunt, qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ, toto orbe terrarum daretur. Alteram Meſſius [a], qui omnis dat pecuniæ poteſtatem, & adiungit [b] claſſem, & exercitum, & maius imperium in prouinciis, quàm ſit eorum, qui eas obtineant. Illa noſtra lex conſularis, nunc modeſta videtur: hæc Meſſi [c], ferenda. Pompeius illam velle ſe dicit, familiares hanc. Conſulares duce Fauonio fremunt: nos tacemus, & eò magis, quòd de domo noſtra nihil adhuc pontifices reſponderant: qui ſi ſuſtulerint religionem, aream præclaram habebimus. Superficiem COSS. ex s. c. æſtimabunt. ſin aliter, demolientur, ſuo nomine locabunt, rem totam æſtimabunt. Ita ſunt *res noſtræ, vt in ſecundis, fluxæ: vt in aduerſis, bonæ.* In re familiari valde ſumus, vt ſcis, perturbati. Prætereà ſunt quædam domeſtica, quæ litteris non committo. Q. fratrem inſigni pietate, virtute, fide prædítum, ſic amo, vt debeo. Te exſpecto, & oro, vt matures venire, eóque animo venias, vt me tuo conſilio egere non ſinas. Alterius vitæ quoddam initium ordimur. Iam quidam, qui nos abſenteis [d] defenderunt, incipiunt præſentibus occultè iraſci, apertè inuidere. vehementer te requirimus.

a *q.v.c.* reciperari

b L. ea ſcribam br.

c de Natali die priuatorũ dixi 9. *ad Atticum* 4.*

d Natalis Brundiſinæ coloniæ, quo Brundiſium colonia deducta. Huiuſmodi dies veteribus religioni. Sic natalitiis diebus Romæ & Conſtantinopoleos iura differebantur *l. 7. Cod. de feriis. l. 2. Cod. Theodoſ. eod. 17. Eclog. 13.**

e Natalis Salutis, hic dies quo ſaluti dicatum fuerat templũ. Sic Maiis Idibus mercatorum dies feſtus erat, P. B. quod eo die Mercurij ædes fuiſſet dedicata. Feſtus*

f L. cognoui, cùm Brundiſij eſſem, litteris. ‖ *al.* cognoui cũ Brundiſij eſſem ex litteris.*

g *fort.* honeſtiſſimè ‖ *ita Faernus.**

h Nomenclatoris id munus dominis fuit.*

i L. In foro verò, & in ipſo. *al.* In foróque & in ipſo Capitol.

k *v.c.* plebi.

l L. meo nomine recitando deciſſ.

m *vet. Vrſini* concionem quam omnes *&c.* *

n *q.v.c.* & omnia *al.* & omnino.

CICERO ATTICO, S. 2

SI fortè rariùs tibi à me, quàm à ceteris, litterę redduntur, peto à te, vt [e] id non modò non negligẽtiæ meæ, ſed ne occupationi quidem tribuas: quæ etſi ſumma eſt, tamen nulla eſſe poteſt tanta, vt interrumpat iter amoris noſtri, & officij mei. nam, vt veni Romam, iterum nunc ſum certior factus, eſſe cui darem litteras. itaque has alteras dedi. ¶ Prioribus tibi declaraui, aduentus noſter qualis fuiſſet, & quis eſſet ſtatus: atque omnes res noſtrę quemadmodum eſſent, vt in ſecundis, fluxæ:, vt in aduerſis, bonæ. ¶ Poſt [f] illas datas, ſecuta eſt ſumma contentio de domo. Diximus apud põtifices pridie kal. Octob. acta res eſt accuratè à nobis: &, ſi vmquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam ſi numquã aliàs fuimus, tum profectò doloris [g] magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. Itaque oratio iuuentuti [h] noſtræ deberi nõ poteſt: quã tibi, etiam ſi non deſideras, tamen mittam citó. Cùm pontifices decreſſent ita, SI NEQVE POPVLI IVSSV, NEQVE PLEBISSCITO, QVI [i] SE DEDICASSE DICERET, NOMINATIM EI REI PRAEFECTVS ESSET, NEQVE POPVLI IVSSV, AVT PLEBISSCITO ID FACERE IVSSVS ESSET, VI-[k] DERI POSSE SINE RELIGIONE EAM [l] PARTEM AREAE MI[m]RESTITVI: mihi facta [m] ſtatim eſt gratulatio. Nemo enim dubitat, quin domus nobis eſſet adiudicata. Tũ o ſubitò ille in concionem adſcendit, quam Appius ei dedit. nuntiat P iam populo, pontifices ſecũdum ſe decreuiſſe, me autẽ vi conari in poſſeſſionem venire. hortatur, vt ſe, & Appium ſequátur, & ſuam libertatem vt defendant. Hîc cum etiã illi infimi partim admirarentur, partim irriderent hominis ãmentiam, ego ſtatueram illuc non accedere, niſi cùm COSS. ex s. c. porticũ Catuli reſtituendam locaſſent. kal. Octob. habetur ſenatus frequens: adhibẽtur omnes pontifices, qui erãt ſenatores: à quibus Marcellinus, qui erat cupidiſſimus mei, ſententiã primus rogatus, quæſiuit, quid eſſent in decernendo ſecuti. Tum Lucullus q de omnium collegarũ ſententia

a L. Meſſius, qui omnis pecuniæ poteſtatem dat. *al.* Meſſalla vel. Meſſius. ‖ Iſque.*

b adiungit.*

c L. Meſſius, qui omnis dat pecuniæ poteſtatem. ‖ *al.* Meſſalla vel. Meſſius. ‖ Iſque.*

d *v.* obſtitis.

e L. vt id nõ modò negligentiæ meæ *v.c.* vt id non modo negligentiæ meæ.

f *v.c.* Poſt illas datas literas.

g *al.* dolori, & magnitudo dolóris.

h *v.c.* iuuentuti noſtræ.

i LIS, QVI

k *al.* IAM *Pontedq.*

l *al.* mihi *Vrſin.* M. I. reſtituí.*

m facere gratulationẽ dixit. *v.c.* Marcellinus familiarissimus *&c.* ‖ *al.* familiarissimus. ‖ dubitet hac. ‖ *al.* Cùm o. ‖ *al.* hanc gratulationẽ.

q *q.v.c.* M. Lucullus. ‖ *al.* L.

tentia respondit, religionis iudices, pontifices fuisse: legis, senatum: se & collegas suos de religione statuisse: in senatu de lege statuturos. quisque horum [a] loco sententiâ rogatus, multa secûdum causam nostrã disputauit. Cùm ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere: neque ei fas est factus: sed tamen cùm [b] H. III. ferè dixisset, odio & strepitu senatus, coactus est aliquando perorare. Cùm fieret s. c. in sententiâ Marcellini, omnibus præter vnũ, assentientibus, Serranus [c] intercessit. De intercessione statim ambo COSS. referre cœperũt. Cùm sententiæ grauissimæ dicerentur, *Senatui placere mihi domum restitui, porticum Catuli locari, auctoritatem ordinis ab omnibus magistratibus defendi: si quæ vis esset facta, senatum existimaturum eius opera factum esse, qui* S. C. *intercessisset*: Serranus pertimuit, & Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit: abiecta toga se ad generi pedes abiecit. ille no ctem sibi postulauit. non concedebant. remiscebantur enim Kal. Ian. Vix [c] tamen sibi de mea voluntate concessum est. Postridie s. c. factum est id, quod ad te misi. Deinde COSS. porticum Catuli restituendam locarunt. illam porticum redemtores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. Nobis superficiem ædium COSS. de consilij sententia æstimarũt LLS [f] .vicies. cetera valde illiberaliter. Tusculanam villam quingentis mil. Formianum LLS. ducentis quinquaginta. mil. quæ æstimatio non modò vehementer ab optimo quoque, sed etiam à plebe reprehenditur. Dices, quid igitur causæ fuit? Dicunt illi quidem, pudorem meum, quòd neque negarim, neque vehementiùs postularim. Sed non est id. nam hoc quidem etiam profuisset. verùm iidem, T. [g] Põponi, iidem, inquã, illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas [h] inciderant, nolunt easdem renasci: sed, vt spero, iam renascũtur. Tu modò ad nos veni. quod vereor ne tardiùs, intercentu Varronis tui, nostríque facias. Quoniam acta quæ sint, habes: de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me à Põpeio legari ita sum passus, vt nulla re impedirer, quia [i], si vellem, mihi esset integrũ: aut, si cõsilia censorum proximi COSS. haberent, petere possem, aut votiuam legationem suscipere [k] prope omnium fanorum, ac sacrorum locorum. Sic enim nostræ rationes [l] postulabant. Sed volui meam potestatem esse vel petendi, vel ineunte æstate exeundi: & interea me esse in oculis ciuium, de me optimẽ meritorum, non alienum putaui. Ac forensium quidem rerum hæc nostra consilia sunt: domesticarum autẽ, valde impedita. Domus ædificatur. scis quo sumtu, qua molestia. reficitur [m] Formianum: quod ego nec relinquere possum, nec videre. Tusculanum proscripsi. Suburbano non facilè careo. Amicorũ benignitas exhausta est in ea re, quę nihil habuit præter dedecus: quod sensisti tu absens: præsentes [n], quorum studiis ego & copiis, si esset per meos defensores licitũ, facilè essem omnia consecutus: quo in genere nunc vehementer laboratur. Cetera, quæ me sollicitant, *μυριώνυμα* sunt. Amamur à fratre, & à filia. te exspectamus.

CICERO ATTICO, S. 3

AVERE te certò scio, tum [o] scire quid hîc agatur, tum [p] à me scire: non quò certiora sint ea, quæ in oculis omniũ geruntur, si à me scribantur, quàm cùm ab aliis aut scribuntur tibi, aut nuntiantur: verùm [a] vt perspicias ex meis litteris, quo [b] modo ea feram, quæ geruntur, & qui sit hoc tempore aut mẽtis meæ sensus, aut omnino vitæ status. Armatis [c] hominibus ante diem tertium Non. Nouemb. expulsi sunt fabri de area nostra: disturbata porticus Catuli, quæ ex S. C. COSS. locatione reficiebatur, & ad tectum pẽnè peruenerat. Q. fratris domus primò fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflãmata iussu Clodij, inspectante vrbe, coniectis dignibus, magna querela & gemitu non dicam bonorum, qui nescio an vlli [e] sint, sed planè hominum omnium. Ille vehemens furere. [f] post hunc verò furorẽ, nihil nisi cędem inimicorũ cogitare, vicatim ambire, seruis apertè spem libertatis ostenderẽ. Etenim anteà cùm iudiciũ nolebat [g]: habebat ille quidem difficilem, manifestámque hcausam, sed tamen causam. id poterat infitiari: poterat in alios deriuare: poterat etiam aliquid iure factum defendere. Post has ruinas, incendia, rapinas, desertus à suis, vix iam Decimum designatorẽ, vix Gellium retinet. Seruorum consiliis vitur. videt omneis quos vult, palàm occiderit, nihilo suam causam difficiliorem, quàm adhuc fit, in iudicio futuram. Itaque ante diem tertium Idus Nouembr. cùm sacra [k] via descenderẽ, insecutus est me cum suis. clamor, lapides, fustes, gladij. hæc improuisa omnia. discessimus in [l] vestibulum M. Tetij Damionis. qui erant mecum, facilè operas aditu prohibuerunt: ipse occídi potuit. Sed ego dicta [m] curari incipio: chiturgiæ tædet. Ille omnium vocibus cùm se non ad iudicium, sed ad supplicium præsens trudi [n] videret, omneis Catilinas, Acidinos postea reddidit. Nam Milonis domũ [o], meámque [p] Ceramio [q], prid. Idus Nouembr. expugnare, & incendere ita conatus est, vt palàm hora quincta, cum scutis homines, eductis gladiis, alios cum accensis facibus adduxerit. ipse domum P. Sullæ pro castris sibi ad eam impugnationẽ [r] sumserat. Tum ex Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit viros acreis [s]. occîdit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos: ipsum cupiuit: sed ille se in interiorem [u] partem ædium abdidit. Sulla se in senatu postridie Id. domi Clodius. egregius Marcellinus: omnes acres. Metellus calumnia dicendi tempus exemit, adiuuante Oppio [x], etiam herculè familiari tuo: de cuius constantia [y], virtute, verissimæ [z] litteræ. Sextius furere. Ille posteà, si comitia sua non fierent, vrbi minari. Proposita Marcellini sentẽtia, quam ille de scripto ita dixerat, vt totã nostram causam, areæ, incendiorũ, periculi mei, iudicio complecteretur, eáque omnia comitiis anteferret: proscripsit, se per omneis dies comitialeis [a] de cælo seruaturum. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appij, furiosissimæ Publij. Hæc tamen summa. nisi [b] Miloni C. Appius obnuntiasset, comitia futura. Ante diem XII. kal. Decemb. Milo [c] ante mediam noctem cum [d] magna manu in campum venit. Clodius cùm haberet fugitiuorum deiectas [e] copias, in campum ire non est ausus. Milo permansit ad meridiem, mirifica hominum lætitia, summa cum gloria. Con-

a L. sed vt persp.
b L. quo animo
c adde t. famil. 9.*
d *al.* iniectis
e L. nulli sint
f L. ruere *& ita vsc.*
g *al.* tollebat: *forte*, violabat:
h *Vet. Vss.* immanifeP. LVI. stámque.*
i meminit *Orat. de* Haruspicũ *resp. in Vatin. pro Sextio. & Catullus.**
k *al.* Sarrania *Carisf.**
l *al.* in vestibulum Tetij Dam.
m id est moderatione vtar contra meos inimicos, non ferro.*
n videri *Pantagathus* voueri.
o L. domum eam, quæ est in Germalo.
p *vet. Vss.* vtramque in Cermalo *al.* in Geramio.*
q *Turnebi* Cermalo *Conrad.* Carinis.*
r *ver.* propugnationẽ. *al.* oppugnationem.*
s *vet. Vssini* ac tres.*
t *Pantagathus*, Sed ille exiit tenente medium Sulla se. In senatu postridie Iduum idẽ Clodius.* P. B.
u L. interiora ædiũ Sylę. is in senatu postridie idus domi Clodius. ‖*vt verbum* abdidit *non legatur.**
x *Pantag.* Appio.
y *Faera.* constantia viri, tuæ verissimæ litteræ. *Pantagathus* constantia mutante, verissimę litteræ fratris. Furere ille posteà.*
z L. tuæ verissimæ litt. a quibus haberi comitia poterãt. Gel. *Macrob.**
b L. nisi Milo in campũ
c media nocte

obnũtiasset, &c. ‖*al.* nisi Milo in campo.* c q. v. c. Milo cum m. d v. c. cum magna. e *al.* d. luctat.

tentio fratrum trium [a] turpis, fracta vis, contemtus [b] furor. Metellus tamen postulat, vt sibi postero die in foro obnũtietur: nihil esse quòd in campum nocte veniretur: se hora prima in comitio fore. Itaque ante diem XI. Kalendas Ianuar. in comitium Milo de nocte venit. Metellus cum prima luce furtim in cãpum itineribus propè deuiis currebat. Assequitur inter lucos hominem Milo: obnuntiat. ille se recepit magno & turpi Q. Flacci conuicio. Ante diem x. kalendas nundinæ. concio biduo nulla. ante diem VIII [c]. kalend. hæc ego scribebam, hora noctis nona. Milo campum iam tenebat. Marcellus [d] candidatus ita stertebat, vt ego vicinus audirem. Clodij vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabatur. paucis [e] pannosis sine laterna. meo cõsilio omnia illi fieri querebantur, ignati, quantum in illo heroe esset animi, quantum etiam consilij. miranda virtus est. noua quędam, diuina mitto. Sed hæc summa est, comitia fore non arbitror. reum [f] Publium, nisi ante occisus erit. fore à Milone puto. si [g] se interim obuiã obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. non dubitat facere, præ se fert, casum illum nostrum non extimescit. numquam enim cuiusquam inuidi, & perfidi consilio est vsus, nec inerti nobili crediturus. Nos animo duntaxat vigemus. etiam magis, quàm cùm florebamus. re familiari comminuti sumus. Q. frattis tamen liberalitati [h] pro facultatibus nostris, ne i omnino exhaustus essem [k], illo recusante, subsidiis amicorum respondemus. Quid consilij de omni nostro statu capiamus, te absente, nescimus. Quare appropera.

CICERO ATTICO, S. 4

PERIVCVNDVS mihi Cincius fuit ante diẽ III. Kalendas Febr. ante lucem. dixit enim mihi, te esse in Italia, seséque ad te pueros mittere: quos sine meis litteris ire noluimus quòd haberem quod tibi, præsertim iam prope præsenti, scriberem: sed vt hoc ipsum significarem, mihi tuum aduentum, suauissimum, exspectatissimumq; esse. quare aduola ad nos, eo animo, vt nos ames, te amari scias. cetera coràm agemus: hæc properantes scripsimus. Quo die venies, vtique cum tuis apud me sis. perbellè feceris, si ad nos veneris. offendes [l] desigu. Tyrannionis [m], mirificam librorum meorum bibliothecam: quorum reliquiæ multò meliores sunt, quàm putaram. Etiam velim [n], mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus, ad cetera administris: iisque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci (vt opinor) συλλάβους appellatis. sed hæc, si tibi erit commodum. ipse verò vtique fac venias, si potes in his locis adhærescere, & Piliam adducere. ita enim & æquum est, & cupit Tullia. Medius [o] fidius, næ tu emisti locum præclarum. Gladiatores audio pugnare mirificé. si locare voluisses, duobus his muneribus liberasses. sed hæc posteriùs. Tu fac venias, & de librariis, si me amas, diligenter.

CICERO ATTICO, S. 5

AIN TV [p] an me existimas ab vllo malle q mea legi, probarique, quàm à te? cur igitur cuiquam misi priùs? vrgebar [r] ab eo, ad quem misi, & non habebam exemplar. Quid? etiam (dudum enim circumrodo quod deuorandum est) sus turpicula mihi videbatur esse παλινῳδία. sed valeant recta, vera, honesta cõsilia. Non est credibile, quæ sit perfidia in istis principibus, vt volũ esse, &, vt essent, si quidquam haberent fidei. Senseram, noram, inductus, relictus, proiectus ab illis. tamen hoc erat in animo, vt cum iis in repub. consentirem. iidem erant, qui fuerant. Vix aliquando te auctore resipui [a]. Dices, ea te monuisse, suasisse, quæ facerem, non etiam, vt scriberem. ego, mehercule, mihi necessitatem volui imponere huius nouæ coniunctionis, nequà mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, cùm miserari mei debent, non desinunt inuidere: sed tamen modici fuimus ὑπὸ λόγον, vt scripsi, erimus vberiores, si & ille libenter accipiet, & hi subringentur, qui villam me molestè ferunt habere, quæ Catuli fuerat: aut [b] etiam emisse non cogitant: qui domum negant oportuisse me ædificare, vendere aiunt oportuisse. Sed quid ad hoc, si, quibus [c] sententiis dixi, quod & ipsi probarent, lætati sunt tamen me contra Pompeij voluntatem dixisse [d]? Sed quoniam, qui mihil possunt, ij me nolunt amare: demus operam, vt ab iis, qui possunt, diligamur. Dices: vellem iam pridẽ. Scio te voluisse, & [e] me. Aſt num germanum fuisse. Iam tempus est meipsum à me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domum meã quòd crebrò inuisis [f], est mihi valde gratum. Viatici cum [g] Crassipes præripit. Tu de via, rectà in hortos. Videtur commodius. ad te postridie scilicet. quid enim tua? sed videbimus. Bibliothecam mihi tui [h] pinxerunt constructione, & sittybis, eos velim laudes.

CICERO ATTICO, S. 6

DE Lentulo scilicet sic fero, vt debeo, virũ bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum, perdidimus. nóque malo solatio, sed [i] non multò tamen consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus, non vt Saufeius [k], & [l] vestri mehercule, quia sic amabat patriam, vt mihi aliquo deorum beneficio videatur ex eius incendio esse ereptus. Nã quid fœdius nostra vita, præcipuè mea? Nam tu quidem, etsi es natura πολιτικὸς, tamen nullam habes propriam seruitutem. communi in frueris nomine. ego verò, qui, si loquor de re pub. quod oportet, insanus: si, quod opus est, seruus existimor: si taceo, oppressus, & capt quo dolore esse debeo? quo sum scilicet? hoc etiam acriore, quòd [m] dolere quidem possum, vt non ingratus videar. Quid si cessare libeat, & in otij portum confugere? nequidquam: immò etiam in bellum, & in castra. Ergo erimus ὑπαιθροι [n], qui πάγοι esse noluimus? sic faciendum est. tibi enim ipsi (cui vtiliquum [o] est, σπάρτων ἔλαχες [p] πάντων κάρτιστος. Non mehercule possum: & Philoxeno ignosco, qui redúci in carcerem maluit. verumtamen idipsum mecum in his locis commẽtor, vt [q] ista improbe: idque tu, cùm vnà erimus, confirmabis. A te litteras crebrò ad me scribi video, sed omneis vno tẽpore accepi. Quæ res etiam auxit dolorẽ meum. Casu enim trinas antè legeram, quibus meliusculè Lentulo esse, scriptum erat, ecce quartæ fulmen, sed ille, vt scripsi, non miser, nos verò serui [r]. Quòd me admones, vt scribam illa Hortensiana: in alia inci-

a hoc est Appij & Publij, germanorum fratrum: & Q. Metelli Cẽleris, patruelis, cuius patris soror, fuerat mater Clodij.*
b al. contentus.*
c v.c. VIII.
P. LVII.
d al. Metellus.*
e L. pauci pannosi, sine lacerna. al. sine lauterna & alauterna mendosè.*
f L. Prætor. Publium, nisi ante occisus erit, fore puto.
g al. si se inter viam obt. al. si se inter vias obt. al. si de vltro in via obt. al. si se ipso Lanuuũ obtulerit. al. si se vti turbæ iam obtulerit. al. si sentitur veiam obtulerit.*
h al. liberalitate & postnam pro ne*
i al. nam.*
k L. esset, al sit.*
l L. offendes design. Tyrannionis mirificam libr. meorũ q. m Grammatici. Scidas Plutarchus Sullæ 2. ad Q. fratrem 4.*
n al. vellem, P. B.
o L. Medius Fidius, Nomenti emisti loc.
p lib. q. vulg. An tu me existimas, &c.
q al. malie me.*
r v.c. vrguebar.

a L. repugnãs & ita v.c.
b L. Verno em.
c L. quibus in sent.
d v.c. adhibẽ finis.
P. LVIII. quon-fert. Bonia tho*
quon.
L. & me nuntiãs ger manum Lat. Aſt me impugerunt. Lat. Aſt. impugeram ger num vet. Pa tierp. Aſt ma gerauum fuiſſet. Vel. Maxim. Aſt num germanum fuiſſe. Ter rent. Heau. ria. 2. 9. & me afinum germanũ fuiſſe eo ſenſu Aſſinus. Terentius. Ter rent. Phorm. Aſt num germanum fuiſſe.*
f L. non ſic
g num ſibi cum illis ſi ac meg nor mine vt ea rationes ce cunta gra rent ſi ſi ſi

incidi, non immemor istius mandati tui: sed meherculè incipiendo refugi, ne, [a] quòd videor stultè illius amici inertiam, stultè amici insaniam imitari. ne quid videor stultè illius amici insaniam, non amici iam. [b] silentium & occultum consilium, inimici dolor.* [c] L. nunc quam mihi ita Romæ ver. [d] quâ.* [e] L. LIX. [f] L. fac ab te sumas.

CICERO ATTICO, S. 7

EPISTOLA tua me sollicitum de Q. nostro, puero optimo, valde leuauit. venerat horis duabus antè Chærippus. mera monstra nuntiarat. de Apollonio quod scribis, qui [f] illi Dij irati homini Græco, qui conturbare[g] quidem putat sibi licere, quod equitibus Rom. nã Terentius suo iure. De Metello, ἐχ' ὁσίη φθιμένοισι. sed tamen multis annis ciuis [h] nemo erat mortuus [i]. Quid [k] quidem tibi? 1 nummi meo periculo sint. Quid enim vereris, quemcumque heredem [m] fecit? nisi Publium fecit. verùm fecit non improbè, [n] quamquam fuit ipse. Quare in hoc thecam nummariam non retexeris: in aliis eris cautior. Mea mandata de domo curabis, præsidia locabis, Milonem admonebis. Arpinatium fremitus est incredibilis de [o] Laterio. Quid quæris? Equidèdolui, ὁ δὲ ἐκ ἐμπαίζετο ὠιδῇ. Quod [p] superest, etiam puerũ Ciceronẽ curabis, & amabis, vt facis.

CICERO ATTICO, S. 8

MVLTA me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quàm patina q tyrotarichi. nam de rauduſculo quod scribis, μάτηρ μέγα εἴπᾳς, ὁρῶν τελευτήσαντ' ἐνύχιον. ædificati tibi in agris nihil reperio. in oppido est quiddam, de quo est dubium, sítne venale: ac proximum quidem nostris ædibus. Hoc scito, Antium, Buthrotum esse Romæ, vt Corcyræ illud tuũ: nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. ΕΙΜΗΙ [s] ΣΗΤΩΦΙΔΟΣ. ΚΟΣ, posteà verò quàm Tyrannio mihi libros dispositi, mens addita videtur meis ædibus: quamquidem in re mirifica opera Dionysij, & Menophili tui fuit. Nihil venustius, quàm illa tua pegmata [t], posteaquam [u] misisti [x] libros, illustrarunt valde [y]. Et scribas ad me velim de gladiatoribus: sed ita, bene si rem gerunt. non quæro, malè sic egisse. Apenas vix discesserat, cum epistola. Quid ais? putás ne fore, vt legem non ferat? die, oro te, clariùs. vix enim mihi exaudisse videor. verùm statim fac vt sciam, si [a] modo est commodum. Ludis quidẽ, quoniam dies est additus, eo etiam melius hîc eũ diem cum Dionysio conteremus. De Trebonio μὰ τὸν δήμητρα, σύ γε οὐδὲ ἓν ὅπως ὅμοιον γήγονε. Quam est ista σείσταπις nostra [b], vel quòd ab

iisdem, vel quòd præter opinionem, vel quòd viri boni nusquam. vnum dissimile, quòd huic meritò. nam de ipso casu nescio, an illud melius. quid enim hoc miserius, quàm eum, qui tot annos, quot habet, designatus cõsul fuerit, fieri cos. nõ posse, præsertim cùm aut solus, aut certè nõ plus, quàm cũ altero petat? Si verò id est, quod nescio an sit, vt nõ minùs longas iã in codicillorũ fastis, futurorũ cos. paginulas habeat, quàm factorũ, quid illo miserius, nisi respub. in qua ne sperare quidẽ melius quidquã. De Natta ex tuis primùm sciui litteris. oderam hominem. De poemate quod quæris: quid si cupiat effugere? quid [a] si finat? De Fabio Lusco quod erã exorsus, homo peramãs semper[b] nostri fuit, nec mihi vmquã odio. satis enim acut[o], & permodestus, ac bonæ frugi. eũ quia non videbã, abesse putabã. audiui ex Gauio hoc Firmano, Romæ esse hominẽ, & fuisse assiduũ. percussit animum. Dices, Tãtulane causa? Permulta ad me detulerat nõ dubia de Firmanis fratribus. quid sit, q̃ se à me remouit, si modò remouit, ignoro. De eo, quod me mones, vt[c] & me gerã πολιτικῶς, & in eo[d], γεγραμμένῳ teneã, ita faciam: sed opus est maiore prudentia, quam à te, vt soleo, petam. Tu velim & [e] Fabium, si quem habes aditum, odore, & istum conuiuam tuum degustes: & ad me de [f] istis rebus, & de omnibus quotidie scribas. Vbi nihil erit, quod scribas, idipsum scribito. Cura vt valeas.

CICERO ATTICO, S. 9

SANE velim scire, num cẽtum impendant [g] tribuni diebus [h] vitiandis (est enim hîc rumor) totáque de censura quid agãt, quid cogitent. Nos hîc cũ Pompeio fuimus[i]. multa me cum de repub. sanè sibi displicẽs, vt loquebatur, (sic est enim in hoc homine dicendũ) Syriam spernens, Hispaniã iactans. hîc quoq; vt loquebatur, & opinor vsquequaque, de hoc cùm dicemus: sit hoc quasi, ᾠδὴ φωκυλίδου. Tibi etiam gratias agebat, q̃ signa componenda suscepisses. Inl nos verò suauis mehercule, & effusus: venit etiam ad me in[m] Cumanũ, ac se nihil minùs velle mihi visus est, quàm Messallam consulatũ petere. de quo ipso, si quid scis, velim scire. Quòd Lucceio scribis te nostram gloriã commendaturũ: & ædificiũ nostrum q̃ crebrò inuisis, gratũ. Q. frater ad me scripsit, se, quoniã Ciceronẽ suauissimum secum [n] haberet, ad te Nonis Maiis venturum. Ego me de Cumano mouì ante diẽ v. kalen. Maij. eo die Neapoli apud Lætũ [o]. ante diem IIII. kalẽ. Maias iens in Pompeianũ bene manè, hæc scripsi. Putelois magnus est rumor, Ptolemæum esse in regno. Si quid habes, certius velim scire. Ego hîc pascor bibliotheca Fausti: fortasse tu putabas [p], his rebus Puteolanis, & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt: sed meherculè à ceteris oblectationibus deseror, & voluptatibus q, propter [r] remp. Sic litteris sustentor, & recreor, malóq; in illa tua sedecula, quã habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorũ sella curuli: tecúmq; apud te ambulare, quàm cum eo, quo cum video esse ambulandum. sed de [s] ea ambulatione fors viderit, aut [t] si quis est, qui curet, deus. Nostram ambulationem, & Laconicum, eáque, quæ Cyrea sint, velim, cùm poteris, inuisas: & vrgeas Philotimum, vt properet, vt possimus tibi aliquid in eo genere respondere. Pompeius in Cumanum

[a] L. quid? finas.

[b] L. nostri semper f.

[c] v.c. vt & πολιτικῶς me geram & in eo, &c.

[d] vet. in eo ἐν ἐξω γεγραμμένῳ Manut.

[e] P. LX. hoc est consilium non vulgare teneam.*

[f] al. è Fabio al. & Fabio al. & è Fabio.*

[g] al. de his L. impediãt h fort. inimicendis ‖ & ita Manutius vel initiandis sed iniiciuntur dies cum intercalantur vel vitiantur obnuntiatione tribuni pleb.*

[i] al. sumus.

[k] Hanc inscriptionem Phocyllides suis plerũque versibus adponebat, vt ne quis, seorum auctorem faceret. Citantur huiusmodi versus à Dione Chrysost. orat. περὶ ὁμονοίας & à Stobæo.*

[l] L. in nos P. B. verò suauiss. mè meherculè effusus, venit m fort. [m] a Cumanum à se nihil m. [n] L. tecum haberes, [o] Manut. Pætum.* [p] Vsta putabas, ostreis Puteolanis.* [q] v.c. & vo luptatum, [r] al. propterea.* [s] v.c. de illa amb. [t] v.c. aut & si quis est,

Parilibus venit. misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. Ad eum postridie manè vadebam, cùm hæc scripsi.

CICERO ATTICO, S. 10

DELECTARVNT me epistolæ tuæ, quas accepi vno tempore duas, ante diem v.[a] Kalend. Perge reliqua. gestio scire ista omnia: etiam illud, cuiusmodi sit, velim perspicias: potes à Demetrio. Dixit[b] Pompeius, Crassum à se in Albano exspectari ante diem IIII. Kalendis. is cùm venisset, Romam esse statim venturos, vt rationes cum publicanis putarent. Quæsiui, Gladiatoribúsne? respondit, Antè, quàm inducerentur. Id, cuiusmodi sit, aut nunc, si scias, aut, cùm is Romam venerit, ad me mittas, velim. Nos hîc voramus[c] litteras cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio: qui te, omnesque vos salutat. ὡδὺν γλυκύπικρον, ἢ παίνλα εἰδέναι. Quare, vt homini curioso, ita perscribe ad me, quid primus dies, quid secundus, quid censores, quid Appius, quid illa populi Apuleiad: denique etiam quid à te fiat, ad me velim scribas, non enim (vt verè loquamur) tam rebus nouis, quàm tuis litteris, delector. Ego mecum, præter Dionysium, duxi[e] neminem, nec metuo tamen, ne mihi sermo desit abs te: quo[f] magnopere delector. Tu Luceio nostrum[g] librum dabis. Demetrij Magnetis[h] tibi mitto, statim vt sit, qui à te mihi epistolam referat.

CICERO ATTICO, S. 11

EGNATIVS Romæ est: sed ego cum eo de re Halimeti vehementer antè[i] egi. grauiter se acturum cum Aquillio[k], confirmauit. Videbis ergo hominem, si voles. Macroni vix videor præstò[l] esse. Idibus[m] enim auctionẽ[n] Larini video, & biduũ præterea. [o] Id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi velim. sed, si me diligis, postridie kalen. cena apud[p] me cum Petilia. q prorsus id facias[r]. Kalend. cogito in hortis Crassipedis, quasi in diuersorio, cenare. Facio fraudem[s] s. c. Inde domum cenatus, vt sim manè præstò Miloni. ibi te igitur videbo, & [t] promouebo. Domus te nostra tota salutat.

CICERO ATTICO, S. 12

NOs in Tusculanum venisse ad[u] XVII. Kalend. Decembr. video te scire. ibi Dionysius nobis præstò fuit. Romæ ad[x] XIIII. Kalẽd. volumus esse, quid dico volumus? immò verò cogimur. Milonis nuptiæ[y]: comitiorũ nonnulla opinio[z] est. Ergo, [a] vt sit rata, abfuisse[b] me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non molestè. Nam aut defendissem, quòd non placeret: aut defuissem, cui non oporteret. Sed mehercule[c] velim res istas, & præsentem statum reipub. & quo animo COSS. ferant hunc σκυλμὸν, rescribas ad me, quantùm[d] potes, & vales. Sum ὀξύπεινος: &, si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiũt profectum paludatum[e], quàm olim æqualẽ eius, L. Paullum, iterum COS. O hominem nequam! ¶ De libris oratoriis[f], factum est à me diligenter. Diu, multúmque in manibus fuerunt, describas licet. Illud etiam te rogo, τὸν παῦρον καταγνῶναι τυπαφ δὸς[g], ne istuc hospes veniam. Vale.

CICERO ATTICO, S. 13

VESTORIVS noster me per litteras facit[a] certiorem, se Roma adb VI. Id. Maij. putare profectum esse, tardiùs, quàm dixerat[c], quo[d] minùs valuisse. si iam meliùs vales, vehementer gaudeo. Velim domum ad tuos[e] scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cùm ceteri, tũ Varronis. est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex[f] iis libris, ad eos[g], quos in manibus habeo, quos, vt spero, tibi valde probabo. velim[h], si quid fortè noui habes, maximè à Q. fratre, deinde à C. Cæsare, & si quid fortè de comitiis, de repub. (soles enim tu hæc festiuè[i] odorari) conscribas[k] ad me. Si nihil habebis, tamẽ scribas aliquid. nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiua, aut loquax visa est. Maximè autẽ rogo, rebus tuis, totoq; itinere ex[l] sententia confecto, nos quam primùm reuisas. Dionysium iube saluere. Cura, vt valeas.

CICERO ATTICO, S. 14

DE Eutychide gratũ: qui vetere prænomine,[m] nouo nomine, T. erit. Cæcilius: vt est ex me, & ex te iunctus Dionysius[n] M. Põponius. Valde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me beneuolentiam[o] cognoscet, suam[p] illam in meo dolore συμπάθειαν, neque tum mihi obscuram, neque pòst ingratam fuisse. Iter Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse. nunquam enim tu sine iustissima causa tam longè à tot tuis & hominibus, & rebus carissimis, & suauissimis abesse voluisses. Sed humanitatem tuam, amorémque in tuos, reditus celeritas declarabit. Sed vereor, ne lepõre suo detineat diutius Pr. q Clodius, & homo pereruditus (vt aiunt) & nunc quidem deditus Græcis litteris Pituanios.[r] Sed si vis homo esse, recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti. cum illis tum, cùm salui venerint, Romæ viuere licebit. Aucre te scribis accipere aliquid à me litterarum. Dedi, ac multis quidem de rebus, ἀμφιλέξδην perscripta omnia: sed, vt coniicio, quoniam mihi non videris in Epiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. genus autem mearum ad[s] te litterarum, eiusmodi ferè est, vt non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eum reddiderum. Nunc Romanas res accipe. Ad[t] III. Nonas Quinct. Suffenas, & Cato, absoluti: Procilius[u], condemnatus: ex quo intellectum est, treis ὑπερπαίτας[x], ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique rempub. flocci non facere. Debemus patrem familiàs domi suæ occidere nolle, neque tamẽ id ipsum abundè. Nam absoluerunt XXII. condemnauerunt XXVIII. Publius sanè diserto epilogo criminans[y], mentem iudicum mouerat. Ortalus[z] in ea causa fuit, cuiusmodi solet. nos verbum nullum. veritas[a] est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Publij offenderet.[b] His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, aut agerem causam contra Interamnates apud COS. & decem legatos, quòd lacus Velinus à M.[c] Curio emissus, intercisso monte in[d] Nar defluit: ex[e] quo est villa siccata, & humida tamen modice Rosea. [f] Vixi cum Axio: qui[g] etiam

[a] Manus. vt. ideſt ſecundum.*
[b] L. Dixit mihi pomc eadem forma Cato heſuo librorum.*
[d] al. Appuleia, ideſt P. Clodius Appiſ frater qui non minus populũ cõcitat, quàm olim Appuleius Saturninus.*
[e] L. eduxi.
[f] v.c. quo opere delector. Vita Victorius.*
[g] de rebus in noſtro conſu P. LXI. latu geſtis.*
[h] librum ὠφελ ὠμωνίας*
[i] v.c. Antij egi, & ita L.
[k] Gallo Iuriſconſulto*
[l] L. præſtò eſſe poſſe Idib.
[m] Vide. enim auctionẽ Latini videõ.*
[n] al. auctionem video.*
[o] Latinè cõmorandum eſt.*
[p] domi meę*
[q] L. Pilia. al. Cæcilia.*
[r] al. facies.
[s] quod in hortis ſuburbanis conſiſtam vnde ad ſenatũ conſultum vocari non poterat: qui ſi in vrbe fuiſſet, captus pignoribus cogi poterat intereſſe. Philipp. I.*
[t] v.c. & promonebo. al. & permidebo.
[u] L. a. d. XVII. P. R.
[x] a. d. XIIII.
[y] cum Fauſta Sylę filia Pædianus.*
[z] v.c. opinio ſt.
[a] Vet. Ergo etſi rata.*
[b] L. afuiſſe me in alt.
[c] v.c. mercuſe, al. merculi.
[d] L. quantũ potes. valde ſum ὀξύπ. v.c. quantum pote. valde ſum ὀξ.
[e] paludati qua velle Imperatores ad bellum exibant.*
[f] ad Q. fratrem.
[g] L. τυπαφδὸς.

[a] L. Iuli
[b] L. de
[c] Fauſtã
ras.*
[d] L. quod
minus.*
[e] al. te.*
[f] v.c. ea his
[g] de Repu
blica.*
[h] v.c. Tu ve
lim.
[i] v.c. Edidi
[k] L. Iulio
[l] fortaſſe
ſententia.
[m] vetus
prænomẽ
Attici Ti
tus: nouum
nomen, Cæ
cilius quod
Cæcilio ami
culo adoptatus
eſt. Hic Ser
vius Sulpi
r. f. Cæcil.
P. LXII.
lius Eutychi
des.*
[n] fortaſſe is
eſt, cuius i
dem meni
mit. 12. famil.
24. qui Si
Accius aut
potius Attio
cus Dionys
ſius. 12. fa
mil. vit. ab
Attico patro
no qui poſ
tros Cicero
nes emiſit.*
[o] v.c. benevolentiam
P. L. etiam
ſuum.
[q] al. P. Clo
dius, L. L.
Clodius.
[r] Pituanius al. L. Autronius.
[s] v.c. ad te quidem
[t] L. ad.
[u] L. Pom
pei, Pom
cilius.*
[x] L. Sylę.
ἀφεσιν. ἐπ
ſus. ἐπ
Sulpitius. Ca
ronę & Pro
y. al. primi
natum.
z. al. Horta
P. R.
lus. h. e. qui
mos Horten
ſij.*
a. Veteres
chenas Pom
ponius. Ho
rentius. Ho
berata. De a
ninum. Pa
bij. Ab a
ſum. Ve
reſtis.*
b. L. Abſen
rem. c. L. ex quo eſt illa quidem ſiccata, f. al. Roſia. g. al. etiam

me ad [a] VII. Aquas duxit. Redij Romam Fō-teij causa ad [b] VII. Id. Quinct. veni. Spectaculū primum magno & æquabili plausu: sed hoc ne curaris: ego ineptus, qui scripserim: deinde Antiphonti operam: is erat antè manumissus [c], quàm productus: ne diutius pendeas, palmam tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce, nihil tam verum [d]. Hæc tu tecum habeto. In Andromacha tamen maior [e] fuit, quàm Astyanacte [f] nam in cæteris parem habuit neminem. Quæris nūc de Arbuscula [g]. Valde placuit. Ludi [h] magnifici, & grati. Venatio in aliud tēpus dilata. Sequere nunc me in campum [i]. Ardet ambitus. σπεύδω δὲ τοι ἐρέω. Fęnus [k] ex triente Idibus Quinctil. factum erat bessibus. Dices, Istuc quidem non molestè fero. O virum, ô ciuem! Memmium Cæsaris oræ nes opes confirmant. cum eo Domitium cos [l] iunxerunt, qua pactione, epistolæ cōmittere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed vtrùm fronte, an mente, dubitatur. ἐξοχὴ [m] nulla [n] est. pecunia, omnium dignitatē exæquat. Messalla languet, non quò aut animus desit, aut amici: sed coitio COSS. & Pompeius obsunt. ea comitia puto fore vt ducantur. Tribunitij [o] candidati iurarunt, se arbitrio Catonis petituros. Apud eum LLS. quingena [p] depoſuerunt, vt, qui à Catone [q] damnatus esset, id perderet, & cōpetitoribus tribueretur. Hæc ego pridie scribebam, quàm comitia fore putabantur: sed ad te v. kalendas Sextil. si facta erunt, & tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam: quæ si, vt putantur, gratuita fuerint: plus vnus Cato potuerit, quàm omnes quidem iudices. Messius defendebatur à nobis, è legatione reuocatus. nam eum Cæsari legarat [r] Appius. Seruilius edixit, vt adesset. tribus habet Pontinam [s], Velinam, Metiam [t]. pugnatur acriter: agitur tamen satis. Deinde me expedio ad Drusum: inde ad Scaurum. parantur orationibus iudices [u] glorioſi. fortasse accedēt etiā COSS. DES. in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit. Ex Q. fratris litteris, suspicor iam eum esse in Britannia [x]. suspenso animo exspecto, quid agat. Illud quidē sumus adepti, quod multis, & maguis indiciis possumus iudicare, nos Cæsari & cariſſimos, & iucundiſſimos esse. Dionysium velim saluere iubeas, & [y] eum roges, & hortere, vt quamprimùm veniat, vt possit Ciceronem meū, atque etiā meipsum erudire. Vale.

CICERO ATTICO, S. 15

OCCVPATIONVM mearum vel hoc signum erit, quòd epistola, librarij manu est. De epistolarum [z] frequentia te nihil accusabo: sed pleræque [a] tantummodo mihi nuntiabant, vbi esses [b], quòd [c] erat abs te: vel etiam significabant, recte esse. quo in genere maximè delectarunt duę ferè eodem tempore abs te Bruto [d] datæ. scire enim volebam te commodè nauigasse. Sed hæc epistolarum frequentia non tam vbertate sua, quàm celeritate [e] delectauit, illa fuit grauis, & plena rerum, quàm mihi M. Paccius, hospes tuus, reddidit, ad eā rescribam igitur, & hoc quidem primùm. Paccio & [f] verbis, & re ostendi, quid tua commendatio pōderis haberet. itaque in intimis est meis, cùm anteà notus non fuisset. Nunc pergam ad cetera. Varro, de quo ad me

a *v.c.* celebritate *fort.* crebritate. f *q.v.c.* re. &

scribis, includetur in aliquem locum, si modò erit locus. sed nosti genus dialogorum meorum: vt in Oratoriis, quos tu in cælum fers, non [a] potuit mentio fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi eius, qui illis notus, aut [a] auditus esset. Hanc ego de rep. quam instituī, disputationem, in Africani personam, & Phili, & Lælij [b], & Manilij contuli. adiunxi adolescenteis, Q. Tuberonem, P. Rutilium, duos [c] Lælij generos, Scæuolam [d], & Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris vtor procœmiis, vt Ἀριστοτέλης in iis, quos ἐξωτερικοὺς [e] vocat, aliquid efficere, vt non sine causa istum appellarem: id quod intelligo tibi placere. vtinam modò donata efficere possim. rem enim (quod te non fugit) magnam complexus sum, & grauem, & plurimi otij: quo ego maximè egeo. Quòd in iis libris, quos laudas, personam desideras Scæuolę [f], non eam temerè dimoui [g], sed feci idem, quod in Πολιτείᾳ deus ille noster Plato. cùm in Piræeum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem, & festiuū senem: quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex. deinde, cùm ipse quoque commodissimè locutus esset, ad rem diuinam dicit se velle discedere. neque posteà reuertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multò ego satius hoc mihi caueudum putaui in Scæuola [h], qui & ætate, & i valetudine erat ea, qua meministi, & iis honoribus, vt vix satis decorum videretur, eum plureis dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo, non alienus à Scæuolæ [k] studiis. reliqui libri τεχνολογίαν habent, vt scis. Huic [l] ioculatoriæ [m] disputationi senem illum, vt noras, interesse sanè nolui. ¶ De re filiæ quod scribis, erit mihi curæ. etenim est luculenta res, Aureliam [n], vt scribis, indicis: & in eo me etiā Tulliæ meę vēditabo. ¶ Vestorio non desum. gratum enim tibi id esse intelligo, &, vt ille intelligat, curo. Sed scis, qui? cùm habeat duos [o] facileis, nihil difficilius. ¶ Nunc ad ea, quæ quæris de C. Catone, lege Iunia [p], & Licinia scis absolutum. Fusia [q] ego tibi nuntio absolutū iri, neque patronis [r] suis. tam libentibus, quàm accusatoribus. Is tamen & mecum, & cum Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus à Lucretio, iudicibus reiiciendis ad [s] v. Non Quinct. De [t] prœlio rumores non boni: sed iudicia nosti. Hirrus cū Domitio in gratia est. s. c. quod hîc COSS. de prouinciis fecerūt, QVICVMQVE POSTHAC, notū [u] ubi, vt quod iā intelligebamus, enūtiationem illam Memmij valde Cæsari displicere. Messalla noster, & [x] eius cōpetitor Domitius, liberalis [y] populo valde fuit: nihil gratius. certi erant COSS. Ac [z] senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret ab iis consiliis, quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos. magnus timor candidatorum. Sed quidam iudices, in his Opimius Veietor [a], Ahtius tribunum pl. appellarunt, ne iniuſu populi iudicarent: resedit [b] comitia dilata ex s. c. dum [c] lex de tacito iudicio ferretur. venit legi dies. Terentius intercessit. COSS. qui illud *leui brachio* egissent, rem [d] ad senatum detulerunt. Hîc Abdera [e], non tacente me. Dices, tamen tu non quiescis? Ignosce, vix possum. Verumtamen quid tam ridiculum? Senatus decreuerat, ne priùs comitia

a *libri vulg.* non mentio port. f.
b *sic 3. ad Q. fratrem antea* Pæti & Petij.*
c *v.c.* duo
d L. Scæuolam.
e extra rem propositam. *Simplicius Philoponus* libro *de anima ex cælo.**
f L. Scæuolæ
g L. demonio *al.* Scæuola,
i *v.c.* & valitudine
k *al.* Scæuolæ
l *v.c.* Huic ioculatorem senem illum,
m *al.* iaculatoriæ: *al.* iaculatorem. *al.* deest hæc vox.*
P. LXIIII.
n L. Aureliam, vt scribis, *al.* Aureliani vt scribis, indicis, *al.* Aureliani vt scribis, indicis, *vet.* iudicis*
o *v.c.* duo facil. *al.* cùm habeat deos faciles.
p vide S. 8. epist.*
q L. Fusia
r M. Scauro *Asconius in pro Scauro.**
s L. 2. d.
t L. De Procilio rum.
u *v.c.* non mihi, vt quod. Iam *fort.* non mihi notius, quàm tibi. Iam intell.
x *al.* & eius Domitius comper.
y Z. in populum
z L. Arsen.
a L. Veient. *Ita Panagathus* id est ex Veientina tribu. *Terētum tribuni pl. app. al.* veiectorantius & P. B. Veiectorancius.*
b *al.* res cedit. *Jal.* res ad senatum. *Ita Manutius & Vis.**
c *al.* cùm lex
d L. res ad sen.
e stultitia, stuppiditas senatorum. epist. 7.*

haberentur, quàm lex lata esset: si qui intercessisset, res integra referretur. Cœpta ferri leuiter. Intercessum non inuitis, res ad senatum. De ea re ita cęsuerũt, *Comitia primo quoque tẽpore habẽri sonsere.* Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, cùm ego patrem eius ornatissimè defendissem, obnuntiationibus per Scæuolam [a] interpositis, singulis diebus vsque ad prid. kalend. Octob. quo ego hæc die scripsi, sublatis, populo tributim domi suæ satisfecerat. Sed tamen, etsi vberior liberalitas huius, gratior esse videbatur eorum, qui occuparant. Cuperem vultum videre tuum, cùm hæc legeres. nam profectò rom [b] non habes nullam, hæc negotia multarum nundinarum fore. Sed senatus hodie fuerat futurus, id est, Kalendis Octobr. iam enim luxerit [c]. ibi loquetur præter Animum, & Fauonium liberè [d] nemo. nam Cato ægrotat. de me nihil timueris: sed tamen promitto nihil. Quid quæris aliud? Iudicia, credo, Drusus, Scaurus *nõ [e] fecisse videntur.* tres candidati fore rei putabãtur, Domitius à Memmio, Messalla à Q. Pompeio Rufo, Scaurus à Triario, aut à L. Cæsare. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? *Ne viuam*, si scio. In illis quidem tribus libris, quos tu dilaudas [f], nihil reperio. Paccianæ epistolæ respondi. cognosce cetera. Ex fratris litteris incredibilia quædam de Cæsaris in me amore cognoui, eáque sunt ipsius Cæsaris vberrimis litteris confirmata. Britannici belli exitus exspectatur. cõstat enim, aditus insulæ esse munitos [g] mirificis molibus. etiam illud iam cognitum est, neque argenti scrupulum hesse vllum in illa insula, neque vllam spem prædæ, nisi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te litteris, aut musicis eruditos exspectare. Paullus in medio foro basilicam iam [i] pænè texuit [k] iisdem antiquis columnis, illam autem, quam locauit, facit magnificentissimam. Quid quæris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. Itaque Cæsaris amici (me dico, & Oppium) distrumparis [l] licet, monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, vt [m] forum laxaremus [n], & vsque ad atrium Libertatis explicaremus, contemsimus sexcẽties LLS. Cum priuatis non [o] poterat transigi minore pecunia. efficiemus rem glorioſissimam. nam in campo Martio septa tribunitiis [p] comitiis marmorea sumus, & tecta facturi: eáque cingemus excelsa porticu, vt mille passuum conficiatur. Simul adiũgetur huic operi villa etiã publica. Dicis, Quid mihi hoc monumentũ [q] proderit? ad [r] quid laboramus res Romanas? non enim te puto de lustro [s], quod iam desperatum est, aut de iudiciis, quæ lege [t] Coctia fiant, quærere. Nunc te obiurgari pátere, si iure. scribis enim in ea epistola, quam C. Decimius [u] mihi reddidit, Buthroto datam, in Asiã tibi eundum esse, te arbitrari. mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tãtulùm interesset, vtrùm per procuratores ageres, an per teipsum, ne [x] toties, & tam longè abesses. Sed hæc mallem integra re tecum egisse. profectò enim aliquid egissem. Nunc reprimam suscepta obiurgationem [y]. vtinam valeat ad celeritatem reditus tui. Ego ad te propterea minùs sæpe scribo, quòd certum non habeo, vbi sis, aut vbi futurus sis. huic tamen nescio cui, quòd videbatur is te visurus esse, putaui dandas esse litteras. Tu, quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quæ tempora tę exspectem [a], facias me certiorem velim, & de Eutychide quid egeris.

CICERO ATTICO, S. 16

O Exspectatas mihi tuas litteras. O gratum aduentum: O constantiam promissi, & fidem miram. O nauigationem amandam! quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis [b]. Sed nisi fallor, citiùs te, quàm scribis, videbo. Credo enim te putasse tuas mulieres in Apulia esse: quod cùm secus erit, quid te Apulia moretur? nam Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus ἀπιτισμὸς ex interuallo reguſtandus. Quin tu huc aduolas: & inuisis illius nostræ [c] reip. germanæ [d]? Putaui de nummis ante comitia [e] tributum vno loco diuisis palàm inde absolutũ Gabinium: detur esse valiturum. De Messalla quod quæris: quid scribam, nescio: numquam vidi tam pares candidatos. Messallæ copias nosti. Scaurum Triarius reum [g] fecit. Si quæris, nulla est magnopere commota συμπάθεια. Sed tamen habet ædilitas [h] eius memoriam non ingratam, & est pondus apud rusticos [i] in [k] patris memoriam I. Réliqui duorum plebeij sic exæquantur, vt Domitius valeat amicis, adiuuetur tamen non gratissimo munere. Memmius Cæsaris commédetur [n] militibus, Pompeij Gallia [o] nitatur. quibus si non valuerit, putant fore aliquem, qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat, Catone prætertim absoluto. ¶Nunc [p] de Gabinio habe absoluto. Verùm ferendum est. Quæris, ego me vt gesserim. cõstanter, & liberé. Quid ille? inquies, vt ferebat? immaniter, meęque dignitatis, quoad mihi satisfactum esset, habendam sibi rationem putabat. Quomodò ergo absolutus? omnino [q] ΠΟΡΠΑΠΤΜΝΑ. accusatorum incredibilis infantia, id est, L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes prævaricatum: deinde Pompeij mira contentio, iudicum fordes. Attamen XXXII. condemnarunt. XXXVIII. absoluerunt. iudicia reliqua impendent. Nondum est planè expeditus. Dices, Tu ergo hæc quomodo fers? Bellè mehercule, & in eo me valde amo. Amisimus, mi Pomponi, non [r] omnẽ modò succum, ac sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam ciuitatis. Nulla est resp. quæ delectet, in qua acquiescam. Idne igitur, inquies, facilè fers? Idipsum. recordor enim, quàm bella, paullisper nobis gubernantibus, ciuitas fuerit: quæ mihi gratia relata sit, nullus dolor me angit. vnũ omnia posse, distrumpuntur [s] ij, qui me aliquid posse doluerunt. multa mihi dant solatia: nec tamen ego de meo statu demigro: quæque vita maxime est ad naturam, ad eam me refero, a d [t] litteras, & studia nostra: dicendi laborem delectatione oratoria consolor. Domus me, & rura nostra delectant. non recordor, vnde decederim, sed vnde surrexerim. Fratrem mecum, & te si habebo, per me ista pedibus trahuntur [u]. Vobis ἐμφιλοσοφήσω possum. Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concaluit [x]. Priuata modò, & domestica nos delectant. miram securitatem videbis, cuius pluma mehercule partes sunt in tuo reditu. Nemo enim in terris est mihi tã consentientibus sensibus. Sed accipe alia. Res fluit ad interregnũm [y], & est nonnullus odor dictaturæ: sermo

r *vulg.* &.* u *L.* trahuntur. ¶ *Faern.* trahuntur. Pedibus trahi dicit, id est, vel si mala illis omnia eueniant, non laboro. Ita locutus Cicero ad famil. 32.* x *libri vulg.* concaluit. ¶ Il est callum contraxit ita locutus Cicero ad Nonium in, Concalluit 162. cap. 2. y Interrex creabatur, cum vrbe ipsi consulibus & reliquis patritijs magistratibus erat.*

a L. Scæuulam
b *fort.* spem nõ hab. null. *e.v.c.* rem habes nullam: hæc negotia
c L. Lucisceit. d *al.* liber nemo.
e id est absolutti sunt. formula hæc fuit absoluẽdi.*
f *vet.* dilaudas *Piteus* adeo laudas.*
g *al.* miratos.*
h L. scripulum *& ita v.c.*
i *v.c.* iam pænè texerit iisdem
k *al.* texerit* l inuidia.
m L. vt laxaremus, & v. *al.* vt eos P. lxvi. B. *al.* vt eorum *al.* vt odeũ.*
n augeremus ampliaremus.*
o Hanc negationem distpungit Faernus.*
p *v.c.* tributis.
q Faer. monumentum. Proderit: id quidem. Habes res Romanas.*
x *fort.* ad quietem. Habes res Romanas. non en.
s Lustrabant vrbem censores post censuram.*
t L. lege Plotia *al.* lege Cincia ¶ lege autem Plotia iudicia communicata tribus ordinibus, senatorio, equestri, plebeio: post, Aurelia, senatoribus, equestribus & Tribunis ærarijs. lex vero Cimia de donis erat.*
u *al.* Domitius
P. LXVII.
x L. vt ab his toties, & r.
y *v.c.* obiurgationem. hoc quod dixi, tantum vtinam valeat ad celer. redit.

quidē multus:qui etiā Gabinium apud timidos iudices adiuuit. Candidati consulares omnes, rei ambitus. accedit etiam Gabinius: quem P.Sulla non dubitans,quin foris [a] esset, postularat,contrà dicente, & nihil obtinente Torquato.Sed omnes absoluentur, nec posthac quisquam damnabitur,nisi qui hominem occiderit. Hoc tamen agitur seuerius. Itaque iudicia [b] calen.M. Fuluius Nobilior condemnatus est. Multi alij vrbani ne respōdent quidem. Quid aliud noui? & [c] tamen,absoluto Gabinio,stomachantes alij iudices,hora pōst, Antiochum Gabinium nescio quem,solidis [d] pectoribus, libertum accensum Gabinij lege [e] Papia condemnarunt.Itaque dixit statim reus lege maiestatis ΟΤΚΟΙΜΠΙCA [f] ΜΑΘΙΗ. Pontinus [g] vult ad IIII.Non.Nouembr. triūphare.Huic obuiam Cato,& Seruilius,prætores,apertè,& Q.Mucius tribunus.Negāt enim latum de imperio [h] :& est latum,herculè,insulsè [i]. sed erit cum Pomtino Appius cos. Cato tamen affirmat,se viuo,illum non triūphare [k].Id ego puto,vt multa eiusdem,ad nihil recasurum. Appius sine lege [l] suo sumtu in Ciliciam cogitat.Ab [m] Q.fratre,& à Cæsare accepi ad IX.kalend. Nouemb.litteras, cōfecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla prēda,imperata tamen pecunia, datas à litoribus Britanniæ proximo [n] :a.d.VI.kalend.Octob. exercitum è Britannia reportabant. Q.Pilius erat iam ad Cæsarē profectus. Tu,si aut amor in te est nostri [o], ac tuorum, aut vlla veritas, aut,si etiam sapis, ac fcui tuis commodis cogitas: aduentare, & propè adesse iam debes. non mehercule æquo animo te careo,te autē quid mirum, qui Dionysium tantopere desiderem? quem quidem,abs te,cùm dies venerit,& ego, & Cicero meus flagitabit, Abs te proximas litteras habebam,Epheso ad [p] V.Id. Sext.datas.

CICERO ATTICO, S. 17

PVTO te existimare,me nunc oblītum consuetudinis, & instituti mei, rariùs ad te scribere,quàm solebam:sed cùm loca,& itinera tua nihil habere certi video [q],neque in Epirum,neque Athenas,neque in Asiā,n eque cuiquam,nisi ad te ipsum proficiscenti, dedi litteras. Neque enim sunt [a] epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint,nihil ea res nos offensura sit:quæ tantùm habent mysteriorum, vt eas ne librariis quidem ferè committamus. Lepidum [b] quò [c] excidat.COSS.flagrant infamia,quòd C. Memmius candidatus pactionē in senatu recitauit, quam ipse,& [d] suus competitor Domitius cū COSS.fecisset [e],vti ambo LLS.quadragena [f] COSS.darent,si essent ipsi COS.facti:nisi treis augures dedissent, qui se affuisse dicerent,cùm lex curiata ferretur,quę lata non esset:& [h] duos consulareis,qui se dicerent in ornandis Prouinciis consularibus *scribēdo affuisse*, cùm omnino ne senatus quidem affuisset [i]. Hæc pactio non verbis, sed nominibus,& præscriptionibus [k], multorum tabulis, cum esse facta diceretur, prolata à Memmio est, nominibus inductis auctore Pompeio. Hic Appius erat idem. nil sanè iacturæ.corruerat alter,& planè, inquam,iacebat.Memmius autem,diremta coitione,inuito Caluino,planè refrixerat, & eo magis nūc concitare [l] dictaturam,fauere [m] iusticio,& omnium rerum licentiæ. Perspice æquitatem animi mei,& ludum,& contentionem Seleucianæ [n] prouinciæ, & [o] meam herculè cum Cæsare suauissimam coniunctionē. hæc enim me *vna ex hoc naufragio tabula* delectat. qui quidem Quinctum meum, tuumque(dij boni)quemadmodum tractat,honore,dignitate, gratia! non secùs, ac si ego essem imperator. Hibernam legionem eligendi optio delata commodùm,vt [p] ad me scribit.Hunc tu non ames?Quem igitur istorum?Sed heus tu,scripserámne tibi,me esse legatum Pompeio? & extra vrbem quidem fore ex Idibus Ian.? visum est hoc mihi ad multa quadrare. Sed quid plura? coràm(opinor)reliqua: vt tu tamē aliquid exspectes. Dionysio plurimam salurē: cui quidem ego non modò seruaui, sed etiā ædificaui locum. Quid quæris? Ad summam lætitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus [q] ex illius aduentu cumulus accedit. Quo die ad [r] me venies,si [s] me amas, apud me cum tuis maneas.

a *I.* sunt ex ep.

b *al.*Ne verbum quod excidat. *vide Vrsin.**

c *I.* quò res cadat.

d *al.* ipse suus.*

e *I.*fecissent.

f aureor. 12000.*

g Memmius & Caluinus.*

h *q.v.c.* & P. LXVII. B. duo consulareis,

i *I.*fuisset.

k L.perscriptionibus.‖ vt libro 1. de oratore. & Philippica 5.

l *I.* cogitare.‖ *& ita Faernus.**

m *al.*furere. iust.*meadosc.*

n *v.c.*Seleucianæ.

o L. & meherculè, cum Cæs.

p I.vt ad me Qu.scribit.

q *v.c.* magnus illius aduentu

r *I.*Quo die aduenies, *&c.v.c.*Quo die ad me venies,si me amas, apud me cum tuis *&c.*

P. LXVIII.

s *vel.*vt si me. *Faern.* tu si me amas *Vrsin.* vbique si me amas.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM, LIBER V.

CICERO ATTICO, S. 1

EGo vero & tuum in discessu vidi animum,& meo sum ipse testis:quo magis erit tibi videndum,ne quid noui decernatur, vt hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. De Annio Saturnino [a], curasti probè.de satisdādo verò, te rogo, quoad eris Romæ,tu vt satisdes.& sunt aliquot satisdationes [b] secundum mancipium [c] in his & Memmianorum prædiorum,vel Hatilianorū. De Oppio,factum est, vt volui, & maximè quò DCCC.aperuisti:quæ quidē ego vtiq; vel versura facta solui volo, ne extrema exactio nostrorū nominū exspectetur. ¶Nūc venio ad trāsuersum [d] illū extremæ epistolę tuę versiculū,in quo me admones de sorore:quæ res se sic habet:Vt venī in [e] Arpinū,cū ad me frater venisset:in primis nobis sermo,isque multus,de te fuit.ex quo ego veni ad ea,quæ fuerāmus ego,& tu inter nos de sorore in Tusculano locuti.nihil tā vidi mite,nihil tam placatum, quàm tum meus frater erat in sororem tuā:vt etiā si qua faerat ex ratione [f] sumta offensio,nō appareret.Illo [g] sic die.Postridie ex

d qui in trāsuerso epistolæ scriptus impleta pagina.*

e I. in Arpinas.

f *Vrsre.**

g L.ille sic dies.

a receptum vt præsenti pecuniæ res addiceretur.* c L. mā

b Memmianorum prædiorum,vel Atilianorum.

P. B.

Arpinati profecti sumus. vt in Arcano Quinctus maneret, dies fecit: ego Aquini: sed prandimus in Arcano: (nosti hunc fundum) quò vt venimus, humanissimè Quinctus, Pomponia, inquit, tu inuita mulieres [a], ego [b] acciuero pueros [c]. Nihil potuit, mihi quidem vt visum est, dulcius, idque cùm verbis, tum etiam animo, ac vultu. At illa, audientibus nobis, Ego sum, inquit, hîc hospita: id autem ex eo, vt opinor, quòd antecesserat Statius [d], vt prandiũ nobis videret. Tum Quinctus, En, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. Dices, Quid, quæso [e], istuc erat? Magnum. Itaque meipsum commoueram: sic absurdè, & asperè verbis, vultúque respondi. Dissimulaui dolens: discubuimus omnes, præter illam: cui tamen Quinctus de mẽsa misit. illa reiecit. Quid multa? nihil meo fratre lenius: nihil asperius tua sorore mihi visum est: & multa prætereo, quæ tum mihi maiori stomacho, quàm ipsi Quincto fuerũt. Ego inde Aquinum: Quinctus in Arcano remansit: & Aquinum ad me postridie manè venit, mihique narrauit, nec secum illam dormire voluisse: &, cùm discessura esset, fuisse eiusmodi, qualem ego vidissem. Quid quæris? vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei, meo iudicio, illo die defuisse. Hęc ad te scripsi fortasse pluribus, quàm necesse fuit, vt videres, tuas quoque esse parteis instituendi & monendi. Reliquum est, vt antè, quàm proficiscare [f], mandata nostra exhaurias: scribas ad me omnia: Pontinum [g] extrudas. Cùm profectus eris, cures, vt sciam. Sic habeas, nihil hercule te mihi nec carius esse, nec suauius. A. Torquatum amantissimè dimisi Minturnis, optimum virum: cui, me ad te scripsisse [h] aliquid, in sermone, significes velim. Vale.

a Terentiam & Tullio-lam.*
b L. ego viros arciuero. N.
c Quinctum filiũ & Marcum fratris filium.*
d Libertus Quincti.*
e an ea quali.*
f in Epirũ.*
g L. Pomtinum. v. c. Põptinum [legatum Ciceronis.*
h L. scripsisse de se aliq.

P. LXIX.

CICERO ATTICO, S. 2

A.D. VI. Id. Maias cùm has dabam litteras, ex Põpeiano proficiscebar, vt eo die manerem in Trebulano apud Pontium. Deinde cogitabam sine vlla mora iusta [i] itinera facere. In Cumano cùm essem, venit ad me (quod mihi pergratum fuit) noster Hortensius: cui deposcenti mea mãdata, cetera vniuersè mãmandaui: illud propriè, ne pateretur, quãtum esset in ipso, prorogari nobis prouincias [k] in quo eum tu velim confirmes, gratúmque mihi feciſſe dicas, quòd venerit ad me, & hoc mihi, prætereáque, si quid opus esset, promiserit. Confirmaui ad eam causam etiam Furniũ nostrum, quem ad annum trib. pleb. videbam fore. Habuimus in Cumano quasi pusillam Romam: tãta erat in his locis multitudo. Cùm interim Rufio [l] noster, quòd se à Vestorio obseruari videbat, stratagemate [m] hominem percussit. nam ad me non accessit. Ita-ne? cùm Hortensius veniret, & infirmus, & [n] tam longè [o] Hortensius, cùm maxima prætereà multitudo, ille non venit? non, inquam. Non vidisti igitur hominem? inquies. Qui potui non videre, cùm per Emporium Puteolanorum iter facerem? in quo illum agentem aliquid, credo, salutaui. Post etiam iussi valere, cùm [p] me è Pansæ villa, *numquid* [q] *vellem*, rogasset. Hunc hominem parum gratum quisquam putet, aut non in eo ipso laudandum, quòd audiri nõ laborarit? Sed redeo ad illud. Noli putare, mihi aliam consolationem esse huius ingentis molestiæ, nisi quòd spero non longiorem annua fore. hoc me ita velle multi non credunt ex consuetudine aliorum. Tu, qui scis, omnem diligentiam adhibebis, tũ scilicet, cùm id agi debebit. Cùm ex Epiro redieris, de rep. scribas ad me velim, si quid erit, quod opperiare [a], nõdum enim satis huc erat allatum, quo modo Cæsar ferret de auctoritate [b] perscripta: erátque rumor de [c] Transpadanis, eos iussos IIII [d]. viros creare. Quod si ita est, magnos motus timeo. Sed aliquid ex Pompeio sciam. Vale.

i æqualia*
k al. prouinciam.*
l C. Sempronius Rufus de quo 8. famil. 8.*
m al. strategemate h. n. c. & tam longè, & H. o Ferm. longe cùm & cet.
p L. cùm me exiens è sua villa, al. cum me spectans è sua villa, Ket. Vitior. cùm me exspensa è villa. al. cum me expense sua villa. al. expense è sua villa al. ex Pansæ sui villa.*
q Abiturihac formula vtebatur. Terentius Heaut. & Eunucho vbi Donatus.*

P. B.

CICERO ATTICO, S. 3

A.D. VI. Id. Maias veni in Trebulanum ad Pontium: ibi mihi tuæ litteræ binæ reditæ sunt tertio abs te die. eodem autem ex Pompeiano Philotimo dederam ad te litteras. nec verò nunc erat sanè, quid [f] scriberem. Qui de rep. rumores, scribe quæso. in oppidis enim summum video timorem: sed multa inania. quid de iis cogites, & quando, scire velim. Ad quas litteras tibi rescribi velis, nescio. nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi binę semel [g] in Trebulano redditę sunt: quarum alteræ edictũ P. Licinij habebant (erat autem Nonis Maiis datæ) alteræ rescriptæ ad meas Minturnenseis. Quàm vereor, nequid fuerit σπουδαιότερον in iis, quas non accepi, quib. rescribi vis! Apud Lentulũ ponã te in gratiã. Dionysius [h] nobis cordi est. Nicanor [i] tuus operã mihi dat egregiã. Iam deest quid [k] scribam, & lucet. Beneuenti [l] cogitabam hodie. nostra continentia, & diligentia faciemus [m] satis. A [n] Pontio ex Trebulano ad [o] v. Id. Maias.

e Quinctum filiũ & Marcum fratris filium.*
f L. quod scr.
g al. bimẽstri. al. desp. semel.*
h Ciceronis pueros magister.*
i Atticus.*
k L. quod scr.
l al. Beneuentum. sic vniuersa Latina Iaquaeum, Beneuentũ P. LXX. cogito, v. c. satisfaciemus Lat. & indulgentia est, satisfaciamus. Latins.*
m al. L. Pontius.*
n al. Pontius.
o L. a. d. v.
p L. a. d. v. Pontio.
q v. c. L. Furfulanum. & tria L. f M. Tullius Laurea.* r L. mancipium: Tullius: Hyginus autem Tullius. mancipium. attribuendum. u al. Mario. eluendum. Labat dem Labat Pontagathus ad Bof. ac me Tullius illius. Hoc quidem latebat quos. x L. verear. addueri vt no stra possit ad ęqualia. σπουδαιότερον. ais & tuis ἀντιφράσεσι. ἀντιφράσεσι. ἀντιφράσεσι. Eq. P. B. vrbanitate. duci possit.

CICERO ATTICO, S. 4

BENEVENTVM veni ad [p] V. Id. Maij. ibi accepi eas litteras, quas tu superioribus litteris significaueras te dedisse: ad quas ego ipso eo die dederam ex Trebulano à [q] Pontio. Ac binas quidem tuas B eneuenti accepi: quarum alteras Fesulanus [r] multo manè mihi dedit: alteras scriba [s] Tullius. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo, & maximo mandato [t]: sed tua profectio spem meam debilitat: ac [u] ne illud quidem labat, non quo, sed inopia cogimur eo contenti esse. De illo altero, quem scribis tibi visum esse nõ alienum: vereor [x], adduci vt nostra possit, (& tuis ἀντιφράσεσι) πρὸς νεῦσιν esse. Equidem sum facilis: sed tu aberis, & [y] me absente [z], rei habebis rationem [a] meæ. Nam posset aliquid, si vtetuis nostrũm adesset, agente Seruilio [b] fieri probabile. Nunc si [c] tãm res placeat, agendi tamẽ viam non video. ¶ Nunc venio ad illam epistolam, quam accepi à Tullio. De Marcello [d] fecisti diligenter. igitur s. c. si erit factum: scribes ad me. sin minùs: rem tamẽ conficies. mihi enim attribui oportebit, item Bibulo: sed non dubito, quin s. c. expeditum sit, in quo præsertim sit compendium populi. De Torquato, probè. de Masone. & Ligure, cùm venerint. De illo, quod Chæripus, quoniam hîc quoque πρόξενευσεν sustulisti: ô prouincia! etiámne hic mihi curandus est? Curandus autem? hactenus, nequid ad senatum. Consule [e], aut numera. nam de ceteris [f], sed tamen cõmodè, quòd cùm Scrofa. De [g] Pontino, recte scribis. est enim ita, vt, si ante Kalendas Iũ. Brudisij futurus sit, minùs vrguendi fuerint.

p L. a. d. v. Pontio.
q v. c. L. Furfulanum. & tria L.
r L. mancipium: Tullius: Hyginus autem Tullius. mancipium. attribuendum. u al. Mario. eluendum. Labat dem Labat Pontagathus ad Bof. ac me Tullius illius. Hoc quidem latebat quos. x L. verear. addueri vt no stra possit ad ęqualia. σπουδαιότερον. ais & tuis ἀντιφράσεσι. ἀντιφράσεσι. ἀντιφράσεσι. Eq. P. B. vrbanitate. duci possit.

ad πρόξενευσιν & ais δυσδιάγνωστον. Esset quidem summè facile. Sed tu aberis & me absente res. Habebis mei rationem. Al. verear adduci vt nostra possit & vt vis. δυσδιάγνωστον. Esset summe quidem facile. & cet.* y L. nec, me absente. rei habebis meæ rat. z al. absente, me habebis rationem Paniagath.* a al. miration em.* b L. Seruio, Seruij filio al. Seruilio seruio.* c L. iam. hactenus, ne quid ad f. al. Curandus autem hactenus, nequid. e consule, aut numera, nam rc. ceteris. Sed f. [ceteris. Sed] g. [Pontio.] De Pomtinio.

M.Annius,& Tullius.Quæ de Sicinio audisti, ea mihi probantur,modò ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum.sed considerabimus.rem enim probo.De nostro itinere,quod statuero: de quinque præfectis, quid Pompeius facturus sit, cùm ex ipso cognoro,faciam,vt scias.De Oppio,bene curasti quòd ei DCCC.expositi: idque, quoniam Philotimum habes,perfice,& cognosce rationem,& [a],vt agam amplius,si me amas,priusquàm proficiscaris, effice:magna me cura levaris.Habes ad omnia:etsi pene preterij,chartam tibi deesse.meab cautio est:siquidem eius inopia minùs multa ad me scibis.Tu verò auferducentos [c]:etsi meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat,dum [d]acta, & rumores vellet. Iam si qua certa habes de Cæsare,exspecto litteras:& alias Pontino [e] de omnibus rebus diligenteis [f] dabis. Vale.

CICERO ATTICO, S. 5

PLANE deest,quod scribam.nam nec, quid mandem,habeo:nihil enim prætermissum est:nec,quid narrem:noui enim nihil [g]:nec iocandi locus est.ita me multa sollicitant. tantú tamen scito,Idib. Maiis nos Venusia manè proficiscenteis [h] has dedisse. eo autè die credo aliquid actum in senatu. Sequantur igitur nos tuæ litteræ,quibus,nõ modò res omneisi: sed etiam rumores cognoscamus.eas accipiemus Brũdisij. Ibi enim Pontinum [k] ad eam diem,quam tu scripsisti exspectare consilium est.Nos,Tarenti quos cum Pompeio διαλόγους de rep.habuerimus, ad te perscribemus. Etsi idipsum scire cupio,quod ad tempus rectè ad te scribere possem [l],id est, quamdiu Romæ futurus sis:vt,aut quò dẽ posthac litteras,sciã, aut ne dẽ frustra.Sed antè,quàm proficiscare, vtique explicatũ sit illud LLS.XX. & DCCC. Hoc velim in maximis rebus,& maximè necessariis habeas,vt, quod auctore te velle cœpi,adiutore assequar.

CICERO ATTICO, S. 6

TARENTVM veni ad [m] XV. Kalendas Iun. Quòd Pontinum [n] statueram exspectare, commodissimum duxi dies eos, quoad ille veniret,cum Pompeio cõsumere: eóque magis,quòd ei gratum esse id videbam,qui etiã à me petierit,vt secum [o],& apud se essem quotidie.quod [p] concessi libenter.multos enim eius præclaros de republ.sermones accipiam: instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrũ negotium. Sed ad te breuior iam in scribendo incipio fieri,dubitans,Romę ne sis,an iam profectus:quod tamen quoad ignorabo, scribam aliquid potiùs,quàm committam, vt tibi,cùm possint reddi à me litteræ,non reddãtur:nec tamen iam habeo, quid aut mandem tibi,aut narrem.Mandaui omnia, quæ quidé tu,vt polliceris,exhauries: narrabo, cùm aliquid habebo noui.illud tamen non desinam, dum [q] adesse putabo, de Cæsaris [r] nomine rogare, vt confectum relinquas. Auidè exspecto tuas litteras, & maximè, vt norim tempus profectionis tuæ.

CICERO ATTICO, S. 7

QVOTIDIE, vel potiùs in dies singulos breuiores litteras ad te mitto. quotidie enim magis,ac magis suspicor, te in Epirum iam profectum: sed tamen, vt mandatum scias me curasse: quot ante, ait se Pompeius quinos [s] præfectos delaturum nouos,vacationes [a],iudiciariam [b] causam. Ego cùm triduũ cum Pompeio, & apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brundisiũ ad [c] XIIII.kal.Iun.ciuẽ illũ egregiũ relinquebã,& ad hęc,quæ timentur,propulsanda, paratissimũ.Tuas litteras exspectabo,cùm vt,quid agas,tum vt,vbi sis,sciã.

CICERO ATTICO, S. 8

ME & incommoda valetudo, qua [d] iam emerseram, vt pote cùm sine febri laborassem, & Pontini [e]exspectatio,de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duodecimum iam diem Brundisij: sed cursum [f] exspectabamus.Tu,si modò es Romæ(vix enim putò) sin es, hoc vehementer animaduertas velim.Romæ [g] acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras iniuriam meã, quòd Philotimus socius esset in bonis suis. Id ego ita fieri volui de C.Duronij sententia, quem & amicissimum Miloni perspexeram, & talẽ virum,qualem tu iudicas,cognoram.eius autem consiliũ,meúmque hoc fuerat: primùm, vt in potestate nostra esset res,ne illum malus emtor alienis [h] mancipiis, quæ permulta secum [i] habet,spoliaret:deinde,vt Faustæ [k],cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. erat etiam illud,vt ipsi nos,si quid seruari possit [l], quàm facillimè seruaremus. Nunc rem totam perspicias velim. nobis enim scribuntur sæpe maiora.Sed, si ille queritur,si scribit ad amicos,si idem Fausta vult:Philotimus(vt ego ei coràm dixeram,mihíque ille receperat)ne sit, inuito Milone, in bonis.nihil nobis fuerat [m] tanti.sin hęc leuiora sunt,tu iudicabis.Lóquere [n] cum Duronio. Scripsi etiam ad Camillũ, ad Lamiam.eóque magis, quòd non confidebã Romæ te esse.Summa erit hæc: statues,vt ex fide [o],fama [p],réque [q] mea videbitur. Vale.

CICERO ATTICO, S. 9

ACTIVM venimus ad [r] XVII. Kal. Quinctil.cùm quidem & Corcyræ, & Sybotis, muneribus tuis,quæ & Areus, & meus amicus Eutychides opiparè, & φιλοφρόνως ἐξέπεμψαν nobis concesserant [s] epulati essemus saliarẽ [t] in modum. Actio maluimus iter facere pedibus,qui incommodissimè nauigassemus : & Leucaten [u] flectere,molestũ videbatur. Actuariis autem minutis Patras accedere sine [x] impedimentis,non satis visum est decorũ. Ego, vt sæpe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor, præcipio meis.faciam [y]denique, vt summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinariũ traducamus. Parthus velim quiescat,& fortuna nos iuuet. nõstra præstabimus.Tu,quæso,quid agas, vbi [z] quoque hoc tempore futurus sis,qualeis [a] res nostras Romæ relqueris,maximè de [b] CXX. & de DCCC.cura, vt sciamus.id vnis diligenter litteris datis (quæ ad me vtique perferantur)consequêre. Illud tamen(quoniam nunc abes,cùm id non agitur, aderis autem ad tẽpus,vt [c] mihi scripsisti) memento curare per te,& per omneis [d] nostros,in primis per Hortensium,vt annus noster maneat suo statu,ne quid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, vt dubitem,an etiam te rogem,vt pugnes, ne intercaletur [e]. sed non audeo tibi omnia onera imponere:annum quidem vtique teneto. Cicero meus, modestissimus, & suauissimus puer,tibi salutẽ dicit.Dionysiũ [f] semper equidem,vt scis,dilexi:sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis, quòd te amat, nec tui mentionem intermitti sinit.

a *fort.* vacationes ob iudiciariã causam.‖ Vacationes autem à muneribus intelligit.*

b munus iudicandi inter Græcos.‖

c L.a.d.XIIII. *al.* a.d.XIII.

d *L.* è qua

e *L.* Pontinũ

f idoneam tempestatẽ.*

g *fort.* Romæ acceperam, Milonẽ meũ q.*q.v.c.* Roma acceperã litteras, Mil.

h *al.* alienus,‖ *al.* emptor & alienus, mancipiis. *&c.*

i *v.c.*secuta h.‖ *al.*secura*

k Milonis vxori.*

l *al.* posset, P. LXXII.

m *al.* fuerit

n *al.* Loquãre

o quia Philotimo promiserat, quod ei Milo pro conseruatis bonis daret, cum sua bona recuperaret.*

p quia turpe mihi esset mandatum emendi non seruare.*

q quia socius in illa emptione.*

r L.a.d.XVII. kalendas.

s I. congessérant.

t Saliarum cœnæ opiparæ erant.*

u *v.c.*Leucatam

x *q.v.c.* sine his impedimẽtis.‖ *al.* sine eis.*

y L. facio denique.

z *v.c.*vbi, quóque tempore fut.

a *v.c.*qualis

b de LLS.XX.

c *q.v.c.* vt mihi rescripsisti)

P. B.

d *v.c.*omnis

e atque ita ne longior fiat administratio prouinciæ.*

f Ciceronis pueri magistrum.*

CICERO ATTICO, S. 10

VT Athenas ad [a] XV. Kal. Quinctil. venerã, exspectabam ibi iam quartum diem Põtinum [b], neque de eius aduentu certi quidquam habebam. Eram autem totus (crede mihi) tecum: &, quamquam sine [c] iis per me ipse, tamen actiùs, vestigiis tuis monitus, de te cogitabam. Quid quæris? Non meherculè alius vllus sermo, nisi de te. sed tu aliquid de meipso scire fortasse mauis, hæc sunt. Adhuc sumtus nec in me aut publicè, aut priuatim, nec in quemquam comitum [d]. Nihil accipitur lege [e] Iulia, nihil ab hospite: persuasum est omnibus meis, seruiendum esse fæmæ meæ. bellè adhuc. hoc animaduersum, Græcorum laude, & multo sermone celebratur. quod superest, elaboratur in hoc à me, sicut tibi sæpe placere. sed hæc tum laudemus, cùm erunt perorata. Reliqua sunt eiusmodi, vt meum consilium sæpe reprehendam, quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerserim. O rẽ minimè aptam meis moribus! O illud [f] verũ, ἔρροι τις. Dices, quid adhuc? nondum enim in negotio versaris. Nescio, & puto molestiora restare, etsi [g] hæc ipsa fero equidem fronte, vt [h] puto, & vultu bellissimo. sed angor intimis sensibus: ita multa vel iracũdè, vel insolenter, vel in omni genere stultitiæ, insulsè, arroganter & dicuntur, & tacentur quotidie: quæ nõ quò te celem, non perscribo, sed quia δυσκόλλητα [i] sunt. Itaque admirabere meã βαθυθυμία, cùm salui redierimus: tanta mihi μελέτη huius virtutis datur. Ergo hæc quoque hactenus. etsi mihi nihil erat propositum ad scribendum: quia, quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem: nec herculè vmquam tamdiu ignarus rerum mearum fui, quid de Cæsaris, quid de Milonis nominibus actum sit: ac non modò nemo, sed ne rumor quidem quisquã, vt sciremus, in rep. quid ageretur. Quare, si quid erit, quod scias de his rebus, quas putabis scire me velle, per [k] mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Quid est præterea? nihil sanè nisi illud. valde me Athenę delectarunt. Turbæ [l] duntaxat? & vrbis ornamẽtum, & hominum amores in te, in [m] nos quędam [n] beneuolentia. Sed multùm & philosophia [o], ἄνωθεν ἀπ' [p] Κάπης, si [q] quidem est in Aristo, apud quem eram. nam Xenonem [r] tuum, vel nostrum potiùs, Quincto concesseram: & tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus inuicem [s]. Cùm primùm poteris, tua consilia ad me scribas, vt sciã, quid agas, vbi [t] quoq;, & maximè quando Romæ futurus sis. Vale.

a v.c. a. d. XVI. al. a. d. VII. & ita Manut.*
b al. Pomtinium,
c al. sine his
d De comitibus præfidum adde l. 1. dig. fin. 4. ff. de off. adsess.*
e lege Iulia concedebatur aliquid accipi. vide epistolam 16. & 21.*
f L. O illum verum,
g al. sed hæc ipsa.
h v.c. vt puto, & volo bellis. al. bellis L. vt puto. & volo, bellissimè: sed al. vt puto, & vultu bellissimè. sed
i al. δυσευκόλητα
P. LXXIII. al. δυσέκλητα id est de quibus non possumus liberè loqui aut queri. vet. al. δυσκέλλητα vel δυσευκήλητα vel δυσευηλητα al. δυσευκείλητα vel δυσεξήλητα. Bos. δυσεξήμητα id est abdita.*
k al. per mihi erit gratũ eadem Turnes. vtitur 1. epistola vltima & 10. epistol. 1. & in Manilia.*
l L. Vrbs duntaxat? & vrbis orn. & ita v.c.
m al. in nósque beneuolentia.
n al. quadam.*
o Academica.*
p Malasp. Antiochina*
q al sic quidem existimat Aristo. 1. apud quem eram.*
P. B. mat tuus apud quem eram. Vrsf. sic quidem existimat Aristo. 1. apud quem eram.* r al. Zenonem
s al. iunctim.*
t L. vbi quòque tempore Romæ futurus sis. u v.c. committo,
x L. Marcellus fœdus in Comensi. Ita hunc locum emendauit Pantagath. Ciuem Nouocomesem virgis ceciderat Marcellus in odium Cæsaris, qui Nouocomum iure Latii donauerat & Pompeij, cuius pater Strabo Transpadanas colonias deduxerat. Bos. ita legit Marcellus fœde de Comensi vel fœde in Comensi.* y L. etsi enim ille. z L. nostro, quàm Cæsari. al. nostro ac Cæsari vt particula nostro, Pompeium intelligat.*

CICERO ATTICO, S. 11

HVI, totiésne me litteras dedisse Romam, cùm ad te nullas darem? at verò posthac frustra potiùs dabo, quàm, si rectè dari potuerint, committam [u], vt non dem. Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas, dũ ades, quidquid prouideri potest, prouide. nõ dici potest, quàm flagrem desiderio vrbis, quàm vix harũ rerum insulsitatem feram. Marcellus [x] sedẽdi comes. & si [y] ille magistratum non gesserit, erat tamen Transpadanus. ita mihi videtur nõ minùs stomachi nostro [z] Cæsari fecisse. sed hoc ipse viderit. Pompeius mihi quoque vidébatur (quod scribis Varronem dicere) in Hispaniam certè iturus. id ego minimè probabam, qui quidem Theophani [a] facilè persuasi, nihil esse melius, quàm [b] illud, nusquam illum discedere. ergo Græcus incumbet. valet autem auctoritas eius apud illum plurimùm. Ego has prid. Non. Quinct. proficiscens Athenis, dedi: cùm ibi decem ipsos fuissem dies, venerat Pontinus [c]. nam [d] Cn. Volusius aderat quæstor [e]. tuus vnus Tullius aberat. ἀφεκτικὸς Rhodiorum, & dierota Mitylenæorum habebam, & aliquid [f] ὀπίκωπον. De Parthis erat silentiũ. Quod superest, Dij iuuent. nos adhuc iter per Græciam summa cum admiratione fecimus. Nec meherculè habeo quòd adhuc quem accusem meorum. Videntur mihi nosse nos, nostram causam, & conditionem profectionis suæ. planè seruiunt existimationi meæ. Quod superest, si verum illud est, εἰὰ περὶ τὰ δίκαια, certè permanebunt. Nihil enim à me fieri ita videbunt, vt sibi sit delinquendi locus. Sin id parum profuerit: fiet aliquid à nobis seuerius [h]. nam adhuc lenitate dulces fumus, & (vt spero) proficimus aliquantum. Sed ego hanc, vt singuli dicunt, ἀνεξίαν, in vnum annũ meditatus sum. proinde pugna, ne, si quid prorogatum sit, turpis inueniar. Nunc [i] redeo ad [k] quæ mihi mandas. In [l] præfectis excusatio [m]: iis, quos voles, deferto. non ero tã μετέωρος, quàm in Apuleio fui. Xenonem tam diligo, quàm tu: quòd id ipsum sentire certò scio. Apud Patronem, & reliquos Barones [n] te in maxima gratia posui, & herculè merito tuo feci. nam [o] mihi is ter, dixit te scripsisse ad se, mihi ex illius litteris rem illam curæ fuisse, quod ei pergratum erat. sed, cùm Patro mecum egisset, vt peterem à vestro Areopago, ὑπομνηματισμὸν tollerent, quem Polycharmo præt. fecerant: commodius visum est & [p] Xenoni, me, & pòst ipsi Patroni, ad Memmium scribere: qui pridie, quàm ego Athenas venirem, Mitylenas profectus erat: vt is ad suos scriberet, posse id sua voluntate fieri. non enim dubitabat Xeno, quin ab Areopagitis, inuito Memmio, impetrari nõ posset. Memmius autem ædificandi consilium abiecerat: sed erat Patroni iratus. itaque scripsi ad eum accuratè: cuius epistolę misi ad te exemplum. Tu velim Piliam meis verbis cõsolere. indicabo tibi: tu illi nihil dixeris. accepi fasciculum, in quo erat epistola Piliæ: abstuli, aperui, legi. valde scripta est συμπαθῶς. Brundisio quæ tibi epistolæ redditæ sunt, sine mea, tum [r] videlicet datæ, cùm ego me non bellè haberem. nam illã νομαρχίαν [s] excusationẽ ne accepe-
ris. Cura, vt omnia sciã, sed maximè, vt valeas.

a v.c. indicabo tibi: r v.c. tum videlicet datæ,
s Bos. νομαρχαδελφίαν id est ignauiam in militaribus præfecturæ muneribus detractãdis: sunt enim νόμαρχοι al. præfecturæ. Plin. 5. 1. Lydiæ, d. VIII. a. u L. ad Ceij vsum: inde G. § ita Patru. al. Ad Ceos.*

12

CICERO ATTICO, S.

NEGOTIVM magnum est nauigare, atque id mense Quinctili. Sexto die Delum Athenis venimus. Prid. Nonas Quinctil. à Piræeo ad Zostera, vento molesto, qui nos ibidẽ Nonis tenuit. Ad [t] VIII. Id abu Ceo iucundè: inde Gyarum, sæuo vento, non aduerso: hinc Scyrum: inde Delum. vtroque citiùs, quàm vellemus, cursum confecimus. Iam nosti ἀφεκτικὰ Rhodiorũ, nihil, quod minùs

t L. vbi quòque tempore Romæ futurus sis. u v.c. committo, x L. Marcellus fœdus in Comensi. Ita hunc locum emendauit Pantagath. Ciuem Nouocomesem virgis ceciderat Marcellus in odium Cæsaris, qui Nouocomum iure Latii donauerat & Pompeij, cuius pater Strabo Transpadanas colonias deduxerat. Bos. ita legit Marcellus fœde de Comensi vel fœde in Comensi.* y L. etsi enim ille. z L. nostro, quàm Cæsari. al. nostro ac Cæsari vt particula nostro, Pompeium intelligat.*

a Mitylenæo potest. Vide ep. 5. 20. & epist. 8. Plutarch. b L. quin illum vllibi discedere. c L. Pontio. mus. al. Pontinus. d L. 13. Cn. Volusius adeo rat. & quæstor e Nihil vnus* al. vna.* e al. Quæstor.* f v.c. Bos. δυσκόλλητα, & ita al. aliud δυσκόλητον v. sane κακόηθες. al. δύσκολλα & id est id est ad cælicem. Pallux 6. Bas. ἀδιάπτωτος ἐπιτηδείως ex veteribus δόκιμα, δίκαια & alio vocabulo ἐπιτήδεια. P. LXXIIII. g L. sin τ ar δέκατον*
h al. seruis.*
i al. Nunc
ad ea, quæ mihi mandas*
k L. ad ea, quæ m.
l L. in præfectis excusatio: tribunos, quos vis, deferto*
al. in præfectis excusationibus.*
m al. excusatio.*
n vel. Varronesque al. Varronesque. sic. Varronem vt nomen commemelix, vt quibus ad vigant ripiccr. Festus ita Sygambrum de tu. Famulat. to. in fi. Alij Varones. Varum interpretantur atque ita legi putant. Famulatus, Parones. de ce adde Pierium Valer. 6. & Hilarium, Cæsarianum, Pithœum, Sidonium, Manutium, Lipsium, Pontanum, & alios. Nam ibi dicit, te scripsisse ad se, & c. al. nam mihi iste dixit, te p L. & Xenoni, & ipsi Patroni, me ad Memm. q v.c. indicabo tibi: r v.c. tum videlicet datæ,

fluctū ferre possit. itaque erat in animo nihil festinare, nec me de [a] Delo mouere, nisi omnia ἀκροτηρίεων [b] iura vidissem. De Messalla ad te statim, vt audiui, de Gyaro dedi litteras, & idipsum consilium nostrum etiam ad Hortensium. cui quidē valde συμπαθῶν. Sed tuas de eius iudicij sermonibus, & meherculè omni de reip. statu litteras exspecto, πολιτικώτερον quidem scriptas (quoniam meos cū Thallumeto [c] nostro peruolutas libros) eiusmodi, inquam, litteras, ex quibus ego non quid fiat, (nam id vel Helonius [d], vir gratissimus [e], potest efficere, cliens tuus) sed quid futurum sit, sciā. Cūr hæc leges, habebimus COSS. Omnia perspicere poteris, de Cæsare, de Pōpeio, de ipsis iudiciis. Nostra autē negotia (quoniā Romæ cōmoraris) amabo te, explica. Cui rei fugerat me referre, de strue [g] salinarū planè rogo. De aqua, si quid poterit fieri, eo sis animo, quo soles esse. quā ego cū mea spōte, tum tuis sermonib. æstimo plurimi. ergo aliquid [h] cōficies. Præterea si quid Philippus rogauit, quod in tua re faceres, id velim facias. Plura scribā ad te, eū cōstitero. nūc erā planè in me dio mari.

CICERO ATTICO, S. 13

EPHESVM venimus ad [k] XI. Kalend. Sextil. sexagesimo [l], & quinto post pugnam Bouillam [m]. Nauigauimus sine timore, & sine nausea: sed tardius, propter aphractorū Rhodiorum imbecillitatem. De concursu legationum, priuatorum, & de incredibili multitudine, quæ mihi iam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi præstò fuit, aut audisse te puto, aut quid ad me attinet? Verumtamē, cùm [n] de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi [o] Ephesio prætori, se alacreis obtulerūt: ex quo [p] intelligere certò scio, multorum annorum ostentationes [q] meas nunc in discrimen esse adductas. sed, vt spero, vtemur ea palæstra, quam à te didicimus omnibúsque satisfaciemus, & eo faciliùs, quòd in nostra prouincia confectæ sunt pactiones. Sed hactenus, præsertim cùm cenanti mihi nuntiaret Sestius [r], se de nocte proficisci. Tua negotia Ephesi curæ mihi fuerunt: Thermóque, tametsi ante aduentum meum liberalissimè erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philógenē, & Seium Rhodium, & Apollonicensem [t] Xenonem commendaui. omnino omnia se facturum recepit. Ego præterea rationē Philógeni, permutationis eius, quam tecum feci, edidi. ergo hæc quoque hactenus. Redeo ad vrbana. Per fortunas (quoniam Romæ manes) primùm illud præfulci, atque prēmuni, quęso, vt simus annui: ne intercaletur quidem. Deinde exhauri mea mandata. maximéque, si quid potest [u], de illo domestico, scrupulum [x], quē non ignoras. Deinde de Cæsare: cuius in cupiditatē, te auctore, incubui: nec me piget. Et, si intelligis, quàm meū sit scire, & curare, quid in republ. fiat (fiat autē immòverò etiam quid futurū sit) perscribe ad me omnia, sed diligentissimè: in primisq; quid [z] iudiciorū status aut factorū, aut futurorū etiā laboret. De aqua, si curę est, si quid Philippus aget, animaduertes [a],

CICERO ATTICO, S. 14

ANTE, quàm aliquo loco cōsedero, neque longas à me, neque semper mea manu litteras exspectabis. cùm autem erit spatium, vtrumque præstabo [a]. Nunc iter conficiebamus æstuosa, & puluerulenta via. Dederam Epheso pridie: has dedi Trallibus. In prouincia mea fore me putabam Kalendis Sext. Ex ea die, si [b] me amas, παραχάραγμα [c] ἐνιαύσιον cōmoueto. tamen interea hæc, quæ vellem, mihi adferebantur [d]. Primùm, otium Parthicum: dein, confectæ pactiones [e] publicanorum: postremò, seditio militum sedata ab Appio, stipendiúmque eis vsque ad Idus Quinctil. persolutum. Nos Asia accepit admirabiliter. aduentus noster nemini, ne minimo quidem fuit sumtui. Spero meos omneis [f] seruire laudi meæ, tamen magno [g] timore sum. sed hbene paramus. omnes iam nostri, præter Tullium tuū, venerunt. Erat mihi in animo rectà proficisci ad exercitum: æstiuos menses reliquos rei militari dare, hibernos i iurisdictioni. Tu, velim, si me nihilo minùs nosti curiosum in rep. quàm te, scribas ad me omnia, quæ sint, quæve [k] futura sint. nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandaui, confeceris: in primis, quid illud ἐνδόμυχον, quo mihi scis nihil esse carius. Habes epistolam plenam festinationis, & puleris. reliquæ subtiliores erunt.

CICERO ATTICO, S. 15

LAODICEAM veni prid. Kal. Sextil. Ex hoc die *clauum commouebis* [l]. Nihil exoptatius aduentu meo, nihil carius: sed est incredibile, quàm me negotij tædeat, ne non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi, & industriæ meæ [m]: præclara opera cessent [n]. quippe ius Laodiceæ me dicere, cū Romæ A. Plotius dicat? & cùm exercitum noster amicus habeat, tantùm me nomen habere duarum legionum exilium [o]? Denique hęc non desidero: lucem, forum, vrbem, domum, vos desidero. Sed feram, vt potero: sit modò annuum. si prorogatur, actum est. Verùm perfacilè resisti potest, tu modò Romæ sis. Quæris, quid hîc agam. ita viuā, vt maximos sumtus faciō. mirificè delector hoc instituto. admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: vt verear, ne illud, quod tecum permutaui, versura mihi soluendum sit. Appij vulnera non refrico, sed appārent, nec occuli possunt. Iter Laodicéa faciebam ad P III. Non. Sextil. cùm has litteras dabam in castra, in Lycaoniam. inde ad Taurum cogitabam, vt, cū Meophragine [q] signis collatis, si possem, de seruo tuo decidere [r]. *Clitellæ bouī* sunt *impositæ*, planè [s] non est nostrum onus: sed feremus. modò, si me amas, sim [t] annuus. Adsis tu ad tēpus, vt usenatū excites. Mirificè sollicitus sum, quòd iam diu ignota sunt mihi ista omnia. Quare, vt ad te antè scripsi, cū cetera, tū resp. cura vt mihi no ta sit. Plura [x] scribā aliàs. tardè tibi redditurov, sed dabam familiari homini, ac domestico, C. Andronico Puteolano. tu autem sępe dare tabellarijs publicanorum poteris, per [z] magistros scripturæ [a], & portus [b], & nostrarū diœcesium.

[A] a *al.* stabo P. B. *al.* dabo.*
b *al.* etiā me ἐπαύλιον cōmouebat tamen *al.* si meæ παραχάραγμα.*
c mandatum de annuo munere prouinciali. Verùm ad edictum annuū prouinciale hoc referendum est: sunt enim Græcis Iurisconsultis παραχαράγματα edicta & Interdicta.*
d *al.* adgerebantur.*
e forte rationes vel factiones.*
f *v.c.* omnis g *al.* in magno timore sum.
h *q.v.c.* sed bene speramus. *& ita L.*
[D] i Iurisdictionibus hibernos menses adtribuebant veteres Theophilus institit. quibus ex causis manumitt. §. 4. Strabo 3.*
k *v.c.* quæ futura *s. & P.* LXXVI. *ita L.*
l *al.* amouebis. *vet.* clauum amouebis *Bos.* clauum anni mouebis *hoc est* notam anni incepræ administratio *is.* Clauis enim muro impactis annos notabant.*
m *al.* mex?
n L. cesser. *al.* cesserit
o exercitum imbecillum vocat 15. famil. & Cœlius 4. 8. epist. 5. exercitum qui vix vnū saltum tueri posset.*
p *L.* a.d. q L. Morphagene. *v.c.* Mofragene. *al.* ‖ Mœragene:
[G] r *vide* Illane. *Bos.* Cillanc non est vestrum onus *vt hoc vocabul.* Cillane *asinarii significes.* χίλλοι enim Dores asinum vocant *Pollux.* Ptaque hunc locum aut potius hos versus ita distinguit Bosius. Clitellæ bouī sunt impositæ: Cillane nostrum onus.* t *L.* sit annuum. u *L.* vt senatum tecū excites. x *L.* Plura scribebam, scienś tarde tibi redditum *iri*: sed dabam famil. ‖ *al.* Plura scribam tarde tibi redditu iri *Malasp.* Plura tibi scribebam. Nam tarde quidem reddituro. sed homini familiari C. Andronico has litteras dabam.* y *al.* redditu iri.* z *al.* promagistros.* a scriptura quid sit alias dixi.* b *al.* portus nostrarum diœcesium.*

Romanus venissem? *vet.* verumtamen Decumanus venisset. Muretus 14. *Var.* 11. Verumtamen decumani, vt si venerant cum imperio. *Bosc.* cum Decumanis.* o Ephesius primaria vrbs Asiæ præcrat. huic loco maxime facit lex 4. §. 5. ff. de off. Proconf.* p L. ex quo te intell. *& ita v.c.* q desiderium suum seruiē dinis publicanorū & prouincialiū intelligit.* r L. Cæstius, s *al.* ne Bos. Apollonicensem. *al.* Apollonidi esse ‖ *ab Apollonide vi a* t *al.* potes.* x L. scripulum. ‖ *al.* scrupulo.* u *al.* mea inserit.* z L. quid iudiciorum. ecquid.* a *al.* animaduertas.

CICERO ATTICO, S. 16

ETSI in ipso itinere, & via discedebant publicanorum tabellarij, & eramus in cursu, tamen surripiendum aliquid putaui spatij, ne me immemorem mandati tui putares. itaque subsedi in ipsa via, dum hæc, quæ longiorem desiderant orationem, suummatim tibi perscriberem. Maxima exspectatione in perditâ, & planè euersam in perpetuum prouinciam nos venisse scito pridie Kalend. Sextil. moratus[a] triduum [b] Laodiceæ, triduum Apameæ, totidem dies Synnade [c], audiuimus nihil aliud, nisi imperata ὀπτικεφάλια soluere nõ posse: possessiones [d] omnium venditas, ciuitatum gemitus, ploratus, monstra quædam non hominis, sed feræ nescio cuius immanis. Quid quæris? tædet omnium nos vitæ. Leuantur tamen miseræ ciuitates, quod nullus fit sumtus in nos, neque in legatos, neque in quæstorem, neque in quemquã. Scito nõ modò nos fænũ, aut quod lege [f] Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidẽ, nec, præter quattuor lectos, & tectũ, quemquã accipere quidquã: multis locis ne tectũ quidẽ, & in tabernaculo manere plerumque. Itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, ex vicis, ex [g] domibus omnibus. Meherculè etiam aduentu nostro reuiuiscunt, iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. Itaque opiniones omnium superauit. Appius, vt audiuit nos venire, in vltimam prouinciam se coniecit, Tarsum vsque. ibi forum [i] agit. de Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabãt ij, qui veniebãt. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in prouinciam suam accedere. id autem facere [k] ob eam causam dicebant, quòd tardiùs vellet decedere. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui.

CICERO ATTICO, S. 17

ACCEPI Roma sine epistola tua fasciculum litterarum: in quo, si modò valuisti, & Romæ fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. Hanc epistolam dictaui sedens in rheda, cùm in castra proficiscerer: ab [l] quibus aberam bidui. Paucis [m] diebus habebam certos homines, quibus darem litteras. itaque eò me seruaui. nos tamen, [n] etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiã attinet, vt nullus terũcius insumatur in quẽquam. id fit etiã & legatorũ, & tribunorum, & præfectorũ diligentia. nam omnes mirificè συμφιλοδοξοῦσιν gloriæ meæ. Lepta noster, mirificus est. sed nunc propero. perscribam ad te paucis diebus omnia. CiceRones nostros Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum, dũ in æstiuis nos essemus. illum pueris locũ esse bellissimum duximus. Sextius [o] ad me scripsit, quæ tecum esset de mea domestica, & maxima cura locutus, & quid tibi esset visum. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe, quid & possit, & tu censeas. Idem scripsit, Hortensium de proroganda nostra prouincia dixisse nescio quid, mihi in Cumano, diligentissimè, se, vt annui essemus, defensurum receperat. Si quidquam me amas, hũc locum ama. Dici nõ potest, quàm inuitus à vobis absim. & simul hanc gloriã iustitiæ, & abstinentiæ, fore illustriorem spero, si citò decesserimus: id quod Scęuolę [p] contigit, qui solos nouẽ mẽses Asiæ præfuit. Appius noster, cùm [q] me aduentare videret, profectus est Tarsum vsque Laodicéa. ibi forum agit [a], cùm ego sum [b] in prouincia: quam eius iniuriam non insector. satis enim habeo negotij in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita prouinciæ: quod, do operam, vt faciam quàm minima illius contumelia. Sed hoc Bruto nostro velim dicas: illum fecisse non bellè, qui aduentu meo, quàm longissimè potuerit, discesserit.

CICERO ATTICO, S. 18

QVAM vellem Romæ esses, si fortè non es. Nihil enim certi habebamus, nisi, accepisse nos tuas litteras ad [c] XIIII. Kalend. Sextil. datas, in quibus scriptum esset, te in Epirum iturum circiter Kalend. Sextil. Sed siue Romæ es, siue in Epiro, Parthi [d] Euphratem transierunt, duce Pacoro, Orodis, Parthorum [e] regis, filio, cunctis referto [f] copiis. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu ad Cybistra. Hostis in [g] Cyrrhestica: quæ Syriæ pars, proxima est prouinciæ meæ. His de rebus scripsi ad senatum: quas litteras, si Romæ es, videbis, putésne reddendas: & multa, immò omnia: quorum κεφάλαιον, ne [h] quid *inter cæsa* [i], & *porrecta* (vt aiunt) oneris mihi addatur, aut tèporis. Nobis enim, hac infirmitate exercitus, inopia sociorum, præsertim fidelium, certissimum subsidium est hiems. Ea si venerit, nec illi antè in meam prouinciam transierint: vnum vereor, ne senatus, propter vrbanarum rerum metum, Pompeium nolit dimittere. Quòd si alium ad ver mittit, non laboro: nobis modò temporis ne quid prorogetur. Hæc igitur, si Romæ es. sin abes: aut etiam si ades: hæc negotia sic se habent. Stamus animis: & quia consiliis, vt videmur, bonis vtimur, speramus [k] etiam manu. Tuto consedimus, copioso [l] à frumento, Ciliciam propè conspicière, expedito ad mutandum loco [m]: paruo exercitu, sed, vt spero, ad beneuolentiam nerga nos consentiente: quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copiis, duplicaturi eramus. Sociis multò fidelioribus vtimur, quã quisquam vsus esset [o]: quibus incredibilis videtur & nostra mansuetudo, & abstinentia. Delectus [p] habetur ciuium Romanorum. frumentum ex agris in loca tuta comportatur. si fuerit occasio, manu: sin minùs, locis nos defendemus. Quare bono animo es [q]: video enim te, &, quasi corã adsis, ita cerno συμπαθειαν amoris tui. Sed te rogo, si vllo pacto fieri poterit, si integra in senatu nostra causa ad Kalẽ. Ianuar. manserit, vt Romæ sis meniẽ tanua. Profectò nihil accipiam iniurię, si tu adeRis. Amicos [r] COSS. habemus nostros, tribunũ pleb. Furnium. Verùm tua est opus assiduitate, prudẽtia, gratia. tẽpus est necessariũ. sed turpe est me pluribus verbis agere tecum. Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed, si opus erit, deducẽtur Rhodum. Tu, si es Romæ: vt soles, diligentissimè. si in Epiro: mitte tamẽ ad nos de tuis aliquem tabellarium, vt & tu, quid nos agamus, & nos, quid tu agas, quidque acturus sis, scire possimus. Ego tui Bruti rem sic ago, vt suam ipse non ageret. sed iam exhibeo pupillum [s], neque defendo [t]. tunt enim negotia & lenta, & inania. Faciam tamen satis, tibi quidem, cui difficilius est, quàm ipsi. sed certè satisfaciam vtrique.

CICERO

---

a L. morat' ‖ *Vrs.* moratos.*

b paulo aliter hic locus epistola 20. I. & 15. famil. 4.*

c *al.* Synnadæ,

d *ver.* cóvas *vel* onas.*

e L. tædet omnino eos vitæ *fort* tædet omneis eos vitæ, *fal.* tœdet omninumos vitæ. *al.* tœdet omnium nos vitæ. *Bos.* tœdet omninumos vite *id est* diditissimos. qua voce vsus Varro libris de re rustica.*

f legem Iuliã de prouinciis intelligit de qua epistola 9. 5. & 21. I.*

g *al.* Ex domibus meherculè & sam aduentu nostro reuiuiscunt iustitiæ *&c.* *

h Idem epistola 17. I.*

i forum agere *hic & epistola* 17. quid, aliàs dixi. Festus in Forũ agere. adde P. LXXVII. Theophilum citul. quibus ex causa manumittere. Forũ autẽ non agebatur ab iis quibus breui tẽpore sibi successum iri putabant*

k *al.* eum facere

l L. à quibus aber. *& ita v. c.*

m id est ad annos duos*

n *al.* tamen etsi *vt* 4. *epistol. famil. vlt. & 3. de oratore. Paulus in l. 5. ff. quod falso tutore. Q. Cicero de petitione consulatus.**

o *al.* Sextius

p L. Scæuulæ

q Idem epistola 16. 5.*

---

a vide quæ 16.*

b L. sum

c L. 8. Kalend. Sextil. *al.* regis Parthorum *al.* Orodis filiorum.*

d *al. fort.* ea est Graccorũ πανστρατια.*

e *al.* in Cyrrhestica. h id est in principio articulo discessus mei.*

f dixi ad Varronem lib. 5. Fuit autem Porcia verbum forense facientibus ad Arrhetia ad duorum genres. Nonium 2. 29. Arrhia 62. Festum in Parricidium Macrobium Saturn. 6. 3. Plautio 2. Pœnuli. Scæuolam 3. Virg. 5. Æneidũ.

k vel. Iperamus etiã ac uo tuto consedimus piosò à frumento. Mercurius 14. Variarũ. Ciliciam & tuto consedimus & tuto consedimus. *vel* sed tamen ne Tauro mentem porrigat. *al.* speramus. & in Amano tuto coniecimus.*

l *vel.* Ciliciam. Quo pioso à frumento.* m *vide.* locum.* n *vel.* benuolentiam.

o *al.* ita.

p L. Dilectus

q id est sic.*

r L. nostros consules habemus, nostrum tribunum Furnium. *al.* Furnium. Arrhabaronem regem cultus tuli a Cicerone 3 senatu mandata. id est turbis eius me excuso & abdico.

CICERO ATTICO, S. 19

OBSIGNARAM iam epistolam meam[a], quã puto te modò perlegisse, scriptã mea manu, in qua omnia continẽtur, cùm subitò Appij tabellarius ad[b] XI. Kalend. Octob. septimo[c] & quadragesimo die Roma celeriter (hui, tam longè!) mihi tuas litteras reddidit: ex quibus non dubito, quin, vt[d] pompeium exspectaris, dum Arimino[e] rediret, etiam[f] in Epirum profectus sis: magisque vereor, vt scribis, ne in Epiro sollicitus sis non minùs, quàm nos hîc sumus. De Atiliano nomine, scripsi ad Philotimum, ne appellaret[g] Messallam. Itine ris nostri famam ad te peruenisse lætor, magísque lætabor, si reliqua cognoris. Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo: eámque, quam numquam vidi, tamẽ & amo, & amabilem esse certò[h] scio. Etiam i atque etiam vale. De Patrone, & tuis cõdiscipulis[k], quæ de Tarentinis l in militia laboraui, ea tibi grata esse gaudeo. Quòd scribis, libenter[m] repulsam tulisse eum, qui cum fororis tuæ filij patruo[n] certaret o, magni amoris signum. Itaque me etiam admonuisti, vt gauderem. nam mihi in mentem non venerat. Non credo, inquis. Vt libet: sed planè gaudeo: quoniã τὸ νεμεσᾶν interest τῷ φθονεῖν.

CICERO ATTICO, S. 20

SATVRNALIBVS q manè se mihi Pindentissæ[r] dediderunt, septimo, & quinquagesimo die, postquàm oppugnare eos cœpimus. Qui, malùm, isti Pindentissæ s? qui sunt? inquies: nomen audiui nunquã. Quid ego faciã? non[t] potui Ciliciam, Aetoliam, aut Macedoniam reddere. Hoc iam sic habeto, nec hoc exercitu hîc tanta negotia geri potuisse. quæ cognosce ἐν ὀλίγῳ. sic enim concedis mihi proximis litteris. Ephesum vt venerim, nosti: qui[u] etiam mihi gratulatus es illius diei celebritate[x], qua nihil me vmquam delectauit magis. Inde oppidis his, quę[y] erant, mirabiliter accepti, Laodiceã prid. kal. Sext. venimus. ibi morati biduum, perillustres fuimus, honorificíque verbis omneis iniurias reuellimus superiores[z], quòd dein[a] Apameæ quinque[b] dies morati, Synnadis[c] triduum, Philomeli quinque dies, Iconij x. fecimus[d]. nihil ea iurisdictione æqualibus, nihil lenius, nihil grauius. Inde[e] ad[f] castra veni ad[g] VII. kal. Septembr. ad III. exercitum lustraui apud Iconium. Ex his castris cùm graues de Parthis nuntij venirent, pertexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam, quæ Ciliciam attingit, eo consilio, vt Armenius Artauasdes, & ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarent. Cùm dies quinque ad Cybistra Cappadociæ castra habuissem, certior sum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abesse: Cilicię magis imminere. Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. Tarsum veni ad[i] III. Non. Octobr. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum[k] diuortio l diuidit: qui mons erat hostium plenus sempiternorum. Hîc ad[m] III. Octob. magnum numerum hostium cecidimus[n]. Castella muntissima nocturno Pomtini aduentu, nostro matutino cepimus, incendimus. imperatores appellati sumus. Castra paucos[a] post dies habuimus, ea ipsa, quæ contra[b] Darium habuerat apud Issum[c] Alexander, imperator, haud paullo melior, quàm aut tu, aut ego. Ibi dies quinque morati, direpto, & vastato Amano, inde discessimus. Interim (scis[d] enim quædam παντικὰ dici, item τὰ κατὰ τὸν πολεμον. rumore aduentus nostri, & Cassio, qui[e] Antiochia tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Itaque eos cedẽteis ab oppido Cassius insecutus, rem bene gessit: qua in fuga magna auctoritate Osaces[f] dux Parthorum vulnus accepit, eoque interiit paucis pòst diebus. Erat in[g] Syria nostrum nomen in gratia. Venit interim Bibulus. credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par. In eodem Amano cœpit[h] *laureolam in mustaceo* quærere. At ille cohortem[k] primam l totam perdidit, centurionemq; primipili nobilẽ[m], sui generis, Asinium Dentonem, & reliquos cohorteis eiusdem, & Sext. Lucilium, T. Gauij Cæpionis, locupletis, & splendidi hominis F. tribunum mil. Sanè plagam odiosam acceperat cùm re, tum tempore. Nos Pindenissum[n], quod oppidum munitissimum Eleutherocilium omnium[o] memoria in armis fuit (feri hominis, & acres, & omnibus rebus ad defendendum parati) cinximus vallo, & fossa: aggere maximo, vineis, turre altissima, magna tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis sauciis nostris, incolumi exercitu negotiũ confecimus. Hilara sanè Saturnalia. Militibus quoque, equis exceptis, reliquam prædã concessimus. Mancipia veniebant Saturnalibus tertiis p. Cùm hæc scribebã in tribunali, res erat ad LLS.CXX. Hinc exercitum in hiberna agri malè pacati, deducendum Q. fratri dabam: ipse me Laodicéam recipiebam. Hæc adhuc: sed ad præterita reuertamur. Quòd me maximè hortaris, & quod plutis est, quàm omnia, in quo laboras, vt etiã Ligurino[q] μώμῳ[r] satisfaciã: moriar, si quidquam fieri potest elegantius. Nec tamen[s] ego hanc continentiam appello, quę virtus voluptati resistere videtur. Ego in vita mea nulla vmquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. nec me tam fama (quæ summa est) quàm res ipsa delectat. Quid quæris? fuit tanti. me ipse non noram: nec satis sciebam, quid[t] in hoc genere facere possem. Rectè πεφυσίωμαι[u]. nihil est præclarius. Interim hæc λεμωρᾷ. Ariobarzanes opera mea viuit, regnat, ἐν παρόδῳ[x], consilio & auctoritate, & q. insidiatoribus eius ἀπρόσιτον me, nõ modò ἀδιαφθόρητον præbui, regem, regnúmque seruaui. Interea è Cappadocia *ne*[y] *plum quidem*. Brutum abiectum, quantùm potui, excitaui: quem non minùs amo, quàm tu, pænè dixi, quàm te. atque etiam spero, toto anno imperij nostri teruncium sumtus in prouincia nullum fore. Habes omnia. Nunc publicè litteras Romam mittere parabam. vberiores erunt, quàm si ex Amano misissem. At te Romæ non fore? Sed est totum, quid Kalend. Mart. futurum sit. Vereor enim, ne, cùm de prouincia agetur, si Cæsar resistet, nos retineamur. His tu si adesses, nihil timerem. Redeo ad vrbana:

P. B.
a L. eam, & sic c.
b L. ad.
c L. septimo quadr.
d Id est, §.
e ab exercitu.*
f L. ita iam P. Appellatur verbũ creditorum.* al. certè
g L. etiam atque etiam valere iube Patronem, & tuos condiscipulos. Quę de Tarentinis in mil. ‖ al. etiam atque etiam vale etiam vale & cet. al. etiam atque etiam vale Patroni & tuis & cet. id est iam valere Patronem & ceteros
h negantem. συγγνώμη. erga liberos. cum filio tibi nunc reciprocet. sententiam.* ἐπιεικὲς. ἐπιεικὲς. genus epistolæ. ἐπιεικὲς. plurimi. phi Polyb. ἐπιεικὲς. ἐπιεικὲς. ἐπιεικὲς

quæ ego diu ignorans, ex tuis iucundissimis litteris ad [a] v. Kal. Ian. denique cognoui. eas diligentissimè Philogenes libertus tuus curauit, perlonga, & non satis tuta via perferendas. nam quas Lemnij [b] pueris scribis datas, non acceperam. Iucundè de Cæsare, & quæ senatus decreuit, & quæ tu speras: quibus ille si cedit, salui sumus. Incendio [c] Pletoriano quòd Leius adustus est, minùs molestè fero. Lucceius de Q. Cassio cur tam vehemens fuerit, & quid actum sit, aueo scire. Ego cùm Laodicéam venero, Quincto sororis tuæ filio togam puram [d] iubeor dare: cui moderabor diligentiùs. Deiotarus [e], cuius auxiliis magnis vsus sum, ad me, vt scripsit, cum Ciceronibus Laodicéam venturus erat. Tuas etiam Epiroticas exspecto litteras, vt habeam rationem non modò negotij, verùm etiam otij tui. Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur: quem, vt puto, Romam, cum literis publicis mittam, vt & diligentiùs perferantur, & idem ad me certa de te, & à te referat. Alexis [f] quòd mihi toties salutem adscribit, est gratum. Sed cur non suis litteris idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phemio quæritur πέρας. Sed hæc hactenus. Cura vt valeas, & vt sciam, quãdo cogites Romam. Etiam atque etiam vale. Tua, tuósque Thermo, & præsens Ephesi diligẽtissimè commendaram, & nunc per litteras: ipsúmque intellexi esse perstudiosum tui. Tu velim, quod anteà ad te scripsi, de domo Pammenis [g] des operam, vt, quod tuo, meóque beneficio puer habet, cures ne qua ratione cõuellatur. vtriq; [h] nostrûm existimo, tum mihi erit pergratum.

a L. a. d. v.

b L. Lenij

c quòd Pletorij domus cõbusta: *vel* quod condemnatus.* P. B.

d virilem quas sumebant prætexta deposita anno XVI. finite,*

e hanc vocem dispunxit Lambinus.*

f amanuensis Attici 7. epistol. 1.*

g L. Pammeni,

h L. vtrique nostrum honestum exist.

CICERO ATTICO, S. 21

TE in Epirum saluum venisse, &, vt scribis, ex sententia nauigasse, vehementer gaudeo: non esse Romæ meo tempore perneceſſario, submolestè fero. Hoc me tamen consolor, quòd non spero te istic iucundè hic mare, [& i libenter requiescere.] Cassius frater Q. Cassij, familiaris tui, pudentiores [k] illas litteras miserat (de quibus tu ex me requiris, quid sibi voluerint) quàm eas, quas posteà misit: quibus per [l] se scribit confectum esse Parthicum bellum. Recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli aduentum, sed nullo nostro ὑπομνήματι: hodie verò hiemant in Cyrrhestica, maximúmque bellum impendet. Nam & Orodes [m], regis Parthorũ filius, in prouincia [n] nostra est: nec dubitat Deiotarus, cuius [o] filio pacta est Artauasdis [p] filia (ex quo sciri potest) quin cum omnibus copiis ipse prima æstate Euphratem transiturus sit. Quo autem die Cassij litteræ victrices in senatu recitatæ sunt, id est. Non. Octobrib. eodem meę tumultum nuntiantes. Axius noster ait nostras auctoritatis plenas fuisse: illis negat creditum. Bibuli nondum erant allatæ, quas certò scio plenas timoris fore. Ex iis rebus hoc vereor, ne, cum Pompeius propter metum rerum nouarũ nusquam dimittatur, Cæsari nullus honos à senatu habeatur: dum hic nodus expediatur [q], non putet senatus, nos antè, quàm successum sit, oportere decedere, nec in tanto motu rerum tantis prouinciis singulos legatos præsse. Hîc, nequid mihi prorogetur, quod ne interceſsor quidem fusti nere possit, horreo: atq; eò magis, quòd tu abes, qui consilio, gratia, studio, multis rebus occurreres. Sed dices, meipsum mihi sollicitudinem struere. Cogor: & velim ita sit. Sed omnia metuo. etsi bellum ἀκροστολιον [a] habet illa tua epistola, quam dedisti nauseans Buthroto. TIBI, VT VIDEO, ET SPERO, NVLLA AD DECEDENDVM MORA [b]: mallem, VT VIDEO: nihil opus fuit, VT SPERO. Acceperam autem satis celeriter Iconij per publicanorum tabellarios, à Lentuli triumpho datas. in his, ϛυκυμπρον illud confirmas, moram mihi nullam fore. Deinde addis, si quid secus, te [c] ad me fore venturum. Pungunt [d] me dubitationes tuæ: simul & vides, quas acceperim litteras. Nam, quas Hermoni centurionis [e] Camulæ ipse scribis te dedisse, non accepi. Lenij pueris te dedisse, sæpe ad me scripseras. eas Laodicéæ denique, cùm eò venissem III. Id. Febr. Lenius mihi reddidit, datas ad [f] x. Kal. Octobr. Lenio tuas commendationes & statim verbis, & [g] re aliquo tempore probabo. Hæ litteræ cetera vetera habebant: vnum hoc nouum de Cibyratis pantheris. Multùm te amo, quòd respondisti M. Octauio, te non putare. sed posthac omnia, quæ certa non erunt, pro certo negato. Nos enim & nostra sponte bene firmi, & mehercule auctoritate tua inflammati, vicimus omneis (hoc tu ita reperies) cùm abstinentia, tũ iustitia, facilitate, clemẽtia. Caue putes, quidquam homines magis vmquam esse miratos, quàm, nullum teruncium, me obtinente prouinciam, sumtus factum esse, nec in remp. nec in quemquam meorum, præterquàm in L. Tullium legatum. is, ceteroqui [h] abstinens (sed Iulia [i] lege transita [k], semel tamen in diem, non, vt alij solebant, omnibus vicis, præter eum semel, nemo accepit) facit [l], vt mihi excipiendus sit, cùm teruncium nego sumtus factum: præter eum accepit nemo. Has à nostro Q. Titinio fordeis accepimus. Ego, Cæstiuis confectis, Q. fratrem hibernis, & Ciliciæ præfeci. Q. Volusium, tui Tiberij generum, certum hominem, sed [m] mirificè abstinentem, missi in Cyprum, vt ibi pauculos dies esset, ne ciues Rom. pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent. nam euocati ex insula Cyprios non licet. Ipse in Asiam profectus sum Tarso Nonis Ian. non mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciæ ciuitatum, maximéque Tarsensium. Posthea verò, quàm Taurum transgressus sum, mirifica exspectatio Asiæ nostratum diœcesium, quæ sex mensibus imperij mei nullas meas acceperat litteras, numquam hospitem videtarat illud autem tempus quotannis ante me faerat in hoc quæstu. Ciuitates locupletes, ne inhiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant: Cyprij talenta Attica CC. Quæ ex insula (non ὑπερβολικῶς, sed verissimè loquor) nummus nullus, me obtinente, erogabatur [n]. Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino: statuas, æneas o πάθεσιν p prohibeo: nec sum in vlla alia re molestus ciuitatibus, sed fortasse tibi, quæ hæc prædicem de me, perfer, si me amas. tu enim me hæc facere voluisti. Iter igitur ita per Asiam feci vt etiam fames, qua [q] nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia, (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit. Quæque iter feci, nulla vi, nullo iudicio, nulla contumelia, auctoritate, & cohortatione perfe-

a L. ἀκροστολιον

b VIDERIT MORA.

P. B.

c L. Ad me fortasse ille venturum.

d ad Atticum e L. centurionis Camulei ser. scribis te dedisse, centurioni Camulæ filio, te dedi.

f L. 3. d x. Kalend.

g L. & reliquo tempore re probabo

h q. v. c. ceteroquin

i Legem tulit Iulia de pudicitia, & pudicis.

k L. tralatitia, Manutius. Bosius. Ita L. hic facit, vt

l L. hic facit, vt

m al. sed etiam abstinentissimè. mirificè abstinentem.* P. LXXXII.

perfeci, vt & Græci, & ciues Rom. qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur. Idib. Febr. quo die has litteras dedi, forum instituerâm agere Laodiceæ Cybiraticũ, & Apameense ex Idib. Mart. ibidem Synnadense, Pamphylium: tum[a] Phemio dispiciam πάρεργα[b]. Aonium[c], Isauticum: ex Idib. Maiis, in Ciliciam, vt ibi Iunius consumatur. velim tranquillè à Parthis. Quinctilis, si erit, vt volumus, in itinere est per prouinciam redeuntibus consumendus. Venimus enim in prouinciam Laodiceam Sulpicio, & Marcello COSS. prid. kal. Sextil. inde nos oportet decedere ad[d] IIII. kalend. Sextil. Primùm contendam à Q. fratre, vt se præfici patiatur: quod & illo, & me inuitissimo fiet. sed aliter honestè fieri non potest: præsertim cùm vtrum optimum, Pontinum[e], ne nunc quidem retinere possim. rapit enim hominem Postumius Romam: fortasse etiam Postumia[f]. Habes consilia nostra. nunc cognosce de Bruto. Familiareis habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiorum. ex Cypro M.[g] Scaptium, & P. Matinium: quos mihi maiorem in modum commendauit. Matinium non noui. Scaptius ad me in castra vênit. pollicitus sum curaturum me Bruti causa, vt ei Salaminij pecuniam soluerent. egit gratias. præfecturam petiuit. negaui me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi ostenderam. Cn. Pompeio petenti probaram institutum meum: quid dicam[h] Torquato de[i] M. Lenio tuo? multis aliis? si præfectus vellet esse syngraphæ causa, me curaturum, vt exigeret. gratias egit, discessit. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret, & eumdem habuerat præfectum. vexabat Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iussi. molestè tulit Scaptius. Quid multa? vt ei fidē meam præstarem, cùm ad me Salaminij Tarsum venissent, & vnà Scaptius, imperaui, vt pecuniam soluerent. Multa de syngrapha, de Scaptij iniuriis. negaui me audire. Hortatus sum: petiui etiam pro meis in ciuitatem beneficiis, vt negotium conficerent. Denique dixi me coacturum. Homines non modò non recusare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere. quod enim prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se à me quodammodò dare, atque etiam minus esse aliquanto in Scaptij nomine, quàm in vectigali prætorio. Collaudaui homines. Rectè, inquit Scaptius: sed subducamus summam. Interim cùm ego in edicto translatitio[l], centesimas me obseruaturum, haberem, cum anatocismi[m] anniuersario[n], ille ex syngrapha postulabat IIII[o]. Quid ais, inquam? possúmne contra meum edictum? At ille profert S. C. Lentulo, Philippóque COSS. *vt qui Ciliciam obtineret, ius ex illa syngrapha diceret.* Cohorrui primò. etenim[p] erat interitus ciuitatis. Reperio duo S. C. iisdem COSS. de eádem syngrapha. Salaminij, cùm Romæ versuram[a] facere vellent, non poterant, quòd lex[b] Gabinia vetabat. Tum ij, Bruti familiares, freti gratia Bruti, dare[c] volebant, si sibi S. C. caueretur. Fit gratia Bruti S. C. VT NEVE SALAMINIIS, NEVE QVI EIS DEDISSET, FRAVDI ESSET. Pecuniam numerarunt: & postea venit in mentem fœneratoribus, nihil se iuuare illud senatusconsultum, quòd ex syngrapha ius dici lex Gabinia vetaret. Tum fit S. C. *vt*[d] *& ea syngrapha esset, quàm*[e] *ceteræ*, sed vt eodem. Cùm hæc disseruissem, seducit me Scaptius. ait se nihil contrà dicere, sed illos putare talenta CC. se debere: ea se velle accipere: debere autem illos paullò minus: rogat[f], eos ad CC. perducam. Optimè, inquam. voco illos ad me, remoto Scaptio. Quid vos? quantum, inquam, debetis? Respondent, C. VI. Refero ad Scaptium. homo clamare. Quid[g] opus est, inquam? rationes conferatis. Assidunt: subducunt[h]: *ad i nummum conuenit.* Illi se numerare velle. vrgere, vt acciperet. Scaptius me rursus seducit: rogat, vt rem sic relinquam. dedi veniam homini, impudenter petenti. Græcis querentibus: vt[k] in fano deponerent, postulantibus, non concessi. Clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus nõ esset: alij, nihil stultius. Mihi autem impudens magis, quàm stultus videbatur. Nam aut bono[l] nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat. Habes meã causam: quæ si Bruto non probatur, nescio cur illum amemus. sed auunculo eius certè probabitur, præsertim cùm S. C. modò factũ sit, puto postquam tu es profectus, in creditorum causa, vt centesimæ perpetuo[m] fœnore ducerentur[n]. Hoc quid interest, si tuos digitos noui, certè habes subductum. in quo quidem ὀδὸν πάρεργον, Lucceius, M. F. queritur apud me per litteras, summum esse periculum, ne culpa senatus, his decretis, res ad tabulas nouas perueniat. commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, cùm dieculam[o] dixerit P. numquam resp. plus. sed ad rem redeo. Meditare aduersus Brutum causam meam, si hæc causa est, contra quam nihil honestè dici potest, præsertim cùm integram rem, & causam reliquerim. Reliqua sunt domestica. De[q] ἐνδεμύχῳ, probo idem, quod tu, Postumiæ[r] filio, quoniam Pontidia nugatur. sed vellem adesses. A Q. fratre his mensibus nihil exspectaris. nam Taurus propter niueis ante mensem Iunium transiri non potest. Thermum, vt rogas, creberrimis litteris fulcio. P. Valerium negat habere quidquam Deiotarus rex, eumque ait à se sustentari. Cùm scies, Romæ intercalatum sit, nécne, velim ad me scribas[s] certum, quo die mysteria[t] futura sint. Litteras tuas minùs paullò exspecto, quàm si Romæ esses: sed tamen exspecto. Vale.

a vide Festũ in versurã.*
b Lex Gabinia, hæc fuit, vt ne in vrbe versuram facere néve ex syngrapha ius dicere aduersus prouinciales homines liceret adde 6. epistol. 2.*
c *al.* dare volebãt IIII. si sibi‖*al.* dare solebant.*
d L. vt ea syngrapha esset eodem iure, quo ceteræ. Non meliore, quã ceteræ, sed vt eod.‖*al.* non vt alio ea syngrapha iure esset *&c.*.*
e *al.* qua vi ceteræ.*
f L. rogat, vt eos ad P. B.
g Quid opus est? inquam. nihil potius, quàm vt rationes conferatis.
h L. subducunt ad nummum, conuenit.
i id est vt solidum atque integrũ soluerentur conuenit.*
k *al.* & vt in f‖vide l. 4. in f. ff. famil. e *Plaut. Aulular. act.* 4. Id autem fiebat ad sistendas vsuras. *l.* 28. ff. *de administrat.*.*
l Bonum nomen idem quod idoneum.*
m siue anatocismo.*
n *al.* deducerentur.*
o tempus minimum.*
p L. duxerit.
q de filia collocanda.*
r *vet. & vulg.* Postumiæ filiæ, f *al.* scribas ceterum.*
t mysteria sic vocat cum mundus patere dicitur: vide Festum in Mundus.*
s certum.

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER VI.

CICERO ATTICO, S. 1

ACCEPI tuas litteras ad [a] quintum milliare Laodicææ, quas legi libentissimè, plenissimas amoris, humanitatis, officij, diligentiæ. Iis igitur respondebo [b], sic [c] enim postulas. nec οἰκονομίαν meam instituam: sed ordinem conseruabo tuum. Recentissimas à Cybistris [d] te meas litteras habere ais, ad [e] x. Kal. Octobr. datas: & scire vis, tuas ego quas acceperim. Omneis ferè, quas commemoras, præter eas, quas scribis Lentuli pueris [f], & Equotutico [f], & Brundisio datas. Quare non οἴχεται tua industria, quod vereris, sed præclarè ponitur: siquidem id egisti, vt ego delectarer. nam nulla re sum delectatus magis. Quòd meam βαδύτητας in Appio tibi, libertatem [h] etiam in Bruto probo [i], vehementer gaudeo: ac [k] putaram paullò secús. Appius enim ad me ex itinere bis, térve ὑπομνηματίρους [l] litteras miserat, quòd quædam à se constituta rescinderem. VT, si medicus, cùm ægrotus alii medicò traditus sit, irasci velit ei medico, qui sibi successerit, si, quæ ipse in curando constituerit, mutet [m] ille: sic Appius, cùm ἐξ ἀφωρίσεως [n] prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam: φρενοπεριφορμῶν [o] eam à me, non libenter videt [p], sed modò succenset [q], modò gratias agit. Nihil enim à me fit cum vlla illius contumelia. tantummodò [r] dissimilitudo meæ rationis offendit hominem. Quid enim potest esse tam dissimile, quàm, illo imperante, exhaustam esse sumtibus, & iacturis prouinciam: nobis eam obtinentibus, nummum nullum esse erogatum, nec priuatim, nec publicè? Quid dicã de illius præfectis? comitibus [s]? legatis? etiam de rapinis? de libidinibus? de contumeliis? Nunc autem domus, meherculè, nulla tanto consilio, aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quàm nostra tota prouincia. Hanc [t] nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur? qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat: & rectè facere non meæ laudis, sed illius contumeliæ causa. Sin Appius, vt Bruti litteræ, quas ad te misit, significabant, gratias nobis agit, non molestè fero: sed tamen eo ipso die, quo hæc ante lucem scribebam, cogitabam eius multa iniquè constituta, & acta tollere. ¶ Nunc venio ad Brutum, quem ego omni studio, te auctore, sum complexus: quem etiam amare cœperam: sed [u] dico? reuocaui me, ne te offenderem. noli enim putare me quidquam maluisse, quàm [x] vt mandat [y] is, facerem, nec vlla de re plus laborasse. mãdatorum autem mihi libellum dedit: iisdémque de rebus tu mecũ egeras. Omnia sum diligentissimè persecutus. Primùm ab Ariobarzane sic contẽdi, vt talenta, quæ mihi pollicebatur, illi daret. Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat [a], pòst à Pompeii procuratoribus, sexcentis premi cœptus [b] est. Pompeius autem cùm ob ceteras causas plus potest vnus, quàm ceteri omnes, tum quòd putatur ad bellum Parthicum esse venturus. ei tamen sic nunc soluitur, tricesimo quoque die talẽta Attica XXXIII. & hoc ex tributis. Nec id satis efficitur in vsuram menstruam. sed Cn. nester clementer id ferre caret: vsura, nec ea solida, contentus est. Alij neque soluit quidquam [c], nec potest soluere. Nullum enim ærarium, nullum vectigal habet. Appij instituto tributa imperat. ea vix, in fænus Pompeij quod satis sit, efficiunt. Amici regis duo, tréive, perdiuites sunt: sed ij suum tam diligenter tenent, quàm ego, aut tu. Equidem non desino tamen per litteras rogare, suadere, accusare regem [d]. Deiotarus etiam mihi narrauit, se ad eum legatos mississe de re Bruti; eos sibi responsum retulisse, illum non habere. & meherculè ego ita iudico. nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. itaque aut tutela [e] cogito me abdicare, aut, vt pro Glabrione Scæuula, fænus, & [f] impendium recusare. Ego tamen quas per te Bruto promiseram præfecturas, M. g Scaptio, & L. Gauio, qui in regno ré Bruti procurabant, detuli. nec enim in prouincia mea negotiabantur. Tu autem meministi nos sic agere, vt, quot vellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiatori. duas [h] ei præterea dederam: sed ij, quibus petierat, de prouincia decesserant. ¶ Nunc cognosce de Salaminiis: quod video tibi etiam nouum accidisse, tanquam mihi. Numquam enim ex illo audiui vllam pecuniam esse suam. Quinetiam libellum ipsius habeo, in quo est, SALAMINII PECVNIAM DEBENT M. i SCAPTIO, ET P. MATINIO, FAMILIARIBVS MEIS: eos mihi commendat. adscribit etiam, & quasi calcar admouet, intercessisse [k] à se pro iis magnam pecuniam. Confeceram, vt soluerent, centesimis sexennij ductis cum renouatione singulorum annorum. At Scaptius quaternas postulabat. Metui, si impetrasset, ne tu ipse me amare desineres. nam ab edicto meo recessissem, & ciuitatem, in Catonis [m], & in ipsius Bruti fide locatam, meisque beneficiis ornatam, funditus perdidissem. Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse. Quod nec mihi vmquam Brutus dixerat, nec tibi. Etiam, vt præfecturam Scaptio deferrem. Id verò per te exceperamus, negotiatori [o]: quod si cuiquam, huic tamen non. fuerat enim præfectus Appio, & quidem habuerat

P. LXXXIIII. a L. a. d. quintum Terminalia Laod. || id est quinto die ante Terminalia.*
b fort. respõdebo χυσίᾳ χαλκείων. sic enim p. || citatur in fine epistolæ ad antecessores.*
c hæc verba sic enim postulas postverbum instituam, collocanda videntur.*
d al. Cibyrata.*
e L. a. d.
f oppidum conditum à Diomede v. Itinerarium Antonini.*
g i. patientia. hanc enim opponit libertati seu παῤῥησίᾳ.*
h v. c. libertatem
i al. probari.*
k nam putaram paullò secús. al. ac putaram secús.
l al. ὑπομνηματίμου.*
m al. immutet ille:
P. B.
n hoc est, euacuatione & fluxis: vt locus ex medicina sumatur: duplex enim medendi ratio Hippocrati, vna ἐξ ἀφωρίσεως, altera ἐξ ἐναντιώσεως.*
o id est reuocillatam, vitæ restitutam: alij legunt enectam & φρενοπεριφορμῶν Ama me, non libenter videt, sed modò & cæt.*
p al. vidit,
q v. c. fuscenser, & ita L.
r al. dissimilitudo tantùmodò meæ rat.
s Huiusmodi comites erant prouinciam regentibus l. senatusconsulto 16. ff. de off. præsid. l. sed addes 19. §. diem functo vltimo. ff. locati: l. diem functo ff. de offic. ass. ff.*
t d. similitudinem. s. Appij cũ mea administratione vel legendum hæc.*
u al. sed ill co reuocaui me ne te offenderem.*
x L. quàm eius mandatis satisfacere:
y al. mandatis tuis satisfacerem.*
a al. fuit.
b al. cœptus Pomp.
c al. cuique à Ariobarzane f. quod talenta, quæ mihi pollicebatur, Brutus nõ dederit. e regis Ariobarzanis fælicet, mihi à senatu tradita.*
f Fœnus ab impendio separat. In impendio tamen continentur damna de damnato: in fœnore lucrum. Illud recipitur, quia numeratum. Hoc accipitur non recipitur, quia numquam datum. Ita interdum impendium pro fœnore.*
g M. Scapio,
h L. neque duas ei
i al. M'. SCAPT.
k L. Intercessisse pro his magnopere cum animaduertisset, annuerit.*
l P. B. Cyprus, Cilicia prouincia. Insula Cyprus Brutti quæstu quæstu Catonis fuit. Cæcilia Cyprum nouam prouinciam regi præfecit. Strabo. Plutarchus. Velleius.*
m al. neque. n L. ne negotiatoris

habuerat turmas equitum, quibus inclusum in curia senatum Salamine obsederat, vt fame senatores quinque morerentur. Itaque ego, quo die tetigi prouinciam, cùm mihi Cyprij legati Ephesum [a] obuiam venissent, litteras mihi missi, vt equites ex insula statim decederent. His de causis credo Scaptium iniquiùs de me aliquid ad Brutum scripsisse. Sed tamen hoc sum animo: si brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui in tota prouincia singulas obseruarem, itáque edixissem, idque etiam acerbissimis fœneratoribus probaretur: si præfecturam negotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo Lenio [b], Pompeio ipsi in Sext. Statio negaui, & iis probaui: si equites deductos molestè ferret: accipiam equidem dolorẽ, mihi illum irasci, sed multò maiorem, nõ esse eum talem, qualem putassem. illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, sibi omnẽ pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse. Addo etiam illud, quod vereor tibi ipsi vt probem. consistere [c] vsura debuit, quæ erat in edicto meo [d] deponere [e] volebant. Impetraui ab Salaminiis, vt silerent. Veniam illi quidem mihi dederunt: sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit? Sed totum hoc Bruto dedi: qui de me ad te humanissimas litteras scripsit. Ad me autem, etiam cùm rogat aliquid contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere. Tu autem velim ad eum scribas de his rebus, vt sciam, quomodo hæc accipiat. facies enim me certiorem. Atque hoc superioribus litteris ad te diligenter perscripseram. sed planè te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdã litteris scripsisses: si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius beneuolentiam [g] deportassem, mihi id satis esse. Sit [h] sanè, quoniam ita tu vis, sed tamen cum eo, credo, quod sine peccato meo fiat. Igitur meo decreto soluatur i æs Scaptio. statim, quàm id rectum sit, tu iudicabis. ne ad Catonem quidem prouocabo. ¶ Sed noli me putare ἰδιοπαθεύματα illa tua abiecisse, quæ mihi in visceribus hærent. Flens mihi meam famam commendasti. quæ epistola tua est, in qua mentionem non facias? Itaque irascatur qui volet, patiar. τὸ γὰρ θᾶμα ἐμὸν: præsertim cum sex libris, tanquam prædibus, me [k] ipse obstrinxerim: quos tibi tam valde probari gaudeo: è quibus vnum ἰσχνειὸν requiris de Cn. [l] Flauio, Cn. [m] F. ille verò ante decẽuiros non fuit, quippe qui ædilis curulis fuerit, qui [n] magistratus multis annis post decẽuiros institutus est. Quid ergo profecit, quòd protulit fastos? Occultatam putãt quodam tempore istam tabulam, vt dies agendi paucis. Nec verò pauci sunt auctores, Cn. Flauium [p], scribam, fastos protulisse, actionésque cõposuisse: ne me hoc, vel potiùs Africanum (is enim loquitur) commentum putes. ἐκ γ' ἐλαθές illud de gestu histrionis [r]. ¶ De me imperatore scribis, te ex Philotimi litteris cognouisse [s]: sed credo te, iam in Epiro cùm esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, vnas à Pindenisso capto, alteras [t]

à Laodicéa: vtrasque tuis pueris datas. quibus de rebus, propter casum nauigandi, per binos tabellarios missi Romam litteras publicé. ¶ De Tullia mea tibi assentior: scripsique ad eam, & ad Terentiam, mihi placere. tu enim ad me iam antè scripseras, AC VELLEM TE IN TVVM VETEREM GREGEM REVOLVISSES. Correcta verò epistola Memmiana, nihil negotij fuit. multo enim malo hũc à Pontidia, quàm illum à Seruilia. Quare adiunges Alfium [a] nostrum, hominem temperamentem [b] me. nunc credo eò magis, quòd debet etiam fratris Appij amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse: qui declarauit, quanti me faceret, cùm sæpe, tum in Bursa. Næ [c] tu me sollicitudine magna liberaris. ¶ Furnij exceptio mihi non placet. nec [d] ego vllum aliud tempus timeo, nisi quod ille solùm excipit. sed scriberem ad te de hoc plura, si Romæ esses. In Pompeio te spem omnẽ otij ponere non miror, ita res est, remouendúmque censeo illum [e] dissimulantem. Sed enim οἰκονομίαν si perturbatior est, tibi assigna. te enim sequor σχεδιάζοντα. Cicerones pueri amant inter se: discunt, exercentur. sed *alter*, vti dixit [f] Isocrates in Ephoro [g], & Theopompo, *frenis eget, alter calcaribus*. Quincto togam [h] puram Liberalibus cogitabam dare. mandauit enim pater. ea sic obseruabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in amoribus est. pueri autem aiunt eum [i] furenter irasci. sed homo nec doctior, nec sanctior fieri potest: nec tui, meique amantior. Thermum [k] Siluium verè audis laudari. valde se honestè gerunt. Adde M. Nonium, Vibullum [l]: me, si voles. Iam Scropha, vellem, haberet, vbi posset. est enim lautum negotium. Ceteri infirmant πολίτευμα Catonis. Hortensio quòd causam meam cõmendas, valde gratum. De Amiano, spei nihil putat esse Dionysius. Terentij nullum vestigium agnoui. Meragenes certè periit. [m] feci iter per eius possessionem: in qua animal reliquum nullum est. Hæc non noram tum, cũ Democrito tuo cùm locutus sum. Rhosij [n] causam mandaui. Sed heus tu, quid cogitas infelicitatis? Lancibus [o], & splendidissimis canistris, oluscula nos soles pascere. quid te in vasis fictilibus appositurum putẽs? κέφος. Phemio mandatum est, reperietur, modò aliquid illo dignum canat. Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas litteras misit, necdum Bibuli erant allatæ: quibus recitatis, puto fore, vt aliquando commoueatur senatus. Equidem [q] sum in magna animi perturbatione. si, vt opto, non prorogatur nostrum negotium: habeo Iunium, & Quinctilem in metu. Esto, duos [r] quidem menses sustinebit Bibulus. Quid illo fiet, quem reliquero, præsertim si frater? quid me autem, si non tam citò decedo? Magna turba est. mihi tamen cum Deiotaro conuẽnit, vt ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. habet autem cohorteis quadringenarias, nostra armatura xxx. eq. CIↃ. CIↃ. Erit ad sustentandum, quoad Pompeius veniat: qui litteris, quas ad me mittit, significat, suum negotium illud fore. Hiemant in nostra prouincia Parthi. exspectatur ipse Orodes. Quid quæris? aliquantum est negotij. De Bibuli edicto [s] nihil [t] noui, præter illam exceptionem, de qua tu ad me scripseras, *nimis graui præiudicio in ordinem ma-*

a *al.* Offium nostr.
b *L.* amantẽ mei.
c *v. c.* Ne tu
d *L.* nec enim ego.
e *L.* illud DISSIMVLANTEM.
f *L.* Isocrates dixit
g dixi 3. de oratore*
h cui opponitur prætexta. hæc adolescentum: illa, puræ scilicet, prætoræ.*
i *al.* se furenter.*
k *al.* Thermum, & Siluium.
P. IXXVII.
l *L.* Bibulum
m decoxit.*
n Rhosiaca vasa mandaui *al.* Rhosica. vide Rhosia vrbe quæ in sinu Issico *Strabo Plin.**
o *al.* Lancibus, splendidissimis canistr. olusc.
P. 5. *epistol.* 21.*
q *al.* Equidẽ sum magna animi pert.
r *v. c.* duo q.
s Edictum Bibuli tale P. B. fuit, Pacta conuenta, quæ inter publicanos & prouinciales, quæ nec vi nec dolo malo facta erunt, seruato quæ posterior clausula augere videbatur equites publicanos conjuncta frandi. Hanc igitur vt nimis grauis præiudicij in ordinem æquestrem mutas Cicero: addita quædam aliàs lectione quæ mox sequitur.*
t L. nihil noui.

Ephesum primùm attigerat, qui prouincia appellabatur Asia. Proco. qui mortui sunt l. ob. §. Cassium. de offic. Pomponius. b Lenio. c id est cessare.* id est eminore grauior illaqueari, quod Scaptius petebat.* c hæc extra propter vsuras differre de. quod ob. quam pecuniam. Sat. IXXXVI. debere. vo. d v. c. Veniam illam. scribas. e Solutæ re. stationi. quid. f superioribus. g deportassem. h nihil. quam id. i solutum fit. tu iudicabis. ne. Igitur meo. Sed noli. abiecisse. quæ. epistola. Itaque. quæ. ἐμὸν. præ. bus. me. ipse. valde. requiris. te. decẽuiros. fuerit. qui. decẽuiros. quòd. damo. pecerentur. ctores. lisse. tum. nis. De. litteris. piro. esses. accepisse. Pindenisso. pontificũ d. 6. 7.* p Hunc Cn. Flauiũ ædilem curul'ẽ decẽuiros fuisse ait Sed & scribam fastos protulisse. actionesque Pomponius l. 2. §. 7. ff. de origine iuris, libertini filium, vbi vide cetera quæ ad hunc locum ibi. dixi.* q *al.* ἐκ ἐλαθές ill. L. ἐκ ἐλαθες. illud. r hoc est Hortensij v. quæ scripsi 5. libro 5. s *al.* cognosse: t *L.* alteras Laodicea.

strum. Ego tamen habeo ἰσοδωροῦμενον, sed tectiorem, ex Qu. Mucij, P.F. edicto Asiatico, *Extra quam si ita negotium gestum est, vt eo stari non oporteat, ex fide bona*: multaq; sum secutus Scæuolæ [a]: in iis illud, in quo sibi libertatem censent Græci datã, *vt Græci inter se disceptent suis legibus*. Breue autẽ edictum est propter hanc meã διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putaui: quorũ vnum est prouinciale [b], in quo est de rationibus ciuitatũ, de ære alieno, de vsura, de syngraphis: in eodẽ omnia de publicanis: alterũ, quod sine edicto satis commodè transigi nõ potest, de hereditatum possessionibus, de [c] bonis possidendis, magistris faciundis, vendendis: quæ ex edicto & postulari, & fieri solẽt. tertium, de reliquo iure dicundo, ἄλεκτον [d] reliqui. Dixi, me de eo genere mea decreta ad [e] edicta vrbana accõmodaturum. itaq; curo, & satisfacio adhuc omnibus. Græci verò exsultant, & peregrinis iudicibus vtuntur. Nugatoribus quidẽ, inquies. Quid refert? tamen se [f] αὐτονομίαν adeptos putant. Vestri enim, credo, graueis [g] habẽt Turpionem sutorium, & Vettium mancipẽ. ¶ De publicanis quid agam, vidẽris quærere. Habeo in deliciis, obsequor, verbis laudo, orno: efficio, ne cui molesti sint. τὸ ἀφορολόγητον, vsuras eorũ, quas pactionibus adscripserat, seruauit etiam Seruilius. Ego sic: diem statuo satis laxam: quam ante si soluerint, dico me centesimas ductarũ. si non soluerint: ex pactione. itaq; & Græci soluunt tolerabili fœnore, & publicanis res est gratissima: si [h] illam iam habent: pleno modio, verborum honorem, inuitationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, vt se quisque maximè putet. sed tamen ὑπὲρ αὐτοῦς. Scis reliqua. De statua Africani, ὃ περιῆμεν ἀσυλλόγωτον. sed me ipsum [i] delectaunt in tuis literis. ¶ Ain' tu? Scipionem hic Metellus preauum suum nescit censorem [k] fuisse? Atqui nihil habuit aliud inscriptum, nisi [l], Censor [m], ea statua, quę ad Opis apertè [n] posita in excelso est. in [o] illa autem, quæ est ad πολυδεύκους, inscriptum est, COS. quam esse eiusdem, statua, amictus, anulus, imago ipsa declarat. At [p] herculè ego cùm in turma inauratarum equestrium, quas hic Metellus in Capitolio posuit, animaduertissem in Serapionis subscriptione, Africani imaginem, erratum fabrile putaui. Nunc video Metelli ὃ ἀνιερωσάμην turpem. nam illud de Flauio, & fastis, si secus est, commune erratum est: & tubellè ἀπόρησας, & nos publicã propè opinionẽ secuti sumus, vt multa apud Græcos. Quis enim non dixit, Εὔπολιν [q], τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade nauigante in Siciliam, deiectum esse in mare? Recarguit Eratosthenes. affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quòd cum multis erranit, irridetur? Quis Zaleucum [r] leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id à Timæo, tuo [s] familiari reprehensum est? sed nescire, proauum suum censorẽ non fuisse, turpe est, præsertim cùm post eum COS. nemo Cornelius, illo viuo, censor fuerit. ¶ Quod de Philotimo, & de solutione LLS. XX. DC. [t] scribis, Philotimum circiter kalen. Ianuarias in Chersonesum audio venisse, ac mihi ab eo nihil adhuc. Reliqua mea Camillus scribit se accepisse. ea quæ sunt, nescio: & aueo scire. Sed [u] hæc posteriùs, & coràm fortassè commodiùs. ¶ Illud me, mi Attice, in extrema ferè parte epistolæ cõmouit. Scribis enim sic πλοιπόν: Deinde me obseceras amantissimè [a], ne obliuiscar vigilare, & vt animaduertam, quę fiant. Numquid de quo inauditus? etsi nihil eiusmodi est. πολλοῦ γε χρὴ δεῖ. Nec enim me fefellisset, nec fallet. Sed ista admonitio tua tàm accurata, nescio quid mihi significare visa est. De M. Octauio, iterum [b] tibi rescribo, te illi probè respondisse. paullò vellem fidentiùs. nam Cælius libertũ ad me misit, & litteras accuratè scriptas, & [c] de pãtheris, sed [d] à Cibyratibus. Rescripsi, alterum me molestè ferre, si ego in tenebris latérẽ, nec audiretur Romæ, nullum in mea prouincia nummum, nisi in æs alienũ, erogari: docuíque, nec mihi cõciliare pecuniam licere, nec illi capere: monuíque eum, quem planè diligo, vt, cùm alios accusasset, cautiùs viueret. Illud autem alterũ, alienũ esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publicè venari. Lepta [e] tua epistola gaudio exsultat. etenim scripta bellè est, méq; apud eum magna in gratia posuit. Filiola tua gratũ mihi fecit, & tibi diligenter mandauit, vt mihi salutẽ adscriberes: gratum etiã Pilia: sed illa officiosiùs, & mihi, quem [f] iampridem numquam videt. Igitur tu quoque salutem vtrique adscribito. Litteras [g] daturus prid. kal. Ian. suauem habui recordationẽ clarissimi iurisiurandi, quod ego non eram obstitus. Magnus enim prætextatus [h] illo die fui. Habes ad omia, non, vt postulasti, χρυσᾶ ἀργύρεια, sed *paria paribus respondemus* [k]. ¶ Ecce autem alia pusilla epistola, quã non relinquam ἀναπεφάνητον. Bene mehercule [l] potuit Lucceius Tusculanum: nisi fortè. solet enim cum suo tibicine: & velim scire, quis sit status eius. Lentulũ quidem nostrum præter [m] Tusculanum proscripsisse audio. cupio hos expeditos. videre cupio etiam Sextium. addes [n] etiã iis Cœliũ: quibus [o] omnib. est, αἰσθάνεσθαι μὴ ἀνίασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχεσθαι. De Memmio restituendo, vt Curio cogitet, te audisse puto. De Egnatij Sidicini nomine, nec nulla, nec magna spe sumus. Pinariũ, quem mihi commendas, diligentissimè Deiotarus curat, gratuiter ægrũ. Respõdi etiam minori. Tu velim, dum ero Laodiceæ, id est, ad idus Maij, quàm sæpissimè mecum per litteras colloquare, & cùm Athenas veneris (iam enim scimus de rebus vrbanis, de prouinciis, quæ omnia in mensem Martium sunt collata) vtiq; ad me tabellarios mittas. Sed heus tu, Genuarios [p], à Cæsare per [q] Orodem talenta Attica L. extorsistis [r], in quo, vt audio, magnum odium Põpeij susceptistis. putat enim suos nummos vos comedisse, Cæsarẽ in [s] merito reædificãdo diligentiorẽ fore. Hoc ego ex P. Vedio, magno nebulone, sed Pompeij tamen familiari, audiui. Hic Vedius venit mihi obuiã ex duobus ædẽdis, & theda equis iuncta, & lectica, & familia magna: pro qua si Curio legem pertulerit, LLS. cẽtena pẽdat necesse est. Erat præterea cynocephalus in ædẽdo: nec deerant onagri. numquam vidi hominẽ nequiorem: sed extremum audi. Diuersatus [u] est Laodiceæ apud Pompeium Vindullum, ibi sua deposuit, cùm ad me profectus est. Moritur interim Vindullus. quæ res ad Magnum Pompeium pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit. cùm omnia obsignarentur quæ numerus iumẽtorum vehiculorum seruorũ ciuium ad iter faciendum definitus. * u *L.* Deuersatus est.

a L. Scæuolæ.

b Edictum prouinciale.*

c *al.* de bonis possid. vendendis, magistris faciendis: quæ & *ita L.*

d L. ἄγραπτον.

e Edicta prouincialia ad vrbana adcommodata.*

f *al.* αὐτονομίαν se ad.

g *v.c.* grauis

P. lxxxviii.

h L. Sic illa iam habent* pleno modio: verb. hõ.

i L. idipsum

k L. censorẽ non f.

l L. nisi, CONSVL.

m *Bos.* Consul.*

n *v.c.* parte p. l. per te & *alios v.c.*

o L. in illa item, q.

p *v.c.* At mercule,

q Eupolin veteris comediæ poetam intelligit Horat. 1. Satyr. 4.*

r Idem Aristoteles 2. Politic. Diodor.*

s *al.* suo.*

t L. 30 c. P. B.

u *al.* Verùm hæc posterius.

ret, in Vedianas res incidit. In his inuentæ sunt quinque lagunculæ[a] matronarũ, in[b] quibus vna sororis amici tui, hominis Bruti[c], qui hoc vtatur[d]: & illius Lepidi[e], qui hæc tam negligenter ferat. Hæc te volui παρισοῦσθαι. sumus enim ambo bellè curiosi. Vnum etiã velim cogites. Audio Appiũ ϖορφύλαμον[f] Eleusine facere. num inepti fuerimus, si nos quoq; Academiæ fecerimus? Puto, inquies. ergo id ipsum scribes ad me. Equidem valde Athenas[g] ipsas amo. Volo esse aliquod monumentum. odi falsas inscriptiones statuarum. sed vt tibi placebit. faciésq; me, in quam diẽ Romana incidant mysteria[h], certiorem: &, quomodo hiemaris. Cura, vt valeas. Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimoquincto.

a q.v.d. Imagunculæ. al. c. langunculæ. L. Plangunculæ. ‖ Μάγνησσαν, ἀπὸ τοῦ νύμφη. Gloss. Callimachus hymno Cereris & Iouis interpres curiosimodi puppas, virgines Veneri dicatas hanc Persi. Suidas, in Μάγνησσαν. Thucydi. interpres, in tertio. ‖ β.*

b vnet. In quibus vna sororis amici tui, qui hoc vtatur. Murrenæ 14. Varron. 3. in quibus vna sororis amici tui. Os homini, qui hoc vtatur: & illius qui hoc vtatur & illius qui hæc tam negligenter ferat.*

c Lbruti, P. XC. d al. vtatur.* e Lepidi, f ἀφορμλον Athenas g al. ipsas h vide. Fedum in manibus.* i Procuratore Attici.* k forr. Sed de isto h. l Vincla m al. & tunc. n c. ariss. ma. o maxime p maxime q in quo r al. in quo poetre- pag. s Admonis, t Athenæi. 2. & 7. Pollitic. Thucidid. 1.* u Athenæus v Vicgarcirar libros ἐξῆς τῶν εἰς ὁρῶ τὸν νῦν ἀναπλάσσεται.* x al. Charonis. Agyl. Cleonis.* y vix ei z Tenea autem. A. B. a c. Philistion autem dicitur placuisse.

CICERO ATTICO, S. 2

CVm Philogenes, libertus tuus, Laodicéam ad me, salutandi causa, venisset, & se statim ad te nauigaturum esse diceret, has ei litteras dedi, quibus ad eas rescripsi, quas acceperam à Bruti tabellario. Et respondebo primùm postremæ tuę paginæ, quæ mihi magnę molestię fuit, qđ ad te scriptũ est ab Cincio de Statij sermone. in quo hoc molestissimum est, Statiũ dicere, à me quoq; id cõsiliũ probari. probari autẽ? De[k] isto hactenus. dixerim, me vel plurima vincula[l] tecũ summę cõiunctionis optare, etsi[m] sunt amoris arctissima, tantũ abest, vt ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. Illum autem multa de istis rebus asperiùs solere loqui, sæpe sum expertus: sæpe etiam leniui iratum. Id scire te arbitror. In hac autẽ peregrinatione, militiáve nostra, sæpe incẽsum ita vidi, sæpe placatum. Quid ad Statium scripserit, nescio: quidquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum nõ fuit. Mihi autem erit maximè o curæ, ne quid fiat secùs, quàm volumus, quãq; oportet. Nec satis est in eiusmodi re, se quem que præstare. ac maximè p partes istius officij sunt pueri Ciceronis, siue iã adoleuerãt: quod quidem illum soleo hortari: ac mihi videtur matrem valde, vt debet, amare: téq; mirifice. Sed est magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingeniũ: quo q ego regendo habeo negotij satis. ¶ Quoniam respondi tuę postremæ paginæ prima mea, nunc ad primã reuertar tuã. Pelopõnesias ciuitates omneis,[s] maritimas[t] esse, hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicæarchi, tabulis credidi. is multis nominibus, in Throphonianam[u] Chæronis[x] narratione Græcos in eo reprehẽdit, quòd mare tam secuti sunt: nec vllũ in Peloponneso locũ excipit. Cùm mihi autẽ placeret (etenim erat ἰσοζυκώτατος, & vixe vix aggrediens, communicaui cum Dionysio. atq; is primò est cõmotus. Deinde, quòd tum de isto Dicæarcho non minùs bene existimabat, quàm tu de C. Vestorio, ego de M. Cluuio: non dubitabat, quin ei crederemus. Arcanum. Tene[z] autem, & Aliphera, & Tritia, ἀλλ' ἅψεται ei confirmabat: vbi mentio nõ fit istorum. Itaque istum ego locum totidẽ verbis à Dicæarcho transtuli. Phliasios[a] dici sciebam, & ita fac vt habeas, nos quidẽ sic habemus. Sed primò me ἀναλογία deceperat: φλεῦς, ὁπεῦς, σιπύς, φ ὑποὐπιοι, σιπουῦπιοι: sed hoc cõtinuò coreximus. Lætari te nostra moderatione, & continentia video. Tũ id magis faceres, si adesses. atq; hoc foro, quod egi ex idib. Feb. Laodicéę ad kal. Maias, omniũ diœcesium, præter Cilicię, mirabilia quędã effecimus. Ita multæ ciuitates omni ere alieno liberatæ, multę valde le uatæ sunt: omnes suis legibus & iudiciis vsæ, αὐτονομίαν adeptę, reuixerũt: His ego duobus generibus facultatẽ ad se ære alieno liberandæ, aut leuandæ dedi: Vno, φ omnino nullus in imperio meo sumptus factus est. nullum cùm dico, non loquor ὑπερβολικῶς. nullus, inquã, ne[a] teruntius quidẽ. Hac autẽ re incredibile est, quãtum ciuitates emerserint. Accessit[b] alterum. Mira erant in ciuitatibus ipsorũ furta Græcorũ: quæ magistratus sui fecerãt. Quæsiui ipse de iis, qui annis x. proximis magistratum gessérãt. Apertè fatebantur. Itaq; sine vlla ignominia, suis humeris pecunias[c] populis retulerũt. populi autẽ, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiã superioris lustri reddiderunt. Itaque publicanis in oculis sumus. Gratis, inquis, viris. Sensimus. Iã cetera iurisdictio, nec[d] imperita, & clemẽs cum admirabili facilitate. Aditus autẽ ad me minimè prouinciales. nihil per cubiculatium: ante lucẽ inambulabã domi, vt olim cãdidatus. Grata hæc, & magna, mihiq; nondum laboriosa ex illa vetere militia. Nonis Maij in Ciliciam cogitabã: ibi cùm Iunium mensem consumsissem, (atq; vtinã in pace. magnum enim bellũ impendet à Parthis) Quintilẽ in reditu ponere. Annuæ enim mihi operæ ad[e] III. kalend. Sextil. emerentur. Magna autẽ in spe sum, mihi nihil temporis prorogatũ iri. Habebã acta vrbana vsq; ad Nonas Mart. ex[f] quibus intelligebã, Cutionis nostri constantia omnia potiùs actũ iri, quàm de prouinciis. Ergo, vt spero, propediem te videbo. Venio ad Brutum tuũ, immò nostrum: sic enim mauis. equidẽ omnia feci, quę potui, aut in mea prouincia perficere, aut in regno experiri. omni igitur modo egi cũ rege, & ago quotidie, per litteras scilicet. ipsum enim, triduum, quatriduúmue mecũ habui turbulẽtis in rebus, quibus eum liberaui. Sed & tú præsens, & posteà creberrimè[g] nõ destiti rogare, & petere mea causa: suadere, & hortari sua. Multùm profeci, sed, quantũ, non plane (quia longè absum) scio. Salaminios autẽ (hos enim poterã cocercere) adduxi, vt totum nomen Scaptio vellent soluere: sed centesimis ductis à proxima quidẽ syngrapha, nec perpetuis, sed renouatis quotannis, numerabãtur nummi. Noluit Scaptius. Tu[h], quî ais Brutũ cupere aliquid perdere? quaternas habebat in syngrapha. fieri[i] non poterat: nec, si posset, ego pati possem. Audio omnino Scaptium pœnitere. nam quod s. c. esse dicebat, vt ius ex syngrapha diceretur, eo consilio factum est, quòd pecuniam Salaminij contra legem Gabiniam sumserant. Vetabat autem Auli[k] lex, ius dici de ita sumta pecunia. decreuit igitur senatus, vt ius diceretur ex ista syngrapha. nunc isti habet iuris idem, quod ceteræ: nihil præcipui. Hæc à me ordine facta, puto me Bruto probaturum: tibi, nescio. Catoni certè probabo. Sed iam ad te ipsum reuertor. Ain' tandem Attice, laudator[l] integritatis & elegantiæ nostræ? ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, vt equites Scaptio

a Z. ne terũcij q.
b Z. Accessit altera. & ita v.c.
c vide 2. epistol. famil. 13.*
d fort. nec impedita, ‖ Boj. impetrita vt sit vox dicta à sacris ciuitatis aut ab auspiciis: Plaut. Asinar. Festus.*
P. XCI.
e Z. a.d. III. kal.
f al. è quib.
g Z. creberrimis litteris non dest. al. creberrimis non dest.
h Z. Tún' quî ais Br.
i al. ferri n.
k legis Gabiniæ meminit 5. epistol. vlt. vbi dixi.*
P. B.
l al. laudator integritatis & elegantiæ auf.*

ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu, si mecum esses (qui scribis morderi [a] te interdū, quòd non simul sis) paterere me id facere, si vellem? Non amplius, inquis, quinquaginta. Cùm Spartaco [b] minus multi primò fuerunt. Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? non fecissent autem? immò quid ante aduentum meum non fecerunt? Inclusum in curia senatum habuerunt Salaminiū ita multos dies, vt interierint nonnulli fame. Erat enim præfectus Appii Scaptius, & habebat turmas ab Appio. Id me igitur tu, cui [o] meherculè os mihi ante oculos solet versari, cùm de aliquo officio, ac laude cogito, tu me, inquam, rogas præfectus vt Scaptius sit? At hoc statueramus, vt negotiatorem neminem: idque Bruto probaueramus. Habeat is turmas? cur potiùs quàm cohorteis? sumtu iam nepos euadit Scaptius. Volunt [c], inquis, principes. Scio. nam ad me Ephesum vsque venerunt, flétésque, equitum scelera, & miserias suas detulerunt. Itaque statim dedi litteras, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. Ob eámque causam, tum [d] ob ceteras, Salaminij nos in cælum decretis suis sustulerunt. Sed iam quid opus equitatu? Soluunt enim Salaminij: nisi fortè id volumus armis efficere, vt fœnus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere vnquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? Nimis [e], inquam, insto Brutum amasti, dulcissime Attice: nos vereor, ne parum. Atqui hæc scripsi ego ad Brutum, scripsisse te ad me. Cognosce nunc cetera. Pro Appio nos hîc omnia facimus, honestè tamen, sed planè libenter. nec enim ipsum odimus, & Brutū amamus, & Pompeius mirificè à me contendit: quem meherculè [f], plus, plúsque in dies diligo. C. Cœliū, quæstoré huc venire audisti. Nescio, quid [g] sit: sed Pamenia illa mihi non placent. Ego me spero Athenis fore mense Septembri. tuorum itinerū tempora scire sanè velim. Εὐθυδίκου Sēpronij Rufi cognoui ex [h] epistola Corcyræa. Quid quæris? inuideo potentiæ Vestorij. cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet, vrget turba, festinat Philogenes. Valebis igitur? & valere Piliam, & Cæciliam nostram iubebis litteris: & saluebis à meo Cicerone.

a Δάκνεσθαι.

b qui seruile bellum excitauit lege 3. §. 10. ff. de aqui. possess. Liuij epitome 95. 96. 97. Plutarchus in Crasso. Florus 3. cap. 20. & alij.*

c al. Volunt, inquit,

d al. tum ob ceteras,

e fort. Nimis, nimis, inq.

P. XCII.

f v.c. mercule.

g L. quid sit hominis. sed

h L. ex epistola tua Corcyræa.

CICERO ATTICO, S. 3

ETSI nil sanè habebam noui, quod pòst accidisset, quàm dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, litteras, tamen cùm Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit: ac primùm illud, quod me maximè angebat, (nō quo me aliquid iuuare posses, quippe [i] res est in manibus, tu autem abes longe gentium: --πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ Νοτος κυλινδεῖ κύματ' ἄβρεπῆ ἀχλύν.) Obrepsit dies, vt vides. mihi enim ad [k] III. kal. Sext. de prouincia decedendum est: nec succeditur. quem relinquam, qui prouinciæ præsit? ratio quidem, & opinio hominū postulat fratrem: primùm quòd videtur esse honos: nemo igitur potior: deinde quòd solum habeo prætorium. Pontinus [l] enim ex pacto, & [m] conuentu (nā ea lege exierat) iam à me discesserat. Quæstorem nemo dignum putat. etenim est leuis, libidinosus, sagax [n]. De fratre autem primùm illud est, persuaderi ei nō posse arbitror. odit enim prouinciam. & herculè nihil odiosius, nihil molestius. Deinde, vt mihi nolit negare, quidnam mei sit officij? cùm bellum esse in Syria magnū putetur, id videatur in hāc prouinciam eruptutum, hîc præsidij nihil sit, sumtus annuus decretus sit: videatúrne aut pietatis esse meæ, fratré [a]: aut diligentiæ, nugatum aliquid relinquere? Magna igitur, vt vides, sollicitudine afficior, magna inopia consilij. Quid quæris? toto negotio nobis opus non fuit. Quanto tua prouincia melior? Decedes, cùm voles, nisi fortè iam decessisti. quem videbitur, præficies Thesprotiæ, & Chaoniæ. Necdum tamē ego Quinctum conueneram, vt iam, si id placeret, scirem, possémne ab eo impetrari: nec tamen, si [b] posset, quid vellem, habebam. Hoc est igitur eiusmodi. reliqua, plena adhuc & laudis, & gratiæ: digna iis libris, quos dilaudas. conseruatæ ciuitates, cumulatè publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo, decreto iusto, & seuero perpauci: nec tamen quisquam, vt queri audeat. Res gestæ, dignæ triumpho: de quo ipso nihil cupidè agemus: sine tuo quidem consilio certè nihil. Clausula [c] est difficilis in tradenda prouincia. sed hæc Deus aliquis gubernabit. De vrbanis rebus scilicet plura tu scis: sæpius, & certiora audis. equidem doleo non me tuis litteris certiorem fieri. huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paullo: non quò vllum periculum videam, stante Pompeio, vel etiam sedente, valeat modò: sed meherculè Curionis, & Paulli, meorum familiarium, vicem doleo. Formam igitur mihi totius reip. si iam es Romæ, aut cùm eris, velim mittas: quæ mihi obuiā veniat: ex qua me fingere possim, & præmeditari, quo animo accedā ad vrbē. est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinum, atque hospitem. Et quod pænè prę terij, Bruti tui causa, vt sæpe ad te scripsi, feci omnia. Cyprij numerabant: sed Scaptius centesimis, renouato in singulos annos fœnore, contentus non fuit. Ariobárzanes non in Pōpeium prolixior per [d] ipsum, quàm per me in Brutum: quem tamen ego præstare non poteram. erat enim rex perpauper: aberámque ab eo ita longè, vt nihil possem, nisi litteris: quibus pugnare non destiti. Summa hæc est, pro ratione pecuniæ, liberiùs [e] est Brutus tractatus, quàm Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter c. Pompeio in sex mensibus promissa cc. Iam in Appij negotio quantum tribuerim Bruto, dici vix potest. Quid est igitur, quòd laborem? amicos habet, meras nugas, M. [f] Scaptium: qui quia non habuit à me turmas equitum, quibus Cyprum vexaret, vt ante me fecerat, fortasse succenset [g]: aut quia præfectus nō est: quod ego nemini tribui negotiatori, non C. Vennonio, meo familiari: non tuo, M. Lenio [h]: & quod tibi Romæ ostenderam, me seruaturum: in [i] quo perseueraui. Sed quid poterit queri is, qui auferre pecuniam cùm posset, noluit? Scaptio, qui [k] in Cappadocia fuit, puto esse satisfactum. Is à me tribunatum cùm accepisset, quem ego ex Bruti litteris ei detulissem, postea scripsit ad me, se vti nolle eo tribunatu. Caius [l] est quidam, cui cùm præfecturam detulissem, Bruti rogatu, multa & dixit, & fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodij canis. [m] Is me nec proficiscentem Apaméam prosecutus est, nec, cùm postea in castra venisset, atq; inde discederet, num quid vellē, rogauit: & fuit apertè

a Videsne relinquere? aut diligentiæ, aut alij, cuius querei

b al. nihil possit.

c Κρατοῦσι.

d al. per ipsum.

e L. liberalius

f L. M. Scaptium

g v.c. fuisse

h al. Lenio. i al. in quo. k al. dum.*

l L. Gallius

mihi, nescio quare, non amicus. Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominē putares? qui, vt scis, potentissimorum hominū contumaciam numquam tulerim, ferrem hūius adsectæ [a] ? etsi hoc plus est, quàm ferre, tribuere etiam beneficij aliquid, & honoris. Is igitur Caius [b], cùm Apameæ me nuper vidisset, Romam proficiscens, me ita appellauit, (Culleolum [c] vix auderem) Vnde, inquit, me iubes petere [d] cibaria? Profectò respondi leniùs, quàm putabant oportuisse, qui aderant: me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem vsus. Abiit iratus. Huius [e] nebulonis operatione [f] si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames: me æmulum non habebis, sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. Tibi tamē causam notam esse volui, & ad ipsum hæc perscripsi diligentissimè. Omnino (soli enim sumus) nullas vmquam ad me litteras misit Brutus (ne proximè quidem de Appio) in quibus non inesset arrogans, ἀκενόφωνον aliquid. Tibi autem valde solet in ore esse [g], Granius autem, *Non contemnere se, & reges odisse superbos.*

In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet. sed planè parum cogitat, quid scribat, aut ad quem. Q. Cicero puer legit, vt opinor, & certè, epistolā inscriptam patri suo. solet enim aperire, idque de meo cōsilio, si quid fortè sit, quod opus sit scire. In ea autem epistola erat illud idem de sorore, quod ad me. mirificè conturbatum vidi puerum. lacrymans mecum est questus. Quid quæris? miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatemque perspexi. quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. id te igitur scire volui. Ne illud quidem prætermittam: Hortensius filius fuit Laodiceæ [i] cum [k] Gladiatoribus flagitiosè, & turpiter. hunc ego patris causa vocaui ad cenam, quo die venit: & eiusdem patris causa, nihil amplius. Is mihi dixit, se Athenis me exspectaturum, vt mecū decederet. Rectè, inquam. quid enim dicerē? Omnino puto nihil esse, quod dixit. Nolo quidem, ne offendam patrem: quem mehercule valde [l] diligo. sin fuerit meus comes: moderabor ita, nequid eum offendam, quem minimè volo. Hæc sunt. Etiam illud. Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra M. Seruilium. Litteras mitte quamprimùm: si [m] nihil fuerit, vel per tuum tabellarium. Piliæ, & filiæ salutem. Cura, vt valeas.

CICERO ATTICO, S. 4

TARSVM venimus Nonis Iun. ibi me multa mouerunt: magnum in Syria bellum: magna in Cilicia latrocinia: mihi difficilis ratio administrandi, quòd paucos dies habebā reliquos annui muneris: illud autem difficillimum. relinquendus erat ex s. c. qui præesset. Nihil minùs probari poterat, quàm quæstor Mescinius [n]. nam de Cœlio nihil audiebamus. Rectissimum videbatur, fratrem cum imperio relinquere: in quo multa molesta: di ceesslius noster, belli periculum, militum improbitas, fœcenta præterea. O rem totā odiosam! sed hæc fortuna viderit, quoniam consilio non multùm vti licet. Tu, quando Romā saluus, vt spero, venisti, videbis, vt soles, omnia, quæ intelliges nostra interesse: in primis de Tullia mea: cuius de conditione quid mihi placeret, scripsi ad Terentiam, cùm tu in Græcia esses: deinde, de honore nostro. quod enim tu abfuisti o, vereor vt satis diligenter actum in senatu sit de litteris meis. Illud præterea μυστικώτερον ad te scribam, tu sagaciùs odorabere. τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πορφύρα, ἐξ ὧν ἀλογευόμην, πορφυρᾶν ἐπιχειρεῖν, ἐπεὶ τὰς ψήφους, ἐν τῷ ὠνῆς τὴν ὑπαρχόντων τῷ Κρητωνιάτου, τυχαννοκτόνου. δέδοικα δή, μή [a] τι ὑπὸ νοήσης. ἐν [b] δὴ τούτῳ δὴ ὠφείσκεν ψάλθυρον, τὰ λοιπὰ ἐξ [c] ἀσφαλείας. Non queo tātū, quātū vereor, scribere. Tu autē fac, vt mihi tuæ litteræ volent obuiæ. Hæc festinans scripsi in itinere, atque agmine. Piliæ, & puellæ Cæciliæ bellissimę salutem dices. Vale.

CICERO ATTICO, S. 5

NVNC quidem profectò Romæ es: quòte (si ita est) saluum venisse gaudeo. Vnde [d] quamdiu abfuisti [e], magis à me abesse videbare, quàm si domi esses: minùs enim mihi meæ notæ res erant, minùs etiam publicæ. Quare velim, etsi (vt spero) te hæc legente, aliquantum [f] tamen viæ processero, tamen obuias mihi litteras quàm argutissimas de omnibus rebus crebrò mittas. In primis, de quo scripsi ad te antea: τὰ ξυναόρα τὰ ἐμῆς ὁ [g] ἀπελεύθερος, ἔδοξέ μοι θαμὰ βαπαρίζων, ἢ ἀλύων ἐν τοῖς ξυλλόγοις, ἢ τοὺς λόγους, ὑπό τι πεφυρακέναι [h] τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπαρχουσι τοῖς τῶ Κρητωνιάτου. Hoc tu indāga, vt soles. Aft i hoc magis. ἐξ ἄστεος [k] ἐπαλόφυ τειχῶν παρέδυκεν [l] ἡμῦν γάμου πέφεικήματα ὁ [m] Κάμιλλος, αὐτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς κό. ἐκ τῆς Κρητωνιατικῶν, ἢ ἐκ τῆ χερρονησιτικῶν ο μ η: καί τινα κληρονομήσαι χ μ. ρ. τούτων δὲ μηδὲ ὁλόλυγα διαλύσαιεν, πάντων ὀφειληθέντων τῆ δευτέρα μιλιὸς τῆ νυμφία. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτὸ, ὄντα ὁμώνυμον τῆ Κόιντου πατρὶ, μηδὲν ὁ λογεὺς πεφρενηκέναι. ταῦτα οὖν ὧρῶτον μὴν ἵνα πάντα σώζηται: δεύτερον δὲ ἵνα μηδὲ τῆ πάντων ὑπολωφήσης τῆ ὑπὸ τῆς ὠρεσκειμένης ἡμέρας, ὅσους αὐτὸν ἐνέλκαμεν, σφέρα δέδεικα. ἢ γὰ παρῆν ὧρᾶς ἡμᾶς κατασκευάμενον, καί τι ὠφελεῖν ἐπίσευς. ὑπογραῖς δὲ, ἀλόγως ἀπέχη, ἐπειπών [p], αἰχρόν τοι δηθύν τε μένειν. Méque obiurgauit vetere prouerbio, τὰ μὴ [q] δηδόμενα. Reliqua vide [r], &, quantum fieri potest, perspicimus [s]. Etsi annuum tempus propè iā emeritum habebamus: dies enim XXXIII. erant reliqui: sollicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur. cùm enim arderet Syria bello, & Bibulus in tanto mœrore [t] suo maximam curam belli sustineret, ad méque legati eius, & [u] quæstor amici litteras mitterent, vt subsidio venirem: etsi exercitum infirmum habebam, auxilia sanè bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum (hæc enim sunt nostra robora) tamen esse officium meū putaui, exercitum habere quàm proximè hostem, quoad mihi præesse prouinciæ per s. c. liceret. sed (quo ego maximè delectabar) Bibulus molestus mihi non erat: de omnibus rebus scribebat ad me potiùs. & mihi decessionis dies λελῃδότως obrepebat: qui cū aduenerit, ἄλλο ὠφέλημα, quē præficiā, nisi Cœlius [x] quæstor venerit: de quo adhuc nihil certi habebamus. Cupiebam mehercule [y] longiorem epistolā facere: sed nec erat res, de qua scriberē: nec iocari præ cura poterā. Valebis igitur, & puellę saluté articulatè [z] dices, nostræq; Piliç.

P. 8.
a L. μὴ τι νοήσῃ. & ita v. c. & al. μὴ ἔτι.*
b Bos. εἰς δήπου id est tu vnus & solus.*
c L. ἐξασφάλισαι.
d v. c. & vulg. Vnde quidē quād.
e L. afuisti.
f for. aliquātū viæ procg al. ὁ ἐξελεύθερος.
h φυρᾶν est conturbare rationes, decoquere. vnde φυρᾶτης decoctor Glossis.*
i L. Ath.
k Bos. ἄστεως ἐπαλόφυ.*

P. XCV.
l Bos. παρέδυκεν μοὶ κ δ μ, ὀφειλημάτων Καμίλλου, ἑαυτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς κ δ ἐκ τῆ Κρητωνιατικῶν, ἢ ἐκ τῆ χερρονησιατικῶν μ η ἢ μνᾶς κλη ρονομήσαι χ μ χ μ. τούτων δὲ μηδὲ ὁλόλυγα διαλύσαιεν, πάντων ὀφειληθέντων τῆ δευτέρᾳ μιλιὸς νμιλία.*
m L. γαμετῆ καὶ μνᾶς ὀφείλημα.
n L. τῆ Καμίλλᾳ, o al. χερρονησιατικῶν
p al. ἐπείπον εἶκω, αἰσχρον.*

q meminit huius prouerbij Polybius libro 37. adde Platonem in Sophista & Gorgia. Boni consulendo quæ fors ferat & quę dantur accipienda.* r al. videt, & quantū heri poteſt, perſpicit animus.* s L. perſpice. Nos etſi. t Bibuli enim duo filij à militibus Sabinianis Aegypti occiſi: quorum interfectores ad Gabinium vinctos Cleopatra miſit. 4. Valerius r. : Cæſar 3. de bello ciuili: 2. famil. epiſt. 17.* u L. & quæſtor, & amici litt. x al. Calidus. y v. c. mercule. z al. Articulē vel articolatè. al. artocolatè. al. articulæ. Mal. ſp. Atticulæ & Boſius.*

CICERO ATTICO, S. 6

EGo dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, subitò sum factus accusatoris eius socer. Id quidem, inquis, dij approbét. Ita velim: téque ita cupere certò scio. Sed, crede mihi, nihil minus putaram ego: qui de Ti. Nerone, qui mecum egerat, certos homines ad mulieres miseram. qui Romam venerunt factis sponsalibus: sed hoc spero melius. Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio, & comitate adolescentis. cetera noli ἐξακριβάζειν. Sed heus tu, πυρὰς εἰς δῖμον Athenis? *placet* [a] *hoc tibi?* Etsi non impediebant mei certè libri (nõ enim ista largitio fuit in ciueis, sed in hospites liberalitas) me tamen de Academiæ περιπάτῳ [b] iubes cogitare, quoniam [c] Appius de Eleusine non [d] cogitet. De Hortésio te certò scio dolere. equidem excrucior. decreuerã enim cũ eo valde familiariter viuere. Nos prouinciæ præfecimus Cœliũ. Puerũ [e], inquies, & fortasse fatuum, & nongrauẽ & nõ continentem. Assentior, fieri nõ potuit aliter: nam, quas multo antè tuas acceperã litteras, in quibus ἐπέχειν te scripseras [f], quid esset mihi faciendum de relinquẽdo, ea [g] me pungebãt. Videbam enim, quæ tibi essent ἐποχῆς causæ (& erant eædem mihi) puero [h] ne traderem. fratri autem, illud nõ vtile nobis. nam præter fratrem nemo erat, qué sine contumelia quæstori, nobili præsertim, anteferrem. tamen, dũ impẽdẽre Parthi videbantur, statueram fratrem relinquere: aut etiam, reip. causa, contra s. c. ipse remanere. qui posteaquàm incredibili feliciate discesserunt, sublata dubitatio est. videbam sermones: Hui fratrẽ relinquit? Num [k] est hoc non plus annũ obtinere prouinciã? Quid quòd senatus eos voluit præesse prouinciis, qui non præfuissent? At hic triennium. Ergo hæc ad populum. Quid, quæ tecũ? numquam essem sine cura, si quid iracũdiùs, aut contumeliosiùs, aut negligentiùs. quæ fortuita [l] hominũ? Quid siquid filius puer, & puer bene sibi fidens? qui esset dolor? qué pater nõ dimittebat, téque id censere molestè ferebat. At nunc Cœlius, nõ dico equidem, quid megerit: sed tamẽ [n] multo minùs laboro. Adde illud. Pompeius, eo [o] robore vir, his radicibus, Q. Cassium sine sorte delegit, Cæsar Antoniũ. Ego sorte datum offenderem, atit [p] etiam inquirerem in eum, quem reliquissem? Hoc melius, & huius rei plura exempla. Senectuti quidem nostræ profectò aptius. At te apud eum, dij boni, quanta in gratia posui? eique legi literas, non tuas, sed librarij tui. Amicorum litteræ me ad triumphum vocant, rem à nobis, vt ego arbitror, propter hanc παλιγγενεσίαν [q] nostram, non [r] negligendam. Quare tu quoque, mi Attice, incipe hoc [s] cupere, quo nos minùs inepti videamur.

CICERO ATTICO, S. 7

QVINCTVS filius, piè sanè, me quidem certè multùm hortante, sed currentem, animum patris sui, sorori tuæ reconciliauit. Eam [t] valde tuæ litteræ excitarunt. Quid quæris? cõfido, rem, vt volumus, esse. Bis ad te antea scripsi de re mea familiari, si modò tibi reddi tæ litteræ sunt. Græcè ἐν αἰνιγμοῖς [u]. scilicet nihil est mouendum. sed tamen κατὰ φιλῶς percõtando [x] de nominibus Milonis, & vt expediat, vt mihi recepit, hortando, aliquid ita tu proficies. Ego Laodicéæ quæstorem Mescinium exspectare iussi [y], vt confectas rationes lege [z] Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Rhodum volo, puerorum causa: inde quamprimùm Athenas: etsi Etesiæ valde reflant: sed [a] volo [b] his magistratibus, quorum volũtatem in supplicatione sum expertus. Tu tamẽ mitte mihi, quæso, obuiam litteras, numquid putes reip. nomine tardandum esse nobis. Tiro ad te dedisset litteras, nisi eũ grauiter ægrũ Esecæ [c] reliquissem. Sed nuntiant, meliùs esse. ego tamen angor. nihil enim illo adolescente castius, nihil diligentius. Valẽ.

CICERO ATTICO, S. 8

CVM instituissem ad te scribere, calamúmque sumsissem, Batonius [d] è naui rectà ad me venit domum Ephesi. & epistolã tuã reddidit. pr. Ka. [e] Octob. Lætatus sum felicitate nauigationis tuæ, opportunitate Piliæ, etiã meherculè sermone eiusdem de coniugio Tulliæ meæ. Batonius [f] autem miros terrores ad me attulit Cæsarianos, cum Lepta etiam plura locutus est. spero falsa, sed certè horribilia [g]: exercitum nullo modo dimissurum. Cum illo prætores DESS. Cassium tribunum pl. Lentulum cos. facere: Pompeio in animo esse vrbé relinquere. Sed heus tu, nũquid molestè fers de illo, qui se solet anteferre patruo sororis tuæ filij? At à quibus victus [h]? Sed ad rem. Nos Etesiæ vehementissimè tardarunt. Detraxit [i] viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorũ. Kalendis Octobr. Epheso conscendentes, hanc epistolam dedimus L [k]. Tarquinio, simul è portu egredienti: sed expeditiùs nauigãti. Nos Rhodiorũ aphractis, ceteriséq; longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. ita tamen properabamus, vt nõ posset magis. De rauduſculo Puteolano gratũ. Núc velim dispicias res Romanas: videas, quid nobis de triũpho cogitandum putes: ad quem amici me vocant. Ego, nisi Bibulus, qui, dum vnus hospes [l] in Syria fuit, pedem [m] porta non plus extulit, quàm domo sua, adniteretur de triũpho, æquo animo essem. Nunc verò αἰσχρὸν σιωπᾶν. sed explora rem totam, vt, quo die cõgressi erimus, consilium capere possimus. At multa, qui & properaré, & ei litteras daré, qui aut mecũ, aut paullò antè vẽturus esset. Cicero tibi plurimã salutẽ dicit. Tu dices vtriusque nostrũm verbis & Piliæ tuæ, & filiæ. Valẽ.

CICERO ATTICO, S. 9

IN Pirææa cùm exissem prid. Id. Octobr. accepi ab Acasto [o], seruo meo, statim tuas litteras: quas quidem cùm exspectassem iamdiũ, admiratus sum, vt vidi obsignatam epistolã, breuitatem eius: vt aperui, rursus σύγχυσιν literarum, quę [p] solent compositissimæ, & clarissimæ esse: ac, ne multa, cognoui ex eo, quòd ita scripseras, te Romã venisse ad [q] XII. Kal. Octobr. cum febri. Percussus vehemẽter, nec magis, quàm debui, statim quæro ex Acasto. Ille [r], Et tibi, & sibi visum, & ita se domi ex tuis audisse, vt [s] nihil esset incommodè. Id vt debatur approbare, quod erat in extremo, fe briculam tũ te habentem scripsisse. Sed [t] clamaui tamẽ, admiratúsque sum, quod nihilo minus ad me tua manu scripsisses. Quare de hoc satis. spero enim, quæ tua prudentia, & perãtia est, & hercule, vt me iubet Acastus, cõfido te iam, vt voluisses, valere. A Tumanio te accepisse meas litteras gaudeo. Φιλολόγως, si me amas, τὸν φυσατὸ φιλοπάτορα πάππον. Hanc, quæ meherculè mihi magno dolori est

a I. sed plane volo his magistr. &c. sed festinare b id est curiosum tanquam volaru cõtor.* c L. Silla relictæ fil. al. Tiseæ. al. ille. al. Ille ex fratre Lucceium. a.* d v.c. Battonius, e al. ex. Kalend.* f v.c. Battonius. g I. horribilia: Caesarem exerc.

h al. eum. i Detraxere xx. ipsos dies aphractos Rhodiorum kal. Oct. XVII. so conscendentes.* k al. Tarquit. al. Argumio,

l v.c. hospes fere, hostis. m dixi pro pilata. n versus Philotexta. dixi ad 3. de oratore ouo vers 22.*

o meminit ad familiares 5. Murenæ 15. familiarem 8. ita legi. Acasto meo scripsisse literas.* p v.c. vnde quæ longe q I. ad XII. Kal. Octobr. r Ille. s I. sibi visum & ita se domi ex tuis audisse, f al. nihil esset incommodè. t v.c. Sed, & clamaui tamẽ & admiratúsque sum, quod nihilominus ad me tua manu scripsisses. u I. de hoc satis. spero enim, quæ tua prudentia, & perãtia est, & hercule, vt me iubet Acastus, cõfido te iam, vt voluisses, valere. A Tumanio te accepisse meas litteras gaudeo. Φιλολόγως, si me amas, τὸν φυσατὸ φιλοπάτορα πάππον. Hanc, quæ meherculè mihi magno dolori est

P. B.

a manifestò deprehensos in aliquo peccato ita solebant interrogare. Sic Thais apud Terentium, Chereã deprehensum obiurgat. vide Muretum 15. variar. 8.* b al. περιπλάτῳ. c L. cum iam d al. nunc.* e vide lib. 2. epist. 15.* f al. scribebas sic epistola vii.* g al. relinquendo fratrem me pungebant.* h al. puero tradere. || al. puero tradere me.* i L. reliquit? k v.c. Non est h. n. l l. fert vita hominum. || P. XCVI. al. forent dicta hominũ* Quid, & ita v.c. m Muretus 15. variar. & quidquid al. quod.* n al. tamen quod egerit multo minus laboro* o hoc est iuuenili 2. epistola 15. nf.* p L. vt etiã inquireret eum, q. & sic v.c. || al. an quireret.* q honores adeptos meo reditu.* r adde 15. fam. il. 4.* s al. id cupere al. Eum valde etiam cupere litt. u al. in ænigmois.* x L. percunctando. y vel. missi al. misi.* z legis Iuliæ de rationibus relinquendis in prouincia v. 2. Epistol. familiar. 17.*

P. B.

est(dilexi enim hominem)procura,quantulacumque est,Prætianam hereditatem,prorsus[a] illam ne attingas. Dices, nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi.in quo,vt præcipis,nec me κενὸν in expetendo cognosces, nec ἄνῳφον in abiiciendo.intellexi ex tuis litteris, te ex Turannio audisse,à me prouinciam fratri traditam. Adeòn ego non perspexerã prudentiam litterarum tuarum? ἀπέχῃ[b] te scribebas:quid erat dubitatione dignũ? Si esset quid quam:cur placeret fratrem, & talem fratrem relinqui? ἀδέπτως ista mihi tua,non ἀπορῇ, videbatur.Monebas de Q.Cicerone puero, vt[c] eum quidem neutiquam relinquerem, τιμιόν ὄναρ[d] ἐφὴν ἐμοί.eadem omnia,quasi collocuti

A esſemus,vidimus.Non fuit faciendum aliter: méque ὀπιχρονίαν ἐποχὴ tua,dubitatione liberauit. sed puto te accepisse de hac re epistolam scriptam accuratiùs. Ego tabellarios postero die ad vos erã missurus, quos puto antè venturos,quàm nostrũ Saufeiũ : sed eũ sine meis litteris ad te venire vix rectum erat.Tu mihi, vt polliceris,de Tulliola mea,id est, de Dolabella perscribas : de rep. quam præuideo in summis periculis:de censoribus, maximeque de signis,tabulis quid fiat:referatúrne[e] .Idib. Octob.has dedi litteras,quo die,vt scribis,Cęsar Placentiam legiones quattuor[f] . Quæso quid nobis futurum est?In ace[g],Athenis statio mea nunc placet. Vale.

meum mihi somnium exponis,hoc est rem mihi notam.Idem de hac re, quod ego, sentis. Sic Plato &. de Republ. τὸ ἐμὸν γ' ἐμοὶ λέγῃς ὄναρ.*

e L.referaturne.

f v.c.enim.

g al.actevel acta.*

P. XCVIII.

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM,
LIBER VII.

CICERO ATTICO, S. I

[a] equiti, Epicureo familiari Attici vide 4. epist.6.*

[b] L.quod eũ nihil non esse temporis ad scr.

DEDERAM equidem L.Saufeio[a] litteras, & dederam ad te vnũ, quòd[b] cùm non esset temporis mihi ad scribẽdum satis, tamen hominem tibi tam familiarem sine meis litteris ad te venire nolebã: sed, vt philosophi ambulant,has tibi redditũ iri putabam priùs,sin iam illas accepisti, scis me Athenas venisse prid.Id. Octobr. è naui egressum in Piræum :tuas ab Acasto nostro litteras accepisse.conturbatum,quòd cũ febre Romam venisses : bono tamen animo esse cœpisse,quòd Acastus ea,quæ vellem,de alleuato corpore tuo nuntiaret:cohorruisse[c] autem , quòd tuæ litteræ de legionibus Cæsaris afferrent:& egisse tecum, vt videres, nequid φιλοπαίκτα eius,quem nosti,nobis noceret, de quo iampridem ad te scripseram.Turannius[d] autem secùs tibi Brundisij dixerat, quod ex iis litteris cognoui , quas à Xenone , optimo viro,accepi. Cur fratrem prouinciæ non præfecissem,exposui breuiter.Hęc fere sunt in illa epistola:nunc audi reliqua.Per fortunas,omnem tuum amorem , quo me es amplexus, omnémque tuam prudentiam, quam meherculè in omni genere iudico singularem, confer[e] ad eam curam,vt de omni statu meo cogites.Videre enim mihi videor tantam dimicationem,nisi idẽ deus,qui nos meliùs,quàm optare auderemus, Parthico bello liberauit, reciperit[f] rempublicam.sed tantam, quanta nunquam fuit.Age , hoc malum mihi commune est cum omnibus.nihil tibi mando, vt de eo cogites.illud meum proprium πρόνοημα,quęso,suscipe.Videsne,vt;te auctore , sim vtrumque complexus?Ac vellem à principio te[g] audisse amicissimè monentem. Ἀλλ' ἐμὲν ἄπορα ξυμβαίνει σὺ δὲ θεσπεσίως ἔπεισθες.Ὡς ἡ ὑδὲν γλυκίον ἧς πατρίδ' Ὀδυσῆ πόνων.Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.Sed aliquando tamẽ persuasisti, vt alterum complecterer , quia de me erat optimè meritus:alterum,quia tantum valebat. Feci igitur:

B atque [i] effeci omni obsequio, vt neutri illorũ quisquam esset me carior. Hæc enim cogitabamus,nec [k] mihi iuncto cum Pompeio,forenecesse peccare in rep. aliquando : nec cum Pompeio sentienti,pugnandum esse cum Cęsare:tanta erat illorum coniunctio.Nunc impendet,vt & tu ostendis,& ego video,summa inter eos contentio. me autẽ vterque numerat suum , nisi fortè simulat alter.nam Pompeius non dubitat,(verè enim iudicat)ea,quæ de rep.nunc sentiat,mihi valde probari.Vtriusque autem accepi eiusmodi litteras eodem tempore,quo tuas , vt neuter quemquam omniũ pluris facere,quàm me, videretur. Verùm quid agam?nõ quæro illa vltima(si enim castris res geretur,video cum altero vinci satius esse , quàm cum altero vincere) sed illa, quę tum agentur,cùm venero:ne ratio absentis habeatur,vt exercitum dimittat.Dic[l] Marce Tulli.Quid dicam?Exspecta,amabo te , dũ Atticum conueniam.Non est locus ad[m] tergiuersandum contra Cæsarem. Vbi illæ sunt densæ dexteræ?nam,vt illi hoc liceret,adiuui rogatus ab ipso.Ræuennæ de [n] Cœlio tribuno pl.Ab ipso autem[o] etiam à Cn.nostro , in illo diuino tertio consulatu.Aliter sensero:Αἰδέομαι non Pompeium modò , sed τοὺς πρώτους καὶ πάνυ ἐλεγχείους καταθέσθαι[p] . Quis?Tu ipse scilicet laudator & factorum & scriptorum meorum. Hanc [q] ego plagam effugi per duos superiores Marcellorum consulatus , cùm est actum de prouincia Cæsaris. Nunc incido in discrimen ipsum.Itaque [q] ,[vt [r] stultus , primus suã sententiam dicat] , mihi valde placet,de triumpho nos moliri aliquid: extra vrbẽ esse cũ iustissima causa.tam[s] dabũt operã,vt eliciãt sententiã meam.Ridebis hoc loco fortasse.quàm vellẽ etiã nunc in prouincia morari! Planè opus fuit,si hoc impẽdebat.etsi nil miseri[t].Nã, ἐδὲ πάνυ ἔργον,volo te hoc scire:omnia illa pri-

i Itaque est.

k L.nec mihi comũco.] Mal. Nec cu Cæsare sentienti , pugnandum est cum Pompeio.*

l Hac formula rogabant sententias *adde epistolam 3. & 7. infra & 9. epistol.4. Liuium 9. Terent. Phormione act.2. scena vlt. Plutarch. in Camillo vel ita*, Dic quid censes. *Tacit.* 2.*

m al. tergiuersandi P. XCIX.

n L.de dcẽ tribun.s pl.

o L. αὐαισθητῶ.

p L Hanc ego pl.

q L. Itaque mihi valde placet, de tri r Inclusa Lãbinus non putat esse Ciceronis.*

ma, quæ etiam tu litteris in cælum ferebas, ὀθήκατε [a] fuerunt. Quàm non est facilis virtus! quàm verò difficilis eius diuturna simulatio! Cùm enim hoc rectum, & glorioſum putarem ex annuo ſumtu, qui mihi decretus eſſet, me C. Cœlio quæſtori relinquere annuũ referre in ærarium ad LLS. CIↃ. ingemuit noſtra cohors, omne illud putans diſtribui ſibi oportere, vt ego amicior inuenirer Phrygum & Cilicum ærariis, quàm noſtro. Sed me non mouerunt. nam & mea laus apud me plurimum valuit. Nec tamen quidquam honorificè in quemquam fieri potuit, quod prætermiſerim. Sed hæc fuerit, vt ait Thucydides, ἐμβολὴ λόγου non inutilis. Tu autem de noſtro ſtatu cogitabis, primùm quo artificio tueamur beneuolentiam Cæſaris: deinde de ipſo triumpho: quem video, niſi reip. tempora impedient, ἀπόφασιν: iudico autem cùm ex litteris amicorum, tum ex ſupplicatione, quamqui non decreuit, plus decreuit, quàm ſi omneis decreuiſſet [b] triumphos. Ei porro aſſenſus eſt vnus, familiaris meus, Fauonius: alter iratus, Hirrus. Cato autem & *ſcribendo affuit*, & ad me de ſententia ſua iucundiſſimas litteras miſit: ſed tamen grátulans mihi Cęſar de ſupplicatione, triumphat de ſententia Catonis: nec ſcribit, quid ille ſententiæ dixerit, ſed [c] tantùm, ſupplicationem eum mihi non decreuiſſe. Redeo ad Hirrum. Cœperas eum mihi placare. perfice. Habes Scrofam, habes Silium. ad eos ego [d] etiam anteà ſcripſi, & [e] ad ipſum Hirrum. locutus enim erat cum [f] iis, cõmodè ſe potuiſſe impedire, ſed noluiſſe: aſſenſum tamen eſſe Catoni, amiciſſimo meo, cùm is honorificentiſſimam in me ſententiam dixiſſet: nec me ad ſe vllas litteras miſiſſe, cùm ad omneis mitterem. Verum dicebat. Ad eum enim ſolum, & ad Craſſipedem nõ ſcripſerã: atque hęc de rebus forenſibus. Redeamus domum. Diiungere me ab illo volo. Mirus [g] eſt φυρέτης, germanus Lartidius. ἀλλὰ τὰ μὲν πρότερα ἐυτυχῆ ἐάσωμεν, ἀχνύμενοί περ. Reliqua expediamus: hoc primùm, quòd [h] acceſſit cura dolori meo. Sed [i] hoc tamen quidquid eſt, Præcianum, cum his rationibus, quas ille meas tractat, admiſceri nolo. Scripſi ad Terentiam: ſcripſi etiam ad ipſum, me, quidquid poſſet [k] nummorum, ad apparatum ſperati triumphi, ad te redacturum. Ita puto ἄμεμπτα fore. verùm vt lubebit. Hanc quoque ſuſcipe curam, quemadmodum experiamur. Id & oſtendiſti quibuſdam litteris ex [l] Epiro, & [m] Athenis datis, & in eo ego te adiuuabo. Vale.

CICERO ATTICO, S. 2.

BRVNDISIVM venimus VII. Kal Decemb. vſi tua felicitate nauigandi. Ita bellè nobis flauit ab Epiro leniſſimus Auſter [n], mitis. Húc σου ξειάζοντα, ſi cui voles τῷ νεοτέρᾳ pro tuo vendito. Inualetudo [o] tua me valde conturbat. ſignificant enim tuæ litteræ, te prorſus laborare. Ego autem cum ſciam, quàm ſis fortis, vehementius eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat: etſi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leuiorem accedere. Terentia verò, quæ quidem eodem tempore ad portam Brundiſinã venit, quo ego in portum, mihique obuia in foro fuit, L. Pomtiũ [p] ſibi in Trebulano dixiſſe narrabat, etiam [q] eã deceſſiſſe. Quod ſi ita eſt, quod maximè meherculè opto, id ſpero tua prudentia, & tẽperantia te conſecutum. Venio ad epiſtolas tuas: quas ego ſexcentas vno tempore accepi, aliã alia iucundiorem: quæ quidem erant tua manu. nam [a] Alexidis [b] manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ: litteræ manum non amabam, quia [c] indicabat te non valere. Cuius quoniam mentio iam facta eſt, Tironem Patris ægrum reliqui, adoleſcentem, vt noſti, & adde ſi quid vis, probum: nihil vidi melius, itaque careo ægrè [d]: quamquam videbatur ſe non grauiter habere, tamen ſum ſollicitus, maximámque ſpem habeo in M[e]. Curij diligentia, de qua ad me ſcripſit Tiro, & multi nuntiarunt. Curius autem ipſe ſenſit, quàm tu velles [f] à me diligi, & eo ſum admodum delectatus: & mehercule eſt, quem [g] facilè diligas, αὐτόχθων in homine vrbanitas. Eius teſtamentum de [h] Tortorio, Ciceronum ſignis [i] obſignatum, cohortísque prætoriæ: fecit palàm te ex [k] libella, me ex tẽ. runcio [l]. In Actio Corycræ Alexion me opiparè muneratus eſt. Quincto Ciceroni obſiſti non potuit, quò minùs Thyamim videret. Filiola tua te delectari lætor, & probari tibi γοργιὼ [m] φυσικῶ eſſe, τῶν πρὸς τὰ τέκνα. Etenim ſi hæc non eſt, nulla poteſt homini eſſe ad hominem naturę adiunctio: qua ſublata, vita ſocietas tollitur. Bene [n] conueniant, inquit Carneades, ſpurcè [o], ſed tamen pudentius P, quàm Lucius noſter, & Patro, qui, cùm omnia ad ſe referant, nec quidquã alterius cauſa fieri putent: cùm [q] ea re bonum virum oportere eſſe dicant, ne malum habeat, non quòd id natura rectum ſit, non [r] intelligunt, ſe de callido homine loqui, nõ de bono viro. Sed hęc opinor, ſunt in iis libris, quos tu laudãdo, animos mihi addidiſti. Redeo ad rem. Quomodò [s] exſpectabam epiſtolam, quam Pliloxeno dediſſes [t]? (ſcripſeras enim, in ea eſſe de ſermone Pompeij Neapolitano) eam mihi Patro Brundiſij reddidit. Corcyræ, vt opinor, accepe rat. nihil potuit eſſe iucundius. erat enim de tep. de opinione, quam is vir haberet integritatis meæ: de beneuolentia, quam oſtendit eo ſermone, quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc iucundiſſimum, quòd intellexi, te ad eum veniſſe, vt eius animum erga me perſpiceres. hoc mihi, inquam, áccidit iucundiſſimum. De triumpho autem, nulla me cupiditas vmquam tenuit ante Bibuli impudentiſſimas litteras: quas ampliſſimè [u] ſupplicatio cõſecuta eſt. A quo, ſi ea geſta ſunt, quæ ſcripſit, gauderem, & honori fauerem. Nunc illum, qui [x] pedem porta, quoad hoſtis eis Euphratem fuit, non [y] extulerit, honore augeri: me, in cuius exercitu ſpem illius exercitus habuit, idem non aſſequi, dedecus eſt noſtrum: noſtrum, inquam, te coniungens. itaque omnia experiar, &, vt ſpero, aſſequar. Quòd ſi tu valeres, iam mihi quædam explorata eſſent. ſed (vt ſpero) valebis. De rauduſculo Numeriano [z], multùm te amo. Hortenſius quid egerit, aueo ſcire: Cato quid agat, qui quidem in a me furit maleuolus: dedit integritatis, iuſtitiæ, clementiæ, fidei mihi teſtimonium, quod nõ quærebam: quod poſtulabam, negauit ſe. Id itaque Cæſar his litteris, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quomodò exſultat Catonis in me ingrati ſſimi iniuria? At hic idem Bibulo dierum [c] xx. Ignoſce mihi, non poſſum hæc ferre, nec feram. Cupio ad omneis tuas epiſtolas: ſed nihil neceſſe deſt, iam enim

2 *al.* ὄθηκατε.

P. B.

b: L. decreſſet.

c *al.* ſed tamen.

d *fort.* ego iam

e L. etiam ad ipſ.

f L. cum iis commode, ſe pot.

g L. Merus

h L. in quo acceſſ. ‖ *al.* quo.*

i L. Sed tamen hoc quicquid eſt, Prætianum,

k L. poſſem

l *al.* ex Epiro Athenas datis *non placet.*

m L. an Athenis

n L. Onchesmites ‖ *Turneb.* Anchiſetes *vel.* Anchesmitis

P. C. ſed Onchesmites Victorio 36. *variar.* 11. ventus eſt flans ab Onchesmo Epiri portu.*

o L. valetudo. t. v. c. valitudor.

p *v. c.* Pomtium

q *v. c.* etiam iam deceſſiſſe. L. etiam eam iam deceſſ.

a L. nam Alexidis enim amabã. quòd tam propè accedebat ad ſimil. tuę litt. tergę manum n. a. c. ita vt c.

b amanuenſis Attici, epiſtol. 26.

c *al.* quòd.*

d L. ægrè & quamquam

e L. bi.

f L. velles ſe à me d.

g L. quam P. B.

facile

h *v. c.* detorium. Cic. *al.* deporto Rom. Ciceron.

i *v. c.* elibratum, me exarmatum. Inſal. me ex libertum fil; es librarũ.*

k *vet. & ita quidem. cæteri* uacuus *al.* ex tertia Rofexaruuit.*

l quidam perperam omittunt hoc vocabulum

γοργιὼ.

m L. Bene conuenire, inquit. ‖ Hæc Pomponii comici verba extant apud Nonium Forcellium in Ominantia.* tem bene n. eſt enim ſpurcum, nec omnia ad ſuã vtilitatem referre.*

o L. prudentius.

p L. &, cùm

q L. non intelligant.

r L. Commodam ex p. ‖ Quam.

P. C.

ſ L. dedifſe

t L. amp liſſima

u Bibulum. Idem ſ. ſpiſſi. ſ. ſ. ſ

te videbo. Illud tamen de Chrysippo. nam de altero illo minùs sum admiratus, operario homine: sed tamen ne illo quidem quidquam improbius. Chrysippũ verò, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui: discedere à puero insciente me? Mitto alia, quæ audio multa, mitto furta: fugã nõ fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. Itaque vsurpaui vetus illud Drusi, vt ferunt, prætoris, in eo, qui [a] eadem liber nõ iuraret: me istos liberos nõ addixisse: præsertim cùm adesset nemo, à quo rectè vindicarentur. Id tu, vt videbitur, ita accipies: ego tibi assentiar. Vni tuæ disertissimæ epistolæ nõ rescripsi: in qua est de periculis reip. Quid rescriberẽ? valde eram perturbatus: sed vt nihil magnopere metuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulum semiiuum reliquerunt.

CICERO ATTICO, S. 3

A.D. VIII. Id. Decemb. Herculanum [b] veni, & ibi tuas litteras legi, quas Philotimus mihi reddidit: è quibus hanc primo adspectu voluptatem cepi, quòd erant à teipso scriptæ: deinde, earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus. ac primùm illud, in quo te Dicæarcho assentiri negas, etsi [c] cupidissimè expressum, & expetitum à me sit, & approbatum à te, ne diutius anno in prouincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum. sic enim scito [d], verbum in senatu factum esse numquam de vllo nostrũm, qui prouincias obtinuim[e], quo in his diutius, quàm ex s. c. maneremus: vt iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quòd minùs diu fuerim in prouincia, quàm fortasse fuerit vtile. SED QVID, SI HOC MELIVS? opportunè [e] dici videtur, vt [f] in hoc ipso. Siue enim ad concordiam res adduci potest, siue ad bonorum victoriam: vtriusuis rei me aut adiutore velim esse, aut certè non expertem. Sin vincuntur boni: vbicumque essem, vnà cum iis victus essem. Quare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse. Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas: næ tu haud multùm requireres illum virum, qui in sexto libro [g] informatus est. Quid enim tibi faciam, qui illos libros deuorasti? quin nunc ipsum, non dubitabo rem tantam abiicere [h], si id erit rectius. vtrumque verò simul agi non potest, & de triumpho ambitiose, & de rep. liberè. Sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Nam quòd putas vtilius esse, vel mihi quod tutius sit, vel etiam, vt reip. prodesse possim, me esse cum imperio, id, coràm cõsiderabimus, quale sit. Habet enim res deliberationem, etsi ex parte magna tibi assentior [i]. ¶ De animo autem meo erga rẽp. bene facis, quòd non dubitas, & illud probè iudicas, nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione, illum in me liberalem fuisse: eiúsque rei causam verè explicas & eis, quæ de Fabio, Caninióque acta scribis, valde consentiunt. quæ si secùs essent, totúmque se ille in me profudisset: tamen illa, quam scribis, custos vtbis, me præclaræ inscriptionis memorẽ esse cogeret: nec mihi cõcederet, vt imitarer Volcatium, aut Seruiũ, quibus tu es contẽtus: sed aliquid nos vellet nobis dignum & sentire, & defendere: quod quidem agerẽ, si liceret, alio modo, ac nunc agendum est. De sua potẽtia dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis. nam si resp. defenditur, cur ea cos. isto ipso defensa non est? Cur ego, in cuius causa reip. salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperiũ, illi, aut cur illo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est, vt de eius absentis ratione habẽda decem tribuni pleb. ferrent? His ille rebus ita conualuit, vt nunc in [a] vno ciue respub. ad resistendum imbecilla sit: quæ mallem tantas ei vireis non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret. Sed, quoniam res eò deducta est, non quæram, vt scribis, πῦ σκάφῳ τὸ πρὸς Ἀργεάδην. Mihi σκάφος vnum erit, quod à Põpeio gubernabitur. Illud ipsum, quod ais, quid fiet, cùm erit dictum? Dic [b] Marce Tulli σώτηρια [c]. Pompeio [d] assentiar, ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam hortabor. sic enim sentio, maximo in periculo rem esse. Vos scilicet plura, qui in vrbe estis. Verumtamen hæc video, cum homine audacissimo, paratissimóque negotium esse. Omneis [e] damnatos, omneis[f] ignominia affectos, omneis[g] damnatione, ignominiáque dignos, illac [h] facere: omnem ferè iuuentutẽ, omnem illam vrbanam, ac perditam plebem, tribunos valẽteis, addito C. Crasso [i], omneis, qui ære alieno præmantur: quos plureis esse intelligo, quàm putaram. Causam solùm illa causa non habet, ceteris rebus abundat [k]. Hic [l] omnia [m] facere omnis [n] debet, ne armis decernatur: quorum exitus semper incerti: nunc [o] etiam verò in alteram partẽ magis timendi. Bibulus de prouincia decessit. Veiẽtonem præfecit, in decedẽdo erit, vt audio, tardior, quem cùm ornauit Cato: declarauit, iis se solis [p] non inuidere, quibus nihil, aut non multum ad dignitatẽ posset accedere. ¶ Nunc venio ad priuata. Ferè enim respondi tuis litteris de rep. & iis, quas in suburbano, & iis, quas postea scripsisti. Ad priuata venio. Vnum etiam de Cœlio. Tantum abest, vt meam ille sententiam moueat, vt valdè ego ipsi, quòd de sua sententia decesserit, pœnitendum putem. Sed quid est, quod [q] cũcti Lucceiis sint addicti? hoc te prætermisisse miror. De Philotimo faciam equidem vt mones: sed ego mihi ab illo non rationes exspectabam, quas tibi edidit, verùm id reliquum, quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu voluit, quódque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. id si præstaret, quantum mihi æris alieni esse ibi edidit, tantum, & plus etiam, ipse mihi deberet. sed in hoc genere, si modò per rẽp. licebit, non accusabimur posthac, neque herculè antea negligentes fuimus, sed amicorũ [r] multitudine occupati. Ergo vtemur, vt polliceris, & opera, & consilio tuo: nec tibi erimus, vt spero, in eo molesti. De serperastris [s] cohortis meæ, nihil est, quod doleas. ipsi enim se collegerunt admiratione [t] vitæ integritatis meæ: sed me mouerat nemo magis, quàm is, quem tu nemine [u] putas. Idem & initiò fuerat, & nũc est egregius: sed in ipsa decessione, significauit sperasse se aliquid: & id, quod animum induxerat, paulliſper, non tenuit, sed citò ad se rediit, meíssque honorificentissimis erga se officiis victus, pluris ea duxit, quàm [x] omnem pecuniam. Ego à Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hertensij legata cognoui. Nũc

a L. in vno ciui spes reip. sita sit: qui mallem tantas, &c. ‖ al. in vno ciui res ad resistendum sit *Vrsa.* vt nũc vni ciui Respubl. ad re- P. B. sistendum imbecilla sit. *
b Hac formula rogabantur sententiæ. vti dixi ad epistol. 1. 3. *
c ad summã dixit epistol. 7. 3. *
d al. Cn. Põpeio
e v.c. Omais
f v.c. omn s
g v.c. omnis
h *fort.* illinc
i L. Cassio,
k v.c. habundat.
l Hic omneis conuenit omnia facere ne arm.
m *vel* communia. *
n al. omnes debent. *
o al. Nunc verò
p *fort.* solis inuidere.
q L. quod el vici Luceii sint addicti? ἐφάνη v.c.
r v.c. & amicorum *fort.* negotiorum
s al. Cerberastris ‖ sed Bosius serperastrorũ voce intelligit præfectos cohortis Ciceronianæ: P. CIII. qui vitia prouinciæ corrigere debebant vt serperastra. crurum distortiones. *
t L. admiratione integritatis meæ.
u al. non. *
x al. quam ego. A Curio

aueo scire,quid hominis sit, & quarum rerũ auctionem instituat. Nescio enim cur, cùm portam Flumentanam Cœlius occuparit, ego Puteolos non [a] faciã meos. Venio ad Piræea: in quo magis reprehendendus sum,quòd homo Romanus Piræea scripserim, non Piræeũ (sic enim omnes nostri locuti sunt)quã quòd IN addiderim.Non enim hoc vt oppido præposui,sed vt loco: & tamen Dionysius [b] noster,qui est nobiscum,& Nicias Cous,non rebatur oppidũ esse Piræea.sed de eo [c] videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quòd non vt de oppido locutus sum, sed vt de loco:secutúsque sum,non dico Cæcilium, *Manè vt ex portu in Piræum*(malus enim auctor Latinitatis est)sed Terentium, cuius fabellæ,propter elegantiam sermonis,putabantur à C.Lælio scribi,*Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum*.Et idem:Mercator hoc addebat,captam è Sunio.Quòd si δῆμος, oppida volumus esse,tam est oppidum Suniũ, quàm Piræeus.Sed,quoniam Grammaticus es,si hoc mihi ζήτημα persolueris, magna me molestia liberaris.Ille mihi litteras blandas mittit:facit idem pro eo Balbus. mihi certũ est ab honestissima sententia digitum nusquam. sed scis illi reliquum quantum sit. Putásne igitur verendum esse,ne aut obiiciat id nobis aliquis, si languidiùs : aut repetat , si fortiùs? quid ad hæc reperis?Soluamus,inquis. Age , à Cœlio mutuabimur.hoc tu tamen consideres velim. puto enim,in senatu , siquando præclarè pro rep.dixero.Tarteſiumd istum tuum, mihi exeunti,iube,sodes,nummos curari [e]. Quid [f]superest?etiam:gener est [g], suauis mihi Tulliæ, Terentiæ,quantumuis.vel ingenij, vel humanitatis satis.reliqua [h], quæ nosti,ferenda. Scis enim,quos aperuerimus [i].qui omnes; præter eum,de quo per te egimus,reum me facere [k] rentur.ipsius l expensum nemo feret.Sed hæc corã.m.nam multi sermonis sunt.Tironis reficiendi spes est in M [m]. Curio:cui ego scripsi, tibi eum gratissimum facturum.Data v. Idus Decembr.à Pontio ex Trebulano.

a *al.* non meos faciã.

b L. Dionysius noster, &, qui est nobiscum , Nicias Cous non r.

c *v.c.*sed de re v.d.& ita *L.a.v.c.* de reo vid.

P. B.

d *al.*Tarteſsium.
e *al.*curare.
f L. Ecquid
g *al.*gener est suauis mihi, Tullæ, Terentiæ.*
h *al.*cetera: innuit autẽ facultates Dolabellæ tunc mediocres fuisse.*
i *v.c.* aperierimus.
k *L.* facere parant*ſſ* *al.* recentur.*
l *L.* ipsius enim expensum nemo ferct.
m *al.*offerret.*al.* offeret.*
n M'

CICERO ATTICO, S. 4

DIONYSIVM flagrantem desiderio tui,misi ad te,nec mehercule æquo animo , sed fuit concedendum.quem quidem cognoui cũ doctum(quod mihi iam antè erat notum)tum sanctum [n] ,plenum officij , studiosum etiam meæ laudis,frugi hominem,ac,ne libertinum laudare videar, planè virum bonum. Pompeium vidi IIII.Idus Decembr. fuimus vnà horas duas fortasse.magna lætitia mihi visus est affici meo aduentu: de triumpho hortari, suscipere parteis suas,monere , ne antè in senatum accederem,quàm rem confecissem,ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem.Quid quæris?in [o] hoc iudicio , & officio sermonis nihil potuit esse prolixius. De rep. autẽ ita mecũ locutus est,quasi nõ dubiũ belli haberemus,nihil ad spem concordiæ.planè illum ab se alienatum cùm antè intelligeret, tũ verò proximè iudicasse.venisse Hirtium à Cæsare,qui esset illi [p] familiarissimus : ad se nõ accessisse.Et,cùm ille ad [q] VIII.Id.Decẽbr. vesperi venisset,Balbus [r] de tota re constituisset [s] ,ad [t] VII.ad Scipionem ante lucẽ venisse:multa de nocte profectum [u] esse ad Cæsarẽ Hoc illi τεκμηρίων δεῖ: videbatur esse alienationis. Quid multa? nihil me aliud consolatur, nisi quòd illum,cui etiam inimici ælerum cõsulatum,fortuna summam potentiam dederit [a] ,non arbitror fore tam amentem, vt hæc in discrimen adducat. quòd si ruere cœperit, næ ego multa timeo, quę nõ audeo scribere. sed,vt nũc est,ad [b] III.Nõ.Ian.ad vrbẽ cogito.

a *al.*dederit.

b *L.a.v.c.*

CICERO ATTICO, S. 5

MVLTAS vno tempore accepi epistolas tuas:quę mihi,quamquam recentiora audiebam ex iis , qui ad me veniebant , tamen erant iucundæ.Studium enim, & beneuolentiam [c]declarabant.Inualetudine [d]tua moueor: & Piliam in idem genus morbi delapsam,curam tibi afferre maiorem sentio. date igitur operam,vt valetatis.De Tirone,video tibi curæ esse: quem quidem ego , etsi mirabileis [e] vtilitates [f] mihi præbet, cùm valet , in omni genere vel negotiorum, vel studiorum meorum:tamen propter humanitaté, & modestiã mâlo saluũ,quàm propter vsum meum. Philogenes mecum nihil vmquam de Lusceniog locutus est : de ceteris rebus habes Dionysiũ. Sororem tuam nõ venisse in Arcanum [h] miror.De Chrysippo meum consiliũ probari tibi,nõ molestè fero.Egoi in Tusculanum nihil sanè hoc tempore,deuiũ est τοῖς ἀπαντῶσι [k],& habet alia διάγνωσις.Sed de Formiano Tarracinam [l]prid.Kalen.Ian.Inde Pontinum [l]sumãm: inde Albanum [n] Pompeij. ita ad vrbem III. Non.natali meo. De rep. quotidie magis timeo.non enim boni,vt [o] putaui, consentiũt. quos ego equites R.quos senatores vidi , qui acerrimè cùm cetera , tum hoc iter Pompeij vituperarent ? Pace opus est.Ex victoria cùm multa mala,tum certè tyrannis [p] exsistet.Sed hęc propediem corám.Iam planè mihi deest, quid ad te scribã.Nec enim de rep.quòd vterque nostrũm scit eadem:domestica nota sunt ambobus.Reliquum est iocari,si hic sinat. nã ego is sum,qui,illi concedi,putem vtilius esse quod postulat,quàm signa conferri.serò enim resistimus ei,quem per annos decem aluimus contra nos. Quid sentis igitur ? inquis. nihil scilicet , nisi de sententia tua : nec priùs quidem , quàm nostrum negotium aut confecerimus,aut deposuerimus.Cura igitur, vt valeas:aliquando [q] ἀπόπεμψαι quartanam istam diligentia,quæ in te summa est.

c *v.c.* benuolentiam d *v.c.* Vtilitatibus tuis *al.* tuæ litteræ tuæ litudine t.
e *v.c.* mirabilis
f vsus operas.*
P. B.
g *al.* Tullæ. nio] & Terentiæ *al.* genti.*
h Q. fratris fundum.*
i L. ego in Tusculanũ nihil.
k *al.*Terracinam.
l *L.* Pomptinum Mss. eo tinum mam, id est sumam Pomptinę paludis.*
m *al.* summam *al.* summ uisti.*
n *fort.*in Albanum P.
o *L.*et puto P *al.* tyran nus.

CICERO ATTICO, S. 6

PLANE deest quid [r] ad te scribam. nota omnia tibi sunt : nec ipse habeo,à te quid [s] exspectem. Tantùm igitur nostrum illud solemne [t] seruemus , vt nequem istuc euntem sine litteris dimittamus. De rep.valde timeo, nec adhuc ferè inueni, qui non concedendũ putaret Cæsari,quod postularet,potiùs, quàm depugnandum.Est illa quidem impudens postulatio,opinione valentior. Cur autem nunc primùm ei resistamus [u]? κ' οὐδ' ἂν τότε μεῖζον ἔπει ἡμεῖν: quàm cùm quinquennium prorogabamus,aut cùm,vt absentis ratio haberetur, ferebamus.nisi fortè hęc illi tũ arma dedimus, vt nũc cũ bene parato pugnaremus. Dices, Quid tu igitur sensurus es? Non idem , quod dicturus.sentiam enim omnia facienda, ne ar mis decertetur.Dicam idem,quod [y] Pompenius:neque id faciã humili animo. Sed rursus hoc permagnum reip.malum est:& [z] quodãmodò mihi præter ceteros,non rectum , nec in tantis rebus à Pompeio dissidere. Vale.

r *L.*quod
s *fort.*quod P. C V.
t *sic v.c.*
u *al.* reddite
x *L.* Οὐδ' ἐν τότε μεῖζον ἔπει ἡμεῖν: Homeri versus Odyss.
y *L.* quod Pompeius
z *fere* ac quodammodo

CICERO.

CICERO ATTICO, 5. 7

DIONYSIVS, VIR OPTIMVS, VT MIHI QVOQVE EST PERSPECTVS, ET DOCTISSIMVS, TVIQVE AMANTISSIMVS, ROMAM VENIT XV. KAL. IAN. ET LITTERAS A TE MIHI REDDIDIT. Tot enim verba sunt de Dionysio in epistola tua. Illud [a] (puto) non adscribis, ET TIBI GRATIAS EGIT. Atqui certè ille agere debuit: &, si esset factum, quæ tua est humanitas, adscripsisses. Mihi autem nulla de eo παλινῳδία datur, propter superioris epistolæ testimonium. Sit igitur sanè bonus vir. hoc enim ipsum bene feceris, quòd [b] mihi sui cognoscendi penitus etiã istam facultatem dedit. Philogenes rectè ad te scripsit. curauit enim, quod debuit. eum ego vti ea pecunia volui, quoad liceret. itaque visus est menses XIIII. Pontinum [c] cupio valere: & [d], quòd scribis in vrbem introisse, vereor quid sit. nam id, nisi graui de causa, non fecisset. Ego, quoniam IIII. Non. Ian. Compitalitius [e] dies est, nolo eo die in Albanũ venire [f]: molestus [g] familiæ. veniam III. Non. Ian. Igitur inde ad vrbem prid. Non. Tua λῆψις, quę in diem incurrat, nescio: sed prorsus te commoueri incommodo valetudinis [h] tuæ nolo. De honore nostro, nisi quid occultè Cæsar per suos tribunos molitus erit, cetera videntur esse tranquilla. Tranquillissimus autem animus meus: qui totum istuc æqui boni facit: & eo magis, q ǒd iam à multis audio, constitutum esse Pompeio, & eius consilio, in Siciliam me mittere, quòd imperium habeam. Id est ἀρίστοκτον i. nec [k] senatus decreuit, nec populus iussit me imperium in Sicilia habere. Sin hoc resp. ad Pompeiũ refert: qui me magis, quàm priuatum aliquem mittat [l]? Itaque, si hoc imperium mihi molestum erit, vtar ea porta, quam primùm videro. Nam quòd scribis mirificam exspectationem esse mei, neque tamen quemquam bonorum, aut satis bonorum, dubitare, quid sensurus sim: ego, quos tu bonos esse dicas, non intelligo, ipse nullos noui: sed ita, si ordines bonorum quærimus. nam singulares sunt boni [n] viri: verùm in dissensionibus ordines bonorum, & genera quę tenda sunt. Senatum bonũ putas, per quẽ sine imperio prouincię sunt? nũquã enim Curio sustinuisset, si cũ eo agi cœptũ esset. quã sententia senatus sequi noluit. Ex quo factum est, vt Cęsari non succederetur. An publicanos, qui nũquam firmi, sed nunc Cæsari sunt amicissimi? An fœneratores? an agricolas? quibus optatissimum est otium, nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id numquã, dummodò otiosi essent, recusarunt. Quid ergo? Exercitum retinentis, cùm legis diem [o] transierit, rationem haberi placet? mihi verò ne absentis quidem: sed, cùm id datum est, illud vnà datum est, annorum decem imperium, & ita latum, placet? Placet [p] igitur, etiam me expulsum? & agrum Campanum periisse? & adoptatum patricium à plebeio? Gaditanum à Mitylenæo? & Labieni diuitiæ, & Mamurræ [q] placẽt? & Balbi horti, & Tusculanum? Sed horum omnium fons vnus est. Imbecillo resistendum fuit, & id erat facile. Nunc legiones XI. equitatus tantus, quãtum volet: Transpadani, plebs [r] vrbana [s], tot tribuni pleb. tam perdita iuuentus; tanta auctoritate dux, tanta audacia: cum hoc aut depugnandum est, aut habenda è lege ratio. Depugna, inquis, potiùs, quàm seruias. Vt quid? si victus eris, proscribare? si viceris, tamen seruias? Quid ergo, inquis, acturus [a] es? Idẽ, quod pecudes: quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges. VT BOS ARMENTA, SIC EGO BONOS VIROS, AUT EOS, QUICUMQUE DICENTUR BONI, SEQUAR, ETIAM SI RUENT. Quid sit optimum, malè contractis rebus, planè video. Nemini est enim exploratũ, cum ad arma ventum est, quid futurum sit. At Illud, omnibus: si boni victi sint, nec in cæde principum clementiorem hunc fore, quàm Cinna fuerit: nec moderatiorem, quàm [b] Sulla, in pecuniis locupletium. ἐμπολιτεύομαί σοι iam dudum: & facerem diutius, nisi me lucerna desereret. Ad [c] summam, Die [d] M. Tulli: assentiar Cn. Pŏpeio, id est, T. Pomponio. Alexim, humanissimum puerum, nisi fortè, dum ego absum, adolescens factus est (id enim agere vi debatur) saluere iubeas velim.

a *fort.* facturus es?

b *v.c.* quàm Sullam,

c συνίστημι dixit epistol. 3. 3.*

d Hac formula veteres rogabant sententias. P. B. vt dixi ad epistolã 1 3.* e *L.* assentior, & *ita v. c.*

CICERO ATTICO, 5. 8

QVID opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus [f] tuus non faceret fidem? Suspicionem autem eò mihi maiorẽ tua taciturnitas attulerat, quòd & tu soles cõglutinare amicitias testimoniis tuis, & illum aliter cum aliis de nobis locutum audiebam: sed prorsus ita esse, vt scribis, mihi persuades. itaque ego is in illum tum, quem tu me esse vis. Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animaduerteram, posse [g], *pro renata*, te non incommodè ad me in Albanum venire III. Nonas Ian. Sed, amabo te, nihil incõmodo valetudinis feceris. Quid enim est tantum in vno, aut altero die? Dolabellam video Liuiæ testamento cum duobus coheredibus esse in triente. sed iuberis [h] mutare nomen. Est πολιτικὸν σκέμμα, rectúmne sit nobili adolescenti, mutare nomen mulieris testamento. Sed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, cùm sciemus, quantum quasi sit in trientis triente. Quòd putasti fore, vt antè, quàm istuc venirem, Pompeium viderem, factum est ita. Nam VI. Kalendas ad Lauernium i [i] me consecutus est. Vnà Formias venimus, & ab hora octaua ad vesperum secretò collocuti sumus. Quòd quæris, ecquæ [k] spes pacificationis sit: quantum ex Pompeij multo, & accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. Sic enim existimat, si ille vel dimisso exercitu cos. factus sit, συγχωρεῖν τῆς πολιτείας fore: atque etiam putat, cùm, cùm audierit contra se diligenter parari, cõsulatum hoc anno neglecturum, ac potiùs exercitum prouinciámque retenturũ. sinautem ille fureret: vehementer hominem contemnebat, & suis, & reip. copiis confidebat. Quid quæris? etsi mihi crebrò ξυὸς ἀνάλιος occurrebat, tamen leuabat cura, virum fortem, & peritum, & plurimùm auctoritate valentem audiens, πολιτικῶς de pacis simulatæ periculis differentem. Habebamus autem in manibus Antonij concionem, habitam x. Kalendas Ian. in qua erat accusatio Pompeij *vsque à toga pura* [l]: querela de damnatis: terror armorum. In quibus ille, Quid censes, aiebat, factorum esse ipsum, si in possessionem reip. venerit, cùm hæc quæstor eius, infirmus, & inops, audeat dicere? Quid multa? non modò non expetere pacem istam, sed etiam timere visus est [m]. Ex illa autem sententia ira [n] relinquẽdę vrbis,

f *al.* notas.*

g *fort.* posse te, pro renata, non inc.

h vel mulieres quando quidem nomen tuum ferre iubebant eos quos testamento iubebat *adde quæ scripsi* 3. *de officiis & l.* 7. *ff. l.* 69. § 10 ff. *ad Trebellianũ Ciceronem* 3. *officiorum* vbi d. x Sect. I. *Iulio.**

i *al.* Lauernum. *al.* L. Aurunum *al.* Litern num *al.* Lauernum.*

k Ecequa

P. CVII.

l à prima adolescentia & XVI. ætatis.*

m L. visus est. Illa mea sententia ô reliquę vrbis. *Ita Pantagathus.**

n *vel* in *al.* in Bos. ἰύγξ id est pellicia, flebetur.*

mouet hominem, vt puto. Mihi autem illud moleſtiſſimum eſt, quod ſoluendi ſunt nummi Cæſari, & inſtrumentum triumphi eo cõferendum. Eſt enim ἄμορφον, ἀνυπολίτευτον χρεωφειλέτου eſſe. Sed hęc, & multa alia corã.

CICERO ATTICO, S. 9

QVOTIDIENE, inquis, à te accipiendæ literæ ſunt? ſi habebo, cui dem, quotidie. At iam ipſe ades. Tũ igitur, cùm venero, deſinã. Vnas video mihi à te non eſſe redditas, quas L. Quinctius, familiaris meus, cùm ferret, ad Buſtum Baſilij [a], vulneratus, & deſpoliatus eſt. videbis igitur, nũquid fuerit in his, quod me ſcire opus ſit. Et ſimul tu hoc διδυκριτικὸς πρόβλημα, ſanè πολιτικὸν: cùm ſit neceſſe aut habere Cæſaris rationem, illo exercitũ, vel per ſenatum, vel per tribunos plebis, obtinente: aut perſuaderi Cæſari, vt tradat prouinciam, atque exercitum, & ita cos. fiat: aut, ſi [b] id non perſuadeatur, haberi comitia ſine illius ratione, illo patiente, atque obtinente prouinciã: aut, ſi per tribunos pleb. non patiatur, tamen [c] quieſcat, rem adduci ad interregnum: aut, ſi ob eam cauſam, quòd ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contẽdere: illum autem initium facere armorum, aut ſtatim nobis minùs paratis, aut tum, cùm comitiis, amicis eius poſtulantibus, vt è lege ratio habeatur, impeſtratum non ſit: ire autem ad arma aut hanc vnam ob cauſam, quòd ratio non habeatur: aut addita cauſa, ſi fortè tribunus pleb. ſenatum impediens, aut populum incitans, notatus, aut s.c. circumſcriptus, aut ſubla[t]us, aut expulſus ſit, dicénſve [d] ſe expulſum, ad illum confugerit: ſuſcepto autem bello, aut tenenda ſit vrbs, aut, ea relicta, ille [e] à commeatu, & reliquis copiis intercludendus, quod horum malorum, quorum aliquod certè ſubeundum eſt, minimũ putes. Dices profectò, perſuaderi illi, vt [f] tradat exercitum, & ita cos. fiat. Eſt omnino id eiuſmodi, vt, ſi ille eò deſcendat. contrà dici nihil poſſit: idque eum, ſi non obtinet, vt ratio habeatur retinẽtis exercitum, non facere miror. Nobis autẽ, vt quidam putant, nihil [g] eſt timendum magis, quàm ille cos. At ſic mâlo, inquies, quàm cum exercitu. Certé. ſed iſtuc ipſum [h] ſic, ὁ magnum malum, putat aliquis: neque ei remedium eſt vllum. cedendum eſt, ſi id volet. Vide conſulem illum itetum, quem vidiſti conſulatu priore. At tum imbecillus, plus, inquis, valuit, quàm tota reſpub. Quid nunc putas? Et eo cos. Pompeio certum eſt eſſe in Hiſpania. O rem miſeram! ſiquidem idipſum deterrimum eſt, quod recuſari non poteſt: &, quod ille ſi faciat, iamiam [k] à bonis omnibus ſummam ineat gratiam. tollamus igitur hoc, quò illum poſſe adduci negant. De reliquis, quid eſt deterrimum? concedere illi, quod, vt idem dicit, impudentiſſimè poſtulat. Nã quid impudentius? Tenuiſti prouinciam per decẽ annos, nõ tibi à ſenatu, ſed à te ipſo, per vim, & per factionem datos. Præteriit tempus legitimum, non legis, ſed libidinis tuæ: fac tamẽ legis. vt ſuccedatur, decernitur. impedis, & ais, Habe mei rationem. Habe tu noſtrũm. exercitum tu habeas diutius, quàm populus iuſſit, inuito ſenatu? Depugnes oporter, niſi cõcedis. Cum bona quidem ſpe, vt ait idem, vel vincẽdi, vel in libertate moriendi. Iam ſi pugnandum eſt, quo tempore, in caſu: quo conſilio, in temporibus ſitum eſt. Itaque te in ea quæſtione non exerceo. Ad ea, quæ dixi, affer, ſi quid habes. Equidem dies noctéſque torqueor.

CICERO ATTICO, S. 10

SVBITO conſilium cepi, vt antè, quàm lucret, exirem, ne qui conſpectus fierem, aut ſermo, lictoribus præſertim laureatis [a]. De reliquo, neque herculè quid agam, nec quid acturus ſim, ſcio, ita ſum perturbat⁹ temeritate noſtri amentiſſimi conſilij. Tibi verò quid ſuadeam, cuius ipſe conſilium exſpecto? Cn. noſter quid conſilij ceperit, capiátve, neſcio, adhuc in oppidis coarctatus [b], & [c] ſtupent omnes. Si in Italia conſiſtat, erimus vná. ſin cedet, conſilij res eſt. Adhuc cerè (niſi ego inſanio) ſtultè omnia, & incautè. Tu, queſo, crebrò ad me ſcribe, vel, *quod in buccam* venerit.

CICERO ATTICO, S. 11

QVAESO, quid hoc eſt, aut quid agitur? mihi enim trenebræ ſunt. *Cingulum*, inquiẽs, *nos tenemus: Anconem amiſimus:* Labienus diceſſit ab Cæſare. vtrùm de imperatore populi R. an de Hannibale loquimur [e]? O hominem amentem, & miſerum, qui ne vmbram quidem vmquam τῶ καλῶ viderit! Atque hæc ait omnia facere ſe [f] dignitatis cauſa. Vbi eſt autem dignitas, niſi vbi honeſtas [g]? Num honeſtum igitur, habere exercitum nullo publico conſilio? occupare vrbeis ciuium, quo ficilior ſit aditus ad patriam? χρεῶν ἀποκοπὰς, φυγάδων καθόδους, ſexcenta alia ſcelera moliri, τῶ [h] θεῶν μεμίσθω, ὡς ἔγχι τυγχάνοιδα? Sibi habeat ſuam fortunam. Vnam meherculè tecũ apricationem in illo Lucretino [k] tuo ſole malim, quàm omnia iſtiuſmodi regna: vel potiùs mori millies, quàm ſemel illiuſmodi quidquã cogitare. Quid ſi tu velis, inquis? Agè, quis eſt, cui velle nõ liceat? Sed ego hoc ipſum velle, miſerius eſſe duco, quàm in crucẽ tolli. Vna res eſt ea miſerior, adipiſci, quod ita volueris. Sed hæc hactenus. Libenter enim in his moleſtiis ἐντυχολάζω σοι. Redeamus ad noſtrũ. Per fortunas, quale tibi conſilium Pompeij videtur? Hoc quæro, quò d vrbem reliquerit. Ego enim ἄπορῶ. tum nihil abſurdius. Vrbem tu relinquas? Ergo idem, ſi Galli venirẽt. *Non eſt, inquit, in parietibus reſp.* At [m] *in aris, & foris* [n]. Fecit idem Themiſtocles. Fiuctum enim totius barbariæ ferre vrbs vna non poterat. At idem Pericles non fecit annũ ferè poſt quinquageſimum, cùm præter mœnia nihil teneret. Noſtri olim, Vrbe reliqua capta, arcẽ tamẽ retinuerunt. ἅτε που τῆς πρόσθεν ἀπευδούσης κλέα ἀνδρῶν. Rurſus autẽ ex dolore municipali, ſermonibúſque eorũ, quos conuenio, videtur hoc conſilium exitum habiturum. Mira hominũ querela eſt (neſcio iſtic, ſed facies, vt ſciã) ſine ſenatu. Fugiens denique Põpeius mirabiliter homines mouet. Quid quæris? alia [o] cauſa facta eſt: nihil iã cõcedendũ putant Cæſari. Hęc tu mihi explica, qualia ſint. ego negotio præſum non turbuléto. vult⁹ enim me Põpeius eſſe, quem tota hæc Cãpana [q], & maritima ora habeat ὀπίσκοπον [r], ad quẽ delectus, ſumma negotij referatur. itaque vagus eſſe cogitabam. Te puto iam videre, quæ ſit ὄψις Cæſaris: qui populus, qui totius negotij ſtatus. ea velim ſcribas ad me: & quidem, quoniam mutabilia ſunt, quàm ſæpiſſimé. acquieſco enim, & ſcribens ad te, & legens tua. Vale.

a Σ. Baſili vuln. ‖ *Locus Latrocinalis infamis. Aſconius Miloniana.**
P. B.

b L. ſi id ei non p.

c *fort.* & tamen

d *al.* dicens vi ſe expulſum.

e *al.* ille cõmeatu, & rel.

f *fort.* vt tradat prouinciam, atque exerc.

g *al.* nihil magis eſt tim.

h *fort.* ipſum ſic, magnum malum, puter aliquid: *fort.* ipſum ſic. O magnum malum, dicat aliquis:

i *hãc particulam, ὁ diſpunxit Manutius.**
P. CVIII.

k *al.* iam à bon.

a Lucretia littéris & fidẽ bonis ſuis ſcribus Laureatis vetabantur laureatos, laurea vidoe hoſtes indicare. Cæſar 3. de bello ciuili: adde orat. in Piſ.*

b L. *fort.* coartatus.

c L. & ſtupẽdo omnes, ſi ſit Italia

P. B.

conſ. d *al.* inquit. e *al.* loquuntur

f *al.* fuæ.*

g L. honeſtas. Honeſtũ igitur hab.

h L. θεῶν μ.

i L. δῶ. *fort.* Lucretilij Faerunt Lucretilino.* i *al.* ituſmodi

k *fort.* Lucretilij Faerunt Lucretilino.*

l *al.* ituſmodi

m *al.* Sed in aris,

n *eſt* ſcilicet pro quibus pugnandum.*

P. CIX.

o *al.* alia cauſa ſit facta. *fort.* ſuſpecta. ‖ *Cæſ.*

p *Cæſ.* ‖ *Cæſ.* ſtare eodem ſignificat in L. mitur in L. 18. § f. de omnibus tri. L. 1. ſi duo. 13.*

q L. Campania.

r L. ὀπίσκοπον. ‖ *Cæſ.*

CICERO ATTICO, S. 12

VNAM adhuc à te epistolam acceperam, datam XII. kalend. [a] Iun. in qua significabatur, aliam te antè dedisse, quam non acceperam. Sed quæso, vt scribas quàm sæpissimè, non modò si quid scies, aut audieris, sed etiã si quid suspicabere: maximéque quid nobis faciundum [b], aut non faciundũ putes [c]. Nam quòd rogas, curem vt scias, quid Pompeius agat: ne ipsum quidem scire puto: nostrũm quidem nemo. Vidi Lentulum COS. Formiis x [d]. Kalend. Iun. vidi Libonem. plena timoris, & [e] terroris omnia. Ille iter Larinum. ibi enim cohortes, & Luceriæ, & Theani: reliquæ [f] in Apulia. Inde, vtrùm consistere vspiam velit, an mare transire, nescitur. Si manet, veteor, ne exercitum firmum habere nõ possit. sin discedit: quò, aut quà, aut [g] quid nobis agendum sit, nescio. Nam istum quidem, cuius φαλαρισμὸν [h] times, omnia tæterrimè facturũ puto. Nec enim rerum prolatio [k], nec senatus, magistratuúmque discessus, nec ærarium clausum tardabit. Sed hæc, vt scribis, citò sciemus. Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. acquiescol enim, & tuas volo elicere litteras, maximéque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram: demittámne [m] me penitus in causam (nõ deterreor periculo, sed distumpor [n] dolore. támne [o] nullo consilio, aut tam cõtra meum consilium gesta esse omnia?) an cuncter, & tergiuerser, & iis me dem, qui tenent, qui potiuntur. αἰδέομαι τρῖς. Nec solùm ciuis, sed etiam amici officio reuocor: etsi frangor sæpe misericordia puerorum. Vt igitur ita perturbato, & si te eadem sollicitant, scribe aliquid, & maximè, si Pompeius Italia cedit, quid nobis agendum putes. M. quidem Lepidus (nam fuimus vnà) eum finem statuit. L. Torquatus eundem. Me cùm multa, tum etiã lictores impediunt. nihil vidi vmquam, quod minùs explicari posset. Itaque à te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur. Denique ipsam σωτηρίαν tuam cupio cognoscere. Labienum ab illo discessisse propemodùm constat. Si ita factum esset, vt ille Romam veniens, magistratum, & senatum Romæ offenderet, magno vsui causæ nostræ fuisset. damnasse enim sceleris hominem amicum, reip. causa videretur: quod nunc quoque videtur: sed minùs prodest. non enim habet, cui prosit, eumque arbitror pœnitere. nisi fortè id ipsum est falsum, discessisse illum. nos quidem pro certo habebamus. Et velim (quamquam, vt scribis, domestícis te finibus tenes) formam mihi Vrbis exponas, ecquod Pompeij desiderium, ecquæ [p] Cæsaris inuidia appareat: etiam quid censeas de Terentia, & Tullia: Romæ eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco. Et hæc, & si quid aliud, ad me scribas velim, vel potiùs scriptites. Vale.

CICERO ATTICO, S. 13

DE Vennonianis rebus tibi assentior. Labienum [q] πρᾶον iudicio. facinus iamdiu nullum ciuile præclarius: qui, vt aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem. sed etiam ad summam profectum aliquid puto. Amõ etiam Pisonem [r], cuius iudicium de genere suspicor visum iri graue. quamquam genus belli [s] quod sit, vides. Ita ciuile est, vt non ex ciuiũ dissentione, sed ex vnius perditi ciuis audacia natum sit. Is [a] autem valet. Exercitũ tenet multa [b] spe, & promissis. omnia omniũ concupiuit: huic tradita vrbs est, nuda præsidio, referta copiis. Quid est, quod ab eo non metuas, qui illa templa, & tecta, non patriam, sed prædam putet? Quid autem sit acturus, aut quomodo, nescio. sine senatu, sine magistratu, ne simulare quidem poterit quidquam πολιτικῶς. Nos autem vbi exsurgere poterimus, aut quando? quorum dux quàm ἀστρατήγητος, tu quoque animaduertis, cui ne Picena quidem nota fuerint. quàm [c] item sine cõsilio res stet. vt enim alia omittam, decem annorum peccata, quæ conditio non huic fugæ præstitit? Nec verò nunc, quid cogitet, scio: ac non desino per litteras scisciari. nihil esse timidius constat, nihil perturbatius. itaque nec præsidium, cuius parandi causa ad vrbem retentus est, nec locum, ac sedem præsidij vllam video. Spes omnis in duabus inuidiosè retentis, pænè alienis legionibus. nam delectus [d] adhuc quidem inuitorum est, & à pugnando abhorrẽtium. Conditionum autem amissum tempus est. quid futurum sit, non video. commissum quidẽ à nobis certè est, siue à nostro duce, vt è portu sine gubernaculis egressi, tempestati nos traderemus. Itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam. nam mihi interdum amandandi videntur in Græciam. De Tullia autem, & Terentia, cùm mihi barbarorum aduentus [e] ad vrbem proponitur, omnia timeo. Cùm autem Dolabellæ venit in mentẽ, paullùm respiro. Sed velim cõsideres, quid faciendũ putes. Primùm πρὸς τὸ ἀσφαλές. aliter enim mihi de illis, ac de me ipso, consulendum est. Deinde ad [f] opiniones, ne reprehendamur, quòd eas Romæ velimus esse in communi bonorum fuga. Quin etiam tibi, & Peducæo (scripsit enim ad me) quid faciatis, videndum est. is enim splendor est vestrũm, vt eadem postulentur à vobis, quæ ab amplissimis ciuibus. Sed de hoc tu videbis: quippe [g] cùm de ipso, ac de me ista considerare velim. Reliquum est, vt, & quid agatur, quoad poteris, explores, scribásque ad me, & quid ipse cõiectura assequare, quod etiam à te magis exspecto. nam, acta omnibus nuntiantibus, à te exspecto futura. μάντις [h] δ' ἄριστος. Loquacitatem ignoscas, quæ & me leuat, ad te quidem scribentem, & elicit tuas litteras. Ænigma Oppiorum ex Velia, planè non intellexi. est enim numero [i] Platonis obscurius. iam intellexi tuum ænigma. Oppios enim de Velia, Saccones [k] dicis. in [l] æstu aut die: quo apperto reliqua patebant, & cum Terentiæ summa congruebant. L. Cæsarẽ vidi Minturnis ad [m] VIII. kal. Febr. manè cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi forte non dedit, & hic, sermone aliquo arrepto, pro mãdatis abusus est. Labienus, vir, mea sententia, magnus, Theanũ [n] venit ad [o] VIIII. kal. Febr. ibi Pompeiũ, consulésq; cõuenit. qui sermo fuerit, & quid actũ sit, scribam ad te, cùm certũ sciã. Pompeius ab Theano [p] Larinum versus profectus est ad [q] VIII. kalendas. Eo die mansit Venafri. Aliquantũ animi videtur nobis attulisse Labien[o]. sed ego nondũ habeo, quid ad te ex his locis scribã. ista magis exspecto, quid illinc [r] afferatur, quo pacto de Labieno feras [s]: quid agat Domitius in Marsis [t],

a *al.* kalendas Feb.

b L. faciendum, aut non faciendum

c *v.c.* putas.

d L. x. Kalend. vidi Lib.

e L. & erroris omn.

f L. reliquæ quin Apulia. P. B.

g L. vtrum quid nobis agendum est?

h tyrannidem.*

i L. Nec enim rer.

k Vacatio à numeribus. Hoc sensu ita prolatæ Cicero Cæsarem, & Pompeium pro Marcello, & pro Q. Ligario, & pro rege Deiotaro. Sic Liuius, Dionysius, & alii.

l *v.c.* addiscere.

m L. demittine

n *v.c.* distrahor. L. distam nul loc.

o L. quisquam.

p *v.c.* ecqua

q Videtur ad Fam. lib. 15. ep. 16. & lib. 13. ep. 77. ad familiares.

r L. Pisonem

s L. status belli. *v.c.* nobis

a *al.* Is autẽ valet exercitum: tenes multos spe, & promissis.

b *v.c.* multos spe, & pr.

c L. quam sine cõsilio, res testis. Vt enim P. B. al.¶ *al.* Quæ autem sine consilio res stet?*

d L. dilectus

e *al.* aduentus proponitur.*

f *al.* φρὸς τας δόξας, E. L. quippe cùm de me ipso, ac de meis, te considerare v.

h versus Euripidis vide 2. de Diuinat.*

i id est numeris, quibus Philosophiam suam obscurauit Plato. nisi ista legendum putes, numerò Platone obscurius.*

k *al.* Saccones. *al.* Salaconesi. P. CXI. cones *al.* Sãctones, *al.* Succones. Sed Salaconesi: delicati, helluones Aristoteli 2. *Rhetoric.* & 7. *epistol. familiarium* 24. & 16. *epistol.* 11. *vbi etiam dixi.**

l L. in eo æstuauit diu. ¶ *al.* in eo æstu haud diu.*

m *v.c.* a. d. VIII.

n *v.c.* Teanum

o L. a. d. VIII.

p *v.c.* Teano

q L. a. d. VIII. kal.

r *v.c.* illinc

s L. ferret

t *vet.* Marsis. Ignij Thermus.*

Tignij [a] Thermus, P. Accius Cinguli: quæ sit populi vrbani voluntas, quæ tua coniectura de rebus futuris. Hæc velim crebrò, & quid tibi de mulieribus nostris placeat, & quid acturus ipse sis, scribas. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem.

CICERO ATTICO, S. 14

A. D. VI. kal. Feb. Capuam Calib. proficiscés cùm leuiter [b] lippirem, has litteras dedi. L. Cæsar mãdata Cæsaris detulit ad Pompeium ad [c] VIII. kalend. cùm is esset cum COSS. Theani [d]. Probata conditio est, sed ita, vt ille de [e] his oppidis, quæ extra suam prouinciam occupauisset, præsidia deduceret. Id si fecisset, responsum est, ad vrbem nos redituros esse, & rem per senatum confecturos. Spero etiam in præsentia pacem nos habere. nã & illum furoris, & hunc nostrum [f] copiarum suppœnitet. Me Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectum [g]: in quo parum prolixè respondent Campani coloni. ¶ Gladiatores Cæsaris, qui Capuæ sunt, de quibus antè ad te falsum ex [h] Torquati litteris scripseram, sanè commodè Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum. Secutorum [i] in ludo [k] 100. fuerunt. eruptionem [l] facturi fuisse dicebantur. Sanè multum in eo reip. prouisum est. ¶ De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quæso, videas, vt satis honestum nobis sit, eas Romæ esse, cùm ceteræ vlla dignitate discesserint. Hoc scripsi ad eas, & ad te ipsum antea. Velim eas cohortere, vt exeant, præsertim cùm ea præsidia [m] in ora maritima habeamus, cui [n] ego præsum, vt in his pro re nata non incommode possint esse. nam si quid offendimus in genero nostro, quod quidem ego præstare non debeo, id sit maius, quòd mulieres nostræ, præter ceteras, Romæ remanserunt. Tu ipse cum Sexto, scire velim, quid cogites de exeúndo, de totáque re quid existimes. Equidem ad pacem hortari non desino, quæ vel iniusta vtilior est, quàm iustissimum [o] bellum. Sed hæc, vt fors tulerit. Vale.

CICERO ATTICO, S. 15

VT ab vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem, non [p] quòd haberem magnopere quid scriberem, sed, vt loquerer tecum absens: quo mihi, cùm coràm id non liceret [q], nihil est iucundius. Capuam cùm venissem ad [r] VI. kal. prid. quàm has litteras dedi, COSS. conuéni, multósque nostri ordinis. Omnes cupiebant, Cęsarẽ, abductis præsidiis, stare conditionibus iis, quas tulisset: vni Fauonio leges ab illo nobis imponi non placebat: sed [s] is auditus in consilio. Cato enim ipse iam seruire, quàm pugnare mauult: sed tamen ait in senatu se adesse velle, cùm de conditionibus agetur, si Cæsar adductus sit, vt præsidia deducat. Ita, quod maximè opus est, in Siciliam ire nõ curat: quod metuo ne obsit. in senatu esse vult. Postumus autem, de quo nominatim senatus decreuit, vt statim in Siciliam iret, Fusanóque [t] succederet, negatu se iturum sine Catone, & suam in senatu operam, auctoritatémque magni æstimat. Ita res ad Fannium peruenit. is cum imperio in Siciliam præmittitur. In disputationibus nostris summa varietas est. Pleriq; negant, Cæsarem in conditione mansurũ: postulatáque hæc ab eo interposita esse, quo minùs, quod opus esset ad bellum, à nobis pararetur. ego autem eum puto factúrũ, vt præsidia deducat. Vicerit enim, si COS. factus erit, & minori scelere vicerit, quàm [a] quo est ingressus. sed *accipienda plaga* [b] *est*. sumus enim flagitiosè imparati cùm à militibus tum à pecunia: quam quidem omnem nõ modò priuatam, quæ in vrbe est, sed etiam publicam, quæ [c] in ærario [d], illi reliquimus. ¶ Pompeius ad legiones Actianas [e] est profectus, Labienum secum habet. Ego tuas opiniones de his rebus exspecto. Formias me cõtinuò recipere cogitabam. Vale.

CICERO ATTICO, S. 16

OMNIBVS [f] arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præposterè, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam. De mandatis Cæsaris, aduentúque Labieni, & responsis COSS. ad [g] Pompeium, scripsi ad te litteris iis, quas ad [h] V. Kalendas Capua dedi: pluráque præterea in eandem epistolam contuli. Nunc has exspectationes habemus duas. Vnam, quid Cæsar acturus sit, cũ acceperit ea, quæ referẽda ad illum data sunt L. Cæsari: alteram, quid Pompeius agat: qui quidem ad me scribit, paucis diebus se firmũ exercitum habiturum: spémque affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romã redituros esse. Labienum secum habet non [i] dubitantem de imbecillitate [k] Cæsaris copiarum: cuius aduentu Cn. [l] noster multò animi plus habet. Nos à COSS. Capuam venire iussi sumus ádm. Non. Febr. Capua profectus sum formias ad [n] III. kal. Eo die, cùm Calibus tuas litteras hora ferè nona accepissem, has statim dedi. ¶ De Terentia, & Tullia tibi assentior: ad quas scripseram, ad te vt referrent. si nondum profectæ sunt, nihil est, quòd se moueãt. quoad periculamus, quid [o] loci sit, tes. Tuæ litteræ mihi gratæ, iucundæque sunt. ¶ De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, cùm fuga ex Italia quæri videbatur. nos enim Hispaniam peteremus. illis hoc æquè commodum non erat. Tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi víderis Romæ rectè esse posse. etenim minimè amici Pompeio nostro esse debetis. nemo enim vnquam tantùm de vrbanis præsidiis detraxit. Vidéne me etiam iocari? Scire iam te oportet, L. Cæsar quæ responsa referat à Pompeio, quas ab eodem ad Cæsarem ferat litteras. Scriptæ enim, & datæ ita sunt, vt proponerentur in publico. In quo accusaui meẽ ipse Pompeium, qui cùm scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturæ essent, Sextio [r] nostro scribendas dederit. Itaque nihil vnquam legi scriptum ὑστεροπροτέρον. Perspici tamen ex litteris Pompeij potest, nihil Cęsari negari, omniáque, & cumulatè, quæ postulet, dari: quæ, ille amentissimus fuerit, nisi acceperit, præsertim cùm impudentissimè postulauerit. Quis enim tu es, qui dicas, si in Hispaniam profectus erit, si præsidia dimiserit? Tamen [s] conceditur minùs honestè nũc quidem, violata iam ab illo rep. illatoque bello, quàm si olim de ratione habenda imperasset. & tamen vereor, vt his ipsis contentus sit. nam cùm ista mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paullò quietior, dum responsa referrẽtur. Dicitur autem nunc esse acerrimus. Trebatius quidem scribit, se ab illo IX. kal. Febr. rogatum esse, vt scriberet ad me, vt essem ad vrbem: nihil ei me gratius

[a] *fort.* Iguuij. *Mal.* Sisinguij. *male.* Iguuium est quod hodie Eugubium appellamus. oppidum Vmbriæ 3. Plin. 14. *Alias* Tigrium est in Piceno.*

P. B.

[b] *vet.* leueriter. *al.* letenter. *al.* fluenter.*

[c] L. a. d. VIII.

[d] *v.c.* Teani

[e] L. deiis

[f] *al.* nostrarum.*

[g] L. dilectũ

[h] L. ex A. Torquati.*

[i] *al.* secutorum.‖Sed secutores d. i. ab insequendo retiario *Isidor.* plura vide de secutoribus apud Lipsium 2. Saturnal. 7. vbi etiam secutuleiæ mulier s meminit ex Petronio.*

[k] Lipsi. 2. Saturn. 7.

[l] ∞ *id est duo millia.** *vet.* bis emptionem *al.* cum iis.*

[m] L. prædia. *ita v.c.*

[n] *v.c.* quos

[o] L. iustissimum bellum cum ciuibus. Sed

[p] *al.* non quòd

[q] L. licet,

[r] L. a. d. VI. kalen.

[s] L. sed vix auditus ‖ *Bes.* sed is haud auditus in consilio.*

[t] L. Furfanóque succ. *al.* negat se fine Catone iturum & s.

[a] *v.c.* quo ingressus est.

[b] *v.c.* plaga

[c] L. quæ in ærario sit, *v.c.* quæ in ærario

[d] P. B.

[e] quod in Saturni templo erat. *Fest. Plutarch.* 5.* *v.c.* Africanas

[f] *v.c.* Comitis

[g] Manut. ac Pompei.* *v.c.* ab eo.

[h] *v.c.* a die.

[i] videt. de bello ciuili.*

[k] *v.c.* imbecillitate.* L. Crassus in L. de ciu.

[l] Non. Lat. *fort.* Ingen. a. d. VIII. Idus.

[o] L. quo loco & *Rab. Stephan.* nos.* P. CXIII.

[p] Pedæco.*

[q] *v.c.* prædiis deter. quæ ita legendum.

[r] *fort.* Sestio

gratius facere posse. Hæc [a] verbis plurimis. intellexi ex dierũ ratione, vt primùm de discessu nostro Cæsar audisset, laborare eum cœpisse, ne omnes abessemus. Itaque non dubito, quin ad Pisonem [b], quin ad Seruium [c] scripserit. Illud admiror, non ipsum ad me scripsisse, non per Dolabellam, non per Cœlium egisse. Quamquam non aspernor Trebatij literas, à quo me vnicè diligi scio. Rescripsi ad Trebatium, (nam ad ipsum Cæsarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui) quàm illud hoc tempore esset difficile, me tamen in prædiis meis esse, neque delectum [d] vllum, neque negotium suscepisse, in quo quidem manebo, dum spes pacis erit: sin bellum geretur: non deero officio [e], nec dignitati meæ, pueros ὑπερασπίσους in Græciam. totam enim Italiam flagraturam bello intelligo. tantum mali exci tatum partim ex [f] improbis [g], partim ex [h] inuidis ciuibus. Sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur quorsum euasura sint. Tum ad te scribam plura, si erit bellum. sin autem etiam indutiæ: teipsum, vt spero, videbo. Ego IIII. Non. Febr. quo die has litteras dedi in Formiano, quò Capua redieram, mulieres exspectabam: quibus quidem scripseram, tuis litteris admonitus, vt Romæ manerent: sed audio, maiorem quendam in vrbe timorem esse. Capuæ Non. Febr. esse volebam, quia COSS. iusserat. Quidquid huc erit à Pompeio allatum, statim ad te scribam, tuásque de istis rebus litteras exspectabo. Vale.

a L. Hæc verbis plurimis. Int. P. B.

b socerum suum.*

c abhorrentem à ciuilibus bellis.*

d L. dilectũ

e L. nec officio.

f L. ab improbis Cæsarianis.*

g L. ab inuidis. Pompeianis.*

CICERO ATTICO, S. 17

QVARTO [k] Non. Febr. mulieres nostræ Formias venerunt: tuáque erga se officia pienè tui suauissimi studij attulerunt. Eas ego, quoad sciremus, vtrùm [m] turpe, pace nobis, an miserè bello esset vtendum, in Formia no esse volui, & vnà Cicerones. Ipse cum fratre Capuam ad COSS. (Nonis enim adesse iussi sumus) III [n]. Non. profectus sum, cùm has litteras dedi. Respõsa Pompeij, grata populo, & probata concioni esse dicuntur. ita putaram, quę quidem si ille repudiarit, iacebit. si [o] acceperit. Vtrum igitur, inquies, mauis? Respõderem, si, quemadmodum parati essemus, scirem. Cassiũ erat hîc auditum expulsum. An cone, eámque vrbem à nobis teneri. Si belum futurum est, negotium vtile. Cæsarẽ quitamen aiunt acerrimè delectum [p] habere, loca occupare, vincire [q] præsidiis. O perditum reip. turpitudinem! Sed stomachari desinamus: *tempori pareamus*: cum Pompeio in Hispaniam eamus. Hæc opto in malis, quoniam illius alterum consulatum à rep. ne dato quidem occasione, repulimus. Sed hæc hactenus. De Dionysio fugit me ad te anteà scribere: sed ita constituì, exspectare responsa Cæsaris, vt si, ad vrbẽ rediremus: ibi nos exspectaret. sin tardiùs id fieret: tũ eũ accerseremus [s]. Omnino [t] quid ille facere debuerit in nostra illa fuga: quid docto homine, & amico dignum fuerit, cùm [u] præsertim rogatus esset: videbis, si erit (quod nolim) accersendus [y], ne molesti simus inuito. Q. frater laborat, vt tibi, quod debet, ab Egnatio soluat: nec Egnatio vo lũtas deest [z], nec parum locuples est: sed cùm tale tẽpus sit, vt Q. Titinius (multũ enim

h L. plena fuit. ad me frequenter.

i L. vtrum turpi pace nobis, an misero bello.

k L. IIII. Non. Mart. turpe pace & miserabile bello.*

l L. III. Non. m L. CXIIII. n al. fin. acceperit. Ecf. repudiarit, iacebit, si acceperit

o L. si repudiarit, iacebit, si acceperit.

p L. dilectũ

q L. occupare. vincire.

r al. O vix.

s L. accersemus.

t L. omittere. u L. cùm præsertim

y L. accersendus.

z L. deest. *Tu.

A est nobiscũ) viaticum se neget habere, idémq; debitoribus suis denuntiarit, vt eodem fœnore vetarentur, atque hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur, nec hoc tempore aut domi nummos Quinctus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut versuram vsquam facere possit: miratur, te non habuisse rationem huius publicæ difficultatis. Ego autem etsi illud φευδιπόδεσον (ita enim putatur) obseruo, *unde stulus*, præsertim in te, à quo nihil vmquam vidi temerè fieri, tamè illius querela mouebar. Hoc, quidquid est, te scire volui.

P. P.

CICERO ATTICO, S. 18

NIHIL habeo, quod ad te scribam. quin [a] etiam eam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi [b]. erat enim plena spei bonæ, quòd & concionis voluntatem audieram, & illum conditionibus vsurum putabam, præsertim suis. Ecce tibi IIII [c]. Non. Febr. manè accepi litteras tuas, Philotimi, Furnij, Curionis ad Furnium, quibus irridentur [d] L. Cæsaris legationem. Planè oppressi videmur: nec, quid consilij capiam, scio: nec mehercule de me laboro: de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiscebar, hæc scribens, quò facilius de Pompeij rebus cognoscerem. Vale.

a *sort.* qui etiam iam epist. q. eram elucub. ad te non dedi. rim.

b *q. v. c.* dederim.

c L. III. Non.

d L. irridet

CICERO ATTICO, S. 19

BREVILOQVENTEM [e] iam me tempus ipsum facit. pacem enim desperaui: bellum nostri nullum administrant. caue enim putes quidquam esse minoris his COSS. quorum [f] ego spe [g] audiendi aliquid, & cognoscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam veni prid. Non. vt eram iussus. Illi autem nondum venerant, sed erant venturi, inanes, imparati. Cn. autem Luceriæ dicebatur esse, & adire cohorteis legionum [h] Actianarum non firmissimarum. At illum ruere nuntiant, & iam, iamque adesse, non vt *manum conferat* (quicum enim?) sed vt fugam intercludat. Ego autem in Italia [i] συναποθανεῖν: nec te id consulo. sin extra: quid ago? ad manendum, hiems, lictores [l], improuidi, & negligentes duces: ad fugam hortatur [k] amicitia Cn. causa bonorum, turpitudo coniungendi cum tyranno: qui quidem incertum est, Phalarímne, an Pisistratum sit imitaturus. Hæc velim explices, & me iuues consilio. etsi te ipsum istic iam calere [l] puto. sed tamen, quantùm poteris. Ego si quid hîc hodie noui cognoro, scies. iam enim aderunt COSS. ad suas Nonas. Tuas quotidie litteras exspectabo. Ad has autem, cùm poteris, rescribes. Mulieres, & Cicerones in Formiano relíqui.

e sic Cicero lib. 5. de Repub. breuiloquentiam dixit.*

f L. quorum ego iussu, ipse Bos. quorum ergo. *id est causa.**

g *sic. cod. Turnesian. al.* spe audiẽdi, & cognosc.

P. CXV.

h *v. c.* legionum Actinarum

i *forsan* duces. improuidi.*

k L. hortantur

l *al.* carere.*

CICERO ATTICO, S. 20

DE malis nostris tu priùs audis, quàm ego. istinc [m] enim emanant. boni autem hinc quod exspectes, nihil est. Veni Capuam ad [n] Non. Febr. ita vt iusserant COSS. Eo die Lentulus vẽnit serò: alter COS. omnino non venerat VII. Id. Eo enim die ego Capua discessi, & manſi Calibus. Inde has litteras postridie ante lucem dedi. Hæc Capuæ dum fui, cognoui. Nihil in COSS. nullum vsquam delectum [o]. nec enim conquisitores [p] φαινοφορωπεῖν audent, cùm [q] lictor [r] adsit contrà, cùm noster dux nusquam sit, nihil agat: nec nomina dant. deficit enim non voluntas, sed spes. Cn. autẽ noster. (ô rem miserã, & incredibilẽ!) vt totus iacet: nõ animus est, non cõsilium, non copiæ, non diligentia. Mitto [s]

m L. istim

n *al.* a. d. II. Non.

o L. dilectũ

p id est delectui faciendo præsto.*

q *al.* cùm ille adsit. contrà cum noster

r Cæsar.*

f L. Mittam illa fugam.*

illam fugã ab vrbe turpissimã,timidissimas in oppidis cõciones,ignorationẽ non solùm aduersarij,sed etiã suatũ copiarũ.Hoc cuiusmodi est? VII. Id.Feb. Capuam C.Cassius tribun. pleb.venit.attulit mandata ad COSS.vt Romã venirent [a] ,pecuniã de sanctiore [b] ærario auferrent,statim exirẽt vrbe relicta.Redeãt. quo præsidio? Deinde exeant. quis sinat? COS. ei rescripsit,vt priùs ipse in Picenũ.At illud totũ erat amissum:sciebat nemo, præter me ex litteris Dolabellæ. Mihi dubiũ nõ erat,quin ille iam iamq; foret in Apulia,Cn.noster in naui. Ego quid agã? σιέμμα magnũ: neq; mehercule mihi quidẽ vllũ,nisi omnia essent acta turpissimé. Neq; ego vllius consilij particeps: sed tamen quod me deceat. ipse me Cæsar ad pacẽ hortatur.sed antiquiores litterę,quàm ruere cœpit. Dolabella, Cœlius,me illi valde satisfacere.mira me χπεία torquet.Iuua me cõsilio, si potes:& tamen ista, quantum potes, prouide. Nihil habeo,tanta rerum perturbatione,quod scribam. Tuas litteras exspecto.

a *fort.* rediirent,
b in quo bellj Gallici metu pecunia deposita.*

CICERO ATTICO, S. 21

PEDEM in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. De Põpeio scio nihil, eumq;, nisi in nauim [c] se cõtulerit,exceptũ iri puto. O celeritatẽ incredibilẽ!huius [d] autẽ nostri [e]. Sed nõ possum sine dolore accusare eũ, de quo angor,& crucior. Tu cædem non sine causa times:nõ quo minùs quidquã Cęsari expediat ad diuturnitatẽ victorię,& dominationis.sed video,quorũ arbitrio sit actur [f]. Rectè sit.censeo cedendũ de oppidis his. egeo consilij [g]. quod optimũ factu videbitur,facies.cum Philotimo loquêre: atq; adeò Terentiã habebis Idib. Ego quid agã?quà,aut terra,aut mari persequar eum, qui, vbi sit, nescio? Et si terra quidẽ,quî possum?mari , quó? Tradã igitur isti [h] me? fac posse tutó. multi enim hortãtur. num etiam honestẽ?Nullo modo quidem [i]. A te petam consilium, vt soleo.Explicari res nõ potest:sed tamen,siquid in mentem venit,vel im scribas, & ipse quid sis acturus.

c v.c.nullem
d Pompeij.*
e tarditatẽ. sc.vel ignauiam.*
f *al.* Rectè P. CXVI. sic.
g *al.*consilio
h q.v.c.isti mẽ multi enim hortantur. fac me posse tutó.
n ‖ Illi *autem* est Cæsari.*
i *Bos.* quid? A te petam consilium vt soleo?*
k *lib.vnus* g.ẽ Phil.
l v.c.cohortis

CICERO ATTICO, S. 22

VINCTO Id. Febr. vesperi à [k] Philotimo litteras accepi, Domitiũ exercitũ firmum habere:cohortes is! ex Piceno,Lẽtulo,& Thermo ducentibus , cũ Domitij exercitu coniunctas esse: Cæsarem interludi posse, eumq; id timere:bonorũ animos recreatos Romæ, improbos [m], quasi perculsos.Hæc metuo equidẽ ne sint insomnia [n]: sed tamen M. Lepidũ, L. Torquatum, C. Cassiũ,tribun. pleb. (hi enim sunt nobiscum,id est,in Formiano) Philotimi litteræ, ad vitã reuocauerunt [o]. Ego autẽ illa metuo ne veriora sint, nos omneis pænè iam captos esse: Pompeiũ Italia cedere:quem quidem(ó rem acerbam!)persequi Cæsar dicitur. Persequi Cæsar Pompeiũ? quid?vt interficiat? O me miserum! & nõ omnes nostra corpora opponimus? In quo tu quoq; ingemiscis, sed quid faciamus? victi, oppressi , capti planè sumus.Ego tamen, Philotimi litteris lectis, mutaui consilium de mulieribus,quas, vt scripseram ad te,Romam remittebã: sed mihi venit in mentem,multum fore sermonem : me iudicium iã de causa publica fecisse: quæ desperata, quasi hunc gradũ mei reditus esse, quòd mulieres reuertissent. De me autem ipso tibi assentior,ne me dem incertę,& periculosæ fugę,cùm reip.nihil prosim,nihil Pompeio,pro quo emori cùm piè possum , tum libenter. Manebo igitur,etsi viuere [a]. Quòd queris,hîc quid agatur: tota Capua , & omnis hic delectus [b] iacet. desperata res est. in fuga omnes sunt. nisi [c] quid eiusmodi fuerit, vt Pompeius istas Domitij copias cum suis coniungat. Sed videbamur omnia biduò,triduóue scituri. Cæsaris litterarum exemplum tibi misi. rogaras enim. cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt.Quod patior facilè,dum,vt adhuc, nihil faciam turpiter.

a *fortasse* non viuet est.*
b L.dilectus
c v.c. nisi quid fuerit eiusmodi.

CICERO ATTICO, S. 23

PHILOTIMI litterę me quidem non nimis, sed eos , qui in his locis erant , admodum delectarunt.Ecce postridie Cassij [d] litteræ Capua à Lucretio , familiari eius. Nigidium à Domitio Capuam venisse:eũ dicere, Vibullium cum paucis militibus è Piceno currere ad Cnæum: confestim sequi Cæsarem.Domitium non habere militum [e]vim.Idem scripsit COSS. Capua discessisse. Non dubito , quin Cnęus in fuga sit,modò effugiat.A consilio fugiendi,vt tu censes,absum.

d *vet.* & L. Cassio.*] *al.* à Cassio *al.* Cassio idcirò à Cassio.*
e *al.*militem vnum.*al.*milites tres.v. c. militum. III. *Id est* tria millia & nunc ita L.

CICERO ATTICO, S. 24

CVM dedissem ad te litteras tristeis,& metuo ne veras, de Lucretij ad Cassium litteris Capua missis,Cephalio venit à vobis. attulit etiam à te litteras hilariores,nec tamen firmas,vt soles. Omnia faciliùs credere possum, quàm quod scribitis, Pompeiũ exercitum habere. Nemo huc ita affert , omniáque , quæ nolim. Rem [f] miseram! malas causas semper obtinuit,in optima cõcidit. Quid dicam,nisi illud eum scisse [g]? neque enim erat difficile:hoc nescisse? *Erat enim ars difficilis,rectè rẽp. regere.*Sed iam iámque omnia sciemus,& scribemus ad te statim.

p. CXVII.
f g.v.c.L. O rem miseram! ita Bos.
g *alij* nescisse.*

CICERO ATTICO, S. 25

NON venit idem vsu mihi,quod tu tibi scribis, *quoties exorior* [h].Ego enim nunc paulùm exorior, & maximè quidem his litteris, quæ Roma afferuntur,de Domitio, de Picentium cohortibus. omnia erant facta hoc biduò lætiora. itaque fuga , quæ parabatur , repressa est. Cæsaris interdicta , *si ita secundo tu mine* [k] *hic offendero* [l], respuuntur. Bona de Domitio,præclara de Afranio fama est.Quòd me amicissimè admones , vt me integrum, quoad possim, seruem, gratum est. Quòd addis, ne propensior ad turpem causam videar, certè [m] videri possum. Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur,negaui esse: non quin rectum esset:sed quia,quod multò rectius fuit , id mihi fraudem tulit. Plane eum,cui [n] noster alterum consulatum deferret , & triumphum , at quibus verbis? *pro o suis gestu amplissimo* , inimicum habere nolueram. Ego scio, & quem metuam, & quam ob rem. fin erit bellum , vt video fore : partes meæ nõ desiderabuntur. De LLS. XX. Terentia tibi rescripsit. Dionysio , dum existimabã vagos nos fore , nolui molestus esse. Tibi autem crebrò ad me scribenti de eius officio , nihil rescripsi , quòd diem ex die exspectabam,vt statuerem , quid esset faciendum. Nunc, vt video , pueri certè in Formiano videntur hiematuri. num & ego, nescio.si enim erit bellum , cum Pompeio esse constitui. quod habebo certi, faciam, vt scias. Ego bellum fœdissimum futurum puto , nisi qui (vt q scis)Parthicus casus [r] exstiterit.

h *Bos.* exorior?
i versus ex Euripidis Medea expressus, qui extat in oratore pro Rabirio Postumo.*
k id est sequenti.*
l moriatis scilicet.*
m L. certè videri nequeo.*
n L. Cui Cornificio o L. Bibulo Cæsar & Pompeius pro suis rebus gestis amplissimum imperium detulerunt.*
o L. reuocarunt. *Græca* libri alij vulg.
p. B.
q *al.* (vt ita scis) r varijs irruptio.*

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM,
LIBER VIII.

CICERO ATTICO, S. 1

VM ad te litteras dedissem, redditæ mihi litteræ sunt à Pompeio. Cetera de rebus in Piceno gestis, quæ ad [a] te Vibullius scripsisset, de [b] delectu Domitij, quæ sunt nobis [c] nota, nec tamen [d] læta, erant in his [e] litteris. Quam ad me Philotimus scripserat, ipsam tibi epistolam misissem: sed subitò fratris puer proficiscebatur. cras igitur mittam. Sed in ea Pompeij epistola erat in extremo, ipsius manu, TV CENSEO LVCERIAM VENIAS: NVSQVAM ERIS TVTIVS. Id ego in eam partem accepi: hæc oppida, atque oram maritimam illum pro [f] derelicto habere: nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Ei statim rescripsi, hominémque certum misi de commitibus meis, non me quærere, vbi tutissimè [g] essem. si me vellet sua, aut reip. causa Luceriæ venire statim esse venturum: hortarúsq; sum, vt oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex prouinciis suppeditari vellet. Hæc [h] me frustra scribere videbam: sed vti in vrbe retinenda tunc, sic [i] nunc in Italia non relinquenda, testificabar sententiam meam. sic enim parari video, vt Luceriam omnes copiæ contrahantur: & ne is quidem locus stabilis: sed [k] ex eo ipso, si vrgeamur, paretur fuga. quo minùs mirere, si inuitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque victoriæ ratio quæsita sit vmquam: semper [l] flagitiosæ, & calamitosæ fugæ. Eundum, vt quemcúq; fors tulerit casum, subeam potiùs cum iis, qui dicuntur esse boni, quàm videar à bonis dissentire. Etsi propediem video, bonorum, id est, lautorum, & [m] locupletum, vrbem refertam fore: municipiis verò his relictis, refertissimam: quo ego in numero essem, si hos lictores molestissimos non haberem. Nec me M. Lepidi, L. Volcatij, Ser. Sulpicij comitum pœniteret: quorum nemo nec stultior est, quàm L. Domitius, nec inconstantior, quàm App. Claudius. Vnus Pompeius me mouet, beneficio, non auctoritate. quam enim ille habeat auctoritatem in hac causa: qui, cùm omnes Cæsarem metuebamus, ipse eum diligebat: postquàm [n] verò ipse metuere cœpit, putat, omneis [o] hostes illi oportere [p] esse? Ibimus tamen Luceriam: nec eum fortasse deslectabit noster aduentus. dissimulare enim non potero, mihi, quæ adhuc acta sunt, displicere. Ego, si somnũ capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. Tu, si tibi eadẽ causa est, me remunerere sanè velim.

CICERO ATTICO, S. 2

MIHI verò omnia grata, & quòd scripsisti ad me, quæ audieras: & quòd non credidisti, quæ digna diligentia mea non [a] essent: & quòd monuisti, quod sentiebas. Ego ad Cęsarem vnas Capuæ litteras dedi, quibus ad ea rescripsi, quæ mecũ ille de gladiatoribus suis egerat: breueis [b], sed beneuolentiam significanteis: non modò sine contumelia, sed etiã cum [c] maxima laude Pompeij. id enim illa sententia postulabat, qua illum ad concordiã hortabar. eas si quò ille misit, in publico proponat velim. Alteras eodem die dedi, quo has ad te. non potui non dare, cùm & ipse ad me scripsisset, & Balbus. earum exemplum ad te misi. nihil arbitror fore, quod reprehendas. si qua erunt, doce [d] me: quomodò enim effugere possum? Nihil, inquies, omnino scripseris. Quî magis effugias eos, qui volent fingere? Verumtamen ita faciam, quoad fieri poterit. Nam quòd me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, scriptorum etiam meorum: facis amicè tu quidem, mihíque gratissimum: sed mihi vidêris aliud tu honestum, méque dignum in hac causa iudicare, atque ego existimem. mihi enim nihil vlla in gente vmquam ab vllo auctore reip. ac duce, turpius factum esse videtur, quàm à nostro amico factum est. cuius ego vicem doleo: qui vrbem reliquit, id est, patriam, pro qua, & in qua mori præclarum fuit. Ignorare mihi vidêris, hæc quanta sit clades. es enim etiam nunc domi tuæ: sed inuitis perditissimis hominibus esse diutius nõ potes. Hoc miserius, hoc turpius quidquam? Vagamur egentes cũ cõiugibus [e], & liberis. In vnius hominis, quotannis periculosè ægrotantis, anima, positas omneis [f] nostras spes habemus: non expulsi, sed euocati è patria: quam non seruandam adreditum nostrum, sed diripiendam, & inflãmandam reliquimus. Ita multi nobiscũ sunt, non in suburbanis, non in hortis, nõ in [g] ipsa vrbe: &, si nunc sunt, non erunt. Nos intereà ne Capuæ quidem, sed Lucerię. Et oram quidem maritimam iam relinquemus, Afranium exspectabimus, & Petreium. nam in Labieno parum est dignitatis. Hîc [h] tu in me illud [i] desideras. Nihil de me dico: alij viderint. Hîc quidem, quæ [k] est - domi vestræ estis, & eritis omnes boni. Quis [l] tum se mihi non ostendit? quis nunc adest hoc bello? sic enim iam appellãdum est. Vibullij res gestæ, sunt adhuc maximæ. id [m] ex Pompeij litteris cognosces: in quibus animaduertito illũ locum, vbi erit δυναν. videbis, de Cn. nostro ipse Vibullius quid existimet. Quò igitur hæc spectat oratio? Ego pro Põpeio libẽter emori possum: facio pluris omniũ hominum neminem: sed [n] non ita non meo iudicio spem de salute reip. Significas enim aliquantò secùs, quàm solebas, vt etiã Italia si ille cedat, pates

a L. non erant.

b *v.c.* breuis, sed beniuol.

c *al.* huius maxima laude id enim *&c. cæt.**

d I. doce me, quo modo ea effugere possim.

e vide ad hunc locum Victorium 3. Variar. 11.*

f *v.c.* omnis g L. in vrbe ipsa:

h *fort.* Hîc tu in me κώφον illud desideras.

fort. Hic tu in P. CXIX. me illudes, Nihi.

i al. Illudes, σὺ δὲ τίς.*

k *al.* quod est *fort.* quæ est συμμαχία; domi v.

l *v.c.* Quis ibi ne se mihi non ost.

m *v.c.* id è Sex. comp.

n L. sed positam nunc in eo non iudico spem salutis rep. *Sed al.* sed non ita tamen in eo iudicio spem salutis repositam *vel* reponendam *manus*, sed positam non in eo iud.co spem de salute Reip. *vel sic*, Sed non sitã in eo iudicio spem de salute Reip.*

cedendum.quod ego nec reip.puto esse vtile, nec liberis meis.præterea neq; rectum, neque honestum. Sed cur? *poterisne igitur videre tyrannum?* Quasi interfit, audiã,an videam : aut locupletior mihi sit quærendus auctor, quàm Socrates,qui cùm xxx.tyrãni [a] essent,pedem porta non extulit.Est mihi prꝛterea præcipua causa manendi, de qua vtinam aliquando tecum loquar. Ego xiii.kalen.cùm eãdẽ lucerna hanc epistolã scripsissem, qua inflammarã tuam,Fortaiis ad Pompeium [b], si de pace ageretur,profecturus [c] eram:si de bello,videro.

a L. tyranni Athenis erãt.‖ verum hoc non necessarium : nisi quis fortasse P. B.

Ita stupidus fit,vt Socratem Indum aut Aethiopem fuisse existimet.*

b *al.* Pompeium.*

c *v.c.* præfectus : si de bello,quid ego?

CICERO ATTICO, S. 3

MAximis,& miserrimis rebus perturbatus cùm coràm tecum, mihi potestas deliberandi non esset, vti tamen tuo consilio volui. Deliberatio autẽ omnis hæc est, si Pompeius Italia cedat (quod eũ facturum esse suspicor) quid mihi agendũ putes:&, quo facilius consilium dare possis,quid in vtramq; partẽ mihi in mentem veniat,explicabo breui. Cùm merita Põpeij summa erga salutem meam,familiaritásque,quæ mihi cum eo est, tũ ipsa reip. causa me adducit,vt mihi vel consilium meũ cum illius consilio, vel [d] fortuna cõiungenda esse videatur. Accedit illud, si maneo, & illũ comitatum optimorum, & clarissimorum ciuium desero: eadendum est in vnius potestatem, qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum, &, vt esset, à me est (tute [e] scis) propter suspicionem huius impendentis tempestatis multò antè prouisum [f]: tamẽ vtrumque considerandum est, & [g] quanta ei fides sit habẽda:&, si maximè exploratum sit,eum nobis amicum fore, sitne viri fortis, & boni ciuis,esse in ea vrbe, in qua cùm summis honoribus,imperijsque vsus sit,res maximas gesserit,sacerdotio sit amplissimo præditus, non futurus sit sui iuris, subeundúmq; periculum sit cum aliquo forte [h] dedecore,siquando Põpeius remp.recuperarit. In hac parte hęc sunt. ¶Vide nunc, quæ sint in altera. Nihil actum est à Pompeio nostro sapienter [i], nihil fortiter:adde [k] etiam,nihil,nisi contra consilium, auctoritatemq; meam. Omitto illa vetera, quꝛ istum [l] in remp. ille aluit, auxit, armauit: ille legibus per vim, & contra auspicia ferendis auctor: ille Galliæ vlterioris adiunctor:ille gener: ille in adoptando P. Clodio augur : ille restituendi mei, quàm retinendi studiosior: ille prouinciæ propagator [m]: ille absentis in omnibus adiutor: idem etiam tertio consulatu, postquàm esse defensor reip. cœpit:cõtendit, vt x. tribuni pleb.ferrẽt,vt [n] absentis ratio haberetur : quod idem ipse sanxit lege quadam sua, Marcóque Marcello cos. finienti prouincias [o] Gallias Kalend. Martiis restitit. Sed,vt hæc omittam,quid fœdius,quid pertur batius hoc ab vrbe discessu, siue potiùs turpissima fuga? Quæ conditio non accipienda fuit potiùs, quàm relinquenda patria? Malæ conditiones erant. Fateor. sed nunquid [p] hoc peius? At recuperabit remp.Quando?aut quid ad eam spem est parati? Non ager Picenus amissus? non patefactum iter ad vrbem? non pecunia omnis & publica, & priuata, aduersario tradita? Deniq; nulla causa, nullæ vires, nulla sedes, quò concurrant, qui remp. defensam velint. Apulia delecta est, inanissima pars Italiæ, & ab impetu huius belli remotissima : fuga, & maritima opportunitas visa

d *fort.* vel fortuna cum fortuna coniung.

e *fort.* (vt scis)

f vide 6. familiarium 6.*

g L.& quanta fides ei sit hab.

h L. fortasse dedecore

i *al.* attente.*

k L.addo l Cæsarem scilicet : Ita subrudiẽdus 4.epist.14.*,

m L.prorogator:‖ & ita *ver.* Mal*asp.* quod & probandum : est enim propagare laxiorẽ facere : prorogare, diuturniorem reddere.*

n Idem 6. familiarium 6.& Suetonius in Cęsare.*

o *al.* prouinciis Gallus kaled. Mart. diẽ restitit.*

p *al.* num quid?*

quæri desperatione. Inuitè cepi Capuam: non quò munus illud defugerem,sed sine [a] causa, in qua nullus esset ordinum, nullus apertus priuatorum dolor: bonorum autem esset aliquis,sed hebes, vt solet:&, vt ipse sensissem: multitudo, & infimus quisque propensus in alteram partem : multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipsi, me nihil susceptuꝛum sine præsidio, & sine pecunia. itaque habui nihil omnino negotij, quòd ab initio vidi, nihil quæri præter [c] fugam. Eum [d] si nunc sequor, quónam? cum illo non: ad quem cùm essem profecturus [e], cognoui in his locis esse Cæsarem,vt tutò Luceriam venire non possem.Infero mari nobis, incerto cursu, hieme maxima,nauigandum est. Age iam, cum fratre,an sine? cum filio? an [f] quomodo? In vtraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. Qui autem impetus illius erit in nos absenteis [g], fortunásque nostras? actior, quàm in ceterorum, quòd putabit fortasse in nobis violandis aliquid se habere populare. Age iam,has compedes,fasceis [h], inquam, hos laureatos, efferre i ex Italia,quàm molestum est? Qui autem locus erit nobis tutus, vt iam placatis vtamur fluctibus, antè, quàm ad illum venerimus? Quà autem, aut quo, nihil scimus. At,si nestitero, & fuerit nobis in hac parte locus: idem fecero, quod in Cinnæ dominatione L. Philippus, quod L. Flaccus, quod Qu. Mucius, quoquo modo ea res huic quidem cecidit: qui tamen ita dicere solebat, se id fore videre, quod factum est : sed hoc malle, quàm armatum ad patriæ mœnia accedere. Aliter Thrasybulus,& fortasse meliùs: sed est certa quædam illa Mucij ratio, atque sententia: est [k] illa etiam Philippi: &, cùm sit necesse seruire tempori, & non amittere tempus,cùm sit datum. sed in hoc ipso habent tamen iidem [l] fasces molestiam.sit enim nobis amicus, quòd incertum est : sed sit : deferet triumphum. non acciperéne periculosum sit: an accipere, inuidiosum ad bonos? O rem, inquis,difficillem, & inexplicabilem! Atqui explicanda est. qui enim fieri potest? Ac,ne me existimaris, ad manendũ esse propensiorem, quòd plura in eam partem verba fecerim:potest fieri, quod fit in multis quæstionibus, vt res verbosior hęc fuerit,illa verior. Quamobrem, vt maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim. Nauis & in Caieta [m] est parata nobis, & Brundisij. Sed ecce nuntij, scribente me hæc ipsa nocte,in Caleno, ecce litteræ, Cęsarem ad Corfinium, Domitium Corfinij cum firmo exercitu, & pugnare cupiente. Non puto etiam hîc [n] Cn. nostrum commissurum, vt Domitium relinquat: etsi Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus præmiserat, legionem à Fausto conscriptam, in Siciliam sibi placere à [o] cos. duci., scripserat ad cos. Sed turpe Domitio erit [p] deferre, implorantem eius auxilium. est quædam spes, mihi quidem non magna, sed in his locis firma, Afranium in Pirenęo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonio, etiam fabium tuum trãsisse cum cohortibus: summum [q] autem,Afranium cum magnis copiis aduentare. Id si est, in Italia fortasse manebitur. Ego autem, cùm esset incertum iter Cæsaris, quòd vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur:Lepram ad Pompeium misi, & litteras: ipse, nequò incideremus, ne

a L. sine causa, fi. non cõsilio fam. [illegible] defugerem.* b L. Ego.

c *v.* propter fugam.

d L. Eum si

e *v.* propter Cæsarem. Cf. ita

f *q. vel.* quomodo‖ *fort.* vtrum *v.* ne Langerus

g L. habiles

h *v.* fascis

i L. celere ex it.

k L. etiam

l L. Cæsarem

m L. Cæsaris

n L. hoc. Cn.

o L. a Cn.

p L. Domitio

q L. summa

r L. ad Pompeium

uerti Formias. Hæc te scire volui, scripsíque sedatiore animo, quàm proximè scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

CICERO ATTICO, S. 4

DIONYSIVS quidem tuus potiùs, quàm noster (cuius ego cùm satis cognoſſem mores, tuo tamen potiùs ſtabam iudicio, quàm meo) ne [a] tuum quidem teſtimonium, quod ei ſæpe apud me dederas, veritus, ſuperbum ſe præbuit in fortuna, quam putauit noſtram fore: cuius fortunæ nos, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Cui, qui noſter honos, quod obſequium, quæ etiam ad ceteros contemti cuiuſdam hominis commendatio defuit? vt meum iudicium reprehendi à Q. fratre, vulgóque ab omnibus mallem, quàm illum non efferre [b] laudibus: Ciceronéſque noſtros, meo potiùs labore ſubdoceri, quàm me alium iis magiſtrum quærere. Ad quem ego quas litteras, dij immortales, miſeram? quantum honoris ſignificanteis? quantum amoris? Dicæarchum, mehercule, aut Ariſtoxenum diceres arceſſi, non vnum omnium loquaciſſimum, & minimè aptum ad docendum. Sed eſt memoria bona. Me dicet eſſe meliore. Quibus litteris ita reſpõdit, vt ego nemini, cuius cauſam non reciperem. ſemper enim, SI POTERO: SI ANTE SVSCEPTA CAVSA NON IMPEDIAR. nunquam reo [c] tam humili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam præciſè negaui, quàm hic mihi. plane [d] ſine vlla exceptione præcîdit. Nihil cognoui ingratius: in quo vitio nihil mali non ineſt. Sed de hoc nimis multa. Ego nauem paraui. tuas litteras tamen exſpecto, vt ſciam, quid reſpõdeant conſultationi meæ. Suimone C. Attium Pelignũ aperuiſſe Antonio portas, cùm eſſent cohortes quinque, Q. Lucretium inde [e] fugiſſe ſcis: Cn. re Brundiſium, deſertum. Confecta res eſt.

CICERO ATTICO, S. 5

CVM ante lucem, VIII [f], kal. ad te litteras [g] dediſſem, veſperi ad nos eodem die venit ipſe Dionyſius, auctoritate tua permotus, vt ſuſpicor. quid enim putem aliud? eſſi ſolet eum, cùm aliquid furioſè fecit [h], pœnitere. nũquam autem certior [k] fuit [l], quàm in hoc negotio. nam, quod ad te non ſcripſeram, poſteà audiui, à tertio milliario tum [m] eum iſſe, inquam, mala cùm dixiſſet, ſuo capiti (vt aiunt) ſedo meam manſuetudinem coniecerã in faſciculum vnà cum tua venientem ad illũ epiſtolam. hanc ad me referri volo, nec vllam ob aliam cauſam Pollicem ſeruum [p] à pedibus meum [q] Romam miſi. Eò autem ad te ſcripſi, vt, ſi tibi fortè reddita eſſet, mihi curares referendam, ne in illius manus perueniret. Nouiſi quid eſſet, ſcripſiſſem. pendeo animi, exſpectatione Corfiniẽſis. in qua de ſalute reip. decernitur [r]. Tu faſciculum, qui [s] eſt M. Curio inſcriptus, velim cures ad eum perferẽdam: Tironemq; Curio cõmendes, vt ei, vt petij, ſi quid opus erit, in ſumtum eroget.

CICERO ATTICO, S. 6

OBSIGNATA iam [t] epiſtola, quam de noſte daturus eram, ſicut dedi (nam eam veſperi ſcripſeram) C. Sofius præt. in Formianum venit ad M. Lepidum, vicinum noſtrum: cuius [a] quæſtor fuit. Pompeij litterarum ad [b] COSS. exemplum attulit.

Litteræ mihi à L. Domitio ad [c] viij kal. Mart. allatæ ſunt: earũ exemplũ infrà ſcripſi. Nunc, vt ego nõ ſcribã, tua ſpõte te intelligere ſcio, quanti reip. interſit, omneu copias in vnũ locũ primo quoque tẽpore cõuenire. Tud ſi tibi videbitur, dabis operã, quam [e] primùm ad nos ventas: præſidy Capuæ, quantũ cõſtituerut [f] eſſe ſatis, relinquas. Vale.

Deinde ſuppoſuit exemplũ epiſtolæ Domitij, quod ego ad te pridie miſerã. Dij immortales! qui me horror perfudit! quàm ſum ſollicitus, quídnam futurum ſit! hoc tamen ſpero, magnũ nomen imperatoris fore: magnum in aduentu terrorem. ſpero etiã, quoniã adhuc nihil nobis obfuit, nihil [g] mutaſſe: nec tegẽtia hoc, quod cùm fortiter, & diligenter, tum etiã mehercule, [h]* modò enim audiui quartanã à te diſceſſiſſe. moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Pilię dic nõ eſſe æquum, eam diutiùs habere: nec id eſſe veſtrę concordię. Tironẽ noſtrum ab altera relictum audio. ſed eum video in ſumtũ ab aliis mutuatũ. Ego autem Curium noſtrũ, ſi quid opus eſſet, rogaram. Malo Tironis verecundiam in culpa eſſe, quàm illiberalitatem Curij.

CICERO ATTICO, S. 7

VNVM etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus, vt Domitio non ſubueniat. At nemo dubitat, quin ſubſidio venturus ſit. ego non putò. Deſeret igitur talem ciuem, & eos, quos vnà ſcis eſſe: quum habeat præſertim & ipſe cohorteis XXX? Niſi me omnia fallunt, deſeret. Incredibiliter pertimuit: nihil ſpectat, niſi fugam. cui [i] tu (video enim quid ſentias) me comitẽ putas debere [k] eſſe. Ego verò quem fugiã, habeo: quem ſequar, non habeo. Quòd enim tu meum laudas, & memorandũ dicis, malle [l] quòd dixerim, me cũ Pompeio vinci, quàm cum iſtis vincere: ego verò malo: ſed cum illo Pompeio, qui tum erat, aut qui mihi eſſe videbatur: cum hoc verò, qui antè fugit, quàm ſcit, aut quem fugiat, aut quò: qui noſtra tradidit, qui patriam reliquit, Italiã relinquit: ſi malui: contigit, victus ſum. Quod ſupereſt, nec iſta videre poſſum, quæ nunquam timui ne viderem: nec mehercule iſtum, propter quem mihi non modò meis, ſed memetipſo carendum eſt. Ad Philotimum ſcripſi de viatico, ſiue à Moneta [m]: nemo enim ſoluit: ſiue ab Oppiis, tuis contubernalibus. Cetera appoſita tibi mandabo.

CICERO ATTICO, S. 8

OREM turpem, & ea re miſerã! ſic enim ſentio, id demum, aut potiùs id ſolũ eſſe miſerũ, quod turpe ſit. Aluerat Cæſarem: eundẽ repentè timere cœperat: conditionem pacis nullã probarat: nihil ad bellum pararat: vrbẽ reliquerat: Picenum amiſerat culpa: in Apuliã ſe compegerat: ibat in Græciam: omneis nos ἀφροσφώλατους, experteis [n] ſui tanti, tam inuſitati conſilij relinquebat. ecce ſubitò litteræ Domitij ad illum, ipſius ad [o] COS. fuiſſe [p] mihi videbatur τὸ καλὸν ad oculos eius, & exclamaſſe ille vir, qui eſſe debuit, ὦρός [q] ταῦθ' ἡμῖν, τὰ χρὴ κἀμὲ παλαμᾶσθαι, κἀμὲ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ, κἀμὲ [s] τεκταίνεσθαι. [t] τὸ δὲ εὖ μετ' ἐμοῦ. At [u] ille tibi πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicens, pergit Brundiſium. Domitiũ autem aiunt, re audita, & eos, qui vnà eſſent, ſe tradidiſſe. O rẽ luguberrimaq;

a v.c. quoius
b v. ad COS.
c L. a. d. XIII. d al. Sed tu. ſi e L. vt quam pr.
f v.c. conſtituerit is
g ver. nihil immiſſa t. nec legentia hoc quod fortiter & di P. B. ligenter, tum etiam hercule modo audiu.* fort. nihil me pec caſſe S. d ὑσ- χρεῖσθαι α tua nos, quòd cùm fortiter & dil genter.*
h fort. tum et am hercule feliciter morbum depulſi: ſvalde dolẽtarunt. modo enim al. nihil in v ta: ſed nec recentia hoc quod cũ fortiter, diligenter, tum etiã hercule modo: modo enim audiui Boſ. nihil in vita, ſed no retenta hoc, quòd cũ fortiter Dij i ligent te, tum et am Herculeo nodo. modo enim audiui &c. Eſti autem hoc loco, retentare poſſum pro retinere.*
i v.c. quoi P. CXXIII.
k al. eſſe debere.
l L. quòd malle me dixerim cum Pomp.
m Ad cuius ędem numi Romæ cu debẽbantur va de nummi monetæ nomen etiam adepti.*
n v.c. experti s
o al. ad COS.
p al. affuiſſe
q verſus ex Ariſtophanis Acharn. adde Suidã* L. ὦρός ταῦ τα κλέος κἀμὲ παλαμᾶσθαι, κἀμὲ παῦτ' ἐμοὶ τεκταίνεσθαι τὸ δὲ
r al. τᾦθ'.
s deeſt hæc particula.*
t Idem 6. epiſtol. 1.
u al. At ille πολλά.*

intercludor dolore, quo[a] ad te plura non scribam, tuas litteras exspecto.

a L. quo minus ad te plura scribam, & ita v.c.

CICERO ATTICO, S. 9

P. B.

EPISTOLAM meam quòd peruulgatam scribis esse, non fero moleste: quinetiam ipse multis dedi describendam. ea enim & acciderunt iam, & impendent, vt testatum esse velim, de pace quid senserim. Cùm autem ad eam hortarer, eũ præsertim hominem, non videbar vllo modo faciliùs moturus, quàm [b] si id, ad quod eum hortarer, conuenire eius sapientiæ dicerem. eam si admirabilem dixi, cùm eũ ad salutem patriæ hortabar: non sum veritus, ne viderer assentari: cui [c] tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Quã autem est, ALIQVID IMPERTIAS TEMPORIS: non est de pace, sed de meipso, & de meo officio, vt aliquid cogitet. Nam quòd testificor, me expertem belli fuisse, etsi id re perspectum est, tamen eò scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem: eodemq; pertinet, quòd causam eius probo. Sed quid hæc nunc? vtinam aliquid profectũ esset. næ [d] ego istas litteras in concione recitari velim. Siquidem ille ipse ad eundem scribens, in publico proposuit epistolam illam, in qua est, PRO TVIS REBVS GESTIS AMPLISSIMIS. amplioribúsne, quàm suis? quàm Africani? Ita tempus ferebat. siquidem etiam vos, duo tales [e], ad v. milliarium. quid [f] nunc ipsum, vnde se recipienti? quid agenti? quid acturo? quanto autẽ ferociùs ille causæ suæ confidet, cùm vos, cùm vestri similes [g] non modò frequenteis [h], sed læto [i] vultu gratulanteis viderit? Nũ igitur peccamus? Minimè vos quidem. Sed tamen signa conturbantur, quibus voluntas à simulatione distingui posset. Quæ verò s.c. video? sed apertiùs, quàm proposueram. Ergo Arpini volo esse pr. kalen. deinde circum villulas nostras errare. quas visurum me posteà desperaui. βήχῃ tua consilia, & tamen pro tẽporibus non incauta, mihi valde probantur. Lepido quidem (nam ferè σιωδιν μερεύομεν, quod gratissimum illi est) numquam placuit ex Italia exire: Tullo multo minús. crebro enim illius litteræ ab aliis ab nos commeãt, sed me illorum sententiæ minùs mouebant, minùs multa dederãt illi reip. pignora. Tua meherculè auctoritas vehementer mouet. affert enim & reliqui temporis recuperãdi [k] rationem, & præsentis tuendi. Sed obsecro te, quid hoc miseriùs, quàm alterum plausus in fœdissima causa quærere: alterum offensiones in optima? alterum existimari conseruatorem inimicorum: alterum desertorem amicorum? Et meherculè quamuis amemus Cn. nostrum, vt & facimus, & debemus: tamen hoc, quòd talibus viris non subuenit, laudare non possum. nam siue timuit, quid ignauiús? siue, vt quidam putant, meliorem suam causam, illorum cæde fore putauit: quid iniustiús? Sed hæc omittamus. augemus enim dolorem retractando l. VI. kal. vesperi, Balbus minor ad me venit, occulta via currens [m] ad Lentulum COS. missũ Cæsaris, cum litteris, cum mandatis, cum promissione prouinciæ, Romam vt redeat: cui [n] persuaderi posse non arbitror, nisi erit conuentus [o]. Idem aiebat, nihil malle Cæsarem, quàm vt Pompeium assequeretur. id credo, vt [p] rediret in gratiam: id non credo: & metuo ne omnis hęc clementia ad vnã illam crudelitatem colligatur. Balbus quidem maiori ad me scribit, nihil malle Cæsarem, quàm, principe Pompeio, sine metu viuere. Tu [a], puto, hæc credis. Sed cùm hæc scribebam, V. kal. Pompeius iam Brũd. suum poterat [b] venisse. expeditus enim antecesserat legiones Luceria. Sed hoc πάθος, horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. planè, quid futurum sit, nescio.

b v.c. & L. quàm si id quod eum h.

c v.c. quo

d v.c. ne ego

e Bal. Cales. est autem municipium Italiæ.*

f v.c. quod n. L. quò nũc ipsum, vnde se recip.

g v.c. similis.

h v.c. frequentis.

i v.c. sed toto vultu gratulantis.

P. CXXIIII.

k q.v.c. recuperandi.

l al. retractando.*

m al. decurrens.

n L. cui persuaderi posse arbitror, nisi non erit cõuentus.

o al. coactus.*

p L. & vt rediret in gr.

a al. Tu hæc credis?

b al. potuerit.*

P. L.

CICERO ATTICO, S. 10

DIONYSIVS cùm ad me præter opinionẽ meam Venisset, locutus sum cum eo liberalissimé. tempora exposui. rogaui, vt diceret, quid haberet in animo: me nihil ab ipso inuito contendere. respondit, se quod [c] in nummis haberet, nescire quo [d] loco esset: alios non soluere: aliorum diem nondum esse [e]. Dixit etiam alia quædam de seruulis suis, quare nobiscum esse nõ posset. Morem gessi, dimisi à me, vt magistrum Ciceronum, non libenter: vt hominem ingratum, non inuitus. Volui te scire, quid ego de eius facto iudicarem.

c L. quod ei nomini.

d v. c. & vnde quo loci

e al. venisse.

CICERO ATTICO, S. 11

QVÒD me magno animi motu perturbatũ putas, sum equidem: sed nõ tam magno, quàm tibi fortasse videor. Leuatur enim omnis cura, cùm aut consistit [f] consilium, aut cogitando nihil explicatur. Lamentari autem licet [g], illud [h] tamen totos dies: sed vereor, ne, nihil cùm proficiam, etiam dedecori sim studiis, ac litteris nostris. Consumo igitur omne tempus, considerans, quanta vis sit illius viri, quem nostris libris satis diligenter (vt tibi quidem videmur) expressimus. Tenéne igitur, moderatorem illum reip. quò referre velimus omnia? nam sic quinctio, vt opinor, in libro loquitur Scipio: *vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operi, maxime inter homines, atque optimi, illum esse effectorem i volo.* Hoc Cn. noster, cùm anteà nunquam, tum in hac causa minimè cogitauit. Dominatio quæsita ab vtroque est: non id actum, beata, & honesta ciuitas vt esset. Nec verò ille vrbem reliquit, quòd eam tueri non posset: nec Italiam, quòd ea pelleretur: sed hoc à primo cogitauit, omneis [k] terras, omnia maria mouere, reges barbaros incitare gentes [l] feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos. Genus illud Sullani regni iampridem appetitur, multis, qui vnà sunt, cupientibus. An censes nihil inter eos conuenire, nullam pactionem fieri potuisse? Hodie potest: sed neutri σκοπὸς est ille, vt nos beati simus. vterque regnare vult. Hæc à te inuitatus, breuiter exposui. Voluisti enim me, quid de his malis sentirem, ostendere. προοιμιάζω igitur, noster Attice, non ariolãs, vt illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens, *Iamque mari magno.* Non multò, inquam, secus possum vaticinari. tanta *malorum impendet ὑλαῖ.* Atque hoc nostra causa est, qui domi sumus, quàm illorũ, qui vnà transierunt: quòd illi quidem alterum metuunt, nos vtrumq;. Cur igitur, inquis, remanssimus? vel tibi paruimus, vel non occurrimus, vel hoc fuit rectius. Conculeari, inquam, miserum

f v.c. consilium.*

g cum Resp. blica in tempore sit illorum.*

h L. illud autem vereor, ne nihil cum proficiam, redeam dedecori sim, ac litteris nostris.

P. CXXV.

i al. pertexo, vt lo. & ita L.

k v.c. omneis

l v.c. gentis

seram Italiam videbis proxima æstate ab [a] vtriusque mãcipiis, ex omni genere collectis: nec tam proscriptio [b] pertimescenda, quæ Luceriæ multis sermonib. denunciata est [c], quàm vniuersæ [d] interitus: tantas in confligendo vtriusque vireis video futuras. Habes consolationem meam. Tu autem consolationis fortassis aliquid exspectasti. Nihil inuenio, nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. Quòd quæris, quid Cæsar ad me scripserit: quod sæpe, gratissimum sibi esse, quòd quierim: orátque, in eo vt perseuerem. Balbus minor hæc eadẽ mãdata. iter autem eius erat ad Lentulum cos. cum litteris Cæsaris, præmiorúmque promissis, si Romam reuertisset. Verum, cùm habeo rationem dierum, antè puto transmissurum [e], quàm potuerit conueniri. Epistolarum Pompeij duarum, quas ad me misit, negligentiam [f], meámque in rescribendo diligentiam, volui tibi notam esse. earum exempla ad te misi. Cæsaris hic per Apuliam ad Brundisium cursus quid efficiat, exspecto. vtinam aliquid simile Parthicis rebus. Simul aliquid audiero, scribam ad te. tu ad me velim bonorum sermones. Romæ frequentes esse dicuntur. Scio equidem te in publicum non prodire: sed tamen audire te multa nec esse est. Meminisse [g] tibi librum afferri à Demetrio Magnete ad [h] te missum περὶ ὁμονοίας. Eũ mihi velim mittas. Vides, quam causam mediter.

CN. POMPEIVS PROC. M. CICERONI IMP. S. 12

QVINCTVS Fabius ad me venit ad [k] IIII. Id. Febr. Is nuntiat, L. Domitium cũ suis cohortibus XI, & cohortibus XIIII l. quas Vibullius adduxit, ad me iter habere. habuisse in animo proficisci Corfinio, & ad [m] v. Id. Febr. C. Hirrum cum v. cohortibus subsequi. Cenabo ad nos Luceriam venias. nam te hic tutissimè [n] puto fore. Vale.

CICERO CN. POMPEIO PROCOS. S. 13

A. D. XV. kal. Mart. Formiis accepi tuas litteras, ex quibus ea, quæ in agro Piceno gesta erant, cognoui commodiora esse multò, quàm vt erat nobis nuntiatum: Vibulliique virtutem, industriámque [o] libenter agnoui. Nos adhuc in ea ora, vbi [p] præpositi sumus, ita fuimus, vt nauem [q] paratam haberemus. ea enim audiebamus, & ea verebamur, vt, quodcumque tu consilium præcepisses, id nobis persequendum pararemus. Nunc, quoniã auctoritate & consilio [r] tuo in spe firmiore sumus, si teneri posse putas Tarracinam [s], & oram maritimam: in ea manebo: orsi præsidia in oppidis nulla sunt. nemo enim nostri ordinis in his locis est, præter M [t]. Oppium, quem ego Minturnis esse volui, vigilantem hominem, & industrium. L [u]. Torquatum, virum fortem, & cum auctoritate, Formiis non habemus: ad te profectum arbitramur. Ego omnino, vt proximè tibi placuerat, Capua veni eo ipso die, quo tu Theano Sidicino es profectus. volueras enim mecum M. Considio prætore illa negotia tueri. Cùm eò venissem, vidi T. Ampium delectum [x] habere diligentissimè, ab eo accipere Libonem summa item diligentia, & in illa colonia auctoritate. Fui Capuę, quoad cos. Iterũ, vt erat dictũ [y] à cos. veni Capuã ad [z] Non. Febr. Cùm fuissem triduum, recepi me Formias. nunc, quod tuum consilium, aut quæ ratio belli sit, ignoro. Si tenendam hanc oram putas, quæ [a] opportunitatem & dignitatem habet, & egregios ciueis, &, vt arbitror, teneri potest: opus est esse, qui præsit. sin omnia in vnum locum contrahenda sunt: non dubito, quin ad te statim veniã: quo mihi nihil optatius est: idque tecum, quo die ab vrbe discessimus, locutus sum. Ego, si cui adhuc videor segnior [b] fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. & tamen, si, vt video, bellum gerendum est, confido me omnibus facilè satisfacturum. M. Tullium meũ necessariũ, ad te misi: cui tu, si tibi videretur, ad me litteras dares. Vale.

CN. POMPEIVS MAGNVS PROC. S. D. M. CICERONI, IMP. SVO. 14

TVAS [c] litteras libẽter legi. Recognoui enim tuam pristinam virtutem etiam in salute communi. cos. s. ad eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hortor, pro tuo singulari, perpetuóque studio in remp. vt te ad nos conferas, vt communi consilio reip. afflictæ opem, atque auxilium ferramus. Censeo, via Appia iter facias, & celeriter Brundisium venias. cura vt valeas.

M. CICERO IMP. S. D. CN. d. MAGNO, PROCOS. 15

CVM ad te litteras misissem, quæ tibi Canusij redditæ sunt, suspicionem nullam habebam, te reip. causa mare trãsiturum: erãque in spe magna, fore, vt in Italia possemus aut concordiam constituere, qua mihi nihil vtilius videbatur, aut remp. summa cum dignitate defendere. Interim nondum meis litteris ad te perlatis, ex iis mandatis, quæ D [e]. Ælio ad cos. dedetas, certior tui consilij factus, non exspectaui, dum mihi à te litteræ redderentur: confestimque cum Q. fratre, & eum liberis nostris iter ad te in Apuliã facere cœpi. Cùm Theanum Sidicinum venissem, C. Messius, familiaris tuus, mihi dixit, aliíque cõplures, Cæsarem iter habere Capuam: & eo ipso die mansurum esse Æserniæ [f]. Sanè sum commotus, quòd, si ita esset, non modò iter meum intercluderetur, sed meipsum planè exceptum putabam. Itaque tũ Cales processi, vbi potissimùm consisterem, dum certum nobis abs [g] Æsernia de eo, quod audieram, referretur. At mihi, cùm Calibus essem, affertur litterarum tuarum exemplum, quas tu ad Lentulũ cos. misisses. Hæ sic scriptæ erant: Litteras tibi à L. Domitio ad [h] XIII. Kal. Mart. allatas esse, earumque exemplum subscripseras: magníque interesse reipub. scripseras, omneis copias primo quoque tempore in vnũ locũ cõgenire, & vt, præsidijquod satis esset, Capuę relinqueret. His [k] ergo litteris lectis, in eãdẽ opinione fui, qua reliqui ompes, te cũ omnib. copiis ad Corfinium esse venturum: quò mihi, cùm Cæsar ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbitrabar. Cùm res in summa exspectatione esset, vtrumque simul audimus, & quæ Corfinij acta essent, & te iter Brundisium facere cœpisse. Cúmque nec mihi, nec fratri meo dubium esset, quin Brundisium contenderemus: à multis, qui è Samnio, Apuliáque veniebant, admoniti sumus, vt caueremus, ne exciperemur à Cæsare, quòd in eadem loca, quę nos petebamus, profectus, cele-

a Z. quæ & opport.

b al. sequitior. P. B.

c I. S. V. B. E. E. V. TVAE LITT. ‖ Id est si valetis, bene est.

d I. CN. POMPEIO MAG.

e al. Dialis. al. D. Lælius. L. Delio

f L. Eserniæ. P. CXXVII.

g al. ab Eserania.

h al. a. d. XIII. kalend.

i al. præsidio

k al. His ego litt. &c. Z.

riùs etiam,quam nos posſemus,eò, quò intẽderat,venturus esset.Quod cùm ita esset: nec mihi, nec fratri meo,nec cuiquam amicorũ placuit committere, vt temeritas nostra non solùm nobis,sed etiam reip.noceret:cùm præsertim non dubitaremus,quin,si etiam tutum nobis iter fuisset,te tamen iam consequi non posſemus.Interim accepimus tuas litteras,Canusio ad [a] x.kal.Mart.datas: quibus nos hortaris,vt celeriùs Brundisio veniamus: quas cũ accepissemus ad [b] III.Kal. Mart.non dubitabamus,quin tu iam Brundisium peruenisses: nobisque iter illud omnino intercluſum videbatur,neque [c] minùs nos esse captos,quàm [d] qui Corfinium venissent.Neque enim eos solos arbitrabamur capi,qui in armatorũ manus incidissent,sed eos nihilo minùs, qui regionibus exclusi, intra præsidia, atque intra arma aliena venissent.Quod cùm ita sit, maximè vellem primùm [e] tecum semper fuisse: quod quidem tibi ostenderam,cùm à me Capuam reiiciebam. Quod feci non vitãdi oneris causa: sed quòd videbam teneri illam vrbem sine exercitu non posse:accidere autem mihi nolebam, quod doleo viris fortissimis accidisse.Quoniam autem tecum vt essem,nõ contigit, vtinam tui consilij certior factus essem:nam suspicione assequi non potui, quòd omnia priùs arbitratus sum fore,quàm vt hęc reipub.causa in Italia non posset,duce te,consistere. Neque verò nunc consilium tuum reprehendo,sed fortunam reip.lugeo. Nec, si ego,quid tu sis secutus,non perspicio,idcirco minùs existimo, te nihil,nisi summa ratione, fecisse.mea quæ semper fuerit sententia, primùm de pace vel iniqua conditione retinẽda,deinde de vrbe(nam de Italia quidem nihil mihi vmquam ostenderas) meminisse te arbitror.Sed mihi non sumo,vt meum consilium valere debuerit:secutus sum tuum, neque id reip.causa, de qua desperaui, quæ & nunc afflicta est,nec excitari sine ciuili, pernicioſissimo bello,potest:sed te quærebam,te cum esse cupiebam: neque eius rei facultatẽ, siqua [g] erit,prætermittam. Ego me in hac omni causa facilè intelligebam [h] pugnandi cupidis hominibus nõ satisfacere. Primũ enim præ me tuli,me nihil malle,quàm pacem: nõ quin eadem timerem, quæ illi : sed ea bello ciuili leuiora ducebam. Inde susceptο bello, cùm pacis conditiones ad te afferri,à tẽque ad [i] ea honorificè, & largè responderi viderem, duxi meam rationem, quam [k] tibi facilè me probaturum , pro tuo in me beneficio, arbitrabar. Memineram me esse vnum,qui pro meis maximis in remp.meritis supplicia miserrima, & crudelissima pertulissem:me esse vnum,qui si offendissem eius animum,cui tum , cùm iam in armis essemus, consulatus tamen alter, & triumphus amplissimus deferebatur,subiicerer [l] eisdem prælijs, vt mea persona semper ad improborũ ciuiũ impetus aliquid videretur habere populare. Atque hæc non ego priùs sum [m] suspicatus, quàm mihi palàm denũtiata sunt:neque ea tã pertimui,si subeunda essent, quàm declinãda putaui,si honestè vitare possem.Quoniãbreuem illius temporis,dũ in spe pax fuit, rationem nostram vides: reliqui facultatem res ademit. Iis autem, quibus non satisfacio,facilè respondeo.neque enim ego amicior C.Cæsari vmquam fui,quàm illi:neque illi amiciores reip.quàm ego.Hoc inter me,& illos interest, quòd,cùm & illi ciues optimi sint, & ego ab ista laude non absim,ego cõditionibus,quod idem te intellexerã velle, illi armis disceptari maluerunt:quæ [a] quoniam ratio vicit, perficiam profectò,vt neque resp. ciuis à me animum,neque tu amici desideres. Vale.

P. B.
a L.a.d.x. kal.
b L.a.d. III. kalend.
c fort.neque minùs esse capti,
d L. quàm qui Corfinij fuissent.N.
e al. primũ semper tecum f.v.c. fuissem
g v.c. si quæ
h v.c.intellegebam
P. CXXVIII.
i L.ad eas
k L. quam tibi me facilè prob.
l v.c. subicerer]al. obiicerer essẽ periculis & mea persona.*
m L. suspicatus sum;q. n L. Quam breuissimam illius temp.
a q. vulg. quæ quoniã ratio omnia est, per. vo. quæ quoniã ratio mi fi, p.vero pl.

CICERO ATTICO, S. 16

MIHI molestior lippitudo erat etiã, quàm antè fuerat : dictare tamen hanc epistolã malui,quàm Gallo Fabio,amantissimo vtriusque nostrũm nihil ad te litterarum dare.nam pridie quidem,quoquomodo potueram,scripseram ipse eas litteras, quarum vaticinationem falsam esse cupio.Huius autem epistolæ non solùm ea causa est, vt nequis à me dies intermittatur,quin dem ad te litteras:sed etiã hæc iustior,vt à te impetrarem,vt sumeres aliquid temporis:quo quia tibi perexiguo opus est, explicari mihi tuum consilium planè volo,vt penitus intelligam [b]. Omnia sunt integra nobis: nihil prætermissum est [c], quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem.nam certè neque tum peccaui, cùm [c] imparatam iam Capuam, non solùm ignauiæ delectus,sed etiam perfidiæ suspicionem fugiens,accipere nolui:neque, cùm post conditiones pacis per L.Cæsarem,& Fabium [d] allatas,caui,ne animum eius offenderem, cui Pompeius iam armatus armato consulatum, triumphumque deferret.Nec vero hęc extrema quisquam potest iure reprehendere,quòd mare non transierim.id enim, etsi erat deliberationis,tamẽ obire nõ potui,neque enim suspicari debui, præsertim cùm ex ipsius Põpeij litteris,idem quod [e] video te existimasse, non dubitarim,quin is Domitio subuenturus esset.Et planè quid rectum, & quid faciendũ mihi esset, diutius cogitare malui. Primùm igitur hæc,qualia tibi esse videantur, etsi ex pius significata sunt à te,tamẽ accuratiùs mihi perscribas,velim:deinde aliquid etiam in posterum prospicias : fingásque,quẽ me esse deceat,& vbi me plurimùm prodesse reip. sentias.ecquæ [f] pacifica persona desideretur : an in bellatore sint omnia.Atque ego,qui omnia officio metior , recordor tamen tua consilia: quibus si paruissem , tristitiam illorum temporum non subiissem [g]. Memini,quid mihi tum suaseris per Theophanem, per Culeonẽ: idque sæpe ingemiscens sum recordatus,quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus : vt non solùm gloriosis consiliis vtamur,sed etiã paullo salubribus [h]. Sed nihil præscribo.accuratè velim perscribas tuam ad me sententiam. Volo etiam exquiras,quàm diligentissimè poteris (habebis autem,per quos possis) quid Lentulus noster, quid Domitius agat,quid acturus sit:quemadmodum nunc se gerant: numquem accusent, numcui succenseant [i]: quid dico,numcuiũ nõ Pompeio?Omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert:quod [k] ipsius litteris cognosci potest: quarum exemplum ad te mitto [l].Hæc igitur videbis,& quod ad te antè scripsi,Demetrij Magnetis librum,quem ad te misit,de concordia,velim mihi mittas.

a q. vulg. quæ quoniã ratio omnia est, per. vo. quæ quoniã ratio mi fi, p.vero pl.
b v.c. intelligam.
c L.cùm imperatam iam Capuam. cũ mihi imper.
d v.c. Fabium
e al.quod idem video.*
f al.ecqua
g L.subiicem P. CXXIX.
h al. salubribus
i L. fuisse.
k al. quod ex ipso.
l v.c.scio. m L.MARCELLO.

CN.MAGNVS PROCOS.M. m MARCELLO, L. 17
LENTVLO,COSS.S. D.

EGO quòd existimabam dispersos nos neque reip,vtileis,neque nobis præsidio esse posse,

posse,idcirco ad L. Domitium litteras misi: primùm vti [a] ipse cum omni copia ad nos veniret:si de se dubitaret, vt cohorteis XIX, quæ ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret.Quod veritus sum,factũ est, vt Domitius implicaretur, neque ipse satis firmus esset ad castra facienda, quòd meas XIX. & suas XII.cohorteis tribus in oppidis distributas haberet:(nam partim Albę,partim Sulmone collocauit)neque [b] ,si vellet,expedire posset. Nunc scitote me esse in summa sollicitudine nam & tot, & taleis viros periculo obsidionis liberare cupio:neque subsidio ire possum, quod his duabus legionibus nõ puto esse committendum,vt illuc ducantur. Ex quibus tamen non amplius XIIII. cohorteis contrahere potui: quas [c] Brundisium misi: neque Canusium sine præsidio,dum abessem,putaui esse dimittendum.D [d] .Ælio mandarã, quòd maiores copias sperabam nos habituros,vt, si vobis videretur,alteruter vestrûm ad me veniret:alter in Siciliam, cum ea copia, quam Capuæ,& circum Capuam comparastis, & cũ iis militibus,quos Faustus legit, proficisceretur,Domitius cum XII. suis cohortibus eôdẽ adiũgeretur:reliquæ copiæ omnes Brundisiũ cogerentur,& inde nauibus Dyrrachiũ transportarentur. Nunc cùm hoc tempore nihilo magis ego,quàm vos, subsidio Domitio ire possim,seu [e] per monteis explicare, non est nobis committẽdum,vt ad has XIIII. cohorteis,quas dubio animo habeo, hostis accedere,aut in itinere,me consequi possit. Quamobrem placitum est mihi (etiam [f] videO C [g]. Marcello , & ceteris nostri ordinis, qui hìc sunt) vt Brundisium ducerem hanc copiam, quam ego mecũ habeo.Vos hortor,vt,quodcumque militum contrahere poteritis, contrahatis , & eôdem veniatis quamprimùm. Arma,quæ ad me missuri eratis,iis censeo armetis milites,quos vobiscum habetis:quæ arma superabunt, ea si Brundisium iumentis deportaretis,vehementer reip.profueritis.De hac re vellem nostros certiores facieretis.Ego ad P.Lupum,& C.Coponium prætt.misi,vt se nobis coniungerent,& militum quod haberent,ad vos deducerent. Valete.

a v.c. vtipse

b L. neque si,si v. P. B.

c v.c. quas Brundisium præsidium misi : fort. quas Brundisium præsidio misi : fort. quas Brundisium præmisi.

d al. Dellio al. D.Aelio.

e al. se.

f fort. atque item vid. vrt. alcia video Censori, M. Marcello al. ac ita video censeri, M. Marcello.

g fort. M.

h v.c. vobis

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS. 18

P. CXXX.

MIROR,te ad me nihil scribere, & potiùs ab aliis, quàm à te de rep.certiorem me fieri.Nos disiecta manu pares aduersariis esse non possumus:contractis nostris copiis,spero nos & reip, & communi saluti prodesse posse.Quamobrem cùm constituisses, vt Vibullius mihi scripserat,ad i v.Id. Febr. Corfinio proficisci cum exercitu,& ad me venire,miror,quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. nam illa causa, quam mihi Vibullius scribit,leuis est, te propterea moratum esse, quòd audieris,Cæsarem Firmo progressum k in Castrũ Truentinum venisse. quantò enim magis appropinquare aduersarius cœpit, eò tibi celeriùs agendum erat,vt te mecum coniungeres priùs,quàm Cæsar aut tuum iter impedire,aut me abs te excludere posset. Quamobrem etiam l te rogo,& hortor , id quod non destiti superioribus litteris à te petere,vt primo quoque die Luceriam aduenires antè, quàm copiæ,quas instituit Cæsar contrahere, in vnum locum coactæ,vos à nobis distrahãt.

i L. a. d. V. Id.

k Vibo. q. vor. firmo progressu.

l fort.etiam, atque etiam te rogo,& al. etiam & etiam.

A Sed,si erunt,qui te impediant,vt illas suas seruent.æquum est me à te impetrare,vt cohorteis,quæ ex Piceno , & Camerino venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum [a] facias. Vale.

a al. missas facias.

CN. [b] POMPEIVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS. 19

b L.CN.MAGNVS proconsul.

LITTERAS abs te M.Celenius [c] ad me attulit ad [d] XIIII.Kal. Mart.in quibus litteris scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem: &,si secundum mare ad me ire cœpisset,confestim inSamnium ad me venturum:sin autẽ ille circum isthæc [e] loca commoraretur, te ei,si propiùs accessisset,resistere velle.Te animo magno , & forti istam rem agere existimo:sed diligentiùs nobis est videndum , ne distracti,pares esse aduersario non possimus, cùm ille magnas copias habeat , & maiores breui habiturus sit.non enim, pro tua prudẽtia [f] ,debes illud solum animaduertere , quot in præsentia cohorteis cõtra te habeat Cæsar, sed quantas breui tempore equitum, & peditum copias contracturus sit. Cui rei testimonio sunt litteræ , quas Bussẽnius ad me misit, in quib.scribit, id quod ab aliis quoque mihi scribitur,præsidia Curionem,quæ in Vmbria, & Tuscis erant,contrahere,& ad Cęsarem iter facere. Quæ si copiæ in vnum locum fuerint coactæ , vt pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat , vt non pugnet , sed locis suis repugnet,hærebis:neque solus , cum ista copia,tantam multitudinem sustinere poteris,vt frumentatum eas. Quamobrem te magnopere hortor, vt quamprimùm cum omni copia huc venias. COSS. constituerunt idem facere. Ego Metuscilio [g] ad te mãdata dedi, prouidendum esse, ne duæ legiones sine Picentinis cohortibus in conspectum Cæsaris committerentur. Quamobrem nolito commoueri,si audieris me regredi, si fortè Cæsar ad me veniet.cauendum enim puto esse , ne implicatus hęream.nam neque castra propter anni tempus,& militum animos, facere possum: neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit,ne receptum amittam: itaque non amplius XIIII.cohorteis Luceriam coegi.COSS. præsidia omnia deducturi sunt, aut in Siciliam ituri. nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse:aut regiones eiusmodi obtinere , è quibus repugnemus. id quod neutrum nobis hoc tempore contingit, quòd & magnam partem Italiæ Cæsar occupauit,& nos non habemus exercitum tam amplum, neque tam magnum,quàm ille. Itaque nobis prouidendum est, vt [h] summam reip.rationem habeamus. Etiam atque etiam te hortor , vt cum omni copia quamprimùm ad me venias. Possumus etiam nunc remp. erigere,si communi consilio negotium administrabimus. si distrahemur, infirmi erimus. mihi hoc constitutum est. His litteris scriptis , Sica à te mihi litteras attulit,& mandata.Quòd me hortare, vt istuc veniam:id me facere nõ arbitror posse, quòd non magnopere his legionibus confido. Vale.

c P. CXXXI.

d i. e. 14. Kal.

e al. istuc.

f q.v.c. prouidentia

g al. M. Metuscileo fort. M. Tuscilio.

h L. vt summæ reip.

CN. MAGNVS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS. 20

LITTERAE mihi à te redditæ sunt ad [i] XIII. Kal.Mart.in quibus scribis, Cæsarem apud Corfiniũ castra posuisse.Quod putaui, & præ-

i I. a. d.

monui,sit,vt nec in præsentia committere tecum prælium velit, & omnibus copiis conductis,te implicet,ne ad me iter expeditum[a] tibi sit, atque istas copias coniungere optimorum ciuium possis cum his legionibus, de quarum voluntate dubitamus : quo etiam magis tuis litteris sum commotus. Neque enim eorum militum,quos mecum habeo,voluntati [b] satis confido, vt de omnibus fortunis reipubl. dimicem:neque etiam,qui ex [c] delectibus cõscripti sunt à COSS.conuenerunt. Quare da operam, si vlla ratione etiam nunc efficere potes,vt te explices,huc quamprimùm venias antè,quàm omnes copiæ aduersariùm [d] conueniant. Neque enim celeriter ex [e] delectibus huc homines conuenire possunt:&,si conuenirent,quantum iis cõmittendũ sit, quòd [f] inter se non noti sunt,contra veteranas legiones,non te præterit. Vale.

a L.tibi expéditum sit.

b v.c.voluntate

c L.ex dilectib.

d al.aduersariorum.

e P. B. e L.ex dilectib.

f L. quod inter se nec noti sunt al. quòd inter se ne noti quidem sunt. al. qui inter se.

CICERO ATTICO, S. 21

LIPPITVDINIS meæ signum tibi sit, libratij manus,& eadem causa breuitatis : etsi nunc quidem,quod scriberem, nihil erat. omnis exspectatio nostra erat in nuntiis Brundisinis.si nactus hic esset Cn.nostrum,spes dubia pacis. sin ille antè transmisisset [g] : exitiosi belli metus. Sed vidétne, in quem hominem inciderit respublica? quàm acutum ? quàm vigilantem ? quàm paratum ? Si meherculè neminem occiderit , nec cuiquam quidquam ademerit : ab iis, qui eum maximè timuerant , maximè diligetur. Multum mecum municipales homines loquuntur, multùm rustici, nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas,nisi nũmulos suos. Et vide quàm conuersa res [h] est: illum , quo anteà confidebant,metuunt:hunc amãt,quem timebant. Id quantis nostris peccatis,vitiisque venerit, non possum sine molestia cogitare. Quæ autem impendêre putarem,scripseram ad te, & iam tuas litteras exspectabam. Vale.

g v.c. transmisisset

h fort.res sit al. paullum

CICERO ATTICO, S. 22

NON dubito , quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ,cùm præsertim neque noua de re aliqua certiorem te faciam , neque nouam denique iam reperiam scribendi vllam sententiam,sed si dedita opera,cùm causa nulla esset , tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem:facerem ineptè : euntibus verò,domesticis præsertim,vt nihil ad te dem litterarum, facere nõ possum:& simul(crede mihi)requiesco paullum [i] in his miseriis,cùm quasi tecum loquor. cùm verò tuas epistolas lego,multo etiam magis.Omnino intelligo [k], nullum fuisse tempus post has fugas , & formidines, quo d magis debuerit mutum esse à litteris,propterea quòd neque Romę quidquã auditur noui,nec in his locis , quæ à Brundisio absunt propiùs , quàm tu, biduum [l], aut triduum. Brundisij autem omne certamen vertitur huius primi tẽporis: qua quidem exspectatione torqueor.sed omnia antè nos scie mus.Eodem enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum [m] esse Feralibus , quo Canusio mane Pompeium. Eo modo autem ambulat Cæsar, & iis diariis [n] militum celeritatem incitat , vt timeam , ne citiùs ad Brundisiũ , quàm opus sit,acceserit. Dices, Quid igitur proficis,qui anticipes eius rei molestiam,quam triduo sciturus sis? Nihil equidem:sed,vt suprà dixi,tecum perlibenter loquor : & simul,scito labare meum consiliũ illud,quod satis iã fixũ videbatur.nõ mihi satis idonei sunt auctores ij,qui à te probantur. Quod enim vnquam eorum in rep. forte factum exstitit?aut quis ab iis vllam rem laude dignam desiderat?Nec meherculè laudandos, existimo,qui trans mare, belli parandi causa, profecti sunt : quamquam hæc ferenda non erant:video enim quantum id bellũ,& quàm pestiferum futurum sit. Sed me mouet vnus vir,cuius fugientis comes, remp. recuperantis socius videor esse debere. Totiésne igitur sententiam mutas?Ego tecum , tanquam mecum loquor ? Quis autem est,tanta quidem de re, quin variè secum ipse disputet ? Simul & elicere cupio sententiam tuam : si manet, vt firmior sim;si mutata [a] est , vt tibi assentiar. Omnino ad id,de quo dubito,pertinet me scire,quid Domitius acturus sit, quid noster Tullus.De Domitio variè audimus, modò esse in [b] Tiburti,modò Lepidi,quo cum Lepidus accessisset ad vrbem : quod item falsum video esse.ait enim Lepidus,eum nescio quò penetrasse [c] itineribus [d],occultandi sui causa , an maris adipiscendi:ne iã quidem scit. ignorat enim de filio.addit illud sanè molestum , pecuniam Domitio satis grandem,quam is Coreni [e] habuerit,non esse redditam.De Lentulo autem nihil audimus.Hæc velim exquiras, ad méque perscribas. Vale.

a L.si mutata est,tibi assentiar.

b fort.in Tiburti Lepidi molo cum Lepido accessisse ad vrbem.al.in Tiburti haud Lepidi, quod cum Lepidus ad vrbem accessisse.

c fort.penetrasse, itineribus occultandi d al. itineris.

e al.Corbionj hab.Pisa f. l. ad alteram epist. g fort.& pecuniam tenuisse eum, al. & qui Atheniõ

CICERO ATTICO, S. 23

A.D.V.Non.Mart.epistolas mihi tuas Ægypta reddidit:Vnam veterem , IIII. Kal. quam te scribis dedisse Pinario , quem non vidimus : in qua exspectas,quidnam præmissus agat Vibullius , qui omnino non est visus à Cæsare(in altera epistola video te scire ita esse:)& quemadmodum redeuntem excipiã Cæsarem,quẽ omnino vitare cogito:& aut [g] Hæmonis fugam tendis [h], commutationémque vitæ tuæ: quod tibi puto esse faciendum: & ignoras,Domitius cum facibúsne sit :quod cùm scies, facies, vt sciamus.Habes ad primã epistolam.Secutæ sunt duæ,prid. Kal. ambæ datæ,quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen,vt antè ad te scripsi,labentẽ. Nec me mouet,quòd scribis,Ioui ipsi iniquum,nã periculum in vtriusque iracundia positũ est. Victoria autem ita incerta, vt deterior causa, paratior mihi esse videatur. nec me COSS. mouent,qui ipsi pluma,aut folio facilius moueantur.Officij me deliberatio cruciat, cruciátque adhuc.Cautior certè est mansio,honestior existimatur traiectio.Malo interdũ,multi me nõ cautè,quàm pauci nõ honestè fecisse exstiment.De Lepido , & [i] Tullio quod quæris:illi verò non dubimnt,quin Cæsari prosit futuri,in senatúmque venturi sint.Recentissima tua est epistola kalẽdis data,in qua opera congressum,pacé non desperas.Sed ego, cùm hæc scribebam,nec illos congressuros,nec , si congressi essent, Pompeium,ad [k] vllam conditionem accessurum putabam. Quod videris non dubitare,si COSS.transeant, quid nos facere oporteat:certè transierunt:vel,quomodo nunc est,transierunt.Sed memento,præter Appium,neminem esse ferè , qui non ius habeat trãseundi,nam aut cum imperio sunt, vt Pompeius,vt Scipio, Setenas [l],Fannius , Voconius [m],Sestius,ipsi COSS.quibus more maiorum

g Cæsarem,quẽ omnino vitare cogito:& aut Hæmonis fugam tendis id est Feralibus. P. CXXXII. Feralia autẽ 7. Kal. Mart. celebrata.* h Diaria præberi solita militibus, vt magis laborem ferrent, Cæsar 3.de bello ciuili. Diariorum legati meminit lex Diariis 21.ff. de alimentis. Græcis σιτηρέσια, χορηγίαι Nouella 57. cap.1. ἐφόδια. Xenophonti τὰ ἐπάλξεις. Alij legunt, hic diis,*

i Tullio quod quæris: illi verò non dubimnt, quin Cæsari prosit futuri, in senatúmque venturi sint.

k L.& Tullio

l fort. Setenas

m L.Cocconius

iorum concessum est vel omneis adire prouincias: aut legati sunt eorum: sed nihil desidero [a]. Quid pla ceat tibi, & quid propemodùm rectum sit, intelligo. Plura scriberem, si ipse possem, sed, vt mihi videor, potero biduo. Balbi Cornelij litterarum exemplum, quas eodē die accepi, quo tuas, misi ad te, vt meam vicē doleres, cùm me deridēri videres. Vale.

a v.c. desidero. al. differo. al. differo. vel. defero. v.c. decerni.

BALBVS CICERONI IMP. S. D. 24

OBSECRO te, Cicero, suscipe curam, & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, vt Cæsarem, & Pompeium, perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. crede mihi, Cæsarem non solùm in tua potestate [b] fore, sed etiam maximum beneficium te sibi dedisse iudicaturum, si huc tempestiuè reiicis. Velim, idem Pompeius faciat: qui vt adduci tali tempore ad vllam cōditionem possit, magis opto, quàm spero. Sed cùm constiterit, & timere desierit, tum incipiam non desperare tuam auctoritatem plurimùm valituram [c]. Quòd Lentulum cos. meum voluisti hîc remanere, Cæsari gratum, mihi verò gratissimum, medius-fidius, fecisti. nam illum tanti facio, qui [d] non Cæsarem magis diligā: qui si passus esset, nos secum, vt consueueramus, loqui, & non se totum etiam [e], & etiam ab sermone nostro auertisset: minùs miser, quàm sum, essem. Nā caue putes, hoc tempore plus me quemquam cruciari, quòd eum, quē ante me diligo, video in consulatu quiduis potiùs esse, quàm cos. Quòd si voluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæsare credere, & consulatum reliquum Romæ peragere: incipiam sperare, etiam consilio senatus, auctore te, illo relatore, Pompeium, & Cæsarem coniūgi posse: quod si factum erit, me satis vixisse putabo. Factum Cæsaris de Corfinio totum me [f] probaturum scito: &, [g] quomodo in huiusmodi re, commodiùs cadere non potuit, quàm vt res sine sanguine confieret. Balbi mei, tuíque aduentu delectatum te, valde gau-

b al. fore potestate. P. B.

c L. apud eū valituram.

d al. vt non

e al. etiam atque etiam

f al. ne.*

g copulatio, & abest à q.v. nec eam agnosc. L.

deo. Is, quæcumque tibi de Cæsare dixit, quæque Cæsar scripsit, scio, re tibi probabit. quæcumque fortuna eius fuerit, bellissimè [h] scripsisse. Vale.

h L. verissimè scr.

CICERO ATTICO, S. 25

OMNIA mihi prouisa sunt, præter [i] occultū metum. Iter ad mare superum. hoc enim mari vti non possumus hoc tempore anni. Illuc autem, quò spectat animus, & quò res vocat, quà veniam? Cedēdum enim est celeriter, ne fortè qua re impediar, atque alliger. Nec verò ille me ducit, qui videtur, quem ego hominem ὀπτιμικώτατον omnium iam antè cognoram, nunc verò etiam ἀσεβεστικώτατον. Non me igitur is ducit, sed sermo hominum, qui ad me à Philotimo scribitur. Is enim me ab optimatibus ait consecindi. Quibus optimatibus, dij boni? qui nunc quomodo occurunt? quomodo autem se venditant Cæsari? Municipia verò [k] deum. nec simulant, vt cùm de illo ægroto vota faciebant. Sed planè, quidquid mali hic Pisistratus non fecerit, tam gratum est, quàm si alium facere prohibuerit. Hunc propitium sperant: illum iratum putant. Quas fieri censes ἀπαντήσεις ex oppidis? quos honores? Metuunt, inquies. Credo: sed meherculè illum magis. Huius insidiosa clementia delectantur: illius iracundiam formidant. Iudices DECCL. qui præcipuè Cnæo nostro delectabātur, ex quibus quotidie aliquem video, nescio quas eius Lucerias horrent. Itaque quæro, qui sint isti optimates, qui [l] me exturbent, cùm ipsi domi maneant. Sed tamen, quicumque sunt, αἰδέομαι τοὺς. Etsi, qua spe proficiscar, video: coniūgóque me cum homine magis [m] vastādam Italiam, quàm ad vincēdum parato. domum [n] quem exspecto? Et quidem cùm hæc scribebam IIII. Nō. iam exspectabā aliquid à Brundisio. quid autem aliquid [o]? quàm inde turpiter fugisset, & victor hic quà se referret, & quó. Quod vbi audissem: si ille Appia veniret, ego Arpinum cogitabam.

i L. præter occultum & tutum iter ad mare sup. [ex vet. præter occultum & tum iter.*] P. CXXXIIII.

k al. ad eū.*

l al. qui me exturbent Cumis, ipsi domi m.

m al. ad vastandum It.

n L. denique quem exsp. al. demum quem exsp.

o al. aliud.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER IX.

CICERO ATTICO, S. 1

ETSI, cùm tu has litteras legeres, putabam fore, vt scirem iam, quid Brundisij actum esset (nam Canusio VIII [a]. Kal. profectus erat Cnæus: hæc autem scribebā prid. Non. XIIII [b] die postquàm ille Canusio mouerat) tamen angebar singularum horarū exspectatione, mirabárque nihil allatum esse, ne rumoris quidem. nam erat mitum silentium. Sed hæc fortasse κενόσπουδα sunt: quæ tamen iam sciantur, necesse est. Illud molestū, me adhuc inuestigare non posse, vbi [c] Lētulus noster sit, vbi Domitius. Quæro autē, quo faciliùs scire possim, quid acturi sint: ituríne ad Pompeium: & [d], si sint, quà, quādóve ituri sint. Vrbem quidem iam refertam esse optimatium audio: Sosiū [f], & Lupum, quos Cnæus noster antè putabat Brundisium vēturos esse, quàm se, ius dicere. Hinc verò vulgò vadunt. Etiā M. Lepidus, quo-cum diem conterere solebam, cras cogitabat: nos autem in Formiano morabamur, quò citiùs audiremus: deinde Arpinum volebamus: inde, iter quà maximè ἀναπαυστικὸν esset, ad mare superum, remotis, siue omnino missis [g] lictoribus. audio enim, bonis viris (qui & nunc, & sæpe antea magno

a v.c. hal.*

b Vss. vt. de ex Ouidio Vsserio.*

c L. ubi P. L. tot.

d v.c. &, si sunt.

e v.c. ituri, sunt

f al. Sestiū.

g al. omissis.

præsidio reip. fuerint[a] (hanc cunctationem nostram non probari, multáque in me, & seuere[b] in conuiuiis tempestiuis quidem disputari. Ceſamus igitur, &, vt boni ciues sumus, bellum Italiæ terra, marique inferamus: & odia improborum rursus in nos, quæ iam exstincta erant, incendamus: & Lucceij consilia, ac Theophani persequamur. Nã Scipio vel in Syriã proficiscitur sorte, vel cum genero honestè, vel Cæsarem fugit iratum. Marcelli qui dem, nisi gladium Cæsaris timuissent, manerent. Appius & eodem timore, & inimicitiarũ recentium: & tamen præter hunc, & C. Cassiũ, reliqui legati, Faustus Proquæstor[c]. ego vnus, cui vtrumuis liceret. Frater accesserit[d]: quem socium huius fortunæ esse non erat æquum: cui magis etiam Cæsar iraſcetur[e], sed impetrare non possum, vt maneat. Dabimus hoc Pompeio, quod debemus. nã me quidẽ alius nemo mouet, non sermo bonorum: qui nulli sunt. non causa, quæ acta timidè est, agetur improbé. Vni[f] hoc damus: ne id quidem roganti, nec suam causam, vt ait, agenti, sed publicam. Tu, quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim.

a al. fuerũt) P. CXXXV.

b al. seuerè quidem in & cet. al. seuerè & in conuiuiis tẽpestiuis disputari.*

c v.c. proq. fort. propret. d I. accedit:

e al. iraſcetur.

f L. vni, vni hi.

CICERO ATTICO, S. 2

ETsi Nonis Mart. die tuo (vt opinor) exspectabam[g] à te epistolam longiorem, tamẽ ad eam ipsam breuem, quã III. Nonas Mart. ὑπὸ[h] τὴν διάλυσιν dedisti, rescribendum putaui. Gaudere ais te, mansisse me, & scribis in sententia te manere: mihi autem superioribus litteris videbare non dubitare, quin cederem, ita, si & Cnæus bene comitatus conscendisset, & coss. transissent. Vtrùm hoc tu parũ commeministi[i], an ego non satis intellexi? an mutasti sententiam? Sed aut ex epistola, quam exspecto, perspiciam, quid sentias, aut alias abs te litteras eliciam. Brũdisio nihildũ erat allatum. O rem difficilem, planéque perditam! quàm nihil prætermittis in consilio dando, quàm nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas! Nõ esse me vnà cum Pompeio, gaudes: ac proponis, quàm sit turpe me adesse, cùm quid de illo detrahatur: nefas esse approbare. Certé. Contrà igitur? Dij, inquis, auerruncent. Quid ergo fiet, si in altero sceleris est, in altero supplicium? Impetrabis, inquis, à Cæsare, vt tibi abesse liceat, & esse otioso. Supplicandum igitur? miserum. Quid si non impetraro? Et de triumpho, erit, inquis, integrum. Quid, si hoc ipso premar? accipiam? quid fœdius? negem? repudiari se totum, magis etiam quàm olim in XX. viratu putabit. Ac solet, cùm se purgat, in me conferre omnem illorũ temporum culpam: ita me sibi fuisse inimicũ, vt ne honorem quidem à se accipere vellem. quanto nunc hoc idem accipiet aperiũs? tanto scilicet, quãto & honor hic illo est amplior & ipse robustior. Nam quòd negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeiũ hoc[k] tempore, non video causam, cur ita sit hoc quidem tẽpore. Qui enim amisso Corfinio denique certiorẽ me sui consilij fecit, is queretur Brũdisium me non venisse, cùm inter me, & Brundisiũ Cæsar esset? Deinde etiã scit ἀπαρήσιαζον esse in ea causa querelã suã. Me putat de municipiorum imbecillitate, de delectibus[l], de pace, de vrbe, de pecunia, de Piceno occupando, plus vidisse, quàm se, sin, cùm potuero, non venero: tum erit inimicus. Quod ego nõ eò vereor, ne mihi noceat (quid enim faciet? πῖς δ' ὃς οὐκ ἀλγεῖ, τῶν ἀμείνων ἄφρων πέφυκε δῆτα;) sed quia ingrati animi crimen horreo. Confido igitur, aduentum nostrum, illi, quoquo tempore fuerit, vt scribis, ἀσινέστερον fore. Nam quod ais, si hic temperantiùs egerit consideratius consilium te daturum: qui hic potest se gerere non perdité? vita, mores, ante facta, ratio susceptí negotij, socij, vires bonorum, aut etiam constantia. Vixdum epistolam tuam legeram, cùm ad me currens ad illam, Postumus Curtius venit, nihil nisi classeis loquens, & exercitus: eripiebat Hispanias: tenebat Asiam, Siciliam, Africam, Sardiniam: cõfestim in Græciam persequebatur. Eundum igitur est, nec tam vt belli, quàm vt fugæ socij simus. nec enim ferre potero sermones istorũ, quicũque sunt. nõ sunt enim certè, vt appellãtur, boni: sed tamen id ipsum scire cupio, quid loquantur: ídque vt exquiras, méque certiorẽ facias, te vehementer rogo. Nos adhuc quid Brundisij actũ esset, planè nesciebamus. cùm sciemus, tum ex re, & ex tempore consilium capiemus: sed vtemur tuo. Vale.

a ἀσινέστερον

b loquens

q v.c. adsis

CICERO ATTICO, S. 3

DOmitij filius transiit Formias VIII. Idus currens ad matrem Neapolim, mihíque nuntiari iussit, patrem ad vrbem esse, cùm de eo curiosè quæsiissem seruus noster Dionysius. Nos autem audieramus eum profectum siue ad Pompeium, siue in Hispaniã. id cuiusmodi sit, scire sanè velim. nam ad id, quod delibero, pertinet, si ille certè nusquam discessit, intelligere Cnæum, non esse facile is nobis ex Italia exitus, cùm ea tota armis, præsidíisque teneatur, hieme præsertim. Nam si commodius anni tẽpus esset, vel infero mari liceret vti. nũc nihil potest, nisi supero, trãsmitti: quò iter intercluſum est. Quæres igitur & de Domitio, & de Lentulo. A Brũdisio nulla adhuc fama venerat: & erat hic dies VII. Id. quo die, suspicabamur, aut pridie Brundisium venisse Cæsarem. nam Calendis Aprilis manserat. Sed si Postumum audire velles, persecuturus erat Cnæum. Transisse enim iam putabat, coniectura tempestatum, ac dierum. Ego nautas eũ non putabam habituſum. Ille confidebat, & eò magis, quòd audita nauicularis hominis liberalitas esset: sed tota res Brundisina iã quomodo habeat se, diutiùs nescire non possum. ¶Ego[c] etsi tamdiu requieſco, quamdiu aut ad te scribo, aut tuas litteras lego: tamẽ & ipse egeo argumento epistolarũ, & tibi idem accidere certò scio. quæ enim soluto animo familiariter scribi solent, eã fere temporibus his excluduntur. quæ autem sunt horum temporũ, ea iã contriuimus. Sed tamẽ, ne me totũ egritudini dedã, sumsi mihi quasdam tanquã θεσμοθέτας, quæ & politicæ sunt, & temporum horum: vt & abducã animũ ab querelis: & in eo ipso, de quo agitur, exercear. eæ sunt huiusmodi, εἰ μὴ ρετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννευομένῃ. τυραννευομένης δ' ἀυτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννιδος καταλυσιν παρεκτέον[g], καὶ μάλιστα διὰ ταῦτα ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἡ πόλις κινδυνεύσει. Εἰ δὲ μὴ καθεστηκότος ἀσφαλῶς κατάλυοντα, μὴ αὐτὸς ἀπόληται. Εἰ παρεκτέον ἀσφαλῶς τῇ πατρίδι τῇ ἐλευθερίᾳ μᾶλλον, ἢ πλεῖμε. Εἰ πολιτικὸν τὸ κουκόσῃ αὐξανομένου τοῦ τῆς πατρίδος τυραννευομένης, ἢ διὰ παντὸς ἴσως κινδυνώδη τὴν ἐλευθερίας

c v.c. ego P.

d v.c. transmittit

e In alio exemplo. fortasse

f vacat al.

g ἐλευθερίας

h L. ἐλευθερίᾳ

i L. de ſuga

k Faciunt hoc tempore, distinguit.*

l L. de dilectib. al. de diſtu.

στρείας πέρι. Εἰ πόλεμον ἐπαυκτέον τῇ χώρᾳ, ἢ πολεμητέον αὐτῷ τυραννικῶς. Εἰ ἢ μὴ δημιμάζοντα δὲ διὰ πολέμου καταλυσιν τῶν περιόδες, συναπογεγραπτέον [a] ὑμῖν τοῖς ἀρίστοις, ἢ [b] τοῖς δυσχεράναις, ἢ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δικαίων δι βεβελευκότι πρὸ τῆς ὅλων. Εἰ ὁ μεγάλα τὸ πατρίδα δυσχερήσας, δι αὐτὸ ᾧ τοῦτο αἰτίας παῖδων, ἢ φονηθεὶς, κινδυνεύσει αὖ ἐξελοντος ὁ πατρίδος, ἢ [c] ἀφετέον αὐτῷ ἐαυτῷ ποτε, ἢ τῆς εἰκαιοτάτων ποιεῖσθαι φρόνοιαν, ἀφεμένῳ τοῖς φεῦ τοὺς ἰσχύοντας διὰ πολιτείας. In his ego me cõsultationibus exercens, & diserens in vtrãque partem, tum Græcè, tum Latinè, & abduco paruper animum à molestiis, & τῆ φορυβῳ sim. Si enim rectè ambulauit [d] is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Vale.

a *v.c.* ex consil. *fort.* noua cons. *f.n.* alia consil.

b Initium epistolæ Bosio.*

c *v.c.* tramisisse ‖ *al.* tramisisse me. *al.* tramisisse mare.*

d *al.* ad Curum

e *alias* Numicia *Turnebus adduxit.* 21. verum hanc lectionem probat Faernus *ex Horatij epistola* 13. Bosius *legit* via Minucia.*

f L. in Cosano est, & quidem, vt aiũt.

g De Cosano Domitij mentio est apud Cæsarẽ *de bello ciuili.**

h *al.* ad hostium mil. P. B.

i L. a. d.

k Iliad. κ.*

l L. vsus sis, d.

m tempore scilicet. *al. legunt* à prima.*

n *al.* te gaudere ost P. CXXXIX.

o *al.* vir dauus. Iam quidem.*

CICERO ATTICO, S. 4

NATALI [e] die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilij, summæque cùm beneuolentiæ [f], tum etiam prudentiæ. eam mihi Philotimus prostridie, quàm à te acceperat, reddidit. Sunt ista quidem, quæ disputas, difficillima: iter ad superum, nauigatio infero: discessus Arpinum, ne hunc fugisse: mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videamur: sed miserius nihil, quàm ea videre, quæ tamen iam, iam, inquam, videnda erunt. Fuit apud me Postumus: scripsi ad te, quàm grauis. Venit ad me etiã Q. Fusius [g], quo vultu? quo spiritu? properans Brundisium, scelus accusans Pompeij, leuitatem, & stultitiam senatus. Hæc qui in mea villa non feram, cur [h] tum in curia potero ferre? Agè, finge me quãuis δυσμαχώς hæc ferentem. Quid? illa, dici [i] M. Tulli, quem habebunt exitum? Et omitto causam reip. quã ego amissam puto cùm vulneribus suis, tum medicamentis his, quæ parantur. De Põpeio quid agã? cui planè (quid [k] enim negem?) succensui. semper enim causæ euentorum magis mouẽt, quàm ipsa euenta. Hæc igitur mala (quibus maiora esse quæ post sunt?) considerans, vel potiùs iudicans eius opera accidisse, & culpa, inimicior eram huic, quàm ipsi Cæsari. Vt maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Allien sis [l] pugnæ, quàm vrbis captæ, quòd hoc malũ ex illo: itaque alter religiosus m etiam nunc dies, alter inuulgus ignotus: sic ego decẽ annorũ peccatarecordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos, hoc [n] defendente [o], ne dicam grauius, afflixerat, præsentisque temporis cognoscens temeritatem, iguauiam, negligentiam, succensebam. sed ea iam mihi exciderunt. beneficia eiusdem cogito: cogito etiam dignitatem. intelligo seriùs equidem, quàm vellem, propter epistolas, sermonesque Balbi: sed vtinam, quam vt hunc occideret. Ego [p] igitur, si quis apud Homerum [r], cùm ei & mater, & πότμος ἕταιμος, matri ipse respondit, Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἐμελλον ἑταίρῳ Κτεινομένῳ ἀρήγειν; Adde tali viro, talẽ causam agentis, & ego verò hęc officia mercãda vita puto. Optimatibus verò tuis nihil cõfido, nihil iã ne inuiti sint. Quidquã tu illa putas fuisse de vaiecu-

dine decreta municipiorũ, præ his de victoria gratulationibus? Timent, inquies. At ipsi tum se timuisse dicunt. Sed videamus, quid actum sit Brundisij. ex eo fortasse mea [a] consilia nascẽtur, aliæque litteræ. Nos [b] adhuc Brundisio nihil. Roma scripsit Balbus, putare iam Lentulum cos. transmississe [c], nec eum à minore Balbo conuentum, quòd is hoc iam Canusij audisset: inde ad se eum scripsisse, cohortesque sex, quæ Albæ fuissent, ad [d] Curtium Minucia [e] transisse. Id Cæsarem ad se scripsisse, & breui tempore eum ad vrbem futurum. Ergo vtar tuo consilio, neque me in Arpinum hoc tempore abdam: etsi, Ciceroni meo togam puram cùm dare Arpini vellem, hanc etiã ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem. Sed fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romæ potiùs. Sed tamen, si est conueniẽdus: hîc potissimùm. tũ reliqua videbimus, id est, & quò, & quà, & quando. Domitius, vt audio, in [f] Cosano [g] est quidem, vt aiunt, paratus ad nauigandum. Si in Hispaniam: non probo. si ad Cnæum: laudo. quouis potiùs certè, quàm vt Curtium videat: quem ego patronus adspicere non possum. Quid alios? sed, opinor, quiescamus, ne nostram culpam coarguamus: qui, dum vrbem, id est, patriam amamus, dúmque rem conuenturam putamus, ita nos gessimus, vt planè intercluſi, captique simus. Scripta iã epistola, Capua litteræ sunt allatæ, hoc exemplo: Pompeius mare transiit cum omnibus militibus, quos secum habuit. hic numerus est, hominum [h] millia triginta, & cos. duo, & tribuni pleb. & senatores, qui fuerunt cũ eo, omnes cum vxoribus, & liberis. conscendisse dicitur ad [i] IIII. Non. Mart. Ex ea die fuere Septentriones venti, naues, quibus vsus non est, omneis aut præcidisse, aut incendisse dicunt. De hac re litteræ L. Metello tribuno pl. Capuam allatæ sunt ab Clodia socru, quæ ipsa transiit. Antè sollicitus eram, & angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, cùm consilio explicare nihil possem: nunc autẽ postquàm Pompeius, & cos. ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore. ὧδέ [k] μοι ἦπαρ Ἐμπέδον, ἀλλ' ἀλάομαι. Non sum, inquam, (mihi crede) mentis compos: tantum mihi dedecoris admisisse videor. me non primùm cum Pompeio, qualicumque consilio vso [l], deinde cum bonis esse, quanuis causa temerè instituta? præsertim cùm ij ipsi, quorum ego causa timidiùs me fortunę committebã, vxor, filia, Cicerones pueri, me illuc sequi mallẽt: hoc turpe, & me indignũ putarent? Nam Q. quidẽ frater, quidquid mihi placeret, id rectũ se putare aiebat, id animo æquissimo sequebatur. Tuas nunc epistolas à primo [m] lego. Hæ me paullum recreãt: primæ monent, & rogant, ne me proiiciã: proximæ gaudere [n] te ostendunt, me remansisse: eas cùm lego, minùs mihi turpis videor: sed tãdiu, dũ lego. Deinde emergit rursum dolor, & αἰσχροῦ ἔμπαλιν. Quamobrem obsecro te, mi Tite, eripe mihi hũc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut cõsilio, aut quacumque re potes. Quid tu autẽ possis? aut quid homo quisquam? vix [o] iam deus. Equidẽ illud molior, quod tu mones, speràsque fieri posse, vt mihi Cęsar cõcedat, vt absim cùm aliquid in senatu contra Cnæum agatur, sed timeo, ne non impetrẽ. Venit ab eo Furnius, vt quidẽ scias, quos sequamur, Q. Titinij filiũ cũ Cæsare esse nuntiat: sed illum maiores

mihi gratias agere,quàm vellem, quid autem me roget(paucis ille quidem verbis,sed ἐνδυνάμει)cognosce ex ipsius epistola.Me miserũ, quòd tu non valuisti.vnà fuissemus: consiliũ certè non defuisset,σώ τε δ' ἐρχομβρότῳ [a], sed *acta* [b] *ne agamus*:reliqua paremus. Me adhuc hæc duo fefellerunt: initiò spes compositionis,qua facta,volebam [c], vt populari, vt ea sollicitudine senectutem nostrã liberari: deinde bellum crudele, & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebam. [d] Melioris medius fidius ciuis,& viri putabam, quouis supplicio affici, quàm illi crudelitati nõ solùm præesse, verùm etiã interesse. videtur vel mori satius fuisse,quàm esse cũ iis.Ad hæc igitur cogita, mi Attice,vel potiùs excogita.quemuis euentum fortius feram,quàm hunc doloré. Vale.

a id est vtroque simul eunte. sumptum est autem ex Homeri Iliade 10.citatur 9. famil. 7.*

b Actum agere. ita dixit epistol. 21.]*

c *fort.* videbam, vt populari, vt mea, sollicitudine senectutem nostram lib. *fort.* qua facta,vt populari, & mea, videbam sollicitudine sen.n.l.b.‖ *Bos.*volebam vti populari vita, sollicitudine senectutem nostram liberanti.*

d *al.*non intelligebã.*

e L.neque audire meo cõmodo potuissem, properarẽ, atque essem‖ *Ita Faernus** *f al.*etsi hoc & feci sæpe, &c. *ita L.* P. B.

g *v.c.* celeriter pes.

h L.quæ mihi quiddam quasi animulæ instillarunt. ‖ *al.* quæ mihi quiddã quasi animi, a te instillarunt: *al.* quæ mihi quoddã quasi animatæ instillarunt. *Turneb. 1. Aduers. 21.* Bosius *verò ita legit*:quæ mihi quoddã quasi animulæ restillarunt *ex veteri* quæ mihi quoddam quæ stant mutæ testiarunt.*

i L. his viuis

k *al.* scripras, quo modo in tanta insania?

l *al* placere illud. me πολ.

m *v.c.* depecisci

n Homerus Odyss. λ.*

CAESAR.IMP.S. D. CICERONI IMP. 5

CVm Furnium nostrum tantùm vidissem, neque loqui,neque [e] audire me commodè potuisset properante m,atque essem in itinere,præmissis iam legionibus:præterire tamen non potui,quin & scriberem ad te,& illum mitterem, gratiásque agerem:etsi [f] hoc officiu m & feci sæpe, & sæpiùs mihi facturus videor:ita de me mereris.In primis à te peto, quoniam confido me celeriter ad vrbem vẽturum,vt te ibi videam, vt tuo cõsilio, gratia, dignitate,ope omnium rerum vti possim.Ad propositum reuertar. festinationi meæ, breuitatíque litterarum ignosces.Reliqua ex Furnio cognosces.

CICERO ATTICO, S. 6

SCripseram ad te epistolam,quam darem IIII.Id.sed eo die is,cui dare volueram,nõ est profectus.venit autem eo ipso die ille Celeripes [g],quem Saluius dixerat:attulit verrimas tuas litteras, quæ [h] mihi quiddam, quo starem,instillarunt.Recreatum enim me non queo dicere.sed planè τὸ συμίσχειν effecisti.Ego enim non iam id ago (midi crede)vt prosperos exitus consequar.sic enim video:nec duobus [i] viuis,nec hoc vno, nos vnquam rẽp. habituros . ita neque de otio nostro spero iã, nec vllam acerbitatem recuso. Vnum illud extimescebam,nequid turpiter facerem, vel, dicam,iam effecissem.Sic ergo habeto,salutareis te mihi litteras misisse, neque solùm has longiores,quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius:sed etiam illas breuiores, in quibus hoc mihi iucundissimum fuit, consilium,factúmque nostrum ab Sexto probari: pergratúmq; mihi tu fecisti , à quo diligi me, &,quid rectum sit,intelligi,scio. Longior verò tua epistola non me solùm, sed meos omneis ægritudine leuauit.Itaque vtar tuo cõsilio,& ero in Formiano , ne aut ad vrbem ἀπαίτησις mea animaduertatur:aut,si nec hîc, nec illic eum videro , deuitatum se à me putet. ¶Quòd autem suades , vt ab eo petam, vt mihi concedat,vt idem tribuam Pompeio, quod ipsi tribuerim:id me iampridem agere intelliges ex litteris Balbi, & Oppij : quarum exempla tibi misi.misi etiam Cæsaris ad eos sana mente scriptas [k] ,quomodo in tanta insania?sin mihi Cæsar hoc non concedat:video tibi placere [l] , me πολίτευμα de pace suscipere : in quo non extimesco periculum. cùm enim tot impendeant,cur non honestissimo depacisci [m] velim ? Sed vereor,ne Pompeio quid oneris imponam , μή [n] μοι χρηγίλιον κα-

e *al.* ille vnquam minùs odiosus.

f *al.* etsi

g *v.c.* celeribus.

P. B.

h *v.c.* L. non profectus *sed scribens* non potui.

i L. his

k L.vagneckdam

l L. placere

m L. de L. Torquatum, quod scribens

n *Fort.* ἵν' ἐμοὶ μὴ χρηγίλιον ἀείδῃ. *Odyss.* ξ. *v.* CXL.

φήμῃ δεινοῖς πελώρου intorqueat. mirandum enim in modum Cnæus noster Sullani regni similitudinem concupiuit.εἰδὼς στι λέγω. nihil [a], inquam,ille minùs obscurè tulit. Cum hócne igitur,inquies,esse vis? beneficium sequor(mihi crede)non causam,vt in Milone,vt in.Sed hactenus. Causa igitur non bona est? immò optima:sed agetur(memento) fœdissimé.Primùm , consilium est suffocare vrbem, & Italiam fame:deinde,agros vastare , vrere, pecuniis locupletum [b] non abstinere. Sed, cùm eadem metuam ab hac parte,si illine beneficium non sit,rectius putem quiduis domi perpeti.Sed ita meruisse illum de me puto,vt ἀχαριστίας crimen subire non audeam: quamquam à te eius quoque rei iusta defensio est explicata [c] .De triumpho tibi assentior:quem quidem totũ facilè,& libẽter abiecero. egregiè [d]probo,fore,vt , dum agamus [e] , ὁ πλοῦς ἔξεστ' obrepat.Si modò,inquis,satis ille erit firmus.Est firmior etiam , quàm putabamus. De isto,licet bene speres,promitto tibi, si valebit , tegulã illum in Italia nullam relicturũ. Téne igitur socio ? Cõtra meherculè meũ iudicium,& cõtra omnium antiquorum auctoritatem:nec tam vt illa adiuuem,quàm vt hęc ne videam,cupio discedere. Noli enim putare tolerabileis [f]horum insanias,nec vniusmodi fore.etsi quid te horum fugit,legibus,iudiciis,senatu sublato,libidines,audacias , sumtus,egestates tot egentissimorum hominum, nec priuatas posse res,nec rẽp.sustinere? Abeamus igitur inde qualibet nauigatione. etsi id quidem,vt tibi videbitur : sed certè abeamus.Sciemus enim id , quod exspectas , quid Brundisij actum sit.Bonis viris quod ais probari,quæ adhuc fecerimus,scirísque ab iis,nõ [g] profectis,valde gaudeo,si est nunc vllus gaudendi locus.De Lentulo inuestigabo diligentiùs.id mandaui Philotimo,homini forti , ac nimiùm optimati.Extremum est,vt tibi argumentum ad scribendum fortasse iam desit. Nec enim alia de re nunc vlla scribi potest: & de hac quid iam amplius inueniri potest? Sed quoniam & ingenium suppeditat (dico meherculè,vt sentio)& amor , quo & meum ingenium incitatur: perge , vt facis,& scribe, quantum potesi.In Epirum quòd me non inuitas,comitem non molestum,subiraſcor:sed vale.Nam,vt tibi ambulandum,vngendum [h]: sic mihi dormiendum. Etenim litteræ tuæ mihi somnum attulerunt.

a *al.* ἀλλ'

b *v.c.* L. Lentulus

c L. de L. Torquatum, quod scribens

d *Fort.* ἐγὼ δ' ἐπαινῶ τ' ἀρ' ἐφασπύζομαι αὐτόν. *Odyss.* ξ. *v.* CXLI.

e *al.* fortè

f navigatio tempestas sensim venit.*

g *v.c.* volubilis. P. B.

h L. vngendum

CICERO ATTICO, S. 7

CEnantibvs. pr I Id.nobis,ac noctu quidem, Statius à te epistolam breuem attulit.De L [m] .Torquato quid modò quæris?non modò Lucius,sed etiam Aulus profectus est: alij [n] multi. De Reatinorum corona quod scribis,molestè fero. In agro Sabino semen-tem fieri proscriptionis,senatores multos esse Romæ,nos quoq; audieramus. Ecquid potes dicere,cur exierint?In his locis opinio est,cõiectura magis,quã nuntio,aut litteris,Cęsarẽ Formiis ad [o] XI.Kal.April.fore.Hîc ego vellé habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentori,cui dicerem,Μέντορ, [p] πῶς τ' ἀρ' ἐφασπύζομαι αὐτόν,Nullã rem vnquam difficiliorem cogitaui,sed cogito tamẽ: nec ero(vt in malis)imparatus,sed cura,vt valeas.puto enim diem tuum heri fuisse.

l *Lit.* idus

m L. de L. Torquatum, quod scribens

n *Fort.* ἵν' ἐμοὶ μὴ χρηγίλιον ἀείδῃ. *Odyss.* ξ. *v.* CXLI.

o *v.c.* fortè

p *Fort.* τ' ἀρ' ἐφασπύζομαι αὐτόν. *Odyss.* ξ. *v.* CXLI.

CAESAR.

CAESAR OPPIO, CORNELIO, S. 8

GAVDEO meherculè vos significare litteris, quàm valdè probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. consilio vestro vtar libenter, & hoc libentiùs, quòd mea sponte facere constitueram, vt quàm leniſſimum me præberem, & Pompeium, darem operam, vt reconciliarem. Tentemus hoc modò, si possumus omnium voluntates recuperare [a], & diuturna victoria vti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt: neque victoriam diutiùs tenere, præter vnum L. Sullam: quem imitaturus non sum. *Hæc nouа sit ratio vincendi, vt misericordia, & liberalitate nos muniamus.* Id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri possunt. De his rebus, rogo vos, vt cogitationem suscipiatis. Cn. Magium, Pompeij præfectum, deprehendi, scilicet meo instituto vsus sum, & eum statim missum feci. iam duo præfecti fabrûm [b] Pompeij in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt. si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari, vt malit mihi esse amicus, quàm iis, qui & illi, & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est, vt resp. in hunc statum perueniret. Valete. [c]

BALBVS CICERONI IMP. S. 9

SVBITO [d] posteaquàm litteras communeis cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolâ accepi, cuius exemplum tibi misi, ex quibus perspicere poteris, quàm cupiat concordiam, & Pompeium reconciliare, & quàm remotus sit ab omni crudelitate: quod eum sentire, vt debeo, valde gaudeo. De te, & tua fide, & pietate idem meherculè, mi Cicero, sentio, quod tu: non posse tuam famam, & officium sustinere, vt contra eum arma feras, à quo tantum beneficium te accepisse prædices. Cæsarem hoc idem probaturum, exploratum pro singulari eius humanitate habeo: eique cumulatissimè satisfacturum te certò [e] scio, cùm nullam partem belli contra eum susciпias, neque socius eius aduersariis fueris. atque hoc non solùm in te, tali, & tanto viro, satis habebit, sed etiam mihi ipse sua concessit voluntate [f], ne in iis castris essem, quæ contra Lentulum, aut Pompeium futura essent, quorum beneficia maxima haberem: sibique satis esse dixit, si togatus vrbana officia sibi præstitissem: quæ etiam illis, si vellem, præstare possem. Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, sustineo: meúmque officium, fidem, pietatem iis præsto. sed meherculè rursus tam [g] abiectam compositionis spem, non desperatissimam esse puto, quoniam Cæsar est ea mente, qua optare debemus. Hac re mihi placet, si tibi videtur, te ad eũ scribere, & ab eo præsidium petere, vt petisti à Pompeio, me quidem approbante, temporibus Miloníanis, præstabo (si Cæsarem bene noui) eum priùs tuæ dignitatis, quàm suæ vtilitatis rationem habiturum. Hæc quàm prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certè scio, me ab singulari amore, ac beneuolẽtia [h], quęcumque scribo, tibi scribere: quòd te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, vt paucos æquè, ac te, caros habeam. De hac re cùm aliquid constitueris, velim mihi scribas, nam nõ me diocriter laboro, vt vtrique, vt vis, tuam benevolentiam [i] præstare possis, quam meherculè te præstaturum confido. Fac valeas.

BALBVS ET OPPIVS, S. D. M. CICERONI. 10

NEDVM *hominum humilium*, vt nos sumus, *sed etiam amplissimorum virorum consilia ex euentu, non ex voluntate à plerisque probari solent.* tamen freti tua humanitate, quod verissimum nobis videbitur, de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus. quod si non fuerit prudens, & [a] certè ab optima fide, & optimo animo proficiscetur. Nos [b], nisi id, quod nostro iudicio Cæsarem facere oportere existimamus, vt, simul Romam venerit, agat de reconciliatione gratię suæ, & Pompeij, id eum facturum ex ipso cognouissemus, te hortari desinerem [c], vt velles his rebus interesse, quò faciliùs, & maiore cum dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota conficeretur: aut si ex contrario putaremus Cæsarem id non facturum, & eum velle cum Pompeio bellum gerere sciremus, numquam tibi suade remus, contra [c] hominẽ optimè de te meritũ arma ferres, sicuti te semper orauimus, ne cõtra Cæsarẽ pugnares. sed cùm etiãum, quid facturus Cæsar sit, magis opinari, quàm scire possimus: non possumus, nisi hoc non videri eã tuam esse dignitatem, neque fidẽ omnibus cognitam, vt contra Cæsarem veturum, cùm vtrique sis maximè necessarius, arma feras: & hoc non dubitamus, quin Cæsar, pro sua humanitate, maximè sit probaturus. Nos tamen (si tibi videbitur) ad Cæsarem scribemus, vt nos certiores faciat, quid in hac re acturus sit. à quo si erit nobis rescriptum, statim, quæ [d] sentiemus, ad te scribemus: & tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ nobis videntur tuæ dignitati, non Cæsaris actioni [e] esse vtilissima. Et hoc Cæsarem pro sua indulgentia in suos, probaturum putamus.

CICERO ATTICO, S. 11

TREIS [f] epistolas tuas accepi postridie Id. erant autem IIII. III. prid. Id. datæ. igitur antiquissimæ cuique primùm resp. ŏdebo. Assentio tibi, vt in Formiano potissimùm commorer: etiã de supero mari, per labor g, vt anteà ad te scripsi, & quónam modo possem h voluntate eius nullam resp. partem attingere. Quòd laudas, quia obliuisci me scripsi antè facta, & i dicta nostri amici: ego verò ita facio. quin ea ipsa, quæ à te commemorantur, secùs ab eo in meipsum facta esse, non memini. *tanto plus apud me valere* [k] *beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem volo.* Faciamus igitur, vt censes, colligamúsque nos. festiuo [l] enim simillimus decurro, atque [m] cursu Σύσεις meas commentari non desino. sed sunt quædam earum perdifficiles ad iudicandum. ¶ De optimatib. sit sanè ita, vt vis: sed nosti illud n: διανύσιος ἐν κοχλίᾳ. Titinij filius apud Cæsarẽ est. Quòd autem quasi vereri videris, ne mihi tua consilia displiceãt, me verò nihil delectat aliud, nisi consilium, & litteræ tuæ. Quare fac, vt ostendis, ne destiteris ad me, quidquid tibi in mentem venerit, scribere: mihi nihil potest esse gratius. ¶ Venio ad alteram nunc epistolam. Rectè nõ credis de numero militum, ipso dimidio plus scripsi Clodia: falsum etiã de corruptis nauibus. Quòd coss. laudas, ego quoque animum [p] laudo: sed cõsilium reprehendo. dispersu [q] enim illorum, actio de pace sublata est: quam quidem ego meditabar. itaq; posteà Demetrij librũ de concordia tibi remisi, & Philotimo dedi. Nec verò dubito,

a L. at certè
b L. Nos n si quod nõstro
c L. vt contra P. B. d v.c. quod sentiamus, e L. rationi f v.c. Tris g v.c. laboquus, ‖ vel. plaboque. Faer. præiabor.* L. Balboque anteà ad te scripsi, ecquonam m. ‖ Bes palaboque vt antea ad te scripsi, ecquonam modo possim. al. vet. ὅσον ὄφελ & palabo.* h al. possim.* i v.c. & delicta k v.c. & L. valet beneficij gratia, quam iniuriæ dolor. Faciamus, &c. l v.c. festiuo enim simili vrus decurro, ‖ Virus, id est celer. Alij legunt Festino vide Turneb. 1. aduers. 21. Ant. Augusti. Vet. Bozsi ita habẽt sed stiuo enim simul vt rus decurro: atque in decursu Σύσεις meas commentari non desino Bos. συστρέφω enim simul vt rus decurro atque in decursu Σύσεις meas commentari non desino.* m L. in decursu Σύσ. P. CLXIII. n id est turpe est virum summis honoribus functum, ad priuatam vitam cogi.* o vide Laertium in Platone, Ciceronem 3. Tusc. 21. Valer. Maxim. 8. Institut. 21. Demetrium Phalereum libro Περὶ εὐδαιμονίας.* p L. animum laudo: cõsil. q sic v.c. al. discessu al. dispersione.

quin exitiosum bellum impendeat: cuius initium ducetur à fame. & me tamen doleo non interesse huic bello, in quo tãta vis sceleris futura est, vt, cùm parentem non alere, nefarium sit, nostri principes antiquissimam, & sanctissimam parentem, patriam, fame necãdam putent. atque hoc non opinione timeo, sed interfui sermonibus. Omnis hæc classis, Alexãdria, Colchis, Tyro, Sidone, Andro [a], Cypro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, Chio, Byzantio, Lesbo, Smyrna[b], Mileto, Coo, ad intercludendos cõmeatus Italiæ, & ad occupandas frumentarias prouincias cõparatur. At quàm veniet iratus! & iis quidem maximè, qui[c] eam maximè saluam volebant: quasi relictus ab iis, quos reliquit. Itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit, permagnum pondus affert beneuolentia [d] erga illum: qua demta, perire melius esse in patria, quàm patriam seruãdo euertere. De septentrione, planè ita est. Metuo, ne vexetur Epirus: sed quem tu locum Græciæ non direptum iri putas? prædicat enim palàm, & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorem, quàm hunc, fore. Illud me præclarè admones, cùm illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potiùs loquar. Priusquam sic faciendum. Arpinum, cùm eum conuenero, cogito: ne forte aut absim, cùm veniet, aut cursem huc illuc via deterrima [e]. Bibulum (vt scribis) audio venisse, & rediisse prid. Id. Philotimum, vt ais epistola tertia, exspectabas. At ille Idib. à me profectus est. eò seriùs ad tuam illã epistolam, cui ego statim rescripseram, redditæ sunt meæ litteræ. De Domitio, vt scribis, ita opinor esse, vt & in [f] Cosano sit, & consilium eius ignoretur. Iste omnium turpissimus, & sordidissimus, qui cõsularia comitia à prætore ait haberi posse, est [g] idem, qui semper in rep. fuit. itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te misi, se velle vti CONSILIO meo: Age esto hoc commune. GRATIA: ineptum id quidẽ. sed puto hoc simulat ad quasdam senatorum sententias. DIGNITATE: fortasse sententia consularis [h], illud extremum est, OPE OMNIVM RERVM: [i] ego suspicari cœpi, tum ex tuis litteris, aut hoc ipsum esse, aut non multò secús. nam permagni eius interest, rem ad interregnum non venire. Id assequitur, si i per prætores COSS. creantur. Nos autem in libris habemus, non modò COSS. à [k] prætoribus, sed ne prætores quidem creari ius esse: idque factum esse numquam. COSS. eò non esse ius, quòd maius imperium à minore rogari non sit ius: prætores autem, cùm [l] ita rogentur, vt [m] collegæ COSS. sint: quorum est maius imperium. Aberit [n] non longè, quin hoc à me decerni velit: neque sit contentus Galba, Scæuula, Cassio, Antonio. τόπο γαρ χάριν εὐρεῖα χθών. Sed, quanta tempestas impendeat, vides. Qui transierint senatores, scribam ad te, cùm certum habebo. De re frumentaria rectè intelligimus [o]: quæ nullo modo administrari sine vectigalibus potest: nec sine causa & eos, qui circum illum sunt, omnia postulanteis [q], & bellum nefarium times. Trebatium nostrũ, etsi (vt scribis) nihil bene sperat, tamen videre sanè velim: quem fac horteris, vt properet. opportunè enim ad me ante aduentum Cæsaris venerit. De [r] Lanuino [s] stratim, vt audiui Phameam [s] mortuum, optarui, si modò esset futura respub. vt id aliquis emeret meorũ: neque tamen de te, qui [a] maximè meus, cogitaui. Sciebam [b] enim de [c] quoto anno, & quantũ, in solo solere quærere: neq; solùm Romæ, sed etiam Deli [d], tuũ [e] digamma [f] videram. Verumtamen ego illud, quàquam est bellum, minoris æstimo, quàm æstimabatur Marcellino COS., cùm ego istos hortulos propter domum, Antij quam tum habebam, jucundiores mihi fore putabam, & minore impensa, quàm si Tusculanum refecissem. Volui LLS. Q. Egi [g] per prædem illi daret, Antij cùm haberet venale. noluit. Sed nunc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatem. mihi quidem erit aptissimum, vel nobis potiùs, si tu emeris. Sed eius dementias [h] caue contemnas. valde est venustum, quamquam mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur. Respondi epistolis tribus, sed [i] exspecto tuas. nam me adhuc tuæ litteræ sustentarunt. Data Liberalibus.

CICERO ATTICO, S. 12

[k] NIHIL habebam quod scriberem, neque enim noui quidquã audieram, & ad tuas omneis rescripseram pridie. sed cùm me ægritudo nõ solùm somno priuaret, verùm ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur: tecum vt quasi loquerer (in quo vno adquiesco) hoc nescio quid, nullo argumento proposito, scribere instituí. Amens mihi fuisse [l] videor à principio, & me vna hæc res torquet, quòd nõ omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis secutus sim. Vidi hominem XIIII. [m] kal. Feb. plenum formidinis. illo ipso die senssi, quid ageret. Numquam mihi posteà placuit, nec vmquam aliud in alio peccare destitit. nihil interim ad me scribere, nihil nisi fugam cogitare. Quid quæris? Sicut [n] ἐν νυξ ὑφωπιεῖς alienantur nimmundæ, insulsæ, indecoræ: sic me illius fugæ, negligentiæq; deformitas auertit ab amore. nihil enim dignũ faciebat, quare eius fugæ comitem me adiungerem. Nunc emergit amor: nunc desiderium ferre non possum: nunc mihi nihil libri, nihil litteræ, nihil doctrina prodest. Itaque [o] dies, & noctes, tanquam [p] auis illa [q], mare prospecto, euolare cupio. do pœnas temeritatis meæ. etsi quæ fuit illa temeritas? quid feci non considerantissimè? Si enim nihil, præter fugam, quærerẽtur: fugissem libentissimè: sed genus belli crudelissimi, & maximi, quod nondum vident homines, quale futurum sit, perhorrui. Quæ minæ municipiis? quæ nominatim viris bonis? quæ denique omnibus, qui remanssissent? quàm crebrò illud, SVLLA POTVIT, EGO NON POTERO? Mihi autem hæserunt illa: MALE TARQVINIVS, QVI PORSENAM, qui Octauium Manilium contra patriam: impiè [r] Coriolanus, qui auxilium petiit à Volscis: rectè Themistocles, qui mori maluit: nefarius Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. At Sulla, at Marius, at Cinna rectè, immò iure fortasse: sed quid eorum victoria crudelius? quid funestius? Huius belli genus fugi, & eò magis: quòd crudeliora etiam cogitari, & parari videbam. Me, quem nonnulli conseruatorem istius vrbis, quem parentem [s] esse dixerunt, Getarum, & Armeniorum, & Colchorum copias ad eam adducere? me meis ciuibus famem, vastitatem inferre Italiæ? hunc primùm mortalem esse:

a L. Arado.
b v.c. Zmurnæ.
c L. qui eã maximè saluam vol.
d v.c. beneuolentia. P. R.
e v.c. teterrima.
f al. in Cosano sit.
g al. est ille, qui
h L. consulari.
i v.c. si per prætorem
k v.c. à prætore
l L. quòd ita rog.
m L. vt collegæ vi consuib. sint: P. exirit!
n al. Abierit
o Iliad. δ. aut θ.*
p v.c. intelligis:
q v.c. postulantis,
r al. De Lanuino
s al. famea

a L. qui maximè meus es, cogitaui. Sciebam nim te, quo to anno, b id est fciebam te curiosum & diligentem inquirere, quot in annos quis te fœnebri pecuniam tenere velit: deinde, quam optime tibi reddi fœnus. c al. te quoto anno, & quæreres in quo, solere quærere.* d vbi celeberrimus mercatus fuit Strabone 14. & Atticus fœnus exercebat.* e fortasse diagrammata vid. f id est fœnus. obscure fœneratore peritingit, cuius in vestibuli litteratura, prima collectur F. quæ digamma est Turneb. adu. 30. Sic libro 15. epistola 17. dedecore notat litteram.* g L. Egi per prædem, vt venderet. Ait ti) cum habuisse sumptus immensos in exornando Lanuino. i fort. & exspecto tuas. k v.c. negat noui quidẽ. P. R. l L. fuisse à principio videor. &c. m v.c. XIV. n L. Abierat. o Lucretius. p Similitudo impia & Plautina. q ὦ ὀρνίθιον, ὦ ἐλαφρὸν, ὦ πτερωτὸν, ὦ ταχὺ, ὦ ἀνεμώδες. r al. Coriolanus. P. CXIV. s al. patrem.*

esse: deinde etiam multis modis posse exstingui cogitabam. Vrbem autem, & populum nostrum, seruandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam. & tamen spes [a] quædam me obtentabat, fore, vt aliquid conueniret postea, quàm aut hic tantum scelestis, aut ille tantum flagitij admiseret. Alia [b] res nunc tota est, alia [c] mea. *Sol* (vt est in tua quadam epistola) *excidisse* mihi *è mundo videtur.* VT ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. Hæc [d] me fefellerunt, & (vt verum loquar) eas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione mollibat [e]. Nunc[f] siue periculo experiendum erit, experiar certè, vt hinc auolem. Antè oportuit fortasse: sed ea, quæ scripsisti, me tardarunt, & auctoritas maximè tua. nam cùm ad hunc locum venissem, euoluí [g] volumen epistolarum tuarum: quod ego sub signo habeo, seruoque diligentissimè. Erat igitur in ea, quam x. Kalend. Febr. dederas, hoc modo, *Sed videamus, & Cnæus quid agat, & illius rationes quorsum fluãt. Quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino malè, & (vt ego existimo) ἀλογίστως. sed tum demum consilia nostra commutanda erunt.* Hoc scribis post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus. Deinde VIII. Kalend. Febr. *Tantummodò Cnæus noster, ne, vt vrbem ἀλογίστως reliquit, sic Italiam relinquat.* Eodem die das alteras litteras, quibus mihi consulenti, planissimè respondes. est enim sic, *Sed veniò ad consultationem tuam. Si (Cnæus Italia cedit, in vrbem redeundum puto. qui* h *enim finis peregrinationis?* Hoc mihi planè hæsit: & nunc ita video, infinitum bellum iunctum miserrimæ i fugæ: quam tu peregrinationem ὑποκεΐζη. Sequitur χρησμὸς VI. Kalend. Febr. *Ego si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore. sin Italiam reliquit: ad posterum, bellum ἀσπονδον struit existimo.* Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor, quod, & ἀσπονδον, & cum ciuibus. Deinde VII k. Id. Febr. cùm iam plura audires de Pompeij consilio, concludis epistolam quandam hoc modo, *Ego quidem tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. Summo enim periculo facies, nec reipub. proderis, cui* l *quidem posterius poteris prodesse, si manseris.* Quem φιλοπάτριδα, ac πολιτικον, hominis prudentis, & amici [m], tali admonitu, non moueret auctoritas? Deinceps III. Id. Febr. iterum mihi respondes consulenti, sic, *Quod queru a me, fugam* n *ne fidam, an moram* o *deferendam vtiliorem putem: ego verò in præsentia subitum discessum, & præcipitem profectionem, cùm tibi, tum ipsi Cnæo inutilem, & periculosam puto, & satius esse existimo, vos* p *dispertitos, & in speculis esse* q: *sed medius fidius, turpe nobis* r *puto esse, de fuga cogitare.* Hoc turpe Cn. noster bienio antè cogitauit: ita Sullaturit [s] animus eius, & proscripturit iamdiu. Inde, vt opinor, cùm tu ad me quædam χρυπτογραφῆς scripsisses, & ego mihi à te quædam significari putassem, vt Italia cederem, detestaris hoc diligenter xi. Kalend. Mart. *Ego verò nulla epistola significaui, si Cn. Italia cederet, vt tu vnà cederes: aut, si significaui, non dico, fui inconstans, sed demens.* In eadem epistola, alio loco. *Nihil relinquitur, nisi fuga: cui te socium neutiquã puto esse oportere, nec vnquam putaui.* Totam autẽ hanc deliberationem euoluis accuratiùs in litteris VIII. Kal. Mart. datis. *Si M. Lepidus, & L. Volcatius vemanent, manendum puto, ita vt si saluus sit Pompeius, & constiterit alicubi, hanc vexuiam* [a] *relinquas, & te in certamine vinci cum illo facilius patiaru, quàm cum hoc in ea, quæ perspicitur, futura colluui, regnare.* Multa disputas huic sententiæ cõuenientia. Inde ad extremum, *Quid si, inquis, Lepidus, & Volcatius discedunt? planè λογος. Quod euenerit igitur, & quid egeru, id στρατὸν putabo.* Si tum dubitares, nunc certè non dubitas, istis manentibus. Deinde in ipsa fuga v. kal. Mart. *Interea nõ dubito, quin in Formiano mansurus sis. Cõmodissime enim* τὸ μέσον *ibi κατεχόμενος.* Ad kal. Marr. cùm ille quinctum iam diem Brundisij esset, *Tum poterimus deliberare, non* [b] *scilicet integra re, sed certè minus infracta, quàm si vnà proficeru te.* Deinde IIII. Non. Matt. ὑπὸ τὴν λύχνιαν, cùm breuitet scriberes, tamen ponis hoc, *eras scribam plura, & ad omnia. Hoc tamen dicam, non pœnitere* [c] *me consilij de tua mansione: & quamquam magna sollicitudine, tamen quia minùs mali puto esse, quàm in illa profectione, maneo in sententia, & gaudeo te mansisse.* Cùm verò iam angerer, & timerem, ne quid à me dedecoris esset admissum: III. Non. Mart. *Tamen te nond esse vnà cum Pompeio, non fero molestè: posteà si opus fuerit, non erit difficile: & illi, quoquo tempore fect, erit ἀσμένως. Sed hoc ita dico, si hic, qua ratione initium fecit, eadem cetera get, sincerè, temperatè, prudenter, frugaliter videro, & consideratius vtilitati nostræ consuluero.* VII. Id. Martias scribis, Peduceo quoq; nostro probari, q̃ quiérim: cuius auctoritas multùm apud me valet. His ego tuis scriptis mecõsolor, vt nihil à me adhuc delictũ putẽ. Tu [e] modò auctoritatẽ tuã defendito, aduersus me nihil opus esse, cõscius ego aliis: ego, si nihil peccaui, reliqua tuebor. Ad [f] ea tute hortare, & me omnino tua cogitatione adiuua. Hîc nihildũ de reditu Cæsaris audiebatur. Ego his litteris hoc tamẽ profeci: perlegi omneis tuas, & in eo acquieui, Lentulũ. [g] nostrũ scis Puteolis esse: quod cùm è viatore quodã esset auditũ, qui se diceret eũ in Appia, cùm is paullùm lectícã aperuisset, cognosse, etsi h verisimile, missi tamẽ Puteolos pueros, q̃ perquisitum irẽt, & ad eũ literas. Inuẽtus est vix, in hortis suis se occultãs, litteraſq; mihi remisit, mirificè gratias agens Cæsari. De suo autẽ consilio C. Cæcio mãdata ad me dedisse. eũ ego hodie exspectabam, id est, XIV. i kal. April. Venit etiã ad me Matius Quinquatribus [k], homo meherculè, vt mihi visus est, temperatus, & prudens. existimatus quidem est semper auctor otij. Quàm ille hæc non probare mihi quidem visus est? quàm illam vexuiam [m] (vt tu appellas) timere? Huic ego in multo sermone epistolam ad me Cæsaris ostendi, eam, cuius exemplum ad te anteà misi rogauique, vt interpretaretur, quid esset, quod ille sciuberet, consilio meo se vti velle, gratia, dignitate, opes rerum omnium. Respondit, se non dubitare, quin & opem, & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret. Vtinam aliquo d in hac miseria reipub. πολιτικὸν opus efficere, & nauare mihi liceat. Matius quidem & illum in ea sententia esse confidebat, & se auctorem fore pollicebatur. Pridie autem apud me

a Ciceronis comitatum vt epistola 21. Eadem voce vitur Tusculana 6.*

b L. non iã scilicet

c v.c. pœnitere P. B.

d v.c. non esse cũ Pẽp. al. non ille cum P.

e L. Tu modo auctoritatem tuam defendito aduersus me: aduersus alios nihil opus est. Si mihi nullius culpæ conscius fuerò, si nihil precaui: reliqui.

f al. Ad ea tu te hortare.

g al. hic est vona ex ipsole ini iam.

h L. etsi vix verisimile.

i al XIII. recte. Nam XIII. kal. Aprileis &c. Quinquatrus idem olies.*

k hanc vocẽ Quinquatribus dispungendam censet. Manutius.*

l adde II. famil. epistola 27.*

m vexuiam vocat. Cæsaris comitatum.*

Crassipes [a] fuerat, qui se prid. Non. Martias Brundisio profectum, atque ibi Pompeium reliquisse dicebat: quod etiam, qui VIII. Idus illinc profecti erant, nuntiabant. Illa verò omnes, in quibus etiam Crassipes [b], qui prudétia potuit [c] attendere sermones minaceis [d], inimicos optimatium, municipiorum hosteis, meras proscriptiones, meros Sullas. quæ Lucceium loqui? quæ totam Græciam? quæ verò Theophanem? & tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo, nec partē vllā capio quietis. &, vt has pesteis [e] effugiam, cum dissimillimis nostri [f] esse cupio. quid enim tu illic Scipionem, quid Faustum [g], quid Libonem prætermissurum sceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur. quid eos autem, cùm vicerint, in ciueis effecturos? quam verò putas μακεδωνίαν [h] Cn. nostri esse? nuntiant Ægyptum, & i Arabiam εὐδαίμονα cogitare, Hispaniam abiecisse. monstra narrant: quæ falsa esse possunt: sed certè & hæc perdita sunt, & illa non salutaria. Tuas litteras iam desidero. post fugam nostram numquam iam [k] nostrum earum interuallum fuit. Misi ad te exemplum litterarum mearum ad Cæsarē, quibus me aliquid profecturū puto. Vale.

a *al.* Crassigus
b *al.* Crassipus
c *al.* potis. *id est* δυνατός. *al.* potus.*
d *v.c.* minaces
e Cæsarianos *
f *v.c.* nostris *nõ plac.*
g *veter. quidam* Emastrum.*
h animum longi: quas regiones spectantem & vt mox adiicit Aegyptū & Arabiam Alij legunt, μικροψυχίαν vt pusillum animum Pompeij significet, qui in Italia consistere nō audeat, & Aegyptum, Arabiámque cogitet.*
i *v.c. & L.* & Arabiam εὐδαίμονα, & μεσοποταμίαν cogitare,
k *al.* tam vastum earum.*

CICERO IMP. S. D. CAESARI IMP. 13

VT legi tuas litteras, quas l ab Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, vt ad vrbem essem: te velle vti consilio, & dignitate mea: minùs sum admiratus. De gratia, & de ope quid significares, mecum ipse quærebam. spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili, ac singulari sapientia, de otio, de pace, de cõcordia ciuium agi velle arbitrarer, & ad eam rationem existimabam satis aptam esse & naturam, & personam meam. Quod si ita est, & si qua de Pōpeio nostro tuendo, & tibi, ac reip. reconciliādo, cura te attingit: magis idoneum, quàm ego sum, ad eam causam, profectò reperies neminem: qui & illi semper, & senatui, cùm primùm potui, pacis auctor fui. Nec, sumptis armis, belli vllam partem attigi: iudicauíque te eo bello violari, contra cuius honorem, populi R. beneficio concessum, inimici, atque inuidi niterentur. Sed vt eo tempore nō modò ipse auctor [m] dignitatis tuæ fui, verùm etiam ceteris auctor [n] ad te adiuuandum: sic me nunc Pompeij dignitas vehementer mouet. aliquot enim sunt anni, cùm vos duo [o] delegi, quos præcipuè colerem, & quibus essem, sicut sum, amicissimus. Quamobrem à te peto, vel [p] potiùs precibus omnibus oro, & obtestor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, vt tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique esse in maximi beneficij memoria possim. Quæ si tantùm ad meipsum pertinerent, sperarem me à te tamen impetraturum: sed, vt arbitror, & ad tuam fidem, & ad remp. pertinet, me [q] & pacis vtriusque vestrûm, & ad ciuium concordiam, per te, quàm accommodatissimum conseruari. Ego, cùm anteà tibi de Lentulo gratias egissem, cùm [r] ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses, tamē [s] eius lectis litteris, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate, beneficióque misit, eandem me salutem à te accepisse putaui, quam ille. In quem si me intelligis esse gratum, cura, obsecro, vt etiam in Pompeium esse possim.

l quas à Furnio
m *al.* adiutor *al.* fautor.*
n *al.* fautor.*
o *sic v.c. al.* duos
p L. vel potius omnibus te preci. boro.*
P. CXLVIII.
q *al.* me & ad pacem vtriusque vestrûm *v.c.* L. me & ad vtriusque vestrum, *al.* & pacis, & vtriusque *al.* me & paucis *al.* me & pacis vtriusque vestrum.*
r *fort.* quòd ei s.
s *L.* tum lectis eius litt.

CICERO ATTICO, S. 14

LEGERAM tuas litteras XIII. kalend. cùm mihi epistola affertur à Lepta, circumuallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. Non medius fidius, præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere, misi ad te exemplum. Miseros nos. cur nō omnes fatum illius vnà exsecuti sumus? Ecce [a] eadem à Matio, & Trebatio: quibus Minturnis obuij Cæsaris tabellarij. Torqueor infelix, vt iam illū Mucianum [b] exitum exoptē. At quàm honesta, at quàm expedita tua consilia? quàm [c] euigilata tuis cogitationibus, quà iteneris, quà nauigationis, quā cōgressus, sermonibus cū Cęsare? Omnia tū honesta, tū cauta. In Epirum verò inuitatio quàm suauis? quàm liberalis? quàm fraterna? De Dionysio sum admiratus [d]: qui apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionem Panætius: à quo impurissimè hæc nostra fortuna despectata [e] est. Odi hominem, & odero. vtinam vlcisci possem. sed illum vlciscentur mores sui. Tu, quæso nunc vel maximè, quid agendum nobis sit, cogita. Populi Rom. exercitus Cn. Pompeiū circumsidet [f]: fossā & vallo septum tenet, fuga prohibet. Nos viuimus, & stat vrbs ista? Prætores ius dicunt g? ædiles ludos parant? viri boni h vsuras perscribunt? ego ipse sedeo? Coner illic ire, vt insanus? implorare fidem municipiorum? Boni non sequentur: leues irridebunt: rerum nouarū cupidi, victores præsertim, & armati, vim, & manus afferent. Quid censes igitur? & i quídnam est tui consilij adfinis k huius miserrimę vitæ? nunc doleo, nūc torqueor, cùm quibusdam aut sapiēs videor, quòd vnà non ierim, aut felix fuisse: mihi cōtrá. nunquam enim illius victoriæ socius esse volui, calamitatis mallem fuisse. Quid ego nunc tuas litteras, quid tuam prudentiam, aut beneuolētiam implorem? actum est. Nulla re iam possum iuuari: qui ne, quid optem quidē, iam habeo, nisi vt aliqua inimici misericordia liberetur: ἄκλητος ἔστυμος ὁ λόγος (vt opinor) ille de ratibus. Quid enim est, quòd Dolabella iis litteris, quas III. Idus Mart. à Brundisio dedit, hanc [m] εὐημερίαν [n] quasi Cæsaris scriberet, Pompeium in fuga esse, eúmque primo vento nauigaturum? quod valde discrepat ab his epistolis, quarum exempla anteà ad te misi. Hîc quidem mera scelera loquuntur, sed non erat nec recentior auctor, nec huius rei quidem, melior Dolabella. Vale.

a *L.* Ecce tem a Matio, & Trebatio eadem: quibus.
b Q. Mucij Scævolæ quo à Damasippo est, interfectus. Liuius.
c *fort.* quam euigilata tuæ cogitationes.
d *fort.* demiratus: e *L.* despecta est *fort.* despicata est.
P. B.
f Licet circumsedeat: ius vlcere est iudicij formulam dare. Iudicant vero iudices à Prætore dati.*
g Ironia.*
h *L.* & quidnam est tui cōsilij? quid finis huius miserimæ vitæ? *al.* quidnā est, &c.
i *v.c. & L.* & quis finis huius & *v.c. al.* & finis ideſt adfinis quasi dicerit, cui adhæret, cui adhibetur? ego tibi adhibeor consilio, quo feruentior ad meam salutem fuisti, eo infelicior esse debeo. & in aliam partem rem vertit *al.* ac finis.
k Principio palionolig. illos, quam ita cit Stoicbrus. cum tertullenæ maledixisset, eoque nomine oculis priuatus esset, vt de Platonem in Phædro. *m L.* hanc quasi diem, vel potius Cæs. in Pompeij fugam victoriam.
n *v.c.* CXLIX.
o *v.c.* quidnam, non modò tantùm sed eā cogitari quoque.
p *v.c.* tam.
q *v.c.* literis.
r Quinquereus *L.* Linea fa. & consili.
s *v.c.* Ego illa ext.

eo quidem magis, ne quid ille superiorum meminisse me putaret. quæ si maximè meminissem: tamen illius temporis similitudinem iam sequi deberem. nihil me adiuuit, cùm posset: & poste a fuit amicus, & a tum valde, & b quâ ob causam, planè scio. ergo ego quoque illi. Quinetiam illud par in vtroque nostrûm, quòd ab eisdem dilecti c sumus, sed vt tinâ tantùm ego ei prodesse potuissem, quantùm ille mihi potuit. mihi tamen, quod fecit, gratissimum: nec ego, nunc eum iuuare d quare possim, scio: nec, si possem, cùm tam pestiferum bellum pararet, adiuuandum putarem. tantùm offendere animum eius, hîc manens, nolo: nec mehercule ista videre, quæ tu potes iam animo prouidere, nec interesse istis malis possem: sed eò tardior ad discedêdum fui, quòd difficile est de discessu voluntario sine vlla spe reditus cogitare. nam ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, auxiliis Gallorum, quos Matius σκλήζει e, vt puto: sed certè dicebat, peditum f, * equitum * polliceri g sumtu suo annos decem. Sed sit hoc λάπσμα. magnas habet certè copias, & habebit non h ille vectigal, sed ciuium bona. Adde confidentiam hominis, adde imbecillitatem bonorum virorum: qui quidem, quòd illum sibi meritò iratum putant, oderunt: vt i tu scribis, ludum, ac vellem scribis. Quisnam k hæc significasset? sed l & iste, quia plus ostenderat, quàm fecit, & vulgò illum qui amarunt, non amant. Municipia verò, & rustici Romani illum metuunt, hunc adhuc diligunt. Quare ita paratus est, vt, etiam si vincere non possit, quomodo, tamen ipse vinci possit, non videam. Ego autem non tam τὴν τυραννίδα huius timeo, quàm τὸ τοῦ ἀγῶνος ἀλόγως. inquit, Πλάτων οἶδ' ὅτι μαχεῖται ἀνάγκας. Illa ἀλλήλων video tibi non probari: quæ ne mihi quidem placebant: sed habebam in illis & occultationé, & ὑπηρεσίαν fidelem. Quæ si mihi Brundisij suppetant, mallem. sed ibi occultatio nulla est. Verùm (vt scribis) cùm m scierimus. Vitis bonis me nõ nimis excuso. quas enim eos cenas & facere, & obire scripsit ad me Sextus n? quàm temperatiuas? Sed sint quamuis boni, non sunt o meliores, quàm nos. mouerent me, si essent fortiores. De Lanuino Phameæ, erraui. Troianum somniaueram p, id ego volui. Q. sed plures est. isthuc tamen cuperem emeres, si vllam spem fruendi viderem. Nos quæ mostra quotidie intelligamus, ex q illo libello, qui in epistolam coniectus est. Lentulus noster Puteoli r est, ἀδημονῶν. is, vt Cæcius narrat, quid agat. διατρέχει Corfiniensem reformidat. Pompeio nunc putat satisfactum: beneficio Cæsaris mouetur. sed tamen mouetur magis prospecta s re: nec t hæc posse u ferre.

Omnia misera, sed hoc nil miserius. Pompeius Cn x. Magium de pace misit, & tamen oppugnatur. quod ego non credebam. Sed ha[bebam] litteras: quarum ad te exemplum misi. Lege, quæso, & illud infimum caput ipsius Balbi, optimi y, cui Cn. noster locum, vbi hortos ædificaret, dedit. quem cui nostrûm non sæpe prætulit? Itaque miser torquetur. Sed, ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reiicio. spem autem pacis habeo nullam. Dolabella suis litteris idibus Mart. datis, merum bellum loquitur. Maneamus ergo in illa eadem sententia misera, & desperata, quando hoc miserius esse nihil potest.

BALBVS CICERONI IMP. S. D. 16

CÆSAR nobis litteras perbreueis misit, quarum exemplũ subscripsi, breuitate epistolæ scire potestis eum valde esse distentum, qui tanta de re tam breuiter scripserit. Siquid præterea noui fuerit, statim tibi scribam. *Caesar Oppio, Cornelio* a *S. Ab* b VII. *Idus Mart. Brundisium veni. ad murum castra posui. Pompeius est Brundisij. misit ad me (n. Magium de pace, qua visa sunt, respondi. Hoc vos statim scire volui. cùm in spem venero de cõpositione aliquid me* c *cõsecere: statim vos certiores faciam.* Quomodo nunc d me putas, mi Cicero, torqueri, postquàm rursus in spem pacis veni, nequa res eorum compositionem impediat? Namque, quod absens facere possum, opto, quòd si vnà essem, aliquid fortasse proficere possem e. Nunc expectatione crucior. Vale.

CICERO ATTICO, S. 17

MISERAM ad te IX. kalend. exemplum epistolæ Balbi ad me, & Cæsaris ad eum. Ecce tibi eodem die Capua litteras accepi ab Q. Pedio, Cæsarem ad te prid. Id. Mart. misisse litteras hoc exemplo: Pompeius se oppido tenet. nos ad portas castra habemus. conamur opus magnum, & multorum dierum, propter altitudinem maris. sed tamen nihil est, quod potiùs faciamus. Ab vtroque portus cornu moleis iacimus, vt aut illum quamprimùm traiicere, quod habet Brundisij copiarum, cogamus, aut exitu prohibeamus. Vbi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se? Ecquid acerbius? ecquid crudelius? Atque eum loqui quidam f ὠδυνηρῶς g narrant h, Cn. Caponis, M. Bruti se pœnas persequi, omniumque eorum, in quos Sulla crudelis hoc socio fuisset: nihil Curionem se duce facere, quod non hic, Sulla duce, fecisset i. Ad ambitionem, quibus exilij pœna superioribus legibus non fuisset: ab illo patriæ proditores k de exsilio reductos esse: queri de Milone per vim expulso: neminem tamen se violaturum, nisi l qui arma hæc m contrà. Bæbius quidam, à Curione III. Idus profectus, homo non infans: sed quis n vlli non dicat? plane nescio, quid agam. Illinc o quidem Cn. profectum puto. Quidquid est, bidnò sciemus. A p te nihil ne antè q prorsus quidem quid litterarũ, nec mirum. quid enim est, quod scribamus? Ego tamen nullum diem prætermitto. Scripta epistola, litteræ mihi ante lucem à Lepta Capua redditæ sunt, Idibus Mart. Pompeium à Brundisio conscendisse, ac Cæsarem ad r VII. kal. April. Capuæ fore.

CICERO ATTICO, S. 18

CVM dedissem ad te litteras, vt scires, Cæsarem Capuæ VII. kalend. fore, allatæ mihi Capua sunt litteræ, eum in Albano apud Curionem V. Kalend. fore. Eum cùm video, Arpinum pergam. Si mihi veniam, quam peto, dederit: vtar illius conditione. sin minùs: impetrabo aliquid à meipso. Ille, vt ad me scripsit, legiones singulas posuit Brundisij, Tarenti, Siponti. claudere mihi videtur maritimos exitus, & tamen ipse Græciam spectare potiùs, quàm Hispanias. sed s hæc longiùs absunt. Me tu & cõgressus huius stimulat (is verò adest, & prima eius actionis horreo. Volet enim

a *al.* Cornelioque
b *L. a. d.*
c L. me posse conicere. *ff. ypso, al.* quid me conicere, *vidêtur glossema esse.**
d *al.* me nũc put.
e *al.* possem videri, *nõ pl.* P. B. f *vox* quidã *abest à q. r. c g.* hic infra 10 epist. 10.*
h *v. c. & L.* narrabat.
i *vox* duce: fecisse ambitionẽ.* *forsit.* Fecisset. Ab hoc lege noua de ambitu eos ex vrbe esse eiectos, quib. exsilij p. ‖ *Bos.* duce: fecisse ad ambitionẽ quibus exsilij &c.*
k *al.* perditores.*
l L. nisi qui arma cõtrà. Hæc quidem Bæbius, à Curione, &c. m *Bos.* hãc. Contra Bæbius.*
n *L.* qui sõli non dicat pl. ‖ Sol non dicere est coronam quærere, nam tõsque auditores v. *Turneb. 1. aduers. 21. Farnus.* Sed, quid si ille non dicat *al.* sed quis illi non dicat *Bos.* sed qui vlli dicat: id est falsum.*
o *L.* Illim q. *al.* Illinc equidem
P. *L.* I.
p *L.* A te nihil prorsus ne ante dies quidẽ quinque, litterarum: nec mir.
q *Bos.* Anteros quidem, qui à te, litterarum: *Est autẽ Anteros liberius. Auct.**
r *L. a. d.* VII. Kal.
s *al.* sed hæ longius absunt. *al.* & he long. abs.
t *al.* & primas eius actiones horreo,

(credo) s.c. facere: volet augurum decretum. tapiemur [a], aut absentes vexabimur, vel vt COSS. roget prætor, vel [b] dictatorē dicat: quorum neutrum ius est. & [c], si Sulla potuit efficere, ab interrege vt dictator diceretur, [& d magister equitum,] cur hiç non possit? Nihil expedio, nisi vt aut ab hoc, tanquam Q. Mucius, aut ab illo, tanquam L. Scipio. Cùm tu hæc leges, ego illū fortasse conuenero. πάλαι κύυτερον. ne illud quidem nostrū poprium. erat enim spes propinqui reditus, erat hominū querela: nunc exire cupimus: qua spe reditus, mihi quidem numquam in mentē venit. Non modò autem nulla querela est municipalium hominum, ac rusticorum, sed cōtrà metuunt, vt crudelem, iratum [f]. nec tamen mihi quidquam est miserius, quàm remansisse: nec optatius, quàm euolare, non tam ad belli, quàm ad fugæ societatem. Sed tu omnia consilia diferebas in id tempus, cùm sciremus, quæ Brundisij acta essent, scimus nempe: hæremus nihilominus. vix enim spero mihi hunc veniā daturum. etsi multa affero iusta ad impetrandum. sed tibi omnem illius, meúmque sermonem, omnibus verbis expressum, statim mittam. Tu nunc omni amore enitere [g]. tuos cura tua, & prouidentia iuues. Ita subitò accurrit, vt [h] ne Trebatium quidem, vt constitueram, possim videre. omnia nobis imparatis agenda. Sed tamen ἄλλα [i] μὲν αὐτὸς, vt ait ille, ἄλλα δὲ κῆρ δαίμων ὑποθήσεται. Quidquid egero, continuò scies. Mādata Cæsaris ad COSS. & [k] Pompeium, quæ rogas, nulla habeo: quę descripta [l] attulit [m], illa [n] è via misi ad [o] te: è quibus mandata puto intelligi posse. Philippus Neapoli est, Lentulus Puteolis. De Domitio, vt facis, sciscitare, vbi sit, quid cogitet. Quòd scribis, asperiùs me, quàm mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse, vide quàm sim antiquorum hominum. te, medius fidius, hanc rem grauiùs putaui laturum esse, quàm me. nā præterquàm quòd te moueri arbitror, oportere iniuria, quæ mihi à quoquam facta sit, præterea teipsum quodammodò hic violauit, cùm in me tam improbus fuit. sed tu, id quāti æstimes, tuum iudicium est. nec tamen in hoc tibi quidquam oneris impono. ego autem illum malè sanum semper putaui: nunc etiam impurum, & sceleratum puto: nec tamen mihi inimiciorē, quàm sibi. Philargyro bene [p]. causam certè habuisti & verā, & bonam: relictum esse me potiùs, quàm reliquisse. Cùm dedissem iam litteras ad VIII. kalēdas: quos [r] cum Matio pueros, & Trebatio miseram, epistolam mihi attulerunt, hoc exemplo: Matius, & Trebatius Ciceroni Imper. s. Cùm Capua exissemus, in itinere audiuimus, Pompeium Brundisio ad [s] XVI. kalend. April. cum omnibus copiis, quas habuerat [t], profectum esse: Cæsarem postero die in oppidum introisse, concionatum esse: inde Romam contendisse: velle ante kalend. esse ad Vrbem, & [u] paucos dies ibi commorari, deinde in Hispanias proficisci. Nobis non alienum visum est, quoniam de aduentu Cæsaris pro certo habebamus, pueros tuos [x] ad te remittere, vt id tu quamprimùm scires: Mandata tua nobis curæ sunt, eáque, vt tempus postulauerit [y], agemus. Trebatius [z] Scæuola facit, vt antecedat [a]. Epistola conscripta, nuntiatū est nobis, Cæsarem ad [b] VIII. kal. Quintiles, ad VII. Sinuessæ. hęc [c] pro certo putabamus.

a *fort.* aut rap.
b *fort.* vel vt dict.
c *v.c. & L.* Sed, si Sulla p.
e Lπάλαι-ση, κύυτερον. ‖ vide Homeri Odyss. υ. *Platone* Horat. 2. Satyr. 5. *in Politicis & Maximū Tyrium.**
f L. & iratū.
g L. enitere, vt nos cura tua, & prudentia iuues
h *l.* vt ne Rebilium q. ‖ *al.* T. Rapo. B. vitium Turneb. 1. *aduers.* 21. T. Rebilium Bos. Trebilliū *vet.**
i Homeri Odyss. C.*
k *l.* & ad Pomp.
l *Antea* Aegypta Turneb. 1. *aduers.* 21. nomen est liberti.*
m *al.* attuli.
n *al.* illa lętia misi ad te.*
o *v.c.* ad te ante: è quib.
p *v.c. & L.* bene curasti: can. *al.* De Philargyro, bene.
q L. a. d. VIII. Kalendas,
r *v.c.* quos cum Matio pueri, & Tr. *fort.* pueri. quos Matio, & Trebatio mis. epi. mihi att.
s L. a. d. XVI. t *v.c.* habuit,
u *al.* & pauculos
x tuos, *abest a q. v.c.*
y L. postulārit
z L. Trebatius sedulò P. CLII. facit, vt antec. ‖ Trebatius igitur cognomen Scæuulæ, vt ex Trebatij.*
a inde Antecessores dicti Iurisconsulti Glossis σφραγῖδ.*
q L. a. d VIII. kalen. Aprileis Beneuēti mansurum. ad VII. kal. Capuæ: ad VII. Sinuessę. Hæc
c *al.* hoc

A

CICERO ATTICO, S. 19

CVM, quid [a] scriberem ad te, nihil haberem, tamen, ne quem diem intermitterem, has dedi litteras. Ad VI. kalendas Cæsarem Sinuessæ mansurum nuntiabant, ab eo mihi litteræ redditæ sunt ad [b] VII. kalend. quibus iam opes meas, non, vt [c] in superioribus litteris, opem exspectat. Cùm eius clementiam Corfinienses illam per litteras collaudauissem, rescripsit hoc exēplo, Cæsar imp. Ciceroni imp. Sal. Rectè auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil à me abesse longiùs crude litate. Atque ego cùm ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te, triumphod, & gaudeo: neque illud me mouet, quòd ij, qui à me dimissi sunt, discessisse dicuntur, vt mihi rursus bellum inferrēt. nihil enim mālo, quàm & me mei similem esse, & illos sui. Tu velim mihi ad vrbem prę stò sis, vt tuis consiliis, atque opibus (vt consueui) in omnibus rebus vtar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius. hanc adeò ha bebo gratiam illi, neque enim aliter facere poterit: tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est beneuolentia. Vale.

CICERO ATTICO, S. 20

TREBATIVM XI [e]. kal. quo die has litteras dedi, exspectabam. ex eius nuntio, Matisque litteris meditabor, quomodo cum illo loquar? O tempus miserum! nec dubito, quin à me contendat, ad [f] vrbem veniam. Senatū enim kalendis velle se frequentem adesse, etiam Formiis proscribi iussit. Ergo ei negandum est? Sed [g] quid præripi? statim ad te perscribā omnia. ex illius sermone statuam, Arpinúmne mihi eundum sit, an quò alió. Volo Ciceroni meo togam puram [h] dare. istic puto. Tu, quæso, cogita, quid deinde. nam me hebetem molestiæ reddiderunt. A Cutio, velim scire, ecquid ad te scriptum sit de Tirone. ad me enim ipse Tiro ita scripsit, vt verear, quid agat. Qui [i] autē veniunt inde, id [k] modò nuntiant. Sanè in magnis curis etiam hęc [l] me sollicitant. in hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas esset.

CICERO ATTICO, S. 21

VTRVMQVE ex tuo consilio. nā, & oratio fuit ea nostra, vt bene potiùs ille de nobis existimaret, quàm gratias ageret: & in eo manimus, ne ad vrbem illa fefellerunt, facilem quòd putaramus. nihil vidi minùs, damnari se nostro iudicio: tardiores fore reliquos, si [m] in his nō veniremus, dicere. ego dissimilem illorum esse causam. Quid [n] multa? Veni igitur, & age de pace. Meóne, inquam, arbitratu? An tibi, inquit, ego perscribam? Sic, inquam, agam, Senatui non placere, in Hispanias ri, nec exercitus in Græciam transportari, multáque, inquam, de Cn. deplorabo. Tum ille, Ego verò ista dici nolo. Ita putabam, inquam. sed ego ei [o] nolo adesse, ne mihi dicendum est, multaque, quæ nullo modo possem silere, si adessem: aut non veniendum. Summa erat, vt ille, quasi exitum quærens, vt deliberarem. Non fuit negandum. ita discessimus. Credo igitur hunc me non amare. At ego me amaui: quod mihi iam pridem vsu non venit. Reliqua, ô Dij, qui comitatus! quæ (vt tu soles dicere) *vexvia* [p], in qua erat Eros [q] Celeri. O rem perditam, ó copias deiçe-

a *L.* quid
b *L.* kal. vb
c *L.* vt in superioribus litt.
d *al.* laborpho gaudeo ex triumpho gaudeo.
e *v.c.*
f *L.* ad vrbē vt veniam.
g *L.* Sed quid præripiat. *al.* Sed quid præripiat? *al.* sed quid præripiat? *Turneb.* 2. *aduers.* 21. Sed quid præcipit? *al.* sed quid præripiat. li cu opportexta cuius sellicet humbus & ora purpura intexta erat. pura toga nihil tale habuit. Præterea tam autem deponebat anno 47. statis & ægritudinē puram adhibebant.*
i *L.* Qui veniunt inania admodum nuntiant.
k *Bosius* ἀφορμὴν nuncianter. in quo modo & id modo. vt de periculosa agitatione fortunis loqua-tur,
l *L.* hæc me sollicitat.
P. CLIII.
m *L.* si nos non venire-mus si ea Fabrum. u *al.* Cum multa.
n *L.* eo solo
o *Cæsari.*
p *Cæsaris* iur-gium. ἐκδέον vo te vertur. Tusculanū.*
q *L.* Eros. Celeri. *Bosius* ἀπὸ τῆς ἑορτῆς. ab ea festa-tione. Ore-tio scelerū Eros ce-lo. Eros Celeri. Bos. Eros celeri. id ē verbero. Eros.*

desperatas! Quid? Seruij F. quòd in his castris fuerunt, quibus Pompeius circumsideretur? Sex legiones: multùm b vigilat, audet, nullum video finem mali. Nunc certè promenda tibi sunt consilia. Hoc fuerat extremum. Illa tamẽ κατάχρησις c illius, est odiosa, quàm pęnè præterij: a tuis consiliis nostris vti non liceret, vsurum, quorũ posset, ad omniaq; esse descensurum. Vidisti igitur virum? vt scripseras: ingemuisti? certé. cedò reliqua. Quid? continuò ipse in d Puteolanum: ego Arpinum: inde exspecto quidem AAATEAEAN e illam tuã. Tu (malùm) inquies, *actum* f *ne agas*. etiam illum ipsum, quem sequimur, multa fefellerunt. sed ego tuas litteras exspecto. Nihil est enim iã, vt anteà, VIDEAMVS, HOC QVORSVM EVADAT. Extremum fuit de cõgressu nostro: quo quidem non dubito quin istum offenderim. eò maturiùs agendum est. Amabo te, epistolam, & πολιτικήν. Valde tuas litteras nunc exspecto.

CICERO ATTICO, S. 22

EGo meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimùm togâ puram dedisq́ue municipibus nostris fuit gratum: etsi omneis, & illos, & quà iter feci, mœstos, afflictósque vidi. tam tristis, & tam atrox est ἀναχώρησις huius ingentis mali. Delectus g habetur. in hiberna deducũtur. Ea, quæ, etiam cùm à bonis viris, cùm iusto in bello, cùm modestè fiunt, tamẽ ipsa per se molesta sunt, quàm censes acerba nunc esse, cùm à perditis, in ciuili nefario bello, petulantissimè fiant? Caue autem putes, quemquam hominem in Italia turpem esse, qui hinc absit. Vidi ipse Formiis vniuersos: neque meherculè vmquam homines putaui: & noram omneis h: sed numquam vno loco videram. Pergamus igitur, quò placet, & nostra omnia relinquamus. Proficiscamur ad eum cui gratior nostra aduẽtus erit, quàm si vnà fuissemus i. tum enim eramus in maxima spe: nunc ego quidem, in nulla: nec præter me, quisquam k Italia cessit, nisi qui hunc inimicum sibi putaret. nec meherculè hoc facio reip. causa, quam funditus deletam puto: sed ne quis me putet ingratum in eum, qui me leuauit iis incommodis, quibus idem afficerat: & simul quòd ea, quæ fiunt, aut quæ certè futura sunt, videre non l potero. Etiam equidem s. c. facta quędam iam puto: vtinam in Volcatij sententiam. Sed quid refert? est enim vna sententia omnium. Sed erit immitissimus m Seruius, qui filium misit ad n affligendum Cn. Pompeium, aut certè capiendum, cum Pontio Titiniano. etsi hiç quidem timoris causa: ille verò. Sed stomachari desinamus, & o aliquando sententiam terminemus, vt nihil noui, nisi id, quod minimum vellem, spiritum reliquum esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero p nauigabimus: &, si Puteolis erit difficile, Crotonem petemus, aut Thurios, & boni ciues, & amantes patriæ, mare infestum habebimus. Aliam rationem huius belli gerendi nullam video: in Ægyptum nos abdimus q: exercitu pares esse non possumus: pacis fides nulla est. sed hæc satis deplorata sunt. Tu velim litteras Cephalioni r des de omnibus rebus actis, denique etiam de sermonibus hominum, nisi planè obmutuerunt. Ego tuis consiliis vsus sum, maximè quòd & grauitatem in congressu nostro tenui, quam debui, & s, ad vrbem non accederem, perseueraui. Quod superest, scribe, quæso, quàm accuratissimè (iam enim extrema sunt) quid placeat, quid censeas. etsi iam nulla dubitatio est. tamen siquid, vel potiùs, quidquid veniet in mentem, scribas velim.

a *vet.* & L. quid, quod Bos. quod T. Lipsius. multò. ὑφίστ. al. ὑφίστ. ἐπὶ τὸν Τιβ. ἀναχωρήσ. al. ἀναχωρήσεις. ἀναχωρήσ. ἐπὶ τὸν Τιβ. ἀναχωρήσ. ἐπὶ τὸν Τιβ. ἀναχωρήσ. ἐπὶ τὸν Τιβ

Quòd scribis, non quo alicunde audieris, sed ipsum putare, me attractum iri, si de pace agatur: mihi omnino non venit in mentem, quæ possit actio esse de pace, cùm illi certissimum sit, si possit, expoliare exercitu, & provincia Pompeium. nisi fortè iste [a] summarius ei potest persuadere, vt, dum oratores eant [b], & redeant, quiescat, nihil video, quod sperem, aut quod iam putem fieri posse: sed [c] tamen hominis hoc ipsum probi est, & [d] magnum sit πρῶ πολιτικωτάτων σκαμμάτων, *venienduṁne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.* Quare, siquid eiusmodi euenerit, vt arcessamur, (quod equidem non curo: quid enim essem de pace dicturus, dixi: ipse valde repudiauit) sed tamen siquid acciderit: quid censeas mihi faciendum, vtique scribito. Nihil enim mihi adhuc accidit, quod maioris consilij esset. Treb. atij boni viri, & ciuis, verbis te gaudeo delectarum: tuáque ista crebra ἐκτάσεις ὑπερῶ [e], me sola adhuc delectauit. Litteras tuas vehementer exspecto: quas quidem credo iam datas esse. Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem, quam mihi præcipis. Celer tuus disertus magis est, quàm sapiens. De iuuenibus, quæ ex Tullia audisti, vera sunt. M. Antonij istud, quod scribis, non mihi videtur tam re esse triste, quàm verbo. hæc est ἀλκή, in qua nunc sumus, mortis instar. aut enim mihi liberè inter malos πολιτευτέον fuit, aut [h] vel periculosè cum bonis: aut nos temeritatem bonorũ sequamur [i], aut audaciam improborum insectemur. vtrúque periculosum est. Ad [k] hoc, quod agimus, & [l] turpe, nec tamen tutum. Istum, qui filium Brundisium de pace misit (de pace idem sentio, quod tu, simulationem esse apertam: parari autem bellum acerrimè) me [m] legatum iri non arbitror: cuius adhuc (vt optauj) mentio facta nulla sit. eo minùs habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus, si acciderit, vt [n] legarer. Vale.

a *fort.* iste summœrius] *ita* Bos. impudicus qui sub muro vrbis profitet, more prostibuli *al.* nummarius sed, summarius, aliis pecuniosus. Turnebo seditiosus 18. aduers. 9. *Alias* summarius, *parvus* quasi Marius.*

b *al.* eant redeant.*

c L. sed tamen munus hoc ipsum pr. § Bos. ἐκμαγεῖον, id est simulacrũ. *ex veteri scriptura* & magium d L. & vnum sit πρῶ πα. *al.* sed tamẽ hoc ipsum est vnum πρῶ & cet. Ita Muretus 30. *variar.* 22.*

e Græca exclamatio *antea* legebatur ὑπερῶ.*

f *vet.* Macum.*

g ἄση. Ita Muretus 30. *varia* 12. vt significet æstũ animi nihil quod satis probet reperientis.*

h *al.* aut periculosè.*

i *v.c.* sequimur.

P. B.

k L. At hoc, q.

l *al.* nec t.

m *al.* non me legatum iri arb.

n *v.c.* vt legerer. L. vt leger. *al.* vt legar.

o *al.* Cephalo

p L. δεῖς εἰ ἔπυστε *al.* αὐτὲ ἔλλαστε vt sit ὥρᾳ seu tempus

P. CLVI. nauigandi idoneum. Nã post Idus Martias natalis erat dies nauigationis, qui spectaculo quodam celebrabatur. Certior vero meliórque tẽpestas à Nonis Aprilib. aut exortu vergiliarũ *Alij legunt* ἀλ. ἄπυστε vt sit tẽporis mutatio & anni. *adi Turneb.* 18. *adde* 9. *epistolam* 21. *in fine.* Bosius *legit* ἀλλάχυστε vt 9. epistol. 21. §.*

q *al.* aut.*

r *v.c.* si melius quid accid.

s L. quod

t *v.c.* ecqui.

u L. Jam igitur hæc scire cuperem ded.

A

igitur hæc scirem, dedita opera has ad te litteras misi. Feceris igitur commodè, mihique gratũ, si me de his rebus, &, si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorem. Ego in Arcano [a] opperior, dum ista cognosco. Ad [b] VII. Id. alteram tibi eodem die hanc epistolam dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem. Visum ta aiunt in Regia [c], nec reprehendo, quippe cùm ipse istam reprehensionem non fugerim: sed expecto tuas litteras: neque iam sanè video quid expectem: sed tamen, etiam si nihil erit, idipsum ad me velim scribas. Cæsar mihi ignoscit per litteras, quòd non venerim, seseque in optimam partem id accipere dicit. Facilè patior, quòd scribit, secum Tullium [d], & Seruium questos esse, quia non idem sibi, quod mihi, remisisset. Homines ridiculos, qui cùm filios misissent ad Cn. Pompeium circumsedendum, ipsi in senatum venire dubitarent. Sed tamen exemplum misi ad te Cæsaris litterarum. Vale.

a vilis sub men.*

b L. A. d. VII.

c publicum ædificium in quo habebat iacta ex antiquo Numæ regis auspicatu. Festus. Rosin. Ant. Rom. Vitruu. 3. pro Mœnia. 4. pro Mœnianum. 5. pro Basilica. 6. pro Curia. 7. pro Comitium. 8. pro Rostra. 9. pro Templum. 10. pro Templum Iovis Optimi Maximi. 11. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini. 12. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes. 13. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis. 14. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi. 15. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini. 16. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes. 17. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis. 18. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi. 19. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini. 20. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes. 21. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis. 22. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi. 23. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini. 24. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes. 25. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis. 26. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi. 27. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini. 28. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes. 29. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis. 30. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi. 31. pro Templum Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes Iovis Optimi Maximi Capitolini Aedes

dolore,nec tam id propter me, aut propter fratrē meum,quorum iam [a] acta ætas, quàm propter pueros, quibus interdum videmur præstare etiam temp.debuisse: quorum quidem alter non [b] tam,quia maiore pietate est, me mirabiliter excruciat: alter(ô rem miseram ! nihil enim mihi accidit in omni vita acerbius)indulgentia videlicet nostra depravatus,eò progressus est,quò non audeo dicere:& [c] exspecto tuas litteras.scripsisti enim te scripturū esse plurima,cùm ipsum vidisses.Omne meū obsequium in illum, fuit cū multa seueritate:neque vnum eius,nec paruum,sed multa magna delicta compressi.Patris autem lenitas,amanda potius ab illo,quàm tam crudeliter negligēda.nam litteras eius ad Cæsarē missas ita grauiter tulimus,vt te quidem celaremus:sed ipsius videmus vitam insuauē reddidisse. hoc verò eius iter,simulatioque pietatis,qualis fuerit,non audeo dicere.Tantum scio:post Hirtium conuentum,arcessitū ab Cęsare:cum eo [e] de meo animo à [f] suis rationibus alienissimo,& consilio relinquendi Italiā & hæc ipsa timidè:sed nulla nostra culpa est: natura metuenda est. Hęc Curionem, hæc Hortensij filium,non patrū culpa,corrupit.Iacet in mœrore meus frater,neque tā de sua vita,quàm de mea metuit.Huic tu,huic tu malo affer consolationes,si vllas potes. maximè quidē illā [g] velim,ea, quæ ad nos delata sint, aut falsa esse,aut minora.quę si vera sint,quid futurum sit in [h] hac fuga,nescio.nā si habere mus rempub. consiliū mihi non deesset ad [i] scueritatem,nec ad indulgentiā.Hæc siue iracundia [k],siue dolore, siue metu permotus, grauiùs scripsi,quàm aut tuus in illū amor,aut meus.postulabat:si vera sunt,ignosces:si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem.Quo quo modo verò se res habeat, nihil affignabis,nec patruo,nec patri.Cū hęc scripsissem,à Curione mihi nuntiatum est,eum ad me venire. venerat enim is in Cumanum vesperi prid.id est,Idibus.Si quid igitur eiusmodi scribendū sit,id mo [l] eius attulerit,quod ad te scribēdū sit,id in literis adiungā. Præteriit villā meā Curio, iussitque mihi nuntiari,mox se venturum:cucurritque Puteolos,vt ibi concionaretur.conciones fecit:rediit:fuit ad [m] me sanè diu.O rē fœdam ! nosti hominem,nihil occultauit. in primis,nihil esse certius,quàm vt omnes, qui lege [n] Pompeia condemnati essent,restituerētur.itaque se in Sicilia eorum opera vsurū. De Hispaniis,non dubitabat,quin Cæsaris essent:inde ipsum cum exercitu, vbicumq; Pompeius esset:eius interitu [o] finem belli fore [p]. propiùs factū esse nihil [q] :eū planè iracundia elatum voluisse occidi Metellum tribunum pleb.quod si esset factum,cædē magnā futurā esse [r] :permultos hortatores esse cædis:ipsum autem non voluntate,aut natura non esse crudelem,sed quòd [s] putaret, populare esse clementiam:quòd si populi studiū amisisset,crudelem fore:eúmque perturbatum, quòd intelligeret,se apud [t] ipsam plebē offendisse de ærario.itaque ei cùm certissimū fuisset, antè, quàm proficisceretur,cōcionē habere, ausum nō esse, vehementérque animo perturbato profectum.Cùm autem ex eo quærerē, quid videret, quod [u] exemplum ? quam [x] rempl planè fatebatur nullā spem reliquam. Pompeij classem timebat:quæ si esset,se de Sicilia abiturū.Quid isti,inquam,sex tui fasces ? si ab se-

natu,cur laureati?si ab ipso,cur sex? Cupiui,inquit,ex s.c.surrepto [a]. nam aliter non poterat.At ille impendiò nunc magis odit senatū. A [b] me,inquit,omnia proficiscentur. Sex autem,quia XII. nolui. nam licebat. Tum ego, Quàm vellem,inquam, petiisse ab eo, quod audio Philippum impetrasse:sed veritus sum, quia ille à me nihil impetrabat.Libenter, inquit,tibi concessisset.verùm puta te impetrasse.Ego enim ad eum scribam, vt tu ipse voles,de ea rę nos inter nos locutos. Quid autē illius interest, quoniam in senatum non venis,vbi sis? quin [c] nunc ipsum minimè offendisses, eius causa si in Italia non fuisses. Atque [d] ego,me recessum,& solitudinem quærere,maximè quòd lictores haberem.Laudabat [e] consilium.Quid [f] ego,inquam? nam mihi cursus in Græciam per tuam prouinciam est, quoniam ad mare superum milites sunt. Quid mihi,inquit, optatius ? Hoc loco multa perliberaliter.Ergo hoc quidem [g] est,verum [h] profectò,vt non modò tutò,verùm etiam palàm nauigaremus.Reliqua in posterum diem distulit:ex quibus scribam ad te, si quid erit epistola dignum. Sunt autem, quæ præterij, interregnúmne esset exspectaturus, an quomodo dixerim ? Ad [i] se ille quidem, deferri consulatum:sed [k] nolle in proximum annū. Et alia sunt, quæ exquiram. Iurabat ad summam,quòd nullo negotio faceret amicissimū mihi Cæsarem [l] :esse debet [m].quid enim,inquam,scripsit ad me Dolabella?dico quid?affirmabat cùm scripsisset , quòd me cuperet ad vrbem venire, illum quidem gratias agere maximas, & non modò probare, sed etiam gaudere.Quid [n] quæris ? Atque [o] iubebat.Est enim suspicio illa domestici mali, & sermonis Hirtiani,quàm [p] quo illum dignum esse nobis?& [p] quàm ipse me inuito, quæ [q] pro illo sit suspicandum ?sed opus fuit Hirtio conuento. Est profectò nescio quid.sed velim quàm [r] minimo.& tamen eum nondum rediisse miramur.sed hæc videbimus. ¶Tu Oppios [s] Terentiæ dabis.Iam enim vrbis vnū periculum est.me tamen consilio iuua, pedibúsne Rhegium,an hinc statim in nauem. Cetērum,quoniam commoror, ego ad te statim habebo quod scribam, simul vt [t] videro Curionem. ¶De Tirone cura,quæso ,quod facis,vt sciam,quid is agat.

CICERO ATTICO, S. 5

DE tota mea cogitatione scripsi ad te ante [a] satis,vt mihi visus sum, diligenter. de die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam.Curionis sermo postridie eandem habuit ferè summam,nisi quòd apertiùs significauit,se harum rerum exitum non videre.Quod mihi mandas de [u] quodam regendo, ἀρχαῖον [x]. tamen nihil prætermittam. atque vtinam tu.sed molestior [y] non ero. Epistolam ad Vestorium statim de Tullia : ac valde requirere solebat. Commodiùs tecum Vectenus [z] est locutus,quàm ad me scripserat

a Bos.' subrupto, id est subrepto sic Plaut. Rudente & Persa.*
b q.v.c. Ad senatum à me, inquit, omn.pr.
c L. quin hanc ipsum minimè offendisses,nec eius causam, si in Italia non fuisses. Ad quæ ego: me rec.
d al. Ad quę ego. Scilicet respondi.*
e L. laudauit consil.
f L. Quid ergo? inquā. Bos. quid enim, inquam ex vet. Quid enim vaquam.*
g L. quidem est vero profectum,vt n.
o al. profectum.*
i L. Illum quidem ad se deferre cōsulatum: sed, &c. al. Ab illo, quidem ad se deferri cons. &c.
P. 8.
k L. nollet velle in prox.
l L. Cæsarē ess. Non dubito, inquā. id enim scripsit ad me Dolabella Scio, inquit. affirmabatque , quòd scripsisset , Cæsarem cupere me ad vrbem venire , illum quidem ei gr.ag.max. idque non modò prob. m al. debere,*
P. CLIX. n Vrsatus in lagit. Idque ad te scribere iubebat. quid quæris ? est enim.*
o Vet. Atque videbatur enim suspicio Bos. Quid quæris? acquieui leuata . est eum suspicio.* L. At de
p L. & quàm ipse me inuito ad ea, quæ de illo sit suspicandum:al. & quam ipse metuo. ne pro illo sit suppicandum? al. quàm ipse me ab hoc inuito & inuito, si sit pro L. filio suspicandum: al. quàm ipse me inuito, quæ porro illa sint, suspicandum? al. quàm ipse me inuito ad ea quæ pro illo sit suspicandū.*
q Bos. qua
r L. quàm minimum: s al. hospitium.* t Bos. &.* u al. de Qu. nāo reg. ita vitiat. & Bos.* x L. ἀρκαδίαν. al. ἀρχαῖον αὖαν. al. ἀρχαῖον αὖαν. Vide Turneb. 19. aduers. 10.* y ita Bos.* al. molestior ita Victor.* z al. Vectienus.*

Q. nihil habebat] al. At de Q. iubebat nos esse sine cura.*

sed mirari satis hominis negligentiã nõ queo. cùm enim mihi Philotimus dixisset, LLS. L. emere [a] de Canuleio diuersorium [b] illud posse, minoris etiam emturum, si Vectenum rogasset: rogaui, vt, si quid posset, ex ea summa detraheret. promisit [c]: ad me nuper, se LLS. XXX. emisse: vt scriberem, cui vellem addici. diem pecuniæ, idus Nouembr. esse. rescripsi ei stomachosiùs, cũ ioco tamen familiari. Nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem: scripsíque ad eum, me à te certiorem esse factum. Tu de tuo itinere quid, & quando cogites, velim me certiorem facias. Ad [d] XV. Kalend. Maij.

a *fort.* me emere
b *al.* deuersorium
c L. promisit. misit ad me nup.
d A.d.xv.

CICERO ATTICO, S. 6

ME adhuc nihil præter tempestatem moratur. astutè nihil sum acturus. fiat in Hispania quidlibet: & tamen retice [e]. Meas cogitationes omneis explicaui tibi superioribus litteris. quocirca hæ sunt breues: & tamẽ quia festinabam, eramque [f] occupatior [g] de [h] Qu. fratre, ita [i] me quidem sedulò: sed nosti reliqua. Quòd dein me mones: & amicè, & prudẽter mones. sed erunt omnia facilia, si ab vno illo cauero. Magnum opus est: mirabilia multa. nihil simplex, nihil sincerum. vellem, fuisse pisses iuuenem regendum. pater enim nimis indulgens, quidquid ego adstrinxi, relaxat. si sine illo possem, regerem, quod tu potes. sed ignosco: magnum, inquam, opus est. Pompeiũ pro certo habemus per Illyricũ proficisci in [k] Galliam. ego nũc, quà, & quò, videbo. ¶ Ego verò Apuliam, & Sipontum: & tergiuersationem istam probo: nec tuam rationem, eandẽ esse duco, quam [m] meam: non quin in rep. re ẽtum idem sit vtriuis nostrũm: sed ea non agitur. Regnandi contentio est, in qua pulsus est modestior [n] rex, & probior, & integrior, & is, qui nisi vincit, nomẽ pop. Rom. deleatur necesse est. sin autem vincit: Sullano more, exemplóque vincet. Ergo hac in contentione neutrum tibi palàm sentiendum, & tempori seruiendum est. mea causa autẽ, alia est, quòd beneficio vinctus, ingratus esse non possum: non [o] tamen in acie, sed Melitæ, aut [p] alio in loco, siue in oppidulo futurum puto. Nihil, inquies, iuuas eum, in quem ingratus esse non vis: immò minus fortasse voluisset. sed de hoc videbimus. exeamus modò, quod vt meliore tempore possimus, facit Adriatico [q] mari Dolabella, freto [r] Sicilienſi Curio. Iniecta autem mihi spes quædã est, velle mecũ Seru. Sulpiciũ colloqui [s]. ad eum misi Philotimũ libertũ cũ litteris. si vir esse volet, præclara συνοδία. sin autem: erimus nos, qui solemus. Curio mecũ vixit, iacère Cæsarem putans offensione populari, Siciliæque diffidens, si Pompeius nauigare cœpisset. Quinctum puerum accepi vehementer. auaritiam video fuisse, & spem magni congiarij. Magnum hoc malum est: sed scelus illud, quod timueramus, spero nullum fuisse. hoc autem vitium puto te existimare non nostra [t] indulgentia, sed à natura profectum, quem tamen nos disciplina regimus. De Oppiis Delienſibus [u] quid placeat, cum Philotimo videbis. Epirum, nostram putabimus: sed alios cursus vid ebamur habituri.

e *al.* reticebo. *al.* reticebis ‖ *Ver.* excitet *al.* retinet. *Bos.* reticenter *ex vet.* recitet *&* reticẽt.*
f L. etiam qua a fell.
g *al.* trãsque occupatior, De Q. Fr.
h L. de Q. F.
i *Bos.* sit à me sedulo *sic Terent. Adelph.* Fit sedulo, nihil prætermittito.*
k *sic epistola* 10.*
l In tium epistolæ Poſio.*
m *al.* quàm m.
n *Bos.* admodestior.*
o L. nec tamen me in acie:
P. B. p L. aut alio in loco simili, siue in oppidulo f.
q *F.* Adriano mari Dolabella
r *al.* Fretensi Curio ‖ *vide* Turnebi aduersaria: 8 c. 10. vbi fretense mare, pro siculo, cuius militis fretenses.*
s *Faernus debet hanc vocem* colloqui.*
t L. à nostra u *L.* Velienſib.

CICERO ATTICO, S. 7

ET res ipsa monebat, & tu ostenderas, & ego videbam, de his rebus, quas intercipi periculosum esset: finem inter nos scribendi fieri tempus esse. sed cùm ad me sæpe mea Tullia scribat, orans, vt, quid in Hispania geratur, exspectem, & semper adscribat, idem videri tibi, idque ipse etiam ex tuis litteris intelexerim: nõ puto esse alienum, me ad te, quid de ea re sentiam, scribere. Consiliũ istud tunc esset prudens, vt mihi videtur, si nostras rationes ad Hispanienſem casum accommodaturi essemus: quod [a] fieri dicitis oportere. necesse est enim aut, id quod maximè velim, pelli istum ab [b] Hispania, aut trahi id bellum, aut istum, vt considere videtur, apprehendere Hispanias. Si pelletur: quàm gratus, aut quàm honestus tum erit ad Pompeium noster aduẽtus, cùm ipsum Curionem ad eum transiturũ putẽ? si [c] trahitur d bellum: quid exspectem? aut quãdiu? relinquitur, vt, si vincimur in Hispania, quiescamus. id ego contrà puto. istum enim victorẽ magis, reliquendũ puto, quàm victum: & [e] dubitãtẽ magis, quàm fidentẽ suis rebus. nam eædem video, si vicerit, & impetũ in priuatorum pecunias, & exsulum reditum, & tabulas nouas, & turpissimorum honores, & regnum, non modò Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. Tacita [f] esse poterit in id dignitas nostra? Pati poterunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere? & quidem illum rogari priùs? præstò esse clientem tuum Clœlium, Catuli [g] Plagulciũ, ceteros? Sed cur inimicos colligo, qui meos necessãrios à me defensos nec videre in curia sine dolore, nec versari inter eos sine dedecore potero? Quòd [h] si ne id quidem est exploratum, fore vt mihi liceat (scribunt enim ad me amici eius, me illi nullo modo satis fecisse, quòd in senatum non venerim) tamẽ ne dubitemus, an ei nos etiam cum periculo vẽditemus, quicum coniuncti ne cum præmio quidem voluimus esse? Deinde hoc vide, non esse iudicium de tota contentione in Hispaniis. nisi fortè, his amissis, arma Pompeiũ abiecturum putas: cuius omne consiliũ Themistocléũ est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse rerum potiri. Itaque qui numquã egit, vt Hispaniẽ per se tenerentur, nauali apparatu ei semper antiquissima cura fuit. Nauigabit igitur, cùm erit tempus, maximis classibus, & ad Italiam accedet, in qua nos sedentes quid erimus? Nam medios esse iam non licebit. classibus aduersabimur igitur? Quod malum [i] maius, scilicet [k] tantum? denique quid turpius? Annibal [l] hic in absenteis, solus tuli scelus: eiusdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non feram? Quòd si iã misso officio, periculi ratio habenda est: ab illis est periculum, si peccaro: ab hoc, si rectè fecero. nec vllum in his malis consilium periculo vacuũ inueniri potest: vt non sit dubiũ, quinam cum periculo fugiamus, quod fugeremus etiã cum salute. Non [n] simul cum Pompeio mare transierimus? omnino non potuimus. Exstat ratio dierum. sed tamẽ fateamur enim, quod est: ne [o] condamus quidem, vt possimus: fefellit ea [p] res, quæ fortasse non debuit: sed fefellit. pacẽ putaui fore: quæ si esset, iratum mihi Cæsarẽ esse, cùm idem amicus esset Pompeio.

a P. CLV. quod fieri. dicit. est enim
b *al.* ad Hispaniam. *Bos.* c L. fuerit. d *al.* protrahitur. e L. & confidentem magis, quàm diffidentem
f Tacita de se potuit indignitas nostra? *Bos.* Quotiens ita. *Scholiast. Cruq.* g *al.* C. Attej. Cat. *Scholiast. Cruq.* h 2. Quid dicne id q. est explor. *Bos.* rete. vt me. licebit
i *al.* malus
k *al.* scilicet tantum. dicique an quid turpius *Bos.* *al.* tantum? *al.* quod malum scilicet magnitudo, aut tantum? deque quid turpius? *al.* quod malũ scilicet tantum? de quo turpius, quod
k L. Feu tantũ
l L. An quid vltrà hic abiecta? fortasse hic abiectis solus tuli scelus. eiusdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non feram? Quòd si iã missi officio, periculi ratio habenda est: ab illis est periculum, si peccaro: ab hoc, si rectè fecero. nec vllum in his malis consilium periculo vacuũ inueniri potest: vt non sit dubiũ, quinam cum periculo fugiamus, quod fugeremus etiã cum salute. Non simul cum Pompeio mare transierimus? omnino non potuimus. Exstat ratio dierum. sed tamẽ fateamur enim, quod est: ne condamus quidem, vt possimus: fefellit ea res, quæ fortasse non debuit: sed fefellit. pacẽ putaui fore: quæ si esset, iratum mihi Cæsarẽ esse, cùm idem amicus esset Pompeio.

Ius *al.* An cuius inuali hinc absenti solus tuli scelus. *vel* absenti solus tuli *exsul.** m *q. v. c.* quin turpiter facere cum periculo fugimus. n *Bos.* Non, si simul.* o L. neve ipsi de amus quidem, vt possimus: p *Bos.* ea mẽ res *ex vet.* m. a res.* quidem.* condamus

lui. Senseram enim, quàm [a] ilidem essent. hoc veritus [b], in hanc tarditatem incidi. Sed assequar [c] omnia, si propero: si cunctor, amitto. Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant quadam spe non dubia, non hæc collegij nostri ab [d] Appio, sed illa Platonis de tyrannis. nullo enim modo posse video stare istũ diutius, quin ipse per se, etiam languentibus nobis, cõcidat: quippe [e] qui florentes ac nouos, vt [f] vti diebus ipsi illi egenti, ac perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit: qui dsarum rerum simulationem tã citò amiserit, mansuetudinis in Metello: diuitiarum, in [g] ærario. Iam, quibus vtatur vel sociis, vel ministris, si ij prouincias, si remp. regent, quorum nemo duos menses potuit patrimonium suũ gubernare: non sunt omnia colligenda, quæ tu acutissimè prospicis [h]: sed tamen ea pone ante oculos, iam intelliges, id regnum, vix semestre esse posse. Quòd si me fefellerit: ferã sicut multi præclarissimi [i] homines in rep. excellentes tulerunt: nisi fortè me Sardanapali [k] vice in suc lectulo mori malle cẽsueris, quàm exilio [m] Themistoclé: qui cùm fuisset, vt ait Thucydides [n], τῆδέ τε ἀφεληχθῆναι δι' ἐλαχίστης βλάβης κρίπτος γνώμων, ἢ τῆδε ὁ μελλόντων ὅπη πλεῖστον τῶ ζῆν σωσόμενος ἔκπαγλος εἰκασής, tamen incidit in eos ęstus, quos vitasset, etsi [p] is erat (vt ait idem) qui τό, τε ἄμεινον, ἢ χεῖρον ἐν τῆ ἀφανεῖ ἐπι φερόμενα μάλιστα, tamen non vidit nec, quomodo Lacedæmoniorum, nec, quomodo suorum ciuium inuidiã effugeret, nec, quid Artaxerxi polliceretur. Non fuisset illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, nõ tã dirus ille [q] Sullanus callidissimo viro, C. Mario, si nihil vtrumque eorum fefellisset. Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quod diximus: nec [r] fallit, nec aliter accidet. corruat iste necesse est, aut per aduersarios, aut ipse per se: qui quidem sibi est aduersarius vnus acerrimus. id spero viuis nobis fore. quãquam *tempus est nos [s] de illa perpetua iam, non de hac exigua vita cogitare*. sin quid acciderit maturius: haud sanè mea multùm interfuerit, vtrũm factum videam, an futurum esse multò antè videtim, Quæ cùm ita sint, non est committendum, vt ijs paream, quos contra me senatus, ne quid resp. detrimenti acciperet, armauit. Tibi sunt omnia commendata: quæ commendationis meæ, pro tuo in nos amore, non indigent. ne [t] hercule ego quidem reperio, quid scribam. sedeo enim πλεδάζων. etsi nihil mihi vmquam tam fuit scribendum, quàm ni hil mihi vmquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meã Tullia fuauissimè, diligentissiméque coluisti. Valde eo ipsa delectata est: ego autem nõ minus: cuius quidem virtus mirifica. quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas? quantus autem animus in discessu nostro? συρφετὸς [u] sit summa [x] σωτηρίας. tamen eos, vt rectè facere, & bene audire vult. Sed hac super re nimis, ne [z] meam ipse συμπάθειαν euocem. Tu, si quid de Hispaniis certius, & si quid aliud: dum adsumus, scribes: & ego fortasse discedens dabo ad te aliquid: eo etiã magis, quòd Tullia te non putabat ex [a] Italia hoc tempore. Cum Antonio item est agendum, vt cũ Curione Melitæ me velit esse: huic [b] bello nolle interesse. eo velim tã facili vti possem, & tã bono in me, quàm [c] Curio. Is ad Missenũ

a L. quàm putas. P. CLXII.
b L. magnæ curæ esse.
c al. te transiturum mare, credo.
d L. ne ab eo profugias.
e al. Philotimus attulit.*
f L. iudicarem.
g al. & à te pro beneuolentia.*
h al. benuol.
i al. proclinata.
k al. commodo consueris, nec fortunæ obsecutus videberis.*
l L. obsecutus eris. al. obsecutus videberis. omn. fort. si fortunæ non obsecutus videberis.
m L. te abesse debere iud.
n L. condemnasse videbere.
o al. dubitabat.
p al. Galliã vt epist. 6.*
q Sic 3. 9. & Philol. 17.*

A vi. Non. venturus dicebatur: id est, hodie. Sed præmisit mihi odiosas litteras hoc exemplo.

ANTONIVS TRIBVNVS PL. PROPR.
CICERONI IMP. S. 8

NIsi te valde amarem, & multò quidem plus, quàm [a] tu putas, nõn extimuissem rumorem, qui de te prolatus est, cùm præsertim falsum esse existimarẽ. sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque, quamuis sit falsa, magni [b] esse. te [c] iturum trans mare, credere non possum, cùm tanti facias Dolabellam, & Tulliam tuã, fœminam lectissimam, tantique ab omnibus nobis fias: quibus, mehercule, dignitas, amplitudóq; tua penè carior est, quàm tibi ipsi. Sed tamen nõ sum arbitratus esse amici, non cõmoueri etiam improborum sermone: atq; eò feci studiosiùs, q; iudicabã, duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra: quæ magis à ζηλοτυπία mea, quàm ab iniuria tua nata est. Sic enim vòlo te tibi persuadere, mihi neminẽ esse cariorem te, excepto Cæsare meo: meq; illud vnà iudicate, Cęsarẽ maximè in suis M. Ciceronẽ reponere. Quare, mi Cicero, te rogo, vt tibi omnia integra serues: eius fidẽ improbes, qui tibi, vt beneficium daret, priùs iniuriam fecit: cõtrà, ne [d] profugias, qui te etsi non amabit (quod accidere non potest) tamen saluum, amplissimúmque esse cupiet. Dedita opera ad te Calpurnium, familiarissimum meum, misi, vt mihi magnæ curæ tuam vitam, ac dignitatem esse scires. Eodem die à Cæsare Philotimus [e] litteras attulit hoc exẽplo.

CAESAR IMP. M. CICER. IMP. S. 9

ETsi te nihil temerè, nihil imprudenter facturum iudicaram [f], tamẽ permotus hominum fama, scribendum ad te existimaui, & [g] pro nostra beneuolentia [h] petendum, ne quò progredereris, inclinata [i] iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. namque & amicitiæ grauiorem iniuriam feceris, & tibi minùs commodè [k] consulueris, si non fortunæ obsecutus [l] videbere. omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur: nec causam secutus (eadem enim tum fuit, cùm ab eorum consiliis abesse [m] iudicasti) sed meum aliquod factum condemnasse [n]: quo mihi grauiùs abs te nihil accidere potest. quod ne facias, pro iure nostræ amicitiæ à te peto. Postremò quid viro bono, & quieto, & bono ciui magis cõueniat, quàm abesse à ciuilibus controuersiis? Quod nonnulli cùm probarent, periculi causa sequi non potuerunt. tu, explorato & vitæ meæ testimonio, & amicitiæ iudicio, neque tutius, neque honestius reperies quidquam, quàm ab omni contentione abesse. xv. Kalen. Maias. Ex itinere. Vale.

Hæc epistola, pars est septima. decima tamen, facilioris distinctionis causa numeratur.

CICERO ATTICO, S. 10

ADventvs Philotimi (at cuius hominis? quàm insulsi, & quã sæpe pro Põpeio mẽtientis?) exanimauit omneis, qui mecum erãt. Nam ipse obdurui. dubitauit [o] nostrũm nemo, quin Cæsar itinera repressisset: volare dicitur: Petreius se cum Afranio coniunxisse: nihil affert eiusmodi. Quid queris? etiam illud erat persuasum: Pompeium cum magnis copiis iter in Germaniam per [p] Illyricum fecisse: id enim αὐθεντικῶς [q] nuntiabatur.

a *v.c.* capessamus.

b *L.* Vbi ergo tuus ille animus. P. CLXIII.

c *v.c.* cum hoc idē *fort.* qua,h.

d *fort.* de dignitate Iab. ‖*sed* dignatio Tanto pro dignitate plerunque sumitur.*

e L. quo videb. ‖*ita* Malasp.ex. Bos.*

f L. eum adiicit Postumia sed & Seruius filius Quart.‖ *al.* & adiecit ita Postumia & Seruius filius.*

g *al.* filio Turneb. 18. *aduers.* 9.*

h Inculcatur hæc eadem epistola familiar. 16.*

i solebant veteres misericordiam effligitare per ea quæ carissima essent. sic 4. ad Herennium, Parum & per ea quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri.*

k *v.c.* & incolumitate r. P. B.

l *al.* me neque temere prædixisse.* m *al.* curæ.* n L. valemus o *al.* aut odisse, aut relp *al.* quod offensæ fuerit in ista cūctatione, te priùs subisse.

q Aue *vel* Haue *vel* Habe salutationis matutinæ vox propria. vnde matutinū Martial. 1. epigr. 56. 4. epigr. 79. 7. epigr. 38. ἐωθινὸν χαῖρε. Lucianus in φιλόπατρι. Plutarchus de garrulit.*

Melitam igitur, opinor, capessemus [a], dū, quod in Hispania: quod quidem propemodum video ex Cæsaris litteris, ipsius volūtate facere posse: qui negat neque honestiùs, neque tutiùs mihi quidquam esse, quàm ab omni contentione abesse. Dices, Vbi [b] ille ergo tuus animus, quem proximis litteris? Adest, & idē est. sed vtinā de meo solùm capite decernerē: lacrymæ meorum me interdum molliunt, precantium, vt de Hispaniis exspectemus. M. Cœlij quidem epistolam, scriptam miserabiliter, quæ [c] hoc idem obsecraret, vt exspectarem: ne fortunas meas, ne vnicam filiam, ne meos omneis tam temerè proderem, non sine magno fletu legerunt pueri nostri. etsi meus quidem est fortior, eóque ipso vehementius cōmouet, nec quidquam, nisi de [d] dignatione laborat. Melitam igitur, deinde, quod [e] videbitur. Tu tamen etiam nunc mihi aliquid litterarum, & maximè si quid ab Afranio. Ego, si eum Antonio locutus ero, feribam ad te, quid actum sit. ero tamen in credendo, vt mones, cautus. nam occultandi ratio cùm difficilis, tū etiam periculosa est. Seruium exspecto ad Nonas: & [f] adiicit à Postumia: sed & Seruij filijg. Quartanam leuiorem esse gaudeo. Misi ad te Cœlij etiam litterarum exemplum. Vale.

COELIVS CICERONI, S. II

EXANIMATVS [h] tuis litteris, quibus, te nihil, nisi triste, cogitare ostēdisti, neque id quod esset, perscripsisti, neque non tamē, quale esset quod cogitares, aperuisti: has ad te ilico litteras scripsi. *Per fortunas tuas*, Cicero, *per liberorum tuorum caput obsecro*, nequid grauiùs de salute, & incolumitate tua consulas. nam deos, hominésque, amicitiámque nostram testificor, mel tibi prædixisse, neque temerè monuisse: sed postquàm Cæsarem conuenerim, sentētiámque eius, qualis futura esset, parta victoria, cognorim, te certiorem feciſſe. Si existimas, eādem rationem fore Cæsaris in dimittendis aduersariis, & conditionibus ferendis, erras. nihil nisi atrox, & sæuum cogitat, atque etiam loquitur. iratus senatui exiit. His intercessionibus planè incitatus est, nō meherculè erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius vincus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi caræ [m] sunt: si aliquid apud te nos, si vir optimus, gener tuus, valet [n]: eorum fortunam non debes velle conturbare, vt eam causam, in cuius victoria salus nostra est, odisse [o], aut relinquere cogamur: aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita: quod [p] offensæ fuerit, in ista cunctatione te subiisse. nūc te contra victorem facere, quem dubiis rebus lædere noluisti, & ad eos fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, sum mæ stultitiæ est. Vide, ne, dum pudet te parū optimatem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas. Quòd si totū tibi persuadere non possum, saltem, dum, quid de Hispaniis agamus, scitur, exspecta: quas tibi nuntio aduē tu Cæsaris fore nostras. Quam isti spem habeant, amissis Hispaniis, nescio. Quod porrò tuū consilium sit, ad desperatos accedere: nō medius fidius reperio. Hoc, quod tu non dicēdo mihi significasti, Cæsar audierat, ac simulátque, *Aue* [q] mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit. Negaui me scire, tamen ab eo petiui, vt ad te litteras mitteret, quibus maximè ad remanendum commoueri posses. Me secum in Hispaniam ducit. nam, nisi ita faceret: ego priùs, quàm ad vrbem accederem, vbicúque tu esses, ad te percurrissem [a], & hoc à te præsens contendissem, atque omni vi te retinuissem. Etiam, atque etiam, Cicero, cogita ne te, tu ósque omneis funditus euertas: nebrē sciens, prudénsque eò demittas, vnde exitum vides nullum esse. Quòd si te aut voces optimatium commouent, aut nonnullorum hominum insolentiam, & iactationem ferre nō potes, eligas censeo aliquod oppidum, vacuū à bello, dum hæc decernuntur, quæ iam erunt confecta. Id si feceris, & ego te sapienter fecisse iudicabo, & Cæsarem non offendes. Vale.

a *v.c.* percurrissem.

b *al.* nec P. CLXIII.

CICERO ATTICO, S. 12

ME cæcum, qui hæc antè non viderim! Missi ad te epistolam Antonij: & [e], cùm ego sæpissimè scripsissem, nihil me contra Cæsaris rationes cogitare: meminisse me generi mei, meminisse amicitiæ: potuisse, si aliter sentirē, esse cum Pompeio: me autem, quia cum lictoribus inuitus cursarem, abesse velle: nec idipsum certum etiam nunc habere: vide, quàm ad hæc τυφωνικῶς [d]. Tuum consilium quàm verum est? Nam qui se medium esse vult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de alterutra parte iudicare videtur. Sed ego is non sum, qui statuere debeam, iure quis proficiscatur, nécne. Parteis mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia pateret. quare parui refert, me probare cogitationem tuam, si nihil tamē tibi remittere possum. Ad Cæsarē mittas censeo, & ab eo hoc petas. non dubito, quin impetraturus sis, cùm præsertim te amicitiæ nostræ rationem habiturum esse pollicearis. Habes σὺν τέλει καὶ πανοπλίᾳ. omnino excipiam hominem. Erat autem v. Non. venturus vesperi, id est, hodie. Cras igitur ad me fortasse veniet. tentabo, audeam [e] nihil properare. missurum me ad Cæsarem clamabam [f]. cum paucissimis alicubi occultabor. Certè [g] hinc istis inuitissimis euolabo, atque vtinam ad Curionem, σωὶ [h] θεᾷ τοι λέγω. Magnus dolor accessit, efficietur aliquid dignum nobis. δυσυχία tua mihi valde molesta. mederē, amabō, dum est ἀρχή. De Massilienſibus, gratæ tuę mihi litteræ. quæso, vt sciā, quidquid audieris. Ocellam [i] cuperem, si possem palàm, quod à Curione effeceram. Hīc ego Seruium exspecto. Rogor enim ab eius vxore, & filio: & puto opus esse. Hic tamē Cytheridem secū lectica aperta portat: altera [k] vxorē. Septē præterea coniunctæ lectiæ amicarū. hæ [l] sunt [m] amicorū. Vide, quàm turpi leto pereamus. Et dubita, si potes, quin ille, seu victus, seu victor redierit, eadem [n] facturus sit. Ego verò vehiculo [o], si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio [p], Sed plura scribam, cùm illi conuenero. Iauenem nostrum non possum non amare: sed ab eo nos non amari plane intelligo. Nihil ego vidi tam ἀνυπόστατον, tam auersum à suis, tam nescio quid cogitans, vim incredilem molestiarum! sed erit curæ, & est, vt regatur. mirum est enim ingenium ἤθους ὀπμελητέον. 13

c *fort.* Et eō ego sæp. ‖ *al.* ἐπεὶ Bos.*

d *vel.* παραπλησίως *al.* ἀπαθῶς ‖ *al.* ὑπερτατικῶς. *al.* περιττικῶς *vel* περιττῶς *al.* ὑπερτικῶς *vel* ὑπερτικῶς *fort.* ὑπερτικ

erat alienus. itaque eo die data non est. Interim venit Philotimus, & mihi à te litteras reddidit: quibus quæ de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, sed [a] habent nihil ψεῦδος, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quò velis, vno sermone possis perducere. ne multa, omneis suos, etiam quibus itascitur crebriùs, tamẽ ca ros habet: me quidem seipso carioré. Quòd de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, nõ reprehendo. De [b] iuuene, & de sorore, quæ scribis, molesta sunt: eóque magis, quòd ea tẽpora nostra sunt, vt ego his mederi non possim. Nã certè mederer: sed, quibus in malis, & qua in desperatione rerũ simus, vides. Illa de ratione nummaria non sunt eiusmodi, (sæpe enim audio ex ipso) vt non cupiat tibi præstare, & [c] in eo laboret [d]. Sed, si mihi Q. Axius [e] in hac mea fuga LLS. XIII. nõ reddit, quæ dedi eius filio mutua, & vtitur excusatione temporis: si Lepta, si ceteri: soleo mirari de neścio queis [f] LLS. XX. cùm audio ex illo, se vrgeri. Vides enim profectò angustias, curari tamẽ ea tibi vtique iubet. An existimas, illũ in isto genere lentulum [g], aut restrictum? nemo est minùs. De fratre satis. de eius filio, indulsit illi quidẽ suus pater semper: sed nõ facit indulgẽtia mendacẽ, aut auarum, aut nõ amãtẽ suorum. ferocem fortasse, & [h] arrogantem, & infestũ facit. Itaque habet hæc quoque, quę nascũtur ex indulgẽtia: sed ea sunt tolerabilia. Quid enim dicã, hac [i] iuuentute? ea verò, quæ mihi quidẽ, qui illũ amo, sunt his ipsis malis, in [k] queis sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro. nam [l] suas radices habẽt. quas tamen euellerem profectò, si liceret. Sed eã omnia mihi sunt patienda. Ego meũ facilè teneo. nihil est enim eo tractabilius. cuius quidẽ misericordia, languidiora adhuc cõsilia cepi: &, quo ille me fortiorẽ [n] vult esse. eo magis timeo, ne in eũ existã crudelior. Sed Antonius venit heri ve: peri. Iam fortasse ad me veniet: aut ne id quidem, quoniam scripsit, quid fieri vellet. Sed scies continuò, quid actum sit. Nos iam nihil, nisi occultè. De pueris quid agam? Patruóne nauigio cõmittam? Quid mihi animi in nauigando censes fore? Recordor enim, æstate cũ illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans quàm fuerim sollicitus. Quid, duro tempore anni, actuarium olo fore censes? ô rem vndique miseram! Trebatius erat mecum, vir planè, & ciuis bonus. quæ ille monstra, Dij immortales? etiámne Balbus in senatum venire cogitet? Sed ei ipsi cras ad te litteras dabo. Vectenum mihi amicum, vt scribis, ita puto esse, cũ eo, quod ἀποτίμως ad me scripserat de nummis curandis, ἀνιωτέρον erat [p]. id tu, si ille aliter acceperit, ac debuit, lenies. Monetali autem adscripsi, quod ille ad me proconsuli. sed quoniã est homo, & nos diligit, ipse quoque à nobis diligatur. Vale.

CICERO ATTICO, S. 14

QVIDNAM mihi futurum est? aut quis me non solùm infelicior, sed iam etiam turpior? Nominatim de me sibi imperatum q dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc videbat, sed hoc Trebatio narrauit. Quid agam nunc, cui nihil procedit: cadúntque ea, quę diligẽtissimè sunt cogitata, teterrimè? Ego enim Curionem nactus, omnia me consecutum putaui. is de me ad Hortensium scripserat. Rheginus erat totus noster. huic nihil suspicabamur cum [a] hoc mari negotij fore. Quò me nũc vertã? vndique custodior, sed satis lacrymis. παραπλούτιον [b] igitur, & occultè in aliquam onerariam corrependum: non committendum vt etiam compacto prohibiti videamur. Sicilia petenda: quã si erimus nacti, maiora quædam consequemur. sit modò rectè in Hispaniis: quamquã de ipsa Sicilia vtinam sit verũ: sed adhuc nihil secundi. Concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus: orasse, vt resisteret: omnia pollicitus [c]: commotum illum, delectum [d] habere cœpisse. non credo, vt est luculentus auctor. potuisse certè tenere [e] illam prouinciam scio. Ab Hispaniis autem iam audietur. Hìc nos C. Marcellum habemus eadẽ [f] de re cogitantem, aut bene simulantem: quãquam ipsum non videram, sed ex familiarissimo eius audiebam. Tu, quæso, si quid habebis nouí. ego, siquid molliti erimus, ad te statim scribam. Q. [g] filiũ seueriùs adhibebo. vti nam proficere possem [h]. Tu tamen eas epistolas, quibus asperiùs de eo scripsi, aliquãdo cõcerpito, nequando quid émanet: ego item tuas. Seruium exspecto, nec ab eo quidquam [i] scies. Scies quid [l] erit, sine dubio errasse nos, confirmandum est. at semel at vna in re timmò omnia quo diligentiùs cogitata, eo facta sunt imprudentiùs. Ἀλλὰ [k] τὰ μὲν προπεπόνθαμεν ἱκανῶς, ἀχνύμενοί περ. In reliquis modò ne ruamus. Iubes [m] enim profectionem meam prouidere. Quid prouideam? ita patent omnia, quæ accidere possunt, vt, ea si vitem, cedẽdum sit cum dedecore, & dolore. si negligam: periculum [m] est, nẽ in [n] fluctus incidam perditorum. Sed vide, quantis in miseriis simus. optandum interdũ videcur, vt aliquã accipiamus ab istis quãuis acerbam iniuriam, vt tyranno in odio fuisse videamur. Quòd si nobis is cursus, quẽ speraram, patêret: effecissem aliquid profectò, vt tu optas, & hortaris, dignum nostra mora. sed mirificæ sunt custodiæ, & quidem [n] ille ipse Curio suspectus. Quare vi, aut clàm agendum est, etsi [o] vi fortè, ne cum tempestate: clàm autem cum istis, in quo si quod σφάλμα vides, quàm turpe [p] est, trahimur, nec fugiendum, si quid violentius. De Cœlio sæpe mecum agito, nec, si quid habuero tale, dimittam. Hispanias spero firmas esse. Massilienses um factum cum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est, rectè esse in Hispaniis. Minùs enim audèrent, si aliter esset, & scirent. Nam [q] & vicini, & diligentes sunt. Odium autẽ rectè animaduertis significatum theatro. Legiones etiã has, quas in Italia assũmsit, alienissimas esse video, sed tamen nihil inimicius, quàm sibi ipse. Illud rectè times, ne ruat. Si desperarit: certè ruet. quò magis efficiẽdum aliquid est, fortuna velim meliori, animo Cœliano. Sed primũ quidque: quod, qualecumque erit, continuò scies. Nos iuueni, vt rogas, suppeditabimus: & Peloponesum ipsam sustinebimus. est enim indoles [s], modò [t] aliquid hoc sit ὄσος ΑΚΙΜΟΔΟΝ [u]. Quòd si adhuc nullum est, esse tamẽ potest. aut ἄτεκτον non est ἀδιόρθωτον. quod mihi persuaderi non potest. Vale.

CICERO ATTICO, S. 15

EPISTOLA tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & meherculè mihi. semper secũ aliquid

a v.c. cum hoc mare P. CLXVI. b Ita Victor. Bosius ita παράφορα ὀπλιτεύον id est intemperiter etiã sustinendæ. Ex veteri autẽ scriptura ἀφ' ὑπλιτεύον & παράφορα ὑπλιτεύον ita restituit.* c v.c. polliciros: d L. dilectũ e v.c. tenere f L. eadem ferè. corg. g v.c. Q. f. h fort. possim. i L. quid quid erit & ita Malasp. & Bos.* al. quod erit. k. Iliad.* l L. Iubes de profectione mea prouidere. m fort. periculum sit. ne in man. n al. quidẽ ipse.* P. B. o L. etsi vi fortè, sed tempestate: clam autem istis. p L. turpe fit. q L. Nam & vicinis & δειλοὶ gente sunt. Sal. Nã & vicini & diligẽtes sunt sed vicini & δειλοὶ imbelles & ignani B.* Massilienses autem ita appellat quod a Phocensibus gente molli. Hinc mores Massiliensium Plauto in Casina.* r al. meliore. s v.c. indolens, t L. modò aliquod in hoc sit u Conrad. ἀκιμώλον non facã. P. CLXVII. tum. Lamb. ἀκιδόλον Bos. apud Lamb. ἀσχέμολον propinquũ. Manut. ἀκιμον, al. ἀκέσιμον Turneb. 18 aduers. 9. ἀδίκιμον vel. Bos. ἀκίμολον vel δεκάλολον Bos. δηδαχῶ ἄλωτον id est disciplina subigi potest.* x v.c. aliquam al. fort. ἀλυπίαν aliquam affert. & ita Bosius. sed & ita secum aliquam affert.*

afferunt tuæ litteræ. Scribes igitur: ac, si quid ad spē poteris, ne dimiseris. Tu Antonij leones pertimescas caue. Nihil est illo homine iucundius. Attende πρεσβειαν πολιτικην. Euocauit litteris è municipiis denos [a]: & IIII [b]. viri [c] venerunt ad villam eius manē. Primùm dormiit ad H [d]. III. deinde, cùm esset nuntiatum venisse Neapolitanos, & Cumanos (his enim est Cæsar iratus) postridie redire iussit: lauari se velle, & περι παιδιοφοιαν γινεσθαι. Hoc heri [e] effecit. hodie autem in Æneriam transire cōstituit. exsulibus reditum pollicetur. Sed hæc omittamus: de nobis aliquid agamus. Ab Axio accepi litteras, de Tirone gratum. Vectenum diligo. Vestorio reddidi. Seruius prid. Non. Maij Minturnis mansisse dicitur, hodie in Liternino mansurus, apud C. Marcellū. Cras igitur nos maturè videbit, mihique dabit argumentum ad te epistolæ. Iam enim non reperio, quid tibi scribam. Illud admiror, quòd Antonius ad me ne nuntium quidē, cùm præsertim me valdè obseruarit. Videlicet, (aut aliquid atrocius de me imperatum est) coràm negare mihi non vult: quod ego nec rogaturus eram, nec, si impetrassem, creditурus. Nos tamen aliquid excogitabimus. Tu, quæso, si quid in Hispaniis. ia enim poterit audiri: & si omnes ita exspectant, vt, si rectè fuerit [g], nihil negotii futurum putent. Ego autem, nec retētis his, confectam rē puto, neque amissis, desperatam. Silium, &c. Ocellam, & cæteros credo retardatos. Te quoque à Curtio impediri video. Etti, vt opinor, habes [h] Scytha ὀνον, ϒΟΙ VITAM miseram, maiusque malum, tamdiu timere, quàm est illud ipsum, quod timetur!

[a] al. decuriones.* [b] Quatuorviri Municipiis præerāt dixi 13. famil. 11.* [c] al. viros.* [d] id est ad horam tertiam* [e] v.c. here f al. & omnes ista g. q. v. c. fuerint. non pl. [h] L. habes κελητα ὀνον. O vitā m. [i] Vērum Suidae σκύθης ὀνον ὀξὺ proverbij species qua quis simulat libenter velle aliquid præstare, excusationes, tamen & diuerticula quædam cogitat. vide Turneb. 18. aduers. 9. Et. ὄυττεροῦσῦ Lab. ἥδιλατον γοῦῦ vel ἥδιλεων γῦν id est placabilem mentem ver. ευμετάτονον Quod si legis Scytha ὄνον vel κέλητες ὄνον proverbium erit in eos qui aliud agunt, aliud simulant. Cæsar dixit legit habes ὄνλωσα Lamb. habes ὄ γητων seu ὀ γητιὼ ὄνον id est auctorem asinum Bos. κέλητα ἀζὸν id est veredū impigrū, vt de diplomate hic locus sit intelligendus. de quo epistola penult. huius libri.* i Principiū epistolæ Bosso.* P. B. k Bos. serui.* l v.c. lacryma m v.c. imbecillior est. n v.c. conquxre. o quidam libri vulg. tardiùs mendose. p L. in exsulium q L. & id-

SERVIVS, vt anteà scripsi, cùm venisset Nō. Maiis, prostridie ad me venit. Ne diutiùs te teneam, nullius consilij exitum inuenimus. Numquam vidi hominem perturbatiorem metu. neque herculè quidquā timebat, quod non esset timendū: illum sibi iratū, hunc non amicū: horribilē vtriusque victoriā, cùm propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter vtriusque difficultatem pecuniariā, quā frui k nusquam, nisi ex priuatorū bonis posset. Atque hæc ita multis cum lacrymis loquebatur, vt ego mirarer, eas tam diuturna miseria nō exaruisse. Mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non ipse ad te scribo, sine vlla lacryma l est, sed sæpius odiosa est propter vigilias. Quamobrē, quidquid habes ad consolandum, collige: & illa scribe, nō ex doctrina, neque ex libris (nā id quidē domi est) sed nescio quomodo imbecilliorem [m] est mea dicina, quām morbus. Hæc potius cōquire [n] de Hispaniis, de Massilia. Quæ quidem satis bella Seruius affert: qui etiā de duabus legionibus luculentos auctores esse dicebat. Hæc igitur si habebis, & talia: & quidem paucis diebus aliquid audiri necesse est. Sed redeo ad Seruiū. Distulimus omnino sermonē in posterū. sed tardus [o] ad exeundum: multò se in suo lectulo malle, quidquid foret. odiosus seruulus de filij militia Brundisina. Vnū illud sir missimè asseuerabat si damnati restituerētur, in [p] exilium se iturum. Nos autem ad hæc, & [q] ipsum certò fore, &, quæ iam fiebant, nō esse leuiora multáque colligebamus. Verùm ea non animum eius augebant, sed timorem, vt iam celandus magis de nostro consilio, quām ad [a] idem, videretur. quare in hoc non multum est. Nos à te admoniti, de Cœlio cogitabimus.

[a] al. addendus. P. CLXIII.

CICERO ATTICO, S 17

SERVIVS cùm esset apud me, Cephalio cum tuis litteris VI. Id. venit: quæ nobis magnam spem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus (etenim hæ quoque, quæ in his locis sunt, labare dicuntur.) Eodem die Funisulanus idem illud. Ei de suo negotio respondi cumulatè. cum omni tua gratia adhuc non satisfaciebat. Debet autē mihi multos nummos, nec habetur locuples. nunc ait se daturum [b]: cui expensum [c] tulerit, morati: tabellariis, si dapud te esset, quā satisfecisses, dares. quantum sit, Eros Philotimi tibi dicet. Sed ad maiora redeamus. Quod optas, Cœlianum illud maturescit. Itaque torqueor, vtrūm ventum exspectem. Vexillo opus est. conuolabunt. Quòd suades, vt palām: prorsus assentior. Itaque me profecturum puto. Tuas tamen interim litteras exspecto. Seruij consilio nihil expeditur. Omnes captiones in omni sententia occurrūt. Vnum C. Marcello cognoui timidiorem: quē cos. fuisse pœnitet: ὦ πολλὴς ἀφροσύνης: qui etiā Antonium confirmasse dicitur, vt me impediret, quod [e] ipse, credo, honestiùs. Antonius autem VI. Id. Capuam profectus est. ad me misit, se pudore deterritum ad me nō venisse, quòd me sibi succensere [f] putaret. Ibitur igitur, & ita quidem, vt cenasses, nisi cuius grauioris personæ suscipiēdæ spes erit antè oblata. sed vix erit tam citó. Haliēnus autē prætor putabat, aliquem, si ego non, ex collegis suis, quiuis licet, dum modò aliquis. De sorore, laudo. De Q. puero, dātur opera. spero esse meliora. De Quincto fratre, scito eum non mediocriter laborare de vsura [g]: sed adhuc nihil à L. Egnatio expressit. Axius hæc XII. millibus prudens. Sæpe enim adscripsit [k], vt Gallio, quantum is vellet, darem. Quòd si nō scripsisset, posse mne aliter? & quidem sæpe sum pollicitus, sed tantùm voluit citó. me verò adiuuare. his in angustiis. Sed m tu istos. vetūm aliàs. Te n à quartana liberatum gaudeo, itémque Piliam. ego, dum panes, & cætera in nauem parantur, excurro in Pompeianum. Vecteno velim gratias, quòd o studiosus, si quemquam nactus fueris, qui perferat, litteras des antè, quàm discedimus. Vale.

[e] Longo ipso [f] v.c. scribere [g] al. vsitor. h Fauere. [k] P. B. i L. de Tullio. k al. ad me scripsit. l v.c. lacryma m v.c. his [n] v.c. adiuuarent [o] v.c. tardus

CICERO ATTICO, S 18

COMMODVM ad te dederā litteras de pluribus rebus, cùm ad me bene manē Dionysius fuit. cui quidem ego non modò placebilem me præbuissem: sed totū remisissem, si veniret, qua mente tu ad me scripseras. Erat enim sic in tuis litteris, quas Arpini acceperā, eum venturum, facturumque, quod ego vellem. Ego volebā autem, vel cupiebam potius, esse cū nobiscum. Quod quia planè, cùm in Formianum venisset, præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. ac ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, vt p ignoscerem: se rebus suis impeditū, nobiscum ire non posse. Pauca respōdi: magnū q accepi dolorem:

dolorem:intellexi, fortunam ab eo noſtram deſpectam eſſe.Quid quæris? fortaſſe mirabere:in maximis horum temporum doloribus hunc mihi ſcito eſſe.Velim,vt tibi amicus ſit. Hoc cùm tibi opto, opto [a] vt beatus ſis. erit enim tamdiu. Conſilium noſtrum ſpero vacuum [b] periculo fore.Nã & diſſimulauimus, &,vt opinor,acerrimè [c] obſeruabimus. nauigatio modò ſit,qualem opto.Cetera,quæ quidem conſilio prouideri poterunt, cauebũtur. Tu,dum adſumus, non modò quę ſcieris, audieriſue, ſed etiam, quæ futura prouidebis, ſcribas velim.Cato,qui Siciliam tenere nullo negotio potuit,&,ſi tenuiſſet,omnes boni ad eum ſe contuliſſent, Syracuſis profectus eſt ante diem VIII.kalen. Maias,vt ad me Curio ſcripſit.Vtinam,quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat:eſt enim rumor.O,ſi id fuerit, turpem Catonem!Ego, vt minuerem ſuſpicioné profectionis,aut cogitationis meæ,profectus ſum in Pompeianum ad [d] IIII.Id.vt ibi eſſem,dũ, quæ ad nauigandum opus eſſent, pararentur. Cùm ad villam veniſſem,ventum eſt ad me: Centuriones trium cohortium, quæ Pompeij ſunt,me velle poſtridie [e]: (hæc mecum Ninnius noſter velle eos mihi ſe, & oppidũ tradere.At ego tibi poſtridie à villa ante lucem, vt me omnino illi ne viderent. Quid enim erat in tribus cohortibus? quid ſi plures? quo apparatu?cogitaui eadem illa Cœliana,quæ legi in epiſtola tua,quam [f] accepi.ſimul [g] in Cumanum veni.eodem die: & ſimul fieri poterat,vt tẽtaremur. Omnem igitur ſuſpicionem ſuſtuli.Sed [h] cùm redeo, Hortenſius venerat, ad [i] Terentiam ſalutatum diuerterat [k].ſermone erat vſus honorifico erga me. tamen eum (vt puto)videbo.miſit enim puerum,ſe ad me venire.Hoc quidé melius, quàm collega noſter Antonius: cuius inter lictores lectica mima portatur.Tu,quoniam quartana cares,& [l] non modò morbum remouiſti:ſed etiam grauedinem:te vegetum nobis in Græcia ſiſte,& litterarum aliquid interea.

CICERO ATTICO, S. 19

PRID.Id.Hortẽſius ad me venit, ſcripta epiſtola.Vellem [m] cetera eius,quàm in me in credibilem [ἐυτ]ιείαν! qua quidem cogito vti. Deinde Seraption cum epiſtola tua: quam priuſquàm aperuiſſem,dixi ei,te ad me de eo ſcripſiſſe antea,vt feceras.Deinde,epiſtola lecta cumulatiſſimè cetera.Et [n] herculè hominẽ probo. nam & doctũ & probum exiſtimo. quin etiam [o] uaui eius me, & ipſo conuectore vſurum puto.Crebrò reficiat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam. Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe,& à vetere morbo,& à nouis tentationibus,gaudeo.Ocellam vellem haberemus.videntur enim eſſe hæc paullo faciliora.Nunc quidem æquinoctiũ [a] hos moratur:quod valde perturbatũ erat.id [b] ſcilicet cras erit. vtinam idem maneat Hortenſius:ſic quidé adhuc erat, liberalius eſſe nihil poteſt. De diplomate [d] admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitij inſimularim. Negas enim te reperire, qui mihi id in mentem venerit. Ego autẽ, quia ſcripſeras, te proficiſci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eò te habere cenſebam, & quia pueris diploma ſumſeras. Habes cauſam opinionis meæ. & tamẽ velim ſcire,quid cogites,in primiſque ſi quid etiam nunc noui eſt.XVII.Kalend.Iun.

CICERO ATTICO, S. 20

TVLLIA mea peperit XIIII. Kalend. Iun. puerum [ἐπταμ]ηνιαῖον. [c] quòd [δυσκ]ωφότερος, gaudebam. Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.Me mirificè trãquillitates adhuc tenuerunt,atque [f] maiore impedimento fuerunt,quàm cuſtodiæ,quibus aſſeruor.Nam illa Hortenſiana [g] omnia,fuere infantia.Ita fiet homo nequiſſimus.à Saluio liberto deprauatus eſt.Itaque poſthac non ſcribam ad te,quid facturus ſim,ſed quid fecerim. Omnes enim [κωφ]υχαῖοι videtur ſubauſcultare, quæ loquor. Tu tamẽ,ſi quid de Hiſpaniis,ſiue quid aliud, perge,quæſo,ſcribere:nec meas litteras exſpectaris,niſi cùm,quò opto,peruenerimus,aut,ſi quis ex curſu: ſed hoc quoque timidè ſcribo: ita [l] omnia adhuc tarda, & ſpiſſa. [k] *Vt male poſuimus initia,ſic cetera ſequentur.* Formias [l] nunc ſequimur. eædem [m] nos fortaſſe furiæ perſequentur.Ex Balbi autem ſermone,quem tecum habuit,non probamus de Melita. Dubitas igitur,quin nos in hoſtium numero habeat?Scripſi equidem Balbo, te ad me de eius erga me beneuolentia ſcripſiſſe, & de ſuſpicione. de altero egi gratias: de altero ei me purgaui. Ecquem tu hominem infeliciorem? Non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipſe conficior, veniſſe tempus, cùm iam nec fortiter, nec prudenter quidquam facere poſſim. Vale.

a ſpatium? verno æquinoctio ad vergilias *Turneb.* 18. *aduerſ.* 10.*
b *Vet.* erat & acras *Boſ.* Id ſi ἀκραὶς eſſe æquinoctiũ ἀκραὶς mutatis nubibus obductum.*
c L. vt quidem adhuc erat,lib.‖ *Vrſin.* Hortenſio vt quidẽ adhuc erat, nihil eſſe liberalius poteſt:*
d Diplomata codicilli erant,quibus poteſtas dabatur curſus publico aliquo proficiſcendi l.37. §.2.ff.de verbor.obligat. l. 27. in f.ff. de falſis:*
P. CLXX.
e videl.ſeptimo menſe.2.ff.de ſtatu hominũ l. 3 in fine ff. de ſuis Nouell.39. *vbi dixi* Paulum 4.ſent.8.*
f *al.*gaudeo*
g L. atque maiori impedim.
h v.c Hortenſina
i *Vet.* ita omnia & τὰ ὀνόματα. *Boſ.* τὰ ὄνεια.quæ ex vſu.*
k tarda & lenta.*
l Ariſtotel.5. de Repub.*
m L. Furias

nũc ſeq.‖ *al.* Φόρμιαι nunc ſequimur,eodẽ nos fortaſſe φορητὰ perſequentur *Boſ.* Fors μιαιὰς id eſt fortaſſe ſcelus & piaculum id enim μιαιὰ ep. epiſtol.40.in f. n *al.* eòdem‖ *Vrſin.* Cod. Eadem nos fortaſſe furia.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER XI.

CICERO ATTICO, S. 1

ACCEPI à te signatum libellum, quem Anteros attulerat, ex [a] quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quib. acerbissime afflictor: quòd qui eas dispensauit, neq; adest istic, neq; vbi terrarũ sit, scio. Omnem autem spem habeo exīstimationis, priuatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima beneuolẽtia: quam si his tẽporibus miseris, & extremis præstiteris, hæc pericula, quæ mihi communia sunt cum ceteris, fortiùs feram: idque vt facias, te obtestor, atque obsecro. Ego in Cistophoro [b], in Asia habeo ad LLS. bis & [c] vicies. Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere: quam quidem ego nisi expeditam relinquere [d] putassem, credens ei, cui tu scis iampridẽ minimè credere: commoratus essem paulisper, nec domesticas res impeditas reliquissem, ob eamque causam seriùs ad te scribo, quòd serò intellexi, quid timendum esset. Te etiam, atque etiam oro, vt me totum tuendũ suscipias: vt, si ij salui erunt, quibuscum sum, vnà cum iis possim incolumis esse, salutémque meam beneuolentiæ tuę acceptã referre. Vale.

a P. E. al. ex quo nihil scire p.

b Cistophorus, nũmus Asiaticus.

c v. s. & vicies.

d L. relinquere me put.

CICERO ATTICO, S. 2

LITTERAS tuas accepi pr. Non. Febr. eóque ipso die ex testamento creui hereditatem. ex multis meis, & miserrimis cutis est [e] vna enata, si, vt scribit, ista hereditas fidem, & famam meam tueri potest: quam quidem te intelligo etiam fine hereditate tuis opibus defensurum fuisse. ¶ De dote quod scribis, per omneis deos te obtestor, vt totam rem suscipias, & illam miseram [f] mea culpa & negligẽtia, tueare meis opibus, siquæ sunt: tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus: cui quidem deesse omnia quòd scribis: obsecro te, noli pati. In quos enim sumtus abeunt fructus prædiorum? Iam illa LLS. LX. quæ scribis, nemo mihi vmquam dixit ex dote esse detracta. numquã enim essem passus. Sed hæc minima est ex his iniuriis, quas accepi, de quibus ad te dolore, & lacrymis scribere prohibeor. Ex ea pecunia, quæ fuit in Asia, partẽ dimidiã ferè exegi. Tutiùs videbatur fore ibi, vbi est, quàm apud publicanos. Quòd me hortaris, vt firmo sim animo: vellẽ posses aliquid afferre, quamobrẽ id facere possem. Sed si ad ceteras miserias accessit etiã id, quod mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil significasti) de domo, quis me miserior vno iam fuit? Oro, obsecro, ignoscẽ. non possum plura scribere. quãto mẽrore vrgear, profectò vides. Quod si mihi cõmune cum ceteris esset, qui videntur in eadẽ causa esse, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior esset. Nunc nihil est, quod consoletur, nisi quid tu efficis: si modò etiam nunc effici potest, vt nequa singulari afficier calamitate, & iniuria. Tardiùs ad te remisi tabellarium, quòd potestas mittendi nõ fuit. A tuis & nummorum accepi LLS. LXX. & vestimẽtorum quod opus fuit. Quibus tibi videbitur, velim des litteras nomine [a] meo. Nosti meos familiareis [b] signũ requirent, aut manũ. dices iis, me propter custodias ea vitasse. Vale.

P. CLXXI. e L. est vna leuata, f. [illegible] al. pro enata legunt enecta. al. sed eis spes est vna enata.

f Tulliam filiam, vxorem Dolabellæ.

a P. II. al. meo nomine.

b v. c. familiaris.

CICERO ATTICO, S. 3

QVID hîc agatur, scire poteris ex eo, qui litteras attulit: quem diutiùs tenui, quia quotidie aliquid noui exspectabamus. Neque nunc mittendi tamen vlla causa fuit, præter eam, de qua tibi rescribi voluisti [c]. Quod ad Kalend. Quinctil pertinet, quid vellem: vtrũque graue [d] est, & tam graui tempore periculum tantæ pecuniæ, & dubio rerum exitu, ista, quam scribis, abruptio [e]. Quare vt alia, sic hoc vel maximè tuæ fidei, beneuolentiæque permitto, & illius consilio, & voluntati: cui misereæ consuluissem meliùs, si tecum olim coràm potiùs, quàm per litteras de salute nostra, fortunisque deliberauissem. Quòd negas præcipuum mihi vllum incommodum impendere: etsi ista res nihil [f] habet consolationis, tamen etiam præcipua multa sunt, quæ tu profectò vides. [g] grauissima esse, & me facillimè vitare potuisse. Eã tamen erunt minora, si (vt adhuc factum est) administratione, diligẽtiaque tua leuabuntur. Pecunia apud Egnatium est. sit à me, vt est. Neque enim hoc, quod agitur, videtur diuturnũ esse posse: vt scire iã possim, quid maxime opus sit. etsi egeo rebus omnibus, quod is quoq; in angustiis est, quicũ i sumus: cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinãtes nobis, constitutis rebus, eã rẽ etiã honori fore. Tu, vt anteà fecisti, velim, si qui erunt, ad quos aliquid scribẽdũ à me existimes, ipse conficias. Tuis salutem die. Cura, vt valeas: in primis, id quod scribis, omnibus rebus cura, & prouide, nequid ei desit, de qua scis me miserrimũ esse. Idib. Iuniis: ex castris.

c Panitat. rhus voluisti quod ad ea. al. inter pungis huius locum.

d v. s. grauia. e v. s. al. pro abrupto sed abruptio sibi Tullia ait, Ciceronis dimissum significat.

f L. nonnihil habet consolationis. L. videlicet, & ve iure, & grauiss. & grauissima esse. & me facillimè &c. al. leuiora.

g v. c. quicũ sumus: quod mag.

P. CLXXII.

CICERO ATTICO, S. 4

ACCEPI ab Ilidoro litteras, & posteà datas binas. ex proximis cognoui, prædia nõ venisse. videbis ergo, vt sustẽtetur per te. De Fruginati si modò futuri sumus, erit mihi res opportuna. Meas litteras quòd requiris, impedior inopia rerũ, quas nullas habeo litteris dignas: quippe cui nec, quę accidũt, nec, quę agũtur, vllo modo probentur. Vtinam coràm tecũ olim, potius, quàm per epistolas. Hîc [k] tua, vt possum, tueor apud hos: ceteras Celer. ipse fungi adhuc omne munus, eò magis, quòd ita nihil poterat agi, vt mihi, & meis rebus aptũ esset. Quid sit gestũ noui, quæris. ex Ilidoro scire poteris. reliqua nõ videtur esse difficiliora. Tu id velim, quod scis me maximè velle, cures, vt scribis, vt facis. Me cõficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua leuata, ero vnà cum eo, qui negotiũ gerit, etsi in spe magna. Brutus amicus, in causa versatur acriter. Hactenus fuit, quod caute à me scribi posset. Vale. ¶ De pensione altera, oro te, omni cura considera, quid [m] sit faciendum, vt scripti his litteris, quas Pollex tulit. Vale.

k Postum. al. habua vt possum. al. vt possem. al. [illegible] vt [illegible] m v. s. quid faciendum sit, vt scripti his litteris, quas Pollex tulit. Vale.

CICERO ATTICO, S. 5

QVAE me causæ mouerint, quàm acerbæ, quàm graues, quàm nouæ, coegerintque impetu magis quodam animi vti, quàm cogitatione, non possum ad te sine maximo dolore scribere. Fuerunt quidem tantæ, vt id, quod vides, effecerint. Itaque nec quid ad te scribam de meis rebus, nec quid à te petam, reperio. rem, & summam negotij vides. Equidem ex tuis litteris intellexi, & iis, quas communiter cum aliis scripsisti, & iis, quas tuo nomine, quod etiam mea sponte videbam, te subita [a] re quasi debilitatum, nouas rationes tuendi mei quærere. Quòd scribis placere, vt propiùs accedam, itérque per oppida noctu faciam: non sanè video, quemadmodum id fieri possit. Neque enim ita apta habeo diuersoria [b], vt tota tempora diurna in his possim consumere, neque ad id, quod quæris, multùm interest, vtrùm me homines in oppido videant, an in via. Sed tamen hoc ipsum, sicut alia, considerabo, quemadmodum commodissimè fieri posse videatur. Ego propter incredibilem & animi, & corporis molestiã, confícere plureis litteras non potui. his tantùm rescripsi, à quibus acceperam. Tu velim & Basilio [c], & quibus præterea videbitur, etiam Seruilio conscribas, vt tibi videbitur, meo nomine. Quòd tanto interuallo nihil [d] omnino ad vos: profectò intelligis rem mihi deesse [e], de qua scribam, non voluntatem. Quòd de Vatinio quæris: neque illius, neque cuiusquam mihi prætereà officium deest [f], si reperire possent, qua in re me iuuarent. Quauersissimo à me animo Patris fuit. Eódem Corcyra filius venit. inde profectos eos vnà cum ceteris arbitror. Vale.

CICERO ATTICO, S. 6

SOLLICITVM esse te cùm de tuis, communibúsque fortunis, tum maximè de me, ac de dolore meo, sentio. qui quidẽ dolor meus, non modò non minuitur, cùm socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione leuari maximè possim. Probas enim meum consilium, negáique mihi quidquam tali tempore potius faciendum fuisse. Addis etiam (quod etsi mihi leuius est, quàm tuum iudicium, tamen nõ est leue) ceteris quoque. id est, qui põdus habeant, factum nostrũ probari. Id si ita putarem, leuiùs dolerem. Crede, inquis, mihi. Credo equidem, sed scio, quàm cupias minui dolorem meum. me discessisse ab armis, nunquam pœnituit. tãta erat in illis crudelitas, tanta cũ barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata: vt iam omnium iudicio constitutũ esset, omnium vestrûm bona, prædam esse illius victoriæ. vestrûm planè dico. numquam enim de te ipso, nisi crudelissimè, cogitatum est. Quare voluntatis me meq; nunquam pœnitebit: consilij pœnitet. In oppido aliquo mallem resedisse, quoad [g] accerferer. minus sermonis subiissem, minùs accepissem doloris, ipsum hoc me non angeret. Brundisij iacêre, in omneis parteis est molestum, propiùs accedere, vt suades, quomodo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? qui mihi incolumi adimi non possunt: quos ego modò paullisper cum bacillis in turbam conieci, ad oppidum i accedens, nequis impetus militum fieret. Recipio [k] tempore me l domo [a]. Te [b] nunc ad Oppium, quoniam iis placeret [c] modò propiùs accedere, vt hac de re considerarent. credo fore auctores. Sic enim recipiunt. Cæsari non modò de conseruanda. sed etiam de augenda mea dignitate curæ fore: méque hortantur, vt magno animo sim, vt omnia summa sperẽ. ea spondent, confirmant. quæ quidem mihi exploratiora essent, si remansissem. Sed ingero præterita. Vide, quæso, igitur ea, quæ restant, & explora cũ istis: &, si putabis opus esse: &, si istis placebit, quo magis factum nostrum Cæsar probet, quasi de suorum sententia factum, adhibeantur Trebonius, Pansa, si qui alij: scribántque ad Cæsarem, me, quidquid fecerim, de sua sententia fecisse. Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat: quã tibi intelligo magnæ curæ esse: quod est mihi gratissimum. ¶ De Pompeij exitu mihi dubiũ nunquam fuit. Tanta enim desperatio rerũ eius, omnium regum, & populorum animos occuparat, vt, quocunq; venisset, hoc putarem futurum, non possum eius casum non dolere. hominé enim integrum, & castum, & grauem cognoui. De Fannio consoler te? pernicioſa loquebatur de mansione tua. L. verò Lentulus Hortensij domum sibi, & Cæsaris hortos, & Baias desponderat. Omnino hæc [d] eodẽ modo ex hac parte fiunt, nisi quòd illud erat infinitum. Omnes enim, qui in Italia remanserant [e], hostium numero habebantur. Sed velim hæc aliquando solutiore animo. Qu. fratrem audio profectum in Asiam, vt deprecaretur. De filio nihil audiui. sed quære ex Diochare, Cæsaris liberto: quem ego non vidi: qui istas Alexandrinas litteras attulit. is [f] dicitur vidisse ſ, an euntem, an iam in Asia? Tuas litteras, prout res postulat, exspecto: quas velim cures quàm primùm ad me perferẽdas. Vale. IIII. kal. Decemb.

CICERO ATTICO, S. 7

GRATAE [h] mihi tuæ litteræ sunt: quibus accuratè perscripsisti omnia, quæ ad me pertinere arbitratus es. Factum i igitur, vt scribis, istis placere, iisdem istis lictoribus me vti: quod concessum Sestio [k] sit: cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos. Audio enim, eum ea s. c. improbare, quæ post discessum tribunorum facta sunt. Quare poterit, si volet sibi constare, nostros lictores cõprobare, quãquam quid ego de lictoribus, qui pænè ex Italia decedere sim iussus? Nam ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se litterarũ, in quibus erat, se audiisse Catonẽ, & L. Metellum in Italiam venisse, Romæ vt essent palàm: id sibi non placere, nequi motus ex eo fierẽ: prohiberíq; omneis Italia, nisi quorum ipse causam cognouisset: deq; eo vehementiùs erat scriptum, itaque Antonius petebat à me per litteras, vt sibi ignoscerem: facere se non posse, quin his litteris parêret. Tũ ad eum misi L. Lamiam, qui demõstraret, illũ Dolabellæ dixisse, vt ad me scriberet, vt in Italiam quàm primùm venirem: eius me litteris venisse. Tum ille edixit ita, vt me excipere t, & Lælium l nominatim. quod sanè nollẽ, poterat enim sine nomine re [m] ipsa excipi. O multas, & graues offensiones! quas quidem, tu das operam, vt leniás: nec tamẽ mihi proficis: quin hoc ipso minuis dolorẽ meum, q, vt minuas, tam valde laboras: idq; velim ne grauêre quàm sæpissimè facere. Maximè autẽ

a al. domũ Bos. ἐς τὸν οἶκον nũc ad Oppium, Cornelium, iis placeret & tet. id est ex cursu.* P. B.

b fort. Tu nunc ad Balbum, & Oppium, quoniam iis pl. me prop acced.

c id est, vtinam.*

d al. hæc eadem ex h.

e q.v.c.mãserunt.

f v.c. is dicitur vidisse Q. an &c.

g Bos. v.c. vdisse Q. an euntem.* P. clxxiii.

h al. Gratæ tuę mihi litt. i Bos. Factũ.*

k L. Sextio.

l Amm. Aug. L. Aelium.*

m v.c. res ipsa &c. non pl.

assequêre, quod vis, si me adduxeris, vt existimem, me bonorũ iudicium nõ funditus perdidisse. quanquã quid tu in eo potes? nihil scilicet. Sed, si quid res dabit tibi facultatis, id me maximè cõsolari poterit, quod nũc quidẽ video nõ esse: sed, si quid ex euentis, vt hoc nũc accidit. Dicebar debuisse cũ Põpeio proficisci. exitus illius minuit eius officij prætermissi reprehensionẽ. Sed ex omnib⁹ nihil magis tamẽ desideratur, quàm q⁹ in Africã[a] non ierim. Iudicio hoc sum vsus, NON esse barbaris auxiliis fallacissimæ gẽtis, remp. defendendã, præsertim contra exercitũ sæpe victorẽ. Non probant fortasse. multos enim viros bonos in Africam venisse audio, & scio fuisse anteã. Valde hoc loco vrgeor. hîc quoq; opus [b] est casu, aliqui sint ex eis, aut, si potest, omnes, qui salutẽ anteponãt. nã si perseuerant, & obtinent: quid nobis futurũ sit, vides. Pices, Quid illis, si victi erunt? Honestior est plãga. Hęc me excruciant. Sulpicij autẽ consiliũ, non scripsisti, cur meo non anteponeres: quod etsi non tam glorioſum est, quàm Catonis, tamen & periculo vacuũ est, & dolore. Extremũ est eorũ, qui in Achaia sunt. ij tamen ipsi se hoc meliùs habent, quàm nos, q⁹ & multi sunt vno in loco, & cùm in Italiã venerint, domũ statim venerint. Hęc tu perge, vt facis, mitigare, & probare quãplurimis. Quòd te excusas: ego verò & tuas causas noſco, & mea interesse puto, te istic esse, vel vt cũ iis, quibus oportebit, agas, quę erunt agẽda de nobis, vt ea, quæ egisti: in primisq; hoc velim animaduertas, multos esse arbitror, qui ad Cæsarẽ detulerint, delatura ve sint, me aut pœnitere[c] cõsilij mei, aut nõ probare, quę fiãt, quorum etsi vtrũque verum est, tamẽ ab illis dicitur animo à me alienato: nõ quòd ita perspexerint. Sed totum vt hoc Balbus sustineat, & Oppius, & eorũ crebris litteris illius voluntas erga me confirmetur, & hoc plane vt fiat, diligentiã adhibebis. Alterum est, cur te nolim discedere, q⁹ scribis, Terentiam [d] flagitare. O rẽ miseram! Quid scribã? aut quid velim? breue faciam, lacrymę enim se subitò profuderunt. Tibi permitto: tu cõsule. tantùm vide, ne hoc tẽpore Terẽtiæ [e] obesse aliquid possis [f]. Ignosce, obsecro te. non possum, præ fletu, & dolore, diutiùs in hoc loco cõmorari. tantùm dicã, nihil mihi gratius esse, quàm q⁹ eam diligis. Quòd litteras, quibus putas opus esse, curas dandas, facis cõmodè. Qu. filiũ, vidi qui Sami vidisset, patrẽ Sicyone: quòrũ deprecatio est facilis. Vtinam illi, qui priùs illum viderunt, me apud eũ velint adiutũ tantũ, quantum ego illos vellẽ, si quid possem. Quòd rogas, vt in bonam partẽ accipiam, si qua sint in tuis litteris, quæ me mordeãt: ego verò in optimam: teq; rogo, vt apertè, quemadmodum facis, scribas ad me omnia, idq; facias quàm sæpissimè. Vale. XIIII. kalend. Ianuar.

CICERO ATTICO, S. 8

QVANTIS curis afficiar, etsi profectò vides, tamen cognosces ex Lepta, & Trebatio. Maximas pœnas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentiam mihi videri vis: neque te deterreo, quò minùs id disputes, scribásque ad me quàm sæpissimè: nonnihil enim me leuant tuæ litteræ hoc tempore. Per eos, qui nostra causa volunt, valentq; apud illum, quàm [h] diligentissimè contendas opus est, per Balbum & Oppium maximè, vt de me scribant quàm diligentissimè. Oppugnamur enim, vt audio, & à præsentibus quibusdam, & per litteras. ijs ita occurrendum, vt rei magnitudo postulat. Furnius [a] est illic mihi [b] inimicissimus. Quinctus misit filium non solùm sui deprecatorẽ, sed etiam accusatorem mei. Dictitat, se â me apud Cæsarem oppugnari: quod refellit Cæsar ipse, omnésque eius amici: neque verò desistit, vbicumque est, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi vnquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. Qui ex ipso audissent, cùm Sicyone palàm, multis audientibus, loqueretur nefaria quędam, ad me pertulerunt. Nosti genus: etiam expertus es fortasse, in me id est omne conuersum. sed augeo cõmemorando dolorem, & facio etiã tibi. Quare ad illud redeo: cura, vt huius rei causa, dedita opera mittat aliquem Balbus. ad quos videbitur, velim, cures litteras meo nomine. Vale. XV [c]. kal. Ianuar.

CICERO ATTICO, S. 9

EGO verò & incautè, vt scribis, & celeriùs, quàm oportuit, feci: nec in vlla sum spe: quippe qui exceptionibus edictorũ retinear: quæ si non essent sedulitate effectæ, & benuolentia [d] tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Nunc ne id quidem licet. Quid autem me iuuat, quòd ante initum tribunatum veni, si ipsum, quòd veni, nihil iuuat? Iam, quid sperem ab eo, qui mihi amicus numquam fuit, cùm iam lege etiam sim confectus, & oppressus? Cotidie [e] Balbi ad me litteræ languidiores. multæque multorum ad illum fortasse contra me. Meo vitio pereo. nihil mihi mali causa [f] attulit: omnia culpa [g] contracta sunt. Ego enim, cùm genus belli viderim, imparata, & infirma omnia, contra paratissimos ineram [h], (quid facerem?) cepiramque consilium nõ tam forte, quàm mihi, præter ceteros, concedendum. cessimus i, vel potiùs parui. Ex quibus vnus qua me pœnitet fuerit, is, quem tu mihi commendas, cognosces ex ipsius litteris, quas ad te, & ad alios misit: quas ego numquam aperuissem, nisi res acta sic esset. delatus est ad me fasciculus. solui, si [k] quid esset ad me litterarum. nihil erat, epistola Vatinio, & Ligurio [l] altera. Iussi ad eos deferri. illi ad me statim, ardentes dolore venerunt, scelus hominis clamantes. Epistolas mihi legerũt, plenas omnium in me probrorum. Hic Ligurius furere. se enim scire, summo illum in odio fuisse Cæsari: illum tamen non modò fouisse, sed & [m] tantam pecuniam illi dedisse, honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto, volui scire, quid scripsisset ad ceteros. Ipsi enim illi putaui pernicioſum fore, si eius hoc tantum scelus perecrebuisset. Cognoui eiusdẽ [o] generis. Litteras ad te misi: quas si putabis illi ipsi vtile esse reddi, reddes: nihil me lædet [p]. nam quòd relignatæ sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. Hæc illa acerbitate initio nauigationis cùm vsus esset, tanto me dolore affecit, vt posteà iacuerim: neque nunc tam pro se, quàm contra me laborare dicitur. Ita omnibus rebus vrgeor, quas sustinere vix possum, vel planè nullo modo possum, quibus in miseriis vna est pro omnibus, quòd istam miserã, patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. Quare te, vt polliceris, videre planè velim. aliũ enim cui illam commendem, habeo neminem, quo-niã matri quoque eadẽ intellexi esse paratæ quæ

P. E. [a] ad Iubam regem vide 4. epistol. famil. 7. & 9. epistol. 6.*

[b] L. opus est casu, vt aliq.

[c] v.c. pœnitere P. CLXXV.

[d] ita Victorius.* L. te flagitari. ‖ ita Bos.*

[e] ita Victorius.* L. tibi obesse. ‖ ita quoque Bos.* [f] L. possit.

[g] v.c. & L. F.

[h] quàm. abest à v.c. neque agnoscit L.

a Fort. Iubam b ad. mi. micissimus.

[c] Malesp. ii. Bos.*

[d] v.c. benuolentia

[e] L. Quotidie

[f] al. culpa ita Victorius ex libro Bucolianis. P. CLXXVI.

[g] al. mea culpa. ‖ ita Victorius. Vt. veram. Vt. seueram. Vt. seuerum. Vt. quierum. Vt. quietum. Vt. quietum.

[i] L. cessi. manu vet. v.c. cessim his, vel cessi illis.

[k] alii quid ad me esset

[l] Quintum Hortensium intelligunt. m & tantam illi pec.

[n] L. percrebuisset. o v.c. eiusdẽ generis. ad te misi. P. Pomponia.

quæ mihi, sed, si me non offendes, satis tamen habeto commendatã: patruumq; in[a] ea, quãtum poteris, mitigato. Hæc ad te die natali meo scripsi: quo vtinã susceptus [b] non essem, aut nequid ex eadem matre posteà natum esset, P. Iura scribere fletu prohibeor. Vale.

CICERO ATTICO, S. 10

AD meas incredibileis [c] ægritudines aliquid noui accedit ex his, quæ [d] de Q. Fr. ad me afferuntur. P. [e] Terentius, meus necessarius, operas [f] in portu, & scriptura [g] Asiæ pro magistro dedit. Is Q. filium Ephesi vidit VI. Id. Decẽb. eumq; studiosè, propter amicitiam nostram, inuitauit: cumq; ex eo de me contaretur [h], eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum: volumenq; sibi ostendisse orationis, quam apud Cæsarem contra me esset habiturus, multa à se dicta cõtra eius amentiam: multa posteà Patris consimili scelere, secum Qu. patrem locutum: cuius furorẽ ex iis epistolis, quas ad te misi, perspicere potuisti. Hęc tibi dolori esse certò [i] scio: me quidem excruciant: & eò magis, quòd mihi cum illis ne querẽdi quidẽ locum futurũ puto. De Africanis rebus longè alia nobis, ac tu scripseras, nuntiantur. Nihil enim firmius esse dicunt, nihil paratius: Accedit Hispania, & alienata Gallia [k]: legionum nec vis eadem, nec voluntas: Vrbanæ res perditæ. Quid est, vbi acquieſcam, nisi quãdiu tuas litteras lego? quæ essent profectò crebriores, si quid haberes, quo putares meam molestiã minui posse. Sed tamẽ te rogo, ne intermittas scribere ad me, quidquid erit: eoſque, qui mihi tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accuſes tamen: nõ vt aliquid proficias, sed [l] vt tibi me carum esse sentiant. Plura ad te scribam, si mihi ad eas litteras, quas proximè ad te dedi, rescripseris. Vale. XII. kalend. Febr.

CICERO ATTICO, S. 11

CONFECTVS iam cruciatu maximorũ dolorum, ne, si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facilè id exsequi possem? hoc minùs, q̃ res nulla est, quæ scribenda sit: cùm præsertim ne spes quidem vlla ostẽdatur fore melius. Ita iam ne tuas quidem litteras exspectõ: quamquam semper aliquid afferunt, quod velim. Quare tu quidem scribito, cùm erit, [m] cui des. Ego tuis proximis, quas tamen iamprídem accepi, nihil habeo, quod rescribam, longo enim interuallo video immutata esse omnia: illa esse firma, quæ debeant: nos stultitiæ nostræ grauissimas pœnas pendere. P. Sallustio curanda sunt LLS. XXX. quæ accepi à Cn. Sallustio. velim videas, vt sine mora curentur. De eà te scripsi ad Terentium: atque hoc ipsum iam propè consumtum est. Quare id quoque velim cum illa videas, vt sit, qui vtamur. hic fortasse potero sumere, si sciam istic paratum fore. sed priùs, quàm id scirem, nihil sum ausus sumere. Qui sit omnium rerum status noster, vides. nihil est mali, quod non & sustinea, & expectem. Quarum rerum eò grauior est dolor, quòd culpa maior. Ille in Achaia non cessat de nobis detrahere, nihil videlicet tuæ litteræ profecerunt. Vale. VIII. Id. Martias.

CICERO ATTICO, S. 12

CEPHALIO mihi à te litteras reddidit ad [n] VIII. Id. Mart. vesperẽ. Eo autem die manè tabellarios miseram, quibus ad te dederam litteras. tuis tamen lectis litteris, putaui aliquid rescribendum esse: maximè, quòd ostendis, te pendére animi, quãmnam rationem sim Cæsari allaturus profectionis meæ, tum, cùm ex Italia discesserim. Nihil opus est mihi noua ratione. Sæpe enim ad eum scripsi, multísque mandaui, non potuisse, quum cupiissem, sermones hominum sustinere, multáq; in eam sententiam. Nihil enim erat, quod minùs eum vellem existimare, quàm me tanta de re non meo consilio vsum esse. Posteáque [a] quàm mihi litteræ à Balbo Cornelio minore missæ essent, illum existimare, Q. fratrem lituum [b] meæ profectionis fuisse (ita enim scripsit) qui nondum cognosset [c], quæ de me Quinctus scripsisset ad multos: etsi multa prælens in præsentem acerbè dixerat, & fecerat: tamen [d] L. in eo his verbis ad Cæsarem scripsi. *De Q. fratre meo, non minùs laboro, quàm de meipso: sed eum tibi commendare hoc meo tempore non audeo. Illud duntaxat tamen audebo petere abs te, quod te orõ, nequid existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent, minúsve te diligerem: potiúsq; illum [e] semper auctorem nostræ cõiunctionis fuisse, meique itineris comitem, non ducem. Quare ceteris in rebus tantum ei tribues, quãtum humanitas tua amicitiaque vestra postulat. Ego ei nequid apud te obsim, id te vehementer etiam, atque etiam rogo.* Quare, si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare (etsi non dubito, quin is lenis in illum futurus sit, idque iam declarauerit) ego tamen is ero, qui semper fui. Sed, vt video, multò magis est nobis laborandum de Africa: quam quidem tu scribis confirmari cotidie [f] magis ad conditionis spem, quàm victoriæ. quod vtinam ita esset. Sed longè aliter esse intelligo, teq̃e ipsum ita existimare arbitror: aliter autem scribere, non fallendi, sed confirmandi mei causa, præsertim cùm adiungatur ad Africam etiam Hispania. Quòd me admones, vt scribam ad Antonium, & ad ceteros: si quid videbitur tibi opus esse, velim facias: id quod sæpe fecisti. nihil enim venit [g] mihi in mentem, quod scribendum putem. Quòd me audis fractiorem [h] esse animo: quid putas, cùm videas accessisse ad superiores ægritudines præclaras generi actiones? Tu tamen velim, ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me, etiam si rem, de qua scribas, non habebis. Semper enim afferunt aliquid mihi litteræ tuæ. Galeonis hereditatem creui. Puto enim cretionem [i] simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est. VIII. Id. Matt.

CICERO ATTICO, S. 13

AMVRAENAE [k] liberto nihil adhuc acceperam litterarũ. P [l]. Siser reddiderat eas, quibus rescribo. De Seruij patris litteris quod scribis: item, Quinctum in Syriam venisse, quòd ais esse qui nuntient: ne id quidem verum est. Quòd certiorem te vis fieri, quo quisque in me animo sit, aut fuerit eorũ, qui huc venerunt: neminẽm alieno intellexi. Sed, quãtum id meã interfuit, existimare te posse certò [m] scio. Mihi cùm omnia sunt intolerabilia ad dolorẽ, tum maximè, quòd in eã causam venisse me videò, vt ea sola vtilia mihi esse videantur, quæ semper nolui. P. Lentulum patrem Rhodi esse aiunt, Alexandrię filiũ, Rhodoque Alexandriam C. Cassium profectũ esse

a I. in eam, S. scr. aut dic.

b P. B.

c Vnde incredibilis

d L. quæ de Q. Quid

e Sic ipsum P. Terentium commendat 13. famil. 63.*

f operas in portu & scriptura pro magistro dare nihil aliud quam negotia publicanorum curare, dixi 13. famil. 65. ad. magnas operas.*

g scriptura quid esset dixi 13. famil. 65.*

h L. percontarentur,

i L. certe scio.

k L. Italia

l P. c. sed vt mihi tibi carũ esse. sept. al. scio vt carum me tibi esse

P. clxxvii.

m V. c. quãdiu

n V. d. VIII. V. B.

a al. Posteà cùm mihi

b al. illicium.*

c V. c. conquisisset,

d V. c. tamen L. omeo his v. Vet. tamẽ comeo* fort. tamen λαϰωνιϰῶς, his v. fort. λαϰωνίσμῳ meo, h. fort. Laconice, fort. λαϰωνίζων. al. tamen de eo his verbis. Ita Pantagathus ex Vet. tamen leuibus verbis. Ant. August. tamen litteras ego his verbis Bos. Nilo a meo his verbis ger. cet. id est per Nilũ meum libertum.* al. semper

e al. semper illum

f L. quotidie

P. clxxviii.

g L. mihi venit

h al. fractiorem

i Cretio simplex est, cùm ex pluribus heredibus, vnus cum cretione instituitur: reliqui sine cretione adde Vlpian. titul. 22.*

k L. Murenæ

l fic. v. c. fort. P. Seruilius

r. al. P. libertus r.

m L. certè scio.

constat. Quinctus mihi per litteras satisfacit, multò asperioribus verbis, quam cùm grauissimè accusabat. Ait enim, se ex litteris tuis intelligere, tibi non placere, & ad multos de me asperiùs scripsit. Itaque se pœnitere, quòd animum tuum offenderit: sed se iure fecisse. Deinde perscribit spurcissimè, quas ob causas fecerit. Sed neque hoc tempore, neq; anteà patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret. Atque vtinam vel nocturnis, quemadmodum tu scripseras, itineribus propiùs te accessissem. Nunc nec vbi, nec quando te sim visurus, possum suspicari. De coheredibus Fusidianis [a] nihil fuit, quod ad me scriberes. nam & æquum postulant: &, quidquid egisses, rectè esse actum putarem. De fundo Frusinati redim. edo iampridem intellexisti voluntatem meam. etsi tũ meliore loco res erant nostræ, neque [b] tam mihi desperaturi videbamur: tamẽ in eadem sum voluntate. Id quemadmodum fiat, tu videbis: & velim, quoad poteris, consideres, vt sit, vnde nobis suppeditentur sumtus necessarij. Si quas habuimus facultates, eas Pompeio tum, cùm id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaq; tũ & à tuo villico sumsimus, & aliũde mutuati sumus, cùm Quinctus quereretur per litteras, sibi nos nihil dedisse, qui neque ab illo rogati sumus, neque ipsi eam pecuniam aspeximus [c]. Sed velim videas, quid sit, quod confici possit, quidq; de mihi de omnibus des consilij: & [d] causam nosti. Plura ne scribam, dolore impedior. Si quid erit, quod [e] ad quos scribendum meo nomine putes, velim, vt soles, facias: quotiescq; habebis, cui des ad me litteras, nolim [f] præ. ermittas. Vale.

a L. Fusidianis

b v.c. neque tam mihi desperatũ iri videbantur. || & ita Bosius.*

c v.c aspecsimus.

d fort. etenim caus.

e fort. quod ad al quos || al. quod ad quemquam.*

f L. ne prætermittas,

CICERO ATTICO, S. 14

NON me offendit veritas litterarũ tuarum, quòd me tuni [g] communibus, tum præcipuis malis oppressum, ne incipis quidem, vt solebas, consolari: fateríque id fieri iam non posse. nec enim ea sunt, quæ erant anteà, quũ, vt nihil aliud, comites me, & socios habere putabam. Omnes enim Achaici deprecatores, item [h] qui in Asia, quibus non erat ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicuntur nauigaturi. Ita, præter Lælium, neminem habeo culpæ socium: qui tamen hoc meliore [i] in causa est quòd iam est receptus. De me autẽ, non dubito, quin ad Balbum, & ad Oppium scripserit: à quibus, si quid esset lætius, certior factus essem: tecum etiam essent locuti: quibuscum tu de hoc ipso colloquare velim: & ad me, quid tibi respónderim, scribas: non quòd ab isto salus data quidquam habitura sit firmitudinis: sed tamen aliquid consuli, & prospici poterit. Etsi omnium conspectum horreo, præsertim hoc genero, tamen, in tantis malis, quid aliud velim, nõ reperio. Quinctus pergit, vt ad me & Pansa scripsit, & Hirtius: isq; item Africam petere cum ceteris dicitur. Ad minutium parentem [k] scribam: & tuas litteras mittam, ad te scribam, nũ quid egerit [l]. LLS. XXX. potuisse mirarer, nisi multa de Fusidianis [m] prædiis: & id video tamen. Te expecto: quem videre, si vllo modo potes [n] venire, peruellem. Iam extremum concluditur [o]: ibi [p] facile est. quid, quale sit, grauius existimare. Vale.

g L. cùm comm. P. CLXXIX.

h al. Item Asiani.

i al. hoc meliore causa est.

k al. parẽ || fort. parante Bos. parianté id est pares facientem rationes accepti & expensi.*

l L. egerim.

m L. Fusidianis pr. n Mei, potest enim res peruellere. Bos. potest enim res peruellé. vt τὸ ποτε sit σωματόν: res, negotium.*

o Panagathus concludi tur ibi. Facile est quod quare sit grauius. existimare Bos. ibi facile est quid : quale sit gra uius existimare.*

p fort. tibi facile

q al. cur.*

CICERO ATTICO, S. 15

QVONIAM iustas causas affers, quòd [q] te hoc tempore videre non possim: quæso, quid sit mihi faciendum. Ille enim ita videtur Alexandríam tenere, vt eum scribere etiã pudeat de illis rebus. Ij [a] autem ex Africa iam affuturi videntur. Achæi [b] item ex Asia reditturi ad eos, aut libero aliquo loco cõmoraturi. Quid mihi igitur putas agendum? Video difficile esse consilium. sum enim solus, aut cum altero, cui neque ad illos reditus sit: neque ab iis ipsis quidquam ad ipsem oftendatur. Sed tamen scire velim, quid censes: idque [c] at cũ aliis, cur te, si fieri posset, cuperem videre. Minutium XII. sola curasse scripsi ad te anteà. quod supereſt, velim videas, vt curetur. Quinctus non modò nõ cum magna prece ad me, sed acerbissimè scripsit: filius verò mirifico odio, nihil fingi potest mali, quo non vrgeat. Omnia tamẽ sunt faciliora, quàm peccati dolor, qui & maximus est, & æternus. Cuius peccati si socios essem habiturus [c] ego, quos putaui, tamen esset ea consolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio, exitum: mea nullum, alij capti, alij intercluſi non veniunt in dubium de voluntate: eò minùs scilicet, cùm se expedierint, & vnà esse cœperint, ij autem ipsi, qui sua voluntate ad Fusium [d] venerunt, nihil possunt, nisi timidi existimari. Multi autem sunt, qui [e], quicumque sunt, modò ad illos se recipere volent, recipientur. quo minùs debes mirari, non posse me tanto dolori resistere. solius enim meũ peccatum corrigi non potest: & fortasse Lælij: sed quid me id leuat? nam C. quidem Cassium aiunt consilium Alexandréam eundi mutasse. Hæc ad te scribo, non [f] vt queas tu demere sollicitudinem, sed vt cognoscam, ecquid tu ad ea afferas, quæ me conficiunt, ad quæ gener accedit, & cetera, quæ fletu reprimor, ne scribam. Quinetiam Æsopi F. me excruciat. prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Sed ad primum reuertor: quid putes faciendum: occulténe aliquò propiùs veniendum, an mare transeundum. nam hic maneri diutiùs non potest. De Fusidianis [g] quare nihil potuit conficí: genus enim conditionis [h] eiusmodi fuit, in quo non solet esse cõtrouersia: cùm ea pars, quæ videtur esse minor, licitatione [i] expleri posset. Hæc ego nõ sine causa quæro. suspicor enim, coheredes dubiam nostram causam putare, & eò rem in integro esse. [k] Vale. prid. Id. Maij. 16

a L. hi.

b fort. Achaici. Asiatici reditur. eos, aut bero al. fort. Achaici item Asiatici Asiaticiredi & Achaici ex Asia.*

c L. habeo tus eos, quos put.

d L. Fusium

e L. qui, quocumque modo ad illos se re. al. qui quemcumque ad illos. Ita cum, si modo ad illos recip. al. qui cumque, si modo ad illos recip. al. qui vbicumque, si modo ad illos recip. documq; fuit, quò documq; ad illos.

f v.c. non vt quidem tuam, inquit.

g L. Fusidianis

h vt quidem videretur habere controuersiam pars, quæ videtur esse minor, licitatione i expleri posset. fortunam habere dicitur.*

i adde 1 d. si facultas concludi.*

k L. esse malle. Vale. prid. Id. est. vale. vix

l al. Neque enim alia de salutate eius opp.

minùs,quòd huius cõsilij iam ne socium quidem habeo quemquam. Qui in Asia sunt, terum exitum expectant. Achaici etiam Fusio [a] spem deprecationis afferunt. horum & timor idem fuit primò,qui meus, & constitutum [b], mora Alexandrina causam illorum correxit, meam euertit. Quamobrem idem à te nunc peto, quod superioribus litteris, vt, si quid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendũ,me moneres.si recipior ab eis,quod vides non fieri, tamen quoad bellũ erit, quid agam,aut vbi sim,non reperio.sin [c] iactor: eo minùs. Itaque tuas litteras exspecto,eásque vt ad me sine dubitatione scribas, rogo. Quòd suades, vt ad Quinctum scribam de his litteris:facerem,[d]si me quidquam istæ litteræ delectarent. etsi quidam scripsit ad me his verbis: *Ego(vt in his malu)Patrũ sum non inuitus: essem libentius, si frater tuus ea de te loqueretur, quæ ego audire vellem.* Quòd ais illum ad te scribere, me sibi nullas litteras remittere: semel ab ipso accepi. ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus retẽtus est. Q. filium ad me acerbissimè scripsisse, iam ante ad te scripsi. Extremum est, quod te orẽ, si putas rectum esse,& à te suscipi posse, cum Camillo communices, vt Terentiam moneatis de testamento. Tempora monent, vt videat, vt satisfaciat,quibus debeat. Auditum ex Philotimo est, eam scelerate quædam facere. credibile vix est. sed certè, si quid est, quod fieri possit,prouidendum est.De omnibus rebus velim ad me scribas, & maximè quid [e] scribas [f] de ea:in quo, tuo consilio egeo,etiam si nihil excogitas. id enim mihi erit [g] pro desperato [h]. Vale.III. Non.Iun.

CICERO ATTICO, S. 17

PROPERANTIBVS tabellariis alienis, hanc epistolam dedi, eò breuiorem, quòd [k] eram missurus meos l. Tullia mea venit ad me prid. Id. Iun. deque tua erga se obseruantia, beneuolentiáque mihi plurima exposuit, litterásque reddidit trinas. Ego autem ex ipsius virtute, humanitate, pietate, non modò eam voluptatem non cepi, quam capere ex singulari filia debui,sed etiam incredibili sum dolore affectus, tale ingenium in tam misera fortuna versari: idque accidere nullo ipsius delicto [m], sed summa culpa mea. Itaque à te neque consolationem iam, qua cupere te vti video,neque consilium,quod capi nullum potest, exspecto:neque omnia cùm superioribus sæpe litteris, tum proximis tentasse [n] intelligo. Ego cum Sallustio Ciceronem [o] ad Cæsarem mittere cogitabam. Tulliam autem,nõ videbam esse causam, cur diutiùs mecum tanto in communi mœrore retinerem. Itaque [p] eram tibi eam, cùm primùm per ipsam licebit,remissurus.pro ea, quemadmodum [q] cõsolandis [r] scripsisti, P. tanta eo me scripsisse, quæ tu ipse intelligis respondere posse. Quòd Oppium tecum scribis locutum, non abhorret à mea suspicione eius oratio: sed non dubito,quin istis persuaderi nullo modo possit, ea, quæ faciant, mihi probari posse, quoquo modo loquar. Ego tamen vtar moderatione, qua potero. quamquam quid mea interest, vt eorum odium subeam, non intelligo. Te iusta causa impediri, quo minùs ad nos venias, video, idque mihi valde molestum est. Illum ab Alexãdria discessisse nemo nuntiat: cõstatque ne profectum quidem illò [a] quemquam post Id.Mart.nec post Idus Decemb.ab illo datas vllas litteras. ex quo illud intelligis, illud de litteris ad [b] v.Idus Febr. datis (quod inane esset: etiam si verum esset) non verum esse. I. Terẽtium discessisse ex Africa scimus, Pæstumq; venisse. Quid is afferat, aut, quòmodo exierit, aut quid in Africa fiat,scire velim. Dicitur enim per Vasidium [c] emissus esse. Id quale sit,velim, si inueneris,ad me scribas. De LLS.X. vt scribis,faciam. Vale.XVIII. kal. Quinct.

CICERO ATTICO, S. 18

DE illius ab Alexãdria discessu nihil adhuc rumoris:contraque opinio,valde esse impeditum. Itaque nec [d] mitto,vt constitueram, Ciceronem : & te rogo, vt me hinc expedias. Quoduis enim supplicium leuius est hac permansione. Hæc de re & ad Antonium scripsi, & ad Balbum,& ad Oppium. Siue enim bellum in Italia futurum est, siue classibus vtetur,hîc esse me minimè conuenit:quorũ fortasse vtrumque erit: alterum certé. Intellexi omnino ex Opij sermone,quem tu mihi scripsisti,quæ istorũ via esset: sed, vt eam flectas, te rogo. Nihil omnino iam exspecto,nisi miserũ. Sed hoc perditius, in quo nunc sum,fieri nihil potest. Quare, cũ [e] Antonio loquare velim,& cum istis: & rẽ,vt poteris, expedias, & mihi quamprimùm de omnibus rebus rescribas.Vale.XII. kal.Quintil.

CICERO ATTICO, S. 19

FACILE assentior tuis litteris, quibus exponis pluribus verbis,nullum te habere consilium,quo à te possim iuuari. Consolatio certè nulla est,quę leuare possit dolorem meum. nihil est enim contractum casu : nam id esset ferendum: sed omnia fecimus his erroribus, & miseriis,& animi,& corporis : quibus proximi vtinã mederi maluissent, quàm obesse. Quoniam neque consilij tui, neque consolationis cuiusquam spes vlla mihi ostenditur, non quæram hæc à te posthac:tantùm velim, ne pristinum hoc officium intermittas : scribas ad me, quidquid veniet tibi in mentem, cùm habebis, tui des, & dum erit, ad quem des : quod longum non erit. Illum discessisse Alexandria rumor est non firmus, ortus ex Sulpicij litteris:quas cunctí [f] postea nuntij cõfirmarunt. quod, verum, an falsum sit, quoniam mea nihil interest, vtrũ malim, nescio. Quòd ad te iampridem de testamẽto scripsi [g] apud epistolas,velim, vt possim ego aduersus huius miseriam ea facultate confectus,conflictari.nihil vmquam simile natum puto. cui si qua re consulere aliquid possum, cupio à te admoneri. Video,eandem esse difficultatem, quam in consilio dato antè : tamen hoc me magis sollicitat, quàm omnia. in pensione [k] secunda cæci fuimus. alium mallem. sed præteriit. Te oro,vt in perditis rebus,siquid cogi, conficique potest, quod sit in tuto,ex argento,neq; satis multa ex suppellectile,des operã. Iam enim mihi videtur adesse extremũ, nec vlla fore cõditio pacis, eáq;, quæ sunt, etiã sine aduersario peritura.Hæc etiã,si videbitur, cum Terẽtia loquerei opportunè.Nõ queo omnia scribere.Vale.III. Non.Quinctil.

CICERO ATTICO, S. 20

QVOD ad te scripseram,vt cum Camillo cõmunicares:de eo Camillus mihi scripsit [k],

a L.Illim ad.Iunc.

b L.ad v.

c L.Nasidiã P. E.

d Idem 14. fam. lit.

e al. & cum Ant. P.CLXXXV.

f L. cuntes postea n.

g L. scripsit apud te, quod postulas, velim, vt possim ego aduersus huius miseriam,tua facultate fretus, conflictari: ‖ Pantagathus ita scripsi,ad epistolas. velim vt possim, aduersus ego huius, miseriã ea facultate confectus conflictari. *

h *vide quæ scripsi 6. famil.ep. 18. in f.*

i L.loquitor al.loquare P.CLXXXIII. B

k L.scripsit, te esse secum locutum. ‖ Bas. scripsit se tecum locutum. *

te cum eo locutum. Tuas litteras exspectabã: nisi [a] illud quidem mutari, si aliter est, atque [b] oportet, nõ video posse: sed cum [c] à nullo accepissem litteras, desiderauí tuas (etsi [d] putabam te certiorem [e] factum non esse [f]) modò valeres. scripseras enim te quodã valetudinis genere tentari [g]. Augustus [h] quidem [i] Rhodo venerat VIII. Id. Quinct. Is nuntiabat, Q. fratrem ad Cæsarem profectũ IIII. kal. Iun. Philotimum Rhodum pridie [k] eius diei venisse. habere ad me litteras. ipsum Augustum audies: sed tardiùs iter faciebat. eò feci, vt [l] celeriter eunti darẽ. quid sit in his litteris, nescio. sed mihi valde Q. frater gratulatur. Equidem in meo tãto peccato nihil ne cogitatione quidem assequi possum, quod mihi tolerabile possit esse. Te oro, vt de hac misera cogites: & illud, de quo ad te proximè scripsi, vt aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam, & etiam de ipso testamẽto. Illud quoque vellem anteà: sed omnia timuimus. Melius quidem in [m] pessimis nihil [n] fuit dissidio. aliquid fecissemus, vt viui [o], vel tabularũ nouarum [p] nominẽ, vel nocturnarum expugnationum [q], vel [r] Metellæ [s], vel [t] omnium maiorum: nec res periisset [u], & videremur aliquid doloris virilis habuisse. Memini omnino tuas litteras: sed & tempus illud. etsi quiduis præstitit, nũc [x] quidem ipsa [y] videtur denuntiare. Audimus enim de [z] statu reip. ô dij, generúmne nostrũ potissimùm, vt hoc, vel tabulas nouas? Placet mihi igitur, & idẽ tibi nuntiũ [a] remitti. Petet fortasse tertiam pensionẽ. Considera [b] igitur tum, ne vim [c] abusо nascetur, an prius. Ego, si vllo modo potuero, vel noctutnis itineribus experiar, vt te videam. Tu & hæc, &, si quid erit, quod interfit me scire, scribas velim. Vale.

a *al.* ni fic illud quidẽ.*
b *v.c.* & oportet.
c *l.* cùm ab illo acc.
d *al.* & sic.*
e *al.* fortiorem.*
f *al.* esse?*
g *v.c.* tentari. *non placet.*
h *al.* Agustus *al.* Acutius.*
i *v.c.* quidã Rh.
k *v.c.* pridie eum diẽ ven. *non g.* ‖ *Sed Latini it.*, pridie kalendas.*
l *al.* vt ego celeriter.**
m *v.c.* in pessimis.
n L. nihil fuit dissidio, *& ita v.c.*
o L. viri, ‖ *Bos.* vini.*
p *al.* nouarũ vel nocturnarum expugnationum metu, vel omnium malorũ. Porro legem de nouis tabulis à Dolabella obseratissimè latã vide apud Dionẽ 42.*
q L. expugnationum metu, vel omn.
r *al.* vel in Metellæ.*
s pellicis Dolabellæ.*
t L. vel omnium malorum.
u *v.c.* periisset, P. CLXXXII. A.
x L. nunc quidem ipse vid.
y *al.* ipse.*
z *v.c.* destaturi Clodij gen. *al. v.c.* detestari Elodij. ‖ *vel.* detestaturi Clodi *al.* detestaturi Clodi *Bos.* detestatũ iri El (*i. ex lege*) Clodij generumne nostris potissimum, vt vt hoc vel nouas tabulas? P. CLXXXIIII. A.
a 14. famil. 13.*
b *L. & v.c.* Considera igitur tumne cum ab ipso nasc. c *Bos.* vini abusio *idest violentia.** d *al.* velim, quod erit, e L. & quæ etiam ad meam Tullam de me scr. ‖ *Bos.* & quæ etiam ad me bis ad Tullium *& sic* * f *sic v. c. sort. legend.* vt omni statu reip. eundem exitum.

CICERO ATTICO, S. 21

CVM tuis dare possem litteras, non prætermisi, etsi, quid scriberem, non habebam. Tu ad nos & rarius scribis, quàm solebas, & breuiùs: credo quia nihil habes, quod me putes libenter legere, aut audire posse. Verumtamen velim [c], si quid erit, qualecunque erit, scribas. Est autem vnum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit. quod nulla equidem habeo in spe. sed quia tu leuiter interdum significas, cogis me sperare, quod optandum vix est. ¶ Philotimus dicitur Idib. Sext. Nihil habeo de illo amplius. Tu velim ad ea mihi rescribas, quæ ad te antea scripsi. Mihi tantum temporis satis est, dum, vt in pessimis rebus aliquid caueam, qui nihil vmquam caui. Vale. XI. kal. Sextil.

CICERO ATTICO, S. 22

QVAE dudum ad me, & quæ etiam [d] antè ibis ad Tullium de me scripsisti, ea sentio esse vera. Eò fui miserior, etsi nihil videbatur addi posse, quòd mihi non modò irasci, grauissima iniuria accepta, sed ne dolere quidem impunè liceat. Quare istud feramus. quod cùm tulerimus, tamen eadẽ erunt perpetienda, quæ tu, nec accidant, vt caueamus, mones. Ea enim est à nobis contracta culpa, vt [e] omni statu, omniúque populo, eundem exitum habitura videatur. Sed ad meam mam redierint [a]. etenim hæc occultiùs agẽda. Vide, quæso, etiam nunc de testaméto: quod tum factum, cùm illa quærere cœperat. non [b] credo, & cõmoti, neq; eum rogari, ne me quidem: sed quasi ita sit, quoniam in sermonem iam venisti, poteris eam monere, vt alicui cõmittat, cuius, extra periculum huius belli, fortuna sit. Equidem tibi potissimùm velim, si idem illa vellet: quam quidem cœlo miseram, me [c] in hoc timere de illo altero. Scio equidem venire nunc nil posse: sed seponi, & occultari possunt, vt extra ruinam sint eam, quæ impendet. Nã, quòd scribis, nobis nostra, & [d] tua, Terentiæ fore parata, tua credo: nostra quę poterunt esse? De Terentia autem, (mitto cetera, quæ sunt innumerabilia) quid ad hoc addi potest? Scripseras, vt LLS. XII. permutaret: tãtum esse reliquum de argento. Misit illa CCIↃↃ mihi: & adscripsit tãtum esse reliquũ. cùm hoc tam paruum de paruo detraxerit, perspicis, quid in maxima re fecerit? Philotimus non modò nullus venit, sed ne per litteras quidem, aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit. Epheso qui veniunt, ibi se eũ de suis controuersiis in ius adeuntem vidisse nuntiant: quæ quidem (ita enim verisimile [e] est) in aduentum Cæsaris fortasse reiiciuntur. Ita aut nihil puto eum habere, quod putet ad me celeriùs perferendum, & [f] eo me magis esse despectum: aut [g], etiam si quid habet, id, nisi omnibus suis negotiis confectis, ad me referre nõ [h] curet. Ex quo magnum equidem capio dolorem, sed non tantum, quantum videor debere. nihil enim mea minùs interesse puto, quàm, quid illinc afferatur. id quamobrem, te intelligere certò [i] scio. Quòd me mones *de vultu, & oratione ad tempus accommodanda*, etsi difficile est, tamen imperaré mihi, si mea quidquam interesse putarem. Quòd scribis, litteris putare [k] Africanum negotium confici posse, velim scriberes, cur ita putares. mihi quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri posse. Tu tamen velim, si quid erit, quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me. sin, vt perspicio, nihil erit: scribas idipsum. Ego ad te, si [l] quid audiero, citiùs scribam. Vale. VIII. Idus Sextileis.

a *L.* reddiderint. sunt enim *Bos.* di. de bibliothecis. *non hæc* b L. non credo. te commouit, rogauit, te me q. ‖ Pamphilus. Nã credo Cæsar lo: neque rogau. ‖ Non, credo te commouit, neque enim rogari te c L. me hoc mere. Di illo alt. res fore æquabiliter venire. d L. & tua Tulliæ fore p.
e *v.c.* verisimile (*sic*) P. B.
f *al.* aut.*
g *al.* vt.*
h L. non curat.
i L. certè scio.
k L. te putare
l L. si quid audiero citiùs scr.

CICERO ATTICO, S. 23

DECIMO TERTIO kalend. Septemb, venerat die XXVIII. Seleucia [m] Pieria C. Trebonius: qui se Antiochiæ [n] diceret apud Cæsarem vidisse Q. F. cum Hirtio: eos de Q. quæ voluissent, impetrasse nullo quidem negotio: quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quidquam ad ipsum, explorati haberent. Sed & alia timenda sunt, ab [o] alio, & ab hoc ipso quæ dantur, vt à domino, rursus in eiusdem sunt potestate. Etiam Sallustio ignouit. Omnino dicitur nemini negare. quod ipsum est suspectũ, notionem [p] eius differri. M. Gallius, Q. F. mancipia Sallustio reddidit. Is venit, vt legiones in Siciliam traduceret, & protinus iturum Cæsarem Patris. Quod si faciet, ego, quod antè mallem, aliquò propiùs accedam. Tuas litteras ad eas, quibus à te proximè consilium petiui, vehementer exspecto. Vale. XVI. kalend. Septemb.

m *al.* Selleucia.*
n *v.c.* Antiochæ
o L. quæ ab alio, & ab h.
p *al.* negotium. P. CLXXXII. B.

CICERO ATTICO, S. 24

ACCEPI VI. kal. Septemb. litteras à te datas XII. kalen. doloremque, quem ex Quinti fratre

scelere iampridem acceptum, iam abieceram, lecta eius epistola, grauissimum cepi. Tu etsi non potuisti vllo modo facere, vt mihi illam epistolam non mitteres, tamen mallem non esse missam. Ad ea autem, quæ scribis de testamento, videbis quid, & quomodo. De nummis, & illa sic scripsit, vt ego ad te anteà: & nos, si quid opus erit, vtemur ex eo, de quo scribis. Ille ad kalend. Septembr. Athenis non videtur fore. Multa enim [a] in Asia dicuntur morari: maximè Pharnaces. legio XII. ad quã primùm Sulla venit, lapidibus egisse hominem dicitur, nullam putant se commoturam. illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. sed, si hoc ita est, huc veniat necesse est, ac mallem illum. aliquo enim modo hinc euasissem. nunc metuo, ne sit expectandum, & cum reliquis etiam loci [b] grauitas hîc [c] miserrime perferenda. Quòd me mones, vt ea videam, quæ ad tempus accommodem: facerem, si res pateretur, &, si vllo modo fieri posset. sed in tantis nostris peccatis, tantisque nostrorum iniuriis, nihil est, quod aut facere dignum nobis, aut simulare possim. Sullana confers: in quibus omnia genere ipso præclarissima fuerunt, moderatione paullò minùs temperata. Hæc autem eiusmodi sunt, vt [d] obliuiscar: multoque malim, quod omnibus sit melius, quorum vtilitati meam iunxi. Tu ad me tamen velim [e] quàm sæpissimè scribas, eoque magis, quod præterea nemo scribit: ac si omnes, tuas tamen maximè exspectarem. Quòd scribis illũ per me Quincto fore placatiorẽ, setipsi ad te anteà, eũ statim Q.F. omnia tribuisse, nostri nullam mentionem. Vale.

a *l.* cum ibi dr.

b *al.* huius grauitas.

c *al.* miserrime.

d *l.* vt obliscar *m.* obliuiscar.

e *al.* vellem

CICERO ATTICO, S. 25

DILIGENTER mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius. accepi enim à te litteras: quibus videris vereri, vt epistolas illas acceperim: quas quidem vellem mihi numquam redditas. auxerunt enim mihi dolorem: nec, si in aliquem incidissent, quidquam noui attulissent. Quid enim tam perunigatum, quàm illius in me odium [f]? & genus hoc litterarum, quod ne Cæsar quidem ad istos videtur misisse, quasi [g] quo illius improbitate offenderetur: sed credo, vti notiora nostra mala essent. Nam quòd te vereri scribis, ne illi obsint, eique rei mederi: ne rogari quidem se passus est de illo: quod quidem mihi molestum non est: illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere. Sulla, vt opinor, cras hîc erit cum Messalla: currunt ad illum pulsi à militibus: qui se negant vsquam, nisi ac ceperint. Ergo ille huc veniet: quod non putabant tardè quidem. itinera enim ita facit, vt multos dies in oppidum ponat. Pharnaces autem, quoquo modo aget, afferret morã. Quid mihi igitur censes? iam enim corpore vix sustineo grauitatem huius cæli, qui [h] mihi laborem affert in dolore. An his illuc euntibus mandem, vt me excusem? ipse accedam propiùs? quæso attende, & me, quod adhuc sæpe rogatus nõ fecisti, consilio iuua. Scio rem difficilem esse: sed vt [i] in malis. Etiam illud mea magni interest, te vt videam. profectò aliquid profecero, si id acciderit. De testamento, vt scribis, animaduertes. Vale.

P. CLXXX-III. A.

f L od um, & genus hoc litterarum? quod

g *fort.* quasi ill. *fort.* quòd ill.

h *al.* quod mihi laguorem.*

i *al.* sed, vt malis. *hanc vulgatam tuetur Victorius 37. var. 23. id est* vt magis scribe.*

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM,
LIBER XII.

CICERO ATTICO, S. 1

VNDECIMO die, postquàm à te discesseram, hoc litterularũ exaraui, egrediens è villa, ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano: ibi [a] vnum diem, v. kal. igitur ad constitutum: atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, ad osculum Atticæ possim currere. Quod quidem ipsum scribere, quæso, ad me, vt dum consisto in Tusculano, sciã, quid garriat: sin rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem, aut nuntiabis, itémque Piliæ: & tamen, etsi continuò cõgressuri sumus, scribes ad me, si quid habebis. Cùm complicarem hanc epistolã, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius. qua lecta, de Atticæ febricula videlicet [b] valde dolui. Reliqua, quæ exspectabam, ex tuis litteris cognoui omnia. Sed [c] scribis igniculũ matutinũ, πρεσβύτερον est memoriola vacillare. Ego enim IIII. kal. Axio dederam: tibi III. Quincto, quo die venissem, id est [d], V. kalen. Hoc igitur habebis: noui nihil. Quid ergo opus erat epistola? quid cùm coràm sumus, & garrimus, quidquid in buccam? est profectò quædam [e] ἀσυχία: quæ habet, etiamsi nihil subest, collocutione ipsa suauitatem.

a *l.* ubi vn.

b *l.* valde.

c *l.* scribis.

d *l.* id est

e *l.* ἀσυχία.

CICERO ATTICO, S. 2

HIC rumor [f] est, T [g]. Murcum periisse naufragio, Asinium delatum viuum in manus militum: L. naueis delatas in Vticam reflatu hoc: Pompeium non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, vt [h] Patietus affirmat: sed auctor nullus rei quisquam. Habes, quæ, dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea Prænestæ. Ibi Hirtius, & isti omnes: & quidem ludi dies octo. quæ cenæ? quæ deliciæ? Res interea fortasse transacta est. O miros homines! At Balbus ædificat. πρὸς αὐτὸν μάλα. Verùm si quæris hominem i, homini, nõ recta, sed voluptaria quærẽti, nónne βεβιωται; Tu interea dormis. Iam explicandum est κωβέλημα, si quid acturus es. Si quæris quid putem, ego fructum [k] puto. Sed quid multa? iam te videbo, & quidem (vt spero) de via, recta ad me. Simul enim & diem Tyrannioni constituemus, & si quid aliud.

f Bos. rumores tamen Murcum.*

g *forti.* L. Murcum] Fac. tamen.*

h *al.* vt Patiæus

i vox hominẽ, *abest à plerisq. v. c.*

k *al.* futurum.*

CICERO ATTICO, S. 3

VNVM te puto minùs blandum esse, quàm me: audi, si vterque nostrũm est aliquãdo aduersus aliquẽ, inter nos certè numquã sumus. Audi igitur me hoc ἀγωνιστικῶς dicentẽ.

l *v. c.* ἐγώ, si

Ne vinam, mi Attice, si mihi non modò Tusculanum, vbi ceteroqui sum libenter, sed μιᾶς ἡμέρας νῆστι tanti sunt, vt sine te sim totos[a] dies. Quare obduretur hoc triduum, vt te quoque ponam in eodem παθει. quod ita est profectò. sed velim scire, hodiéne statim de auctione, & quo die venias. ego me intereà cum libellis. Ac molestè fero Vennonij me historiam non habere. Sed tamen, ne nihil de re, nomen illud, quod à Cæsare, treis habet conditiones: aut emptionem ab hasta (perderè malo: etsi præter ipsam turpitudinem, hoc ipsum puto esse perdere) aut delegationem à mancipe, annua die (quis erit, cui credam? aut quando ipse Metonis annus veniet?) aut Vecteni conditionem, semisse. σκέψαι igitur. Ac vereor, ne iste iam auctionē nullam faciat: sed [b] ludis factis Clypo [c] subsidio currat, ne talis vir ἀλεηθῆ. sed μελήσει. Tu Atticam, quæso, cura, & ei salutem, & Piliæ, Tulliæ quoque verbis plurimam.

CICERO ATTICO, S. 4

GRATAS tuas mihi, iucundásque litteras. quid quæris? Restitutus est mihi dies festus. Angebar enim, quòd Tiro ἐνεφυσήσεσεν te sibi esse visum dixerat. addam igitur, vt censes, vnum diem. sed de Catone φοβέλημα ἀρχαϊκὸν ἐστιν est. non assequor, vt scribam quod tui conuiuæ non modò libenter, sed etiam æquo animo legere possint. Quin etiam si à sententiis [d] eius dictis, si ab omni voluntate, consiliísque, quæ de rep. habuit, recedam, ψευδῶς [e] quæ velim grauitatem, constantiamque eius laudare: hoc ipsum tamen iis odiosum ἄχθος sit. Sed verè laudari ille vir non potest, nisi hæc ornata sint: quòd ille ea, quæ nunc sunt, & futura viderit, &, ne fierent, contenderit, &, facta ne videret, vitam reliquerit. Horum quid est, quod Atedio [f] probare possimus? sed cura, obsecro, vt valeas, eamque, quam ad omneis res adhibes, in primis ad cōualescendum adhibe prudentiam.

CICERO ATTICO, S. 5

QVINCTVS pater quartum, vel potius millesimum, nihil sapit, qui lætetur Luperco filio, & Statio, vt cernat duplici dedecore cumulatam domum. addo etiam Philotimum tertium. O stultitiam (nisi mea maior esset) singularem! Quod [g] autem ausim hanc rem ἔξαγον. fac non ad διψᾶσιν κρήνην, sed ad πειρήνην [h] cum veniſſe, ἀμπνεύμασι [i] στεμνὸν ἀλφεσῖβοιον [k] πειρήνην [l] (vt scribis) haurire, in tantis suis præsertim angustiis: ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψῃς; sed ipse viderit. Cato me quidem delectat, sed etiam Basilum Luciliū suū. De Cœlio tu quæres, vt scribis. ego nihil noui. noscē da est natura, non [m] facultas. Modò de Hortensio, & Virginio, tu, si quid dubitabis: etsi, quid magis placeat, ego quantùm aspicio, non facilè inueneris. Cum Mustella, quemadmodum scribis, cùm veneris Crispus. Ad Aulum [n] scripsi, vt ea, quæ bene nossem [o] de auro, Pisoni demonstrarem [p]. Tibi enim sanè assentior, & istud nimiùm diu duci, & omnia nunc vndique contrahenda. Te quidem nihil agere, nihil cogitare aliud, nisi quod ad me pertineat, facilè perspicio, meisque negotiis impediri cupiditatem tuam ad me veniendi. sed mecum esse te puto, non solùm quòd meam rem agis, verùm etiā quòd videre videor, quo modo agas. Neque enim vlla hora tui mihi est operis ignota. Tubulum prætorem video

L. Metelio, Q. Maximo coss. Nunc velim P. Scæuola [a], pontifex max. quibus coss. tribunus pl. [b] Equidem puto Cæpione, & Pōpeio. P ræ. enim P. Furio, Sex. Atilio. Dabis igitur tribunatū, &, si poteris, Tubulus [c] quo crimine. Et vide, quæso, L. Libo; ille, qui de Ser. Galba, Censorino [d], & Manilio, an T. Quinctio, Manlio [e] coss. tribunus plebis fuerit. contur bor [f] enim epitome Bruti Fanniana. in Bruti epitoma Fannianorūs scripsi, quod erat in extremo: idque ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Lælij. sed tu me χαμαιζηλικῶς refelleras; te autem nunc Brutus, & Fannius. Ego tamen de bono auctore Hortensio sic acceperam, vt apud Brutum est. Hunc igitur locum expedies. Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam, is ad me Idibus reuertetur. te exspectabo postridie. De Tullia mea tibi antiquissimum esse video, idque ita vt sit, te vehementer rogo. Ergo & in integro omnia (sic enim scribis) mihi. etsi kalendæ i vitandæ fuerunt, incessionumque [k] ἀρχέντυπα, fugiendæ, conficiendæque tabulæ. nihil tamen tāti, vt à te abessem, fuit. Cùm Romæ essem, & te iam, iamque visurum me putarem quotidie: tamen horæ, quibus exspectabam, longæ videbantur. Scis me minimè esse blandum. Itaque minus aliquanto dico, quàm sentio.

CICERO ATTICO, S. 6

DE Cœlio, vide quæso, ne l quæ lacuna sit in auro. ego ista nō noui, sed certè in colybo [m] est detrimenti satis. hūc aurum si accedit. sed quid loquor? tu videbis. Habes Hegesiæ genus [n], quod Varro laudat. Venio ad Tyrannionem. ain tu? verum hoc fuit? sine me? At ego quoties, cùm essem otiosus, sine te tamen nolui? Quomodo hoc ergo lues? vno scilicet, si mihi librum miseris: quod vt facias, etiam atque etiam rogo. etsi me non magis libeber ipse delectabit, quàm tua admiratio delectauit. Amo enim πάντα φιλόδημον, τέque ista tam tenuē διαφέρειν tam valde admiratum esse gaudeo. etsi tua quidē sunt eiusmodi omnia. Scire enim vis, quo vno animus alitur. Sed, quæso, quid ex ista acuta [o], & graui refertur ad τέλος; Sed longa oratio est: & P tu occupatus es in meo fortasse aliquo negotio: & pro isto assō sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem, vnctumque repetemus. Sed ad prima redeo. Librū, si me amas, mitte. tuus est enim profectò, quoniam quidem est missus ad te.

CICERO ATTICO, S. 7

TANTVMNE s *ab re tua est otij tibi*, vt etiam Oratorem legas? *Macte virtute.* mihi quidem gratum, & erit gratius, si non modò in libris tuis, sed etiam in aliorum per libratios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli. Cæsar autem mihi irridere visus est, QVAESO illud tuum, quod erat ὕπνος, & vrbanum. ita porrò te sine cura esse iussit, vt mihi quidem dubitationem omnem tolleret. Atticam doleo tam diu: sed quoniam iam sine horrore est, spero esse, vt volumus.

CICERO ATTICO, S. 8

QVAE desideras, omnia scripsi in codicillis, eósque Eroti dedi: breuiter, sed etiam plura, quàm quæris. in iis de Cicerone: cuius quidem cogitationis initium tu mihi attulisti. locutus sum cum eo liberalissimè: quod ex ipso velim, si modò tibi erit commodum, scisciteAd L. Mallium Q. Maximum coss. Nunc velim P. Scæuola [a], pontifex max. quibus coss. tribunus pl. [b] Equidem puto Cæpione, & Pōpeio. P ræ. enim P. Furio, Sex. Atilio. Dabis igitur tribunatū, &, si poteris, Tubulus [c] quo crimine. Et vide, quæso, L. Libo; ille, qui de Ser. Galba, Censorino [d], & Manilio, an T. Quinctio, Manlio [e] coss. tribunus plebis fuerit. contur bor [f] enim epitome Bruti Fanniana. in Bruti epitoma Fannianorūs scripsi, quod erat in extremo: idque ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Lælij. sed tu me χαμαιζηλικῶς refelleras; te autem nunc Brutus, & Fannius. Ego tamen de bono auctore Hortensio sic acceperam, vt apud Brutum est. Hunc igitur locum expedies. Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam, is ad me Idibus reuertetur. te exspectabo postridie. De Tullia mea tibi antiquissimum esse video, idque ita vt sit, te vehementer rogo. Ergo & in integro omnia (sic enim scribis) mihi. etsi kalendæ i vitandæ fuerunt, incessionumque [k] ἀρχέντυπα, fugiendæ, conficiendæque tabulæ. nihil tamen tāti, vt à te abessem, fuit. Cùm Romæ essem, & te iam, iamque visurum me putarem quotidie: tamen horæ, quibus exspectabam, longæ videbantur. Scis me minimè esse blandum. Itaque minus aliquanto dico, quàm sentio.

CICERO ATTICO, S. 6

DE Cœlio, vide quæso, ne l quæ lacuna sit in auro. ego ista nō noui, sed certè in colybo [m] est detrimenti satis. hūc aurum si accedit. sed quid loquor? tu videbis. Habes Hegesiæ genus [n], quod Varro laudat. Venio ad Tyrannionem. ain tu? verum hoc fuit? sine me? At ego quoties, cùm essem otiosus, sine te tamen nolui? Quomodo hoc ergo lues? vno scilicet, si mihi librum miseris: quod vt facias, etiam atque etiam rogo. etsi me non magis libeber ipse delectabit, quàm tua admiratio delectauit. Amo enim πάντα φιλόδημον, τέque ista tam tenuē διαφέρειν tam valde admiratum esse gaudeo. etsi tua quidē sunt eiusmodi omnia. Scire enim vis, quo vno animus alitur. Sed, quæso, quid ex ista acuta [o], & graui refertur ad τέλος; Sed longa oratio est: & P tu occupatus es in meo fortasse aliquo negotio; & pro isto assō sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem, vnctumque repetemus. Sed ad prima redeo. Librū, si me amas, mitte. tuus est enim profectò, quoniam quidem est missus ad te.

CICERO ATTICO, S. 7

TANTVMNE s *ab re tua est otij tibi*, vt etiam Oratorem legas? *Macte virtute.* mihi quidem gratum, & erit gratius, si non modò in libris tuis, sed etiam in aliorum per libratios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli. Cæsar autem mihi irridere visus est, QVAESO illud tuum, quod erat ὕπνος, & vrbanum. ita porrò te sine cura esse iussit, vt mihi quidem dubitationem omnem tolleret. Atticam doleo tam diu: sed quoniam iam sine horrore est, spero esse, vt volumus.

CICERO ATTICO, S. 8

QVAE desideras, omnia scripsi in codicillis, eósque Eroti dedi: breuiter, sed etiam plura, quàm quæris. in iis de Cicerone: cuius quidem cogitationis initium tu mihi attulisti. locutus sum cum eo liberalissimè: quod ex ipso velim, si modò tibi erit commodum, scisciteP. cl. xxxvi. A a *al.* tot.*

b L. & sedulo his factis. c *fort.* Crispo. *al.* Etypo. *al.* Calypso. *al.* Didio Bos. κτύπῳ. id est plausu.* P. clxxxvi. B. d *Bos.* ferius*

e L. ψελλῶς quæ velim gr. ‖ *in Victorius Var.* ψελλῶς.* f v. c. Aledius ‖ *a Bos.* P. clxxxvii. g L. Quod autem os, in hanc rem ἔξαγον à te? Fac.‖ *al.* ita *Bos.* Quod autem olim: Conrad. Quod autem si hanc rem.* h Mann. κρήνην ver. πρήλαω.* i aut ἄμπτ. ‖ sumpta ex Pindari Nemeis.* k Arethusam Syracusium, & Pirenem Corinthium, fontes: hoc est Syracusias & Corinthias opes significat.* l L. πρήσῃτω ‖ Bos. in te πρήσῃω.* m L. non facultas modo. De Hortensio Bos. Auius* o L. nosset p L. demonstrarem. ‖ Bos. demen ira rim.*

a *q.* Cæcilius, b Bos. proximè c humanissimus *vide lib.* 2. *ep.* 4. *fin.* d L. Cælius. e L. M. Acilio Balbo Bos. f L. Contur bat enim me epitome Bruti Fannianorū. In Bruti Fannianorū scripsi, contur bat enim me epitome Bruti Fannianorū. ac Bruti epitoma Fannianorum scripsi. g L. Fannio. h *fort.* epistolæ causa. i kalendis. k L. Nicanoris quinquennales. l Nicanoris. ne occasionem offerat. Occasionem & Nicanoris. Bos. Nec occasionem. m τῶν ἐν Ζεφυρίοις quasi ἀλφεσῖβοιον. n Hegesias genus Varro laudat. ‖ Scilicet Varro. o Lucretius. p Cicero. q Cicero. r Ad Atticum pro Cicerone. s Libro tuo, tantumne tibi otij fuit, vt Oratorem ex. ‖ Bos. vt otium abs. scen. t

sciscitere. Sed quid differo? Exposui, te [a] ex me detulisse, ecquid vellet, ecquid requireret: Velle Hispaniam, requirere liberalitatē. De liberalitate, dixi, quantum Publius [b], quantū flamen Lentulus filio. De Hispania, duo attuli: primùm idem, quod tibi: me vereri vituperationem: non satis esse, si hæc arma reliquissemus: etiam contraria: deinde fore, vt angeretur, cùm à fratre, familiaritate, & omni gratia vinceretur. Velim [c] magis liberalitate vti mea, quàm sua libertate: sed tamen permisi. tibi enim intellexeram nō nimis displicere. Ego etiam atque etiam cogitabo: téque, vt idē facias, rogo. Magna res: simplex est manere. illud anceps. verūm videbimus. De Balbo, & in codicillis scripseram, & ita cogito, simul ac redierit: sin ille tardiùs: ego [d] tamen triduum: &, quod præterij, Dolabella etiam mecum.

CICERO ATTICO, S. 9

DE Cicerone, multis res placet: comes est idoneus. Sed de prima pensione antè videamus. Adest enim dies, & ille currit. Scribe, quæso, quid referat Celer egisse Cęsarem cum candidatis: vtrūm ipse in fœnicularium, an in campum Martiū cogitet. Et sanè scire velim, numquid necesse sit comitiis esse Romæ. nam & Piliæ satisfaciendum est, & vtique Atticæ.

CICERO ATTICO, S. 10

NÆ ego essem hîc libenter, atque id quotidie magis, ni esset ea causa, quam tibi superioribus litteris scripsi. Nihil hac solitudine [e] iucundius, nisi paullùm interpellasset. Amyntæ filius, ὁ [f] ἀπεραντολογίαν δυσί. Cetera noli putare amabiliora fieri posse villa litore, prospectu maris, tum his rebus omnibus. Sed neque hęc digna longioribus litteris, nec erat, quod scriberem, & somnus vrgebat.

CICERO ATTICO, S. 11

MALE meherculè de Athamante. Tuus autem dolor humanus is quidem, sed magnopere moderandus. Consolationum autem multæ viæ: sed illa rectissima. *Impetret* [h] *ratio, quod dies impetratura* est. Alexim verò curemus, imaginem Tironis: quem ægrum Romā remisi: &, siquid habet collis ὀπιδώμιον, ad me cum testamento [i] trānsferamus, Tota domus superior vacat, vt scis. hoc puto valde ad rem pertinere.

CICERO ATTICO, S. 12

MALE de Seio: sed omnia humana, tolerabilia ducenda. Ipsi enim quid sumus? aut quamdiu hæc curaturi sumus? Ea videamus, quæ ad nos magis pertinent, nec tamen multò: quid agamus de senatu. Et, vt nequid prætermittam, Cæsonius ad me litteras misit, Postumiam Sulpicij, domum ad se venisse. De Pompeij magni filia, tibi rescripsi, nihil [k] me hoc tempore cogitare: alteram verò illam, quam tu scribis, puto, nosti: nihil enim vidi fœdius. sed adsum. coràm igitur. Obsignata epistola accepi tuas. Atticæ hilaritatem libenter audio: commotiunculis συμπάσχω.

CICERO ATTICO, S. 13

DE dote tantò magis perpurga. Balbi regia conditio est delegandi. quoquo modo cō fice. turpe est rem impeditam iacere. Insula Arpinas habere potest germanam ὑποθέσιν. habere [m] videatur. ἀκχόνιμος [n] est igitur animus in hortis, quos tamē inspiciā, cùm venero. De Epicuro, vt voles. etsi μεθερμήζομαι in posterum, genus hoc personarum, incredibile est, quàm ea quidem [a] requirant. Ad antiquos igitur. αἰεμέσιτον δή. Nihil habeo, ad te quod perscribam: sed tamen institui quotidie mittere, vt eliciam tuas litteras: non quo aliquid ex his exspectem, sed nescio quomodo tamen exspecto. Quare, siue habes quid, siue nihil habes, scribe tamen aliquid: téque cura.

CICERO ATTICO, S. 14

COMMOVET me Attica, etsi assentior Cratero [b]. Bruti litteræ scriptæ & prudenter, & amicè, multas mihi tamen lacrymas attulerūt. Me hęc solitudo [c] minùs stimulat, quàm ista celebritas. te vnum desidero. Sed [d] litteris nō difficiliùs vtor. quàm si domi essem. ardor tamen ille [e] vrget, & manet: non meherculè indulgēte me, sed tamen nō repugnāte. Quod scribis de Apuleio, nihil puto opus esse tua cō tentione, nec Balbo, & Oppio: quibus quidem ille receperat, mihíque etiam iusserat nuntiari, se molestum omnino non futurū. sed cura, vt excuser morbi causa in dies singulos. Lęnas hoc receperat. Prende C. Septimium, L. Statilium. denique nemo negabit, se iuraturum, quem [f] rogaris. quod si erit durius: veniam, & ipse perpetuum morbum iurabo [g]. cùm enim mihi carendum sit conuiuiis: málo id lege videri facere, quàm dolore. Cocceium velim appelles. quod enim dixerat, nō facit. Ego autem volo aliquod emere latibulum [h], perfugium doloris mei.

CICERO ATTICO, S. 15

DE me excusando apud Apuleium dederā ad te pridie litteras. Nihil esse negotii arbitror. Quemcumque appellaris, nemo negabit. sed Septimium vide, & Lænatem, & Statilium, tribus enim opus est. sed mihi Lęnas totum receperat. Quòd scribis, à Iunio te appellatū: omnino Cornificius locuples est: sed tamen scire velim, quando dicar spopōdisse: & pro patre, ánne pro filio: neque eò minùs, vt scribis, procuratores Cornificij, & Apuleium prædiatorem videbis. Quòd me ab hoc mœrore recreari vis, facis, vt omnia: sed me mihi non defuisse tu testis es. nihil enim de mœrore minuendo scriptum ab vllo est, quod ego non domi tuæ legerim. sed omnem consolationem vincit dolor. Quinetiā feci quod profectò ante me nemo, vt ipse me per litteras consolarer: quem librum [i] ad te mittam, si descripserint librarij. Affirmo tibi, nullam consolationem esse talem. Totos dies scribo, non quò proficiam quid [k]: sed tantisper impedior, nō equidem satis (vis enim vtget) sed relaxor [l] tamen, ad omniáque nitor, nō ad animū, sed ad vultum ipsum, si queam, reficiendū: idque faciēs, interdū mihi peccare videor, interdū peccaturus esse, nisi faciam. Solitudo aliquid adiuuat, sed multò plus proficeret, si [m] tu tamen interesses: quæ mihi vna causa est hinc discedendi. nā pro malis rectè habebat. quamquam ipsum [n] doleo. nō enim iā in me idē esse poteris. perierūt illa, quæ amabas. De Bruti ad me litteris scripsi ad te antea. prudēter scriptæ: sed nihil, quod [o] me adiuuarent. Quod ad te scripsit, id vellem, vt ipse adesset. certè aliquid, quoniam me tam valde amat, adiuuaret. Quòd si quid scies, scribas ad me velim. maximè autem, Pansa quando. De At-

a al. quidam

b Crateri huius meminit epistola 15. in 5. 3. Horat. 2. Satyr. 3. Persius. Porphyrius Tyrius libro 1. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων.*

c vide epistolam 10.*

d al. Sed & litt.

e v.c. & L. ille idem vrg. Iria Bos.*

f al. quemquam rog. P. B.

g Ita, iurare morbum dixit 1. epistol. 1.*

h v.c. & L. latibulum, & perfugium

i de consolatione ad seipsum, cuius meminit Tertullianus.*

k al. aliquid: sed

l v.c. & L. relaxor tamen, omniáque nitor, Bos. laxor tamen omniáque nitor.*

m fort. si tu etiam int.

n fort. idipsum dol. P. CXC.

o fort. quo me adiuuarent. fort. quod me adiuuaret,

tica doleo. Credo tamen Cratero [a]. Piliam angi vetabatis [b] solitus est mærere pro omnibus.

a de quo dixi epistola 24 in pr. S.+ b L. veta satis est me mærere p.‖ Bos. veta. satis solitus es mærere pro omnibus.*

CICERO ATTICO, S. 16

APVD Apuleium (quoniam in perpetuum non placet) in dies vt excuser, videbis. In hac solitudine careo omnium colloquio: cúmque manè me in siluam abstrusi dessam, & asperam, nō exeo inde ante vesperum. Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. In hac mihi omnis sermo est cū litteris. eum tamen interpellat fletus: cui repugno, quoad possum. sed adhuc spares non sumus. Bruto, vt suades, rescribam: eas litteras cras habebis. cùm erit cui des, dabis.

CICERO ATTICO, S. 17

TE tuis negotiis relictis nolo ad me venire. Ego enim potiùs accedam, si diutiùs impediere. etsi ne deceſſiſſem quidem è [c] conſpectu tuo, niſi me planè nihil vlla res adiuuaret. Quòd ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te vno: & cùm primùm ab aliquo poterit eſſe, à te erit. Nunc tamen ipſum ſine te eſſe non poſſum. ſed nec tuæ domi [d] probatur [e], nec meæ poteram: nec, ſi propiùs eſſem vſpiã, tecum tamen eſſem. Idem enim te impediret, quo minùs mecum eſſes, quod nunc etiã impedit. Mihi adhuc nihil aptius fuit hac ſolitudine: quam vereor, ne Philippus tollat. heri enim veſperi venerat. Me ſcriptio, & litteræ non leniunt, ſed obturbant.

c al. cõſp.

d al. domui e v. c. & L. probabatur‖ ea ita Bos.* P. B.

CICERO ATTICO, S. 18

MARCIANVS ad me ſcripſit, me excuſatũ eſſe apud Apuleium à Laterenſi, Naſone, Lænate, Torquato, Strabone. His velim meo nomine reddendas litteras cures, gratum mihi eos feciſſe. Quòd pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV. ſpopondiſſe dicit Flauius, etſi reus locuples eſt, & Apuleius prædiator [f] liberalis: tamen velim des operã, vt inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſitne ita. mihi enim ante ædilitatem meam nihil erat cũ Cornificio. Poteſt tamen videri [g] ſed ſcire certũ velim, & appelles procuratores, ſi tibi videtur. Quamquam quid ad me? Verumtamen. Panſæ profectionem ſcribes, cùm ſcies. Atticam ſaluere iube, & eam cura, obſecro, diligenter. Piliæ ſalutem.

f Prædiator qui prædiorum & prædiaturam nouit.*

g v. c. & L. legi.

CICERO ATTICO, S. 19

DVM recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo. Quod velim mihi ignoſcas, cuiuſmodi heſt. etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicant fieri id oportere, quod ſæpe tecum egi, quod à te approbari volo. de fano illo dico, de quo tanũ, quantum me amas, velim cogites. Equidé neque de genere dubito. placet enim mihi Cluatij: neque de re ſtatutum eſt enim. de loco nõ numquam. Velim igitur cogites. Ego, quãtum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profectò illum conſecrabo omni genere monumentorum, ab omnium ingeniis ſcriptorũ [i], & Græcorum, & Latinorum. Quæ res fortaſſis ſit refricatura vulnus meum. ſed iam quaſi voto quodam, & promiſſo me teneri puto: longúmque illud tempus, cùm non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur. Habeo enim nihil (tẽ: atis rebus omnibus) in quo acquieſcam, nam, dum illud tractabam, de quo anteà ſcripſi ad te, quaſi fouebam dolores meos. nunc omnia reſpuo, nec quicquam habeo tolerabilius, quàm ſolitudinem: quam (quod eram veritus) non obturbauit Philippus: nam, vt heri me ſalutauit, ſtatim Romam profectus eſt. Epiſtolam, quam ad Brutum, vt tibi placuerat, ſcripſi, miſi ad te. curabis cum tua perferendam. eius tamen miſi ad te exẽplum, vt, ſi minùs placeret, ne mitteres. Domeſtica quòd ais ordine adminiſtrari, ſcribes, quæ ſint ea. quædam enim exſpecto. Cocceius vide ne fruſtretur. Nam Libo quod pollicetur, vt Eros ſcribit, non incertum puto. De ſorte mea, Sulpicio confido, & Egnatio ſcilicet [b]. De Apuleio quid eſt, quòd labores: cùm ſit ex cuſatio facilis? Tibi ad me venire, vt oſtendis, vide, ne non ſit facile. Eſt enim longum iter, diſcedentémque te (quod celeriter tibi erit fortaſſe faciendum) non ſine magno dolore dimittam. Sed omnia, vt voles. ego enim, quidquid feceris, id cùm rectè, tum etiã mea cauſa factum putabo. Heri cùm ex aliorũ litteris cognouiſſem de Antonij aduentu, adnuratus ſum nihil eſſe in tuis: ſed erãt pridie fortaſſe ſcriptæ, quàm datæ. neque iſta quidé curo: ſed tamen opinor propter prædes ſuos accurriſſe [c]: Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui [d]: primùm tibi perſuade, me iſthæc non curare: neque eſſe quidquam aut paruæ curæ, aut nouæ loci: ſed tamen quid ſimile? illa eos non admõuit, quos exiſtimauit quæſituros, niſi ſciſſent, quid [e] eſſet. Num id etiam mihi periculi fuit? Sed tamen faciat illa, quod ego. dabo meum teſtamentum legendum cui voluerit. Intelliget non potuiſſe honorificentiùs à me fieri de nepote [f], quàm fecerim. nam quòd non aduocaui ad obſignandum: primùm mihi nõ venit in mentem: deinde ea re nõ venit, quia nihil attinuit. tute ſcis (ſi modò meminiſti) me tibi tum dixiſſe, vt de tuis aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis? Equidé domeſticos iuſſeram. Tum tibi placuit, vt mitterem ad Silium. inde eſt natum, vt ad Publiũ. Sed neceſſe neutrum fuit. Hoc tu tractabis, vt tibi videbitur.

h v. c. & L. cui cuimodi eſt‖ *diminuti* pro cuius cuius modi vide Priſcianum.*

i q. v. c. ſumptorum. & c. non pl.

d v. c. & L. de fori. quæſtu.

e v. c. quid eſſet.

f Leonida Pollabelle & Tullæ epiſtola 17. in L. I.*

20

CICERO ATTICO, S. 20

EST hic quidem locus amœnus, & in mari ipſo, qui & Antio, & Circæis adſpici poſſit. ſed ineunda nobis ratio eſt, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate (ſi modò hæc ſtabunt) illud quaſi conſecratũ remanere poſſit. Equidem iam nihil egeo vectigalibus. & paruo contentus eſſe poſſum. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc cauſam maximé. nihil enim video, quod tã celebre eſſe poſſit, ſed quos, coràm videbimus. Ita tamen, vt hac ætate fanũ abſolutum ſit. Tu tamẽ cũ apella de Chio confice de columnis. De Cocceio, & Libone quæ [g] ſcribis, approbo: maximè, quòd de iudicatu meo reſpõſum ſit. Si quid perſpexeris, & [k] tamen quid procuratores Cornificij dicant, velim ſcire, ita, vt in ea re te, cùm tã occupatus ſis, non multũ operæ velim ponere. De Antonio quoque, Balbus ad me cũ Oppio conſcripſit, ídque tibi placuiſſe, ne pertinarer. Illis egi gratias. Te tamen, vt iã antè ad me ſcripſi, ſcire volo, me neque iſto nuntio eſſe perturbatum.

g L. quæ res bis, apparebo. Malim quæ de Libone cætera re ſponſa ſunt. quid ſpectaris. & quid tamen, quæ procuratores.*

h v. c. & L. de iudicatu.

k v. c. & L. de negotio. & adſit pro ſit.*

se perturbatum, nec iam vllo perturbatum iri.
Pansa, si hodie, vt putabas, profectus est, post-
hac iam incipito scribere ad me, de Bruti ad-
uentu quid exspectes, id est, quos ad dies. Id, si
scies vbi iam sit, facilè coniectura assequere.
Quod ad Tironem de Terentia scribis, obse-
cro te, mi Attice, suscipe totum negotium. vi-
des & officium agi meum quoddam, cui tu es
conscius, &, vt nonnulli putant, Ciceronis rem.
Me quidem id multò magis mouet, quod mi-
hi est & sanctius, & antiquius, præsertim cùm
hoc alterum neque sincerum, neque firmum
putem fore.

CXCII.

CICERO ATTICO, S. 21

NONDVM videris perspicere, quàm me nec
Antonius commouerit, nec quidquam iã
eiusmodi possit commouere. De Terentia au-
tem scripsi ad te iis litteris, quas dederam pri-
die. Quòd me hortaris, sdque à ceteris deside-
rari scribis, vt dissimulem me tam grauiter
dolere[a], possúmne magis, quòd[b] totos dies
consumo in litteris? Quod etsi non dissimula-
tionis, sed potiùs leniendi, & sanandi animi
causa facio, tamen, si mihi minùs proficio, si-
mulationi certè facio satis. Minùs multa ad te
scripsi, quòd exspectabam tuas litteras ad eas,
quas ad te pridie dederam. Exspectabam autẽ
maximè de fano: nõnihil etiam de Terentia.
velim me facias certiorem proximis litteris,
Cn. Cæpio, Seruiliæ Claudij pater, viuóne[c]
patre suo naufragio perierit, an mortuo. Item
Rutilia viuóne C. Cotta, filio suo, mortua sit,
an mortuo. pertinet[d] ad eum librum, quem
de luctu minuendo scripsimus.

a Vide l. 22. ff. de reb. dubiis.

b fort. qui r.

c al. perierit.

d al. pertinet.

CICERO ATTICO, S. 22

LEGI Bruti epistolam, eámque tibi remisi,
sanè non prudenter rescriptam ad ea, quæ
requisieras, sed ipse viderit: quamquam illud
turpiter ignorat. Catonem primum sententiã
putat de animaduersione dixisse: quã omnes
antè dixerant, præter Cæsarem: &, cùm ipsius
Cæsaris tam seuera fuerit, qui tum prætorio
loco dixerit, consularium putat leniores fuis-
se, Catuli, Seruilij, Lucullorum, Curionis, Tor-
quati, Lepidi, Gellij, Volcatij, Figuli, Cottæ, L.
Cæsaris, C. Pisonis, etiam M[e]. Attilij Glabrio-
nis, Silani, Murenæ, dess. COSS. Cur ergo in
sententiam Catonis? quia verbis luculentiori-
bus, & pluribus rem eandem comprehende-
rat. Me autem hic laudat, quòd retulerim, non
quòd patefecerim, quòd cohortatus sim:
quòd denique antè, quàm consulerem, ipse iu
dicauerim. Quæ omnia, quia Cato laudibus
extulerat in cælũ, perscribendáque censuerat,
idcirco in eius sententiam est facta discessio.
hic autem se etiam tribuere multum mihi pu-
tat, quòd scripserit, OPTIMVM COS. Quis
enim ieiuniùs dixit inimicus? Ad cetera verò,
tibi quemadmodum rescripsit? tantùm rogat
de f S. C. vt corrigas. hoc quidem fecisset, etiãg
si Ranio admonitus esset. Sed hæc iterum ipse
viderit. De hortis, quoniam probas, effice ali-
quid. Rationes meas nosti. Si verò etiam à h
Faberio recedit, nihil negotij est. Sed etiã sine
eo posse videor contẽdere. Venales certè sunt
Drusi, fortasse & Lamiani, & Cassiani. Sed co
rã. De Terentia non possum commodiùs
scribere, quàm tu scribis. Officium sit nobis
antiquissimũ. si quid nos fefellerit, illius mã-
lo me, quàm mei pœnitere. Ouiæ C. Lolij cu-

A randa sunt LES. c. negat Eros posse fine me:
credo, quòd accipienda aliqua sit, & danda æ-
stimatio. Vellem tibi dixisset. si enim res est,
vt mihi scribit, parata, nec in eo ipso menti-
tur, per te confici potuit. cognoscas, & cõficias
velim. Quòd me in forum vocas, eò vocas,
vnde etiam bonis meis rebus fugiebã. Quid [a]
enim mihi cum foro, sine iudiciis, sine curia,
in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo
B videre non possum? Quòd autem homines à
me postulare scribis, vt Romæ sim, neque mi-
hi, vt absim, concedere, aut [b] quaterus eos mi-
hi concedere: iampridem scito esse, cùm vnũ
te pluris, quàm omneis illos putẽ: ne me qui-
dem contemno, meóque iudicio multo ita-
te mâlo, quàm omnium reliquorum. Neque
tamen progredior longiùs, quàm mihi doctis-
simi homines cõcedũt: quorũ scripta omnia,
quæcumque sunt in eã sententiã, non legi so-
lùm, quod ipsum erat fortis ægroti, accipere
C medicinam: sed in mea etiam scripta trãstuli:
quod certè afflicti & fracti animi non fuit. Ab
his me remediis noli in istam turbam voca-
re, ne récidam.

a v.c. Quid enim mihi foro sine iudiciis, sine curia,

b fort. aut quadamtenus al. aut aliquatenus P. CXCIII.

CICERO ATTICO, S. 23

DE Terentia, quòd mihi omne onus impo-
nis, non cognosco tuam in me indulgen-
tiam. ista enim sunt ipsa vulnera, quæ nõ pos-
sum tractare sine maximo gemitu. Moderare
igitur quæso, vt potes. neque enim à te plus,
D quàm potes, postulo. Potes autem, quid veri
sit, perspicere tu vnus. De Rutilia, quoniam vi
deris dubitare, scribes ad me, cùm scies: sed
quamprimùm, num [c] Clodia D. Bruto consu-
lari, filio suo, mortuo, vixerit. Id de Marcello,
aut certè de Postumia sciri potest: illud autẽ,
de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro. De hor
tis etiam atque etiam [d] rogo, omnibus meis,
eorumque, quos scio mihi non defuturos, fa-
E cultatibus, (sed potero meis) enitendum mihi
est. Sunt etiam, quæ vẽdere facilè possim: sed,
vt non vendam, eique vsuram pendam, à
quo emero, non plus annum possum assequi,
quod volo. Si tu me adiuuas, [e] paratissimi sunt
Drusi. cupit enim vendere, proximos [e] puto
Lamiæ: sed abest. Tu tamen, si quid potes, odo
rare, ne Silius quidem quidquã vtitur, & iis [f]
vsuris facillimè sustentabitur. Habe tuum ne-
gotiũ: nec, quid res mea familiaris postulet,
F quã ego non curo, sed [g] quid velim, existima.

c al. & nunn Clod.

d B sf. etiam te rogo,*

e al. proximi.*

f Lipsi. 4. Antiq. lect. 19. Legit. is vsuris. Intelligit Silium diuitem facile vsuris duci posse, sine parata pecunia.*

g L. sed quid velim, & eus velim, existima. &ita v.c. Bos.* P. B.

CICERO ATTICO, S. 24

PVTARAM te aliquid noui, quòd eiusmo-
di fuerat initium litterarum [h], quamuis nõ
curarem, quid in Hispania fieret, tamẽ te scri-
pturum: sed videlicet meis litteris respondisti,
vt [i] de foro, & de curia. Sed domus est, vt ais,
forum. Quid ipsa domo mihi opus est, carenti
foro? Occidimus, occidimus, Attice, iam pridẽ
nos quidem: sed nunc fatemur, postea quàm
G vnũ, quo tenebamur, amisimus. Itaque solitu-
dinem [k] sequor: & tamen, si qua me res istò
abduxerit [l], enitar, si quo modo potero (po-
tero autem:) vt, præter me [m], nemo dolorem
meum sentiat: si vllo modo poterit, ne tu qui-
dem. Atque etiam illa causa est non ve-
niendi. Meministi, quid ex te Atedius [n]
H quæsierit: quin etiam nunc molesti sunt. Quid
existimas, si venero? De Terentia ita cura, vt
scribis, méque hac ad maximas ægritudines ac
cessione nõ [o] maxima libera. Et, vt scias me ita

h al. litterarum tuarum. q.

i L. de foro, & de curia

k v.c. solitudines

l v.c. adduxerit,

m Lipsius 4. antiquar. 19. legit te, quæ lectio sequentibus probatur.*

n al. Aledius.

o Bos. nõ.*

dolere, vt non iaceam [a], quibus [b] COSS. Carneades, & ea legatio Romam venerit, scriptũ est in tuo annali. Hæc nunc quæro, quæ causa fuerit. de Oropo, opinor. sed certũ nescio: &, si ita est, quæ controuersiæ: præterea, qui eo tẽpore nobilis Epicuréus fuerit Athenis, qui præfuerit hortis, qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illustres. quæ [c] etiam ex Apollodori puto posse inueniri. De Attica, molestum: sed quoniam leuiter, rectè esse confido. De [d] Magala dubium mihi non erat. vnde enim tam felix Ligus pater? nam quid de me dicam, cui vt omnia contingant, quæ volo, leuari nõ possum. De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, &, vt opinor, heri ad te scripserã. sed [e] quanti, quanti bene emitur, quod necesse est. Mihi, quoquomodo tu existimas, (scio enim ego ipse, quid de me existimem) leuatio quædam est, si minùs doloris, at officij debiti. Ad Siccam scripsi, quòd vtitur L. Cotta. Si nihil conficeretur de Transtiberinis [f], haberi in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusillum loci. Ad hanc rem tamen plus etiam [g] satis. id velim cogites. Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. nec mihi iam argento, nec veste opus est, nec [h] quibusdam amœnis locis: hoc opus est. Video etiam, à quibus adiuuari possim: sed loquere cum Silio. nihil enim est melius. Mãdaui etiã Siccæ. rescripsit, cõstitutum se cum eo habere. Scribat igitur ad me, quid egerit, &[k] tu videbis. ¶ BENE fecit A. Silius, qui transegerit. neque enim ei deesse volebam: &, quid possem, timebam. De Ouia, confice, vt scribis. De Cicerone, tempus esse iam videtur. sed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit: de totáque re, quẽadmodum, & quando placeat, velim consideres. Publius iturúsne sit in Africam, & quãdo, ex [m] Aredio scire poteris. quæras, & ad me scribas, velim. Et, vt ad meas ineptias redeam, velim me certiorem facias, P. Crassus Vinuliæ [n] F. viuóne P. Crassõ consulari, patre suo mortuus sit, vt ego meminisse videor, an pòst. Item quæro de Regillo, Lepidi F. recténe meminerim patre viuo mortuum. Cuspiana [o] explicabis, itémque Pretiana. De Attica optimè [p], & ei salutem dices, & Piliæ.

CICERO ATTICO, S. 25

SCRIPSIT ad me diligenter Sicca de Silio, séque ad te rem detulisse: quod tu idẽ scribis. mihi & res, & conditio placet: sed ita, vt numerato malim, quàm æstimatione [q]. Voluptarias enim possessiones nolet Silius. Vectigalibus autem vt his possum esse contẽtus, quæ habeo, sic vix minoribus. Vnde ergo numerato? LLS. D. C. exprimes ab Hermogene, cùm præsertim necesse erit: & domi video esse LLS. D. C. reliquæ pecuniæ, vel vsuram Silio pendemus, dum à Faberio vel ab aliquo qui Faberio debet, repræsentabimus. Erit etiam aliquid alicunde. sed totam rem tu gubernabis. Drusianis [r] verò [s] hortis multò [t] antepono: neque sunt vmquã comparati, mihi crede. Vna me causa mouet, in qua scio me πτυφῶδη [u]. sed, vt facis, obséquere huic errori meo. Nam quod scribis ἐπιθεωρεῖς, actum iã de isto est. alia magis quæro. ¶ SICCA [x], vt scribit, etiam si nihil cõfecerit cum [y] A. Silio, tamen se scribit x. Kal. esse venturum, cuius [z] occupationibus ignosco, eæque mihi sunt notæ. De voluntate tua, vt simul simus, vel studio potiùs, & cupiditate, non dubito. De Nicia quòd scribis, si ita me haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere: sed mihi solitudo & recessus, prouincia est. Quod quia facilè ferebat Sicca, eò magis illum desidero. Præterea nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiem, consuetudinem victus. Cur ego illi molestus [a] velim, cùm mihi ille iucundus esse non possit? Voluntas tamẽ eius mihi grata est. Vnam rem ad me scripsisti [b], de qua decreui nihil tibi rescribere. Spero enim me à te impetrasse, vt priuares me ista molestia. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale.

CICERO ATTICO, S. 26

DE Siliano negotio, etsi mihi non est ignota conditio, tamen hodie me ex Sicca arbitror omnia cogniturũ. Cottæ [c] quidem negas te nosse: sed vltra Silianam villam est (quã putò tibi notam esse) villula sordida, & valde pusilla. nihil agri ad [d] aliam rem loci satis: nihil ad eam, quam quæro. sequor celebritatem. Sed, si perficitur de hortis Silij, hoc est, si perficis (est enim totum positum in te) nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicerone, vt scribis, ita faciam. ipsi permittam de tẽpore. nummorum quantum opus erit, vt permutetur, tu videbis. Ex Aledio [e], quod scribis, si quid inueneris, scribes. Et ego ex tuis animaduerto litteris, & profectò tu ex meis, nihil habere nos, quod scribamus. eadem quotidie, quæ iam, iámque ipsa contrita sunt, tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittam, vt tuas accipiam. De Bruto tamen, si quid habebis. scire enim iam puto, vbi Pãsam [f] exspectet. si, vt consuetudo est, in prima prouincia, circiter Kalend. affaturus videtur. vellẽ [g] tardiùs. valde enim vrbem fugio multas ob causas. Itaque idipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem: quod quidem video facile esse. sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliæ, & Atticæ salutem. Vale.

CICERO ATTICO, S. 27

DE Silio nihilo [f] plura cognoui ex præsente Sicca, quàm [g] ex litteris tuis [h]. Scripseras enim diligẽter. Si igitur tu illum conueneris, scribes ad me, si quid videbitur, de quo putas ad me missum esse. sit missum, nécne, scio dictum quidem mihi. Certè nihil est. Tu igitur, vt cœpisti. Et, si quid ita cõficies, (quod [k] equidem non arbitror fieri posse) vt illi proberur: Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis: eius aliquid interest videri illius causa voluisse: mea quidẽ nihil, nisi id, quod tu scis: quod [l] ego æstimo. Quòd me ad consuetudinẽ [m] reuocas: fuit meum quidem iampridé remp. regere [n], quod faciebã: sed interea erat, vbi acquiescerem: nunc planè nec [p] ego victum, nec vitam illam colere possũm: nec in ea re, quid alii videantur, mihi puto curandum. *MEA mihi conscientia pluris est, quàm omnium sermo.* Quòd me ipse per litteras consolatus sum, non pœnitet me quãtum profecerim. mœrorem minui: dolorẽ nec potui, nec, si possem, vellem. De Triario, bene interpretaris voluntatẽ meã: tu verò nihil, nisi vt illi volent. Amo illum mortuum, tutor sum liberis: totam domum diligo. De Castriciano negotio, si Castricius pro mancipiis [q] pecuniam accipere volet, eámque

[a] v.c. iaceã b vide 17. Gell. vlt.*

[c] v.c. & l. quæ te etiam ex Apollodori puto posse inuen re. ||iuã Bos.*

[d] v.c. De Gamala d.

[e] l. sed quãti quanti bene em. P. CXCIIII.

[f] hortis epist. 20. s.*

[g] al. etiam quàm satis.*

[h] fort. nec quibusquam

[i] l. Scribea k Bos. & vt tu videbis.* l al. Initium nouæ epistolæ. ||Bosio.*

[m] al. ex Aledio

[n] al. Vimileiæ

[o] L. Cispiana

[p] Bos. optime it ex veteri optime id.*

[q] id est quãre aliqua æstimato data.

[r] al. Drusianis

[s] al. vetos hortis.*

[t] fort. multò hoc antep.

[u] id est insaniisse. Alij πετυφλῶδη. id est cæcum fuisse.*

[x] al. Initium nouæ epistolæ.

[y] v.c. cum Agidio.

[z] L. & v.c. Iuis occupationib.

[a] al. molestus esse vellim, b al. scripsisti. de P. CXCV.

[c] v.c. & l. Cottæ quod negas te nosse vltra Silianã villam d v.c. ad villam vers loci ||Bos. ad fuillam rem re. ac si villam rem.*

[e] al. Attilio

[f] v.c. nihil. P. B.

[g] v.c. & fortasse quam, ex hesterni cius Scripserat enim d. b Bos. eius scripserat Cicero.

[h] L. scribes ad me, si quid videbitur. De quo putas ad me missum esse, sit missum, nécne, scio, dictum quidem mihi certè nihil.

[k] al. quod quidem

[l] v.c. & l. quod, ego magni æstimo.

[m] in solitum, inuitus redeunde

[n] Republica.*

[p] v.c. ego regere fortasse

[q] v.c. mancipiis

eámque [a] ei solui, vt nunc soluitur [b]: certè nihil est commodius. sinautem ita actum est, vt ipsa mancipia abduceret: non mihi videtur esse æquum. Rogas enim me, vt tibi scribam, quid mihi videatur. Nolo enim negotij Q. fratrem quidquā habere. quod videor mihi intellexisse, tibi videri idem. Publius, si æquinoctium exspectat, vt scribis Atediū se dicere, nauigaturus videtur: mihi autem dixerat per Siciliam. vtrùm, & quando, velim scire. Et velim aliquando, cùm erit tuum commodum, Lentulum puerum [d] visas: eíque de mancipiis, quę tibi videbitur, attribuas. Piliæ [e], Atticæ salutē.

CICERO ATTICO, S 28

SILIVS, vt scribis, hodie. cras [f] igitur, vel potiùs cùm poteris, scribes, si quid erit, cùm videris. Nec ego Brutum vito, nec tamen ab eo leuationem vllam exspecto: sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum, &, vt nunc est, mansuræ videntur. De hortis, quæso, explica. Caput illud est, quod scis. Sequitur, vt etiam mihi ipsi quiddam opus sit: nec enim esse in turba possum, nec à vobis abesse. Huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius. Et de hac re quid tui consilij sit, mihi persuasum est: & eò magis, quòd [g] idē [h] intellexi tibi videri, me ab Oppio, & Balbo valde diligi. Cum [i] iis communices, quantopere [k], & quare velim hortos: sed id ita posse [l], si expediatur illud Faberianum. sint [m] igitur auctores futuri. si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando: quòd [n] possum, adducto. tum [o] enim illud desperatum denique intelliges, & quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandum. Si quid erit: magnum est adiumentum. sin minùs: quacumque ratione contendamus. Vetus illud ἐπιφώνημα, quemadmodum scripsisti, vel ἐπιφώνημα putato. De Pillo Ostiensi nihil est cogitandū. Si hoc non assequimur: (à Lamia non puto posse) Damasippi experiendum est. Quæro quid ad te scribam: sed nihil est. eadem quotidie. Quòd Lentulū inuisis, valde gratum. Pueros attribue ei, quot, & quos videbitur.

CICERO ATTICO, S 29

DE Silij voluntate [q] vendendi, & de eo quāti tu vereri videris, primùm ne nolit, deinde ne tanti. Sicca aliter: sed tibi assentior. Quare, vt ei placuit, scripsi ad Egnatium. Quòd Silius te cum Clodio loqui vult, potes id mea voluntate [r] facere: cōmodiúsque id est quàm, quod ille à me petit, meipsum scribere ad Clodium. De mancipiis Castricianis, commodissimum esse credo, transigere Egnatium. Quòd scribis te ita futurum putare, cum Ouia, quæso, quidem vt conficiatur. Quoniā, vt scribis, nox erat, in hodierna epistola plura exspecto.

CICERO ATTICO, S. 30

SILIVM mutasse sententiam Sicca miratur. Equidem magis miror, quòd, cùm in filium causam conferret, quæ mihi non iniusta videtur (habet enim qualem vult) ais te putare, si addiderimus [t] aliud, à quo refugiat, cùm ab ipso id fuerit [u] destinatum [x], venditurum. Quæris à me, quod summum pretium constituam, & quantum anteire istos hortos Drusi: acceßi numquam. Coponianam villā & veterem, & non magnam, nouī: siluam nobilem: fructum autem neutrius. quod tamen puto nos scire oportere. sed mihi vtrius [a] istorū, tempore magis meo, quàm ratione æstimādi sunt. Possim autem assequi, nécne, tu velim cogites. Si enim Faberianum venderem, expli care vel repræsentatione non dubitarem. De Silianis, si [b] modò adduceretur, vt venderet: si venaleis [c] non haberet, transitrem ad Drusum vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi dixit. Magno etiam adiumento nobis Hermogenes potest esse in repræsentando. At [d] concede mihi, quæso, vt eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat: & tamē seruio ita cupiditati, & dolori meo, vt à te regi velim. Egnatius [e] mihi scripsit, is si quid tecum locutus erit (commodissimè enim per eum agi potest) ad me scribes: & id agendum puto. Nā cum Silio non video confici posse. Piliæ, & Atticæ salutem. Hæc ad te mea manu. Vide, quæso, quid agendum sit.

CICERO ATTICO, S. 31

PVBLILIA [f] ad me scripsit, matrem suam cum [g] Publilio loquí, eam ad me cum illo venturam, & se vnà, si ego paterer. Orat multis, & supplicibus verbis, vt liceat, & vt sibi rescribā. Res quàm molesta sit, vides. Rescripsi, me etiam grauiùs esse affectum, quàm tū, cùm illi dixissem, me solum esse velle: quare nolle me hoc tempore eam ad me venire. Putabā, si nihil rescripsissem, illam cum matre venturam: nunc non puto, apparebat enim, illas literas non [h] illius esse. Illud autem, quod fore video, ipsum volo vitare, ne illæ ad me veniant. & vna est vitatio, vt ego nollem. sed [k] necesse est (te hoc nunc rogo) vt explores, ad quam diem hîc ita possim esse, vt ne opprimar. Ages, vt scribis, temperaté. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen, si tibi non iniquum videbitur, vt sumtus huius peregrinationis, quibus, si Romæ esset, domúmque cōduceret, quod facere cogitabat, facilè contentus erat, accommodet ad mercedes Argileti, & Auentini: &, cùm ei proposueris, ipse velim reliqua moderere, quemadmodū ex his mercedibus suppeditemus ei, quod opus sit. præstabo, nec Bibulum, nec Acidinum [l], nec Messallam, quos Athenis futuros audio, maiores sumtus facturos, quàm quod ex eis mercedibus recipietur [m]. Itaque velim videas, primùm conductores qui sint, & quanti: deinde vt sit, qui ad diem soluat, & [n] quid viatici, quid instrumenti satis sit. Iumento certè Athenis nihil opus est: quibus autem in via vtatur, domi sunt plura, quàm opus erat: quod etiam tu animaduertis.

CICERO ATTICO, S. 32

EGO, vt heri ad te scripsi, si & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum velim aggrediare. Is, opinor, ita parteis [o] fecit in ripa nescio quotenorum iugerum, vt certa pretia cōstitueret, quæ mihi nota nō sunt. Scribes ad me igitur, quicquid egeris. Vehementer me sollicitat Atticæ nostræ valetudo [p], vt vereat etiam, nequa culpa sit. sed & pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat. Cura igitur. plura enim non possum.

a L. vtriusque ist. & sic v. c. ‖ vtriuis, id est, siue Drusiani, siue Coponiani.*

b L. si non add.

c v. c. venalis

d al. At tu conc. v. c. aut con. ‖ al. Aut tu.*

e L. Egnatius mihi scripsit. tu, si quid t. l. P. CXCVII.

f al. Popillia ‖ al. popilia Quintiliano & Plutarcho

g fort. cum Publilio loqui solere, se ad me cum illo. & v. c. cum Publilio loqueretur, ad me ‖ al. cum Publilio loqueretur.*

h v. c. & l. non esse ipsius. Ill.

i sic v. c. al. & ego nollem.

k sed necesse est. Te hoc nunc rogo, vt expl.

l al. Accidinum

m L. reficietur. al. efficietur al. redigetur.

n fort. ecquid viatici, ecquid inst. P. B.

o v. c. partis

p v. c. valitudo.

CICERO ATTICO, S. 33

EGo hîc vel sine Sicca(Tironi enim meliùs est)facillimè possem esse, vt in malis. Sed cùm scribas, videndũ mihi esse,ne opprimar, ex quo intelligã [a],te [b]certum illius profectionis diem non habere:putaui esse commodius me istuc venire:quod idem video tibi placere.Cras igitur in Siccæ suburbano:inde, quémadmodum suades, puto me in Ficulensi fore.Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio,coràm videbimus. Tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consiliis ineundis,mihíque dandis, in ipsis litteris, quas mittis, beneuolentiam [c],diligentiam, prudẽtiam mirificè diligo.Tu tamen,si quid cum Silio,vel illo ipso die, quo ad Siccam venturus ero,certiorem me velim facias,& maximè cuius loci detractionem fieri velit. Quod enim scribis EXTREMI, vide,ne is ipse locus sit,cuius causa de tota re,vt scis,est à nobis cogitatũ.

a al.intelligo.*
b v.c.certũ diem illius profectionis non hab.
c v.c.beniuolentiam,

CICERO ATTICO, S. 34

HIRTII epistolam tibi misi,& recentem & beneuolè scriptam.Antè [d],quàm proximè discessi,numquam mihi venit in mẽtem, quo plus insumtum in monumentum esset, quàm nescio quid,quod lege [e] conceditur, tãtúdem populo dandum esse. quod non magnopere moueret,nisi nescio quomodo(ἀλόγως fortasse) nollem illud vllo nomine,nisi Iani,appellari:quod si volumus,vereor, ne assequi non possimus,nisi mutato loco.Hoc quale sit,quæso,considera.Nam etsi minùs vrgeor, méque ipse propemodùm collegi, tamen indigeo tui consilij. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo,magis quàm à me vis, aut pateris te rogari,vt hanc cogitationem toto pectore amplectare.

d v.c.& L. Antè, quàm à te prox [ista Bos.*
c Legem Iuliam, sumptuariam funerum intelligit Dio. 43.* P. CXCVIII.

CICERO ATTICO, S. 35

FANVM fieri volo,nequefhoc mihi erui potest.sepulchri similitudinem effugere, non tam propter pœnã legis studeo, quàm vt maximè assequar ἀποθέωσιν.quod poteram, si in ipsa villa facerem.Sed, vt sæpe locuti sumus, cõmutationes dominorum reformido. In agro vbicumque fecero, mihi videor assequi posse,vt posteritas habeat religionẽ. Hæ meæ tibi ineptiæ(fatebor g enim)ferendæ sunt.nã h habeo,ne me quidẽ ipsum, quicũ tã audacter communicẽ,quàm te.Si tibi res,si locus, si institutum placet:lege,quæso,legẽ,mihíque eam mitte. Si quid in mentem veniet, quomodo eam effugere possimus,vtemur.Ad Brutum si quid scribes,nisi alienũ putabis, obiurgato eũ, quòd in Cumano esse noluerit propter eam causam quã tibi dixi i. Cogitanti enim mihi, nihil tam videtur potuisse facere rusticé.Et si tibi placebit sic agere de fano,vt cœpimus,vesim cohortere, & excuas Cluatium. nam; etiam si alio loco placebit, illius nobis opera, consilióque vtendum puto.

f v.c. nequè hoc mihi suaderi pot. fort. neque hoc mihi dissuaderi pot.al. neque hoc mihi erui pot.‖ al.neque hoc mihi suada erui potest* g L.(fateor enim) h al.non habeo,
i L.dixit.‖ ista Bos.*

CICERO ATTICO, S. 36

TV ad villam fortasse eras. A te heri duas epistolas recepi [k], alterum pridie datam Hilaro:alteram eodem die à tabellario:acceptóque ab [l] Ægypta litteras eodem die.Piliam, & Atticam planè bellè se habere.Tuæ [m] litteræ mihi redditæ sunt tertiodecimo die.quòd mihi Bruti litteras,gratum, ad me quoque misit. Eam ipsam ad te epistolam misi,& ad eã exẽplum mearum litterarum. De fano, si nihil mihi hortorum inuenis(qui quidem tibi inueniendi sunt,si me tanti facis, quanti certè facis)valde probo rationem tuam [a].De Tusculano,quamuis prudens ad cõgitandum sis, sicut es, tamen nisi magnæ curæ tibi esset, vt ego consequerer id,quod magnopere vellem, numquam ea res tibi tam bellè in mentẽ venire potuisset. sed nescio quo pacto celebritatem requiro.itaque hortos mihi conficias,necesse est. Maxima est in Scapulæ celebritas, propinquitas:præterea,vbi sis,ne totum diem in villa.Quare antè,quàm discedis,Othonem, si Romæ est,conuenias peruelim.Si nihil erit, etsi tu meam stultitiam consuesti ferre,eò tamen progrediar,vt [b] mihi stomachere. Drusus enim certè vendere vult. Si ergo aliud erit,non mea erit culpa, nisi emero ? qua in re ne labar,quæso,prouide.Prouidendi autẽ vna ratio est. siquid de Scapulanis possumus. Et velim me certiorem facias,quamdiu in suburbano sis futurus. Apud Terentiam gratia [c] opus est nobis,tuáque auctoritate :sed facies, vt videbitur.Scio enim,si quid mea interfuit,tibi maiori curæ solere esse,quã mihi. Hirtius ad me scripsit,Sext.Põpeiũ Corduba exisse,& fugisse in Hispaniã citeriorẽ,Cn.fugisse nescio quó. neque enim curo. Nihil præterea nouiLitteras Narbone dedit XIIII.Kal.Maias. Tu mihi de Caninij naufragio quasi [d] dubia rei misisti.Scribas igitur,si quid erit certius.Quòd me à mœstitia auocas,multùm leuaris [e], si locum fano dederis.Multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mẽtem veniunt:sed loco valde opus est. quare etiam Othonem vide,

a al. tuam de Tusculano. Quamuis &c.
b v.c.& L. vti stomachere.ista Bos.*
c L. gratia tua.hæc gratia opus est nobis tuaque auctoritate.*
d v.c.dubia missisti.
e al. proficies,

CICERO ATTICO, S. 37 P.CXCIX.

NON dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil litterarũ : sed homo nequam,qui tuum commodum non [f] exspectarit, cùm ob eam vnam causam missus esset. nunc quidem,nisi quid te tenuit,suspicor [g] esse in suburbano.At ego hîc scribendo dies totos, nihil equidem leuor: sed tamen aberro. Asinius Pollio ad me scripsit de impuro nostro cognato. quod Balbus minor nuper satis planè,Dolabella obscurè:hic apertissimè.Ferrem grauiter,si nouæ ægrimoniæ locus esset. Sed tamen quid [h] impurius? O hominem caueudum!quamquam mihi quidem [i]. sed tenendus dolor est.Tu,quoniam [k] necesse nihil est, sic scribes aliquid, si vacabis. Quod putas oportere prouideri [l] iam animi mei fiemitatẽ: grauiúsque quosdã scribis de me loqui,quàm aut te scribere,aut Brutum:si,qui me factum esse animo,& debilitatum putant,sciant,quid litterarum,& cuius generis conficiam : credo (si modò homines sint)existiment me,siue ita leuatus sim,vt animum vacuum ad res difficiles scribendas afferam, reprehẽdendũ nõ esse:siue hanc aberrationem à dolore delegerim [m],quę maximè liberalissimandoctóq; homine dignissima, laudari me etiã oportere. Sed cùm ego faciam omnia,quę facere possim ad me adiuuandũ,tu effice id, quod video te nõ minùs,quàm me,laborare. Hoc mihi debere videor,neque leuari posse,nisi soluero,aut video me posse soluere,id est,locum, qualem volo,

f v.c. non exspectarat,
g v.c.& L. suspicor eo esse
h v.c. quid
i ab illo status cautum est.
k al. nihil necesse est.
l v.c.& L. perabsurdi
m L. dolorem maximè liberalis &c. n al. liberalis sit.*

volo,inuenero.Heredes Scapulæ,si istos hortos,vt scribis tibi Othonẽ dixisse, partib.quatuor factis, liceri cogitãt:nihil est scilicet emtori loci,sin venibunt:quid fieri possit,videbimus.nam ille locus publicanus [a], qui est Trebonij, & Cusinij ,erat ad me allatus , sed scis aream esse. nullo pacto probo. Clodiæ sanè placent,sed non puto esse venaleis. De Drusi hortis,quamuis ab his abhorreas,vt scribis,tamen eò confugiam,nisi quid inueneris.Ædificatio me non mouet. nihil enim aliud ædificabo,nisi id,quod,etiam si illos non habuero. Κύριος [b] mihi sic placuit,vt cetera Antisthenis:hominis acuti magis,quàm eruditi.

a v.c. Publicianus,ſ. qui extat ad viã publiciam. P. B. Ouidius 3. Fasto.

b v.c. Κύριος ἀναλ. Κύριος ἂν εἴη ἐκ veteri κύριος & κυρίως Nam Laertius author est Antisthenem duos libros Cyri nomine inscripsisse, quorũ vnus quarto tomo operũ Antisthenis continebatur, alter quinto. Sic vtrumque librorum tertius & Cicero hic exprimit.* e L. Sed nimirum d L. quod

CICERO ATTICO, S. 38

TABELLARIVS cùm ad me sine litteris tuis venisset, existimaui tibi eam causam non scribendi fuisse,quòd pridie scripsisses ea ipsa,ad quæ rescripsi hac epistola. Exspectatã tamẽ aliquid de litteris Asinii Pollionis. Sed [c] nimium ex meo otio tuum specto. quamquã tibi remitto,nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scribere,nisi eris valde otiosus. De tabellariis , facetem quod suades , si essent vllæ necessariæ litteræ,vt erant olim, cùm breuioribus diebus , tamen quotidie respondebant tempori tabellarij:& erat aliquid,Sllius, Drusus,alia quædam : nunc, nisi Otho extrisset, quid [d] scriberemus,non erat. Idipsum dilatũ est.tamen alleuor,cùm loquor tecum absens: multò etiam magis, cùm tuas litteras lego. Sed quoniã & abes(sic enim arbitror) & scribendi necessitas nulla est, conquiescent litteræ,nisi quid noui exstiterit.

c v.c. quòque

CICERO ATTICO, S. 39

QVALIS futura sit Cæsaris vituperatio cõtra laudationem meam,perspexi ex eo libro,quem Hirtius ad me misit:in quo colligit vitia Catonis,sed cũ maximis laudibus meis. Itaque misi librum ad Mulcam , vt tuis libratiis daret. Volo enim diuulgari : quod [e] quò facilius fiat,imperabis tuis.συμβουλευτικὸν sæpe conor.nihil reperio : & quidem mecum habeo & Ἀρίστωνος & Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον.Sed quid simile?Illi ,quæ & ipsis honesta essent,scribebant,& grata Alexandro. ecquid tu eiusmodi reperis? Mihi quidem nihil in mentem venit.Quòd scribis te vereri , ne & gratia , & auctoritas nostra hoc meo mærore minuatur:ego quid homines aut reprehendãt, aut postulent,nescio.Ne doleam?quid potest [f]? Ne iaceam?quis vmquam minùs?dum tua me domus leuabat,quis à me exclusus?quis venit, qui [g] offenderetur?Asturam [h] fum à te profectus.Legere isti læti,qui me reprehendunt, tã multa non possunt , quàm ego scripsi : quàm bene,nihil ad rem. Sed genus scribẽdi id fuit, quod nemo abiecto animo facere posset.xxx. dies in i hortis fui.Quis aut congressum meũ, aut facilitatem sermonis desiderauit?Nunc [k] ipsum,ea lego.ea scribo,vt ij , qui mecũ sunt, difficilius otium ferant,quàm ego laborẽ. Sius est.cur non sim in his meis prædiolis,quę sunt huius temporis : quia frequentiam illam non facilè ferrem.Ibi sum igitur , vbi is , qui optimas Baias habebat , quotannis hoc tẽpus cõsumere solebat.Cùm Romam venero, nec vultu,nec oratione reprehendar.Hilaritatem illam,qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. Constantia , & firmitas nec animi, nec orationis requiretur. De hortis Scapulanis,hoc videtur effici posse, aliud tua gratia,aliud nostra,vt præconi [a] subiiciantur [b] ,Id nisi fit,excludemur. sin ad tabulam [c] venimus:vincemus facultates Othonis nostra cupiditate.Nam,quod ad me de Lentulo scribis,non est in eo. Faberiana modò res certa sit:túque enitare,quod facis:quod volumus,consequemur.Quòd quæris , quãdiu hîc: paucos dies. sed certum non habeo. simulac cõstituero,ad te scribam:& tu ad me, quãdiu in suburbano sis futurus. Quo die ego ad te hæc misi,de Pilia , & Attica mihi quoque eàdem,quæ scribis,& scribuntur,& nuntiantur.

a præconi subiicieb antur,d est per præconem venibant,Sic Seneca 3. de ira.Iuuius.6. Ioseph. 19. Antiquit. 1. P. B. præconium, munus ipsum præconij,13. epistol. 12.Sadde, Ciceronem pro Quinto.* b v.c. subiciantur c de tabula auctionaria dixi 2. ad Q. fratrem 5.*

CICERO ATTICO, S. 40

NIHIL erat,quod scriberem,scire tamẽ volebam,vbi esses:si abes,aut [d] adfuturus es: quando rediturus esses,facias [e] igitur me certiorem.Et,quod tu scire volebas, ego quando ex hoc loco:postridie Id [f] . Lanuuij constitui manere:inde postridie in Tusculano,aut Romæ.vtrũ sim facturus : eo ipso die scies. Scis, quàm sit φιλαίπον,συμφορᾷ:minimè in te quidem : sed tamen auidè sum affectus de fano, quod nisi,non [g] dico effectum,sed fieri video:audebo hoc dicere(& tu,vt soles, accipies) incutsabit in te dolor meus:non iure ille quidem,sed tamen feres hoc ipsum,quod scribo, vt omnia mea fers,ac tulisti.omneis tuas consolationes,vnam hanc in remvelim conferas. Si quæris quid optem:primùm Scapulæ,deinde Clodiæ:posteà,si Silius nolet: Drusus aget inuitè:Cusinij & Trebonij. puto Terẽtiũ esse dominum,Rebilium [h] fuisse certò scio.Sinautem tibi Tusculanũ placet , vt significasti quibusdam litteris,tibi assentiar.hoc quidem vtique perficies,si me leuari vis:quem iam etiam grauiùs accusas, quàm patitur tua cõsuetudo: sed facis summo amore , & victus fortasse vitio meo:sed tamẽ,si me leuari vis,hæc est summa leuatio: vel(si verum scire vis)vna , Hirtij epistolam si legeris,quę mihi quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis,quã Cæsar scripsit de Catone:facis me,quid tibi visum sit,(si tibi erit cõmodum)certiorẽ. Redeo ad fanũ. nisi hac æstate absolutum erit,quam vides integrã restare:scelere me liberatũ non putabo.

d L. aut afuturus es: e v.c. facies igitur,&c. & ita I. f postridie Idus vel Idum. Dec.* g al. non dico fieri videro, sed effectum erit. ita emendat Lipsius 4. Antiquarũ Lect. 19. h L. Rebilium fuisse certè sc.‖ al. puto Tertium.*

CICERO ATTICO, S. 41

NVLLVM à te desideraui diem litterarum. videbam enim, quæ scribis:& tamen suspicabar, vel potiùs intelligebam nihil fuisse, quod scriberes. Adi VI. Id. verò & abesse te putabam,& planè videbam nihil te habere. Ego tamẽ ad te ferè quotidie mittam. Mâlo enim frustra, quàm te non habere,cui des , siquid fortè sit,quod putes me scire oportere. Itaque accepi VI. Idus , litteras tuas inaneis. Quid enim habebas,quod scriberes? Mihi [k] tamen illud,quidquid erat,non molestum fuit,nihill aliud scire me,nouit te nihil habere:scripsi [m] tamen nescio quid de Clodia. Vbi ergo ea est? aut quando ventura? Placet mihi res sic,vt,secundum Othonem , nihil magis. sed neque hanc vendituram puto : delectatur enim, & copiosa est : &, illud alterum quàm sit difficile , te non fugit. Sed obsecro , enitamur vt aliquid ad id , quod cupio , excogitemus. Ego me hinc postridie exiturum puto:

P. CCI.

i L. A.d. VI. Idus

k v.c. Mi t. l sic v.c.d. nihil aliud scire me, quàm nouit te nihil habere. m al. scripsisti tamen

sed aut in Tusculanum, aut domum: inde fortasse Arpinum. cùm certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem monere te, vt idipsum, quod facis, faceres, putabam enim commodiùs te idem istud domi agere posse, interpellatione sublata. [a] ¶ Ego postridie Id. vt scripsi ad te antè, Lanuui manere cõstituì: inde aut Romæ, aut in Tusculano. Scies antè vtrumque.

a Initium epistolæ Bos.*

CICERO ATTICO, S. 42

Quod [b] scies rectè illam rem fore leuamẽto: bene facis, cũ id esset (mihi crede) perinde, vt existimare tu nõ posses. Res indicat, quantopere [c] id cupiam. cùm tibi audeam cõfiteri: quem id nõ ita valde probare arbitrer. Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferẽdus? immo verò etiam adiuuandus. De Othone diffido fortasse quia cupio: sed tamen maior etiam res est, quàm facultates nostræ, præsertim aduersario & cupido, & locuplete, & herede. Proximum est, vt velim Clodiæ. Si [d] ista minùs cõfici possunt, effice quiduis. Ego me maiore religione, quàm quisquã fuit vlliusvo ti, obstrictũ puto. videbis etiã Trebonianos: etsi absunt domini. Sed, vt ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne æstas effluat: quod certè non est commitendum.

b L. Quod scribis, certè mihi illã rem fore leuamento: cũ bene facis tũ id est, mihi exede, perinde, vt existi- P. B. mare tu non potes. || al. quod scribis rem te, mihi illam rem fore leuamento Bos. Quod scies rectè in illã fore leuamento, bene facis.*

c v.c. quanto opere.

d v.c. Sed si ista minus, &c.

CICERO ATTICO, S. 43

Et Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse facilè patior (fecit enim humanè) & te eius epistolã ad me non misisse, multo faciliús. tu enim etiam humaniús. Illius librum, quem ad me misit de Catone, propterea volo diuulgari ab tuis, vt ex istorum vituperatione sit illius maior laudatio. Quòd per Mustellam agis, habes hominem valde idoneum, meique sanè studiosum iam inde à Põtiano. Perfice igitur aliquid. Quid autẽ aliud, nisi vt aditus sit emtori: quod per quemuis he redem potest effici? Sed Mustellam id perfecturum, si rogaris, puto. Mihi verò & locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis, & præterea ἐξήγημα. nam [e] illa Silij, & Drusi, non satis οἰκειοπαθῶς mihi videntur. Quid enim sedere totos dies in villa [f] ista? Igitur malim primùm Othonis, deinde Clodiæ. Si nihil fiet: aut Druso ludus est suggerendus, aut vtendum Tusculano. Quòd domi te inclusisti, ratione feci sti. sed, quæso, confice, & te vacuũ redde nobis. Ego hinc, vt scripsi anteà, postridie Id. Lanuuium [g]: deinde postridie, in Tusculano. Contudi enim animum, & fortasse vici, si modò permansero. Scies igitur fortasse cras, summum perendie. Sed quid est, quæso? Philotimus nec Cartini [h] Pompeium teneri: qua de re litterarum ad Clodium Patauinum missarum exemplum mihi Oppius & Balbus miserant, se id factum arbitrari: bellúmque narrat reliquum satis magnum. Solet omnino esse Fuluiaster i. Sed tamen, si quid habes. Volo etiã scire de naufragio Caniniano, quid sit.

e v.c. non habent, nam

f Bos. villa? Ita igitur malim,

g L. Lanuuij: deinde P.

h L. Carteiæ al. nec Car- P. CCII. tani Pompeium teneri Turneb. negat Cn. Pompeium teneri. Lamb. negat Carteiæ Cn. Pompeũ teneri Bos. nec ardim id esse, ante.*

i v.c. Fuluiaster.

CICERO ATTICO, S. 44

Ego hîc duo magna συμπαθήματα absolui. Nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum. Tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas (quod fore ita video) tamen id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, dummodò ne his verbis. De Attica, optimé. ἀκμάζει tua me mouet: etsi scribis nihil esse. In Tusculano eò commodiùs ero, quòd & crebriùs tuas litteras accipiam, & teipsum nonnumquam videbo. Nam ceteroqui ἀσκητότερα erant Asturæ: nec hæc, quæ refricant, hîc me magis angunt. etsi tamen, vbicũque sum, illa sunt mecum. De Cæsare vicino scripseram ad te, quia cognoram [a] ex tuis litteris: eum συνάγειν Quirini [b] malo, quàm Salutis. Tu verò peruulga Hirtium. id enim ipsum putaram, quod scribis, vt, cùm ingenium amici nostri probaretur, ὑπόθεσις vituperandi Catonis irrideretur.

a v.c. cognoueram.

b v.c. Quirino quam Salutí.

CICERO ATTICO, S. 45

Vincam, opinor, animum: Lanuuio [c] pergã in Tusculanum. aut enim mihi in perpetuum fundo illo carendum est (nam dolor idem manebit, tantùm [d] mediocrius) aut nescio, quid interfit, vtrùm illuc nũc veniam, an ad decem annos. Neque enim ista maior admonitio, quàm quibus assiduè conficior, & dies & nocteis. Quid ergo? inquies. nihil litteræ? In hac quidem re vereor, ne etiam contrá. nam essem fortasse durior. Exculto [e] enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

c v.c. Lanuuio perig & ita L.

d v.c. tanti modestius || al. tum modo otius. al. tum modo ocius.* e v.c. Bos. id est polito.* P. B.

CICERO ATTICO, S. 46

Tv igitur, vt scripsisti, nec id incommodo tuo. vel binæ enim poterunt litteræ, occurram etiam, si necesse erit. Ergo id quidẽ, vt poteris. De Mustella, vt scribis: etsi magnũ opus est. eo magis delabor ad Clodiam. quãquam in vtroque Faberianum nomen explorandum est. de quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus: & quidem, vt res est, emere nos velle: nec posse sine isto nomine, nec audere incerto [f]. Sed, quando Clodia Romæ futura est, & quia tanti rem æstimas, eò prorsus exspecto [g]: non quin illud malim: sed & magna res est, & difficile certamen cũ cupido, cum locuplete, cum herede. etsi de cupiditate nemini concedã, ceteris rebus inferiores [h] sumus. Sed hæc coram. Hirtij librum, vt facis, diuulga. De Philotimo idem & ego arbitrabar. Domũ tuam pluris video futurã, vicino Cæsare. Tabellariũ meũ hodie exspectamus. nos de Pilia, & Attica certiores faciet.

f v.c. re incerta.

g v.c. Bos. ão:

h al. inferiores

CICERO ATTICO, S. 47

Domi te libenter esse facilè credo: sed velim scire, quid tibi restet, aut iámne confeceris. Ego te in Tusculano exspecto, eóque magis, quòd Tironi statim te venturum scripsisti, & addidisti, te putare opus esse. Sétiebã omnino, quantũ mihi præsens prodesses, sed multò magis post discessum tuũ sentio. quamobrem, vt antè ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me. quod i licebit.

i L. quorum; id est quoniã licebit. Bal. quot.*

CICERO ATTICO, S. 48

Heri nõ multò pòst, quàm tu à me discessisti, puto quidã vrbani, vt videbantur, ad me mandata, & litteras attulerunt à C [k]. Mario C.F. eum multis verbis agere mecum per cognationem, quæ mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi, aui sui, vt se defenderem: causámque suã mihi perscripsit. Rescripsi, patrono illi nihil opus esse, quoniã Cæsaris, propinqui eius, omnis potestas esset, viri optimi, & hominis liberalissimi: me tamen ei fauturum. O tempora! fore cùm dubitet Curtius consulatũ petere? sed hæc hactenus. De Tirone, mihi curæ est. sed iam sciam, quid agat. Heri enim misi qui videret: cui etiam ad te litteras dedi.

k v.c. Mario C. F. C. N. multis v.

P. C. CCIII.

Epistó-

Epistolam ad Cæsarem tibi misi. Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas.

CICERO ATTICO, S. 49

VT me leuarat tuus aduentus: sic discessus afflixit. Quare cùm poteris, id est, cùm Sestij [a] auctioni operam dederis, reuises nos. vel vnus dies mihi erit vtilis: quid dicam gratus? Ipse Romam venirem, vt vnà essemus, si satis consilium [b] quadam de re haberem.

CICERO ATTICO, S. 50

TIRONEM habeo citiùs, quàm verebar. venit etiam Nicias: & Valerium hodie audiebam esse venturum. quamuis multi sint, magis tamē ero solus, quàm si vnus esses. Sed exspecto te à Peducæo vtiq;. tu autem significas aliquid etiam anté. verùm id quidem vt poteris. De Virgilio, vt scribis. hoc tamen velim scire, quando auctio. Epistolam ad Cæsarem mitti, video tibi placere. Quid quæris? Mihi [c] quoque idem [d] maximè placuit, & eo magis, ꝙ nihil est in ea, nisi optimi cuius: sed ita optimi, vt tempora [e], *quibus parére omnes πολιτικοὶ præcipiunt.* sed [f] sic nobis esse visum, vt isti antè legerent. Tu igitur id curabis: sed nisi planè iis intelliges placere, mittenda non est. Id autem vtrùm illi sentiant, an verò simulent, tu [g] intelliges. sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit, τοῦτο δὲ μηλόσοφη [h]. De Cerellia [i], quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: deberek, non esse dignitatis meæ: perscriptionem tibi placere. hoc metuere, alterū in metu non ponere. Sed & hæc, & multa alia corám. Sustinenda tamē (si tibi videbitur) solutio est nominis Cerelliani [l], dū & de Metone, & de Faberio sciamus.

CICERO ATTICO, S. 51

L. TVLLIVM Montanum nosti, qui cum Cicerone profectus est. ab eius sororis viro litteras accepi, Montanum Planco debere, quòd præs pro Flaminio sit LLS. XX. [m] de ea re nescio quid te à Montano rogatum. Sanè velim, siue Plancus est rogandus, siue qua re potes illum iuuare, iuues. pertinet ad nostrum officium. si res tibi fortè notior est, quàm mihi: aut si Plancum rogandum putas, scribas ad me velim, vt quid rei sit, & quid rogandum, sciam. De epistola ad Cæsarem, quid egeris, exspecto. De Silio non ita sanè laboro. tu mihi aut Scapulanos, aut Clodianos effice necesse est. Sed nescio quid videris dubitare de Clodia, vtrùm quando [n] veniat, an, sintne venales? Sed quid est, quod audio, Spintherem fecisse diuortium? De lingua Latina securi es animi, dices, qui talia conscribis. ὑπογεγραφα sunt. minore labore fiunt. verba tantùm affero: quibus abundo.

CICERO ATTICO, S. 52

EGo etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui videor. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius. Hodie tuas litteras exspectabamus matutinas. erunt fortasse alteræ pomeridianæ [o], nisi te Epiroticæ [p] litteræ impedient, quas ego non interpello. Misi ad te epistolas, ad Marcianum, & ad Montanum. eas in eundem fasciculum velim addas, nisi fortè iam dedisti.

1 *al.* Cærelliani

m *al.* xxv. *vt 16 epist. 14 l.*

n *sic v.c. al.* quando veneant,

o *v.c.* postmeridianæ, p *v.c.* Epiroticæ.

P. CCIIII.

a *L.* Sextij auction

b *forte.* consilij

c *v.c.* Mihi quoque hodie max. pl.

d *Bos.* hoc i. dem *al.* hodie.*

e Tempori cedere, d est necessitati. partêre sempersapientis est habitura 4. epistol. sabbat.*

f L. sed scis ita nob.

g *v.c. & L.* tu intelliges. mihi sim.

h *al.* γλώσση. *Bos.* μᾶλλον ἢ σοφη id est multæ obluctatio id est, res nihili.*

i *v.c.* Cærellia.

P. B.

k *fort.* ti de. hoc

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM,
LIBER XIII.

CICERO ATTICO, S. 1

AD Ciceronem ita scripsisti, vt [a] neque feueriùs, neq; tẽperatiùs [b] scribi potuerit, nec [c] magis quàm quemadmodū ego maximè vellem. Prudentissimè etiam ad Tullios. Quare aut ista proficient, aut aliud agamus. De pecunia verò, video à te omnem diligẽtiam adhiberi, vel potiùs iam adhibitam. Erō si effitis, à te hortos habebo. Nec verò vllū genus possessionis est, quod malim, maximè scilicet ob eam causam, quæ suscepta est: cuius festinationem mihi tollis, quoniā de æstate polliceris, vel potiùs recipis: deinde etiam ad καταβίωσιν, mœstitiamque minuendam, nihil mihi reperiri potest actius [e]: cuius rei cupiditas impellit me interdum, vt te hortari velim. Sed me ipse reuoco. non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu meipsum cupiditate vincas. Itaq; istuc iam pro facto habeo. Exspecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. Nicias te (vt debet) amat, vehementérque tua sui memoria delectatur. Ego verò Peducæum nostrum vehementer diligo. nam & quanti patrem feci, totum in hunc: ipsum [f] per se æquè amo, atque illum amaui: te verò plurimùm, qui hoc ab vtroque nostrùm fieri velis. Si [g] hortos inspexeris, &, si de epistola certiorē me feceris, dederis mihi quod ad te scribam. sin minùs: scribam tamen aliquid. nunquam enim deerit.

CICERO ATTICO, S. 2

GRATIOR mihi celeritas tua, quàm ipsa res. quid enim indignius? Sed iā ad ista oduruimus, & humanitatem omnem exuimus. Tuas litteras hodie exspectabam, nihil equidem vt ex his noui. quid enim? verumtamen Oppio, & Balbo epistolas deferri iubebis, & tamen Pisonem sicubi de auro. Faberius si venerit, videbis vt [h] tātum attribuatur, si modò attribuetur, quantū debetur. accipies ab Erote. Ariarathes, Ariobarzanis i filius, Romam venit. vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæsare. Nam, quomodo nunc est, pedē vbi ponat in suo, non habet. omnino eum Sestius [k] noster parochiis [l] publicis occupauit: quod quidem facilè patior. Verumtamen quòd mihi summo beneficio meo magna cū fratribus illius necessitudo est, inuito eum per litteras, vt apud me diuersetur [m]. Ad eā rem cùm mitterem Alexandrum, has ei dedi litteras. Cras igitur auctio Peducæi. cùm poteris ergo, etsi impediet fortasse Faberius, sed tamen cùm li-

a Bosylli vt neque & ceteri, ex veteri vltro vt neque.*

b *v.c. al.* temperatius

c L. nec magis quemadmodum &c.

d *v.c. & L.* quòd si est.

e L. actius.

f L. & ipsum

P. B.

g de hoc inspiciēdi more in emptionibus recepto *ad de epist. l. 8. infra dixi 9. familiar. 15.**

h *fort.* vt citant.

i L. Ariobarzani fil.

k L. Sextius noster parochus publicus, occ. & *ita v.c.*

l *al.* parochis est enim Polybio ex fragmento 125. παροχὴ: *adde quæ scripsi ad l. 12. §. 10. in verbo Χειροπαροχὴ ff. de muneribus & honoribus* Bosius *tamen legit*, parochus publicus.*

m L. deuersetur, & *ita v.c.*

cebit. Dionysius noster grauiter queritur, & tamen iure, à [a] discipulis abesse tamdiu. multis verbis scripsit ad me, credo item ad te. mihi quidem videtur etiam diutiùs abfuturus [b], ac [c] nollem. valde enim hominem desidero.

CICERO ATTICO, S. 3

ATE litteras exspectabam. nondum scilicet. nam has manè rescribebam. Ego verò ista nomina sic probo, vt nihil aliud me moueat, nisi quod tu videris dubitare. Illud enim non accipio in bonam partem, quòd [d] ad me refers. Quid [e]? ipse negotium meum gererem, nisi consilio tuo? sed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua semper vteris, quàm quòd [f] dubites de nominibus istis. Etenim Cœlium non probas, plura non vis. vtrumque laudo. His igitur vtendum est. præs aliquando [g] factus esset [h], in his quidem tabulis. A me igitur omnia, quòd dies longiores [i]: teneamus modò quod volumus. puto fore istam etiam à præcone diem: certè ab heredibus. De Crispo, & Mustella videbis: & velim scire, quæ sit pars duorum. De Bruti aduentu eram factus certior. attulerat enim ab eo Ægypta libertus litteras. Misi ad te epistolam, quia commodè scripta erat.

CICERO ATTICO S. 4

HABEO munus à te elaboratum decem [k] legatorum [l], & quidem puto. nam filius anno pòst quæstor fuit, quàm consul Mummius. Sed quoniã sæpius de nominibus quæris, quid placeat: ego quoque tibi sæpius respondeo, placere. Siquid poteris cum Pisone, conficies. Aulus [m] enim videtur in officio futurus. velim antè possis. si minùs: vtique simul simus, cùm Brutus veniet in Tusculanum. Magni interest mea, vnà nos esse. scies autem, qui dies is futurus sit, si puero negotium dederis, vt quærat. ¶ SPVRIVM [n] Mummium putaram in decem legatis fuisse: & [o] videlicet: etenim ἀδελφὸν fratri fuisse. fuit enim ad Corinthum.

CICERO ATTICO, S. 5

MISI tibi Torquatum. Colloquêre tu quidem cum Silio, vt scribis: & [p] vrge. Illam diem negabat esse mense Maio. istam non negabat. Sed tu, vt omnia, istuc quoque ages diligenter. De Crispo, & Mustella, scilicet cùm quid egeris. quoniam ad Bruti aduentum fore te nobiscum polliceris, satis est, præsertim cùm hi tibi dies in magno nostro negotio consumantur.

CICERO ATTICO, S. 6

DE aquæductu, probè fecisti. columnariũ [q] vide ne nullum [r] debeamus: quanquam mihi videor audisse à Camillo, commutatam esse legem. Pisoni, quid est, quod honestiùs respondere possimus, quàm solitudinem [s] Catonis? nec [t] coheredibus solùm Herennianis, sed etiam, vt [u] scis (tu enim mecum egisti) de puero Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) in Achaia sumserat. Sed agit liberaliter, quoniam negat se quidquam facturum contra nostram voluntatem. coràm igitur, vt scribis, constituemus, quemadmodum rem explicemus. Quòd reliquos coheredes cõueniisti, planè [x] bene. Quòd epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum: sed tamen saluum est: & ait Tiro, te [a] habere oportere: &, vt recordor, vnà cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. Iudiciali molestia vt caream, videbis. Tuditanum istum proauum Hortensij planè non noram, & filium, qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mummium fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Sæpe enim hic Spurius, qui nuper be ſt * epistolas mihi pronuntiabat versiculis facetis [c], ad familiareis missas à Corintho. sed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, *non solitos maiores nostros legare in decem, qui essent imperatorum necessarij*, vt nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potiùs, M. Lucullum, & L. Murenam, & d ceteros ad L. Lucullum misimus. Illúdque φιλοφρονέστατον, illum fratri in primis eius legatis fuisse. Operam tuam multam! qui & hæc cures, & mea expedias, & sis in tuis multò minùs diligens, quàm in meis.

CICERO ATTICO, S. 7

SESTIVS [e] apud me fuit, & Theopompus pridie. venisse à Cæsare narrabat litteras hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere, causámque eum [f] adscribere, quæ erat in epistola nostra, ne, se absente, leges suæ negligerentur, sicut esset neglecta sumtuaria [g]. Est δύλογον, idque eram suspicatus. sed istis mos gerendus est, nisi placet hanc ipsam sententiam nos persequi. & Lentulum cum Metella certè fecisse diuortium. Hæc omnia tu melius. Rescribes igitur, quidquid voles, dummodò [h] quid. iam enim non reperio quid te rescripturum putem: nisi fortè de Mustella, aut si Silium videris. Brutus heri venit in Tusculanum post horam [i] decimam [k]. hodie igitur me videbit: ac vellem, cùm tu adesses. misi [l] equidem ei nuntiari, te, quoad potuisses, exspectasse eius aduentum, venturúmque, si audisses: méque, vt facio, continuò te certiorem esse facturum.

CICERO ATTICO, S. 8

PLANE nihil erat, quod ad te scriberem. modò enim discesseras, & paullo pòst triplicei [m] remiseras. Velim cures fasciculum ad Vestorium deferendum, & alicui des negotium, qui quærat, Q. Faberij fundus nunquis in Pompeiano Nolano [n] venalis sit. Epitomen Bruti Cœlianorum velim mihi mittas, & à Philoxeno Παναιτίου περὶ προνοίας. Te Idibus videbo cum tuis.

CICERO ATTICO, S. 9

COMMODVM discesseras heri, cùm Trebatius venit, paullo pòst Curtius. hic salutãdi causa: sed mansit, inuitatus. Trebatium nobiscum habemus. Hodie manè Dolabella. multus sermo ad multum diem. nihil posſum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον. Ventum est tamen ad Q. Multa ἄφατα, ἀδιήγητα: sed vnũ eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, nõ modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. sed hactenus. ἐυκαίρως ad me venit, coràm haberé Dolabellam, Torquatus: humanissiméque Dolabella, quibus verbis secum egissem, expositi. commodùm enim egeram diligentissimé. quæ diligẽtia grata est visa Torquato. A te exspecto, siquid de Bruto. quanquam Nicias confectum putabat: sed diuortium non probari. quo etiã magis laboro. idem

a L. te habere: sed rescribit Tiro, apud te esse. & rursus, & Tiro te habere & apud te esse.*
b fort. qui nuper ea morosius ep. c v. c. facius. al. facius. al. furas.*
d v. c. & ceteros consulares ad L.
e al. Sertius
f v. c. cum g legis sumptuariæ. Quarelæ mirum Ciceronem familiares, &c. alienas.*
h v. c. dummodò me quid. L. dummodo me quid. i q. v. c. H. X.
k v. c. decem. l Lentulo eq. & Bibulo al. nisi
m v. c. triplicis
n ad Solonem.*
o v. c. sed videlicet.
p L. sed vrge. & ita v. c.
q al. colonarium, sed columnarij nomine quidam intelligunt vectigalis columnis impositũ lege Iulia à Cæsare, vt ea ratione insaniam ædificandi coerceret. Eadem lege diminuti sumptus sepulchrorum. adde epistol. 7. J.*
r al. vllum*
s abſentiam tutorum Catonis.* t v. c. nec cum heredibus solum Herennianis, sed, vt scis tu, mecum egit de puero Lucullo.* u fort. vt scis tu, mecum egit de puero Lucullo:
x v. c. fecisti planè bene.

idem[a] quo tu. Siquid est enim offensionis, hęc res mederi potest. Mihi Arpinum eũdum est. nam & opus est constitui à nobis illa prædiola: & vereor, ne exeundi potestas non sit, cùm Cæsar venerit: de cuius aduentu eam opinionem Dolabella habet, quàm[b] tu coniecturam faciebas ex litteris Messallæ. Cùm illuc venero, intellexeróque, quid negotij sit, tũ, ad quos dies rediturus sim, scribam ad te.

CICERO ATTICO, S. 10

MINIME miror, te & grauiter ferre de Marcello, &, plura vereri periculi genera. Quis enim hoc timeret, quod neque acciderat anteà, nec videbatur natura ferre, vt accidere posset? Omnia igitur metuenda. Sed illud παρὰ τὴν ἰσοῤῥοπίαν, tu præsertim, ME RELIQVVM CONSVLAREM. Quid? tibi Seruius quid videtur? quanquam hoc nullam ad partem valet scilicet, mihi præsertim, qui non minùs benè actum cum illis putem. Quid enim sumus? aut quid esse possumus? domine, an foris? Quòd nisi hoc mihi venisset in mẽtem scribere illa, nescio quæ, quò verterem me, non haberem. Ad Dolabellam, vt scribis, ita puto faciẽdum, κοινότερα quædam, & πολιτικώτερα. faciendum certè aliquid est. valde enim desiderat. Brutus[c] si quid, curabis vt sciam: cui quidẽ quam primùm agendum puto, præsertim si statuit. Sermunculũm enim omnem aut restinxerit, aut sedarit. Sunt enim qui loquantur etiã mecum, sed hæc ipse optimè, præsertim si etiã tecum loquetur. Mihi est in animo proficisci XI. Kal. Hîc enim nihil habeo, quod agam: ne herculè illic quidem, nec vsquam, sed[d] tamen illic hodie Spintherem exspecto. Misit enim Brutus ad me per litteras, purgat Cæsarem de interitu Marcelli: in quẽ, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet vlla suspicio. Nũc verò, cùm def Magio constet, nónne furor eius omnem causam sustinet? Planè quid sit, non intelligo. explanabis igitur. quamquam nihil habeo, quod dubitẽ, nisi ipsi Magio quæ fuerit causa amentię: pro quo quidem etiam sponsor[h] factus est. nimirum id fuit. soluendo enim non erat. credo eum petiisse à Marcello aliquid: & illum, vt erat, constantiùs respondisse ἀγαθὸ κύντερα δός.

CICERO ATTICO, S. 11

CREDEBAM esse facile. totum est aliud, posteaquàm sum à te disiunctior[l]: sed fuit faciendum, vt & constituerẽ mercedulas prędiorum, & ne magnum onus obseruãtiæ Bruto nostro imponerem. posthac enim poterimus commodiùs colere inter nos. in Tusculano. Hoc autẽ tempore cùm ille me quotidie videre vellet, ego ad illum ire non posĩem, priuabatur omni delectatione Tusculani. Tu igitur, si Seruilia venerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit, quando obuiam: quid denique erit, quod scire me oporteat, quid scribes. Pisonem, si poteris, conuenias[m], vides quàm maturum sit: sed tamen quod commodo tuo fiat.

CICERO ATTICO, S. 12

VALDE me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra: eædẽ tamen sanauerunt. Quòd enim te ipse consolabare eisdem litteris, id mihi erat satis firmum ad leniendã ægritudinẽ. Ligarianam[n] præclarè vendidisti. posthac, quidquid scripsero, tibi præconium[o] defertam. Quod ad me de Varrone scribis, scis me anteà orationes, aut aliquid id genus solitum scribere: vt Varronem nusquam possem intexere. Postea autẽ quàm hæc cœpi φιλολοσώτερα: iam Varro mihi denuntiauerat magnã sanè, & grauem περιστάσιν.[a] Biennium præteriit, cùm ille καλλιπατίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, vt[b] αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λόγον, si modò potuissem. nã hoc etiã Hesiodus adscribit, ἄρχε δ' ὕμνων. Nũc illam πρὸς τελῶν σύνταξιν sanè mihi probatã, Bruto, vt tibi placuit, despondimus: idque[c] eum non[d] nolle mihi scripsisti. Ergo illã ἀκαδημαϊκὴν, in qua homines nobiles illi quidẽ, sed nullo modo philologi, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. etenim sunt Αντιόχεια[f]: quæ iste valde probat. Catulo, & Lucullo alibi reponemus: ita tamẽ, si tu hoc probas: déque eo mihi rescribas velim. De Brinniana auctione accepi à Vestorio litteras. ait sine vlla cõtrouersia, rem ad me esse collatam. (Romæ videlicet, aut in Tusculano me fore putauerunt) ad[g] VIII. Kal. Quinct. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni[h], coheredi meo, vel Labeoni nostro, paullum proferãt[i] auctionẽ: me circiter Nõ. in Tusculano fore. cũ Pisone, Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adest.

CICERO ATTICO, S. 13

COMMOTVS tuis litteris, quòd ad me de Varrone scripseras, totã Academiã ab hominib. nobilissimis abstuli, trãstulíq; ad nostrũ sodalẽ, & [k]è duob. libris contuli in quattuor. grãdiores sunt omnino, quàm erant illi: sed tamẽ multa detracta. tu autẽ mihi peruelim scribas, quî intellexeris illũ velle. Illud vtique scire cupio, quẽ intellexeris ab eo ζηλοτυπίσαι: nisi fortè Brutum. id [l]herclè restabat. sed tamen scire peruelim. libri quidẽ ita exierunt, (nisi fortè me cõmunis φιλαυτία decipit) vt in tali genere, ne apud Græcos quidẽ simile quidquam. Tu illã iacturã feres æquo animo, quòd illa, quę habes de Academicis, frustra descripta sunt. multo tamẽ hęc erãt splẽdidiora, breuiora, meliora. Nũc autem στρεφῶ, quò me vertã. Volo Dolabellæ magis desideranti. non reperio quid: & simul αἰδούμενος Τρῶας. neq;, si aliquid[m], potero μέμψιν effugere. Aut cessandũ igitur, aut aliquid excogitandum. Sed quid hæc leuia curamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? quæ me valde angit. Sed crebrò regusto tuas litteras. in his acquiesco. tamen exspecto nouas[n].

CICERO ATTICO, S. 14

BRINNII libertus, coheres noster, scripsit ad me, velle, si mihi placet, [o]coheredes. P & Sabinũ Albiũ ad me venire. Id ego planè nolo. hereditas tãti nõ est, & tamẽ obire auctionis diẽ facilè poterũt (est enim III. Idus) si me in Tusculano postridie Nõ. manè cõuenerint. Quòd si laxiùs volẽt proferre[q] diem, poterunt vel[r] biduum, vel triduũ, vel vt videbitur. nihil enim interest. Quare, nisi iam profecti sunt, retinebis homines. De Bruto, si quid erit: de[s] Cæsare, si quid scies præterea, scribes. Illud etiam atque etiam cõsideres velim, placeátne tibi mitti ad Varronem quod scripsimus. etsi etiam ad te aliquid pertinet. nam scito, te ei dialogo adiunctum esse tertium. opinor igitur cõsideremus. etsi nomina iam facta sunt: sed vel induci, vel mutari possunt.

CICERO ATTICO, S. 15

QVID agit, obsecro te, Attica nostra? nam triduò abs te nullas[t] acceperã, nec mirũ:

a L. idem, quod tu.

b fort. quam tu. chori coniecturam f.

c v.c. Brutus si quid e- gerit, curab. d v.c. & L. sed tamen a- liquid illic e L. ad me per litt. pur- gat Cæs.

e De M. Marcello a. P. Magio Chi lone inter- fecto adde 4. epistol. fa- miliar. 12.*

f Magius Chio Mar- CCVII. P. CCVIII. cellum tam- etsi familia- rem inter- fecit, quid cum eius po pulus mili- tia comes Brutus fuisset, indi- gnaretur ali- quos sibi a- micorum ab eo præferri, 9. Valerius 12.*

g v.c. & L. sponsor fuit factus. & ni- mirũ id fuit sponsor fuisset factus. Sunt in pro- montorio il- lo Atticæ.* h v.c. per le & tradi- tionem. i v.c. & L. ἀγαθὸς κύντερα δός. Bos. & sic ibi non eadem facies est. tamen an hoc est ex Euripidis loco.* k v.c. diuin- dicet. l v.c. nec- nier. m fort. Li- garianum.* n hoc est, munus præconii; per præconem enim res ve- nisse dici- tur. epistol. 13.1.*

a hoc est mihi pro- missos de lingua Lati- na libros, adde 9. famil. 8.*

b id est ad Academicos Varroni mit tendos 9. fa- mil. 8. Aca- demic. 1.*

c v.c. & L. idque tu

d non nolle quid vide l. 3. ff. de regul. iuris.*

e v.c. ἀκα δημικῶν.

f v.c. Anti o chia:

g fort. a. d. VIII. kal.

h Bos. S. Vettio, ex veteri Suetto.*

i Dies auctionis interdum proferebatur vt epistola 14.*

k fort. & duos lib. cõt. in quatt. P. CCVIII.

l v.c. idhercle restabat

m v.c. aliud, qui p.

n sic v.c. al. nonas.

o v.c. placeret,

p al. coheredes se &.*

q adde epistolam 12. in f. 8.*

r v.c. vel biduum, vel, vt videbitur. n.

s v.c. De Cæsare, siquid scies: siquid erit præterea, scribes. Illa Bos.*

t fort. nullas litteras acce- P. E.

nemo enim venerat: nec fortasse causa fuerat. Itaque ipse quid scriberem, non habebam. Quo autem die has Valerio dabam, exspectabam aliquem meorum: qui si venisset, & à te quid [a] attulisset, videbam non defuturum quid scriberem.

CICERO ATTICO, S. 16

NOs cùm flumina, & solitudinem [b] sequeremur, quo faciliùs sustentare nos possemus, pedè è villa adhuc egressi non sumus. ita magnos, & assiduos imbreis habebamus. Illam Academicen [c] σύνταξιν totam ad Varronè traduximus. modò [d] fuit Catuli, Luculli, Hortensij. deinde quia παρὰ τὸ πρέπον videbatur, & erat hominibus [e] non ignota, non illa quidè ἀπαιδευσία, sed his in reb[o] ἀτεχνίᾳ, simulac veni ad villam, eosdè illos sermones ad Catonè, Brutúmque trãstuli. Ecce tuæ litteræ de Varrone. Nemini visa est aptior Ἀντιοχείᾳ ratio. sed tamen velim scribas ad me, primùm placeátne tibi aliquid ad illũ: deinde, si placebit, hócne potissimúm. Quid [f] Seruilia, iámne venit? Brutus ecquid agit? ecquando? de Cæsare quid auditur? Ego [g] ad Nonas, quemadmodũ dixi. tu cum Pisone, si quid poteris.

CICERO ATTICO, S. 17

DE [h] VI. exspectabam Romæ [i] aliquid. Non imperassem igitur aliquid tuis. nunc eadè illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, & [k] quid à Cæsare. Sed quid ista, quæ minùs curo? Attica nostra quid agat, scire cupio: etsi tuæ literæ (sed iam nimis veteres sunt) rectè sperare iubent, tamen exspecto recens aliquid.

CICERO ATTICO, S. 18

VIDES, propinquitas quid [l] habeat. nos verò conficiamus hortos. colloqui videbamur, in Tusculano cùm essem: tanta erat crebritas litterarum: sed id quidem iam erit. Ego intereà admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem: sed tamen expecto, quid ad ea[l], quæ scripsi ad te: primùm quî intellexeris, eum desiderare à me, cùm ipse, homo πολυγραφώτατος, numquam me lacessisset: deinde quem ζυλοτυπεῖν [m] multo [n] Hortésium minus, aut eos, qui de rep. loquuntur. Planè hoc mihi explices, velim: in primis, maneáne in sententia, vt mittam ad eum quæ scripsi: an nihil necesse putes. sed hæc corám.

CICERO ATTICO, S. 19

COMMODVM discesserat Hilarus, librarius, IIII. o. kal. cui dederam litteras ad te, cùm vénit tabellarius cum tuis litteris pridie datis: in quibus illud mihi gratissimum fuit, quòd Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quóúque tu ἀκίνδυνα esse scribis. Ligarianam, vt video, præclarè auctoritas tua commendauit. Scripsit enim ad me Balbus [p], ac Oppius, mirificè se probare, ob eámque causam ad Cæsarem eam se oratiunculam misisse. Hęc igitur idem tu mihi anteà scripseras. in Varrone ista causa me non moueret, ne viderer φιλόνδηξος. sic enim constituebam, neminem includere in dialogos, eorum, qui viuerent. sed quia scribis, & desiderari à Varrone, & magni illum æstimare, eos confeci, & absolui, nescio quàm bene: sed ita accuratè, vt nihil posset suprà. Academicam omnẽ quæstionem libris quatuor. In eis quæ erant contra ἀκαταληψίαν præclarè collecta ab Antiocho, Varroni dedi. ad ea ipse respondeo. tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam, & Varronem fecissem inter se disputanteis, vt à te proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset. hoc in antiquis personis suauiter fit, vt & Heraclides in multis, & nos sex de rep. libris fecimus. Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati, in eis quoque eæ personæ sunt, vt mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius, frater Catuli, Cotta, Sulpitius. Puero me hic sermo inducitur, vt nullæ esse possent partes meæ. Quæ autem his temporibus scripsi, Αριστόλεειον morem habent: in quo sermo ita inducitur ceterorum, vt penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros περὶ τελῶν, vt Epicuréa Lucio Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni daremus. ἀζηλότυπον [q] id fore putarã, quòd omnes illi decesserant. Hæc [b] Academica, vt scis cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram, sanè in personas non cadebant. Erant enim λογικώτερα, quàm vt illi de iis somniasse vmquam viderentur. Itaque, vt legi tuas de Varrone, tanquam ἔμμηνον arripui. aptus esse nihil potuit ad id philosophiæ genus, quo ille maximè mihi delectari videtur, meáque [c] parteis [d], vt non sim consecutus, vt superior mea causa videatur. Sunt enim vehementer πιθανὰ Antiochía. quæ diligenter à me expressa, acumen habẽt Antiochi, nitorem orationis nostrum, si modò is est aliquis in nobis. Sed tu, dandósne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. Mihi quædam occurrunt: sed ea corám.

CICERO ATTICO, S. 20

A CAESARE litteras accepi consolatorias, datas prid. kal. Maias, Hispali. De vrbe agenda quid sit promulgatum, nõ intellexi. id e-tiánè scire velim. Torquato nostra officia grata esse facilè parior, eáque augere non [f] deliberam [g]. De vxore Tuberonis, & priuigna, neque possum iam abdere (est enim res peruulgata) neq; Tuberonem volo defendere. Mirificè est enim φιλόπονος. Theatrum quidem sanè bellum habuisti. Ego etsi hoc loco facillimè sustentor, tamen te videre cupio. itaq; vt constitui, adero. Fratrẽ credo à te esse cõuentum. scire igitur studeo, quid egeris. De fama nihil sanè laboro: etsi scripseram ad te tunc stultè, nihil melius. curandũ [h] enim nobis [i] est. atq; hoc in omni vita, sua quéque à recta cõcientia *transuersum* [l] *vnguẽ* nõ oportere *discedere*. Vidén', quàm φιλοσόφως an tu nos frustra existimas hæc in manibus habere? ἀδηλῶ δέ τε nollẽ: quod nihil erat, redeo enim turius eõdem. quicquámne me putas curare in [m] toto, nisi vt ei ne desim? Id ago scilicet, vt [n] iudicia videar tenere. μὴ δῶτοις [o]. Vellem tam domestica ferre possem, quàm ista conẽnere [p]. Putas autem me voluisse aliquid, quod [q] perfectum non sit? Non licet scilicet sententiam suã. sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare: & tamen non curare pulchrè possum, sicuti facio. sed nimiũ multa de nugis.

CICERO ATTICO, S. 21

AD Hirtium dederam epistolã, sanè grandem, quãm scripseram proximè in Tusculano, Huic, quam tu [r] mihi misisti, referebã alias: nunc aliis [s] malo. Quid possum de Torquato, nisi aliquid à Dolabella? Quod simul ac: cõtinuò scietis [t]. Exspectabam hodie, aut summum eras ab eo tabellarios: qui simulac venerint, mittentur ad te. A Quincto exspecto. proficiscens enim è Tusculano VIII. kal. vt scis,

a *al.* aliquid

b L. solitudines *f. & ita v.c.*

c *al.* Academicam. *al.* Ἀκαδημικὰ

d *v.c. & L.* primò fuit C.

e *L. & v.c.* hominibus nota.

f *a* Qui? Seruilia, iámne venit?

g *al.* Ego in Tusculano ad nonas,

h *al.* Die VI. ‖ *al.* ante diẽ sextum.*

i exsp. L. V. kal exsp. *& ita v.c.* Roma aliquid: non quo imperassem. igitur aliquid tuis.‖ *ita Bos.** *fort.* Roma aliquid: non quo imperasse tuis. Igitur nunc eadem illa‖ *al.* Roma aliquid: nouí imperasses igitur aliquid tuis *al.* Roma aliquid non quo imperasse tuis. Igitur nunc eadem.*

k L. ecquid

l *v.c.* quid habet.

m *deesse huic sententiæ aliquid videtur. Hanc lacunam ita restituit Bosius,* ζυλοτυπεῖν, *nisi forte Brutũ: quem si non* ξυλοτυπεῖ, multò Horẽsium minus, *&c.** *cet.**

n L. Brũtum non multò Hort.

o *v.c.* III. kal.

p *v.c.* Balbus, & Oppius, *al.* Balbus mirificè,

q *al.* quod perfectum non sit.

r *v.c.* vos.

s *al.* quod scietis non sit.

t *v.c.* scias. *f. v.c.* scies.

vt scis, misi ad eum tabellarios. Nunc ad rem vt redeam: INHIBERE illud tuum: quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum: quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi[a] essent remiges iussi. id nō esse eiusmodi, didici heri, cùm ad villam nostram nauis appelleretur. Non enim sustinēt, sed alio modo remigant. Id [b] ab ἐποχῇ remotissimū est. Quare facies, vt ita sit in libro, quēadmodum fuit. Dices [c] idē Varroni, si [d] forte mutauit. Nec est melius quidquam, quàm vt Lucullus [e] sustineat [f] currū, vt bonus [g] sæpe agitator, equósq; semperque Carneades ἐφολκὴν pugilis, & retētionem auriga, si milēh facit ἐποχῆ. Inhibitio autē remigū motū habet, & vehementioré quidē, remigationis nauē cō uertentis ad puppim. vides quāto hoc diligentiùs curem, quàm aut de rumore, aut [i] de Pollione. De Pansa etiam, si quid certius. credo enim palàm factum esse. De Critonio, si quid esset. certéne de Metello, & Balbino? Dic mihi, placétne tibi primùm edere iniussū meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is, qui Platonis libros solitus est diuulgare: ex quo κόλλουσιν Ερμόδωρος. Quid illud? rectúmne existimas cuiquam quidquam antè quàm Bruto? cui, te auctore, σφραγῖδα. Scripsit enim Balbus ad me, se à te quinctum de Finibus librū descripsisse: in quo non sanè multa mutauit: sed tamen quædam. Tu autem commodè feceris, si reliquos continueris, ne & ἀδιήθητα habeat Balbus, & ἕωλα Brutus. Sed hæc hactenus: ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν. etsi nunc quidem maxima mihi sunt hæc. Quid est enim aliud? Varroni quidem quæ scripsi, te auctore, ita propero mittere, vt iam Romā miserim describenda. ea si voles, statim habebis. Scripsi enim ad librarios, vt fieret tuis, si tu velles, describendi potestas. Ea verò continebis, quoad ipse te videam. quod diligentissimè facere soles, cùm à me tibi dictū [k] est. Quomodo [l] autem fugit me tibi dicere? mirificè Cerelia [m], studio videlicet philosophiæ flagrans, describit à tuis. Istos ipsos de Finibus habet. Ego autē tibi confirmo (possūm [n] falli, vt humanus) à me nō habere. nunquam enim ab oculis meis abfuerunt [o]. Tantum porrò aberat, vt binos scriberent: vix singulos confecerunt. tuorum tamen eo [p] nullum delictū arbitror. Idémq; [q] te volo existimare: à me enim prætermissum est, vt dicerem, eos exire nondum velle. Hui, quamdiu de nugis? De te enim nihil habeo, quod loquar. De Dolabella tibi assentior. coheredes, vt scribis, in Tusculano. De Cæsaris aduentu, scripsit ad me Balbus, non ante kal. Sext. De Attica optimè, quòd [r] leuius, ac lenius [s] & quòd fert, δικαίως. Quod autem de illa nostra cogitatione scribis, in qua nihil tibi cedo: ea, quæ noui, valde [t] probo, hominem, domum, facultates. quod caput est, ipsum nō noui: sed audio laudabilia de Scrofa. etiam proximè accedit [u], si quid hoc ad rem: δυσχερέστερος est etiā, quàm pater. coràm igitur, & quidē propēso animo ad probandū. Accedit enim, (vt scire te puto) plus etiam, quàm nō modò tu, sed quàm ipse scit, amo: idque & meritò, & iamdiu.

CICERO ATTICO, S. 22

DE Varrone, nō sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. Occurrunt mihi quædam, sed ea corām. Te autem ἀσμενίστατα intexui [a], faciamque id crebriùs. Proximis enim tuis litteris primùm te id non nolle cognoui. De Marcello scripserat ad me Cassius antea: τὰ κατὰ μέσον Seruius. rem [b] acerbam. Ad prima redeo. Scripta nostra nusquā malo esse, quàm apud te: sed ea tum foras dari, cùm vtrique nostrūm videbitur. Ego & librarios tuos culpa libero, neque te accuso, & tamen aliud quiddam ad te scripseram, Cæcelliam quædam habere, quæ nisi ad te, non potuerit. Balbo quidem intelligebam satisfaciendum [c] fuisse. tantùm nolebam aut obsoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, simulac te videro (si tibi videbitur) mittam. Quid autem dubitarim, cùm videro te, scies. attributos quòd appellas, valde probé. Te de prædio auiæ exerceri, molestè fero. De Bruto nostro perodiosum: sed vita fert. Mulieres autem vix satis humanè [d]: quæ inimico [e] animo ferant, cùm vtrique officio pareat. Tullium scribam, nihil fuit quòd appellares. nam tibi mandassem, si fuisset. Nihil enim est apud eū positum nomine [f] voti: sed est quiddam apud illum, meum. Id ego in hanc rem statui conferre. Itaque & ego rectè tibi dixi, vbi esset, & tibi ille rectè negauit. Sed hoc quoque ipsum continuò adoriamur. Locum [g] hominibus nō sanè probo, & est desertior. sed habet βλογίαν [h]. verùm hoc quoque, vt cēsueris: quippe qui omnia. Ego, vt constitui, adero: atque vtinam tu quoque eodem die. sin quid (multa enim) vtique postridie. etenim coheredes, à [i] queis, sine te, opprimi, malitia [k] est. Alteris iam litteris nihil à me de Attica: sed id quidē mihi [l] in optima spe pono. Illud accuso, non te, sed illam, ne salutem quidem. at tu & illi, & Pilliæ plurimam. nec me tamen irasci indicaris. Epistolam Cæsaris misi, si minùs legisses.

CICERO ATTICO, S. 23

ANTEMERIDIANIS tuis litteris heri statim rescripsi. nunc respondebo [m] vespertinis. Brutus mallem me arcesseret. nā & æquius erat, cùm illi iter instaret & subitum, & longum: & meherculè nūc, cùm ita simus affecti, vt non possimus planè simul viuere (intelligis enim profectò, quo [n] maximè posita sit συμείωσις) facilè patiebar nos potiùs Romæ vnà esse, quàm in Tusculano. Libri ad Varronem non morabantur. sunt enim defecti [o], vt vidisti: tantùm librariorum méda tolluntur. de quibus libris scis me dubitasse. sed tu videris. Item quos Bruto mittimus, in manibus habēt librarij. Mea mandata (vt scribis) explica, quāquam ista retentione omneis [p] ait vti Trebatius. quid tu istos putas? Nosti domū: quam [q] confice ὀλόγως [r]. Incredibile est, quàm ego ista non curem. Omni tibi assēueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse, quàm delectationi, possessiunculas meas. Magis enim doleo, me non habere, cui tradam, quàm habere, qui vtar. Atque illud Trebatius se tibi dixisse narrabat. Tu autem veritus es fortasse, ne ego inuitus audirem. Fuit id quidem humanitatis: sed mihi crede, iam ista non curo. Quare da te in sermonem, & perseca, & confice: excita [t], compella, loquere, vt te cum illo Scæuola loqui putes. Ne existimes, eos, qui non debita confectari soleant, quod debeatur, remissuros. De die tantùm videro, & idipsum bono modo.

a v.c. intexoλία Bos.*

b v.c. O rem acceruam. L. O rem acebam. ‖ ita Bos.* P. B.

c v.c. satisfaciendum fuisse. ‖ Ita Bos.*

d v.c. humanæ:

e fort. in quo animo

f sic v.c. fort. voti nomine:

g fort. Locū fano non sanè probo, quòd est hominibus desertior. fort. locum hominibus probo: fano, non sanè probo, quòd est desertior. ‖ Bos. lucum.*

h al. βλογίαν id est prosperam senectutem al. legunt δίκαιαν.*

i v.c à qui.s

k al. militia est.*

l mihi, absit à q. v.c.

m v.c. & L. respondeo n v.c. & L. in quo m. P. CCXII. o sic v.c. fort. descripti. fort. de texti. ‖ al. defecti al. effecti. alias detexti, id est absoluti Bos. defecti.*

p v.c. omnis

q v.c. & L. quare ‖ Bos. Quare confice βλογῶς flexibiliter.

r ita Victor.* L. & v.c. βλαβῶς. ‖ Bos. βλογῶς vt s.*

s L. quàm habere qui vtar lætor Atque. ‖

t v.c. & ita cum Polla loquere, vt te cum illo Scæua loqui putes. ‖ vt Scæuæ vocabulo, Trebatium intelligas.*

CICERO ATTICO, S. 24

QVID est, quod Hermogenes [a] mihi Clodius, Andromenem sibi dixisse, se Ciceronem [b] vidisse Corcyræ [c]? Ego enim audita tibi putaram. nihil igitur ne ei quidem litterarum? an non vidit? Facies ergo, vt sciam. Quid tibi ego de Varrone rescribã? Quatuor διφθέραι [d] sunt in tua potestate. quod egeris, id probabo. nec tamẽ αἰδέομαι τρῶας [e]. Quid enim? sed ipsi quàm res illa probaretur, magis verebar. Sed quoniam tu suscipis in alterã aurem.

CICERO ATTICO, S. 25

DE retentione rescripsi ad tuas accuratè [f] litteras scriptas. Conficies igitur, & quidẽ sine vlla dubitatione, aut [g] retractatione. Hoc fieri & oportet, & opus est. De Andromene, vt scribis, ita putaram. Scisses enim, mihique dixisses. Tu tamen ita mihi de Bruto scribis, vt de te nihil. quando autem illum putas? Nam ego Romam pridie Idus. Ita [h] volui Bruto scribere: sed quoniam tu te legisse scribis, (fui fortasse ἀσαφέστερος) me ex tuis litteris intellexisse, nolle eum, me, quasi profecturi sui causa, Romam nunc venire. Sed quoniam iam adest meus aduentus, fac, quæso, ne quid eum Idus impediant, quo minùs suo commodo in Tusculano sit. Nec enim ad tabulã i eum desideraturus eram. In tali enim negotio cur tu vnus non satis es? sed ad testamentum [k] volebam: quod iam malo alio die, ne ob eam causam Romam veniſse videar. Scripsi igitur ad Brutũ, iam illũd, quod putasſem, Idibus nihil opus esse. Velim ergo totum hoc ita gubernes, vt ne minima quidem re vlla Bruti commodum impediamus. Sed quid est tandem, quòd perhorrescas, quia tuo periculo iubeam libros dari Varroni? etiam nunc si dubitas, fac vt sciamus. Nihil est enim illis elegantius. volo Varronem, præsertim cùm ille desideret: sed est, vt scis, ξενοδόκ ἀνὴρ πάλαιος καὶ ἀνεψιὸν ᾠήσατο. ita mihi sæpe occurrit vultus eius, querentis fortasse vel hoc, meas parteis [m] in iis libris copiosiùs defensas esse, quàm suas: quod mehercule [n] intelliges non esse, si quando in Epirum veneris. nam nunc Alexionis epistolis cedimus [o]. Sed tamen ego nõ desidero, probatum iri Varroni: & id, quoniam impensam fecimus in macrocola [p], facilè patior teneri. sed etiã atque etiam dico: tuo periculo fiet. Quare si addubitas, ad Brutũ transeamus. Est enim is quoq; Antiochius. O Academiam volaticam, & sui similem, modò huc, modò illuc! Sed quæso, epistola mea ad Varronem, valdéne tibi placuit? Malè mihi sit, si vmquam quidquam tã enitar q. At ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιοχὰς persequi solet: sed Spinthero [r] syllabatim.

CICERO ATTICO, S. 26

DE Virgilij parte valde probo. Sic ages igitur: & quidem id erit primum: proximũ, Clodiæ. Quòd si neutrum; metuo ne turbem, & irruam in Drusum. Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. Itaque reuoluor idẽtidem in Tusculanum. Quiduis enim potiùs, quàm vt non hac æstate absoluatur. Ego (vt tempus est nostrum) locũ habeo nullum, vbi faciliùs esse possim, quàm Asturæ [s]. Sed quia qui mecũ sunt (credo quòd mẽstitiã meam non ferunt) domum propẽrant: etsi poteram remanere, tamen, vt scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar. Quò [a] autẽ Lanuuio? conor equidem in Tusculanum: sed faciam te statim certiorem. Tu litteras conficies. Equidem, credibile non est, quantum scribam die [b]: quin etiam noctibus. nihil est enim somni. Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem: tibi enim placebat. quam non fuit malum scribi, si fortè opus esse putares. vt quidem nunc est, nihil sanè est necesse mittere. sed id quidem, vt tibi videbitur. mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuuio, nisi fortè Romam. sed cras scies.

CICERO ATTICO, S. 27

EPISTOLAM [c] ad Cæsarẽ, nobis verò semper rectissimè placuit, vt isti antè legerent. Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, pænè periculosi. isti autem ingenuè: mihique gratum, quòd quid sentirent, nõ reticuerunt. Illud verò vel optimè, quòd ita multa mutari volunt, vt mihi de integro scribendi causa nõ sit: quamquã de Parthico bello quid spectare debui, nisi quòd illum velle arbitrabar? Quod enim aliud argumentum epistolæ nostræ, nisi κολακείαν fuit? An si ea, quæ optima putaram, suadere voluissem, oratio mihi defuisset? Totis igitur litteris nihil opus est. Vbi enim ὀλίγοστιχία magnum nullum fieri possit, ἀπὸ πυξίδος vel non magnum, molestum futurum sit: quod opus est εὐβουλοσυνόβουλος præsertim cùm illud occurrat, illum, cùm antea nihil scripserim, existimaturum, me, nisi toto bello confecto, nihil scripturum fuisse? Atque etiã vereor, ne putet me hoc quasi Catonis μειλίσσειν esse voluisse. Quid quæris? Valde me pœnitebat [d]: nec [e] in hac quidem re, quidquam magis vt vellem, accidere potuit, quàm quòd σπουδὴ nostra nõ est probata. Incidissemus etiã in illos: in eis, in cognatũ tuum. Sed redeo ad hortos. Planè illuc te ire, nisi tuo magno commodo, nolo. Nihil enim vrget. quidquid erit, operam Faberio [f] ponamus. De die tamẽ auctionis, si quid scies, eũ, qui è Cumano venerat, q. & planè valere Atticam nuntiabat, & litteras se habere aiebat, statim ad te missi.

CICERO ATTICO, S. 28

HORTOS quoniam hodie eras inspecturus [g], quid visum tibi sit, cras scilicet. De Faberio autem, cùm venerit. De epistola ad Cæsarem (*iurato mihi crede*) non possum. Nec me turpitudo deterret, etsi maximè debebat: quàm enim turpis est assentatio, cùm viuere ipsum turpe sit nobis? sed vt cœpi, non me hoc turpe deterret: ac vellem quidem (essem enim qui esse debebam) [h] sed in mentem nihil venit. Nam, quæ sunt ad Alexandrum, hominum eloquentium, & doctorum suasiones, vides quibus in rebus versentur. Adolescentem incensum cupiditate verissimæ [i] gloriæ, cupientem sibi aliquid consilij dari, quod ad laudem sempiternam valeret, cohortantur ad decus, non i deest oratio. Ego quid possim? tamen nescio quid è quercu excudam, quod videtur simile simulacri. In eo quòd [k] nonnulla erant paullò meliora, quàm ea, quæ fiunt, & facta sunt, reprehenduntur: quod me minimè pœnitet [l]. Si enim peruenisset ista litterem, mihi crede, nos pœniteret [n]. Quid [o]? tu non vides ipsum illum Aristotelis [p] discipulũ, summo ingenio, summa mode-

a sic v.c. b al. Curionem c sic v.c. d v.c. διφθερίαι, nõ pl. || sunt autem libri membranis & pellibus contexti. Nã διφθέραι Horum integumẽtum Luciano libro περὶ τῆς δόσεως συνόντων. & Varroni 2. de re rustica. διφθερίαι, senes rustici pallibus amicti,* e Pompeianos. f v.c. & I. accurate scriptas litteras g I. & v.c. aut retractatione. P. B. h v.c. & I. Bruto ita volui scribere, (quoniam secus te intellexisse scribis, & fui fortasse ἀσαφέστερος) me ex t.l. || Bos. Bruto ita volui scribere (sed quoniam tu te legisse scribis & fui fortasse ἀσαφέστερος) me &c. i de tabulis auctionaria dixi 2. *ad Q. fratrem* 3.* k obsignandum. huic enim rei obsignatores adhibiti,* l Homer. Iliad.* m v.c. paries P. CCXIII. n v.c. merculè || Bos. non esse intelliges o al. credimus.* p chartas maiores in quas ex Archetypo, Academicos libros transtulerã. v. Plin. 12.* q v.c. enitar ego. At ego ne || Versus Sibeis Cardinalis tam inita Muretus 10. *Var.* 14. tam inuita *vt subaudias* Minerua. *Id enim familiare Ciceroni ita laudare veteres.* Bosius verò enitar ἐρῶτι.* r v.c. Spintharo al. Spintheri. s hoc est libentius dixi 1. epistol. 16. t Asturæ Ciceronis villa maritima cuius fit mentio 12. epistol. 19. 3. apud Plutarchũ in Cicerone.*

a I. Quo tu tem? Lanuuium, cons. ita Bos.* b die. al. q. v.c.

c v.c. & I. De epistola ad Cæsarem, ita Bos. P. B.

d v.c. pœnitebat: e I. nec mihi in hac re, quidquam &c. Ita v.

f I. in Faberio p.

g De hoc inspiciendi impropriè more dixi ep. ad Fam. 9. 26. Lucr. 5. 1.*

h Bos. de hoc.*

i v.c. non d'est or. k v.c. quòd. l v.c. pœnitet me ad eum scribere.* m I. cum scribere.* n pœnitebit. o I. Quid cum non &c. v. Aristotelis

modestia, posteaquàm rex appellatus [a] sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? Quid? tu hunc de pompa, Quirini [b] contubernalem, his nostris moderatis epistolis lætaturũ putas? Ille verò potiùs non scripta desiderat, [c] quàm scripta nõ probet. Postremò, vt volet. Abiit illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabã θρέλλημα ἀρχιμήδειον. multò meherculè magis nũc opto catũ illũ, quàm [d] tũ timebã, vel [e] quælibet. nisi quid te aliud impediet, mihi optatò veneris. Nicias à [f] Dolabella magno opere arcessitus (legi enim litteras) etsi inuito me, tamen eodem me auctore profectus est. Hoc manu mea.

CICERO ATTICO, S. 29.

CVM quasi alias res quærerem de philologis [g] è Nicia, incidimus in Talnam. Ille de ingenio nihil nimis. modestum & frugi. sed hoc mihi nõ placuit. Se scire aiebat ab eo nuper peritam Cornificiã, Qu. F. vetulam sanè, & multarum nuptiarum, non esse probatã [f] mulieribus, quòd ita reperirent, rem non maiorem DCCC. Hoc putaui te scire oportere. De hortis [g] ex tuis litteris cognoui, & Chrysippo. in villa, cuius insulsitatem bene norã, video nihil, aut pauca mutata. balnearia tamen laudat, maiora de minoribus ait hiberna effici posse. Tectah igitur ambulatiuncula addenda est: quam vt tantam faciamus, quantã in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris constabit isto loco. Ad id autem, quod volumus ἀφίδρυμα, nihil aptius videtur, quàm lucus, quem ego norã. sed celebritatem nullam tũ habebat, nunc audio maximã. Nihil est, quod ego malim. In hoc τὸν τύφον μὲν θεὸς διάγει περιπόφορον. Reliquũ est, si Faberius nobis nomẽ illud explicat, noli quærere, quanti. Othonem vincas' volo. nec tamẽ insaniturum illum puto, nosse enim mihi hominẽ videor. Ita malè autem audio ipsum esse tractatum, vt mihi ille emtor [k] non esse videatur. Quid enim putetur? Sed quid argumẽtor? Si Faberianum explicas, emamus vel magno, sin minùs: ne paruo quidem possumus. Clodiam igitur, à [l] qua ipsam ob eam causam sperare videor, quòd & multo minoris sunt, & Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, vt etiam repræsentatione [l] concludam. [m] De hortis satis. cras aut te, aut causam: quam quidem futuram Faberianam. sed si poteris. ¶ CICERONIS [n] epistolam tibi remisi. O te ferreum, qui illius periculis non mouẽtis! me quoque accusat. eã tibi epistolam misissem, [o] nam illam alteram de rebus gestis, [p] eodem exemplo puto. in Cumanum hodie misi tabellarium. ei dedi tuas ad Vestorium, quas Pharnaci dederas.

CICERO ATTICO, S. 30.

COMMODVM ad te miseram Demeam, cùm Eros ad me venit. sed in eius epistola nihil erat noui, nisi auctionem biduum. Ab ea igitur, vt scribis: & velim, confecto negotio Faberiano: quem quidem negat Eros hodie, cras manè putat. à te colendus est. Istæ autem κολακίαι non longè absunt à scelere. te, vt spero, perendie. Sicunde [q] potes, [r] erues, qui decem legati Mummio fuerunt. [s] Polybius nominat. Ego memini Albinum consularem, & Sp. Mummiũ. videor audisse ex Hortensio Tuditanũ. sed in Libonis annali XIIII. annis pòst prætor est factus Tuditanus, quàm consul Mummius. Non sanè quadrat, volo [t] aliquem Olympiæ, [u] aut x. vbi visum, πολλὰ κὰν σύλλογον, more Dicæarchi familiaris tui.

CICERO ATTICO, S. 31.

V. Kal. manè accepi à Demea litteras, pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras te exspectare deberẽ. Sed, vt opinor, idem ego, qui exspecto tuũ aduentũ, morabor te. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotiũ futurum, etiam si est futurum, vt nõ habeat aliquid moræ. cùm poteris igitur, quoniam [a] etiã dum abes. Dicæarchi quos scribis libros, sanè velim mihi mittas: addas etiã κατ' ἄσιτος. De epistola ad Cæsarẽ, κεφαλὴ [b] atq; idipsum, quod isti aiũt illum scribere, se, nisi cõstitutis rebus nõ iturũ in Parthos: idem ego suadebã in illa epistola: vtrum [c] libẽret, facere [d] posse, auctore me. Hoc enim ille exspectat, videlicet: neque est facturus quidquam, nisi de meo cõsilio. Obsecro, abiiciamus ista, & *semislberi saltem simus: quod assequemur & tacendo, & latendo.* Sed aggredere Othonẽ, vt scribis. Confice, mi Attice, istã rem. Nihil enim aliud reperio, vbi & in foro non sim, & tecũ esse possim. Quanti autẽ hoc mihi venit in mentẽ. C. Albanius, proximus est vicinus. Is CIↃ. IↃCCC. de M. Pilio emit (vt mea memoria est) LLS. CXV. omnia scilicet nunc minoris. sed accedit cupiditas: in qua, præter Othonem, non puto nos vllum aduersarium habituros. sed eum ipsum tu poteris monere [e]. facilius etiam si Canum [f] haberes. O gulam insulsam! pudet me patris. Rescribes si quid voles.

CICERO ATTICO, S. 32.

ALTERAM à te epistolam cùm hodie accepissem, volui [g] te vna mea contentum. Tu verò age quod scribis de Faberio. In eo enim totum est positum id, quod cogitamus: quæ cogitatio si non incidisset [h] (mihi crede istuc, vt cetera) non laboratem. Quamobrem, vt facis (istuc enim addi nihil potest) vrge, insta, perfice. Dicæarchi περὶ ψυχῆς, vtrosque velim mittas, & κατ' ἄσιτος. περὶ πολιτικοῦ [i] non inuenio, & epistolam eius, quam ad Aristoxenum misit. Treis eos libros maximè nunc vellem: apti essent ad id, quod cogito. Torquatus Romæ [k] est. iussi [l] vt tibi daretur. Catulum & Lucullum, vt opinor, anteà. His libris noua procœmia sunt addita, quibus eorum vterque laudatur. Eas litteras volo habeas, & sunt quædam alia. Et quod ad te de x. legatis scripsi, parum intellexti. credo quia διὰ [m] σημείων scripseram. De C. Tuditano enim quærebam: quem ex Hortensio audieram fuisse in x. Eum video in Libonis, prætorem, L. [n] Popillio, P. Rupilio COSS. annis XIIII. antè, quàm prætor factus est. Legatus esse [o] potuisset, nisi admodum serò quæstor est [p] factus: quod nõ arbitror. Video enim curuleis [q] magistratus eũ legitimis annis perfacile cepisse. Postumium autẽ, cuius statuam in Isthmo meminisse te dicis, sciebã fuisse. Is autẽ est, qui cum Lucullo fuit: quẽ tu mihi addidisti. sanè ad illũ σύλλογον personã idoneam. Videbis igitur, si poteris, ceteros, vt possimus πεμπτοῦσαι τὴν τοῖς θεσπιάδαις.

CICERO ATTICO, S. 33.

NEGLIGENTIAM mirãlsemẽne putas mihi dixisse Balbũ, & Faberiũ professionẽ [r] relatam? quinetiam [s] eorum iussu miserim, qui profiteretur. Ita enim oportere dicebant.

---

a L. quoniã, etiamdum abes.
b v.c. κάκριμα. & ita l. ex veteri κάκθημα. Conradus πέρεκα, ex Veteri κεκιθικα. Victorius κεφικα Βοσ. κεκίξικα id est in tessera & cubi modum me conformaui. ad quem modum virum constantem Simonides & Aristoteles vocant τετράγωνον.*
c Bos. sin, vtrum liberet, facere posse.*
d l. faceret posse auct.
e v.c. monuere.
f P. E. * v.c. Kanũ fort. Caniũ, & ita alij vulg.‖ Gellius autem Manum videtur intelligere Attici familiarem toste Cornelio Nepote, gulæ dedirum, quem ideo etiam Xanum appellat, quod τὸ καρὸν esset vbi panes reponebantur Athenæus.*
g v.c. nolui te vna mea c.
h al. incidisset, (mihi crede) istuc, vt cetera, nõ laborarem. Ita hunc locum distinguit Lipsius q. Antiquar. 19.*
i al. τοῦ πολιτικοῦ & tamen ab Atheneo citatur τριπολιτικός.*
k v.c. Romæ st.
l v.c. missi, vt tibi dar.
m Notas excogitarat Cicero aut vt vult Eusebius in Chro P. CCXVI, nicis, Tyro Ciceronis libertus actuariis ductilibus ad verba celeriter excipienda Plutarchus, existatque hodie liber Cypriani de notis Ciceronianis.*
n v.c. & L. P. Popillio. censum actũ
o al. esse non potuisset.* p al. effet.* q v.c. curulis. r à Cæsare post bella ciuilia.* s sic v.c. L. quin etiam eorum iussu miserã, q. al. quin etiam eorum iussu miserim, q.

Professus est Philotimus libertus. Nosti, credo, libratium. sed scribis [a], & quidem confectum [b]. Ad Faberium, vt tibi placet, litteras misi. cum Balbo autem puto te aliquid fecisse H.in [c] Capitolio. In Virgilio [d] mihi nulla est συστολή. nec enim eius causa sanè debeo. Et,si [e] emero, quid erit, quod [f] postulet? Sed videbis, ne is cùm sit in Africa, vt [g] Cœlius. De nomine tu videbis cum Cuspio. sed, si Plancus destinat [h], tum [i] haberes difficultatē. Te ad me venire vterque nostrûm cupit: sed ista res nullo modo relinquenda est. Othonē quòd speras posse vinci, sanè benè narras. De æstimatione, vt scribis, cùm agere cœperimus. etsi nihil scripsit, nisi de modo agri. Cum Pisone, siquid poterit. Dicæarchi librum [k] accepi. & κατ' ἄστεως exspecto. Negotium [l] dederis. Reperies [m] ex [n] eo libro, in quo sunt s. c. Cn. Cornelio & Lucio Mummio coss. De Tuditano autem quod putas, θύλεγον [o] est: tum illum, quoniam fuit ad Corinthum: nō enim temerè dixit Hortensius: aut quæstorem, aut tribunum mil. idque potius fuisse credo. Sed tedu Antiocho scire poteris. Vide [p] etiam, quo anno quæst. aut trib. mil. fuerit. si [q] neutrum, eodem [r] in præf. aut [s] in contubern. fuerit, modò fuerit in eo bello. De Varrone loquebamur. *Lupus in fabula.* venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset. sed ego ita egi, vt non scinderē penulam [t]. Memini enim tui [u]: & multi erant, nósq; imparati. Quid referè Paullo pòst C. Capito cum T. Carrinate. Horum ego *vix attigi penulam* [x]: tamen remanserunt. cecidit [y] bellē. Sed casu fermo à Capitone de vrbe augenda, à ponte Muluio [z] Tiberim duci [a] secundum monteis Vaticanos: campum Martium coædificari [b]. illum autem campum Vaticanum, fieri quasi Martium campum. Quid ais? inquam. At ego *ad tabulam* [c], vt si rectè possem, Scapulanos hortos. Caue facias, inquit. nam ista lex perferetur. Vult enim Cæsar. audire me facilè passus sum: fieri autem molestè fero. Sed tu, quid ais? quamquam quid quæro? Nosti diligentiam Capitonis in rebus nouis perquirendis: non concedit Camillo. Facies me igitur certiorem de ædibus. Ista enim me res adducebat. eò adiunxeram ceteras: quas consequi tamen biduo, aut triduo pòst facilè potero. Te tamen in via confici minimè volo: quin etiam Dionysio ignosco. De Bruto quòd scribis, feci, vt ei liberum esset, quod ad me attineret. Scripsi enim ad eum heri Idibus Maij, eius opera mihi nihil opus esse.

CICERO ATTICO, S. 34

ASTVRAM veni VIII. kalen [d]. Iul. vitandi enim caloris causa Lanuuij treis [e] horas ac quieueram. Tu velim, si graue non erit, efficias, ne ante nonas mihi illuc veniendum sit. Id potes per Egnatium [f] Maximum [g]. Illud in primis cum h Publilio me pænè absente confi cias i: de quo, quæ fama sit, scribes. *Id populus curat, scilicet.* non mehercule arbitror. etenim hæc decantata erat fabula: sed complere paginam volui. Quid plura? ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. Scripsi enim ad te de hortis.

a *v.c.* scribes, b *Bos.* confectum.* c *al.* hodie‖ *al.* HC.CC. in Capitolio.* d ideſt in Virgilij Pompeiani primum, dein Cæsariani, post Pompeiani bonis emendis.* e *sic v.c.* f *fore.* quod expostulet? g *al.* vt Cœlius de nomine. Tu vid. c. Cisp. h *al.* destinatū habet, habet res difficultatem *al.* sibi destinat.* i *v.c. & L.* tum habet res* diff. k *fort.* librū περὶ ψυχῆς acc. l *fort.* Negotium dederis de decem leg. Rep. ‖ *Bos. Faernus.** m *v.c.* Reperiet ex eo ‖ *Bos.* Reperit.* u *fort.* in eo libro, P. B. o *al.* θύλογον est illum, quoniā tum fuit ad Cor. p *Bos.* (videtur iam)* q *v.c. & L.* si neutrum cadet: in præf. ‖ *Bos.* si neutrū quadret.* r cur *rad.* eodéne præfectus, an cōtubernalis.* s *L.* an in c. t *v.c.* pænulam u *v.c. & L.* tuum: ‖ *institutum scilicet.** x *v.c.* pænulam, y *fort.* Sed cecidit bellē. casu ſ. ‖ *Bos.* ceciditque belle.* z *al.* Miluio a *antea* pauci Manut. pandi *Ipſ.* 4. *Antiquav.* 19. perduci.* b *v.c.* tum ędificari. ‖ *al.* cum ædificari.* c *auctionaria* epistola 25.* d *Pes.* kal. vitandi *& cet.* recte: nondum enim Quintili; inditum fuerat nomen Iulij.* e *v.c.* tris *al.* III. h. f *al.* Egnatium maximē. illud *al.* Egnatium, Maximum. ‖ *al.* Egnatium Maximum illud in primis. Ita Manutius interpungit. verum Maximus, Egnatij cognomen est.* g *id est* maximē, vt potissimum pro potissimē.* h *v.c. & L.* vt cum. i L. cōficies:

CICERO ATTICO, S. 35

OREM indignam! Gentilis tuus vrbem auget, quam hoc biennio primùm vidit: & [a] ea parum magna visa est, quæ etiam ipsum capere potuerit. Hac de re igitur exspecto litteras tuas. Varroni scribis, te, simulac venerit. Datæ igitur iam sunt, nec tibi integrum est. Hui, si scias, quanto periculo tuo: aut fortasse litteræ meæ te retardarunt. sed [b] eas nondum legeras, cùm has proximas scripsisti. Scire igitur aueo, quomodò res se habeat. ¶ DE BRVTI [c] amore, vestraque ambulatione, etsi mihi nihil noui affers, sed idem quod sæpe, tamen hoc audio libentiùs, quo sæpiùs: eóque mihi iucundius est, quòd tu eo lætaris: certiúsque eò est, quòd à te dicitur.

a *L.* & *al.** b *al.* P. CCXVIII* c Nouæ ſ. pistolæ initiū Boſio.*

CICERO ATTICO, S. 25

HAS alteras hodie litteras. de Xenonis nomine, & de Epiroticis XL. nihil potest fieri nec commodius, nec aptiùs, quàm vt scribis. Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Noui nihil sanè, nisi Hirtium cum Quincto acerrimè pro me litigasse: omnibus eum locis [d] facere, maximeq; in cōuiuiis: cùm multa de me, tum redire ad patrem. Nihil autem ab eo tam ἀξιοπίστως dici, quàm alienissimos nos esse à Cæsare: fidem nobis habēdam non esse: me verò etiam cauendum. φοβεῖσθαι γάρ, nisi viderem, scire regem, me animi nihil habere. Ciceronem verò meum vexari. sed id quidem arbitratu suo. Laudationem Porciæ gaudeo me antè dedisse. Leptæ tabellatio, quàm tuas acceperim litteras. Eam tu igitur, si me amas curabis, si modò mittetur, isto modo mittendam. DOMITIO ET BRVTO. De gladiatoribus: de ceteris, quæ scribis ἀνεμοφόρητα, facies me quotidie certiorem. velim (si tibi videtur) appelles Balbum, & Offilium, de auctione proscribenda. equidem locutus sum cum Balbo. Placebat, puto, conscripta habere Offilium omnia. Habet & Balbus: sed Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ: si Cæsar moraretur, posse [e] in diem differri. Sed is quidem adesse videtur. Totum igitur considera. placet enim Vestorio.

d *fortè* vobiscum fuerit. *Faernus & Lipſius* ex ſententia.* e *v.c. & L.* poſſe diem differri. *al.* poſſe in diē tertium differri. *al.* poſſe differri. P. B.

CICERO ATTICO, S. 37

ANTE lucem cùm scriberem contra Epicuréos, de eodem oleo & opera exaraui. nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Deinde cùm somno repetito, simul cum sole exper rectus essem, datur mihi [f] epistola à sororis tuæ filio, quam ipsam tibi misi: cuius est principium non sine maxima contumelia. sed fortasse ὐκ ἐπέσχεσεν. Est autem sic, EGO ENIM NON PROBO QVIDQVID NON BELLE IN TE DICI POTEST. Posse vult in me mutā dici non bellè: sed ea se negat approbare. hoc quidquam potest esse impurius? iam cetera leges (misi enim ad te,) iudicabísque. Bruti nostri quotidianis, assiduísq; laudibus, quas ab eo de nobis haberis g permulti mihi renūtiauerunt, commotum istum aliquando, scipsisti [h] aliquid ad me, credo, & ad te: idque vt sciam, facies. nam ad patrem de me quid scripserit, nescio: de matre quàm pié VOLVERAM, inquit, VT QVAMPLVRIMVM TERAM, CVM ESSEM, CONDVCI MIHI DOMVM, ET ID AD TE SCRIPSERAM. NEGLEXISTI. ITA MINVS MVLTVM VNA VIDEMVS. NAM EGO ISTAM DOMVM VIDERE NON POSSVM. QVA DE CAVSA, SCIS. Hanc autem causam pater odium matris esse dicebat.

f *v.c.* tuæ g *Pes.* ſcripſerat. h *L.* ſcripſiſti.

dicebat. Nunc me iuua,mi Attice, consilio, πότερον[a] δίκας τεῖχος ὕψιον, id est, vtrùm apertè hominem sperner,& respuam :ἢ[b] σκολιὰς ἀπάτας.vt enim Pindaro, sic δίχα μοι νόος ἀσφαλέως εἰαγέων.omnino moribus meis illud aptius:sed hoc fortasse temporibus. Tu autē, quod ipse tibi suaseris[c], idem mihi persuasum putato. Equidem vereor maximè,ne in Tusculano opprimar. In turba hæc essent faciliora.Vtrùm igitur Asturæ?quid[d] Cæsar subitó?Iuua me,quæso,consilio. vtar eo, quod tu decreueris.

CICERO ATTICO, S. 38

INCREDIBILEM vanitatemlad patrem, domo sibi carendum, propter matrem plenam[e] pietatis. Hic autem iam langueſcit, & ait tibi[f] illum iure iratum.sed vtar tuo cōsilio, σκολιὰ enim tibi[g] video placere. Romam,vt censes,veniā:sed inuitus, valde enim in scribendo hæreo.Brutum[h]?inquis.eadē i scilicet.sed,nisi hoc esset,res me ista non cogeret.Nec enim inde venit,vnde mallem:neque diu abfuit[k],neque vllam litteram ad me: sed tamen scire aueo, qualis ei totius itineris summa fuerit.Libros mihi, de quibus ad te anteà scripsi,velim mittas,&maximè,φαίδρῳ τοῦτ' ἔστιν,& ΠΑΛΙΔΟΣ. ¶ΙΤΑ'ΝΕ[m] nūtiat Brutus, illum ad bonos viros διαῤῥίλια: sed vbi eos?nisi fortè se suspendit.Hic[n] autē, vt fultum est[o].Vbi igitur φιλοτέχνημα[p] illud tuum,quod vidi in Parthenone?Alani[q] & Brutum.Sed[r] quid faciam[s]?Illud optimè, quod[t] ne is quidem qui omnium flagitiorū auctor, bene de nostro. At ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim significarat his litteris,quas ad meas. At vellem aliquid degustasse de fabulis.sed coràm, vt scribis.Etsi,quid mihi auctores?aduolóne,an maneo?Equidem & in his libris hæreo, & illum hic excipere nolo : ad quem,vt audio, pater hodie ad Saxa Acrunomau.mirum quàm inimicus ibat : vt ego obiurgarem. sed ego ipse κέκραμμαι[x].Itaque posthac. Tu tamen vide, quid de adu ētu meo censeas,& τὰ ὅλα. Cras, si perspici potuerint,manè statim,vt sciam.

CICERO ATTICO, S. 39

EGO verò Quincto epistolam ad sororem misi.cùm ille quereretur, filio cum matre bellum,& se ob eam causam domo cessurum filio diceret:dixi , illum commodas ad matrē litteras:ad te,nullas. Ille alterum mirabatur: de te autem,suam culpam,quòd sæpe grauiter ad filium scripsisset de tua in illum iniuria. Quod autem relanguisse se dicit:ego ei, tuis litteris lectis, σκολιὰς γ ἀπάτας significaui, me[z] non fore:tu[a] enim mentio Canai[b].Omnino,si id consilium placeret: esset necesse. sed,vt scribis, *ratio est habenda grauitatis* : & veriusque nostrūm idem consiliū esse debet, etsi in me grauiores iniuriq,& certè notiores. Si verò etiā Brutus aliquid afferet:nulla dubitatio est.sed corām.Magna enim res,& multæ cautionis.Cras igitur,nisi quid à te cōmotus[c].

CICERO ATTICO, S. 40

VENIT ille ad me,κῇ μάλα κατηφής.Et ego, σὺ δὲ δὴ πῖ σύνιθι?Rogas?inquit,quod[a] iter insistet?& iter ad bellum. Idque cùm periculosum,tum etiam turpe.Quę vis igitur?inquam. Æs,inquit, alienum.& tamen ne[b] viaticum quidem.Hoc loco ego sumsi quiddam de tua eloquentia.nam tacui.At ille:sed me maximè angit auunculus.Quidnam?inquam.Quòd mihi,inquit,iratus est.Cur pateris?inquam.Málo enim ita dicere,quàm cur committis?Non patiar,inquit.causam enim tollam. Et ego, rectissimè quidem.Sed,si graue non est, velim scire,quid sit causæ.Quia,dum dubitabā, quā ducerem,non satisfaciebam matri:ita ne illi quidem.Nunc nihil mihi tanti est:faciā quod volunt.Feliciter velim,inquam, téque laudo. sed quando?Nihil ad me,inquit, de tempore, quoniam rem probo.At ego,inquam, censeo priùs,quàm proficiscaris.ita patri quoque mo rem gesseris.Faciam,inquit,vt censes.Hic dialogus sic conclusus est.Sed heus tu, diem meū scis esse III.Non.Ian.Aderis igitur. Scripserā iam.Ecce tibi orat Lepidus,vt veniam(opinor augures nihil habere)ad templū afflandum[c]: eatur MIACKOPOY. Videbimus tē igitur.

CICERO ATTICO. S. 41

EGO verò vtar prorogatione diei:túque humanissimè fecisti,qui me certiorem feceris,atque ita,vt eo tempore acciperem litteras quo non exspectarem:túque, vt ab ludis scriberes. Sunt omnino mihi quædam agenda Romæ?sed consequemur biduo[d].

CICERO ATTICO, S. 42

SVAVEIS[e] tuas litteras:etsi acerba pompa. verumtamen scire omnia non acerbū est, vel de Cotta.Populum verò præclarum,quòd propter malum vicinum,ne victoriæ quidem applauditur[f].Brutus apud me fuit: cui quidé valde placebat,me aliquid ad Cæsarē.Annueram:sed pompam videret. Tu tamen ausus es Varroni dare.Exspecto quid iudicet. quando autē perleget?De Attica probo.*Est quidda etiā animū leuare cùm spectatione,tum*[g] *etiā religionis opinione & fama.* Cottā mihi velim mittas. Libonem mecum habeo,& habuerā antè Cascam:Brutus mihi T.[h]Ligarij verbis nuntiauit, quòd appelletur L.Curfidius in oratione Ligariana:erratū esse meū:sed, vt aiunt,μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sciebā Curfidiū perneceſſariū Ligariorū : sed eum video antè esse mortuum. Da igitur,quæso,negotium Pharnaci. Antæo, Saluio,vt id nomē ex omnibus libris tollatur.

CICERO ATTICO, S. 43

FVIT apud me Lamia post discessum tuū, epistolámque ad me attulit , missam sibi à Cæsare:quæ quamquā antè data erat,quàm i illa Diocharina,tamen planè declarabat, illū ante ludos Romanos esse venturū. In qua extrema scriptū erat,vt ad ludos omnia pararet, néve committeret,vt frustra ipse properasset. Prorsus ex his litteris nō videbatur esse dubiū quin ante eā diē venturus esset:idémque Balbo,cùm eā epistolam legisset, videri Lamia dicebat.Dies feriarū mihi additos video : sed quàm multos,fac,si me amas,sciā.De Babio[k] poteris,& de altero vicino Egnatio.Quòd me hortaris , vt eos dies consumā in philosophia explicanda,currentem tu quidem:se cū Dolabella viuendum esse istis diebus vides. Quòd nisi me Torquati causa teneret,satis erat dierū

a locus ex Platone 2. de Repul.*
b al. ἢ σκολιὰς ἀπάτας. al. σκολιὰς ἀπάτας: Ita apud Pindarum illo loco Platonis adducit Epistol. 30.*
c fort. perfuaseris, vt Boſ. Quid ſi Cæſar ſubitò?
d v.c. & l. plena pietatis.
e v.c. sibi
f v.c. Brutum
g L. Brutum inquis, eadē. scilicet. Sed, nisi h. eſſ. Brutus, inquis, eadem al. eadem fortasse illi eſt eadem opera.*
h vide ſilis.
i L. fuit
k L. Φαίδρῳ τοῦτ' ἔστιν, & ΠΑΛΙΔΟΣ. vide Pharetrā adde quæ dixi ep. 25. ſe. 18. Bonus tamen ſit φαίδρος & ἑλλάδιος & ἑλλάδιος. vt Diarchi duos libros intel. liter quorū meminit Plutarchus in Platonis Phædone. Diarchi illi Græci, de quibus Laertius noſter in Platone. Placebo nulla eſſe P. B. eſſe Cyrenaica vel Plurarchi. Nonæ ep. Bonum. Bonior. Bonius. Bonius auctor. Bonius vt fuit Bonius. Bonius eſſe
l opera ingenioſe elaborata, cuiuſmodi ſtatuæ erant Ahalæ & Canij. b al. Canæ.* c v.c. commeatus fort. commonitus vt epiſtola ſit initium. Verum Boſio, commeatus hic litteræ
a v.c. & l. quòd iter inſtet?
b v.c. ne, via-ticum quidem habeo. Hoc l.
c v.c. effla-dum eatur μασκόρδου. l. effan P. CXXIX. dum Saturni ἀπόνδου. Boſ. effandū. Eia tu: μάσκορδον. videbimus te igitur adde 10.* epiſtol. vit. quaſi dicat; imitare Mutium illum Cordum qui purpuratum, ſcribam Porſenæ interemit. de quo Halicarnaſſ. & Plin. de viris illuſtrib.*
d L. biduo poſt.
e v.c. ſuauis
f v.c. & l. ploditur.
g v.c. religione opiſnonis,& fama;
h fratris eius pro quo eſt oratio.*
i v.c. & l. quàm illæ Diocharinæ, ſ. litteræ, ſcilicet. à Diocharē allatæ al. Dicarchiæ. al. Diceæchex.*
k L. Babio P. B.

vt Puteolos excurrere possiem, & ad tempus redire. Lamia quidem à Balbo (vt videbatur) audiuerat, multos nummos domi esse numeratos, quos oporteret quamprimum diuidi: magnum pondus argenti [a]: auctionem, præter prædia, primo quoque tempore fieri oportere. Scribas ad me velim, quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec [b] officiosiorem facilè delegissem Vestorio: ad quem accuratissimas litteras dedi: quod idem te feciſſe arbitror. Mihi quidem hoc satis videtur. Tu quid dicis? vnum enim pungit, ne negligentiores esse videamur. Exspectabo igitur tuas litteras.

CICERO ATTICO, S. 44

POLLEX quidem, vt dixerat, ad [c] Id. Sext. ita mihi Lanuuij prid. Id. præstò fuit: sed *planè pollex, nõ index.* cognosces igitur ex ipso. Balbum conueni. Lepta enim de [d] sua vi in curatione laborans, me ad eum perduxerat. me autem Lanuuio [e], quod Lepido tradidit [f], ex eo hoc primum, paullò antè acceperam eas litteras, in quibus magnopere confirmat, ante ludos Romanos. Legi epistolam. Multa de meo Catone: quem & sæpissimè legendo, se dicit copiosiorem factum: Bruti Catone lecto, se sibi visum disertum. Ex eo cognoui cretionẽ Cluuij (ô Vestorium negligentem) liberam [i], testibus [k] præsentibus sexaginta duobus. metuebam, ne ille arcessendus [l] esset. Nunc mittendum est, vt meo iussu cernat. idem igitur Pollex etiam de hortis Cluuianis egit cum Balbo liberaliùs: se enim statim ad Cæsarem scripturum: Cluuium autem à [m] Tito Hordeonio legare & Terentiæ LLS. IↃↃↃ. & sepulcro, multisque rebus: nil [n] à no bis. Subaccusa, quæso, Vestorium. Quid minùs probandum, quàm Plotium vnguentarium per suos pueros omnia tantò antè Balbo: illum [o] mihi ne per meos quidem? De Cosinio doleo. dilexi hominem. Quincto delegabo, siquid æri meo alieno superabit, & emtionibus: ex quibus mihi etiam æs alienum faciendũ puto. De domo Arpini, nihil scio. Vestorium nihil est, quòd accuses. Iam enim obsignata hac epistola, noctu tabellarius noster venit, & ab eo litteras diligẽter scriptas attulit, & exemplũ testamenti.

CICERO ATTICO, S. 45

POSTEAQVAM abs te [p] Agamemno [q], non vt venirem (nam id quoque feciſſem, nisi Torquatus esset) sed vt scriberem, tetigit [r]: omisi ea, quæ in manibus habebam, abieci [s]: quod iusseras, edolaui. Tu velim è Pollice [t] cognoscas rationes nostras sumtuarias. Turpe est enim nobis, illum, qualiscumque est, hoc primo anno egere. post moderabimur diligẽtiús. Idem Pollex remittendus est, vt ille cernat. planè Puteolos non fuit eundum, cùm ob ea, quæ ad te scripsi, tum quòd Cæsar adest. Dolabella scribit, se ad me postridie [u] Idus. O magistrum molestum! Lepidus ad me heri vesperi litteras misit Antio. nam ibi erat. habet enim domum, quam nos vendidimus. Rogat magnopere, vt sim kal. in senatu: me & sibi, & Cæsari vehementer gratum esse facturum. Puto equidem nihil esse. Dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius, quoniam Balbus est æger. Sed tamen malim venire frustra, quàm [a] desiderari, si opus esset, m oleste ferre postea. Itaque hodie Antij, eras ante meridiem, domi. Tu velim (nisi te impediuisti) apud nos prid. Kal. cum Pilia. Te spero cum Publilio confeciſſe. Equidem kal. in Tusculanum recurram: me enim absente omnia cum iis transigi mâlo. Q. fratris epistolam ad te misi, non satis humanè illam quidem respondentem meis litteris: sed tamen, quod tibi satis sit, vt equidem existimo, tu videbis.

CICERO ATTICO, S. 46

HERI nescio quid in strepitu videor exauditse, cùm diceres, te in Tusculanum venturum: quod vtinam, iterum vtinam, tuo tamen commodo. Lepta me rogat, vt, siquid sibi opus sit, accurram. mortuus enim Babulius [b], Cæsar, opinor, ex vncia: etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente. Veretur autem ne non liceat tenere hereditatem: ἀλόγως omnino: sed veretur tamen. Is igitur si accierit, accurram: sin minùs: haud antè, quàm necesse erit. Tu Pollicem, cùm poteris.

CICERO ATTICO, S. 47

LAVDATIONEM Porciæ tibi [c] misi correctam: ac eò properaui, vt, si fortè aut Domitio filio, aut Bruto mitteretur, hæc mitteretur. Id, si tibi erit commodum, magnopere cures velim: & velim, M. Varronis, & Ollij mittas laudationem. Ollij vtique. nam illam legi. volo tamen reguſtare. quædam enim vix mihi credo legisse [d]. ¶ ATTICAE [e] primùm salutem, quam equidem ruri [f] esse arbitror. Multam igitur salutem & Piliæ. De Tigellio [g] siquid noui: qui quidem, vt mihi Gallus [h] Fabius scripsit, μέμνηται ἀκαίρως mihi quamdam iniquissimam, me Phameæ defuisse, cùm eius causam recepissem, quam quidem receperam contra pueros Octauios Cn. F. nõ libenter: sed & Phameæ causa volebam. erat enim, si ministi, in cõsulatus petitione per te mihi pollicitus, si [k] *quid opus esset*. Quod ego perinde tuebar, ac si vsus essem. Is ad me venit, dixitque iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio [l] nostro lege [m] Pompeia in consilium iri necesse erat. scis enim dies illorum iudiciorum præstitutos fuisse. Respondi, non ignorare eum, quid ego deberem Sestio [n]: quem vellet, alium diem si sum sisset, me ei non de futurũ. Ita tũ ille discessit iratus. puto me tibi narrasse. Non laboraui sci licet, nec hominis alieni iniustissimam iracũdiam mihi curandam putaui. Gallo autem narraui, cùm proximè Romæ fui, quid audissem: neque nominaui Balbum minorem. Habuit suum negotium Gallus, vt scribit. ait o, illum me animi consentia, quòd Phameam destituissem, de se suspicari. Quare [p] tibi hactenus mando, de illo nostro, siquid poteris, exquiras: de me ne quid labores. *Est bellum, aliquem libenter odisse: &, quemadmodum non omnibus ſeruire.* etsi meherculè, vt tu intelligis, magis mihi isti seruiunt, si obseruare, seruire est.

CICERO ATTICO, S. 48

ADMONITVS quibusdam tuis litteris, vt ad Cæsarem vberiores litteras mitterẽ [r], me legisse libros contra Catonem, & vehemẽter probasse: conscripsi de his ipsis libris epistolam Cæsari, quæ deferretur ad Dolabellã, sed

[a] *al.* argenti, præter prædia *vel* præterea prædia auctionem primo quoque tempore.* [b] *v.c. & I.* nec officiosiorem, nec nostri studiosiorem, faci è delig. *ita Bos.** [c] *v.c.* ad idus Sext. *I. fort.* a.d. V. idus Sext. [d] *v.c.* de sua vini curatione *ita Pantag.* in epulo scilicet Cæsaris quod daturus erat P. Romano de quo Suet. *fort.* de sua Lanuini curatione. [e] *al.* Lanuino, [f] *Bos.* tradidi ex eo hoc primum.* [g] *v.c. & I.* quo sxp. [h] Cretio quid esset & vti fieret scripsi. i. de Oratore.* [i] *Faer. & Bos.* liberam cretionem. *id est* à cernine occupatam.* [k] *v.c.* testibus præsentibus, sexaginta diebus. *Apt. Augusti.* testibus præsentib. diebus sexaginta duobus *Pantagath.* testibus frequentibus, sexaginta diebus.* P. CCXX. I *Bos* arcendus.* [m] *al.* à Tito, Hordeonio leg. [n] *v.c.* nihil nobis. L. nihil à nobis [o] *v.* illum mi [p] abs ted Agamemno & cet. tetigit aures nũtius vt sit versus integer Ennij aut veteris poetæ.* [q] ludeus ipsum Atticũ vocat Agamemnonem non Attici statorem.* [r] *v.c & I.* tetigit aureis nuntius, ext mpl instituta omisi, ea, q. in m. *Bos.* tetigit aures nuntius, ext mplo instituta omisi, ea.* [s] hæc vox delenda vt supervacanea.* [t] *al.* Pollice vt 14 *famil.* 6.* [u] *al.* postridie idum

[a] L. qui ies d. fid. rari, si opus esset o ni. si. f. p.

[b] L. est Babullius

[c] *v.c. & L.* tibi misi correctam: eò properaui, vt, [d] *v.c. & L.* legisse me. [e] Epistolæ initium Bursio.* [f] *v.c.* rure esse. [g] *Vide 7. famil. 24.** [h] *vide 7. famil. 24.** [i] meminit 7. famil.* [k] formula eorum qui se parato ad omnia ad tertius causa faciendã quã vetur & P. CCXXI. Plautus Aulularia.* [l] L. Sextio [m] Legis Pompeiæ iudiciariæ meminit Cicero in Bruto vbi dicit.* [n] L. Sextio [o] fortasse illum dicere me audiuisse. *Ern.* Quam rem, habemus tibi mãdo. [p] L. & quidem non omnibus dormire, sed non omnibus seruire. [q] *Bos* seruire. *add 7. famil. 24.* [r] *v.c. & I.* mittere institueram cùm mihi Balbus nuper in Lanuio dixisset, se, & Oppiũ scripsisse ad Cæsarẽ, me legisse libros contra Catonem, & vehemẽter probasse: conscripsi de his ipsis libris epistolam Cæsari, quæ deferretur ad Dolabellã, sed

sed eius exemplum misi ad Oppium, & Balbum: scripsíque ad eos, vt tum deferri ad Dolabellam iuberent meas litteras, si ipsi exemplum probassent. Ita mihi rescripserunt, nihil vmquam se legisse melius: epistolámque meã iussérũt dari Dolabellæ. Vestorius ad me scripsit, vt iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Hetereio cuidam fundum Brinnianum, vt ipse ei Puteolis rectè mancipio dare posset. eum seruum, si tibi videbitur, ad me mittes. Opinor enim ad [a]te etiam scripsisse Vestorium. De aduentu Cæsaris, idem, quod à te, mihi scriptum est ab Oppio, & Balbo. Miror te nihildum cum Tigellio, vel vt hoc ipsum, quantum acceperit, prorsus aueo scire: nec tamen flocci facio.

a *fort.* etiam ad te scrip.

CICERO ATTICO, S. 49

QVAERIS, quid cogitem de obuiam itione. Quid censes, nisi Alsium? & quidem ad Murenam de hospitio scripseram: sed [b] opinor cum Matio profectum. Sallustius igitur vrgebitur. Scripto iam superiore versiculo, Eros mihi dixit, sibi Murenam liberalissimè respondisse. Eo igitur vtamur. nam Silius cui citras [c] non habet. Dida autem, opinor, hospitibus totam villam concessit. ad [d] Cæsarem quam misi epistolam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere: nec id fuit, quod suspicaris, vt [e] me puderet tui. Næ ridiculè Micillus [f]. Nec meherculè scripsi aliter, ac si παρὸς ἴσον, ὁμοίῳ τε scriberem. bene enim existimo de illis libris, vt tibi corám. Itaque scripsi & ἀκολαζόντως, & tamen sic, vt nihil eum existimem lecturum libentiús. De Attica nunc demum mihi est exploratum. Itaque ei de integro gratulare. Tigellium totum mihi, & quidem quamprimùm. nam pendeo animi. Narrabo g tibi. Q. cras: sed ad me, an ad te, nescio. mihi [h] scripsit, Romam VIII. kalen. sed misi, qui inuitaret. etsi herclè iam Romam veniendum est, ne ille antè aduolet.

b *fort.* sed opinor cum M.

c *v.c. & I.* Cæsar cui citras

d *in rium epistolæ Bo.*

e *vt me pudet tui. me pudet culè Micillus.* f *al.* Mefellius. *Bos.* Id est Micillus vide. Nam Dores μίκκος vocabant testiculos.*

g *v.c. & I.* Narro tibi.

h *v.c.* mi scripsit.

CICERO ATTICO, S. 50

OHOSPITEM [i] mihi tam grauem ἀμεταμέλητον. fuit enim periucũdé. Sed cùm secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venissẽt, villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret: quippe hominum CIↃ CIↃ. Sanè sum commotus, quid futurum esset postridie: ac mihi Barba Cassius subuenit: custodes dedit. Castra in agro. villa defensa est. Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad H. VII. nec quemquam admisit. rationes, opinor, cum Balbo. Inde ambulauit in litore. Post [k] H. VIII. in balneũ, tũ audiuit. De Mamurra non [l] mutauit, vnctus est, accubuit, ἐμπικλῶ agebat [m]. Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucundè: opiparè sanè, & apparatè: nec id solùm, sed bene cocto [n], & condito, sermone bono, &, si quæris, libenter. Prætereà tribus triclinijs accepti οἱ πᾶσι αὐτὸν, valde copiosé. Libertis minùs lautis, seruísque nihil defuit. nam lautiores eleganter accepti [o]. Quid multa? Homines visi sumus. hospes tamen non is, cui diceres: amabo te, eódem [p] ad me cùm reuertere. semel satis est. πανυδαίμονα ἀδεῖν in sermone: φιλόλογα multa. quid quæris? delectatus est, & libenter fuit. Puteolis se aiebat vnum diem fore, alterum ad Baias. Habes hospitium, siue ὑποσκιμμία [q]: odiosam [r] mihi duxi, non molestam. Ego paullisper hîc, deinde in Tusculanum. Dolabellæ villam cùm præteriret, omnis armatorum copia, dextra, sinistra [s], ad equum: nec vsquam alibi. Hoc ex Nacia. Vale.

i *sic v.c. al.* Hospitem mihi tam gr. P. CCXXII.

k *v.c. & I.* Post H. VIII. in balneum audiuit de Mamurra, vultum non mutauit

l *Bos.* vultum non mutauit.*

m *al.* egerat.*

n *Panta-j gath.* cocto, condítoque pauone, bono. & singulari accep-n-fere,

o *v.c.* accepi.

p *al.* eandé.*

q *al.* ὀπισθομείαν.

r *fort.* quam odiosam, m. duxi,

s meminit 9. famil. 10.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER XIIII.

CICERO ATTICO, S. 1

DIVERTI [a] ad illum, de quo tecũ manè. nihil perditius: explicari rem non posse. etenim si ille tali ingenio exitum non reperiebat, quis nunc reperiet? Quid quæris? Periisse omnia aiebat. quod haud scio an ita sit. verùm [b] ille gaudens: affirmátque [c] minùs diebus XX. tumultum Gallicum. In sermonem se post Id. Mart. præterquàm Lepidi [d], venisse nemini. ad summam nõ posse istæc sic abire. O prudentem Oppium! qui nihilominùs illum desiderat, sed loquitur nihil, quod quemquæso, quidquid noui (multa autẽ exspecto) scribere ne pigrere. in his, de Sexto. satísne cert tum: maximè autẽ de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem diuerti [e]. Cæsarem solitum dicere, MAGNI REFERT, HIC QVID VELIT: SED [f] QVIDQVID VVLT, VALDE VVLT. ídque eum animaduertisse, cùm pro Deiotaro Niceæ dixerit [g], valde vehementer eum, & liberè dicere: atque etiam (vt enim quidque succurrit, libet scribere) proximè cũ Sestijh rogatu apud eum fuissem, exspectarémque sedens, quoad vocarer, dixisse eum, EGO DVBITEM, QVIN SVMMO IN ODIO SIM, CVM M. CICERO SEDEAT, NEC SVO COMMODO ME CONVENIRE POSSIT? ATQVI, SI QVISQVAM EST FACILIS, HIC EST: TAMEN NON DVBITO, QVIN ME MALE ODERIT. Hæc & eiusmodi multa. Sed ad propositum. quidquid erit non modò magnum, sed etiam paruum scribes. equidem nihil intermittam.

a *Tul. vt* DIVERTI

b *fort.* ille

c *v.c.* affirmabat

d *fort.* Lepidi. *Bos.* Lepidi. *al.* venisse nemini. ad summam nõ posse istæc sic abire. O prudentem Oppium! qui nihilominùs illum desiderat, sed loquitur nihil, quod quemquæso, quidquid noui (multa autẽ exspecto) scribere ne pigrere. in his, de Sexto. satísne certum: maximè autẽ de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem diuerti

e *al.* diuerti,

f *v.c.* SED QVIDQVID VOLET, VALDE VOLET *Bos.* Quidquid vult, ualde vult.* g *al.* dicerer.*

h P. CCXXIII. L. Sextij

CICERO ATTICO, S. 2

DVAS à te accepi epistolas heri. ex priore theatrum, Publiliúmque [a] cognoui: bona signa consentientis multitudinis. plausus [b] verò L. Cassio datus, etiam facetus mihi quidem visus est. Altera epistola, de Madaro [c] scripta: apud quem nullum σταλάκωμα [d], vt putas [e] processi enim, sed minùs diu: sermone enim sum retentus. Quod autem ad te scripseram, obscurè fortasse, id eiusmodi est. Aiebat Cæsarem secum, quo tempore Sestij [f] rogatu veni ad eum, cùm exspectarem sedens dixisse: EGO NVNC TAM SIM STVLTVS, vt hunc ipsum, facilem hominem, putem mihi esse amicum: cùm tamdiu sedẽs meum commodum exspectet? Habes igitur φαλάκρωμα inimicissimum otij, id est, Bruti. In Tusculanum hodie: Lanuuij cras. inde Asturę cogitabam. Piliæ paratum est hospitium: sed vellẽ Atticam. Verùm tibi ignosco: quarum vtrique salutem.

a v.c. Publiúmque
b 12. familiar. 2.*
c id est Marcio cuius calumnies, notatur.*
d v.c. φαλάκρωμα, L. σταλάκωνα.† vide hic Bosium.*
e q.v.c. putat, processit enim, L. processi enim: sed minus diu eius sermone sum r. f. L. Sextij
f Exer. Trãquillæ tuæ quidem litteræ.*

CICERO ATTICO, S. 3

TRANQVILLAE [g] quidẽ tuæ litteræ: quod vtinam diutiùs: nam Matius posse negabat. Ecce autem structores nostri, ad frumentum profecti, cùm inanes rediissent [h], rumorem afferunt magnum, Romæ domum ad Antonium frumentum omne portari. παυικόν certé. scripsisses enim. Corumbus Balbi, nullus adhuc, & mihi notum nomen. Bellus enim esse dicitur architectus. Ad obsignandum tu adhibitus non sine causa videris. volunt enim nos ita putare. nescio cur non animo quoque sentiant. Sed quid hæc ad nos? odorare tamen Antonij διάθεσιν. quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere, quàm quidquam mali cogitare. Tu siquid pragmaticon habes, scribe. sin minùs, populi ὄπσωμασίαν, & mimorum dicta, perscribito. Piliæ, & Atticæ salutem.

g P. B.
h v.c. rediissent.

CICERO ATTICO, S. 4

NVNC [i] quid putas me Lanuuij? At ego te istic quotidie aliquid noui suspicor. tument negotia. Nam cùm Matius, quid censes ceteros? equidem doleo, quod numquam in vlla ciuitate accidit, non vnà cum libertate remp. recuperatam. Horrible est, quæ loquãtur, quæ minitentur. ac vereor Gallica etiam bella, ipse Sextus quò euadat. sed omnia licet concurrant. Idus Martiæ consolantur. Nostri autem ἤφεσις, quod per [k] se ipsos cõfici potuit, gloriosissimè, & magnificentissimè confecerunt. Reliquæ res, opes, & copias desiderant: quas nullas habemus. Hæc ego ad te, vt, siquid noui (nam quotidie aliquid exspecto) confestim ad me: &, si noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti litterulas. equidem non committam.

i fort. Nam quid p. ‖al. Num quid.*
k v. c. & L. per ipsos

CICERO ATTICO, S. 5

SPERO tibi iam esse vt volumus, quoniam [l] quidem ἐσίγησας [m], quàm leuiter commotus esses. sed tamen velim scire, quid agas. Signa bella, quòd Caluena molestè fert, se suspectum esse Bruto. Illa signa non bona. si cũ signis legiones veniũt è Gallia. Quid tu illas putas, quæ fuerunt in Hispania? nónne idem postulaturas? Quid [n] eas, quas Antonius trãsportauit? Caniniũ voluit: sed μνημονικὸν ἁμάρτημα. ab [o] aleatore φυρμὸς πολύς. Nam ista quidem Cæsaris libertorum coniuratio facilè opprimeretur, si recta saperet Antonius. Meam stul-

l I. quoniã quidem ἡσύχασας cùm leuiter commot.
m Bos. ἡσύχασας P. CCXXIII. cibo abstinui se.*
n v.c. Quid quas Annius
o v.c. & L. à balneatore φυρμὸς πολύς. ‖ita Bos. Antonium autem perstringit epulis ac cupatum.*

tam verecundiam, qui [a] legari noluerim auctores præclaros, ne deserere viderer hunc rerum tumorem! cui certè si possem mederi, deesse [b] non deberem. sed vides magistratus, si quidem magistratus illi sunt: vides tamen tyranni satellites in imperiis, vides eiusdem exercitus, vides in latere veteranos: quæ sunt θρίπτα [c]. Eos autem, qui orbis terræ custodiis non [d] modò sæpti, verùm etiam magni [e] esse debebant, tantummodò laudari, atque samaratari, sed parietibus contineri, atque illi quoquo modo beati, ciuitas misera. Sed velim scire, quid aduentus Octauij: num qui concursus ad eum, num quæ νεωτερισμὸς suspicio. Non puto equidẽ: sed tamen, quidquid est, scire cupio. Hęc scripsi ad te proficiscẽs Asturã, III. Id.

a v.c. & L. qui legari noluerim
b v.c. & L. deesse
c v.c. & L. θρίπτα, Eos omnia, Id ethnon modo non.*
d Bos. vagi esse, ea vero vagi: & magis.*
e Bos. tum non id est non tum non.*
f v.c. adaugua.*
g v.c. III. Id.

CICERO ATTICO, S. 9

PRID. Id. Fundis accepi tuas litteras cœnãs. primùm igitur melius esse: deinde meliora te nuntiare. odiosa illa enim fuerant, legiones venire. Nam de Octauio, susque, deque exspecto quid de Mario: quem quidem ego sublatum rebar à Cæsare. Antonij colloquiũ cum Heroibus nostris, pro re nata non incõmodum. sed tamen adhuc me nihil delectat, præter Idus Mart. Nam quoniam Fundis sum cum Ligure nostro: discrucior, Sextulij fundũ à verberone Curtilio p ossideri: quod cùm dico, de toto genere dico. Quid enim miserius, quàm ea nos tueri, propter quæ illum oderamus? Etiámne COSS. & tribunos pl. in biennium, quos ille voluit? nullo modo reperio, quemadmodũ possim πολιτεύεσθαι. nihil enim tam σὺλοικον, quàm τυραννοκτόνους in cælo esse, tyranni facta defendi. sed vides COSS. vides reliquos magistratus, si isti magistratus: vides languorem bonorum. exsultant lætitia in municipiis. dici enim non potest, quantopere i gaudeant, vt ad me concurrant, vt audire cupiant verba mea. k de re. nec vlla interea decreta. Sic enim πεπολιτεύμεθα, vt victos metueremus. Hæc ad te scripsi, apposita secunda mensa. Plura, & πολιτικώτερα postea: & tu, quid agas, quídque agatur.

p Vet. ago Βοήχων id est certamen partium* q Bos. for. cetis ‖ id est inuitoribus nostris. hoc est Pompeiano & Cæsariano

CICERO ATTICO, S. 7

POSTRIDIE Id. Paullum Caietæ l vidi. Is mihi de Mario, & de rep. alia quędam fane pessima: à te scilicet nihil. nemo enim meorum. Sed Brutum nostrum audio visum sub Lanuuio, vbi tandem est futurus? nã cùm reliqua, tum de hoc scire aueo omnia. Egom è Formiano exiẽs XVII. Kal. vt inde altero die in Puteolanum, scripsi hæc. A Cicerone mihi litteræ sanè πεπυκνωμὲναι [n], & benè longæ. Cetera autem vel fingi possunt: πῦρ & litterarum significat doctiorem. Nunc magnopere à te peto, de quo sum nuper tecum locutus, vt videas, nequid ei desit. Id cùm ad officiũ nostrum pertinet, tum ad existimationem, & dignitatem: quod idem intellexi tibi videri o mnino. Si ergo p est, volo mẽse Quinctili in Græciã. sunt omnia faciliora: sed, cùm sint ea tẽpora, vt certi nihil esse possit, quid honestũ mihi sit, quid liceat, quid expediat: quçio da operã, vt illum quàm honestissimè, copiosissimèque tueamur. Hæc, & cetera, quæ ad nos pertinebunt, vt soles, cogitabis: ad méque aut quod ad rem pertineat: aut, si nihil erit, *quod in buccam venerit*, scribes.

l P. CXXV.
m v.c. quam to opere g. k Bos. mea ea de re. *
l v.c. in Cæsarem. ictano. ‖ Bos. in Cæsarem vt id est ille. La mea quam in Cæsarem habeo.*
m al. Nunc ego ἐξ ἐ
n L. σπεπυκνωμένη, P. B.
o v.c. videri. Omnino hi ergo ‖ volo mense Quinctili in Græciam. sunt omnia faciliora. sed, cùm sint ea tempora, vt certi nihil esse possit, quod honestum mihi sit, quod liceat, quod expediat, quæ sollicitudo. v.c. videri. Omnino ego volo me se Quinctili in Græciam. sunt omnia faciliora. sed, cùm sint ea P. CXXV. tempora, vt certi nihil esse possit, quid honestũ mihi sit, quid liceat, quid expediat, quæ sollicitudo operam

p Vet. ago Βοήχων id est certamen partium* q Bos. for. cetis ‖ id est inuitoribus nostris. hoc est Pompeiano & Cæsariano

diuersoriolo [a] Sinuessano tuas litteras. De Mario, [b] probè: etsi doleo, L. Crassi nepotem, optimè, tam etiam Bruto nostro probari Antonium. Nam quòd Cluuiam [c] scribis moderatè, & amicè scriptas litteras attulisse, mihi Paullus dedit ad se à fratre missas: quibus in extremis erat, sibi insidias fieri, se id certis auctoribus comperisse. hoc nec mihi placebat, & multò illi minùs. Reginæ fuga mihi non molesta. sed Clodia quid egerit, scribas ad me velim. De Byzantiis, curabis, vt cetera: & Pelopem ad te arcesse [d]. Ego, vt postulas, Baiana negotia, chorúmque illum, de quo scire vis, cùm perspexero, tum scribam. ne quid ignores. Quid Galli, quid Hispani, quid Sextus agat, vehementer exspecto. Ea scilicet tu declarabis, qui cetera. Nauseolam tibi tum causam otij dedisse facilè patiebar: videbar enim mihi legenti tuas litteras requiescere paullisper. De Bruto semper ad me omnia perscribito, vbi sit, quid cogitet: quem quidem ego spero iam tutò vel solum tota vrbe vagari posse. Ve tumtamen de rep.

a g. v.c. de suo diuersoriolo
b hoc est Pseudo Mario, qui ab Antonio interfectus.*
c L. Iuniam

CICERO ATTICO, S. 9

MVLTA cognoui ex tuis litteris: quas quidem multiiugeis [e] accepi vno tempore à Vestorij liberto. Ad ea autem, quæ requiris, breui respondebo. Primùm vehementer me Cluuiana delectant. sed, quòd quæris, quid arcessierim Chrysippum [f], tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. itaque nõ solùm inquilini, sed mures etiam migrauerunt. Hanc ceteri calamitatem vocant: ego ne incommodum quidem. O Socrates, & Socratici viri! numquam vobis gratiam referam. Dij immortales, quàm mihi ista pro nihilo! sed tamen ea ratio ædificandi initur, consiliario qui dem, & auctore Vestorio, vt hoc damnũ, quæstuosum sit. Hic turba magna est, erítque, vt audio, maior. Duo quidem quasi design. coss. O Dij boni, viuit tyrannis: tyrannus ócciditur? eius interfecti morte lætamur, cuius facta defendimus? itaque quàm seuerè nos M [g]. Curtius accusat? vt pudeat viuere: neque iniuria. nam mori millies præstitit, quàm hæc pati: quæ mihi videntur habitura etiam vetustatẽ, & Balbus hîc est, multúmque mecum: ad quẽ à Vetere litteræ datæ prid. Kal. Ian, cùm à se Cæcilius circumsideretur [h], & iam teneretur: venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum: ità sibi esse eum ereptum, multis suis amissis, in qua re accusat Volcatium. ita mihi videtur bellum illud instare. sed Dolabella, & Nicias viderint. idem Balbus meliora de Gallia. XI. die litteras habebat: Germanos, illásque nationes, re audita, de Cæsare, legatos misisse ad Aurelium, qui est præpositus ab Hirtio, se, quod imperatum esset, esse facturos. Quid quæris? omnia plena pacis, aliter, ac mihi Caluena dixerat.

e v.c. multis litteris
f architecto Suetonii. 14.*
g B.
h L. & v.c. M. Curium
i v.c. circumsederetur.

CICERO ATTICO, S. 10

ITANE verò? hoc meus, & tuus Brutus egit, vt Lanuuij esset? vt Trebonius itineribus deuiis proficisceretur in prouinciã? vt omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Cæsaris plus valerent, quàm si ipse viueret? Meminisse clamare? illo ipso primo Capitolino die, senatum in Capitolium à prætoribus vocari? Dij immortales, quæ tum opera effici potuerunt, lætantibus omnibus bonis, etiam sat bonis, fractis latronibus? Liberalia tu accusas. Quid fieri tum potuit? Iampridem perieramus. Meminisse te clamare, causam periisse si funere elatus esset? At ille etiam in foro combustus, laudatúsque miserabiliter: seruíque, & egentes in tecta nostra cum fascibus [a] immissi. Quæ deinde? vt audeant dicere, TVNE CONTRA CAESARIS NVTVM? Hæc, & alia ferre non possum. itaque γλῶ [b] πρὸ χῆς cogito. Tua tamen, ἀπλωσίαν & nausea, iámne planè abiit? mihi quidem ex tuis litteris coniectanti [c] ita videbatur. Redeo ad [d] te Bassos [e], Scæuas [f], Francones [g] hos tu existimas considere se illa habituros stantibus nobis, in quibus plus virtutis putarunt, quàm experti sunt? pacis isti scilicet amatores, & non latrocinij auctores? At ego cùm tibi de Curtilio scripsi, Sexstulianóque fundo, scripsi de Censorino, de Messalla, de Planco, de Postumio, de genere toto. melius fuit periisse illo interfecto quod numquam accidisset, quàm hæc videre. Octauius Neapolim venit XIIII. kal. ibi eum Balbus manè prostridie, eodémque die mecũ in Cumano, illum hereditatem aditurũ. Sed, vt scribis, ὀηξόθυμον [h] magnam cum Antonio. Buthrotia mihi tua res, est, vt debet, erítque curæ. Quid i quæris? Iámne ad centena Cluuianum aduentare videtur? Sed primo anno, LXXX. deterrimus [k]. Q. pater ad me grauia de filio: maximè quòd matri nunc indulgeat, cui anteà bene merenti fuerit inimicus. ardenteis in eum litteras ad me misit. ille autem quid agat, si scis, neque dum Roma ex profectus, scribas ad me velim: & herculè, si quid aliud. vehementer delector tuis litteris. Vale.

a L. facibus
b tu apud AEschylum γλῶ πρὸ χῆς ἐλάκομαι. *
c al. tum lætanti se al. tum lætantem.*
d v.c. & L. ad Tebassos. Scæuas, Frãgones.
e nomina veteranorũ qui Cæsaris largitione Pompeij bona possidebant.*
f centurio fuit Plutarchus in Cæsare Flor. 4.*
g al. Frangones. Fango videtur dici à Dione 48.*
h ita Victor.* v.c. & ἐ. ῥιζόθυμον ‖ al. ὀηζίθυμον Bos. ῥιζόθυμον id est litem decidendam inter Octauiũ & Antonium de bonis Cæsaris.*
i L. Quid quæris iamne ad centena Cluuianum aduentare videtur. P. B.
k id est deminuimus.*
l v.c. & L. mehercule
m L. CIVI.
n v.c. & L. sed non sine inuidia, ne sine periculo quidem ‖ ita quoque Bos.*

CICERO ATTICO, S. 11

NVNC VERTITVR dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea, quæ proximè. velim mehercule! Asturę Brutus. ἀπολαύειαν istorum scribis. an cẽsebas aliter? Equidem etiam maiora exspecto: cùm equidem concionem lego, DE TANTO VIRO, DE CLARISSIMO CIVE [m]: ferre non queo. etsi ista iam ad risum: sed memento: sic alitur consuetudo perditarum concionũ, vt nostri illi non Heroes, sed dij, futuri quidem in gloria sempiterna sint, sed [n] non sine periculo quidem. Verùm illis magna consolatio, conscientia maximi, & clarissimi facti: nobis quæ? qui interfecto rege liberi nõ sumus? Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. De Cicerone quæ scribis, iucunda mihi sunt: velim sint prospera. Quòd verò curæ tibi est, vt ei suppeditetur ad vsum, & cultũ copiosè: per mihi gratũ est: idque vt facias, te etiam rogo. De Buthrotiis, & tu rectè cogitas, & ego non dimitto istã curam. suscipiam omnem etiam actionem: quã video quotidie faciliorem. De Cluuiano, quoniam in re mea meipsum diligentia vincis, res ad centena perducitur. Ruina rem non fecit deteriorem: haud scio an [o] iam fructuosiorem. Hîc mecum Balbus, Hirtius, Pansa: modò venit Octauius, & quidem in proximam villã Philippi, mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie apud me, cras manè vadit. Vale.

k L. & v.c. M. Curium
l v.c. circumsederetur.
m L. CIVI.
n v.c. & L. sed non sine inuidia, ne sine periculo quidem ‖ ita quoque Bos.*
o al. an etiã fr. P.CCXXVII

CICERO ATTICO, S. 12

OMI Attice, vereor, nobis Id. Martiæ nihil dederint, præter lætitiam, & odij pœnam [p], ac doloris. Quæ mihi istinc [q] afferuntur? Quæ hîc video? ὦ πρέξεως κλῆς μὲν, ἀπε-

p v.c. plenam ‖ ita Victor.*
q L. & v.c. missa

λῶς δέ. scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam, honestam iudicem. multa illis Cæsar, neque me inuito. etsi Latinitas erat non ferenda. verumtamen. ecce autem Antonius, accepta [a] grandi pecunia, fixit legem, à dictatore comitiis latâ, qua Siculi, ciues Romani: cuius rei vino illo mentio nulla. Quid? Deiotari nostri causa nõ similis? Dignus ille quidem omni regno: sed non per Fuluiam. Sexcenta similia. Verùm [b] illuc refero. tam claram, támque testatam rem, támque iustam, Buthrotiam non tenebimus aliqua ex parte? & eò quidem magis, quò ista plura. Nobiscum hic perhonorificè, & amicè Octauius: quem quidem sui Cęsarem salutabant. Philippus nõ: itaque ne nos quidem. quem nego posse bonũ ciuem, ita multi circumstant, qui quidem nostris mortem minitantur. negat [c] hæc ferri posse. Quid censes, cùm Romam puer venerit, vbi nostri liberatores tuti esse non possunt? Qui quidem semper erunt clari, conscientia verò facti sui etiam beati: sed nos (nisi me fallit) iacebimus. Itaque exire aueo, vbi nec Pelopidarum, inquit. Haud amo vel hos designatos, qui etiam declamare me coegerunt, vt ne apud aquas quidem acquiescere liceret: sed hoc meæ nimiæ facilitatis. Nam id erat quõdam quasi necesse: nunc, quoquomodo se res habet, non [d] est item, quam dudum. Nihil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen, non [e] vt delectem his litteris, sed vt eliciam tuas. Tu, si quid erit, de cereris. de Bruto vtique, quidquid erit. Hæc conscripsi x. Kalen. accubans apud Vestorium. hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

a vide 12. epistol. famil. 1.*

b al. verum me illuc

c v. c. negãt hæc fieri posse L. negant hæc ferri posse. ‖ B. S. Negare hæc ferri posse id est Negãsne.*

P. B. d fort. non est tã, quàm d.

e sic v. c. fort. non vt te delectem his litt. fort. non vt te delectem meis litt.

CICERO ATTICO, S. 13

SEPTIMO denique die litteræ mihi redditæ sunt, quæ erant à te XIII. kalend. datæ: quibus quæris, atque etiam meipsum nescire arbitraris, vtrùm magis tumulis, prospectúque, an ambulatione ἀλιτινεῖ delecter. Est mehercule, vt dicis, vtriusque loci tanta amœnitas, vt dubitem vtra anteponenda sit:

Αλλ' ἤ σφωϊτερον πειρήτου ἔργα μέτεισιν,
Αλλὰ λίλω μέγα πῆμα διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
Δείδμεν, ἐν δοιῇ ἕ στείσεται μῦθ, ἢ ὀπιτλέσσῃ.

Quamuis enim tu magna, & mihi iucunda scripseris de D. Bruti aduentu [g] ad suas legiones [h], in quo spem maximam video: tamen, si est bellum ciuile futurum (quod certè erit si Sextus in armis permanebit, quem permãfurum esse certò [i] scio) quid nobis faciendum [k] est, ignoro. neque enim iam licebit, quod Cęsaris bello licuit, neque huc, neque illuc, quęcumque enim hæc pars perditorum lætatum morte Cæsaris putabit (lætitiam autẽ apertissimè tulimus omnes) hunc in hostium numero habebit: quæ res ad cædem maximam spectat. Restat, vt in castra Sexti, aut, si fortè, Bruti nos cõferamus. Res odiosa, & aliena nostris ætatibus, & incerto exitu belli. & nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere,

Τέκνον [l] ἐμὸν, ἢ τοι δὲ ὀτραλὸ πολεμήια ἔργα,
Αλλὰ σὺ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

Sed hæc fors viderit, ea, quæ talibus in rebus plus quàm ratio potest. Nos autem id videamus, quod in nobis ipsis esse debet, vt, quidquid acciderit, fortiter & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimus: nósque cùm multùm litteræ, tum non minimùm Idus quoque Martiæ consolentur. Suscipe nunc meam deliberationẽ, qua sollicitor: ita multa veniunt in mentem in vtramque partem. Proficiscor [a], vt constitueram, legatus in Græciam [b]. cædis impendentis periculum nonnihil vitare videor: sed casurus in aliquã vituperationem, quòd reipub. defuerim tam graui tempore, sinautem mansero [c]: equidem video in discrimine: sed accidere posse suspicor, vt prodesse possim reip. Iam illa consilia, priuata sunt, quòd sentio valde esse vtile ad confirmationem Ciceronis, me illuc venire: nec alia causa profectionis mihi vlla fuit tũ, cùm consilium cepi, legari ab Cæsare. Tota igitur hac de re, vt soles: si quid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nunc ad epistolã tuam. Scribis enim, esse rumores, me, adlacum quod habeo, venditurum: minusculam verò villam vtique Quincto traditurum vel impẽso [d] pretio, quò introducatur, vt tibi Q. F. dixerit, dotata Aquillia. Ego verò de venditione nihil cogito, nisi quid, quod magis me delectet, inuenero. Quinctus autem de emẽdo nihil curat hoc tempore. satis enim torquetur debitione dotis: in qua mirificas [e] Q. Egnatio gratias agit. A. ducenda autem vxore sic abhorret, vt quidquam libero lectulo neget esse iucũdius. Sed hæc quoque hactenus. redeo enim ad miseram, seu nullam potiùs remp. M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sex. Clodij: quàm honorificè, quod ad me attinet, ex ipsius litteris cognosces (misi enim tibi exemplum) quàm dissolutè, quàm turpiter, quámque ita perniciosè: vt nõnumquam Cæsar desiderandus esse videatur, facilè existimabis. Quæ enim Cæsar numquam neque feciſſet, neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentariis proferuntur. Ego autem Antonio facillimum me præbui. etenim ille quoniam semel induxit animum, sibi licere quod vellet, fecisset nihilominùs, me inuito. Itaque mearum quoque litterarum misi tibi exemplum.

a fort. si proficiscor, vt constit. leg. in Græciam: cædis &c.

b al. Græciam*

c v. c. & L. manserò. fore me quidẽ video in discr. al. fore rem quidem video in discrimine.*

d id est magno ita Cæsar loquutus 4. belli Gallici.*

e L. mirificas Egnatio gr. ‖ sic v. c. al. mirificas L. Egnatio

P. B.

ANTONIVS COS S. D. M. CICERONI, 14.

OCCVPATIONIBVS est factum meis, & subita tua profectione, ne tecũ coràm de hac re agerem. quam ob causam vereor [f], ne absentia mea leuior sit apud te. quòd si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo. A Cæsare petij, vt Sex. Clodium restitueret. impetraui. Erat mihi in animo etiam tum sic vti beneficio eius, si tu concessisses. quo magis laboro, vt tua voluntate id per me facere nunc liceat. Quòd si duriorem te eius miseræ, & afflictæ fortunæ præbes: non contendam ego aduersus te, quamquam videor debere tueri commentarium [g] Cæsaris. Sed mehercule, si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem profectò te præbebis: & voles, P. Clodium in [h] optima spe puerum repositum, existimare, non te infectatum esse, cùm potueris, amicos paternos. Pátere, obsecro te, pro reverideri gessisse simultatem cum patre eius. non contemseris hanc familiam, honestiùs enim, & libentiùs deponimus inimicitias reip. nomine susceptas, quàm contumacias. Me deinde fine ad hanc opinionem iam nunc diri gere puerum, & tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias quam

f al. non vereor. Sed ita egi.*

g id est commentarium Cæsaris quibus Antonius videbatur dare auctoritatem ad arbitrium suũ. v. c. L.

h v. c. L. optima in spe puerum

Homeri versus Iliad. λ.*

g in Galliã citeriorem.* h tres Appiam. 3.*

i v. c. certè k I. faciendum sit.

l Homerus Iliad. 3.* m γάμοιο apud Homerum ita legitur sed Cicero xxxvi. λόχοιο dixit vt inferret seruili personæ.*

quãquam tuã fortunam, Cicero, ab omni periculo abesse certum habeo: tamen arbitror malle te quietam senectutem, & honorificam potiùs agere, quàm sollicitam. Postremò, meo iure te hoc beneficium rogo. nihil enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum: vt intelligas, quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabiliorem præbeas. Vale.

CICERO ANTONIO COS. S. D. 15

QVOD mecum per litteras agis, vnam ob causam mallem egisses. Nõ enim solum ex oratione, sed etiã *ex vultu, & oculo, & fronte* (vt aiunt) meum erga te *amorem perspicere* potuisses. Nam cùm te semper amaui, primùm tuo studio, pòst etiam beneficio prouocatus, tum his temporibus respub. te mihi ita commẽdauit, vt cariorem habeam neminem. Litteræ verò tuæ tum [a] amantissimè, tum honorificentissimè scriptæ, sic me affecerunt, vt non dare tibi beneficium viderer, sed accipere à te, ita petente, vt inimicum meum, necessariũ tuum, me inuito seruare nolles, cùm id nullo negotio facere posses. Ego verò tibi isthuc, mi Antoni, remitto: atque ita, vt me à te, cùm his verbis scripseris, liberalissimè atque honorificentissimè tractatum existimem. Idque cùm totum, quoquomodo se res haberet, tibi dandum putarem, tum do etiam humanitati, & naturæ meæ. nihil enim vmquam non modò acerbum in me fuit, sed ne paullò quidem tristius, aut seuerius, quàm necessitas reip. postulauit. Accedit, vt ne in ipsum quidẽ Clodium, meum insigne ódium fuerit vmquam: sempérque ita statui, non esse insectãdos inimicorum amicos, præsertim humiliores, nec his præsidiis nosmetipsos esse spoliãdos. Nã de puero Clodio tuas parteis [b] esse arbitror, vt eius animum tenerum (quemadmodum scribis) his opinionibus imbuas, vt ne quas inimicitias residêre in familiis nostris arbitretur. Cõtendi cum P. Clodio, cùm ego publicam causam, ille suam defenderet: nostras concertationes [c] resp. diiudicauit. si viueret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. Quare, quoniam hoc à me sic petis, vt, quæ tua potestas est, ea neges, te, me inuito, vsurum: puero quoque hoc à me dabis, si tibi videbitur: non quò aut ætas nostra ab illius ætate quidquam debeat periculi suspicari, aut dignitas mea vllã contentionẽ extimescat: sed vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus. interpellãtibus enim his inimicitiis, animus tuus mihi [d] magis patuit, quàm domus. sed hæc hactenus. illud extremum. Ego, quę te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, semper sine vlla dubitatione, summo studio, faciam. hoc velim tibi penitus persuadeas.

CICERO ATTICO, S. 16

LITERAE [e] dum eadem ista [f] mihi. Coronatus [g] Quinctus noster Parilibus [h]? Parilibus? sodem. Sed scire cupio, qui fuerint alij: quamquã satis scio, nisi improbum neminem. Explanabis k igitur hoc diligentiùs. Ego autem casu cùm dedissem ad te litteras VI. Kal. satis multis verbis, tribus ferè horis pòst accepi tuas, & magni quidem ponderis. Itaque ioca tua plena facetiarum de hæresi Vestoriana [a] & Pherionum more Puteolano risisse me satis, nihil est necesse rescribere. πολιτικώτερα illa videar. Ita Brutos, Cassiúmque defendis, quos eos ego reprehendam: quos satis laudare non possum. Rerum ego vitia collegi, non hominum. *Sublato enim tyranno* [c], *tyrannida manere video.* Nam quæ ille facturus non fuit, ea fient, vt de Clodio: de quo mihi exploratum est, illum non modò non facturum, sed etiam ne passurum quidem fuisse. Sequetur Rufio [d] Vestorianus, victor [e], numquam scripsi: ceteri, quis non? cui seruire ipsi non potuimus, eius libellis paremus. Nam Liberalibus quis potuit in senatum non venire? Fac id potuisse aliquo modo: num etiam cùm venissemus, liberè potuimus sententiam dicere? nónne omni ratione veterani, qui armati aderãt, cùm præsidij nos nihil haberemus, defendendi fuerũt? Illam [f] sessionem Capitolinam mihi non placuisse tu testis es. Quid ergo? ista culpa Brutorum? Minimè illorum quidem, sed aliorum Brutorum [f], qui se cautos ac sapienteis [g] putant: quibus satis fuit lętari, nonnullis etiam gratulari, nullis permanere. Sed præterita omittamus: istos omni cura, præsidióque tueamur: &, quemadmodum tu præcipis, contenti Idibus Martiis simus. Quæ quidé nostris amicis, diuinis viris, aditum ad cælum dederunt, libertatem populo Rom. non dederunt. Recordare tua. nónne meministi clamare te, omnia periisse sibille funere elatus esset? Sapiẽter id quidem. itaque ex eo quæ manarint, videbis. Quæ scribis Kal. Iunijs Antonium de prouinciis relaturum, vt & ipse Gallias habeat, & vtrisque dies prorogetur: licebítne decerni liberè? si licuerit: libertatem esse recuperatam lętabor. si nõ licuerit: quid mihi attulerit ista domini mutatio, præter lætitiã, quam oculis cepi iusto interitu tyranni? Rapinas scribis adi Opis fieri: quas nos quoque tum videbamus. Ne nos & liberati ab egregiis viris, nec liberi fumus. ita laus illorum est, culpa nostra. Et hortaris me, vt historias scribam, vt colligam tãta eorum scelera, à quibus etiam nunc obsidemur. Poteróne eos ipsos non laudare, qui te obsignatorẽ adhibuerunt? Nec mehercule me rauduſculum [l] mouet: sed homines beneuolos [m], qualescumque sunt, graue est inæqui contumelia. Sed de omnibus? meis consiliis, vt scribis, existimo exploratiùs nos ad kal. Iun. statuere posse: ad quas adero, & omni ope, atque opera enitar, adiuuante me scilicet auctoritate tua, & gratia, & summa æquitate causę, vt de Buthrotiis, s. c. quale scribis, fiat. Quod me cogitare iubes, cogitabo equidem: essi tibi dederam superiore epistola cogitandum. Tu autem, quasi iam recuperata rep. vicinis tuis Massilienſibus sua reddis. Hæc armis (quæ quàm firma habeamus, ignoro) restitui fortasse possunt, auctoritate nõ possunt.

CICERO ATTICO, S. 17

EPISTOLA breuis, quæ postea à te scripta est, sanè mihi fuit iucũda, de Bruti ad Antoniũ, & de eiusdem ad te litteris. posse videntur esse meliora, quàm adhuc fuerint: sed nobis, vbi simus, & quò iã nunc nos cõferamus, prouidendum est. O mirificum Dolabellam meum! iam enim dico meum. anteà (crede mihi) subdubitabam. Magnam αἰαθάρητον res

a *v.c.* Vestoriana, & de Ph. Vestorius peritior pecuniæ numerandæ quàm disputationum.*
P. CCXXX.
b Bos. & de Phario nummo re Puteolano vide hic Bosium.*
c fic 12. famil. 1. non regno sed rege liberati videmur.*
d *v.c.* Rufo e L. Victor num. q. scr.
f Id est qui verè sunt Bruti & stupidi.*
g *v.c.* sapientis
k adde 1. Lactant. 15.*
P. B. i ædẽ *vide Philip.* 2.*
k *v.c.* Nec nos lib.
l Ras. Id enim veteribus Raudus.*
m *v.c.* b eniuolos.
a n qui vicine Attico habebant prædia in Epiro ipsi vel Massilienses: vel Phocenses à quibus orti.*
o *v.c.* & I. fuerunt.

habet, *de* [a] *saxo in* [b] *cruce* [c]: columnam [d] tollere: locum illum sternendum locare. Quid quæris? heroïca. Sustulisse mihi videtur simulationem desiderij, adhuc quæ serpebat in occasus: & inueterata, verebar, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. Nunc prorsus assentior tuis literis, sperόque meliora: quamquam istos ferre non possum, qui, dum se pacem velle simulant, acta nefaria defendunt. Sed non possunt omnia simul. Incipit res meliùs ire, quàm putaram: nec verò discedam, nisi cùm tu id me honestè putabis facere posse. Bruto certè meo nullo loco deero: idque, etiamsi mihi cum illo nihil fuisset, facerem, propter eius singularem, incredibilémque virtutem. Piliæ nostræ villam totam, quæque in villa sunt, trado, in Pompeianum ipse proficiscens Kalen. Maij. Quàm velim Bruto persuadeas, vt Asturæ sit!

a de liberis è rupe Tarpeia deiectis.*
b *Ant. Augustin.* vel crucem.*
c de seruis cruci affixis.*
d Columnā vt & aram, Cæsari mortuo, tāquam Deo erectam Dolabella sustulerat. 9. famil. 14: & 11. epistol. familiar. 12. & 12. familiar. 1. Lactant. 15. in fradde de statua 12. famil. 3.*
P. CCXXXI.

CICERO ATTICO, 5. 18

QVINCTO Non. consecdens ab hortis Cluianis in phaselum epicopum [e], has dedi litteras, cùm Piliæ nostræ villam ad Lucrinum, villicósque procuratores tradidissem. Ipse autem eo die in Pæri nostri tyrotarichũ [f] imminebam: perpaucis diebus in Pompeianum: pòst in hæc Puteolana, & Cumana regna renauigare [g]. O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine pænè fũgienda! Sed, ad, rem vt veniam, O Dolabellę nostri magnam ἀφιξείαν. quanta est ἀνυπερθεσία? equidem laudare eum, & hortari non desisto. Rectè tu omnibus epistolis significas, quid de re, quid de viro sentias. Mihi qui dem videtur Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posse. Quis enim audeat violare [h], proposita cruce, vel saxo? præsertim tãtis plausibus, tanta approbatione infimorũ? Nunc, mi Attice, me fac vt expedias. cupio (cũ Bruto nostro affatim satisfecerim) excurrere in Græciam. Magni interest Ciceronis, vel mea potiùs, vel mehercule vtriusque, me interuenire discenti. Nam epistola Leonidæ, quam ad me misisti, quid habet, quę so, in quo magnopere lætemur? Numquam ille mihi satis laudati videbitur, cùm ita laudabitur, QVOMODO NVNC EST. non est fidé tis hoc testimonium: sed potiùs timentis. Herodi autem mandaram, vt mihi χῆ μίτον scriberet: à quo adhuc nulla littera est. Vereor, ne nihil habuerit, quod mihi, cùm cognosslem, iucundum putaret fore. Quod ad Xenonem scripsisti, valde mihi gratum est. Nihil enim deesse Ciceroni, cùm ad officium, tum ad existimationem meā pertinet. Flāmam Flaminium audio Romæ esse. Ad eum scripsi, me tibi mādasse per litteras, vt de Montani negotio cum eo loquerere: & velim cures epistolam, quam ad eum misi, reddendam, & ipse (quod commodo tuo fiat) cum eo colloquare. Puto, si quid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne pro se quodammodo dependatur. De Attica, pergratum mihi fecisti, quòd curasti [k] antè scirem rectè esse, quàm non bellè fuisse.

e *v.c. & I.* episcopum,
f Tyrotarichus eduliũ & cibi genus cuius confectionem docet Appicius lib. 4. Tyrotarichi patinæ meminit etiam Cicero 4. epistol. 8. & 9 familiar. 16.*
g *sic v.c. fort.* renauigaturus. *Sal.* renauigat. *ita Bos. Lipsi. 4.*
P. B. *Antiquit.* 19.*
h Bos. laudare Cæsarem *scilicet.*
i *v.c.* aut
k *vic. & I.* curasti vt ante scirem] *ita Bos.**

CICERO ATTICO, 5. 19

l *hic v.c.*

IN Pompeianum veni v[l]. Nonas Maias, cùm prid. (vt antea ad te scripsi) Piliam in Cumano collocauissem. Ibi mihi cœnanti litteræ tuę sunt redditæ, quas dederas Demetrio liberto prid. cal. in quibus multa sapienter, sed tamen talia (quemadmodum tute scribebas) vt omne consilium in fortuna positum videretur. Itaque his de rebus ex tempore, & coràm. De Buthrotio negotio vtinã quidem Antonium conueniam. multùm profectò proficiam, sed non arbitrantur eum à Capua declinaturum: quò quidem metuo, ne magno reipub. malo venerit: quod idem L. Cæsari videbatur, quem prid. Neapoli affectum grauiter videram. Quamobrem ista nobis ad Kalē. Iun. tractanda, & perficienda sunt. Sed hactenus. Q. filius ad patrem acerbissimas litteras misit: quæ sunt ei redditę, cùm venissemus in Pompeianum: quarum tamen erat caput, Aquilliam nouercam nõ esse latutum. Sed hoc tolerabile fortasse: illud verò se ab Cæsare habuisse omnia, nihil à patre, reliqua sperare ab Antonio. O perditum hominem! sed μελλήσω. Ad Brutum nostrum, ad Cassium, ad Dolabellam epistolas scripsi. earum exemplaria tibi misi, nõ vt deliberarem, reddendę ne essent (planè enim iudico esse reddendas) sed quòd nõ dubito, quin tu idem existimaturus sis. Ciceroni meo, mi Attice, suppeditabis quantum videbitur, méque hoc tibi onus imponere patiere. Quæ adhuc fecisti, mihi sunt gratissima. Librũ meum Illum ἀνέκδοτον, nondum, vt volui, perpoliui. Ista verò, quę tu cõtexi vis, aliud, quoddam separatum volumen exspectant. Ego autem (credas mihi velim) minore periculo existimo contra illas nefarias parteis, viuo tyranno, dici potuisse, quàm mortuo. Ille enim nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter: nunc, quacũq; nos commouimus, ad Cæsaris non modò acta, verumetiam cogitata reuocamur. De Montano, quoniam Flamma venit, videbis: puto rem meliore loco esse debere. Vale.

P. E.

CICERO DOLABELLAE COS. SVO. 20

ETSI [a] contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satisque ex ea magnam lætitiã, voluptatémque capiebam: tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. Neminem conuenio autem quotidie [b] plurimos: sunt enim permulti optimi viri, [c] qui valetudinis causa, in hæc loca veniãt: præterea ex municipiis frequentes necessarij mei) quin omnes, cũ te summis [c] laudibus ad cælum extulerunt, mihi cõtinuò maximas gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis, & consiliis obtemperans, præstantissimum te ciuem, & singularem cos. præbeas: quibus ego, quam quam verissimè possim [f] respondere, te [g], quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio: tamen neque planè assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis à meis consiliis profecta videatur: neque valde nego. Sum enim audior, etiam quàm satis est gloriæ. Et tamen non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni, regum [h] regi, fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem: mihi verò gloriosum, te, iuuenem cos. florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar, cùm ad eum ægrotũ, Neapolim venissem, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antequàm me planè salutauit,

a *eadem epist. fere ex lib. 9. famil. 14.**
b *v.c.* cotidie
c *v.c.* valitudinis
d *v.c. in his locis* conuentus.
e ob eiectã columnam & aram Cæsari mortuo, tanquã Deo erectam. *Sic dixi v. Sic dixi I.* posium reficiã *v.c.*
f *v.c.*
g te, absit à *v.c.*
h *sic v.c. al.* regi Romanorum laudat.*

Omni

P. CCXXXIII.

O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cùm tantum vales apud Dolabellam, quantum si ego apud fororis filium valerem, iam salui esse possemus. Dolabellæ verò tuo & gratulor, & gratias ago: quem quidem post te consulē, solum possum vere consulem dicere. Dein multa de facto, ac de re gesta. tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum vmquam, nihil reip. salutarius: atque hæc vna vox omniū est. A te autem peto, vt me hanc, quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ, sinas cernere, néque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare. quāquam, mi Dolabella, (hæc enim iocatus sum) libentiùs omneis [a] meas, si modò sunt aliquæ meæ, laudes ad te transfuderim [b], quàm aliquam partem exhauserim ex tuis. Nam cùm te semper tantum dilexerim [c], quantum tu intelligere potuisti, tū iis tuis factis sic incensus sum, vt nihil vmquam in amore fuerit ardentius. *Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius.* Semper amaui, vt scis, M. Brutum, propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem, atque constantiam: tamen idib. Martiis tantum accessit ad amorem, vt miraret locum fuisse augendi in eo, quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar, anteà dilexisse. Quare quid est, quòd ego te horter, vt dignitati, & gloriæ seruias? Proponam tibi claros viros, quod facere solent qui hortantur? Neminem habeo clariorem, quàm teipsum. *te imitere oportet, tecum ipse certes.* nec [d] licet quidem tibi iam, tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cùm ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis vtendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis, non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuæ: sed contigit magnitudine cùm animi, tum etiam ingenij, atque consilij. Legi enim concionem tuam. nihil illa sapientius. ita pedetentim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus, vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu [e] daret. Liberasti igitur & vrbem periculo, & ciuitatem metu. Neque solùm ad tempus maximam vtilitatē attulisti, sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te positam esse remp. tibique non modò tuendos, sed etiam ornandos illos viros, à quibus initiū libertatis profectum est. Sed his de rebus coràm plura propediem, vt spero. Tu, quoniam remp. ita conseruas, fac vt diligentissimè teipsum, mi Dolabella, custodias. Vale.

a v.c. omnis

b al. transfuderim. al. transferam

c al. dilexerim

d v.c. & l. ne licet q.

e al. concessu

CICERO ATTICO, S. 21

SÆPIVS me iam agitas, quòd rem gestam Dolabellæ nimis in cælum videar efferre. Ego autem quamquam sanè probo factum, tamen vt tantopere [f] laudarem, adductus sum tuis, & vnis, & alteris litteris, sed totum se à te abalienauit Dolabella, ea de causa, qua me quoque sibi inimicissimum reddidit. O [g] hominem impudentem! kalend. Ian. debuit. adhuc non soluit: præsertim cùm se maximo ære alieno Faberij manu liberarit, & opem ab eo petierit. Licet enim iocari, ne me valde conturbatum putes. Atque ego ad eum VIII. Idus litteras dederam bene manè: eodem autem die tuas litteras vesperi acceperā in Pompeiano, sanè celeriter, tertio abs te die. Sed, vtad te eo ipso die scripserā, satis aculeatas ad Dolabellā litteras dedi: quæ si nihil profecerint, puto fore, vt me præsentem non sustineat. Albianum te confecisse arbitror. De Petulciano [a] nomine, quòd mihi suppeditatus [b] es, gratissimum est, & simile tuorum omnium. Sed ego erotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquisse, cuius nō sine magna culpa, vacillarunt, sed cum ipso videro. De Montano, vt sæpe ad te scripsi, erit tibi tota res curæ. Seruius proficiscens quòd desperanter tecum locutus est, minime miror: neque ei quidquam in desperatione concedo. Brutus noster, singularis vir, si in senatum nō est kal. Iuniis venturus, quid facturus sit in foro, nescio. Sed hoc ipse melius. Ego ex his, quæ parari video, non multùm Idib. Martiis profectū iudico. Itaque de Græcia quotidie magis & magis cogito. nec enim Bruto meo, exsilium [c], vt scribis ipse, meditanti, video quid prodesse possim. Leonidæ me litteræ non satis delectarunt. De Herode tibi assentior. Sauseium [d] legisse vellem. ego ex Pōpeiano VI. Idus Maij cogitabam.

P. CCXXXIIII.

a v.c. Petulciano.

b al. suspendiatus est. al. quod mihi abs te expeditum est. al. quod mihi suppeditatū est.*

c al. exsilium,

d Vet. Sauseij ita Iosef. 4. Antiquit. 19. vt subintelligas scripta.*

CICERO ATTICO, S. 22

NONIS Maiis cùm essem in Pompeiano, accepi binas à te litteras: alteras sexto die, alteras quarto. ad superiores igitur priùs. Quàm mihi iucundum, opportunè tibi Barnacum [e] litteras reddidisse. Tu verò cum Cassio, vt cetera. quàm commodè autem, quod idipsum, quod me mones, quatriduo antè ad eū scripseram, exemplúmque mearum litterarū ad te miseram? Sed cùm Dolabellæ [f] auaritia [g], (sic enim tu ad me scripseras) magna desperatione affectus essem, ecce tibi & Bruti, & tuæ litteræ. ille exsilium meditari. Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus, in quem mallem equidem peruehi, florente Bruto nostro, constitutáque rep. Sed nunc quidem, vt scribis, non vtrumuis. assentires [h] enim mihi, nostram ætatem præsertim à castris ciuilibus abhorrere. M. Antonius ad me tātùm de Clodio rescripsit, meam lenitatem, & clementiam, & sibi esse gratam, & mihi voluptati magnæ fore. Sed Pansa furere videtur de Clodio, itémque de Deiotaro, & loquitur seuerè, si velis credere. Illud tamen non bellè, vt mihi quidem videtur, quòd factum Dolabellæ vehementer improbat. De coronatis, cùm fororis tuæ filius à patre accusatus esset, rescripsi, se coronam habuisse honoris Cæsaris causa: posuisse luctus gratia. Postremò se libenter vituperationem subire, quòd amaret etiam mortuum Cæsarem. Ad Dolabellam, quemadmodum tibi dicis placere, scripsi diligenter. Ego [k] etiā ad Siccam. tibi hoc oneris non impono: nolo te illum iratum habere. Seruij orationem cognosco: in qua plus timoris video, quàm consilij. Sed, quoniam perterriti omnes sumus, assentior Seruio. Publilius tecū tricatus est. huc enim Cetellia missa ab istis est legata l ad me, cui facilè persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modò non iubere. Antonium si videro, accurate agam de Buthroto. Venio ad recētiores litteras, quam-

e v.c. Barnæum al. Barnachum

f v.c. & l. ex Dolab.

g v.c. aritia. ‖ Bos. auaritia ex Veteri. atisia vt ei defectus solutionis.*

h p. B. l. Assentiris enim mihi, non ram grate. à castris, præsertim ciuilibus, abhorrere. M. ‖ & ita Bos.*

i fort. abhorrere debere. M. Ant.

k fort. Ergo etiam

l L. allegata

quam de Seruio iam rescripsi[a], me facere magnam πρόξιν Dolobellæ[b]. mihi meherculè ita videtur, non potuisse maior, tali re, talique tempore. sed tamen quidquid ei tribuo, tribuo ex tuis litteris. Tibi verò assentior, maiorem πρόξιν eius fore, si[c] mihi, quod debuit, dissoluerit. Brutus velim sit Asturæ. Quòd autem laudas me, quòd nihil antè de profectione constituam, quàm, ista quò euasura sint, videro: muto sententiam, neque quidquam tamen antè, quàm te videro. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo; cui quidem ego torâ villam, cellámque tradidi: eamque cogitabam v. Id. videre. Tu Atticæ salutē dices, nos Piliam diligenter tuebimur.

a *al.* rescripsi. Meū facere πρόξιν Dolobellæ mihi mehercule. *Ita emendat & distinguit Lips. 4. Ant. ipsi. 19.**

b *Bos.* Dolabellæ!*

c *al* si quid quod debuit. P. CCXXXV dissoluerit *al.* si mihi quod debui, dissoluerit.*

CICERO ATTICO, S. 23

E Pompeiano naui aduectus sum in Luculli nostri hospitium VI. Idus, hora ferè tertia. egressus autem è naui, accepi tuas litteras, quas tuus tabellarius in Cumanum attulisse dicebatur, nonis Maiis datas: à Lucullo postridie eâdem ferè hora, qua veni, VII. Id. Lanuuio datas. Audi igitur ad omneis. Primùm, quæ de re mea, gesta, & in solutione, & in Albiano negotio, grata. De[d] tuo autem Buthroto, cùm in Pompeiano essem, Misenū venit Antonius. inde antè discessit, quàm illū veniſſe audissem: à[e] quo in Samnium. (vide quid speres) Romæ igitur de Buthroto. L. Antonij horribilis concio. Dolabellæ, præclara. Iam vel sibi habeat nummos, modò numeret idibus. Tertullæ[f] nollem abortum. tam enim Cassij sunt iam, quàm Bruti, ferendi. De regina velim: atque etiam de[g] Cæsare illo. Persolui primę epistolæ. venio ad secundam. De Quinctis, Buthroto, cùm venero, vt scribis. Quòd Ciceroni suppeditas, gratum. Quòd errare me putas, qui remp. putem pendēre[h] è Bruto: sic se res habet. aut nulla erit, aut ab isto, istíue seruabitur. Quòd me hortaris, vt scriptam concionem mittam: accipe à me, mi Attice, κεφαλαιῶδες διάρθρωμα earum rerū, in quibus satis exercitati sumus. Nemo vmquam neque poeta, neque orator fuit, qui quemquam meliorem, quàm se, arbitraretur. Hoc etiam malis contigit[i]. Quid tu Bruto putas? & ingenioso, & erudito? de quo etiā experti sumus nuper in edicto. scripteram rogatu tuo. meū mihi placebat, illi suū. Quinetiam cùm ipsius precibus pænè adductus, scripsissem ad eum de[k] optimo genere dicendi: non modò mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari[l]. Quare sine, quæso, sibi quemque scribere. Suam cuique spōsam, mihi meam: suum cuiq; amorem, mihi meū. non scité. hoc enim Aulius, poeta durissimus. Atque vtinam liceat isti concionari: cui si esse in vrbe tutò licebit, vicimus. Ducem enim noui belli ciuilis, aut nemo sequetur, aut ij sequentur, qui facilè vincantur. Venio ad tertiam. Gratas fuisse meas litteras Bruto & Cassio gaudeo. Itaque[m] iis rescripsi. Quòd Hirtium per me meliorem fieri volunt: do equidem operam: & ille optimè loquitur: sed viuit, habitátque cum Balbo: qui item bene loquitur. quid credas, víderis. Dolabellam valde placere tibi video: mihi quidem egregié. Cum Pansa vixi in Pompeiano. is planè mihi probabat se bene sentire, & cupere pacem. Causam armorum quæri planè video. edictum Bruti & Cassij probo. Quæris[n], vt suscipiam[a] cogitationem, quídnam istis agendum putem, *consilia temporum sunt, quæ in horas cōmutari vides.* Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio, mihi profecisse permultum videtur. prorsus ibat res. nunc autem videmur habituri ducem: quòd vnum municipia, boníque desiderant. Epicuri mentionem facis[a], & audes dicere, μὴ πολιτεύεσθαι. Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret? Q. F. vt[c] scribis, est dextella. per eum igitur, quod volemus, facilè auferemus. Exspecto, si, vt putas, L. Antonius produxit Octauium, qualis concio fuerit. Hæc[d] scripsisti[e]. statim enim Cassij tabellarius. eram continuò Piliam saluturatus: deinde ad epulas Vestorij nauicula. Atticæ plurimam salutem.

a *al.* facit. b *al.* μὴ πολιτεύεσθαι. c *v.c. & l.* Antonij ea. dextella. *al.* est is per quē P. cœxercitus ad Antonium est: deserta enim veteres iūgebant fa deles.* d *fort.* Hæc properans scripsi. e *Bosciani* ciebatur.*

CICERO ATTICO, S. 24

Cvm paullò antè dedissem ad te Cassij tabellario litteras, V. idus venit noster tabellarius, & quidem (portenti simile) sine tuis litteris: sed citò conieci, Lanuuij te fuisse. Eros autem festinauit, vt ad me litteræ Dolabellæ perferrentur, non de re mea (nondum enim meas acceperat) sed rescripsit ad eas, quarum exemplum tibi miseram, sanè luculenté. Ad me autem, cùm Cassij tabellarium dimisissem, statim Balbus. O[f] dij boni, quàm facilè perspiceres timere otium! & nosti virum: quàm tectus: sed tamen Antonij consilia narrabat, illum circumire veteranos, vt acta Cæsaris sancirent, idque se facturos esse iurarent, vt[g] rata omnes haberent, eáque duumuir[i] omnibus mensibus inspicerent. Questus est etiam de sua inuidia: cāq; omnis eius oratio fuit, vt amare videretur Antonium. Quid quæris? nihil sinceri. mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. *acta enim illa res est animo virili, consilio puerili.* Quis enim hoc nō vidit, regni heredem relictum? Quid autem absurdius, *hoc metuere*[h], *alterum in metu non ponere?* Quin etiam hoc ipso tempore multa ὑποστολικὰ: Pontij Neapolitanum à matre tyrannoctoni possideri. Legendus mihi sæpius est Cato Maior ad te missus. *Amariorem enim me senectus facit.* stomachor omnia. sed mihi quidem ἐυεξία τις. viderint iuuenes. Tu mea curabis, vt curas. Hæc scripsi, seu dictaui, apposita secunda mensa apud Vestorium. Postridie apud Hirtium cogitabam: & quidem πανλίκοπτον. sic hominem traducere ad[k] optimates paro. λῆρος πολύς. nemo est istorum, qui otium non timeat. quare talaria induamus[l]. quiduis enim potiùs, quàm castra. Atticæ sal. plur. velim dicas. Expecto Octauij concionem, & si quid aliud, maximè autem ecquid Dolabella tinniat: an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Vale.

f *v.c.* O dei bone!

g *v.c. & vt* eam omnes h. l. *v.* rata omnia. *Ald.* vt arma vi. P. E.

h senaries veteris poetæ.*

i *Sermon Pompeianus.* πανλίκοπτον. nos enim qui quidem hoc est sexus & quidem Pompeianus vir. *Bosciani* k *v.c.* primum l. deamus. *Ita L.*

CICERO ATTICO, S. 25

Certior à Pilia factus, mitti ad te Idibus tabellarios, statim hoc nescio quid exaraui. Primùm igitur scire te volui, me hinc Arpinum XVI. kalend. Iun. Eò igitur mittes, si quid erit posthac: quamquam ipse iam, iámq; adero. Cupio enim antè, quàm Romam venio, odorari diligentiùs, quid futurum sit. quamquam vereor, ne nihil coniectura abberem. Minimè enim obscurum est, quid istim moliantur. Meus verò discipulus[n], qui hodie apud me cœnat, valde amat illum, quem Brutus noster fauciauit: &, si quæris (perspexi enim

d L. De tuo autē Buthrotio,

e *al.* à quo

f *fort.* Tertiæ

g *fort.* de Cęsarione illo.

h *v.c.* pendēre in Bruto: *non placet.*

i *v.c. & l.* contingit.

k Ita librū, qui orator inscriptus est, appellat 12. *famil.* 17.* l *fortè*, quod elocutioni nimiū tribuebat Cicero: Ipse vero Brutus, rebus non minus quam verbis tribuebat.* m *v.c.* Itaque his rescripsi.

n *fort.* Quòd hortaris, vt *vel.* Quod ro gas? vt.*

enim planè) timent otium, ὑπόθεσιν autem hanc habent, eámque præ se ferunt: VIRVM CLARISSIMVM interfectum: totam rempúb. illius interitu perturbatam: irrita fore, quæ ille egisset, simulac desistemus [a] timere: clementiam illi malo fuisse: quasi si vsus non fuisset [b], nihil ei tale accidere potuisse. Mihi autem venit in mentem, si [c] Pompeius [d] cum exercitu firmo veniat, quod est ὄλεθρον, certè fore bellum. Hæc me species, cogitatioque perturbat. neque enim iam, quod tibi tum licuit, nobis nunc licebit. nam apertè lætati sumus. Deinde habét in ore, nos ingratos. nullo modo licebit, quod tum & tibi licuit, & multis. φαινοπροσωπιλέον ergo, & ἰτέον in castra? Millies mori melius, huic præsertim ætati. Itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, quàm anteá. magnum enim mendum continent. etsi illi iuuenes [e] ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δι' ἀπωθέντα λόγον. Sed si tu melius quippiam speras, quòd & plura audis, & interes consiliis, scribas ad me velim: simúlq; cogites, quid agendum nobis sit super legatione [f] votiua. equidem in his locis moneor à multis, ne in senatu kalend. Dicuntur enim occultè milites ad eam diem comparati, & quidem in istos, qui mihi videntur vbiuis tutiùs, quàm in senatu fore. vale.

a al. desisteremus.*
b v.c. esset.
c al. si exercitum cui exerc. sit.
d Sextus magni filius.*
e tyranno-ctoni.*
f legatio votiua id est libera.*
P. ccx xvii.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER XV.

CICERO ATTICO, S. I.

FACTVM malè de Alexione! Incredibile est, quàta me molestia affecerit, nec meherculè [a] ex ea parte maximè, quòd pleriq; mecum. Ad quem igitur medicum te conferes? Quid mihi iam medico? aut, si opus est, tanta inopia est? Amorem erga me, humanitatem, suauitatémque desidero. Etiam illud: quid est, quod non pertimescendum sit, cùm hominem temperantem, summum medicum, tantus improuisò morbus oppresserit? Sed ad hæc omnia vna consolatio est, *quòd ea conditione nati sumus, vt nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus.* De Antonio iam anteà tibi scripsi, non esse eum à me conuentum. venit enim Misenum, cùm ego essem in Pompeiano, inde antè profectus est, quàm ego eum venisse cognoui. Sed casu cùm legerem tuas litteras, Hirtius erat apud me in Puteolano. ei legi, & egi primùm, quod attinet. Nihil mihi concedebat. Deinde ad [b] summum, arbitrum me statuebat non modò huius rei, sed totius cõsulatus sui. Cum Antonio autem sic agemus, vt perspiciat, si in eo negotio nobis satisfecerit, totum me futurum suum. Dolabellam spero domi esse. Rediamus ad nostros: de quibus tu bonam spem te significas habere, propter edictorum humanitatem. Ego autem perspexi, cùm à me XVII. Kalendas de Puteolano Neapolim Pansę conueniendi causa proficiscerentur Hirtius, omnem eius sensum. Seduxi enim, & ad pacem sum cohortatus. non poterat scilicet negare se velle pacem: sed non minùs se nostrorum arma timere, quàm Antonij: & tamen vtrosque non sine causa præsidium habere: se autem vtraque arma metuere. Quid quæris? ὧδέν ὑγιές. De Q. F. tibi assentior. patri quidem certè [c] quidem gratissimæ, & [d] bellæ tuæ fuerunt. Cærelliæ verò facilè satisfeci: nec valde laborare mihi visa est: & si illa, ego certè non laborarem. Istam verò, quam tibi molestam scribis esse, auditam à te esse omnino demiror. Nam quòd eam collaudaui apud amicos, audientibus tribus filiis eius, & filia [e] tua, τοῦτο [f] ἄλογον. Quid est hoc? quid est autem cur ego personatus ambulem? Parúmne fœda persona est ipsius senectutis? Quòd Brutus rogat, vt ante Kalend. ad me quoque scripsit, & fortasse faciam: sed planè, quid velit, nescio. Quid enim illi afferre consilij possum, cùm ipse egeam consilio? & cùm ille suæ immortalitati meliùs, quàm nostro otio consuluerit? De regina rumor extinguetur. De Flamma, obsecro te, si quid potes. Heri [g] dederam ad te litteras exiens è Puteolano, diuerterámque [h] in Cumanum. Ibi pænè [i] valentem videram Piliam. quinetiam [k] paullo clam iis eam vidi. venerat enim in funus: cui funeri ego quoque operam dedi. Cn. Lucullus, familiaris noster, matrem efferebat. Mansi igitur eo die in Sinuessano, atque inde manè postridie Arpinum proficiscens, hãc epistolam exaraui. Erat autem nihil noui, quod aut scriberem, aut ex te quærerem, nisi fortè hoc ad [l] rem putas pertinere. Brutus [m] noster misit ad me orationem suam, habitam in concione Capitolina: petiuitque à me, vt eam ne [n] ambitiosè corrigerem antè quàm ederet. Est autem oratio scripta elegantissimè, sententiis, verbis: vt nihil possit vltrà. ego tamen, si illam causam habuissem, scripsissem ardentiùs ὑποθέσεις. vides, quæ sit persona dicentis. itaque eam corrigere non potui. quo enim in genere Brutus noster esse vult, & quod iudicium habet de optimo genere dicendi, ita [o] consecutus est in ea oratione, vt elegantius nihil esse possit. sed ego solus [p], alius sum, siue hoc rectè, siue non rectè. tu tamen velim orationem legas nisi fortè iam legisti: certioremque me facias, quid iudices ipse. quamquam vereor, ne cognomine tuo lapsus ὑπερατλικὸς sis in iudicando. sed si recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelliges posse & [q] ἀτλικώτατα grauissimè dici. Sed hæc coram. Nunc nec sine epistola, nec cum inani epistola volui ad te Metrodorum venire. Vale.

a v.c. mercule.
b Ad summum, al.
c al. patri quidem certè.
d v.c. & bel la. fort. & bellissima.
e Bos. & filia è τωυτὸ ὂν τῷ αὐτῷ id est non idem ex eodẽ ore effluat.*
f L. τὰ ὂν τῷ αὐτῷ.
P. ccxxxviii.
g v.c. Here
h v.c. & E. deuerterámque al. plane.*
i al. plane.*
k L. quinetiã plane Cumis eam vidi. al. quin etiam clarius Cumis &c. || al. nisi quod clarius Cumis eam vidi Bos. quinetiam Baulos Cumis eam vidi ex veteri Paullo Cumis.*
l al. ad te
m v.c. Brutus non misit, &c. non placet.
n Bos. nec.*
o L. id ita consecutus est in ea or.
p al. totus.*
q fort. & ἀτπικώτατα, & grauissime dici.
P. B.

CICERO ATTICO, S. 2

Decimo [a] quintò kalendas è Sinuessano proficiscens, cùm dedissem ad te litteras, diuertissemque [b] à Cumis in [c] Vestiano, accepi à tabellario tuas litteras, in quibus nimis multa de Buthroto. non enim tibi ea res maiori curæ aut est, aut erit, quàm mihi. Sic enim decet, te mea curare, tua me. Quam ob rem id quidem sic suscepturn est mihi, vt nihil sim habiturus antiquius. L [d]. Antonium concionatum esse cognoui tuis litteris, & aliis, fordidè: sed id quale fuerit, nescio. nihil enim scripsisti. De Menedemo, probé. Quinctus certè ea dictitat, quæ scribis. Consilium meũ à te probari, quòd ea non scribam, quæ tu à me postularis, facilè patior: multóque magis id probabis, si orationẽ meam, de qua hodie ad te scripsi, legeris. Quæ de legionibus scribis, ea vera sunt: sed non satis hoc mihi videris tibi persuasisse, quid [e] de Buthrotiis nostris per senatum speres confici posse: quod puto (tantum enim video) non [f] videmur esse victuri. Sed si etiam nos hoc fallet, de Buthroto te non fallet. De Octauij concione idem sentio, quod tu: ludorúmque [g] eius apparatus, & Matius, ac Posthumus mihi procuratores non placent. Saserna collega dignus. sed isti omnes, quemadmodum sentis, non minùs otium timent, quàm nos arma. Balbum leuari inuidia per nos velim: sed ne ipse quidem id fieri posse cõsidit. itaque alia cogitat. Quòd prima disputatio Tusculana te confirmat, sanè gaudeo. Neque enim vllum est perfugiũ aut melius, aut paratius. Flamma quòd bene loquitur, non molestè fero. Tyndaritanorum causa, de [h] qua laboras, quæ sit, ignoro. hos tamen [i] πεντηλοιπον [k] mouere ista videntur, in primis erogatio pecuniæ. De Alexione doleo: sed quoniam inciderat in tam grauem morbum, bene actum cum illo arbitror. quos tamen secundos heredes, scire vellem, & diem testamenti.

CICERO ATTICO, S. 3

Vndecimo Kal. accepi [l] duas epistolas tuas, quibus duabus meis respondisti. vna erat XV. kal. altera XII. data. Ad superiorem igitur prius accurres in Tusculanum, vt scribis, quò me VI. kalen. venturum arbitrabar. Quòd scribis, *parendum victoribus*: non mihi quidem, cui sunt multa potiora. Nam illa, quæ recordaris, Lentulo & Marcello COSS. acta [m] in æde Apollinis, nec causa eadem est, nec simile tempus, præsertim cùm Marcellum scribas, aliósque discedere. Erit igitur nobis coràm odorandum & constituendum, tutóne [n] Romæ esse possimus. Noui conuentus habitatores sanè mouent. in magnis enim versamur angustiis. Sed [o] sint ista parui. quin & maiora contemnimus. Caluæ testamentum cognoui, hominis turpis ac sordidi. Tabula Demonici [p] quòd tibi curæ est, gratum. De Mario [q] scripsi iampridem ad Dolabellam accuratissimè, modò litteræ redditæ sint. Eius causa, & cupio, & debeo. Venio ad propiorẽ. Cognoui de Alexione, quę desiderabam. Hirtius est tuus. Antonio quàm est, volo peius esse. de [r] Q. F. quod [s] scribis, ac de Q. patre, coràm agemus. Brutum omni re, qua possum, cupio iuuare: cuius de oratiuncula idem te, quod me, sentire video. sed parum intelligo, quid [t] me velis scribere, quasi à Bruto habita oratione, cùm ille ediderit. qui tandem cõuenit? an sicut in tyrannum iure optimo cæsum? multa dicentur, multa scribentur à nobis: sed alio modo, & tempore. De sella Cęsaris, bene tribuni. Præclaros etiam XIIII. ordines. Brutum apud me fuisse gaudeo, modò & libenter fuerit, & sat diu.

CICERO ATTICO, S. 4

XVIII. kal. ferè à Q. Fusio venit tabellarius: nescio quid ab eo litterularum, vt me sibi restituerem, sanè insulsè, vt solet: nisi fortè, quæ non ames, omnia videntur insulsè fieri. scripsi ita, vt te probaturum existimem. Mihi duas à te epistolas reddidit: vnam XI. alteram X. kalend. Ad recentiorem priùs [b], & leuiorem. Laudo, si verò etiam Calfulenus [c], ἄγνωμοσύνη. Antonij consilia narras turbulenta: atque vtinam potiùs per populum agat, quàm per senatum: quod quidem ita credo. sed mihi totum eius consilium ad bellum spectare videtur, si quidem D. Bruto prouincia eripitur. quomodo ego de illius neruis existimo, non videtur fieri posse sine bello. sed non cupio, quoniam cauetur [d] Buthrotiis [e]. Rides [f]: ast condoleo non mea potiùs assiduitate, diligẽtia, gratia perfici. Quòd scribis, te nescire, quid nostris faciendum sit: iampridem me illa ὑποψία sollicitat. itaque stulta iam iduum Martiarum est consolatio. animis enim vti sumus virilibus, consiliis (mihi crede) puerilibus. excisa enim est arbor, non euulsa. itaque quàm fruticetur, vides. Redeamus igitur, quoniam sæpe vsurpas, ad Tusculanas disputationes. Saufeium [g] pete, celemus. ego numquam indicabo. Quòd te à Bruto scribis, vt certior fieret, quo die in Tusculanum essem futurus: vt ad te antè scripsi, VI. kalend. & quidem ibi te quam primùm peruidere velim. Puto enim nobis Lanuuium eundum: & quidem non sine multo sermone. sed μελησ. Redeo ad superiorem: ex qua prætereo illa prima de Buthrotiis: quæ mihi sunt inclusa medullis, sit modò (vt scribis) locus agendi. De oratione Bruti prorsus contendis [i], mecúmque iterum tam multis verbis agis. Egone? vt eam causam, quam is scripsit, ego scribam non rogatus ab eo? nulla παρεξηγήσεις fieri potest contumeliosior. At, inquis, ἠγκλεῖσθαι aliquod. Non recuso id quidem: sed & componendum argumentum est, & scribendi exspectandum tempus maturius. licet enim de me, vt libet, existimes: velim quidem quàm optimè. si hæc ita manent [k], vt videntur, (fateres quod dicam) me Idus Martiæ non delectant. Ille enim [l] numquam reuertisset: nos timor confirmare eius acta non coegisset: aut (vt in Saufeianum [m], reliquásque Tusculanas disputationes, ad quas tu etiam Vestorió hortaris) ita gratiosi eramus apud illum, quem [n] dij mortuum perdãt, vt nostræ ætati, quoniam interfecto domino liberi non fumus, non fuerit dominus ille fugiẽdus. Rubeo (mihi crede) sed iam scripseram: delere nolui. De Menedemo, vellem verum fuisset. De Regina velim verum sit. cetera coràm, & maximè quid nostris faciendũ sit: quid etiã nobis, si Antonius militibus obsessurus est senatum. Hanc epistolam si illius tabellario dedissem, veritus sum, ne solueret. itaq; missi dedita opera.

---

a v. c. XV. kal.

b L. deuertissemque

c v.c. in Vestino, al. in Vesciano

d v.c. Lucius Antonius conc. non pl.

e v.c. qui de Buth.

f fort. nos videmur, &c. ‖ Bos non videmur esse victuri al. non videmur cesse victori.*

g vide 11. fauil. 27.*

h v.c. de qua causa laborat. al. de qua Panfa laborat. ‖ Bos. de qua χαιρέστρατος laborat. alludit enim ad flammæ vocem, quæ & febris.*

i Bos. tamẽ.*

k id est sextum Pompeium sic 14. epistol. 24.*

l v.c. accepi nari duas ep. fort. accepi in Arpinati. ‖ Bos. Accepi in Atinati. ex Ver. accepi nati. & accepinati.*

P. CCXXXIX.

m q.v.c. acta à me in æde Ap.

n v.c. tutine R. ‖ al. Sed sunt ista p.

p id est Cęsaris, qui P. Romanum superarat.*

q al. Malo al. Maio Bos. gratum est Demalo id est mihi Ciceroni ‖ qui totus sum popularis.*

r L. de Quintilio, vt scribis. ἄλλως de Q. fr. coràm ag.

s Ver. vt scribis A. M. Cato de patre coram agemus. Vrsin. vt scribis alias amice del patre coram agemus. Bos. vt scribis. ἰλιάς. De patre coram agemus. ἰλιάδα dixit concisè pro malorũ Iliade.*

t fort. quid me velis scribere. An quasi à Br. hab. or. c. ille ediderit?

---

a L. Lentulo. Marcello. COSS. Hirtius. Pansa. Caluisius. Pedius. Agrippa. Censorinus. Calfurnius. Pollio. Cęsar. Antonius. Dolabella. Tullius. Cicero. Trebonius. Cassius. Brutus. Cimber. Casca. Trebellius. Lepidus. Plancus. Ventidius. Basilus. Cęsar. Octauius. Cęsar. Antonius. Lepidus. Ahenobarbus. Sosius. Domitius. Calfurnius. Pollio

opera. erat enim rescribendũ tuis. Quàm vellẽ Bruto studiũ tuũ nauare potuisses! Ego igitur ad eum litteras. Ad Dolabellam Tironem mi si cum mãdatis, & litteris. Eum ad te vocabis, &, si quid habebis, quod placeat, scribes. Ecce autem de [a] transuersio L. Cæsar, vt veniam ad se, rogat, in [b] nemus: aut scribam, quò se venire velim: Bruto enim placere, se à me conueniri. O rem odiosam, & inexplicabilem! Puto me ergo iturum, & inde Romam, nisi quid mutaro. Summatim adhuc ad te. nihil dum enim à Balbo. Tuas igitur exspecto, nec actorum solùm, sed etiam futurorum.

a v.c. de transuersio. P. B.

b Bos. in Nemus est auremi locus Dianæ sacer in agro Aricino. Strabo vnde ager Cæsar. e Nemorensis.*

CICERO ATTICO, S. 5

A BRVTO tabellarius rediit. attulit & ab eo, & Cassio. consilium meum magnope re exquirunt. Brutus quidem, vtrum de duobus. O rem miseram! planè non habeo quid scribam. Itaque silentio puto me vsurum, nisi quid aliud tibi videtur. sin tibi quid venit in mentẽ: scribe, quæso. Cassius verò vehementer [c] orat, ac petit, vt Hirtium quàm optimũ faciam. sanum putas? ὁ δ Ἑπταιεὺς, ἀληθὴς. Epistolam tibi misi. Vt tu de prouincia Bruti, & Cassij, per [d] s.c. ita scribit & Balbus. & Hirtius [f] quidem, se acturum: etenim iam in Tusculano est: mihique, vt absim, vehementer auctor est: ille [g] quidem periculi causa, quod sibi etiam fuisse dicit: ego autem etiã vt nullum periculum sit: tantum habeat, vt Antonij suspicionem fugere non curem, ne videar eius secundis rebus non delectari, vt mihi causa sit, cur Romam venire nolim, ne illum videam. Varro autem noster ad me epistolam misit, sibi à nescio quo missam (nomen enim delerat: in qua scriptum erat, veteranos eos, qui reiiciantur (nam partem esse dimissam) improbissimè loqui, vt magno periculo Romæ sint futuri, qui ab eorũ partibus dissentire videantur. Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Quòd si, vt scribit L. Antonius, in D. Brutum, reliqui in nostros: ego quid faciã? aut quo me pacto geram? Mihi verò deliberatum est, vt nunc quidem est, abesse ex ea vrbe, in qua non modò florui cum summa, verùm etiam seruiui cum aliqua dignitate. Nec tam statui ex Italia exire (de quo tecum deliberabo) quàm istuc non venire. Cùm ad me Brutus noster scripsisset, & Cassius, vt Hirtium, quem adhuc bonum fuisse sciebant, neque eum confidebant fore, mea auctoritate meliorem facerem (Antonio enim fortasse irratior, causæ verò amicissimus) tamen ad eum scripsi, eique dignitatem Bruti & Cassij commendaui. Ille quid mihi rescripsisset, scire te volui: si forte idem tu, quod ego existimares, istos etiam nunc vereri, ne forte ipsi nostri plus animi habeant, quàm habent.

c L. vehemẽter erat: petit. vt Bos. ἀσπάζεται: vt sit Proverbium ductum ex fabula Aesopica fullonis & Carbonarij, quo dissimilitudo studiorum & mentium & dissentissima notatur.*

d v.c. per scribit, scripta scribere, non plebiscita, vt Rosin. perficere scribam.*

e Bos. Hirtius qui quidem se actaturum.*

P. CCXLI.

f v.c. & L. ille quidem. h L. vanitatem abest, vt Antonij suspitionem fugere curẽ, &c.

g Bos. nonne?

HIRTIVS CICERONI SVO. S. 6

RVRE iam redierim, quæris. an ego, cùm Romnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Etiam k ex vrbe sum profectus. vtilius enim statui abesse. Has tibi litteras exiens in Tusculanum scripsi. Noli autẽ me tam strenuum putare, vt ad Nonas recurrã. nihil enim iã video opus esse nostra cura, quoniam præsidia sunt in tot annos prouisa. Brutus, & Cassius vt inam quàm facilè à te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod callidius l ineant consilium. cedenteis enim hæc ais scripsisse. quo? aut quare? retine, obsecro te, Cicero, illos.

k Bos. v.c. al. Etiam ego ex vrbe f.

l L. callidius v.c. callidius scribit.

A Noli sinere hæc omnia perire, quæ funditus medius fidius rapinis, incendiis, cædibus peruertuntur. Tantùm, si quid timent, caueant. nihil præterea moliantur. Non medius fidius acerrimis consiliis plus, quàm etiam inertissimis, dummodò diligentibus, cõsequentur: *hæc enim, quæ fluunt, per se diuturna non sunt*: in cõtentione præsenteis [a] ad nocendum habent vireis. Quid speres de illis, in Tusculanum ad me scribe. *Pars epist. 5.*

a v.c. præsentis ad n. h. vireis. P. B.

B HABES Hirtij epistolam, cui rescripsi, nil illos callidiùs [b] cogitare, idque confirmaui. hoc, qualecũque esset, te scire volui. Obsignata iam epistola, Balbus ad me, Seruiliam rediisse, confirmare non discessuros. Nunc exspecto à te litteras.

b L. callidius

CICERO ATTICO, S. 7

C GRATVM, quòd mihi epistolas: quæ quidẽ me delectarunt. In primis Sex. nostri, dices, quia te laudat. puto mehercule id quoque esse causæ: sed tamen etiam antè quàm ad eum locum veni, valde mihi placebat cùm sensus eius de repub. tum scribendi cura. Seruius verò pacificator, cum librariolo suo videtur obiisse [c] legationem, & omneis [d] captiunculas pertimescere. Debuerat autem nõ ex iure manus [e] consertum: sed quæ sequuntur: tu quoque scribes.

c v.c. obisse leg.
d v.c. omnis
e *fic. L. al.* manũ cõs. v.c. manu cõs.

CICERO ATTICO, S. 8

D POST tuum discessum binas à Balbo. nihil noui. itémque ab Hirtio, qui se scribit vehementer offensum esse veteranis. Exspectat animus, quidnam agam de kalẽdis Mart. Misi igitur Tironem, & cum Tirone plureis, quibus singulis, vt [f] quidquid accidisset, dares litteras. atque etiam scripsi ad Antonium de legatione, ne, si ad Dolabellã solùm scripsissem, iracundus homo commoueretur. Quòd autẽ aditus ad eũ difficilior esse dicitur, scripsi ad Eutrapelum, vt is ei meas litteras redderet, legatione mihi opus esse. honestior est votiua: sed licet vti vtraque. De te, quæso, etiam atque etiam vide. Velim possis corãm. si minùs possis: litteris idem consequemur. Græceius ad ad me scripsit, C. Cassium sibi scripsisse, homines comparari, qui armati in Tusculanum mitterentur. Id quidem mihi videbatur: sed cauendum tamen, vt [g] ille. QVÆ PLVRES VIDENT [h]. sed [i] *aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dabit* [k].

f L. vt quidque accid. ii *al.* vt quicque.*
g *Bos.* ille quidem.* h *al.* videndæ.*
i *al.* debet *&* post *pro* dabit. *legunt nonnulli* dare.*
k *al.* dare *Bos.* de ea re.*

CICERO ATTICO, S. 9

E IIII I. Non. vesperi à Balbo reddita mihi litteræ: fore nobis senatum, vt Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum [m], & ad vrbem mittendum curarent. O rem miseram! primùm vllam ab istis? deinde, si aliquam, hãc legatariam [n] prouinciam? atqui haud scio, an [o] melius sit, quàm [p] ad Eurotam sedere. Sed hæc casus gubernabit. Air autem, eodem tempore decretum iri, vt & iis, & reliquis prætoriis prouinciæ decernantur. Hoc certè melius, quàm illa Persice porticus [q]. Nolo enim Lacedemonem [r] longinquam Lauinium existimaris. Rides, inquies, in talibus rebus? Quid faciam? plorando fessus sum.

l Bos. Rosinus* m *Cæsin* emundum. *aliquot in locis legi iam, nummo argenteo, scribit.** n v.c. legatoriam *al.* P. CCXLII. relegatoriã *Bos.* locatoriam.* o L. an melius sit ad Eurotã sedere. p Bos. qua.* q celebris fuit porticus Lacedæmonicus ex marmoribus Persarũ: vide Pausaniam.* r *Bos.* Lacedæmonem λαχαίνην κατὰ χωρίων Lauinium existimari *vide hic Bos.** s v.c. transisse t L. ad consiliandum.

CICERO ATTICO, S. 10

F DII immortales! quàm me conturbatum tenuit epistolæ tuæ prior pagina! quid autem iste in domo tua casus armorũ? Sed hunc quidem nimbum citò transisse [s] lætor. Tu, quid egeris tua cùm tristi, tum etiam difficili ad [t] conciliandum legatione, vehementer

exspecto. Est enim inexplicabilis: ita circumse demur copiis omnibus. Me quidem Bruti litteræ, quas ostendis à te lectas, ita perturbarũt, vt quamquã antè egebam consilio, tamẽ animi dolore sim tardior. Sed plura, cùm ista cognoro. Hoc autẽ tẽpore, quod scriberẽ, nihil erat: eóque minùs, q̃ dubitabam, tu has ipsas litteras esslẽsne accepturus. Erat enim incertũ, visurúsne te esset tabellarius. Ego tuas litteras vehementer exspecto. O Bruti amanter scriptas! O iniquum tuum tẽpus, qui ad eum ire non possis! Ego autem quid scribam? vt beneficio istorũ vtantur? quid turpius? vt moliantur aliquid? nec audent, nec iam possunt [b]. Agè, quiescant auctoribus nobis. quis incolumitatem [c] præstat? Si verò aliquid de Decimo gratius [d], quæ nostris vita, etiã si nemo molestus sit? Ludos verò non facere quid fœdius? Frumentum imponere [e]. quę est alia Dionis legatio? aut quod munus in rep. sordidius? Prorsus quidem consilia tali in re ne iis quidẽ tuta sunt, qui dãt: sed possim id negligere [f] proficiens. frustra verò quidẽ quid ingrediar? matris cõsilio cùm vtatur, vel etiã precibus, quid me interponã? Sed tamen cogitabo, quo genere vtar litterarum. nam silere non possum. Statim igitur mittam vel Antium, vel Circæos.

a q.v.c. nec audient. n.
b q.v.c. possum.
c v.c. incolomitatem pr. P. B.
d l. grauius
e v.c. inponere.
f v.c. negligere

CICERO ATTICO, S. 11

ANTIVM veni ante VI. kalend. Bruto iucundus noster aduẽtus: deinde multis audientibus, Seruilia, Tertulla g, Porcia quæretere, quid placeret. Aderat etiam Fauonius. Ego, quod eram meditatus in via, suadere: vt vterentur Asiatica curatione fruméti: nihil esse iam reliqui, quod ageremus, nisi vt saluos esse [h]: in eo etiam ipsi reip. esse præsidium. Quam orationem cùm ingressus essem, Cassius interuenit. Ego eadem illa repetiui. Hoc loco fortibus sanè oculis, Cassius (Martem spirare diceres) se in Siciliam non iturum. Egóne vt beneficiũ accepisse in contumelia? quid ergo agis, inquã? At ille, in Achaiam se iturũ. Quid tu, inquam, Brute? Romam, inquit, si tibi videtur. Mihi verò minimẽ. Tutò enim non eris. Quid si possem esse? placeretne? Atque [k] vt omnino neque nunc, neque ex prætura in prouinciam ires. Sed auctor non sum, vt tẽ vrbi committas. Dicebam ea, quæ tibi profectò in mentem veniunt, cur non esset tutò futurus. Multo inde sermone querebantur, atq; id quidem Cassius maximè, amissas occasiones: Decimúmque grauiter accusabat [l]. Ea negabam oportere præterita: assentiebar [m] tamẽ: quamquam ingressus essem dicere, quid oportuisset. Nec verò quidquam noui, sed ea, quæ quotidie omnes: nec tamẽ illum locum attingere, quemquam prætereà oportuisse tangi: sed [n] senatum vocari [o], populum ardentem studio vehemẽtiùs incitari P, totam suscipere remp. Exclamat tua familiaris. Hoc verò neminẽ vmquam audiui. Ego repressi. sed & Cassius mihi videbatur iturus (etenim Seruilia pollicebatur se curaturam, vt illa frumenti curatio de s.c. tolleretur) & noster citò deiectus est de illo inani sermone: velle enim se dixerat. Constituit igitur, vt ludi, absente se, fierent, suo nomine: proficiscí autem mihi in Asiam videbatur ab Antio velle. Ne multa, nihil me in illo itinere præter conscientiam delectauit. non enim fuit committendum, vt ille ex Italia priùs, quàm à me conuentus esset, discederet. hoc demto munere amoris, atque officij, sequebatur, vt mecũ ipse: ἢ δεῦρ' ὁδὸς σοι τί δύναται νῦν [a] δεοπρεπές; prorsus dissolutum offendi nauigium, vel potiùs dissipatum. nihil consilio, nihil ratione, nihil ordine. Itaque etsi ne antea quidem dubitaui, tamẽ nunc eo minùs euolare hinc, idque quãprimùm, *vbi* [b] *nec Pelopidarum* [c] *facta, neque famam audiam.* Sed heus tu, ne fortè sis nescius, Dolabella me sibi legauit ad [d] IIII. Nonas April. Id mihi heri vesperi nuntiatum est. Votiua ne tibi quidem placebat. etenim erat absurdum, quæ, si stetissent resp. vouissem, ea me, euersa illa, vota dissoluere [e]: & habent, opinor, liberæ [f] legationes definitum tempus lege [g] Iulia, nec facilè addi potest [h]: idque i adeò genus legationis, vt, cùm velis, introire, exire, liceat. quod nunc mihi additum est. Bella est autem nuius iuris quinquennij licentia. quamquam quid de quinquennio cogitem? cõtrahi mihi negotiũ videtur. Sed βλάσφημα mittamus.

a L. ἀπό τοῦ πη,
b Idem familiab. 30.*
c Pelopidas vocat malos ciues, qui Rempubl. oppreserant.*
d v.c. l. ad. vt. Non. e fort. dis so'uere.
f vide 2.v. pisto. 18.*
g Lege Iulia de legationibus, quinquennium libertis legationibus tribuit. Quare prætor tum vr. de libera legationibus dixi ad Lege libera 8. de legationibus. h L. potest ad hoc genus legationis ad ad Id. quod ad D. ius, genus legationis.* P. B.
k fort. quin essent
l al. verò, Brutus, ἐν τῷ ἐν Asiam.*
m L. autem n L. 6 fortè in Tuscul. o Bos. in Tuscul. Tuscanum.* p al. ἐπὶ τοῦ ἐν τοῦ id est Brutorum.

CICERO ATTICO, S. 12

BENE meherculè de Buthroto. at ego Tironem ad Dolabellam cum litteris, quia iusseras, miseram. Quid nocet? de nostris autem Antiatibus satis videbar planè scripsisse, vt nõ dubitares, essent [k] quin otiosi futuri, vsurique beneficio Antonij contumelioso. Cassius frumentariam rem aspernabatur: eam Seruilia sublaturam ex s.c. se esse dicebat. Noster verò [l] ἠρέμα σεμνῶς, in Asiam, postea quàm mihi est assensus, tutò se Romæ esse non posse. Ludos enim absens facere malebat: statim autem se iturum, simulac ludorũ apparatum iis, qui curaturi essent, tradidisset. Nauigia collegebat. erat animus in cursu. interea in eisdẽ locis erant futuri. Brutus quidem se aiebat Asturæ. L. quidem [m] Antonius liberaliter litteris sine cura me esse iubet. Habeo vnum beneficium: alterum [n] fortasse, si [o] in Tusculanum venerit. O negotia non ferenda! quæ feruntur tamẽ. τὰν [p] δ' ἀϊτίαν τῶν βεσγνῶν [q] τίς ἔχει; O Tauiano, vt perspexi, satis ingenij, satis animi: videbatúrque erga nostros ἔρως ita fore, vt nos vellemus, animatus. Sed quid ἀταρτι ceredendum sit, quid nomini, quid hereditati, quid κατηγόσει, magni consilij est. Vitricus quidem nihil censebat: quem Asturæ vidimus. sed tamen alẽdus est, &, vt nihil aliud, ab Antonio seiungendus. Marcellus præclarè, si præcipit nostro, nostri: cui quidem ille deditus mihi videbatur. Pansæ autem, & Hirtio nõ nimis credebam. bona indoles, ἐὰν διαμείνῃ.

a L. πῃ,
b Idem familiab. 30.*
c Pelopidas vocat malos ciues, qui Rempubl. oppreserant.*
d v.c. l. ad. vt. Non. e fort. dis so'uere.
f vide 2.v. pisto. 18.*
g Lege Iulia de legationibus, quinquennium libertis legationibus tribuit. Quare prætor tum vr. de libera legationibus dixi ad Lege libera 8. de legationibus. h L. potest ad hoc genus legationis ad ad Id. quod ad D. ius, genus legationis.* P. B.
k fort. quin essent
l al. verò, Brutus, ἐν τῷ ἐν Asiam.*
m L. autem n L. 6 fortè in Tuscul. o Bos. in Tuscul. Tuscanum.* p al. ἐπὶ τοῦ ἐν τοῦ id est Brutorum.

CICERO ATTICO, S. 13

OCTAVO [s] kal. duas à te accepi epistolas. respondeboigitur priori priùs. Assentior tibi vt nec duces simus, nec agmẽ [t] cogamus: faueamus tamen. Orationem tibi missi. eius custodiendæ, & proferendæ arbitrium tuum. Sed quando illum diem, cùm tu edendam putes? Inducias, quas scribis, non intelligo fieri posse. melior est ἀναπαφωνησία: quã me vsurum arbitror. Quòd scribis legiones II. u. Brundisium venisse, vos omnia priùs. Scribes igitur quidquid audieris. Varronis διάλογον exspecto. Iã probo ἡδυσμένον δίλον, præsertim cùm tu tãtopere delectere: sed quale velis, velim scire. Quod ad te antea, atq; adeò priùs scripsi (sic [x] enim mauis [y] ad scribendũ tibi vereor dicere) feci sti me actiorẽ. ad tuum iudicium, quod mihi erat notum, addidisti. Peducæi

r v.c. l. dupundium.
s v.c. vtr. kalend.
t agmen cogit qui est inter postremos.* P. ecclusus.
u L. Sic enim manus dicere vis rẽ ad scribendum me adhortari eum. Adhuc enim omnia scripsi.
x Bos. ita.
y Bos. mauis.
z vereor ne scribi, actiorem.

auctor-

auctoritatem, magnam quidem apud me, & in primis grauem. Enitar igitur, ne desideres aut industriam meam, aut diligentiam. Vectenum [a], vt scribis, & Faberium foueo. Clodium [b] nihil arbitror malitiosè: quamquam [c], si quid egerit. De libertate retinenda, qua certè nihil est dulcius, tibi assentior. Itáne? Gallo animo hominem nequam! quid enim dicam aliud? cautum Marcellum. me sic, sed non tamen cautissimum. Longiori epistolæ, superioríque respondi, nunc breuiori, propioríque quid respondeam, nisi eā fuisse dulcissimam? Res Hispanienses valde bonæ, modò Balbilium incolumem videam, subsidium nostræ senectutis. De Anniano [e] item, quòd me valde obseruat Vissellia. Sed hæc quidem humana. De Bruto te nihil scire dicis: sed [f] Selicia venisse M. Scaptium, eúmque non qua pompa: ad se tamen clàm venturum: sciturúmque me omnia: quæ ego statim. interea narrat [g] eadem: Bassi seruum venisse, qui nuntiaret, legiones Alexandrinas in armis esse: Bassum arcessi, Cassium expectari. Quid quæris? Videtur resp. ius suum recuperatura [h]: sed ne quid anté. nosti horum exercitationem in latrocinio, & amentiam. Dolabella vir optimus. etsi, cùm scribebam, secunda mensa apposita, venisse eum ad Baias audiebam, tamen ad me ex Formiano scripsit. quas litteras cùm è balneo exissem [i], accepi. sese de attributione omnia summa [k] fecisse. Vectenum [l] accusat. tricatur [m], scilicet, vt homo talis: sed ait totum negotium Sextium nostrum suscepisse, optimum quidem illum virum, nostríque amantissimum: quæro autem quid tandem Sextius in hac re facere possit, quod non quis nostrûm? sed si quid præter spem erit, facies vt sciam. sin est (vt arbitror) negotium perditum: scribes tamen: neque ista res commouebit. Nos hîc φιλοσοφήσομεν [n]. Quid enim aliud? & τὰ περὶ τῦ κρείττονος magnificè explicamus: θεσσοφωνῦμεν que Ciceroni. Qua de re enim potius pater filio? deinde alia. Quid quæris? Exstabit opera peregrinationis huius. Varronem hodie, aut cras venturum putabant. Ego autem in Pompeianum properabam: non quò hoc loco quidquam pulchriùs: sed interpellatores illic minùs molesti. Sed perscribe, quæso, quæ causa sit Myrtilo P. Pœnas quidem illum pependisse audiui. & satis ne patet, vnde corruptus sit? Hæc cùm scribe-rem, tantum [r] quod existimabam ad te orationem esse perlatam. Hui, quàm timeo, quid existimes. etsi quid ad me, quæ non sit foras proditura, nisi rep. recuperata? de quo quid sperem, non audeo scribere.

CICERO ATTICO, S. 14

VI. KAL. accepi à Dolabella litteras, quarum exemplū tibi misi: in quibus erat, omnia se fecisse, quæ tu velles. statim ei rescripsi, & multis verbis gratias egi. sed tamen ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc causæ sumsi, quòd ex te ipso coràm anteà nihil potuissem cognoscere. Sed quid multa? litteras hoc exemplo dedi.

Reliqua huius epistolæ pars, posita est post epist. ad Dolabellam.

CICERO DOLABELLAE COS. SVO. 15

ANTEA cùm per litteras Attici nostri de tua summa liberalitate, summóque erga se beneficio certior factus essem: cúmque t

A ipse etiam ad me scripsisses, te fecisse ea, quæ nos voluissemus: egi tibi gratias per litteras his verbis, vt intelligeres, nihil te mihi gratius facere potuisse. Posteà verò, quàm ipse Atticus ad me venit in Tusculanum huius vnius rei causa, tibi vt apud me gratias ageret, cuius eximiam quandam, & admirabilem in causa Buthrotia voluntatem, & singularem erga se amorem perpexisset: tenéri non potui, quin tibi apertiùs illud idem his litteris declararé. P. CCXLV.

B Ex omnibus enim, mi Dolabella, studiis in me, & officiis, quæ summa sunt, hoc scito mihi & amplissimū videri, & gratissimum esse, quòd perfeceris, vt Atticus intelligeret, quantum ego te, quantum tu me amares. Quod reliquum est, Buthrotiam & causam, & ciuitatem, quamquam à te constituta est (beneficia autem nostra tueri solemus) tamen velim receptam in fidem tuam, à méque etiam tibi cō mēdatam, auctoritate & auxilio tuo tectam [a] velis esse. Satis erit in perpetuum Buthrotiis præsidij: magnaq; cura & sollicitudine Atticū, & me liberaris, si hoc, honoris mei causa, susceperis, vt eos semper à te defensos velis. quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

a *al.* tuum.

Quæ sequuntur vsque ad nouam epist. pertinēt ad superiorē Ciceronis ad Atticum epist. quæ est ordine 14.

D His litteris scriptis, me ad στωμύλησις dedi: quæ quidē vereor, ne miniata [b] cerula tua pluribus locis notādę sint: ita sum μανικὸς, & magnis cogitationibus impeditus. ¶ L [c]. Antonio malè sit, siquidē Buthrotiis molestus est. Ego testimoniū cōposui [d]: quod, cùm voles, obsignabis [e]. Tu nummos Arpinatū [f] si L. Fadius ædilis petet, vel omneis reddito. Ego ad te alia epistola scripsi de LLS. CX. quæ Statio curarentur. Si ergo petet Fadius, ei volo reddi: E præter Fadium, nemini. Apud me itē puto depositū. Id scripsi ad Erotē, vt redderet. Reginā odi. me iure facere scit. sponsor promissorum eius, Ammonius: quę [g] quidē promissorū eius erāt φιλόλογα, & dignitatis meæ, vt vel in concione dicere auderē. Sarā autem prēterquàm q̄ nefarium hominē cognoui, prætereà in me contumacē, semel eū omnino domi meæ vidi. cùm φιλοφρόνως ex eo quærerē, quid [h] opus esset: Atticū se dixit quærere. Superbiam autē ipsius Reginæ, cùm esset trans Tiberim in F hortis, commemorare sine magno dolore non possum. Nihil igitur cum istis: nec tam animum me, quàm [i] stomachum non habere arbitrantur. Profectionem meam, vt video, Erotis dispensatio impedit. nam cùm ex reliquis, quæ Nonis Aprillis fecit, abundare debeam, cogor mutuari: quódque ex istis fructuosis rebus receptum [k] est, id ego ad illum fanum sepositum putabam. sed hæc G Tironi mandaui: quem ob eam causam Romam misi. te nolui impeditum impedire. Cicero noster quò modestior est, eò me magis commouet. Ad me enim de hac re nihil scripsit: ad quem nimirū potissimùm debuit. scripsit hoc autem ad Tironem: sibi post kalend. April. (sic enim annuum tempus confici) nihil datum esse: tibi pro tua natura semper placuisse, téque existimasse, id etiam H ad dignitatem meam pertinere, eum non modò liberaliter à nobis, sed etiam ornatè, cumulatéque tractari. Quare velim cures (nec

b *Ironice.* minia ἀκριβεῖα tua.*

c Initium Epistolæ, Responsio.*

d *v.c.* composui:

e *v.c.* obsignabitur. Nūmos &c. *al.* obsignabo. Tu n.§

f L. Arpinatium. P. B.

g L. quæ quidem erāt φιλόλ.

h L. quid eā opus esset:

i *Lex v.c.* quàm vix stomachū hab.

k L. refectū est, *al.* redactum est.

tibi essem molestus, si per aliũ hoc agere possem) vt permutetur Athenas, quod sit in annũ sumptũ. ei scilicet Eros numerabit. Eius rei causa Tironem misi. Curabis igitur: & ad me, si quid tibi de eo videbitur, scribes.

CICERO ATTICO, S. 16

TANDEM à Cicerone tabellarius: & meherculè litteræ πεπυκνωμένως [a] scriptæ: quod ipsum σφηκοπίην aliquã significaret. Itéque ceteri præclara scribunt. Leonides [b] tamẽ retinet suum illud ADHVC. summis verò laudibus Erotes [c]. quid quæris? Vel verba mihi dari facilè patior in hoc, méque libenter præbeo credulum. Tu velim, si quid tibi est à d tuis scriptum, quod pertineat ad me, certiorẽ me facias. Narro tibi: hæc loca venusta sunt, abdita certè, &, si quid scribere velis, ab arbitris libera. sed nescio quomodo οἶκος φίλος [e]. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. & tamen hæc ῥᾳστωνοφόρια ripulæ, videtur habitura celerem satietatem. Equidẽ etiam pluuias metuo, si prognostica [f] nostra vera sunt. Ranæ enim ὀπτῳεύκασι. Tu, quæso, fac sciam, vbi Brutum nostrum, & quo die videre possim.

CICERO ATTICO, S. 17

DVAS epistolas accepi postridie Iduum, altera eo die datã: altera Idibus. 1. ¶ Priùs igitur superiori. de Bruto, cùm scies. de consulum ficto timore cognoueram. Sicca enim φιλοσόφως ille quidem, sed tumultuosiùs ad me etiam illam suspicionem pertulit. Quid tu autem? τὰ μὲν δὶς ὀμόμενα. nullum enim verbum à [g] Sire regio. non placet. ¶ De Pletorio, vicino tuo, permolestè tuli, quemquam priùs audisse, quàm me. ¶ De Syro, prudenter. L. Antonium per M. fratrem, vt arbitror, facillimè deterrebis [h], auctoritate, vel vi. sed nondum acceperas litteras, nec cuiquam [i], nisi L. Fadio ædili. aliter enim nec cautè, nec iure fieri potest. ¶ Quòd scribis tibi deesse [k] LLS. c. quæ Ciceroni curata sint: velim ab Erote quæras, vbi sit merces insulatum. ¶ Arabioni de Sitio l nihil irascor. ¶ Ego de itinere nisi [m] explicato n A, nihil cogito: quod idem tibi videri puto. 2. ¶ Habes ad superiorem nunc audi ad alteram. Tu verò facis, vt omnia, quòd Seruiliæ non deest, id est Bruto. ¶ De regina gaudeo te non laborare: certè o etiam tibi probari. Erotis rationes & ex Tirone cognoui, & vocaui ipsum. Gratissimum, quòd polliceris Ciceroni nihil defuturũ. de quo mirabilia Messalla: qui Lanuuio rediẽs ab illis, venit ad me: & meherculè ipsius litteræ sic & φιλοσόφως, & πυκνῶς p scriptæ, vt eas vel in actoali audeã legere. quo magis illi indulgendum puto. De Buciliano, Sestium q puto non molestè ferre. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. tu verò, quidquid erit, quod me scire par sit, statim. ¶ XVII r. Kalen. abibo s.

CICERO ATTICO, S. 18

ETSI satis videbar scripsisse ad te, quid mihi opus sit, & quid te facere vellem, si tibi commodum esset: tamen, cùm profectus essem, & [t] in lacu [u] nauigarem, Tironem statui ad te esse mittendum, vt his negotiis, quæ agerentur, interesset: atque etiam scripsi ad Dolabellam, me, si ei videretur, velle proficisci: peq́ue ab eo de mulis vecturæ [x] itineris. vt & in eis, cùm [y] intelligo te distentissimũ esse, quà de Buthrotiis, quà de Bruto: cuius [z] etiam ludorum suorum [a] curam, etiam administrationem, suspicor ex magna parte ad te pertinere [a]: vt ergo in eiusmodi re, tribues nobis paullum operæ. nec enim multum opus est. Mihi res ad cædem, & eam quidem propinquam, spectare videtur. Vides homines, vides arma. prorsus non mihi videor esse tutus. sin tu aliter sentis, velim ad me scribas. domi enim manere, si rectè possum, multo mâlo.

CICERO ATTICO, S. 19

QVIDNAM est, quod audendum amplius de Buthrotiis? Stetisse enim te frustra scribis. quid autem se refert Brutus? Doleo mehercule te tam esse detentum [b]: quod decem hominibus referendum est acceptũ. Est illud quidem ἐγκώδες, sed ἀνεκπόδ [d], mihique gratissimum. De armis nihil vidi apertius. Fugiamus igitur, &, vt ais, corám. Theophanes quid velit, nescio. scripserat enim ad me: cui rescripsi, vt potui. mihi autem scribit, venire ad me se velle, vt & de suis rebus, & quædam, quæ ad me pertinerẽt. Tuas litteras exspecto. Vide quæso, ne quid temerè fiat. Statius scripsit ad me, locutum secum esse Qu. Ciceronem valde asseueranter, se hęc ferre non posse: certum sibi esse ad Brutum & Cassium transire. Hoc enimuerò nunc discere aueo: hoc ego quid sit, interpretari non possum. Potest aliquid iratus [e] Antonio: potest gloriam nouã quærere: potest totum esse σχεδίασμα. Et nimirum ita est. Sed tamen & ego vereor, & pæne conturbatus est. Scit enim quæ ille de hoc mecum. quædam ἄφατα nolim, planè, quid velit, nescio. A Dolabella mandata habebo, quæ mihi videbuntur. id [f] est nihil. Dic mihi: C. Antonius voluitne fieri Septemuir? fuit certè dignus. De Menedemo est vt scribis. Facies omnia mihi nota. Egi gratias Vecteno [g]. nihil enim potuit humanius.

CICERO ATTICO, S. 20

DOLABELLAE mandata sint quæliber, modò [h] aliquid, vel quod Niciæ i nuntiẽ. Quis enim hæc [k], vt scribis, anté l? ne nunc dubitare quenquam prudentem, quin meus discessus desperationis sit, non legationis? Quòd ais, extrema quædã iã homines de rep. loqui, & eos quidem viros bonos: ego, quo die audiui, illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdiffidere cœpi. Posteà verò, quàm tecum Lanuuij vidi nostros tantum spei habere ad viuendum, quantum accepissent ab Antonio, desperaui. Itaq; mi Attice, fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo. genus illud interitus, quo [m] casurus es, fœdum duces, & quasi denuntiatum nobis ab Antonio. *Ex hac nassa* [n] *exire* constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. Hæc omnia [o] culpa Bruti. Pompeium [p] Cartheiæ receptum scribis. Iam igitur contra hunc exercitum. Vtra ergo castra? Media enim tollit Antonius. illa infirma, hæc nefaria. Properemus igitur. sed iuua me cõsilio, Brundisione, an Puteolis. Brutus quidem subitó. sed sapienter. πάσχω π. Quando enim illum? sed humana ferenda. Tu ipse eum videre non potes. Dij illi mortuo, qui vnquam Buthrotum. Sed acta missa videamus, quæ agenda sint. Rationes Erotis, etsi ipsum nondum vidi, tamen & ex litteris eius, & ex eo, quod Tiro cognouit, propemodum cognitas habeo. Versuram fieri bis esse faciendam mensium q quinque, id est, ad kal. Nou. LLS. CC. in eã diem cadere nummos, qui à Quincto debentur. Velim igitur

a v.c. & I. πεπυκνωμένως
q vide 16. famil. 21.*
c v.c. & I. Herodes.
d Vet. Vatic. & Bosc. à Statio. Fuit P. CCXLVI. autem Statius libertus Quincti. lipsi. 4. Antiquit. 19.*
e adde 4. epistola 8.*
f versus Arati à se latinitate donatos intelligit 2. epistol. 1. in f. 3.*
g v.c. à Sirregio.
h Bosc. deterrebis. Antron vetus, ex vetervi. Antroni vel vi.*
i al. cuiquã dedi n si.*
k vel, desere. al. debueris?
l q.v.c. Sitto, al. Sicio
m al. nisi explicato A. al. nisi explicato A.
p. B.
n Bos. Δ. id est ἑτεῖον id est ἐς alienum. Sic digamma Aeolicon dicitur 9. epistol. 11.*
o v.c. teste etiam fort. testem.
p L. ὄμπτῳς. v.c. πτῶς
q L. Sextium
r Iuftium epistolæ Bosio.*
s deest quibusdam vt & Bosio
t v.c. & in lacuna vigilarem, non pl.
u Vet. Vatic. & Bos. Lacuna vigilarem. Lips. illa cura vigilarem 4. Antiquit. 19. & ita Bosius quoque etiã quidam vetus codex præfert & in ea cum vigilarem.*
x al. vecturæ, & itineris. || Vet. vitturæ & in eis al. ceteris iumentis Cum intelligo al. & vecturæ ceterisque iumentis. Cum intelligo, te d*. y al. quoniam.* z L. cuius etiam ludorum curam, al. cuius etiam lud. scenicorum c. a bos. scorsum.*

a v.c. Veteres
b fe. distineri. al. tenaliis. detentum. c vide 16. d Vet. Bos. ἀνεκπόδ. e P. CCXLVI.
f al. ἀφῆτα
g v.c. Vecteno.
h v.c. mihi aliquid, vel
i al Nicia.
k hæc res eumo no dubitari. Sed ita Lips. & aliquis vt legi debeat vt sit bis-anne non Bos. vt videtur esse scribis. Facies omnia mihi nota. Egi gratias Vecteno g. v.c. Vecteno.
l Lanuc. vel
m casurus Nunc. Bos.
n v.c. naui vel
o culpa Bruti. Pompeium in quo castra Cæsaris, quæ Cæsaris in quibus castris
p Cartheiæ

igitur,quoniam Tiro negat tibi placere, me eius rei causa Romam venire:si [a]te ea res nihil offendet,videas,vnde nummi sint:mihi fe ras expensum.hoc video in præsentia opus es se.Reliqua diligẽtiùs ex hoc ipso exquiram:in his de mercedibus dotalium prædiorum:quæ si fideliter Ciceroni curabuntur (quamquam volo laxiùs [b]) tamen ei propemodum nihil deerit [c]. Equidem video mihi quoque opus esse viaticum.sed [d] id ex prædiis,vt cadet, ita soluetur.Mihi autem opus est vniuerso quidem.Etsi mihi videtur iste,qui vmbras timet, ad cædem spectare:tamen, nisi explicata solutione, non sum discessurus. Sitne autem excitata [e], nécne, tecum cognoscam. Hanc putaui mea manu scribendam: itaque feci. De Fadio,vt scribis,vtique alij nemini.rescribas velim hodie.

a v.c. si ea res n.

b fort. proli- xius. lar- gius.

c v.c. deerit.

d fort. sed ei ex prad.

e al. explicata Bos. ex- scitata.*

f v.c. scribitur.

CICERO ATTICO, S. 21

NARRO tibi:Qu.pater exsultat lætitia.scripsit enim filius, se ideirco profugere ad Brutum voluisse,quòd cùm sibi negotium daret Antonius, vt eum dictatorem efficeret, præsidium occuparet,id recusasset. Recusasse autem se,ne patris animum offenderet:ex eo sibi illum hostem.Tum me,inquit,collegi,verens,ne quid mihi ille iratus,tibi noceret.itaque eum placaui.Et quidem cccc.certa, reliqua in spe.Scribit autem Statius, illum cum patre habitare velle:hoc verò mirum. & id gaudet.quem [f] tu illo certiorem nebulonem? Ἐπιχλῶ vestram de re Cani [g] deliberationis probo.nihil eram suspicatus de tabulis.ἀπαρχαί οὐκ restitutam arbitrabar.Quæ differs,vt mecũ corãm:exspectabo.tabellarios, quoad voles, tenebis.es enim occupatus.Quòd ad Xenonẽ, probè.quod scribo, cùm absoluero .Quincto scripsisti, te ad eum litteras. nemo attulerat. Tiro negat iam tibi placere Brundisium: & quidem dicere aliquid de militibus. At ego iã destinaram Hydrũtem quidem. mouebant me tuæ quinque horæ. Hîc autem quantus πλοῦς?sed videbimus.Nullas à te XI.Kal.quippe,quid enim iam noui? Cùm primùm igitur poteris,venies. ego propero, ne antè Sextus: quem aduentare aiunt.

e v.c. fortasse nulli Bos. Cani.

f fort. fusc.

CICERO ATTICO, S. 22

GRATVLOR nobis,Qu.filium exisse. molestus non erit. Pãsam bene loqui credo. Semper enim coniunctum esse [h] cum Hirtio scio:amicissimum Bruto & Cassio puto,si expediet. sed quando illos videbit? inimicum Antonio:quãdo,aut cur? quousque ludemur? Ego autem scripsi,Sextum aduentare,nõ quò iam adesset,sed quia certè id ageret, ab armisque nullus discederet.Certè si pergit, bellum paratum est. Hic autem noster Cytherius [k], nisi victorem, neminem victurum. Quid ad hæc Pansa? vtro [l] erit,si bellum erit? quod videtur fore. sed & hæc, & alia corãm. Hodie quidem(vt scribis)aut cras.

g al. non Bos.

h fort. cum Hirtio

i v.c. Cretensis.

k fort. Cytherius vtro

l v.c. erit.

CICERO ATTICO, S. 23

MIRIFICE torqueor, sine dolore tamen: sed permulta mihi de nostro itinere in vtranque partem occurrũt.quousque,inquies? quoad erit integrum:erit autẽ vsque dum ad Antonio:quãdo,aut cur? quousque ludemur? nauem.Pansa si rescripserit,& meam tibi, & illius epistolam mittam.Silium exspectabam, cui συνθημα compositũ,si quid noui.Ego litteras missi ad Brutũ:cuius de itinere etiã ex te velim,siquid scies,cognoscere. ¶TABELLARIVS [m] ad eum miseram,ex itinere rediit VII.kal.Et Seruilia dixit,eo die Brutũ Puteolis profectum.Sanè dolui,meas litteras redditas non esse. Silius ad me non venerat. causam composui.eum libellum tibi misi. Te quo die exspectem,velim scire.

m In Editionibus vulgo- bonus. n v.c. & L. nauem ad Brut. cum nost.

CICERO ATTICO, S. 24

DE meo itinere variæ sententiæ. Multi enim ad me.sed tu incumbe,quæso, in eam curam. magna res est.An probas, si ad kal.Ian.cogitamus? meus animus est æquus,si [c] tamen [d],vt,si nihil offensionis sit, & [e] tuus. etiam [f] scribe,quo die Olympia. quum [g] mysteria [h] scilicet, vt tu scires. Casus consilium nostri itineris iudicabit.Dubitemus igitur:hyberna [i] enim nauigatio odiosa, eóque exte quæsieram mysteriorum diem. Brutum (vt scribis) visum iri à me puto. ego hinc volo prid.kalend.

a L.Brutum H.II. prof. Vet. HNIS. Bos. Brutum H.IIII. id est hora quarta.*

b al.his al. Baiis.*

c v.c. si tamen, L. ita tamen, vt, si

d Faero.tamen si nihil* e fort.&si tuus. Bos. & tu etiam scribe, quo die piacium,mysteria scilicet. vt vt sit res,casus, & cæt.*

f al. velim etiam scire, quo d. Vrs. Et tu etiam scribe quo

g P.ccxlix. die Olympia quo mysteria, scilicet, vt sciam Vet. aueo etiam, scire quo die Olympia.*

h fort.quo

i v.c.& L. est enim hiberna nauig.

CICERO ATTICO, S. 25

DE Quincti negotio video à te omnia facta.ille tamen dolet,dubitans vtrùm morem gerat Leptæ,an fidẽ infirmet Silio [k] Mãdibili. L L. Pisonem vellem exire legatum. λευδεγγράφῳ s.c. velim scire quid sit.Tabellarius ille,quem tibi dixeram à me ad Brutũ esse missum, in Anagninum ad me venit ea nocte,quæ proxima ante Kalendas fuit, litterásque ad [m] me attulit:in quibus vnum alienum summa sua prudentia, vt [n] spectem ludos suos. Rescripsi scilicet primùm me iam profectum: vt & non integrum sit: dein ἀποστάσιον esse,me, qui Romam omnino post hæc arma non accesserim, neque id tam periculi mei causa fecerim,quàm dignitatis, subiciò ad ludos venire. Tali enim tempore ludos facere,illi honestum est,cui [o] non necesse est spectare:mihi vt non est necesse, sic [p] nec honestum est.Equidem illos celebrari,& esse quàm gratissimos mirabiliter cupio : sdq; ita futurum esse confido:& tecum ago , vt iã ab ipsa commissione ad me,quemadmodum accipiantur [q] : deinde omnino reliquorum dies singulos persequare. sed de ludis hactenus.Reliqua pars epistolæ [r] : illa namque in vtramque : sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos virileis. Quod quale tibi videretur,vt possis intepretari, misi ad te exemplum epistolæ. quamquam mihi tabellarius noster dixerat, tibi quoque se attulisse litteras à Bruto,eásque [s] à Tusculano esse delatas. Ego itinera sic composueram, vt Non. Quinct.Puteolis essem.valde enim festino:ita tamen,vt,quantum homo possit,quàm cautissimè nauigem.M.Ælium cura [t] libera. ei sine paucos spectis in extremo fundo , & eos quidẽ subterraneos,seruitutis apud [u] Talnæ quid habituros:id me iamiam nolle, neque mihi quidquã esse tanti:sed(vt mihi dicebas)quàm leniss imè, potiùs vt cura liberetur, quã vt me succensere [x] aliquis suspicetur. Idem de illo Tulliano,cupide [y] libero.cũ Cascelio loquare: parua res est.sed tu bene [z] attendisti. nimis callidè agebatur [a] : ego autem,si mihi imposuisset aliquid,quod pænè fecit,nisi tua malitia affuisset,animo iniquo tulissem.Itaque vt [b]

k Bos. Silio.

l Inaudiui L. Pisonẽ velle exire legatũ λευδεγγράφω.*

m L. ab eo attulit:

n v.c. idem illud,vt ip.

o v.c. cui necesse est.spectare mihi vt

p L. sic ne honesti quidem est.

q v.c.& L. accipiantur

r i) ludi: deinde omnia reliquorum ludorum in dies singulos pers.

s v.c. epistolæ, est illa quidem in vtramq. partem: sed tamen,&c. Bos.*

t fort. cura libera-

u al. apud tale. al. apud talis. Bos. à puteali.*

x v.c.& L. susciensere

y Bos. capite libero.*

z v.c. verè a v.c.

a agebantur.

b v.c. & L. vt in erit.

f v.c. eásque ad te Tusculano esse del bis.is me paucos spectis in extremo f. & eos q. subt. seruit. ap. T. q. h. id me iam nolle.neq bita Bos.*

erit, rem impediri mâlo. Octauam partem Tullij [a] luminarium in ædium ad strane memineris. Cui Cerelia, videris mancipio dare ad eam summam, quæ sub præcone fuit maxima. id opinor esse CCCLXXX. Noui si quid erit, atque etiam si quid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quàm sæpissimè velim. Varroni, quemadmodum tibi mandaui, memineris excusare tarditatem litterarum mearum. Mundus [b] istum. M [c]. Ennius quid egerit de testamento, curiosiùs [d] facias me velim certiorem. Ex Arpinati VI. Non.

a *Vet.* Tulli liminarum medium *al.* Tuli luminarum medium ad Strenix *Malasp.* tolle luminarium ædium ad Strenix memineris: *Bos.* luminarium in ædium ἄθυρα id est, in partes ædiũ cæcas. * *fort.* Tullianarũ ædium, ad Strenæ memineris cui. Cærelliæ videris mancipio d. ‖ *al.* Tullianarum ædium abstrahere memineris. *

b *Bos.* Mundus is. Tu M. Ennius. *

c *al.* Menius *al.* M. Lenius

d *v.c.* (cutiosus enim)

CICERO ATTICO, S. 26

GAVDEO id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Nam cùm ad te VI. Non. darem eidem tabellario, dedi etiã ad Sestium [e] scriptas παύυ φιλοτίμως. Ille autẽ quòd Puteolos prosequitur [f], humanè: quòd queritur, iniuste. non enim ego tam illum exspectare, cùm de Cosano rediret, debui, quàm illè aut non ire, antequàm me vidisset, aut citiùs reuerti. Sciebat enim me celeriter velle proficisci, seséque ad me in Tusculanum scripserat esse venturum. Te, vt à me discesseris, lacrymasse, molestè ferebam [g]. quod si, me præsente, feciss es: consilium totius itineris fortasse mutassem. sed illud præclare, quòd te cõsolata [h] est spes breui tempore congrediendi: quæ quidem exspectatio me maximè sustentat. Meæ tibi litteræ non deerunt. De Bruto scribam ad te omnia. Librum tibi celeriter mittam. De Gloria, excudam aliquid λεπτολέπτιον, quod lateat in thesauris tuis. De Planco, memini. Attica iure queritur. Quòd me de Bacchi i [i], de statuarum coronis certiorẽ feceristi, valde gratum: nec quidquam posthac non modò tantum, sed ne tantulum quidem prætereris. Et de Herode & [k] Metio, meminero, & de omnibus quæ te velle suspicor [l]. Modò turpem sororis tuæ filium, cùm hæc scriberem: Aduentabat autẽ βιλνοῦ cenantibus nobis.

e *v.c.* & *L.* suspicabor modò. Turp. ‖ *ita quoque Bos.* *

f *v.c.* & *L.* In Puteolanum. postridie iens ad Brutum in Nesidem, hęc] *ita Bos.*

b *al.* Nesidem. Brutus enim in Neside tum erat *epistol.* 2. & 4. Ita Lipsius hunc locum emendat 4. *Antiqu.* 19 *

c *Vet. Vatic.* de hercule istis. *Lipsius.* Dehercule istis, vt sub intelligas malefaciãt *Lipsius* 4 *antiquit.* 19 & *ita Bos.* *

d *al.* quàm Iul. id est quàm eius ludos ita esse proscriptos à Nonio Iulio ad III. Idus *

e *L.* Θεωρῶ *al.* ἔτ' ἰῶ ρῶ ‖ *Bos.* ἔτι ἰῶ ρῶ id est adhuc ne potiamur. *

CICERO ATTICO, S. 27

EGO, vt ad te pridie scripseram, Nonis constituerat venire in Tusculanum. Ibi igitur quotidie tuas litteras exspectabo, & maximè de ludis: de quibus etiam ad Brutum tibi scribendum est: cuius epistolæ, quam interpretari ipse vix poteram, exemplum pridie tibi miseram. Atticæ meæ velim me ita excuses, vt omnem culpam in te transferas: & ei tamen confirmes, me minimè totum amorem eò mecum abstulisse [m].

CICERO ATTICO, S. 28

BRVTI ad te epistolam misi. Dij boni! quã τὰ ἀμυχανία! cognosces, cùm legeris. De celebratione ludorum [n], tibi assentior. Ad M. Ælium nullus tu quidem, domum. sed, sicubi inciderit. de Tulliano semisse, M [o]. Axianum adhibebis, vt scribis. Quòd cùm Cosiano egisti, optimè. Quòd non solùm mea, verùm etiã tua expedis, gratũ. Legatione probari meã gaudeo. Quod promittis, dij faxint. Quid enim mihi meis iucundius? Sed istam, quam tu excipis, metuo. Brutum cùm conuenero, perscribam omnia. De Planco, & Decimo, sanè velim. Sextum scutum abiicere [p]. De Mundo, si quid scies. Rescripsi ad q omnia. nunc nostra accipe. Q. filius vsque Puteolos: mirus ciuis, vt tu Fauonium, Asinium dicas: & quidem duas ob causas, & [r] vt mecum, & αὐτοστόργως vult cũ Bruto & Cassio. Sed tu quid ais? Scio enim te familiarem esse Othonum. ait [s] hic sibi Iuliã ferre: constitutum enim esse dissidium u. Quæsiuit ex me pater, qualis esset fama. dixi, sanè nihil me audisse (nesciebam enim, cur quæreret) nisi de ore, & patre. Sed [x] cur tu, inquam? At ille: filiũ velle. Tũ ego, etsi ἐξελυτρόμην, tamen [y] negaui. putaui illa esse vera. προπὸς [z] hoc [a] est enim huic nostro, nihil prębere. Illa autem ἀ [b] παρὰ τοῦτο. Ego tamen suspicor hunc, vt solet, hallucinari. Sed velim quæras (facilè autem potes) & me certiorem. Obsecro te, quid est hoc? Obsignata iam epistola, Formiani, qui apud me cenabant, Plancũ se aiebãt, hunc Buthrotium, pridie quàm hoc scribebã, id est, III. Non. audisse [c] dimissum, sine phaleris: seruulos autẽ dicere, eũ, & agripetas electos à Buthrotijs. Macte. Sed, amabo te, perscribe mihi totum negotium. Vale.

m *v.c.* attulisse.

n *v.c.* & *L.* ludorũ Bruti, tibi adsi o *al.* Maximum. ‖ *Bos.* Maximam. *

p *v.c.* abscere nolebam. De Lab. cere nolebam. Del. ita Bos. q *v.c.* & *L.* ad omnia tua. mitto. r *L.* & mecũ *Bos.* vult. s *v.c.* & *L.* Tullium ‖ *Bos.* Tullium fere confirmãsset & cet. *

t *v.c.* & *L.* dissidium u *v.c.* & *L.* sed quæsiuit inquam. ‖ *Bos.* sed quæsitum ingrat. * y *v.c.* tamen negaui. Ita re me esse vera.

z *L.* προπὸς hic est enim. a *Bos.* (hoc est enim) * b *Bos.* παρὰ τοῦτο id est non interpellat. c *v.c.* & *L.* dimissum. d *Bos.* hoc sensi vidisse h *Bos.* hoc sensi arma. ai suspicarum. * i *sic.* non sine bello k *v.c.* ad Kal. Lan. l *v.c.* & *L.* De cęcere. m *L.* te. Quius enim recusem. Quius malim, si hoc quidem malũ. Del. ita Bos. n *v.c.* & *L.* LXXII. Gius. affirmo profecto. obsolete. o hoc rerum delectum ea Ciceronis. p *Vet.* Gr. P. CCLX. P. L. prætor. q *v.c.* & *L.* quæ. Plus quid Plus permutatis. quia ad fr. r *v.c.* & *L.* minutarumque. quo plus permutasti, quàm ad fructum insularum: id ille annus habeat, in

e *sic* epistol. 4. * g *v.c.* & *L.* audiebam)

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM, LIBER XVI.

CICERO ATTICO, S. 1

NONIS Quinct. veni in [a] Puteolanum, iens ad Brutum, in Nesideb hæc scripsi, sed eo die, quo veneram, cenãti Eros tuas litteras. Itáne? Nonis Iuliis? meherculè [c] istis. Sed stomachari totum diem licet. quid quámne turpius, quàm [d] Bruto nil? Redeo ad meum igitur, ἀλλὰ σῶμ [e]. Nihil vidi. Sed quid est, quæso, quòd agripetas [f] Buthroti concisos audio? Quid autem Plancus tam cursim? (ita enim meditabar [g] dieni & noctem. Sanè cupio scire, quid sit. meam profectionem laudari gaudeo. Dymæos agro pulsos, mare infestũ habere, nil mirum. Videndum est, vt mansio laude tur quotidie tuas litteras exspectabo. ὁ πλοῦς Bruti videtur aliquid præsidij esse. sed opinor minuta nauigia. Sed iam scia, & ad te cras. De Ventidio, πανικὸν puto. de Sexto, pro certo habebatur, ad h arma. Quod si verum est, sinei bello ciuili video seruiendũ. Quid ergo? Kal. Ian. in Pania spes. λῆρος πολὺς in vino, & in somno istorum. De MCCX. optime Ciceronis rationes explicentur. Quius enim recensẽt multa, quæ vellem: in his, ne hoc quidem malũ [. in o mandatis sat p abundè] LLS. LXXII. satis esse, affatim prorsus. sed Xenonem perexiguè q, & γλίσχρως præbere.

m *v.c.* attulisse.

n *v.c.* & *L.* ludorũ Bruti, tibi adsi o *al.* Maximum. ‖ *Bos.* Maximam. *

p *v.c.* abscere nolebam. De Lab. cere nolebam. Del. ita Bos. q *v.c.* & *L.* ad omnia tua. mitto. r *L.* & mecũ *Bos.* vult. s *v.c.* & *L.* Tullium ‖ *Bos.* Tullium fere confirmãsset & cet. *

t *v.c.* & *L.* dissidium u *v.c.* & *L.* sed quæsiuit inquam. ‖ *Bos.* sed quæsitum ingrat. * y *v.c.* tamen negaui. Ita re me esse vera.

z *L.* προπὸς hic est enim. a *Bos.* (hoc est enim) * b *Bos.* παρὰ τοῦτο id est non interpellat. c *v.c.* & *L.* dimissum. d *Bos.* hoc sensi vidisse h *Bos.* hoc sensi arma. ai suspicarum. * i *sic.* non sine bello k *v.c.* ad Kal. Lan. l *v.c.* & *L.* De cęcere. m *L.* te. Quius enim recusem. Quius malim, si hoc quidem malũ. Del. ita Bos. n *v.c.* & *L.* LXXII. Gius. affirmo profecto. obsolete. o hoc rerum delectum ea Ciceronis. p *Vet.* Gr. P. CCLX. P. L. prætor. q *v.c.* & *L.* quæ. Plus quid Plus permutatis. quia ad fr. r *v.c.* & *L.* minutarumque. quo plus permutasti, quàm ad fructum insularum: id ille annus habeat, in

in [a] quem itineris sumtus accessit. Hinc ex Kal.April.ad LLS.LXXX.accommodetur.Nūc enim insulæ tantum.Videndū enim est,quid, cùm Romæ erit. non enim puto socrum illā ferendam. Pindaro de [b] Cumano negaram. Nunc,cuius rei causa tabellarium miserim,accipe.Q.F.mihi pollicetur,se Catonem.Egit autem & pater,& filius, vt tibi sponderem: sed ita,vt tum crederes,cùm ipse cognosces.Huic ego litteras ipsius arbitratu dabo.eæ te ne mouerint.Has scripsi in eam partem,ne me motum putares.Dij faxint,vt faciat ea, quæ promittit.Commune enim gaudium. sed ego nihil dico amplius.Is hinc VII.Id. Ait enim attributionem in Idus: se autem vrgeri acriter. Tu ex meis litteris,quomodò respōdeas, meditabere.Plura,cùm & Brutum videro,& Erotem remittā.Atticæ meę excusationē accipio, eámque amo plurimum:cui,& Piliæ salutem.

CICERO ATTICO, S. 2

SEXTO Id.duas epistolas accepi, vnā à meo tabellario, alteram [c] Bruti. De Buthrotiis, longè alia fama in his locis fuerat.sed cū aliis multis hoc ferendum. Erotem remisi citiùs, quàm constitueram,vt [d] esset cum Hortensio, & quia equitibus [e] quidem ait se Idib. constituisse: Hortensius verò impudenter. Nihil enim debetur ei,nisi ex tertia pensione: quæ est Kal.Sext.ex qua pensione ipsa, maior pars est ei soluta, aliquanto ante diem. Sed hæc Eros videbit Idib. De Publilio autem, quod perscribi oportet,moram non puto esse faciēdam:sed cùm videas,quantum de iure nostro decesserimus, qui [f] de residuis CCC.LLS.CC. præsentia soluerimus,reliqua præscribamus[g]? Loqui cum eo(si tibi videbitur)poteris, eum commodum nostrū exspectare debere, cùm tanta sit à nobis iactura facta iuris:Sed amabo te,mi Attice:vidésne,quàm blādé?Omnia nostra,quoad eris Romæ,ita gerito,regito, gubernato, vt nihil à me exspectes. quamquam enim reliqua satis apta sunt ad soluendum:tamen fit sæpe,vt ij,qui debent, non respondeant ad tempus.Siquid eiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. non modò versura,verùm etiam venditione,si ita res coget, nos vindicabis. Bruto tuæ litteræ gratæ erāt.fui enim apud illum multas horas in Nesside,cùm paullo antè tuas litteras accepissem. Delectari mihi Tereo videbatur, & habere maiorem Accio [h] ,quàm Antonio, gratiam. Mihi autem,quæ [i] lætiora sunt,eo plus stomachi,& molestiæ est,populum Romanum manus suas non in defendenda rep.sed in laudādo [k] consumere.Mihi quidem videntur istorū animi incendi etiam ad repræsentandam improbitatem suam.sed tamē, DVMMODO DOLEANT ALIQVID,doleāt quidlibet. Cōsiliū meum quòd ais quotidie magis laudari, non molestè fero. exspectabámque, si quid de eo ad me scriberes.Ego enim in varios sermones incidebam. quinetiam idcirco trahebam, vt quàm diutissimè integrum esset.Sed quoniā Euro villa extrudimur,Brundisium cogito.Facilior enim,& exploratior deuitatio legionū fore videtur,quàm piratarum,qui apparere dicuntur.Sextius[m] VI.Id.exspectabatur:sed non venerat,quod sciam.Cassius cum classicula sua venerat.Ego cùm eum vidissem V [n].kal.in Pōpeianum cogitabam:inde Aculanum [o].nostri reliqua. De Tutia [p] ita putaram.De [q] C. Metio,non credo:nec tamen curo plus, quàm tu. Planco, & Oppio scripsi equidem, quoniā rogaras:sed,si tibi videbitur,ne [a] necesse habueris reddere. cùm enim tua causa fecerint omnia,vereor, ne meas litteras superuacaneas arbitrentur.Oppio quidem vtique:quem tibi amicissimū cognoui.verùm,vt voles tu. Quoniam scribis hiematurum te in Epiro, feceris mihi gratum,si antè eò veneris,quàm mihi in Italiam,te auctore,veniendum est.Litteras ad me quàm sæpissimè:sed [b] de rebus minùs necessariis,aliquem nactus. sin autem erit quid maius,domo mittito.ἠχμαλεύσεν,Brundisiū [c] salui,adoriemur.De gloria misi tibi.custodies igitur,vt soles:sed notentur eclogarij [d], quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat.mihi valde placent:mallem tibi.Etiam atque etiam vale.

CICERO ATTICO, S. 3

TV verò sapienter. nunc demum enim rescribo ijs litteris,quas mihi misisti,conuento Antonio Tiburi.Sapienter igitur, quòd manus dedisti,quódque etiam vltrò gratias egisti.certè enim, vt scribis, deseremur ocyus à rep,quàm à re familiari, Quòd verò scribis, te magis [e] delectari,[of] Tite,[siquid ego §], siquid agis,addis mihi scribendi alacritatem. Quòd Erotem non sine munusculo exspectare te dicis,gaudeo non fefellisse eam rem [opinionē] tuam:sed tamē idem συμπαγμα misi ad te retractatius,& quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum,& refectum.Hunc tu tralatū in macrocolū lege in Arcano[h]conuiuiis tuis: sed si me amas,hilaris,& benè acceptis, ne in me stomachum erumpant,cùm sint tibi irati. De Cicerone, velim ita sit,vt audimus.De Xenone, coràm cognoscam:quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter.De Herode [i] faciam, vt mandas: & ea quę scribis,ex Saufeio,& è Xenone cognoscā. de Q.F.gaudeo tibi meas litteras priùs à tabellario meo,quàm ab ipso,redditas: quamquā te nihil fefellisset.veruntamen.sed exspecto, quid ille tecum,quid [k] tu vicissim:nec dubito,quin suo more vterque:sed eas litteras Cicerium mihi spero redditurum:qui quidem,etsi per se est amabilis,à méque diligitur, tamen accedit magnus cumulus cōmendationis tuæ, Litteris tuis satis responsum est. Nunc audi, quod etsi intelligo scribi necesse non esse,scribo tamen.Multa me mouent in discessu: in primis mehercule[l] ,quòd diiūgor à te.Mouet etiam nauigationis labor.afienus non ab ætate solùm nostra,verùm etiam à dignitate.tēpús'que discessus subabsurdum. Relinquemus enim pacem,vt ad bellum reuertamur:quódque temporis in prædiolis nostris & belle ędificatis,& satis amœnis,consumi potuit, in peregrinatione consumimus.Consolantur hæc: aut proderimus aliquid Ciceroni:aut,quātùm profici possit,iudicabimus.deinde tu iam, vt spero,& vt promittis,aderis:quod quidem si acciderit,omnia nobis erunt meliora.Maximè autem me angit ratio reliquorum meorum:quæ quamquam explicata sunt, tamen, quòd & Dolabellæ nomen in his est, & [m] attributio est mihi nominū ignota, conturbor: nec me vlla res magis angit ex omnibus. Itaque non mihi videor errasse, quòd ad Balbū scripsi apertiùs,vt siquid tale accidisset,vt non concurrerent nomina,subueniret:méque tibi etiā mandasse, vt si quid eiusmodi accidisset, cū eo cōmunicares.quod facies,si tibi videbitur,cóque magis,si proficiscēris in Epirū.Hæc

a *sort.* ad quem itin.

b al. Decumano.

c Bof. alterum à Bruti tabellario. P. B.

d v.c. vt esset qui Hortendo.

e v.c. equitibus aut sesq. Equitibus est quinquaginta millia sestertium. Varro.*

f v.c. quidē & L. referibamus? al. reliqua perscribamus.

a *sort.* nec necesse habebis reddere, non reddes. Cùm enim. &c.

b v.c. & L. si de reb.

c L.si Brund.

d Eclogarij qui ex libro qui recitabatur votum excipiebant.*

P. B. Bos. magis & magis.*

e Idem initio libri ſde senectute.*

f Ego addis mihi set.

g

h nomen est propriū prędij & tamen Charitius.2. I. *Gramaticarum* aduerb. um esse existimat.*

i v.c. & L. Herode.

k *sort.* quid tu cum eo vicissi.

l v.c. mercule:

m v.c.& attributione mihi nomina ignota *non pl.* ‖Attributio est denominatio solutionis in certam dię.*

h v.c. Accio. al. Attio.

i v.c. quo lætiora sunt.

k L. & v.c. plaudendo consul. al. in plaudenda.*

l v.c. quorum furo illorum furere al. furere

m v.c.& quintam Sextius. al. v.idus

n L. Hercules. Kalendarium.

o v.c. Aculanum. al. Aculanū

p al. Tutia

q v.c. De Mutio, non

P. CCLII.

ego conscendens è Pompeiano, tribus actuariolis, decem scalmis. Brutus erat in Nesida etiã nunc, Neapoli Cassius. Ecquid amas Deiotarum, & non amas Eram [a]? qui, vt Blesamius venit ad me, cùm ei præscriptum esset, nequid sine Sestij [b] nostri sententia ageret: neque ad illũ, neque ad quemquam nostrũm retulit. Atticam nostram cupio [c] suauiari: ita mi dulcis salus visa est per te missa ab illa. Referes igitur ei plurimam. itémque Piliæ dicas velim.

a v.c. & I. Hieram?
b v.c. & I. Sexti nostri.
c v.c. & I. cupio absentẽ suauiari: ‖ ita Bos.*

CICERO ATTICO, S. 4

ITA, vt heri tibi narraui, vel fortasse hodie (Q. enim altero die se aiebat) in Nesida, VIII. Id. Ibi Brutus. quàm ille doluit de Non. Iuliis? mirificè est conturbatus. Itaque sese scripturũ aiebat, vt venationẽ etiam, quæ postridie ludos Apollinareis futura est, proscriberet III. Id. Quinct. Libo interuẽnit. Is Philonem, Pompeij libertum, & Hilarum, suum [d], venisse à Sexto cum litteris ad coss. siue quo alio nomine sunt. earum exemplum nobis [e], egit, si quid videretur. Pauca πρὸς λέξιν, ceteroqui & satis grauiter, & non contumaciter. tantum addi placuit, quod erat coss. solùm, vt esset præt. tribb. pl. senatui, ne illi non proferrent eas, quæ ad seipsos missæ essent. Sextũ autem nuntiauit cum vna solùm legione fuisse Karthagine: eáque eo ipso die, quo oppidũ Boream [f] cepisset, nuntiatum [g] est de Cæsare: capto oppido miram latitiam, commutationémque animorum, concursúmque vndique: sed illum ad sex legiones, quas in vlteriore reliquisse. Ad ipsum autẽ Libonem scripsit, nihil esse, nisi ad larem suũ reuerti liceret. summa postulatorum, vt omnes exercitus dimittãtur qui vbiq; sint. Hęc ferè de Sexto. De Buthrotiis, vndiq; quærens, nihil reperiebã: alij concisos agri petas [h]: alij Plancum, acceptis nummis, relictis illis aufugisse. itaque i non video sciturum me, quid eius sit, ni statim aliquid litterarum. Iter illud Brundisium, de quo dubitabam, sublatum videtur. legiones enim aduentare dicuntur. hæc autem nauigatio habet quasdam suspiciones periculi. itaque constituebam vti ὁμαλίᾳ. Paratiorem offendi Brutum, quàm audiebam. nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota, súntque nauigia prætereà luculenta Sextij, Buciliani [k], ceterorum. nam Cassij classem, quæ planè bella est, non numero vltra fretum. Illud est mihi submolestum, quòd parum Brutus properare videtur. Primùm confectorũ ludorum nuntios exspectat: deinde, quãtum intelligo, tardè est nauigaturus, consistens in locis pluribus. tamen arbitror esse commodius tardè nauigare quàm omnino nõ nauigare. Et, si, cùm processerimus, exploratiora videbuntur & l tectis vtemur.

d v.c. suum libertum nõ pl.
e v.c. nobis legi. dixi, quid videretur. ‖ ita Bos.* P. B.
f sic v.c. al. Eboram
g v.c. & I. nuntiatum esse de Cæs.
h sic ep. stol. 2.*
i fort. Itaque videnũ sciturum
k al. Bucillani.
l v.c. etestis vtemur. L. Etesiis vtem. ‖ ita Bos.* al. & tectis vtemur. al. & tectis vtemur. m L. Attici. m v.c. & I. quod q.
o adde 7. epistol. famil. 1.*
p v.c. pluris
q fort. quandiu fuit,
r L. in quo P. CCLIIII. minimè putaram, satisfaciebat. sic enim commutatus est ta.

CICERO ATTICO, S. 5

TVAS iam litteras Brutus exspectabat, cui quidem ego non nouum attulerã de Tereo Accii [m]. ille Brutum putabat. sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, commissione Græcorum frequentiam nõ fuisse? quæ [n] quidẽ me minimè fefellit. Scis enim, quid ego de Græcis [o] ludis existimẽ. Nunc audi, quod pluris est, quàm omnia. Quinctus fuit mecũ dies complureis, &, si ego cuperẽ, ille vel plureis [p] fuisset: sed quamũ [q] fuit incredibile est quàm me in omni genere delectarit: in eóque maximè, in [r] quo minimè satisfaciebat. sic enim communicatus est totus & scriptis meis quibusdam, quæ in manibus habebam, & assiduitate orationis, & præceptis, vt tali animo in remp. quali nos volumus, futurus sit. Hoc cùm mihi non modò confirmasset, sed etiam persuasisset, egit mecũ accuratè multis verbis, tibi vt sponderem, se dignum & te, & nobis futurum: neque se postulare, vt statim credere: sed, cùm ipse perspexisset, tum vt se amares. quòd nisi fidem mihi fecisset, iudicasséque hoc, quod dico, firmum fore: non fecissem id, quod dicturus sum. Duxi enim mecũ adolescentem ad Brutum. Sic ei probatũ est quod ad te scribo, vt ipse crediderit, me spõsorem accipere noluerit, eúmque laudans amicissimè mentionem tui fecerit: cõplexus, osculatúsque dimiserit. Quamobrem, etsi magis est quòd gratuler tibi, quàm quòd te rogẽ, tamen etiam rogo, vt, si quæ [a] minùs antea, propter infirmitatem ætatis, constanter ab eo fieri videbantur, ea iudices illum abiecisse, mihíque credas, multùm allaturam, vel plurimùm potius ad illius iudicium confirmandũ, auctoritatem tuam. Bruto cùm sæpe iniecissem de ὁμαλοίᾳ, non perinde, atque ego putaram, arripere visus est. existimabã μετριώτερον esse, & herculè erat, & maximè de ludis. At mihi, cùm ad villam rediissem, Cn. Lucceius, qui multùm vtitur Bruto, narrauit illum valde morari, non tergiuersantem, sed exspectantem, siqui fortè casus. itaque dubito, an Venusiam tendam, & ibi exspectem de legionibus. si aberunt (vt quidam arbitrantur) Hydruntem: si neutrum erit ἀσφαλὲς, eõdem reuertar. Iocari me putas? moriar, si quisquam me tenet, præter te. etenim circumspice, sed antè herubescо. O dies [t] in auspiciis Lepidi descriptos, & aptos ad consilium reditus nostri! magna ῥοπὴ ad proficiscendum tuis litteris atque vtinã te illic. sed vt cõducere putabis. Nepotis epistolam exspecto, cupidus ille meorũ, qui ea, quib. maximè γαυρῶ, legẽda nõ putet? Et ais, μετ' ἀμύμονα: tu verò ἀμύμων. Ille quidẽ ἄμεμπτος. Meatũ epistolarum nulla est συναγωγὴ: sed habet Tiro instar septuaginta: & quidẽ sunt à te quædã sumẽdæ: eas ego oportet perspiciam, corrigam, tũ denique edentur.

a aliquis

CICERO ATTICO, S. 6

EGO adhuc (perueni enim Vibonem ad Sicam) magis commodè, quàm strenuè, nauigaui: remis enim magnã partem, prodromi nulli. Illud satis opportunè: duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus, & Viboniensis: vtrumque pedibus [d], equis transmissimus. Veni igitur ad Siccam octauo die è Pompeiano, cùm vnum diem Veliæ constitissem: vbi quidem fui sanè libenter apud Talnam [e] nostrũ, nec potui accipi (illo absente præsertim) liberaliùs. VIIII [f]. Kal. igitur ad Siccam. ibi tamquam domi meæ scilicet. itaque obduxi posterum diem. Sed putabam, cùm Rhegium [g] veniissem, fore, vt illic δολιχὸν πλοῦν ὀμφιστόμιος cogitaremus, corbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, aut [h] inde Corcyram: &, si oneraria, statímne freto, an Syracusis. Hac super re scribam ad te Rhegio. Meherculè, mi Attice, sæpe mecum, ὁπόσῳ δοῦρ' ἐδίσκεο οἰνοπέδοιο πάτῃ! Cur ego tecum non sum? Cur ocellos Italiæ, villulas meas, non video? Sed id satis superque: tecumi me non esse fugientem periculum. Nec id nunc quidem (nisi fallor) nullum est. ad ipsum enim reuocat me auctoritas

d v.c. & I. Hieram? e v.c. & I. Sexti nostri. f sic v.c. al. Eboram g v.c. & I. nuntiatum esse de Cæs. h sic ep. stol. 2.* i fort. Itaque videnũ sciturum k al. Bucillani. l v.c. etestis vtemur. L. Etesiis vtem. ‖ ita Bos.* al. & tectis vtemur. al. & tectis vtemur. m L. Attici. m v.c. & I. quod q. o adde 7. epistol. famil. 1.* p v.c. pluris q fort. quandiu fuit, r L. in quo P. CCLIIII. minimè putaram, satisfaciebat. sic enim commutatus est ta.

enim,in cælum ferri profectionem meã: sed ita,si ante kal.Ian.redeam. quod quidem certè enitar. malo enim vel cum timore domi esse,quàm sine timore Athenis tuis.Sed tamẽ prospice,quò ista vergant:mihíque aut scribe, aut(quod multò malim)affer ipse. hæc hactenus. Illud velim in bonam partem accipias: me agere tecum,quod tibi maiori curæ sciam esse,quàm ipsi mihi.Nomina mea *per* [a] *duos* expedi,exsolue.bella [b] relíqui.sed opus est diligentia,coheredibus pro Cluuiano kal. Sext. persolutum vt sit. Cum Publilio quomodo agendum sit,videbis.non debet vrgere, quoniam iure non vtimur: sed tamen ei quoque satisfieri planè volo. Terentiæ verò quid ego dicam?Etiam ante diem,si potes.quin, si, vt spero,celeriter in Epirum:hoc, quod satisfactò debeo,peto à te,vt antè prouideas, planéque expedias,& solutum relinquas.Sed de his satis:metuóque ne tu nimiùm putes.nunc negligentiam meam cognosce.De gloria librum in Academico tertio. id euẽuit ob eam rem, quòd habeo volumen procemiorũ. ex eo eligere soleo, cùm aliquod *σύγγραμμα* institui. Itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto procemio,conieci id in eum librũ quem tibi misi.Cùm autem in naui legerem Academicos, agnoui erratum meũ. Itaque statim nouum procemium exaraui, & tibi misi.Tu illud desecabis,& hoc agglutinabis.Piliæ S.D.& Atticæ, delitiis, atque amoribus meis. Vale.

CICERO ATTICO. S. 7

OCTAVO [d] Id,Sext.cùm à Leucopetra profectus(inde enim tramittebam)stadia circiter CCC.processissem, reiectus sum Austro vehementi ad eandem Leucopetram.Ibi cùm ventum exspectarem (erat enim villa Valerij nõstri,vt familiariter essem,& libenter) Rhegini quidam,illustres homines, eò venerunt Roma sanè recẽtes:in iis Bruti nostri hospes, qui Brutum Neapoli reliquisset.hęc afferebãt, edictũ Bruti,& Cassij:& fore frequentẽ senatũ Kal.à [e] Bruto,Cassio litteras missas ad cõsulareis,& prætorios:vt adessent,rogare.summam spẽ nuntiabant, fore, vt Antonius cederet,res cõueniret,nostri Romam redirẽt. Addebant etiam,me desiderari [f],subaccusari.Quæ cùm audissem, sine vlla dubitatione abieci consilium profectionis, quo meherculè ne anteà quidem delectabar. Lectis verò tuis litteris, admiratus equidem sum,te tam vehementer sententiam commutasse: sed non sine causa arbitrabar.Etsi [g] quanuis non fueris suasor,& impulsor profectionis meæ,approbator certè fuisti,dummodò kal.Ian.Romæ essem. Ita fiebat,vt,dum minus periculi videretur, abessem,*in flammam ipsam venirem.*Sed hęc etiam si non prudẽter, tamẽ *ἀνεμέσητα* sunt:primùm quòd de mea sententia acta sunt: deinde etiã, si te auctore,quid debet,qui consiliũ dat,præstare,præter fidem? Illud admirari satis non potui,quòd scripsisti his verbis,BENE [h] IGITVR TV,QVI *εὐδαιμονίαν*, BENE [i]. RELINQVE [k] PATRIAM.An ego relinquebam? aut tibi tum [l] relinquere videbar?Tu id non mobabas. Grauiora quæ restant. VELIM *χόλιον* ALIQVOD ELIMES AD ME, OPORTVIT SE TE ISTVC FACERE.Itáne, mi Attice,defensione eget meum factum, præsertim apud te,qui id mirabiliter approbasti?Ego verò istũ *ἀπολογισμὸν σωπᾶν ἔφην*:sed ad eorum aliquẽ, quib.inuitis,& dissuadentibus profectus sum. Etsi, quid iam opus est *χολίου*, si perseuerassem,opus fuisset. At hoc ipsum non constanter.NEMO DOCTVS VMQVAM(multa autem de hoc genere scripta sunt) MVTATIONEM CONSILII, INCONSTANTIAM DIXIT ESSE.Deinceps igitur hęc,NAM SI A PHAEDRO NOSTRO EXPEDITA [a] EXCVSATIO ESSET,NVNC QVID RESPONDEMVS?Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare nõ possim,flagitij scilicet plenum, & dedecoris. Vtinam à primo ita tibi esset visum.tu mihi, sicut esse soles, fuisses Cato. Extremum illud vel molestissimum,NAM BRVTVS NOSTER SILET,hoc est,non audet hominem id ętatis monere.Aliud nihil habeo,quod [b] ex iis à te verbis significari putem:& herculè ita est. nã XVI.Kal.Sept.cùm venissem Veliam, Brutus audiuit.Erat enim cum suis nauib.apud Haletem [c] fluuium,citra Veliam millia passuũ III. Pedibus ad me statim.Dij immortales: quàm valde ille reditu, vel potiùs reuersione mea lætatus,effudit illa omnia,quæ tacuerat:vt recordarer illud tuum,NAM BRVTVS NOSTER SILET.Maximè autẽ dolebat, me Kal. Sextil. in senatu non fuisse. Pisonem ferebat in cælũ.Se autẽ lætari,quòd effugissem duas maximas vituperationes:vnã, quã itinere faciendo me intelligebã suscipere,desperationis ac rei̇ actionis reip.flentes [d] mecum vulgò querebantur: quibus de meo celeri reditu non probabam:alteram,de qua Brutus, & qui vnà erant (multi autem erant)lætabantur, quòd [e] eam vituperationem effugissem,me existimari ad Olympia.Hoc verò nihil turpius quouis reip. tempore.sed hoc *ἀναπολόγητον*. Ego verò Austro gratias [f] miras ago, qui me à tanta infamia auerterit. Reuersionis has speciosas causas habes, iustas illas quidem,& magnas: sed nulla iustior,quàm quòd tu idem aliis litteris: PROVIDE,SI CVI QVID DEBETVR,VT SIT VNDE PAR PARI RESPONDEATVR.MIRIFICA ENIM *δυσχρηστία* EST, PROPTER METVM ARMORVM.In freto medio hanc epistolam legi,vt,quid possem prouidere,in mentẽ mihi non veniret,nisi [g] quòd præsens me ipse defenderẽ.Sed hæc hactenus. reliqua corám. Antonij edictum legi,à [h] Bruto:& horum cõtrà,scriptum præclare.Sed quid ista edicta valeant,aut quò spectent,planè non video. Nec ego nunc,vt Brutus censebat, istuc ad rem. p. capessendam venio. Quid enim fieri potest? num quis Pisoni est assensus? num rediit ipse postridie?sed abesse hanc ætatem longè à sepulcro negant oportere.Sed,obsecro te, quid est,quod audiui de Bruto? Piliam *περιέχεσθαι πολλοῦ*,te scripsisse aiebat. Valde sum commotus.etsi idem,te scribere,sperare melius.ita planè velim.Dicas [i] plur.sal.& suauissimæ Atticæ.Hæc scripsi nauigans,cùm Pompeianum accederem,XIIII.kalend.

CICERO ATTICO, S. 8

QVVM sciam,quo die venturus sim,faciam vt scias. Impedimenta exspectanda sunt, quæ Anagnia [k] veniunt: & familia ægra est. kalendis,vesperi,litteræ mihi ab [l] Octauiano redditæ sunt.magna molitur.Veteranos, quíque [m] Casili,& Calatiæ sunt, perduxit ad suã sententiam:nec mirum:quingenos [n] denarios dat:cogitat reliquas colonias obire.Planè hoc spectat, vt, se duce, bellum geratur cum An-

a *al.*expedia esset, excusatio esset.*

b L.quod iis à te verb.

c *v.c.* Heletem.‖ *sic Strabo 6. & Cicero 7.famil. 20.**

d *v.c.*eunter

e L.quòd eã effugissem, me ex.

f *v.c.*gratias miras, qui me

g *v.c.* & *L.* nisi vt præsens me ipse d.‖ & *ita Bos.** h L.à Bruto, & Cassio: & hor.

i *v.c.*& *L.* ei dicas plur.

k *al.*anania*

l *v.c.*& *L.* ab Octauiano magno mol.

m *v.c.*& *L.* qui Casilini, & Calm hoc est annos 36. adde 10. familiar. 32: & 11. familiar. 7.*

tonio. Itaque video paucis diebus nos in armis fore. Quem autem sequamur? vide nomen, vide ætatem. Atque à me postulat, primùm vt clàm colloquatur mecum vel [a] Capuæ. Puerile hoc quidem, si id putat clàm fieri posse. Do cui litteris [b], id nec opus esse, nec fieri posse. Missit ad me Cæcinam quendam Volaterranum, familiarem suum, qui hoc [c] pertulit: Antonium cum legione Alaudarum ad vrbem pergere: pecunias municipiis imperare, legionem sub signis ducere. Consultabat vtrùm Romam cum CID.CID.CID, veteranorum proficisceretur, an Capuam teneret, & Antonium venientem excluderet: an iret ad treis legiones Macedonicas, quæ iter secundum mare superum faciunt: quas sperat suas esse. Hæ [d] congiarium ab Antonio accipere noluerunt, vt hic quidem narrat: & ei conuicium grande [e] fecerunt, concionantémque reliquerunt. Quid quæris? Ducem se profitetur, nec nos sibi putat deesse oportere. Equidem suasi, vt Romam pergeret. videtur enim mihi & plebecula vrbanam, & (si fidem fecerit) etiam bonos viros secum habiturus. O Brute, vbi es? quamtà δυκαιρία amittis? Non equidem hoc diuinaui: sed aliquid tale putaui fore. Nunc tuum consilium exquiro: Romámne venio, an hîc maneo, an Arpinum? ἀσφάλεια habet is [f] locus? fugiam [g] Romam, ne desideremur, si quid actum videbitur. Hoc igitur explica. Numquam in maiore χαρᾷ fui.

a *v.c. & L.* vel Capuæ, vel non longè à Capua *ita Bos.**
P. B.
b *v.c.* per litteras.
c *v.c.* hæc
d *L.* Ex
e *v.c.* graue

CICERO ATTICO, S. 9

BINAE in [h] die mihi litteræ ab Octauiano: nunc quidem vt Romam statim veniam: velle se rẽ agere per senatũ. Cui ego non posse senatũ ante kal. Ian. Quod quidẽ ita credo. Ille autem addit, CONSILIO TVO: Quid multa? Ille vrget. ego autem σκέπτομαι [i]. non confido ætati: ignoro, quo animo. nil sine Pansa tuo volo. Vereor, ne valeat Antonius. nec à mari discedere libet. & metuo, nequa κἀκοπραγίᾳ, me absente. Varroni quidem displicet consilium puerimihi [l] non. firmas [m] copias habet. Brutum habere potest, & rem gerit palàm: centuriat [n] Capuæ. dinumerat: iam iámque video bellum. Ad hæc rescribe.

f *L.* habet hîc locus. *v.c.*
g *forte ff.* cupio Romam, *al.* fugam Romam *al.* locus fugæ an Romam, ne desider. si quid actum vel imus.*
h L. vno die
i *fort.* σκηπτομαι
k *v.c.* nequæ
l *v.c.* mihi non, si firmas
P. celvisti,
m *Bos.* si firmas.*
n *al.* centurias Capuæ dinumerat *Ita emendat Lipsius.* 4. *Antiquit.* 19.*

CICERO ATTICO, S. 10

TABELLARIVM meum kal. Roma profectum sine tuis litteris miror. VI o. Arpinũ veni, ad IIII. in Sinuessanum. Eodem die vulgò loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini. itaque mutaui consiliũ. statueram enim rectà Appia Romã. facilè me ille esset assecutus. aiunt enim eũ Cæsarianam P vti celeritate. Verti igitur me à Minturnis Arpinum versus. Constitueram q vt prid r. Id. aut Aquini manerem, aut in Arcano. Nunc, mi Attice, tota, mente incumbe in hanc curam. magna enim res est. Tria sunt autem, maneámne Arpini, an propiùs accedam, an veniam Romam. Quod censueris, faciam. sed quàm primùm. auidè exspecto tuas litteras. VI. Id. manè in Sinuessano.

o *v.c.* & *L.* vi. kal. veni ad me in Sinuess. *al.* vi. kal. Arpinum veni in Sinuess. Eod. p *al.* Cæsariana
q L. Constitueram II. Idus vt aut Aquini manerem, *v.c.*
r *v.c.* II. Idus
s L. anthe ipsa posil. anthe *dixit* id est flores.*
t L. à Padia ægre me ten. *al.* ab Attia ægre *al.* Ante ægrè *al.* Ast ægrè motenui *al.* à septia ægrè *Bos.* At ægre.*
u *fort.* eam perstringam
x *v.c.* aut

CICERO ATTICO, S. 11

NONIS accepi à te duas epistolas, quarum alteram kal. dederas, alteram prid. Igitur priùs ad superiorem. Nostrum opus tibi probari lætor: ex quo ante [s] ipse posuisti, quæ mihi florentiora sunt visa tuo iudicio. cęrulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. De Sicca ita est, vt scribis: ast [t] ab ea ægre me tenui. Itaque perstringã [u] sine vlla contumelia Siccæ, & [x] Septimiæ, tãtú vt sciãt πρὸς πρόσωπον

a *Vet.* sine vallo *Bos.* id est sine munitis *vide Hotom.**
b *v.c.* eum ex Galli Fadij fil. a Lucilio ex C. Fadij fil.
c mulierem scilicet.*
d *Bos.* mortem facete tulit.*
e Rubrij fratris eo scripto iniecto Antonius hæres scribebatur
f L. desiderium
g L. quod cunctes contra ciceronem Philipp. 1. Ter ἀφηγησαμενος cum ciuibus, in Thessalia Africa, Hispania.*
h L. indigne fimum esse h. v. *fort.* Nõne indignum est h. e. *fort.* Nõne indignissimum est h. v. *v.c.* Hæc referendus
i *Bos.* locus Phil pp. 2. Quid ingens, quàm cum vitæ, qui impotentia.*
k *v.c.* Gracilio. *al.* librum meum illum. O Tite. P. OCTA. *al.* videtur.
l *v.c.* n scripturus, *Bos.* à quo.
m L. accepi fuit. *v.c.* *L.*
o *v.c.* *L.* quæ exspectem quem se cohortatio. *Bos.*
p *Bos.* Pompeiis
q L. in Pompeianum abdidi.

CICERO ATTICO, S. 12

SICCA ita est, vt scribis: ast [t] ab ea ægre me tenui. Itaque perstringã [u] sine vlla contumelia Siccæ, & [x] Septimiæ, tãtú vt sciãt πρὸς πρόσωπον

s *L.* vt. *v.c.* in certis rebus.
t *L.* vt. *v.c.* meminit

nostríque familiares ferè demortui: publicè tamen scripsi,si vti vellet eis Valerius:aut mihi nomina mitteret.De[a] Lepidianis feris,Balbus ad me.Vsque ad III.Kal. exspectabo tuas litteras,déque [b] Torquati negotiolo sciturũ [c] puto. Quincti litteras ad te misi, vt scires, quàm valde eum amaret,quem dolet à te minùs amari.Atticę,quoniam(quod optimum in pueris est)hilarula est, meis verbis suauium des. Vale.

a L. De Lepidianis ferit.
b L. vade me de Torq. vng.al. méq. de Torquati negotiolo sc. & Bof. Hitumm.*

P. B.

CICERO ATTICO, S. 12

OPPII epistolæ,quia perhumana erat,tibi misi exemplum.de Ocella,dum tu mugiaris,dnec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum. Itaque me prid. Id.arbitror Romæ futurum. Commodiùs est visum frustra me istic esse,cùm id non necesse esset, quàm si opus esset,non adesse:& simul,ne intercluderer, metuebam.Ille enim iam aduentare potest:etsi varij rumores,multíque, quos cuperem veros. nihil tamen certi. Ego verò, quidquid est,tecum potiùs, quàm animi pendeam,cùm à te absim,& de te,& de me. Sed [e] quid tibi dicam?Bonũ [f] animum de ἠσυχλεσ- δείᾳ Varronis,negotia falsa.me quidem nihil vmquam sic delectauit.Sed hæc, & alia maiora,corám. Vale.

d Mugiari est nugari. Nonio. Cæs. in Mario. Mugiarare.*
e v.c. & L. quid tibi dicam?
f v.c. Bonũ animum de ἠσυχλεσ- δείᾳ Bof. vere dell Bof. ἠσυχλεσ- δείᾳ.* De ἠσυχλεσ- δείᾳ. Bof. v.c. Fire. num.

CICERO ATTICO, S. 13

OCASVM mirificam! v.g Id.cùm ante lucẽ de Sinuessano surrexissem, venissémque diluculò ad Pontem Tiretium, [h] qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabellarius, qui me offendit δολιχῇ ὶ πλόῳ ὁρμαίνοντα. Ego statim, Cedò, inquam, si quid ab Attico. Nondum legere poteramus.nam & lumina dimiseramus, nec satis lucebat.cùm autem luceret, antè scripta epistola ex duabus tuis,prior mihi legi cœpta est.Illa omnium quidem elegãtissima (ne sim saluus,si aliter scribo ac sentio) nihil legi humanius.Itaque veniam quò vocas,modò adiutore te. sed nihil tam ἀπροσδιόνυσον mihi primò videbatur, quàm ad eas litteras, quibus ego à te consilium petieram, te mihi ista rescribere. Ecce tibi altera, qua hortaris παρ' [k] ἐπ' ἀριστερ' ἔχοντα. Itaque eo die mansi Aquini. longulum sanè iter,& via inepta. [m] Inde postridie manè proficiscens, has litteras dedi, [n] & quidem vt à me dimitterem inuitissimus, fecerunt Erotis litteræ. Rem tibi Tiro narrabit.Tu quid faciendum sit, videbis: præterea possímne propiùs accedere (mâlo enim esse in Tusculano, aut vspiam in suburbano) an etiam longiùs discedendum putas? o Crebrò ad me velim scribas. erit autem quotidie cui deś.Quòd præterea consulis, quid tibi censeã faciundum, difficile est,cùm absim. Verumtamen,si pares què inter se,quiescendum:sin latiùs manabit:& quidem ad nos, deinde cõmuniter. Auidè tuum consilium exspecto.Timeo ne absim, cùm adesse me sit honestius: venire non audeo. De Antonij itineribus nescio quid aliter audio,atque vt ad te scribebã. Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas. De reliquo quid tibi ego dicam?ardeo studio historiæ.Incredibiliter enim me commouet tua cohortatio:quæ quidem nec instituti,nec effici potest sine tua ope. Coràm igitur hoc quidem conferemus:in præsentia mihi velim scribas, quibus P COSS. C. Fannius, M.F. tribunus pleb.fuerit.Videor mihi audisse,P,[a] Africano,L.Mummio. id igitur quæro. Tu mihi de his rebus, quæ nouantur, omnia certa, clara. III.Id.ex Arpinati.

a al.v.c. P. Africano, L. Mummio cẽsorib.

CICERO ATTICO, S. 14

NIHIL erat planè,quod scriberem. nam cùm Puteolis essem,quotidie aliquid noui de Octauiano,multa etiam falsa de Antonio.Ad ea autem,quæ scripsisti(treis enim acceperam III.Id.à te epistolas)valde tibi assentior:si multum possit Octauianus, multo firmiùs acta tyranni comprobatum iri,quàm in Telluris,atque id contra Brutum fore.sinauté vincitur:vides intolerabilem Antonium : vt, quem velis,nescias.O Sestij [b] tabellarium,hominem nequam!postridie Puteolis Romæ se dixit fore.Quod me mones,vt pedetentim [c] : assentior:etsi aliter cogitabam.nec me Philippus,aut Marcellus mouet.alia enim eorum ratio.& si non est,tamen videtur.Sed in isto iuuene,quamquam animi satis, auctoritatis parum est.tamen vide,si fortè in Tusculano rectè esse possim [d], ne id melius sit(ero libentiùs:nihil enim ignorabo)an hoc, cùm Antonius venerit.Sed,vt aliud ex alio, mihi non est dubium,quin,quod καθῆκον,nos officium. Id autem quid dubitas , quin etiam in remp. præclarè caderet? nónne dicimus COS. officium,tenatus officium?Præclarè conuenit,aut da melius.Malè narras de Nepotis filio. valde mehercule moueor,& molestè fero. Nescierã omnino,esse istam puerũ.Caninium perdidi, hominẽ,quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum nihil est quòd hortere : misit enim satis bellũ ὑπόμνημα.Grauedini [e],quę́so, omni ratione subueni.Quinctus tui [f] patris nepos g scribit ad patris mei nepotem, se ex nonis his,quibus nos magna gessimus,ædẽ Opis explicaturum,ídque ad populum.videbis igitur,& scribes.Sexti iudicium exspecto.

b L.Sextii
c v.c. pedetemptim. P. B.
d al.possum, id ne melius sit.
e v.c.Grauidini.
f v.c. tui pronepotem. Vrs. aut tui pronepos Ver. aut tui pronepos.* g de ædificare Q. Philij loquitur.*

CICERO ATTICO, S. 15

NOLI putare,pigritia me facere,quòd non mea manu scribam:sed mehercule [h] pigritia.nihil enim habeo aliud quod dicam:& tamẽ in tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere.sed ad rem venio.Ego , si me non improbissimè Dolabella tractasset, dubitassem fortasse,vtrùm remissior essem, an summo iure contenderem.nunc verò etiam gaudeo,mihi causam oblatam,in qua & ipse sentiat,& reliqui omnes,me ab illo abalienatũ [i], ídque præ me feram,& [k] quidem me mea facere,& reip.causa,cur[l] illum oderim:quòd cũ eam,me auctore , defendere cœpisset , non modò deseruit [m] emtus pecunia, sed etiam, quantum in ipso fuerit [n], euertit. Quòd autem quæris,quomodò agi placeat , cùm dies venerit:primũ velim eiusmodi sit,vt nõ alienum sit,me Romæ esse.De quo,vt de ceteris, faciam vt tu censueris . de summa autẽ agi prorsus vehementer [o], & seuerè volo. etsi sponsores appellare, videtur habere quamdam δυσωπίαν,tamen hoc quale sit, considerés velim.Possumus enim, vt sponsores [p] appellentur,procuratorem introducere. Neque enim illi litem contestabuntur, quo facto, non sum nescius sponsores liberari.Sed & illi turpe arbitror eo nomine,quod satisdatò debeat,procuratores eius non dissoluere: & nostræ grauitatis, ius nostrum sine summa illius ignominia persequi.De hoc quid placeat, rescribas velim:& [r] non dubito , quin hoc totũ

h v.c.mercule
P. CCLXI
i vulg.alienatum.*
k L. & quidem me facere & mea , & reip.causa, vt illum od.
l vulg.vt.*
m L. deseruerit.
n sic q.vulg. & L.fuit, euerterit
o v.c. vehementer,
p al.sponsores non appellentur.* q fort.id nomen,
r v.c. & L. nec dubito.‖ ita Bof. Malasp. nec non dubito.*

leniùs administraturus sis. Redeo ad rēp. Multa meherculè à te sępe ἐν πολιτικῷ genere prudēter: sed his litteris nihil prudentius. QVAMQVAM ENIM posset [a] in præsentia bellē iste puer retundere [b] Antonium, tamen exitum exspectare debemus. At quæ concio? nam est missa mihi. Iurat, ita sibi parentis honores cōsequi liceat: & simul dextram intendit ad statuam. μηδὲ [c] σωθεῖλω, εἴποτε τοῦτο. sed, vt scribis, certissimum [d] esse video discrimen, Caseæ nostri tribunatus: de quo quidem ipso dixi Oppio, cùm me hortaretur, vt adolescentē, totámque causam, manúmque veteranorum complecterer, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset, eum non modò nō inimicum tyrannoctonis, verùm etiam amicum fore, cùm ille diceret, ita futurum. Quid igitur festinamus inquam? Illi enim mea opera ante kal. Ian. nihil opus est. nos autem eius voluntatem ante Id. Decembr. perspiciemus in Casca. mihi valde assensus est. quamobrem hæc quidem hactenus. Quod reliquum est, quotidie rabellarios habebis: &, vt ego arbitror, etiam quid [e] scribas, quotidie [f]. Leptæ litterarum exemplum tibi misi. ex quo mihi videtur γραπλὰξ [g] ille deiectus de gradu. Sed tu, cùm legeris, existimabis [h]. ¶ Obsignata iam epistola, litteras à te, & à Sexto accepi. Nihil iucundius litteris Sexti, nihil amabilius. nam tuæ breues, priores erant vberrimæ. Tu quidem & prudenter, & amicè suades, vt in his locis potissimùm sim, quoad audiamus, hæc, quæ commota sunt, quorsum euadant. Sed me, mi Attice, non sanè, hoc quidem tēpore, mouet resp. nō quòd ea [i] sit mihi quidquam carius, aut esse debeat: sed *desseratis etiam Hippocrates verat admouere medicinam* [k], quare ista valeant. Me [l] res familiaris mouet: rem dico? immò verò existimatio. Cùm enim tanta reliqua sint, ne Terentiæ quidem adhuc quod soluam, expeditum est. Terentiam [m] dico? scis nos pridem iam constituisse Montani nomine LLS.XXII [n]. dissoluere. Pudētissimè hoc Cicero petierat, vt [o] ei de suo. liberalissimè (vt tibi quoque placuerat) promiserā: Erotique dixeram, vt sepositum haberet. non modo [p], sed iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est. nam de Terētię nomine Tiro ad me scripsit, te dicere nummos à Dolabella fore. malè eum credo intellexisse, si quisquam malè intelligit, potius nihil intellexisse. tu enim ad me scripsisti Cocceij respōsum, & iisdem pænè verbis Eros. Veniendum est igitur *vel in ipsam flammam*. turpius est enim priuatim cadere, quàm publicè. Itaque ceteris de rebus, quia quid me suauissimè scripsisti, perturbato animo, non potui, vt [q] consueueram, rescribere. Consenti in hac cura, vbi sum, vt me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mihi in mentem: sed certò [s] constituere nihil possum: priusquàm te videro. Qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm est Marcellus? Sed non id agitur: neque id maximè curo. Quid curem, vides. Adsum igitur.

CICERO ATTICO, S. 15

IVCVNDISSIMAS tuas legi litteras. ad Plancum scripsi, misi [t]: habes exemplum. Cum Tirone quid sit loquutus, cognoscam ex ipso. Cum sorore ages attentiùs, & te occupatione ista relaxaris.

a v.c. posteà, in pr.
b v.c. retundit
c L. μηδὲ σωθείλω ὑπόζῳ τοῦτο. id est non seruari quidem vestim à tali.*
d L. certissimum, video veniisse in discrimen Cascæ nostri tribunatus.
P. B.
c L. quod scribas,
f L. habebis quotidie
g vel stratilares.* γραπλάτης inepte scriptum. Nam γραπύλαξ aut potius γραπύλαξ deminutiuū est vt νέαξ & πλάταξ sic γραπυλὰξ Aristophani *in Lysistrate* dicitur.*
h al. existimabis quantum homo iste nos diligat.*
i v.c. aut sit.
k al. medicinam. Quid enim iam est quod vel auxilio vel consilio esse possim vel Malasp.*
l v.c. me res familiares mouent.
m fort. Terentiæ dico?
n v.c. XXV. eadē summa refertur lib. 12. epist. 31.*
o Vet. vt vide sua.* L. vt fide sua. v.c. vti de suo.
p L. non modo non fecit.
q v.c. & L. quas ad me.
P. CCLXVI.
r v.c. & L. vt consueuerā.
s v.c. certè
t misi, abest d q.v.s.

A M. CICERO L. PLANCO PRAET. DESIGN. S. 16

ATTICI nostri te valde studiosum esse cognouimei verò ita cupidum, vt meherculè paucos æquè obseruanteis, atque amanteis me habere existimem. Ad paternas enim magnas, & veteres, & iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me: meáque erga te par, atque mutua. Buthrotia tibi causa ignota non est. Egi [a] enim sæpe [b], tibíque totam rem demonstraui, quæ est acta hoc modo. Vt primùm Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum composuit. eum mihi dedit, vt darem Cæsari. eram enim cenaturus apud eū illo die. Cùm [c] libellum Cæsari dedi, probauit causam: rescripsit Attico, æqua eum postulare: admonuit tamen, vt [d] pecuniam reliquā Buthrotij ad diem soluerent. Atticus, qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. Quod cùm esset factum, adiimus ad Cæsarem: verba fecimus pro Buthrotiis. liberalissimum decretum abstulimus: quod est obsignatum ab amplissimis viris. Quæ cùm essent acta, mirari quidem [f] solebam, pati Cęsarem conuenire eos, qui agrum Buthrotium concupissent: neque solùm pati, sed etiam ei negotio te præficere. itaque & ego cum illo locutus sum, & sæpius quidem, vt etiam accusarer ab eo, quòd parum constantiæ suæ confiderem. & [g] Marco Messalæ, & ipsi Attico dixit, vt sine cura essent: aperтéque ostendebat, se præsentium animos (erat enim popularis, vt noras) offendere nolle: cùm mare transfillent, curaturum se, vt in alium agrum deducerentur. Hæc illo viuo. Post interitum verò [h] Cæsaris, vt primùm ex s.c. causas COSS. cognoscere instituerunt, hæc, quæ suprà scripsi, ad eos delata sunt: probauerunt causas sine vlla dubitatione, séque ad te litteras daturos esse dixerunt. Ego autem, mi Plance, etsi non dubitabam, quin & s.c. & lex, & consulum decretum, ac litteræ apud te plurimum auctoritatis haberent, téque ipsius Attici causa velle intellexeram: tamen hoc pro coniunctione, & [i] beneuolentia nostra mihi sumsi, vt id à te peterem, quod tua singularis humanitas, suauissimíque mores à te fierent impetraturi. Id autem est, vt hoc, quod te tua sponte facturū esse certò scio, honoris nostri causa libenter, prolixè, celeriter facias. Mihi nemo est amicior [k], nec iucundior, nec carior Attico: cuius anteà res solùm familiaris agebatur, eáque magna: nunc accessit etiam existimatio, vt, quod consecutus est magna & industria, & gratia, & cæsare, & mortuo, id te adiuuā te obtineat. Quod si à te erit impetratum, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo summo beneficio me affectum iudicem. Ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, studiosè, diligentérque curabo. Da operam, vt valeas.

a L. v.c. Egi enim sæpe de ea re tecum, tibique t.
b al. sæpe de ea re tecum.
c v.c. & L. cū libellum Cæsaris de. diprobaual. Cum eum libellum.*
d al. vt pecuniæ reliquum B.
e v.c. adimus ad Cæsarem: verba facimus pro f L. equidem solebam.
g v.c. lege L. & M. Mell.
h v.c. autem
i v.c. & benuolentia.
k v.c. amicior, nec gratior.

CICERO PLANCO. PRAET. DES. S. 17

IAM anteà petiui abs te per litteras, vt, cùm causa Buthrotiorum probata à COSS. esset, quibus & lege, & s. c. permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerēt, statuerent, iudicarent: eam rem tu adiuuares: Atticúmque nostrum, cuius te studiosum cognoui, & me, qui non minùs laboro, molestia liberares. Omnibus enim rebus magna cura, multa opera, & labore confectis, in te positum est, vt nostræ solli-

p. celebris.

sollicitudinis finem quamprimùm facere pos-
simus. quamquam intelligimus [a], ea te esse
prudentia, vt videas, si ea decreta coss. quæ
de Cæsaris actis interposita sint [b], non seruen
tur, magnam perturbationem rerum fore.
Equidem, cùm multa (quod necesse erat in tã-
ta occupatione) non probentur, quæ Cæsar sta
tuerit, tamen otij, pacisque causa acerrimè
illa soleo defendere: quod tibi idẽ magnope-
re [c] faciendũ censeo: quãquam hæc epistola
non suasoris est, sed rogatoris. Igitur, mi Plan
ce, rogo te, & etiam oro, sic medius fidius,
vt maiore studio, magisque ex animo agere
non possim, vt totum hoc negotium ita agas,
ita tractes, ita conficias, vt, quod sine vlla du-
bitatione apud coss. obtinuimus propter
summam bonitatem, & æquitatem causæ, id
tu nos obtinuisse nõ modò facilè patiare, sed
etiam gaudeas. Qua quidem voluntate esse [d]
erga Atticum, sæpe præsens, & illi ostendisti,
& verò etiã mihi. Quod si feceris, me, quem
voluntate, & paterna [e] necessitudine coniun-
ctum [f] semper habuisti, maximo beneficio
deuinctum habebis: idque vt facias, te vehe-
menter etiam atque etiam rogo.

CICERO CAPITONI SVO, S. 18

NVMQVAM putaui fore, vt supplex ad te
venirem. sed hercule facilè patior datum
tempus, in quo amorem experirer tuum. Atti-
cum quanti faciam, scis. Amabo te, da mihi &
hoc: obliuiscere mea causa, illum aliquando
suo familiari, aduersario tuo, voluisse con-
sultum, cùm illius existimatio ageretur. Hoc
primùm ignoscereest humanitatis tuæ: *suos e-
nim quisque debet tueri.* deinde, si me amas,
omitte [g] Atticum Ciceroni tuo: quem quan-
ti facias, præ te soles ferre. Totum hoc [h], vt
quod semper existimaui, nunc planè intelli-
gam, me à te multùm amari. Buthrotios cùm
Cæsar decreto suo, quod ego obsignaui cum
multis amplissimis viris, liberauisset, ostendis-
setque nobis, se, cùm agrarij mare transissent,
litteras missurum, quem in agrum deduceren
tur: accidit, vt subitò ille interiret. deinde,
quemadmodum tu scis, (interfuisti enim, cùm
coss. oporteret ex s. c. de actis Cæsaris co-
gnoscere) res ab iis in kal. Iun. dilata. Accessit
ad s. c. lex, quæ lata est ad [k] IIII. Non. Iun.
quæ lex, earum rerum, quas Cæsar statuisset,
decreuisset, egisset, coss. cognitionem dedit.
Causa Buthrotiorum delata est ad coss. de-
cretum Cæsaris recitatum est, & multi præte-
rea libelli Cæsaris prolati. coss. *de consilij sen
tentia* decreuerunt secundũ Buthrotios. Plan-
cum dederunt. Nunc, mi Capito (scio enim,
quantum semper apud eos, quibuscum fis,
posse soleas) eo plus apud hominẽ facillimũ,
atque humanissimum Plancum enitere, elabo
ra, vel potiùs eblandire, effice, vt Plancus,
quem spero optimum esse, sit etiam melior
opera tua. Omnino res huiusmodi videtur
esse, vt sine cuiusquam gratia, Plancus ipse
pro ingenio, & prudentia sua non sit dubi-
taturus, quin decretum coss. quorũ & lege
& s. c. cognitio, & iudicium fuit, conseruet:
præsertim cùm, hoc genere cognitionum la-
befactato, acta Cæsaris in dubium ventura vi-

deantur: quæ non modò ij, quorum interest,
sed etiam ij, qui illa non probant, otij causa
confirmare [a] velint. Quod cùm ita sit, tamen
interest nostra, Plancum hoc, animo liben-
ti, prolixóque facere: quod certè faciet, si tu
neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauita-
temque, qua nemo tibi par est, adhibueris.
Quod vt facias, te vehementer rogo.

CICERO C. CVPIENNIO, S. 19

PATREM tuum plurimi feci, méque ille mi
rificè & coluit, & amauit: nec meherculè [b]
vmquam mihi dubium fuit, quin à te diligе-
rer. Ego quidem id facere non destiti. Quam-
obrem peto à te in maiorem modum, vt ci-
uitatem Buthrotiam subleues, decretúmque
coss. quod ij secundum Buthrotios fecerũt,
cùm & lege, & s. c. statuendi potestatem ha-
berent, des operam, vt Plancus noster quam-
primùm confirmet, & probet. Hoc te vehe-
menter, mi Cupienni, etiã atque etiam rogo.

CICERO PLANCO, PR, DES. S. 20

IGNOSCE mihi, quòd cùm anteà accuratissi-
mè de Buthrotiis ad te scripserim, eádem
de re sæpius scribam. Non meherculè, mi
Plance facio, quòd [d] parum confidam aut li-
beralitati tuæ, aut nostræ amicitiæ: sed cùm
tanta res agatur Attici nostri, nũc verò etiam
existimatio, vt id, quod probauit cos [e]. no-
bis testibus, & obsignatoribus, qui & decretis,
& responsis Cæsaris interfueramus, videatur
obtinere potuisse: præsertim cùm tota pote-
stas eius rei tua sit, vt ea, quæ coss. decreue-
runt secundum Cæsaris decreta, & responsa,
non dicam comprobes, sed studiosè, liben-
térque comprobes. Id mihi sic erit gratum, vt
nulla res gratior esse possit: etsi iam spera-
bam, cùm has litteras accepisses, fore, vt ea,
quæ superioribus litteris à te petissemus, im-
petrata essent: tamen non faciam finem ro-
gandi, quoad nobis nuntiatum erit, te id feci-
sse, quod magna cum spe exspectamus. Dein-
de [f] tum confido fore, vt alio genere litterа-
rum vtamur, tibíq; pro tuo summo beneficio
gratias agamus. Quod si acciderit: velim sic
existimes, non tibi tam Atticum, cuius per-
magna res agitur, quàm me, qui non minùs la
boro, quàm ille, obligatum fore.

CICERO CAPITONI, S. 21

NON dubito, quin mirere, atque etiam sto-
machere, quòd tecum de eádem re agam
sæpius. Hominis familiarissimi, & mihi omni-
bus rebus coniunctissimi permagna res agi-
tur, Attici. Cognoui ego tua studia in amicos,
etiam in te amicorum. multùm potes nos a-
pud Plancum iuuare. noui humanitatem tuã.
scio quàm sis amicis iucundus. Nemo nos in
hac causa plus iuuare potest, quàm tu. & res
ista [g] est firma, vt debet esse, quam coss. de
consilij sententia decreuerunt, cùm & lege, &
s. c. cognoscerent. tamen omnia posita puta-
mus in Planci tui liberalitate: quem quidem
arbitramur cùm officij tui [h], & reipub. causa
decretum coss. comprobaturum, tum liben-
ter nostra causa esse facturum. Adiuuabis igi-
tur, mi Capito: quod vt facias, vehementer
etiam atque etiam rogo. Vale.

a v.c. intelligimus.
b v.c. sunt,
c v.c. magno opere
d L. te esse erga
e vt. famill. 13. & 10. epist. 8.
f sibi. secum habuisti.
P. P.
g v.c. & L. omitte Atticum. Ciceroni tuo, quem quanti facias, præ te fers. Totum hoc, vt quod f. exist. nunc planè intelligam, me à te multùm amari. Buthrotios cùm Cæsar decreto suo, quod ego obsignaui cum multis amplissimis viris, liberauisset, ostendissetque nobis, se, cùm agrarij mare transissent, litteras missurum, quem in agrum deduceren tur: accidit, vt subitò ille interiret. deinde, quemadmodum tu scis, (interfuisti enim, cùm coss. oporteret ex s. c. de actis Cæsaris cognoscere) res ab iis in kal. Iun. dilata. Accessit ad s. c. lex, quæ lata est ad k IIII. Non. Iun. quæ lex, earum rerum, quas Cæsar statuisset, decreuisset, egisset, coss. cognitionem dedit. Causa Buthrotiorum delata est ad coss. decretum Cæsaris recitatum est, & multi præterea libelli Cæsaris prolati. coss. *de consilij sententia* decreuerunt secundũ Buthrotios. Plancum dederunt. Nunc, mi Capito (scio enim, quantum semper apud eos, quibuscum fis, posse soleas) eo plus apud hominẽ facillimũ, atque humanissimum Plancum enitere, elabora, vel potiùs eblandire, effice, vt Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. Omnino res huiusmodi videtur esse, vt sine cuiusquam gratia, Plancus ipse pro ingenio, & prudentia sua non sit dubitaturus, quin decretum coss. quorũ & lege & s. c. cognitio, & iudicium fuit, conseruet: præsertim cùm, hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium ventura vi-
h adhoc da. k adiura es. l L. d.
deantur.

a al. confir mari.
b v.c. mercule
c v.c. comprobet.
d al. quo.
e L. Cæsar P. P.
f vulg. tod. Deinde enim c.
g v.c. & L. ita est f.
h Mauult. tui.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD QVINCTVM FRATREM, LIBER I.

P. CCXC.

MARCVS Q. FRATRI, S.

EPISTOLÆ non dubitabam, quin hanc epistolã multi nuntij, fama denique esset ipsa, sua celeritate superatura, túque antè ab aliis auditurus esses, annum tertium accessisse desiderio nostro, & labori tuo: tamen existimaui à me quoque tibi huius molestiæ nuntium perferri oportere. Nam superioribus litteris, non vnis, sed pluribus, cùm iam aliis desperata res esset, tamen ego tibi spem maturæ decessionis afferebam, non solùm, vt quàm diutissimè te iucunda opinione oblectarem, sed etiam quia tanta adhibebatur & à nobis, & à prætoribus contentio, vt rem posse confici non diffiderem. Nunc quoniam ita accidit, vt neque prætores suis opibus, neque nos nostro studio quidquam proficere possemus, est omnino difficile non grauiter id ferre: sed tamen nostros animos maximis in rebus & gerendis, & sustinendis exercitatos, frangi, & debilitari molestia non oportet. & quoniam *ferre ea molestissimè homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt*, est quiddam in hac re mihi molestiùs ferendum, quàm tibi. factum est enim mea culpa, contrà, quàm tu mecum, & proficiscens, & per litteras egeras, vt priore [a] anno non [b] succederetur. Quod ego dum sociorum [c] saluti cõsulo, dum impudentiæ nonnullorum negotiatorũ resisto, dum nostram gloriam tua virtute augeri expeto, feci non sapienter: præsertim cùm id commiserim, vt ille alter annus etiam tertium posset adducere. Quod quoniam peccatum meum esse confiteor, est sapientiæ, atque humanitatis tuæ, curare & perficere, vt hoc minùs sapienter à me prouisum, diligentia tua corrigatur. Ac si te ipse vehementiùs ad omneis parteis bene audiendi excitaris, nõ vt cum aliis, sed vt tecum iam ipse certes ‖ omnem tuam mẽtem, curam, cogitationem, & [d] excellentem omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris: mihi crede, vnus annus additus labori tuo, multorum annorum lætitiam nobis, gloriam verò etiam posteris nostris afferet. Quapropter hoc te primùm rogo, ne contrahas, aut [e] demittas animum, néve te obrui, tamquam fluctu, sic magnitudine negotij sinas: contráque erigas, ac resistas, siue etiam vltrò occurras negotiis. Neque enim eiusmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimùm ratio possit, & diligentia. Quòd si tibi bellum aliquod magnum, & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo, quòd eodem tempore esse intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam. Nunc verò ea pars tibi reip. commissa est, in qua aut nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet [a], & quæ mihi tota in tua virtute, ac moderatione animi posita esse videatur. Nullas (vt opinor) insidias hostium, nullam prælij dimicationem, nullam defectionem sociorum, nullam inopiam stipendij, aut rei frumentariæ, nullam seditionem exercitus pertimescimus: quæ persæpe sapientissimis viris acciderunt, vt, quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis, sic illi fortunæ impetum superare non possent. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas: ita tamen, vt ea dormientem gubernatorem vel obruere, vigilantem etiam delectare possit. Constat enim ea prouincia primùm ex eo genere sociorum, quod est ex [b] hominum omni genere humanissimum: deinde ex eo genere ciuium, qui aut quòd publicani sunt, nos summa necessitudine [c] attingũt: aut quòd ita negotiantur, vt locupletes sint, nostri consulatus beneficio se incolumeis fortunas habere arbitrantur. At enim inter hos ipsos exsistunt graues controuersiæ, multæ nascuntur iniuriæ, magnæ contentiones consequuntur. Quasi verò ego id putem, non te aliquantũ negotij sustinere. Intelligo permagnum esse negotiũ, & maximi cõsilij. Sed memento, consilij me hoc negotium esse magis aliquantò, quàm fortunæ, putare. Quid est enim negotij, continere eos, quibus præsis si te ipse contineas? Id autem sit magnum, & difficile ceteris, sicut [d] est difficillimum: tibi & fuit hoc semper facillimũ, & verò esse debuit: cuius natura talis est, vt etiã sine doctrina videatur moderata esse potuisse: ea autem adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimã naturam excolere possit. Tu cùm pecuniæ, cùm voluptati, cùm omniũ rerum cupiditati resistes, vt facis: erit, credo, periculum, ne improbum negotiatorem, paullo cupidiorẽ publicanum comprimere non possis. Nam Græci quidem sic te ita viuentem intuebuntur, vt quendam ex annalium memoria, aut etiam de [e] cælo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. Atque hæc nunc non vt facias, sed vt te facere, & fecisse gaudeas, scribo. Præclarum est enim, summo cum imperio fuisse in Asia triennió [f], sic vt nullum te signũ, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium [g], nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniæ (quibus rebus abundat ista prouincia) ab summa integritate, continentiáque deduxerit. Quid autẽ reperiri tam eximium, aut tam expetendum potest, quàm istã virtutem, moderationẽ animi, tẽperátiam, nõ latére in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ prouinciæ, atq; in au-

a *fort.* superiore
b *fort.* tibi non succed. c publicanorum & equitum.*
d *v. c. ad exc. ‖ fuit et. Vss.**
e B. e *al.* ac demittas‖ quo loco contractio animi & demissio diuersæ affectiones sunt, quia posterior ex priore nascitur: vtraque ex timore vel diffidentia. *
1 L. tenuit
b L. ex omni hominum g.
c equestri enim familia fuit Cicero. cumque ordinem sum. per defensa. rat.*
P. CCXCI.
d *fort.* sicut est: tibi & fuit *al.* sicut est, & quidem difficillimus
e L. à cæl.
f *al.* biennio
g *v. Cic. orat. capitum.*

in auribus omnium gentium, ac nationum esse positam? non itineribus tuis perterreri [a] homines? non sumptu exhauriri? non aduentu commoueri? esse, quocumque veneris, & publicè, & priuatim maximam lætitiam: cùm vrbs custodem, non tyrannum: domus hospitem, non expilatorem, recepisse videatur? His autem in rebus iam te vsus ipse profectò erudiuit, nequaquam satis esse, ipsum [b] hasce habere virtutes, sed esse circumspiciendum diligèter, vt in hac custodia prouinciq nõ te vnũ, sed omneis [b] ministros imperij tui, sociis, & ciuibus, & reip. præstare videare. Quamquam legatos habes eos, qui ipsi per se habituri sint rationem dignitatis suæ: de quibus honore, & dignitate, & ætate præstat Tubero, quem ego arbitror, præsertim cùm scribat historiam, multos, ex suis annalibus posse deligere, quos velit, & possit imitari: Halienus [d] autem noster cùm animo & beneuolentia, tum verò etiam imitatione viuendi. Nam quid ego de Gratidio [e] dicam? quem certò scio ita laborare de existimatione sua, vt propter amorem in nos fraternum, etiam de nostra laboret. Quæstorem habes non tuo iudicio delectũ [f], sed eum, quem sors dedit. Hũc oportet & sua sponte esse moderatum, & tuis institutis, ac præceptis obtemperare. Quorum si quis fortè esset fordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, quibus est adstrictus: nõ vt ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses [h], ad quæstum abuteretur [i]. Neque enim mihi sanè placet, præsertim cùm ij mores tantùm iam ad nimiam lenitatem, & [k] ambitionem incubuerint, scrutari te omneis fordeis, excutere vnumquemque eorum: sed, quanta sit in quoque fides, tantum cuique committere. Atque inter hos, eos, quos tibi comites, & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa resp. duntaxat finibus his præstabis, quos antè præscripsi. Quos verò aut ex domesticis coniunctoribus [l], aut ex necessariis apparitoribus [m] tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum non modò facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Sed habes eos tecum, quos possis rectè facienteis [n] facile diligere: munus consulenteis [o] existimationi tuæ, facillimè coercere: à quibus, rudis cùm esses, videtur potuisse tua liberalitas [p] decipi. *nam vt quisque est vir optimus, ita difficillimè esse alios improbos suspicatur.* Nunc verò tertius hic annus habeat integritatem eandem, quam superiores, cautiorem [q] etiam ac diligentiorem. Sint aures tuæ, quæ id, quod audiunt, existimentur audire, non in quas fictè, aut [r] simulatè quæstus causa insusurretur. Sit annulus tuus non vt vas aliquod, sed tanquam ipse tu: nõ minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. Accensus sit [s] eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt: qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris, ac muneris, non temerè nisi libertis suis deferebãt: quibus illi quidem non multò secus, ac seruis, imperabant. Sit lictor non suæ [t], sed tuæ lenitatis apparitor: maioráque præferant fasces illi, ac secures dignitatis insignia, quàm potestatis. Tori denique sit prouinciæ cognitum, tibi omnium, quibus præsis, salutem, liberos, famam, fortunas esse carissimas. Denique hæc opinio sit, non modò iis, qui aliquid acceperint, sed iis etiam, qui dederint, te inimicum

(si id cognoueris) futurum. Neque verò quisquam dabit, cùm erit hoc perspectum, nihil per eos, qui simulant se apud te multùm posse, abs te solere impetrari. Nec tamen est hæc oratio mea huiusmodi, vt te in tuos aut durũ esse nimiùm, aut suspicioſum velim. Nam si quis est eorum, qui tibi biennij spatio numquam in suspicionem auaritiæ venerit, vt ego Cæsium, & Chærippum, & Labeonem audio, &, quia cognoui, existimo: nihil est, quod non & iis, & si quis est alius eiusmodi [a], & committi, & credi rectissimè putem. Sed si quis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris: huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuę cõmiseris. In prouincia verò ipsa, si quem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus [b] intrarit, qui nobis antè fuerit ignotus: huic quantum credendum sit, vide: non quin possint multi esse prouinciales viri boni: sed hoc sperare licet, iudicare periculosum est. Multis enim simulationũ inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtẽditur vniuscuiusq; natura: frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur: oratio verò sæpissimé. Quamobrem quî [c] potes reperire ex eo genere hominum, qui pecuniæ cupiditate adducti careant his rebus omnibus, à quibus nos diuulsi esse non [d] possumus? Te autem, alienum hominem ament ex animo, ac non sui commodi causa simulent? Mihi quidem permagnum videtur, præsertim [e] si iidẽ homines priuatum nõ ferè quemquam, prætores semper omneis amant. Quo ex genere si quem fortè tui cognosti [f] amantiorem (fieri enim potuit) quàm temporis: hunc [g] ad tuum [h] numerum libenter adscribito. Sin autem id non perspicies: nullum erit genus in familiaritate cauendum magis: propterea quòd & omneis vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt: &, quicum, victuri non sunt, eius existimationi consulere non curant. Atque etiam è Græcis ipsis diligenter cauendæ sunt quædam familiaritates, præter [i] hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Græcia digni. Sic [k] verò fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi [l], quos ego vniuersos adhiberi liberaliter, optimum quemque hospitio, amicitiáque coniungi dico oportere: nimiæ familiaritates eorum, neque tam fideles sunt (non enim audent aduersari [m] nostris voluntatibus) & [m] inuident non nostris solùm, verùm etiam suis. Iam qui in eiusmodi rebus, in quibus vereor etiam ne dutior sim, cautus esse velim, ac diligens: quo me animo in seruos [n] esse censes? quos quidem cùm omnibus in locis, tum præcipuè in prouinciis regere debemus: quo de genere multa præcipi possunt. Sed hoc & breuissimum est, & facillimè teneri potest, vt ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, vt si iter Appia via faceres: néve interesse quidquam putent, vtrùm Tralleis, an Formias venerint. At, si quis est ex seruis egregiè fidelis, sit in domesticis rebus, & priuatis, quæ res ad officium imperij tui, atque ad aliam partem reip. pertinebunt, de his rebus nequid attingat. Multa enim, quę rectè cõmitti seruis fidelibus possunt, tamẽ sermonis & vituperationis vitãdæ causa, cõmitẽda nõ sũt. Sed nescio quo pacto ad præcipiẽdi rationẽ delapsa est oratio mea, cũ id mihi ꝓpositũ initio nõ fuisset. Quid. n. ei præcipiã,

a *v.c.* eiusdem modi.

b *al.* pènetrarit.

c *al.* si potest reperiri & *potest* abducti *pro* adducti.*

d L. non possumus, quèquam, qui te, alienum hominem, amet ex animo, ac non sui commodi causa simulet?

e L. præsertim cùm iidẽ hom. priuatũ. non f. q. pr. f. oma. ament

f *al.* cognouisti

g *v.c.* & *L.* hunc verò ad tuum n.

h *al.* tuorũ.*

i *fort.* præterquam hõ.

k L. sin verò fall.

l L. eruditi: P. ccxciii, eos ego vniuersi.

m *v.c.* & *L.* & verò inuident

n *v.c.* in seruis.

quem ego in hoc præsertim genere intelligã, prudentia non esse inferiorem, quàm me, vsu verò etiam superiorem? Sed tamen si ad ea, quæ faceres, auctoritas [a] accederet mea, tibi ipsi [b] illa putaui fore iucundiora. Quare siat hæc fundamenta dignitatis tuæ: tua primùm integritas, & continentia: deinde omniũ, qui tecum sunt, pudor: delectus [c] in familiaritatibus, & prouincialium hominum, & Græcorũ, percautus & diligens: familiæ grauis & constans disciplina. Quæ cùm honesta sint in his priuatis nostris, quotidianisque rationibus: in tanto imperio, tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia, diuina videantur necesse est. Hæc institutio, atque [d] hæc disciplina potest sustinere in rebus statuendis, decernendisque eam seueritatem, qua tu in iis rebus vsus es, ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus. nisi forte me Paconij nescio cuius, hominis ne Græci [e] quidẽ, aut Mysij, aut Phrygij potiùs, querelis moueri putas: aut Tuscenij, hominis furiosi, ac sordidi vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti summa cum æquitate. Hæc, & cetera plena seueritatis, quæ statuisti in ista prouincia, non facilè sine summa integritate sustinebimus [f]. Quare sit summa in iure dicendo [g] seueritas, dummodò ea ne varietur gratia, sed conseruetur æquabilis. Sed tamen parui refert abs te ipso ius dici æqualiter, & diligenter, nisi idem ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquã partem concesseris. At mihi quidem videtur non sanè magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maximè sustinetur [h]. In qua scientiæ præsertim prouincialis ratio ipsa expedita est. Constantia est adhibenda, & grauitas, quæ resistat non solùm gratiæ, verùm etiam suspicioni. Adiungenda etiam est facilitas in audiendo [i], in satisfaciendo ac disputando diligentia. His rebus nuper Cn. [k] Octauius, iucundissimus fuit: apud quem primus [l] lictor qui [m] fuit, tacuit accensus: quoties quisque voluit, dixit, & quàm voluit diu. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis videretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Cogebantur Syllani homines, quæ per vim & metum abstulerant, reddere. Qui in magistratibus iniuriosè decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum. Hæc illius seueritas, acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Quòd si hæc lenitas, grata Romę est, vbi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magistratus, tot auxilia, tanta vis, tanta senatus auctoritas: quàm iucunda tandem prætoris comitas in Asia potest esse, in qua tanta multitudo ciuium, tanta sociorum, tot vrbes, tot ciuitates vnius hominis nutum intuentur? vbi nullum auxilium est, nulla conquestio [n], nullus senatus, nulla concio? Quare cùm permagni hominis est, & cùm ipsa natura moderati, tum verò etiam doctrina, atque optimarum artium studiis eruditi, sic se adhibere in tanta potestate, vt nulla alia potestas ab iis, quibus [o] præsit, desideretur. Cyrus [p] ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus [q], sed ad effigiem iusti imperij: cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur: quos quidem libros non

sine causa noster ille Affricanus de manibus ponere non solebat: nullum est enim prætermissum in his [a] officium diligentis, & moderati imperij: eáque [b], si sic coluit ille, qui prinatus futurus nunquam fuit, quónam modo retinenda sunt iis, quibus imperium ita datũ est, vt redde rent, & ab iis legibus datũ est, ad quos reuertendum est? AC MIHI QVIDEM videntur huc omnia esse referẽda ab [c] iis, qui præsunt aliis, vt ij, qui erunt [d] eorũ in imperio, sint quàm beatissimi: quod tibi & esse antiquissimum, & ab initio fuisse, vt primùm Asiã attigisti, constante fama, atque omniũ sermone celebratum est. *Est autem nõ modò eius, qui ciuis & ciuibus, sed etiam eius, qui seruis, qui mutuis pecudibus præsit, eorum, quibus præsit, commodu, vtilitatique seruire.* Cuius quidem generis constare inter omneis [e] video, abs te summã adhiberi diligentiam: nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. vetere autem magno, & graui multas abs te esse liberatas vrbeis: complureis [f] dirutas, ac pænè desertas, in quibus vnam Ioniæ nobilissimã, alteram Cariæ, Samũ & Halicarnassum, per te esse recreatas: nullas esse in oppidis seditiones, nullas discordias: prouideri abs te, vt ciuitates optimatũ [g] consiliis administrentur: sublata Mysiæ latrocinia: cædeis multis locis repressas: pacem tota prouincia constitutam: neque solùm illa itinerum, atque agrorũ, sed multò etiam plura, & maiora oppidorum & fanorum furta, & latrocinia esse depulsa. Remotam à fama, & à fortunis, & ab otio locupletum [h], illam acerbissimam ministram prætorum auaritiæ calúniã: sumtus & tributa ciuitatum ab omnibus, qui earum ciuitatum fineis [i] incolant, tolerari æquabiliter [k]: facillimos esse aditus ad te: patere aureis tuas querelis omnium: nullius inopiã, ac solitudinem, non [l] modò illo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidẽ tua, & cubiculo esse excluſam tuo: toto denique in imperio nihil acerbum esse, nihil crudele, atque omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. Quantum verò illud est beneficium tuum, quod iniquo, & graui vectigali æquabilitiorum, magnis nostris simultatibus, Asiã liberasti? Enimuero [m] si vnus homo nobilis queritur palàm, te, quòd edixeris, ne ad ludos pecuniæ decernerentur, LLS. CC. sibi eripuisse: quanta tandem pecunia penderetur, si omniũ nomine, quicumque Romæ ludos facerent, quod erat iam institutum, si erogaretur? Quamquam has querelas hominum nostrorũ illo consilio oppressimus, quod in Asia nescio quónam modo, Romæ quidem non mediocri admiratione laudatur, quòd, cùm ad templum, monumentúmque nostrum ciuitates pecunias decreuissent: cúmq; id & pro magnis meis meritis, & pro tuis maximis beneficiis summa sua voluntate fecissent: nominatímque lex exciperet, VT AD TEMPLVM, MONVMENTVMQVE CAPERE LICERET: cúmque id, quod dabatur, non esset interiturum, sed in ornamentis templi futurum, vt non mihi potiùs, quàm populo Romano, ac diis immortalibus datum videretur: tamen id, in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum, qui faciebant, voluntas, accipiendum non putaui, tum [n] aliis de causis, tum etiam vt animo æquiore ferrent ii, quibus nec deberetur, nec liceret. Quapropter incumbe toto animo, & [o] studio omni in eam rationem, qua ad-

a *al.* mea auctoritas accederet.
b *v.c.* dilectus P. B.
c *al.* atque disciplina
d L. ne Græci quidem, sed Mysi, aut Phrygis p.
e *v.c.* sustineremus.
f *q.v.c.* decundo
g *fort.* continueri.
h *v.c. & L.* decernendo,
i L. C. Octauius. *Ipsa Ursinus ex antiq. lapidib. autem hic fuit pater Augusti.* P. CCXCIIII.
k *fort.* primùm male: primus enim lictor dicebatur ab ordine euntium non à dignitate: qui primus incurrebat in turbã. Ibant enim ante magistratum lictores, non gregatim aut confuse, non item bini, terniue: sed singuli & in lineam. Postremus verò is dicebatur, qui proximus magistratui. Is enim proximus (vide Valerius lib. 1. scribit maxima diligentia obseruatum ne quis se inter consulem & proximum lictorem, quamuis officij causa, vna progrederetur interponeret) qui & summus lictor & ἀρχηγὸς ῥαβδούχων. Proximi mẽtio apud Sallustium in Iugurtha.*
l *v.c. & L.* quæ eu. t. ciuis error Philip. 3.
m *al.* quæstio,
n *v.c.* quibus is præsit,
o *l.* Si Cyrus ille, *&c.*
p *al.* scriptus est sed *& est.**

a L. in eis
b L. caligaui si sic colu P. B.
c ab, *abest à v.c.*
d *v.c.* qui erunt in eorum
e *v.c.* omneis
f *v.c.* complureis
g *v.c. & L.* optimatium
h *v.c. & L.* locupletum.
i *v.c.* fineis
k *v.c. & L.* qualiter.
l L. non modo illo pop.
P. CCXCV.
m *v.c.* Et enim
n *v.c.* cõ
o *al.* & omni studio

qua adhuc vsus es, vt eos, quos tuæ fidei, potestatique S.P.Q.R. commisit, & credidit, diligas, & omni ratione tueare, vt esse quàm beatissimos velis. Quòd si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus, ac barbaris nationibus: tamen esset humanitatis tuæ, consulere eorum commodis & vtilitati, salutíque seruire. Cùm verò ei generi hominum præsimus, non modò in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas: certè iis eam potissimùm tribuere debemus, à quibus accepimus. Non enim me hoc iam dicere pudebit, præsertim in ea vita, atque in iis rebus gestis, in quibus non potest residere inertiæ, aut leuitatis vlla suspicio: NOS EA, QVAE CONSECVTI SVMVS, HIS STVDIIS, ET ARTIBVS ESSE ADEPTOS, QVAE SINT NOBIS GRAECIAE monumentis, disciplinisque tradita. Quare præter cõmunem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi præcipuè debere videmur, vt, quorum præceptis sumus eruditi, apud eos ipsos, quod ab iis didicerimus, velimus expromere. Atque ille quidem princeps ingenij, & doctrinæ Plato, *tum demque fore beatas respubl. putauit, si aut docti, & sapientes homines eas regere cœpissent, aut* [a] *qui regerent, omne suum studium in doctrina, ac sapientia collocassent.* Hanc coniunctionem videlicet potestatis, ac sapientiæ, saluti censuit ciuitatibus esse posse: quod fortasse aliquãdo vniuersæ reipub. nostræ, nunc quidem profectò isti prouinciæ contigit, vt is in ea summam potestatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute, atque humanitate percipiẽda, plurimùm à pueritia studij [b] fuisset, & temporis. Quare cura, vt hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem Asiæ prorogatus esse videatur. quoniam [c] in te retinendo fuit Asia felicior, quàm nos in deducendo: perfice, vt lætitia prouinciæ desiderium nostrum leniatur. Etenim si in promerendo, vt tibi tanti honores haberentur, quãti haud scio an nemini, fuisti omnium diligentissimus: multò maiorem in his honoribus tuendis adhibere diligentiã debes. Et quidem de isto genere horum quid sentirem, scripsi ad te antè [d]. Sem per eos putaui, si vulgares essent, vileis [e]: si temporis causa constituerentur, leueis [f]: si verò id quod ita factum est) meritis tuis tribuerentur, existimabam multam tibi in his tuendis operam esse ponendam. Quare quoniã in istis vrbibus cum summo imperio, & potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecratas, & in deorum numero collocatas videdes: in omnibus rebus, quas statues, quas decernes, quas ages, quid tantis hominum opinionibus, tantis de te iudiciis, tantis honoribus debeas, cogitabis. Id autem erit eiusmodi, vt consulas omnibus, vt medeare incommodis hominum [g], prouideas saluti, vt te parentem Asiæ & dici, & haberi velis. Atque huic tuæ voluntati, ac diligẽtiæ difficultatem magnam afferũt publicani. quibus si aduersamur: ordinem de nobis optimè meritum, & per nos cum rep. coniunctum, & à nobis, & à rep. disiungemus. sin autem omnibus in rebus obsequemur: funditus eos perire patiemur, quorum non modò saluti sed etiam commodis consulere debemus. Hæc est vna (si verè cogitare volumus) in toto imperio tuo difficultas. Nam esse abstinentem, continere

omneis [a] cupiditates, suos coercere, & iuris æquabilem tenere rationem, facilè te in reb. cognoscendis, in hominibus audiendis, admittendísque præbere, præclarũ magis est, quàm difficile. Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi atque voluntate. Illa causa publicanorum quantam acerbitatem afferat sociis, intelleximus ex ciuibus, qui nuper in portoriis Italiæ tollendis, non tam de portorio, quàm de nonnullis iniuriis portitorum querebantur. Quare non ignoro, quid sociis accidat in vltimis terris, cùm audiuerim [b] in Italia querelas ciuium. Hîc te ita versari, vt & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemtis, & socios perire non sinas, diuinæ cuiusdam virtutis esse videtur, id est, tuæ. Ac primùm Græcis, id, quod acerbissimum est, quòd sunt [c] vectigales, non ita acerbum videri debet, propterea quòd sine imperio populi Rom. suis institutis, per se ipsi ita fuerunt. Nomen aũt publicani aspernari non possunt, qui pẽndere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt, quòd iis æqualiter Sylla descripserat [d]. Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest, quòd Caunij nuper omnes, ex insulis, quæ erant ab Sylla Rhodiis attributæ, confugerunt ad senatum, nobis vt potiùs vectigal, quàm Rhodiis pẽnderent. Quare nomen publicani neque ij debent horrere, qui semper vectigales fuerũt: neque ij aspernari, qui per se pẽndere vectigal non potuerunt: neq; ij recusare, qui postulauerunt. Simul & illud Asia cogitet, nullam à se neque belli externi, neque discordiarum domesticarum calamitatem abfuturam [e] fuisse, si hoc imperio non teneretur. Id autem imperiũ cùm retineri sine vectigalibus nullo modo possit, æquo animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat, atque otium. Quòd si genus ipsum, & nomen publicani non iniquo animo sustinebunt: poterunt iis consilio, & prudentia tua reliqua videri mitiora. Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare cẽsoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotij, & liberationem molestiæ. Potes etiam tu id facere, quod & fecisti egregiè, & facis, vt commemores, quanta sit in publicanis dignitas, quantũ nos illi ordini debeamus, vt remoto imperio, ac vi potestatis, & fascium, publicanos cum Græcis gratia atque auctoritate coniungas. Sed [f] & ab iis, de quibus optimè tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, vt facilitate sua, nos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere, & conseruare patiantur. Sed quid ego te hæc hortor, quæ tu non modò facere potes tua spõte sine cuiusquam præceptis, sed etiam magna iam ex parte perfecisti? nõ enim desistunt nobis agere quotidie gratias honestissimæ, & maximæ societates: quod quidem mihi idcirco iucundius est, quòd idem faciunt Græci. *Difficile est autem ea, quæ commodu, vtilitate, & propè natura diuersa sunt, voluntate coniungere.* At ea quidem, que suprà scripta sunt, non vt te instituerem, scripsi (neque enim prudentia tua cuiusquam præcepta desiderat) sed me in scribendo commemoratio tuæ virtutis delectauit: quamquam in his litteris longior fui, quàm aut vellem, aut [g] quàm me putaui fore. Vnum est, quod [h] tibi ego præcipere non

a *v.c.* omnis
b *v.c.* audiuerim.
c *al.* sint.
d *al.* describerat vt Philipp. 5. vbi dixi plenius.
e *v.c. & L.* afuturã fuisse,
P. ccxcvii.
f *L.* Sed ab iis, & de q.
g *L.* aut me putaui fore,
h *fort.* quod ego tibi præ

desinam, neque te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Omnes enim, qui istinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudibus excipiãt vnam iracundiam. Quod vitium, cùm in hac priuata, quotidianáque vita leuis esse animi, atque infirmi videtur: tum verò NIHIL EST tam deforme, quàm ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. Quare illud non suscipiam, vt, quæ de iracundia dici solent à doctissimis hominibus, ea tibi nunc exponam, cùm & nimis longus esse nolim, & ex multorum scriptis ea facilè possis cognoscere. Illud, quod est epistolæ proprium, vt is, ad quem scribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat, prætermittendum esse non puto. Sic ad nos omnes ferè deferunt, nihil, cùm absit iracundia, te fieri posse iucundius. Sed cùm te alicuius improbitas, peruersitásque commouerit, sic te animo incitari, vt ab omnibus tua desideretur humanitas. Quare quoniam in eam rationem vitæ nos non tam cupiditas quædam gloriæ, quàm res ipsa, ac fortuna deduxit, vt sempiternus sermo hominum de nobis futurus sit: caueamus, quantum efficere, & consequi possumus, ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur. Neque ego hoc nunc contendo, QVOD FORTASSE cùm in omni natura, tum iam in nostra ætate *difficile est, mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subitò euellere*: sed te illud admoneo, vt, si hoc plenè vitare non potes[a], quod antè [b] occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur: te antè compares, quotidiéque meditere, resistendum esse iracundiæ: cúmq; ea maximè animum moueat, TVM TIBI esse *diligentissimè linguam continendam*: quæ quidem mihi virtus non interdum minor videtur, quàm omnino non irasci. Nam illud non solùm est grauitatis, sed nonnumquam etiam lentitudinis. Moderari verò & animo, & orationi, cùm sis iratus, aut etiam tacere, & tenere in sua potestate motum animi, & dolorem, etsi non est perfectæ sapientiæ, tamen est non mediocris ingenij. Atque in hoc genere multò te esse iam commodiorem, mitiorémque nuntiant. Nullæ tuæ vehementiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos, nullæ contumeliæ perferuntur: quæ cùm abhorrent à litteris, ab [c] humanitate, tum verò contraria sunt imperio, ac dignitati. NAM SI implacabiles iracundiæ sint: summa est acerbitas. sinautem exorabiles, summa leuitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda est. Sed quoniam primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis, credo propterea, quòd tibi hominum iniuriæ, quòd auaritia, quòd insolentia præter opinionem accidebat, & intolerabilis videbatur: secundus autem multò lenior, quòd & consuetudo, & ratio, & (vt ego arbitror) meæ quoque litteræ te patientiorem, leniorémque fecerunt: tertius annus ita esse debet emendatus, vt ne minimam quidem rem quisquam possit vllam reprehendere. Ac iam hoc loco non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago, totum vt animum, curam, cogitationémque tuam ponas in omnium laude vndique colligenda. Quòd si in mediocri statu sermonis, ac prædicationis nostræ res essent: nihil abs te eximium, nihil præter aliorum consuetudinem postularetur. Nunc verò propter earum rerum, in quibus versati sumus, splédorem, & magnitudinem, nisi summam laudé ex ista prouincia assequimur, vix videmur summam vituperationem posse vitare. Ea nostra ratio est, vt omnes bo ni cùm [a] faueant, tum etiam à nobis omnem diligentiam, virtutémque & postulent, & exspectent: omnes autem improbi, quòd cum iis bellum suscepimus sempiternum, vel minima re ad reprehendendum contenti esse videantur. Quare quoniam [b] eiusmodi theatrũ totius Asiæ virtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine ampliſſimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, vt vsque Romã significationes, vocésq; referantur: contende, quæso, atque elabora, non modò vt his rebus dignus fuisse, sed etiã vt illa omnia tuis artibus superasse videare. Et quoniam mihi casus vrbanam in magistratibus administrationem reip, tibi prouinciale dedit, etsi [c] mea pars nemini cedit, fac, vt tua ceteros vincat. Simul & illud cogita, nos non de reliqua, & sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare. Quæ quidem non tam expetenda [d] fuit, quàm tuenda nobis est. Ac si mihi quidquam esset abs te separatum, nihil amplius desiderarem hoc statu, qui mihi iam partus est. Nunc verò res sic sese habet, vt, nisi omnia tua facta, atq; dicta nostris rebus istinc respõdeant, ego me meis tantis laborib. tãtisq; periculis, quorum tu omnium particeps fuisti, nihil consecutum putem. Quòd si vt amplissimum nomen consequeremur, vnus præter ceteros adiuuisti: certè idem, vt id retineamus, præter ceteros laborabis[e]. Nõ est tibi his solis vtendum existimationibus, ac iudiciis, qui nunc sunt, hominum: sed iis etiam, qui futuri sunt: quãquam illorum erit verius iudicium, obtrectatione, & maleuolentia [f] liberatum. Denique illud etiam debes cogitare, non te tibi soli gloriam quærere: quod si esset: tamen non negligeres, præsertim cùm amplissimis monumentis cõsecrare voluisses memoriam nominis tui: sed ea tibi est communicanda mecum, prodenda liberis nostris. In qua cauendum est, ne, si negligentior fueris [g], nõ solùm tibi parum consuluisse, sed tuis etiam inuidisse videaris. Atque hæc non eò dicuntur, vt te oratio mea dormientem excitasse, sed potiùs *vt currentem incitasse* videatur. Facies enim perpetuò, quæ feceris, vt omnes æquitatem tuam, temperantiam, seueritatem, integritatémque laudent. Sed me quædam tenet, propter singularem [h] amorem infinita in te auiditas gloriæ: quãquam illud existimo, cùm iam tibi Asia, sicut vnicuique sua domus, nota esse debeat, cùm ad tuam summam prudentiam tantus vsus accesserit, nihil esse, quod ad laudem attineat, quod [i] tu nõ optimè perspicias, & tibi non, sine cuiusquam hortatione, in mentem veniat quotidie. Sed ego, qui cùm tua lego, te audire, & qui, cùm ad te scribo, tecũ loqui videor: ideirco & tua lõgissima quaque epistola maximè delector, & ipse in scribendo sæpe sum longior. Illud te ad extremum & oro, & hortor, VT, tanquam poëtæ boni, & actores inducti solẽt, sic tu in extrema parte, & conclusione muneris, ac negotij tui diligẽtissimus sis, vt hic tertius annus imperij tui, tanquã terti[o] actus, perfectissimus, atque

P. B.

a erat enim ingenio iracundus Quintus.*

b Hieronymus philosophus iram furgentem negabat intelligi, ortũque illius sentiri ob celeritatem Plutarchus ἀοργησίας*

c al. & ab humanitate. P. CCXCVIII.

a fort. cùm nobis faueãt.

b L. quasi eiusmodi theatrũ tale virtutib. est. d. P. B.

c L. si mea

d al. expetenda nobis fuit, quam tuenda est.

e al. elaborabis

f v. c. malevolentia

g al. sterit. tibi parum consuluisse videat.

h al. singularem in te amorem infinita in te auiditas gloriæ: quãquam illud existimo, cùm iam tibi Asia, sicut vnicuique sua domus, nota esse debeat, cùm ad tuam summam prudentiam tantus vsus accesserit, nihil esse, quod ad laudem attineat, quod

i Lege, si tu non optimè perspicias, & tibi non, sine cuiusquam hortatione, in mentem veniat quotidie. Sed ego, qui cùm tua lego, te audire, & qui, cùm ad te scribo, tecũ loqui videor: ideirco & tua lõgissima quaque epistola maximè delector, & ipse in scribendo sæpe sum longior. Illud te ad extremum & oro, & hortor, VT, tanquam poëtæ boni, & actores inducti solẽt, sic tu in extrema parte, & conclusione muneris, ac negotij tui diligẽtissimus sis, vt hic tertius annus imperij tui, tanquã terti[o] actus, perfectissimus, atque

atq; ornatissimus fuisse videatur. Id facillimè facies, si me (cui semper vni magis, quàm vniuersis, placere voluisti) tecum semper esse putabis, & omnibus iis rebus, quas dices, ac facies, interesse. Reliquum est, vt te orem, vt valetudini [a] tuæ, si me, & tuos omneis valere vis, diligentissimè seruias.

a v.c. valitudini

MARCVS Q. FRATRI, S. 2

b L. a. d. VI. Id. kal.

STATIVS ad me venit ad [b] VIII. kalend. Nouemb. eius aduentus, quòd ita scripsisti, direptum iri te à tuis, dum is abesset, molestus mihi fuit. Quòd autem [c] exspectationem tui, cõcursúmque eum, qui erat futurus, si vnà tecum decederet, neque anteà visus esset, sustulit, id mihi non incommodè visum est accidisse. Exhaustus enim est sermo hominum, & [d] multis emissæ iam eiusmodi voces, ἀλλὰ αἰεί τινα φῶτα μέζαν. que te absente cõfecta esse lætor. Quòd autem idcirco à te missus est, mihi vt se purgaret, id necesse minimè fuit. Primùm enim numquã ille mihi fuit suspectus: neq; ego, quæ ad te de illo scripsi, scripsi meo iudicio, sed CVM RATIO, salúsque omnium nostrûm, qui ad remp. accedimus, non veritate solùm, sed etiam fama niteretur, sermones ad te aliorum semper, nõ mea iudicia perscripsi. Qui quidem quàm frequentes essent, & quàm graues, aduentu suo Statius ipse cognouit. Etenim interuenit nõnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur: & sentire potuit, sermones iniquorum in suum potissimùm nomen erũpere. Quod autẽ me maximè mouere solebat, cùm audiebam, illum plus apud te posse, quàm grauitas illius [e] ætatis, & imperij prudentia postularet (quàm multos enim mecum egisse putas, vt se Statio commẽdarem? quàm' multa autem ipsum ἀφελῶς mecum in sermone ita protulisse?) id mihi nõ placuit: monui, suasi, deterrui. Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est (quod prorsus credo, quoniam tu ita iudicas) tamen species ipsa tam gratiosi liberti, aut serui, dignitatem habere nullã potest. Atque hoc sic habeto, (nihil enim nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo) materiam omnẽ sermonũ eorum, qui de te detrahere velint, Satium dedisse: & anteà tantùm intelligi potuisse, iratos tuæ seueritati esse nonnullos: hoc manumisso, iratis, quod loquerentur, non defuisse. Nunc respondebo ad eas epistolas, quas mihi reddidit L. Cæsius: cui, quoniam ita te velle intelligo, nullo loco deero. Quarum altera est de Blandenio [g] Zeuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari. Qua de re, & [h] hoc de genere toto, ne fortè me in Græcos tam ambitiosum factũ esse mirere, pauca cognosce. Ego cùm Græcorũ querelas nimiùm valere sentirẽ, propter hominũ ingenia ad fallendum parata: quoscumque de te queri audiui, quacũque potui ratione placaui. Primùm Dionysipolitas [i], qui erant inimicissimi mei, leniui: quorum principem Hermippum non solùm sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxi. Ego Apamẽsem [k] Ephesium, ego leuissimum hominem, Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnæum, ego nugas maximas omni mea comitate sum cõplexus, Nymphontem etiã Colophonium, quę feci omnia, non quo me, aut ij homines, aut tota natio delectaret: pertæsum [l] est leuitatis, assentationis, animorum, non officiis, sed temporibus, seruientium. Sed vt ad Zeuxim reuertar: cùm is de M. Cascellij sermone secum habito, quæ tu scribis, ea ipsa loqueretur, obstiti eius sermoni, & hominem in familiaritatem recepi. Tua autẽ quæ fuerit cupiditas tanta nescio, quòd scribis cupiuisse [a] te, quoniam Smyrnæ duos [b] Mysos intuisses in culeũ, simile in superiore parte prouinciæ edere exemplum seueritatis tuæ: & idcirco Zeuxim elicere omni ratione voluisse: quem adductum in iudicium fortasse dimitti non oportuerit: conquiri verò, & elici blanditiis (vt tu scribis) ad iudicium, necesse non fuit, eũ præsertim hominem, quem ego & ex suis ciuibus, & ex multis aliis quotidie magis cognosco nobiliorem esse propè, quàm ciuitatem suam. At enim Græcis solis indulgeo. Quid? L. Cæcilium nónne omni ratione placaui? quem hominem? qua ira? quo spiritu? quẽ denique, præter Tuscenium, cuius causa sanari non potest, non mitigaui? Ecce supra caput homo leuis, ac sordidus, sed tamen equestri censu, Catienus: etiam is lenietur. Cuius tu in patrem quòd fuisti asperior, non reprehendo: certò enim scio te fecisse cum causa. Sed quid opus fuit eiusmodi litteris, quas ad ipsum misisti? illum crucem sibi [c] constituere, ex qua tu eũ antè detraxisses: te curaturum, fumo [d] vt comburereтur, plaudente tota prouincia. Quid verò ad C. Fabium, nescio quem? (nã eam quoque epistolam T. Catienus circumgestat) renuntiari tibi, Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere? Deinde rogas Fabium, vt & patrem, & filium viuos comburat, si possit: sin minùs, ad te mittat, vti iudicio comburantur. Hæ litteræ abs te per iocum missæ ad C. Fabium, si modò sunt tuæ, cùm leguntur, inuidiosam atrocitatem verborum habent. Ac, si omnium mearum litterarum præcepta repetes, intelliges nihil esse à me, nisi orationis acerbitatem, & iracundiam, &, si fortè, rarò litterarum missarum indiligentiam reprehensam. Quibus quidem in rebus si apud te plus auctoritas mea, quàm tua siue natura paullo acrior, siue quædam dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal, facetiæque valuissent, nihil sanè esset, quòd nos pœniteret. Et mediocri me dolore putas affici, cùm audiam qua sit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus Cn. [e] Octauius? Nam si te interioribus vicinis tuis, Cilicien si, & Syriaco anteponis, valde magnum facis. Atque is dolor est, quòd cùm ij, quos nominaui, te innocentia nõ vincant, vincunt tamen artificio beneuolentiæ [f] colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Agesilaum nouerint: quorum regum summo in imperio nemo vnquam verbum vllum asperius audiuit. Sed hæc à principio tibi præcipiens, quantum profecerim, non ignoro. Nunc tamen decedens (id quod mihi iam facere videtis) relinque, quæso, quàm iucundissimam memoriam tui. Successorem habes perblandum: cetera valde illius aduentu tua requirentur. In litteris mittendis (vt sæpe ad te scripsi) nimiùm te inexorabilem [g] præbuisti. Tolle omneis, si potes, iniquas, tolle inusitatas, tolle contrarias. Statius mihi narrauit, scriptas ad te solere afferri, ab se legi: &, si iniquæ sint, fieri te certiorem. antequam verò ipse ad te veniisset, nullum delectum [h] litterarum fuisse: ex eo esse volumina selectarum epistolarũ, quę reprehendi solerent. Hoc

a al. scupisse te
b v.c. & l. duo Mysos
P. E.
c al. sibi ipsi
d al. fumo.*
e l. C. Oct.
P. CCCI.
f v.c. beneuolentiæ coll.
g l. exorabilem
h v.c. dilectum.

de genere nihil te nunc quidem moneo: sed
a L. ferum est enim. a tò est enim, ac scire potes multa me variè,
diligenterque monuisse. Illud tamen, quod
Theopompo mandaui, cùm essem admonitus ab ipso, vide per homines amanteis tui,
quod est facile, vt hæc genera tollantur epistolarum, primùm iniquarum: deinde contrariarum: tum absurdè, & inusitatè scriptarum: postremò in aliquem contumelioſarum. Atque
ego hæc tam esse, quàm audio, non puto: &
b L. animad uersa. si sunt occupationibus tuis minùs aduersa b, B
nunc perspice, & purga. Legi epistolam, quam
ipse scripsisse Sylla nomenclator dictus est, nõ
probandam: legi nonnullas iracundas. Sed
tempore ipso de epistolis. Nam cùm hanc paginam tenerem, L. Flauius, prætor design. ad
me venit, homo mihi valde familiaris. Is mihi, te ad procuratores suos litteras misisse: quę
mihi visæ sunt iniquissimæ: ne quid de bonis,
P. B. quæ L. Octauij Nasonis fuissent, cui L. Flauius
c L. deminuerent hæres est, diminuerunt c antè, quàm C. Fun- C
d L. Apollonidiensibus. danio pecuniam soluissent. Itémque misisse
e L. deminui ad Apollonienses d, ne de bonis, quæ Octauij
fuissent, diminui e paterentur, priusquàm
Fundanio debitum solutum esset. Hæc mihi
f L. deminuat verisimilia non videntur. sunt enim à pruden
tia tua remotissima. Ne diminuat f heres?
Quid si infitiatur? Quid si omnino non debetur? Quid? prætor solet iudicare deberi? Quid?
ego Fundanio non cupio? non amicus sum?
non misericordia moueor? nemo magis: SED D
VIA IVRIS EIVSMODI EST QVIBVSDAM
IN REBVS, VT NIHIL SIT LOCI GRATIAE, Atque ita mihi dicebat Flauius scriptum in ea epistola, quam tuam esse dicebat,
te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut
g fort. illa'turum. al. daturum. quasi inimicis incommoda laturum g. Quid
h fort. & vehemẽter, &c. multa? ferebat grauiter, id h vehementer me-
cum querebatur, orabátque, vt ad te quàm diligentissimè scriberem: quod facio, & te prosus vehementer etiam atque etiam rogo, vt E
& procuratoribus Flauij remittas diminuendo i, & de Apollonien sibus k, nequid perscribas, quod contra Flauium sit: amplius, & Flauij
i L. deminuendo, k L. Apollonidiensib. nequ d præscr. causa, & scilicet Pompeij, facias omnia. Nolo
mediusfidius ex tua iniuria in illum, tibi liberalem me videri. sed l & te oro, vt tu ipse au-
l L. sed te oro, ctoritatem, & monumentum aliquod decreti
aut litterarum tuarum relinquas, quod sit ad
m fort. & causam acc. Flauij tem, & m ad causam accommodatum.
n fort. retinentiss. Fert enim grauiter homo & mei obseruantissimus, & sui iuris, dignitatisque retinens n, se F
P. CCCII. apud te neque amicitia, neque iure valuisse:
&, vt opinor, Flauij aliquando rem & Pompeius, & Cæsar tibi commendarunt: & ipse ad
te scripserat Flauius, & ego certé. Quare si vlla
o al. quam vibi faciendam me petente putes. res est, quam o tibi faciendam petente putes,
hæc ea sit. Si me amas, cura, elabora, perfice,
vt Flauius & tibi, & mihi quàm maximas gratias agat. hoc te ità rogo, vt maiore studio rogare non possim. Quod ad me de Hermia
scribis, mihi mehercule valde molestum fuit. G
Litteras ad te parum fraternè scripserã: quas
oratione Diodoti, Luculli liberti, commotus,
de pactione statim quòd audieram, iracundiùs scripseram, & reuocare cupiebam. huic
tu epistolæ non fraternè scriptæ, fraternè debes ignoscere. De Censorino, Antonio, Cassio, Scæuola P, te ab iis diligi (vt scribis) ve-
P v.c. Scæuola, hementer gaudeo. cetera fuerunt in eadem
epistola grauiora, quàm vellẽ, ὀρθὸν τὰν ναῦν, H
& ἀπαξιωθῆναι. Maiora ista erunt. Meæ obiurgationes fuerunt amoris plenissimæ, quæ
sunt nonnullæ, sed tamen mediocres, & paruæ potiús. Ego te numquam vlla in re dignũ
minima reprehensione putassem, cùm te iantissimè gereres nisi inimicos multos habere-
mus. Quæ ad a te aliqua admonitione, aut a L. ad te cum aliquo
obiurgatione scripsi, scripsi propter diligentiam cautionis meæ, in qua & maneo, & manebo, & idem vt facias, non desistam rogare. Attalus Iphemenus mecum egit, vt se ne
impedires, quo minùs, quòd ad Q. Publiceni statuam decretum est, erogaretur: quod
ego te & rogo, & admoneo, ne talis viri,
tamque nostri necessarij, honorem minui
per te, aut impediri velis. Præterea Æsopi
tragœdi, nostri familiaris, Cicinius seruus,
tibi notus, aufũgit. Is Athenis apud Patronem Epicuréum pro libero fuit. inde in Asiam venit. Postea Plato quidam Sardianus,
Epicuréus, qui Athenis solet esse multùm, &
qui tum Athenis fuerat, cùm Licinius eò ve-
b L. cognosset. nisset, cùm eum fugitiuum posteà esse ex Æ-
c L. sed in P. E. publicum, au patrimo. sopi litteris cognosceret b, hominem com-
prehendit, & in custodiam Ephesi tradidit: c sed in publicam, vel in pistrinum, non satis ex litteris eius intelligere potuimus. Tu,
quoquo modo, quoniam Ephesi est, hominem inuestiges velim, summaque diligentia
vel tecum deducas. Noli spectare, quanti homo sit: parui enim pretij est, qui iam nihili
sit: sed tanto dolore Æsopus est affectus propter serui scelus, & audaciam, vt nihil ei gratius facere possis, quàm si illum per te recuperarit. Nunc ea cognosce, quæ maximè exoptas. Remp. funditus amisimus: adeò vt Cato, adolescens nullius consilij, sed tamen ci-
d fort. esse gerit. uis Rom. & Cato vix viuus effugeret d, quòd,
cùm Gabinium de ambitu vellet postulare,
neque prætores diebus aliquot adiri possent,
vel potestatem sui facerent, in concionem
adscendit, & Pompeium priuatus dictatorem
appellauit. propius nihil est factum, quàm vt
occideretur. Ex hoc, qui sit status totius reip.
videre potes. Nostræ tamen causæ non videntur homines defuturi. mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur: &
e L. vt in hac re. quidem cùm spe sum maxima, tum maiore
f fortasse ad habeni reperiri. etiam animo. [spero e superiores fore nos: cõ-
fido animo,] vt f in hac rep. ne casum quidem
vllum pertimescam: sed tamen res sic se habet. Si diem nobis Clodius dixerit: tota Italia
concurret, vt multiplicata gloria discedamus.
sin autem vi agere conabitur: spero fore, studiis non solùm amicorum, sed etiam alienorum, vt vi resistamus. Omnes & se, & suos
liberos, amicos, clienteis, libertos, seruos,
pecunias denique suas pollicentur. Nostra
P. CCCIII. antiqua manus bonorum ardet studio nostri,
atque amore. Siqui anteà aut alieniores fuerant, aut languidiores, nunc horum re-
gum odio, se cum bonis coniungunt. Pompeius omnia pollicetur, & Cæsar: quibus ego
ita credo, vt nihil de mea comparatione
g L. deminuam. diminuam g. Tribuni plebis dẽis. sunt nobis
amici. coss. se optimè ostendunt. Præto-
res habemus amicissimos, & acerrimos ci-
ueis, Domitium, Nigidium, Memmium,
Lentulum: bonos etiam alios: sed hos singulares. Quare magnum fac animum habeas,
& spem bonam. De singulis tamen rebus,
quæ quotidie gerantur, faciam te crebrò
certiorem.

MARCVS

MARCVS Q. FRATRI, S. 3

MI frater,mi frater,mi frater,cúne id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te sine litteris miserim ? aut etiam ne te videre voluerim [a] ?Ego tibi irascerer?tibi ego possem irasci?scilicet:tu enim me afflixisti:tui me inimici,tua me inuidia,ac nõ ego te miserè perdidi.Meus ille laudatus consulatus,mihi te,liberos,patriam,fortunas: tibi velim nequid eripuerit , præter vnum me. Sed certè à te mihi omnia semper honesta, & iucunda ceciderunt [b] .A me tibi luctus meæ calamitatis,metus tuæ,desiderium,mæror, solitudo.Ego te videre noluerim?Immò verò me à te videri nolui.Non enim vidisses fratrem tuum:non eum, quẽ reliquerat:non eũ,quem noras:non eum,quem flens flentem , prosequentem proficiscens dimiseras:ne vestigium quidem eius,nec simulachrum :sed quandam effigiem spirantis mortui. Atque vtinam me mortuum priùs vidisses,aut audisses. Vtinam te non solùm vitæ , sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissem. Sed testor omneis deos , me hac vna voce à morte esse reuocatum,quòd omnes in mea vita parrem aliquã tuæ vitæ repositam esse dicebant. Quare peccaui,sceleratéque feci.nã si cecidissem [c] ,mors ipsa meam pietatem, amorémque in te facilè defenderet.Nunc commisi, vt viuo me careres,viuo me aliis indigeres : mea vox in domesticis periculis potissimùm occideret, quæ sæpe alienissimis præsidio fuisset. Nam quòd ad te pueri sine litteris venerunt,quoniam vides non fuisse iracundiæ [d] causa,certè pigritia fuit,& quædã infinita vis lacrymarum,& dolorum.Hæc ipsa me quo fletu putas scripsisse? eodẽ,quo te legere certò scio.An ego possum aut non cogitare aliquando de te,aut vmquã sine lacrymis cogitare ? Cùm enim te desidero,fratrem solum desidero.Ego [e] verò suauitate propè fratrẽ, propè æqualem , obsequio filium,consilio parentem. Quid mihi sine te vmquam,aut tibi sine me iucundũ fuit?Quid, quòd eodem tempore desidero filiã?qua pietate,qua modestia,quo ingenio,effigiem oris, sermonis,animi mei Quid [f] filiũ venustissimũ, mihique dulcissimum?quẽ ergo ferus , ac ferreus è complexu dimisi meo, sapientiorẽ puerum quàm vellem.sentiebat enim miser iam, quid ageretur. Quid verò tuum filium?quid? imaginem meam [g] , quã meus Cicero & amabat,vt fratrem,& iam,vt maiorem fratrẽ , verebatur? Quid quòd mulierẽ miserrimã,fidelissimam coniugem,me prosequi nõ sum passus,vt esset quę reliquias cõmunis calamitatis, communeis liberos tueretur? Sed tamẽ, quoquo modo potui,scripsi, & dedi litteras ad te Philogono,liberto tuo,quas credo tibi posteà redditas esse:in quibus idẽ te hortor, & rogo, quod pueri tibi verbis meis nuntiarũt,vt Romam protinus pergas , & properes. Primùm enim te præsidio [h] esse volui, siqui essent inimici,quorum crudelitas nondum esset nostra calamitate satiata.Deinde congressus nostri lamentationem pertimui :digressum verò non tulissem : atque etiam idipsum,quod tu scribis,metuebam, ne à me distrahi non posses. His de causis hoc maximum malum , quòd te non vidi,quo nihil amantissimis,& coniũctissimis fratrib. acerbius, ac miserius videtur accidere potuisse:minùs acerbũ,minùs imiserum fuit,quã fuisset tum [k] congressio,tũ verò digressio nostra.Nunc , si potes, id quod ego, qui fortis tibi semper videbar,nõ possum,erige te & confirma, siqua subeunda dimicatio erit.Spero,siquid mea spes habet auctoritatis, tibi & integritatẽ tuã, & amorẽ in te ciuitatis,& aliquid etiã misericordiã nostri,præsidij lauram.sin eris ab isto periculo vacuus , ages scilicet,si quid agi posse de nobis putabis. de quo scribunt ad me quidem multi multa, & se sperare demonstrant:sed ego,quid speremus, non dispicio,cùm inimici plurimùm valeant, amici partim deseruerint me , partim etiam prodiderint:qui in meo reditu fortasse reprehensionem sui sceleris pertimescant [a] .Sed ista qualia sint, tu velim perspicias , mihique declares. Ego tamen,quamdiu tibi opus erit ,siquid periculi subeundum videbis,viuam. diutius in hac vita esse non possum.Neque enim tantum virium habet vlla aut prudentia, aut doctrina,vt tantum dolorem possit sustinere. Scio fuisse & honestius moriendi tempus , & vtilius:sed non hoc solùm: multa alia prætermisi:quæ si queri velim præterita,nihil agam, nisi vt augeam dolorem tuum,indicem stultitiam meam.Illud quidem nec faciendum est, nec fieri potest:me diutiùs , quàm aut tuum tempus,aut firma spes postulabit,in tam misera,támque turpi vita commorari:vt,qui modò fratre fuerim,liberis,coniuge,copiis,genere ipso pecuniæ beatissimus:dignitate, auctoritate,existimatione,gratia nõ inferior, quàm qui vmquam fuerunt amplissimi : is nunc in hac tam afflicta, perditáque fortuna , neque me,neque meos lugere diutiùs possim.Quare quid ad me scripsisti de permutatione ? quasi verò nunc me non tuæ facultates sustineant. Qua in re ipse video miser , & sentio , quid sceleris admiserim,cùm de visceribus tuis, & filij tui,satisfacturus sis,quibus debes:ego acceptam ex ærario pecuniã tuo nomine frustrà dissiparim.Sed tamen & M.Antonio, quãtum tu scripseras, & Cæpioni tantundem solutum est:mihi ad id , quod cogito , hoc , quod habeo , satis est.siue enim restituimur , siue desperamur, nihil amplius opus est. Tu si fortè quid erit molestiæ,te ad Crassum,& ad Calliumb conferas,censeo.Quantum Hortensio credendum sit,nescio.me simulatione [c] amoris,summáque assiduitate quotidiana sceleratissimè,insidiosissiméque tractauit,adiuncto [d] quoque Arrio:quorum ego consiliis, promissis,præceptis [e] destitutus,in hanc calamitatem incidi.Sed hęc occultabis,ne quid obsint.Illud caueto:& eò puto per Pomponium fouendũ tibi esse ipsum Hortensium,ne ille versus,qui in te erat collatus,cùm ædilitatem petebas,delege [e] Aurelia,falso testimonio confirmetur. Nihil enim tam timeo,quàm ne, cùm intelligant homines , quantum misericordiæ nobis tuæ preces, & tuá salus allatura sit,oppugnent te vehementiús.Messallam tui studiosum esse arbitror. Pompeium etiã simulatorem puto. Sed hæc vtinã non experiare : quod precarer deos, nisi meas preces audire desissent. Verumtamen precor,vt his infinitis nostris malis contenti sint:in [f] quibus non modò tamẽ nullius inest peccati infamia : sed omnis dolor est,quòd optimè factis pœna est maxima constituta.Filiam meam,& tuã,Ciceronẽque nostrum,quid ego,mi frater,tibi commendẽ? quin illud mœreo , quòd tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert , quàm mihi.

a non'nerim, v

b L. accidere.

P. B.

c L. occidissem,

d L. iracundiam, cauſam al. iracundiã in cauſa.

e L. Ego vero ſuauitate fratrem, æquo propè æqualem,

f fort. Quid filiũ

g fort. tuã.

h CCCXIII. L. re nis præſidio &c.

i al. miſer.

k al. cum

a al. pertimeſcunt.

b L. Calidiũ

c vide quæ ſcripſi 14. famil. 1.*

d al. adiuncto Qu. Arrio.

e fort. iudicans, ac deſtitutus

P. CCCV.

f fort. in quibus tamen non modò

Sed,te incolumi,orbi non erunt.Reliqua [a],ita mihi salus aliqua detur, potestásque in patria moriendi, vt me lacrymæ non sinunt scribere.Etiá Terentiá velim tueare,mihíque de omnibus rebus rescribas.Sis fortis, quoad rei natura patietur.Idibus Iuniis,Thessalonicæ.

a *fort.* De reliqua,

MARCVS Q. FRATRI, S. 4

AMABO te,mi frater,ne, si vno meo facto & tu,& omnes mei corruistis,improbitati,& sceleri meo potiùs, quàm imprudentiæ, misericordiæque [b] assignes. nullũ est meum peccatum,nisi quòd iis credidi,à quibus nefas putaram esse me decipi, aut etiam quibus ne id expedire quidem arbitrabar.Intimus,proximus,familiarissimus quisque aut sibi pertimuit, aut mihi inuidit.Ita mihi nihil misero præter [c] fidem amicorum [d], cautum meum consilium fuit [e]. Quòd si te satis innocentia tua, & misericordia hominum vindicat hoc tẽpore à molestia : perspicis profectò, ecquæ nam nobis spes salutis relinquatur. Nam me Pomponius,& Sextius , & Piso noster adhuc Thessalonicæ retinuerunt,cùm longiùs discedere propter nescio quos motus vetarent.verùm ego magis exitũ illorũ litteris, quàm spe certa exspectabã.Nam quid sperẽ, potentissimo inimico,dominatione obtrectatorũ, infidelibus amicis,plurib.inuidis? Denorius fautẽ tribun.pl.est ille quidẽ in me officiosissimus, Sextius,& [g] spero,Curtius,Milo,Fadius, Gratidius [h]:sed valde aduersante Clodio:qui etiã priuatus eadem manu poterit conciones concitare:deinde etiã intercessor parabitur. Hæc mihi proficiscenti non proponebantur:sed sæpe triduò summa cum gloria dicebar esse rediturus.Quid tu igitur? inquies.Quid?multa cõ uenerunt, quæ mentem exturbarent meam: subita defectio Pompeij,alienatio COSS. etiá prætorum timor,publicanorum arma, lacrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt:quod certè & ad honestatem,& ad effugiendos intolerabileis dolores fuit aptissimũ. Sed de hoc scripsi ad te in ea epistola , quam Phaetonti dedi. Nunc tu,quoniam in tantum luctum,& laborem detrusus es, quantum nemo vmquam:si [i] releuare potes communem casum misericordia hominum:scilicet incredibile quiddam assequêris. sin planè occidimus:(me miserum)ego omnibus meis exitio fuero , quibus antè dedecori non eram. Sed tu,vt antè ad te scripsi,perspice rem, & perterta:& ad me, vt tempora nostra,non vt amor tuus fert,verè perscribe.Ego vitam,quoad putabo tua interesse, aut ad spem seruandam esse,retinebo.Tu nobis amicissimum Sextium cognosces:credo tua causa,vel Lentulum,qui erit COS.quamquam sunt facta verbis difficiliora. Tu & quid opus sit,& quid sit, videbis omnino. Si tuã solitudinem,communémque calamitatem nemo despexerit: aut per te cõficialiquid,aut nullo modo poterit.sin te quoque inimici vexare cœperint,ne cessaris.Non enim gladiis tecum [k], sed litibus agetur. Vtùm hæc absint velim.Te oro,vt ad me de omnibus rebus scribas,& in me animi potiùs,— aut consilij putes minùs esse,quàm anteà:amoris verò,& officij non minùs.

b *l.* miseriæque ass.

c *fort.* præter fidẽ amicorũ defuit: cautum m.c. fuit *al.* præter fidem amicorum,nõ cautum meũ cons. fuit. d *al.* amicorum,non cautum: cautum P B. meum consilium fuit.* e *al.* defuit.* f *l.* De nouis autem g *l.* & (vt spero) h *l.* Fabricius.

i *vet. lect.* re

p. CCCVI.

k *vet. mscr.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD QVINCTVM FRATREM, LIBER II.

MARCVS Q. FRATRI S.

EPISTOLAM,quam legisti , manè dederam.sed fecit humaniter Licinius,quòd ad me,missò senatu, vesperi venit,vt,siquid esset actũ, ad te,(si mihi videretur) perscriberem.Senatus fuit frequentior, quàm putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos. Consulares nos fuimus,& duo consules designati P.Seruilius,M.Lucullus:Lupus [a], Volcatius,Glabrio prætt.Sanè frequentes fuimus:omnino ad ducẽtos .Cõmorat exspectationẽ Lupus.egit causam agri Cãpani sanè accuratè.auditus est magno silentio, materiã rei nõ ignoras.nihil ex nostris actionibus prætermisit.Fuerũt nonnulli aculei in C.Cæsarẽ,contumeliæ in Gelliũ,expostulationes cũ absente. Põpeio.Causa serò perorata,sententias se rogaturum negauit,ne quod onus simultatis nobis imponeret.Ex superiorum temporum conuiciis,& ex præsenti silentio,quid senatus sentiret,se intelligere dixit. Milo cœpit dimittere. Tum Marcellinus,Noli,inquit,ex taciturnitate nostra,Lupe, quid aut probemus hoc tempore,aut improbemus,iudicare.Ego,quod ad me attinet,idémque arbitror ceteros, idcirco taceo,quòd non existimo,cùm Pompeius abiit, causam agri Campani agi conuenire.Tum ille,se senatum negauit tenere. Racilius surrexit,& de iudiciis referre cœpit. Marcellinum quidem primùm rogauit. Is cùm grauiter de Clodianis incendiis,trucidationibus , lapidationibus questus esset:sententiam dixit, vt [b] ipse iudices per prætorem vrbanum sortirentur, iudicum sortione facta,comitia haberentur:qui iudicia impediuissent, eum contra remp. esse facturum.Approbata valde sententia, C. Cato contrà dixit,& Cassius,maxima acclamatione senatus,cùm comitia iudiciis anteferret. Philippus assensit Lentulo.Postea Racilius de prætoris me primum sententiam rogauit. Multa feci verba de toto furore , latrocinióque P. Clodij:eum,tanquam reum , accusaui multis, & secundis admurmurationibus cuncti senatus. Orationem meam collaudauit satis multis ver-

a *fort.* Lepidus,

b *fortasse ipse iudices prætor vrbanus sortiretur.*

tis verbis.non mehercule indisertè Seuerus [a] Antistius: ísque iudiciorum causam suscepit, antiquissimámque se habiturum dixit. Ibatur in eam sententiam.Tum Clodius rogatus, diē dicendo [b] eximere cœpit.furebat,à Racilio se contumaciter,vrbanéque [c] vexatum. Deinde eius operę repentè à Græcostasi [d], & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt, opinor in Q.Sextilium, & amicos Milonis incitatæ. Eo metu iniecto repentè magna querimonia omnium discessimus. Habes acta vnius diei.reliqua,vt arbitror, in mensem Ianuariū reiicientur.De tribunis pleb. longè optimum Racilium habemus. videtur etiam Antistius amicus nobis fore.nam Plancius,totus noster est.Fac,si me amas,vt considerate, diligentérque nauiges de mense Decembri.

a L.A.d.

b Z.in vin. Idus.Ref.

c L.& de ornandis prætoriis. P.cccviii.

d al.C. Cato

e Z.a.d.viii. Idus Milo aff.

MARCVS Q. FRATRI, S. 2

NON occupatione,qua eram sanè impeditus, sed paruula lippitudine adductus sum vt dictarem hanc epistolam:& [e] non, vt soleo,ad te ipse scriberem.Et primùm me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. me enim adhuc nemo rogauit,num quid in Sardiniam vellem:te [f] puto sæpe habere, etsi non semper,qui,num quid Romam velis, quærāt. Quòd ad me de Lentuli, & Sexti nomine scripsisti,locutus sum cum Cincio. Quoquomodo res se habet,non est facillima, sed habet profectò quiddam Sardinia appositum ad recordationem præteritæ memoriæ.Nam,vt ille Gracchus augur,posteaquàm in istam provinciam venit,recordatus est,quid sibi, in cāpo Martio comitia consulum habenti, contra auspicia accidissēt: sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minuciana, & de nominibus Pomponianis in otio recogitasse.Sed ego adhuc emi nihil.Culleonis auctio facta est. Tusculano emtor nemo fuit. si conditio valde bona fuerit,fortasse non omittam. De ædificatione tua,Cyrum [g] vrgere non cesso. spero eum in officio fore. sed omnia sunt tardiora, propter furiosæ ædilitatis exspectationem.Nā comitia sine mora futura videntur. edicta sunt ad [h] xi.Kal.Febr.Te tamen sollicitum esse nolo.omne genus à nobis cautionis adhibebitur. De [i] rege Alexandrino factum est s.c.Cum multitudine [k] eum reduci, periculosum reip.videri. Reliqua cùm essēt in senatu contentio,Lentulúsne, an Pompeius reduceret:obtinere causam Lentulus videbatur.In ea re nos & officio erga Lentulum mirificè, & voluntati Pompeij præclarè satisfecimus. sed per obtrectatores Lentuli res calumnia [l] extracta est.Consecuti sunt dies [m] comitiales, per quos senatus haberi nō poterat, Quid futurum sit latrocinio tribunorum,non diuino: sed tamen suspicor,per vim rogationem Caninium perlaturum.In ea re Pompeius quid velit,non difficio. Familiareis eius quid cupiant,omnes vident. Creditores verò regis apertè pecunias suppeditant contra Lentulum. Sine dubio res à Lentulo remota videtur esse,cum magno meo dolore:quamquam multa fecit, quare, si fas esset, iure ei succensere possemus.Tu [n], si ita expedit,velim quādas,ad mēque venias.innumerabiles enim res sunt,in quibus te quotidie in omni genere desiderem.Tui, nostríque valent.XIIII. Kalend.Febr.

f L.cum auctoritate sem per:) sed vt p.[al.quod auctor tate semper egerat *Ita Dane fius.**

g L. ei tantus

h al. conii cerentur

MARCVS Q. FRATRI, S. 3

SCRIPSI ad te antea superiora:nunc cognosce postea quę sint acta.A Kal.Febr.legationes in Idus Febr.reiiciebantur. eo die res cōfecta non est.¶ad [a] IIII. Non.Febr.Milo affuit.ei Pompeius aduocatus venit.Dixit Marcellus,à me rogatus.honestè discessimus.producta dies est in IIII, Id Febr. Interim reiectis legationibus in [b] Idus,referebatur de prouinciis quæstorum,& [c] de ornandis prætoribus.Sed res,mulcis querelis de rep.interpōdis,nulla transacta est.Cato [d] legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. vestitū filius mutauit. ¶Ad [e] IIII.Id.Febr. Milo affuit.dixit Pompeius,siue voluit.Nam, vt surrexit, operæ Clodianæ clamorem sustulerūt: ídque ei perpetua oratione contigit,non modò,vt acclamatione,sed vt conuicio, & maledictis impediretur. Qui vt perorauit(nam in eo sanè fortis fuit:non est deterritus: dixit omnia,atque interdum etiam silentio, cū [f] auctoritate peregerat:)sed vt perorauit, surrexit Clodius,&[g] tantus clamor à nostris(placuerat enim referre gratiam)vt neque mente,neque lingua, neque ore consisteret. Ea res acta est, cùm H.VI.VIX Pompeius peroraſſet, vsque ad H.VIII.cùm omnia maledicta, versus etiā obscœnissimi in Clodium. & Clodiam dicerentur [h].Ille furens,& exsanguis interrogabat suos in clamore ipso,quis esset,qui plebem fame necaret.respondebant operæ, Pompeius. Quis Alexandriam ire cuperet.Respondebāt, Pompeius. Quem ire vellent.Respondebant, Crassum. Is aderat tum, Miloni animo non amico.H.ferè IX.quasi signo dato, Clodiani nostris consputare cœperunt. Exarsit dolor. vrgere illi,vt loco nos mouerent. Factus est à nostris impetus,fuga operarū. Eiectus de Rostris Clodius:ac nos quoque tum fugimus, ne quid in turba.Senatus vocatus in curiam : Pōpeius domum. Neque egō tamen in senatū, ne aut de tantis rebus tacerem, aut in Pōpeio defendendo(nam is carpebatur à Bibulo, Curione.Fauonio,Seruilio filio) animos bonorū offenderem.res in posterum dilata est. Clodius in Quirinalia produxit diā.Id. i Febr.senatus ad Apollinis fuit, vt Pompeius adesset. Acta res est grauiter à Pompeio. eo die nihil perfectum est.Ad [k] VII. Id.ad Apollinis s.c. factum est,ea,quæ facta essent ad [l] VIII. Id. contra remp.esse facta. Eo die Cato est vehementer in Pompeium inuectus, & eum oratione perpetua,tanquam reum,accusauit. De me multa,me inuito , cum mea summa laude,dixit.Cùm illius in me perfidiam increparet,auditus est magno silentio maleuolorum. Respondit ei vehementer Pompeius, Crassúmque descripsit:dixítque apertè,se munitio rem ad custodiendam vitam suam fore,quàm Affricanus fuisset:quā C. Carbo interemisset. Itaq; magnæ mihi res iā moueri videbantur. Nā Pōpeius hæc intelligit, nobiscúmque cōmunicat insidias vitæ suæ fieri : C. Catonem à Crassō sustentari:Clodio pecuniam suppeditari:vtrūque & ab eo,& à Curione,Bibulo [m], ceterísque suis obtrectatoribus confirmari: vehementer esse prouidendū,ne opprimatur: concionario illo populo à se propè alienato. nobilitate inimica,non æquo senatū,iuuentute improba.Itaque se comparat, homines ex agris accersit [n].Operas autē suas Clodius confirmat. manus ad Quirinalia paratur : in eo

a L.A.d. Idus P. B.

i Z.A. d. Idus

k Z.A d.vii. Idus ad Ap.

l Z.a.d.viii. Idus.

m L.& à Bibulo,

n L.accersiu.

multò sumus superiores ipsius copiis. Sed [a] magna manus ex Piceno, & Gallia exspectatur, vt etiam Cationibus rogationibus de Milone,& Lentulo resistamus.ad [b] IIII.Id. Sestius ab indice Cn. Nerio, Pupinia,de ambitu est postulatus:& eodem die à quodam M.Tullio VI.Is erat æger.domum(vt debuimus)ad eum statim vénimus: eíque nos totos tradidimus: ídque fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei iure succensere [c] putabant, vt humanissimi,gratissimíque & ipsi, & omnibus videremur: itáque faciemus. Sed idem Nerius [d] index edidit ad [e] allegatos,Cn. Lentulũ Vacciam,& C.Cornelium.Eodem die S.C.factum est,Vt sodalitates,decuriatíque discederent:léxq; de iis ferretur,Vt,qui non discessissent,ea pœna quę est de vi,tenerẽtur.Ad[f] III. Id.dixi pro Bestia de ambitu apud prætorem Cn.Domitium,in foro medio, maximo conuentu : incidíque in eum locum in dicendo, cùm Sestius [g] multis in templo Castoris vulneribus acceptis subsidio Bestiæ seruatus esset.Hîc [h] προοικονομησόμεθα quiddam de iis,quæ in Sestium[i] apparabantur crimina: & eum ornaui veris laudibus, magno assensu omnium: res homini fuit vehementer grata. Quę tibi eò scribo,quòd me de retinenda Sestij [k] gratia litteris sæpe monuisti.Prid.Id.hęc scripsi ante lucem. eo die apud Pomponium in eius nuptiis eram cenaturus.Cetera sunt in reb.nostris huiusmodi [l] (vt tu mihi ferè diffidenti prædicabas)plena dignitatis, & gratiæ: quæ quidẽ tua,mi frater,prudentia, patientia, virtute, pietate,suauitate etiã,tibi,mihíq; sunt restituta. Domus tibi ad lucum Pisonis Liciniana conducta est,sed,vt spero,paucis mensibus post Kalend. Quinct.in tuam commigrabis. Tuam in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt.A te post illam Olbiensem epistolam nullas litteras accepi.Quid agas, & vt te oblectes, scire cupio : maximéque teipsum videre quamprimùm. Cura ,mi frater, vt valeas.&quamquam est hyems,tamen Sardiniam istam esse cogites.XV.Kal.Mart.

MARCVS Q. FRATRI, S, 4

SESTIVS [m] noster absolutus est ad III. Id. Mart. &, quod vehementer interfuit reipub. nullam videri in eiusmodi causa dissensionem esse:omnibus sententiis absolutus est. Illud, quod tibi sæpe curæ esse intellexeram, necui iniquo relinqueremus vituperandi locum, qui nos ingratos esse diceret, nisi illius peruersitatem quibusdam in rebus quàm humanissimè ferremus: scito hoc nos in eo iudicio consecutos esse,vt omnium gratissimi iudicaremur.Nam in defendendo morosò homine cumulatissimè satisfecimus, &(id quod ille maximè cupiebat)Vatinium,à quo palàm oppugnabatur,arbitratu nostro concidimus, *diu,hominibúsque plaudentibus* [n]. Quinetiam Paullus noster cùm testis productus esset in Sestium [o], confirmauit,se nomẽ Vatinij delaturum,si Macer Licinius cunctaretur : & Macer à Sestijp subsellijs surrexit.ac se illi nõ defuturũ affirmauit.Quid quæris?homò petulãs, & audax,Vatinius valde perturbatus,debilitátúsque discessit.Quinctus tuus, puer optimus, eruditur egregié. Hoc núc magis animaduerto,quòd Tyrannio docet apud me.Domus vtriusque nostrũm ædificatur strenué.Redẽtori tuo dimidiũ pecuniæ curaui. Spero nos ante hyemẽ contubernaleis fore.De nostra Tullia, tui meherculè amantissima,spero cum Crassipede nos confecisse.Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi,ceterùm[a] qui confectum erat.Latiar [b] erat exiturus.

MARCVS Q. FRATRI, S. 5

DEDERAM ad te litteras anteà, quibus [c] erat scriptum,Tulliam [d] nostram Crassipedi prid.Non.April.esse desponsatam [e]: cetéráque de rep.priuatáque perscripseram.Posteà sunt hæc acta.Non.Apr.S.C.pompeio pecunia decreta in rem frumentariam,ad[f] LLS. S.M.CCCC. Sed eodem die vehementer actũ de agro Campano clamore senatus propè cõcionali. acriorem causam inopia pecuniæ faciebat,& annonæ caritas.Non prætermittam, ne illud quidem,M.Furium Flaccum,equitem Rom.hominem nequam,Capitolini, & Mercuriales de collegio eiecerunt,præsentem, ad pedes vniuscuiusque iacentem.

MARCVS Q. FRATRI, S. 6

AD [g] VIII.Id.Apr.sponsalia Crassipedi præbui.Huic cõiuiio puer optimus Quintus, meúsque,quòd perleuiter commotus fuerat, defuit:ad [h] III.Id. April. veni ad Quinctum, eúmque vidi planè integrum, multúmque is mecum sermonem habuit, & perhumanum, de discordiis mulierum nostrarum.Quid quæris?nihil festiuius.Pomponia autem etiam de te questa est.sed hæc coràm agemus.A puero vt discessi, in aream tuam veni. res agebatur multis structoribus. Longilium redemtorem cohortatus sum,fidem mihi faciebat, se velle nobis placere. Domus erit egregia. magis enim cerni iam poterat,quàm quantum ex forma iudicabamus. itémque nostra celeriter ædificabatur.Eo die cenaui apud Crassipedẽ i. cenatus,in hortos [k] ad Pompeium lectica latus sum.Lucceium conuenire non potueram, quòd abfuerat[l].videre autem volebã, quòd eram postridie Roma exiturus, & quòd ille in Sardiniam iter habebat.Hominem conueni,&c.ab eo petiui, vt quamprimùm te nobis redderet.statim,dixit.Erat autem iturus(vt aiebat)ad [m] III.Id.Apr.vt aut Labrone, aut Pisis conscenderet.Tu,mi frater,simulac [n] ille venerit.primam nauigationem(dummodo idonea tempestas sit)ne omiseris.ἀμφιλαφίαν autem illam,quam tu soles dicere,bono modo desidero,sic pro rsus,vt aduenientem excipiam libenter:latentem etiam nunc,non excitẽ. Tribus locis ędifico,reliqua recõcinno?viuo paullò liberaliùs,quàm solebam.Opus erat,si te haberem,paullisper fabris locũ dare, sed & hæc (vt spero)breui inter nos communicabimus. Res autem Romanæ sic se habent. Consul est egregius Lentulus,non impediente collega:sic inquam,bonus,vt meliorẽ non viderim. dies comitialeis [o] exemit omneis.nam etiã Latinę instaurantur:nec tamẽ deerãt supplicationes, sic legibus pernicioſissimis obsistitur,maximè Catonis:cui tamen egregiè imposuit Milo nosster.Nam ille vindex gladiatorũ,& bestiariorũ emerat de Cosconio & Pomponio bestiarios:nec sine his armatis vmquam in publico fuerat.hos alere non poterat.itaque vix tenebat.Sensit Milo. dedit cuidam non familiari negotium:qui sine suspicione emeret eam familiam à Catone : quæ simulatque abducta est,Racilius,qui vnus est hoc tempore tribunus pleb.rem patefecit, eósque homines sibi

a L. & magna man.

b L.a.d.IIII. Idus Sextius ab Indice Cn.

c v.c. & L. succensere P. CCCIX.

d L. Nerius Index.

e L.ad alligatos,sid est afficies culpæ.*

f L.A.d.III.

g L.Sextius d

h al. quidẽ

i L. Sextium

k L. Sextij

l L.cuiusmodi tu mihi ferè diffidenti prędicabas)

P. B.

m L.Sextius n. abs. a. d. III.

n. al.applaudentibus,

o L.Sextium

p L.Sextij

a L.cetero qui comb. ab ceterum cõf. b L. Latiar erat exiturus.sed vide ceius erat exiturus al. Latiari erat exiturus.

c al.imputabãt.

d adde gia. fol 57. S.L. epistolsfamil. 7.in f.

e v.ad.epistolsfamil: f L.ad LLS. eccc.

g L.a.d.vi. Idus

p. CCCX. h a.d.vi Idus

i forte ita legendum apud Crassipedem in hortis.Cenatus, ad Pompeiũ, lectica latus sum vti ep. fol 9.

k In hortos solebant deduci virginũ nuptiæ L. 66.§. virgini in hortos ff. de donat. inter virum. l, L.alterũ. L.ad.l.

m Idus Apr.

n L.simul vt ille veni.sl al. simulatque veniẽt.

o vt.conuocatis omnib.

p.cent.E.

(sic enim placuerat) & tabulam [a] proscripsit, se familiam Catonianam venditurum, In eâ tabulam magni risus consequebantur. Nunc [b] igitur Catonem Lentulus à legibus remouit, & eos, qui de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Nam quod de Pōpeio Caninius [c] agit, sanè quàm refrixit. neque enim res probatur, & Pompeius noster in amicitia P. Lentuli vituperatur, & herculè nō est idem. Nam apud illam perditissimam, atque infimam fœcem populi, propter Milonē, suboffendit: & boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt. Marcellinus autem hoc vno mihi quidem non satisfacit, quòd eū nimis asperè tractat: quamquam id senatu non inuito facit: quo ego me libentiùs à curia, & ab omni parte reipub. subtraho. In iudiciis ij sumus, qui fuimus. domus celebratur, ita vt cū maximè. Vnum accidit imprudentia Milonis incommodè, de Sexto Cœlio [d]: quem neque hoc tempore, neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari, ei tres sententiæ terrimæ in consilio defuerunt. Itaque homines populus reuocat, & retrahatur necesse est. non enim ferunt homines. & quia, cùm apud suos diceret, pænè damnatus est, vident damnatum. Ea ipsa in re Pompeij offensio nobis obstitit. senatorum enim vrna copiosè absoluit, equitum adæquauit, tribuni ærarij condemnarunt. Sed hoc incommmodum cōsolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allisus est, ceteri conciduntur. Cato [e] concionatus est, comitia haberi non siturum, si sibi cum populo dies agendi essent exemti. Appius à Cæsare nondum redierat. Tuas mirificè litteras exspecto: atque adhuc clausum mare scio fuisse: sed quosdam venisse tamen Ostia [f] dicebant, qui te vnicè laudarent, plurimique in prouincia fieri dicerent. Idem [g] aiebant nuntiare te prima nauigatione transmissurum. id cupio: &, quamquā teipsum scilicet maximè: tamen etiā litteras tuas antè exspecto. Mi frater, vale.

a Tabulæ positæ auctionis fuerunt, dies, leges conditiones. Proscribi solebāt. Huius tabulæ fit mentio ad Attic. 12. epist. 39. & 13. epistola ad Atticum 25. orat. pro Cæcinā. Rullum. 2. Catilinar. 3. officiorum: Titulus appellatur à Plinio. epist. 27.* b v. c. Hunc igitur C. Caninius Tribunus Plebis induxit à Pompeio rogationem ferre vellet, vt rex Ptolemæus à Pompeio cū honoribus tantum Lictoribus reduceretur. v. Plutarchum in Pompeio & Ciceronē, fa. 7.* d L. Clodio e L. C. Cato P. CCCXII.

MARCVS Q. FRATRI, S. 6

AD III. Id. April. ante lucem hanc epistolā dictauerā, scripserámque in itinere, vt eo die apud T. Titium in Anagnino manerem. Postridie aut em in Laterio cogitabam: inde, cùm in Arpinati quinque dies fuissem, ire in Pompeianum: rediens adspicere Cumanū, vt, quoniam in Non. Maias Miloni dies producta est, prid. Non. Romę essem, téque, mi carissime, & suauissime frater, ad eam diem (vt spero) viderem. Ædificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat. Fac, mi frater, vt valeas, quamprimúmque venias.

f L. Olbia. g Leg. Eosdem

MARCVS Q. FRATRI, S. 7

OLITTERAS mihi tuas iucundissimas, exspectatas [h], ac primo quidem cum desiderio, nunc verò etiā cum timore! Atque has scito litteras me solas accepisse post illas, quas tuus nauta attulit, Olbia datas. Sed cetera (vt scribis) præsenti sermoni reseruentur. hoc tamen non queo differre. Id. Maiis senatus frequens, diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Adiurat Procilius [i] hoc nemini accidisse. Foris valde plauditur. Mihi cùm sua sponte iucundum, tum iucundius, quòd me absente (est enim εἰλικρινὲς iudicium) sine oppugnatione, sine gratia nostra, eram Antij.

P. CCCX. h Vet. exspectatas primò quidem cum scito

i al. Procilius

A Quòd Idibus, & postridie fuerat dictum, de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæret. Sed plura quàm constitueram. coràm enim. Vale, mi optime, & optatissime frater, & aduola. Idem te nostri rogant pueri: illud scilicet, cenabis cùm veneris.

MARCVS Q. FRATRI, S. 8

PLACITVRVM tibi esse librum meum suspicabar: tam valde placuisse, quàm scribis, valde gaudeo. Quòd me admones de [a] nō curantia, suadésque, vt meminerim Iouis oration nem, quæ est in extremo illo libro: ego verò memini, & illa omnia mihi magis scripsi, quā ceteris. Sed tamen postridie, quàm tu es profectus, multa nocte cum Vibullio veni ad Pōpeium. Cúmque ego egissem de istis operibus, atque inscriptionibus, perbenignè [b] mihi respondit: magnam spem attulit. cum Crassō se dixit loqui velle: mihíque vt idem facerem, suasit. Crassum cos. ex senatu domum reduxi: susceptit rem: dixítque esse quod Clodius hoc tempore cuperet per se, & per Pompeium consequi: putare se, si ego eum non impedirem, posse me adipisci sine contentione quod vellem. totum ei negotium permisi, méque in eius potestate dixi fore. Interfuit huic sermoni P [c]. Crassus adolescens, nostri (vt scis) studiosissimus [d]. Illud autem, quod cupit Clodius, est legatio aliqua: si minus per senatum, per populum, libera, aut Byzantium, aut [e] Brogitarum, aut vtrumque. Plena res nummorū. Quod ego non nimium laboro, etiam si minùs assequor, quod volo. Pompeius tamen cū Crasso locutus est. videtur negotium susceptisse. si perficiunt: optimé, sin minùs: ad nostrum Iouem reuertamur. Ad [f] III. Id. Maij s. c. est factum de ambitu in Afranij sententiam, quā ego dixeram, cùm tu adesses: sed magno cum gemitu senatus. coss. non sunt persecuti eorum sententias: qui Afranio cùm essent assensi, addiderunt, vt prætores ita crearentur, vt dies LX. priuati essent. eo die Catonem planè repudiarunt. Quid multa? tenent omnia: ídque ita omneis intelligere volunt.

a L. de nostra Vrania, § ita Faerans.* b L. per mihi benigne resp. P. CCCVI. B. c M. Licinij Crassi filius, interfectus fuit à Parthis vide Plutarch. Appian. Dionem.* d adde 5. famil. 8. & in Bruto.* e L. aut ad Brogitarum, f L. A. d. III.

MARCVS Q. FRATRI, S. 9

TV metuis, ne me interpelles? primò si in isto essem, tu scis, quid sit interpellare. An te Ateius [g]? mehercule mihi docere videbaris [h] istius generis humanitatem: qua quidem ego nihil vtor abs te. Tu verò, vt me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare velim. Quid enim mihi suauius? Non mehercule quisquam μεστπάτακτος libentiùs sua recentia poemata legit, quàm ego te audio quacumque de re, publica, priuata, rustica, vrbana. Sed mea factum est inuisa [i] verecūdia, vt te proficiscens non tollerem. Oppositi semel ἀνπέκτυν [k] causam, Ciceronis nostri valetudinem: conticui. iterum Ciceronem [l]: quieui. Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc adspersit molestiæ, quòd videris, ne mihi molestus esses, veritus esse, atque etiam nunc vereri. Litigarem tecum, si fas esset: sed mehercule istuc si vmquam suspicatus ero, nihil dicam aliud, nisi verebor, nequando ego tibi, cùm sum vnà, molestus sim. Video te ingemuisse. sic fit. εἰδ᾽ ἐν αἷμα ἔζησας. numquam enim dicā, ἔκ πάσης [m]. Marium autem nostrum in [n] lecticam mehercule conieci essem, non illam ἔγεσις Ptolemæi Anicianā. memini enim cùm

g al. Statius* h v. c. & L. videris. i L. insulsa verec. k L. ἀντείσακτον c. ¶ Victor. 6. Var. ἀνατέλεκτον id est cui contradici non potest* al. ἀναντίλεκτον l al. ceteri omnes m al. πάσης μελεδώνας* o Idem 7. famil. 25.*

hominem portarem ad Baias, Neapoli, octophoro Aniciano, machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere, cùm ille ignarus sui comitatus, repentè aperuit lecticã, & pænè ille timore, ego risu corrui. Tunc, vt dico, certè sustulissem, vt aliquando subtilitatem veteris vrbanitatis, & humanissimi sermonis attingerem: sed hominem infirmum [a] in villam apertam, ac ne tutam [b] quidem etiã nunc, inuitare nolui. Hoc verò mihi peculiare fuerit, hîc etiam isto frui. Nam illorum prædiorum scito mihi vicinum Marium [c], lumen esse. Apud Anicium videbimus vt paratum sit. Nos enim ita philologi sumus, vt vel cum fabris habitare possimus. Habemus hanc philosophiam, non ab Hymetto, sed ab area Syra. Marius, & valetudine [d] est, & natura imbecillior. De interpellatione tantum sumam à vobis temporis ad scribendum, quantum dabitis. vtinam nihil detis, vt potiùs vestra iniuria, quàm ignauia mea cessem. De rep. nimiũ te laborare doleo, & meliorem ciuem esse, quàm Philoctetẽ, qui accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quę tibi acerba esse video. Amabo te, aduola: consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. & adduc, si me amas, Marium. sed adproperate. Hortus domi est.

a Idem 7. epistol. famil. 1.*
b v.c. rudem p. ccxiii.
c al. Mariũ esse.*
d v.c. valitudine.

MARCVS Q. FRATRI, S. 10

EPISTOLAM hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Nam res quidem ipsa, & is dies, quo tu es profectus, nihil mihi ad scribẽdum argumenti sanè dabat. Sed quemadmodum coràm cùm sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistolæ nostræ debent interdũ hallucinati. Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est. cùm eos præter me, & Bibulum, & Calidium, & Pauonium nemo defenderet. De [e] te magis ab Sipulo mentio est honorifica facta, cùm te vnum dicerent postulationi L. Sextij Panſæ restitisse. Reliquis diebus, si quid erit, quod te scire opus sit, aut etiam si nihil erit, tamen scribam quotidie ali quid. Prid. Id. neque tibi, neque Pomponio de ero. Lucretij [f] poemata (vt scribis) non ita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. Sed cùm véneris, virum [g] te putabo, si Sallustij Empedoclea legeris: hominem [h] non putabo. Vale.

e L. Dete à Magneribus P. B. ab Sipulo m. Vide Victor. 30. Variar. 1.*
f L. Lucretij poemata, vt scribis, ita sunt multis luminibus ingenij illustrata: multę tamen etiam artis.
g id est forsan.*
h id est in humanum.

MARCVS Q. CICERONI, S. 11

GAVDEO tibi iucundas esse meas litteras: nec tamẽ habuissem scribendi nũc quidẽ vllum argumentũ, nisi tuas accepissem. Nam prid. Id. cùm Appius senatũ infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, vt populi conuicio coactus sit nos dimittere. De Cõmageno rege, quòd rem totam discusseram, mirificè mihi & per se, & per Pomponium blanditur Appius. Videt enim, hoc genere dicendi si vtar in ceteris, Februarium sterilem futurum: eúmque lusi iocosè satis: neque solùm illud extorsi oppidulum, quod erat positum in i Euphrate, & Zeugmate: sed præterea togam sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare cos. magno hominum risu cauillatus. *Quod* [k] *non vult, inquam, renouare honores eosdem, quò minùs togam prætextã quotannis interpollet, decernendũ nihil censeo.* Vos autem homines nobiles, qui Bustenum [l] prætextatum non ferebatis, Comagenum feretis? Genus vides, & locum iocãdi. Multa dixi in ignobilem regem: quibus tõtus est explosus. quo genere commotus (vt dixi) Appius, totũ me amplexatur. Nihil est enim facilius, quàm reliqua discutere. Sed non faciam, vt illum offendam, ne imploret fidem Iouis Hospitalis: Graios omneis conuocet, per quos mecum in gratiam rediit. Theopompo satisfaciemus. De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim, quas tu litteras exspectaris, sed ille scripsit ad Balbum, fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse: vt ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam. sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quæ rescripsit his verbis, *De Cicerone video te quiddam scripsisse: quod ego nõ intellexi: quantum autem coniectura consequebar, id erat huiusmodi, vt magis optandũ, quàm sperandum putarem.* Itaque postea misi ad Cæsarem eodem illo exemplo litteras. Iocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus. Ad quem ego rescripsi, nihil esse, quòd posthac arcæ nostræ fiducia conturbaret: lusísque in eo genere & familiariter, & cum dignitate. Amor autem eius erga nos perfertur omniũ nũtiis singularis. Et litteræ quidẽ ad id, quod exspectas, ferè cum tuo reditu iungentur, reliqua singulorum dierum scribemus ad te, si modò tabellarios tu præbebis. quamquã eiusmodi frigus impendebat, vt summũ periculum esset, ne Appio suæ ædes vrerentur. Vale.

i L. In Euphrate, Zeugma; sed pr.
k al. Quòd noüit
l al. Busteiscum al. Burasti: num.

MARCVS Q. FRATRI, S. 12

RISI niuem atram: téque hilari animo esse, & promto ad iocandum, valde me iuuat. De Pompeio, assentior tibi, vel tu potius mihi. nam, vt scis, iampridem istum [a] cãto Cęsarem. mihi crede, in sinu est: neque ego discingor. Cognosce nunc idus. Decimus erat Cœlio dies. Domitius ad numerum iudices non habuit. vereor ne homo tæter, & ferus, Pola Seruius ad accusationem veniat. nã nos Cloſter Cœlius valde oppugnatur à gente Clodia. certi nihil est adhuc: sed veremur. Eodẽ igitur die Tyriis est senatus datus frequens: frequentes contrà Syriaci publicani. vehementer vexatus Gabinius: exagitati tamen [b] à Domitio publicani, quòd eum essent cum equis prosecuti. C. noster Lamia paullo ferociùs, cum Domitius dixisset, Vestra culpa hæc acciderunt, equites R. dissolutè enim iudicatis: Nos iudicamus, vos laudatis, inquit. Actum est eo die nihil. nox diremit. Comitialibus diebus, qui Quirinalia [d] sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege [e] Pupia [f], quo minùs habeat senatum, & quòd Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex kal. Febr. vsque ad kal. Mart. legatis senatum quotidie dari. ita putantur detrudi [g] comitia in mensem Martiũ. sed tamen his comitiis, tribun. pleb. de Gabinio se acturos esse dicũt. Omnia colligo, vt noui scribã aliquid ad te, sed vt vides, res me ipsa deficit. Itaque ad Callisthenem, & ad Philistum redeo: in quibus te video volutatum. Callisthenis: quidé, vulgare, & notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt. Siculus ille, capitalis, creber, acutus, breuis. pænè pusillus Thucydides: sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) anvtrosque, nescio. Me magis de Dionysio delectat. ipse est enim veterator magno, & perfamiliaris Philisto. Sed quod adscripsis, aggrederíne ad historiã? me auctore potes. &, quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Oblecta te cũ Cicerone nostro quàm bellissimé.

a al. istunc ante Cæsare v. Sabellic. Ennead. 10. lib. 2. Ante quatuor. * p. 8.
b al. rum.*
c al. collidis
d Quirinalibus. sem dicuntur Fornacalibus omissum erant, vt dicebant. Quirinalia Fullonum ferias dicunt. v. Varronem 5. de lingua & Festum.
e Lex Pupia complectebatur, vt diebus habere senatus non liceret, nisi de rebus hic expressis. v. Rosinum. 2. c. 5. *
f L. Pupius.
g sic praeter di. comitia dixit. v. Manut. h L. Lucceius. ad Caesarem 5. Philippum 1. Varr. 5.*

MARCVS Q. FRATRI, S. 13

DVAS adhuc à te accepi epistolas: quarũ [a] alteram in ipso discessu nostro, alteram Arimino datam. plureis, quas scribis te dedisse, non acceperam. Ego me in Cumano, & Pompeiano, præterquàm quòd sine te, ceterùm satis commodè oblectabam. & eram in iisdem locis vsque ad Kal. Iun. futurus. Scribebam illa, quæ dixeram, πολιτικά: spissum sanè opus, & operosum. Sed si ex sententia successerit: bene erit opera posita. sin minùs: in illud ipsum mare deiiciemus, quod scribentes spectamus [b], aggrediemur alia, quoniã quiescere non possumus. Tua mandata persequar diligenter, & adiungendis hominibus, & quibusdam non alienandis. Maximæ [c] mihi verò curæ erit, vt Ciceronem tuum, nostrúmque videam, scilicet quotidie: sed inspiciã quid dicat, quàm sæpissimè: &, nisi ille contemnet, etiam magistrum me ei profitebor: cuius rei nonnullam consuetudinẽ nactus sum in horum dierum otio, Cicerone nostro minore perdocendo. Tu, quemadmodum scribis, quod etiam si non scriberes, facere te diligẽtissimè tamen sciebam, facies, scilicet, vt mea mandata digeras, persequare, conficias. Ego, cùm Romam venero, nullum prætermittam Cæsaris tabellarium, cui litteras ad te non dẽ. His diebus (ignosces) cui darem, fuit nemo antè hunc M. Orfium, equitem Ro. nostrum & pernecessarium, & quòd est ex municipio Atellano, quod scis esse in fide nostra. Itaque eum tibi commendo in [d] maiorem modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiã extra domũ: quem fac vt tua liberalitate tibi obliges. est tribunus mil. in exercitu nostro [e]. gratum hominem, obseruantémque cognosces. Trebatium vt valde ames, vehementer te rogo. Vale.

MARCVS Q. FRATRI, S. 14

ANTE DIEM IIII. Non. Iun. quo die Romam veni, accepi tuas litteras, datas Placentiæ: deinde alteras postridie, datas Blandenonæ [g], cũ Cæsaris litteris, referris omni officio, diligentia, suauitate. Sunt ista quidem magna, vel potius maxima. Habent enim vim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem. Sed mihi crede, quem nosti, quod in istis ego plurimi æstimo, id iam habeo: te scilicet primùm tam inseruientem communi dignitati: deinde Cæsaris tantum in me amorem: quem omnibus his honoribus, quos me à se exspectare vult, antepono. Litteræ verò eius vnà datæ cũ tuis quarum initium est, Quàm suauis ei tuus aduentus fuerit, & recordatio veteris amoris: deinde, se effecturum, vt ego in medio dolore, ac desiderio tui, te, cùm à me abesses, potissimùm secum esse lætarer, incredibiliter delectarunt. Quare facis tũ quidem fraternè, quòd me hortaris, sed meherculè currentem nunc quidem, vt omnia mea studia in istum vnum conferam. Ego verò ardenti quidem studio: ac fortasse efficiam, quod sæpe viatoribus, cùm properant, éuenit: vt, si seriùs, quàm voluerunt, fortè surrexerint: properando, etiã citiùs, quàm si de multa nocte vigilassent [h], perueniant quò velint: sic ego, quoniã in isto homine colendo tam [i] indormiui diu, te meherculè iæpe excitante, cursũ corrigam tarditatem, tum equis, tum verò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis. modò mihi date Britanniam, quã pingam coloribus tuis, penicillo [k] meo. Sed quid ago? quod mihi tempus, Romæ præsertim, vt iste me rogat, manenti, vacuũ ostenditur? sed videro. fortasse enim (vt fit) vincet tuus amor omneis difficultates. Trebatium quòd ad se miserim, perfalsè, & [a] humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim, in tanta multitudine eorum, qui vnà essent, quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. M. Curtio tribunatum ab eo petiui (nam Domitius se deriderí putasset, si esset à me rogatus: hoc enim est eius quotidianũ, se ne tribunum mil. quidem facere: etiam in senatu lusit, Appium collegam propterea isse ad Cæsarem, vt aliquem tribunatum auferret) sed in alterum annum. id & Curtius ita volebat. Tu, quemadmodum me censes oportere esse in rep. & in nostris inimicitiis, ita & esse, & fore, auricula infima scito molliorem. Res Romanæ sic habebant. Erat nonnulla spes comitiorum, sed incerta: erat aliqua suspicio dictaturæ, ne ea quidem certa: summum otium forense, sed senescentis magis ciuitatis, quàm acquiescẽtis. Sententia autem nostra in senatu eiusmodi, magis vt alij nobis assentiantur, quàm no metipsi. τοιαῦτα [b] τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται. Calamo, & atramento temperato, charta etiã dentata res agetur. Scribis enim te meas litteras superiores vix legere potuisse: in quo nihil eorum, mi frater, fuit, quæ putas. neque enim occupatus eram, neque perturbatus, nec [c] iratus alicui: sed hoc facio semper, vt, quicumque calamus in manus meas venerit, eo sic vtar, tamquã bono. Verùm attende nunc, mi optime & suauissime frater, ad ea dũ rescribo, quę tu in hac eadẽ breui epistola περιεργαπικῶς val de scripsisti. De quo petis, vt ad te, nihil occultãs nihil dissimulãs, nihil tibi indulgẽs, genuinè, fraternéque rescribã, id est, vtrùm [d] voles, vt [e] dixerimus, ad expediendum te: si causa sit, cõmorere. Si, mi Quincte, parua aliqua res esset, in qua scisciterare, quid vellẽ: tamẽ, cùm tibi permissurus essem, vt faceres, quod velles: ego ipse, quid vellem, ostenderem. In hac verò re hoc profectò quæris, cuiusmodi illum annum, qui sequitur, exspectem: planè aut trãquillum nobis, aut certè munitissimum: quod quotidie domus, quod forum, quod theatri significationes declarant: neque [f] laborant quòd [g] mea conscientia [h] copiarum nostrarum, quòd Cæsaris, quòd Pompeij gratiam tenemus. Hæc me, vt confidam faciunt. Sin aliquis erumpet amentis hominis furor: omnia sunt ad eum frangendum expedita. Hæc ita sentio, iudico, ad te exploratè scribo. dubitare te, non assentatoriè, sed fraternè veto. Quare suauitatis equidem nostræ fruendæ causa, cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras: sed illud mãlo tamen, quod iputas, magis etiã illa (etenim magis æstimo me) ἀμφιλαφίαν illam tuam, & exspectationem debitorũ tuorum. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. parua sunt, quæ desunt, nostris quidem moribus, & ea sunt ad explicandum expeditissima, modò valeamus. Ambitus redit immanis. numquam fuit par. Idib. Quinct. fœnus fuit ZZ [k] ex Z. coitione Memmij, quam [l] cum Domitio habuit Scaurus, [m] vnum vincere. Messalla flaccet. non dico ὑπερβολικῶς, vel LLS, centies constituunt in prærogatiua pronuntiare. Res ardet inuidia. Tribunitij [n] candidati compromiserunt LLS, quingenis [o] in singulos apud M,

p. CCCXV. a L. earum alteram

b L. Spectaculum.

c L. Maximus verò mihi cæl. Maximè vrm.

d al. maiorem in modum.

e al. vehro

f L. Ad. mi. P. B. g L. Ludi. Bonis. stra. signific. Cæs. diuers. Laus. copiæ nu. mer.*

p. CCCXVI. a L. & perhumaniter

b Senarius Euripidis ex tragœdia οἰνεῖδες*

c al. neque

d id est adnoles.* e fort. vt dixeramus, ad expediendum si causa sit: a. commorere

f al. Nostri inimici laborant, quod mira est consensio.*

g L. quòd mĩra est consensio cop. n.

h Vet. conscentia al. consensio.*

i L. quod putas magis esse è re tua. Etiam magni æstimo ἀμφιλαφίαν illam tuam &c.,

k L. 3. ex 3. id est duobus trientibus ex triente.*

l al. quam cum Cn. Domitio hab.

m L. habuit. Scaurus vult vincere.

n Messalla. Idem 4. ad Atticum 14.*

o Idem 4 ad Atticum 14.*

Catonem depositis, petere eius arbitratu, vt, qui contrà feciſſet, ab eo condemnaretur. quæ quidem comitia gratuita ſi fuerint, vt putantur, plus [a] vnus Cato fuerit, quàm omnes leges, omnéſque iudices.

a L. plus vnus Cato potuerit, quàm

MARCVS Q. FRATRI, S. 15

CVM à me litteras librarij manu acceperis, ne [b] paullum otij me habuiſſe iudicato: cùm autem mea, nullum [c]: ſic enim habeto, numquam me à cauſis, & iudiciis diſtrictioré fuiſſe: atque id anni tempore grauiſſimo, & caloribus maximis. Sed hæc (quoniam tu ita præſcribis) ferenda ſunt: neque committendũ, vt aut ſpei, aut cogitationi veſtræ ego videar defuiſſe: præſertim cùm, tametſi id difficilius fuerit, tamẽ ex hoc labore magnam gratiam, magnámque dignitatem ſim collectutus. Itaque, vt tibi placet, damus operã, ne cuius animũ offendamus, atque vt etiam ab iis ipſis, qui nos cum Cæſare tam coniunctos dolent, diligamur: ab equis verò, aut etiam à propenſis in hanc partem vehementer & colamur, & amemur. De ambitu cùm atrociſſimè ageretur in ſenatu multos dies, quòd ita erant progreſſi candidati conſulares, vt non eſſet ferendum: in ſenatu non fui. Statui ad nullam medicinã reip. ſine magno præſidio accedere. Quo die hæc ſcripſi, Drutus erat de præuaricatione à tribunis ærariis abſolutus, in ſumma, quattuor ſententiis, cùm ſenatores, & equites dãnaſſent. Ego eodem die poſt meridiẽ Vatiniũ adeta [d] defenſurus. ea res facilis eſt. Comitia in mẽſem Sept. reiecta ſunt. Scauri iudicium ſtatim exercebitur: cui nos nõ deerimus, συμδίηποις Σοφοκλέους, quamquam à te actam fabellam video eſſe feſtiuè, nullo modo probaui. Venio nunc ad id, quod neſcio an primum eſſe debuerit. O iucundas mihi tuas de Britannia litteras! timebam Oceanum, timebam litus inſulæ. Reliqua non equidem contemno, ſed plus habent tamen ſpei, quàm timoris, magiſque ſum ſollicitus exſpectatione ea, quàm metu. Te verò ὑποδίσιν ſcribendi egregiam habere vidẽo. Quos tu ſitus, quas naturas rerum & locorum, quos mores, quas genteis, quas pugnas, quem verò ipſum imperatorem habes? Ego te libenter, vt rogas, quibus rebus vis, adiuuabo, & tibi verſus, quos rogas, γλαῦκα [f] εἰς Ἀθήνας mittam. Sed heus tu, celati videor à te. quomodónam [g], mi frater, de noſtris verſibus Cæſar: Nam primum librum ſe legiſſe ſcripſit ad me antè: & prima ſic, vt neget ſe ne Græca quidem meliora legiſſe. Reliqua ad quemdam locum ἐκδυωπήσεις [h], hoc enim vtitur verbo. Dic mihi verum, num aut res eum [i], aut χαρακτὴρ non delectat? nihil eſt, quòd vereare. Ego enim ne pilo quidem minùs me amabo. Hac de re φιλοδήσεις, & vt ſoles, ſcribe fraterné.

d L. eram P. S.

e v. c. gentis.

f Ideò nonnulli Athenas Atticas autem numismatibus percutiebantur imagine noctuæ. Nostrũ igitur Athenis multæ, quia nimis multæ. Idem Adagium refertur à Scaligero in Catal. & Epistol. Scalig. in f.*

g al. quãnã modo

h al. ἐκδυωπήσεις hæc particula quinquedam deeſt.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD QVINCTVM FRATREM, LIBER III.

MARCVS Q. FRATRI S. 1

EGo ex magnis caloribus (nõ enim meminimus maiores) in Arpinati ſumma cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus, Philotimo tribulibus commendatis. In Arcano ad [a] IIII. Idus Sept. fui. ibi Meſſidium [b] cum Philoxeno, aquámque, quàm ij ducebant non longè à villa, bellè ſanè fluentẽ vidi, præſertim maxima ſiccitate: vberiorémque aliquanto ſeſe collecturos eſſe dicebant. Apud Herum rectè erat. In Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. ſed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Villa mihi valde placuit, propterea quòd ſummam dignitatem pauimentata porticus habebat: quod [c] mihi denique apparuit, poſteaquàm & ipſa tota patet, & columnæ politæ ſunt. Totũ in eo eſt (quod mihi erit curæ,) tectorium vt concinnum [d] ſit. pauimenta rectè fieri videbantur. cameras quaſdam non probaui, muraríque iuſſi. Quo loco in porticu te ſcribere aiunt vt attriolum fiat, mihi, vt eſt, magis placebat. neque enim ſatis loci eſſe videbatur attriolo: neque ferè ſolet, niſi in his [e] ædificiis fieri, in quibus eſt atrium maius: nec habere poterat adiuncta cubicula, & eiuſmodi membra. Nunc [f] hoc vel honeſtate teſtudinis, vel valde boni æſtiuum locum obtinebit. Tu tamen ſi aliter ſentis, reſcribe quam primùm. In balnearijs, aſſa [g] in alterum apodyterij angulum promoui, propterea quòd ita erant poſita, vt eorum vaporarium [h], ex [i] quo ignis erumpit, eſſet [k] ſub tectum cubiculi: ſubgrande cubiculum autem, & hibernum altum valde probaui, quòd & ampla erant, & loco poſita ambulationis vno latere, eo, quod eſt proximum balnearijs. Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus collocarat. eas ſcilicet demolietur. aliquando perpendiculo, & linea diſcet vti. Omnino ſpero paucis menſibus opus Diphili perfectũ fore. curat enim diligentiſſimè Cæſius, qui tũ mecum fuit. Ex eo loco rectà Vitularia via profecti ſumus in Fuſidianum l fundum, quẽ tibi proximis nuntiis Arpini de Fuſidio [m] LLS. CCCIↃↃↃ. emeramus. Ego locum æſtate vmbroſiorem vidi numquam: permultis locis aquam profluentem, & eam vberem. Quid quæris? Iugera L, prati Cæſius irrigaturum facilè te arbitrabatur. Equidem hoc, quod meliùs intelligo, affirmo, mitifica ſuauitate te villam habituram, piſcina, & ſalientibus additis [n], palæſtra, & ſilua vitidicata [o]. Fũdum audio

a L. a. d. P. CCXVII. b al. Muſſidium.*

c v. c. & l. quod mihi nunc denique

d al. contignum.*

e Aliis ædificiis.

f L. Nunc hoc vel honeſtate, teſtudinis: vel æſtate, valde boni æſtiuum locum obt.

g id eſt hypocauſtum.

h quod & præfurnia.*

i hæc verba ex quo ignis erumpit, vt glossema collocata ſunt in Catalect. Scalig.*

k L. eſſet ſub tectum cubiculi: ſubgrande cubiculum autem, & hibernum altum valde probaui, quòd & ampla erant, & loco poſita ambulationis vno latere, eo, quod eſt proximum balnearijs. Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus collocarat. eas ſcilicet demolietur. aliquando perpendiculo, & linea diſcet vti. Omnino ſpero paucis menſibus opus Diphili perfectũ fore. curat enim diligentiſſimè Cæſius, qui tũ mecum fuit. Ex eo loco rectà Vitularia via profecti ſumus in Fuſidianum l fundum, quẽ tibi proximis nuntiis Arpini de Fuſidio m LLS. CCCIↃↃↃ. emeramus. Ego locum æſtate vmbroſiorem vidi numquam: permultis locis aquam profluentem, & eam vberem. Quid quæris? Iugera L, prati Cæſius irrigaturum facilè te arbitrabatur. Equidem hoc, quod meliùs intelligo, affirmo, mitifica ſuauitate te villam habituram, piſcina, & ſalientibus additis n, palæſtra, & ſilua vitidicata o. Fũdum audio

l L. Fuſidio m al. aquæ. n L. vitidicata. o al. Lvitidicata. Vitidicata. Vitidicata. V

audio te hunc Bouillanum velle retinere[a]. de eo quid [b] videatur, ipse constitues. Caluus aiebat,aqua demta, & eius aquæ iure constituto,& seruitute fundo illi imposita,tamen nos pretium seruare posse, si vendere vellemus. Messidium mecum habui.is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat: sese autē mēsum pedibus aiebat passuum [c] cccc. CIↃ. mihi plus visum est. Sed præstabo,summum nusquam melius poterit poni. Chilonem arcessieram [d] Venafro. sed eo ipso die quatuor eius conseruos, & discipulos Venafri cuiusdam oppresserat. Idib. Sept.in Laterio fui. viam perspexi, quæ mihi ita placuit, vt opus publicum videretur esse, præter CL.pass. sum enim ipse mensus ab eo ponticulo, qui est ad Furinæ [e], Satricum versus.eo loco paluis,non glarea iniecta est: & mutabitur: & [f] in ea vię Pars valde accliuis est. sed intellexi aliter duci non potuisse, præsertim cùm tu neque per Locustæ, neque per Varronis velles ducere. Veluinus ante suum fundum propè [g] minuerat. Locusta non attigerat: quem ego Romæ aggrediar,&, vt arbitror,commouebo: & simul M. Taurū quem tibi audio promisisse, qui nunc Romæ erat, de aqua per fundum eius ducēda rogabo. Nicephorum, villicū tuū, sanè probaui : quæsiuique ex eo, & [h] quid ei de illa ædificatiuncula Laterij,de qua mecum locutus es, mandauissēs. tum is mihi respondit, se ipsum eius operis LLS. XX. [i] M.conductorem fuisse : sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium : itaque id se omisisse. Mihi hercule [k] valde placet, te illa, vt constituebas, addere : quāquam ea villa, quæ nunc est,tamquam philosophia[l] videtur esse, quæ obiarget ceterarum villarum insaniam. Verumtamen illud additum delectabit. Topiarium laudauiita omnia conuestit [m] hedera,quà basim villæ,quà intercolumnia ambulationis, vt deniq; illi palliati [n] topiariam facere videantur, & hederam vendere. Iam βουστροφηδὸν nihil altius, nihil muscosius. Habes fere de rebus rusticis. Vrbanam expolitionem vrget ille [o] quidem, & Philotimus, & Cincius: sed etiam ipse crebrò interuiso:quod est facile factu. Quamobrem ea te cura liberatum volo. De Cicerone quòd me semper rogas, ignosco equidem tibi, sed tu quoque mihi velim ignoscas. Non enim cōcedo tibi, plus vt illum ames,quàm ipse amo. Atq; vtinam his diebus in [p] Arpinati,quod & ipse cupierat, & ego non minùs,mecū fuisset. Quod ad Pomponiam:si tibi videtur, scribas velim, cùm aliquò exibimus,eat nobiscum,puerumque ducat. clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosum [q]. nam Romæ respirandi non est locus. Id me scis anteà gratis tibi esse pollicitum. Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? ¶ Venio nunc ad tuas litteras : quas pluribus epistolis accepi, dum fum in [r] Arpinati. nam mihi vno die tres sunt redditæ,& quidē,vt videbantur, eodem abs te datæ tempore : vna pluribus verbis, in qua primùm erat: quòd antiquior dies in tuis fuisset adictipta litteris,quàm in Cæsaris. Id facit Appius [s] nonnumquā necessariò, vt, cùm tabellarios,cōstituerit mittere, litterásq; à nobis acceperit, aliqua re noua impediatur, & necessariò seriùs, quàm constituerat, mittat: neq; nos datis iam epistolis diē commutari [t] curemus. Scribis de Cæsaris summo in nos amore.hūc & tu fouebis,& nos, quibuscūque poterimus,rebus augebimus.De Pompeio, & facio diligenter,& faciā quod mones.Quòd tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore,& desiderio,tamen[a] ex parte gaudeo.In Hippodamis,& nonnullis aliis arcessendis, quid cogites , non intelligo. Nemo istorum est, quin abs te munus , fundi suburbani instar , expectet. Trebatium verò meū quòd isto admiseeas,nihil est. Ego illum ad Cæsarem misi, qui mihi iā satisfecit. si ipsi minùs,præstare nihil debeo:téq; itē ab eo vindico,& libero. Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Balbū verò, qui est istius rei (quemadmodū scribis) adiutor, *in oculis fero*. ¶ Trebonium meum à te amari,téq; ab illo pergaudeo.De tribunatu, ꝙ scribis,ego verò nominatim petiui Curtio, & mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratū esse rescripsit [b], meamq; in rogando verecundiā obiurgauit.Sicui prętereà petiero(id quod etiam Appio [c] dixi , vt ad illū scriberet) facilè patiar mihi negari, quoniā illi, qui [d] sibi molesti sunt, sibi negari à me nō facilè patiūtur. Ego Curtiū (id quod ipsi dixi) non modò rogatione,sed etiā testimonio tuo diligo, quòd litteris tuis studiū illius in salutē nostram facilè perspexi. De Britannicis reb.cognoui ex tuis litteris nihil esse , nec quòd metuamus, nec ꝙ gaudeamus. De publicis negotiis, quæ vis ad te Tironem scribere,negligentiùs ad te antè scribebā,quòd omnia,minima,maxima, ad Cæsarē mitti sciebā.Rescripsi epistolæ maximæ. ¶ Audi[e] nunc de minuscula:in qua primum est de Clodij ad Cæsarē litteris, in quo Cæsaris consiliū probo, quòd tibi amātissimè petenti veniā nō dedit, vti vlū ad illam furiā verbū rescriberet.Alterū est de Caluētij [f] Marij oratione. Quod scribis,miror: tibi placere, me ad eū [g] rescribere, præsertim cùm illā nemo lecturus sit,si ego nihil rescripsero,meam in illū pueri omnes, *tamquā dictata*, perdiscāt. Libro,meos,quos exspectas, inchoaui:sed conficere non possum his diebus. Orationes effligitatas pro Scauro , & pro Plancio absolui. Poema ad Cęsarē,quod [h] cōposueram,incidi. Tibi quod rogas, quoniā ipsi *fontes iā sitiunt*, siquid habebo spatij,scribā.¶ Venio ad tertiā. Balbum ꝙ ais maturè Romā bene comitatum esse venturū,mecúmq; assiduè vsq; ad id. Maias futurū, id mihi pergratum, perq; iucundū erit. Quòd me in eadem epistola , sicut sæpe anteā, cohortaris ad ambitionē, & ad laborē, faciam equidē.sed quando viuemus? ¶ Quarta epistola mihi reddita est Id. Sept. quam [i] ad IIIIId.Sext.ex Britannia dederas.In ea nihil sanè erat noui, præter Erigonā : quā si ab Appio [k] accepero , scribam ad te quid sentiam. nec dubito , quin mihi placitura sit. Et, quod prætерij,de eo, quē scripsisti de Milonis plausu scripsisse ad Cæsarē: ego verò facilè patior ita Cæsarem existimare,illum quàm maximū fuisse plausum : & prorsus ita fuit: & tamen ille plausus qui illi datur, quodammodò nobis videtur dari. Reddita est etiam mihi peruetus epistola , sed serò allata , in qua de æde Telluris, & de porticu Catuli me admones. fit vtrumque diligenter. ad Telluris quidem etiam tuam statuam locaui. Item de hortis quòd me admones : nec fui vmquam valde cupidus,& nunc domus suppeditat mihi hortorum amœnitatem. Romam cùm venissem

a *al.* redimere.
b *al.* quod videatur.
c L. passuū CCCCC. *al.* passuum CIↃ CIↃ.
d L. arcessie-ram
e *al.* Forinę
f L. & ea vię p.
g L. propè monumentū. *al.* probè nu-merat.
h quid ei
i LLS. XX.
k L. placet
l *al.* philoso-phia
m L. conuestiuit. *al.* hederas
n L. topiarios
o L. illum
p L. in Arpi-nate.
q L. otiosum.
r L. in Arpinati.
s L. Oppius
t L. com-mutari

a L. tamen aliqua ex par te
b *s.c.* per-scripsit,
c L. Oppio
d L. qui mi-hi molesti sunt,
P. CCCXX.
e L. Audi nunc ad mi-nusculam:
al. Caluēni Mattij
g L. ad eam rescr. *ita Pa-ernus*
h *q. v. c.* quod instituera-eram.
i I. a. d.
k L. Oppiō.
P. B.

a L.a.d.xiii. ad a XIII. kalend. Octob. absolutum offendi in ædibus tuis tectum: quod supra conclaua non placuerat tibi esse multorum fastigiorum: id non honestè vergit b in tectum inferioris porticus. Cicero noster, dũ ego absum, non cessauit apud rhetorem. De eius eruditione quòd labores, nihil est, quoniam ingenium eius nosti: studium ego video. cetera eius suscipio, vt me putem præstare debere. Gabinium tres adhuc factiones postulant: L. Lentulus, flaminis F. qui iam de maiestate postulauit: T. Nero cum bonis subscriptoribus: C. Memmius tribun. pl. cum L. Capitone. ad vrbem accessit ad c XII. kalen. Octobr. Nihil turpius, nec desertius. Sed his iudiciis nihil audeo confidere, quòd Cato non valebat. adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus. Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam: sed adhuc nihil profecit: nec, si vllam partem libertatis tenebo, proficiet. Tuas litteras vehemẽter exspecto. Quòd scribis te audisse in candidatorum consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factæ sunt, quas postea Mẽmius patefecit, vt nemo bonus interesse debuerit: & simul mihi committendum non fuit, vt his coitionibus interessem, quibus Messalla excluderetur: cui quidem vehementer satisfacio rebus omnibus: vt arbitror, etiam Memmio. Domitio ipsi multa iam feci, quæ voluit, quæque à me petiuit. Scaurum beneficio defensionis valde obligaui. adhuc erat valde incertum, & quando comitia, & qui COSS. futuri essent. Cùm hanc iam epistolam complicarem, tabellarij à vobis venerunt ad d XI. Kalend. Septemb. vicesimo die. O me sollicitum! quantum ego dolui in Cæsaris suauissimis litteris! sed e quo erant suauiores, eo maiorem dolorem illius ille casus afferebat. Sed ad tuas venio litteras. Primùm tuam remansionem etiam atque etiam probo, præsertim cùm, vt scribis, cum Cæsare cõmunicaris. Oppium mitor quidquã cum Publilio: mihi enim non placuerat. Quòd interiore epistola scribis, me Idib. Sept. Pompeio legatũ iri: id ego nõaudiui, scripsi; ad Cæsarẽ Vibulliũ Cæsaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium. quo consilio? quamquam Oppiũ ego tenui, quòd priores partes Bibuli f erant. cum eo enim coram Cæsare egerat: ad Oppiũ scripserat. Ego verò nullas δευτέρας φροντίδας habere possum in Cæsaris rebus. Ille mihi secundum te & liberos nostros ita est, vt sit pẽnè par. videor id iudicio facere. iam enim debeo: sed tamen amore sum incensus. ¶ Cùm scripsissem hæc infima, quæ sunt mea manu, venit ad nos Cicero tuus ad cenam, cùm Pomponia foras cenaret. dedit g mihi epistolam legẽdam tuam, quam paullo antè acceperat h ab Aristophane meo, valde meherculè & suauem, & grauem: qua sum admodum delectatus. Dedit etiam alteram illam mihi, qua iubes, eum mihi esse affixum, tamquam magistro. Quàm illum epistolæ illæ delectarunt? quàm me? Nihil puero illo suauius, nihil nostri amantius. Hæc inter cenam Tironi dictaui, ne mirere alia manu esse. Annali litterę tuæ pergratæ fuerunt, quòd & curares i de se diligenter, & tamen consilio seueriſſimo iuuares. P. Seruilius pater, ex litteris, quas sibi à Cæsare missas esse dicebat, significat valde te sibi gratum fecisse, quòd de sua voluntate erga Cæsarem humanissimè, diligentissimèque locutus esses. Cùm Romam ex Arpinati reuertissem, dictum mihi est, Hippodamum ad te profectum esse. Non possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, vt sine meis litteris ad te proficisceretur: illud scribo, mihi molestum fuisse. iam enim diu cogitaueram, ex eo, quod tu ad me scripseras, vt, si quid esset, quod ad te diligentiùs perferri vellem, illi darem: quòd meherculè hisce litteris, quas vulgò ad te mitto, nihil ferè scribo, quod, si in alicuius manus inciderit, molestè ferendum sit. Minucio me, & Saluio, & Labeoni reseruabam. Labeo aut tardè proficisceretur, aut hîc manebit. Hippodamus ne a nunc quidem, quid velim, rogauit. T. Pinarius amabileis ad me de te litteras mittit: se maximè litteris, sermonibus, cenis denique tuis delectari. Is homo semper me delectauit: fraterque eius mecum est multùm. quare, vt instituisti, complectere adolescentẽ. Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter cõmorationem tabellariorum, ideò multa coniecta sunt, aliud alio tempore, velut hoc. T. Anicius mihi sæpe iam dixit, sese tibi, suburbanum siquod inuenisset, non dubitaturum esse emere. In eius sermone ego vtrumque soleo admirari, & te de suburbano emendo, cùm ad illum scribas, non modò ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiam scribere, &, cùm ad illum scribas, nihil te recordari de b se, de epistolis illis, quas in Tusculano eius tu mihi ostendisti, nihil de præceptis Epicharmi, γνῶθι, πῶς; c ἄλλῳ κλέπτειν. totum denique vultum, animum, sermonem eius: quemadmodum coniicio, quasi d. Sed hæc tu videris. De suburbano, cura, vt sciam, quid velis: & simul nequid ille turbet, vide. Quid præterea? Quid? etiam. Gabinius ad e III. kalen. Octobr. noctu in vrbem introiuit: & hodie H. VIII. cùm edicto C. Alfij de maiestate eum adesse oporteret, concursu magno, & odio vniuersi populi pænè afflictus est. nihil illo turpius. proximus f tamen est Piso. itaque mirificum ἐμβόλιον cogito inserere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset: quorum alter exercitum perdidisset, alter vendidisset. Ex Britannia Cæsar ad me kal. Sept. dedit litteras: quas ego accepi ad h IIII. kal. Octobr. satis commodas de Britannicis rebus: quibus, ne admirer, quòd à te nullas acceperim, scribit, se sine te fuisse, cùm ad mare accesserit. Ad eas ego ei litteras nihil rescripsi, ne gratulandi quidem causa, propter eius luctum. Te oro etiam atque etiam, mi frater, vt valeas.

MARCVS Q. FRATRI, S. 2

AD. VI. Id. Octob. Saluius Ostiam vesperi naui profectus erat cùm iis rebus, quas tibi domo mitti volueras. Eodem die Gabinium ad populum luculẽtè calefecerat Memmius, sic, vt Calidio verbum facere pro eo nõ licuerit. Postridie autẽ eius diei, qui erat tum futurus, cùm hæc scribebam ante lucem, apud Catonem erat diumatio in Gabinium futura inter Memmium, & i T. Neronem, & C. & L. Antonios, M. F. Putabamus fore, vt Memmio daretur, etsi erat Neronis mira contentio.

a L. ne pũ quid vellem quidem, rogauit.

P. cccxxi.

P. cccxxii. b al. de te.

c In amico deligendo hoc maxime obseruandũ quo pacto te cum veteribus amicis gesserit. Hîc Isocrates ad Demonicum Aristoteles libris de moribus, quos vocantur à Stobæo Eurypides Hippolyto. d L. qualinam ego. Sed lo. e L.a.d.xiii. f L. propter mus est Vatinius.

g L. in scrinium meum. h L. librorum inducere. i al. deditq. k L. acceperat Aristophaneo modo, valde meh.

P. B.

i L. curares se dilig.

P.

i S. T. Nero.

contentio. Quid quæris? probè premitur, nisi noſter Pompeius, diis, hominibúſq; inuitis, negotium euerterit. Cognoſce nunc hominis audaciam, & aliquid in rep. perdita delectare. Cùm Gabinius, quacumque veniebat, triumphum ſe poſtulare dixiſſet, ſubitóque bonus imperator noctu vrbem [a] hoſtium [b] planè inuaſiſſet, in ſenatum ſe non committebat. Interim ipſo decimo die, quo ipſum [c] oportebat hoſtium [d] numerum, & militum renuntiare, in [e] re hæſit, ſumma infrequentia. cùm vellet exire, à COSS. retentus eſt: introducti publicani. Homo vndique actus, cùm [f] à me maximè vulneraretur, nō tulit, & me tremenți voce exulem appellauit. Hic, ô dij! nihil vmquam honorificentius nobis áccidit. Conſurrexit ſenatus cum clamore ad vnum, ſic, vt ad corpus eius accederet: pari clamore, atque impetu publicani. Quid quæris? omnes, tanquam ſi tu eſſes, ita fuerunt. Nihil hominum ſermone foris clarius. Ego tamen teneo [g] ab accuſando vix meherculè: ſed tamen teneo, vel [h] quòd nolo cum Pompeio pugnare (ſatis eſt quod inſtat de Milone) vel [i] quòd iudices nullos habemus. Χάπτευσμα formido. addo etiam maleuolentiam [k] hominum: & timeo, ne illi, me accuſante, aliquid áccidat: nec deſpero rem & ſine me, & nonnihil per me confici poſſe. De ambitu poſtulati ſunt omnes, qui conſulatum petunt: à Memmio, Domitius: à Q. Curtio, bono & erudito adoleſcente, Memmius: à Q. Pompeio, Meſſálla: à Triario, Scaurus. Magno [m] res in motu eſt: propterea quòd aut hominum, aut legum interitus oſtenditur. Opera datur, vt iudicia ne fiant. Res videtur ſpectare ad interregnum. COSS. comitia habere cupiunt: rei nolunt, & maximè Memmius, quòd Cæſaris aduentu, ſperat ſe futurum COS. ſed mirum in modum iacet. Domitius cum Meſſálla certus eſſe videbatur. Scaurus refrixerat. Appius ſine lege Curiata confirmat ſe Lentulo noſtro ſucceſſurum: qui quidem mirificus illo die (quod Pænè præterij) fuit in Gabinium: accuſauit magnificè, multa data, cùm ille verbum nullum. Habes forenſia. Domi rectè, & ipſa domus à redemtoribus tractatur non indiligenter. Vale.

a v.c. in vrbem
b vide 5. Verrinarū.*
c al. eum
d Vet. Beſſerionis hoſtiarum. male.*
e fort. irreſolutus. al. mire
f ſit ſumma in frequentia Lipſ. 4. Antiquar.
g v.c. & cum impetu
h fort. teneo me ab acc.
i v.c. vel id quod
k v.c. vel id quod
l v.c. malivol.
m P. ccexxiii. Iure igitur accuſatum Memmium ſcribit, quem alibi, tempori ſeruiens, laudat. ſa-mille. tes in libri vulg. Magna res.

MARCVS Q. FRATRI, S. 3

OCCVPATIONVM mearum tibi ſignum ſit librarij manus. Diem ſcito eſſe nullū, quo die non dicam pro reo. ita, quidquid conficio, aut cogito, in ambulationis ferè tēpus confero. negotia noſtra ſic ſe habent. Domeſtica verò, vt volumus. Valent pueri, ſtudioſè diſcunt, diligenter docentur, & nos, & inter ſe amant. Expoſitiones vtriuſque noſtrûm ſunt in manibus: ſed [n] tua ad perfectum iam res ad ruſtica Arcani, & Laterij. Præterea de aqua, & via nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin enucleatè ad te perſcriberem. ſed me illa cura ſollicitat, angítque veheméter, quòd dierum iam amplius L. interuallo nihil à te, nihil à Cæſare, nihil ex iſtis locis, non modò litterarum, ſed ne rumoris quidem affluxit. Me autē iam & mare iſtuc, & terra ſollicitat: neque deſino (vt ſit in amore) ea, quę minimè volo, cogitare. Quare non equidem iam te rogo, vt ad me de te, de rebus iſtis ſcribas (numquam enim, cùm potes, prætermittis) ſed hoc te ſcire volo, nihil ferè vmquam me ita [o] ex-ſpectaſſe, vt, cùm hæc ſcribebam, litteras tuas.

n L. ſed tua præſtò ad te-dum ſit per-ducta res eſt ruri.
o v.c. ſic

A Nunc cognoſce ea, quæ ſunt in rep. Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnūtiationibus, magna voluntate bonorum omniū: tanta inuidia ſunt COSS. propter ſuſpicionem pactorum à candidatis præmiorum. Candidati conſulares quattuor, omnes rei, cauſæ ſunt difficiles: ſed enitemur, vt Meſſálla noſter ſaluus ſit: quod eſt etiam cum reliquorum ſalute coniunctum. Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, ſuſcribente priuigno Memmio, B fratre Cæcilio Syllæ filio. Contrà dixit L. Torquatus. omnibúſque libētibus non obtinuit. Quæris [a], quid fiat de Gabinio? ſciemus de maieſtate triduo: quo quidē in iudicio odio premitur omnium generum: maximè teſtibus cæditur: accuſatoribus frigidiſſimis vtitur: conſilium, varium: quæſitor, grauis, & firmus, Alfius, Pompeius, vehemens in iudicibus rogandis. Quid futurum ſit, neſcio: locum tamē illi in ciuitate non video: animum præbeo ad C illius perniciem, moderatum: ad rerum euentum, leniſſimum. Habes ferè de omnibus rebus. Vnum illud addam. Cicero tuus, noſterque ſummo [b] ſtudio eſt Pæonij ſui rhetoris, hominis, opinor, valde exercitati, & boni. ſed noſtrum inſtituendi genus eſſe paullo eruditius, & ἐπικωτερον, non ignoras. Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam diſciplinam volo, & ipſe puer magis illo declamatorio [c] genere duci, & delectari videtur. D In quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus, eódem enim peruenturum eſſe confidimus. ſed tamen, ſi nobiſcum eum rus [d] aliquò eduxerimus, in hanc noſtram rationem, conſuetudinemque inducemus. Magna enim nobis à te propoſita merces eſt. quam certè noſtra culpa numquam minùs aſſequemur. Quibus in locis, & qua ſpe hiematurus ſis, ad me quàm diligentiſſimè ſcribas velim. Vale.

a I. Quæris quid fiet. Sciemus do m.
b I. ſummo ſtudio inſtituitur Pæonij rhetoris, hominis.
c v.c. clamatorio P. ccexxiii.
d al. rurſus*

MARCVS Q. FRATRI, S. 4 E

GABINIVS abſolutus eſt. omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribúſq; eius infantius: nihil illo conſilio ſordidius. Sed tamen niſi incredibilis contentio, & preces Pompeij, dictaturæ etiam rumor, plenus timoris fuiſſet, ipſi Lentulo non reſpōdiſſet, quitum illo accuſatore, illóque conſilio ſententiis condemnatus ſit XXXII [e]. cùm LXX. tuliſſent. Eſt omnino tam graui fama hoc iudiciū, F vt videatur reliquis iudiciis perituros, & maximè de pecuniis repetundis. Sed vides nullā eſſe remp. nullum ſenatū, nulla iudicia, nullam in nullo noſtrûm dignitatem. Quid plura de iudicibus? duo prætorij ſederunt, Domitius Caluinus: is apertè abſoluit, vt omnes viderent: & Cato: is diruptis [f] tabellis de circulo ſe ſubduxit, & Pompeio primus nuntiauit. Aiunt nonnulli, Salluſtius item, me oportuiſſe accuſare. Iis ego iudicibus committerem? Quid eſſem, ſi me agente, eſſet elapſus? Sed me alia mouerunt. Non putaſſet ſibi Pompeius de illius ſalute, ſed de ſua G dignitate mecum eſſe certamen: in vrbem intraſſet [g]: ad inimicitias res veniſſet: cum Æſernino [h] Samnite Pacidianus [i] comparatus viderer, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. cum Clodio quidem certè rediiſſet in gratiam. Ego verò meū cōſilium (ſi præſertim tu non improbas) vehementer approbo. Ille, H cùm à me ſingularibus meis ſtudiis ornatus

e al. XXII.
f I. diribitis tab. ſita Græchius & Manutius.* al. diremtis tab. ſita Sigonius.*
g L. introiſſet:
h Meminit libro de optimo genere oratorum vide verſus Lucilij pleniores apud Nonium cap. 4. in ſpureum P B. 425. & in cōponere ſi bidem 62.*
i I. Placidianus

esset, cumq; ego illi nihil deberem, ille mihi omnia: tamen in rep. me à se dissentientem non tulit, (nihil dicã grauius) & minùs potens eo tempore, quid in me florentem posset, ostendit. nunc, cùm ego ne curem quidem multum posse, res quidem publ. certè nihil possit, vnus ille omnia possit, cum illo ipso contenderem? sic enim faciendum fuisset. Non existimo te putare, id mihi suscipiendum fuisse. Alterutrum, inquit idem Sallustius, defendisses [a]: idque Pompeio contendenti dedisses. etenim vehemẽter orabat. Lepidum amicum Sallustium, qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam. Ego verò hac mediocritate delector: ac mihi illud iucundum est, quòd, cùm testimonium secundum fidem, & religionem grauissimè dixissem, reus dixit, si in ciuitate licuisset [b] sibi esse, mihi se satisfacturum: neque me quidquam interrogauit. De versibus, quos tibi à me scribi vis, deest mihi quidem opera, quæ nõ modò tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat: sed abest etiam ἐνθουσιασμός. non enim sumus omnino sine cura venientis anni: etsi sumus sine timore. Simul & illud (sine vlla meherculè ironia loquor) tibi istius generis in scribendo priores parteis ttibuo, quàm mihi. De bibliotheca tua Græca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista cõfici, præsertim cùm ad meum quoque vsum spectent. Sed ego, mihi ipsi ista per quem agã, nõ habeo. neque enim venalia sunt, quæ quidem placeant, & confici nisi per hominem, & peritum, & diligentem non possunt. Chrysippo tamen imperabo, & cum Tyrannione loquar. De fisco quid egerit Scipio, quæram. quod videbitur rectum esse, curabo. De Ascanione, tu verò, quod voles, facies: me nihil interpono. De suburbano quòd non properas, laudo: vt tu [c] habeas, hortor. Hæc scripsi ad [d] VIII. kal. Nouẽm. quo die ludi committebantur, in Tusculanum proficiscens, ducénsque mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. ea re nõ longiùs, quàm vellem, quòd Pomptino ad triumphum ad [e] III. Non. Nouemb. volebam adesse. etenim erit nescio quid negotioli. Nam Cato, & Seruilius prætores prohibituros se minantur: nec, quid possint, scio. Ille enim & Appium cos. secum habebit, & prætores, & tribunos pleb. sed minantur tamen: in primisque ἄρπαγέα Q. Scæuola [f]. Cura, mi suauissime, & carissime, frater, vt valeas.

a *fort.* aut accusasses, aut defendisses.

b L. sibi esse licuisset,

P. cccxxv.

c *al.* tamen.* d *L.* a. d. IX.

e *L.* a. d.

f *v.c.* Scæuula.

MARCVS Q. FRATRI, S. 5

QVÒD quæris, quid de illis libris egerim, quos, cùm essem in Cumano, scribere instituì: non cessaui, neque cesso: sed sæpe iam scribendi totum consilium, rationemque mutaui. Nam iam duobus factis libris, in quibus, nouendialibus iis feriis, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio coss. sermo est à me institutus Africani, paullo antè mortem, & Lælij [g], Phili, Manilij, Q. Tuberonis, & Lælij, generorum Fannij, & Scæuolæ [h]: sermo autem in nouem & dies, & libros distributus de optimo statu ciuitatis, & de optimo ciue i: sanè texebatur opus luculenter [k], hominúmque dignitas aliquãtum orationi ponderis afferebat. hi libri cùm in Tusculano mihi legerentur, audiẽte Sallustio: admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de repub. præsertim cùm essem nõ Heraclides Ponticus, sed cõsularis, & is, qui in maximis versatus in rep. rebus essem. quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse. oratorium [a] sermonem in illis nostris libris, quòd esset de ratione dicendi, bellè [b] à me remouisse: ad eos tamen retulisse, quos ipse vidissem. Aristotelem denique, quæ de rep. & præstante viro scribat, ipsum loqui. Commouit me, & eo magis, quòd maximos motus nostræ ciuitatis attingere nõ poteram, quòd erant inferiores, quàm illorum ætas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. Nunc & id vitabo, & loquar ipse tecum, & tamen illa, quæ institueram, ad te, si Romam venero, mittam. Puto enim te existimaturum à me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos. Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, vnicè delector: promissis [c] iis, quæ ostendit, nõ valde pendeo: nec honores sitio, nec desidero gloriam: magísque eius voluntatis perpetuitatem, quàm promissorum exitũ expecto. viuo tamẽ in ea ambitione, & labore, tamquam [d] id, quod nõ postulo, expectem. Quòd me de faciendis versibus rogas, incredibile est, mi frater, quàm egeam tẽpore: nec sanè satis commoueor animo ad ea, quæ vis, canenda. ὑποθήκης verò [e] ad ea, quæ ipse ego ne cogitando quidem consequor, tu, qui omneis isto eloquendi, & exprimendi genere superasti, à me petis? Facerem tamen, vt possem: sed (quod te minimè fugit) opus est ad poema quadam animi alacritate, quam planè mihi tempora eripiunt. Abduco equidem me ab omni reip. cura, dedóque litteris: sed tamẽ indicabo tibi, quod meherculè in primis te celatum volebam. Angor, mi suauissime frater, angor, nullam esse rem p. nulla iudicia, nostrumq; hoc tẽpus ætatis quod in illa auctoritate senatoria florere debeat, aut forensi labore iactari, aut domesticis litteris sustentari. Illud verò, quod à puero adamaram: φίλτρον [f] ἀρέσκειν, καὶ ὑπείκειν ἐμμενὲς ἄλλων, totũ occidisse inimicos à me partim nõ oppugnatos, partim etiã esse defensos: meũ nõ modò animũ, sed ne odiũ quidem esse liberum: vnúmque ex omnibus Cæsarem esse inuentum, qui me tantum, quantum ego vellem, amaret, aut etiam (sicut alij putãt) hunc vnum esse, qui vellet. Quorum tamen nihil est eiusmodi, vt ego me non multa cõsolatione quotidie leniam: sed illa erit consolatio maxima, si vnà erimus. nũc ad illa vel grauissimũ accedit tui desiderij. Gabiniũ si, vt Pãsa putat oportuisse, defendissem, cõcidissem. qui illũ oderunt (i) sunt toti ordines) propter [g] quẽ oderunt, meipsum odisse cœpissent. Tenui me, vt puto, egregiè, tantum vt facerẽ, quantum omnes viderẽt. Et in omni summa, vt mones, valde me ad otiũ, pacémque conuerto. De libris, Tyrannio est cessator: Chrysippo dicã: sed res operosa est, & hominis perdiligentis. Sentio ipse, qui in summo studio nihil assequor. De Latinis verò, quo me vertam, nescio: ita mendosè & scribuntur, & veneunt: sed tamen quod fieri poterit, non negligam. Crebrius, vt antè ad te scripsi, Romæ est: & qui omnia adiurans, debere tibi valde renuntiant. Ab ærario puto confectum esse, dum absum.

a *filiæ vulg.* oratorium

b *L.* bellè mea à me

c *fort.* à pro missis

d *al.* quum.*

e *L.* verbis ea, quæ P. cccxxv.

f *al.* Φιλτρον

g *al.* propter quem, oderunt, cum

h *v.c.* Sequulæ:

i *v.c.* ciui: P. B.

k *al.* luculentè,

MARCVS

MARCVS Q. FRATRI, S. 6

QVATTVOR tragœdias XVII. diebus absoluisse[a] cùm scribas, tu quidquam ab alio mutuaris? & κλέος quæris, cùm Electrã & Troadem scripseris? Cessator[b] esse noli: & illud ἵνα δὴ σταῦλον, noli putare ad arrogantiam minuendam solùm esse dictum, verùm etiam vt bona nostra norimus. Sed & istas[c], & Erigonam mihi velim mittas. Habes[d] duas epistolas proximas.

MARCVS Q. FRATRI, S. 7

ROMAE, & maximè Appia ad Martis, mira proluuies[e]. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ: magna vis aquæ vsq; ad piscinam publicam. Viget illud Homeri, ἤματ' ἐπιστορνύῃ, ὅτε κάλλιστον χέει ὄμβρον Ζεύς. Cadit enim in abfolutionem Gabinij ὅτε δὴν ἀπὸ μέσου κατεσάμενος χαλεπαίνῃ[f], οἱ βίᾳ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Εἰς δὲ δίκην ἐλάσσωσι, θεῶν ὑπιδρα ἰδόντες. Sed hæc nõ curare decreui. Romã cùm venero, quæ perspexero, scribam ad te, & maximè de dictatura: & ad Labienum, & ad Liguriũ litteras dabo. Hanc scripsi ante[h] lucẽ, ad lychnuchũ ligneolum, qui mihi erat periucundus, quòd eum te aiebant, cùm esses Sami, curasse faciendum. Vale mi suauissime, & optime frater.

MARCVS Q. FRATRI, S. 8

SVPERIORI epistolæ quòd[i] respondeam, nihil est: quæ plena stomachi, & querelarum est: quo in genere alteram quoque te scripsi pridie Labieno dedisse: qui adhuc non venerat. Deleuit enim mihi omnem molestiam recẽtior epistola. Tantùm te & moneo, & rogo, vt in istis molestiis, & laboribus, & deteriis recordere, consilium nostrum quod iu erit profectionis tuæ. Non enim commoda quædam sequebamur parua, ac mediocria. Quid enim erat, quod discessu nostro emerdũ[k] putaremus? Præsidium firmissimum petebamus ex optimi, & potentissimi viri beneuolentia l ad omnem statum nostræ dignitatis. Plura ponuntur in spe, quàm in pecuniis: reliqua ad iacturam struentur. Quare si crebrò referes animum tuum ad rationem & veteris consilij nostri, & spei, faciliùs istos militiæ labores, ceteráque, quæ te offendunt, feres: & tamen cùm voles, depones. Sed eius rei maturitas nequedum venit, & tamen iam approximat. Etiam illud te admoneo, nequid vllis litteris committas: quod si prolatum sit, molestè feramus. Multa sunt, quæ ego nescire malo, quàm cum aliquo periculo fieri certiora. Plura ad te vacuo animo scribã, cùm (vt spero) Cicero meus bellè habebit. Tu velim cures, vt sciã, quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde litteras mittemus: Cæsarísne tabellariis, vt is ad te protinus mittat, an Labieno. Vbi enim isti sint Neruij, & quàm longè absint, nescio. De virtute, & grauitate Cęsaris, quam in summo dolore adhibuisset: magnã ex epistola tua accepi[m] voluptatem. Quòd me institutum ad illum poema iubes perficere: etsi diffentus cùm opera, tum animo sum multo magis, quoniam tamẽ ex epistola, quã ad te miseram, cognouit Cæsar, me aliquid esse exorsum, reuertar ad institutũ: idque perficiã his supplicationũ otiosis diebus: quibus Mesallam iam nostrum, reliquósq; molestia leuatos, vehementer gaudeo: eumq; quòd certum cos. cum Domitio numeratis, nihil à nostra opinione dissentis. Ego Messallã Cæsari

a L. absolutæ.
b ἀπὸ στόματος λάβῃμαι loquamur cum Iampridius & Xenophonte, ἀπὸ στόματος ἀκούσεται.
c v.c. istam
d fort. habes ad duas ep.
e v.c. alluuies,
f ἤματ' ἐπιστορνύῃ, cadit enim in absolutionem Gabinij ὅτε δὴν ἀπὸ μέσου κατεσάμενος χαλεπαίνῃ, οἱ βίᾳ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Εἰς δὲ δίκην ἐλάσσωσι, θεῶν ὑπιδρα ἰδόντες.
g fort. ἀγορεύῃ.
h al. ante.
i v.c. quid
k al. merendum.
l v.c. benivolentia

P. CCCXXVII.

P. CCCXXVIII.

m al. cepi.

P. B.

A
B
C
D
E
F
G
H

præstabo. Sed Memmius in aduentu Cæsaris habet spem: in quo illum puto errare: hic quidem friget. Scaurum autem iampridem Pompeius abiecit, res prolatæ, ac inter regnum comitia adducta. Rumor dictatoris iucundus bonis: mihi etiam magi quæ loquuntur. Sed tota res & timetur, & refrigescit. Pompeius planè se negat velle: ante ipse mihi non negabat. Hirrus auctor fore videtur. O dij quàm ineptus! quàm se ipse manè sine riuali! Crassum Iudianũ[b], hominem mihi deditum, per me deterruit. velit, nolit, scire difficile est. Hirro tamen agente, nolle se non probabit. Aliud hoc tempore de repnihil loquebantur. agebatur quidem certè nihil. Serrani Domestij[c] filij funus perluctuosum fuit ad[d] VII. kalend. Decemb. Laudauit ater scripto meo. Nũc de Milone, Pompeiusne nihil tribuit: & omnia Gutte: dicitque se pefecturum, vt in[e] illo Cæsar incumbat. hoc horret Milo: nec iniuria: &, si ille dictator factus sit, pænè diffidit. Intercessorem dictaturæ si iuuerit manu, & præsidio suo, Pompeium metuit inimicum. si non iuuerit: timet, ne per vim perferatur. Ludos apparat magnificentissimos: sic inquam, vt nemo sumtuosiores. stultè bis, vérque, nõ postulatus: vel quia munus magnificum dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magister, vel quia potuerat magistrum se, non ædilem putare. Omnia fecisse scripsi. Cura mi catissime frater, vt valeas.

MARCVS Q. FRATRI, S. 9

DE Gabinio nihil fuit faciendum istorum, quæ amantissimè cogitata[f] sunt. ὅτε μοι χάνοι. feci sumpta cum grauitate, vt omnes sentiunt, & summa cum lenitate quæ feci. illũ neque vrsi, neq; leuaui. testis vehemens fui: præterea obstiti. Exitum iudicij fœdum, & pernicioſim leuissimè tuli. Quod quidem bonum mihi nunc denique redundat, vt his malis reip. icentiáque audaciũ, quà antè rumpebar[g], nũc ne mouear quidem. Nihil est enim perditius his hominibus, his tẽporibus. Itaq;, exæp. quoniam voluptatis nihil iam capi potest: cur stomacher, nescio. Litteræ me, & studia nostra, & otiũ, villæq; delectãt, maximéq; pueri nostri. Angit vnus Milo. sed velim finẽ aferat consulatus: in quo enitar non minùs, quàm sum enisus in nostro: tũque istinc, quod acis, adiuuabis. De quo, cetera (nisi planè vis ripuerit) rectè sunt: de re familiari timeo, ὁ δὴ μάλιστα ὰν ἔστ' ἀνεκτὸς: qui ludos LLS h. CCC. cómparet. cuius in hoc vno consideratiam i & ego sustinebo, vt potero, & tu, vt possis, est tuorũ neruorum. De motu temporũ venientis anni, nihil te intelligere voluerã do mestici timoris, sed de communi reip. statu: in quo etiam si nihil procuro, tamen nihil curare vix possum. Quàm autem te velim cautũ esse in scribendo, ex hoc coniicito, quòd ego ad te ne hæc quidẽ scribo, quæ palàm in rep. turbantur, ne cuiusquam animum meæ litteræ interceptæ offendant. Quare domestica cura te leuatũ volo. In rep. scio quàm sollicitus esse soleas. Video Messallam nostrum cos. si per interregem, sine iudicio: si per dictatorem, tamen sine periculo, odij[k] nihil habet. Hortensij calor multum valebit. Gabinij absolutio, lex impunitatis putatur, ὲν παρέρσει. De dictatore tamen actum adhuc nihil est. Pompeius abest: Appius miscet: Hirrus parat: multi intercessiones numerantur. populus non curat;

a L. iniucundus
b Manus. Iudianum.*
c L. Domesticij
d L. a.d. VIII.
e L. in illum
f fort. à re cogitata sunt
g al. dirumpebar.
h L. LLS. CCIↃↃↃ.
i L. inconsiderantiam
k fort. odij enim nihil est.

principes tolunt: ego quiesco. De mancipiis, quod mihi scribis, valde te amo: & sum equidem, vti scribis, & Romæ, & in prædiis infrequens. Sed quæ, amabo, quidquam, quod ad meum commodum attineat, nisi maximo tuo cómodo, & maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. De epistola Vatinij, tisi. sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeam solùm, sed etiam concoquam. Quòd me hortaris, vt absoluam: habeo absolutum suaue, mihi quidem, vti [a] videretur, ἔπος ad Cæsarem: sed quæro locupletem tabellarium, ne [b] accidat quod Eriphnæ tuæ, cui [c] soli, Cæsare imperatore, iter [c] Gallia tutum nō fuit. * * Quid si cæmentur [d] bonum non habeo rem, deturbem ædificium? quod quidem quotidie mihi magis placet in primisque inferior porticus, & eius conclaia fiunt rectè. De Arcano, Cæsaris opus est, vel me hercule etiam elegantioris alicuius. imagines enim istæ, & palestra, & piscina, & nilus, multorum Philotimorum est, non Diphilorum. sed & ipsi ea adibimus, & mittemus, & mandabimus. De Felicis testamento tum magis quærere [e], si scias. Quas enim tabulas se putauit obsignare, in [f] quibus in vnciis firmissimum tenuerat (lapsus est per errorem & suum, & Sicuræ serui) non obsignaui: quas noluit, eas obsignauit. ἀλλ' οἰμωζέτω: nos modò valeamus. Ciceronem, & vt rogas, amo, & vt meretur, & vt debeo. Dimitto autem à me, & vt à magistris ne abducam, & quòd mater Pomponia discedit, sine qua edacitatem pueri pertimesco. sed sumus vnà tamen valde multum. Rescripsi ad omnia, mi suauissime, & optime frater.

a L. vt vid.

b L. Ne ei accidat

c vel. quoi

d al. causam tam bonam non haberē? De vrbano ædificio, quod quæris quotidie, mihi magis placet.*

e L. querere

f L. in quibus de vncijs firmissimum tenuerat. Ipsius pro errorem & suum, & Sicuræ serui non obs.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD BRVTVM LIBER SINGVLARIS.

1

CICERO BRVTO, S. D.

C. Clodius tribunus pl. designatus, valde mediligit, vel, vt ἱμερικώτερον dicā valde me amat. Quod cùm mihi ita persuasum sit, non dubito (tene enim me nosti) quin illum quoque iudicem à me amari. *Nihil enim mihi minus hominu videtur, quàm nō respondere in amore iis, à quibus prouocere.* Is mihi visus est suspicari, nec sine magno quidem dolore, aliquid à suis vel per suos potiùs inimicos [b] ad te esse delatum, quo tuus animus à se esset alienior. Non soleo, mi Brute, (quod tibi notum esse arbitror) temerè affirmare de altero. Est enim periculosum, propter occultas hominum voluntates, multiplices insequenturas. Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. multa eius indicia: sed ad scribendum non necessaria. Volo enim hoc testimonium tibi videri potiùs, quàm epistolam. Auctus Antonij beneficio est. eius ipius beneficij magna pars à te est. Itaque eum aluis nobis vellet saluum. In eum autem locum rem adductam intelligit (est enim, vt scis, nimirum stultus) vt vtrique salui esse non possint. Itaque [c] nos mauult. De te verò amicissimè & loquitur, & sentit. Quare si quis secus adte de eo scripsit, aut si coràm locutus est, peto à te etiam atque etiam, mihi vt potiùs credas, qui & facilius iudicare possum, quàm ille nescio quis, & te plus diligo. Clodiū tibi amicissimum existima, ciuémq; talem, qualis & prudentissimus, & fortuna optima esse debet.

a deest Malasp.*

b q. v. c. iniquos, Ita Malasp.*

c al. Ita.*

P. B.

2

CICERO BRVTO, S.

Scripta, & obsignata iam epistola, litteræ mihi redditæ sunt à te, plenæ rerum nouarum [d], maximéque mirabiles, Dolabellam quinque cohorteis misisse in Cherronesum. Adeóne copiis abundat, vt is, qui ex Asia fugere dicebatur, Europam appetere coneur? Quinque autem cohortibus quid [e] se nam facturum arbitratus est, cùm tu eo quinque legiones, optimum equitatum, maxima auxilia haberes? Quas quidem cohorteis spero iam tuas esse quoniam latro ille tam fuit demēs [f]: & tuum consilium vehementer laudo, quòd nō priùs tuum exercitum Appollonia, Dyrrachioque mouisti, quàm de Antonij fuga audisti, Bruti eruptione, populi R. victoria. Itaque, quòd scribis, postea statuisse te ducere exercitum in Cherronesum, nec pati, sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium P. R. furcis ex tua dignitate, & [g] è rep. Quòd scribis de seditione, quæ facta est in legione quarta, deh Catonis, (quod i dicam, in bonam partem accipias [k]) magis mihi probatur militum seueritas, quàm tua. Te beneuolentiam exercitus, equitumque expertum [l], vehementer gaudeo. De Dolabella, vt scribis, si quid habes [m] noui, facies me certiorem: in quo valde delector, me antè prouidisse, vt tuum iudicium, liberum esset cum Dolabella belli gerendi: & id valde pertinuit, vt ego tum intelligebam, ad remp. vt nunc iudico, ad dignitatem tuam. Quòd scribis me maximo [n] odio egisse, vt inuectarer Antonios, idque laudas: credo ita videri tibi: sed illam distinctionem tuā nullo pacto probo. Scribis enim, *acrius prohibenda bella ciuilia esse, quàm in superatos iracundiam exercendam.* Vehementer à te, Brute, dissentio: neque clementiæ tuæ concedo: Sed *saluatam seueritas vincit inanem speciem clementiæ. Quòd si clementes esse voluerimus* o, *nunquam* p *deuerunt bella ciuilia.* Sed de hoc tu videris. De me possum idem, quod Plautinus patet in Trinummo: MIHI QVIDEM AETAS A ETA Q FERME EST: TVA ISTVC REFERT MAXIME. Opprimemini, (mihi crede,) Brute, nili

d nouarum: maximéque mirabile, Dolabellam q. al. maximóque mirabilium.*

e L. quidnam se Fabia Malasp.*

f al. dementia Tullii codices.

g al. de Romani.

h Ita Fuga Antonii. Ita Malasp. de C. Antonio, fratre Marci.

i Ita Malasp. quod ipsum habuisse videtur Nonius.

k Exercitui

l Ita Malasp. esse videtur.

m al. habes. p. scribam.

n al. magno animo.*

o al. volueramus.

p al. nunquam.

q L. ætas ea ferme

nisi [a] prouideritis. Neque enim populũ semper eundem habebitis, neque senatum, neque senatus [b] ducem. Hæc *ex oraculo Apollinis Pythij edita* [c] *tibi puta*. nihil potest esse verius. XIIII [d]. kalend. Maias.

M. T. C. M. BRVTO, S. 3

NOSTRAE res meliore loco videbantur. Scripta enim ad te certò scio, quæ gesta sunt, qualeis tibi sæpè scripsi, consules, tales exstiterunt. Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis. Vtinam tam facilè eum florentem & honoribus, & gratia, regere, ac tenere possimus, quàm facilè adhuc tenuimus. Est omnino illud difficilius: sed tamen non diffidimus. Persuasum est enim adolescenti, & maximè per me, eius opera nos esse saluos. & certè, nisi is Antonium ab vrbe auertisset, periissent [e] omnia. Triduo verò, aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam, timore quodam perculsa ciuitas tota [f] ad te se cum cõiugibus, & liberis effundebat. eadẽ recreata ad [g] XII. kalend. Maias, te huc venire, quàm se ad te ire malebat. Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarúmque vigiliarum fructum cepi maximum, si modò est aliquis fructus ex solida, veráque gloria. Nam tantæ multitudinis, quantam capit vrbs nostra, concursus est ad me factus. ab ea cùm vsque in Capitolium deductus, maximo [h] clamore, atque plausu in rostris collocatus sum. Nihil est in me inane: neque enim debet: sed tamen omnium ordinum cõsensus, gratiarum actio, gratulatióq; me commouet, propterea quòd populares me esse in populi salute, præclarum est. Sed hæc te mâlo ab aliis audire. me velim de tuis rebus, consiliisque facias diligentissimè certiorem: illúdque consideres, ne tua liberalitas dissolutior videatur. Sic sentit senatus, sic populus R. nullos vmquam hostes digniores omni supplicio fuisse, quàm eos ciues, qui hoc bello contra patriam arma ceperunt: quos quidem ego omnibus sententiis vlciscor, & persequor, omnibus bonis approbantibus. Tu quid de hac re sentias, tui iudicij est. Ego sic sentio, trium fratrum vnam, & eandem esse causam. Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos, amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit, cùm paucis diebus magno prælio antè vicisset. Nam Pansa fugerat, vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur, & Cæsar. Hostes autem omnes iudicati, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Itaque id s. c. plerique interpretantur, etiam ad tuos, siue captiuos, siue dedititios pertinere. Equidem nihil differui duriùs, cùm nominatim de C. Antonio decernerem, quòd ita statueram, à te cognoscere causam eius senatum oportere. X. kalend. Maias.

BRVTVS CICERONI, S. 4

QVANTA sim lætitia affectus, cognitis rebus Bruti nostri, & consulum, facilius est tibi existimare, quàm mihi scribere. Cùm alia laudo, & gaudeo accidisse, tum quòd Bruti eruptio non solùm ipsi salutaris fuit, sed etiã maximo ad victoriam adiumento. Quòd [k] trium Antoniorum vnam, atque eandẽ sceleratissimam causam esse: quid ego sentiam, mei iudicij est. statuo nihil, nisi hoc: Senatus, aut populi R. iudicium esse de iis ciuibus, qui pugnantes nõ interierint. Ad hoc ipsum, inquies, iniquè facis qui hostilis animi in remp. homines, ciueis [a] appelles. Imò iustissimè. Quod enim nondum senatus cẽsuit, nec populus R. iussit, id arroganter non præiudico, neq; reuoco ad arbitriũ meum. Illud quidem nõ muto, quod ei, quem me occidere res non coegit, neque crudeliter quidquam eripui, neque dissolutè quidquam remisi: habuíque in mea potestate, quoad bellum fuit. Multò quidem honestius iudico, magísque quod concedere possit resp. miserorum fortunam non infectari, quàm infinita tribuere potentibus, quæ cupiditatem, & arrogantiam incẽdere possint. Qua in re, Cicero, vir optime, ac fortissime, mihique meritò, & meo nomine, & reip. carissime, nimis credere videris spei tuæ: statimq;, vt quisque aliquid rectè fecerit, omnia dare, ac permittere: QVASI NON LICEAT TRADVCI AD MALA CONSILIA CORRVPTVM LARGITIONIBVS ANIMVM. Quæ tua est humanitas, æquo animo te moneri patieris, præsertim de communi salute: facies tamen quod tibi visum fuerit: etiam ego, cùm me docueris. Nunc Cicero, nunc [b] agendum est, ne frustra oppressum esse Antonium gauisi simus, non [c] semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, vt aliud renascatur illo peius. Nihil iam neque opinantibus, aut patientibus nobis aduersi euenire potest, in quo non cùm omnium culpa, tum præcipuè tua fu tura sit: cuius tantam auctoritatem senatus, ac populus R. non solùm esse patitur, sed etiam cupit, quanta maxima in libera ciuitate vnius esse potest: quam tu non solùm benè sentiendo, sed etiam prudenter, tueri debes. Prudentia porrò, quæ tibi supereſt, nulla abs te desideratur, nisi modus in tribuendis honoribus. Alia [d] omnia sic abundè adsunt, vt cum quolibet antiquorum comparari possint tuæ virtutes. Vnum hoc grato animo, liberaliq; profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat. Nihil enim senatus cuiquã dare debet, quod malè cogitãtibus exemplo, aut præsidio sit. Itaque timeo de [e] consulatu, ne Cæsar tuus altiùs se adscendisse putet decretis tuis, quàm inde, si consul factus sit [f], descensurum. Quòd si Antonius ab alio relictũ regni instrumentum, occasionem regnandi habuit: quónam animo fore putas, si quis, auctore, non tyranno, interfecto, sed ipso senatu, putat [g] se imperia quælibet concupiscere posse? Quare tum & [h] felicitatem, & prouidentiam laudabo tuã, cùm exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Alienę igitur, inquies, culpæ me reum facies? Prorsus alienæ, si prouideri potuit [i], ne exsisterent. quod [k] vtinam inspectare possis timorem de illo meum. His litteris scriptis, te consulem factum audiuimus. Tum verò incipiam proponere mihi remp. iustam, & iam suis nitentem viribus, si istuc videro. Filius valet, & in Macedoniam cum equitatu præmissus est. Idibus Maiis, ex castris.

CICERO BRVTO, S. 5

A. D. V. kalen. Maias cùm de iis, qui hostes iudicati sunt, bello persequendis, sententiæ dicerentur, dixit Seruilius etiã de Ventidio, & vt Cassius persequeretur Dolabellam. Cui cùm esset assensus, decreui hoc amplius, vt

P. cclxxv.

a *v.c.* ciuis

b *L.* nũc hoc agendum est, *P. B.*

c *L.* nec semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, cur aliud ren.

d *v.c. & L.* Alia omnia sic adsunt. vt cum quolibet antiquorum comparari possint. Vnum hoc à grato animo, lib.

e *Hæc duo* de consulatu *Faernus dispunxit.**

f *al.* sit, sit descensurus*

g L. putet

h L. & facilitatem,

i *al.* non potuit.*

k *forte.* Atque vtinam

tu, si arbitrare vtile fore, eque rep. esse, persequere Dolabellã [a] bello. Si minùs id cõmodo reip. facere posses, siue non existimares è rep. esse, vt in iisdẽ locis exercitũ cõtineres. Nihil honorificentiùs potuit facere senatus, quàm vt tuum esset iudicium, quid [b] tibi maximè conducere reip. videretur. Equidem sic sentio, si manum habet, si castra, si vbi consistat vspiam Dolabella: ad fidem, & ad dignitatem tuam pertinere eum persequi. De Cassij nostri copiis nihil sciebamus. neque enim ab ipso vllæ litteræ, neque nuntiabatur quidquam, quod pro certo haberemus. Quantopere autem interfit [c], opprimi Dolabellam, profectò intelligis, cùm [d] vt sceleris pœnas persoluat, tum ne sit, quò se latronũ duces ex Mutinẽsi fuga conferant. Atque hoc mihi iam antè placuisse, potes ex superioribus meis litteris recordari: quamquam tum & fugæ portus erat in tuis castris, & subsidium salutis in tuo exercitu. quo magis nunc liberati, (vt spero) periculis, in Dolabella opprimendo occupati esse debemus. Sed hæc cogitabis diligentiùs, statues sapienter. Facies nos & [e] quid constitueris, & quid agas, (si tibi videbitur) certiores. Ciceronem nostrum in vestrum collegiũ coaptari volo. Existimo omnino absentium rationem, sacerdotum comitiis posse haberi, nã etiam factum est antea. C. enim Marius, cùm in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur: nec, quò minùs id postea liceret, vlla lex sanxit. Est etiam in lege Iulia, quæ lex est de sacerdotiis proxima, his verbis, QVI PETIT, CVIVS VE RATIO HABEBITVR. Apertè indicat, posse rationẽ haberi, etiam non præsentis. Hac de re scripsi ad eum, vt tuo iudicio vteretur, sicut in rebus omnibus. Tibi autem statuendum est de Domitio, & de Catone nostro. Sed quamuis liceat absentis rationem haberi, tamen omnia sunt præsentibus faciliora. Quòd si statueris in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros accersendi [f] facultas. Omnino Pansa viuo, celeriora [g] omnia putabamus. Statim enim collegam sibi subrogasset: deinde ante prætoria, sacerdotum comitia fuissent. Nunc per auspicia longam moram video. Dum enim vnus erit patritius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. Magna sanè perturbatio. Tu tota de re quid sentias, velim me facias certiorem. III. Nonas Maias. Vale.

a L. bello Dolabellam.

b L. quid maxime conducere reip. tibi videretur.

c al. reip. interfit.

d al. tum

e à q. v. s. abest copulatiõ &,

P. B.

f L. arcessendi fac.

g al. faciliora non pl.

BRVTVS CICERONI, S. 6

NOli expectare, dum tibi gratias agam. iampridem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summam beneuolentiam [h] peruenit, sublatum esse debet. Filius tuus à me abest. in Macedonia congrediemur. Iussus est enim Ambraciam [i] ducere equites per Thessaliam, & scripsi ad eum, vt mihi Heracleam occurreret. Cùm eum videro, quoniam nobis permittis, communiter constituemus de reditu eius ad petitionem, aut ad commendationem honoris. Tibi Glaucona [k], medicum Pansæ, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissimè commendo. Audimus, eum venisse in suspicionem [l] Torquato de morte Pansæ, custodiríque, vt parricidam [m], nihil minùs credendũ est. Quis enim maiorẽ calamitatem morte [n] Pansæ accepit? præterea est modestus homo, & frugi: quem ne vtilitas quidem videatur impulsura fuisse ad facinus. Rogo te, & quidem valde rogo (nam Achilleus noster non minùs, quàm æquum est, laborat) eripias eum ex custodia, conseruésque. Hoc ego ad meum officium priuatarum rerum æquè, atque vllam aliam rem pertinere arbitror. Cùm has ad te scriberem litteras, ab Sattio, legato C. Trebonij, reddita est mihi epistola, à Tullio, & Deiotaro Dolabellam cæsum, fugatumque esse. Græcam epistolã tibi misi Cycherei cuiusdam, ad Satrium missam. Flauius noster de cõtrouersia, quàm habet cum Dyrrhachinis hereditariam, sumsit te iudicem. rogo te, Cicero, & Flauius rogat, rem [a] conficias. quin ei, qui Flauium fecit heredem, pecuniam debuerit ciuitas, non est dubium: neque Dyrrhachini inficiantur: sed sibi donatum [b] æs alienum à Cæsare dicunt. Noli pati à necessariis tuis necessario meo iniuriã fieri. XVII. kalend. Iun. ex castris, ad imam Candauiam.

a al. rem vt conficias.

b al. donatum esse æs alienum.

h v. c. beneuolentiam

i v. c. & l. Ambracia ducere

k al. Cyly- P. CCIXXVII. conem.*

l vide Suetonium:*

m L. parricidam.

n al. ex morte acc.

BRVTVS CICERONI, S. 7

L. BIBVLVS quàm carus mihi esse debeat, nemo melius iudicare potest, quàm tu: cuius tantæ pro rep. contentiones, sollicitudinésque fuerunt. Itaque vel ipsius virtus, vel nostra necessitudo debet cõciliare te illi: quo minùs multa mihi scribenda esse arbitror. Voluntas enim te mouere debet nostra, si modò iusta est, aut pro officio necessario suscipitur. In [c] Pansæ locum petere constituit. eam nominationem à te petimus. neque coniunctiori dare beneficium, quàm nos tibi sumus, neque digniorem nominare potes, quàm Bibulum. De Domitio, & Apuleio quid attinet me scribere, cùm ipsi per se tibi commendatissimi sint? Apuleium verò [d] tu tua auctoritate sustinere debes. Sed Apuleius in sua epistola celebrabitur. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo, tantum iam virum, ex quãto, crede mihi, potest euadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus..

P. B.

c fort. Iuliæ Pansæ.*

d al. vtere tua auct.

BRVTVS CICERONI, S. 8

MVLTOS tibi commendauit [e], & commendem, necesse est. optimus enim quisque vir, & ciuis maximè sequitur iudicium tuum, tibíque omnes fortes [f] viri nauare operam, & studium volunt: nec quisquam est, quin ita existimet, meam apud te & gratiã, & auctoritatem valere plurimùm. Sed C. Nasennium, municipem Suessanum, tibi ita commẽdo, vt neminem diligentiùs. Creten Sibellum, Metello imperatore, octauum [g] principem duxit: postea in re familiari occupatus fuit. Hoc tempore cùm rep. partibus, tum tua excellenti dignitate commotus, vellet per te aliquid auctoritatis assumere. Fortem virum, Brute, tibi commendo, frugi hominem, &, si quid ad rem pertinet, etiam locupletem. Pergratum mihi erit, si eum ita tractaris, vt merito tuo mihi gratias agere possit.

e al. commendo.

f al. viri fortes

g id est octauum rerum, principem ciuitatis, secundo quo principes sic cebamur.*

P. CCIXXVIII.

CICERO BRVTO, S. 9

FVNGERER officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; per litteras consolarer, nisi scirem, his remediis, quibus meum dolorem tu leuasses, te in tuo non egere: ac velim Liuius, quàm [h] tunc mihi, nunc tibi tute medea re. Est enim alienũ tanto [i] viro, vt es tu, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse. Me quidem cùm rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua, à nimio mœrore deterruit. Cùm enim molliùs tibi ferre viderer, quàm deceret virum, præsertim eum, qui alios consolari soleret, accusasti me per litteras gra-

g. quibus rumoribus tu te

h L. tunc

i L. tanto viro quantus es tu.

uioribus verbis, quàm tua consuetudo ferebat. Itaque iudicium tuum magni æstimans, ídque veritus, me ipse collegi: & ea, quæ didiceram, legeram, acceperam, grauiora duxi, tua auctoritate addita. Ac mihi tum Brute, officio solùm erat, & naturæ: tibi nunc populo, & [a] scenæ (vt dicitur) seruiendum est. Nam cùm in te non solùm exercitus tui, sed omnium ciuium, ac pænè gentium coniecti oculi sint, minimè decet, propter quem fortiores ceteris sumus, eum ipsum animo debilitatum videri. Quam ob rem acceptisti tu quidem dolorem (id enim amisisti, cui simile in terris nihil fuit) & [b] est dolendum, in tam graui vulnere, ne id ipsum, carere omni sensu doloris, sit miserius, quàm dolere: sed, vt modicè ceteris vtile est, tibi necesse est. Scriberem plura, nisi ad te hæc ipsa nimis multa essent. Nos te, tuúque exercitum exspectamus: sine quo, vt reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. De tota rep. plura scribam, & fortasse iam certiora litteris, quas Veteri nostro cogitabam dare.

CICERO BRVTO, S. 10

NVLLAS adhuc à te litteras habebamus: ne famam quidem, quæ declararet, te cognita senatus auctoritate, in Italiam adducere exercitum: quod vt faceres, ídque maturares, magnopere desiderabat resp. Ingraueſcit enim in dies inteſtinum malum, nec externis hostibus magis, quàm domesticis laboramus: qui erant omnino ab initio belli, sed facilius frãgebantur. Erectior senatus erat, non sententiis solùm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. Erat in senatu satis vehemens, & acer Pansa, cùm in ceteros huius generis, tum maximè in socerum: cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Bellum ad Mutinam gerebatur, nihil vt in Cęsare reprehenderes, nonnulla in Hirtio. huius belli fortuna, vt in secundis, fluxa: vt in aduersis, bona. erat victrix respub. cæsis Antonij copiis, ipso expulso à Bruto. Deinde ita multa peccata, vt quodammodo victoria excideret è manibus, perterritos, inermes [c], saucios non sunt nostri duces persecuti: datúmque Lepido tempus est, in quo leuitatem eius sæpè perspectã, maioribus in malis experiremur. Sunt exercitus boni, sed rudes, Bruti, & Planci. Sunt fidelissima, & maxima auxilia Gallorũ. sed Cæsarẽ meis cõsiliis adhuc gubernatũ, præclara ipsum indole, admirabilíque constantia, improbissimis litteris quidam, fallacibúsque interpretibus, ac nuntiis impulerunt in spem certissimã consulatus. Quod simulatque sensi, neque [d] ego illum absentem litteris monere destiti, nec accusare præsenteis [e] eius necessarios, qui eius cupiditati suffragari videbantur: nec in senatu sceleratissimorum consiliorum sonteis [f] aperire dubitaui: nec verò vlla in re memini, aut senatum meliorem, aut magistratus. Numquam enim in honore extraordinario potentis hominis, vel potentissimi populi (quando quidem potentia iam in vi posita est, & armis) ácci dit, vt nemo tribunus pl. nec alio magistratu, nemo priuatus, auctor existeret. sed in hac constantia, atque virtute, erat tamen sollicita ciuitas. Illudimur enim, Brute, cùm, militum deliciis, cũ imperatoris [g] stulat, quantum habet virium non ratio, non insolentia, tantum [h] quisque in rep. posse pomodus, non lex, non mos, non officium valet: non iudicium, non existimatio ciuium, non posteritatis verecundia. Hæc ego multò antè prospiciẽs, fugiebam ex Italia; tũ, cùm me vestrorum edictorum fama reuocauit. Incitauisti [a] verò tu me, Brute, Veliæ. quamquã enim dolebam, in eam me vrbem ire, quam tu fugeres, qui eam liberauisses, quod mihi quoque quondam acciderat, periculo simili, casu tristiore: perrexi tamen, Romámque peruẽni, nullóque præsidio quatefeci Antonium: contráque eius arma nefanda [b], præsidia, quæ oblata sunt, Cæsaris consilio & auctoritate firmaui. qui si steterit idem, mihíque paruerit: satis videmur habituri præsidii. sin autem impiorum consilia plus valuerint, quàm nostra: aut imbecillitas ætatis non potuerit grauitatẽ rerum sustinere: spes omnis est in te. Quam ob rem aduola, obsecro, atque eam remp. quã virtute, atque animi magnitudine magis, quã cuentis rerum liberasti, exitu libera. omnis omnium concursus ad te futurus est. Hortare idem per litteras Cassium. Spes libertatis nusquam, nisi in vestrorum castrorum præsidiis [c] est. Firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Hoc adolescentis præsidium equidem adhuc firmum esse confido. sed ita multi labefactant, vt, ne moueatur, interdum extimescam. Habes totum reip. statũ: qui quidem tum erat, cùm has litteras dabã. Velim deinceps meliora sint: sin aliter fuerit (quod dii omen auertant) reip. vicem dolebo: quæ immortalis esse debeat [d], mihi quidem quantulum [e] reliqui est?

BRVTVS CICERONI, S. 11

VETERIS Antistij talis animus est in rẽp. vt non dubitem, quin & in Cæsare, & [f] Antonio se præstiturus fuerit acerrimũ propugnatorem communis libertatis, si occasioni potuisset occurrere. Nam, qui in Achaia cõgressus, P. Dolabella milites, atque equites habente, quoduis adire periculum, ex insidiis paratissimi ad omnia latronis, maluerit, quàm videri aut coactus esse pecuniam dare, aut libenter dedisse homini nequissimo, atque improbissimo: is nobis vltro & pollicitus est, & dedit XX. LLS. ex sua pecunia: &, quod multo carius est, seipsum obtulit, & coniunxit. Huic persuadere cœpimus, vt imperator in castris remaneret, rémque publicam defenderet. statuit [g] id sibi, quoniam exercitum dimisisset. statim verò rediturum [h] ad nos confirmauit, legatione susceptа, nisi prætorum omitia habituri essent consules. Nam illi ita sentienti de rep. magnopere auctor fui, ne differret tẽpus petitionis suæ. Cuius factum omnibus gratum esse debet, qui i modò iudicarint, hunc exercitum esse reip. Tibi tanto gratius, quanto & maiore animo, gloriáque libertatem nostram defendis, & dignitatem, si contigerit nostris consiliis exitus, quem optamus, per functurus [k] es. Ego etiam, mi Cicero, propriè, familiariterque te rogo, vt Veterem ames, velísque esse quàm amplissimum: qui etsi nulla re deterreri à proposito potest, tamen excitari tuis laudibus, indulgentiáque poterit, quo magis amplexetur, ac tueatur iudicium suũ. & [l] mihi gratissimum erit.

CICERO BRVTO, S. 12

ETSI daturus eram Messallæ Coruino cõtinuò litteras, tamen Veterem nostrum ad te sine litteris meis venire nolui. Maximo in discrimine resp. Brute, versatur, victoréque

a v.c. & l. Incitasti

b al. nefarias

P. B.

c v.c. & l. principijs est. ‖ Principij voce vtitur Terentius Eunucho Plutarchus Galba, 17. Gell. 12. Marcellus cap 12. in mãdare 517. Hic autem principium pro loco castrorum castiore & maxime custoditore: vide plura apud Victorĩ 3. Variar. 6.*

d l. debebat.

e l. vitæ quantũ'um reliquæ est.* al. quantulũ reliquum est.*

f l. & in Antonio,

g l. statuit eundem sibi, quon.

h fort. se rediturum

i l. qui modò iudicant,

p. CCLXXX.

k l. perfructurus es.

l l. id mihi gratissimum erit.

rursus decertare cogimur.id áccidit M.Lepidi scelere,& amentia. Quo tempore cùm multa propter eam curam,quam pro rep.suscepi,graiter ferrem,tum nihil tuli graiius,quàm me non posse matris tuæ precibus cedere,non sororis,nam tibi,quod mihi plurimi est, facilè me satisfacturum arbitrabar.Nullo enim modo poterat causa Lepidi distingui ab [a] Antonii: omniúmque iudicio etiam durior erat, quòd,cùm honoribus amplissimis à senatu esset Lepidus ornatus, tum etiam paucis antè diebus præclaras litteras ad senatum misisset: repentè non solùm recepit reliquias hostiũ, sed bellum acerrimum terra, marique gerit: cuius exitus qui futurus sit, incertum est. Itaque cùm rogamur, vt misericordiam liberis eius impertiamus, nihil affertur, quò minùs summa supplicia,si(quod Iupiter omen auertat)pater puerorum vicerit, subeunda nobis sint.NEC VERO ME FVGIT, QVAM SIT ACERBVM,PARENTVM [b] SCELERA FILIORVM POENIS LVI. Sed hoc præclarè legibus comparatũ est, VT CARITAS LIBERORVM AMICIORES PARENTEIS [c] REIP. REDDERET.Itaque Lepidus crudelis in liberos, non is,qui Lepidum hostem iudicat.Atque ille si, armis positis,de vi damnatus esset, quo in iudicio certè defensionem non haberet:eandẽ calamitatem subirent liberi,bonis publicatis. quamquam,quod tua mater,& soror deprecatur pro pueris,idipsum & multa alia crudelio ra nobis omnibus Lepidus, Antonius,& reliqui hostes denuntiant. Itaque maximã spem hoc tempore habemus in te,atque [d] exercitu tuo.Cùm ad reip.summam, tum ad gloriam, & dignitatem tuam vehementer pertinet, te in Italiam,vt antè scripsi, venire quamprimũ. Eget enim vehementer cùm viribus tuis,tum etiam consilio resp.Veterem pro eius erga te beneuolentia [e], singularique officio, libenter ex tuis litteris complexus sum: eúmque cùm tui,tũ reip.studiosissimum,amantissimúmque cognoui. Ciceronem meum propediem, vt spero, videbo.tecum enim illum, & [f] te in Italiam celeriter esse venturum confido.

a al.ab Antonio P. B.

b al.parentiam

c p.c. parentis

d al.atque in exercitu tuo

e p.c.beniuolentia,

f has duas voces, & te, delenit L. vt supernacanea

BRVTVS CICERONI, S. 13

DE M.Lepido vereri me cogit reliquorum timor: qui si eripuerit se nobis(quod velim temerè, atque iniuriosè de illo suspicati sint homines)oro,atque obsecro te Cicero,ne cessitudinem nostram, tuámque in me beneuolentiam [g] obtestans, sororis meæ liberos obliuiscaris esse Lepidi filios,méque his in patris locum successisse existimes. Hoc si à te impetro,nihil profectò dubitabis pro his [h] suscipere. *Aliter alij cum suis viuunt.* nihil [i] ego possum in sororis meę liberis facere,quo possit expleri voluntas mea, aut officium. Quid verò aut mihi tribuere boni possunt,si modò digni sumus,quibus aliquid tribuatur:aut ego matri,ac sorori,puerisque illis præstaturus sũ, si nihil valuerit apud te,reliquúmque senatũ, contra patrem Lepidum Brutus auunculus? Scribere multa ad te neq; possum præ sollicitudine,ac stomacho,neque debeo. Nam si in tanta re, támque necessaria verbis mihi opus est ad te excitandum,& confirmandum: nulla spes est,facturum te quod volo, & quod oportet. Quare noli exspectare longas preces. intuere meipsum, qui hoc à te, vel à Ciceronе,coniunctissimo homine, priuatim: vel à consulari, tali viro,remota necessitudine priuata,impetrare debeo.Quid sis facturus, velim mihi quamprimùm rescribas.kal.Quinct. Ex castris.

g v.c. beniuolentiam P. ccixxxi.

h al.pro me suscipere

i Lin.hil ego non possum in sororis meæ liberos facere,

CICERO BRVTO, S. 14

BREVES tuę litteræ:breues dico?immò nullæ.tribúsne versiculis his temporibus Brutus ad me?nihil scripsissem [a] potiùs.& requiris meas. Quis vmquam ad te tuorum sine meis venit? Quæ autem epistola non pondus habuit? Quæ si ad te perlatæ non sunt, ne domesticas quidem tuas perlatas arbitror.Ciceroni scribis te lõgiorem daturum epistolã. rectè id quidem:sed hæc quoque debuit esse plenior.Ego autem,cùm ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios,litterásque [b] ad Ciceronem,vt,etiam si in Italiam venisset,ad te rediret. Nihil enim mihi iucundius,nihil illi honestius.quamquã aliquoties ei scripseram,sacerdotum comitia, mea summa contentione in alterum annum esse reiecta:quòd ego cùm Ciceronis causa elaboraui,tum Domitij,Catonis,Lentuli,Bibulorum:quod ad te etiam scripseram. Sed vidélicet cùm illam pusillam epistolam tuã ad me dabas,nondum erat tibi id notum.Quare omni studio à te,mi Brute,contendo,vt Ciceronem meum ne dimittas, tecúmque adducas:quod ipsum, si remp. cui susceptus es, respicis,tibi iam,iámque faciendum est. renatũ enim bellum est:idque non paruo scelere Lepidi. Exercitus autem Cæsaris, qui erat optimus,non modò nihil prodest, sed etiam cogit exercitum tuum flagitari:qui si Italiam attigerit,erit ciuis nemo (quem quidem ciuem appellari fas sit) qui se non in tua castra conferat.etsi Brutum præclarè cum Planco conũctum habemus,sed non ignoras, quàm [c] sint incerti animi hominum, & infecti partibus, & exitus prœliorum.Quinetiam,si, vt spero, vicerimus, tamen magnam gubernationem tui consilij, tuæque auctoritatis res desiderabit.Subueni igitur,*per*[d] *deos*, idque quamprimùm.tibi persuade, non te idibus Mart. quibus seruitutem à tuis ciuibus repulisti, plus profuisse patriæ,quàm,si maturè veneris,profuturum.11.Idus Quinct.

a al.scripsi ses] Fam. scripsisse.

b frat. Interque ad Ciceronem mi si,vt P. B.

c l. quin sint incerti & animi hominum infecti partib.& exitus pr.

d Per deos Plerunque veteres vsurpabant vt hic & epist. 15.infra. ad Attic. 4.4. ad Heren. l.non intelligitur ff. de iure fisci.

CICERO BRVTO, S. 15

MESSALLAM habes. Quibus igitur litteris tam accuratè scriptis assequi possum,sub tilius vt explicem,quæ gerantur, quæque sint in rep.quàm tibi is exponet, qui & optimè omnia nouit,& elegantissimè expedire, & deferre ad te potest?Caue enim existimes, Brute (quamquam non est necesse ea me ad te, quæ tibi nota sunt,scribere:sed tamen tam immanium laudum excellentiam non queo silentio præterire)caue putes,probitate,constãtia,cura,studio reip.quidquam illi esse simile: vt eloquentia,qua mirabiliter excellit, vix in eo locũ ad laudandũ habere videatur. quamquam in hac ipsa sapientia [e] plus appãret. ita graui iudicio, multáque arte se exercuit in ueriſſimo genere dicendi.Tanta autem industria est,tantúmque euigilat in studio, vt non maxima ingenio (quod in eo summum est) gratia habenda videatur.Sed prouehor amore.non enim id propositum est huic epistolæ, Messallam vt laudem, præsertim ad Brutum, cui & virtus illius non minùs,quàm mihi,nota [f] est,& hæc ipsa studia,quæ laudo,notiora quàm

P. ccixxxii.

e al.sapientia.

v.c.notior.

quem cùm à me dimittens, grauiter ferrem: hoc leuabar vno, quòd ad te, tanquam ad alterum me, proficiscens, & officio fungebatur, & laudem maximam sequebatur. [a] Sed hæc hactenus. ¶ Venio nunc longo sanè interuallo ad quandam epistolam, qua [b] mihi multa tribuens, vnum reprehendebas, quòd in honoribus decernendis essem nimius, & tanquam prodigus. Tu hoc: alius fortasse, quòd in animaduersione, pœnáque durior, nisi fortasse [c] vtrumque tu. Quod si ita est, vtriusque rei meum iudicium tibi cupio esse notissimũ: neque solùm, vt Solonis dictum vsurpem, qui [d] sapiens vnus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem. *Is remp. duabus rebus contineri dixit, præmio, et poena.* est scilicet vtriusque rei modus, sicut reliquarum, & quædam in vtroque genere mediocritas: sed non tanta de re proposituũ est hoc loco disputare. Quid ego autem secutus hoc bello tim in sententiis dicendis, aperire [e] non alienum puto. Post interitum Cæsaris, & vestras memorabileis Idus Mart. Brute, quid ego prætermissam à vobis, quantámque impendere reip. tempestatẽ dixerim, non es oblitus. Magna pestis erat depulsa per vos, magna populi R. macula delecta: vobis verò parta diuina gloria: sed instrumẽtũ regni delatũ ad Lepidum, & Antoniũ: quorũ alter inconstantior, alter impurior, vterq; pacé metuens, inimicus otio. His ardentibus perturbandæ reip. cupiditate, quod opponi posset præsidium, non habebamus. Erexerat enim se ciuitas, in retinenda libertate consentiẽs. Nos tum nimis acres: vos fortasse sapientiùs excessistis vrbe ea, quam liberare ratis. Italiæ tua vobis studia proficienti remisistis. Itaque cùm teneri vrbem à parricidis [f] viderem, nec te in ea, nec Cassium tutò esse posse, cámque armis oppressam ab Antonio: mihi quoque ipsi esse excedendum putaui. *tetrum enim spectaculum, oppressa ab impiis ciuitas, opitulandi potestate præcisa.* Sed animus idem, qui semper infixus est in patriæ caritate, discessum ab eius periculis ferre non potuit. Itaque in medio Achaico cursu, cùm Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilij, retulisset, te vidi Veliæ, doluíque vehementer. Cedebas enim, Brute, cedebas, quoniam *Stoici nostri* [g] *negant fugere sapientis.* Romam vt veni, statim me obtuli Antonij sceleri, atque dementiæ: quem cùm in me incitauissem, cõsilia inire cœpi Brutina planè (vestri enim hæc sunt propria sanguinis) reip. liberandæ. Longa sunt, quæ restant, prætereunda: sunt enim de me: tantùm dico, Cæsarem hunc adolescentem [h], per quem adhuc sumus, si verum fateri volumus, fluxisse ex fonte consiliorum meorum. Huic habiti à me honores nulli quidem, Brute, nisi debiti: nulli, nisi necessarij. Vt enim primùm libertatem reuocare cœpimus, cùm se nondum ne Decimi quidem Bruti diuina virtus ita cõmouisset, vt iam id scire possemus: atque omne præsidium esset in puero, qui à ceteris ciuibus nostris auertisset Antonium: quis honos ei non fuit decernendus? quamquam ego illi tum verborũ laudem tribui, cámque modicã. Decreui etiã imperiũ: quod quãquã videbatur illi ætati honorificum [i], tamen erat exercitum habẽti necessariũ. Quid enim est sine imperio exercitus? Statuã Philippus decreuit, celeritatẽ petitionis primò Seruij [k], pòst maiorẽ etiã Seruilius. nihil tũ nimiũ videbatur.

Sed nescio quomodo facilius in timore benigni quam in victoria grati reperimur [a]. Ego enim, D. Bruto liberato, cùm lætissimus ille ciuitati dies illuxisset, idémque casu Bruti natalis [b] festus: decreui, vt in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur. In cóque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ [c] tribuerunt, cuius [d] vos, pontifices, ad aram in Velabro facere soletis. quod ego cùm dabam Bruto, notam [e] esse in fastis gratissimæ victoriæ sempiternam memoriam volebam. Atque illo die cognoui, paullo plureis in senatu maleuolos esse, quam gratos. Eos per ipsos dies, effudi (si ita vis) honores in mortuos, Hirtium & Pansam, Aquilam etiam: quod quis reprehendit, nisi qui, depositio metu, præceriti periculi fuerit oblitus? Accedebat ad beneficij memoriam gratam ratio illa, quę etiam posteris esset [f] salutaris. Exstare enim volebam in crudelissimos hosteis monumenta odij publici sempiterna. Suspicor illud minus tibi probari, quod ab tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, sed in rep. rudibus, non probatur, quòd, vt ouanti introire Cæsari liceret decreuerim. Ego autẽ (sed erro fortasse nec [g] tamen is sum, vt mea me maximè delectét) nihil mihi videor hoc bello sensisse prudentiús. Cur autem ita sit, aperiendum non est, ne magis videar prouidus fuisse, quàm gratus. Hoc ipsum, nimium. quare alia videamus. D. Bruto decreui honores. decreui L. Planco. Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria inuitantur, sed senatus etiam sapiens, qui, qua quemque re putat, modò honesta, ad remp. iuuandam posse adduci, hac vtitur. At in Lepido reprehendimur: cui cùm statuam in Rostris statuissemus, iidem illam euertimus. Nos illum honore studuimus à furore reuocare. vicit amentia leuissimi hominis nostram prudentiam. Nec tamen tantum in statuenda Lepidi [h] statua, factum est mali, quantum in euertenda, boni. Satis multa de honoribus. nũc de pœna pauca sunt dicenda. Intellexi enim ex tuis sæpe litteris, te in iis, quos bello deuicisti, clementiam tuam velle laudari. Existimo equidem nihil à te nisi sapienter. Sed sceleris pœnam prætermittere (id enim est, quod vocatur ignoscere) etiãsi in ceteris rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto. Nullum enim bellũ ciuile fuit in nostra rep. omnium, quæ memoria mea fuerunt, in quo bello non vtracumque pars vicisset, tamen aliqua forma esset futura reip. Hoc bello victores quam remp. simus habituri, non facilè affirmarim: victis certè nulla vnquam erit. Dixi igitur sententias in Antonium, dixi in Lepidum seueras: neque tam vlciscendi causa, quàm vt & in presens sceleratos ciueis [i] timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum, documentum statuerem, nequis talẽ amentiam vellet imitari. quamquam hęc quidem sententia, non magis mea fuit, quam omniũ. In qua videtur illud esse crudele, quod ad [k] liberos, qui nihil meruerunt, pœna pérueniat. SED ID ET ANTIQVVM EST, ET OMNIVM CIVITATVM: SIQVIDEM ETIAM THEMIS TOCLIS LIBERI EGVERVNT. Et, si iudicio damnatos eadem pœna sequitur ciueis [l], quî potuimus leniores esse in hosteis [m]? Quid autem queri potest quisquam de me, qui si vicissem, acerbiorem se in me futurum fuisse confiteatur necesse est?

a *al.* reperiuntur.*

b adde tr. familiari 4.*

c L. Zarentię tr. d.

d *al.* cui vos.

e L. notam esse in. g. gr. v. ct. sempiternam volebam. *al.* notam sempiternam.*

P. B.

f *al.* posset esse salut. & *alia vet.*

g L. nec enim is s.

h *al.* Iepido

P. cclxxxiii.

i v. c. ciuis.

k vide quæ scripsi ad l. crimen vel pœna paterna aff. de pœnis l. 5. §. 1. Cod. ad l. Iul. mai. stat. & tit. Cod. Ne filius pro patre *

l v. c. ciuis.

m v. c. hostis?

Habes rationem mearum sententiarum, de hoc genere duntaxat honoris,& pœnæ. Nam de ceteris rebus quid senserim, quídque censuerim, audisse te arbitror. Sed hæc quidem non ita necessaria.illud valde necessariũ,Brute,te in Italiam cũ exercitu venire quàm primùm. summa est exspectatio tui:qui si Italiã attigeris, ad te concursus fiet omnium. Siue enim vicerimus:(qui quidem pulcherrimè viceramus,nisi Lepidus perdere omnia,& perire ipse cum suis concupiuisset [a]) tua nobis auctoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum: siue etiam nunc certamẽ reliquum est, maxima spes est cùm in auctoritate tua,tum in exercitus tui viribus.Sed propera,*per* [b] *deos*.Scis enim,*quantum sit in temporibus,quantum in celeritate*.Sororis tuæ filiis quàm diligenter consulam, spero te ex matris,& ex sororis litteris cogniturum. qua in causa maiorem habeo rationem tuæ voluntatis,quæ mihi carissima est, quàm,vt quibusdam videor, constantiæ meæ. sed ego nulla in re malo,quàm [c] te amando constans & esse,& videri.

a *al.* concupisset)

b Per deos plerunque P. B. veteres solebant rogare dixi epist. 4. in f. 3.*

c *fort.* quàm in te amando,

BRVTVS CICERONI, S. 16

PARTICVLAM litterarum tuarum, quas misisti Octauio,legi,missam ab Attico mihi.Studium tuum,curáque de salute mea,nulla me noua voluptate affecit.Nõ solùm enim vsitatum,sed etiam quotidianum est, aliquid audire de te,quod pro nostra dignitate, fideliter,atque honorificè dixeris,aut feceris. At dolore, quantum animo maximum capere possum,eadem illa pars epistolæ, scriptæ ad Octauium de nobis, affecit.Sic enim illi gratias agis de rep. tam suppliciter, ac demisse, (quid scribam?pudet conditionis,ac fortunæ: sed tamen scribendum est. Commendas nostram salutem illi:quæ [d] morte qua non pernitiosior?)vt prorsus præ te feras,non sublatã dominationem,sed dominum commutatum esse.Verba tua recognosce, & aude negare, seruientis,aduersus regem istas esse preces.Vnum ais,esse quod ab eo postuletur, & exspectetur:vt eos ciueis,de quibus viri boni,populúsque R.bene existimet,saluos velit. Quid si nolit?non erimus? Atqui non esse,quàm esse per illum,præstat.Ego,medius fidius,non existimo tam omneis deos auersos esse à salute populi R. vt Octauius orandus sit pro salute cuiusquam ciuis, non dicam pro [e] liberatoribus orbis terrarum.Iuuat enim magnificè loqui:& certè decet,aduersus ignoranteis [f], quid pro quoque timendum, aut à quoque petendum sit.Hoc tu,Cicero, posse fateris Octauium,& illi amicus es?aut,si me carum habes,vis [g] Romæ videri, cùm, vt ibi esse possem, commendandus puero illi fuerim? Cui quid agis gratias, si, vt nos saluos esse velit, & patiatur,rogandum putas:si [h] hoc pro beneficio est habendum, quòd se,quàm Antonii, esse maluerit,à quo ista petẽda essent?vindici quidẽ alienæ dominationis,non vicario, ecquis supplicat,vt optimè meritis de repub. liceat esse saluis?Ista verò imbecillitas,& desperatio,cuius culpa nõ magis in te resident,quàm in omnibus aliis,& i Cæsarem in cupiditatem regni impulit: & Antonio post interitũ illius persuasit,vt interfecti locũ occupare conaretur:& nunc puerũ istum extulit [k],vt tu iudicares,precibus esse impetrãdã salutẽ talibus viris:misericordiáq; vnius,vix etiã nũc viri, tutos fore nos,haud vlla alia re.Quod si Romanosnos esse meminissemus: non audaciùs dominari cuperent postremi homines, quàm nos prohiberemus: neq; magis irritatus esset Antonius regno Cęsaris,quàm ob eiusdẽ mortem deterritus. Tu quidem consularis,& tantorum scelerum vindex (quibus oppressis vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicies)quî potes intueri quæ gesseris, simul & ista vel probare,vel ita demisse,ac facilè pati, vt probantis speciem habeas [a]? Quod autem tibi eum Antonio priuatim odium?nẽpe quia postulabat hæc, salutem ab se peti: precariam nos incolumitatem habere, à quibus ipse libertatem accepisset: esse arbitrium suum de rep. Quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur: scilicet,vt illo prohibito,rogaremus alterum,qui se in eius locum reponi patereturan vt esset sui iuris, ac [b] mancipij resp.nisi fortè non de seruitute,sed [c] cõditione seruiendi recusatum est à nobis. Atqui non solùm bono domino potuimus Antonio tolerare nostram fortunam, sed etiam beneficiis, atque honoribus, vt [d] participes, frui,quantis vellemus. Quid enim neget [e] iis, quorum patientiam videret maximũ suæ dominationis præsidium esse? Sed nihil tãti fuit, quo venderemus fidem nostram, & libertatem. Hic ipse puer, quem Cæsaris nomẽ incitare videtur in Cæsaris interfectores, quanti æstimet(si sit cõmercio locus)posse, nobis auctoribus, tantum, quantum profectò poterit, quoniam viuere, & pecunias habere, & dici consulares volumus?ceterùm nequicquam perierit ille: cuius interitu quid gauisi sumus, si mortuo nihilo minùs seruituri eramus? Nullam [f] cura adhibeatur. Sed mihi priùs omnia dij,deæque eripuerint, quàm illud iudicium, quo non modò heredi eius,quem occidi,non concesserim,quod in illo non tuli, sed ne patri quidem meo,si reuiuiscat,vt, patiente me, plus legibus, ac senatu possit.An hoc tibi persuasum est,fore ceteros ab eo liberos,quo inuito nobis in ista ciuitate loc[g] nõ sit?Qui porrò id,quod petis,fieri poteſt,vt impetres? Rogas enim,velit nos saluos esse.Videmur ergo tibi salutẽ accepturi,cùm vitam accepérimus? quã,si priùs dimittimus dignitatẽ & libertatẽ, quî possumus accipere? An tu Romæ habitare,id putas incolumẽ esse?Res,nõ locus,oportet præstet istuc mihi.neq; incolumis fui Cæsare viuo, nisi postquàm illud consciui [h] facinus: neq; vsquã exsul esse possum, dũ seruire, & pati contumelias,peiùs odero malis omnibus aliis. Nónne hoc est in easdẽ tenebras recidisse,quum ab eo, qui tyranni nomẽ asciuit sibi, (cùm in Græcis ciuitatibus liberi tyranorũ,oppressis illis,eodem supplicio afficiãtur)petitur,vt vindices, atque oppressores dominationis,salui sint? Hanc ego ciuitatẽ videre velim,aut putẽ vllam,quę ne traditã quidẽ, atq; inculcatã libertatẽ, recipere possit? pluſq; timeat in puero nomen sublati regis, quàm confidat sibi,cùm illũ ipsum, qui maximas opes habuerit,paucorum virtute sublatum videat? Me verò posthac ne cõmendaueris Cæsari tuo:ne te quidem ipsum,si me audies.Vale dè carè æstimas tot annos,quot ista ætas recipit,si propter eam causam puero isti supplicaturus es. Deinde quod pulcherrimè fecisti, ac facis in Antoniũ,vide ne conuertatur à laude maximi animi ad opinionem formidinis. Nã si Octauius tibi placet, à quo de nostra salute petendum

a *al.* præbeas

b *al.* mancipij resp. P. g.

c *l.* sed de conditione

d *l.* vt participes, vti fruí,

e *l.* negaret

f *al.* Nulla cura adhibetur.*

g *al.* vt vel lit

h *v.c.* coacti

P. clxxxv.

i *fort.* & antea Cæsarem in cup.

k *fort.* ita extulit,

petendum sit, non dominum fugisse, sed amiciorem dominum quæsisse videberis. Quem quòd laudas ob ea, quæ adhuc fecit, planè probo, sunt enim laudanda, si modò contra alienam potentiam, nõ pro sua susceipit eas actiones. Cùm verò iudicas, tãtum illi non modò licere, sed etiam à te ipso tribuendum esse, vt rogãdus sit, ne nolit esse [a] nos saluos, nimium magnam mercedem [b] statuis. Id enim ipsum illi largiris, quod per illum habere videbatur resp. Neque hoc tibi in mentẽ venit, si Octauius vllis dignus sit honoribus, quia cum Antonio bellum gerat: ijs, qui illud malum excid-
erint, cuius istæ reliquiæ sunt, nihil, quo expleri possit eorum meritum, tributurum vmquam populũ R. si omnia simul congesserit. AT VIDE, QVANTO DILIGENTIVS HOMINES METVANT, QVAM MEMINERINT, quia Antonius viuat, atque in armis sit. De Cę sare verò, quòd fieri potuit, ac debuit, transactum est: neque iam reuocari in integrũ potest. Octauius is est, qui, quid de nobis iudicaturus sit, exspectet populus Rõ. nos hi sumus, de quorum salute vnus homo rogandus videatur? Ego verò, vt istuc reuertar, is sum, qui non modò non supplicem, sed etiam coerceam postulanteis, vt sibi supplicetur. Aut lõgè à seruientibus abero, mihique [c] esse iudicabo Romam, vbicumque liberum [d] esse licebit: ac vestri miserebor; quibus nec ætas, neque honores, neque virtus aliena dulcedinem viuendi minuere potuerit. Mihi quidem ita beatus esse videbor, si modò constãter, ac prepetuò placebit hoc consilium, vt relatam putem gratiam pietati meæ. QVID ENIM EST MELIVS, QVAM MEMORIA RECTE FACTORVM, ET LIBERTATE CONTENTVM NEGLIGERE HVMANA? Sed certè non succumbam succumbentibus, nec vincar ab ijs, qui se vinci volunt: experiárque, & tentabo omnia: neque desistam abstrahere à seruitio ciuitatem nostram. Si secuta fuerit, quæ debet, fortuna: gaudebimus omnes: sin minùs, ego tamẽ gaudebo. Quibus enim potiùs hæc vita factis, aut cogitationib. traducatur, quàm ijs, quæ pertinuerint ad liberandos ciueis meos? Te, Cicero, rogo, atque hortor, ne defatigere, neu diffidas: semper in presentibus malis prohibendis, futura quoque, ni si antè sit occursum, explores, ne se insinuent. Fortem, & liberum animum, quo [e] & cõsul, & nũc consularis rẽp. vindicasti, sine constantia, & æquabilitate nullũ esse putaris. FATEOR ENIM, DVRIOREM ESSE CONDITIONEM SPECTATAE VIRTVTIS, QVAM INCOGNITAE. BENEFACTA PRO DEBITIS EXIGIMVS, quæ [f] si aliter eueniũt, vt decepti ab his, infesto animo reprehendimus. Itaque resistere Antonio Ciceronẽ, etsi magna laude dignum est, tamen quia ille cõsul, hunc consulare meritò præstare videtur, nemo admiratur. Idem Cicero si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate, ac magnitudine direxit in exturbando Antonio: non modò reliqui temporis gloriã eripuerit sibi, sed etiam præterita euanescere coget [g]. NIHIL ENIM PER SE AMPLVM EST, NISI IN QVO IVDICII RATIO EXSTAT. Quia neminem magis decet, quàm te, remp. amare, libertatísque defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio, atque efflagitatione omnium. Quare non Octauius est rogandus,

A vt velit nos saluos esse: magis tu te excusicita, vt eam ciuitatem, in qua maxima gessisti, liberam, atque honestam fore putes, si modò sint populo duces ad resistendum improborum consiliis.

BRVTVS ATTICO, S 17

SCRIBIS mihi, mirari Ciceronẽ, quòd nihil significem vmquam de suis actis. Quoniam efflagitas, coactu tuo scribam quæ sentio. Omnia feciſſe Ciceronem optimo animo, scio. B Quid enim mihi exploratius esse potest, quàm illius animus in rempubl? Sed quædam mihi videtur, quid? [a] dicam imperitè? vir omnium prudentissimus: an [b] ambitiosè fecisse, qui valentissimum Antonium susciperе pro rep. nõ dubitarit inimicum? Nescio, quid scribam tibi, nisi vnum, pueri & cupiditatem, & licentiam, potiùs esse irritatam, quàm repressam à Cicerone: tantúmque eum tribuere huic indulgentiæ, vt te maledictis non abstineat: iis quidem, quæ in ipsum dupliciter recidunt, quòd & plures occidit vno, séque priùs oportet fateatur sicarium, quàm obiiciat Cæsæ quod obiicit: & imitatur in Casca Bestiam. An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atque ille Nonas Decemb. suas in ore habet, eò meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit, quàm Bestia, & Clodius reprehendere illius consulatum soliti sunt? Sustinuisse [c] mihi gloriatur bellum Antonij togatus Cicero noster. Quid hoc mihi prodest, si merces Antonij oppressi poscitur, in Antonij locum succeſſio: & si vindex illius mali, auctor extitit alterius, fundamentum, & radices habituri altiores, si patiamur? vt iam ista, quæ facit, non dominationẽ, non, sed dominum Antonium timentis sint. Ego autem gratiam non habeo, siquis, dum ne irato seruiat, rem ipsam non deprecatur: immò triumphus [d] & stipendium decernitur, & omnibus decretis ornatur. Pudeat conspicere [e] fortunam, cuius nomen susceperit. Consularis hoc, an Ciceronis est? Quoniam mihi tacere non licuit, leges quæ tibi necesse est molesta esse. Etenim ipse sentio, quanto cum dolore hæc ad te perscripserim: nec ignoro, quid sentias in rep. & quàm desperatam quoque sanari putes posse. Nec meherculè te, Attice, reprehendo. ætas enim, mores, liberi, segnem efficiunt: quod quidem etiam ex [f] Flauio nostro perspexi. Sed redeo ad Ciceronem. Quid inter Saluidenum, [g] & eum interest? Quid autem amplius ille decerneret? Timet, inquies, etiam nunc reliquias belli ciuilis. Quisquam ergo ita timet profligatum, vt neque potentiã eius, qui exercitum victorem habeat, neque temeritatem pueri putet extimescendam esse? An hoc ipsum ea re facit, quòd illi propter amplitudinem omnia iam, vltróque deferenda putat? O magnam stultitiam timoris, id ipsum, quod verearis, ita cauere, vt, cùm vitare fortasse potueris, vltro accersas [h] & attrahas! Nimiùm timemus mortem, & exsilium, [i] & paupertatem. Hæc videntur Ciceroni vltima esse in malis: &, dum habeat à quibus impetret quæ velit, & à quibus colatur, ac laudetur, seruitutem, honorificam modò, non aspernatur: si quidquam in extrema, ac miserrima contumelia potest honorificum esse. Licet ergo patrẽ appellet Octauius Ciceronem, referat [k] omnia, laudet, gratias agat: tamen illud apparebit, verba rebus esse cõtraria. Quid

a al. quid di cam? imperitè. vir omn.
b L., an ambitiosè fecisse, is, qui val.
P. B.
c L. Sustinuisse se
d L. immò triumphum, & stipendiũ ei decernit, & omnib. eũ decretis ornat.
e L. concupiscere fortunam, cuius nomen susceperit an consularis, an Ciceronis?
f L. in Flauio n.
g al. Saluidienum.*
P. cclxxviii.
h L. arcessas, atque attrahas.
i L. exsiliũ
k L. referat ei accepta omnia, laud.

enim tam alienum ab humanis sensibus est, quàm eum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit? Atqui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt sit illi Octauius propitius. Ego verò iã iis artibus nihil tribuo, quibus scio Ciceronẽ instructissimum esse. Quid enim illi prosunt, quæ pro libertate patriæ, de [a] dignitate, quæ de morte, exsilio, paupertate scripsit copiosissimé? Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui priuigno minùs tribuerit, quàm Cicero alieno tribuat? Desinat igitur gloriando etiam insectari dolores nostros. Quid enim nostra, victum esse Antonium, si victus est, vt alii vacaret quod ille obtinuit? tametsi tuæ litteræ dubia etiam nunc significant. Viuat hercule Cicero, qui potest, supplex, & obnoxius, si neque ætatis, neque honorum, neque rerum gestarum pudet. Ego certè, quin cũ ipsa re bellum geram, hoc est, cum regno, & imperiis extraordinariis, & dominatione, & potentia, quæ supra leges se esse velit, nulla erit tam bona conditio seruiendi, qua [a] non deterrear, quamuis sit vir bonus, vt scribis, Antonius: quod ego numquam existimaui. Sed dominum, ne parentem quidem, maiores nostri voluerunt esse. Te nisi tantum amarem, quantum Ciceroni persuasum est diligi [c] ab Octauio: hæc ad te non scripsissem. Dolet mihi, quòd tu [d] nunc stomacharis, amantissimus tum tuorum omnium, tũ Ciceronis. Sed persuade tibi, de voluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter. Neq; enim impetrari potest, quin, quale quidque videatur ei, talẽ quisque de illo opinionem habeat. Vellem mihi scripsisses, quæ cõditiones essent Atticæ nostræ. potuissem aliquid [e] tibi de meo sensu perscribere. Valetudinem Porciæ meæ tibi curæ esse non miror. Denique quod petis, faciam libenter. nam etiam sorores me rogant. & hominem noro, & quid sibi voluerit.

a L. quæ de dinitate.

b v.c. & L. qua deterrear.

c L. diligi se ab

d al. tu non stom.

e al. tibi aliquid dem, & ita L.

CICERO BRVTO, S. 18

CVM sæpe te litteris hortatus essem, vt quã primùm reip. subuenires. in Italiámque exercitum adduceres, neque id arbitrarer dubitare tuos necessarios: rogatus sum à prudẽtissima, & diligentissima fœmina, matre tua, cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te consumuntur, vt venirẽ ad se ad [f] VIII. kal. Sext. quod ego, vt debui, sine mora feci. Cùm autem venissem, Casca aderat, & Labeo, & Scaptius. At illa retulit: quæsiuítque, quídnam mihi videretur: arcesseremúsne te, atque id [g] tibi conducere putaremus, an tardare, & cõmorari te melius esset. Respõdi id, quod sentiebam, & dignitati, & existimationi tuæ maximè conducere, te primo quôque tempore ferre præsidium labenti, & [a] inclinatæ reip. Quid enim abesse censes mali in eo bello, in quo victores exercitus fugientem hostẽ persequi noluerũt? & in quo incolumis imperator, honoribus amplissimis, fortunísq; maximis, coniuge, liberis, vobis affinibus ornatus, bellũ reip. indixerit? Quid dicã in tãto Senatus, populíque consensu, cùm tantum resideat intra muros mali? Maximo autem, cùm hæc scribebã, afficiebar dolore: quòd, cùm me pro adolescentulo, ac pænè puero respub. accepisset vadem, vix videbar, quod promiserã præstare posse. EST AVTEM GRAVIOR, ET DIFFICILIOR ANIMI, ET SENTENTIAE, maximis præsertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ, obligatio. Hæc enim solui potest, & est rei familiaris iactura tolerabilis. reip. quod spoponderis, quemadmodum soluas, nisi is dependi facilè patitur, pro quo spoponderis? quamquam & hunc (vt spero) tenebo multis repugnantibus. videtur enim in eo esse indoles: sed flexibilis ætas: multíque ad deprauandum parati: qui, splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenij perstringi [b] posse cõfidunt. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omneis adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeã temeritatis. quamquam quæ temeritas est? magis enim illum, pro quo spopondi, quàm me [c] obligaui. Nec verò pœnitere potest remp. me pro eo spopondisse, qui fuit in rebus gerendis cùm suo ingenio, tum mea promissione constantior. MAXIMVS AVTEM (nisi me fortè fallit) IN REP. NODVS EST, INOPIA REI PECVNIARIAE. Obdurescunt [d] enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi: quod ex centesima collatum impudenti censu locupletũ [e] in duarum legionum præmiis omne consumitur. Impendent autem infiniti sumtus cùm in hos exercitus, quibus nunc defendimur, tũ verò in tuum. Nam Cassius noster videtur posse satis ornatus venire. Sed & hæc, & multa alia coràm cupio, ídque quàm primùm. De sororis tuæ filiis non exspectaui, Brute, dũ scriberes. Omnino iam tẽpora (bellum enim ducetur) integrã tibi causam reseruant. Sed ego à principio, cùm diuinare de belli diuturnitate non possem, ita causam egi puerorum in senatu, vt te arbitror è matris litteris potuisse cognoscere. Nec verò vlla res erit vmquã, in qua ego non vel vitæ periculo ea dicam, eáque faciam, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor. Vale VI. Kal. Sext.

f L. a. d.

g al. tibi id

a al. & inclinatæ pænè reipub.

b L. præstringui

c L. me ipsum obl.

d L. Obsurdescunt

e v.c. & L. locupletium

HAS CICERONIS EPISTOLAS QVINQVE integras,& vnam sine carentem: & duas Bruti, quarum altera integra est: altera principio caret, vt à Germanis accepimus, ita tibi Lector, reddimus, aliquanto tamen emendatiores. Quamuis enim in nullo veteri exemplari inuenerimus, tamen nec Germanis (qui se eas in vetusto codice reperisse testati sunt) fidem derogare, nec nostrum alterutram in partem iudicium interponere voluimus. si quis tamen sententiam nostram exquirat, videntur nobis Ciceronis esse.

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE AD BRVTVM,
NON ITA PRIDEM A GERMANIS REPERTAE, ET EDITAE.

CICERO BRVTO S. 1

QVM hæc scribebam, res existimabatur in extremum adducta discrimen. tristes enim de Bruto litteræ, nuntiique afferebantur. Me quidem non maximè conturbabant. nis enim exercitibus, ducibúsque, quos habemus, nullo modo poteram diffidere. Neque assentiebar maiori parti hominũ: fidem enim consulum non condemnabam, quæ suspecta vehementer erat. desiderabam nonnullis in rebus prudentiam, & celeritatẽ, qua si essent vsi, iampridem rempub [a]. recuperassemus. Non enim ignoras, quanta momenta sint in repu. temporũ: & quid interfit, idem illud vtrùm antè, an pòst decernatur, suscipiatur, agatur. Omnia, quæ seuerè decreta sunt hoc tumultu, si aut, quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diem ex die dilata, aut quo ex tempore suscepta sunt, vt agerentur, non tardata, & procrastinata, bellũ iam nullum haberemus. Omnia, Brute, præstiti reipub. quæ præstare debuit is, qui esset in eo, in quo ego sum, gradu, senatus, populíque iudicio collocatus: nec illa modò, quæ nimirum sola ab homine sunt postulanda, fidem, vigilantiam patriæ caritatẽ: ea sunt enim, quæ nemo est, qui non præstare debeat. Ego autẽ ei, qui sententiam dicat in principibus de rep. puto etiam prudentiam esse præstandam. Nec me, quũ mihi tantum sumserim, vt gubernacula reip. prenderem, minùs putarim reprehẽdendũ, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quàm si infideliter. Acta quæ sint, quæque agãtur, scio perscribi ad te diligenter. Ex me autẽ illud est, quod te velim habere cognitũ, meũ quidem animum in [b] acie esse, neque respectum vllum quærere, nisi me vtilitas ciuitatis fortè conuerterit. Maiores autem partes animi, te, Cassiúmque respiciunt. Quamobrem ita te para, Brute, vt intelligas, aut, si hoc tempore bene res gesta sit, tibi meliorem remp. esse faciendam: aut, siquid offensum sit, per te esse eandem recuperandam.

a al. rem recup.

b al. in acie

CICERO BRVTO S. 2

PLANCI animum in remp. egregium, legiones, auxilia, copias ex litteris eius, quarum exemplum tibi missum arbitror, perspicere potuisti. Lepidi, tui necessarij, qui secundum fratrẽ affineis habet, quos oderit, proximos, leuitatem & inconstantiã, animúmque semper inimicum reip. iam credo tibi ex tuorum litteris esse perspectum. nos exspectatio sollicitat, quæ est omnis iam in extremum adducta discrimen. Est enim spes omnis in Bruto expediendo [c], de quo vehementer timebamus. Ego hîc cum homine furioso satis habeo negotij, Seruilio, quem tuli diutius, quàm dignitas mea patiebatur: sed tuli reip. causa, ne darem perditis ciuibus hominem parùm sanum illum quidem, sed tamen nobilem, quò concurrerent: quod faciunt nihilominus: sed eum alienandum à rep. non putabam. Finem feci eius ferendi. cœperat enim esse tanta insolentia, vt neminem liberũ duceret. In Planci verò causa exarsit incredibili dolore, mecúmque per biduum ita contẽdit, & à me ita fractus est, vt eum in perpetuum modestiorẽ sperem fore. Atque in hac contentione ipsa, quum maximè res ageretur a [e]. d. v. Id. April. litteræ mihi in senatu redditæ sunt à Lentulo nostro, de Cassio, de legionibus, de Syria: quas statim cùm recitauissem, cecidit Seruilius, complures præterea. sunt enim insignes aliquot, qui improbissimè sentiunt. sed acerbissimè tulit Seruilius assensum esse mihi de Planco. Magnum illud monstrum in rep. est * *

c al. expediendo, non pl.

d fort. fuerit

e al. ad v. Id.

Deest huius epistolæ pars extrema.

BRVTVS CICERONI, S. 3

Deest principium huius Bruti epistolæ.

* * sed quo nos amisisse: quem sic vexari à Dolabella audio, vt iã non videatur crudelissimum eius facinus interfectio Trebonij. Vetus Antistius me tamen pecunia subleuauit.

Cicero filius tuus sic mihi se probat, industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, vt prorsus numquam dimittere videatur cogitationem cuius sit filius. Quare quoniam efficere non possum, vt pluris facias eum, qui tibi est carissimus, illud tribue iudicio meo, vt tibi persuadeas, non fore illi abutendum gloria tua vt adipiscatur honores paternos. Kalend. April. Carachio[a]:

a *al.* Dyrrachio.*

CICERO BRVTO, S. 4

DATIS manè a.d. VI. Id. April. Scaptio litteris, eodem die tuas accepi Kal. Apr. Dyrrhachio datas vesperi. itaque manè prid. Id. April. cùm à Scaptio certior factus essem, non esse eos profectos, quibus pridie dederam, & statim ire, hoc paullulum exaraui ipsa in turba matutinæ salutationis. De Cassio lætor, & reip. gratulor: mihi etiam, qui repugnante & irascente Pansa sententiam dixerim, vt Dolabellam bello Cassius persequeretur. Et quidē audacter dicebam, sine nostro s.c. iam illud eum bellum gerere. De te etiam dixi tum, quæ dicenda putaui. Hæc ad te oratio perferetur, quoniam te video delectari Philippicis nostris. Quòd me de Antonio consulis, quo ad Bruti exitum cognorimus, custodiendum puto. Ex his litteris, quas mihi misisti, Dolabella Asiam vexare videtur, & in ea se gerere tæterrimè. Compluribus autem scripsisti Dolabellam à Rhodiis esse exclusum: qui si ad Rhodum accessit, videtur mihi Asiam reliquisse. Id si ita est, istic tibi censeo commorandum: sin eā semel cepit, mihi crede, * non erit. Id. April.

BRVTVS CICERONI, S. 5

LITTERAS tuas valde exspecto, quas scripsisti post nuntios nostrarum rerum, & de morte Trebonij: nō enim dubito quin mihi cōsilium tuum explices. Indigno scelere & ciuem optimum amisimus, & prouinciæ possessione depulsi sumus, quam recuperari [b] facile est. Neque [c] minus turpe, aut flagitiosum erit, si potest, non recuperari. Antonius adhuc est nobiscū: sed medius fidius & moueor hominis precibus, & timeo ne illum aliquorum furor excipiat: planè æstuo. Quod si scirem quid tibi placeret, sine sollicitudine essem. id enim optimum esse persuasum esset mihi. Quare quàm primùm fac me certiorē quid tibi placeat. Cassius noster Syriam, legiones Syriacas habet, vltrò quidem à Murco & à Marcio, & ab exercitu ipso arcessitus. Ego scripsi ad Tertiam sororē, & matrem, ne prius ederent hoc, quod optimè ac felicissimè gessit Cassius, quā tuum consilium cognouissent, tibique visum esset. Legi orationes duas tuas, quarū altera kalend. Ian. vsus es: altera de litteris meis, quæ habita est abs te contra Galenum. Nunc scilicet hoc exspectas, dum eas laudem. Nescio animi, an ingenij tui maior in his libellis laus contineatur. Iam cōcedo, vt vel Philippici vocentur, quod tu quadam epistola iocans scripsisti. Duabus rebus egemus, Cicero, pecunia & supplemento: quarum altera potest abs te expediri, vt aliqua pars militum istinc mittatur nobis, vel secreto consilio aduersus Pansam, vel actione in senatu: altera, quæ magis est necessaria, neque meo exercitui magis, quàm reliquorum. Hoc magis doleo. Asiam * * at in Asiam censeo persequendum. Nihil mihi videris hoc tempore melius acturus.

b *Vel*, recuperare
c *al.* neque minus turpe, aut flagitiosum erit, si potest post recuperari.

CICERO BRVTO, S. 6

QVOD egere te duabus necessariis rebus scribis, supplemento & pecunia, difficile consilium est. non enim mihi occurrunt facultates, quibus vti te posse videam, præter illas, quas senatus decreuit, vt pecunias à ciuitatibus mutuas sumeres. De supplemento autem non video quid fieri possit. tantum enim abest, vt Pansa de exercitu suo, aut delectu tibi aliquid tribuat, vt etiam molestè ferat tam multos ad te ire voluntarios: quomodo quidem credo, quòd his rebus, quæ in Italia decernuntur, nullas copias nimis magnas esse arbitretur: quomodo autem multi suspicantur, quòd ne te quidem nimis firmum esse velit: quod ego nō suspicor. Quòd scribis te ad Tertiā sororē & ad matrē scripsisse, vt ne prius ederēt ea, quæ gesta à Cassio essent, quàm mihi visum esset, video te veritū esse id, quod verendum fuit, ne animi partium Cæsaris, quomodo etiam nunc partes appellantur, vehementer commouerentur. Sed antè quàm tuas litteras accepimus, audita res erat, & peruulgata: tui etiam tabellarij ad multos familiares tuos litteras attulerant. Quare neque suprimenda res erat: præsertim cùm id fieri nō posset, neque si posset, non diuulgandam potius, quàm occultandam putaremus. De Ciceronē meo, etsi tantum est in eo, quantum scribis, tantum scilicet, quantum debeo, gaudeo: etsi, quòd amas eū, eò maiora facis: idipsum incredibiliter gaudeo, à te eum diligi.

CICERO BRVTO, S. 7

QVAE litteræ tuo nomine recitatæ sint Id. April. in senatu, eodémque tempore Antonij, credo ad te scripsisse tuos: quorum ego nemini concedo. Sed nihil necesse erat eadē omneis: illud necesse, me ad te scribere quid sentirem de tota constitutione huius belli, & quo iudicio essem, quaque sententia, voluntas mea, Brute, de summa rep. semper eadem fuit, quæ tua: ratio quibusdam in rebus (non enim omnibus) paullo fortasse vehementior. Scis mihi semper placuisse nō rege solùm, sed regno liberari remp. Tu leniùs, immortali omnino cum tua laude: sed quid melius fuerit, magno dolore sensimus, magno periculo sentimus. Recenti illo tempore, tu omnia ad pacem, quæ oratione confici non poterat: ego omnia ad libertatem: quæ sine pace nulla est: pacem ipsam bello atque armis effici posse arbitrabar. Studia non deerant arma pofecentiū, quorum repressimus impetum, ardorémque restinximus. Itaque res in eum locum venerat, vt nisi Cæsari Octauiano deus quidam illam mentem dedisset, in potestatem perditissimi hominis, & turpissimi M. Antonij veniendum fuerit: quocum vides hoc tempore ipso, quod sit, quantúmque certamen. Id profectò nullum esset, nisi tum conseruatus esset Antonius. Sed hæc omitto, res enim à te gesta memorabilis, & pænè cælestis repellit [a] omneis reprehensiones, quippe quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. Exstitisti nuper vultu seuero: exercitum, copias, legiones idoneas per te breui tempore comparasti. Dij immortales, qui ille nuntius, quæ illæ litteræ, quæ lætitia senatus, quæ alacritas ciuitatis erat! Nihil vmquam vidi tam omnium consensione laudatū. Erat exspectatio reli-

a *fortasse* omneis

reliquiarum Antonij: quem equitatu, legionibusque magna ex parte spoliaras. Ea quoque habuit exitum optabilem. Nam tuæ litteræ, quæ recitatæ in senatu sunt, & imperatoris consilium, & militū virtutem, & industriam tuorum, in quibus Ciceronis mei, declarant. Quòd si tuis placuisset de his litteris referri, & nisi in tempus turbulentissimum post discessum Pansę consulis incidissent, honos quoque iustus, & debitus diis immortalibus decretus esset. Ecce tibi Idib. April. aduolat manè celer Pilus, qui viri dij boni, quàm grauis! quàm cōstans! quàm bonarum in rep. partium! Hic epistolas affert duas, vnam tuo nomine, alteram Antonij. dat Seruilio tribun. pleb. ille Cornuto: recitātur in senatu. ANTONIVS PROCOS. magna admiratio, vt si esset recitatum, Dolabella imperator, à quo quidem venerant tabellarij: sed nemo Pili similis, qui proferre litteras auderet, aut magistratibus reddere. Tuæ recitantur, breues illæ quidem, sed in Antonium admodum lenes: vehementer admiratus senatus. mihi autem non erat explicatum, quid agerem. falsas dicerem? quid si tu eas approbasses? confirmarem? non erat dignitatis tuæ. Itaque ille dies silentio. Postridie autem cùm sermo increbruisset, Pilúsque oculos vehementiùs hominum offendisset, natū omnino est principium à me. De procos. Antonio multa: Sextius causæ non defuit. Pòst mecum: quanto suū filium, quanto meum in periculo futurum diceret[a], si contra procos. arma tulissent. Nosti hominem: causæ non defuit. Dixerunt etiā alij. Labeo verò noster nec signum tuum in epistola, nec diem appositum, nec te scripsisse ad tuos, vt soleres. Hoc cogere volebat, falsas litteras esse, &, si quæris, probabat. Nunc tuum est consiliū, Brute, de toto genere belli. Video te lenitate delectari, & eū putare fructū esse maximū: præclare quidē, sed aliis rebus, aliis tēporibus locus esse solet, debetq; clementiæ. Nunc quid agitur Brute? templis deorum immortalium imminet hominum gentium & perditorum spes, nec quicquam aliud decernitur hoc bello, nisi vtrum simus, nécne. cui parcimus, aut quid agimus? His ergo consulimus, quibus victoribus vestigiū nostrūm nullum relinquetur? Nam quid interest inter Dolabellam, & quemuis Antoniorum trium? quorum sicui parcimus, duri fuimus in Dolabella. Hæc vt ita sentiret senatus, populúsque R. etsi res ipsa cogebat, tamen maxima ex parte nostro cōsilio, atque auctoritate perfectum est. Tu si hanc rationem non probas, tuam sententiā defendā, non relinquam meā: neq; dissolutum à te quicquā homines exspectāt, neq; crudele. Huius rei moderatio facilis est, vt in duces vehemēs sis, in milites liberalis. Ciceronē meū, mi Brute, velim quàm pluri mùm tecū habeas. Virtutis disciplinā meliorē reperiet nullam, quàm contemplationem, atque imitationem tui. XIII. kal. Maij.

[a] verbum dicerem, videtur delendum.

CICERO OCTAVIO S.

Hæc epistola non est Ciceronis: sed declamatoris alicuius.

SI PER tuas legiones mihi licitum fuisset, quæ nomini meo, populóque Rom. sunt inimicissimæ, venire in senatum, corámque de rep. disputare, fecissem: neq; tam libenter, quàm necessariò. nulla enim remedia, quæ vulneribus adhibētur, tam faciunt dolorem, quàm quę sunt salutaria. Sed quoniam cohortibus armatis circūsæptus senatus, nihil aliud verè potest decernere, nisi timere (in Capitolio signa sunt, in vrbe milites vagantur, in cāpo castra ponuntur, & Italia tota, legionibus ad libertatem nostram conscriptis, ad seruitutem adductis, equitatúq; exteratum nationū, distinetur) cedam tibi in præsentia foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium tēplis, in quibus, reuiuiscente iam libertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur, timet multa, assentitur omnia. Pòst etiā paullo temporibus ita postulantibus, cedam vrbe: quam per me conseruatam, vt esset libera, in seruitute videre non potero. Cedam vita, quę quāquam sollicita est, tamen, si profutura est reip. bona spe posteritatis me consolatur: qua sublata, non dubitanter óccidam, atque ita cedam, vt fortuna iudicio meo, non animus mihi defuisse videatur. Illud verò, quod & præsentis doloris est indicium, & præteritæ iniuriæ testimonium, & absentium sensus significatio, non prætermittam, quin, quoniam coràm id facere prohibeor, absens[a] prosim: siquidem mea salus aut vtilis reip. est, aut coniuncta certè publicæ saluti. Nam, per deūm immortalium fidem (nisi fortè frustra eos appello, quorum aures atq; animus à nobis abhorret) perq; fortunam pop. Ro. (quæ quamquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia, &, vt spero, futura est) quis tam expers humanitatis, quis huius vrbis nomini, ac sedibus vsq; adeò est inimicus, vt ista aut dissimulare possit, aut nō dolere? aut, si nulla ratione publicis incommodis mederi queat, non morte proprium periculum vitet? Nam, vt ordiar ab initio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis, quæ non posterior dies acerbior priore? & quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Ro. illuxit? M. Antonius, vir animi maximi (vtinam etiā sapientis consilij fuisset) C. Cæsare, fortissimè, sed parum feliciter, à reipub. dominatione semoto[b], cōcupiuerat magis regiū, quàm quem libera ciuitas pati poterat, principatum. Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat[c] ciuitates ex commentario: dictaturam gerebat: leges imponebat: prohibebat dictatorem creari[d] legibus, s.c. ipse repugnabat in senatu: prouincias vnus omneis conupiebat. cui sordebat Macedonia prouincia, quam victor sibi sumserat Cæsar, quid de hoc sperare, aut exspectare nos oportebat? Exstitisti tu vindex nostræ libertatis, vt[e] tunc quidem, optimus (quòd vtinam neque nostra nos opinio, neq; tua fides fefellisset) & veteranis in vnum conductis, & duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem aduocatis, subitò propè[f] iam affectam, ac prostratam rempub. tuis opibus extulisti. Quæ tibi non antè quàm postulares: maiora, quàm velles: plura, quàm sperares, detulit senatus? Dedit fasceis, vt cum auctoritate defensorem haberet, non vt imperio se aduersum armaret. Appellauit imperatorem, hostiū exercitu pulso, tribuens honorem, non vt sua cæde cæsus ille fugiens exercitus te nominaret imperatorem. Decreuit in foro statuam, locum in senatu, summum honorem ante tempus. Si quid aliud est, quod dari possit, addat. Quid aliud est maius, quod velis sumere? Sin autem supra ætatem, supra cōsuetudinem, supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt

P. B.

[a] v.c. absens pro me exposuissem atque ita dico, pro me, si quidē mea salus, &c.

[b] *fort.* sumoto.

[c] v.c. donabat ciuitates immunitate ex com. *al.* donabat ciuitate ex c. d *al.* creari ipse regnabat in consulatu, vnus prouincias omneis concupierat. P. CCCXXX.

[d] v.c. vt nūc quidem optamus,

[e] v.c. propè iam afflictā ac desperatā remp.

omnia tributa: cur aut ingratus crudeliter, aut immemor beneficij sui [a], sceleratè circumscribis senatum? Quò te misimus? quibus reuérteris? cõtra quos armauimus? a quibus arma cogitas inferre? à quibus exercitum abducis? aduersus quos aciem struis? Cur hostis relinquitur? ciuis hostis loco ponitur? cur castra medio itinere longiùs aduersariorum castris, & propiùs vrbem mouentur? O me numquam sapientem, & aliquando id, quod non eram, frustra existimatum! quantum te, populo Romane, de me fefellit opinio! O meam calamitosam, ac præcipitem senectutem! O turpem exacta, dementique ætate, caniciem! Ego P. C. ad [c] parricidium induxi: ego remp. fefelli, ego ipse senatum sibi manus afferre coegi, cùm te, Iunonium puerum, & matris tuæ partum aureum esse dixi. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vastares vrbem incendio, Italiam bello, qui castra in templis deorum immortalium, Senatum in castris habiturus esses. O miseram, & in breui tam celerem, & tam variam reip. commutationem! Quisnam tasi futurus ingenio est, qui possit hæc ita mandare litteris, vt facta, non ficta videantur esse? Quis erit tanta animi facilitate [d], qui, quæ verissimè memoria propagata fuerint, non fabulæ similia sit existimaturus? Cogita enim Antonium hostem iudicatum, ab eo circumsessum consulem designatum, eundémque reip. parentem: te profectum ad cons. liberandum, & hostem opprimendum, hostémque à te fugatum, & cons. obsidione liberatum: deinde paullo pòst fugatum illum hostem accersitum [e], tanquam coheredem mortuæ rep. ad bona P. R. rapienda: consulem desrursus inclusum eò, vbi se non mœnibus, sed fluminibus & montibus tueretur. Hæc quis conabitur exponere? quis credere audebit? liceat semel impunè peccasse [f]: sit erranti medicina confessio. Verum enim dicam. vtinam te potiùs, Antoni, dominum non expulissemus, quàm hunc reciperemus: non quòd [g] vlla sit optanda seruitus, sed quia dignitate domini minùs turpis est fortuna serui. Induobus autem malis cùm fugiendum maius sit, leuius est eligendum. Ille tamen ea exorabat, quæ volebat auferre: tu extorques. Ille consul prouinciam petebat: tu priuatus concupiuisti [h]. Ille ad malorum salutem iudicia constituebat, & leges ferebat: tu ad perniciem optimorum. Ille à sanguine & incendio seruorum Capitolium tuebatur: tu cruore & flamma cuncta delere vis. Si, qui dabat prouincias Cassio, & Brutis, & illis custodibus nominis nostri, regnabat, quid faciet, qui vitam adimit? si qui [i] vrbe eiiciebat, tyrannus erat: quem [k] nunc vocemus, qui ne locum quidem reliquit exsilio? Itaque si quid illæ maiorum nostrorum sepultæ [l] reliquiæ sapiunt, si non vnà cum corpore sensus omnis vno atque eodem consumtus est igni: quid illis interrogantibus, quid agat nunc populus Romanus, respõdebit aliquis nostrûm, qui [m] proximus in illam æternam domum discesserit? aut quem accipient de suis posteris nuntium illi veteres Africani, Maximi, Paulli, Scipiones? quid de sua patria audient, quam spoliis, triumphisque decorarunt? an esse quendam annos XXIII. natum, cuius auus fuerit argẽtarius, adstipulator pater, vterque verò precarium quæstum fecerit, sed alter vsque ad senectutem, vt non negaret: alter à pueritia, vt non posset non confiteri: eum agere, rapere remp. cui nulla virtus, nullæ bello subactæ, & ad imperium adiunctæ prouinciæ, nulla dignitas maiorum conciliasset [n] opem potentium, sed forma per decus, pecuniam & nomen nobile conscelleratum impudicitiæ dedisset: veteres vulneribus & ætate confectos Iulianos gladiatores, egentcis reliquias Cæsaris ludi, ad eudem compulisset? quibus ille sæptus omnia miscere, nulli parceret, sibi viuere? Qui tanquam in dotali matrimonio remp. testamento legatam sibi obtineret? Audient duo Decij seruire eos ciueis, qui vt hostibus imperarent, victoriæ se deuouerunt. Audiet C. Marius impudico domino parêre nos, qui ne militem quidem habere voluit, nisi pudicum. Audiet Brutus eum populum, quem ipse primò, pòst progenies eius à regibus liberauit, pro turpi stupro datum in seruitutem. Quæ quidem si nullo alio, me tamen internuntio ad illos celeriter deferentur. Nam si viuus ista subterfugere non potero, vnà cum istis vitam simul fugere decreui.

a v.c. tui.
b fort. instructis?
P. R. c L. ad patricidium
d al. facultate
e L. arcessitum.
f v.c. peccare
g v.c. quò P. CCCXXXI.
h v.c. concupiisti
i v.c. qui ex vrbe
k v.c. quem hunc v.
l v.c. sepulturæ
m v.c. qui proximè
n v.c. conciliasset, fecus potentium.

P. R.

P. CCLXV.

TITI POMPONII ATTICI VITA, PER CORNELIVM NEPOTEM.

a al. Ex libro Cornelij Nepotis de Latinis Historicis.*

POMPONIVS [b] Atticus ab origine vltima stirpis [c] Romanæ generatus, perpetuò à maioribus accepta equestrem obtinuit dignitatem. Patre vsus est diligente, indulgente, &, vt tum erant tempora, diti, in primisque studioso litterarum. hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus pueriles ætas impartiri [d] debet, filium eruditit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenij, summa suauitas oris, &c [e] vocis: vt non solùm celeriter acciperet [f] quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Qua ex re pueritia [g] nobilis inter æqualeis ferebatur, clariúsque exsplendescebat, quàm generosi condiscipuli animo æquo ferre possent. Itaque incitabat omneis studio suo. Quo in numero fuerunt L. Torqua

b al. T. Pomponius.*
c fort. stirpis Romanæ generosus, perpetuò &c. al. stirpis Romanæ genere natus.*
d v.c. imperiri
e al. atque*
f fort. percipere
g al. nobilis, et pueritia, et nobilis à pueritia.

Torquatus, C a. Marij filius, M. Cicero: quos consuetudine sua sic b sibi deuinxit, vt nemo iis perpetuò fuerit carior. Pater maturè decessit. ipse adolescentulus propter affinitatem P. Sulpicij, qui tribunus pleb. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Annicia Pomponij consobrina, nupserat Ser. c Sulpicio, fratri P. Sulpicij. Itaque interfecto P. Sulpicio, posteaquàm vidit Cinnano tumultu ciuitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate viuēdi, quin alteruträ parte offenderet, dissociatis animis ciuium, cùm alij Sullanis, alij Cinnanis fauerent partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit: neque eò secius adolescentem Marium, hostem iudicatum, iuuit opibus suis * cuius fugam pecunia subleuauit. Ac, ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eōdem magnam partem fortunarum traiecit suarum. Hic ita vixit, vt vniuersis Atheniensibus meritò esset carissimus. nam, præter gratiam, quæ iam in adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam leuauit. Cùm enim vsuram d facere publicè necesse esset, neque eius conditionem æquam haberent: semper se interposuit: atque ita, vt neque vsuram vnquam ab iis acceperit, neque longiùs, quàm dictum esset, eos debere passus sit. Quod vtrumque erat iis salutare. nam neque indulgendo inueterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis vsuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. nam vniuersos frumento donauit, ita vt e singulis vi r f. modij tritici darentur: qui modius g mensuræ, medimnus Athenis appellatur. Hic autem sic se gerebat, vt communis h infimis, par principibus videretur. Quo factum est, vt huic omneis honores, quos possent, publicè haberent i: ciuémque facere studerent: quo beneficio ille vti noluit: quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia ascita, quamdiu affuit, nequa sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, & Piliæ k locis sanctissimis posuerunt. hunc enim in omni procuratione reip. actorem, auctorémque habebant. Igitur primum illud munus fortunę, quòd in ea potissimùm vrbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperij, vt eandem & patriam haberet, & l domum: hoc specimen prudentiæ, quòd cùm in eam se ciuitatem contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrináque præstaret omneis: & vnus m ante alios fuerit carissimus. Huc ex Asia Sulla n decedens cùm venisset: quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis & humanitate, & doctrina. sic enim Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. tanta autem p erat suauitas sermonis Latini, vt appareret, in eo natiuum quendam lepōrem esse, non ascitum. Idem poemata pronuntiabat & Græcè, & Latinè sic vt vt Sulla nusquam q à se demitteret, cuperétq; secum deducere. Qui cùm persuadere tentaret, Noli, oro te, inquit Pomponius, aduersum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sulla, adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscēs iussit deferri. Hīc complureis annos moratus, cùm & rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamiliās, & omnia réliqua tempora aut litteris, aut Athenienſium reip. tribueret, nihilominùs amicis vrbana officia præstitit. Nam & ad comitia eorum ventitauit, & si qua res maior acta est, non defuit: sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit, cui ex patria fugienti LLS. CC. & quinquaginta millia donauit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigrauit Romam, vt opinor, L. Cotta, & L. Torquato COSS a. quem diem sic vniuersa ciuitas Atheniēsium prosecuta est, vt lacrymis desiderij futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Q. Cæcilium equitem Romanum, familiarem L. Luculli, diuitem, dificillima natura: cuius sic asperitatem veritus est, vt, quem nemo ferre posset, huius sine offensione ad summam senectutem retinuerit beneuolentiam b. Quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens testamento adoptauit eum, heredémque fecit ex dodrante. Ex qua hereditate accepit circiter centies LLS. Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni: eáſque nuptias M. Cicero conciliarat: cum quo à condiſci pulatu viuebat coniunctiſſimè: multo etiam familiariùs, quàm cum Quincto: vt iudicari possit *plus in amicitia valere similitudinem morum, quàm affinitatem.* Vtebatur autem intimè Q. Hortensio: qui his temporibus principatum eloquentiæ tenebat: vt intelligi non posset, vter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius. Et id, quod erat difficillimum, efficiebat, vt, inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, esset-que talium virorum copula. In rep. ita est versatus, vt semper optimarum c partium & esset, & existimaretur: neque tamen se ciuilibus fluctibus committeret, quòd non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se his dedissent, quàm qui maritimis iactarentur. Honores non petiit, cùm ei patérent, propter vel gratiam, vel dignitatem: quòd neque petimore d maiorum, neque capi possent conseruatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus, neque e reip. sine periculo, corruptis ciuitatis moribus. Ad hastam publicam f numquam accessit. nullius rei neque præs, neque manceps factus est, neminem suo nomine, neque subscribens accusauit. in ius de sua re numquam iit. iudicium nullum habuit. Multorum COSS. prætorúmque præfecturas delatas sic accepit, vt neminem in prouinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cùm apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cùm præturam gerere noluisset, assessum esse prætoris. Qua in re non solùm dignitati seruiebat: sed etiam tranquillitati; cùm suspiciones quoque vitaret criminum, quo fiebat, vt eius obseruantia omnibus esset carior, cùm eam officio, non timori neque spei tribui viderent. Incidit Cæsarianum ciuile bellum, cùm haberet annos circiter sexaginta. vsus est ætatis vacatione, neque quoquam se mouit ex Vrbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeium coniunctum h, non offendit.

a *Ant. Aug. ſſi. Coſſ. ſic vniuerſa. Vſſ.* Abeūtē *ſic vniuerſa & cei.*

b L. benluolentiam.

P. B.

c *al.* optimatum.

d vide r. ad Atticum 1.

e L. neque geri è rep. || *al.* neque regi ſine periculo *al.* geri ſine periculo.

f vt emeret bona ciuiū.

g L. neque ſuo nom. P. cclxvii.

h *al.* neque ſe quoquam mouit.

Nullum enim ab eo habebat ornamentum, vt ceteri, qui per eũ aut honores aut diuitias ceperant: quorũ partim inuitissimi castra sunt secuti, partim summa cum eius offensione domi remanserunt. Attici autẽ quies tantopere Cæsari fuit grata, vt victor, cùm priuatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solùm molestus nõ fuerit, sed etiam sororis [a] filiũ[b], Quinctum Ciceronem ex Pompeij castris cõcesserit. Sic vetere instituto vitæ, effugit noua pericula. Secutũ est illud, occiso Cæsare, cùm resp. penes Brutos videretur esse, & Cassium, ac tota ciuitas se ad eum conuertisse videretur. sic M. Bruto vsus est, vt nullo ille adolescẽs æquali familiariùs, quàm hoc sene: neque solùm eum principẽ consilij haberet, sed etiã in conuictu. Excogitatum est à quibusdã, vt priuatum ærarium, Cæsaris interfectoribus ab equitibus Romanis constitueretur: id facilè effici posse arbitrati sunt, si & principes illius [c] ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est à C. Flauio, Bruti familiari, Atticus, vt eius rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione existimaret, semperq; à talibus se consiliis remouisset, respõdit, si quid Brutus de suis facultatibus vti voluisset, vsurum, quantum eæ paterentur: sed [d] neq; cum quoquam de ea re collocuturum, neque coiturum. Sic ille cõsensionis globus huius vnius dissensione dissectus est. Neque multo pòst superior esse cœpit Antonius, ita vt Brutus & Cassius, prouinciarum, quæ [e] iis necis causa datæ erant à coss. desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abiecto Bruto, Italiáq; cædenti, lls. c. m. muneri misit. eidem in Epiro absens ccc. iussit dari, neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neq; desperatos reliquit. Secutũ est bellũ gestũ apud Mutinã, in quo si tantùm eum prudentem dicam, minùs quàm debeã, prædicem: cùm ille potiùs diuinus fuerit: si diuinatio appellãda est, perpetua naturalis bonitas, quę nullis casibus agitur [f], neque minuitur. Hostis Antonius iudicatus, Italia cesserat: spes restituẽdi nulla erat. Non solùm eius inimici, qui tum erant potentissimi, & plurimi, sed etiã amici, aduersariis eius se dabant, & in eo lædẽdo aliquam [g] cõsecuturos sperabãt commoditatem [h]. Antonij [i] familiareis sequebãtur [k], vxorẽ Fuluiam omnibus rebus spoliare cupiebãt. liberos etiã extinguere parabant. Atticus cùm Ciceronis intima familiaritate vteretur, amicissimus esset Bruto, nõ modò nihil iis indulsit ad Antonium violandũ, sed è cõtrario familiareis eius ex vrbe profugienteis quantũ potuit texit: quibus rebus indiguerunt, adiuuit: P. verò Volumnio ea tribuit, vt plura à parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluiæ, cùm litibus distineretur, magnísque terroribus vexaretur tanta diligentia officium suum præstitit, vt [l] nullum illa præstiterit [m] vadimonij sine Attico, sponsor omniũ rerum fuerit. Quinetiam cùm illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatẽ versuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniamque sine fœnore, sinéque vlla stipullatione ei credidit: *maximũ existimãs quæstum memorẽ gratũq; cognosci*: simúlq; aperire [n], se non fortunę, sed hominibus solere esse amicum. Quæ cùm faciebat, nemo eũ tẽporis causa facere poterat existimare. nemini enim in opinionẽ veniebat Antonium rerũ potiturum. Sed sensim [a] iis à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quòd parũ odisse malos ciueis videretur. Ille autem sui iudicij, potiùs quid se facere par esset, intuebatur, quàm quid alij laudaturi forẽt. Conuersa [b] fortuna est. Vt Antonius rediit in Italiã, nemo nõ magno in periculo Atticũ [c] putarat, propter intimã familiaritatẽ Ciceronis & Bruti. Itaq; ad aduentũ imperatorũ de foro decesserat, timens proscriptionẽ: latebatq; apud P. Volumnium, cui (vt ostẽdimus paullo antè) opẽ tulerat. Tanta varietas iis tẽporibus fuit fortunæ, vt modò ij, modò illi in summo esset aut fastigio, aut periculo. habebatq; secũ Quinctum [d] Gelliũ Canium [e] æqualẽ, simillimumq; sui. Hoc quoq; sit Attici bonitatis exẽplum, quòd cum eo, quem puerũ in ludo cognorat, adeò coniunctè vixit, vt ad extremam ætatem amicitia eorũ creuerit. Antonius autẽ, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, vt nõ solùm ei, sed etiam omnibus suis amicis esset inimicus, eósq; vellet proscribere: multis hortantibus tamẽ, Attici memor fuit officij, & ei, cùm requisisset vbinã esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimq; ad se veniret: se eũ, & Gelium Canium [f] de proscriptorũ numero exemisse: ac, ne [g] q̃ periculũ incideret, quòd noctu fiebat, præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solùm sibi, sed etiam ei, quem carissimũ habebat, præsidio [h] fuit. Neque enim suę solùm à quoquam auxilium petiit salutis, sed cõiunctim [i], vt appareret nulla seiunctam sibi ab eo velle [k] fortunam. Quòd si gubernator præcipua laude fertur, qui nauẽ ex hieme mariq; scopulosq; seruat: cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tamq; grauibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis vt [l] se emerserat, nihil aliud egit, quàm vt plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio, cùm proficeret: nemo in Epirũ venit, cui res vlla defuerit. nemini nõ ibi perpetuò manendi potestas facta est. quin etiã post prælij Philippensis, interitumq; C. Cassij & M. Bruti, L. Iulij Mocillam, prætoriũ [m], & eius filiũ, Aulumq; Torquatũ, ceteróſq; pari fortuna perculsos, instituerit [n] tueri, atq; ex Epiro iis omnia Samothraciã supportari iusserit [o]. Difficile [p] enim est omnia persequi, & nõ necessaria. Illud vnũ intelligi volumus: illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidã fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus indicari [q] potest, quòd non florentibus se venditauit, sed afflictis semper succurrit. qui quidem Seruiliam, Bruti matrem, non minùs post mortem eius, quàm [r] florentem, coluerit. Sic liberalitate vtens, nullas inimicitias gessit, quòd neque lædebat quemquam, neque, si quam iniuriam acceperat, non [s] malebat obliuisci, quàm vlcisci. Idem immortali memoria percepta [t] retinebat beneficia. Quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, vt verè dictum videatur, *Sui cuique mores fingunt fortunam* [u]. Neque tamen priùs [x] ille fortunam, quàm se ipse finxit, qui cauit ne qua in re[y] iure plecteretur. His igitur rebus effecit vt M. Vipsanius [z] Agrippa, intima familiaritate coniunctus adolescenti Cæsari, cùm propter suam gratiam, & Cæsaris potentiam, nullius condi-

a *al.* sororis, & Q. Ciceronis filium, ex Pomp.
b *al.* filium ei Q. Ciceronem.*
c *al.* eius.*
d L. se neque
e L. quæ iis dicis causa d. *Ita Aul. Angell. Taurelius Manut.* id est ad speciem *vt 28 Plin. 2. Arnob. 4. Varro 5. de lingua. Cicero pro Murana.* Exempla *occurrunt in ime.**
f L. neque agitur. *al.* neque augetur.
g L. se aliquam
h *al.* commẽdationem.*
i L. eius familiareis insequebãtur, *Ita Faem.**
k *al.* insequebantur.*
l L. vt nullũ illa institerit vadimonium *al.* institerit *vt* S. *al.* fuit. rit.*
n *al.* apparere.*
a *al.* soror eius.*
b L. Cæsa fa subito fortuna est.
c L. Atticum futurum pu
d L. Q. Gell
e *al.* Canium *al.* Kanium de quo 15. ad Attic. 3. 11. f.*
f *al.* Cani vel Kanium vt 5.*
g L. nequod
h *al.* præsidium.*
i *al.* consilio.* *al.* velle effe
l L. vt se emersisset. emersisse.*
m *al.* prætorem,
n L. instituit *al.* instituerit
o L. iussit. *al.* Dimittere.*
p L. Difficile est.*
q L. iudicari
r L. quam florentes.
f *al.* malebat vltiscì quam vltiscì.
t L. præterea *al.* præterea non humanitus.*
x *al.* Ille prius fortunam.
y *al.* fingere plerosque. a cuius hoc arte manauit. fingere Pacuuius dixit. vltiscì dicebant.*
z *al.* Agrippa.*
u *al.* Sui cuique mores fingunt fortunam.*

conditionis non haberet potestatem, potissimùm eius deligeret affinitatem, peroptaretque [a] equitis Romani filiam generosam nuptiis. Atque harum nuptiarum cõciliator fuit (non [b] enim est celandum) M. Antonius triumuir [c] reip. cuius gratia cùm augere possessiones posset suas, tantum [d] abfuit à cupiditate pecuniæ, vt nulla in re vsus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem sub [e] ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cùm L. Saufeij, equitis R. æqualis sui (qui cum eo cõplureis annos studio ductus philosophiæ [f] habitabat [g], habitarat. bebátque in Italia pretiosas possessiones) triũuiri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur: Attici labore atque industria factum est, vt eodem nuntio Saufeius fieret certior, se patrimonium amississe, & recuperasse. Idem L. Iulium Calidium [h] (quem post Lucretij Catulliq; mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem verè videor posse contendere, neque minùs virum bonum, optimisq; artibus eruditum) post proscriptionem equitũ, propter magnas eius Africanas possessiones, in proscriptorum numerum à P. Volumnio, præfecto fabrùm Antonij, absentem relatum, expediuit. Quod in præsenti vtrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare: q; in eorum periculis, non secus absenteis, quàm præsenteis amicos, Attico esse curæ cognitum est. Neque verò minùs ille vir, bonus paterfamiliàs habitus est, quàm ciuis: nã cum esset pecuniosus, nemo illo minùs fuit emax, minùs ædificator, neq; tamen nõ in primis bene habitauit, omnibusq; optimis rebus vsus est. Nam domũ habuit in colle Quirinali Pamphilianã [i], ab auunculo hereditate relictam: cuius amœnitas non ædificio, sed silua constabat. Ipsum enim tectum antiquitus cõstitutum, plus salis, quàm sumtus habebat: in quo nihil commutauit, nisi siquid vetustate coactus est. Vsus est familia, si vtilitate iudicandum est, optima: si forma, vix mediocri. Namque in ea erãt pueri litteratissimi, anagnostæ optimi, & plurimi librarij, vt ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non vtrumque horum pulchrè facere posset. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprimè boni: neq; tamen horum quemquam, nisi domi natum, domiq; factum habuit: quod est signum non solùm continentiæ, sed etiam diligentiæ. nam & non intẽperanter cõcupiscere, quod à pluribus videas, continentis debet duci: & potiùs diligentia, quàm pretio parare, nõ mediocris est industriæ. Elegans, non magnificus: splendidus, non sumtuosus, omni [k] diligẽtia munditiam l non affluẽtem affectabat. Supellex [m], non modica, non multa, vt [n] in neutram partem conspici posset. Nec hoc præteribo, quãquam nonnullis leue visum iri putem. cùm in primis lautus esset eques Romanus, & non parum liberaliter in domum suam omnium ordinũ homines inuitaret, scimus non amplius, quàm terna millia æris [o] peræquè in singulos menses, ex ephemeride eũ expẽsum sumtui ferre solitum. atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. sæpe enim, propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud ἀνεόμμα audiuit, quàm anagnosten, quod nos quidem iucundissimum arbitramur: neque vmquã sine aliqua lectione apud eum cenatum est: vt nõ minùs animo, quàm ventre conuiuæ delectarentur. namque eos vocabat, quorum mores à suis non abhorrerent. Cùm tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de vitæ consuetudine: tantáque vsus est moderatione, vt neq. in LLS [a]. vicies quod à patre acceperat, parũ se splendidè gesserit: neque in LLS [b]. centies affluentiùs vixerit, quàm instituerat, parísque fastigio stetetit in vtraque fortuna: nullos habuit [c] hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam villam, neque in Italia, præter Ardeatinum [d], & Nomentanum rusticum prædium: omnísque eius pecuniæ reditus constabat in Epiroticis & vrbanis possessionibus: ex quo cognosci potest [e], eum vsum pecuniæ nõ magnitudine, sed ratione metiri solitum. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque eius comitas non sine seueritate erat, neque grauitas sine facilitate: vt difficile esset intellectu, vtrùm eum amici magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religiosè promittebat: quòd non liberalis, sed leuis arbitrabatur, polliceri quod præstare nõ posset. Idem in nitẽdo, quod semel admisisset [f], tanta erat cura, vt non mandatam, sed suam rem videretur agere. Nusquam [g] suscepti negotij eum pertæsum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat, qua nihil habebat carius. Quo fiebat, vt [h] omnia Ciceronis, Catonis [i], Marcíque Hortensij, A. Torquati, multorum præterea equitũ Romanorum negotia procuraret. ex quo iudicari poterat, non inertia, sed iudicio fugisse reip. procurationẽ. Humanitatis verò nullum afferre maius testimonium possum, quàm quòd adolescens idẽ seni Sullæ fuerit iucundissimus, senex adolescenti M. Bruto: cum æqualibus autem suis Q. Hortensio, & M. Cicerone sic vixerit, vt iudicare difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus: quãquam eum præcipuè dilexit Cicero, vt ne frater quidem ei Quinctus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus iam sunt editi, sexdecim volumina epistolarum, ab cõsulatu eius vsq; ad extremũ tempus ad Atticum missarum: quæ qui legat, non multùm desideret historiã cõtextam eorum [k] temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducũ, æmulationibus [l] reip. perscripta sunt, vt nihil in his nõ appareat: & facilè existimari possit, prudentiã quodãmodo esse diuinationẽ. Non enim Cicero ea solùm, quæ viuo se acciderunt, futura prædixit, sed etiam quæ nunc vsu veniunt, cecinit vt vates. De pietate autẽ Attici, quid plura commemorem? cùm hoc ipsum verò [m] gloriantẽ audietim in funere matris suę, quã extulit annorum nonaginta, cùm [n] esset septẽ & sexaginta, se numquã cum matre in gratiã rediisse, num quam cũ sorore fuisse in simultate: quã propè [o] ætate æqualẽ habebat. quod est signum, aut nullam vmquã inter eos querimoniã interfuisse: aut hunc ea fuisse in suos indulgẽtia, vt, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neq; id fecit natura solùm (quamquam omnes ei paremus) sed etiã doctrina. Nam & principum philosophorum ita percepta habuerat præcepta, vt iis ad vitam agendam, non ad ostentationem vteretur. Moris etiam maiorum summus imitator fuit, antiquitatísque

a F. præterquè

b al. non est enim.*

c L. triumuir reip. constituendæ.

d L. tantum abfuit

e L. sub ipsam proscr.

f Epicureæ ad Attic. 6. 1. 7. epitol.

g L. Athenis habitarat. ph. losophiæ habitarat.*

h al. Calidium

i L. Tamphilianam, al. Cæcilianam.

k al. omnigenam.*

l fort. mundum, non affectabat, affectabat.

m L. supellex non modica, non multa,

n fort. vt in neutram partem conspici posset

o 14 est 10. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

p fort. vt in neutram partem nimiæ conspici posset

q L. sub ipsam proscriptionem.

r al. Calidium

s L. Tamphilianam, al. Cæcilianam.

t L. Numquam.

u L. vt omnia M. & Q. Ciceronum, Catonis, Hortensij, Auli Torquati,

x al. M. Catonis Q. Hortensij

y L. rerum.

z L. murat'o nibus reip.

a aureorum 60000.*

b aureorũ 300000.*

c al. habuerat.*

d al. Arrentinum vel Arretinum.*

e al. potest, vsum eum.*

f al. annuisset

g L. Numquam.

h L. vt omnia M. & Q. Ciceronum, Catonis, Hortensij, Auli Torquati,

i al. M. Catonis Q. Hortensij

k al. illorum t.

l L. murat'o nibus reip.

m L. verè

n fort. cum esset ipse septem, &c.

o al. propè æqualem.*

amator: quam adeò diligenter habuit cognitam, vt eam totam in eo volumine [a] exposuerit, quo magistratus ornauit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neq; res illustris est populi [b] R. quæ non in eo, suo tempore sit notata: &, quod difficillimum fuit, sic familiarũ originem subtexuit, vt ex eo clarorum virorũ propagines possimus cognoscere. Fecit hoc [c] quidẽ separatim in aliis libris, vt M. Bruti rogatu Iuniam [d] familiã à stirpe ad hanc ætatẽ ordine enumerauerit, notans qui à quoque ortus, quos honores, quibúsq; temporibus cepisset. Pari modo Marcelli Claudij de Marcellorum: Scipionis Cornelij, & Fabij Maximi, Fabiorum [e], & Æmiliorum: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatẽ habent notitiæ clarorũ virorum. Attigit quoque poeticen: credimus: ne eius expers esset suauitatis. Namque versibus, qui honore, rerumq; gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, expositi, ita, vt sub singulorum imaginibus facta, magistratúsq; eorum, non amplius quaternis, quinísque versibus describerit: quod vix credendum sit, tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiã vnus liber Græcè confectus de consulatu Ciceronis [f]. Hactenus Attico viuo edita [g] à nobis sunt. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: &, quantum poterimus, rerũ exemplis lectores docebimus, sicut suprà significauimus, *suos cuique mores plerumq; conciliare fortunã.* Nãque hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitate [h] peruenit imperatoris Diui [i] Iulij filij, cùm iam antè familiaritate eius esset consecutus nulla alia re, quàm elegantia vitæ, qua ceteros ceperat principes ciuitatis dignitate pari, fortuna humiliores [k]. Tãta enim prosperitas Cæsari [l] est consecuta, vt nihil ei nõ tribuerit fortuna, quod cuiquam antè detulerit, & conciliarit, quod [m] ciuis Romanus quiuit consequi. Nata autem est Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocauit [n], hanc Cæsar vix anniculam T. Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo despondit. Quæ coniunctio necessitudinẽ eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem. Quamuis ante hæc sponsalia non solùm cùm ab vrbe abesset, nunquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret: in primis, quid legeret, quibúsque in locis, & quamdiu esset moraturus: sed & cùm esset in vrbe, & propter [o] suas infinitas occupationes minùs sæpe, quàm vellet, Attico frueretur: nullus dies tamen temerè intercessit, quo [p] aliquid de antiquitate ab eo requireret, modò aliquam quæstionem poeticam ei proponeret, interdũ iocans eius verbosiores eliceret epistolas. Ex quo accidit, cùm ædes [q] Iouis Feretrij in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur, vt Attici admonitu [r], Cæsar eam reficiendam curaret. Neque verò à M. Antonio minùs absens litteris colebatur: adeò vt accuratè ille ex vltimis [a] terris quid ageret, quid curæ sibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale sit, faciliùs existimabit is qui iudicare poterit, quãtę sit sapientiæ, eorum retinere vsum, beneuolentiamque, inter quos maximarum rerum non solùm æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quãtam fuit intercedere [b] necesse inter Cæsarem atque Antonium: cùm se vterque principem non solùm vrbis Romæ, sed orbis terrarum esse cuperet. Tali modo cùm septẽ & septuaginta annos complesset, atque ad extremam senectutem non minùs dignitate, quàm gratia, fortunáque creuisset (multas enim hereditates nulla alia re, quàm bonitate consecutus, tantáque prosperitate vsus est valetudinis, vt annos xxx. medicina non indiguisset) nactus [c] est morbum, quem initio & ipse, & medici cõtemserunt: nã putarunt esse tenasmond, cui remedia celeria, facilia q; proponebantur. In hoc cùm treis mẽses sine vllis doloribus, præterquàm quos ex curatione capiebat, consumsisset: subitò tanta vis morbi in vnum intestinũ prorupit, vt extremo tempore per lumbos fistula [d] puris eruperit. Atque hoc priùs quàm ei accideret, postquam in dies dolores accreuerc, febremque accessisse sensit: Agrippam generum ad se accersiri [e] iussit, & cum eo L [g]. Cornelium Balbum, Sextúmque Peducæum. Hos vt venisse vidit, in cubitum nixus [h], *Quantam, inquit, curam, diligentiamq; in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testeu habeam, nihil opus [i] est pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, vt spero, satisfeci, me [k] nihil reliqui fecisse, quod ad sanandum me pertineret: reliquum est, vt egomet mihi consulam. id vos ignorare nolui. Nam mihi stat alere morbum desinere. Namque hoc diebus, quidquid cib. sumsi, ita prænauique hoc diebus, quidquid cib. sumsi, ita prænauique hoc diebus, quidquid cib. sumsi, ita prænauique

M. T. CICERONIS
OPERVM TOMVS IIII.
QVO CONTINENTVR PHILOSOPHICI LIBRI OMNES, VT indicabit sequens pagina.

Academicarum quæstionum ad Varronem liber I.
Academicarum quæstionum liber IV, qui inscribitur LVCVLLVS.
De finibus bonorum & malorum libri V.
Tusculanarum quæstionum libri V.
De natura deorum libri III.
De diuinatione libri II.
De fato liber I.
De legibus libri III.
De officiis libri III.
Cato maior, seu de senectute, liber singularis.
Lælius, seu de amicitia, liber singularis.
Paradoxa Stoicorum sex.
Fragmenta orationum, Epistolarum, & librorum philosophicorum,
quæ exstant, à DIONYSIO LAMBINO aucta & emendata.
Accessit Consolatio M. T. Ciceronis.

M. TVLLII CICERONIS ACADEMICARVM QVÆSTIONVM LIBER PRIMVS.

CICERO VARRONI, S. D.

p. XXXVIII.

a de munere vide quæ dixi Philip. 2.a

b Lib. 1. ep. ad Attic.

ETSI munus flagitare, quãuis quis ostẽderit [a], ne populus quidẽ solet, nisi eon citatus: tamen ego expectatione promissi tui moueor, vt admoneam te, nõ vt flagitẽ. misi autẽ ad te quattuor admonitores nõ nimis verecundos. nosti enim profectò os [b] adolescentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos misi: qui, metuo, ne te fortè flagitent. ego autem mandaui, vt rogarent. Exspectabam omnino iamdiu, méque sustinebã, ne ad te priùs ipse quid scriberem, quàm aliquid accepissem, vt possem te remun erari quàm simillimo munere. Sed cum tu tardiùs faceres, id est, vt ego interpretor, diligentiùs, teneri non potui, quin coniunctionem studiorum, amorísque nostri, quo possem litterarum genere declarare. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cùm esset vna Pomponius. tibi dedi parteis [c], Antiochianas [d] quas à te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumsi Philonis. Puto fore, vt, cùm legeris, mirere id nos locutos esse inter nos, quod numquam locuti sumus. sed nosti [e] morem dialogorum. posthæc [f] autem mi Varro, quàm plurima, si videbitur, & de nobis, & inter nos: serò fortasse: sed superiorũ, temporũ fortuna reip. causa sustineat: hæc ipsi præstare debem [g]. atq; vtinam quietis tẽporib [a], atq; aliquo si nõ bono, at saltem certo statu ciuitatis, hæc inter nos studia exercere possemus, quamquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes, honestas nobis & curas, & actiones darent. nunc autẽ, quid est, sine his cur viuere velimus? mihi verò cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidẽ. sed hæc coràm, & sæpius. Migrationem, & emtionem feliciter euenire volo, tuúmque in ea re consilium probo. Cura vt valeas.

c L. parteis Antiochinas d hoc est Academiæ veteris: mihi, nouæ.*

e Ita Socrates cùm ait differt Platonem recitantem sermonem quem scripserat de amicitia, vocatum Lysin, admirans, inquit, vt multa de me mẽtitus est hic P. B. adolescens. vide Laertium in Platone. Contrà Gorgias dialogum Platonis, cuius titulus Gorgias, suo nomine inscriptũ: negauit se quidquam tale à Platone audiuisse.*

f al. posthac g L. tibi feliciter euenire volo,

M. TVLLII CICERONIS ACADEMICARVM QVÆSTIONVM LIBER PRIMVS,

AD M. TERENTIVM VARRONEM.

M. Varro Veteris Academiæ defensor: Cicero nouæ Academiæ defensor: Atticus.

Synopsis libri primi Academic.

1. ad 17. *Philosophos ante Socratem in rebus naturalibus euoluendis occupatos fuisse*: SOCRATIS *Philosophiam in virtutibus & vitiis, bonis & malis explicandis versari: Disputando, de omnibus rebus, dubitasse nulla adfirmatione adhibita. Socrati, Platonem: Platonis Aristotelem (à quo Peripatetici qui in Lyceo) & Xenocratem Speusippúmque (à quibus Academici, qui in Academia disputabant) successisse. Dubitatione Socratica reiecta vtrosque artẽ disserendi, id est adfirmãdi vel negandi, admisisse.* 18. 19. 20. PLATONICAM verò *Philosophandi rationem triplicem fuisse.* Primam, *quæ & bene viuendi, à natura solã petendam esse existimabant, cuius summum bonum sit, omnia à natura consecutum esse corpore, animo, vita: Hominem, partem esse vniuersi: Naturæ prima, vitámque beatam in animo, & vna virtute positam: beatissimam, si corporis & cætera bona adimpleta agendi: & officij humani originem inde peti.* Secundam, *seu de natura in efficiente (quæ & forma) & eo quod efficeretur (hoc est materia) consistere.* 21. *è quibus corpora quæ & qua-*

litates seu ποιότητας, essent 22. quarum principes (quæ & vniusmodi & simplices) initia, seu elementa quatuor: ex primis ortæ animantia, & omnia quæ ex terra (Quintum enim genus è quo astra & mentes singulares, dissimile quiddam esse) Ex materiæ mutatione, qualitates seu corpora effici & ad eam revocari: ex corporibus cohærentibus & continuatis effectum esse mundum, extra quem nihil: cuius partes omnia quæ natura sentiente tenentur quæ insunt in eo in quo ratio perfecta eadémque sempiterna insit: eam vim animum esse mundi, mentem, sapientiam perfectam, Deum, providentiam dici, quæ interdum necessitas, fatum, fortuna appelletur. Tertiam in ratione & differendo consistere. Rationis seu veritatis initium à sensibus, non in sensibus tamen: sed in mente esse, quæ sola cernat id quod semper esset simplex vniusmodi & tale quale esset, id est, Ideam seu speciem sensuum partem opinabilem: Mentis scientia præditam: ad quam gignendam conferrent definitiones, etymologiæ, argumenta, rerúmque notæ. Huc Dialecticam, seu disciplinam orationis ratione conclusæ referri, cui ἀπιφορικὴν vis, oratoria, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadendum accommodatæ. Et hanc quidem rationem esse eius quæ Academia vetus postea dicta est. 23.24. ARISTOTELEM *Ideas seu species Platonicas improbasse:* THEOPHRASTVM *beatam vitam in virtute non posuisse.* SPEVSIPPVM, XENOCRATEM, *(& ab his Polemonem, Cratetem, Crantorem) in iis quæ à Platone accepissent mansisse. 25.26.* ZENONEM *(Stoicorum hic princeps fuit) corrigere conatum esse disciplinam. Ac primum eam quæ in* moribus *esset, vt qui voluerit virtutem & honestum solum & vnum bonum esse. virtuti, contrarium peccatum: medium vtriusque, quæ neque bona neque mala, quorum alia secundum naturam, alia, naturæ contraria, alia rursus media. Et eorum quæ secundum naturam essent quædam pluris, quædam minoris æstimanda. Illa præposita, hæc reiecta vocari, omnem virtutem in ratione, seu parte rationali hominis esse, nullam naturâ aut more perfici. virtutem cuiquam nunquam adesse, quin ea semper vteretur. Proinde sapientem his carere. Perturbationes non esse naturales ac rationis expertes, sed voluntarias: opiniones iudicio suscipi: perturbationum matrem esse immoderatam quandam intemperantiam De naturis verò hoc, Sensus & mentem ex igne esse. ab eo quod esset corporis expers nihil effici posse: Id quod efficeret aut efficeretur, non posse non esse corpus. In tertia verò Philosophiæ parte hoc innouauit, sensus nasci è quadam impulsione oblata extrinsecus, seu φαντασίαν idest visa: visis & sensibus acceptis, animorum assensionem adiungi, eámque voluntariam esse. visis non omnibus adhibendam fidem, sed iis solùm quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ viderentur. Visum, cùm cernitur, comprehensibile. 27. seu καταληπτὸν. 28. visum acceptum & approbatum, comprehensionem: sensu comprehensa, sensum: firmiter apprehensa vt conuelli non possint, scientiam: sin aliter, inscientiam appellari. Ex inscientia, opinionem nasci. Comprehensioni soli credendum esse. Non omnia quæ in rerum natura sint, comprehendi, sed quæ comprehensa sint non relinqui. Naturam quasi normam & principium sui dedisse, vnde postea notiones rerum in animis imprimantur, è quibus principia & latiores ad rationem inueniendam viæ aperiantur. Errorem, temeritatem, Ignorantiam, opinationem & suspicionem & vno nomine, quæ essent aliena firmæ, & constantis assensionis, à virtute, sapientiáque remoueri. Et hanc quidem rationem esse Stoicorum à Zenone profectam. 29.30.31.* ARCESILAM *autem non pertinacia, aut vincendi studio, sed obscuritate eorum quæ à Socrate, & iis qui ante Socratem (Democrito, Anaxagora, Empedocle) negasse esse quidquam quod sciri posset, ne illud quidem ipsum quod Socrates dicebat, se id vnum scire, quòd nihil sciret. omnia in occulto esse. Nihil cerni aut intelligi posse, nihil affirmandum, ne aut falsum aut incognitum adfirmatio præcurrat. Hanc Academiam esse quæ noua dicatur, quæ & vetus neque alia à Platonis sententia, quæ deinde à Carneade (qui quartus ab Arcesila) exculta, homine nullius partis philosophiæ ignaro.*

a vbi hæc disputatio habita est. 9 famil. 12.*

INº CVMANO nuper cùm mecum Atticus noster esset, nuntiatum est nobis à M. Varrone, venisse eum Roma pridie vesperi, & nisi de via fessus esset, continuò ad nos venturum fuisse. quod b cùm audiuissemus, nullam moram interponendam putauimus, quin videremus hominem nobisc um & c studiis iisdem & vetustate amicitiæ coniunctum. Itaque confestim ad eum ire perreximus. paullúmque cùm d eius villa abessemus, ipsum ad nos venientem vidimus: atque illum complexi, [vt e mos amicorum est,] satis eum longo interuallo ad suam villam reduximus. Hic pauca primò, atque ea percunctantibus nobis, & f si quid fortè Roma noui Atticus g, omitte ista, quæ nec pecunctari, nec audire sine molestia possumus, quæso, inquit: & quære potiùs, ecquid ipse noui. silent enim diutiùs Musæ Varronis, quàm solebant: nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat, existi-

b L. quod cũ audissemus, c L. & studiis eisdẽ, & vet. & ita v.c.

d a L. cùm eius villa.* e L. cuius mos est, & inclusa tot sunt Lambin.*

f L. ecquid fort R.

g al. Atticus aurè, omitte ista.

existimo. 2 ¶ Minimè verò, inquit ille. *intemperantiæ enim esse* [a] *arbitror, scribere quod occultari velit.* sed habeo opus [b] magnum in manibus, quòd [c] iam pridem ad hunc [d] eum ipsum (me autem dicebat) quædam instituí, quæ & sunt magna sanè, & limantur à me politiùs. 3 ¶ Et ego, ista quidem, inquam, Varro, iam diu expectans, non audeo tamen flagitare. audiui enim è Libone nostro, cuius nosti studium (nihil enim eiusmodi celare possumus) non [e] ea te intermittere, sed accuratiùs tractare, nec de manibus vnquam deponere. Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit à te requirere: sed nunc, posteaquam ingressus, res eas, quas tecum simul didici, mandare monumentis, philosophiámque veterem illam, à Socrate ortam, Latinis litteris illustrare: quæro, quid sit, cur, cùm multa scribas, genus hoc prætermittas, præsertim cùm & ipse in eo excellas, & id studium, totáque ea res longè ceteris & studiis, & artibus antecedat [f]. 4 ¶ Tum ille, Rem à me sæpe deliberatam, & multùm agitatam requiris. Itaque [g] non multùm hæsitans, respondebo: sed ea dicam, quæ mihi sunt in promptu, quòd ista ipsa de re multùm, vt dixi, & diu cogitaui. Nam cùm philosophiam viderem diligentissimè litteris Græcis explicatam, existimaui, si qui de nostris eius studio tenerentur, si essent Græcis doctrinis eruditi, Græca potiùs, quàm nostra lecturos: sin à Græcorum artibus, & disciplinis abhorrerent, ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt [h]: itaque ea *nolui scribere, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent.* Vides [i] autem eadem ipse. didicisti enim non posse nos Amafanij [k], aut Rabirij similes esse, qui, nulla arte adhibita, de reb. ante oculos positis vulgari sermone disputant: nihil desiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique artem esse nec dicendi, nec disserendi putant. nos autem præceptis dialecticorum, & oratorum [l], quoniam vtramque vim, vnam esse nostri putant, sic parentes, vt legibus, verbis [m], quamquam nouis [n], cogimur vti: quæ docti (vt dixi) à Græcis petere malunt [o], indocti ne à nobis quidem accipiunt: vt [p] frustrà omnis suscipiatur labor. Iam vero physica, si Epicurum, id est, si Democritum probarem, possem scribere ita planè, vt Amafanius. quid est enim magnum cùm causas rerum efficientium [q] sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos [r]) concursione fortuita loqui? nostra tu physica nosti quæ [s], contineantur ex effectione [t], & ex materia ea, quam fingit, & format effectio [u]. adhibenda enim [x] geometria est: quoniam quibusnam quisquam enuntiare verbis, aut quem ad intelligendum poterit adducere, hæc ipsa de vita, & moribus, de expetendis, fugiendísque rebus: illi simpliciter pecudis & hominis idem esse bonum censent. apud nostros enim, non ignoras, quæ sit & quanta subtilitas. Siue enim Zenonem sequare: magnum est efficere, vt quis intelligat, quid sit illud verum, & simplex bonum, quod non possit ab honestate seiungi. quod bonum quale sit, ne-

A gat [z] omnino Epicurus sine voluptatibus sensum mouentibus nec [b] suspicari. Si [c] verò Academiam veterem persequamur, quam nos vt scis, probamus: quàm erit illa acutè explicanda nobis? quàm argutè, quàm obscurè etiã cõtra Stoicos disserendum? totum igitur illud philosophiæ studium mihi quidem ipse sumo & [d] ad vitæ consuetudinem [e], & constantiam, quantam possum, & ad delectationem animi: nec vllum arbitror, vt apud B Platonem est, maius, aut melius à diis datum munus homini. sed meos amicos, in [f] quibus est studium, in Græciam mitto, sid est ad Græcos ire iubeo,] vt ea [h] à fontibus potiùs hauriant: q̃ riuulos consectentur. quæ autem nemo adhuc docuerat, nec erat vnde studiosi scire possent: ea, quantum potui, (nihil enim magnopere meorum miror) feci, vt essent nota nostris. à Græcis enim peti non poterant, ac post L. Ælij nostri occasum ne à Latinis C quidem. Et tamen in illis veteribus nostris, quæ [i], Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admista [k] ex intima philosophia, multa dialecticè dicta: quæ quò facilius minùs docti intelligerent, iucunditate quadam ad legendum inuitati, in laudationibus, in iis ipsis antiquitatum proœmiis, philosophiæ [l] scribere volumus, si modò consecuti sumus.

5 ¶ Tum ego, Sunt, inquam, ista, Varro: nam nos [m] in nostra vrbe peregrinanteis, errantesque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt [n], vt possemus aliquando, qui, & vbi essemus, agnoscere. tu [o] ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu D sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum & locorum, tu omnium diuinarum, humanarúmque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti: plurimúmque [p] poetis nostris, omninóque Latinis & litteris luminis attulisti, & verbis: atque ipse varium & elegans omni ferè numero, poema fecisti: philosophiámque multis locis inchoasti, ad E impellendum satis, ad docendum [q] parum. Causam autem probabilem tu quidem affers. aut enim Græca legere malent, qui erunt eruditi: aut ne hæc quidem, qui illa nesciunt. Sed [r] da [s] mihi nunc, satisne probas? immò verò & hæc, qui illa non poterunt, & qui Græca poterunt, non contemnent [t] sua. quid enim causæ est, cur poetas Latinos Græcis litteris eruditi legant, philosophos non legant? an quia delectat Ennius, F Pacuuius, Accius [u], qui non verba, sed vim Græcorum expresserunt poetarum [x]? quanto magis philosophi delectabunt, si, vt illi Æschylum, Sophoclem, Euripidem: sic hi Platonem imitentur, Aristotelem, Theophrastum? Oratores quidem laudari video, si qui è nostris Hyperidem sint, aut Demosthenem imitati. ego autem (dicam enim, vt res est) G dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum reipub. non solùm cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum, & constrictum tenebat, hæc inclusa habebam, &, ne obsolescerent, renouabam, cùm licebat, legendo. nunc verò & fortunæ grauissimo percussus [y] vulnere, & administratione reip. liberatus, *doloris medicinam à philosophia* [z] *peto*, & otij oblectationem hanc, honestissimam iudico, aut enim huic ætaH

a v.c. arbitror esse.

b v.c. hoc est libros de lingua Latina.*

c al. quæ.*

d Ad Atticum 12.*

e L. nõ te ea intermittere. & ita v.c.

f antecellat. & ita v.c.

g Itaque non hæsitas, inquit. al. possent*

h al. Didicisti autem eadem ipse. videsne non posse nos.*

i al. Amafanius.*

k al. oratorũ etiam quoniam.*

l fort. verbis quãdo nobis cognoscatur.

m al. aliquam quamquam expugnent.

n v.c. malentur, al. vt omnis operam in scribendis illis collocandam existimet.

o al. efficien tes. al. cum eadem efficiendis.

p v.c. vt omnes nostri.

q al. quæ contineantur. P. XL.

r al. Sed tu.

s al. efficiendo pr. fuerint pro fuerunt.*

t Effectio: (adhibenda enim ea materia.) hæc ipsa vitæ, & moribus, de expetendis, fugiendísque rebus simpliciter pecudis & hominis idem esse censent. apud nostros enim non ignoras, quæ sit quanta subtilitas. Siue enim quis Zenonem sequare: magnum est efficere, vt quis intelligat, quid sit illud verum, & simplex bonum, quod non possit ab honestate seiungi.

u al. Actius. al. Actius.

x vt Ennius in Medea: Accius in Phœnissis.*

y v.c. percussit vulnere.

z Philosophiæ studium omni ætati vtile.*

a L. negasse omnino Epicurum sine voluptatibus sensum mouentibus nec b L. vel suspicari.

c L. siue Academiam veterem.

d L. & ad vitæ constantiam, quantam possum.

e H. c vox consuetudini.

f. P. B. nem, quibus dã decest.*

f hæc vox videtur tollenda.*

g Inclusa dispungit Lambinus vt glossema superiorum.*

h fort. vt ea è fonte.

i al. quas ... ad Varronis satyras Menippeas referatur.*

k al. admixta l. philosophice. | al. philosophiam.*

l citatur hic locus ab Augusti. 6. de ciuit...*

n fort. reduxerunt, | ita legitur apud Augustinũ 6. de ciuitate 2.*

o Quadraginta & vnum libros, Antiquitatum scripsit Varro e quibus 25. humanis 16. diuinis rebus adtribuit. vide Augustin. 6. de ciuitate 3 & 2. vbi multa de laude & doctrina Varronis*

p al. Plurimum quidẽ & poetis nostris.*

q al. edocendum.*

r. P. XLV.

s L. sed eam mihi nunc satisne pr. | al. sed ea mihi nunc non satis probas.*

t Dare hic pro dicere vsurpauit.*

u v.c. contempnet sua. meo dõi

x al. Attius. al. Actius.

y vt Ennius in Medea: Accius in Phœnissis.*

a *v.c.* ciuis
b *al.* Græca de ideret.
c Aristonis huius Antiochi fratris meminit Tusculana 5. Academica 4.* d Academiam.* e L. Quid? ergo, inquam, Antiochum id magis licuerit, nostro familiari, remigrare in domum veterem è noua, quàm nobis in nouam è vetere? certè enim recentissima f quæque, sunt correcta, & emendata maximè quamquam Antiochi magister Philo, magnus vir vt tu existimas ipse, negarit g in libris, (quod coràm etiam ex ipso audiebamus) duas h Academias esse errorémque eorum, qui ita putarunt i, coarguit. 10 ¶ Est, inquit, vt dicis: sed ignorare te non arbitror, quę contra philonem Antiochus k scripserit. 11 ¶ Imò verò & istam l, & totam veterem Academiam, à m qua absum tam diu, renouari à te, nisi molestum est, velim: & n simul assidamus, inquam, si videtur. 12 ¶ Sanè istud quidem, inquit: sum enim admodum infirmus. sed videamus, idémne Attico placeat fieri à me, quod te velle video. 13 ¶ Mihi o verò, inquit ille. quid est enim, quod malim, quam ex Antiocho iam pridem audita recordari? & simul videre, satisne ea commodè dici possint Latinè? 14 ¶ Quæ cùm sunt dicta, in p conspectu consedimus omnes. 15 ¶ Tum Varro ita exorsus est. SOCRATES q mihi videtur, id quod constat inter omneis, primus r à rebus occultis, & s ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse: vt de virtutibus, & vitiis, omninóque de bonis rebus, & malis quæreret: cæleſtia autem vel procul esse à nostra cognitione censeret, vel si maximè cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum conferre. Hic in omnibus ferè sermonibus, qui ab iis qui illum audierunt, perscripti variè t, copiosè sunt, ita disputat, vt nihil affirmet ipse, refellat alios: nihil se scire dicat, nisi id ipsum eóque præstare ceteris, quòd illi, quę nesciant, scire se putent: ipse se nihil scire: id vnũ sciat: ob eámque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum u, quòd x hæc esset vna omnis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat. quæ cùm diceret constanter, & in sententia permaneret, omnis eius oratio tum in virtute laudanda & y in omnibus hominibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, vt è Socraticorum libris, maximéque Platonis intelligi potest. Platonis autem auctoritate, qui varius, & multiplex, & copiosus fuit, vna z & contentiens duobus vocabulis philosophiæ forma institutaest Academicorum, & Peripateticorum: qui rebus congruentes, nominibus differebant. nam, cùm Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ aa quasi heredem reliquisset, duos autem præstantissimos a studio, atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem b qui erant cum Aristotele Peripatetici c dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: illi d autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. sed vtrique Platonis vbertate compleri, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam, ac refertam: illam autem Socraticam e dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita cõsuetudinem disserendi reliquerunt. ita f facta est disserendi g quod minimè Socrates probabat, ars quædam philosophiæ, & rerum ordo, & descriptio disciplinæ. quæ quidem erat primò duobus, vt dixi, nominibus vna. nihil enim inter Peripateticos, & illam veterem Academiam differebat. abundãtia quædam ingenij præstabat, vt h mihi videtur quidem Aristoteles: sed idem fons erat vtrisque, & eadem rerum expetendarum, fugiendarúmque partitio. Sed quid ago? inquit: aut fúmne sanus, qui hæc vos doceo? nam, etsi *non sus Minerua*m, vt aiunt: tamen ineptè, quisquis Minerua docet. 16 ¶ Tum Atticus, Tu verò inquit, perge. Varro. valde enim amo nostra, atque nostros: méque ista delectant, cùm Latinè dicũtur, & isto modo. 17 ¶ Quid me, inquã, putas, qui philosophiam iam professus sim populo i nostro exhibiturum? 18 ¶ Pergamus igitur, inquit, quoniam placet. Fuit ergo iam accepta k à PLATONE l philosophandi ratio triplex: vna, de vita, & moribus: altera, de natura, & rebus occultis: tertia, de disserendo, & m quid verum, & quid falsum: quid rectum in orationé, prauúmve: quid consentiens, quid repugnans, iudicando. *At primam partem illam bene viuendi*, à natura petebant, eíque parendum esse dicebant: neque vlla alia in re, nisi in natura quærendum esse illud summum bonum, quò omnia referrentur: constituebántque, extremum esse rerum expetendarum, & finem n bonorum adeptum esse omnia è natura & animo & corpore, & vita. *Corporis* autem alia ponebant esse in toto, alias in partibus. valetudinem o, vireis, pulcritudinem, in toto: in partibus autem, sensus integros, & præstantiam aliquam partium singularum: vt in pedibus, celeritatem: vim in manibus: claritatem, in voce: in lingua etiam explanatam vocum impressionem. *Animi* autem, quæ essent ad comprehendendam ingenij p virtutem idonea, eáque ab iis in naturam, & mores videbantur, naturæ celeritatem ad discendum, & memoriam dabant: quorum vtrumque, mentis esset proprium, & ingenij. Morum autem putabant studia esse: & quasi consuetudinem: quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. in quibus erat philosophia ipsa. in qua quod inchoatum est, neque absolutum, progressio q quædam ad virtutem appellatur: quod r autem absolutum, id est virtus, quasi s perfectio t naturæ, omniúmque rerum, quas in animis ponunt, vna res optima. ergo hæc animorum. *Vitæ* autem (id enim erat tertium) adiuncta esse dicebant, quæ ad virtutis vsum valerent. Iam virtus, ani ni bonis & corporis cernitur in quibusdam, quæ non tam naturæ, quàm beatæ vitæ

a *v.c.* ciuis
b *al.* Græca de ideret.
c Aristonis huius Antiochi fratris meminit Tusculana 5. Academica 4.* d Academiam.* e L. Quid? ergo, inquam, Antiochum id magis licuerit, nostro familiari, remigrare in domum veterem è noua, quàm nobis in nouam è vetere? certè enim recentissima f quæque, sunt correcta, & emendata maximè quamquam Antiochi magister Philo, magnus vir vt tu existimas ipse, negarit g in libris, (quod coràm etiam ex ipso audiebamus) duas h Academias esse errorémque eorum, qui ita putarunt i, coarguit. 10 ¶ Est, inquit, vt dicis: sed ignorare te non arbitror, quę contra philonem Antiochus k scripserit. 11 ¶ Imò verò & istam l, & totam veterem Academiam, à m qua absum tam diu, renouari à te, nisi molestum est, velim: & n simul assidamus, inquam, si videtur. 12 ¶ Sanè istud quidem, inquit: sum enim admodum infirmus. sed videamus, idémne Attico placeat fieri à me, quod te velle video. 13 ¶ Mihi o verò, inquit ille. quid est enim, quod malim, quam ex Antiocho iam pridem audita recordari? & simul videre, satisne ea commodè dici possint Latinè? 14 ¶ Quæ cùm sunt dicta, in p conspectu consedimus omnes. 15 ¶ Tum Varro ita exorsus est. SOCRATES q mihi videtur, id quod constat inter omneis, primus r à rebus occultis, & s ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse: vt de virtutibus, & vitiis, omninóque de bonis rebus, & malis quæreret: cæleſtia autem vel procul esse à nostra cognitione censeret, vel si maximè cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum conferre. Hic in omnibus ferè sermonibus, qui ab iis qui illum audierunt, perscripti variè t, copiosè sunt, ita disputat, vt nihil affirmet ipse, refellat alios: nihil se scire dicat, nisi id ipsum eóque præstare ceteris, quòd illi, quę nesciant, scire se putent: ipse se nihil scire: id vnũ sciat: ob eámque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum u, quòd x hæc esset vna omnis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat. quæ cùm diceret constanter, & in sententia permaneret, omnis eius oratio tum in virtute laudanda & y in omnibus hominibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, vt è Socraticorum libris, maximéque Platonis intelligi potest. Platonis autem auctoritate, qui varius, & multiplex, & copiosus fuit, vna z & contentiens duobus vocabulis philosophiæ forma institutaest Academicorum, & Peripateticorum: qui rebus congruentes, nominibus differebant. nam, cùm Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ aa quasi heredem reliquisset, duos autem præstantissimos a studio, atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem b qui erant cum Aristotele Peripatetici c dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: illi d autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. sed vtrique Platonis vbertate compleri, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam, ac refertam: illam autem Socraticam e dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita cõsuetudinem disserendi reliquerunt. ita f facta est disserendi g quod minimè Socrates probabat, ars quædam philosophiæ, & rerum ordo, & descriptio disciplinæ. quæ quidem erat primò duobus, vt dixi, nominibus vna. nihil enim inter Peripateticos, & illam veterem Academiam differebat. abundãtia quædam ingenij præstabat, vt h mihi videtur quidem Aristoteles: sed idem fons erat vtrisque, & eadem rerum expetendarum, fugiendarúmque partitio. Sed quid ago? inquit: aut fúmne sanus, qui hæc vos doceo? nam, etsi *non sus Minerua*m, vt aiunt: tamen ineptè, quisquis Minerua docet. 16 ¶ Tum Atticus, Tu verò inquit, perge. Varro. valde enim amo nostra, atque nostros: méque ista delectant, cùm Latinè dicũtur, & isto modo. 17 ¶ Quid me, inquã, putas, qui philosophiam iam professus sim populo i nostro exhibiturum? 18 ¶ Pergamus igitur, inquit, quoniam placet. Fuit ergo iam accepta k à PLATONE l philosophandi ratio triplex: vna, de vita, & moribus: altera, de natura, & rebus occultis: tertia, de disserendo, & m quid verum, & quid falsum: quid rectum in orationé, prauúmve: quid consentiens, quid repugnans, iudicando. *At primam partem illam bene viuendi*, à natura petebant, eíque parendum esse dicebant: neque vlla alia in re, nisi in natura quærendum esse illud summum bonum, quò omnia referrentur: constituebántque, extremum esse rerum expetendarum, & finem n bonorum adeptum esse omnia è natura & animo & corpore, & vita. *Corporis* autem alia ponebant esse in toto, alias in partibus. valetudinem o, vireis, pulcritudinem, in toto: in partibus autem, sensus integros, & præstantiam aliquam partium singularum: vt in pedibus, celeritatem: vim in manibus: claritatem, in voce: in lingua etiam explanatam vocum impressionem. *Animi* autem, quæ essent ad comprehendendam ingenij p virtutem idonea, eáque ab iis in naturam, & mores videbantur, naturæ celeritatem ad discendum, & memoriam dabant: quorum vtrumque, mentis esset proprium, & ingenij. Morum autem putabant studia esse: & quasi consuetudinem: quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. in quibus erat philosophia ipsa. in qua quod inchoatum est, neque absolutum, progressio q quædam ad virtutem appellatur: quod r autem absolutum, id est virtus, quasi s perfectio t naturæ, omniúmque rerum, quas in animis ponunt, vna res optima. ergo hæc animorum. *Vitæ* autem (id enim erat tertium) adiuncta esse dicebant, quæ ad virtutis vsum valerent. Iam virtus, ani ni bonis & corporis cernitur in quibusdam, quæ non tam naturæ, quàm beatæ vitæ

P. B.
f Contra Aristoteles 2. politic. antiqua præfert recentioribus.*
g *v.c.* negaret.
h Academiã duplicem esse negabat Philo.*
i *v.c.* putarent.
k De Antiocho Ascalonita qui veteris Academiæ iam pene defecerat patrociniũ suscepit vide Plutarchum in Lucullo.*
l *al.* ista.*
m *al.* aqua ab sumrã ã diis.
n *al.* & simul, assidamus, inquam,
o *v.c.* Mihi verò, ille qd est enim, *&c.*
p *fort.* omnes in conspectu consedimus.
q SOCRATIS Philosophia quæ.*
r Idem in Bruto Imò Pythagoras.
Aristoteles. Πλάτων μεγαλωνυμος ὁ ὠν ἐπεχείρησε Πυθαγόρας ποιεῖν
P. XLII. ἀρετῆς εἰπεῖν, μετὰ τοῦτον Σωκράτης
s *al.* & ipse natura.*
t *fic v.c.* L. varie, & copiose sunt,
u *al.* iudicatum.*
x L. quod hæc esset vna hominis sapientia.
y L. tũ in omnibus
z Academico rũ & Peripateticorũ Philosophia vna & consentiens.*
aa *al.* ex asse heredem reliquisse: cunctos autem præstantissimos *vel* primum qui h heredem secundò tem ita esse dat Cicero nus & Victorinus.*
a *v.c.* præstantissimo dio.
b L. Stagiritem *al.* Stagiritam.
c Peripatetici cinde dicti, d Academici vnde dicti. e *al.* Socratica de omnibus rebus, nulla alia matione adhibita cõsue tudine disserendi reli-
P. B. querunt: ita *emendandus Ciceronus.*
f Lita ista est, quod minimè Socrates probabat ars quædam philosophia, & r.
g *forte* ad firmandi.*
h *fort.* vt mihi quidẽ videtur, Arist. *fort.* me populo nostro exhib. h hanc vocẽ vocẽ expungit Giacconius.*
I PLATONIS philosophia.*
m *fort.* quid verum, aut quid falsum, quid verum, quid falsi.
n Summum bonum, plationis opinatione quid.*
o *v.c.* valetudinem.
p *v.c.* ingen.
q progressio r virtute & ad virtutem progressionis differentia.*
r L. quali per fecto natura, *&c.* & ita *v.c.*
s Virtus quid.*

tæ vitæ adiuncta sunt Hominem [a] esse censebant, quasi partem quamdam ciuitatis, & vniuersi generis humani, eúmque esse coniunctum [b] cum hominibus humana quadam societate. Ac de summo quidem, ac [c] naturali bono sic agunt. cetera autem pertinere ad [d] id putant, aut ad augendum [e], aut ad tuendum vt diuitias, vt opes, vt gloriam, vt gratiam. Ita [f] tripartita ab iis inducitur ratio bonorum: atque hæc illa sunt tria genera, quæ putant plerique Peripateticos dicere: id quidem non falsò: est enim hæc partitio illorum: illud imprudenter, si alios esse Academicos, qui tum appellarentur, alios Peripateticos arbitrantur. Communis hæc ratio, & vtrisque hic bonorum finis videbatur; adipisci quæ essent prima in natura, quæque ipsa per sese expetenda, aut omnia, aut maxima. ea sunt autem maxima [g], quæ in ipso animo, atque in ipsa virtute versantur. Itaque omnis illa antiqua philosophia sensit in [h] vna virtute esse positam beatam vitã: nec tamen beatissimam, nisi adiungerentur & [i] corporis, & cetera, quæ suprà dicta sunt, ad virtutis vsum idonea. ex hac descriptione, agendi [k] quoque aliquid in vita, & officij ipsius initium reperiebatur: quod erat in conseruatione earum rerum, quas natura præscriberet. hinc gignebatur fuga desidiæ, voluptatúmque contemtio [l]. ex quo laborum, dolorúmq; susceptio multorum [m], magnorúmque, recti, honestíque causa, & earum rerum, quæ erant congruentes cum descriptione naturę. vnde & amicitia exsistebat, & iustitia, atq; æquitas. hęc [n] & voluptatibus, & multis vitæ commodis anteponebãtur. Hęc quidem fuit apud eos morum institutio, & eius artis, quam primam posui, forma, atque descriptio. *De natura* autem (id enim sequebatur) ita dicebant, vt eam diuiderent in res duas: vt altera esset efficiens [o], altera autem quasi huic se præbens ea [p], quæ efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim esse censebant: in eo autem, quod efficeretur, materiam quandam: in vtroque tamen vtrumq; neque enim materiã ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur, neq; vim sine aliqua materia [nihil [q] est enim, quod nõ alicubi esse cogatur.] sed quod ex vtroque, id iam [r] corpus. & [s] qualitatem nominabãt dabitis enim profectò, vt in rebus inuisitatis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iam diu tractantur, vtamur verbis interdum inauditis. 19 ¶ Nos verò, inquit Atticus, quin etiam Græcis licebit vtare cùm voles, si te Latina fortè deficient. 20 ¶ Bene [t] sanè facis: sed enitar, vt Latinè loquar, nisi in huiusmodi verbis, vt philosophiam, aut [u] rhetoricen, aut physicen, aut dialecticen appellem, quibus, vt aliis multis, consuetudo iam vtitur pro Latinis. qualitates [x] igitur appellaui, quas [y] ποιότητας Græci vocant: quod ipsum apud Græcos nõ est vulgi verbũ, sed philosophorum, atque id in multis. dialecticorum quoque verba nulla sunt publica: suis [z] vtuntur. & [aa] id quoque commune omnium ferè artium. aut enim noua sunt rerum nouarum facienda nomina, aut ex aliis transferenda. quod si Græci faciunt, qui [bb] in iis rebus tot iam sæcula versantur, quanto id magis nobis concedendum est, qui hæc nunc primùm tractare conamur? 21 ¶ Tu verò, inquam, Varro, bene etiam meruisti mihi videris de tuis ciuibus, si eos non modò copia rerum auxeris, vt [cc] effecisti, sed etiam verborum. 22 ¶ Audebimus ergo inquit, nouis verbis vti, te auctore, si necesse est. Earum igitur qualitatum sunt aliæ [a] principes, aliæ ex [b] iis ortæ. principes sunt vniusmodi, & simplices [c]. ex his autem ortæ, variæ sunt, & quasi multiformes. itaque aer quoque (vtimur enim prò Latino) ignis [d], & aqua, & terra. prima sunt, ex [e] iis autem ortæ animantiũ formæ, earúmque rerum quæ gignuntur è terra. ergo illa initia, vt [f] è Græco vertam, elementa [g] dicuntur: è quibus aer, & ignis mouendi vim habent, & efficiendi: reliquę partes, accipiendi, & quasi patiendi: aquã dico, & terram. Quinctum genus, è quo essent astra, mentésque singulares eorum quattuor, quę suprà dixi, dissimile Aristoteles quoddã [h] esse rebatur: sed subiectam [i] putant omnibus sine vlla specie, atque carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando vsitatius hoc verbum, & tritius) materiam quandam, ex qua omnia expressa, atque effecta [k] sint: quæ tota omnia accipere possit, omnibúsque modis mutare [l], atque ex omni parte: eóque etiam [m] interire non in nihilum, sed in suas parteis, quæ infinitè secari, ac diuidi possint, cùm sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod diuidi nequeat: quæ autem moueantur, omnia interuallis moueri: quæ interualla item infinitè diuidi possint. & cùm ita moueatur illa vis, quam qualitatem esse diximus, & cùm sic vltrò, citróque versetur: & materiam ipsam totam penitus commutari putant, & ita effici quæ appellant qualia [n], è quibus in omni natura cohærente, & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum: [o] extra [p] quem nulla pars materiæ sit, nullúmque [q] corpus: parteis autem esse mundi [r] omnia [s], quæ insint in eo, quæ natura sentiente teneantur: in qua ratio perfecta insit, quæ sit eadem sempiterna [t]. nihil enim valentius esse, à quo intereat. quam vim [u] animum esse dicunt mundi, eandemq; esse mentem, sapientiámque perfectam: quem Deum [x] appellant, omniúmque rerum, quę sunt ei subiectæ, quasi [y] prudentiam quandam: procurantem cælestia maximè: deinde in terris ea, quę [z] pertinent ad homines: quam interdum necessitatem [aa] appellant, quia nihil aliter possit [bb], atque ab ea constitutum sit: inter [cc] quasi fatalem [dd], & immutabilẽ cõtinuationem ordinis sempiterni: nonnumquã [ee] quidem eandem fortunam, [ff] efficiat multa [gg] improuisa hęc nec opinata nobis propter obscuritatẽ ignorationémq; causarum. *Tertia deinde philosophiæ pars, quæ erat in [hh] ratione, & in differendo*, sic tractabatur ab vtrisque: quanquam [ii] oriretur à sensibus, tamen non [kk] esse iudicium veritatis in sensibus. mentem volebant rerum esse iudicem: solam censebant idoneam, cui credere tur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex, & vniusmodi, & tale, quale esset. hãc illi ideam [ll] appellabant. iam à Platone ita nominatam: nos rectè speciem possumus dicere. Sensus [mm] autem omneis [nn], hebetes, & tardos esse arbitrabãtur, nec percipere vllo modo res eas, quæ subiectæ sensibus viderentur, quæ essent aut ita paruæ, vt sub sensum cadere non possent: aut ita mobiles, & concitatæ, vt nihil vmquam vnum esset constans, ne idem quidem, quia continenter laberentur, & fluerent omnia, itaque hanc omnem partem re-

a Homo quid.*
b Societas quædam inter homines.*
c L. Atque naturali bono &c. & ita &c.
d L. ad id putant, aut ad augendum, aut tuendũ: vt diuidi.
e al. agendum.*
f L. ita rideretur ab iis &c.
g Naturæ maxima in animo, & virtute posita sunt.* h Vita beata in virtute beatissimus cui adiuncta cor &c. ratione.* i Etiã corporis, & cetera, q. agendi & officij humani origo.* k Ortus &c. Ex quo &c. voluptatibus & multis formam & materiam in intelligi principia natu.
l Ex qua &c. aliquid. sed &c. ex qua &c. aliquid. qui.
m Inclusa dirigit. Eam. dum.*
n Corpus id esse dicitur quod ex forma & materia compositum.* o L. e. & quasi qualitatem quandam no minant.
p Ver. bene facis &c. mihi agis &c.
q L. & v.c. rhetoricen, physicen, dialecticen appellem, &c. appro. Qualitates &c. materia &c. ποιότητας &c.
r Vt. quas &c. Græci &c. z al. vtuntur &c.* aa L. & id quidẽ com. bb L. 111 t. L. Qui in hac reb. &c. cc L. vt fecisti &c.

a Qualitates principes, idẽ quod initia & elementa: Ex aliis ortæ, animantia & cætera quæ è terra.*
b al. ex his
c Qualitates principes quæ vniusmodi & ex simplices quattuor: aer, ignis, aqua, terra.*
d al. & ignis*
e Animantia ex qualitatibus orta.*
f ϛοιχεῖα &c. vt è Gr.
g ϛοιχεῖα
h L. quiddam esse reb.
i Materia quid. *
k L. efficta sint, l al. mutari.* m al. etiam omnia interire.*
n id est corpora.*
o Mundus ex qualitatib.*
p Mundi capacitas.*
q extra cœlum, nullum corpus.*
r Mundi partes.*
s Ita restituo. quæ natura sentiente tenẽtur, quæ insint in eo, in quo ratio perfecta insit.*
t Mundi Ratio sempiterna, & quid.*
u Mundi vis seu animus Deus.*
x Deus vis & animus mundi, prudẽtia, necessitas, fortuna.*
y sic v.c. al. quasi prouidentiam
z v.c. quæ pertineant
aa ἀνάγκην
bb L. esse posse,
cc L. interdũ quasi fatal.
dd εἱμαρμένην, ee al. interdum.*
ff L. multa improuisa, & nec opinata nobis,
gg al. &*
hh fort. in cognitione,
ii fort. quam quam iudicium orire.
kk veritatis iudicii non est in sensibus, sed in mente: oritur tamen à sensibus.*
ll Idea seu species.*
mm sensus hebetes,* nn v.c. omnis,

P. XLV.

rum [a], opinabilem [b] appellabant. scientiam [c] autem nusquam esse censebant, nisi in animi motionibus [d], atque rationibus. qua de causa definitiones rerũ probabãt, & has ad omnia de quibus disceptabatur, adhibebant. verborum etiã explicatio probabatur, qua [e] de causa quęque essent ita nominata: quam etymologiam appellabant. post argumentis, & quasi rerum notis [f] vtebantur ad probandum, & ad concludendum id quod explanari volebant: in qua tradebatur omnis dialectica [g] disciplina, id est, orationis ratione conclusæ. huic quasi ex [h] altera parte oratoria [i] vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadendum accommodatæ. Hæc erat illis prima à Platone tradita: cuius quas acceperim disputationes, si vultis, exponam,

23 ¶ Nos verò volumus, inquam, vt pro Attico etiam respondeam. 24 ¶ Et rectè, inquit, respondes. præclarè enim explicatur Peripateticorum, & Academię veteris auctoritas. *Aristoteles* primus species [k], quas paullo antè dixi, labefactauit: quas mirificè Plato erat amplexatus: vt in his quiddam diuinum esse diceret. *Theophrastus* autẽ, vir & oratione suauis, & [l] ita moderatus [m], vt præ se probitatẽ quandam, & ingenuitatem ferat, vehementiùs etiam fregit quodam modo veteris [n] disciplinæ auctoritatem. spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse, beatè viuere. Nam Strato eius auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab ea disciplina omnino semouendus est: qui cùm maximè necessariam partem philosophiæ, quæ posita est in virtute, & [o] moribus, reliquisset, totúmque se ad inuestigationem naturæ contulisset, in ea ipsa plurimùm dissedit [p] à suis. *Speusippus* autem, & *Xenocrates*, qui primi Platonis rationem, auctoritatémque susceperant: post [q] hos Polemo, & Crates, vnáque Crantor, in Academia congregati, diligenter ea [r], quæ à superioribus acceperant, tuebantur. [s]. Iam Polemonem audiuerant assiduè Zeno, & Arcesilas. sed Zeno cùm Arcesilam anteiret ætate, valdéque subtiliter dissereret, & peracutè moueretur: corrigere conatus est disciplinam. eam quoque, si videtur, correctionem explicabo, sicut solebat Antiochus. 25 ¶ Mihi verò, inquam, videtur: quod vides idem significare Pomponium.

26 ¶ Zeno igitur nullo modo is erat, qui, vt Theophrastus, netuos virtutis inciderit [t]: sed contrà, qui omnia, quæ ad beatam vitam pertinerent, in vna virtute poneret: nec quidquam aliud numeraret in bonis, ísdque appellaret honestum, quod esset simplex quoddam, & solum, & vnum bonum, cetera autem etsi nec bona, nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia naturæ esse contraria. iis ipsis alia interiecta, & media numerabat. quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda dicebat: contráque contraria: neutra autem in mediis relinquebat: in quibus ponebat nihil omnino esse momenti. sed quæ essent sumenda, ex iis alia pluris esse æstimanda, alia minoris: quæ pluris, ea præposita [u] appellabat: reiecta [x] autem, quæ minoris. atque vt hæc non tam rebus, quàm vocabulis commutauerat: sic inter rectè factum, atque peccatum, officium, & contra officium, media locabat quædam: rectè facta sola in bonis actionibus ponens, prauè, id est, peccata, in malis. officia autẽ & [a] seruata, prætermissáque media putabat [b], vt dixi. cúmq; superiores non omnẽ virtutẽ in ratione esse dicerẽt: sed quasdã virtutes natura, aut more ꝓfectas: hic omneis in ratione ponebat: cúmque illi ea genera virtutũ, quæ [z] dixi, sciũgi posse arbitrarentur, nec virtutis vsum modò, vt superiores, sed habitũ per se esse prędarũ, nec tamẽ virtutẽ cuiquam adesse, quin ea semper vteretur, cúmq; perturbationẽ animi illi ex homine nõ tollerent, naturáque & condolescere, & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent, sed ea contraherent, in angustúmque deducerent [c]: hic omnibus his quasi morbis voluit carere sapientem: cúmque eas perturbationes antiqui naturaleis esse dicerent, & rationis experteis, aliáque in parte animi cupiditatem, alia [d] rationem collocarent: ne his quidem assentiebatur. nã & perturbationes, voluntarias esse putabat, opiniónésque iudicio suscipi, & omnium perturbationum arbitrabatur esse matrem, immoderatam quandam intemperantiam. Hæc ferè de moribus. De naturis autem sic sentiebat, primùm, vt [e] in quattuor initiis rerum illis quinctam [f] hanc naturam, ex qua superiores sensus & mentem effici rebantur, non adhiberet: statuebat enim ignem esse ipsam naturam, quæ quidque gigneret, & mentem, atque sensus. discrepabat etiam ab iisdem quod nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea, quæ expers esset corporis. cuius generis Xenocrates, & superiores etiam animum esse dixerunt: nec verò, aut quod efficeret aliquid aut quod efficeretur, posse esse non corpus. Plurima autem *in illa tertia philosophiæ* parte mutauit. in qua primùm de sensibus ipsis quædam dixit noua: quos iunctos [g] esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quam ille φαντασίαν [h], nos visum appellamus [i], licet & teneamus hoc verbum quidem. erit enim vtendum in reliquo sermone sæpius. sed ad hæc, quæ visa sunt, & quasi accepta sensibus, assensionẽ adiungit animorum: quam esse vult in nobis positam, & voluntariam. Visis non omnibus adiungebat fidẽ, sed iis solùm, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur: id autem visum cùm ipsum cerneretur comprehensibile [k], feretis hæc? 27 ¶ Nos verò, inquam, quónam enim modo καταληπτὸν [l] diceres? 28 ¶ Sed, cùm acceptum iam, & approbatum esset, comprehensionem appellabat similem iis rebus, quæ manu prenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat [m]. at, cùm eo verbo ante nemo tali in re vsus esset, plurimísque idem nouis verbis (noua enim dicebat) vsus est. quod autem erat sensu comprehensum [n], id ipsum sensum appellabat, &, si ita erat comprehensum [o], vt conuelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam nominabat: ex qua exsisteret etiam opinio, quæ esset imbecilla, & cum falso, incognitóque communis. Sed inter scientiam, & inscientiam, comprehensionem illam, quam dixi, collocabat, eámque neque in rectis, neque in prauis numerabat, sed soli credendum esse dicebat. è quo sensibus etiam fidem tribuebat, quòd, vt suprà dixi, comprehensio facta sensibus & vera esse illi, & hdelis videbatur: non quòd omnia, quæ essent in re

a *vide Lexic. Cic. & Varr. in voce opinabile quid.*
b Scientia quid, & quibus efficiatur.
c *al. id est qua de causa.*
d *fort. notionibus, atque*
e *al. notis du cibus vtebãtur.*
f Dialectica quid.
g αὐτάρκης.
h oratoria vis quid.
i *v. c. & in moribus.*
k *id est ideas*
l *al. & vita.*
m *v. c. moratus.*
n *v. c. auctoritatem veteris disciplinæ.*
o P. B.
p *al. descessit.*
q *v. c. & post eos P.*
r *al. eis & post vtebantur.*
s *al. vtebãtur vt v. c. eis pro ea.*
t *v. c. incideret.*
u προηγμένα
x ἀποπροηγμένα
y μέσα

a *copulatis & videtur below de.* l *quod si retineatur, legendum* P. XLV. *præterquàm non prætermissáque.*
b *al. gaudebat.*
c *fort. adduxerent.* Ita loquitur Cicero in partitionibus, & pro Quintio.
d *fort. in alia rat.*
e *al. vt quatuor.*
f *id est cum quod ignem esse arbitrabatur.*
g *id est naturas.*
h φαντασίαν.
i *v. c. appellemus.*
k *v. c. cognoscendi hdei.*
l *v. c. catalepton.*
m *v. duxerat cùm eo verbo ante nemo tali in re vsus esset.*
n *v. c. comprehensum.*
o *v. c. comprehensum.*

forte in rerum natura* b al. quia.* c Comprehensionis firmæ est maximè effectus.* d ferr. vnde postea notiones rerum animis imprimerentur P. XLVII. mer.* e al. aperiuntur.*

in re[a], comprehenderet: sed qua [b] nihil, quod cadere in eam posset, relinqueret [c], quódque natura quasi normam scientiæ, & principium sui dedisset, vnde [d] postea notiones rerum in animis imprimerentur, è quibus non principia solùm, sed latiores quædam ad rationem inueniendam viæ reperiuntur [e]: errorem autem, & temeritatem, & ignorantiam, & opinationem, & suspicionẽ, & vno nomine omnia, quæ essent aliena firmæ & constantis assensionis, à virtute, sapientiáque remouebat. atque in iis ferè commutatio consistit omnis, dissensióque zenonis à superioribus.

f L. Quæ cùm dixisset, Breuiter sanè, &c. g ferr. verum autem esse arb. h Academia nulla noua est, sed veteris tantum correctio.* i al. quam. al. quoniam* k L. discessum factum sit, vt videamus, vt fit à disputando.*

29 ¶ Quæ [f] cùm dixisset: & breuiter sanè, minimèque obscurè exposita est, inquam, à te, Varro, & veteris Academiæ ratio, & Stoicorum. verum esse [g] autem arbitror, vt Antiocho, nostro familiari placebat, correctionem [h] veteris Academiæ potiùs, quàm aliquam nouam disciplinam putandam. 30 ¶ Tunc Varro, Tuæ sunt nunc partes, inquit, qui [i] ab antiquorum ratione nunc desciscis, & ea, quæ ab Arcesila nouata sunt, probas, docere, quod, & qua de causa dissidium [k] factum sit, vt videamus; satisne ista sit iusta defectio.

31 ¶ Tum ego, Cum Zenone, inquam, vt accepimus, ARCESILAS sibi omne certamen instituit, non pertinacia, aut studio vincendi, vt mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, & [l] veluti amanteis Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omneis pènè veteres: qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt: angustos sensus, imbecillos animos, breuia curricula vitæ, & vt Democritus, in [m] profundo veritatẽ esse demersam: opinionibus, & institutis omnia teneri: nihil [n] veritati relinqui: deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt Itaque Arcesilas negabat esse quidquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset. sic omnia latere censebant [o] in occulto. neque esse quidquam, quod cerni, aut intelligi possit: quibus de causis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quemquam neque [p] assertione approbare: cohibéreque [q] semper, & ab omni lapsu continere temeritatem: quæ tum esset insignis, cùm aut falsa, aut incognita res approbaretur, neque hoc quidquam esse turpius, quàm cognitioni & perceptioni assertionẽ [r], approbationémq. præcurrere. Huic rationi quod erat cõsentaneũ, faciebat, vt contra omniũ sententias dies iã pleroſque deduceret [s]: vt, cùm in eâdẽ re paria cõtrariis in partibus momenta rationum inuenirẽtur, faciliùs ab vtraq; parte assertio [t] sustineretur. Hanc Academiã nouam appellabant quæ mihi vetus videtur: si quidem Platonẽ ex illa vetere numeramus. cuius in libris nihil affirmatur, & in vtranque partẽ multa disseruntur, de omnibus quęritur, nihil certi dicitur: sed tamen illa, quã exposui, vetus: hæc noua nominetur: quę vsque ad Carneadẽ perducta, qui quartus [u] ab Arcesila fuit, in eâdem Arcesilæ ratione permansit. CARNEADES autẽ nullius philosophiæ partis ignarus, &, vt cognoui ex iis, qui illũ audierãt, maximéq; ex Epicuréo zenone, qui cùm ab eo plurimùm dissentiret, vnum tamen præter ceteros mirabatur, incredibili quadam fuit facilitate.

m Idem lib. 4.* n sort. nihil veritati loci relinqui:

o al. censebat P. B.

p L. neq. assen. one approbare: q Approbationem & assensionem tollebat Arcesilas, quam ponebat Zeno, cõtrariã que introducebat retentionem seu ἐπυχὴν* r L. assensionem, s L. diceret: al. dissereret: t L. assensio.

u hoc modo Arcesilas, Lacydes, Euandet, Hegesimus, Carneades 4. Academicarũ à Carneade verò Clitomachus, & post eum Philo.*

Multa ex hoc primo libro Academicarum quæst. ad Varronẽ, & secundus, tertius, quartus desiderantur: nisi quis velit eum, qui inscribitur, Lucullus, qui deinceps sequitur, quartum numerare: quod facit Nonius.

M. TVLLII CICERONIS ACADEMICARVM QVÆSTIONVM LIBER II.

Seu potiùs, vt eum numerat Nonius, IIII. qui inscribitur, LVCVLLVS[a].

LVCVLLVS, CATVLVS, HORTENSIVS, CICERO.

Synopsis libri quarti Acad. quæstionum.

a Ita laudatur hic liber vt superior, Catullus à Plutarcho & 13. Atticum Quint.*

Lud 6. Lucullus pro vetere Academia aduersus Philonẽ Arcesilã, Carneadem, hoc est nouã, quorũ ea fuit sectia erat, nihil quidquã sciri aut percipi posse disputans, refert Academicos primùm frustrà niti autore Socrate, vt qui ei ἐγγὺς fuerit: multò minùs Platone, qui perfectissimã reliquerit disciplinã, Peripateticos & Academicos nominibus, nõ re differẽtes: à quibus Stoici ipsi verbis magis, quàm re differũt. Deinde è quorundã philosophorũ sententia refert, nullã esse rationẽ disputare cũ iis, qui nihil probarẽt. Cognitione, perceptione, cõprehẽsione, quæ κατάληψις, perspicuitate, euidẽtia, quæ ἐναργεια, nihil clarius esse: qua ipsa satis refellãtur. Aliis contrà visum, Academicos nouos dignos esse, quibuscũ disputemus, & tamẽ eos insigniter labi, dũ ἀκαταλήπτου defendũt, κατάληπτον oppugnãt. Sensibus. n. oculorũ & auriũ, si modò sani & valẽtes, multò magis si exercitatio & ars accedat, multa percipi: eorumq. iudicia clara & certa. Idẽ esse in gustatu, odoratu, tactu, vel interiore, quo dolor ac voluptas sentitur in quo solo Cyrenaici putabãt veri esse iudicia. Multùm ac certè interesse inter eos qui dolẽt & in voluptate sint. Nõ sensibus modo, sed & quodãmodo sensibus illud album, dulce, canorum, bene olens, asperũ, illum canẽ, illum equũ, illud animal rationis particeps percipi. Notitias seu ἐννοίας rerũ tales memoriã, à tẽ virtutis cognitionẽ, doloris & cruciatus perferẽdi cõstantiã, sapientiã (Quin. n sapientia sit, quæ sẽ falsas non esse his res vere scientiæ distinguũ. Hæc ἀκαταλήπτα & omnino incerti opinione, omnẽ omnino ignoret: qui mouebitur, si nihil certo videat?) rationẽ (quæ quærendo confirmatur: cum ipsa quæstio sit appetitio cognitionis: quæstionis finis inuentio: ea autẽ quæ falsa & incerta sint, nemo sẽ inuenisse possit dicere) vim concludendi, seu ἀπόδειξιν, inuentionem, atque adeò ipsius philosophiæ δόγματα seu decreta: Imo & id ipsum, quod Academici dicerent, nihil posse percipi, illud, inquam, δόγμα seu decretum eorum tollit: sed & animo, seu mentis vsu (habet enim mens ἔννοιας προλήψεις, notiones rerum, memoriam, & cætera eiusmodi) hominem arbitrari. Ac vt sint quidam alij qui non putent omnia omnino incerta esse, sed quædam probabilia: ea

& verisimiliter tantùm comprehendi, quæ ita vera sint, vt tamen falsa esse possint. nihil inuari: cùm si ita sit, nulla veri falsiue electi, & praui regula futura sit: veritatis comprehensionem tolli, cùm si nota rei certa & propria tollatur, nemo verum affirmare possit. Notæ autem rerum propriæ tollantur, si earum loco communes quædam veri, & falsi constituantur: hoc est, si duimus, nihil certo comprehendi posse: nihil ita verum esse, quod non idem falsum esse possit. Ex ijs constare eos, qui id sentiant, errare turpiter & labi: proinde quoddam καταληπτον esse, non omnia ἀκαταληπτα. Ac vt Academici illi malè, dum nihil sentiri: Ita in alio dum neque assentiri volunt, errant. Tollunt enim non modò sensum, sed & συγκατάθεσιν, assensionem & approbationem quoque, dum ἐποχὴν, id est, assensionis retentionem comminiscuntur. Quod dum faciunt, omnem omnino tollunt actionem mentis, memoriæ, vitæ. Nam vt naturæ accommodata appetimus: sic obiectis perspicuis cedimus: & quia percipimus aliquid, ideo & assentimur. Ad hæc Memoria, notitia rerum, artes, virtutum vsus, sine assensione esse non potest. In hæc absurda incidunt, qui assensionem tollunt. Neque eorum causam iuuat, cum dicunt visa falsa percipi nõ posse: vera ita percipi, vt falsa etiã esse possint. Proinde nullum visum percipi sine sensu, sine consuetudine, sine ratione, sine coniectura. Hæc illi: & male. Nam si ea ita sint, nihil quidquã verè definire, atq. diiudicare poterunt, aut si vere poterunt, tamen nõ erit id percipi posse, cùm & verè definiri & concludi possit. Deinde visa quædã falsa affirmant, vnde elicitur quædã esse vera, hoc est quæ vere percipiantur: aut sãne nihil inter vera & falsa interesse: quæ duo tamen inter se distinguunt. Quid quod quæ perspicua sunt in rerum natura, satis ostendunt aliqui à percipi posse? At enim sorita conscelo, dicunt, falsa visa (quæ in somnijs, oraculis, auspicijs, extis videntur) probabilia nobis reddi, deo id efficiente. Deum igitur efficere posse vt visa omnia sint inter se verisimilia primum: deinde ita similia, vt alia ab alijs secerni nõ possint. postremo vt plane eadem videantur. Hæc illi. Atqui neque ista omnia Deus potest: aut si possit, ita facturus sit, ne lupum & canem eosdem decat: ad extremũ aut nihil interesse inter honesta, bona, mala: artificiosa, & minime artificiosa. præterea nihil inter visa differentiũ generum interesset, quædam etiam reperirentur quæ & in suo genere essent & in alieno. Atenim dicunt, Insania visa siue cogitatione siue quiete, vino, insania, insomnio infirmentur, eadem species obijcere, quæ vigilantibus. sane ita est: sed simul ac se quis commouit, atque ad se reuocauit, discutiuntur & à perspicuis distinguuntur, ac tandem vt insania improbantur. Atenim dicunt somniantium assensionem non sustineri, vt sapientis in furore? Respondeo pro sensuũ grauitate & tarditate obscuriora reddi: pro temporis breuitate, etiam excludi. Deinde in eo quod de sapientu assensione adferunt, assensionem imprudenter fateri. Præterea cùm sit quæstio de iudicio sapientiæ, frustra exempla sumi à somniantibus, furiosis & ebrijs. Vtut sit, longè interesse inter visa vigilantium, sobriorum, & sanorum, & eorum qui aliter affecti. nemini, si ita sit, de sua sanitate exploratum fore. Atenim similitudines sunt geminorum, & signorum annulis impressorum? sunt sane, vt & ouorum, apum & aliarum. Verum vt illud verum, ita hoc tentandum non est aduersus naturam, vt nullæ sint etiam dissimilitudines: id est, vt quæ dissimilia sunt in rerum natura, similia esse dicantur. Atqui, inquiunt, si physicorum opinione, hoc est Democriti, mundi innumerabiles & quidem inter se pares sint, cur non in hoc mundo paria omnia esse ponsit? Inepte. Nam si ita sit, cur in hoc mundo vnus tantum Q. Lutatius Catulus? Deinde ad Democriti opinionem vocant, cui assentiatur nemo, & politiores physici aduersi in eo quod singularum rerum singulas esse proprietates volunt. Seruilios quidem geminos fuisse, at non eosdem: sed nec similes passim, aut ab omnibus, sed domi & à suis tantum & quidem vsu & consuetudine oculorum cognitos: eadem ratione sapientem nulli viso assensurum, nisi quod tale fuerit etiãsi ceteris similes occurrãt: vt ouas inter se similes sint, consuetudine tamen quæ cuiusq. gallinæ sint, à gallinario, id est, ijs quæ gallinas quæstus causa alunt facile internosci. Veri & falsi cognitionem & naturam tolli, si nihil sit, quod intersit. Ac interesse nihil tametsi nolunt, iudem tamen inter species & formas visorum aliquid interesse docent. At non inter ipsas impressiones? Ridicule, quia nulla alia ratione visa iudicantur quàm specie: quæ si lem nullam habent sublata veri & falsi nota. Illud absurdum quod aiunt, se probabilia sequi, si re nulla impediantur. Qui enim possunt non impediri probabilia sequi, si à veris (vt illi putant) sæpe non distant? Deinde quod iudicium est veri, cùm id quod verum esse dicunt, falsum esse posse putent? At sapiens opinari potest? non potest. id est non potest assentiri rei vel falsæ vel incognitæ: aut si id faciat, sapiens non erit. Sed quid? volunt veri inueniendi causa contra omnia dici oportere & pro omnibus? sane frustra, cùm nihil veri esse dicant: atque ita nihil veri possit ab illis inueniri. confundunt vera cùm falsis, spoliant homines iudicio approbatione, sensibus, assensione, motu animi, actione rerum. Quid quod iurati se res occultissimas reperisse, quod sæpe faciunt, καταληπτον aliquod esse negare nõ ausint? 7.8.9. ¶ Tũ CICERO se ardere studio veri reperiendi: se sentire quæ diceret, se gaudere si quid simile veri inuenerit, pulcherimum esse vera videre: turpe, pro veris probare falsa. se tamen eum esse qui interdum falsa pro veris approbet, qui opinetur, visis mente & sensu se offici & assentiri, visa tamen haud percipere. Lucullo videri sapientem nihil opinari, forte quod Arcesilas & Carneades ita argumententur. Ens qui assentiri possit, opinari posse: sapientẽ nõ opinari, nec assentiri igitur. vitiose, cùm ita argumẽtari oporteat, ideo sapientẽ non opinari, quod assentiri nõ possit. Deinde à Stoicis & Antiocho non admitti, vt qui assentiri possit, possit & opinari. Ex ijs sequi vt tametsi aliquid possit percipi, cõsuetudo tamẽ assentiẽdi periculosa & lubrica videatur, itaq. sustinẽda esse assensione. Se, antiquos philosophos vere commemorare nõ vt seditiosi cuiusdam mitari eos qui ante illos populares habiti sunt. Nã & Anaxagoras ita nos sensibus falli existimauit vt nihil esse dixerit: Democritus, verũ esse negauit. Chius Metrodorus, Nescire se, sciat aliquid an nihil, hoc ipsum nescire id ipsum nescire, & scire, sitne aliquid an nihil. Empedocles vim parũ magnã tribuit sensibus in visis iudicãdis: Parmenides eos reprehẽdit, qui cũ sciri nihil possit, audeãt scire se dicere. Socrates nihil esse visum sciri posse. Plato idẽ multis libris persecutus est. Chrysippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorum, multa contra sensus disputauit. Cyrenei, negant esse quidquam quod percipi possit extrinsecus.

Se, quid post veteres illos inuentum fuerit, post ea dicturum. Arcesilam (cùm à quibusdam diceretur hominem, præsertim sapientem, nihil opinari posse) veri inueniendi causa à Zenone quæsiuisse, An sapiens opinari posset, si nihil posset percipere? Zenonem negasse: Arcesilam rursus quæsisse quid posset percipi? Zenonem, visum, respondisse. Tum Arcesilam quæsisse quid esset visum? Tum Zenonem, visum, esse impressum, signatum, effictum, ex eo quod estet, sicut esset: id est quale esset. Rursus Arcesilam hoc se, An verum percipi posset, si tale esset, quale falsum? Tum Zenonem negasse. Inde Arcesilam hoc adiecisse, cùm nullum tale visum esset a vero, vt non eiusdemmodi à falso posset esse, consequi, vt nihil percipi, nulli rei assensio præstari possit. Nihil autem percipi ex eo constare, quod sensus vera non nuncient.

Id cerni

Id cerni in vena qui in aquam immissus fractus videtur: & columbæ collo, in quo plures colores videntur, cum plus vno lumine non sit. Epicurum vere dixisse, si vnus sensus simul in vita mentitus sit, nulli vnquam credendum esse. Eum qui vnum oculum torserit, duas ex lucerna flammulas viderit, oculis decipi. Aerem crassum nobis fundi & parum longe, & falsa à nobis videri: Nauem illam stare nobis videri, at ijs qui in naui, moueri. Item villam. Solem nobis quasi pedalem videri, qui Mathematicis duodecuplo sit partibus maior quam terra: Epicuro non multo minor quam videatur. Cùm oculi in tam multis mentiantur, cur non in omnibus? Qui quidem stare nobis videatur, qui tanta incitatione feratur, vt celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit. Nihil nosci, percipi, comprehendi, his probari, quòd sit visum aliquod falsum, quòd non possit visum falsum percipi: quòd visa similia similiter percipiantur: quod nullum visum ita verum sit, cui non oppositum sit visum aliud simile, quod etiam percipi non possit. Omnem pugnam in hoc quatere esse. P. Serulium Geminum posse alicui. Q. Geminum videri: similitudines in natura rerum similes in pilis, granis, statuis, signis, ouis: quæ nisi arte aduocata, distinguere possit nemo. Quærendum esse qualis dormienti, vinolento, furioso, visa fuerint, non, qualis eorum recordatio. Dialecticam inuentam dici veri & falsi quasi discretricem, & iudicem: sed in ijs tantum, quæ materiæ suæ sint non mathematicis literis, musicis & similibus. Sorites & cauillationibus satis esse infinitis, quæ ad fallendum quàm maxime valeant. Carneadi duo visorum genera esse: vnum eorum quæ percipi possunt, vel non possunt. Alterum eorum quæ probabilia vel non probabilia: sapientem, nunquam assentiri, probabili tantum sequi. Memoriam eorum quis non comprehendat, esse possit (nisi Polyænus, cum geometriam falsam credidit, illa etiam quæ sciebat oblitus est.) Sed & eorum quæ falsa, cum Simonides omnia meminerit Epicuri dogmata quæ omnia vera esse nemo dixerit. Assensionis suspensione artes non tolli: sed nec sapientiam, cum nulla sit pars philosophiæ, in qua non vel in physicis, vel Ethicis, vel Dialecticis variæ sint inter ipsos Philosophos controuersiæ. 10. a 116. His dictis finis disputationi imponitur.

MAGNVM ingenium L. Luculli[a], magnúmque opti marũ artium studiũ, tum omnis liberalis, & digna homine nobili ab eo percepta doctrina, quibus tẽporibus florere in foro maximè potuit, caruit omninò rebus vrbanis. Vt enim admodum adolescens cum fratre pari pietate, & industria prædito paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus: in Asiam quæstor profectus, ibi permultos annos admirabili quadam laude prouinciæ præfuit: deinde absens[c] factus ædilis, continuò prætor: (licebat[d] enim celeriùs legis præmio) post in Africam: inde ad consulatum: quem ita gessit, vt diligentiam admiraretur omnes, ingenium cognoscerent. Pòst ad Mithridaticum[e] bellum missus à senatu, non modò opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Idque eo fuit mirabilius, quòd ab eo laus imperatoria non admodum exspectabatur, qui adolescentiam in forensi opera, quæsturæ diuturnum tempus, Muræna bellum in Ponto gerente, in Asiæ pace consumserat. Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non desiderauit indocilem vsus[f] disciplinam. Itaque cùm totum iter & nauigationem consumsisset partim in percontando[g] à peritis, partim[h] rebus gestis legendis: in Asiam factus imperator venit, cùm esset Roma profectus rei militaris rudis. Habuit enim diuinam quandam memoriam rerum, verborum maiorem Hortensius. Sed, quo plus in negotiis gerendis res, quàm verba prosunt, hoc erat memoria illa præstantior: quam fuisse in Themistocle[i], quem facilè Græciæ principem ponimus, singularem ferunt. Qui quidem etiam pollicenti cuidam[k] se artem ei memoriæ, quę tum primùm proferebatur, tradituru[m], respondisse dicitur, obliuisci se malle discere: credo, quòd[l] herebant in[m] memoria quæcumque audierat, aut viderat. Tali ingenio præditus Lucullus adiunxerat etiam illam, quam Themistocles spreuerat, disciplinam. Itaque, vt litteris consignamus, quę monumentis mandare volumus: sic ille in animo res insculptas habebat. Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, prœliis, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiúsque belli instrumentis, & apparatu, vt ille rex[a] post Alexandrum maximus hunc à se maiorem ducem cognitum, quàm quemquam eorum, quos legisset, fateretur. In eodem tanta prudentia fuit in constituendis, temperandísque[b] ciuitatibus, tanta æquitas, vt hodie stet Asia Luculli institutis seruandis, & quasi vestigiis persequendis. Sed, etsi magna cum vtilitate, reipub tamen diutiùs, quàm vellem, tanta vis virtutis, atque ingenij, peregrinata abfuit[c] ab oculis & fori, & curię. Quin etiam, cùm victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum[d] calumnia triennio tardiùs, quàm debuerat, triumphauit: nos enim consules introduximus pęnè in vrbem currum clarissimi viri. Cuius mihi consilium, & auctoritas quid tum in maximis rebus profuisset, dicerem, nisi de me ipso dicendum esset: quod hoc tempore non est necesse. itaque priuabo illum potiùs debito testimonio, quàm id cum mea laude communicem. Sed, quę populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea ferè sunt & Græcis litteris, & Latinis celebrata. Nos autem illa exteriora, cum multis: hęc interiora, cum paucis ex ipso sępe cognouimus. maiore enim studio Lucullus cùm omni litterarum generi, tum philosophię deditus fuit, quàm, qui illum ignorabant, arbitrabantur. nec verò ineunte ętate solùm, sed[e] & pro quæstore aliquot annos, & in ipso bello: in quo ita magna rei militaris esse occupatio solet, vt non multum imperatori sub ipsis pellibus otij relinquatur. Cùm autem è philosophis, ingenio, scientiáque putaretur Antiochus[f], Philonis auditor, excellere, eum secum & quęstor habuit, & post aliquot annos, imperator: cúmque esset ea memoria, quam antè dixi, ea sępe audiendo facilè cognouit, quę vel semel audita meminisse potuisset. Delectabatur autem mirificè lectione librorum, de quibus audiebat. Ac vereor interdum, ne talium personarum, cùm amplificare velim, minuam etiam gloriam. Sunt enim multi[g], qui omnino Græcas[h] non amant litteras:*

a Mithridates.*

b aduersus vim publicanorum & fœneratorum. Plutarchus in Lucullo.*

c L. a fuit ab oculi, & ita v.c.

d Memmii. vide Plutarchum.*

e al. sed & quæstor.

f Ascalonites defensor veteris Academiæ: vt Philo & Cicero, nouæ. Plutarchus in Lucullo.*

g Litterarum studia summis etiam viris amplectenda.*

h q.v.c. non amant Græcas litteras: al. Græcas nõ amant litteras:

plures, qui philosophiam: reliqui, qui etiamsi hæc non improbent, tamẽ earum rerum disputationem principibus ciuitatis non ita decoram putent[a]. Ego autem, cùm Græcas litteras Mb. Catonem in senectute didicisse acceperim, P. autem Africani, historiæ loquantur, in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panætium vnum omnino comitem fuisse: nec litterarum Græcarum, nec philosophiæ iam vllum auctorem requiro. Restat, vt iis respondeam, qui sermonibus[c] eiusmodi nolint personas tã graueis illigari. Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leuiorum. Etenim, si quodam in libro verè est à nobis philosophia laudata, profectò eius tractatio optimo, atque amplissimo quoque dignissima est: nec quidquam aliud videndum[d] est nobis, quos populus R. hoc in gradu collocauit, nisi ne quid priuatis studiis de opera publica detrahamus. Quòd si, cùm fungi munere debeamus[e], nõ modò operam nostram numquam à populari cœtu remouemus: sed ne litteram quidem vllam facimus, nisi forensem: quis reprehendet nostrum otium: qui in eo non modo nosmetipsos hebescere[f], & languere nolumus, sed etiam, vt plurimis prosimus, enitimur? Gloriam verò non modò non minui, sed etiam augeri arbitramur eorũ, quorum ad populares, illustréisque laudes, has etiã minus notas, minúsq; peruulgatas adiungimus. Sunt etiã qui negent, in iis, qui in nostris libris disputent, fuisse earum rerum, de quibus disputatur, scientiam. Qui mihi videntur nó solùm viuis, sed etiam mortuis inuidere. Restat vnũ genus reprehensorum, quibus Academię ratio non probatur. Quod grauiùs ferremus, si quisquam vllam disciplinam philosophiæ probaret, præter eam, quam ipse sequeretur. Nos autem, quoniam[g] contrà omneis dicere, qui scire sibi videntur, solemus, non possumus, quin alij à nobis dissentiant, recusare. Quamquam nostra quidem causa facilior est, qui verum inuenire sine vlla contentione volumus: idque summa cura, studióque conquirimus. Et si enim omnis cognitio multis[i] est obstructa difficultatibus, eáque[k] est & in ipsis rebus obscuritas, & in iudiciis nostris infirmitas, vt non sine causa, & [l]doctissimi, & antiquissimi inuenire se posse, quod cuperent, diffisi sint: tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus, neq; nostræ disputationes quidquã aliud agũt, nisi vt in[m] vtrãmq; partẽ dicendo, [&[n] audiendo,] eliciant, & tanquã exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id, quàm proximè accedat. Neque inter nos, & eos, qui se scire arbitrantur, quidquam interest, nisi quòd illi non dubitant, quin ea vera sint, quæ defendunt: nos probabilia multa habemus, quæ sequi facilè, affirmare vix possumus. Hoc autem liberiores, & solutiores sumus, quòd integra nobis est iudicandi potestas: neque, vt omnia, quæ præscripta, & quasi imperata sint, defendamus, necessitate vlla cogimur. Nam cæteri primùm antè tenentur adstricti, quàm, quid esset optimum, iudicare potuerunt[o]: deinde infirmissimo tempore ætatis aut obsecuti amico cuidam[p], aut vna alicuius, quem primum audierunt, oratione capti, de rebus incognitis iudicant, & ad quamcumque sunt disciplinã quasi tempestate delati, ad eam, tanquam ad saxum, adhærescũt. Nam quòd dicunt omnia se credere ei, quem iudicent fuisse sapientem: probarem, si id ipsum rudes & indocti iudicare potuissent. *Statuere enim, quid sit sapiens, vel maxime videtur esse sapientis.* Sed[b] vt potuerunt omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum sententiis, iudicauerunt[c]: au re semel audita ad vnius se auctoritatem contulerunt. Sed nescio quo modo plerique errare malunt, eámque sententiam, quam adamauerunt, pugnacissimè defendere, quàm sine pertinacia, quid constantissimè dicatur, exquirere. Quibus de rebus & aliàs sæpe nobiscũ multa quæsita & disputata sunt, & quondam in Hortensij villa, quę est ad Baulos, cùm eò Catulus, & Lucullus, nósque ipsi postridie venissemus, quàm apud Catulum fuissemus. Quò quidem etiam maturiùs venimus, quòd erat constitutum, si ventus esset, Lucullo, in Neapolitanum, mihi in Pompeianum nauigare. Cùm igitur pauca in Xysto[e] locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus. 2 ¶Hic Catulus, Et si heri, inquit, id, quod quærebatur, pænè explicatum est, vt tota ferè quæstio tractata videatur, tamen exspecto ea, quæ te pollicitus es, Luculle, ab Antiocho auditaf, dicturum. 3 ¶Equidem, inquit Hortensius, feci plus, quàm vellem: totam enim rem Lucullo integram seruari oportuit. & tamen fortasse seruata est. à me enim quæ in promtu erant, dicta sunt: à Lucullo autem reconditiora desidero. 4 ¶Tum ille, Non sanè, inquit, Hortensi, conturbat me exspectatio tua: etsi nihil est iis, qui placere volunt, tam aduersarium: sed quia non laboro, quàm valde, ea, quę dico, probaturus sim, eò minùs conturbor. Dicam enim nec mea, nec ea, in quibus, fig. nó fuerint, vinci me malim, quàm vincere. Sed mehercule, vt quidem se nunc causa habet, etsi hesterno sermone labefactata est, mihi tamen videtur esse verissima. Agam igitur sicut Antiochus agebat. nota enim mihi res est. nam & vacuo animo illum audiebam, & magno studio, eadem de re etiam sæpius: vt etiam maiorem exspectationem mei faciã, quàm modò fecit Hortensius. 5 ¶Cùm ita esset exorsus: ad audiendum animos erecximus. 6 ¶At ille, Cùm[i] Alexandriæ pro quæstore, inquit, essem, fuit Antiochus mecũ & erat iam antea Alexandriæ familiaris Antiochi Heraclitus Tyrius: qui & Clitomachũ multos annos[j], & Philonem audierat, homo sanè in ista philosophia, quæ nunc propè dimissa reuocatur[k], probatus, & nobilis: cum quo Antiochum sæpe disputãtem audiebam: sed vtrumque leuiter[l]. Et quidem isti libri duo *Philonis*, de quibus heri dictum à Catulo est, tum erant allati Alexandriam, tũmque primùm in Antiochi manus venerant: & hercule natura leniissimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamen cœpit. Mirabar. neque enim vmquam antea videram. At ille Heraclitimemoriam implorans, quærem[m] ex eo, viderentúrne illa Philonis, aut ea num vel è Philone, vel ex vllo Academico audiuisset aliquando? negabat. Philonis tamen scriptum agnoscebat: nec[n] id quidem dubitari poterat: nam aderant mei familiares, & docti homines, P. & C. Selij, & Tertius[o] Rogus[p]: qui se illa audisse Romæ de Philone, & ab eo ipso illos duos libros dicerent descri-

a al. putant.
b Idem de senectute.*
P. B.
c Dialogis graues etiam personæ illigari possunt*
d L. aliud est videndum nobis, q. al. aliud est enim intendendum nobis. al. aliud enitendum nobis.*
e fors debemus,
f Hebescit quod natura obstupescit: Hebetescit, quod amittit acie. Fronto.*
g al. qui.*
h al. contra omneis dicere quæ videtur, solemus, &c. nonpl.
P. III.
i abest à q. c. ex multis,
k L. eáque in est & in ipsis. l v. c. antiquissimi, & doctissimi.
m in vtranq. partem dicẽdo, eliciant. &c ita v.c.
n inclusa desunt quibusdam.*
o al. potuerint:
p Accipiam,

a L. qui sit sapiens, &c ita v.c.
b Sed, vtpotuerint, potuerunt omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum sententiis, iudicauerunt.
c al. iudicauerunt re semel audita atque ad vnius se auctoritatem contulerunt. al. Nunc autem iudicauerunt re semel audita, atque ad vnius se auctoritatem contulerunt.
d al. à nobis. e dixi de Xysto in Bruto.
f hunc enim Antiochum, Ascalonitem Lucullus studio amicè parauit, & conuictorem habuit. Plutarchus in Lucullo.*
g Lis nõ fuit vera, si al. non fieri verum.*
h al. Cùm Alexandriæ, quæstore, &c. al. Cùm Alexandriæ quæstor, &c. al. Cùm Alexandriæ quæstor fuissem, &c.
i Academiam nouam dicit, quæ tum Philonis fuit. Philonis discipulus Antiochus, & Cratippus.
k Academia veteres, reliqui,
l P. I. I. desiderat. m al. quærere.
n al. neque enim id quidem dubito, &c. Tertullius Rogus, al. Tertullius Rogus, nam Tertullius nomen familiæ Romanæ fuit. Suetonius in Cæsare. Rocus Crepereius genus, cognomen.
p de Tertullio

descripsisse. Tum & illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus commemorauit à patre suo dicta[a] Philoni, & alia plura: nec[b] se tenuit, quin contra suum doctorem[c] librum etiam ederet, qui, Sosus, inscribitur. Tum igitur & cùm Heraclitum studiosè audirem contra Antiochũ disserentem, & item Antiochum contra Academicos, dedi Antiocho operam diligentiùs, vt causam ex eo totam cognoscerem. Itaque compluribus dies, adhibito Heraclito, doctíssque compluribus, & in his Antiochi fratre[d] Aristo, & præterea Aristone, & Dione: quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat: multum temporis in ista vna disputatione cõsumsimus. Sed ea pars, quæ contra Philonem erat, prætermittenda est. minùs enim acer est aduersarius is, qui ista, quæ sunt heri defensa, negat Academicos omnino dicere. etsi enim mentitur, tamen est aduersarius senior[e]. Ad *Arcesilam Carneadémque* veniamus. Quæ cùm dixisset, sic rursus exorsus est: Primùm mihi videmini (me autem nomine appellabat) cùm veteres physicos nominatis, facere idem, quod seditiosi ciues solent, cùm aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicant fuisse populateis, vt eorum ipsi similes esse videantur. Repetunt[f] iam P. Valerium, qui, exactis regibus, primo anno consul fuit: commemorant reliquos[h], qui leges populareis de prouocationibus tulerint, cùm consules essent: tum ad hos notiores, C. Flaminium, qui legem agrariam aliquot annis ante secundum Punicum bellum tribunus pleb. tulerit, inuito senatu, & postea bis consul fuit: L. Cassium, Qu. Pompeium, atque illi quidem etiam P. Africanum referre in eundem numerum solent. Duos verò sapientissimos, & clarissimos fratres, P. Crassum, & P. Scæuolam, aiunt T. Graccho auctores legum fuisse, alterum quidem, vt videmus, palàm: alterum, vt suspicamur, obscurius. Addunt etiam C. Marium. & de hoc quidem nihil mẽtiuntur. Horum nominibus tot virorum, atque tantorum expositis, eorum se institutum sequi dicunt. Similiter[p] vos cùm perturbare, vt illi rempub. sic vos philosophiam bene iam constitutam velitis, Empedoclem[q], Anaxagoram, Democritum, Parmenidem, Xenophanem[r], Platonem etiam, & Socratem prodefertis. Sed neque Saturninus (vt nostrum inimicum potissimùm nominem) simile quidquam habuit veterum illorum, neque Arcesilæ calumnia[s] conferenda est cum Democriti verecundia. Et tamen isti physici rarò admodum, cùm hærent aliquo loco, exclamãt quasi mente incitati[t]. Empedocles quidẽ, vt interdũ mihi furere videatur: abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino, quale sit, posse reperire. Maiorẽ[u] autẽ partem mihi quidem omnes isti videtur nimis etiam quædam affirmare, plúsque profiteri se scire, quàm sciant. Quòd si illi tum in nouis rebus[x], [quasi modo nascentes,] hæsitauerunt, nihilne tot seculis, summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? nónne, cùm iam philosophorum disciplinæ grauissimæ cõstitissent, tum Y exortus est[y] vt in optima repub. T. Gracchus, qui otium perturbaret, sic Arcesilas, qui constitutam philosophiam euerteret, & in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent quidquam sciri, aut percipi posse? quorum è numero tollendus est Plato, & Socrates: alter,

A quia reliquit perfectissimã disciplinam, Peripateticos, & Academicos, nominibus differentes, re congruenteis: à quibus Stoici ipsi verbis magis, q̃ sententiis dissenserunt. Socrates autẽ de[a] se ipse detrahẽs in disputatione, plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita cùm aliud diceret, atq; sentiret, libẽter vti solit[o] est ea dissimulatione, quã Græci εἰρωνείαν vocant: quã ait etiã in Africano fuisse Fãnius: ídq; propterea vitiosum in illo nõ putandũ, q̃ idẽ fuerit in Socrate. Sed fuerint illa vetera, si vultis, incognita. Nihilne est ergo actũ, q̃ b[inue]stigata sunt, posteaq̃ Arcesilas Zenoni, vt putatur, obtrectãs, nihil noui reperiẽti, sed emendanti superiores, immutatione verborũ, dũ hui[p] definitiones labefactare vult conatus est clarissimis reb[o] tenebras obducere? Cuius primò nõ admodũ probata ratio, quamquã floruit tum acumine ingenij, tũ admirabili quodã lepõre dicendi, proximè à Lacyde solo retẽta est: pòst autẽ cõfecta[c] à Carneade, qui est quartus ab Arcesila, audiuit enim Egesimũd, qui Euandrum audierat, Lacydis discipulũ, cùm Arcesilę Lacydes fuisset. Sed ipse Carneades diu tenuit. nam nonaginta[e] vixit annos: & qui illũ audierant, admodũ floruerũt: è quib[o] industriæ plurimũ in Clitomacho fuit: declarat[f] multitudo librorũ, ingenij nõ min[o] in hoc, q̃ in Carneade eloquẽtiæ, in Melãthio Rhodio suauitatis. Bene autẽ nosse Carneadẽ Stratoniceus[h] Metrodorus putabatur. Iã Clitomacho Philo vester operã multos annos dedit. Philone autẽ viuo patrociniũ Academię nõ defuit. Sed, qđ nos facere nunc ingredimur[i], vt cõtra Academicos disseramus: id quidã è philosophis, & ij quidẽ nõ mediocres, faciendũ omnino nõ putabãt. *nec[k] verò esse vllã rationẽ disputare cũ ijs, qui nihil probarẽt*: Antipatrúmq; Stoicũ. qui mult[o] in eo fuisset, reprehendebat: nec definiri aiebat necesse esse qđ esset cognitio, aut perceptio, aut si verbũ è verbo volum[o], cõprehensio, quã κατάληψιν illi vocãt: eósq;, qui psuadere vellẽt, esse aliquid, qđ cõprehendi & percipi posset, inscienter facere dicebant, propterea q̃ nihil esset clarius ἐναργείᾳ[l], vt Græci: perspicuitatẽ, aut euidentiã nos, si placet, nominem[o]: fabricemúrq; si opus erit, verba, ne hic sibi (me appellabat iocãs) hoc licere soli putet. Sed tamẽ orationẽ nullã putabant illustriorẽ ipsa euidẽtia reperiri posse, nec ea, quę tã clara esset, definienda cẽsebant. Alij autẽ negabant se pro hac euidẽtia quidquã priores fuisse dicturos: sed ad ea, quę cõtrà dicerentur, dici oportere putabant: nequi fallerentur. Pleriq; tamen & definitiones ipsarum etiam euidentium rerum non improbant: & rem idoneam, de qua quæratur, & homines dignos, quibuscum differatur putant. Philo autem, dum[m] noua quædam commouet, quòd ea sustinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & apertè mentitur, vt est reprehensus à patre Catulo: & vt docuit Antiochus, in[n] id ipsum se induit, quod timebat. Cùm enim ita nẽgaret quidquam esse, quod comprehendi posset (id enim volumus esse ἀκαταλήπτον[o]) si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum (iam enim hoc pro φαντασίᾳ[p] verbum satis hesterno sermone triuimus) visum igitur impressum, effictúmque[q] ex eo, vnde esset, quale esse nõ posset, vt ex eo, vnde non esset: id nos à Zenone definitum rectissimè dicimus. quî enim potest quidquam com-

a ἐλεγκτικῶς.

b al. quot.*

c L. confecta
d al. Egesimum: al. Gegesimum: vide Laertium in Lacyde.*
e Idem Varro. B. Ier. lib. 4. c. 7.*
f L (declarat multitudo librorum.)
g ver. in hoc nomine inthermada, eloquentiæ in Melanchio r. odio suauitatis. Lambinus ita in Bione, in Carneade eloquentiæ, &c. vt in Bione ingenium in Carneade eloquẽtiã: in Melanthio suauitatem cõmendet.* h Idem Laertius.*
i L. aggredimur, & ita v.c.
k L. nec enim verum esse, disputare cũ iis, qui nihil pr. ‖ Verum autẽ hic est æquum & iustum.*
l v.c. enargia,
m al. dũ moua quædam comm.
n al. in idipsum incidit, q.
o fort. κατάληπτον ‖ & ita legit P. B. Turnebus.*
p v.c. phantasia.
q L. effictúmque ex eo, quod esset, quale esse nõ posset ex eo, quod non esset: in quo n. ‖ verùm hæc visi definitio videtur, aut ad modum obscura, aut corrupta. putiorem vide infra numero 9.*

prehendi,vt planè confidas,id perceptum,cognitúmque esse, quod est tale, quale vel falsum esse possit? hoc cùm infirmat, tollítque Philo,iudicium tollit incogniti, & cogniti.ex quo efficitur,nihil posse comprehendi.ita imprudès eò,quò minimè vult,reuoluitur. Quare omnis oratio contra Academiam susci-
pitur à nobis,vt retineamus eam definitionem, quam Philo voluit euertere. Quam nisi obtinemus,percipi nihil posse concedimus. Ordiamur igitur à *sensibus*[a].quorum ita clara iudicia,& certa sunt, vt,si optio naturæ nostræ detur. & ab ea Deus aliquis requirat, contentáne sit suis integris, incorruptísque sensibus,an postulet melius aliquid: non videam, quid quærat amplius. Neque verò hoc loco exspectandum est, dum de remo[b] inflexo,aut de collo columbæ respondeam. non enim is sum, qui, quidquid videtur, tale dicam esse, quale videatur. Epicurus hoc viderit,& multa alia.meo autem iudicio ita est maxima in sensibus veritas,si & sani sunt,& valentes, &[c] omnia remouentur,quę obstant,& impediunt. itaque & lumen mutari sæpe volumus,& situs earum rerum,quas intuemur,& interuallà aut contrahimus,aut diducimus: multáque facimus vsque eò,dum adspectus ipse fidem faciat sui iudicij.quod idem fit in vocibus, in odore,in sapore:vt nemo sit nostrûm,qui[d] non in sensibus sui cuiusque generis iudicium requirat acrius.adhibita verò exercitatione, & arte,vt oculi pictura teneantur, & aures cantibus, quis est,quin[e] cernat, quanta vis sit in sensibus? quàm multa vident pictores in vmbris,& in eminentia, quæ nos non videmus? quàm multa,quæ nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis Antiopam[f] esse aiunt, aut Andromacham: cùm id nos ne suspicemur quidem. nihil necesse est de *gustatu*, & *odoratu* loqui. in quibus intelligentia, etsi vitiosa, est quædam tamen,quid de tactu, & eo quidem, quem philosophi interiorem vocant, aut doloris,aut voluptatis?in quo Cyrenaici solo putant veri esse iudicium,quia sentiatur.Potestne igitur quisquam dicere,inter eum, qui doleat,& inter eum,qui in voluptate sit,nihil interesse? aut,ita qui sentiat, non apertissimè insaniat? atqui qualia sunt hæc, quæ sensibus percipi dicimus: talia sequuntur ea, quæ non sensibus ipsis percipi dicuntur, sed *quodam modo sensibus*: vt hæc:illud est album,hoc dulce,canorum illud,hoc bene olens, hoc asperum.animo iam hæc tenemus comprehensa, non sensibus.ille[g] deinceps equus est: ille canis.cætera series deinde sequitur, maiora nectens,vt hæc,quæ quasi expletam rerum comprehensionem amplectuntur: si homo est,animal est mortale, rationis particeps. quo e genere nobis *notitiæ* rerum imprimuntur: sine quibus neque intelligi quidquam,neque quęri,aut disputari potest.quòd si essent falsæ notitiæ (*κενολαι*[h] enim notitias appellare tu videbare)si igitur essent hæ falsæ, aut eiusmodi visis impressæ,qualia visa à falsis discerni non possent: quo tandem his modo vteremur? quo modo autem, quid cuique rei consentaneum esset, quid repugnaret, videremus? *memoria* quidem certè, quæ non modò philosophiam, sed omnis vitæ vsum, omnesque artes vna maximè continet, nihil omnino loci relinquitur. quæ potest enim esse memoria falsorum? aut quid quisquam meminit,quod non animo comprehendit, & tenet? *ars* verò quæ potest esse, nisi quæ non ex vna, aut ex duabus, sed ex[a] multis animi perceptionibus constat? quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab insscio? non enim fortuitò hunc artificem dicemus esse, illum negabimus:sed cùm alterum percepta,& cõprehensa tenere videmus[b], alterum nõ item. cúmque artium aliud eiusmodi genus sit, vt tantùmodò animo rem cernat:aliud, vt moliatur aliquid.& faciat:quo modo aut geometres cernere ea potest,quæ aut nulla sunt, aut internosci à falsis non possunt:aut is, qui fidibus vtitur,explere numeros, & conficere versus? quod idem in similibus quoque artibus contingit: quarum omne opus est in faciendo,atque agendo.quid enim est,quod arte effici possit, nisi is, qui artem tractabit, multa perceperit? Maximè verò *virtutum cognitio* confirmat,percipi,& comprehẽdi multa posse.in quibus solis inesse etiam scientiam dicimus: quam nos non comprehensionem modò rerum,sed etiam stabilem, atque immutabilem esse censemus:itémque sapientiam, artem viuendi,quæ ipsa ex sese habeat constantiam. ea autem constantia si nihil habeat percepti,& cogniti,quæro,vnde nata sit, aut quo modo.quæro etiam,ille vir bonus, qui statuit omnem *cruciatum perferre*,intolerabili dolore lacerari potiùs,quàm[c] aut officiũ prodat, aut fidem,cur has sibi tam graueis leges imposuerit,cùm,quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi percepti,cogniti, constituti? Nullo igitur modo fieri potest,vt quisquam tanti æstimet æquitatem,& fidem, vt eius cõseruandæ causa nullum supplicium recusset, nisi iis rebus assensus sit, quæ falsæ esse non possunt. Ipsa verò *sapientia*, si se ignorabit, sapientia sit,nécne, quo[d] modo primùm obtinebit nomen sapientiæ? deinde quo modo susci-
pere aliquam rem, aut agere fidenter audebit,cùm certi nihil erit,quod sequatur? cùm verò dubitabit,quid sit extremum,& vltimum bonorum,ignorans,quò omnia referátur,quî poterit esse sapientia? Atque etiam illud perspicuum est, constitui necesse esse initium[e], quod sapientia, cùm quid agere incipiat, sequatur: idque initium, esse naturæ accommodatum. nam aliter appetitio, (eam enim esse volumus *ὁρμὴν*,[f] qua ad agendum impellimur,& id appetimus, quod est visũ,moueri non potest. illud autem, quod mouet, priùs oportet videri,eíque credi: quod fieri non potest,si id,quod visum erit, discerni nõ poterit à falso. Quo modo autem moueri animus ad appetendum potest,si id, quod videtur, non percipitur, accommodatúmne[g] naturæ sit,an alienum? Itémque,si,quid offinij sui sit,non occurrit animo, nihil vmquam omnino aget, ad nullam rem vmquam impelletur, numquam mouebitur. quòd si aliquid aliquando acturus est, necesse est id ei verum,quod occurrit, videri. Quid,quòd,si ista vera sunt, *ratio* omnis tollitur, quasi quædam lux,luménque vitæ? taménne in ista praui-
tate perstabitis? nam quærendi initium ratio attulit: quæ perfecit virtutem,cùm esset ipsa ratio confirmata quærendo. quæstio h autem,est appetitio cognitionis: quæstionisque finis,inuentio.At nemo inuenit falsa:nec ea,quæ incerta permanent,inuenta esse possunt:sed

a sensuum,si tamen sani & valentes, firmum esse iudicium.*

b adde infra numero.9.vi de Tertullianum libro de anima cap.7.*

c L. & si omnia rem. p. B.

d el. qui in sensibus.

e L. qui non cernat,

f fabularũ nomina.Est autem Antiopa Pacuuii lib.1. de finibus.*

g fort. deinceps:ille equus est,ille canis,

p. VII. h al.ennoeas & ita v.c.

a ἐκ πολλῶν ληπτικὴν

b L. videbimus,

p. K.

c v.c. quàm vt officium pr. & ita &c.

d fort. primùm,quomodo obt.

e sapientiæ initium, ὁρμὴν seu appetitio ad virtum, aliquod.* fort.harmõ.

g dubium.

p. VIII.

h Quæstio quid.*

sunt: sed, cùm ea, quæ quasi inuoluta fuerunt, aperta sunt, tum inuenta dicuntur. sic & initium quærendi, & [a] exitus percipiendi, & comprehendēdi tenet. itaq; argumenti conclusio, quæ est Græcè ἀπόδειξις [b], ita definitur: Ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit. Quòd si omnia visa eiusmodi essent, qualia isti dicunt, vt ea vel falsa esse possent, neque ea posset vlla notio discernere: quo modo quempiam aut concluisse aliquid, aut inuenisse diceremus? aut quæ esset concluſi argumenti fides? Ipsa autem *philosophia*, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum? sapientiæ verò quid futurum est? quæ neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quæ philosophi vocant δόγματα [d]: quorum nullum sine scelere prodi poterit. cùm enim decretum proditur, lex [e] veri, rectique proditur. quo è vitio & amicitiarum proditiones, & rerum publicarum nasci solent. Non potest igitur dubitari, quin decretum nullum falsum possit esse, sapientique [f] satis sit, non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debeat: quod mouere nulla ratio queat. talia autem neque esse, neque videri possunt eorum ratione, qui illa visa, è quibus omnia decreta sunt nata, negant quidquam à falsis interesse. Ex hoc illud est natum, quod postulabat Horatensius, vt id ipsum saltem [g] perceptum à sapiente diceretis, nihil posse percipi. Sed Antipatro hoc idem postulanti, cùm diceret, ei, qui affirmaret nihil posse percipi, consentaneum esse, vnum tamen illud dicere percipi posse, vt alia non possent, Carneades acutius resistebat. nam tantum abesse dicebat, vt id ei consentaneum esset, vt maximè etiam repugnaret. qui enim negaret quidquam esse, quod perciperetur, eum nihil excipere. ita necesse esse, ne id ipsum quidem, quod exceptum non esset, comprehendi, & percipi vllo modo posse. Antiochus ad istum locum pressius videbatur accedere. quoniam enim id haberent Academici decretum (sentitis enim iam hoc me δόγμα dicere) nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto, sicut in cæteris rebus, fluctuare, præsertim cùm in eo summa consisteret. hanc enim esse regulam totius philosophiæ, constitutionem veri, falsi, cogniti, incogniti: quam rationem quoniam susciperent, doceréque vellent, quæ à quouis accipi oporteret, & quæ repudiari, certè hoc ipsum, ex quo omne veri, falsique iudicium esset, percipere eos debuisse. etenim duo esse hæc maxima in philosophia, iudicium veri, & finem bonorum, neque sapientem posse esse. qui autem [h] cognoscendi esse initium ignoret, aut extremum expetendi, vt, aut vnde proficiscatur, aut quò perueniendum sit, nesciat, hæc autem habere dubia, neque his ita cōsidere, vt moueri non possint, abhorrere à sapientia plurimùm. Hoc igitur modo posse erat ab his postulandum, vt hoc vnum saltem, percipi nihil posse, perceptum esse diserent. Sed de inconstantia totius illorum sententiæ, si vlla sententia cuiusquam esse potest nihil approbantis, sit, vt opinor, dictum satis. Sequitur disputatio copiosa illa quidem, sed paullo abstrusior. habet enim aliquantum à physicis: vt verear, ne maiorem largiar ei, qui contrà dicturus est, libertatem, & licentiam. nam quid eum facturum putem de

a L. & exitū

b *vide* apodixin.

c *Scrib.* ἀπόδειξις quid.*

d *v.c.* dogmata.

e Decretum seu δόγμα.*

f L. sapienti-quę satis nō

g Percipi nihil posse qui P. B. dicunt, falsō illud decretum sibi tribuunt, se percipere, tacitè concedi.*

abditis rebus, & obscutis, qui lucem [a] eripere conetur? Sed disputari poterat subtiliter. quāto quasi artificio natura fabricata esset primùm animal omne: deinde hominem maximè: quæ vis esset insensibus: quemadmodum prima [b] visa nos pellerent: deinde appetitio ab his pulsa sequeretur: tum vt sensus ad res percipiendas intenderemus. *Mens* enim ipsa, quæ sensuum fons est, atque etiam ipsa sensus est, naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus mouetur. itaque alia visa sic arripit, vt his statim vtatur, aliqua sic [c] recondit: condit: * * è quibus memoria oritur. cætera autem similitudinibus constituit: ex quibus efficiūtur notitiæ rerum: quas Græci tum ἐννοίας [d], tum προλήψεις [e] vocant. eò cùm accessit ratio, argumentique conclusio, rerúmque innumerabilium multitudo, tum & perceptio eorum omnium apparet, & eadem ratio perfecta his gradibus, ad sapientiam peruenit. Ad rerum igitur scientiam, vitæque cōstantiam aptissima cùm sit mens hominis, amplectitur maximè cognitionē: & κατάληψιν [f], quam, vt dixi, verbum è verbo exprimentes, comprehensionem dicemus [g], cùm ipsam per [h] se amat (*nihil est enim ei veritatis luce dulcius*) tum etiam propter vsum. quocirca etiam sensibus vtitur: & artes efficit, quasi sensus alteros: & ysque eò philosophiam ipsam corroborat, vt virtutem efficiat, ex qua re vna vita omnis apta sit. Ergo hi, qui negant quidquam posse comprehendi, hæc ipsa eripiunt vel instrumenta, vel ornamenta vitæ: vel potiùs etiam totam vitam euertunt funditùs, ipsúmque animal orbant animo: vt difficile sit de temeritate eorum, perinde [i] vt causa postulat, dicere. Nec verò satis constituere possum, quod sit eorum consilium, aut quid velint. Interdum enim cùm adhibemus ad eos orationem huiusmodi: Si ea, quæ disputentur [k], vera non sint, tum omnia fore incerta: respondent, Quid ergo istud ad nos? num nostra culpa est? naturam accusa, quæ in profundo veritatem, vt ait [m] Democritus, penitus abstruserit. ¶ Alij autem elegantiùs, qui etiam queruntur, quòd eos insimulemus omnia incerta dicere: quantúmque interfit inter incertum, & id, quod percipi non possit, docere conantur, eáque distinguere. Cum his igitur agamus qui hæc distinguunt: illos, qui omnia sic incerta dicunt, vt, stellarum numerus, par [n], an impar, nesciatur, quasi desperatos aliquos relinquamus. volunt enim, & hoc quidem vel maximè animaduertebam vos moueri, *probabile aliquid esse, & quasi verisimile*, eáque vti regula & in agenda vita, & in quærendo, ac disserendo. Quæ [o] ista regula est veri & falsi, si notionem veri & falsi, propterea quòd ea non possunt internosci, nullam habemus? nam si habemus, interesse oportet, vt inter rectū, & prāuum, sic inter verum, & falsum si nihil interest, nulla regula est: nec potest is, cui est visio veri, falsíq; communis, vllum habere iudicium, aut vllam omnino veritatis notam. nam cùm dicunt, hoc se vnum tollere, vt quidquā possit ita videri, vt non eodem modo falsum [p] etiam possit ita videri, cætera autem concedere: faciunt pueriliter. quo enim omnia iudicātur, sublato, reliqua se negant tollere. vt, si quis, quem oculis priuauerit, dicat, ea, quæ cerni possent [q], non se ei ademisse. Vt enim illa oculis modò cognoscūtur, sic reliqua visis:

P. IX.

a Lucem in rebus clarissimis eripere conetur. Ita hunc locum emendat Passeratius.*

b *fort.* primo visa eos pell. | vt primo, referatur ad deinde quid mox sequitur.*

c *fort.* sic recōdit, vt eo, cum opus sit, depromat è quibus mēt. | al. sibi recondit. *al.* alia qua recondit. *al.* aliquā sic recondit vt ea cum opus sit depromat, è quibus memoria oritur.*

d *v.c.* ennœas,

e *v.c.* prolepsis.

f *v.c.* & ifiam catalepsim, *& ita L.*

g dicimus

h *fort.* propter se amat,

i L. proinde vt P. B.

k *al.* disputarent.*

l *al.* vera sint.*

m Idem libro Acad. in f.*

n L. par, an impar sit, nescitur, quasi desperatosaliq. | *al.* par an impar, quasi desperatos &c.*

o *v.c. & L.* Quæ est ista regula, si notionem veri, & f.

p L. falsum etiam possit videri.

q *al.* possunt,

sed proprtia veri,nõ cõmuni veri,& falsi nota. Quamobrem[a], siue tu probabilem visionem, siue improbabilem,& quæ non impediatur,vt Carneades volebat, siue aliud quid proferes, quod sequare:ad visum illud, de quo agimus, tibi erit reuertendum.In eo autem, si erit cõmunitas cum falso,nullũ erit iudicium, quia[b] proprium[c]in communi signo notari non potest sin autem cõmune nihil erit:habeo,quod volo.id enim quæro, quod ita mihi videatur verum[d], vt non possit idem falsum videri.simili in errore versantur,cùm[conuicti[e],ac]iudicio veritatis coacti, perspicua à perceptis volunt distinguere,& conãtur ostendere,esse aliquid perspicui,verum[f]illud quidem impressum in animo,atque in mente, neq; id tamen percipi,ac cõprehendi posse, quo enim modo perspicuè dixeris album esse aliquid, cùm possit accidere,vt id, quod nigrum sit,album esse videatur?aut quo modo ista aut perspicua dicemus, aut impressa subtiliter[g], cùm sit incertum,vere[h] inanitérne moueatur? Ita neq; color,neq; corpus,neq; veritas,neq; argumentum,neq; sensus,neque perspicuum vllum relinquitur.Ex hoc illud his vsu venire solet, vt, quidquid dixerint,à quibusdam interrogẽtur: Ergo istuc quidem percipis? Sed qui ita interrogant,ab his irridentur.non enim vrgent: vt coarguant,neminem[i]vlla de re posse contendere, neque asseuerare sine aliqua eius rei, quam sibi quisque placere dicit, certa,& propria nota.Quod est igitur istuc vestrum probabile?nam si,quod cuique occurrit,& primo quasi adspectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo leuius? sin ex circumspectione aliqua, & accurata cõsideratione, quod visum sit, id se dicent sequi: tamen exitum non habebunt: primùm quia his visis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur fides: deinde, cùm dicant posse accidere sapienti, vt, cùm omnia fecerit,diligentissiméque circumspexerit, exsistat aliquid,quod & verisimile videatur, & absit longissimè à vero:quo modo, si[k] magna parte quidem, vt solent dicere, ad verum ipsum,aut quam proximè accedant, cõsidere sibi poterunt?vt enim confidant,notum his esse debebit insigne veri, quo[l]obscuro,& oppresso,quod tandem verũ sibi videbuntur attingere? Quid a[m]tam obscurũ dici potest,q̃ cùm ita loquũtur. Est hoc quidẽ rei illius signũ,aut argumentũ, & ea re id sequor:sed fieri potest, vt id q̃d significatur,aut falsum sit,aut nihil sit omnino. Sed *de perceptione hactenus*.si qs enim ea,quæ dicta sunt,labefactare volet, facilè,etiã absentibus nobis,veritas se ipsa defendet. His satis cognitis,quę iam explicata sunt,nunc *de*[n] *assensione,at q.*[o] *approbatione*,quã Græci συγκατάθεσιν vocant,pauca dicemus: non q; non latus locus sit:sed paullo antè iacta sunt fundamenta.nam[p]cùm vim,quæ esset in sensibus, explicabamus,simul illud aperiebatur, cõprehendi multa,& percipi sensibus:quod fieri sine assensione non potest. deinde cùm inter inanimum, & animal hoc maximè interesit, quòd inanimum nihil agit,animal agit aliquid; (nihil enim agens ne cogitari quidem potest, quale sit) aut ei sensus adimendus est: aut ea, quæ est in nostra ista potestate, reddenda[q] assensio. At verò animus quodam modo eripitur his, quos neque sentire, neque assentiri volũt. ex enim necesse est, vt lancem in libra, põderibus impositis,deprimi: sic animũ perspicuis cedere.nam, quomodo nõ potest animal vllum non appetere id,quod accõmodatũ ad naturam appareat. (Græci id ὁρμὴν appellant) sic non potest obiectã rem perspicuã non approbare quamquam, si illa,de quibus disputatũ est,vera sunt,nihil attinet de assensione omnino loqui.qui enim quid percipit, assentitur statim.sed hęc etiam sequũtur, nec memoriam sine assensione posse cõstare,nec notitias rerum, nec artes:idq; qđ maximum est, vt sit aliquid in nostra potestate, in eo, qui rei nulli assentietur,non erit. Vbi igitur virtus, si[a] nihil situ est in ipsis nobis?Maximè autem absurdum[b], vitia in ipsorum esse potestate,neq; peccare[c] quẽquam, nisi assensione: hoc idem in virtute nõ esse:cuius omnis constantia, & firmitas ex his rebus constat, quibus assensa est, & quas approbauit: omnóque antè videri aliquid, quàm agamus, necesse est: eíque, quod visum sit, assentiatur[d]. Quare qui aut visum, aut assensum tollit,is omnem actionem tollit è vita. ¶Nunc ea videamus, quę contrà ab his disputari solent. Sed priùs posteà tis totius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Componunt igitur primùm artẽ quandam de [e]his,quæ visa dicimus:eorúmq; & vim,& genera definiunt: in his,quale sit id,quod percipi,& cõprehendi possit:totidem verbis, quot Stoici.deinde illa exponunt duo,quæ quasi contineant[f] omnem hanc quęstionem:Quę ita videantur, vt etiam alia multa eodẽ modo videri possint, neq; in his quidquam interfit: non posse eorum alia percipi,alia nõ percipi:nihil interesse autem, non modò si ex omni parte eiusdẽ modi sint, sed etiam si discerni non possint.quibus positis,vnius argumenti conclusione tota ab his causa comprehenditur. cõposita autem[g] ea conclusio sic est: Eorum,quæ videntur, alia vera sunt,alia falsa: & quod falsum est, id percipi non potest: quod autem verũ visum est,id omne tale est,vt eiusdem modi falsum etiam possit videri. Et[h], quæ visa sunt eiusmodi, vt in iis nihil interfit, non potest accidere,vt eorum aliqua percipi possint,alia non possint.Nullum igitur est visum, quod percipi possit. Quæ autem sumunt, vt concludant id,quod volunt:ex his duo sibi putant concedi,neq; enim quisquam repugnat.ea sunt hęc: Quæ visa falsa sint, percipi ea non posse:& alterum, Inter quæ visa nihil interfit, ex his non posse alia talia esse,vt percipi possint,alia vt non possint: reliqua verò, multa, & varia oratione defendunt. quæ sunt item duo: vnum, Eorum, quæ videantur, aliud verum esse,aliud falsum: alterum, Omne visum,quòd sit à vero,tale esse, quale etiam à falso possit esse.Hæc duo proposita non præteruolant,sed ita dilatant, vt non mediocrem curam adhibeant, & diligentiam.diuidunt enim in partes. & eas quidem magnas: primùm in sensus:deinde in ea,quæ ducuntur à sensibus, & ab omni consuetudine: quam obsecutam volunt.tum perueniunt ad eam partem,vt ne ratione quidem, & coniectura vlla res percipi possit. Hæc autem vniuersa concidunt etiam minutiùs. Vt enim de sensibus hesterno sermone vidistis,item faciunt de reliquis: in singulisque rebus, quas in minima diuidunt partes, volunt efficere, his omnibus,quæ à visis sunt,veris, adiuncta esse falsa, quæ à ve-

a L.Quamobrem,sive tu probabilem
P. X.
visionem, & quæ non impediatur,sive improbabilem,& quæ impediatur, vt Carn.vol.
b L.quia proprium communi signo notari non p.
c Proprii natura.*
d Verum aliquod ita dari potest,vt nõ possit id & falsum videri*
e inclusa quibusdam desunt.*
f L.verè illud quidem impressum in animo,atque in mente,neque al. verè illud quidem impress. animo, atque menti,neque &c.
g ἀνεπιλήπτως,
h L.verè,inanitérne mẽs moueatur?
i sine nota rei certa & propria nemo quidquã affirmare potest.*
P. P.
k L.si magnã partem q. & ita v.c.
l L. quo obscurato, & oppr. & ita quidam v.c.
m Academicorum iterum error in assensionib.*
n al. de approbatione,
o al. nũc cùm, quæ vis esset in sensib.
p al. reddenda.e proden da,id est relinquenda.*
P. Xa.
a L.si nihil situm est in nobis ipsis?
b An vt vitia ita virtutes in potestate hominis sint.
c peccamus assensione.
d L.assentiãtur.
e L.de illo
f al.continẽt
P. P.
g q.v.c.non habent,aut.
P. P.
h al.Et in iis quæ visa sunt v.c.*
i al.diligentiam

tis nihil differant. ea cùm talia sint, nihil posse comprehendi. Hanc ego subtilitatem, philosophia quidem dignissimam iudico, sed ab eorum causa, qui ita disserunt, remotissimam. [definitiõnes[a] enim, & partitiones, & [b] horum luminibus vtens oratio, tum similitudines, dissimilitudinésq;, & earũ tenuis & acuta distinctio, fidentium est hominum: illa, vera, & firma, & certa esse, quæ tutentur: non eorum, qui clament, nihilo magis vera illa esse, quàm falsa] quid enim agant, si, cùm aliquid *definierint*, roget eos quispiam. num illa definitio possit in aliam rem transferri quamlibet? si posse dixerint: quid[c] enim dicere habeant, cur illa vera definitio sit? si negauerint: fatendum sit, quoniam vel illa verè definitio transferri nõ possit in falsum, quod[e] ea definitione explicetur, id percipi posse: quod minimè illi volunt. eadem dici poterunt in omnibus partibus. Si enim dicent, *ea, de quibus disserent*, se dilucidè perspicere, nec vlla cõmunione visorum impediri: cõprehendere ea se posse fatebuntur. sin autem negabunt vera visa à falsis posse distingui, quî poterunt longiùs progredi? occurretur enim, sicut ⊙ccursum est. nam concludi argumentum non potest, nisi[f] finis, quæ ad concludendum sumta erunt, ita probatis, vt falsa eiusdem modi nulla possint esse. ergo si, rebus comprehensis, & perceptis, nihil, & progressa ratio hæc efficiet, nihil posse comprehendi: quid potest reperiri, quod ipsum sibi repugnet magis? cùm que ipsa natura accurate orationis[g] hoc profiteatur, se aliquid patefacturam, quod non appareat, & quo id facilius assequatur, adhibituram & sensus, & ea, quæ perspicua sint: qualis est istorum oratio[h], qui omnia non tam esse, quàm videri volunt? Maximè autem conuincuntur, cùm hæc duo pro congruentibus sumunt, tam vehementer repugnantia: primùm esse quædam falsa visa: quod cùm volunt, declarant *quadam esse vera*: deinde ibidem[i], inter falsa visa, & vera nihil interesse. At primùm sumseras, tanquam interesset. ita priori posterius, posteriori superius non iungitur. Sed progrediamur longiùs, & ita agamus, vt nihil nobis assentati esse videamur: quæq; ab his dicuntur, sic persequamur, vt nihil in[k] præteritis relinquamus. Primum igitur *perspicuitas* illa, quã diximus, satis magnam habet vim, vt ipsa per sese, ea, quę sint nobis, ita vt sint, indicet. Sed tamen, vt maneamus in perspicuis firmiùs, & constantius, maiore quadam opus est vel arte, vel diligentia, ne ab iis, quæ clara sint ipsa per se, quasi præstigiis quibusdam, & captionibus depellamur. nam, qui voluit subuenire erroribus Epicurus, iis, qui videtur conturbare veri cognitionem, dixitque sapientis esse, opinionem à perspicuitate seiungere: nihil[l] fecit. ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit. Quamobrem cùm duæ causæ perspicuis, & euidentibus rebus aduersentur: auxilia totidem sunt contrà comparanda. aduersatur enim primùm, quòd parum defigunt animos, & intendunt in ea, quæ perspicua sunt, vt, quãta luce ea circumfusa sunt, possint[m] agnoscere: alterum est, quòd fallacibus, & captiosis interrogationibus circumscripti, atque decepti quidam, cùm eas dissoluere non possunt, desciscunt à veritate. oportet igitur & ea, quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promtu habere, de quibus tam diximus. & esse

armatos, vt occurrere possimus interrogationibus eorũ, captionésq; discutere quod deinceps facere constituí. Exponam igitur generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam illa solẽt non confuse loquî. Primùm conantur ostendere, multa posse videri esse, quę omnino nulla sunt[a], cùm animi inaniter moueãtur eodẽ modo rebus iis, quæ nullæ sint, vt iis quę sint. Nam cùm dicatis, inquiunt, visa quædam mitti à deo, velut ea, quæ [b] in somniis videantur, quæque oraculis, auspiciis, extis declarantur[c]: (hæc enim aiunt probari à Stoicis, quos contra disputant) quærunt, quónam modo, falsa visa quæ sint, ea deus efficere possit probabilia? quæ autem planè proximè ad verum accedãt, efficere non possit? aut, si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdifficiliter, internoscantur tamen? &, si hæc, cur[d] nõ inter quæ nihil sit omnino? deinde, cùm mens moueatur ipsa per sese, vt & ea declarãt, quæ cogitatione depingimus, & ea, quæ vel furiosis, vel dormientibus videntur, nónne, inquiunt, verisimile sit, sic etiam mentem moueri, vt non modò internoscat, visa[e] vera illa sint, ánne falsa, sed[f] vt in his nihil intersit omnino? vt, siqui tremerent, & exalbescerent vel ipsi per se, motu mentis aliquo, vel obiecta terribili re extrinsecus, nihil[g] interesset, quî distingueretur tremor ille, & pallor. neque[h], vt quidquam interesset inter intestinũ, & oblatum. Postremò si nulla visa sint[i] probabilia, quæ falsa sint, alia ratio est. sin autem sunt: cur non etiam quæ non facilè internoscantur? cur[k] non vt planè nihil interfit? præsertim cùm dicatis, sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in visis distinctio appareat. Ad has omneis visiones inaneis Antiochus quidem & permulta dicebat, & erat de hac vna re vnius diei disputatio. mihi autem non idem faciundum puto: sed ipsa capita dicenda: & primùm quidẽ hoc reprehẽdendũ, q⁹ captiosissimo genere interrogationis vtuntur: qđ genus minimè in philosophia probari solet, cùm aliquid minutatim, & gradatim additur, aut demitur. Soritas[m] hos vocant, qui[n] aceruũ efficiunt vno addito grano. Vitiosum sanè, & captiosum genus. sic enim adsceditis: Si tale visum obiectum est à deo dormienti, vt probabile sit, cur nõ etiam vt valde verisimile? cur deinde non, vt difficiliter à vero internoscatur? deinde[o], vt ne internoscatur quidẽ? postremò vt nihil inter hoc & illud interfit? Huc si peruenerís, me tibi primum quidq; concedente: meũ vitium fuerit. sin ipse tua sponte processeris: tuũ. Quis enim tibi dederit, aut omnia deũ posse: aut ita factu tũ esse, si possit? quomodo autem sumis, vt, si quid cui simile esse possit, sequatur, vt etiam internosci difficiliter possit? deinde, vt ne vix internosci quidem? postremò, vt idem sit? vt[p], si lupi canibus similes: eosdem dices ad extremum. Et quidem honestis similia sunt quędam nõ honesta, & bonis non bona, & artificiosis minimè artificiosa. quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse? Ne repugnãtia quidem videmus? nihil est enim, quod de suo genere in aliud genus transferri possit. at si efficeretur, vt inter visa differentium generum nihil interesset: reperientur quæ & in suo genere essent, & in alieno. quod fieri quî potest? omnium deinde inanium visorum vna depulsio est, siue illa cogitatione informan-

a *al. sint Vpsal.*

b L. quæ in somnis vid. *& ita o. v. c.* P. XIII.

c L. declarentur.

d L. cur non inter quæ nihil interfit omnino?

e *v. c.* vera illa visa sint, ánne falsa, *& ita L.*

f *al.* sed vt inter hæc nihil.*

g L. nihil vt esset, qui distingueretur tr.

h *al.* neque quidquã interesset inter intest. *&c.*

‖ *al.* nihil esset qui. *al.* niset quo.*

i L. sunt p.

k *al.* cur non inter quæ planè. *al.* cur non eiusmodi, vt plane nihil interfit.*

l soritas postea vocat.*

m de Sorite dixi ad l. 177. ff. de verborũ signif.*

n *fort.* quia

o *fort.* cur nõ, P. B. vt ne intern.

p L. vt, si lupi canibus sint similes: eo. d.

a Inclusa aut corrupta, aut additicia esse puto. *

b L. & harum luminibus. P. XII.

c L. quid dicere habeant cur illa &c. *al.* quid tum dicere hab.

d *al.* vera.*

e L. vel quod ea definitione expl.

f L. nisi iis, quæ

g *al.* rationis

h *al.* ratio.*

i Ibidem, vt deinde dubidem

k *al.* ingrate-rimur.*

P. B.

l *fort.* non fecit. *&* non posfecit. L. *&* *al.* vt. c. nihil effecit. L. *&* *al.* vt. c. nihil effecit. L. non posfecit. *&* *al.*

tur, quod fieri solere cõcedimus: siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam. nam ab omnibus eiusdemmodi visis persipicuitatem, quam mordicùs tenere debemus, abesse dicemus. quis enim, cùm sibi fingit aliquid, & cogitatione depingit, non simul ac se ipse cõmouit[a], atq; ad se reuocauit, sentit quid interfit inter persipicua, & inania? Eadem ratio est somniorum. num censes Ennium, cùm in hortis cum Ser. Galba, vicino suo ambulasset, dixisse, visus sum mihi cum Galba ambulare? At, cùm somniauit, ita narrauit:

Visus Homerus adesse poeta: Idémque in Epicharmo,

Nam videbar somniare me[b] *& ego esse mortuum.*

Itaque, simul[c] experrecti sumus, visa illa contemnimus: neque ita habemus, vt ea, quæ in foro gessimus. *At enim* dum videntur, eadem est ind. omnis species eorum, quæ vigilantes videmus. Plurimùm interest. sed id omittamus. illud enim dicimus, non eandem esse vim, neque integritatem dormientium, & vigilantium, nec mente, nec sensu. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrij: dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, iisque, quæ videntur, imbecillùs assentiuntur: cúmque edormiuerunt[e], illa visa quàm leuia fuerint, intelligunt. quod idè contingit insanis, vt & incipientes furere, sentiant, & dicant, aliquid[f], quod non sit, id videri sibi: & cùm relaxentur, sentiant, atque illa dicant Alcmeonis:

Sed mihi neutiquam cor[g] *consentit cum oculorum adspectu.*

At enim ipse sapiens sustinet se in furore, ne approbet falsa pro veris. Et aliàs quidem sæpe, si aut in sensibus ipsius est aliqua fortè grauitas, aut tarditas, aut[h] obscuriora sunt quę videntur, aut à perspiciendo temporis breuitate excluditur. quamquam totum hoc, sapientè aliquãdo sustinere assensionẽ, cõtra vos est. si enim inter visa nihil interesset, aut semper sustineret, aut numquã Sed ex hoc genere toto perspici potest leuitas orationis eorum, qui omnia cupiunt cõfundere. Quærimus grauitatis, constantiæ, firmitatis, sapientiæ iudicium: vtimur exemplis somniantiũ, furiosorum, ebriosorũ illud battẽdamus, in hoc omni genere quàm inconstanter loquamur. non enim proferemus vino, aut somno oppressos, aut mente captos, tam absurdè, vt tum dicere mus interesse inter vigilantium vitã, & sobriorum, & sanorum, & eorum qui essent aliter affecti, tum nihil interesse. Ne hoc quidem cernunt, omnia se reddere incerta, quod nolunt. ea dico incerta, quæ ἄδηλα Græci. Si enim res se ita habeant, vt nihil interfit, vtrùm ita cui videatur, vt insano an[i] sano: cui possit exploratum esse de sua sanitate? quod velle efficere, non mediocris insania est. *Similitudines* verò aut *geminorum*, aut *signorũ annulis impressorum*, pueriliter consectantur. quis enim nostrùm similitudines negat esse, cùm eæ plurimis in rebus appareant? sed, si satis est ad tollendam cognitionem similia esse multa multorum: cur eo non estis contenti, præsertim concedentibus nobis? & cur potiùs id contenditis, quod rerũ natura non patitur, vt non suo[k] quicq; genere sit tale, quale est? nec sit in duob[l] aut pluribus nulla re differens vlla[l] communitas? vt[m] sibi sint & oua ouorum, & apes apum simillimæ. Quid pugnas igitur? aut quid tibi vis in gemi-

a *fort.* commouit, atq. ad sese rem.

P. XIIII. b *al.* medego esse. *al.* ego med esse.*

c *al.* simul vt exp.

d L. in somnis species horum, & eorum, quæ

e L. cúmque edormierit, & *ita v.c.*

f L. aliquid, quod non sit, videri sibi: —

g *fort.* aut si obscur.

h *al.* nec illud attendimus.*

P. B.

i L. an vt sano

k L. suo quidque in genere

l L. nulla cõmunitas *ita v.c.*

m L. At tibi sint & oua ouorum, & ap-

nis? conceditur enim, similes esse. quo contentus esse potueras. tu autem vis eosdem esse planè, non similes. quod fieri nullo modo potest. Deinde *confugis ad physicos* eos, qui maximè in Academia irridentur: à quibus ne tu quidem iam te abstinebis: & ais Democritum dicere, innumerabileis esse mundos, & quidẽ sic quosdam inter sese non solùm similes, sed vndique perfectè, & absolutè ita pares, vt inter eos nihil prorsus interfit, & a eos quidem innumerabileis: itémque homines. deinde postulas, vt, si mũdus ita sit par alteri mundo, vt inter eos ne minimum quidem interfit, concedatur tibi, vt in hoc quoque nostro mundo aliquid alicui sic par sit, vt nihil differat, nihil interfit. cur enim, inquies, cùm ex illis indiuiduis, vnde omnia Democritus gigni affirmat, in reliquis mundis. & in his quidem innumerabilibus, innumerabiles. Q. Lutatij Catuli non modò possint esse, sed etiam sint, in hoc tanto mundo Catulus alter non possit effici? Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non assentior: potiúsque refellam, propter id, quod dilucidè docetur à politioribus physicis, singulas rerum singulas proprietates esse. fac enim antiquos illos Seruilios, qui gemini fuerunt, tamb similes, quàm dicuntur: num censes etiam eosdem fuisse? nõ cognoscebantur foris: at domi. non ab alienis: at à suis. An non videmus, hoc vsu venire, vt, quos numquam putassemus à nobis internosci posse, eos, consuetudine adhibita, tam facilè internoscere mus, vti ne minimum quidem similes esse videremur? Hîc, pugnes licet, non repugnabo: quin etiam concedam, illum ipsum sapientem, de quo omnis hic sermo est, cùm ei res similes occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum assensum, nec vmquam vlli viso assensurum, nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non possit. Sed ad cæteras res habet quandam artem, qua vera à falsis possit distinguere: & ad similitudines istas vsus adhibendus est. Vt[c] mater geminos internoscit consuetudine oculorum, sic tu internosces, si assueueris. Vidésne, vt in prouerbio sit *euorum* inter se *similitude*? tamen hoc accepimus, Deli fuisse complureis saluis rebus illis qui gallinas alere permultas quæstus causa solerent. hi cùm ouum inspexerant, quæ id gallina deperisset, dicere solebant. neque id[d] est contra nos. nam nobis satis est, ouaf illa internoscere. nihil enim magis assentiri potest hoc illud esse, quàm si inter illa omnino nihil interesset. habeo enim regulam, vt talia visa vera iudicem, qualia falsa esse non possunt. ab hac mihi non licet *transiersum*, vt aiunt, *digitum* discedere, ne confundam omnia, veri enim, & falsi non modò cognitio, sed & natura tolletur, si nihil erit, quod interfit: vt etiam illud absurdum sit, quod *interdum soletis dicere*, cùm visa in animos imprimantur, nõ vos id dicere, inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species, & quasdam formas eorum. Quasi verò non specie visa iudicentur: quæ fidem nullam habebunt, sublata veri & falsi nota. *Illud* verò *perabsurdum*, quòd dicitis probabilia vos sequi, si re nulla impediti, mini. Primùm quî potestis non impediri, cùm à veris falsa non distent? deinde quod iudicium est veri, cùm sit commune falsi? Ex his illa necessariò nata est ἀνεπόχη, id est assensionis retentio: in qua melius tibi cõsti-

a *al.* hæc item & eos quos innumerabileis, *vbique delendum.*

P. XV.

b L. tam simileis fuisse, quàm *al.*

c *fort.* & ita mater

d *vt atur* Nonio c. 10. Gallinas 372.

e prouerbii *scilicet*: Nihil tã simile ouum ouo similc.

f L. qua illa internoscere. At enim nihil hîc assentiri P. B.

g L. in animis imprimantur.

h *inclusa videntur esse glossema.**

tit Arcesilas, si vera sunt quę de Carneade nō nulli existimant. si enim percipi nihil potest, quod vtrique visum est: tollēdus assensus est. quid enim est tam futile, quàm quidquam approbare non cognitum? Carneadem autem etiam heri audiebamus, solitum[a] esse delabi interdum, vt diceret, opinaturum, id est, peccaturum esse sapientem. Mihi porrò non tam certum est, esse aliquid, quod comprehendi possit, de quo iam etiam nimiùm diu disputo, quàm sapientem nihil opinari, id est, numquā assentiri rei vel falsæ, vel incognitæ. *Restat* illud, quòd dicunt, veri inueniendi causa contra omnia dici oportere, & pro omnibus. Volo igitur videre, quid inuenerint. Non solemus, inquit, ostendere. Quæ sunt tandem ista mysteria? aut cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram? Vt, qui audient, inquit, ratione potiùs, quàm auctoritate ducantur. Quid si vtrumque? num peius est? vnum tamē illud non celant, nihil esse, quod percipi possit. an in eo auctoritas nihil obest? mihi quidē videtur vel plurimùm. quis enim ista tam aperte, perspicuéque & peruersa, & falsa secutus esset, nisi tanta in Arcesila, multo etiam maior in Carneade & copia rerum, & dicēdi vis fuisset? Hæc Antonius ferè & Alexandriæ tū, & multis annis pòst, multo etiam asseueratiùs in Syria, cùm esset mecum paullo antè, quàm esset mortuus. Sed iam etiam confirma causa, te, hominem amicissimum, (me autē appellabat) & aliquot annis minorem natu, nō dubitabo monere: Túne, cùm tantis laudibus philosophiam extuleris, Hortensiúmque nostrum dissentientem commoueris, eam philosophiam sequēre, quæ confundit vera cum falsis, spoliat nos iudicio, priuat approbatione, omnibus orbat sensibus? Et[b] Cimmeriis[c] quidem, quibus adspectum solis siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci, quē incolebant, situs, ignes tamen aderant, quo tū illis vti lumine licebat, isti autem, quos tu probas, tantis offusis tenebris, ne scintillam quidem vllam nobis ad adspiciendū reliquerunt. quos si sequamur, iis vinculis simus adstricti, vt nos commouere nequeamus, sublata enim assensione, omnem & motum animorum, & actionem rerum sustulerunt. quod non modò rectè fieri, sed omnino fieri non potest. prouide etiam, ne vni tibi istam sententiam minimè liceat defendere. an tu, cùm res occultissimas aperueris, in lucémque protuleris, iuratúsque dixeris, ea[d] te comperisse: quod mihi quoque licebat, qui ex te illa[e] cognouerim: negabis esse rem vllam, quæ cognosci, comprehendi, percipi possit? vide, quæso, etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum à te ipso minuatur auctoritas.

7 ¶ Quæ cùm dixisset ille, finem fecit. Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, vt etiam[f] manus sæpe tolleret. nec mirum. nā numquam arbitror contra Academiam dictū esse subtiliùs. me quoque, iocánsne, an ita sentiens, (non enim satis intelligebam) cœpit hortari, vt sententia desisterem. 8 ¶ Tum mihi Catulus, Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ est habita memoriter, accuratè, copiosè: tacebo, neque te, quo minùs, si tibi ita videatur, sententiam mutes, deterrendum puto. illud verò non censuerim, vt eius auctoritate mueare. tantùm enim te non monuit, inquit, ridens, vt caueres, ne quis improbus tribunus pleb. quorum vides quanta copia semper futura sit, arriperet te, & in concione quæreret, quî tibi constares, cùm idem negares quidquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Hoc, quæso, ne te terreat. de causa autem ipsa malim quidem[a] te ab hoc dissentire. sin cesseris, non magnopere mirabor. memini enim Antiochum ipsum, cùm annos multos talia sensisset, simulac visum sit, sententia destitisse. 9 ¶ Hæc cùm dixisset Catulus: me omnes intueri. Tum ego non minùs commotus, quàm soleo in causis maioribus, huiusmodi quandam orationem sum exorsus: Me, Catule, oratio Luculli de ipsa re ita mouit, vt docti hominis, & copiosi, & parati, & nihil prætereuntis eorum, quæ pro illa causa dici possent, non tamen vt ei respondere me posse diffiderem. auctoritas autem tanta planè me mouebat, nisi tu oppositisses non minorem tuam. aggrediar igitur, si pauca antè quasi de fama mea dixero. Ego enim si aut ostentatione aliqua adductus, aut studio certandi, ad hanc potissimùm philosophiam me applicaui, non modò stultitiam meam, sed etiā mores, & naturam condemnandam puto. nam, si minimis in rebus pertinacia reprehenditur, calumnia quoque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cùm alios, tum etiam me ipsum velim? Itaque, nisi ineptum putarem, cùm in tali disputatione id facerem, quod, cùm de rep. disceptatur, fieri interdum solet: iurarem per Iouem, deósque penateis, me & ardere studio veri reperiendi, & ea sentire, quæ dicerem. quî enim possum non cupere verum inuenire, cùm gaudeam, si simile veri quid inuenerim? sed, vt hoc pulcherrimū esse iudicem, vera videre: sic, pro veris probare falsa, turpissimum est. nec tamē ego is sum, qui nihil vmquam falsi approbem, qui numquam assentiar, qui nihil opiner: sed quærimus de sapiente, ego verò ipse & magnus quidem sum opinator (non enim sum sapiēs) & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram,

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

vt ait Aratus, eóque directius gubernant, quòd eam tenent,

Quæ cursu interiore, breui conuertitur orbe:

sed ad elicen, & clarissimos septemtriones, id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas. eò fit, vt errem, & vager latiùs. sed nō de me, vt dixi, sed de sapiente quæritur. visa enim ista cùm acriter mentem, sensúmve pepulerunt, accipio, hísque interdum assentior, nec percipio tamē. nihil enim arbitror posse percipi. non sum sapiens. itaque visis cedo, neque possum resistere. sapientis autem hanc censet Arcesilas vim esse maximam, Zenoni assentiens, cauere ne capiatur: ne fallatur, videre. ni hil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate disiunctius. quid igitur loquar de firmitate sapientis? quem quidem nihil[d] opinari tu quoque, Luculle, concedis. quod quoniam à te probatur (vt prepostere à te cum agam, mox referam me ad ordinem) hæc primùm conclusio quam[e] habeat vim, considera. Si vlli rei sapiens assentietur vmquam, aliquando etiam opinabitur. numquam[f] autem opinabitur. nulli igitur rei assentietur. hanc conclusionem

P. XVII.

a *fort.* huc sonum esse debet

b *al.* Ait Cim. e Valerius Flaccus. 3. Argonaut. Est

P. XVI.

procul adstyge deuexa silentis nocte Cimmerias domus. Est operis inclusa tellus, condita cauernis. Cæruleo tenebrosa situ, quo flamma nunquam, nec lucida, sydera mittit Iuppiter annos. Stat tacitæ mortis imago, horrida, immotique sylua comati, Horrent verendi Manes loci. Et alio. Qui locus, Qui dira Stygis regna tenet. Metamorphos. 11. Cimmeriis. Quos numquam radiis oriens, neque cum se condit, Phœbus adire potest: nebulæ caligine mixtæ exhalantur humo, dubiúmque crepusculum cogunt. adde Strabonem. 1. Cimmerios frigoris occupatos in incolis referr. Ephor. in Cimmerios. Hinc Cimmerias tenebras Lucret. 6. Infinitum. Cimmerium chaos. Papin. 3. Syluarum. c *Fort.* te e.

P. B.

d Cillas e. Illius tollere confuse. Ego adnitens, vt hic esse, vt pōsse. Catullus. Adnitens hæc, mansuete tollere. Bum. Imagi falsi. Cicero differt.

e Κυρίως οὕτως, d Sapiens an opinari possit, aut in sapientem cadat opinio.* e vult meo iudicio argumentandi rationem reprehendere. Nā probaturus sapientem nihil opinari, non recte ita argumentabitur, Qui assentiri potest, idem potest opinari. Hoc non potest sapiens: igitur nec ille.

P. B. lud: sed ita, qui assentiri potest, idē potest opinaris. Sapiēs illud non potest, ergo nec illud.*

f Ineptissimum est hoc argumentum.*

b *al.* & magnus quidā sum

Arcesilas probat: confirmat enim primum, & secundum, Carneades nonnumquam[a] secundum. & illud dabat, assentiri aliquando. ita sequebatur etiam opinari: quod tu non vis, & rectè, vt mihi videris. Sed illud primùm, sapientem, si assensurus esset, etiam opinaturum, falsum esse & Stoici dicunt, & eorum adstipulator[b] Antiochus. posse enim eum falsa à veris, & [c]quæ non possint percipi, ab iis, quę possint, distinguere. Nobis autem primùm, etiam si quid percipi possit, tamen ipsa cõsuetudo assentiendi, periculosa esse videtur, & lubrica. quamobrem cùm tam vitiosum esse constet, assentiri[d] quidquam aut falsum, aut incognitum: sustinenda est potiùs omnis assensio, ne præcipitet, si temerè processerit. ita enim finitima sunt falsa veris, eáque[e] quæ percipi possunt (si modò ea sunt quædam: iam enim videbimus) vt[f] tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere. sin autem omnino nihil esse, quod percipi possit, à me sumsero, &, quod tu mihi das, accepero, sapientem nihil opinari: effectum illud erit, sapientem assensus omneis cohibiturum: vt tibi videndũ sit, idne malis, an aliquid opinaturum esse sapientem. neutrum, inquies, illorum. nitamur igitur, nihil posse percipi. etenim de ea omnis est controuersia. Sed priùs pauca cum Antiocho: qui hæc ipsa, quæ à me defenduntur, & didicit apud Philonem tam diu, vt constaret diutiùs didicisse neminem, & scripsit de his rebus acutissimè, & idem hæc non acriùs accusauit in sene etute, quàm anteà defensitauerat. Quamuis igitur fuerit acutus, vt fuit: tamẽ inconstantia leuatur auctoritas. quis[g], inquam, enim iste dies illuxerit, quæro, qui illi ostenderit eam, quam multos annos esse negauisset, veri & falsi notam. excogitauit aliquid: eadem dicit, quæ Stoici: pœnituit eum illa sensisse. cur non se transtulit ad alios, & maximè ad Stoicos? eorum enim erat propria ista defensio. quid[h]? eum Mnesarchi pœnitebat? quid? Dardani? qui erant Athenis tum principes Stoicorum. numquam à Philone discessit, nisi posteaquàm ipse cœpit, qui se audirẽt, habere. Vnde autem subitò vetus Academia reuocata est? nominis dignitatẽ videtur, cùm à re ipsa descisceret, retinere voluisse, quod erant qui illum gloriæ causa facerent[i] sperare, etiam. fore, vt ij, qui se sequerentur, Antiochij vocarentur. Mihi autem magis videtur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum. etenim de ceteris sunt inter illos nonnulla communia: hæc Academicorum est vna sententia, quam reliquorum philosophorum nemo probet. itaque cessit. vt enim ij, qui[k] sub nube solem non ferunt: item ille, cùm æstuaret, veterum, vt Menianorum, sic Academicorum vmbram secutus est. quoque solebat vti argumento tum, cùm ei placebat, nihil posse percipi, cùm[l] quæreret Dionysius ille Heracleotes, vtrùm comprehendisset certa illa nota, qua assentiri dicitis oportere, illúdne, quod multos annos tenuisset, Zenoníque magistro credidisset, honestum quod esset, id bonum solum esse: an quod posteà defensitauisset, honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum: qui ex illius commutata sententia docere vellet, nihil ita signari in animis nostris à vero posse, quod non eodem modo possit à falso, is[m] cùm esset, vt quidam, qui sumsisset, ex[a] eo ceteri sumerent. ¶ Sed cùm hæc alio loco plura, nunc ad ea, quæ à te Luculle, dicta sunt: & primùm quod *initio dixisti*, videamus, quale sit: similiter à nobis de antiquis philosophis commemorari, atque seditiosi solerent claros viros, sed tamen populareis aliquos nominare. illi cùm res bonas[b] tractent, similes bonorum videri volunt. nos autem dicimus, ea nobis videri, quæ vosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis. Anaxagoras niuem nigram dixit esse. ferres me, si ego idem dicerem? tu, ne si dubitarem quidem. at quis est hic? num sophistes[c]? sic enim appellantur ij, qui ostentationis, aut quæstus causa philosophantur. maxima fuit & grauitatis, & ingenij gloria. Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus non modò ingenij magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus ordiri, Hæc loquor de vniuersis. nihil excipit, de quo non profiteatur. quid enim esse potest extra vniuersa? quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquísque inferioris ætatis? qui mihi cum illo collati, quinctæ[d] classis videntur. atque is non hoc dicit, quod nos, qui veri esse aliquid non negamus, percipi posse negamus: ille verum esse planè negat: esse[e] sensus quidem nec obscuros dicit, nec tenebricosos: sic enim appellat eos is, qui hunc maximè est admiratus, Chius Metrodorus initio libri, qui est de natura. Nego, inquit, scire nos, sciamúsne aliquid, an nihil sciamus: ne idipsum quidem nescire, aut scire, scire nos: nec omnino, sítne aliquid, an nihil sit. Furere tibi Empedocles videtur: at mihi dignissimum rebus iis, de quibus loquitur, sonum fundere. num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus, si parum magnam vim censet in iis esse ad ea, quæ sub eos subiecta sunt, iudicanda? Parmenides, Xenophanes, minùs bonis quamquam versibus, sed tamen illis versibus increpant eorum arrogantiam, quasi irati, qui, cùm sciri nihil possit, audeant se scire dicere. Et ab his aiebas remouendum Socratem & Platonem. cur? an de vlis certiùs possum[f] dicere? vixisse cum his equidem video: ita multi sermones perscripti sunt, è quibus dubitari non possit, quin Socrati nihil sit visum sciri posse. excepit vnum tũm, scire se, nihil se scire: nihil amplius. Quid dicam de Platone? qui certè tam multis libris hæc persecutus non esset, nisi probauisset. ito. niam enim alterius, perpetuam præsertim, nulla fuit ratio persequi. Videórne tibi, non vt Saturninus, nominare modò illustreis homines, sed [g] etiam imitari numquam, nisi clarum nisi nobilem. Atque[h] habebam molestos vobis, sed minutos, Stilbonem[i], Diodorum, Alexinum: quorum sunt contortæ[k], & aculeata quædam sophismata. sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. Sed quid eos colligam, cùm habeam Chrysippum, qui fuleire putatur porticum Stoicorum? quàm multa illé contra sensus, quàm multa contra omnia, quæ in consuetudine probantur, dissoluit? dé mihi quidem non videtur: sed dissoluerit fanè, certè tam multa non collegisset, quæ nos fallerent probabilitate magna, nisi videret his resisti nõ facilè posse. Quid[l] Cyrenei[m]? videntur minimè contemti philosophi: qui negant esse quidquam, quod percipi possit extrinsecus: ea se sola percipere, quæ tactu intimo sentiant, vt dolorem, & voluptatem: neque se, quo

a L. nonnum quam & secundum illud dabat,

b ita Nonius capit. in Adstipulari, * c al. & quæ non possunt percipi.

d al. assentiri cuiquam aut falso, aut inc.

e L. eáque quæ percipi non possunt, its, quæ possunt (si modò &c.

f L. vt in tã præcipitem &c.

P. XVIII.

g L. quis enim vmquã iste dies ill. ‖ al. quis enim iste dies, *

h al. Quid enim, Mnesarchi pœnitebat? *

i L. facere dicerent: sperare etiam, f.

k L. qui nisi sub nube &c.

l L. cùm quæreret Dionysius ille Heracleotes, vtrùm &c. ‖ vt P. B. illa, cũ quæreret, referenda sint ad Antiochũ quærentem. *

m L. is etiam, vt quod

a L. id ex

b L. non bonas tr.

c Sophistæ qui. d In sex Cl ses populus à Ser. Tullio distributus, idque ex cen su: quarum nõ nisi quinque celebrat. Gellius, Asconius Pedianus, Salustius, vltimum non habebatur ratio, quæ proletariorũ capite cen forum. Quinæ igitur classis dicebantur, qui postremi & inter postremos, vt classicus, qui primæ & 125000. asris, & amplius possidebant. Infra Clas P. XIX. sem, qui secundæ & reliquarum. Oell. 13. vide apud eundẽ authorem. cũ B. Clasficus & proletarius scribitur opponi. St. Clasicus nõ reperio apud priscos non probe. e L. esse sensus. Quidem dicit ipsum. rosos & nebulosos. f al. ipsum. g L. sed imitari non quam, nisi clarum, nisi imitari non nisi clarum, nisi nobilem quam. h al. Aequi. i L. Stilponem, k L. Sophismata. l al. Quid? Cyrenei vi. dentúrne di. bi contemti philosophi? al. Quid Cyrenei videntur mihi qui

P. B. dem pon con renei philosophi qui n. al. Cyrenaici.

quo quid colore, aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire, affici se quodammodo. Satis multa de auctoribus. quamquam *ex me quæsieras*, nónne putarem post illos veteres, tot sæculis, inueniri verum potuisse, tot ingeniis, tantisque studiis quærentibus. Quid inuentum sit, paullo pòst videro, te ipso quoque iudice. *Arcesilam* verò non obtrectandi causâ cum Zenone pugnauisse, sed verum inuenire voluisse, sic intelligitur. Nemo[a], inquam, superiorum non modò expresserat, sed ne dixerat quidem posse hominem nihil opinari: nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti. Visa est Arcesilæ cùm vera sententia, tum honesta, & digna sapiente. quæsiuit de Zenone fortasse, quid futurum esset, si nec percipere quidquam posset sapiens[b], nec opinari sapientis esset. Ille credo, Nihil[c] opinatur, quoniam esset quod percipi posset. Quid[d] ergo esset id? Visum[e], credo. Quale igitur visum? tum illum ita definiuisse, ex[f] eo, quod esset sicut esset, impressum, & signatum, & effectum. Pòst requisitum, etiámne, si eiusmodi esset visum verum, quale falsum? Hic Zenonē vidisse acutè, nullū esse visum, quod percipi posset, si id tale esset ab eo, quod est, vt eiusmodi ab eo, quod non est, posset esse. Rectè consensit Arcesilas ad definitionem additum. neque enim falsum percipi posse, neque verum, si esset tale, quale vel falsum. Incubuit autem in eas disputationes, vt doceret, nullum tale esse visum à vero, vt non eiusdemmodi etiam à falso possit esse. Hæc autem est vna contentio, quæ adhuc permanserit. nam illud, nulli rei assensurum esse sapientem, nihil ad hanc controuersiam pertinebat. licebat[h] enim nihil percipere, & tamen opinari: quòd à Carneade dicitur probatum. Equidem Clitomacho plus, quàm Philoni, aut Metrodoro, credens, hoc magis ab eo disputatum, quàm probatum puto. Sed id omittamus. illud certè opinatione, & perceptione sublata, sequitur omnium[k] assensionum retentio: vt, si ostendero nihil posse percipi, tu concedas numquam assensurum esse. Quid ergo est, quod percipi possit, si ne sensus quidem vera nuntiant? quos tu, Luculle, communi loco defendis. quod[l] ne id facere possent, idcirco heri, non necessario loco contra sensus tam multa dixeram: tu autem te negasti[m] infracto remo, neque columbæ collo commoueri. primùm cur? nam & in remo sentio non esse id, quod videatur: & in colum ba plureis videri colores, nec esse plus vno. deinde nihilne præterea diximus? maneant illa omnia. lacerat[n] ista causa: veraceis suos sensus esse dicit. Igitur semper auctorem habes, & eum, qui magno suo periculo causam agat. eò enim rem dimittit Epicurus; *si vnus* SEMEL *in vita mentitus sit, nulli vmquam esse credendum.* Hoc est verum esse, confidere suis testibus, & importunè insistere. Itaque Timagoras Epicureus negat sibi vmquam, cùm oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas[o] esse visas. opinionis enim esse mendacium, non oculorum, quasi quæratur, quid sit, non quid videatur. Sed hic quidem maiorum similis. Tu verò, qui visa sensibus, alia vera, alia falsa esse, aliam quæstionem, communibus locis[p] domi nobis ista nascuntur. Si quis deus te interroget, sanis modò, & integris sensibus, num[q] amplius quid desideras? quid respondeas? Vtinam quidem roget. audiat[a], quàm nobiscum malè agatur. vt enim vera videamus, quàm longè videbimus? Ego Catuli Cumanam[b] ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno: neque quidquam interiectum est, quod obstet: sed intendi longiùs acies non potest. O præclarum prospectum! Puteolos videmus: at familiarem nostrum Auianum fortasse in porticu Neptuni ambulantem, non videmus. At ille nescio[c] quid, qui in scholis nominari solet, mille[e] & octingenta stadia quod abesset, videbat: quædam volucres longiùs. Responderem igitur audacter isti vestro deo, me planè his oculis non esse contentum. Dicit[f] me acriùs videre, quàm illos pisceis fortasse: qui neque videntur à nobis, & nunc quidem sub oculis sunt: neque ipsi nos suspicere possunt. Ergo vt illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. At amplius non desideramus. Quid[g] talpam? num desiderare lumen putas? neque tam quererer cum deo, quòd parum longè, quàm quòd falsum viderem. videsne nauem illam, stare nobis videtur: at iis, qui in naui sunt, moueri hæc villa, quære rationem, cur ita videatur: quam vt maximè inueneris, quod haud scio, an non possis: non te verum testem habere, sed eum non sine causa falsum testimonium dicere ostenderis. Quid ego de naui? vidi enim à te remum contemni, maiora fortasse quæris. quid potest esse solle maius? quem mathematici amplius duodeviginti[h] partibus confirmant maiorem esse, quàm terram. quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. Epicurus autem posse putat etiam minorem esse eum, quàm videatur, sed non multo. ne maiorem quidem multo putat esse, vel tantum esse, quantus videatur: vt oculi aut nihil, aut non multùm mentiantur. Vbi igitur illud est, SEMEL? Sed ab hoc credulo, qui numquam sensus mentiri putat, discedamus: qui ne[k] nunc quidem, cùm ille sol, qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit, tamen nobis stare videatur. ¶Sed, vt minuam controuersiam: videte, quæso, quàm in paruulis sitis! Quattuor sunt capita, quæ concludunt, nihil esse, quod noscí[m], percipi, comprehendi possit, de quo hæc tota quæstio est: è quibus primùm est, esse aliquod visum falsum: secundum, non posse id percipi: tertium, inter quæ visa nihil interesse, fieri non posse, vt eorum alia percipi possint, alia non possint: quartum, nullum esse visum verum à sensu profectum, cui non appositum sit visum[n] aliud, quod ab eò nihil interesse, quódque percipi non possit. Horum quattuor capitum secundum, & tertium, omnes concedunt. primum Epicurus non dat. vos, quibuscum res est, id quoque concediti. omnis pugna de quarto est. Qui igitur P. *Seruilium Geminum* videbat, si Quinctium se videre putabat, incidebat in eiusmodi visum, quod percipi non posset: quia nulla nota verum à falsò distinguebatur: qua distinctione sublata, quam haberet M°. Cotta, qui bis cum Gemino consulfuit, agnoscendo? eiusmodi notam, quæ falsa esse non possit? Negas tantam similitudinē in rerum natura esse. Pugnas omnino, sed cum aduersario facili. ne sit sanè. videri certè potest. fallet igitur sensum: & si vna fefellerit

a *al.* Andiat quàm nobiscum male e- P. E. gerit: vt enim vera videamus, quàm longè videmus? Ego Catuli Cumanū ex hoc loco video, Pompeianum nō cerno.*

b *al.* Cumanum ex hoc loco è regione video *Lipſ. 5. epiſtol. quæſt. 17.**

c *al.* nescio quis,

d Strabo vocatur à Plinio 7. cap. 21.*

e Plinius illo loco 130000. passuum refert & secundo bello Punico, à Lylibeo Siciliæ promontorio. classis Carthagine exeuntis numerum dixisse.*

f *fort.* Dicet me acutiùs videre,

g L. Quid? talpam num desi.

h Solis ad terram proportio.*

i de quo pau- P. XXI. lò antè dixit Id est. Cum oculi in tam multis mentiantur, cur non, æquè in omnibus.*

l *al.* ne nūc quidem putat, cùm l L. ita sit. m *fort.* cognosci,

n L. visum aliud falsum, quod

o *al.* in C. Cotta.*

p L. ad noscendum. q *ita v. c. al.* agnoscendi,

similitudo, dubia omnia reddiderit. sublato enim iudicio illo, quo oportet agnosci: etiam si ipse erit, quem videris, qui tibi videbitur, tamen non ea nota iudicabis, qua[a] dicis oportere, vt non possit esse eiusdemodi falsa. Quãdo igitur potest tibi P. Geminus, Quinctus videri, quid habes explorati, cur non possit tibi Cotta videri, qui non sit, quoniam aliquid videtur esse, quod non est? Omnia dicis sui generis esse, nihil esse idem, quod sit aliud. Stoicum[b] est quidem, nec admodum credibile: nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius, nullum granum. hæc refelli possunt: sed pugnare nolo. ad id enim, quod agitur, nihil interest, omnibúsne partibus visa res nihil differat, an internosci non possit, etiã si differat. sed si hominum similitudo tanta esse non potest, ne signorum quidem? dic mihi, Lysippus eodem aere, eadem temperatione, eodem[c] cœlo, aqua, ceteris omnibus centũ Alexandros eiusdemmodi facere non[d] possit? qua igitur notione discerneres? Quid si in eiusmodi[e] cera centum sigilla hoc annulo impressero? ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio? an tibi erit quærendus annularius aliquis, quoniam gallinarium inuenisti Deliacum illum, qui ouа cognosceret? Sed adhibes artem aduocatam etiam sensibus. pictor videt, quæ nos non videmus: &, simul inflauit tibicen, à perito carmẽ agnoscitur. Quid[f] hoc? nónne videtur contra te valere, si sine magnis artificiis. ad quæ pauci accedunt, nostris quidem generis, admodum. nec videre, nec audire possumus? Iam illa præclara, quanto artificio esset sensus nostros, mentémque, & totam cõstructionem hominis fabricata natura. Cur non extimescam opinandi temeritatem? Etiámne hoc affirmare potes, Luculle, esse aliquam vim, cum prudentia & consilio scilicet, quæ finxerit, vel, vt tuo verbo vtar, quæ fabricata sit hominem? qualis ista fabrica est? vbi adhibita est? quando? cur? quo modo? tractantur ista ingeniosè: disputantur etiam eleganter. deniquevideantur sanè, ne affirmẽtur modò. sed de physicis mox, & quidem ob eam causam, ne tu, qui idem me facturum paullo antè dixeris, videare mentitus. sed vt ad ea, quæ clariora sunt, veniam: res iam vniuersas profundam: de quibusvolumina impleta sunt non à nostris solùm, sed etiam à Chrysippo. de quo queri solent Stoici: dum studiosè omnia conquisierit contra sensus, & perspicuitatem, contráque omnem consuetudinem, cõtráque rationem, ipsum sibi respondentem, in seriorem[h] fuisse: itaque ab eo armatum esse Carneadem. Ea sunt eiusmodi, quæ à te diligentissimè tractata sunt. dormientium, & vinolentorum, & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quàm vigilantium, siccorum[i], sanorũ: quo modo? quia cùm experrectus esset Ennius, non diceret se vidisse Homerum, sed visum esse: Alcmæo autem,

Sed mihi neutiquam cor consentit[k].

Similia de vinolentis. Quasi quisquam neget, & qui experrectus sit, eum[l] somniare: &, cuius furor confederit, putare non fuisse ea vera, quæ essent sibi visa in furore. Sed non id agitur: tum[m], cùm videantur, quo modo videntur, id quæritur. nisi verò Ennium non putamus ita totum illud audiuisse,

O pietas animi,

si modò id somniauit: vt si vigilans audiret experrectus enim potuit illa visa putare, vt erant, & somnia. dormienti verò, æquè, ac vigilanti probantur[a]: quid Iliona somno illo?

Mater te appello:

nónne illa credit filium locutum, vt verè experrecta etiam crederet? vnde enim illa?

Age adsta: mane: audi: itera[b] *eadem & ista mihi:*

num videtur minorem habere visis, quàm vigilanteis, fidem? Quid loquar de insanis? qualis tandem fuit affinis tuus, Catule, Tuditanus[c]? quisquam sanissimus tam certa putabat, quæ videt, quàm is putabat, quæ videbantur? quid ille, qui,

Video, video te viuum, Vlysses, dum licet:

nónne etiam bis exclamauit se videre, cùm omnino non videret? quid apud Euripidẽ Hercules[d], cùm vt Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis? cùm vxorem interimebat? cùm conabatur etiam patrem? non[e] perinde mouebatur falsis, vt veris moueretur? Quid[f] ipse Alcmæo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire? nónne ibidem incitato furore?

Vnde hæc flamma oritur? & illa deinceps,
Incende, incende: adsunt, adsunt: me, me expetunt.
Quid, cùm virginis fidem implorat?
Fer mi auxilium: pestem abige à me:
Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat.
Cæruleæ incinctæ igni incendunt[g]*:*
Circumstant cum ardentibus tædis.

Num dubitas, quin sibi hæc videre videatur? itémque cetera:

Intendit crinitus Apollo
Arcum auratum Luna[h] *innixus.*
Diana facem iacit à læua.

Quí magis hæc crederet, si essent, quàm credebat, quia videbantur? appâret enim iam cor cũ oculis consentire. omnia autem hæc proferũtur, vt illud efficiatur, quo certius nihil potest esse: inter visa vera, & falsa, ad animi assensum, nihil interesse. Vos aũt nihil agitis, cùm falsa illa vel furiosorũ, vel somniantiũ, recordatione ipsorũ refellitis. non enim id quæritur, qualis recordatio fieri soleat eorum, qui experrecti sunt: aut eorum, qui furere destiterint: sed qualis visio fuerit aut furentium, aut somniantium tum, cùm commouebãtur. Sed abeo à sensibus. ¶ Quid est, quod ratione percipi possit? *dialecticam* inuentam esse dicitis, veri, & falsi quasi disceptatricẽ, & iudicem. cuius veri & falsi? & in qua re? in geometriáne, quid sit verũ, vel falsum, dialecticus iudicabit, an in litteris, aut in musicis? At ea non nouit. In[k] philosophia igitur: sol quãtus sit, quid ad illũ? quod sit summũ bonũ, quid habet, vt queat iudicare? quid igitur iudicabit? quæ coniunctio, quæ disiũctio vera sit, quid ambiguè dictũ sit, quid sequatur quamque rem, quid repugnet? Si hęc, & horũ similia iudicat, de se ipsa iudicat. plus autẽ pollicebatur. nã hæc quidẽ iudicare, ad ceteras res, quæ sunt in philosophia multæ, atque magnæ, nõ est satis. sed quoniã in ea arte tantũ ponitis: videte, ne cõtra vos tota nata sit. q primo, pgressũ festiuè tradit elemẽta loquẽdi, & ambiguorũ intelligentiã, cõcludẽdiq; ratione: tum, paucis additis, venit ad foritas, lubricũ sanè, & periculosum locum: quod tu modò dicebas esse vitiosum interrogandi genus. Quid[l] ergo? istius vitij nũ nostra culpa est? rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, vt vlla in re statuere possimus, quatenus nec

a L. quam dicis esse oportere,

P. 8.

b L. Stoicum est id quidẽ,

c *fortasse legendum* eadẽ cera.*
d *al.* num.*
e. L. eiusdẽmodi

f L. Quid? hoc nónne videtur, &c.
g *fortè* res eiusdem generis.*

P. XXII.

h L. se ipso inferiorem f.

i siccus pro sobrio sic Cicero 2. Academic. apud Nonium cap. 4. in siccum. Alius adultis alius senibus, alius ægris, alius vinolentis *
k *al.* cum oculis consentit.
l L. eum somniasse: m L. tũ, cùm videtur, quomodo videatur, id quæri.

a L. probantur.

b L. itera ídem eadem mihi.

P. 8.

c Huius tamen licet insanientis tantum comprobatum fuit centumuiralibus iudicio, vt Valerius d *ἀγχίνοια* e *al.* non proinde

f L. Quid? ipse Alcmæo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nónne ibidem, incitato furore, vide, &c.

g L. incelsæ

h L. genialis.

P. XXII.

i L. destiterunt.

k L. In philosophia igitur?

l *al.* Quidergo istius vitij nũ nostra culpa est?

nus.nec hoc in aceruo tritici solùm, vnde no men est,sed vlla omnino in re minutatim interroganti:diues,pauper: clarus, obscurus sit: multa,pauca:magna, parua:longa,breuia: lata, angusta:quanto aut addito, aut demto, certũ respondeamus, non habemus. At vitiosi sunt soritæ. Frangite igitur eos,si potestis, ne molesti sint.erunt enim,nisi caueatis.cautum est, inquit.placet enim Chrysippo, cùm gradatim interrogetur,verbi causa,tria,pauca sint, ánne multa:aliquanto priùs,quàm ad multa perueniat, quiescere,id est,quod ab iis dicitur, ἡσυχάζειν. Per me vel stertas licet,inquit Carnea des,non modò quiescas.sed quid proficit? sequitur enim qui te ex somno excitet, & eodẽ modo interroget. Quod[a] in numero cõtinuisti:si ad eum numerum vnum addidero,multáne erunt?progrediere rursus,quoad videbitur.Quid plura?hoc enim fateris[b]: neque vltimum te paucorum, neque primum multorũ respondere posse. cuius generis error ita mânat,vt non videam, quò non possit accedere. Nihil me lædit, inquit.ego enim, Vt[c] agitator callidus, priùs quàm ad finem veniam, equos sustinebo :eóque magis,si locus is, quò ferentur equi,præceps erit.sic me,inquit,antè sustinebo, nec diutiùs captiosè interroganti respondebo.Si habes,quod liqueat,neque respondes:superbè[d].si non habes:ne tu quidem perspicis,si,quia obscura: concedo. sed negas te vsque ad obscura progredi.illustribus igitur rebus insistis.si id tantummodò,vt taceas: nihil assequeris.quid enim ad illum, qui te capere vult,vtrùm tacentem irretiat te, an loquentem? sin autem vsque ad nouem, verbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis: etiam à certis, & illustribus cohibes assensum : hoc idem me in obscuris facere non sinis. nihil igitur te contra soritas ars ista adiuuat:quæ[e] nec augendi, nec minuendi,quid aut primum sit,aut postremũ, docet.Quid,quòd eadem illa ars, quasi Penelopæ telam retexens, tollit ad extremum superiora? vtrum ea vestra, an nostra culpa est? nempe fundamentum dialecticę est,quidquid enuntietur(id autem appellatur ἀξίωμα:quod est quasi effatum)aut verum esse, aut falsum. quid igitur?hæc vera,an falsa sunt? Si te mentiri dicis: ídque verum dicis: mentiri, verum dicis. Hæc scilicet inexplicabilia[f] esse dicitis. quod est odiosius,quàm illa, quæ nos incommodè fas,& non percepta dicimus.Sed hæc omitto.illud quæro,si ista explicari nõ possunt, nec eorum vllum iudicium inuenitur, vt respondere possitis,vera ne,an falsa sint: vbi est illa definitio,effatum est id,quod aut verum, aut falsum sit? Rebus sumtis,adiungam, ex his sequendas esse alias, alias improbandas, quæ sint in genere cõtrario. Quo modo igitur hoc & concluſum esse iudicas? Si dicis nunc lucere, verum dicis:lucet.dicis autem lucere,& verum dicis. lucet igitur. probatis certè genus, & rectissimè concluſum dicitis. itaque in docendo,eum primum concludendi modũ traditis.aut, quidquid igitur eodem modo concluditur, probabitis,aut ars ista nulla est. Vide ergo,hanc conclusionem probaturúsne sis. Si dicis te mentiri,verúmque dicis:mentiris.diceris autem te mentiri,verúmque dicis. mentiris igitur. Quî potes hanc non probare, cùm probaueris eiusdem generis superiorem? Hæc Chrysippea sunt,nec ab ipso quidem dissoluta.

quid enim faceret huic conclusioni? si lucet, lucet.lucet autem,lucet igitur. Crederet[a] scilicet.ipsa enim ratio connexi, cùm concesseris superius: cogit inferius concedere. Quid ergo hæc ab illa conclusione differt? Si mentiris, mentiris.mentiris autem.mentiris igitur. Hoc negas te posse nec approbare, nec improbare. Quî igitur magis illud? Si ars,si ratio, si via, si vis deniq.conclusionis valet:eadẽ est in vtroque.Sed hoc extremum eorũ est. postulant, vt excipiãtur hæc inexplicabilia. *Tribunum* aliquẽ censeo adeant.à me istam exceptionem numquam impetrabunt. etenim cùm ab Epicuro, qui totam dialecticam & contẽnit, & irridet, non impetrent,vt verum esse concedat,quod ita effabimur,aut viuet crasHermachus,aut nõ viuet:cùm dialectici sic statuant,omne, quod ita disiunctũ sit,quasi,aut etiam,aut non, non modò verum esse,sed etiam necessariũ: vide, quàm[b] sit cautus is, quem isti tardũ putant. Si enim,inquit, alterutrũ concessero: necessariũ esse necesse erit,crasHermachũ aut viuere,aut nõ viuere. nulla aũt est in natura rerũ talis necessitas. Cum hoc igitur dialectici pugnent, id est,Antiochus, & Stoici.totam enim euertit dialecticam.nam si è cõtrariis disiunctio(contraria[c] autem ea dico,cùm alterum ait, alterũ negat)si talis disiunctio,falsa potest esse,nulla vera est.mecum verò quid habent litium,qui ipsorum disciplinam sequor? Cùm aliquid huiusmodi inciderat,sic ludere Carneades solebat.Si rectè conclusit[d]:teneo.sin vitiosè:minã Diogenes reddat.ab eo enim Stoico dialecticam didicerat.hæc autem merces erat dialecticorum.sequar igitur eas vias,quas didici ab Antiocho:nec reperio, quomodo iudicem,Si lucet,lucet,verũ esse, ob eã causam , quòd ita didici,omne,quod ipsum ex se connexũ sit,verum esse:non iudicẽ.Si mẽtiris,mentiris: eodẽ modo esse cõnexũ. Aut igitur hoc,& illud:aut nisi hoc,ne illud quidẽ iudicabo. Sed,vt omneis istos aculeos,&[e] totum tortuosum genus disputandi relinquamus,ostendamúsque, qui simus:iã,explicata tota *Carneadis* sententia, Antiochi ista corruent vniuersa. Nec verò quidquã ita dicã,vt quisquam id fingi suspicetur:à Clitomacho sumã,qui vsque ad senectutẽ cum Carneade fuit, homo & acutus,vt Pœnus[f], & valde studiosus , ac diligens. & quattuor eius libri sunt de sustinẽdis assensionibus,hęc autẽ, quę iam dicam,sunt sumta de primo.Duo placet esse Carneadi visorum genera: in vno hãc diuisionem.Alia visa esse,quæ percipi possint: alia,quæ nõ possint:in altero autẽ,Alia visa esse probabilia,alia nõ probabilia.itaq;,quæ cõtra sensus,cõtráq; perspicuitatẽ dicãtur,ea pertinere ad superiorẽ diuisionẽ: cõtra posteriorem nihil dici oportere.quare ita placere, tale visum nullũ esse,vt perceptio consequeretur: vt autẽ probatio, multa. etenim contra naturã esset,si probabile nihil esset.Sequitur[g] *omnis vitæ* ea,quam tu,Luculle,cõmemorabas, *euersio*. itaque & sensibus probanda multa sunt:teneatur modò illud, non inesse in his quidquã tale,quale non etiam falsum nihil ab eo differens esse possit. sic, quidquid acciderit specie probabile,si nihil se offeret,quod sit probabilitati illi contrarium, vtetur eo sapiens : ac sic omnis ratio vitæ gubernabitur.etenim is quoque, qui à vobis[h] sapiẽs inducitur,multa sequitur probabilia,non comprehensa, neque percepta,neque assensa,sed similia veri : quæ nisi

a L.Cederet scilicet.

P. Bi

b *fort.* quãm sit catus ‖ id est acutus cui mox opponit tardũ.*

c Contraria quæ.*

d L. conclusi.

e *fort.* & hoc totum

f patria lingua Hasdrubal discipulus & successor Carneadis: scripsit 409. volumina versatus in secta Academicorum, Stoicorum, Peripateticorũ. Laertius 4. in Clitomacho.*

g *fort.* sequeretur enim omnis vitæ &c.

h *al.* nobis.*

probet, omnis vita tollatur. Quid enim? cõscendens nauem sapiens, num comprehẽsum animo habet, atque perceptum, se ex sententia nauigaturum? quî potest? sed si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore, hac tranquillitate: probabile [a] videatur, se illuc venturum esse saluum. Huiusmodi igitur visis cõsilia capiet & agendi, & non agendi: faciliórque erit, vt albam niuem esse probet, quàm erat Anaxagoras: qui id non modò ita esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, vnde illa concreta esset, albam ipsam esse ne videri quidem. & quæcumque res eum sic attinget, vt sic visum illud probabile, neque vlla re impeditum: mouebitur. non enim est è saxo sculptus, aut [b] è robore dolatus. habet corpus: habet animum: mouetur mente: mouetur sensibus: vt ei multa vera videantur. neque [c] tamen habere insignem illam, & propriam percipiendi notam: eóque sapientem non assentiri, quia possit eiusdem modi exsistere falsum aliquod, cuiusmodi hoc verum, neque nos contra sensus aliter dicimus, ac Stoici, qui multa falsa esse dicunt, longéque aliter se habere, ac sensibus videantur. Hoc autem si ita sit, vt vnum modò sensibus falsum videatur: præstò est, qui neget, rem vllam percipi posse sensibus. ita, nobis tacentibus, ex vno Epicuri capite, altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur. Quod est caput Epicuri? Si vllum sensibus visum, falsum est: nihil percipi potest. quod vestrum? Sunt falsa sensus visa. Quid sequitur? vt taceam, cõclusio ipsa loquitur, nihil posse percipi. Non concedo, inquit, Epicuro. Certa igitur cum illo, qui à te totus diuersus est: noli mecum, qui hoc quidem certè, falsi esse aliquid in sensibus, tibi assentior. Quanquam nihil mihi tam mirum videtur, quàm ista dici ab Antiocho quidem maximè, cui erant, quæ paullo antè dixi, notissima. licet enim hæc quiuis arbitratu suo reprehendat, quòd negemus rem vllam percipi posse. certè leuior reprehensio est, quòd tamen dicimus esse quædam probabilia. non videtur hoc satis esse vobis. ne sit. illa certè debemus effugere, quæ à te vel maximè agitata sunt. nihil igitur cernis? nihil audis? nihil tibi est perspicuũ? Explicaui paullo antè, Clitomacho auctore, quo modo ista Carneades diceret. accipe quemadmodum ea dicantur à *Clitomacho*, in eo libro, quem ad C. Lucilium scripsit poetam, cùm scripsisset iisdem de rebus ad L. Cẽsorinum, eum, qui consul cum [d] M. Manilio fuit. scripsit igitur his fere verbis. sũt enim mihi nota, propterea quòd earum ipsarum rerum, de quibus agimus, prima institutio, & quasi disciplina illo libro cõtinetur. sed scriptum est ita: Academicis placere, esse rerum eiusmodi dissimilitudines, [e] vt aliæ probabiles videantur, aliæ contrà: id autem non esse satis, cur alia percipi posse dicas, alia non posse, propterea quòd multa falsa probabilia sint: nihil autem falsi perceptum & cognitum possit esse. Itaque ait vehementer errare eos, qui dicant, ab Academia sensus eripi, à quibus nunquam dictum sit, aut colorem, aut saporem, aut sonum nullum esse. illud sit disputatum, nõ inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri & certi notam. Quæ [f] cũ exposuisset, adiũgit, dupliciter dici assẽsus sustinere sapientẽ: vno modo, cùm hoc intelligatur, omnino eũ rei nulli assentiri: altero cùm se à respondendo, vt aut approbet quid, aut improbet, sustineat, vt neque neget aliquid, neque aiat. Id cùm ita sit: alterum placere, vt numquam assentiatur, alterum tenere, vt sequens probabilitatem, vbicumque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non, respondere [a] possit: nec, vt placeat, eum, qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, moueri tamen, & agere aliquid, reliquit beiusmodi visa, quibus ad actionem excitemur: item ea, quæ interrogati in vtramque partem respondere possumus, sequentes tantummodò quod ita visum sit, dum sine assensu: neque tamen omnia eiusmodi visa approbari, sed ea, quæ nulla re impediretur. Hæc si vobis non probamus, sint falsa sanè: inuidio sa certè non sunt. non enim lucem eripimus: sed ea, quæ vos percipi, comprehendíque, eadem nos, si modò probabilia sint, videri dicimus. Sic igitur inducto & constituto probabili, & eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato, vides profectò, Luculle, iacére iam illud tuum perspicuitatis patrociniũ. iisdem enim hic sapiens, de quo loquor, oculis, quibus iste vester cælum, terram, mare intuebitur: iisdé sensibus reliqua, quæ sub quemque sensum cadunt, sentiet. Mare illud quidé nunc Fauonio nascente, purpureum videtur idem huic nostro videbitur, nec tamen assentietur, quia nobis metipsis modò [c] cæruleũ videbatur, manèd flauum, quódque nunc, quia à sole collucet, albescit & vibrat, dissimiléque est proximo [e] ei continenti: vt, etiam si possis rationem reddere, cur id eueniat, tamen non possis id verũ esse, quod videbitur oculis, defendere. Vnde *memoria*, si nihil percipimus? (sic enim quærebas,) quòd [f] meminisse visa, nisi comprehensa non possumus. Quid Polyænus [g], qui magnus mathematicus fuisse dicitur? is posteaquàm Epicuro assentiens, totam geometriam esse falsam credidit, num illa etiam, quæ sciebat, oblitus est? Atqui, falsum quod est, id percipi non potest, vt nobis metipsis placet. Si igitur memoria, perceptarum, comprehensarúmque rerum est: omnia, quæ quisque meminit, habet ea comprehensa, atq; percepta. falsi autem comprehendi nihil potest: & omnia meminit Scyron Epicuri dogmata. vera igitur illa sunt nunc omnia. Hoc per me licet. sed tibi aut concedendum ita esse, quod minimè vis: aut memoriam mihi remittas, oportet, & facilè [h] esse ei locũ, etiam si comprehensio, perceptióque nulla sit. Quid fiet *artibus*? quibus? iisne, quæ ipsæ fatẽtur coniectura se plus vti, quàm scíẽtia: an iis, quæ tùm id, quod videtur, sequũtur, nec habẽt ista artem vestram, qua vera & falsa diiudicẽt? Sed illa sunt lumina duo, quæ maximè causam istã cõtinent. primùm enim negatis fieri posse, vt quisquã nulli rei assentiatur. At id quidé percipiũ est: cùm Panætius, princeps propè, meo quidem iudicio, Stoicorũ, ea de re dubitare se dicat, quã omnes, præter eũ, Stoici certissimã putãt, vera esse haruspicum auspicia, oracula, somnia, viticinationes, séq; ab assẽsu sustinear: quod [i] is potest facere, vt de iis rebus quas illi, à quibus ipse didicit, certas habuerint: cur id sapiẽs de reliquis rebus facere non possit, an est aliquid, quod positum velit improbare, vel approbare possit, dubitari non possit? an tu in sortitis poteris hoc, cùm voles: ille in retiquis re-

a I. probabile ei videatur, se.

b *al.* aut ebore edolatus.

c L. neque tamen habet inf. *& ita q. v. c.*

d L. cũ M. Manilio,

e *al.* similitudines.

f *fort.* Quæ cùm exposuit, adiungit, *&c. al.* Quæ cùm exposuisset, adiũxit.

a L. respondere posse, nã. cum placeat ei, qui de omnibus rebus contineat se ab assent. moueri tamen, &

P. 3.

b *al.* reliquit se eiusmodi visa, 3.

c *al.* cum cæruleum, tum rauum videtur. Ita Nonius cap. 2. in Rauum

d L. manè nauum, nunc quia à sole coll. sita Nonius legit d. loco vbi quidam male arum

e L. proximo, & continenti: vt, etiam *al.* Quòd

f *al.* qui Polyænus qui mathematicus fuit se dicitur, &c.

g meminit idle fiabi.

P. XXVII.

h *al.* facias.

i L. quod is potest facere de iis rebus, quas illi, & L. vel improbari vel approbare.

P. XXVI.

liquis rebus nō poterit eodē modo insistere, A
præsertim cùm possit sine assensione ipsā veri-
similitudinem non impeditam sequi? Alterū
est, quòd negatis *actionem* vllius rei posse in
eo esse, qui nullam rem assensu suo compro-
bet. primùm enim videri oportet, in quo sit
etiā assensus. dicunt enim Stoici, sensus ipsos
assensus esse: quos quoniam appetitio conse-
quatur, actionem sequi. tolli autem omnia, si
visa tollantur. Hæc de re in vtramque partem B
& dicta sunt, & scripta multa. vide [a] superiora:
sed breui res potest tota confici. ego enim et-
si maximam actionem puto, repugnare visis,
obsistere opinionibus, assensus lubricos susti-
nere, credóque Clitomacho ita scribenti, Her
culis[b] quendam laborem exantlatum[c] à Car-
neade, quòd, vt feram, & immanem be-
luam, sic ex animis nostris assensionem, id
est, opinationem, & temeritatem extra-
xisset: tamen, vt ea pars defensionis relin- C
quatur, quid impediet actionem eius,
qui probabilia sequitur, nulla re impe-
diente? Hoc, inquit, ipsum impediet, quòd
statuet, ne id quidem, quod probet, posse per-
cipi: Iam istuc te quoque impediet in naui-
gando, in[d] conserendo, in vxore ducenda, in
liberis procreandis, plurimisque in rebus, in
quibus nihil sequēre, præter probabile. Et ta-
men illud vsitatum, & sæpe repudiatum refers,
non vt Antipater, sed, vt ais, pressiús. nam An-
tipatrum reprehensum, quod diceret, cōsen-
taneū esse ei, qui affirmaret, nihil posse com-
prehendi, id ipsum saltem dicere posse com-
prehendi: quod ipsi Antiocho pingue vide ba-
tur, & sibi contrariū. non enim potest conue-
nienter dici nihil cōprehendi posse, si id ipsum
comprehendi posse dicatur. illo modo potiùs
putat vrgendū [e] fuisse Carneadē: cùm sapien-
tis nullū decretū esse possit, nisi cōprehēsum, D
perceptū, cognitū, vt hoc ipsum decretū, quod
sapiētis esset, nihil posse percipi, fateretur esse
perceptū. proinde quasi sapiens nullum aliud
decretum habeat, & [f] sine decretis vitam age-
re possit. Sed vt illa habet probabilia, nō per-
cepta, sic hoc ipsum, nihil posse percipi. nam si
in hoc haberet cognitionis notā, eā dē veretur
in ceteris, quā quoniam nō habet, vtitur pro-
babilibus. Itaq. non metuit, ne cōfundere o-
mnia videatur, & incerta reddere. non enim
quemadmodū, si quæsitum ex eo sit, stellarum
numerus par, an impar sit: item, si de officio, F
multisq; aliis de rebus, in quibus versatur, exer
citatúsq; sit, nescire se dicat. in incertis enim
nihil est probabile: in quibus autem est, in his
non deerit sapiēti. neq; quidē faciat, neq; quid
respondeat[h]. Ne illā quidē prætermisisti, Lu-
culle, reprehensionē Antiochi. nec mirum: in
primis enim est nobilis. qua solebat dicere An
tiochus, Philonē maximè perturbatum. Cùm
enim sumeretur vnum, esse quędam falsa visa: G
alterū, nihil ea differre à veris: non attendere,
superius illud ea re à se esse concessum, quòd
videretur esse quædā in visis differētia: eā tol-
li altero, quo neget visa à falsis vera differre:
nihil tam repugnare. Id ita esset, si nos verum
omnino tolleremus. non facimus. nā tam ve-
ra quàm falsa cernimus. sed probandi species
est: percipiendi signum nullum habemus. Ac
mihi videor nimis etiā nūc agere ieiunè. cùm
sit enim campus, in quo possit exsultare ora-
tio: cur eā in tantas angustias, & in Stoicorum H
dumeta compellimus? si enim mihi cū Peri-

paterico res esset, qui id percipi posse diceret,
quod impressum esset è vero[a]: neque adhibe-
ret illam magnam accessionē, quo modo im-
primi non posset à falso: cum simplici homi-
ne simpliciter agerem, nec magnopere con-
tenderem, atque etiam, si cùm ego nihil dice-
rem posse comprehendi, diceret ille, sapien-
tem interdum opinari: non repugnarem: præ-
sertim ne Carneade quidem huic loco valde
repugnante: nunc quid facere possum? Quæro
enim, quid sit, quod comprehendi possit. res-
pondet mihi non Aristoteles, aut Theophra-
stus, ne Xenocrates quidem, aut Polemo, sed
nihil miror[b]: quòd est tale verum, quale fal-
sum esse non possit. Nihil eiusmodi inuenio.
Itaque [c] in cognitione nimirum assentiar, id
est, opinabor. hoc mihi & Peripatetici, & ve-
tus Academia concedit: vos negatis, Antio-
chus in primis: qui me valde mouet: vel quòd
amaui hominem, sicut ille me: vel quòd ita iu-
dico, politissimum, & acutissimum omnium
nostræ memoriæ philosophorum: à quo pri-
mùm quæro, quo tandem modo sit eius Aca-
demiæ, cuius se esse profiteatur? Vt omittam
alia: hæc duo, de quibus agitur, quis vmquam
dixit aut veteris Academiæ, aut Peripatetico-
rum? vel id solum percipi posse, quod esset
verum tale, quale falsum esse non posset: vel
sapientem nihil opinari? certe nemo. horum D
neutrum ante Zenonem magnopere defen-
sum est. ego tamē vtrumque verum puto: nec
dico temporis causa: sed ita planè probo. Illud
ferre non possum. Tu, cùm me incognito as-
sentiri vetes, idque turpissimum esse dicas, &
plenissimum temeritatis: tantum tibi arroges
vt exponas disciplinam *sapientiæ*, naturam re-
rum omnium euoluas, mores fingas, fineis bo-
norum, malorúmque constituas, officia descri
bas, quam vitam ingrediar, definias: idémque
etiam disputandi, & intelligendi iudicium da- E
cas te, & artificium traditurum: perficies, vt e-
go ista innumerabilia complectens, nusquam
labar? nihil opiner? quæ tandem ea est disci-
plina, ad quam me deducas, si ab hac abstraxe-
ris? vereor, ne subarroganter facias, si dixe-
ris tuam. Atque [d] ita dicas, necesse est. Neque
verò tu solus, sed me ad suam quisque rapiet.
Age, restitero Peripateticis, qui sibi cum ora-
toribus cognationem esse, qui claros viros à
se instructos dicunt[e] remp. sæpe rexisse: susti- F
nuero Epicureos: tot meos familiareis. tā bo-
nos: tam inter se amanteis viros: Diodoto,
quid faciam Stoico, quem à puero audiui? qui
mecum viuit tot annos? qui habitat apud me?
quem & admiror, & diligo? qui ista Antio-
chia contemnit? Nostra, inquies, sola vera
sunt. Certè sola, si vera. plura enim vera dis-
crepantia esse non possunt. Vtrùm igitur nos
impudentes[f], qui labi nolumus: an illi arrogā-
tes, qui sibi persuaserint, scire se solos omnia?
Non me quidem, inquit, sed sapientem dico
scire. Optimè: nempe ista scire, quæ sunt
in tua disciplina. Hoc primùm quale est,
à non sapiente explicari sapientiam? sed
discedamus à nobismetipsis: de sapiente lo-
quamur: de quo, vt sæpe iam dixi, omnis hæc
quæstio est. In treis igitur parteis & à pleris;
& nobismetipsis distributa sapiētia est. ¶ Pri-
mùm ergo, si placet, quæ de [g] natura rerum
sunt quęsita, videamus: velut illud antè [h]. Est-
ne quisquam tanto inflatus errore, vt sibi se
illa scire persuaserit? non quero rationes eas,

a I. à vero:

b I. sed nihilo minor, esse tale verum, quale ef. P. B. vet. ‖ sed nihil minor esset tale. *al.* sed nihil minor est, sed *malè*. Qui autem hic nihilo minor dicitur, est Zeno Stoicorū princeps. *Turnebus ita legit*, sed mihi minores, tale verum.*

c I. Itaque in cognitionem assentiar, ‖ *al.* incognitione sed infra *duobus locis dicit* incognito diff. sentit.*

d I. Atqui ita dicas, necesse est. *ya o.v.a.*

e *al.* dicant.

P. XXIX.

f *ya o.v.a.al.* imprudētes.

g Sustinendā esse assensionem in Physicis.*

h I. ante.

a Per totum vide superiora delendum. P. B.

b I. Herculi quendam lab. vt Herculis quē dam labo rē exanclatum. Ita apud Nonū. cap. 2. in ex clare. ioc. est autem ex clare ab anclare, anclando, quod est mi nistrare, per here, e. exanclatum. Nonius 2. Do.* e. in seré do.

e *ya.* vrgēdum. nec sine decretis vitā *ya* pol. *al.* aut *ya* pol. decr. vitam agere non pos.

f XXVIII.

g I. quod fa cias, I. quod re spondeat.

quæ ex coniectura pendent: quæ disputationibus huc, & illuc trahuntur, nullam adhibẽt persuadendi necessitatem. Geometræ[a] prouideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere: & qui omnia vobis[b], quæ describunt, probant non quæro ex his illa initia mathematicorum: quibus non concessis, digitum progredi nõ possunt. Punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat. Extremitatem[c], & quasi libramẽtum, in quo nulla omnino crassitudo sit. Lineamentum[d] sine vlla latitudine carentem. Hæc cùm vera esse concesserò: sic adiiciam iusiurandum, sapientémne priùs, quàm Archimedes eo inspectante rationes omneis descripserit eas: quibus efficitur, multis partibus solem maiorem esse, quàm terram, iuraturum putas? si fecerit: solem ipsum, quem deum censet esse, contemserit. Quòd si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in docendo, vos ipsi vt dicitis: nę ille longè aberit, vt argumentis credat philosophorum: aut, si est crediturus, quorum potissimùm[e] omnia physicorum licet explicare. sed longum est. quęro tamen, quem sequatur. Finge aliquem nunc fieri sapientem, nondum esse: quaf potissimùm sententia meliùs eliget disciplinam? etsi quamcumque eliget, insipiẽs eliget. Sed sit ingenio diuino, quem vnum è physicis potissimum probabit? nec plus vno poterit. non persequor quæstiones infinitas: tantùm deg principiis rerum, è quibus omnia constãt, videamus quem probet. est enim inter magnos homines summa dissensio. Princeps Thales, vnus è septem, cui sex reliquos consensisseh primos ferunt: ex aqua dixit cõstare omnia. At hoc Anaximandro, populari, & sodali suo, non persuasit. is enim infinitatem naturæ dixit esse, è qua omnia gignerentur, pòst eius auditor Anaximenes, infinitum aera: sed ea, quæ ex eo orirentur, definita: gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia: Anaxagoras, materiam[i] infinitam: sed eas particulask simileis inter se, & minutas: eas primùm confusas, postea in ordinem. adductas à mente diuina: Xenophanes paullo etiã antiquior, vnum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse *deum*, neque natum vmquam, & sempiternum, & conglobata figura: Parmenides ignem, qui moueat terram, quæ ab eo formetur: Leucippus, plenum, & inane: Democritus huic in hoc similis, vberior in ceteris: Empedocles, hæc peruulgata: & nota quattuor: Heraclitus, ignẽ: Melissus, hoc quod esset infinitum. & immutabile, & fuisse semper, & fore. Plato ex materia in se omnia recipiente mũdum esse factum censet à deo sempiternum. Pythagorei., ex numeris, & mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. Ex his eliget vester sapiens vnum aliquẽ credo, quem sequatur: ceteri tot viri, & tanti repudiati ab eo, cõdemnatíque discedẽt. Quamcunque verò sententiam probauerit, eam sic animo comprehensam habebit, vt ea quę sensibus: nec magis approbabit nunc lucere: quã quoniam Stoicusl, hunc mundum esse sapientem, habere mentẽ, quę & se, & ipsum fabricata sit, & omnia moderetur, moueat, regat. Eritm persuasum etiam, solem, lunam, stellas omneis, terrã, mare deos esse, quòd quædã animalis intelligentia per omnia ea permeetn, & transeat: fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Sint ista vera: vides enim iam me fateri aliquid esse veri) comprehendi ea tamen, & percipi nego. cùm enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim ista dixerit, veniet flumen orationis aureum fundens Aristoteles, qui illũ desipere dicat: neque enim ortum esse vmquã mundum, quòd nulla fuerit nouo[a] consilio initio tam præclari operis inceptio, & ita eum esse vndique aptum, vt nulla vis tantos queat motus, mutationẽque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum exsistere, vt hic ornatus vmquam dilapsus occidat. Tibi hoc repudiare, illud autem superius, sicut caput, & famã tuã, defendere necesse erit: mihi, ne vt dubitem quidem, relinquatur[b]? vt omittam lẽuitatẽ temerè assentiẽtium, quanti libertas ista[c] æstimanda est, non mihi necesse esse, quod tibi est? Cur deus, omnia nostrid causa cùm faceret (sic enim vultis) tantam vim natricum, [e]viperarúmque fecerit? cur mortifera tamf multa pernicioſa terra, marique disperserit? negatis hæc tam politè, támque subtiliter effici potuisse sine diuina aliqua solertia. cuius quidem vos maiestatem deducitis vsque ad apum, formicarúmque perfectionẽ: vt etiam inter deos Myrmecidesg aliqui, minutorum opusculorum fabricator, fuisse videatur. Negas sine deo posse quidquam. Ecce tibi è transuerso Lampsacenus Strato, qui det isti deo immunitatem magni quidem muneris. Sed cùm sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto est æquius habere ipsos deos? negat opera deorũ se vti ad fabricandũ mundum. quæcumque sint, docet omnia esse effecta natura: nec, vt ille, qui asperis, & læuibus, & hamatis, vncinatíſque corporibus concreta hæc esse dicat, interiecto inani. somnia censet hæc esse Democriti, non doceutis, sed optantis. ipse autem singulas mundi partes persequens, quidquid aut sit, aut fiat, naturalibus fieri, aut factum esse docet ponderibus & motibus. Sic ille & deum operemh magno liberat, & me timore. Quis enim potest, cùm existimet à deo se curari, nõ & dies, & nocteis diuinũ numen horrere? &, si quid aduersi acciderit: quod cui non áccidit? extimescere, ne id iure euenerit? Nec Stratoni tamẽ assentior. neque verò tibi, modò hoc, modò illud probabilius videtur. Latent ista omnia. Luculle, crassis occultata, & circũfusa tenebris, vt nulla acies humani ingenij tanta sit, quæ penetrare in cælum, terram intrare possit. corpora nostra non nouimus: qui sint situs partium, quã vim quæque pars habeat, ignoramus. itaque mediei ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt, vt ea viderent. nec ieò tamen aiunt empiricis notiora esse illa: quia possit fieri, vt patefacta, & detecta mutentur. Sed ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus, vt videamus, terrãne penitus defixa sit, & quasi radicibus suis hęreat, an media pendeat? Habitari ait Xenophanes in lunã, eámque esse terram multarũ vrbium, & mõtiũ portenta videtur: sed tamen neque ille, qui dixit, iurare posset ita se rem habere, neq; ego: Nónne etiam dicitis, esse è regione nobis, & cõtraria parte terræ, * * qui aduersis[i] vestigiis stent cõtra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? cur mihi magis succẽsetis[m], qui ista non aspernor, quã eis, qui, cùm audiũt, desipere vos arbitrantur? Nicetas [n]Syracusius, vt ait Theophrastus, cælũ, solẽ, lunam, stellas, supera denique omnia, stare cẽset, neq; præter terrã, rem vllam

a *fort.* Geometræ hoc videant,
b L. nobis,
c L. Extremitatem, quasi libramẽtum,
d L. Lineam autem, longitudinem latitudine carentẽ. ‖ vt accedat Euclidis definitionem γραμμὴ μῆκος ἀπλατὲς. *Vrsin.*
p. B. *Manut.* lineã autem sine latitudine currentem.* *al.* lineam autẽ, sine vlla latitudine currentem.
e si adigam iusurandum. *al.* si adiciã.*
f L. quam potissimùm sententiam, aut quam disciplinam meliùs eliget? etsi quamcũque elig. ‖ *al* quam potissimum sapientum ‖ sententiam melius eliget? *vel.* quam potissimum sapientem sententiam melius eliget:*
g DE PRINCIPIIS rerum, variæ Physicorum opiniones.*
h L. concessisse primas f. ‖ *ita Scala emendat Callimahi authoritate ex Laertio.**
i L. materiam infinitam, id est, particul. ‖ *al.* sed ea
p. XXX.
particulas.*
k ὁμοιομερείας.
l L. Stoicus est, li.
m L. erit ei p.
n *al.* permãnãt.
a L. nouo cõsilio initio, tã præcl.
b L. relinquetur?
c *al.* ipsa ; d *al.* nostra ; e Natrices, an gues, natantes apud Nos?
p. B. nium c. in Natrices. vbi hic locus citatur.*
f L. tam multa pernic.
g de minuti rum opusculorum fabricatore adde Varronem de lingua Latina: *Plin.* 21. & 36. cap. 5. meminit & Galenus περὶ τῶν ἰδίων κράσεως. *
h L. opera magna
i L. Nec eo tamen aiunt, empirici notiora, &c. ita *vss.* ‖ de hoc Empirico rum argumento adueršus corporum sit sectionem, vide de Cellum in proœmio.
k hæc cõtraria parte terræ, *Lambinus* dilucidius.*
l Diogenes in Pythagora Φησὶ δὲ καὶ αὐτὸς τὴν γῆν σφαιροειδῆ εἶναι, ἐν μέσῳ κειμένην τοῦ παντός, καὶ κινουμένην περὶ κέντρον τὸν τοῦ διαστήματος. *
P. XXXI.
m L. fuerisse, &c. ita *vss.*
n L. Hicetas Syracusius. *Diog. Laert.*

vllã in mundo moueri: quæ cùm circũ axé se summa celeritate cõuertat, & torqueat, eadé effici omnia, quæ, si stante terra cælũ moueretur. atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidã arbitrantur, sed paullo obscuriús. Quid tu Epicure? lóquere. putas solem esse tãtulum? Ego[a] ne vobis quidem tantum. sed & vos ab illo irridemini: & ipsi illum vicissim eluditis. Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, qui nihil istorum sciri putat posse. Sed redeo ad animum, & corpus. Satisne tandem ea nota sunt nobis, quæ neruorum natura sit, quæ venarum? tenemúsne, quid animus sit? vbi sit? denique, sitne, aut [b], vt Dicæarcho visum est, ne sit quidẽ vllus? si est? treísne parteis habeat, vt Platoni placuit, rationis, iræ, cupiditatis: an simplex, vnúsque sit? si simplex, vtrũm sit ignis, an anima, an sanguis? an, vt [c] Xenocrates, mens nullo corpore? quod intelligi, quale sit, vix potest. & quidquid est, mortale sit, an æternum? nam vtraque[d] in parte multa dicuntur. Horum aliquid vestro sapienti certum videtur: nostro, ne quid maximè quidem probabile sit, occurrit. ita sunt in plerisque cõtrariarum rationum paria momenta. Sin agis verecundiùs, & me accusas, non quod tuis rationibus non assentiar, sed quòd nullis: vincam animum: cuíque assentiar, deligam. quem potissimúm? quem? Democritum? semper enim, vt scitis, studiosus nobilitatis fui. Vrgebor iam omnium vestrũm conuicio. Túne aut inane quidquam putes esse, cùm ita completa, & conferta sint omnia, vt [e] & quod mouebitur corporum cedat, & quà quidque [f] cesserit, aliud illico subsequatur? aut atomos vllas, è quibus quidquid efficiatur, illarum sit dissimillimum? aut sine aliqua mente rem vllam effici posse præclaram? & cùm in vno mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabileis, suprà, infrà, dextrà, sinistrà, antè, pòst, alios dissimileis, alios eiusdemmodi mundos esse? &, vt nos nunc sumus ad Baulos, Puteolósque videamus [g], sic innumerabileis paribus in locis esse, eisdem nominibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, formis, ætatibus, eisdem de rebus disputanteis? &, si nunc, aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere? Tu[h] verò ne ista asciueris, néue fueris commentitis rebus assensus. nihil sentire, est melius, quàm tam praua sentire. Non ergo id agitur, vt aliquid assensu meo comprobem. quæ tu vide, ne impudenter etiam postules, non solùm arroganter: præsertim cùm ista tua mihi ne probabilia quidem videãtur. nec enim dissimilationem, quam probatis, vllam esse arbitror: fatúmque illud etiam, quo omnia contineri dicitis, contemno, ne exædificatum quidem hunc mũdum diuino consilio existimo. atque haud scio, an ita sit. Sed cur rapior in inuidiam? licétne per vos nescire, quod nescio? an Stoicis ipsis inter se disceptare, mihi cũ iis non licebit? Zenoni, & reliquis ferè Stoicis æther videtur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur. Cleanthes, qui quasi maiorum [i] est gentium Stoicus, Zenonis auditor, Solẽ dominari, & rerum potiri putat. Itaq; cõstrum ignorare: quippe qui nesciamus, Soli, an Ætheri seruiamus. Solis [k] autẽ magnitudo (ipse enim hic radiat) me intueri videtur) admonet, vt crebrò faciam mentionẽ sui. Vos[a] verò huius magnitudinẽ quasi decempeda: hinc enim [me quasi [c] malis architectis] mensuræ vestræ nego hoc: permensi refertis. ergo credere dubium est, vter nostrũm sit, leuiter vt dicam, verecundior? neque tamen istas quæstiones physicorum, exterminandas puto. est enim animorum, ingeniorúmque naturale quoddam quasi pabulum, consideratio, contemplatióque naturæ: erigimur: elatiores [d] fieri videmur: humana despicimus: cogitantésq; supera, atque cœlestia, hæc nostra, vt exigua, & [e] minima, contẽnimus. in dagatio ipsa rerũ tum maximarum, tum etiam occultissimarũ, habet oblectationem. si verò aliquid occurret, quod verisimile videatur: humanissima completur animus voluptate. Quæret igitur hæc & vester sapiens, & hic noster: sed vester, vt assentiatur, credat, affirmet. noster, vt vereatur temerè opinari. præclaréque agi secum putet, si in eiusmodi rebus, verisimile quod sit, inuenerit. ¶ Veniamus nunc ad *bonorum*, [f] *malorúmque notionem*. sed paullulum antè dicendum est. non mihi videntur considerare, cùm[g] physica ista valde affirmant, earum etiã rerum auctoritatẽ, si quæ illustriores videantur, amittere. non enim magis assentiuntur, neque approbant lucere nunc, quàm, cùm cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut vetare: nec magis affirmabunt, signum illud, si erunt mensi, sex pedum esse, quàm solem, quem metiri non possunt, plùs quàm duodeuiginti partibus maiorem esse, quàm terram. Ex quo illa conclusio nascitur: Si, sol quantus sit, percipi non potest, qui ceteras res eodem modo, quo magnitudinem solis, approbat, is eas res non percipit. magnitudo autem solis percipi non potest. qui igitur id approbat, quasi percipiat, nullam rem percipit. Respondeant, posse percipi, quantus sol sit. non repugnabo, dummodò eodem pacto cetera percipi, comprehendique dicant. nec enim possunt dicere, aliud alio magis, minúsue comprehendi: quoniam omnium rerum vna est definitio comprehendendi. Sed [k] quod cœperam, quid habemus in rebus bonis, & malis explorati? nempe fines constituendi sunt, ad quos & bonorum & malorum summa referatur. Qua de re est igitur inter summos viros maior dissensio? & [i] omitto illa, quæ relicta iam videntur, & Herillum, qui in cognitione, & scientia summum bonum ponit. qui cùm Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo dissenserit, & quàm non multùm à Platone Megarici. quorum fuit nobilis disciplina, cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes, quem modò nominaui: deinde eum secuti, Parmenides, & Zeno. itaq; ab his Eretriaci [k] philosophi nominabantur. post Euclides, Socratis discipulus, Megareus: à quo iidẽ illi Megarici dicti: qui id bonum solum esse dicebãt, quod esset vnum, & simile, & idem, & semper. hi quoque multa à Platone. A Menedemo autem, quod is Eretrias[l] fuit. Eretriaci appellati: quorum omne bonum in mente positum, & mentis acie, qua verum cerneretur. Illis similia, sed opinor, explicata vberiùs, & ornatiús. Hoc si contemnimus, & [m] iam abiectos putamus, illos certè minùs despicere debemus, Aristonem, qui cùm Zenonis fuisset auditor, re[n] probauit illa, quæ ille verbis: nihil esse bonum, nisi virtutem: neque malũ,

a *al.* Vos ergo huius* b L. quasi decempeda permensi, refertis. Huic me mensuræ vestræ, & vobis, quasi malis architectis, nego ego credere. Dubiũ est vter nostrũm, *&c.*

c inclusa distinguit Lambinus *vel ita legendum* quasi mali sitis architecti.*

d *al.* altiores f.

e L. & minuta.

f Assensionẽ esse sustinẽdam in Ethicis B. P.

g L. se, quæ physica

h L. Sed quod cœperam. Quid hab.

i L. Et omitto illa,

k L. Eleatici phil. ‖ recte nam Eleatici P. XXXIII. ci à Parmenide, & Zenone: Simplicius in *Categoria* vt à Menedemo, de quo mox Eretriaci*

l L. Eretricus f. *al.* Eretrius m L. & iam abiectos putemus: illos, *&c.*

n L. re pro bauit illa.

nisi quod virtuti esset contrarium: in mediis ea momenta, quæ Zeno voluit, nulla esse censuit. Huic summum bonũ est, in his rebus neutrã in partẽ moueri: quæ ἀδιαφορία ab ipso dicitur. Pyrrho autem, ea ne sentire quidem sapientem: quę ἀπαθῆ nominantur. Has igitur tot sententias omittamus: hæc nũc videamus, quæ diu, multúmque defensa sunt. Alij voluptatem, finẽ esse voluerunt: quorũ princeps Aristippus, qui Socratẽ audierat. vnde Cyrenaici: pòst Epicurus: cuius est disciplina nunc notior: neque tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens. voluptatem autem, & honestatem fineis esse Callipho censuit: vacare omni molestia, Hieronymus: hoc idem cum honestate, Diodorus. ambo hi Peripatetici. Honestè autem viuere, fruentẽ rebus iis, quas primas homini natura conciliet, & vetus Academia censuit, vt indicant scripta Polemonis, quem Antiochus probat maximè, & Aristoteles: eiúsque amici nunc proximè videntur accedere. Introducebat etiam Carnéades. nõ quo probaret, sed vt opponeret Stoicis, summum bonum esse, frui iis rebus, quas primas natura conciliauisset. Honestum autem, quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem esse bonorum, qui inuentor, & princeps Stoicorum fuit. Iam illud perspicuũ est, omnibus finibus iis bonorum, quos exposui, malorum fineis esse contrarios. Ad vos nunc refero, quem sequar: modò ne quis illud tã inerud tum, absurdúmque respondeat: Quemlibet, modò aliquem. Nihil potest dici inconsideratius. Cupio sequi Stoicos. licónne? omitto, per ipsum Aristotelem, meo iudicio in philosophia propè singularem: per ipsum Antiochum, qui appellabatur Academicus: erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicus. erit igitur res iam in discrimine: nam aut Stoicus constituatur sapiens, aut veteris Academiæ. vtrumque non potest. est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. nam omnis ratio vitæ definitione summi boni cõtinetur: de qua qui dissident, de omni ratione vitæ dissident. non potest igitur vterque sapiens esse, quoniam tantopere dissentiunt, sed alter. si Polemonéus, peccat Stoicus, rei falsæ assentiens. vos quidẽ nihil dicitis à sapiente tam alienum esse: sin vera sunt Zenonis, eadem in veteres Academicos, Peripateticósque dicenda. Hic igitur neutri assentiens, si numquam vter est prudentior? Quid, cùm ipse Antiochus dissentit quibusdam in rebus ab iis, quos amat, Stoicis? nónne indicat non posse illa probanda esse sapienti? Placet Stoicis, omnia peccata esse paria. at hoc Antiocho vehementissimè displicet. liceat tandem mihi considerare, vtram sententiam sequar. Præcide, inquit: statue aliquando quidlibet. quid? quæ dicuntur quidẽ, & acuta mihi videtur in vtramq; partem, & paria. nónne caueam, ne scelus faciam? scelus enim dicebas esse, Luculle, dogma prodere. contineo igitur me, ne incognito assentiar: quod mihi tecum est dogma commune. Ecce multo maior etiam dissensio. Zeno in vna virtute positã beatã vitã putat. Quid Antiochus? Etiam inquit, beatam: sed non beatissimam. Deus ille, qui nihil censuit deesse virtuti, homuncio hic, qui multa putat præter virtutem homini partim cara esse, partim etiam necessaria. Sed ille vereor ne virtuti plus tribuat,

a L. quæ ἀπαθῆ nominatur. al. quæ πάθη nominantur.

b al. huc *

c al. nõ quòd prob.

p. B.

d al. constituetur.

e L. si numquam vter sit sapiens, apparebit, nónne vtroque est prudentior?

f L. non esse illa probanda sapienti? p. XXXIIII. f al. non posse illa probata esse sapienti? vel non posse illa probabilia esse sapienti? * g vide paradox. 3.*

h L. & paria: sed nónne caueam,

quàm natura patiatur, præsertim Theophrastro multa disertè, copioséq; dicente. & hic metuo, ne vix sibi constet: qui cũ dicat esse quædam & corporis, & fortunæ mala, tamen eum, qui in his omnibus sit, beatũ fore censet. si sapiens sit. Dissimilior: tũ hoc mihi probabilius, tum illud videtur: & tamen, nisi alterutrũ sit, virtutem iacẽre planè puto. Verùm in his discrepant. Quid illud? in quibus consentiunt, num pro veris probare possumus? Sapientis animum numquam neque cupiditate moueri, neque lætitia efferri. Age, hæc probabilia sanè sint: num etiam illa? numquam timere, numquam dolere. sapiénsne nõ timeat? nec, si patria deleatur, non doleat? Satis durum: sed Zenoni necessarium: cui, præter honestum, nihil est in bonis: tibi verò, Antioche, minimè: cui, præter honestatem, multa bona: præter turpitudinem, multa mala videntur: quæ & venientia metuat sapiens necesse est, & venisse doleat. Sed quæro, quando ista fuerint ab Academia vetere decreta, vt animum sapientis commoueri, & conturbari negarent? mediocritates illi probant, & in omni permotione naturalem volebant esse quendam modũ. legimus omnes Crantoris, veteris Academici, de luctu. est enim non magnus, verùm aureolus, &, vt Tuberoni Panætius præcipit, ad verbum ediscendus libellus. Atque illi quidem etiam vtiliter à natura dicebant permotiones istas animis nostris datas: metum, cauendi causa: misericordiam, ægritudinémque, clementiæ: ipsam *iracundiam*, *fortitudinis quasi cotem* e *esse dicebant*: rectè, secúsne, alias videremus. atrocitas ista quidem tua quo modo in veterem Academiam irruperit, nescio. Illa verò ferre non possum, non quòd mihi displiceant: sunt enim Socratica pleraque misabilia Stoicorum quę παράδοξα nominantur: sed vbi Xenocrates, f vbi Aristoteles ista tetigit? hos enim quasi eosdem esse vultis. illi vmquã dicerent, sapiẽteis solos reges? g solos diuites? solos formosos? omnia, quæ vbique essent, sapientis esse? neminem consulem, prætorem, imperatorem, nescio an ne quinquenuirũ quidem quemquam, nisi sapientem? postremò, solum ciuem, solum liberum? insipienteis omneis, peregrinos, exsules, seruos furiosos? denique scripta Lycurgi, Solonis, duodecim h tabulas nostras, non esse leges? ne i vrbis deniq; , aut ciuitates, nisi quæ essent sapientiũ? Hæc tibi, Luculle, si es assensus Antiocho, familiari tuo, tam sunt defendenda, quàm mœnia: mihi aut, bono modo: tantum, quantũ videbitur. Legi apud Clitomachum, cùm Carneades, k & Stoicus Diogenes ad senatum in Capitolio starent, A. Albinum, qui tum, P. Scipione, & M. Marcello cõsulibus, prætor esset, eum, qui cum auo tuo, Luculle, consul fuit, sanè doctũ hominẽ, vt indicat ipsius historia, scripta Græcè, iocantem dixisse Carneadi: ego tibi, Carneade, prætor esse nõ videor, quia sapiens non sum: nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas. Tum ille, huic Stoico non videris. Aristoteles, aut Xenocrates, quos Antiochus sequi volebat, non dubitasset, quin & prætor ille esset, & Roma, vrbs, & eam ciuitas incoleret. Sed ille, noster est planè, vt suprà dixi: Stoicus l pauca balbutiens. l Vos m autẽ mihi veremini ne labar ad opinionem, & aliquid asciscam, & cõprobem incognitum: quod minimè vultis. quid consilij datis? testatur sæpe Chrysippus,

a L. multa contrà disertè, cop.

b L. cùm hæc m.

c L. Quod? illa, in quibus consentiunt, num ea.

d L. nec, si patria deleatur, doleat?

p. B.

e Idem Academicus & Tusculana 4. Lælius. f al. Socrates enim nihil reliquit scriptum quod sciamus. Sed ex his, quos audiuimus, loqui Xenocrates & Aristoteles disciplinam Platonicæ vicarii. Ab hoc Peripatetici: vt ab illo Academici fere. g Laudare ne es Stoicos disciplina, quibus pientes diuites, cunctos, omnem quam, esse priuati. Tu enim a sapientem, solum liberum, tam esse dicebant, quam hodie. b Paradoxum. Alexander hic vitia Topicor. vide Vidor. in 24. h L. XII tab. hodie desiderio i adde Gellium 7. cap. 18. & 20. cap. vltim. in f. p. XXXV. k fort. Stoica Perpauca.] ita Nonius cap. 3 in balbutire. Sed in ut. Vos autem fic mihi veretis videmini, ne labar ad opinionem, &

pus,treis solas esse sententias, quæ defendi possint,de finibus bonorum: circumcidit,& amputat multitudinem.aut enim honestatem esse finem,aut voluptatem, aut vtrumque. nam qui dicant summum bonũ id esse, si vacemus omni molestia, eos inuidiosum nomen voluptatis fugere:sed in vicinitate versari, quod facere eos etiam,qui illud idem cum honestate coniungerent.nec multo secus eos, qui ad honestatem prima naturæ commoda adiungerent.Ita treis reliquit sententias, quas putet probabiliter posse defendi.sit sanè ita.quamquam à Polemonis,& Peripateticorum,& Antiochi finibus non facilè diuellor:neque quidquam habeo adhuc probabilius. verumtamen video,quàm suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur. Laboro[a],vt assentiar Epicuro,aut Aristippo.reuocat virtus,vel potiùs reprehendit[b] manu: pecudum illos motus esse dicit: hominem iungit deo. possum esse medius:vt, quoniam Aristippus, quasi animum nullum habeamus, corpus solum tuetur: Zeno, quasi corporis simus experres,animum solum complectitur:vt[c] Calliphontem sequar: cuius quidem sententiam Carneades ita studiosè defensitabat, vt eam probare etiam videretur. quamquam Clitomachus affirmabat, nũquam se intelligere potuisse,quid Carneadi probaretur.Sed[d], si ipsum finem velim sequi,nónne ipsa seueritas,& grauis,& recta ratio mihi obuersetur? Tu, cùm honestas in voluptate contemnenda consistat, honestatem cum voluptate,tanquam hominem cum belua,copulabis? Vnum igitur par,quod depugnet,reliquũ est, voluptas cum honestate, de quo Chrysippo fuit, quantum ego sentio,non magna contentio.alterum si sequare, multa ruunt,& maximè communitas cum hominum genere,caritas,amicitia,iustitia,reliquæ virtutes: quarũ esse nulla potest, nisi erit gratuita nam quę voluptate, quasi mercede aliqua,ad officium impellitur,ea non est virtus, sed fallax imitatio, simulatióque virtutis Audi[e] contrà illos,qui nomen honestatis à se ne intelligi quidem dicant, nisi fortè[f] quod gloriosum sit in vulgus, id honestum velimus dicere: fontem omniũ bonorum in corpore esse:hanc normam,hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ:à qua qui aberrauisset, eum numquam, quid in vita sequatur, habiturum.nihil igitur me putabis,hæc & alia innumerabilia cùm audiam, moueri? tam moueor, quàm tu, Luculle:neq. me minus hominem, quàm te putaueris. Tantum interest,quòd tu, cùm ea commotus, acquiescis, assentiris, approbas: verum illud,certum, comprehensum, perceptum, ratum,firmum,fixum fuisse vis: déque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes, ego nihil eiusmodi esse arbitror, cui si assensus sim,non assentiar sæpe falsè, quoniam vera à falsis nullo discrimine separantur, præsertim cùm iudicia ista dialecticæ,nulla sint. ¶ Venio enim iam ad *tertiam*[g] *partem philosophiæ*. aliud iudicium Protagoræ est, qui[h] putet id cuique verum esse, quod cuique videatur:aliud Cyrenaicorum: qui præter permotiones intimas, nihil putant esse iudicij: aliud Epicuri,qui omne iudicium in sensibus, & in rerum notitiis, & in voluptate constituit, Plato autem omne iudicium veritatis, veritatémque ipsam, abductam ab opinionibus, & à sensibus cogitationis ipsius,& mentis esse voluit.Nũquid horum probat noster Antiochus? ille verò ne maiorum quidem suorum. vbi enim aut Xenocratem sequitur: cuius libri sunt de ratione loquendi multi,& multùm probati? aut ipsum Aristotelem, quo profectò nihil est acutius:nihil politius? à Chrysippo pedẽ numquam, Quid ergo Academici appellamur? an abutimur gloria nominis? aut cur coginmur eos sequi, qui inter se dissident? In hoc ipso, quod in elementis dialectici docent,quo modo iudicare oporteat, verum, falsúmne sit,si quid ita connexum est, vt hoc:Si dies est,lucet:quanta contentio est?aliter Diodoro,aliter Philoni.Chrysippo aliter placet. Quid? cũ Cleanthe, doctore[a] suo, quàm multis rebus Chrysippus dissidet? quid? duo vel principes dialecticorum, Antipater, & b Archidemus, opinioníssimi homines,nónne multis in rebus dissentiunt? Quid me igitur, Luculle,in inuidiã,& tanquam in concionem vocas? & quidem, vt seditiosi tribuni solent, occludi tabernas iubes? quò enim spectat illud,eùm artificia tolli quereris à nobis, nisi vt opifices concitentur? qui si vndique omnes conuenerint,facilè contra vos incitabuntur. expromã primùm illa inuidiosa,quòd eos omneis, qui in concione stabunt, exsules, seruos, insanos esse dicatis: deinde ad illa veniam,quæ iam non ad multitudinem, sed ad vosmetipsos, qui adestis, pertinent. negat enim vos Zeno, negat Antiochus scire quidquam. quo modo?inquies,nos enim defendimus, etiam insipientem multa comprehendere. At scire negarisquemquam rem vllam, nisi sapientem. & hoc quidem Zeno gestu conficiebat. nam cùm extensis[c] digitis aduersam manum ostenderat, *visum*[d],inquiebat, huiusmodi est. deinde, cùm paullùm digitos constrinxerat, *assensus* huiusmodi.tum cùm planè compresserat,pugnúmque fecerat: *comprehensionem* illam esse dicebat. qua ex similitudine etiam nomen ei rei,quod antè non fuerat,κατάληψιν imposuit, cùm autem læuam manum admouerat,& illum pugnum arctè[e], vehementérque compressérat, scientiam talem esse dicebat: cuius compotem, nisi sapientem,esse neminem.Sed,qui sapiens sit,aut fuerit,ne ipsi quidem solent dicere.Ita tu nunc, Catule,lucere nescis,neque tu Hortensi, in tua villa nos esse. Num[g] nimis hæc inuidiosè dicuntur? hæc tamen minùs eleganter:illa subtiliùs Sed quò modo tu, si nihil comprehendi posset, artificia concidere dicebas, neque mihi dabas, id quod probabile esset, satis magnam vim habere ad artes: sic ego nũc tibi refero, artem sine scientia esse non posse. An pateretur hoc Zeusis[h], aut Phidias, aut Polycletus, nihil se scire, cùm in his esset tanta solertia? quòd si eos docuisset aliquis, quam vim habere diceretur scientia, desinerent irasci? ne nobis quidem succenserent[i], cùm didicissent id tollere nos, quod nusquam esset: quod autem satis esset ipsis, relinquere. quam rationem maiorum etiam comprobat diligentia: qui primũ iurare EX[k]S VI ANIMI SENTENTIA quemque voluerunt: deinde ita teneri, SI [l]SCIENS FALLERET, quòd in scientia multa versaretur in vita,tum qui testimoniũ diceret, vt ARBITRARI[m] se diceret etiam quod ipse vidisset,quæque iurati[n] iudices cognouissent,vt ea non esse facta,sed vt VIDERI[o] pronuntiarent. Verùm quoniam non

a Chrysippũ ita discipulũ Cleantis facit Laertius. 7.in Chrisippo initio.*
b *al.*& Archidamus,
c *al.*extensis
d Visus,assensus,comprehensio.*
e *fort.*pugno admouerat,
f *v.c.*artè,
g L.Non minùs hæc inuí p. B. diosè dicuntur: neque tamen minùs eleganter: illa subtil.*& ita v.c.*
h *al.*Zeuxis,
i v.c.fusc enferent,
k Iurare ita plerunque veteres soliti, vt 2.de oratore vbi de Iocis & 3.officiorum exempla passim apud authores.*
l Iurare ita plerique veteres soliti sic 7. familiares.*
m Formulæ ista testimonii ferendi. exemplum extat in orat. pro Fonteio vbi dixi.*
n Iurati iudices quæ cognouissent ea non esse facta sed videri pronunciabant.*
o Formulæ huius exempla in Verrem & 1.de finib. Lactant. 4.Institut ad. & de finib.*.vbi siquid mei in, dicii est.*

a L.Labor,vt assentiar Epicuro,&c.
b *al.*prehendit manu:
c L.vt Calliphontem seq. ...to vt,à Latino disputatore.*
d *fort.*Sed,si ipsum finem
e L.Audi cõtra illos, qui
f *fort.*falso,
g Assensionem esse in tertio loco. de parte philos.*
h L.qui putet id cuique

solùm nauta significat, sed etiam Fauonius
¶ XXXVII. ipse insusurrat, nauigandi nobis, Luculle, tẽpus esse, & quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. posthac tamen, cùm hæc quæremus, potiùs de dissensionibus tantis summorum virorum disseramus. de obscuritate naturæ, déque errore tot philosophorum, qui de bonis, contrariisque rebus tantopere discrepant, vt cùm plus vno verum esse non possit, iacére necesse sit tot, & tam nobileis disciplinas, quàm de oculorum, sensuúmque reliquorum mendaciis, & de sorite, aut pseudomeno: quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. 10 ¶ Tum Lucullus, non molestè, inquit, fero, nos hæc cõtulisse. sæpius enim congredientes nos, & maximè in Tusculanis nostris, si qua videbuntur, requiremus. 11 ¶ Optimè, inquam. sed quid Catulus sentit? quid Hortensius? 12 ¶ Tum Catulus, egóne, inquit? ad patris reuoluor sententiam: quã quidem ille Carneadeam esse dicebat, vt [a] percipi nihil putem posse, assensurum autem non percepto, id est, opinaturum sapientem existimẽ: sed ita, vt intelligat se opinari, sciátque nihil esse, quod comprehendi, & percipi possit: [b] per ἐποχὴν illam omnium rerum comprobãs, illi alteri sententiæ, nihil esse, quod percipi possit, vehementer assentior. 13 ¶ Habeo, inquã, sententiam tuã, neq; eã admodũ aspernor. Sed tibi quid tandẽ videtur, Hortensi? 14 ¶ Tũ ille ridens. Tollẽdũ. [c] 15 ¶ Teneo te, inquam. nam ista Academiæ est propria sententia: 16 ¶ Ita sermone confecto, Catulus remansit. nos ad nauiculas nostras descendimus.

a Sentẽ igitur hẽ Catuli, Nihil percipi posse. sapientem opinari posse ἐποχὴ tollẽ probãre.
b L. posset. pochen enim ill. al. possint. sempẽ ἐποχὴ al. Quare ἐποχὴ
c L. Tollendam. Ten. ‖ Id est tollendũ esse assensum quis mihi hoc loco legens. Tenẽdam, vt ἐποχὴ Academiæ propriam ingnuat.

M. TVLLII CICERONIS
DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM AD BRVTVM,
LIBER PRIMVS.
L. TORQVATVS, C. TRIARIVS, CICERO.

Synopsis libri primi de finibus.

1. *Philosophiam Latina etiam lingua non minùs ac Græca commodè tractari. In illa philosophiæ tractatione hoc potissimum quæri dignum.* Quis sit finis, quod extremum, quod vltimum, quò sint omnia bene viuendi rectéque faciendi consilia referenda: quid sequatur natura vt summum ex rebus expetendis: quid fugiat vt extremum malorum: 2. 3. 4. 5. *Epicuri sententiam de voluptate, à L. Torquato, cùm C. Triarius interesset, defensam haud sibi placere.* 7 *In* Physicis *quoque sibi non probari Epicurum, quòd atomos inducat, de forma nihil differat: De atomorum motu, concursione, adhæsione, declinatione, puerilia multa adferat. Solem ea magnitudine dicat, qua sit, vel paulo maiore aut minore. Quòd cum Democrito introducat visa & Imagines (quæ idola nominat) quarum incursione videamus & cogitemus. Infinitionem seu ἀπειρίαν: Mundos innumerabiles, qui & oriantur & intereant quotidie.* In secunda *philosophiæ parte (quæ & λογικὴ) inermem & nudum esse Epicurum, qui definitiones tollat: nihil de diuidendo, partiendo, concludendo, sed captiosè, ambiguè doceat: iudicium omne sensibus tribuat. In tertia parte, quæ ex vita & moribus, Epicurum malè omnia referre ad voluptatem cap. issendam, & dolorem fugiendũ.* 8. *ad* 18 *Tum Torquatus pro Epicuri* Ethicis *disputans, Epicuro videri summum bonum esse id, ad quod omnia referri oporteret, ipsum verò nusquam. voluptatem ab eo constitui summũ bonum: dolorem, summum malum. Id eo perspici, quod omne animal simul atque natum sit, nondum deprauata ipsius natura, voluptatem appetat, eáque gaudeat, dolorem aspernetur, vt summum malum. Id à natura & sensibus. imò & ratione ipsa concludi. Eos autem qui de voluptate non idem sentiant quod Epicurus, eò falli, quòd à voluptatibus dolor plerunque sit, cùm rectè voluptate vti nesciant. Sapientem, pro tempore reiicere quasdam voluptates, vt maiores consequatur. perferre è contrario quosdam dolores, vt asperiores repellat. Ita Torquatum (à quo ortus sit) labores pertulisse, vt laudi voluptate perfrueretur: & filium morte multasse, vt dolore suæa voluptate omissa, sanciret militaris imperij disciplinam, hoc est, vt illo minimo dolore maiorem euitaret. Omni verò dolore carere, ex eo etiam summum bonum videri, quòd qui animo & corpore perpetuis fruatur voluptatibus, is sit beatus dicendus: qui contrà vt neque diuinum numen horreat, nullo dolore nec impediente, nec impendente, is sit beatus dicendus: qui contrà patiatur, miser. Appetendi, refugiendi, agendi initia aut à voluptate, aut à dolore proficisci: ad illa duo referri omnia. Summum igitur bonum esse, iucundè viuere. Atenim sunt qui in virtute summum bonum constituunt, malè: neque enim virtutes quis expetit, nisi vt voluptatem efficiant: Epicurum eam voluptatem probare ad quam sapientia perueniatur: quæ vna mœstitiam, errorem, inscitiam, metum, formidinem, cupiditates denique omnes, odia, discordias, dissidia, bella seditiones, quibus vita misera efficitur, tollat: fortunæ iniurias ferre doceat, quietem & tranquillitatem pariat. Hu constare sapientiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam, omnes denique virtutes: sed & honorem ipsum summum bonum non esse, cùm propter aliud, hoc est vt iucunditatis plurimum afferant, & vt iucunde viuatur expetantur: Itaque summum bonum aliud nihil esse, quàm*

cum voluptate viuere. Voluptatem quidem ex corpore oriri, & ad corpus referri: sed animi multò maiorem esse, quòd cùm animus præterita & futura perspiciat, instantem voluptatem maiorem reddat. Qui his & quidē maximis animi & corporis voluptatibus cū animi dolore vacent, perfruuntur, Epicuro beatos videri, & tamen vt iucunde viui non potest, nisi sapienter, honestè, & iustè viuatur: ita, nec sapienter, honestè iustè, nisi iucunde. Ciuitatem in seditione: domum in discordia beatam non dici: neque vitam beatam, in maximis. vel corporis vel animi morbis. Igitur neque stultorum quenquam in tantis morbis: neque sapientem, in tanta voluptate, non beatum. Stoicos minus commode summum bonum in honestate, cui virtus innitatur, quæ seipsa sit contenta, collocare. Ab Epicuro sapientem, beatum semper iudicari, qui finitas habeat cupiditates, mortem negligat, de diis immortalibus sine vllo metu vera sentiat, qui non dubitet, si ita melius sit, de vita migrare, qui his rebus instructus semper in voluptate sit, qui præterita grate meminerit, præsentibus iucunde potiatur, non pendeat ex futuris, qui à vitijs animi absit longissime, qui stultorum vitæ suam anteponens, fruatur summa voluptate, qui in doloribus sapiens plus habeat, quod gaudeat, quàm quod angatur: Inde exiguam fortunam interuenire sapienti. Et in Ethicis Epicurum superiora sentire ac loqui. In Dialectica autem nullam vim ad beate viuendū ponere. In physicis cognita rerum natura leuari hominem superstitione, mortis metu, rerum ignoratione formidine, moratum melius esse, cùm ea didicit, quæ natura desideret. eáque faciat, qua ipse Epicurus tradidit, libro, quem Canona & regulam inscripsit. Id omne quod animo cernimus, à sensibus oriri: ex quibus veri, scientia & ratio vitæ degenda oriatur, ex eáque fortitudo contra mortis timorem, constantia contra metum religionis, sedatio cupiditatum comparetur. His adiiciendum, quod de amicitia Epicurus dixit, Amicitia nihil iucundius, eorum quæ ad beate viuendum conferant, hoc est, quod amicitiam fautricem voluptatis esse voluit.

NOn eram nescius, Brute, cùm, quæ summis ingeniis, exquisitáque doctrina philosophi Græco sermone tractauissent, ea Latinis litteris mādaremus, fore, vt hic noster labor in varias reprehēsiones incurreret. nam quibusdam, & iis quidē non admodum indoctis, totum hoc displicet philosophari. quidam [a] autem id non totum reprehendunt, si remissiùs agatur: sed tantū [b] studium, támque multam operam ponendam in eo non arbitrantur. Erunt etiam, & hi quidē eruditi Græcis litteris, contemnentes Latinas, qui se dicant in Græcis legendis operam malle consumere. Postremò aliquos futuros suspicor, qui me ad alias litteras vocent: genus hoc scribendi, etsi sit elegans, personæ [c] tamē, & dignitatis esse negent. Contra quos omneis dicendum breuiter existimo. quamquam philosophiq quidem vituperatoribus satis respondi sum eo libro, [d] quo à nobis philosophia defensa, & [e] collaudata est, cùm esset accusata, & vituperata ab Hortensio. Qui liber cùm & tibi probatus videretur, & iis, quos ego posse iudicare arbitrarer, plura suscepi, veritus ne mouere hominum studia viderer, retinere nō posse. Qui autem, si [f] hoc maximè placeat, moderatiùs tamen id volunt fieri, difficilem quādam temperantiam postulant in eo, quod [g] semel admissum, coerceri, reprimíque non possit: vt propemodum iustioribus vtamur illis, qui omnino auocent à philosophia, quàm iis, qui rebus infinitis modum constituant: in rébusque eò meliore, quò maior sit, mediocritatē desiderent. Siue enim ad sapientiam peruenire potest: non [h] paranda solùm nobis ea, sed fruenda etiam sapientia est. siue hoc difficile est: tamen nec modus est vllus inuestigandi veri, nisi inueneris: & quærendi defatigatio turpis est, cùm id, quod quæritur, sit pulcherrimum. Etenim si delectamur, cùm scribimus: quis est tam inuidus, qui ab eo nos abducat? sin laboramus: quis est, qui alienæ modum statuat industriæ? Nam, vt Terentianus [i] Chremes non vult

Fodere aut arare, aut aliquid ferre denique.

non enim illum ab industria, sed ab illiberali labore deterret: sic isti curiosi, quos offendit noster minimè nobis iniucundus labor. His igitur est difficiliùs satisfacere, qui se Latina [a] scripta dicunt contemnere [b]. in quibus hoc primum est, in [c] quo admirer [d]: cur in grauissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cùm iidem fabellas Latinas, ad verbum de Græcis expressas, non inuiti legant. Quis enim tam inimicus pænè nomini Romano est, qui Ennij Medéam, aut Antiopam Pacuuij spernat, aut [e] reiiciat? qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas litteras oderit? Synephebos ego, inquit, potiùs Cęcilij, aut Andriam Terentij, quàm vtramque Menandri legam? A quibus tam [f] dissentio, vt, cùm Sophocles vel optimè scripserit Electram, tamen malè conuersam Attilij [g] mihi legendam putem. de [h] quo Licinius, ferreum scriptorem: verū [i] opinor: scriptorem tamen, vt legendus sit. rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi. mihi quidem nulli satis eruditi videntur, quibus nostra ignota sunt: At [k],

" *Vtinam ne in nemore,—*

nihilo minùs legimus, quàm hoc idem Græcū. quæ autem de bene, beatéq; viuēdo à Platone disputata sunt, hæc explicari nō placebit Latinè? Quòd si nos non interpretū fungimur munere, sed tuemur ea, quæ dicta sunt ab iis, quos probamus, eísq; nostrū iudiciū, & nostrū scribendi ordinem adiungimus: quid habent, cur Græca anteponant iis, quæ & splendidè dicta [l] sint, neq; sint cōuersa de Græcis? Nā [m] si dicerent, ab illis has res esse tractatas: ne ipsos quidem Græcos est cur tā multos legant, quàm legendi sunt. quid enim est à Chrysippo prætermissū in Stoicis? legimus tamē Diogenē, Antipatrū, Mnesarchū, Panætiū, multos alios, in primísq; familiarē nostrū Possidoniū. [n] Quid Theophrastus? mediocritérne delectat, cùm tractat locos ab Aristotele antè tractatos? quid Epicurei? nū desistunt de iisdē, de quibus & ab Epicuro scriptū est, & ab antiquis, ad arbitriū suū scribere? Quòd si Græci leguntur à Græcis iisdē de rebus alia ratione cōpositis, quid est, cur nostri à nostris non legantur? Quamquā si planè sic verterē Platonē aut Aristotelem, vt verterunt nostri poetæ fabulas: malè, credo, mererer [o] de meis ciuibus, si ad eorū cognitionem diuina illa ingenia transferrem: sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, in-

a *al.* Latinè scripta
b *v.c.* contēpnere. *mendosè.*
c *fort.* quod admirer.
d *v.c.* ammireri. *al.* mirer:
e *v.c.* aut reiciat?
f *al.* tantum
g L. Attilii
h L. de quo Lucilius,
i L. verùm, opinor, scripto P. L. rem tamen,
k L. An, Vtinam ne in nemore nihilominùs legimus, quàm hoc idem Græcū: quæ autem de &c.
l *al.* dicta sunt, neque sunt.
m L. Nam si dicent,
n L. Possidonium.
o fortasse legendum non mererer.

terdictū puto. locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, & maximè ab iis, quos modò nominaui, cùm inciderit, vt id aptè fieri possit: vt ab Homero Ennius, Afranius à Menandro solet. nec verò, vt noster Lucilius, recusabo, quò minùs omnes mea legant. Vtinā[a] ille Persiusᵇ: Scipio verò, & Rutilius multo etiam magis: quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se, & Consentinisᶜ, & Siculis scribere. Facetè is quidem, sicut aliàsᵈ: sed nec tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret, & sunt illius scripta leuiora, vt vrbanitas summa appareat, doctrina mediocris. Ego autem quem timeam lectorem, cùm ad te, ne Græcis quidem cedentem in philosophia, audeam scribere? Quamquam à te ipso id quidem facio, prouocatus gratissimo mihi libro, quem ad me de virtute misisti. Sed ex eo credo quibusdam vsuenire, vt abhorreant à Latinis, quòd inciderint in inculta quædam, & horrida, de malis Græcis Latinè scripta deteriùs. quibus ego assentior, dummodò à se de[e] iisdem rebus ne Græcos quidem legendos putent. res verò bonas verbis electis, grauiter, ornatéque dictatas[f], quis non legat? nisi qui se planè Græcum dici velit: vt à Scæuola[g] est prætor salutatus[h] Athenis Albutius. quem quidem locum[i] cum multa venustare, & omni sale idem[k] Lucilius: apud quem præclarè Scæuola[l]

Græcum te, Albuti[m], *quàm Romanum, atque Sabinum,*
Municipem Ponti, Titi[n], *Anni centurionum,*
Prælatorum hominum, ac primorum, signiferúmque,
Maluisti dici. Græcè ergo prætor Athenis,
Id quod maluisti, te, cùm ad me accedi[o] *saluto:*
Καῖρε, inquam, Tite: lictores, turma omnis, cohórsque[o],
Καῖρε[p]*. hinc hostis Muti Albutius, hinc inimicus.*

sed iure Mutius[q]. Ego autem satis mirari non queo, vnde hoc sit tam insolens domesticarū rerum fastidium, non est omnino hic docendi locus: sed ita sentio, & sæpe dissetui, Latinā linguam non modò non inopem, vt vulgò putarent, sed locupletiorem etiam esse, quàm Græcam. Quando enim, vel[r] nobis dicam, aut oratoribus bonis, aut poetis, posteà quidem quàm fuit quem imitarentur, vllus orationis vel copiosæ, vel elegantis ornatus defuit? ego verò, cùm forensibus operis, laboribus, periculis, non deseruisse mihi videor præsidium, in quo à pop. Rom. locatus[s] sum[t] debeo[u] profectò, quantumcumque possim, in eo quoque laborare[x], vt sint opera, studio, labore meo doctiores ciues mei, nec cum istis tantopere pugnare, qui Græca legere malint: modò legant illa ipsa, nec simulent: & iis seruire, qui vel vtrisque litteris vti velint, vel, si suas habent, illas non magnopere desiderent. Qui autem alia malunt scribi à nobis, æqui esse debent, quòd & scripta multa sunt, sic vt plura nemini è nostris, & scribentur fortasse plura, si vita suppetet: & tamen qui diligenter hæc, quæ de philosophia litteris mandamus, legere assueuerit, iudicabit nulla ad legendum his esse potiora. Quid est enim in vita tantopere quærendum, quàm cùm omnia in philosophia, tum id quod his libris quæritur, quid[y] sit finis[z], quid extremum, quid vltimum, quò sint omnia bene viuendi, rectéque faciendi consilia referenda? quid sequatur natura, vt summum ex rebus experendis? quid fugiat, vt extremum malorum? qua de re cùm sit inter doctissimos magna dissensio, quis alienum putet eius esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quid in omni munere vitæ optimum, & verissimum sit, exquirere? An, partus ancillæ sitne in fructu habendus, disseretur inter principes ciuitatis, Pa. Scæuolam, M. Manilium[a] ab hisque M. Brutus[b] dissentiet, quòd & acutum genus est, & ad vsus ciuium non inutile: nósque ea scripta, reliquáque eiusdem generis & legimus libenter, & legemus: hæc, quæ vitam continent omnem, negligentur? nam, vt sint illa vendibiliora, hæc vberiora certè sunt. quamquam id quidem licebit iis existimare, qui legerint. Nos autem hanc omnem quæstionem de finibus bonorum & malorum, ferè à nobis explicatam esse iis[c] litteris arbitramur, in quibus, quantum potuimus, non modò quid nobis probaretur, sed etiam quid à singulis philosophiæ disciplinis diceretur, persecuti sumus. Vt autem à facillimis ordiamur, prima veniat in medium Epicuri ratio, quæ plerísque notissima est: quam à nobis sic intelliges expositam, vt ab iis, qui eam disciplinam probant, non soleat accuratiùs explicari, verum enim inuenire volumus, non tamquā aduersarium aliquem conuincere. 2 ¶ Accuratè autem quondam à L. Torquato, homine omni doctrina erudito, defensa est *Epicuri sententia de voluptate*: à méque ei responsum, cùm C. Triarius, in primis grauis, & doctus adolescens, ei disputationi interesset, nam cùm ad me in Cumanum salutandi causa vterque venisset, pauca primò inter nos de litteris, quarum summum erat in vtroque studium: deinde Torquatus: Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certè audiam, quid sit, quòd Epicurum nostrum non tu quidem oderis, vt ferè faciunt, qui ab eo dissentiunt, sed certè non probes, eum, quem ego arbitror vnum vidisse verum, maximisque erroribus hominum animos liberauisse, & omnia tradidisse, quæ pertinerent ad bene, beatéque viuendum: sed exiitimo, te, sicut nostrum Triarium, minùs[d] eo delectari, quòd ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexerit. nam illuc quidem adduci vix possum vt ea, quæ senserit ille, tibi non vera videantur. 3 ¶ Vide quantum, inquam, fallare Torquate. *oratio* me istius philosophi non offendit. nam & complectitur verbis, quod vult: & dicit planè, quod intelligam: & tamen à philosopho, si afferat eloquentiam, non apperner: si non habeat, non admodum flagitē. re mihi non æquè satisfacit[e], & quidem locis pluribus. sed *quot homines, tot sententiæ*, falli igitur possumus. 4 ¶ Quamobrem tandem, inquit, non satisfacit? te enim iudicem æquum puto: modò quæ dicat ille, bene noris.

5 ¶ Hîc, nisi mihi Phædrum[f], inquam, memoritum[g], aut Zenonem putas: quorum vtrumque audiui, cùm mihi nihil sanè præter dolitatem probarent: omnes mihi Epicuri sententiæ satis notæ sunt. atque eos, quos nominaui, cum Athenis nostro frequenter audiui, cùm miraretur ille quidem vtrumque, Phædrum autem etiam amaret: quotidieque inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus: neque erat vmquam controuersia, quid ego intelligerem, sed quid probarem. 6 ¶ Quid igitur

---

a. B.

a *al.* Vtinam esset ille Persius.*
b nominatur lib. 2. de Oratore numero 2.*
c à Consentia oppido dicuntur. Plinius 3. ca. 5.*
d *al.* alia.*

e L. de eisdē rebus
f L. dictas,
g L. à Scæuola
h Græcæ huiusmodi salutationes frequenti in vsu Romanis Iuuenal. Satyr. 6.*
i *al.* iocum.*
k *al.* rider.*
l L. Scæuola
m L. Albuci,
n L. Tritani, | male Nam mox sequitur Tite, non Tritani.*
o *al.* chorúsque*
p L. Χαῖρε Tite hinc Muci iam Albucius, hinc inim. | *al.* Χαῖρετε. est enim ad lictores oratio.*
q *al.* Mucius.
r L. ne nobis dicam,

f *fortasse* laudatus.*
t *al.* sim: u *fort.* tum debeo prof.
x L. elaborare,

y *al.* quis sit finis, quod extr. quod vlt.
z Scopus librorum de finibus.*

a L. P. Scæuulam, M. Manilium ab hisque.
b cuius sententia obtinuit, negatis parum aptè in fructu esse lege, vetantes fuit quæstio 67. de vsufructu.*
c *fort.* iis libris ita vt. *Vide* ita legendum puto.*

d *al.* minùs ab eo delectari.

e *al.* satisfaciat.

igitur est, inquit? audire enim cupio, quid nō probes. 7 ¶Principio, inquam, *in physicis*, quibus maximè gloriatur, primùm totus est[a] alienus. Democrito adiicit[b], perpauca mutās, sed ita, vt ea, quæ corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur. Ille *atomos*, quas appellat, id est, corpora indiuidua, propter soliditatem censet in infinito inani, in[c] quo nec summum, nec infimum, nec medium, nec vltimum, nec extremum[d] sit, ita ferri, vt concursionibus inter se cohærescant: ex quo efficiantur ea, quæ sint, quæque cernantur, omnia: eúmque motum atomorum nullo à principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non ferè labitur, quamquam vtriusque cùm multa non probo, tum illud in primis, quòd cùm in rerum natura duo quærenda sint, vnum, quæ materia sit, ex qua quæque res efficiantur[e]: alterum, quæ vis[f] sit, quæ quidque efficiat: de *materia* disseruerunt: vim, & causam efficiendi reliquerunt. sed hoc commune vitium: illæ Epicuri propriæ ruinæ. censet enim, eadem illa indiuidua, & solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam: hunc naturalem esse omnium corporum motum. deinde ibidem homo acutus, cùm illud occurreret: si omnia deorsum è regione ferrentur, &, vt dixi, ad lineam, numquam fore, vt atomus altera alteram posset attingere: itaque[g] attulit rem commentitiam: declinare dixit atomum perpaullum[h]: quo nihil posset fieri minùs. ita effici complexiones[i], & copulationes, & adhæsiones[k] atomorum inter se: ex quo efficeretur mundus, omnésque partes mundi, quæque in eo essent, quæ cùm res tota ficta sit pueriliter, tum ne efficit quidem quod vult. nam & ipsa declinatio, ad libidinem fingitur (ait enim declinare atomum sine causa: quo nihil turpius physico, quàm[l] fieri sine causa quidquam dicere) & illum motum naturalem omnium pōderum, vt ipse constituit, è regione inferiorē locum petentium, sine causa eripuit atomis: nec tamen id, cuius causa hæc finxerat, assecutus est. nam[m] si omnes atomi declinabunt, nullæ vnquam cohærescent: siue aliæ declinabūt, aliæ suo nutu rectè ferentur: primùm erit hoc quasi prouincias atomis dare, quæ[n] rectè, quæ obliquè ferantur: deinde eadem illa atomorū, in quo etiam Democritus hæret, turbulenta concursio hunc mundi ornatum efficere non poterit. ne illud quidem physici est, credere aliquid esse minimum. quod profectò numquam putauisset, si à Polyæno[o], familiari suo, geometriam discere maluisset, quàm illam etiam ipsum dedocere. *Sol* Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriáque perfecto. huic bipedalis[p] fortasse: tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paullo aut maiorem, aut minorem. Ita quæ mutat, ea corrumpit: quæ[q] sequitur, sunt tota Democriti. atomi, inane, *imagines*, quæ idola nominant, quorum[r] incursione non solùm videamus, sed etiam cogitemus: *infinitio* ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est: tum *innumerabiles mundi*, qui & oriantur, & intereant quotidiē. quæ etsi mihi nullo modo probantur: tamen Democritum laudatum à ceteris, ab hoc, qui eum vnum secutus est, nollem vituperatum. ¶Iam *in altera philosophiæ parte*, quæ est quærendi, ac disserendi, quæ λογική dicitur, iste vester, planè, vt mihi quidē videtur, inermis ac nudus est. tollit definitiones: nihil de diuidendo, ac partiendo docet: non, quo modo efficiatur, concludatúrque ratio, tradit: non, qua via captiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostendit. iudicia rerum in sensibus ponit: quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne iudicium veri, & falsi putat. ¶[In[a] *tertia* verò parte, quæ est de vita, & moribus, in constitutione finis, nil generosum sapit, atque[b] magnificum.] Confirmat illud vel maximè, quod ipsa natura, vt ait ille, asciscat, & reprobet, id est, voluptatem, & dolorem. ad hæc, & quæ fugiamus, & quæ sequamur, refert omnia. quod quamquam Aristippi est, à Cyrenaicísque meliùs, liberiúsque defenditur: tamen eiusmodi esse iudico, vt nihil hominē videatur indignius. ad maiora enim quædam nos natura genuit, & conformauit, vt mihi quidem videtur. ac fieri potest, vt errem: sed[c] ita prorsus existimo, neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, vt aliquam ex eo perciperet corporis[d] voluptatem, aut cum Latinis tertio consulatu conflixisse apud Veserim[e] propter voluptatem. Quòd verò securi filium percusserit, priuauisse se etiam videtur multis voluptatibus, cùm ipsi naturæ, patrióque[f] amori prætulerit ius maiestatis, atque imperij. Quid? L. Torquatus, is, qui consul cū Cn. Octauio fuit, cùm illam seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silanos[g] emancipauerat, vt eum, Macedonum legatis accusantibus, quòd pecunias prætorem in prouincia cepisse arguerent, causam apud se dicere iuberet, réque ex vtraque parte audita, pronuntiaret, eum non talem VIDERI[h] fuisse in imperio, quales eius maiores fuissent: & in conspectum suum venire vetuit: numquid videtur tibi de voluptatibus suis cogitauisse? Sed vt omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria, & pro suis suscipit, vt non modò nullam captet, sed etiam prætereat omneis voluptates. dolores denique quosuis suscipere malit, quàm deserere vllam officij partem: ad ea, quæ hoc non minùs declarant, sed videntur leuiora, veniamus. Quid tibi, Torquate, huic Triario litteræ, quid historiæ, cognitióque rerum, quid poetarum euolutio, quid tanta tot versuum memoria voluptatis affert? Nec mihi illud dixeris: Hæc enim ipsa mihi sunt voluptati. & erant illa Torquatisi. Numquā hoc ita defendit Epicurus: neq; verò tu[k], aut quisquam eorum, qui aut saperet aliquid, aut ista didicisset. Et quod quæritur sæpe, cur tā multi sunt Epicurei: sunt aliæ quoque causæ, sed multitudinem hoc maximè allicit, quòd ita putat dici ab illo, recta, & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est, voluptatem. Homines optimi non intelligunt totam rationem euerti, si ita se res habeat. nam si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte, & per se esse iucunda, per se esset & virtus, & cognitio rerum, quod minimè ille vult, expetenda. Hæc igitur Epicuri non probo, inquam. de cetero, vellem equidem aut ipse doctrinis fuisset institutior[l] (est enim. quod ita tibi videri necesse est, non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur) aut ne detertuisset alios à studiis. quamquam te quidem video minimè

a id est nihil dicit a se, sed ab aliis.* b al. adhæret. fecit.*

c v.c. in quo hæc summū, al. citimum.*

P. E.

d v.c. efficiatur. & ita v. c. id est formā.*

e sort. ita atlutarem c, b ἁπλῶς ἐν. i συμπλοκὰς. k al. adhæsiones.*

l sort. totum fieri sine causa quidquam dicere, videtur deridendum. sort. nam omnes atomi

m al. quæ recte quæque obliquè p. 111. vide f.

n meminit Academ.*

o Academ.*

P. 2. Academici.*

q id est, quæ mutat, al. quæ mutatur.* r hæc dolentia Epicuri videntur 15. fa milio 16. & a. ad Atticum 2.* Atticum v.c. cotidie.

logice

a *Inclusa desunt à ms.*

b *sort.* neque magnificum.

P. E.

c *v.c.* sed ita prorsus existimo: neque enim Torquatum, qui hoc primus cog. &c.

d *v.c.* corpore

e Latinos apud Veserim Decii collegæ deuotione superauit. Liuius 10. Plin. de viris illustrib. cap. 26. & 28. adde 7. Valer. 7.*

f sic disciplina castrorū antiquior fuit parentibus Romanis, quàm caritas liberorum l. 19. §. 7. ff. de captiuis.*

g Adoptio hæc probatur nummo argenteo. D. Silani, in quo torques, insigne Manliæ familiæ, impressus.*

h Videri sibi dicebant iudices, qui de re cognita pronūciabāt. 4. Tuscul. in fi. *Aurea lege latur* fideicommissa. fideri.*

i *v.c.* Torqua

P. IIII. ti. *al.* torquen ti.

k *vet.* Troii *al.* Thorius. *de quo libro 2. infrà.**

l Eadem ratione doctrinas detrahere videtur Epicuro 13. fa mil. 1.*

esse deterritum. 8 ¶ Quæ cùm dixissem,magis vt illum prouocarem, quàm vt ipse loqueretur:tum Triarius leniter arridens,Tu quidem, inquit, totum Epicurum pænè è philosophorũ choro sustulisti.quid ei reliquisti,nisi [a] te quoque, vt id modò loqueretur, intelligere, quid diceret? aliena dicit in physicis, nec ea ipsa, quæ tibi probarentur.[b] sed[c] sid quæ in his corrigere voluit,deteriora fecit.differendi artem nullam habuit.voluptatem cùm summũ bonũ diceret,primùm in eo ipso parum vidit:deinde hoc quoq; alienum. nam antè Aristippus, & ille meliús.etenim[e], quasi detractis de homine sensibus, addidisti ad extremum, etiam indoctum fuisse. 9 ¶ Fieri, inquam,ô Triari, nullo pacto potest, vt non dicas,quid nõ probes eius, à quo dissentias. quid enim me prohiberet Epicureum esse, si,probarem quæ ille diceret? cùm præsertim illa perdiscere, ludus esset. Quamobrem differentium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ, maledicta, contumeliæ, tum [f] iracundiæ, contentiones, concertationésque in disputando pertinaces, indignæ mihi philosophia videri solẽt. 10 ¶ Tunc Torquatus, Prorsus, inquit, assentior[g] 8.neque enim disputari sine reprehensione,nec cum iracúdia, aut pertinacia rectè disputari potest.Sed ad hæc,nisi molestũ est, habeo quæ velim. 11 ¶ At me, inquam, nisi te audire vellẽ,censes hæc dicturũ fuisse? 12 ¶ Vtrùm igitur percurri omnẽ Epicuri disciplinã placet:an de vna voluptate quæri, de qua omne certamen est? 13 ¶ Tuo verò id quidem arbitratu. 14 ¶ Sic faciam igitur,inquit:vnam rem explicabo, eámq; maximã. de physicis aliàs, & quidem tibi & declinationem istã atomorũ, & magnitudinẽ solis probabo, & Democriti errata,ab Epicuro reprehensa, & correcta permulta.nũc dicam de voluptate, nihil scilicet noui,ea tamen,quæ te ipsum probaturum esse confidam. 15 ¶ Certè,inquam,pertinax nõ ero:tibíq;,si mihi probabis ea, quæ dices, libenter assentiar. 16 ¶ Probabo, inquit: modò ista sis æquitate, quam ostendis.sed vti oratione perpetua mâlo,quàm interrogare, aut interrogari. 17 ¶ Vt placet,inquã. 18 ¶ Tũc dicere exorsus est. Primùm igitur,inquit,agam sic,vt ipsi auctori huius disciplinæ placet: constituam,quid,& quale sit id,de quo quærimus, non [h] quo ignorare vos arbitrer: sed vt ratione, & via procedat oratio. Quærimus igitur, quid sit extremum,[i] quid vltimum bonorum. quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, vt ad [k] id omnia referri oporteat: ipsum autem nusquã.hoc Epicurus in voluptate ponit: quod summũ bonum esse vult, summúmq; malum,dolorem.idq; instituit docere sic:Omne animal,simulatque natũ sit,voluptatem appetere, eáque gaudere, vt summo bono:dolorem aspernari,vt summum malum,&, quantũ possit,à se repellere: idque facere nondum depranatum, ipsa natura incorruptè,atque integrè iudicante. itaque negat opus esse ratione, neque disputatione,quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit. sentiri hoc putat, vt calere ignem, niuem esse albam, dulce mel:quorum nihil oporteret [l] exquisitis rationibus cõfirmare:tantùm satis esse admonere. interesse enim inter argumentum, conclusionémque rationis : & inter mediocrem animaduersionem, atque admonitionem: altera,occulta quædã, & quasi inuoluta aperiri:altera,prompta,& aperta indicari. etenim quoniam detractis de homine sensibus,reliqui nihil est: necesse est, quid aut secundum naturam,aut contra sit,à natura ipsa iudicari:voluptatem etiam & per se expetendam esse, & dolorem ipsum per se esse fugiendum. etenim [a] quid percipit, & quid iudicat, quo aut petat,aut fugiat aliquid,præter voluptatem,& dolorem? Sunt autem quidam è nostris qui hæc subtiliùs velint tradere, & negent satis esse, quid bonum sit, aut quid malum,sensu iudicari: sed animo etiam, ac ratione intelligi posse, [& [b] voluptatem ipsam per se esse expetendam,[l] & dolorem ipsum per se esse fugiendum.] itaque aiũt hanc quasi naturalẽ,atque insitam in animis nostris inesse notionem vt alterum esse appetendum, alterum aspernandum sentiamus. Alij autem,quibus ego assentior, cùm à philosophis compluribus [c] permulta dicuntur.cur nec voluptas in bonis sit numeranda,nec in malis dolor, non existimant oportere nimiùm nos causæ confidere, sed & argumentandum, & accuratè differendum,& rationibus conquisitis, de voluptate,& dolore disputandum putant. Sed vt perspicatis, vnde omnis iste error natus sit, voluptatem accusantium, dolorémque laudantium, totam rem aperiam:eáque ipsa,quæ ab illo inuentore [d] veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo. nemo enim ipsam voluptatem, quia [e] voluptas sit, aspernetur, [f] aut oderit, aut fugiat, sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. neque porrò quisquam est,qui dolorem ipsum,quia [g] dolor sit,amet, consectetur, adipisci velit: sed quia nonnumquam eiusmodi incidunt tempora, vt labore,& dolore magnam aliquam quærat [h] voluptatem. vt enim ad minima veniam, quis nostrũ exercitationem vllam corporis suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur?quis autem vel eum iure [i] reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, qua [k] nihil molestiæ consequatur, vel illum,qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla pariatur? At verò eos & accusamus, & iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditijs præsentium voluptatum deliniti, atque corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non prouident, similique sunt in culpa, qui officia deserunt mollitia animi,id est, laborum, & dolorum fuga, & harum quidem rerum facilis est, & expedita distinctio. nam libero tempore,cùm soluta [l] nobis est eligendi optio, cúmque nihil impedit, quo minùs id, quod maximè placeat, facere possimus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus [m]. temporibus autem quibusdam [,aut [n] officiis debitis, aut rerum necessitatibus] sæpe eueniet,vt & voluptates repudiandæ sint, & molestiæ non recusandæ.Itaque harum rerum hic tenetur à sapiente delectus [o], aut [p] vt reiiciendis [q] voluptatibus maiores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. Hanc ego cùm teneam sententiam, quid est, cur verear, ne ad eam possim accommodare Torquatos nostros? quos tu paullo antè cum memoriter, tum etiam erga nos amicè, & benè volèr collegisti. nec me tamen laudandis maioribus meis corrupisti, nec segniorem ad respondendum reddidisti. quorum facta quẽ admo-

a L. nisi te quoquo id modo loqueretur, &c. [sunt] is pro id legebatur.
b al. probentur: & si quæ &c.
c fortasse sed &si quæ,
d fort. si qua in his.
e L. hoc totum, etenim quasi detr. de hom. sensib. delet.
f fort. tum iracundæ cõtentiones, &c.
g fort. tibi assentior.
h al. nõ quòd
i Summum bonum quid
k ἁπλῶς δὲ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν μόνον, ἢ μισητότατον δὲ κακὸν. Aristot. 1. Eth.
l al. oportere
a al. arripit aut percipit aut quid iudicat
b Inclusa dispungenda existimat Camerarius
c al. permulta dicuntur,
d Epicurum intelligit.
e al. qua voluntur, aut odit, aut fugit: sed
f L. aspernatur, aut odit, aut fugit: sed
g al. quã dol.
h fortasse legendum quæ sciant, vel te vt à labore & dolore magnam aliquã quæramus voluptatem.
i fortasse legendum non reprehenderit
k L. quam nihil molestiæ cons. &c.
l al. dele
m al. repellendus. n Inclusa quoque dispungit Camerarius
o al. delectus. P. LVI. fort. vt aut
q v. c. reiiciendis voluptatibus &c. r al. & huiusmodi.

admodum, quæso, interpretaris? Siccine eos censes aut in armatum hostem impetum fecisse, aut in liberos, aut in sanguinem suum tam crudeleis fuisse, nihil vt de[a] vtilitatibus, nihil vt de commodis suis cogitarent? At id ne feræ quidem faciunt, vt [b] ita ruant, atque turbentur, vt, earum motus, & impetus quò pertineant non [c] intelligamus [d], tu tam egregios viros censes tantas res gessisse sine causa? quæ fuerit causa, mox videro: interea hoc tenebo: si ob aliquam causam ista, quæ sine dubio præclara sunt, fecerint, virtutem his per se ipsam causam non fuisse: torquem detraxit hosti: & quidem se texit, ne interiret. At magnum periculum adiit. In oculis quidem exercitus. Quid ex eo consecutus est? Laudem, &[e] caritatem: quæ sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima. Filium mortem multauit: si sine causa, nollem me ab eo ortum, tam importuno, támque crudeli. sin vt dolore suo sanciret militaris imperij disciplinam, exercitúmque in grauissimo bello animaduersionis metu contineret: saluti prospexit ciuium, qua intelligebat contineri suam. Atqui hæc ratio latè patet. in quo enim maximè consueuit iactare vestra se oratio, tua præsertim, qui studiosè antiqua persequeris, clarís & fortibus viris commemorandis, eorúmque factis non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore, laudandis, id totum euertitur eo[f] delectu rerum, quem modò dixi, constituto, vt aut voluptates omittantur, maiorum voluptatum adipiscendarum causa, aut dolores suscipiantur, maiorum dolorum effugiendorum gratia. sed de clarorum hominum factis illustribus, & glorioſis, satis hoc loco dictum sit. erit enim iam de omniũ virtutum cursu ad voluptatem proprius disserendi locus. nunc autem explicabo, voluptas ipsa, quæ, qualisque sit, vt tollatur error omnis imperitorum: intelligatúrque ea, quæ voluptaria, delicata, mollis habeaturs disciplina, quàm grauis, quàm continens, quàm seuera sit: non enim hanc solã sequimur, quæ suauitate aliqua naturã ipsam mouet, & cũ iucũditate quadam percipitur sensibus, sed maximam illam voluptatem habemus, quæ percipitur, omni dolore detracto. nam quoniam cùm priuamur dolore, ipsa liberatione, & vacuitate omnis molestiæ gaudemus: omne autem id, quo gaudemus, voluptas est, vt omne id, quo offendimur, dolor: doloris omnis priuatio rectè nominata est voluptas. Vt enim cùm cibo, & potione fames, sitísque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis: sic in omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis. itaque non placuit Epicuro, medium esse quiddam inter dolorem, & voluptatem. Illud enim ipsum, quod quibusdam medium videtur[h], cùm omni dolore careat, omni non modò voluptatem esse, verùm etiam summam voluptatem. quisquis enim sentit, quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. omni [k] autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem: vt postea variari voluptas, distinguíque possit: augeri, amplificarique non possit. At etiam Athenis vt à patre audiebam, facetè, & vrbanè Stoicos irridente, statua[l] est in Ceramico, Chrysippi sedentis, porrecta manu: quæ manus significet[m] illum in hac esse ro-

a fort. de voluptatibus.
b v.c. vt ita ruant, atque turbentur; vt. ear. & infra.] vt turbare, sic turbas excitare.*
c al. non intelligatur.
d fort. non intelligant.*
e al. & claritatem.
P. B.
f al. eo dilectu
g fortasse legendum mollitie: hæc autẽ disciplina, &c.*
h L. videtur, omni dolore carere, non modò vol. v.c. careat. *
i L. omnis autem pr.] Epicurus in vita Chrysippi. Nihil quidem Chrysippo diuinius, quo distinxit de natura.*
P. LVII.
l L. significet hoc esse sog.

A gatiuncula delectatum. Num quidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat? Nihil sanè. At, si voluptas esset bonum, desideraret. Ita credo. Non est igitur voluptas bonum. Hoc ne statuam quidem dicturam pater aiebat, si loqui posset. cõclusum est enim contra Cyrenaicos satis acutè: nihil ad Epicurum. nam si ea sola[a] voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret, & [b] illaberetur: nec manus esse contenta posset vlla vacuitate doloris sine iucundo motu voluptatis. sin autem summa voluptas est, vt Epicuro placet, nihil dolere: primum tibi rectè, Chrysippe, concessum est, nihil desiderare manum, cùm ita esset affecta: secundum non rectè, si voluptas esset bonum, fuisse desideraturam. iccirco enim non desideraret, quia, quod dolore careret, id in voluptate est. Extremum autem esse bonorum voluptatem, ex hoc facilè perspici potest. constituamus aliquem magnis, multis, perpetuis fruentem & animo, & corpore voluptatibus, nullo dolore nec impediente, nec impendente: quem tandem hoc statu aut præstabiliorem, aut magis expetendum possumus dicere? inesse enim necesse est in eo, qui ita sit affectus, & firmitatem animi, nec mortem, nec dolorem timentis, quòd mors sensu careat: dolor in longinquitate, leuis: in grauitate, breuis soleat esse: vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio consoletur. Ad ea cùm accedit, vt neque diuinum numen horreat, nec[c] præteritas voluptates effluere patiatur, earúmque assidua recordatione lætetur: quid est, quod huic possit, quod melius sit, accidere[d]? Statue contrà aliquem confectum tantis animi, corporísque doloribus, quanti in hominem maximi cadere possunt, nulla spe proposita, fore leuiùs aliquando, nulla præterita, nec præsenti, nec exspectata voluptate: quid eo miserius dici, aut fingi potest? Quòd si vita doloribus referta, maximè fugienda est: summum profectò malum est, viuere cum dolore. cui sententiæ cõsentaneum est, vltimum esse bonorum cum voluptate viuere. nec enim habet nostra[e] mens quidquam, vbi consistat, tamquam in extremo: omnésque & metus, & ægritudines ad dolorem referuntur: nec præterea est res vlla, quæ[f] sua natura aut sollicitare[g] possit, aut fra[h]gere. Præterea & appetendi, & [i] refugiendi, & omnino rerum gerendarum initia proficiscuntur aut à voluptate, aut à dolore. quod cùm ita sit, perspicuum est, omneis rectas res, atque laudabileis, eò referri, vt cum voluptate viuatur. quoniam autem id est vel summum bonum, vel vltimum, vel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes: fatendum est. summum esse bonum iucundè viuere. Id qui in vna virtute ponunt, & splendore nominis capti, quid natura postulet, non intelligunt: errore maximo, si Epicurum audire voluerint, liberantur. istæ enim vestræ eximiæ, pulchræque virtutes, nisi voluptatem efficerent, quis eas aut laudabileis, aut expetendas arbitraretur? Vt enim medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonæ valetudinis[k] causa probamus: & gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem habet, vtilitate, non arte laudatur: sic sapientia, quæ ars viuendi putanda est, non expeteretur, si nihil

a al. solùm
b al. & allaberetur.
c al. neq. præteritas
P. B.
d L. accedere?
e L. nostra mens aliud quidquam
f L. quæ aut sua sede natura sollicitare possit, &c.
g sollicitare sua sede, est mouere. sic Ennius, tela manu sua sollicitare: proeiicere.*
h al. tangere male.*
i L. & fugiendi,
k v.c. valitudinis
P. LVIII.

efficeret: nunc expetitur, quod est tanquam artifex conquirendæ, & comparandæ voluptatis. Quam autem dicam voluptatem, iam videtis, ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. nam cùm ignoratione rerum bonarum, & malarum maximè hominum vita vexetur, ob eúmque errorem & voluptatibus maximis sæpe priuentur, &[a] prauissimis animi doloribus torqueantur. sapientia est adhibenda, quæ & terroribus, cupiditatibúsque detractis, & omnium falsarum opinionum temeritate direpta[b], certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem. sapientia enim est vna, quæ mœstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat: qua præceptrice, in tranquillitate viui potest, omnium cupiditatum ardore restincto. cupiditates enim sunt insatiabiles: quæ non modò singulos homines, sed vniuersas familias euertunt: totam etiam labefactant sæpe remp. Ex cupiditatibus odia, dissidia[c], discordiæ, seditiones, bella nascuntur. nec hæ sese foris solùm iactant, nec tantùm in alios cæco impetu incurrunt: sed intus etiam in animis incluſæ inter se dissident, atque discordant. ex quo vitam amarissimam necesse est effici: vtd sapiens solùm, amputata, circumcisáque inanitate omni, & errore, naturæ finibus contentus, sine ægritudine possit, & sine metu viuere. Quæ est enim aut vtilior, aut ad bene viuendum aptior partitio, quàm illa, qua est vsus Epicurus? qui vnum genus posuit earum cupiditatum, quæ essent & naturales, & necessariæ[e]: alterum, quæ naturales essent, nec tamen necessariæ[f]: tertium, quæ nec naturales, nec necessariæ[g]. quarum ea ratio est, vt necessariæ nec opera multa, nec impensa expleantur. ne naturales quidem multa desiderant, propterea quòd ipsa natura diuitias, quibus contenta est, & parabileis, & terminatas habet. inanium autem cupiditatum nec modus vllus, nec finis inuenitri potest. Quòd si vitam omnem videmus perturbari errore, &[h] insicitia: sapientiámque esse solam, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet, & ipsius fortunæ modicè ferre doceat iniurias, &[i] omneis doceat vias, quæ ad quietem, & tranquillitatem ferant: quid est, cur dubitemus dicere, & sapientiam propter voluptatem expetendam, & insipientiam propter molestias esse fugiendam? Eadémque ratione ne *temperantiam* quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia pacem animis afferat, & eos quasi cõcordia quadam placet, ac leniat. Temperantia est enim, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem vt sequamur, monet. nec enim satis est iudicare, quid faciendum, non faciendúmve sit: sed stare etiam oportet in eo, quod sit iudicatum. pleriquek autem, quòd tenere, atque seruare id, quod statuerunt, non possunt, victi & debilitati, obiecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos, nec, quidl prouenturum sit, prouident, ob eámque causam propter voluptatem & paruam, & non necessariam, & quæ vel aliter pararetur, & qua etiam carere possent sine dolore, tum in morbos graueis, cum in damna, tum in dedecora incurrunt: sæpe etiam legum, iudiciorúmque pœnis obligantur. Qui autem ita frui volunt voluptatibus, vt nulli propter eas dolores cõsequantur: & qui suum iudicium retinent[a], ne voluptate victi faciant id, quod sentiunt non esse faciendum: hi voluptatem maximam adipiscuntur, prætermittenda voluptate. Idem etiam dolorem sæpe perpetiuntur, ne si id non faciant, incidãt in maiorem. Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter se fugiendam esse: temperantiámque expetendam, non quia voluptates fugiat, sed quia maiores consequatur. Eadem *fortitudinis* ratio reperietur. nam neque laborum perfunctio, neque perpessio dolorum, per se ipsa allicit: nec patientia, nec assiduitas, nec vigiliæ, nec ea ipsa, quæ laudatur, industria, ne fortitudo quidem: sed ista sequimur, vt sine cura, metúque viuamus: animúmque, & corpus quantum efficere possimus, molestia liberemus. Vt enim mortis metu omnis quietæ vitæ status perturbatur, & vt, succumbere doloribus, eósque humili animo, imbecillóque ferre, miserum est: ob eámque debilitatem animi, multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique autem seipsos penitus perdiderunt[b]: sic robustus animus, & excelsus, omni est liber cura, & angore, cùm & mortem contemnit[c], qua qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qua antequàm nati: & ad dolores ita paratus est, vt meminerit, maximos morte finiri, paruos multa habere interualla quietis, mediocrium nos esse dominos[d], vt, si tolerabiles sint, feramus: sin minùs, æquo animo è vita, cùm[e] ea non placeat, tanquam è theatro, exeamus. Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem, ignauiámque vituperari, nec fortitudinem, patientiámque laudari suo nomine: sed illas reiici f, quia dolorem pariant: has optari, quia voluptatem. *Iustitia* restat, vt de omni virtute sit dictum sed similia fere è dici possunt. vt enim sapientiam, temperantiam, fortitudinem, copulatas esse docui cum voluptate, vt ab ea[a] nullo modo nec diuelli, nec distrahi possint: sic de iustitia iudicandum est: quæ non modò numquam[g] nocet cuiquam[h], sed[i] contrà semper[k] alit aliquid[l] tum vi sua, atque natura, quod tranquillet animos: tum spe, nihil earum rerum defuturum: quas natura[m] deprauata desiderat[n] quemadmodum[o] temeritas, & libido, & ignauia semper animum excruciant, & semper sollicitant, turbulentæque sunt. sic cuius in mente consedit, hoc ipso, quòd adest, turbulenta non[q] potest fieri: & si verò molesta quippiam est, quamuis occultè fecerit, numquam tamen confidet id fore semper occultum. Plerumque improborum facta prius mò suspicio insequitur: deinde sermo, atque fama: tum accusator, tum[r] iudex: multi etiam, vt te consule, ipsi se indicauerunt. Quòd si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam sæpti esse, & muniti videntur, deorum[s] tamen horrent, eásque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi nocteis, atque dies exeduntur, à diis immortalibus supplicij causa importari putant. Quæ autem tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ molestias accessio fieri potest, quanta ad augendas tum[t] conscientia factorum, tum pœna legum, odióque ciuium? Tamen[u] in quibuſdam neque pecuniæ modus est, neque honoris, neque imperij, nec libidinũ, nec epularum, nec reliquarum cupiditatũ: quas nulla prꝛda vmquam improbè

---

a *fort.* & grauissimis *&c.* ‖ *vet.* & puriſſimis. *al.* & duriſſimis, *fed ſi* puriſſimis. *admittamus*, puriſſimi dolores erunt, liquidiſſimi, manifeſtiſſimi.*

b L. derepta, ‖ *al.* direpta.*

c *v. c. & L.* diſcidia,

d *fort.* vt ſapiens ſolus, *amp.*

e quæ dolorem ſedarẽt, vt eſt in ſiti potus. *Laertius Epicuro.** f vt ſunt pretioſi cibi. *Laertius.**

p. B.

g vt ſunt coronæ & ſtatuarum ornamẽta. *Laertius.**

h L. & inſcitia. *& itavc.*

i *fort.* & omneis iudicet

k ἀκρατεῖς

l *fort.* quid euẽturum ſit, ‖ *al.* nec quid parti euenturum ſit, prouident.*

a *al.* retentet.

p. L. x.

b *al.* proditerunt.

c *v. c.* obtempnũt, *Græcum deest.*

d *cupias*

e vide quæ ſcripſi ad hũc locum Tuſculan. I.*

f *v. c.* reiici, g *v. c.* numquam nocet, *quidquam, fed* h qui ea ſere ditus habẽt. *vide* P. Victorium *vt. var. lect. lib. 2.* i *al.* ſemper agit aliq. l *al.* quia *fortaſſe*, natura non deprauata deſ. m *v. deſider.* n *v. deſiderat.* o Et, quem admodum te mere. p L. ſi ea iniuſtitia ſedet, hoc ſi ſe iniuſtitia ſe eniſe in mente ſubſedit, non poteſt non eſſe.*

q L. non poteſt non eſſe.*

r L. deorum.

s L. tamen opẽ horrent.

t L. tum ex conſcientia ſ.

u L. & tamẽ

improbè partâ minuit, sed auget potiùs, atq; inflammat: vt coercendi magis, quàm dedocendi esse videantur. Inuitat igitur vera ratio benè sanos ad iustitiam, æquitatem, fidem: æquè homini infanti, atque impotenti iniustè facta conducunt: qui nec facilè efficere possit, quod conetur, nec obtinere, si effecerit: & opes vel fortunæ, vel ingenij, liberalitati magis conueniunt, qua qui vtuntur, beniuolentiam sibi conciliant, &, quod aptissimum est, ad quietè viuendum, caritatem, præsertim cùm omnino nulla sit causa peccandi. quæ enim cupiditates à natura proficiscuntur, facilè explentur sine vlla iniuria: quæ autem inanes sunt, his parendum non est. nihil enim desiderabile concupiscunt, plúsque in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in iis rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur. Itaque ne iustitiam quidè rectè quis dixerit per se ipsam optabilem, sed quia iucunditatis vel plurimũ afferat. nam diligi & carum esse, iucundum est: propterea quia tutiorem vitam, & voluptatem efficit pleniorem. itaque non ob ea solùm incommoda quæ eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus, sed multò etiam magis, quòd cuius in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, numquam acquiescere. Quòd si ne ipsarum quidem virtutum laus, in qua maximè cæterorum philosophorum exsultat oratio, reperire potest exitum, nisi [b] dirigatur ad voluptatem, voluptas autem est sola, quæ nos vocet ad se, & alliciat suapte natura: non potest esse dubium, quin id sit summum, atque extremum bonorum omnium: beatéque viuere, nihil aliud sit, nisi cum voluptate viuere. Huic certæ, stabilique sententiæ quæ sint coniuncta, explicabo breui. Nullas [c] in ipsis error est finibus bonorum, & malorum, id est, in voluptate, aut [d] in dolore: sed in his rebus peccant, cùm, è quibus hęc efficiantur, ignorant. animi autem voluptates, & dolores nasci fatemur è corporis voluptatibus, & doloribus. Itaque concedo quod modò dicebas, cadere [e] causa, siqui è nostris aliter existimant: quos quidem video esse multos, sed imperitos. Quamquam autem & lætitiam nobis voluptas animi, & molestiam dolor afferat: eorum tamen vtrumque & ortum esse è corpore, & ad corpus referri: nec ob eam causam non multo maiores esse & voluptates, & dolores animi, quàm corporis. nam corpore nihil, nisi præsens, & quod adest, sentire possumus: animo autem, & præterita, & futura. vt enim æquè doleamus animo, cùm corpore dolemus: fieri tamen permagna accessio potest, si aliquod æternum, & infinitum impendere malum nobis opinemur. quod idem licet transferre in voluptatem, vt ea maior sit, si nihil tale metuamus. Iam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem, aut molestiam plus aut ad beatã, aut ad miseram vitã afferre momenti, [f] eorum vtrumuis: si æquè diu sit in corpore. nõ placet autẽ, detracta voluptate, ægritudinem statim consequi, nisi in voluptatis locũ dolor fortè successerit: at cõtrà, gaudere nosmet omittendis doloribus, etiam si voluptas ea, quæ sensum moueat, nulla successerit: eo[f] intelligi potest, quanta voluptas non dolere sit. Sed vt iis bonis erigimur, quæ exspectamus: sic lætamur iis, quæ recordamur. stulti autem malorum memoria torquẽtur: sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant. est autem situm in nobis, vt & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. Sed cùm ea, quæ præterierunt, acri animo, & attento intuemur, tunc fit, vt ægritudo sequatur, si illa mala sint: lætitia, si bona. O præclarã beatè viuendi, & apertã, & simplicẽ, & directã viam. cùm enim certè nihil homini possit melius esse, quàm vacare omni dolore, & molestia, perfruíque maximis & animi, & corporis voluptatibus: videtísne, quàm nihil prætermittatur, quod vitã adiuuet, quò faciliùs id, quod propositum est, summum bonum consequamur? clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, *non [a] posse iucunde viui, nisi sapienter, honestè, iustéque viuatur: nec sapienter, honestè, iustè, nisi iucundè*, neque enim ciuitas in seditione, beata esse potest, nec in discordia dominorum domus: quo minùs animus à seipso dissidens ipse, secúmque discordans, gustare partem vllam liquidæ [b] voluptatis, & liberæ potest. atqui pugnantibus & contrariis studiis, consiliisque semper vtens, nihil quieti videre, nihil tranquilli potest. Quòd si corporis grauioribus morbis vitæ iucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediri necesse est? animi autem morbi sunt cupiditates immensæ, & inanes, diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores, qui animos exedunt, conficiúntque curis, hominum nõ intelligentium, nihil dolendum esse animo, quod sit à dolore corporis præsenti, futuróve seiunctum. Nec verò quisquam stultus nõ horum morborum aliquo laborat, nemo igitur est [c] non miser. Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalo semper impendet: tum superstitio [d], qua qui est imbutus, quietus esse numquam potest. Præterea bona præterita non meminerunt, præsentibus non fruuntur, futura modò exspectant: quæ quia certa esse non possunt, cõficiuntur & angore, & metu: maximéque cruciantur, cùm serò sentiunt, frustra se aut pecuniæ studuisse, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ. nullas enim consequuntur voluptates, quarum potiendi spe inflammati, multos labores, magnósque susceperant. Ecce [e] autem alij minuti, & angusti, aut [f] omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi [g]; alij autem etiam amatoriis leuitatibus dediti, alij petulantes, alij [h] audaces, proterui [i], iidem [k] intemperantes, & ignaui, numquam in sententia permanentes. quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ. Igitur neque stultorum quisquam beatus, neque sapientum nõ beatus. multóque hoc meliùs nos, veriúsque, quàm Stoici. Illi enim negant bonum quidquam esse, nisi nescio quam illam vmbram [l], quod appellant honestum, non tam solido, quàm splendido nomine: virtutem autem nixam hoc honesto, nullam requirere voluptatem, atque ad beatè viuendum seipsa esse contentam. Sed possunt hæc quadam ratione dici, non modò non repugnantibus, verùm etiam approbantibus nobis. sic enim ab Epicuro sapiens, beatus semper inducitur, finitas habet cupiditates: negligit mortem: de diis immortalibus sine [m] vllo metu vera sentit: non dubitat, si ita melius sit, de vita

P. LXIV.

a τὸν ἔστιν ἡδέως ζῆν οὐ χωρὶς τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν &c. Idem aut potius eadem sententia repetitur. Tusculana 3.* b hoc est verè.*

c al. est eorũ non miser.* d δεισιδαιμονία. | vnde superstitiosi haud sani esse dicuntur l. 1. §. 9. ff. de ædilitio edicto.*

e fort. esse o. v. c.

P. 82.

f hæc particula, aut inducenda.*

g L. morosi: h al. alii audaces, alii petulantes, alii proterui, intemperantes, iidem ignaui &c. i fort. alii proterui, k v. c. id est, intemperantes.

l σκιὰν.

m ἀθεότης.

migrare: his rebus instructus semper in voluptate est. neque enim tempus est vllum, quo non plus habeat voluptatum, quàm dolorum. nam & præterita gratè meminit, & præsentibus ita potitur, vt animaduertat, quanta sint ea, quámque iucunda: neque pendet ex futuris, sed exspectat illa, fruitur præsentibus: ab iisque vitiis, quæ paullo antè collegi, abest plurimùm, & cùm stultorum vitam cum sua comparat, magna afficitur voluptate. dolores autem, si qui incurrunt, numquam vim tantam habent, vt non plus habeat sapiens, quod gaudeat, quàm quod angatur. Optimè verò Epicurus, quod *exiguam* dicit[a] *fortunam interuenire sapienti*: maximásque ab eo, & grauissimas res consilio ipsius, & ratione administrari[b]: nec maiorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quàm ex hoc percipiatur, quod videamus esse finitum. ¶ In *dialectica* autem vestra nullam vim exiitimauit esse nec ad meliùs viuendum, nec[c] ad commodiùs disserendum. ¶ In physicis quidem, cùm plurimùm possint, ea scientia & verborum vis, & natura orationis, & consequentium, repugnátiúmve ratio potest perspici. omnium autem rerum natura cognita, leuamur superstitione, liberamur mortis metu, nou conturbamur ignoratione rerum, è qua ipsa horribiles exsistunt sæpe formidines. denique etiam morati meliùs erimus, cùm didicerimus, quæ natura desideret. tum verò, si stabilem scientiam rerum tenebimus, seruata illa, quæ quasi delapsa[d] de cælo est ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia iudicia rerum diriganture, numquam vllius oratione victi sententia desistemus. Nisi autem rerum natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum iudicia defendere. *quidquid* porrò *animo cernimus, id omne oritur à sensibus*. qui si omnes veri[f] erunt, vt Epicuri ratio docet: tum denique poterit aliquid cognosci, & percipi. quos qui tollunt, & nihil posse percipi dicunt, ij, remotis sensibus, ne id ipium quidem expedire possunt, quod differunt. Præterea, sublata cognitione, & scientia, tollitur omnis ratio & vitæ degendæ, & rerum gerendarum. Sic è physicis & fortitudo sumitur contra mortis timorem, & constantia contra metum religionis, & sedatio animi, omnium rerum occultarum ignoratione sublata, & moderatio[g], natura cupiditatum, generibúsque earum explicatis, &, vt modò docui, cognitionis regula, & iudicio ab eadem illa constituto, veri à falso distinctio traditur. Restat locus huic disputationi vel maximè necessarius, de amicitia, quam, si voluptas summum sit bonum, affirmatis nullam omnino fore: de qua Epicurus quidem ita dicit: *Omnium rerum, quas ad beate viuendum sapientia comparauerit, nihil esse maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius.* neque verò hoc oratione solùm, sed multo magis vita & factis, & moribus comprobauit. quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant: in quibus tam multis, támque variis, ab vltima antiquitate repetitis, tria[h] vix amicorum paria reperiuntur, vt ad Orestem pemenias, profectus à Theseo. At verò Epicurus vna in domo, & ea quidem angusta, quàm magnos, quantáque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges? quod fit etiam nunc ab Epicureis. Sed ad rem redeamus. de omnibus dici non necesse est. Tribus igitur modis videor esse à nostris de amicitia disputatum. Alij, cùm eas voluptates, quæ ad amicos pertinerent, negarent esse per se ipsas tam expetendas, quàm nostras expeteremus: quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare: tuentur tamen eum locum, séque facilè, vt[a] mihi videtur, expediunt. vt enim virtutes, de quibus antè dictum est, sic amicitiam negant à voluptate posse discedere. nam cùm solitudob, & vita sine amicis, insidiarum, & metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare: quibus partis [c], confirmatur animus, & à spe pariendarum voluptatum semiungi non potest. Atque vt odia, inuidiæ, despicationes, aduersantur voluptatibus: sic amicitiæ, non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices[d] sunt voluptatum tam amicis, quàm sibi. quibus non solùm præsentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur consequentis, ac posteri temporis. Quòd quia nullo modo sine amicitia firmam, & perpetuam iucunditatem vitæ tenere possumus, neque [e] ipsam amicitiam tueri, nisi æquè amicos, & [f] nosmetipsos diligamus: iccirco & hoc ipsum efficitur in amicitia, & amicitia cum voluptate connectitur. nam & lætamur [g] amicorum lætitia æquè, ac nostra, & pariter dolemus angoribus. Quocirca *eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum*: quóisque labores propter suam voluptatem suscepturus, eosdem suscipiet propter amici voluptatem: quæque de virtutibus dicta sunt, quemadmodum hæ semper voluptatibus inhærent, eadem de amicitia dicenda sunt. præclarè enim Epicurus his pænè verbis: Eadem, inquit, scientia confirmauit animum, nequod aut sempiternum, aut diuturnum timeret malum: quæ perspexit, in hoc ipso vitæ spatio, amicitiæ præsidium esse firmissimum. Sunt autem quidam Epicurei timidiores paullo contra vestra conuicia, sed tamen satis acuti, qui verentur, ne, si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Itaque primos congressus, copulationésque consuetudinum [i], instituendarum amicitiarum fieri propter voluptatem: cùm autem vsus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem effloresceresse tantùm, vt, etiam si nulla sit vtilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. etenim si loca, si fana, si vrbeis, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, si ludicra[k], exercendi, aut venandi consuetudine adamare solemus: quanto id in hominum consuetudine facilius fieri poterit, & iustius? Sunt autem qui dicunt *fœdus quoddam esse sapientum*, vt[l] ne minus amicos quidem, quàm se ipsos diligant. quod & fieri posse intelligimus, & sæpe id videmus, & perspicuum est, nihil ad iucundè viuendum reperiri posse, quod coniunctione tali sit aptius. Quibus ex omnibus iudicari potest, non modò non impediri rationem amicitiæ, si summum bonum in voluptate ponatur, sed sine hoc institutionem amicitiæ omnino non posse reperiri. Quà propter si ea, quæ dixi, sole ipso illustriora, & clario-

a *al.* ducit

b *v.c.* amministrari:

P. LXII.

c L. nec ad commodius differẽdum. Ea scientia & verborũ vis, & natura orationis, & cõsequentium, repugnantiúmque ratio potest perspici. In physicis, quod plurimum prosunt, quàm plurimam operâ posuit. Omnium enim rerum natura cognita, leuamur, &c.

d διόπερ τὸς Ita enim vocatus liber Epicuri περὶ κριτηρίου ἢ κανὼν Plutarchus aduersus Colotem Epicureum. Laertius in Epicuro. Cœlestẽ librum vocat Cicero 1. de natura.*

e *al.* dirigentur.

f *al.* erunt veri,

g *al.* & moderatio cupiditatum, natura, generibusque earum.*

P. B.

h *forte.* vix tria

i *fort.* consuetudinum fieri, institutarum, fieri propter voluptatem, *al.* consuetudinem.

k *al.* ludicras exercẽdi aut venandi consuetudines adamare solemus.*

l vt ne minus amicos, quàm se ipsos diligant. quod nos amicos, quam se ipsos diligant.

clariora sunt: si omnia dixi hausta è fonte naturæ: si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est, incorruptis, atque integris testibus: si[a] infantes, pueri, si mutæ etiam bestiæ pænè loquuntur, magistra, ac duce natura, nihil esse prosperum, nisi voluptatem: nihil[b] asperum, nisi dolorem: de quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè, nónne ei maximam gratiam habere debemus, qui, exaudita quasi voce naturæ, sic eam firmè, grauitérque comprehenderit, vt omneis bene sanos in viam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret? qui quòd tibi parum videtur eruditus, ea causa est, quòd nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam iuuaret. An ille tempus aut in poetis euoluendis, vt ego, & Triarius, te hortatore, fecimus[c], consumeret? in quibus nulla solida vtilitas[d], omnísque puerilis delectatio: aut se, vt Plato, in muficis, geometria, numeris, astris contereret? quæ & à falsis initiis profecta, vera esse non possunt: &, si essent vera, nihil afferrent, quo iucundiùs, id est, quo meliùs viueremus. eas ergo arteis persequeretur, viuendi artem tantam, támque operosam, & [e]perinde fructuosam relinqueret? Non ergo Epicurus ineruditus, sed *ij indocti, qui, quæ pueros[f] non didicisse turpe est, ea putent vsque ad senectutem esse discenda.* Quæ cùm dixisset, explicaui, inquit, sententiam meam, & eo quidem cõsilio, tuum iudicium vt cognoscerem. quæ mihi facultas, vt id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus numquam est data,

a L. si infantes pueri, al. si infantes, si pueri, b al. nihil improsperum,

c v.c. fecimus, d L. vtilitas est, omn.

e al. & proinde

f Manifestissimè hic locus est corruptus: legendum ita, pueros didicisse, &c. hoc sensu, eos esse indoctos, qui ea putẽt, vsque ad senectutem esse discenda, quæ pueros didicisse turpe est.*

M. TVLLII CICERONIS DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM, AD. BRVTVM, LIBER II.

Synopsis libri secundi de finibus.

1. ad 37. *Hæc cùm Torquatus pro Epicuro dixisset, Tum Cicero,* Epicurum de *voluptate quæ propriè Græcis ἡδονὴ dissentem in eo peccasse, quòd voluptatem non definierit. Aristippo voluptatem dici iucundum motum, quo sensus hilarentur: Hieronymo Rhodio, nihil dolere, & sine vlla molestia viuere. Ex vtraque sententia voluptatem definiri posse, vacuitatem doloris cum iucunditate, seu voluptate. Duas enim & diuersas res esse, sine dolore esse, & cum voluptate esse,* 38. 39. 40 *Epicurum absurde dicere, luxuriosos non esse reprehendendos, si sapientes sint: Nã si ita sit, parricidæ haud erunt reprehendẽdi, si nec cupidi erunt, si non metuant Deos, mortem, dolerem. Luxuriosos quidem cœnare libenter, at non bene: voluptatem enim secernendam esse à bono. Errare quoque in eo Epicurum, quia cupiditates in tria genera (naturales scilicet & necessarias: naturales non necessarias: neque naturales neque necessarias) diuidat: cùm ita diuidere oportuerit, primùm in naturales & inanes: deinde Naturales in necessarias & non necessarias. Falli quoque in eo, quòd cupiditates siniri putat: hoc est, ijs cupiditatibus, quæ vitiosæ sunt, mediocritatem quandam posse adijci existimat, quòd non dolendi statum, & voluptatem paria esse putat, quòd à primo animantium ortu arcessit originem & iudicium summi boni. Natura non moueri infantem, vt voluptatem expetat, sed vt se suásque partes, hoc est, corpus & animum diligat, ijsque cognitis discernat ea quæ prima data sunt natura, eaque appetat. Ab isto cap te fluere omnem rationem bonorum & malorum. Idque Aristoteli & Polemoni comprobari. Nam Academicis & Peripateticis summum bonum, secundum naturam viuere, id est virtute adhibita frui primis à natura datis: Calliphonti, virtutem & voluptatem: Diodoro, virtutem & simul vacuitatem doloris. Aristippo simplicem voluptatem. Carneadi frui principijs naturalibus. Hieronymo non dolere. Zenoni, honestatem: Epicurum in eo quoque errare, quòd sensibus dicat iudicari, voluptatem bonum esse: dolorem, malum: hoc est, quòd sensibus, non iudicio, mente & ratione at iudicari summum bonum, quòd virtutes voluptatis satellites & ministras faciat. Aristippum, malè in ea dulcedine, quæ maximè sensum moueat, summum bonum ponere: Hieronymum in non dolere: Carneadem in primis naturæ bonis: Calliphonem in virtute & voluptate: Diodorum in virtute & vacuitate doloris. sed nec Aristonem, Pyrrhonem, Herillum, Academicos, de summo bono rectè sentire, quod Epicurus in voluptate & indolentia constituat: cuique, quod mirum, pars populi maxima etiam faueat. Contrà summum bonum in honesto positum esse, id est eo quod detracta eorum vtilitate, sine vllis præmijs per se ipsum possit iure laudari, cuius causa multi multa faciunt, non aliam ob causam, quàm quia decet, & rectum est & honestum. Honestatis formam in eo cerni, quod homo mente præditus sit, quæ acris, vigens, & celerrima multa simul agitans sagax, causas, consecutiones, similitudines, disiuncta & futura rerum cernens, & interse coniungens: quæ hominem ipsum, id est hominis appetentem sociúmque, prudentem, id est, cupidum veri inueniendi, fortẽ, hoc est, imperantem magis quam parentem, hoc est, omnia humana tolerabilia, leuia, alte & excelse ducentem, nihil timẽtem, nemini cedentem, & semper inuictum, temperantẽ, hoc est, moderatum in dictis & factis efficiat. Honestum ita vere depingi posse, contrà quàm Epicurus, qui honestum in eo, quod populari fama gloriosum est, ponat, quódque expeti propter voluptatem putat. Inepte: cùm honeste aliunde, hoc est*

non vulgi iudicio sed ex se pendeat: quod etsi ignorarent homines, vel obmutescerent, pulchritudine sua tamen, speciéque esset laudabile. Quidquid alibi sentiat, inde non posse viui, nisi honestè, sapienter, & iustè viuatur: calidè: Nam hoc sequetur, pericula adeunda voluptatis non honestatis causa: voluptatis, hoc est lucri & commodi causa fi leicommissum quem negare possit, atque ita à Iustitia, sed & à temperantia, fortitudine (multos tamen fortissimos aduersus dolorem pugnasse, in his M. Attilium Reguli um: Lucretiam, L. Virginium, Graecos permultos: Stoicos & Peripateticos pro honesto aduersus voluptatem disserere. Eos qui magistratum inuriserint, voluptatem Epicuream ad populum vel in Senatu non ostentare, sed honestatem, rectà denique omnia) amicitiã denique omni d ficere: quis enim vere amicus dici possit, quem non ipsum amet propter ipsum? Errare & meo Epicurum, quòd cùm summum bonum in voluptate ponat, summum aliquod bonum caducum, quod à rebus externis & fortuna pendeat, statuat: summum illud bonum sensu non ratione iudicari sentiat: vel in minimis rebus, collocet, puta nasturtio, & similibus voluptatiũ, vt & in vita quæ metum summi mali & doloris habeat: Epicurum epistola ad Hermachum, multa de dolore. vt & in suo testamento de morte multa inepte posuisse, vt qui neget mortem ad nos pertinere, & tamen testamento caueat de die suæ natali ab hæredibus agendo, & epulis, memoriáque eius colenda: qui dicat bona præterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportere. Omnes animi & voluptates & dolores ad corporis voluptates & doleres pertinere: maiorem esse voluptatem animi quàm corporis. Quærendum igitur aliud summum bonum à voluptate, quod homini cum brutis non sit commune, ad altiora hominem, quam ad voluptatem natum esse, idque primum ex animo ipsius hominis perspici, in quo memoria præteriti, futuri coniectura, & quasi diuinatio, hoc est prudentia, pudor cupiditatis moderator, id est temperantia: Iustitia deniq. & fortitudo inest. Superiora quoq. elucere in sensibus homini, qui voluptati multa præferat puta, vires, valetudinem, velocitatem, pulchritudinẽ. summũ bonum in animo versari. cui quidđ cœlestẽ & diuinum est. Turpe esse. summum bonum in voluptate collocare, & in ea versari dies noctésque nullo interuallo interiecto, cùm summi viri, imò & pictores suas artes non ad voluptatem retulerint, cùm voluptas ratione & consilio, non cupiditate, quæ animi leuissima pars est. sit diuidicanda: cùm, si Epicuri doctrina vera sit, dij ipsi beati esse non possint, vt qui incorporei, corporeis, hoc est Epicureis voluptatibus destituantur. Mortuos ad portam: adolescentes quos commendamus, non à voluptate commendari: voluptate beneficium, gratiam, virtutem omnem tolli. Nullum esse qui non malit Hercules haberi cum malis & doloribus multis, quàm Epicurus cum multis voluptatibus. 41 ad 46. His dictis factus est finis ambulandi & disputandi.

HIC cùm vterque me intueretur, seséque ad audiendum significarent paratos: primùm, inquam, deprecor, ne me, tamquam philosophũ, putetis scholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere vmquam probaui. quando enim Socrates, qui parens[a] philosophiæ iure dici potest, quid quam tale fecit? eorum erat iste mos, qui tum sophistæ[b] nominabantur: quorum è numero primus[c] est ausus Leontinus Gorgias in[c] conuentu poscere quæstionem, id est, iubere dicere, qua de re quis vellet audire. Audax negotium: dicerem[d] impudens, nisi hoc institutum postea trãslatum ad philosophos nostros esset. Sed & illum, quem nominaui, & cæteros sophistas, vt è Platone intelligi potest, lusos videmus à Socrate. is enim percontando[e], atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, vt ad ea, quæ ij respondissent, siquid videretur, diceret. qui mos cùm à posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum reuocauit: institúitque, vt ij, qui se audire vellent, non de se quærerent, sed ipsi dicerent, quid sentirent. quod cùm dixissent, ille contra. sed qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam. Apud cæteros autem philosophos, qui quæsiuit aliquid, tacet. quod quidem iam fit etiam in Academia. Vbi enim is, qui audire vult, ita dixit, Voluptas mihi videtur esse summum bonum: perpetua oratione contrà disputatur: vt facilè intelligi possit, eos, qui aliquid sibi videri dicant, non ipsos in ea sententia esse, sed audire velle contraria. Nos commodiùs agimus: non enim solùm Torquatus dixit, quid sentiret, sed etiam cur: ego autem arbitror, quamquam admodum delectatus sum eius oratione perpetua, tamen commodiùs, cùm in rebus singulis insistas, & intelligas, quid quisque concedat, quid abnuat, ex rebus concessis concludi, quid velis, & ad exitum perueniri. cùm enim fertur, quasi torrens, oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat: nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. omnis autem in quærendo, quæ via quadã, & ratione habetur, oratio, præscribere primùm[a] debet, vt quibusdam in formulis, ea[b] res agatur, vt, inter quos disseritur, conueniat, quid sit id, de quo disseratur. Hoc positum in Phædro à Platone probauit Epicurus: sensitque, in omni disputatione id fieri oportere. sed quod proximum fuit, non vidit. negat enim definiri rem placere: sine quo fieri interdum[c] non potest, vt inter eos, qui ambigunt[d], conueniat, quid sit id, de quo agatur: velut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. quærimus enim finem bonorum: possúmúsne scire, hoc, quale sit, nisi contulerimus inter nos, cùm finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiã sit ipsum bonũ? Atqui hæc patefactio quasi rerũ opertarũ, cùm, quid quidq; sit, aperitur, definitio est: qua tu etiam imprudens vtebare nonnumquã. nam hunc ipsum siue finẽ, siue extremum, siue vltimũ definiebas, id esse, quò omnia, quæ rectè fierent, referrentur, neq; id ipsum vsquam referretur. Præclarè hoc quidé. Bonum[f] ipsum etiã quid esset, fortasse, si opus fuisset, definisses: aut, quod[g] esset natura appetẽdum: aut, quod prodesset: aut, quod iuuaret: aut, quod liberet. Modò idem, nisi molestum est, quoniam tibi nõ omnino displicet definire, & id facis cùm vis: velim definires, quid sit voluptas[i]: de quo omnis hæc quæstio est.

2 ¶ Quasi quis, inquit, sit, qui, quid sit voluptas, nesciat: aut qui, quò magis id intelligat, definitionẽ aliquam desideret. 3 ¶ Me ipsum esse dicerem, inquã, nisi mihi viderer habere bene

a Socrates parens philosophiæ.*
b Sophistæ qui.*
c Idem libro 1. & 3. de oratore Plato in Gorgia 8. Valer. 14. 33. Plin. 4.*
d al. dicerem & impudens.
e v.c. percunctando,
P. B.

a Definitio cuique, præmittenda.
b L. quæ de re agatur, f. al. ea res agitur. Non iudicãdo, sed à Platone firmat. la. indicandi, interfum fuit, præstaret. fuit de re agenda. videtur. Iudicandi. Iudicandi. Iudicandi

bene cognitam voluptatem,& satis firmè conceptam animo,atq; comprehensam.nunc autē dico, ipsum Epicurū nescire, & in eo nutare[a]: eúmque,qui crebrò dicat,diligenter oportere exprimi, quæ vis subiecta sit vocibus, non intelligere interdum,quid sonet hæc vox voluptatis, id est, quæ res huic voci subiiciatur[b]. 4 ¶ Tunc ille ridens, Hoc verò,inquit, optimum, vt is, qui finem rerum expetendarum, voluptatem esse dicat, id extremum, id vltimum bonorum: id ipsum, quid sit, quale sit, nesciat. 5 ¶ Atqui[c],inquā,aut Epicurus,quid sit voluptas, aut omnes mortales, qui vbique sunt,nesciunt. 6 ¶ Quónam,inquit, modo? Quia voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens,mouetur,& iucunditate quadam perfunditur. ¶ Quid dergo,inquit,ista voluptatē Epicurus ignorat? 7 ¶ Non semper, inquam, nam interdum nimis etiam nouit, quippe qui testificetur, ne intelligere quidem se posse,vbi sit,aut quid sit vllum bonum præter illud, quod cibo ,aut potione, & aurium delectatione, & obscæna[e] voluptate capiatur. An hæc ab eo nō dicuntur? 8 ¶ Quasi me pudeat,inquit,istorum, aut non possim, quemadmodū ea dicantur, ostēdere. 9 ¶ Ego verò non dubito,inquā, quin facilè possis:nec est,cur te pudeat sapienti assentiri, qui se vnus, qđ sciā,sapientem profiteri sit ausus.nam Metrodorum non[f] putant ipsum professum: sed, cùm appellaretur ab Epicuro,repudiare tantū beneficium noluisse. Septem autem illi, non sed[g] populorum omnium suffragio nominati sunt. Verùm hoc loco sumo,verbis his eādem certè vim voluptatis Epicurū nosse,quā cæteros.omnes enim iucūdum motum[h],quo sensus hilarenturi,Græcè ἥδονὴν[k],Latinè voluptatē vocant. 10 ¶ Quid est igitur,inquit,qđ requiras? 11 ¶ Dicam,inquā,& quidem discēdi causa magis,q̄ l quò te,aut Epicurum reprehensum velim. 12 ¶ Ego quoq;,inquit,didicerim libentiùs,si quid attuleris,q̄[m]te reprehenderim. 13 ¶ Tenésne igitur,inquam,Hieronymus Rhodius qđ dicat esse summū bonū,quò putet omnia referri oportere? 14 ¶ Teneo,inquit,finē.illi videri,nihil dolere. 15 ¶ Quid? idem iste de voluptate quid sentit? 16 ¶ Negat esse eam, inquit, propter seipsam expetendā. 17 ¶ Aliud igitur esse censet gaudere,aliud nō dolere. 18 ¶ Et quidé,inquit, vehementer errat.nā,vt paullo antè docui,augendæ voluptatis finis est,doloris omnis amotio[n]. 19 ¶ Tū[o] non dolere,inquam, istud quam vim habeat, postea videro:aliamverò vim voluptatis esse, aliam nihil dolēdi, nisi valde pertinax fueris, concedas necesse est. 20 ¶ Atqui reperies,inquit,in hoc quidé pertinacem.dici enim nihil potest verius. 21 ¶ Estne quęso,inquam,sitiēti in bibendo voluptas? 22 ¶ Quis istud,inquit, posset negare? 23 ¶ Eadémne,inquam,quę restincta sitī? 24 ¶ Immò alio genere.nam restincta sitis,stabilitatem voluptatis habet, inquit: illa autem voluptas ipsius restinctionis, in motu est. 25 ¶ Cur igitur, inquam,res tam dissimileis eodē nomine appellas? 26 ¶ Quid paullo antè,inquit, dixerim, nónne meminisţi,cùm omnis dolor detractus esset,variari[p], non augeri voluptatē? 27 Memini verò,inquam,sed tu istud dixisti bene Latinè, parum planè.varietas[q] enim Latinum verbum est,idque propriè quidē in disparibus coloribus dicitur:sed trāsfertur in multa disparia,varium

A poema,varia oratio,varii mores, varia fortuna:voluptas varia etiam dici solet.cùm percipitur ex multis dissimilib[o] rebus,dissimiliter[a] efficientibus voluptates. Eam si varietatē dicerem,intelligerem,vt, etiam non dicente te,intelligo.ista varietas quæ sit,nō satis perspicio, quod ais,cùm dolore careamus, tum in summa voluptate nos esse: cùm autem vescamur iis rebus, quæ dulcem motum afferant sensibus, tum esse in motu voluptatem,quæ faciat varietatem voluptatum:sed non augeri illam non dolendi voluptatem: quam cur voluptatem appelles,nescio. 28 ¶ An potest, inquit ille , quidquā esse suauius,quàm nihil dolere? 29 ¶ Immò sit sanè nihil melius,inquam:nondum enim id quæro:num propterea idem voluptas est , quod,vt ita dicam[b], indolentia[c]? 30 ¶ Planè idem,inquit,& maxima quidē,qua fieri nulla maior potest. 31 ¶ Quid dubitas igitur,inquā,summo bono à te ita constituto,vt id totū in non dolēdo sit,id tenere vnū,id tueri,id defendere? quid enim necesse est,tanquā meretricem in matronarum cœtum,sic voluptatem in virtutum cōcilium adducere? Sed[d] fortè[e] dicitis, inuidiosum nomen est, & infamiæ[f] subiectum. Itaque hoc frequenter dici solet à vobis,non intelligere nos, quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi siquando dictū est:est autem dictum nō parum sæpe : etsi satis clemens[g] sum in disputando, tamen interdū soleo subirasci.egóne non intelligo,quid sit ἥδονὴ[h] Græcè, Latinè voluptas? vtram tandem linguam nescio? deinde,quī fit vt ego nesciam, sciant omnes,quicumque Epicurei esse voluerunt:quod vestri quidem vel optimè disputant,nihil opus esse,eum,qui philosophus futurus sit,scire litteras. Itaq;,vt maiores nostri ab Ararro abduxeruntk Cincinnatum illum,vt Dictator esset: sic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros,sed certè non pereruditos. Ergo illi intelligunt,quid Epicurus dicat, ego non intelligo ? Vt scias me intelligere, primùm idem esse voluptatem dico, quod ille ἥδονὴν[m],& quidem sæpe quærimus verbum Latinum par Græco , & quod idem valeat : hîc nihil fuit, quod quæreremus.nullum inueniri potest,quod magis idem declaret Latinè,quod[n] Græcè, quàm declarat voluptas. huic verbo omnes, qui vbique sunt , qui Latinè sciunt, duas res subiiciunt[o],lætitiam in animo,commotionem suauem iucunditatis in corpore. nam & ille apud Thrabeam,voluptatem animi nimiam,lætitiam dicit,eandem, quam ille Cæcilianus , qui omnibus lætitiis lætum esse se narrat.sed hoc interest, quod voluptas dicitur etiam in animo vitiosa res, vt Stoici putant: qui eam sic definiunt : Sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui:non dicitur lætitia, nec gaudium in corpore. in eo autem voluptas , omnium Latinè loquentium more , ponitur , cùm percipitur ea,quæ sensum aliquem moueat , iucunditas. hanc quoque iucunditatem ; si vis, transfer in animum:iuuare enim in vtroque dicitur , ex eóque iucundum: modò intelligas,inter illū, qui dicat:

Tanta lætitia auctus sum,vt mihi non consistem:
& eum,qui,
Nunc demum mihi animus ardet:

quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur : esse illum medium,

a *al.* dissimileis.*

b *v.c.* indolentia?

c Hoc eodem verbo vtitur Cicero 2. Officiorum citante Nonio 2. in Indolentiam num. 453.*

d L. Sed inuidiosum nomen est, *&c.* e *duo v.c. non habent*, fortè dicitis,

f *al.* infame & suspectū.* g πρᾶος.

h *v.c.* hedonen

i *Zinius 3. Hilariamass. 10. 4. Valer. 4. 2. Flor. 11. Plin. de viris illustrib. 17. Eut. 1. 18. Plin. 3. Augusti. 5. de ciuitate 18.*

k *v.c.* adduxerunt Cinc.

l *al.* de plagis omnibus coll. *al.* de pagis omnibus coll. ‖ *male*. Pelasgi autē hic non Græci sed incolæ Italiæ quorum opera vtebantur in agris colēdis:non secus ac Chii & Lacedæmonii, Hotis : Argiui, Gymnesiis: Sicyonii, Corynephoris: Cretes, Dmoitis sic Italiotæ Pelasgis vt ex Stephano de vrbibus probat. 1. Victorius 10.*

m LXVII. *v.c.* hedonem.

n *al.* quid Græcè ἥδονὴ.*

o *v.c.* subiiciunt.

p Hæc eadē verbo citantur. 2. epist. 3. & 4. Tusculana.*

Quamquam[a] *hæc inter nos nuper*[b] *notitia admodum est,*

qui nec lætetur, nec angatur: itémq; inter eum qui potiatur expetitis corporis voluptatibus, & eum, qui crucietur summis doloribus, esse eum, qui vtroque[c] careat. satisne igitur videor vim verborum tenere: an sum etiam nunc vel[d] Græcè loqui, vel Latinè docendus? & tamen vide, ne, si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cùm Græcè, vt videor, luculenter sciam, sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, vt non intelligatur. quod duobus modis fine reprehensione fit: si aut de industria facias, vt Heraclitus cognomẽto qui σκοτεινὸς[e] perhibetur, quia de natura nimis obscurè memorauit: aut cùm rerum obscuritas, non verborum, facit. vt non intelligatur oratio: qualis est in Timæo Platonis. Epicurus autem, vt opinor, nec non vult, si possit, planè, & apertè loqui: nec de re obscura, vt physici, aut artificiosa, vt mathematici, sed de illustri, & facili, etiam in vulgus peruulgata, loquitur. Quamquam non negatis nos intelligere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat. è quo efficitur, non vt nos intelligamus quæ vis sit istius verbi, sed vt ille suo more loquatur nostrum negligat. si enim idem[f] dicat, quod Hieronymus, qui censet summum bonum esse, sine vlla molestia viuere: cur mauult dicere voluptatem, quàm vacuitatem doloris, vt ille facit, qui, quid dicat, intelligitur? Sin autem voluptatem putat: dicat adiungendam[h] ad illam, quæ in motu sit: (sic enim appellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in stabilitate:) quid tenditi, cùm efficere non possit, vt cuiquam, qui ipse notus sibi sit, hoc est, qui suam naturam, sensúmque perspexerit, vacuitas doloris, & voluptas idem esse videatur? hoc est vim afferre, Torquate, sensibus: extorquere ex animis cognitiones[k] verborum, quibus imbuti sumus. Quis enim est, qui non videat, hæc esse in natura rerum tria? vnum, cùm in voluptate sumus: alterũ, cùm in dolore: tertium[l] hoc quidem, in quo nunc sumus credo quidem vos[m] nec in dolore, nec in voluptate esse, cùm in voluptate sit, qui epuletur: in dolore, qui torqueatur. Tu autẽ inter hæc, tantã multitudinẽ hominum interiectã non vides, nec lætantiũ, nec dolentium? 32 ¶Non[n], prorsus, inquit: omneisque[o], qui sine dolore sint, in voluptate, & ea quidem summa, esse dico.

33 ¶Ergo in eádem voluptate eum, qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum, qui illud sitiens bibat? 34 ¶Tum ille, finem, inquit, interrogandi, si videtur: quod quidem ego à principio ita me malle dixerã, hoc ipsum prouidens, dialecticas captiones.

35 ¶Rhetoricè igitur, inquam, nos mauis, quàm dialecticè disputare? 36 ¶Quasi verò, inquit, perpetua oratio, rhetorum solùm, non etiam philosophorum sit. 37 ¶Zenonis est, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam antè Aristoteles, in duas tributam esse parteis dicere: rhetoricam[p], palmæ: dialecticã, pugno similem esse dicebat, quòd latiùs loquerentur rhetores, dialectici autem compressiùs Obsequar igitur voluntati tuæ: dicámq;, si potero, rhetoricè, sed hæc rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi: quam necesse est, cùm populariter loquamur, esse interdum paullo hebetiorem. sed dum dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, quæ vna continet omnem & perspiciendi, quid in quaque re sit, scientiam, & iudicandi, quale quidque sit, ac[a] ratione, & via disputandi: ruit in dicendo, vt mihi quidem videtur, nec[b] ea, quæ docet, vult vlla arte distingui: vt hæc ipsa, quæ modò loquebamur. Summum à vobis bonum voluptas dicitur. aperiendum est igitur, *quid sit voluptas.* aliter enim explicari, quod quæritur, non potest. quam si explicauisset, non tam hæsitaret. aut enim eam voluptatem tueretur, quam Aristippus, id est, qua sensus dulciter, ac iucundè mouetur: quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent voluptatem: aut, si magis placeret suo more loqui, quàm vt

Omnes Danai, aut[c] *Mycenenses, Attica pube,*

reliquíque Græci, qui hoc anapæsto citantur: hoc non dolere solùm voluptatis nomine appellaret, illud Aristippeum contemneret: aut, si vtrumque probaret, aut[d] probat, coniungeret doloris vacuitatem cum voluptate, & duobus vltimis vteretur. multi enim, & magni philosophi hæc vltima bonorum iuncta fecerunt, vt Aristoteles, qui virtutis[e] vsum cum vitæ perfectæ prosperitate coniunxit. Callipho adiunxit ad honestatem, voluptatem: Diodorus ad eandem honestatem addidit[f] vacuitatem doloris. idem fecisset Epicurus, si sententiam hanc, quæ nunc Hieronymi est, coniunxisset cum Aristippi vetere sententia. illi enim inter se dissentiunt: propterea singulis finibus vtuntur: &, cùm vterque Græcè egregiè loquatur: nec[g] Aristippus, qui voluptatem summum bonum dicit, in voluptate ponit non dolere, neque Hieronymus, qui summum bonum statuit non dolere. voluptatis nomine vmquam vtitur, pro illa indolentia: quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret voluptatem. Duæ sunt enim res quoque, ne tu verba solum putes. vnum est, sine dolore esse: alterum, cum voluptate. vos ex his tam dissimilibus rebus non modò nomen vnum: nam id facilius paterer: sed etiam rem vnam ex duabus facere conamini. quod fieri nullo modo potest. Hic, qui vtramque probat, ambobus debuit vti, sicut[h] facit, témque tamen diuidit verbis. cùm enim ipsam eam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, audet dicere, ne suspicari quidem se vllum bonum seiunctum ab illo Aristippeo genere voluptatis: atque ibi hoc dicit, vbi omnis eius est oratio de summo bono. In alio verò libro, vbi breuiter comprehensis grauissimis sententiis, quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur, scribit his verbis: quæ nota tibi profectò, Torquate, sunt. quis enim vestrûm non edidicit Epicuri κυρίας δόξας, id[k] est, maximè ratas, quia grauissimæ sint ad beatè viuendum breuiter enuntiatæ sententiæ. animaduerte igitur, tecténe hanc sententiam interpreter. Si ea, quæ sunt luxuriosis efficientia[l] voluptatum, liberarent eos deorum, & mortis, & doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum: nihil haberem, quod reprehenderem, cùm vndique complerentur voluptatibus, nec haberent vlla ex parte aliquid aut dolorus, aut ægrum i. aut malum. 38 ¶Hoc loco se tenere Triarius non potuit. Obsecro[m], inquit, Torquate,

a Terentii Versus. *
b L. nuperæ notitia
c *al.* vtrisq.*
d *al.* vel Græcè, vel Latinè docẽdus?
e Heraclitus quod obscurus, σκοτεινὸς, dictus, adde r. de Natura & 2. de diuin.*
P. B. f *al.* idem dicit.
g L. putat adiungendam illam, quæ in motu sit: (sic enim appel. *al.* iudicat adiungẽdam illam, quæ &c.
h *al.* adiungendam illã quæ sit in motu.*
i *al* quid tẽdit. *id est, contendis? al.* quid frustra contendit?
k *al.* notiones ‖ *al.* cogitationes.*
l L. tertium hoc, in quo nunc sumus. credo equidẽ nos nec in dolore, &c.
m *v.c.* nos
n L. Nõ prorsus, inquit, omnes, qui sine dolore sint, *&c. al.* Non, inquit, prorsus omnes, qui sine dolore sint, &c.
o *al.* omnes quiqui sine dolore sint. *vt* quiqui *ſit* quicunque, *ſic* Plautus *Pſeudolo.* qui qui eſtis.*
p LXVIII. Rhetorica palmæ, dialectica pugno similis à Zenone constituta.*

a L. & ratione, ac via d.
b L. nec ea, quæ docere vult, aute distinguitur.*
c L. atq. Myc. ‖ atque ita emendat Tur neb. 2. adder. 27. atque ita conſtat anapæſtus, de quo hic Cicero.*
d L. vt probet
e τὸν πρὸς ἀρετὴν τέλος 2. tit.
f τὸ addidit *vt* addition *tollit Vſus.**
P. B. g *al.* neq. Aristippus.*
h L. ſcit ſcit, neque tamen d. ‖ *al.* ſi ut facit re, neque tamen, diuidit verbis.*
i *idem lib. 1. de natura.** k L. locupletiſſimi, id eſt, maximè ratas, quia ſignificatur quid ſit ſummum.
l τὰ ἡγούμενα.
m *v.c.* Obſecro te, inquit, Torquate,

quate, hæc dicit Epicurus? quod mihi quidem visus est, cùm sciret, velle tamen confitentem audire Torquatum. 39 ¶ At ille non pertimuit, sanéque fidenter, istis quidem ipsis verbis, inquit: sed quid sentiat, nō videtis. 40 ¶ Si alia sentit, inquam, alia loquitur: numquam in telligā, quid sentiat: sed planè dicit, quod intelligam: idque si ita dicit, nō esse reprehendēdos luxurioſos, si ſapientes ſint, dicit absurdè: ſimiliter [a], & [b] ſi dicat, non reprehendendos parricidas [c], ſi nec cupidi ſint, nec deos metuant, nec mortem, nec doloré. & tamen, quid attinet luxurioſis vllam exceptionem dare, aut fingere aliquos, qui, cùm luxurioſè viuerēt, à ſummo philoſopho non reprehenderentur eo [d] nomine duntaxat [e], cetera cauerent? Sed tamen nónne reprehenderes, Epicure, luxurioſos ob eam ipſam cauſam, quòd ita viuerēt, vt perſequerentur cuiuſquemodi voluptates: cùm eſſet præſertim, vt ais tu, ſumma voluptas nihil dolere? Atqui reperiemus aſotos [f] primùm ita non religioſos, vt edant deſpatellas: deinde ita mortem non timenteis, vt illud in ore habeant ex Hymnide [h];

Mihi ſex menſes ſatu ſunt vitæ: ſeptimum [i] *Orcoſ ſpondeo.* Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio [l] promāt: ſi grauis, breuis: ſi longus, leuis. vnum neſcio, quo modo poſſit, ſi luxurioſus ſit, finitas cupiditates habere. Quid ergo attinet dicere, nihil haberem, quod reprehenderem, ſi finitas cupiditates haberent? hoc eſt dicere, non reprehenderem aſotos, ſi non eſſent aſoti. iſto modo, ne improbos quidem, ſi eſſent boni viri. Hic homo ſeuerus luxuriam per ſe ipſam reprehendendam non putat. & hercule, Torquate, vt verum loquamur, ſi voluptas ſummū bonum eſt, rectiſſimè non putat. nolim enim mihi fingere aſotos, vt ſoletis, qui [m] in menſam vomant, & qui de conuiuiis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent: *qui ſolem, vt aiunt, nec occidentem vmquam viderint, nec orientem*: qui, conſumtis patrimoniis, egeant nemo noſtrūm iſtius generis aſotos iucundè putat viuere. mundos, eleganteis, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis, vitanteis cruditatem, quibus vinum diffuſum [n] è pleno ſit œnophoro [o], vt ait Lucilius: cui [p] nihil demſit ius, & ſarculos abſtulerit: adhibenteis ludos, & quæ ſequūtur, illa, quib. detractis, clamat Epicurus ſe neſcire, quid ſit bonum: adſint etiā formoſi pueri, qui miniſtrent: reſplendeat [q] his veſtis, argentū, odrilitiū, [r] locus ipſe, ædificium. Hos egō aſotos bene quidē viuere, ac beatè nūquā dixerim. ex quo efficitur, non vt voluptas ne ſit voluptas, ſed vt voluptas non ſit ſummum bonum. nec ille, qui Diogenem Stoicum adoleſcens, pòſt autem Panætium audierat. Lælius, eō dictus eſt ſapiens, quòd non intelligeret, quid ſuauiſſimum eſſet: (nec enim ſequitur, vt, cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus) ſed quia parui id duceret.

O Iapathe, [ſ] vt iactē e neceſſe eſt, cognitu' cui ſis.

In quo Lælius clamores ſophos ille ſolebat
Edere compellans gumias [a] ex ordine noſtros.
Lælii præclare, & rectè ſopho, alleque [b] vere:
O [c] Pulli, ô gurges, Galloni: dēs homo miſer, inquit:
Cœnaſti in vita numquam bene, cùm omnia in iſta
Conſumis ſquilla, atque acipenſere cùm [e] decumano.

Is hęc loquitur, qui in voluptate nihil ponens, negat eum bene cœnare, qui omnia ponat in voluptate: & tamen non negat libenter vmquam cenaſſe Gallonium: (mentiretur enim) ſed bene. Ita grauiter, & ſeuerè voluptatem ſecernit à bono ex quo illud efficitur, qui bene cœnent, omneis libenter cœnare: qui libēter, non continuò benè. ſemper Lælius bene. Quid bene? dicet Lucilius, *cotto. conchro.* ſed cedō caput [f] cœne, *ſermone bono*, quid ex eo? *ſi quæri, libenter.* veniebat enim ad cenam, vt animo quieto ſatiaret deſideria naturæ. rectè ergo is negat vnquā bene cœnaſſe Galloniū: rectè [g] miſerum: cùm præſertim in eo omne ſtudium conſumeret, quem libenter cenaſſe nemo negat. Cur igitur non benè? quia quod bene, id rectè, frugaliter, honeſtè: ille porrò malè, praue, nequiter, turpiter, cœnabat. Nō [h] igitur nec Iapathi ſuauitatē acipēſeri Gallonij Lelius ante ponebat, ſed ſuauitatē ipſam negligebat. quod nō faceret, ſi in voluptate ſummū bonū poneret. Semouenda eſt igitur voluptas, non ſolùm vt recta ſequamini [i], ſed etiam vt loqui deceat frugaliter. Poſſumúſne [k] igitur in vita ſummum bonum dicere, cùm id ne in cœna quidem poſſe videamur? ¶ Quo modo autē philoſophus loquitur *tria genera cupiditatū*: naturalei, & neceſſarias: naturaleis, non neceſſarias: nec naturaleis, nec neceſſarias? primùm diuiſit ineleganter [l]. duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc eſt non diuidere, ſed frangere rem. qui ſi diceret, cupiditatum eſſe duo genera, naturaleis, & inaneis: naturalium quoque item duo, neceſſarias, & non neceſſarias: confecta res eſſet. vitioſum eſt enim in diuidendo, partem in genere numerare. Sed hoc ſanè concedamus. contemnit enim differendi elegantiā: confuſè loquitur. gerendus eſt mos, modò rectè ſentiat. ¶ Et quidem illud ipſum non nimiùm probo: & tamen patior philoſophum loqui *de cupiditatibus finiendis*. An poteſt cupiditas finiri? tollenda eſt, atque extrahenda radicitus. quis eſt enim, in quo ſit cupiditas, quin rectè cupidus dici poſſit? Ergo & auarus erit, ſed finitè: adulter, verùm habebit modum: & luxurioſus eodem modo. Qualis iſta philoſophia eſt, quæ nō interitum afferat prauitatis. ſed ſit contenta mediocritate vitiorū? quamquam in hac diuiſione rem ipſam prorſus probo: elegantiam deſidero. Appellet hæc deſideria naturæ: cupiditatis nomen ſeruet aliò, vt, cùm de auaritia, cùm de intemperantia, cùm de maximis vitiis loquetur, eam [m] tamquam capitis accuſet. Sed hæc quidem liberiùs ab eo dicuntur, & ſæpius. quod equidem non reprehendo. eſt enim tanti philoſophi, támque nobilis audactet ſua decreta defendere. ſed tamen ex eo, quòd eam voluptatem, quam omnes gentes hoc nomine appellant, videtur amplexari ſæpe vehementiùs, in magnis interdū verſatur anguſtiis. vt hominū cōſcientia remota, nihil tā turpe ſit, quod voluptatis cauſa non videatur eſſe facturus. de-

primum hīc cēſtituit: quum poeta cōuerſo ſermone herbæ vtilitatem cōmēdet. vnde paulo pòſt ſequitur. non igitur lapathi ſuauitatem accipenſeri Gallonij Lælius anteponebat.*

a L. gumias P. LXX. ex ord. noſtr. | vt ſint gumiæ lurcones comedones, *al.* glumias.*

b *al.* illúdq. vere. *malè. al.* Itaque verè.*

c L. O Publi, gurges, Gallonines h. P. LXX.

d Gallonii meminit *in* fine Quinctianæ: memīnit & Horat.

e L. Cùm *in* decumano.

f Caput cœnæ eſt præcipuus miſſus, & præcipuū ferculū, hic & 5. Tuſcul.*

g *fort.* rectè dicit miſerū.

h L. Non igitur lapathū, nec lapathi ſuauit.

i *al.* ſequamur.*

k *al.* Poſſumúſne igitur voluptatem in vita ſummum bonum dic.

l *al.* vitioſe: *al.* negligenter.*

P. E.

m *v.c.* eſt tā quam capitis acc. *& in L.*

a *fort.* ſimiliter, vt ſi dicat, *al.* ac.*

b L. paricidas, non reprehendēdos. d L. non reprehendē. tur eo nomine duntaxat, dum modo cetera cauerent.*

c *al.* dum.*

d Aſoti, prodigi, effuſi 2. de Natura.*

e Patellæ parua vaſa pro ſacrificiis apta. Festo Varro Manio. Oportet bonum ciuem parere religioni, & religiosum esse in patellam dare. μὴ πρὸς κρέας. Nonius 15. patella. patulā. patellam. Isidorus lib. 20. cap. 22. ol. ſcilicet ornamentorum.*

f Hymnis, fabulis. Menandri, quā Latinam fecit Cæcilius, teſte Nonio.*

g P. E.

h Dicitur autē à ἀθέατος, à non videndo.

i Citatur à Nonio ex 16. Satyr. Lucilii ſed ex alio capite.*

k Non dapſilis, admodū vino, nec vitioſus.

l Narthecium, myrotheciū. Aliud autem à Narthecia, & Narthecia, ſcrinia, genus vaſis. Plin. lib. 13. cap. 2.*

m *fort.* qui eō dictum eſt ſapiens, quòd non intelligeret, quid ſuauiſſimum eſſet: (nec enim ſequitur, vt, cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus) ſed quia parui id duceret.

n Diffundere vinum eſt e dolio in crateres, vel de cratere in pateram fundere: vnde vinum diffuſum. Turneb. 1. *aduerſ.* 1. quod in amphoras & cados apothecarum vas ferendo vino ſit. Horat. 1. *epiſtol.* 5. *Iuuenal. ſatyr.* 5.*

o œnophorus locus. *al.* Iulicium, locus ipſe. ita Turnebus: *al.* æs Deliacum. Muret. 6. *Var.* 20.

p L. cui nihil demſerit nix, nec ſarculos abſtulerit: q L. reſpondeat his veſtis argentum, æs Corinthium, Varro Manio apud Nonium. Hanc eandem voluptatem Deliacum, locus. *al.* æs Corinthium, aut Deliacum. Muret. 6. *Var.* 20. Corinthium, aut Deliacum. Muret. 6. *Var.* 20. f herba apta ad tenſum taxim conſ. qui lapathio & ptiſana poſſim. Itaque Petrus Crinitus lapathio herba, nomen viri proprium hallucinatur, qui ex lapathio herba,

inde, vbi erubuit (vis enim est permagna naturæ) confugit illue, vt neget accidere quidquam posse ad voluptatem nihil dolentis. At iste *non dolendi* status non vocatur voluptas. Non laboro, inquit, de nomine. Quid, quòd res alia tota est? Reperiam multos, vel innumerabileis potiùs non tam curiosos, nec tam molestos, quàm vos estis: quibus, quidquid velim, facilè persuadeam. Quid ergo dubitamus, quin, si non dolere, voluptas sit summa, non esse in voluptate, dolor sit maximus? cur id non ita sit? Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio. Hoc verò non videre, maximo[a] argumento voluptatem vllam[b]: qua sublata, neget se intelligere omnino, quid sit bonum. eam autem ita persequitur quæ palato percipiatur, quæ auribus: cetera addit, quæ si appelles, honos[c] præfandus sit. hoc igitur, quod solum bonum seuerus, & grauis philosophus nouit, idem non videt ne expetendum quidem esse, quod eam voluptatem hoc eodem auctore non desideremus, cùm dolore careamus. quamquam hæc sunt cõtraria. Hic si definire, vel diuidere didicisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, numquam in tantas salebras incidisset. nunc vides, quid faciat. quam nemo vmquam voluptatem appellat, & hanc in motu voluptatem, quæ duo sunt, vnum facit. sic enim has suaueis, & quasi dulceis voluptates appellat. interdum ita extenuat, vt [d] M. Curium putes loqui: interdum ita laudat, vt, quid præterea sit bonum, neget se posse ne suspicari quidem. quæ iam oratio non à philosopho aliquo, sed à censore opprimenda est. non est enim vitium solùm in oratione, sed etiam in moribus. luxuriam non reprehendit, modò sit vacua infinita cupiditate, & timore. Hoc loco discipulos quærere[e] videtur, vt, qui asoti esse velint, philosophi antè fiant. *A primo*, vt opinor, *animantium ortu petitur origo summi boni*. Simul atque natum animal est, gaudet voluptate, & eam appetit, vt bonum: aspernatur dolorem, vt malum. de malis autem, & bonis, ab iis animalibus, quæ nondum depranata sint, ait optimè iudicari. Hæc & tu ita posuisti, & verba vestra sunt. Quàm multa vitiosa? summum enim bonum, & malum vagiens puer vtra voluptate diiudicabit, stante, an mouente? quoniam, si diis placet, ab Epicuro loqui discimus, si stante, hoc natura videlicet vult, saluam esse se, quod concedimus: si mouente, quod tamen dicitis, nulla turpis voluptas erit, quæ prætermittenda sit. & simul non proficiscitur animal illud modò natum, à summa voluptate: quæ est à te posita in non dolendo. nec tamen argumentum hoc Epicurus à paruis petiuit, aut etiam à bestiis: quæ putat esse specula naturæ: vt digeret, ab his, duce natura hanc voluptatem expeti nihil dolendi. neque enim hæc mouere potest appetitum animi: nec [f] illum habet ictum, quo appellat animum status hic non dolendi. itaque ita hoc eodem peccat Hieronymus. At[g] ille pellit, qui permulcet sensum voluptate. Itaque Epicurus semper hoc vtitur, vt probat, voluptatem natura expeti, quòd ea voluptas, quæ in motu sit, & quæ nos ad se alliciat, & bestias, non illa stabilis, in qua tantùm inest nihil dolere. Quid[h] igitur conuenit, ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere? Bestiarum verò nullum iudicium puto. quamuis enim deprauatæ non sint, prauæ tamen esse possunt. Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum: sic ferarum natura, non est illa quidem deprauata mala disciplina, sed natura sua. ¶ Nec verò, vt voluptatem expetat, natura mouet infantem: sed tantùm vt se ipse diligat, vt integrum se, saluúmque velit. omne enim animal, simul vt ortum est, & seipsum, & omneis parteis suas diligit: duásque res, quæ maximæ sunt, in primis amplectitur: animum, & corpus: deinde vtriusque partes. nam sunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quę cùm leuiter agnouit, tunc discernere incipit, vt ea, quæ prima data sunt natura, appetat, aspernetúrque contraria: in his primis naturalibus voluptas insit, nécne, magna quæstio est. nihil verò putare esse præter voluptatem, non mẽbra, non sensus, non ingenij motum, non integritatem corporis, non valetudinẽ[a], summæ mihi videtur insci tiæ[b]. Atque ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum, & malorum. Polemoni, etiam antè Aristoteli, ea prima visa sunt, quæ paullo antè dixi. Ergo [c] nata est sententia veterum Academicorum, & Peripateticorum, vt finem bonorum dicerent, secundum naturam viuere, id est, virtute adhibita, frui primis à natura datis. Callipho ad virtutem nihil adiunxit, nisi voluptatem: Diodorus, nisi vacuitatem doloris. His omnibus, quos dixi, consequentes sunt fines bonorum. Aristippo simplex voluptas: Stoicis, consentire [d] naturæ: quod esse volunt è virtute, id est, honestè viuere: quod ita interpretantur, viuere cum intelligentia earum rerum, quæ natura euenirent, eligente ea, quæ essent secundum naturam, reiiciénteque contraria. Ita tres sunt fines expertes honestatis, vnus Aristippi, vel Epicuri: alter Hieronymi: Carneadis tertius: tres, in quibus honestas cum aliqua accessione, Polemonis, Calliphonis, Diodori. vna [e] simplex, cuius Zeno auctor, posita [f] in decore tota [g], id est, in honestate: nam Pyrrho, Aristo, Herillus, iam diu abiecti, reliqui sibi constiterunt, vt extrema cum initiis conuenirent, vt Aristippo, voluptas: Hieronymo, doloris vacuitas, Carneadi, frui principiis naturalibus, esset extremum. Epicurus autem cùm [h] in prima commendatione voluptatem dixisset: si eam, quam Aristippus, idem tenere debuit vltimum bonorũ, quod ille: sin eam, quam Hieronymus, fecisset idem, vt voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret. ¶ Nam, quod ait, *sensibus ipsis iudicari voluptatem*, bonum esse: dolorem, malum: plus tribuit sensibus, quàm nobis leges permittunt. priuatarum rerum iudices sumus. nihil enim possumus iudicare, nisi quod est nostri iudicij. In quo frustra iudices solent, cùm sententiam pronuntiant, addere, SI QVID MEI IVDICII EST. si enim non fuit eorum iudicij, nihilo [m] magis, hoc non additò, illud [n] est indicatum, quod [o] iudicat sensus: dulce, amarum: lene, asperum: propè, longè: stare, mouere: quadratum, rotundum. Quam igitur pronuntiabit sententiam ratio? Ádhibita primùm diuinarum, humanarúmque rerum scientia, quę potest appellari rectè sapientia, deinde

P. LXXII. a L. maximo est argumento, voluptatẽ illam esse nullam, quæ sublata, &c. b *al.* nullam *al.* inanem.* c veteres honorem præfari solebant vbi quid turpe dicebatur adde 9. epistolar. famil. 22. Senecan. 1. cõtrouers. 2. Apolocynt. 1.

d L. vt M. Curium

e *fort.* quærere videtur, qui cùm asoti esse velint, philos.

P. P.

f L. nec vllũ habet ictũ.

g L. At illa pellit, quæ permulcet sensum, voluptate, § hoc sensu, Voluptatem quæ est in statu nõ pellere animum: sed quæ est in motu.*

h L. Qui igitur conuenit

P. LXXII. a *vel* valetudinem b *al.* intellectũ.*

c *fort.* Hinc ergo nata est, *al.* ex quo nata est sententia.*

d Consentire naturæ quid.* e *fort.* vnus simplex, &c. f & post positus & post totus. g *fort.* positus, &c. h *fort.* cùm in prima commendatione naturæ, voluptatem esse dixisset. i To Aristippi addi tionem refert Tullius. k L. Priuatarum rerum iudices sumus, nihil possumus, &c. *al.* Priuatarum rerum iudices sumus, nihil possumus, quin leges permittant, quibus vtamur. l Dicamus quoquo modo Academici. A. m *al.* nihilominus. n L. illud est iudicatum. Quid iudicat sensus? o *al.* quid iudicat, dicas, &c.

tia : deinde adiunctis virtutibus , quas ratio rerum omnium [a] dominas, tu voluptatum satellites, & ministras esse voluisti : quarum [b] adeò omniũ sententia pronuntiabit, primùm de voluptate, nihil esse ei loci, non modò vt sola ponatur in summi boni sede, quam [c] quęrimus, sed ne illo quidem modo, vt ad honestatẽ applicetur. de vacuitate doloris eadem sententia est. reiicitur [d] etiam Carneades : nec illa de summo bono ratio aut voluptatis, non dolendiue particeps, aut honestatis expers, probabitur, ita relinquet duas, de quibus etiã atque etiam consideret. aut enim statuet, nihil esse bonum, nisi honestum : nihil malum, nisi turpe : cetera aut omnino nihil habere momenti, aut tantum, vt nec expetenda, nec fugienda, sed eligenda modò, aut [e] reiicienda sint : aut anteponet eam, quam cùm honestate ornatissimam, tum etiam ipsis initiis naturæ, & totius perfectione vitæ locupletatam videbit, quod eò liquidiùs faciet, si perspexerit, rerũ inter eas, verborúmne sit controuersia. Huius ego nunc auctoritatem sequens, idem faciam, quantum enim potero, minuam contentiones : omnesque simpliceis sententias eorum, in quibus nulla est virtutis adiunctio, omnino à philosophia semouendas putabo: primùm *Aristippi*, *Cyrenaicorúmque* omnium: quos non est veritum, in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret, summum bonum ponere, contemnenteis istam vacuitatem doloris. hi non viderunt, vt ad cursum, equum: ad arandum, bouem: ad indagandum, canem : sic hominem ad duas res, vt ait Aristoteles, intelligendum, & agendum esse natum, quasi mortalem deum: contráque vt tardam [f] aliquam, & languidam pecudem ad pastum, & ad procreandi voluptatem hoc [g] diuinum animal ortum esse voluerunt. quo nihil mihi videtur esse absurdius. atque hæc contra Aristippum, qui eam voluptatem non modò summam, sed solam etiam dicit: quam omnes vnam appellamus voluptatem. aliter autẽ vobis placet: sed ille, vt dixi, vitiosè. nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenij humani significat, ad hanc vnam rem natum hominem, vt frueretur voluptatibus. Nec verò audiendus *Hieronymus*, cui summum bonum est idem, quod vos interdum, vel potiùs nimium sæpe dicitis, nihil dolere. non enim, si malum dolor est, carere eo malo satis est ad bene viuendum. hoc dixerit potiùs Ennius,

Nimium boni est, cui nihil est mali.

Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus: nec [h] eam cessando, siue gaudendo, vt Aristippus: siue non dolendo, vt hic: sed agendo aliquid, considerando, siue quæramus. Quæ possunt eadem contra *Carneadem* illud summum bonum dici: quod is non tam, vt probaret, protulit: quàm vt Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret. Id autem eiusmodi est, vt additum ad virtutem, auctoritatem videatur habiturum, & expleturum cumulatè vitam beatam : de quo omnis hæc quæstio est. nam *qui* [i] *ad virtutem adiungunt vel voluptatem*, quam vnam [k] virtus minimi facit, vel *vacuitatem doloris*, quæ etiam si malo caret, tamen non est summum bonum: accessione vtuntur non ita probabili, nec tamen, cur id tam parcè, támque restrictè faciant, intelligo. quasi enim emendum eis sit, quod addant ad virtutem, primùm vilissimas res addunt : deinde singulas potiùs, quàm omnia, quæ [a] prima natura approbauisset, [seab] cum voluptate coniungerent] quæ cùm *Aristoni*, & *Pyrrhoni* omnino ipsa sunt pro nihilo, vt inter optimè valere, & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse, rectè iam pridem contra eos desitum est disputari. dum enim in vna virtute sic omnia esse voluerũt, vt eam rerum selectione exspoliarent : nec ei quidquam, aut vnde oriretur, darent, aut vbi niteretur: virtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. *Herillus* autem ad scientiam omnia reuocans, vnum quoddam bonum vidit: sed nec optimum, nec quo vita gubernari possit. Itaque hic ipse iampridem est reiectus: post [c] enim Chrysippum non sanè est disputatum. Restatis igitur vos nam cum Academicis incerta luctatio est : qui nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi [d], id sequi volunt, quodcumque verisimile videatur. Cum Epicuro autem hoc est plus negotij, quòd ex duplici [e] genere voluptatis coniunctus est : quódque & ipse, & amici eius, & multi postea, defensores eius sententiæ fuerunt : & nescio quomodo, is, qui auctoritatem minimam habet, maximam vim, populus cum illis facit. quos nisi arguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est. Ita ceterorum sententiis semotis, relinquitur non mihi cũ Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio. quam quidem certationem homo & acutus, & diligens Chrysippus, non contemnit, totúmque discrimen summi boni in eadem comparatione positum putat. ego autem existimo, si *honestum* aliquid ostendero, quod sit ipsum vi sua [f], propterque se expetendum, iacere vestra omnia. itaque eo, quale sit, breuiter, vt tempus postulat, constituto, accedam ad omnia tua, Torquate : vbi si me memoria fortè defecerit, tuum est vt suggeras. *Honestum* [g] igitur id intelligimus, quod tale est, vt, detracta omni vtilitate, sine vllis præmiis, fructibúsque, per se ipsum possit iure laudari. quod quale sit, non tam definitione, qua sum vsus, intelligi potest, (quamquam aliquantum potest) quàm communi omnium iudicio, & optimi cuiusque studiis, atque factis : qui permulta ob eam vnam causam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honestum est, etsi nullum consecuturum emolumentum vident. homines enim, etsi multis aliis, tamen hoc vno à bestiis plurimùm differunt, quòd rationem habeant à natura [h], mentémque datam & acrem, & vigentem, celeriméque multa simul agitantem, &, vt ita dicam, sagacem [i] : quæ & causas rerum, & consecutiones videat, & similitudines transferat, & disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet, omnémque complectatur vitæ consequentis statum. Eadémque ratio facit hominem *hominum* [k] *appetentem*, cúmque his natura, & sermone, & vsu congruentem, vt profectus à caritate domesticorum, ac suorum, currat longiùs, & se implicet [l] primùm ciuium, deinde omnium mortalium societate [m]: atque, vt ad Architam [n] scripsit Plato, non sibi se soli natũ meminerit, sed [o] patriæ, sed suis, vt perexigua pars ipsi relinquatur. Et quoniam eadẽ natura *cupiditatem* [p]

a L. quæ prima natura approbasset. quæ cùm Aristoni &c.
b Inclusa tollit Lambinus.*
c al. post Chrysippum enim non f.
d al. veri.
e voluptate nimirum & indolentia : quod tamen ab Epicuro dictum in superioribus, P. LXXIIII. videtur negasse.*
f al. sua vi,
g Honestatis definitio aduersus Epicurum alia paulò post. sed ex iudicio vulgi, cui honestũ quod populari fama gloriosum.*
h al. a natura mentem datam.*
i id est multũ ac solertis acuminis. Festus in sagacem.*
k Iustitiam his verbis iunnuit.*
l al. aplicet.*
m L. societati :
n L. Archytã
o L. sed patriæ & suis.
p prudentiã videtur depingere.*

ingenuit [a] *homini veri inueniendi*, quod facillimè apparet, cùm vacui curis, etiam quid in cælo fiat, scire auemus[b]. his initiis inducti[c] omnia vera [d] diligimus, id est, fidelia, simplicia, cõstantia: tũ vana, falsa [e], fallẽtia odimus, vt fraudẽ, periurium, malitiam, iniuriam. eadem ratio habet in se quiddam amplum, atque magnificum, *ad imperandum*[f] *magis, quàm ad parendum* accommodatum: omnia [g] humana non tolerabilia solùm, sed etiam leuia ducens: altum quiddam, excelsum, nihil timens, nemini cedens, semper inuictum. Atque his tribus generibus honestorum notatis, quartum sequitur, & [h] in eadem pulcritudine, & aptum ex illis tribus: in quo inest *ordo* [i], *& moderatio*. cuius similitudine perspecta in forma rum specie, à [k] dignitate transitum est ad honestatem dictorum, atque factorum. nã ex his tribus laudibus, quas antè dixi, & temeritatem reformidat, & non audet cuiquam aut dicto proteruo, aut facto nocere: verecúrque quidquam aut facere, aut loqui, quod parum virile videatur. Habes vndique [l] expletam, & perfectam, Torquate, formam honestatis, quę tota his quattuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ sunt, continetur. hanc se tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam aut qualem esse velint, qui honestate summum bonum metiantur. si enim ad honestatem omnia referantur, nec in ea voluptatem dicant inesse: ait [m] eos inani voce sonare (his enim ipsis verbis vtitur) neque intelligere, neque videre, sub hac voce honestatis quę sit subiicienda [n] sententia. vt enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum. quod, inquit, quamquam voluptatibus quibusdam est sæpe iucundius, tamen expetitur propter voluptatem. Videsne quàm sit magna dissensio? philosophus nobilis, à quo nõ solùm Græcia & Italia, sed etiam omnis barbaria commota est, honestum quid sit, si id nõ est in voluptate, negat se intelligere: nisi fortè illud, quod multitudinis rumore laudatur. Ego autem hoc etiam turpe esse sæpe iudico: &, si quando turpe nõ sit, tamen non esse non turpe, cùm id à multitudine laudetur, quòd si sit ipsum perfectum [o], atque laudabile, non ob eam causam tamen illud dici honestum esse, quia laudetur à multis, sed quia tale sit, vt, vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent, pulchritudine [p] sua tamen esset, speciéque laudabile. Itaque idem natura [q] victus, cui obsisti non potest, dicit alio loco id, quod à te etiam paullo antè dictum est, non posse iucundè viui, nisi etiam honestè. Quid nunc, HONESTE, dicit? idémne, quod iucunde? ergo ita, non posse honestè viui, nisi honestè viuatur. an nisi [r] populari fama? sine ea igitur iucundè negat posse viuere? quid turpius, quàm sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? quid ergo hoc loco intelligit honestum? certè nihil, nisi quod possit ipsum propter se iure laudari. nam si propter voluptatem, quæ est ista laus, quæ possit è macello peti? Non is vir est vt, cùm honestatem eo loco habeat, vt sine ea iucundè neget posse viui, illud honestum, quod populare sit, sentiat, & sine eo iucundè neget viui posse: aut quidquam aliud honestum intelligat, nisi [s] quod sit rectum ipsum, quod per se, sua vi, sua natura, sua sit sponte laudabile. Itaque, Torquate, cùm diceres, clamare Epicurum, non posse iucundè viui, nisi honestè, & sapienter, & iustè vineretur, tu ipse mihi gloriari videbare. tanta vis inerat in verbis, propter earum rerum, quæ significabantur his verbis, dignitatem, vt [a] altior fieres, vt interdum insisteres, vt nos intuens, quasi testificarere, laudari honestatem, & iustitiam aliquando ab Epicuro. Quàm te decebat iis verbis vti, quibus si philosophi non vterentur, philosophia omnino non egeremus? istorum enim verborum amore, quæ perrarò appellantur ab Epicuro: sapientiæ, fortitudinis, iustitiæ, temperantiæ, præstantissimis ingeniis homines se ad philosophiæ studium contulerunt. *Oculorum*, inquit Plato, *est in nobis sensus acerrimus: quibus sapientiam non cernimus, quàm illa ardenteis amores excitaret sui, si videretur*, cur tandem? an quòd illa callida est, vt optimè possit architectari voluptates? cur *iustitia* [b] laudatur? aut vnde est hoc contritum vetustate prouerbium, *Quicum*[c] *in tenebris*? Hoc dictum in vna re, latissimè patet: vt in omnibus factis, re, non teste moueamur. Sunt enim leuia, & perinfirma, quæ dicebantur à te, cùm animi conscientia improbos excruciari, tum etiã pœnæ timore, qua aut afficiũtur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando. Non oportet timidum, aut imbecillo animo fingi, non [d] bonum illum virum, qui, quidquid fecerit, ipse se cruciet, omniáque formidet: sed omnia callidè referentem ad vtilitatem, acutum, versutum, veteratorem, facilè vt excogitet, quo modo occultè sine teste, sine vllo conscio fallat. An tu me de L. Tubulo [e] putas dicere? qui, cùm prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, ita apertè cepit pecunias ob [f] rem iudicandam, vt anno proximo P[s]. Sceuola, tribunus pleb. ferret ad plebem [i], vellẽtne de ea re quæri. quo plebiscito, decreta à senatu est consuli quæstio Cn.[k] Scipioni. profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus. erat enim res aperta. Nõ igitur de improbo, sed [l] callido improbo quęrimus: qualis Q. Põpeius in fœdere [m] Numantino inficiando fuit. nec verò omnia timentẽ[n]: primùm [o] qui animi conscientiã nõ curet: quã scilicet cõprimere nihil est negotij: is enim, qui occultus, & tectus dicitur, tantum abest, vt se indicet, perficiet etiam, vt dolere alterius improbè facto videatur: quid est enim aliud, esse versutum? memini me adesse P. Sextilio Rufo, cùm is ad amicos rem ita deferret, se esse heredem Qu. Fabio [p] Gallo: cuius in testamento scriptum esset, se [q] esse ab eo rogatum, vt omnis hereditas ad filiam perueniret. Id Sextilius factum negabat. Poterat autem impunè. quis enim redargueret? nemo nostrũm negabat: erátque verisimilius, hunc mentiri, cuius interesset, quàm illum, qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. addebat etiam, se in legem Voconiam iuratum contra eam facere non audere, nisi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adolescentes, sed & multi ampliſſimi viri: quorum nemo censuit plus filiæ [r] dandum, quàm posset ad eam lege Voconia peruenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem. vnde, si secutus esset eorum sententiam, qui honesta & recta emolumenta enim finem fideicommissa inuenta, vt incapaci ius perciperetur. hereditatis, Theophil. Inst. de fideic. heredit.

[a] Aristoteles 1. Metaphysicorum.*
[b] v.c. habemus: *mendose*
[c] *al* imbuti.*
[d] Verum quid.*
[e] *forſ.* fallacia
[f] Aristoteli *περὶ κόσμου* 1. Politic.*
[g] Fortitudinem depingit.*
[h] L. & eadẽ pulcritudine
[i] Temperãtiã notat.*
[k] L. ac dignitate, ab hac trãsitum est, &c.
[l] quattuor enim virtutes enumerauit*
[m] Epicuri sententia de honesto.*
[n] v.c. subiicienda
[o] *al.* rectum,
[p] *al.* sua tamen pulcritudine esset,
[q] hoc est vi naturæ & veritatis.*
[r] L. an sine popul.
[s] *forſ.* nisi quod sit rectum, quod ipsum per se sua vi,

[a] *al.* vt altior
[b] Qui volo præc. summum bonum definiunt, Iustitia volo præcip. causa definiri pot. sunt. *Cfort.* Digna quicum in tenebris? *dfort.* non hõnum vt cum, qui, e Huius Tubuli mentionem facit Cicero in de finibus lib. 3. de natura deorum, & 1. ad Atticum. f Ita loquuti veteres 2 ad Atticum. ne sti obsecrãti dicẽdam. l. 6. ff. repetundarum. g L. P. Sceuulæ, h L. ad popul. lum, i *forſ.* vellẽne k L. Cn. Cornelio. l *al.* sed callidè improbo quær. m De Numãtino fœdere à Q. Põpeio inito, vide Flori epitom. L. XXV. n *forſ.* timere o L. sed primùm qu. p L. Fabio q *al.* fabe rogatum, r de lege Voconia, paullo ante dixi. f *al.* Fabia f. Voconia lata, vt ne quis filiæ (idem q. cæt. milia) plus decem milliũ legari fiue fideicommissum daret. Cicero Verrem 1. 7. hæredem fecerat Q. Minã fatere, quidem filiã Augusti. 3. de ciuitate Dei. In huius tã. men legis fraudem tã quidem ridiculam excogitata fuit de hac re. Sextilius hæres scripto rogatus, vt hæreditatem filiæ restitueret, vt hinc colligi potest. In cum-

lumentis omnibus, & commodis anteponerent, ne nummum quidem vnum attigisset. Num igitur postea censes anxio animo, aut sollicito fuisse? nihil minùs, contráque, illa hereditate diues, ob eámque rem lætus. magni enim æstimabat pecuniam, non modò non contra leges, sed etiam legibus partam. quæ quidem vel cum periculo est quærenda vobis, est enim effectrix multarum, & magnarum voluptatum. Vt igitur illis, qui, recta & honesta quæ sunt, ea statuunt per se expetenda, adeunda sunt quæuis pericula, decoris, honestatisque causa: sic vestris, qui omnia voluptate metiuntur, pericula adeunda sunt, vt adipiscantur magnas voluptates. si magna res, magna hereditas agetur, cùm pecunia voluptates pariantur plurimæ, idem erit Epicuro vestro faciendum, si suum finem bonorum sequi volet, quod Scipioni, magna gloria proposita, si [a] Annibalem in Africâ retraxisset. Itaque quantum adiit periculum? ad honestatem enim ille omnem conatum suum referebat, non ad voluptatem. sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus, animi [b] causa, si opus fuerit, dimicabit. Occultum facinus esse potuerit? [c] gaudebit. deprehensus, omnem pœnam contemnet. erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad [d] exsilium, ad ipsum etiam dolorem. quem quidem vos, cùm improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis: cùm sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. Sed finge non solùm callidum eum, qui aliquid improbè faciat, verùm etiam præpotentem: vt M. Crassus fuit: qui tamè solebat vti suo bono: vt hodie est noster Pompeius, cui rectè facienti gratia est habenda: esse enim quamuis [e] vellet iustus, iniquus poterat impunè: quàm multa verò iniustè fieri possunt, quæ nemo possit reprehendere? Si te amicus tuus moriens rogauerit, vt hæreditatem reddas suæ filiæ, nec vsquam id scripserit, vt scripsit Fabius, [f] nec cuiquam dixerit: quid facias? Tu quidem reddes: ipse Epicurus fortasse redderet: vt Sext. Peduceus[g], Sex. F. is, qui hunc nostrum reliquit, effigiem & humanitatis, & probitatis suæ filium, tum doctus, tum omnium vir optimus, & iustissimus, cùm sciret nemo, eum rogatum à C. [h] Plotio, equite Rom. splendido, Nursino, vltro ad mulierem venit, eique nihil opinanti viri mandatum exposuit, hæreditátemque reddidit. Sed ego ex te quæro, quoniam idem tu certè fecisses: nónne intelligis, eò maiorem vim esse naturæ, quòd ipsi vos, qui omnia ad vestrum commodum, &, vt ipsi dicitis, ad voluptatem referatis, tamen ea faciatis, è quibus appareat, non voluptatem vos, sed officium sequi? plúsque rectam naturam, quàm rationem pra uam valere? Si scieris, inquit Carneades, aspidem occultè latére vspiã, & [i] velle imprudentè super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum [k] factura sit: improbè feceris, nisi monueris, ne assideat: sed [l] impunè tamen id te cõstat fecisse. quis enim coarguere possit? Sed nimis multa. perspicuũ est enim, nisi æqui tas, fides, iustitia, proficiscantur à natura, & si omnia hæc ad vtilitatem referantur, virum bonum non posse reperiri. Sed de his rebus satis multa in nostris de rep. libris sunt dicta à Lælio. Transfer idem ad *modestiam*, vel *temperantiam*, quæ [m] est moderatio cupiditatum, rationi obediens. satísne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat? an est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiam si nulla comitetur infamia? Quid *fortes* viri? voluptatúmne calculis subductis, prœlium ineunt, sanguinem pro patria profundunt: an quodam animi ardore, atque impetu concitati? vtrùm tandem censes, Torquate, imperiosum illum, si nostra verba audiret, tuámne de se orationem libentiùs auditurum fuisse, an meam, cùm ego dicerem, nihil eum fecisse sua causa, omniáque reipub. tu contrà nihil, nisi sua? si verò id etiam explànare velles apertiùs, diceres, nihil eum fecisse, nisi voluptatis causa? quo modo eum tandem laturum fuisse existimes? Esto: fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas vtilitates. malo enim dicere, quàm voluptates, in tanto præsertim viro. Num etiam eius collega, P. Decius, [a] princeps in ea familia consulatus, cùm se deuoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat [b], aliquid de voluptatibus suis cogitabat? nam vbi eam caperet, aut quando, cùm sciret confestim esse moriendum, eámque mortem ardentiore studio peteret, quàm Epicurus voluptatem petendam putat? quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu suo filius [c]: neque portò ex eo natus, cùm Pyrrho bellum gerens, consul cecidisset in prœlio, séque è continenti genere tertiam victimam reipub. præbuisset. contineò me ab exemplis [d] Græcis: hoc modicum est. Leonidas, Epaminondas: tres aliqui, aut quattuor. ego, si nostros colligere cœpero, perficiam illud quidem, vt se virtuti tradat constringendam voluptas. sed dies me deficiet: &, vt A. Varius, qui est habitus iudex durior, dicere consessori [e] solebat, cùm, datis testibus, alii tamen citarentur. Aut hoc testium satis [f] est, aut nescio, quid satis sit: sic à me satis testium est dictum[g]. quid enim? te ipsum dignissimum maioribus tuis voluptásne induxit, vt adolescentulus eriperes P. Syllæ consulatum? quem cùm ad patrem tuum retulisses, fortissimum virum, qualis ille vel consul, vel ciuis cùm semper, tum post consulatum fuit? quo quidem auctore nos ipsi ea gessimus, vt omnibus potiùs, quàm [h] ipsis nobis consuluerimus. At quàm pulchrè dicere videbare, cùm ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis, & maximis voluptatibus, nullo nec præsenti, nec futuro dolore: ex altera autem, cruciatibus maximis, toto corpore, nulla nec adiuncta, nec sperata voluptate: & quærebas, quis aut hoc miserior, aut superiore illo beatior foret? deinde concludebas, summum malum esse dolorem, summum bonum voluptatem? L. Thorius [i] Balbus fuit, Lanuinus [k]: quem [l] meminisse tu non potes. is ita viuebat, vt nulla tam exquisita posset inueniri voluptas qua non abundaret erat & cupidus voluptatũ, & cuiusuis generis eius intelligens, & copiosus: ita non superstitiosus, vt illa plurima in sua patria sacrificia, & fana contemneret: ita non timidus ad mortem, vt in acie sit ob remp. interfectus. cupiditates non Epicuri diuisione finiebat, sed sua satietate. habebat tamen rationem valetudinis[m]: vtebatur iis exercitationibus, vt ad cenam & esuriens, & sitiens veniret: eo cibo, qui & suauissimus esset, idem fa-

P. B.

a L. & Hanni balem

b v. c. cum causa, &c. L. cum causa, &c.

c al. poterit: L. ad exsilium.

d L. ad exsilium.

e L. quamuis velit iubenda, iniquus potuisset.

f L. Fabius, de quo paulo ante dictũ est.

g L. Peducæum,

P. LXXVII. h al. C. Plautio,

i fort. & velle imprudentem aliquem esse emolumento futurum. L. sed imprudentem. L. enim fecisse. L. sed impune tamen. L. quis coarguere possit. L. Sed de temperantia definitione adde Aristotelem 7. Ethicor. 7. & 3. cap. 19.

a vide Liuiũ 8. 1. Valer. 7. Plinium de viris illustrib. 26. 1. Flo. 14.

b L. irrueret.

c Vide Plinium de Viris illustribus cap. 27. Liuium 10.

d al. exéplis Græcis hoc modicum est Leonidas, Epaminondas, tres alii aut quattuor. Ita videtur inter pungẽdum.

e al. adsessori.

f de Testium numero adde l. 1. in f. ff. de testibus.

g L. est datũ.

h fort. quàm ipsi nobis cons.

P. LXXVIII.

i Vrsinus laudat nũmum argẽteum huius L. Thorii, in quo Iunonis sospitæ simulachrũ quale Lanuuii colebatur cum pelle caprina.

k al. Lanuuinus.

l al. quem tu meminisse non potes.

m v. c. valitudinis:

cillimus ad concoquendū:vino,& ad voluptatem,& ne noceret.cetera illa adhibebat, quibus demtis negat se Epicurus intelligere, quid sit bonum. aberat omnis dolor:qui si adesset, nec molliter ferret, & tamen medicis plus, quàm philosophis vteretur.color egregius,integra valetudo [a], summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate. Hunc [b] verò beatum oratio [c] quidem vestra sic cogitat. Ego, huic quem anteponam, non audeo dicere: dicet pro me ipsa virtus: nec dubitabit isti vestro beato M. Regulum anteponere.quem quidem, cùm sua voluntate,nulla vi coactus,præter fidem, quam dederat hosti, ex patria Karthaginem reuertisset, tum ipsum, cum vigiliis[d], & fame cruciaretur,clamat virtus beatiorem fuisse,quàm potantem in [e] rosa Thorium. Bella [f] magna gesserat is: bis consul fuerat: triumpharat: nec tamen sua illa superiora, tam magna, nec tam præclara ducebat, quàm illum vltimum casum,quem propter fidem, constantiámque susceperat: qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluptarius. non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco,comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes, firmitate, & constantia sunt beati. Stuprata per vim Lucretia [g] à regis filio, testata ciues [h], se ipsam interemit. Hic dolor populi Rom.duce & auctore Bruto,causa [i] ciuitati libertatis fuit: ob eiúsque mulieris memoriam primo anno & vir, & pater eius,consul est factus. Tenuis [k] L. Virginius, vnúsque[l] de multis, sexagesimo anno post libertatem receptam, Virginiam [m] filiam, sua manu occidit, potiùs, quàm ea App. Claudij libidini, qui tum erat summo in imperio, dederetur. Aut hæc tibi, Torquate, sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. Quod autem patrocinium, aut quæ ita causa est voluptatis, quæ nec testeis vllos è claris viris, nec laudatores poterit adhibere? vt enim nos ex annalium monumentis testeis excitamus [n] eos, quorum omnis vita consumta est in laboribus gloriosis, qui voluptatis nomen audire non possent: sic in vestris disputationibus historia muta est: numquam audiui in Epicuri schola Lycurgum, Solonem, Miltiadem, Themistoclem, Epaminondam nominari: qui in ore sunt ceterorum omnium philosophorum. nunc verò, quoniam hæc nos etiam tractare cœpimus, suppeditabit nobis Atticus de thesauris suis[o], quos, & quantos viros habere testium [p] sat est. Nónne melius est de his aliquid, quàm tantis voluminibus de [q] Themistocle loqui? Sint ista Græcorum. quamquam ab his philosophiam, & omneis ingenuas disciplinas habemus. sed tamen est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis. Pugnant Stoici cum Peripateticis. alteri negant quidquam esse bonum, nisi quod honestum sit. alteri, plurimùm se,& longè,longéque plurimum tribuere honestati, sed tamen & in corpore, & extrà,esse quædam bona. Et certamen honestum,& disputatio splendida. omnis est enim de virtutis dignitate contentio. At cum tuis cùm[r] differas,multa sunt audienda etiam de[s] obscœnis voluptatibus, de quibus ab Epicuro sæpissime dicitur. Non potes ergo ista tueri, Torquate, mihi crede, si te ipse, & tuas cogitationes, & studia perspexeris.pudebit te, inquam,illius tabulæ,quam Cleanthes,sanè commodè,verbis pingere solebat.Iubebat eos,qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula[a] Voluptatem pulcherrimo vestitu,& ornatu regali,in solio sedentem:præstò esse virtutes, vt ancillulas,quæ nihil aliud agerent,nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarent,& eam[b] tantùm ad aurem admonerent[c], (si modò id pictura intelligi posset,) vt caueret, nequid perficeret imprudens, quod offenderet animos hominum,aut quidquam,è quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem virtutes, sic natæ sumus, vt tibi seruiremus:aliud negotij nihil habemus. At negat Epicurus (hoc enim vestrum lumen est) quemquam,qui honestè non viuat, iucundè posse viuere. quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. illud quæro, quid ei, qui in voluptate summum bonum putat [d], consentaneum sit dicere. Quid affers,cur [e] Thorius,Postumius[f], cur[g] Chius.cur omnium magister,Orata,non iucundissimè vixerit? Ipse negat, vt antè dixi, luxuriosorum vitam reprehendendam,nisi planè fatui sint,id est, nisi aut cupiant,aut metuãt quarum ambarum rerū cùm medicinam pollicetur, luxuriæ licentiam pollicetur. his henim rebus detractis, negat se reperire in asotorum vita quod reprehendat. non igitur potestis voluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere virtutem. nam nec vir bonus, ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuria. nosti credo illud[i]:

Nemo pius est, qui pietatem cauet:

Caue quidquam putes esse verius. nec enim, dum metuit,iustus est: & certè,si metuere desiterit,non erit,non [k] metuit autem, siue celare poterit, siue[l] opibus maius quidquam ferit: certéque malet obtinere,existimari bonus vir, vt non sit, quàm esse, vt non putetur. Ita,quod certissimum est, pro vera, certáque iustitia. simulationem nobis iustitiæ tradidis,præcipitísque quodam modo,vt nostram stabilem cõscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. Quæ dici eadem de ceteris virtutibus possunt: quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam[m] in aqua ponitis. Quid enim? fortémne possumus dicere eundem illum Torquatum? delector enim, quamquam te non possum,vt ais,corrumpere: delector, inquam, & familia vestra,&nomine.& hercule modò [n] vir optimus, nostríque amantissimus, A. Torquatus, versatur ante oculos: cuius quàtum studium, & quàm insigne fuerit erga me temporibus illis, quæ nota sunt omnibus, scire necesse est vtrumque vestrûm. quæ mihi ipsi, qui volo & esse,& haberi gratus,grata non esse[n]t, nisi eum perspicerem mea causa mihi amicũ fuisse,non sua: nisi hoc dicis, sua,quòd interest omnium rectè facere,si id dicis, vicimus.id enim volumus,id contendimus, vt officij fructus, sit ipsum officium. Hoc ille tuus non vult, omnibúsque ex rebus voluptatem, quasi mercedem, exigit. sed ad illum redeo. Si voluptatis causa cum Gallo[o] apud Anienem depugnauit prouocatus, & ex eius spoliis sibi & torquem,& cognomen [p] indúit; nullam [q] aliam ob causam,nisi quòd ei talia facta, digna viro videbantur: fortem non puto. Iam si modestia, si pudicitia, si vno verbo, temperantia, pœnæ, aut infamiæ metu coercebuntur,non

a Tabula Voluptatis.*

b al.ea.

c v.c.animo nerent,

d fort.pecunio

e al. Torio

f L.cur Postumius, Chius, cur omn. al. cur Chius Postumius, cur omn.

g al. Curius al. Orchius al. cur Chius P. R. rus. al.cur C. Horius, vt is fuerit qui mureanum viuarium primus exoptauit. Varro 4. de re rustica. Plin. 55.*

h al. his enim detrahis.*

i al. quipiè agit.*

k L.non metuet autem, quidquid fecerit, obtinere, exístimari bonus vir, vt non sit, quàm esse, vt non putetur. Ita,quod certissimum est, pro vera, certáque iustitia. simulationem nobis iustitiæ tradidis,præcipitísque quodam modo,vt nostram stabilem cõscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. Quæ dici eadem de ceteris virtutibus possunt: quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam[m] in aqua ponitis. Quid enim? fortémne possumus dicere eundem illum Torquatum? delector enim, quamquam te non possum,vt ais,corrumpere: delector, inquam, & familia vestra,&nomine.& hercule modò [n] vir optimus, nostríque amantissimus, A. Torquatus, versatur ante oculos: cuius quàtum studium, & quàm insigne fuerit erga me temporibus illis, quæ nota sunt omnibus, scire necesse est vtrumque vestrûm. quæ mihi ipsi, qui volo & esse,& haberi gratus,grata non esse[n]t, nisi eum perspicerem mea causa mihi amicũ fuisse,non sua: nisi hoc dicis, sua,quòd interest omnium rectè facere,si id dicis, vicimus.id enim volumus,id contendimus, vt officij fructus, sit ipsum officium. Hoc ille tuus non vult, omnibúsque ex rebus voluptatem, quasi mercedem, exigit. sed ad illum redeo. Si voluptatis causa cum Gallo[o] apud Anienem depugnauit prouocatus, & ex eius spoliis sibi & torquem,& cognomen [p] indúit; nullam [q] aliam ob causam,nisi quòd ei talia facta, digna viro videbantur: fortem non puto. Iam si modestia, si pudicitia, si vno verbo, temperantia, pœnæ, aut infamiæ metu coercebuntur,non

l L.mihi vir.

m L.mihi

n L.non

o al. apud Anienem.

p Torquati cognomen intelligit.*

q L. vllam.

a v.c. valitudo

b al.Hunc vero beatum oratio quidem vestra sic cogitat. Ego huic quem anteponam? non audeo dicere? dicet &c.

c al. ratio

d Idem 5.de finibus adde 6.Gell.4.*

e sic in rosa & viola dicere aliquid scripsit 5.Tuscul. P. B.

f al. Bella is magna gesserat: bis c.

g Liuius lib. 2.in f.*

h al.crimẽ.*

i al.causa libertatis.

k fort. Tenuis homo, L.Virgin.

l ἢ εἷς τῶν πολλῶν, ut Liuius 3.*

m al.citamus.*

o al.quot.

p al. testeis.

q L.de Themista loqui?

r LXXIX.

s al.de Themistio.sed Themista Lambino videtur fuisse Epicureus. de qua oratione in Pisonem.*

t al.si.*

l al.de obscœnis vol.*

tur, non sanctitate sua se tuebuntur: quod adulterium, quod stuprum, quæ libido non se proripiet, ac[a] proiiciet aut occultatione propositæ, aut impunitate, aut[b] licentia? Quid[c] illud, Torquate, quale tandem videtur? te isto nomine, ingenio, gloria, quæ facis, quæ cogitas, quę contendis, quò referas, cuius rei causa perficere, quæ conaris, velis, quod [d]optimum denique in vita iudices, non audere in conuentu dicere? Quid enim mereri velis iam, cùm magistratum inieris, & in concionem adscenderis, (est[e] enim tibi edicendum, quæ sis obseruaturus in iure dicendo[f]. & fortasse etiam, si tibi erit visum, aliquid de maioribus tuis, & de te ipso dices. more maiorum) quid mereare igitur, vt te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? téque nihil feciſſe in vita, nisi voluptatis causa? An me, inquis, tam amentem putas, vt apud imperitos isto modo loquar? At tu eadem ista dic in iudicio, aut, si coronam times, dic in senatu. nũquam facies. Cur, nisi quòd turpis est oratio? méne ergo, & Triarium, dignos existimas, apud quos turpiter loquare? Verùm, esto. verbum ipsum voluptatis non habet dignitatem: nec nos fortasse intelligimus. hoc enim identidem dicitis, non intelligere nos, voluptatem quam dicatis. Rem vides difficilem, & obscuram, indiuidua, & [h]intermundia, quæ nec sunt vlla, nec possunt esse, intelligimus: voluptas, quæ passeribus omnibus nota est, à nobis intelligi non potest? quid si efficio, vt fateare, me non modò, quid sit voluptas, scire, (est enim iucundus motus in sensu) sed etiam, quid eam tu velis esse? tum enim eam ipsam vis, quam modò ego dixi: &[i] nomen imponis, in motu vt sit, & faciat aliquam varietatem: tum aliam quandã summã voluptatẽ, cui addi nihil possit: eã[k] tu adesse, cùm dolor omnis absit, eámque stabilem appellas. sit sanè ista voluptas. dic in quouis cõuentu, te omnia facere, ne doleas. si hoc quidem satis amplè, satis honestè dici putas, dic te omnia & in isto magistratu, & in omni vita, vtilitatis tuæ causa factum, nihil nisi quod expediat, nihil denique nisi tua causa: quem clamorem concionis, aut quam spem consulatus eius, qui tibi paratissimus est, futuram putes? eámne rationem sequare, qua tecum ipse, & cum tuis vtare, profiteri autem, & in medium proferre non audeas? At verò illa, quæ Peripatetici, quæ Stoici dicunt, semper tibi in ore sunt, in iudiciis, in senatu, officiunt[l], æquitatem, dignitatem, fidem, recta, honesta, digna impetrio, digna pop. Rom. omnia pericula [m]pro rep. mori pro patria. Hæc cùm loqueris, nos[n] Barones stupemus: tu videlicet tecum ipse rides. nam inter ista tam magnifica verba, támque præclara, non habet vllum voluptas locum, non modò illa, quam in motu esse dicitis, quam omnes vrbani, rustici, omnes, inquam, qui Latinè loquuntur, voluptatem vocant: sed ne hæc quidem stabilis, quam, præter vos, nemo appellat voluptatem. Vide, ne non debeas verbis nostris vti, sententiis tuis. Quòd si vultum tibi, si incessum fingeres, quo grauior viderere, non esses tui similis: verba tu fingas, & ea dicas, quæ non sentias, aut etiam, vt [o]vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, vt in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur? Vide, quæso, rectúmne sit. mihi quidé eæ verè videtur opiniones, quę honestę, quę laudabiles, quę gloriosę, quę in senatu, quę apud populum, quæ in omni cœtu, concilióque proferendæ sint, ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere. *Amicitiæ* vero locus vbi esse potest, aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum? quid autem est amare, ex quo nomen amicitiæ ductum est: nisi velle bonis aliquem affici quàm maximis, etiam si ad se ex iis nihil redeat? Et quidem prodest, inquis, mihi eo esse animo. Immò, videri fortasse: esse enim, nisi[a] eris, non potes. qui autem esse poteris, nisi te amor ipse ceperit? quod[b] non sub dubia vtilitatis tatione effici solet, sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur. At enim sequor vtilitatem. Manebit ergo amicitia tam diu, quàm diu sequetur vtilitas: &, si vtilitas amicitiam constituet, tollet[c] eandem. Sed quid ages tandem, si vtilitas ab amicitia (vt fit sæpe) defecerit? relinquémne? quæ ista amicitia est? retinebis? quî conuenit? quid enim de amicitia statueris. vtilitatis [d]causa expetenda, vides. Ne in odium veniam, si amicum deſtitero tueri. Primùm cur ista res digna odio est? num[e] quid est turpe, nisi quod est? si, nequo incommodo afficiare, non relinques amicum? tamen, ne sine fructu alligatus sis, vt moriatur, optabis. quòd si non modò vtilitatem tibi nullam afferet, sed iacturæ rei familiaris erunt faciundæ, labores suscipiendi, adeundum vitæ periculum: ne tum quidem te respicies, & cogitabis sibi quemque natum esse, & suis voluptatibus[f]? vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, vt Pythagoréus ille fecit Siculo tyranno? aut Pylades cùm sis, dices te esse Orestem, vt moriare pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares? &, si id non probares, quo minùs ambo vnà necaremini, non deprecarere? Faceres tu quidem, Torquate, hæc omnia. nihil enim arbitror magna laude dignum, quod te prætermissurum credam aut mortis, aut doloris metu. non quæritur autem, quid naturæ tuæ consentaneum sit, sed quid disciplinæ. ratio ista, quam defendis: præcepta, quæ didicisti, quæ probas, funditus euertunt amicitiam: quamuis eam Epicurus, vt facit, in cælum efferat laudibus. At coluit ipse amicitias. Quasi quis illum neget & bonum virum, & comem, & humanum fuisse. de ingenio eius in his disputationibus, non de moribus quæritur. sit ista in Græcorum leuitate peruersitas, qui maledictis insectantur eos, à quibus de veritate dissentiunt. Sed quamuis comis in amicitiis tuendis fuerit, tamen, si hæc vera sunt, (nihil enim affirmo) non satis acutus fuit. At multis se probauit: & quidẽ iure fortasse: sed tamen non grauissimum est testimonium multitudinis. in omni enim arte, vel studio, vel quauis scientia, vel in ipsa virtute, optimum [h]quidque rarissimum est. Ac mihi quidem, quòd & ipse bonus vir fuit, & multi Epicurei fuerunt, & hodie sunt & in amicitiis fideles, & in omni vitæ constantes, & graues, nec voluptate, sed officio consilia moderantes, hoc videtur maior vis honestatis, & minor voluptatis. ita enim viuunt quidam, vt eorum vita probetur, refellatur oratio. atque vt ceteri exi-

a al. nisi sis. b L. quod non subdacta vtil. c L. tollet eadem. & infra v. e. d L. hoc totum vtilit. causa expet. delet. e L. nũquid est nisi quod turpe est? f al. vtilitatibus? g Idem ex Paccuui fabula refert Cicero in Lælio seu de amicitia. h τὸ τίμιον, ἀπρόσιτον· ἢ τὸ ἀπρόσιτον, τίμιον.

p. XXXII.

stimantur dicere meliùs, quàm facere: sic hi mihi videntur facere meliùs, quàm dicere, Sed hæc nihil sanè ad rem. illa videamus, quæ à te de amicitia dicta sunt. è quibus vnum mihi videbar ab ipso Epicuro dictum agnoscere: amicitiam à voluptate non posse diuelli, ob eámque rem, colendam esse, quòd sine ea tutò, & sine metu viui non posset, nec [a] iucundè quidem posset. Satis est ad hoc respondsum. attulisti aliud humanius horum recentiorum, numquam dictum ab ipso illo, quod sciam: primo vtilitatis [b] causa amicum expeti: cùm autem vsus accessisset, tum ipsum amari propter se, etiam omissa spe voluptatis [c]. hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. mihi enim satis est, ipsis non satis. nam aliquando posse rectè fieri dicunt, nulla exspectata, nec quæsita voluptate. [d] Posui sti autem, dicere alios, fœdus quoddam inter se facere sapiêteis, vt, quemadmodum sint in [e] se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos: id & fieri posse, & sæpe esse factum, & ad voluptates percipiendas maximè pertinere. Hoc fœdus facere si potuerunt, faciant etiam illud, vt æquitatem, modestiam, virtutes omneis per se ipsas gratis diligant. At verò si fructibus, & emolumentis, & vtilitatibus amicitias colemus, si nulla caritas erit, quæ faciat amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se, & propter se expetendam: dubium est, quin fundos, & insulas amicis anteponamus? Licet hîc rursus ea commemores, quæ optimis verbis ab Epicuro de laudibus amicitiæ dicta sunt. non quæro, quid dicat, sed quid conuenienter rationi possit, & sententiæ suæ dicere. Vtilitatis causa amicitia est quæsita. num igitur vtiliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, quàm [f] si tua sint, Puteolis grauia [g] collige omnia, quæ soletis: præsidium amicorum. Satis est tibi in te, satis in legibus, satis & in mediocribus amicitiis [h] præsidij: iam contemni non poteris: odium autem & inuidiam facilè vitabis. ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur. & tamen non tantis vectigalibus ad [i] liberalitatem vtens, etiam sine hac Pyladéa amicitia, multorum te beneuolentia [k] præclarè & tuebere, & munies. At quicum ioca, seria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optimè: deinde etiam cum mediocri amico. Sed fac ista esse non [l] importuna: quid ad vtilitatem tantæ pecuniæ? Vides igitur, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates, prædiorum pretiosorum mercede superari. me ipsum igitur ames oportet, non mea, si veri amici futuri sumus: sed in rebs apertissimis nimiùm longi sumus. perfecto enim, & concluso, nec virtutibus, nec amicitiis vsquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur: nihil præter ea magnopere dicendum. attamen, necui loco non videatur esse responsum, pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem tuam.

¶ Quoniam igitur omnis summa philosophiæ, ad beatè viuendũ refertur, idq; vnũ expetentes homines se ad hoc studium contulerunt: beatè autẽ viuere alij in alio, vos in voluptate ponitis, item contrà, omnem infelicitatem [m] in dolore: id primùm videamus, beatè viuere vestrum quale sit. Atque hoc dabitis, vt opino, si modò sit aliquid, esse beatum, id oportere totũ poni in potestate sapientis. nã, si amitti vita beata potest, beata esse non potest. quis enim cõfidit semper sibi illud stabile, & firmum permansurum, quod fragile, & caducum sit? qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est. ne aliquando, amissis illis, sit miser. beatus autem esse in maximarum rerum timore nemo potest. nemo igitur esse beatus potest. neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata dici solet: neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta [a], atque absoluta: nec potest quisquam aliàs beatus esse, aliàs miser. qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus nõ erit. nam cùm semel est suscepta beata vita, tam permanet, quàm ipsa illa effectrix beatæ vitæ sapientia: neque exspectat vltimum tempus ætatis: quod Crœso scribit Herodotus [b] præceptum à Solone. etenim, quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturnitatem quidem [c] temporis ad beatè viuendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in breuitate temporis, quàm, si illa sit sempiterna. Hæc dicuntur incõstantissimè. cùm enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri maiorem, quàm finito, atque modico. Qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere perfici beatam vitam perfectione virtutis. negat enim summo bono afferre incrementum diem. qui autem voluptate vitam effici beatam putabit quî sibi is conueniet, si negabit voluptatem crescere lõginquitate? igitur ne dolorem quidem. An dolor longissimus quisque miserrimus [d]: voluptatem non optabiliorem diuturnitas facit? Quid est igitur, cur ita semper deum appellet Epicurus, beatum & æternum? demta enim æternitate nihilo beatior Iupiter, quàm Epicurus. vterque enim summo bono fruitur, id est, voluptate. At enim hic etiam dolore, nam eum nihili facit, ait enim se, si vratur, quàm hoc suaue, dicturum. Qua igitur re à deo vincitur, si æternitate non vincitur? in qua quid est boni præter summam voluptatem, & eam sempiternam? quid ergo attinet glorioſè loqui, nisi constanter loquare? in voluptate corporis: addam, si vis animi, dum ea ipsa, vt vultis, sit [e] quod & in corpore, situm est viuere beatè. Quid? istam voluptatem perpetuam quis potest præstare sapienti? nam quibus rebus efficiuntur voluptates, hæ nõ sunt in potestate sapientis. nõ enim in ipsa sapiẽtia positũ est beatũ esse, sed in iis rebus, quas sapientia cõparat ad voluptatem. tutum autẽ id externũ, & [g] externum, id in casu est. ita fit beatæ vitæ domina [f] fortuna, quã Epicurus ait Exiguam interuenire sapienti. Age, inquies: ista parua sunt. sapientem locupletat ipsa natura: cuius diuitias Epicurus ipse parabileis esse docuit. Hæc bene dicuntur: nec ego repugno: sed inter se ipsa pugnant. negat enim tenuissimo [g] victu, id est contẽptissimis escis, & potionibus minorem voluptatẽ percipi. quàm rebus exquisitissimis ad epulãdum. Huic ego, si negaret quidquam interesse ad beatè viuendum, quali vteretur victu, concederem: laudarem etiam: verum enim diceret: idque [h] Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, *vbi condimentum esse famem; potionis*, sitim: sed, qui ad voluptatem omnia referens, viuit [i] vt Gallonius, loquitur vt Fru-

a L. ne iucunda quidé p.

b *fort.* voluptatis causa c *fort.* vtilitatis.

d *fort.* vtilitate. e *al.* in se ipsi

f L. quàm tua sint Puteolis granaria? g *al.* prædia *malè*: gramé hîc pro fructu pratorũ, qui à veteribus maximè habitus. vide 2. de natura. adde 2. Murer. Variar. 20.* h *al.* amicitiæ: p. B. præsidium iã contemnere poteris.* i *al.* ad libertatem, &c. *non pl.* * L. benenoli. l *fort.* non inopportuna:

m v. e. miseriam

a Socr. ap. Platonẽ. b *al.* id quod c Plat. Protag. Curios simos hos & Socratis magistros.

d L. miserrimus.

e L. sit quoqi in corpore. *al.* sit & in corpore.

f Aug.

g L. tenuissimo

gi ille Piso, non audio. nec enim eum, quod sentiat, dicere existimo Naturaleis diuitias dixit parabileis[a] esse, quod *paruo esset natura contenta*. Certè, nisi voluptatem tanti æstimaretis. Nō minor, inquit, voluptas, percipitur tā[b] ex vilissimis rebus, quàm ex pretiosissimis. Hoc est non modò cor non habere, sed ne patum quidem. qui enim voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se acipenserem menæ[c] non anteponere. cui verò in voluptate summum bonum est, huic omnia sensu, non ratione sunt iudicanda: eaque dicenda optima, quæ sint suauissima. Verùm[d] isto modo consequatur summas voluptates non modò paruo, sed fermè nihilo, si potest: sit voluptas non minor in nasturtio[e] illo, quo vesci Persas[f] esse solitos scribit Xenophon, quàm in Syracusanis mensis, quæ à Platone grauiter vituperantur: sit, inquam, tam facilis, quàm voluptatis comparatio: quid de dolore dicemus? cuius tanta tormenta sunt, vt in his beata vita, si modò dolor summum malum est, esse non possit. ipse enim Metrodorus, pænè alter Epicurus, beatum[h] esse describit his ferè verbis: cùm corpus bene constitutum sit, & sit exploratum, ita futurum. *An id explorarum*[i] *cuiquam potest esse, quo modo sese habiturum sit corpus non dico ad annum, sed ad vesperam?* dolor igitur, id est, summum malum, metuetur semper, etiam si non aderit. iam enim adesse poterit. quî potest igitur habitare[k] in beata vita summi[l] mali metus? Traditur, inquit, ab Epicuro ratio negligendi doloris. Iam ipsum absurdum, maximum malum negligi. sed quæ tandem ista ratio est? Maximus dolor, inquit, breuis est. primùm, quid tu dicis, breue? deinde dolorem tam[m] maximum? quid enim? summus dolor plureis dies manere non potest? vide ne etiam menses. nisi fortè eum dicis, qui simulatque arripuit, interficit. quis istum dolorem timet? illum mallem leuares, quo optimum atque humanissimum virum, Cn. Octauium, M. filium, familiarem meum, confici vidi: nec verò semel, nec ad breue tempus, sed & sæpe planè, & diu. quos, dij immortales, ille, cùm omneis artus arderent, cruciatus perferebat? nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat: tantumodò laboriosus[n] videbatur. at miser, si in vitiosa, & flagitiosa vita afflueret voluptatibus. Quòd autem magnum dolorem breuem, longinquũ leuem esse dicitis: id non intelligo, quale sit. video enim & magnos, & eosdem longinquos dolores. Quædam alia toleratio[o] est verior: qua vti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis. fortitudinis quædam præcepta sunt, ac pænè leges, quæ effæminari virum vetant in dolore. quamobrem turpe putandum est, non dico dolere (nam id quidem est interdum necesse) sed saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funestare:

Quod[p] *eiulatu, questu, gemitu, fremitibus*
Resonando multum flebili sua voces refert.

Huic Epicurus comparet[q] se, si potest:

Cui viperino morsu vena viscerum
Veneno imbuta tetros cruciatus cient.

Sit Epicurus Philoctetæ: si grauis dolor, breuis. At iam decimum annum in spelunca iacet. Si longus, leuis. dat enim interualla, & relaxat. Primùm non sæpe: deinde quæ est ista relaxatio, cùm & præteriti doloris memoria, recens esti & futuri, atque impendentis torquet timor? Moriatur, inquit, Fortasse id optimum. sed vbi illud, Plus semper voluptatis? si enim ita est: vide, ne facinus facias, cùm mori suadeas. Potiùs ergo illa dicantur, turpe esse viro debilitari, dolore frangi, succumbere. nā ista vestra. Si grauis, breuis: si longus, leuis, dictata[a] sunt virtutis, magnitudinis animi, patientiæ, fortitudinis fomentis dolor mitigari solet. Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus: & intellige, facta eius cum dictis discrepare. *Epicurus Hermacho S. Cùm*[b] *ageremus, inquit, vitæ beatum, & eundem supremum diem, scribebamus hæc. tanti autem morbi aderant vesicæ, & viscerum, vt nihil ad eorum magnitudinem posset accedere.* Ecce miserum hominem, si dolor, summum malum est. dici aliter non potest. sed audiamus ipsum: *Compensabatur tamen, inquit, cum his omnibus animi lætitia, quam*[c] *capiebam memoria rationum, inuentorúmque nostrorum. sed tu, vt dignum est tua erga me, & erga philosophiam voluntate, ab adolescentia*[d] *suscepta, fac vt Metrodori tueare liberos.* Non ego iam Epaminondæ, non Leonidæ mortē huius morti antepono: quorum alter[e] cùm vicisset Lacedæmonios apud Mantineam, simúlque ipse graui vulnere exanimari videret se, vt primùm despexit[f], quæsiuit, saluúsne esset clypeus, cùm saluum esse flentes sui respondissent: rogauit, esséntne fusi hostes: cúmque id quoque, vt cupiebat, audiuisset, euelli iussit eā, qua erat transfixus, hastam. ita multo sanguine profuso, in lætitia, & in victoria est mortuus. Leonidas[g] autem, rex Lacedæmoniorũ, se in Thermopylis, trecentósque eos, quos eduxerat Sparta, cùm esset proposita aut fuga turpis, autē gloriosa mors, opposuit hostibus. Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. philosophi aũt in suis lectulis plerumque moriuntur. Refert[h] tamen, quòd sibi videtur esse morienti magna laus. *Compensabatur*, inquit, *cum summis doloribus lætitia.* Audio equidem philosophi vocem, Epicure. sed, quid tibi dicendum sit, oblitus es. primùm enim, si vera sunt ea, quorum recordatione te gaudere dicis, hoc est, si vera sunt tua scripta & inuēta: gaudere non potes. nihil enim iam habes, quod ad corpus referas. est autem à te sæpe dictum, nec gaudere quenquam, nisi propter corpus: nec dolere. *Præteritis*, inquit *gaudeo.* Quibús nā præteritis? si ad corpus pertinentibus, rationes[i] tuas te video compensare cum istis doloribus, non memoriam corpore perceptarũ voluptatum. si autem ad animum, falsum est, quòd negas animi vllum esse gaudium, quod non referatur ad corpus. Cur deinde *Metrodori liberos commendas*? quid ex isto tuo egregio officio, & tāta fide (sic enim existimo) ad corpus refers? Huc, & illuc, Torquate, vos versetis licet: nihil in hac præclara epistola scriptum ab Epicuro congruens, & conueniens decretis eius reperietis. ita redarguitur ipse à sese, veneúntque[k] scripta eius probitate ipsius, ac moribus. nam ista commendatio puerorum, memoria, & caritas amicitiæ, summorum officiorum in extremo spiritu conseruatio, indicat innatam esse homini probitatem gratuitam, non [l] mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam. quod enim testimonium maius quærimus, quæ honesta & recta sint, ipsa esse optabilia per sese, cùm videamus tanta esse officia morientis? Sed, vt epistolam laudandam arbitror eam, quam mo-

a Rursùs ejusdem. b L. dela parilitate tam

P. LXXXIII. c Curatur à Cicerone cap. 19. in Menexeno ita scribente Menexeno Socratis ita

d L. Verum ea efficiesequa ex summas voluptat.

e Xenophontis

f Vide de Persis ad hūc locum Ruffinum lib. 5.

g Lacedæmonius

h Vide beatũ describit Sententia ex Epicuri Ethicinis, ubi etiam in Cotta.*

i Græcè

k Græcè

l Quam minimum?

m Vide metus

n Græcè

o Ratio.*

p Quis, vt Virgilius.

q Comparatio, quid po

a *fort.* dictata sunt virtutis, magnitudinis animi, patientiæ, fortitud. *&c.*

b extat apud Laertium in P. LXXXV. Epicuro.*

c L. quam capiebam ex memoria rat.

d *al.* ab adolescente. *al.* ab adolescentibus apud Laertiũ enim ἐκ μειρακίων.*

e Epaminondas.*

f *al.* dispexit.*

g vide Iustinum.*

h L. Refert tamen, in quo sita videatur esse morienti magna laus.

P. B.

i *al.* voluptates tuas

k *al.* vincuntúrque.*

l I. non inuitatam voluptatib. *al.* non mutatam.*

dò totidem ferè verbis interpretatus sum (quamquam ea cum sententia eius philosophi nullo modo congruebat:) sic eiusdem *testamentum* non[a] solùm à philosophi grauitate, sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare. scripsit enim & multis sæpe verbis, & breuiter, aptéque, in eo libro, quem modò nominaui, *mortem nihil ad nos pertinere*. quod[b] enim dissolutum sit, id esse sine sensu: quod autem sine sensu sit, id nihil omnino ad nos pertinere. hoc ipsum elegantiùs poni, melúsque potuit. nam quod ita positum est, Quod dissolutum sit, id esse sine sensu, id eiusmodi est, vt non satis planè dicat, quid sit dissolutum. sed tamen intelligo, quid velit. quæro autem, quid sit, quòd, cùm dissolutione, id est, morte, sensus omnis exstinguatur: & cùm reliqui nihil sit omnino, quod pertineat ad nos: tam accuratè, támque diligenter caueat, & sanciat, vt Amynomachus, & Timocrates, heredes sui, de Hermachi sententia dent, quod satis sit ad diē agendum natalem suum quotannis, mense Gamelione: itémque omnibus mensibus, vicesimo die lunæ, dent ad eorum epulas, qui vnà secum philosophati sint, vt & sui, & Metrodori memoria colatur. Hæc ego non possum dicere non esse hominis & belli, & humani: sapientis verò nullo modo, physici præsertim, quem se ille esse vult, putare vllum esse cuiusquam diem[c] natalem. Quid? veréne potest esse dies sæpius, qui semel fuit? certè non potest. an eiusdemmodi? ne id quidem, nisi cùm multa annorum intercesserint millia, & omnium siderum eôdem, vnde profecta sint, fiat ad vnum tempus reuersio. nullus est igitur cuiusquam dies natalis. At habetur. Et ego scilicet id nesciebam. sed, vt sit, etiámne post mortem coletur. idque testamento cauebit is, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil[d] post mortem ad nos pertinere? Hæc non erat eius, qui innumerabileis mundos, infinitásque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragrauisset. numquid tale Democritus? vt alios omittam, hunc appello, quem ille vnum secutus est. Quòd si dies notandus fuit, eúmne potiùs, quo natus, an eum, quo sapiens factus est? Non potuit, inquies, fieri sapiens, nisi natus esset. Isto modo ne si auia quidem eius nata non esset. Res[e] tota, Torquate, non doctorum hominum, velle post mortem epulis celebrari memoriā sui nominis. Quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quā tam hominum facetorum vrbanitatem incurratis, non dico. nihil opus est litibus. tantùm dico, magis fuisse vestrum, agere Epicuri diem natalem, quàm illum testamento cauere, vt ageretur. Sed, vt ad propositum reuertamur, (de dolore enim cùm diceremus, ad istam epistolam delati sumus) nunc totum illud concludi sic licet. Qui in summo malo est, istef[f] cùm in eo est, non est beatus. sapiens autem semper beatus est, & est aliquando in dolore. non est igitur summum malum dolor. Iam illud quale tandem est? *Bona praterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportere.* Primùm in nostráne potestate est, quid meminerimus? Themistocles[g] quidem, cùm ei Simonides, aut[h] quis alius artem memoriæ polliceretur, obliuionis, inquit, mallem. nam memini etiam quæ nolo, obliuisci non possum quæ volo. Magno hic ingenio. sed res se tamen sic habet, vt nimis imperiosi philosophi sit, vetare meminisse. vide, ne Manliana sint ista[a] vestra, aut maiora etiam, si imperes quod facere non possim. Quid, si etiam iucunda memoria est præteritorum malorum? vt prouerbia non nulla veriora sint, quàm vestra dogmata. vulgò enim dicitur, *Iucundi acti labores*: nec malè Euripides: concludam, si potero, Latinè: Græcum enim hunc versum nostis omnes:

Suauis[b] *est laborum præteritorum memoria.*

Sed ad bona præterita redeamus. quæ si à vobis talia dicerentur, qualibus C. Marius vti poterat, vt expulsus, egens, in palude demersus, trophæorum[c] recordatione leuaret dolorem suum: audirem, & planè probarem. nec enim absolui beata vita sapientis, nec ad exitum perduci poterit, si prima quæque bene ab eo consulta, atque facta, ipsius obliuione obruentur[d]. Sed vobis voluptatum perceptarum recordatio beatam[e] vitam facit, & quidē corpore perceptarum. nam si quæ sunt aliæ, falsum est, omneis animi voluptates esse è corporis societate. Corporis[f] autem voluptas etiā si præterita delectat, non intelligo, cur Aristoteles Sardanapalis epigramma tantopere derideat. in quo ille rex Assyriæ glorietur, se omneis secum libidinum voluptates abstulisse. quod enim ne viuus quidem, inquit, diutius sentire poterat, quàm dum fruebatur: quo modo id potuit mortuo permanere? Fuit igitur voluptas corporis, & prima quæque auolat, vt[h] aiebat, sæpiúsque relinquit causas pœnitendi, quàm recordandi: itaque beatior Africanus cum patria illo modo loquens,

reliqua præ

Desine Romatuos hostes:—

clarè,

Namque tibi monumenta mei peperere labores.

Laboribus hic præteritis gaudet: tu iubes voluptatibus. hic se ad ea reuocat, è quibus nihil vmquam retuletit ad corpus. tu totus hæres in corpore. Illud autem ipsum quî obtineri potest. quod dicitis, *omneis animi & voluptates, & dolores ad corporis voluptates, & dolores pertinere?* Nihil[i] ne te delectat vmquam? video, qui cum loquar. te igitur, Torquate, ipsum per se nihil delectat? omitto dignitatem, honestatē, speciem ipsam virtutum, de quibus antè dictum est: hæc leuiora ponam: poema, aut oratorem, cùm aut scribis, aut legis, cùm omniū factorum, cùm regionum conquiris historiā: signum, tabula, locus amœnus, ludi, venatio, vilula Luculli, (nam si tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceres pertinere) sed ea, quæ dixi, ad corpúsne refers? an est aliquid, quod te sua sponte delectet? Aut pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea, quæ dixi, referrek: aut deseruieris totā Epicuri voluptatem, si negaueris. Quod verò à te disputatum est, *maiores esse voluptates, & dolores animi, quàm corporis*, quia trium temporum parti ceps animus sit, corpore autem præsentia solū sentiantur: quî probari potest, vt is, qui propter me aliquid gaudeat, plus, quàm ego ipse, gaudeat? Animi voluptas oritur propter voluptatem corporis, & maior est animi voluptas, quā corporis, ita fit, vt gratulator lætior sit, quàm is, cui gratuletur. Sed, dum efficere vultis beatum sapientem, cùm maximas animo voluptates percipiat, omnibúsque partibus maiores, quàm corpore: quid occurrat, non videris. animi enim quoque dolores percipiet omnibus partibus maiores, quàm corporis. ita miser sit aliquando necesse est is, quem vos beatum

a Exstat apud Laertium in Epicuro.*

b τὸ διαλυθὲν ἀναίσθητεῖ?

P. LXXXVI.

c Dies natalis an cuiusquam sit.*

d Nihil mortem ad nos pertinere?

e al. Res est nota, Torquate, non d. P. B.

f L. istum, cùm in eo est,

g Idem 4. Academicar. quæst.* h al. aut aliquis alius

a al. iusta. al. ista castra al. imperia Vestra.*

b Hoc ego non sic interpretor. Vide Tusc. lib. 1.

c L. propatrum rec.

P. LXXXVII.

d Labretur.

e al. vitam beatam facit.

f L. Corporis autē voluptas. si præterita del. al. Corp. autem vol. si etiam præt. del.

g vide Tusc. lib. 5. vbi al. xi.*

h Hæc habuit quæ edi, etc. Tusc. quæst. lib. 5. L. desit hoc rotum, vt aiebat,

i L. Nihilne te sua sponte delectat, vt quam? & ita q. s.

k L. referri

P. B.

tum semper vultis esse. nec verò id, dum omnia ad voluptatem, dolorémque referetis, efficietis vmquam. Quare *aliud* aliquid, Torquate, *hominis summum bonum reperiendum est. voluptatem b stiis concedamus* : quibus vos de summo bono testibus vti soletis. Quid, si etiam bestiæ multa faciunt, duce sua quæque natura, partim indulgenter vel[a] cum labore, vt in gignendo, in educando perfacilè appareat, aliud quiddam iis propositum, non voluptatem? turtures & cursu, & peregrinatione lætantur: cõgregatione alię[b] cœtum quodam modo ciuitatis imitantur. videmus in quodam volucrum[c] genere nonnulla indicia pietatis[d], cognitionem, memoriam, in multis etiam disciplinam. Ergo in bestiis erunt secreta à voluptate humanarum quædam simulacra virtutum: in ipsis hominibus virtus, nisi voluptatis causa, nulla erit? & homini, qui cæteris animantibus plurimùm præstat, principi à natura nihil datum esse dicemus? Nos verò, siquidem in voluptate sunt omnia, longè, multúmque superamur à bestiis: quibus ipsa terra fundit ex sese pastus varios, variéque abundanteis nihil laborantibus: nobis autem aut vix, aut ne vix quidem, suppetunt multo labore quærentibus. nec tamen vllo modo summum pecudis bonum, & hominis, idem mihi videri potest. quid enim tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis, quid tanto cõcursu honestissimorũ studiorũ, tanto virtutum comitatu, si ea nullam ad aliam rem, nisi ad voluptatem conquiruntur? vt, si Xerxes, cùm tantis classibus, tantísque equestribus, & pedestribus copiis, Hellesponto iuncto, Athóve[e] perfosso, maria ambulasset[f], terrámque nauigasset, sig[g], cùm tanto impetu in Græciam venisset, causam eius quis ex eo quæreret, tantarum copiarum, tantíque belli, mel se afferre ex Hymetto voluisse diceret, certè sine causa videretur tanta conatus: sic nos sapientem, plurimis, & grauissimis artibus, atque virtutibus instructum, & ornatum, non, vt illum, maria pedibus peragrantẽ, classibus monteis, sed omne cælum, totámque cùm vniuerso mari terram mente complexum, voluptatem petere si dicemus, mellis causa dicemus tanta molitum. ad altiora quædam, & magnificentiora, mihi crede, Torquate, nati sumus: nec id ex animi solùm partibus, in quibus inest memoria rerum innumerabilium, vitæ[h] quidem infinita inest coniectura consequentium, non multùm à diuinatione differens, inest moderatrix cupiditatis pudor, inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia: inest in perpetiendis laboribus adeundísque periculis firma, & stabilis doloris, mortísque contemtio. ergo hæc in animis: tu autem etiam membra ipsa, sensúsque considera: qui tibi, vt reliquæ corporis partes, non comites solùm virtutum, sed ministri etiam videbuntur. quid, si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt, vt vires, valetudo[k], velocitas, pulchritudo? quid tandem in animis censes? in quibus doctissimi illi veteres inesse quiddam cæleste & diuinum putauerunt. quòd si esset in voluptate summum bonum (vt dicitis) optabile esset, in voluptate maxima, nullo interuallo intermitto, dies, noctéisque versari, cùm omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi mouerentur. quis est autem dignus nomine hominis, qui vnum diem totum velit esse in isto genere voluptatis? Cyrenaici quidem non recusant. vestri hæc verecundiùs: illi fortasse constantiùs, sed lustremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes[a] à maioribus nominabantur: sed quæro, num existimes non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, sed Phidiam, Polycletum, Zeuxin, ad voluptates artes suas direxisse? Ergo opifex plus sibi proponet ad formarum, quàm ciuis excellens ad factorum pulchritudinem? quæ autem est alia causa erroris tanti, tam longè, latéque diffusi, nisi quòd is, qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio, atque consilium, sed cum cupiditate, id est, cum animi leuissima parte deliberat? quæro enim de te: si sunt dij, vt vos etiam putatis, qui possunt esse beati, cùm voluptates corpore percipere non possint? aut si sine eo genere voluptatis beati sunt, cur similem animi vsum in sapiente esse nolitis? [b] Lege laudationes, Torquate, non eorum, qui sunt ab Homero laudati, non Cyri, non Agesilai, nõ Aristidis, non Themistoclis, non Philippi, non Alexandri: lege nostrorum hominum, lege vestræ familiæ: neminem videbis ita laudatum, vt artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur. non elogia[c] monumentorum id significant, velut hoc ad porã? Vno[e] ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Idne consensisse de Catalino plurimas genteis arbitramur, primarium populi fuisse, quòd præstantissimus fuisset in conficiendis voluptatibus? Ergo in iis adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem, quos suis commodis inseruituros, & quidquid ipsi expediat, facturos arbitramur? nonne videmus, quanta perturbatio rerum omnium consequatur? quanta confusio? tollitur beneficium, tollitur gratia: quæ sunt vincula concordiæ. nec enim, si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium[f] illud habendum est, sed fœneratio: nec gratia deberi videtur ei, qui suam ob causam commodauerit. Maximas verò virtutes iacêre omneis necesse est, voluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, nisi honestas natura plurimum valeat, cur non cadant in sapientem, non est facile defendere. Ac, ne plura complectar (sunt enim innumerabilia) bene laudata virtus voluptatis[g] aditus interecludat necesse est. quod iam à me exspectare noli. tute introspice in mentem tuam ipse: eámque omni cogitatione pertractans, percontare[h] ipse te, perpetuíne mális voluptatibus perfluens[i], in ea, quam sæpe vsurpabas, tranquillitate degere omnem ætatem sine dolore, assúmto etiam illo, quod vos quidem adiungere soletis, sed fieri non potest, sine doloris metu: an, cùm de omnibus gentibus optimè mererêre, cùm opem indigentibus, salutémq; ferres, vel Herculis perpeti ærumnas. sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam in deo nominauerunt. Exigerem ex te, cogerémque, vt responderes, nisi vererer, ne Herculem ipsum ea, quæ pro salute gentium summo labore gessisset, voluptatis causa gessisse diceres. 41 ¶ Quæ cùm dixissem, Habeo, inquit Torquatus, ad quos ista referam: &, quam quam aliquid ipse poteram, tamen inueni: e

a ἄτεχνοι

P. LXXXIX.

b L. nolitis.

c al. ellogia mon. al. eccloגia mon.

d Hoc loco adducor vt credam elogia mortuorum ad portã mortui, id est, eo tempore quo ad portam conlocati essent, recitari solita. Ad portã autem mortuos conlocari solitos satis superque ex antiquitate eruerunt doctissimi viri, Iosephus Scaliger ad Festum in Conlucare. & Lipsius. 1. 1. le ctorum. 6.

e L. vno ore

f Beneficii & fœneratio nis differentia.

g P. B. fort. voluptati

h al. percunctare

i L. perfruẽs,

malo paratiores familiareis nostros. Credo Syronem dicis, & [a] Polydemum, cùm optimos viros, tum doctissimos homines. 42 ¶ Rectè, inquit, intelligis. 43 ¶ Age sanè, inquam, sed erat æquius, Triarium aliquid de nostra dissensione iudicare. 44 ¶ Immò, inquit arridens, iniquum, hac quidem de re. tu enim ista le- B niùs: hic Stoicorum more nos vexat.

45 ¶ Tum Triarius, Posthac quidē, inquit, audaciùs. nam hæc ipsa mihi erunt in promtu, quæ modò audiui, nec antè aggrediar, quā te ab istis, quos dicis, instructum videro. Quæ cùm essent dicta, finem fecimus, & ambulandi, & disputandi.

a L. & Philodemum, & ita q. v. c.

p. xc.

M. TVLLII CICERONIS, DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM AD BRVTVM, LIBER TERTIVS.

CATO. CICERO.

Synopsis libri tertij de finibus.

¶ Cato ex Stoicorum secta defendit, Virtutem: summum bonum esse: Turpe, summum malum esse: & breuiter Stoicorum sententias quasdam peculiares exponit.

OLVPTATEM equidem, Brute, si ipsa pro se loquatur, nec tam pertinaceis habeat patronos, concesserat arbitror, cōuictam superiore libro, dignitati[a]. etenim sit impudens, si virtuti diu tius repugnet, aut si honestis iucunda anteponat, aut pluris esse contendat dulcedinē[b] corporis, & titillantem[c] ex ea re natam lætitiam, quàm grauitatem animi, atque constantiam. quare illam quidem dimittamus, & suis se finibus tenere iubeamus, ne blanditiis eius, illecebrisque impediatur disputandi seueritas. quærendum est enim, vbi sit illud summū bonum, quod reperire volumus. quoniam & voluptas ab eo remota est, & eadem[d] ferè cōtra eos dici possunt, qui vacuitatem doloris finē bonorum esse voluerunt. Nec verò ita vllum probetur summum bonum, vt virtute careat: qua nihil potest esse præstantius. Itaque quam quam in eo sermone, qui cum Torquato est habitus, non remissi fuimus: tamē hæc[e] acrior est cum Stoicis parata cōtentio. quæ enim de voluptate dicuntur, ea nec acutissimè, nec absconditè disseruntur. neque enim qui defendunt eam, versuti in differendo sunt, nec, qui contrà dicunt, causam difficilem repellunt[f]. Ipse etiam dicit Epicurus, ne argumentandum quidem esse de voluptate, quòd sit positū eius iudicium in sensibus, vt commoneri nos satis sit, nihil attineat doceri. quare illa nobis simplex fuit in vtramque partem disputatio. nec enim in Torquati sermone quidquam implicatū, aut tortuosum fuit: nostráque[g], vt mihi videtur, dilucida oratio. Stoicorum autem nō ignoras quàm sit subtile, vel spinosum potiùs, differendi genus: idque cùm Græcis, tū magis nobis, quibus etiam verba[h] parienda sunt, imponendáque noua nouis rebus nomina, quod A quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitās, in omni arte, cuius vsus vulgaris communísque non sit, multam nouitatem nominū esse, cùm constituantur earū rerū vocabula, quæ in quaque arte versentur. Itaque & dialectici, & physici verbis vtuntur iis, quæ ipsi Græciæ[a] nota non sunt. geometræ verò, musici, grāmatici, etiā more quodam loquūtur suo. itē ipsæ rhetorū artes, quæ sunt totæ forenses, atque populares, verbis tamē in dicēdo quasi priuatis vtūtur, ac suis. Atque, vt omittā has artes eleganteis, & ingenuas, ne opifices quidē tueri sua artificia possent, nisi vocabulis vterētur nobis incognitis, vsitatis sibi. Quin etiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus versatur, nominibus notauit nouis. quo magis hoc philosopho faciendū est. *ars est enim philosophia vitæ*: de qua disserēs arripere verba de foro non pōt. Quāquam ex omnibus philosophis Stoici plurima nominauerūt[b]. Zeno[c] quoque eorū princeps non tā rerū inuentor fuit, quàm nouorū verborum. Quòd si in ea lingua, quā plerique vberiorem putāt, concessum[d] à Græcia est, vt doctissimi homines de rebus nōe peruulgatis, inusitatis verbis vterētur: quāto id vel nobis magis est cōcedendū, qui ea nūc primū audemus attingere? Etsi, quod sæpe diximus, & quidē cū aliqua querela nō Græcorū modò, sed etiā eorū, qui se Græcos magis, quàm nostros haberi volunt, nos[f] nō modò nō vinci à Græcis verborū copia, sed esse in ea etiā supe riores: elaborandū est, vt hoc nō in nostris solū artibus, sed etiā in illorū ipsorum cōsequamur. quāquā ea verba, quib[v] ex instituto veterū vtimur pro Latinis, vt ipsa philosophia, vt rhetorica, dialectica, grāmatica, geometria, musica, quāquā Latinè ea dici poterāt, tamē, quoniā vsu percepta sunt, nostra ducamus. Atq; hæc quidē de rerū nominibus. De ipsis rebus aut ē sæpenumero, Brute, vereor, ne reprehendar, cū hęc ad te scribā, qui tū[h] in philosophia, tū in optimo genere philosophię tantùm proficeris, quod si facerem, quasi te eruditū, iure repre-

a id est honestati.*

b L. dulcedinem corporis titillantem, ex eāve natam lætitiam.*

c Vetus Vrsini titillationem, ex eāve natam lætitiam.*

d voluptatē, & nihil dolere non esse summum bonum.*

e hoc enim & sequente libro pro Stoicis & aduersus Stoicos disputatur.*

f fort. refellunt

P. B.

g fort. totáque

h verba cuique arti & scientiæ propria.*

a al. scientiæ.*

b nouarunt.

c Stoicorum princeps Zeno vide Lucullum libro 4. in fi. & libro 3. in principio non.

d al. concessit.

p. xci.

sum ch. al. concessum à Græcis ch. e al. non per ugatis, f. Latini vsi sint. Supplementa sunt ista.

g fit ablat. quoniam vsu recepta sunt, al. quoniam vsu capta sunt, &c.

h I. cùm in omni phil.

reprehenderer. sed ab eó plurimum absum: neque, vt ea cognoscas, quæ tibi notissima sunt, ad te mitto, sed quia facillimè in nomine tuo acquiesco, & quia te habeo æquissimum eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem[a], & iudicem. Attendes igitur, vt soles, diligenter, eámque cõtrouersiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo[b] tuo, diuino, ac singulari viro. Nam, in Tusculano cùm essem, vellémque è bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris vti, véni in eius villam, vt eos ipse (vt soleb.m) inde promerem. quò cùm venissem, M. Catonem[c], quem ibi esse nesciebam, vidi in bibliotheca sedentem. multis circumfusum Stoicorum libris. erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat: quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipsa curia soleret legere sæpe, dum senatus cogeretur, nihil operæ reip. detrahés, quo magis tum in summo otio, maximáque copia quasi *heluo librorum*, si hoc verbo in[e] tã clara re vtendum est, videbatur. Quod[f] cùm accidisset, vt alter alterum nec-opinatò videremus, surrexit statim. deinde prima illa, quæ in congressu solemus: 2 ¶Quid, tu, inquit, huc[g] à villa enim, credo: &, si ibi te esse scissem, ad te ipse venissem. 3 ¶Heri, inquam, ludis cõmissis, ex vrbe profectus veni ad vesperam. causas[g] enim fuit huc veniendi, vt quosdam hinc libros promerem: & quidem, Cato, totam hanc copiam iam Lucullo nostro notam esse oportebit. nam his libris eum mâlo, quàm reliquo ornatu villæ delectari. est enim mihi magnæ curæ: quamquam[h] quidem hoc proprium tuum munus est, vt ita eruditiatur, vt & patri, & Scipioni nostro, & tibi tam propinquo respondeat. Laboro autem non sine causa. nam & aui eius memoria moueor (nec enim ignoras, quanti fecerim Scipionem: qui, vt opinio mea fert, in principibus iam esset, si viueret) & Lucullus mihi versatur ante oculos, vir tum[i] omnibus excellens, tum mecum & amicitia, & omni voluntate, sententiáque coniunctus. 4 ¶Præclarè, inquit, facis, cum & eorum memoriam tenes, quorum vterque tibi testamento liberos suos commendauit, & puerum diligis. Quòd autem meum munus dicis, non equidem recuso: sed te adiungo socium. addo etiam illud, multa iam mihi dare signa puerum & pudoris, & ingenij: sed ætate vides. 5 ¶Video equidem, inquam: sed infirmi[k] tamen iam debet iis artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. 6 Sic[l] equidem, diligentiùs, sæpiúsque ista loquemur inter nos. agemúsque communiter. sed resideamus[m], inquit. si placet.

7 ¶Itáque fecimus. 8 ¶Tum ille: Tu autem, cùm ipse tantum librorum habeas, quos hîc tandem requiris? 9 ¶Commentarios quosdam, inquam, Aristotelicos[n], quos hîc sciebam esse, veni vt auferrem, quos legerem, dum essem otiosus: quod quidem nobis (vt scis) non sæpe contingit. 10 ¶Quàm vellé, inquit, vt[o] te ad Stoicos inclinasses[p]: erat enim, si cuiusquam, certè tuum. *nihil prater virtutem in bonis ducere.* 11 ¶Vide, ne magis, inquam, tuum fuerit, cum[q] in re idem tibi, quod mihi videretur, non noua te rebus nomina imponere. ratio enim nostra consentit, oratio pugnat. 12 ¶Minimè verò, inquit ille, consentit, quidquid enim præter id, quod honestum sit, expetendum esse dixeris, in bonisque numeraueris: & honestum ipsum, quasi virtutis lumen, exstinxeris, & virtutem penitus euerteris. 13 ¶Dicuntur ista, Cato, magnificè, inquam: sed vidésne verborum gloriam tibi cum Pyrrhone, &[a] Aristone, qui omnia exæquent, esse communem[a] de quibus, cupio scire, quid sentias. 14 ¶Ergóne quæris, inquit, scire, quid sentiam[a] quos bonos viros, forteis, iustos, moderatos aut audiuimus in rep. fuisse, aut ipsi vidimus: qui sine vlla doctrina naturâ ipsam secuti, multa laudabilia fecerũt: eos me liùs à natura institutos fuisse, quàm institui potuissent à philosophia, si vllam aliam probauissent, præter eam, quæ nihil aliud in bonis habet, nisi honestum: nihil, nisi turpe, in malis: ceteræ[b] philosophorum disciplinæ, omnino alia magis, alia minùs, sed tamen omnes, quærem vllam virtutis expertem aut in bonis, aut in malis numerent, eas non modò nihil adiuuare arbitror, neque afferre, quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam. nam si hoc non obtineatur, *id solum bonum esse, quod honestum sit*[c]: nullo modo probari possit, beatam vitam virtute effici. quòd si ita sit: cur opera philosophiæ sit danda, nescio. si enim sapiens aliquis miser esse possit, nę ego istâ gloriosam, memorabilémque virtutem non[d] magno æstimandam putem. 15 ¶Quæ adhuc, Cato, à te dicta sunt, eadem, inquam, dicere posses, si sequerere Pyrrhonem, aut Aristonem. nec enim ignoras, his istud honestum, non summũ modò, sed etiam (vt tu vis) solum bonum videri. quod si ita est, sequitur id ipsum, quod te velle video, omneis[e] semper beatos esse sapienteis. hósne igitur laudas, & hanc eorum sententiam sequi nos censes oportere?

16 ¶Minimè verò ist[a] rum quidem, inquit. cùm enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum quæ secundum naturam sint habere delectum[f]: qui omnia sic exæquauerunt, vt ingvtramque partem ita paria redderent, vti nulla selectione vterentur eius[h], virtutem ipsam sustulerunt. 17 ¶Istud quidem, inquam, optimè dicis: sed quæro, núnne[i] tibi faciendũ idem sit, nihil dicenti bonum, quod non rectum, honestúmque sit, reliquarum rerum discrimen omne tollenti? 18 ¶Si quidem, inquit, tollerem: sed relinquo. 19 ¶Quónam modo inquam, si vna virtus, vnũ istud, quod honestum appellas, rectum, laudabile, decorũ (erit enim notius quale sit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus) id ergo, inquã, si solum est bonum, quid habebis præterea, quod sequare? aut, si nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, prauum, flagitiosum, fœdum, vt hoc quoque pluribus nominibus insigne faciamus: quid præterea dices esse fugiendum? 20 ¶Non ignoranti, inquit, tibi, quid sim dicturus. sed aliquid, vt ego suspicor, ex mea breui responsione arripere cupienti, non respondebo ad singula: explicabo potiùs, quoniam otiosi sumus, nisi alienũ putas, totam Zenonis, Stoicorúmque sententiam. 21 ¶Minimè id quidem inquam, alienum: multúmque ad ea, quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit. 22 ¶Experiamur igitur, inquit, etsi habet hæc Stoicorum ratio difficilius quiddam, & obscurius. nam cùm in Græco sermone hæc[k] ipsa quondam rerum nomina nouarum non videbantur, quæ nunc consuetudo diuturna triuit: quid cẽses in La-

a Pyrrho honesti & turpis ἀδιαφορίαν introducebat, & negabat quidquam natura honestum aut turpe esse, sed consuetudine tantum & lege. Ab hoc Pyrrhone magistro discipuli Pyrrhonii dicti à dogmate ζητητικοὶ, quod semper verum quærerent: σκεπτικοὶ, quod semper quærant nihil inuenias, ἐφεκτικοὶ, quod post inuentionem ambigant: P. B. ζητητικοὶ, quòd semper dubitent. *vide Laertium libro 9 in Pyrrhone.**

b L. ceteras philosophorum disciplinas, omnino aliam magis, aliam minùs, sed tamen omneis, quæ rem vllam aut virtutis expertẽ in bonis, aut vitii, in malis numerẽt, eas non modo, &c.

c *al.* sit id solum malum. quod turpe: nullo modo &c.*

d L. non magni æstim.

e *vel ita* omneis sapienteis semper beatos esse.*

f *al.* dilectũ: g id est, vt honestum, ita & turpe nullum esse na-

P. XCIII. tura tale, sed lege & consuetudine.*

h *vox*, ejus *delenda*

i L. nónne tibi faciendũ &c.

k L. hæc ipsa quondam rerum nomina nouarum non videbantur, quæ

stino fore? 23 ¶Facillimum id quidem est, inquam. si enim Zenoni licuit, cùm rem aliquam inuenisset inusitatam, inauditum quoq; ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? nec[a] tamen exprimi verbum è verbo necesse erit, vt interpretes indiserti solent, cùm sit verbum, quod idem declaret, magis[b], minúsve vsitatum. equidem soleo etiam quod vno Græci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere: & tamen puto concedi nobis oportere, vt Græco verbo vtamur. siquando minùs occurret Latinum, ne hoc ephippiis, & acratophoris, potiùs, quàm proegmenis[c], & apoproegmenis, concedatur. quamquam hæc quidem proposita[d] rectè, & reiecta dicere licebit. 24 ¶Bene facis, inquit. quòd me adiuuas: & istis quidem, quæ modò dixisti, vtar potiùs Latinis. in ceteris subuenies, si me hærentem videbis. 25 ¶Sedulò, inquam, faciam. *Sed fortuna fortis.* quare conare, quæso. quid enim hoc possumus agere diuinius?

26 ¶Placet his, inquit, quorum ratio mihi probatur, *simúlatque natum sit animal* (hinc enim est ordiendum) *ipsum sibi conciliari, & commendari ad se conseruandum, & ad suum statum, & ad ea, quæ conseruantia sunt eius status, diligenda: alienari autem ab interitu, iisque rebus, quæ interitum videantur afferre.* id ita esse sic probant, quòd antè quàm voluptas, aut dolor attigerit, salutaria appetant parui, aspernentúrque contraria. quod non fieret, nisi statum suum diligerent, interitum timerent. fieri autem non posset, vt appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui, eóque se, & sua diligerent. ex quo intelligi debet, principium ductum esse à se diligendi[e]. In principiis autem naturalibus diligendi sui, plerique Stoici non putant voluptatem esse ponendam. quibus ego vehementer assentiorme, si voluptatem natura posuisse in iis rebus videatur, quæ primæ appetuntur, multa turpia sequantur. satis esse autem argumenti videtur. quamobrem illa, quæ natura prima sunt ascita, natura diligamus, quòd est nemo, quin, cùm vtrumuis liceat, aptas malit, & integras omneis partes corporis, quàm eodem vsu imminutas, & detortas habere. cognitiones autem (vel, si hæc verba minùs placent, aut minùs intelliguntur, *καταλήψεις* appellemus licet) eas igitur ipsas propter se ascisscendas arbitramur, quòd habeant quiddam in se quasi complexum, & contineus veritatem. id autem in paruis intelligi potest: quos delectari videamus, etiam si eorum nihil intersit, si quid ratione per se ipsi inuenerunt. arteis etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumtione, tum quòd constent ex cognitionibus, & contineant quiddam in se ratione constitutum, & via. à falsa autem assensione magis nos alienatos[g] esse, quàm à cæteris rebus, quæ sunt contra naturam, arbitrantur[h]. Iam membrorum, id est, partium corporis alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata, vt manus, crura, pedes, & ea, quæ sunt intus in corpore. quorum vtilitas quanta sit, à medicis etiam disputatur: alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ, atque barba. Hæc dicuntur fortasse ieiuniùs. sunt enim quasi prima elementa naturæ: quibus vbertas orationis adhiberi vix potest, nec equidem eam cogito consectari: verumtamen cùm de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt. ita fit cùm grauior, tum etiam splendidior oratio.

27 ¶Est vt dicis, inquam: sed tamen omne, quod de re bona dilucidè dicitur, mihi præclarè dici videtur. istiusmodi autem res dicere ornatè velle, puerile est: planè autem, & perspicuè expedire posse, docti, & intelligétis viri,

28 ¶Progrediamur igitur, quoniá, inquit, ab his principiis naturæ discessimus: quibus congruere debent, quæ sequuntur. sequitur autem prima diuisio hæc. Æstimabile[a] esse dicitur: sic enim, vt opinor, appellamus id, quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, vt selectione dignũ propterea sit, quòd aliquod pondus habeat dignum æstimatione: quam ille *ἀξίαν* vocat: contráque inæstimabile, quod sit superiori contrarium. initiis igitur ita constitutis, vt ea, quæ secundum naturam sunt, ipsa propter se sumenda sint, contrariáque item reiicienda[b]: *primum est officium* (id enim appello *καθῆκον*) *vt se conseruet in naturæ statu*: deinceps vt ea teneat, quę secundum naturam sint, pellátque contraria: quæ, inuenta selectione, & item reiectione, sequuntur: deinceps[c] cum officio selectio. deinde ea perpetua, tum ad extremum constans, consentaneáque naturæ: in qua primùm inesse incipit, & intelligi, quid sit, quod verè bonum possit dici. prima est enim conciliatio hominis ad ea, quæ sunt secundum naturam. simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potiùs, quam appellant *ἔννοιαν* illi, vidítque rerum agendarum ordinem, &, vt ita dicam, concordiam: multò eam pluris æstimauit, quàm omnia illa, quæ primùm dilexerat: atque ita cognitione, & ratione collegit, vt statueret, in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum, & expetendum bonum, quod cùm positum sit in eo, quod *ὁμολογίαν* Stoici, nos appellemus conuenientiam, si placet: cùm igitur in eo sit id bonum, quòd referenda sunt omnia honestè facta, ipsámq; honestum, quod in bonis ducitur, quamquam pòst oritur, tamen id solum, vi sua, & dignitate expetendũ est: eorum autem, quæ sunt primæ naturæ, propter se nihil est expetendum. Cùm verò illa, quæ officia esse dixi, proficiscantur ab initiis naturæ: ad ea hæc referri necesse est. vt rectè dici possit, omnia officia eò referri, vt adipiscamur principia naturæ: nec tamen vt hoc sit bonorum vltimum, propterea quòd non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio. consequens enim est, & pòst oritur, vt dixi. est tamen ea secundum naturam, multóque nos ad se expetendam magis hortatur, quàm superiora omnia. sed ex hoc primùm error tollendus est, nequis[h] sit, qui existimet, vt duo sint vltima bonorum. Vtenim, sicui sit propositum, collimare[i] hastam aliquò, aut[k] fagitam[l], sicut nos vltimum in bonis diximus: sic[m] illi facere omnia, quæ possit, vt[n] collimet. huic in eius similitudine omnia sint facienda, vt[o] collimet, & tamen vt omnia faciat, quo propositum assequatur. sed non hoc, quasi vltimum, quale nos summum in vita bonum dicimus: illud autem, vt feriat, quasi seligendum, non expetendum. Cùm autem omnia officia à principiis naturæ proficiscantur, ab iisdem necesse est proficisci ipsam fa-

a sic Horatius *in arte*, Nec verbum verbo curabit reddere fidus Interpres.*

b *fort.* magis vsitatum.

c dixi libro 7. vide Laertium in Zenone.*

d *al.* præpo-¶ita

e. 8.

e *al.* diligendo.*

f *v.c.* catalepsis

g *fort.* alienos esse.

h *al.* arbitrantur.*

a *Æstimabile esse dicitur (scribit Cicero) quia dignum est, aut ipsum per se, aut id, quod efficit.*

b *Prima officia.*

c *Deinceps officium selectio.*

d *Atque ita cognitione, & ratione collegit.*

e *al.* in ea.

f *Quo referenda omnia hoc facta: ipsum honestum, &c. fortasse legendum.*

g *al.* prima naturæ.

h v. 6. p. 8.

i *al.* collineet.

k *al.* aut sagitam.

l *Sagitta, hastile, gestamen, omnia sinit facienda, vt collineet, tamen vt omnia faciat, quo propositum assequatur. sed non hoc, quasi vltimum, quale nos summum in vita bonum dicimus: illud autem, vt feriat, quasi seligendum, non expetendum. Cùm autem omnia officia à principiis naturæ proficiscantur, ab iisdem necesse est proficisci ipsam fa-*

m *al.* sic illi facere omnia, quæ possit, vt collimet. huic in eius similitudine omnia sint facienda, vt collimet, & tamen vt omnia faciat, quo propositum assequatur. sed non hoc, quasi vltimum, quale nos summum in vita bonum dicimus: illud autem, vt feriat, quasi seligendum, non expetendum. Cùm autem omnia officia à principiis naturæ proficiscantur, ab iisdem necesse est proficisci ipsam fa-

n *al.* vt collineet.

o *al.* vt collineet.

pientiam. Sed quemadmodum sæpe sit, vt is, qui commendatus sit alicui, pluris eum faciat, cui commendatus sit, quàm illum, à quo sit: minimè[a] mirum est, primò nos sapientiæ cõmendari ab initiis naturæ, pòst autem ipsam sapientiam nobis cariorem fieri, quàm illa sint, à quibus ad hanc venerimus. atque vt membra nobis ita data sunt, vt ad quandam rationem viuendi data esse appareant[b]: sic appetitio animi, quæ ὁρμὴ Græcè vocatur, non ad quoduis genus vitæ, sed ad quandam formam viuendi videtur data: itémque & ratio, & perfecta ratio. Vt enim histrioni actio, saltatori motus, non quiuis, sed certus quidam est datus: sic vita agenda est certo genere quodam, non quolibet: quod genus conueniens, consentaneúmque dicimus. nec enim gubernationi, aut medicinæ similem sapientiam esse arbitramur: sed actioni illi potiùs, quam modò dixi, & saltationi, vt in ipsa arte insit, non foris petatur extremum, id est, artis effectio. & tamen est etiam alia cum his ipsis artibus sapientiæ dissimilitudo, propterea quòd in illis, quæ rectè facta sunt, non continentur tamen omnes partes, ex quibus constant. quæ autem nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα[c], omneis numeros virtutis continent. sola enim sapientia in se tota conuersa[d] est: quod idem in cæteris artibus non fit. Inscitè autem medicinæ, & gubernationis vltimum cum vltimo sapientiæ comparatur. sapientia enim & animi magnitudinem complectitur, & iustitiam, & vt omnia, quæ homini accidant, infra se esse iudicet: quod idem in ceteris artibus non contingit. Tenere autem virtutes eas ipsas, quarum modò mentionem feci, nemo potest, nisi statuerit, nihil esse, quod interfit, aut differat aliud ab alio, præter honesta, & turpia. Videamus nunc, quàm sint præclarè illa iis, quæ iam posui, consequentia. cùm enim hoc sit extremum (sentis enim, credo, me iam diu, quod τέλος[e] Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum vltimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo, aut vltimo dicere) cùm ergo hoc sit extremum, congruenter naturæ, conuenienterque viuere, necessariò sequitur, omneis sapienteis semper felicitèr, absolutè, fortunatè viuere, nulla re impediti, nulla prohiberi, nulla egere. Quod autem continet non magis eam disciplinam, de qua loquor, quàm vitam fortunásque nostras, id est, vt, quod honestum sit, id solum bonum iudicemus. Poterit id quidem fusè, & copiosè, & omnibus electissimis[f] verbis, grauissimisque sententiis rhetoricè & augeri, & ornari: sed confectaria me Stoicorum, breuia, & acuta delectant. Concluduntur igitur eorum argumenta sic: Quod est bonum, omne laudabile est, quod autem laudabile est, omne honestũ est, bonum igitur quod est honestum est. Satisne hoc conclusum videtur? 29 ¶ Certè. 30 ¶ Quod enim efficiebatur ex his duobus, quæ erant sumta in eo, vides esse conclusum, duorum autem, e quibus effecta conclusio est, contra superius dici solet, Non omne bonum esse laudabile. nam[h] quod honestum sit, laudabile esse conceditur. Illud autem perabsurdum, Bonum esse aliquid, quod non expetendum sit: aut expetendum, quod non placens: aut, si id, non etiam diligendum. ergo & probandum. ita etiam laudabile. id autem honestum. ita fit, vt, quod bonum sit, id etiam honestum sit. Deinde quæro, quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata? de sola igitur beata. ex quo efficitur, gloriatione, vt ita dicam, dignam esse beatam vitam: quod[a] non possit quidem nisi honestæ vitæ iure contingere. ita fit, vt honesta vita, beata vita sit. & quoniam is, cui[b] contingit, vt iure laudetur, habet insigne quiddam ad decus & ad gloriam, vt ob ea, quæ tanta sint, beatus dici iure possit: idem de vita talis viri rectissimè dicitur, ita, si beata vita honestate cernitur: quod honestum est, id[c] bonum solum habendum est. Quod verò negari nullo modo possit, quem vmquam stabili, & firmo, & magno animo, quem fortem virum dicimus effici posse, nisi constitutum sit, non esse malum dolorem? Vt enim qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere: sic nemo vlla in re potest id, quod malum esse decernit, non curare, idque contemnere. quo posito, & omnium assensu approbato, illud assumitur, eum, qui magno sit animo, atque forti, omnia, quæ cadere in hominem possint, despicere, & pro nihilo putare. quæ cùm ita sint, effectum est, nihil esse malum, quod turpe non sit. Atque iste vir altus, & excellens, magno animo, verè fortis, infra se omnia humana ducens, is, inquam, quem efficere volumus, quem quærimus, certè & confidere sibi debet, & suæ vitæ & actæ, & consequenti: & benè de se iudicare, statuens nihil mali posse incidere sapienti. Ex quo intelligitur idem[d], illud solum bonum esse, quod hõestum sit, idque[e] esse beatè viuere, honestè, id est, cum virtute viuere. Nec verò ignoro varias philosophorum fuisse sententias, eorum dico, qui summum bonum, quod vltimum appello, in animo ponerent, quas quamquam vitiosè quidam secuti sunt, tamen non modò his tribus, qui virtutem à summo bono segregauerunt, cùm aut voluptatem, aut vacuitatem doloris, aut prima naturæ in summis bonis ponerent, sed etiam[f] alteris tribus, qui mancam[g] fore virtutem iudicauerunt, sine aliqua accessione, virtutem[h], ob eámque rem trium earum rerum, quas suprà dixi, singulas[i] singulis addiderunt: his tamen omnibus eos antepono, cuiusmodi[k] sunt, qui summum bonum in animo, atque in virtute posuerunt. Sed sunt tamen perabsurdi & ij, qui, cum scientia viuere, vltimum bonorum, & qui[l] nullam rerum differentiam esse dixerunt, atque ita sapientem beatum fore, nihil aliud alij momento vllo anteponentem: vt quidam Academici constituisse dicuntur, extremum bonorum, & summum munus esse sapientis, obsistere[m] visis, assensúsque suos firmè sustinere. His singulis copiosè responderi solet. sed quæ peripatetica sunt, longa esse non debent. Quid autem apertius, quàm, si selectio nulla sit ab iis rebus, quæ contra naturam sint, earum rerum: quæ sint secundum naturam, tollatur[n] omnis ea, quæ quæratur, laudetúrque prudentia? Circumscriptis igitur iis sententiis, quas posui, & iis, quæ similes earum sunt, relinquitur, vt summum bonum sit, Viuere, scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eueniant, seligentem, quæ secundum naturam, & o, si quæ etiam contra naturam sunt, reiicientem, id est, conuenienter, congruentérque naturæ viuere. Sed in cæteris artibus cùm[p] dicitur

a L. sic mini nõ

b L. apparean

c officium duplex à Cicerone initio officiorum distinctum.

d P. B. eram, quod ἀπροσπτωσία: alterum commune quod κατόρθωμα vocant.* * fort. versa etc.

e ἄκρον pro extremo, vltimo, summo, & fine.*

f al. legisti-

g L. quæ ea sumta, ea eo, vides esse conclusum.

h L. nã quod laudabile

P. XCVI. sathon-Rum esse concedi non inter aliud autem sequitur.

a fort. quod ne possit quidem nisi hon.

b al. cui contigit,

c al. id solũ bonum hab.

d L. idem illud, solum b.

e al. idémque esse beatè viuere, & honestè &c.

f al. & iam. Ita apud Nonium cap. 2. in Mançum 538.*

g id est debilem. Ita Nonius illo loco.*

h al. accessione virtutum. Ita apud Nonium illo loco.*

i v.c. singulis singulas addiderunt: L. singuli singulas addid. f al. singulas singuli.*

k L. cuiuscuiusmodi sunt, &c. al. cuicuimodi sunt,

l Hi Pyrrhonii, vt antea dixi.*

m Summum bonum Academicorũ.*

n L. fere vt tollatur omnis ea.

o L. & quæ eriam contra.

P. XCVII. p L. quod dicitur

artificiosè, posterum quodam modo, & consequens putandum est: quod illi ἐπηρτημένον appellant. quod[a] autem in quo sapienter dicimus, id apprimè rectè dicitur. quidquid enim à sapiente proficiscitur, id continuò debet expletum esse omnibus suis partibus. in eo enim positum est id, quod dicimus esse ex petendum. nam vt peccatum est, patriam prodere, parenteis violare, fana depeculari, quæ sunt in effectu: sic timere, sic mærere, sic in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. verùm vt hæc non in posteris, & in consequentibus, sed in primis cõtinuò peccata sunt: sic ea, quæ proficiscuntur à virtute, susceptione prima non perfectione, recta sunt iudicanda. Bonum[b] autem, quod in hoc sermone toties vsurpatum est, id etiam definitione explicetur. Sed eorum definitiones paullum oppidò inter se differunt, & tamen eódem spectant. Ego assentior Diogeni, qui *bonum* definierit, *id quod esset natura absolutum*. id[c] autem sequẽs, illud quod prodesset (ὠφέλιμον enim sic appellemus) motum, aut statum esse dixit, è natura absoluta. Cúmque rerum notiones in animis fiant, si aut vsu aliquid cognitum sit, aut coniunctione, aut similitudine, aut collatione rationis: hoc quarto, quod extremum posui, bonorum[d] notitia facta est. cùm enim ab iis rebus, quæ sunt secundum naturã, adscendit animus collatione rationis, tum ad notionem boni peruenit. Hoc autem ipsum bonum, non accessione, neque crescendo, aut cũ ceteris comparando, sed propria vi sua & sentimus, & appellamus bonum. VT enim mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur: sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimandum, sed ea æstimatio genere valet, non magnitudine. nã cùm æstimatio, quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit, neque rursus in malis: quãtumcumque eò addideris, in suo genere manebit. alia est igitur propria æstimatio virtutis: quæ genere, non crescendo, valet. Nec verò perturbationes animorum, quæ vitam insipientium miseram, acerbámque reddunt: quas Græci πάθη[e] appellant (poteram ego verbum ipsum interpretans, morbos appellare: sed non conueniret ad omnia: quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam, morbum solet dicere? at illi dicunt πάθος. sit igitur perturbatio, quæ nomine ipso vitiosa declarari videtur: *nec*[f] hæ perturbationes vi aliqua naturali mouentur: omnésque hæ sunt genere quattuor partibus plures, ægritudo, formido, libido, quámque Stoici communi nomine corporis & animi, ἡδονὴν[g] appellant, ego malo lætitiã appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam. perturbationes[h] autem nulla naturæ vi commouentur: omniáque ea, sunt opiniones, ac iudicia leuitatis. itaque his sapiens semper vacabit. Omne autem, quod honestum sit, id esse propter se expetendum, commune nobis est cum multorum aliorum philosophorum sententiis. præter enim treis disciplinas, quæ virtutem à summo bono excludunt, ceteris omnibus philosophis hæc est tuenda sententia, maximè[i] tamen his Stoicis, qui nihil aliud in bonorum numero, nisi honestum, esse voluerunt. Sed hæc quidem est perfacilis, & perexpedita defensio. quis est enim, aut quis vmquam fuit aut auaritia tam ardenti, aut tam effrænatis cupiditatibus, vt eandem illam rem, quam adipisci scelere quouis velit, non multis partibus malit ad se fe, etiam omni impunitate proposita, sine facinore, quàm illo modo peruenire? Quam verò vtilitatem, aut quem fructum petentes, scire cupimus, illa, quæ occulta nobis sunt, quò[a] moueantur, quibúsque de causis ea versentur in cælo? quis autem tam agrestibus institutis vixit, aut quis contra studia naturæ tam vehementer obdurauit[b], vt à rebus cognitu dignis abhorreat, eásque sine voluptate, aut vtilitate aliqua non requirat, & pro nihilo putet? aut quis est, qui maiorum, aut Africanorum, aut eius, quem tu in ore semper habes, proaui mei, ceterorúmque virorum fortium, atque omni virtute præstantium, facta, dicta, consilia cognoscens, nulla animo afficiatur voluptate? quis autem honesta in familia institutus, & educatus[c] ingenuè, non ipsa turpitudine, etiam si eum læsura non sit, offenditur? quis animo æquo videt eum, quem impurè, ac flagitiosè putet viuere? quis non odit sordidos, vanos, leueis, futileis? Quid autem dici poterat[d], si turpitudinem non ipsam per se fugiendam esse statuerimus[e], quò minùs homines tenebras, & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat? Innumerabilia dici possunt in hanc sententiam: sed non necesse est. nihil est enim, de quo minùs dubitari possit, quàm & honesta, expetenda per se, & eodem modo turpia, per se esse fugienda. Constituto autem illo, de quo antè diximus, quod honestum sit, id esse solum bonum: intelligi necesse est, pluris id, quod honestum sit, æstimandum esse, quàm illa media, quæ ex eo comparentur. stultitiam autem, & temeritatem, & iniustitiam, & intemperantiam cùm dicimus esse fugienda propter eas res, quæ ex ipsis eueniant, non ita dicimus, vt cùm illo, quod positum est, solũ id esse malum, quod turpe sit, hæc pugnare videatur oratio: propter ea quòd ea non ad corporis incommodum referuntur, sed ad turpeis actiones, quæ oriuntur è vitiis. quas enim Græci κακίας appellant, vitia mâlo, quàm malitias nominare.

31 ¶ Hæc[f] tu, inquam, Cato, verbis illustribus, & id, quod vis, declarantibus. Itaque mihi videris Latinè docere philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare: quæ quidem adhuc peregrinari Romę videbatur, nec offerre sese nostris sermonibus[g]. &[h] ista maximè propter inopiam quandam & rerum, & verborum tenuitatem. scio enim esse quosdam, qui[i] quãquis lingua philosophari possint, nullis tamen partitionibus, nullis definitionibus vtuntur[k] ipsi, qui dicunt, ea se modò probare, quibus natura tacita assentiatur. Itaque in rebus minimè obscuris non multus est apud eos dissendi labor. Quare attendo te studiosè, & quæcumque tebus iis, de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ mando. mihi enim erit iisdem istis fortasse iam vtendum. Virtutibus igitur rectissimè mihi videris, & ad consuetudinem nostræ orationis, vitia posuisse contraria. quod enim vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam à vitio dictum vituperari. sin κακίαν, malitiam dixisses, ad aliud nos vnum certum vitium consuetudo Latina traduceret. hoc omni virtuti vitium contrario nomine op-

a L. quod autem in aliquo sapienter dicimus, id, &c.

b Boni definitio.*

c L. Id autẽ sequens illud, quod prod. ‖ *al.* Id autem sequens illud etiam: *Lamb.* sequens autem illud, etiam id quod prodesset.* d L. boni notitia

P. E.

e πάθη pro perturbationibus.*

f L. nec hæ igitur perturbationes, &c.

g ἡδονὴ seu voluptas.*

h *fort.* perturbationes, inquam, nulla naturæ vi comm.

i *fort.* maximè tamen Stoicis: qui nihil aliud, &c. *fort.* maximè tamen his qui nihil aliud, &c.

a L. qui moueantur,

b L. obdurauit,

c *al.* & educatus ingenuè,

d *al.* L. poterit, e *al.* statuerimus,

P. E.

f L. Nec vero inquam, & ita vero.

g *fort.* sermonibus audet. h *vel.* & ibi maxime; præsertim quando *fort.* & maxime præsertim quando *fort.* & maxime tamen Stoicis: qui nihil aliud, &c. i L. qui quãquis lingua philosophari possint. k L. vtuntur qui dicunt,

p. xcix.

ne opponitur. 32 ¶Tum Ille: His igitur ita positis, inquit, sequitur magna contentio: quæ per tractata est à Peripateticis molliùs. est enim eorum consuetudo dicendi non satis acuta, propter ignorationem dialecticæ. Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis, summáque eloquentia, rem in summũ discrimen adduxit: propterea quòd pugnare non destitit, in omni hac quæstione, quæ de bonis, & malis appelletur, non[a] esse rerum Stoicis cum Peripateticis controuersiam, sed nominum. mihi autem nihil tam perspicuum videtur, quàm has sententias eorum philosophorum re inter se magis, quàm verbis dissidere: maiorem multo habere Stoicos, & Peripateticos rerum omnino discrepãtiam, quàm verborum, quippe cùm Peripatetici omnia, quæ ipsi bona appellant, pertinere dicant ad beatè viuendum: nostri verò, quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putent. An verò certius quidquam potest esse, quàm[b] illa ratio eorum, qui dolorem in malis ponunt, non posse sapientẽ beatum esse, cùm eculeo torqueatur? Eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratio[c] certè cogit, vti in omnibus tormentis conseruetur beata vita sapienti. etenim si dolores eosdem tolerabiliùs[d] patiantur, qui excipiunt eos pro patria, quàm qui leuiore de causa: opinio facit, non natura, vim doloris aut maiorẽ, aut minorem. Ne illud quidem est consentaneum, vt, si, cùm tria genera bonorũ sint, quæ sententia est Peripateticorum, eò beatior quisque sit, quò sit corporis, aut externis bonis plenior, vt[e] hoc idem approbandum sit nobis, vt qui plura habeat, quæ in corpore magni æstimantur, sit beatior. illi enim corporis commodis compleri vitam beatam putant: nostri nihil minùs. nam cùm ita placeat, ne eorum quidem bonorum, quæ nos bona[f] naturæ appellemus, frequentia beatiorem vitam fieri, aut magis expetendam, aut pluris æstimandã: certè minùs ad beatam vitam pertinet multitudo corporis commodorum. etenim si & sapere, expetendum sit, & valere: coniunctum vtrumque magis expetendum sit, quàm sapere solùm, neque tamen, si vtrumque sit æstimatione dignum, pluris sit coniunctum, quàm sapere ipsum seperatum. nam qui valetudinẽ[g] æstimatione aliqua dignam videamus[h], neq; tamen eam in bonis ponimus, iidem censemus nullam esse tantam æstimationem, vt ea virtuti anteponatur. quod idem Peripatetici non tenent: quibus dicendum est, quæ & honesta actio sit, & sine dolore, eam magis esse expetendam, quàm si esset eadem actio cum dolore. nobis aliter videtur: rectè, secúsne, postea. sed potéstne rerum maior esse dissensio? Vt enim obscuratur, & offunditur luce solis lumen lucernæ, & vt interit magnitudine maris Ægæi, stilla muriæ: & vt in diuitiis Crœsi, teruncij accessio: & gradus vnus in ea via, quę est hinc in Indiam: sic, cùm sit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista rerum in corpore sitarum æstimatio, splendore virtutis, & magnitudine obscuretur, & obruatur, atq; intereat necesse est. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus ὠκαιρίαν[i]) non fit maior productione temporis (habent enim suum modum quæcumque opportuna dicuntur) sic recta effectio: κατόρθωσιν[k] enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα[a]) recta igitur effectio, item conuenientia. denique ipsum bonum, quod in eo positum est, vt naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. vt enim opportunitas illa, sic hæc, de quibus dixi, non fiunt tẽporis productione maiora: ob eámque causam Stoicis non videtur optabilior, nec magis expetenda beata vita, si sit longa, quàm si breuis: vtuntúrque simili. Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus: sic quorum omne bonum conuenientia, atque opportunitate finitur[b], nec plura paucioribus, nec longinquiora breuioribus anteponentur. nec verò satis acutè dicunt: Si bona valetudo[c] pluris æstimanda sit longa, quàm breuis, sapientiæ quoque vsus longissimus quisque sit plurimi. non intelligunt, valetudinis æstimationem spatio iudicari: virtutis, opportunitate: vt videantur qui illud dicant, iidẽ hoc esse dicturi, bonam mortem, & bonum partum, meliorem longum esse, quàm breuẽ. non vident, alia breuitate pluris æstimari: alia, diuturnitate. itaque consentaneum est his, quę dicta sunt, ratione illorum, qui illum bonorũ finem, quod appellamus extremum, quod vltimum, crescere putant posse, iisdem placere, esse alium alio etiam sapientiorem, itémque alium magis alio vel peccare, vel rectè facere. quod nobis non licet dicere: qui crescere bonorum finem non putamus. Vt enim qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si longè non absunt à summo, vt iã, iám, que possint emergere, quàm si etiam tum essent in profundo: nec Catulus ille, qui iam appropinquat, vt videat, plus cernit, quàm is, qui modò est natus: item qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominùs in miseria est, quàm ille, qui nihil processit. Hæc mirabilia videri intelligo. sed cùm certè superiora firma, ac vera sint, his autem ea consentanea, & consequentia: ne de eorum quidem veritate est dubitandum. sed quamquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere: attamen vtrũque eorum fundi quodammodo, & quasi dilatari putant. Diuitias autem Diogenes cẽset non eam modò vim habere, vt quasi duces sint ad voluptatem, &[d] ad valetudinem bonam, sed etiam vt ea contineant: non idem facere eas in virtute, neque in ceteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, continere autem non potest. itaque si voluptas, aut si bona valetudo[e] sit in bonis, diuitias quoque in bonis esse ponendas: at, si sapientia bonum sit, non sequi[f], vt etiam diuitias bonum esse dicamus: nec ab vlla re, quæ non sit in bonis, id, quod sit in bonis, contineri potest, ob eámque causam, quia[g] cogitationes, comprehensionésque rerum, è quibus efficiũtur artes, ad[h] appetitiones mouent: cùm diuitiæ non sint in bonis, nulla ars diuitiis contineri potest. quod si de artibus concedamus, virtutis tamen non sit eadem ratio, propterea quòd hæc plurimæ commentationis, & exercitationis indigeat: quod idem in artibus non sit: & quòd virtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius vitæ complectatur, nec eadẽ hæc in artibus esse videamus. Deinceps explicatur differentia rerum: quam si non vllam esse diceremus, confunderetur omnis vita, vt ab Aristone: nec vllum sapientiæ munus, aut opus inueniretur, cùm inter res eas, quæ ad vitam

a v.c. catorthoma)

P. C.

b ὁρίζεται

c v.c. valitudo

d v. c. & ad valitudinem bon.

e v.c. valitudo

f al. sequitur.*

g L. quia cognitiones, compr.

h L delet præpositionem ad.

degendam pertinerent, nihil omninò interesse, neque vllum delectum[a] adhiberi oporteret. itaque, cùm esset satis constitutum, id solum esse bonum, quod esset honestum, & id malum solum, quod turpe: tum inter hæc, & illa, quæ nihil valerent ad beatè, miserève viuendum, aliquid tamen, quo differrent, esse voluerunt, vt essent eorum alia æstimabilia, alia contrà. alia [b] neutrum. quæque autem æstimanda essent, eorum in aliis satis esse causæ, quamobrem quibusdam anteponerentur, vt in valetudine, vt in integritate sensuum, vt in doloris vacuitate[c]: vt gloriæ, diuitiarum, similium rerum alia autem non esse eiusmodi. Itémque eorum quæ nulla æstimatione digna essent, partim satis habere causæ, quamobrem reiicerentur, vt dolorem, morbum, sensuum amissionem, paupertatem, ignominiam, similia horum: partim non. Itémque hinc esse illud exortum, quòd Zeno προηγμένον[d], contráque quod ἀποπροηγμένον nominauit, cùm vteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus, ac nouis: quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. quamquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles. sed non alienum est, quo faciliùs vis verbi intelligatur, rationem huius verbi faciendi Zenonis exponere. Vt enim inquit, nemo dicit, in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (id enim est προηγμένον) sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proximè accedit, vt [e] secundus sit ad regium principatum: sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est, producta nominentur. quæ vel ita appellemus (id erit verbum è verbo) vel[f] promota, & remota, vel, vt dudum diximus, præposita, vel præcipua, & illa reiecta. re enim intellecta, in verborum vsu faciles esse debemus. quoniam autem omne, quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est, nec bonum esse, nec malum hoc, quod præpositum, vel præcipuum nominamus. itaque id definimus, quod sit indifferens, cum æstimatione mediocri. quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. neque enim illud fieri poterat vllo modo, vt nihil relinqueretur in mediis, quod aut secundum naturam esset, aut contrà: nec. cùm id relinqueretur, nihil in his poni, quod satis æstimabile esset: nec hæc posita, non aliqua essent præposita. Rectè igitur hæc facta distinctio est, atque etiam ab iis, quò faciliùs res perspici possit, hoc simile ponitur. Vt enim, inquiunt, si hoc fingamus esse quasi finem, & vltimum, ita iacere talum, vt rectus astiterit: qui ita talus erit iactus, vt cadat rectus, præpositum quiddam habebit ad finem: qui aliter, contrà: neque tamen illa prepositio talis ad eum, quem dixi, finem pertinebit: sic ea, quæ sunt præposita, referuntur illa quidem ad finem: sed ad eius vim, naturámque nihil pertinent. Sequitur illa diuisio, vt bonorum alia sint ad illud vltimum pertinentia, (sic enim appello, quæ πρὸς τὸ τέλος dicuntur: iam hoc ipsum instituamus, vt placuit, pluribus verbis dicere, quod vno non poterimus: vt res intelligatur) alia autem efficientia, quæ Græci ποιητικὰ, alia vtrumque. de pertinentibus, nihil est bonum, præter actiones honestas. de efficientibus, nihil præter amicum. Sed & pertinentem, & efficientem sapientiam volunt esse. nam quia sapientia est conueniés actio, est[a] illo pertinenti genere, quod dixi. quod[b] autem honestas actiones affert, & efficit, id efficiens dici potest. Hæc, quæ præposita dicimus, partim sunt per se ipsa præposita, partim quòd aliquid efficiunt. partim[c] vtrumque per se, vt quidam habitus oris, & vultus, vt status, vt motus: in quibus sunt & præponenda quædam, & reiicienda: alia ob eam rem præposita dicuntur, quòd ex se aliquid efficiant, vt pecunia: alia autem ob vtramque rem, vt integri sensus, vt bona valetudo. de bona autem fama (quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius est hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam) Chrysippus quidem, & Diogenes, detracta vtilitate, ne digitum quidem, eius causa, porrigendum esse dicebant. quibus ego vehementer assentior. qui autem post eos fuerunt, cùm Carneadem sustinere non possent, hanc, quam dixi, bonam famam, ipsam propter se præpositam, & sumendam ei se dixerunt, esseque hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, idque propter rem ipsam, non propter vsum: dicúntque, vt liberis consultum velimus, etiam si posthumi futuri sint propter ipsos: sic futuræ post mortem famæ tamen esse propter rem, etiam detracto vsu, consulendum. Sed, cùm, quod honestum sit, id solum bonum esse dicamus: consentaneum tamen est, fungi officio, cùm id officium, nec in bonis ponamus, nec in malis. est enim aliquid in his rebus probabile, & quidem ita, vt eius ratio reddi[d] possit. Est autem officium, quod ita factum est, vt eius probabilis[e] ratio reddi possit. ex quo intelligitur, officium medium quoddam esse, quod neque in bonis ponatur, neque in contrariis. quoniámque in iis rebus, quæ neque in virtutibus sunt, neque in vitiis, est tamen quiddam, quod vsui possit esse: tollendum id non est. Est autem eius generis actio quoque quædam, & quidem talis, vt ratio postulet agere aliquid, & facere, eorum. quod autem ratione actum[f] sit, id officium appellamus. Est igitur officium eius generis, quod nec in bonis ponatur, nec in contrariis. Atque[g] perspicuum etiam illud est, in istis rebus mediis aliquid agere sapientem. iudicat igitur, cùm agit, officium illud esse. quod quoniam numquam fallitur in iudicando, erit in mediis rebus officium: quod efficitur etiam hac conclusione rationis. Quoniam enim videmus esse quiddã, quod rectè factum appellemus, id autem est perfectum officium: erit[h] autem etiam inchoatum: vt, si iustè depositum reddere in rectè factis sit: in officiis ponatur, depositã reddere: illo enim addito, iustè, facit[i] rectè factum: per se autem hoc ipsum reddere, in officio ponitur: quoniámque non dubium est, quin in iis, quæ media dicimus, sit aliud sumendum, aliud reiiciendum: quidquid ita fit, aut dicitur, communi officio continetur. ex quo intelligitur, quoniam se ipsos omnes natura diligunt, tam insipientem, quàm sapientem, sumturum quæ secundum naturam sint, reiecturúmque contraria. Ita est quoddam commune officium sapientis, & insipientis. ex quo efficitur, versari in iis, quæ media dicamus. Sed[k] cùm ab his omnia profic. officia, non sine causa dicitur, ad ea referri omneis nostras cogitationes. in his & excessum è vita,

[a] dilectũ

[b] P. CI. l. alia neutrum: quæ autem æstimãda essent, &c.

[c] l. vacuitate, in gloria, diuitiis simil. lib. rebus: alia autem &c.

[d] Laertius 7. in Zenone, τῶν δὲ ἀδιαφόρων τὰ μὲν ἡγεῖσθαι προηγμένα, τὰ δὲ ἀποπροηγμένα. προηγμένα μὲν τὰ ἔχοντα ἀξίαν. ἀποπροηγμένα δὲ τὰ ἀπαξίαν ἔχοντα. Cæterum hîc Cicero προηγμένα producta, remota, præposita, præcipua appellat: ἀποπροηγμένα, reiecta.*

P. B. [c] fort. vt hic secundus, ille tertius sit ad regium princip.

[f] l. vel promota, vt illa remota: vel, vt dud.

[g] fort. vt nihil in his ponereturn, quod s.

[h] l. nec, hoc posito, vt nõ aliqua ess.

[i] v. c poetica,

[a] l. esse in eo pertinenti genere, quod d.

[b] l. quod ea tem honestas actiones aff. & efficiendi ef ficiens d. p.

P. CII. [c] l. partim ob vtrumq.

[d] l. reddi possit. ergo vt etiam probabilis facti ratio reddi possit. Eã autem &c.

[e] al. probabi liter,

[f] fort. actum. seu factum

P. B. sit, id off. [g] fort. Ac per spicuum etiã ill.

[h] l. erit & etiam inchoatum:

[i] l. facit & factum.

[k] al. Sed ab his nec omnia

è vita,& in vita mansionem. in quo enim plura sunt,quæ secundùm naturam sunt, huius officium est in vita manere: in quo autem aut sunt plura contraria, aut fore videntur, huius officium est, è vita excedere. ex quo apparet, & sapientis esse aliquando officium, excedere è vita,cùm beatus sit: & stulti, manere in vita, cùm sit miser. nam bonum illud, & malum,quod sæpe dictum est, postea consequitur,prima autem illa naturæ, siue secunda, siue contraria,sub iudicium sapientis, &[a] delectum cadunt: éstque illa subiecta quasi materia sapientiæ.Itaque & manendi in vita,& migrandi ratio,omnibus iis rebus, quas suprà dixi,metienda.nam[b] neque iis,qui virtute retinentur in vita,neque iis,qui sine virtute sunt, mors est oppetenda: vt[c] sæpe officium est sapientis,desciscere[d] à vita,cùm sit beatissimus,si id opportunè facere possit, quod est conuenienter naturæ viuere. sic enim censent, opportunitatis esse beatè viuere.itaque à sapientia præcipitur, se ipsum, si iusserit, sapiens vt relinquat.Quamobrem,cùm vitiorum ista vis non sit, vt causam afferant mortis voluntariæ: perspicuum est, etiam stultorum, qui iidem miseri sint,officium esse, manere in vita,si sint in maiore parte earum rerum, quas secundum naturam esse dicimus.Et quoniam excedens è vita, & manens, æquè miser est: nec diuturnitas magis ei vitam fugiendam facit: non sine causa dicitur, iis, qui pluribus naturalibus frui possint, esse in vita manendum. Pertinere autem ad rem arbitrantur, intelligi natura fieri, vt liberi à parentibus amentur. à quo initio profectam communem humani generis societatē perſequimur. quod primum intelligi[e] debet figura, membrisque corporum: quæ ipsa declarant procreandi à natura habitam esse rationem. Neque verò hæc inter se congruere possent[f],vt natura & procreari vellet, & diligi procreatos non curaret. Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest: quarum in fœtu,& educatione laborem cùm cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. *natura nos à dolore abhorrere*: sic appáret,à natura ipsa impelli, *vt eos quos genuerimus, amemus.* Ex hoc nascitur, vt etiam communis hominum inter homines naturalis sit commendatio, vt oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quòd homo sit, non alienum videri. vt enim in membris alia sunt tamquam sibi nata, vt oculi, vt aures: alia etiam cæterorum membrorum vsum adiuuant, vt crura, vt manus. sic immanes quædam bestiæ sibi solùm natæ sunt: at illa,quæ[g] in concha patula pinna dicitur: ísque, qui enat è concha, quòd eam custodiat, pinnoteres[h] vocatur,in eámque cùm se recepit, includitur, vt videatur monuisse, vt caueret: itémque formicæ,apes,ciconiæ,aliorum etiam causa quędam faciunt. multo magis hæc coniunctio est hominis. itaque natura sumus apti ad cœtus, concilia, ciuitates. Mundum autem censent regi numine deorum, eúmque esse quasi cōmunem vrbem, & ciuitatem hominum, & deorum: & vnumquemque nostrûm, eius mundi esse partem. ex quo illud natura consequitur, vt communem vtilitatem nostræ anteponamus. Vt enim leges omnium saluti, singulorum saluti anteponunt: sic vir bonus,& sapiens,& legibus parens, & ciuilis officij non ignarus,vtilitati omnium plus,quàm vnius alicuius, aut suæ consulit. nec magis vituperandus est proditor patriæ, quàm communis vtilitatis, aut salutis desertor,propter suam vtilitatem, aut salutem. ex quo fit,vt laudandus sit is, qui mortem oppetat pro rep. qui doceat, cariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipsos. quoniámque illa vox inhumana, & scelerata ducitur, eorum, qui negant se recusare. quò minùs,ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur: quod[a] vulgari quodam versu Græco pronuntiari solet: certè verum est, etiam iis, qui aliquando futuri sint, esse propter ipsos consulendum. Ex hac animorum affectione testamenta, commendationésque morientium natæ sunt. quódque nemo in solitudine vitam agere velit, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia, facilè intelligitur, nos ad coniunctionem, congregationémque hominum, & ad naturalem communitatem esse natos. impellimur autem natura, vt prodesse velimus quamplurimis, in primisque docendo, rationibúsque prudentiæ tradendis. Itaque non facile est inuenire, qui, quod sciat ipse, non tradat alteri. Ita non solùm ad discendum propensi sumus, verùm etiam ad docendum. Atque vt tauris natura datum est, vt pro vitulis contra leones summa vi, impetúque contendant: sic ij, qui valent opibus, atque id facere possunt, vt de Hercule, & Libero accepimus, ad seruandum genus hominum natura incitantur. Atque etiam, Iouem cùm optimum & maximum dicimus, cúmque eundem salutarem, hospitalem, statorem[b]: hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. Minimè autem conuenit, cùm ipsi inter nos abiecti, neglectique simus, postulare, vt diis immortalibus cari[c] simus, & ab his diligamur. Quemadmodum igitur membris vtimur priùs, quàm didicimus, cuius ea vtilitatis causa habeamus: sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti, & consociati sumus. quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus. Et quo modo hominem inter homines iuris esse vincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis. præclarè enim Chrysippus, *cætera nata esse hominum causa, & deorum*: eos[d] autem, communitatis, & societatis suæ, vt bestiis homines vti ad vtilitatem suam possint sine iniuria. quoniámque ea natura esset hominis, vt[e] cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id conseruaret, eum iustum: qui[f] vi ageret, iniustum fore. sed, Quemadmodum, theatrum[g], cùm commune sit, rectè tamen dici potest, eius esse eum locum, quem quisque occupauit. sic in vrbe, mundóve communi non aduersatur ius, quo minùs suum quidque cuiusque sit. cùm autem ad tuendos, conseruandósque homines hominem natum esse videamus: consentaneum est huic naturæ, vt sapiens velit gerere, & administrare rempub. atque, vt è natura viuat, vxorem adiungere, & [h] velle ex ea liberos procreare. Ne amores quidem sanctos[i], à sapiente alienos esse arbitrantur Cynicorum autem rationem, atque vitam alij cadere in sapientem dicunt,

a Ἐμοῦ θανόντος ἡ γῆ μιχθήτω πυρί. P. CITH.

b al. sospitatorem:

c fort. curæ sumus,

d al. homines autem*.

e. L vt ei cū genere h. P. B.

f L. qui migraret, iniustum f. vt migrare sit transilire, παραβαίνειν· eóque sensu 1. officiorum sumitur.*

g Theatra vniuersitatis esse dicuntur l. 6. §. 1. ff. de rer. diuis.*

h I. & ex ea liberos procreare.

i al. castos,

si quis eiusmodi fortè casus inciderit, vt id faciendum sit: alij nullo modo. Vt verò conferuetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, caritas: & emolumenta[a], & detrimenta, quæ ὀφελήματα[b], & βλάμματα appellant, communia esse voluerunt: quorum altera prosunt, nocent altera. nec solùm ea communia, verùm etiam paria esse dixerunt. incommoda autem, & commoda (ita[c] εὐχρηστήματα, & δυσχρηστήματα appello) communia esse voluerunt, paria noluerunt. illa enim, quæ prosunt, aut quæ nocent, aut bona sunt, aut mala: quæ sint paria necesse est. commoda autem, aut incommoda in eo genere sunt, quę proposita, & reiecta dicimus. ea possunt paria non esse: sed[d] emolumenta communia esse dicuntur. rectè autem facta, & peccata, non habentur communia. Amicitiam autem adhibendam esse censent, quia sit ex[e] eo genere, quæ prosunt quamquam autem in amicitia alij dicant æquè caram esse sapienti rationem amici, ac suam: alij autem sibi cuique cariorē suam, tamen hi quoque posteriores fatentur, alienum esse à iustitia, ad quam nati esse videamur, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat minimè verò probatur huic disciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam, aut iustitiā propter vtilitates asciscī, aut probari. eædem enim voluptates[f] poterunt eas labefactare, atque peruertere. etenim nec iustitia, nec amicitia esse omnino poterunt, nisi ipsa per se expetantur. ius autem, quod ita dici, appellaríque possit id[g] esse naturam: alienúmque esse à sapiente non modò iniuriam cui[h] facere, verùm etiam nocere. nec verò rectum est cū amicis, aut bene meritis consociare, aut coniungere iniuriam: grauissimēque, & verissimè defenditur, numquam æquitatem ab vtilitate posse seiungi: &, quidquid æquum, iustúmque esset, id etiā honestum: viciſsímque, quidquid esset honestum, id iustum etiam, atque æquū fore. Ad eásque virtutes, de quibus disputatum est, dialecticam etiam adiungunt, & physicam: eásque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quòd habeat rationem, necui falso assentiamur, néve vmquam captiosa probabilitate fallamur, eáque, quæ de bonis, & malis diceremus, vt tenere, tueríque possimus. nā sine hac arte quemuis arbitrabamur à vero abduci, fallíque posse. rectè igitur, si omnibus in rebus temeritas, ignoratióque vitiosa est, ab his ea, quæ tollit hæc, virtus nominata est Physicæ quoque non sine causa tributus idem est honos: propterea quòd qui conuenienter naturæ victurus sit, ei[i] & proficiscendum est ab omni mundo, & ab eius procuratione. nec verò potest quisquam de bonis, & malis verè iudicare, nisi omni cognita ratione naturæ, & vitæ etiam deorum, & vtrùm conueniat, nécne, natura hominis cum vniuersa: quæque sunt vetera præcepta sapientium, qui iubent tempori[a] parēre[b], & sequi deum, & se nosce re, & nihil nimis. Hæc sine physicis quā vim habeāt (& habent maximam) videre nemo potest. Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias, & reliquas caritates quid natura valeat, hæc vna cognitio potest tradere. Nec verò pietas aduersus[c] deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest. Sed iam sentio me esse longiùs prouectum, quàm proposita ratio postularet. verùm admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo, quæ per deos immortales, nónne miraris? quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius[d], aut in operibus manu factis tam compositum, támque compactum, & coagmentatum inueniri potest? quid posterius priori non conuenit? quid sequitur, quod non respondeat superiori? quid non sic aliud ex alio nectitur, vt non, si vllam litterā moueris, labent omnia? nec tamen quidquam est, quod moueri possit. quàm grauis verò, quā magnifica, quàm constans conficitur persona sapientis? qui, cùm ratio docuerit, quod honestum esset, id esse solum bonum, semper sit necesse est beatus, veréque omnia ista nomina possideat, quæ irrideri ab imperitis solent. rectiùs enim appellabitur rex, quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit: rectiùs magister populi, (is enim est dictator) quàm Sylla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit: rectiùs diues, quàm Crassus qui, nisi eguisset, numquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. rectè eius omnia dicentur, qui scit vti solus omnibus. rectè etiam pulcher appellabitur: animi enim lineamenta sunt pulchriora, quàm corporis: rectè sonus liber, nec dominationi cuiusquam parens, neque obediens cupiditati: rectè inuictus, cuius etiam si corpus constringatur, anemo tamen vincula iniici nulla possint: neque exspectet vllum tempus ætatis, vt tum denique iudicetur, beatúsne fuerit, cùm extremum vitæ diem morte confecerit: quod ille vnus è septem sapientibus non sapienter Crœsum monuit. nam si beatus vmquam fuisset, beatam vitam vsque ad illum à Cyro exstructum rogum protulisset. quod si ita est, vt neque quisquam, nisi bonus vir, & omnes boni beati sint: quid philosophia magis colendum, aut quid est virtute diuinius?

a ῥαιδίους hæc emolumenta & dispicis.*

b v.c. ophelemata, & blāmata

c v.c. ita euchrestémata, & dyschrestémata app.

d L. sed communia esse.

e L. ex eorū genere, q.

f. CV.

g L. vtilitates

h L. id esse natura: alienúmque

i fort. cuiquam.

k L. et proficiscendum est

p. I.

a ῥαιδίους

b Id est, propè modum Stoici & Peripatetici. Hoc etiam in præceptis Pythagoræ quibusdam videre licet. Theophrastus, Tempus esse maximum medicum. Solebat Socrates apud Xenophontem Cicero mot. tulit. Theophrastus, Tempus esse maximum medicum. Socrates apud Xenophontem Cicero mot. tulit. Theophrastus, Tempus esse maximum medicum. Socrates apud Xenophontem Cicero mot. tulit.

c L. aliquorum. Nonius cap. 4. in Aliquorum. d al. dissentiūt,

f. CVI.

e fort. quod ille vnus è septem sapienter Cr.

M. TVL.

M. TVLLII CICERONIS DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM, AD BRVTVM, LIBER QVARTVS.

CICERO. CATO.

Synopsis libri quarti de finibus.

¶Zenoni principi Stoicorum nullam fuisse causam cur à Peripateticis & Academicis verbis dissentiret in summi boni sententia. Stoicos virtutes & vitia perperam exæquare: & in aliis quibusdam labi.



QVÆ cùm dixisset, finem ille. 2 ¶Ego autē, næ[a] tu, inquam, Cato, ista exposuisti tam multa memoriter, tā obscura dilucidè. itaque aut omittamus contrà omnino velle aliquid, aut spatium sumamus ad cogitādum: tum[b] enim diligenter, etsi minùs verè, (nam nondum id quidem audeo dicere) sed tamen accuratè[c] non modò fundatam, verùm etiam exstructam disciplinam non est facilè perdiscere[d]. 3 ¶Tū ille, ain' tā dem, inquit, cùm ego te hac noua lege[e] videā eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilaturū putas? quæ tamen à te agetur non[f] melior, quā illæ sunt, quas interdum obtines. Quare istam quoque aggredere, tractatam præsertim & ab aliis, & à te ipso sæpe, vt tibi deesse non possit oratio. 4 ¶Tum ego, Non mehercule soleo temere contrà Stoicos: non quo illis admodū assentiar: sed pudore impedior: ita multa dicunt, quæ vix intelligam. 5 ¶Obscura, inquit, quædam esse confiteor: nec tamen ab illis ita dicuntur de industria: sed inest in rebus ipsis obscuritas. 6 ¶Cur igitur easdem res, inquā, Peripateticis dicentibus, verbum nullum est, quod non intelligatur? 7 ¶Easdémne res, inquit? an parum disserui, non verbis Stoicos à Peripateticis, sed vniuersa re, & tota sententia dissentire? 8 ¶Atqui, inquam, Cato, si istud obtinueris, traducas me ad te totum licebit.

9 ¶Putabam equidem satis, inquit, me dixisse, quare ad ea primùm, si videtur, sin aliud quid voles, postea. 10 ¶Immò[g] isto quidē, inquam, loco, nisi iniquum postulo, responde arbitratu meo. 11 ¶Vt placet, inquit, etsi illud[h] erat aptius, æquum cuique concedere.

12 ¶Existimo, inquam, Cato, veteres illos Platonis auditores, Speusippum, Aristotelem, Xenocratem: deinde eorum, Polemonem, Theophrastum, satis & copiosè, & eleganter habuisse constitutam disciplinam, vt non esset causa Zenoni, cùm Polemonem audisset, cur & ab eo ipso, & à superioribus dissideret. quorum fuit hæc institutio. in qua animaduertas velim, quid putes mutandum. nec exspectes, dū ad omnia dicam, quæ à te dicta sunt. vniuersa enim illorum ratione cum tota vestra confligendum puto. qui cùm viderent, nos ita esse natos, vt & communiter ad eas virtutes apti essemus, quæ notæ, illustrésque sunt, iustitiam dico, temperantiam, ceterásque generis eiusdē: quæ omnes similes artium reliquarum, materia tantùm ad[a] meliorem partem, & tractatione differunt: eásque ipsas virtutes viderēt nos magnificentiùs[b] appetere, & ardentiùs, habere etiam insitam quandam, vel potiùs innatā cupiditatem scientiæ, natósque esse ad cōgregationem hominum, & ad societatem, cōmunitatémque generis humani, eáque in maximis ingeniis maximè elucere: totam philosophiam treis in parteis diuiserunt. quam partitionem à Zenone retentam esse videmus, quarum cùm vna sit, qua mores conformari[c] putantur: differo eam partem, quę quasi stirps est huius quæstionis: qui sit enim finis bonorum, mox: hoc loco tantum dico, à veteribus Peripateticis Academicísque, qui re consentiētes, vocabulis differebant, eum[d] locum, quem ciuilem rectè appellaturi videmur, Græcè πολιτικὸν grauiter, & copios esse tractatum quàm multa illi de republ. scripserunt? quàm multa de legibus? quam multa nō solùm præcepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt? primùm enim ipsa illa, quæ subtiliter disserenda erant, politè, aptéque dixerunt, cùm definientes, tum partiētes: vt vestri etiam: sed vos squalidiùs: illorum, vides, quàm niteat oratio. deinde ea, quæ requirebant orationem ornatam, & grauem, quàm magnificè sunt dicta ab illis? quàm splendidè? de iustitia, de fortitudine, de amicitia, de ætate degēda, de philosophia, de capessenda rep. de tēperantia, de[e] fortitudine hominū[f]. ** de spinis vellentium, vt Stoici, nec ossa nudantiū, sed eorum, qui grandia ornatè vellēt enucleatè minora dicere. Itaque quæ sunt eorum consolationes? quæ cohortationes? quæ etiam monita, & consilia, scripta ad summos viros? erat enim apud eos, vt est rerum ipsarum natura, sic dicendi exercitatio duplex. nam quidquid quæritur, id habet aut generis ipsius sine personis, temporibúsq;, aut iis adiunctis, facti, aut

P. CVIL.

a *hæc, ad meliorem partē dispungenda penè videtur Zambino.**

b *al.* cupidiùs *al.* cupientiùs

c *o. v. c.* confirmari put. *non pl.*

d Ethica Peripateticorū & Academicorum disciplina quæ.*

e L. de magnitudine animi, de societate generis humani, quod erat ho

P. B

minum non spinas vellētium, vt St.

f *al.* quod erat hominū non spinas vellentium. *al.* more hominum non spinas vellentium.*

iuris,aut nominis controuersiam ergo in vtro
que exercebantur:eáque disciplina effecit tã-
tam illorum vtroque in genere dicendi co-
piam.Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui
sunt,aut non potuerunt, aut noluerunt, certè
reliquerunt.Quamquam scripsit artem rhetoricam Cleanthes,Chrysippus etiam: sed sic,vt,
si quis obmutescere concupierit, nihil aliud
legere debeat.itaque vides, quo modo loquã-
tur.noua verba fingunt: deserunt vsitata. At
quanta conantur? *mundum hunc omnem oppidum esse nostrum*.Incendit igitur eos,qui audiũt.vi-
des,quantam rem agas[a]: vt, Circeis qui habi-
tet,totum hunc mundum suum municipium
esse existimet.Quid[b] ille incendat? restinguet
citiùs, si ardentem acceperit. Ista ipsa, quæ tu
breuiter, *regem, dictatorem, diuitem solum esse sapientem*.à te quidem aptè,ac rotundè:quippe[c]:
habes enim à rhetoribus. illorum verò ista ipsa quàm exilia de virtutis vi? *quam tantam volunt esse,vt beatum per se efficere possit*.pungunt[d],
quasi aculeis,interrogatiunculis angustis. quibus etiam qui assentiuntur, nihil commutantur animo, & iidem abeunt, qui venerant: res
enim fortasse veræ, certè graues, non ita tractantur,vt debent.sed aliquanto minutiùs.Sequitur[e] disserendi ratio, cognitióque naturæ.
nam de summo bono mox, vt dixi,videbimus, & ad id explicandum disputationem omnem conferemus.In iis igitur partibus duabus nihil erat, quod Zeno commutare gestiret.res enim præclarè se habent, & quidem in
vtraque parte.quid enim ab antiquis ex eo genere, quod ad disserendum valet, prætermissum est? qui & definierunt plurima: & definiẽdi arteis reliquerunt: quódque est definitioni adiunctum,vt res in parteis diuidatur, id & fit
ab illis,&,quemadmodum fieri oporteat, traditur.item de contrariis: à quibus ad genera,
formásque generum deuenerunt.Iam argumẽti,ratione concluſi, caput esse faciunt ea, quæ
perspicua dicunt:deinde ordinem sequuntur:
tum,quid verum sit in singulis: extrema conclusio est.Quanta autem ab illis varietas argumentorum, ratione concludentium, eorúmque[f] cum captiosis interrogationibus dissimilitudo? quid,quòd pluribus locis quasi denuntiant, vt neque sensuum fidem sine ratione,
nec rationes sine sensibus exquiramus,atque[g]
vt eorum alterum ab altero separemus? Quid?
ea, quæ dialectici nunc tradunt,& docẽt,nón
ne ab illis instituta sunt,& inuenta? de quibus
etsi à Chrysippo maximè est elaboratum,tamẽ
à Zenone minùs multo, quàm ab antiquis. ab
hoc autem quædam non meliùs[h], quàm vete
res:quædam omnino relicta cúmque duæ sint
artes,quibus perfectè ratio,& oratio compleatur,vna inueniendi,altera disserendi:hanc posteriorem & Stoici,& Peripatetici,priorem autem illi egregiè tradiderunt:hi omnino ne attigerũt quidem.nam è quibus locis,quasi thesauris, argumenta depromerentur, vestri nesuspicati quidem sunt, superiores autem artificio[i],& via tradiderunt. quæ quidem res efficit,ne necesse sit, iisdem de rebus semper quasi decantata decantare,neque à commentariolis suis discedere.nam qui sciet,vbi quidque positum sit,quáq; eò veniat,is,etiam si quid obrumpit,poterit eruere, sempérque esse in disputando suus. Quòd etsi ingeniis magnis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur: *ars tamen est dux certior, quam*
natura aliud est enim poetarum more verba
fundere,aliud ea,quæ dicas,ratione, & arte distinguere Similia dici possunt de[a] explicatione naturę:qua hi vtuntur,& vestri:neque verò
ob[b] duas modò causas,quod Epicuro videtur,
vt pellatur mortis,& religionis metus:sed etiã
modestiam quandam cognitio rerum cælestium affert iis, qui videant, quanta sit etiam
apud deos moderatio,quantus ordo:& magnitudinem animi,deorum opera,& facta cernẽtibus:iustitiam etiam, cùm cognitum habeas,
quod sit summi rectoris,& domini numẽ, qđ
consilium, quæ voluntas. cuius ad naturam
apta ratio,vera illa, & summa lex à philosophis dicitur.Inest in eadem explicatione naturæ,insatiabilis quædam è cognoscendis rebus
voluptas: in qua vna, confectis rebus necessariis,vacui negotiis, honestè,ac liberaliter possumus viuere. Ergo in hac ratione tota de maximis ferè rebus Stoici illos secuti sunt, vt &
deos esse,& quattuor ex rebus omnia constare dicerent.Cùm autem quæreretur res admodum difficilis, num quinctam[d] quædam natura
videretur esse,ex qua ratio,& intelligentia oriretur,in quo etiam de animis, cuius generis
essent, quæreretur: Zeno id dixit esse ignem:
nonnulla deinde aliter, sed ea pauca.de maxima autem re,eodem modo, *diuina mente, atque*
naturam mundum vniuersum, atque eius maximas
partes[e] *administrari*: materiam verò rerum, &
copiam,apud[f] eos,exilem : apud illos vberrimam reperiemus. quàm multa ab his conquisita, & collecta sunt de omnium animantium
genere,ortu,membris, ætatibus? quàm multa
de rebus iis,quæ gignuntur è terra? quàm multæ,quámque de rebus variis & causæ,cur quid
que fiat,& demonstrationes, quemadmodum
quæque fiant? qua ex omni copia, plurima, &
certissima argumenta sumuntur ad cuiusque
rei naturam explicandam.ergo adhuc, quantũ
equidem intelligo, causa non videtur fuisse
mutandi nominis. non enim si omnia non sequebatur, iccirco non erat ortus illinc. Equidem etiam Epicurum in physicis quidem Democritum puto:pauca mutat,vel plura sanè,at
cùm è[g] pluribus eadem dicit,tum certè de maximis.quod item cùm vestri faciant,non satis
magnam tribuunt inuentoribus gratiam. Sed
hæc hactenus. *Nunc videamus, quaso, de summo*
bono quod continet philosophiam, ecquid[h] ea
dem attulerit, quamobrem ab inuentoribus,
tamquam à parentibus,dissentiret. Hoc igitur
loco,quamquam à te, Cato, diligenter est explicatus finis hic bonorum,qui continet philosophiam, & qui à Stoicis, & quemadmodum
diceretur:tamen ego quoque exponam,vt perspiciamus, si potuerimus, quidnam à Zenone
noui sit allatum.Cùm enim superiores,è quibus planissimè Polemo, *secundum naturam vi-*
uere, summum bonum esse dixissent, his verbis significari Stoici tria dicunt : vnum eiusmodi,
viuere adhibentem scientiam earum rerum,
quæ natura euenirent. hunc ipsum Zenonis
aiunt finem esse,declarantem illud,quod à te
dictum est, *conuenienter naturæ viuere*, alterũ significare idem[i], vt diceretur, officia omnia
media,aut pleraque seruantem,viuere.hoc sic
expositum dissimile est superiori. illud enim
rectum,quod κατόρθωμα dicebas, contingit sapienti soli:hoc autem inchoati cuiusdam officii est,non perfecti:quod cadere in nonnullos
insipientes potest.tertium autẽ, omnibus,aut
maximis

a *al.* agat:

b *al.* Quid? ille incendat?

c *fort.* quippeni? habes e

d hinc puncta, pro puncturis initio Paradoxorum.*

P. CVIII.

e Differendi Peripateticorum & Academicorum ratio quæ fuerit.*

f *al.* eorúmque à captiosis

g L. atque vt eorum alterum ab altero ne separemus?

h *al.* meliùs, quædam omnino relicta.*

F. B.

i *fort.* artificium,& viam tradiderunt;

a Physica Peripateticorum & Academicorum sententia.

b Physicus vitium,

c *fort.* Sed quod & me

d Ratio, intelligentia animi, vel de.*

P. CIX.

e *al.* partes *al.* partis

f L. apud bonos.

g L. de plurimis

h Zeno & Stoicorum de finibus bonorum & malorum

i L. & hoc

maximis rebus iis, quæ secundum naturam sint, fruentem viuere. Hoc non est positum in nostra actione. completur enim & ex eo genere vitæ, quod virtute fruitur[a], & ex iis rebus, quæ secundum naturam sunt, neque sunt in nostra potestate. Sed hoc summum bonum, quod certa significatione intelligitur, eáque vita, quæ ex summo bono degitur, quia coniuncta ei virtus est, in sapientem solum cadit: ísque finis bonorum, vt ab ipsis Stoicis scriptũ videmus, à Xenocrate, atque ab Aristotele constitutus est. itaque ab his constitutio illa prima naturæ[b], à qua tu quoque ordiebare, his propè verbis exponitur. *Omnis natura vult esse conseruatrix sui vt & salua sit, & in genere conseruetur suo.* ad hanc rem aiunt arteis quoque exquisitas[c], quæ naturam adiuuarent: in quibus ea numerari[d] retur in primis, quæ est viuendi ars, vt tueatur quod à natura datum sit: quod desit, acquirat. iidémque diuiserunt naturam hominis in animum, & corpus. cúmque eorum vnumquódque[e] per se expetendum esse dixissent, virtutes quoque vtriusque eorum per se expetenda[f] esse dicebant, cùm animum quadam infinita laude anteponerent corpori, virtutes quoque animi bonis corporis anteponebant. sed cùm *sapientiam totius hominis custodem, & procuratricem esse* vellent, quæ esset naturæ comes, & adiutrix: hoc *sapientiæ munus esse* dicebant, *vt eum tueretur, qui constaret ex animo & corpore: in vtroque iuuaret eum, atque contineret.* atque ita re primò simpliciter collocata, reliqua subtiliùs persequentes, corporis bona facilem quandam rationem habere censebant. de animi bonis accuratiùs exquirebant: in prímisque reperiebant, in his inesse iustitiæ semina: primíque ex omnibus philosophis à natura tributum esse docuerunt, vt ijs[g], qui procreati essent, à procreatoribus amarentur, & id, quod temporum ordine antiquius est, vt coniugia virorum, & vxorum, natura coniuncta esse dicerent: qua ex stirpe orirentur amicitiæ cognationum. atque ab his initiis profecti, omnium virtutum & originem, & progressionem persecuti sunt, ex quo magnitudo quoque animi exsistebat, qua facilè posset repugnari, obsistíque fortunæ, quòd maximæ res essent in potestate sapientis. varietates autem, iniuriásque fortunæ facilè veterum philosophorum præceptis institutæ vita superabat. Principiis autem à natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabantur partim profectæ à contemplatione rerum occultiorum, quòd erat insitus menti cognitionis amor, ex[h] quo etiam rationis, explicandi, disserendíque cupiditas consequebatur: quódque *hoc solum animal natum est pudoris, ac verecundiæ particeps, appeténsque coniunctionum hominum ac societatum, ammaduerténsque in omnibus rebus, quas ageret, aut diceret, nequid ab eo fieret, nisi honestè & decorè*: his initiis, vt antè dixi, tamquam seminibus, à natura datis, temperantia, modestia, iustitia, & omnis honestas perfectè absoluta est. Habes, inquam, Cato, formam eorum, de quibus loquor, philosophorum. qua expósita, scire cupio, quæ causa sit, cur Zeno ab hac antiqua institutione desciuerit: quídnam horum ab eo non sit probatum. quódne omnem naturam conseruatricem sui dixerit[i] an quòd omnino animal ipsum sibi commendatum, vt[j] se & saluum in suo genere. incoluméque vellet[k] an, cùm omnium artium finis is esset, quid[k] natura maximè quæreret, idem statui debere de totius arte vitæ[a] an quòd, cùm animo constaremus, & corpore, & hæc ipsa, & eorum virtutes per se esse sumendas[a] an verò displicuit ea, quæ tributa est animi virtutibus tanta præstantia[a] an quæ de prudentia, de cognitione rerum, de coniunctione generis humani, quæque ab eisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate dicuntur[a] fatebuntur Stoici, hæc omnia dicta esse præclarè. neque enim eam causam Zenoni desciscendi fuisse. alia quædam dicent: credo, magna antiquorum esse peccata, quæ ille veri inuestigandi cupidus, nullo modo ferre potuerit. quid enim peruersius, quid intolerabilius, quid stultius, quàm bonam valetudinem[a], quàm dolorum omnium vacuitatem, quàm integritatem oculorum, reliquorúmque sensuum, ponere in bonis potiùs, quàm dicere, nihil omnino inter eas res, iísque contrarias, interesse[a] ea enim omnia, quæ illi bona dicerent, præposita esse, non bona: itémque illa, quæ in corpore excellerent, stultè antiquos dixisse per se esse expetenda: & sumenda potiùs, quàm expetenda. eadémque de omni vita, quæ in vnà virtute consisteret: illam vitam, quæ etiam cæteris rebus, quæ essent secundum naturam, abundaret, magis expetendam non esse, sed magis sumendam: cúmque ipsa virtus efficiat[b] ita beatam vitam, vt beatior esse non possit, tamen quædam deesse sapientibus. tum, cùm sunt beatissimi: itaque eos id agere, vt à se dolores, morbos, debilitates repellant. O magnam vim ingenij, causámque iustam, cur noua exsisteret disciplina!

13 ¶ Perge[c] porro. 14 ¶ Sequentur enim, quæ tu scientissimè complexus es, omnem insipientiam, & iniustitiam, alia vitia similia esse, omniáque peccata esse paria, eósque, qui natura, doctrináque longè ad virtutem processissent, nisi eam plenè consecuti essent, summè esse miseros, neque inter eorum vitam & improbissimorum, quidquam omnino interesse: vt Plato, tantus ille vir, si sapiens non fuerit, nihilo melius, quàm quiuis improbissimus, nec beatiùs vixerit. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio. quæ omnino aditum habere nullum potest in vrbem, in forum, in curiam. quis enim ferre posset ita loquentem eum, qui se auctorem vitæ, grauiter, & sapienter agendæ, profiteretur, nomina rerum commutantem: cúmque idem sentiret, quod omnes, quibus rebus eandem vim tribueret, alia[d] nomina imponentem, verba modò mutantem, de opinionibus nihil detrahentem? Patronúsne causæ, in epilogo pro reo dicens, negaret esse malum exsilium[e], publicationem bonorum? hæc reiicienda esse, non fugienda? nec misericordem iudicem esse oportere? in concione autem si loqueretur, *si*[f] *Annibal ad portas venisset*, murúmque iaculo traiecisset, negaret esse in malis capi, venire, interfici, patriam amittere? ang[g], senatus cùm triumphum Africano decerneret, quid de eius virtute, aut felicitate posset dicere, si neque virtus in vllo, nisi in sapiente, nec[h] felicitas verè dici potest? quæ est igitur ista philosophia, quæ communi more in foro loquitur, in libello suo? præsertim cùm, quod illi verbis suis significent, in[i] eo nihil mouetur, de ipsis rebus nihil muteturr, eædem res maneant, alio[k] modo.

a v.c. valitudinem,

b al. ita efficiat beat.

P. CXI.

c Hæc verba Catonis esse puto.

d L. iis rebus alia nomina imp.

e al. exsulium,

f L. si Hannibal ad p.

g L. in senatu, cùm triũphum Africano decer-

P. B.

neret, quid de eius virt. h fort. nec felicitas esse, verè dici potest?

i L. in eo nihil mouetur, de ipsi.

k L. alio modo dicantur. Quid enim, &c.

Quid enim interest, diui: ias, opes, valetudinem, bona dicas, anne præposita, cùm ille, qui ista bona dicit, nihilo plus his tribuat, quàm tu qui eadem illa præposita nominas? Itaque homo in primis ingenuus, & grauis, dignus illa familiaritate Scipionis, & Lælij, Panætius, cùm ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet: quod esse caput debebat, si probari posset, numquam posuit, non esse malum dolorem: sed quid esset, & quale, quantúmque in eo inesset alieni, deinde quæ ratio esset perferendi: cuius quidem, quoniam Stoicus fuit, sententia, condemnata mihi videtur esse immanitate[a] ista verborum. Sed, vt propiùs ad ea, Cato, accedam, quæ à te dicta sunt, pressiùs agamus, eáque, quæ modò dixisti, cum iis cõferamus, quæ tuis antepono. Quæ sunt igitur cõmunia vobis cum antiquis, his sic vtamur, quasi concessis: quæ in controuersiam veniũt, de iis, si placet, disseramus. 15 ¶ Mihi verò, inquit, placet agi subtiliùs, &, vt ipse dixisti, pressiùs. quæ enim adhuc protulisti popularia sunt: ego autem à te elegantiora desidero.

16 ¶ A méne tu, inquam? sed tamen enitar, &, si minùs mihi multa occurrent, non fugiã ista popularia. Sed primùm positum[b] sit, *nosmetipsos commendatos esse nobis primámq; e x natura hanc habere appetitionem, vt conseruemus nosmetipsos.* hoc conuenit: sequitur illud, *vt animaduertamus, qui simus ipsi, vt nos quales oportet esse seruemus.* sumus igitur homines: ex animo constamus & corpore: quæ[c] sunt cuiusdammodi: nósque oportet, vt prima appetitio naturalis postulat, hæc diligere, constituerémque ex his finem illum summi boni, atque vltimi, quem, si prima vera sint, ita constitui necesse est, *earum rerum, quæ sunt secundum naturam, quamplurima, & quammaxima adipisci.* Hunc igitur finem illi tenuerunt: quódque ego pluribus verbis, illi breuiùs, *secundum naturam viuere.* hoc his bonorum videtur extremum. Age nunc isti doceant, vel tu potiùs (quis enim ista melius?) quónam modo ab iisdem principiis profecti, efficiatis, vt honestè viuere, (id est enim vel ex virtute, vel naturæ congruenter viuere) summum bonum sit, & quónam modo, aut quo loco corpus subitò deseruerit, omniáque ea, quæ cùm secundũ naturam sint, absint à nostra potestate: ipsum denique officium. quæro igitur, quo modo hæ: ãtæ commendationes à natura profectæ, subitò à sapientia relictæ sint. Quòd si nõ hominis summum bonum quæreremus, sed[d] cuiusdam animantis: is autem esset nihil, nisi animus: (licet enim fingere aliquid eiusmodi, quo verum facilius reperiamus) tamen illi animo non esset hic vester finis. desideraret enim valetudinem[e], vacuitatem doloris: appeteret etiam conseruationem sui, earúmque rerum custodiam: finémque sibi constitueret, *secundum*[f] *naturam viuere*: quod est, vt dixi, habere ea, quæ secundum naturam sunt, vel omnia, vel plurima, & maxima. cuiuscumque enim modi animal constitueris: necesse est, etiam si id sine corpore sit, vt fingimus, tamen esse in animo quædam similia eorum, quę sint in corpore: vt nullo modo, nisi vt exposui, cõstitui possit finis bonorum. Chrysippus autem exponens differentias animantium, ait alias earum corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere vtraque re: deinde disputat, quod cuiusque generis animantis statui deceat extremum. cùm autem hominem in eo genere posuisset, vt ei tribueret animi excellentiam: summum bonum id constituit, non excellere animo, sed[a] vti nihil esse, præter animum, videretur. Vno autem modo in virtute sola summum bonum rectè ponetur, si quod esset animal, quod totum ex mente cõstaret: idipsum tamen sic, vt ea mens nihil haberet in se, quod esset secundum naturam: vt valetudo[b] est. sed id ne cogitari quidem potest, quale sit, vt non repugnet ipsum sibi. sin dicit obscurari quædam, nec apparere, quia valde parua sint: nos quoque concedimus, quod dicit Epicurus de voluptate, quæ minimæ sint voluptates. eas obscurari sæpe, & obrui. sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, támque productæ temporibus, támque multæ. Itaque, in quibus propter eorum exiguitatem, obscuratio consequitur: sæpe accidit, vt nihil interesse nostra fateamur, sint illa, néne sint: vt[c] in sole. quod à te dicebatur, lucernam adhibere nihil interest, aut teruncium addere Crœsi pecuniæ. Quibus autem in rebus obscuratio tanta non fit, fieri tamen potest, vt id ipsum, quod interest, non sit magnum. vt ei, qui iucundè vixerit annos decem, si[d] æquè vita iucunda menstruis addatur, quia momentum aliquod habeat ad iucundam[e] accessionem, bonum sit: sin autem id non concedatur, non continuò vita beata tollitur. Bona autem corporis, huic sunt, quod posteriùs posui, similiora, habent enim accessionem dignam, in[f] qua laboretur: vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdum, cùm ita dicant, si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampullas[g], aut strigilis accedat, sumturũ sapientem eam vitam potiùs, quò hæc adiecta sint, nec beatiorem tamen ob eam causam fore. Hoc simile tandem est non risu potiùs, quàm oratione eiiciendum[h]? ampulla enim sit, néne sit, quis non iure optimo irrideatur, si laboret? at verò grauitate membrorum, & cruciatu dolorum si quis quem leuet, magnã ineat gratiam: nec, si ille sapiens ad tortoris eculeum à tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset: sed vt magnum, & difficile certamen iniens, cum sibi cum capitali aduersario, dolore, depugnandum videret, excitaret omneis rationes fortitudinis, ac patientiæ: quarum præsidio inniteret illud difficile, vt dixi, magnúmque prælium, deinde non quærimus, quid obscuretur, aut intereat, quia sit admodum paruum: sed quid tale sit, vt[i] expleat summum. vna voluptas è multis obscuratur in illa vita voluptaria: sed tamen ea, quamuis parua sit, pars est eius vitæ, quæ posita est in voluptate. nummus in Crœsi diuitiis obscuratur: pars est tamen diuitiarum. quare obscurentur etiam hæc, quæ secundum naturam esse dicimus, in vita beata: sint modò partes beatæ vitæ. Atqui si, vt conuenire debet inter nos, est quædam appetitio naturalis ea, quæ secundum naturam sunt, appetẽs[k]: eorum omnium est aliqua summa facienda. quo constituto, tum licebit otiosè ista quærere, de magnitudine rerum, de excellentia, quanta in quoque sit ad beatè viuendum, de iis ipsis obscurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant. Quid, de[l] quo multa dissentio est? nemo enim est, qui aliter dixerit, ad quin omnium naturarum simile esset id, ad quod

a *al.* inanita te.*

b κείσθω

P. CXII.

c L. quæ sint cuiusdammodi necesse est: nósque oport.

d *al.* sed animantis:

e *v.t.* valitudinem,

f Secundum naturam viuere quid.*

P. B.

a *v.t.* sed vt nihil

b *v.t.* valitudo est.

c *al.* in sole

d L. si quis iucunda vita menstruis addatur, quia momentum aliquod habeat ad iucundam accessionem, bonum sit: sin autem id non concedatur, non continuò vita beata tollitur. Bona autem corporis, huic sunt, quod posteriùs posui, similiora habent enim accessionem dignam, in qua laboretur: vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdum, cùm ita dicant, si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampullas, aut strigilis accedat, sumturũ sapientem eam vitam potiùs, quò hæc adiecta sint, nec beatiorem tamen ob eam causam fore. Hoc simile tandem est non risu potiùs, quàm oratione eiiciendum? ampulla enim sit, néne sit, quis non iure optimo irrideatur, si laboret? at verò grauitate membrorum, & cruciatu dolorum si quis quem leuet, magnã ineat gratiam: nec, si ille sapiens ad tortoris eculeum à tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset: sed vt magnum, & difficile certamen iniens, cum sibi cum capitali aduersario, dolore, depugnandum videret, excitaret omneis rationes fortitudinis, ac patientiæ: quarum præsidio inniteret illud difficile, vt dixi, magnúmque prælium, deinde non quærimus, quid obscuretur, aut intereat, quia sit admodum paruum: sed quid tale sit, vt expleat summum. vna voluptas è multis obscuratur in illa vita voluptaria: sed tamen ea, quamuis parua sit, pars est eius vitæ, quæ posita est in voluptate. nummus in Crœsi diuitiis obscuratur: pars est tamen diuitiarum. quare obscurentur etiam hæc, quæ secundum naturam esse dicimus, in vita beata: sint modò partes beatæ vitæ. Atqui si, vt conuenire debet inter nos, est quædam appetitio naturalis ea, quæ secundum naturam sunt, appetẽs: eorum omnium est aliqua summa facienda. quo constituto, tum licebit otiosè ista quærere, de magnitudine rerum, de excellentia, quanta in quoque sit ad beatè viuendum, de iis ipsis obscurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant. Quid, de quo multa dissentio est? nemo enim est, qui aliter dixerit, ad quin omnium naturarum simile esset id, ad quod

e *al.* in illis

P. CXIII.

f L. in qua elaboretur:

g Ampulla gestabatur à Cynicis, quia dicitur Sardanapalus primus in Syria ampullam Cynicum in Græciam portasse, quæ genium eius oporteret, ibi Antisthenem Socratis discipulum, Cynicæ sectæ auctorem, inuenisse, & ab eo Diogenem Sinopensem, qui Cynicus fuit, ampullam, lectum, pallium, Zonam, Sardanapali, peripetasmata, parasitum, subsigillum, strigilem, pallium, lectos, pallium, Zonam

quod omnia referuntur: quod est vltimum rerum appetendarum omnis enim est natura diligens sui. quæ est enim, quæ se vnquam deserat, aut partem aliquam sui, aut eius partis habitum, aut vim, aut vllius earum rerum quæ secundum naturam sint, aut motum, aut statum? quæ autem natura suæ primæ institutionis oblita est? nulla profectò, quin suam vim retineat à primo ad extremum quo modo igitur euenit [a], vt hominis natura sola esset, quæ hominem relinqueret, quæ obliuiceretur corporis, quæ summum bonum non in toto homine, sed in parte hominis poneret? quo modo autem, quod ipsi etiam fatentur, constátque inter omneis, conseruabitur, vt simile sit omnium [b] naturale illud vltimum, de quo quæritur? tum enim esset simile: si in ceteris quoque naturis id cuique esset vltimum, quod in quaque excelleret. tale enim visum esset vltimum, Stoicorum. Quid dubitas igitur mutare principia naturæ? quid enim dicis, omne animal, simul atque sit ortum, applicatum esse ad se diligendum: esséque in se conseruando occupatum? quin potiùs ita dicis, omne animal applicatum esse ad id, quod in eo sit optimum, & in eius vnius occupatum esse custodia, reliquásque naturas nihil aliud agere, nisi vt id conseruent, quod in quaque optimum [c] sit? quo modo autem optimum, si bonum præterea nullum est: si autem reliqua appetenda sunt, cur, quod est vltimum rerum appetendarum, id non aut ex omnium earum, aut ex plurimarum, & maximarum appetitione concluditur? VT Phidias potest à principio instituere signum, idque perficere: potest ab alio inchoatum accipere, & absoluere. huic est sapientia similis. non enim ipsa genuit hominem, sed accepit à natura inchoatum. hanc igitur intuens, debet institutum illud, quasi signum, absoluere. Qualem igitur natura hominem inchoauit? eccquod [d] est munus: quod opus sapientiæ? quid est, quod ab ea absolui, & perfici debeat? si nihil in eo [e] quidem perficiendum est, præter motum ingenii quendam, id est, rationem: necesse est, huic vltimum esse, ex virtute vitam fingere. rationis enim perfectio, est virtus. si nihil nisi corpus, summa erunt illa, valetudo [f], vacuitas doloris, pulchritudo, & cetera. nunc de hominis summo bono quæritur. Quid ergo dubitamus in tota eius natura quærere quid sit effectum? Cùm enim constet inter omneis, omne officium, munúsque sapientiæ, in hominis cultu esse occupatum, alij (ne me existimes contra Stoicos solùm dicere) eas sententias afferunt, vt summum bonum in eo genere ponant, quod sit extra nostram potestatem, tanquam de animali aliquo loquantur, alij contrà, quasi nullum corpus sit hominis, ita, præter animum, nihil curant: cum præsertim ipse quoque animus non inelegicio quid sit (neque enim id possum intelligere) sed in quodam genere corporis: vt ne is quidem virtute vna contentus sit, sed appetat vacuitatem doloris. quamobrem vtique idem [g] faciunt, vt si læuam partem negligerent, dexteram [h] tuerentur: aut ipsius animi, vt fecit Herillus, cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. eorum enim omnium, multa prætermittentium, dum eligant aliquid, quod sequantur, quasi curta sententia [a]. at verò illa perfecta, atque plena, eorum, qui cùm de hominis summo bono quærerent, nullam in eo neque animi, neque corporis partem vacuam tutela reliquerunt. Vos autem, Cato, quia virtus, vt omnes fatemur, altissimum locum in homine, & maximè excellentem tenet: & quòd eos, qui sapientes sunt, absolutos, & perfectos putamus: aciem animorum nostrorum virtutis splendore perstringitis [b], *in omni enim animante est summum aliquid, atque optimum*, vt in equis, in canibus: quibus tamen & dolore vacare opus est, & valere. sic igitur in homine perfectio ista, in eo potissimùm, quod est optimum, id est, in virtute laudatur. Itaque mihi non satis videmini considerare, quid interfit naturæ quæque progressio. non enim hoc, quod facit in frugibus, vt, cùm ad spicam perduxerit ab herba, relinquat, & pro nihilo habeat herbam, idem facit in homine, cùm eum ad rationis habitum perduxerit. semper enim ita assumit aliquid, vt ea, quæ prima dederit, ne deserat. itaque sensibus rationem adiunxit: &, ratione [c] effecta, sensus [d] non reliquit: vt si cultura vitium, cuius hoc munus est, vt efficiat, vt vitis cum partibus suis omnibus quam optimè se habeat. sed sic intelligamus: licet enim, vt vos quoque soletis, fingere aliquid docendi causa. si igitur illa cultura vitium in vite insit, ipsa cætera, credo, velit, quæ ad colendam vitem attinebunt, sicut antea: se autem omnibus vitis partibus præferat, statuárque nihil esse melius in vite, quàm se: similiter sensus, cùm accessit ad naturam tuetur illam quidem, sed etiam tuetur se. cùm autem assumta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ subiiciantur. itaque non discedit ab eorum curatione, quibus præposita vitam omnem debet gubernare, vt mirari satis eorum inconstantiam non possimus. naturalem enim appetitionem, quam vocant ὁρμήν, itém que officium, ipsam etiam virtutem, tuentem esse volunt earum rerum, quæ secundum naturam sunt. cùm autem ad summum bonum volunt peruenire, transiliunt omnia, & duo nobis opera pro vno relinquunt: vt alia sumamus, alia appetamus potiùs, quàm vno fine omnia concludant. At [e] enim dicitis virtutem non posse constitui, si ea, quæ extra virtutem sunt, ad beatè viuendum pertineant. quod totum contrà est. introduci enim virtus nullo modo potest, nisi omnia, quæ leget, quæque reiiciet, vnam referantur ad summam. nam si omnino nos negligimus, in Aristonea vitia, & peccata incidemus, obliuiscemúrque, quæ virtuti ipsi principia dederimus. sin ea non negligimus, neque tamen ad finem summi boni referimus, non multùm ab Herilli leuitate aberrabimus. duarum enim vitarum nobis erunt instituta capienda. facit enim ille duo seiuncta vitima bonorum: quæ, vt essent vera, coniungi debuerunt. nunc ita separantur, vt disiuncta sint. quo nihil potest esse peruersius. itaque contrà est ac dicitis. nam constitui virtus nullo modo potest nisi ea, quæ sunt prima naturæ, vt ad summam pertinentia, tenebit. quæsita enim virtus est,

ke j

a L. sententia est.

b Ita legitur in Catone, seu de senectute, infra. *al.* præstingitis Nonius 1. *in præstingere*, 149. *vitans hunc locum*, legit præstringitis. Est autem præstringere, valde stringere & claudere.*

c *al.* oratione.*

d L. sensus non reliquit. quod sic intelligamus. Licet enim, vt vos quoque soletis, fingere aliquid docendi causa. Vt si cultura vitium, cuius hoc munus est vt efficiat, vt vitis cum partibus suis omnib. quàm optim. se habeat: si igitur illa cultura vitis in vite insit, ipsa. &c. P. CXV.

e L. At enim natura dicitis virtutem nõ posse constit. *al.* At enim verum dicitis virtutem non posse &c. *al.* At enim nam dicitis.*

non quæ relinqueret naturam, sed quæ tueretur. At illa, vt vobis placet, partem quandam tuetur, reliquam deserit. Atque ipsa institutio hominis si loqueretur, hæc diceret: Primos suos quasi cœptus appetendi fuisse: vt se conseruaret in ea natura, in qua ortus esset. Nondum autem explanatum satis erat, quod[a] maximè natura vellet. explanetur igitur. quid ergo aliud intelligetur, nisi[b] vt æquè pars naturæ negligatur? in qua si nihil est præter rationem, sit in vna virtute finis bonorum. sin est etiam corpus, ista explanatio naturæ nempe hoc effecerit, vt ea, quæ ante explicationem tenebamus, relinquamus. Ergo id est conuenienter naturæ viuere, à natura discedere. Vt[c] quidam philosophi, cum à sensibus profecti, maiora quædam, ac diuiniora vidissent, sensus reliquerunt: sic isti, cùm ex appetitione rerum, virtutis pulchritudinem adspexissent, omnia, propter quæ virtutem ipsam viderant, abiecerunt, obliti, naturam omnem appetentem rerum ita latè patere, vt à principiis permanaret[d] ad fines: neque intelligunt, se rerum illarum pulchrarum, atque admirabilium fundamenta subducere. itaque mihi videntur omnes quidem illi errasse, qui finem bonorum esse dixerunt, honestè viuere: sed alius alio magis: Pyrrho scilicet maximè, qui, virtute constituta, nihil omnino, quod appetendum sit, relinquat: deinde Aristo, qui nihil relinquere non est ausus: introduxit autem, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret, & [e] quodcumque tanquam occurreret. is hoc melior, quàm Pyrrho, quòd vel aliquod genus appetendi dedit: deterior, quàm ceteri, quòd penitus à natura recessit. Stoici autem, quòd finem bonorum in vna virtute ponunt, similes sunt illorum: quod autem principium officij quærunt, melius, quàm Pyrrho: quód ea non occurrentia fingunt, vincunt Aristonem: quòd autem ea, quæ ad naturam accommodata, & per se assumenda esse dicunt, non adiungunt ad finem bonorum, desciscunt à natura, & quodam modo sunt non dissimiles Aristonis. ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur: hi autem ponunt illi quidem prima naturæ, sed ea seiungunt à finibus, & à summa bonorum: quæ[f] cùm proponunt, vt sit aliqua rerum selectio: naturam videntur sequi. cùm autem negant, ea quidquam ad beatam vitam pertinere: rursus naturam relinquunt. Atque adhuc ea ea dixi, cur causa Zenoni non fuisset, quamobrem à superiorum auctoritate discederet. nunc reliqua videamus: nisi aut ad hæc, Cato, dicere aliquid vis, aut nos iam longiores sumus. 17 ¶ Neutrum verò, inquit ille. nam & à te perfici istam disputationem volo, nec tua mihi oratio longa videri potest. 18 ¶ Optimè, inquam. quid enim mihi potest esse optatius, quàm cum Catone omnium virtutum auctore de virtutibus disputare? sed primùm illud vide, grauissimam illam vestram sententiam, quæ familiam[g] ducit, *honestum quod sit, ad esse solum bonum*: honestè viuere, bonorum finem, communem fore vobis cum omnibus, qui in vna virtute constituunt finem bonorum: quódque dicitis, informari non posse virtutem, si quidpiam, nisi quod honestum sit, numeretur[a], idem dicetur ab illis, quos modò nominaui. mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone disceptantem, à quo, quæ essent principia naturæ, acceperat, à communibus initiis progredientem, videre vbi primùm insisteret, & vnde causa controuersiæ nasceretur, non, stantem cum iis, qui ne dicerent quidem sua summa bona esse à natura profecta, vt iisdem argumentis, quibus illi vterentur, isdémque sententiis. Minimè verò illud probo: quòd, cùm docuistis, vt vobis videmini, solum bonum esse, quod honestum sit, tum rursum dicitis, initia proponi necesse esse apta, & accommodata naturæ, quorum[b] ex electione virtus possit existere. non enim in selectione virtus ponenda erat, vt idipsum, quod erat bonorum vltimum, aliud aliquid acquireret. nam omnia, quæ sumenda, quæque legenda, aut optanda sunt, inesse debent in summa bonorum, vt is, qui eam adeptus sit, nihil præterea desideret. Videsne, vt, quibus summa est in voluptate, perspicuum sit, quid iis faciendum sit, aut non faciendum? vt nemo dubitet, eorum omnia officia quò spectare, quid sequi, quid[c] fugere debeant. Sic hoc vltimum bonorum, quod nunc à me defenditur, appareat statim, quæ sint officia, quæ actiones. vobis autem, quibus nihil est aliud propositum, nisi rectum, atque honestum, vnde officij, vnde agendi principium nascatur, non reperietis. Hoc igitur, quæritis omnes: &[d] ij, qui, quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, se sequi dicent: &[e] vos ad naturam reuertimini, quibus natura iure responderit, non esse verum aliunde finem beatè viuendi, à se principia rei gerendæ peti: esse enim vnam rationem, qua & principia rerum agendarum, & vltima bonorum continerentur: atque, vt Aristonis esset explosa sententia, dicentis, nihil differre aliud ab alio, nec esse res vllas, præter virtutes, & vitia, inter quas quidquam omnino interesset, sic errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute, aut vitio, propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum diceret[f]: &, cùm ad beatam vitam nullum momentum ea res haberet, ad appetitionem autem[g] rerum esse in his momenta diceret: quasi verò hæc appetitio non ad summi boni adeptionem pertineret. Quid autem minùs consentaneum est, quàm, quod aiunt, cognito summo bono, reuerti ie ad naturam, vt ab ea petant agendi principium, id est, officij? non enim actionis, aut officij ratio impellit ad ea, quæ secundum naturam sunt, appetenda: sed ab his & appetitio, & actio commouetur. Nunc venio ab illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas: & primum illud, quo nihil potest esse breuius: Bonum omne, laudabile: laudabile autem omne, honestum: igitur omne bonum, honestum. O plumbeum pugionem! Quis enim tibi illud primum concesserit? quo quidem concesso, nihil opus est secundo. si enim omne bonum, laudabile est, omne[h] laudabile honestum est. Quis tibi ergo istud dabit, præter Pyrrhonem, Aristonem, eorúmve similes? quos tu non probas. Aristoteles verò, Xenocrates, tota illa familia, non dabit,

a Sent. numeretur in nonis, idé dic.

P. B.

a L. quid maxime

b L. nisi vt nequa pars sit.

c L. Atque vt quidam philos.

d vet. perma neret *male.*

e *al.* & quod cumque tandem occurreret.

P. CXVI.

f *al.* quæ cùm præponunt,

g familiam ducere est principi loco esse.

b al. quorum ex selectione virt.

c L. quid fugere debeant

d al. et

e L. & vos qui sit natura reuertimini.

P. CXVII.

f L. esse dicerent.

g L. dein ficiam, interrem,

dabit, quippe qui valetudinem, vireis, diuitias, gloriam, multa alia, bona esse dicant, laudabilia non dicant. & hi quidem ita non solavirtute finem bonorum contineri putant, vt rebus tamen omnibus virtutem anteponant. quid censes eos esse facturos, qui omnino virtutem à bonorum fine segregauerunt, Epicurum, Hieronymum, illos etiam, si qui Carneadeum finem tueri volunt? Iam aut Callipho, aut Diodorus, quo modo poterunt tibi istud concedere, qui ad honestatem aliud adiungant, quod ex eodem genere non sit? Placet igitur tibi, Cato, cùm res summas non concessas, ex illis efficere quod velis? Iam ille sorites, quo nihil putatis esse vitiosius, Quod bonum sit, id esse expetendum: quod expetendum, laudabile: deinde réliqui gradus. sed ego in hoc resisto. eodem enim modo tibi nemo dabit, quod expetendum sit, id esse laudabile. Illud verò minimè consectariuma, sedb in primis hebes, illorum scilicet nominum, gloriatione dignam esse beatam vitam, quæc non possit sine honestate contingere, vt iure quisquam glorietur. Dabit hoc Zenoni Polemond: etiam magister eius, & tota illa gens, & reliqui, qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes, adiungunt ei tamen aliquid summo in bono finiendo. Si enim virtus, digna est gloriatione, vt est, tantúmque præstat ceteris rebus, vt dici vix possit: & beatus esse poterit virtute vna præditus, carens cæteris, nec tamen illud tibi concedet, præter virtutem, nihil in bonis esse ducendum: illi autem quibus summum bonum sine virtute est, non dabunt fortasse, vitam beatam habere, in quo iure possit gloriari. etsi illi quidem etiam voluptates faciunt interdum gloriosas. Vides igitur, te aut ea sumere, quæ non concedantur, aut ea, quæ etiam concessa, te nihil adiuuent. Equidem in omnibus istis conclusionibus hoc putarem philosophia, nobísque dignum, & maximè, cùm summum bonum quæreremus, vitam nostram, consilia, voluntates, non verba corrigi. quis enim potest istis, quæ te, vt ais, delectant, breuibus, & acutis, auditis, de sententia decedere? Nam[e], cùm ea spectant, & auent audire, cur dolor, malum non sit: dicunt illi, asperum esse dolorem, molestum, odiosum, contra naturam, difficilem toleratu: sed, quia nulla sit in dolore culpa, nec turpitudo, non esse illud malum. Hæc qui audierit, vt ridere non curet, discedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum, quàm venerat. tu autem negas fortem esse quemquam posse, qui dolorem malum putet. Cur fortior sit, si illud, quod tute concedis, asperum, & vix ferendum putabit: ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. Et ais, si vna littera commota fuerit, fore, tota vt labet disciplina. Vtrùm igitur tibi litteram videor, an totas paginas commouere? vt enim sit apud illos, id quod est à te laudatum, ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta, & connexa, (sic enim aiebas) tamen perfecti non debemus, si à falsis principiis profecta congruentf ipsa sibi, & à proposito non aberrant. In prima igitur constitutione Zeno tuus à natura recessit: eámque summum bonum posuisset in ingenij præstantia, quam virtutem vocamus, nec quidquam aliud bonum esse dixisset, nisi quod esset honestum, nec virtutem posse constare, si in cæteris rebus esset quidquam, quod aliud alio melius esset, aut peius: his propositis, tenuit prorsus consequentia. rectè dicis. negare enim non possum. sed ita falsa sunt ea, quæ consequuntur, vt illa, è quibus hæc nata sunt, vera esse non possint. dicent enim nos (vt scis) dialectici. si ea, quæ rem aliquam consequantur, falsa sint, falsam illā ipsam esse, quā sequantur. Ita fit illa conclusio non solùm vera, sed ita perspicua, vt dialectici ne rationem quidem reddi putent oportere. Si illud, hoc. non autem hoc, igitur ne illud quidem. sic, consequentibus vestris sublatis, prima tollūtur. quæ sequunturigitur: omneis[a], qui non sunt sapientes, æquè miseros esse: sapienteis[b] omneis summè beatos esse: rectè facta omnia æqualia: omnia peccata paria. quæ[c] cùm magnificè primò dici videntur, considerata minùs probantur. sensus[d] enim cuiusque, & natura rerum, atque ipsa veritas clamat quodam modo, non[e] posse adduci, vt inter eas res, quas Zeno exæquaret, nihil interesset. Postea tuus ille Pœnulus[f], (scis enim Citiæos, clienteis[g] tuos è Phœnicia[h] profectos) homo igitur acutus causam non obtinens, repugnante natura, verba versare cœpit: & primùm rebus iis, quas nos bonas dicimus[i], concessit, vt haberentur aptæ[k], habiles, & ad naturam accommodatæ: fateríque cœpit, sapienti, hoc est, summè beato, commodiùs tamen esse, si ea quoque habeat, quæ bona non audet appellare, natura[l] ipsa accommodata esse concedit: negátque, Platonem, si sapiens non sit, eádem esse in causa, qua tyrannum Dionysium. huic mori optimum esse, propter desperationem sapientiæ: illi, propter spem, viuere: peccata autem partim esse tolerabilia, partim nullo modo, propterea quòd alia peccata plureis, alia paciores quasi numeros officij præteriterint. iam insipientes alios ita esse, vt nullo modo ad sapientiam possent peruenire: alios, qui possent, sim id gessissent, sapientiam consequi. Hic loquebatur aliter, atque omnes: sentiebat idem, quod ceteri. nec verò minoris æstimanda ducebat ea, quæ ipse bona negaret esse, quàm illi, qui ea bona esse dicebant. Quid igitur voluit sibi, qui illa mutauerit? Saltem aliquid de pondere detraxisset. & paullo minoris æstimauisset ea, quàm Peripatetici, vt sentire quoque aliud, non solùm dicere videretur. Quid? de ipsa beata vita, ad quā omnia referūtur, quæ discitis? negatis eam esse, quæ expleta sit omnibus iis rebus, quas natura desideret: totámque eam in vna virtute ponitis: eúmque omnis controuersia aut de re soleat, aut de nomine esse: vtraque earum nascitur, si aut res ignoratur, aut erratur in nomine. quorum si neutrum est, opera danda est, vt verbis vtamur quàm vsitatissimis, & quàm maximè apertis, id est, rem declarantibus. Num igitur dubium est, quin, si in re ipsa nihil peccatur à superioribus, verbis illi commodiusn vtantur? Videamus igitur sententias eorum: tum ad verba redeamus. Dicunt appetitionem animi moueri, cùm aliquid ei secundum naturam esse videatur: omniáque, quæ secundum naturam sunt, æstimatione aliqua di-

a *v. c.* omnes.
b *v. c.* sapientis omnes
c *fort.* quæ magnificè primo dici videntur, cōsid. *&c.*
d Horat. 1. *Satyr.* 3. Queis paria esse fere placuit peccata, laborant. Cum ventum ad verum est, sensus moresque repugnant. atque ipsa vtilitas iusti propè mater & æqui.
e *fort.* non posse, se adduci, vt, *&c.*
f Zenonem intelligit Citieum ex Cypro. *Laertius in Zenone.*
g Cyprus enim in clientela Catonis. dixi 15. fam. 4.
h *vet.* poetica *male al.* pœnicia.
i *v. c.* ducimus.
k *al.* optabiles.
l L. naturæ
P. CXIX. ipsi accommodata *&c.*
m L. si processissent.
n *fort.* commodioribus vtantur.

gna: eáque pro eo, quantum in quoque sit ponderis, esse æstimanda: quæque secundum naturam sint, partim nihil habere in sese eius appetitionis de qua sæpe iam diximus, quæ nec honesta, nec laudabilia dicantur: partim[a] quę voluptatem habeant in omni animante, se in homine rationem etiam: ex[b] eis quæ sint apta, ea honesta, ea pulchra, ea laudabilia: illa autem superiora, naturalia nominantur: quæ coniuncta cum honestis, vitam beatam perficiunt. & absoluunt. Omnium autem eorum commodorum, quibus non illi plus tribuunt, qui illa bona esse dicunt, quàm Zeno, qui negat, longè præstantissimum esse, quod honestum esset, atque laudabile: sed, si duo honesta proposita sint, alterum cum[c] valetudine, alterum cum morbo: non esse dubium, ad vtrum eorum natura nos ipsa deductura sit. sed tamen tantam vim honestatis esse, tantúmque eam rebus omnibus præstare: & excellere, vt nullis nec suppliciis, nec præmiis dimouerid possit ex eo quod rectum esse decreuerit: omniáque, quæ dura, difficilia, aduersa videantur, ea virtutibus iis, quibus à natura essemus ornati, obteri e posse, non facileis illas quidem, nec contemnendas (quid enim esset in virtute tantum?) sed vt hoc iudicaremus, non esse in his partem maximam positam aut beatè, aut secus viuendi. Ad[f] summum, ea, quæ Zeno æstimanda, & sumenda, & apta naturæ esse dixit, eadem illi bona appellant: vitam autem beatam illi eam, quæ constaret ex iis rebus, quas dixi, aut plurimis, aut grauissimis. Zeno autem, quod, suam, quod propriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum apellat: beatam autem vitam eam solam, quæ cum virtute degatur. Si de re disceptari oportet: nulla mihi tecum, Cato potest esse dissensio. nihil est enim, de quo aliter tu sentias, atq; ego: modò commutatis verbis ipsas res conferamus nec hoc ille non vidit: sed verborum magnificentia est. & gloria delectatus, qui si ea, quæ dicit, ita sentiret, vt verba significant, quid inter eum, vel Pyrrhonem, vel Aristonem interesset? sinautem eos non probabat: quid attinuit cum iis, quibuscum[g] re conueniebat, verbis discrepare? Quid, si reuiuiscant Platonici illi, & deinceps qui eorum auditores fuerunt, & tecum ita loquantur? Nos cùm te, M. Cato, studiosissimum philosophiæ, iustissimum virum, optimum iudicem, religiosissimum testem audiremus, admirati[h] sumus: quid esset, cur nobis Stoicos anteferres, qui de rebus bonis, & malis sentirent ea, quæ ab hoc Polemone Zeno cognouerat: nomini bus vterentur iis, quæ prima specie, admirationem: re explicata, risum mouerent. Tu autem, si tibi illa probabantur, cur non propriis verbis illa tenebas? sin te auctoritas commouebat: nobisne omnibus, & Platoni ipsi nescio quem illum anteponebas? præsertim cùm in rep. princeps esse velles, ad eámque tuendam cum summa tua dignitate maximè à nobis ornari, atque instrui posses? nobis enim ista quæsita, à nobis descripta, notata, præcepta sunt: omnium rerum publicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam, & instituta, ac mores ciuitatum præscripsimus[i]. eloquentiæ verò, quæ & principibus maximè ornamento est, & qua te audiimus valere plurimùm, quantum tibi ex momentis nostris addidisses? Ea cùm dixissent, quid tandem talibus viris respondere? 19 ¶ Rogarem te, inquit, vt diceres pro me tu idem, qui illis orationem dictauissēs, vel potius paullulum loci mihi, vt his respondere dares, nisi & te audire nunc mallem, & istis tamen alio tempore responsurus essem tunc scilicet. cùm tibi. 20 ¶ Atqui, si verum respondere velles, Cato, hæc erant dicenda, Non eos tibi non probatos, tantis ingeniis homines, tantáque auctoritate, sed te animaduertisse, quas res illi propter antiquitatem parum vidissent, eas à Stoicis esse perspectas, eósdémque de rebus hos tum acutiùs disseruisse, tum sensisse grauiùs, & fortius, quippe qui primùm valetudinem[a] bonam, expetendam negent esse, eligendam dicant: non quia sit bonum valere, sed quia sit non [b] nihilo æstimandum: neque tamen pluris quàm illis videatur, qui illud non dubitant bonum dicere. Hoc verò te ferre non potuisse, quòd antiqui illi, quasi barbati, vt nos de nostris solemus dicere, crediderint, eius, qui honestè viueret, si idem etiam bene valeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore vitam, melioremque & magis expetendam, quàm illius, qui æquè vir bonus multis modis esset, vt Ennij Alcmæo,

Circumuentus morbo, exsilio, atque inopia.

Illi igitur antiqui non tam acutè optabilliorem illam vitam putant, præstantiorem, beatiorem. Stoici autem tantummodò præponendam in seligendo, non [c] quo beatior hæc vita sit, sed quòd ad naturam accommodatior, & qui sapientes non sunt, omneis æquè miseros esse. Stoici hæc videlicet viderunt, illos autem id fugerat superiores: qui arbitrabantur, homines sceleribus, & [d] parricidiis inquinatos, nihilo miseriores esse, quàm eos, qui cùm castè & integrè viuerent, nondum perfectam illam sapientiam essent consecuti. atque hoc loco similitudines eas, quibus illi vti solent, dissimillimas proferebas. Quis enim ignorat, si plures ex alto emergere velint, propriùs fore eos quidem ad respirandum, qui ad summam iam aquam appropinquant, sed nihilo magis respirare posse, quàm eos, qui sunt in profundo? nihil ergo adiuuat procedere, & progredi in virtute, quò minus miserrimus sit, antequàm ad eam peruenerit, quoniam in aqua nihil adiuuat procedere: & quoniam catuli, qui iam despexerunt [e] sunt, cæci[f] æquè, & ij, qui modò nati: Platonem quoque necesse est, quoniam nondum vibebat, æquè cæcum animo, ac Phalarim fuisse. Ista similia non sunt. Cato: in quibus quamuis multùm processeris, tamen illud in eâdem causa est, à quo abesse velis, donec euaseris. nec enim ille respirat, antè quàm emersit, & catuli æquè cæci priusquam despexerunt [h], ac si ita futuri semper essent. illa sunt similia: hebes acies est cuipiam oculorum: corpore alius languescit: hi curatione adhibita leuantur in dies: alter valet plus quotidie: alter videt. hi similes sunt omnibus, qui virtuti student: leuantur vitiis, leuantur erroribus. nisi fortè censes T. Gracchum patrem non beatiorem fuisse, quàm filium, cùm alter stabilire rempub. studuerit, alter euertere, nec tamen ille erat sapiens: quis enim hoc? aut quandò? aut vbi? aut vn-

dè?

a L. partim habere, quæ volupt.
b L. ex his quæ sint apta, &c.
B. B.
c V. c. cum valitudine,
d L. demoueri posset ex eo, &c. & ita v. c.
e L. obteri posse: valitudinem autē, pulchritudinem, celeritatem, vireis corporis, diuitias, & ceteras res huius generis, non facileis illas quidē, &c.
f id est, vt breuiter dicatur.
g al. quibuscum re conciuebat, verbis discr. Sal. apud Nonium cap. 1. In conciuere 207. Cum iis, cum quibus re conciuabatur. re discrepare.
P. CXX.
h fort. demirati sumus,
i al. perscripsimus.

a al. valitudinem bonā, b non nihilo æst.
c al. quo d L. S. parricidiis
e fort. differunt, f al. cæci, qui vt dicit, P. CXX. g L. Phalarim.
h fort. despexerunt
i fort. valitudine, mediocriq;

de? sed quia studebat laudi: & dignitati, multum in virtute processerat. conferam autem auum[a] tuum, Drusum. cum C. Graccho eius ferè æquali, quæ hic reipub. vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Sed *nihil est, quod tam miseros faciat, quàm impietas, & scelus.* Vt iam omnes insipientes sint miseri, quod profectò sunt: non est tamen æquè miser, qui patriæ consulit, & is, qui illam exstinctam cupit. leuatio igitur vitiorum magna fit iis, qui habent ad virtutem progressionis aliquantulum. vestri autem progressionem ad virtutem fieri aiunt, leuationem vitiorum fieri negant. At[b] quo vtuntur homines acuti argumento ad probandum, operæ pretium est considerare. Quarum, inquiunt, artium summa crescere potest, earum etiam contrariarum[c] summa poterit augeri. ad virtutis autem summam accedere nihil potest. ne vitia quidem igitur crescere poterunt, quæ sunt virtutum contraria. Vtrùm igitur tandem, perspicuísne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? Atqui hoc perspicuum est, vitia[d] alia in aliis esse maiora: illud dubiũ, ad id, quod summum bonum dicitis, ecquænam fieri possit accessio. vos autem cùm perspicuis dubia debeatis illustrare, dubiis perspicua conamini tollere. itaque eâdem ratione, qua sum paullo antè vsus, hærebitis. si enim propterea vitia alia aliis maiora non sunt, quia ne ad finem quidé bonorum eum, quem vos facitis, quidquam potest accedere: quoniam perspicuum est, vitia non esse omnium[e] paria, finis bonorum vobis mutandus est. Teneamus enim illud necesse est, cùm consequens aliquod falsum sit, illud, cuius id consequens sit, non posse esse verum. Quæ est igitur causa istarum angustiarum? gloriosa ostentatio in constituendo summo bono, cùm enim quod honestum sit, id solum bonum esse confirmatur, tollitur cura valetudinis[f], diligentia[g] rei familiaris: administratio reipub. ordo gerendorum negotiorum, officia vitæ, ipsum denique illud honestum, in quo vno vultis esse omnia, deserendum est. quæ diligentissimè contra Aristonem dicuntur à Chrysippo. ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ[h], (vt ait Accius[i]) malitiæ natæ sunt. Quid[k] enim? sapientia vbi pedem poneret, non habebat, sublatis officiis omnibus: officia autem tollebantur, delectu omni, & discrimine remoto, quæ esse poterant rebus omnibus sic exæquatis, vt inter eas nihil interesset? ex his angustiis ista euaserunt deteriora, quàm Aristonis. illa tamen simplicia: vestra versuta. Roges enim Aristonem, bonáne ei videantur hæc, vacuitas doloris, diuitiæ, valetudo? neget. quid quæ contraria sunt his, malane? nihilo magis, Zenonem roges. respondeat totidem verbis, admirantes quæramus ab vtroque, quó nam modo vitam agere possimus, si nihil interesse nostra putemus, valeamus[n], ægrine simus: vacemus, an crucietur dolore: frigus, famem propulsare possimus, nécne possimus: quod erit cúmq; visũ[o] ages, nũquam angere, numquam cupies, numquam timebis. Quid? Zenonem? portenta hæc esse dicit, nec ea ratione vllo modo posse viui, sed differre inter honestum, & turpe, nimium[p] quantum, nescio quid, immensum: inter ceteras res nihil omnino interesse. Idem adhuc audi reliqua, & risum

A contine, si potes. Media, illa, inquit, inter quæ nihil interest, tamen eiusmodi sunt, vt eorum alia eligenda sint, alia reiicienda, alia omninò negligenda, hoc est, vt eorum alia velis, alia nolis, alia non cures. At modò dixeras, nihil in his rebus esse, quod interesset. Et nunc idem dico, inquies, sed ad virtutes, & ad vitia, nihil interesse. Quis[a] istuc[b] quasi nesciebat? Verùm audiamus. Ista, inquit, quæ dixisti, valere, locupletem esse, non dolere,
B bona non dico, sed dicam Græcè ἀπροηγμένα, Latinè autem producta: sed præposita, aut præcipua malo. sic tolerabilius, & mollius. Illa autem, egestatem, morbum, dolorem, non appello mala, sed, si libet, reiectanea[c]. Itaque illa non dico me expetere, sed [d]legere, nec optare, sed sumere: contraria autem non fugere, sed quasi secernere. Quid ait Aristoteles, reliquíque Platonis alumni? Se omnia, quæ secundum naturam sint, bona appellare:
C quæ autem contra, mala. Vidéne igitur, Zenonem tuum cum Aristone verbis consentire, te dissidere: cum Aristotele, & illis re consentire[e], verbis discrepare? cur igitur, cùm de re conueniat: non malimus vsitatè loqui? Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, si illam in rebus præpositis, quàm si in bonis duxero: fortiorémque in patiendo dolore, si eum asperum, & difficilem perpessu, & contra naturam esse,
D quàm si malum dixero. Facetè M. Piso, familiaris noster, & alia[f] multa, & hoc loco Stoicos irridebat. Quid enim aiebat? bonum negas esse diuitias, præpositum esse dicis. quid adiuuas? auaritiámne minuis? quòd si verbum sequimur, primùm longius verbum, præpositum, quàm bonum. Nihil ad rem. Ne sit sanè. at certè grauius. nam, bonum ex quo appellatum sit, nescio, præpositum ex eo credo, quod præponatur aliis. id mihi magnum videtur. itaque dicebat plus tribui diuitiis à Zenone, qui eas in præpositis poneret,
E quàm ab Aristotele, qui bonum esse diuitias fateretur. sed nec magnum bonum, & præ rectis, honestísque, contemnendum, ac despiciendum, nec magnopere expetendum: omninóque de omnibus istis verbis à Zenone mutatis ita disputabat, & [g] quæ bona negarentur esse ab eo, & quæ mala, illa lætioribus nominibus ab eo appellari, quàm à nobis,
F hæc tristioribus. Piso igitur hoc modo, vir optimus, tuique, vt scis, amantissimus. nos paucis ad hęc additis finem faciamus aliquando.* longùm est enim ad omnia respondere, quæ à te dicta sunt. nam ex eisdem verborum præstigiis & regna nata[h] vobis sunt, & imperia, & diuitiæ, & tantæ quidem, vt omnia, quæ vbique sint, sapiẽtis esse dicatis. solũ præterea formosum, solum liberum[i], solum eiuem[k], stultorum[l] omnia contraria, quos etiam insanos[m] esse vultis. Hæc παραδόξα illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, cùm propè accesseris? conferam
G tecum, quam cuique verbo rem subiicias: nulla erit controuersia. omnia[n] peccata paria dicitis. non ego tecum iam ita[o] loquar, vt iisdem his de rebus cùm L. Murenam[p], te accusante, defenderem. apud imperitos tum illa dicta sunt: aliquid etiam coronæ datum: nunc agendum est subtilius. peccata paria quónam modo? quia nec honesto quidquam honestius, nec turpi turpius. Perge porrò. nam
H

a L. Quis istud, quæso, nesciebat?
b al. istia, inquam.*
c al. reiecta.*
d al. sed eligere,
e L. concinere, | al. consistere.*
f al. vt alia multa,
g al. vt*
h fort. vobis nata sunt,
i omnes sapientes liberos esse. vide paradox. 5.*
k legendum est diuitem. Est enim summa paradoxi. 6.*
l al. stultis.
m Stultos omnes insanire: vide paradox 4.
n vide paradox 3.
o al. ita iocabor.
p al. Murenam.

de isto magna dissensio est. illa argumenta propria videamus, cur omnia peccata sint paria. Vt, inquit, in fidibus plurimis[a], si nulla earum ita contenta numeris [b] sit, vt concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint: sic peccata, quia discrepant, æquè discrepant, paria sunt igitur. Hîc ambiguo ludimur. æquè enim contingit omnibus fidibus: vt incontentæ sint? illud non continuò, vt æquè incontentæ. collatio igitur ista te nihil[c] iuuat. nec enim omneis auaritias si æquè auaritias esse dixerimus, sequitur etiam vt æquas esse dicamus. Ecce aliud simile dissimile. Vt enim: inquit, gubernator æquè peccat, si palearum nauem euertit, & si auri: item æquè peccat qui parentem, & qui seruum iniuria verberat. Hæc[d] non videre, cuius[e] generis onus nauis vehat, ad gubernatoris artem nihil pertinere? Itaque, aurum, paleâm ve[f] portet, ad bene, aut ad malè gubernandum, nihil interesse. at quid inter parentem, & seruulum interfit, intelligi & potest, & debet. ergo in gubernando nihil, in officio plurimùm interest, quo in genere peccetur. &[g] si in ipsa gubernatione negligentia est: nauis euersa, maius est peccatum in auro, quàm in palea. omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia: quam omnes, qui cuique artificio præsunt: debent habere. Ita[h] nè hoc modo paria quidem peccata sunt. Vrgent tamen, & nihil remittunt. Quoniam, inquiunt, omne peccatum, imbecillitatis, & inconstantiæ est: hæc autem vitia, in omnibus stultis æquè magna sunt: necesse est paria esse peccata. Quasi verò aut concedatur, in omnibus stultis æquè magna esse vitia? & eádem imbecillitate, & inconstantia L. Tubulum fuisse, qua illum, cuius is condemnatus est rogatione, Pa. Scæuolam: & quasi nihil inter res quoque ipsas, in quibus peccatur, interfit, vt, quo hæ maiores, minoréue sint, eo, quæ peccentur in his rebus, aut maiora sint, aut minora. Itaque (iam enim concludatur oratio) hoc vno vitio[b] maximè mihi premi videntur tui Stoici, quòd se posse putant duas contrarias sententias obtinere. quid enim est tam repugnans, quàm eundem dicere, quod honestum sit, solum id bonum esse, qui dicat, appetitionem rerum ad viuendum accommodatarum, à natura profectam? Ita cùm ea volunt retinere, quæ superiori sententiæ conueniunt, in Aristonem incidunt: cùm id fugiunt, re eádem defendunt, quæ Peripatetici[c], verba tenent mordicus, quæ rursus dum sibi euelli ex ore[d] nolunt, horridio res euadunt, asperiores, duriores & oratione, & moribus. quam illorum tristitiam, atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarũ, nec disserẽdi spinas probauit: fusiq; in altero genere mitior, in altero illustrior: sem per q; habuit in ore Platonẽ, Aristotelẽ, Xenocratem, Theophrastum, Dicæarchum, vt ipsius scripta declarant. quos quidem tibi studiosè, & diligenter tractandos, magnopere censeo, Sed quoniam aduesperascit, & mihi ad villam reuertendum est: nunc quidem hactenus: verùm hoc idem sæpe faciamus. 19 ¶ Nos verò, inquit ille. nam quid possumus facere melius? & hanc quidem primam exigam à te operam, vt audias me, quæ à te dicta sunt, refellentem. sed memento, te, quæ nos sentiamus, omnia probare, nisi quod verbis aliter vtamur: mihi autem vestrorũ nihil probari. 20 ¶ Scrũpulum, inquam, abeunti. sed videbimus. Quæ cùm essent dicta: discessimus.

a *fort.* si nulla earum ita contenta sit, vt c.
b *al.* neruis *al.* contenta sit.*
c L. nihil ad iuuat.
d *fort.* Hic nemo non videt. cuius gen. on. n. v. ad gub. ar. nihil pertinere. Itaque. *al.* Hæc videre.*
e *al.* cuiuscuius, id est cuiuscunque a recto quisquis.*
f L. paleámne portet,
g *fort.* Et si in ipsa gubernatione, si negligentia est nauis, &c.
h *fort.* Ita ne hoc modo quidem paria peccata.

a *al.* 9. 5. 2. 10. 1. 1. 1

in conſpectu meo hic ponere. hîc Speuſippus, hîc Xenocrates, hîc eius auditor Polemo: cuius ipſa illa ſeſſio fuit, quam videmus. equidem etiam curiam noſtram, Hoſtiliam dico, non hanc nouam, quæ mihi minor eſſe videtur, poſteaquàm eſt maior: ſolebam intuens, Scipionem, Catonem, Lælium, noſtrum verò in primis auum cogitare. *tanta vis admonitionis a meſt in locis: vt non ſine cauſa ex his memoria ducta ſit diſciplina.* 3 ¶ Tum Quinctus, eſt planè Piſo, vt dicis, inquit. nam me ipſum huc modò venientem conuertebat ad ſeſe Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos verſabatur, quem ſcis quàm admirer, quámque eo delectet. me quidem ad altiorem memoriam Oedipodis huc venientis, & illo molliſſimo carmine, quænam eſſent ipſa hæc loca requirentis, ſpecies quædam commouit b, inanis ſcilicet, ſed commouit tamen. 4 ¶ Tum Pomponius, At ego, quem vos, vt deditum Epicuro, inſectari ſoletis, ſum multùm equidem cum Phædro, quem vnicè diligo, vt ſcitis, in Epicuri hortis, quos modò præteribamus: ſed veteris prouerbii ad monitu, *viuorum memini*: nec tamen Epicuri licet obliuiſci, ſi cupiam: cuius imaginem non modò in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis, & c in annulis habent. 5 ¶ Hic ego, Pomponius quidem, inquam, noſter iocari videtur, & fortaſſe ſuo iure. ita enim Athenis ſe colliocauit, vt ſit pænè vnus ex Atticis, vt id d etiam cognomine e videatur habiturus. Ego autem tibi, Piſo, aſſentior: vſu hoc euenire, vt *varius aliquanto, & attentius de claris viris, locorũ admonitu, cogitemus.* ſcis enim me quodam tempore Metapontum veniſſe tecum, nec ad hoſpitem antè diuertiſſe f, quàm Pythagoræ ipſum illum locum, vbi vitam ediderat g, ſedémque viderim. hoc autem tempore, etſi multa in omni parte Athenarum ſunt in ipſis locis indicia ſummorum virorum: tamen ego illa moueor exedra h. modò enim fuit Carneades: quẽ videre videor. eſt enim nota imago: à ſedéque ipſa tanta ingenii magnitudine orbata deſiderari illam vocem puto. 6 ¶ Tum Piſo, Quoniam igitur aliquid omnes, quid Lucius noſter, inquit, an eum locum libenter inuiſit, vbi Demoſthenes, & Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt? ſuo enim quiſque ſtudio maximè ducitur. 7 ¶ Et ille: cùm erubuiſſet, Noli, inquit, ex me quærere, qui in Phalericum etiam deſcenderim: quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, vt fremitum aſſueſceret voce vincere. modo etiam paullulum ad dextram de via declinaui, vt ad Pericliis ſepulchrum accederem. quamquam id quidem infinitum eſt in hac vrbe. quacum que enim ingredimur, in i aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus. 8 ¶ Tum Piſo, Atqui Cicero, inquit, iſta ſtudia, ſi ad imitandos ſummos viros ſpectant, ingenioſorum ſunt. ſin tantummodò ad indicia veteris memoriæ cognoſcendæ, curioſorum. te autem hortamur omnes, currentem quidem, vt ſpero, vt eos, quos nouiſſe vis, etiam imitari velis. 9 ¶ Hic ego Etſi facit hic quidem, inquam, Piſo, (vt vides) ea, quæ præcipis: tamen mihi k grata eſt hortatio tua. 10 ¶ Tum ille amiciſſimè, vt ſolebat, Nos verò, inquit, omnes omnia ad huius adoleſcentiam conferamus, in primiſque vt aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophię quoque impertiat, vel vt te imitetur, quem amat: vel vt illud ipſum, quod ſtudet, facere poſſit ornatiùs. Sed vtrũ hortandus es nobis, Luci, inquit, an etiam tua ſponte propenſus es? mihi quidẽ Antiochum, quem audis, ſatis bellè videris attendere. 11 ¶ Tum ille timidè, vel potiùs verecundè, Facio, inquit, equidem: ſed audiſtíne modò de Carneade? rapior illuc, reuocat autem Antiochus: nec eſt præterea, quem audiã. 12 ¶ Tum Piſo, Etſi hoc, inquit, fortaſſe non poterit ſic abire, cùm hîc adſit, (me autem dicebat) tamen audebo te ab hac Academia noua ad veterem illam vocare. in qua, vt dicere Antiochum audiebas, non ii ſoli numerantur, qui Academici vocantur, Speuſippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, cęteríque, ſed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Ariſtoteles, quem excepto Platone, haud ſcio an rectè dixerim principem philoſophorum. Ad a eos igitur conuerte te, quæſo. ex eorum enim ſcriptis, & inſtitutis cùm omnis doctrina liberalis, omnis hiſtoria, omnis ſermo elegans ſumi poteſt: tum varietas eſt tanta artium, vt nemo ſine eo inſtrumento ad b vllam rem illuſtriorẽ ſatis ornatus poſſit accedere. ab his oratores, ab his imperatores, ac rerum publicarum principes exſtiterũt, vt ad minora veniam, mathematici, poetæ, muſici, medici denique ex hac, tanquam ex omnium artium officina, profecti ſunt. 13 ¶ Ad quæ ego, Scis me, inquam, iſtud idem ſentire, Piſo: ſed à te opportunè mẽtio facta eſt. ſtudet enim meus audire Cicero *quænam ſit iſtius veteris, quam commemoras, Academia de finibus bonorum, Peripateticorúmque ſententia.* cenſemus autem te facillimè id explanare poſſe, quòd & Staſeam c Neapolitanum multos annos habueris apud te, & complureis iam menſes Athenis hæc ipſa te ex Antiocho videmus exquirere. 14 ¶ Et ille ridens, Agè, agè, inquit, ſatis enim ſcitè me noſtri ſermonis principium eſſe voluiſti: exponamus adoleſcenti, ſi qua fortè poſſumus. dat enim id nobis ſolitudo. quòd ſiquis Deus diceret, numquam putarem, me in Academia, tanquam philoſophum, diſputaturum. ſed d ne, dũ huic obſequor e, vobis moleſtus ſim. 15 ¶ Mihi, inquã, qui te id ipſum rogaui? 16 ¶ Tum Quinctus & Pomponius cùm idem ſe velle dixiſſent, Piſo exorſus eſt. cuius oratio, attende, quæſo, Brute, fatíſne videatur Antiochi complexa eſſe ſententiam? quam tibi, qui fratrem f eius Ariſtum frequenter audieris, maximè probatam exiſtimo. Sic eſt igitur locutus. Quantus ornatus in Peripateticorum diſciplina ſit, ſatis eſt à me, vt breuiſſimè potui, paullo antè dictum. Sed eſt forma eius diſciplinæ, ſicut ferè cęterarum, triplex. g vna pars eſt, natura h diſſerendi, altera: viuendi tertia. *Natura* ſic ab iis inueſtigata eſt, vt nulla pars cælo, mari, terra, (vt poëticè loquar) prætermiſſa ſit. Quinetiam, cùm de rerum initiis, omníque mundo locuti eſſent, vt multa non modò probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria mathematicorum ratione concluderent: maximam materiam ex rebus per ſe inueſtigatis ad rerũ occultarum cognitionem attulerunt. perſecutus eſt Ariſtoteles animantiũ omniũ ortus, victus, figuras. Theophraſtus autem ſtirpium naturas omniúmque ferè rerum, quæ è terra gigneretur, cauſas, atque rationes. qua ex cognitione facilior facta eſt inueſtigatio rerũ occultiſſimarum. *diſſerendi* quoque ab iiſdẽ non dialectice ſolùm, ſed etiã oratoriè præcepta ſunt tradita: ab

a Peripatetici ſectæ vtilitas.*

b *al.* ad rem vllã illuſtriorem. P. C X X V I.

c Staſeæ idem memin. infra & 1. de orator.*

d *fort.* ſed verendum, nedum huic obſ.

e *al.* obſequor vide, vobis *al.* obſequor, verendum vobis, &c.*

f vide Academic. 1. & 4.*

g Philoſophia triplex a Peripateticis conſtituta.*

h L. naturæ.*

Aristoteléque principe de singulis rebus in vtramque partem dicendi exercitatio est instituta, vt non contra omnia semper, sicut Academicos, diceret, & tamen, vt in omnibus rebus, quidquid ex vtraque parte dici posset, expromeret. Cùm autem *tertia pars* bene viuendi præcepta quæreret, ea quoque est ab iisdem non solùm ad priuatæ vitæ rationem, sed etiam ad rerump. rectionem relata. omnium ferè ciuitatum non Græciæ solùm, sed etiam barbariæ, ab Aristotele, mores, instituta, disciplinas: à Theophrasto leges [a] etiam cognouimus. cúmque vterque eorum docuisset, qualem [b] in rep. principem esse conueniret, pluribus præterea cùm scripsisset, qui [c] esset optimus reipu. status: hoc ampliùs Theophrastus, quæ essent in repub. inclinationes rerum, & momenta temporum, in quibus esset moderandum, vtcumque res postularet. Vitę autem degendæ ratio maximè quidem illis placuit quieta, in [d] contemplatione, & cognitione posita rerum: quæ quia deorum erat vitæ simillima, sapiente visa est dignissima. atque his de rebus & splendida est eorum, & illustris oratio. *De summo autem bono*, quia duo genera librorum sunt, vnum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod in commentariis [e] reliquerunt: non semper idem dicere videntur: nec [f] in summa tamen ipsa aut varietas est vlla, apud hos quidem, quos nominaui: aut inter ipsos dissensio. sed cùm beata vita quæratur, idque sit vnum, quod philosophia spectare, & sequi debeat: *sitne* [g] *ea tota sita in potestate sapientis, an possit aut labefactari, aut eripi rebus aduersis*, in eo nonnunquam variari inter eos, & dubitari videtur. quod maximè officit Theophrasti de beata vita liber in quo multum admodũ fortunæ datur. quod si ita se habeat, nõ possit beatam [k] præstare vitam sapientia. hæc mihi videtur delicatior, vt ita dicam, molliórque ratio, quam virtutis vis, grauitásque postulat. quare teneamus Aristotelem, & eius filium Nicomachum: cuius accuratè scripti, de moribus libri, dicuntur illi quidem esse Aristotelis: sed [i] non video, cur non potuerit patri [k] similis esse filius. Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodò plus in virtute teneamus, quàm ille tenuit, firmitatis, & roboris, sinus igitur contenti his. namque horum posteri, meliores illi quidem, mea sententia, quàm reliquarum philosophi disciplinarum: sed ita degenerant, vt ipsi ex se nati esse videantur. primùm Theophrasti Strato, physicum se voluit. in quo etsi est magnus, tamen noua pleraque, & perpauca de moribus. Huius [l] Lysias & oratione locupleti, rebus ipsis ieiunior: concinnus deinde & elegans huius Aristo: sed ea, quæ desideratur à magno philosopho, grauitas in eo non fuit. scripta sanè & multa, & polita: sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. prætereo multos, in his, doctum hominem, & suauem Hieronymum: quem iam cum Peripateticum appellem, nescio. summum enim bonum exposuit, vacuitatem doloris. *qui autem de summo bono dissentit, de tota philosophiæ ratione dissentit.* Critolaus imitari antiquos voluit: & quidem est grauitate proximus, & redundat oratio. attamen is quidem in patriis institutis manet. Diodorus, eius auditor, adiungit ad honestatem, vacuitatem doloris. Hic quoque suus est: de summóque bono dissentiens, dici verè Peripateticus non potest. Antiquorum autem sententiam Antiochus noster mihi videtur persequi diligentissimè: quam eandem Aristotelis fuisse, & Polemonis docet. Facit igitur Lucius noster prudenter, qui [a] audire de summo bono potissimùm velit. hoc enim constituto in philosophia, constituta sunt omnia. nam ceteris in rebus siue prætermissum, siue ignoratum est quippiam, non plus incommodi est, quàm quanti quæque earum rerum est, in quibus neglectum est aliquid. summum autem bonum si ignoretur, viuendi rationem ignorari necesse est. ex quo tantus error consequitur, vt, quem in portum se recipiant, scire non possint. cognitis autem rerum finibus, cùm intelligitur, quid sit & bonorum extremum, & malorum, inuenta vitæ via est, conformatio que omnium officiorum. Est [b] igitur, quòd quidque referatur: ex quò, id quod [d] omnes expetunt, beatè viuendi ratio inueniri, & comparari potest. quod quoniam in [e] quo sit, magna dissensio est: Carneadea nobis adhibenda diuisio est, qua noster Antiochus libenter vti solet. Ille igitur vidit, non modò quot fuissent adhuc philosophorum de summo bono, sed quot omnino esse possent sententiæ. Negabat igitur vllam esse artẽ, quæ ipsa sibi proficisceretur et enim semper illud extra est, quod arte comprehenditur. nihil opus est exemplis hoc facere longius. est enim perspicuum, *nullam artem in se versari, sed esse aliud artem pro sum: aliud quod propositum sit arti.* Quoniam [f] VTR medicina valetudinis, [h] nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia: necesse est eam quoque ab alia re esse constitutam, & profectam. Constitit [i] autem ferè inter omneis, id, in quo prudentia versaretur, & quod assequi vellet, aptum, & accommodatum naturæ esse oportere, & tale, vt ipsum per se inuitaret, & alliceret appetitum animi: quem ὁρμὴν Græci vocant. Quid autem sit, quod ita moueat, itáque à natura in primo ortu appetatur, non constat, déque eo est inter philosophos, cùm summum bonum exquiritur, omnis dissensio. totius enim quæstionis eius, quæ habetur de finibus bonorum & malorum, cùm quæritur in his quid sit extremum, & vltimum, fons reperiendus est, in quo sint prima [k] inuitamenta naturæ, quo inuento, omnis ab eo, quasi capite, de summo bono: & malo disputatio ducitur. Voluptatis alij primum appetitum putant, & primam depulsionem doloris: alij censent primum adscitum [l], doloris vacuitatem, & primum declinatum, dolorem. Ab [m] iis alij, quæ prima secundum naturam nominant, proficiscuntur: in quibus numerant incolumitatem, conseruationémque omnium partium, valetudinem [n], sensus integros, doloris vacuitatem, vireis, pulchritudinem, ceteráque generis eiusdem: quorum similia sunt prima in animis, quasi virtutum igniculi, & semina. Ex his tribus cùm vnum aliquod sit, quo primùm natura moueatur vel ad appetendum, vel ad repellendum, nec quidquam omnino, præter hæc tria, possit esse: necesse est omnino officium aut fugiendi, aut sequendi, ad eorum aliquid [o] referri: vt illa *prudentia* [p], *quam artem vitæ esse diximus*, in earum trium rerum aliqua versetur, à qua totius

a *al.* etiam leges.

b Politicæ quæstiones.* c *al.* quis.

d Deorum vita quieta in contemplatione & cognitione. P. CXXVII.

e ne dicas συγγράμματα Aristotelis quæ Simplicius in Categorias vt minimi vsus probat vt & Alexander, sed vel συγγράμματα, vel libros ἀκροαματικούς.*

f *al.* nec in sententia tamen, &c. non pl.

g Vita beata an tota in potestate hominis: & sapientia, an in fortuna sita sit.*

h L. beatam vitam præstare sap.

i Laertius eodem modo tribuit Nicomacho libros Ethicorum in vita Eudoxi.*

k L. patris similis.

l L. Huius Lyco, oratione locuples, P. B. rebus ipsis, &c. *Hieronymi Tyco Stratonis discipulus & auditor, vt ex Laertio apparet in Stratone & Lycone. al. veteres habebant* huius Lycorationem. *al.* huius Lycoratione.*

a Summi boni quæstio summa, & necessaria.

b Summi boni definitio. c τέλος d τέλος. P. CXXVIII.

e Summi boni materia, & subiectum.

f *al.* Quæritur num ipsum sit medicina.

g *al.* quæritur, vtrum ipsa sapientia, an aliquid sapientia sit.

h Vide Vlpian. in Rhetor. Ciceronis.

i *al.* Cicero autem.

k Prima natura quibusnam constent.

l *al.* sciunt nõ dolorem primum propter se, sed quia in eo sit, quod declinandum.

m *al.* ab iis, quæ dicebantur.

n Valetudo.

o *al.* quod ad prudentiam.

p Prudentia ars vitæ.

totius vitæ ducat exordium. ex eo autem, quod statuerit esse, quo primùm natura moueatur, exsistet etiam recti ratio, atque honesti, quæ cum vno aliquo ex tribus illis conuenire possit, vt[a] aut id honestum sit, facere omnia aut voluptatis causa, etiam si eam non consequare: aut non dolendi, etiam si id assequi nequeas: aut eorum, quæ secundum naturam sunt, adipiscendi. Ita fit, vt, quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum, malorúmque dissimilitudo. Alij rursus iisdem[b] principijs, omne officium referunt aut ad voluptatem, aut ad non dolendum, aut ad prima illa secundum naturam obtinenda. Expositis iam igitur sex[c] de summo bono sententiis, quarum est vna sola defensa, eáque vehementer nam voluptatis causa facere omnia, cùm, etiam si nihil consequamur[d], tamen ipsum illud consilium ita faciendi, per se expetendum, & honestum, & solum bonum sit, nemo dicit. ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putauit, nec si etiam euitare posset. At verò facere omnia, vt adipiscamur quæ secundum naturam sint, etiam si ea non assequamur, id esse & honestum, & solum per se expetendum, & solum bonum Stoici dicunt. Sex igitur hæ sunt simplices de summo bonorum malorúmque sententiæ: duæ sine patrono, quattuor defensæ. iunctæ autem, & duplices expositiones summi boni, tres omnino fuerunt: nec verò plures, si penitus rerum naturam videas, esse potuerunt. nam aut voluptas adiungi potest ad honestatem, vt Calliphoni, Dinomachó q; placuit: aut doloris vacuitas, vt Diodoro: aut prima naturæ, vt antiquis: quos eosdem Academicos, & Peripateticos nominamus. Sed quoniam non possunt omnia simul dici, hæc in præsentia nota esse debebunt, *voluptatem*[g] *semouendam esse: quando ad maiora quædam*, vt iam apparebit, *nati sumus*. de vacuitate doloris eadem ferè dici solent, quæ de voluptate. quoniam igitur & de voluptate cum Torquato, & de honestate, in qua vna omne bonum poneretur, cum Catrone est disputatum: primùm, quæ contra voluptatem dicta sunt, eadem ferè cadunt[h] contra vacuitatem doloris. nec verò alia sunt quærenda contra Carneadeam illam sententiam. quocumque enim modo summum bonum sic exponitur, vt id vacet honestate: nec officia, nec virtutes in ea ratione, nec amicitiæ constare possunt. Coniunctio autem cum honestate vel voluptatis, vel non dolendi, id ipsum honestum, quod amplecti vult, efficit turpe. ad eas enim res referre quæ agas: quarum vna, si quis malo careat, in summo eum bono dicat[i] esse: altera versetur in leuissima parte naturæ, obscurantis est omnem splendorem honestatis, ne dicam inquinantis. Redemicis omnia transtulissent. nominibus aliis eadem res secuti sunt. Hos contra singulos dici est melius. sed nunc, quod agimus. de illis, cùm volemus. Democriti autē securitas,

a cf. vt id honestum sit, facere omn.

b al. iisdem à principijs profecti, omne officium &c. al. tribus.*

c al. consentiunt. p. CXXIX. cùm, etiam si nihil consequantur, &c. non pr.

d Etiam si euitare posse. al. nec si etiam euitare posset. al. nisi etiam.*

e Summum bonum non in voluptate, aut in vacuitate doloris.*

f Clitomachó q; placuit. al. Clitoma quoque pl.

g Quadrat cum eo, quod dicunt &c. al. cum eo.

h Omnes &c. al. omnia esse.

A quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas, ea ipsa est beata vita. quærimus autem, non quæ sit, sed vnde sit. Iam explosæ, eiectæque sententiæ Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quòd in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possunt, adhibendæ omnino non fuerunt. nam cùm omnis hæc quæstio de finibus, & quasi de extremis bonorum, & malorum, ab eo proficiscatur, quod diximus naturæ esse aptum[a], & accommodatum, quódq; ipsum per se primum appetatur, hoc totum & ij tollunt, qui in rebus iis, in quibus nihil quod non aut honestum, aut turpe sit, negant esse vllam causam, cur aliud alij anteponatur, nec inter eas res quidquam omnino putant interesse: & Herillus, si ita sensit, nihil esse bonum, præter scientiam, omnem consilij capiendi causam, inuentionémque officij sustulit. Sic, exclusis sententiis reliquorum, cùm præterea nulla esse possit, hæc antiquorum valeat necesse est. Ergo instituto veterum, quo etiam Stoici vtuntur, hinc capiamus exordium. *Omne*[d] *animal sibi ipsum diligit, &*[e] *simul ac ortum est id agit, vt se conseruet*, quòd hic ei primus ad omnem vitam tuendam appetitus à natura datus, se vt conseruet, atque ita sit affectum, vt optimè secundum naturam affectum esse possit. Hanc initiò constitutionem confusam habet, & incertam, vt tantummodò se tueatur, qualecumque sit. sed nec quid sit, nec quid possit, nec quid ipsius natura sit, intelligit. Cùm autem processit paullum, & quatenus quidquid[f] se attingat, ad seque pertineat, perspicere cœpit, tum sensim incipit progredi, seseque agnoscere, & intelligere, quam ob causam habeat[g] eum, quem diximus, animi appetitum: cœptátque & ea, quę naturæ apta sentit, appetere, & propulsare cõtraria. ergo omni animali, illud quod appetit, positum est in eo, quod naturæ est accommodatum. Ita *finis bonorum exsistit, secundum naturam viuere, sic affectum, vt optime affici possit, ad naturámque accommodatissime*. Quoniam autem sua cuiusque animantis natura est, necesse est quoque finem omnium hunc esse, vt natura expleatur. nihil enim prohibet, quædã esse & inter se animalibus reliquis, & cum bestiis homini communia, quoniam omnium est natura cõmunis. sed extrema illa, & summa, quæ quærimus, inter animalium genera, distincta, & dispertita sunt, & sua cuique propria, & ad id apta, quod cuiusque natura desiderat. quare cùm dicimus, omnibus animalibus. extremum esse, secundũ naturam viuere: non ita accipiendum est, quasi dicamus, vnũ esse omnium extremum: sed VT omnium artium rectè dici potest commune esse, vt in aliqua scientia versetur, scientiam autem suam cuiusque artis esse: sic communeh animalium omnium secundum naturam viuere, sed naturas esse diuersas, vt aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini, & tamen in omnibus summa communis, & quidem non solùm in animalibus, sed etiam in rebus omnibus iis, quas natura alit, auget, & tuetur: in quibus videmus, ea, quæ gignuntur è terra, multa quodam modo efficere ipsa sibi per se quæ ad viuendum, crescendúmque valeant, & i suo genere perueniãt ad extremum: vt iam liceat vna comprehensione omnia complecti: non

a cἰκεῖον,
b πρακτὸν ὀρεκτὸν,
c L. nihil aut honestum, aut turpe sit, neg.

d Primus animalis appetitus est in se conseruando, & in eo quærendo, quod suæ naturæ accommodatũ sit, quódque suã naturam expleat & conseruet in optimo sui generis statu, ab initio confusus & incertus: pòst ratione moderatus.*

e L. ac simul vt ortum est, &c. & ita v. c.

f al. quidq.* g fort. habeat

h fort. cõmune esse animalium omn.

i fort. & suo quæque in genere p. al. & sui generis p.

dubitémque dicere, omnem naturam esse[a] conseruatricem sui, idque habere propositum quasi finem, & extremum, se vt custodiat quàm[b] in optimo sui generis statu: vt necesse sit, omnium rerum, quæ natura vigeant, similem esse finem, non eundem. ex quo intelligi debet, *hominis id esse in bonis vltimum, secundum naturam viuere: quod ita interpretemur, viuere ex hominis natura vndique perfecta, & nihil requirente.* Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatiùs, vos ignoscetis. huius enim ætati, & huic, nunc hoc primum fortasse audienti, seruire debemus. 16 ¶ Ita prorsus, inquam. etsi ea quidem, quæ adhuc dixisti, quamuis ad ætatem rectè isto modo dicerentur. 17 ¶ Exposita igitur, inquit, terminatione rerum expetendarum, cur ista se res ita habeat, vt dixi, deinceps demonstrandum est quamobrem ordiamur ab eo, quod primum posui, quod idem reipsa[c] primum est, vt intelligamus, *omne animal sesipsum diligere.* quod quamquam dubitationem non habet (est enim infixum in ipsa natura, cõprehenditur[f] suis cuiusque sensibus, sic, vt cõtrà si quis dicere velit, non audiatur) tamen, nequid prætermittamus, rationes quoq; cur hoc ita sit, afferendas puto. etsi *qui potest intelligi, aut cogitari, esse aliquod animal, quod se oderit?* res enim concurrent contrariæ. nam cùm appetitus ille animi aliquid ad se trahere cœperit consultò, quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus: cùm id sua causa faciet: & [g]oderit se, & simul diliget: quod fieri non potest. necesse[h] est quidem. si quis sibi ipsi inimicus est, eum, quæ bona sunt, mala putare: bona contrà, quæ mala: & quæ appetenda, fugere: & quæ fugienda, appetere: quæ sine dubio vitæ sunt euersio. neque enim, si nonnulli reperiuntur, qui aut laqueos, aut alia exitia quærant, aut, vt ille apud Terentium, qui decreuit tantisper se minùs iniuriæ suo gnato facere, (vt ait ipse) dum fiat miser, inimicus ipse sibi putandus est. sed alij dolore mouentur, alij cupiditate: iracundia etiam multi efferuntur: & cùm in mala scientes ruunt, tamen se optimè sibi consulere arbitrantur: itáque dicunt, nec dubitant,

Mihi sic visus est: tibi vt opus est facto face:

velut, qui ipsi sibi bellum indixissent, cruciari dies, noctes; torqueri vellent: nec verò sese ipsi accusarent ob eam causam, quòd se malè rebus suis consuluisse dicerent. eorum enim hæc est querela, qui sibi cari sunt, seséque diligunt. Quare, quotiescunque dicetur malè de se quis mereri, sibique esse inimicus, atque hostis, vitam denique fugere: intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam, vt ex eo ipso possit intelligi, sibi quemq; esse carũ. Nec verò id satis est. neminem esse, qui[i] ipse se oderit: sed illud quoque intelligendum est neminem esse, qui, quo modo se habeat, nihil sua censeat interesse. tollitur enim appetitus animi, si, vt in iis rebus, inter quas nihil interest, neutram in partem propensiores[k] simus, itemin nobismetipsis, quemadmodum affecti simus, nihil nostra arbitrabimur interesse. Atque etiam illud, si quis dicere velit, perabsurdum sit: ita diligi à se quemquam, vt ea vis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum, qui se diligat. hoc cùm in amicitiis, cùm in officiis, cùm in virtutibus dicitur, quomodocumque dicitur, intelligi tamen quid dicatur, potest. in[a] nobis autem ipsis ne intelligi quidem, vt propter aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem, nos amemus. propter nos enim illam, non propter eam nosmetipsos diligimus. quamquam quid est, quod[b] magis perspicuum sit, non modò carum sibi quemque, verùm etiam vehementer carum esse? quis est enim, aut quotus quisque[c], cui, mors cùm appropinquet,

Nõ refugiat[d] timido sanguẽ atq. exalbescat metu

Et si hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere, quod item est reprehendendum in dolore. sed quia ferè sic afficiuntur omnes, satis argumenti est, *ab interitu naturam abhorrere:* idque quo magis quidam ita faciunt, vt iure etiam reprehendatur, hoc magis intelligendum est, hæc ipsa nimia in quibusdam futura nõ fuisse, nisi quædam essent modica[e] natura. nec verò dico eorum metum mortis, qui quia priuari se vitæ bonis arbitrẽtur, aut quia quasdam post mortem formidines extimescant, aut si mortuant, ne cum dolore moriantur, iccirco mortem fugiant[f]: in paruis enim sæpe, qui nihil ẽbrum cogitãt, si quando his ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimescunt, quinetiam feræ, inquit Pacuuius,

Quibus abest ad præcauendũ intelligendi astutia,

sibi iniecto terrore mortis horrescunt. Quis autem de ipso sapiente aliter existimat? quinetiam *cùm decreuerit esse moriendum, tamen discessu à suis, atque ipsa relinquenda luce mouebitur.* Maximè autem in hoc quidem genere vis est perspicua naturæ, cùm & mendicitatem multi perpetiantur, vt viuant: & angantur appropinquatione mortis confecti homines senectute: & ea perferant, quæ Philoctetam[g] videmus in fabulis: qui cùm cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum.

Configebat[h] tardus celeres, stans volantes: vt apud Attium est, *pennarúmque[k] contextu corpori tegumenta faciebat.*

De hominum genere, aut omnino de animalium loquor, cùm arborũ, & stirpium eadem pænè natura sit: siue, vt doctissimis viris visum est, maior aliqua causa, atque diuinior hanc vim ingenuit: siue hoc ita sit fortuito. videamus[m] eã, quæ terra gignit, corticibus, & ramicibus valida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadã compactione membrorum. qua quidem de re, quamquam assentior iis, qui hæc omnia regi natura putant: quæ si natura negligat, ipsa esse non possint. tamen[n] concedo, vt, qui de hoc dissentiunt, existiment quod velint, ac vel hoc intelligant, si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me. nihil enim hoc differt. nam priùs poterit à se quisque discedere, quàm appetitu earum rerum, quæ sibi conducant, amittere. Iure igitur grauissimi philosophi *initium summi boni à natura* petiuerunt, & illum appetitum rerum ad naturam accommodatarum, ingeneratum putauerunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua se ipsi diligunt. Deinceps videdum est, quoniam satis apertum est, sibi quemque natura esse carum, quæ sit hominis[o] natura. id est enim, de quo quæritur. Atqui perspicuum est, hominem[p] è corpore, animóq; cõstare, cùm primę sint animi partes

a Lin nobismet autem ipsis intelligi quidem vt propter aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem, nos amemus. propter nos enim illam, non propter eam nosmetipsos diligimus. quamquam quid est, quod magis perspicuum sit, non modò carum sibi quemque, verùm etiam vehementer carum esse? quis est enim, aut quotus quisque, cui, mors cùm appropinquet, &c.

b al. quod magis perspicuũ sit, non modo

c quotus quisque. Nemini enim sanguinem fundere volunt libri de Oratore. d fugiat libri.

e paruula.

f fort. fugiãt

g Tabulæ Ferentinatis, & Tusculanæ habent locum vulgatum. Scaliger fatetur vulgatum esse celerius, sed hoc volumine plura mendosa.

h al. configebat tardus celeres, stans volantes: vt apud Attium est, pennarúmque contextu corpori tegumenta faciebat. De hominum genere, aut omnino de animalium loquor, cùm arborũ, & stirpium eadem pænè natura sit: siue, vt doctissimis viris visum est, maior aliqua causa, atque diuinior hanc vim ingenuit: siue hoc ita sit fortuito. videamus eã, quæ terra gignit, corticibus, & ramicibus valida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadã compactione membrorum. qua quidem de re, quamquam assentior iis, qui hæc omnia regi natura putant: quæ si natura negligat, ipsa esse non possint. tamen concedo, vt, qui de hoc dissentiunt, existiment quod velint, ac vel hoc intelligant, si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me. nihil enim hoc differt. nam priùs poterit à se quisque discedere, quàm appetitu earum rerum, quæ sibi conducant, amittere. Iure igitur grauissimi philosophi *initium summi boni à natura* petiuerunt, & illum appetitum rerum ad naturam accommodatarum, ingeneratum putauerunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua se ipsi diligunt. Deinceps videdum est, quoniam satis apertum est, sibi quemque natura esse carum, quæ sit hominis natura. id est enim, de quo quæritur. Atqui perspicuum est, hominem è corpore, animóq; cõstare, cùm primę sint animi partes

i al. qui se ipse oderit:

k p. B. & L. propensiores sumus

l fortasse

m fort. videamus eã, quæ terra gignit, corticibus, & ramicibus valida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadã compactione membrorum. qua quidem de re, quamquam assentior iis, qui hæc omnia regi natura putant: quæ si natura negligat, ipsa esse non possint. tamen concedo, vt, qui de hoc dissentiunt, existiment quod velint, ac vel hoc intelligant, si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me. nihil enim hoc differt. nam priùs poterit à se quisque discedere, quàm appetitu earum rerum, quæ sibi conducant, amittere. Iure igitur grauissimi philosophi *initium summi boni à natura* petiuerunt, & illum appetitum rerum ad naturam accommodatarum, ingeneratum putauerunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua se ipsi diligunt. Deinceps videdum est, quoniam satis apertum est, sibi quemque natura esse carum, quæ sit hominis natura. id est enim, de quo quæritur. Atqui perspicuum est, hominem è corpore, animóq; cõstare, cùm primę sint animi partes

n Es hoc

o Es natura hominis

p hoc

q fecundæ

secundæ corporis. deinde id quoque videmus, & a ita figuratum corpus, vt excellat aliis, animúmque ita constitutum, vt & sensibus instructus sit, & habeat præstantiam mentis, cui tota hominis natura pareat, in qua sit mirabilis quædam vis rationis, & cognitionis, & scientiæ virtutúmque omnium. nam quæ corporis sunt, ea nec auctoritatem cum animi partibus comparandam, & cognitionem habent faciliorem. itaque ab his ordiamur. Corporis b igitur nostri partes, totáque figura, & forma, & statura, quàm apta ad naturam sit, apparet: neque est dubium, quin frõs, oculi, aures, & reliquæ partes, quales propriæ sunt hominis, intelligatur. sed certè opus est ea valere, & vigere, naturaleis motus, vsúsque habere, vt nec absit quid eorum: nec ægrum, debilitatúmve sit. id enim natura desiderat. est enim actio quædam corporis, quæ motus, & status naturæ congruenteis tenet: in quibus si peccetur distortione, & depravatione quadam, aut motu, statúve deformi, vt si aut manibus ingrediatur quis aut non antè, sed retrò, fugere planè se ipse, & hominem ex homine exuens naturam odisse videatur. Quamobrem etiam sessiones quædam, & flexi, fractíque motus, quales proteruorum hominum, aut mollium d esse solent, contra naturam sunt: vt, etiam si animi vitio id eueniat, tamen in corpore immutari hominis natura videatur. Itaque è contrario moderati, æquabilésque habitus, effectiones, vsúsque corporis, apta esse ad naturam videntur. Iam verò animus e non esse solùm, sed etiam cuiusdam modi debet esse, vt & omneis partеis suas habeat incolumeis, & de virtutibus nulla desit. Atqui f in sensibus est sua cuiusque virtus, vt ne quid impediat, quominus suo sensus quisque munere fugatur in iis rebus, celeriter, expeditéque percipiendis, quæ subiectæ sunt sensibus. Animi autem, & eius animi partis, quæ princeps est, quæque mens nominatur, plures sunt virtutes, sed duos primà genera: vnum earum, quæ ingenerantur suapte natura, appellantúrque non voluntariæ: alterum earum, quæ in voluntate positę, magis proprio nomine appellari solent: quarum est excellens in animorum laude præstãtia, prioris generis est docilitas, memoria: quę ferè omnia appellantur vno ingenij nomine: eáque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur, alterum autem genus est magnarum, verarúmque virtutum: quas appellamus voluntarias, vt prudentiam h, temperantiam, fortitudinem, iustitiam, & reliquas eiusdem generis. Et summatim quidem hæc erant de corpore, animóque dicenda: quibus quasi informatum est, quod hominis natura postulet. ex quo perspicuum est, quoniam ipsi à nobis diligamur, *omniáque & in animo, & in corpore perfecta velimus esse*, ea nobis ipsa cara esse propter se, & in iis esse ad benè viuendũ momẽtai maxima. nam cui proposita sit conseruatio sui, necesse est huic partes quoque sui caras esse, carioréque, quo perfectiores sint, & magis in suo genere laudabiles. *ea enim vita expetitur, qua sit animi, corporísque expleta virtutibus: in eoque summum bonum poni necesse est*: quandoquidem id tale esse debet, vt rerum expetendarum sit extremum. quo cognito, dubitari non potest, quin, cùm ipsi hominеs sibi sint per se, & sua sponte cari, partes quoque & corporis, & animi, & earum rerum, quæ sunt in vtriusque motu, & statu, sua caritate colantur, & per se ipsæ appetantur. quibus expositis, facilis est coniectura, ea maximè esse expetenda ex nostris, quæ plurimum habent dignitatis: vt optimæ cuiusque partis, quæ per se expetatur, virtus sit expetenda maximè. Ita fiet, vt a animi virtus, corporis virtuti anteponatur, animíque virtutes nõ voluntarias vincant virtutes voluntariæ: quæ quidem propriè virtutes appellantur, multúmque excellunt, propterea quòd ex ratione gignuntur: qua nihil est in homine diuinius. etenim omnium rerum, quas & creat natura, & tuetur, quæ aut sine animo sint, aut non multo secus, earum summum bonum in corpore est: vt non inscitè illud dictum videatur in sue b, animum c illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. Sunt autem bestiæ quædam in quibus ineſt aliquid simile virtutis, vt in leonibus, vt in canibus, vt in equis: in quibus non corporum solùm, vt in suibus, sed etiam animorum aliqua ex parte motus quosdam videmus. in homine autem summa omnis animi est, & in animo, rationis: ex qua virtus est: quæ rationis absolutio definitur quam etiam, atque etiam explicandam putant. Earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam, & perfectio est, non dissimilis animantium. itaque & viuere vitem & mori dicimus: arboremque & nouellam, & vetulam, & vigere, & senescere. ex quo non est alienum, vt animantibus, sic illis -&d apta quædam ad naturam, aptare e, & aliena amputare, eatúmque augendarum, & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, vt, quò natura ferat, eò possit ire: vt ipsæ vites, si loqui possint, ita se tractandas, tuendásque esse fateantur. & nunc quidem, quod eam tuetur, vt de vite potissimùm loquar, est id extrinsecus. in ipsa enim parum magna vis est, vt quàm optimè se habere possit, si nulla cultura adhibeatur. At verò si ad vitem sensus accesserit, vt appetitum quendam habeat, & per se ipsa moueatur, quid facturam putas? an ea, quæ per vinitorem antea consequebatur, etiam f per se ipsam curabit? sed vidésne accessuram ei curam, vt sensus quoq; suos, eorúmque omnium appetitum, & si qua sunt ei membra adiuncta, tueatur? sic ad illa, quæ semper habuit, iunget ea, quæ postea accesserint: nec eundem finem habebit, quem cultor eius habebat: sed volet secundum eam naturam, quę postea ei adiuncta sit, viuere. ita similis erit finis boni, atque antea fuerat, nec idem tamen. non enim iam stirpis bonum queret, sed animalis. quòd si non sensus modo ei sit datus, verùm etiam animus hominis: nonne necesse est, & illa pristina manere, vt tuenda? & inter hęc multo esse cariora, quę accesserint? animíque optimam quamque partem carissimam? in eáque expletione naturæ summi boni finem consistere, cùm longè, multúmq; præstet mẽs, atque ratio? Sic & extremum omnium, h appetendorũ i, atq; ductum à prima communitate naturę, multis gradibus adscendit, vt ad summũ peruenirer: quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. Cùm igitur ea sit, quam expositi, forma

a Virtutes animi, corporeis: voluntariæ, non voluntariis anteponendæ.*

b Varro 2. de re rustica Suillũ pecus donatum a natura dicũt ad epulandum. Itaque his animam datam pro sale quæ seruarer carnẽ. Plin. 8. c. 2. Hoc maxime brutum, animamque ei pro sale datam non illepide existimabatur. Idẽ Cicero 2. de Natura.*

c P. CXXXIII. c L. animam illi p. datam pro sale, ne putisceret. ‖ Ita legitur apud Nonũ. c. 2. in Putidum. 706.*

d L. & apta quædam ad naturam putare, & aliena: earúmq; augẽdarum, &c. e al. patare. al. putare. al. optare.*

f particula, etiam, non est in v. c.

g al. nonne necesse est & illa pristina manere tuenda.*

h Omnium appetendorũ ductum à prima cõmendatione nat. i al. appetendum.* k al. communione.*

naturæ: si, vt initiò dixi, simul atque ortus est, se quisque cognosceret, iudicaréque posset, quæ vis & totius esset naturæ, & partium singularum, continuò videret, quid esset hoc, quod quærimus, omnium rerum, quas expetimus, summum, & vltimum: nec vlla in re peccare posset. nunc verò *à primo quidem mirabiliter occulta natura est, nec perspici, nec cognosci potest. progredientibus autem aratibus, sensim, tardéve potius quasi nosmetipsos cognoscimus.* itaque illa prima commendatio, quæ à natura nostri facta est, nobis obscura, & incerta est: primúsque appetitus ille animi tantum agit, vt salui, atque integri esse possimus. cùm autem dispicere cœperimus, & sentire, quid simus, & quid ab animantibus cæteris differamus; tum ea sequi incipimus, ad quæ nati sumus. quam similitudinẽ videmus in bestiis. quæ primò, in quo loco natæ sunt, ex eo se non commouent: deinde suo quæque appetitu mouetur. *serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus vti videmus boues, vespas*[a] *aculeis: suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem.* quæ similitudo in genere etiam humano apparet. paruis enim primo ortu sic iacent, tanquã omnino sine animo sint. cùm autem paullum firmitatis accesserit: & animo vtuntur, & sensibus, conniti(n)túrq;, vt se se erigant: & manibus vtuntur, & eos agnoscunt, à quibus educantur: deinde æqualibus delectantur, libentérque se cum his congregant, dántque se ad ludendum: fabellarúmq;[c] auditione ducuntur: déque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt: animaduertúntque ea, quæ domi fiunt, curiosiùs, incipiúntq; commentari aliquid, & discere: & eorũ, quos vident, volunt non ignorare nomina: quibúsque[d] rebus cum æqualibus decertant, si vincunt, efferunt[e] se lætitia: victi debilitantur, animósque demittunt. quorum sine causa fieri nihil putandum est. est enim natura sic generata vis hominis, vt ad omnem virtutem percipiendam facta videatur: ob eámque causam parui virtutũ simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina mouẽtur. sunt enim prima elementa naturæ: quibus auctis, virtutis quasi carmen efficitur. nã cùm ita nati, factíq; simus, vt & agendi aliquid & diligẽdi aliquos, & liberalitatis, & referẽdę gratiæ principia in nobis contineremus, atque ad scientiam, prudentiam, fortitudinémque aptos animos haberemus, à contrariisque rebus alienos: non sine causa eas, quas dixi, in pueris virtutum quasi scintillulas videmus, è quibus accendi philosophi ratio debet, vt eam, quasi Deum, ducem subsequens, ad naturæ perueniat extremum. nam, vt sæpe iam dixi, in infirma ætate, imbecilláque mente vis naturæ per caliginem cernitur. cùm autem progrediens confirmatur animus, agnoscit ille quidem naturæ vim, sed ita, vt progredi possit longiùs, per se sit tamen inchoata. *intrandum est igitur in rerum naturam, & penitus, quid ea postulet, perui-*
dendum. aliter enim nosmetipsos[f] *nosse non possumus.* quod præceptum quia maius erat, quàm vt ab homine videretur, idcirco assignatum est Deo. iubet igitur nos Pythius Apollo noscere nosmetipsos. cognitio autem hæc est vnã, vt vim nostri corporis, animíque norimus, sequamúrque eam vitam, quæ rebus ipsis perfruatur[g]. Quoniam autem is animi appetitus à principio fuit, vt ea, quæ dixi, quàm perfectissima à natura haberemus: confitendum est, cùm id adepti simus, quod appetimus fit, in eo quasi vltimo consistere naturam, atque id esse summum bonum: quod certè vniuersum sua sponte ipsum expeti, & propter se, necesse est, quoniam antè demonstratum est, etiam singulas eius parteis esse per se expetendas. In enumerandis autem corporis commodis siquis prætermissam à nobis voluptatem putabit, in aliud tempus quæstio differatur. vtrum enim sit voluptas in iis rebus, quas primas *secundum naturam esse diximus*, nécne sit, ad id, quod agimus, nihil interest. si enim (vt mihi quidem videtur) non explet bona[a] naturæ voluptas, iure prætermissa est. sin est in ea, quod quidam volunt, nihil impedit nostram hanc comprehensionem summi boni. quæ enim constituta sunt prima naturæ, ad ea si voluptas accesserit, vnum aliquod accesserit commodum corporis, neque eam constitutionem summi boni, quæ est proposita, mutauerit. Et adhuc quidem ita nobis progressa ratio est, vt ea duceretur omnis à prima commendatione naturæ. nunc autem aliud iam argumentandi sequamur genus, vt non solùm, quia nos diligamus, sed quia cuiusque partis naturæ & in corpore, & in animo sua quæque vis sit: idcirco in his rebus summa[b] nostra sponte moueamur. Atque *vt à corpore*[c] ordiar, vidésne, vt, si qua in membris praua, aut debilitata, aut imminuta sint, occultent homines? vt etiam contendant, & elaborent, si efficere possint, vt aut non appareat corporis vitium, aut quàm minimùm appareat? multósque etiam dolores curationis causa perferant? vt, si ipse vsus membrorum non modò non maior, verùm etiam minor futurus sit, eorum tamen species ad naturam reuertatur? etenim cùm omnes natura totos se expetendos putent, nec id ob aliam rem, sed propter ipsos: necesse est eius etiam parteis propter se expeti, quod vniuersum propter se expetatur. Quid? in motu, & statu corporis nihil ineſt, quod[d] animaduertẽdum esse ipsa natura iudicet? quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui vultus in quoque sit: nihilne est in his rebus, quod dignum libero, aut indignum esse ducamus? nónne odio dignos multos putamus, qui quodam motu, aut statu videntur naturæ legem, & modum contemnisse? Et, quoniam hæc ducuntur[e] de corpore, quid est, cur non rectè pulcritudo etiam ipsa propter se expetenda ducatur? nam si prauitatem, imminutionémque corporis, propter se fugiendam putamus: cur non etiam, ac fortasse magis, propter se formæ dignitatem sequamur? & si turpitudinem fugiamus[f] in statu, & motu corporis: quid est, cur pulchritudinem non sequamur? atque etiam valetudinem[g] vireis, vacuitatem doloris non propter vtilitatem solùm, sed etiam ipsas propter se expetamus? Quoniã enim natura suis omnibus expleri partibus vult, hunc statum corporis per se ipsum expetit, qui est maximè è natura: quę tota pertur batur, si aut ægrum corpus est, aut dolet, aut caret viribus. Videamus *animi*[h] *partes*: quarũ est adspectus illustrior: quæ quò sunt excellentiores, eò dant clariora indicia naturæ. Tantus igitur est innatus in omnibus cognitionis amor, & scientiæ, vt nemo dubitare possit quia

§ L. nepas aculeis ‖ ita legitur apud Nonium c. 2. in Nepã 592. Est autem nepa Nonio cãcer aut potiusscorpius. & 2. de Natura Cicero. Atque oculos vrget pedibus pectúsq. nepai.*

P. CXXXV. b Amor sui quib. gradib. in homine augeatur.* c citatur à Nonio c. 2. in fabellæ 346. & c. 3. in Auditus. 7.* d L. quibúsq. de rebus, e fort. efferuntur lætitia:

f γνῶθι σεαυτόν.

P. B g al. perficiatur.*

a fortasse: natura boni vol.

b vox fortasse mancipium inania.

c Corporis partes ipsa Basilius. P. CXXV. VI. filiumé deformat & deformatum.*

d al. quod eo animaduertendum

e fort. ducuntur

f fort. deprehendat

g vacuitatem dicendo

h Animi partes quarũ

quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Videmúsne, vt pueri ne verberibus quidem à contemplandis rebus, perquirendísque deterreantur? vt pulsi requirant, & aliquid scire se gaudeant? vt aliis narrare gestiant? vt pompa, ludis, atque eiusmodi spectaculis teneantur, ob eámque rem vel famem, & sitim perferant? Quid[a] verò, qui ingenuis studiis, atque artibus delectantur, nónne videmus eos nec valetudinis[b], nec rei familiaris habere rationem? omniáque perpeti, ipsa cognitione, & scientia captos? & cum maximis cutis, & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant, voluptatem? Mihi quidem Homerus huiusmodi quiddam vidisse videtur in iis, quæ de Sirenum cantibus finxerit. neq; enim vocum suauitate videntur aut nouitate quadam, & varietate cantandi reuocare eos solitæ, qui præteruehebantur, sed quia multa se scire profitebantur, vt homines ad earum saxa discendi cupiditate adhærescerent. ita enim inuitant Vlyssem: (nam verti, vt quædam Homeri, sic istum ipsum locum)

Ocdecus Argolicum, quin puppim flectis Vlysses,
Auribus vt nostros possis agnoscere[d] cantus?
Nam nemo hæc vmquam est transuectus cærula cursu,
Quin prius adstiterit vocum dulcedine captus,
Post varijs auido satiatus pectore musis,
Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.
Nos graue certamen belli, dadémque tenemus[e],
Græcia quam Troiæ diuino numine vexit,
Omniáque è latis rerum[f] vestigia terris.

Vidit Homerus, probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur. scientiam pollicentur: quam non erat mirum sapientiæ cupido patria cariorem. atque omnia quidem scire, cuiuscumque modi sunt, cupere curiosorum: duci verò maiorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiæ, summorum virorum est putandum. quem enim ardorem studij censetis fuisse in Archimede, quis, dum in puluere quædam describit attentiùs, ne patriam quidem captam esse senserit? quantum Aristoxeni ingenium cõsumtum videmus in musicis? quo studio Aristophanem putamus ætatem in litteris duxisse? quid de Pythagora? quid de Platone, aut Democrito loquar, à quibus propter discendi cupiditatem videmus vltimas terras esse peragratas? quæ qui non vident, nihil vmquam magna cognitione dignum amauerunt. Atque hoc loco, qui propter animi voluptates coli dicunt ea studia, quæ dixi, non intelligũt idcirco esse ea propter se expetenda, quòd, nulla vtilitate obiecta, delectentur animi, atque ipsa scientia, etiam si incommoda[k] data sit, gaudeant. Sed quid attinet de rebus tam apertis plura requirere? ipsi enim quæramus à nobis, stellarum motus, contemplationésque rerum cælestium, eorúmque omnium, quæ naturæ obscuritate occultantur, cognitiones, quemadmodum nos moueant: & quid historia delectet, quã solemus persequi vsque ad extremũ: prætermissa repetimus, inchoata persequimur. Nec verò sum inscius, *es se vtilitatẽ in historia non modo voluptatẽ*. Quid, cùm fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci potest, cũ voluptate legimus? Quid cùm volumus nomina eorum, qui quid gesserint, nota nobis esse, parentes, patriam, multa præterea, minimè necessaria? quid, quòd homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum, opifices denique, delectentur[a] historia? maximéque eos videre possumus res gestas audire, & legere velle, qui à spe gerendi absunt, confecti senectute. Quocirca intelligi necesse est, in ipsis rebus, quæ discuntur, & cognoscuntur, inuitamenta inesse, quibus ad discendum, cognoscendúmque moueamur. Ac veteres quidem philosophi, in[b] beatorum insulis, fingunt, qualis natura sit vita sapientium, quos cura omni liberatos, nullum necessarium vitæ cultum, aut paratum requirenteis, nihil aliud esse acturos putant, nisi vt omne tempus in quærendo, ac discendo in naturæ cognitione consumant. nos autem non solùm beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiam leuamentum miseriarum. itaque multi cùm in potestate essent hostium, aut tyrannorum, multi[c] in custodia, multi in exsilio, dolorem suum doctrinæ studiis leuauerunt. Princeps huius ciuitatis Phalereus Demetrius cùm[d] patria pulsus esset iniuria, ad Ptolemæum[e] se regem Alexandriam contulit. qui cùm in hac ipsa philosophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophrastúque esset auditor: multa præclara in illo calamitoso otio scripsit, non ad vsum aliquem suum, quo erat orbatus: sed animi cultus ille, erat ei quasi quidam humanitatis cibus. Equidem è Cn. Aufidio, prætorio, erudito homine, oculis capto, sæpe audiebam, cùm se lucis magis, quàm vtilitatis desiderio moueri diceret, somnum denique nobis, nisi requietem corporibus, & medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum. aufert enim sensus, actionémque tollit omnem. itaque, si aut requietem natura non quæreret, aut eam posset alia quadam ratione consequi, facilè[f] pateremur, qui etiam nunc agendi aliquid, discendíque causa propè contra naturam vigilias suscipere soleamus. Sunt autem clariora[g], vel planè perspicua, nec dubitanda indicia naturæ, maximè scilicet in homine, sed[h] in omni animali, vt appetat animus aliquid agere semper, neque vlla conditione quietem sempiternam possit pati. facile est hæc cernere in primis puerorum ætatulis. quamquam enim vereor, ne nimius in hoc genere videar: tamen omnes veteres philosophi, maximè nostri, ad incunabula accedunt, quòd in pueritia facillimè se arbitrentur naturæ voluptatem[i] posse cognoscere. videmus igitur, vt conquiescere[k] ne infantes quidem possint: cùm verò paullum processerint[l], lusionibus vel laboriosis delectantur, vt ne verberibus quidem deterreri possint. eáque cupiditas agendi aliquid adolescit vnà cum ætatibus[m]. Itaque, ne si iucundissimis quidem nos somniis vsuros putemus, *Endymonis somnum* nobis nolimus[n] dari: idque si accidat, mortis instar putemus. Quin etiam inertissimos homines, nescio qua singulari nequitia[o] præditos, videmus tamen & animo, & corpore moueri semper, &, cùm re nulla impediantur necessaria, aut alueolum poscere, aut quærere quempiam ludum, aut sermonem aliquem requirere: cúmque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, & semicirculos consectari, ne bestiæ quidem, quas delectationis causa concludimus, cùm copiosiùs alantur, quàm si

a L. delectantur

b ἐν μακάρων νήσοις.

c *fort.* multi cùm in custodia, multi cùm in exsilio,

d *al.* cùm è patria

e Soterẽ. vide Laertium in vita Demetrii.*

P. CXXXVIII.

f L. facilè nos eo carere pateremur *al* facilè nos eo careremus.

g *fort.* luce clariora,

h *fort.* sed & in omni an.

i L. voluntatem p.

k ὃ γὰρ δὴ λέγεται τὸ νέον πόσον χαίρειν Aristotel. 8. Politicõn.*

l *fort.* ætate processerint,

m *al.* ætatula.*

n L. velimus dari:

o *al.* segnitie.*

P. B.

a al. gerundis 1. a apud Nonium c 4 in Vesci. 478.*
b Citatur à Nonio in Vesci. 478 c. 4.*
c al. tantum abest, vt voluptates consectentur, vt etiam curas, sollicitudines, vigilias perferant:
d Hominis pars optima ingenium & mens.*
e al. fruantur

f D imà naturæ commoda quæ & in quibus posita.*

g καλὰ

h al. sed suis progressionibus & vsu augentur:

B. CXXXIX.

i maiora & consequentia naturæ commoda quæ.*

k ἀπειρίας.

essent liberæ, facilè patiuntur sese contineri: motúsque solutos, & vagos, à natura sibi tributos, requirunt. Itaque, vt quisque optimè natus, institutúsque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis[a] negotiis orbatus, possit paratissimis vescib voluptatibus. nam aut priuatim aliquid gerere malunt: aut, *qui altiore animo sunt, capessunt remp. honoribus, imperiisque adipiscendis, aut totos se ad studia doctrinæ conferunt.* qua in vita, tantum[c] abest, vt voluptates consectentur: etiam curas, sollicitudines, vigilias perferunt: optimáque[d] parte hominis, quæ in nobis diuina ducenda est, ingenij & mentis acie fruuntur[e], nec voluptates requirentes, nec fugientes laborem. nec verò intermittunt aut admirationem earum rerum, quæ sunt ab antiquis repertæ, aut inuestigationem nouarum: quo studio, cùm saciari non possiunt, omnium cæterarum rerum obliti, nihil abiectum, nihil humile cogitant: tantáque est vis talibus in studiis, vt eos etiam, qui sibi alios proposuerunt fineis bonorum, quos vtilitate, aút voluptate dirigunt, tamen in rebus quærendis, explicandísque naturis ætates conterere videamus. Ergo hoc quidem appáret, *nos ad agendum esse natos*, actionum autem genera plura, vt obscurentur etiam minora maioribus. maximæ[f] autem sunt, primùm, vt mihi quidem videtur, & iis, quorum nunc in ratione versamur, considefatio, cognitióque rerum cæleſtium, & earum, quas à natura occultatas, & latenteis, indagare ratio potest: deinde rerump. administratio, aut administrandi, sciendíque prudens, temperata fortis & iusta ratio, reliquæque virtutes, & actiones virtutibus congruentes: quæ vno verbo complexi omnia, honestas[g] dicimus: ad quorum etiam cognitionem, & vsum iam corroborati, natura ipsa præeunte deducimur. omnium enim rerum principia parua sunt, sed[h] suis progressionibus vsu augentur: nec sine causa: in primo enim ortu inest temeritas, & mollities quædam, vt nec res videre optimas, nec agere possint. virtutis enim, beatæque vitæ, quæ duo maximè expetenda sunt, seriùs lumen appáret: multò etiam seriùs, vt planè, qualia sint, intelligantur. præclarè enim Plato, *beatum, cui etiam in senectute contigerit, vt sapientiam, veráſque opiniones assequi possit.* Quare, quoniam de primis naturæ commodis satis dictum est, nunc de maioribus[i], consequentibúsque videamus. Natura igitur corpus quidem hominis sic & genuit, & formauit, vt aliaín primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret, neque sanè multum adiumentis externis, & aduentitiis vteretur. animum autem reliquis rebus ita perfecit, vt corpus. sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, vt nihil, aut non multum adiumento vllo ad suam conformationem indigeret. quod autem in homine præstantissimum atque optimum est, id deseruit. etsi dedit tolem mentem, quæ omnem virtutem iam accipere posset, ingenuitque sine doctrina notitias[k] paruas rerum maximarum, & quasi initium docere, & induxit in ea, quæ inessent, tanquam elementa virtutis. sed virtutem ipsam inchoauit: nihil amplius. itaque nostrum est, quod nostrum dico, artis est, ad ea principia quæ accepimus consequentia exquirere, quoad sit id, quod volumus, effectũ:

A quod quidem pluris sit haud paullo, magísque ipsum propter se expetendum, quàm aut sensus, aut corporis ea, quæ diximus: quibus tantum præstat mentis excellens perfectio, vt vix cogitari possit, quid intersit. itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studium, ad virtutem, & ad eas actiones, quæ virtuti sunt cõsentaneæ, refertur: eáq; omnia, quæ aut ita in animis sunt, aut ita geruntur, vno nomine honestaa dicuntur. quorum omnium quæque sint notitiæ, quæque significentur rerum vocabulis, quæque cuiusque vis, & natura sit, mox videbimus. hoc autem loco tantùm explicemb quæb honesta quę dico, præterquàm quòd nosmetipsos diligamus, præterea suapte natura per se esse expetenda, indicant pueri: in quibus, vtd in speculis, natura cernitur. quanta studia decertantium sunt? quanta ipsa certamina? vt illi efferuntur lætitia, cùm vicerint? vt pudet victos? vt se accusari nolunt? quàm cupiunt laudari? quos illi labores non perferunt, vt æqualium principes sint? quæ memoria est in his bene merentium? quæ referendæ gratiæ cupiditas? atq; ea in optima quaque indole maximè apparent. in qua hæc honesta, quæ intelligimus, à natura tanquam adumbrantur, sed hæc in pueris expressa: in iis verò ætatibus, quæ iam confirmatæ sunt, quis est tam dissimilis hominie, qui non moueatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis? quis est, qui non oderit libidinosam, proteruam adolescẽtiam? quis contrà in illa ætate pudorem, constantiam, etiam si sua nihil intersit, nõ tamen diligat? quis Pullumf Numitorem, Fregellanum, proditorem, quàm quam reip nostræ profuit, non odit? quis vrbis conseruatorem Codrum, quis Erichthei filias non maximè laudat? cui Tubulig nomen odio non est? quis Aristidem mortuum non diligit? an obliuiscamur, quantopere in audiendo, legendóque moueamur, cùm piè, cùm amicè, cùm magno animo aliquid factum cognoscimus? quid loquar de nobis, qui ad laudem, & ad decus nati, suscepti, instituti sumus? qui clamores vulgi, atque imperitorum exictantur in theatris, cùm illa dicuntur?

Egoh sum Oreſtes. contráque ab altero,

Immò enimuerò ego sum, inquam, Oreſtes.

Cùm autem etiam exitus ab vtroque datur conturbato, errantíque regi: ambos ergo vnà viuere precamur. quoties hoc agitur, quandóve, nisi admirationibus maximis? *Nemo est igitur, qui non hanc affectionem animi probet, atque laudet: qua non modo vtilitas nulla quæritur, sed contra vtilitatem etiam conseruatrix fides.* Talibus exemplis non ficta solùm fabulæ, verùm etiã historiæ refertæ sunt, & quidem maximè nostra. nos enim ad sacra Idæa concipienda optimum[j] virum delegimus: nos turotesk misimus regibus: nostri imperatores[l] pro salute patriæ sua capita vouerunt[m]: nostri consules regem inimicissimum[n], mœnibus iam appropinquantem, monuerunt, à veneno vt caueret: nostra in rep. &, quæ per vim oblatum sunt, prorum voluntaria morte lueret, inuentaq est[o] qui[p] interficeret filiam, ne stupraretur. quę quidem omnia, & innumerabilia præterea, quis est qui non intelligat, & eos, qui fecerunt, digna[q] latis splendore ductos, immemores fuisse vtilitatum suarum, nósque[r], cùm ea laudemus, nulla alia re, nisi honestate duci? Quibus rebus breuiter expositis (nec enim sum copiã,

a *al.* καλὰ

b *al.* honesta, quæ dico, *e fras.* *f. al.* Paullum Numitorem. *al.* Paullii Numitorii. Numitorii Paullii. Numitorii Pulli. Cicero Lib. 2. de Inuent. *g* De hoc Tubulo vide Lucan. Libro 2. & Valer. Max. Libro 7. de Nomin. Ctel.

h Idem dicit Cicero de amicitia. *i* P. Scipio. *k* Hinc Ital. dicunt, Andare in volta per Natione, Mandare per notitia, id est per imagines. Asgrati Græcum Græcum. Gellius Libro 14. cap. 6. Mediolanenses Pontifices Gallorum. *l* Pericles. *m* Decij. *n* Pyrrhus. *o* Fabricius. *p* Ascanius. *q* Virgilius. *r* L. Lucullus.

quam potui, quia dubitatio in re nulla erat, persecutus) sed his rebus cõcluditur profectò, *& virtutes omneis, & honestum illud, quod ex his virtutibus exoritur, & in his hæret, esse per se expetendum.* In omni autẽ honesto, de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latiùs pateat, quàm coniunctio[a] inter homines homicatio vtilitatum, & ipsa caritas generis humani: & quasi quædam societas, & communi-num, quæ nata ab primo satu, quo à procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio, & stirpe coniungitur, serpit sensim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis: pòst[c] vicinitatibus cum ciuibus, & iis, qui publicè socij, atque amici sunt: dein de totius complexu gentis humanæ. quæ animi affectio suum cuiq; tribuens, atque hanc, quam dico, societatem coniunctionis humanæ munificè, & æquè tuens, iustitia dicitur: cui adiunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, beniguitas, comitas, quæque sunt generis eiusdem, atque hæc ita iustitiæ propria sunt, vt sint virtutum reliquarum cõmunia. nam cùm sic hominis natura generata sit, vt habeat quid dam innatũ quasi ciuile, atq; populare, quod Græci πολιτικὸν vocant: quidquid aget quæq; virtus, id à cõmunitate & ea, quã expoſui, caritate atq; societate humana non abhorrebit: vicissimq; iustitia, vt ipsa se fundet viu in cæteras virtutes, sic illas expetet. seruari enim iustitia, nisi à forti viro, nisi à sapiente non potest. Qualis est igitur omnis hæc, quam dico, consp̃iratio, consensúsque[d] virtutum, tale est illud ipsum honestum: quando quidem *honestum, aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute.* qui bus in rebus vita consentiens, virtutibúsque respondens, recta, & honesta, & constans, & naturæ congruens existimari potest. atq; hæc coniunctio, confusióque virtutum, tamen à philosophis ratione quadam distinguitur. nam cùm ita copulatæ, connexæque sint, vt omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari: tamen[e] proprium[f] suum cuiusque munus est, vt fortitudo in laboribus periculisque cernatur: temperantia in[g] delectu mittendis voluptatibus: prudentia in[h] delectu bonorũ, & malorum: iustitia in suo cuiq; tribuẽdo. quãdo igitur inest in omni virtute cuiq; quædam quasi foras spectans, alióiq; appetens, atque complectens, exsistit illud, vt amici, vt fratres, vt propinqui, vt affines, vt ciues, vt omnes denique, quando vnam societatem hominum esse volumus, propter se expetendi sint. atque eorum nihil est eius generis, vt sic in fine, atque extremo bonorum. ita fit, vt duo genera propter se expetendorum repeliantur: vnũ, qd est in bonis, in quibus cõpletur illud extremum: quæ sunt aut animi, aut corporis. hæc autem, quæ sunt extrinsecus, id est, quæ neque in animo sunt, neque in corpore, vt amici, vt parentes, vt liberi, vt propinqui, vt ipsa patria, sunt illa quidem sua sponte cara, sed eodem in genere, quo illa, non sunt. nec verò quisquam summum bonum assequi vmquam posset, si omnia illa, quæ sunt extrà, quamquam expetenda, summo bono continerentur. Quo modo igitur, inquies, verum esse poterit, omnia referri ad summum bonum, si amicitiæ, si propinquitates, si reliqua externa summo bono non continentur? Hac videlicet ratione: quòd ea, quæ externa sunt, iis tuemur officiis, quæ oriuntur à suo

A

B

C

D

E

F

G

H

cuiusque genere virtutis. nam & amici cultus, & parentis, & qui officio fungitur, in eo ipso prodest, quòd, ita fungi officio, in rectè factis est: quæ sunt orta[a] virtutibus. quæ quidem sapientes sequuntur, vtentes tanquam duce natura. non perfecti autem homines, & tamen ingeniis excellentibus præditi, excitantur spe gloriæ: quæ habet formam honestatis, & similitudinem. quòd si ipsam honestatem vndique perfectam, & absolutam, rem vnam præclarissimam omnium, maximéque laudandam, penitus viderent: quónam gaudio complerentur, cùm tantopere eius adumbrata opinione lætentur? quem enim deditum voluptatibus, cupiditatum incendiis inflammatum, in iis potiendis, quæ acerrimè concupiuisset, tanta lætitia perfundi arbitramur, quanta aut superiorem Africanum Annibale[c] victo: aut posteriorem Karthagine euersa? quem Tiberina dissensio, festo illo die, tanto gaudio affecit, quanto L. Paullum, cùm regem Persen captum adduceret, eodem flumine inuectum? Agè nunc, Luci noster, exstrue animo altitudinem, excellentiámque virtutum: iam non dubitabis, quin earum compotes homines, magno animo, erectóque viuentes, semper sint beati: qui omneis motus fortunæ, mutationésque rerum, & temporum, leueis, & imbecilleis fore intelligant, si in virtutis certamen venerint. *illa enim, quæ sunt à nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatissimam vitam, sed ita, vt sine iis possit beata vita exsistere.* ita enim paruæ, & exiguæ sunt istæ accessiones bonorum, VT, quemadmodum stellæ in radio solis, sic istæ in virtutum splendore ne cernantur quidem. Atque[e] *hæc*, vt vere dicitur, *parua esse ad beate viuendum momenta ista corporis commodorum, sic nimis violentum est, nulla esse dicere.* qui enim sic disputant, obliti mihi videntur, quæ[f] ipsi egerint principia naturæ. tribuendum igitur est his aliquid, dummodò, quantum tribuendum sit, intelligas. Est tamen philosophi, non tam gloriosa, quàm vera quærentis, nec pro nihilo putare ea, quæ secundum naturam illi ipsi gloriosi esse fatebantur, & videre tantam vim virtutis, tantámque, vt ita dicam, auctoritatem honestatis, vt reliqua non illa quidem nulla, sed ita parua sint, vt nulla esse videantur. Hæc[h] est non omnia spernentis, præter virtutem, & virtutem ipsam suis laudibus amplificantis oratio. denique hæc est vndique completa, & perfecta explicatio summi boni. hinc cæteri particulas arripere conati, suam quisque videri voluit afferre sententiam. Sæpe ab Aristotele, & Theophrasto mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia. hoc vno captus Herillus[i], sciẽtiam, summum bonum esse defendit, nec rem vllam aliam per se expetendam. Multa sunt dicta ab antiquis de[k] contemnendis, ac despiciendis rebus humanis. hoc vnum Aristo tenuit. præter vitia, atque virtutes, negauit rem esse vllam aut fugiendam, aut expetendam. Positum est à nostris in iis rebus, quæ secundum naturam essent, non dolere. hoc Hieronymus summum bonum esse dixit. At verò Callipho, & post eum Diodorus, cùm alter voluptatem adamauisset, alter vacuitatem doloris, neuter honestate carere potuit, quæ est à nobis

a L. orta à virtutibus.

b L. sæpe gloria. [illegible] P. B. vi lectionis spe gior.a.*

c L. Hannibale victo, d L. decursio, & ita o.v.c. ‖ fortasse hic conueniunt Piscatorii iudi, quorum meminit Festus: aut maiuma cuius meminit Suidas. & Tyrul. Cod. de maiuma.* e L. & imbecillos fore intell. & ita o.v.c.

f fort. Atque hoc, vt verè dicitur, parua esse, &c.

g L. quæ ipsi fecerint.

P. CXIII.

h L. Hæc est nec omnia spera. & ita o.v.c.

i Herilli summum bonum scientia.* k o.v.c. de cõtemnendis, non pl.

laudata maximè. Quinetiam ipſi voluptarij A
a *ſic. v.c. & mal. fort.* diuerticula[a] quærant, & virtutes habeant in ore totos dies, voluptatémque primò duntaxat experi dicant: deinde conſuetudinem, quaſi alteram naturam, effici, qua impulſi multa faciunt, nullam quærentes voluptatem. Stoici reſtant. hi quidem non[b] vnam aliquam, aut alteram à nobis, ſed totam ad ſe noſtram philoſophiam tranſtulerunt. atque, V[t][c] reliqui fures earum rerum, quas ceperunt, ſigna commutant: ſic illi, vt ſententiis noſtris B
b *fort.* non vnam aliquâ, aut alteram ſententiam à nobis, &c.
pro ſuis vterentur, nomina, tanquam rerum notas, mutauerunt. Ita relinquitur ſola hæc diſciplina ſtudioſis ingenuarum artium, digna eruditis, digna claris viris, digna principibus, digna regibus. Quæ cùm dixiſſet, paullúmque inſtitiſſet, Quid eſt, inquit? ſatíſne vobis videor pro meo iure in veſtris auribus commentatus? 16 ¶Et ego, Ta verò, inquam, Piſo, vt ſæpe aliàs, ſic C
c ſic Themiſtii[a] in 3 Naturalis auſcultationis de Epicuro loquitur Ariſtotelicâ ſententiam quâdam furato, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀνοιμι, τὰ φῶτα μετανοῶν ἐπιζητοῦντες ἐκ τῆς λαμπάδος. * al. commoratus?
hodie ita iſta noſſe viſus es, vt, ſi tui copia nobis ſemper fieret, non multùm Græcis ſupplicandum putarem. quod quidem eo probaui magis, quia memini, Staſeam[c] Neapolitanum, doctorem illum tuum, nobilem ſanè Peripateticum, aliquanto iſta ſecus dicere ſolitum, aſſentientem iis, qui multum in fortuna ſecunda, aut aduerſa, multùm in bonis, aut malis corporis ponerent. 17 ¶Eſt vt dicis, inquit: ſed hæc ab Antiocho, noſtro familiari, dicuntur multò meliùs, & fortiùs, quàm à Staſea dicebantur. quamquam ego non quæro, quid tibi à me probatum ſit, ſed huic Ciceroni noſtro, quem diſcipulum cupio à te abducere. 18 ¶Tum Lucius, Mihi verò iſta valde probata ſunt: quod item fratri puto. 19 ¶Tum mihi Piſo, Quid[f] ergo, inquit? dáſne adoleſcenti veniam? an eum diſcere ea mauis, quæ cùm præclarè didicerit, nihil ſciat? 20 ¶Ego verò, inquam, permitto ſed nónne meminiſti, mihi licere probare iſta, quæ ſunt à te dicta? quis enim poteſt ea, quæ probabilia videantur ei, non probare? 21 ¶An verò, inquit, quiſquam poteſt probare, quod perceptum, quod comprehenſum, quod cognitum non habet? 22 ¶Non eſt iſta, inquam, Piſo, magna diſſenſio. nihil eſt enim aliud, quamobrem nihil percipi mihi poſſe videatur, niſi quòd percipiendi vis ita definitur à Stoicis, vt negent quidquam poſſe percipi, niſi tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. itaque hæc cum illis eſt diſſenſio, cum Peripateticis nulla ſanè. ſed hæc omittamus. habent enim & bene longam, & ſatis litigioſam diſputationem. Illud mihi à te nimium feſtinanter dictum videtur, *ſapientem omneis eſſe ſemper beatos* neſcio quo modo præteruolauit oratio, quod niſi ita efficitur: quæ Theophraſtus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit, cum quibus coniungi beatam vitam nullo modo poſſe putauit, vereor ne vera ſint. nam illud vehementer repugnat, eundem & beatum eſſe, & multis malis oppreſſum. hæc quo modo conueniant, non ſanè intelligo. 23 ¶Vtrùm igitur tibi non placet, inquit, virtutis tantam vim eſſe, vt ad beatè viuendum ſe ipſa contenta ſit? an, ſi id probas, ita fieri poſſe negas, vt ij, qui virtutis compotes ſint, etiam malis quibuſdam affecti, beati ſint? 24 ¶Ego verò volo in virtute vim eſſe quàm maximam: ſed, quanta ſit, aliàs: nunc tantum poſſitne eſſe tanta, ſi quidquam extra virtutem habeatur in bonis, 25 ¶Atqui, inquit, ſi Stoicis concedis, vt virtus ſola, ſi adſit, vitam efficiat beatam: concedis etiam Peripateticis. quæ enim mala illi non audent appellare, aſpera autem, & incommoda, &[a] reiicienda, & aliena naturæ, eſſe concedunt, ea nos mala dicimus, ſed exigua, & porrò minima. Quare ſi poteſt eſſe beatus is, qui eſt in aſperis reiiciendíſque rebus poteſt is quoque eſſe, qui eſt in paruis malis. 26 ¶Et ego, Piſo, inquam, ſi eſt quiſquam, qui acutè in cauſis videre ſoleat, quæres agatur, is es profectò tu, quare attende, quæſo, nam adhuc, meo fortaſſe vitio, quid ego quæram, non perſpicis. 27 ¶Iſtic ſum, inquit, exſpectóque, quid ad id, quod quæram, reſpondeas. 28 ¶Reſpondebo, me non quærere, inquam, hoc tempore, quid virtus poſſit efficere, ſed quid conſtanter dicatur, quid ipſum à ſe diſſentiat. 29 ¶Quo igitur, inquit, modo? 30 ¶Quia cùm à Zenone, inquam, hoc magnificè, tanquam ex oraculo editur, Virtus ad beatè viuendum ſe ipſa contenta eſt. Quare, inquit? Reſpondet: Quia, niſi quod honeſtum eſt, nullum eſt aliud bonum. Non quæro iam, verúmne ſit: illud dico, ea, quæ dicat, præclarè inter ſe cohærere. Dixerit hoc quidem Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem: quod[d] quidem[e] ſolet ebullire nonnumquam, quem quidem, cùm ſummis doloribus conficiatur, ait dicturum, Quàm ſuaue eſt! quàm nihil curo! non pugnem cum homine, cui tantum habeat in natura, boni illud vrgeam, non intelligere eum, quid ſibi dicendum ſit, cùm dolorem ſummum malum eſſe dixerit. Eadem nunc mea aduerſum te oratio eſt. dicis eadem omnia & bona, & mala, quæ quidem dicunt, *qui nunquam philoſophum pictum*, vt dicitur, *viderunt*, valetudinem[f], vireis, ſtaturam, formam, integritatem vnguiculorum[g] omnium: deformitatem, morbum, debilitatem, mala. Iam illa externa parcè tu quidem: ſed[h] hæc, cùm corporis bona ſint, eorum conficientia certè in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, diuitias, honores, opes, contra: hæc attende me nihil dicere: ſi iſta mala ſunt, in quæ poteſt incidere ſapiens, ſapientem eſſe, non eſſe ad beatè viuendum ſatis. 31 ¶Immò verò, inquit, ad beatiſſimè viuendum parum eſt: ad beatè verò, ſatis. 32 ¶Animaduerti, inquam, te iſto modo paullo antè ponere: & ſcio ab Antiocho noſtro dici ſic ſolere, ſed quid minùs probádum quàm eſſe aliquè beatum, nec ſatis beatum? quod autè ſatis eſt, eò quidquid acceſſerit, nimiũ eſt: & nemo nimiùm beatus eſt: & nemo beato beatior. 33 ¶Ergo, inquit, tibi Q. Metellus, qui treis filios conſules vidit, è quibus vnum etiam & cenſorem, & triumphantem, quartum autem prætorem, eóſque ſaluos reliquit, & treis filias nuptas, cùm conſul, cenſor etiam, augúrque fuiſſet, & triumphaſſet: vt[k] ſapiẽs fuerit, nónne beatior, quàm vt item ſapiens fuerit, qui in poteſtate hoſtiũ vigiliis[l], & inedia mœrus eſt, Regulus? 34 ¶Quid me iſtud rogas, inquam? Stoicos roga. 35 ¶Quid igitur, inquit, eos reſponſuros putas? Nihilo beatiorem eſſe Metellum, quàm Regulum: 36 ¶Inde igitur, inquit, audiendũ eſt. 37 ¶Tamen à propoſito, inquam, aberrauimus. non enim, inquam, quæro, quid verum, ſed quid cuique dicendum ſit. Veinam quidem

a. *vt. & reiicienda,*
b. *reiicienda diſque reb.*
c. *qua de re agatur,*
d. *fort. quod ſolet ebullire nonnumquam. e. fortaſſis ſic legenda periclitatur, quidem.*
f. *v. valitudinem.*
g. *vnguium bona: deformitate.*
h. *fort. ſed cùm hæc corporis, bona ſint: eorum prof. conſer. ſed hæc corporis, cùm bona ſint, eorum conſ. Contra i fort. contra hæc: autem videntur. ſi hæc dicere.*
k. *fort. modò vt ſapiẽs ſit.*
l. *alibi Gellius. a. dic. Italo.*

P. CXLIII.

P. CXLIII.

alio beatiorem: iam ruinas videres. in virtute enim sola, & in ipso honesto cùm sit bonum positum, cúmq; nec virtus, vt placet illis, nec honestum crescat, idque bonum solum sit, quo qui potiatur, necesse est beatus sit, cùm id augeri non possit, in quo vno positum est beatum esse: quî potest esse quisquam alius alio beatior? videsne, vt hæc coneinant? Et Hercule (fatendum est enim, quod sentio) mirabilis est apud illos cótextus rerum. respondent extrema primis, media vtrisque, omnia omnibus: quid sequatur, quid repugnet, vident a. *in geometria prima si dederis, danda sunt omnia.* concede nihil esse bonum, nisi quod honestum sit: concedendum est, in virtute sola positam esse beatam vitam. Videre rursus retró. dato hoc: dandum erit illud quod vestri non item. Tria genera bonorum procliuiùs b currit oratio: venit ad extremum: hæret in salebra: cupit enim dicere, *nihil posse ad beatam vitam d. esse sapienti.* Honesta oratio: Socratica, Platonis etiam. 37 ¶ Audeo dicere, inquit. 38 ¶ Non potest, nisi retexueris c illa: paupertas si malum est, mendicus beatus esse nemo potest, quamuis sit sapiens. At Zeno eum non beatum modò, sed etiam diuitem dicere ausus est. Dolere, malum: in cruce d qui angitur, beatus esse non potest. Bonum, libertas: misera orbitas. bonum, patria: miserum exsilium. bonum, valetudo: miserum, morbus. bonum, integritas corporis: misera debilitas. bonum, incolumis acies: misera cæcitas. quæ si potest singula consolando leuare, vniuersa quo modo sustinebit? sit enim idem cæcus, debilis, morbo grauissimo affectus, exsul, orbus, egens, torqueatur eculo: quem hunc appellas Zeno? 39 ¶ Beatum, inquit. Etiam beatissimum? Quippe e, inquiet, cùm tam docuerim, gradus istam rem non habere, quàm virtutem, in qua sit etiam ipsum beatum.

40 ¶ Tibi hoc incredibile, quia beatissimum. quid f tuum? credibile? si enim ad populum me vocas: eum, qui ita sit affectus, beatũ nunquam probabis si ad prudenteis: alterum fortasse dubitabunt, sitne tantum in virtute, vt ea præditi, vel in Phalaridis tauro beati sint: alterum non dubitabunt, quin & Stoici conuenientia sibi dicant, & vos repugnantia.

41 Theophrasti igitur, inquit, tibi liber ille placet de beata vita? 42 ¶ Tamẽ aberramus à proposito: & ne longiùs prorsus, inquam, Piso, si ista mala sunt, placet. 43 ¶ Nonne igitur tibi videntur, inquit, mala? 44 ¶ Id quæ rés, inquam: in quo, vtrum respondebo, verses te huc, atque illuc necesse est. 45 ¶ Quo tandem modo, inquit? Quia si mala sunt, is, qui erit in his, beatus non erit. si mala non sunt, iacet omnis ratio Peripateticorũ. 46 ¶ Et ille ridens, video, inquit, quid agas. ne discipulum abducã, times. 47 ¶ Tu verò, inquam, ducas licet, si sequatur. erit enim mecum, si tecum erit. 48 ¶ Audi igitur, inquit, Luci. tecũ enim, vt ait Theophrastus, mihi instituenda oratio est. *Omnis auctoritas philosophiæ cõsistit in beata vita comparanda.* beatè enim viuẽdi cupiditate incensi omnes sumus. Hoc mihi cum tuo fratre cõuenit. quare hoc videndum est, possitne nobis hoc ratio philosophorũ dare. pollicetur certè. nisi enim id faceret, cur Plato Ægyptum peragrauit, vt à sacerdotibus barbaris numeros, & cælestia acciperet? cur pòst Tarentum ad Architam? cur ad ceteros

A Pythagoreos, Echecratem, Timæum, Acrionem a Locros, vt, cùm Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam, eáque, quæ Socrates repudiabat, ad discereť cur ipse Pythagoras & Ægyptum lustrauit, & Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria transmisit? cur hæc eadem Democritus? qui verè falsóne b, quæreremus c, dicitur d oculis se priuasse: certè vt e quàm minimè f animus à cogitationibus abduceretur: patrimonium g neglexit: agros deseruit incultos, quid quærens aliud, nisi beatam vitam? quam si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa inuestigatione naturæ consequi volebat, vt esset bono animo. id enim ille summum bonum, εὐθυμίαν, & sæpe ἀοχαλίαν h appellat, id est, animum terrore liberum. Sed hæc etsi i præclarè, nondum tamen & perpolita. pauca enim, neque ea ipsa enucleatè, ab hoc de virtute quidem dicta. pòst enim hæc in hac vrbe primùm à Socrate quæri cœpta, deinde in hunc locum delata sunt. nec k dubitant. quin in vita omnis, vt benè, sic etiam beatè viuendi spes poneretur. quæ cum Zeno didicisset à nostris: vt in actionibus perscribi l solet, de re eâdem fecit m alio modo. Hoc tu nunc in illo probas. Scilicet vocabulis rerum mutatis, inconstantiæ crimen ille effugit, nos effugere non possumus? Ille Metelli vitam negat beatiorem, quàm Reguli: præponendam tamen: nec magis expetendam, sed magis sumendam: & si optio esset, eligendam Metelli, reiiciendam n Reguli. Ego, quam ille præponendam, &, magis eligendam, beatiorem hanc appello: nec vllo minimo momento plus ei vitæ tribuo, quàm Stoici. Quid interest, nisi quòd ego res notas notis verbis appello: illi nomina nouа quærunt, quibus idem dicant? Ita Quemadmodum in senatu semper est aliquis, qui interpretem postulet: sic isti vobis cum interprete audiendi sunt. *bonum appello, quidquid secundum natu am est: quod contra, malum:* nec ego solus: sed tu etiam, Chrysippe, in o foro, domi, in schola definis. Quid ergo? aliter homines, aliter philosophos loqui putes P oportere? *Quanti*q *quidque sit, aliter doctos, & indoctos?* sed cùm constiterit inter doctos, quanti res quæque sit si homines essent, vsitatè loqueretur. dum res maneant: verba fingant arbitratu suo. Sed venio ad inconstantiæ crimen, ne sæpius dicas, me aberrare: quam tu ponis in verbis: ego positam in re putabam. si satiserit hoc perceptum, in quo adiutores Stoicos optimos habemus, tantam vim esse virtutis, vt omnia, si ex altera parte ponantur, ne appareát quidem: cùm omnia, quæ illi commoda certè dicunt esse, & sumenda, & eligenda, & præposita, quę ita definiunt, vt satis magno æstimanda sint: hæc igitur cùm ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim nouis, & commentitiis, vt ista producta, & reducta, partim idem significantibus: quid enim interest, expetas, an eligas? mihi quidem etiam lautius videtur, quod eligitur, & ad quod delectus r adhibetur. sed, cùm ego ista bona omnia dixero, tantum refert, quàm s magna dicam: quàm expetenda, quàm valde. sin autem nec expetenda ego magis, quàm tu eligenda, nec illa pluris æstimanda ego qui bona, quàm tu, qui producta appellas: omnia ista necesse est obscurari, nec apparere, & in virtu-

a *al.* Eurytus, *male.* fuit enim Eurytus Tarentinus, vt ex Diogene constat.*

b *fort.* falsó ve

c *verbum* quæreremus, *delendum putat L.* ‖ *al.* quereremus.*

d Horat. epistola ad Icium.*

e vel vt Porphyrius lib. 1. περὶ ἀποχῆς πάθους ἐνδεᾶν ἀφέσεως θεοφράστου.*

f *al.* minimum.*

g Idem Tusc. in f.*

h ἀπαράξια app.

i L. etsi præclara, nec dũ tamen perpolita. pauca, &c.

k L. nec dubitauit, quin.

l v.c. præscribi solet & ita L. ‖ *al.* fieri solet.*

m *fort.* dixit.

n v.c. reiciẽdam R.

o L. in foro, domi: in schola definis. & ita v.c.

p L. putas.

q v.c. Quãti quidq. sit, aliter docti, aliter indocti. sed cùm cõst. ‖ vt subaudias, æstimant.*

P. C. X. L. V. L.

r *fort.* dilectus

s L. & v.c. quàm magna dicam: cum expetenda, quàm valde.

tes, tanquam in solis radios, incurrere. Atenim, qua in vita est aliquid mali, ea esse beata non potest. Ne leges quidem igitur spicis verberibus, & crebris, siau enam [a] vsquam videris: nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. An hoc vsquequaque [b] aliter in vita, & non ex maxima parte de tota iudicabis? an dubium est, quin virtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis, vt reliquas obruat? audebo igitur, quæsecundum naturam sunt, bona appellare nec [c] fraudare suo veteri nomine, quàm aliquid potiùs nouum exquirere, virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Terram, mihi crede, ea lanx, & maria deprimet. semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimèque funditur, tota res appellatur. dicimus aliquè hilarè viuere. igitur, si [d] semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? At [e] hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in vita risisse Lucilius, non [f] contigit, vt ea re minùs ἀγέλαστος, vt ait idem, vocaretur. Polycratem Samium felicem appellant. nihil acciderat ei, quòd nollet, nisi [g] quòd annulũ, quo delectabatur, in mare abiecerat. Ergo infelix vna molestia: felix rursus, cùm is ipse annulus in præcordiis piscis inuētus est. Ille verò, si insipiens: (quod certè, quoniã tyrannus:) nunquam beatus si sapiens: ne tum quidem miser, cùm ab Oronte [h] prætore Darei [i] in crucem actus est. At multis malis affectus. Quis negat? sed ea mala virtutis magnitudine obruebãtur. An ne hoc quidem Peripateticis cõcedis, vt dicant, omnium virorũ bonorum, id est, sapientum, omnibúsq; virtutibus ornatorum, vitam omnibus partibus plus habere semper boni, quàm mali? quis hoc dicit? Stoicis [k] licet minimè. sed isti ipsi, qui voluptate, & dolore omnia metiuntur, nónne clamant, sapienti plus semper adesse, quod velit, quàm quod nolit? Cùm tantum igitur in virtute ponant ij, qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse: quid facere nos oportet, qui quãuis minimã animi præstantiam omnib? bonis corporis anteire dicamus, vt ea ne in cõspectu quidẽ relinquantur? quis enim est, qui hæc cadere in sapientẽ dicere audeat, vt, si fieri possit, virtutem in perpetuum abiiciat [a], vt dolore omni liberetur? quis nostrũm dixerit quos nõ pudet ea quæ Stoici aspera dicunt, mala dicere, melius esse, turpiter aliquid facere cum voluptate, q̃ honestè cũ dolore? nobis Heracleo tesbille Dionysius flagitiosè desciuisse videtur à Stoicis propter oculorum dolorẽ, quis [c] verò hoc didicisset à Zenone, non dolere. cùm dolleret? illud audierat, nec tamen didicerat, malum illud non esse, quia turpe non esset, & & esset ferendum viro. Hic si Peripateticus fuisset, permansisset, credo, in sententia, quoniam dolorem dicunt malũ esse. de asperitate autem eius fortiter ferẽda præcipiunt eadem, quæ Stoici: & quidem Arcesilas tuus, etsi fuit in differendo pertinacior, tamen noster fuit. erat enim Polemonis. is cùm arderet podagræ doloribus visitasset [d] que hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, & tristis exiret mane, quæso, inquit, Carneade noster: nihil illinc huc peruenit, ostendit pedes. & pectus. attamen hic mallet non dolere. Hæc igitur est nostra ratio, quæ tibi videtur inconstans: cùm propter virtutis excellentem quandã, & diuinam tantámque præstantiam, vt, vbi virtus sit, réliq; magnę, sumendæ [e], laudabiléq; virtute gestæ, ibi esse miseria, & ærumna nõ possit. tamẽ labor possit & molestia: non dubitẽ dicere, omneis sapienteis semper beatos esse: sed tamen fieri posse, vt sit alius alio beatior. 49 ¶ Atqui iste locus est, Piso, tibi etiam, atq; etiam cõsidemandus, inquã. quem si tenueris, nõ modò meũ Ciceronẽ, sed etiã me ipsum abducas licebit. 50 ¶ Tũ Quinctus, Mihi quidẽ, inquit, satis hoc confirmatũ videtur. lætor quidẽ philosophiã, cuius antea supellectilẽ pluris æstimabã, quàm possessiones reliquorũ, ita mihi dies videbatur, vt ab ea petere possẽ, quidquid in studiis nostris cõcupissem: hanc igitur lętor etiã acutiorẽ repertam. q̃ceteras: quod quidã ei deesse dicebant. 51 ¶ Non q̃ nostram [f] quidem, inquit Pomp. iocans. sed mehercule pergrata mihi oratio tua. quæ. n. dici Latinè posse non arbitrabar, ea dicta sunt à te, nec minùs planè, quàm dicuntur à Græcis verbis aptis. Sed répus est, si videtur: & recta quidẽ ad me. 52 ¶ Quod cùm ille dixisset, & satis disputatũ videretur, in [h] oppidum ad Pomp. peteximus omnes.

[a] L. Auena quid esset, dixi ad l. 27. §. 14. ff. ad l. Aquil.*
[b] L. vsquequaque, aliter in vita? & non, &c.
[c] L. nec fraudare suo veteri nomine potius, quam aliquod nouum exquirere: virtutis, &c.
[d] ad Critolai libram videtur hæc referri, Tusculana 5.*
[e] 5. v. c. An hoc non pl.
[f] L. non contigit, &c. & ita 6. v. c.
[g] Idem de Polycrate refert Herodot. 3. Strabo 14. Plin. 37. cap. 1. Valerius 6. cap. 9.*
[h] al. Oroete rectè, dicitur enim Herodoto 3. Ὀροίτης, vt & Athenæo 12.*
[i] al. Darii
[k] al. Stoici scilicet. Minimè. sed isti &c. fort. Stoici soli? Minimè. sed
[a] v. c. abiiciat,
[b] adde Tusculan. 3. in f.
[c] L. quatuerò hoc d. à Zen. non dolere, cum dolleret.
[d] fort. visitasset que hom.
[e] fort. laudabiles, atque è virtute g.
[f] Epicuream intelligit.*
[g] L. nec verbis minus
[h] fort. omnes in oppidum aut Pompeianum perreximus.

P. CLXVIII.

M. TVLLII CICERONIS, TVSCVLANARVM QVÆSTIONVM[a], AD M. BRVTVM, LIBER PRIMVS.

[a] 5. v. c. DISPVTATIONVM.

De contemnenda morte.

A. (al. Atticus. al. auditor. al. adolescens) M. (id est Marcus.)

CVM defensionum laboribus, senatoriisque muneribus aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, retuli me, Brute, te hortante maximè, ad ea studia, quæ retenta animo, remissa tẽporibus, longo interuallo intermissa reuocauit, & cùm omniũ artium quę ad rectã viuendi viã pertinerent, ratio [b], & disciplina, studio sapientię quæ philosophia dicitur, cõtineretur: hoc mihi Latinis litteris illustrandũ putaui: non quia philosophia

[b] μέθοδος

losophia Græcis & litteris, & doctoribᵒ percipi non posset: sed meum iudicium semper[a] fuit, omnia nostros aut inuenisse per se sapientiùs quàm Græcos: aut accepta ab illis, fecisse meliora, quæ quidem digna statuissent, in quibus elaborarent. nam mores, & instituta vitæ, resque domesticas, ac familiares eis nos profectò & melius tuemur & lautius. rē verò publicā nostri maiores certè melioribus temperauerunt[b] & institutis, & legibᵘ. Quid loquar de re militari? in qua cùm virtute nostri multùm valuerunt, tum plus etiam disciplina. Iam illa, quæ natura, nō litteris assecuti sunt, neq; cum Græcis, neque vlla cū gente sunt conferenda. Quæ enim tanta grauitas, quę tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in vllis fuit, vt sit cum maioribus nostris comparanda? doctrina Græcia nos, & omni litterarum genere superabat. in quo erat facilè vincere non repugnanteis. nam cùm apud Græcos antiquissimum è doctis sit genus poetarum, si quidem Homerus fuit, & Hesiodus ante Romam cōditam, Archilocus regnante Romulo: serius poeticam nos accepimus: annis enim ferè CCCCCxᶜ. post Romam conditam Liuius fabulam dedit[d], C. Claudio, Cæci[e] filio, M. Tuditano, consulibus, anno [f] ante natum Ennium: qui fuit maior natu, quàm Plautus, & Næuius. Serò igitur à nostris poetæ vel cogniti, vel recepti. Quamquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus, honorem tamen huic generi non fuisse, declarat oratio Catonis, in qua obiecit, vt probrū, Marco[h] Nobiliori, quòd is in prouinciam poetas duxisset. duxerat autem consul ille in Ætoliam, vt scimus, Ennium. Quo minus ergo honoris erat poetis, eo minora studia fuerūt. nec tamen, siqui magnis ingeniis in eo genere exstiterunt, non satis Græcorum gloriæ respōderunt. An censemus, si Fabio nobilissimo homini, laudi datum esset, quòd pingeret, nō multos etiam apud nos futuros Polycletos, & Parrhasios fuisse? Honos alit artes, omnésque incenduntur ad studia gloria: iacéntque ea semper, quæ apud quosque imprōbantur. Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum, vocúmque cantibus. igitur & Epaminondas, princeps, meo iudicio, Græcię fidibus præclarè cecinisse dicitur: Themistocléque aliquot[k] antè annis, cùm in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Ergo in Græcia musici floruerunt, discebántque id omnes, nec, qui nesciebat, satis excultus doctrina putabatur. In summo apud illos honore geometria fuit. itaque nihil mathematicis illustrius. At nos, metiendi, ratiocinandíque vtilitate, huius artis terminauimus modum. At contrà oratorem celeriter complexi sumus: nec eum primò eruditum, aptum tamen ad dicendum: pòst autem eruditum. nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse, memoriæ[l] traditum est: studiosum autem eum, qui[m] hos ætate antiebat, Catonem: pòst verò Lepidum, Carbonem, Gracchos: deinde ita magnos nostram ad ætatem, vt non multùm, aut nihil omnino Græcis cederetur[n]. Philosophia iacuit vsque ad hanc ætatem, nec vllum habuit lumen litterarum Latinarum:

quæ illustranda, & excitanda nobis est, vt, si occupati profuimus aliquid ciuibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. In quo eo magis nobis est elaborandum, quòd multi iam esse Latini libri dicuntur scripti inconsideratè ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. fieri autem potest, vt rectè quis sentiat, & id, quod sentit, politè eloqui non possit. sed mandare quemquam litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio, & litteris. Itaque suos libros ipsi legunt cum suis, nec quisquam attingit, præter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt. Quare si aliquid oratorię laudi nostra attulimus industria, multo studiosiùs philosophiæ fonteis aperiemus, è quibus etiam illa manabant. Sed, vt Aristoteles vir summo ingenio, scientiæ[a] copia, cùm motus[b] esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam cœpit adolescenteis docere, & prudentiam cum eloquentia iungere: sic nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere, & in hac maiore, & vberiore arte versari. hanc enim perfectam philosophiam semper iudicaui, quæ de maximis quæstionibus copiosè posset, ornatéque dicere. in quā exercitationem ita[c] nos studiosè operam dedimus, vt iam etiam scholas Græcorum more habere auderemus: vt nuper tuum post discessum in Tusculano, cùm essent complures mecum familiares, tentaui[d], quid in eo genere possem. vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutiùs fecit: sic hæc mihi nunc senilis est declamatio. Ponere iubebam de quo quis audire vellet: & id aut sedens, aut ambulans disputabam. itaque dierum quinque scholas, vt Græci appellant, in totidem libros contuli. fiebat autem ita, vt, cùm is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contrà dicerem, hæc est enim, vt scis, vetus, & Socratica ratio contra alterius opinionem, disserendi. nam ita facillimè, quod[e] verisimillimum esset, inueniri posse Socrates arbitrabatur. sed quò commodiùs disputationes explicētur, sic eas exponam, quasi agatur res, non quasi narretur. ergo ita nascetur exordium. 2 ¶ A.[f] Malum mihi videtur esse mors. 3 ¶ M. Istine, qui mortui sunt, an iis, quibus moriendum est? 4 ¶ A. Vtrisque. ¶ M. Est igitur miserum, quoniā malum. 5 ¶ A. Certè. 6 ¶ M. Ergo & ij, quibus euenit iam, vt morerentur, & ij, quibus euenturum est, miseri. 7 ¶ A. Mihi ita videtur. ¶ M. Nemo ergo non miser. 8 ¶ A. Prorsus nemo. 10 ¶ M. Et quidem, si tibi constare vis, omnes, quicumque[h] nati sunt, erūntve, non solùm miseri, sed etiam semper miseri. nam si solos eos diceres miseros, quibus moriēdum esset, neminem tu quidem eorum, qui viuerent, exciperes: moriendum est enim omnibus: esset tamen miseriæ finis in morte, quoniam autem etiam mortui, miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. necesse est enim, miseros esse eos, qui centum millibus annorum ante occiderunt, vel potiùs omneis, quicumque nati. 11 ¶ A. Ita prorsus existimo. 12 ¶ M Dic, quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio[i] Acheruntis, mento summam[k] aquam

P. E.

a *fort.* scientia, copia, *al.* legūt scientiæ copia.*

b vide quæ scripsi libro 3. de oratore†

c ita nos studiosè dedimus, vt iam

d *v.c.* tempta ui, *non pl.*

e *al.* quid verisimillimum esset, &c. *al.* quid verum, verisimil.

f id est Atticus. *Lact. Institu. Turneb. 9. aduers 18. Alii* auditur Laurino adolescens: cui fauet initium P. C. L. lieri a. *infrà* g Id est Marius.*

h L. qui vmquam nati sunt. *Gratia q. v. c.*

i *al.* tranectio Acheruntis.

k id est proximè. Ita enim interpretatur Nonius *cap. 4. in Summum. num. 440.*

attingens ſiti enectus Tantalus? nũ illud, quod Siſyphu' verſat

Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum[a]?

fortaſſe etiam inexorabiles iudices, Minos, & Rhadamanthus. apud quos nec te L. Craſſus defendet, nec M. Antonius, nec, quoniam apud Græcos iudices res agetur, poteris adhibere Demoſthenem: tibi ipſi pro te erit maxima corona cauſa dicenda. Hæc fortaſſe metuis, & idcirco mortem cenſes eſſe ſempiternum malum. ¶A. Adeóne me delirare cenſes, vt[b] ita eſſe credam? ¶M. An tu hæc non credis? A. Minimè verò. ¶M. Malè hercule narras. ¶A. Cur? quæſo. ¶M. Quia diſertus eſſe poſſem, ſi contra iſta dicerem. ¶A. Quis enim non ia eiuſmodi cauſa? aut quid negotij eſt, hæc poetarum, & pictorum portenta[c] conuincere? ¶M. Atqui pleni ſunt libri philoſophorum contra iſta ipſa diſſerentium.

¶A. Ineptè ſanè. quis eſt enim tam excors, quem iſta moueant? ¶M. Si ergo apud inferos miſeri non ſunt, ne ſunt quidem apud inferos vlli. ¶A. Ita prorſus exiſtimo. ¶M. Vbi ergo ſunt ij, quos miſeros dicis? aut quem locum incolunt? ſi enim ſunt, nuſquam eſſe non poſſunt. ¶A. ego verò nuſquam eſſe illos puto. ¶M. Igitur ne eſſe quidem. ¶A. Prorſus iſto modo: & tamen miſeros ob id ipſum quidem, quia nulli ſunt. ¶M. Iam malem Cerberum metueres, quàm iſta tam inconſideratè diceres. ¶A. Qui tandem? ¶M. Quem eſſe negas, eundem eſſe dicis. vbi eſt acumen tuum? cùm enim miſerum eſſe dicis, tum eum, qui non ſit, dicis eſſe. ¶A. non ſum ita hebes, vt iſta dicam. ¶M. Quid dicis igitur? ¶A. miſerum eſſe, verbi cauſa. ¶M. Craſſum, qui illas fortunas morte dimiſerit: miſerum Cn. Pompeium, qui tanta gloria ſit orbatus: omneis[d] denique miſeros, qui hac luce careant. ¶M. Reuolueris eódem. ſint enim oportet, ſi miſeri ſunt. tu autem modò negabas eos eſſe, qui mortui eſſent. ſi igitur non ſunt, nihil poſſunt eſſe, ita ne miſeri quidem ſunt.

¶A. Non dico fortaſſe etiam, quod ſentio. nam iſtud ipſum, non eſſe, cùm fueris, miſerrimum puto. ¶M. Quid miſerius, quàm omnino numquam fuiſſe? ita, qui nondũ nati ſunt, quia non ſunt, miſeri iam ſunt: & nos ipſi, ſi poſt mortem miſeri futuri ſumus, miſeri fuimus, antequàm nati. ego autem non commemini, antequàm ſum natus, me[e] miſerum. tu ſi meliore memoria es, velim ſcire, ecquid de te recordere. ¶A. Ita iocaris, quaſi ego dicam, eos eſſe miſeros, qui nati non ſunt, & non eos miſeros[f], qui mortui ſunt. ¶M. eſſe ergo eos dicis. ¶A. immò, quia non ſunt, cùm fuerint, eos miſeros eſſe. ¶M. Pugnantia te loqui nõ vides? quid enim tam pugnat, quàm non modò miſerum, ſed omnino quidquam eſſe, qui non ſit? an tu egreſſus porta Capena, cùm Calatini, Scipionum, Seruiliorum, Metellorum ſepulcra vides, miſeros putas illos? ¶A. Quoniam me verbo premis, poſthac non ita dicã, miſeros eſſe, ſed tantùm, miſeros, ob id ipſum quia non ſunt. ¶M. Non dicis igitur, miſer eſt M. Craſſus, ſed tantùm, miſer M. Craſſus.

¶A. Ita planè. ¶M. Quaſi non neceſſe ſit, quidquid iſto modo pronunties, id aut eſſe, aut non eſſe. an tu dialecticis ne imbutus quidem es? in primis enim hoc traditur: omne pronuntiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit, vt appellarem ſ ἀξίωμα: vtar pòſt alio, ſi inuenero melius) id[a] ergo eſt pronuntiatũ, quod aut verum, aut falſum eſſe dicitur. cùm igitur dicis, miſer. ¶M. Craſſus: aut hoc dicis, miſer eſt M. Craſſus, vt poſſit iudicari, verum id, falsúmne ſit: aut nihil dicis omnino. ¶A. Agè, iam concedo non eſſe miſeros, qui mortui ſunt, quoniam extorſiſti, vt fateret, qui omnino non eſſent, eos ne miſeros quidem eſſe poſſe. quid? qui viuimus, cùm moriendum ſit, nónne miſeri ſumus? quæ enim poteſt in vita eſſe iucunditas, cùm dies, & noctes cogitandum ſit, iam, iámque eſſe moriendum.

¶M. Ecquid ergo intelligis, quantum mali ex humana conditione deieceris? ¶A. Quónam modo? ¶M. Quia, ſi mori etiam mortuis miſerum eſſet, infinitum quoddam, & ſempiternum malum haberemus in vita. nũc video calcemb: ade[c] quem cùm ſit decurſum, nihil ſit præterea extimeſcendum ſed tu mihi videris Epicharmi, acuti, nec inſulſi hominis, vt Siculi, ſententiam ſequi. ¶A. Quam? non enim noui. ¶M. Dicam, ſi potero, Latinè. ſcis enim me Græcè loqui in Latino ſermone non plus ſolere, quàm in Græco Latinè. ¶A. & rectè quidem. ſed quæ tandem eſt Epicharmi iſta ſententia? ¶M.

Emorid nolo: ſed me eſſe mortuum nihil æ aſtimo.

¶A Iam agnoſco Græcum. ſed quoniã coegiſti, vt concederem, qui mortui eſſent, eos miſeros non eſſe, perſice, ſi potes, vt ne moriẽdum quidem eſſe, miſerum putem. ¶M. iam iſtuc quidem nihil negotij eſt: ſed etiã maiora molior. ¶A. Quo modo hoc nihil negotij eſt? aut quę tandem ſunt iſta maiora? ¶M. Quoniã ſi poſt mortem nihil eſt mali, ne mors quidẽ eſt malum: cui proximum tẽpus eſt poſt mortem, in quo mali nihil eſſe cõcedis: ita ne moriendum quidem eſſe malum eſt, id eſt enim, perueniendum eſſe ad id, quod non eſſe malum confitemur. ¶A. Vberiùs iſta quæſo, hæc enim ſpinoſiora, priùs, vt confitear, me cogũt, quàm vt aſſentiar. ſed quæ ſunt ea, quæ dicis te maiora moliri? ¶M. Vt doceam, ſi poſſim, non modò malum non eſſe, ſed bonum etiam eſſe mortem. ¶A. Non poſtulo id quidem, aueo tamen audire. vt enim non efficias quod vis, tamen, mors vt malum non ſit, efficies ſed nihil te interpellabo. continentem[f] orationẽ audire mâlo. ¶M. Quid? ſi te rogauero aliquid, nónne reſpondebis? ¶A. Superbi id qui dem eſſet. ſed, niſi quid neceſſe erit, mâlo ne roges. ¶M. Geram tibi morem, & ea, quæ vis, vt potero, explicabo, nec tamen quaſi Pythius Apollo, certa vt ſint, & fixa, quæ dixero: ſed vt homunculus vnus[g] è multis, probabilia coniectura ſequens. vltra enim quò progrediar, quã vt veriſimilia videam[h], non habeo. certa dicent ij, qui & percipi ea poſſe dicunt, & ſe ſapientes eſſe profitentur. ¶A. Tu, vt videtur, nos ad audiendum parati ſumus. ¶M. Mors igitur ipſa, quæ videtur notiſſima res eſſe, quid ſit, primùm eſt videndum. ſunt enim, qui diſceſſum animi à corpore putent eſſe mortem, ſunt, qui nullum cenſeant fieri diſceſſum, ſed vnà animũ, & corpus occidere, animúmque cum corpore exſtingui. qui diſcedere animũ cenſent, alij ſtatim diſſipari, alij diu pẽmanere, alij ſemper. Quid ſit porrò ipſe animus, aut vbi, aut vnde, magna diſſenſio eſt. alij[k] cor ipſum, animus videtur: ex quo excordes[l], vecordes, concordéſque dicuntur: & Naſica ille prudens, bis conſul, Corculum[m], &

a citatur à Nonio *cap. 2. in Hilum 402.* eſt autem Hilum breue quoddam Feſto, quod grano fabæ adhæret.*

b L. vt iſta credam. *& ita v.c.*

c citatur à Nonio *cap. 4. in Portenta. 383.**

P. B.

d v.c. omnis

e fort. me eſſe miſerum.

f fort. delenda hic vox miſeros.

P. CLI.

g al. appellẽ

a *v. c.* id ergo, quod eſt pronuntiatum, aut verum eſt, aut falſum.

b Cal. pro ſini & meta, dixi libro 1. de ſenectute.* v. c. ad quã cum. & ita l.

c Acro ad P. B. Ἀξίωμα, Pronuntiatum, ſententia, ſic Græci dicũt. Nonius ſic legit. μὴ διαφέρει, & emendat hunc verſum Epicharmi Bentleius 3. ad Attic. cum alias ita legatur, Nonnullis in regionibus Græcis ἀξίωμα pro ἀπόφανσις dicitur. autem Nonius ἀξίωμα pro ἀπόφανσις, id eſt & Seneca Doctrinæ. pro Seneca. ego nihil æſtimo.

h al. dicam.

i hæc verba animum, ſi corpore vacet, Florentinus. P. eſſe videmur. citatur hic locus à Nonio cap. 2. Excordes. 1 vide Nonium ad hæc verba in Excordes. à corde idem quod ſolers & acutus. Feſtus in Corculum. idem in Bruto quo bus locis.

Egregiè cordatus homo eatur Ælius[a] *Sextus.*

Empedocles animum esse [b] censet, cordi suffusum sanguinem, aliis pars quædam cerebri, visa est animi principatum tenere: aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem, esse animum: sed alij in cerebro dixerũt animi esse sedem, & locum. animum [c] autem alij animam, vt [d] ferè nostri, declarant nominari. nam & agere animam, & efflare dicimus, & animosos, & bene animatos, & ex animi sententia: ipse autem animus ab anima dictus est. Zenoni Stoico animus, ignis videtur. Sed hæc quidem, quæ dixi, cor [e], cerebrum, animam, ignem, vulgò: reliqua ferè singuli, vt multi antè veteres proximè autem Aristoxenus, musicus. idémque philosophus, intentionem [f] ipsius corporis quandam, velut in cantu, & fidibus, quæ harmonia dicitur. sic ex corporis totius natura, & figura, varios motus ciet i, tamquam in cantu sonos. Hîc ab artificio suo non recessit, & tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo antè & dictum, & explanatum à Platone. Xenocrates animi figuram, & quasi corpus, negauit esse, verùm numerum dixit esse, cuius vis, vt iam antea Pythagoræ visum erat, in natura maxima esset, eius doctor Plato triplicem finxit animam [g]: cuius principatũ, id est rationem, in capite, sicut in arce, posuit: & duas parteis separate voluit, iram, & cupiditatem: quas locis discluſit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Dicæarchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquenteis facit: duobus Pheretratem quendam Phthiotam senem, quem ait à Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum, & hoc esse nomen totum inane, frustráque animalia & animanteis appellari: neque in homine inesse animũ, vel [h] animã, nec in bestia: vimque omnẽ eam, qua vel agamus quid, vel sentiamus, in omnibus corporibus viuis æquabiliter esse fusam, nec separabilem à corpore esse, quippe quæ nulla sit, nec sit quidquam, nisi corpus vnum, & simplex, ita figuratum, vt temperatione naturæ vigeat, & sentiat. Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio, & diligentia, cùm quattuor illa genera principiorum esset complexus, è quibus omnia orirentur, quinctam quadam naturam censet esse, è qua sit mens. cogitare enim, & prouidere, & discere, & docere, & inuenire aliquid, & tam multa alia, meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, lætari: hæc, & similia eorum, in horum quattuor generum nullo inesse putat. quinctum genus adhibet, vacans i nomine: & sic ipsum animum, ἐντελέχειαν [k] appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem [l], & perennem. Nisi quæ me fortè fugiunt, hæ sunt ferè omnium de animo sententiæ. Democritum enim magnum quidem illum virum, sed læuibus, & rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. nihil est enim apud istos, quod non atomorum turba conficiat. Harum sententiarum quæ vera sit, deus aliquis viderit: quæ verisimillima, magna quæstio est. vtrùm [m] igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire? ¶A. Cuperem equidem vtrumque, si posset: sed est difficile non confundere. quare si, vt ista non differamus, libertari mortis metu possumus. id agamus, sin id non potest, nisi hac quæstione animorum explicata, nunc, si videtur, hoc: illud, aliâs. ¶M. Quod malle te intelligo, id puto esse commodius. efficiet enim ratio, vt quæcumque vera sit earum sententiarum, quas exposui, mors aut malum non sit. aut sit bonum potiùs. nam si cor, aut sanguis, aut cerebrum est animus, certè, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore. si [a] anima est, fortasse dissipabitur: si ignis, exstinguetur: si est Aristoxeni [b] harmonia, dissoluetur. Quid de Dicæarcho dicam, qui nihil omnino animum [c] dicat esse? His sententiis omnibus nihil post mortem pertinere ad quemquam potest. pariter enim cum vita sensus amittitur. non sentientis autem, nihil est, vllam in partem quod interſit. reliquorum sententiæ spem afferunt, si te fortè hoc delectat, posse animos, cùm è corporibus excesserint, in cælum, quasi in domicilium suum, peruenire. ¶A. Me verò delectat: idque; primùm ita esse: deinde, etiam si non sit, mihi tamen persuaderi velim. ¶M. Quid tibi ergo opera nostra opus est? num eloquentia Platonem superare possumus? euolue diligenter eius eum librum, qui est de animo: amplius quod desideres, nihil erit. ¶A. Feci mehercule, & quidem sæpius: sed nescio quo modo, dum lego, assentior: cùm posui librum, & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assensio omnis illa elabitur [d]. ¶M. Quid hoc? dáne aut manere animos post mortem, aut morte ipsa interire? ¶A. Do verò. ¶M. Quid, si maneant? ¶A. Beatos esse concedo. ¶M. Si intereant? ¶A. Non esse miseros, quoniam ne sint quidem. iam [e] istuc, coacti à te, paullo antè concessimus. ¶M. Quo modo igitur, aut cur mortem malum tibi videri dicis, quæ aut beatos nos efficiet, animis manentibus, aut non miseros, sensu carenteis? ¶A. Expone igitur, nisi molestum est, primùm animos, si potes, remanere post mortem: tum, si minus id obtinebis: (est enim arduum) docebis carere omni malo mortem. ego enim istuc ipsum vereor, ne malum sit, non dico carere sensu, sed carendum esse. ¶M. Auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, vti optimis possumus: quod in omnibus causis & debet, & solet valere plurimũ: & primùm quid omni antiquitate: quæ *quo propius aberat ab ortu, & diuina progenie, hoc melius ea fortasse, quæ erant vera, cernebat.* itaque vnũ illud erat insitum priscis illis, quos Caseos [f] appellat Ennius, esse in morte sensum, neque [g] excessu vitæ sic deleri hominem, vt funditus interiret: idque cùm multis aliis rebus, tum è pontificio iure, & cæremoniis sepulcrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis præditi nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi hæsisset in eorum mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem, atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationémque vitæ, quæ in claris viris, & fœminis dux in cælum soleret esse: in cæteris humi retineretur [h], & permaneret tamen. ex hoc, & nostrorum opinione.

Romulus in cælo cum [i] *diis agit ævum,*

vt famæ assentiens dixit Ennius: & apud Græ-

a *al.* Aillius.
b *imò* Empedocli cordi suffusus sanguinis animi sedes est.
c *al.* animum autem animam nostri declarãt nominari.
d *q.v.c.* vt ferè ipsum declarat nostra.
e *al.* cor, sanguinem, cerebrum,
f *q.v.* ciptus corporis intentionem quandam,
P. B.
g *q.v.c.* animi naturam: cuius
h *hoc totum, vel animam, vel* *q.v.c.*
i ἀϊδίως.
k ἐντελέχειαν
l τὴν συνεχῆ κίνησιν
m *fort.* vtrũ
n *fort.* vtrũ
o *fort.* hæc
p Lit. ἀϊδίου
q *al.* ἀϊδίου
r *al.* ἀϊδίου
s *fort.* vtrũ
t *fort.* vtrũ
u *fort.* vtrũ
x *fort.* vtrũ
y *fort.* vtrũ
z *fort.* vtrũ
a *al.* si acer, *mendose.*
b *al.* vt Aristoxeni*.
c *fort.* dicit esse?
P. B.
d *q.v.c.* illabitur. *al.* inlabitur. *vnde fort. leg.* dilabitur.
e *fort.* nam istuc, coacti à te *&c. fort.* iam enim istuc, *&c.*
f Caſci autem idem quod veteres. Varro sexto de lingua. & Festus in Caſcum*.
g *fort.* neque excessu è vita,
P. CLIIII.
h L. retineret, & permanerent tamen.
i L. cum diis genitalib. æuum Degit, vt famæ ass

cos, indéque perlapsus ad nos, & vsque ad Oceanum Hercules, tantus, & tam præsens habetur deus. hinc Liber, Semele natus, eadémque famæ celebritate Tyndaridæ fratres: qui non modò adiutores[a] in prœliis victoriæ populi R. sed etiam nuntij fuisse perhibentur. Quid[b]? Ino, Cadmi filia, nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? quid? totum propè cælum, ne plureis persequar, nónne humano genere completum est? Si verò scrutari vetera, & ex his ea, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner: ipsi illi, maiorum gentium dij qui habentur, hinc à nobis profecti in cœlum reperientur. Quære, quorum demonstrantur sepulcra in Græcia: reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysteriis: tum denique, quàm hoc latè pateat, intelliges. Sed qui nondum ea, quæ multis pòst annis tractari cœpissent, physica didicissent, tantum sibi persuaserant, quantú natura admonente cognouerant: rationes, & causas rerum non tenebant: visis quibusdam sæpe mouebantur, hísque maximè nocturnis, vt viderentur ij[c], qui vita excesserant, viuere. Vt[d] porrò firmissimum hoc afferri videtur, cur deos esse credamus, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium[e] tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio, multi de diis praua sentiunt. id enim vitioso more effici solet. omnes tamen esse vim & naturam diuinam arbitrantur. nec verò id collocutio hominum, aut consensus efficit: non institutis opinio est confirmata, non legibus. *Omni autem in re consensio omnium gentium, lex naturæ putanda est.* quis est igitur, qui suorum mortem primùm non eò lugeat, quòd eos orbatos vitæ commodis arbitretur? Tolle hanc opinionem: luctum sustuleris. nemo enim mæret suo incommodo. dolent fortasse, & anguntur: sed illa lugubris lamentatio[f], fletúsque mœrens, ex eo est, quòd eum, quem dileximus, vitæ commodis priuatum arbitramur, ídque sentire. Atque hæc ita sentimus natura duce, nulla ratione, nulláque doctrina. Maximum verò argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare, quòd omnibus curæ sunt, & maximè quidem, quæ pòst mortem futura sint. *Serit arbores, quæ alteri sæculo prosint,* vt ait Statius in Symphebis: quid spectans, nisi etiam posteros sæculorum ad se pertinere? Ergo arbores seret diligens agricola, quarum adspiciet bacam[h] ipse numquam: vir magnus leges, instituta, rempl. conseret[k]. Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia[l] significant, nisi nos futura etiam cogitare? Quid illud? num dubitas, quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura? quæ est igitur melior in hominum genere natura, quàm eorum, qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur? abiit ad deos Hercules. numquam abiisset, nisi, cùm inter homines esset, eam sibi viam muniuisset. Vetera iam ista, & religione omnium[m] consecrata. Quid in hac rep. tot, tantósque viros ob remp. interfectos, cogitasse arbitramur? iisdémne vt finibus nomen suum, quibus vita, terminaretur? Nemo vmquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem, licuit esse otioso Themisto-

a *v. c.* adiutores in prœliis populi R. sed etiam victoriæ nuntij fuisse p.

b citatur hic locus à Nonio *cap. 1. in Manam. 337. adde Ciceronẽ 3. de Natura deorum.**

c *al.* eis.*

d L. At porro firmiss.

e *al.* homi- P. 1. B num.*

f *al.* eiulatio,

g L. & maximæ quidem,

h *al.* baccã.* i *al.* Reipublicæ.*

k L. non seret: ‖ *al.* quæ deseret.*

l *al.* ellogia. *al.* eclogia

F. CLV.

m *al.* hominum.*

A cli, licuit Epaminondæ, licuit, ne & vetera, & externa quæram, mihi: sed nescio quomodo *inhæret in mentibus quasi sæculorum quoddam augurium futurorum: idque in maximis ingeniis, altissimisque animis & exstitit maximè, & apparet facillimè.* quo quidem demto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus, & periculis viueret? loquor de principibus. quid poetæ? nónne post mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud?

B *Adspicite ô ciues senis Ennij imaginis formam.*
Hic vestrum panxit maxima facta patrum.

Mercedem gloriæ flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloria. idémque,

Nemo[a] me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito viuu' per ora virûm.

Sed quid poetas? opifices etiam post mortem nobilitarib volunt. quid enim Phidias sui similem speciem inclusit[c] in clypeo Mineruæ, C cùm inscribere non liceret? Quid nostri philosophi? nonne in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Quòd si omnium consensus, naturæ vox est: omnésque, qui vbique sunt, consentiunt esse aliquid, quod ad eos pertineat, qui è vita cesserunt[e]: nobis quoque idem existimandú est. &, si, quorum aut ingenio, aut virtute animus excellit, eos arbitramur, quia natura optima sint, cernere naturæ vim maximè: verisimile est, cùm optimus quisque maximè posteritati seruiat, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus. Sed vt deos esse D natura opinamur, qualésque sint, ratione cognoscimus: sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium: qua in sede maneant, qualésque sint, ratione discendum est. cuius ignoratio finxit inferos, eásque formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare. in terram enim cadentibus corporibus, hísque humo tectis, ex quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam vitam agi E mortuorum. quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt: quos auxerunt poetæ. frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculæ, & pueri, mouetur audiens tam grande carmen:

Adsum, atque aduenio Acheronte[f], vix, via alta, atque ardua,
Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus,
F *Maximis: vbi rigida constat crassa caligo inferûm.*

tantúmque valuit error, qui mihi quidem iam sublatus videtur, vt, corpora cremata cùm scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quæ sine corporibus nec fieri possent, nec intelligi. animos enim per se ipsos viuentes nó poterant mente complecti: formam aliquam, figurámque quærebant. inde Homeri tota νεκυια[h]: inde ea, quã[i] meus amicus Appius νεκυομαντιϊκ[k], faciebat: inde in vicinia nostra Aceruni lacus,

G *Vnde animæ excitantur obscuræ umbra, aperto ostio*
Alti Acherontis[l], falsõ[m] sanguine, imagines mortuorum.

has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterum, pulmonum vi, & figura potest. nihil enim animo videre poterant: ad oculos H omnia referebant. magni autẽ est ingenij, re-

a Idem in Rudente huius libri.* b *al.* nomini tari c vide 2. Valer. 14. vbi refert Phidiam Clypeo Mineruæ effigiem suam P. 2. inclusisse: qua consulta, vitio operis ob eluebatio. adde Ciceronem in Oratore, Aristotel. libro de mundo.*, d *al.* quidãno fieri philosophi nonne e *al.* excesserint.* f L. Acherontis, g citatur hic locus à Nonio *c. 4. in* Constitit. 100. vbi constat inter pretatur ereãs est.* h Nexus hic pars est illa Odysseæ qua fingitur Vlysses ad inferos accessisse, atque umbras allocutus. Huius operis pictura Nicias vendere noluit Attalo regi trecentis sestertiis magnis: maluit autem patriæ donare. Plinius 35. cap. 11. memorat Plutarchus de vita Epicuri. Hoc eodem verbo νεκυομαντεύεται. ad P. CLVI. & Arist. 10. 3. sed alio sensu pro comitatu Cæsaris.* i *al.* quæ k *al.* ‖ l L. Acherontis, m *fort.* falso sanguine ficto Turneb.*

uocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere. itaque credo equidé etiam alios. tot [a] sæculis disputasse de animis: sed, quod litteris exstet, Pherecydes Syrus [b] primùm [c] dixit, animos [d] hominum esse sempiternos: antiquus sanè. fuit enim meo regnante gentili [e]. Hanc opinionem discipulus eius Pythagoras maximè confirmauit: qui cùm Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Græciam cùm [f] honore, & disciplina, tum etiam auctoritate: multáque sæcula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli alij docti viderentur. Sed redeo ad antiquos. rationem illi sententiæ suæ non ferè reddebant, nisi quid erat numeris, aut descriptionibus explicandum. Platonem ferunt, vt Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, & in ea cùm alios multos, tum Archytam, Timæúmque cognouisse, & didicisse Pythagorea omnia: primúmque de animorum æternitate non solùm sensisse idem, quod Pythagoras, sed rationem etiam attulisse. quam nisi quid dicis, prætermittamus, & hanc totam spē immortalitatis relinquamus. ¶ A. An tu, cùm me in summam exspectationem adduxeris, deseris? errare mehercule mâlo cum Platone, quem tu quanti facias, scio, & quem ex tuo ore admiror, quàm cum istis vera sentire. ¶ M. *Mane virtute.* ego. n. ipse cũ eodem ipso non inuitus errauerim. Num igitur dubitabimus, an, sicùt pleraque, sic & hoc quamquam hoc quidem minimè, persuadent enim mathematici, terram in [g] medio mundi sitam ad vniuersi cœli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant: eam porrò naturam esse quattuor omnia gignētium corporum, vt quasi partita habeant inter se, & diuisa momenta: terrena & humida suopte nutu, & suo pondere ad pareis angulos in terram, & in mare ferantur, reliquæ duæ partes, vna ignea, altera animalis, vt illæ superiores in [h] medium locum mundi grauitate ferantur, & pondere, sic hæ sursum rectis lineis in cælestem locum subuolent, siue ipsa [i] natura superiora appetente [k], siue quòd à grauioribus leuiora natura repellantur. quæ cùm constent, perspicuum debet esse, animos, cùm e corpore excesserint, siue illi sint animales, id est, spirabiles, siue ignei, sublimè [l] ferri. si verò aut numerus quidam sit animus quod subtilitet magis, quàm dilucidè dicitur, aut quincta illa nō nominata magis, quàm non intellecta natura: multo etiā integriora, ac puriora sunt, vt à terra longissimè se efferant. horum igitur aliquid animus est, ne tam vegeta mens aut in corde, cerebróve, aut in Empedocleo [m] sanguine demersa iaceat. Dicæarchum verò cum Aristoxeno æquali, & condiscipulo suo, doctos sanè homines omittamus: quorum alter ne condoluisse quidem vnquam videtur, qui animum se habere non sentiat: alter ita delectatur suis cantibus, vt eos etiam ad hęc transferre conetur. Harmoniam autem ex intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plureis: membrorum verò situs, & figura corporis, vacans animo, quam possit harmoniam efficere, non video: sed hic quidem quamuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli: canere ipse doceat. bene enim illo prouerbio Græcorum præcipitur,

Quam[n] *quisque norit artem, in hac se exerceat,*

illam verò funditus eiiciamus indiuiduorum corporum leuium, & rotundorum concursionem fortuitam: quam tamen Democritus concalefactam, & spirabilem, id est, animalem esse voluit. is autem animus, qui, si [a] est horum quattuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat, vt potissimùm videri video Panætio, superiora capessat necesse est. nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. ita, siue dissipantur procul à terris, id euenit: siue permanent, & conseruant habitum suum, hoc etiam magis necesse est ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur, & diuidatur crassus hic, & concretus aer, qui est terræ proximus. calidior est enim, vel potiùs ardentior animus, quàm est hic aer, quem modò dixi crassum, atque concretum: quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terreno [b] principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt. accedit [c], vt eò faciliùs animus euadat ex hoc aere, quem sæpe iam appello crassum, eúmque perrumpat, quòd nihil est animo velocius, nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere. qui si permanet incorruptus, suíque similis: necesse est ita feratur, vt penetret, & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventíq. coguntur: quod & humidum, & caliginosum est, propter exhalationes terræ. quam regionem cùm superauit animus, naturámque sui similem contigit, & agnouit: iunctus ex anima tenui, & ex ardore solis temperato, ignibus insistit, & finem altiùs se efferendi facit. cùm enim sui similem & leuitatem, & calorem adeptus est, tanquam paribus examinatus ponderib' nullā in partem mouetur, eáq; ei demum naturalis est sedes, cùm ad sui simile penetrauit, in quo nulla re egens aletur, & sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentātur, & aluntur. cúmque corporis facibus inflammari soleamus ad omneis ferè cupiditates, eóque magis incendi, quòd iis æmulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus: profectò *beati eximus, cùm* [d] *corporibus relictis, & cupiditatum, & amulationum erimus expertes: quodque nunc facimus, cùm laxati curis sumus, vt spectare aliquid velimus, & visere, id multo tum faciemus liberius: totósque nos in contemplandis rebus perspiciendisque penemus, propterea quòd & natura inest* [e] *mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi: & oræ ipse locorum illorum, quò peruenerimus, quò facilíorem nobis cognitionem rerum cælestium, eò maiorem cognoscendi cupiditatem dabunt.* hæc enim pulchritudo etiam in terris patriam [f] illam, & auitam (vt ait Theophrastus) philosophiam, cognitionis cupiditate incensam, excitauit. præcipuè verò fruentur ea, qui tum etiam, cùm has terras incolentes, circumfusi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant. etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti viderunt, & eas angustias, per quas penetrauit ea, quæ [g] est nominata

Argo[h] *quia Argiui in ea, delecti viri,*
Vecti petebant pellem inauratam arietis:

aut ij, qui Oceani freta illa viderunt,

Europam[i]*, Lybiámque rapax vbi diuidit vnda:*

a L. tot sæculis fere, q. Iustinus dicit Syrus dici tur Plinio 7. cap. 57. vbi de eius mor te, & Laertio in eius vita: ἐγένετο Strabo. cf. Suidas. est enim ἐγὼς γὰρ ἐσυτὸν. Strabo 12. ἀφ' οὗ ἐγένετο.*

c L. primus. d Idem de Pherecyde refert Laertius 7. c. 8. de dissidio rerū principio & natura scripsit circa Olympiad. 59. Laertius in eius vita.* e Tullio.* f cùm honore discipline, tum.

P. B.

g M. in medio mundo sitam, &c. & sic L. al. in medio mundi loco sit.

h M. in medium locum grauitate f. & ita L. ipse.* i L. appetente.

k M. sublime fertur. Rectè. Adam. & supra dixit in sublime ferri.*

l M. Empedocl. 40.

P. CLVII. m L. sublime quod ἀναθυμίασις ἐστὶ τῆς τροφῆς. Aristo. Iuvenal. Aristoteles. Plinius.* Vegetius.*

n L. si est horū quattuor generum ex aliquo, ex quib.

b *fort.* ex terreno pr. c *fort.* Accedit cur eo facil.

P. B.

d *fort.* tum, cùm, corp.

e L. inest in mentib. & ita v. c.

f L. patritam illam, ‖ ita Nonius c. 2. *in patritum.* dicitur autē vt auita, sic patrita.*

g L. quæ est nominata Argo, quia Argiui in ea, delecti viri V. h *al.* Argo, p. 158. quæ vecti Argiui, delecti viri, Petebāt illā pellem inauratam arietis.

i citatur 3. de Natura deorum.*

quod tādem spectaculum fore putamus, cùm totam terram contueri licebit, eiúsque cùm situm, formam, circumscriptionem, tum & habitabileis regiones, & rursum omni cultu propter vim frigoris, aut caloris, vacanteis? nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus. neque enim est vllus sensus in corpore, sed, vt non solùm physici docent, verùm etiam medici, qui ista aperta, & patefacta viderunt, viæ quasi quædam sunt ad oculos ad aureis, ad nareis à sede animi perforatæ. itaque sæpe aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris & oculis, & auribus, nec videmus, nec audimus: vt facilè intelligi possit, *animum*[a] *& videre, & audire, non*[b] *eas partes, quæ quasi fenestræ sunt animi*: quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat, & adsit. Quid, quòd eádem mente res dissimillimas comprehendimus, vt colorem, saporē, calorem, odorem, sonum? quæ numquā quinque nuntiis animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, vt[c] idem omnium iudex solus esset. Atque ea profectò tum multo puriora, & dilucidiora cernentur, cum, quò natura fert, liber animus peruenerit. nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, callidissimo artificio naturā fabricata est, tamen terrenis, concretísque corporibus sunt interspæpta quodammodo. cùm autem nihil erit præter animum: nulla res obiecta impediet, quò minùs percipiat, quale quidque sit. Quamuis copiosè hæc diceremus, si res postularet, quàm[d] multa, quā varia spectacula animus in locis cælestibus esset habiturus. quæ quidem cogitans, soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur, eiúsque inuentori, & principi gratias exsultantes agunt, cúmque venerantur, vt deum. liberatos enim se per eum dicunt grauissimis dominis terrore sempiterno, & diurno ac nocturno metu. quo terrore? quo metu? quæ est anus tam delira, quæ timeat ista, quæ vos videlicet, si physica non didicisseris, timeretis?

Acherontia[e] *templa, alta Orci, pallida*
Leti, obnubila, obsita tenebris loca.

Non puder philosophum in eo gloriari, quòd hæc non timeat, & quòd falsa esse cognouerit? ex quo intelligi potest, quàm acuti natura sint, qui hæc sine doctrina crediturī fuerint. Præclarum autem nescio quid adepti sunt, qui didicerunt, se, cùm tempus mortis venisset, totos esse perituros. quod vt ita sit (nihil enim pugno) quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum? nec tamen mihi sanè quidquàm occurrit, cur non Pythagoræ sit, & Platonis vera sententia, vt enim rationem Plato nullam afferret (vide, quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. tot autem rationes attulit, vt velle ceteris, sibi certè persuasisse videatur. Sed plurimi contrà nituntur, animósque quasi capite damnatos, morte multant, neque aliud est quidquam, cur incredibilis his animorum videatur æternitas, nisi quòd nequeunt, qualis animus sit vacans corpore, intelligere, & cogitatione comprehendere. Quasi verò intelligant, qualis sit in ipso corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus: vt[f], si iam possent in homine vno cerni omnia, quæ nunc tecta sunt, casurúsne in conspectum videatur animus: an tanta sit eius tenuitas, vt fugiat aciem. Hæc reputent isti, qui negant, animum sine corpore se intelligere posse. videbunt, quem in ipso corpore intelligant. mihi quidem naturam animi intuenti, multo difficilior occurrit cogitatio, multóque obscurior, qualis animus in corpore sit, tamquam alienæ domui[a], quàm qualis, cùm exierit, & in liberum cœlum, quasi in domum suam venerit. si enim, quod numquam vidimus, id quale sit, intelligere non possumus, certè, & deum ipsum, & diuinum animum, corpore liberatum, cogitatione[b] complecti non possumus. Dicæarchus quidem, & Aristoxenus, quia difficilis erat animi, quid, aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt. est illud quidem vel maximum, *animo ipso animum videre*: & nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, *vt se quisque noscat*. non enim, credo, id præcipit, vt membra nostra, aut staturam, figurámve noscamus: neque nos corpora sumus: neque ego tibi dicens hoc corpori tuo dico. cùm igitur noscet[c] te, dicit, hoc dicit, noscе animum tuum. nam corpus quidem, quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum, ab animo tuo quidquid agitur, id agitur à te. hunc igitur nosse, nisi diuinum esset, non esset hoc acriotis cuiusdam animi præceptum. sic, vt tributum deo sit, hoc[d] est, se ipsum posse cognoscere. Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciat: dic, quæso, ne esse quidem se sciet[e]? ne moueri quidem se? ex quo illa ratio[e] nata est Platonis, quæ à Socrate est in Phædro explicata, à me autem posita est in vi. lib. de rep.

Quod semper mouetur, id æternum[f] *est. quod autem motum affert alicui quódque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, viuendi quoque finem habeat necesse est. solum igitur quod seipsum mouet, quia numquam deseritur à se, numquam ne moueri quidem desinit, quinetiam cæteros, quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. principij autem nulla est origo. nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. quòd si numquam oritur, ne occidit quidem vmquam. nam principium exstinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit[h]. siquidem necesse est a principio oriri omnia, ita fit, vt motus principium ex eo sit, quod ipsum à se mouetur. id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cælum, omnisque[k] natura consistat necesse est, nec vim vllam nanciscatur[l], qua primo impulsu moueatur. Cum pareat[m] igitur æternum id esse, quod ipsum moueat, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam negāt? animum est enim omne, quod pulsu agitatur externo. quod autem est animatum[n], id motu cietur interiore, & suo. nam hæc est propria natura animi, atque vis. quæ si est vna ex omnibus, quæ seipsam semper moueat, neque nata certè est, & æterna est.* Licet concurrant plebeij omnes philosophi, (sic enim ij, qui à Platone, & Socrate, & ab illa familia diffident, appellandi videntur) non modò nihil vmquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum quàm subtiliter conclusum sit, intelligent. Sentit igitur animus se moueri: quod cùm sentit, illud vnà sentit, se vi sua, non aliena moueri: nec accidere posse, vt ipse vmquam à se deseratur. ex quo efficitur æternitas: nisi quid habes ad hæc. ¶ A. Ego verò facilè sum passus, ne in mé quidem mihi aliquid contrà venire: ita isti faueo sententiæ. ¶ M. Quid illa tandem?

num

[a] νοεῖ ὁρᾷ, νοεῖ ἀκούει. ‖ Menandri est sententia. * [b] aliud sentit Lucretius 3. * [c] al. & is omniū iudex solus esset.

[d] P. 8. al. quàm multa, quàm varia, quanta spectacula, &c.

[e] L. Acherusia t. al. Acheruntia templa. Ita apud Virgilium 6. de lingua Latina ex Andromacha. Acherusia templa alta orci salutete inferā. *

[f] L. aut, si iā P. 619. possent

[a] p. 167. l. 20. mi,

[b] 167. cognitione

[c] γνῶθι σεαυτόν

[d] hoc tempore hoc est, sese ipsum posse cognoscere, deleo L. quia tenuem, & quod sequitur est explicatio eius Pl.

[e] ἀποφαντον

[f] sempiternus deinde p. 8.

[g] fort. desinitur.

[h] fort. recreabit,

[i] fort. fit,

[k] fort. omnisque terra, & constiterint

[l] fort. nanciscatur, quæ primo impulsu moueatur.

[m] L. pareat igitur, n. v. animal,

num leuiora censes? quæ declarant ineſſe in animis hominum diuina quædam: quæ ſi cernerem quemadmodum naſci poſſent, etiam, quemadmodum interirent, viderem. nam ſanguinem[a], bilem, pituitam, oſſa, neruos, venas, omnem denique membrorum, & totius corporis figuram videor poſſe dicere, vnde concreta, & quo modo facta[b] ſint. per[c] animum ipſum, ſi nihil eſſet in eo, niſi id vt per eum vi ueremus, tam natura putarem hominis vitam ſuſtentari, quàm vitis, quàm arboris. hæc enim etiam dicimus viuere. item ſi nihil haberet animus hominis, niſi vt appeteret, aut refugeret, id quoque eſſet ei commune cum beſtiis. habet primùm memoriam, & eam infinitam, rerum innumerabilium. quam quidem Plato recordationem[d] eſſe vult ſuperioris vitæ. nam in illo libro, qui inſcribitur Menon, puſionē quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. ad ea ſic ille reſpondit[e], vt puer: & tamen ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim reſpondens eò perueniat, quaſi[f] geometrica didiciſſet. ex quo effici vult Socrates, vt diſcere, nihil aliud ſit, quàm recordari. quem locum multo etiam accuratiùs explicat in eo ſermone, quem habuit eo ipſo die, quo exceſſit è vita: docet enim, quemuis, qui omnium rerum rudis eſſe videatur, bene interroganti reſpondentem, declarare, ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere: nec verò fieri vllo modo poſſe, vt à pueris tot rerum, atque tantarum inſitas, & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, niſi animus, antequàm[g] corpus intraſſet, in rerum cognitione viguiſſet. cúmque nihil eſſet, vt omnibus locis à Platone diſſeritur, (nihil enim ille putat eſſe, quod oriatur & intereat, idque ſolum eſſe, quod ſemper tale ſit, qualem ideā appellat ille, nos ſpeciem) non potuit animus hæc in corpore inclusus agnoſcere[h], cognita attulit. ex quo tam multarum rerum cognitionis admiratio tollitur: neque ea planè videt animus, cùm tam repentè in tam inſolitum, támque perturbatum domicilium immigrauit, ſed cùm ſe collegit, atque recreauit, tum agnoſcit ea reminiſcendo. ita nihil aliud eſt diſcere, niſi recordari. ego autem maiore etiam quodam modo memoriam admiror. quid eſt enim illud, quo meminimus? aut quam habet vim? auti vnde naturam? non quæ ro, quanta memoria Simonides fuiſſe dicatur, quanta[k] Theodectes, quanta is, qui à Pyrtho legatus ad ſenatum eſt miſſus, Cyneas[l], quanta nuper Carneades[m], quanta, qui modò fuit, Sceptius Metrodorus, quanta noſter Hortenſius: de communi hominum memoria loquor, & eorum maximè, qui in aliquo maiore ſtudio, & arte verſantur: quorum quanta mens ſit, difficile eſt exiſtimare. ita multa meminerunt. Quorſum igitur hæc ſpectat oratio? quæ ſit illa vis, & vnde ſit, intelligendum puto. non eſt certè nec cordis, nec ſanguinis, nec cerebri, nec atomorum. anima ſit animus, ignisve[n], neſcio: nec me pudet, vt iſtos, fateri neſcire quod neſciam. illud, ſi vlla alia de re obſcura affirmare poſſem, ſiue anima, ſiue ignis ſit animus, eum iurarem eſſe diuinum. Quid[o] enim obſecro te, terránē[p] tibi, aut hoc crebo videtur tanta vis memoriæ? ſi, quid ſit

A hoc, non vides: at, quale ſit, vides. ſi ne id quidem: at, quantum ſit, profectò vides. quid igitur? vtrùm capacitatem[a] aliquam in animo putamus eſſe, quò, tamquam in aliquod vas, ea quæ meminimus, infundantur? abſurdum id quidem. qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi poteſt? aut quæ tanta omnino capacitas? an imprimi quaſi ceram, animum putamus, & memoriam eſſe ſignatarum rerū in mente veſtigia? quæ poſſunt verborum, quę rerum ipſarum eſſe veſtigia? quæ porrò tam immenſa magnitudo, quæ illa tam multa poſſit effingere? Quid[b] illa vis, quæ tandem eſt, quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio, atque excogitatio dicitur? ex hácne tibi terrena, mortalique natura, & caduca concreta ea videtur? aut[c] qui primus, quod ſummæ ſapientiæ Pythagoræ viſum eſt, omnibus rebus impoſuit nomina? aut[d] qui diſſipatos homines congregauit, & ad ſocietatem vitæ conuocauit? aut[e] qui ſonos voces, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminauit? aut[f] qui errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitutiones[g] notauit? omnes magni: etiam ſuperiores, qui fruges, qui veſtitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præſidia contra feras inuenerunt: à quibus manſuefacti, & exculti, à neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus. nam & auribus oblectatio[h] magna ex parte eſt inuenta, & temperata varietate, & natura ſonorum: & aſtra ſuſpeximus, tum[i] ea, quæ ſunt infixa certis locis, tum illa non re, ſed vocabulo errantia. quorum conuerſiones, omneſque motus qui[k] animus vidit, is docuit, ſimilem animum ſuum eius eſſe, qui ea fabricatus in cælo eſſet. nam cùm Archimedes lunæ, ſolis, quinque errantium motus in ſphæram alligauit, effecit idem, quod ille, qui in Timæo mundum ædificauit Platonis deus, vt tarditate, & celeritate diſſimillimos motus vna regeret conuerſio. Quod ſi in hoc mundo fieri ſine deo non poteſt, ne in ſphæra quidem eoſdem motus Archimedes ſine diuino ingenio potuiſſet imitari. Mihi verò ne hæc quidem notiora, & illuſtriora carere vi diuina videntur, vt ego aut poetam graue, plenúmque carmen ſine cæleſti aliquo mentis inſtinctu putem fundere, aut eloquentiam ſine quadam vi maiore fluere, abundantem ſonantibus verbis, vberibúſque ſententiis. Philoſophia verò, omnium mater artium, quid eſt aliud niſi, vt Plato ait, donum, vt ego, inuentū deorum? hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tum ad modeſtiam, magnitudinémque animi erudiuit: eadémque ab animo, tanquam ab oculis, caligines diſpulit[l], vt omnia ſupera, infera, prima, vltima, media videremus. prorſus hæc diuina mihi videtur vis, quæ tot res efficiat, & tantas. quid eſt enim memoria rerum, & verborum? quid porrò inuentio? profectò id, quo nec in deo quidquam maius intelligi poteſt. non enim ambroſia deos, aut nectare, aut iuuentute[m], pocula miniſtrante, lætari arbitror: nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait propter formam, vt Ioui pocula miniſtraret. non iuſta cauſa, cur Laomedonti[n] tanta fieret iniuria. fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat. diuina mallem ad nos. quæ autem diuina? vigere,

a *al.* ſanguis ſalis ſpiritus, eſſe terrā, ve nec omnis de ſanguine, &c. b *fort.* forte. Cæſ. eorum more locuti ſit. c *fort.* facta ſint. d *fort.* Animo ipſo, ſi n. e 2b per deos quibuſdā animo i- ſed ad alia tra

e *fort.* reſpondit

f *fort.* quò ſi geometr.

g. n.

h L. antequā in corpus intraſſet, rerum cognit.

i *fort.* aut vnde naturam?

k L. quanta memoria, quanta is, quanta, &c. l *vide* Plutarchum in Pyrrho.* m L. Carmadas, & ita n. c.

a. p. CLXI.

a *fort.* capacitatem aliquā animumput.

b L. Quid? illa vis, quæ tandem eſt, q. *al.* Quid illa vis? quæ tandem eſt? quæ &c.

c L. aut quis primus, &c. *& ita* n. c.

d L. aut quis

e L. aut quis

f L. aut quis

g L. inſtitiones not.

h *q. v. c.* oblectatio magnā partem eſt inuenta, & tēp. i *al.* cùm ea, p. B.

k *fort.* qui animo vidit,

l *ſic plerique* n. c. q. *al.* depulit, *& ita* L. *al.* expulit.

m L. Iuuentate.

n *al.* Troi *& ita ſcribendū.**

o L. Quid enim obſecro te, terrā tibi, aut hoc creta videtur tanta vis memoriæ? ſi, quid ſit

p *al.* Terrenebuloſo, *&* caligineſo cælo aut ſata, aut con-

p. CLXII.

sapere, inuenire, meminisse. Ergo[a] *animus*, qui, vt ego dico, *diuinus*; vt Euripides audet dicere, *deus*, est. & quidem si deus, aut anima, aut ignis est, idem est animus hominis. nam vt illa natura cœlestis & terra vacat, & humore: sic vtriusque harum rerum humanus animus est expers. sinautem est quinta quædam natura ab Aristotele inductab: primùm hæc & deorum est, & animorum. Hanc nos sententiam secuti, his ipsis verbis in consolatione hæc expressimus:

Animorum nulla in terris origo inueniri potest: nihil enim est in animis mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natum, atque fictum esse videatur: nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. his enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura prouideat, & complecti possit præsentia: quæ sola diuina sunt. nec inuenietur vnquam, vnde ad hominem venire possint, nisi à deo. singularis est igitur quædam natura, atque vis animi, seiuncta ab hac vsitata, notisque naturis. Ita quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, cœleste & diuinum est, ob eamque rem æternum sit necesse est. Nec verò deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam, & libera segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens, & mouens, ipsaque prædita motu sempiterno.— Hoc è genere, atque eádem è natura est humana mens. Vbi igitur, aut qualis est ista mens? Vbi tua, aut qualis? potésne dicere? an, si omnia ad intelligendũ non habeo, quæ habere vellem, ne iis quidem, quæ habeo, mihi per te vti licebit? non valet tantũ animus, vt sese ipse videat. at, vt oculus, sic animus sese non videns, alia cernit. non videt autem, quod minimum est, formam suam. fortasse: quamquam id quoque: sed relinquamus vim certè, sagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt. hæc magna, hæc diuina, hæc sempiterna sunt. qua facie quidem sit, aut vbi habitet, ne quærendum quidem est. vt, cùm videmus speciem primùm, candorémque cœli: deinde conuersionis celeritatem tantã, quantam cogitare non possumus: tum vicissitudines dierum, atque noctium, commutationésque temporum quadripartitas[c], ad maturitatem frugum, & ad temperationem corporum aptas, eorúmque omnium moderatorem & ducem solem, lunámque accretione, & [d] dimi nutione luminis, quasi fastorum notantem, & significantem dies, tum in eodẽ orbe in XII.[e] parteis distributo, quinque stellas ferri, eosdẽ cursus constantissimè seruanteis, disparibus inter se motibus, nocturnámque cœli formam vndique sideribus ornatam: tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem, & cultum: quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde

Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues:

altera Australis, ignota nobis, quam vocant Græci ἀντίχθονας[f] ceteras parteis incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore: hic autem, vbi habitamus, non intermittit suo tempore

Cœlum nitescere, arbores frondescere,
Vites lætificæ pampinis pubescere,
Rami baccarum[g] vbertate[h] incuruescere[i],
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatere, herbis prata conuestirier:

tum multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda: hominémque ipsum quasi contemplatorem cæli ac deorum, ipsorúmq; cultorem: atque hominis vtilitati agros omneis & maria parentia. Hæc igitur, & alia innumerabilia cùm cernimus, possúmúsne dubitare, quin his præsit aliquis vel effector, si hæc nata sunt, vt Platoni videtur: vel, si semper fuerint, vt Aristoteli placet, moderator tanti operis, & muneris? sic mẽtem hominis, quamuis eam non videas, vt deum non vides: tamen vt deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum, & inuentione, & celeritate motus, omníque pulchritudine virtutis vim[a] diuinam mentis agnoscito. In quo igitur loco est? credo equidem in capite. &, cur credam, afferre[b] possum: sed de hoc aliàs. nunc vbi[c] sit animus, certè quidem in te est. Quæ est ei natura? Propria puto, & sua. sed fac igneam, fac spirabilem: nihil ad id, de quo agimus. illud modò videto, vt deum noris, etsi eius ignores & locum, & faciem, sic animum tibi tuum notum esse oportere, etiã si eius ignores & locum, & formam. in animi autem cognitione dubitare non possumus, ni si planè in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmẽtatum, nihil duplex. quod cùm ita sit, certè nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest: nec interire igitur. est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac direptus[d] earum partium, quæ ante interitum iunctione[e] aliqua tenebãtur. his, & talibus adductus Socrates, nec patronũ quæsiuit ad iudiciũ capitis, nec iudicibus supplex fuit: adhibuítque liberam contumaciã, à magnitudine animi ductam, non à superbia, & supremo vitæ die de hoc ipso multa disseruit, & paucis antè diebus, cùm facilè posset educi è custodia, noluit: & [f] cùm pænè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur adscendere. ita enim censebat, itáque disseruit: duas esse vias, duplicesque cursus animorum è corpore excedentiũ. nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedissent[g], quibus cæcati velut domesticis vitiis, atque flagitiis se inquinassent[h], vel in rep. violanda fraudes inexpiabileis concepissent, iis demum quoddam iter esse, secluſum à concilio deorum. qui autem se integros, castósque seruauissent[i], quibúsq; fuisset minima cum corporibus contagio, seséque ab his semper seuocassent, esséntque in corporibus humanis vitam imitati deorum: his ad illos, à quibus essent profecti, reditum facilem patére. itaque commemorat, vt[k] cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt, sed quòd ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur: sic omnibus & bonis, & doctis esse faciendum. nec verò de hoc quisquam dubitare posset, nisi idẽ nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis sæpe vsu venit, qui acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt adspectum omnino amitterent. sic mentis acies ipsam[m] intuens, nonnumquam hebescit: ob eámque

p. B.

a L. ergo animus, vt ego dico, diuinus est: vt Euripides audet dicere, deus, &c.

b L. inducta primùm: hæc, &c.

c al. quadripertitas, d L. & deminutione

e In XVI. tamen Etrusci diuidebant. a. de Diuinatione.*

f al. ἀντάξονας. Cicero nunc ἀντίχθονας, vt apud Plutarchum 3. de placitis Philosophorum: Ptolemæũ, Plinii, Melã. & in Somnio Cicero dixit eos qui in hac Australi parte sunt, aduersa nobis vrgere vestigia. vt haud dubie Cicero ἀντίποδας cognouerit.*

g L. bacarũ h L. incuruiscere, & ita Nonius.

i sic 3. de Oratore. al. incuruiscere, vt apud Nonii c. 2. in Incuruiscere, 412.*

p. CLXIII.

a L. vim diuinæ mentis agnoscito.

b al. multa afferre possum. al. vario nem afferre possit.

c L. vbi vbi sit

d L. diremptus earum p. B.

e for. vinculo ne aliqua

f v. a. & pauc. in manu iam mortiferum illud teneret poculum

g fit vox m. al. dedissent, h v. c. inquinauissent,

i v. a. seruasset,

k L. ne cygni, quibus

eámque causam contemplandi diligentiam amittimus. Itaque dubitans, circumspectans, hæsitans, multa aduersa reuertens, tamquam[a] ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio. Sed hæc & vetera, & à Græcis. Cato autem sic abiit è vita, vt causam moriendi nactum se esse gauderet. Vetat enim dominans ille in nobis deus, iniussu hinc nos suo demigrare. cùm verò causam[b] iustam deus ipse dederit, vt tũc Socrati, nunc Catoni, sæpe multis: næ ille, medius fidius, vir sapiens, lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa vinculæ[c] carceris ruperit. leges enim vetant. sed, tãquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à deo euocatus, atque emissus, exierit. *tota enim philosophorum vita, vt ait idem, commentatio mortis est.* nam quid aliud agimus, cùm à voluptate, id est, à corpore, cùm à re familiari, quæ est ministra, & famula corporis, cùm à rep. cùm à negotio omni seuocamus animum? quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus? secum esse cogimus, maximéque à corpore abducimus? secernere autem à corpore animum, nec[e] quidquam aliud est, quàm emori discere. quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamúsque nos à corporibus, id est, cõsuescamus morti. hoc & dum erimus in terris, erit[g] illi cœlesti vitæ simile: &, cùm illuc ex his vinculi[h] emissi feremur, minùs tardabitur cursus animorum. nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam cùm soluti sunt, tardiùs ingrediuntur, vt ij, qui ferro vincti multos annos fuerunt. quò cùm venerimus, tum denique vigemus. nam hæc quidem vita mors est: quam lamentari possem, si liberet. ¶A. Satis tu quidem in consolatione es lamentatus: quam cũ lego, nihil mâlo, quàm has res relinquere, his verò modò auditis, multo magis. ¶M. Veniet tempus, & quidem celeriter, & siue retardabis, siue properabis. *volat enim ætas.* tantum autem abest ab eo, vt malum mors sit, quod tibi dudum videbatur, vt verear, ne homini nihil sit non malum aliud certè, sed nihil bonũ aliud potiùs: si quidem vel dij ipsi, vel cum diis futuri sumus. ¶A. Quid refert? adsunt enim, qui hæc non probent. ¶M. Ego autem numquam[k] ita te in hoc sermone dimittam vlla vti ratione, vt mors tibi videri malũ possit. ¶A. Quî potest, cùm ista cognouerim? ¶M. Quî possit, rogas? cæteraque veniunt cõtrà dicentium, non solum Epicureorum, quos equidem non despicio, sed nescio quo modo doctissimus quisque contemnit[l]: acerrimè autem deliciæ meæ, Dicæarchus contra hãc immortalitatem disseruit. is enim treis libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quòd Mitylenis sermo habetur, in quibus vult efficere, animos esse mortales. Stoici autem vsuram nobis largiuntur, tamquam cornicibus: diu manere animos, semper negant. num vis igitur audire, cur, etiam si ita sit, mors tamen non sit in malis? ¶A. Vt videtur: sed me nec de immortalitate depellet. ¶M. Laudo id quidem: etsi nihil nimis oportet confidere. mouemur enim sæpe aliquo acutè concluso: labamus[m], mutamúsque sententiam clarioribus etiam in rebus. in his est enim aliqua obscuritas. id igitur si acciderit, simus armati. ¶A. Sanè quidem: sed, ne accidat, prouidebo. ¶M. Num quid igitur est causæ, quin amicos nostros Stoicos dimittamus, eos dico, qui aiunt animos manere, è corpore cùm excesserint, sed non semper? ¶A. Istos verò: qui, quod tota in hac causa difficillimum est, suscipiant, posse animum manere corpore vacantem: illud autem, quod non modò facile ad credendum est, sed eo concesso, quod volunt, consequens, id certè non dant, vt, cùm diu permanserit, ne intereat. ¶M. Bene reprehendis: & se isto modo res habet. Credamus igitur Panætio, à Platone suo dissentienti. quem enim omnibus locis diuinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, huius hanc vnam sententiam de immortalitate animorũ non probat. vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit, interire: nasci autem animos, quod declarat eorum similitudo, qui procreantur: quæ etiam in ingeniis, non solùm in corporibus appareat. alteram autem affert rationem: nihil esse, quod doleat, quin id ægrũ esse quoque possit: quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum: dolere autem animos: ergo etiam interire. Hæc refelli possunt. sunt enim ignorantis, cùm de æternitate animorum dicatur, de mente dici, quæ omni turbido motu semper vacet, non de partibus iis, in quibus ægritudines, iræ, libidinésque versentur: quas is, contra quem hæc dicantur[a], semotas à mente, & discluſas putat. Namb similitudo magis appâret in bestiis: quarum animi sunt rationis expertes. hominum autem[c] similitudo in corporum figura magis exstat: & ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint. multa enim è corpore exsistunt, quæ acuant mentem: multa, quæ obtundant. Aristoteles quidem ait, omneis ingeniosos melancholicos esse: vt ego me tardiorem esse non molestè feram. enumerat multos: idque quasi constet, rationem, cur ita fiat, affert. Quòd si tanta vis est ad habitum mentis in iis, quæ gignuntur in corpore: ea[d] sunt autem, quæcumque sunt, quæ similitudinem faciant: nihil necessitatis affert[e], cur[f] nascatur animi similitudo. omitto similitudines, vellem adesse[g] posset Panætius. vixit cum Africano. quærerem ex eo, cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos, facie[h] vel patris: vita, omnium perditorum ita similis, vt esset facilè deterrimus[i]. cuius etiam similis, P. Crassi, & sapientis, & eloquentis hominis, nepos, multorúmque aliorum virorum clarorum, quos nihil attinet nominare, nepotes, & filij. Sed quid agimus? oblitine sumus, hoc nunc nobis esse propositum, cùm satis de æternitate dixissemus, ne si interirent quidem animi, quidquam mali esse in morte? ¶A. Ego verò memineram: sed te de æternitate dicentem aberrare[k] proposito facilè patiebar. ¶M. Video te alta spectare, & velle in cœlum migrare. spero fore, vt contingat id nobis. sed fac, vt isti volunt, animos non remanere post mortem. videó nos, si ita sit, priuari spe beatioris vitæ. mali verò quid affert ista sententia? fac, animum sic interire, vt corpus. num igitur aliquis dolor, aut omnino post mortem sensus in corpore est? nemo id quidem dicit: etsi Democritus insimulat Epicurus: Democritici negant. ne in animo quidem igitur sensus remanet. ipse enim nusquam est. vbi[l] igitur malum est,

a *al.* dicuntur,
b *al.* Iam.
c *fort.* item
d *al.* ea autẽ sunt,
e *al.* affers.
f L. cur nascantur animi, similitudo.
g *al.* adesset Panætius: quærerem.
h *fort.* facie, patris:
i L. terterrimus.
k L. aberrare à proposito
l L. vbi igitur malum est? quoniam nihil tertium est an, & in v.a

P. CLXV.

P. B.

quoniam nihil tertium? an[a], quoniam ipse a-
nimi discessus à corpore, non fit sine dolore?
vt credam ita esse quàm est id exiguum? & fal
sum esse arbitror: & fit plerumque sine sensu:
nonnumquam etiam cum voluptate: totúm-
que hoc leue est, qualecumque est. fit enim
ad punctum temporis. illud agit, vel potiùs
excruciat, discessus ab omnibus iis, quæ sunt
bona in vita. Vide, ne à malis dici verius pos-
sit. quid ego nunc lugeam vitam hominum?
verè & iure possum. sed quid necesse est, cùm
id agam, ne post mortem miseros nos pute-
mus fore, vitam etiam efficere deplorãdo mi-
seriorem? fecimus hoc in eo libro, in quo nos
metipsos, quantum potuimus, consolati su-
mus à malis igitur mors abducit, non à bonis,
verum si quærimus. Hoc[b] quidem à Cyrenai-
co[c] Hegesia sic copiosè disputatur, vt is à re-
ge Ptolemæo prohibitus esse dicatur illa in
scholis dicere, quòd multi, his auditis, mortẽ
sibi ipsi conciscerent[d]. Callimachi quidem e-
pigramma in Ambraciotam Cleombrotum[e]
est quem ait, cùm nihil ei accidisset aduersi, è
muro se in mare abiecisse. lecto Platonis li-
bro, eius autem quem dixi, Hegesiæ liber est,
ἀποκαρτερῶν quòd à[f] vita quidam per ine-
diam discedens, reuocatur ab amicis: quibus
respondens, vitæ humanæ enumerat incom-
moda: posse̅m id facere, etsi minùs, quàm ille,
qui omnino viuere expedire nemini putat. o-
mitto[g] alios. etiámne[h] nobis expedit, qui &
domesticis, & forensibus solatiis, ornamentis-
que priuati, certè, si antè occidissemus, mors
nos à malis, non à bonis abstraxisset? Sit igitur
aliquis, qui nihil mali habeat, nullum à fortu-
na vulnus acceperit. Metellus ille honoratus
quattuor filiis: at quinquaginta Priamus. è
quibus[i] decem, & septem iusta vxore nati: in
vtroque eandem habuit fortuna potestatem:
sed vsa in altero est. Metellum enim multi fi-
lij, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposue
runt: Priamum autem, tanta progenie orba-
tum, cùm in aram confugisset, hostilis manus
interemit[k]. Hic si viuis filiis, incolumi regno
occidisset:

Adstante[l] ope barbarica,
Tectis cælatis, laqueatis,

vtrum tandem à bonis, an à malis discessisset?
tum profectò videretur à bonis. At certe ei
melius euenisset, nec tam flebiliter illa cane-
rentur,

Hæc[m] omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari[n],
Iouis aram sanguine turpari[o].

Quasi[p] verò ista, vel quidquam tum potuerit
ei melius accidere, quòd si antè occidisset, ta-
men euentum omnino amisisset: hoc autem
tempore sensum malorum amisit. Pompeio
nostro familiari, cùm grauiter ægrotaret Nea-
poli, melius est factum. coronati Neapolitani
fuerunt: nimirum etiam Puteolani vulgò ex
oppidis publicè[q] gratulabantur. Ineptum fa-
ne negotium, & Græculum: sed tamen fortu
natum. Vtrùm igitur, si tum esset extinctus, à
bonis rebus, an à malis discessisset? Certè à mi
seris. non enim cum socero bellum gessisset,
non imparatus arma sumsisset: non domum
reliquisset: non ex Italia fugisset: non exercitu
amisso, nudus in seruorum ferrum, & manus
incidisset: non liberi defleti[r]: non fortunæ om
nes à victoribus possiderentur[s]. qui, si mortem
tum obisset, in amplissimis fortunis occidis-
set. is propagatione vitæ quot, quantas, quàm
incredibileis hausit calamitates? Hæc morte
effugiuntur, etiam si non euenerint, tamen
quia possunt euenire. sed homines ea sibi ac-
cidere posse non cogitant. Metelli sperat sibi
quisque fortunam: proinde quasi aut[a] plures
fortunati sint, quàm infelices, aut certi quid-
quam sit in rebus humanis, aut sperare sit pru
dentius, quàm timere. Sed hoc ipsum conce-
datur, bonis rebus homines morte priuari: e-
go etiam carere mortuos vitæ commodis, id-
que esse miserum. certè ita dicant necesse est.
An potest is, qui non est, re vlla carere? tristeb
enim est nomen ipsum carendi, quia subiici-
turc hæc vis: habuit, non habet: desiderat, re-
quirit, indiget. opinor, hæc incommoda sunt
carentis. caret oculis, odiosa cæcitas. liberis,
orbitas. valet hoc in viuis: mortuorum autem
nond vitæ modò commodis, sed ne vita qui-
dem ipsa quisquam caret. de mortuis loquor,
qui nulli sunt. nos, qui sumus, nume aut si co-
nibus caremus, autf pennis, sitg qui id dixerit?
certè nemo. quid ita? quia, cùm id non ha-
beas, quod tibi nec vsu, nec natura aptum sit,
non careas, etiam si sentias te nó habere. Hoc
premendum etiam atque etiam est argumen
tum, confirmato illo, de quo, si mortales ani-
mi sunt, dubitare non possumus, quin tantus
interitus in morte sit, vt ne minima quidem
suspicio sensus relinquatur. hoc igitur probè
stabilito, & fixo, illud excutiendum est, vt
sciatur, quid sit carere, ne relinquatur aliquid
erroris in verbo. CARERE igitur hoc signifi-
cat, egere eo, quod habere velis. ineſt enim
velle in carendo, nisi cùm sic, tanquam in fe-
bri[h], dicitur, alia quadam notione verbi. dici-
tur enim alio modo etiam carere, cùm ali-
quid non habeas, & non habere te sentias, etiã
si id facilè patiare. carere[i] enim malo, id non
dicitur. non enim esset dolendum. dicitur il-
lud, bono carere, quod est malum. sed ne vi-
uus quidem bono caret, sik eo non indiget.
sed in viuo intelligi tamen potest, regno care
re: dici hoc in te satis subtiliter non potest:
posset in Tarquinio, cùm regno esset expul-
sus. at in mortuo ne intelligi quidem potest.
carere enim, sentientis est: nec sensus in mor-
tuo est: ne carere quidem igitur in mortuo
est. quamquam quid opus est in hoc philoso-
phari, cùm rem non magnopere egere[l] phi-
losophia videamus? Quoties non modò du-
ctores nostri, sed vniuersi etiam exercitus ad
non dubiam mortem cõcurrerunt[m]? quæ qui-
dem si timeretur, non L. Brutus arcens eum te
diti tyrannum, quem ipse expulerat, in præ-
lio concidisset: non cum Latinis decertans pa
ter Decius, cum Etruscis filius, etiam cum Pyr
rho nepos[n], fe hostium telis obiecissent: non
vno bello pro patria cadentes Scipiones o
Hispania vidissent, Paullump Æmilium Can-
næ, Venusia Marcellum, Latini Albinum, Lu-
cani Gracchum. num quis horum miser ho-
die? ne tum quidem post spiritum extremã
nec[q] enim potest esse miser quisquam sensu
peremto. At[r] id ipsum odiosum est, sine sen-
su esse. Odiosum, si id esset carere. cùm verò
perspicuum sit, nihil posse in eo esse, qui vere
non sit: quid potest esse in eo odiosum, qui
careat, nec sentiat? quamquam hoc quidem
nimis sæpe. sed[t] eò, quòd in hoc ineſt omnis
animi

a fort. an ipse animi discess. &c.

P. CLXVI.

b L. v.c. Et quidem
c Idem 8. Valerius 9. in fin. Laert. in Aristippo.*
d L. conciscerent. & ita o. v.c.
e Idem Augustinus 1. de ciuitate Dei, 22.*
f L. è vita

g v.c. i t to alios.
h L. etiámne nobis expedit? qui & dom. & for. solat. ornamentisque pr certè, si ante occ. mors n. à mal. non à b. abstraxisset.

P. B.

i L. è quibus decem & septem iustavxore nati. al. è quibus septemdecim iustavx. n.
k adde Aristotelem 1. Ethicõn.*
l fort. Stante ope barb.

m Iidem versus repetunturlib 3.*
n id est eripi, adimi, vide Lipsi. 2. Antiquar. 11.*
o vide Nonium in Turpari.*
p L. Quasi vero ista vi quidquam tum po. i ita emendauit Petrus Crassus.*
q L. publicè ei gratulabãtur.

r al. deleti.*
s al. possessæ essent.

a al. aut plures sint felices, quàm infel.

P. CLXVII.

b v.c. triste est enim nomen
c v.c. subiicitur.

d v.c. non modo vitæ com.
e al. num &
f coronib.
g v.c. aut pinnis,
o L. sit qui dixerit? &c. v.c.

h v.c. in febre (quæ carere iucundũ est.*
i fort. carere. malo nolim, non dicitur

k v.c. 6 non eo indiget.

p. B.

l v.c. philosophia egere videamur?*
m al. incurrerunt.*
n Tres igitur Decii.*
o fort. duos Scipiones.
p al. Paullũ, & Geminum Cannæ,
q v.c. nec enim miser potest quisquam esse, qui sensu p.*
r p.v.c. Ablatum odiosum. al. A. Ad id odiosum, odiosum sit, sine sensu esse. ac. Odiosum, si id esset carere. cùm verò perspicuum sit, nihil posse in eo esse, qui vere non sit: quid potest esse in eo odiosum, qui careat, nec sentiat? quamquam hoc quidem nimis sæpe. sed eò, quòd in hoc ineſt omnis animi

omnis animi contractio, ex metu mortis. qui enim satis viderit, id quod est luce clarius, animo, & corpore consumto, totóque animâte deleto, & facto interitu vniuerso, illud animal, quod fuerit, factũ esse nihil, is planè perspiciet, inter Hippocentaurum [a], qui nunquam fuerit, & regem Agamemnonem, nihil interesse: nec pluris nunc facere. M. Camillum hoc ciuile bellum, quàm illo viuo ego fecerim Romam captam. Cur igitur & Camillus doloret, si hæc post trecentos, & quinquaginta ferè annos euentura putaret, & ego doleam, si ad decem millia[b] annorum gentem aliquam vrbem[c] nostram potituram putem? quia tanta caritas patriæ est, vt eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. Itaque non deterret sapientem mors quæ propter incertos casus quotidie imminet, propter breuitatem vitæ nunquã longè potest abesse, quo minùs in omne tempus reip. sui sque consulat, & posteritatem ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere. Quare licet etiam mortalem esse animum iudicantem, æterna moliri, non gloriæ cupiditate, quam sensurus non sit, sed virtutis, quæm necessariò gloria, etiam si tu id non agas, consequatur. natura verò sic se habet, vt, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors quæ vt nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic, nihil post mortem pertinebit. in quo quid potest esse mali, cùm mors nec ad viuos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulli sunt, alteros non attingit. quam qui leuiorem faciunt, somni similimam volunt esse. quasi verò quisquã ita nonaginta annos velit viuere, vt, cùm sexaginta confecerit, reliquos dormiat. ne [d] sues quidem id velint, non[e] modò ipse. Endymion verò, si fabulas audire volumus, nescio quando[g] in Latmo obdormiuit, qui[h] est mons Cariæ nondum, opinor, expertectus i. num igitur eum curare censes, cùm Luna laboret, à qua consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur? quid curet autem, qui ne sentit quidem? habes somnum imaginem mortis, eámque quotidie induis. Et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, cùm in eius simulacro videas esse nullum [k] sensum? Pellantur ergo istæ ineptiæ pænè aniles, ante tempus mori, miserum esse. quod tandem tempus? naturæne? At ea quidem dedit vsuram vitæ, tãquam peculiæ, nulla præstituta die. Quid est igitur, quæ querare, si repetit cùm vult? ea enim conditio ne acceperas. Iidem, si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant [l]: si verò in cubitus exigit natura, quod dederat. Nondũ guidem stauerat, inquiunt, vitæ suauitatem: hic autem iam sperabat magna: quibus frui cœperat. At id quidem ipsum in ceteris rebus melius putatur, aliquam partem, quàm nullam, attingere. cur in vita secus? Quamquam [m] non malè ait Callimachus, multo sæpius lacrymasse Priamum, quàm Troilum. eorum autem, qui ex ætate moriuntur, fortuna laudatur. cur? nã, non [n] illis si vita longior daretur, posset esse iucundior. nihil est enim profectò homini prudentia dulcius, quam, vt cetera auferat, affert certè senectus. Quæ verò ætas longa est? aut quid omnino homini longum? nónne modò pueros, modo adolescentes, in cursu, à tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus? sed quia vltrà

a vide 2. de finibus?

b v. Camillã. c al. vrbe nostra.

d Lucr. 3. Quisquis enim id vehemẽter in dubium vocat, quid sit, cur non omnia decumbat, qui languet, nisi is, qui nil intelligit? e hoc tantum omnibus animantibus inest, vt sibi consulant, vt & dolorem & quæ dolorem afferunt, vitent, & & quæ ad vitam necessaria sunt, & appetant, & quæ sequuntur, & quæ ad eorum vsum suppeditantur, requirant. f Aut qui nec. g Endymion. h al. qui est mons Cariæ. i Quid curet, quid sentiat, &c.

k Nihil est ex his, quæ commemoras. l Quæritur hoc loco, quid sit mors, vtrum malum, an nihil ad nos pertinens. Si malum, aut præsens, aut futurum. Si futurum, aut breue, aut longum. Si longum, aut ita longum, vt ad nos non pertineat, aut ita, vt pertineat. Si ita, vt pertineat, aut ita, vt ferri possit, aut ita, vt ferri non possit. Si ita, vt ferri non possit, aut ita, vt ferri possit, aut ita, vt ferri non possit. Si

ἀεὶ δ' ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τοῦ σοφοῦ πράγματα.

b *fort.* negliguntur.

c ἀσπὸ τῶ αὐτομάτου.

d L. & hæc quidem hoc P. CLXX. modo. ita vetus Maffei.*

e L. extremo.

f L. mortis, si est mihi ra,

g L. comme moro?

h Therame nem appellat Plutarchus in Laconicis.*

i ἐπὶ διαπεσόντα μὲ, ἢ τε θανεῖσθαι. *

k v. c. alacris

l Simonidem cõmendasse eos qui ad Thermopylas occubuerẽt, testis Diodorus li.* m Ὦ ξεῖν' ἄγγελον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε κείμεθα, τοῖς κείνων πειθόμενοι νόμοις.

n *fort.* Prandete enim. ἀριστοποιεῖσθε, &c.

o Idem Plutarchus in Laconicis.* p. B.

p Cœnabimus transtulit Cicero, respiciens ad Romanorum morem, qui soliti erant cœna uti pro prandio.*

q ὁ Τραχίνιος ξένος, &c. Herodo. li 5.

r Idem Plutarchus illo loco.*

s v. c. morte non dubit. occumb. L. mori non dubitaret occũb.

t Hui⁹ Theodoti cognomento Ἀθεος, meminit Laertius in Aristippo Athenæus 13. Diogenes 2. Philosophi Plutarchus Phocione. Adde quædam alia de hoc Theodoro ad hoc argumentum ex Tusc. 5. in f.* u Θεόδωρα οὐδὲν μέλει, πότερον ὧδε ἢ ὧδε τοῦ χρωτὸς ὂν πέτε. Vide Victor. 13. var. 13.*

A

rem non difficilem, iis præsertim cognitis, quæ de nihil sentiendo paulo antè dicta sunt. de qua Socrates quidem quid senserit, appâret in eo libro, in quo moritur: de quo iam tam multa diximus. cùm enim de immortalitate animorum disputauisset, & iam moriendi tempus vrgeret, regatus à Critone quemadmodum sepeliri veller, *Multum verò*, inquit, *operam, mi Crito, frustra consumsi. Critoni namque nostro non* a al. *persuasi me hinc auolaturũ neq; quidquã mei relicturũ. verumtamẽ, Crito, si me assequi potueris*a, *aut* persequi *ubicunq; eris, vt tibi videbitur. sepulto sed mihi* B *crede, nemo me vestrũm cùm hinc excessero, consequetur.* Præclarè id quidẽ, qui & amico permiserit, & se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare. Durior Diogenes b, & c id quidem sentiens, sed, vt Cynicus, asperiùs, proiicì se iussit inhumatũ. tum amici, Volucribúsne, & feris? *Minime verò*, inquit: *sed bacillum propere mihi*, c *quo abigam, ponitote.* Quî poteris? illi, C *non enim senties.* Quid igitur mihi ferarum laniatus obest, nihil sentienti? Præclarè Anaxagoras f: qui cùm Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, vellẽ ne Clazomenas in patriam, si g quid accidisset, afferri: nihil necesse est, inquit, *vndique enim ad inferos tantundem viæ est.* Totáque de ratione humationis vnum tenendũ est: id corpus illam pertinere, siue occiderit animus, siue vigeat. in corpore autem perspicuum est, vel extincto animo, vel elapso, nullum residere sensum. Sed plena erD rorum sunt omnia. trahit Hectorem, ad currum religatum, Achilles: lacerari eum, & sentire, credo, putat. ergo hic h vlciscitur, vt quidem sibi videtur. At illa sicut acerbissimam rem mæret:

Vidi videre quod me passa ægerrime,

Curru i *Hectorem quadrigo raptarier,*

quem Hectorem? aut quamdiu ille erit Hector? meliùs Accius, & aliquando sapiens Achilles, *Immo enimverò corpus Priamo reddidi,* E *Hectorem abstuli.* Non igitur Hectora traxisti, sed corpus, quod fuerat Hectoris. Ecce alius exoritur è terra k, qui matrem dormire non sinat.

Mater, te appello, quæ curam somno suspenso leuas,

Neque te mei miseret: surge, & sepeli natum.——

Hæc cùm pressis, & hebilibus modis, qui totis theatris mæstitiam inferant, conciuntur: difF ficile est, non eos, qui inhumati sunt, miseros iudicare:

---priùs quàm fœræ, volucrésque:

metuit, ne laceratis membris minùs bene vtatur: ne combustis non extimescit.

Heu reliquias semiustas regis, denudatis ossibus,

Per terram sanè delibutam fœdè diuexarier.

Non intelligo, quid metuat, cùm tam bonos septenarios l fundat ad tibiam. Tenendum est igitur, nihil curandũ esse post mortem, cùm G multi inimicos etiã mortuos puniantur m. Execratur luculẽtis sanè versibus apud Ennium Thyestes, primùm vt naufragio pereat Atreus. durum hoc sanè: talis enim interitus nõ est sine graui sensu. illa inania,

Ipse n *summis saxis fixus asperis,*

Emiseratus, latere pendens, saxa spargens tabo,

Sanie, & sanguine atro.

Non ipsa saxa magis sensu omni vacabunt, quàm ille, látere pendens, cui se hic cruciatum censet optare. quàm essent dura, si sentirent?

k Memnon, Ancora Belli.*

l *fort.* hic est vlciscitur.

i v. c. Hectorem, curru quadrifugo rapt.

P. CLXX.

b Idem Laertius in Diogene in f. lib. 6.*

c *fort.* & idem quidem sentiens,

d v. c. proiici e q. v. propter me. cf. Laert. f alius quidam de Anaxagora mortuo, vide apud Laertium in Anaxagora in f.*

g L. si quid ei accidisset, auferri.

m *fort.* hic est vlciscitur.

i v. c. Hectorem, curru quadrifugo rapt.

P. P.

l *fort.* odiosa-rum.

m v. c. puniri. Ex n. puniuntur. Vel ob hoc, quod sequitur, puniuntur.*

n al. Vlysem, v. Laert. in Pyrrone.

tiret? nulla sine sensu sunt. Illud verò perquam
i ane.

Neque sepulchrum, quò [a] *recipiat, habeat portum corporis:*
Vbi, remissa humana vita corpus requiescat à malis.

Vides, quanto hæc [b] in errore versentur portum esse corporis, & requiescere in sepulcro putat mortuum. magna culpa Pelopis, qui nõ erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quidque curandum. Sed quid singulorum opiniones animaduertam, nationum varios errores perspicere cùm liceat? condiunt [c] Ægyptij mortuos, & eos domi seruant: Persę [d] etiam cera circumlitos condiunt [c], vt quàm maximè permaneant diuturna corpora. Magorum [f] mos est non humare corpora suorum, nisi à feris sint antea laniata. in Hyreania plebs publicos alit canes: optimates, domesticos. nobile autem genus canum illud scimus esse. sed pro sua quisque facultate parat, à quibus lanietur: eámque optimâ illi esse censent sepulturam. permulta alia [g] colligit Chrysippus, vt est in omni historia curiosus, sed ita tætra sunt quædam, vt ea fugiat, & reformidet oratio. Totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non negligendus in nostris: ita tamen vt mortuorum corpora nihil sentire sentiamus. quantum autem consuetudini, famæque dandum sit, id curent viui, sed ita, vt intelligant, nihil ad mortuos pertinere: sed profectò mors tum æquissimo animo oppetitur, cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. [nemo [h] parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.] multa mihi ipsi ad mortem tempestiua fuerunt: quę vtinam potuissem obire. nihil enim iam acquirebatur cumulata [i] erant officia vitæ: cùm fortuna bella restabant. quare, si ipsa ratio minùs perfecit, vt mortem negligere possimus: at vita acta perficiat vt satis, supérque vixisse videamur. quamquam enim sensus abierit [k], tamen summis, & propriis bonis & laudis, & glorię, quamuis non sentiant, mortui non carent. etsi enim nihil in se habeat gloria, cur expetatur, tamen virtutē tanquam vmbrā sequitur. verū multitudinis iudicium de bonis, si quando est, magis laudandum est, quàm illi ob eam rem beati. Non possum autem dicere quoquo modo hoc accipiatur, Lycurgum, Solonem, legum, & publicæ disciplinæ carere gloria: Themistoclem, Epaminondam, bellicæ virtutis. antè enim Salaminam ipsam Neptunus obruet, quàm Salaminij trophæi memoriam: priúsque Bœotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. multò etiam tardius fama deseret Curiũ, Fabricium. Calatinum [m], duos Scipiones, duos Africanos, Maximum, Marcellum, Paullum, Catonem, Lælium, innumerabileis alios. quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam habebit fama populari, sed verā bonorum laude metiens, fidenti animo, si ita res feret, gradietur ad mortem. in qua aut summum bonum, aut nullum malum esse cognouimus: secundis verò suis rebus volet etiam mori. non enim tam cumulus [n] bonorum iucundus esse potest, quàm molesta decessio. hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox, qui, cùm Rhodi [o] Diagoras Olympionices nobilis

A vno die duos suos filios victores Olympię vidisset, accessit ad senem, & gratulatus, Morere Diagora, inquit non [a] enim in cœlum adscensurus es. Magna hæc, & nimiùm fortasse Græci putant, vel tum potiùs putabant, isque, qui hoc Diagoræ dixit, permagnum existimans, treis Olympionicas vna ex domo prodire, cunctari illum diutiùs in vita, fortunæ obiectum: inutile putabat ipsi. ego autem tibi quidem quod satis esset, paucis verbis, vt mihi videbar, respondera m. concesseras enim nullo in malo mortuos esse: sed ob eam causam contendi, vt plura dicerem, quòd in desiderio, & luctu hæc est consolatio maxima. nostrum enim, & nostra causa susceptum dolorem modicè ferre debemus, ne & nosmet ipsos amare videamur. illa suspicio intollerabili dolore cruciat. si opinamur eos, quib [a] orbati sumus, esse cum aliquo sensu in iis malis, quibus vulgò opinantur. hanc excutere opinionem mihimet radicitus volui, eóque fui fortasse longior. ¶ A. Tu longior? non mihi quidem. prior enim pars orationis tuæ faciebat, vt mori cuperem: posterior, vt modò non nollem, modò non laborarem. omni autem ratione [b] illud certè perfectum est, vt mortem non ducerem in malis. ¶ M. Num igitur etiam rhetorum epilogum desideramus? an iam hanc artem planè relinquimus? ¶ A. Tu verò istam ne reliqueris, quam semper ornasti: & quidem iure. illa enim te, si verè loqui volumus, ornauerat. sed quinā est iste epilogus? aueo enim audire quidquid est. ¶ M. De orum immortalium iudicia solent in scholis proferre de morte, nec verò ea fingere ipsi, sed Herodoto [c] auctore aliisque pluribus. Primùm Argiæ sacerdotis: Cleobis & [d] Biton filij, prædicantur. nota fabula est: cùm enim illam ad solemne, & statum [e] sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta: tunc iuuenes ij, quos modò nominaui, veste posita corpora oleo perunxerunt: ad iugum accesserũt. ita sacerdos aducta in fanum, cùm currus esset ductus à filiis, precata à dea dicitur, vt illis præmium [f] daret pro pietate, quod maximum homini dari posset à deo: post epulatos cum matre adolescenteis, somno se dedisse, manè inuentos esse mortuos. Simili precatione Trophonius [g], & Agamedes, vsi dicuntur: qui, cùm Apollini Delphis templum exædificassent: venerantes deum, petierunt mercedem non paruam quidem operis, & laboris sui, nil certi, sed quod esset optimum homini. quibus Apollo se id daturum ostendit, post eius diei diem tertium: qui vt illuxit, mortui sunt repetti. Iudicauisse deum dicunt, & eum quidem deum, cui reliqui dij concessissent, vt præter ceteros diuinaret, mortem, esse optimum homini. Fertur [h] etiam de Sileno fabella quædam: qui cùm à Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, *Non nasci homini longe optimũ esse: proximum autem, quam primum mori.* qua est vsus sententia in Cresphonte Euripides.

Nam [i] *nos decebat cœtus* [k] *celebrantes domum,*
Lugere, vbi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala:
At, qui labores morte finisset graues,
Omneis amicos laude, & lætitia exequi.

a *forte* Nunc enim *vel ita*, Non enim in cœlum adscensurus es. *

P. CLXXIII.

b L. oratione illud. c. p. & fin. v. c.

c libro 1.* d adde 5. Valer. 4.*

e *al.* statutum male. Stata sacrificia quæ certis diebus fiunt, Fest.*

f *al.* pretium.

g vide Plutarchum apud Stobæũ.*

h Aristoteles in Eudemo seu libro de Anima apud Plutarchum de consolatione apud Apollonium.*

i Ἐχθὲς γὰρ ὑμᾶς συλ-

P. B.

λογῳ ποιε μενος, Τὸν ζῶντα θρηνῶν, εἰς ὃσ' ἐρχεται κακὰ. Τὸν δ' αὖ θανόντα, κῆ πόνων πεπαυμένον, Χαίροντας, εὐφημοῦντας, ὀπτεμπετε δόμων

k fors. cœtu

simile quiddã est in cõsolatione Crantoris: a) vt enim Terineum quendam Elysium, cùm grauiter filij mortem mœreret, venisse in Psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa: huic in tabellis [a] treis huiusmodi versiculos datos:

Ignaris [b] homines in vita mentibus errant:
Euthynous [c] potitur [d] fatorum munere lato.
Sic fuit vtilius finiri ipsique, tibique.

His, & talibus auctoribus vsi, cõfirmant [e] causam à diis immortalibus iudicatã [f]. Alcidamus quidam [g], rhetor antiquus, in primis nobilis, scripsit etiam laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione malorum humanorum, cui rationes eæ, quæ exquisitiùs à philosophis colliguntur, defuerunt, vbertas orationis non defuit. claræ verò mortes pro patria oppetitæ, non solùm gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. repetunt ab Erichtheo [h]: cuius etiam filiæ [i] cupidè mortem expetiuerunt pro vita ciuium: Codrum, qui se in medios immisit hosteis famulari [k] veste, ne posset agnosci, si esset ornatu regio: quòd oraculũ erat datum, si rex interfectus esset, victoriceis Athenas fore, Menecheus [l] verò non prętermittitur: qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, vt hostium sanguis eliciatur suo. Veniunt inde ad propiora. Harmodius [m] in ore, & Aristogiton, Lacedæmonius Leonidas, Thebanus Epaminondas vigent. nostros non norunt: quos enumerare magnum [n] est: ita sunt multi, quibus videmus optabileis fuisse morteis cum gloria. quę cùm ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum, atque ita velut superiore è loco concionandum, vt homines [o] mortem vel optare incipiant, vel certè timere desistant. nam si supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius? sin autem perimit, ac delet omnino, quid melius, quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno? quod si fiat, melior [a] Ennij, quàm Solonis oratio. hic enim noster,

Nemo [b] me lacrymis decoret (inquit) nec funera fletu
Faxit. At verò sapiens ille,
Mors [c] mea ne careat lacrymis: linquamus amicis
Mærorem, vt celebrent funera cum gemitu.

Nos verò, si quid tale acciderit, vt à deo denuntiatum videatur, vt exeamus è vita, læti, & agentes gratias pareamus, emittíque nos è custodia & leuari vinculis arbitremur, vt aut in æternam, & planè in nostram domum remigremus, aut omni sensu, molestiáque careamus: sin autem nihil denuntiabitur, eo tamen simus animo, vt horribilem eum diem aliis, nobis faustum putemus, nihílque in malis ducamus, quod sit vel à diis immortalib [p], vel à natura parente omnium constitutũ. non enim temerè, nec fortuitò fati, & creati sumus, sed profectò fuit quædã vis, quæ generi cõsuleret humano: nec id gigneret, aut aleret, quod cùm exantlauisset [d] omneis labores, tũ incideret in mortis malum sempiternũ: portum potiùs paratum nobis, & perfugium putemus. quò vtinam velis passis peruehi liceat, sin reflantibus vẽtis reiiciemur [e], tamẽ eò dem paullo tardiùs referamur necesse est. quod autem omnibus necesse est, idne miserum esse vni potest? Habes epilogum, nequid prætermissum, aut relictum putes. ¶ A. Ego verò, & quidem fecit etiam iste me epilogus fiiorem. ¶ M. Optimè, inquam. sed nũc quidem valetudini [f] tribuamus aliquid. eras autem, & quot dies erimus in Tusculano, agamus hæc, & ea potissimùm, quæ leuationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum: qui omni è philosophia est fructus vbertimus.

a Respõsa in tabellis ex oracvlo dari solita.*
b Ἤ ἐχ γέ, νήπιε Ηλύσι, ἠλίθιοι φρένες· ἀνδρῶν Εὐθύνους κέκτηται μοῖρ' ἀνάτου. Οὐκ ἐθέλω γὰρ ζώειν κακὸν οὐδ' ἐσθλόν, οὐδὲ τολεῦσι.
p 174.
c al. Euthydemus.*
d L. potitur, fatorum numi ne leto, al. potitur, fatorum munere, leto. ‖ vel letho.*
e L. confirmãt causam à diis immortalibus iudicatam.
f al. iudicatis.*
g L. Alcidamas q. h legendum Erechteo. Apollodor. 4.*
i Plutarchus in Parallelis refert Erechteum filiam ideo immolasse vt Eumolpum vinceret.*
k Idem Iustinus 2. 5. Valer. 6.*
l L. Menœceus.
m Harmodius & Aristogitõ tyrannicidæ, Hipparchum enim Pisistrati filium Athenis tyrannum interfecerunt. Herodot. 5. Thucydi. 1. Aristotel. Polit. 1. 8. Gell. 2.*
n v. c. longum est, o fort. apud Ennium philosophari quidem sibi ait necesse esse, &c.

a al. melius Ennii quàm Solonis oratio. ch.
b Idem ante hoc libr.*
c Menippus dicebat, se vanitatis, quòd ἀλλαλάλητον πᾶσι θανόντι γόον ἀχέων ἐκπράσσειν. ex- rat apud Plutarchum in
B.
collatione Solonis & Publicolæ. in fine posteriore.*
d al. exantlauisset. Ita legitur apud Nonium cap. 2. in Exantlare. pag. 303.
e v. reiiciemur.

f v. valitudini.

p. CLXXV.

M. TVLLII CICERONIS TVSCVLANARVM QVÆSTIONVM AD M. BRVTVM, LIBER SECVNDVS,

De tolerando dolore.

EOPTOLEMVS quidem [o] apud Ennium *philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis*: nam omnino haud placere. ego autem, Brute necesse qui dem mihi esse arbitror philosophari: nam quid possum, præsertim nihil agens, agere melius? sed non paucis, vt ille. difficile enim est, in philosophia pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraq;, aut omnia. nã nec pauca, nisi è multis, eligi possunt. nec, qui pauca percepit, non idem reliqua eodem studio persequetur. sed in vita tamen occupata, atque, vt Neoptolemi tum erat, militari, pauca ipsa multum sæpe prosunt & ferunt fructus, si non tantos, quanti ex vniuersa philosophia percipi possunt: tamen eos quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut ægritudine, aut metu liberemur. velut ex ea disputatione, quæ mihi nup habita est in Tusculano, magna videbatur mortis efecta contemtio: quę non minimùm valet ad animũ metu liberandũ. nã qui id, quod vitari non pẽt, metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest. sed qui, nõ modò qa necesse est mori, verùm etiã quia nihil habet mors, qđ sit horrendũ, morte non timet, magnũ is sibi præsidiũ ad beatã vitam cõparat. quãquam nõ sum [p] ignari, multos studiosè cõtrà esse dicturos, qđ vitare nullo modo potuim [p]: nisi nihil oio scriberem [p]. etenim si orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus (populares

laris est enim illa facultas, & [a] effectus eloquentiæ est audientium approbatio) sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quémq; sperandi sibi, eundem & bene dicendi finem proponerent, &, cùm obtuerentur copia sententiarum, atque verborum, ieiunitatem, & famem se malle, quàm vbertatem, & copiam dicerent. vnde erat exortum genus Atticorum, iis ipsis, qui id sequi se profitebãtur, ignotum: qui iam conticuere, pænè ab ipso foro irrisi: quid futurum putamus, cùm, adiutore populo, quo vtebamur antea, nunc minimè nos vti posse videamus[b]? est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò ipsa fugiens, eíq; ipsi & suspecta, & inuisa: vt vel, si quis vniuersam velit vituperare, secundo id populo facere possit: vel, si eam, quam nos maximè sequimur, conetur inuadere, magna[c] habere possit auxilia reliquorum philosophorum disciplinis. nos autem vniuersæ philosophiæ vituperatoribus respondimus in Hortensio. Pro Academia autem quæ dicenda erant, satis accuratè in Academicis quattuor libris explicata arbitramur: sed tamen tantum abest, vt scribi contra nos nolimus, vt id etiam maximè optemus: in ipsa enim Græcia philosophia tanto in honore numquam fuisset, nisi doctissimorum contentionibus, dissensionibusque viguisset. quamobrem hortor omneis, qui facere id possunt, vt huius quoque generis laudem iam languenti Græciæ eripiant, & perferant in hanc vrbem, sicut reliquas omneis, quæ quidem erant expetendæ, studio atque industria sua maiores nostri transtulerunt. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili, venit ad summum, vt iam, quod natura fert in omnibus ferè rebus, senescat, breuíque tempore ad nihilum ventura videatur. philosophia[e] nascatur Latinis quidem litteris ex his temporibus, eámq; nos adiuuemus: nósq; ipsos redargui, refelliq; patiamur. quod ij ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam, destinatísque sententiis quasi addicti, [f] & consecrati sunt, eáq; necessitate constricti, vt, etiam quæ non probare soleant, ea cogantur cõstantiæ causa defendere. nos, qui sequimur probabilia, nec vltra id, quàm, quod verisimile occurrerit, progredi possumus, & refellere[g] sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Quòd si hæc studia traducta erunt ad nostros, ne bibliothecis quidem Græcis egebimus, in quibus multitudo infinita librorum propter eorum est multitudinem, qui scripserunt: eadem enim dicuntur à multis: ex quo libris omnia referserunt. quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. sed eos, si possumus, excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione & via philosophantur. est enim quoddam genus eorum, qui se philosophos appellari volunt, quorum dicuntur esse Latini sanè multi libri, quos non contemno equidem, quippe quos numquam legerim: sed quia profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè scribere: lectionem sine vlla delectatione negligo: quid enim dicant, & quid sentiant ij, qui sunt ab ea disciplina, nemo[h] mediocriter quidem doctus ignorat, quam ob rem, quoniam, quemadmodum dicant, ipsi non laborant: cur legendi sint, nisi ipsi inter se, qui idem sentiunt, non intelligo. nam, vt Platonem, reliquósque Socraticos, & deinceps eos, qui ab his profecti sunt, legunt omnes, etiam qui illa aut non approbant, aut non studiosissimè consectantur: Epicurum autem, & Metrodorum non ferè præter suos quisquam in manus sumit [a]: sic hos Latinos ij soli legunt, qui illa rectè dici putant. nobis autem videtur, quidquid litteris mandetur, id commendari omnium eruditorum lectione[b] decere[c], nec[d], si ipsi minùs[e] consequi possumus, iccirco minùs id ita faciendum esse sentimus. Itaque mihi semper Peripateticorum, Academiæque consuetudo, de omnibus rebus in contrarias parteis disserendi, non ob eam causam solùm placuit, quòd aliter non posset, quid in vnaquaque re verisimile esset, inueniri: sed etiam quòd esset ea maxima dicendi exercitatio: qua princeps vsus est Aristoteles: deinde eum qui secuti sunt, nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audiuimus, instituit alio tempore rhetorum præcepta tradere, alio philosophorum. ad quam nos consuetudinem à familiaribus nostris adducti, in Tusculano, quod datum est temporis nobis, in eo consumsimus. itaq; cùm ante meridiem dictioni[f] operã dedissemus, sicut pridie feceramus: post meridiẽ in Academiam descendimus. in qua disputationem habitam non quasi narrantes exponimus, sed eisdem ferè verbis, vt actum, disputatúmq; est. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus, & à tali quodam inductu exordio. ¶ A. DICI NON POTEST, quàm sim hesterna disputatione tua delectatus, vel potiùs adiutus. etsi enim mihi conscius sum, numquam me nimis cupidũ fuisse vitæ, tamen obiiciebatur interdum animo metus quidam, & dolor, cogitanti, fore aliquando finem huius lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum. hoc genere molestiæ sic, mihi crede, sum liberatus, vt nihil minùs curandum putem ¶ M. Minimè mirum id quidem, nam efficit hoc philosophia: medetur animis: inaneis sollicitudines detrahit: cupiditatibus liberat: pellit timores. sed hæc eius vis non idem potest apud omneis: tum valet multùm, cùm est idoneam complexa naturam. *fortes enim non modò fortuna adiuuat*, vt est in vetere prouerbio, *sed multo magis ratio*, quæ quibusdam quasi præceptis confirmat vim fortitudinis. te natura excelsum quendam videlicet, & altum, & humana despicientem genuit. itaque facilè in animo forti contra mortem habita insedit oratio. sed hæc eadem num censes apud eos ipsos valere. nisi admodum paucos, à quibus inuenta, disputata, conscripta sunt? quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo, ac vita constitutus, vt ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet? qui obtemperet ipse sibi, & decretis suis pareat? videre licet alios tanta leuitate, & iactatione, iis vt fuerit non didicisse melius: alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum seruos: vt[h] cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio, quod quidem mihi videtur esse turpissimum. Vt enim, si grammaticum se professus quispiam, barbarè loqua-

a L. Crassus elog.

b vide videamur? fort. videamur?

c fort. magna possit habere

d L. à reliquorum philosophorum etiam disciplinis. ita edendi Turnebus 2. aduersar. 8.*

e fort. philosophia igitur nascatur Latinis &c.

f ita Nonius c. 3. in Additamento. est quasi deuotum obnoxiũ.*

g ita Victorius 2. Variar. lect. 8. refelli sine pertinacia, & refelli sine iracundia. Manut.*

h al. vt cum eorum vita.*

a al. sumi.*

b c. nec. lectionis & ita l.

c fort. debere. & ita v. c.

d al. nec si.*

e al. munus.*

f λέξει

P. CLXXVII.

g al. ductus.

tur, aut si absurdè canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam[a]. sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur, artémq vitæ professus, delinquit in vita. ¶A. Nónne verendum igitur, si est ita vt dicis, ne philosophiam falsa gloria exornes? quod est enim maius argumentum, nihil eam prodesse, quàm quosdam perfectos philosophos turpiter viuere? ¶M. Nullum verò id quidem argumentum est. nam vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, falsúmque[b] illud, ac improbè,

Etsi[c] in segetem sunt deteriorem datæ
Fruges, tamen ipsæ suavite natura enitent:

sic animi non omnes culti fructum ferunt. atque, vt in eodem simili verser, vt ager, quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest: sic[d] sine doctrina animus, ita[e] est vtraque res vna[f] sine altera debilis. cultura autem animi, philosophia est: quæ[g] extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos, eáque mandat his, & vt ita dicam, serit, quæ adulta fructus vbertimos ferant. Agamus igitur, vt cœpimus. dic, si vis, de quo disputari velis. ¶A. Dolorem existimo maximum malorum omnium. ¶M. Etiámne maius quàm dedecus? ¶A. Non audeo id dicere quidem, & me pudet tam citò de sententia esse deiectum. ¶M. Magis esset pudendum, si in sententia permaneres. quid enim minus est dignum[h], quàm tibi quidquam potius videri dedecore, flagitio, turpitudine? quę vt effugias, quis[i] est non modò non recusandus, sed[k] vltro appetendus, subeundus, excipiendus dolor? ¶A. Ita prorsus existimo. quare ne sit sanè summum malum dolor: malum est certè. ¶M. Vidésne igitur, quantum breuiter admonitus, de doloris terrore deieceris? ¶A. Video planè: sed plus desidero. ¶M. Experiar equidem: sed magna res est, animóque mihi opus est non repugnante. ¶A. Habebis id quidem. vt enim heri feci, sic nunc rationem, quò ea me cúmque ducet, sequar. ¶M. Primùm igitur de imbecillitate multorum, & de variis disciplinis philosophorum loquar. quorum princeps & auctoritate, & antiquitate Socraticus Aristippus non dubitauit summum malum dolorem dicere. deinde[l] ad hanc eneruatam, mulierémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. hunc[m] post Rhodius Hieronymus, dolore vacare, summum bonum dixit: tantum in dolore duxit mali. cæteri, præter Zenonem, Aristonem, Pyrrhonem, idem ferè, quod modò tu, malum illud quidem, sed alia peiora. ergò id, quod natura ipsa, & quædam generosa virtus starim respuit, ne dolorem summum malum diceres, oppositóque dedecore, sententia depelleretur. in eo magistra vitæ tot secula permanet[n] philosophia, quod huic officium, quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? quam porro quis ignominiam, quam turpitudinem non pertulerit, vt effugiat dolorem, si id summum malum esse decreuerit? quis autem non miser non modò tunc, cùm premetur summis doloribus, si in his est summum malum, sed etiam cùm sciet id sibi posse euenire? & quis est, cui nō possit ita fit, vt omnino nemo possit esse beatus. Metrodorus quidē eum perfectè putat[b] beatum, cuius[a] corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore quis autem est iste, cui id exploratum possit esse? Epicurus verò ea dicit, vt mihi quidē risus captare videatur. affirmat enim quodam loco, si vratur sapiens, si crucietur: exspectas fortasse dum dicat, Patietur, perferet, non succumbet: Magna mehercule laus, & eo ipso, per quem iuraui, Hercule digna: sed Epicuro homini aspero, & duro non est hoc satis: In Phalaridis tauro si erit, dicet, Quàm suaue est hoc! quàm hoc non curo! Suaue etiam? an parum est, si non amarum? at id quidem illi ipsi, qui dolorem, malum esse negant, non solent dicere, cuiquam suaue esse cruciari: asperum, difficile, odiosum, contra naturam dicunt, nec tamen malum hic, qui solum hoc malum dicit, & malorum omnium extremum sapientem cēset id suaue dicturū. ego à te non postulo, vt dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, vt scis, voluptarius. ille dixerit sanè idem in Phalaridis tauro, quod, si esset in lectulo. ego tantam vim non tribuo sapientiæ contra dolorem. si[d] fortè in perferendo officio satis est: vt lætetur etiam, non postulo. tristis enim res est sine dubio, aspera, amara, inimica naturæ, ad patiendum, tolerandúmque difficilis. Adspice Philoctetam: cui concedendum est gementi. ipsum enim Herculem videre in igitur hunc virum sagittæ f, quas ab Hercule acceperat, tum consolabantur. cùm è viperino morsu venæ viscerum, veneno imbutæ tætros cruciatus cierent. itaque exclamat auxilium expetens, mori cupiens.

Heu quis fulsis fluctibus mandet
Me ex sublimi vertice saxi?
Iamiam absumo: conficit animam
Vis vu nera, vlcerū æstus.

Difficile dictu videtur, eum non in malo esse, & magno quidē, qui ita clamare cogatur. Sed videamus Herculem ipsum, qui tum dolore frangebatur cùm immortalitatem ipsa morte quærebat, quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit? cui cùm Deianira sanguine centauri tinctam tunicam induisset, inhæsitsétque ea visceribus, ait ille,

Oh multa dictu grauia perpessu aspera,
Quæ corpore exanclatoh, atque animo pertuli
Nec m. hi Iunonis terror implacabilis,
Nec tantum inuexit tristis Eurystheus mali,
Quantum vna vecors Oenei partus edita.
Hæc me irretiuit veste furiali insitum,
Quæ lateri inhæ ens morsu lacerat viscera,
Virgénsque grauiter pulmonum haurit spiritus:
Iam decoloremsanguinem omnem exsorbuit:
Sic corpus clade horribili absumtum exstabuit.
Ipse illigatus peste interimor textili.
Hes non hostilis dextra, non terra edita
Moles gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori insixit meo,
Non Graia vis, non barbara vla immanitas,
Non sæua terris gens relegata vltimis,
Quas peragrans, vndique omnem h feritatem expuli:
Sed fœmineavir-fœminea interimor manu.
O nate, vere hoc nomen vsurpa patris,
Nec me occidentem matris superet caritas.
Huc arripe ad me manibus abstractam pia.
Iam cernam, mène, an illam potiorem putet.

[a] q.v.c. sententiam: non placet.
[b] L. falsúmque illud, atq. impro.
[c] L. Etsi segetē sunt in deteriorē datæ Fr. Statque ita non claudicat versus.*
[d] L. sicut nec sine doctr. al. si nec sine doctrina* Hor. in art. Alterius sic Altera poscit opem res & coniurat amicè.*
[e] f vna, abest ab o. v.c.
[f] g v.c. hæc extr. & ita L.
[g] h L. te dignū
[h] i Ciceronis qui vis.* k o.v.c. sed P. CIXXVIII non vltro apper. & ita L. | al. sed etiā non vltro appetendus.*
[i] l q.v.c. deinde ad hanc eneruatam,
[j] m sic v.c. al. post hunc
[k] n al. permanet philosophia, non pla.
[l] o L. insixit. ‖ ita Turneb. 2. aduers. 8.*
[m] p al. me me.*

Per-

Perge, aude nate, illacryma patris pestibus:
Miserere, gentes nostras flebunt miserias.
Heu virginalem me ore ploratum edere,
Quem vidit nemo vlli ingemiscentem malo?
Sic fœminata virtus afflicta occidit.
Accede nate, assiste, miserandum adspice
Euiscerat um corpus lacerati patris.
Videte cuncti, tuque calestum sator,
Iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.
Nunc, nunc dolorem b anxiferi torquent vertices:
Nunc serpit ardor ô antè victrices manus,
O pectora, ô terga, ô lacertorum toril
Vestróne pressit quondam Nemeaus leo
Frendens efflauit grauiter extremum halitum?
Hæc dextra Lernam tetram d mactata excetra,
Placauit: hæc bicorporem affixit manum:
Erimanthiam hæc vastificam abiecit beluam:
Hæc à Tartarea tenebrica obstractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem:
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconẽ, aurea feram obtutu obseruantem arborẽ.
Multa alia victrix nostra lustrauit manus,
Nec quisquam è nostris spolia cepit laudibus.
Possumúsne nos contemnere dolorem, cùm
ipsum Herculẽ tã intolerantes dolere videamus? Veniat Æschylus non poeta tantùm, sed
etiam Pythagoreus, sic enim accepimus quo
modo fert apud eum Prometheus dolorem f,
quem excipit ob furtum Lemnium, vndes ignis lucet h mortalibus, clàm diuisus? cum
Prometheus doctus clepsisse i dolo, pœnásque
Ioui fato expendisse supremo. Has igitur pœnas pendens, affixus ad Caucasum hæc dicit k,
Titanum soboles m socia nostri sanguinis,
Generata cælo, adspicite religatum asperis
Vinctúmque saxis, nauem vt horrisono freto
Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ n.
Saturnius me sic infixit Iupiter,
Iouisque numen Mulciberi asciuit o manus.
Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens,
Perrupit artus: qua miser sollertia
Transuerberatus, castrum hoc fieri arum incolo.
Iam tertio me quoque funesto die,
Tristi adulatu, aduncis lacerans vnguibus
Iouis satelles pastu dilaniat fero.
Tum iecore opimo farta, & satiata affatim
Clangorem fundit vastum, & sublime aduolans p
Pinnata q cauda nostrum adulat r sanguinem.
Cùm verò ad-sum inflatu renouatum est iecur,
Tum rursus tetros auida se ad pastus refert.
Sic hunc custodem mœsti cruciatus alo:
Qui me peremni viuum fœdat miseria.
Namque, vt videtis, vinclis constrictus Iouis,
Arcere nequeo diram volucrem à pectore.
Sic me ipse viduus pesteis excipio anxias,
Amore mortis terminum inquirens mali,
Sed longè à leto numine aspellor Iouis.
Atque vetusta sæclu glomerata horridis,
Luctifica clades nostro infixa est corpori:
Ex quo liquatæ solis ardore excidunt
Guttæ, quæ saxa assidue instillant u Caucasi.

Vix igitur posse videmur ita affectum non miserum dicere: & si hunc miserum, certè dolorem, malum. ¶ A. Tu quidem adhuc meam causam agis. sed hoc mox videro. interea vnde isti versus? non enim agnosco. ¶ M. Dicã hercule. etenim re tè requiris. videsne abundare me otio? ¶ A. Quid tum? ¶ M. Fuisti sæpe, credo, cùm Athenis esses, in scholis philosophorum. ¶ A. Verò a, ac libenter quidẽ. ¶ M. Animaduertebas igitur, etsi tũ nemo erat admodũ copiosus, verumtamẽ versus ab his admisceri orationi. ¶ A. Ac multos quidẽ à Dionysio Stoico. ¶ M. Probè dicis. sed is quasi dictata, nullo b delectu, nulla elegantia. Philo c & proprium numerum, & d electa poemata, & loco adiungebat. Itaque postquàm adamaui hanc quasi senilem declamationem, studiosè equidem vtor nostris poetis. sed, sicubi illi defecerunt, verti ipse multa de Græcis, nequo ornamento in hoc genere disputationis careret Latina oratio. Sed videsne, poëtæ quid mali afferant? lamentanteis inducunt fortissimos viros: molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur, sic ad malam domesticam disciplinam, vitámque vmbratilem, & delicatam cùm accesserunt etiam poetæ, neruos omneis virtutis elidunt. rectè igitur à Platone educuntur ex ea ciuitate, quam finxit ille, cùm mores optimos, & optimum reip. statum exquireret. At verò nos, docti scilicet à Græcia, hæc & à pueritia legimus, & e didicimus: hanc eruditionem liberalem, & doctrinam putamus. Sed quid poetis irascimur? virtutis magistri philosophi inuenti sunt, qui summum malum dolorem dicerent. at tu adolescens, cùm id tibi paullo antè dixisses videri, rogatus à me, etiámne maius, quàm dedecus, verbo de sententia destitisti. roga hoc idem Epicurum: maius dicet esse malum, mediocrem dolorem, quàm maximũ dedecus. In ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur dolores. quis igitur Epicurum sequitur dolor, cùm hoc ipsum dicit, summum malum esse dolorem, quo dedecus maius à philosopho nullum exspecto? quare satis mihi dedisti, cùm respondisti, maius tibi videri malum, dedecus quàm dolorem. hoc ipsum enim si tenebis, intelliges, quàm sit obsistendum dolori. nec tam quærendum est, dolor, malúmne sit, quàm firmãdus animus ad dolorem ferendũ. Concludunt ratiunculis f Stoici, cur non sit malum: quasi de verbo, non de re laboretur. Quid me decipis Zeno? nam cùm id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum esse negas, capior, & scire cupio, quo modo id, quod ego miserrimũ existimem, ne malum quidem sit. Nihil est, inquit, malũ, nisi quod turpe, & vitiosum est. Ad ineptias redis. illud enim, quod me angebat, non eximis. scio dolorem nõ esse nequitiam. desine id me docere: hoc doce, doleam, nécne doleã, nihil interesse. Numquã g quidquam, inquit, ad beatè quidem viuendum, quod est in vna virtute positum: sed tamẽ est reiiciendũ. Cur? Asperum est, cõtra naturã, difficile perpessu, triste, durũ. Hæc copia verborum est, quod omnes vno verbo malum appellamus, id tot modis posse dicere. definis tu mihi, non tollis dolorem, cùm dicis asperum, contra naturam, vix quod ferri, toleraríq; possit: nec mentiris: sed re succumbere non oportebat, verbis gloriãtem, dum nihil bonum, nisi quod honestum: nihil malum h, nisi quod turpe. Optare i hoc quidem est, non docere. illud & melius, & ve-

a al. sui vero.*
b L. nullo dilectu,
c L. Philo noster, & propr. & ita v.c.
d o. v.c. & lecta poemata, & ita L.
e L. & discimus.
f Dolorem quem] percipi ob furtũ Lemnium: Vnde ignis lucet mortalibus, clãm diuisus: cum Prometheus clepsisse dolo, Pœnasque Ioui expendisse supremo. Has igitur pœnas pendens, affixus ad Caucasum hæc dicit. Titanum soboles, socia nostri sanguinis, Generata cælo, adspicite religatum asperis Vinctúmque saxis, nauem vt horrisono freto Noctem pauentes timidi adnectunt nautæ. Saturnius me sic infixit Iupiter, Iouisque numen Mulciberi asciuit manus. Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens, Perrupit artus: qua miser sollertia Transuerberatus, castrum hoc fieri arum incolo. Iam tertio me quoque funesto die, Tristi adulatu, aduncis lacerans vnguibus Iouis satelles pastu dilaniat fero. Tum iecore opimo farta, & satiata affatim Clangorem fundit vastum, & sublime aduolans Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. Cùm verò ad-sum inflatu renouatum est iecur, Tum rursus tetros auida se ad pastus refert. Sic hunc custodem mœsti cruciatus alo: Qui me peremni viuum fœdat miseria. Namque, vt videtis, vinclis constrictus Iouis, Arcere nequeo diram volucrem à pectore. Sic me ipse viduus pesteis excipio anxias, Amore mortis terminum inquirens mali, Sed longè à leto numine aspellor Iouis. Atque vetusta sæclu glomerata horridis, Luctifica clades nostro infixa est corpori: Ex quo liquatæ solis ardore excidunt Guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucasi. Vix igitur posse videmur ita affectum non miserum dicere: & si hunc miserum, certè dolorem, malum. ¶ A. Tu quidem adhuc meam causam agis. sed hoc mox videro. interea vnde isti versus? non enim agnosco. ¶ M. Dicã hercule. etenim re tè requiris. videsne abundare me otio? ¶ A. Quid tum? ¶ M. Fuisti sæpe, credo, cùm Athenis esses, in scholis philosophorum. ¶ A. Verò, ac libenter quidẽ. ¶ M. Animaduertebas igitur, etsi tũ nemo erat admodũ copiosus, verumtamẽ versus ab his admisceri orationi. ¶ A. Ac multos quidẽ à Dionysio Stoico. ¶ M. Probè dicis. sed is quasi dictata, nullo delectu, nulla elegantia. Philo & proprium numerum, & electa poemata, & loco adiungebat. Itaque postquàm adamaui hanc quasi senilem declamationem, studiosè equidem vtor nostris poetis. sed, sicubi illi defecerunt, verti ipse multa de Græcis, nequo ornamento in hoc genere disputationis careret Latina oratio. Sed videsne, poëtæ quid mali afferant? lamentanteis inducunt fortissimos viros: molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur, sic ad malam domesticam disciplinam, vitámque vmbratilem, & delicatam cùm accesserunt etiam poetæ, neruos omneis virtutis elidunt. rectè igitur à Platone educuntur ex ea ciuitate, quam finxit ille, cùm mores optimos, & optimum reip. statum exquireret. At verò nos, docti scilicet à Græcia, hæc & à pueritia legimus, & didicimus: hanc eruditionem liberalem, & doctrinam putamus. Sed quid poetis irascimur? virtutis magistri philosophi inuenti sunt, qui summum malum dolorem dicerent. at tu adolescens, cùm id tibi paullo antè dixisses videri, rogatus à me, etiámne maius, quàm dedecus, verbo de sententia destitisti. roga hoc idem Epicurum: maius dicet esse malum, mediocrem dolorem, quàm maximũ dedecus. In ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur dolores. quis igitur Epicurum sequitur dolor, cùm hoc ipsum dicit, summum malum esse dolorem, quo dedecus maius à philosopho nullum exspecto? quare satis mihi dedisti, cùm respondisti, maius tibi videri malum, dedecus quàm dolorem. hoc ipsum enim si tenebis, intelliges, quàm sit obsistendum dolori. nec tam quærendum est, dolor, malúmne sit, quàm firmãdus animus ad dolorem ferendũ. Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum: quasi de verbo, non de re laboretur. Quid me decipis Zeno? nam cùm id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum esse negas, capior, & scire cupio, quo modo id, quod ego miserrimũ existimem, ne malum quidem sit. Nihil est, inquit, malũ, nisi quod turpe, & vitiosum est. Ad ineptias redis. illud enim, quod me angebat, non eximis. scio dolorem nõ esse nequitiam. desine id me docere: hoc doce, doleam, nécne doleã, nihil interesse. Numquã quidquam, inquit, ad beatè quidem viuendum, quod est in vna virtute positum: sed tamẽ est reiiciendũ. Cur? Asperum est, cõtra naturã, difficile perpessu, triste, durũ. Hæc copia verborum est, quod omnes vno verbo malum appellamus, id tot modis posse dicere. definis tu mihi, non tollis dolorem, cùm dicis asperum, contra naturam, vix quod ferri, toleraríq; possit: nec mentiris: sed re succumbere non oportebat, verbis gloriãtem, dum nihil bonum, nisi quod honestum: nihil malum, nisi quod turpe. Optare hoc quidem est, non docere. illud & melius, & ve-

g sic o. v.c.
h al. Nihil.*
i al. gloriantem, nihil bonum &c. al. gloriantem, dicentem nihil bonũ &c.
k fort. Captare hoc quidẽ est,] Ita Pers* Faber Tholoſanus emẽdauit. Sed tamen in Lucullo docere & optare opponuntur, vt & in de fato optare & disputare.*

rius: omnia, quæ natura aspernatur, in malis esse: quæ asciscit, in bonis. hoc posito, & verborum concertatione sublata, tantum tamen excellet illud, quod rectè amplexantur isti, quod honestū, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis nomine amplectimur, vt omnia præterea, quæ bona corporis, & fortunæ putantur, perexigua, & minuta videantur: nec[a] malum quidem vllum, nec, si vnum in locum collata omnia sint, cum turpitudinis malo comparandab. Quare, si, vt initiò concessisti, turpitudo peius est, quàm dolor, nihil est planè dolor. nam dum tibi turpe, nec dignum viro videbitur, gemere, eiulare, lamentari, frangi, debilitari, dolere, tū[c] dignitas, tū decus aderit: túq; [d] in ea[e] intueberis, te cōtinebis: cedet, pfectò virtuti dolor, & animi inductione lāguescet. aut enim nulla virtus est, aut[f] contemnendus est omnis dolor. prudentiámne vis esse, sine qua ne intelligi quidem vlla virtus potest? quid ergo? ea patietúrne te quidquam facere nihil proficientem, &[g] laborantem? an temperantia sinet te immoderatè facere quidquam? an coli iustitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios, multa officia relinquente[h]? Quid? fortitudini, comitibúsque eius, magnitudini animi grauitati, patientiæ, rerum humanarum despicientiæ, quo modo respondebis? afflictúsne, & iacens, & lamentabili voce deplorans, audies[k], O virum fortem! Te verò ita affectum ne virum quidem dixerit quisquam amittendaligitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor. Ecquid scis igitur, si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem saluam: virtutem autem si vnam amiseris: etsi amittinon potest virtus: sed si vnam confessus fueris te non habere, nullam te esse habiturum? num igitur fortem virum, num magno animo, num patientem, num grauem, num humana contemnentem potes dicere aut[m] Philoctetam illum, (quàm te enim malo dicere: sed ille certè non fortis) qui iacet in[n] lectulo humido,

Qui[o] eiulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando[p], multum flebiles voces reddit.

non ego dolorem, dolorem esse nego. cur enim fortitudo desideraretur? sed eum opprimi dico patientia, si modò est aliqua patientia: si nulla est, quid[q] exornamus philosophiam? aut quid eius nomine glorioſi sumus? Pungit dolor. Vel fodiat sanè. si nudus es, da iugulum, sin tectus Vulcanius[r] armis, id est, fortitudine, resiste. hæc enim te, nisi ita facies, custos dignitatis, relinquet, & deseret. Cretum[s] quidem leges, quas siue Iupiter, siue Minos sanxit, de Iouis quidem sententia, vt poetæ ferunt: itémque Lycurgi, laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Spartę verò pueri[t] ad aram sic verberibus accipiuntur, vt[u] multus è viscetibus sanguis exeat: nonnumquā etiam, vt, cùm ibi essem, audiebam, ad necem: quorum non modò nemo exclamauit vmquam, sed ne ingemuit quidem. Quid ergo? hoc pueri possunt, viri non poterunt? & [x]quod mos valet, ratio non valebit? Interest aliquid inter laborem[y], & dolorem[z]: sunt finitima omnino, sed tamen differunt aliquid. labor, est functio quædam vel animi, vel corporis grauioris operis & muneris: dolor autem, motus asper in corpore, à[a] sensibus alienus. Hæc duo Græci illi, quorum copiosior est lingua, quàm nostra, vno[b] nomine appellant. itaque industrios[c] homines, illi studiosos, vel potiùs amantes doloris appellant: nos commodiùs laboriosos. aliud est enim laborare[d]: aliud, dolere[e]. ô verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Græcia! aliud, inquam, est dolere, aliud laborare. cùm varices[f] secabantur C. Mario[g], dolebat. cùm æstu magno ducebat agmen: laborabat. est inter hæc quædam tamen similitudo. consuetudo enim laborum perpessionem dolorum efficiet facilliorem, itaque illi, qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt, corpora iuuenum firmari labore voluerūt. quod Spartiatæ etiam in fœminas trāstulerunt: quæ cæteris in vrbibus mollissimo cultu, parietum vmbris occuluntur. illi autem voluerunt nihil horum simile esse apud Lacænas virgines: quibus magis palæstra, Eurotas, sol, puluis, labor, militia[h] in studio est, quàm fertilitas barbara. ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit nonnumquam. impelluntur, feriuntur[i], abiiciuntur[k], cadunt: & ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. Militiam[l] verò nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus hortatio. Nostris exercitus primùm vnde nomen habeant, vides: deinde qui labor, quantus agminis: ferre plus dimidiati mensis cibaria: ferre, si quid ad vsum velint: ferre vallum. nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. arma enim, membra militis esse dicunt. quæ quidem ita geruntur aptè, vt, si vsus foret[m], abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris pugnare possint. Quid exercitatio legionum? quid[n] ille cursus, clamor, quanti laboris est? ex hoc ille animus in prœliis paratus ad vulnera. adduc pari animo inexercitatum militem: mulier videbitur. cur? tantùm interest inter nouum, & veterem exercitum, quātum experti sumus. ætas tironum, plerumque melior: sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. quin etiam videmus ex acie efferri sæpe saucios, & quidem rudem illum, & inexercitatum, quamuis leui ictu, plo ratus turpissimos edere. at verò ille exercitatus, & vetus, ob eámque rem fortior, medicū modò requirens[o], à quo obligetur,

O[p] Patrocles, (inquit) ad vos aduenio auxilium, & vestras manus peto,
Priusquàm oppeto malam pestem, mandatam hostili manu:
Neque sanguis vllo potis est pacto profluens consistere,
Si qua sapientia magis vestra deuitari mors potest.
Namque[q] Æsculapij[r] liberorum saucij opplent porticus:
Non potest accedi.

Certè Eurypylus hic quidē est. hominem exercitatum, vbi is tantū luctus continuatur? vide quàm nō flebiliter respondeat: ratione etiam afferat, cur æquo animo sibi ferendum sit.

--qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet sibi paratam pestem, vt aparticipet parem.

Abducet

a L. ne malā quidē vllum &c. & ita o. v. c.
b L. comparandum.
c o. v. c. tum honestas, tū dignitas, tū decus &c. & ita L.
d L. dūmq. in ea intueberis, & te continebis.
e Ant. Aug. eam.*
f L. aut contemnendus omnis dolor. & ita o. v. c. g fort. & frustra laborantem?
h al. negligē te?
i L. Quid? fortitudini, &c.
k al. audieris l fort. Aut amittenda igitur &c.
m L. aut Prometheum, aut Philocte tam illum? illos enim, quàm te, malo dicere. &c.
n Ant. Aug. particulā aut expungit. Pan tagathus verò ita emendat. P. CLXXXII. Aut Philoctetam illum aut me. malo dicere de illo. M. Certe fortis qui iacet in lectulo humido.*
n o. v. c. in lecto humido: & ita L. ‖ ex Mascei libro.*
o al. Quod vt lib. 2. de finibus. *
p L. Resonando multum, sscb.
q al. quid exornamur philosophia? ita Nonius c. 2. in Exornare. 287. al. quid philosophiam exornamus?*
r Iuuenas Iatyr. 13.*
s Citatur à Cæsio in Cretam.*
t adde
u v. c. vt multis è viscerib. sanguis ex.
x v. c. & mos valet: ratio non valebit? & ita L.
y πόνον
z λύπην, ἄλγος.

P. B.
a L. Illæsus à sensibus. & ita v. c.
b hinc diuersis Græcis enim dolor λύπη, labor πόνος. *
c φιλόπονος.
d πονεῖν
e λυπεῖσθαι, ἀλγεῖν.
f Varices gloſis κράμβαι. varix & varicæ κιρσός. *
g huius Marii paulo post etiam meminit. *
h L. militia studio est,
i al. ferunturque, v. c. abiiciuntur.
k L. Militia verò, nostra dico, nō Spartiatarū: quorum procedit agmen ad modum, ad tibiam: nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus hortatio. Nostri exercitus primùm vnde nomen habeant, vides: deinde qui labor, quantus agminis: ferre plus dimidiati mensis cibaria: ferre, si quid ad vsum velint: ferre vallum. nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. arma enim, membra militis esse dicunt. quæ quidem ita geruntur aptè, vt, si vsus foret, abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris pugnare possint. Quid exercitatio legionum? quid ille cursus, clamor, quanti laboris est? ex hoc ille animus in prœliis paratus ad vulnera. adduc pari animo inexercitatum militem: mulier videbitur. cur? tantùm interest inter nouum, & veterem exercitum, quātum experti sumus. ætas tironum, plerumque melior: sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. quin etiam videmus ex acie efferri sæpe saucios, & quidem rudem illum, & inexercitatum, quamuis leui ictu, plo ratus turpissimos edere. at verò ille exercitatus, & vetus, ob eámque rem fortior, medicū modò requirens, à quo obligetur,
l Militia, p. 183.
m al. requirit. *
n L. O Patrocle, inquit,
o al. requirit. *
p Citatur Priscianus huius versus in oratore. *
q L. Æsculapi
r L. quis tos pi verba tanto in luctu continuat? Vide, q.

Abducet Patrocles[a], credo, vt collocet in cubili, vt vulnus obliget, si quidem homo esset. sed nihil vidi minùs. quærit enim, quid actũ sit.

Eloquere: res Argiuum prælio vt se sustinet.

Non potest effari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris. Quiesce igitur, & vulnus alligab. Etiam[c] si Eurypylus posset, non posset Æsopus.

--vbi fortuna Hectoris
Nostram acrem aciem inclinatam:-

& cætera explicat in dolore. sic est enim intemperans[d] militaris in forti viro gloria. ergo hæc veteranus miles facere poterit: doctus vir, sapiénsque non poterit? Ille verò meliùs, ac non paullo quidem. sed de consuetudine adhuc exercitationis loquor: nondum de ratione & sapientia. Aniculæ sæpe inediam biduũ, ac triduum ferunt. subduc cibum vnum diem athletæ: louem[e] Olympium, eum ipsum, cui se exercebit, implorabit: ferre non posse clamabit. Consuetudinis magna vis est. pernoctant venatores in niue: in montibus vri se patiuntur, indè pugiles cestibus[g] contusi, ne ingemiscũt quidem. sed quid hos, quibus[h] Olympiorum victoria, consulatus ille antiquus videtur? gladiatores, aut perditi homines, aut barbari, quas plagas perferunt? quo modo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter vitare? quàm sæpe apparet nihil eos malle, quàm vel domino satisfacere, vel populo? mittunt[i] etiam vulneribus confecti ad dominos[k], qui quærant, quid velint. satisfactum[l] iis sit, se velle decumbere. quis me diocris gladiator ingemuit? quis vultum mutauit vmquam? quis non modò stetit, verùm etiam decubuit turpiter? quis cùm decubuisset, ferrum[m] recipere iussus, collum contraxit? tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. ergo hoc poterit

Sannis[n], spurcus homo, vita illa dignus, locóque:

vir natus ad gloriam, vllam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione, & ratione corroboret? crudele gladiatorum spectaculum, & inhumanum nonnullis videri solet: & haud scio an ita sit, vt[o] nunc fit. cùm verò sontes ferro depugnabant, auribus fortasse multæ, oculis quidem nulla[p] poterat esse fortior contra dolorem, & mortem disciplina. De exercitatione, & consuetudine, & commentatione dixi. agesis[q], nunc de ratione videamus: nisi quid vis ad hæc. ¶ A. Egóne vt te interpellem? ne hoc quidem vellem: ita me ad credendum tua ducit oratio. ¶ M. Sítne igitur malum dolor, nécne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam, ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum, dolorem[r] ego illud, quidquid sit, tantum esse, quantum videatur, non puto: falsáque eius visione, & specie moueri homines dico[s] vehementiùs, dolorémque eius[t] omnem esse tolerabilem. vnde igitur ordiar? an eãdem breuiter attingam, quæ modò dixi, quò faciliùs oratio progredi possit longiùs? Inter omneis igitur hoc constat, nec doctos homines solùm, sed etiam indoctos, virorum esse fortium, & magnanimorum, & patientium[u], & humana vincentium, tolerantes[x] dolorem pati. nec verò quisquam fuit, qui eum, qui ita pateretur, non laudandũ

A putaret. quod ergo & postulatur à fortibus, & laudatur, cùm fit, id aut extimescere veniens, aut non ferre præsens, nónne turpe est? Atqui vide, ne, cùm omnes rectæ animi affectiones, virtutes appellentur, nõ sit hoc proprium nomen omnium: sed ab ea vna, quæ ceteris excellat[a], omnes nominatæ sint. appellata est enim à viro virtus: vir autem propria maximè est fortitudo: cui[b] munera duo maxima sunt, mortis, doloríque contentio. vtendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potiùs si viri volumus esse, [quoniam[c] à viris virtus nomen est mutuata.] Quæres fortasse, quo modo & rectè. talem enim medicinam philosophia profitetur, venit Epicurus, homo[d] minimè malus, vel potiùs vir optimus: tantum monet, quantum intelligit: Neglige, inquit, dolorem. Quis hoc dicit? Idem, qui dolorem summum malum. vix satis constanter, audiamus. Si summus dolor est, inquit, breuem esse necesse est. *Itera dum[e] eadem ista mihi.* non enim intelligo, quid summum dicas esse, quid breue. Summum, quo nihil sit superius: breue, quo nihil breuius. Contemno magnitudinem doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit antè pænè, quàm venerit. sed si est tantus dolor, quantus Philoctetæ, benè planè magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus: nihil enim dolet, nisi pes. possunt oculi: potest caput, latera, pulmones: possunt omnia. Longè igitur abest à summo dolore. Ergo, inquit, dolor diuturnus habet lætitiæ plus, quàm molestiæ. Nunc[f] ego non possum, tantum hominem, nihil sapere dicere. sed nos ab eo deriderí puto. ego summum dolorem (summum autem dico, etiam si decem atomis est maior alius) non continuò dico esse breuem, multósq; possum bonos viros nominare, qui cõplureis annos doloribus podagræ crucientur maximis. sed homo cautus[g] numquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum, vt sciam, quid summum dicat in dolore, quid breue in tempore. Omittamus[h] igitur hunc. nihil prorsus dicentem: cogamúsq; confiteri, non esse ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorem, malorum omnium maximum dixerit. quamuis idem forticulum se in torminibus[k], & in stranguria sua præbeat. aliunde igitur est quærenda medicina, & maximè quidem, si, quid maximè consentaneum sit, quærimus, ab iis, quibus, quod honestum sit, summum bonum, quod turpe, summum videtur malum. his tu præsentibus gemere, & te iactare non audebis profecto. loquetur enim eorũ voce virtus ipsa tecum. Túne, cùm pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ, barbaros in arena videris excipienteis grauissimas plagas, & ferenteis silentio, si te fortè dolor aliquis peruellerit[l], exclamabis, vt mulier? non constanter, & sedatè feres? Ferri non potest: natura non patitur. Audio. pueri ferũt, gloria ducti: ferunt pudore alij, multi metu: & tamen veremur, vt hoc, quod à tã multis, & quod tot locis perferatur, natura non patiatur? Illa verò non modò patitur, verùm etiam postulat. nihil enim habet præstantius, nihil, quod magis expetat, quàm honestatem, quàm laudem, quàm dignitatem, quàm decus. Hisce ego pluribus nominibus vnam rem declarari volo, sed[m] vtor, vt quammaximè significem, pluribus. volo autem dicere, illud homini longè optimum esse, quod ipsum sit

a *q.v.e.* excellebat, *fort.* excelleat.

b *o.v.e.* cuius munera duo sunt maxima *& ita I.*

c inclusa absunt, quibusdam veteribus: vt glossema esse videatur.*

d Ita Carisius in verbo minimè.*

e verba sunt ex vetere quodam posita desumpta.*

f I. Hunc ego non possum

g *al.* catus, *& ita Non. [c.2. in Caius.284.]*

h P. CLXXXV. *o.v.e.* Omittamus hunc igitur, *&c. & ita I.*

i citatur hic locus à Nonio. I. in Torminibus. 135.*

k Torminesque enim legitur apud Nonium d. loco, non torminaque genus morbi, quod dolore torqueant, hinc torminosus lib. 4. Tusculan. infr.*

l *al.* percullerit.*

m *v.c.* sed *vt.*

optãdum per se,à virtute profectum, vel in ipsa virtute situm,sua sponte laudabile : quod quidem citiùs dixerim solum, quàm[a] summũ bonum. Atque,vt hæc de honesto,sic de turpi cõtraria.nihil tam tætrum,nihil tam aspernãdum,nihil homine indignius.quod si tibi persuasum est:principiò enim dixisti,plus in dedecore mali tibi videri,quàm in dolore: reliquum est, vt tute tibi imperes. quãquam hoc nescio quo modo dicatur, quasi duo simus,vt alter imperet,alter pareat:non inscitè tamen dicitur. est enim animus in parteis distributus[b] duas:quarum altera,rationis est particeps, altera expers.cum igitur præcipitur,vt[c] nobismetipsis imperemus, hoc præcipitur , vt ratio coerceat temeritatem.est in animis omnium ferè natura molle quiddã,demissum, humile, eneruatum quodammodo , & languidum.sed nihil esse taliud,nihil esset homine deformius. sed præstò est domina omnium, & regina ratio,quæ connixa[a] per se, & progressa longiùs, fit perfecta virtus.hæc vt imperet illi parti animi,quæ obedire debet,id videndum est viro.quõnam modo? inquies. velut seruo dominus,velut imperator militi , velut parens filio. si turpissimè se illa pars animi geret,, quam dixi esse mollem,si se lameatis muliebriter[f], lacrymisque dedet, vinciatur , & constringatur amicorum , propinquorúmque custodiis. sæpe enim videmus fractos pudore,qui ratione nulla vincerentur. ergo hos quidé,vt famulos,vinclis,ac custodia arceamus.qui autem erunt firmiores , nec tamen robustissimi , hos admonitu[g] simili oportebit,vt bonos milites, reuocatos,dignitatem tueri. non nimis in Niptris ille sapientissimus Græciæ saucius lamẽtatur,vel modicè potiùs:

Pedetentim(inquit)ite, & sedato nisu,ne succussi[i] arteriæ plaga maior dolor.

Pacuuius hoc meliùs , quàm Sophocles. apud illum enim perquàm flebiliter Vlysses lamentatur in vulnere: tamen huic leuiter gementi, illi ipsi,qui ferunt saucium , personæ grauitatem intuentes,non dubitarunt dicere:

Tu quoque Vlysses, quamquam grauiter cernimus ictum,
Nimis es pæne animo molli , qui consuetus in armis æuum agere.

Intelligit poeta prudens,ferendi doloris consuetudinem , esse non contemnendam magistram. Atque ille non immoderatè magno in dolore,

Retinete,tenete,opprimite,
Vlcus nudate,heu miserum me,excrucior.

Incipit labi:deinde illico desinit,

Operite,abscedite,iamiam dimittite.
Nam atrectatus[k] , & quassus sæuum amplificatis dolorem.

Videsne,vt obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?itaque in extremis Niptris alios quoque obiurgat,idq; moriens,

Conquerifortunã aduersam,non lamentari decet.
Id viri est officiũ:fletus muliebris ingenio additus.

Huius animi pars illa mollior rationi sic paruit,vt seuero imperatori miles prudẽs.In quo viro erit perfecta sapientia (quem adhuc nos quidem videmus[m] neminem:sed philosophorum sententiis,qualis futurus sit , si modò aliquando fuerit,exponitur) is igitur, siue ea ratio,quæ erit in eo perfecta , atque absoluta,sic illi parti imperabit inferiori, vt iustus parens probis filiis:nutu,quod volet, conficiet,nullo labore,nulla molestia:eriget ipse se,suscitabit, instruet,armabit.vt, tamquam hosti, sic obsistat dolori. quæ sunt ista arma ? contentio, confirmatio , sermóque intimus , cùm ipse secum , Caue turpe quidquam , languidum, non virile.obuersentur species honestæ animo[a]:Zeno[b] proponatur Eleates,qui perpessus est omnia potiùs,quàm consciosdelendæ tyrannidis indicaret.de[c] Anaxarcho Democritio cogitetur, qui[d] cùm in manus Cyprij Nicocreontis regis incidisset,nullum genus supplicij deprecatus[e] est,neq; recusauit. Calanus[f] Indus,indoctus,ac barbarus,in radicibus Caucasi natus,sua voluntate viuus combustus est. nos,si pes condoluit,si dens,sed fac totum dolere corpus,ferre non possumus.opinio est enim quædam effœminata,ac leuis,nec in dolore magis,quàm[g] eadẽ in voluptate:qua cùm liquescimus,fluimúsque mollitia , apis aculeũ sine clamore ferre non possumus. At verò C. Marius,rusticanus vir,sed planè vir,cùm secaretur,vt suprà dixi,principio vetuit se alligari: nec quisquam anteMarium solutus dicitur esse sect[o].cur ergo postea alij?valuit auctoritas, vidéssne igitur opinionis esse,non naturæ malum?& tamen fuisse acrem morsum doloris, idem Marius ostendit.crus enim alterum non præbuit,ita & tulit dolorem vt vir, &, vt homo , maiorem ferre sine causa necessaria noluit.totum igitur in eo est, vt tibi imperes.ostendi autem,quod esset imperandi genus,atque hæc cogitatio,quid patientia, quid fortitudine,quid magnitudine animi dignum[h] sit, non solùm animum comprimit, sed ipsum etiam dolorem nescio quo pacto mitiorem facit.vt enim fit in prœlio , vt ignauus miles ac timidus,simul ac viderit hostem,abiecto[i] scuto fugiat,quantum possit , ob eámque causam pereat nonnumquam,etiam integro corpore, cùm ei,qui steterit,nihil tale euenerit: sic,qui doloris speciem ferre non possunt, abiiciunt[k] se,atque ita afflicti , & exanimati iacent: qui autem restiterunt , discedunt sæpissimè superiores : sunt[l] enim quædam animi similitudines cum corpore : vt onera contentis corporibus faciliùs feruntur,remissis opprimunt: simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum:remissione autem sic vrgetur,vt se nequeat extollere. Et,si verum quærimus, in omnibus officiis persequendis animi est adhibenda contentio.ea est sola officij tamquam custodia.sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum,ne quid abiecte,ne quid timidè,ne quid ignauè[m], ne quid seruiliter,muliebritérve faciamus : in primisque refutetur, ac reiiciatur[n] Philoctetæus ille clamor.ingemiscere nonnumquam viro concessum est,idque rarò:eiulatus ne mulieri quidem.& hic nimirum est fletus,quem[o] duodecim[p] tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. nec verò vmquam ne ingemiscit quidem vir fortis,ac sapiens , nisi fortè vt se intendat ad firmitatem, vt in stadio cursores exclamãt quàm maximè possunt.faciunt idem,cùm exercentur athletæ pugiles verò, etiam cùm feriunt aduersarium,in iactandis cestibus ingemiscunt:non quòd doleãt, animóve succumbant , sed quia in profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.quid? qui volunt exclamare maius,num satis habent latera, fauces , linguam intendere,è quibus elicit[r] vocem , & fundi videmus?

---

a v.c.quàm non summũ bonum.

P. B.

b?.v.c.tributus

c τέτλαθι δὴ κραδίη. vt ad Homericum illud de Vlysse respexisse videatur Cicero:*

d v.c.& L.Nil esset aliud

e al.conuisa

f profert hunc locum Carisius in Muliebriter*

g v.c.ammonitu,

h adde Nonium c.1.in Pedetentim& pedeprelsim.* i addeNonius c.1.in succussare. 55. Est autem succussare sursum frequenter excutere vnde succussator & succussor.ibidẽ*

k al.attactu, non plac. Id est motu. Est enim quassare mouere.Nonius. c.4.in quassare & quassum 59 & 60.*

m L.vidimus

a 29.v.c.verbo mendosè.

P. B.

b vide Laertium in Zenone, libro 9.5. Valer.l.3.*

c vide eundẽ Laertium lib. 9.in Anaxarcho.3.Valer. 2. Oudi in Iubim.*

d al.qui cùm Cypri in manus Nicocreontis regis

e παρῆκε,

f Calani meminit Strabo lib.15. duobus locis.* g al.quàm in voluptate.

h 9.v.c. dissimilimus sit,

i βλῆτο πρὸς ἀπαγωγὴν,

k v.c. abiiciunt se,

p. 187. l L.8. (sunt enim, quæ animi similitudines cũ corporũ

m citatur à Carisio in Ignauè.

n v.c.reiiciatur.

o Plinius vi. libro. de legibus. Cicero 2. de legibus. Festus in Nefas.

p Ex duodecim tabulis.*

q al.calib.

r L. elicit. Elicere vocem Græci ἐξαγειν φωνὴν.

toto corpore, atqüe omnibus vngulis[a], vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt. genu me hercule M Antonium vidi, cùm contentè ipseb pro se lege c Varia diceret, terram tangere V T enim balistæd lapidum, & reliqua tormenta telorum, eo grauiores emissiones habent, quò sunt contenta, atque adducta vehementiùs: sic vox, sic cursus, sic plaga, hoc grauior, quò est missa contentiùs. cuius contentionis cùm tanta vis sit, si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, vtemur. sin erit ille gemitus lamentabilis[e], si imbecillus, si abiectus, si flebilis: ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. qui quidem gemitus si leuationis aliquid afferret, tamen videremus, quid esset fortis, & animosi viri. cùm verò nihil imminuat doloris, cur frustra turpes esse volumus? quid est enim fletu muliebri viro turpius? atque hoc præceptum, quod de dolore datur, patet latiùs. omnibus enim rebus, non solùm dolori, simili contentione animi resistendum est. ira exardescit: libido concitatur. in eandem arcem confugiendum est. eadem sunt arma sumenda. sed quoniã de dolore loquimur, illa omittamus. ad ferendum igitur dolorem placidè & sedatè, plurimùm proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare, quàm id honestum sit. sumus enim natura, vt antè dixi (dicendum est enim sæpius) studiosissimi, appetentissimique honestatis, cuius si quasi lumé aliquod adspexerimus, nihil est, quod, vt eo potiamur, non parati simus & ferre, & perpeti. ex hoc cursu, atque impetu animorum ad veram laudem, atque honestatem, illa pericula adeuntur in prœliis, non sentiunt viri fortes in acie vulnera, vel sentiunt, sed mori malunt, q̃ tantillum modò de dignitatis gradu dimouerif fulgentèis gladios hostium videbant Decij, cùm in aciem eorũ irruebant. his leuabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis, & gloria. num tum ingemuisse Epaminõdam putas, cùm vnà cum sanguine vitam effluere sentiret? imperantem enim patriã Lacedæmoniis relinquebat, quam acceperat seruientem. hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. Dices, quid in pace? quid domi? quid in lectulo? ad philosophos me reuocas, qui in aciẽ non sæpe proderunt. à quibus homo sanè leuis Heracleotesg Dionysius, cùm à Zenone fortis esse didicisset, à dolore deductus est. nam cùm ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falsa esse illa, quæ antea de dolore ipse sensisset. quẽ cùm Cleanthes condiscipulus rogaret, quænam ratio eum de sententia deduxisset, respondit, Quia, cum tantum operæ philosophiæ dedissem, dolorem tamen ferre non possem: satis esset argumenti, malum esse dolorem plurimos autem annos in philosophia consumpsi, nec ferre possum malũ est igitur dolor. Tum Cleanth ẽ, cùm pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferũt dixisse:

Audisne hæc Amphiarae, sub terram abdit?

Zenonem significabat: à quo illum degenerare dolebat. At non noster Possidonius[k] quem & sæpe ipse vidi, & id dicam, quod solebat narrare Pompeius: se, cùm Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Possidonium[l]: sed cùm audiuisset eum grauiter esse ægrum, quòd vehementer eius artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere[m]: quem vt vidisset, & salutauisset, honorificè que verbis prosecutus esset, molestéque se dixisset ferre, quod eum non posset audire. ¶ At ille, Tu verò, inquit, potes: nec committam, vt dolor corporis efficiat, vt frustra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat, eũ grauiter, & copiosè de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputasse: cúmque quasi faces ei doloris admouerentur, sæpè dixisse, *Nihil agis dolor: quamuis sis molestus, numquam te esse confitebor malum.* Omninóque omnes clari, & nobilitati labores contemnendo[a] fiunt etiam tolerabiles. Videmúsne apud quos eorum ludorum, qui Gymnici nominantur, magnus honos sit, nullum ab iis, qui in id certamen descendant, deuitari dolorem? apud quos autem venandi, & equitandi laus viget[b], qui hanc petessunt[c], nullum fugiunt dolorem. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma est, per quam non concurrerint ij, qui hæc olim punctis singulis colligebant? itaque semper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat. cuius in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æquè graueis imperatori, & militi, quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum[d]. sed tamen hoc euenit, vt in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, cùm ipsam videre non possint. itaque fama, & multitudinis iudicio mouentur, vt id honestum putent, quod à plerisque laudetur. Te autem, si in oculis sis multitudinis, tamen eius iudicio stare nolim, nec quod illa putet, idem[e] te putare pulcherrimum. tuo tibi iudicio est vtendum. tibi si rectè probanti placebis, tum non modò tu te viceris, quod paullo antè præcipiebam, sed omneis, & omnia. Hoc igitur tibi [f] propone: amplitudinem, & quasi quandam exaggerationem quàm altissimam animi, quæ maximè eminet contemnendis[g] & despiciendis doloribus: vnam esse omnium rem pulcherrimam, eóque pulchriorem, si vacet populo, neque[h] plausum captans, se tãtùm ipsa delectet. quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, & [i] sine populo teste fiunt: non quo[k] fugiendus sit (omnia enim benefacta in luce se collocari volunt) sed tamen *nullum theatrum virtuti conscientia maius est.* Atque in primis meditemur illud, vt hæc patientia dolorum, quam sæpe iam animi intentione dixi esse firmãdam, in omni genere se æquabilem præbeat. sæpe enim multi, qui aut propter victoriæ cupiditatem, aut propter gloriæ, aut etiam vt ius suum, & libertatem [l] tenerẽt, vulnera exceperunt fortiter, & tulerunt, iidem omissa contentione dolorem morbi ferre non possunt. neque enim illum, quem facilè tulerant, ratione, aut sapientia tulerant, sed studio potiùs, & gloria. itaque barbari quidam, & immanes, ferro decertare acerrimè possunt: ægrotare viriliter non[m] queunt. Græci autem homines non satis animosi, prudentes, vt est captus hominum, satis, hostem adspicere non[n] possunt, sed iidem morbos toleranter, atque humanè ferunt. At Cimbri [o], & Celtiberi in prœlio exsultant, lamentantur in morbo: nihil enim potest esse æquabile, quod non à certa ratione proficiscatur. sed cùm videas, eos, qui aut studio, aut opinione ducantur, in eo per-

a sæpe vngulis

b e.v.c. pro se ipse lege V. & ita L. c De lege Varia dixi in Bruto.

d L. ballistæ

P. B.

e g.v.c. clamentabilis, non pl.

P. B.

a e.v.c. contemtu

b L. vigeat, c L. periissent, nullum eos fugere dolorem?

d g.v.c. imperatorium.

e v.c. idẽ putare pulch. ea ita L.

f v.c. propone tibi amp.

g al. in contenendis, non placet. P. 189.

h g.v.c. neq. plausum capet: sed se tãtùm, &c. i al. & sine populo rectè fiunt: k al. quod.

l merentur,

m al. nequeunt.* n v.c. nõ pos sunt, eidem morbos, &c. & ita L. o vide Valerium 1 cap. 6. Plutarchũ in Sertorio.*

P. B. Remouenda. & ita v.c.

P. 188.

g adde 5. de finibus in f.

h post deuitat. adde & ita L.

Hinc ideo dicitur, quia terra absorptus Amphiaraus vt ex Trissochro 3. de diuinat. vbi hoc refert Plutarchus in Parallelis Latinis, & in Marcello.* i L. Possidonius. k L. Possidonius. l L. videre.

sequendo, atque adipiscendo, dolore non frangi: debes existimare aut non esse malum, dolorem, aut, etiamsi, quidquid asperum, alienúmque[a] à natura sit, id appellari placeat malum, tantulum tamen esse, vt à virtute ita obruatur, vt nusquam appareat. quæ meditare, quæso, dies, & noctes. latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto maiorem locũ, quàm de vno dolore, occupabit. nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciemus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit, præsertim cùm paratum sit illud ex hesterna disputatione perfugium. Vt enim sicui nauiganti, quem prædones insequantur, deus quis dixerit, Eiice te de naui: præstò est qui ex

a q.v.e. alienúmque natura sit,

A cipiat: vel delphinus, vt Arionẽ Methymnæũ, vel equi Pelopis illi Neptunij, qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te, &, quò velis, perferent: omnem omittat timorem: sic vrgentibus asperis & odiosis doloribus, si[b] tanti non sint, vt ferendi sint, quò sit confugiendum, vides. Hæc ferè hoc tempore putaui esse dicenda. sed tu fortasse in sententia permanes. ¶ A. Minimè verò: méque biduo duarum rerum, quas maximè timebam, B spero liberatũ metu. ¶ M. Cras ergo ad clepsydram. sic enim duximus[c]. sed[d] tibi hoc videndum non posse deberi. ¶ A. Ita prorsus. & illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore. ¶ M. Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.

b L. si tanti sint, vt ferendi non sint.

c al. diximus

d L. & tibi hoc videri.

p. cxc.

M. TVLLII CICERONIS TVSCVLANARVM QVÆSTIONVM AD M. BRVTVM, LIBER TERTIVS.

De ægritudine lenienda.

Vidnam esse, Brute, causæ putẽ, cur, cùm constemus ex animo & corpore, corporis curandi, tuendíque causa quæsita[a] sit ars eius, atq; vtilitas, deorũ immortalium inuentioni consecrata: animi autem medicina, nec tam desiderata sit, antequàm inuenta, nec tam culta, posteaquàm cognita est, nec tam multis grata, & probata, pluribus etiam suspecta & inuisa? an quòd corporis grauitatem, & dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus? ita fit, vt animus de se ipse tum iudicet, cùm idipsum, quod[b] iudicat, ægrotet. quòd si taleis nos natura genuisset, vt eam ipsam intueri, & perspicere, eadémque optima duce cursum vitæ conficere possemus: haud erat sanè quòd[c] quisquam rationem, ac doctrinam requireret. nũc *paruulos nobis dedit ignicu-*
los, quos celeriter malis moribus, opinionibúsque de-
prauatis[d] sic restinguimus, vt nusquam naturæ lu-
men appareat. sunt enim ingenijs nostris semina in-
nata virtutum: quæ si adolescere liceret, ipsa nos
ad beatam vitam natura perduceret. nunc autem,
simul atque edita[e] in lucem, & suscepti sumus, in
omni continuò prauitate, & in summa opinionum
peruersitate versamur: vt pane cum lacte nutricis
errorem suxisse videamur. cùm verò parentibus
redditi, id f. est, magistris traditi sumus, tum ea
variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas,
& opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. accedunt
etiam poetæ: qui cùm magnam speciem doctri-
næ, sapientiæque præ se tulerunt, audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhærescunt penitus in mentibus. cùm verò accedit eodem, quasi

a fort. quæsita sit ars, eiúsque vtilitas.

b o.v.e. quo iudicatur, æg. & ita L.

c q.v.e. quod quisquam ratione, & doctrina requiret. hæc L. loquitur enim de philosophiæ arte.

d L. deprauati, sic r. al. deprauatos sic r.

e editi à matre: suscepti à patre.

f L. demum magistris traditi sumus: hæc. & ita o.v.d.

D maximus[f] quidam magister, populus, atque omnis vndique ad vitia cõsentiens multitudo, tum planè inficimur opinionum prauitate, à naturáque ipsa deficimus: vt nobis optimàm naturam inuidisse videantur. qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præstantius honoribus, imperiis, populari gloria iudicauerunt. ad quam fertur optimus quisque, verámque illam honestatem expetens, quamè vnã natura maximè inquirit, in summa inanitate versatur, consectatúrque nullam deminentem[e] effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ. est enim gloria, solida quædam res, & expressa, non adumbrata. est consentiens laus bonorum, incorrupta vox benè iudicantium de excellente virtute. ea virtuti resonat, tamquàm imago gloriæ. quæ quia rectè factorũ plerumq; comes est, nõ est à bonis viris repudianda. Illa auem, quæ se eius imitatricẽ esse vult, temeraria, atq; inconsiderata, E plerumq; peccatorũ, vitiorúmq; laudatrix, ipsa popularis, simulatione honestatis formã eius, pulchritudinémq; corrũpit. qua cæcitate homines, cùm quædam præclara etiam cuperent, eáque nescirent nec vbi, nec qualia essent, funditus alij euerterunt suas ciuitates, alij ipsi occiderunt. atque hi quidem optima petentes, non tam voluntate, quàm cursus errore falluntur. Quid, qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur: quorúmq; ita perturbãtur animi, vt non multùm absint ab insania, quodg; insipientibus cõtingit omnibus, his nulláne est adhibenda cũratio? vtrùm & minùs noceant animi ægrotationes, quàm corporis? an quòd corpora curari possint, animorum nulla medicina sit? At & morbi pernicioſiores, pluréſque sunt animi, quàm corporis. his enim ipſi odioſi sunt, quòd ad animum pertinent: eúmq; sollicitant: *animúsque ager*, vt ait Ennius, *semper erret*, ne

F

e editus à natura, vt ita L.

f fort. tanquã imago vocis quæ q. fert. tanquam imago, sine q. L. sed, imaginem, & Echos gloriæ, quæ refulsit, vt & gloriam virtutis; gloriæ, inquã id explanationi fui, qui in gratulatione. Turneb. 7. aduers. 5. Ferunt loci interpretationi Horatij dicti. 20. vbi ferbus locosam mo us Vatinii imaginem vexillarijs ve ces flauos. Alij exponunt P. cxc. f. Varro. de gloria. Cic. de finib. 2. Gloriam appellari. Ca lumella rem bit. f. ipse quę quod insipie cibus, contra gis his nul h. e. pertinerant eumq; sollicitent

que pati, neque perpeti potest: cupere numquam desinit. quibus duobus morbis (vt omittam alios) ægritudine, & cupiditate, quî tandem possumus in corpore esse grauiores? quî verò probari potest, vt sibi mederi animus non possit, cùm ipse medicinam corporis animus inuenerit, cúmque ad corporum sanationem multùm ipsa corpora, & natura valeat[a], nec omnes, qui se curari passi sunt, continuò etiam conualescant: animi autem: qui se sanari voluerint, præceptisque sapientium paruerint, sine vlla dubitatione sanentur? Est profectò animi medicina, philosophia: cuius auxilium non, vt in corporis morbis, petendum est foris: omnibúsque opibus, viribúsque[b], vt nosmetipsi nobis mederi possimus, elaborandum[c] est. quamquam de vniuersa philosophia, quantopere & expetenda, & colenda esset, satis, vt arbitror, dictum est in Hortensio. de maximis autem rebus nihil ferè intermisimus postea nec disputare, nec scribere. his autem libris ex posita sunt ea, quæ à nobis cum familiaribus nostris in Tusculano erant disputata. Sed quoniam duobus superioribus, de morte, & de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. Vt enim in Academiam nostram descendimus, inclinato iam in postmeridianum[e] tempus die, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. Tum res acta sic est. ¶ A. Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo. ¶ M. Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ[f]? hæc enim ferè sunt eiusmodi, quæ Græci πάθη appellant: ego poteram morbos, & id verbum esse è verbo: sed in consuetudinem nostram non caderet, nam misereri, inuidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant, motus animi rationi non obtemperanteis: nos autem hos eosdem motus concitati animi, recté, vt opinor, perturbationes dixerimus: morbos autem non satis vsitatè: nisi quid aliud tibi videtur. ¶ A. Mihi verò isto modo. ¶ M. hæccine igitur cadere in sapientem putas? ¶ A. Prorsus existimo. ¶ M. Næ ista gloriosa sapientia non[g] magno æstimanda est, si quidem non multùm differt ab insania. ¶ A. Quid? tibi omnísne animi commotio videtur insania? ¶ M. Non mihi quidem soli: sed, id quod admirari sæpe soleo, maioribus quoque nostris hoc ita visum intelligo multis sæculis ante Socratem: à quo hæc omnis, quę est de vita, & moribus, philosophia manauit. ¶ A. Quonam tandem modo? ¶ M. Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem, & morbum, id est, insanitatem, & ægritudinem animi, quam appellarunt insaniam. omnes autem perturbationes animi, morbos philosophi appellant: negántq; stultum quemquam his morbis vacare: qui autem in morbo sunt nostris rebus mentem vacuam, appellarunt insaniam[k], propterea quòd in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit. Nec minùs illud acutè, quòd animi affectionem, lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eándémque demensionem, ex quo intelligendum est, eos, qui hęc rebus nomina posuerunt[l], sensisse hoc idem, quod à Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, *omneis insipienteis esse non sanos*. qui enim animus est in aliquo morbo (morbos autem hos perturbatos[a] motus, vt modò dixi, philosophi appellant (non magis est sanus, quàm id corpus, quod in morbo est. ita fit, vt sapientia, sanitas sit animi: insipientia autem, quasi insanitas quædam, quæ est insania, eadémque dementia. multóque melius hæc notata sunt verbis Latinis, quàm Græcis: quod aliis quoque multis locis reperietur. sed id alias: nunc, quod instat. Totum igitur id, quod quærimus, quid & quale sit, verbi vis ipsa declarat; eos[b] enim sanos intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit. qui contrà affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. itaque nihil melius, quàm quod est in consuetudine sermonis Latini, cùm *exisse*[d] *ex potestate dicimus eos*, qui effrænati feruntur aut libidine, aut iracundia. quamquam ipsa iracundia, libidinis est pars. sic enim definitur *iracundia, vlciscendi libido*. Qui igitur *exisse ex potestate dicuntur*, idcircò dicuntur, quia non sunt in potestate mentis: cui regnum totius animi à natura tributum est. Græci autem μανίαν vnde appellent, non facilè dixerim. eam tamen ipsam distinguimus nos meliùs, quàm illi. hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latiùs, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant. quasi verò atra bili solùm mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore: vel timore, vel dolore moueatur, quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem Orestem furere dicimus. qui ita sit affectus, eum dominum[e] esse rerum suarum vetant duodecim tabulæ. itaque non est scriptum, SI INSANVS, sed, SI FVRIOSVS ESSE INCIPIT[f]. stultitiam[g] enim censuerunt, id[h] est, inconstantiam sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem[i] officiorum, & vitæ communem cultum, atque vsitatum. furorem autem esse ratisunt, *mentis ad omnia cacitatem*, quod cùm maius esse videatur, quàm insania, tamen eiusmodi est, vt furor in sapientem cadere possit, non possit insania. sed hęc alia quæstio est. nos ad propositum reuertamur. Cader[k], opinor, in sapientem ægritudinem tibi dixisti videri. ¶ A. Ego[l] verò ita existimo. ¶ M. Humanum id quidem, quod ita existimas. non enim silice nati sumus. sed[m] est naturale in animis tenerum quiddam, atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur. Nec absurdè Crantor ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis. *Minimè*, inquit, *assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant: quæ nec potest vlla esse, nec debet. Nec ægrotus sim*, inquit: *sed si faciam, sensus adsit, siue sentiatur quid, siue auellatur a corpore. nam*[n] *istud nihil dolere, non sine magna mercede contigit, immanitatis in animo, stoporis in corpore*. Sed videamus ne hæc oratio sit hominum assentantium nostræ imbecillitati, & indulgentium mollitudini nos autem audeamus non solùm ramos amputare miseriarum: sed omneis radicum fibras euellere. tamen aliquid relinquetur fortasse. ita sunt stirpes altæ stultitiæ. sed relinquetur id solum, quod[o] est necessarium. illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri

a πάθη.

b *q. v. c.* eos enim sanos quoniam intelligi necesse est, &c.

c ἐξίστασθαι ἑαυτῆς ἀκράτειν αὐτῆς.

d furiosi ex iisse ex potestate mentis dicuntur: cùm alias in potestate adgnatorum & gentilium sint. vide Ciceronẽ 2. de deinuent. 22. Vlp. 3. l. §. 6. Cod. de curat furios. l. 27. vers. fin autem Cod. de Episcop. audient.*

e proinde, vt antea dixi in curatione alterius sunt*

f *al.* exisse it. x. *ad Herẽnium**

g *al.* insaniã. ita apud Nonium *cap.* 5. *in furor.* 85.*

h *hæc duo* id est *absunt qui-busdam alii ita censuerunt*, inconstantiam, id est sanitate vacantem.*

i *al.* mediocria officia.*

k *sic v. c. fort.* cadere igitur in sap.

l *q. v. c.* Et vero ita exist.

m *al.* sed est natura in animis &c.

n τὸ γὰρ ἀνόδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἀγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ. τὸ δὲ πρὸς ὕδατι γε εἶναι σῶμα τοιοῦτον ἐπὶ ταὐτὸ δὲ ψυχῇ.

o *q. v. c.* quod erit necessariũ. *al.* quod necessarium erit.

non potest, finem miseriarum nullum fore. quamobrem, quoniam cœpimus, tradamus nos ei curandos. sanabimur, si volemus. & progrediar quidem longiùs: non enim de ægritudine solùm, quamquam id quidem primùm, sed de omni animi, vt ego posui, perturbatione, morbo[a], vt Græci volunt, explicabo. Et primò, si placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter adstringere solent argumenta: deinde nostro instituto vagabimur. Qui fortis est, idem est fidens: quoniam CONFIDENS mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum à confidendo, quod laudis est: qui autem est fidens, is profecto non extimescit, discrepat enim à timendo, confidere. atque[b] in quem cadit ægritudo, in eundem timor. quarum enim rerum præsentia sumus in ægritudine, easdem impendenteis, & venienteis timemus. ita fit, vt fortitudini ægritudo repugnet. verisimile est igitur, in quem cadit[c] ægritudo, in eundem cadere timorem. & infractionem quandam animi, & demissionem, in[d] quemque ea cadunt, in eundem cadit, vt seruiat, vt victum se[e] quandoque esse fateatur. quę qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem, & ignauiam. non cadunt autem hæc in virum fortem. igitur ne ægritudo quidem. at nemo sapiens, nisi fortis. non cadet ergo in sapientem ægritudo. præterea necesse est, qui fortis sit, eundem esse magni animi: qui magni animi, inuictum: qui inuictus, eum humanas res despicere, atque infra se positas arbitrari. despicere autem nemo potest eas res, propter quas ægritudine affici potest. ex quo effici tur, fortem virum ægritudine numquam affici, omnes autem sapientes, fortes. non cadit igitur in sapientem ægritudo. & quemadmodum oculus conturbatus[f], non est probè affectus ad suum munus fungendum: & reliquæ partes, totúmve[h] corpus, à statu cùm est motum, deest officio suo, & muneri: sic conturbatus animus, non est aptus ad exsequendũ munus suum. munus autem animi est, ratione bene vti: & sapientis animus, ita semper affectus est, vt ratione optimè vtatur. numquam est igitur perturbatus ac ægritudo, perturbatio est animi, semper igitur ea sapiens vacabit. Verisimile[i] etiam illud est, qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnumquam etiam modestiam. sed hæud scio, an rectè ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Græcos valet: qui frugi homines, χρησίμους appellant, id est tantum modò vtileis ac illud est latius. est[k] enim omnis abstinentia, omnis innocentia, quę apud Græcos vsitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀκακίαν. nam est innocentia, affectio talis animi, quæ noceat nemini. reliquas etiam virtutes frugalitas cõtinet. quę nisi tanta esset, & si iis angustiis, quibus plerique putant, teneretur, numquam esset L. Pisonis cognomen[l] tantopere laudatum. Sèd quia nec qui, propter metum, præsidiũ[m] reliquit, quod est ignauiæ: nec qui, propter auaritiam, clam depositum non reddidit, quod est iniustitiæ: nec qui, propter temeritatem, malè rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet, eò treis virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudẽtiam, frugalitas cõplexa[n] est. etsi hoc quidem commune est virtutum. omnes enim inter se nexæ, & coniugatæ[a] sunt. reliqua igitur, & quarta virtus, vt sit ipsa frugalitas, necesse est. eius enim videtur esse proprium, motus animi appetentis regere, & sedare, sempérque aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiam. cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas, vt opinor, à fruge: quia nihil melius è terra oritur. nequitia ab eo, (etsi hoc erit fortasse durius: sed tentemus[b], & fuisse putemur, si nil sit) ab eo, quod nequidquam[c] est in tali homine: ex quo idem, nihili dicitur. qui sit frugi igitur, vel si mauis, moderatus, & temperans, eum necesse est esse constantem, qui autem constans, quietum: qui quietus, perturbatione omni vacuum: ergo etiam ægritudine. & sunt illa sapientis. aberit igitur à sapiente ægritudo. itaque non inscitè Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum Achilles queritur, hoc, vt opinor, modo,

Córque[d] meum penitus turgescit tristibus iris,
Cùm decore, atque omni me orbarum laude recordor.

Num manus affecta rectè est, cùm in tumore est? aut[e] num aliquod quoppiam membrum tumidum, ac turgidum, non vitiosè se habet? sic igitur inflatus, & tumens animus, in vitio est. sapientis autem animus, semper vacat vitio, numquam turgescit, numquam tumet. at iratus animus, eiusmodi est: numquam igitur sapiens irascitur. nam si irascitur, etiam concupiscit. proprium est enim irati, cupere, à quo læsus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere. qui autem id concupierit, eum necesse est, si id consecutus sit, magnopere lætari. ex quo fit, vt alieno malo gaudeat. quod quoniã non cadit in sapiẽtem, ne vt irascatur quidem cadit. si autem caderet in sapientem ęgritudo, caderet etiam iracundia. qua quoniam vacat, ægritudine etiam vacabit. etenim si sapiens in ægritudinẽ incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidentiam: non dixi in inuidiam, quę tum est, cùm inuidetur: ab inuidendo autem inuidentia rectè dici potest, vt effugiamus ambiguũ nomen inuidiæ: quod verbum ductum est à nimis intuendo fortunam alterius, vt est in Menalippo[f],

Florem quisnam liberũm inuidit meum?

malè Latinè videtur. sed præclarè Accius. vt enim videre, sic inuidere florem rectiùs, quàm flori dicitur. nos consuetudine prohibemur: poeta ius suum tenuit, & dixit audaciùs. Cadit igitur in eundem & misereri, & inuidere. nam qui dolet rebus alicuius aduersis, idem alicuius etiam secundis dolet: vt Theophrastus interitum deplorans Callisthenis, sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit Callisthenem[h] incidisse in hominem summa potentia, summáque fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis vti conueniret. Atqui quemadmodum misericordia, ægritudo est ex alterius[g] reb[o] aduersis: sic inuidẽtia, ægritudo est ex alterius rebus secundis. in quę igitur cadit misereri, in eundem etiam inuidere. non cadit autem inuidere in sapientem: ergo ne misereri quidem. quòd si hoc ægre ferre sapiens soleret, misereri etiam soleret. abest ergo à sapiente ægritudo. Hæc sic dicuntur à Stoicis, concluduntúrque contortiùs. sed latiùs aliquanto dicenda sunt, & diffusiùs: sen-

a al. vt Græci volunt, morbo, explicabo.

b al. atqui*

c v. c. cadat

d v. c. quæ in quem cadũt, in eund. & ita L.

e L. aliquando esse se fateatur. | al. si quando.*

B. P.

f Conturbatus oculus, qui caligat, qui cõfusius videt. laborãcq. ophthalmia. vide Turneb. 2. aduer. 6.*.

g περὶ τ' ὑπερβεν.

h fort. totúmque corp.

i q. v. c. Veri etiam simile

k al. omnem enim abstinentiam, omnem innocentiam, ita legendum monet Turneb. 2. aduer. 6. idque vitandi solœcismi causa.*

P. CXCIIII.

l L. Piso Frugi de quo in Bra*

m vide leges ff. de re militi.*

n sic v. c. vulg. quidam amplexa est.

a L. & ingeniæ sunt. | al. Nonius cap. 2. integrum 230.*

b al. temperius laudet. | al. tenerius laudet. | al. putemur. | al. tenerius putemur. | al. tenerius si illum quæ deliceret.*

c fort. nec quisquam est. & ita L. | al. nec quisquam. | al. quisquam.*

d ἀλλ' ἐπὶ τοῖς Ἀλκίμοις ἐπιβρίθει, κεφαλὴ δὲ ἐπὶ στήθεσσι βαρύνεται ἀκαμάτοιο. Ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐκάκυνται, κεφαλὴ δὲ ἐπὶ στήθεσσι βαρύνεται ἀκαμάτοιο.

e Μὴ ἐπὶ τοῖς ἐκάκυνται, ἐπὶ δὲ ἐπὶ στήθεσσι βαρύνεται ἀκαμάτοιο. Ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐκάκυνται, κεφαλὴ δὲ ἐπὶ στήθεσσι βαρύνεται ἀκαμάτοιο.

f Mss. leni. Accii versus apud Nonium sic se habet. Florem quisnam liberũm inuidit meum? Inuidendum legendi, quis inuidit florem liberũm meum?*

g Accius.

h de Callisthene Plutarchus in Alexandro.

i Vide Turneb. 2. aduer. 6.*

tentiis tamen vtendum est eorum potissimum, qui maximè forti, & vt ita dicam, virili vtuntur ratione, atque sententia. nam Peripatetici, familiares nostri, quibus nihil est vberius, nihil eruditius, nihil grauius, mediocritatem [a] vel perturbationum, vel morborum animi, nihil non sanè probant. omne enim malum, etiam mediocre, magnum est. nos autem id agimus, vt id in sapiente nullum sit omnino. nam vt corpus, etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est: sic [b], si in animo est ista mediocritas, caret sanitate. itaque præclarè nostri, vt alia multa, molestiam, sollicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominauerunt. hoc propemodum verbo Græci omnem animi perturbationem appellant. vocant enim πάθος, id est, morbum, quicumque est motus in animo turbidus. nos meliùs. ægris enim corporibus simillima est animi ægritudo. at non similis ægrotationis est libido, non immoderata lætitia, quæ est voluptas animi elata, & gestiens. ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quam quam ægritudini est finitimus, sed propriè, vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo, nomen habet non seiunctum à dolore. doloris igitur huius origo nobis explicanda est, id est, causa efficiens ægritudinem in animo, tam quam ægrotationem in corpore. nam, vt medici, causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant: sic nos, causa ægritudinis reperta, medendi facultatem reperiemus. Est igitur causa omnis in opinione, nec verò ægritudinis solùm, sed etiam reliquarum omnium perturbationum: quæ sunt genere quattuor, partibus plures. nam cùm omnis perturbatio sit animi motus vel rationis expers, vel rationem aspernans, vel rationi non obediens, ísque motus aut boni, aut mali opinione citetur [c]: bifariam quattuor perturbationes æqualiter distributæ sunt. nam duæ sunt ex opinione boni: quarum altera, voluptas gestiens, id est, præter modum elata lætitia, opinione præsentis magni alicuius boni: altera, vel cupiditas rectè, vel libido dici potest: quæ est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans. ergo hæc duo genera, voluptas gestiens, & libido, bonorum opinione turbantur, vt duo reliqua, metus & ægritudo, malorum. nam & metus, opinio magni mali impendentis, & ægritudo, est opinio magni mali præsentis: & quidem recens opinio talis mali, vt [e] in eo rectum videatur esse angi: id autem est, vt is, qui doleat, oportere opinetur se dolere. his autem perturbationibus, quas [f] in vita hominum stultitia quasi [g] quasdã immittit, furias, atq; incitat, omnibus viribus, atque opibus repugnandum est, si volumus hoc, quod datum est vitæ, tranquillè, placidéque traducere. sed [h] cæteras aliàs: nunc ægritudinem si possumus, depellamus. id enim sit propositum: quandoquidem eam tu videri tibi in sapientem cadere dixisti. quod ego nullo modo existimo. tætra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione velis, vt ita dicam, remísque fugienda. qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam à socero Oenomao rege Hippodamiam raptis nactus [i] nuptiis? Iouis iste quidem pronepos, támne ergo abiectus, tám; fractus?

A *Nolite [a] (inquit) hospites, adire ad me illico [c] istic*
Ne contagio mea bouis, vmbrave obsit:
Tanta vis sceleris in corpore hæret.

Tu te Thyesta, damnabis, orbabísque luce propter vim sceleris alieni? quid [d] illum filium solis nónne patris ipsius luce indignum putas?

Refugêre oculi: corpus macie extabuit:
Lacryma [e] per edurè humore exsangueis genas:
Si tu nidoris barba pædore horrida,
Atque intonsa infuscat pectus: illuuie scabrum.

B Hæc mala, ô stultissime Ætaë, ipse tibi addidisti. non [h] erant in iis, quæ tibi casus inuexerat, & quidem inueterato malo, cum [i] tumor animo resedisset. est autem ægritudo, vt docebo, in opinione mali recentis. sed mæres videlicet regni desiderio, non filiæ. illam enim oderas, & iure fortasse. regno non æquo animo carebas. est autem impudens luctus mœrore se conficientis, quòd imperare non liceat liberis. Dionysius [k] quidem tyrannus, Syracusiis expulsus, Corinthi [l] pueros docebat. vsque eò imperio carere non poterat. Tarquinio verò quid impudentius, qui bellum gereret cum iis, qui eius non tulerant superbiam? is, cùm restitui in regnum nec Veientium, nec Latinorum armis potuisset, Cumas se contulisse dicitur, ínque ea vrbe senio, & ægritudine esse cõfectus. Hoc tu igitur censes sapienti accidere posse, vt ægritudine opprimatur, id est, miseria nam cum omnis perturbatio, miseria [m] est, tum carnificina est. ægritudo, habet ardorem libido, leuitatem lætitia gestiens, humilitatem metus: sed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem [n], fœditatem: lacerat, exest animum, planéque conficit. hanc nisi exuimus sic, vt abiiciamus, miseria carere non possumus. At hoc quidem perspicuum est, tum ægritudinem exsistere, cùm quid ita visum sit, vt magnum quoddam malum adesse & vrgere videatur. Epicuro autem placet, opinionem [o] mali, ægritudinem esse natura, vt quicumque intueatur in aliquod maius malum, si id sibi accidisse opinetur, sit continuò in ægritudine. Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici censent, sed inspérato, nec[p] opinato malo. est id quidem non mediocre ad ægritudinem augendam. videntur enim omnia repentina grauiora. ex hoc & illa iure laudantur:

F *Ego [q], cùm genui, tum moriturum [r] sciui, & ei rei fuí sti.*
Prætereà [s] ad Troiam cùm misi ad [t] defendendam Græciam,
[u] Sciham me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longè antè videris. itaque apud Eutipidem à Theseo dicta laudantur, licet enim, vt sæpe facimus, in Latinum illa conuertere.

G *Nam [x] qui hæc audita à docto meminíssem viro*
Futuras mecum commentabar miserias.
Aut mortem acerbam, aut exilij mœstam fugã
Aut semper aliquam molem meditabar mali:
Vt siqua inuecta diritas [y] casu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens [z].

H

a al. mediocritates
b o.v.c. sic in animo ista mediocritas caret sanitate. & ita L.
p. 8.
c al. concite tur.
d fort. opinatus fuerit mali boni.
e fort. vt eo rectum vid. f L. quas in vitam
g o.v.c. quasi qualem furias immittit aliquis.
h o.v.c. sed cætera alias:
1 Vsus ex Attii Atrei. Alii ita legunt & faciũt trimetr. nolite hospites, Adire ad me: illico istic, ne contagio mea bouis vmbrã ue obsit: vis tanta sceleris in corpore hæret. Cæterum. vt Thyestes grauí dolore oppressus iubet omnes secedere. Ita Oedipus apud Sophoclem miseriis plurimis oppressus iubet ad se adire Thebanos.*
b L. ad me illico istic.
c citatur libro 3. de oratore.*
d al. quid? Aeta filiũ solis.*
e al. Lacrymis; hument exangues genæ situ liuentes. al. Lacrymæ perdidere humorẽ.* f sic Plautus Peredíam vt & bibesiam finxit, vt significaret cupiditatem bibendi. Festus in Peredíã.
g o.v.c. tota ipse tibi
h o.v.c. non in erant in iis, & ita L.
i o.v.c. cùm tumor animi resedisset. & ita L.
k Idem Iustinus 21. & Valer. vlt.*
l Hinc prouerbium: Dionysius Corinthi Laertius 3. in Plat. 9. ad Atticũ 11.* m al. misera.
n al. afflictationem.
o al. opinione, mali ægritudinem esse, non natura. ita Manutius. Vrsinus verò ita opinione mali ægritudinem esse natam.*
p L. & nec opinato malo o.v.c.
q Idem versus Telamonis tribuitur infra.*

r o.v.c. morituros
s al. Prætereà tum ad & ci.*
t o.v.c. ob defendendam Gr. & ita L.
u al. Sciebam.
x Ἐγὼ δὲ ταῦτ' ἐκ σοφοῦ τινὸς μαθὼν, Εἰς φρενῶν ἔδρας νοῦν, συμφορᾶς τ' ἐβαλλόμην, Φυγάς τ' ἐμαυτῷ προσγενεῖς παρῃνεσ' ἐμέ, Θανάτους τ' ἀόρατους, καὶ κακῶν ἀλλαγὰς ὅτ' ἐς, Ὡς εἴπ' τις ἐξαίφνης ἐμὲ ἐδδέξαιτ' ἄν ποτε, Μή μοι νεκρὸν πρόσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.
y sic lib. de senect. Quanta in altero diritas adde Nonũ 1. c. 1. in diritãs & diritũmũ.
z fort. recepso.

Quod autem Theseus à docto viro se audisse dicit, id de se ipso loquitur Euripides. fuerat enim auditor Anaxagoræ: quem ferunt, nuntiata morte filij, dixisse, *Sciebam me genuisse mortalem.* quæ vox declarat, iis esse hæc acerba, à quibus non fuerint cogitata. ergo id quidem non [a] est dubium, quin omnia, quæ mala putantur, sint improuisa grauiora. itaque quamquam non hæc vna res efficit maximam ægritudinem: tamen, quoniam multùm potest prouisio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata. & nimirum hæc est illa præstans, & diuina sapientia, perceptas penitus, & pertractatas humanas res habere: nihil admirari, cùm acciderit, nihil, antequàm euenerit, non euenire posse arbitrari.

Quamobrẽ omneis, cùm secunda res sunt maxime,
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant:
Pericla, damna, exsilia, peregre rediens semper cogitet,
Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ:
Communia esse hæc: fieri posse: vt ne quid animo sit nouum:
Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

Ergo hoc Terentius à philosophia [b] sumtum [c] cùm tam commodè dixerit, nos, è quorum fontibus id hausti est, non & dicemus hoc melius, & constantius? sentiemus? hic [d] est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem vultu [e] semper se vidisse exeuntem illum domo, & reuertentem. nec verò ea frons erat, quæ M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius: sed tranquilla, & serena. sic enim accepimus. iure autem erat semper idem vultus, cùm mentis, à qua is fingitur, nulla fieret mutatio. Quare accipio equidem à Cyrenaicis hæc arma contra casus, & euentus, quibus eorum aduenienteis impetus diuturna præmeditatione frangantur: simúlque iudico, malum illud, opinionis esse, non naturæ. si enim in re essent [f], cur fierent prouisa leuiora? sed est, iisdem de rebus quod dici possit subtiliùs, si priùs Epicuri sententiam viderimus: qui censet, necesse esse omneis in ægritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur, siue illa antè prouisa, & exspectata sint, siue inueterauerint. nam neque vetustate minui mala, nec fieri præmeditata, leuiora: stultámque etiam esse meditationem futuri mali, aut fortasse ne futuri quidem: satis esse odiosum malum omne, cùm venisset: qui autem semper cogitauisset, accidere posse aliquid aduersi, ei fieri illud sempiternum malum: si verò ne futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam voluntariam: ita semper angi, aut accipiendo, aut cogitando malo. leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas voluptates. parêre enim censet animum rationi posse, &, quò illa ducat, sequi, vetat igitur ratio intueri molestias: abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miseries cõtemplandas: à quibus cùm cecinit & receptui, impellit rursum, & incitat ad conspiciendas, totáque mente contrectandas varias voluptates. quibus ille & præteritarum memoria, & spe consequentium, sapientis vitam refertam putat. Hæc nostro more nos diximus. Epicurei dicunt suo. sed, quæ dicant, videamus [a] quo modo negligamus. Principio malè reprehendunt præmeditationem rerum futurarum. nihil est enim, quod tam obtundat, eleuétque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse, quod accidere non possit: quàm meditatio conditionis humanæ: quàm vitæ lex, commentatióque parendi: quæ non hoc affert, vt semper mœreamus, sed vt numquam. neque enim qui rerum naturam, qui vitæ varietatem, qui imbecillitatem generis humani cogitat, mœret cùm hæc cogitat, sed tum vel maximè sapientia fungitur munere. vtrumque enim consequitur, vt & considerandis rebus humanis proprio philosophiæ fruatur [b] officio, & aduersis casibus triplici consolatione sanetur: primùm, quòd posse accidere diu cogitauerit, quæ cogitatio vna maximè molestias omneis extenuat, & [c] diluit: deinde, quòd [d] humana ferenda intelligit: postremo, quòd videt nullum malum esse, nisi culpam, culpam autem nullam esse, cùm id, quod ab homine non potuerit præstari, euenerit. Nam reuocatio [e] illa, quam affert, cùm à contuendis nos malis auocat, nulla est. non [f] est enim in nostra potestate, fodicantibus [g] iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio, vel obliuio, lacerant, vexant, stimulos admouent, igneis adhibent, respirare non sinunt. Et tu obliuisci iubes, quod contra naturam est? quod à natura datum est auxilium, extorques, inueterati doloris? est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas, & dies. iubes me bona cogitare, obliuisci malorum. diceres aliquid, & magno quidem philosopho dignum, si ea bona sentires esse, quæ essent homine dignissima. Pythagoras mihi sic diceret, aut Socrates, aut Plato: Quid iaces? aut quid mæres? aut cur succumbis, cedísque fortunæ? quæ [h] peruellere te forsitan potuerit, & pungere: non potuerit certè vireis frangere: magna vis est in virtutibus. eas excita, si fortè dormiunt. iam tibi aderit princeps FORTITVDO, quæ te animo tanto esse coget, vt omnia, quæ possint homini euenire, contemnas & pro nihilo putes. aderit TEMPERANTIA, quæ est eadem moderatio: à me quidem paullo antè appellata frugalitas: quæ te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur. Quid est autem nequius, aut turpius effœminato viro? ne IVSTITIA quidem sinet ista facere, cui minimum esse videtur in hac causa loci. quæ tamen ita dicet, dupliciter. esse te iniustum, cùm & alienum appetas, qui mortalis natus, conditionem postules immortalium, & grauiter feras, te, quòd [i] vtendum acceperis, reddidisse. PRVDENTIAE verò quid respondebis, dicenti virtute se esse contentam, quo modo ad bene viuendum, sic & ad beatè? quæ si extrinsecus religata pendeat, & non oriatur ex [k] se, & rursus ad se reuertatur, & omnia sua complexa nihil quærat aliunde: non intelligo, cur aut verbis tam vehementer ornanda, aut re tantopere expetenda videatur. Ad hæc bona me si reuocas, Epicure, pareo, sequor, vtor te ipso duce, obliuiscor etiam malorum, vt iubes, eóque facilius, quòd ea ne in malis quidem ponenda censeo. sed traducis cogitationes meas ad voluptates. quas? corporis, eas, do, aut quæ propter corpus vel recordatione, vel spe

a P. CXCVII. a o. v. c. non dubiũ, quin om. & c. & ita E.

b al. è philos.

c legunt alii sumtum tam commodè dixerit.

d al. hinc est

e vultu, abest ab o. v. c. nec agnoscit E.

f al. esset,

g ἐπήμενα τὸ ἀπαλλαττόν.

a L. videamus, quo modo negligamus. P. CXCVII.

b L. fungatur officij.

c Q. v. c. & diluit: hæc delet uit. d al. quod humanæ ferenda intelligit. e fort. auocatio illa. f citatur hic locus à Nonio cap. 2. de Fodicare, &c. g Fodicare est fodere. Nonius de re.

h al. quæ te peruellere fortitudo p.

i Lucret. vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu vita.

k v. cæli.

vel spe cogitentur. numquid est aliud? recténe interpretor sententiam tuam? solent enim isti negare nos intelligere, quid dicat Epicurus, hoc dicit. & hoc ille Græculus[a], me audiente, Athenis senex Zeno, istorum acutissimus, contendere, & magna voce dicere solebat: EVM b esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confiderétque se fruiturum aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interueniente: aut si interueniret, si summus foret, futurum breuem, si productior, plus habiturum iucundi, quàm mali: hæc cogitantem fore beatum, præsertim si antè[c] præceptis bonis contentus esset, nec deos extimesceret. Habes formam[d] Epicuri vitæ beatæ, verbis Zenonis expressam, nihil vt possit negari. Quid ergo? huiúsne vitę propositio, & cogitatio aut Thyestem[e] leuare poterit, aut Ætam, de quo paullo antè dixi, aut Telamonem, pulsum patria, exsulantem, atque egentem? in quo hæc admiratio fiebat:

Hiccine[f] est Telamon ille, modò quem gloria ad cælum extulit?
Quem[h] spectabant? cuius ob os Graij ora obuertebant sua.

Quòd si cui, vt ait idem, simul[i] animus cum re cóncidit, à grauibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis, quam enim isti bonorum copiam dicunt? fac sanè summum bonum esse, non dolere, quamquam id non vocatur voluptas. sed non necesse est nunc omnia: ísne est, quò traducti luctum leuemus? sit sanè summum malum, dolere. in eo igitur qui non est, si malo careat, continuóne fruitur summo bono? quid tergiuersamur[k], Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam cu idem, cùm ol perfrucisti, soles dicere? sunt hæc tua verba, nécne? in eo quidem libro, qui continet omnem disciplinam tuam (fungar enim iam interpretis munere, nequis me putet fingere) dicis hæc. *Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur, detrahens eas etiam, quæ auditu, & cantibus: detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis, suaues motiones, siue quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet è sensu. Nec verò ita dici potest, mētis lætitiam solam esse in bonis. lætantem enim mentem ita noui, spe eorum omnium, quæ suprà dixi, fore vt natura in potiens, dolore careat.* Atque hæc quidem his verbis, quibus vt intelligat, quam voluptatem noster Epicurus. deinde paullo infrà, SAEPE QVAESTVI (inquit) ex iis, qui appellantur sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent, nisi vellent voces inanes fundere. nihil ab his potui cognoscere: qui si virtutes ebullire[m] volent, & sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam[n], qua efficiantur eæ voluptates, quas suprà dixi. Quæ sequuntur, in[o] eâdem sententia sunt: totúsque liber, qui est de summo bono, refertus & sententiis, & verbis talibus est. Ad hancéne igitur vitam Telamonem illum reuocabis, vt lenes ægritudinem[p] & siquem tuorum afflictum mœrore videris, huic acipenserē potiùs, quàm aliquem Socraticum libellum dabis? αὐλάν[q] hortabere vt audiat voces potiùs, quàm Platonis? expones, quæ spectet florida, & varia? fasciculum ad nareis admouebis? incendes odores? & serti redimiri iubebis, & rosa? Si verò aliquid etiam: tum planè luctum omnem absterseris? Hæc Epicuro confitenda sunt, aut ea, quę modò expressa ad verbum dixi, tollenda de libro, vel totus liber potiùs abiiciendus. est enim confertus voluptatibus. quærendum igitur, quemadmodum ægritudine priuemus eũ, qui ita dicat:

--pol mihi fortuna magis nunc defit, quàm genut.
Namque regnum suppetebat mihi: vt scias quanto è loco,
Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna occidat[a].

Quid? huic calix mulsi impingendus est, vt plorare desinat, aut aliquid eiusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta:

Ex opibus summis opis egens Hector[b] *tuæ.*

Huic subuenire debemus. quærit enim auxilium.

Quid petam præsidi, aut exsequar? quóue nunc auxilio[c]*, aut fuga*
Freta simi[d] *arce, & vrbe orba sum. quò accedam? quò applicem,*
Cui nec ara patria domi stant: fractæ, & disiectæ iacent:
Fana flamma deflagrata: tosti alti stant parietes.
Deformatis[e] *atque abiete crispa.*

Scis, quæ sequantur, & illud in primis,

O patria, ò Priami domus,
Sæptum altisono cardine templum:
Vidi ego te, adstante ope barbarica,
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore[f] *instructam regificè.*

O poetam egregium! quam quam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. sentit omnia repentina, & [g] inopinata esse grauiora. exaggeratis igitur regis[h] opibus, quę videbantur sempiternæ fore, quid adiungit?

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euita ik,
Iouis aram sanguine turpari[l].

Præclarum carmen. est enim & rebus, & verbis, & modis lugubre. eripiamus huic ægritudinem. quomodo? collocemus in[m] culcitra plumea: psaltriam adducamus: cedrum[n] incendamus: demus scutellam dulciculæ potionis: aliquid prouideamus[o] & cibi. Hæc tandem bona sunt, quibus ægritudines grauissimæ detrahantur? tu enim paullo antè ne[p] intelligere te quidem alia bona dicebas. reuocari igitur oportere à mœrore ad cogitationem bonorum, conueniret mihi cum Epicuro, si, quid esset bonum, cõueniret. Dicet aliquis: Quid[q]? ergo tu Epicurum existimas ista voluisse, aut libidinosas eius fuisse sententias? Ego verò mi nimé. video enim ab eo dici multa seuerè, multa præclaré. Itaque, vt sæpe dixi, de acumine eius agitur, non de moribus. quamuis sperat voluptates eas, quas modò laudauit: ego tamen meminero, quod videatur ei summum bonum. non enim verbo solum posuit voluptatem, sed explanauit quid diceret. *Saporem*, inquit, *& corporum complexum, & ludos, atque cantus, & formas eas, quibus oculi iucunde mouean tur.* Nũ fingo? nũ mētior? cupío refelli. quid enim laboro, nisi vt veritas in omni quæstione explicetur? At idē ait, nō crescere voluptatē dolore detracto: summámq; voluptatē[r], nihil dolere. Paucis verbis magna tria peccata: vnũ, qd secũ ipse pugnat. modo enī, ne suspicari quidē se quidquā bonũ, nisi sensus quasi[t] titillarentur voluptate. nunc autem, summam voluptatem esse, dolore carere. potéstne magis secum ipse

P. C C.

a *al.* accidat

b *legunt alii* Hecuba.*

c *al.* exilio.*
d citatur libro de oratore pers. 60 vt versus Ennianus*
e *al.* de forma ti auro atque abiete crispa.*
f *al.* eboréque instructum regifice.*
g L. & nec opinata. & ita c.
h *al.* regiis.*
i *al.* fore adiungitur.*
k euitare hîc est vita tollere. c. *Lipsius Antilog. 11.*
l Ita Nonius in Turpari cap. 2.*
m *al.* culcita. & ita Nonius cap. 24. *in Culcita, citans hunc locum.*

P. B.

cum Festus Culcitam appellatam esse ait, quod tomento inculcetur.*
n *alii*, hedichrum, *medosc.* ‖ *al.* cedrũ acrhymũ *Ita Plinius quia eãdem materiã eam lectionem Homeri versus Odyss. 5.**
o L. videamus & cibi. ‖ Ita Priscianus libro 2.*
p *fort.* ne intelligere qui dem te alia.
q *al.* Quid ergo? tu Ep.
r *fort.* esse voluptatem.
s *al.* qua fit. hilaretur voluptate. Eaque voce vtitur Cicero 2. de finibus, in voluptate. Epicurea distinguenda. adde Nonium. c. 2. *in hilarg tur.* 407.*

pugnare? alterum est peccatum, quòd, cùm in natura tria sint: vnum, gaudere: alterum, dolere: tertium, nec gaudere, nec dolere: hic putat primum, & tertium idem esse, nec distinguit à non dolendo voluptatem tertium peccatum commune cum quibusdam, quòd, cùm virtus maximè expetatur, eiúsque adipiscendæ causa philosophia quæsita sit, ille à virtute summum bonum seiunxerit. At laudat, & sæpe, virtutem. Et quidem C. Gracchus, cùm largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium. verbis tamen defendebat ærarium. Quid verba audiam, cùm facta videā? Piso ille[a] frugi[b], semper contra legem frumentariam dixerat. is lege lata consularis ad frumentum accipiendū venerat. animaduertit Gracchus in concione Pisonem stantem. quærit audiente pop. Rom. quí sibi constet, cùm ea lege frumentum petat, quam disiuaserat. Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim diuidere liceat: sed si facias, partem petam. Patúmne declarauit vir grauis, & sapiens, lege [c] Sempronia patrimonium publicum dissipari? Lege orationes Gracchi: patronum ærarii esse dices. Negat[d] Epicurus iucundè posse viui, nisi cum virtute viuatur: negat vllam in sapientem vim esse fortunę tenuem victum antefert copioso: negat vllum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. omnia philosopho digna, sed cum voluptate pugnantia. Non istam dicit voluptatem. Dicat quam libet. nēpe eā dicit, in qua virtutis nulla pars sit. Agè, si voluptatē nō intelligimus ne dolorē quidem. Nego igitur eius esse, qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere virtutis. Et[e] conqueruntur quidam Epicurei, viri optimi (nam nullum genus est minùs malitiosum) me studiosè dicere contra Epicurum. Ita credo, de honore, aut de dignitate contendimus. mihi [f] summum in animo bonum videtur, illi autem in corpore: mihi in virtute, illi in voluptate & illi pugnant: & quidam vicinorum fidem implorant. multi autem sunt, qui statim conuolent. ego sum is, qui dicam me non laborare, actum [g] habiturum quod egerint. quid enim? de bello Punico agitur? de quo ipso cùm aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla inter eos concertatio vmquam fuit. hi nimis iracundè agunt, præsertim cùm ab his non sanè animosè defendatur sententia, pro qua non in senatu, non in concione, non apud exercitum, neque apud censores dicere audeant: sed cum istis alias, & eo quidem animo, nullum vt certamen instituam: verùm dicentibus facilè cedam. tantùm admonebo: si maximè verum sit, ad corpus omnia referre sapientem: siue vt honestiùs dicam, nihil facere, nisi quod expediat: siue omnia referre ad vtilitatem suam: quoniam hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, glorioſè loqui desinant. Cyrenaicorum restat sententia, qui tum ægritudinem censent exsistere, si nec opinatò quid euenerit. est id quidem magnum, vt suprà dixi. etiam Chrysippo ita videri scio, quod prouisum antè non sit, id fieri [h] vehementius, sed non sunt in hoc omnia: quamquam hostium repens aduentus magis aliquanto conturbat, quàm expectatus: & maris subita tempestas, quàm antè prouisa terret nauigantes vehementiùs: & eiusmodi sunt pleraque. sed cùm diligenter nec opinatorum naturam consideres, nihil aliud reperias, nisi omnia subita videri maiora: & quidem ob duas causas: primùm, quòd, quanta sint quæ ácciderunt, considerandi spatium non datur: deinde[a] cùm videtur præcaueri potuisse, si prouisum esset, quasi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. quod ita esse dies declarat: quæ procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisq; tollatur. Karthaginienses multi Romæ seruierunt. Macedones rege Perse capto. vidi etiam in Peloponneso, cùm essem adolescens, quosdam Corinthios. hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare:

Hæc[b] *omnia vidi*

Sed[c] & iam decantauerant fortasse. eo enim erant vultu, oratione[d], omni reliquo motu, & statu, vt eos Argiuos, aut Sicyonios diceres: magisque me mouerant Corinthi subitò adspectæ parietum[e] ruinæ, quàm ipsos [f] Corinthios: quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Legimus librum Clitomachi, quem ille euersa Karthagine misit consolandi causa ad captiuos ciueis suos, in eo est disputatio scripta Carneadis: quam se ait in commentarium retulisse. cùm ita positum esset videri fore in ægritudine sapientem, patria capta, quæ Carneades contra dixerit, scripta sunt. Tanta igitur calamitatis præsentis adhibetur à philosopho medicina, quanta inueteratæ ne desideratur quidem. nec si aliquot annis pòst idem ille liber captiuis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus. sensim[h] enim, & pedetentim progrediēs extenuatur dolor: non quo ipsa res immutari soleat, aut possit, sed id, quod ratio debuerat, vsus docet, minora esse ea, quæ sint visa maiora. Quid ergo opus est, dicet aliquis ratione aut omnino consolatione vllai, qua solemus vti, cùm leuare dolorem mœrentium volumus? hæc enim ferè tum habemus in promtu, nihil oportere in opinatum videri. Atqui ktolerabilius[l] feret incommodum, qui cognouerit, necesse esse id homini tale aliquid accidere. hæc enim oratio de ipsa summa mali nihil detrahit: tantum modò affert, nihil euenisse, quod non opinandum fuisset. neque tamen genus id orationis in consolando non valet: sed id haud sciam an plurimū. ergo ista nec opinata non habent tātam vim, vt ægritudo ex his omnis oriatur. feriunt enim fortasse grauiùs: non id efficiunt, vt ea, quæ accidant, maiora[m] videantur. quia recentia sunt[n], videtur non quia repentina. duplex est igitur ratio veri reperiendi, nō in iis solùm, quæ mala, sed in iis etiam, quæ bona videntur. nam aut de ipsius rei natura, qualis, & quanta sit, quærimus, vt de paupertate nonnumquam, cuius onus disputando leuamus, docentes, quàm parua, & quàm pauca sint, quę natura desideret: aut à disputādi subtilitate orationem ad exempla traducimus, hîc Socrates commemoratur, hîc Diogenes, hîc Cæcilianum illud.

Sæpe est etiam sub pauliolo sordido sapientia.

Cùm. n. paupertatis vna, eadémq; sit vis. quidnam dici potest, quamobrēC. Fabricio tolerabilis ea fuerit, alii negēt se ferre posse? huic igitur alteri generi similis est ea ratio cōsolandi, quæ docet humana esse quæ acciderint. nō enim solū id cōtinet ea disputatio, vt cognitionē afferat generis humani. sed significat, tolerabilia esse, quę & tulerint, & ferāt ceteri. De paupertate igitur multi patientes pauperes cōmemorantur.

a L. Frugi, b cuius cognomen laudatum ait tā topere supra.*

c Lex hæc Sempronia quæ & Agraria à T. & Caio Gracchis Sempronii lata.*

d Eadem sententia multis locis repetitur apud Ciceronem de qua dixi. 13. famil. 19. & libro 1. de finibus. vide Laert. in Epicuro. *

e I. & quæruntur quidē

f fort. mihi summum in animo bonum positum videtur.

P. B.

g L. ratum habiturum quod eger.

h L. id ferire vehemētius, pro Rimini.*

a al. deinde quod videtur, &c. al. deinde quo niam vid. P. CC. ll

b Verba repete paulo ante.*

c L. Sed iam decantauer. d fort. oratu e L. parietinæ, & ita vs. f Virg. ipsi Corinthi.* g qui patria lingua Athenæ bal. videlicet in illa Andromacha.*

h hoc est leuata & tarda ratione. Nonius. in pedetentim. 439

i vt illa. & k al. aut qui toll. ferec. inc. 2. cog. necesse est ei hom. tale aliquid accidere?

P. B.

l L. tolerabilius fi.

m L. maiora videantur. fort. quia recentia sunt. n Pro nō quia repentina. Fortasse maiora videntur.

rantur. De contemnendo honore: multi inhonorati proferuntur, & quidem propter id ipsum beatiores: eorúmque, qui priuatum otium negotiis publicis antetulerunt, nominatim vita laudatur: nec siletur illud potentissimi regis anapæstum[a], qui[b] laudat senem, & fortunatum esse dicit, quòd inglorius sit, atque ignobilis ad supremum diem peruenturus. similiter commemorandis exemplis, orbitates quoque liberorum prædicantur, eorúmque, qui grauiùs ferunt, luctus, aliorum exemplis leniuntur. sic perpessio ceterorum facit, vt ea, quæ acciderint, multo minora, quàm quanta sint existimata, videantur, ita fit sensim cogitatibus, vt quantú sit emẽtita opinio, appareat. atque hoc idem & Telamon [c] ille declarat,

Ego cum[d] genui, moriturum sciui: & Theseus,
Futuras mecum commentabar miserias.

& Anaxagoras, Sciebam me genuisse mortalem. Hi enim omnes diu cogitantes de rebus humanis, intelligebant, eas nequaquam pro opinione vulgi esse extimescendas. & mihi quidem videtur idem ferè accidere iis, qui antè meditãtur, quod iis, quibus medetur dies: nisi quòd ratio quædam sanat illos, hos ipsa natura, intellecto eo, quod remedium illud continet, malũ, quod opinatũ sit esse maximum, nequaquam esse tantum, vt vitam beatam possit euertere. hoc igitur efficitur, vt ex illo necopinato plaga maior sit, non vt illi putant, vt, cùm duobus pares casus euenerint, is modò ægritudine afficiatur. cui ille nec-opinatus casus euenerit. itaque dicuntur nonnulli in mœrore, cùm de hac communi omnium conditione audissent, ea legenos esse natos, vt nemo in perpetuum esse posset expers mali, graiùs etiam tulisse. Quocirca Carneades, vt videò nostrum scribere Antiochum, reprehendere Chrysippum solebat, laudantem Euripidéum catmen illud,

Mortalis[e] nemo est, quem non attingat dolor,
Morbúsque, multi sunt humani liberi,
Rursum creandi: mórsque est finis[f] omnibus,
Quæ generi humano angorem nequidquam afferunt,
Reddenda est terræ terra: tum vita omnibus,
Metenda, vt fruges sic iubet necessitas.

Negabat genus hoc orationis quidquam omnino ad leuandam ægritudinem pertinere. id enim ipsum dolendum esse dicebat, quòd in tam crudelem necessitatem incidissemus. nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum malorum ad[g] maleuolos consolandos esse accommodatam. mihi verò videtur secus. nam & necessitas ferendæ conditionis humanæ, quasi cum deo pugnare cohibeth[h], admonétque esse hominem: quæ cogitatio magnopere luctum leuat: & enumeratio exemplorum, nõ vt animum maleuorum oblectet, affertur, sed vt ille, qui mœret, ferentatè, & tranquillè tulisse. omnibus enim mopo sunt propter magnitudinem ægritudinis. ex quo ipsam ægritudinẽ λύπην Chrysippus[i], quasi λύσιν, id est, solutionem[k] totius hominis appellatã putat, quę tota poterat[l] euelli, explicata, vt principio dixi, causa ægritudinis. est enim nulla alia, nisi opinio, & iudiciũ magni præsentis, atque vrgentis mali. itaque & dolor & ægritudo boni; & acta ęqui honestè, ac sapiẽ-

didè tantam affert consolationem, vt eos, qui ita dixerint, aut non attingat [a] ægritudo, aut perleuiter pũgat animi dolor. sed ad hanc opinionem mali cũ illa etiã opinio accessit, oportere: rectum esse[b]: ad officium pertinere. ferre illud ægrè, quod acciderit: tum denique emergitur illa grauis ęgritudinis perturbatio. ex hac opinione sũt illa varia, & detestabilia genera lugendi, pẽdores, muliebres lacerationes genarũ, pectoris, fœminũ, capitis percussiones. Hinc ille Agamẽnon [c] Homericus, & idẽ Accianus,

Scindens dolore identidem intonsam comam.

In quo factum illud Bionis, perinde[d] stultissimum regem in luctu capillũ sibi euellere: quasi caluitio mœror leuaretur. Sed hęc omnia faciunt, opinantes ita fieri oportere. Itaque & Æschines in Demosthenem inuehitur, quòd is septimo [e] die post filiæ mortẽ hostias immolasset. At quàm rhetoricè? quàm copiosè? quas sententias colligit? quę verba cõtorquet? vt licere quiduis rhetori intelligas. quę nemo probaret, nisi insitum illud in animis haberemus, omneis bonos interitu suorũ quàm grauissimè mœrere oportere. ex hoc æueuit, vt in animi doloribus alij sollicitudines captent, vt ait Homerus de Bellerophonte,

Qui[f] miser in campis mœrens errabat Aleis,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

& Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam, & rabiem, fingi in canẽ esse conuersam. sunt autem alij, quos in luctu cũ ipsa sollicitudine loqui sępe delectat, vt illa apud Ennium nutrix:

Cupido[g] cepit miseram nunc magis loqui
Cælo atque terræ Medeæ[h] miserias.

Hęc omnia recta, vera debita putãtes, faciunt in dolore: maximéq; declaratur, hoc quasi officij iudicio fieri, quòd si qui fortè, cùm in luctu esse vellẽt, aliquid fecerunt humaniùs aut si hilariùs locuti sunt, reuocant se rursus ad mœstitiam, peccatíque se insimulant, quòd dolere intermiserint. pueros verò matres, & magistri castigare etiam solent, nec verbis solùm, sed etiam verberibus, si quid in domesti co luctu hilariùs ab iis factum est, aut dictum plorare cogunt. quid? ipsa remissio luctus cùm est consecuta, intellectúmque est nihil profici mœrendo, nónne declarat fuisse totum illud volũtarium? quid ille Terentianus ipse[i] se puniens, id [k] est, ἑαυτὸν τιμωρούμενος?

Decreui tantisper me minus iniuria,
Chremes, meo gnato facere, dum fiam miser.

Hic decernit, vt miser sit. nũ quis igitur quidquam decernit inuitus?

Malo quidem me quouis dignum deputem.

malo se dignum deputat. nisi miser sit. vides ergo opinionis esse, non naturę malum. quid, quod res ipsa lugere prohibet? vt Apud Homerum quotidianæ neces, interitúsq; multorum, sedationem mœrendi afferunt: apud quem ita dicitur,

Namque nimis multos, atque omni luce cadentes[l].
Cernimus: vt nemo possit mœrore vacare.
Quo magis est æquum tumulis mandare perem̃tos
Firmo animo, & luctum lacrymis finire diurnis.

Ergo in potestate est abiicere[m] dolorem, cùm velis, tempori seruientem. An est vllum tempus, quoniam quidem res in nostra potestate est, cui [n] non ponendæ curæ ægritudinis

a al. tangat b al. esse & al. c ἐλεεῖ. d Proinde P.CCIIII. e ἐσθ' ὅμως ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτὴ τετελευτηκυίας, ταῦτ' ἐνθυμηθεὶς, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιήσας τεφανωσάμενος καὶ λευκὰ σθεὶς τὰ λοιπὰ, ἐδείπνει, ὡς φύσει, &c. Æschines oratione aduersus Ctesiphontem. f ἵλεως ἅπασι ὁ κατηφιδίου τὸ κλαῖον εἶδος ἀλάτας, Οὐ δυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλείτας. g Ὡσθ' ἅμα ὀργὴ μὲν ὑπολήγει, γῆτει, ἐ θρανὸ Λέξαμολέσαι δεῦρο Μαιήσασθαι. h ἑαυτὸν τιμωρούμενος i L. hoc tetum, id est, ἑαυτὸν τιμωρούμενος dicit vt alienum. k Λίαν γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπὶ τρισὶ μησὶ τὰ πάντα Πίπτουσιν πότε κάντες ἀναπνεύσειε πονηρόν. Ἀλλὰ χρὴ τὸ μὴ καταθανατεῖν ἔσκε θαίνσι, Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἠματίοις κρύσσοντας. l Quos cæteis, mandasse, m Ouid. abiicere. n L. cui non ponendæ ægri ; eruiamus.

p. CCV.

a fort. rationem vera, ac sapientia non poterit?

b Εἰ μὴ τύχῃ ἥμαρ λῷ σφῶν κακοῦμβρον. Καὶ μὰ μακρὰν ἀνθ' ὁδὸν πόνων ἐναυσόλουν, Εἰκὰς ἀπλάζειν λῷ ἂν ὡς νεύζυγα Πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον. Νῦν δ' ἀμηχανῶ μὲν, καὶ κατηρτυκὼς κακῶν Ἐσθ' ὅτε δὲ τοιοῦτα, κἀμεμιγμένος χρόνος μαλάζει· νῦν δ' ἔτ' ἄλγησις κρατεῖ.

c v.c. subactis miseriis.

d L. intelligi necesse est, opinionem, nó rem ipsam, causã, &c.

e vide Laertium in Theophraſto. Et tamen Salustius in Iugurthino scribit genus humanum falsò

P. B. de natura, quod imbecilla atque inermia breuis, videpluraapud Victorium 11. Variar. 10.*

f v. c. quorum id maxime. g vide eundem Ciceronem 4. epistol. fami. 6.*

h ἐκφέρουσιν Macedonicus: quide Peripatetico hauriunt. & ex præda in ærarium intulit bis millies centies HS. vt ait Vellejus. hoc est sexagies tricies centena millia aureorum.*

k Hoc est septẽ, hic octo septẽdecim dies interuenientes inter quartam & septimam filiorum ipsius Scipionis ingressum est. Hieronym. in epitaphio

causa seruiamus? Constabat, eos, qui concidentem vulneribus Cn Pompeium vidissent, cùm in illo ipso acerbissimo, miserrimóque spectaculo sibi timerent, quòd se classe hostium circumfusos viderent, nihil tum aliud egisse, nisi vt remiges hortarentur, & vt salutem adipiscerentur fuga: posteaquàm Tyrum venissent, tum afflictari, lamentarique cœpisse. timor igitur ab iis ægritudinem potuit repellere, ratio [a] ac sapientia vera non poterit? Quid est autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quàm cùm est intellectum, nihil profici, & frustra esse susceptum? si igitur deponi potest, etiam non suscipi potest. voluntate igitur. & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est. idque indicatur eorum patientia, qui cùm multa sint sæpe perpessi, faciliùs ferunt, quidquid accidit: obduruisséque sese contra fortunam arbitrantur: vt ille apud Euripidem,

Sib mihi nunc tristis primùm illuxisset dies,
Nec tam ærumnoso naufragiassem salo:
Esset dolendi causa, vt iniecto equulei
Freno repente tactu exagitantur nouo.
Sed iam subiectus [c] miseriis obtorpui.

Defatigatio igitur miseriarum ægritudines cùm faciat leuiores, intelligi [d] necesse est, non rem ipsam, causam, atque fontem esse mœroris. Philosophi summi, nec dum tamen sapientiam consecuti, nónne intelligunt, in summo se malo esse? sunt enim insipientes: neque insipientia vllum maius malum est: neque tamen lugẽt. quid ita? quia huic generi malorum non affingitur illa opinio. rectum esse, & æquum: & ad officium pertinere, ægrè ferre, quòd sapiens non sis. quod idem affingimus huic ægritudini, in qua luctus inest: quę omnium maxima est. Itaque Aristoteles, veteres philosophos accusans, qui existimauissent, philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse: sed se videre, quòd paucis annis magna accessio facta esset, breui tempore philosophiã planè absolutam fore. Theophrastus autem moriens accusasse [e] naturam dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum [f] maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ętas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. querebatur igitur se tum, cùm illa videręę cœpisset, exstingui. Quid [g] ex ceteris philosophis nónne optimus, & grauissimus quisque confitetur, multa se ignorare? & multa sibi etiam, atque etiam, esse discenda? neque tamen, cùm se in media stultitia, qua nihil est peius, hærere intelligant, ægritudine premuntur nulla enim admiscetur opinio officiosi doloris, quid, qui non putant lugẽdum viris? qualis fuit Q̃. Maximus efferens [h] filium consularem: qualis L. Paullus, duobus paucis [k] diebus amissis filiis: qualis M. Cato, prætore designato, mortuo filio: quales reliqui, quos in consolatione collegimus. Quid hos aliud placuit, nisi quòd luctum, & mœrorem esse non putabant viri? Ergo id, quod alij rectum opinantes, ægritudini se solent dedere, ij [l] turpe putantes ægritudinẽ repulerunt. ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione esse ægritudinem. Contrà dicuntur hæc. Quis tam demens, vt sua voluntate mœreat? natura affert dolorem cui quidem Crantor, inquiunt, yesster cedendum putat. premit enim, atque instat, nec [a] resisti potest. Itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is cùm audisset de suo, fractus est, de cuius commutata mente sic dicitur:

Nec verò tanta præditus sapientia
Quisquam est, qui aliorum ærumnam dictis alleuans,
Non idem, cùm fortuna mutata impetum
Conuertat, clade vt [b] subita frangatur sua,
Vt illa ad alios dicta, & præcepta excidant.

Hæc cùm disputant, hoc student efficere, naturæ obsisti nullo modo posse. ii tamen fatentur, grauiores ægritudines suscipi, quàm natura cogat. quæ igitur amẽtia, vt nos quoque idẽ ab aliis [c] requiramus? sed plures sunt causæ suscipiendi doloris. primùm illa opinio mali, quo viso, atque persuaso ægritudo insequitur necessariò. deinde etiam gratum se mortuis facere, si grauiter eos lugeant, arbitrantur. accedit superstitio muliebris quædam. existimant enim, diis immortalibus se faciliùs satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflictos se, & stratos esse fateantur. sed hæc inter se quàm repugnent, plerique non vident. laudant enim eos, qui æquo animo moriantur: qui alterius mortem æquo animo ferant, eos putant virum perandos. quasi fieri vllo modo possit, quod in amatorio sermone dici solet, vt quisquam plus alterum diligat, quàm se. Præclarum illud est, & si queris, rectum quoque, & verum, vt eos, qui nobis carissimi esse debeant, æquè ac nosmetipsos amemus: vt verò plus, fieri nullo pacto potest. ne optandum quidem est in amicitia, vt me ille plus, quàm se amet [d]: ego illum plus, quàm me perturbatio vitæ, si ita fit, atque officiorum omnium, consequatur. sed de hoc aliâs. nunc illud satis est, non attribuere ad amissionem amicorum, miseriam nostram, ne illos plus, quàm ipsi velint, si sentiant: plus certè, quàm nosmetipsos, diligamus. nam quod aiunt, plerósque consolationibus nihil leuari, adiungúntque, consolatores ipsos conferri se miseros, cùm ad eos impetum suum fortuna conuerterit: vtrumque diffoluitur. sunt enim ista non naturæ vitia, sed [e] culpæ. stultitiam autem accusare quamuis copiosè licet. nam & qui non leuantur, ipsi [f] alios ad miseriam inuitãt: & qui suos casus aliter ferunt, atque vt aliis auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quàm ferè plerique, qui auari auaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt. *est enim prorsum stultitia aliorum vitia cernere, obliuisci suorũ.* Sed nimirum hoc maximum est experimentum, cùm constet ęgritudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna. nam si eadem res est, & idẽ est homo: quí potest quidquam de dolore mutari, si neque de eo propter quod dolet, quidquam est mutatum, neque de eo, qui dolet? cogitatio igitur diuturna, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas. Hic mihi afferunt mediocritates. quæ si naturales sunt, quid opus est consolatione? natura enim ipsa terminabit modum. sin opinabiles, opinio tota tollatur. satis dictum esse arbitror, ægritudinem, esse opinionem mali præsentis, in qua opinione illud insit, vt ægritudinem suscipere oporteat. additur ad hanc definitionem à Zenone rectè, vt illa opinio præsentia

a v. c. nec ei relicti quic. ęq. sua.

b L. suaque scis pariter. &c.

c desiderio.*

d verbum amet, hic abest a v. c.

e fort. sed stultitia.

f fort. ipsi ad miseriam inuitant.

Agamemnonis adde Plutarchũ. Liuiũ 45. Velleiũ 2. 1 v. c. hi turpe put.

præsentis mali sit recens. hoc autem verbum sic interpretatur, vt non tantùm illud recens esse velit, quod paullo antè acciderit, sed, quàm diu in illo opinato malo vis quædam insit, & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tam diu appelletur recens: vt[a] Artemisia[b] illa, Mausóli, Cariæ regis, vxor: quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quamdiu vixit, vixit in luctu, eódemque etiã confecta contabuit. huie erat illa opinio quotidie recens: quæ tum denique non appellabatur recens, cùm vetustate exaruit. Hæc igitur officia sunt consolãtium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quàm plurimum, aut supprimere, nec pati manare longiùs, aut ad aliam traducere. Sunt, qui vnum officium consolantis putent, malum[c] illud omnino non esse, vt Cleanthi placet sunt, qui non magnũ malum, vt Peripatetici. sunt, qui abducunt à malis ad bona, vt Epicurus. sunt, qui satis putant ostendere, nihil inopinati accidisse, nihil[d] mali. Chrysippus aũt caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem mærenti, si se officio fungi putet iusto, atque debito. sunt etiam, qui hæc omnia genera cõsolandi colligunt. alius enim alio modo mouetur, vt ferè nos omnia in consolationem vnam[e] coniecimus: erat enim in tumore animus, & omnis in eo tentabatur[f] curatio sed sumendum tempus est non minùs in animorum morbis, quàm in corporum: vt Prometheus ille Æschyli: cui cùm dictum esset,

Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,
Mederi[h] *posse rationem iracundiæ.*

Respondet,

Siquid[m] *quis tempestiuam medicinam admouens*[m],
Non aggrauescens vulnus illidat manus.

Erit igitur in cõsolationibus prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum paruum: altera & de communi conditione vitæ, & propriæ, si quid sit de ipsius, qui mæreat, disputandum: tertia, summam esse stultitiam fruſtra confici mærore, cùm intelligas, nihil posse proficisci. nã Cleãthes quidem sapientem consolatur: qui consolatione non eget nihil enim esse malum, quod turpe nõ sit, si lugenti persuaderis, non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris. alienum autem tempus docendi. & tamen non satis mihi videtur dixisse hoc Cleanthes, suscipi aliquando ægritudinem posse ex eo ipso, quod esse summum malum Cleanthes ipse fatetur[o]. quid enim dicemus? cùm Socrates Alcibiadi persuasisset, vt accepimus, eum nihil hominis esse, nec quidquam inter Alcibiadem, summo loco natum, & quemuis baiulum interesse: cùm se Alcibiades affligeret, lacrymásque Socrati supplex esset, vt sibi virtutem traderet, turpitudinémque depelleret: quid dicemus, Cleanthe, num[p] in illa re, quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat, mali nihil fuisse? quid? illa Lyconis, qualia sunt? qui ægritudinem extenuans, paruis aiteam rebus moueri fortunæ & corporis incõmodis, nõ animi malis. quid ergo? illud, quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis, vitiisque constabat? Ad Epicuri consolationẽ satis est antè dictũ. Ne illa quidem consolatio admodum est, quãquam & vsitata est, & sæpe: prodest: Nõ tibi hoc soli. Prodest hęc quidẽ; vt dixi, sed nec semper, nec omnibus. sunt enim, qui requant: sed refert, quo modo adhi-

A beatur. vt enim tulerit quisque eorum, qui sapienter[a] tulerunt, non quo quisq; incommodo affectus sit, prædicãdum est. Chrysippi[b] ratio, ad veritatem firmissima est: ad tempus ægritudinis, difficilis. magnum[c] opus est, probare mœrenti, illum suo iudicio, & q. se ita putet oportere facere, mœrere. nimirum igitur, vt in causis non semper vtimur eodem statu: (sic enim appellamus controuersiarum genera) sed ad tempus, ad cõtrouersiæ naturam, ad

B personam accommodamus: sic[d] in ægritudine lenienda. nam quam quisque curationem recipere possit, videndum est. sed nescio quo pacto abeo, quod erat à te propositum, aberrauit oratio. tu enim de sapiente quęsieras: cui aut malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine: aut ita paruum malum, vt id obtuatur[e] sapientia, víxque appareat: qui nihil

C opinione affingat, assumátq; ad ęgritudinem: nec id putet esse rectum, se quàm maximè excruciari, luctúque confici: quo prauius nihil est se possit. edocuit tamen ratio, vt mihi quidem videtur, cùm hoc ipsum propriè nũ quæreretur hoc tempore, ne[f] quidem vllum esse malum, nisi quod idem dici turpe posset: tamen vt videremus, quidquid esset in ægritudine mali, id non naturale esse, sed voluntario iudicio, & opinionis errore contractum. tractatum est autem à nobis id genus ægritudinis, quod vnum est omnium maximum, vt, eo

D sublato, reliquorum remedia ne magnopere quærenda arbitraremur. sunt enim certa, quæ de paupertate, certa, quæ de vita inhonorata, & ingloria dici soleant. separatim autẽ certæ scholæ sunt de exsilio, de interitu patriæ, de seruitute, de debilitate, de cæcitate, & de omni casu: in quo nomen poni solet Calamitatis. hæc Græci in singulas scholas, & in singulos libros dispertiunt opus enim quærunt. quamquã[g] planè disputationis sunt, delectationis.

E & tamen, Vt medici, toto corpore curando, minimæ etiam partis, si condoluit, medentur: sic philosophia, cùm vniuersam ægritudinem sustulit, tamen, si quis error aliunde exstitit, si pauperias momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exsilium[h], aut eorum, quæ modò dixi, si[i] quid exstitit: & si sin-

F gularum rerum sunt propriæ cõsolationes: de quibus audies tu quidẽ, cùm voles. sed ad eundem fontem reuertendum est, ægritudinem omnem procul abesse à sapiente, quòd inanis sit, quòd fruſtra suscipiatur, q. non natura exoriatur, sed iudicio. sed opinione, sed quadam inuitatione ad dolendũ, cùm id decreuerimus ita fieri oportere. hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mærens: morsus tamen, & contractiunculæ[k] quædam animi relinquentur. hanc dicãt sanè naturalem, dum ægritudinis nomen absit, graue,

G tætrum, funestum: quod cum sapientia esse, atque, vt ita dicam, habitare nullo modo possit. Atqui stirpes sunt ægritudinis, quàm multæ, quàm amaræ! quę, ipso trunco euerso, omnes elidendæ sunt, &, si necesse erit, singulis disputationibus. supereſt enim nobis hoc, cuicuimodi est, otiũ. Sed ratio vna omnium est ægritudinum, plura nomina. nam & inuidere, ægritudinis est, & æmulari, & obtrectare, & misereri; angi, lugere, mœrere, ærumnis affici, lamentari, sollicitari, dolere, in molestia esse, afflictari, desperare. hæc omnia definiunt Stoici: eáque verba, quæ dixi, singula-

H

a *al.* patienter tulerunt. b L. Chrysippi ad veritatem firmissima est: & ita o. v. c *à quibus* p. CCVIII. *abest* vox ratio,

c q. v. c. magnum onus est,

d v. c. sic in ægritudine lenienda quã quisque curationem recip. possit, videndum est.

e q. v. c. obseruetur sap. *forsitan leg.* ob seruetur sap.

f o. v. c. num quod esset malum, nisi quod idem d. & ita L.

g L. quamquam plenæ disputationes delectationis sunt.

h *al.* exsulis,

i L. si quid exstitit: singulatũ rerum, &c.

P. B.

k citatur à Nonio cap. 2. in Contrahis. 185.

rum rerum sunt, non, vt videntur, easdem res significant, sed aliquid differunt: quod alio loco fortasse tractabimus. hæ sunt illæ fibræ stirpium, quas initio dixi, persequendæ[a], & omnes elidendæ, ne vlla vmquã possit existere. magnum opus, & difficile. quis negat? *quid autem præclarum, non* [b] *idem arduum?* sed tamen id se effecturam philosophia profitetur. nos modò curationem eis recipiamus. Verùm quidem hæc hactenus. cetera, quotiéscumque voletis, & hoc loco, & [c] aliis, parata vobis erunt.

a fort. persecandæ.

b al. Quid nã idem, arduũq;

c al. & alibi

P. CCIJ.

M. TVLLII CICERONIS TVSCVLANARVM QVÆSTIONVM, AD M. BRVTVM,

LIBER QVARTVS.

De reliquis animi perturbationibus.

QVM multis locis nostrorum hominum ingenia virtutésque, Brute, soleo mirari, tum maximè iis in studiis, quæ serò admodum expetita, in hanc ciuitatem è Græcia trãstulerunt. nam cùm à primo vrbis ortu, regiis[a] institutis, partim etiam legibus, auspicia, cæremoniæ, comitia, prouocationes[b], patrum consilium, equitum, peditúmque descriptio, tota res militaris, diuinitus esset cõstituta, tum progressio admirabilis, incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est dominatu regio rep. liberata. nec verò hic locus est, vt de moribꝰ, institutísque maiorum, & disciplina, ac temperatione ciuitatis loquamur, aliis hæc locis satis accuratè à nobis dicta sunt, maximéq; in iis sex libris, quos de rep. cõscripsimꝰ [c], hoc autem loco considerãti mihi studia doctrinæ, multa sanè occurunt, cur ea quoq; accersita [d] aliunde, neque solùm expetita, sed etiam conseruata, & culta videantur. erat enim illis pænè in conspectu præstanti sapientia, & nobilitate Pythagoras, qui[e] fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberauit, præclarus auctor nobilitatis tuæ. Pythagoræ autem doctrina cùm longè, latéq; fluctet, permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatem: idque cùm coniectura probabile est, tũ quibusdam etiam vestigiis indicatur. quis est enim, qui putet, cùm floreret in Italia Græcia potentissimis, & maximis vrbibus, ea, quæ magna dicta est, in hísque primùm ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces, aureis clausas fuisse? quinetiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem Pythagoréum à posterioribus existimatum. nam cùm Pythagoræ disciplinam, & instituta cognoscerent, regísque eius æquitatem, & sapientiam, à maioribus suis accepissent, ætates autem & tempora ignorarent, propter vetustatem, eum qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt. Et de coniectura quidem hactenus. vestigia autem Pythagoreorum, quamquam multa colligi possunt, paucis tamen vtemur, quoniam non id agitur hoc tẽpore. nam cùm carminibus soliti illi esse dicantur & præcepta quędam occultiùs tradere, & menteis suas à cogitationum intentione, cantu, fidibúsque ad tranquillitatem traducere, grauissimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud maiores hunc epularum fuisse, vt[a] deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes, atque virtutes. ex quo perspicuum est, & cantus tũ fuisse descriptos[b] vocum sonis [c], & carmina, quamquam id quidem etiã XII[d] tabulæ declarant, condi iam tum solitum esse carmen: quod *nec leuare fieri ad alterius iniuriam*, leges sanxerunt. nec verò illud non eruditorum temporum argumentum est, q; & deorum pulsu magistratuũ, fides præcinunt: quod prorium eius fuit, de qua loquor, disciplinæ. mihi quidem etiam Appij Cæci carthen, quod valde Panætius laudat epistola quadam, quæ est ad Qu. Tuberonem, Pythagoreorum videtur. multa sunt etiam in nostris institutis ducta ab illis: quæ prætereo, ne ea, quæ pepetisse ipsi puta mur, aliũde didicisse videamur. Sed, vt ad propositum redeat oratio: q̃ breui tempore, quot, & quanti poetæ, qui autem oratores extiterunt? facilè vt appareat, nostros omnia cõsequi potuisse, simul vt velle cœpissent. sed de ceteris studiis alio loco & dicemus, si vsus fuerit, & sæpe diximus. sapientiæ studium vetus id quidem in nostris: sed tamen, antè Lælij ætatẽ, & Scipionis nõ reperio, quos appellare possim nominatim. quibus adolescentibꝰ Stoicum Diogenem, & Academicum Carneadem video ad senatum ab Athenien-sibꝰ missos esse legatos, qui cùm reip. nullam vmquam partem attigissent, essentq; e eorum alter Cyrenæus, alter Babylonius, nunquam profectò scholis essent excitati, neque ad illud munus electi, nisi in quibusdã principib. temporibus illis, fuissent studia doctrinæ. qui cùm cetera litteris mandarent, alij ius ciuile, alij orationes suas, alij monumenta maiorum hanc amplissimã omnium artium bene viuendi disciplinã vita magistrã litteris persecuti sunt. Itaque illius veræ, elegãtísq; philosophiæ, quę ducta à Socrate in Peripateticis adhuc pmansit, & idem alio modo dicentibꝰ Stoicis, cùm Academici eorum cõtrouersias disceptarẽt, nulla ferè sunt, aut pauca admodum Latina monumenta, siue propter magnitudinem rerum, occupationémq; omnium[f], siue etiam, quòd

a Idem 2. Orat. lib. 1. inf.*

b fic a. m. c. ἀπογραφὰς descriptos. al. descriptos

c al. tonis, ita Panagath. nec enim fortasse CCX. nisi referuntur in tabulas, ex XII. Tabularum primo Ciceronis 4. de Republ. apud Augustinum 2. de ciuitate Dei, qua dixi leges XII. Tabularum. Titul. de Injuriis.*

a fort. partim regiis instit.

b *Vrbis* prænationes. *sunt enim cognatæ consilio.*

c v.c. scripsimus, & ita L.

d L. arcessita aliunde, &c. & ita o.v.c.

e adde lib. 2. de Oratore & 17. Gell. 21.*

P. B.

f fe. v.c. homi

imperitis ea probari posse nō arbitrabātur: cùm interim, illis silentibus, C. Amafanius exstitit, dicens: cuius libris editis commota multitudo contulit se ad eandem potissimùm disciplinam, siue quòd erat cognitu perfacilis, siue quòd inuitabatur illecebris blandis voluptatis, siue etiam, quia nihil prolatum erat melius, illud, quod erat, tenebant. post Amafanium autem multi eiusdem æmuli rationis multa cùm scripsissent, Italiam totam occupauerunt: quódque maximum argumentum est, non dici illa subtiliter, & facilè ediscantur: & ab indoctis probentur, id illi firmamētum esse disciplinæ putant. Sed defendat quidem quod quisq; sentit: sunt enim iudicia libera: nos institutum tenebimus, nullíq; vnius disciplinæ legibus adstricti, quibus in philosophia necessariò pareamus, quid sit in quaque re maximè probabile, semper requiremus. quod cùm sæpe aliàs, tum nuper in Tusculano studiosè egimus. Itaque expositis tribus disputationibus, quartus dies hoc libro concluditur. vt enim inferiorem ambulationem descendimus, quod idē feceramus superioribus diebus, sic acta res est. ¶ M. Dicat, si quis vult de qua re disputare velit. ¶ A. Non mihi videtur omni animi perturbatione posse sapiens vacare. ¶ M. Ægritudine quidem hesterna disputatione videbatur: nisi fortè tēporis causa assentiebare. ¶ A. Minimè verò. nā mihi egregiè probata est oratio tua. ¶ M. Nō igitur existimas cadere in sapientem ægritudinem? ¶ A. Prorsus non arbitror. ¶ M. Atqui, si ista perturbare animum sapientis nō potest, nulla poterit. Quid enim? metúne cōturbet? At earum rerum est absentium metus, quarum præsentium est ægritudo. sublata igitur ægritudine, sublatus est metus. restāt duæ perturbationes, lętitia gestiens, & libido: quę si non cadāt in sapientem, semper mens erit tranquilla sapientis. ¶ M. Sic prorsus intelligo. ¶ M. Vtrùm igitur mauis? statimne nos vela facere, an quasi ē portu egredientes paululum remigare? ¶ M. Quidnā est istuc? nō. n. intelligo. ¶ M. Quia Chrysippus, & Stoici, cùm de animi perturbationibus disputant, magnā partem in his partiendis, & definiendis occupati sunt: illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis, nec eos turbulentos esse patiantur. Peripatetici aūt ad placandos animos multa affert: spinas partiendi, & definiēdi prętermittūt. quærebā igitur, vtrùm panderē vela orationis statim, an eā antè paullulū dialecticorū remis appellerē. ¶ A. Isto modo verò, erit. n. hoc totū, qd quæro, ex vtroq. pfectius. ¶ M. Est id quidē rectius, sed pòst requires, si qd fuerit obscurius. ¶ A. Faciā equidē. tu tamē, vt soles, dices: ista ipsa obscura planiùs, q̄ dicūtur à Græcis. ¶ M. Enitar quidem: sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si vnū aliquod effugerit. Quoniam, quæ Græci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quàm morbos: in his explicandis veterem illā equidem Pythagoræ primùm, deinde Platonis descriptionem sequar: qui animum in duas partes diuidunt: alterā rationis participem faciūt, alteram expertē. in participe rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam, quietámque constantiā: in illa altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios, inimicósque rationi. Sit igitur hic fons. Vtamur tamen, in his perturbationib. describendis, Stoicorum

definitionibus, & partitionibus: qui mihi videntur in hac quæstione versari acutissimè. Est igitur Zenonis hæc definitio, vt perturbatio sit, quod πάθος ille dicit, auersa à recta ratione, contra naturam, animi cōmotio. quidam breuiùs, *Perturbationem*, esse appetitum vehemētiorem dicunt, sed vehementiorem eum volunt esse, qui longiùs discesserit à naturæ constantia. parteis autē perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis: ita esse quattuor, ex bonis *Libidinem, & Lætitiam*: vt sit lætitia, præsentium bonorum: libido futurorum: ex malis *Metum, & Ægritudinem* nasci censent: metum futuris: ægritudinem, præsentibus. quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ęgritudinem instātia. *Lætitia* autem, & *Libido* in bonorum opinione versantur, cùm *Libido* ad id, quod videtur bonū, illecta, & inflammata rapiatur. *Lætitia*, vt adepta iam aliquid concupitum, efferatur, & gestiat. natura enim omnes ea, quæ bona videntur, sequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonū videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. id cùm constanter, prudentérq; fit, eiusmodi appetitionē Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus *Voluntatem*. eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt. *Volūtas* est, quæ quid cum ratione desiderat. quę autem aduersa ratione incitata est vehementiùs, ea libido est, vel cupiditas effrenata: quæ in omnibus stultis inuenitur. itémque, cùm ita mouemur, vt in bonos aliquo, dupliciter id cōtingit. nam cùm ratione animus mouetur placidè, atq; cōstanter, tum illud *Gaudiū* dicitur. cùm aūt & inaniter, & effusè animus exsultat, tū illa *Lætitia* gestiens, vel nimia dici pōt: quam ita definiūt, sine ratione, animi elationem. quomodóque bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus: quæ declinatio si cum ratione fiet, *Cautio* appelletur, eáq; intelligatur in solo esse sapiente: quæ aūt sine ratione, & cum exanimatione humili, atq. fracta, nominetur metus. est igitur *Metus* rationi aduersa cautio. præsentis aūt mali, sapientis affectio nulla est. stulti autē ægritudo est ea, qua afficiuntur in malis opinatis animósque demittūt, & contrahunt, rationi non obtēperantes. itaq; hæc prima definitio est, vt ægritudo sit animi aduersante ratione, cōtractio. sic quattuor perturbationes sunt, tres constantiæ: quoniam ægritudini nulla constantia opponitur. Sed omneis perturbationes iudicio censent fieri, & opinione. Itaq. eas definiūt pressiùs, vt intelligatur nō modò q̄ vitioſę, sed etiā quàm in nostra sint potestate. *Est igitur ægritudo*, opinio recens mali præsentis, in quo demitti, contrahíq; animo rectū esse videatur. *Lætitia*, opinio recens boni præsentis in quo efferri rectū esse videatur. *Metus*, opinio impendētis mali, qđ intolerabile esse videatur. *Libido*, opinio venturi boni, qđ sit ex vsu iā præsens esse, atq; adesse. sed quæ iudicia, quáſq; opiniones perturbationū esse dixi, nō in eis perturbationes solùm positas esse dicunt, verùm illa etiā, quę efficiūtur perturbationibus, vt ęgritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus, recessum quendam animi, & fugam, lætitia profusam hilaritatem, libido effrenatam appetentiam. opinionem aūt, quā in omneis definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam

a 9. v. c. impetum veh. b. verbum dicunt: non agnoscit L. neque reperitur in suis libris manuscr.

c L. aduersa à ratione, &c. al. aduersa rationi

d L. à ratione auersa cauti.

e 9. v. c. opinationem.

assentionem. Sed in singulis perturbationibus parteis eiusdem generis plures subiiciuntur[a]: vt ægritudini, inuidentia (vtendum est enim docendi causa verbo minùs vsitato: quoniam inuidia nõ in eo, q̃ inuidet, solùm dicitur, sed etiam in eo, cui inuidetur) æmulatio, obtrectatio, misericordia, angor, luctus, mæror, æruma, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem. subb metum autem subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. Voluptati maleuolentia[c] lætans[d] malo alieno, delectatio, iactatio, & similia. Libidini ira, excãdescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, & cetera eiusmodi. hæc autem definiunt hoc modo. *Inuidentiam* esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant inuidenti. nam si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse lædatur, non rectè dicitur inuidere: vt, si Hectori Agamemnon, qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat his frui, is inuidere profectò. *Æmulatio* autem dupliciter illa quidem dicitur, vt & in laude, & in vitio nomen hoc sit, nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: sed ea nihil hoc loco vtimur: est enim laudis: & est æmulatio, ægritudo, si eo quod[e] concupierit, alius potiatur, ipse careat. *Obtrectatio* autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quòd alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupierit. *Misericordia*, est ægritudo ex miseria alterius, iniuria laborantis. nemo enim parricidæ[f], aut proditoris supplicio misericordia commouetur. *Angor*, est ægritudo premens. *Luctus*, ægritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo. *Mæror*, ægritudo flebilis. *Æruma*, ægritudo laboriosa. *Dolor*, ægritudo crucians. *Lamentatio*, ægritudo cum eiulatu. *Sollicitudo*, ægritudo cum cogitatione. *Molestia*, ægritudo permanens. *Afflictatio*, ægritudo cum vexatione cor poris. *Desperatio*, ægritudo sine vlla rerum exspectatione meliorum. Quæ autem subiecta sunt[g] sub metu, ea sic definiunt: *Pigritiam*, metum consequentis laboris: *Terrorem*, metum concutientem, ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur: *Timorem*, metum mali appropinquantis: *Pauorem*, metum mentem loco mouentem, ex quo illud Ennij,

Tum[h] pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat:

Exanimationem, metum subsequentem, & quasi comitem pauoris: *Conturbationem*, metum excutientem cogitata: Formidinem, metum permanentem. Voluptatis autem partes hoc modo describunt, vt maleuolentia[i], sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo: *Delectatio*, voluptas suauitate auditus animum deliniens[k] &, qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporũ: quæ sunt omnes vnius generis, ad perfundendum animum tãquam illiquefactę voluptates. *Iactatio*, est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Quæ autẽ libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt *Ira*, sit libido puniendi eius, qui videatur læsisse iniuria. *Excandescentia* autem, sit ira nascens, & modò exsistẽs, quæ θύμωσις Græcè dicitur: *Odium*, ira inueterata: *Inimicitia*, ira vlciscendi tempus obseruans: *Discordia*, ira acerbior, intimo[l] odio, & corde concepta: *Indigentia*, libido inexplebilis: *Desiderium*, libido eius, qui nõdum adsit, videndi. Distinguũt[a] illud etiam, vt[b] sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam: quæ κατηγορήματα dialectici appellant: vt habere diuitias, capere honores. Indigentia, rerum ipsarum est, vt honorum, vt pecuniæ. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt. *Intemperantiam*: quæ est à tota mente, & à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones & efficit, vt hæ rectæ rationi pareãt: conseruátq; considerata iudicia mẽtis: sic huic inimica intemperantia, omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat, itaque & ægritudines, & metus, & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea. QVEMADMODVM cùm sanguis corruptus est: aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi ęgrotationésque nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter se repugnantia, sanitate animum spoliat, morbísque perturbat[c] ex perturbationibus autẽ primùm morbi conficiuntur, quæ vocãt illi πρόπαθήματα[d], eáque quæ sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem, atque fastidium. deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀρρωστήματα[e], hísque item oppositæ contrariæ offensiones, hoc loco nimium operæ consumitur à Stoicis, maximè à Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo qua oratione minimè necessaria prætermissa, ea, quæ rem continent, pertractemus. intelligatur igitur, perturbationem, iactantibus se opinionibus inconstanter, & turbidè in motu esse semper. cùm autem hic feruor, concitatióque animi inueterauit[f], & tanquam in venis, medullis que insiderit, tum exsistit & morbus, & ægrotatio, & offensiones eæ, quæ sunt eis morbis, ægrotationibúsq; cõtrariæ. Hæc quę dico, cõgitatione quidẽ inter se differũt, re verò copulata sunt, eáq; oriuntur ex libidine, & lætitia, nam cùm est concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret in visceribus illud mãlum, exsistítque morb⁹, & ægrotatio: quę auelli inueterata nõ possunt: eiq; morbo gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυνεία dicitur, ceteríq; similiter morbo, ęgrotationésque nascuntur. quæ autem his sunt contraria, ea nasci putãtur à metu, vt odium mulierũ, quales in μισογυνείᾳ est, vt[k] in hominũ vniuersum genus, qđ accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur: vt inhospitalitas est, quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascũtur. earum rerum, quas fugiunt, & oderunt, desiniunt autem animi ægrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda, tamquam valde expetenda sit, inhærentem, & penitus insitam. quod autem nascitur ex offensione, ita definiunt, Opinionẽ[l] vehementem de re non fugienda, inhærẽtem, & penitus insitam, tanquam fugienda. hæc[l] autem opinatio est, iudicare se scire, quod nesciat. Ægrotationi aũt talia quędã subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio m vi-

a *al.* distinguitur etiam illud.*

b *fort.* vt desiderium, sic earum rerum quæ dicimus, &c. *fort.* vt sic earum rerum quæ dic.

c *v.c.* maliuolentia

d ita Muretus 4. *Variar.* 13. cùm antea esset lactãs. *Hæc autem exprimere voluit Cicero* ἔθαγμα ρεγμίαν: *fanè* lactans *legitur apud Nonium cap.* 1. *in Lactare* 54. *citantem hunc locum: sed male.**

e *fort.* quod quis conc.

P. CCXLIII.

f *v.c.* patricidæ

g *v.c.* sub metum,

h Repertur idem versus lib. 3. de oratore: & apud Nonium cap. 2. in Exspectorare 52.*

i *v.c.* maliuolentia,

k *v.c.* deleniens.

P. B.

l *fort.* intimo animo, & corde

a *v.c.* subiiciuntur.

b *fort.* metui autem

c *v.c.* maliuolentia

d lætans malo alieno, delectatio, iactatio, & similia. Libidini ira, excãdescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, & cetera eiusmodi. hæc autem definiunt hoc modo. *Inuidentiam* esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant inuidenti. nam si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse lædatur, non rectè dicitur inuidere: vt, si Hectori Agamemnon, qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat his frui, is inuidere profectò. *Æmulatio* autem dupliciter illa quidem dicitur, vt & in laude, & in vitio nomen hoc sit, nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: sed ea nihil hoc loco vtimur: est enim laudis: & est æmulatio, ægritudo, si eo quod[e] concupierit, alius potiatur, ipse careat. *Obtrectatio* autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quòd alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupierit. *Misericordia*, est ægritudo ex miseria alterius, iniuria laborantis. nemo enim parricidæ[f], aut proditoris supplicio misericordia commouetur. *Angor*, est ægritudo premens. *Luctus*, ægritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo. *Mæror*, ægritudo flebilis. *Æruma*, ægritudo laboriosa. *Dolor*, ægritudo crucians. *Lamentatio*, ægritudo cum eiulatu. *Sollicitudo*, ægritudo cum cogitatione. *Molestia*, ægritudo permanens. *Afflictatio*, ægritudo cum vexatione cor poris. *Desperatio*, ægritudo sine vlla rerum exspectatione meliorum. Quæ autem subiecta sunt[g] sub metu, ea sic definiunt: *Pigritiam*, metum consequentis laboris: *Terrorem*, metum concutientem, ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur: *Timorem*, metum mali appropinquantis: *Pauorem*, metum mentem loco mouentem, ex quo illud Ennij,

Tum[h] pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat:

Exanimationem, metum subsequentem, & quasi comitem pauoris: *Conturbationem*, metum excutientem cogitata: Formidinem, metum permanentem. Voluptatis autem partes hoc modo describunt, vt maleuolentia[i], sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo: *Delectatio*, voluptas suauitate auditus animum deliniens[k] &, qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporũ: quæ sunt omnes vnius generis, ad perfundendum animum tãquam illiquefactę voluptates. *Iactatio*, est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Quæ autẽ libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt *Ira*, sit libido puniendi eius, qui videatur læsisse iniuria. *Excandescentia* autem, sit ira nascens, & modò exsistẽs, quæ θύμωσις Græcè dicitur: *Odium*, ira inueterata: *Inimicitia*, ira vlciscendi tempus obseruans: *Discordia*, ira acerbior, intimo[l] odio, & corde concepta: *Indigentia*, libido inexplebilis: *Desiderium*, libido eius, qui nõdum adsit, videndi. Distinguũt[a] illud etiam, vt[b] sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam: quæ κατηγορήματα dialectici appellant: vt habere diuitias, capere honores. Indigentia, rerum ipsarum est, vt honorum, vt pecuniæ. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt. *Intemperantiam*: quæ est à tota mente, & à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones & efficit, vt hæ rectæ rationi pareãt: conseruátq; considerata iudicia mẽtis: sic huic inimica intemperantia, omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat, itaque & ægritudines, & metus, & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea. QVEMADMODVM cùm sanguis corruptus est: aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi ęgrotationésque nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter se repugnantia, sanitate animum spoliat, morbísque perturbat[c] ex perturbationibus autẽ primùm morbi conficiuntur, quæ vocãt illi πρόπαθήματα[d], eáque quæ sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem, atque fastidium. deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀρρωστήματα[e], hísque item oppositæ contrariæ offensiones, hoc loco nimium operæ consumitur à Stoicis, maximè à Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo qua oratione minimè necessaria prætermissa, ea, quæ rem continent, pertractemus. intelligatur igitur, perturbationem, iactantibus se opinionibus inconstanter, & turbidè in motu esse semper. cùm autem hic feruor, concitatióque animi inueterauit[f], & tanquam in venis, medullis que insiderit, tum exsistit & morbus, & ægrotatio, & offensiones eæ, quæ sunt eis morbis, ægrotationibúsq; cõtrariæ. Hæc quę dico, cõgitatione quidẽ inter se differũt, re verò copulata sunt, eáq; oriuntur ex libidine, & lætitia, nam cùm est concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret in visceribus illud mãlum, exsistítque morb⁹, & ægrotatio: quę auelli inueterata nõ possunt: eiq; morbo gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυνεία dicitur, ceteríq; similiter morbo, ęgrotationésque nascuntur. quæ autem his sunt contraria, ea nasci putãtur à metu, vt odium mulierũ, quales in μισογυνείᾳ est, vt[k] in hominũ vniuersum genus, qđ accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur: vt inhospitalitas est, quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascũtur. earum rerum, quas fugiunt, & oderunt, desiniunt autem animi ægrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda, tamquam valde expetenda sit, inhærentem, & penitus insitam. quod autem nascitur ex offensione, ita definiunt, Opinionẽ[l] vehementem de re non fugienda, inhærẽtem, & penitus insitam, tanquam fugienda. hæc[l] autem opinatio est, iudicare se scire, quod nesciat. Ægrotationi aũt talia quędã subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio m vi-

a *al.* distinguitur etiam illud.*

b *fort.* vt desiderium, sic earum rerum quæ dicimus, &c. *fort.* vt sic earum rerum quæ dic.

P. CCXLIII.

e *v.c.* arbor ἥεματα,

f *v.c.* patricidæ

g *v.c.* sub metum,

h Repertur idem versus lib. 3. de oratore: & apud Nonium cap. 2. in Exspectorare 52.*

i *v.c.* maliuolentia,

k *v.c.* deleniens.

P. B.

l *fort.* intimo animo, & corde

noleu-

nolé tia, cupedia[a], & si qua sunt similia. est autem auaritia, opinatio vehemens de pecunia, quasi petẽda sit, inhærens, & penitus insita. similiter est eiusdem generis definitio reliquarum.

¶ Offensionũ autem definitiones sunt eiusmodi, vt inhospitalitas, sit opinio vehemens, valde fugiendum esse hospitem, eáque inhærens, & penitus insita. similiter definitur & mulierum odium, vt Hippolyti, & vt Timonis, generis humani. Atque, vt ad valetudinis[b] similitudinem veniam[c], eáque collatione vtamur aliquando, sed parciùs, quàm solent Stoici: vt sunt alii ad alios morbos procliuiores: sicitaque dicimus grauedinosos[d] quosdam torminosos[e], non quia semper sint, sed quia sæpe[f] sint:) alii ad metum, alij ad aliam perturbationem. ex quo in aliis anxietas, vnde anxij, in aliis iracundia dicitur: quæ ab ira differt: étsi aliud iracundum esse, aliud iratum: vt differt, anxietas ab angore. neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neque anxij, semper anguntur: vt inter ebrietatem & ebriositatem interest: aliúdque est esse amatorem, aliud amantem, atque hæc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. nã pertinent ad omneis perturbationes. in multis etiam vitiis appãret: sed nomen res non habet. ergo inuidi, & maleuoli[h], liuidi & timidi, & misericordes, quia procliues ad eas perturbationes sunt[i], non quia semper feruntur. hæc igitur procliuitas ad suum quodque genus, à similitudine corporis, ægrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad ęgrotandum procliuitas. sed hæc in bonis rebus, quod alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur, in malis procliuitas, vt significet lapsionem: in neutris habeat superius nomen. Quomodo autem in[k] corpore morbus, ægrotatio, & vitium, sic in animo. Morbum appellãt totius corporis corruptionem: Ægrotationem morbum cum imbecillitate: Vitium, cùm partes corporis inter se dissidẽt. ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas. itaq; illa duo, morbus, & ægrotatio, ex totius valetudinis[l] corporis conquassatione, & perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine[m], ipsum ex se cernitur. sed in animo tantùmodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione seiungere. vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, & à se ipsa dissentiens. ita fit, vt in alteram corruptione opinionum morbus efficiatur, & ægrotatio in alteram, inconstantia, & repugnantia. non enim omne vitium parteis habet dissentienteis, vt eorum, qui non longè à sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans à seipsa, dum est incipiens, sed nõ distorta, nec praua. morbi autem, & ægrotationes, partes sunt vitiositatis: sed perturbationes, sintne eiusdem partes, quæstio est. vitia enim affectiones sunt manẽtes: perturbationes autem, mouentes, vt non possint affectionum manentium partes esse. atque vt in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic & in bonis. sunt enim in corpore[n] præcipua, pulcritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas. sunt item in animo. Corporis tẽperatio, cùm ea congruunt inter se, è quibus constamus: sanitas sic animi dicitur: cùm eius iudicia, opiniónésque concordant. eáque est animi virtus: quam alij ipsam temperantiam dicunt esse, alij obtemperantem temperantiæ præceptis, & eam subsequentem, nec habentem vllam speciem suam: sed siue hoc, siue illud sit, in solo esse sapiente. Est autem quędam animi sanitas[a], quæ in insipientem etiã cadat, cùm curatione[b] medicorum perturbatio[c] mentis aufertur. Et, vt corporis est quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam suauitate: eáque dicitur pulcritudo: sic in animo, opinionum, iudiciorúmque ęquabilitas, & cõstantia, cũ firmitate quadam, & stabilitate virtutem subsequens, aut virtutis vim ipsam continens, pulcritudo vocatur. Itémque viribus corporis, & neruis & efficacitati similes, similibus quoq; verbis, animi vires nominãtur. Velocitas autẽ corporis, celeritas appellatur: quæ eadem ingenij etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percursionem[d]. Illud, animorum corporúmque dissimile est, quòd animi valentes, morbo tentari nõ possunt, corpora possunt: sed corporũ offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt. itaque in hominibus solùm exsistunt. nam bestiæ simile quiddã faciunt, sed in perturbationes nõ incidunt. Inter acutos autẽ, & hebetes hoc interest, quòd ingeniosi, vt æs Corinthium in æruginem, sic illi in morbum & incidunt tardiùs, & recreantur ocyùs: hebetes nõ item. Nec verò in omnem morbum, ac perturbationem animus ingeniosi cadit. non enim multa efferata, & immania: quędam autem humanitatis quoq; habent primam speciem, vt misericordia, ęgritudo, metus. Ægrotationes autem, & morbi animorum, difficiliùs euelli posse putantur, quàm summa illa vitia, quæ virtutibus sunt contraria: morbis[e] enim manentibus, vitia sublata esse non possunt, quia non tam celeriter sanantur, quàm illa tolluntur. Habes ea, quę de perturbationibus enucleatè disputant Stoici, quę logica appellant, quia differuntur subtiliùs. è quibus quoniam tanquam è scrupulosis[f] cotibus enauigauit oratio, reliquæ disputationis cursum teneamus: modò satis illa dilucidè dixerimus pro rerum obscuritate. A. Prorsus satis: sed siqua diligentiùs erunt cognoscenda, quęremus aliàs: nunc vela, quæ modò dicebas, exspectamus, & cursum. M. Quando & aliis locis de virtute diximus, & sæpe dicendũ erit (pleræque enim quæstiones, quæ ad vitam, moréſque pertinẽt, à virtutis fonte ducuntur) quando igitur virtus, est affectio animi constans, cõueniénsq;, laudabileis efficiens eos, in quibus est. & ipsa per se sua spõte, seiunctis etiam vtilitate laudabilis: ex ea proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ, actiones, omnísq; recta ratio: quamquam ipsa virtus breuissimè recta ratio dici potest. huius igitur virtutis cõtraria est vitiositas. sic. n. mâlo, quàm malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. nam malitia, certi cuiusdam vitij nomen est. vitiositas, omnium. ex qua cogitantur[g] perturbationes, quæ sunt, vt paullo antè dixim[o], turbidi animorum, concitatíq; motus auersi à ratione, & inimicissimi mentis, vitæq; tranquillæ. important enim ægritudines anxias, atque acerbas, animósq; affligunt, & debilitant metu. iidem inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, à tẽperantia, & moderatione plurimùm dissidentem. quæ si quando adepta[h] est id, quod ei fuerit

a Tuscul. insanitas quæ in sapientem etiam cadat*
b al. curatione & perturbatione medicorum cõturbatio mẽtis.*
c q.v.c. conturbatio mẽtis. & ita L.
d al. percursiones. sic Nonius cap. 2. in percussionem. 707.*
P. CCXVI.
e fort. morbis enim manentib. vitia sublata esse possunt, quia &c. vel sic. vitiis enim nõ manentibus morbi sublati esse non possunt, quia non tam, &c.
f fort. è scrupolis cotibus
g fort. concitantur. fort. agitantur.
P. R.
h v.c. adeptaretur id, q. fort. adepta erit id, q.

concupitum, tum [a] fert alacritatem, vt nihil esse constet, quod agat: vt ille [b], qui VOTVPTATEM animi nimiam summum esse errorem arbitratur. eorum igitur malorum in vna virtute posita sanatio est. Quid autem est non miserius solùm, sed fœdius etiam, & deformius, quàm ægritudine quis afflictus, debilitatúsque [c] iacens? cui miseriæ proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatúsque [d] pendet animi. quam vim significantes mali, poetæ impendêre apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera, animique impotentiam, & superbiloquentiam [e]. ea communis pœna stultitiæ est. omnibus enim, quorum mens abhorret à ratione semper [f] aliquis aliis dolor, aliis terror impendet. atque vt hæ tabificæ [g] mentis perturbationes sunt, ægritudinem dico, & metum: sic hilariores illæ, cupiditas, auidè semper aliquid expetês [h], & inanis alacritas, id est, lætitia gestiens non multùm differunt ab amentia. ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tũ moderatũ, aliâs modestum, & temperantẽ, aliâs constantẽ, cõtinentémq; dicimus. nonnumquã hęc eadem vocabula ad frugalitatis nomen, tanquam ad caput, referre volumus. quòd nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquã illud ita peruulgatum esset, vt iam prouerbij locum obtineret, *Hominem frugi omnia recte facere.* quod idem cùm Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimísq; magnificè dicere videntur. Ergo is, quisquis est, qui moderatione, & constantia quietus animo est, sibíq; ipse placatus, vt neque tabescat molestiis, neque frãgatur timore, nec sitienter quid appetens [i] ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens, quem quærimus, is est beatus: cui nihil humanarũ rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendũ videri potest. quid enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiúsque mundi nota sit magnitudo? nam quid aut in studiis humanis, aut in tam exigua vitæ breuitate magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum? atque idem ita acrem in omneis partes aciem intendit, vt semper videat sedem sibi, ac locũ sine molestia, atque angore viuendi, vt quemcunque casum fortuna inuexerit, hunc aptè & quiete ferat. quod qui faciet, non ægritudine solùm vacabit, sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. his autem vacuus animus, perfectè atque absolutè beatos efficit: idémque concitatus, & abstractus ab integra, certáque ratione nõ constantiam solùm amittit, verùm etiam sanitatem. quocirca mollis, & eneruata putanda est Peripateticorum ratio, & oratio, qui perturbari animos necesse esse dicunt. sed adhibent modum quẽdam, quem vltra progredi non oporteat. Modum tu adhibes vitio? an vitium nullum est, non parere rationi? an ratio parum præcipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus te efferas insolenter? nec potrò malum, quo aut oppressus iaceas, aut, ne opprimare, mente vix constes? eáq; omnia aut nimis tristia, aut nimis lęta errore fieri? qui si error stultis extenuetur die, vtcũm res eadem maneat, aliter ferat [k] inueterata, aliter recentia: sapientem [l] ne attingat quidem omnino. etenim quis erit tandem modus iste? quæramus enim modum ægritudinis, in qua operæ plurimum ponitur. ægrè tulisse P. Rutilium fratris repulsam consulatus, scriptum apud Fannium est. sed tamen transisse modum videtur, quippe qui ob eam causam à [a] vita recesserit. moderatiùs igitur ferre debuit. quid si, cùm id ferret modicè, mors liberorum accessisset? nata esset ęgritudo noua, sed hęc modica: magna tamen facta esset accessio [c]. Quid, si deinde dolores graues corporis, si bonorum amissio, si cæcitas, si exsilium, si pro singulis malis ægritudines accederent? summa ea fieret, quæ non sustineretur. qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, vt si posse putet eum, qui se èd Leucade præcipitauerit, sustinere se, cùm velit. vt enim id non potest. sic animus perturbatus, & incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco vult, insistere omnino: quæque crescentia pernicioſa sunt, eadẽ sunt vitiosa nascentia. ægritudo autem, ceteræque perturbationes amplificatæ, certè pestiferæ sunt. igitur etiam susceptæ, continuò in magna pestis parte versantur. etenim ipsæ se impellũt, vbi semel à ratione discessum est: ipsáque sibi imbecillitas indulget, in altúmque prouehitur imprudens, nec reperit locum cõsistendi. quamobrem nihil interest, vtrùm moderatas perturbationes approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperãtiam. qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. quod cùm ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico, incitatáque semel in procliue labuntur, sustinerique nullo modo possunt. Quid? quòd iidem Peripatetici perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modò naturaleis esse dicunt, sed etiam vtiliter à natura datas? quorũ est talis oratio. Primùm multis verbis *irascendiam laudant: Cotem* [f] *fortitudinis esse dicunt*, multóque & in hostem, & in improbum ciuem vehementiores iratorum impetus esse: leueis autem ratiunculas eorum, qui ita cogitarent: prælium rectum est hoc fieri: conuenit dimicare pro legib [g], pro libertate, pro patria. hæc nullam habent vim, nisi ira excãduit fortitudo nec verò de bellatoribus solùm disputant. imperia seueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundię: oratorem deniq; non modò accusantem, sed ne defendentem quidem probant sine [g] aculeis iracundiæ. quæ etiam si non adsit, tamen verbis, atque motu simulandam arbitrantur, vt auditoris iram oratoris incendat actio. virum denique videri negant, qui irasci nesciat. eámque, quam lenitatem nos dicimus, vitioſo lentitudinis [h] nomine appellant. nec verò solùm hanc libidinem laudant (est enim ira vt modò definiui, vlciscendi libido) sed illud ipsum genus vel libidinis, vel cupiditatis ad summam vtilitatem esse dicunt à natura datum: nihil enim quemquam, nisi quod libeat, præclarè facere posse. noctu ambulabat in publico Themistocles [i], quòd somnum capere non posset: quærentibúsque respondebat, Miltiadis trophæis [k] se è somno suscitari. cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ? qui dolere se aiebat, si quãdo opificũ antelucana victus esset industria. philosophiæ deniq; ipsius principes nũquã in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. vltimas terras lustrasse

[a] L. tum ea fertur alacritate.
[b] Trabea scribit, cuius citatur versus lib. 2. Epistolarum & libro 2. de finibus.*
[c] L. debilitatus, iacens? & ita v. c. [d] exanimatus, pendet animi. Ita Nonius cap. 5. *in Genitiuus positus pro ablatiuo.**
[e] citatur hic locus à Nonio cap. 2. in superbiloquentia.*
[f] L. semper aliquis talis terror impedet. & *ita sæpe vbi vocabula ignobilibus sic scriptum est*, semper aliquid alis terror imp.
[g] Ita Nonius in Tabificabile c. 2.* P. CCXVII.
[h] *fort.* appetens.
[i] q. v. c. exspectans ard. al. expetens.
P. B.
[k] L. ferant l. v. c. sapientem.
[a] *fort.* e vita decesserit.
[b] *fort* nec ea modica: quæ etiam si modica, magna tamen, &c. [c] al. nec ea modica, aut si etiam modica, magna tamen. al. quod si esset illa modica, magna tamen. al. quæ vt esset modica, magna tamen.* c q. v. c. accessione. d q. v. c. lentescate.
P. CCXVIII.
[e] *fort.* incitatique semel, procliue labuntur.
[f] Idem & Academici. ita legendum apud Lactantium 6. c. 15. non, comitem.*
[g] al. sine stimulis.
[h] Ita apud Nonium cap. 2. in lentitudine vocabulo. lenitudinis meminit.
[i] Idem Plutarchus in Themistocle & plures alii. [k] Trophæis.
P. B.

strasse Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus. vbi enim quid esset, quod discì posset, eò veniendum iudicauerunt. num putamus hæc fieri sine summo cupiditatis ardore potuisse? ipsam ægritudinem, quam nos vt tetram, & immanem belluam, fugiendam esse diximus, non sine magna vtilitate à natura diciunt cõstitutam, vt homines castigationibus, reprehensionibus, ignonominiis affici se in delicto dolerẽt. impunitas. n. peccatorum data videtur eis, qui & ignominiam & infamiã ferunt sine dolore. morderi est melius cõscientia. ex[a] quo est illud è vita ductum ab Afranio. nam cum dissolutus filius,

Heu me miserum,

dixisset[b]: tum seuerus pater,

Dummodò doleat aliquid, doleat quod lubet.

Reliquas quoque parteis ægritudinis, vtileis esse dicunt, misericordiam ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum subleuandas: ipsum illud æmulari, obtrectare, non esse inutile, cùm aut se non idem videat cõsecutum, quod alium, aut alium idem, quod se: metum verò si quis sustulisset, omnem vitæ diligentiam sublatã fore, quæ summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent. hæc tamen ita disputant, vt resecanda esse fateantur, euelli penitus dicant nec posse, nec opus esse: vt in omnib[9] ferè rebus mediocritatem esse optimam existimẽt. quæ cùm exponunt, nihilne tibi videntur, an aliquid dicere? A. Mihi verò dicere aliquid: itaque exspecto, quid ad ista. M. Reperiam fortasse: sed illud antè. vidésne, quanta fuerit apud Academicos verecundia? planè enim dicunt quod ad rem pertineat. Peripateticis respondetur à Stoicis. digladientur illi per me licet: cui nihil est necesse, nisi vbi sit illud quod verisimillimum videatur, inquirere[c], quid est igitur, quod occurrat in hac quæstione, è qua possit artingi aliquid verisimile, quo longiùs mens humana progredi non potest? definitio perturbationis: qua rectè Zenonem vsum puto. ita enim definit, vt perturbatio sit aduersa[d] ratione, contra naturam, animi commotio: vel breuiùs, vt perturbatio sit appetitus vehementior: vehementior autem intelligatur is, qui procul absit à naturę cõstãtia. Quid ad has definitiones possim dicere? atqui hæc ad pleraque sunt prudentes, acutéque disserentium. illa quidé ex rhetorum pompa, ardores animorum cotésque virtutum. an verò vir fortis, nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? gladiatorum[e] id quidem. quamquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam. colloquũntur, congrediuntur[f], aliquid postulãt, vt magis placati, quàm irati esse videantur. sed in illo genere sit sanè Pacideianus[g] aliquis hoc animo, vt narrat Lucilius,

Occidam illum equidem, & vincam, si id quaritis, inquit,
Verum illud credo fore, in os priùs accipiam ipse,
Quàm gladium in stomacho sura[h], ac pulmonibus sisto,
Odi hominẽ: iratus pugno: nec longius quidquam
Nobis, quàm dextræ gladium dũ accõmodet alter:
Vt quæ adeò studio, atque odio illius, efferor ira.

At sine hac gladiatoria iracundia videmus progrediẽtem apud Homerum Aiacem mulcta cum hilaritate, cùm depugnaturus esset cum Hectore: cuius, vt arma sumsit, ingressio lætitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus: vt ipsum Hectorem, quemadmodum est apud Homerum, toto pectore trementem prouocasse ad pugnam pœniteret. Atque hi collocuti inter se, priusquàm manum conserèrent, leniter & quietè, nihil in ipsa quidem pugna iracundè, rabioséve fecerunt. ego ne Torquatum quidem illum, qui hoc cognomen inuenit, iratum existimo Gallo torquem detraxisse: nec Marcellum apud Clastidium ideò fortem fuisse, quia fuerit iratus. De Africano, quidem, quia notior est nobis propter recentem memoriam, vel iurare possum, non illum iracundia tum inflammatum fuisse, cùm in acie M. Halienum[a] Pelignum scuto protexit, gladiúmque hosti in pectus infixit. de L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem inuaserit. video enim, vtrumque comminus ictu cecidisse contrario. Quid igitur huc adhibetis iram? an fortitudo, nisi insanire cœperit, impetus suos non habet? quid? Herculem, quem in cælum ista ipsa, quam vos iracundiam esse vultis, sustulit fortitudo, iratúmne censes conflixisse cum[b] Erymanthio apro, aut leone Nemæo? an etiam Theseus Marathonij tauri cornua comprehendit iratus? vide, ne fortitudo minimè sit rabiosa, sitque iracundia tota leuitatis. neque enim est illa fortitudo, quæ rationis expers est. Cõtemnendæ sunt humanæ res: negligenda mors est: patibiles & dolores, & labores putandi. Hæc cùm constituta sint iudicio, atque sententia, tum est robusta illa, & stabilis fortitudo: nisi fortè quæ vehementer, acriter, animosè fiunt, iracũdè fieri suspicamur. Mihi verò ne Scipio quidem ille pontifex maximus, qui hoc Stoicorum verũ esse declarauit, numquã[c] iratum esse sapientem, iratus videtur fuisse Ti. Gracho, tum[d], cùm cõsulem languentem reliquit, atq; ipse ptiuatus, vt si consul esset, *qui remp. saluam esse vellet*, se sequi iussit. Nescio, ecquid ipsi nos fortiter in rep. fecerimus. si quid fecimus, certè irati non fecimus. An est quidquam similius insaniæ, quàm ira? quàm bene Ennius initium dixit insaniæ. Color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum, atque factorum, quam partem habent sanitatis? quid Achille Homerico fœdius? quid Agamemnone, in iurgio? nam Aiacem quidem ira ad furorem, mortémque perduxit. Non igitur desiderat fortitudo aduocatam iracundiam. Satis est instructa, armata, parata per sese. Nam isto modo quidem licet dicere, vtilem vinolentiam ad fortitudinem, vtilem etiam dementiam, quòd & insani, & ebrij multa faciunt sæpe vehementiùs. Semper Aiax fortis: fortissimus tamen in furore:

Nã facimus facit maximũ, cum, Danais inclinãtib[9]
Sũmam[c] rem perfecit manus, prælium[f] cum restituit insaniens.

Dicamus igitur vtilẽ insaniã. tracta definitionẽ fortitudinis. intelliges, eam stomacho non egere. fortitudo est igitur, animi[g] affectio, legi summæ in perpetiendis rebus[h] obtẽperans, vel conseruatio stabilis iudicij in eis rebus, quæ formidolosę videntur, subeundis, & repellendis, vel scientia rerũ formidolosarum, contrariarúmq;[i], aut omnino negligendarum, conseruãs earũ rerum stabilẽ iudiciũ: vel breuiùs, vt Chrysippus. nã superiores definitiones erãt Sphæri, hominis in primis benè definientis,

a L. ex quo est illud scitum ab Afr.
b Verbum dissilet, non est p. c.
P. CCXIX.
c v.c. anquirere, & ita L.
d L. auersa à ratione, vel, ad uersa ratione.
e v.c. gladiatorum id quidem, & i. f. v.c. congrediuntur, quæ quidam, aliquid posc. & L. g. Pacideianus & al. Placidius, nos, vt libro de optimo genere oratorum. Pacidianus, vt apud Nonium cap. de furore. h L. iura, ac pulmo. ‖ ita Turnebus, Lyra p. B. matem. & veriori. vel, pectus pulm.
a al. Alienũ al. Attienũ. *
b al. cum a pro Aeriman thio,
P. CC XX
c o.v.c. numquam priuatum esse sapientem: & ita L. ‖ rectè. Stoici enim dicebant sapientem sem per magistratum gerere. dixi Academicorum 4. in f.* dsimile extat quidda Philopœmenis apud Plutarchum.*
e hæc verba, prælium restituit insaniens, Lucanus & ossema esse putat*
f L. Summam rem erexit, prœliũ cum rest. inf.
d v.c. affectio animi, legi h L. dolorib.
i L. contrariarúmque aut perferendarum. P. B.
rum, aut omnino negl. & ita duo v.c.

vt putant Stoici: sunt enim omnino omnes ferè similes: sed declarant communeis notiones alia magis alia. Quo modo igitur Chrysippus? fortitudo est, inquit, scientia perferendarum[a] rerum, vel affectio animi in patiēdo, ac perferendo, summæ legi parens sine timore. Licet[b] enim insectemur istos, vt Carneades solebat, metuo, ne soli philosophi sint. Quæ enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine, rectam, atque inuolutam? qua aperta, quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid, neq; eos existimet sine rabie quidquam fortiter facere posse? Quid[c] Stoici, qui omneis insipienteis insanos esse dicunt, nónne ista colliguntᵉ remoue perturbationes, maximéque iracundiam: iam videbuntur monstra dicere. Nunc autem ita disserunt, sic se dicere, omneis stultos insanire, vt malè olere omne cœnum. At non semper. Commoue: senties. Sic iracundus non semper iratus est. Laceſſe: iam videbis furentem. Quid? ista bellatrix iracundia, cùm domum rediit, qualis est cum vxore? cum liberis? cum familia? an tum quoque est vtilis? est igitur aliquid, quod conturbata mēs meliùs possit facere, quàm constans? an quisquam potest sine perturbatione mentis irasci? bene igitur nostri, cùm omnia essent in morbis vitia, quòd nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morbosos nominauerunt. Oratorem verò irasci minimè decet: simulare non dedecet. An tibi irasci tum videmur, cùm quid in causis acriùs & vehementiùs dicimus? quid? cùm iam rebus transactis, & præteritis orationes scribimus, num irati scribimus?

Ecquis hoc animaduertit? Vincite.

Num aut egisse vmquam iratum Æsopū, aut scripsisse existimamus iratum Accium[d]? agunt ista præclarè, & ab oratore quidem meliùs, si modò est orator, quàm ab vllo histrione: sed aguntur leniter, & mente tranquilla. Libidinem verò laudare, cuius est libidinis? Themistoclem, & Demosthenem mihi profertis: additis Pythagoram, Democritum, Platonem. Quid? vos studia, libidinem vocatis? quæ vel optimarum rerum[e], vt ea sunt, quæ profertis, sedata tamen & tranquilla esse debent. Iam ægritudinem laudare, vnam rem maximè detestabilem, quorum est tandem philosophorum? At[f] commodè dixit Afranius,

Dummodò doleat aliquid, doleat quod lubet.

Dixit enim de adolescente perdito, ac dissoluto: nos autem de constanti viro, ac sapienti quærimus. Et quidem illam ipsam iram cēturio habeat, aut signifer, vel ceteri de quibus dici non necesse est, ne thetorum aperiamus mysteria. vtile est enim vti[g] motu animi, qui vti ratione non potest: nos autem, vt testificor sæpe, de sapiēte quærimus. At etiam æmulari vtile est, obtrectare, misereri. Cur misereare potiùs, quàm feras opem, si id facere possis? an sine misericordia liberales esse non possumus? non enim suscipere ipsi ægritudines propter alios debemus: sed alios, si possumus, leuare ægritudine. Obtrectare verò alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ ritualitati[h] similis est, æmulari, quid habet vtilitatis, cùm sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse nō habeat: obtrectātis[h] autem alieno bono, quòd id etiam alius habeat? quis id approbare possit,

ægritudinē suscip ere[a] pro experientia, si quid habere velis? nam solum habere velle, summa[b] dementia est. Mediocritates autem malorum quis laudare rectè possit? quis enim potest, in quo libido, cupiditásve sit, non libidinosus & cupidus esse? in quo ira, non iracundus? in quo angor, non anxius? in quo timor, non timidus? libidinosum igitur, & cupidum, & iracundum, & anxium, & timidum censemus esse sapientem? de cuius excellentia multa quidem dici quamuis fusè, latéque possint[c]: sed breuissimè illo modo,

Sapientiam esse rerum diuinarum, & humanarum scientiam cogitationémque, quæ causa cuiusque rei sit. ex quo efficitur, vt diuina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat. In[d] hāc tu igitur, tamquam in mare, quod est ventis subiectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri? quid est, quod tantam grauitatē, constantiámque perturbet? an improuisum aliquid, atque repentinum? quid potest accidere tale ei, cui nihil subitum est, quod homini euenire possit? Nam quod aiunt nimia resecari oportere, naturalia relinqui: quid tādem potest esse naturale, quod idē nimium esse possit? sunt enim omnia ista ex errorum orta radicibus. Quæ euellenda, & extrahenda penitus, non circumcidenda, nec amputanda sunt. Sed quoniam suspicor te nō tam de sapiente, quàm de te ipso quærere (illum enim putas omni perturbatione esse liberum[e], te vis) videamus, quanta sint, quæ à philosophia remedia morbis animorum adhibeantur. est enim quædam medicina certè: nec tam fuit hominum generi infensa, atque inimica natura, vt corporibus tot res salutareis, animis nullam inuenerit. De quibus est hoc etiam merita meliùs, quòd corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. Sed quo maior est in eis præstantia, & diuinior, eo maiore indigent diligentia. Itaq; bene[f] adhibita ratio cernit, quid optimū sit: neglecta, multis implicatur erroribus. Ad te igitur mihi iā conuertenda omnis oratio est, simulas enim quærere te de sapiente: quæris autem fortasse de te. Earum igitur perturbationum, quas exposui, variæ sunt curationes. nam neque omnis ægritudo vna ratione sedatur. alia est enim lugenti, alia miseranti[g], alia inuidenti adhibenda medicina. est[h] enim in omnibus quatuor perturbationibus illa distinctio, vtrùm ad vniuersam perturbationē, quæ est aspernatio rationis, aut appetitus vehementior: an ad singulas, vt ad metum, libidinem, reliquásque meliùs adhibeatur oratio, & vtrùm illúdne non videatur ægrè ferendū, ex quo suscepta sit ęgritudo, an omniū rerum tollendā[i] omnino ægritudo: vt si quis ægrè ferat, se pauperem esse, ídne disputes, paupertatem mālū non esse: an hominē ægrè ferre nihil oportere. nimirum hoc melius: ne, si forte de paupertate non persuaseris, sit ægritudini concedendū: ęgritudine autē sublata, propriis rationibus, quibus heri vsi sumus, quodam modo etiam paupertatis malum tollitur. Sed omnis eiusmodi perturbatio, animi placatione abluatur illa quidem, cùm docceas, nec bonum illud esse, ex quo lætitia, aut libido oriatur: nec malum, ex quo, aut metus, aut ægritudo: verumtamen hæc est certa, & propria sanatio, si docceas, ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere

a *sort.* perferē dorum laborum,

b *v.c.* Quamuis licet insectemur istos ‖ *id est* quantūuis.*

c E. Quid? Stoici, qui omneis, &c.

P. CCXXI.

d L. Attium:

e *al.* rerū sunt vt ea sunt.*

f *v.c.* Quàm comm.

g *sort.* vum vti motu

h L. obtrectātis autem, angi alieno bono, quod &c. Et ita vsi.

a *al.* vīs prōfers,

b *al.* summa dementia

c *al.* posſitq;

d *al.* In hāc

P. CCXXII

e *al.* liberum vis, videa mus.*

f *al.* bene habita ratio

g *sort.* miserenti,

h *v.c.* est etiam in omnib. & *pl.*

i *al.* tolerari.

bere quidquam aut naturale, aut necessarium. vt ipsam ægritudinem leniri videmus, cùm obiicimus[a] merentibus imbecillitatem animi effœminati, cúmque eorum grauitatem, constantiámque laudamus, qui non turbulentè humana patiantur. quod quidem solet eis etiam accidere, qui illa mala esse censent, ferenda tamen æquo animo arbitrantur. putat aliquis voluptatem esse bonum: alius autem pecuniam: tamen & ille ab intemperantia, & hic ab auaritia auocari potest. illa autem altera ratio, & oratio, quæ simul & opinionem falsam tollit, & ægritudinem detrahit, est ea quidem vtilior, sed rarò proficit, neque ad vulgus adhibenda. Quædam autem sunt ægritudines, quas leuare illa medicina nullo modo possit: vt si quis ægrè ferat nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officij, nihil honestatis: propter mala is quidem angatur, sed alia quædam ad eum sit admouenda curatio, & talis quidem, quæ possit esse omnium, etiam de cæteris rebus discrepantium philosophorum. inter omneis enim conuenire oportet commotiones animorum, à recta ratione auersas, esse vitiosas, vt, etiam [c] si nec mala sint illa, quæ metum, ægritudinémve, nec bona, quę cupiditatē, lætitiámve mouеant, tamen sit vitiosa ipsa commotio. constantem enim volumus quendam, sedatum, grauem, humana omnia prementem [d] illum esse, quem magnanimum, & fortem virum dicimus. talis autem nec mærens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens esse quisquam potest. eorum enim hæc sunt, qui euētus humanos, superiores, quàm suos animos esse ducūt. quare omnium philosophorum, vt antè dixi, vna ratio est medendi, vt nihil, quale sit illud quod perturbet animum, sed de ipsa sit perturbatione dicendum. itaque primùm in ipsa cupiditate, cùm id solùm agitur, vt ea tollatur, non est quærendum, bonum illud, nécne sit, quod libidinem moueat: sed libido ipsa tollenda est: vt siue, quod honestum est, id sit summum bonum, siue voluptas, siue horum vtrumque coniunctum, siue illa tria genera bonorum, tamen, etiam si virtutis ipsius vehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio. continet autem sedationem animi, humana in conspectu posita natura: quæ quo faciliùs expressa cernatur, explicanda est oratione communis cōditio, léxque vitæ. Itaque non sine causa cùm Orestem fabulam doceret Euripides: primos treis e versus reuocasse dicitur Socrates:

Neque [f] tam terribilis vlla fando oratio est,
Neque sors, neque ira cælitum inuectum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat[h].

Est autem vtilis ad persuadendum, ea, quę accideruntferri & posse, & oportere, enumeratio eorum, qui tulerunt. etsi ægritudinis sedatio & hesterna disputatione explicata est, & in Consolationis libro, quem in medio (nō enim sapientes eramus) mærore, & dolore conscripsimus: quódque vetat Chrysippus, ad recenteis quasi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus, naturæque vim attulimus, vt magnitudini medicinæ doloris maturitudo concederet. Sed ægritudini, de qua satis est disputatum, finitimus est metus. De quo pauca dicenda sunt. Est enim metus, vt ægritudo, præsentis: sic ille, futuri mali. Itaque nonnulli ægritudinis partem quandam, metum esse dicebant. alij autem metum, præmolestiam appellabant, quòd est quasi dux consequentis molestiæ. Quibus igitur rationibus instantia feruntur, eisdem contemnuntur sequentia. nam videndum est in vtrisq; ne quid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectúmque faciamus. Sed quamquam de ipsius metus inconstantia, imbecillitate, leuitate, dicēdum est: tamen multum prodest, ea, quæ metuūtur, ipsa cōtemnere[a]. Itaque, siue casu accidit, siue consilio, per commodè factum est, quòd eis de rebus, quæ maximè metuuntur, de morte, & de dolore, primo, & proximo die disputatum est. Quæ si probata sunt, metu magna ex parte liberati sumus. Ac de malorum opinione, hactenus. Videamus nunc de bonorum, id est, de lætitia, & de cupiditate. Mihi quidem in tota ratione ea, quæ pertinet ad animi perturbationem, vna res videtur causam continere[b], omneis eas esse in nostra potestate omneis iudicio susceptas: omneis voluntarias. Hic igitur error est eripiendus, hęc detrahenda opinio[c]: atque vt in malis opinatis, tolerabiliora: sic in bonis, sedatiora sunt efficienda ea quæ magna, & lætabilia dicuntur. Atque hoc quidem commune malorum, & bonorum: vt, si iam difficile sit persuadere, nihil earum rerū, quæ perturbent animum, aut in malis, aut in bonis esse habendum, tamen alia ad alium motum curatio sit adhibenda, aliáque ratione maleuolus [d], alia amator, alia rursus anxius, alia timidus, corrigendus. atque erat facile, sequentem eam rationem, quę maximè probatur de bonis, & malis, negare vmquam lætitia affici posse insipientem, quod nihil vmquam haberet boni. Sed loquimur nunc more communi. Sint sanè ista bona, quæ putantur, honores, diuitiæ, voluptates, ceteráque: tamen in eis ipsis potiundis exsultans, gestiénsque lætitia, turpis est, vt si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio. eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo, in dolore, contractio: eadémque leuitate cupiditas est in appetendo, qua lætitia, in fruendo: & vt nimis afflicti molestia, sic [e] animi elati lętitia, iure iudicantur leues. & cùm inuidere, ægritudinis sit: malis[f] autem alienis voluptatem capere, lætitiæ: vtrumque immanitate, & feritate quadam proponenda, castigari solet. Atque vt confidere[g] decet, timere non decet: sic gaudere decet, lætari non decet: quoniam docendi causa à gaudio lætitiam distinguimus, illud iam suprà diximus, fieri contractionem animi rectè numquam posse, elationem posse: aliter enim Næuianus ille gaudet Hector,

Lætus [h] sum
Laudari me abs te, pater, laudato viro:

aliter illeapud Trabeam Chærea,

Læna delinita [i] argento nutum obseruabit meum,
Quid velim, quid studeam: adueniens digito impellam ianuam:
Fores patebunt. de improuiso Chrysis me vbi adspexerit,
Alacris obuiam mihi veniet complexum exoptatus meum,
Mihi se dedet:

Quàm hæc pulchra putet, ipse iam dicet,
Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

a v.c. obiicimus

b v.c. eaque est ad vulgus adhibenda.

c v.c. etiamsi mala sint illa quæ metum, ægritudinémve, & bona, quæ cupiditatē, lætitiámve mouеant. P.CCXXIII.

d v.c. maluolus,

P.CCXXIIII.

e v.c. sic nimis elati

f Ouidius de Medea, Video meliora proboque, deteriora sequor. Οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ἀκρασία, οὐδὲ ἐγκράτεια, ἀλλὰ πάντα ἐστὶν ἀδιάφορα. Hæc ab Academicis dicuntur, quæ Stoici negant. Ex Cicerone.

g Ex Cicerone. Recte.

h Idem 5. familiar. 12. & 15. epistola 6.

i al. delenita

Hæc lætitia quàm turpis sit, satis est diligēter attēdentem penitus videre. Et vt turpes sunt, qui efferunt se lætitia tum cùm fruuntur Venereis voluptatibus: sic flagitiosi, qui eas inflā mato animo concupiscunt. Totus verò iste, qui vulgo appellatur amor, (nec, hercule, inuenio, quo nomine alio possit appellari) tantæ leuitatis est, vt nihil videam, quod putem conferendum. Quem Cæcilius,

---deum[a] *qui non summum putet,*
Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimet:
Cui in manu sit, quem esse, dementem velit,
Quem sapere, quem sanari què in morbum iniici,
Quem cōtrà amari, quem[b] acerbi, quem expeti.

O præclaram emendatricem vitæ, poeticam! quæ amorem, flagitij, & leuitatis auctorem, in cōsilio deorum collocandum putet. De cōmœdia loquor: quæ si hæc flagitia non probaremus, nulla esset omnino. Quid autem ex tragœdia princeps[c] ille Argonautarum?

Tu[d] m'amori magis quàm honori seruauisti gratia.

Quid ergo? hic amor Medææ quanta miseriarum incendia[e] excitauit! atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet, se coniugem habuisse

Illum, amor quem dederat, qui plus pollet, potiorque est patre.

Sed poetas ludere sinamus, quorum fabulis in hoc flagitio versari ipsum videmus Iouem. Ad magistros virtutis philosophos veniamus: qui amorem negant stupri esse, & in eo litigant cum Epicuro, non multùm, vt opinio mea fert, mentiente. quis est enim amor iste amicitię? cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem? mihi quidem hæc in Græcorum gymnasiis nata consuetudo videtur: in quibus isti, liberi, & concessi sunt amores. Bene igitur Ennius,

Flagitij princip ŭ est nudare inter ciues[f] corpora.

Qui vt sint, sicut fieri posse video, pudici, solliciti tamen, & anxij sunt: eóq; magis quòd se ipsi continent, & coercent. Atque, vt mulie breis amores omittam, quibus majorem licētiam natura concesserit: quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poetæ velint: aut nō intelligit, quid apud Euripidē & loquatur, & cupiat Laius? quid denique homines doctissimi, & summi poetæ de seipsis, & carminibus edant, & cantibus? fortis vir in sua rep. cognitus, quæ de iuuenum amore scripsit Alcæus? nam Anacreōtis quidem tota poesis est amatoria. Maximè verò omnium flagrasse amore Rheginum Ibicum, apparet ex scriptis. Atq; horum omnium libidinosos esse amores videmus. Philosophi sumus exotti, & auctore quidem nostro[g] Platone, quem non iniuria Dicæarchus accusat, qui amori auctoritatem tribueremus. Stoici verò & sapientem amaturum esse dicunt: & amorem ipsum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie definiunt. qui si quis est in rerum natura sine solicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspitio: sit sanè. vacat enim omni libidine. hæc autem de libidine oratio est. si nautem est aliquis amor, vt est certè, qui nihil absit, aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est:

Si quidem si quisquam deus, qui ego sim curæ.

At id erat deis omnibus curandum quemadmodum hic frueretur voluptate amatoria.

Heu me infelicem.

Nihil verius. Probè & ille,

Sanúsne es, qui temerè lamentare?

Sic insanus suis etiam videtur. At quas tragœdias effecit?

Te Apollo sancte, fer opem, téque omnipotens Neptune inuoco.
Vósque adeò venti.

Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat: Venerem vnam excludit, vt[a] iniquam.

Nam quid ego te appellem Venus?

Eam præ libidine negat curare quidquā. quasi verò ipse non propter libidinem tanta flagitia & faciat, & dicat. Sic igitur affecto hæc adhibenda curatio est, vt & illud, quod cupiat, ostendat quàm leue, quàm cōtemnendū, q̄ nihil sit omnino, q̄ facilè vel aliundè, vel alio modo perfici, vel omnino negligi possit. Adducendus est etiam nonnumquam ad alia studia, sollicitudines, curas, negotia Loci deniq; mutatione, tanquam ægroti non conualescentes, sæpe curandus est. Etiam nouo quodam amore veterem amorem *tanquam*[b] *clauo clauum* eiiciendum[c] putant. maximè autem admonendus, quantus sit furor amoris. omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior: vt, si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique, quorū omnium accusabilis est turpitudo: sed vt hæc omittamus, perturbatio ipsa mentis in amore, fœda per se est, nam vt illa præteream, quæ sunt furoris: hæc ipsa per se esse quam habent leuitatem, quæ videntur esse mediocria?

--iniuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, indutiæ. P. CCXXVI.
Bellum, pax rursum. Incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm si des operam, vt cum ratione insanias.

Hęc inconstantia, mutabilitásq; mentis, quem non ipsa prauitate deterreat? est enim illud, quod in omni perturbatione dicitur, dem̄strandum, nullum esse nisi opinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi voluntariam. etenim si naturalis amor esset: & amarent omnes, & damarentur, & semper amarent, & idē amarent. neq; alium pudor, alium cogitatio, aliū satietas deterreret. Ira verò quamquam[c] diu perturbat animum, dubitationem insaniæ non habet: cuius impulsu exsistit etiam inter fratres tale iurgium:

Quis homo te exsuperauit vmquam gentium impudentia?
Quis autem malitia te?

Nosti quæ sequuntur. alternis enim versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ: vt facilè appareat, Atrei filios esse, eius, qui meditatur pœnam in fratrem nouam.

Maior mihi moles, maius miscendum malum,
Quì illius a. erbum cor contundam, & comprimam.

Quæ[f] igitur hæ erunt moles? audi Thyestem[g] ipsum:

Imp us hortatur me frater, vt meos malis miser
Manderem[h] natos.

Eorum viscera opponit. quid est enim, quò non progrediatur eōdem ira, quò furoris latitudo? quo quidem iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. horum enim potestas in totum animum esse debet. his autem sunt subtrahēdi, in quos impetum

a sic Euripid. apud Stobæum, Athenæum 13 dipnosophisti.* Ἐγὼ γὰρ οὐδέν᾽ ὄρθιος κρίνει μέγαν, Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὕπερτατον, Ἥφαιστός ἐστιν, ὃν καλοῦσιν ἄνθρωποι Οὐρανίαν· ὁ δ᾽ οὐδὲν ἧσσον τὸν μίσγον ἀνθρώποις θεόν.

b L. quem arcessiti, & ita v.c.

c Iason*

d Euripides, ὡς ἔρως σ᾽ ἀνάγκασε Πόνων ἀφύκτων ἐκπονεῖν ἐμῶν ὑπέρ. P. CCXXV. ‖ vide Victorium 15. Variarum. 8.*

e v.c. excitauit incendia! & ita L. f v.c. ciuis

g prætexabulum nostro, non habemus v. c. nec agnoscit L.

a al. vt nequam] ita Turnebus.

b Aristotel. 4. Politicor. ἥκιστα γὰρ ἂν ἔρωτι ἐπιτείνοιτο ἡ στάσις. & c v.c. eiiciendum p.

d hoc verum, & amarentur non habent in loci manuscr. ea quæ sequūtur L.

e L. quamdiu pertur. v.c. ta verò, quæ quamdiu pertur.

f L. quæ igitur hæc erit moles? al. Thyestem.

g Mandem b. Mandem b. Accusator z. Ne Saturnus eum ma lis mandaret adeptus. Malis autem mandare, & deuorandum committere, i L. quo non progrediatur ira? cōgruit quò furori P. R.

impetum conantur facere, dum se ipsi colligant (quid est autem se ipsum colligere, nisi dissipatas animi parteis rursum in suum locũ cogere?) aut[a] rogandi sunt, orandique, vt, si quam habent vlciscendi vim, differant in tempus aliud, dum[b] deferuescat ira. Deferuescere autem certè significat ardorem animi inuitatione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytæ[c]: qui cùm villico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? Vbi sunt ergo isti, qui iracundiam vtilẽ dicũt? Potest[d] vtilis esse insania? At naturalis est. An quidquam esse potest secundum naturam, quod fit repugnãte ratione? quo modo autem, si naturalis esset ira: aut alius alio magis iracundus esset, aut finem haberet prius, quàm esset vlta? vlciscẽdi libido: aut quemquam pœniteret, quod feciſſet per irã? vt Alexandrum regem videmus, qui cùm interemisset Clytum familiarem suum, vix à se manus abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi. quibus cognitis, quis est, qui[g] dubitet, quin hic quoq. motus animi, sit totus opinabilis ac voluntarius? quis enim dubitarit, quin ęgrotatio nes animi, qualis est auaritia, glorię cupiditas, ex eo, quòd magni æstimetur ea res, ex qua animus ægrotat, oriãtur? vnde intelligi debet, perturbationem quoque omnem, esse in opinione. Et, si fidentia, id est, firma animi confiſio, scientia quædam est, & opinio grauis, non temerè assentiens: metus quoque, est diffidẽtia exspectati, & impendentis mali. Et, si spes, est exspectatio boni: mali exspectationẽ esse necesse est, metum. Vt igitur metus, sic reliquæ perturbationes sunt in malo. Ergo vt cõstantia, scientiæ, sic perturbatio, erroris est. Qui aũt natura dicũtur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid[h], ij sunt eiusmodi cõstituti, quasi mala valetudine animi: sanabiles tamẽ. vt Socrates dicitur, cùm multa in conuentu vitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerẽt: ab ipso autem Socrate subleuatus est, cùm[k] illa sibi vitia inesse, sed ratione à se deiecta diceret. Ergo vt opti-

A ma quisque valetudine affectus[a], potest videri alius[b], vt natura, ad aliquem morbum procliuior: sic animus alius ad alia vitia propensior. qui autem non natura, sed culpa vitiosi esse dicuntur, eorum vitia constant ex falsis opinionibus, rerum bonarũ, ac malarum, vt[e] sit aliud ad alios motus, perturbationẽsque procliuior. inueteratio autem vt in corporib[f] ægrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio: citiúsque repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Sed cognita iam causa perturbationum, quæ omnes oriuntur ex iudiciis opinionum, & volũtatibus, sit iam huius disputationis modus. Scire autem[d] nos oportet, cognitis, quoad possint ab homine cognosci, bonorum & malorum ſnibus, nihil à philosophia posse aut maius aut vtilius optari, quàm hæc, quæ à nobis hoc quatriduo disputata sunt. mortem enim contemta, & dolore ad patiendum leuato, adiunximus sedationem ægritudinis: qua nullum homini maius malum est. etsi enim omnis animi perturbatio grauis est, nec multum differt ab amẽtia: tamen[e] ita cęteros, cùm sint in aliqua perturbatione aut metus, aut lætitiæ, aut cupiditatis, commotos modò, & perturbatos dicere solemus. at eos, qui se ægritudini dediderunt[f], miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos. Itaq. non fortuitò factum videtur, sed à te ratione propositum, vt separatim de ægritudine, & de cæteris perturbationibus disputaremus. in ea est enim fons miseriarum & caput. Sed & ægritudinis, & reliquorum animi morborũ vna sanatio est: omneis opinabileis esse, & voluntarios, eáq; re susci-pi, quòd[g] ita rectum esse videatur. Hũc errorem, quasi radicẽ omnium malorum, stirpitus, philosophia se extracturã pollicetur. Demus ergo nos huic excolendos, patiamúrq; nos sanari. his. n. malis insidentibus, nõ modò beati, sed ne sani quidẽ esse possũmus. aut igitur negemus quidquam ratione cõfici, cùm contrà nihil sine ratione rectè fieri possit: aut cùm philosophia ex rationum collatione cõstet, ab ea, si & boni, & beati volumus esse, oĩa adiumẽta, & auxilia petamus bene, beatéq; viuẽdi.

a *al.* signa, vt supra *
b L. potest videri alius alio natura ad aliq.
c *al.* alius alio natura.*
d *q. v. c.* vt sic alius ad alia vitia, & motus, perturb.
d *al.* vos.
e *fort.* tamen ceteros, cùm sint in al.
f *al.* dederũt,
g L. quod ita rectũ. & ita *v. c.* p. B.

M. TVLLII CICERONIS, TVSCVLANARVM QVÆSTIONVM, AD M. BRVTVM, LIBER QVINTVS.

Virtutem ad beatè viuendum se ipsa esse contentam.

VINCT vshic[a] dies, Brute, finẽ faciet Tusculanarum b disputationum: quo die est à nobis ea de re, quã tu ex omnibus maximè probas, disputatum. placere. n. tibi admodũ sensi ex eo libro, quem ad me accuratissimè scripsisti & ex multis sermonibus tuis, virtutẽ

A ad beatè viuẽdum se ipsa esse contentã. Quod etsi difficile est probatu, propter tam varia, & tã multa tormenta fortunæ: tale tamen est, vt elaborandum sit, quo facilius probetur. nihil est enim omnium, quæ in philosophia tractantur, quod[c] grauiùs, magnificentiúsque dicatur. Nam, cùm ea causa impulerit eos, qui primi se ad philosophię studium contulerunt, vt, omnibus rebus posthabitis, totos se in[d]

a *v. c.* Hic Brute, *q. v. c.* Tusculanarum disputationum,
c *v. c.* quo grauius, magnificentiusque dicatur.
d *q. v. c.* in opportuno vitæ statu

optimo vitæ statu exquirendo collocarent: A
prosectò spe beatè viuendi tantam in eo studio curam operámque posuerunt. Quòd si ab iis inuenta, & perfecta virtus est, &, si præsidij ad beatè viuendum in virtute satis est: quis est, qui non præclarè & ab illis positam, & à nobis susceptam operam philosophandi arbitretur? sin autem virtus subiecta sub varios, incertósq; casus, famula fortunæ est, nec tantarum virium est, vt se ipsa tueatur: vereor ne non tam virtutis fiducia nitendum[a] B
nobis ad spem beatè viuendi, quàm vota facienda videantur. Equidem eos[b] casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere: interdum[c] etiam humani generis imbecillitatem fragilitatémque extimescere. vereor enim ne natura, cùm corpora nobis infirma dedisset, iisque, & morbos insanabileis, & dolores intolerabileis adiunxisset, animos quoque dederit & [d] corporum doloribus congruenteis [e], & separatim suis angoribus & molestiis implicatos. Sed [f] in hoc me ipse castigo, quòd ex aliorum, & ex nostra fortasse mollitie[g], non ex ipsa virtute de virtutis roborè existimo. illa enim, si modò est vlla virtus, quam dubitationem aunnculus tuus Brute, sustulit: omnia, quæ cadere in hominem possunt: subter se habet: eáque despiciens, casus contemnit humanos: culpáque omni carens, præter se ipsam, nihil censet ad se pertinere. Nos autem omnia aduersa tum venientia metu augente, tum mœrore præsentia rerum naturam quàm errorem nostrum damnare malumus. Sed & huius culpæ, & cæterorum vitiorum, peccatorúmque nostrorum omnis à philosophia petenda correctio est cuius in sinum cùm à primis temporibus ætatis nostra voluntas, studiúmque nos contulissent [h], his grauissimis casibus in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate cõfugimus. *O vitæ philosophia dux, ô virtutis inuentrix expultrixq; vitiorũ, quid nõ modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? tu vrbeis peperisti: tu dissipatos homines in societatem vitæ conuocasti: tu eos inter se primò domiciliis, deinde coniugiis, tum litterarum & vocum communione iunxisti: tu inuentrix legum, tu magistra morum & disciplina fuisti. ad te confugimus: à te pempetimus: tibi nos, vt antea magna ex parte, sic nunc penitus, totósque tradimus. Est autem vnus dies bene, & ex præceptis tuis actus peccanti immortalitati anteponendus. Cuius igitur potius opibus vtamur, quàm tuis? quæ & vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis sustulisti.* At [k] philosophia quidem tantum abest, vt perinde, ac de hominum est vita merita, laudetur, vt à multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam vitæ parentem, & [l] hoc parricidio se inquinare audet? & tam impiè ingratus esse, vt eam accuset, quam vereri deberet, etiamsi minùs percipere potuisset? Sed, vt opinor, hic error, & hæc indoctorum animis offusa caligo est, quòd tam longè retrò respicere non possunt: nec eos, à quibus vita hominum instructa primò sit, fuisse philosophos arbitrantur. Quam rem antiquissimâ cùm videamus, nomen tamen esse cõfitemur recens. Nam sapiẽtiam quidem ipsam quis negare potest non modò re esse antiquã, verum etiã nomine? quæ[m] diuinarũ humanarúmq. rerum, tum initiorum, causarúmque cognitione hoc pulcerrimũ nomen apud antiquos assequebatur. Itaq. & illos septem, qui à Græcis σοφοὶ, sapientes à nostris & habebantur, & nominabantur, & multis ante seculis Lycurgum, cuius temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc vrbem conditã traditur, etiam heroicis ætatibus Vlyssem, & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapienteis. Nec verò Atlas sustinere cælũ, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum vxore, genero, filia traderetur, nisi cælestium diuina cognitio nomen eorum ad errorẽ fabulæ traduxisset. A quibus ducti deinceps omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes & habebantur, & nominabantur: idque eorum nomen vsque ad Pythagoræ manauit ætatem: quem, vt scribit auditor Platonis Ponticus[a] Heraclides, vir doctus in primis, Phliuntem ferunt venisse[b], eúmque cum Leonte, principe Phliasiorum, docte, & copiosè disseruisse quædam. cuius ingenium, & eloquentiam cùm admiratus esset Leon, quæsiuisse ex eo, qua maximè arte confideret. at illum artem quidẽ se scire nullam, sed esse philosophum. admiratum Leonté nouitatem nominis, quæsisse, quinam essent philosophi, & quid inter eos, & reliquos interesset: Pythagoram autem respondisse, similem[d] sibi videri vitam hominũ, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. nam vt illic alij corporibus exercitatis gloriam, & nobilitatem coronæ peterent: alij emendi, aut vẽdendi quæstu, & lucro ducerẽtur: esset autem quoddam genus eorum, idque vel maximè ingenuũ, qui nec plausum, nec lucrum quærerẽt, sed visendi causa venirent, studioséque perspicerent, quid ageretur, & quo modo: item[e] nos quasi in mercatus quadam[g] celebritate ex vrbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita, & natura profectos: alios gloriæ seruire, alios pecuniæ: raros esse quosdam, qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuerentur: hos se appellare sapientiæ studiosos, id est enim philosophos: & vt illic liberalissimũ esset, spectare, nihil sibi acquirentem, sic in vita longè omnibus studiis contemplationẽ rerum, cognitionémque præstare. Nec verò Pythagoras nominis solùm inuentor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Qui cùm post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornauit eam Græciam, quæ magna dicta est, & priuatim & publicè, præstantissimis & institutis, & artibus. Cuius de disciplina aliud tempus fuerit fortasse dicendi. Sed ab antiqua philosophia vsque ad Socratem, qui Archelaum[h], Anaxagoræ discipulum, audierat, numeri, motúsque tractabantur, & vnde omnia orirentur, quó ve recederent: studioséq. ab his siderum magnitudines, interualla, cursus inquirebantur, & cuncta cælestia. Socrates autem primus philosophiã deuocauit è cælo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiã introduxit, & coegit de vita & moribus, rebúsq. bonis & malis quærere. Cuius multiplex ratio disputandi, rerúmque varietas, & ingenij magnitudo, Platonis memoria, & litteris consecrata, plura genera effecit differentium philosophorum. E quibus nos id potissimùm consectati [k] sumus, quo Socratem vsum arbitramur, vt nostrã ipsi sententiam regeremus, errore alios leuaremus, & in omni disputatione ac

a *fort.* nitendum nobis sit ad spem.
b *fort.* eos casus quibus me fort. *sic vet. & ita Lamb.*
c *vide Lamb.*
d Adde huic loco Lucilianos quosdam versus ex lib. 3.*
e *fort.* coægrescenteis, *al.* coægrenteis, *vel*, congrauescentes, *al.* compũctes.*
f *al.* Sed hac meipse castigo. *Nonius c. 4 in Castigare. 53.* sed hoc in me ipse castigo.*
g L. mollitia, *sic ita Nonius di cto loco.**
h L. compulisse nt,
P. 229.
i q. v. c. perpetuitati, & immortalitati. *al.* peccantis *
k q. v. c. At philosophia quidem tantum abest, vt proinde, ac de hom. &c. l L. & hoc paricidio se inquin.
m L. quæ cũ diuinarũ humanarúmque rerum, tum initiorum, causarúmque cognitione hoc pulcerrimũ nomen apud antiquos assequebatur.

P. B.

a de quo vide Laertium 5. in Heraclide.*
b venisse autem refertur Heraclides lib. περὶ ἀρχῆς & Pythagoram Leonti illi sapienti, Nullis hominum, sed solum Deum esse sapientes, vel Sicyonium. Laertius proœmio operis.*
c *vide Lamb.* ἀναλογίαν τινὰ ὁρῶντες.
d alia. *Sic Nonius cap. 3. in Mercatus. 5.* f L. quasi in mercatus quadam celebritatem ex vrbe. *al.* quasi in mercatum. *
P. 230.
g *al.* quãdam celebritate. *sic Nonius loco.**
h *vide* Laert. 2. in Archelao. *al.* Archelaum.
i *al.* recidere.
k q. v. e consecpti sumus.

ne, quid esset simillimum veri, quæreremus? Quem morè cùm Carneades acutissimè, copiosissiméq; tenuisset, fecimus & aliàs sæpe, & nuper in Tusculano, vt ad eam cõsuetudinem disputaremus. Et quatridui quidõ sermonem superioribꝰ ad te perscriptum libris misimus. quincto autem die, cùm eodem in loco consedissemus, sic est propositum, de quo disputaremus. A. Non mihi videtur ad beatè viuendum satis posse virtutem[a]. M. At hercule Bruto meo videtur: cuius ego iudicium, pace tua dixerim, lõgè antepono tuo. A. Non dubito. Nec id nunc agitur, tu illum quantum ames: sed hoc, quod mihi dixi videri, quale sit: de quo à te disputari volo. M. Nẽpe negas ad beatè viuendum satis posse virtutem? A. Prorsus nego. M. Quid ad rectè, honestè, laudabiliter, postremò ad bene viuendum satísue est præsidij in virtute? A. Certè satis. M. Potes igitur, aut qui malè viuat, non eum miserum dicere, aut, quem bene fateare, eum negare beatè viuere? A. Quidni possim? nam etiam in tormentis rectè, honestè, laudabiliter, & ob eam rem benè viui potest, dummodò intelligas, quid nunc dicam bene. dico enim, constãter, grauiter, sapienter, fortiter. Hæc etiam in equuleum coniiciuntur, quò vita non adspirat beata. M. Quid igitur? soláne beata vita, quæso, relinquitur extra ostium, liménque carceris, cùm constantia, grauitas, fortitudo, sapientia, reliquæque virtutes rapiantur ad tortorem, nullúmque recusent nec supplicium, nec dolorem? A. Tu, si quid es factur', noua aliqua cõquiras oportet. Ista[b] me minimè mouẽt, non solùm quia peruulgata sunt, sed multo magis, quia, tanquam læuia quædam vina nihil valent in aqua. sic Stoicorum ista magis gustata, quàm potata[c] delectant. Velut iste chorus virtutum, in[d] equuleum impositus, imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate, vt ad eas cursim perrectura, nec eas beata vita à se desertas passura videatur. cùm autem animum ab ista pictura, imaginibúsque virtutum, ad rem, veritatémque traduxeris, hoc nudum relinquitur, posítne quis beatus esse, quamdiu torqueatur. Quamobrem hoc nunc quæramus. virtutes autem noli vereri ne expostulent, & querãtur se à beata vita esse[e] relictas. Si enim nulla virtus prudentia vacat, prudentia ipsa hoc videt, non omneis bonos esse etiam beatos: multáque de M[f]. Attilio, Q. Cæpione, M[g]. Aquillio recordatur: beatámq; vitam, si[h] imaginibus potiùs vti, quàm rebus ipsis placet, conantem ire in equuleum retinet ipsa prudentia, negátque ei cum dolore, & cruciatu quidquam esse commune. M. Facilè patior, te isto modo agere: etsi iniquum est præscribere mihi te, quemadmodum à me disputari velis. Sed quæro, vtrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil arbitremur? A. Actum verò, & aliquantum quidem. M. Atqui si ita est, profligata[i] iam hæc & pænè ad exitum adducta[k] quæstio est. A. Quo tandem modo? M. Quia motu turbulenti, iactationéque animorum incitatæ, & impetu inconsiderato elatæ, rationem omnem repellentes, vitæ beatæ nullam partem relinquunt. quis enim potest, mortem aut doloré metuens, quorum alterum sæpe adest, alterũ semper impendet, esse nõ miser? quid si idem (quod plerũque fit) pauertatem ignominiã, infamiam timet: si debilitatem, cæcitatem: si denique, quod nõ singulis hominibus, sed potẽtibus populis sæpe cõtingit, seruitutem: põt ea timẽs esse quisquam beatus? Quid, qui non modò ea futura timet, verùm sæpe fert, sustinétq; præsentia? adde eõdem exsilia[a], luctus, orbitates. Qui rebus his fractus ægritudine eliditur[b], potest tandẽ esse non miserrimus? quid verò illum, quem libidinibus inflammatum, & furentem videmus, omnia rabidè appetentẽ cum inexplebili cupiditate, quóque affluentiùs voluptates vndique hauriat eo grauiùs, ardentiúsq; sitiẽtem, nónne rectè miserrimum dixeris? quid elatus ille leuitate inaníque lætitia & exsultans, & temerè gestiens, nónne tanto miserior, quanto sibi videtur beatior? ergo, vt hi miseri, sic cõtrà illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ, exsultanteis languidis liquefaciunt voluptatibus. Vt maris igitur trãquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commouente: sic animi quietus, & placatus status cernitur, cùm perturbatio nulla est qua moueri queat. Quòd si est, qui vim fortunæ, qui omnia humana, quæcumque accidere possunt, tolerabilia ducat, ex quo nec timor eum, nec angor attingat: idémque, si nihil eõcupiscat, nulla efferatur animi inani voluptate, quid est, cur is non beatus sit? & si hæc virtute efficiuntur, quid est, cur virtus ipsa per se non efficiat beatos? ¶ A. Atqui alterum dici[c] non potest, quin ij, qui nihil metuant, nihil agantur, nihil concupiscant, nulla impotenti lætitia efferantur, beati sint: itaque id tibi concedo: alterum autem iam integrum nõ est: superioribus enim disputationibus effectũ est, vacare omni animi perturbatione sapientem. ¶ M. Nimirum igitur confecta res est. videtur enim ad exitum venisse quæstio. ¶ A. Propemodum id quidem. ¶ M. Veruntamen mathematicorum iste mos est, non philosophorũ. Nam geometræ cùm aliquid docere volunt, siquid ad eam rem pertinet eorũ, quæ antè docuerunt, id sumũt pro concesso, & probato: illud modò explicant, de quo antè nihil scriptum est. Philosophi, quamcumque rem habent in manibus, in eam, quæ conueniunt, cõgerunt omnia: etsi alio loco disputata sunt. Quod ni ita esset, cur Stoicus, si esset quæsitum, satísne ad beate viuendum virtus posset, multa diceret? cui satis esset, respõdere, se antè docuisse nihil bonum esse, nisi quod honestum esset: hoc probato, consequens esse, beatam vitam virtute esse contentam; &, quo modo hoc sit consequens illi, sic illud huic: vt, si beata vita virtute contenta[d] sit: nisi honestum quod sit, nihil aliud sit bonum. Sed tamen non agũt sic. Nam & de honesto, & de summo bono separatim libri sunt: & cùm ex eo efficiatur, satis magnum in virtute ad beatè viuendum esse vim, nihilominùs hoc agunt separatim. propriis enim, & suis argumentis, & admonitionibus tractanda quæque res est, tãta præsertim. caue enim putes, vllam in philosophia vocem emissam clariorem, vllúmve esse philosophiæ promissum vberius, aut maius. Nam quid profitetur? ô dij boni! perfecturãe se, qui legibus suis paruisset, vt esset contra fortunã semper armatus: vt omnia præsidia haberet in se, bene, beatéq; viuendi: vt[f] esset semper denique beatus. Sed videro, quid efficiat. Tãtisper hoc ipsum magni æstimo, quod pollicetur. Nã xerxes quidẽ refertus omnibus[g]

a L. exsulia, b al. debilitatur,

c fort. non dici nõ potest, ‖ al. negari nõ potest.*

d v. c. cõtempta sit: mendosè.

e j. v. c. effecturam se ei, qui legib.

f fort. vt esset denique semper beatus,

g L. omnibus muneribus, doniſq. forte

præmiis, donisque fortunæ: non equitatu, non pedestribus copiis, non nauium multitudine, non infinito pôdere auri contentus, præmium proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem.

P. B. Qua ipse inuenta, non fuit contentus: neque enim vmquã finem inueniet libido. Nos vellem præmio elicere possemus, qui nobis aliquid attulisset, quo hoc firmiùs crederemus.

a q. v. a paulum. ¶ A. Vellem id quidem: sed habeo paullulum[a], quod requiram. ego enim assentior, eorum, quæ posuisti, alteri consequens esse, vt, quemadmodum si quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur beatam vitam virtute confici: sic, si vita beata in virtute sit, nihil esse nisi virtutem bonum. Sed Brutus tuus auctore b Aristone[c] & Antiocho nõ sentit hoc: putat enim etiam si sit bonum aliquod præter virtutem. ¶ M. Quid igitur? contra Brutúmne me dicturum putas? ¶ A. Tu verò, vt videtur: nam præfinire non est meum. ¶ M. Quid cuique igitur consentaneum sit, alio loco. Nam istã mihi & cum Antiocho sæpe, & d cum Aristone nuper, cùm Athenis imperator apud eum diuersarer[e] dissensio fuit. mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse, cùm in malis esset: in malis autem sapientẽ esse posse si essent vlla corporis, aut fortunæ mala. Docebantur hæc, quæ scripsit etiam Antiochus locis pluribus: virtutem ipsam per se beatam vitam efficere posse, neque tamen beatissimã: deinde ex maiore parte plerasque res nominari, etiam siqua pars abesset, vt vireis, vt valetudinem[f], vt diuitias, vt honorem, vt gloriam: quæ genere, non numero cernerentur: item beatam vitam, etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamẽ ex multo maiore parte obtinere nomen suum. Hæc nunc enucleare[g] nõ ita necesse est: quamquam non constantissimè dici mihi videntur. Nam & qui beatus est, non intelligo, quid requirat, vt sit beatior: (si est enim quod desit, ne beatus quidẽ est) &, quòd ex[h] maiori parte vnamquamque rem appellari spectarique dicunt, est vbi id isto modo valeat. cùm verò tria genera malorum esse dicãt: qui duorum generum malis omnibus vrgeatur, vt omnia aduersa sint in fortuna, omnibus oppressum corpus, & confectum dolorib[i], huic paullúmne ad beatam vitam deesse dicemus, non modò ad beatissimam? hoc illud est, quod Theophrastus sustinere non potuit. Nam cùm statuisset, verbera, tormenta, cruciatus, patriæ euersiones, exsilia [i], orbitates magnam vim habere ad malè, miserèque viuendum, non est ausus elatè, & amplè loqui, cùm humiliter, demissèque sentiret. Quàm bene, non quæritur: constanter quidem certe. Itaque mihi placere non solet consequentia reprehendere, cùm prima concesseris. Hic autem, elegantissimus omnium philosophorum, & eruditissimus, non magnopere reprehenditur, cùm tria genera dicit bonorum: vexatur autem ab omnibus, primùm in eo libro quẽ scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quamobrẽ is, qui torqueatur, q. crucietur, beatus esse nõ possit. in eo etiã putatur dicere, in rotam, beatam vitam nõ ascendere. Nusquam id quidem dicit, omnino, sed, quæ dicit, idem valent. Possum igitur, cui concesserim, in malis esse dolores corporis, in malis, fortunæ naufragia: huic succensere [l] dicendi, non omneis bonos esse beatos, cùm in omneis bonos ea, quæ ille in malis numerat, cadere possint? vexatur idem Theophrastus & libris, & scholis omnium philosophorum, quòd in Callisthene suo laudarit illam sententiam,

Vitam[a] *regit fortuna, non sapientia.*

Negant, ab illo philosopho quidquam dictum esse languidiùs. rectè id quidem: sed nihil intelligo dici potuisse constantiùs. Si enim tot sunt in corpore bona, tot extra corpus in casu, atque fortuna: nónne consentaneum est, plus fortunam, quæ domina rerum sit, & exterarum, & ad corpus pertinentium, quàm consilium, valere? an malumus Epicurum imitari? qui multa præclarè sæpe dicit: quàm enim sibi constanter conuenientérque dicat, non laborat. Laudat tenuem victum. Philosophi id quidem: sed si Socrates, aut Antisthenes diceret, non is, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit. Negat quemquam iucundè posse viuere, nisi idem honestè, sapienter, iustèque viuat. Nihil grauius, nihil philosophia dignius: nisi idem hoc ipsum, honestè, sapienter, iustè, ad voluptatem referret. Quid melius, quàm fortunam exiguam interuenire sapienti? sed hoc sine dicit, qui, cùm dolorem non modò maximum malum, sed solum malum etiã dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis, tum cùm maximè cõtra fortunam glorietur? quod idem melioribus etiam verb s Metrodorus b. Occupaui[c], inquit, te fortuna, atque cepi: omneisque aditus tuos intercluси, vt ad me adspirare non posses. Præclarè, si Aristo Chius, aut si Stoicus Zeno diceret, qui, nisi quod turpe esset, nihil malum duceret. Tu verò, Metrodore, qui omne bonum in viscеribus, medullísque condideris; & definieris, summum bonum firma corporis affectione, exsploratáque spe d contineri fortunæ aditus intercluси? quo modo? isto m bono iam éxspoliari potes. Atqui his capiũtur imperiti: & propter huiusmodi sentẽtias, istorum hominum est multitudo. Acutè[e] disputantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit, videre. Velut in ea ipsa sententia, quam in hac disputatione suscepimus, omneis bonos semper beatos volum[f] esse. Quosf dicam bonos, perspicuum est. omnibus enim virtutibus instructos, & ornatos, tum sapientes, tum viros bonos dicimus. Videamus, qui dicendi sint beati. equidem hos existimo, qui sint in bonis, nullo adiuncto malo. Nec vlla alia huic verbo, cùm beatum dicimus, subiecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. Hanc assequi victus, si quidquam præter ipsam boni est, non potest. aderit enim malorum, si mala illa dicimus, turba quædam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, amissio[h] suorum, graues dolores corporis, perdita valetudo[i], debilitas, cæcitas, interitus patriæ, exsilium, seruitus denique. In his tot, & tantis, atque [k] etiam quæ plura possunt accidere, potest esse sapiens. nã hæc casus importat, qui in sapientem potest incurrere. at si ea mala sunt, quis potest præstare, sapientem semper beatum fore, cùm vel in omnibus his vno tempore esse possit? non igitur facilè concedo. neque Bruto meo, neque communibus magistris, neque veteribus illis, Aristoteli, Speusippo, Xenocrati, Polemoni, vt cùm ea, quæ suprà enumeraui, in malis numerent, iidem dicãt semper beatum esse sapientem, quos si titulus hic delectat insignis,

P. B.

a Tyrannus, Græcè, ὁ βασιλεύς.

b Huius Metrodori interpididuerius perturbationes omnes & mortem mirifice Lucretius in Epicuro libro 10.*

c τερπνόν, ἡδονήν, τέλος.

P. 234.

d fere eiusdem cont.

e v. c. Acutè autem illius tantis illud est.

f q. v. c. Quid dicam bonos viros, &c. nam pl.

g. v. c. duorum, & hæc si. q. v. c. malorum, & valetudo, & q. v. c. valitudo. k q. v. c. non solum etiam, sed quæ etiam plura possunt accidere.

l q. v. c. succensere.

signis,& pulcher,Pythagoras,Socrate,& Platone dignissimus,inducant animum, illa, quorum splendore capiuntur, vireis, valetudinem [a], pulchritudinem, diuitias,honores,opes contemnere,eáque,quę his contraria sint, pro nihilo ducere. Tum poterunt clarissima voce profiteri, se neque fortunæ impetu, nec multitudinis [b] opinione,nec [c] dolore, neque paupertate terreri, omniáque sibi in sese esse posita, neque esse quidquam extra suam potestatem quod ducant in bonis. Neque hunc & hæc loqui,quæ sunt magni cuiusdam,& alti viri,& eadem,quæ vulgus,in malis,& bonis numerare,concedi vllo modo potest:quæ gloria commotus Epicurus exoritur. Cui etiam,si diis placet,videtur semper sapiens beatus. Hic dignitate huius sententiæ capitur. sed numquam id diceret, si ipse se audiret, quid est enim,[d] ménùs conueniat, quàm vt is, qui vel summum, vel solũ malum dolorẽ esse dicat, idem censeat, Quàm hoc suaue est, tum,cum dolore crucietur, dicturum esse sapientem? Nõ igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt,sed ex perpetuitate,atque constantia. ¶ A. Adducis me, vt tibi assentiar. Sed tua quoque vide ne desideretur constantia. ¶ M. Quónam modo? ¶ A. Quia legi tuum nuper quartum de finibus. In eo mihi videbare, contra Catonem disserens,hoc velle ostendere, quod mihi quidem probatur, inter Zenonem, & Peripateticos nihil præter verborum nouitatem interesse. Quod si ita est, quid est causæ, quin,si Zenonis rationi consentaneum sit, satis magnum vim in virtute esse ad beatè viuendum, liceat idem Peripateticis dicere? rem enim opinor spectari oportere, non verba. ¶ M. Tu quidem *tabellis obsignatis agis mecũ:* & testificaris,quid dixerim aliquãdo,aut scripserim. Cùm aliis isto modo,qui legibus impositis disputant. Nos in diem viuimus,quodcumq; [d] nostros animos probabilitate percussit,id dicimus. itaque soli sumus liberi. verũtamen, quoniam de constantia paullo antè diximus,nõ ego hoc loco id quærendum puto,verúmne sit,quod Zenoni placuerit,quódque eius auditori, Aristoni,bonum esse solum quod honestum esset: sed, si ita esset,tum [e] vt hoc totum,beatè viuere,in vna virtute poneret. Quare demus hoc sanè Bruto,vt sit beatus semper sapiens. quàm sibi conueniat, ipse viderit. Gloria quidem huius sententiæ quis est illo viro dignior? nos tamen teneamus, vt sit idem beatissimus: etsi [f] Zeno Cittieus,aduena [g] quidem,& ignobilis,verborum opifex [h], insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. Huius sententiæ grauitas à Platonis auctoritate repetatur:apud quem sæpe hæc oratio vsurpata est, vt nihil præter virtutem diceretur bonum:velut in Gorgia Socrates,cùm esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccę filium,qui tum fortunatissimus haberetur, nónne beatum putaret? Haud scio,inquit, numquam [i] enim cum eo locutus sum. Ain tu? an tu aliter de Persarũ quidem rege magno potes dicere id scire non potes? nullo modo. Tu igitur ne beatúsne sit? an ego possum, cùm ignorem, quàm sit bonus? Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? Ita prorsus existimo, bonos, beatos: improbos, miseros. miser ergo Archelaus? certè, si iniustus. Videtúrne omnem hic beatam vitam in vna virtute ponere? Quid verò in epitaphio? quo modo

a o.v.c. valitudinem,

b al. neque multi.

c al. neq; dol.

d Vide not. ad Cic. 4. de finib. quodque nostros.

e Vide not. ad Cic. 4. de finib. hoc totum.

f Vide not. ad Cic. 4. de finib. Zeno Cittieus.

g Vide not. ad Cic. 4. de finib. aduena quidem.

h Vide not. ad Cic. 4. de finib. ignobilis, verborum opifex.

i Vide not. ad Cic. 4. de finib. enim cum eo locutus sum.

A idem? *Nam* [a] *cui vivo, inquit, ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beatè viuendum ferunt* [b], *non est suspensa aliorum aut bono casu, aut contrario pendere ex alterius eventu, & errare coguntur: huius optime viuendi ratio comparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic, & nascentibus, & cadentibus cùm reliquis commodus. tum maximè liberi, parebit, & obedient præcepto illi veteri.*

Neque [c] *enim lætabitur vmquã neq; mærebit nimis,*

Quòd semper in se ipso omnem spem reponet sui.

B. Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustóque fonte nostra omnis manabit oratio. vnde igitur rectiùs ordiri possumus,quàm à communi parente natura? quę quidquid genuit, non modò animal, sed etiam quod ita esset ortum è terra, vt stirpibus suis niteretur, in suo quodque genere perfectum esse voluit. Itaque & arbores,& vites, & ea,quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altiùs possunt: alia semper virent: alia hieme nudata, C verno tempore tepefacta frondescunt: neque est vllum,quòd non ita vigeat interiore quodam motu, & [d] suis quoque seminibus inclusis, vt aut flores,aut fruges fundat, aut bacas, omniáque in omnibus, quantum in ipsis sit, nulla vi impediente,perfecta sint. Faciliùs verò etiam in bestiis, quòd his sensus à natura est datus, vis ipsius naturæ perspici potest. Namque alias bestias nanteis,aquarum incolas esse voluit:alias,volucreis, cælo frui liberoque:serpenteis quasdam:quasdam esse gradienteis,earum ipsarum partim foliuagas [e], partim D congregatas:immaneis alias, quasdam autem cicures [f]: nonnullas abditas terráque tectas. atque earũ quæque suum tenens munus, cùm in disparis animantis vitam transire non possit,manet in lege naturæ. & vt bestiis aliud alij præcipui à natura datum est, quod suum quæque retinet,nec discedit ab eo:sic homini multo quiddã pręstãtius:etsi pręstantia debẽt ea dici,quæ habent aliquã comparationẽ. Humanus autẽ animus,decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso deo,si hoc fas est dictu,comparari potest. Hic igitur,si est excultus, & si eius acies ita curata est, vt ne cæcetur erroribus: fit perfecta mens,id est,absoluta ratio: quæ est idem,quod virtus. Et, si E omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum, atque cumulatum est, idque virtutis est proprium: certè omnes virtutis compotes,beati sunt. Et hoc quidem mihi cum Bruto conuenit, item cum Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone. Sed mihi videntur etiam beatissimi. quid enim deest ad beatè viuendum ei, qui confidit suis bonis? aut,qui diffidit, beatus esse quí potest? At diffidat necesse est, qui bona diuidit tripartitò [g]. Qui.n.poterit aut corporis firmitate [h], aut fortunę stabilitate cõfidere? atqui, nisi stabili. & fixo pmanente bono, beatus esse nemo põt. Quid igitur eiusmodi istorũ est? vtmihi illud F Laconis dictũ in hos cadere videatur: qui glorianti cuidã mercatori, q̃ multas naueis in omnẽ oram maritimã dimisisset, Non sanè optabilis ista quidẽ est, inquit, rudẽtib̃ apta fortuna. An dubiũ est, quin nihil sit habendum in eo genere, quod [m] vita beata cõplectitur, si id possit amitti? nihil enim inueterascere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. nam qui timebit,ne quid ex his deperdat,beatus esse non poterit. volumus enim eum, qui beatus sit tutũ esse, inex-

a ὅτῳ γὰρ αἰεὶ ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, &c.

b o.v.c. conferunt. P. B.

c ὅτε γὰρ χαίρων ὅτε λυπῶν ἄγαν φανήσεται, διὰ τὸ αὐτῷ ἀεὶ πεποιθέναι.

d L. & suis in quoque seminib. inclusis, & in o.v.c.

e locue trãslatus videtur ex Aristotelis Politicis.*

f citatur à Nonio cap. 2. in Cicuta. 186.*

P. 236.

g 9. v.c. tripertitò.

h fort. firmitati, aut fortunæ stabilitati conf.

i 9.v.c. Quid ergo eiusmodi, &c.

k πρὸς τὸν μακαριζόντα λάμπιν τὸν ἀγαπήτων διότι ἐδόκει πλεύσαντα πρὸς τὸν ἐμπορεύεσθαι, ναυκλήρια πολλὰ ἔχων, Λάκωνός φησι, πρὸς τὸν εὐδαιμονίαν ἐκ φαύλων ἀνηρτημένην l o.v.c. quidẽ ista, inquit,

m o.v.c. quo vita beata cõplectitur, hoc est cõprehenditur.*

pugnabilem, sæptum, atque munitum, non vt paruo meta præditus sit, sed vt nullo. Vt enim innocens is dicitur, non qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet: sic sine[a] metu is habendus est, non qui parum[b] metuit, sed[c] qui omnino metu vacat. quæ est enim alia fortitudo, nisi animi affectio cùm in adeundo periculo, & in labore, ac dolore patiens, tum procul ab omni metu? Atque hæc certè non ita se haberent, nisi omne bonum in vna honestate consisteret. Quî autem illam maximè optatam & expetitam securitatem (securitatem autê nûc appello, vacuitatem[d] ægritudinis, in qua vita beata posita est) habere quisquam potest, cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorum? quî autem poterit esse celsus, & erectus, & ea, quæ homini accidere possunt, omnia parua ducens, qualem sapientem esse volumus, nisi[e] omnia sibi in se posita esse censebit? an Lacedæmonij Philippo minitanti per litteras, se omnia, quæ conarentur, prohibiturum, quæ fuerunt, num se esset etiam mori prohibiturus: vir is, quem quærimus, non multo faciliùs tali animo reperietur, quàm ciuitas vniuersa? quid ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adiuncta, quæ sit moderatrix omnium commotionũ? quid potest ad beatè viuendum deesse ei quê fortitudo ab ægritudine, & à metu vindicet: temperantia tũ à libidine auocet, tum insolenti alacritate gestire non sinat? Hæc efficere virtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata. Atqui cùm perturbationes animi, miseram, sedationes autem, vitam efficiant beatam: dupléxque ratio perturbationis sit, quod ægritudo, & metus, in malis opinatis: in bonorum autem errore, lætitia gestiens, libidóque versentur: cùm hæc omnia cum consilio, & ratione pugnent: his tu tam grauibus concitationibus, támq; ipsis inter se dissentientibus, atq; distractis, quem vacuum, solutum, liberum videris, hunc dubitabis beatum dicere? atqui sapiens semper ita affectus est. semper igitur sapiens beatus est. atque etiam omne bonum, lætabile est: quod autem lætabile, id prædicandum, & præ se ferendum: quod tale autem, id etiã gloriosum. si verò gloriosum, certè laudabile, quod autem laudabile, profectò etiam honestum: quod bonum igitur, id honestũ. At quę isti bona numerãt, ne ipsi qui dem honesta dicunt[f]. solum igitur bonum, quð honestum. ex quo efficitur, honestate ẞ vna vitam contineri beatam. Non sunt igitur ea bona dicenda, nec habenda quibus abundãtem licet esse miserrimũ. An dubitas, quin præstãs valetudine[h], viribus, forma, acerrimis, integerrimísque sensibus, adde etiam, si libet, pernicitatem, & velocitatem, da diuitias, honores, imperia, opes, gloriam: si fuerit is, qui hæc habet, iniustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio, atque nullo: dubitabísne eum miserum dicere? qualia igitur ista bona sunt, quæ qui habeat, miserrimus esse possit? videamus, ne VT aceruus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod si ita est: ex bonis, quę sola honesta sunt efficiendum est beatum. ea mixta ex dissimilibus si erunt: honestum ex his effici nihil poterit. quo detracto quid poterit beatum intelligi? Etenim qdquid est, quod bonũ sit, id expetendũ est: quod aũt expetendum, id certè approbãdum: qđ verò approbaris, id gratũ, acceptúmq; habẽdum. ergo etiã dignitas ei tribuenda est. qđ si ita est: laudabile sit necesse est. bonum igitur omne laudabile. ex quo efficitur, vt, quod sit honestum, id sit solum bonũ. Quod ni ita tenebimus: multa erunt, quæ nobis bona dicenda sint. Omitto diuitias: quas, cùm quiuis, quamuis indignus, habere possit, in bonis non numero. quod enim est bonum, id non quiuis habere potest. Omitto nobilitatem, famámque popularem, stultorum, improborúmque consensu excitatam. Hæc, quæ sunt minima, tamen bona dicantur necesse est: candiduli dentes, venusti oculi, color suauis, & ea, quæ Euryclía laudat Vlyssi pedes abluens, lenitudo[a] orationis, mollitudo corporis. ea si bona dicemus[b], quid erit in philosophia grauitate, quàm in vulgi opinione, stulcorúmque turba, quod dicatur aut grauiùs, aut grandiùs? At enim eadem Stoici præcipua[c], vel producta dicunt, quæ bona isti. Dicunt illi quidem: sed his vitam beatam compleri negant: hi autem sine iis esse nullam putant: aut, si sit beata, beatissimam certè negant. Nos autem volumus beatissimam: idque nobis Socratica illa conclusione confirmatur. Sic enim princeps ille philosophiæ disserebat. Qualis cuiusque animi affectus esset, talem esse hominem, qualis autem ipse homo esset, talem eius esse orationem: orationi autem facta similia, factis vitam. Affectus autem animi in bono viro laudabilis. & vita igitur laudabilis, boni viri. honesta ergo. quoniam laudabilis, ex quib[g], bonorum beatam vitam esse concluditur. Etenim, proh deorum atque hominum fidem, parúmne cognitum est superioribus nostris disputationibus, an delectationis, & otij consumendi causa locuti sumus sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, semper vacare? semper in animo eius esse placidissimam pacem? vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate vlla, sine libidine, nónne beatus. at semper sapiens talis: semper igitur beatus. Iam verò quî potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre. quæ agit, quæque sentit? refert autem omnia ad beatè viuendum. beata igitur vita laudabilis. nec quidquam sine virtute laudabile. beata igitur vita virtute conficitur. Atque hoc sic etiam concluditur. Nec in misera vita quidquam est prædicabile aut gloriandum: nec in ea, quæ nec misera sit nec beata. Et est in aliqua vita prædicabile aliquid, & gloriandum, ac præ se ferendum: vt Epaminondas,

Consilium[e] nostris laus est attonsa Laconum:

vt Africanus,

A sole exoriente, supra Meotis paludes,
Nemo est, qui factis me æquiparare[f] queat.

Quod ẞ si beata vita: glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est. nihil est enim aliud, quod prædicandum, & præ se ferendum sit. Quibus positis, intelligis quid sequatur: & quidem, nisi ea vita beata est, quæ est eadem honesta: sit aliud necesse est melius vita beata. quod enim erit honestum, certè fatebuntur esse melius. ita erit beata vita melius aliquid, quo quid potest dici peruersius: quid? cùm fatentur satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, nónne fatendum est, eandem vim in virtute esse ad beatam vitam? contrariorum enim contraria sunt consequentia. Quo loco quæro, quam vim habeas

a ἄφοβος
b *al* parua nõ metuit.*
c *fort.* sed qui omni metu vacat.
d ἀλυπία
e *v.c.* nisi omnia in se posita censebit
f *v.c.* dicãt. ẞ *v.c.* honestatem vnam vitam contineri beatam. *non plac.*
h *v.c.* valitudine,
p. 237.
p. 238.
a citatur & Nonio capit. *in lenitudine* 486.*
b *v. doce.* mus, *et ita l.*
c *ἀποφατικὰ.*
d *al.* illi quidem *hæc in vitam beatã* complent.*
e *Hymnis ἐφ Βοναίσ*
Στασιμβρότ
ἐκκεκομ
δόξαν Μεν
enim ἐξ ἴσ
ες. ναυ
χρυσῷ φιλ
δ' ἐπάτησ
σεν ὑπερ
ἐξ ἴσου
f *al.* æquiparare; *L. quod &* ẞ *al.* fola beata vita gloriãda, &c.
g *non nõnae* fatendum *est*

p. 238.

habeat libra[a] illa Critolai: qui cùm in alteram lancem animi bona imponat, in altera corporis, & externa: tantum propendêre illam boni lancem putet, vt terram, & maria deprimat. Quid igitur aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum, grauissimum philosophorum exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cetera, & [b]abiicientem, in virtute nõ beatam modò vitam, sed etiam beatissimam ponere? quod quidem nisi [c] sit, virtutum interitus consequetur. nam in quem cadit ægritudo, in eundem metum cadere necesse est. est enim metus futuræ ægritudinis sollicita exspectatio. In quem autẽ metus, in eundem formido, timiditas, pauor, ignauia. Ergo vt idem vincatur interdum necesse est, nec putet ad se præceptum illud [d] Atrei pertinere,

Proinde ita parent sẽ in vita, vt vinci nesciant.

Hic autem vincetur, vt dixi: nec modò vincetur, sed etiam seruiet. At nos virtutem semper liberam volumus, inuictã. Quæ nisi sunt, sublata virtus est. Atquî si in virtute satis est præsidij ad bene viuendum, satis est etiam ad beatẽ. satis est enim certè in virtute, vt fortiter viuamus. si [e] fortiter, etiam vt magno animo, & quidem vt nulla re vmquã terreamur, sempérq. simus inuicti. Sequitur, vt nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet. Ergo omnia profluenter, absolutè, prosperé. igitur beatẽ. Satis autem ad fortiter viuendum virtus potest, satis ergo etiam ad beatẽ. Etenim vt stultitia, etsi adepta est quod conepiuit, numquã se tamen satis consecutam putat: sic sapientia semper eo contenta est, quod adest, neq. eam vmquam sui pœnitet. Similémne putas. C. Lælij vnum consulatum fuisse, & eum quidem cùm repulsa? (sed [f] cùm sapiens, & bonus vir, qualis ille fuit, suffragiis præteritur, non populus à bono consule potiùs, quàm ille à vano populo repulsam fert) sed tamen vtrùm malles, te, si [g] potestas esset, semel, vt Lælium cõsulem, an, vt Cinnam, quater? non dubito tu quid responsurus sis. Itaque video, cui committam. Non quemuis hoc idem interrogarem. responderet enim alius fortassẽ se non modò quattuor cõsulatus vni anteponere: sed vnum diem Cinnæ, multorum, & clarorum virorum totis ætatibus. Lælius si digito quem attigisset, pœnas dedisset. at Cinna, collegę sui, consulis [h], Cn. Octauij, præcidi caput iussit, P. Crassi, L. Cæsaris nobilissimorum hominum: quorum virtus fuerat domi, militiæque cognita, M. Antonij omnium eloquentissimi, quos ego audierim, C. Cæsaris, in quo mihi videtur fuisse specimen [i] humanitatis, salis, suauitatis, leporis. Beatúsne igitur, qui hos interfecit? mihi contrà non solùm eò videtur miser, quòd ea fecit, sed etiã quòd ita se gessit, vt ea facere ei liceret. Etsi peccare nemini licet. sed sermonis errore labimur. id enim licere dicimus, quod cuiq. conceditur. Vtrùm tandem beatior C. Marius, tum, cùm Cimbricæ victoriæ gloriam cum collega Catulo cõmunicauit, pœnè altero Lælio, (nam hunc illi duco similimum) an cùm ciuili bello victor, iratus, necessãrijs Catuli deprecantibus non semel respondit, sed sæpe, Moriatur [k]? in quo beatior ille, qui huic nefariæ voci paruit, quàm is, qui tam scelerate imperauit. nam cùm accipere, quàm facere præstat iniuriam: tum mortì iam ipsi[l] aduentãti paullulum procedere obuiam, quod fecit Catulus, quàm, quod Marius, talis

A viri interitu sex suos obruere consulatus, & contaminare extremum tempus ætatis. Duodequadraginta[a] annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cùm V. & XX. natus annos dominatum occupasset. Qua pulcritudine vrbem, quibus autem opibus præditam, seruitute oppressam tenuit ciuitatem? Atqui de hoc homine à bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam, in [b] tebúsq. gerendis virum acrem, &

B industrium, eundem tamen maleficum [c] natura, & iniustum. Ex quo omnibus, bene veritatem intuentibus, videri necesse est miserrimum. ea enim ipsa, quæ concupierat, ne tum quidem, cùm omnia se posse censebat, consequebatur. Qui cùm esset bonis parentibus, atque honesto loco natus (etsi [d] id quidem alius alio modo tradit [e]) abundarétque & [f] æqualium familiaritatibus, & consuetudine propinquorum: haberet etiam more Græciæ quosdã adolescentes amore cõiunctos: credebat eorum nemini. sed [g] iis, quos ex familiis locupletũ [h] seruos delegerat, quibus nomen seruitutis ipse detraxerat, & quibusdã cõuenis, & [i] feris barbaris, corporis custodiam cõmittebat.

C Ita propter iniustam dominatus cupiditatem in [k] carcerem quadãmodo ipse se incluserat. Quinetiam, ne [l] tonsori collum cõmitteret, tondere filias suas docuit. Ita sordido, ancillaque artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam, & capillum patris. Et tamẽ ab iis ipsis, cùm iam essent adultæ, ferrum remouit, instituitq. vt [m] candentibus iuglandiũ putaminib. barbã sibi, & capillum adurerent.

D Cúmq. duas vxores haberet, Aristomachen [n], ciuem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur, & perscrutaretur anté. Et, cùm fossam latam cubiculari lecto circundedisset, ciúsq. fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum, cùm fores cubiculi clausérat, detorquebat. Idémq. cùm in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Atq; is cùm pila ludere vellet (studiosè enim id factitabat) tunicámq. poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cùm quidam familiaris iocans dixisset: Huic quidem certè vitã tuam commitis: arrisísséque adolescens: vtrumque iussit interfici: alterum, quia viam demonstrauisset interimẽdi sui: alterum, quia id dictum risu approbauisset. Atque eo facto sic doluit,

F vt nihil grauiùs tulerit in vita. quem enim vehementer amaret [o], occiderat. Sic distrahuntur in cõtrarias parteis impotentium cupiditates. Cùm huic obsecutus sis, illi est repugnãdum. Quanquam hic quidem tyrannus ipse indicauit [p], quàm esset beatus. Nam cùm quidam ex eius assentatoribus [q] Damocles, cõmemoraret in sermone copias eius, opes, magnificentiã ędium regiarũ: negaretq. vmquã beatiorẽ quẽquam fuisse: Vísne igitur, inquit, Damocle, quoniam hęc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? cùm se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato [r] pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto: abacósq. cõplureis ornauit argento auróq. cęlato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, eósque ad nutum illius

H intuenteis diligenter ministrare. Aderant va-

a Idem q. de Natura deorum.*

b *fort.* cúmq. in rebus gerendis virum acr.

c γενναῖον φύσει. ἢ ἄδικον.

d Is quẽ. Isocrates libro ad Philippum, vti tenui familia natum scribit.*

e q. v. c. tradidit.)

f *& copulationem, non habens plerique ceteres cod.*

g Id familiare tyrãnis scribit Plato 8. de repub.*

h v. c. locupletium ser.

i *fort.* & fere barbaris,

k Idem commune est tyrãnis 3. Plato 8. de Republic.*

l Idem Valerius 9. c. 13.*

m Idem 2. 0 fic.*

n. 9. v. c. Aristomacham,

P. 336.

o v. c. amaret & ita L.

p. *al.* ludicauit,

q Dimoclea, dicitur ab Acrone & Porphyrione 3. odar. Horat. 1. vbi hic Damocles ab Horatio describitur. adde Persium satyr. 3.*

r L. strato pulcherrimo textili strag.

guenta,coronæ: incendebãtur odores: mensæ conquisitissimis epulis exstruebãtur [a]. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum [b], demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruibus Itaq. nec pulchros illos administratores [c] adspiciebat, nec pleni artis argentũ: nec manum [d] porrigebat in mẽsam: iam ipsæ defluebãt coronæ: deniq. exorauit tyrannũ, vt abire liceret, quòd iam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat? Atqui ei ne integrum quidem erat, vt ad iustitiam remigraret, ciuibúsque libertatẽ & iura redderet. iis enim se adolescẽs improuida ætate irretierat erratis, eáque commiserat, vt saluus esse non posset, si sanus esse cœpisset. Quãtopere verò amicitias desideraret, quarum insidelitatem extimescebat, declarauit in Pythagoréis duob. illis: quorum cùm alterum vadem mortis accepisset: alter, vt vadem suum liberaret, præstò fuisset [e] horam mortis destinatam: Vtinã ego, inquit, tertius, vobis amicus adscriberer. Quàm huic erat miserum, carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari? homini præsertim docto à puero & artibus ingenuis erudito. Musicorum verò perstudiosum accepimus poetam etiam tragicũ: quàm bonum, nihil ad rem. in hoc enim genere nescio quo pacto magis, quàm in aliis *suum cuique pulchrum est*. adhuc neminem [f] cognoui poetam (& mihi fuit cum Aquinios [g] amicitia) qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet. *Te tua, me delectant mea.* Sed, vt ad Dionysium redeamus: omni cultu, & victu humano carebat: viuebat cum fugitiuis, cum facinorosis, cum barbaris: neminem, qui aut libertate dignus esset, aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur. Non [h] ergo iam cum hu ius vita, qua tetrius, miserius, detestabilius excogitare nihil possum, Platonis, aut Architæ vitam cõparabo, doctorum hominum, & planè sapientium. Ex eadem vrbe humilem homunculum, à pulucre, & radio excitabo, qui multis annis pòst fuit, Archimedem [i]. Cuius ego quæstor ignoratũ ab Syracusanis, cùm esse omnino negarent, sæptum vndiq. & vestitum vepribus, & dumetis indagaui sepulcrum. tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam: qui declarabant, in summo sepulcro sphæram esse positam cum cylindro. Ego autem, cum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Agragianas [k] magna frequentia sepulcrorum) animaduerti columellam nõ multùm è dumis eminentem: in qua inerat sphæræ figura, & cylindri. Atq ego statim Syracusanis (erant autem principes mecum) dixi, me illud ipsum arbitrari esse, quod quærerem. Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. Quò cùm patefactus esset aditus, ad aduersam basim accessimus. apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorũ, dimidiatis ferè. Ita nobilissima Græciæ ciuitas, quondam verò etiam doctissima, fui ciuis vnius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Sed redeat vnde aberrauit oratio. Quis est enim omnium, qui modò cum musis, id est, cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui [a] se non hunc mathematicum malit, quàm illum tyrannum? Si vitę modum, actionémque quærimus: alterius mens rationibus agitandis, exquirendísq. alebatur, cum oblectatione solertiæ: qui est vnus suauissimus pastus animorum: alterius cæde, & iniuriis, cum & diurno, & nocturno meru. Age, conferDemocritum, Pythagoram, Anaxagoram. quæ regna, quas opes studiis eorum, & delectationibus antepones? Etenim quæ pars optima est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quæris, omnium optimũ. Quid est autem in homine, sagaci ac bona mente melius? eius bono fruendum est igitur, si beati esse volumus. bonum autem mentis, est virtus. ergo hac beatam vitam contineri necesse est. Hinc omnia, quæ pulchra, honesta, præclara sunt, vt suprà dixi: sed dicẽdum illud idem paullo vberius videtur: plena gaudiorũ sunt. ex perpetuis autẽ, pleníq. gaudiis cùm perspicuum sit vitam beatam exsistere, sequitur vt ea exsistat ex honestate. Sed, ne verbis solùm attingamus ea, quæ volumus ostendere, proponenda quædam quasi mouentia sunt, quæ nos magis ad cognitionem, intelligentiámq. conuertant. Sumatur enim nobis quidam præstãs vir optimis artibus, ísque animo parumper, & cogitatione fingatur. Primùm ingenio eximio sit, necesse est. tardis enim mentibus virtus non facilè committitur [b]: deinde ad inuestigandum veritatem studio incitato. Ex quo triplex ille animi fœtus exsistit: vnus in cognitione rerum positus, & in explicatione naturæ: aliter in descriptione expetendarum, fugiendarúmve rerum: tertius in iudicando, quid cuiq. rei sit consequens, quid repugnans: in quo inest omnis tum subtilitas disserendi, tum veritas iudicandi. Quo tandẽ igitur gaudio affici necesse est sapientis animum, cum his habitantem, pernoctantémque curis? & [d], cùm totius mundi motus, conuersionésque perspexerit, sideráq. viderit innumerabilia eçlo inhærentia cum eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus? septé alia suos quæq. tenere cursus, multùm inter se aut altitudine, aut humilitate distantia, quorum vagi motus rata tamen, & certa sui cursus spatia definiant? Horum nimirum adspectus impulit illos vetere s, & admonuit: vt plura quærerent. Inde est indagatio nata initiorum, & tanquam seminum, vnde essent omnia orta, genera, concreta: quæque cuiusque generis vel inanimi, vel animati, vel muti, vel loquentis origo, quę vita, quis interitus, quęq. ex alio in aliud vicissitudo, atque mutatio: vnde terra, & quibus libratа ponderibus, quibus cauernis maria substineantur [f]: in [g] qua omnia delata grauitate medium mundi locum semper expetant, qui est idem infimus in rotundo. Hæc tractanti animo, nocteis & dies cogitanti, exsistit illa à deo Delphis præcepta cognitio. vt ipsa se mens vitiis [h] exutam, cognoscat, coniunctámque cum diuina mente se sentiat, ex quo insatiabili gaudio cõpleatur. ipsa enim cogitatio de vi, & natura deorum, studium incendit illius æternitatis imitandæ, neque se in breuitate vitæ collocatam putat, cùm rerum causas alias ex aliis aptas, & necessitate nexas videt. Quibus ab æterno tempore fluentibus in æternum, ratio tamen, ménsque moderatur. Hæc ille intuens, atque suspiciens, vel potius omneis

a q.v.c. constituebantur, *non pl.*

b q.v.c. aptum, *& ita L. [ex versiculi pro tactum.]**

c v.c. ministratores.

d vide ad hunc locum P. B. Victorium 2. Variarum 20. & 3. de natura, infra.*

e L. ad horã morti dest.-natam.

f *Idem Cicero* 13. *ad Atticum. & Aristoteles* 4. *Ethic.**

g *al.* aliquibus.*

h q.v.c. Non ego iam cum

i Hanc de Archimede narrationẽ c Ioniquo repetit Cicero, vt & Sallustius in Iugurthino, narrationem de Philenorum aris. vide Victorium 20. Variarum 25.*

k L. Acraganas. *al.* Agrigentinas, *al.* Achradinas*

a qui se non hunc cõ

P. B.

b v.c comitatur. *& ita L.*

c L. ad inuestigandam veritatem &c. *& ita v.c.*

d v.c. vt cùm totius mundi motus

P. CCXLII.

e q.v.c. vel animantis,

f v.c. sistit: *ita L.*

g L. in quam

h *hoc desunt in vitiis exutam, ita v.c. non tam pro, sed tam &c.*

P. CCXLI.

omneis partes, oráſque circumſpiciens, quanta ſit, rurſus animi tranquillitate humana, & cæleſtia conſideranda? hinc illa cognitio virtutis exſiſtit: efflorescunt genera, partéſque virtutũ: inuenitur, quid ſit, quod natura ſpectet [a] extremum in bonis, quod in malis vltimum, quò referenda ſint officia, quæ degendæ ætatis ratio deligenda. Quibus & talibus rebus ex quiſitis, hoc vel maximè efficitur, quod hac diſputatione agitamus, vt virtus ad beate viuendum, ſit ſe ipſa contenta. Sequitur tertia, quæ per omneis parteis ſapientiæ manat, & funditur, quæ rem definit, genera diſpartit [b], ſequentia adiungit, perfecta concludit, vera & falſa diiudicat, diſſerendi ratio, & ſcientia. Ex qua cùm ſumma vtilitas exſiſtit ad res põderandas, tum maximè ingenua delectatio, & digna ſapientia [c]. Sed hæc otij. Tranſeat idem iſte ſapiens ad rempub. tuendam quid eo poſſit eſſe præſtantius, cùm [d] contineri prudentia vtilitatẽ ciuium cernat, iuſtitia nihil in ſuam domum inde deriuet, reliquis vtatur tot, támque variis virtutibus? adiunge fructum amicitiarum: in quo à doctis poſitum eſt cùm cõſilium omnis vitæ conſentiens, & pænè conſpirans, tum ſumma iucunditas è quotidiano cultu, atque victu. Quid hæc tandem vita deſideret, quo ſit beatior? cui [e] rei refertæ tot, tãtíſque gaudiis, fortuna ipſa cedat neceſſe eſt. Quòd ſi gaudere talibus bonis animi, id eſt virtutibus, beatum eſt, omnéſque ſapientes iis gaudiis perfruuntur: omneis eos cõſiteri beatos eſſe neceſſe eſt. ¶ A. Etiámne in cruciatu, atque tormẽtis? ¶ M. An tu me in viola putas [f] aut in [g] roſa dicere? an Epicuro, qui tantummodò induit perſonã philoſophi, & ſibi ipſe hoc nomẽ inſcripſit, dicere licebit: quod quidem, vt habet ſe res, me tamen plaudente dicit, nullum ſapienti eſſe tempus, etſi vratut [h], torqueatur, ſecetur, quin poſſit exclamare, Quàm pro nihilo puto! cùm præſertim omne malum dolore deſiniat, bonum voluptate: hęc noſtra honeſta, turpia irrideat, dicátque, nos in vocibus occupatos, inaneis ſonos fundere, neque quidquam ad nos pertinere, niſi quod aut læue, aut aſperum in corpore ſentiatur. Huic ergo, vt dixi, non multùm differenti à iudicio ferarum, obliuiſci licebit ſui? & tum fortunam contemnere, cùm ſi omne & bonum eius, & malum in poteſtate fortunę: tum dicere, ſe beatum in ſummo cruciatu, atque tormentis, cùm conſtituerit non modò ſummum malum eſſe dolorem, ſed etiam ſolum? Hæc verò illa ſibi remedia comparauit ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam, exercitationem, conſuetudinémque patiendi, præcepta fortitudinis, duritiam [i] virilem: ſed vna ſe dicit recordatione acquieſcere præteritarum voluptatum: vt ſi quis æſtuans, cùm vim caloris non facilè patiatur, recordari velit, ſe aliquando in Arpinati noſtro gelidis flumínibus circumfuſum fuiſſe. non enim video, quo modo ſedare poſſint mala præſentia præteritæ voluptates. Sed cùm is dicat ſemper beatum eſſe ſapientem: cui dicere hoc, ſi ſibi conſtare vellet, non liceret: quídnam faciendum eſt iis, qui nihil expetendum, nihil in bonis ducendum, quod honeſtate careat, exiſtimant? me quidem auctore etiam Peripatetici, veteréſque Academici balbutire [k] de-

A finant aliquando [a] apertéque, & clara voce audeant dicere beatam vitam *in Phalaridis tauro deſcenſuram*. Sint enim tria genera bonorum, vt iam à [b] laqueis Stoicorum, quibus vſum me pluribus, quàm ſoleo, intelligo, recedamus: ſint ſanè illa genera bonorum, dum corporis, & externa iaceant humi, & tantummodò, quia ſumenda ſunt, appellentur bona: alia autem diuina illa, longè, latéque ſe pandant, cælúmque contingant [c], vt ea qui adeptus ſit, cur eum beatum modò, & nõ beatiſſimum etiã dixerim? dolorem verò ſapiẽs extimeſcet? is enim huic maximę ſentẽtiæ repugnat. Nam contra mortem noſtram, atque noſtrorum, contráque ægritudinem, & reliquas animi perturbationes ſatis eſſe videmur ſuperiorum dierum diſputationibus armati, & parati. dolor eſſe videtur acerrimus virtuti aduerſarius, is ardenteis faceis intentat: is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam ſe debilitaturũ [d] minatur. Huic igitur ſuccumbet virtus? huic beata ſapientis, & conſtantis viri vita cedet? quàm turpe! ô dij boni. Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati. Adoleſcentium greges Lacedemone [e] vidimus ipſi incredibili contentione certanteis pugnis, calcibus, vnguibus, morſu denique vt exanimarentur, priuſquam ſe victos fatérentur. Quæ *barbaria India vaſtior, aut agreſtior?* in [f] ea tamen gente primùm ij, qui ſapientes habentur, nudi ætatem agũt. & Caucaſi niueis, hiemalémq; vim perferunt ſine dolore: cũmque ad flammam ſe applicue int [g] ſine gemitu aduruntur. Mulieres [h] verò in India, cùm eſt cuiuſque earum vir mortuus, in certamẽ, iudiciúmque veniunt, quam plurimùm ille dilexerit. plures n ſingulis ſolent eſſe nuptæ. Quæ eſt victrix, ea lęta, proſequentibus ſuis, vnà cum viro in rogum imponitur: illa victa, mœſta diſcedit. Numquam naturam mos vinceret. eſt enim ea ſemper inuicta. Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum infecimus: opinionibus, malóque more delinitum [i] molliuimus. Ægyptiorum morẽ quis ignorat? quorum imbutæ mentes prauitatis [k] erroribus, quamuis carnificinam priùs ſubierint, quàm ibim l, aut aſpidem [m], aut felem, aut canem, aut crocodilum violent: quorum etiam ſi imprudentes quippiam fecerint, pœnam nullam recuſent. De hominibus loquor. quid [n] beſtiæ? nõne frigus, non famem, nõ montiuagos, atque ſilueſtreis [o] curſus luitra tionéſque patiuntur? nónne pro ſuo partu ita ppugnant, vt vulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus roformident? omitto, quæ perferant, quæque patiantur ambitioſi, honoris cauſa: laudis ſtudioſi, gloriæ cauſa. Amore incenſi, cupiditatis: plena vita exemplorum eſt. Sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc, vnde deflexit. Dabit, dabit, inquam, ſe in tormenta vita beata: nec iuſtitiam, temperantiam, in primíſque fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam proſecuta, cùm tortoris os viderit, conſiſtet: virtutibúſque omnibus ſine vllo animi terrore ad cruciatum profectis, reſiſtet extra foreis, (vt antè dixi) limẽque earceris. quid enim ea fœdius, quid deformius ſola relicta, comitatu [q] pulchertimo ſegregata? quod tamen fieri nullo pacto poteſt. nec enim virtutes ſine beata vita cohæ-

a *al.* aliquando deſinant ita *Nonius d loco.*

b ἀπὸ τῆς στοᾶς.

c L. contingant: ea qui adeptus ſit,

P. 8.

d *al.* de bellatorum, *non pl.*

e fuit & apud Lacedæmonios διαμαχόμενος libro 2. *Tuſculana* ſupra.

f *Idem* 3. *Valer.* 3. 7. *Plin.* 2. *Philoſtr.* at. de *pall. de Brachmanis.*

g 9. v. c. applicauerunt,

h Idem Valerius 2. c. 6.

i *al.* delenitũ k *fort.* prauis erroribus,

l vide Iuuenalem Satyra 15. vide Diodorum 1. c. 8.

P. 244.

m *al.* Apim. *vel* ... *Apis enim bos Ægyptiorum Deus.*

n L. quid de beſtiæ nõne frigus, &c.

o *al.* ſilueſtri curſus. vt videatur hic locus ſumptus ex vetere quodam poeta. ſic Catullus libello de Atti, ſilueultrix.

p v. c. gratia: *ego lia L. [A ii expungem hãc particulã cauſa.*

q *fort.* à comitatu.

rere possunt, nec illa sine virtutibus. Itaque eam tergiuisari non sinent, secúmque rapient ad quemcumque ipsæ dolorem, cruciatúmq. ducentur. sapientis est enim proprium, nihil, quod[a] pœnitere possit, facere, nihil inuitum: splendidè, constâter, grauiter, honestè omnia: nihil ita exspectare, quasi certò futurũ: nihil, cùm acciderit, admirari, vt inopinatum, ac nouum accidisse videatur: omnia ad suum arbitrium referre: suis stare iudiciis. Quo quid sit beatius, mihi certè in mentem venire nõ potest. Stoicorum quidem facilis conclusio est. Qui cùm finem bonorum esse censerint, congruere naturæ, cúmque ea conuenienter viuere: cùm id sit in[b] sapiente situm non officio solùm, verùm etiam potestate, sequatur necesse est, vt cuius in potestate summum bonum, in eiusdem vita beata sit. Ita sit semper vita beata sapientis. Habes, quæ fortissimè de beata vita dici putem, &, quo modo nunc est, nisi quid tu melius attuleris, etiam verissimè. ¶ A. Melius quidem afferre nihil possum: sed à te impetrare[c] libenter velim, nisi molestum sit, quoniam te nulla vincula impediunt vllius certæ disciplinæ, libásque ex omnibus, quodcumque te maximè specie veritatis mouet: quod paullo antè Peripateticos, veterémque Academiam hortari videbare, vt sine retractatione[d] liberè dicere auderent, sapienteis esse semper beatissimos, id velim audire, quemad modum his putes consentaneum esse id dicere. multa enim à te contra istam sententiã dicta sunt, & Stoicorum ratione conclusa. ¶ M. Vtamur igitur libertate: qua nobis solis in philosophia licet vti: quorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omneis partes, vt ab aliis possit ipsa per sese, nullius auctoritate adiuncta, iudicari. & quoniam videris hoc velle, vt, quæcumque dissentientium philosophorum sententia de finibus sit, tamen virtus satis habeat ad vitam beatã præsidij, quod[e] quidem Carneadem disputare solitum accepimus: sed is, vt contra Stoicos, quos studiosissimè semper refellebat, & contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat: nos[f] illud quidem cum pace agemus. si enim Stoici fineis bonorum rectè posuerunt: confecta res est: necesse est semper beatũ esse sapiẽtem. Sed quæramus vnamquamque reliquorum sentẽtiam, si fieri potest, vt hoc præcharum quasi decretum beatæ vitæ possit omnium sententiis, & disciplinis conuenire. Sunt autem hæ de finibus, vt opinor, retentæ, defensæque sententiæ: primùm simplices quattuor: Nihil[g] bonum, nisi honestum, vt Stoici: Nihil bonum nisi voluptatem, vt Epicurus: Nihil bonum, nisi vacuitatem[h] doloris, vt Hieronymus: Nihil bonum, nisi naturæ primis bonis aut omnibus, aut maximis frui, vt Carneades contra Stoicos disserebat. Hæc igitur simplicia: Illa mixta: Tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, vt Peripatetici, nec multo veteres Academici secus. Voluptatẽ cum honestate Clitomachus[i], & Callipho copulauit. Indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit. Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant. Nam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli, nonnullorúmque aliorum euanuerunt. Hi quid possint obtinere, videamus, omissis Stoicis: quorum satis videor defendisse sententiam. Et Peripateticorum quidem explicata causa est: præter Theophrastum, & si qui illum secuti, imbecillius horrent dolorem, & reformidant. Reliquis quidem licet facere, quod ferè faciunt, vt grauitatem, dignitatémq. virtutis exaggerent. Quam cùm ad cælum extulerint, quod facere eloquentes homines copiosè solent: reliqua ex collatione facilè est conterere, atque contemnere. nec enim licet iis, qui laudem cum dolore petẽdam esse dicunt, negare, eos esse beatos, qui illam adepti sunt. Quamquam enim sint[a] in quibusdã malis: tamen hoc nomen beati longè, & latè patet. Nam VT quæstuosa mercatura fructuosa aratio dicitur, nõ si altera semper omni damno, altera omnis tempestatis calamitate semper vacet[c]. sed si multo maiori[d] ex parte exstet in vtraq. felicitas: sic vita, non solùm si vndiq. referta bonis est, sed si multo maiore, & grauiore ex parte bona propendent, beata rectè dici põt. Sequetur igitur horũ ratione vel ad suppliciũ beata vita virtutẽ, cúmq. ea descendet in taurum, Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone auctoribus. nec eam minimis blãdimentis corrupta deseret. eadem Calliphontis[e] erit, Diodorí que sententia: quorum vterque honestatem sic complectitur, vt omnia[f] quæ sine ea sint, longè, & retrò ponenda censeat. Reliqui habere se videntur angustiùs: enatant tamen: Epicurus, Hieronymus, & si qui sunt, qui dissertum illum Carneadem, curent defendere. nemo est enim, qui[g] eorum bonorum animum putet esse iudicem, eúmque condocefaciat[h], vt ea, quæ bona, malá ve videantur, possit contemnere. Nam quæ tibi Epicuri videtur, eadem erit Hieronymi, & Carneadis causa, & hercle omnium reliquorum. quis enim parum est contra mortem, aut dolorem paratus? ordiamur ab eo, si placet, quem mollem, quẽ voluptarium dicimus. Quid? is tibi *mortémne* videtur, an dolorem timere? qui eum diem, quo moritur, beatum appellat, maximique doloribus affectus, eos ipsos inuentorum suorum memoria, & recordatione confutat: nec hoc sic agit, vt ex tempore quasi effutire videatur. de morte enim ita sentit, vt, dissoluto animante, sensum extinctum putet: quod autem sensu careat, nihil ad nos id iudicet pertinere. Item *de dolore* certa habet, quæ sequatur: quorum magnitudinem breuitate cõsolatur, longinquitatem leuitate. quid tãdem? isti grandiloqui[k] contra hæc duo, quæ maximè angunt, meliùs se habent, quàm Epicurus? an ad cetera, quæ mala putantur, non & Epicurus & reliqui philosophi satis parati videntur? quis non *pauperiem* extimescit? neque tamen quisquam philosophorum. Hic verò ipse quàm paruo est contentus? nemo de tenui victu plura dixit. etenim quæ res pecuniæ cupiditatem afferunt, vt amori, vt ambitioni, vt quotidianis sumtibus copiæ suppetant: cùm procul ab iis omnibus rebus abfit, cur pecuniam magnopere desideret, vel potius curet omnino? an Scythes[m] Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere: nostrates philosophi[n] facere non potuerunt[o]? Illius epistola fertur his verbis, *Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictus est, Scythicum tegmen: calceamentum, solorum callum: cubile, terra: pulpamentum* P, *fames: lacte, caseo, carne vt ferã. Quare vt ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es* ¶ *delectatus, vel inutilia tibi, vel diu immortalibus dona.* Omnes ferè philosophi

a fort. cuius pœnitere p.

b L. in sapiẽtis situm non P. B.

c q. v. c. impetrarim libẽter, nisi mol.

d al. retractatione.

e al. hoc.* f v. c. nos autẽ illud cum pace ag. ¶ Vrsin. illius vel illorum.*

g Bonum esse dicebant Stoici, id quod honestũ esset: Epicurus voluptatem: Hieronymus, vacuitatem doloris: Carneades, frui primis naturæ bonis aut omnibus aut maximis P. CCXLV. Clitomachus voluptatem cum honestate. Diodorus Indolentiam cum honestate.*

h al. nisi vacuitatem, vt Hieronymus. vide Victorium 1. Variar. 18.*

i v. c. Dinomachus, & alii.

a v. c. hunc

b al. omni.* c al. vacet. d v. c. maiore & ita L. P. B.

e al. Callipho alii.

f sic Horat. enatat cæteris & Eurip. polyxo. Plut. 5. de repub. enatare.* g L. quin. h ita Nonius cap. 3. in Condocefacere. 107.*

i al. compensat.*

k citatur à Nonio cap. 3. in grandiloqui. P. CCXVI. L. neque enim non quam philol.

l vide Lactantium libro 2. in Anachar. m philosophi pu. n philosophi pu. o v. c. potuerunt. p sen. pollinctum, q sequibus delicatus ea. lyde ad hæc locum Virgilii rium. 1. Georg. quibus delitiis vel quibus delicatus ut.

losophi omnium disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Socrates, in pompa[a] cùm magna vis auri argentíque ferretur, *Quàm multa nõ desidero*, inquit Xenocrates, cùm legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima: adduxit[b] legatos ad cenam in Academiam: iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cùm postridie rogarent eum, cui numerari iuberet: Quid? vos hesterna, inquit, cenula nõ intellexistis, me pecunia non egere? quos cùm tristiores vidisset, XXX minas accepit, ne asper nari regis liberalitatem videretur. At verò Diogenes liberiùs, vt Cynicus, Alexandro roganti, vt diceret, si quid sibi opus esset, Nunc quidem paullulum, inquit, à sole abs[is]. offecerat videlicet apricanti. Et hic quidem disputare solebat, quanto regem Persarum vita, fortunáque superaret. sibi nihil deesse: illi nihil satis vmquam fore. se eius voluptates non desiderare, quibus nũquam satiari ille posset: suas eum consequi nullo modo posse. Vides, credo, vt Epicurus cupiditatum genera diuiserit, non nimis fortasse subtiliter: vtiliter, tamen: partim esse naturales, & necessarias: partim naturales & non necessarias: partim neutrum: necessarias satiari posse pænè nihilo: diuitias enim naturæ, parabileis esse. Secundum autem genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile censet, nec verò ad carendũ. Tertias, quòd essent planè inanes, neq; [d] necessitatem modò, sed ne naturam quidem attingerent, funditus eiiciendas putauit. Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, hæque voluptates sigillatim[e] extenuantur: quarum genera non contemnunt: quærunt tamen copiam. nam & obscœnas voluptates, de quibus multa ab illis haberetur oratio, facileis, communeis, in medio sitas esse dicunt: eásq; si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, sed forma, ætate, figura metiendas putant: ab iisque abstinere minimè esse difficile, si aut valetudo[f], aut officium, aut fama postulet: omninóque genus hoc voluptatum optabile esse, si nõ obsit: prodesse[g] numquam. Totúmque hoc de voluptate sic ille præcepit, vt voluptatẽ ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam, expetendámque putet: eadémque ratione dolorem ob id ipsum, quia dolor sit, semper esse fugiendum. itaq. hac vsurum compensatione sapientem, vt voluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit: & dolorem suscipiat maiorẽ efficientem voluptatem: omniáque iucunda, quamquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen. Quocirca corpus gaudere tam diu, dum præsentem sentiret voluptatem: animum, & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere. ita perpetuas, & contextas voluptates in sapiente fore semper, cùm expectationi[h] speratarũ, percepta rũ memoria [k] iungeretur. Atque iis similia, ad victum etiam tranferuntur, extenuantúrq; magnificentia, & sumptu epulatum, & paruo cultu natura contenta sit. Etenim quis hoc non videt, desiderils ista cõdiri omnia? Darius in fuga, cùm aquâ turbidam, & cadaueribus inquinatã bibisset, negauit vmquã se bibisse iucũdiùs. Nũquã videlicet sitiẽs biberat. Nec esuriens Ptolemæus ederat: cui

A cùm peragranti Ægyptum, comitibus nõ consecutis, cibarius[a] in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Socratẽ ferunt, cùm vsque[b] ad vesperum contentiùs ambularet, quæsitúm q. esset ex eo: quare id faceret: respõdisse, se quo meliùs cenaret, opsona re ambulãdo famẽ. Quid? victum Lacædemoniorum in [c] phidit iis nónne videmus? vbi [d] cùm tyrannus cenauisset Dionysius, negauit se iure[e] illo nigro, quod cænę [f] caput erat delectatũ. Tum is, qui illa coxerat, minimè mirum, inquit: condimenta. n. defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? Labor in venatu§, sudor, cursus ab Eurota. fames, sitis. his. n rep. Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Atq; hoc non ex hominum more solùm, sed etiã ex bestiis intelligi põt, quæ, vt quidquid[h] obiectum est, quod modò à natura non sit alienum, eo cõtentæ non quærunt amplius. Ciuitates quædã vniuersę more doctę, parsimonia delectantur vt de Lacedæmoniis paullo antè diximus. Persarum à xenophonte[i] victus exponitur: quos negat ad pænẽ adhibere quidquam, præter nasturtium[k] Quamquam, si quędam etiam suauiora natura desideret, q̃ multa ex terra, arboribúsq; gignuntur cùm copia facili, tum suauitate prę stantial? addę siccitatẽ[m], quæ cõsequitur hanc continentiam in victu. adde in tegritatem valetudinis. Confer sudanteis, ructanteis, refertos epulis, tanquam opimos boues: tum intelliges, qui voluptatem maximè sequantur, eos minimè consequi: iucunditatémq. victus esse in desiderio, nõ in satietate. Timotheum [n], clarum hominem Athenis, & principem ciuitatis, ferunt, cùm cenauisset apud Platonem, eóq; conuiuio admodum delectatus esset, vidisseq; eum postridie, dixisse: *Vestræ quidem cenæ non solùm in præsentia, sed etiã postero die iucũdæ sunt.* Quid, q. ne mente qdem rectè vti possumus, multo cibo, & potione cõpleti? est præclara epistola Platonis[o] ad Dionis propinquos: in qua scriptum est his ferè verbis, *Quò cùm venissem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarũ, Syracusanarúmq. mensarũ, nullo modo mihi placuit, bis in die saturũ fieri, nec vmquã pernoctare solùm: cetera q. quæ comitẽtur huic vitæ in qua sapiens nemo efficitur vmquã, moderatus verò multo minùs.* Quæ. n naturam mirabiliter tẽperari põt, quo modo igitur iucũda vita põt esse, à qua absit prudentia? absit moderatio? ex quo Sardanapali[q] opulentissimi Syriæ[r] regis error agnoscitur, q. incidi iussit in busto, *Hæc[s] habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido Hausit: at illa iacent multa, & præclara relicta.* Quid aliud, inquit Aristoteles, in bouis, non in regis sepulcro inscriberes? hæc habere se mortuum dicit: quæ ne viuus quidem diutiùs habebat, quam fruebatur. Cur igitur diuitiæ desiderentur? aut vbi paupertas beatos esse nõ sinit? Signis[t] credo, tabulis[u], ludis. Si quis est, qui his delectetur, nónne meliùs tenues homines fruuntur, q̃ illi, qui his abundant? est enim earum omnium rerum nostra in vrbe summa in publico copia. Quæ qui priuati habent, nec tam multa, & raro vident, cùm in sua rura venerint. Quos tamen pungit aliquid, cum,

a Cibarius panis, sordidus. Nonius *cap. 1. in Cibarium, vbi hunc locum citat Ciceronis*, qui ad cibum seruis datur nec delicatus. Isidorus 20. c. 2. Eadem forma vinum cibarium Nonio *d. loco.* sic apud eũdem homo cibarius pro sordido *d. loco.* Cibarii panis B. P. meminit Cornelius Celsus lib. 2.*

b *v. c.* ad vesperam *al.* in Phidit iis.

c Imò coquũ emisse eo nomine dicitur à Plutarcho *in Laconicis*, & Stobæo *c.* περὶ φιλοπονίας. Peregrini tamen, in cœnas illas admissi *Athenæus* 12.*

d *al.* neque non necessitatem modò *al.* neque modò non necessitatem.*

e *al.* sigillatim est. q. v. singulatim &c.

f *al.* valitudo.

g *al.* prodesse quidquam.*

h *al.* expectationi.*

i *al.* memorat.*

k Cum cibis præsentibus non præsentia iungeretur. Nonius.

l Cum cibis præsentibus, non præsentia iungeretur. Nonius.

m Idem Plutarchus in præceptis Athenæus 10. Dinosophist. Plura de Timotheo vide apud Aemilium Probũ in Timotheo.* n Hunc locum Platonis minus probè versum esse à Cicerone notat Victorius 3 Variar. & 8. p. nemo efficietur vmquam. & 11. q. L. q vide Athenæum 8. dipnosophist. Strabonem 14. & 2. de finibus supra.* r *al.* Assyriæ.* s Κεῖται ἐμὰ ὅσα ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ σωὶ ἔφην Τέρπεν ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται. t L. In signis, u *al.* tabulis pictis.*

illa vnde habeant, recordantur. Dies[a] deficiet, si velim paupertatis causam defendere. aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilib[b]. Num igitur *ignobilitas*, aut humilitas, aut etiam popularis offensio, sapientem beatum esse prohibebit? vide, ne plus commendatio in vulgus, & hæc, quæ expetitur, gloria, molestię habeat, quàm voluptatis. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia est, insusurrantisq. alteri, Hic est ille Demosthenes. Quid hoc leuius? At quantus orator? sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse secum. Intelligendum est igitur, nec gloriam popularem ipsam per se expetendam, nec ignobilitatem extimescendam. Veni Athenas, inquit Democritus: neque me quisquam ibi[c] agnouit. Constantem hominem, & grauem, qui glorietur, à gloria se abfuisse[d]. An tibicines, iique, qui fidibus vtuntur, suo non multitudinis arbitrio, cantus, numerósque moderantur: vir sapiens, multò arte maiore præditus, non quid verissimum sit, sed quid velit vulgus, exquiret? an quidquam stultius, quàm, quos singulos, sicut operarios, barbaróq. contemnas[e], eos aliquid putare esse vniuersos? ille verò nostras ambitiones, leuitatésq. contemnet[f], honoréque populi etiam vltrò delatos, repudiabit: nos autem eos nescimus, antequàm pœnitere cœpit, contemnere[g]. Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro, vniuersos ait Ephesios esse morte multandos, quòd, cùm ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo[h] de nobis vnus excellat: sed, si quis exstiterit, alio in loco, & apud alios sit. An hoc non ita fit omni in populo? nónne omnè exsuperantiam virtutis oderunt? quid? Aristides (málo enim Græcorum, quàm nostra proferre) nónne ob eam causam expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset? Quantis igitur molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt? QVID est enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum atq. naturæ, & in hoc ipso mundo cælum, terras, maria cognoscimus. Contemto igitur honore, contemta etiam pecunia, quid relinquitur, quod extimescendũ sit? *exsilium*[i], credo: quod in maximis malis ducitur. Id si propter alienam, & offensam populi voluntatẽ malũ est: q̃ sit ea contemnenda, paullo antè dictum est. Sin abesse à patria miserum est: plenæ miserorum, puinciæ sunt: ex quibus admodum pauci in patriam reuertuntur. At multantur bonis exsules. Quid tũ parúmne multa de toleranda paupertate dicuntur? iam verò exsiliumk, si rerum naturam non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? in qua ætates suas philosophi nobilissimi cõsumserunt, Xenocrates, Crantor Arcesilas, Lacydes, Aristoteles, Theophrastus, Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Antipater, Carneades, Panætius, Clitomachus, Philo, Antiochus, Posidonius? innumerabiles alij: qui semel egressi, nũquam domum reuertere. At n. l non sine ignominia afficere[m] poterit sapientem, de sapiente enim est hæc omnis oratio, cui iure id accidere non possit. nam iure exsulantem consolari non oportet. Postremò ad omneis casus facillima ratio est eorũ, qui ad voluptatem ea referunt, quæ sequuntur in vita: vt quocunque hæc loco suppeditent, ibi beatè queant viuere. Itaque ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest,

Patria est vbicumque est bene.

Socrates quidem cùm rogaretur, cuiatem[a] se esse diceret, Mundanum, inquit. totius enim mundi se incolam, & ciuẽ arbitrabatur. Quid T. Albutius[b]? nónne animo æquissimo Athenis exsul philosophabatur? cui tamen illud ipsum non accidisset, si in repub. quiescens, Epicuri legibus paruisset. Quî enim beatior Epicurus, quòd in patria viuebat, quàm[c] Metrodorus, quòd Athenis? aut[d] Plato Xenocratem vincebat, aut Polemo Arcesilam, quo esset beatior? Quanti verò ista ciuitas æstimãda est, ex qua boni, sapientésq. pelluntur? Demaratus[e] quidem Tarquinij, regis nostri, pater, tyrannum Cypsellum[f] quòd ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi suas fortunas constituit, ac liberos procreauit. Num stultè anteposuit exsilij libertatem domesticæ seruituti? Iam verò motus animi, sollicitudines, ægritudinésq. obliuione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. Non sine causa igitur Epicurus ausus est dicere, semper in pluribus bonis esse sapientem, quia semper sit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille, quod quærimus, vt sapiens semper beatus sit. Etiámne *si sensibus carebit oculorum*[g], si aurium? Etiam. nam ista ipsa contemnit. Primùm enim, horribilis ista cæcitas quibus tandem caret voluptatibus? cùm quidam etiam disputent ceteras voluptates in ipsis habitare sensibus: quæ autem adspectu percipiantur, ea non versari in oculorum vlla iucunditate: vt ea, quæ gustemus, olfaciamus[h], tractemus, audiamus, in ea ipsa, vbi sentimus, parte versentur, in oculis tale nihil sit. animus accipit quæ videmus. Animo autem multis modis, variísque delectari licet, etiam si non adhibeatur adspectus. Loquor autem de docto homine, & erudito, cui viuere est, cogitatio[i] sapientis enim cogitatio[k] non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos, etenim si nox nõ adimit vitam beatam, cur diei tuo nocti similis adimat? nam illud Antipatri Cyrenaici est quidem paullo obscœnius, sed non absurda sententia est: cuius cæcitatem cum mulierculę lamentarentur, Quid agitis, inquit: an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna? Appium quidem veterem illum, qui cæcus annos multos fuit, & ex magistratibus, & ex rep. gestis intelligimus, in illo suo casu, nec priuato, nec publico muneri defuisse. C. autem Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus: cùm quorum res esset, sua ipsi non videbant, cæcum adhibẽbat ducem. Pueris nobis, Cn. Ausidius prætorius & in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Græcam scribebat historiam, & videbat[l] in litteris. Diodorus[m] Stoicus, cæcus multos annos nostræ[n] domi vixit. Is verò, quod credibile vix esset, cùm in philosophia multo etiam magis assiduè, quàm antea, versaretur, & cùm fidibus Pythagoreorum more veteretur, cúmq. ei libri nocteis, & dies legerentur, quibus in stultiis oculis non egebat: tamen, quod sine oculis fieri posse vix videtur, geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, vnde, quò, quámque lineam

a *fort.* Dies me deficiet,

b *fort.* Ipsam per se esse exp.

P. B.

c *ibi abest ab o. v. c. nec agnoscit L.* neque etiam: extat apud Laertium, in Democrito.

d L. afuisse.

e *ita duo v. c.*

e *v. c.* contempnas, *mendosè.*

f *v. c.* contẽpaci, *mendosè*

g *v. c.* cõtempnere, *mendosè.*

h Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἐστω. εἰδὲ τις τοῦτο ποιοίη, ἄλλοθι, μετ' ἄλλων.

i *al.* exsiliũ,

k *al.* exsiliũ,

l L. At enim non erit sine ignominia. Ignominia afficere poterit sapientem? de sapiente enim, &c. *Ita Manutius.*

m *al.* attingere.

a *citatur à Nonio cap. 2. in Cuiat. 187.*

b *al.* Albuț.

c *v. c.* quàm quod Athenis, Metrodorus?

d *fort.* An Plato Xenocratem vincebat, aut Polemo Arcesilam?

e *vide Lipsi. l. 2. 3. 8. de origine iuris.*

f *vide Herodotum 5.*

P. B.

g DE CAECITATE & CAECIS.

h *v. c.* odiamus.

i *vetus* cogitatio.

k *v. c.* cogni

P. CCL.

l *fort.* vixerat. M. Diodorus.

m *v. c.* domi nostræ vixit. *Ita al.*

n *v. c.* quam lineam loca. *Ita al.*

neam scrib erent. Asclepiadem ferunt non ignobilẽ, Eretricum[a] philosophũ, cùm [b]quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, Vt puero vno esset comitatior. Vt enim vel summa paupertas tolerabilis sit, si[c] liceat[d], quodẽ quibusdam Græcis quotidie: sic cæcitas ferri facilè possit, si non desint subsidia valetudinum[f]. Democritus luminibus amissis, alba scilicet, & atra discernere non poterat, at verò bona, mala: æqua, iniqua: honesta, turpia: vtilia, inutilia: magna, parua poterat: & sine varietate colorum licebat viuere beatè: sine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri animi etiam aciem adspectu oculorum arbitrabatur: &, cùm alij sæpe, quod [g]esset ante pedes, non viderent, ille [h]infinitatem omnem peregrinabatur, vt nulla in extremitate consisteret. Traditum est etiam, Homerum cæcum fuisse. At eius picturam, non poesim, videmus. Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ i species formæ, quæ pugna, acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus est, vt, quæ ipse non viderit, nos vt videremus, effecerit? quid ergo aut Homero ad delectationem animi, ac voluptatem, aut cuiquã docto defuisse vmquam arbitramur? aut, ni ita se res haberet, Anaxagoras. aut hic ipse Democritus [k], agros, & patrimonia sua reliquisset: huic discendi, quærendique diuinæ delectationi toto se animo dedidisset? Itaq. augurem Titesiam, quem sapientem fingunt poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam: at verò Polyphemum Homerus cùm immanem, ferúmq. finxisset, cũ ariete etiã colloquentẽ facit, eiúsque laudare fortunas, quòd, quà vellet ingredi posset, & quæ vellet, attingere. Rectè[m] hic quidem nihilo enim erat ipse Cyclops, quàm aries ille, prudentior. In *surditate*[n] verò quídnam est mali? erat surdaster M. Crassus: sed [o] aliud molestius, quòd malè audiebat, etiam si, vt mihi videbatur, iniuria. Epicuréi nostri Græcè fari nesciunt, nec Græci [p] Latiné. ergo hi in illorum, & illi in horum sermone surdi: omnésq. [q] id nos in iis linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus. At vocem citharœdi non audiunt: ne strídorem quidem ferre tum, cùm acuitur: aut grunnitum [r], cùm iugulatur sus: nec, cùm quiescere volunt, fremitum murmurantis maris. Et, si cantus eos fortè delectant, primùm cogitare debent, antequàm hi sint inuenti, multos beatè vixisse sapienteis. deinde multo maiorẽ percipi posse legendis his, quàm audiendis, voluptatem. Tum, vt paullo antè cæcos ad aurium traducebamus voluptatem, sic licet surdos ad oculorum. etenim qui secum loqui poterit, semonem alterius non requiret. Congerantur in vnum omnia, vt idem oculis, & auribus captus sit: prematur etiam doloribus

a cerrimis corporis qui primùm per se ipsi plerumque conficiunt hominem: sin[a] fortè longinquitate producti, vehementiùs tamen torquent, quàm vt causa sit, cur ferantur: quid est tandem, dij boni, quod laboremus? portus n. præsto est, quoniam [b] mors ibidem est, æternum nihil sentienti receptaculũ. Theodorus c Lysimacho mortem minitanti: Magnum verò, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es. Paulus Persę deprecãti, ne in triũpho duceretur. In tua id, inquit, potestate est. Multa primo die, cùm de ipsa morte quæreremus: non pauca etiam postero, cùm ageretur de dolore, sunt dicta de morte: quæ qui recordetur, haud sanè periculum est, ne nõ mortẽ aut optandam, aut certè non timendam putet. Mihi quidem inuita, seruanda videtur illa lex quæ in Græcorum conuiuiis obtinetur. *Aut* [d] *bibat, inquit, aut abeat.* Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi: aut ne sobrius in [e] violentiam vinolento rũ incidat, antè discedat: sic iniurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiẽdo relinquas. Hæc eadem, quæ Epicurus, totidem verbis dicit [f] & Hieronymus. Quod [g] si iis [h] philosophis, quorum ea sententia est, vt virtus per se ipsa nihil valeat: omne quod honestum nos, & laudabile esse dicimus [i], id illi cassum quiddam & inanis, vocis sono decoratum esse dicant [k]: & [l] tamen semper beatum esse censent sapiẽtem: quid tandem à Socrate, & Platone perfectíq. philosophis faciendum putes [m]? quorum alij tantam præstantiam in bonis animi esse dicunt, vt ab his corporis, & externa obscurentur. Alij autem hæc ne bona quidem ducunt, in animo reponunt omnia. Quorum cõtrouersiam solebat, tanquam honorarius arbiter, iudicare [n] Carneades. nam cùm quæcumq. bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda viderentur: neque tamen Peripatetici plus tribuerent diuitiis, bonæ valetudini, cetersísque rebus generis eiusdem, quàm Stoici. cùm ea, re, non verbis ponderarentur. causam esse dissidendi negabat. Quare hunc locum ceterarum disciplinarum philosophi quemadmodũ obtinere possint, ipsi viderint. Mihi tamen gratum est, quòd de sapientium perpetua bene viuendi facultate dignum quiddam philosophorum voce profitentur. Sed quoniam manè est eundum, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus. Equidẽ me etiam conscripturum arbitror. vbi .n. melius vti possumus hoc, cuicuimodi est, otio? ad Brutúmq. nostrum hos libros alteros quinque mittemus. à quo non modò impulsi sumus ad philosophicas [o] scriptiones, verùm etiã lacessiti. In quo quantum cereris profuturi simus, nõ facilè dixerimus nostris quidẽ acerbissimis doloribus, variísq. & vndiq; circũfusis molestiis alia nulla potuit inueniri leuatio.

a *fort. dein, sin fortè lõg.*

b Mors æternum nihil sentienti receptaculum.* c adde quædam similia ex 1. Tusculana.*

d *ἢ πίνειν ἢ ἀπιέναι.*

e *q.v.c.* in violẽtiorum multorũ incid. *non pl. fal.* dicit Hieronymus.

f L. Quod si ii Philosophi h *al.* ii Philosophi.* i *q.v.c.* dicamus, k *al.* dicant attamen semper.* l *delenda videtur copulatio &*

P. B.

m *q.v.c.* videsne

n *fort.* diiudicare.

o *al.* Philosophas. *sic Plato φιλοσοφον φύσιν.* sed Nonius *cap. 2. in Lacessere* scribit *legi in Philosophiæ scriptionem.**

M. TVLLII CICERONIS
DE NATVRA DEORVM
AD M. BRVTVM,
LIBER PRIMVS,

C. Velleius, Epicureus. *C. Cotta*, Academicus: *Lucilius Balbus*, Stoicus: *Cicero*, auditor disputationis.

CVM multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sũt, tum; perdifficilis, Brute, (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum: quæ [a] & ad agnitionem [b] animi pulcherrima est, & ad moderandam religionem necessaria. De qua tam variæ sunt doctissimorum hominum, támq. discrepantes sententiæ, vt magno argumento esse debeat [c], causam, id est, principium philosophiæ, esse scientiam: prudentérque Academicos à rebus incertis assentionem cohibuisse. quid est enim temeritate fortiùs [d]: aut quid tam temerarium, támq. indignum sapientis grauitate, atq; constantia, quàm aut falsum sentire, aut, quod nõ satis exploratè perceptum sit, & cognitum sine vlla dubitatione defendere? velut in hac quæstione, plerique quod maximè verisimile est, & quo omnes duce natura vehimur [e], deos esse dixerunt: dubitare se Protagoras [f]: nullos esse omnino Diagoras [g] Melius, & Theodorus Cyrenaicus putauerunt. Qui verò deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate, ac dissensione cõstituti, vt eorum molestum sit annumerare sententias. Nã & de figuris deorum, & de locis, atque sedibus, & actione vitæ multa dicuntur: déque his summa philosophorum dissentione certatur. Quod verò maximè rem, causámque continet, est, vtrùm [h] nihil agant, nihil moliantur, an ab omni curatione, & administratione rerum vacent: an contrà ab his & à principio omnia facta, & constituta sint, & ad infinitum tempus regantur, atq. moueantur: in [i] primísque magna dissentio est: eáque nisi diiudicatur, in summo errore necesse est homines, atque in maximarum rerum ignoratione versari. Sunt enim philosophi, & fuerũt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum procurationem deos. Quorum [k] si vera sententia est, quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? quæ religio? hæc enim omnia, purè, ac castè [l] tribuenda deorũ numini, ita sunt, si animaduertuntur ab his, etsi est aliquid à [m] diis immortalib[9] hominum generi tributum. Sin autem dij [n] neque possunt nos iuuare, nec volunt, nec [o] curant omnino: nec, quid agamus, animaduertunt, nec est quod ab [p] his ad hominum vitam permanare possit: quid est, quod vllos diis [q] immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem fictæ simulationis, sicut reliquæ virtutes, ita [r] pietas inesse non potest, cum qua simul & sanctitatem, & religionem tolli necesse est: quibus sublatis, perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. Atque haud scio, an pietate aduersus deos sublata, fides etiam, & societas humani generis, & vna excellentissima virtus, iustitia, tollatur. Sunt autem alij [a] philosophi, & hi quidem magni, atque nobiles, qui *deorum mente, atque ratione omnem mundum administrari, & regi censeant: neque verò id solùm, sed etiam ab iisdem vitæ hominum consuli, & prouideri.* nam & fruges & reliqua, quæ terra pariat, & tempestates, ac temporum varietates, cæliq; mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubescant, à diis immortalibus tribui generi humano putant: multáque, quæ dicentur in his libris, colligunt: quæ talia sunt, vt ea ipsa dij immortales ad vsum hominum fabricati pænè videantur. Contra quos Carneades ita multa disseruit, vt excitaret homines non socordeis ad veri inuestigandi cupiditatem. res enim nulla est, de qua tantopere non solùm indocti, sed etiã docti dissentiant. Quorum opiniones cùm tam variæ sint, támque inter se dissidentes: alterum fieri profectò potest, vt earum nulla [b]: alterum certè nõ potest, vt plus vna vera sit. Qua quidem in causa & benuolos [c] obiurgatores placare. & inuidos vituperatores confutare possumus, vt alteros reprehendisse pœniteat, alteri se dicisse gaudeant. Nam [d] *quæ admonent, amicè docendi sunt: qui inimicè insectantur, repellendi.* Multum autem fluxisse video de libris nostris quos complureis breui tempore edidimus, variúmque sermonem, partim admirantium, vnde hoc philosophandi nobis subitò studium exstitisset: partim, quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimùm probatam esse philosophiam [f], quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet, desertæque disciplinæ, & iampridem relictæ, patrocinium nec-opinatum à nobis esse susceptum. Nos autem nec subitò cœpimus philosophari: nec mediocrem à primo tempore ætatis in eo studio operam, cumrámque consumsimus, &, cùm minimè videbamur, tũ maximè philosophabamur. Quod & & orationes declarãt, referte philosophorum sententiis, & doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit: & principes illi, Diodotus, Philo, Antiochus, Posidonius, à quibus instituti sumus. Et, si omnia philosophiæ præcepta referuntur ad vitam, arbitramur nos & publicis, & priuatis in rebus ea præstitisse, quæ ratio & doctrina præscripserit. Sin autem quis requirit, quæ causa

a Cogitationis Dei summa vtilitas.*
b *forte* cognitionem
c *al.* debeat prudentes Academicos à rebus incertis assentionem cohibuisse.*
d L. turpius? *al.* fœdius?
e *al.* venimus.*
f vide Laertium in Protagora.*
g Isti duo Diagoras, & Theodorus, propter impiis vulgo habiti: eadem nota Socrati inusta, falsò. Nam & huncIustinus Martyr defendit apologet. 2. vt & Diagoram & P. B. Theodorum & alios quosdam Euemerũ. Hipponẽ, & Nicanora, Clemens Alexandrinus *protreptico.**
h L. vtrum nihil agãt, nihil moliatur, ab omni curatione, & administratione rerum vacent, &c.
i L. in primisque de eo magna dissensio est: quæ nisi diiudicatur, &c.
k Prouidentiã diuinã negant incommoda.*
l Hinc lex illa *de legibus*, Ad diuos adeunto caste.*
m *al.* à deis
n *al.* nec dei
o *al.* nec omnino curãt,
p *al.* ab iis,
q *al.* ne deis immortalibus
r *al.* item

a Prouidentiæ diuinæ assertio.*

b ii. sic infra numero 30. verẽdum est, ne multa sit omnino.
c *al.* benuolos
d L. Nam qui admonent, amicè docendi sunt: qui vt desistant, impudenter resistunt, aliquo pacto coercendi sunt, ne & ipsi alios impediant, & e foro qui aures audientium occupent.
e Academicã disciplinam videri inuictã.*
f Quod & orationes nostræ declarant.

cuius à te modò mentio facta est, sophistes
temporibus illis vel maximus, cùm in princi-
pio libri sui sic posuisset? *De*[m] *diis Neque vt*
sint neque vt non sint, habeo dicere[n], Athenienium
iussu vrbe, atque agro est exterminatus, li-
brique eius in concione cõbusti. Ex quo equi-
de n existimo, tardiores ad hanc sententiam
profitendam multos esse factos, quippe cùm
pœnam ne dubitatio quidem effugere potuis-
set. Quid de sacrilegis, quid de impiis, periuris-
que dicemus?

--Tabulas si Lucius vmquam,
Si Lupus, aut Carbo, aut Neptumi filius,

Vt ait Lucilius, putasset esse deos, tam periu-
rus aut tã impius fuisset? Non est igitur tã ex-
plorata ista ratio ad id quod vultis, confirmã-
dum, quàm videtur. Sed quia commune est
hoc argumentũ aliorum etiã philosophorum,
omittã hoc tempore: ad vestra propria venire
mãlo. Cõcedo esse deos. doce me igitur, vnde [o] H
sint, vbi sint, quales sint corpore, animo, vita.
Hæc enim scire desidero. Abuteris ad omnia
atomorum [a] regno, & licentia, hinc, *quodcunq.*
in [b] *solum venit*, vt dicitur, *effingis, atque efficis.*
Quæ [c] primùm nullæ sunt. nihil enim, quod va
cet corpore: corpotibus autem omnis obsi-
detur locus: ita nullum inane nihil esse indiui-
duum potest. Hæc egò nunc physicorum ora-
cula fundo: vera, an falsa, nescio: sed veri ta-
men similiora, quàm vestra. ista enim flagitia B
Democriti, siue etiam antè Leucippi, esse cor-
puscula quædam læuia, alia aspera, rotunda a-
lia, partim angulata [d], curuata quędam, & quasi
aduncа: ex his effectum esse cælum, atq. terras,
nulla cogente natura, sed concursu quodam
fortuito. Hanc tu opinionem, C. Velleï, vsque
ad hanc ætatem perduxisti priúsq. te quis de
omni vitæ statu, quàm de ista auctoritate de-
iecerit. *antè* enim *iudicasti, Epicurum te esse opor-*
tere, quàm ista cognouisti. Ita necesse fuit aut hæc
flagitia animo concipere, aut susceptæ philo- C
sophiæ nomẽ amittere. Quid enim mereas, vt
Epicureus esse desinas? Nihil equidẽ, inquis, vt
rationem vitæ beatę, veritatémq. deseram. Ista
igitur est veritas? Nam de vita beata nihil re-
pugno: quam tu ne in deo quidem esse cẽses,
nisi planè [e] otio langueat. Sed vbi est veritas?
In mundis, credo immumerabilibus, omnibus
minimis temporum punctis, aliis nascentib [f],
aliis cadentibus: an [f] in indiuiduis corpusculis, D
tam præclara opera, nulla moderante natura,
nulla ratione, fingentibus? Sed oblitus libera-
litatis meæ, qua tecum paullo antè vti cœpe-
ram, plura complector. Concedam igitur, ex
indiuiduis constare omnia. Quid ad rem? deo-
rũ enim natura quæritur. Sint sanè ex atomis.
non [g] igitur æterni. quod enim ex atomis sit,
id [h] natum aliquando sit. Si natum, nulli dij an
tè, quàm nati. Et si ortus est deorũ, interitus
sit, necesse est, vt tu paullo antè de Platonis
mundo disputabas. Vbi igitur illud vestrũ bea E
tum, & æternum? quibus duobus verbis figni-
ficatis deum. Quod cùm efficere vultis, *in du-*
metа correpitis, ita enim dicebas, nõ corpus ei-
se in deo, sed *quasi corpus* [k]: nec sanguinem, sed
quasi sanguinem. Hoc persæpe facitis, vt, cùm a-
liquid nõ verisimile dicatis, & effugere repre-
hensionem velitis, afferatis aliquid, quod om-
nino ne fieri quidem possit: vt satius fuerit,
idipsum, de quo ambigebatur, concedere, F
quàm tam impudenter resistere: velut Epi-
curus, cùm videret, si atomi ferrentur in lo-
cum inferiorem suopte pondere, nihil fore
in nostra potestate, quod esset earum motus
certus, & necessarius: inuẽnit quo modo ne-
cessitatem effugeret, quod videlicet Demo-
critus fugerat. ait atomum, cùm pondere &
grauitate directò deorsum feratur, declinare
paullulum [l]. Hoc dicere turpius est, quàm il- G
lud, quod vult non posse defendere. Idem
facit cõtra dialecticos: à quibus cùm traditum
sit, in omnibus disiunctionibus, in quibus, aut
etiam, aut non poneretur, alterutrum verum
esse: pertimuit, ne, si concessum esset, hu-
iusmodi aliquid, Aut viuet cras, aut non vi-
uet Epicurus, alterutrum fieret necessarium.
Totum hoc aut etiam, aut non, negauit esse
necessarium. Quo quid dici potest obtusius?
Vrgebat Arcesilas Zenonem, cùm ipse omnia
falsa diceret, quæ sensibus viderentur: Zeno
autem nonnulla visa esse falsa, nõ omnia. Ti-
muit Epicurus, ne, si vnum visum esset falsum, H
nullum

P. V.

a Deus quid aut qualis.*

b *v.c.* requireret,

c *forte* quia multa venirent ei in mẽtem acuta, &c.

d *al.* sit*

e Deos esse.*

f *vox solùm, non compareat in aliquot v.c.*

P. VI.

g Deos esse, necessaria ratione non probari ab Epicureis.*

h Deum à multis negari, non igitur P. XIIII. esse προλήψεις deorum certas.*

i dixi initio huius libri.*

k quòd arcanos Orphei sermones vulgo expositset Eleusiniorum & Cabyri mysteria publicasset & Herculis stamna ne rapis coquendis ligna deest sensi dissecuisset *Athenagoras apologetic.**

l *al.* Diagoras Ita enim legitur apud Valerium l. 1. c. 1. adde Suidam. Aelianum v. variæ historiæ.*

m Εἰ θεοὶ εἰσὶν ἢ οὐκ εἰσὶν, οὐκ εἰμὶ εἰδὼς, οὐδὲ ἐκωλύει τὸ πρᾶγμα ἄδηλον ὄν. *forte* scire.

n Dii vnde, vbi, & quales.*

a Atomorum opinionem falsam esse, b In solum venire dicitur quod occurrit casu ac temere: cõtinetur 9. epistol. familiar. vlt. & apud Nonium cap. 2. in Insolum 426. Cybi tamen Nonius perperam interpretatur Insolitum & cap. 5. numero 6.

c L. Quæ primùm nulla sunt. nihil enim mutum, deinde nullum cõtinuum, nihil enim, quod vacet. d *al.* angulata, & pyramidata, & curuata & quadã quadrãdãca.

e Deos sine omnio malè collocãtis.*

f L. autem indiuid. corpusculis, tamquam natis. nulla natura fingentibus.

g Deos, si ex atomis sint, esse ponẽtes nos.*

h L. id natũ aliquãdo sit. F. XV. necesse. cõ. Si nat. sint, mortales esse.*

i Deo non habere quasi corpus, & quasi sanguinem.*

l Παρέγκλισιν

nullum esset verum. omneis sensus veri nuntios dixit esse. nihil horum, nisi callidé, grauiorem enim plagam accipiebat, vt leuiorem repelleret. Idem facit in natura deorum. dum indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed *tamquam corpus* : nec sanguinem, sed *tamquam sanguinem*. Mirabile videtur, quòd non rideat haruspex, cùm haruspicem viderit. hoc mirabilius, quòd vos inter vos risum tenere possitis. non est corpus, sed quasi corpus. hoc intelligerem quale esset, si id in cereis fingeretur, aut ficticiis figuris. in deo quid sit qua si corpus, aut quasi sanguis, intelligere nō possum: ne tu quidem, Vellei: sed non vis fateri. ista enim à vobis *quasi dicta* redduntur: quę Epicurus oscitans halucinatus [a] est, cùm quidem gloriaretur, vt videmus in [b] scriptis, se [c] magistrum habuisse nullum. Quod & nō prędicanti, tam [d] facilè quidem credam: sicut mali ædificij domino glorianti se architectū non habuisse. nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lycéo, nihil ne è puerilibus quidem disciplinis. Xenocratem [e] audire potuit: quem vidi- cum! dij immortales! & sunt qui [f] putant audiuisse: ipse non vult. credo plus nemini. Pamphilum [g] quendam, Platonis auditorem, ait à se Sami auditum. ibi enim adolescens habitabat cum patre, & fratribus, quòd in eam pater eius Neocles agripeta [h] venerat. Sed, cùm agellus eum non satis aleret, vt opinor, ludi magister fuit. Sed hunc Platonicum [i] mirificè cō temnit Epicurus: ita metuit, ne quid vmquam didicisse videatur. In Nausiphanē [k] Democritéo tenetur: quem cùm à se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui si hæc Democritéa non audisset, quid audierat? quid est in physicis Epicuri non à Democrito? nam etsi quædam commutauit, vt, quod paullo antè de inclinatione atomorum dixit: tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatémque mundorum, eorum ortus, & interitus, omnia ferè, quibus naturæ ratio continetur. Nunc istuc quasi corpus, & quasi sanguinem, quid intelligis? ego enim scire te istā meliùs, quàm me, non fateor solùm, sed etiam facilè patior. Cùm quidem semel dicta sunt, quid est, quòd Velleius intelligere possit, Cotta non possit? Itaque corpus quid sit, sanguis quid sit, intelligo : *quasi corpus, & quasi sanguis*, quid sit, nullo prorsus modo intelligo. Nec tu me celas, vt Pythagoras solebat alienos : nec consultò dicis occultè [m], tanquam Eraclitus [n]. sed, quod inter nos liceat, ne tu quidem intelligis. Illud video pugnare te, species [o] vt quædam sit deorum, quæ nihil cōcreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitq. pura, leuis, perlucida. Dicemus ergo idé, quod in Venere Coa: corpus illud non est, sed simile corpori: nec ille fusus, & candore mixtus ruborr, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudines rerum esse. Fac, id, quod ne intelligi quidem potest, mihi esse persuasum. cedò mihi istorum adumbratorum deorum lineamēta, atque formas. Non deest hoc loco copia rationum, quibus docere velitis, humanas esse formas deorum : primùm quòd ita sit informatum, anticipatúmque mentibus nostris, vt homini, cùm de deo cogitet, forma occurrat

A humana : deinde, vt, quoniam rebus omnibus excellat natura diuina, forma quoq. esse pulcherrima debeat: nec esse humana vllam pulchriorem. Tertiam rationē affertis, quòd nulla in alia figura domicilium mentis esse possit. Primùm [a] igitur quidq. consideremus quale sit. arripere enim mihi videmini quasi vestro iure rem nullo modo probabilem. Quis tam cæcus in contemplandis rebus vmquam fuit, vt non videret species istas hominum collatas in deos aut consilio quodam sapientum, B quo faciliùs animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent: aut superstitione, vt essent simulacra, quæ venerantes, deos ipsos se adire crederent? Auxerunt autem hæc eadem poetæ, pictores, opifices. Erat autem non facile, agenteis aliquid, & molienteis deos, in aliarum formarum imitatione seruare. Accessit etiam ista opinio fortasse, quòd *homini homine nihil pulchrius videatur*. Sed C tu hoc, physice, non vides, quàm *blanda conciliatrix, & qua si sui sit lena natura*? An putas vllā esse terra, marique beluam, quæ [b] non sui generis belua maximè delectetur? quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? An tu aquilam, aut leonem, aut Delphinum vllam anteferre censes figurā suę? quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura præscripsit, vt nihil pulchrius, quā hominem putaret, eam esse causam, cur deos D hominum simileis putaremus? quid censes, si ratio esset in beluis? non suo quasque generi plurimùm tributuras fuisse? At mehercle ego (dicā enim, vt sentio) quāuis amem ipse me, tamen non audeo dicere, pulchriorem esse me, quàm [c] ille fuit taurus, qui vexit Europam. Non enim hoc loco de ingeniis, aut de oratio nibus nostris, sed de specie, figuráque quæritur. Quòd si fingere nobis, & iungere formas velimus : qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus [d] inuehens beluis, adiunctis humano corpori, nolis esse? Difficili in loco versor. Est enim vis tanta naturæ, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse. Et quidem formica formicæ. Sed tamen cuius hominis? quotus enim quisque formosus est? Athenis cùm essem, è gregibus epheborum vix singuli reperiebantur. Video, quid arriseris. sed tamen ita res se habet. Deinde nobis, qui, cōcedentibus philosophis antiquis, adolescentulis delectamur, etiam vitia sæpe iucunda sunt. Nævus in E articulo pueri delectat Alcæum. At est corporis macula, nævus. Illi tamen hoc lumen videbatur. Q. Catulus, huius collegæ, & familiaris nostri pater, dilexit municipem tuum Roscium: in quem etiam illud est eius.

Constiterā, exorientem auroram forte salutans,
Cùm subitò à læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, cælestes, dicere vestra,
Mortaleu [e] visus pulchrior esse deo.

F Huic [f] pulchrior deo? At erat, sicut hodie est, peruetustissimis oculis. Quid refert, si hoc ipsum falsum, & venustum illi videbatur? Redeo ad deos, ecquos si non tam strabones, at petulos [g] esse arbitramur? ecquos nævum habere? ecquos silos [h], flaccos, frontones [i], capitones [k], quæ sunt in nobis? an omnia emendata in illis? detur id vobis. Num etiam est vna G omnium facies? nam si plures, aliam esse alia pulchriorem necesse est. Igitur aliquis non pulcherrimus deus. Si vna omnium facies est, florere in cælo Academiā necesse est. Si enim

a Primùm ig. quidquid conf.

b Idem Epicharmus apud Laertium in vita Platonis.

c v. c. quàm ille fuerit taurus, &c. L.

d sic o. v. c. P. XVII.

e al. mortalis visus fuit.

f L. Hui! pulchrior deo?

g L. pætulos. Pætuli *Porphyrioni* oculis leniter delinatis, vel quorum oculi nu. & illucescenter declinant. *Acro.*

h qui naso sursum versus repando.

i à fronte.

k a capite.

P. B.

nihil inter deum,& deum differt: nulla est apud deos cognitio,nulla perceptio. Quid,si etiam,Vellei,falsum illud omnino est, nullam aliâ nobis de deo cogitantibus speciê, nisi hominis, occurere? taménne ista tã absurda defendes? nobis fortasse si [a] occurrit, vt dicis: Iouem[b],Iunonem,Mineruam, Neptunũ,Vulcanum, Apollinem,reliquos deos,ea facie nouimus,qua pictores, fictoresq. voluerunt: neq; solùm facie, sed etiam ornatu,ætate, atq. vestitu. at non Ægyptij, nec Syri, nec ferè cuncta barbaries. firmiores enim videas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdã, quàm apud nos de sanctissimis templis, & simulacris deorum. Etenim fana multa exspoliata, & simulacra deorum de locis sanctissimis ablata videmus à nostris. at verò ne fando quidem auditum est,crocodilum [c],aut ibim,aut felem violatum ab Ægyptio. Quid igitur censes? Apim[d] illum sanctum Ægytiorum bouẽ,nónne deum videri Ægyptiis? tã hercle quàm[e] tibi illam nostram Sospitam, quam tu numquam ne[f] in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta,cum scutulo,cum calceolis repandis. At non est talis Argiua,nec Romana luno. Ergo alia species Iunonis Argiuis[g] alia Latinis[h]. Et quidem [i] alia nobis Capitolini,alia Afris Ammonis Iouis. *Non pudet* igitur physicum,id est,speculatorem,venatorémq. naturæ, *ab animis consuetudine imbutis, petere testimonium veritatis?* isto enim modo dicere licebit, Iouem semper barbatũ[k],Apollinem semper imberbem,cæsios oculos Mineruæ, cæruleos esse Neptuni. Et quidem Athenis laudamus Vulcanum eum quem fecit Alcamenes: in quo stante. atq. vestito leuiter appâret claudicatio non deformis. Claudum igitur habebimus deum,quoniam de Vulcano sic accepimus. Age & his vocabulis deos esse facimus, quibus à nobis nominantur. At primùm *quot hominum linguæ tot* [l] *nomina deorum.* Non enim, vt tu Velleius, quocumq. veneris, sic idem in Italia Vulcanus,idem in Africa,idem in Hispania. Deinde nominũ nõ magnus numerus ne in põtificiis quidem nostris: deorũ autẽ innumerabilis. An sine nominib. sunt? istud quidẽ ita vobis dicere nec esse est. quid enim attinet,cùm vna facies sit,plura esse nomina? quàm bellum erat,Vellei, confiteri potiùs nescire quod nescires,quàm ista effutientem nauseare[m],atq.[n] ipsum sibi displicere? At tu mei similem putas esse,aut tui deum? profectò non putas, Quid ergo? solem dicam, aut lunam, aut cælũ,deum? ergo etiam beatum. Quibus fruentem voluptatibus? & sapientem. Qui potest esse in eiusmodi trunco sapientia? Hæc vestra sunt. Si igitur nec humano visu, quod docui: nec tali aliquo, quod tibi persuasum est. quid dubitas negare deos esse? Non audes. Sapienter id quidem. Et si hoc loco nõ populum metuis,sed ipsos deos. Noui ego Epicureos omnia figilla numerãtis[o]: quã quam video nõnullis videri,Epicurũ,ne in offensionẽ Athenienſiũ caderet,verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaq. in illis selectis ejus, breuibúsque sententiis, quas appellatis [p] κυρίας δόξας, hæc, vt opinor,prior sententia est. *Quod beatũ & immortale est,id nec habet,nec exhibet cuiquam negotium* In hac ita exposita sententia, sunt qui existiment, quod ille insciti[r] planè loquendi, fecerit,fecisse consultó. De homine minimè vafro male existimant. Dubium est, enim,vtrùm aliquid dicat iste beatum & immortale,an, si quod sit beatum id esse immortale. Non animaduertunt, hîc eum ambiguè locutum esse: sed multis aliis locis & illum,& Metrodorum tã apertè, quàm paullo antè te. Ille verò deos esse putat: nec quemquam vidi, qui magis ea, quæ timenda esse negaret, timeret, mortem dico, & deos. Quibus mediocres homines non ita valde mouentur, his ille clamat, omnium mortalium menteis esse perteritas. Tot millia latrocinantur, morte proposita. Alij omnia quę possunt, fana cõpilãt. Credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis. Sed, quoniam non audes (iam. n. cum ipso Epicuro loquar) negare esse deos: quid est, quod te impediat aut solem, aut lunã, aut mundũ, aut mẽtem aliquam sempiternam in deorum natura ponere? Numquã vidi [a], inquis, animam rationis, consiliíq. participem in vlla alia, nisi humana figura. Quid? solis numquídnam, aut lunæ, aut quinq. errantium fidérum simile vidisti? sol duabus vnius orbis vltimis partibus definiens motũ, cursus annuos cõficit. Huius [b] hanc illustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. Quinque, utẽ stellæ eundem orbem tenẽtes, aliæ propiùs à terris, aliæ remotiùs, ab iisdem principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt. Numquid tale, Epicure, vidisti? Ne sit igitur sol, ne luna, ne stellæ: quoniã nihil esse potest, nisi quod attigimus, aut vidimus. Quid? deum ipsum núnne [c] vidisti? cur igitur credis esse? tollamus ergo omnia, quæ aut historia nobis, aut noua ratio affert. Ita fit, vt mediterranei mare esse non credant. Quæ sunt tantæ animi angustiæ, vt, si Seriphi natus esses, nec vmquã egressus ex insula, in qua lepusculos, vulpeculásq. sæpe vidisses, non crederes leones,& pãtheras esse, cùm tibi, quales essent, diceretur? si verò de elephanto quis diceret, etiam irrideri [d] te putares? Et tu quidem, Vellei, nõ vestro more, sed dialecticorum: quæ [e] fundítus gens nostra non nouit: argumenti [f] sententiam concluſisti: Beatos esse deos: summisti. Cõcedimus. Beatum autẽ sine virtute neminem esse posse. id quoq. damus, & libenter quidem. virtutem autem sine ratione constare non posse. Conueniat id quoq. necesse est. Adiungis, nec rationem esse, nisi in hominis figura. Quem tibi hoc datorum putas? si enim ita esset, quid opus erat te gradatim istuc peruenire? quid autem est istuc gradatim? sumisses tuo iure. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. A ratione ad humanam figurã quo modo accedis? præcipitare istuc quidem est non desedere. Nec verò intelligo, cuĩ [g] maluerit Epicurus deos hominum similes dicere, q̃ homines deorũ. Quæres, quid interſit. Si enim hoc illi simile sit, esse illud huic video. Sed hoc dico, non ab hominibus formæ figuram peruenisse ad deos. dij enim semper fuerunt, & nati numquam sunt, si quidem æterni sunt futuri. at homines nati. autẽ igitur humana forma, quàm homines, ea, qua erãt forma dij immortales. Non ergo illorũ, humana forma, sed nostra diuina dicenda est. Verùm hoc quidẽ, vt voletis. illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, nihil n. in rerũ natura ratione factum esse vultis. Sed tamẽ qs iste tantus casus? vnde tã felix cõcursus atomorũ, vt repentè homines deorũ forma nascerentur? semina deorum dicis esse

a *fort.* sic occurrit,
b *fort.* Iouémque, &c.
c vide Iuuena. 15. Satyra 25.*
d Herodot. 3. 1 Diodor. 8.*
e v. c. quam tibi illam vestram Sosp.
f ἀλλ' κατ' ὄναρ.
g *fort* alia Argiuis, alia Romanis, alia Latinis.
h *al.* Laniuinis: ẽtẽ Nã Iuno hospita Laniuinis colebatur cũ pelle caprina, hasta, scutulo, calceis repandis.*
i *al.* & quidẽ Capitolini.*
k Iupiter barbatus, Apollo imberbis: Minerua oculis cæsiis: Neptunus ce P. XVIII. ruleis. Vulcanus claudicãs à pictoribus exhibiti.*
l Deorum nomina diuersa.*
m ναυτιᾶν, n *fort.* atque ipsum tibi displ.
o L. veneranteis:
p. maximè ratas sententias interpretatur Cicero a. de finibus. nisi quis ea verba putat glossema esse quod & magis est.*
q τὸ μακὰρ ἐν κὰι ἄφθαρτον οὐθὲν ἔχει αὐτὸ οὔτε ἄλλῳ παρέχει.
q Deorũ prouidentiã negat Epicurus.*
r L. tuscientia planè loquendi.

a *A fortasse multis quæ numquam visa.**
b L. Huius hanc illustrationem.
c L. alium quam vid.
d *q. ridiculo fore* e L. quæ sententiam concluſisti: Beatos esse deos summisti. Cõcedimus. Beatum autẽ sine virtute neminem esse posse. id quoq. damus, & libenter quidem. virtutem autem sine ratione constare non posse. Conueniat id quoq. necesse est. Adiungis, nec rationem esse, nisi in hominis figura. Quem tibi hoc datorum putas? si enim ita esset, quid opus erat te gradatim istuc peruenire? quid autem est istuc gradatim? sumisses tuo iure. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. A ratione ad humanam figurã quo modo accedis? præcipitare istuc quidem est non desedere. Nec verò intelligo, cuĩ maluerit Epicurus deos hominum similes dicere, q̃ homines deorũ. Quæres, quid interſit. Si enim hoc illi simile sit, esse illud huic video. Sed hoc dico, non ab hominibus formæ figuram peruenisse ad deos. dij enim semper fuerunt, & nati numquam sunt, si quidem æterni sunt futuri. at homines nati. autẽ igitur humana forma, quàm homines, ea, qua erãt forma dij immortales. Non ergo illorũ, humana forma, sed nostra diuina dicenda est. Verùm hoc quidẽ, vt voletis. illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, nihil n. in rerũ natura ratione factum esse vultis. Sed tamẽ qs iste tantus casus? vnde tã felix cõcursus atomorũ, vt repentè homines deorũ forma nascerentur? semina deorum dicis esse
f *fort.* negotium
g Homo deo *an* Deus homini similius.*

de cælo in terras putamus, & sic homines patrum similes exstitisse? vellem diceretis: deorum cognationem agnoscerem non inuitus. Nihil tale dicitis: sed casu esse factum, vt deorum similes essemus. Et nunc argumẽta quærenda sunt, quibus hoc refellatur? *vtinam tam facilè vera inuenire possem*[a] *quàm falsa conuincere.* Etenim enumerasti memoriter, & copiosè, vt mihi quidem admirari quidem liberet, in homine esse Romano tantã scientiam, vsque à Thalete Milesio de natura deorum philosophorum sententias. Omnésne tibi illi delirare visi sunt, qui sine manib[b], & pedibus constare deum posse decreuerunt? nec hoc quidem vos mouet, considerantes, quæ sit vtilitas, quæq. opportunitas in homine membrorum, vt iudicetis, membris humanis deos non egere? quid enim pedibus opus est sine ingressu? quid manibus, si nihil comprehendatur? quid reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est? Itaq. nulla ars imitari solertiã naturæ potest. Habebit igitur linguam deus, & non loquetur: denteis, palatum, fauceis nullum ad vsum: quèq. procreationis causa natura corpori affinxit, ea frustra habebit deus: nec externa magis, quàm[c] interiora. cor, pulmones, iecur, ceteráq. detracta vtilitate, quid habent venustatis? quando quidem hæc esse in deo ꝓpter pulchritudinẽ vult is. Istísne fidẽtes somniis nõ modò Epicurus, & Metrodorus, & Hermachus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclémq. dixerunt, sed meretricula etiam Leontium, cõtra Theophrastum scribere ausa? sit? scito quidem illa sermone, & Attico. Sed cùm tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ. etiam soletis queri. Zeno quidem etiam litigabat, quid dicã Albucium? nam Phædro nihil elegantius, nihil humanius. sed stomachabatur senex, siquid aspẽrius dixeram: cùm Epicurus contumeliosissimè Aristotelem vexarit: Phædoni Socratico turpissimè maledixerit: Metrodori, sodalis sui, fratrem, Timocratẽ, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concideritin Democritum ipsum, quem secutus est, fuerit ingratus: Nausiphanem, magistrum suum, à quo nihil didicerat, tam malè accepe-rit. Zeno quidem non eos solùm, qui tum erãt, Apollodorum, Syllum[f], ceteróſq. figebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, Latino verbo vtens, scurram Atticum fuisse dicebat: Chrysippum numquam nisi Chesippum[g] vocabat. Tu ipse paullò antè, cùm tanquam senatum philosophorum cirtares, summos viros desipere, delirare, dementeis esse dicebas. Quorum si nemo verum vidit de natura deorum, verendum est, ne nulla sit omnino. Nam ista, quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. non enim sentitis, quàm multa vobis suscipienda sint, si[h] impetraueritis, vt concedamus eandem esse hominum, & deorum figuram. Omnis cultus, & curatio corporis extollit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini: ingressus, cursus, accubatio[i], inclinatio, sessio, comprehẽsio, ad extremum etiam fermo, & oratio. Nam quòd mares[k] deos, & fœminas esse dicitis, quid sequatur videtis. Equidem mirari satis nõ possum, vnde ad istas opiniones vester ille princeps venerit. Sed clamare non desinitis, retinendum hoc esse,

A deus vt beatus, immortalisque sit. Quid autem obstat, quo minùs sit beatus, si nõ sit bipes? aut ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda est (vtrumq. omnino durum, sed vsu mollienda nobis verba sunt) verùm ea, quæcũque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figura, membrisque corporis vacuam, cadere non potest? Nihil aliud dicis, nisi, numquam vidi solem, aut mundum beatum. Quid? mũdum, præter hunc vmquámne vidisti? negabis. B Cur igitur non sexcenta millia esse mundorum, sed innumerabilia ausus es dicere? Ratio docuit. Ergo hoc te ratio non docebit, cùm præstantissima natura quæratur[a], eáque beata, & æterna, quæ sola in diuina natura sunt, vt[b] immortalitate vincamur ab ea natura, sic animi præstãtia vincimur? atque vt animi, item corporis? cur igitur, cùm ceteris rebus inferiores simus, formã pares sumus? ad similitudinem enim deo [c] propiùs accedebat humana virtus, quàm figura. An quidquam tam puerile dici potest (vt eundem locum diutiùs vrgeam) quàm si ea genera beluarum, quæ in rubro mari, Indiáve gignantur, nulla esse dicamus? Atqui ne curiosissimi quidem homines exquirendo audire tam multa possunt, quàm sunt multa, quæ terra, mari, paludibus, fluminibus exsistunt. Quæ negemus esse, quia numquam vidimus. Ipsa verò quàm nihil ad rem pertinet, quæ vos delectat maximè, similitudo? Quid? canis nónne similis lupo? atque, vt Ennius,

Simia quàm similis, turpissima bestia, nobis?

At mores in vtroque dispares. Elephanto beluarum nulla[d] prouidentior. At figura quę vastior? de bestiis loquor. Quid? inter ipsos homines nónne & simillimis formis dispares mores, & [e] moribus figura dissimilis? et enim si semel, Vellei, suscipimus genus hoc argumenti, attende quò serpat. tu enim fumebas, nisi in hominis figura rationem inesse nõ posse. sumet alius, nisi in terrestri: nisi in eo, qui natus sit: nisi in eo, qui adoleuerit: nisi in eo, qui didicerit, nisi in eo qui ex animo constet, & corpore caduco, & infirmo: postremò nisi in homine, atque mortali. Quòd si in omnibus his rebus obsistis, quid est, quòd te vna forma conturbet? his enim omnibus, quæ proposui, adiunctis, in homine rationem esse, & mẽtem videbas. Quibus detractis, deum tamen nosse te dicis, modò lineamenta maneant. Hoc est non considerare, sed quasi fortiri, quid loquare. Nisi fortè ne hoc quidem attendis, nõ modò in homine, sed etiam in arbore, quidquid superuacaneum sit aut vsum non habeat, obstare. Quàm molestũ est vno[f] digito plus habere? quid ita? quia nec speciem, nec vsum alium quinq. desiderant. Tuus autem deus non digito vno redundat, sed capite, collo, cetuicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus. Si vt immortalis sit, qd hęc advitã mẽbra pertinent? quid ipsa facies? magisilla, cerebrum, cor, pulmones, iecur. hęc. n. sunt domicilia vitæ. Oris quidem habitus ad vitæ firmitatẽ nihil pertinet. At eos vituperabas, qui ex operibus magnificis, atq. præclaris, cùm ipsum mundum, cùm eius membra, cælum, terras, maria, cúmq. horũ insignia, solem, lunã, stellásq. vidissent, cúmq. temporum mutationes, maturitates, vicissitudinésq. cognos-

P. B.

a L. quæritur, *& iia. v. c.*

b *fort. nos, vt immortalita te vincimur, sic animi pr.*

c *fort. dei.*

d Elephantem proximũ esse humanis sensibus, quippe illi intelligendi patrii sermonis, imperiorum obe- P. XXI. dientiam, officiorũmque quæ didicere memoriam, amoris & gloriæ voluptatem. Imo vero probitatẽ, prudentiam, æquitatem religione fideiũ habere scribit Plinius 8. cap. 5. & sequentibus.

e *al.* & moribus consimilibus figura dist.

f vt sit quis, ὀξαδάκτυλος, vt ex diuerso digitis coniunctis nasci. l. 14. §. 16 ff. de ædilicio.

uissent, suspicati essent aliquâ excellentê esse, præstantémq. naturâ, quæ hæc feciſſet, moueret, regeret, gubernaret. Qui, etiam si aberrât à coniectura, video tamen quid sequantur. Tu quod opus tandem magnum & egregium habes, quod effectum diuinæ mêtè videatur ex[a] quo esse deos suspicêre? Habeo, inquis, in animo inſitam informationem quandam dei. Et barbati quidem Iouis, galeatę[b] Minervæ. Num igitur taleis putas? Quanto meliùs hæc vulgus imperitorum? qui non membra solùm hominis deo tribuunt, sed vsum[c] etiam membrorum. dant enim arcum, sagittas, hastam, clypeum, fuscinam, fulmẽ: &, si, actiones quæ sint deorum, non vident, nihil agentem tamen deum non queunt cogitare. Ipsi, qui irridentur, Ægyptij, nullam beluam, nisi ob aliquam vtilitatem, quam ex ea caperent, consecrauerunt. Ibes[d] maximam vim serpentium[e] conficiunt, cùm sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceróq rostro: auertunt pestem ab Ægypto, cùm[f] volucreis angueis ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt, atq. consumunt. Ex quo fit, vt illæ, nec morsu viuæ noceât, nec odore mortuæ. Possum de ichneumonũ vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus. Ita[h] concludam tamen, *be uas à barbaris propter beneficium consecratas:* vestrorum deorum non modò beneficium nullum exstare, sed ne factum quidem omnino. Nihil habet, inquit, negotij. Profectò Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. At ipsi tamen pueri, etiam cùm cessant exercitatione aliqua ludicra delectantur: deum sic feriatũ volumus cessatione torpere, vt, si se commouerit, vereamur, ne beatus esse non possit. Hæc oratio non modò deos spoliat motu, & actione diuina, sed etiam homines ineptèis efficit, si quidem agens aliquid, ne deus quidem, esse beatus potest. Verùm sit sanè, vt vultis, deus, effigies hominis, & imago. quod eius est domicilium[i]? quæ sedes? qui locus? quæ deinde actio vitæ? quibus rebus, id quod vultis, beatus est? vtatur. n. suis bonis oportet, & fruatur, qui beatus futurus est. nam locus quidem iis etiam naturis[k], quæ sine animis sunt, suus est cuiq. proprius, vt terra infimũ teneat, hanc inundet aqua, superior[l] aer, ignibus altissima ora reddatur. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites[m], in vtraq. sede viuentes: sunt quædam etiam, quæ[n] igne nasci putentur[o], appareántq, in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. Quæro igitur, vester deus primùm vbi habitet: deinde quæ causa eum loco moueat: si modò mouetur aliquando: postremò, cùm hoc proprium sit animantium, vt aliquid appetant, quod sit naturæ accommodatum: deus quid appetat: ad quam denique rem motu mẽtis, ac rationis vtatur. postremò, quo modo beatus sit, quo modo æternus. Quidquid enim horum attigeris, vicus est. *Ita male inſtituta ratio exitum reperire non potest.* Sic enim dicebas, speciem Pdei percipi cogitatione, nõ sensu: nec esse in ea vllam soliditatem, neq. eandem ad numerum pmanere, eámq. esse eius visionem vt similitudine & transitione cernatur, neq. deficiat vnquã ex infinitis corporibus similium accessio: ex eóque fieri, vt in hæc intenta mẽs nostra, beatam illam naturam, & sempiternam putet. Hoc, *per ipsos deos*, de quibus loquimur, quale tandem est? nam si tantummodò ad cogitationem valent, nec vllam habent soliditatem, nec eminentiam: quid interest, vtrũm de hippocentauro[a], an de deo cogitemus? omnẽ enim talem conformationem animi ceteri philosophi motum inanem vocant: vos autem aduentum in animos, & introitum imaginum dicitis. Vt igitur T[b]. Gracchũ cùm videor concionantem in Capitolio videre, de M. Octauio deferentem sitellam[c], tum eum motum animi dico esse inanem: tu autem & Gracchi, & Octauij imagines remanere, quæ, in Capitolium cùm peruenerint, tum ad animum meum referantur: hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellãtur animi: ex quo esse beati, atque æterni intelligantur. Fac imagines esse, quib[9] pulsentur animi, species duntaxat obiicitur[d] quędam. Num etiam cur beata sit? cur æterna? quę autem istæ imagines vestræ, aut vnde? à Democrito omnino hæc licentia. Sed & ille reprehensus à multis est, nec vos exitum reperitis: totáque res vacillat, & claudicat. Nam quid est, quod minùs probari possit, quàm omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numæ, Pythagoræ, Platonis, nec[e] ex forma, qua illi fuerũt? quomodo ergo illi? & quorum imagines? Orpheum[f] poetam docet Aristoteles numquam fuisse, & hoc Orphicum[g] carmen Pythagorici[h] ferũt cuiusdam fuisse Cecropisi. At Orpheus, id est, imago eius, vt vos vultis, in animum meum sæpe incurrit. Quid, quòd eiusdẽ hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? quid, quòd earum rerum, quæ numquam omnino fuerunt, neq. esse potuerunt, vt Scyllæ, vt Chimeræ? quid, ꝙ hominum, locorum, vrbium earum, quas numquam vidimus? quid, quòd simulac mihi collibitum est, præstò est imago? quid, quòd etiam ad dormiẽtem veniunt inuocatæ? Tota res, Vellei, nugatoria est. vos autem non modò oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. tanta est impunitas garriendi. At quàm licenter? Fluentium frequenter transitio fit visionum, vt è multis vna videatur. Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. Quo modo enim probas, continenter imagines ferri? aut, si continenter, quo modo æternę[k]? Innumerabilitas, inquis, suppeditat atomorũ. Num eadem ergo ista facient, vt sint omnia sempiterna? confugis ad æquilibritatem[l]: sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus: & ais, quoniã sit natura[m] mortalis, immortalem etiam esse oportere. Isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint aliqui immortales: & quoniam nascuntur in terra, nascantur & in aqua: & quia sunt quæ interimant, sint quæ conseruent. Sint sanè: sed ea[n] conseruent, quæ sunt. Deos istos esse non sentio. Omnis tamen rerum effigies ex individuis quo modo corporibus oritur? quæ etiam si essent, quæ nulla sunt: pellere se ipsa. & agitari inter se concursu fortasse possent: formare, figurare, colorare animare nõ possent. Nullo igitur modo immortalẽ deũ efficitis. Videamus nunc de beato. Sine[o] virtute certè nullo modo. virtus autem actuosa: & deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita ne beatus quidem. Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu. Quorum tandem bonorum?

P. B.
a ex quo deos esse.

b *fort.* & galeatæ Minervæ.
c Deos otiosos ab Epicuro male constitui.*

d vide Herodotum 2. Diodor. 8. 10. Pl. 28.*
e vnde Iuuenal. Satyr. 15. faturam serpentibus Libin vocat.*
f *v.c.* cùm volucris anguis.
g venatur phalanges Ichneumon *Aristotel. 9. de hist. an. 1.* & aspidi obiã infensus. Idẽ idem c. 6.*
h L. Ita concludam: tamen belua &c. *& ita v.c.* P. XXII. i Dii vbi habitent.*
k φύσεις
l L. superior aeri, ignibus &c.
m ἀμφίβια, *n fort.* quæ ex igne
o sanè Aristoteles 5. de historia anim. 29. in Cypro insula in æraris, fornacibus, vbi chalcites lapis in igestus pluribus diebus crematur, bestiolas in medio igne nasci pennatas, paulo muscis grandioribus maiores, quæ per ignem saliant atque ambulẽt: qui aliàs 2. *de generatione* 5. negat ignem vllum animal generare: quod & Cicero ipsi Aristoteli tribuere videtur lib. 2.*
p Deos quem admodum videri dicat Epicurus.*

a De Hippocentauro dixi 2. de diuinatione.* b vide 1. Valer. 1.*
c Eadem vox apud authorem ad Herennium lib. 1. Sitella autem erat qua qui legem ferebat, in urnam mittebatur, vt eas in fragilem mitteret. Inde fortasse quod populus sustulerat, ea sua mittebat, per pontes. *de quibus Festus lib. 3. de significatione verborum.* Trauisium. Sitella mentio est apud Plautum *in Casina Scena Tertia.* Sed in Curculione. 3. in fine. Ad sitellam forte venisti, is in eam illam partem. Extat & aliud fragmentum apud Virgilium vbi sitellæ fit mentio in lege Seruilia.* d. v. cohibetur.
e L. nec ea forma, qua illi f. antiquissimum poetam facit. Lactantius 1. 10. Plinius 5. Liberi patris, Thebani. Diodorus 1. c. 2. primum eum Orpheus Thrax, arte mysteria Græcorum transtulit. Græcis autem deorum cultus. Suidas addit Atticis.* h L. Pythagorei fecerunt. i. Carmina k. genitabili dote. Gellius 20. 8. in vetere neque fœtus, quæ fœtus, quæ fœtus. o Deos esse vita sine virtute, & efficaci, non beatos, neque voluptate frui.*

norum? voluptatum. Credo: nempe ad corpus pertinentium. nullam enim nouistis, nisi profectam à corpore, & redeuntem ad corpus, animi voluptatem. Non arbitror te, Velleii, similem esse Epicureorum reliquorum: quos[a] pudeat eorum Epicuri vocum, quibus ille testatur, se ne intelligere quidem vllum bonum quod sit seiunctũ à delicatis, & obscænis voluptatibus: quas quidem non erubescens, persequitur omneis nominatim. Quẽ cibum igitur, aut quas potiones, aut quas vocum, & florum varietates, aut quos tactus, quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatib⁹? At poetæ quidem, nectar, ambrosiam, epulas comparant, & aut Iuuentatem[b], aut Ganymedem poculà ministrantem. Tu autem, Epicure, quid facies? neq enim vnde habeat ista deus tuus, video: nec, quomodo vtatur. Locupletior igitur hominum natura ad beatè viuendum est, quàm deorum, qꝰ pluribus generibus fruitur voluptatum. At has leuiores ducis voluptates, quibus quasi titillatio[c] (Epicuri enim hoc verbum) sensibus adhibetur. Quousque ludis? nam Philo etiám noster ferre nõ poterat, aspernari Epicureos, molleis, & delicatas voluptates. summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias, iis ipsis verbis, quibus erant scriptæ. Metrodori verò, qui est Epicuri collega sapientiæ, multa impudentiora recitabat. accusat enim Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, quòd dubitet omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, venire metiri: neque id semel dicit: sed sæpius. Annuere te video. nota enim tibi sunt. Proferrem libros, si negares. Neq. nunc reprehendo, quòd ad voluptatem omnia referantur: alia est ea quæstio: sed doceo, deos vestros esse voluptatis experteis: ita vestro iudicio ne beatos quidem. At dolore vacant. Satin' est id ad illam abundantem bonis, vitam beatissimam? Cogitant, inquis: assiduè beatos esse se habẽt enim nihil aliud, quod agitent in mente. Comprehende igitur animo, & propone ante oculos, deum nihil aliud in omni æternitate, nisi, Mihi pulchrè est: & Ego beatus sum, cogitantem. Nec tamen video, quo[d] modo videatur iste deus beatus, cùm sine vlla intermissione pulsetur, agitetúrque incursione atomorum sempitérna, cúmque ex ipso imagines semper[e] affluant. Ita nec beatus est vester deus, nec æternus. At etiam def sanctitate, de pietate aduersus deos, libros scripsit Epicurus. At quo modo in his loquitur? vt Coruncanum[g], aut Scæuolam, pontifices maximos, te audire dicas: non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem: nec manibus, vt Xerxes[h]: sed rationibus, deorum immortalium templa, & aras euerterit. Quid est enim, cui i deos ab hominibus colendos dicas, cùm [k] dij non modò homines nõ colant, sed omninò nihil curent, nihil agant? At est eorum eximia quædam præstánsque natura, vt ea debeat ipsa per se ad se colendam elicere sapientem. An quidquam eximium potest esse in ea natura, quæ sua voluptate lætans nihil nec actura sit vnquam, neque agat, neque egerit? Quæ porrò pietas ei debetur, à quo nihil acceperis? aut quid omnino, cuius nullum meritum sit, ei deberi potest? *est enim pietas, iustitia aduersum deos:* cum quibus quid potest nobis esse iuris, cùm homini nulla cum deo sit communitas? *sanctitas*[a] autem, *est scientia colendorum deorum:* qui quamobrem colendi sunt, non intelligo nullo nec accepto ab iis, nec sperato bono. Quid est autem, quòd eos veneremur propter admirationem eius naturæ, in qua egregium nihil videmus? Nam superstitione, quòd gloriari soletis, facilè est liberare[b], cùm sustuleris omnem vim deorum. Nisi fortè Diagoram, aut Theodorum, qui omnino deos esse negabant, censes superstitiosos esse potuisse. Ego ne Protagorã quidem: cui neutrum liquerit[c], nec esse deos, nec nõ esse. Horum enim sententię omnium, non modò superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum: sed etiam religionem, quæ deorũm cultu pio continetur. Quid? ij, qui dixerunt, *tota*[d] *de dijs immortalibus opinione ficta esse ab hominibus sapientibus reip causa, vt, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret,* nónne omnem religionem funditus sustulerunt? Quid[e] Prodicus Chius? qui ea, quæ prodessent hominum vitæ deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit? Quid? qui aut forteis, aut claros, aut potenteis viros tradũt post mortem ad deos peruenisse, eósque esse ipsos, quos nos colere, precari, veneraríque soleamus, nónne expertes sunt religionum omnium? quæ ratio maximè tractata ab Euhemero[f] est: quem noster & interpretatus, & secutus est, præter cereros, Ennius. Ab Euhemero autem & mortes, & sepulturæ demonstrantur deorum. Vtrùm igitur hic confirmasse religionem videtur, an penitus totam sustulisse? omitto Eleusinam & sanctam illam, & augustam,

Vbi[h] *initiantur gentes orarum vltimæ:*

Prætereo Samothraciam, eáque, quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur siluestribus sæpib⁹ densa. Quibus explicatis, ad rationémque reuocatis, rerum magis natura cognoscitur, quàm deorum. Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare videtur in natura deorum. Tum enim censet imagines diuinitate præditas inesse vniuersitati rerum: rum principia, mentéisque, quæ sunt in eodem vniuerso, deos esse dicit: tum animanteis imagines quæ vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingenteis quasdam imagines, tantásq. vt vniuersum mundum cõplectantur extrinsecus. Quæ quidem omnia sunt patria Democriti, quàm Democrito digniora. Quis enim istas imagines comprehendere animo pót? quis admirari? quis aut cultu, aut religione dignas iudicare? Epicurus verò ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cùm diis immortalibus & opem, & gratiam sustulit. cùm enim optimam, & præstantissimam naturam dei dicat esse, negat idem esse in deo gratiam. tollit id, quod maximè proprium est optimæ, præstantissimæque naturæ. *quid* enim *est melius*, aut *quid præstantius bonitate, & beneficentia?* qua cùm carere deum vultis, neminem deo nec deum, nec hominem eorum: neminem ab eo amari, neminem diligi vultis. Ita fit, vt non modò homines à diis, sed ipsi dij inter se ab aliis alij negligãtur. Quanto Stoici meliùs, qui à vobis reprehenduntur? Censent autem, sapienteis sapientibus etiam ignotis esse amicos. nihil est enim virtute amabilius.

a L. quos non pudeat earum Ep. P. B.

b Vide Iuuentas autem Iuuẽtutis dea.*

c γαργαλισμὸς

P. XXIIII. d L. quomodo sibi videatur esse d.

e L. semper ad nostrant.

f Citatur hic liber Epicuri de Laer. vita.*

g L. Coruncanium, aut Scæuolam, Pont. Max. Herrem inflasse tẽpla Græciæ, testis idem Cicero 2. de legibus. adde Plinium.* Prouidentia deifubla ta, tolli religionem & cultum dei.* L. cùm dei non modò hominibus consulant, sed

a ὁσιότης

b fors. liberari.

c siquuerit P. B.

d Impia quorundã de religione sententia.*

e al. Quid Perseus Citieus? L. Quid? Prodicus Cius, quidea, &c.

f Euhemerus Messanensis res gestas Iouis & ceterorum, qui dii putantur collegit, historiámque composuit ex titulis & inscriptionibus sacris quæ in antiquissimis templis habebantur, maximæque in fano Iouis Triphilii: vbi columna ab ipso Ioue posita putabatur. Lactan. 1. *Institut.* 11.* g v.c. Eleusinem

h Sacra Cereris intelligit, quæ & Orgyade quibus 2. de legibus. celebratissima apud Græcos. Pausan. Eliacis 5. Augustinus 7. de ciuit.* vbi vide Ludou. Viuẽ & Gregorium Nazianzenum in Epiphanium. Clementem, Stromat. Strabonem 14.* i fors. natare vid.

Quam qui adeptus erit, vbicumque erit gentium, à nobis diligetur. Vos autem quid mali datis, cùm [a] imbecillitatem, gratificationem, & beneuolentiam ponitis? Vt enim omittam vim, & naturâ deorum: ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos, & benignos fuisse. Nulla [b] est caritas naturalis inter bonos, carum ipsum verbum est amoris: ex quo Amicitiæ nomen est ductum: quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus: non erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatum suarum. Prata, & arua, & pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex eis capiũtur. *Hominum caritas, & amicitia gratuita est.* Quanto igitur magis deorum? qui nulla re egentes, & inter se diligunt, & hominibus cõsulunt. Quod ni ita sit, quid veneramur, quid precamur deos? cur sacris pontifices, cur auspiciis augures præsunt? quidᵉ optamus à diis immortalibus? quid vouemus? At etiam Epicuri liber est de [d] sanctitate. Ludimur ab homine non tam faceto, quàm ad scribendi li- A centiam libero. Quæ enim potest esse sanctitas, si dij humana non curant? quæ autem animans natura, nihil curans? verius est igitur illud nimirum, quod familiaris omnium nostrûm Posidonius disseruit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro videri: quæque is de diis immortalibus dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse. neq. enim tam desipiens fuisset, vt [e] homunculis similem deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido, mẽbris hominis præditum omnibus, vsu membrorum ne minimo quidem, exilem quendam, atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem. Quæ natura primùm nulla esse potest: idque videns *Epicurus, re tollit, oratione relinquit deos.* Deinde, si maximè talis est deus, vt nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, valeat. quid enim dicam, propitius sit? esse enim propitius potest nemini, quoniam, vt dicitis, omnis in imbecillitate est & gratia, & caritas.

a L. cùm in imbecillitate gratif.

b *fort.* Nulla vobis est caritas, &c.

P. B.

c τί δυχόμεθα d περὶ ὁσιότητος ‖ citatur à Laertio in Epicuro.*

e L. vt homũculi similem.

P. XXVI.

M. TVLLII CICERONIS
DE NATVRA DEORVM
AD M. BRVTVM,
LIBER SECVNDVS.

Velleius Epicureus: *Balbus*, Stoicus: *C. Cotta*, Academicus.

QVÆ cùm Cotta dixisset, tum Velleius, Næ ego, inquit, incautus, qui cum Academico, & eodem rhetorecõgredi conatus sum. Nam neque indisertũ Academicum pertimuissem. nec sine ista philosophia rhetorem, quamuis eloquentem. neq. enim flumine conturbor inanium verborum, nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. Tu autem, Cotta, vtraque re valuisti. corona tibi, & iudices defuerunt. Sed ad ista aliâs, nunc Lucilium, si ipsi commodum est, audiamus. 2 ¶ Tum Balbus, Eundem, inquit, mallem audire Cottã, dum, quã eloquentia falsos deos sustulit, eadem veros inducat. est enim & philosophi, & pontificis, & Cottæ, de diis immortalibus habere non errantem, & vagam, vt Academici, sed vt nostri, stabilem, certámq; sententiam. Nam contra Epicurum satis superque dictum est. Sed[a] aueo audire, tu ipse, Cotta, quid sentias. 3 ¶ An, inquit, oblitus es, quod initio dixerim, facilius me, talib[n] presertim de rebus, quid nõ sentirem, quàm quid sentirem, posse dicere? Quòd si haberem aliquid, quod liqueret: tamen te audire vicissim vellem, cùm ipse tam multa dixissem. 4 ¶ Tum Balbus, Geram ti- D bi morem, & agam quàm breuissimè potero. etenim cõuictis Epicuri erroribus, longa de mea disputatione detracta oratio est. cõo diuidunt nostri totã istam de diis immortalibus quæstionẽ in parteis quattuor[a]. Primùm docẽt esse deos: deinde, quales sint: tũ, mundum ab his administrari: postremò, consulere eos rebus humanis. Nos autem hoc sermone quę priora duo sunt sumamus: tertium, & quartũ, quia maiora sunt, puto in aliud esse tempus differenda. 5 ¶ Minimè verò, inquit Cotta: nã & otiosi sumus, & iis de rebus agimus, quæ sunt etiã negotiis anteponendæ. 6 ¶ Tũ Lucilius, Ne[b] egere quidem videtur, inquit, oratione prima pars. quid. n. potest esse tã apertum, támq. pspicuum, cùm cælũ suspeximus, cęlestiáq. cõtẽplati sumus, q̃ esse aliquod numẽ præstãtissimę mẽtis, quo hęc regãtur? quã ni ita esset, quî potuisset assensu omniũ dicere Ennius? *Adspice hoc sublime cãdens quę invocant omnes Iouem.* F Illum verò, & Iouẽ & dominatorem rerum, & omnia nutu[c] regentem, &, vt idem Ennius,

--patrem diuumque hominúmque,

Et præsentem, ac prępotentem deum. Quod[d] qui dubitat, haud sanè intelligo, cur nõ idem fol sit, an nullus sit, dubitare possit. Quid enim est hoc illo euidentius? quod nisi cognitum, comprehensúmque animis haberemus, nõ tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec vllà cum sæculis, ętatibúsq. hominum inueterare[f] potuis- G

B. P.

a DE DIIS loci Stoici communes. quatuor sint ne Dijs quales sint mundus, an & homines ipsi Dijs curæ.*

b DEOS esse Stoici fatentur, & quibus rationibus id euincant.*

c q. v. c. reg. mẽ. d L. Quod qui dubitet, haud sanè intelligo, &c. q. d. Quis enim est, &c.

f *fort.* inueterascere

P. XXVII. a referos ne sant stoici.* oblogy. Hadriarg. ii. 6. 2. Valer. 3. 2. Frontinus. 1. Stratagematon. 11. Plin. de viris illustribus 26. Iulius obseques de prodigiis c.110.* 1 Idem 2. Lactant. 2. 2 Flor. 2. Idque ad Saturnæ laosi 4. Cic. 1. Valer. 8. Halicarnass. 6. Plutar. in Paulo Æmylio Plinius 7. c. 22.* 3 Idem 8. al. Varinius Valer. 8. al. Atilius. vt 2. Lactant. 8. adde Plutarchum in Paullo Valer. P. P. N.* 4 Idem Strabo libro sexto vnde prouerbium ἐπὶ τῶν ἀφ' ἑαυτῶν ἀγαθῶν ἐπαιρομένων. 5 Idem omnino Macrob. 1 Idem omnino refertur lib. de diuinatione 2 Idem subinde 3 Idem Plutarchus 4 Idem Polyb. Zonar 8. Valer. 1.* 5 Idem Liuius. 6 Idem Cic. 2. de diuin. 7 Idem Cic. 2. de diuin. 8 Idem Cic. 2. de diuin. 9 Idem Cic. 2. de diuin. 10 Idem Cic. 2. de diuin. 11 Idem Cic. 2. de diuin. 12 Idem Cic. 2. de diuin. 13 Idem Cic. 2. de diuin. 14 Idem Cic. 2. de diuin. 15 Idem Cic. 2. de diuin. 16 Idem Cic. 2. de diuin. 17 Idem Cic. 2. de diuin. 18 Idem Cic. 2. de diuin. 19 Idem Cic. 2. de diuin. 20 Idem Cic. 2. de diuin. 21 Idem Cic. 2. de diuin. 22 Idem Cic. 2. de diuin. 23 Idem Cic. 2. de diuin. 24 Idem Cic. 2. de diuin. 25 Idem Cic. 2. de diuin. 26 Idem Cic. 2. de diuin. 27 Idem Cic. 2. de diuin. 28 Idem Cic. 2. de diuin. 29 Idem Cic. 2. de diuin. 30 Idem Cic. 2. de diuin. 31 Idem Cic. 2. de diuin. 32 Idem Cic. 2. de diuin. 33 Idem Cic. 2. de diuin. 34 Idem Cic. 2. de diuin. 35 Idem Cic. 2. de diuin. 36 Idem Cic. 2. de diuin. 37 Idem Cic. 2. de diuin. 38 Idem Cic. 2. de diuin. 39 Idem Cic. 2. de diuin. 40 Idem Cic. 2. de diuin. 41 Idem Cic. 2. de diuin. 42 Idem Cic. 2. de diuin. 43 Idem Cic. 2. de diuin. 44 Idem Cic. 2. de diuin. 45 Idem Cic. 2. de diuin. 46 Idem Cic. 2. de diuin. 47 Idem Cic. 2. de diuin. 48 Idem Cic. 2. de diuin. 49 Idem Cic. 2. de diuin. 50 Idem Cic. 2. de diuin. 51 Idem Cic. 2. de diuin. 52 Idem Cic. 2. de diuin. 53 Idem Cic. 2. de diuin. 54 Idem Cic. 2. de diuin. 55 Idem Cic. 2. de diuin. 56 Idem Cic. 2. de diuin. 57 Idem Cic. 2. de diuin. 58 Idem Cic. 2. de diuin. 59 Idem Cic. 2. de diuin. 60 Idem Cic. 2. de diuin. 61 Idem Cic. 2. de diuin. 62 Idem Cic. 2. de diuin. 63 Idem Cic. 2. de diuin. 64 Idem Cic. 2. de diuin. 65 Idem Cic. 2. de diuin. 66 Idem Cic. 2. de diuin. 67 Idem Cic. 2. de diuin. 68 Idem Cic. 2. de diuin. 69 Idem Cic. 2. de diuin. 70 Idem Cic. 2. de diuin. 71 Idem Cic. 2. de diuin. 72 Idem Cic. 2. de diuin. 73 Idem Cic. 2. de diuin. 74 Idem Cic. 2. de diuin. 75 Idem Cic. 2. de diuin. 76 Idem Cic. 2. de diuin. 77 Idem Cic. 2. de diuin. 78 Idem Cic. 2. de diuin. 79 Idem Cic. 2. de diuin. 80 Idem Cic. 2. de diuin. 81 Idem Cic. 2. de diuin. 82 Idem Cic. 2. de diuin. 83 Idem Cic. 2. de diuin. 84 Idem Cic. 2. de diuin. 85 Idem Cic. 2. de diuin. 86 Idem Cic. 2. de diuin. 87 Idem Cic. 2. de diuin. 88 Idem Cic. 2. de diuin. 89 Idem Cic. 2. de diuin. 90 Idem Cic. 2. de diuin. 91 Idem Cic. 2. de diuin. 92 Idem Cic. 2. de diuin. 93 Idem Cic. 2. de diuin. 94 Idem Cic. 2. de diuin. 95 Idem Cic. 2. de diuin. 96 Idem Cic. 2. de diuin. 97 Idem Cic. 2. de diuin. 98 Idem Cic. 2. de diuin. 99 Idem Cic. 2. de diuin. 100 Idem Cic. 2. de diuin. 101 Idem Cic. 2. de diuin. 102 Idem Cic. 2. de diuin. 103 Idem Cic. 2. de diuin. 104 Idem Cic. 2. de diuin. 105 Idem Cic. 2. de diuin. 106 Idem Cic. 2. de diuin. 107 Idem Cic. 2. de diuin. 108 Idem Cic. 2. de diuin. 109 Idem Cic. 2. de diuin. 110 Idem Cic. 2. de diuin. 111 Idem Cic. 2. de diuin. 112 Idem Cic. 2. de diuin. 113 Idem Cic. 2. de diuin. 114 Idem Cic. 2. de diuin. 115 Idem Cic. 2. de diuin. 116 Idem Cic. 2. de diuin. 117 Idem Cic. 2. de diuin. 118 Idem Cic. 2. de diuin. 119 Idem Cic. 2. de diuin. 120 Idem Cic. 2. de diuin. 121 Idem Cic. 2. de diuin. 122 Idem Cic. 2. de diuin. 123 Idem Cic. 2. de diuin. 124 Idem Cic. 2. de diuin. 125 Idem Cic. 2. de diuin. 126 Idem Cic. 2. de diuin. 127 Idem Cic. 2. de diuin. 128 Idem Cic. 2. de diuin. 129 Idem Cic. 2. de diuin. 130 Idem Cic. 2. de diuin. 131 Idem Cic. 2. de diuin. 132 Idem Cic. 2. de diuin. 133 Idem Cic. 2. de diuin. 134 Idem Cic. 2. de diuin. 135 Idem Cic. 2. de diuin. 136 Idem Cic. 2. de diuin. 137 Idem Cic. 2. de diuin. 138 Idem Cic. 2. de diuin. 139 Idem Cic. 2. de diuin. 140 Idem Cic. 2. de diuin. 141 Idem Cic. 2. de diuin. 142 Idem Cic. 2. de diuin. 143 Idem Cic. 2. de diuin. 144 Idem Cic. 2. de diuin. 145 Idem Cic. 2. de diuin. 146 Idem Cic. 2. de diuin. 147 Idem Cic. 2. de diuin. 148 Idem Cic. 2. de diuin. 149 Idem Cic. 2. de diuin. 150 Idem Cic. 2. de diuin. 151 Idem Cic. 2. de diuin. 152 Idem Cic. 2. de diuin. 153 Idem Cic. 2. de diuin. 154 Idem Cic. 2. de diuin. 155 Idem Cic. 2. de diuin. 156 Idem Cic. 2. de diuin. 157 Idem Cic. 2. de diuin. 158 Idem Cic. 2. de diuin. 159 Idem Cic. 2. de diuin. 160 Idem Cic. 2. de diuin. 161 Idem Cic. 2. de diuin. 162 Idem Cic. 2. de diuin. 163 Idem Cic. 2. de diuin. 164 Idem Cic. 2. de diuin. 165 Idem Cic. 2. de diuin. 166 Idem Cic. 2. de diuin. 167 Idem Cic. 2. de diuin. 168 Idem Cic. 2. de diuin. 169 Idem Cic. 2. de diuin. 170 Idem Cic. 2. de diuin. 171 Idem Cic. 2. de diuin. 172 Idem Cic. 2. de diuin. 173 Idem Cic. 2. de diuin. 174 Idem Cic. 2. de diuin. 175 Idem Cic. 2. de diuin. 176 Idem Cic. 2. de diuin. 177 Idem Cic. 2. de diuin. 178 Idem Cic. 2. de diuin. 179 Idem Cic. 2. de diuin. 180 Idem Cic. 2. de diuin. 181 Idem Cic. 2. de diuin. 182 Idem Cic. 2. de diuin. 183 Idem Cic. 2. de diuin. 184 Idem Cic. 2. de diuin. 185 Idem Cic. 2. de diuin. 186 Idem Cic. 2. de diuin. 187 Idem Cic. 2. de diuin. 188 Idem Cic. 2. de diuin. 189 Idem Cic. 2. de diuin. 190 Idem Cic. 2. de diuin. 191 Idem Cic. 2. de diuin. 192 Idem Cic. 2. de diuin. 193 Idem Cic. 2. de diuin. 194 Idem Cic. 2. de diuin. 195 Idem Cic. 2. de diuin. 196 Idem Cic. 2. de diuin. 197 Idem Cic. 2. de diuin. 198 Idem Cic. 2. de diuin. 199 Idem Cic. 2. de diuin. 200 Idem Cic. 2. de diuin.

portuisset. Etenim videmus, ceteras opiniones fictas, atq. vanas, diuturnitate extabuisse. Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chi mæram putat? quæve anus tam excors inueniri potest, quæ illa, quæ quondam credebantur apud inferos[a] portenta, extimescat? *opinionum enim commenta delet dies: naturæ iudicia confirmat.* Itaque & in nostro populo, & in ceteris deorum cultus, religionúmque sanctitates exsistunt in dies *maiores atque meliores. Itaque euenit non* temerè, nec casu, sed quòd *præsentium sæpe diuum declarauit:* vt & apud Regillum[b] bello Latinorum, cum A. Postumius dictator cum Octauio Mamilio Tusculano prœlio dimicaret, in nostra acie Castor, & Pollux ex equis pugnare visi sunt: & recentiore memoria iidem Tyndaridæ[c] Persen victum nuntiauerunt. P. enim Vatienus[d], auus huius adolescentis, cùm è præfectura Reatina Romam venienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixissent, Regem Persen illo die captum, senatui nuntiauit, & primò, quasi temerè de rep. locutus esset, in carcerem coniectus est: pòst à Paullo litteris allatis, cùm idem dies constitisset: & agro à se patu, & vacatione donatus est. Atque etiam cùm ad fluuium Sagram[e] Crotoniatas Locri maximò prælio deuicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis Olympiæ, memoriæ proditum est. Sæpe Faunorum[f] voces exauditæ, sæpe visæ formæ deorum, quemuis nõ aut hebetem, aut impium, deos præsenteis esse confiteri coegerunt. *Prædictiones* verò & *præsentiones rerum futurarum* quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prædici[g]? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Quòd si ea ficta credimus licentia fabularum, Mopsum, Tiresiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum: quos tamen *augures* ne ipsæ quidem fabulæ asciuissent, si res omnino repudiarent: ne domesticis quidem exemplis docti, numè deorum comprobabimus? nihil nos P.[h] Claudij, bello punico primo, temeritas monebit, qui etiam per iocum deos irridens, cùm cauea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, vt biberent, quoniam esse nolẽt. Qui risus, classe deiecta, multas ipsi lacrymas, magnam populo R. cladem attulit. Quid? collega eius Iunius[i] eodem bello nõnne tempestate classem amisit, cùm auspiciis non paruisset? itaque P. Claudius à populo cõdemnatus[k] est: Iunius[l] necẽ sibi ipse conscium[m], C. Flaminium Celius religione neglecta cecidisse apud Thrasimenum scribit eum magno reip. vulnere. Quorum exitio intelligi potest eorũ Imperijs remp. amplificatam, qui religionibus paruissent. Et, si conferre volumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares, aut etiam inferiores reperiemur: religione, id est, cultu deorum, multo superiores. An Actij[n] Nauij lituus[o] ille, quo ad inuestigandum fuem regio nes vineæ terminauit, contemnendus est? crederem, nisi eius augurio res geri nostri duces inciplunt, cum auspicia[a] posuerunt. At verò apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam imperatores[b] etiam seipsos diis immortalib[c] capite velato[c] verbis certis[d] pro rep. deuouerent[e]. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex haruspicum responsis commemorare possum, quibus ea confirmentur, quæ dubia nemini debẽt esse. Atqui & nostrorum augurum, & Etruscorum, & haruspicum disciplinam P. Scipione, C. Figulo consulibus res ipsa probauit. Quos cum T. Gracchus consul iterum crearet, primus rogatorum[f], vt eos retulit, ibidem est repentè mortuus. Gracchus cùm comitia nihilominus peregisset, rémque illam in religionem populo veniisse sentiret, ad senatum retulit. senatus, quos ad soleret, referendum censuit haruspices introducti, responderunt, non fuisse iustũ comitiorum rogatorem. Tum Gracchus, vt è patre audiebam, incensus ira, Itáne verò? ego non iustus, qui & consul rogaui, & augur, & auspicato? an vos Thusci, ac barbari auspiciorum populi R. ius tenetis, & interpretes esse comitiorum potestis? itaque tum illos exire iussit. Pòst autem ex prouincia litteras ad collegium misit, se cùm legeret libros, recordatum esse vitio sibi tabernaculum[g] captum[h] fuisse in hortis Scipionis, quòd, cùm pomœrium posteà intrasset, habendi senatus causa, in redeundo, cùm idem pomœrium trãsiret, auspicari esset oblitus: itaque vitio creatos esse consules. Augures rem ad senatum: senatus, vt abdicarent: cõsules abdicauerunt. Quæ quærimus exempla maiora? vir sapientissimus, atque haud scio an omniũ præstantissimus, peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit, quàm hærere in rep. religionem: consules summum imperiũ statim deponere, quàm id tenere punctum temporis contra religionẽ. Magna augurum auctoritas. Quid? *haruspicum* ars, nónne diuina? hæc innumerabilia ex eodem genere qui videat, nónne cogatur confiteri deos esse? quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse certè necesse est. Deorum autem interpretes sunt: deos igitur esse fateamur. At fortasse non omnia eueniunt, quæ prædicta sunt. Ne[k] ægri quidem, quia non omnes conualescunt, idcirco ars nulla medicina est. Signa ostenduntur à diis rerum futurarum. In his si qui errauerunt, non deorum natura, sed hominum coniectura peccauit. Itaque inter[l] omneis omnium gentium sententia constat. omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum, esse deos. Quale sint, varium est: esse nemo negat. Cleanthes quidem noster quattuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones. Primam posuit eam, de qua modò dixi, quæ orta esset ex præsentione rerum futurarum. Alteram, quam ceperimus ex magnitudine commodorum, quæ percipiuntur cæli temperatione, fœcunditate terrarum, aliarúmque commoditatum complurium copia: Tertiam, quæ terreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, niuibus, grandinibus, valitate, pestilentia, terræmotibus, & sæpe fremitibus, lapidesíque imbribus, & guttis imbrium quasi cruentis: tum lapidibus, aut repentinis terrarum hiatibus: tum, præter naturam, hominum, pecudúmque portentis: tum facibus visis cœlestibus:

a De auspiciis vide Valer. 6.*
b Decii. Liuius 8. 1. Flor. 14. 22 Plinius. Plutarchus
c Verbis cõceptis
d Deuotionis formulam vide apud Liuium 8.*
e *fort.* deuouerint.
f *al.* rogator*
g Idem 1. Valer. 1.*
h *vel* captum fuisse, hortos Scipionis, &c. L. captum fuisse in hortis Scipionis &c.
i L. Quid? haruspicum ars.
k I. Ne ægri quidem omnes conualescunt. idcirco ars nulla medicina est? l *fort.* inter omneis omnium gentium homines constat.

tũ ſtellis iis[d], quas Græci cometas, noſtri crinitas[b] vocãt: quę nuper bello Octauiano magnarum fuerũt calamitatum prænuntiæ: tum ſole geminato, quod, vt è patre audiui, Tuditano, & Aquilio[c] conſulibus: euenerat: quoquidem anno P. Africanus ſol alter exſtinctus eſt. quibus exterriti homines vim quandã eſſe cæleſtem, & diuinam ſuſpicati ſunt. Quartam cauſam eſſe, eámque velmaximam equabilitatem motus, conuerſionem cæli, ſolis, lunę, ſiderúmque omnium diſtinctionem, varietatem[d], pulchritudinem, ordinem: quarum rerum adſpectus ipſe ſatis indicaret, non eſſe fortuita. Vt ſi quis in domum aliquam, aut in gymnaſium, aut in forum venerit: cùm videat omnium rerum rationem, modum, diſciplinam, non poſſit ea ſine cauſa fieri iudicare, ſed eſſe aliquem intelligat, qui præſit, & cui pareatur: multo magis in tantis motibus, tantiſque viciſſitudinibus, tam multarum rerum, atq. tantarum ordinibus, in quibus nihil vmquam immenſa, & infinita vetuſtas mentita ſit, ſtatuat neceſſe eſt, ab aliqua mente tãtos naturæ motus gubernari. Chryſippus quidem, quamquam eſt acerrimo ingenio, tamen ea dicit, vt ab ipſa natura didiciſſe, non vt ipſe reperiſſe videatur. *Si enim*, inquit, *eſt aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod poteſtas humana efficere non poſſit: eſt certè id, quod illud efficit, homine melius. Atqui res cæleſtes, omnéſque eæ, quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine conſici non poſſunt. eſt igitur id, quo[e] illa conficiuntur, homine melius. Id autem qui dubitet, quin deum? etenim ſi dij non ſunt, quid eſſe poteſt in rerum natura homine melius? in eo enim ſola ratio eſt, qua nihil poteſt eſſe præſtantius. Eſſe autem hominem qui nihil in omni mundo melius eſſe, quam ſe putet, deſipientis arrogantia eſt. Ergo eſt aliquid melius. Eſt igitur profectò deus.* An verò, ſi domum magnam, pulchrámque videris, nõ poſſis adduci, vt etiam ſi dominum non videas, moribus illam, & muſtellis[f] ædificatam putes: tantum verò ornatum mundi, tantam varietatem, pulchritudinémq. rerum cæleſtium, tãtam vim, & magnitudinem maris, atque terrarũ, ſi tuum, ac non deorũ immortalium domicilium putes, nónne planè deſipere videare? An ne hoc quidem intelligimus, omnia ſupera eſſe meliora? terram autem eſſe infimam, quam craſſiſſimus circunfundat aer? vt ob eam ipſam cauſam, quod eriam quibuſdam regionibus atque vrbibus contingere videmus, *hebetiora[g] vt ſint hominum ingenia propter cæli plenioremnaturam*, hoc idem generi humano euenerit, quòd in terra, hoc eſt, in craſſiſſima regione mũdi collocati ſint. Et tamen ex ipſa hominum ſollertia eſſe aliquam mentem, & eam quidem acriorem, & diuinam exiſtimare debemus. Vnde[i] enim hanc homo arripuit? vt ait apud Xenophontem Socrates. Quin & humorem, & calorem, qui eſt ſuſus in corpore, & terrenam ipſam viſcerum ſoliditatem, animum denique illum ſpirabilem ſi quis quærat vnde habemus, appãret: quòd aliud à terra ſumſimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aere eo, quem[k] ſpiritu ducimus. illud autem, quod vincit hæc omnia, rationem, dico, &, ſi placet, pluribus verbis, mentem, conſilium, cogitationem, prudentiam vbi inuenimus? vnde ſuſtulimus? an cetera mundus habebit omnia, hoc vnum, quod plurimi eſt, non habebit? atqui certè nihil[l] omnium rerum melius eſt mundo, nihil præſtabilius, nihil pulchrius: nec ſolùm nihil eſt, ſed nec cogitari quidem quidquam melius poteſt. Et, ſi ratione, & ſapientia nihil eſt melius, neceſſe eſt hæc ineſſe in eo, quod optimum eſſe concedimus. Quid[a] verò tanta rerum conſentiẽs, conſpirans, continuata cognatio? quem non coget ea, quæ à me dicuntur, comprobare? poſſétne vno tempore florere, deinde viciſſim horrere terra? aut, tot rebus ipſis ſe immutantibus, ſolis acceſſus, diſceſſúſque[b] ſolſtitiis, brumíſque cognoſci? aut æſtus maritimi, fretorúmque anguſtiæ ortu, aut obitu lunæ commoueri? aut vna totius cæli conuerſione curſus aſtrorum diſpares conſeruari? hæc ita fieri omnibus inter ſe conuentibus mundi partibus profectò non poſſent, niſi ea vno diuino, & continuato ſpiritu continerentur. Atque hæc cùm vberiùs diſputantur, & fuſiùs, vt mihi eſt in animo facere, facilíùs effugiũt Academicorum calumniam. cùm autẽ, vt Zeno ſolebat, breuiùs anguſtíuſque concluduntur: tum apertiora ſunt ad reprehendẽdum. Nam Vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo: cõcluſa autem aqua, facilè corrũpitur: ſic orationis flumine repreſſoris vitia diluuntur: anguſtia autem concluſæ orationis non facilè ſeipſa tutatur. hæc .n. quæ dilatantur à nobis, Zeno ſic premebat.

Quod[d] ratione vtitur, id melius eſt, quàm id, quod ratione non vtitur. Nihil autẽ mundo melius. ratione igitur mundus vtitur. Similiter effici poteſt, ſapiẽtem eſſe mundum: ſimiliter, beatum: ſimiliter, æternum. Omnia enim hæc meliora ſunt, quàm ea, quæ ſunt his carentia: nec mundo quidquam melius: ex quo efficitur, eſſe mundum deum. Idémque hoc modo: Nullius ſenſu[e] carentis pars aliqua põt eſſe ſentiẽs. Mundi autẽ partes ſentiẽtes ſunt, non igitur caret ſenſu mundus. Pergit idem, & vrget anguſtiús. Nihil[f], inquit, quod animi, quódq. rationis eſt expers, id generare ex ſe poteſt animantem, compotémque rationis. Mundus autem generat animanteis, cõpotéſque rationis. animans eſt igitur mundus, compóſque rationis. Idémque ſimilitudine, vt ſæpe ſolet, rationem concluſit, hoc modo. Si ex oliua modulatè canentes tibiæ naſcerentur: non dubitares, quin eſſet in oliua tibicinis quædam ſcientia. Quid[g], ſi platani fidiculas ferrent numerosè ſonanteis? itidem ſcilicet cenſeres, in platanis ineſſe muſicam. Cur igitur mundus non animãs, ſapiẽſque iudicetur, cùm ex ſe procreet animanteis, atque ſapienteis? Sed quoniam cœpi ſecus agere, atque initiò dexeram: negaram enim hanc primam partem egere oratione, quòd eſſet omnibus perſpicuum, deos eſſe: tamen id ipſum rationibus phyſicis cõfirmari volo. ſic enim res ſe habet, vt omnia, quæ alantur, & eteſcant, contineant in ſe vim caloris: ſine[h] qua neque ali poſſent, neque eteſcere. Nam omne, quod eſt calidum, & igneum, cietur, & agitur motu ſuo. quod autem alitur, & eteſcit, motu quodam vtitur certo, & æquabili: qui quamdiu remanet in nobis, tamdiu ſenſus, & vita remanet: refrigerato autem, & extincto calore, occidimus ipſi & extinguimur. Quod[i] quidem Cleanthes his etiam argumentis docet, quanta vis inſit caloris in omni corpore. negat enim vllam eſſe cibum tam grauem, quin is die, & nocte concoquatur: cuius etiam in reliquiis in-

a De facibus ardentibus, vide Iulium Obſequẽtem cap. 105. 131.

b v.c. cincinnatas.

c al. Appio Claudio.

d v.c. vtilitatem, *mendoſe.*

e L. à quo

f al. muſtelis

P. B.

g vide quæ dicam paulo poſt infrà.

i Anima à deo eſt.

k al. quẽ ſpiritum dicimus, *non pl.*

l Mundũ Stoici Deum cõſtituunt.

a L. Quid retinato rerum conſentiens, conſpirans, continuatio, cognatio, quem non coget ea, &c.

b al. recedẽdique.

c v.c. calamitatum, *mendoſe.*

d Mundum ratione vti ſententia Stoicorum.

e Mundus ſenſu præditus Stoicis.

f Mundus animans, compoſq. rationis Stoicis.

P. B.

g al. Quid? platani fidiculas ferrent numerosè ſonanteis, &c.

h Calor & ignis primum rerum principium.

i al. Ergo ille Cl.

est calor iis, quas natura respuerit. Iam verò venæ, & arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu: animaduersúmque sæpe est, cùm cor animantis alicuius euulsum[a], ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneã celeritatem. *Omne* igitur, *quod viuit, siue animal siue terra editum, id viuit propter inclusum in eo calorem*[b]. Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam, vim in se habere vitalem per omnem mundum pertinentem. Atq; id facilius cernemus, toto genere hoc igneo, quod[c] tranat omnia, subtiliùs explicato. Omnes[d] igitur partes mũdi tangã, quæ maximo calore fultę sustinentur. quod primùm in terrena natura perspici potest. Nã & lapidum conflictu atq; tritu elici ignẽ videmus: & recẽti foffione,

--terram fumare calentem,

Atque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi, & id maximè hibernis fieri temporibus, quod magna vis, terræ cauernis, contineatur caloris: eáq; hieme sit densior: ob eámque causam, calorem insitum in terris contineat arctiùs. Longa est oratio multæque rationes quibus doceri possit, omnia, quę terra concipiat, semina, quæque ipsa ex se generata stirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris & oriri, & augescere. Atque aquæ etiam admistum esse calorem, primùm ipse liquor, tũ aquæ declarat effusio: quæ neq. congelaciaret frigoribus, neque niue, pruináq; concrescceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta, & dilapsa diffunderet. Itaq. & aquilonibus, reliquísque frigoribus adiectis durescit humor: & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit[f] calore. Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, vt intelligi facilè possit, in tantis illis humoribus inclusum esse calorem. nec enim ille externus, & aduẽtitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus: quod nostris quoque corporibus contingit, cùm motu, atque exercitatione recalescunt. Ipse verò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. Ille verò & multo quidem calore admistus[g] est. ipse enim oritur ex respiratione aquarum. earum enim quasi vapor quidam aer habendus est. Is autẽ exsistit motu eius caloris, qui aquis cõtinetur. Quam similitudinem cernere possumus in iis aquis, quæ[h] efferuescunt subditis ignibus. Iam verò reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota natura feruida est, & ceteris naturis omnibus salutarem impertit, & vitalem calorem. Ex quo concluditur, cùm omnes mundi partes sustineantur calore, mundum etiam ipsum similiq; parique natura in tanta diuturnitate seruari: eóq. magis, quòd intelligi debet, calidum illud, atque igneum, ita in omni fusum esse natura, vt in eo insit procreandi vis, & causa gignendi, à quo & animantia omnia, & ea, quorum stirpes terra continentur, & nasci sit necesse, & augescere. Natura est igitur, quæ contineat mundum omnem, eúmque tueatur, & ea quidem non sine sensu, atque ratione, omnem enim naturam necesse est, quæ non solitaria sit, neque simplex, sed cum alio coniuncta, atque connexa, habere aliquem inse principatum[k], vt in homine mentem, in belua quiddam simile mentis. vnde oriantur rerum appetitus. In arborum autem, & earum rerum, quę gignuntur è terra, radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν vocant: quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse præstantius. Itaque necesse est, illud etiam, in quo sit totius naturæ principatus, esse omniũ optimum, omniúmque rerum potestate, dominatúque dignissimum. Videmus autem, in partibus mundi (nihil est enim in omni mundo, quod non pars vniuersi sit) inesse sensum, & rationem. In ea parte igitur, in qua mundi est principatus, hæc inesse necesse est, & acriora quidem, atque maiora. Quocirca sapientẽ esse mũdum necesse est: naturámq. eam, quę res omneis complexa teneat perfectione rationis excellere, eóq. deum esse mundum, omnémq. vim mundi diuina natura cõtineri. Atque[a] mundi feruor ille, purior, perlucidior, mobiliórq. multo: ob eásque causas aptior ad sensus cõmouendos, quàm hic noster calor, quo hæc, quæ nota nobis sunt, retinentur, & vigent. Absurdum est igitur dicere, cùm homines, bestiæq. hoc calore teneantur, & propterea moueantur, & sentiant, mundum esse sine sensu, qui integro, & puro, & libero, eodémque acerrimo, & mobilissimo ardore teneatur. præsertim cùm is ardor, qui est mundi, non agitatus ab alio, neque externo pulsu, sed per se ipse, ac sua sponte moueatur. Nam quid potest esse mundo valentius, quod pellat, atque moueat calorem eum, quo ille teneatur? Audiamus enim Platonem, quasi quẽdam deum philosophorum: cui duos placet esse motus, vnum suum, alterum externũ[b]: esse autẽ diuinius, quod ipsum ex se sua sponte moueatur, quàm quod pulsu agitetur alieno. Hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab hísque principium motus esse ductum putat. Quapropter quoniam ex mundi ardore motus omnis oritur, is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte mouetur: animus sit necesse est. Ex quo efficitur, animãtem esse mundum. Atque ex hoc quoq; intelligi poterit, in eo inesse intelligentiam, quòd certè est mundus melior, quàm vlla natura. Vt enim nulla pars corporis nostri est, quæ non sit minor[c], quàm nosmetipsi sumus: sic mundum vniuersum pluris esse necesse est, quàm partem aliquã vniuersi. Quod si ita est, sapiens[d] sit, mundus necesse est. nam ni ita esset, hominem, qui est mundi pars, quoniam rationis est particeps, pluris esse quàm mundum omnem, oporteret. Atque etiam si à primis inchoatísque naturis ad vltimas, perfectáque volumus procedere, ad deorum naturam perueniamus necesse est. Primò enim animaduertimus, à natura sustineri ea, quæ gignuntur è terra, quibus natura nihil tribuit amplius, quàm vt ea alendo, atque augendo tueretur. Bestiis autem sensum, & motum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutareis, à pestiferis recessum: homini hoc amplius, quòd addidit rationem, qua regeretur animi appetitus, qui tum remitterentur[e], tum continerentur. Quartus autem gradus, & altissimus, eorum, qui natura boni, sapientésque gignuntur, quibus à principio innascitur ratio recta, constánsque, quæ supra hominem putanda est, deóque tribuenda, id est, mundo: in quo necesse est perfectam illam, atq. absolutam inesse rationem. Neque enim dici potest, in vlla rerum institutione non esse aliquid extremum, atque perfectum. Vix enim in vite, vt in pecude (nisi quę vis

a Vide Aristotelem de somno & vigilia. 4.

b Ex Zenone Citieo apud Varronem 4. de lingua. Animalium sementem igni, qui anima & mens: qui calor. P. XXXI. c fort. quod

d Omnes igitur partes mundi (tanquam autem maximas) ca lore fultæ sustinentur. e fort ac contexta

f πήγνυται

g Ex quæ aqueis efferuescunt subditis

P. XXXII

a v. c. Atque etiam mundi ille feruor, purior, &c.

b fort. alieni:

c al. minoris.

P. B. d Mundum sapientem & intelligentẽ Stoici constituunt.

e fort. remitterentur.

obstitit) videmus naturam suo quodam itinere ad vltimum peruenire: atque vt pictura, & fabrica cæteræque artes habeant quendam absolutis operis effectum: sic in omni natura, ac multo etiã magis necesse est absolui aliquid, ac perfici. Etenim ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur, possunt obsistere: vniuersam autem naturam nulla res potest impedire: propterea quòd omneis naturas ipsa cohibet, & continet. Quocirca necesse est esse illum quartum, & altissimum gradum, quò nulla vis possit accedere[a]. Is autem gradus est, in quo rerum omnium natura ponitur: quæ quoniam talis est, vt præsit omnibus, & eam nulla res possit impedire, necesse est, intelligentem esse mundum, & quidem etiam sapientem. Quid autẽ est insciti, q̃ aut eam naturam, quæ omneis res sit complexa, non optimã[b] dici: aut, cùm sit optima, non primùm animantem esse, deinde rationis, & consilij compotem, postremò sapientem? quî enim aliter potest esse optima? neque enim, si stirpium similis sit, aut etiam bestiarum, optima putanda sit potiùs, quàm deterrima: nec verò, si rationis particeps sit, nec si tamen à principio sapiens, non sit deterior mundi potiùs, quàm humana conditio. homo enim sapiens fieri potest: mundus autem, si in æterno præteriti temporis spatio fuit insipiens, nũquam profectò sapientiam consequetur. ita erit homine deterior. Quod quoniam absurdũ est, & sapiens à principio mundus, & deus[c] habendus est. Neque enim est quidquam aliud, præter mundum, cui nihil absit: quòdque vndique aptum, atque perfectum, expletumq. sit omnibus suis numeris, & partibus. Scitè enim Chrysippus. Vt clypei causa, inuolucrum: vaginam autem, gladij: sic, præter mundum, cetera omnia aliorum causa esse generata, vt eas fruges, atque fructus, quos terra gignit, animantium causa: animanteis autem, hominum, vt equum, vehendi causa: arandi, bouẽ: venandi, & custodiendi, canem. Ipse autem homo[d] ortus est ad mundum contemplandum, & imitandum, nullo modo perfectus, sed quædam particula perfecti. Sed mũdus, quoniam omnia cõplexus est, nec est quidquam, quod non insit in eo, perfectus[e] vndique est. Quid igitur potest ei deesse, quod est optimum? nihil autem est mente, & ratione melius. ergo hæc mundo deesse non possunt. Bene igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungés, omnia in perfectis, & maturis docet esse meliora, vt in equo, quàm[f] in equulo, in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero: item quod in omni mundo optimũ sit, id in perfecto aliquo, atque absoluto esse debere. Est autem mundo nihil perfectius: nihil virtute melius. Igitur mundi est propria virtus. Nec verò hominis natura perfecta est: & efficitur tamẽ in homine virtus. Quanto igitur in mundo facilius? est ergo in eo virtus[g]: sapiens igitur est: & propterea deus. Atque hac mundi diuinitate perspecta, tribuenda est sideribus[h] eadem diuinitas: quæ ex nobilissima, purissimáque ætheris parte gignuntur, neque vlla prætrea sunt admista natura, totáque sunt calida, atque perlucida: vt ea quoque rectissimè & animantia esse, & sentire, atque intelligere dicantur. Atque ea quidem tota esse ignea[k], duorũ sensuum testimonio confirmari C anthe. putat, tactus, & oculorum. Nam solis candor illustrior, quàm vllus ignis, quippe qui immenso mundo tam longè, latéque colluceat: & is eius tactus est non[a] vt, repefaciat solùm, sed etiam sæpe comburat. Quorum neutrum faceret, nisi esset igneus. Ergo, inquit, cùm sol igneus sit, Oceaníque alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere: necesse est, aut ei similis sit igni, quem adhibemus ad vsum, atque ad victum: aut ei qui corporibus animantium continetur. Atqui noster ignis, quem vsus vitæ requirit, confector est, & consumtor omnium, idémq. quocumque inuasit, cuncta disturbat, ac dissipat. Contrà ille corporeus, vitalis, & salutaris, omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensúque afficit. Negat ergo esse dubium, horum igneum sol vtris similis sit, cùm is quoque efficiat, vt omnia floreant, & in suo quæque genere pubescant. Quare cùm solis ignis similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animantiũ: solem[b] quoque animantem esse oportet, & quidem reliqua astra, quæ oriantur in ardore cælesti, qui æther, vel cælum nominatur. Cùm igitur aliorum[c] animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aere aliorum: absurdum esse Aristoteles[d] videtur, in ea parte, quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Sidera autem æthereum locum obtinent: qui quoniam tenuissimus est, & semper agitatur, & viget: necesse est, quod animal in ea gignatur, idem quoque sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse. Quare cum in æthere astra gignantur, consentaneum est, in iis sensum ineſse, & intelligentiam. Ex quo efficitur in deorum numero astra esse ducenda. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolãt eas, in[e] quibus aer sit purus ac tenuis, quàm illorum, qui vtantur crasso cælo, atque concreto. Quinetiam cibo, quo vtare, interesse aliquid ad mentis aciem putant. Probabile est igitur, præstantem intelligentiam in sideribus esse, quæ & ætheream mundi partem incolant, & marinis, terreníque humoribus lõgo interuallo extenuatis, alantur. Sensum autem astrorum, atque intelligentiam maximè declarat ordo eorum atq. constantia. nihil est .n. quod ratione, & numero moueri possit sine cõsilio: in quo nihil est temerariũ, nihil variũ, nihil fortuitũ. Ordo autẽ siderum, & in omni æternitate cõstantia, neq; naturam significat: est[f] enim plena rationis: neque fortunã, quæ amica varietati constantiam respuit. Sequitur ergo, vt ipsa sua sponte, suo sensu, ac diuinitate moueantur. Nec verò Aristoteles non laudandus in eo quòd omnia, quæ mouentur, aut natura moueri censuit, aut vi, aut voluntate: moueri autem solem, & lunam, & sidera omnia: quæ autem natura mouerentur, hæc aut pondere deorsum, aut leuitate in sublime ferri: quorum neutrum astris contingeret, propterea quòd eorum motus in orbem circumferretur. Nec verò dici potest vi quadam maiore fieri, vt contra naturam astra moueantur. quæ enim potest maior esse? restat igitur, vt motus astrorum sit voluntarius. Quæ qui videat, non indoctè solùm, verùm etiam impiè faciat, si deos esse neget. Nec tanè multum interest, verùm id neget, an eos omni procuratione, atque actione priuet. mihi enim, qui nihil g agit, esse omnino non videtur. Esse igitur deos ita

a Sic vt. al. accidere P. XXXIII.

b Mundum esse optimum adstruunt Stoici.*

c Mũdus Deus Stoicis.*

d Hominis finis, doctrina Stoicorum.*

e mũdus perfectus Stoicis.* P. B.

f v.c. quàm in eculeo,

g Mundo inesse virtutem volunt Stoici.*

h Sidera & astra etiã Dii Stoicis habẽtur.*

i L. quæ ex mobilissima, purissima & sa v.c.

k Sideraignea esse puto ait Stoici.*

a fort. vt non repefaciat

P. XXXIIII.

b Solem animantem esse putant Stoici.*

c al. aliorum

d libro 2. de generatione. Animalia tamen quæda in igne nascũtur idem refert libro 5. de historia animalium 19. ex quo dixi lib. 1. supra, vt & alia fuit quæ igni consentiunt.*

e Idem superius dixit vnde porta Ennio cum in crasso iuraret aere natum.*

P. B. sfort. est enim experta.

ita perspicuum est, vt, id qui neget, vix eum sanæ mentis existimem. ¶Sanè[a] restat, vt, quo nihil est difficilius, quàm à consuetudine oculorum aciem mentis abducere. ea difficultas induxit,& vulgò imperitos,& similes philosophos imperitorum, vt, nisi figuris hominum constitutis,nihil possent de diis immortalibus cogitare. Cuius opinionis leuitas conuincta à Cotta non desiderat orationẽ meam. Sed cùm talem esse deum certa notione animi præsentiamus,primùm vt sit animans,deinde vt in omni natura nihil eo sit præstãtius: ad hanc præsensionem, notionémq.nostram, nihil video, quod potiùs accõmodem, quàm vt primùm hunc ipsum mundum, quo nihil fieri excellentius potest, animantem esse, & deum iudicem. Hîc quàm volet Epicurus iocetur,homo non aptissimus ad iocandum,mi niméque respiciens[d] patriam:& dicat, se non posse intelligere,qualis sit volubilis[e], & rotũdus deus:tamen ex hoc,quod ipse etiam probat, numquam me mouebit. Placet enim illi esse deos,quia necesse sit præstantem aliquam esse naturam,qua nihil sit melius. Mundo autem certè nihil est melius. Nec dubium,quin, quod animans sit,habeátque sensum,& rationem,& mentem, id sit melius quàm id, quod his careat. Ita efficitur , animantem , sensus, mentis,rationis mundum esse compotẽ. Qua ratione, deum esse mundum,cõcludit &c. Sed hæc paullo pòst faciliùs cognoscentur ex iis rebus ipsis,quas mundus efficit.Interea, Velleis,noli quæso, præ te ferre, nos planè experteis esse doctrinæ.Conũ tibi ais,& cylindrum & pyramidem pulcriorem , quàm sphæram, videri.Nouum etiam oculorum iudicium habetis.Sed sint ista pulchriora,duntaxat adspectu:quod mihi tamen ipsum nõ videtur:quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omneis alias figuras complexa continet , quæque nihil asperitatis habere,nihil offensionis potest,nihil incisum angulis,nihil anfractibus,nihil emi nens,nihil[f] lacunosum? cúmque duæ formæ præstantes sint,ex solidis , globus : (sic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem, circulus,aut orbis,qui κύκλος Græcè dicitur,his duabus formis contingit solis , vt omnes eãtum partes sint inter se simillimę,à medióque rum partes sint inter se simillimę,à medióque tãtum absit extremum,quantum idem à summo. Quo nihil fieri potest aptius. Sed si hæc non videtis , quia *nunquam eruditum illum puluerem attigistis* : ánne hoc physici quidem intelligere potuistis, hanc æqualitatem motus, cõstantiámque ordinum in alia figura non potuisse seruari? Itaque nihil potest esse indoctius,quàm quod à vobis affirmari solet. Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis. nam posse fieri,& sit alia figura innumerabileisque mũdos,alios aliarum esse formarum. Quæ, si bis bina quot essent, didicisset Epicurus , certè non diceret. Sed dum palato, quid sit optimum,iudicat, cæli[h] palatum, (vt ait Ennius) non suspexit. Nam, cùm duo sint genera siderum : quorum alterum spatiis immutabilibus i ab ortu ad occasum commeans , nullum vmquam cursus sui vestigium inflectat : alterum[k] autem conti-

A euntur: primúsque sol[a], qui astrorum obtinet principatum, ita mouetur , vt cùm terras larga luce cõpleuerit,eadem modò his, modò illis partibus opacet, ipsa enim vmbra terræ soli officiens , noctem efficit:nocturnorum autem spatiorum eadem est æquabilitas,quę diurnorum:eiusdémque solis tum accessus modici, tum recessus,& frigoris, & caloris mundum temperant: circuitus enim so-
B lis[b] orbium v.[c] defectib.& L X. & C C C quarta ferè dici parte addita conuersionem conficiunt annuam : inflectens autem sol cursum tum ad septemtriones, tum ad meridiem , æstates , & hiemes efficit , & ea duo tempora, quorum alterum hiemi senescenti adiunctum est,alterum æstati. Ita ex quattuor temporum mutationibus omnium,quæ terra,maríque, gignuntur , initia , causæque ducuntur. Iam solis annuos cursus spatiis mẽstruis luna[d] consequitur : cuius tenuissimum lumen facit
C proximus accessus ad solem , digressus[e] autem longissimus quisque pleniſſimum. Neque solùm eius species ac forma mutatur tũ crescendo , tum defectibus in initia recurrendo, sedetiam regio,quę tum est aquilonalis[f],tum australis . In lunæ quoq. cursu est brumæ quædam , & solstitij similitudo : multáque ab ea manant, & fluunt , quibus & animantes alantur,augescántque:& pubescant, maturitatémque assequantur quæ oriuntur è terra. Maxi-
D mè verò admirabiles sunt motus earum quinque stellarum[g], quæ falsò vocantur errantes. nihil enim errat,quod in omni æternitate cõseruæ progressus,& regressus,reliquósque motus constanteis, & ratos. Quod eo est admirabilius in his stellis , quas dicimus, quia tum occultantur , tum rursus aperiuntur, tum abeunt[h], tum recedunt, tum antecedunt , tum subsequuntur , tum celeriùs mouentur , tum tardius,tum omnino ne mouentur quidem, sed ad quoddam tempus insistunt. Quarum
E ex disparibus motionibus magnum[i] annum mathematici nominauerunt, qui tum efficitur, cùm solis,& lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facti conuersio. Quæ quàm longa sit, magna quæstio est : esse verò certam,& definitam,necesse est. Nam ea,quæ *Saturni*[k] stella dicitur,φαινόν que[l] à Græcis nominatur,quæ à terra abest plurimùm, XXX. ferè annis cursum suũ cõficit.In quo cursu multa mirabiliter efficiens,tum antecedẽdo,tum
F retardãdo,tũ vespertinis tẽporibus delitescendo, tum matutinis rursum se apertiendo,nihil immutat sempiternis sæculorũ ætatibus, quin eadẽ iisdem tẽporibus efficiat. Infra aũt hanc propiùs à terra *Iouis*[m] stella fertur , quæ φαέθων[n] dicitur:eáque eundem XII signorum orbem annis XII. conficit , eadémque,quas Saturni stella,efficit in cursu varietates.Huic autem proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις[o],quæ stella *Martis*[p] appellatur:eáq. III I. & X X. mensibus,v I. vt opinor, diebus minùs,
G eundem lustrat orbem, quem duæ superiores. infra hãc autem stella *Mercurij*[q] est (σ τίλβων[r] appellatur à Græcis:quę anno ferè vertente signiferum lustrat orbem , neque à sole longiùs vmquam vnius signi interuallo discedit, tum anteuertens,tum subsequẽs Infima est quinq. errantium. terræque proxima, stella *Veneris*[s] quæ φωσφόρος[t] Græcè,Lucifer Latinè dicitur, cùm antegreditur solem:cum subsequitur au-
H

a *Solis motus.*

b I. solis orbium V. & I X. & C C C. quarta ferè dici parte add. &c.

c Tot enim diebus constat annus.

P. X X X VI.

d Lunæ motus.

e I. degressus

f I. aquilonaris,

g Planetarũ motus.

h al. adeunt.

i Magnus annus hic dicitur fieri cum fit conuersio omnium planetarum ad eandem inter se , hoc est primam comparationem. Alias Oenopion Chio, magnus annus, 59. annis. *Aelii annus titulo de quibusdam astrologię* Meton *de die 19.* anni *Censorin.* Iosepho I. *ao tiquitat. vel* 8. anni 600. *vel* 900. Alii 2000. Alii plures. vide Macrob. 2. Saturnal. 12. Censorinum de die natali c. 18. Plutarchum 2. de placitis philosophorum 32. & vltimo. Quibusdam huius magni anni hyemis dicitur κατακλυσμὸς id est diluuium: æstas, P. 8. πυρόσεις τὸ κόσμου hoc est mundi cõflagratio.

k Saturn. motus.

l v. e. phænómque

m Iouis motus.

n v. e. Phaethon.

o v. e. Pyrois

p Martis motus.

q Mercurius motus.

r v. e. stilbon, fq. v. e. phosphoros al. fesphoros.

s Veneris motus.

bem, Hesperos. Ea cursum anno conficit, & latitudinem lustrans significri orbis,& longitudinem:quod idem faciunt stellę superiores: neque vmquam ab sole duorum signorũ interuallo longiùs discedit,tũ antecedens,tum subsequens. Hanc igitur in stellis cõstantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni æternitate conuenientiam temporum non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Quæ cùm in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere. Nec verò stellæ ex, quæ inerrantes vocantur, non significant eandem mẽtem atque prudentiam: quarum est quotidiana, cõueniens, constánsq. conuersio: nec habent æthereos cursus, neq cælo inhærentes, vt pleriq. dicunt physicæ rationis iguari. non est enim ætheris ea natura, vt vi sua stellas cõplexa cõtorqueat. nam tenuis, ac perlucens & æquabili calore suffusus æther, non satis aptus ad stellas continendas videtur. Habent[a] igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam, & liberam. Earum autem perennes cursus, atq. perpetui, cum admirabili, incredibiliq. constantia, declarãt in his vim, & mentem esse diuinam: vt, hæc ipsa qui non sentiat deorum vim habere, is nihil omnino sensurus esse videatur. Nulla igitur in cælo[b] nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contráq. omnis ordo, veritas, ratio, constantia. Quæque[c] his vacãt, ea mentita, & falsa, plenáq. erroris eunt circũ terras, infra lunam: quæ omnium vltima est, in terrísque versatur. Cælestem ergo admirabilem ordinẽ, incredibilémque constantiam ex qua conseruatio, & salus omnium omnis oritur. qui vacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. Haud ergo, vt opinor, errauero si à principe inuestigandę veritatis, huius disputationis principium duxero. Zeno igitur ita naturam[d] definit, vt eam dicat, ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. cẽset enim artis maximè prorium esse, creare, & gignere, quódque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosiùs naturam effieere, id est, vt dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum. Atque hac quidem ratione omnis natura, artificiosa est, q̃ habet quasi viam quandam, & sectam, quam sequatur. Ipsius verò mundi, qui omnia cõplexu suo coereet, & continet, natura nõ artificiosa solùm, sed planè artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix, & prouida vtilitatum, opportunitatúmq. omnium. Atque vt ceteræ naturæ suis seminibus quæque gignuntur, augescunt, cõtinentur: sic natura mundi omneis motus habet voluntarios, conatúsq. & appetitiones, quas ὁρμὰς[e] Græci vocãt, & his consentaneas actiones sic adhibet vt nosmetipsi, qui animis mouemur, & sensibus. Talis igitur mens mundi cùm sit, ob eámque causam prouidentia[f] appellari recte possit, (Græcè enim προόνοια[g] dicitur) hęc potissimum prouidet, & in his maximè est occupata, primùm vt mũdus quàm aptissimus sit ad permanendũ, deinde vt nulla re egeat, maximè aũt vt in eo eximia pulchritudo sit, atq. omnis ornatus. Dictũ est de vniuerso mundo: dictum est etiã de sideribus: vt iam ꝓpemodum appareat multitudo nec cessantium deorum, nec ea quæ agãt, molientium cum labore operoso, ac molesto. Nonan. venis, & nervis, & ossibus continentur, nec iis esseis, aut potionibus vescuntur, vt aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant: nec iis corporibus sunt, vt aut cæsus, aut ictus extimescant, aut morbos metuant ex defatigatione mẽbrorum. Quæ verens Epicurus monogrãmos deos[a], & nihil agenteis cõmentus est. Illiaũt pulcherrima forma pręditi, puriſſimáq. in regione cæli collocati, ita ferũtur, moderatúrq. cursus, vt ad omnia cõseruãda, & tuẽda cõsensisse videantur. multæ autẽ aliæ naturæ deorũ ex magnis beneficiis eorũ nõ sine causa, & à Græciæ sapientibus, & à maioribus nostris constitutæ, nominatæque sunt. quidquid enim magnam vtilitatem generi afferret humano, id nõ sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrabãtur. Itaque tum illud, quod erat à deo natum, nomine ipsius dei nuncupabant: vt cùm fruges Cererem appellamus, vinum autẽ Liberum: ex quo illud Terentij,

Sine Cerere, & Libero friget Venus.

Tum autem res ipsa, in qua vis inest maior aliqua, sic appellatur, vt ea ipsa vis nominetur deus, vt Fides, vt Mẽs[b]. quas in Capitolio dedicatas videmus proximè à M. Æmilio[c] Scauro, antè autẽ ab[d] Attilio Calatino erat Fides e consecrata. Vides Virtutis[f] templum, vides Honoris à[g] M. Marcello renouatum[h] quod multis antè annis erat bello Ligustico à Quinto Maximo dedicatum. Quid Opis[i]? quid Salutis[j]? quid Concordiæ[k]? Libertatis[l]? Victorię? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, vt sine deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit. Quo ex genere, Cupidinis, & Voluptatis, & Lubentinæ[m] Veneris vocabula conſecrata sunt, vitiosarum rerum, neq naturalium: quamquam Velleius aliter existimat: sed tamen ea ipsa vitia naturam vehemẽtius sæpe pulsant. Vtilitatum igitur magnitudine constituti sunt ij dij, qui vtilitates quasque gignebant. Atq. his quidẽ nominibus, quæ paullo antè dicta sunt à me, quæ vis sit in quoque declaratur deo. Susceptt autem vita hominũ, consuetudóq. communis, vt beneficiis excellenteis vitos in cælum fama, ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, & Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber etiam: hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem nostri maiores auguste, sanctéque Liberum cum Cerere, & Libera consecrauerunt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. Sed quòd ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati, nominati sunt Liber, & Libera: quod in Libero seruant, in Libera non item. Hinc etiam Romulus, quem quidem eundem[o] esse Quirinum putant: quorum cùm remanerent animi, atq. æternitate fruerentur, dij ritè sunt habiti, cùm & optimi essent, & æterni. Alia quoq ex ratione & quidẽ physica magna fluxit multitudo deorum: qui inducti specie humana fabulas poetis suppeditaueruut, hominum autem vitã superstitione omni referte runt. Atq. hic locus à Zenone tractatus, post à Cleanthe, & Chrysippo, pluribus verbis explicatus est. Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit, exsectũ cælum[p] à filio[q] Saturno, vim autẽ Saturnum ipsum à filio Ioue. Physica[r] ratio nõ inelegans inclusa est in impias

---

R. XXXVII.

a Stellæ inerrantes suam sphæram habent ab ætherea secretam & liberam.*

b Cælo fortuna, temeritas, erratio, aut vanitas non inest: sed ordo, veritas, ratio, constãtia.*

c L. Quæque his vacant emẽtita, & falsa, &c. & in v. c. & nõnulli impresi.

d Naturæ definitio Zenoniana. adde Varronem 4. de lingua Latina. 10.*

e. v. c. hormas.

f. Prouidẽtia diuina. vnde & quos effectus habeat.* g. v. c. pronoea

---

a Monogrammi dicuntur homines per tenuem & delineatam colorem, metaphora ducta à picturis, quæ primùm quàm coloribus corporatur vmbra fingitur.* b Liui. 22. & 23.* c v. c. Aemilio. d Lab Attilio Calat. & Iun. e. v. c. Fides. Spes. Fides. Fortuna. de quibus Plutarchus in Numa. Liuius. De Spe, vide Ciceronem 2. de legibus. Liuium 21. 25. 30. Gellium 5. & Plutarchum in Romanis. Dionem. f vide Liuium 25. 30. Gellium 5. & Plutarchum in Romanis. Dionem. g Liuius 27. Plutarchus in vita. Catonis. h C. Marius fuit aliis titulis & Virtutis ædificauerat. Vitru. de architectura 3. & in præfatione.* P. B. i v. Plin. 18. Festum in Seuere in Sacrum. Virgilium in Georg. 1. Dionem. l Macrob. 1. Saturnal. k vide Plutarchum in Quæstionibus Romanis. Liuium 3. Dionem. l vide Liuium 22. Plutarchum in Fabio. Gellium 5. Dionem. m Plutarchus in Sylla. Horatium 1. Epistolarum. Dionem. n v. c. quod in Libera seruant, in Libero non item. Festum in Quirinus.* o vide Festum in Quirinus.* p De Cælo vide Apollodorum 1. Bibliothec. Fulgent. 1. Mythologico.* q Imo idem quod Cælum Varro 4. de lingua.* r vide Fulgentium 1. Mythologicon.*

roni 5. de lingua, & Augustinu 4. de ciuitate 8. adde Plutarchum in Romanis.* s v. c. quod in Libera seruant, in Libero non item. Festum in Quirinus.* t vide Fulgentium 1. Mythologicon.*

fabulas. cælestem enim,altissimam,æthereámque naturam, id est, igneam, quæ per sese omnia gigneret,vacare voluerũt ea parte corporis,quę cõiunctione alterius egeret ad procreandum. *Saturnum* autem,eum esse voluerunt,qui cursum, & cõuersionem spatiorum, ac temporum continere.[c] qui deus Græcè ipsum nomẽ habet. Κρόνος enim efficitur[a]: qui est idem χρόνος, temporis spatium. Saturnus autem est appellatus, quòd [b] saturetur annis. ex se enim natos comesse fingitur solitus,quia consumit ætas temporum spatia, annúsq; præteritis insaturabiliter expletur. Vinctus est autem à Ioue, ne immoderatos cursus haberet,atque vt eum siderum vinculis[c] alligaret. Sed ipse *Iupiter*,id est,iuuans pater,quem cõuersis casibus appellamus à iuuando[d] Iovem,à poetis[e] *pater diuumque,hominũmq* dicitur:à maioribus autem nostris optimus, maximus, & quidẽ antè optimus,id est,beneficentissimus, quàm maximus , quia maius est, certéq gratius,prodesse omnibus[f], quàm opes magnas habere. Hunc igitur Ennius [g], vt suprà dixi, nuncupat ita dicens,

Adspice hoc sublime candens,quem inuocant omnes Iouem.

Planiúsque alio loco idem,

Cui quod in me est,exsecrabor hoc,quo lucet quidquid est.

hunc etiam augures nostri cùm dicunt, Ioue fulgente,tonante:dicunt enim,cælo fulgente, tonante Euripides autem, vt multa præclarè, sic hoc breuiter,

Videsne sublime fusum, immoderatum æthera, Qui tenero terram circumuectu[i] amplectitur: Hunc summũ habeto diuum:hunc perhibeto Iouẽ.

Aer autem, vt Stoici disputant,interiectus inter mare,& cælum, *Iunonis* nomine consecratur: quæ est soror,& coniux Iouis, quòd[m] & similitudo est ætheris, & cum eo summa cõiunctio. Effeminarunt autem eum , Iunoníq. tribuerunt,quod nihil est eo mollius.Sed Iunonem à iuuando credo nominatam. Aqua restabat , & terra, vt essent ex fabulis tria regna diuisa. Datum est igitur *Neptuno*[n] alterum,Iouis,vt volũt, fratri, maritimum omne regnum: noménq.productum, vt Portunus à portu,sic Neptunus à nando, paullum primis litteris immutatis. Terrena autem vis omnis, atq.natura Diti patri dedicata est:qui *Dis*[p], vt apud Græcos πλούτων[q] quia & récidãt omnia in terras,& oriantur è terris. Is rapuit *Proserpinam*, quod Græcorum[r] nomen est : ea enim est,quæ περσεφόνη[s] Græcè nominatur:quam frugum semen esse volunt , absconditámque quæri à matre fingunt. Mater autem est à gerendis frugibus *Ceres*,t inquam Geres[t]:casúq. prima littera itidẽ immutata , vt à Græcis. nã ab illis quoq. δημήτηρ[u], quasi γημήτηρ[x],nominata est. Iam quiy magna verteret,*Mauors: Minerua* aũt, quæ vel minueret, vel[z] minueretur. Cúmq. in omnib.rebus vim haberent maximã prima,& extrema,principẽ in sacrificando *Ianum* esse voluerunt:quod ab eundo nomen est ductũ:ex quo trãsitiones peruię,Janí: foréfq.in liminibus ,pfanarum ędium, ianuæ nominantur.Nã *Vesta* nomen à [aa] Græcis : ea est.n.quæ ab illis ἑστία dicitur.Vis autem eius est rerũ custos intimarũ,omnis & precatio,&

[z] vel à minuendo : vel quòd minetur armis dictã

[aa] L.à Græcis est:ea est enim .

sacrificatio extrema est. Nec longè absunt ab hac vi *dij penates*[a], siue à penu ducto nomine, (est enim omne,quo vescuntur homines, penus)siue ab eo,quòd penitus insidant:ex quo etiam penetrales[b] à poetis vocantur. Iam *Apollinis* nomen,est Græcũ: quę solẽ esse volunt: Dianam autem,& Lunã, eandem esse putant: cùm sol dictus sit, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus,vel quia,cùm est exortus, obscuratis omnibus solus appareat, *Luna* à[c] lucendo nominata sit.eadẽ[d] est enim *Lucina*. itaq. vt apud Græcos Dianam, eámq. Luciferã, sic[e] apud nostros Iunonem Lucinã in pariendo inuocant : quæ eadem *Diana* omniuaga dicitur, non à venando , sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus. Diana dicta, quia noctu quasi diẽ efficeret. Adhibetur autem ad partus[g], quòd ij matureſcunt aut sẽptem nonnumquam,aut plerunq.nouem lunę cursibus : qui quia mensa spacia conficiunt, menses nominantur. Conciinnéq.[h] vt multa, Timæus:qui cùm in historia dixisset,quasi nocte natus Alexander esset,eádem Dianę Ephesiæ templum deflagrauisse , adiunxit minimè id esse mirandum,quod Diana,cùm in partu Olympiadis adesse volu sset,abfuisset[k] domo. Quæ autem dea ad res omneis veniret[l], *Venerem* nostri nominauerunt, atque ex ea potiùs venustas,quam Venus ex venustate. Videríne igitur,vt à physicis rebus,bene, atque vtiliter inuentis,tract a ratio sit ad cõmentitios, & fictos deos ? quæ res genuit falsas opiniones,errorésque turbulentos, & superstitiones pænè anileis. & formæ enim nobis deorum, & ætates,& vestitus, ornatúsq. noti sunt: genera præterea,coniu ia,cognationes,omniáque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ nam & perturbatis animis inducuntur : accipimus enim deorum cupiditates,ægritudines,itacundias :nec verò,vt fabulæ ferunt,dij bellis , prælisque caruerunt : nec solùm,vt apud Homerum , cùm duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderent, sed etiam, vt cum Titanis,vt cum Gigãtibus, propria bella gesserunt. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè,& plena sunt futilitatis[m], summæque leuitatis. Sed tamen , his fabulis spretis,ac repudiatis, deus pertinens[n] per naturam cuiusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus,alij per alia, poterunt intelligi, qui,qualésq.[o] sint,quóque eos nomine consuetudo nuncupauerit,quos deos & venerari, & colere debemus P. *Cultus autem deorum , est optimus , idémque castissimus , atque sanctissimus, plenissimúsque pietatis,vt eos semper pura,integra, incorrupta & mente,& voce veneremur.non enim philosophi solum , verum etiam maiores nostri superstitionem[q] à religione seiunxerunt*[r]. Nã quí totos dies precabantur , & immolabant, vt[s] sui liberi superstites essent,*superstiosi* sunt appellati : quod nomen postea latiùs patuit. Qui autem omnia , quæ ad cultum deorum pertinerent,diligenter pertractarent[u], & tãquam relegerẽt,sunt dicti *religiosi* ex relegendo,vt elegantes ex eligendo, tanquam à diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes.his enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem,quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso,& religioso,alterum vitij nomen,alterũ laudis. Ac mihi videor satis,& esse deos,& quales essent, ostendisse. ¶ Proximum[x] est,vt doceã,deorum ꝓuidentia mun-

a vide & Isidor. in f.

b vnde penetrale (scr. sacrificium , quod in interiore sacrificij & penetrali, penatiũ deorum sacraria F. Ru.*

c quod sola lucet noctu. Varro 4. de lingua: vnde ibidem Nouiluca.*

d & Proserpina.idẽ Varro 4 de lingua* e al. sic apud nos

f L.anniuaga g Vnde parientes eam inuocant. Varro 4 p. XL. de lin. Teren. Iuno Lucina fer opem.*

h Id vt iusserit dictum ab Hegesia , notat Plutarch. in Alexand.*

i Idem infra i. de diuinat. & Plutarc. in Alexand.*

k L. afuisset domo. & ita v.c.

l à vinciendo deducit Varro 4. de lin.*

m al. vanitatis*

n δίκαιον

o al. qualésq. quoque.* p fort. debeamus.

P. B.

q vide Plutarch. libello de superstitione*

r L. separarunt.

s Superstitiosi vnde dicti.* t L. vt tibi sui liberi superstes essent. & ita v.c.

u L. retractarent, & ita v.c.

x PROVIDENTIA Deorum mũdum administrari*

dum administrari. Magnus sanè locus, & à vestris, Cotta, vexatus: ac nimirum vobiscum omne certamen est. Nam vobis, Vellei, minùs notum est, quemadmodùm quidque dicatur. Vestra enim solùm legitis, vestra amatis: ceteros causa incognita condemnatis[a]. Velut à te ipso hesterno[b] die, dictum est, ἀνωμοτεὶ[c] à Stoicis induci, sid[d] est, prouidentiam.] Quod eo errore dixisti, quia existimas ab his prouidẽtiam fingi quasi quandã deam singularem, quæ mundum omnem gubernet, & regat: sed id præcisè dicitur. Vt, si quis dicat, Athenienſium remp. consilio regi: desit illud, Ariopagi: sic cùm dicimus, prouidentia mundum administrari, deesse arbitror, deorum. Plenè autem, & perfectè sic dici existimato, prouidentia deorum mundum administrari. Itaſalè istum, quo caret vestra natio[e], in irridendis nobis nolitote consumere: & mehercle, si me audiatis, ne[f] experiamini quidem. Non decet: non datum est: non potestis. Nec verò hoc in te vnum cónuenit, moribus domesticis, ac nostrorum hominum vrbanitate limatum: sed cùm in reliquos vestros, tum in eum maximè, qui ista peperit, hominẽ sine arte, sine litteris, insultantem in omneis, sine acumine vllo, sine auctoritate, sine lepõre. Dico igitur prouidentia deorum mũdum, & omneis mundi parteis & initio constitutas esse, & omni tempore administrari: eámque disputationem treis in parteis nostri fere diuidunt: quarum pars prima est, quæ ducitur ab ea ratione, quæ docet esse deos: quo concesso, confitendum est, eorum consilio mundum administrari. Secunda est autem, quę docet, omneis res subiectas esse naturæ sentienti, ab eáque omnia pulcherrimè geri. Quo constituto, seqũtur ab animantibus principiis eã esse generatam. Tertius locus est, qui ducitur ex admiratione rerum cælestium, atque terrestrium. Primùm igitur aut negandum est deos esse, quod & Democritus simulacra, & Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat: aut, qui deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque præclarum. Nihil est autem præclarius mundi administratione. deorũ igitur cõsilio administratur mundus. Quod si aliter est, aliquid profectò sit necesse est melius, & maiore vi præditũ, quàm deos, quale id cumque est, siue inanima natura, siue necessitas vi magna incitata, hæc pulcherrima opera efficiens, quæ videmus. Non est igitur natura deorum præpotens, neq. excelleus, siquidem ea subiecta est ei vel necessitati, vel naturæ, qua cælum, maria, terræque regantur. Nihil autem est præstantius deo. ab eo igitur necesse est mundum regi. Nulli igitur est naturæ obediens, aut subiectus deus. Omnem ergo regit ipse naturã. etenim si concedimus, intelligenteis esse deos, concedimus etiam prouidenteis, & rerum quidem maximarum. Ergo vtrùm ignorant quæ res maximæ sint, quóque hæ modo tractandæ, & tuendæ, an vim non habent, qua tantas res sustineant & gerant? at & ignoratio rerum, aliena naturæ deorum est, & sustinendi munetis propter imbecillitatem difficultas, minimè cadit in maiestatem deorum. Ex quo efficitur id, quod volumus, deorum prouidentia mundũ administrari. Atqui necesse est, cùm sint dij, si modò sint, vt profectò sunt, animanteis esse, nec solùm animanteis, sed etiam rationis compotes, inter seque quasi ciuili cõciliatione, & societate coniunctos, vnum mundum, vt communem remp. atque vrbem aliquam regenteis[a]. Sequitur, vt eadem sit in his, quæ in genere humano, ratio, eadem veritas vtrobique[b] sit, eadémque lex: quæ est recti prœceptio, prauique depulsio. Ex quo intelligitur, prudentiam quoque, & mentem à diis ad homines peruenisse: ob eámq. causam maiorum institutis mens, fides, virtus, concordia, conseratæ, & pubicè dedicatæ sunt. Quæ qui conuenit penes deos esse negare, cùm eorum augusta, & sancta simulacra veneremur? quòd si ineſt in hominum genere mens, fides, virtus, concordia: vnde hæc in terras, nisi à superis, defluere potuerunt? cúmq. sit in nobis consilium, ratio, prudentia, necesse est, deos hæc ipsa habere maiora, nec habere solùm, sed etiã his vti in maximis, & optimis rebus. Nihil autem est nec maius, nec melius mundo. necesse est ergo eum deorum consilio, & prouidentia administrari. Postremò cùm satis docuerimus, hos esse deos, quorum insignem vim, & illùstrem faciem videremus, solem dico, & lunam, & vagas stellas, & inerranteis, & cælum, & mundum ipsum. & earum rerum vim, quæ inesſent in omni mundo cum magno vsu, & commoditate generis humani: efficitur, omnia regi diuina mente, atque prouidentia. Ac de prima quidem parte satis dictum est. Sequitur, vt doceam, omnia[c] subiecta esse naturæ, eáque ob ea pulcherrimè regi. Sed quid sit ipsa NATVRA[d], explicandum est antè breuiter, quò faciliùs id, quod docere volumus, intelligi possit. Namque alij naturam censent esse vim quandam sine ratione, cientem motus in corporibus necessarios: alij autem, vim participem rationis, atque ordinis, tanquam via progredientem, declarantémque, quid cuiusque rei causa efficiat, quid sequatur, cuius sollertiam, nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. seminis enim vim esse tantam, vt id, quamquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipiente, comprehendentémque naturam. nactámq. sit materiam, qua ali, augeríque possit, ita fingat, & efficiat in suo quidque genere, partim vt tantummodò per stirpeis alantur suas, partim vt moueri etiam, & sentire, & appetere possint, & ex sese similia sui gignere. Sunt autem, qui omnia naturæ nomine appellent, vt Epicurus, qui ita diuidit, omnium, quę sint, naturam, esse corpora, & inane, quæque his accidant. Sed nos cùm dicimus natura [e]constare, administrarique mundum, non ita dicimus, vt glebã, aut fragmentum lapidis, aut aliquid eiusmodi, nulla cohærendi natura, sed vt arborem, vt animal, in quibus nulla temeritas: sed ordo appãret, & artis quædam similitudo. Quòd si ea, quæ à terra stirpibus continentur, arte naturæ viuunt, & vigent: profectò ipsa terra eadem vi continetur, & arte naturæ, quippe quæ grauidata seminibus, omnia pariat, & fundat ex sese, stirpeis amplexa alat, & augeat, ipsáque alatur vicissim à superis, externisque naturis. Eiusdémq. exspirationibus aer alitur, & æther, & omnia sidera. Ita, si terra natura tenetur, & viget, eadem ratio in reliquo mundo est. stirpes enim terræ inhærent. animantes autem à spiratione aeris sustinentur: ipséq. aer nobiscũ videt, nobiscum audit, nobiscum sonat. nihil enim eorum sine eo fieri potest. Quinetiam,

a v.c. condẽnatis. *mendose.*
b Imò ipso die. similis error infra lib. 3.*
c v.c. pronoeam
d Inclusa olent glossema.*
e Nationes philosophorũ vocat, quas alibi familias, de Oratore P. XLI. re 1. numero 10. & libro 1. de Oratore nu 13. Græci ἀγένειαν.*
f fort. ne experiri nos q.
g Prouidentiam diuinã esse, quemadmodum Stoici probent.*
h al. & imagines.*
i L. quàm de*
k L. terræ regantur. & ita v.c.
P. 2.
a v.c. regio-nis.
b v.c. vtrobique
c Natura omnia subiecta, opinione Stoicorum.*
d Natura quid sit Stoicis.*
e Natura dum constare, & administrari. frustra. Stoicis.*
f P.

mouetur nobiscum. quæcunque enim imus, quacumque mouemur, videtur quasi locum dare, & cedere. Quæque in medium locum mundi, qui est infimus, & quæ à medio in superum, queq. conuersione rotunda circũ medium feruntur, ea continentem mundi efficiunt, vnámq. naturam. Et cùm quattuor sint genera corporum, vicissitudine eorum mundi continuata natura est. Nam ex terra, aqua: ex aqua, oritur aer: ex aere, æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere, aer: ex aere, aqua: ex aqua, terra infima. Sic naturis [a] his, ex quibus omnia constant, sursum, deorsum, vtrò, citróq. cómeantibus, mundi partium coniunctio continetur. Quę aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus: aut certè perdiuturna, permanens ad longinquũ, & immensum pænè tempus. Quorum vtrumuis vt sit, sequitur, natura mundum administrari. Quæ enim classium nauigatio, aut quæ instructio exercitus, aut rursus (vt ea, quę natura efficit, conferamus) quæ procreatio vitis, aut arboris, quæ porrò animantis figura conformatióq. membrorum, tantã naturæ sollertiam significat, quantam ipse mundus? aut igitur nihil est, quod [b] sentiente natura regatur: aut mundum regi cõstitendum est. Etenim qui reliquas naturas omneis, earúmq. semina contineat, quî potest ipse non natura administrari? [c] siquis denteis, & pubertatem natura dicat exsistere: ipsum autem hominem, cui ea exsistant, non constare natura: non intelligat, ea, quæ efferant aliquid ex sese, perfectionem habere naturam, quàm ea, quæ ex iis efferantur. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens, vt ita dicam, atque educator, & altor est mundus: omniáque sicut membra, & parteis suas, nutricatur [d], & continet. Quòd si mundi partes natura administrantur, necesse est mundum ipsum natura administrari: cuius quidẽ administratio nihil habet in se, quod reprehẽdi possit, ex iis enim naturis, quæ erant quod effici potuit optimum, effectum est. Doceat ergo aliquis potuisse melius. Sed nemo vmquam docebit: &, si quis corrigere aliquid vo let, aut deterius faciet, aut id, quod fieri non potuit, desiderabit. Quòd si omnes mundi partes ita [e] cõstitutę sunt, vt neq. ad vsum meliores potuerint esse, neq. ad speciẽ pulchriores: videamus, vtrùm ea fortuita sint, an eo statu, quo cohærere nullo modo potuerint, ni si sensu moderãte, diuináq. prouidentia. Si ergo meliora sunt ea, quæ natura, q̃ illa, quę arte perfecta sunt: nec ars efficit quidquam sine ratione: ne natura quidẽ rationis expers est habenda. Quî igitur cónuenit signũ, aut tabulã pictam cùm adspexeris, scire adhibitã esse artem, cúmq. procul cursum nauigij videris, non dubitare, quin id ratione, atq. arte moueatur: aut cùm solarium vel descriptũ [f], aut ex aqua cõtemplere, intelligere declarari horas, arte non casu: mundum aũt, qui & has i psas arteis, & earum artifices, & cuncta cõple ctatur, consilij, & rationis esse expertem putare? [g] si in Scythiã, aut in Britanniã, sphæram aliquis tulerit hanc, quã nuper familiaris noster effecit Posidonius, cuius singulæ conuersiones idem efficiunt in sole, & in luna, & in quinq. stellis errantib⁹, quod efficitur in cęlo singulis die⁹, & noctibus: quis in illa barbarie dubitet, quin ea sphæra sit perfecta ratio-

A Nec? Hi autem dubitant de mundo, ex quo & oriuntur, & fiunt omnia, casúne ipse sit effectus, aut necessitate aliqua, an ratione, an [a] mẽte diuina: & Archimedem arbitrãtur plus valuisse in imitãdis sphęrę cõuersionibus, quàm naturam in efficiendis, præsertim cùm multis partibus sint illa perfecta, quàm hæc simulata, sollertiús. Atq. ille apud Actium [b] pastor, qui nauem numquam antè vidisset, vt procul diuinum, & nouum vehiculum Argonautarum
B ẽ mõre conspexit, primò admirãs, & perterritus, hoc modo loquitur: --*tẽta moles labitur*
Fremebunda [c] ex alto, ingenti sonitu, & spiritu:
Træ se undas voluit: vertices vi suscitat,
Ruit prelapsa pelagus respergit: profluit [e].
Ita dum interruptum credas nimbum volvier,
Dum quod sublime ventis expulsum rapi
Saxum, aut procellu, vel globosos turbines
Exsistere ictos undis concussantibus:
Nisi quas terrestreis Pontus strages concict:
C *Aut forẽ Triton fuscina euertens specus,*
Subter [f] radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum vomit.
Dubitat primò, quæ sit ea natura, quam cernit ignotam: idémq. iuuenibus visis, auditóque nautico cantu,
Sicut [g] inciti, atque alacres rostris perfremunt
Delphini.-- item alia multa.--*Si uani melo*
Consimilem ad aureu cãtum, & aditum refert.
Ergo vt hic primo adspectu inanimum [h] quiddam, sensúq. vacuum se putat cernere: pòst
D autem signis certioribus, quale sit id, de quo dubitauerat, incipit suspicari: sic philosophi debuerunt, si fortè eos primus adspectus mũdi cõturbauerat. posteà, cùm vidissent motus eius fiuitos, & æquabileis, omniáque ratis ordinibus moderata, immutabilique constantia intelligere inesse aliquem non solùm habitatorem in hac cæsti, ac diuina domo, sed etiam rectorem, & moderatorem, & tãquam architectum tanti operis, tantíq. muneris. Nunc autem mihi videntur ne suspicari quidem, quanta sit admirabilitas cęlestium
E rerum, atq. terrestrium. Principiò i.n. terra sita in media parte mundi, circumfusa vndiq. est hac animabili, spirabiliq. natura, cui nomen est *aer*, Græcũ illud quidẽ, sed receptum iam tamen vsu à nostris: tritum est. n pro Latino. Hunc rursus amplectitur immensus *æther*, qui constat ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoq. verbum dicatúrq. tã æther Latinè q̃ dicitur aer: etsi interpretatur Pacuuius,
F *Hoc [k], quod memoro, nostri cælum, Graij perhibent æthera.*
Quasi verò non Graius hoc dicat. At Latinè loquitur. Si quidem nos non quasi Græcè loquentem audiamus. Docet idem alio loco,
Gratugena deisto aperit ipsa ratio [l].
Sed ad maiora redeamus. Ex æthere igitur innumerabiles flãmæ siderum exsistunt: quorũ est princeps *sol*, omnia clarissima luce collustrans, multis partibus maior, atq. amplior q̃ terra vniuersa: deinde reliqua sidera magnitudinibus immensis. Atq hi tanti ignes, támque multi non modò nihil nocent terris, rebúsq. terrestribus, sed ita prosunt, vt si motæ loco sint, conflagrare terras necesse sit à tantis ardoribus, moderatione, & temperatione sublata. Hîc ego non miror esse quemquam, qui sibi persuadeat, corpora quæ dã solida, atq. indiuidua, vi & grauitate ferri, mundúmq. effici ornatissimum, & pulcherrimum ex eorũ cor-

a L. ac mente diuina. & uide.

b L. Accium. al. Attium in Argonautis.*

c apud Priscianum libello de metris Comicis alius est horum versuum ordo, quem vide.

d al. strepitu.

e L. reflat.

P. XLIIII. f al. sub terra dicos penitus vndantes venire freta.*

g fort. Sicuti citi, atque alacr.

h Inanimum, sine anima. hoc verbo vtitur Cicero 2. Officior. & in Hortensio citãte Nonio 2. in Inanima 432.*

i Mundi admirabilis & sũma cõstans prouidentia dispositio.*

k panlo aliter apud Varronem 4. de lingua ciuitatis initium, numero 3.*

l v.c. oratio.

porum concursione fortuita? Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo, cur nõ idem putet, si innumerabiles vnius, & viginti formę litterarũ vel aureę, vel qualeslibet, aliquò cõiiciãtur[a], posse ex his in terrã excussis annaleis Ennij, vt deinceps legi possint, effici: quod nescio an ne in vno quidem versu possit tantum valere fortuna. Isti autem quãadmodum asseuerant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam [b] ποιότητα Græci vocant, nõ sensu prędităis, sed concurrentibus temerè, atq. casu, mundum esse perfectum? vel innumerabileis potiùs in omni puncto temporis alios nasci, alios interire? Quòd si mundum [c] efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur vrbem non potest? quæ sunt minùs operosa, & multo quidem faciliora. Certè ita temerè de mundo effutiunt, vt mihi quidem numquam hunc admirabilẽ cæli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur. Præclarè ergo Aristoteles, *Si essent, inquit, qui sub terra semper habitauissent, bonis, & illustribus domicilijs, quæ essent ornata signis, atque picturis, instructa queribus ijs omnibus, quibus abundant ij, qui beati putantur, nec tamen exissent vmquam supra terram: accepissent autem fama, & auditione esse quoddam numẽ, & vim deorum: deinde aliquo tempore, patefactis terræ faucibus, ex illis abditis sedibus euadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent: cùm repente terram, & maria, cælúmque vidissent: nubium magnitudinem, ventorúmque vim cognouissent, adspexissentque solem, eiúsque tum magnitudinem, pulchritudinem, atque, tum etiam efficientiam cognouissent, quòd is diem efficeret, toto cælo luce diffusa: cùm autem terras nox opacasset, tum cælum totum cernerent astris distintum, & ornatum, lunæque luminum varietatem tum crescentis, tum senescentis, eorúmque omnium ortus, & occasus atque in omni æternitate ratos, immutabileique cursus: hæc cùm viderent, profectò & esse deos, & hæc tanta opera deorum esse arbitrarentur.* Atque hęc quidẽ ille. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quõdam eruptione Ætnæorum igniũ finitimas regiones obscurauisse dicuntur, vt per biduum nemo hominẽ homo agnosceret: cùm autem tertio die sol illuxisset, tum vt reuixisse sibi viderentur. Quòd[d] si hoc idem ex æternis tenebris contingeret, vt subitò lucem adspiceremus: quænã species cæli videretur? Sed assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum, assuescunt animi: neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident: perinde, [e] quasi nouitas nos magis, quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. Quis enim hunc hominem dixerit, qui cùm tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, támque omnia inter se connexa, & apta viderit, neget in his vllam inesse rationem, eáque casu fieri dicat, quæ quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? an cùm machinatione [f] quadam moueri aliquid videmus, vt sphæram, vt horas, vt alia permulta: non dubitamus, quin illa opera sint rationis: cùm autem impetũ cæli admirabili cum celeritate moueri, vertíq. videamus, constantissimè conficientem vicissitudines anniuersarias, cum summa salute, & conseruatione rerum omnium: dubitamus, quin ea non solùm ratione fiant, sed etiam excellenti quadã, diuinãq. ratione? licet. n. iam, remota subtilitate disputandi, oculis quodammodo cõtemplari pulchritudinẽ rerum earum, quas diuina prouidentia dicimus cõstitutas. Ac principio *terræ* vniuersa cernatur, locata in media mundi sede, solida, & globosa, & vndique ipsa in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. Quorum omnium incredibilis multitudo, insatiabili varietate distinguitur. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, spelunearum concauas altitudines, saxorũ asperitates, impendẽtium montium altitudines, immensitatẽsq. cãporum: adde etiam reconditas auri, argentique venas, infinitámq. vim marmoris. Quęverò, & quàm varia genera bestiarũ vel cicurum, vel ferarum? qui volucrum lapsus, atq. cantus? qui pecudum pastus? quæ vita siluestrium? Quid iam de hominum genere dicã? qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum[a] efferari, nec stirpium asperitate vestari [b]: quorúmq. operibus agri, insulæ, litoráq. collucent, distinta tectis, & vrbib[b]. Quæ si, vt animis, sic oculis videre possemus, nemo cunctam intuens terram, de diuina ratione dubitaret. At verò quanta *maris* est pulchritudo? quæ species vniuersi? quæ multitudo, & varietas insularum? quæ amœnitates orarum, & litorum? quot genera, quámq. disparia partim submersarum, partim fluitantium, & [c] innatantium beluarum [d]: partim ad saxa natiuis testis inhærentium? Ipsum autem mare sic terram appetens litoribus [e] cludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. Exinde mari finitimus *aer*, die, & nocte distinguitur: ísq. tum fusus, & extenuatus in sublime fertur: tum autem cõcretus, in nubeis cogitur: humorémq. colligens terram auget imbribus: tum effluens huc, & illuc, ventos efficit. Idem annuas frigorum, & calorum facit varietates: idémq. & volatus alitum sustinet, & spiritu ductus alit, & sustentat animanteis. Restat vltimus, & à domicilijs nostris altissimus, omnia cingens, & coercens cæli complexus: qui idem *æther* vocatur, extrema ora, & determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maxima igneæ formę cursus ordinatos definiunt. Ex quibus *sol*, cuius magnitudine multis partibus terra superatur, circũ eam ipsam voluitur. ísq. oriens, & occidens, diem, noctémq. conficit: & modò accedens, cũ aũtrecedens, binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit: quarum interuallo tum quasi tristitia quædã contrahit terram, tum vicissim lætificat, vt cum cælo hilarata videatur. *Luna* autẽ, quæ est, vt ostendunt mathematici, maior, quàm dimidia pars terrę, issdẽ spatiis vagatur, quibus sol: sed tum congrediens cũ sole, tum digrediens, & eam lucem, quã à sole accipit, mittit in terras, & varias ipsa mutationes lucis habet: atq. etiã tum subiecta, atq. oppositа soli, radios eius, & lumen obscuratitũ ipsa incidens in vmbrã terręq. cũ est è regione solis interpositu, interiectúq. terrę, repẽtè deficit. iisdémq. spatiis hę *stellæ quinq. vagas dicimus*, circum terrã feruntur, eodémq. modo oriuntur, & occidunt. Quarum motus tum incitatur, tum retardatur, sæpe etiã insistũt. Quo spectaculo nihil põt admirabilius esse, nihil pulchrius. Sequitur *stellarũ inerrantium maxima multitudo*: quarũ ita descriptas distinctio est, vt ex notarum figurarum similitudine

a. v. e. coniciãtur.

b Academici,*

c Atomis nihil effici.*

P. XLV.

P. XLVI.

a al. bellarum
b al. rudibus rei.

c v. e. & Varinius, Solinus, Plinius, & al. Scaliger. d al. Bellonius. e v. e. Herodotus, Strabo, Solinus, Iosephus, Aristides.

d Hoc v. e. al. Nec si idem.

P. B. e v. e proinde, & in l.

f Planetæ.*

P. B.

f Mundum esse machinatum.

A B C D E F G H

dine nominū inuenerint Atque hoc loco me intuens, Vtar, inquit, carminibus Arati, eis, quę à te admodum adolescentulo conuersa, ita me delectant, quia Latina sunt, vt multa ex iis memoria teneam. Ergo[a], vt oculis assiduè videamus sine vlla mutatione, aut varietate,

Cætera labuntur celeri cælestia motu,
Cum cælóque simul nocteisque, diéisque feruntur.

Quorum contemplatione nullius expleri potest animus, naturæ constantiam videre cupientis.

Extremúsque adrò duplici de cardine vertex
Dicitur esse Polus. --- Hunc circum ἄρκτοι[b] *ferūtur*, numq uam occidentes.

Ex his altera apud Graios Cynosura *vocatur.*
Altera dicitur esse Helice. --- Cuius quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus.

Quas nostri septem soliti vocitare Triones.
Paribúsque stellis similiter distinctis eundem cæli verticem lustrat parua Cynosura.

Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.
Sed prior illa magis stellis distincta refulget,
Et latè prima conspectum à nocte videtur,
Hæc vero parua est: sed nautis vsus in hac est.
Nam cursu interiore breui conuertitur orbe.
--- Et quo sit earum stellarum admirabilior adspectus,

Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,
Torui[d] Draco *serpit subter, sinúsque* [e] *reuoluens*
Sese, consciensque sinus è corpore flexos. --- Eius cùm totius est præclara species, in[f] primis suspicienda est figura capitis, atque ardor oculorum.

Hūc non vna modò caput ornans stella relucet,
Verùm tempora sunt duplici fulgore notata,
Et trucibúsque oculis duo feruida lumina flagrāt,
Atque vno mentum radianti sidere lucet:
Obstipum caput, & tereti ceruice reflexum.
Obtutum in cauda maioris figere dicas.

Et reliquum quidem corpus draconis totis noctibus cernimus.

Hoc caput hic paullum sese subitòque recondit,
Ortus vbi, atque obitus parte[g] *admiscentur in vna.* --- Id autem caput,
Attingens defessa velut mœrentis imago
Vertitur. --- --- quam quidem Græci
Engonasin[h] *vocitant, genibus quia nixa feratur.*

Hic illa eximio posita est fulgore Corona[i].
Atque hæc quidem à tergo: propter caput autem Anguitenens:

Quem claro perhibent Ophiuchum[k] *nomine Graij.*
Hic pressu duplici palmarum continet anguem,
Eius & ipse manet religatus corpore toto:
Námque virum mediùs serpens sub pectora cingit.
Ille tamen nitens grauiter vestigia ponit,
Atque oculos vrget pedibus, pectúsque Nepai[l]
--- Septentriones autem sequitur
Arctophylax[m], *vulgò qui dicitur esse* Bootes:
Quod quasi temone ad ictā præ se quatit Arctū.
Deinde quæ sequuntur. Huic Booti enim ---
Subter præcordia fixa videtur
Stella micans radiis Arcturus *nomine claro:* ---
Sparsum illustre tenens splendēti corpore Virgo[n].
Atque ita demetata signa sunt, vt in tantis descriptionibus diuina sollertia appareat.

Et natus Gᵉ MINOS[o] *inuises sub caput Arcti.*

Subiectus media est CANCER[a] *pedibúsque tenetur*
Magnus Leo *b tremulā quatiens è corpore flammam.* --- Auriga[c]
Sub læua Geminorum obiectus parte feretur.
Aduersum caput huic Helice *truculenta tuetur.*
At Capra *lævum humerum*[d] *clara obtinet.* Tum quæ sequuntur,
Verùm hæc est magno, atq illustri prædita signo.
Contrà Hædi *exiguum iaciunt mortalibus ignē.*
- Cuius sub pedibus
Corniger est valido connexus corpore TAVRVS[e].
Eius caput stellis cōspersum est frequentibus.
Has Græci stellas, Hyadas[f] *vocitare fuerunt:* --- A pluendo. Vetus enim est pluere: Nostri imperitè suculas: quasi à suibus essent, non ab imbribus nominatæ. Minorem autem Septentrionem Cepheus[g] passis palmis tergo subsequitur.

Namque ipsum ad tergum Cynosuræ vertitur Arcti. --- Hunc antecedit
Obscura specie stellarum Cassiopéa[h]
Hanc autem illustri versatur corpore propter
Andromeda[i], *ausugiens*[k] *adspectum mœsta parentis.*
Hic Equus ille ibā quatiens fulgore micanti,
Summum contingit caput aluo: stellāque iungens
Vnal tenet duplicis communi lumine formas.
Æternum ex astris cupiens connectere nodum.
Exin contortis ARIES[m] *cum cornibus hæret.* --- Quem propter
PISCES[n], *quorum alter paullum prælabitur antè,*
Et magis horriferis[o] *aquilonis tangitur alis.*
--- Ad pedes Andromedæ Perseus[p] describitur.

Quem summa ab regione aquilonis flamina pulsant. --- Cuius propter lævum genu
--- *Vergiliæ*[q] *tenui cum luce videbis.*
Inde FIDES[r] *leuiter posita, & connexa videtur.*
Inde est ales[s] *auis lato sub tegmine cæli.*

Capiti autem Equi proximat Aquarij dextra, totúsque deinceps AQVARIVS.[t]

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans,
Corpore sēmifero magno CAPRICORNVS[u] *in orbe.*
Quem cum perpetuo vestiat lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore currum.
--- Hinc autem adspicitur,
Vt sese emergens ostendat SCORPIVS[x] *alte*
Posteriore trahens flexum vi corporis arcum[y],
Quem propter nitens pennis[z] *conuoluitur ales*[aa].
At propter se Aquilā[bb] *ardenti cum corpore portat.* --- Deinde Delphinus[cc].

Exinde Orion *obliquo corpore nitens.* --- Quem subsequens,
Feruidus ille Canis *stellarum luce refulget.*
-- Pòst Lepus subsequitur,
Curriculum numquam defesso corpore sedans.
At Canis *ad caudam serpens prolabitur* Argo.
Hāc Aries tegit, & squamoso corpore PISCES[dd],
Fluminis illustri tāgentē corpore ripas. --- Quā[ee] longè serpentem, & manantem
--adspicies, præcéráque Vincla videbis.
Quæ retinent Pisces caudarum à parte locata.
Inde Nepæ[ff] *cernes paucos fulgentis acumen,*
Aram, quam flatu permouet ipse Notus.
--- propter quę CENTAVRVS[gg]
Cedit, Equi partes properās sub mergere Chelis[hh]
Hīc dextrā porgēs, quadrupes quæ vasta tenetur,
Tendit, & illustrem truculentus cædit ad aram,
Hic sese infernis è partibus erigit Hydra. --- Cuius longè corpus est tortum:
In medioque sinu fulgens Cratera relucet.

a vide Hygin. num in Cancer.*
b Hyginus ibidē in Leo.*
c Hyginus ibidem in Hēdipso.*
d al. humero.*
e Hyginus ibidem in Taurus.*
f Hygin. ibidē in Tauro, vbi de Hyadibus & Pleiadibus.*
g Hygin. ibidem in Cepheus.*
h Hygin. ibidem in Cassiopea.*
i Hyginus ibidem in Andromeda.*
k al. effugiens
al. fugiens
l ἀπὸ τοῦ Aratus.*
m Hyginus ibidē in Aries.*
n Hyginus ibidem in Pisces.*
o al. horrisonis.*
p Hyginus ibidem in Perseo.*
q vide Hyginum in Tauro vbi de Virgiliis.*
r Lyra.*
s Hyginus ibidem in Olor siue Cygnus.*
t vide Hygin. ibidem in Aquarius.*
u Hyginus ibidem in Capricornus.*
x Hyginus ibidem in Scorpius.*
y vide Hygin. ibidem in Sagitta.*
z v.c. pinnis.
aa vide Hygi. ibidem in Equo seu Pegaso.*
bb Hyginus ibidem in Aquila.*
cc Hygin. eodē loco in Delphine.*
dd vide Hygi. ibidem in Pisces.*
ee fort. Quid longe serpens, & manans.
ff Quię Nepa, paulo ante dixi.*
gg qui & Sagittarius. vide Hygin. 2. & 3. Astron. in Sagittario.*
hh vide Hygi. 2. in Lyra.*

a al. Extremum.*
b al. tondet:
c al. Anticanis.
P. XLIX.

Extremam[a] nitens plumato corpore Corvus
Rostro tundit[b]: & hic Geminis est ille sub ipsis,
Ante[c]-Canem Graio Procyon qui nomine fertur.

Hæc omnis descriptio siderum, atq. hic tãtus cæli ornatus, ex corporibus huc, & illuc casu, & temerè concursantibus potuisse effici, cuiquam sano videri põt? aut verò alia[d] quæ natura mẽtis & rationi sexpers hæc efficere potuit, quæ non modò vt fierent, ratione eguerunt, sed intelligi qualia sint, sine summa ratione non possunt? Nec verò hæc solùm admirabilia, sed nihil maius, quàm quòd ita stabilis[e] est mundus, atq. ita cohæret ad permanendũ, vt nihil ne excogitari quidem possit aptius. omnes enim partes eius vndique medium locum capessentes, nituntur æqualiter. maximè autem corpora inter se iuncta permanent, cum quodam quasi vinculo circumdata colligantur: quod facit ea natura, quæ per omnẽ mundum omnia mente, & ratione conficiens funditur, & ad medium rapit & conuertit extrema. Quocirca si mundus globosus est, ob eámq. causam omnes eius partes vndiq. f æquales, ipse per se, atq. inter se continentur: cõtingere idem terræ necesse est, vt, omnibus eius partibus in medium vergentibus, (id aũt medium, infimum in sphæra est) nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta cõtentio grauitatis, & ponderum. Eadémq. ratione mare, cùm supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur vndiq. æqualiter, neq. redundat vmquam, neq. effunditur. Huic autem continens[g] aer, fertur[h] ille quidem leuitate sublimi[i], sed tamen in omneis parteis se ipse fundit. itaque & mari continuatus, & iunctus est, & natura fertur ad cælum: cuius tenuitate, & calore temperatus, vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. Quem cõplexa summa[k] pars cæli, quæ æther[l] dicitur. & suum retinet ardorẽ tenuem, & nulla admistione cõcretum, & cum aeris extremitate coniungitur. In æthere autem astra voluũtur: quæ se & nixu suo conglobata continent: & forma ipsa, figurấq. sua momenta sustentant. sunt enim rotunda: quibus formis, vt antè dixisse videor, minimè noceri põt. Sunt autem stellæ natura flammeæ. quæ circa terrę, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui à sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur: quibus altæ, renouataq. stellæ, atque omnis æther, refundunt[m] eadem, & rursum trahunt[n] in idem, nihil vt ferè intereat, aut admodum paullulum[o], quod astrorum ignis[p]. & ætheris flamma consumat. Ex quo euenturum nostri putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, vtq *ad extremum omnis mundus ignescieret*, cùm, humore consumto, neque terra ali posset, neq.[r] remearet aer: cuius ortus, aqua omni exhausta, esse non posset: ita relinqui nihil præter ignem: à quo rursum animante, ac[s] deo renouatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur[t]. Nolo in stellarum ratione multus vobis videri, maximéq. earum, quę errare dicuntur. quarum tantus est concentus ex dissimillimis motibus, vt, cùm summa Saturni refrigeret: media Martis incendat, his interiecta Iouis illustret, & temperet, infráq. Martem duæ soli obediant, ipse sol mundum omnẽ sua luce cõpleat, ab eóq. luna illuminata grauiditates, & partus afferat, maturitatésq. gigneadi. Quæ copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ, quem non commouet: hunc horum nihil vmquam reputauisse certo scio. Age vt à cælestibus rebus *ad[a] terrestreis veniamus*: quid est in his, in quo non naturæ ratio intelligentis appareat? Principiò, eorum, quæ gignuntur è terra, *stirpes* & stabilitatem dant iis, quæ sustinent, & ex terra succum trahunt, quo alantur ea, quæ radicibus cõtinentur: obducuntúrq. libro, aut cortice trunci, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Iã verò *vites* sic clauiculis adminicula, tanquam manibus, apprehendunt, atque ita se erigunt, vt animãtes. Quin etiam à caulibus, brassicísq. si propè sati sint, vt à pestiferis, & nocentibus, refũgere dicuntur, nec eos vlla ex parte cõtingere. *Animantium* verò quanta varietas est? quanta ad eam rem vis, vt in suo quæq. genere permaneant? quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama[b] videmus obductas: alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum[c]. Pastum autem animantibus large, & copiosè natura eum, qui cuique aptus erat, cõparauit. Enumerare possum ad eum pastum capessendum, conficiendúmq. quæ sit in figuris animantium, & quàm sollers, subtilisq. descriptio partium, quámq. admirabilis fabrica membrorum. omnia enim, quæ quidem intus inclusa sunt, ita nata, atque ita locata sunt, vt nihil eorum superuacaneum sit, nihil ad vitam retinendam non necessarium. Dedit autem eadem natura beluis & sensum, & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturalem pastus capessendos, altero secernerent pestifera à salutaribus. Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando, alia nando: cibúmq. partim oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum: alia fugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Atque etiam aliorum ea est humilitas, vt cibum terrestrem rostris facilè cõtingant. Quæ autem altiora sunt, vt anseres, vt cygni, vt grues, vt cameli, adiuuantur proceritate collorum. Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficileis aditus babebant ad pastum. At, quibus bestiis erat is cib?, vt alius generis bestiis ve scerentur, aut vireis natura dedit, aut celeritatem. data est quibusdam etiam machinatio quædam, atq. sollertia: vt in araneolis, aliæ quasi rete texunt, vt, si quid inhæserit, conficiant: aliæ[e] autem vt ex inopinato obseruant, &, si quid incidit, arripiunt, idque consumunt. *Tinna*[f] verò, (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum[g] parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Itaque cùm piscículi parui in concham hiantem innatauerint[h], tum admonita à squilla pinna morsu comprimit conchas. Sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur. In quo admirandum est, congressúne[i] aliquo inter se, an iam ab ortu naturæ ipsæ congregatæ sint. Est *etiam* admiratio nonnulla in *bestiis aquatilibus* iis, quæ gignuntur in terra: velut testudinibus, quæ cum sint testudinum similes, fluuiatiles quæ testudines, quædámque serpentes ortæ extra aquam, simul ac primùm niti possunt, aquam persequuntur. Quin etiam anatum oua gallinis sæpe supponimus: ex quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, vt à matribus; deinde eas relinquunt.

a al. Extremum.*
b al. tondet:
c al. Anticanis.
P. XLIX.
d al. alia quæ nat.
e Prouidentia probatur à mundi stabilitate.*
f q. v. e. vndique æquabiles, ipsæ, &c.
g συνεχὴς
h al. circumfertur. *
i al. sublimis,
k Aether pars summa cæli.*
l al. æthereа.*
m L. refundunt eódem al. refundant eód.
n L. trahunt indidem, & ita v. c. al. trahant ind.
o al. Paullum p fort. ignis, & ætheris flamma consumat.
q. Idem in Somnio Scipionis. De resurrectione corporum videtur etiam aliquid Democritus cognouisse. Pl. 7. c. 55.*
r v. c. nec remearet aer: al. nec remaneret aer: mendosè.
s L. ac de eo ren. & ita v. c.
t v. c. oreretur.

à Prouidentia probatur à rerum varietate, & conseruatione perpetua.*
P. Be.
b v. c. squamis.
c v. c. pinnarum.
d fort. his non vires.
e v. c. alia.
f Idem Clem. Alexandr. lib. 5. Strom. Ælian. lib. 9. de animal. c. 39. Plinius, lib. 32. c. 1. Oppianus, lib. 3. Halieut. & Ouidius, lib. 2. de arte amandi. Idem Plinius, lib. 9. c. 29. & Ælianus, lib. 1. de animal. c. 39. tradunt.

linquunt, à quibus excluſi, fotíque ſunt, & effugiunt cùm primum aquam, quaſi naturalem domum, videre potuerunt. Tantam ingenuit animantibus conſeruandi ſui natura cuſtodiam. Legi etiam ſcriptum, eſſe auem quandam, quæ Platalea [a] nominetur: eam ſibi cibum quærere aduolantem ad eas aueis, quæ ſe in [c] mari mergerent: quæ cùm emerſiſſent, piſcémque cepiſſent, vſque eò premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent: id quod ipſa inuaderet. Eadémque hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eáſque, cùm ſtomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex iis, quæ ſunt eſculenta. *Ranæ* autem *marinæ* dicuntur obruere ſeſe arena ſolere, & moueri propè aquam: ad quas, quaſi ad eſcam, piſces cùm acceſſerint, confici à ranis, atque cõſumi. *Miluo* eſt quod dam bellum naturale cum coruo. Ergo alter alterius, vbicumque nactus eſt, oua fraugit. Illud verò ab Ariſtotele animaduerſum, à quo pleraque, quis poteſt non mirari? *Grues*, cùm loca calidiora petentes maria tranſmittunt [d], trianguli formam efficere. eius autem ſummo angulo aer ab iis aduerſus pellitur: deinde ſenſim ab vtroque latere, tanquam remis, ita pennis [e] curſus auium leuatur. Baſis autem trianguli, quam grues efficiunt, ea tanquam à puppi, ventis adiuuatur: hæque in tergo præuolantium, colla, & capita reponunt. Quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipſe quoque quieſcat. In eius locum ſuccedit [f] ex iis, quæ acquieuerunt: eáque viciſſitudo in omni curſu conſeruatur. Multa eiuſmodi proferre poſſum: ſed genus ipſum videtis. Iam verò illa etiam notiora, quanto ſe opere cuſtodiant beſtiæ, vt in paſtu circumſpectent, vt in cubilibus delitescant. Atque illa mirabilia. Quid ea, quæ nuper, id eſt paucis antè ſeculis, medicorum ingeniis reperta [g] ſunt? vomitione [h] canis purgare aluos ibes Ægyptiæ curant. Auditum eſt, *pantheras*, quæ in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere: quo cùm eſſent vſę, non morerentur: *capras* autem in Creta feras, cùm eſſent confixæ venenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictamus i vocaretur. quam cùm guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore. *Ceruæque* paullo antè partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. Iam illa cernimus, vt contra metum, & vim, ſuis ſe armis quæque defendat. Cornibus tauri, apri dentibus, morſu leones, aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur: atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines. Multæ etiam inſectantes odoris intolerabili fœditate depellunt. Vt verò perpetuus mundi eſſet ornatus, magna adhibita cura eſt à prouidentia deorum, vt ſemper eſſent & beſtiarum generæ, & arborum, omniúmque rerum, quæ [m] alterentur. Quæ quidem omnia eam vim ſeminis habent in ſe, vt ex vno plura generentur: idque ſemen incluſum eſt in intima parte earum bacarum, quæ ex quaque ſtirpe funduntur: iiſdémque ſeminibus & homines affatim veſcuntur, & terræ eiuſdem generis ſtirpium renouatione complentur. Quid loquar, quanta ratio in beſtiis ad perpetuam conſeruationem earum, generis appareat? nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt: quod perpetuitatis cauſa machinata [n] natura eſt. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptiſſimæ: & in mari, & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines. Cùm autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe, eóque ſæptum fingit animal: quod cùm ex vtero elapſum excidit: in iis animantibus, quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactęſcere incipit: eáque, quæ paullo ante nata ſunt, ſine magiſtro, duce natura, mammas appetunt, eaſúmque vbertate ſaturantur. Atque, vt intelligamus nihil horum eſſe fortuitum, & hæc omnia eſſe prouidæ, ſollertíſque naturæ: quæ multiplices fœtus procreant, vt ſues, vt canes, his mammarum data eſt multitudo: quas eaſdem paucas habent eæ beſtiæ, quæ pauca gignunt. Quid dicam, *quantus amor beſtiarum ſit in educandis* [a], *cuſtodiendíſque iis, quæ procreauerint* [b], vſque ad eum finem, dum: poſſint ſe ipſa defendere [c]? etſi piſces, vt aiunt, oua cùm genuerunt, relinquũt. facilè enim illa, aqua & ſuſtinentur, & fœtum fundunt. Teſtudines autem, & crocodilos dicunt, cùm in terra partum ediderint, obruere oua, deindè diſcedere. Ita & naſcuntur, & educantur ipſa per ſeſe. Iam gallinæ, auę́que reliquę & quietum requirunt ad pariendũ locum, & cubiliaſibi, nidóſq. cõſtruũt, eóſq. quàm poſſunt, molliſſimè ſubſternunt, vt q̃ facillimè oua ſeruẽtur. Ex quibus pullos cùm excluſerint, ita tuentur, vt & pennis [d] foueant, ne frigore lædantur, & ſi eſt calor, à ſole ſe opponant. Cùm autem pulli pinnulis vti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur, reliqua cura liberantur. Accedit etiam ad nonnullorum animantium, & earum rerum, quas terra gignit conſeruationem, & ſalutem, hominum etiam ſollertia, & diligentia. Nam multæ & pecudes, & ſtirpes ſunt, quæ ſine procuratione hominum ſaluæ eſſe non poſſunt. Magnæ etiã *opportunitates* [e] ad cultum *hominum atque abundantiam* aliæ aliis in locis reperiuntur. Ægyptum Nilus irrigat [f], &, cùm tota æſtate obrutam, oppletámque tenuerit, tum recedit, mollitóſque, & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates: in quam quotannis quaſi nouos agros inuehit. Indus [g] verò, qui eſt omnium fluminum maximus, non aqua ſolùm agros lætificat, & mitigat, ſed eos etiam conſerit. magnã enim vim ſeminum ſecum frumenti, & ſimilium dicitur deportare. Multáque alia in aliis locis commemorabilia [h] proferre poſſum: multos fertileis agros alios aliorum fructuum. Sed illa quanta benignitas naturæ, quod tã *multa* i *ad veſcendum*, tam varia, támque iucunda gignit, neque ea vno tempore anni: vt ſemper & nouitate delectemur, & copia? Quàm tempeſtiuos autem dedit, quàm ſalutareis non modò hominum, ſed etiam pecudum generi, iis denique omnibus, quæ oriuntur à terra, ventos etęſias? quorum flatu nimij temperantur calores. Ab iiſdem etiam maritimi curſus celeres, & certi diriguntur. Multa prętereunda ſunt: & tamen multa dicuntur. Enumerari enim non poſſunt *fluminum opportunitates*, *æſtus maritimi* multùm [k] accedentes, & recedentes. *montes* veſtiti, atque ſilueſtres, *ſalinæ* ab ora maritima remotiſſimę, *medicamentorum* ſaluta riũ pleniſſimæ terræ, *artes* deniq. innumerabiles, ad victũ & advitã neceſſarię. Iã *diei* noctiſq. *viciſſitudo* conſeruat animanteis, tribuẽs aliud agendi tempus, aliud quieſcendi. Sic vndique

a Prouidẽtia probatur ab innata cuiq. animanti vi educãdi fœtus.*

b v.c. procreauerunt,

c Ariſtoteles 2. Politic.*

d v.c. pinnis

e Prouidẽtia probatur à locorum opportunitate.*

f Vide Herodotum 2.*

g Fluuii totius orbis hi maximi conſtituũtur à Strabone 15. hoc ordine, Ganges, Indus, Iſter, Nilus.*

h ἄξια λόγου, ſeu ἀξιόλογα.

i Prouidẽtia probatur ab alimentorum copia & varietate, ventorũ, fluminum, æſtuum mariti morum, montium, medicamentorum & artium diei, noctiſque opportunitate.*

k al. tum accedẽtes, tum recedentes. montes veſt.

omni ratione concluditur, mente, consilióq; diuino omnia in hoc mundo ad salutem omnium, conseruationémque admirabiliter administrari. Sin quæret quispiam, cuiusnã causa tantarum rerum molitio facta sit: arborúmne & herbarum? quæ quanquam sine sensu sunt tamen à natura sustinẽtur. at id quidem absurdum est. An bestiarum? nihilo probabilius, deos mutarum, & nihil intelligentium causã tantum laborasse. Quorum igitur causa quis dixerit effectum esse mundum? Eorum scilicet animantium, quæ ratione vtuntur. Hi sunt dij, & homines: quibus profectò nihil est melius. ratio est enim, quæ præstat omnibus. itaque fit credibile, *deorum, & hominum causa factum esse mundum, quæque in eo sint omnia.* Facilúsque intelligetur, à diis immortalibus hominibus esse prouisum, si erit[a] tota HOMINIS[b] fabricatio perspecta, omnisque humanæ naturæ figura, atque perfectio. Nam cùm tribus rebus animantium vita teneatur[c], cibo, potione, spiritu: ad hęc omnia percipienda *os* est aptissimum: quod adiunctis naribus spiritu augetur. *Dentibus* autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, & molitur cibus. Eorum aduersi acutimorsu diuidunt escas, intimi autem confíciunt qui genuini vocantur: quæ confectio etiam à lingua adiuuari videtur. *Linguam* autem ad radices eius hærens excipit *stoma huius*: quò primùm illabuntur ea, quæ accepta sunt ore. Is vtraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo, atque intimo terminatur. Atq; is agitatione, & motibus linguæ cùm depulsum, & quasi detrusum cibum accepit, depellit. Ipsius autem partes eæ, quæ sunt infrà id, quod deuoratur, dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur. Sed cùm *aspera arteria* (sic enim à medicis appellatur) ostium habeat, adiunctum linguæ radicibus, paullo suprà, quàm ad linguam stomachus annectitur, eáque ad pulmones vsque pertineat, excipiátque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eadémque à pulmonibus respiret, & reddat[e]: tegitur quasi quodam operculo. Quod ob eam causam datum est, ne, si quid in eã sibi fortè incidisset, spiritus impediretur. Sed cùm *alui* natura, subiecta stomacho cibi, & potionis sit receptaculũ: pulmones aũt & cor extrinsecus spiritũ adducãt: in aluo multa sunt mirabiliter effecta, quæ constant[f] ferè è neruis. Est autem multiplex, & tortuosa, arcétque, & continet, siue illud aridum est, siue humidũ, quod recipit, vt id mutari, & cõcoqui facilè possit: eáque tum adstringitur, tum relaxatur, atque omne, quod accepit, cogit, & confundit: vt facilè & calore, quem multum habet, & terendo cibo, & præterea spiritu omnia cocta, atq; confecta in reliquum corpus diuidantur[g]. In *pulmonibus* autem ineſt raritas quædã, & assimilis spongijs mollitudo ad hoc, vt recipiendum spiritum aptissima: qui tum se cõtrahunt adspirantes, tum[h] spiritu dilatant, vt frequẽter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes. Ex intestinis autem, & aluo secretus à reliquo cibo succus is, quo alimur, permanat ad *iecur* per quasdã à medio intestino vsque ad portas iecoris, (sic enim appellant) ductas, & directas vias, quæ pertinent ad iecur, eíq; adhærent. Atque[k] inde aliæ pertinentes sunt, per quas cadit cibus à iecore dilapsus[l]. Ab eo cibo cùm est secreta bilis, isq; humores, qui ex reuibus profunduntur: reliqua se in sanguinem vertunt, ad easdémque portas iecoris confluunt, ad quas omnes eius vię pertinent: per quas lapsus cibus, in hoc ipso loco *in eam venam, quæ cava* appellatur, confunditur, pérque eam *ad cor* cõfestim iam coactúsq; perlabitur: à corde autem in totum corpus distribuitur *per venas* admodũ multas, in omnes partes corporis pertinentes. Quemadmodũ autẽ reliquæ cibi depellantur tum adstringentibus se intestinis, tum relaxantibus, haud sanè difficile dictu est: sed tamen præter eundum est, nequid habeat iucunditatis[a] oratio. Illa potiùs explicetur incredibilis fabrica naturę. Nã *quæ spiritu inpulmones anima ducitur*, ea calefacta primùm ab ipso spiritu, deinde cogitatione[c] pulmonum: ex eáque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam *ventriculum cordis* appellant: cui simili altera adiunctus est, in quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit. Eóque modo ex his partibus & sanguis per *venas in* omne corpus diffunditur, & spiritus *per arterias*. Vtræque autem crebræ, mulcęque toto corpore intextæ vim quandam incredibilem artificiosi operis, diuiníque testantur. Quid dicam de *ossibus*? quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad actus finiendos accommodatas, & ad motũ, & ad omnem corporis actionem. Huc adde *nervos*, à quibus artus continentur: eorúmque implicationem toto corpore pertinentem: qui sicut venæ, & arteriæ à corde tractæ, & profectæ, in corpus omne ducuntur. Ad hanc prouidentiam naturæ tam diligentem, támque sollertem adiungi multa possunt, è quibus intelligatur, quantæ res hominibus à deo, quámque eximiæ tributæ sint: qui primùm eos humo excitatos, *celsos, & erectos*[e] *constituit*, vt deorum cognitionem, cælum intuentes capere possent. Sunt enim è terra homines non vt incolæ, atq; habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum, atque cæleſtium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. *Sensus* autẽ interpretes, ac nuntij rerum, in capite, tanquam in arce, mirificè ad vsus necessarios & facti, & collocati sunt. Nam *oculi*, tanquam speculatores, altissimum locum obtinent: ex quo plurima cõspicientes, fungantur suo munere. Et *aures* cum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur: rectè in aliis corporum partibus collocatæ sunt. Itémque *nares*, eò quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt: & quòd cibi & potionis iudicium magnum earum est, non sine causa vicinitatem otis secutæ sunt. Iam *gustatus*, qui sentire eorum, quib, vescimur genera debeat, habitat in ea parte oris, qua esculẽtis, & [g]poculentis iter natura patefecit. *Tactus* autem toto corpore æquabiliter fusus est, vt omneis ictus, omneisque nimios & frigoris, & caloris appulsus sentire possimus. Atque, Vrjin ędificiis architecti auertunt ab oculis, & naribus dominorum, ea, quæ profluentia necessariò tætri essent aliquid habitantibus: natura res similes procul, amãdauit à sensibus. Quis verò opifex, præter naturam, qua nihil potest esse callidius, tantam sollertiam persequi potuisset in sensibus? quæ primùm, *oculos* membranis tenuissimis vestiuit, & sæpiùs quas primùm perlucidas fecit, vt per eas cerni possent: firmas autem, vt[h] continerentur. Sed lubricos oculos fecit, & mobiles, vt & declinarent, ſiquid

a Prouidentia probatur ab hominis fabricatione. b Imitatus videtur Xenophontẽ de vita Socratis.* c al. continetur.

d al. infra in quas id quod deuoratur desendit.*

e al. redeat.*

f al. cõstat+

g L. didãtur h v. c. tum in respirata dilatant. & sic l. al. tum in respirando dilatant: al. tum respirantes dilatãtur. al. cũ se spiritu dilatãt.* i al. ad eíq; partes iecoris.* k L. Atque inde aliæ ad res pertinentes sunt, per

l L. delapsus.

a videtur legendum iucundi dilatatis.*

b v. ipso à spiritu. c fort. concitatione.*

P. VIII.

d v. c. & recos conſt. & ita L. e Ouidius, Os homini sublime dedit, cælúmque videre, Iussit & erectos ad sidera tollere vultus.*

f v. c. deberet g v. c. potentis.

h L. vt continerent.

P. B.

si quid noceret: & adspectum, quò vellent, facile conuerterent, aciésque ipsa, qua cernimus, quæ pupilla [a] vocatur, ita parua est, vt ea, quæ nocere possint, facilè vitet. *Palpebræque*, quæ sunt tegumenta [b] oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissimè factæ & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idq. prouidit, vt identidem fieri posset cum maxima celeritate. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum: quibus & apertis oculis, si quid incideret, repellerentur, & somno conniuentibus, cùm oculis ad cernendum non egerimus, vt qui, tanquàm inuoluti, quiescerent. Latent præterea vtiliter, & excelsis vndique partibus sæpiuntur. Primùm enim superiora superciliis obducta sudorem à capite, & fronte defluentem repellunt. *Genæ* deinde ab [c] inferiore parte turantur subiectæ, leuitérq. eminentes. *Nasus* ita locatus est, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur. *Aures* autem semper patent. eius non sensu etiam dormientes egemus. A quo càm sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex, & directum pateret. prouisum etiã, vt, si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordib. aurium, tanquam in viſco, inhæresceret. Extrà autem eminent, quæ appellantur *aures* & tegendi causa factæ, tutandiq. sensus, & ne adiectæ voces laberentur, atque errarent priusquàm sensus ab his pulsus esset. Sed duros, & quasi corneolos [d] habent introitus, multisq. cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus. Quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cornu: & ex tortuosis locis, & [e] inclusis referuntur ampliores. Similiter *nares*, quę semper propter necessarias vtilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit peruadere: humorémq semper habẽt ad puluerem, multáq alia repellenda: [f] non inutilem. Gustatus præclarè sæptus est ore enim continetur, & ad vsum aptè, & ad incolumitatis [g] custodiam. Omnisq. sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. Primùm enim *oculi* in iis artibus, quarum iudicium est oculorum, in pictis, fictis, cælatisq. formis, in corporum etiam motione, atq. gestu multa cernunt subtiliùs. colorum etiam, & figurarũ tum [h] venustatem, atque ordinem, &, vt ita dicam, decẽtiam, oculi iudicant: atq. e etiam alia maiora. Nam & virtutes, & vitia cognoscunt: iratum, propitium: lærantem, dolentem: fortem, ignauum: audacẽ, timidúmq. cognoscunt. *Aurium* item est admirabile quoddã, artificiosúmq. iudicium, quo iudicatur & in vocis, & in tibiarum, neruorúmque cantibus varietas sonorum, interualla, distinctio, & vocis genera permulta: canorum, fuscum: læue, asperum: graue, acutũ: flexibile durum: quæ hominum solùm auribus iudicantur. *Narium quoque* item, & *gustandi*, & [i] aperte *tangendi* magna iudicia sunt. Ad quos sensus capiendos, & perfruendos plures etiam, quàm vellem, artes repertæ sunt. Perspicuum est enim, quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint. Animum verò *animum* ipsum, *mentémq.* hominis, *rationem*, *consilium*, *prudentiam*, qui non diuina cura perfecta esse perspicit, is his ipsis rebus mihi videtur carere. De quo dum disputabitur, tuam mihi dari velim, Cotta, eloquen-

a v. c. pupula

b v. c. tegmẽta

c v. c. ab inferiori p.

d v. c. corneos

e L. & inclusi. sunt referuntur ampl.

f v. c. depellẽdã

g v. c. incolumitatis

P. R.

h v. c. dicitur de bestiis pertinere

i v. c. pariter tangẽdi & L.

k v. c. vellem

A tiam. Quo enim tu illa modo diceres? quanta primùm intelligentia, deinde consequentium rerum cum primis coniunctio, & comprehensio esset in nobis: ex quo videlicet, quid ex quibusque rebus efficiatur, idque ratione concludimus: singuláq. res definimus, circunscriptéq. complectimur: ex quo scientia intelligitur quam vim habeat, quasis sit: qua ne in deo quidem est res vlla præstãtior. P. LVI.

B Quanta verò illa sunt, quę vos Academici infirmatis, & tollitis, quòd & sensibus, & animo ea, quæ extrà sunt, percipimus, atque comprehendimus! Ex quibus cæteris inter se, & cõparatis, artes quoque efficimus, partim ad vsum vitæ, partim ad oblectationem necessarias. Iam verò domina rerum (vt vos soletis dicere) *eloquendi vis*, quàm est præclara, quámque diuina? quæ primum efficit, vt ea, quæ ignoramus, discere e & ea, quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur hac

C persuademus, hac cõsolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates, iracundiásque restinguimus. hæc nos iuris, legum, vrbium societate deuinxit hæc à vita immani, & fera segregauit. Ad vsum autẽ orationis, incredibile est, nisi diligenter attenderis, quanta opera machinata natura sit. Primùm enim à pulmonibus arteria vsq. ad os intimum pertinet: per quam vox principium à mente ducens,

D percipitur, & funditur. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. Ea vocem immoderatè profusam, fingit, & terminat: quæ [a] sonos vocis distinctos, & pressos efficit, cum & ad denteis, & ad alias parteis pellit oris. Itaq. plectri similem linguam nostri solent dicere: chordarum denteis, nareis cornibus iis, qui [b] ad neruos resonant in cantibus. Quàm verò aptas, quámq multarum artium ministras *manus* natura homini dedit! digitorũ enim contractio facilis, faciliſq. porrectio propter molleis commissuras, & artus, nullo in motu laborat. Itaq ad pingendum, ad fingendum, ad

F sculpendum, ad naruorum eliciendos sonos, ac tibiarum, apta manus est, admotione digitorum. Atque hæc oblectationis: illa necessitatis: cultus dico agrorũ, exstructionésq. tectorum, tegumenta corporum vel texta, vel suta, omnémque fabricam æris, & ferri: ex quo intelligitur adinuenta animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, vt tecti, vt vestiti, vt salui esse possimus [d]. vrbeis, muros, domicilia, delubra haberemus. Iam verò operibus [e] hominum, id est, manibus, cibi etiam varietas inuenitur, & copia. Nam & agri multa ferunt manu quæsita, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati. Et præterea vescimur bestiis & terrenis, & aquatilib. & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones: quorum celeritas, atque vis nobis ipsis affert vim, & celeritatẽ. Nos onera quibusdam bestiis, non iuga imponimus: nos elephantorũ acutissimis sensibus nos sagacitate canum ad vtilitatẽ nostram abutimur: nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam: nos æris, argenti, auri venas, penitus abditas, inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatum decoras: arbo-

H rum autem consectione, omníque materia, & culta, & siluestri, partim ad calefaciendum [f]

a L. sonésque vocis dist.

b fort. quæ

P. R.

c L. posſemus e L. operis

f v. c. calfaciendum c.

corpus igni adhibita,& ad mitigandum cibũ vtimur:partim ad ædificandum, vt tectis sæpti,frigora,calorésque pellamus.Magnos verò vsus affert ad nauigia facienda.Quorum cursibus suppeditantur omnes vndique ad vitam copiæ:quásque res violentissimas natura genuit earum moderationem nos soli habemus: maris, atque ventorum, propter nauticarum rerum scientiam: pluriműsque maritimis rebus fruimur,atque vtimur. Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus.Nos campis,nos montibus fruimur: nostri sunt amnes,nostri lacus: nos fruges serimus, nos arbores:nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus: nos flumina arcemus,dirigimus,auertimus:nostris denique manibus in rerum natura quasi aliam naturam efficere conamur.Quid verò *hominum ratio non in cælum vsque penetrauit?* Soli enim ex animantibus nos astrorum ortus, obitus, cursúsque cognouimus:ab hominum genere finitus est dies,mensis, annus: defectiones solis, & lunæ cognitæ,prædictæque in omne posterum tempus,quæ,quantæ,quando futuræ sint.Quæ contuens animus, accipit [a] ab his cognitionem deorum:ex qua oritur pietas: cui coniuncta iustitia est,reliquæque virtutes: ex quibus vita beata exsistit par,& similis deorum: nulla re, nisi immortalitate, quæ nihil ad bene viuendum pertinet,cedens cœlestibus.Quibus rebus expositis,satis docuisse videor,hominis natura quanto omnes anteiret animantes.Ex quo debet intelligi: nec figuram [b],ficúmque membrorum:nec ingenij,mentísque vim,talem effici potuisse fortuna. ¶ RESTAT,vt doceam atque aliquando perorem,omnia, quæ sint in hoc mundo,quibus vtantur homines HOMINVM [c] CAVSA facta esse. & parata.Principiò *ipse mundus, deorum,hominúmque causa factus est:* quæque in eo sunt omnia, ea parata ad fructum hominum,& inuenta sunt. Est enim mundus quasi communis deorum, atque hominum domus, aut vrbs vtrorumque.Soli enim ratione vtentes,iure, ac lege viuunt. VT igitur Athenas,& Lacedæmonem, Atheniensium, Lacedæmoniorúmque causa putandum est conditas esse: omnique, quæ sint in his vrbib^s. eorum populorum recte esse dicuntur: sic quæcumque sunt in omni mundo, deorum[d], atque hominum putanda sunt. Iam verò circuitus solis,& lunæ, reliquorúmque siderum, quamquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent,tamen & spectaculum hominibus præbent:nulla est enim inſatiabilior species,nulla pulchrior,& ad rationem, solertiámque præstantior:eorum enim cursus demetiti[e], maturitates temporum, & varietates mutationésque cognouimus,quæ si hominibus solis nota sunt,hominum causa facta esse iudicanda sunt.Terra verò fœta frugibus, & vario leguminum genere,quæ maxima largitate fundit,ea ferarúmne,an hominum causa gignere videtur? quid de vitibus, oliuetísque dicam? quarum vberrimi,lætissimíque fructus nihil omnino ad bestias pertinent,neque enim serendi,neque colendi,nec tempestiuè demetendi,percipiendique fructus,neque condendi,ac reponendi vlla pecudum scientia est:earúmq omnium rerum,hominum est & vsus, & cura.VT fides igitur,& tibias eorum causa factas dicendum est,qui illis vti possunt: sic ea,quæ diximus,solis iis confitendum est esse

P. LVII.

a Religionis origo.*

b Homo non à fortuna.*

c DEOS CONSVLERE REBVS HVMANIS.* P. B.

d adde Aristotelem Politic.1.*

e L.dimetati, & ita vet. al. demetati,

A

B

C

D

E

F

G

H

parata,qui vtuntur.nec siquæ bestiæ furantur aliquid ex his, aut rapiunt, illarum quoque causa ea nata esse dicemus. Neque enim hominesmurium [a] aut formicarum causa frumentum cõdunt, sed coniugum, & liberorũ, & familiarum suarum.itaque bestiæ furtim, vt dixi,fruuntur:domini palàm,& libere. Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas,fatendum est. Nisi fortè tanta vbertas,& varietas pomorum, earúmque iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & adspectus dubitationẽ affert, quin hominibus solis ea natura donauerit.tantúmque abest, vt hæc bestiarum etiam causa parata sint,vt ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus. Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis,b atque cõtextis,homines vestiantur? quę quidé neq. ali,neque sustentari, neq. vllum fructũ edere ex se sine cultu hominum, & curatione potuissent.Canum verò tã fida custodia, támq. amans dominorum adulatio, tantúmque odium in externos.& tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando quid significat aliud, nisi sese ad hominum commoditates esse generatos? quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata:ceruices autem natæ ad iugum: tum vires humerorum, & latitudines, ad aratra extrahenda,quibus cùm terræ subigerentur fissione glebarum, ab illo aureo genere, vt poetæ loquuntur, vis numquam vlla afferebatur.

Ferrea c tum verò proles exorta reperiè est,
Ausáque funestum primà est fabricarier ensem.
Et gustare manu victum,domitúmque iuuencum.

Tanta putabatur vtilitas percipi ex bobus, vt eorum visceribus vesci scelus haberetur.Longum est mulorum persequi vtilitates, & asinorum:quæ certè ad hominum vsum paratæ sunt.Sus verò quid habet præter escam? cui quidem,ne [c] putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. Qua p. cude,quòd erat ad vescẽdum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. Quid multitudinem, suauitatémque piscium dicam? quid auium? ex quibus tanta percipitur voluptas,*vt interdum Troncea nostra, paucis fuisse videatur.* Atque hæc non caperentur quidem, nisi hominum ratione,atque sollertia.quamquam aucis quasdam,& alites, & oscines, vt nostri augures appellant, rerum auguranda rum causa esse natas putemus [f]. Iam verò immanes,& feras beluas nanciscimur venando,vt & vescamur iis, & exerceamur in venando,vt & similitudinem bellicæ disciplinæ, & vtamur domitis,& condocefactis, vt elephantis:multáque ex earum corporibus remedia,morbis,& vulnerib eligamus,sicut ex quibusdã stirpibus,& herbis, quarũ vtilitates lõginqui temporis vsu,& periclitatione percipimus.Totã licet animis tãquã oculis lustrare terrã,mariáq.omnia cernere,& spatia frugifera,atq.immẽsa cãporũ, vestitúsq.densissimos mõtiũ,pecudũ pastus,tum incredibili cursus maritimos celeritate.nec verò cantùm suprà terram,sed etiã in intimis eius tenebris plurimarũ rerũ latet vtilitas,quæ ad vsum hominũ orta, ab homínib. solis inueniuntur.Illud verò,quod vterq.vestrũ fortasse arripiet ad reprehen-

a alimentum

b L.confectis atque, & sic v.c.

c Naturalis ratio ... ὁ ἀνθρωπος ... ὁ ἀνθρωπος ... ἀνθρωπος ... ἀνθρωπος ...

reprehendendum: Cotta, quia Carneades libenter in Stoicos inuehebatur: Vellei⁹ quia nihil tam irridet Epicurus, quàm prædictionem rerum futurarum: mihi videtur vel maximè confirmare, deorum prouidentia consuli rebus humanis. est enim profectò diuinatio, quæ multis locis, rebus, temporibus apparet, tum in priuatis, tum maximè in publicis. P. LIX. Multa cernunt haruspices: multa augures prouident, multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis: quib⁹ cognitis, multæ[a] sæpe res hominum sententia atque vtilitate partæ, multa etiam pericula depulsa sunt. Hæc igitur siue vis, siue ars, siue natura, ad scientiam rerũ futurarum homini profectò est, nec ab alio alicui, quàm à diis immortalibus data. quæ si singula vos fortè non mouent, vniuersa certè inter se cõnexa, atq. coniuncta mouere debebunt. Nec verò vniuersio generi hominum solùm, sed etiam singulis à diis immortalibus consuli, & prouideri solet. Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eámq. gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. Nam si omnibus hominibus, qui vbique sunt, quacumque in ora, ac parte terrarum, ab huiusce terræ, quam nos incolimus, continua tione distantium, deos consulere censemus ob eas causas, quas antè diximus: his quoq. hominibus consulunt, qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. sin autem his consulunt, qui quasi magnam quãdam insulam incolunt, quam nos orbem terræ vocamus: etiam illis consulunt qui parteis eius insulæ tenent, Europam, Asiam, Africam. Ergo & earũ parteis diligunt, vt Romam, Athenas, Spartam, Rhodum: & earum vrbium separatim ab vniuersis singulos diligunt, vt Pyrrhi bello Curium, Fabricium, Coruncanum[b]: primo Punico Calatinum, Duillium[c], Metellum, Lutatium: secundo Maximum, Marcellum, Africanum: post hos Paullũ, Gracchum, Catonem, patrũm ve[a] memoria Scipionem, Lælium multósq. præterea, & nostra ciuitas, & Græcia tulit singulareis viros: quorum neminem nisi iuuante deo talem fuisse credendum est. Quæ ratio poetas, maximéq. Homerum impulit, vt principibus heroum, Vlyssi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos deos, discriminum, & periculorum comites, adiungeret. Præterea ipsorum deorum sæpe præsentiæ quales suprà commemorau i declarant, ab his & ciuitatibus, & singulis hominibus consuli. quod quidẽ intelligitur etiam significationibus rerũ futurarum, quę tum dormientibus, tum vigilantibus portẽduntur. multa præterea ostentis, multa exstis admonemur, multísq. reb⁹ aliis: quas diuturnus vsus ita notauit vt artem diuinationis efficeret. *Nemo* igitur *vir magnus sine aliquo afflatu diuino vmquã fuit*: Nec verò ita refellendum est, vt, si segetibus, aut vinetis cuiuspiam tẽpestas nocuerit, aut si quid è vitæ commodis casus abstulerit, eum, cui quid horũ acciderit, aut inuisum deo, aut neglectum à deo iudicemus. Magna dij curant, parua negligunt. magnis autẽ viris prosperè eueniunt semper omnes res: si quidẽ satis à nostris, & à principe philosophorum Socrate dictum est de vbertatib⁹ virtutis & copiis. Hæc mihi ferè in mentẽ veniebant, quæ dicenda putarẽ de natura deorum. Tu autẽ, Cotta, si me audias, eandem causam agas, téq. & principẽ ciuem putes, & põtificem esse cogites, & quoniam in vtramq. partẽ vobis licet disputare, hãc potiùs sumas: eámq. facultatem dicendi, quam tibi à rhetoricis exercitationibus acceptam amplificauit Academia, huc potiùs conferas. *mala* enim *& impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fit, siue simulatè.*

a al. patrũque P. B.

a L. multæ sæpe res ex animi sententia, atque vtilitate partæ.

b L. Coruncanium. c L. Duellũ.

M. TVLLII CICERONIS DE NATVRA DEORVM AD M. BRVTVM, LIBER TERTIVS.

P. LX.

Cotta, Academicus: *Velleius*, Epicureus: *Balbus*, Stoicus.

QVÆ cùm Balb⁹ dixisset, tũ arridens Cotta, Serò, inquit, mihi, Balbe, præcipis, quid defendã. ego enim te disputãte quid contrà dicerem, mecum ipse meditabar, neque tam refellendi tui causa, quàm ea, quæ minùs intelligebam, requirendi. Cùm autem suo cuique iudicio sit vtendum, difficile factu est, me id sentire quod tu velis. 2 ¶ Hic Velleius, Nescis, inquit, quanta cum expectatione, Cotta, sim te auditurus. iucũdus enim Balbo nostro sermo tuus contra Epicurum fuit. præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem. spero.n.te vt soles. bene paratum venire. 3 ¶ Tum Cotta, Sic[a] mehercule, inquit, Velleii. neq. enim mihi par[b] ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. 4 ¶ Quî tandẽ, inquit ille? Quia mihi videtur Epicurus vester de diis immortalib⁹ nõ magnopere pugnare. tãtùm modò negare deos esse non audet, ne quid inuidiæ subeat, aut criminis. Cùm verò deos nihil agere, nihil curare cõfirmat, mem-

a L. Sic est, mehercle. b L. par ratio cum Luc.

brisque humanis esse præditos, sed eorum membrorum vsum nullum habere: ludere videtur, fatisq. putare, si dixerit esse quandam beatam naturam, & æternam. A Balbo autem animaduertisti, credo, quàm multa dicta sint, quámque etiam si minus vera, tamen apta inter se, & coherentia. itaq. cogito, vt dixi, non tam refellere eius orationem, quàm ea, quæ minùs intellexi, requirere. Quare, Balbe, tibi permitto, respondereне mihi malis, de singulis rebus quærenti ex te ea, quæ parum accepi, an vniuersam audire orationem meam.

P. B.

5 ¶ Tum Balbus: Ego verò, si quid explanari tibi voles, respondere mâlo. sin me interroga re, non tam intelligendi causa, quàm refellendi: vtrum voles, faciam: vel ad singula, quæ requires, statim respondebo: vel cùm peroraris, adomnia. 6 ¶ Tũ Cotta, Optime, inquit. quamobrem sic agamus, vt nos ipsa ducit oratio. Sed antequàm de re, pauca de me. non enim mediocriter moueor auctoritate tua, Balbe, orationéq. ea, quæ [a] me in perorando cohortabatur, vt meminissem, me & Cottam esse, & pontificem. quòd eò, credo, valebat, *vt opiniones, quas à maioribus accepimus de diis immortalibus sacra, cæremonias, religionésq. defenderem.* Ego verò eas defendam, sempérq. defendi: nec me ex ea opinione, quàm à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, vllius vmquam oratio aut docti, aut indocti mouebit. sed cùm de religione agitur, T. [b] Coruncanum, P. Scipionem, P. Scæuolam [c], pontifices maximos, non Zenonem, aut Cleanthem, aut Chrysippum sequor: habeóq. C. Lælium augurem, eundem sapientem: quem potiùs audiam de religione dicentem in illa oratione nobili, quàm quenquam principem Stoicorum. cúmq. omnis populi R. religio [d], in sacra, & in auspicia diuisa sit: tertium adiunctum sit, si quid prædictionis causa ex portentis, & monstris [e], Sibyllę interpretes, haruspicésue monuerunt: harum ego religionum nullam vmquam contemnendam putaui: mihíq. ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse nostræ ciuitatis: quæ nunquam profectò sine summa placatione deorum immortalium tanta esse potuisset. Habes, Balbe, quid Cotta, quid pontifex sentiat. fac nunc ergo intelligam, tu quid sentias. à te enim philosopho rationem accipere debeo religionis: maioribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, credere.

a *fec v. c. fort.* qua me in perorãdo cohortabaris, vt mem.

b L. T. Coruncanium,

c *al.* Scæuolam,

d Religio P. Romani in sacra auspicia & portenta diuisa.* *al.* monitis*

6 ¶ Tum Balbus, Quam igitur à me rationem, inquit, Cotta desideras? 7 ¶ Et ille, Quadripartita [f], inquit, fuit diuisio tua: primùm, vt veles docere deos esse: deinde, quales essent: tũ, ab his mundum regi: postremò, consulere eos rebus humanis. Hæc, si rectè memini, partitio fuit. 8 ¶ Rectissimè, inquit Balbus, sed exspecto, quid requiras. 9 ¶ Tum Cotta, Primùm quidq. videamus, inquit? Et si id est primum, quod inter omnes, nisi admodum impios, conuenit. mihi quidem ex animo exuris non potest, esse deos. Id tamen ipsum, quod mihi persuasum est, esse deos, auctoritate maiorum cur ita sit, nihil tu me doces. 10 ¶ Quid est, inquit Balbus, si tibi persuasum est, cur à me velis discere? 11 ¶ Tum Cotta, Quia sic aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil vmquam audierim de diis immortalibus, nihil cogitauerim, rudem me discipulum, & integrum accipe, & ea, quæ requiro, doce.

f *v. c.* Quadripertita,

12 ¶ Dic igitur, quid requiras. 13 ¶ Egóne? primùm illud, cur, quod [a] perspicuum [b] in istam partem, ne egere quidem oratione dixisses, quòd esset perspicuum, & inter omneis constaret, de eo ipso tam multa dixeris. 14 ¶ Quia te quoque, inquit, animaduerti, Cotta, sæpe, cùm in foro diceres, quàm plurimis posses, argumentis onerare iudicem, si modò eam facultatem tibi daret causa. Atque hoc idem & philosophi faciũt, & ego, vt potui, feci. Tu autem, qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantùm, cùm idem vno assequi possim. 15 ¶ Tum Cotta, Quàm simile istud sit, inquit, tu videris. Nam ego neq. in causis, si quid est euidens, de quo inter omneis conueniat, argumentari soleo: perspicuitas enim argumẽtatione eleuatur: nec, si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Cur contuereris autem altero oculo, causa non esset, cùm idem obtutus esset amborum, & cùm rerum natura, quam tu sapientem esse vis, duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluisset. Sed quia non cõfidebas, tam esse id perspicuum, quàm tu velis, propterea multis argumentis deos esse docere voluisti. *Mihi enim vnum satis erat, sta nobis maiores nostros tradidisse.* Sed tu auctoritates omneis contemnis, ratione pugnas. Patere igitur, rationem meam cum tua ratione contendere. Affers hæc omnia argumenta, cur dij sint: rémq. mea sententia minimè dubiam, argumentando dubiam facis. mandaui enim memoriæ non numerum solùm, sed etiam ordinem argumentorum tuorum. ¶ Primum fuit, cùm cælum suspexissemus, statim nos intelligere esse aliquod numen, quo hæc regantur. Ex hoc illuc etiam,

a L. Quod in ista parte ne egere quidẽ or.

b L. Relat. hic *vorem* perspicuum.

P. B.

Adspice [c] hoc sublime candens quem inuocant omnes Iouem.

c citatur hic versus infra & libro 2. fa. pra vbi dixi.*

Quasi verò quisquam nostrũm, istum potiùs, quàm Capitolinum, Iouem appellet: aut hoc perspicuum sit, constétq. inter omneis, eos esse deos, quos tibi Velleius, multíq. præterea, ne animanteis quidem esse concedant. ¶ Graue etiam argumentum tibi videbatur: quòd opinio de diis immortalibus & omniũ esset, & quotidie crescret. Placet igitur, tantas res opinione stultorum iudicari. vobis præsertim, qui illos insanos esse dicatis? ¶ At enim præsenteis videmus deos, vt apud Regillum Postumius, in Salaria Vacienus [d], nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram prælio. Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id est, homines homine natos, & quos Homerus, qui recẽs ab illorũ ętate fuit, sepultos esse dicit Lacedæmone: eos tu canteriis albis, nullis calonibus, obuiam Vacieno [e] venisse exiftimas, & victoriam pop. R. Vacieno [f] potiùs, hominitustico, quàm M. Catoni, qui tum erat princeps, nuntiauisse? Ergo & illud in silice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquã vestigium vngulæ, Castoris equi credis esse? nónne mauis illud credere, quod probari potest, animos præclarorũ hominum, quales isti Tyndaridę fuerunt, diuinos esse, & æternos, quàm eos, qui semel cremati essent, equitare, & in acie pugnare potuisse? aut si hoc fieri potuisse dicis, doceas oportet, quomodo nec fabellas anileis proferas. 16 ¶ Tum Lucilius, An tibi, inquit, fabellæ videntur? nónne ab A. Postumio ædẽ Castori & Polluci in foro dedicata: nónne S. C. de [g] Vacieno vides? nam de Sagra Græcorũ etiã est vulgare [h] prouerbiũ: qui, quæ

d L. Vatinio*

e L. Vatinio

f Vatinio

g L. de Vatinio.

h ἀλλ' ἐς τὸν Σάγραν. Strabo 6.*

affirmãt, certiora esse dicunt, quàm illa, quæ apud Sagram. His igitur auctoribus nónne debes moueri? 17 ¶ Tum Cotta, *Rumoribus*, inquit, *mecum pugnas, Balbe: ego autem à te rationes requiro.*

Desunt hic nonnulla[a].

Sequuntur, quę futura sunt. Effugere enim nemo id potest, quod futurum est. Sæpe autem ne vtile est quidem scire, quid futurum sit. miserum est enim, nihil proficientem angi, nec habere ne spei quidem extremum, & tamen cõmune solatium: præsertim cùm vos iidem fato fieri dicatis omnia: quod autem semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. Quid igitur iuuat, aut quid affert ad cauendum, scire aliquid futurum, cùm id certè futurum sit? vnde porrò ista diuinatio? quis inuênit fissum iecoris? quis cornicis cãtũ notauit? quis sorteis? quibus ego credo: nec possum Attij[c] Nauij, quem commemorabas, lituum contemnere. Sed quí ista intellecta sunt[d], à philosophis debeo discere, præsertim cùm isti plurimis de rebus diuinis mẽtiãtur. At medici quoque (ita enim dicebas) sæpe falluntur. Quid simile, medicina, cuius ego rationem video, & diuinatio? quæ vnde oriatur non intelligo. Tu autem etiam Deciorum de uotionibus placatos deos esse cẽses. Quæ fuit eorum tanta iniquitas, vt placari populo R. non possent, nisi viri tales occidissent? consilium illud imperatorum fuit, quod Græci στρατήγημα appellant, sed eorum imperatorũ, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent. rebantur enim fore, vt exercitus imperatorẽ, equo incitato se in hosteis immittentem, per sequeretur: id quod euênit. Nam Fauni vocẽ equidem numquam audiui. Tibi, si audiuisse te dicis, credam. Etti, Faunus omnino quid sit, nescio. Non igitur adhuc, quantum quidẽ in te, Balbe, est, intelligo deos esse: quos equidẽ credo esse, sed nihil docent Stoici. Nam Cleanthes, vt dicebas, quattuor modis formatas[e] in animis hominum putat deorum esse notiones. Vnus is modus est, de quo satis dixi, qui est susceptus ex præsensione rerum futurarum. Alter ex perturbationib[b] tempestatũ, & reliquis motibus. Tertius ex commoditate rerum, quas percipimus, & copia. Quartus ex astrorum ordine, cælique constantiã. De præsensione[f] diximus. *De perturbationibus cælestibus*[g], & *maritimis*, & *terrenis*, non possumus dicere, cùm ea fiant, non esse multos, qui ea metuant, & à diis immortalibus fieri existiment. Sed non id quæritur, sintne aliqui, qui deos esse putent: dij vtrùm sint, nécne, quæritur. Nam reliquæ causæ, quas Cleanthes affert, quatum vna est *de*[h] *cõmodorum, quæ capimus copia*: altera *de temporum ordine*, cælique constãtia: tum tractabuntur à nobis, cùm de prouidentia deorum disputabimus: de qua plurima à te, Balbe, dicta sunt: eodémque illa etiã differemus, quòd Chrysippum dicere aiebas, quoniam esset aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non posset, esse homine aliquid melius: quęque in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas, & cùm totius mundi conuenientiam, consensúmque afferebas, Zenonísque breueis, & acutulas cõclusiones in eam partem sermonis, quam modò dixi, differemus, eodémq; tempore illa omnia, quæ à te physicè dicta sunt de vi ignea, déque eo calore, ex quo omnia generari

a Dixerat Balbus libro superiore præfiones & prædictiones rerum futurarum esse. Eas vti augures prænũ

P. B.

tiassent, spre tas[1] malo fuisse iis qui eas sprecuissent. Inde nu mẽ aliquod probari. Con trà Cotta, ea consecuta, quod futura essent: effuge re ne vllum id possẽ qđ futurum sit, &c. Atque i tas sensus hu ius lacunæ compleri po test.*

b v.c. fortis. c L. Attii d L. sint,

A dicebas, loco suo quæremur: omniáque quę à te nudiustertius dicta sunt, cum docere velles deos esse, quare & mũdus vniuersus, & sol, & luna, & stellę sensum ac mentẽ haberent, in idem tẽpus reseruabo. A te autẽ illud etiã, atq; etiam quæram, quibus rationibus tibi persuadeas, deos esse. 18 ¶ Tũ Balb[a], Equidem attulisse rationes mihi videor: sed eas tu ita refellis, vt, cùm me interrogaturus esse videare, & ego me ad respondendum compararim, repentè auertas orationem, nec des respondendi locum: Itaque maximæ res, tacitę præterierunt, de diuinatione, de fato: quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere. Sed ab hac quæstione, quæ nunc in manibus est, separãtur. Quare, si videtur, noli agere cõfusè: vt hoc explicemus hac disputatione, qđ queritur: 19 ¶ Optimè inquit Cotta. Itaque quoniam quattuor in parteis totam quæstionem diuisisti, de prima quidem diximus: consideremus secundam. Quæ mihi talis videtur fuisse, vt, cùm ostendere velles, *quales*[a] *dij essent*, ostenderes nullos esse. à consuetudine enim oculorum animum abducere difficillimum dicebas: sed, cùm deo nihil præstãtius esset, vt, non dubitabas, quin mundus[b] esset deus; quòd nihil in rerũ natura mẽlius esset, modò possemus eum animantem cogitare, vel potius, vt cetera oculis, sic animo hoc cernere. Sed cùm mundo[c] negas quidquã esse melius, quid dicis melius? si pulchrius, assentior, si aptius ad vtilitates nostras, id quoq. assentior. Sinautem id dicis, nihil esse mundo sapientius: nullo modo prorsus assentior: non quòd difficile sit mentem ab oculis seuocare: sed quo magis seuoco eo minùs id, quod tu vis, possum mẽte comprehendere. nihil est mundo melius in rerũ natura. Ne in terris quidem vrbe nostra. Nũ igitur iccirco in vrbe esse rationem, cogitationem, mentem putas? aut, quoniam non sic, num idcirco existimas formicam anteponendam esse huic pulchertimæ vrbi, quòd in vrbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum, quod velis, sumere. Istum enim locum totum illa vetus Zenonis breuis, &, vt tibi videbatur, acuta cõclusio dilatauit. Zeno enim ita concludit. Quod ratione vtitur, melius est, quàm id, quod ratione non vtitur. Nihil autem mundo melius, ratione igitur mundus vtitur. Hoc si placet, iam efficies, vt mundus optimè librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod litteratum est, id est melius, quàm quod non est litteratum. Nihil autẽ mundo melius. litteratus igitur est mundus. Isto modo etiam disertus, & quidem mathematicus, musicus, omni deniq. doctrina eruditus, postremò philosophus erit mundus. Sæpe dixit nihil fieri sine deo, nec vllam vim esse naturę, vt sui dissimilia posset effingere. Cõcedam non modò animantem, & sapientem esse mundũ, sed fidicinem etiã, & tibicinem, quoniam earum quoq. artium homines ex eo pendeantur. Nihil igitur affert pater iste Stoicorum, quare mundũ ratione vti putemus[d], nec cur animantem quidẽ esse. Non est igitur mũdus de[e]: & tamẽ nihil est eo melius, nihil eo pulchrius, nihil salutarius, nihil ornatiadspectu, motúq. constantius. Quòd si mũdus

a Quales Dii

b Mundum nõ esse Deũ.*

c Mundo non si nihil pulchrius, vel aptius est, eo fit, Mundum sapientem esse.*

P. LXIIII.

d L. ne cur animãtem q. e v.c. nihil est enim eo pulchrius,

a Stellas nõ esse deos.*

vniuersus, non est deus, ne stellæ [a] quidem, quas tu innumerabileis in deorum numero reponebas. Quarum te cursus æquabiles, æternique delectabãt: nec mehercule iniuria. sunt enim admirabili, incredibilique constantiã. Sed non omnia, Balbe, quæ cursus certos, & constanteis habent, ea deo potiùs, quàm naturæ tribuenda sunt. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantiùs? quid freto Siciliensi? quid Oceani feruore illis in locis,

b citatur Tusculana 1.* v. B.

Eurípamᵇ, Libyámque rapax vbi diuidit vnda?

c L. Quid? æstus mar. &c.

Quid [c] æstus maritimi, vel Hispanienses, vel Britannici, eorúmq. certis tẽporibus vel accessus, vel recessus sine deo fieri nónne possunt? Vide, quæso, si omnis motus, omniáq. quæ certis tẽporibus ordinẽ suum conseruant, diuina ducimus, ne [d] certianas quidem febreis, & quartanas, diuinas esse dicendum sit, quarum reuersione, & motu quid potest esse constantius? Sed omnium talium rerum ratio redden da est. Quod vos cùm facere non potestis, tanquam in aram, *confugitis ad deum*. Et Chrysippus tibi acutè dicere videbatur, homo sine dubio versutus, & callidus. Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur: callidos autem, quorum, tanquam manus opere, sic animus vsu concalluit. Is igitur, si aliquid est, inquit, quod homo efficere non possit, qui id efficit, melior est homine. Homo autẽ hæc quæ in mundo sunt, efficere non potest. qui potuit igitur, is præstat homini. Homini autem præstare quis possit, nisi deus? est igitur deus. Hęc omnia in eodem, quo illa Zenonis, errore versantur. Quid enim sit melius, quid præstabilius, quid inter naturam, & rationem interfit, non distinguitur. Idémque, si dei non sint, negat esse in omni natura quidquã homine melius. id aũt putare quemquam hominẽ, nihil homine esse melius, summæ arrogantiæ censet esse. Sit sanè arrogantis, pluris se putare, quàm mundum. At illud non modò non arrogantis, sed potiùs prudentis, intelligere se habere sensum, & [e] rationem, & orationem hæc eadem & caniculam non habere. Et si domus pulchra sit, intelligimus eam dominis, inquit, ædificatam esse, non muribus. Sic igitur mundum deorum domum existimare debemus. Ita prorsus existimarem, si illum ædificatum, non, quemadmodum docebo, à natura conformatum putarem. At enim quærit apud Xenophontem Socrates, vnde [f] animam arripuerimus, si nulla fuerit in mũdo. Et ego quæro, vnde orationem, vnde numeros, vnde cantus. Nisi verò loqui solem cum luna putamus, cùm propiùs accesserit, aut ad harmoniam canere mundum, vt Pythagoras existimat. Naturæ, ista sunt, Balbe, naturæ non artificioſè ambulantis, vt ait Zeno, quod quidem quale sit, iam videbimus, sed omnia cientis, & agitantis motibus, & mutationibus suis. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia [g], consensúque naturæ, quam quasi cognatione [h] continuatam conspirare dicebas. Illud non probabam, quòd negabas id accidere potuisse, nisi ea vno diuino spiritu cõtineretur. Illa verò cohæret, & permanet naturæ viribus non deorum: estque in ea iste quasi consensus, quãi συμπνοιαν Græci vocant: sed ea, quo sua sponte maior est, eo minùs diuina ratione fieri existimãda est. Illa autẽ, quæ Carneades afferebat, quéadmodũ dissoluitis? Si nullũ

e L. & rationem: hæc eadem Orionẽ, & Caniculã non h.

P. LXV.

f Animas nõ esse à mũdo, sed à Natura omnia cientes.*

g Naturæ cõuenientia consensúsq. est, eáque quasi cognatione cõtinuata conspirans. Id fieri diuino spiritu Stoici volunt: Cotta, vi naturæ ipsius.*

h L. cognationem cont.

i Idem 2. de diuinat.*

corpus [a] immortale sit, nullũ esse corpus sempiternũ. corpus autẽ immortale nullũ esse, ne in diuiduũ quidẽ, nec quod dirimi, distrahíq. nõ possit. Cúmque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est, qua si ferendi, & patiendi necessitatem. Et, si omne animal mortale est, nullum est immortale. Et, si omne animal secari ac diuidi potest, nullum est eorum indiuiduum, nullum æternum. Atquí omne animal ad accipiendã vim externam, & ferendam paratum est. mortale igitur omne animal, & dissolubile, & diuiduum sit necesse est. Vt enim, si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod cõmutari non posset: item nihil argenteum, nihil æneum, si commutabilis esset natura argenti & æris. similiter igitur, si omnia, quæ sunt, ex quibus cuncta constant, mutabilia sunt: nullum corpus esse potest non mutabile. mutabilia autem sunt illa, ex quibus omnia constant, vt vobis videtur. omne igitur corpus, mutabile est. At si esset corpus aliquod immortale, non esset omne mutabile. ita efficitur, vt omne corpus, mortale sit. etenim omne corpus aut aqua, aut aer, aut ignis, aut terra est, aut id, quod est concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum. horum autem nihil est, quod non intereat. nam & terrenum omne diuiditur, & humor ita mollis est vt facilè cõprimi [b], collidíque possit. ignis verò, & aer omni impulsu facillimè pellitur, naturáq. cedens est maximè, & [c] dissipabilis. præterea omnia hæc tum intereunt, tum [d] in naturam aliam conuertuntur: quod fit, cùm terra in aquam se vertit, & cùm ex aqua oritur aer, & cùm ex aere æther, cúmque eadem vicissim retrò commeant. Quòd si ea intereunt, ex quibus constat omne animal, nullum est animal sempiternum. Et, vt hæc omittamus, tamen animal nullum inueniri potest, quod neque natum vmquam sit, & semper sit futurũ. omne. n. animal sensus habet. sentit igitur & calida, & frigida, & dulcia, & amara; nec pốt vllo sensu iucũda accipere & nõ accipere cõtraria. si igitur voluptatis sensum capit, doloris etiã capit. quod autem doloré accipit, id accipiat etiam interitum necesse est. omne igitur animal confitendum est esse mortale. Præterea, si quid est, quod nec voluptatem sentiat, nec dolorem, id animal esse non potest. sin autem quod animal est, id illa necesse est, sentiat: & quod ea sentiat, non potest esse æternum: & omne animal sentit: nullum igitur animal est æternum. Præterea nullum potest esse animal, in quo non & appetitio sit, & declinatio naturalis. appetuntur autem quæ secundum naturam sunt, declinantur autem contraria: & omne animal appetit quædam, & [e] fugit à quibusdam. Quod autem refugit, id contra naturam est: & quod est contra naturam, id habet vim interimendi. omne ergo animal intereat necesse est. Innumerabilia sunt ex quibus effici, cogíq. possit, nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat. etenim ea ipsa quæ sentiuntur, vt frigus, vt calor, vt voluptas, vt dolor, vt cetera, eũ amplificata sunt, interimũt. nec vllum animal est sine sensu, nullum igitur animal est æternum. Etenim aut simplex est natura animãtis, vt vel terrena sit, vel iguea, vel animalis, vel humida: quod quale sit, ne intelligi quidẽ potest: aut cõcreta ex pluri-

a Nullum corpus immortale esse, & sempiternum.*

P. E.

b v. premi.

c v.c. & dissipabilis.

d L. cùm in naturam aliam

e fugit. & refugit à quibusdã. à quibusdam refugit.

efferatur: ex pluribus naturis, quarũ suũ quæque locum habeat, quò naturæ vi efferatur[a]: alia infimum, alia summum, alia medium. Hæc ad quoddam tempus cohærere possunt: semper autem nullo modo possunt. necesse est enim, suum quæque in locum natura rapiatur. nullũ igitur animal est sempiternum. sed omnia vestri, Balbe, solent ad igneam [b] vim referre, Heraclitum[c], vt opinor, sequentes: quem ipsũ non omnes interpretantur vno modo. qui quoniã, [d] quid diceret, intelligi noluit[e], omittamus. vos autẽ ita dicitis, omnem[f] vim, esse ignem. itaq. & animanteis, cùm calor defecerit, tum interire: & in omni natura rerum id viuere, id vigere, quod caleat. ego autem non intelligo, quo modo calore exstincto corpora intereant, non intereant humore, aut spiritu amisso, præsertim cum intereãt etiam nimio calore. Quamobrem id quidem commune est de calido: verumtamen videamus exitum. Ita vultis, opinor, nihilõ esse animal[h] extrinsecus in natura, atq. mundó, prẽter ignẽ. quî magis, quàm præter animam, vnde animantium quoque cõstet animus, ex quo anima dicitur? Quo modo autem hoc, quasi concedatur, sumitis, nihil esse animum [i], nisi ignem? probabilius enim videtur, tale quiddam esse animũ vt sit ex igne, atq. anima temperatum. quòd si ignis ex sese ipse animal est, nulla se alia admiscente natura, quoniam is, cùm ineat in corporibus nostris, efficit vt sentiamus: non potest ipse esse sine sensu. rursus eadem dici possunt. quidquid est enim, quod sensum habeat, id necesse est sentiat & voluptatem, & dolorem: ad quem autem dolor veniat, ad eundem etiam interitum venire. ita fit, vt ne ignem quidẽ efficere possitis æternum. Quid enim? non eisdem vobis placet, omnem ignẽ pastum[k] indigere? nec permanere vllo modo posse, nisi alatur? ali autem solem, lunam, reliqua astra, aquis alia dulcib. alia marinis? eámque causam Cleãthes affert, cur se sol referat, nec longiùs ꝓgrediatur solstitiali orbe, itémque brumali, ne longiùs discedat à cibo. hoc totum quale sit, mox. nunc autem cõcludatur illud, quod interire possit, id æternum nõ esse natura: ignem autem interiturum esse, nisi alatur: non esse ignem natura ignem sempiternum. Qualem autem deum intelligere nos possumus nulla [l] virtute præditum? Quid enim prudentiámne[m] deo tribuemus? quę cõstat ex scientia rerum bonarum, & malarum, &, nec bonarum, nec malarum. Cui mali nihil est, nec esse potest, quid huic opus est delectu[n] bonorum, & malorum? quid autem ratione? quid intelligentia? quibus vtimur ad eã rem, vt apertis obscura assequamur. at obscurum deo nihil potest esse. nam iustitia, quæ suum cuiq. distribuit, quid pertinet ad deos? honinum. n. societas, & communitas, vt vos dicitis, iustitiam procreauit. temperantia autem constat ex prętermittendis voluptatibus corporis: cui si locus in cælo est, est etiam voluptatibus. Nam fortis deus intelligi quî potest? in dolore, an in labore, an in periculo? quorum deum nihil attingit. Nec ratione igitur vtentem, nec virtute vlla præditum deum intelligere quî possumus? Nec verò vulgi, atq. imperitorũ insciti am despicere possum, cum ea cõsidero, quæ dicuntur à Stoicis. sunt enim illa imperitorũ[o]. piscem[p] Syri venerantur. omnẽ ꝙ ferè genus bestiarum Ægyptij conse-

a Ignem non esse principium rerum omnium, aduersus Stoicos.*

P. B. b Lactantius in Heraclito lib. 2. Aristoteles Metaphys. Virtutis in præfatione. c Cl. quoniã dicerer, quod intelligi nolui.*

d Vnde σκώψις dicitur Aristoteli 3. Rhet. Laertius 9. in Heraclito.* e Omnia vnum esse iudicat.*

f Nihil est animale sine igne.*

g Ignem non esse animal aut æternum aduersus Stoicos.* h Anima, [illegible] pastus esse indigere? & [illegible]

P. LVII. i Deus an virtute ratio intelligentia, temperantia, prudentia opinio, scientia. Stoicorum. vide Arist. Rhet. Erhicor. 10.* k Cl. dilectu & [illegible] l Dij confitentes a quibus bona & honesta. m Syri pisces venerantur. Xenophan. Epicharmus. Euripides. Porphyrius de abst. n Dij sed quorum deum nihil attingit. Nec ratione igitur vtentem, nec virtute vlla præditum deum intelligere quî possumus? Nec verò vulgi, atq. imperitorũ insciti am despicere possum, cum ea cõsidero, quæ dicuntur à Stoicis. sunt enim illa imperitorũ. piscem Syri venerantur. o Diodor. 2.*

A crauerunt. Iam verò in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum, Alabandi; Tenedi, Tenem: Leucotheam, quæ fuit Ino, & eius Palæmonẽ filium, cuncta Græcia: Herculem, Æsculapium, Tyndaridas: Romulum nostri, aliósq. complureis, quos quasi nouos, & adscriptitios ciueis in cælũ receptos putant. Hæc igitur indocti. Quid vos philosophi? quî meliora? omitto illa: sunt enim præclara. Sit sanè deus ipse mundus. Hoc credo illud esse

B *Sublime*[a] *candens, quem inuocant omnes Iouem.* quare igitur plureis[b] adiungimus deos? quanta autem est eorum multitudo? mihi quidem sanè multi videntur: singulas enim stellas numeras deos, eáſq. aut beluarum nomine appellas, vt Caprã, vt Lupam [c], vt Taurum, vt Leonem, aut rerum inanimatarum[d], vt Argon, vt Aram, vt Coronam. sed vt hæc concedantur, reliqua quî tandem non modò cõcedi, sed omnino intelligi possunt? cùm fruges, Cererẽ: vinum, Liberum dicimus, genere nos quidem sermonis vtimur vsitato: sed *ecquem tam amentem esse putas, qui illud, quo vescatur, deum credat esse?* Nam quos ab hominibus [e], peruenisse dicis ad deos, tu reddes rationem, quemadmodum idem fieri potuerit, aut cur fieri desierit, & ego discam libenter. quo modo nunc quidem est, non video, quo pacto ille, cui in monte Oetæo illatæ lampades fuerunt, vt ait Accius, in domum æternam patris ex illo ardore peruenerit. quem tamen Homerus conueniri apud inferos facit ab Vlysse, sicut ceteros, qui excesserant vita. quamquam, quem potissimum Herculem colamus, scire sanè velim. plureis [f] enim tradunt nobis ij, qui interiores scrutãtur, & reconditas literas: antiquissimum, Ioue natum, sed antiquissimo item Ioue. nam Ioues quoq. plureis in priscis Græcorum litteris inuenimus. ex eo igitur & Lisytoß est is Hercules, quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus. alter traditur Nilo natus, Ægyptius [h]: quem aiunt Phrygias litteras conscripsisse. Tertius est ex [i] Ideis indigenis: cui inferias afferũt. Quartus, Iouis est, Asteriæ [k] Latonæ sororis quem Tyrij maximè colunt, cuius Karthaginem filiam ferunt. Qui nctus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcumena [l], quem Iupiter genuit, sed tertius Iupiter: quoniam, vt iam docebo, plureis Ioues etiam accepimus. Quãdo enim me in hunc locum deduxit oratio, docebo, meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio, & maiorum more, capedũculis iis, quas Numa nobis reliquit, de quib. in illa aureola oratiũcula dicit Lęlius, q̃ ratione Stoicorũ. Si enim vos sequar, dic quid ei respondeam, qui me sic roget: Si dij sunt, sũntne etiam Nymphæ deæ? si Nymphæ, Panisci[m] etiam, & Satyri? Hi autem non sunt: ne Nymphæ quidem. deæ igitur. At[n] earum templa sũt publicè vota, & dedicata. Quid igitur? ne ceteri quidem. ergo dij, quorum tẽpla sunt dedicata. Age porrò, Iouem, & Neptunum, deum numeras. ergo etiam Orcus[o], frater eorũ, deus, & illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegethon: tum Charon, tum Cerberus, dij putandi. At id qui dem repudiandum: ne Orcus quidem igitur. Quid dicitis ergo de fratrib[p]? hæc Carneades agebat[p] non, vt deos tolleret: quid enim philosopho minùs cõueniens? sed vt Stoicos nihil de diis explicare cõuinceret. Itaq. insequeTom. 4.

a dixi de hoc versu Ennii libro 2. suprà eod.*

b Dii non plures.*

c Cl. Nepam* d L. inanima rum.

e Dii non sunt ex hominibus diis facti.*

f Hercules plures & qui antiquissimi, qui nouissimi.*

g Cl. Lysiea Vsia. Lysidea.*

h vide Herodotum 2.* i L. ex Idæis dactylis [Cl. ex Idæis digitis* P. LXVIII. k L. & Asterie, l 4. Diod. 2. Appollodorus 2.*

m Cl. Panisci ne & Satyri?* n Dii vere non continuo quorum templa vota vel dedicata.*

o Orcus à Saturno sub terras, vt Neptunus sub vndas, deiectus. Hyginus fabula 1, 3.* p Cl. aiebat.*

batur. Quid enim? aiebat, si ij fratres sunt in numero deorum, num de patre eorum Saturno negari potest? quem vulgò maximè ad Occidentem colunt. qui si est deus, patrem quoque eius, Cælum, esse deum confitendum est. Quod si ita est, Cæli quoque parentes dij habendi sunt, Æther, & Dies, eorúmque fratres, & sorores: qui à genealogiis[a] antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Motus, Labor, Inuidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Hesperides, Somnia quos omnes Erebob, & Nocte natos ferũt. Aut igitur hæc mõstra probanda sunt, aut prima illa tollenda. Quid? Apollinem, Vulcanum, Mercurium, ceteros, deos esse dices: de Hercule, Æsculapio, Libero, Castore, Polluce dubitabis? At hi quidem coluntur æquè, atque illi: apud quosdam etiam multo magis. Ergo hi, dij sunt habendi, mortalibus nati matribus. Quid? Aristæus, qui oliuæ dicitur inuentor, Apollinis filius: Theseus, qui Neptuni: reliqui, quorum patres dij, non erunt in deorũ numero? Quid, quorum matres? opinor etiam magis. Vt enim in iure ciuili, qui est de matre libera, liber est: ité iure naturę, qui de dea matre est, deus sit necesse est. Itaque Achillem Astypalea insula sanctissimũ[c] colit. Qui si deus est: & Orpheus, & Rhesus, dij sunt, matre Musa nati. Nisi fortè maritimæ nuptiæ terrenis anteponuntur. Si hi, dij non sunt, quia nusquam coluntur: quo modo illi sunt? Vide igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, nõ immortalitatibus: quod tu quoque, Balbe, visus es dicere. Quo modo autem potes, si Latonem deã putes[d], Hecatem non putare, quę[e] matre Asteria est, sorore Latonæ? an hæc quoque dea est? vidimus enim eius aras, delubráque in Græcia. sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est & apud nos, vt ego interpretor, lucus Furinæ[f]: Furię deę sunt, speculatrices, credo, & vindices facinorum, & scelerum. Quòd si tales dij sunt, vt rebus humanis intersint: Natio[g] quoque, dea putanda est: cui, cùm fana circuimus in agro Ardeati, rem diuinam facere solemus. Quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus, Natio nominata est. Ea si dea est, omnes illi, qui commemorabantur à te. Honos, Fides, Mens, Concordia. ergo etiam Spes, Moneta, omniáq. h quæ cogitatione nobis metipsis[i] possumus fingere. quod si verisimile non est: ne illud quidem est, hæc vnde fluxerunt. Quid autem dicis? si dij sunt illi, quos colimus, & accepimus: cur non eodem in genere Serapim[k], Isimque numeremus? quod si facimus, cur barbarorum deos repudiemus? boues igitur, & equos, ibes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes, lupos, feles[l], multas præterea beluas, in deorum numero reponemus. quæ si reiiciamus, illa quoque vnde hęc nata sunt, reiiciemus. Quid dein de? Ino[m] dea dicetur, quæ Leucothea à Græcis à nobis Matuta dicitur, cùm sit Cadmi filia? Circe autem, & Pasiphaë, è Perseide, Oceani filia, natæ, patre Sole, in deorum numero non habebuntur? quamquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt. Ergo hanc deam dicis. Quid Medeæ respondebis? quæ duobus auis, Sole, & Oceano, Æeta patre, matre Idya procreata est. Quid huius Absyrto[n] fratri, qui est apud Pacuuiũ Ægialeus? sed illud nomen veterũ litteris vsitatius. Qui si dij non sunt, vereor quid agat Ino. hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerũt. An Amphiaraus, deus erit, & Trophonius? nostri quidem publicani[a], cũ essent agri in Bœotia deorum immortalium exceptia, lege[b] censoria *ne gabant immortales esse vllos, qui aliquando hominis fuissent.* Sed si sunt hi dij, est certè Erichtheus, cuius Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotem. Quem si deum facimus, quid aut de Codro dubitare possumus, aut de ceteris, qui pugnantes pro patriæ libertate cecidérunt? quod si probabile non est: ne illa quidé superiora, vnde hæc manant, probanda sunt. Atque[c] in plerisque ciuitatibus intelligi potest, augendæ[d] virtutis gratia, quo libentiùs reip. causa periculum adiret optimus quisque virorum fortium memoriã honore deorum immortalium consecratam ob eam. n. ipsam causam Erichtheus Athenis, filiæq. eius in numero deorum sunt. Itémq. [e] Leonaticum est delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur. Alabandenses quidem sanctiùs Alabandum colũt, à quo est vrbs illa condita, quàm quemquam nobilium deorum: apud quos nõ inurbanè Stratonicus, vt multa, cùm quidam ei molestus Alabandum, deum esse confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus. Illa autem, Balbe, quæ tu à cælo [f], astrísque ducebas, quá longè serpant, non vides. Solem, deum esse, Lunámque, quorum alterum Apollinẽ Græci, alteram Dianam putant. Quòd si Luna, dea est: ergo etiam Lucifer: ceteræque errantes, numerum deorum obtinebunt. igitur etiam inerrãtes. Cur autem arcus[g] species nõ in deorum numero reponatur? est enim pulcher, & ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur [h] esse nata. cuius si diuina natura est, quid facies nubibus? arcus enim ipse ex nubibus efficitur quodam modo coloratus. Quarum vna etiam Centauros peperisse dicitur. Quòd si nubeis retuleris in deos, referendæ certè erunt tempestates[i], quæ populi Romani ritibus consecratæ sunt. Ergo imbres, nimbi, procellæ, turbines, sunt dij putandi. nostri quidem duces, ma re ingredientes, immolare hostiam fluctibus consueuerunt. Tum si est Ceres à gerendo: ita enim dicebas: terra ipsa dea est, & ita habetur quæ est enim alia Tellus? sin terra: mare etiã quem Neptunum esse dicebas: ergo & flumina, & fontes. Itaque & fontis[k] delubrum Marsus [l] ex Corsica dedicauit: & in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Anemonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus. Ergo hoc aut immensum serpet, aut nihil horum recipiemus, nec illa infinita ratio superstitionis pbabitur. Nihil ergo horum probãdum est. Dicamus igitur, Balbe, oportet contra illos etiam, qui hos deos ex hominum genere in cælum translatos, non ire, sed opinione esse dicunt, quos augustè omnes, sanctéque veneramur. Principiò treis numerant ij, qui theologi nominantur: ex quibus primum, & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cælo, qui genuisse Mineruam dicitur, quam principem, & inuentricem belli feruntur: tertium Cretensem, Saturni filium: cuius in illa insula sepulcrũ ostẽditur. Atqui etiam

a Genealogias Deorum huiusmodi P. B. recense, Hyginus initio Fabularum: Phornutus libro de Natura Deorum, vbi de fabulis. Apollodorus 1.*

b Atqui Erebum & Noctẽ ex Chao natam esse ait Hesiod. Theogonia. Varro apud Festum in Erebum. Erebo noctẽ natã ait, vbi Erebum obscurum interpretatur.*

c L. sanctissimæ

d L. putas

e L. cuius matertera Asteria est. mater Latonæ? an h.

f al. Forinæ.* p. LXIX.

g Ea videtur esse quæ Ops Augustino 4. de ciuitate 21. Quid necesse est, inquit, Opi deæ commẽdare nascentes deos? Nisi inibi legendum sit, Nationi deæ, & Opi.*

h q. v. c. omnia quæ cogi. al. nobismetipsi.

i al. nobismetipsi.

k Sarapim.*

l v. c. felis,

m Idem Tusculan.*

n al. Apsyrto.*

b Leg censoria.*

c al. Atque.*

d Dij enim bus conferrat.*

e L. Leonatarum est delubr.

f Deos esse cælum & astra, mare, terram, aquas.*

g v. c. argui h Aut. Hygin. fabul. dicitur Iris esse nata. vnde & Virgil. apud Thaumantiadas Iridas.

i Tempestates populi Romani ritu consecrat.*

k Fonti Dio vel Fonti Bonæ Deæ sacrat. Festus. vel Cæsius, ex inscriptione vetere. Fratrum Arualium. Sic enim habetur in F O N T E. verb. N. 14. L. Mafo m fonte Aponi. Cluuerius. Alcmonem, qui Mallium vicinus Tiburi. Strabo. Nomina videmus. Plinius. Ager Spinonensis. Festus. Anemonensis. Varro. Nodinus. Festus. Nodinum. Plinius. Ager Nodinus. Varro. Nodinum. Plinius. Ager Nodinus. Varro. Nodinum. Plinius. Ager Nodinus. Varro

etiam apud Graios multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces[a], Athenis ex Ioue, rege antiquissimo, & Proserpina nati, Tricopatreus, Eubuleus[b], Dionysius Secundi, Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Aleo[c], & Melampus, Emolus[d], Atrei filij, qui Pelope natus fuit. Iam Musę primæ quattuor, natæ Ioue altero, Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete: secundæ, Ioue tertio, & Mnemosyne, procreatæ nouem: tertiæ, Ioue tertio Pieriæ natæ, & Antiopa: quas Pieridas, & Pierias solent poetæ appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proximæ superiores. Cúmque tu Solem, quia solus esset, appellatum esse dicas: *Soles*[e] ipsũ quàm multi à theologis proferũtur? vnus eorum Ioue natus, nepos Ætheris: alter, Hiperione: tertius, Vulcano, Nili filio: cuius vrbem Ægyptii volunt esse eam, quæ Heliopolis[f] appellatur: quartus is quem heroicis temporibus Achanto[g] Rhodi peperisse dicitur, auum Ialysi, Camiri, & Lindi: quintus, qui Colchis fertur Æetã, & Circen procreauisse. *Vulcanus*[h] item complures, primus Cælo natus, ex quo Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt: secundus Nilo natus, Opas, vt Ægyptij appellant, quem custodẽ esse Ægypti volunt: tertius ex tertio Ioue, & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse: quartus Menalio natus, qui tenuit insulas ,ppteri Siciliã, quæ Vulcaniæ nominabãtur[i]. *Mercurius* vnus Cęlo patre, Die[m] matre natus: cuius obscęniùs excitata natura traditur, q̃ adspectu Proserpinę cõmotus sit: alter Valentis, & Phoronidis filius, is, qui sub terris habetur[n], idem Trophonius: tertius[o] Ioue tertio natus, & Maia, ex quo, & Penelopa Pana natum ferunt: quartus Nilo patre, quem Ægyptij nefas habent nominare: quinctus, quem colunt Pheneathæ, qui Argũ dicitur interemisse, ob eámque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges[o], & litteras tradidisse. Hunc Ægyptij Thoyth[p] appellant: eodémque nomine anni primus ꝙ mensis apud eos vocatur. *Æsculapiorum* Apollinis, quem Arcades colunt: qui specillum inuenisse, primúsque vulnus obligauisse dicitur, secundus, secundi Mercurij frater. Is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cyno suris, tertius, Arsippi, & Arsinoæ: qui primus purgationem alui, dentíque euulsionem, vt ferunt, inuẽnit: cuius in Arcadia non longè à Lusio flumine sepulcrum, & lucus ostenditur. *Apollinum* antiquissimus is, quem paullo antè ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum, alter Corybãtis filius, natus in Creta, cuius de illa insula cum Ioue ipso certamẽ fuisse traditur, tertius Ioue tertio natus, & Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse, quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quòd ab eo se leges ferunt accepisse. *Dianæ* item plures, prima Iouis, & Proserpinæ, quæ pinnatum Cupidinẽ genuisse dicitur, secunda notior, quam Ioue tertio, & Latona natam accepimus: tertiæ pater, Vpis traditur, Glauce mater. Eam Græci[r] sępe Vpim paterno nomine appellãt. *Dionysios*[s] multos habemus: primùm è Ioue, & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse: tertium, Caprio patre, eúmq. regem Asiæ præfuisse dicunt: cuius[t] Abazea fuit instituta: quartum Ioue, & Luna, cui sacra Orphica putantur confici: quintum Niso natum, & Thione, à quo Trieterides constitutæ putantur. *Venus* prima Cælo, & Die nata: cuius Elide delubrum videmus: altera, spuma procreata: ex qua, & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus: tertia Ioue nata, & Dione: quæ nupsit Vulcano, Sed ex ea, & Marte natus Anteros dicitur: quarta, Syria, Tyróque cõcepta, quæ Astarte[a] vocatur, quã Adonidi nupsisse traditum[b] est. *Minerua* prima, quam Apollinis matrem suprà diximus, secunda orta Nilo, quã Ægyptij[c] Saitæ colunt, tertia illa, quam Ioue generatam suprà diximus: quarta, Ioue nata, & Coryphe, Oceani filia, quam[d] Arcades[e]. Coriam nominant, & quadrigarũ inuentricem ferunt, quincta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt[f]. *Cupido* primus, Mercurio, & Diana prima natus dicitur: secundus, Mercurio, & Venere secunda: tertius quidem ꝙ, est Anteros, Marte & Venere tertia. Atque hæc quidem, atque eiusmodi ex vetere Græciæ fama collecta sunt. Quibus intelligis resistendum esse, ne perturbentur religiones. Vestri autem non modò hæc non refellunt, verùm etiam confirmant, interpretando[h], quorsum quidque pertineat. Sed eò iam, vnde[i] huc digressi sumus, reuertamur. Num censes igitur subtiliore ratione opus esse ad hæc refellenda? nam mentem[k], fidem, spem, virtutem, honorem, victoriam, salutem, concordiã, ceteráque[l] eiusmodi, rerum vim habere videmus, non deorum. Aut enim in nobismet insunt ipsis, vt mens, vt fides, vt spes, vt virtus, vt cõcordia: aut optãdę[m] nobis sunt. vt honos[n], vt salus, vt victoria. Quarũ rerũ vtilitate video etiã cõsecrata simulacra. Quare autẽ in his vis deorum insit, tum intelligam, cùm cognouero. Quo in genere vel maximè est Fortuna[o] numeranda: quam nemo ab inconstantia, & temeritate seiunget: quæ digna certè non sunt deo. Iam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum? exsectum à filio Cælum, vinctum itidem à filio Saturnum. Hæc, & alia generis eiusdem ita defenditis, vt ij, qui ista finxerunt, non modò non insani, sed etiam fuisse sapientes videantur. In enodandis autem nominibus, quod miserandum sit, laboratis. Saturnus, quia se saturat annis: Mauors, quia magna vertit: Minerua, quia minuit, aut quia mi natur? Venus, quia venit ad omnia: Ceres, à gerendo. Quam periculosa consuetudo? in multis enim nominibus hærebitis. Quid Veiui facies? quid Vulcano? quamquam, quoniam Neptunum ăp nando appellatum putas, nullũ erit nomen, quod nõ possis vna littera explicare, vnde ductum sit: In quo quidẽ magis tu mihi natare visus es, quã ipse Neptunus. Magnam molestiam suscepit, & minimè necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commẽtitiarum fabularum reddere rationem: vocabulorum, cur quique ita appellati sint, causas explicare. Quod cùm facitis, illud profectò confitemini, longè aliter rem se habere, atq. hominum opinio sit: eos enim, qui dij appellantur, rerum naturas esse, non figuras deorum. Qui tantus error fuit, vt pernicitosis etiam rebus non modò nomen deorũ tribueretur. sed etiam sacra constituerentur. Febris enim fanum in Palatio. & ædem Larum, & aram malæ Fortunæ Esquiliis consecratam videmus. Omnis igitur ta-

a Cui fecisse hoc est sacrificasse Sa- P. B.
lomonem testis est historia sacra. Et videtur fuisse Venus Urania, cuius meminit Herodotus lib. 1.*
b al. prædictum. al. protectum.*
c In Sai Mineruam cultam fuisse refert Herodotus 2.*
d L. quam arcades Coryphasiam nomin. Ita enim vocata est à matre, Clemens Alexandr. protreptico. & Pausanias in Messeniac.*
e Clemens & Pausanias Messeniac.*
f al. affinxũt
g L. de ea parte ædem.
h Vide Fulgent. Mythologica. Palæphat. de fabulosis narrationibus. Phornutum de deorum natura. Albricũ de deorum imaginibus.*
i L. vnde huc degressi s,
k Dii non sunt, animi affectus.*
l al. ceteráque.
m al. optãda nomen. honor, P. LXXII.
o Dea Fortuna veteribus.*
p al. à nubendo
q L. & Orbonæ ad eadem Larum, & aram, &c.

lis à philosophia pellatur error, vt, *cùm de diis immortalibus disputemus, dicamus* [a] *digna diis immortalibus*: de quibus habeo ipse, quid sentiã: non habeo autem, quid tibi assentiar. Neptunum esse dicis, animum cum intelligentia per mare pergẽtem [b] Idem de Cerere. Istam autẽ intelligentiam aut maris, aut terræ non modò comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. Itaque aliunde mihi quærendum est, vt & esse deos, & quales sint, discere possim, quàm qualeis tu eos esse velis. Videamus ea, quę sequuntur: primũ deorúmne prouidentia mundus regatur: deinde consulántne rebus humanis. hęc enim mihi ex tua partitione restant duo. De quibus, si vobis videtur, accuratiùs disserendum puto. 20 ¶ Mihi verò, inquit Velleius, valde videtur: nam & maiora ex pecto: & his, quæ dicta sunt, vehementer assentior. 21 ¶ Tum Balbus, Interpellare te, inquit, Cotta, nolo, sed sumemus tempus aliud. efficiam profectò vt fateare. Sed

Multa desunt [c].

Nequaquã istuc istac ibit: magna inest certatio.
Nam [d] *vt ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?*

Niobe parúmne raciocinari videtur, & sibi [e] ipsa nefariam pestem machinari? Illud verò quàm callida ratione?

Qui volt, quod volt, ita dat se res: vt operã dabit,

Qui est versus omnium seminator malorum:

Ille [f] *transuersa* [g] *mente* [h] *mihi hodie tradidit repagula* [i]:
Quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo:
Mihi mærores, illi luctũ: exitium illi, exsiliũ mihi.

Hanc videlicet rationem, quam vos diuino beneficio homini solùm tributam dicitis, bestiæ non habent. Vidésne igitur, quanto munere deorum simus affecti? atque eadem Medea patrem, patriámque fugiens:

Postquàm pater appropinquat, iámque, pene vt comprehendatur parat,
Puerum interea obruncat, membráque articulatim diuidit,
Pérque agros passim dispergit corpus: id ea gratia,
Vt, dum nati dispitatos artus captaret parens,
Ipsa interea effugeret: illum vt mæror tardaret sequi,
Sibi salutem vt familiari páreret paricidio.

Huic vt scelus, sic [k] nec ratio quidem defuit. Quid? ille funestas epulas fratri comparans, nonne versat huc & illuc cogitatione rationẽ?

Maior mihi moles, maius miscendum est malum,
Qui illius acerbũ cor contundam, & comprimam.

Nec tamen ille ipse est prætereundus, qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum: de quo rectè & verissimè loquitur Atreus.

Quod re in summa summum esse arbitror
Periclum, matres coinquinari, regiam
Contaminari stirpem, admisceri genus.

At id ipsum quàm callidè, qui regnum adulterio quæreret?

Addo (inquit) huc, quòd mihi portento caleſtum pater
Prodigium misit regni stabilimen mei,
Agnum inter pecudes aureo clarum crino
Quondam [m] *Thyestem clepere ausum esse, è regia:*
Qua in re aduitricem coniugem cepit sibi.

Videtúrne summa improbitate vsus non sine summa esse ratione? nec verò scena solùm referta est his sceleribus, sed multo vita communis penè maioribus. Sentit domus vniuscuiusque, sentit forum, sentit curia, campus, socij, prouinciæ, vt quemadmodum ratione rectè fiat, sic ratione peccetur. Alterum & à paucis & rarò, alterum & sæpe, & à pluribus: vt satius fuerit nullam omnino nobis à diis immortalibus datam esse rationem, quàm tanta cum pernicie datam. Vt vinum ægrotis, quia prodest rarò, nocet sæpissimè, melius est non adhibere omnino, quàm spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere: sic haud scio, an melius fuerit, humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, sollertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, admodum paucis salutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari. Quamobrem si mens, voluntásque diuina idcirco consuluit hominibus, quòd iis largita est rationem: iis solis consuluit, quos bona ratione donauit: quos videmus, si modò vlli sunt, esse paucos. Nõ placet autẽ paucis à diis immortalibus esse cõsultum. sequitur ergo: vt nemini consultũ sit. Huic loco sic soletis occurrere: nõ idcirco non optimè nobis à diis esse prouisum, quòd multi eorum beneficio peruersè vterentur. etiam patrimoniis multos malè vti: nec ob eã causam eos beneficiũ à patrib. nullũ habere. Quis istuc negat? aut quę est in [a] collatione ista similitudo? nec n. Herculi Deianira nocere voluit [b] cum ei tunicã, sanguine Centauri tinctã, dedit: nec prodesse Phæreo [c] Iasoni is, qui gladio vomicam eius aperuit, quam sanare medici non poterant. multi enim, etiam cùm obesse vellent, profuerunt, & cùm prodesse; obfuerunt. Ita non fit, ex eo, quod datur, vt voluntas eius, qui dederit, appareat: nec, si is, qui accepit, bene vtitur, idcirco is, qui dedit, amicè dedit. Quæ enim libido, quæ auaritia, quod facinus aut suscipitur nisi consilio capto, aut sine animi motu, & cogitatione, id est, ratione, perficitur? nam omnis opinio, ratio est, & quidẽ bona ratio, si vera: mala autem, si falsa est opinio. Sed à deo tantùm rationẽ habemus, si modò habemus: bonam autem rationem, aut nõ bonam, à nobis. non enim, vt patrimonium relinquitur, sic ratio homini est beneficio deorũ data. Quid enim potiùs hominibus dedissent, si iis nocere voluissent? iniustitiæ autem, intemperantię, timiditatis quę semina essent, si his vitiis ratio non subesset? Medéa modò, & Atreus commemorabantur à nobis, heroicæ personæ, inita, subductáq. ratione, nefaria scelera meditãtes. Quid [d] leuitates comicę, parúmne semper in ratione versantur? parúmne subtiliter disputat ille in Eunucho?

-- quid igitur faciam? --
Exclusit, reuocat: redeam? non, si me obsecret.

Ille verò in Synephebis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui in amore summo, summáque inopia suaue esse dicit,

Parentem habere auarum, illepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui.

Atque huic incredibili sententia ratiunculas suggerit:

Aut tu illum fructu fallas: aut per litteras
Auertas aliquod nomen: aut per seruulum
Percutias pauidum. postremò, à parco patre
Quod sumas quanto dissipas libentius?

Idémque facilem & liberalem patrem, incommodum esse amanti filio disputat: quem

Neque

a *Veius*, dicali vsu loquamur. *al.* digna iis loquamur.* b *v.c.* pertinentem.

c Deorũ prouidentia an mundus regatur & Dii consulántne rebus humanis. P. LXXIII.

d *al.* Num e Diis curæ hominesse esse negare Cotta hîc videtur, enumeratis incõmodis variis & vitiis hominum.*

f Hi versus à Medea pronuntiati non in tragœdia Euripid. quæ hodie extat, sed alia quadam Scripsit enim quoq. Accius Medeam.*

g Id est stulte.*

h *v.c.* trauersa

i Ἀνωμαλία est. Repagula sunt instrumenta apta occludendis foribus, Verrina 4. Plautus Cistellaria. Verrius & Festus in Repagula. Glossis,

P. B.

κόρης σὺν ἐρετμοῖς ἐλάσαι. K. L. sic ne ratio quidem l. L. misceri. *al.* Quem de ara Thyestem.*

k *v.c.* trauersa

l *v.c.* trauersa

m *al.* Thyestem clepere ausum esse è regia: Qua in re aduitricem coniugem cepit sibi.

a *L. delirio collationi.* b *Pocillum eminamentum. Vide Aristot. in magna Moralibus, & Sophocl. Trachiniis. Valer. l. 1. cap. 8.** c *Prometheo cuidã iuuenti buit. Plaut. libello de parasito. Gellius de amico. Sabinus. Plicius. x. Φιλοκτήμονες.*

d *L. Quinquatrus eunuch.*

P. LXXIII.

Neque quo pacto fallam, neq. quid in te aperiã,
Nec quę dolum ad eum, aut machinã cõmoliar.
Scio quidquam ira omneis meos dolos fallacias,
Præstigias præstrinxit [a] commoditas patrii.

Quid[b] ergo isti doli? quid machinæ? quid fallaciæ, præstigiæque? num sine ratione esse potuerunt? O præclarum munus deorum! vt Phormio possit dicere.

Ceterosenem iam instructa mihi sunt in corde cõsilia omnia.

Sed ex eamus è theatro: veniamus in forum, sessum[c] ite precor. quid vt iudicetur? Qui tabularium incéderit. Quod facinus occultius? At se Qu. Sosius splendidus eques Rom. ex agro Piceno, fecisse confessus est. Qui transcripserit tabulas publicas. Id quoque L. Alenius fecit: cùm chirographum Sexprimorum imitatus est. Quid hoc homine sollertius? Cognoscite alias quæstiones, auri Tolosani[d] coniurationis Iugurthinæ. Repete superiora. Tubulę de pecunia capta ob rem iudicandam: posteriora, de incestu rogatione Peducæa: tum hæc quotidiana, sicæ, venena, peculatus, testamentorum etiam lege noua quæstiones. Inde illa actio, OPEM CONSILIOQVE TVO FVRTVM aio factum esse: inde tot iudicia de fide mala, tutelæ, mandati, pro socio, fiduciæ: reliqua, quæ ex emto, aut vendito condicto, aut locato contra fidem fiunt: inde iudicium publicum rei priuatæ lege [g] Lectoria [h]: inde euerriculum[i] malitiarum omnium, iudicium de dolo malo: quod C. Aquillius, familiaris noster protulit. Quem dolum idem Aquillius tum tenere putat, cùm[k] aliud sit simulatum, aliud actum. Hanc igitur à diis immortalibus tantam arbitramur malorum sementem esse factam? Si enim rationem hominibus dij dederunt: & malitiam dederunt. est. n. malitia, versuta, & fallax nocendi ratio. Idem autem dij fraudẽ dederunt, facinus, ceteráq. quorum nihil nec suscipi sine ratione, nec effici potest. *Vtinam* l igitur, vt illa anus optat,

— nec tu nemore Pelio secur bus
Cæsa ceciderit [m] nec abiegna ad terram trabes [n].

sic istam callidit atem hominibus dij ne dedissent: qua perpauci benè vtuntur: qui tamen ipsi læpe à male vtentibus opprimuntur: innumerabiles autem improbè vtũtur: vt donum hoc diuinum tationis, & consilij ad fraudem hominibus, nõ ad bonitatem impertitum esse videatur. Sed vrgetis identidem, hominum esse istam culpam, nõ deorum. Vt si medicus grauitatem morbi, gubernator vim tempestatis accuset. Etsi hi quidem homunculi, sed tamen ridiculi. Quis enim te adhibuisset, dixerit quispiam, si ista non essent? contra deum licet disputare liberiùs. In[o] hominum vitiis ais esse culpam. Eam dedisses hominibus rationem, quæ vitia, culpámque excluderet. Vbi igitur locus fuit errori deorum? nam patrimonia spe bene tradendi relinquimus: qua possumus falli: deus falli quî potuit? an vt Sol, in currum cùm Phaethontem filium sustulit: aut Neptunus, cùm Theseus Hippolytũ perdidit, cùm ter optandi à Neptuno patre habuisset potestatẽ? Poetarum ista sunt: nos autem philosophi esse volumus, rerum auctores, non fabularum. Atq. tamen ipsi dij poeticis si scirent, perniciosa fore illa filiis, peccasse in beneficio putarentur. Et, si verum est, quod Aristo Chius dicere solebat, nocere audientibus philosophos iis, qui benedicta malè interpretarentur: posse enim a sotos[a] ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire: profusos, si, qui audierunt, vitiosi essent: diffisuros, quòd peruersè philosophorum disputationem interpretarentur: tacere præstare philosophos[b], quàm iis, qui se audissent, nocere. Sic si hominibus rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem, malitiámq. conuertunt: non diri illam, quàm dari humano generi melius fuit. Vt si medicus sciat eum ægrotum, qui[c] iussus sit vinum sumere, meracius sanaturum, statimq. periturum, magna sit in culpa: sic vestra ista prouidẽtia reprehendenda, quæ rationem dederit iis, quos scierit ea peruerse & improbe vsuros. Nisi fortè dicitis eã nescisse. Vtinã quidem. Sed nõ audebitis. non enim ignoro, quanti eius nomen putetis. Sed hic quidem locus concludi iam potest. Nam si stultitia, cõsensu omnium philosophorum, malus est malum, quàm si omnia mala & fortunæ, & corporis ex altera parte ponãtur: sapientiã autem nemo assequitur: in summis malis omnes sumus. quibus vos optimè cõsulcum à diis immortalibus dicitis. Nam vt nihil interest, vtrùm nemo valeat, an nemo possit valere: sic non intelligo, quid interfit, vtrùm nemo sit sapiẽs, an nemo esse possit. Ac nos quidem nimis multa de re apertissima. Telamõ[d] autem vno versu locum totum confecit, vtrùm dij homines negligant:

Nam si curent, bene bonus sit, malè malus: quod nunc abest.

Debebant illi quidem omneis bonos efficere si quidem hominum generi consulebant. Sin id minùs: bonis quidem certè consulere debebant. Cur igitur duos Scipiones, fortissimos, & optimos viros, in Hispania Pœnus oppressit? cur Maximus extulit filium consularem? cur Marcellum Hannibal interemit? Cur Paullum Cannæ sustulerunt? cur Pœnorũ crudelitati Reguli corpus est præbitum? cur Africanum domestici parietes nõ texerunt? Sed hæc vetera, & alia permulta. Propiora videamus. cur auunculus meus vir innocentissimus idémque doctissimus, P[e] Rutilius in exsilio est? cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus? cur temperantiæ, prudentiæque specimen, ante simulacrum Vestæ, pontifex maximus, est Q. Scæuola[f] trucidatus? cur etiam antè tot ciuitatis Principes à Cinna interemti? cur omniũ perfidiosissimus[g], C. Marius, Q. Catulum, præstantissima dignitate virum, mori potuit iubere? Dies[h] deficiat, si velim numerare quibus bonis malè euenerit: nec minùs si contra neminem, quibus improbis optimè. Cur enim Marius tam feliciter, septimùm consul, domi suæ senex est mortuus? cur omniũ crudelissimus tam diu Cinna regnauit? At dedit pœnas. Prohiberi melius fuit, impediriq. ne tot summos viros interficeret, q̃ ipsum aliquando pœnas dare. Summo cruciatu, supplicioq. Q. Varius[i], homo importunissimus, perit: sed, quia Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat, illos cõseruari melius fuit, quàm pœnas scelerisVarium pẽdere. Duodequadragintaannis[k] Dionysius tyrannus fuit opulentissimæ, & beatissimæ ciuitatis. Quàm[l] multas ante hunc in ipso Græciæ flore Pisistratus, ac Phalaris, ac Apollodorus pœnas sustulit, multis quidẽ antè cruciatis & necatis! Et prædones multi sæpe pœnas dant: nec tamen possumus dicere, non plureis captiuos acerbe, quàm prædones necatos.

a Asoti prodigi, ifu, z. de finibus.*

b fort. philosophos,

c a'. cui vsus sit.*

P. LXXV.

d L. Telamo autem, &c.

e 2. Valer. 10. & 3. c. 4. Senec. lib. de prouidentia.*

f L. Q. Scæuola

g a perfidiosissimus,*

h fort. Dies me deficiat,

i qui propter ossuarium ciuitatis cognominatus est Hyperida 8. Valer. 6.*

P. 8.

k Idem 5. Tusculana. Diodor. 20.*

l L. Quàm multos ante hunc in ipso Græciæ flore Pisistratus? At Phalaris, at Apollodorus pœnas sustulit. Multis quidẽ antè cruciatis & necatis.

Anaxarchum Democritium à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleatem in tormẽtis necatum. Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrymari soleo, Platonem legens. Vidéſne igitur, deorum iudicio, ſi videt res humanas, diſcrimen eſſe ſublatum? Diogenes quidem Cynicus dicere ſolebat, Harpalũ, qui temporibus illis prædo felix habebatur, cõtra deos teſtimonium dicere, quòd in illa fortuna tam diu viueret. Dionyſius, de quo antè dixi, cùm fanum Proſerpinæ Locris expi luiſſet[a], nauigabat Syracuſas: iſque cùm ſecundiſſimè curſum teneret, Videtiſne, [b] inquit, amici, quàm bona à diis immortalibus nauigatio ſacrilegis detur? Atque[c] homo acutus, cñ bene, planéque percepiſſet, in eadem ſententia perſeuerabat. Qui,[d] cùm ad [e] Peloponneſũ claſſem appuliſſet, & in fanum veniſſet Iouis[f] Olympij, aureum ei detraxit amiculũ grandi[g] pondere, quo Iouem ornarat ex manubiis Carthaginienſium tyrannus Gelo. atque in eo etiam cauillatus eſt æſtate graue eſſe aureum amiculum, hieme frigidum: eíq. laneum pallium iniecit, cùm id eſſe aptum ad omne anni tempus diceret. idémq Æſculapi[h] Epidaurij barbam[i] auream demi iuſſit, neque enim cõuenire, barbatum eſſe filium, cùm in omnibus fanis pater imberbis eſſet. Iam menſas argẽteas de omnib⁹ delubris iuſſit auferri: in quibus quòd more veteris Græciæ inſcriptum eſſet, BONORVM[k] DEORVM, vti ſe eorum bonitate vellet dicebat. Idẽ victoriolas aureas, & pateras, coronáſque, quæ ſimulacrorũ porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat: eáque ſe accipere, non auferre, dicebat. eſſe enim ſtultitiam, à quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus, [l] & dantibus nolle ſumere. Eundémque ferunt hæc, quæ dixi, ſublata de fanis in forum protuliſſe, & per præconem vendidiſſe: exactáque pecunia edixiſſe, vt, quæd quiſque à ſacris haberet, id ante diem certam in ſuum quiq. fanum referret. ita ad impietatem in deos, in homines adiũxit iniuriam. Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percuſſit, nec Æſculapius miſero, diuturnóq. morbo intabeſcẽtem interemit: atq. in[m] ſuo lectulo mortuus, in[n] Tympanidis regum illatus eſt: eámque poteſtatem, quam ipſe per ſceleris erat nactus, quaſi iuſtam, & legitimam, hereditatis loco filio tradidit. Inuita in hoc loco verſatur oratio. videtur. n. auctoritatem afferre peccandi: & rectè videretur, niſi in virtutis, & vitiorum, ſine vlla diuina ratione graue ipſius conſcientiæ põdus eſſet. Qua ſublata, iacẽt omnia. Vt. n nec domus, nec reſp. ratione quadã, & diſciplina dẽſignata videatur, ſi in ea nec rectè factis præmia exſtant vlla, nec ſupplicia peccatis: ſic mundi diuina in homines moderatio profectò nulla eſt, ſi in ea diſcrimen nullum eſt bonorũ & malorum. At. n. minora diij neglegunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur: nec, ſi vredo, aut grãdo quippiam nocuit id Ioui animaduertendum fuit. Ne in regnis quidem reges omnia minima curãt. Sic enim dicitis, quaſi ego paullo antè de fundo Formiano P. Rutilij ſim queſtus, non de amiſſa ſalute. Atque hoc quidem omnes mortales ſic habent, externas commoditates, vineta, ſegetes, oliueta, vberta tem frugum, & fruẽtum: omnem deniq. commoditatem, proſperitatem-que vitæ, à diis ſe habere: virtutem autem nemo vmquam acceptam deo retulit. Nimirum rectè. propter virtutem enim iure laudamur, & [a] in virtute rectè gloriamur. Quod non cõtingeret, ſi id donum à deo, non à nobis haberemus. At verò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut ſi aliud quippiam pacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali, cùm diis gratias agimus, tum nihil noſtræ laudi aſſumtum arbitramur. Num quis, quòd bonus vir eſſet, gratias diis egit vmquã? At quòd diues, quòd honoratus, quòd incolumis. Iouémque optimum, maximum, ob eas res appellant, nõ quòd nos iuſtos, temperatos, ſapientes efficiat, ſed quòd ſaluos, incõlumes, opulentos, copioſos. Neq. Herculi quiſquam decumam[b] vouit vmquam, ſi ſapiens factus eſſet. Quamquã Pythagoras, cùm in geometria quiddam noui inueniſſet, muſis bouem immolaſſe dicitur. ſed id quidem non credo, quoniam ille Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit, ne aram ſanguine adſpergeret. Ad rem autem vt redeam, *iudiciũ[c] hoc omnium mortalium eſt, fortunam à deo petendam, à ſe ipſo ſumendam eſſe ſapientiam.* Quamuis menti delubra, & virtuti, & fidei conſecremus, tamen hęc in nobis ipſis ſita videm⁹: ſpei, opis, victoriæ facultas à diis expetenda eſt. Improborũ igitur proſperitates, ſecundęq. res redarguũt, (vt Diogenes dicebat) vim omnem deorum, ac poteſtatem. At nonnumquam bonos exitus habent boni. Eos quidem adſcribimus d, attribuimúſq. ſine vlla ratione diis immortalibus. At Diagoras, cùm Samothraciam veniſſet, atheos[e] ille qui dicitur, atq. ei quidam amicus, Tu, qui deos putas humana negligere, nónne animaduertis ex tot tabellis pictis, q̃ multi votis vim tẽpeſtatis effugerint, in portúmque ſalui peruenerint? Ita fit, inquit illi enim nuſquam picti ſunt, qui naufragium fecerunt, in mariſque perierunt. Idémque, cùm ei nauiganti vectores aduerſa tempeſtate timidi, & perterriti dicerent, non iniuria ſibi illud accidere, qui illum in eandem nauem recepiſſent: oſtendit eis in eodẽ curſu multas alias laborantes: quæſiuíſque num etiam in iis nauibus Diagoram vehi crederẽt. Sic enim teſe res habet, vt ad proſperam, aduerſámve fortunam, qualis ſis, aut quemadmodum vixeris, nihil interſit. Non animaduertunt[f], inquit omnia dij. ne reges quidem. Quid eſt ſimilius? Reges, n. ſi ſcientes prætermittunt, magna culpa eſt. At deo ne excuſatio quidem eſt inſcientiæ. Quem vos præclarè defenditis, cùm dicitis, eã vim deorũ eſſe, *vt[g] etiã ſiquis morte pœnas ſceleris effugerit, experiatur ea pœna à liberis, à nepotib. à poſteris.* O miram æquitatẽ deorum! Ferrétne vlla ciuitas latorem iſtiuſmodi legis vt condemnaretur filius, aut nepos, ſi pater, aut auus deliquiſſet?

Quinam Tantalidarum internecioni modus
Paretur? a q ana vmquã ob mortem Myrtili
Pœnis luendis dabitur ſatias ſupplicij?

Vtrùm poetæ Stoicos deprauauerint, an Stoici poetis dederint auctoritatem, non facilè dixerim. portenta enim, & flagitia ab vtriſque dicuntur. neque enim, quem Hipponactis iambus læſerat, aut qui erat Archilochi verſu vulneratus, à deo, immiſſum dolorem, non conceptum à ſe ipſo, continebat: nec, cùm Ægiſti libidinem, aut cùm Paridis videmus, à deo cauſam requirimus, cùm culpæ pænè vocem audiamus:

a al. expoliauiſſet.*
b Idẽ Valer. 2, c. 1. Aelian. de varia hiſt. lib. 1.*
c fort. Idque homo acutus,
d Dionyſij filio id tribuit Clemens in Protreptico.*
e Imo in ipſa Sicilia. Clem. in Protrepti. co, quod & verũſimilius: *niſi hæc legamus,* cùm à Peloponneſo claſſem appuliſſet.*
f cuius templum in Sicilia quoque Liuius 24. & Dior. Vt Cicero Iouis Olympii templo decreuit, hanc hiſtoriam ad Peloponeſum remulerit & Græcos.*
g al. grauis*
h L. Epidaurii i pari ſacrilegio comã Apollinis toton dit. Plutarch. in Iſide.*
k τῶν ἀγαθῶν δῶρα τοὺς θεοὺς dixit Athenæus 15. vti citat Victorius Var. 1. vbi etiã ſcribit paullò aliter hanc hiſtoriã referri ab Athenæo.*
l vide Victorium 2. Variarum 20. vbi quædam adfert, ad hunc locum ex 5. Tuſc. Ariſtop. ἐκκλησιαζ. Plutarch. 5. Sympoſ.*
m hic tamẽ Dionyſius in decore filii pœnas exoluit. 1. Valer. Iuſtin. 20.*
n al. in tympanidis in regum illatus eſt.

a v. & 3. vide tute. recte gloriamur. al. & de virtute recte glo.
b Varro ſde lingua. Plaut. Truculento & Stichio.*
c ſed prudẽtia. Nam nec fortuna vere vita eſt, ſi Dei conſilio omnia & quidẽ minima, regantur: nec à ſapientia, ſed à Deo petẽda.* P. LXXVIII. d g. v. c. attribuimus,
e De Diagora atheo dixi initio libri 1. de natura ſupra.*
f Deos non omnia animaduertere, dicit Stoici.*
g Pœnas præſentiũ à liberis exigique ſolet.*

nec ego multorum [a] ægrotorum salutem non ab Hippocrate potiùs, quàm ab Æsculapio datam iudico: nec Lacedæmoniorum disciplinam dicam vmquam ab Apolline potiùs Sparta, quàm à Lycurgo datam. Critolaus, inquam, euertit Corinthum: Karthaginem Hasdrubalb. Hi duos illos oculos [c] oræ maritimę effoderunt. non iratus alicui, quem [d] omnino irasci posse negatis deum. At subuenire certè potuit, & conseruare vrbeis tãtas, atque taleis. Vos enim ipsi dicere soletis, nihil [e] esse quod deus efficere non possit, & quidem sine labore vllo. V T enim hominum membra nulla contentione mente ipsa, ac voluntate mouẽtur: sic numine deorum omnia fingi, moueri, mutarique posse. Neque id dicitis superstitiosè, atque aniliter, sed physica, constantique ratione. materiam enim rerum, ex qua, & in qua omnia sint, totam esse flexibilem, & commutabilem, vt nihil sit, quod non ex ea quamuis subitò fingi. conuertique possit. eius autem vniuersę fictricem, & moderatricem diuinam esse prouidentiam hanc igitur, quocunque se mouear, efficere posse, quidquid velit. Itaque aut nescit. quid possit: aut negligit res humanas: aut, quid sit optimum, non potest iudicare. Non curat [f] singulos homines. Non mirum: ne ciuitates quidẽ. Non has [g] ne nationes quidem, & gentes. Quòd si has etiam cõtemnet, quid mirum est, omne ab ea genus humanum esse contemtum? Sed quo modo iidẽ dicitis, non omnia deos persequi, qui iidem [h] vultis, à diis immortalibus hominibus dispartiri [i], ac diuidi [k] somnia? Idcirco [l] somnia hæc tecum, quia vestra est de somniorum veritate sententia. Atque i dem etiam vota [a] suscipi dicitis oportere. Nempe singuli vouent: audit igitur mens diuina etiam de singulis. Videtis ergo, eam nõ esse tam occupatam, quàm putabatis? Fac esse distentam, cælum versantem, terram tuentem, maria moderantem. Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? cur non rebus humanis aliquos otiosos deos præficit? qui à te, Balbe, innumerabiles explicati sunt. Hæc ferè dicere habui de natura deorũ, non vt eam tollerem, sed vt intelligeretis, quàm esset obscuta, & quàm difficileis explicatus haberet. 22 ¶ Quæ cùm dixisset Cotta, finẽ fecit. Lucilius autem, Vehementiùs, inquit, tu quidem, Cotta, innectus es in eam Stoicorum rationem, quæ de prouidentia deorum ab illis sanctissimè, & prouidentissimè constituta est. Sed quoniam aduesperascit, dabis diem nobis aliquem. vt contra ista dicamus. est enim mihi tecum *pro aris, & focis* certamen, & pro deorum templis, atque delubris, próque vrbis muris, quos vos, pontifices, sanctos [b] esse dicitis, *diligentiúsque vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis*. Quæ deseri à me, dum quidem spirare potero, nefas iudico.

23 ¶ Tum Cotta, Ego verò & opto redargui me, Balbe: & ea, quæ disputaui, dissererè malui, quàm [c] iudicare: & facilè meà te vinci posse, certò scio. 24 ¶ Quippe, inquit Velleius, qui etiam somnia putet ad nos mitti ab [d] Ioue. Quæ ipsa tamen tam leuia non sunt, quàm est Stoicorum de natura deorũ oratio. 25 ¶ Hæc cùm essent dicta, ita discessimus, vt Velleio Cottæ disputatio verior, mihi Balbi ad veritatis [e] similitudinem videretur esse propensior.

a Deos vota hominum suscipere cẽsent Stoici.*

b *Idem l. 1. 8. 9. ff. de rerum diuisione.**

c *fort.* quàm diiudicare.*

d Homerus, Διὸς δ' ὀνείρους ἔμεν πάντας.*

e ad veritatẽ dixit libro 1. de diuinatione. & sanc Augustinus 5. de ciuitate 9. Balbi sententiam Ciceroni probatam scribit.*

M. TVLLII CICERONIS DE DIVINATIONE[a], LIBER PRIMVS.

Q. Cicero M. Tull. Cicero.

VETVS opinio est, iam vsque ab heroicis ducta tẽporibus, eáq. & po. R. & omniũ gentium firmata consensu, versari quandá inter homines diuinationem, quam Græci *μαντικὴν*[b], appellant, id est, prælensionem, & scientiam rerum futurarum. Magnifica quædam res, & salutaris, si modò est vlla: quæque [c] proxima ad deorum vim natura mortali possit accedere. Itaque vt alia nos meliùs multa, quàm Græci: sic huic præstantissimæ rei nomen nostri à diuis d. Græci, vt Plato interpretatur, à furore duxerunt. Gentem quidem nullam video neque tam humanam, atque doctam, neque tam immanem, támque barbaram, quæ non significari futura, & à quibusdam intelligi, prædicíque posse censeat. Principiò [e] *Assyrij*, vt ab vltimis auctoritatem repetam, propter planitiem, magnitudinémque regionum, quas incolebant, cùm cælum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, traiectiones, motúsque stellarum obseruauerunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione *Chaldæi*[g], non ex artis, sed ex gentis[h] vocabulo nominati, diuturna obseruatione siderum, scientiam putantur effecisse, vt prædici posset, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Eandem artem etiam *Ægyptij*[i] longinquitate temporum innumerabilibus pæne sæculis consecuti putantur. *Cilicum* autem, & *Pisidarum gens*, & his finitima *Pamphylia*, quibus nationibus præfuimus ipsi, volatibus auium, cantibúsque, vt certissimis signis, declarati res futuras putant. Quam verò *Græcia* coloniam[k] misit suscepta*.

a Hanc disputationẽ à Ciceronẽ eo nomine initam refert Augustinus 5. de ciuitate 9. vt ne sibi quidem esse confentaneum, si liceret, à voluntate prohiberet.*

b Ve-mantiken

c Et quidque proxime ad deorum vim natura mortalis possit accedere.

d Diuinationis origo, & quæ gentes diuinationes amplexæ.*

e Hinc Astrologi inuentionem partim Assyriis, partim Aegyptiis, tribuit Plinius 7. c. 56.*

g De Chaldeis vide Diodorũ 2. c. 8. Laertiũ in præmio Strabonem 16. Ammianum 23.*

h Herodotus 7. Mela 3. vbi de sinu Persico 6. Plin. 26. Solinus cap. 70. Augustin. 26. de ciuitat. 12.*

i Aristoteles 1. Metaphysic. 1.

k Coloniæ à Græcis non fine oraculo deductæ, neque bella fine oraculo suscepta*.

in[a] Ætoliam, Ioniam. Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio, aut Dodonæo, aut Ammonis[b] oracul[o]? aut quod bellū susceptum ab ea sine consilio deorum est? Nec vnum genus est diuinationis publicè, priuatímq. celebratum. Nam, vt omittā cæteros populos, noster quàm multa genera cōplexus est? Principiò, huius vrbis parens *Romulus*, non solùm auspicato[c] vrbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur. Deinde auguribus & reliqui reges vsi: & exactis regibus, nihil publicè sine auspiciis nec domi, nec militiæ gerebatur. Cúmq. magna vis videretur esse & in imperrandis, consulendísque rebus, & in monstris interpretādis, ac procurandis in haruspicū disciplina: omnem hanc ex *Etruria* scientiam adhibebant, ne genus esset vllum diuinationis, quod neglectum ab iis videretur. Et, cùm duobus modis animi sine ratione, & scientia, motu ipsi suo, soluto, & libero incitarentur. vno, furente: altero, somniante: furoris diuinationem Sibyllinis maximè versibus contineri arbitrati, eorum decē[d] interpretes delectos[e] ex ciuitate esse voluerunt. Ex quo genere sæpe hariolorum etiam, & vatum furibūdas prædictiones, vt Octauiano bello, Cornelij Culleoli, audiendas putauerunt. Nec verò somnia grauiora, si[f] quę ad remp. pertinere visa sunt, à summo consilio neglecta sunt. Quinetiam memoria nostra templum Iunonis Sospitæ L. Iulius, qui cum P. Rutilio consul fuit, de senatus sententia refecit ex Cæcilię, Balearici filiæ, somnio. Atque hæc, vt ego arbitror, veteres rerum magis euentis moniti, quàm[h] ratione docti, putauerunt & probauerunt. ¶ Philosophorum verò exquisita quædam argumenta, cur esset vera diuinatio, collecta sunt. Ex quibus, vt de antiquissimis loquar, Colophonius [i] Xenophanes, vnus, qui deos esse diceret, diuinationem funditus sustulit. Reliqui verò omnes, præter Epicurum, balbutientem de natura deorum, diuinationē probauerunt, sed non vno modo. Nam cùm Socrates, omnésque Socratici, Zenóque, & ij, qui ab eo essent profecti, manerent in antiquorum philosophorum sententia, vetere Academia, & Peripateticis consentientibus, cúmque huic rei magnam auctoritatem Pythagoras iam antè tribuisset, qui etiā ipse augur vellet esse, plurimísque locis grauis auctor Democritus præsentionem rerum futurarum comprobaret: Dicearchus Peripateticus cetera diuinationis genera sustulit, somniorum, & furoris reliqui: Cratippúsq. familiaris noster quem parē ego summis Peripateticis iudico, iisdem rebus fidem tribuit, reliqua diuinationis genera reiecit. Sed cùm Stoici omnia ferè illa defenderent, quòd & Zeno in suis commentariis quasi semina quædam spar sisset, & ea Cleanthes paullo vberiora fecisset: accessit acerrimo vir ingenio Chrysippus, qui totam de[k] diuinatione duobus libris explicauit sententiam, vno præterea de oraculis, vno de somniis: quem subsequens, vnum librum Babylonius Diogenes edidit, eius auditor: duos Antipater. quinque noster Posidonius. Sed à Stoicis, vel Principibus eius disciplinæ, Posidonij doctor, discipulus Antipatri, degenerauit Panætius: nec tamen ausus est negare vim esse diuinandi, sed dubitare se dixit. Quod illi in aliqua re, inuitissimis Stoicis, Stoico facere licuit, id [l] nos vt in reliquis rebus faciamus, à Stoicis non cōcedetur? præsertim cùm id, de quo Panætio non liquet, reliquis eiusdem disciplinę solis videatur luce clarius. Sed hæc quidem laus Academiæ præstantissimi philosophi iudicio, & testimonio comprobata est. Etenim nobismetipsis quærētibus, quid sit de diuinatione iudicandum, quòd à Carneade multa acutè, & copiosè contra Stoicos disputata sint: verentibúsque, ne temerè vel falsæ rei, vel non satis cognitæ, assentiamur, faciendum videtur, vt diligenter etiam, atque etiam argumenta cum argumentis comparemus, vt fecimus in iis tribus libris, quos de natura deorum scripsimus. Nam cùm omnibus in rebus temeritas in assentiendo, erróreque turpis est, tum in eo loco maximè, in quo iudicandum est, quantum auspiciis, rebúsque diuinis, religioníque tribuamus est enim periculū, ne aut, neglectis iis, impia fraude: aut susceptis, anili superstitione obligemur. 2 ¶ Quibus de rebus & aliās sæpe, & paullo accuratiùs nuper, cùm essem cum Quintō fratre, in Tusculano disputatum est. Nam cùm ambulandi causa in Lyceum venissemus: (id enim superiori Gymnasio nomen est) Perlégi, inquit ille, tuum paullo antè tertium de natura deorum: in quo disputatio Cottæ, quā quam labefactauit sententiā meam, non funditus tamen sustulit. 3 ¶ Optimè verò, inquam. etenim ipse Cotta sic disputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. 4 ¶ Tum Quintus, Dicitur quidem istuc, inquit, à Cotta, & verò sæpius: credo, ne[a] communi iure migrari videatur: sed studio contra Stoicos differendi deos mihi videtur funditus tollere. Eius orationi non sanè desidero quid respondeam: satis enim defensa religio est in secundo libro à Lucilio: cuius[b] disputatio tibi ipsi, vt in extremo tertio scribis, ad veritatem est visa propensior. Sed, quod prætermissum est in illis libris, credo quia commodius arbitratus es separatim id quæri, déque eo differi, id est, *de diuinatione*, quæ est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio, atque præsensio, id si placet, videamus, quam habeat vim, & quale sit. Ego enim sic existimo: si[c] sint ea genera diuinandi vera, de quibus accepimus, quæque colimus, esse deos: vicissimque, si dij sint, esse qui diuinent. 5 ¶ Arcem tu quidem Stoicorum, inquam, Quincte defendis, si quidem[d] ista reciprocantur, vt &, si diuinatio sit, dij sint, &, si dij sint, sit diuinatio. Quorū neutrum tam facile, quàm tu arbitraris, conceditur. Nam & natura[e] significari futura sine deo possunt: &, vt sint dij, potest fieri, vt nulla ab iis diuinatio generi humano tributa sit. 6 ¶ Atq. ille, Mihi verò, inquit, satis est argumenti, & esse deos, & consulere rebus humanis, quòd esse clara, & perspicua diuinationis genera iudico. De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni præuertendum putes. 7 ¶ Ego verò, inquā, philosophiæ, Quincte, semper vaco, hoc autem tempore, cùm sit nihil aliud, quod libenter agere possimus, multo magis aueo audire, de diuinatione quid sentias. 8 ¶ Nihil, inquit, quidem noui, nec quod præter cæteros ipse sentiam. nam cùm antiquissimam sententiā, tum omnium populorum, & gentium consensu comprobatam sequor. Duo [f] sunt enim diuinandi

a L. in Aeoliam,
b v. c. Hammonis
c Auspices, Augures, haruspices, sibyllæ, hariolí, vates, somniorum interpretes.*
d Liuius 22. quindecim fuisse, Lactantius 1. 6 refertur ex Varrone.*
e v. c. dilectos
f L. si qua
g Vide 1. Valer. 5.*
p. LXXXI.
h L. quàm ratione docti, probauerunt
Diuinationes qui philosophi negarint vel admiserint.*
i Xenophanes Colophonius.
k citatur liber Chrysippi de diuinatione à Lactantio 1. Inst. 6.*
l Sert. id nobis sæpe rel. q.

A B C D E F G H

a L. ne communia iura migrare videatur.
b De diis opinio Ciceronis.*
p. LXXXII.
c An dii sint, si diuinatio & contra: Quintus ait, Marcus negat.
d al. si quidē ista sic reciprocantur,
e Natura significari futura sine deo posse putat Quincty.
f P. 8. Diuinandi genus aliud artificiale, aliud naturale.*

uinandi genera: quorum alterum artis est, alterum naturæ. Quæ est autem gens[a], aut quæ ciuitas, quæ non aut extis pecudum: aut mõstra, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut astrologorum, aut sortium, (ea enim ferè artis sunt) aut somniorum, aut vaticinationum, (hæc enim duo naturalia putantur) prædictione moueatur? quarum quidem rerum euenta magis arbitror, quàm causas quæri oportere. Est enim vis, & natura quædam, quæ tum obseruatis longo tempore significationib[b], tum aliquo instintu, inflatúq; diuino futura prænuntiat. Quare omittat vrgere Carneades: qđ faciebat etiã Panætius, requirens Iupitérne cornicẽ à læua, coruũ à dextera canere iussisset. Obseruata sunt hęc tempore immenso, & significatione euentus animaduersa, & notata. Nihil est autem, quod non longinquitas temporum, excipiente memoria, prodendísq; monumentis, efficere, atq; assequi possit. Mirari licet, quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. Quorum vim, atque naturam ratio numquam explicauit: vtilitate & ars est & inuentor probatus. Age, ea, quæ, quamquam ex alio genere sunt, tamen diuinationi sunt similiora, videamus.

Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare, cum subitò penitúsq; tumescit,
Saxáque cana salis niueo spumata liquore,
Triste sibilum ferunt Neptuno reddere voces:
Aut densus stridor cum cælo è vertice montis
Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.

Atque his rerum præsentionibus prognostica tua referta sunt. Quis igitur elicere causas præsentionum potest? etsi video Boethum Stoicum esse conatum. Quis hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerũ explicaret, quæ in mari, cælóve fierent. Illa verò cur eueniãt, quis probabiliter dixerit?

Cana[c] fulix[d] stidem fugiens e gurgite ponti,
Nuntiat horribilem clamans instare procellam,
Haud modico tremulo fundens e gutture cantus.
Sæpe etiam per triste cani de pectore carmen,
Et matutinis acredula vocibus instat,
Vocibus instat, & assiduas iacit ore querelas,
Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.
Fuscáque nonnumquam cursans per littora cornix[e]
Demersit caput, & fluctum cerebrice recepit.

Videmus hæc signa numquam fere ementientia: nec tamen cur ita fiat, videmus.

Vos quoque signa videtis, aquæ dulcis alumnæ,
Cùm clamore paratis inanes fundere voces,
Absurdóque sono fontes, & stagna cietis.

Quis est, qui ranunculos[f] hoc videre suspicari possit? sed inest mire[g] & ranunculis quædam natura significans aliquid, per se ipsa satis certa, cognitioni autem hominum obscurior.

Mollipedésq; eh boues spectantes lumina cæli,
Naribus humorem duxere ex aere succum.

Non quæro cur, quoniam, quid eueniat intelligo.

Iam[k] verò semper viridis, semperque grauata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu,
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Ne hoc quidem quæro, cur hæc arbor vna ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad singũ floris accommodet. Hoc sum contentus, quòd etiam fi, quomodo quidque fiat, ignorem, quid fiat, intelligo. pro omni igitur diuinatione idem quod pro omnibus iis rebus quas commemoraui, respondebo. Quid

a *al.* scammoniæ
b *fort.* aristolochiæ
c L. ex inuẽta re reperit rẽ ipsam inuentor ex s.
d *al.* vtimur.* e L. Quid? de fulgurum vi dubitare nõ possumus?
f meminit Varro 4. de lingua Hanc fulminia nocturna tribue bantur: vt diurna Ioui, quæ ideo dicebãtur, dia: quæ ambigua diu annoctu, prouorta. ideo vtrique sacrum hebat cum procurarentur. De Sumano. adde Ouidiũ 6. Fastorum. Augustinum 4. de ciuitate .; Martianũ Capellam .* g L. de cælo ict.
h Aratæa vocat libro 2. hoc est ex Arato.* LXXXIIII.
i *fort.* in secundo de cõsulatu
k L. petisti: I l. grauis ftell.
m L. Quum vero
n v. e. peroussus
o L. vitai l.
p *fort.* Tum vero
P. S. q L. generaliaq. Natiæ.

a Hue referri potest quod apud Plinũ est 7. cap. 56. Augurii, inquit, ex auibus: Carià quo Caris est appellata, ad scitè ex cæteris animalibus Orpheus: Aruspicium, Daphnus: signa aspicio. Am phiaraus: auspicia animum Tiresias. Thebanus: interpretationem obseruationẽ somniorum, Amphiõ. Astrologiæ, Atlas Libyæ filius: vt alii Ægyptii: vt alii Assyrii, &c.
b L. quæcum obseruatis, &c.
c v. c. Rauasc. d Idem Plin. 28. cap. vlt. vbi de præsagiis tempestatis. Et Iuuenc. Et fulicæ inquit, matutino clangore tempestatem prænuntiant.*
e Virgilius 1. Georgi. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. Et sola in sicca secum spatiatur arena.* Et veterem in limine rauis cecinere querelã. Hoc interpretatio præsagia tempestatis. Plinius Virgil. 1. Georgic. & Plinius illo loco.*
f Plinius & Virgilius. Vide & Gyrinnidem Aristotelis Physiognomica.
g Vide quæ notata sunt in Virgil. Georgic. aut bucolic. eclogam 8. Et Plinium 18. c. 25.*

Martis, quæ paruos Mauortis semine natos
Uberibus grandis vitali rore rigabat:
Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu
Conidit, atque auusa pedum vestigia liquit.
Tum quis non artis scripta ac monumenta volutans,
Voces tristificas chartis promebat Etruscis?
Omnes[a] *ciuili generosam stirpe profectam*
Vitare ingentem cladem, pestémque monebant:
Vel legum exitium constanti voce ferebant,
Templa deum q. adeò flammis, vrbei que iubebant
Eripere, & stragem horribilem, cædemq. veteris:
Atque hæc fixa graui fœdo, ac fundata teneri,
Nipòt excisum ad columen formata decore
Sancta Iouis species claros spectaret in ortus:
Tum fore, vt oculos populus sanctúsque senatus
Cernere conatus posset, si forte ad ortum
Conuersa, inde patrum sedes, populique videret.
Hæc tardata diu species mutúmque morata,
Co sule te tandem celsa est in sede locata:
Atque vna fixi, ac signari temporis hora
Iupiter excelsa clarabat sceptra columna:
Ac clades patriæ flamma, ferróque parata,
Vocibus Allobrugum paribus, populóque patebat.
Rite igitur veteres quorum monumenta tenetis,
Qui populos, vrbesq. modo, ac virtute regebant,
Rite etiam veſtri, quorum pietásque fidesque
Præstitit, & longe vicit sapientia cunctos,
Præsipue ingenti coluerunt numine diuos.
Hæc adeò penitus cura videre sagaci
Otia qui studijs læti tenuere decoris.
Inque Academia vmbrifera, nitidóq Lycéo
Fuderunt claras secundi pectoris artes.
E quibus ereptum primo iam à flore iuuentæ.
Te patria in media virtutum mole locauit.
Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas,
Quòd pateris tacitæ voces studijs, nobisque sacrasti.

a T. Omnes ciuili, & generosa à stirpe prof. quibusdam το & abest.

b T. excellens

P. LXXXV.

Tu igitur animum poteris inducere cõtra ea, quæ à me disputantur, de diuinatione dicere, qui & gesseris ea, quæ gessisti, & ea, quæ pronuntiaui, accuratissimè scripseris? Quid quæris, Carneades, cur hæc ita fiant, aut qua arte perspici possint? nescire me fateor: euenire autem te ipsum dico videre. Casu, inquis. Itáne verò? quidquam potest esse casu factum, quod omneis habet in se numeros veritatis? quattuor tali iacti, casu Venereum[c] officiunt. Num etiam centum Venereos, si CCCC. talos iecerris, casu futuros putas? adipsa temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt: num etiam Veneris Cnidiæ[d], Coque pulchritudinem effingi posse adspersione fortuita putas? Sus rostro si humi A. litteram impresserit, num propterea suspicaris, Andromacham Ennij ab ea posse describi? Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput exititisse Panisci. Credo, aliquam non dissimilem figuram, sed certè non talem, vt eam factam à Scopa[e] diceres. sic enim te profectò res habet, vt numquam perfectè veritatem casus imitetur. At nonnumquam ea, quæ prædicta sunt, minùs eueniunt. Quæ tandem id ars non habet? earum dico artium, quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles[f]. An medicina, ars nõ putãda est? quam tamen multa fallunt. Quid? gubernatores nõne falluntur? an Achiuorum exercitus, & tot nauium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, vt profectione læti prioiũ iaseiam intuerentur, vt ait Pacuuius, nec tuendi satietas capere posset?

c Tali, officula quadrilatera: quorum latus vnio, canis, seu canicula dicebatur: oppositũ verò vnioni septenarius: Ceus seu venereus: alia duo latera, quorum Chius ternarium: Senio, qui & dexter quaternariũ significabat. Prior iactus cuieueniſſet, nummum deponebat: cui venereus, sex nummos, & Caniculæ iacturam: cui Chius, tres nummos: cui Senio, quatuor ponebat. P. R

d Fuit & alia quoque ratio taloru: nam in quibusdã iactus fuit vulturi[9], & Herculis Victoria.* al. Gnidiæ, e statuarijs. Plinius 7. & 36. cap. 5. & 14.*

f διέξοδος

Interea prope iam occidente sole inhorrescit[a] *mare,*
Teneb æ conduplicantur, noctisq. & nimbum occæcat nigror.

a Citatur hic locus, de oratore.*

Num igitur tot clarissimorum ducum, regúmque naufragium sustulit artẽ gubernandi? aut num imperatorum scientia nihil[b] est, quia summus imperator nuper fũgit, amisso exercitu? aut non propterea nulla est reip. gerendæ ratio, atq. prudentia quia multa Cn. Pompeium, quædam M. Catonem, nonnulli etiam teipsum fefellerunt? Similis est haruspicum responsio omnisq. opinabilis diuinatio[c], conjectura enim nititur, vltra quam progredi nõ potest. Ea fallit fortasse nonnumquam: sed tamen ad veritatẽ sæpissimè dirigit. Est enim ab omni æternitate repetita: in qua cùm pænè innumerabiles res eodem modo euenirẽt iisdem signis antegressis, ars est effecta, eadem sæpe animaduertendo, atq.[d] notando. Auspicia verò vestra quàm constant? quæ quidem nunc à Romanis auguribus ignorantur: (bona hoc tua venia dixerim:) à Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis, Lyciis tenentur. Iam quid ego hospitem nostrum, clarissimum, atque optimum virum, Deiotarum[e] regem commemorem? qui nihil vmquam nisi auspicatò gerit: qui cum ex itinere quodam proposito, & iam constituto reuertisset, aquilæ admonitus volatu: conclaue illud, vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Itaq. vt ex ipso audiebam, persæpe reuertit ex itinere, cùm iam progressus esset multorum dierum viam. Cuius quidem hoc præclarissimum est, quòd posteaquàm à Cæsare tetrarchiẽ regno pecuniáq. multatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quæ sibi ad Põpeium proficiscenti secunda euenerint, pœnitere. senatus enim auctoritatem, & populi Rom. libertatem atq. imperij dignitatem suis armis esse defensam: sibíq. eas aueis, quibus auctoribus officium, & fidem secutus esset, bene consuluisse. antiquiorem enim sibi fuisse possessionibus suis gloriam. Ille igitur mihi videtur verè augurari. Nam nostri quidem magistratus auspiciis vtuntur coactis. necesse enim est, offa obiecta cadere frustum ex[g] pulli ore, cùm pascitur. Quod autem scriptum habetis, aut[h] tripudium fieri, si ex ea quid in[i] solidum cecid erit: hoc quoque quod dixi coactum, tripudium solistimum[k] dicitis. itaq. multa auguria, multa auspicia, & Cato ille sapiens queritur. negligentia collegij amissa planè. & deserta sunt. Nihil[l] ferè quondam maioris rei, nisi auspicatò, ne priuatim quidem gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum[m] auspices declarant, qui, te omissa[n], nomen tantùm tenent. Nam vt nunc exstis: quãquam id ipsum aliquanto minùs, quàm olim: sic tum auibus magnæ res impertiri[o] solebant. Itaq. sinistra dũ nõ exquirimus, in dira & in vitiosa incurrimus. Vt P. P. Claudius Appij[p] cęci filius, cúiusq. collega L. Iunius, classeis maximas perdiderunt, cùm vitio nauigassent. Quod eodẽ modo euenit Agamemnoni. Qui, cùm Achiui cœpissent

Interq; strepere, apertéque artem obtenere extispicum.

Sonuere imperat secundo rumore, auersáq; auis.

g L. exore pulli.
h L. aui trip.
i L. in solum cecid.
k vide Festum in Solistimum.*
l Idem 2. Valer. 1. Idem 3. Valer. 2. In secto lum exhaust omnis cõsul. di cauda. alii Ciceronẽ, vir Clarissimus fil. Accipitres Iuuenal. Satyr. 10. Cæsellius vopiscus. Cæsellius Vindex. Cæsellius Cæsellius, m Auiarij, n imperant o imperant p Iunius. q Sic ex vetustissimis codicibus Poly. Vale. 1. cap. 7.* P. R.
r L. auspicijs que auis.

Sed quid vetera? M. Crassũ quid accidisse vide-

videmus, diratum obnuntiatione neglecta. In quo Appius, collega tuus, bonus augur, vt ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum, & ciuem egregium censor C.[a] Æthelium notauit, quod emētitum au spicia subscripserit. Esto: fuerit hoc censoris, si iudicabat ementitum. At illud minimè auguris, quod adscripsit, ob eam causam pop. Rom. calamitatem maximam cepisse. [b] Si enim ea causa calamitatis fuit: non in eo est culpa, qui obnūtiauit: sed in eo, qui non paruit. veram enim fuisse obnuntiationem, vt ait idem augur, & ceēsor, exitus, approbauit. Quæ si falsa fuissent, nullam afferre potuissent causam calamitatis. etenim diræ, sicut cetera auspicia, vt omnia, vt signa, nō causas afferunt, cur quid eueniat, sed enūtiant euētura, nisi prouideris. Non igitur obnuntiatio Ætheij [c] causam finxit calamitatis, sed signo obiecto monuit Crassum, quid euenturum esset, nisi cauisset. Ita aut illa obnuntiatio nihil valuit: aut si, vt Appius iudicat, valuit, id valuit vt peccatū hæreat non in eo, qui monuerit: sed in eo, qui non obtēperarit. Quid [d] Iituus iste vester, qđ clarissimum est insigne auguratus, vnde [e] vobis est traditus? nē pe eo Romulus regiones direxit tum, cùm vrbem condidit. Qui quidem Romuli [f] lituus [id est, g] incuruum, & leuiter à summo inflexum bacillū, quod ab eius litui, quo canitur [h], similitudine nomē inuenit:] cùm situs esset in curia Saliarum, quæ est in Palatio, eáque deflagrasset, inuentus [i] est integer. Quid multis annis post Romulum Prisco regnante Tarquinio? quis veterum scriptorum [k] non loquitur, quæ sit ab Attio [l] Nauio per lituum regionū facta descriptio? qui cùm propter paupertatē sues puer pasceret, vna ex his amissa, vouisse dicitur, si recuperasset, vuam se deo daturum quæ maxima esset in vinea. itaque sue inuenta, ad meridiem spectans, in vinea media dicitur constitisse: cúmque in quattuor partes vineam diuisisset, treisque parteis aues abdixissent [m], quarta parte, quæ erat reliqua, in [n] regione distributa, mirabili magnitudine vuam vt scriptū videmus, inuēnit. Qua re celebrata, cùm vicini omnes ad vnum de reb. suis referrent, erat in magno nomine, & gloria. Ex quo factum est, vt eum ad se rex Priscus accerseret. [o] Cuius cùm tēcaret scientiam auguratus, dixit ei se cogitare quiddam, id posséne fieri, consuluit. Ille augurio [p] acto, posse respondit. Tarquinius autem dixit, se cogitasse, corē nouacula posse præcidi. Tum Attium [q] iussisse experiri. ita *cotem* in comitium illatam, inspectante & rege & populo, *nouacula* [r] esse *dississam*. Ex eo euēnit, vt & Tarquinius augure Attio [s] Nauio vteretur, & populus de suis rebus ad eum referret. Cotem autem illam, & nouaculam defossam in comitio, supráque impositum puteal accepimus. Negemus omnia: comburamus annaleis: ficta hæc esse dicamus: quidnis denique potiùs, quàm deos res humanas curare, fateamur: quid, [t] quod apud te scriptum est de T. Graccho, nónne & augurum, & haruspicum comprobat disciplinam? qui, cùm tabernaculum [u] vitio cepisset impru dens, quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset: comitia consulibus rogandis habuit. Nota res est, & à te ipso mādata monumētis. Sed & ipse augur T. Gracchus auspiciorum auctoritatem confessione errati sui comprobauit, & haruspicum disciplinæ magna accessit auctoritas, qui recentibus comitiis in senatum introducti, negauerunt iustum comitiorum rogatorem fuisse. Iis igitur assentior, qui duo genera diuinationis esse dixerunt: vnū, quod particeps esset artis: alterum, quod arte careret. Est enim ars in iis, qui nouas res coniectura persequuntur, veteres obseruatione didicerunt. Carent autem arte ij, qui non ratione, aut coniectura obseruatis, ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto, liberóque motu futura præsentiunt. Quod & somniantibus sæpe contingit, & nōnumquam vaticinantibus per furorem, vt [a] Bacchis Bœotius, vt Epimenides [b] Cres. vt Sibylla Erythræa. [c] Cuius generis oracula etiam habenda sunt, non ea, quæ æquatis sortibus ducuntur, sed illa, quę instinctu diuino afflatú que funduntur. et si ipsa sors contemnenda non est, si & auctoritatē habet vetustatis, vt eę sunt sortes, quas è terra editas accepimus: quę tamen ductæ vt in rem aptè cadant, fieri posse credo diuinitus. Quorum omnium interpretes, vt grammatici poetarum, proximè ad eorum, quòs interpretantur, diuinationem videntur accedere. Quæ est igitur ista calliditas res vetustate robustas calumniando velle peruertere? Non reperio causam. Latet fortasse obscuritate inuoluta naturæ. Non enim me deus ista scire, sed his tātum modò vti voluit. Vt ratio igitur, nec [d] abducar, vt rear aut in exstis totam Etruriam delirare, aut eandem gētem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari, cùm terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus multa nostræ reip. multa ceteris ciuitatibus grauia, & vera prædixerint. Quid? qui irridetur, partus hic mulæ, nón ne quia fœtus exstitit in sterilitate naturę, prædictus est ab haruspicibus incredibilis partus malorum? [e] quid? T. Gracchus, [f] Publij filius, qui bis cōsul, & ceēsor fuit, idémq. & summus augur, & vir sapiens, ciuisque præstās, nónne, vt C Gracchus, filius eius, scriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehensis, haruspices conuocauit? qui cùm respondissent, si marem emisissēt, vxori breui tēpore esse moriēdum: si fœminam, ipsi: æquius esse cēsuit se maturam oppetere mortem, quàm P. Africani filiam adolescētem. fœminam emisit: ipse paucis pòst diebus est mortuus. Irrideamus haruspices: vanos, futileis esse dicamus: quorúmque disciplinam & sapientissimus vir, & euentus, ac res comprobauit, cōtemnamus: cō tēnamus etiā Babylonios, & eos, qui ex Caucaso cæli signa seruantes numeris, & motibus stellarum cursus persequūntur: condemnemus, inquam, hos aut stultitiæ, aut vanitatis, aut imprudentiæ, qui CCCCLXXX [g] millia annorum vt ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent, & mentiri iudicemus, nec sæculorum reliquorum iudicium, quod de ipsis futurum sit, pertimescere. Age, barbari vani, atque falsa ces. num etiam Graiorum historia mentita est quæ Crœso Pythius Apollo, [h] vt de naturali diuinatione dicam, quæ Athenienſibus, quæ Lacedæmoniis, quæ [i] Tagetis quæ Argiuis, quę Corinthiis respōderit, quis ignorat? colligit innumerabilia *oracula* Chrysippus, nec vllum sine locupletē auctore, atque teste. quæ quia nota tibi sunt, relinquo. Defendo vnum hoc, Numquam illud oracolum Delphis tam celebre, & tam clarum fuisset, neque tantis donis refertum, omnium populorum,

a P. Attium not. al. P. Aetium not.

b L. accepisse

c L. Attii. al. Actii

d Lituus insignis hic auguratus: eo Romulus regiones direxit, vrbē condidit. Inuentus integer in curia Saliarum cùm ea esset flagrasset. Attius vir peritissimus distinguit regiones, & maximum vuam reperit.

e Vide Festū in Romuli lituum: cùm situs esset in curia, &c. Inclusa videntur esse glossema.

f Lituus 1. r. Valer. 2.

g Lituus 2. r. Valerius. 4. Attio

h Cic. 87. addixisse enim addicendi verbum, Auspicia solent nū tiare. Festus 27. Seneca de breuitate vitæ. Festus in Præsor. Faciat 2.

i L. augurio cepto. 9. L. Attium. Adde Liuium 5. de diuinatione inter. ubi dixi. Ennius r.

k L. Attio

l L. quid? quod ap. Cic. 1. de diuin. libro 2. de Natura: & de Natura. Vide Plin. 15. 20. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. Plutarchum in Marcello.

m 3.

n 3.

o L. Tarquinium Priscum. Liuius 1. Dionysius 3. Cicero 2. de diuinatione. Plutarchus in Numa. Valerius Max. 1. cap. 1. Plinius 15. 20.

p L. Attio

q L. quid? quod ap. Cic. 1. de diuin. libro 2. de Natura: & de Natura. Vide Plin. 15. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. Plutarchum in Marcello.

r 3.

s 3.

t L. Attio

u L. quid? quod ap. Cic. 1. de diuin. libro 2. de Natura: & de Natura. Vide Plin. 15. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. Plutarchum in Marcello.

a L. vt Bacis Bœotius. Vide Clementē 1. Stromat.

b Cretenſis, Strabo 10.

c De Sibyllis vide 1. Gellii 19. 1. Lactant. 6. Augustin. 18. de ciuit. 23.

d L. nec addūcar,

e al. mularum.

f Plutarch. in Graccho. 4. Valer. 6.

P. 88.

g al. CCIↃↃ annorum. Vt sibius CIↃ. IↃↃↃ annorum.

h Oraculum Delphicum.

i L. quæ Tegeatis. al. Tegeatibus.

P. 3.

que regnum, nisi omnis ætas, oraculorum illorum veritatem esset experta. Iamdiu idem non[a] facit. Vt igitur nunc minore gloria est, quia minùs oraculorum veritas excellit: sic tum, nisi summa veritate, in tanta gloria non fuisset. Potest autem vis[b] illa terræ, quæ mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euanuisse vetustate, vt quondam exaruisse amneis, aut in alium cursum contortos, & deflexos videmus. Sed, vt[c] vis acciderit: magna enim quæstio est, modò maneat id quod negari nō potest, nisi omnem historiam peruertimus, multis sæculis verax fuisse id oraculum. Sed omittamus oracula: veniamus ad *somnia*[d]. De quibus disputans Chrysippus, multis, & minutis somniis colligendis facit idem, quod Antipater, ea conquirens, quæ Antiphontis interpretatione explicata, declarant illa quidem acumen interpretis, sed exemplis grandioribus decuit vti. Dionysij mater[e], ejus, qui Syracusiorum tyrannus fuit, vt scriptum apud Philistum est, & doctum hominem, & diligentem, & æqualem temporum illorum, cùm prægnans[f] hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse Satyriscum. Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ[g] tum in Sicilia nominabantur, responderunt, (vt ait Philistus) eum, quem illa peperisset, clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore. Num te ad fabulas reuoco vel nostrorum, vel Græcorum poetarum? narrat enim & apud Ennium Vestalis illa:

Exita cùm tremulis anus attulit artubus lumẽ,
Talia commemorat lacrymans exterrita somno,
Eurilica prognata pater quam noster amauit,
Vires, vitáque corpus meum nunc deserit omne.
Nam me visus homo pulcher per amœna salicta
Et ripas raptare, locósque nouos, ita sola
Post illa germana soror errare videbar,
Tardaque vestigare, & quærere te, neque posse
Corde capessere. simita nulla pedem stabilibat,
Exin compellare pater me voce videtur
His verbis, cognata[h], tibi sunt antè gerenda
Æruminæ: post ex fluuio fortuna resistet.
Hæc pater effatus, germana, repente recessit,
Nec sese dedit in conspectum corde cupitus.
Quamquã multa manus ad cælum cærula tẽpla
Tenebam lacrymans, & blanda voce vocabam.
Vix ægro tum[k] corde meo me somnus relinquit.

Hæc, etiam si ficta sunt à poeta, non absunt tamen à consuetudine somniorum. Sit sanè illud commentitium, quo Priamus est conturbatus.

Quia mater grauida párere se ardentem facem[l]
Visa est insomnis Hecuba: quo facto pater
Rex ipse Priamus somnio mentu[m] metu
Percussus, curas sumtu[n] suspirantibus
Exsacrificabant hostiis balantibus[o].
Tum ipse lectorem postulat præmpetens,
Vt sese edoceret obsecrans Apollinem,
Quo sese vertant tanta sortes somnium.
Ibi ex oraclo voce diuina edidit
Apollo puerum primus Priamo qui foret
Post illa natus tempora hunc si tollaret,
Eum esse exitium Troiæ pestem Priamo.

Sint hæc, vt dixi, somnia fabularum: hisque adiungatur etiam Æneæ somnium: quod innumerum Fabij Pictoris Græcis annalibus eiusmodi est, vt omnia, quę ab Æneá gesta sunt, quæ que illi acciderunt, ea fuerint, quę ei secundum quietem visa sunt. Sed propria videamus. cuiúsnam modi est Superbi Tarquinij somnium, de quo in Bruto Accij loquitur ipse?

Cùm iam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, sopore placans artus languidos,
Visum[a] est in somnis pastorem ad me appellere,
Dos consanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine,
Præclari, rémque alterum immolare[b] mihi.
Dein ire eius germanum cornibus conniti
In me arietare, eóque ictu me ad cæsum dari:
Exin prostratum terra grauiter sauium,
Resupinum, in cælo contueri maximum:
Ac mirificum facinus, dextrorsum orbem flammeum
Radiatum sibi liquier cursu nouo.

Eius igitur somnij quæ sit à coniectoribus interpretatio facta, videamus.

Rex quæ in vita vsurpant homines, cogitant, curant, vident,
Quæque agunt vigilantes agitántque, ea sibi in somno accidunt,
Minùs mirum est: sed in re tanta haud temere
Prouisò offerunt:
Proin vide ne, quem tu esse hebetem deputes, atque ac pecus,
Is sapientia munitum pectus egregium gerat,
Téque regno expellat. Nam id, quod de sole ostentum est tibi,
Populo commutationem rerum portendit[c] fore.
Per quinqua hæc bene verruncent populo, nam
Quod ad dexteram
Caput cursum ab læua signum præpotens, pulcherrime.
Augurátum est, rem Romanam publicam summam fore.

Age nunc ad externa redeamus. Matrem Phalaridis scribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor, & discipulus Platonis, visam esse videre in[d] somniis simulacra deorum, quæ ipsa Phalaridis domi cōsecrauisset: ex his Mercurium è patera, quam dextra manu teneret, sanguinem visum esse fundere: qui cum teram attigisset, referuescere videretur sic, vt tota domus sanguine redundaret. Quod matris somnium immanis filij crudelitas comprobauit. Quid ego, quæ magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dionysij Persici libris proferam? nam cùm dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiuisse manibus, cùm se conuoluens sol elaberetur, & abiret: ei magos dixisse, quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis, ex triplici appetitione solis, xxx. annos Cyrum regnaturum esse, portendi. Quod ita contigit. Nam ad septuagesimum peruenit, cùm xl. natus annos regnare cœpisset. Est profectò quiddam etiam in barbaris gentibus præsentiens, atque diuinans: siquidem ad mortem proficiscens Calanus Indus[e], cùm adscenderet in rogum ardentem, Oprælarum discessum, inquit, ê vita, cùm, vt Hercules contigit, mortali corpore exemato, in lucem animus excesserit. Cúmque Alexander eum rogaret, si quid vellet, vt diceret. Optimè, inquit: propediem te videbo. Quod ita contigit, nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. Discedo paruper à somniis: ad quæ mox reuertar. Qua nocte[f] templũ Ephesiæ Dianæ deflagrauit, eâdē cōstat ex Olympiade natũ esse Alexãdrũ atq; vbi lucere cœpisset, clamitasse magos, pestem ac

a vide Plutarch. de oraculorum cessatione.*
b Dixi infra de natur. deorum.*
c al. vtut vis*
d adde Aristotelem lib. de diuinatione per somnũ.
e Meminit & 3. de diuinatione. & 1. Valer. 7.*
f al. e. pregnas
g al. Galeotæ vide Steph. in Γαλεῶται.*
P. LXXXIX.
h L. ô gnata.
i Templum tribus modis dicitur Natura, in Cælo, vt hic & in Hecuba, O magna cæli templa. In terra, ab auspicio: sub terra, a similitudine. vide Varronem 6. de lingua.*
k L. cum cor de
l δᾳλὸν
m L. Mentem al. sumptus, id est corruptus.*
n Id est quibus ones enim balare dicuntur. Festus in Barrire. & apud Virgilium
P. B.
Georg. Balãtum grex, pronibus.*
a L. Visa hic somnia sibi ad me appellere. Pecus lanigerum eximia pulchritudine. Duos consanguineos inde eligi. Præclar. gregem.
b L. immolare
c L. portendit fore. Verrepinquã. hæc bene verr.
d L. in somnis
e De Calano vide Plutarchum in Alexand. & Valer. lib. 1. cap. vltimo.
f Id fuit Philippi. Plutarch. bello de imperatore.

ac perniciem Asiæ proxima nocte natã. Hæc de Indis, & magis. Redeamus ad somnia. Hannibalem Cœlius scribit, cùm columnam auream quæ esset in fano Iunonis Laciniæ, auferre vellet, dubitarétq. vtrùm ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisse: cúmque solidam inuenisset, statuisséq. tollere, secundum quietem visam esse ei Iunonem præcundum, ne id faceret, minitariq. si id fecisset, se curaturam, vt eum quoq. oculum, quo bene videret, amitteret: idque ab homine acuto non esse neglectum: itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam, & eam in summa columna collocauisse. ¶Hoc idem [a] in Sileni, quem Cœlius sequitur, Græca historia est: is autem diligentissimè res Hannibalis persecutus est: Hannibalem [b], cùm cepisset Saguntum, visum esse in somnis à Ioue in deorum concilium vocari: quò cùm venisset, Iouem, imperasse, vt Italiæ bellum inferret, ducémq. ei vnum ex consilio datum quo illum vtentem, cum exercitu progredi cœpisse: tum ei ducem illum præcepisse ne respiceret: illum autem id diutius facere non potuisse, elatúmq. cupiditate respexisse: tum visam beluam vastam, & immanem, circumplicatam serpentibus quacumque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta peruertere: &, eum admiratum quæsisse de deo, quídnã [c] illud esset tale monstrum: & deum respõdisse vastitatem esse Italiæ: præcipisséq. vt pergeret protinus [d]: quid retrò, atque à tergo fieret, ne laboraret. 4 ¶Apud Agathoclem scriptum in historia est, Hamilcarem [e] Karthaginiensem, cùm oppugnaret Syracusas, visum esse audire vocem, se postridie cenaturum Syracusis: cùm autem is dies illuxisset, magnam seditionem in castris eius inter Pœnos, & Siculos milites esse factam: quod cùm sensissent Syracusani, improuisò eos in castra irrupisse, Hamilcarémq. ab iis viuum esse sublatum. Ita res somnium comprobauit. Plena exemplorum est historia, tum referta vita communis. ¶At verò P. Decius [f] ille, Q. filius, qui primus è Deciis consul fuit, cùm esset tribun. mil. M. Valerio, & A. Cornelio consulibus, à Samnitibúsq. premeretur noster exercitus, cùm periculapræliorum initet audaciùs, moneretúrque vt cautior esset, dixit, quod exstat in annalibus: sibi in somniis visum esse, cùm in mediis hostibus versaretur, occidere cum maxima gloria. Et tum quidem incolumis exercitum obsidione liberauit. Post triennium autem, cùm cõsul esset, deuouit [h] se, & in aciem Latinorum irrupit armatus. quo eius facto superati sunt, & deleti Latini. Cuius mors ita gloriosa fuit, vt eandem concupisceret filius. Sed veniamus nunc, si placet, ad somnia philosophorum. Est apud Platonẽ Socrates, cùm esset in custodia publica, dicẽs Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse se in somnis pulchritudine eximia fœminam, quæ se nomine appellãs dicere Homericum quendam eiusmodi versum:

Tertiai te Ththiæ tempestas læta locabit:

Quod vt est dictum, sic scribitur contigisse. ¶Xenophon Socraticus, qui, & quantus? in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia. Quorum exitus mirabiles exstiterunt. Mentiri Xenophontem, an delirare dicemus? ¶Quid singulari vir ingenio Aristoteles, & pænè diuino? ipséne errare? an alios vult errare, cùm scribit, Eudemum Cyprium, familiarem suum, iter in Macedoniam facientem Pheras venisse? quæ erat vrbs in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexãdro autem tyranno crudeli dominatu premebatur: in eo igitur opido ita grauiter ægrũ Eudemum fuisse, vt omnes medici diffiderẽt: ei visum esse in quiete egregia facie iuuenem dicere, fore vt breui conualesceret, paucísq. diebus interiturum Alexandrum tyrannum, ipsum autem Eudemum quinquennio pòst domum esse rediturum. Atque ita quidẽ prima statim scribit Aristoteles consecuta, & conualuisse Eudemum, & ab vxoris fratribus interfectum tyrannum: quinto autem anno exeunte, cùm esset spes ex illo somnio, in Cyprum illũ ex Sicilia esse rediturum, præliantem eum ad Syracusas occidisse: ex quo ita illud somnium esse interpretatum, vt, cùm animus Eudemi ex corpore excesserit, tum domum reuertisse videatur. ¶Adiungam philosophis doctissimum hominẽ, poetam quidem diuinum, Sophoclem: qui, cùm ex æde Herculis patera aurea grauis surrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset. Quod semel ille, iterúmq. neglexit. Vbi idem sæpius, ascendit in Ariopagum: detulit rem. Ariopagitæ comprehendi iubent eum, qui à Sophocle erat nominatus. Is quæstione [a] adhibita, confessus est, paterámq. retulit. Quo facto, fanum illud indicis [b] Herculis nominatum est. ¶Sed quid ego Græcorum? nescio quo modo magis me nostra delectãt. Omnes hoc historici, Fabij, Gellij, sed proximè Cœlius. Cùm bello Latino ludi votiui maximi primùm fierent, ciuitas ad arma repentè est excitata. Itaq. ludis intermissis instaurationi cõstituti sunt. Qui antequam fierent, cúmque iam populus consedisset, seruus per circum, cùm virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Exin cuidam rustico [c] Romano dormienti visus est venire, qui diceret, præsultorem sibi nõ placuisse ludis. Idq. ab eodem iussum esse eum senatui nuntiare: illum non ausum iterum esse idem iussum, & monitum, ne vim suam experiri vellet: ne tum quidem esse ausum. Exin filium eius esse mortuum, eãdem in [d] somniis admonitionem fuisse tertiam. tum illum etiam debilem factum, ad amicos detulisse, quorum de sententia lecticula in curiam esse delatum, cúmq. senatui somnium enarrauisset, pedibus suis saluum reuertisse. Itaq. somnio cõprobato à senatu, ludos illos iterum instauratos memoriæ proditum est. ¶C. [e] verò Gracchus multis dixit, vt scriptum apud eundẽ Cœlium est, sibi in somnis quæsturam petenti Ti. fratrem visum esse dicere, quàm vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, esse pereundum. Hoc antequàm tribunus pleb. Gracchus factus esset, & se audiuisse scribit Cœlius, & dixisse multis. Quo somnio quid inueniri potest certius? ¶Quid? illa duo somnia, quæ crebertimè commemorantur à Stoicis, quis tandem potest contemnere? vnum de Simonide [f], qui cùm ignotum quendam proiectum mortuum vidisset, eúmque humauisset, haberétque in animo nauem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura affecerat: si nauigasset, cum naufragio esse periturum: itaque Simonidem redisse: periisse ceteros, qui tum nauigassent. Alterum ita tra-

a *fort.* quæstione habita, b vnde Hesychius in Lexico docet Athenis Herculem μεγάλων coli solitum.* P. XCII.

c T. Latinũ Liuius 2. Dionys. Plutarchus Coriolano.*

d L. in somniis

e *Idem* Plutarchus & 2. Valer. 7.*

f *Idem* 1. Valer. 7.*

P. R.

ditum, clarum admodum somnium. Cùm [a] duo quidam Arcades familiares iter vnà facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponem diuertisse[b]: ad hospitem, alterum. Qui vt cenati quiescerent, concubia nocte visum esse in[c] somniis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, vt subueniret, quòd sibi à cauponе interitus pararetur: eum primò perterritum somnio surrexisse: deinde cùm se collegisset: idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse: tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare, vt, quoniam sibi viuo non subuenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur: se interfectum in plaustrum à cauponе esse coniectum, & suprà stercus iniectum: petere, vt manè ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret. hoc verò somnio eum commotum, manè bubulco præstò ad portam fuisse: quæsisse ex eo, quid esset in plaustro: illum perterritum fugisse, mortuum erutum esse: cauponem, re patefacta, pœnas dedisse. ¶ Quid hoc somnio dici diuinius potest? sed quid aut plura, aut vetera quærimus: sæpe tibi meum narraui? sepe ex te somnium audiui tuum: Me, cùm Asiæ prouinciæ præessem, vidisse in quiete, cùm tu equo aduectus ad quandam magni fluminis ripam, prouectus subitò, atque delapsus in flumen, nusquam apparuisse, me contremuisse, timore perterritum. tum te repetè lætum exstitisse, eodémq; equo aduersam adscendisse ripam, nósque inter nos esse cõplexos. Facilis coniectura huius somnij: mihí que à peritis in Asia prædictum est, fore eos euẽtus rerum, qui acciderunt. ¶ Venio nunc ad tuum. audiui equidem ex te ipso, sed mihi sæpius Sallustius noster narrauit: cùm in[d] illa fuga, nobis gloriosa, patriæ calamitosa, in villa quadã campi Atinatis maneres, magnámque partem noctis vigilasses, ad lucem denique [e] arctè, & grauiter dormitare[f] cœpisse. Itaque, quamquam iter instaret, te tamen silentium fieri iussisse, neque esse passum te excitari: cùm autẽ experrectus esses hora secunda ferè, te sibi somnium narrauisse. visum tibi esse, cùm in locis solis mæstus errares, C. Marium cum fascibus laureatis quærere ex te quid tristis esses: cúmque tu te tua patria vi pulsum esse dixisses, prehendisse eum dextrã tuam, & bono animo te iussisse esse, lictóríque proximo tradidisse, vt te in monumentũ suum deduceret: & dixisse, in eo tibi saltem fore. tum & se exclamasse Sallustius narrat, reditum tibi celerem, & gloriosum paratum, & teipsum visum somnio delectari. nam illud mihi ipsi celeriter nuntiatũ est, vt audiuisses, in monumento Marij de tuo reditu magnificentissimum illud S.C. esse factum, referente optimo, & clarissimo viro consule, idque frequẽtissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum: dixisse te, nihil illo Atinati somnio fieri posse diuinius. ¶ At multa falsa. Immò obscura fortasse nobis. Sed sint falsa quædam, contra vera quid dicimus? quæ quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus. nunc onusti cibo, & vino perturbata, & confusa cernimus. Videsquid Socrates in Platonis Politia [g] loquatur. Dicit enim, *Cùm dormientibus ea pars animi, quæ mentis, & rationis particeps sit, sopita fuerit: illa autem, in qua feritas quædam sit, atque agrestis immanitas, cùm sit immoderato obstupefacta potu, atque pastu, exsultare eam in somno, immoderatéque iactari itaque huic omnia visa obiiciuntur, à mente ac ratione vacua: vt aut cum matre corpus miscere videamur, aut cum quouis alio vel homine vel deo, sæpe bestia, atque etiam trucidare aliquẽ, & impie cruentari, multáque facere impure atque fœtere, cum temeritate atque impudẽtia. At qui sobrius, & moderato cultu, atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quæ mentis & consilij est, agitata*[a], *& erecta saturatáque*[b] *bonarum cogitationum epulis*[c]*: eáque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec sa ietate affluenti, quorum vtrumque præstringere*[d] *aciem mentis solet, sive deest naturæ quippiam, sive abundat, atque affluit, illa etiam tertia parte animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata, atque restincta: tum euenit, duabus animi temerarijs partibus compressis, vt illa tertia pars rationis, & mentis, eluceat, & se vegetam ad somniandum, ac émque præbeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia.* Hæc verba ipsa Platonis expressi. Epicurum igitur audiemus potius? nam Carneades concertationis studio, modò ait hoc, modò illud. At ille quid sentit? sentit autem nihil [e] vmquam elegans, nihil decorum. Hunc ergo antepones Platoni, & Socrati? qui vt rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent. Iubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorem animis, perturbationémque afferat. Ex quo etiam Pythagoricis[f] interdictum putatur, *ne*[g] *faba vescerentur*, quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quærenti[h] vera, contrariam. Cùm ergo est somno seuocatus animusà societate, & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet[i]. iacet enim corpus dormientis, vt mortui: *viget autem, & viuit animus. Quod multo magis fiet post mortem, cùm omnino ex corpore excesserit. Itaque appropinquante morte multo est diuinior. Nam & idipsum videnti, qui sunt morbo graui, & mortifero affecti, instare mortem. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum: tumque vel maxime laudi student: eósque qui secus, quàm decuit, vixerunt, peccatorum suorum tum maxime pœnitet.* Diuinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Posidonius, quo affert, Rhodium quendam morientẽ sex æqualeis nominasse, & dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. Sed tribus modis cẽset deorum appulsu homines somniare: vno, quòd prævideat animus ipse per sese, quippe qui deorũ cognatione teneatur: altero, quòd plenus aer sit immortalium animorũ, in quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant: tertio, quòd ipsi dij cum dormientibus colloquantur: ídque, vt modò dixi, faciliùs euenit appropinquante morte, vt animi futura augurentur. Ex quo & illud est Calani, de quo ante dixi, & Homerici Hectoris, qui moriens propinquam Achilli mortem denuntiat: neque enim illud verbum temerè consuetudo approbauisset, si ea res nulla esset omnino.

Præsagibat[k] *animus, frustra me ire, cùm exirem domo.*

Sagire[l] enim, sentire acutè est: ex quo sagax anus, quia multa scire volunt: & sagaces[m] dicti canes. Is igitur qui antè sagit, quàm oblata res est, dicitur præsagire[o], id est, futura antè sentire.

a Idem Chrysippus apud Suidam in προορᾶν. & r. Valer. 7.*

b L. deuertisse:

c L. in somnis

d Idem r. Valer. 7.*

P. XCIII. e v.c. arctè

f fort. dormire.

g lib. 7.*

a L. cocciam

b Epulis

λόγων τροφαῖς ἀναπιμπλάμενος

c Epule autem pro delectationibus rerum grauium. Eadem Metaphora vtitur Plato 5. & 7. de Republic. & Cicero 1. de Diuicis. d L. præstinguere sibi quidque eius. e fort. nihil

f v.c. Pythagoreis

g Idem Gellius in Pythagora lib. 8.*

h fort. quæritis vera, i al. præsidet. P. XCIIII.

k L. Præsagibat mi animus, fr. l vide Fest. in præsagire. m vide Fest. in præsagire. n vide Fest. in præsagire. o vide Fest. in præsagire.

sentire. Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus iniecta, atq. inclusa diuinitus. Ea si exarsit acriùs, furor appellatur, cùm à corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur.

Sed quid oculis rapere[a] visa est derepentè[b] ardentibus?
Vbi illa paullo antè sapiens, virginali modestia?
Mater optuma, tum[c] multo mulier melior,
Missa sum superstitiosis hariolationibus:
Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam cieret.
Virgines verò æquales patrii mei, meùm factum pudet,
Optimi viri: mea mater, tui me miseret, mei piget.
Optumam progeniem Priamo repperisti extra me: hoc dolet,
Me[d] obesse, illos prodesse, me obstare illos obsequi.

O poema tenerum, & moratum, atque molle. Sed hoc minùs ad rem. Illud, quod volumus, expressum est, vt vaticinari furor vera soleat.

Adeste[e], adest fax obuoluta sanguine, atque incendio:
Multos annos latuit. ciues forte opem, & restinguite.

Deus inclusus corpore humano iam, non Cassandra loquitur,

Iámque mari magno classis cita
Texitur: exitium examen rapit:
Aduenit, & fera velivolantibus
Naubus[f] compleuit manu[s] littora.

Tragœdias[g] loqui videor, & fabulas. At ex te ipso non commentitiam rem, sed factam, eiusdem generis audiui: C. Coponium ad te venisse Dyrrhachio, cùm prætorio[h] imperio classi Rhodiæ præesset, cùm primis hominem prudentem, atque doctum: eúmque[i] dixisse, remigem quendam ex quinqueremi Rhodio vaticinatum, madefactum iri minùs xxx. diebus Græciam sanguine: rapinas Dyrrhachij, & conscensionem in naues cũ fuga, fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore: sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari: tum neq. te ipsum nõ esse commotum: Marcúmque Varronem, & M. Catonem, qui tum ibi erant, doctos homines, vehementer esse perterritos, paucis sanè pòst diebus ex Pharsalica fuga venisse Labienum: qui cùm interitum exercitus nuntiauisset, reliqua vaticinationis breui esse confecta. Nam & ex horreis direptum[k], effusúmque frumentum vias omneis, angiportúsque constrauerat, & vos naueis subitò perterriti metu cõscendistis, & noctu ad oppidum respicientes, flagranteis onerarias, quas incenderant milites, quia sequi noluerant, videbatis, postremò à Rhodia classe deserti, verum vatẽ fuisse sentistis. Exposui quàm breuissimè potui, sompnij, & furoris oracula, quę carere arte dixerã. Quorum amborum generum vna ratio est, qua Cratippus noster vti solet, animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos, & hausros. Ex quo intelligitur, esse extra diuinũ animum, humanus vnde ducatur, humani autem animi eam partem, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non esse ab actione corporis seiugatam: quæ autem pars animi rationis, atque intelligentiæ sit particeps, eam tum maximè vigere, cùm plurimũ absit à corpore. Itaque ex ipsis exemplis veterum vaticinationum, & somniorum Cratippus solet rationem concludere hoc modo. Si sine oculis non potest exstare officium, & munus oculorum, possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere: qui vel semel ita est vsus oculis, vt vera cerneret, is habet sensum oculorũ vera cernentium. Item igitur, si sine diuinatione non potest, & officium, & munus diuinationis exstare, potest autẽ quis cũ diuinationem habeat, errare aliquando, nec vera cernere, satis est ad confirmandam diuinationem, semel ita esse aliquid diuinatum, vt nihil fortuitò cecidisse videatur. Sunt autem eius generis innumerabilia. esse igitur diuinationem confitendum est. Quæ verò aut coniectura explicantur, aut euentis animaduersa, & notata sunt, ea genera diuinandi, vt suprà dixi, non naturalia, sed artificiosa dicuntur. In quo haruspices, augures, coniectorésque numerantur. Hæc improbantur à Peripateticis, à Stoicis defenduntur. Quorum alia sunt posita in monumentis, & disciplina, quod Etruscorum declarant & haruspicini, & fulgurales[a], & rituales[b] libri, nostri[c] etiam augurales[d], alia autem subitò ex tempore coniectura explicantur, vt apud[e] Homerum Chalcas, qui ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est, & vt in Sisennæ scriptum historia videmus, quod te inspectante factum est, vt, cùm[f] Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, ab infima ara subitò anguis emergeret. cùm quidam C. Postumius haruspex oraret illum, vt in expeditionem exercitum educeret, id cùm Sylla fecisset, tum ante oppidum Nolam florentissima Samnitum[g] castra cepit. ¶ Facta coniectura etiam in Dionysio est paullo antè, quàm regnare cœpit: qui cùm per agrum Leontinum iter faciens, equum[h] ipse dimisisset[i] in flumen: summersus equus voraginibus non exstitit. quem cùm maxima contentione non potuisset extrahere, discessit, vt ait Philistus, ægrè ferens. Cùm autem aliquantulum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum, respexítque, & equum alacrem lætus aspexit, cuius in iuba examen apum consederat. Quod ostẽtum habuit hanc vim, vt Dionysius paucis pòst diebus regnare cœperit. ¶ Quid? Lacedæmoniis paullo antè Leuctricam[l] calamitatem quæ significatio facta est, cùm in Herculis fano arma sonuerunt, Herculísque simulacrum multo sudore manauit? At eodem tempore Thebis, vt ait Callisthenes, in templo Herculis valuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt, armáque, quæ fixa in parietibus fuerant, ea humi sunt inuenta. Cúmque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assiduè canere cœpisse, vt nihil intermitterent. tum augures dixisse Bœotios, Thebanorum esse victoriam, propterea quòd auis illa victa silere soleret: canere, si vicisset. Eadémque tempestate multis signis, Lacedæmoniis Leuctricæ pugnæ calamitas denuntiabatur. Namque & Lysandri, qui Lacedæmoniorum clarissimus fuerat, statuæ, quæ Delphis stabat, in capite corona subitò exitit ex asperis herbis & agrestibus, stellæque aureæ, quę Delphis erant à Lacedemoniis positæ post nauale illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt, qua in pugna quia Castor, & Pollux cum Lacedemoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum, stellæ aureæ, quas[m] dixi, Delphis positæ, paullo

a Fulgurales libri citantur ab Ammiano libro 23.*
b vide Festum in Rituales nominãtur. Etruscorum libri.*
c al. vestri, vt ad Ciceronis Auguratum referatur.*
d libri Augurales citantur à Festo in Paludati.*
e Ia. β.
f Idem infrà lib. 2 1. Valerius 6.*
g v.c. Samnitium
h adde 2. de diuinatione infrà*
i al. demisisset in fl. al. admisisset in fl.

k Prodigia multa tũ accidisse refert Plutarch. in Agesilao. add. de tũdem in Pelopida. Diodorum libro 15.*
l qua cæsi Lacedæmonii à Thebanis duce Epaminunda. Plutarchus Agesilao. Probus in Epaminunda.*

m fort. quas dixi Delphis à Lacedæmoniis fuisse positas, paullo, &c.

P. B.

ante Leuctricam pugnam deciderunt, neque repertæ sunt. Maximum verò illud portentum iisdem Spartiatis fuit, quòd, cùm oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent, de victoria sciscitantes, legatíq. illud in quo inerant sortes, collocauissent: simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sorteis ipsas, & cetera, quæ erant ad sortem parata, disturbauit, & aliud aliò dissipauit. Tum ea, quæ præposita erat oraculo, sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedæmoniis esse nõde victoria cogitandum. ¶ Quid[a] bello Punico secundo? nónne C. Flaminius consul iterum, neglexit signa[b] rerum futurarum magna cum clade reip.? Qui, exercitu lustrato, cùm Arretium versus castra mouisset, & contra Hannibalem legiones duceret: & ipse, & equus[c] eius ante signum Iouis Statoris sine causa repentè concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, vt peritis videbatur, ne committeret prœlium. Idẽ cùm tripudio[d] auspicaretur, pullarius diem prœlij cõmittendi differebat. Tum Flaminius ex eo quæsiuit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cùm ille quiescendum respondisset: Flaminius, Præclara verò auspicia, si esurienti[b] pullis res geri poterit, satutis nihil geretur. itaque signa conuelli, & se sequi iussit. Quo tempore, cùm signifer primi hastati signum non posset mouere loco, nec quidquam proficeret, plures cùm accederent: Flaminius renuntiata suo more neglexit. itaque tribus horis concisus exercitus, atq. ipse interfectus est. Magnum illud etiam, quod addidit Cœlius, eo ipso tempore, cùm hoc calamitosum fieret prœlium, tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribúsq. insulis, totáq. in Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræq. desederint, fluminaque in contrarias parteis fluxerint, atque in amneis mare influxerint. ¶ Fiunt certè diuinationum coniecturę à peritis. Midæ[e] illi Phrygio, cùm puer esset, dormienti formicæ in eo triciti grana congesserunt. Ditissimum fore, prædictum est. Quod euenit. At Platonis, cùm in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suauitate orationis fore. Ita futura eloquentia prouisa[f] in infante est. Quid[h] amores, ac deliciæ tuæ, Roscius? num aut ipse, aut pro eo Lanuuium totum mentiebatur? qui cùm esset in cunabulis, educeretúrque i in Solonio, qui est campus agri Lanuuini: noctu lumine appositio experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. Quo adspectu exterrita, clamorem sustulit. Pater autem Roscij ad harupisces retulit. Qui responderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Atque hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & noster expressit Archias versibus. Quid igitur exspectamus? an dum in foro nobiscum dij immortales, dum in viis versentur, dum domi? qui quidem ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam longè, latéque diffundunt. Quam cùm terræ cauernis includunt, tum hominum naturis implicant. Nam terræ k vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. Quid enim? non videmus, quàm sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Ampsancti l in Hirpinis, & in Asia Plutonia[m], quæ videmus. & sunt partes agrorum aliæ pestilentes: aliæ salubres: aliæ quæ acuta ingenia gignant: aliæ, quæ retusa. Quæ omnia fiunt & ex cæli varietate, & ex dissipabili adspiratione terrarum. Fit etiam sæpe specie quadam, sæpe vocum grauitate, & cantibus, vt pellantur animi vehementiùs: sæpe etiam cura, & timore: qualis est illa,

Flexanima[a] tanquam lymphata[b], vt[c] Bacchi[d] sacris
Commota: in tumulis Teucrum commemorans suum.

Atque etiam illa concitatio declarat vim in animis esse diuinam. negat enim, sine[e] furore Democritus quemquam poetam magnum esse posse. Quod idem dicit Plato. Quem, si placet, appellet furorem, dummodò is furor ita laudetur, vt in Phædro Platonis laudatus est. Quid vestra oratio in causis? quid ipsa actio? potest esse vehemens, & grauis, & copiosa, nisi est animus ipse commotior? equidem etiam in te sæpe vidi, &, vt ad leuiora veniamus, in Æsopo familiari tuo tantum ardorem vultuum, atque motũm, vt eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur. Obiiciuntur etiam sæpe formæ, quæ reapse nullæ sunt: speciem autem offerunt. Quod contigisse Brenno dicitur, eiúsque Gallicis copiis, cùm fano[f] Apollinis Delphici nepharium bellum intulisset. tum enim ferunt, ex oraculo hęc fatam esse Pythiam,

Ego[g] prouidebo rem istam, & albæ virgines.

Ex quo factum, vt & viderentur virgines ferre arma contrà, & niue Gallorum obrueretur exercitus. Aristoteles quidem eos etiam, qui valetudinis[h] vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens, atque diuinum. Ego autem haud scio, an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis i. animi enim integri, non vitiosi corporis est diuinatio. Quam quidem esse re vera, hac Stoicorum ratione concluditur. Si sunt dij, neque ante declarant hominibus quæ futura sunt: aut non diligunt homines: aut, quid euenturum sit, ignorant: aut existimant, nihil interesse hominum, scire quid futurum sit: aut non censent esse suę maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura: aut ea ne ipsi quidem dij significare possunt. At neque non diligunt nos: sunt enim benefici, generiq. hominum amici: neque ignorant ea, quæ ab ipsis constituta, & designata sunt. neque nostra nihil interest, scire ea, quę euentura sunt: erimus enim cautiores, si sciemus: neque hoc alienum ducunt maiestate sua: nihil est enim beneficentia præstantius, neque non possunt futura prænoscere. non[k] igitur sunt dij, nec significant fututa. Sunt autẽ dij, significant ergo. Et non si significant, nullas vias dant nobis ad significationis scientiam. frustra enim significarent. nec, si dant vias, non est diuinatio est igitur diuinatio. Hac ratione & Chrysippus, & Diogenes, & Antipater vtitur. Quid est igitur cur dubitandũ sit, quin sint ea, quæ disputaui, verissima, si ratio mecum facit, si euenta, si populi, si nationes, si Græci, si barbari, si maiores etiam nostri, si deniq. hoc semper ita putatum est, si summi philosophi, si poetæ, si sapientissimi viri, qui res publicas constituerunt, qui vrbeis cõdiderunt? an, dum bestiæ loquantur, expectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non

a L. Quid? bello Punico secundo nõnne C. Fl. &c.
b Prodigia multa Liuius refert, libro 22.*
c Liuius 22. Flaminio equum repente corruisse scribit, & consulẽ lapsum super caput effudisse: ac præterea signum, omni vi moliente signifero, cõuelli nequiuisse. Tum Flaminium iussisse signum effodi, si ad conuellendum præ metu, manus obturpuissent.*
d Tripudio auspicari est ex terripauio & pullis: dixi libro de natura.*
e Idem infrà lib. 2. & 2. Valerius 6.*
f Idem 1. Valere. 6.* P. XCVII.
g al. præuisa
h L. Quid? amores, ac deliciæ tuæ, Roscius, num aut ipse, aut pro eo Lanuuium totum mentiebatur? qui cùm esset in cunabulis, educeretúrque
i al. educaretúrque
k vide Plutarch. libro de oraculis: Iáblichũ libro de mysteriis. Tria commẽdãtur oracula Colophonium, quo aqua ebibita: Delphicum, vbi sedẽs ad os antri strã; chidicum vbi hauritentes vaporem vaticinabantur.*
l L. Amsancti ita Plin. c. 9.*
m quæ & Charonea 2. Plin. 95.*

a versus Pacuuii citatur à Varrone 6. de lingua.*
b lymphati
P. B.
tot, qui cõmota mens te. Varro 6. de lingua.*
c L. aut Bacchi sacris.*
d Bacchæ hæ chi comitem. Varro ibid.*
e vide Platonem libello de furore poetico.*
f De templo Apollinis Delphici oppugnato à Brenno & Gallis, aut Instinum 24. Pausanid Phoc. Valer. 1. cap. 1. Strabonem 4.* g Græci versum expressit ἐμοὶ μὲν ταῦτα μέλοντα γενήσεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖσι βαρβάροισι ἄλλος τις ἐπιμελήσεται.
h vide valitudinis.
i L. phreniticis.

P. XCVIII.

k fort. non igitur & sunt dii, nec sigitur.

non sumus? Nec verò quidquam aliud affertur, cur ea, quæ dico, diuinandi genera, nulla sint: nisi quòd difficile dictu videtur, quæ cuiusq. diuinationis ratio, quæ causa sit. Quid enim habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bouis exstis dirimat tempus, & proferat diem? quid augur, cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat[a] ratum? quid astrologus, cur stella Iouis, aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris sit: Saturni, Martísve contraria? cur autem deus dormientes nos moneat vigilantes negligat? quid deinde causæ sit, cur Cassandra furens futura prospiciat, Priamus sapiens hoc idem facere non queat? Cur fiat quidque, quæris[b] rectè omnino. sed non nunc id agitur. fiat, nécne fiat, id quæritur. vt, si Magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat, & trahat: at[c] ratione, cur id fiat, afferre nequeam: fieri omnino neges. Quod idem facis in diuinatione. Quam & cernimus ipsi, & audiuimus, & legimus, & à patribus accepimus: neq. ante philosophiã patefactam, quæ nuper inuenta est, hac de re cõmunis vita dubitauit: & postea, quàm philosophia processit, nemo aliter philosophus sensit, in quo modò esset auctoritas. Dixi de Pythagora, de Democrito, de Socrate: excepi de antiquis, præter Xenophanem, neminem: adiunxi veterem Academiam, Peripateticos, Stoicos. Vnus dissentit Epicurus. Quid[d] verò hoc turpius, quàm q̃ idem nullã censet gratuitam esse virtutem? Quis autem est, quem non moueat clarissimis monumentis testata, consignatáq. antiquitas? ¶ Chalcantem[e] auguré scribit Homerus longè optimum, eúmq. ducem classis fuisse. at illum auspiciorum ere do scientia, non locorum. Amphilochus, & Mopsus[f], Argiuorum reges fuerunt, sed iidem augures: iíq. vrbeis[g] in ora maritima Ciliciæ Græcas condiderunt. Atq. etiam ante hos Amphiaraus, & Tiresias, non humiles, & obscuri, neque eorum similes, vt apud Ennium est,

Qui[h] sui quæstus causa fictas sisistant sententias:

sed clari, & præstantes viri, qui auibus, & signis admoniti futura dicebant[i]. Quorum[k] de altero etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, ceteros vmbrarum vagari modo. Amphiaraum autem sic honorauit fama Græciæ, deus vt haberetur, atq. vt ab eius solo in quo est humatus, oracula[l] peterentur. Quid[m] Asiæ rex Priamus, nónne & Helenũ filium, & Cassandram filiam diuinanteis habebat, alterum augurijs, alterum mentis incitatione diuina? quo in genere Martios quosdam fratres nobili loco natos, apud maiores nostros fuisse scriptum videmus. Quid[n] Polybum Corinthium, nónne Homerus & aliis multa, & filio ad Troiã proficiscenti, morté prædixisse commemorat? omnino apud veteres, *qui rerum potiebãtur, iidẽ auguria tenebant. Vt enim sapere, sic diuinare regale ducebãt*, vt testis est nostra ciuitas: in qua & reges, augures, & postea priuati eodẽ sacerdotio præditi remp. religionum auctoritate rexerunt. Eáq. diuinationũ ratio ne in barbaris quidẽ gentibus neglecta est: si quidem & in Gallia Druides[o] sunt, è quibus ipse Diuitiacum[p] Æduum, hospitem tuum, laudatorémq. cognoui: qui & naturę rationẽ, quam physiologiam Græci appellant, notam esse sibi profitebatur, & partim auguriis, partim cõiectura, quę essent futura, dicebat. q̃. & in[r] Persis augurantur, & diuinant magi[s], qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi: quod etiã idem vos quondam facere nonnis solebatis. Nec quisquã rex Persarum potest esse, qui non antè magorum disciplinam, scientiámq. perceperit. Licet autem videre & genera quædã, & nationes huic scientiæ deditas. Thelmessus[t] in Caria[b] est: qua in vrbe excellit haruspicum disciplina. Item. Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum vnam: alteram, Cluditarum[c], haruspicinæ nobilitate præstanteis. In Syria Chaldæi cognitione astrorum, solertiáq. ingeniorum antecellunt. Etruria autem de cælo tacta scientissimè animaduertit: eadémq. interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris, atque portentis. Quocirca bene apud maiores nostros senatus tum cùm florebat imperium, decreuit[d], *vt de principum filiis sex singuli Etruriæ populis in disciplinam traderentur*, ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem, atque quæstum. Phryges autem, & Pysidæ, & Cilices, & Arabum natio, auium significationibus plurimùm obtemperant. Quod idem factitatum in Vmbria accepimus. Ac mihi quidem videntur ex locis quoque ipsis, qui à quibusque incolebantur, diuinationum opportunitates esse ductæ. Vt[e] enim Ægyptij, vt Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes, cùm ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli offícere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Etrusci autem, qđ religione imbuti studiosiùs & crebriùs hostias immolabãt, exstorũ cognitioni se maximè dediderunt: quódq. propter aeris crassitudinem de cælo apud eos multa fiebant, quòd[f] ob eandem causam multa inusitata partim ex cælo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum, pecudúmve conceptu, & satu, portentorum[g] exercitatissimi interpretes exstiterunt. Quorum quidem vim, vt tu soles dicere, verba ipsa prudenter à maioribus posita declarant. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt[h], ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Arabes autem, & Phryges, & Cilices q̃ pastu pecudum maximè vtuntur, campos, & monteis hieme & æstate peragrantes, propterea facilius cantus auium, & volatus notauerunt. Eadémque & Pisidiæ causa fuit, & huic nostræ Vmbriæ. Tum Caria tota, præcipuéque Thelmessesi, quos antè dixi, quòd agros vberrimos, maximéque fertileis incolunt, in quibus multa propter fœcunditatem fingi, gigníque possunt, in ostentis animaduertẽdis diligentes fuerũt. Quis verò non videt, in optima quaque rep. plurimùm auspicia, & reliqua diuinandi genera valuisse? quis rex vmquam fuit, quis populus, qui non vteretur prædictione diuina? neque solùm in pace, sed in bello multo etiam magis: in quo maius erat certamen & discrimen salutis. Omitto nostros, qui nihil in bello sine exstis agunt, nihil sine auspiciis domi habent. Auspicia externa videamus. Nam & Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam sacerdotes, quos mantes[k] vocant, adhibuerunt: & Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt: itémque senibus[l]: sic enim consilium publicum appellant: augurem interesse voluerunt: iidémque de rebus maioribus semper aut Delphis

a *Pindar.* εἰδὼς ἐξ ἑνὸς πολυκλειτων θ' ἑλλανας γένος ἁμιδαν, &c.

b in Licia ponit Strabo 14.*

c τῶν δ' ἱερομαντεων Κλυτιδῶν γένος ὄλβῳ ἐνιαυ --Μάντιε ἀπ' ἰοπλοκαμου μελαμπόδιδον.

‖ Vrsinus legit Clytidarum ex Herodoto & Pausania.*

d Idem Valerius 1.*

e L. Etenim Aegypt.

f L. & quòd ob.

g L. ostentorum.

h L. prodicunt,

P. C.

i L. Telmessenses,

k L. mentes.

l γέρουσιν.

a L. Ammonis

oraculum, aut ab Hammone[a], aut à Dodona petebant. Lycurgus quidem qui Lacedæmoniorum remp. temperauit, leges suas auctorite Apollinis Delphici confirmauit. Quas cùm vellet Lysander commutare, eâdem est prohibitus religione. Atque etiam qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis, in[b] Pasitheæ fano, quod est in agro propter vrbem, somniandi causa excubabāt[c], quia vera quietis oracula ducebant. Ad. nostra iam redeo. Quoties senatus decemuiros ad libros ire iussit? nam & cum duo visi soles essent & cùm tres lunæ, & cùm faces, & cùm sol nocte visus esset, & cùm ex cælo fremitus auditus, & cùm cælum discessisse visum est, atque in eo animaduersi globi. Delata etiam ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuliáque maximis terræ motibus conquassata esse. Quibus portentis magna populo R. bella, perniciosæque seditiones denuntiabantur. Inque his omnibus responsa haruspicum cum Sibyllæ versibus congruebant. Quid, cùm Cumis Apollo sudauit, Capuæ Victoria? quid ortus androgyni? nónne fatale quoddam monstrũ fuit? quid ꝙ fluuius atratus sanguine fluxit. quid, cùm sæpe lapidum, sanguinis nonnumquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit? quid, cùm in Capitolio ictus cētaurus ex cælo est? in Auētino portæ, & homines? Tusculi[d] ædes Castoris & Pollucis, Romæque Pietatis? nónne & haruspices ea responderũt, quæ euenerant, & in Sibyllæ libris eædem repertæ prædictiones sunt? Quoties senatus decēuiros ad libros ire iussit? quantis[e] in rebus, quámque sæpe responsis haruspicum paruit? Cæcilię, Q. filiæ, somnio, modò, Marsico bello, templum est à senatu Iunoni Sospitæ restitutum. Quod quidem somnium Sisenna cùm disputasset mirificè ad verbum cum re conuenisse, tum [f] insolenter, credo, ab Epicureo aliquo inductus, di putat, somniis credi non oportere. Idem contra ostenta nihil disputat, exponítque initio belli Marsici & deorum simulacra sudauisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum: & ex occulto auditas esse voces, quæ pericula belli nuntiarent: & Lanuuij clypeos quod haruspicibus tristissimum visum esset, à muribus esse derosos. Quid, quod in annalibus habemus, Veienti bello, cùm lacus [g] Albanus præter modum creuisset, Veientem quendam ad nos hominem nobilem profugisse, eúmque dixisse, ex fatis, quę Veientes scripta haberent, Veios capi non posse, dum lacus is redundaret, & si lacus emissus, lapsu, & cursu suo ad mare profluxisset, perniciosum populo R. sin autem ita esset eductus, vt ad mare peruenire non posset, tũ salutare nostris fore. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est. Cùm autem Veientes bello fessi legatos ad senatum misissent, tum ex his quidam dixisse dicitur, non omnia illum transfugam ausum esse senatui dicere: in iisdem enim fatis scriptum Veienteis habere, fore vt breui à Gallis Roma caperetur. Quod quidem sexennio post Veios captos factum [h] esse videmus. Sæpe etiam & in prœliis Fauni auditi, & in rebus turbidis veridicæ voces ex occulto missæ esse dicuntur. Cuius generis duo sunt ex multis exempla, sed maxima. Nam non multo ante vrbem captam exaudita vox est à luco Vestę, quià Palatij radice in nouam viã deuexus est: *Vt muri, & portæ reficerẽtur:* futurũ esse, nisi prouisum esset, vt Roma caperetur. Quod neglectũ, cùm caueri poterat, post acceptam illam maximã cladem explicatum est. ara. n. AIO[a] LOQVENTI, [b] quam sæptam videmus aduersus eum locum consecrata est. Atque etiam scriptum à multis est, cùm terræmotus factus esset, *vt sue plenaprocuratio fieret*, vocé ab æde Iunonis ex arce exstitisse: quocirca Iunonem illam appellatam Monetã. Hæc igitur & à diis significata, & à nostris maioribus iudicata contemnimus? Neque solùm deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant *omina*. Quæ maiores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, QVOD[c] BONVM, FAVSTVM, FELIX, FORTVNATVMQVE ESSET, præfabantur: rebúsque diuinis, quæ publicè fierent, vt FAVERENT[d] LINGVIS[e], imperabatur: únque feriis imperandis, *vt litibus, & iurgijs se abstinerent*. Itémque in lustranda colonia, ab eo, qui eam deduceret: & cùm imperator exercitum, censor populum lustraret, BONIS NOMINIBVS qui hostias ducerent, eligebantur. Quod idem [f] in delectu consules obseruant, vt primus [g] miles fiat bono nomine. Quæ quidem à te scis & consule, & imperatore summa religione esse seruata. Prærogatiuam etiã maiores omnes [g] iustorũ comitiorum esse voluerũt. Atque ego exempla *ominum* [i] nota proferam. L. Paullus [k] consul iterum, cùm ei, bellum vt cum rege Perse gereret, obtigisset: vt ea [l] ipsa die domũ ad [m] vesperam rediit, filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parua, osculans animaduertit tristiculam. Quid est, inquit, mea Tertia? quid tristis es? Mi pater, inquit, Persa periit. Tum ille arctiùs puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia. Erat autem mortua catella eo nomine. L. Flaccum, flaminem Martialẽ ego audiui cùm diceret, Cęciliam Metelli, cùm vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa: quod [n] sicut more veterum solebat, cùm virgo staret, & Cęcilia in sella sederet, neque diu vlla vox exstitisset: puellam defatigatam petiisse à matertera, vt sibi concederet paullisper, vt in eius sella requiesceret: illam autem dixisse: Verò, mea puella, tibi concedo meas sedes. Quod omen res consecuta est. ipsa enim breui mortua est: virgo autem nupsit cui Cæcilia nupta fuerat. Hæc posse contemni, vel etiam rideri, præclarè intelligo: sed idipsum est, deos non putare: quæ ab iis significantur, cõtemnere. Quid de *auguribus* loquar? tuæ partes sunt: tũ inquam, auspiciorum patrocinium debet esse. tibi [o] P. Claudius augur consuli nuntiauit, addubitato salutis augurio, bellum domesticum triste, ac turbulentum fore: quod paucis pòst mensibus exortum, paucioribus est à te diebus oppressum. Cui quidem auguri vehementer assentior. solus enim multorum ãmemoria non decantandi augurij, sed diuinandi tenuit disciplinam. Quem irridebant collegæ tui, eúmque tum Pisidam, tũ Soranũ esse augurẽ dicebant. quibus nulla vidébatur in auguriis, aut auspiciis præsensio, aut sciẽtia veritatis futuræ: sapienter arbitrantes ad opinionẽ imperitorũ esse fictas religiones. Quod lõgè secus est. neque. n. in pastoribus illis, quibus

P. B.

d L. Seruii Sulpicii Rufi denariusaureus vnà ex parte Tusculum: altera, signa Castoris & Pollucis pileatami mirum quod Tusculi obsidione liberasset.

e *fort.* quàm multis in rebus.

f al. tamen

g Liuius 5. Plutarch. Camillo. Valer. 6. 2. C. 1.

h L. esse fatum vid.

b L. In Pasiphaæ fano,

c incubabant,

a Idem libro 2. infra. Plut. de fortuna Romanorum. Gell. 16. 17.

b Loquentius vocatus Flora in Epitome li bri 5. alle Eloquutius.

c Liuius 42. Trãquill. Caligul. 15.

d 28. Plin. 2. Horat. Od. 8. Epist. in Fauniam. Martial. 10. Epigram. Stat. 1. Syluar. Ouid. 2. Fastor. Propert. 3. Elegia rum. Virgil. 5. Aeneidos. e His verbis imperabatur silentium. Sic neca de vita beata. Donatus Prolog. Andr. Quintil. Declam. 365. Festus in pecito. Iunius in Etymologicon. Iulius Firmicus. f L. in dilectu, id est, vt primi renatur, citarentur nomina bonum ominis quem eum, procederet. vide Festum in Lacus. Sic. Omina priscis dicebant. Quintilius. 1. Fab. h L. omen in Rorum i De omnibus vide Virgil. Maximum. cap. 5. vide Valer. Flaccum. dictolocq. Plutarch. P. C. 1. m vide Festum. n Idem Valerius. o App. Claud.

quibus Romulus præfuit, nec in ipso Romulo hæc calliditas esse potuit, vt ad errorem multitudinis religionis simulacra fingerent: sed difficultas laborque discendi disertam negligentiam reddidit. malunt enim disserere, nihil esse in auspiciis, quàm, quid sit, ediscere. Quid est illo auspicio diuinius, quod apud te in Mario est, vt vtar potissimùm te auctore?

Hic Inuis alt soni subitò pennata[a] satelles
Arboris è trunco serpentis saucia morsu,
Subigit[b] ipsa feru transfigns vnguibus anguem
Semianimũ[c], & varia grauiter ceruice micãtẽ.
Quem se intorquentem lanians, rostróque cruentans,
Iam satiata animos, iam duros vlta dolores,
Abiicit efflantem, & laceratum affligit ind vnda,
Séque obitu à solis nitidos conuertit ad ortus.
Hanc vbi præpetibus pennis[c], lapsúque volantẽ
Conspexit Marius, diuini numinis augur:
Faustáque signa suæ laudis, reditúsque notauit:
Partibus intonuit cæli pater ipse finist⟨r⟩is.
Sic aquilæ clarum firmauit Iupiter omen.

Atque ille Romuli auguratus, pastoralis, non vrbanus fuit: nec fictus ad opiniones imperitorum, sed à certis acceptus, & posteris traditus. Itaque Romulus augur, vt apud Ennium est, cum fratre item augure,

Curantes magna cum cura, concupientes
Regni, dant operam simul auspicio, augurióque.
Hinc Remus auspicio se deuouet, atque secundã
Solus autem [f] seruans. At Romulus pulcher in alto
Quærit Auentino seruat genus altiuolantum:
Certabant, vrbem Romam[g], Remámne[h] vocarent.
Omnis cura viris, vter esset indupera⟨to⟩r i,
Exspectant, veluti, consul cùm mittere [k] signum
Vultomnes auidi spectant ad carceris oras.
Quàl mox emittat pictis ex faucibũ currus:
Sic exspectabat populus, atque[m] ore timebat
Rebus, vtri magni victoria sit data regni.
In era sol albu⟨s⟩ recessit in infera noctis.
Exin candida se radiis dedit icta foras lux:
Et simul ex alto longè pulcherrima præpes
Læua volauit auis: simul aureus exoritur sol.
Cedunt ter quattuor de cælo corpora sancta
Auium præpetibus [n] sese pulchrisque locis dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
Auspicio regni stabilita scamna, solúmque.

Sed vnde huc digressa [o] est, eódem redeat oratio. Si nihil queam disputare, quamobrem quidque fiat, & tantùm modò fieri ea, quæ cõmemoraui, doceã, parúmne Epicuro, Carneadive respõdeã? qd, si etiã ratio exstat artificiosa præsensionis, facilis: diuinę autẽ, paullo obscurior? quæ enim exstis, quę fulguribus, quæ portentis, quæ astris præsentiuntur, hæc notata sunt obseruatione diuturna. Affert autem vetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam: quæ potest esse etiam sine motu, atque impulsu deorum, cùm, quid ex quoque eueniat, & quid quámque rem significet, crebra animaduersione perspectum est, Altera diuinatio, est naturalis, vt antè dixi: quæ physica disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorũ: à qua, vt doctissimis, sapientissimísque placuit, hausti⟨s⟩ animos, & delibatos habemus: cúmq. omnia cõpleta sint, & referta æterno sensu, & mente diuina, necesse est cognatione diuinorum animorum animos humanos commoue

A ri. Sed vigilantes animi vitæ necessitatibus seruiunt, disiungúntque se à societate diuina, vinclis corporis impediti. *Rarũ est quoddam[a] genus eorum qui se à corpore auocent, & ad diuina rerum cognitionem cura omni, studióque rapiantur.* Horum sunt auguria non diuini impetus, sed rationis humanæ. Nam & natura futura præsentiunt, aquarũ[b] fluxiones, vt deflagrationem futuram aliquando cæli, atque terrarum. alij autem in rep exercitati, vt de Athenensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo antè prospiciunt: quos prudẽteis possumus dicere, id est, prouidenteis, diuinos nullo modo possumus, non plus, quàm Milesium [c] Thalem, qui, vt obiurgatores suos conuinceret, ostenderétque etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, antequàm florere cœpisset, in agro Milesio coemisse dicitur. Animaduertat fortasse quadam scientia, olearum vbertatem fore. Et quidem idem primus defectionem [d] solis, quæ Astyage regnante facta est, prædixisse fertur. Multa medici, multa gubernatores, agricolæ etiam multa præsentiunt: sed nullam eorum diuinationem voco, ne illam quidem, qua ab Anaximandro [e] physico moniti Lacedæmonij sunt, vt vrbem, & tecta linquerent, armatíque in agro excubarent, quòd terræ motus instaret, tum, cùm & vrbs tota corruit, & ex monte Taygeto extrema mõtis quasi puppis auulsa est. Ne Pherecides [f] quidem ille Pythagoræ magister, potiùs diuinus habebitur, quàm physicus: qui cùm vidisset haustam aquam de fugi puteo, terræmotus dixit instare. Nec verò vnquam animus hominis naturaliter diuinat, nisi cùm ita solutus est, & vacuus, vt ei planè nihil[g] sit cum corpore. Quod aut vatibus contingit, aut dormiẽtibus. Itaque ea duo genera à Dicæarcho probantur, &, vt dixi, à Cratippo nostro, si propterea, quòd ea proficiscuntur à natura, sint summa sanè, modò ne sola. sin autem nihil esse in obseruatione putant: multa tollunt, quibus vitæ ratio continetur. Sed quoniam dant aliquid, idque non paruum, vaticinationes cum somniis: nihil est, quòd cum his magnopere pugnemus, præsertim cùm sint, qui omnino nullam diuinationem probent. Ergo & ij, quorum animi, spretis corporibus, euolant, atque excurrunt foras, ardore aliquo inflammati, atque incitati, cernunt illa profectò, quæ vaticinantes prænuntiant: multísque rebus inflammantur tales animi, qui corporibus non inhærent, vt ij, qui sono quodam vocum, & Phrygii[h] cantibus incitantur: multos nemora, siluæque, multos amnes, aut maria commouent, quorum furibunda mens videt antè multo, quæ futura sunt. Quo de genere illa sunt,

Eheu[i], vi lete: iudicauit iudicium inclytum
Inter deas treis aliquin: quo iudicio Lacedæmonia
Mulier furiarum vna aduemet.

Eodem enim modo multa à vaticinantibus sæpe prædicta sunt, neque solùm verbis, sed etiam

Versibu[k], quos olim Fauni, vatésque canebant.

Similiter Martius, & Publicius vates cecinisse dicuntur. Quo ex genere, Apollinis operta prolata sunt. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. Atque hæc quidem vatum ratio est, nec dissimilis sanè somniorum. nam

a fort. autem.
b fort. vt aquarum eluiones.
c Aristoteles Polit. 1.
P. B.
d Herodotus 1. ade Laert. in Thalete circa initiũ.
e 2. Plinius 79. Archidamo idvidetur consilium tribuere. Diodorus 11. anno 4 Olym. 77.
f Idem 2 Plinius 70. Laertius lib. 1. in Pherecyde.
g fort. nihil rei sit &c.
h De Phrygium cantu P. CIIII. adi Plutarch. de ciuili Inst. 7. Plin. 57.
i L. Eheu, videte: iudicauit inclytum -Iudicium inter deas tris aliquis: quo iudicio. Lacedæmonia mulier, furiarum vna &c.
k Idem versus Ennii repetitur libro de claris oratoribus: & de oratore perfecto: apud Quintilianũ 9. c. 4
l L. Marcius &

quæ vigilantibus accidunt vatibus, eadem no
a *fort.* in somnis. bis dormientibus. viget enim animus in [a] somniis, libérque sensibus ab omni impeditione curarum, iacẽte & mortuo pænè corpore. Qui quia vixit ab omni æternitate, versatúsque est cum innumerabilibus animis, omnia, quæ in natura rerum sunt, videt, si modò temperatis escis, modicísque potationibus[b]
b L. potionib[9]. *& ita v.s.* ita est affectus, vt sopito corpore ipse vigilet. Hęc somniantis est diuinatio. Hîc magna quædam exoritur, neque ea naturalis, sed artificio
B sa somniorum Antiphontis interpretatio: eodémque modo & oraculorum, & vaticinationum. sunt[c] enim explanatores, vt grammatici
c L. sunt enim harum explanatores vt gr. poetarum. Nam Vt aurum, & argentum \ æs, ferrum frustra natura diuina genuisset, nisi eadem docuisset, quemamodum ad eorum venas peruenire tur: nec fruges terrę bacásve arborum cum vtilitate vlla generi humano dedisset, nisi earum cultus, & conditiones
P. B. d *fort.* deniq. tradidisset: materia deinde [d] quid iuuaret, nisi
C confectionis eius fabricam haberemus? sic cũ omni vtilitate, quam dij hominib[9] dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa vtilitas percipi possit. Item igitur somniis, vaticinationibus, oraculis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. Quo modo autem aut vates, aut somniantes ea videant, quæ nusquam etiam tunc sint, magna quæstio est. Sed explorata si sint ea, quę antè quæri debeant: sint hęc, quę quærimus, faciliora. continet enim totam hanc quæstionem ea ratio, quæ est de natura
D deorum, quæ à te secundo libro est explicata dilucidé. Quam si obtinemus, stabit illud quidem, quod locum hunc continet, de quo agimus, esse deos, & eorum prouidentia mundum administrari, eosdémque consulere rebus humanis, nec solùm vniuersis, verùm etiã singulis. Hæc si tenemus, quæ mihi quidem non videntur posse conuelli: profectò homi
E nibus à diis futura significari necesse est. Sed distinguendum videtur, quónam modo. Nõ placet Stoicis, singulis iecorum fissis, aut auiũ cantibus interesse deum: neque enim decorũ est, nec diis dignũ, nec fieri vllo pacto põt: sed ita à principio inchoatũ esse mũdum, vt certis rebus[9] certa signa præcurrerẽt, alia in exstis, alia in auibus, alia in fulgurib[9], alia in ostẽtis, alia in stellis, alia in somniantium visis, alia in furẽtium vocibus. Ea quib[9] bene percepta sunt,
F ij non sæpe falluntur. Malè coniecta, maléque interpretata, falsa sunt, non rerum vitio, sed
e L. inscitia interpretum inscitia[e]. Hoc autem posito, atque concesso, esse quandam vim diuinam, hominum vitam continentem: non difficile est, quæ fieri certè videmus, ea qua ratione fiant, suspicari. Nam & ad hostiam deligendam
P. C V. potest dux esse vis quædam sentiens, quæ est toto confusa mundo: & tum [f] ipsam cùm im
f *fort.* & tum, cùm ipsam hostiã imm. molare velis, exstorum fieri mutatio potest, vt aut absit aliquid, aut supersit. paruis enim momẽtis multa natura aut affingit, aut mutat aut detrahit: quod ne dubitare possimus, maximo est argumẽto quod paullo ante interitũ Cæsaris [g] contigit: qui cùm immolaret illo
g vide Val. & Suet. in Iulio Iulium Obsequentẽ prodig. 710.[9] die, quo primùm insella aurea sedit, & cũ purpurea veste processit, in exstis bouis opimi cor non fuit. Num igitur censes vllum animal
h q. v. e. persuasus, qđ sanguinem habeat, sine corde esse posse? qua ille rei nouitate perculsus[h], cùm Spurina diceret, timendum esse, ne consilium, & vita
A deficeret: earum enim rerum vtrumq. à corde proficisci: postero die caput in iecore nõ fuit. Quæ quidem illi protendebãtur à diis immortalibus, vt videret interitum, non vt caueret. Cùm igitur eæ partes in exstis non reperiuntur, sine quib. victima illa viuere nequisset: intelligendum est, in ipso immolationis tempore eas parteis, quæ absint, interiisse. Eademq. efficit in auibus diuina mens: vt tum huc, tum illuc volent alites: tum in hac,
B tum in illa parte se occultent: tum à dextra, tum à siniſtra parte canant oscines. Nam si omne animal, vt vult, ita vtitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, membráq. quò vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit, eáque antè efficit pænè quàm cogitat: quãto id deo est facilius, cuius numini parent omnia? Idémque mittit & signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit: quale
P. B. scriptum illud videmus: si luna paullo ante so-
C lisortum defecisset in signo leonis, fore, vt ar mis Darius, & Persæ ab Alexandro, & Macedonibus prœlio vincerentur, Dariúsque morereturi: &, si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore, corruptelam, & adulteriũ domi: &, si mulier leonem peperisse visa esset, fore, v t ab exteris gentibus vinceretur ea resp. in qua id contigisset. Eiusdem au
a *libro 15.* tem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus: [a] Crœsi filium, cùm esset infans, blo-
b *xxxvi.* cutum: quo ostento regnum patris, & domũ
c *Liuius 1. Dionys. Halicarnass. 3. Valer. l. 1. Plinius 10. 37. 36. c. vltimo. Plinius de viris illustrib. c. 7.* D funditus concidisse. Caput [c] arsisse. Ser. Tullio dormienti, quæ historia non prodidit? Vt igitur. qui se tradet ita quieti, præparato animo tum bonis cogitationibus, tum rebus ad trãquillitatem accommodatis, certa & vera cernit [d] in somnis: sic castus animus, purúsque vigilantis, & ad astrorum, & ad auium, reliquorúmq. signorum, & ad exstorum veritatẽ
d *L. cernet* est paratior. Hoc nimirum est illud, quod de
E Socrate accepimus, quódq. ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diuinum quiddam, quod dæmonion appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, sæpe reuocanti. Et Socrates quidem: quo quem auctorem meliorem quærimus? Xenophontẽ consulẽti, sequeretúrne Cyrum, postea quàm exposuit, quæ sibi videbantur. Et nostrum quidé inquit, humanum est consilium, sed de rebus & obscuris, & incertis ad Apollinem censeo
e vide Xenophontem *de exped. Cyri & Victorium & Variar. 22.* referendum, ad quem etiam Athenienses pu-
F blicè de maioribus rebus semper retulerunt. Scriptũ est item, cùm Critonis, sui familiaris, oculum alligatum [f] vidissem, quæsiuisse, quid esset: cùm autem ille respondisset, in agro ambulãti ramulum adductum, vt remissus effet, in oculum recidisse: tum Socrates, Non enim paruisti mihi reuocanti, cùm vterer, qua foleo præsagitione diuina. Idem [g] etiam Socrates,
f *fort. obligatum*
P. C V. cùm apud Delium malè pugnatum esset, Lachete [h] prætore, fugerétque cum ipso Lachete: vt ventum est in triuium, eãdem quà ceteri, fugere noluit. Quibus quærentibus, cur non
g *paulo aliter hic locus refertur à Gellio lib. 4. cap. 5. in fine.*
G eãdem via pergeret, deterreri se à deo dixit. Tum quidem ij, qui alia via fugerant, in hostium equitatum inciderunt. Permulta coniecta sunt ab Antipatro, quæ mirabiliter à Socrate diuinata sunt: quæ prætermittam, tibi enim nota sunt: mihi ad commemorandum non necessaria. Illud tamen eius philosophi magnificum, ac pænè diuinum, quod, cùm
h *Λάχης, ἀφ' οὗ Λαχητικὸν τὸ ἐν τοῖς στρατοπέδοις.*
i *collega suus*
H impiis sententiis damnatus esset, æquissimo animo

animo se dixit mori. neque enim domo egredienti, neque illud suggestum, in quo causam dixerat, adscendenti, signum sibi vllum, quod consuesset, à deo, quasi mali alicuius impendētis, datum. Equidem sic arbitror, etiam si multa fallant eos, qui aut arte, aut cōiectura diuinare videantur, esse tamen diuinationem: homines autem, vt in ceteris artibus, sic in hac posse falli. Potest accidere, vt aliquod signum dubiè datum pro certo sit acceptum: Potest aliquod latuisse aut ipsum, aut quod esset illi contrarium. mihi autem ad hoc, de quo disputo, probandum satis est, non modò plura, sed pauciora diuinè præsensa, & prædicta repetiri. Quin etiam hoc non dubitans dixerim: si vnum aliquid ita sit prædictum, præsensúmque, vt cum euenerit, ita cadat, vt prædictum sit, neq. in eo quidquam casu, & fortuito factum esse appareat, esse certè diuinationem, idq. esset[a] omnibus confitendum. Quocirca primùm mihi videtur, vt Posidonius facit, à deo[b], de quo satis dictum est, deinde à fato, deinde à natura, vis omnis diuinandi, ratióq. repetenda. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. *Fatum*[c] autem *id appello*, quod Græci ἐιμαρμένην, id est, ordinē *seriémq causarū cum causa causæ nexa, rem exse gignat*. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod cùm ita fit, nihil est factum, quod non futurum fuerit, eodémq. modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes, natura contineat. Ex quo intelligitur, vt fatū sit non id, quod superstitiosè, sed id quod physicè dicitur. Causa æterna rerum, cur & ea, quę præterierunt, facta sint, & quæ instant, fiāt, & quæ sequuntur, futura sint. ita fit, vt & notari possit, obseruatione quæ res quámq. causam plerūq. cōsequatur, etiam si non semper. nā id quidē difficile est affirmare. Easdémq. causas verisimile est rerū futurarum cerni ab iis, qui aut per furorē eas, aut in quiete videant. Præterea cùm fato omnia fiant, id qđ alio loco[d] ostēdetur: si quis modò talis possit esse, qui colligationem causarum omnium perspiciat animo, nihil eum profectò fallet. qui enim teneat causas rerum futurarū, idem necesse est omnia teneat, quæ futura sint. Quod cùm facere nemo, nisi deus, possit, relinquendum est homini, vt signis quibusdam, consequentia declarantibus, futura præsentiat. nō enim illa quæ futura sunt, subitò exsistunt, sed est, quasi radentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficientis, & primùm quidque repli cantis. Quod & ij vident, quib[e] naturalis diuinatio data est: & ij, qbus cursus rerū obseruādo notatus est. Qui etsi causas ipsas nō cernunt, signa tamen causarum, & notas cernunt: ad quas, adhibita memoria, & diligentia, ex momenti's superiorum efficitur ea diuinatio, quæ artificiosa dicitur, exstorū, fulgnrū, ostentorūsignorúmq. cęlestiū. Non est igitur, vt mirandum sit, ea præsentiri à diuinantibus, quæ nusquam sint. sunt enim omnia, sed tempore absunt. Atque Vt in seminibus vis inest earū rerum, quæ ex iis progignuntur: sic in causis conditæ sunt res futuræ, quas esse futuras aut concitata mens, aut soluta somno, cernit: aut ratio, aut coniectura præsentit: Atque vt ij, qui solis, & lunæ, reliquorúmq. siderū ortus, obitus, motúsque cognorunt, quo quidque tẽpore eorū futurum sit, multo antè prædicunt: sic qui cursum rerum, euentorúmq. cōsequētiam diuturnitate pertractata notauerunt, aut semper, aut, si id difficile est, plerúmque: quo si ne id quidem conc ditur, nonnumquam certè, quid futurum sit, intelligunt. Atque hæ quidem, & quædam huiusmodi argumenta, cur sit diuinatio, ducuntur à fato. A natura autem alia quædam ratio est: quæ docet, quanta sit animi vis seiuncta à corporis sensibus: quod maximè contingit aut dormientibus, aut mẽte permotis. Vt. n. *deorū animi sine oculis, sine auribus, sine lingua sentiūt inter se, q. d quisq. sentiat: ex quo fit, vt homines, etiā cùm taciti optent*[a] *aliquid, aut voueant, haud dubitēt, quin dij illud exaudiāt*: sic animi hominum, cùm aut somno soluti vacant corpore, aut mente permo[illegible] per seipsi liberi incitati mouentur, [illegible]unt ea, quæ permisti cum corpore [illegible]ni videre non possunt. Atque hanc quidem rationem naturæ difficile est forsasse traducere ad id genus diuinationis, quod ex arte profectum dicimus: sed tamen id quoque rimatur quantum potest Posidonius, cùm esse censet in natura signa quædā rerū futurarū. Vt[b] enim[c] Céos accepimus ortum caniculæ diligenter quotannis solere seruare[d], coniectutámque capere, vt scribit Ponticus Heraclides, salubrísne, an pestilēsannus futurus sit. nā si obscurior quasi caliginosa stella exstiterit, pingue & concretum esse cælum, vt eius adspiratio grauis, & pestilens futura sit: sin illustris, & perlucida stella apparuit, significari cælū esse tenue, putúmque, & propterea salubre. Democritus autem censet sapienter institutisse veteres, vt hostiarum immolatarum inspicerentur exsta, quorum ex habitu, atque colore tum salubritatis. tum pestilentiæ signa percipi, nonnumquametiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Quæ si à natura profecta, obseruatio, atque vsus agnouit, multa afferre potuit dies, quæ animaduertendo notarētur: vt ille Pacuuianus, qui in Chryse physicus inducitur, minimè naturam rerum cognocere videatur.

Nam istis, qui linguam auium intelligunt,
Plúsque ex alieno iecore sapiunt, q. am ex suo,
Magis audiendum, quàm auspicandum censeo.

Cur quæso? cùm ipse, paucis interpositis versibus, dicat satis luculen è:

Quidquid est hoc, omnia animat, format, alit,
auget, creat,
Sepelit, recipitque in sese omnia: omniúmque idem est pater,
Indidémque eadem, quæ oriuntur, de integro,
atque eódem occidunt.

Quid est igitur, cur, cùm domus sit omnium vna, vnáque[e] communis, cúmque animi hominum semper fuerint, futuríque sint, cur[f] ij quidem, quid ex quoque eueniat, & quid quā que rem significet, pspicere non possint? Hæc habui, inquit, de diuinatione quæ dicerem. Nunc illa testabor, non me sortilegos, neque eos, qui quæstus causa hariolentur, ne psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus vti solebat, agnoscere. Non habeo denique nauci Marsum[g] augurem,

Non[h] vicanos haruspices, non e circo astrologos,
Non Isiaeos coniectores, non interpretes somnium.
Non enim sunt ij aut[k] scientia, aut arte diuini,
Sed superstitiosi vates, impudentes hariolí.

a *al.* optant aliquid, aut vouent.

P. 8.

b L. Etenim Ceos acc.

c Idem refert Apollonius 2 Argonaut. ita Cilices & Tauri incolæ exortu Caniculæ frugum vbertatem augurabantur, Manilius 1. Euentus frugum varios & tępore dicunt. Adde Victorium 19. *Variar.* 21.

d *al.* obseruare,

e *fort.* eáque communis, P. CVIII.

f L. cur ii, quid ex quoque euen.

g *al.* Marcium.

h ad e Iuuenalē Satyra 6.

k Coniectur Festo interpres somniorum Glossis ἐνύπνια κρίσεις.

k L. aut arte diuini, aut scientia, Sed [illegible]

Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:
Quibus diuitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt.
De his diuitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera.

A Atque hæc quidem Ennius, qui paucis antè versibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus. Ego autem, qui & curare arbitror, & monere etiam, ac multa prædicere, leuitate, vanitate, malitia excluſa, diuinationem probo. 9 ¶ Quæ cùm dixisset Quinctus, Præclarè tu quidem, inquam, paratus.

Deſunt pauca quædam.

M. TVLLII CICERONIS DE DIVINATIONE, LIBER SECVNDVS.

Synopſis 2. de diuinatione.

Diuinationem nullam ſumi ex animalium extis, è fulguribus, oſtentis, auſpiciis, ſortibus, vaticiniis furentium, ſomniis.

M. CICERO Q. CICERONI.

QVAERENTI mihi, multúmque & diu cogitanti, quâ nâ re poſſem prodeſſe quàm plurimis, ne quando intermitterem conſulere reip. nulla maior occurrebat, quàm ſi optimarum artiũ vias traderem meis ciuibus, quod compluribus iã libris me arbitror conſecutum. Nam [a] & cohortati ſumus, vt maximè potuimus, ad philoſophiæ ſtudium eo libro, qui eſt inſcriptus *Hortenſius*, &, quod genus philoſophandi minimè arrogans, maximéque & conſtans, & elegans arbitraremur, *quattuor Academicis* libris oſtendimus. Cúmque fundamentum eſſet philoſophiæ poſitum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus [b] eſt is locus à nobis quinque libris, vt, quid à quoque, & quid contra quemque philoſophum diceretur, intelligi poſſet. Totidẽ ſubſecuti libri *Tuſculanarum* diſputationum, res ad beatè viuendum maximè neceſſarias aperuerunt. primus enim eſt de contemnenda morte: ſecundus de tolerando dolore: de ægritudine lenienda tertius: quartus de reliquis animi perturbationibus: quinctus eum locum complexus eſt, qui totam philoſophiam maximè illuſtrat, docet enim, ab beatè viuendum virtutem ſe ipſa eſſe contentam. Quibus rebus editis, tres libri perfecti ſunt *de natura deorum*: in quibus omnis eius loci quæſtio continetur. Quæ vt plenè eſſet, cumulatéq; perfecta, *de diuinatione* ingreſſi ſumus his libris ſcribere. Quibus, vt eſt in animo, *de fato* ſi adiunxerimus, erit abundè ſatisfactum toti huic quæſtioni. Atque his libris annumerandi ſunt *ſex de rep.* quos tunc ſcripſimus, cùm gubernacula reip. tenebamus. magnus locus philoſophiæque proprius à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totáque Peripateticorum familia tractatus vbertimé. Nã quid ego de *Conſolatione* dicam[c] quæ mihi quidem ipſi ſanè aliquantum medetur. ceteris item multùm profuturam puto. interiectus etiam eſt nuper is, quem ad noſtrum Attium *de ſenectute* miſimus. In primíſque, quoniam philoſophia vir bonus efficitur, & fortis, Cato noſter in horum librorum numero ponẽdus eſt cúmque Ariſtoteles, itémque Theophraſtus, excellentes viri cùm ſubtilitate, tum copia, cum philoſophia dicendi etiam præcepta coniunxerint, noſtri quoque *oratorii libri* in eundem numerum referendi videntur. Ita tres erunt de Oratore: quartus, *Brutus*: quinctus, *Orator*. Adhuc hæc erant. ad reliqua acri tendebamus animo, ſic parati, vt, niſi quæ eauſa grauior obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locũ eſſe pateremur, qui non Latinis litteris illuſtratus pateret. Quod enim munus reip. afferre maius, meliúſve poſſumus, quàm ſi docemus, atque erudimus iuuentutem? his præſertim moribus, atque temporibus: quibus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus refrenanda, atque coercenda ſit. Nec verò id effici poſſe confido, quod ne poſtulandum quidem eſt, vt omnes adoleſcentes ſe ad hæc ſtudia conuertant. pauci vtinã: quorum tamen in reptatè patere poterit induſtria. Equidem etiam ex iis fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti in noſtris libris acquieſcũt: quorum ſtudio legendi meum ſcribendi ſtudium vehementius in dies incitatur: quos quidem plureis, quã rebar, eſſe cognoui. Magnificum illud etiam, Romaníſque hominibus glorioſum, vt Græcis de philoſophia litteris nõ egeãt. Quod aſſequar profectò, ſi inſtituta perfecero. Ac mihi quidem explicandæ philoſophiæ cauſam attulit grauis caſus ciuitatis, cùm in armis ciuilibus nec tueri meo more remp. nec nihil agere poteram, nec, quid potius, quod quidem me dignum eſſet, agerem, reperiebam. Dabunt igitur mihi veniam mei ciues, vel gratiam potius habebunt, quòd, cum eſſet, in vnius poteſtate reſp. neque ego me abdidi, neque deſerui, neq. afflixi, neque ita geſſi, quaſi homini, aut temporibus iratus: neq. ita porrò aut adulatus, aut admiratus fortunam ſum alterius, vt meæ pœniteret. id enim ipſum à Platone, philoſophiáque didiceram, *naturæ leis eſſe conuerſiones* [b] *quaſdam rerum publicarum, vt ea tũ à principibus tenerẽtur, tũ à populis aliquãdo à ſingulis*. Quod cum accidiſſet noſtræ reip. tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia

[a] Series librorum Philoſophicorũ & eorum qui oratorii dicuntur, Ciceronis.*

[b] *Male pertractatus eſt.*

[c] In quibus hoc vnum probabat maximè: ſine ſummã iuſtitia Rempublicam regi non poſſe. Auguſt. de ciuitate 22.*

[b] *Deſciſcere.*

renouare cœpimus, vt & animus molestiis hac potissimùm releuaretur, & prodessemus ciuibus nostris qua re cúmque possemus. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, philosophiam nobis pro reip. procuratione substitutam putabamus. Nunc, quoniam de rep. consuli cœpti sumus, tribuēda[a] est opera reip. vel omnis potiùs in ea cogitatio, & cura ponenda: tantum huic studio relinquendum, quantū vacabit à publico officio, & munere. Sed hęc aliàs pluribus: nunc ad institutam disputationem reuertamur. Nam cùm de diuinatione Q. frater ea disseruisset, quæ superiore libro scripta sunt, satísque ambulatum videretur, tum in bibliotheca, quæ in Lycéo est, assedimus. 2 ¶ Atque ego, Accuratè tu quidem, inquam, Quincte, & Stoicè Stoicorum sententiam defendisti: quódque me maximè delectat, plurimis nostris exemplis vsus es, & iis quidem claris, & illustribus. Dicendum est mihi igitur ad ea, quæ sunt à te dicta, sed ita, nihil vt affirmem, quæram omnia, dubitans plerumque, & mihi ipse diffidens. si enim aliquid certi haberem, quod dicerem: ego ipse diuinarem, qui esse diuinationem nego. Etenim me mouet illud, quod in primis Carneades quærere solebat, quarúmnam rerum diuinatio esset: earúmne[b], *quæ sensibus perciperentur?* At eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus. Nunquid ergo in iis rebus est, *quod prouisione, aut permotione mentis magis, quàm natura ipsa sentiamus?* aut[c] nescio qui ille diuinus, si oculis captus sit, vt Tiresias fuit, possit, quæ alba sint, quæ nigra, dicere? aut, si surdus sit, varietates vocum, aut modos noscere? Ad nullā igitur earum rerum, quæ sensu accipiuntur[d], diuinatio adhibetur. Atqui ne *in iis quidem rebus, quæ arte tractantur*, diuinatione opus est. Etenim ad ægros non vates, aut hariolos, sed medicos solemus adducere. Nec verò, qui tibiis, aut fidibus vti volunt, ab haruspicibus accipiunt earum tractationem, sed à musicis. Eadem *in*[e] *litteris* ratio est, *reliquisque rebus, quarum est disciplina*. Num censes eos, qui diuinare dicuntur, posse respondere, sol maiórne, quàm terra sit: an tantus, quantus videatur? lunáque suo lumine, an solis, vtatur? sol, luna, quem motum habeant? quem quinque stellæ, quæ errare dicuntur? nec hæc, qui diuini habentur, profitentur se esse dicturos: nec eorum, quæ in geometria describuntur, quæ vera, quæ falsa sint. sunt enim ea mathematicorum, non hariolorum. De illis verò rebus, *quæ in philosophia versantur*, nunquid est, quod quisquam diuinorum aut respondere soleat, aut consuli, quid bonum sit, quid malum, quid neutrum? sunt enim hæc propria philosophorum. Quid *de officio*? num quis haruspicem consuluit, quemadmodum sit cum parentibus, cum fratribus, cum amicis viuendum? quemadmodum vtendum pecunia? quemadmodum honore? quemadmodum imperio? ad sapienteis hæc, non ad diuinos referri solent. Quid? quæ *à physicis*, aut *dialecticis* tractantur, num quis eorum diuinare potest, vtrúmne mundus sit, an plures? quę sint initia rerum, ex quibus nascuntur omnia? physicorum est ista prudentia. Quo modo autem mentientem, quem φιλόψευδον[f] vocant, discernas? aut quemadmodum soritē[g] resistas? quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare: sed nihil opus est: vt enim

A ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Ergo hæc quoque dialectici dicent, nō diuini. Quid? cùm quæritur, qui sit optimus reip. status, quæ leges, qui mores aut vtiles, aut inutiles, haruspicésne ex Etruria accersentur[a], an principes statuent, & delecti viri, periti rerum ciuilium? Quòd si nec earum, rerū, quę subiectę sensibus sunt, vlla diuinatio est: nec earū, quæ attribuscō tinētur, nec earū, quę in philosophia disserunturnec earū, quæ in rep. versantur: quarum rerum sit, nihil prorsus intelligo. nā aut omniū debet esse, aut aliqua ei materia danda est, in qua versari possit. sed nec omnium diuinatio est, vt ratio docuit: nec locus, nec materia inuenitur, cui diuinationē præficere possimus. vide igitur, ne nulla sit diuinatio. Est quidem[b] Græcus vulgaris in hanc sententiam versus:

Bene[c] *qui conije et, vatem hunc perhibeto optimum.*

C Num igitur, aut quæ tempestas impendeat, vates melius coniiciet, quàm gubernator: aut morbi naturam acutiùs, quàm medicus: aut belli administrationem prudentiùs, quàm imperator, coniectura assequetur? sed animaduerti, Quincte, te cautè & ab iis coniecturis, quæ haberent artem, atque prudentiam, & ab iis rebus, quæ sensibus, aut artificiis percipe-
D rentur, abducere diuinationem, eámque ita definire, DIVINATIONEM, esse earum rerum prædictionem, & præsensionem, quæ essent fortuitæ. Primùm eódē reuolueris. Nam & medici, & gubernatoris & imperatoris præsensio est rerum fortuitarum. Num igitur, aut atu spex, aut augur, aut vates quis, aut somnians melius coniecerit, aut ex morbo euasurum ægrotum, aut [d] ex periculo nauem, aut ex insidiis exercitum, quàm medicus, quàm gubernator, quàm imperator? Atqui ne illa quidem diuinantis esse dicebas: ventos,
E aut imbreis impendenteis quibusdam præsentire signis. In quo nostra quædam Aratéa[e] memoriter à te pronuntiata sunt. Etsi hæc ipsa fortuita sunt. plerumque enim non semper eueniunt. Quæ est igitur, aut vbi versatur fortuitarum rerum præsentio, quā diuinationem vocas? quæ[f] enim præsentiri aut arte, aut ratione, aut vsu, aut cōiectura possunt, ea non diuinis tribuēda putas, sed peritis. Ita relinquitur, vt ea fortuita diuinari possint, quæ nulla
F nec arte, nec sapientia, quideri possunt: vt, si quis M. Marcellū, illum, qui ter cōsul fuit, multis annis antè dixisset naufragio esse periturum: diuinasset profectò. nulla enim arte alia, nec sapientia id scire potuisset. Talium ergo rerum, quæ in fortuna positæ sunt præsensio, diuinatio est. Potéstne igitur earum rerum, quæ nihil habent rationis, quare futuræ sint vlla esse præsensio? quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid euentus,
G nisi cùm sic aliquid cecidit, sic euenit, vt vel non cadere, atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? quo modo ergo id, quod temerè fit cæco casu, & volubilitate fortunæ, præsentiri, & prædici potest? Medicus morbum ingrauascentem ratione prouidet, insidias imperator, tempestates gubernator. tamen hi ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur: vt agricola cùm florem olęæ videt, bacam quoque se visurum putat, non sine ratione ille quidem, sed nonnumquam tamen fallitur
H

a L. arcessentur.

b al. quidam

c Μάντις δ' ἀγαθὸς οἰωνὸς ἐπικρίνειε κάριστος. ἔστις εἰκάζει σοφῶς. versus Euripidis, cuius initium & ad Atticum 13.

d al. aut ex scopulo.

e ex Arato sumpta.

f diuinatio est earum rerum quæ præsentiri arte, ratione, vsu, vel coniectura non possunt.

P. 8.

P. CXI.

Quòd si falluntur ij, qui nihil sine aliqua probabili coniectura, ac ratione dicunt: quid existimãdum est de coniectura eorũ, qui exstis, aut auibus, aut ostentis, aut oraculis, aut somniis futura præsentiunt? Nondum dico, quàm hæc signa nulla sint, fissum iecoris, corui cantus, volatus aquilæ, stellæ traiectio, voces furentium, sortes, somnia: de quibus singulis dicã suo loco: nunc de vniuersis. Quî potest prouideri, quidquam futurum esse, quod neq. causam habet vllam, neque notam, cur futurum sit? solis defectiones. item que lunæ, prædicuntur in multos annos ab iis, qui siderum cursus, & motus numeris persequuntur. ea enim prædicunt, quæ naturæ necessitas perfectura est. Vident ex constantissimo motu lunæ, quando illa è regione solis facta[a] incurrit[b] in vmbram terræ, quæ est meta noctis, vt eam obscurari necesse sit: quandoque eadem luna subiecta soli, atque opposita nostris oculis, eius lumen obscuret: quo in signo quæque errantium stellarum, quóque tempore futura sit, qui exortus quoque diei signi alicuius, aut qui occasus futurus sit. Hæc qui antè dicunt, quã rationem sequantur, vides. Qui thesaurum, inuenturum,[c] aut hereditatem venturam dicunt, quid sequantur? aut in qua rerum natura ineſt, id futurum? quòd si ea, quæ sunt eiusdem generis, habent aliquam talem necessitatem: quid est tandem, quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? *nihil enim est tam contrarium rationi, & constantiæ quàm fortuna*: vt mihi ne in deum quidem cadere videatur, vt sciat, quid casu, & fortuitò futurum sit. Si enim scit certè, illud eueniet. sin certè eueniet, nulla fortuna est. est autem fortuna. rerum igitur fortuitarum nulla est præsensio. Aut si negas esse fortunam. & omnia, quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fatalitex: muta definitionẽ diuinationis, quam dicebãs præsensionem esse rerum fortuitarum. Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore: quę pŏt esse fortuna? qua sublata, qui locus est diuinationi? quę à te fortuitarũ rerũ est dicta præsensio. Quamquam dicebas, omnia, quę fierẽt, futuráve essẽt, fato cõtineri. Anile[d] sanè, & plenum superstitionis fati nomẽ ipsũ. sed tamẽ apud Stoicos de isto fato multa dicuntur, de quo aliàs: nunc quod necesse est. Sic omnia fato: quid mihi diuinatio prodest? qđ enim is qui diuinat, prædicit, id verò futurũ est: vt ne illud quidem sciam, quale sit quod Deiotarum, familiarem nostrum, ex itinere aquila reuocauit. Qui nisi reuertisset, in eo cõclaui ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit. Ruina igitur oppressus esset. At id nequeq[f] si fatum fuerat, effugisset: nec, si non fuerat, in eum casum incidisset. Quid ergo adiuuat diuinatio? aut quid est, qđ me moueãt aut sortes, aut exsta, aut vlla prædictio? si. n. fatũ fuit, classeis pop. R bello Punico primo, alteram naufragio, alterã à Pœnis depressam interire: etiam si tripudium solistimum[g] pulli fecissent, L. Iunio, & P. Clodio consulibus classes tamen interissent. Sin, cùm auspiciis obtẽperatum esset, interituræ classes non fuerunt, non interierũt fato. Vultis[h] autem omnia fato. nulla igitur est diuinatio. Quòd si fatum fuit, bello Punico secundo exercitum populi Rom. ad lacum Thrasimenum interire: num id mutari potuit, si Flaminius cõsul iis signis, issque auspiciis, quib. pugnare prohibebatur, paruisset? certè potuit. Aut igitur non fato interiit exercitus: mutari enim fata nõ possunt: aut, si fato, quod certè vobis ita dicẽdum est: etiam si obtemperasset auspiciis, idem euenturum fuisset. Vbi est igitur diuinatio ista Stoicorum? quæ, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, vt cautiores simus. quoquo enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est. sin autem id potest flecti, nullum est fatum. ita ne diuinatio quidem, quoniam ea rerum futurarum est. Nihil autẽ est pro certo futurum, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat. Atq. ego ne[a] vtile quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. Quæ enim vita fuisset Priamo, si ab adolescentia scisset, quos euentus senectutis esset habiturus? Abeamus à fabulis: ppiora videamus. Clarissimorum hominum nostræ[b] ciuitatis grauissimos exitus in consolatione collegimus[b]. Quid igitur? vt omittamus superiores, M. ne Crasso putas vtile fuisse, tũ cùm maximis opibus, fortunísque florebat, scire, sibi, interfecto Publio filio, exercitúque deleto, trans Euphratem cum ignominia, & dedecore esse pereundum? An Cn. Pompeium censes, tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria, lętaturum fuisse, si scisset se in solitudine[c] Ægyptiorum trucidatum iri, amisso exercitu: post mortem verò ea consecutura, quæ sine lacrymis non possumus dicere? Quid[d] verò Cæsarem putamus? si diuinasset fore, vt in eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset, in curia Pompeiana, ante ipsius Pompeij simulacrum, tot centurionibus suis inspectantibus, à nobilissimis ciuibus, partim etiam à se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita iacẽret, vt ad eius corpus non modò amicorum, sed ne seruorũ quidem quisquam accederet[e]: quo cruciatu animi vitam acturum fuisse? Certè igitur ignoratio futurorum malorum, vtilior est, quã scientia. Nam illud quidem dici, præsertim à Stoicis, nullo modo potest: non isset ad arma Pompeius: non transisset Crassus Euphratem: non suscepisset bellum ciuile Cæsar. non igitur fataleis exitus habuerũt. Vultis autem euenire omnia fato. nihil ergo profuisset illis diuinare: atque etiam omnem fructum vitæ superioris perdidissent. Quid enim posset iis esse lætum, exitus suos cogitantibus? Ita, quoquò se verterint Stoici, iacebat necesse est omnis eorum solertia. Si enim id, quod euenturũ est, vel hoc, vel illo modo potest euenire: fortuna valet plurimũm. Quæ autem fortuita sũt, certa esse non possunt. Sin autem certum est, quid quaque de re quóque tempore, futurum sit: quid est quod me adiuuent haruspices, cũ res tristissimas portendi dixerint? Addunt ad extremum, omnia[f] leuiùs casura, rebus diuinis procuratis. Sic enim nihil fit extra fatum, ut[h] leuari de re diuina potest. Hoc sensit Homerus, cùm [i] querentem Iouem induxit, quòd Sarpedonem filium à morte contra fatum eripere non posset. Hoc idem significat Græcus ille in eam sententiam versus:

Quòd fore paratũ est, id summũ exsuperat Iouẽ.

Totum omnino fatum etiam Atellanio versu iure mihi esse irrisum videtur. sed in rebus tam seueris non est iocandi locus. Concludatur ergo ratio. Si enim prouideri nihil potest futurum

P. CXII. a *fort.* posita b L. incurrat in vmbr. & *item v. c.*

e L. inuẽtum ri, aut

d L. Anilis sa plenum su perstitionis, fati nomen

e Diuinatio nulla est eorum quæ fa so fiunt.

P. B.

f L. nec si f.

g vide Festum in Solistimum.

h *fort.* Vultis autem eueni re omnia fa to.

P. CXIII. a Diuinatio ad vitam inutilis est.

b Idem Tusculanæ.

c & tamẽ sub oculis suis & liberum consulibus ebrio vide Plutarchum in Pompeio. Plinium. lib. 7. cap. 54. de viris illustribus.

d L. Quid verò Cæsar? putamus, si diuinasset, ita rempublicam, &c.

e L. accedere

P. B.

f Diuinatio an certum aliquid de re quaque tempore futurum sit.

P. B.

futurum esse eorum, quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt: diuinatio nulla est. Sin autē idcirco possunt prouideri, quia certa sunt, & fatalia: rursus diuinatio nulla est. eam enim tu fortuitarum rerum esse dicebas. Sed hæc fuerit nobis *tanquam leuis armatura* prima orationis *excursio*: nunc comminus agamus. experiamur itaq. si possumus, cornua commouere disputationis tuę. Duo enim genera diuinandi esse dicebas, vnum artificiosum, alterum naturale. artificiosum cōstare partim ex coniectura, partim ex obseruatione diuturna: naturale, qđ animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos hausros, aut acceptos, aut libatos habemus. Artificiosæ diuinationis[a] illa ferè genera ponebas, extispicum, eorúmq. qui ex fulguribus, ostentisq. prædicerent, tum augurum, eorúmque, qui signis, aut ominibus vterentur: omnéque genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas. Illud autem naturale, aut concitatione mentis edi, & quasi fundi videbatur, aut animo, per somnum sensibus, & curis vacuo prouideri[b]. Duxisti autem diuinationem omnem à tribus rebus, à deo, à fato, à natura. Sed tamē cùm explicare nihil posses, pugnasti commentitiorum exemplorum mirifica copia. De quo primo hoc libet dicere. *Hoc ego philosophi non arbitror, teſtibus vti:* qui aut casu veri, aut malitia falsi, fictiq. esse possunt. Argumentis, & rationibus oportet, quare quidque ita fit, docere non euentis, iis præsertim, quibus mihi liceat non credere. ¶ Vt ordiar ab *haruspicina*[c], quam ego reip. causa, communisque religionis, colendam censeo: sed soli[d] sumus: licet verum exquirere sine inuidia, mihi præsertim de plerisque dubitanti, inspiciamus, si placet, exsta[e] primùm. Persuaderi igitur cuiquā potest, ea, quæ significari dicuntur exstis, cognita esse ab haruspicib[f] obseruatione diuturna? ecquàm[g] diuturna ista fuit? aut quàm longinquo tempore obseruari potuit? aut quo modo est collata inter ipsos, quæ pars inimici, quæ pars familiaris esset: quod fissum, periculum: quod commodum aliquod ostenderet? an hæc inter se haruspices Etrusci, Elij, Ægyptij, Pœni contulerunt? At id præterquàm quod fieri non potuit, ne fingi quidē potest. alios enim alio more videmus exsta interpretari, nec esse vnam omnium disciplinam. Et certè, si est in exstis aliqua vis, quæ declaret futura, necesse est, eam aut cum rerum natura esse coniunctā, aut conformari quodam modo numini deorum. Atqui[h] diuina cum rerum natura tanta, támq. præclara, in omneis partes motúsque diffusa, quid habere potest cōmune? non dicam gallinaceum fel, (sunt enim, qui vel argutissima hæc exsta esse dicant) sed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? Democritus tamen non inscitè negatur vt physicus: quo genere nihil arrogantius.

Quod[i] *est ante pedes, nemo spectat: cœli scrutantur plagas.*

Verum is tamen habitu exstorum, & colore declarari censet, hoc duntaxat, pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreet, vel vbertatem, vel tenuitatem: salubritatem etiam, aut pestilētiam exstis significari putat. O mortalem beatum! cui certò scio ludum nūquam defuisse. Hunccine[k] hominem tantis delectatum esse nugis, vt non videret, tum futurum id verisimile, si omnium pecudum exsta eodem tempore in eundem habitum se, colorémque conuerterent? sed si eādem hora aliæ pecudis iecur nitidum, atque plenum est, aliæ horridum, & exile: quid est, quod declarari possit habitu exstorum, & colore? an hoc eiusdem modi est, quale Pherecydéum[a] illud, quod est à te dictum? qui cùm aquam vidisset ex puteo haustam, terræmotum dixit futurū. Parum, credo, impudenter, cùm factus esset motus, dicere audēt, quę vis id effecerit. Etiámne futurū esse aquæ iugis colore præsentiunt? multa istiusmodi dicūtur in scholis: sed credere omnia vide ne non sit necesse. Verùm sint sanè ista Democritea vera. quā do ea nos exstis exquirimus? aut quādo aliquid eiusmodi ab haruspice, inspectis exstis, audiuimus? ab aqua, aut ab igni pericula monent: tum hereditates, tum damna denuntiant: fissum familiare, & vitale tractant: caput iecoris ex omni parte diligentissimè considerant: si verò id non est inuentum, nihil putant accidere potuisse tristius. Hæc obseruari certè non potuerunt, vt suprà docui. sunt igitur artis inuenta, non vetustatis, si est ars vlla rerum incognitarum. Cum rerum autem natura quam cognationem habent? quæ vt vno consensu iuncta sit, & continens, quod video physicis placuisse, eisq. maximè, qui omne, quod esset vnum esse dixerunt: quid habere mūdus potest cum thesauri inuentione coniunctum? si enim exstis pecunię mihi amplificatio ostenditur, idque fit natura: primùm exsta sunt coniuncta mundo: deinde meum lucrum natura rerum continetur. Nónne pudet physicos hæc dicere? Vt enim iam sit aliqua in natura rerum cognatio, quam esse concedo: multa enim Stoici colligunt: nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & pulejum[b] aridum floreſcere ipso brumali die, & inflatas rumpi vesiculas & semina malorum, quę[c] in mediis incluſa sint, in contrarias partes se vertere: iam neruos in fidibus aliis pulsis resonare alios: ostreisque, & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna crescant pariter, paritérque decrescant: arboréque vt hiemali tempore, cum luna simul senescentes, quia tum exsiccatæ sint, tempestiuè cædi putentur. Quid de fretis, aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus, & recessus lunæ motu gubernantur. Sexcenta licet eiusmodi proferri, vt distantium rerum cognatio naturalis appareat. Demus hoc. nihil enim huic disputationi aduersatur. Num etiam, si fissum cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrum ostenditur? qua ex cognatione naturæ, & quasi concentu, atque consensu, quam[d] συμπάθειαν Græci appellant, conuenire potest aut fissum iecoris cum luculło meo, aut meus quæsticulus cum cælo, terra, rerúmque natura? concedam hoc ipsum, si vis: etsi magnam iacturam causæ fecero, si vllam esse conuenientiam naturæ cum exstis concesſero: sed tamen eo concesſo, qui euenit, vt is qui [e]impertire velit, conuenientem hostiam rebus tuis immolet? hoc erat, quod ego non rebar posse dissolui. At quàm festiuè dissoluitur. Pudet me nō tui quidem, cuius etiā memoriam admiror, sed Chrysippi, Antipatri, Posidonij, qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum à te, ad hostiam deligendam ducem esse vim quan-

a dixi libro 1. supra.*

P. CXV.

b al. pulegiū

c L. quæ in eis mediis

d Idem libro 3. de Natura deorum.*

e L. qui impetrire

P. CXIIII. a Diuinationis artificiosæ & naturalis genera.*

b al. præuideri.

c HARVSPICINAE seu EXTISPICINAE confinio.* ἐσχάτου ἐσ

d Diuinationem nullam esse ab exstis haruspicina.* P. Atquam diuturna &c. Quàm diuturna. e collatum

f Ecquàm diuturna.

g inter

h Atqui diuinatio, ea rerum nat.

i Quod ante pedes nemo spectat. Cœlum ipsum petimus stultitia.

k Hunccine

l Adde Tusculan. inf.*

dam sentientẽ, atq. diuinam, quę toto confusa mũdo sit. Illud verò multo etiã melius, quod & à te vsurpatum est, & dicitur abillis: cùm immolare quispiam velit, tum fieri exstorũ mutationã, vt aut absit aliquid, aut superfit: deorum enim numini parêre omnia. Hæc, mihi iam crede, ne anicułæ quidem existimant. An censes, eundem vitulum, si alius delegerit, sine capite iecur inuenturũ: si alius, cum capite hęc decessio capitis, aut accessio subitóne fieri potest, vt se exsta ad immolantis fortunam ac commodent? non perspicitis, aliquam quandam inesse hostiis deligendis, præsertim cùm res ipsa doceat? cùm enim tristissima exsta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse dirius: proxima hostia litatur sępe pulcherrimé Vbi illæ minæ superiorum exstorum? aut quæ tam[a] subita facta est deorum tanta placatio? Sed affers, in tauri opimi exstis, immolante Cęsare, cor non fuisse: id quia non potuerit ac cidere, vt sine corde victima illa viueret, iudicandum esse tum interisse cor, cùm immolaretur. Quî fit, vt alterum intelligas, sine corde non potuisse bouem viuere: alterum non videas, cor subitò non potuisse nescio quò auolare? ego enim possum vel nescire, quæ vis sit cordis ad viuendum, vel suspicari, contactum aliquo morbo, bouis, exile, & exiguum, & vietum cor, & dissimile cordis fuisse. Tu verò qd habes, quare putes, si paullo antè cor fuerit in tauro opimo, subitò id in ipsa immolatione interisse? an, quòd adspexit vestitu purpureo[b] excordem Cæsarem, ipse corde priuatus est? vrbem philosophiæ, mihi crede, prodidistis, dum castella defenditis. Nam, dum haruspicinam verã esse vultis, physiologiam totam peruertitis. Caput est in iecore, cor in exstis iam abscedet, simul ac molam[c], & vinum insperseris, deus id eripiet, vis aliqua conficiet, aut exedet. Non ergo omniũ interitus, atque obitus natura conficiet: & erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subitò occidat. Quis hoc Physicus dixit vmquam? haruspices dicunt. His igitur, quàm physicis, potiùs credendum existimas? Quid, cùm pluribus diis immolatur, quî tandem euenit, vt litetur aliis, aliis nõ litetur? Quæ[d] autem inconstãtia deorum est, vt primis minentur exstis, benè promittant secundis? aut tanta inter eos dissentio, sæpe etiam inter proximos, vt Apollinis exsta bona sint, Dianæ non bona? quid est tam perspicuum, quàm, cùm fortuitò hostiæ adducantur, alia cuique exsta esse, qualis cuique obtigerit hostia? At enim id ipsum habet aliquid diuini: quæ cuiq. hostia obtingat, tanquam in sortibus, quæ cui ducatur. Mox de sortibus. quamquam tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sorteis collatione hostiorũ. An, cùm in Æquimelium[e] missimus qui afferat agnum, quem immolemus: is mihi agnus affertur, qui habet exsta rebus accommodata, & ad eum agnum non casu, sed duce deo seruus deducitur? nam si casum in eo quoque dicis esse, quasi fortè quandã cum deorum voluntate coniunctam: doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatẽ dedisse, non animaduertis, quàm ista derideant. Et quidẽ illi facilius facere possunt. deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus plucidos & perflabileis, & habitantes eis, tanquã inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum:

a *al.* tam subito

p. CXVI.

b Taurum color rubicundus excitat. Seneca 3. de ira 19. Hinc panno rubro fugare armenta. §. 27. Inst. de obli. quæ ex delicto, vbi dixi. & l. 50. in fi. ff. de furtis.

c *al.* molam. Immo iam vt vinum insperseris.

d *fort.* Quæ autem tãta inconstãtia.

p. B.

e Aequimelium hoc dictum fuisse refert Varro 4. de lingua. quòd æquata loci domus publicè, quæ regiõ occupare voluisset.

eósq. habere putat eadem mẽbra, quę nos, nec vllum vsum habere membrorũ. Ergo is circuitione quadam deos tollens, rectè nõ dubitat diuinationem tollere. Sed non, vt hic sibi cõstat, item Stoici. illius enim deus nihil habẽs nec sui, nec alieni negotij, non potest hominibus diuinationẽ impertire. vester autẽ deus potest non impertire, vt nihilominus mundum regat, & hominibus consulat. Cur igitur vos inducitis[a] in eas captiones, quas numquã expliceris? ita enim, cùm magis properant, concludere solent. Si dij sunt, est diuinatio, sunt autem dij. est ergo diuinatio. Multo est probabilius: nõ est autem diuinatio. non sunt ergo dij. Vide, quàm temerè committant, vt, si nulla sit diuinatio, nulli sint dij. diuinatio enim perspicuè tollitur, deos esse, retinendũ est. Atq. hac exstispicum diuinatione sublata, omnis haruspicina sublata est. ¶ Ostẽta enim sequũtur, & *fulgura*[b]. valet autem in fulguribus obseruatio diuturna, in ostentis ratio, plerũq. coniectura adhibetur. Quid est igitur, quod obseruatum sit in fulgure? cælum in XVI partes diuiserunt Etrusci. Facile id quidem fuit, quattuor, quas nos habemus, duplicare: post idem iterum facere, vt ex eo dicerent, fulmẽ qua ex parte venisset. Primùm id quid interest? deinde quid significat? nónne perspicuũ est, ex prima admiratione hominum, quòd tonitrua, iactúsque fulminum extimuissent, credidisse ea efficere rerum omnium præpotentem Iouem? itaque in nostris commentariis scriptum habemus: IOVE TONANTE FVLGVRANTE, comitia populi habere ne fas. Hoc fortasse reip. causa constitutum est. comitiorum enim non habendorum causas esse voluerunt. Itaque comitiorum solum vitium est, fulmen: quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum e fuerit. Sed de auspiciis alio loco, nunc de fulguribus. Quid igitur minùs à physicis dici debet, quàm quidquam certi significari reb[c] incertis? non enim te puto esse eum, qui Ioui fulmen fabricatos esse Cyclôpas in Aetna putes. Nam esset mirabile, quomodo Iupiter tot ies iáceret, cùm vnum haberet. Nec verò fulminibus homines, quid aut faciendum, esset, aut cauendum, moneret. Placet enim Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cùm fluere cœperint, ventos f esse: cùm[g] autem se in nubem induerint, eiúsq; tenuissimam quamque partem cœperint diuidere, atque discrumpere, idque crebriùs facere, & vehementiùs, tum & fulgura, & tonitrua exsistere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen[h]. Quod igitur vinaturę, nulla constantia, nullo rato tempore videmus effici, ex eo significationem rerum consequentium quærimus? Scilicet, si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret. Quid enim proficit, cùm in medium mare fulmen iacit? quid, cùm in altissimos montes? quod plerumque fit: quid, cùm in desertas solitudines? quid cùm in earum gentium oras, in quibus hæc ne obseruantur quidem? At inuentum est caput in Tiberi. Quasi ego artem aliquam istorum esse negem. Diuinationem nego. cæli enim distributio, quam antè dixi, & certarum rerum notatio docet, vnde fulmen venerit, quò concesserit: quid significet autem, nulla ratio docet. Sed vrges me meis versibus:

a Tu deinde

b Fulgura. Vide fulgetra vt 2. de Nat. & in Varia.

c Similiter fulmen prosperè, vel adu. vt fulmen a sinistra. auspicium quod sinistra fulmina.

f Ventil. anhelitus terræ frigidi flatus.

g Fulgura & tonitrua quid.

h Fulmen

Nam

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo,
Ipse suos quondam tumulos, ac templa petiuit,
Et Capitolinis iniecit sedibus igneis.

Tum statua Nattæ, tum simulacra deorum, Romulúsque, & Remus cum altrice belluaª, vi fulminis icti conciderunt, déq. his rebus haruspicum exstiterunt responsa verissima. Mirabile autem illud, quòd eo ipso tempore, quo fieret iudicium coniurationis in senatu, signũ Iouis biennio pòst, quàm erat locatum, in Capitolio collocabatur. Tu igitur animum inducès, (sic enim mecum agebas) causam istam & contra facta tua, & contra scripta defendere? frater es. Eò vereor. Verùm quid tibi hîc tandem nocet? résne, quæ talis est: an ego, qui verum explicari volo? Itaque nihil contrà deo: à te ratione totius haruspicinæ peto. Sed te mirificam in latebram coniecisti. Quod enim intelligeres, before, vt premerem te, cùm ex te causam vniuscuiusque diuinationis exquirerem, multa verba feceris, te, cùm res videres, rationem, causámq. non quærere: quid fieret, non cur fieret, ad rem pertinere. Quasi ego aut fieri cõcederem, aut esset philosophi causam, cur quidque fieret, non quærere. Et eo quidem loco & prognostica nostra pronũtiabas & genera herbarum, scammoneam[c] aristolochiámque radicem; quarum causam ignorares, vim & effectum videres. Dissimile totum. nam & prognosticorum causas persecuti sunt & Boethus Stoicus, qui est à te nominatus, & noster etiam Posidonius. Et si causæ nõ reperiãtur istarum rerum, res tamen ipsæ obseruari, animaduertíq. possunt. Natæ verò statua, aut æra legum de cælo tacta, quid habent obseruatum, ac vetustum? Pinarij Nattæ nobiles. à nobilitate igitur periculũ. Hoc[d] tamea callidè Iupiter cogitauit. Romulus lactens fulmine ictus. vrbi igitur periculum ostenditur, ei, quam ille condidit. Quàm scitè per notas nos certiores facit Iupiter? At eodè tempore signum Iouis collocabatur, quo coniuratio indicabatur. Et tu scilicet mauis, numine deorum id factum, quàm casu arbitrari? & redemtor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam, non ingertia, aut inopia tardior fuit, sed à diis immortalibus ad istam horam seruatus est? non equidem planè despero ista esse vera, sed nescio, & discere à te volo. Nam cùm mihi quædam casu videretur sic euenire, vt prædicta essent à diuinantibus: dixisti multa de casu, vt Venerium[e] iaci posse casu, quattuor talis iactis: quadringentis, centum Venerios non posse casu consistere. Primùm nescio, cur non possint: sed non pugno: abundas enim similibus: habes & respersionem pigmentoũ, & rostrum suis, & alia permulta. Idem Carneadem finge re dicis de capitè Panisci. Quasi non potuerit id euenire casu, & non in omni marmore ne cesse sit inesse vel Praxitelia capita. Illa enim ipsa efficiuntur detractione mec quidquã illuc affertur à Praxitele: sed cùm multa sunt detracta, & ad lineamenta oris peruentum est, tum intelligas, illud, quod iam expolitum sit, intus fuisse. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapicidinis Chiorum exstitisse. Sed sit hoc fictum. quid? in[f] nubibus numquid animaduertisti leonis formã, aut hippocẽtauris. Potest igitur, quod modò negabas, *veritatem casus imitari.* ¶ Sed quoniam de exstis, & fulguribus satis est disputatum, *ostenta*[a] restant, vt tota haruspicina sit pertractata. Mulæ partus prolatus est à te: res mirabilis, propterea quia non sæpe fit: sed si fieri non potuisset. facta non esset. Atque hoc contra omnia ostenta valeat, numquam, quod fieri non potuerit, esse factum: sin potuerit, non esse mirandum. *causarum* enim *ignoratio in re noua mirationem facit.* eadem ignoratio si in rebus vsitatis est: non miramur, nam qui mulam peperisse miratur, is quo modo equa pariat, aut omnino quæ natura partum animantis faciat, ignorat. sed, quod crebro videt, non miratur, etiam si, cur fiat, nescit. quod aut non vidit, id si euenerit, ostentum esse censet. Vtrum igitur, cùm concepit mula, an cùm peperit, ostentum est? cõceptio contra naturam fortasse: sed partus propè necessarius. Sed quid plura? ortum videamus haruspicinæ. sic facillimè, quid habeat auctoritatis, iudicabimus. Tages[b] quidã dicitur in agro Tarquiniensi, cùm terra arare tur, & sulcus altiùs esset impressus, exstitisse repentè, & eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, vt in libris est Etruscorum, puerili specie dicitur visus. sed senili fuisse prudẽtia. eius adspectu cùm obstupuisset bubulcus, clamorémque maiorem cum admiratione edidisset: concursum esse factum, totámque breui tempore in eum locum Etruriam conuenisse: tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint, litterísque mãdauerint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinæ disciplina contineretur: eam postea creuisse reb? nouis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hæc accepimus ab ipsis: hæc scripta conseruant: hunc fontem habent disciplinæ. Nũ ergo opus est ad hęc refellẽda Carneade? num Epicuro? Estne quisquã ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam, an hominem? si deum, cur se contra naturam in terram abdiderit[c], vt patefactus aratro lucem aspiceret? Quid? idem nónne poterat deus hominibus disciplinam superiore ex loco tradere? Si autem homo ille Tages fuit, quónam modo potuit terra oppressus viuere? vnde porò illa potuit, quę docebat alios, ipse didicisse? Sed ego insipientior, quàm illi ipsi, qui ista credunt, qui quidem contra eos tam diu disputem. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, *Quis mirari se aiebat quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset.* Quota enim quæque res euenit prædicta ab his? aut, si euenit quippiam, quid afferri potest, cur non casu id euenerit? Rex Prusias[d], cùm Hannibali apud eum exsulanti pugnare placeret, negabat se audere, quòd exsta prohiberent. An tu, inquit, carunculę vitulinę mauis, quàm imperatori veteri credere? Quid? ipse Cæsar, cùm à summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nónne transmisit? quod ni fecisset, vnum in locum omnes aduersariorum copiæ conuenissent. Quid ego haruspicum responsa commemorem, (possum equidem innumerabilia) quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios? Hoc ciuili bello, dij immortales, quàm multa luserunt? quæ nobis in Græciam Roma responsa haruspicum missa sunt? quæ dicta Pompeio? etenim ille admodum exstis, & ostentis mouebatur. Non lubet commemorare, nec verò necesse est, tibi præsertim, qui interfuisti. videstamen

a Ostentis nõ fieri diuinationem.*

b Ammianus 21.8. 16 dor. 6. in f.*

c *fort.* abdiderat,

d Idem 3. Valer. 7. Antiocho id tribuit Plutarchus libro de exilio. Hoc autem responsum Hannibalis fuisse scribit, Σὺ πρέας λέγεις πολέως, καὶ γὰρ ἐγχειρεῖν παρ.

a al. belua

b al. vt premerere, quę te causa.* P. CXXVIII.

c fort. scammoniæ; aristolochiæq. radicem,

d al. Hoc tandem call.

e isdem scilicet qui in talis figuratos est.*

P. D.

f L. in nubibus numquã Hippocentauri memini Tusculanis 1. & 1. de natura, vt & Cæsius 1. 97. de verbor. obligationibus vbi dixi.*

omnia ferè contrà, ac dicta sunt, euenisse.[a] Sed hæc hactenus. nunc ad ostenta veniamus. Multa me consule à me ipso scripta recitasti: multa ante Marsicum bellum à Sisenna collecta atque listimulta ante [b] Lacedæmoniorum malam pugnam in Leuctris à Callisthene commemorata dixisti. De quibus dicã equidem singulis, quoad vtile videbitur: sed dicendum etiam est de vniuersis. Quę est enim ista à diis profecta significatio, & quasi denuntiatio calamitatum? Qui [c] autem ea volũt dij immortales primùm significantes, quæ, sine interpretibus non possumus intelligere: deinde ea, quæ cauere nequeamus? At hoc ne homines quidem probati faciunt, vt amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi effugere nullo modo possint: vt medici, quamquã sæpe intelligunt, tamen nunquam ægris dicũt illo morbo eos esse morituros. omnis enim prædictio mali tum probatur, cùm ad prædictionem cautio adiungitur. Quid igitur aut ostenta, aut eorum interpretes, vel Lacedæmonios olim, vel nuper nostros adiuuerunt? quæ si signa deorum putanda sunt, cur tam obscura fuerunt? si enim, vt intelligeremus, quid esset euenturum: apertè declarari oportebat, aut ne occultè quidem, si ea sciri nolebant. Iam verò coniectura omnis, in qua nititur diuinatio ingeniis hominum in multas ac diuersas, aut etiam contrarias parteis sæpe deducitur. [d] Vt enim in causis iudicialibus alia est coniectura accusatoris, alia defensoris, & tamen vtriusque credibilis: sic in omnibus iis rebus, quæ coniectura inuestigari solent, anceps reperitur oratio. Quas autem res tum natura, tum casus affert, nonnumquam [e] etiam errorem creat similitudo: magna stultitia est, earum rerum deos facere effectores, causas rerũ [f] non quærere. Tu vates Bœotios credis Lebadiæ vidisse ex gallorum gallinaceorum cantu, victoriam esse Thebanorum, quia galli victi silere solent, canere victores. Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati signum dabat? An illæ aues, nisi cùm vicerint, canere non solẽt? At tum canebant, nec vicerant. Id enim, inquies, ostentum. Magnum verò: quasi pisces, non [g] galli cecinerint. Quod autem est tempus quò illi non cantent, vel nocturnum, vel diurnum? quòd si victores alacritate, & quasi lętitia, ad canendum excitantur: potuit accidisse alia quoque lætitia, qua ad cãtum mouerentur. Democritus quidem optimis verbis [h] causam explicat, cur ante lucem galli canant. depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, [i] & modificato cibo, cantus edere, quiete satiatos: qui quidẽ silentio noctis, vt ait Ennius, fauen[k] faucibus: rursus cantu, plausúque premunt alas. Cùm igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem venit Callistheni dicere, deos gallis signum dedisse cantandi, cùm id vel natura, vel casus efficere potuisset? sãguinẽ pluisse senatui nũtiatũ est. At ratum fluuium fluxisse sanguine, deorum sudasse simulacra: num censes his nuntiis Thalem, aut Anaxigoram, aut quẽquam physicum creditum fuisse? nec enim sanguis, nec sudor, nisi è corpore est. Sed & decoloratio quędam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguinis similis esse, & humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus, auitro sudorem imitari. Atque hæc in bello plura, & maiora videntur timentibus: eadem non tam animaduertuntur in pace. Accedit illud etiã quod in metu, & periculo cùm creduntur faciliùs, tum finguntur impuniùs. Nos autem ita leues, atque inconsiderati sumus, vt, si mures[a] corroserint[b] aliquid, quorũ est opus hoc vnum, monstrum putemus. Ante verò Marsicum bellum, quod clypeos Lanuuij, vt à te est dictum, mures rosissent, maximum id portentum haruspices esse dixerũt. Quasi verò quid quã interfit, mures diem & noctem aliquid rodẽtes, scuta, an, cribra corroserint. Nãsi ista sequimur, quod Platonis Politeiam nuper apud me mures corroserint, de rep. debui pertimescere: aut, si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. An verò illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? quorum omnium, ne sim longior, vna ratio est. Quidquid enim oritur qualecumque est, causam habeat à natura necesse est: vt etiam si præter consuetudinem exstiterit, prætor naturam tamen non possit exsistere. Causam igitur inuestigato in re noua, atque admirabili, si potes. si nullam reperies: illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa: eúmque errorem, [c] quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depelito. Ita te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec traiectio stellæ, nec faces visę terrebunt. Quarum omnium causas si à Chrysippo quæras, ipse ille diuinationis auctor numquam illa dicet facta fortuitò, naturalémque rationem omnium reddet. nihil enim fieri sine causa potest: nec quidquam fit, quod fieri non potest; nec, si id factum est, quod fieri potuit, portentum debet videri. nulla igitur portenta sunt. Nam si, quod rarò fit, id portentum putãdum est, sapientem esse, portentũ est, sæpius enim mulam peperisse arbitror, quàm sapientem fuisse. Illa igitur ratio cõcluditur, nec id quod non potuerit fieri, factum vmquam esse: nec quod potuerit, id portentum esse: ita omnino nullum esse portentũ. Quod etiam coniector quidam & interpres portentorum non inscitè dicitur ei respondisse, qui cùm ad eum retulisset, quasi ostentum, quod anguis domi vetem circũuectus [d] fuisset, Tum esset, inquit, ostentum, si anguem vectis circumplicasset. Hoc ille responso satis apertè declarauit, nihil habendum esse portentum, quod fieri posset. C. Gracchus ad M. Pomponium scripsit, duobus anguibus domi comprehensis, haruspices à patre conuocatos. Quî magis anguibus, quàm lacertis, quàm muribus? quia sunt hæc quotidiana, angues non item. Quasi verò referat, quod fieri potest, quàm id sæpe fiat. Ego tamen miror, si emissio fœminæ anguis, mortem afferebat T. Graccho: emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliæ, cur alterutram emiserit nihil enim scribit respondisse haruspices, si neuter anguis emissus esset, quid esset futurũ. At mors insecuta Gracchũ est. Causa quidẽ, credo, aliqua morbi grauioris, non emissione serpentis. neque enim tanta est infelicitas haruspicum, vt ne casu quidem vmquam fiat, quod futurum illi esse dixerint. Nam illud mirarer, si crederem, quod apud Homerum Calchantem dixisti ex passerũ numero belli Troiani annos auguratum: de cuius cõiectura sic apud Homerum, vt nos otiosi conuertimus, loquitur [e] Agamemnon:

Forte

[a] *forte.* euenisse. [b] Galli enim totis noctibus canendo nobilem illam Thebanis ad uersus Lacedæmonios victoriam præsagiisse dicuntur. adde librum 1. supra. Plinium 10. cap. 21. [c] L. Quid autem volunt dii immortales primùm ea significantes, *&c. al.* Quî autem volunt dii immortales significare primum ea, quæ, *&c.* P. CXX. [d] *fort.* deducitur. [e] *fort.* & in quibus nonnunquam etiam [f] *vox rerum, fortasse delenda est.* [g] Pisces quosdã voce prædictos tradit Aristoteles 4. de historia animalium. [h] *fort.* versib. [i] *fort.* dicito, [k] L. fauent faucib. russis: cantu, plausąq. pr. P. B. [a] Vari superstitione inquisitis occisis rimebantur auspicia. P. Plin. 17. quæ res Fabio Maximo dictatura: C. Flaminio magistratui equitum deponendi causam dedit. Plutarc. Marcello: & Valer. 1. [b] Similiter ostenta refert de auro & argento in ædibus Iunonis Monetæ in Capitolio Iulius Obsequens. 44. 45. P. CXXI. [c] *al.* terrent. [d] L. circumnexus §. Ἀλλὰ δὴ τὰ τοιαῦτα, & Ταῦτα δὲ πάλιν, & μετὰ ταῦτα δὲ, & Ἔτι δὲ καὶ μετὰ τοῦτο. [e] Imo Vlysses, sic Iuuenalis Ajacis tribuit, quod est in Vlysse. Varium hoc vitium fuit in Græcorum ingeniis. Cicero, vt & Iul. Scaliger in Aristotelem. Bebii Chii proverbium. Plutarch. [f] Circa posuit 8. de Audio dicendi. [g] Aegri immunitatem Plutarchus Cleomenis Agesilaum nominat.

Ferte viri, & duros animo tolerate labores,
Auguris vt nostri Calchantis fata queamus
Scire, ratósne habeant, an vanes pectoris orsus:
Námque omnes memori portentum mente retentant,
Qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primùm vt vestita est classibus Aulis,
Quæ Priamo cladem, & Troiæ, pestémque ferebant:
Nos circum latices gelidos fumantibus aris,
Aurigeris diuûm placantes numina tauris,
Sub platano vmbrifera, fons vnde emanat aquaï,
Vidimus immani specie, tortúq. draconem
Terribilem, Iouis vt pulsu penetrabat ab ara:
Qui platani in ramo foliorum tegmine saptos
Corripuit pullos: quos cùm consumeret octo,
Nona super tremulo genitrix clangore verabat:
Cui serus immani laniauit viscera morsu.
Hunc, vbi tam teneros volucreis, matrémque peremit,
Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem
Abdidit, & duro firmauit tegmine saxi.
Nos autem timidi stantes mirabile monstrum
Vidimus in medijs diuûm versarier aris.
Tum Calchas hæc est fidenti voce locutus,
Quidnam torpentes subitò obstupuistis Achiui?
Nobis hæc portenta deûm dedit ipse creator,
Tarda, & sera nimis: sed fama, ac laude perenni.
Nam quot aues tauro mactatas dente videtis,
Tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos:
Quæ decimo cadet, & pœna satiabit Achiuos.
Edidit hæc Calchas: quæ iam matura videtis.

P. CXXII.

Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus, annorum potiùs, quàm aut mensium, aut dierum? cur autem de passerculis coniecturam facit: in quibus nullum erat monstrum: de dracone filet, qui, id quod fieri non potuit, lapideus dicitur factus? posti remò quid simile habet passer annis? nam de angue illo, qui [b] Syllæ appauit immolanti, vtrumque memini, & Syllam, cùm in expeditione educturus esset, immolauisse, & anguem ab ara exstitisse, eóque die rem præclarè esse gestam non haruspicis consilio, sed imperatoris. Atq. hæc ostentorum genera mirabile nihil habêt. quæ cùm facta sunt, tum ad coniecturam aliqua interpretatione reuocantur: vt illa tritici grana in os pueri Midæ [c] coniecta: aut apes, quas dixisti in labris Platonis pueri consedisse, non tam mirabilia sunt, quàm coniecta bellè: quæ tamen vel ipsa falsa esse, vel illa prædicta sunt, fortuitò accidisse potuerunt. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circumligatus fuerit anguis: sed vt in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Selonio præsertim, vbi apud focum angues nundinari [e] solent. Nam quod haruspices responderunt, nihil illo clarius, nihil nobilius fore: miror, deos immortaleis histrioni futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano. Atq. etiam à te Flaminiana ostenta collecta sunt, quòd ipse, & equus eius repentè conciderit. non sanè hoc quidem mirabile, quòd euelli primi hastati signum nõ potuerit, timidè fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat. Nam *Dionysij equum* [f] quid attulit admirationis, quòd emersit ex flumine? quódque habuit apes in iuba? sed quia breui tempore regnare cœpit, quod casu acciderat, vim habuit ostenti. At Lacedæmonii *in Herculis fano arma* *sanguine eius dimq. dei Thebis valua clausa subi-*

A *tò se aparuerunt: eáq. scuta, quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inuenta.* Horũ cum nihil fieri potuerit sine aliquo motu, quid est cur diuinitus ea potiùs, quàm casu facta esse dicamus? At in Lysandri statuæ capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis, & quidem subita [a]. Itáne censes, antè coronam exstitisse, quàm herbarum conceptum esse semen? herbam autẽ asperam, credo, auium congestu, non humano satu. Iam quicquid in capite est, id coronæ simile videri potest. Nam quod eodem tempore stellas aureas Castoris & Pollucis, Delphis posítas, decidisse, neq. eas vsquam repertas esse dixisti: furum id magis factum, quam deorum videtur. Simæ verò Dodonææ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demitror. Quid minus mirum, quàm illam mõstrosissimam bestiam vnam euertisse, sorteis dissipauisse? Et negant historici Lacedæmoniis vllum ostentum hoc tristius accidisse. Nam illa prædicta Veientum, si lacus Albanus redundasset, isq. in mare fluxisset, Romam perituram: si repressus esset, Veios: ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbani, non ad arcem, vrbémq. retinendã. At paullo post audita vox est monentis, vt prouiderent ne à Gallis Roma caperetur: ex eo AIO [b] loquenti aram in noua via consecratam. Quid ergo? AIVS iste loquens, quando eum nemo norat aiebat, & loquebatur, & ex eo nõmen inuênit, posteaquàm & sedem & aram, & nomẽ inuênit, obmutuit? Quod idem dici de MONETA potest: à qua, præterquam de sue plena, quid vmquam moniti sumus? Satis multa de ostentis. — ¶ *Auspicia* [c] restant, & sortes eæ, quæ duruntur, non illæ, quæ vaticinatione funduntur, quæ oracula verius dicimus: de quibus tum dicemus, cùm ad naturalem diuinationem venerimus. Restat etiam de Chaldæis. Sed primùm auspicia videamus.

B

C

D

E Difficilis auguri locus ad contrà dicendum. Marso fortasse, sed Romano facillimus. non enim sumus ij nos augures, qui auium rẽliquorúmve signorũ obseruatione futura dicamus: & tamen credo Romulum, qui vrbem auspicatò condidit, habuisse opinionẽ, esse in prouidendis rebus augurandi scientiam. errabat enim multis in rebus antiquitas: quam vel vsu iam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus. *Retinetur autem & ad opinionẽ vulgi, & ad magnas vtilitates reip. mos, religio, disciplina, siue augurũ, collegij auctoritas.* Nec verò non omni supplicio digni Pũ. Claudius, L. Iunius, cõsules, qui cõtra auspicia nauigarunt. parẽdũ enim fuit religioni, nec patrius mos tã contumaciter repudiandus. Iure igitur alter populi iudicio damnatus [e] est: alter mortem sibi ipse conciuit [f]. Flaminius nõ paruit auspiciis, itaq. periit cũ exercitu. At anno pòst Paullus paruit. num minùs cecidit in Cannensi pugna cũ exercitu? etenim, vt sint auspicia, quæ nulla sunt: hæc certè, quibus vtimur siue tripudio, siue de cælo, simulacra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. QVẽ FABI, TE VOLO MIHI IN AVSPICIO ESSE. VOLO, respõdet. AVDIVI HAEC: Apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. Peritum autẽ esse necesse est eum, qui silentium quid sit, intelligat. id enim silentium dicimus in auspiciis, qđ omni vitio careat. Hoc intelligere, perfecti auguris est. illi aũt, qui in auspiciũ adhibetur, cùm ita imperauit is, qui auspicio [d] Idem libro 1. supra, vbi dixi.*

[e] Idem omnino refert 2. de Nat. deorum, vbi videquæ dixi.*

[f] L. conciuit.

P. B.

g L. Q. FABITE MIHI IN AVSPICIO ESSE VOLO. respõdet. AVDIVI: Ad hæc apud Maiores n. Asiquis igitur hoc auspicio interrogatio. Q. Fabi, te mihi in auspicio esse volo. Audiui. Dicito. si silẽtium esse videbitur, silentium esse videtur. Dicito si pascetur anes? Pascentur. Quæ, aut vbi? Attulit in caues pullos pullarius.*

H

picatur, DICITO, SI SILENTIVM ESSE VIDETVR, nec suspicit, nec circumspicit: statim respõdet, SILENTIVM ESSE, VIDERI. Tum ille, DICITO, SI PASCVNTVR AVES. PASCVNTVR. QVAE, AVT VBI? ATTVLIT, inquit, IN CAVEA PVLLOS [is[a], qui ex eo ipso nominatur] PVLLARIVS. Hæ sunt igitur aues internuntiæ Iouis: quæ pascantur, nécne qd refert? nihil ad auspicia: sed quia, cùm pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere[b], & terram pauire[c], terripauium primò, pòst terripudium[d] dictum est. hoc quidē iam tripudium dicitur. Cum igitur offa iã cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum[e] nuntiant. Ergo hoc auspicium diuini quidquam habere põt, quod tam sit coactum, & expressum? quo antiquissimos augures non esse vsos, argumento est, q̃ decretum collegij vetus habemus, omnem auem tripudium facere posse. Tũ igitur esset auspicium, si modò ei esset liberum se ostendisse: tum auis illa videri posset interpres, & fatelles Iouis. Nunc verò inclusa in cauea, & fame enecta, si in offam pultis inuadit, & si aliquid ex ore ceciderit, hoc ea auspicium, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas? Iam verò de[f] cælo seruare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? nunc imperãt pullario. ille renuntiat. Fulmen sinistrum [g], auspicium optimũ habemus ad omneis res, præterquàm ad comitia: quod quidem institutum reip causa est, vt comitiorum vel in iudiciis populi, vel in iure legum, vel in creandis magistratibus principes ciuitatis essent interpretes. At T. Gracchi litteris Scipio, & Figulus, q̃ augures iudicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicauerunt. Quis negat augurum disciplinam esse? diuinationem nego. At haruspices diuini: quos cùm T. Gracchus propter mortẽ repentinam eius, qui in prærogatiua referenda subitò eõcidisset, in senatum introduxisset non iustum rogatorem comitiorum fuisse dixerũt. Primùm vide, ne in eum dixerint, qui rogator centurię fuisset. is. n. erat mortuus. Id autem sine diuinatione, cõiectura poterat dicere. deinde fortasse casu: qui nullo modo est ex hoc genere tollendus. Quid enim scire Etrusci haruspices aut de tabernaculo rectè capto, aut de pomerijs iure potuerunt? equidem assentior C. Marcello potiùs, q̃ App. Claudio: qui ambo mei collegæ fuerunt: existimóq. ius augurum, etsi diuinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea reip. causa conseruatum, ac retentũ. Sed de hoc loco plura in aliis: nunc hactenus. externa. n. auguria, quę sunt non tã artificiosa, q̃ superstitiosa, videamus. Omnibus ferè auib[h] vtuntur: nos admodum paucis. Alia illis sinistra sunt, alia nostris. Solebat ex me Deiotarus percõtari[i] nostri augurij disciplinam, & ego illius. Dij immortales, quantum differebat: vt quædam essent etiã cõtraria. Atq. ille iis semp vtebatur: nos, nisi dum à populo auspicia accepta habemus, q̃ multum iis vtimur? Bellicã rem administrari maiores nostri nisi auspicatò noluerunt. quàm multi anni sunt, cùm bella à prætoribus. & pconsulibus administrantur? qui auspicia nõ habent, itaq. nec omneis trãseunt auspicatõ. nec tripudio auspicantur. Nã ex acuminib[k] quidẽ, quod totum auspicium mili tare est, iãM. Marcellus ille quinquies cõsul totum omisit, idé imperator, idé augur optimus

a Inclusa videntur esse glossema.*

b Augurium bonum putabant si pulli per quos auspicabantur, comedissent, ex pulte proposita: præsertim si eis edẽtibus aliquid ex ore ceciderit: sin omnino non edissent, arbitrabantur periculum immi nere. Festus in Puls.*

c Id est ferire, Festus illo loco.*

d Atque ita legendum videtur apud Festum in puls. nos tripudium.*

e Solistimũ tripudiũ paulo aliter Festus ex Appii p. CXXIIII. Pulchri libro augurali desinit in Solistimum. Ait enim esse tripudium quod aui excidit, ex eo quod illa fert, &c. quæ ibidẽ vide.*

f De cælo seruare, aliàs dixi.*

g Sinistrum enim Ateius Capito in auspicando significare ait lætum' & prosperum. Fest. in sinistrum*

h I. pomœrii

i v.c. percunctari

P. E.

k Ita apud Arnob. Alii ex cacuminibus, moti loco Festi, apud quẽ, auis supernacanea quæ ex summo cacumine vocẽ emisit.*

A Vbi est ergo auium diuinatio? quę, quoniã ab iis, qui auspicia nulla habẽt, bella administrãtur, ab vrbanis retenta videtur, à bellicis esse sublata. Et quidem ille dicebat: si quãdo rem agere vellet, ne impediretur auspiciis, lectica operta facere se iter solere. Huic simile est, q̃ nos augures præcipimus, ne iuge[a] auspicium obueniat, vt iumẽta iubeant disiungere. Quid est aliud nolle moueri à Ioue, nisi efficere, vt aut ne fieri possit auspicium, aut, si fiat, videri? B nam illud admodum ridiculum, q̃ negas Deiotarum, auspiciorum, quæ sibi ad Põpeium proficiscenti facta sunt, pœnitere, q̃ fidem secutus, amicitiámq pop. R. functus sit officio: antiquiorem. n. sibi fuisse laudem, & gloriam, quàm regnum, & possessiones suas. Credo id quidem: sed nihil ad auspicia. nec enim ei cornix canere poterat[b], rectè eum facere, q̃ pop. R. libertatem defendere pararet. Ipse hoc sen tiebat, sicuti sensit. Aues euentus significant aut aduersos, aut secundos. Virtutis auspiciis C video esse vsum Deiotarum: quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. aues verò si prosperos euentus ostenderunt, certè fefellerunt. Fũgit ex prœlio cum Põpeio: graue tempus. discessit ab eo: luctuosa res. Cæsarem eodem tẽpore & hostem & hospitẽ vidit: quid hoc tristius? Is cùm ei Trogiorum[c] tetrarchiam eripuisset, & asseclæ suo Pergameno nescio cui dedisset, eidémq. detraxisset Armeniam à senatu datã: cúmq. ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset: spoliatum reliquit & hospitem, & regem. Sed lãbor lõgiùs, ad propositum reuertar. Si euenta quærimus, quę exquirũtur auib[d]: nullo modo. Aspera Deiotaro. sin officia: à virtute ipsius, nõ ab auspiciis petita sunt. Omitte igitur lituum Romuli quẽ in maximo incẽdio negas potuisse cõburi: cõtemne cotẽ[d] Attij[e] Nauij, nihil debet esse in philosophia cõmentitiis fabellis loci. Illud E erat philosophi, totius augurij primũ naturã ipsam videre, deinde inuentionem, deinde constantiam. Quæ est igitur natura, quæ volucres huc, & illuc passim vagantes efficiat, vt significent aliquid, & tum vetent agere, tum iubeant, aut cantu, aut volatu? cur autẽ aliis à dextra, aliis à læua datum est auibus, vt ratũ auspiciũ facere possint? quo modo autẽ hæc, aut quando, aut à quibus inuenta dicemus? Etrusci tamen habent exaratum puerum auctorem disciplinæ suæ. nos quem? At F tiámne[e] Nauium? At aliquot annis antiquior Romulus, & Remus, ambo augures, vt accepimus. An Pisidarum, Cilicum, aut Phrygum ista inuenta dicemus? placet igitur humanitatis experteis habere diuinitatis auctores? At omnes reges, populi, nationes vtuntur auspiciis. Quasi verò quidquã sit tam valde, quàm nihil sapere, vulgare: aut quasi tibi ipsi in iudicando placeat multitudo. Quotus quisque G est, qui voluptatem neget esse bonum? plerique etiam summum bonum dicunt. Num igitur eorum frequẽtia Stoici de sententia deterrentur? aut num plerisq. in rebus sequitur eorũ auctoritatem multitudo? Quid mirum igitur, si in omnibus auspiciis, & omni diuinatione imbecilli animi superstitiosa ista concipiant, verum dispicere non possint? Quæ autem est inter augures conueniens, & coniuncta constantia? ad nostri augurij consue- H tudinem dixit Ennius,

Cùm tonuit læuam bene tempestate serena.

At Homer

a Iuge auspicium. Festus, iumentum Rex cus facit. Seruii fragmenta in illud, Primum quę equos in gramine vidit. Multi deinde sua gurium obtractum quod enim, quod ex iunctis iumentis. Obseruatur enim ne prodiuro magistratu bobus plaustrum ob uiam veniat. P. CXXV. infra. Dicit autem iugo, iugum significationis gratia dicit.*

b Vt potuis

c Hæc tetrarchiam Trogilij appellat Strabo detur. Strabo 12. vt & certe appellat. quo rum meminit Liuius. Galatarum gentes Asiaticæ, eorum fines, tametsi eo tempore illo nihil ad Troiugenas pertinet, scedit. At his legimus Trochamorum. al. Trochmorum, vel Trochmenorum. Nã Strabo,

d vide vim diuinationis.*

e L. Attij

f L. Attiũ

At Homericus Aiax[a] apud Achillem querens de ferocitate Troianorum, nescio quid hoc modo nuntiat:

Prosperab Iupiter his dextris fulgoribus edit.

Ita nobis siniſtra videntur: Graiis, & barbaris dextra, meliora. Quamquam haud ignoro, quæ[c] bona sint, siniſtra nos dicere: etiã si dextra sint. Sed certè nostri siniſtrum nominauerunt, externique dextrum, quia plerumque melius id videbatur. Hæc quanta diſſensio est? Quid, quòd aliis auibus vtũtur, aliis signis? aliter obseruant, aliter respondent? non necesse est fateri, partim horum errore susceptum esse, partim superstitione multa fallendo? atque his superstitionibus non dubitasti etiam omnia adiungere. Æmilia Paullo, Persam periſſe: quod pater omen accepit: Cæcilia fororis filiæ sedes suas tradere. Iam illa, *Fauete d linguis*: & prærogatiuam, omen comitiorum: hoc est, ipsum esse contra se copiosum, & diſertum. quando enim illa obseruans, quieto, & libero animo esse poteris, vt ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem? itáne? ũ quis aliquid ex sua re, atque ex suo sermone dixerit, & eius verbum aliquod aptè ceciderit ad id, quod ages, aut cogitabis, ea res tibi aut timorem afferret[e], aut alacritatem? cùm M. Crassus exercitum Brundiſij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas, clamitabat[f]. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret, ne iret: non fuisse periturum si omini paruisset. Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternumenta erunt obseruanda. ¶ *Sortes*[g] restant, & Chaldæi: vt ad vates, & somnia veniamus. Dicendum igitur putas de sortibus. Quid enim sors est? idem propemodum, quod mica re, quod talos iacere, quod tesseras. Quibus[h] temeritas, & casus, non ratio, nec consilium valet. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quęstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Atq. vt in haruspicina fecimus, sic videamus, clarissimarum sortium quæ tradatur inuentio. Numerium Suffucium Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem, & nobilem, somniis crebris, ad extremum etiam minantibus, cum iuberetur certo in loco ſilicem cædere, perterritum visis, irridentibus suis ciuibus, id agere cœpisse: itaque per fracto saxo sortes erupisse, in robore insculptis priscarum litterarum notis. Is est hodie locus k sæptus religiosè propter Iouis pueri, qui lactens cum Iunone in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, castissimè colitur à matribus. Eodem tempore, illo loco, vbi nunc Fortunæ sita ædes est, mel ex olea fluxisse dicunt, haruspicésque dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorúmque iussu ex illa olea aream esse factam: eáque l conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. Quid igitur in his potest esse certi, quæ Fortunæ monitu, pueri manu miscentur, atque ducuntur? quo modo autem istæ positæ in illo loco? quis robur illud ceciderit, dolauit, inscripsit? *Nihil est*, inquiunt, *quod deus efficere non possit*. Vtinam sapienteis Stoicos effecisset, ne omnia superstitiosa sollicitudine, & miseria crederent. Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis explosit. Fani pulchritudo, & vetustas, *Præneſtinarum*[m] etiam nunc *sortium* retinet nomen, atque id in vulgus. Quis enim magistratus, aut quis vir illustrior vtitur sortibus? ceteris verò in locis sortes planè refrixerunt. Quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunati orem, quàm Prænesti vidisse Fortunã. Ergo hoc diuinationis genus omittemus[a]. ¶ *Ad Chaldæorũ*[b] monstra veniamus: de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facilè princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit: *Chaldæis in prædictione, & in notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum.* Nominat etiam Panætius, qui vnus è Stoicis astrologorum prædicta reiecit, Archelaum, & Cassandrum, summos astrologos illius ætatis, qua erat ipse, cùm in ceteris astrologiæ partibus excellerent, hoc prædictionis genere non vsos. Scylax Halicarnasseus, familiaris Panætij, excellens in astrologia, idémque in regenda sua ciuitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit. Sed, vt ratione vtamur, omissis testibus, sic isti disputant, qui hæc Chaldæorum natalitia[c] prædicta defendunt. Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè ζῳδιακὸς dicitur, talem, vt eius orbis vnaquæque pars alia alio modo moueat, immutétque cælum: perinde[d] vt quæque stellę in iis, finitimísque partibus sint quoque tempore: eámque vim variè moueri ab iis sideribus, quæ vocantur errantia. Cùm autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius, qui nascitur: aut in eam, quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens: eatriangula illi, & quadrata nominant. Etenim cùm tempore anni, tempestatúmque, ęqli conuersiones, commutationésque tantæ fiant accessu stellarum, & recessu, cúmque ea vi solis efficiantur, quæ videmus: non verisimile solùm, sed etiam verum esse censent, perinde[e], vtcumque temperatus sit aer. ita pueros orienteis animari, atque formari, ex eóque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitę, casus cuiúsque, euentúsque fingi. O deliriationem incredibilẽ! non enim omnis error, stultitia est dicenda. Quibus etiam Diogenes Stoicus cõcedit, aliquid vt prædicere possint, duntaxat quali quisque natura, & ad quam quisq. maximè rẽ aptus futurus sit. Cetera quæ profiteantur, negat vllo modo posse sciri: etenim geminorũ formas esse simileis, vitã atq. fortunã plerumq. disparẽ, Proclus[f], & Eurysthenes[g] Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt. At hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Procli[h] vita breuior fuit, multúmq is fratri rerum gestarum gloria præstitit. At ego id ipsum, quod vir optimus Diogenes Chaldeis, quasi quadã præuaricatione, concedit, nego posse intelligi. Etenim cùm, vt ipsi dicunt, ortus nascentiũ luna moderetur, eáque animaduertant, & notẽt sidera natalitia Chaldæi, quæcumque lunæ iuncta videantur: oculorũ fallacissimo sensu iudicãt ea, quæ ratione, atq. animo videre debebãt. docet enim ratio mathematicorũ, quã istis notã esse oportebat, quãta humilitate luna feratur, terram pænè cõtingens, quantũ absit à proxima Mercurij stellã, multo autem longiùs à Veneris, deinde alio interuallo distet à sole cuius lumine collustrari putatur. Reliqua verò tria interualla, infinita, & immensa, à sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad cælum ipsum, quod extremum,

a Comittamus, & ita v.c.

b Chaldæorũ seu Genethliacorum cen futatio.*

c Genethliacorum sentẽtiæ.*

d I. proinde vt

P. CXXV I s.

e proinde v

f I. Procli. lita apud Herodotum 6.*

g vide Herodotum libro 6.*

h al. Proclis

P. B.

atque vltimum mundi est. Quæ potest igitur contagio ex infinito pænè interuallo pertinere ad lunam, vel potiùs ad terram? Quid? cùm dicunt id, quod iis dicere nec necesse est, omneis omnium ortus, quicúque gignátur in omni terra, quæ incolatur, eosdem esse, eadémque omnibus, qui eodem statu cœli, & stellarum nati sunt, accidere necesse esse: nón ne eiusmodi sunt, vt ne cæli quidem naturam interpreteres istos cæli, nosse appareat? eùm enim illi orbes, qui cælum quasi medium diuidunt, & adspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis sinientes rectissimè nominari possunt, varietatem maximam habeant, aliique in aliis locis sint, necesse est, ortus, occasúsque siderum non fieri eodem tempore apud omneis. Quòd si eorum vi cælum modò hoc, modò illo modo temperatur: qui potest eadem vis esse nascentium, cùm cæli tanta sit dissimilitudo? in his locis, quæ nos incolimus, post solstitium Canicula exoritur, & quidem aliquot diebus: apud Trogloditas, vt scribitur, ante solstitium: vt, si iam concedamus aliquid vim cælestem ad eos, qui in terra gignuntur, pertinere, confitendum sit illis, eos, qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimileis incidere naturas propter cæli dissimilitudinem. Quod minimè illis placet. volunt enim illi, omneis
p. 138. eodem tempore ortos, qui vbique sunt nati, eadem conditione nasci. Sed quæ tanta dementia est, vt in maximis motibus, mutationibúsque cæli, nihil intersit, qui ventus, qui imber, quæ tempestas vbique sit? quarum rerum in proximis locis tantæ dissimilitudines sæpe sunt, vt alia Tusculi, alia Romæ eueniat sæpe tempestas. Quod, qui nauigant, maximè animaduertunt, cùm in flectendis promontoriis [a], ventorum mutationes maximas sæpe sentiant. Hæc igitur cùm sit tũ serenitas, tum perturbatio cæli: éstne sanorum hominum, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere: quod non certè pertinet: illud nescio quid tenue, quod sentiri nullo modo, intelligi autem vix potest, quæ à luna ceteríque sideribus cæli temperatio fiat, dicere ad puerorum ortus pertinere? Quid? quòd non intelligunt, seminum vim, quæ ad gignendum, procreandúmque plurimum valeat, funditus tolli, mediocris erroris est? quis enim non videt, & formas, & mores, & pleroque status, ac motus effingere à parentibus liberos? quod non contingeret, si hoc non vis, & natura gignentium efficeret, sed temperatio lunæ, cælique modo ratio. Quid? quòd vno, eodémque temporis puncto nati, dissimileis & naturas, & vitas, & casus habent: parúmne declarant, nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? ni si fortè putamus neminem eodem tempore ipso & conceptum, & natum, quo Africanum. Numquis igitur talis fuit? Quid? illúdne dubium est, quin multi, cùm ita nati essent, vt quædam contra naturam deprauata haberent, restituerentur, & corrigerentur ab natura, cùm se ipsa reuocasset, aut arte, aut medicina? aut quorum linguæ sic inhærerent, vt loqui non possent, eæ scalpello resectæ liberarentur? Multi etiam naturæ vitium meditatione, átque exercitatione sustulerunt, vt Demosthenem scribit Phalereus, cùm [b] rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, vt planissimè diceret. Quòd si hæc astro ingenerata, & tradita essent, nulla res ea mutare posset. Quid? dissimilitudo [a] locorum nónne dissimileis hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile est: quid inter Indos, & Persas, Æthiopas, & Syros differat, corporibus, animis: vt incredibilis varietas, dissimilitudóque sit. Ex quo intelligitur, plus terrarum situs quàm lunæ tractus ad nascendum valere. Nam quod aiunt, qua draginta, & septuaginta millia annorum in periclitandis, experiũdíq. pueris, quicumq. essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. Si n. esset factitatũ, nó esset desitum. Neminẽ aũt habemus auctorem qui aut fieri dicat, aut factum sciat. Videsne, me non ea dicere, quæ Carneades, sed ea, quæ princeps Stoicorum Panætius dixerit? ego autem etiam hoc requiro, omneísne, qui Cannensi pugna cecidérũt, vno astro fuerint. Exitus quidem omnium vnus, & idẽ fuit. Quid? qui ingenio, atque animo singulares [b] num astro quoque vno? quod enim tẽpus, quo non innumerabiles nascantur? At certè nemo similis Homeri. Et, si ad rem pertinet, quo modo cælo affecto, compositíq. sideribus quodque animal oriatur: valeat id necesse est etiam in rebus inanimis. Quo quid dici potest absurdius? L. quidem Tarutius [c] Firmanus, familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, vrbis etiam nostræ natalem [d] diem repetebat ab iis Parilibus [e], quibus eam à Romulo conditam accepimus. Romámque, cùm esset in iugo luna, natam esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat. O vim maximã erroris! Etiámne vrbis natalis dies ad vim stellarum, & lunæ pertinebat? fac in puero referre, ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit: num hoc in látere, aut in cemento, ex quib[9] vrbs effecta est, potuit valere? sed quid plura? quotidie refelluntur. Quàm multa ego Pompeio, quàm multa Crasso, quàm multa huic ipsi Cæsari à Chaldæis dicta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum? vt mihi permirum videatur, quemquã exstare, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie videat re, & euentis refelli. ¶ Restant duo diuinandi genera: quæ hæc dicimur à natura non ab arte: *vaticinandi*ũ, & *somniandi*. De quibus, Quincte, inquam, si placet, disseramus.
2 ¶ Mihi verò, inquit, placet. his enim quæ adhuc disputasti, prorsus assentior: &, verè vt loquar, quamquam tua me oratio confirmauit, tamen etiã mea sponte animis superstitiosam de diuinatione Stoicorum sententiam iudicabam, ac me Peripateticorum ratio magis mouebat, & veteris Dicæarchi, & eius, qui nunc floret, Cratippi, qui censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant, si aut furore diuino incitatus animus, aut somno relaxatus, solutè moueatur, ac libere. His de generibus quid sentias, & quibus ea rationib. infirmes, audire sanè velim. 3 ¶ Quę cùm ille dixisset, tũ ego rursus quasi ab alio principio sum exorsus dicere: Non ignoro Quincte, te semper ita sensisse, vt de ceteris diuinandi generibus dubitares: ista duo furoris, & sõnij, quę à libera mẽte fluere viderẽtur, probares. Dicã igitur de istisipsis duob[9] generib. mihi quid videatur, si prius, Stoicorũ rationis cõclusio, & Cratippi nostri, quid valeat, videro. Dixisti, & Chrysippũ, & Diogenẽ, & Antipatrũ concludere

[a] L. promunturiis, & ita v.c.

[b] Idem libro 1. de oratore. & 2. Valer. 7*

[a] vide quædam hanc ab similia in oratione Manlii, apud Liu. 38.*

[b] L. fœcundas res nascitur, nam altior, quæ vno ſit ortu.

[c] Idem Plut. in Romulo.

[d] Natalitii dies Romæ meminit Lex 7. Cod. de feriis. adde quæ de natalitiis vrbium scripſi 4. ad Attic. eum 1. & videFestum in Parilia.*

[e] C X X I X. f. fort. pertinebit

[f] Vatum & eorum qui ex furore coniectura diuinare dicuntur, ratio.*

p. 8.

dere hoc modo. Si sunt dij, neque antè declarant hominibus, quæ futura sint: aut non diligunt homines: aut, quid euenturum sit, ignorant: aut existimāt nihil interesse, hominem scire, quid sit futurum: aut non censent esse suæ maiestatis, præsignificare hominibus, quæ sint futura: aut ea ne ipsi quidem dij significare possunt. At neque non diligunt nos: sunt enim benefici, generisque hominum amici: neque ignorant ea, quæ ab ipsis constituta, & designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea, quæ futura sunt: erimus enim cautiores si scierimus: neque hoc alienum ducunt maiestate sua: nihil est enim beneficentia præstantius: neque non possunt futura prænoscere. non igitur dij sunt, nec significant nobis futura: sunt autem dij: significant ergo. Et, non, si, significant futura, nullas dant nobis vias ad significationem scientiam: frustra enim significarēt: neque, si dant vias, non est diuinatio: est igitur diuinatio. O acutos homines! quàm paucis verbis negotium confectum putant! Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. Conclusio autem rationis ea probāda est, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur: Vidēsne Epicurum, quem hebetem, & rudem dicere solent Stoici, quē ad modum, quod in natura rerum omne[a] esse dicimus, id infinitum esse concluserit? Quod finitum est, inquit, habet extremum. Quis hoc non dederit? quod habet extremum, id cerni tur ex alio extrinsecus, hoc quoque est concedendum. At, quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. Ne hos quidem negari potest. Nihil [b] igitur cùm habeat extremū, infinitum sit necesse est. Vidēsne, vt ad rem dubiam concessis rebus perueneris? Hoc vos dialectici non facitis: nec solùm ea non sumitis ad concludendum, quæ ab omnibus conceduntur: sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis quod velitis. Primùm enim hoc sumitis. Si sunt dij, benefici [c] in homines sunt. Quis hoc vobis dabit? Epicurúsne, qui negat quidquam deos nec alieni curare, nec suī? an noster Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo?

Ego deum genus esse semper dixi, & dicam celitum:
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.

Et quidē, cur sic opinetur, rationem subiicit. Sed nihil est necesse dicere, quæ sequūtur. Tātum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium, controuersúmque sit. Sequitur porrò, Nihil [d] deos ignorare, quòd omnia sint ab iis constituta. Hic verò quāta pugna est doctissimorum hominum, negantium esse hæc à diis immortalibus constituta? At nostra interest scire, quæ euentura sint. Magnus Dicæarchi liber est, nescire ea melius esse quàm [e] scire. Negāt enim id esse alienum maiestatis deorū scilicet causas [f] omnium introspicere, vt videant quid cuique cōducat. Neque non possunt futura prænoscere. Negant posse ij, quibus non placet esse certum quid futurum sit. Vidēsne igitur, quæ dubia sunt, ea sumere ipsos pro certis, atque cōcessis? deinde cōrorquent, & ita concludunt. Non igitur & sunt di, nec significant futura: id enim iam perfectum arbitrantur. Deinde assumunt: Sunt autem dij: quod ipsum non ab omnibus conceditur. Significāt ergo. Ne id quidem sequitur. possunt enim non significare, & [a] tamen esse dij: nec, si significent, non dare vias aliquas ad scientiam significationis. At id quoq. potest, vt nō dent homini, sed ipsi habeant. Cur enim Tuscis potiùs, quàm Romanis darent? Nec si dant vias, nulla est diuinatio. Fac dare deos: quod absurdum est: quid refert, si accipere non possumus? Extremum est, Igitur diuinatio. Sit extremum: effectum tamen non est. ex falsis enim, vt ab ipsis didicimus, verum effici non potest. iacet igitur tota conclusio. Veniamus nunc ad optimum virum, familiarem nostrū, Cratippum. Si sine oculis, inquit, non potest exstare officium, & munus oculorum, possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere: qui vel semel ita est vsus oculis, vt vera cerneret, is habet sensum oculorum, vera cernentium. Item igitur, si sine diuinatione non potest officium, & munus diuinationis exstare, potest autem cùm quis diuinationem habeat, errare aliquando, nec vera cernere: satis est ad confirmandam diuinationem, semel aliquid ita esse diuinatū, nihil vt fortuitò cecidisse videatur. sunt autem eius generis innumerabilia, esse igitur diuinationem confitendum est. Festiue, & breuiter. sed cùm bis sum sit quod voluit, etiam si facileis nos ad concedendum habuerit: id tamen, quod assumit, concedi nullo modo potest. Si, [b] inquit aliquando oculi peccent, tamen, quia rectè aliquādo viderint, inest in iis vis videndi. Item, sic [c] qui semel aliquid in diuinatione dixerit, is etiam tum peccet, tamen existimandus est habere vim diuinandi. Vide, quæso, Cratippe noster, quàm sint ista similia. nam mihi quidem non videntur. oculi enim vera cernentes, vtuntur natura, atque sensu: animi si quando vel vaticinando, vel somniando vera viderūt vsi sunt fortuna, atque casu. Nisi fortè concessuros tibi existimas eos, qui somnia pro somniis habent, si quando aliquod somnium verum euaserit, non id fortuitò accidisse. Sed demus tibi istas duas sumtiones, ea, quæ λήμματα appellāt dialectici: sed nos Latinè loqui malumus: præsumtio tamen, quam προλῆψιν iidem vocant, non dabitur. Assumit autem Cratippus hoc modo. Sunt [d] autem innumerabiles præsensiones non fortuitæ. At ego dico nullam. Vide, quanta sit controuersia. Iam, assumtione non concessa, nulla conclusio est. At impudentes sumus, qui, quod tam perspicuum sit, non concedamus. Quid est perspicuum, Multa vera, inquit, euadere. Quid, quòd multo plura falsa? nónne ipsa varietas, quæ est propria fortunæ, fortunam, esse causam, non naturam docet? deinde, si tua ista conclusio, Cratippe, vera est: (tecum enim mihi res est) nónne intelligis eādem vi posse & haruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum, & augures, & sortilegos, & Chaldæos? quorum genera omnium nullum est, ex quo non aliquid, sicut prædictum sit, euaserit. Ergo aut ea quoque genera diuinandi sunt, quæ tu rectissimè improbas: aut, si ea non sunt, non intelligo, cur hæc duo sunt, quæ relinquis. Qua ergo ratione hæc inducis, eādem illa possunt esse, quæ tollis. Quid verò habet auctoritatis furor iste, quem diuinum vocatis, vt, quæ sapiēs non videat, ea videat insanus, & is, qui humanos sensus amiserit, diuinos assecutus sit? Sibyllæ versus obseruamus quos illa furens fudisse dicitur. Quorum interpres nuper falsa

a Cxxx. Omne finitum habet extremum.

b Si aliquādo, inquit, &c.

c L. si qui semel aliquid in diuinatione verè dix. p. Cxxxi.

d Præsensiones an quædam, an nullæ.

quædam hominum fama dicturus in senatu putabatur, eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salui esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, & in quod tempus est? callidè enim, qui illa composuit, perfecit, vt, quodcumque accidisset, prædictum videretur, hominum, & temporum definitione sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, vt iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furêtis, cùm ipsum poema declarat (est enim magis artis, & diligentiæ, quàm incitationis, & motus) tum verò ea, quæ ἀπροσχίς dicitur, cùm deinceps ex primis versus litteris aliquid connectitur, vt in quibusdam Ennianis, quæ[a] Ennius fecit. Id certè magis est attenti animi, quàm furentis. Atque in Sibyllinis ex primo[b] versu cuiusque sententiæ primis litteris illius sententiæ carmen omne prætexitur. Hoc[c] scriptoris est, non furentis, adhibentis diligentiam, non insani. Quamobrem Sibyllam quidem sepositam, & conditam habeamus, vt, id quod proditū est à maioribus, iniussu senatus ne legantur quidem libri, valeántque ad deponendas potiùs, quàm ad suscipiendas religiones: cum antistitibus agamus, vt quiduis potiùs ex illis libris, q̃ regē proferant quē Romę posthæc nec dij, nec homines esse patientur. At multi fæpe vera vaticinati, vt Cassandra,

Iámque mari magno.-- Eadémque paullo pòst:-- *Eheu videte.*

Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant, quantum voles: verbis, sententiis, numeris, cantibus adiuuentur: auctoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adiungere. Eodémque modo nec ego Publicio nescio cui, nec Martiis[d] vatibus, nec Apollinis opertis credendum existimo: quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, numquā ne mediocri quidē cuiquā, nō modò prudēti, probata sunt. Quid[e], inquies, remex ille de classe Coponij, nónne ea prædixit, quę facta sunt? Ille verò, & ea quidē, quæ omnes eo tēpore, ne acciderent, timebamus. castra enim in Thessalia castris collata audiebamus: videbatúrque nobis exercitus Cæsaris & audaciæ plus habere, quippe qui patriæ bellum intulisset: & roboris, propter vetustatem. Casum autem prælij, nemo nostrûm erat, quin timeret: sed ita, vt constantibus hominibus par erat non aperté. Ille autem Græcus quid mitum, si magnitudine timoris, vt plerumq. fit, à cōstātia, atq. à mente, atq. à se ipse discessit? qua perturbatione animi, quæ, sanus cū esset, timebat ne euenirent, ea demens euentura esse dicebat. Vtrū tādem per deos, atq. homines, magis verisimile est, velsanū remigem, an aliquem nostrū, qui ibi tū eramus, M. Catonē, Vatronē, Coponium ipsum, cōsilia deorum immortalium perspicere potuisse? Sed iam ad te venio,

O fulte Apollo, q̃ umbilicū terrarū certū obsides,
Vnde *superstitiosa primùm saua euasit vox fera.*

Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen impleuit partim falsis, vt ego opinor, partim casu veris, vt fit in omni oratione sæpissimè: partim flexiloquis, & obscuris, vt interpres egeat interprete, & sors ipsa referenda sit ad sortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda sunt. Nam cùm sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ,

Cræsus[a] *Halym penetrans magnam peruertet opum vim.*

Hostium vim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam. Vtrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. Cur autem hoc credam vmquam editum Crœso? aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? num minùs ille potuit de Crœso, quàm de Pyrrho fingere Ennius? quis enim est, qui credat, Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum,

Aio te Æacida Romanos vincere posse?

Primùm Latinè Apollo numquam locutus est. deinde ista sors inaudita Græcis est. præterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat. postremò, quamquam semper fuit, vt apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum, *Bellipotentes sunt magi, quam sapientipotentes:*--tamen hanc amphiboliam[b] versus intelligere potuisset, vincere te Romanos, nihilo magis in se, quàm in Romanos valere. Nam illa amphibolia, quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. hæc verò ne Epicurum quidem. Sed, quod caput est, cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur, non modò nostra ętate, sed iamdiu, iam[c] vt nihil possit esse contentius? Hoc loco cùm vrgentur, euanuisse[d] aiunt vetustate vim loci eius, vnde anhelitus[e] ille terræ fieret, quo Pythia mente incitata oracula ederet. De vino, aut salsamento putes loqui, quæ euanescunt vetustate. De vi loci agitur, neq. solùm naturali, sed etiam diuina: quæ quo tandem modo euanuit? Vetustate, inquies. Quæ vetustas est, quæ vim diuinam conficere possit? quid tam diuinum, quàm afflatus ex terra mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat, vt ea non modò cernat multo antè, sed etiam numero, versúq. pronuntiet? quando autem ista vis euanuit? an postquàm homines minùs creduli esse cœperunt? Demosthenes quidem, qui ab hinc annos propè CCC. fuit, iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. Hoc autem eò spectabat, vt eam à Philippo corruptam diceret. Quo[f] licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse. Sed nescio quomodo isti philosophi, superstitiosi, & pœnè fanatici, quiduis malle videtur, quàm se non ineptos. Euanuisse mauultis, & exstinctum esse id, quod si vmquam fuisset, certè æternum esset, quàm ea, quæ non sunt credenda, non credere. ¶ Similis est error *in*[g] *somniis*: quorum quidem defensio repetita quàm longè est? diuinos animos censent esse nostros, eósque esse tractos extrinsecus, animorúmque consentientium multitudine completum esse mundum: hae igitur mentis, & ipsius diuinitate, & coniunctione cum externis mentibus, cerni quæ sint futura. Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. Iam Pythagoras, & Plato locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, præparatos quodam cultu, atq. victu proficisci ad dormiendum iubent. faba quidem Pythagorei vtique abstinuere: quasi verò eo cibo mens nō vēter infletur. Sed nescio quomodo nihil tā absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Vtrùm igitur censemus dormientiū animos per semetipsos in somniando moueri, an, vt Democritus censet, externa, & aduentitia visione pulsari? siue

a L. Q. Ennius fecit. al. Q. Ennius fecit.
b al. primi*
c L. Hoc scriptoris est adhibentis diligentiam, non furentis, non insani.
d L. Marciis
e Quid? inquies: remex ille, &c.
f Dixi ad Varronem 4. de lingua.*
g L. Vnde hæc superst.

a Ἡρόδοτος Κροίσῳ τῷ Ἅλυος τὸν στρατὸν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσεις.
b amphibologiam
c al. ita iam, al. tātū iam
d De oraculo rum defectu vide Plutarc. libro de defectu oraculorum.
e De oraculi Delphici situ vide Strabonem libro 9. p. CXXXIII. & Plutarc. libro de Pythiæ oraculo.
f al. Exquo lio.
g somniorum diuinatio confutatur.

enim sic est, siue illo modo, videri possunt permulta somniãtibus falsa pro veris. Num & nauigantibus moueri videntur ea, quæ stant: & quodam obtutu oculorum duo pro vno lucernæ lumina. Quid dicã, insanis, quid, ebriis quàm multa falsa videantur? q̃ si eiusmodi visis credendum non est, cur somniis credatur, nescio. Nam tamlicet de his erroribus, si velis quàm de somniis disputare: vt ea, quæ stant, si moueri videantur, terræ motum significare dicas, aut repentinam aliquam fugam: geminо autem lucernæ lumine declarari, dissensionem, ac seditionem moueri. Iam ex insanorum, aut ebriorum visis innumerabilia coniectura trahi possunt, quæ futura videantur. Quis est enim, qui totum diem iaculans non aliquando collimet[a]? totas noctes somniamus[b]: neque vlla ferè est, qua non dormiamus[c]. & miramur, aliquando id, quod somniamus[d], euadere: quid est tã incertũ, quàm talorum iactus? tamen nemo est, quin sæpe iactans, Venereum aliquando iaciat, nõnum quam etiam iterum, ac tertiùm. Num igitur, vt inepti, Veneris id fieri impulsu malumus, quàm casu dicere? quòd si ceteris temporibus, falsis visis credendum nõ est, non video, quid præcipui somnus habeat, in quo valeant falsa pro veris. Quòd si ita natura paratum esset, vt ea dormientes agerent, quæ somniarent: alligandi essent omnes, qui cubitum irent. maiores enim, quàm vlli insani, efficerent motu somniantes. Quòd si insanorum visis fides non est adhibenda, quod falsa sunt: cur credatur somniantium visis, quæ multo etiam perturbatiora sunt, non intelligo. Anq̃ insani sua visa coniectori non narrant qui somniauerunt? Quæro etiam, si velim scribere quid, aut legere, aut canere voce, fidibus, aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare, somniúmne exspectandum sit, an ars adhibenda, sine qua nihil earum rerum nec fieri, nec expediri potest? Atqui, ne si nauigare quidem velim, ita gubernem, vt somniauerim. præsens enim pœna sit. Quidè igitur conuenit, ægros à coniectore somniorum potiùs, quàm à medico petere medicinam? an Æsculapius, an Serapis potest præscribere per somnium curationem valetudinis f, Neptunus gubernãtibus[g] nõ potest? &, si sine medico medicinam dabit Minerua musę scribendi, legendi, ceterarúmq. artium scientiam somniantibus non dabunt? At si curatio daretur valetudinis[h], hæc quoque, quæ dixi, darentur. Quæ quoniam non dantur, medicina non datur. Qua sublata, tollitur omnis auctoritas somniorum. Sed hæc quoque in promtu: nunc interiora videamus. Aut enim diuina vis quædam, consulens nobis, somniorum significationes facit: aut coniectores ex quadam conuenientia, & coniunctione naturæ, quam vocant συμπάθειαν, quid cuiq. rei conueniat, ex somniis, & quid quamq. rem sequatur, intelligunt: aut eorum neutrum est, sed quædam obseruatio constans, atque diuturna est, eùm quid visum secundũ quietem sit, quid euenire, aut quid sequi soleat. Primùm igitur intelligendum est, nullam vim esse diuinam effectricem somniorum. Atque illud quidem perspicuum est, nulla visa somniorum proficisci à numine deorum. nostra enim causa dij id facerent, vt prouidere futura possemus. Quotus igitur est quisque qui somniis pareat? qui intelligat? qui meminerit? quàm multi verò, qui contemnant, eámque superstitionem imbecilli animi, atque anilis putẽt? quid est igitur, cur his hominibus consulens deus, somniis moneat eos, qui illa non modò cura, sed ne memoria quidẽ digna ducant? nec enim ignorare deus potest, qua mẽte quisque sit: nec, frustrà, ac sine causa quid facere, dignum deo est: quod abhorret etiam ab hominis constantia. Ira si pleraque somnia aut ignorantur, aut negliguntur, aut nescit hoc deus, aut frustrà somniorum significatione vtitur. Sed horum neutrum in deum cadit. nihil igitur à deo somniis significari fatendum est. Illud etiam requiro, cur, si deus ista visa nobis prouidendi causa dat, non vigilantibus potiùs det, quàm dormientibus. Siue enim externus, & aduẽtitius pulsus animos dormientium commouet, siue per se ipsi animi mouentur, siue[a] quæ causa alia est, cur secundum quietem aliquid videre, audire, agere videamur, eadem causa vigilantibus esse poterat: idque si nostra causa secundum quietem dij facerent, vigilantibus idem facerent, præsertim cùm Chrysippus, Academicos refellẽs, p multò clariora, & certiora esse dicat, quę vigilantib⁹ videãtur, quàm quę somniantibus. Fuit igitur diuina beneficentia, dignius, cùm consuleret nobis, clariora visa dare vigilantibus, quàm obscuriora per somnium. Quod quoniam non fit, somnia diuina putanda non sunt. Iam verò quid opus est circuitione, & amfractu[d], vt sit vtendũ interpretibus somniorum potiùs, quàm directó? deus si quidem nobis consulebat, Hoc facito, Hoc ne feceris, diceret? idq̃ visum vigilanti potiùs, quàm dormienti daret? iam verò quis dicere audeat, vera omnia esse somnia? Aliquot somnia vera, inquit Ennius: sed omnia non est necesse. Quæ est tandem ista distinctio? quæ vera, quę falsa habet? & si vera à deo mittuntur, falsa vnde nascuntur? nam si ea quoq. diuina, quid inconstantius deo? quid insciti⁹ autem est, quàm mentes mortalium falsis, & mendacibus visis concitare? sin vera visa diuina sunt: falsa autem, & inania, humana: quæ est ista de signandi licentia, vt hoc deus, hoc natura fecerit potiùs, quàm aut omnia deus, quod negatis, aut omnia natura? quod quoniam illud negatis, hoc necessariò confitendum est. Naturam autem eã dico, qua numquam animus insistens, agitatione, & motu esse vacuus potest. Is cùm languore corporis, nec membris vti, nec sensibus põt, incidit in visa varia, & incerta ex reliquiis, vt ait Aristoteles, inhærentibus, earum rerum, quas vigilans gesserit, aut cogitarit. Quarũ perturbatione mirabiles interdum exsistunt species somniorum. Quæ si alia vera, alia falsa: qua nota internoscantur scire sanè velim. Si nulla est: quid istos interpretes audiamus? sin quæpiam est, aueo audire, quæ sit. Sed hærebunt. venit enim iam in contentionem, vtrum sit probabilius, deósne immortaleis, rerum omniũ præstantia excelleteis, cõcursare omniũ mortalium, qui vbiq. sunt, nõ modò lectos, verùm etiã grabatos, &, cùm stertẽteis aliquos viderint, obiicere[e] his visa quædã tortuosa, & obscura, quæ illi exteriti somnio ad coniectorem manè deferãt, an natura fieri, vt mobiliter animꝰ agitatus, qđ vigilãs viderit, dormiẽs videre videatur. Vtrum philosophia dignius, sagarũ superstitiõe ista in-

a Collineare est autẽ dicere hic Aristoteles ex libro [illegible]

b Dormiemus.

c Somniemus.

d al. somniamus.

p. 8.

a al. siue quæ

b ὕπαρ,

c κατ' ὄναρ

d Amfractui hic opponitur directum: vt in XII. tabulis porrectũ. l. 8. ff. de seruit. rustic.

e v. c. obiicere

P. B.

terpretari. an explicatione naturæ? vt, si iam fieri possit coniectura vera somniorum, tamẽ isti, qui profitentur, eam facere non[a] possunt: ex leuissimo enim, & indoctissimo genere cõstant. Stoici autem tui negant quemquam nisi sapientem, diuinum esse posse. Chrysippus quidem diuinationẽ definit his verbis, Vim cognoscentem, & videntem, & explicãtem signa, quæ à diis hominibus portendantur: officium autẽ eius esse, prænoscere, deib erga homines mente qua sint, quídque significent, quemamo dúmq. ea procurentur, atque expiẽtur. Idémq. somniorum coniectionem definit hoc modo, Esse vim cernentem, & explanantẽ, quæ à diis hominib⁹ significentur in somnis. Quid[c] ergo, ad hæc mediocri opus est prudẽtia, an & ingenio præstãti, & eruditione præcta? talem autem cognouimus neminẽ. Vide igitur, ne, etiam si diuinationem tibi esse concesserò, quod numquam faciam, neminem tamen diuinum reperire possimus. Qualis autẽ ista mens est deorum, si neq. ea nobis significant in somnis, quę ipsi per nos intelligamus: neq ea, quorum interpretes habere possimus? similes enim sunt dij, si ea nobis obiiciunt, d quorum neq. scientiam, neque explanationẽ habeamus, tamquam si Pœni, aut Hispani in senatu nostro sine interprete loquerentur. Iam verò quò pertinent obscuritates, & ænigmata somniorum? intelligi enim à nobis d velle debebant ea, quæ nostra causa nos monebant. Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus: ille[e] verò nimis etiam obscurus Euphorion.[f] At non Homerus. Vter igitur melior? Valde Heraclitus obscurus: & minimè Democritus. num igitur conferendi? mea causa me mones, quod non intelligam. Quid me igitur mones? vt si quis medicus ægroto imperet, vt sumat

Terrigenam, herbigradã, domi parram, sanguine cassam,

potiùs quàm hominum more, cochleam, di cereh. Nam Pacuuianus Amphion,

Quadrupes tarda, grada, agrestis, humilis, aspera,
Capite b ceui, ceruice anguina, adspectu truci,
Euisc era, in nima, cum animali sono,

cùm dixisset obscuriùs, tum Attici respondẽt: Non intelligimus, nisi apertè dixeris. At ille vno verbo, Testudo, Non potuetas hoc igitur à principio, citharista, dicere? defert[i] ad coniectorem quidã, somnia esse se, ouum pendẽre ex fascia lecti sui cubicularis. Est hoc in Chrysippi libro somnium. Respondit coniector, thesaurum defossum esse sub lector. fodisinue nit auri aliquantum idq circumdatum argento. misit coniectori quantulum visum est de argẽto. Tũ ille, nihílne de vitello? id. n. ex ouo videbatur aurum declarasse: reliquum, argentum. Nemóne igitur vmquam alius ouum somniauit? cur ergo hic nescio quis thesaurũ solus inuenit? quàm multi inopes, digni præsidio deorum, nullum somnio ad thesaurum reperiendum admonentur? quam autem ob causam tã est obscurè admonitus, vt ex ouo nascereturthesauri similitudo potiùs, quàm apertè thesaurũ quærere iuberetur, sicut apertè Simonides vetitus est nauigare. Ergo obscura somnia, minimè consentanea sunt maiestati deorũ. Ad aperta, & clara veniamus, quale est de illo interfecto à caupone Megaris: quale de Simonide, qui ab eo, quem humauerat, vetitus est nauigare: quale etiam de Alexandro: quod à te præteritum esse miror: qui, cùm Ptolemæus, familiaris eius, in prœlio telo venenato ictus esset, eóq. vulnere summo cum dolore moreretur: Alexander assidens, somno est cõsopitus. Tum secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, & simul dicere, quo illa loci nasceretur, (neq. is longè aberat ab eo loco) eius autem esse vim tantam vt Ptolemæum facilè sanaret, Cùm Alexander experrectus narrasset amicis somniũ, emisisse qui illam radiculam quæreret. Qua inuenta, & Ptolemæus sanatus dicitur, & multi milites qui erant eodem genere teli vulnerati. Multa etiam sunt à te ex historiis prolata somnia, matris Phalaridis, Cyri superioris, matris[a] Dionysij, Pœni Hamilcaris, Hannibalis, P. Decij: peruulgarum iam illud de præsultore: Gracchi etiã: & recens Cæciliæ, Balearici filiæ, somnium. Sed hæc externa, ob eámque causam ignota nobis sunt: nonnulla etiam ficta fortasse. quis enim auctor istorum? de nostris somniis quid habemus dicere? tu[b] demerso me, & equo ad ripam? ego de Mario cum fascibus laureatis me in suum deduci iubente monumentum? Omnium somniorum, Quincte, vna ratio est, quæ, per deos immortaleis, videamus ne nostra superstitione, & de prauatione superetur. Quem enim tu Mariũm visum à me putas? Speciem credo, eius, & imaginem, vt Democrito videtur. Vnde profectam imaginem? à corporibus enim solidis, & à certis figuris vult fluere imagines quod[c] igitur Marij corpus erat? Ex eo, inquit, quod fuerat, plena sunt imaginum omnia[d] ista igitur me imago Marij in campum Atinatem persequebatur. nulla enim species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. Quid ergo? istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, vt simul atque velimus, accurrant? etiámne earum rerum, quæ nullæ sunt? quæ est enim forma tam inusitata, tam nulla, quam non sibi ipse animus possit effingere? vt, quæ numquam vidimus, ea tamen formata habeamus, oppidorum situs, hominum figuras. Num igitur, cùm aut muros Babylonis, aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit? Omnia igitur, quæ volumus, nota nobis esse possunt. nihil est enim, de quo cogitare nequeamus. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus, nec omnino fluunt illæ: nec cognoui quemquam, qui maiore auctoritate nihil diceret. animorum est ea vis, atque natura, vt vigeant vigilantes, nullo aduentitio pulsu, sed, suo motu, incredibili quadã celeritate. Hi cùm sustinentur membris, & corpore, & sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt. Cùm autem hæc subtracta[e] sunt, desertúsque animus languore corporis, tum agitatur ipse per sese. Itaque in eo & formæ versantur, & actiones: & multa dici videntur. Hæc scilicet imbecillo, remissóq. animo, multa omnibus modis confusa, & variata versantur, maximéque reliquiæ earum rerũ mouentur in animis, & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitauimus, aut egimus: vt mihi temporibus illis multùm in animo Marius versabatur, recordanti, quàm ille grauem suum casum magno animo, quàm cõstanti tulisset. Hanc credo causam de illo somniandi fuisse. Tibi autem de me cum sollicitudine cogitanti subitò sum visus emersus ex flumine. ineuntes enim

a L. non possint.

b al. alii

c Quid ergo? ad hæc m.

d v. c. obiiciunt

e L. Illi verò nimis etiam &c.

f L. Euphorio.

g vnde στετρεῦσθαι dictus. dixi 2. de finibus. p. 136.

h L. delet verbum dicere.

i Sylv. refert

a vide 1. de diuinatio. p.

b fort. de demerso me,

c al. quod igitur Marij corpus erat. ex eo, &c.

d L. omnia. Ista igitur ima.

e al. labilia

P. B.

rant enim in vtriusque nostrûm animis, vigilantium cogitationum vestigia. At quædam adiuncta sunt: vt mihi de monumento Marij: tibi, quòd equus[a], in quo ego vehebar, mecum vnà demersus rursus apparuit. An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt somniis crederet, nisi ista casu nonnumquam, fortè, temerè concurrerent? Alexandro loqui draco visus est. Potest omnino hoc esse falsum, potest verum: sed vtrum sit, non est mirabile. non enim audiuit ille draconem loquentem, sed est visus audire: & quidem quo maius sit, cùm radicem ore teneret, locutus est. Sed nihil est magnum somnianti. Quæro autem, cur Alexandro tam illustre somnium, tam certum, nec huic eidem aliàs, nec multa ceteris. Mihi quidem, præter hoc Marianum nihil sanè, quod meminerim. Frustrà igitur consumtæ tot noctes tam longa in ætate. Nùc quidem propter intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus vti antea non solebam: nec tam multùm dormiens vllo somnio sum admonitus, tantis præsertim de rebus: nec mihi magis vsquam videor, quàm cùm aut in foro magistratus, aut in curia senatum video, somniare. Etenim ex diuisione hoc secùndum est: quæ est continuatio, coniunctióque naturæ: quam, vt dixi, vocant συμπάθειαν, eiusmodi, vt thesaurus ex quo intelligi debeat: Nam medici ex quibusdam rebus & aduenientis, & crescentis morbos intelligunt: nonnullæ etiam valetudinis[b] significationes, vt hoc ipsum, pleni, enectíne simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. Thesaurus verò, & hereditas, & honos, & victoria & multa generis eiusdem, qua cum somniis naturali cognatione iunguntur? dicitur quidam, cùm in[c] somniis complexu Venerio iungeretur, calculos eiecisse. Video sympathiam. visum est enim tale obiectum dormienti, vt id, quod euenit, naturæ vis, non opinio erroris effecerit. Quæ igitur natura obtulit illam speciem Simonidi, à qua vetaretur nauigare? aut quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis[e], quod scribitur, somnium? qui paullo ante interitum, visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Is cùm esset proiectus inhumatus, ab omnibúsque desertus iaceret: amica corpus eius texit suo pallio. Ergo hoc inerat in rebus futuris, & causas naturaleis habebat: an, & vt videretur, & vt eueniret, casus effecit: Quid[f] ipsorum interpretum coniecturæ, nónne magis ingenia declarant eorum, quàm vim, consensúmque naturæ? cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somniis currus quadrigarum vehi. manè ad coniectorem. At ille, Vinces, inquit. id enim celeritas significat, & vis equorum. Post idem ad Antiphontem. Is autem, Vincare, inquit, necesse est. An non intelligis quattuor ante te cucurrisse? Ecce alius cursor. Atque horum somniorum, & talium plenus est Chrysippi liber, plenus Antipatri. sed ad cursorē redeo. ad interpretem detulit[g], aquilam se in somnis visum esse factū. At ille, Vicisti, ista enim aui volat nulla vehementiús. Huic[h] equidem Antipho, Tu verò, inquit, te victum esse non vides? ista enim auis insectans alias, & agitans semper ipsa postrema est. Parere quadam matrona cupiens, dubitans esséne prægnans[i], visa est in quiete obsignatam habere

naturam retulit[a]. Negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. At alter, prægnantem esse dixit, nam inane obsignari nihil solere. Quæ est ista ars coniectoris, eludentis ingenio? an ea, quæ dixi, & innumerabilia, quæ collecta habent Stoici, quidquam significant, nisi acumen hominum, ex similitudine aliqua, coniecturam modo huc, modò illuc ducētium? Medici signa quædam habent ex venis, & ex spiritu ægroti: multíque ex aliis futura præsentiunt. Gubernatores cùm exsultantes loliginēs viderint, aut delphinos se in portum coniicientēis, tempestatem significari putant. Hæc ratione explicari, & ad naturam facilè reuocari possunt: ea verò quæ paullo antè dixi, nullò modo. At enim obseruatio diuturna, (hæc enim pars vna restat) notandis rebus fecit artem. An tandem somnia obseruari possunt? quónam modo? sunt enim innumerabiles varietates. Nihil tam præposterè tam incondite, tam [b] monstruosè cogitari potest, quod nō possimus somniare. Quo modo igitur hæc infinita, & semper noua aut memoria complecti, aut obseruando notare possumus? Astrologi motus errantium stellarum notauerunt, inuentus est enim ordo in iis stellis, qui non putabatur, ce dò tandem, qui sit ordo, aut quæ cōcursatio somniorum? quo modo autem distingui possunt vera somnia à falsis, cùm eadem & aliis aliter euadant, & iisdem non semper eodem modo? vt mihi mirum videatur, cùm mendaci homini, ne verum quidem dicenti credere soleamus, quo modo isti, si somnium verum euasit aliquod, non ex multis potiùs vni fidem derogant[c], quàm ex vno innumerabilia cōfirmant[d]. Si igitur neque deus est effector somniorum, neque naturæ societas vlla cum somniis, neque obseruatione inueniri potuit scientia: effectum est, vt nihil prorsus somniis tribuendum sit: præsertim cùm illi ipsi, qui ea vident, nihil diuinent: ij, qui interpretantur, coniecturam adhibeant, non naturam: casus autem innumerabilibus pænè sæculis in omnibus plura mirabilia, quàm in somniorum visis effecerit: neque coniectura, quæ in varias partes duci potest, nonnumquam etiam in contrarias, quidquam sit incertius. Explodatur[e] hæc quoque somniorum diuinatio pariter cum ceteris. nam, vt verè loquamur, superstitio fusa per gentes, oppressit omnium ferè animos, atque hominum imbecillitatem occupauit. Quod & in iis libris dictum est, qui sunt de natura deorum: & hac disputatione id maximè egimus. multùm enim & nobismetipsis & nostris profuturi videbamur, si eam funditus sustulissemus. Nec verò (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda religio tollitur. Nam &, maiorum instituta tueri sacris, cæremoniísque retinendis, sapientis est: & esse præstantem aliquam, æternámque naturam, & eam suspiciendam, admirandámque hominum generi, pulchritudo mundi, ordōque rerum cælestium cogit confiteri. Quamobrem vt religio propaganda etiam est, quæ est iuncta cum cognitione naturæ: sic superstitionis stirpes omnes eiiciendæ[f] sunt. instat enim, & vrget, & quocumque te verteris, persequitur. siue tu vatem, siue tu omen audieris: siue immolaris, siue auem aspexeris: si Chaldæum, si haruspicem videris: si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cælo, si osten-

a L. ad coniectorem retulit.

b. b.

b L. tam monstruose

c L. derogēt. d L. confirment.

e fort. Explodatur igitur hæc q.

f al. elidendæ

ti simile natum, factúmve quippiam: quorum necesse est plerumq. aliquid eueniat: vt numquam liceat quieta mente consistere. Perfugium videtur omnium laborum, & sollicitudinũ esse somnus. At ex eo ipso plurimæ curæ, metúsq. nascuntur. Qui quidem ipsi per se minùs valerent, & magis contẽnerentur, nisi somniorum patrociniorũ philosophi suscepissent, nec ij quidem cõtentissimi, sed in primis acuti, & consequentia, & repugnantia videtes: qui, ppè iam absoluti, & perfecti, putantur. Quorũ licentiæ nisi Carneades restitisset, haud scio, an soli iã philosophi iudicarentur. Cum quib. omnis ferè nobis disceptatio, contentióq. est, non quòd eos maximè contẽnamus: sed quòd videntur[a] acutissimè sententias suas, prudentissiméq. defendere. Cùm autem proprium sit Academiæ, iudicium suum nullũ interponere, ea probare, quæ similima veri videantur, conferre causas, &, quid in quamque sententiam dici possit, expromere, nulla adhibita sua auctoritate, iudiciũ audientium relinquere integrum, ac liberum: tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam, eáq. inter nos. si tibi, Quincte frater, placebit, quàm sæpissimè vtemur. 4 ¶ Mihi verò, inquit ille, nihil potest esse iucundius. 5 ¶ Quæ cùm essent dicta, surreximus.

[a] fort. videatur

P. 2.

M. TVLLII CICERONIS

P. CXI.

DE FATO[b], LIBER SINGVLARIS.

[b] Fatum desinit libro 1. De diuinatione circa finem.*

Deest principium.

QVIA pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ, de moribus appellare[c] solemus: sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem. explicandáq. vis est, ratióque enuntiationum: quæ Græci ἀξιώματα vocãt: quæ de re futura cùm aliquid dicunt, déque eo, quod possit fieri, aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est: quam περὶ δ' ωαντὸς[d] appellant: totáque est logice[e]: quam rationem disserendi voco. Quod autem in aliis libris feci, qui sunt de natura deorum, itémque in iis, quos de diuinatione edidi, vt in vtramque partem perpetua explicaretur oratio, quo faciliùs id à quoque probaretur, quod cuique maximè probabile videretur, in [f] hac disputatione de fato, casus quidam, ne facerem, impediuit. Nam cùm essem in Puteolano, Hirtiúsq. noster, consul designatus, iisdem in locis, vir nobis amicissimus, & iis studiis, in quibus nos à pueritia viximus, deditus: multùm vnà eramus, maximè nos quidem exiquirentes ea consilia, quæ ad pacem, & ad concordiam ciuium pertinerent. cùm enim omnes post interitum Cæsaris nouarum perturbationũ causę quæri viderentur, hísque esse occurrendum putaremus: omnis fere nostra in his deliberationibus consumebatur oratio, ídque & sæpe aliàs, & quodam liberiore, quàm solebat, & magis vacuo ab interuentoribus die, cùm ille ad me venisset, primò illa, quæ erãt quotidiana, & quasi legitima nobis, de pace, & de otio dicta sunt. ¶ Quibus acceptis, Quid ergo? inquit ille, quoniam oratorias exercitationes non tu quidem, vt spero, reliquisti, sed certè philosophiam illis anteposuisti, possúmne aliquid audire? ¶ Tu verò, inquam, vel audire, vel dicere. nec. n. quòd rectè exístimas, oratoria illa studia deserui: quibus etiã te incendi quamquam flagrantissimum acceperam: nec ea, quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potiùs illam facultatem. nam cum hoc genere philosophiæ, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem. subtilitatem enim ab Academia mutuatur, & ei vicissim reddit vbertatem orationis, & ornamenta dicendi. Quamobrem, inquam, quoniam vtriusque studij nostra possessio est, hodie, vtro frui malis, optio sit tua. ¶ Tum Hirtius, Gratissimum, inquit, & tuorum omnium simile. nihil enim vmquam abnuit voluntas tua meo studio. Sed quoniam mihi rhetorica vestra fat[a] nota, téq. in his & audiuimus sæpe, & audiemus, atque hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicãt te suscepisse Tusculanę disputationes: proponere aliquid, ad quod audiam, si tibi nõ est molestum, volo. ¶ An mihi, inquam, potest quidquam esse molestum, quod tibi gratum futurũ sit? sed ita audies, vt Romanum hominem, vt timidè ingredientem ad hoc genus disputandi, vt longo intetuallo hæc studia repetentem. ¶ Ita, inquit, audiam te disputantem: vt ea lego, quæ scripsisti, proinde ordire.

Multa hic desunt. Considerabimus hîc: quorum in aliis, vt in Antipatro poeta, vt in brumali die natis, vt in simul[c] ægrotantibus fratribus, vt in vrina, vt in vnguibus, vt in reliquis eiusmodi, naturæ cõtagio valeret[d]: quam ego non tollo: vis est nulla fatalis. In aliis autem fortuita quædam esse possunt, vt in illo naufragio, vt in Icadio, vt in Daphita[e]. Quædam etiã Posidonius, pace magistri dixerim, comminisci videtur. Sunt, inquam, quidem absurda. Quid enim? si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire, ex hócne equo, qui cùm equus non esset, nomen habebat alienum? aut Philippus[f] hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur? quasi verò capulo sit occisus. Quid autem magnum, & naufragum illum sine nomine in riuo esse lapsum? quam quam huic quidem hic scribit prædictum in aqua

[a] fort. videantur

[c] alde hoc fatum. P. CXI.

[d] fort. valeat.

[e] al. Daphitam. P. CXI.

[f] Idem, vt supra, in Alexandro.

aqua esse pereundum. Ne[a] hercule Icadij quidem prædonis video fatum vllum. nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur[b], ex spelunca saxum in crura eius incidisse? puto enim, etiam si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. Nam aut nihil est omnino fortuitum, aut hoc ipsum potuit euenire fortuna. Quæro igitur, (atque hoc latè patebit) si[c] fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset, & fortè, temerè, casu aut pleraque fierent, aut omnia: num aliter, ac nunc eueniunt, gueniren[t]? quid ergo attinet inculcare fatum, cùm sine fatò ratio omnium rerum ad naturam, fortunámve referatur? Sed Posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus: ad Chrysippi laqueos[d] reuertamur. Cui primùm quidem de ipsa rerum contagione respondeamus: reliqua postea persequemur. Inter locorum naturas quantum interfit, videmus: alios esse salubreis, alios pestilenteis: in aliis esse pituitosos, & quasi redundanteis, in aliis exsiccatos atque aridos: multáque sunt alia, quæ inter locum, & locum plurimum differunt. Athenis tenue cælum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis. itaque pingues[e] Thebani, & valentes. Tamen neque illud tenue cælum efficiet, vt aut Zenonem quis, aut Arcesilam, aut Theophrastum audiat: neque crassum, vt Nemea potiùs, quàm Isthmo victoriam petat. Distinge longiùs. quid enim loci natura afferre potest, vt in porticu Pompeij potiùs, quàm in campo ambulemus? tecum, quàm cum alio? Idib. potiùs, quàm Kalend.? Vt igitur ad quasdam res natura loci pertinet, & [f] operatur aliquid, ad quasdam autem nihil: sic affectio astrorum valeat, si vis, ad quasdam res: ad omneis certè non valebit. At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, vt alios dulcia, alios subamara delectent: alij libidinosi, alij iracundi, aut crudeles, aut superbi sint: alijs talibus vitiis abhorreant: quoniam igitur, inquit, tantum natura à natura distat, quid mirum est, has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas? Hæc differens, qua de re agatur, & in quo causa consistat, non videt. Non enim, si alij ad alia propensiores sint propter causas naturaleis, & antecedenteis, id circo etiam nostrarum voluntatum, atq. appetitionum sunt causæ naturales, & antecedentes. nam nihil esset in nostra potestate, si res ita se haberet. nunc verò fatemur, acuti, hebetésne: valentes, imbecillíne simus non esse id in nobis. Qui autem ex eo cogi putat, ne vt sedeamus quidem, aut ambulemus, voluntatis esse, is non videt, quæ quamque res consequatur. Vt enim & ingenioſi, & tardi ita nascantur antecedentibus causis, itémque valentes, & imbecilli: non sequitur tamen, vt etiam sedere, & ambulare, & rem agere aliquam principalibus causis definitum, & constitutum sit. Stylphonem[h] Megaricum philosophum, acutum sanè hominem, & probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum, & mulierosum fuisse: neque hoc scribunt vituperantes, sed potiùs ad laudem. vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam, & compressam esse doctrina, vt nemo vmquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. Quid? Socratem[i] nónne legimus quemadmodum notarit Zopyrus, physiognómon, qui se profitebatur hominum mores, naturásq. ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? stupidũ esse Socratem dixit, & bardum, & iugula concaua non haberet: obstructas eas parteis, & obturatas esse dicebat: addidit etiam, mulierosum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. Sed hæc ex naturalibus causis vitia nasci possunt. exstirpari autem, & funditus tolli, vt is ipse, qui ad ea propensus fuerit, à tantis vitiis auocetur, non est id positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina. Quę tolluntur omnia, si vis, & natura fati ex diuinationis ratione firmabitur. Etenim si est diuinatio, quælibet natura à [a] præceptis, artis proficiscitur: præcepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Non enim credo nullo præcepto[b] aut ceteros artifices versari in suo munere, aut eos, qui diuinatione vtantur, futura prędicere. Sunt igitur astrologorum, præcepta[c] huiusmodi. Si quis, verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari nõ morietur. Vigila Chrysippe, ne tuam causam, in qua tibi cum Diodoro, valente dialectico, magna luctatio est, deseras. Si enim verum est, quod ita cõnectitur, Si quis oriente Canicula natus est, in mari non morietur: illud quoq. verum est, Si Fabius oriente Canicula natus est, Fabius in mari non morietur. Pugnant ergo hæc inter se, Oriente Canicula natũ esse, & in mari Fabium moriturum: & quoniam certum in Fabio ponitur, ortum esse eum Canicula oriente, hæc quoque pugnant, & esse Fabium, & in mari moriturum. Ergo hæc quoq. coniunctio est ex repugnantibus, & est Fabius, & in mari Fabius morietur. Quod vt propositum est, ne fieri quidem potest. Ergo illud, Morietur in mari Fabius, ex eo genere est, quod fieri nó potest. Omne igitur, quod falsum dicitur in futuro, id fieri non potest. At hoc, Chrysippe, minimè vis: maximéq. tibi de hoc ipso cum Diodoro certamen est. Ille enim id solum fieri posse dicit, quod aut sit verum, aut futurum sit verum: & quidquid[d] futurum sit, id dicit fieri necesse esse, &, quidquid non sit futurum, id negat fieri posse. Tu, & quæ non sint futura, posse fieri dicis, vt frangi hanc gemmam, etiam si id numquam futurum sit: neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi, quamquam id millesimo antè anno Apollinis oraculo editum esset. At si ista cõprobabis diuina prædicta: & quæ falsa in futuris dicentur[e], in his habemus, vt ea fieri non possint. vt, si dicatur, Africanum Karthagine potiturum: & si verè dicatur de futuro, sic dicas esse necessariũ. Quæ est tota Diodori nobis inimica sententia. Etenim si illud verè connectitur, Si oriente Canicula natus es, in mari non morieris: primúmq. quod[f] in cõnexo, Natus es oriente Canicula: necessariũ est: (omnia enim vera in præteritis, necessaria sunt, vt Chrysippo placet, dissentienti à magistro Cleãthe, quia sunt immutabilia, nec in falsum è vero præterita possunt conuerti:) si igitur qđ primũ in cõnexo est, necessariũ est: fit etiã quod cõsequitur necessariũ. Quãquam hoc Chrysippo nõ videtur valere in omnib. Sed tamen, si naturalis est causa, cur in mari Fabius nõ moriatur, in mari Fabius mori non põt. Hoc loco Chrysippus ętuãs falli sperat Chaldęos, ceteróq. diuinos, neq. eos vsuros esse coniunctione

a L. Ire me Hercule Icadij prædonis video fatum vllum. nihil enim scribit ei prædictum.

b L. nec non videtur portica ambulatum,

c adde Aristotelem 1. περὶ ἑρμηνείας. *

P. 8.

d Βράχος

e Thebarum in agello literares vires nascũ.*

f Num fatum & operatur aliquid, de eo L. Cicero.

g alij à talibus.

P. 142.

h L. Stilpho Megar.

i Idem Alexander Aphrodisiensis libro περὶ εἱμαρμένης. *

P. 8.

a L. à præceptis artis proficiscitur: præcepta app.

b L. præcepto

c L. præcepta

d adde Aristotelem libro περὶ ἑρμηνείας. *

P. 143.

e L. dicãtur, in iis habebis, vt ea fieri nõ possint, vt si dicatur, Fabium in mari perituru: &, quod verè dicatur de futuro, quódq. ita futurum sit, vt Africanum Karthaginẽ potiturum, dices esse necessariu.

f L. quod in connexo est, Nat.

a L. percepta

b L. dicent,

c L. percepta

P. B.

d L. anquiritur.

e fort. Nihil fieri posse, quod n.

f fort. dicitur, al. dicatur,

g P. Scipione Aemyliano intelligit Pauli Macedonici, filiũ P. CXLIIII. adoptiuum Scipionis. Africani, eum qui Carthaginem euertit.

h factione agrariorum & Gracchorum quib. obsistebat vti confectatum est vide Plutarchũ in Gracch. & Valer. 16. Liuium 59. Velleium Pl nium de viris illustribus 58 7. Pl. 44.

i al. prædium pertat,

k al. exsistit,

l ἀτόμως σώματα fort. deorsum ferantur atõ.

nibus, vt in sua præcepta[a] pronuntient. Si quis natus est oriente Canicula, is in mari non morietur: sed potiùs ita dicant[b]: Non & natus est quis oriente Canicula, & is in mari morietur. O licentiam iocularem! ne ipse incidat in Diodorum, docet Chaldæos, quo pacto eos exponere præcepta[c] oporteat. Quæro enim, si Chaldæi ita loquantur, vt negationes infinitarum coniunctionum potiùs quàm infinita connexa ponant: cur idem medici, cur geometræ, cur reliqui facere non possint? medicus in primis, quod erit ei perspectum in arte, nõ ita proponet: Si cui venæ sic mouentur, is habet febrem: sed potiùs illo modo, Non & huic venæ sic mouentur, & febrem is non habet: itémque geometres non ita dicet, Si in sphæra maximi orbes sunt, medij inter se diuiduntur: sed potiùs illo modo: Non & sunt in sphæra maximi orbes, & hi non medii inter se diuiduntur. Quid est, quod non possit isto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem? & quidem aliis modis eaſdem res efferre possumus. Modò dixi, Si in sphæra maximi orbes sunt, medij inter se diuiduntur: possum dicere: Si in sphæra maximi orbes erũt, possum dicere, Quia in sphæra maximi orbes erunt. Multa genera sunt enuntiandi, nec vllum distortius, quàm hoc, quo Chrysippus sperat Chaldæos contentos Stoicorum causa fore. Illorum tamen nemo ita loquitur. maius est enim has contortiones orationis, quàm signorum ortus, obitúsq. perdiscere. Sed ad illam Diodori contentionem, quam κύριον ὄνομα appellant, reuertamur: in qua quid valeat id, quod fieri possit, inquirit[d]. Placet igitur Diodoro, id solũ fieri posse, quod aut verũ sit, aut verũ futurum sit. Qui locus attingit hãc quæstionẽ, Nihil[e] fieri, quod non necesse fuerit: &, Quidquid fieri possit, id aut esse iam, aut futurum esse. nec magis commutari ex veris in falsa ea posse, quæ futura sunt, quàm ea, quæ facta sunt: sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris quibusdam quia non apparent, ne necesse quidem videri: vt in eo, qui mortifero morbo vrgeatur, verum sit, Hic morietur hoc morbo: at hoc idem si verè dicatur in eo, in quo vis morbi tãta non appareat, nihilo minùs futurum sit. Ita fit, vt commutatio ex vero in falsum ne in futuro quidẽ vllo fieri possit: Nã Morietur Scipio, talem vim habet, vt, quamquam de futuro dicatur, tamen id non possit cõuerti in falsum. de homine enim dicitur. cui necesse est mori. Sic si diceretur, Morietur noctu in cubiculo suo Scipio[g], vi oppressus, verè diceretur, id enim fore diceretur, quod esset futurum: futurum autem fuisse, ex eo, quia factum est, intelligi debet. nec magis erat verum Morietur Scipio quàm Morietur illo modo nec minùs necesse est mori Scipioni, quàm illo modo mori: nec magis immutabile ex vero in falsum, Necatus est Scipio, quàm Necabitur Scipio: nec, cùm hæc ita sint, est causa, cur Epicurus fatum extimescat, & ab atomis petat[i] præsidium, eásq. de via deducat, & vno tempore suscipiat res duas inenodabileis: vnam, vt sine causa fiat aliquid, ex quo exsistet[k], vt de nihilo quippiã fiat, quod nec ipsi, nec cuiquam physico placet: alteram, vt, cùm duo indiuidua[l] per inanitatem ferantur[m]: alterum è regione moueatur, alterum declinet. licet enim Epicuro concedenti omne enuntiatum aut verum, aut falsum esse, non vereri, ne omnia fato fieri sit necesse: non enim æternis causis naturæ necessitate manantibus verum est id, quod ita enuntiatur: Descendit in Academiam Carnea des: nec tamen sine causis: sed interest causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibenteis in se efficientiam naturalem. Ita & semper verum fuit, Morietur Epicurus, cùm duo[a] & septuaginta annos vixerit, Archonte Pitarato[b]: neque tamen erant causæ fatales, cur ita accideret: sed quod ita cecidisset, certè casurum, sicut cecidit, fuit. Nec ij, qui dicunt immutabilia esse, quæ futura sint, nec posse verum futurum conuerti in falsum, fati necessitatem confirmant, sed verborum vim interpretantur. At, qui introducunt causarum seriem sempiternam, ij mentem hominis voluntate libera spoliatã, necessitate fati deuinciunt. Sed hæc hactenus. Alia videamus. cõcludit enim Chrysippus hoc modo, Si est motus sine causa, non omnis enuntiatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera, aut falsa erit. causas enim efficienteis quod non habebit, id nec verum, nec falsum erit. omnis autem enuntiatio, aut vera aut falsa est. motus ergo sine causa nullus est. Quod si ita est, omnia, quæ fiunt, causis fiunt antegressis. id si ita est, omnia fato fiunt. efficitur igitur, fato fieri, quæcumq. fiant. Hîc primùm si mihi libeat assentiri Epicuro, & negare omnem enuntiationem aut veram esse, aut falsam: eam plagam potiùs accipiam, quàm fato omnia fieri comprobem. illa enim sententia aliquid habet disputationis, hęc verò non est tolerabilis. itaq. contendit omneis neruos Chrysippus, vt persuadeat, omne ἀξίωμα aut verũ esse, aut falsum. Vt. n. Epicurus veretur, ne, si hoc conceſſerit, cõcedendũ sit, fato fieri, quęcũq. fiant: si enim alterutrum ex æternitate verum sit, esse id etiam certum: & si certum, etiam necessarium: ita & necessitatem, & fatum cõfirmari putat: sic Chrysippus metuit, ne, si non obtinuerit, omne, quod enuntietur, aut[c] verum esse, aut falsum, Omnia fato fieri possint, & ex causis æternis rerum futurarum. Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat. Itaq tertius quidam motus oritur extra pondus, & plagam, cùm declinat atomus interuallo minimo. Id appellat ἐλάχιστον. Quam declinationem sine causa fieri, si minùs verbis, re cõgitur confiteri. non enim atomus ab atomo pulsa declinat, nam quî potest pelli alia ab alia, si grauitate feruntur ad perpendiculũ corpora indiuidua, rectis lineis, vt Epicuro placet? sequitur enim, vt, si alia ab alia numquam depellatur, ne cõtingat quidem alia aliam. Ex quo efficitur, vt iam si sit atomus, eáq. declinet declinare sine causa. Hanc rationẽ Epicurus induxit ob eam rem, q̃ veritus est, ne, si semper atomus grauitate ferretur naturali, ac necessaria, nihil liberum nobis esset, cùm ita moueretur animus, vt atomorum motu cogeretur. Hinc[d] Democritus auctor atomorũ accipere maluit, necessitate omnia fieri, quàm a corporibus indiuiduis naturaleis motus auellere. Acutiùs Carneades, qui docebat[e], posse Epicuréos suam causam sine hac cõmentitia declinatione defendere. Nã cùm doceret, esse posse quendã animi motum voluntarium, id fuit defendi melius, quàm introducere declinationem, cuius præsertim causam reperire non possunt. Quo defenso, facilè Chrysippo possent

a totidem annis vixit, teste Laertio libro 2 in Epicuro.

b al. Phyrrarotio ita Laertius ille loco & Quidem 107. olympiad.

P. B.

c L. aut verũ esse, aut falsum, non vereri. Omnia fato fieri, ex causis &c.

d Hinc Democritus &c. al. Hoc Democritus &c. Hic Democritus &c.

e Hic & dicebat Epicurus &c.

P. CXLV.

possent resistere. cùm enim concessissent, motum nullum esse sine causa, non concederent, omnia, quæ fierent, fieri causis antecedentibus: voluntatis enim nostræ non esse causas externas, & antecedenteis. Communi igitur consuetudine sermonis abutimur, cùm ita dicimus, velle aliquid quempiã aut nolle sine causa. Ita enim dicimus, sine causa, vt[a] dicamus, sine externa, & antecedente causa, non sine aliqua. Vt cùm vas inane dicimus, nõ ita loquimur, vt physici, quib[o] inane esse nihil placet: sed ita, vt, verbi causa, sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicam: [b] sic, cùm sine causa animum moueri dicimus, sine antecedente, & externa causa moueri, non omnino sine causa, dicimus. De ipsa atomo dicitur, ipsius indiuidui hanc esse naturam, vt pondere & grauitate moueatur, eámq; ipsam esse causam, cur ita feratur. Similiter ad animorum motus voluntarios, non est requirenda externa causa. Motus.n. volũtarius eam naturam in seipso continet, vt sit in nostra potestate, nobisque pareat: nec id sine causa. eius enim rei causa, ipsa natura est. Quod cùm ita sit, quid est, cur non omnis pronuntiatio aut vera, aut falsa sit, nisi concesserimus fato fieri quæcumque fiant? Quia futura, inquit, vera non possunt esse ea, quæ causas, cur futura sint, non habent. Habeant[c] igitur causas necesse est, vt ea, quę vera sunt, ita cùm euenerint, fato euenerint. Confectum negotium, si quidem tibi concedendum est, aut [d] fato omnia fieri: aut quidquam posse fieri sine causa. An aliter hæc enuntiatio vera esse non potest, Capiet Numantiam Scipio, nisi ex æternitate causa causam serens, hoc erit effectura? An hoc falsum potuisset esse, si esset sexcentis sæculis ante dictum? & si tum non esset vera hæc enuntiatio, Capiet Numantiam Scipio: nec illa quidem vera est hæc enũtiatio, capiet Numantiam Scipio. Potest igitur quidquam esse, quod non verum fuerit futurum esse? Nam vt præterita ea vera dicimus, quo tum superiore tempore vera fuerint instãtia: sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instãtia, ea vera dicemus. nec si omne enuntiatum aut verum, aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabileis, eásque æternas, quæ prohibeant quidquam secus cadere, atque casurum sit. fortuitæ sunt causæ, quæ efficiant, vt verè dicantur, quæ ita dicentur, Veniet Cato in senatũ, non inclusæ in rerum natura: atque mundo. Et tamen tam est immutabile venturum, cùm est verum, quàm venisse: nec ob eam causam fatum, aut necessitas extimescenda est. Ecenim etit confiteri necesse, si hæc enuntiatio, Veniet in Tusculanum Hortensius, 8 verum non est: sequitur vt falsum sit. quorum ísti neutrum volunt. quod fieri non potest. nec nos impediet illa ignaua ratio, quæ dicitur. appellatur enim quidam à philosophis ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil est omnino, quod agamus in vita. Sic enim interrogant: Si fatum tibi est, ex hoc morbo conualescere: siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. Item, si fatum tibi est, ex hoc morbo nõ conualescere:

a al. vt si dicimus, fort. vt dicimus,

fort. dicimus

P. B.

c Habeant igitur causas

d aut fato omnia, quæ causas habent, cur fieri aut quidquã, f. ne illa quidem euer) vera est Dec. enunt. Capit Num. fore. Quippe. futurum esse.

P. 146.

Hortensius vera nõ non, in Tusculanum Hortensium, vel Hortensius, si vera non est, non est, inquiunt, &c.

A siue tu medicũ adhibueris, siue non[a] conualesces. Et alterutrum fatum est, medicum ergo adhibere nihil attinet. Rectè genus hoc interrogationis, ignauum, atque iners nominatum est, quòd eádem ratione omnis è vita tolletur [b] actio. Licet etiam immutare, vt fati nomen non adiungas, & eandem tamen tenea sententiam, hoc modo. Si ex æternitate verum hoc fuit, Ex ísto morbo conualesces: siue adhibueris medicum, siue non conualesces.

B Itémque, si ex æternitate, hoc falsum fuit, Ex ísto morbo non conualesces, siue adhibueris medicum, siue non adhibueris, non conualesces: deinde cetera. Hæc ratio à Chrysippo reprehenditur. Quædã enim sunt, inqt, in rebus simplicia, quędã copulata. Simplex est, Morietur eo die Socrates. Huic, siue quid fecerit, siue non fecerit, finitus est moriendi dies. At si ita fatum sit, Nascetur OEdipus Laio: non poterit dici, siue fuerit Laius cum muliere,

C siue non fuerit. copulata enim res est, & confatalis. sic enim appellat: quia ita fatum sit, & concubiturum cum vxore Laium, & ex ea OEdipum procreaturum, vt si esset dictum, Luctabitur Olympiis Milo: & referret aliquis: Ergo, siue habuerit aduersarium, siue non habuerit, luctabitur: erraret. est enim copulatũ, Luctabitur, quia sine aduersario nulla luctatio est. Omnes igitur istius generis captiones eodem modo refelluntur. Siue tu adhibueris

D medicum, siue non adhibueris, conualesces: captiosum. tam enim est fatale, medicum adhibere, quàm conualescere. Hæc, vt dixi, confatalia ille appellat. Carneades hoc totum genus non probabat, & nimis inconsideratè concludi hanc rationem putabat. itaque premebat alio modo, nec vllam adhibebat calumniam: cuius erat hęc cõclusio. Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte, contextéque fiunt. Quod si ita est, omnia necessitas efficit. Id si verum est

E nihil est in nostra potestate. Est autẽ aliquid in nostra potestate. Ac, si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt. Non igitur fato fiunt, quæcunque fiunt. Hæc arctiùs adstringi ratio non potest. Nã si quis velit idem referre, atque ita dicere: Si omne futurum, ex æternitate verum est, vt ita certè eueniat, quémadmodum sit futurum, omnia necesse

F est colligatione naturali conserte, contextéque fieri: nihil dicat. multùm enim differt, verùm causa naturalis ex æternitate, fatura vera efficiat, an eriã sine æternitate naturali, futura quæ sint, ea vera esse possint intelligi. Itaque dicebat Carneades, ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea, quorum causas natura ita contineret, vt ea fieri necesse esset. Quid enim spectans deus ipse diceret, Marcellum eum, qui ter consul fuit, in mari

G esse periturũ? erat quidẽ hoc verũ ex æternitate, sed causas in efficientes non habebat. ita ne præterita quidẽ ea, quorũ nulla signa, tanquam vestigia, exstarẽt, Apollini nota esse cęsebat. quo minùs futura. causis enim efficientibus quãque rem cognitis, posse denique sciri, quid futurum esset. ergo nec de OEdipo potuisse Apollinem prædicere, nullis in rerũ natura causis præpositis, cur ab eo patrẽ interfici necesse esset: nec quidquam huiu modi.

H Quocirca si Stoicis, qui omnia fato fieri dicunt, consentaneum est huiusmodi oracula, ceteráq; quæ ad diuinationem pertinent, cõ-

a al. siue non, conualesces

b al. tollitur

P. 147.

prabare: iis autem, qui quæ futura sunt, ea vera esse ex æternitate dicunt, non idem dicendum est: vide, ne non eadem sit illorum causa, & Stoicorum. hi enim vrgentur angustiùs, illorum ratio soluta, ac libera est. Quòd si concedatur, nihil posse euenire, nisi causa antecedente: quid proficiatur, si ea causa non ex æternis causis apta ducatur? causa autem ea est, quæ id efficit, cuius est causa, vt vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Itaque non sic causa intelligi debet, vt, quod cuique antecedat, id ei causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat: nec, quòd in campum descenderim, id fuisse causæ, cur pila luderem: nec Hecubam, causam interitus fuisse Troianis, quòd Alexandrum genuerit: nec Tyndáreum Agamemnoni, & Clytemnestram. hoc enim modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur. Ex hoc genere illud est Ennij [a],

Vtinam [b] ne in nemore Pelio securibus
Cæsa, cecidisset abiegna ad terram trabes.

Licuit vel altiùs, Vtinam ne in Pelio nata vlla vmquam esset arbor: etiam suprà, Vtinam ne esset mons vllus Pelius: similitérque superiora repetentem regredi in infinitum licet.

Néve inde nauis inchoandæ exordium Cepisset.

Quorsum hæc præterita? quia sequitur illud,

Nam numquam hera errans mea, domo efferret pedem,
Medéa animo ægro, [c] amore sæuo saucia.

Non vt eæ res causam afferrent amoris. Interesse autem aiunt, vtrùm eiusmodi quid sit, sine quo aliquid effici nõ possit, an eiusmodi, cum quo aliquid effici necesse sit. Nulla igitur earum causa est, quoniam nullam rem sua vi efficit, cuius dicitur causa: nec id, sine quo quippiam non fit, causa est: sed id, quod cùm accessit, id, cuius causa est, efficit necessariò. nondum enim vlcerato serpentis morsu Philocteta, [d] quæ causa in rerum natura continebatur, fore, vt is in insula Lẽno linqueretur [e]? post autem causa fuit propior, & cum exitu iunctior. ratio igitur euentus aperit causam: sed ex æternitate vera fuit hæc enuntiatio: Relinquetur in insula Lemno Philoctetes: nec hoc ex vero in falsum poterat conuerti. necesse est enim in rebus contrariis duabus (contraria autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat) ex his igitur necesse est, inuito Epicuro, alterum verum esse, alterum falsum: vt, Sauciabitur Philoctetes omnibus antè seculis verum fuit: Non sauciabitur, falsum. Nisi fortè volumus Epicureorum opinionem sequi, qui taleis enuntiationes nec veras, nec falsas esse dicunt. aut, cùm id pudet, illud tamen dicunt, quod est impudentius, veras esse ex contrariis disiunctiones: sed quę in his enuntiata essent, eorum neutrum esse verum. O admirabilem licentiam, & miserabilem insciti am [g] disserendi! Si enim aliquid in eloquendo nec verum, nec falsum est, certè id verum non est. quod autem verum non est: quî potest non falsum esse? aut quod falsum non est, quî potest non verum esse? Tenebitur [h] id, quod à Chrysippo defenditur: Omnem enuntiationẽ aut veram, aut falsam esse, ratio ipsa coget, & ex æternitate quędã vera esse, & ea nõ esse nexa causis æternis, & à fati necessitate esse libera. Ac mihi quidẽ videtur, cùm duæ sententię fuissent veterũ philosophorum, vna eorum, qui cẽsérent omnia ita fato fieri, vt id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit: altera eorum, quibus videretur sine vllo fato esse animorum motus voluntarij: Chrysippus, tanquam arbiter honorarius, medium [a] se ferre voluisse: sed applicasse ad eos potiùs, qui necessitate motus animos liberatos volunt. Dum autem verbis vritur, suis, delabitur in eas difficultates, vt necessitatem fati cõfirmet inuitus. Atque hoc, si placet quale sit videamus, in assensionibus, quas prima oratione tractaui. eas enim veteres illi, quibus omnia fato fieri videbantur, vi effici, & necessitate dicebant. qui autem ab his dissentiebant, fato assensiones liberabant, negabántque fato assensionibus adhibito, necessitatem ab his posse remoueri: iisque ita dissẽrebant. Si omnia fato fiunt, omnia fiunt antecedente causa: &, si appetitus: illa etiam, quæ appetitum sequuntur. ergo etiam assensiones. At, si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. Quod si ita est, ne illa quidem, quæ appetitu efficiuntur, sita in nobis sunt. non sunt igitur neque assensiones, neque actiones in nostra potestate. ex quo efficitur, vt neque laudationes, iustæ sint nec [b] vituperationes, nec honores, nec supplicia. Quod cùm vitiosum sit, probabiliter concludi putant, non omnia fato fieri, quęcumquè fiant. Chrysippus autem cùm & necessitatem improbare, [c] & nihil vellet sine præpositis causis euenire, causarum genera distinguit, vt & necessitatem effugiat, & retineat fatum. Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ, & principales: aliæ adiuuantes, & proximæ. Quamobrem cùm dicimus, omnia fato fieri causis antecedentibus, nõ hoc intelligi volumus, causis perfectis, & principalib [d], sed causis antecedentibus, adiuuantibus, & proximis. Itaque illi rationi, quam paullo antè concluſi, sic occurrit, Si omnia fato fiant, sequi illud quidem, vt omnia causis fiant antepositis, verùm non principalibus, & perfectis, sed adiuuantibus, & proximis. quæ si ipsæ non sint in nostra potestate, non sequitur, vt ne appetitus quidem sit in nostra potestate. at hoc sequeretur, si omnia perfectis, & principalibus causis fieri diceremus, vt cùm hæc causæ non essent in nostra potestate, ne ille quidẽ esset in nostra potestate. Quamobrem qui ita fatum introducunt, vt necessitatem adiungant, in eos valebit illa concluſio. qui autem causas antecedentes non [d] dicent perfectas, neque principales, in eos nihil valebit. quod enim dicantur assensiones fieri causis antepositis, id quale sit, facilè à se explicari putant, nam quãquã assensio nõ possit fieri nisi commota viso. tamen cùm id visũ proximam causam habeat nõ principalẽ, hanc habet rationem, Chrysippus vult, quam dudũ diximus, non vt illa quidẽ fieri possit nulla vi extrinsecus excitata, (necesse est enim assensionem viso cõmoueri) sed reuertitur ad cylindrum, & turbinẽ suũ, quæ moueri incipere, nisi pulsa non possunt: id autem cùm ãccidit, suapte natura, qd supereſt, & cylindrum volu, & versari turbinem putant. [e] Vt igitur, inquit, qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit: sic visum obiectũ imprimet illud quidẽ. & quasi signabit in animo suam speciẽ, sed assensio nostra erit in potestate: eãque quemadmodum in cylin-

a Medea.
b Reformantur ii de versus 1. de Inuentione. 2. ad Herennium & 3. de Natura. Prisciano p. 8.
libro de metris comicis.
c al. ægra.
d al. Philocteta, causa in rerum nat. cont. fore, vt is in insul. Lemno linqueretur.
e al. relinqueretur.
f ἀπαφασίαν.
g inscientiã edit. R. 148.
h fort. Tenebitur igitur id, &c.
a L. medium ferire voluit, & atque ita locutus Plato, & de legibus, & in epistolis. Dionis Pericles, Protagoras, Protagoras, Archytas, medium ferire quæ ab eo esse videbantur. Varro de L. L. 7.
b al. negotio p. 8.
c L. improbare, & nihil.
d L. non dicunt perfectas.
e C. XLIX. sed quæ.

cylindro dictum est, extrinsecus pulsa, quod reliquum est, suapte vi, & natura mouebitur, quòd si aliqua res efficeretur sine causa antecedente, falsum esset, omnia fato fieri. Sin omnibus, quæcumque fiunt, verisimile est causam antecedere: quid afferri poterit, cur non omnia fato fieri fatendum sit? modò intelligatur, quę sit causarũ distinctio, ac dissimilitudo. Hæc cùm ita sint à Chrysippo explicata, si illi, qui negant assentiones fato fieri, fateantur tamen eas[a] non sine viso antecedente fieri, alia ratio est. sed si concedunt anteire visa, nec tamẽ fato fieri assentiones, q. proxima illa, & continens causa non moueat assensionem: vide, ne idem dicant. neque enim Chrysippus cõcedens, assentionis proximam, & continentẽ causam esse in viso positã, neq. eã causam ad assentiendum necessariam esse, concederet, vt, si omnino fato fiant, omnia fiãt causis antecedentibus, & necessariis: itémq.[c] illi, qui ab hoc dissentiunt, confitentes non fieri assentiones sine præcursione visorum, dicent, si omnia fato fierent eiusmodi, vt nihil fieret, nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia: ex quo facile intellectu est, cùm vtrique patefacta, atque explicata sententia sua, ad eundem exitum veniant, verbis eos, non re dissidere. omninóq. cùm hæc sit distinctio, vt quibusdam in rebus verè dici possit, cùm hæ causæ antegressæ sint, nõ esse in nostra potestate, quin illa eueniant, quorum causæ fuerint. quibusdã autem in rebus, causis antegressis, in nostra tamen ei se potestate, vt illud aliter eueniat: hanc distinctionem vtrique approbant: sed alteri censent, quibus[d] in rebus cùm causæ antecesserint, ita, vt non sit in nostra potestate, vt aliter illa eueniant, illas fato fieri: quæ autem in nostra potestate sint, ab his fatum abesse.

* Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus, & de via declinantibus præsidium petere. Declinat, inquit, atomus. Primùm cur? aliam enim quandam vim motus habebunt à Democrito impulsionis, quam plagam ille appellat: à te, Epicure, grauitatis, & ponderis. Quæ ergo noua causa in natura est, quæ declinet atomum? aut num fortiuntur inter se, quæ decliner, quæ non? aut cur minimo declinent[e] interuallo, maiore non? aut[f] cur declinent vno minimo, non declinent duobus, aut tribus? optare hoc quidem est, non disputare. Nam neque extrinsecus impulsam atomum loco moueri, & declinare dicis: neque in illo inani, per quod feratur atomus, quidquam fuisse causæ, cur ea non è regione ferretur: nec in ipsa atomo mutationis aliquid factum est, quamobrem naturalem sui ponderis motum non teneret. Ita cùm attulisset nullam causam, quæ istam declinationem efficeret: tamen aliquid sibi dicere videtur: cùm id dicat, quod omnium mentes aspernentur, ac respuant. Nec verò quisquam magis confirmare mihi videtur non modò fatum, verumetiam necessitatem, & vim omnium rerum sustulisséq. motus animis voluntarios, quàm hic, qui aliter obsistere fato fatetur se non potuisse, nisi ad has cõmentitias declinationes confugisset. nam, vt essent atomi, quas quidem esse, mihi probari nullo modo potest: tamen declinationes istæ numquam explicarentur. nam si atomis, vt[g] grauitate ferantur, tributum est necessitate naturæ, quòd omne pondus nulla re impediente moueatur, & [h] feratur necesse est: illud quoq. necesse est, declinare quibusdã atomis, vel, si volunt, omnib[vs] naturaliter.

Multa desunt.

[a] Al. eas sine viso anteced.

[b] Al. desint hæc verba, neq. enim Chrysippus neq. [c] Al. neque il lique.

[d] Al. quib. in rebus causæ antecess.

[e] L. declinãt

[f] L. aut cur declinant vno minimo non declinãt

[g] L. vt grauitate deorsum ferantur,

[h] L. & feratur deorsum necesse est: i L. omnibus tributum esse naturaliter.

P. CI.

P. CIVI.

M. TVLLII CICERONIS DE LEGIBVS, LIBER PRIMVS.

ATTICVS. QVINCTVS. MARCVS. *Atticus.*

[a] Al. Arpinatum.

LEVCVS quidẽ ille & hæc Arpinatũ[a] quercus agnoscitur, sæpe à me lectus in Mario. Si manet illa quercus, hæc est profectó. etenim est sanè vetus. 2 ¶ QV. Manet verò, Attice noster. & semper manebit. fata est enim ingenio nullius autem agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm Poetæ versu seminari potest. 3 ¶ ATT. Quotandem modo, Quincte? aut quale est istuc, quod poetæ fecunda? mihi n. videris, frater laudando, suffragari tibi. 4 ¶ QV. Sit ita fateræ, quercus huic[b] loco non deerit, quæ[c] Mariana dicatur: eáque, vt ait Scæuola[d] de fratris mei Mario, Canescet fœlis innumerabilibus. Nisi fortè Athenæ tuæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt, aut, quod Homericus Vlysses Deli se proceram, & teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem: multaq. alia multis locis diutiùs commemoratione manẽt, quàm natura stare potuerunt. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim *Iouis*

Nuntia fulua Iouis, miranda visa figura,

nunc sit hæc. sed cùm eam tempestas vetustásue consumserit, tamen erit his in locis, quam Marianam[e] quercum vocent. 5 ¶ ATT. Non dubito id quidẽ. sed hoc iam non ex te, Quincte, quæro, verùm ex ipso poeta, tuine verius hanc quercum seuerint, an ita factum de Mario, vt scribis, acceperis. 6 ¶ MA. Respondebo

[b] Al. huic loco.

[c] Al. quæ Mariana dicitur.

[d] L. Scæuola.

[e] al. Mariana vocent.

tibi equidem, sed nõ antè quàm tu ipse mihi responderis, Attice. certè [a] non longè à tuis ædibus inambulans post excessum suum Romulus[b], Proculo Iulio dixerit, se deum esse, & Quirinum vocari; templúmq. sibi dedicari in eo loco iusserit: & Athenis non longè item à tua illa antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit: sic enim est traditum. 7 ¶ Att. Quorsum tandem, aut cur ista quæris? 8 ¶ M. Nihil sanè, nisi ne nimis diligenter inquiras[c] in ea, quæ isto modo memoriæ sint prodita. 9 ¶ Att. Atqui multa quæruntur in Mario, fictána, an vera sint, & à nonnullis, & in recenti memoria, & [d] in Arpinati homine: sed veritas à te postulatur. 10 M. Et mehercule, ego me cupio non mendacem putari: sed tamen nonnulli [e] isti, Tite, faciunt imperitè, qui in isto opusculo [f] non vt à poeta, sed vt à teste, veritatem exigant, nec dubito, quin iidem, & cum Ægeria [g] collocutum Numam, & ab aquila [h] Tarquinio apicem impositum putent. 11 ¶ Qv. Intelligo, te, frater, alias in historia leges obseruãdas putare, alias in poemate. 12 ¶ M. Quippe cùm in illa ad veritatem, Quincte[i], referatur, in hac ad delectationem pleraque. quamquam & apud Herodotum, patrem historiæ, & apud Theopõpum sunt innumerabiles fabulæ. 13 ¶ Att. Teneo quam optabam occasionem, neque omittam. 14 ¶ M. Quam tandem, Tite? 15 ¶ Att. Postulatur à te iamdiu, vel flagitatur potiùs historia. sic enim putant, te illam tractante, effici posse, vt in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus. Atque, vt audias, quid ego ipse sentiam, non solùm mihi videris eorum studiis, qui litteris delectantur, sed etiam patriæ debere hoc munus, vt ea, quæ salua per te est, per te eundem sit ornata. abest [k] enim historia litteris nostris, vt & ipse intelligo, & ex te persæpe audio. potes autem tu profectò satisfacere in ea quippe cùm sit opus, vt tibi quidem videri solet, vnum hoc oratorium maximè. Quamobrem aggredere, quæsumus, & sume ad hanc rem tempus, quæ est à nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relicta. Nam post annaleis pontificum maximorum, quibus nihil potest esse iucundius [l]: si aut ad Fabiũ[m], aut ad eum, qui tibi semp in ore est, Catonem, aut ad Pisonem[n], aut ad Fannium, aut ad Vennonium venias: quamquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile, quàm isti omnes? Fannij autem ætate coniunctus Antipater paullo inflauit vehementiùs, habuítque vireis agresteis ille quidem, atque horridas, sine nitore, ac palæstra, sed tamen admonere reliquos potuit, vt accuratiùs scriberent. Ecce autem succedere huic[o] bello Clodius, Asilo nihil ad Cœlium, sed potiùs ad antiquorum languorem, atque insciticm. Nam quid Accium [p] memorem? cuius loquacitas habet aliquid argutiarum. nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis: in orationibus autem multus & ineptus, ad [r] summam impudentiam. Siseuna, eius amicus, omneis adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facilè superauit. Is tamen neque orator in numero vestro vmquam est habitus, & in historia puerile quiddam consectatur: vt vnum Clitarchũ, neque præterea quemquam, de Græcis legisse videatur: eum tamen velle duntaxat imitari: quem si allequi posset, aliquantùm ab optimo tamen abesset. Quare tuum est munus: hoc à te exspectatur: nisi quid Quincto videtur secus. 16 ¶ Qv. Mihi verò nihil: & sæpe de isto collocuti sumus, sed est quædam inter nos parua dissensio. 17 ¶ Att. Quæ tandem? 18 ¶ Q. A quibus temporibus scribendi capiatur exordium. ego enim ab vltimis censeo, quoniam illa sic scripta sunt, vt ne legantur quidem: ipse autem æqualem ætatis suæ memoriam depoſcit, vt ea cõplectatur, quibus ipse interfuit. 19 ¶ Att. Ego verò huic potiùs assentior. sunt enim maximæ res in hac memoria, atque ætate nostra: tum autem hominis amicissimi, Cn. Pompeij, laudes illustrabit. incurret etiam in [a] illum memorabilem annum suum: quem ab isto mâlo prædicari, quàm vt aiunt, de Remo, & Romulo. 20 ¶ M. Intelligo equidem à me istum laborem iamdiu postulari, Attice: quem non recusarem, si mihi vllum tribueretur vacuum tempus, & liberum. neque enim occupata opera, neque impedito animo, res tanta suscipi potest. vtrumque opus est & cura vacare, & negotio. 21 ¶ Att. Quid? ad cetera, quæ scripsisti plura, quàm quisquam è nostris, quod tibi tandem tempus vacuum fuit concessum? 22 ¶ M. Subcisiua [b] quædam tempora incurrunt: quæ ego perire non patior: vt siqui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum accommodentur, quæ scribimus. Historia verò nec institui potest, nisi præparato otio: nec exiguo tempore absolui: & ego animi pendêre soleo, cùm semel quid orsus, traducor aliò: neque tam facilè interrupta contexo, quàm absoluo instituta. 23 ¶ Att. Legationem aliquam nimirum oratio ista postulat, aut eiusmodi quampiam cessationem[c] liberam, atque otiosam. 24 ¶ M. Ego verò ætatis potiùs vacationi confidebam, cùm præsertim non recusarem, quo minùs more patrio sedens in solio consulentibus responderem, senectutisque non inertis grato, atque honesto fungerer munere. sic enim mihi liceret & isti rei, quam desideras, & multis veberioribus, atque maioribus, operæ quantum vellem, dare. 25 ¶ Att. Atqui vereor, ne istam causam nemo nosc at: tibíque semper dicendum sit, & eo magis, quòd te ipse mutasti, & aliud dicendi genus instituisti: vt quemadmodum Roscius, familiaris tuus, in senectute numeros [d] in cantu ceciderat, ipsáque tardiores fecerat tibias: sic tu à contentionibus, quibus summis vti solebas, quotidie relaxes aliquid, vt iam oratio tua non multùm à philosophorũ lenitate absit. Quòd sustinere cùm vel summa senectus posse videatur, nullam tibi à causis vacationem video dari. 26 ¶ Qv. At mehercule ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad ius respondendum dedisses. Quamobrem, cùm placebit tibi experiendum censeo. 27 ¶ M. Id, siquidem, Quincte, nullũ esset in experiendo periculum. sed vereor, ne, dum minuere velim laborem, augeam, atque ad illam causarum operam, ad quam ego numquam, nisi paratus, & meditatus accedo, adiungatur hæc iuris interpretatio, quæ non tam mihi molesta sit propter laborem, quàm quòd dicendi cogitationem auferat, sine qua ad nullam maiorem vmquam causam sum ausus accedere. 28 ¶ Att. Quin igitur ista ipsa explicas nobis his subcisiuis [e], vt ais, temporibus, & conscribis de iure ciuili subtiliùs, quàm cete-

p. 1.

a L. certéne, non longè [al. certè num longe.*]

b adde Liuium 1. Plutarchum in Romulo & Numa.*

c L. anquiras

B

d fort. & in Arpinate homine, vel re, veritas à te postul.

e al. nonnulli Tite, faciũt.*

f L. periculo

g Cicero 1. de legib. Plutarch. in Numa 1. Flor. 1. Ouid. 3. Fastor. & 15. Metamorph. Augustin. 7. de ciuit. vlt 1. Lactant. 1. Acron. 1. epistol. Horat.*

h Liuius 1. Plin. 6. de viris illustrib.*

C

i quxque, Cicconus cuncta.*

p. CLVII.

D

k fort. deest enim hist.

E

l al. nudius: fort. iuncidius: fort. iuncidius. ¶ Vrsa. ieiunius.*

m ad annales Pontificios M. Fabii Pictoris refer. 1. Gell. 12. & 10. cap. 15.*

n L. Pisonis Frugi annales intelligit citantur à Gell 6. c. 14. & 15. c. 9.*

o v. c. huic Clodius, Asellio.

p L. Attium [al. Acrum Sicyonium Matrum.*]

F

q al. numerem?

r antea datio non.*

G

s fort. numeros & cantu remitteret: fortasse numeros cantu regeret, ipsáque

H

e L. subcisiuis

ri? Nam à primo tempore ætatis iuri studere memini, cùm ipse etiam ad[a] Scæuolam ventitarem: neque vmquam mihi visus es ita te ad dicendum dedisse, vt ius ciuile contemneres. 29 ¶ M. In longum sermonem me reuocas, Attice: quem tamen, nisi Quintus aliud quid nos agere mauult, suscipiam: &, quoniam vacui sumus, dicam. 30 ¶ Q v. Ego verò libenter audierim. quid enim agam potius? aut in quo meliùs hunc cõsumam diem? 31 ¶ M. Quin igitur ad illa spatia nostra, sedésque pergimus? vbi, cùm satis erit deambulatum, requiescemus. nec profectò nobis delectatio deerit, aliud ex alio quærentibus. 32 ¶ Att. Nos verò, & [b] hac quidem adire, si placet per ripam & vmbram. Sed iam ordire explicare, quæso, de iure ciuili quid sentias. 33 ¶ M. Ego [c] memini sũmos fuisse in ciuitate nostra viros, qui id interpretari populo, & respondere soliti sint: sed eos magna professos, in paruis esse versatos. Quid enim est tãtum, quantũ ius ciuitatis? quid autem tam exiguũ, quàm est munus hoc eorum, qui consuluntur? quàm[d] est populo necessarium: nec verò eos, qui ei muneri præfuerunt, vniuersi iuris experteis fuisse existimo, sed hoc ciuile quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt. Id[e] autem incognitum est, minúsque in vsu necessarium. Quamobrẽ quò me vocas? aut quid hortaris? vt libellos conficiam de stillicidiorum, ac de parietum iure? aut vt stipulationum, & iudiciorum formulas componam? quæ & conscripta sunt à multis diligenter, & sunt humiliora, quàm illa, quæ à vobis expectari puto. 34 ¶ Att. Atqui, si quæres, ego quid exspectem: quoniam scriptum est à te satis de optimo reip. statu, consequens esse videtur, vt scribas tu idem de legibus. sic enim fecisse video Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maximè diligis. 35 ¶ M. Vísne igitur, vt ille Cretę cũ Clinia, & cũ Lacedęmonio Megillo, sẽstiuo, quemadmodum describit, die, in cupressetis Cnosiorũ, & spatiis siluestribus, crebrò insistens, interdum acquiescens, de institutis rerum publicarum, ac de optimis legibus disputat: sic nos inter has procerissimas populos, in viridi, opacáque ripa inambulates, tum autem residentes, quæramus iisdem de rebus aliquid vberius, quàm forensis vsus desiderat? 36 ¶ Att. Ego verò ista audire cupio. 37 ¶ M. Quid ait Quintus? 38 ¶ Q v. Nulla de re magis. 39 ¶ M. Et rectè quidem. nã sic habetote: nullo in[f] genere disputãdi magis honesta patefieri, quid sit homini natura tributum, quãtam vim rerũ optimarũ mens humana cõtineat, cuius muneris colendi, efficiendique causa nati, & in lucem editi simus, quæ sit coniunctio hominum, quæ naturalis societas inter ipsos. his enim explicatis, fons legũ, & iuris inueniri potest. 40 ¶ Att. Nõ ergo à prætoris edicto, vt plerique nunc, neq. à xii. tabulis, vt superiores, sed penitus[g] ex intima philosophia hauriendã iuris disciplinã putas. 41 ¶ M. Nõ enim id quęrimus hoc sermone, Pomponi, quemadmodum caueamus in iure, aut quid de quaque cõsultatione respõdeamus. Sit ista res magna, sicut est: quę quondam à multis claris viris, nũc ab vno summa auctoritate, & sciẽtia sustinetur. Sed noris[h] ista complectenda in hac disputatione tota causa vniuersi iuris est, ac legum, vt hoc, ciuile quod dicimus, in paruũ quendã, & angustum locum coneludatur naturę. natura enim iuris nobis explicãda est, eáque ab hominis repetenda natura: considerandæ leges, quibus ciuitates regi debeant: tum hæc tractanda, quæ cõposita sunt, & descripta, iura, & iussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt, quæ vocantur iura ciuilia. 42 ¶ Q v. *Altè* verò, *&*, vt oportet, *à capite*, frater, *repetis* quod quęrimus: & qui aliter ius ciuile tradunt, nõ tam iustitiæ, q̃ litigandi tradunt vias. 43 ¶ M. Non[a] est ita, Quincte: ac potiùs ignoratio iuris litigiosa est[b], quàm sciẽtia. Sed hæc posteriùs. Nũc iuris principia videamus. Igitur doctissimis viris proficisci placuit à lege: haud scio an rectè, si modò, vt iidem definiũt, *Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibétque contraria.* Eadem ratio cùm est in hominis mẽte confirmata, & cõfecta, lex est. Itaque arbitrantur, prudentiã esse legem, cuius ea vis sit, vt rectè facere iubeat, vetet delinquere: eámque[c] rem illi Græco[d] putãt nomine, à suũ cuique tribuendo appellatã: ego nostro[e] à legendo. nã vt illi æquitatis, sic nos delectus[g] vim in lege ponimus. & proprium tamen vtrumque legis est. Quod si ita rectè dicitur, vt mihi quidẽ plerumque videri solet: à lege ducendum est iuris exordium. ea est enim naturæ vis. ea mẽs, ratióque prudentis: ea iuris, atq; iniurię regula. Sed quoniã in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit, & appellare eam legem[h], quæ scripto sancit quod vult, aut[i] iubendo, aut vetando, vt vulgus appellat. Constituendi verò iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quę sęculis omnibus[k] antè nata est, quàm scripta lex vlla, aut quàm omnino ciuitas constituta. 44 ¶ Q v. Cõmodiùs vero, & ad rationem instituti sermonis sapientius,[l] 45 M. Vísne ergo, ipsius iuris ortum à fonte reperamus? quo inuento, nõ erit dubiũ, quò sint hæc referẽda, quę quærimus. 46 ¶ Q v. Ego verò ita faciendum esse censeo. 47 ¶ Att. Me quoque ad scribito fratris sententiæ. 48 ¶ M. Quoniam igitur eius reip. quam optimam esse docuit in illis tex libris Scipio, tenendus est nobis, & seruandus status, omnésque leges accommodandæ ad illud ciuitatis genus, serendi etiam mores, nec scriptis omnia sancienda: repetam stirpem iuris à naturâ, qua duce est nobis omnis disputatio explicanda. 49 ¶ Att. Rectissimè: & quidem ista duce errari nullo pacto potest. 50 ¶ M. Dãsne[m] igitur hoc nobis, Pomponi, (nam Quincti noui sententiã,) deorum[n] immortalium natura, ratione, potestate, mente, numine, siue quod est aliud verbũ, quo planiùs significẽ quod volo, naturã omnem diuinã[o] regi? nã si hoc nõ probas, à Deo nobis causa ordienda est potissimúm. 51 ¶ Att. Do sanè, si postulas. etenim propter hunc cõcentũ auiũ, strepitúmque fluminũ nõ vereor, cõdiscipulorũ nequis exaudiat. 52 ¶ M. Atquî cauendũ est solent. nid quod virorum bonorum est, admodum irasci. nec verò ferent. si audierint, te primũ caput libri Poptimi[p] didicisse: in quo scripsit, nihil curare Deum, nec sui, nec alieni. 53 ¶ Att. Perge, quæso. nam id, quod tibi cõcessi, quorsum pertineat expecto. 54 ¶ M. Non faciam longiús huc enim pertinet. *Animal hoc prouidũ, sagax, mul-*

a ad Scæuolam p. 8.

b & hæc quidem adire si placet per ripã & c. Lucr. hæc quidem, si placet, per ripã, & vmbram. Vossius. & hæc quidem adire si placet.*

c L. Egone? Summof. di quàquam est populo necessarium.

d Illud autem incognitum, minus est in vsu, minúsque necessarium.

e CLIX.

f Nullo in genere disputandi sic patefieri,

g Iuris disciplina ex intima philosophia hauriendã.*

h Nõ quæstinetur. Sed noris ista.

a Ciceronem, Est vero ita Quincte.*

b sanè litigiosa res est.*

c Lex proprie quid.*

d L. eámque νόμον illi Græci. eámque rem illi Græci putant nomine νόμου à suum cuique tr.

e νόμος Græcis ἀπὸ τοῦ νέμειν.*

f Lex à legendo.*

g v. c. dilectus

h Lex scripta quid.*

i Hinc legis virtus est in

P. CLX. perare, vetare, permittere, punire. l. 7. ff. de legibus. adde Aristot. 5. Ethic.*

k v. a. cõpluribus.

l Captius,..

m Epicurea Atticum ea de re interrogat.*

n L. deorum immortalium vi, ratione, potestate, ere o L. deiis vocem, diuinam

p Epicuri librum intelligit.*

q Hominis definitio ter descripta.*

tiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quæ nos vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo deo. solum[a] *est enim ex tot animãtium generibus, atque naturis, particeps rationis, & cogitationis, cùm cetera sint omnia expertia.* Quid est autem non dicam in homine, sed in omni cælo, atque terra, ratione diuinius? quæ cùm adoleuit, atque perfecta est, nominatur ritè sapientia. Est igitur, quoniam nihil est ratione melius, eáque & in homine, & in deo prima homini cum deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdẽ etiam recta ratio cõmunis est. Quæ cùm sit lex, lege quoque consociati homines cum diis putandi sumus. Inter quos porro est communio legis, inter eos communio iuris est. Quibus autem hæc sunt inter eos communia, & ciuitatis eiusdem habendi sunt. Si verò iisdem imperiis, & potestatibus parent: multo etiam magis parent huic cælesti descriptioni, mentique diuinæ, & præpotenti deo. vnde [b] etiam vniuersus hic mundus, vna ciuitas communis deorum, atque hominum, existimãda. & cp in ciuitatib. ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerũ natura tanto est magnificentius, tantóque præclarius, vt homines deorũ agnatione, & gente teneantur. Nam cùm de natura omni quæritur, disputari [c] solent nimirum ista: perpetuis [d] cursibus, conuersionibus cælestibus existitisse quandam materiam [e] serendi generis humani. quod sparsum in terras, atque satum, diuino auctum sit animorum munere. Nam [f] quòd aliquibus cohæreat homines, è mortali genere sumserunt, quæ fragilia essent, & caduca: & animum [h] esse ingeneratum à deo: ex quo verè vel agnatio nobis cũ cælestibus, vel genus, vel stirps appellari possit. itaque ex tot generibus nullũ est animal, præter hominẽ, quod habeat notitiam aliquam dei: de ipsísque hominibus nulla gens est neque tã immansueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. Ex quo efficitur illud, vt [i] is agnoscat deum, qui, vnde ortus sit, quasi recordetur, ac noscat. Iam verò virtus eadem in homine, ac deo est, neque vllo alio ingenio præterea. est autẽ virtus nihil aliud, quàm in se perfecta, & ad summum perducta natura. *Est igitur homini cum deo similitudo.* Quod cùm ita sit, quæ tandem potest esse proprior, certiórve cognatio? Itaque ad hominum commoditates, & vsus tantam rerum vbertatem natura largita est, vt ea, quæ gignuntur, donata consulto nobis, non fortuitò nata videantur: nec solùm ea, quæ frugibus, atque bacis terræ fœtu profunduntur, sed etiam pecudes: quòd perspicuum sit, partim esse ad vsum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. Artes verò innumerabiles repertæ sunt, docente natura. Quam imitata ratio, res ad vitã necessarias sollerter [k] cõcuta est. Ipse [l] autẽ hominem eádẽ natura nõ solùm celeritate mentis ornauit, sed etiam sensus, tanquam satellites, attribuit, ac nuntios: & rerum plurimarum obscurarum, & [m] necessarias intelligentias eruditauit, quasi fundamenta quædam scientiæ: figurámque corporis habilem, & aptam ingenio humano dedit. nam cùm ceteras animãtes eis abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cælum quasi cognationis, domicilíque pristini cõspectum excitauit: tum speciẽ ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Nã & oculi nimis arguti, quemadmodũ animo affecti simus, loquũtur: & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animãte esse, præter hominem, potest, indicat mores: cuius vim Græci norunt, nomen omnino nõ habent. Omitto opportunitates, habilitatésque reliqui corporis, moderationẽ vocis, orationis vim, quæ conciliatrix est humanæ maximè societatis. Neq. enim omnia sunt huius disputationis, ac temporis: & hunc [a] locum satis, vt mihi videtur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. Nunc quoniã hominẽ, quod principiũ reliquarum rerũ esse voluit, generauit, & ornauit deus, perspicuũ sit illud, ne omnia disserantur, ipsam per se naturã lõgiùs progredi: quæ etiam nullo docẽte profecta ab iis, quorum, ex prima, & inchoata intelligẽtia, genera cognouit, confirmat ipsa per se rationẽ, & perficit. 55 ¶ ART. Dii immortales, quàm tu longè iuris principia repetis! atque ita, vt ego non modò ad illa nõ properẽ, quæ exspectabam à te de iure ciuili, sed facilè patiar te hunc [b] diẽ vel totũ in isto sermone cõsumere. sunt enim hæc maiora, quæ aliorum causa fortasse complecteris, quàm ipsa illa, quorum hæc causa præparantur. 56 ¶ M. Sunt hæc quidem magna, quæ nunc breuiter attinguntur: sed omniũ, quæ in hominũ doctorum disputatione versantur, nihil est profectò præstabilius, quàm planè intelligi *nos ad iustitiam esse nat os, neque* [c] *opinione, sed natura constitutum esse ius.* Id iã patebit, si hominum inter ipsos societatẽ, cõiunctionémque perspexeris. Nihil [e] est enim vnum vni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus. Quòd si deprauatio consuetudinum, si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret, & flecteret quocumque cœpisset: sui nemo ipse tam similis esset, quàm [f] omnes sunt omnium. Itaque quæcunque est hominis definitio, vna in omneis valet. Quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinẽ esse in genere. Quę si esset, non vna omneis definitio contineret. Etenim ratio, qua vna præstamus beluis, per quam coniectura valemus, argumentamur, refellimus, differimus, conficimus aliquid, concludimus, certè est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. Nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur: & ea, quæ mouent sensus, itidem mouent omnium: quæque in animis imprimuntur, de quibus antè dixi, inchoatæ intelligentiæ, similiter in omnibus imprimuntur: interpretésque est mentis oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. Nec est quisquam gentis vllius, qui ducem naturam nactus, ad virtutem peruenire nõ possit. Nec solùm in rectis, sed etiam in [h] prauis actibus, insignis est humani generis similitudo. Nam & voluptate capiuntur omnes: quæ etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam naturalis boni, lenitatis i est enim. & suauitatis: ad enim, vt suauitate delectans, sic ab errore mentis, tanquam salutare aliquid, asciscitur. Simílque infectia k mors fugitur, quasi dissolutio naturæ: vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus, continet: dolor in maximis malis ducitur, cùm sua asperitate, tum quòd naturæ interitus videtur sequi. Propter l quam honestatis, & gloriæ similitudinẽ, bea-

[a] Sumptum ex Aristotele Polit. 1.* P. B.

[b] *v. c & L* vt etiam vniuersus hic mundus, vna ciuitas cõmunis deorum, atque hominum existimanda sit, Et quod &c. [c] *L.* disputari solent ista & nimirum ita sunt, vt disputantur: perpetuis curs.

[d] De hominum prima origine sententia Ciceronis. adde aliam opinionem quæ apud Diodor. lib. 1. in pr.* [e] *L.* maturitatem fer.

P. CLXI.

[f] cúmque alia, quibus cohærent homines, è mortali genere sumpserint, &c.

[g] *al.* animam tamen esse ingen.

[h] Animos à Deo ingeneratos esse. vide Tertull. libro de anim. Lactant. 1. de opific. 3.* [i] *al.* vt is se agnoscat d.

[k] Sollers, in omni re prudens Festo.* [l] Hominis forma prouidentiam diuinam aliquam esse demonstrat.* [m] *L.* nec satis apertas intelligentias inchoauit, quasi fund.

P. B.

[a] Citatur hic locus à Lact. de opificio Dei cap. 1.*

[b] *forte, vel hæc totum dicim.*

[c] Tus non opinione, sed natura constituta.

[d] *forte,* parebit.

[e] Hominum summa à natura similitudinem esse.*

[f] L quàm omnes omniũ itaque

P. CLXII.

[g] *al.* secuntq;

[h] *L.* in prauis actibus, insigne.

[i] *L.* leuitate enim & suauitate afficiens, &c. ob eam. [k] *L.* inficiens.

[l] *L.* propter honestatis &c.

ti,qui honorati sunt,videtur:miseri autē, qui inglorij.Molestiæ, lætitiæ, cupiditates,timores,similiter omniū menteis peruagātur:nec, si opiniones aliæ sunt apud alios,idcircò,qui canem,& felē,vt deos,colunt, nō eadē superstitione,quæ ceteræ gētes,conflictantur. Quæ autem natio nō comitatē, nō benignitatem, non gratum animum,& beneficii memorē diligit[2] quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeleis,quę ingratos nō aspernatur,non odit? quibus ex rebus cùm omne genus hominum sociatum inter se esse intelligatur,illud extremum est,ꝙ rectè viuendi ratio meliores efficit. Quæ si approbatis,pergam ad reliqua:sin quid requiritis,id explicem[3] priùs. 57 ¶ Att. Nos verò nihil : vt pro vtroque respōdeam. 58 ¶ M. Sequitur igitur[a] *aa*[b] *participādū aliū alio, cōmunicādumq. inter omneis,iustos*[c] *natura esse factos*,atq.[d] hoc in omni disputatiōe sic intelligi volo,qđ dico,naturā esse: tantā autē esse corruptelā[e] malę cōsuetudinis,vt ab ea tanquam igniculi exstinguātur à natura dati, exoriantúrq. & cōfirmentur vitia contraria.Quòd si, quo modo est natura, sic iudicio, homines, *humani*(vt ait[f] poeta)*nihil à se alienū putarent*, coleretur ius eqdē ab omnibus.quib⁹.n.ratio natura data est, iisdē etiā recta ratio data est: ergo & lex,quæ est recta ratio in iubendo,& vetando:si lex,ius quoque. At omnibus ratio. ius igitur datum est omnib⁹.rectéq.Socrates exsecrari eum solebat,qui primus vtilitatē[g] à natura seiunxisset.id enim querebatur caput esse exitiorū omniū:vnde enim illa Pythagorea vox,τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα; ex quo perspicitur, cùm hāc beneuolentiam latè,lōgéq. diffusam vir sapiens in aliquem pari virtute præditum cōtulerit,tum illud effici, quod quibusdā inexcusabile videatur, sit autem necessarium, vt nihilo sese plus quàm alterum diligat.Quid enim est,quod differat, cùm sint cuncta paria? quòd si interesse quippiam tātulum modò potuerit, iam amicitiæ nomen occiderit:cui[h] est ea vis,vt,simul atque sibi aliquid,quā alteri,maluerit,nulla sit. Quæ præmuniuntur omnia reliquo sermoni, disputatioq. nostra, quo facilius,ius in natura esse positū, intelligi possit. De quo cùm perpauca dixero, tum ad ius ciuile veniā, ex quo hęc omnis nata est oratio. 59 ¶ Qv. Tu verò iā ꝑpauca scilicet:ex iis enim[i], quæ dixisti,Attico videtur,mihi quidem certè ex natura ortum esse ius. 60 ¶ Att. An mihi aliter videri possit, cùm hæc iam perfecta sint: primùm quasi muneribus deorum nos esse instructos,& ornatos:secundo autē loco,vnam esse hominū inter ipsos viuendi parē, cōmunémque rationē: deinde omneis inter se naturali quadā indulgētia,& beneuolētia,[k] tum etiam societate iuris cōtineri? Quæ cùm vera esse rectè, vt arbitror, cōcesserimus, quî iam licet nobis à natura leges, & iura seiungere? 61 ¶ M. Rectè dicis: & res sic se habet. Verùm philosophorum more,non veterum quidē illorum,sed eorum,qui quasi officinas instruxerūt sapiētiæ: quæ fuse olim disputabantur, ac liberè, ea nunc articulatim[l], distinctéque dicuntur.nec enim satis fieri censent huic loco, qui nunc est in manibus , nisi separatim hoc ipsum , naturæ[m] esse ius, disputarint. 62 Att. Et scilicet tua libertas disserēdi amissa est:aut tu is es,qui in disputando nō tuum iudiciū sequare,sed auctoritati aliorum pareas?

63 ¶ M. Nō[a] semper,Tite:sed iter huius sermonis quod sit,vides.ad reip.[b] firmandas,& stabilidas vireis, sanandos populos omnis nostra pergit oratio.Quocirca vereor cōmittere,vt nō bene prouisa, & diligenter explorata principia ponantur:nec tamen vt omnib⁹ probentur,(nam id fieri nō potest)sed vt iis, qui omnia recta,atque honesta,ꝑ se expetenda duxerunt , & aut nihil omnino in bonis numerandum, nisi quod ꝑ seipsum laudabile esset, aut certè nullum habendum magnum bonum, nisi quod verè laudari sua spōte posset : his omnibus , siue in Academia[c] vetere cum Speusippo,Xenocrate,Polemone manserunt : siue[d] Aristotelem,& Theophrastum, cum illis re cōgruentes genere docendi paullum differentes,secuti sunt:siue,vt Zenoni visum est,reb⁹ nō commutatis, immutauerunt vocabula:siue etiam Aristonis difficilem,atq. arduam, sed iam tamen fractā, & conuictam sectam secuti sunt,vt,virtutib⁹ exceptis,atq. vitiis , cetera in summa æqualitate ponerent, his omnib⁹ hæc,quę dixi,probantur[e]. Sibi autem indulgentes, & corpori deseruientes,atque omnia,quæ sequantur in vita,quæque fugiant,voluptatibus,& doloribus ponderantes, etiam si vera dicunt,(nihil enim opus est hoc loco litib⁹)in hortulis suis iubeamus dicere[f], atque etiam ab omni societate reip.cuius partem nec norunt vllam,nec vmquam nosse voluerunt,paullisper facessant,rogemus.Perturbatricem autem harum omnium rerum, Academiam , hanc ab Arcesila, & Carneade recentem,exoremus, vt sileat.Nam si inuaserit in hæc , quæ satis scitè nobis instructa , & cōposita videtur,nimias edet ruinas.Quā qui dē ego placare cupio, submouere nō audeo.

* *Desunt hic fortasse nonnulla de peccati* *
* *conscientia,& de scelerum pœnis,quas* *
* *improbi apud inferos luunt.* *

* nam & in iis sine illius suffi nentis[g] expiati sumus. At verò scelerū in homines,atq. impietatum nulla expiatio est.Itaque pœnas[h] luunt non tam iudiciis , quæ quondam nusquam erant hodie multifariam nullæ sunt,vt[i] sint tamen , persæpe falsa sunt : vt eos agitent,insectentúrque furiæ, nō ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudísq. cruciatu Quòd si homines ab iniuria pœna,non natura arcere deberet,quęnam sollicitudo vexaret impios,sublato supplicio rum metu?quorum tamen nemo tam audax vmquam fuit , quin aut abnueret à se cōmissum esse facinus,aut iusti sui doloris causam aliquam fingeret, defensionémque facinoris à[k] natura iure aliquo quæreret.Quæ si appellare audent impij,quo tandem studio colentur à bonis? quòd si pœna,si metus supplicij, non ipsa turpitudo,deterret ab iniuriosa facinorosáq. vita : nemo est iniustus. at[l] incauti potiùs habendi sunt improbi. Tum autē qui non ipso honesto mouemur, vt boni viri simus,sed vtilitate aliqua,atq.fructu,callidi sumus , non boni. Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet nisi testem,vel iudicem? quid in deserto loco nactus,quem multo auro spoliare possit,inabecillum, atque solum? noster quidem hic natura iustus vir, ac bonus, etiam colloquetur, iuuabit, in viam deducet.Is verò,qui nihil alterius causa facit, & metitur suis cōmodis omnia,videtis credo, quid sit acturus[m]. Quòd si negabit se illi vitā

a *al.* Non semper ita:sed b *Vrsin.* Ad Respubl. firmandas,& stabilidas iure, sanandos populos *al.* ad P. R. Reipub. firmanda & stabilienda iura sociandos populos.*

c Academiæ veteris principes. vide 2. Academ.*

d Peripateticæ sectæ principes.*

e *al.* probantur.

f *Ciceronis* desidere.*

g Suffimenta Festus appellat, quæ faciebant ex faba,in.Illóque mollito, mulso sparso ea diis eo tempore dabantur quo vuæ calcatæ P. 164. prælo premebantur.*

h Inferorum pœnæ quas Ciceroni.*

i L. & vt sint tamē persæpe falsa sunt. quàm conficta:vt eos agitent,&c.

k L. à naturæ iure aliquo l L. sed incauti potius &c. *al.* & incauti potius hab.

m *al.* fore

ceperunt & aurum ablaturum, numquam ob eam causam negabit, quòd id natura turpe iudicet, sed quòd mutuat, ne emanet, id est, ne malum habeat. O rem dignam, in qua non modò docti, verùm etiam agrestes erubescât! Iam verò stultissimum illud, existimare omnia iusta esse, quæ scita sint in populorum institutis, aut legibus. Etiámne, si quæ sint tyrannorum leges, si triginta illi Athenis leges imponere voluissent? aut, si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges, iustæ habebantur? nihilo, credo, magis illa, quã interrex noster tulit, *vt dictator, quem vellet ciuium, indicta causa impunè posset occidere.* est enim vnum ius, quo deuincta est hominũ societas, & quod lex constituit vna. Quæ lex est recta ratio imperandi, atque prohibendi: quã qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta vspiam, siue nusquam. Quòd si iustitia, est obtemperatio scriptis legibus, institutísq. populorum, & si, vt iidem dicũt, vtilitate omnia metienda sunt: negliget leges, eásq. perrumpet si poterit is, qui sibi eam rem fructuosam putabit fore. Ita fit, vt nulla sit omnino iustitia, si neque natura est, & ea, quæ propter vtilitatẽ constituitur, vtilitate dilla conuellitur. Atqui, si natura confirmatum ius non erit, virtutes omnes tollantur: vbi enim liberalitas, vbi patriæ caritas, vbi pietas, vbi aut bene merendi de altero, aut referẽdæ gratiæ voluntas poterit exsistere? nam hæc nascuntur ex eo, quòd natura propensi sumus ad diligendos homines: quod rundamentum iuris est: neque solùm in homines obsequia, sed etiam in deos cæremoniæ, religionésque tolluntur. quas nõ metu, sed ea coniunctione, quæ est homini cum deo, conseruandas puto. Quòd si populorum iussis, si principum decretis, si sententiis iudicum iura constituerentur: ius esset latrocinari: ius adulterare: ius, testamenta falsa supponere, si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarẽtur. Quod si tanta potentia est stultorum sententiis, atque iussis, vt eorum suffragiis rerum natura vertatur: cur non sanciunt, vt, quæ mala, perniciosáque sunt, habeantur pro bonis, ac salutaribus? aut cur, cùm ius ex iniuria lex facere possit, bonum eádem facere non possit ex malo? Atqui nos *legem bonã à mala nulla alia nisi naturalis norma diuidere possumus.* Nec solùm ius à natura diiudicatur, sed omnino omnia honesta, ac turpia. Nam & communis intelligentia nobis notas res effecit, eáque[h] in animis nostris inchoauit, vt honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. Hæc autem in opinione existimare, non[i] in natura ponere, dementis est. Nam nec arboris, nec equi virtus, quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura. Quod si ita est, honesta quoque, & turpia, natura, diiudicanda sunt. Nam si opinione vniuersa virtus, eádem eius etiã partes probarentur. Quis igitur prudentem, & vt ita dicam, catum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet? est enim virtus perfecta ratio. Quod certè in natura est. Igitur omnis honestas eodem modo. Nam vt vera, & falsa, vt consequentia, & contraria, sua sponte, non aliena iudicantur sic cõstans & perpetua ratio vitæ, quæ est virtus, itémque inconstãtia, quod est vitium, sua natura probatur. Nos ingenia inuentum non ratione ab ingenita naturæ virtute, sed vitia, quæ exsistunt ab ingeniis, iudicamus. An ea aliter, quàm honesta, &c. camus. An ea non aliter, quàm honesta, & turpia, non ad naturam referri necesse erit? quod laudabile bonum est, in se habeat quod laudetur necesse est, ipsum enim *bonum non est in opinionibus sed in natura.* nam ni ita esset, beati quoque opinione essent. quo quid dici potest stultius? quare cùm & bonum, & malum natura iudicetur, & ea sint principia naturæ: certè honesta quoque, & turpia, simili ratione diiudicanda, & ad naturam referenda sunt. Sed perturbat nos opinionũ varietas, hominúmque dissensio: & quia non idem contingit in sensibus, hos natura certos putamus: illa, quæ aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper vno modo videntur, ficta esse dicimus. Quod est longè aliter. Nam *sensus nostros non parens, non nutrix, non magister, nõ poeta, non cena depravat, non multitudinis consensus abducit à vero. Animi omnes tenduntur insidiæ vel ab iis quos modò enumeraui, qui teneros, & rudes cùm acceperunt, inficiunt, & flectunt, vt volunt: vel ab ea, quæ penitus in omni sensu implicata insidet, imitatrix boni, voluptas, malorum autem mater omnium: cuius blanditiis corrupti, quæ natura bona sunt quia dulcedine hac, & scabie carent, non cernimus satis.* sequitur vt conclusa mihi iam hæc sit omnis ratio, id quod ante[a] oculos eis iis est, quæ dicta sunt, *& ius*[b] *& omne honestum sua sponte esse expetendum.* Etenim omnes viri boni ipsam equitatem, & ius ipsum amant, nec est viri boni, errare, & diligere, quod per se non sit diligendum. Per se igitur ius est expetendum, & colendum. quòd si ius: etiam iustitia, sic reliquæ quoque virtutes, per se colendæ sunt. Quid[c] liberalitas? gratuitáne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita: si cũ mercede, conducta: nec est dubium, quin is, qui liberalis, benignúsve dicitur, officium, nõ fructum sequatur. Ego item iustitia nihil expetit præmii, nihil pretii. per se igitur expetitur. Eadémque omnium virtutum causa, atque sententia est. Atque etiam si emolumentis, non suapte natura virtus, expetitur, vana erit virtus, quæ malitia rectissimè dicetur. Vt enim quisque maximè ad suum commodum refert quæcumque agit, ita minimè est vir bonus, vt, qui virtutem præmio metiuntur, nullam virtutem, nisi malitiam putent. Vbi enim beneficus, si nemo alterius causa benignè facit? vbi gratus, si[d] non eum ipsum, cui referunt gratiam, ipsi cernunt gratia? vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, vt dicitur? qui etiam deserendus, & [e] abiiciendus est, desperatis emolumentis, & fructibus. Quo quid potest dici immanius? Quòd si amicitia per se colẽda est, societas quoque hominum, & æqualitas, & iustitia, per se expetenda. Quod ni ita est, omnino iustitia nulla est. id enim iniustissimum ipsum est. iustitiæ mercedem quærere. Quid verò de continentia, quid de tẽperantia, quid de modestia, quid de verecundia, pudore, pudicitia que dicemus? infamiæne metu non esse petulantes: an legum, & iudiciorum? innocentes ergo, & verecundi sunt, vt bene audiant: & vt rumorem bonum colligant, erubescunt, & pudet impudica loqui. Ac me nimirum istorum philosophorum pudet, qui nullum vitium vitare, nisi iudicio ipso maiorum[f], putant. Quid enim? possumus eos, qui [g] stupro arcentur infamiæ metu, pudicos dicere, cùm[h] ipsa infamia propter rei turpitudinem

a Iusta nõ omnia esse quæ scita sunt populorum institutis & legib.

b L. quæsita sunt in pop. & ita v.c.

c *fort.* nihilo magis, quam illa, quam. P. B.

d *fort.* vtilitate illa sublata conuell.

e L. tollẽtur.

f L. tollẽtur:

g *fort. vna.* Quòd si tanta potestas est stultorum *al.* Quod si tanta potentia est st. P. CLXV.

h *fort.* ea, quas in anima non in natura posita, dem.

i Virtus vt hic dicitur est forma constans & perpetua ratio vitæ: sic Iustitia constans & perpetua voluntas l. 10. ff. de Iustitia.

k L. Nos ingenia inuentum non ratione, sed natura iudicamus: cur non item ab ingeniis natura virtutes & vitia, quæ exsistunt ab ingeniis, iudicamus? An ea aliter, quàm honesta, &c.

a *fort.* ante oculos est. ait. iis, quæ d. b tum per se expetendum & colendum.

c L. Quidtibi liberalitas? gratuitane vultane? an merc.

d al. si non eum ipsum cernunt gratia, cui referunt gratiam? v. c. & abiciendus est.

e fort. vanitatis, sed magis sapientiæ, virtutis, grauitatis, quia, quæ sunt ab ingeniis, iudicamus.

f L. mos maiorum.

consequatur? nam quid aut laudari ritè, aut vituperari potest, si ab eius natura recesseris, quod aut laudandum, aut vituperandum, putes? an corporis prauitates, & erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis: animi deformitas nō habebit? cuius turpitudo ex ipsis vitiis facillimè perspici potest. quid enim fœdius auaritia, quid immanius libidine, quid cōtentius? timiditate, quid abiectius tarditate, & stultitia dici potest? Quid ergo? eos, qui singulis vitiis excellunt, aut etiam pluribus, propter damna, aut detrimenta, aut cruciatus aliquos, miseros dicimus, an propter vim turpitudinémq. vitiorum? quod item ad contrariam laudem in virtute dici potest. Nā si propter alias res virtus expetitur, melius esse aliquid, quàm virtutem, necesse est. Pecuniámne igitur? an honores? an formam? an valetudinem? quæ &, cum adsunt, perpatua sunt, &, quam diu affutura sunt, certū sciri nullo modo potest. An id quod turpissimū dictu est voluptatem? At in ea quidē spernenda, & repudiāda, virtus vel maximè cernitur. Videtísne, quanta series rerum sententiarúmq. sit: atque vt ex alio alia nectantur? quin labebar lōgiùs, nisi me retinuissem. 64 ¶ Q. Quò tandem? libenter enim, frater, ad istam orationem tecum prolaberer. 65 ¶ M. Ad finem bonorum, quò referuntur, & cuius causa sunt facienda omnia: controuersam rem, & plenam dissensionis inter doctissimos, sed aliquando tamen iudicandam. 66 A. Qui istuc fieri potest, L. Gellio mortuo? 67 ¶ M. Quid tandem adrem? 68 ¶ ATT. Quia me Athenis audire ex Phædro meo memini, Gellium familiarem tuū, cùm proconsul ex prætura in Græciam venisset, Athenis philosophos qui tum erant, in locum vnum conuocasse, ipsíq. magnoperè auctorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum. quod si essent eo animo, vt nollent ætatē in litibus conterere: posse rē cōuenire: & simul operā suam illis esse pollicitū, si posset inter eos aliquid conuenire. 69 ¶ M. Ioculare istuc quidem, Pōponi, & à multis sæpe derisum. sed ego plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam, & Zenonem datum. 70 ¶ ATT. Quo tandem istuc modo? 71 ¶ M. Quia de re vna solùm dissidēt, de ceteris mirificè congruunt. 72 ¶ ATT. An tandem vna de re est solùm dissensio? 73 ¶ M. Quæ quidem ad rē pertineat, vna: quippe cùm antiqui omnes, quod secundum naturam esset, quo iuuaremur in vita, bonum esse decreuerint: hic g, nisi quod honestum esset, nihil h putauerit bonum. 74 ¶ ATT. Perparuam verò controuersiam dicis, ac non eam, quæ dirimat omnia. 75 ¶ M. Probè quidem sentis, si re, ac non verbis dissideret. 76 ¶ ATT. Ergo assentiris Antiocho familiari meo: magistro enim nō audeo dicere, quocū yixi, & qui me ex nostris pænè conuellit hortulis, deduxítq. in Academiam per pauculis passib⁹. 77 ¶ M. Vir iste fuit ille quidem prudens, & acutus, & in suo genere perfectus, minìq. vt scis, familiaris: cui tamen ego assentiar in omnibus, nécne, mox videro. hoc dico, controuersiam totam istam posse sedari. 78 ¶ ATT. Qui istuc tandē vides? 79 ¶ M. Quia si, vt Chius i Aristo dixit, solum bonum esse diceret, quod honestū esset, malúmque, quòd turpe, ceteras res omneis planè pares, ac neque mínimum quidem, vtrùm adessent, an abessent, interesse: valde à Xenocrate, & Aristotele, & ab illa Platonis familia discreparet, essétque inter eos de re maxima, & de omni vi uendi ratione dissensio. Nunc verò cùm decus, quod antiqui summum bonum esse dixerunt, hic solum bonum dicat: item dedecus, quod illi summū malum, hic solum: diuitias, valetudinem[a], pulchritudinem, commodas res appellet, non bonas: paupertatem, debilitatem, dolorem, incommodas, non malas: sentit idem, quod Xenocrates, quod Aristoteles: loquitur alio modo. Ex hac autem non rerum, sed verborum discordia, controuersia nata est de finibus: in qua quoniam vsucapionem XII.[b] tabulæ inter[c] quinque pedes esse voluerunt, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine nō sinemus[d]: nec[e] Manilia lege singuli, sed[f] ex his tres[g] arbitri finis regemus. 80 ¶ Q. Quámnam igitur sententiā dicimus? 81 ¶ M. Requiri placere terminos, quos Socrates pepigerit[h]: ísque patēt. 82 Q. Præclarè, frater, iā nunc à te verba vsurpantur ciuilis iuris, & legum: quo de genere exspecto disputationem tuam, nam ista quidem magna diiudicatio est, vt ex te ipso sæpe cognoui. Sed certè res ita se habent, vt ex natura viuere, summum bonum sit, id est, vita modica, & apta virtute perfui: aut naturam sequi, & ejus quasi lege viuere, id est nihil, quantum in ipso sit, prætermittere quo minùs ea, quæ natura postulet, consequatur, quòd inter hæc velit virtutei. tanquā lege viuere. Quapropter hoc diiudicari nescio an[k] vmquam, sed hoc sermone certè non potest, si quidem id, quod suscepimus, pfecturi simus. 83 ¶ ATT. At ego hoc declinabam non inuitus. 83 ¶ Q. Licebit aliàs: nunc id agamus, quod cœpimus cùm præsertim ad id nihil pertineat hæc de summo malo bonóq. dissensio. 84 ¶ M. Prudentissimè, Quincte, dicis. nam quæ à me adhuc dicta[l] sunt, ** 85 ¶ Q. Nec Lycurgi leges, nec Solonis, neque Charondę, neque Zaleuci, nec nostras XII. tabulas, nec plebiscita desiderō: sed te existimo cùm populis, tum etiam singulis hodierno sermone legem viuendi, & disciplinam daturum. 86 ¶ M. Est huius vetè disputationis. Quincte, proprium id, quod exspectas: atque vtinam esset etiam facultatis meæ. Sed profectò ita se res habet, vt, quoniam *vitiorum emendatricem, legem esse oportet, commendatricémq. virtutum*, ab ea viuendi doctrina ducatur. Ita fit, vt mater omnium bonarum artium, sapiētia sit: à cuius amore Græco verbo *philosophia* nomen inuēnit: qua nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præstantius hominum vitæ datum est. Hæc enim vna nos cùm ceteras res omneis, tum, quod est difficillimum, docuit, vt nosmetipsos nosceremus: cuius præcepti[m] tanta vis, tanta sententia est, vt ea non homini cuipiam, sed Delphico deo tribueretur. Nā *quis ipse sibi non primū aliquid sentiret se habere diuinū, ingeniúmq. in se suum, sicut simulacrum aliquod deorum putabit, tātoq. munere deorum semper digna aliquid & facta, & sentiet, & cum se ipse per se exercebit, totúmq. tentabit, intelliget quæ admodum a natura fabricatus in vitam venerit, quanta q instrumenta habeat ad obtinendam, adipiscendamq. sapientiā: quam principio rerum omnium quæsita ad omnia ac intellectis animi ac mentis viribus reperiet: quibus illustratus, & perspicua duce, bonā vitam, & ob eā ipsam causam certum se beatū fore. Nā cum am-*

a *v.c.* valitudinem,

b De quinque pedum præscriptione dixi ad l. 5. Cod. finium regundorum & ad leges XII. Tabularum titulo finium regundorum.*

c L. inter quinque pedes esse noluerunt, dep. d L. Manilia. l. *al.* Manilia vtraque lectio reperitur apud auctores limitum Siculū Flaccum, Frontinum, Aggenum, Hygenum, & in libro variorum authorum delimitibus.*

d *al.* Nec Manilia cum singulis legē, sed enim hic te arbitro, si vis regemus. *al.* Nec Manilia cum singulis lege sed ex his tres arbitri (*vel* sed ex XII. tres arbitri) fines regemus.*

e P. CLXVIII.

f L. sed è XII. tres arbitri g ad hoc arbitros recurrebatur quoties iurgium erat de finibus.*

h L. pegerit: *& ita v.c.*

i L. è virtute,

k L. an numquam,

l. dicta sunt, è media philosophia ducta sunt. Tu autem, si cuius ciuitatis leges fortasse desideras. Q. Equidem nec Lycurgi leges, n.

m γνῶθι σεαυτόν

n Seipsum nosse quos effectu habeat.*

mus, cognitis, perceptisque virtutibus, à corporis obsequio indulgentiâq. discesserit, voluptatémque. sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnémque mortu doloriſq. timorem effugerit, societatémque[a] carnis eiecerit, tum suis, omnibusq. natura coniunctos, suos duxerit, cultúmque deorum & puram religionem susceperit, & exacuerit illam, vt oculorum, sic ingenij aciem, ad bona deligenda, & reijcienda cõtraria: quę virtus ex, puidendo est appellata prudẽtia: quid eo dici, aut excogitari poterit beatius? idémque cum cælum, terras, maria omniúmque rerum naturam perspexerit, eáque vnde generata, quò recurrant, quando, quo modo obitura, quid in ijs mortale, & caducum, quid diuinum, æterniúmq sit, viderit, ip úmq. ea moderantem, & regentem pæne prehenderit, sesèq. non vnis circumdatum mœnibus, popularem alicuius loci, sed ciuem totius mũdi, quasi vnius vrbis, agnouerit: in hac ille magnificentia rerum, atque in hoc conspectu, & cognitione naturæ, dij immortales, quam ipse sè nosset! quod Apollo præcepit Pythius: quam contemnet, quàm despicietur, quam pro nihilo putabit ea, quæ[c] vulgò dicuntur ampl. ſima! Atque hæc omnia, quasi sæpimento[d] aliquo vallabit disserendi ratione, veri[e], & falsi, iudicio, scientia, & arte quadam intelligendi, quid quamq. rem sequatur, & quid sit cuique contrarium. Cúmq se ad ciuilem societatem natum senserit, non solùm illa subtili disputatione sibi vtendum putabit, sed etiam fusa latius perpetua oratione. qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos qua tueatur bonos, qua laudet claros viros: qua præcepta salutis, & laudis aptè ad persuadendum edat suis ciuibus: qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, consolari possit afflictos: fractáque, & consulta fortium, & sapientum, cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere. Quæ cùm tot res, tantæq. sint, quæ inesse in homine perspiciantur ab iis, qui seipsi velint noscere, earum parens est, educatrixq. sapientia. 87 ¶ Att. Laudata quidem à te grauiter & verè. Sed quorsum hęc pertinent? 88 ¶ M. Primùm ad ea, Pomponi, de quibus acturi iam sumus: quæ tanta esse volumus: non enim erunt, nisi ea fuerint, vnde illa manant, amplissima. Deinde facio & libenter, &, vt spero, rectè, quòd eam, cuius studio teneor, quæque me, quicumque sum, effecit, non possum silentio prætereire. 89 ¶ Att. Refers vera facis & meritò, & ipse: fuitq id vt dicis, in hoc sermone faciendum.

a L. Societatem caritatis coierit cùm suis omnisque natura coniunct.

P. B.

ἡ ἐν ταύτῃ θεωρία τῆς φύσεως, c L. quæ vulgò ducuntur ampl.

d Sic Laertius in Zenone, εἰκάζειν τὴν φιλοσοφίαν ἄγρῳ παμφόρῳ τὸν μὲν περιβεβλημένον φράγμον, τὸ λογικὸν τὸν ὃ κεφτὸν, τὸ ἠθικὸν τὴν ὃ γῆν ἢ τὰ ἔνδοθεν, τὸ φυσικόν. Hoc igitur loco sepimentum quod Laertio φράγμος. Sic Plato 7. de Republi. θρίγκον appellauit. e L. veri & falsi iudicandi scientia.

M. TVLLII CICERONIS
DE LEGIBVS, LIBER SECVNDVS.

Atticvs. Qvinctvs. Marcvs. *Atticus.*

SED vísne, quoniam & satis iam deãbulatum est, & tibi aliud dicendi initium sumendum est, locum mutemus, & in insula, quæ est in Fibreno, (nam opinor illi alteri flumini nomẽ esse) sermoni reliquo demus operam, sedentes? 2 ¶ M. Sanè quidem. nam illo loco libentissimè soleo vti, siue quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo, aut lego. 3 ¶ Att. Equidem, qui nunc primùm huc venerim, satiari non queo: magnificásque villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. ductus verò aquarũ, quos[a] isti tubos & euripos vocant, quis non cùm hæc videat, irriserit? Itaque, vt tu paullo antè de lege, & iure disserens, ad naturam referebas omnia, sic in his ipsis rebus, quæ ad quietem animi, delectationémq. quæruntur, natura dominatur. Quare antea mirabar, (nihil enim his in locis nisi saxa, & monteis cogitabam: idq. vt facerem, & orationibus inducebar tuis, & versibus) sed mirabar, vt dixi, te tam valde hoc loco delectari. nunc contrà miror, te, cùm Roma absis, vlquam potiùs esse. 4 ¶ M. Ego verò, cùm licet plureis dies abesse, præsertim hoc tempore anni, & amœnitatem, & salubritatem hanc sequor, tarò autem licet. Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quæ te non attingit ita. 5 Att. Quæ tandem ista causa est? 6 ¶ M. Quia, si verum dicimus, hæc est mea, & huius fratris mei germana patria: hîc enim orti[b] stirpe antiquissima sumus: hîc sacra, hîc genus, hîc maiorum multa vestigia. Quid plura? hanc vides villam, vt nunc quidem est, lautiùs ædificatam patris nostri studio: qui cùm esset infirma valetudine[c], hîc ferè ætatem egit in litteris. Sed hoc ipso in loco cùm auus meus viueret, & antiquo more parua esset villa, vt illa Curiana in Sabinis, me scito esse natum. Quare[d] id est nescio quid, & latet in animo, ac delectet: siquidem etiam ille sapientissimus vir Ithacam vt videret, immortalitatem scribitur repudiasse. 7 ¶ Att. Ego verò tibi istam iustam causam puto, cur huc libentiùs venias, atq. hunc locum diligas. Quin ipse, verè dicã, sum ipsi villæ amicior factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus & procreatus es. *mouemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum quos diligimus, aut admiramur, adsunt vestigia.* me quidem ipsæ illæ nostræ Athenæ non tam operibus magnificis, exquisitisque antiquorum artibus delectant, quàm recordatione summorum virorum, vbi quisque habita-

a L. quos isti Nilos, & Euripos vocant.

b Etiam & ceronis.

c L. Quæ ineſt, quia,

d Sic Plin. lib. 7. cap. 30. Homerum quidem ipſum, qui nouem ciuitatibus ſe natum dixerit, quis non miretur? Ithacam vt videret, immortalitatem scribitur repudiasse. Strabo lib. 1. Ἱστοροῦσι δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον ἐπιθυμῆσαι τῆς Ἰθάκης, καὶ ἰδεῖν αὐτὴν, καὶ ἀποθανεῖν ἐκεῖ. Hic. Stephanus. Ἰθάκη, νῆσος ἐν τῷ Ἰονίῳ πελάγει, ἧς ἐπιθυμῆσαι Ὅμηρον λέγουσιν. Ἀθηναῖος δὲ ὁ Μνασέου φησὶν, ὅτι ἐπιθυμῆσαι μὲν ἔφη τὸν Ὅμηρον, ἰδεῖν δὲ οὐκ ἔφη. Ἀθηναῖος ὁ Μνασέου. Ἀθηναῖος ὁ Μνασέου. Ἀθηναῖος ὁ Μνασέου.

habitare, vbi sedere, vbi disputare sit solitus: studioséque eorum etiam sepulcra contemplor. quare istum, vbi tu es natus, plus amabo posthac locum. 8 ¶ M. Gaudeo igitur, me incunabula pænè mea tibi ostendisse.

9 ¶ ATT. Et quidē me cognosse admodū gaudeo. Sed illud tamen quale est, quod paullo antè dixisti: hunc [a] locum, idem ego te accipio dicere Arpinum, germanam patriam esse vestram? numquid vos duas habetis patrias? an est illa vna patria communis? nisi fortè sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum. 10 ¶ M. Ego mehercule & illi, & omnibus municipib[b] duas esse censeo patrias: vnam naturæ: alteram, ciuitatis: vt ille Cato, cùm esset Tusculi natus, in populi Rom. ciuitatem susceptus est. itaque, cùm ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris: vt vestri Attici, priusquam Theseus[c] eosdem[d] migrare ex agris, & in astu, [e] quod appellatur, omneis se conferre iussit, & [f] symphratias ex Atticis: sic nos & eam patriam dicimus, vbi nati: & illam, qua excepti sumus. sed necesse est, caritate eam præstare, qua [g] reip. nomen vniuersæ ciuitatis est: pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Dulcis autem non multo secus est ea, quæ genuit, quàm illa, quæ excepit: itaq. ego esse hanc meam patriam prorsus numquam negabo, dum illa sit maior, & hæc in ea contineatur. 11 ¶ ATT. Rectè igitur Magnus ille noster, me audiente posuit in iudicio, cùm [h] pro Ambio tecum simul diceret, remp. nostram iustissimas huic [i] munici pio gratias agere posse quòd ex eo duos sui conseruatores exstitissent: vt iam videar adduci, hanc quoque quæ te procreauit, esse patriam tuam. Sed ventum in insulam[l] est. Hæc verò nihil est amœnius. vt enim hoc quasi rostro fluditur Fibrenus, & diuisus æqualiter in duas parteis latera hæc alluit, rapidéque dilapsus[m] citò in vnū confluit, & tantū complectitur, quod [n] satis sit modicæ palestræ loci. Quo effecto, tanquam id habuerit operis, ac muneris, vt hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim præcipitat in Lirem, &, qua si in familiam patritiam venerit, amittit nomen obscurius, Ljrémque multo gelidiorem facit. nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi, cùm ad multa accesserim, vtvix pede tentare id possim: quod in Phædro Platonis facit Socrates. 12 ¶ M. Est verò ita: sed tamen huic amœnitati[o], quam [p] ex Quincto sæpe audio, Thebanus q Epirotes tu[p] ille nihil, opinor, concesserit. 13 ¶ Q. Est ita, vt dicis. caue enim putes Attici nostri Emathio [r], platanisq. illis quidquam esse præclarius. Sed, si videtur, consideramus hîc in umbra, atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, reuertamur. 14 ¶ M. Præclarè exigis, Quincte. At [s] ego effugisse arbitrabar: & tibi nihil horum deberi potest. 15 ¶ Q. Ordire igitur: nam hunc tibi totum dicam [t] diem. 16 ¶ Maiore musarum primordio, sicut in Arati carmine orsi sumus. 17 ¶ Q[u]. Quorsum istuc? 18 ¶ M. Quia *hæc itidem ab eodem, & ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.* 19 ¶ Q. Optimè verò, frater: &, fieri sic decet. 20 ¶ M. Videamus igitur rursus priusquàm aggrediamur ad leges singulas, vim, naturámq. legis, ne, cùm referēda sint ad eā nobis omnia, labamur interdum errore sermonis, ignoremúsq. vim sermonis ei[q], quo iura nobis definienda sint. 21 ¶ Q. Sanè quidē, hercule. & est ista recta docendi via. 22 ¶ M. Hāc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, *legem* [a] *neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam, quod vniuersum mundum regeret, imperandi, prohibendique sapientia.* Ita *principem legem illam, & vltimam mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis aut vetantis dei:* ex *qua illa lex quam dij humano generi dederunt, rectè est laudata.* est enim ratio, ménsque sapientis, ad iubendum, & ad deterrendum idonea. 23 ¶ Q. Aliquoties iam iste locus à te tactus est: sed antè quàm ad populares leges venias, vim istius cælestis legis explana, si placet. ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis morem vsitati trahat. 24 ¶ M. A paruis[b] n. Quincte, didicimus, si [c] IN IVS VOCAT[d], ATQVE[e] EAT, eiusmodi [f] leges alias nominare. Sed verò intelligi sic oportet, & hæc, & alia iussa, ac vetita populorum, vim habere ad rectè facta vocandi, & à peccatis auocandi: quæ vis non modò senior est, quàm ætas populorum, & ciuitatum, sed æqualis illius, cælum, atq, terras tuentis, & regentis dei. neq. enim esse mens diuina sine ratione potest, nec ratio diuina nō hanc vim in rectis, prauisq. sanciendis habere: nec quia nusquam erat scriptum, vt cōtra omneis hostium copias in ponte vnus [g] assisteret, à tergóque pontem interscindi iuberet, iccirco minùs Coclitem illum rem gessisse [h] tantam fortitudinis lege, atque imperio putabimus: nec si regnante Tarquinio nulla erat Romæ scripta lexi de stupris, iccirco non cōtra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiæ [k], Tricipitini filiæ, attulit. erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & à delicto auocans: quæ non [l] tum denique incipit lex esse, cùm scripta est, sed tum, cùm orta est. orta autem simul est cum mente diuina. quamobrem lex vera, atq. princeps, apta ad iubēdum, & ad vetandum, ratio est recta summi Iouis. 25 ¶ Q. Assentior, frater, vt quod est rectum, verum quoque sit, neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oriatur, aut occidat. 26 ¶ M. Ergo vt illa diuina mens, summa lex est: [m] item cùm in homine est perfecta, est in mente sapientis. Quæ sunt autem variæ, & ad tempus scriptæ, populi fauore magis, quàm re, legum nomen tenent. omnem enim legem, quæ quidem rectè lex appellari possit, esse laudabilem, quibusdam talibus argumentis docent. Constat profectò ad salutem ciuium, ciuitatúmque incolumitatem, vitámque omnium quietam, & beatam, cónditas esse leges: eósque, qui primùm eiusmodi scita sanxerunt, populis ostendisse ea se scripturos, atq. latu ros, quib[p] n illi adscriptis, susceptísq. honestè, beatéq. viuerēt: quęq ita cōposita, sanctáq. essent, eas leges videlicet nominarunt. Ex quo intelligi p[o]t est, eos, qui pnicios[a], & iniusta populis iussa descripserint, cùm contrà fecerint, quàm polliciti, professiq. sint, quiduis potiùs tulisse, quàm leges: vt perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse vim, & sententiam iusti, & iuris colendi. Quæ ro igitur à te, Quincte, sicut illi solent: quo si ciuitas careat, ob eam ipsam causam, q[o] ea careat, pro nihilo habenda sit, id est ne numeran-

a Lex quid & vnde.*

P. CLXXI.

b Patria duplex, vna naturæ in qua orti: altera ciuitatis quæ & iuris, qua non excepti.* Vide Plutarchum in Theseo.*

c Theseus demigrare ex agr. Cecropidarum.*

d Sunnii eant iidem, Attici: si Attici, Cecropidæ.* Vide ita & Symphratores.*

e L. in qua [illegible] nomen, [illegible] ciuitatis.

f Cum pro Balbo.* Dionysius,* Marius & Cicero vtriq. Pythores.* Vide insu [illegible] meminit Cic. vt. ad Attic. lib. 12.* & Solinus lib. 2.* Fibrenum.

g Cicero in Topicis.* Pythius Epirotes.* Amathio

h Ar ego effugisse

i dicamus Ab minari primordio, in Ara.

k Augustinus 2. de ciuitate 18. loquēs de Romanis, Ius bonúmque apud eos nō legibus magis quàm natura Valebat.* m L. ité, cùm in homine est perfecto, & in mente sapientis.

n *fort.* quib.. illi ascitis, *fort.* qaib. illi acceptis.

dum in bonis? 26 ¶Q. Ac maximis quidem. 27 ¶ M. Lege autem carens ciuitas, ánne [a] ob ipsum habenda nullo loco? 27 ¶ Q. Dici aliter non potest. 28 ¶M. Necesse est igitur, legē haberi in rebus optimis. 29 ¶Q. Prorsus assentior. 30 M. Quid, [b] multa perniciosa, multa pestifera sciscuntur in populis, quæ nō magis legis nomē attingunt, quàm [c] si latores aliquas concessiū suo sanxerint? Nā neque medicorū præcepta dici verè possint, [d] si [e] quæ inscij, imperitique pro salutaribus mortifera consc ripserint: neque in populo lex, cuicuimodi fuerit illa, etiam si perniciosum aliquid populus acceperit. Ergo [g] *est lex iustorum, iniustorúmq. distinctio, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt, &* [h] *tuentur bonos.* 31 ¶ Q. Præclarè intelligo. nec verò iam aliam esse vllam legem puto non modò habendam, sed ne appellandam quidem. 32 ¶M. Igitur tu Seiasi, & Apuleias [k] leges nullas putas? 33 ¶ Q. Ego verò ne Leuias [l] quidem. 34 ¶ M. Et rectè, quæ præsertim vno versiculo senatus, puncto tēporis, sublatæ sint: lex autem illa, cuius vim explicaui, neque tolli, neque abrogari potest.

35 ¶ Q. Eas tu igitur leges rogabis videlicet, quæ nūquam abrogentur. 36 ¶ M. Certè si modò acceptæ à vobis duobus erunt. Sed vt vir doctissimus fecit Plato, atque [m] idem grauissimus, omniúmq. princeps, de rep. cū scripsit idémq. separatim de legibus eius, id [n] mihi credo esse faciendum, vt priusquàm ipsam legem recitē, de eius legis laude dicam. Quod idem & Zaleucum [o], & Charondam [p] fecisse video, cùm quidem illi non studij & delectationis, sed reip. causa leges ciuitatibus suis scripserunt [q]. Quos imitatus Plato, videlicet *hoc quoque legis putauit esse, persuadere aliquid, non omnia vi, ac minu cogere.* 37 ¶QV. Quid, quòd Zaleucum istum negat vllum fuisse Timæus? 38 ¶M At Theophrastus, auctor haud deterior, mea quidem sententia: meliorem multi nominant: commemorant verò ipsius ciues, nostri clientes, Locri [r]. Sed siue fuit, siue non fuit, nihil ad rem. Loquimur, quod traditum est. Sit igitur hoc iam à principio persuasum ciuibus *Dominos esse omnium rerum, ac moderatores Deos, eáq. quæ gerātur, eorum geri iudicio, ac numine, eosdemq. optimè de genere hominum mereri, & quális quisq. sit quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate religiones colat, intueri: piorúmque, & impiorum habere rationem.* his enim rebus imbutæ mentes, haud sanè ab horrebunt ab vtili [t], & à vera sententia. quid est [u] enim verius, quàm neminem esse oportere tam stultè arrogantem, vt in se mentem, & rationem putet inesse, in cælo, mundóque non putet? aut ea, quæ vix summa ingenij ratione comprehendat, nulla ratione moueri putet? quem verò astrorum ordines, quem dierum, noctiúmque vicissitudines, quem mēsium temperatio, quémque ea, quæ gignūtur nobis ad fruendum, non gratum esse cogant, hunc hominem omnino numerare quî decet? cùm q. omnia, q uę ratione habent, præstent ils quæ sint rationis expertia, nefáque sit dicere, vllam rem præstare naturæ omnīū rerum: rationem inesse in ea, confitendum est. vt jeis esse autem opiniones has, quis neget, cùm intelligat, quàm multa firmētur iurando, quantæ [a] salutis sint fœdera religionis? quàm multos diuini supplicij metus à scelere reuocarit? quámque sancta sit societas ciuium inter ipsos, diis immortalibus interpositis tū iudicib [b] tum testibus? *Habes legis proœmiū* [b]. sic enim hoc appellat Plato. 39 ¶QV. Habeo verò, frater: & [c] in hoc admodum delector, quòd in aliis rebus, aliísque sentētiis verseris, atque ille. nihil enim tam dissimile est, quàm vel ea, quæ antè dixisti, vel hoc ipsum legis exordium. Vnū illud mihi videris imitari, orationis genus. 40 ¶ M. Vellem fortasse. quis enim id potest, aut vmquam poterit imitari? nam sententias interpretari perfacile est. Quod quidem ego facerem, nisi planè esse vellem meus. quid enim negotij est, eadem, propè verbis iisdem conuersa, dicere? 41 ¶QV. Prorsus assentior. Verūm, vt modò tute dixisti te esse mâlo tuum. Sed iam exprome, si placet, istas leges de religione. 42 ¶M. Expromam equidem, vt potero: & quoniam [d] & locus, & sermo, familiaris est, legum vocem proponam. 43 ¶QV. Quídnam id est? 44 ¶M. Sunt certa legum verba. Quincte, neq. ita prisca, vt [e] in veteribus his, sacratísq. [f] legibus, & tamen, quo plus auctoritatis habeant, paulo antiquiora, quàm hic sermo est. Eum morem igitur cum breuitate, si potero, consequar. Leges autem à me edentur non perfectæ: nam esset infinitum: sed ipsæ summæ rerum, ac sententiæ. 45 ¶QV. Ita verò necesse est. quare audiamus verba legis:

46 ¶ *M. Ad diuos adeunto castè, pietatem adhibento. opes amouento. Qui secus faxit, deus ipse vindex erit. Separatim nemo habessit deos, néve nouos: sed & ne aduenas, nisi publicè adscitos. priuatim colunto. constructa à patribus delubra* [h] *habento. lucos in agris habēto, & larum sedes. vetus familiæ, patrúmq. seruāto. diuos, & eos, qui cælestes semper habiti coluntо, & ollos, quos, vt cælū merita vocauerint. Herculē, Liberū, Æsculapium, Castorem, Pollucē, Quirinū, & olla, propter quæ datur hominі adscensus in cælum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earúmque laudum delubra sunto. Nec vlla vitiorum sacra sollemnia obeunto. Feriis iurgia amouento, eáque in familiis, operibus patratis, habento. itaq. vt ita cadat in annuis amfractibus, descriptum esto. cerásque fruges, cerásque bauas sacerdotes publicè libanto: hoc certis sacrificiis, ac rebus. Iisque alios* [k] *addes vbi tempestas lactis, fetúsque seruanto. Idque* [l] *ne committi possit, ad eam rem, & rationem, cursus annuos sacerdotes finiunto. Quæque quoique diuo decoræ, gratæque sint hostiæ, prouidento: diuíque alij, & alij sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flammes sunto. Virgines Vestales in vrbe custodiunto ignem foci publici sempiternum: quóque & priuatim & publicè modo, ritúque fiat, discunto ignari à publicis sacerdotibus. Eorum autem duo* [m] *genera sunto: vnum, quod præsit cærimonijs, & sacris, alterum, quod interpretetur fatidicorum, & vatum effata incognita, cùm* [n] *senatus populúsve quid iusserit. Interpretes autem Ioues optimi maximi, pulli augures, signis, & auspicijs postea* [o] *vidento, disciplinam tenento. Sacerdotes vineta, virgetáque, & salutem populi auguranto. quique agent rem duelli, quique* [p] *populare, a spicium præmonento: ollique obtempe. anto. diuorúmq. iras prouidento, iisq. parento. caliq. fulgura regionibus ratis temperanto: vibémq. & agris templa liberata, & effata habento: quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira de fixerit, irritа*

[a] L. Quanta saluti sint fœd.
[b] Partes legis & proœmium, capita sanctio.
[c] L. & quidē hoc admodū del.
[d] Cicer. quoniam legibus etiam Solon familiaris est, ea legum vocē proponam.
[e] L. vt in veteribus. Mil. sacratis.
[f] Sacratæ leges quibus in aliquē sanctum est.
[g] L. Sed nec aduersus, hal. delubra in vrbibus hab. L. habiti sunt, dei.
[h] L. ædificia dies vberem latis. turnis. L. Lud. quod ne com.
[k] L. Ialon ad
[l] L. quod
[m] Augures sunto.
[n] L. populus
[o] L. pubes
[p] L. publici, pollici. L. Illi augento. L. Illi augento. L. Illi augento.

[a-a] Ex ob id ipsum
[b] al. pernicio se, multa pestifere scisc. c fort. quàm si latores aliquas concessu suo pernicios as sanxerint? fort. quā si latores taleis aliquas concessu populi sanxerint? Zipf. quàm si latro nes aliqua consessu suo sanxerint. 2. Antiquit. 2.* p. CLXXII.
[d] fort. possint
[e] L. si qua
[f] al. cui quid mali fuerit illa, etiam si pernicios.*
[g] L. Ergo lex est iustorum,
[h] L. ac tuentur
[i] al. Tutias. al. Titias.*
[k] Leges Apuleiæ fuerunt de maiestate vt & frumentariæ & agrariæ, de quib alibi dixi.*
[l] al. Iunias. al. Lenias. al. Leuias. Ant. August. libro de legibus in Liuia.*
[m] q. v. c. atq. idem grauissimus omniū philosopho rum, qui princeps de rep. conscripsit, idémque separatim & c
[n] L. item mihi credo esse faciendum.
[o] Dr Zaleuco Locrēsium legislatore, adde Stob. xū sermone 42 Aelianum va riar. histor. 2. 6. Valer. 5. Plura vide apud Diodor. 12. Aristot. 2. Polit. 10. adde Laertium in Pythagora.*
[p] De Charonda Thuriorū legislatore, vide plura apud Diodorum 12. adde Laertium in Pythagora. Aristot. 2 Polit. 10.
[q] adde Diod. lib. 12 Xeno 1. de vita Cyri. Mor. in Areopag.*
[r] Locros occidentales vocat Aristot. 2. Politic. 8.*
[s] De diuis seu deos esse, sententia in quaque republica necessaria.*
[t] L. & vera sententia.
[u] Deus esse q ribus rationibus probet Cic.

sect áq. sunto: quique nō paruerit, capitale esto. Fœderum, pacis, belli, inducíarum oratores, fetiales, iudices[a] sunto. bella[b] disceptato: prodigia portenta ad Etruscos, & haruspices, si senatus iusserit[c], deferunto: Etruriæque[d] principes disciplinam docento: quibus diuis creuerint, procurantо: idémque fulgura, atque obstita[e] piamo. Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, præter olla, quæ pro populo rite fient. Néve[f] initiato, nisi vt assolet Cereri. Græco sacro. Sacrum commissum quod neque expiari poterit, impiè commissum est: quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto. Ludi publici, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibys moderanto[g], eámque cum diuûm honore iungunto. Ex patrijs ritibus optuma colunto, præter Idææ matris famulos, eósque iustis diebus, nequis stipem cogito. Sacrum, sacróve commēdatum qui clepserit[h], rapserit quæ, parui ida esto. Periurij pœna diuina exitium: humana, dedecus[i]. Incestum pontifices supremo supplicio sanciunto. Impius ne audeto placare donis iram deorum. Sanctè vota reddunto. Pœna vitio lati[k] iuris esto. Quocirca[l] nequis agrum consecrato, auri, argenti, eboris sacrandi modus esto. Sacra priuata, perpetua manento. Deorūmanium iura sancta sunto. Hos leto datos, diuos habeto. Sumtum in ollos luctúmq. minuunto. 47 ¶ Att. Conclusa est quidem aptè[m] tam magna lex, sanè quàm breui[n], &, vt mihi quidem videtur, non multùm discrepat ista constitutio religionum à legibus Numæ, nostrísq. moribus. 48 ¶ M. An censes, cùm in illis de rep. libris persuadere videatur Africanus, omniū[o] rerumpub. nostram veterem illam fuisse optimam, nō necesse esse optimæ reip. leges dare cōsentaneas? 49 ¶ Att. Immò prorsus ita censeo. 50 ¶ M. Ergo adeò exspectatæ leges, quę genus illud optimum reip. contineant: & P. si quæ fortè à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra rep. nec fuerint, tamen etant ferè in more maiorum: qui tum, vt[q] lex, valebat. 51 ¶ Att. Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, vt ego, vt[r] et tv rogas, possim edicere[s]. 52 ¶ M. Ain tandem, Attice, non es edicturus[t] aliter? 53 ¶ Att. Prorsus maiorem quidem rē nullam scisscam aliter. in minoribus, si voles, remittam hoc tibi. 54 ¶ M. Atque mea quidem sententia est. At ne longum fiat, videte. 55 ¶ Att. Vtinā quidē. quid enim agere malumus? 56 ¶ M. *Castè iubet lex adire ad deos*, animo videlicet, in quo sunt omnia: nec tollit castimoniam corporis: sed hoc oportet intelligi, cùm multùm animus corpori præstet, obseruetúrque, vt casto corpore adeatur, multo esse in animis id seruandum magis. nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate vanescere[u], nec[x] manibus vllis elui potest. Quòd autem *pietatem adhiberi, opes amoueri iubet*, significat, probitatem gratā esse deo: sumtum esse remouendum. quid est enim, cùm paupertatem diuitiis etiam inter homines esse æqualem velimus, cur eam, sumtu ad sacra adhibito[y], deorum aditu arceamus? præsertim cùm ipsi deo nihil minùs gratum futurum sit, quàm non omnibus patere ad se placandum, & colendum viam. Quòd autem non iudex, sed *deus ipse vindex* constituitur, præsentis pœnæ metu religio confirmari videtur. *Suosque deos, aut nouos, aut alienigenas coli*, confusionem habet religionū, & ignotas cærimonias etiam

a L. iudices sunto. b L. bella disceptanto: c L. iussit. d L. Etruriáque princeps disciplinam docento. e al. obscena. f Aliter quem initianto. p. 174.

g al. moderāto:

h L. clepsit, rapuit. i L. dedecus hoc. Inc.

k al. violati iuris. al. violare religionis. l L. Eam Quocirca

m L. ā te al. breuiter

n Respublica Romana omnium veterum optima.

o P. & si qua forte. p Mos Maiorum vt lex esto. q vti rogas r L. dicere. s L. dicturus.

t P. B.

u vel euanescere, x nec omnibus vllis eluitur. y al. addito,

z al. nomā sacrificiorum, aut à patrijs acceptas.

A sacerdotibus. Nam à patribus acceptos deos ita pla cet coli, si huic legi paruerint ipsi. *Patrum*[a] *delubra esse in vrbibus* censeo: nec sequor magos Persarum: quibus auctoribus Xerxes[b] inflammasse templa Græciæ dicitur, quòd parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia, ac libera, quorúmque hic mundus omnis templum esset, & domus. Meliùs Græci, atque nostri: qui, vt augerent pietatem in deos, eosdem illos quas nos, vrbeis incolere voluerunt. affert enim hæc opinio religionem vtilem ciuitatibus: siquidem & illud benè dictum est à Pythagora, doctissimo viro, TVM MAXIME, & pietatem, & religionem versari in animis cùm rebus diuinis operam damus: & [c] quod Thales, qui sapientissimus inter septem fuit, HOMINES EXISTIMARE OPORTERE DEOS OMNIA CERNERE: DEORVM OMNIA ESSE PLENA: fore enim omnes castiores, veluti [d] quo infans esset maximè religiosus. est enim quadā opinione species deorum in oculis, non solùm in mentibus. Eamdémq rationē *luci* habent *in agris*. Neque ea, quæ à maioribus prodita est cùm dominis, tū famulis, posita in fundi, villæque conspectu, *religio*[e] latum, repudianda est. Iam *ritus familiæ, patrúmque seruare*, id est, quoniam antiquitas proximè accedit ad deos, à diis quasi traditam religionem tueri. Quòd autem *ex hominū genere cōsecratos* sicut Herculem, & ceteros, *coli lex iubet*, indicat omnium quidem animos immortaleis esse, sed fortium, bonorúmq. diuinos. Bene verò, [g] *Mes, Pietas, Virtus, Fides, cōsecratur manu*[f]: quarum omnium Romę dedicata publicè templa sunt, vt illa qui habeāt (habent autem omnes boni) deos ipsos in animis suis collocatos putent. Nam illud *vitiosum* Athenis, quòd, Cylonio [g] scelere expiato, Epimenide [h] Crete suadente, fecerunt. Contumeliæ fanum, & impudentię. virtutes enim, non vitia cōsecrare decet. Aráque [i] vetus stat in Palatio, Febris: & altera Esquiliis, malæ Fortunæ[k], detestatæque. Quæ omnia [l] eiusmodi repudianda sunt. Quòd si fingenda nomina[m] vice poetæ, & potiùs vincendi, atque potiundi, statasiandíque cognomina, statoris, & inuicti Iouis: rerúmque expetendarum nomina, Salutis, Honoris, Opis, Victoriæ, quoniam[n] quidem exspectatione rerum bonarum erigitur animus. Rectè etiam à Colatino Spes consecrata est: fortunáq. sit vel huius [o] diei: nam valet in omnes dies: vel respiciens P ad opem ferendam, vel [q] forum: in quo incerti casus significantur magis vel [r] primigeniam à gignendo: cùm est

Desunt pauca.

* *Feriarum, festorumq. dierum ratio* in liberis requietem habet litium, & iurgiorum: in seruis, operum, & laborum: quas [s] *compositor anni* conferre debet & perfectionem operum rusticorum[t]. Quod tempus, *vt sacrificiorum libamenta seruentur, fatú, que pecorum* quæ dicta in lege sunt, *diligenter habenda ratio intercalandi est*. Quod institutum perite à Numa, posteriorum pontificum negligentia dissolutum est. Iam illud ex institutis pontificum, & haruspicum, non mutandum est, *quibus hostiis immolandum cuiq. deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui*

a *fort.* Deorū dei. b Idem de natura deorum. * P. CLXXV. c L. & quod à Thale, qui d L. veluti qui in tanis essent maximè religiosi e *ritus*, religio patrum repud. f Consecrationes non modò verbis sed & manu fie. ā, vt hic & in Orat. p domo. Ouid. Fastorum. * g vide Thucydidem lib. 1. Herodot. 5. h Idem Clemens in protreptico ad gentes. * i *q. v. e.* Aráque vetustissima est in P. k *fort.* Fortunæ: quæ omnia eiusmodi detestāda, & repudianda sunt. *fort.* Fortunæ: quæ detestata, & omnia eiusmodi repudianda sunt. l *al.* omina. m L. vice poetæ: fingenda potiùs à vincendo, atque potiundo. ſ stēdóque cognomina Statoris, Omnipotentis, & inuicti Iouis. *&c.* n L. quoniāq. expectatione rerum bo. erig. anim. rectè etiā à Co. o *al.* huiusce. *rectè.* Nā Fortuna huiusce diei colebatur à Romanis, 34. Plin. 8. Plut. Mario & de fortuna Rom. eiúsque templum in Palatio *P. Vi ctoris.* & in veteri lapide Capitolino, vico Fortunæ huiusce diei. Huius. locā restitutionē Vrsin. adscribit Benedicto Regio Spoletino. * p πρόσφορον vocat Plutarchus quod Opis templum respiceret. q L. vel Fors: in quo.

r L. vel Primigeria, à gerendo: ſ L. antea, qua compositio anni conferre debet ad perf. operum rusticorum. Quod. t *fort.* rusticorum, & remissionem a nimorum. Quod.

maribus, cui fœminis. Plures autem deorum *omnium*[a], *singuli singulorum sacerdotes. & respõdendi iuris, & conseruendarum*[b] *religionũ facultatem asserunt.* Cúmq. *Vestæ* quasi [c] focus vrbis, vt Græco [d] nomine est appellata, quod nos propè idem [e] Græcũ interpretatũ nomen tenemus, conspecta sit [f]: ei colendæ virgines præsint, vt [g] aduigiletur faciliùs ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in [h] natura fœminarum omnium deũm castitatem pati. *Quod sequitur verò*, non solùm ad religionem pertinet, sed etiam ad ciuitatis statum, vt sine iis, qui sacris publicè præsunt, religioni priuatæ satisfacere non possint. continet enim, reip. cõsilio, & auctoritate optimarum, semper populum indigere: descriptióq; sacerdotum, nullum iustæ religionis genus prætermittit. Nam sunt *ad placandos deos alij* constituti, qui sacris præsint solemnibus: *ad interpretanda alij prædicta vatum*, neq. multorum, ne esset infinitum, neq.[i] vt ea ipsa, quæ suscepta publicè essẽt quisquam extra collegium nosset. Maximum autem, & præstantissimum in rep. ius est *augurum*, cùm est auctoritati coniunctum. Neq. verò hoc, quia sum ipse augur, ita sentio, sed quia sic existimare non est necesse. Quid enim maius est, si de iure quærimus, quàm posse à summis imperiis, & summis potestatibus comitia tolleré? concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius, quàm rem susceptam dirimi, si vnus augur aliter [k] dixerit? quid magnificentius, quàm posse decernere, vt magistratu se abdicent cõsules? quid religiosius, q̃ cũ populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid legẽ, si non iure rogata est, tollere? vt etiã decreto collegij, vt Liuias[m] consilio Philippi, consules, & augures: nihil domi, nihil foris[n] per magistratus gestum, sine eorum auctoritate posse cuiquam probari? 57 ¶ Att. Agẽ, iã ista video, fateórq. omnia [o] esse magna: sed est in collegio vestro inter Marcellum, & Appiũ, optimos augures, magna dissensio. nam eorũ ego in libros incidi: cùm alteri placeat, auspicia ista ad vtilitatẽ esse reip. composita: alteri disciplina vestra quasi diuinare videatur prorsus posse. Hæc tu dere, quæro quid sentias. 58 ¶ M. Egóne? diuinationem, quã Græci μαντικὴν [p] appellant, esse censeo, & huius hãc ipsam partẽ, quæ est in auibus, ceterísq. signis disciplinæ nostræ, quòd, cùm summos deos esse concedamus, eorúmq. mente mundum regi, & eorundem benignitatem hominũ consulere generi, & posse nobis signa rerũ futurarum ostendere, non video cur diuinationẽ esse negem. Sunt aũt ea, quæ posui, ex quib[o] id, quod volumus, efficitur, & cogitur. Iã ve. ò pmultorum exemplorũ & nostra plena est resp. & omnia regna, omnésq. populi cũctæq. gentes, augurũ prædictis multa incredibiliter vera cecidisse. neq. n. Poleis [r], neq. Melãpodis, neq. Mopsi, neq. Amphiarai, neq. Calchãtis, neq. Heleni tantũ nomẽ fuisset, neq. tot nationes id ad hoc tẽp[o] retinuissent, Arabũ, Phrygum, Lycaonũ, Ciliciũm, maximéq. Pisidarũ, nisi vetustas ea certa esse docuisset: nec verò Romulus noster auspicato vrbẽ cõdidisset, neq. Attij [s] Nauij nomen memoria floreret tã diu, nisi hi omnes multa ad veritatẽ admirabilia dixissent. Sed dubiũ nõ est, quin hæc disciplina, & ars augurũ euanuerit iam & vetustate, & negligentia. Itaq. neq. illi assẽtior qui hãc sciẽtiã negat vmquã in nostro collegio fuisse: neq. illi, qui esse etiam nũc putat. Quæ mihi videtur apud maiores fuisse dupliciter, [a] vt ad reip. tẽpus nõnũquã, ad agendi cõsilium sæpissimè pertineret. 59 ¶ Att. Credo, hercle, ita esse, istiq. rationi potissimùm assentior. Sed redde cetera. 60 ¶ M. Reddã verò, & si potero, breui. Sequitur. n. *de iure belli*: in quo & suscipiendo, & gerendo, & deponẽdo, ius plurimũ valet, & [b] fides: horúmq. vt publici [c] interpretes essent, lege sancimus. Iã de haruspicũ religione, de expiationibus, & procurationibus satis, supérq. in ipsa lege dictũ puto. 61 ¶ Att. Assentior, quoniã omnis hæc in religione versatur oratio. 62 ¶ M. At verò, quod sequitur, quomodo aut tu assẽtiare, aut ego reprehendam, sanè quæro. Tite. 63 ¶ Att. Quid tandem id est? 64 ¶ M. *de nocturnis sacrificiis mulierum.* 65 ¶ Att. Ego verò assentior, excepto præsertim in ipsa lege sollemni sacrificio, ac publico. 66 ¶ M. Quid ergo aget Iacchus Eumolpidæq. nostri, [d] & augusta illa mysteria, siquidẽ sacra nocturna tollimus? nõ enim populo R. sed omnibus bonis, firmíssq. populis leges damus. 67 ¶ Att. Excipis, credo, ilia, quibus ipsi initiati sumus. 68 ¶ M. Ego verò excipiã. Nã mihi cũ multa eximia, diuinàque videntur Athenæ tuæ peperisse, atq. [e] in vita hominũ attulisse, tũ nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti, immaniq. vita, excultri ad humanitatẽ, & mitigati sumus: initiáq. vt appellãtur, ita re vera principia vitæ cognouimus: neque solùm cũ lætitia viuendi rationem accepimus, sed etiã cũ spemeliore moriendi. Quid aũt [f] mihi displiceat, innocentes poetę indicãt comici. Qua licentia Romę data, quidnã egisset ille, qui in sacrificiũ cogitatam libidinẽ intulit, quo ne impudẽtiã quidem oculorũ adiici fas fuit? 69 ¶ Att. Tu verò istam Romæ legem rogato. nobis nostras ne ademetis. 70 ¶ M. Ad nostra igitur reuertor: quibus profectò diligentissimè faciendum est, vt mulier famam multorum oculis lux clara custodiat, *initiétúrq. eo ritu Ceres, quo Romæ initiatur.* Quo in genere seueritatẽ maiorum senat[q] vetus auctoritas de Bacchanalibus, &, cõsulum exercitu adhibito, quæstio, animaduersióq. declarat. Atq. omnia nocturna, ne nos duriores forte videamur, in media Græcia Diagõdas [g] Thebanus lege perpetua sustulit. Nouos verò deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes sic Aristophanes, facetissim[q] poeta veteris comœdiæ vexat, vt apud eũ Sabazius, [h] & quidã alij dij peregrini iudicati, è ciuitate eiiciãtur. *Publicus* aũt *sacerdos imprudẽtiã cõsilio expiatã metu liberet, audaciã in admittẽdis religionibus fœdis dãnet, atq. impiã iudicet.* Iam *ludi publici*, cùm [i] sint cauea, circóq. diuisi, sint corporũ certationes, cursu, & pugilatione, luctatione, curriculísq. equorũ vsq. ad certã victoriã circo cõstitutis, [k] cauea, cantu, voce, ac fidibus, & tibiis: dummodò ea moderata sint, vt lege præscribitur. Assentior enim Platoni, nihil tam facilè in animos teneros, atq. molleis influere, [l] quàm varios canendi sonos. quorum dici vix potest quanta sit vis in vtramq. partẽ. Namq. & incitat Iauguenteis, & languefacit [m] excitatos, & tum remittit animos, tũ cõtrahit: ciuitatúmq. hoc multarũ in Græcia interfuit, antiquũ vocum seruare modũ, quarũ mores lapsi ad mollitiẽ

a Lipſ omniũ pontifices. 2 Antiquit. 2.*
b al. cum fide tuendarum. Lipſ d. loco.*
c L. quaſi focum vrbis.
d ἑστία.
e L. idẽ Græco.
f L. complexa ſit. Ial cõſpicuè ſit*
g L. vt aduigilent facil.
h L. à natura fœminarum omnium per.

n. CLXXVI. i. L. neq. paucorum librorum, ne ea ipſa, q.

k. L. ALIO DIE, dix.

l. L. vt Titiã decreto coll. m Legis Liuiæ ſuperius memimit.* n. al. militiæ* o. vox omnia ſkeſh. ab q. v. c.

p μαντικὴν esse.*

q συνάγεται P. B.

r. L. Polletis neq. al. Polydi, neq. ſed Poletis ſit mẽtio apud Suid. in πόλης.*
ſ. L. Attij.

a L. duplex.

b al. vt vides.*
c Interpretes publicos interpellingues ſuprà ſcelerum pœna belli, pacis ciarũ ceremoniarum res ſcitu dignas ceu vates mit.*

d. L. 177. d L. vetãs.

e. L. atque ſa vitam hom.

f. L. Quid autem mihi cũ pliceat in ea Aurelis, portas &c.

g Alius fuit à Diagora Thebano, quoq. legitur Philoſophus Corinthius. Athenæi, l. 13. Pyth. vit. Plutarch. in Nicia. h hic Momus apud Lucianum in deorum concilio, cap. 8. Zeb. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

pariter sunt immutati cum cantibus: aut hac dulcedine, corrupteláq. deprauati, vt quidam putant: aut, cùm seueritas eorum ob alia vitia cecidisset, tum fuit in aurib. animísq. mutatis etiam huic mutationi locus. Quamobrē ille quidem sapientissimus Græciæ vir, lōgéq. doctissimus, valde hāc labē veretur. negat enim mutari posse musicas leges sine muratione legum publicarum. Ego nec tam valde id timendum, nec planè cōtemnendum puto. Illa quidē, quæ solebāt quōdā cōplecti[a] seueritate iucunda Liuianis, & Neuianis modis, nunc[b] vt eadem exsultent, ceruices, oculósq. pariter cō modorum flexionib. torqueāt. Grauiter olim ista vindicabat vetus illa Græcia, lōgè prouidens, quàm sensim pernicies illapsa[c] ciuium animos, malis studiis, malisq. doctrinis repētè totas ciuitates euerteret: si quidem illa seuera Lacedæmō neruos iussit, q. plures quàm septem haberet, in Timothei fidib[9] inded demi. Deinceps in lege est, *vt de ritibus patriis cōsultātur optimi*: de quo cùm cōsulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimùm religiones tenerent, oraculum editum est, *eas, quæ essent in more maiorū*. Quò cum iterum veniissent, maiorúmq. morem dixissent sæpe esse mutatum, quæsiuissentque quem morem potissimùm sequerentur è variis: respondit, *optimū & profecto ita est, vt id habendū sit antiquissimū, & deo proximū quod sit optimū. Stipem*[e] *sustulimus*, nisi eam, quam ad paucos dies pro priam Idææ Matris excipimus. implet enim superstitione animos, & exhaurit domos Sacri lego pœna est, neq. ei soli, *qui sacrū abstulerit*, sed etiam ei, qui *sacro cōmendatum*. quod & nunc multis fit in fanis. Alexander in Cilicia depositisse apud[f] Solem, in delubro pecuniā dicitur, & Athenienſis Clisthenes Iunoni Samiæ, ciuis egregius, cùm reb[9] timeret suis, filiarū dotes credidit. Sed iā *de periuriis: de incestis* nihil sanè hoc quidē loco disputādū est. *Donis impij ne placare audeāt deos*: Platonē audiant qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, cùm vir nemo bonus ab improbo se donari velit. Diligentia *votorū* satis in lege dicta est, ac voti spōsio, qua obligamur deo. Pœna verò violatæ religionis iustā recusationem nō habet. Quid ego hic sceleratorū vtar exemplis? quorum sunt plenæ tragœdiæ, quæ aute oculos sunt, ea potiùs attingantur. Etsi hæc cōmemoratio vereor ne supra hominis fortunā esse videatur: tamen, quoniam mihi sermo est apud[g] deos nihil reticebo: velisimq. hoc, quod loquar, diis immortalib[9] gratū potius videri quàm graue. * * *Desideratur aliquid.* Omnia autem tum perditorum ciuium scelere, discessu meo, religionum iura polluta sunt: vexati nostri Lares familiares: in eorum sedibus exædificatum templum Licentiæ: pulsus à delubris is, qui illa seruarat. Circunspicit[h] hæc celeriter animus, (nihil enim attinet quenquam nominari) qui sint rerum exitus consecuti, Nos, qui illam custodem vrbis, omnib. ereptis nostris rebus, ac perditis, violari ab impiis passi non sumus, eámq. ex nostra domo in ipsius patris domū detulimus, iudicia i senatus, Italiæ, gentium denique omnium, conseruatæ patriæ consecuti sumus. quo quid accidere potuit homini præclarius? quo k scelere religiones prostratę, afflictæq. sunt: partim ex illis distractæ, ac dissipatæ iacent: qui verò ex his & omnium scelerum principes fuerunt, & præter ceteros in

A omni religione impij, non[a] solùm vitā cruciati, atq. dedecore, verùm etiā sepultura, ac[b] iustis exsequiis caruerunt. 71 ¶ Q. Equidē ista agnosco, frater, & meritas diis gratias ago: sed nimis sæpe secus aliquādo videmus euadere. 72 ¶ M. Nō enim, Quincte, rectè existimamus, quæ pœna diuina sit: & opinionibus vulgi rapimur in errorē, nec vera cernimus: morte, aut dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicij, hominum miserias pōderamus: quæ fateor humana esse, & multis bonis viris accidisse: sceleris autē pœna, tristis, & præter eos euentus, qui sequuntur, per se ipsa maxima est. Vidimus eos, qui nisi odissent patriam, numquā inimici nobis fuissent, ardenteis tum[c] cupiditate, tum metu, tum cōscientia: quid[d] agerent: modò timenteis, vicissim contemnenteis religiones, iudicia perrupta ab iisdē, & corrupta hominum, non deorū. Reprimam iam[e], & non insequar lōgiùs, cóq. minùs, quo plus pœnarum habui quàm petiui: tantùm[f] pœnā merui, duplicem[g] pœnā esse diuinam. q. cōstaret & ex vexandis viuorū animis, ea[h] fama mortuorum, vt eorū exitium & iudicio viuorum, & gaudio cōpro betur. *Agri* autē *ne consecrētur*, Platoni prius assentior: qui, si modò interptari potuero, his ferè verbis vtitur. Terra igitur, vt focus, domicilium sacrum omnium deorum est. Quocirca nequis iterū idem consecrato. Aurum autem, & argentum in vrbibus & priuatim, & in fanis inuidiosa res est. Tum ebur ex[i] in ani corpore extractum, haud satis castū donum deo. Iam æs, atque ferrum, duelli instrumenta, non fani. Ligneum autem quodquck voluerit, vno è ligno dedicato, itémque lapideum, in delubris communibus. Textile ne operosius, quàm mulieris opus menstruum. color autem albus, præcipuè decorus deo est tum in ceteris, tum maximè in textili. tincta verò absint, nisi à bellicis insignibus. Diuinissima autem dona, habent[l] & formæ ab vno absolutæ die: itémque cetera huius exempli dona sunt.[m] Hæc illi placent. sed ego cetera non tam restrictè præfinio, vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus. Terræ cultum segniorē suspicor fore, si ad eam tuendam, ferróq.[n] subiiciēdam, superstitionis aliquid accesserit. 73 ¶ Arr. Habeo ista. Nunc *de sacris perpetuis*, & de manium iure restat. 74 ¶ M. O miram memoriā, Pōponi, tuam! At mihi ista exciderant. 75 ¶ Arr. Ita credo: sed tamen hoc magis eas res & memini, & exspecto, quòd & ad pontificium ius, & ad ciuile pertinent. 76 ¶ M. Vera[o] & apertissima sunt istis de reb[9] & respōsa, & scripta multa: & ego in hoc omni sermone nostro, quod ad cūq legis genus me disputatio nostra deduxerit, tractabo, quoad potero, eius ipsius generis ius ciuile nostrum: sed ita locus ipse vt notus sit, ex quo ducatur, quæque[p] res, & ars iuris, non[q] difficile sit, quæcumq. noua causa, consultatió ve acciderit, [r] eius tenere ius, cùm scias à quo sit capite repetendum. Sed [s] iureconsulti siue erroris obiiciēdi causa, quo plura, & difficiliora scire videantur: siue, quod similius veri est, ignorationē docendi (nam Nō solū scire aliquid, artis est, sed quēdā ars [t] etiā docēdi) sæpe, qđ positū est in vna cognitione, id in infinita dispartiuntur: [u] velut in hoc ipso genere, quam magnum illud Scævolæ faciunt, pontifices ambo, & iidem iuris peritissimi? at[a], inquit Publij filius, ex

a L. nō solùm vitam cùm cruciatu, atq. dedecore amiserunt, verùm etiam sep.
b al. ac iustis exsequiarum
c L. tum cupiditatum æstu, tum cōscientia: quid quid ag.
P. 179. d L. quidquid agerent modò tim.
e L. iam me, & non ius.
f L. tantùm ponam breui
g L. duplicē pœnam esse diuinam, & humanam, quod cōstaret, &c.
h L. & ex fama mort.
i L. ex inani corpore extractum, &c. [al. ex inanimo. Lipsi. ex immani 2. Antiquit. a.
k L. qđ quis voluerit,
l L. aues & formæ ab vno pict.
m L. funto.
n L. ferróq. subigendam,
o L. Verò & apertiss.
P. B.
p L. quæquo pars iuris, qL. vt nō difficile sit qui paullum modo ingenio possit moueri, quæcumque &c.
q fort. incidet.
r al. Sed iureiscōsulti
s L. ars est etiam doc.
t L. dispertiuntur:
u L. Sæpe, inquit Publ.

patre audiui PONTIFICEMneminem bonum esse,nisi qui ius ciuile cognosset. totúmne? quid ita? quid enim ad pontificem,de iure parietum, aut aquarum,aut [a] vllo omnino? si [b] ergo [c] quod cum religione coniunctum est. id autem quantulum est? de sacris, credo, de votis,de feriis,de sepulcris,& si quid eiusmodi est. Cur igitur hæc tanta facimus, cùm cetera pparua sint? de sacris autem, qui locus patet latiùs, hæc sit vna sententia, vt conseruentur semper, & deinceps familiis prodantur, &, vt in lege posui, perpetua [d] sint sacra hîc posita. Hæc iuta pontificum auctoritatem consecuta sunt, vt ne morte patriffamiliâs sacrorum memoria occideret, & iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia venerit. Hoc vno posito, quod est ad cognitionem disciplinæ satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur iurisconsultorum libri. Quæruntur enim, qui adstringantur sacris. Heredum causa iustissima est. nulla est enim persona [e] quæ ad vicem eius, qui è vita emigrauerit, propiùs accedat. Deinde qui morte, testamentóve eius tantundem capiat, quantum omnes heredes. Id quoque ordine. est enim ad id, quod propositum est, accommodatum. Tertio loco, si nemo sit heres, is, qui de bonis, quæ eius fuerint, cùm [f] moritur, susceperit plurimum possidendo. Quarto, si nemo sit, qui vllam rem ceperit, de creditoribus eius, qui plurimum seruet. Extrema illa persona est, vt is, qui [g] mortuus sit, pecuniam debuerit, neminique eam soluerit, perinde [h] habeatur, quasi eam pecuniam ceperit. Hæc nos à [i] Scæuola didicimus. non ita descripta sunt ab antiquis. Nam illi quidem his verbis docebant, tribus modis sacris adstringi hereditatem, aut si maiorem partem pecuniæ capiat, aut si maior pars [k] pecuniæ legata est: aut si inde quippiam ceperit. Sed pōtificem sequamur. Videtis igitur omnia pendere ex vno illo, quòd pontificum pecuniam [l] sacro coniungi volunt: iisdémque ferias, & cerimonias adscribendas putant. Atque etiam [m] dant hoc Scæuolæ, quod est partitio, vt, si in testamento deducta, scripta non sint, ipsíque minus ceperint, quàm omnibus heredib [n] relinquatur, sacrísne alligentur. In donatione hoc iidem secus [n] interpretantur: & quod paterfamiliâs in eius donatione, qui in ipsius potestate esset approbauit, ratum est: quod eo inscio factum est, si id is non [o] approbat, ratum nō est. His propositis, quæstiunculæ multæ nascuntur: quas qui intelligat, non, si ad caput referat per se ipse facile perspiciat: veluti, si minus quis cepisset, ne sacris alligaretur, pòst [p] de eius heredibus aliquis exegisset pro sua parte id, quod ab eo, cuius ipse heres esset, prætermissum fuisset: eáque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quàm heredibus omnibus esset relicta: qui eam pecuniam exegisset. solum, nisi [q] coheredibus, sacris alligari. Quinetiam cauent, vt, cui plus legatum sit, quàm sine religione caperel ceat is per æs, & libram, heredem testamenti, solua [r] ppterea quòd eo loco res est, ita soluta hereditate, quasi ea pecunia legata non esset. Hoc ego lo o. multisque aliis quæro à vobis, Scæuolæ. f. pontifices maximi, & homines, meo quide n iudicio, acutissimi, quid sit ꝙ ad ius pontificium ciuile appetatis, ciuilis enim iuris scientia pontificium quodam modo tollitis. nam sacra cum pecunia, pontificum auctoritate, nulla lege, coniuncta sunt. Itaq. [a] vsibus tantum modò pontificis esset. si pontificalis maneret auctoritas. sed quòd idem [b] iuris ciuilis est, spernitis, ac scientia illa eluditis. Placuit P. [c] Scęuolæ, & Coruncano, pontificibus maximis, itémque ceteris, Qui tantumdem caperet, quantum omnes heredes, sacris alligari. Habeo ius pontificium. Quid huc accessit ex iure ciuili? partitionis caput, scriptum cautè, vt centum nummi deducerentur. Inuenta est ratio, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. Quòd si hoc, qui testamentum faciebat, cauere voluisset, admonet iurisconsultus hîc quidem ipse Mucius, pontifex idem, vt minùs capiat, quàm omnibus heredibus relinquatur. Super [d] dicebant, quicquid cepisset, adstringi. Rursus sacris liberantur. Hoc verò nihil ad pontificium ius, &, è medio est iure ciuili. vt per [e] æs, & libram heredem testamenti soluant, & eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset. si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est, vt ea pecunia ex stipulatione debeatur, sitque ea [f] non alligata sacris. *Venio nunc ad manium iura*, quæ maiores nostri & sapientissimè instituerunt, & religiosissimè coluerunt. Februario autem mense, qui tunc extremus anni mensis erat, mortuis [g] parentari voluerūt. quod tamen D. Brutus, vt scriptum à Sisenna est, Decembri facere solebat. Cuius ego rei causam cùm mecū quærerem, Brutum reperiebam idcirco à more maiorum discessisse, (nam Sisennam video causam, cur is vetus institutum nō seruarit, ignorare: Brutum autem maiorum institutum temerè neglexisse, non fit mihi verisimile, doctum hominem sanè: cuius fuit Accius perfamiliaris:) sed mensem, credo, extremum anni, vt veteres Februarium. sic hic Decembrem sequebatur. Hostia autem maxima [h] parentare, pietatis esse adiunctum putabat. Iam tanta religio est sepulcrorum, vt extra sacra, & gentem, inferri fas negent esse: idq. apud maiores nostros Torquatus in gente Popilia iudicauit. Nec verò tam denicales [i], quæ à nece appellatæ sunt, quia [k] residunt mortui, quàm ceterorum cælestium quieti dies, feriæ nominarētur, nisi maiores eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent: eas [l] in eos dies cōferre ius. vt neq ipsius, neq. publicæ feriæ sint. Totáq. huius iuris compositio pontificalis magnam religionem, cærimoniámque declarat. Neq. necesse est edisseri à nobis, quæ finis funestæ familiæ, quod genus sacrificii lare [m] veruecibus [n] fiat, quemadmodum os [o] reiectum terræ obtegatur, quæque [p] in porca confracta iura sint, quo tempore incipiat sepulcrum esse, & religione teneatur. At [q] mihi quidem antiquissimum sepulturæ genus id fuisse videtur, quo apud Xenophontem [r] Cyrus vtitur. redditur. n. terræ corpus, & ita locatum, ac situm, quasi operimento matris obducitur. Eodémq. situ in eo sepulcro, quod [s] procul ad fontis aras, regem nostrum Numam cōditum accepimus: gētémque Corneliam vsque ad memoriam nostram hac sepultura scimus [t] esse humatam. C. Marij fitas reliquias apud Anienem, dissipari iussit Sylla victor, acerbiore [u] odio cui paruisset numquam, si tam sapiens f.

a L. aut luminum?
b *particula si, delenda.*
c L. Ergo
d L. perpetua sint. Hoc posito, y, hæc iura pōtificum auctoritates cōsecutæ sunt,
P. CLXXX.
e Heredis & defuncti vna & eadem quasi persona.*
f L. cùm moritur, vt susceperit pl.
g L. qui ei, qui mortuus fit, pec.
h L. proinde i. l. à Scæuola did.
k L. pars pecuniæ ei legata fit, aut
l L. pontifices.
m L. Atque et am addit hoc Scæuolæ, quod est partitiōis caput, Si in testamẽto vt c. deducantur, scriptum non sit, ipsíque centum minus ceperint, quàm omnibus heredibus relinquatur: sacr. P. B.
n L. secus interpretantur. Quod paterfam.
o. L. non approbant,
p *al.* si pōst de eius heredib.
q L. sine cohedib.
r L. soluāt, tāmq stipulentur ab herede quantum legatum est. propt.
s L. Scæuolæ,
t L. scimus esse vsam. C. Mar.
u *forte* acerbo inciti[us].

a L. Itaque si vos tātummodo pontifices esse[tis] pontificalis maneret auctoritas.
b L. Idem iuris ciuilis effugeritis, nimirum hæc tota illa ciuil. c L. P. Scæuolæ, & Coruncanio, d L. superiores dicebant. P. CLXXXI. e Vide Ulp. de Testam. tit.* f *Al.* sit ea alligata sacris.
g Sacrificia pro mortuis apud Græcos ex Solonis lege, bruario & Decembri. Ex his vnus Februarius fuit, quia Februum, quod Græci καθαρμὸν vocant, significat. Vide Plutarchum in Numa. Quo tempore Februarium mensem adiecerit Numa, vide Macrobium Saturn. i. cap. 13. Ouid. Fast. 2. k *Al.* quia relinquitur. Quæ relinquuntur mortuis, l. L. quasi cōsulēs conferre jus cōpellebantur, quibus peregrinis, &c.
m Lamb. vereri Festum, vt ex inscriptione quadam videtur. Sic Cato de re rustica: Porcā cæsam obsecrato. P. L. Quæ in porca cæsa fiunt, Marius vir doctus. Quæ dicuntur, Quæ iusta deliberatione non fecerunt, aut in sacrificiis peccauerunt, porca cæsa fieri, quam omnibus animalibus piacularia sacrificia maiora esse. Festus. n *Al.* veruecibus. Ouid. 4. Fast. ante quod sacrificium pé mensæ. Festus. de sacrificio ea dicebat, quæ fiebant, cum aliquid piaculi contractum esset. o Ac mihi quidem Cyprius videtur Xenophontem Cyrum vtitur. redditur. n. terræ corpus, & ita locatum, ac situm, quasi operimento matris obducitur. Eodémq. situ in eo sepulcro, quod procul ad fontis aras, regem nostrum Numam cōditum accepimus: gētémque Corneliam vsque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse humatam. C. Marij fitas reliquias apud Anienem, dissipari iussit Sylla victor, acerbiore odio cui paruisset numquam, si tam sapiens f.

ara | Fontis aræ extra portam Capenam in via Appia: ei hodie ostenditur.*

incitatus, quàm si tam sapiens fuisset, quàm fuit vehemens. Quod haud scio an [a] timens suo corpore posse accidere, primus è patritiis Corneliis igni voluit cremari. declarat enim Ennius de Africano, Hîc [b] est ille situs. Verè nam siti dicuntur ij, qui conditi sunt. nec tamē eorum antè sepulcrum est, quàm iusta facta, & corpus incensum [c] est. & quod nunc cōmuniter in omnib. sepultis penitus [d], humati dicātur: id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret: eúmq. morem ius pōtificale confirmat. Nam priusquàm in [e] eos iniecta gleba est, locus ille, vbi crematum est corpus, nihil habet religionis: Iniecta [f] gleba tumulis, & humatus est, & gleba vocatur: actum deniq. multa religiosa iura cōplectitur. Itaque in eo, qui in naui necatus, deinde in mare proiectus esset, decreuit P. Mucius, familiam puram quòd [g] os supra terram nō exstaret, porcam [h] heredi esset. Contrà censet habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculū patii: si in mari mortuus esset. 77 ¶ ATT. Video, quæ sint in pontificio iure. Sed quæro quidnam sit in legibus. 78 ¶ M. Pauca sanè, Tite, &, vti arbitror, non ignota vobis. Sed ea non tā ad religionem spectāt, quàm ad ius sepulcrorum. *hominem mortuū* inquit lex in XII. tabulis, *in* [k] *vrbe ne sepelito, nève vrito.* Credo. vel [l] propter ignis periculum. Quod autē addit, *Néve vrito*, indicat, nō qui vratur, sepeliri, sed qui humetur. 79 ¶ ATT. Quid, cui post XII. in vrbe sepulti sunt? 80 ¶ M. Claros viros credo, Tite, fuisse, aut eos, quib. hoc ante hanc legem virtutis causa tributum est, vt [m] Publicolæ, vt Tuberto, quod eorum posteri iure tenuerunt: aut eos, si qui hoc, vt C. Fabricius, virtutis causa, soluti legibus, consecuti sunt. Sed in vrbe sepeliri lex vetat. Sic decretum à pontificum collegio, non esse ius, in loco publico fieri sepulcrum. nostis extra portā Collinam ædem Honoris: & aram in eo loco fuisse, memoriæ proditum est. ad eam cùm lamina esset inuenta, & in ea scriptū, *Domina* [n] *honorum*: ea causa fuit ædis huius dedicandæ. Sed cùm multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt. statuit enim collegium, locum publicum non potuisse priuata religione obligari. Iam cetera in XII. minuendi [o] sunt sumtus, lamentationésq. funeris, translata [p] de Solonis ferè legibus. *Hoc plus*, inquit, *ne facito, rogum* [q] *ascia* [r] *ne polito.* Nostis quæ sequuntur. discebamus enim pueri, XII. vt carmen necessariū: quas iam nemo discit. Extenuato igitur sumtu, tribus [s] riciniis, & [u] vinculis [x] purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiā lamētationem. *Mulieres genas ne* [y] *radunto, néve lessum funeris ergò habento.* Hoc veteres interpretes, Sex Æl. Acillius non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: Lælius, lessum, quasi lugubrem eiulationem, vt vox ipsa significat. Quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. Hæc laudabilia, & locupletib* ferè cum plebe communia. Quod quidē maximè è natura est, tolli fortunæ discrimen in morte. Cetera item funebria, quibus luctus augetur, duo decim sustulerunt. *Homini*, inquit, *Mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat.* Excipit bellinus. Quare hunc locum perperam interpretantur quasi lex vetet, quæ res fœminas riciniis indutas in funere esse. * t Riciniū roga qua mulieres in luctu vtebātur prætexta clauo purpureis, *al.* & tunicula purpurea. * x Idem clauis purpureis, & clauis purpureis, *al.* & tunicula purpurea. * y L. NE CARPVNTO, male vide Festum. *

A cam, peregrinámq. mortē. Hæc præterea sunt in legibus de vnctura: quibus seruilis vnctura tollitur. omnísq. circumpotatio. Quæ & rectè tolluntur, neque tollerentur, nisi fuissent, ne sumtuosa aspersio [a], ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur. Illa iam significatio est, laudis ornamēta ad mortuos pertinere, quòd coronam virtute partam, & ei, qui peperisset, & eius parēti, sine fraude esse lex impositam iubet: credóque quòd erat factitatum, vt vni plura [b] fierent, lectíq. plures sternerentur, id quoq. ne fieret, lege sancitum est. Qua in lege cùm esset, *Néve* [c] *aurum adito*, quàm [d] humanè excipiat. Altera lex præcipit, altera lex vetat, *vt cui auro dentes iuncti essent, aftim*[e] *cum illo sepelietur: & ne se fraudi esto:* & simul illud videtote, aliud habitū esse, sepeliretur [f] ære. Duę sunt præterea leges de sepulcris. quarum altera priuatorum ędificiis, altera ipsis sepulcris cauet. nā [g] *rogū, bustúmve nouum vetat propius sexaginta pedes adici ædes alienas, muito domino*, incendium [g] veretur acerbum. Quòd autem *forum*. id est, vestibulum sepulcri, bustúmve, *vsucapi vetat*, tuetur ius sepulcrorum Hæc habemus in [h] duodecim sanè secundum naturam: quæ norma legis est. Reliqua sunt in more: *funus vt indicatur, siquid ludorum, domúsq. funeris vtatur accensō, atq. histrionibus. Honoratorum virorum laudes in concione memorantor* [k], *eásq. etiam ad cantus ad tibicinē proſequuntor: cui nomen nænia* [l], quo vocabulo etiā [m] Græci cantus lugubres nominant. 81 ¶ Q. Gaudeo nostra iura ad naturam accōmodari: maiorúmq. sapientia admodum delector. 82 ¶ M. Sed credo, Quincte, vt ceteros sumtus, sic etiam sepulcrorum [n] modū rectè requiri. quos enim ad sumtus progressa iam ista res sit, in C. Figuli sepulcrorum videbis. Sed credo minimā olim isti [o] rei fuisse cupiditatem. Alioquin multa exstarent exempla maiorum. Nostræ quidem legis interpretes, quo capite iubentur *funus, & luctū remouere à deorum manium iure*, hoc intelligunt, in primis sepulcrorum magnificentiam esse minuendam. Nec hæc à sapientissimis legum scriptoribus neglecta sunt. Nā & Athenis iam ille mos à Cecrope, vt aiunt, permansit, hoc [o] ius terra humandi: quam cùm proximi fecerant [p], obductáq. terra erat, frugibus obserebatur, vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum vt viuis redderetur. Sequebantur epulæ, quas inibant parentes [q], coronati: apud quas de mortui laude, cùm aliquid veri erat prædicatum (nam mentiri nefas habebatur) ad [r] iusta coniecta [s] erant. Posteaquā, vt scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera, & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Quam legem eisdem propè verbis nostri [t] viri in decimam tabulam coniecerunt. Nam de tribus riciniis, & pleraq. alia, Solonis sunt. De lamentis verò expressa verbis sunt. *Mulieres genas ne* [u] *radunto, néve lessum* [x], *funeris ergò, habento.* De sepulcris autē nihil est apud Solonem amplius, quàm, nequis ea deleat, néve alienum inferat: pœnáq. est, siquis bustum [y], (nam id puto appellari tymbon) aut monumētum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. sed post aliquanto propter has amplitudines sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, sanctum [z] est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo. Neq. id opere tectorio exornati,

a C. respōsio nec longæ c.

b L. plura ferrētur inferrētur, lectíque plures, &c. P. B.

c L. NEVE AVRVM ARDVITO

d L. exci it altero capite Sicui auro dētes vincti essent, aftim cum illo sepelire, sefraude esto.

e Im pro eū veteres dicebāt. Macrob. 1. saturnal. *

f L. sepeli e, & vrere. D.

g L. incendiū videtur arcere. Quod.

h L. in XII.

i L. dominúsque funeris

k L. memorētur, eásq. etiam cātu tibicines prosequantur:

l dixi ad Festum in Nænia. *

m *al.* etiam Græcos cantus lugubr. nominant *al.* etiam à Græcho cantus lugubres nominantur. *al.* etiam Gracileis cantus nominant.

P. 183.

n De sepultura mos antiquus. *

o corporis terra humādi:

p L. iniecerant,

q *L. deles vetem* parētes,

r *L. deles præfiscinem.* ad.

s L. consecta erant.

t L. nostri viri in vndecimam tab.

u L. NE CARPVNTO.

x a. Tusculan. *

y vide Festū in Bustum. *

z *al.* sanctum sit,

nec Her mas, quos vocant licebat imponi, nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, nisi qui publicè ad eam rem constitutus esset, dici licebat. Sublata etiam erat celebritas virorum & mulierum, quo lamentatio minueretur. habet [a] enim luctum concursus hominum. Quocirca Pittacus omnino accedere quem quam vetat in funus aliorum. Sed ait rursus idem Demetrius, increbuisse [b] eam funerum, sepulcrorúmque magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ est. Quam consuetudinem lege minuit ipse. fuit enim hic vir, vt scitis, non solùm eruditissimus, sed etiam ciuis [c] reip. maximè, tuendæque ciuitatis peritissimus. Iste igitur sumtus minuit non solùm pœna, sed etiam tempore. ante lucem [d] enim iussit efferri. Sepulcris autem nouis finiuit modum. nam super rerræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, aut labellum: & huic procurationi certum magistratum præfecerat. Hæc igitur Athenienses tui. Sed videamus Platonem, qui iusta funerum reiicit ad interpretes religionum. Quem nos morem tenemus. de sepulcris autem dicit hæc: *Vetat ex agro culto, eóve, qui coli possit, vllam partem sumi sepulcro: sed, quæ natura agri tantumm*

a *al* augeat.

b L. increbruisse

c L. ciuis è rep. pub. maximè d adde omnino huic loco l. 5. Cod. Theodos. de sepulcro violato. Paul. r. sent 21. §. 1. in fi.*

A

dò efficere possit, vt mortuorum corpora sine detrimento viuorum recipiat, ea potissimum vt omp'eatur: quæ autem terra fruges ferre, &, vt mater, ei bos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, né ve vinus, néve mortuus. Exstrui autem vetat sepulcrum altius, quàm [e] quod quinq. dieb. absoluerint, nec è lapide excitari plus, nec imponi quàm quod capiat laudem mortui, inciſam quattuor heroicis versibus: quos lõgos [f] appellat Ennius. Habemus igitur huius quoque auctoritatẽ summi viri de sepulcris: à quo iterum funerum sumtus præfinitur ex censib. à minis quinque vsq. ad minam. Deinceps dicit eadem illa de [g] immortalitate animorũ, & reliqua post mortem tranquillitate bonorum, pœnis impiorũ. Habetis igitur explicatum omnem, vt arbitror, religionis locum. 83 ¶ Q. Nos verò, frater, & copiosè quidem: sed perge ad cetera.

B

84 ¶ M. Pergã equidem: & quoniã libitum est vobis me ad hæc impellere, hodierno sermone conficiam, spero [h]. hoc præsertim die. video enim Platonem idem fecisse, omnémque orationem eius de legibus, peroratam esse vno æstiuo die. Sic igitur faciam, & dicam de magistratib⁹. id est. n. profectò, quod cõstituta religione remp. contineat maximè. 85 ¶ A. Tu verò dic, & istã rationẽ, quã cœpisti, tene.

C

e L. quàm quinque horque dieb.

f Longi verfus Ennio qui.*

g Loci communes de religione Platonici notan. di. de sepultura, de immortalitate, de tranquillitate bonorũ post mortẽ & pœnis impiorũ.*

h L. vt spero.

M· TVLLII CICERONIS
DE LEGIBVS,
LIBER III.

Marcus.

SEQVAR igitur, vt institui, diuinum illum virũ: quem quadã ad admiratione commotus, sæpius fortasse laudo, quàm necesse est.

2 ¶ ATT. Platonẽ videlicet dicis.

3 ¶ M. Istũ ipsum, Attice. 4 ¶ ATT. Tu verò eum nec nimis valde vmquam, nec nimis sæpe laudaueris. nam hoc mihi etiam nostris illi, qui nemi nem, nisi suum, laudari volunt, concedunt, vt eum arbitratu meo diligam. 5 ¶ M. Bene hercle faciunt. quid enim est elegantia tua dignius? cuius & vita, & oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem grauitatis cum humanitate. 6 ¶ ATT. Sanè gaudeo, quòd te interpellaui, quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicij tui testimonium. Sed perge, vt cœperas. 7 ¶ M. Laudemus igitur priùs legem ipsam veris, & propriis generis sui laudibus. 8 ¶ ATT. Sanè quidẽ, sicut de religionũ lege fecisti. 9 ¶ M. Videtis igitur, magistratus hanc esse vim, vt præsit, præscribátque recta, & vtilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim magistratibus [a] l

a adde l. digna vox Cod. de legibus, vbi dixi.*

D

ges: ita populo præsunt magistratus: veréque dici potest, MAGISTRATVM REGEM ESSE LOQVENTEM, LEGEM AVTEM MVTVM MAGISTRATVM. Nihil porrò tam aptum est ad ius, conditionémque naturæ: (quod [b] cùm dico legem, à me dici nihil aliud intelligi volo,) quàm imperium, sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. nam

E

& hic deo paret, & huic obediunt maria, terræque, & hominum vita iussis supremæ legis obtemperat. Atque, vt ad citeriora veniam, & notiora nobis: omnes [c] antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperij primùm ad homines iustissimos, & sapientissimos deferebatur: ídque in rep. nostra maximè valuit, quoad ei regalis potestas præfuit. Deinde etiam deinceps posteris prodebatur: quod & in his etiam, qui nunc regnãt, manet. Quibus autem regia potestas non placuit, nõ ij nemini, sed non semper vni parere voluerunt. Nos autem, quoniam leges damus liberis populis, quæque de optima rep. sentiremus, in sex libris antè diximus: accommodabimus hoc tẽpore leges ad illum, quẽ probamus, ciuitatis statũ. Magistratibus igitur opus [d] est: sine quorũ prudentia, ac diligentia esse ciuitas non potest: quorum descriptione

F

b L. (quod cùm dico legem, à me dici intelligi volo.)

c τὸ πρῶτον ἔθνος ἐβασιλεύθη καὶ τὸ νῦν ἔτι πολλὰ τῶν ἐθνῶν ὑπὸ βασιλέων ἄρχεται. Herodot. l. 1. Polit. l. 3. cap. 14. Liuius l. 1. ab. init. 2. Pol. cap. 1. Ginem. de origine rer.

d L. vt ostendi.

omnis

omnis reip. moderatiõ cõtinetur. Neq; solùm iis præscribendus est imperandi, sed etiã ciuibus obtemperandi modus. *Nam* [a] *& qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.* Itaque oportet & eum, qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum: & illum, qui imperat, cogitare breui tempore sibi esse parendum. Nec verò solùm vt obtemperent, obediántque magistratibus, sed etiam vt eos colant, diligántque, præscribimus, vt Charondas in suis facit legibus. Noster verò Plato Titanum è genere statuit eos, qui, vt illi cælestibus, sic hi [b] aduersentur [c] magistratibus. Quæ cùm ita sint, ad ipsas iã leges veniamus, si placet. 10 ¶ Att. Mihi verò & istud & ordo iste rerum placet. 11 ¶ M. *Iusta imperia sunto, iisque ciues modestè, ac sine recusatione parento. Magistratus nec obedientẽ, & noxium ciuem multa, vinculis, verberibúsque coercento: impar maióve potestas, populúsque* [d] *prohibeßit: ad quos prouocatio esto. Cùm magistratus iudicaßit, inrogaßitve: per populum multæ, pœnæ certatio esto. Militiæ ab eo, qui imperabit prouocatio ne esto: quódque is, qui bellum gerat, imperaßit, ius, ratúmque esto. Minores magistratus, periti* [e] *iuris, piures prælia* [f] *sunto. Militiæ quibus iußi erunt imperanto, eorúmq; tribuni sunto. Domi pecuniam publicam custodiunto: vincula sontium seruanto: capitalia vindicanto: æs, argentum, aurúmve publicè signanto: liteis contractas iudicanto: quodcumque senatus creuerit, agunto. Suntoque ædiles curatores* [g] *vrbis, annonæ, ludorúmque sollemnium: ollísq. ad honoris amplioris gradum is primus adscensus esto. Censores, populi æstates, soboles* [h], *familias pecuniásque censento: vrbi templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento* [i] *: populique partes in tribus distribuunto: exin pecunias æstates, ordines partiunto* [k] *: equi ũ peditúmque prolem describunto: cælibes esse prohibento: mores populi regunto: probrũ in senatu ne relinquunto: nisi sunto: magistratum quinquennium habento: reliqui magistratus annui sunto: eáque potestas semper esto. Iurg disceptator qui* [l] *priuata iudicet iudicarive iubeat, prætor esto. Is iuris ciuilis custos esto. huic potestati parento. Quotcumque senatus creuerit, populúsve iusserit, tot sunto. Regio imperio duo sunto: eique præeundo, iudicando, consulendo, prætores, iudices, consules appellantor. militiæ summum ius habento. nemini parento. salus* [m] *populi suprema lex esto. Eundem magistratum, ni interfuerint decẽ anni, nequis capito. Æstatẽ annali lege seruato. Ast quando duellum grauius, discordia* [n] *ciuium, estunto ne amplius sex menses, si senatus creuerit, idem ius, quod duo consules, teneunto: eique aue sinistra dictus populi magister esto. Æquitatem* [o] *quicumq. regat, habeto pari iure cum eo, quicumq; erit iuris disceptator. Ast quando consulis* [p] *est, magistratúsve populi, reliqui magistratus ne sunto. Auspicia patrum sunto: illique ex se produnto, qui comitijs creare consules ritè possint. Imperia potestates, legationes, cùm senatus creuerit, populúsve iusserit, exvrbe exeunto: duella iusta iußè gerunto: sortis paricunto: ses, & seruos continento: populi sui gloriam augento.* ¶ *Domum cum laude redeunto: res suæ ergõ ne quis legatus esto. Plebes quos pro se contra vim auxilij ergò, decem creaßit, tribuni eius sunto: quódque ij prohibeßint, quódque plebem rogaßint, ratum esto: sanctique sunto: nive plebem orbam tribunis relinquunto. Omnes magistratus auspicium, iudiciúmque habento: eque* ¶ *his senatus esto: eius decreta, rata sunto. Est ni potestas par, maiorve prohibeßit, S. C. perscripta seruanto. Is ordo vitio vacato: ceteris specimẽ esto creatio magistratuum, iudicia populi iussa, vetita cùm* [a] *suffragio conscíscentur, optimatibus nota plebi libera sunto. At si quid erit, quod extra magistratus cohærari* [b] *ab sit, qui cohæret populus creato, eíque ius coercendi* [c] *dato. Cum populo, patribúsq; agendi ius esto consuli, prætori, magistro populi, equitúmq. eíque quam produnt patres consulum rogandorum ergò tribunisq. quos sibi plebs* [d] *rogaßit. ius esto cum patribus agendi: idem* [e] *ad plebem, quod* [f] *sensus erit ferunto. Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica sunto. Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Loco senator, & modo orato: causas populi teneto. Vis in populo abesto. Par, maióve potestas plus valeto. Astẽ qui turbaßitur* [g] *in agendo, fraus auctorũ* [h] *esto. Intercessor rei malæ, salutaris ciuis esto. Qui agent, auspicia seruanto: auguri publico parento: promulgata proposita, in ærario cognita, agunto: nec plus, quam de singulis rebus semel consulunto: rem populum docento: doceri à magistratibus priuatisq. patiũtor. Priuilegia ne irrogato: de capite ciuis, nisi per maximum comitiatum, ollósque, quos censores in partibus populi locaßint, ne ferunto: domum ne capiunto, neve dato, néve petenda, néve gerenda, néve gesta potestate. Quod* [k] *quis earum rerum migraßit, noxiæ pœna par esto. Censores* [l] *fide legem custodiunto. Priuata ad eos acta referunto: nec eo magis lege liberi sunto.* Lex recitata est. Discere [m], & tabellã iubebo dari. 11 ¶ Qv. Quàm breui, frater, in conspectu posita est à te omnium magistratuum descriptio: sed ea pænè nostræ ciuitatis: etsi à te paullulũ allatum est noui. 12 ¶ M. Rectissimè, Quincte, animaduertis. hæc est enim, quam Scipio laudat in [n] libris, & quam maximè probat temperationem reip. quæ effici non potuisset, nisi tali descriptione magistratuum. nam sic habetote, magistratibus, iísque, qui præsunt contineri remp. & ex eorum cõpositione, quod [o] cuiusque in rep. genus sit, intelligi. Quæ res cùm sapientissime, moderatissiméq. cõstituta esset à maioribus nostris, nihil habui sanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. 13 ¶ Att. Reddes igitur nobis vt in religionis leges fecisti admonitu, & rogatu meo, sic de magistratibus, vt disputes, quibus causis maximè placeat ista descriptio. 14 ¶ M. Faciam Attice, vt vis: & locum istum totum, vt à doctissimis Græciæ quæsitum, & disputatum est, explicabo: &, vt institui, nostra iura attingam. 15 ¶ Att. Istuc maximè exspecto differendi genus. Atqui pleraque sunt dicta in illis libris: quod faciendum fuit, cùm de optima rep. quæreretur. Sed huius loci de magistratibus sunt propria quædam à Theophrasto primùm, deinde à Dione Stoico quæsita subtiliús. 16 ¶ Att. Ain tandem? etiam à Stoicis ista tractata sunt. 17 ¶ M. Non sanè, nisi ab eo, quem modò nominaui, & postea à magno homine, & in primis erudito, Panætio. Nam veteres verbo tenus, acutè illi quidẽ: sed non ad hunc vsum populare, atq. ciuilem de rep. differebant. Ab Phac familia magis ista manarunt, Platone principe pòst Aristoteles illustrauit omnẽ hunc ciuilẽ in disputãdo locum. Heraclidésq. Ponticus profectus ab eodẽ Platone. Theophrastus verò institutus ab Aristotele, abundauit, vt scitis, in eo genere rerum, ab eodémque Aristotele doctus Dicæarchus, huic ratioñi, studióq. nõ defuit. Pòst à Theophrasto Phalereus ille Demetrius, de quo feci iuprà mentionem, mirabiliter doctrinam exa-

a I. suffragio cùm conscíscentur, ¶ al. cùm scíscentur al. quem scíscentur. * b L. cœratore œnus sit, qui cœret, pop.
c L. cœrandi d L. plebes e L. isdem, f L. quod cẽsuerint, f. ¶ vel quod cessus erit Zipf. quod ã cessus erit id est vsus 2. Antiquit. 2.*
g L. Siquid turbassitur in ag.
h al. turbassit al. si quid turbatum sit cum agẽdo*
i L. actoris
k L. Qui quã earum r.
l L. Censoris fide leges custodiuntor. Primari ad fort. Censorii fide leges custodiuntor. P. B.
m L. Discedere, & tabel. fort. Discerẽ. ¶ al. discere, al. scíscere. *
n L. in libris illis, &, quàm maximè probat, temperatio reip.
o L. quod cuiusque reip. genus sit.
p L. Ad hanc familiã magis ista manarunt à Plat.

vmbraculis eruditorum, otióque, non modò in solem, atque puluerem, sed in ipsum diſcri
men, aciémq perduxit[a]. Nam & mediocriter
doctos magnos in rep. viros, & doctiſſimos
homines non nimis in rep. verſatos, multos
cõmemorare poſſumus. Qui verò vtraque re
excelleret, vt & doctrinæ ſtudiis, & regenda
ciuitate princeps eſſet, quis facilè, præter hũc
inueniri poteſt? 18 ¶ ATT. Puto poſſe, & qui-
dem aliquem de tribus nobis. Sed perge, vt
cœperas. 19 ¶ M. Quæſitum igitur ab illis eſt,
placeretne vnum in ciuitate eſſe magiſtratũ,
cui reliqui parérent: quod exactis regibus in-
telligo placuiſſe noſtris maiorib. Sed quoniã
regale ciuitatis genus, probatum quondã, po
ſtea non tam regni, quàm regis vitiis, repudia-
tum eſt, nomen tantùm videbitur regis re-
pudiatũ, res manebit, ſi vnus omnib. reliquis
magiſtratibus imperabit. Quare nec Ephori[b]
Lacedæmone ſine cauſa à Theopompo op-
poſiti regibus, nec apud nos conſulibus tribu
ni. Nam illud quidem ipſum, quod in iure po
ſitum eſt, habet conſul, vt ei reliqui magiſtra-
tus omnes pareant, excepto tribuno, qui[c] pòſt
exſtitit, ne id, quod fuerat, eſſet: hoc enim pri
mùm minuit conſulare ius, quòd exſtitit ipſe,
qui eo non teneretur: deinde quòd attulit
auxilium reliquis non modò magiſtratibus,
ſed etiam priuatis, conſuli non parentibus.
20 ¶ Q. Magnum dicis malum nam, iſta pote-
ſtate nata, grauitas optimatum cecidit, conua
luitq. ius multitudinis. 21 ¶ M. Nõ eſt ita, Quin
cte. non enim ius illud ſolùm ſuperbius po-
pulo, ſed violentius videri neceſſe erat: quò
poſteaquàm modica, & ſapiens temperatio
acceſſit, conuerſa lex in omneis eſt.

Deeſt omnium huius legis capitum explicatio à principio, vſq. ad hoc caput, Domum cum l.

Domum cum laude redeunto. Nihil enim, præ-
ter laudem, bonis, atq. innocentibus, neque
ex hoſtibus, neque à ſociis reportandum. Iam
illud apertum profectò eſt, nihil eſſe turpius,
quàm quemquam *legari niſi reip. cauſa.* Omit-
to quemadmodum iſti ſe gerant, atq. geſſe-
rint, qui legatione hereditates, aut ſyngra-
phas ſuas perſequuntur. In hominibus eſt hoc
fortaſſe vitium. Sed quæro, quid[d] hac re ſit
turpius, quàm ſine procreatione ſenator, le-
gatus ſine mãdatis, ſine vllo reip. munere? ꝙ
quidem genus legationis ego conſul, quam-
quam ad commodum ſenatus pertinere vi-
deatur[e], tamen approbante ſenatu frequen-
tiſſimo, niſi mihi leuiſſimus tribunus pleb. in-
tercеſſiſſet, ſuſtuliſſem. tamen minui tempus,
&, quod erat infinitum, annuum feci. ita tur-
pitudo manet, diuturnitate ſublata. Sed iam,
ſi placet, de prouinciis decedatur, in vtbémque
redeatur. 22 ¶ A. Nobis verò placet: ſed
iis, qui in prouinciis ſunt minimè placet.
23 ¶ M. At verò, Tite, ſi pareant his legibus, ni-
hil[f] his vrbe, nihil domo ſua dulcius, nec
laborioſius, moleſtiúſq. prouincia. Sed ſequi-
tur *lex, quæ ſancit eam tribunorum pl. poteſtatem,*
quæ[g] in rep. noſtra: de qua diſſeri nihil ne-
ceſſe eſt. 24 ¶ Q. At mehercule ego, frater,
quæro, de[h] iſta poteſtate quid ſentias. nam
mihi quidem peſtifera videtur, quippe quæ
in ſeditione, & ad ſeditionem nata ſit: cuius
primum ortum, ſi recordari volumus, inter
arma ciuium, & occupatis, & obſeſſio vrbis
locis procreatum videmus. Deindè cùm eſ-
ſet citò legatus[a], tanquam ex XII. tabulis, in-
ſignis ad deformitatem puer, breui tempore
neſcio quo pacto creatus[b], multóque tætrior,
& fœdior natus[c] eſt. Quem enim ille non e-
didit? qui primùm, vt impio dignum fuit pa-
tribus omnem honorem eripuit, omnia infi-
ma ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit: cùm
afflixiſſet principum grauitatem, numquam
tamen conquieuit, atque vt Cn. Flaminium,
atque ea, quæ priſca ſunt, relinquam: quid iu-
ris bonis viris Ti. Gracchi tribunatus reliquit,
ceſſi quinquennio antè D. Brutum, & P. Scipio
nem conſules, quos, & quantos vitos? homo
omnium infimus, & ſordidiſſimus tribunus
Pl. C. Curiatius in vincula coniecit: quod an-
tè factum non erat. C. verò Gracchus ruinis[e],
& emiſſiciis, quas ipſe ſe proieciſſe in forum
dixit, quibus digladiarétur inter ſe ciues, nón
ne omnẽ reip. ſtatum permutauit? Quid iam
de Saturnini ſupplicio, reliquiſq. dicã? quos
ne repellere[f] quidẽ à ſe ſine ferro potuit reſp.
Cur autem aut vetera, aut aliena proferamus
potiùs, quàm & noſtra, & recentia? quis vm-
quam tam audax, tam inimicus nobis fuiſſet,
vt cogitaret vmquam de ſtatu noſtro labefa-
ctando, niſi mucronem aliquem tribunitium
exacuiſſet in nos? quem cùm homines ſcele-
rati, ac perditi non ſ modò vlla in domo, ſed
nulla in gente reperirent, genteis ſibi in tene-
bris reip. perturbandas putauerunt. Quod no
bis quidẽ egregium, & ad immortalitatẽ me-
moriæ glorioſum, neminem in nos mercede
vlla tribunum potuiſſe reperiri, niſi cui nec b
eſſe quidẽ licuiſſet tribuno. Sed ille quas ſtra-
ges edidit? eas videlicet, quas ſine ratione, ac
ſine vlla ſpe bona furor edere potuit im-
puræ beluæ, multorum inflammatus furo-
ribus. Quamobrem in iſta quidem re vehe-
menter Syllã[i] probo, qui tribunis pleb. ſua
lege iniuriæ faciendæ poteſtatem ademerit,
auxilium[k] ferendi reliqueric: Pompeiúmque
noſtrum ceteris rebus omnibus ſemper am-
pliſſimis, ſummiſque effero laudibus: de tri-
bunitia poteſtate taceo. nec enim reprehen-
dere libet, nec laudare poſſum. 25 ¶ M. Vitia
quidem tribunatus præclarè, Quinẽte, perſpi-
cis. Sed eſt iniqua in omni re accuſanda, præ-
termiſſis bonis, malorum enumeratio, vitio-
rúmque ſelectio. Nam iſto quidem modo vel
conſulatus vituperabilis eſt, ſi conſulum, quos
enumerare nolo, peccata collegeris. Ego enim
fateor in ipſa iſta poteſtate ineſſe quiddam
mali. Sed bonum, quod eſt quæſitum in ea,
ſine iſto malo non habetemus. Nimia pote-
ſtas eſt tribunorum pl. quis negat? ſed vis po-
puli multo ſæuior, multóque vehementior,
quæ ducem quòd habet, interdum lenior eſt,
quàm ſi nullum haberet. dux enim ſuo perí-
culo progredi cogitat: populi impetus perícu-
li rationem ſui non habet. At aliquando in-
cenditur. Et quidem ſæpe ſedatur. quod enim
eſt tam deſperatum collegium, in quo nemo
è decem ſana mente ſit? quin per ipſum T.
Gracchum nõ ſolùm vetitus l, ſed etiam ſub-
latus interceſſor fuerat. Quid enim illum a-
liud perculit, niſi quod poteſtatem interce-
dendi collegæ abrogauit: ſed tu ſapientia m
maiore nihilo vide. Conceſſa plebi à patribus
iſta poteſtate arma ceciderunt: reſtincta ſe-
ditio eſt: inuentum eſt temperamentum, quo
tenuiores cum principibus æquari ſe pura-
rint: in quo vno fuit ciuitatis ſalus. At duo
Grac-

a L. produxit

b Ephororum & Tribunorum ſimilitudo.*

c L. qui poſt exſtitit ipſe, ac id,

P. B

d L. quid rea ipſe ſit turp.

e al. videbatur.*

f L. nihil erit his vrbe. P. 188.

g L. quæ in rep. noſtra eſt de q.

h Tribunorũ poteſtas anj peſtifera.*

a L. ablegatus,

b L. pernecatus,

c L. renatus eſt,

d C. Flaminium,

e L. ruinis, & iſciis iis, quæ ipſe

f v. r. deprellere.

g L. non modo nulla in domo, P. B.

h L. ne eſſe quidem.

i idem Cæſar 2. de bello ciuili, Syllam nudata omnibus rebus tribunitia potestate, tamen interceſſionẽ libertatem reliquiſſe. Pompeium, quamſi tribuniciã reſtituiſſe videatur, duas quasdam etiam antè habuerit, adiecerit.*

k L. ferendi. L. fort. auxilii

l L. ex veteri noſtro Maiorius, vegetius, ſapientiam L. ſapientiam in hoc vide. P. 189.

Gracchi fuerunt. Et præter eos quamuis enumeres multos licet.cùm[a] deni crearentur: nullos in omni memoria reperies pnicioſos tribunos: leueis,& nõ bonos fortaſſe plureis. inuidia quidem ſummus ordo caret.plebs de ſuo iure periculoſas cõtentiones nullas facit. Quamobrem aut exigendi reges nõ fuerunt: aut plebi re, non verbo danda libertas: quæ tamen ſic data eſt, vt multis præclariſſimis[b] addiceretur, vt auctoritati principum cederet. Noſtra autem cauſa,quæ,optime, & dulciſſime frater,incidit in tribunitiam poteſtatem nihil habuit contentionis cũ tribunatu. Non enim plebs incitata noſtris rebus inuidit: ſed vincula ſoluta ſunt,& ſeruitia incitata,adiuncto terrore etiam militari. Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit,ſed cum grauiſſimo reip.tempore: cui ſi non ceſſiſſem,non diuturnum beneficij mei patria fructum tuliſſet. Atque hoc rei exitus indicauit. Quis enim non modò liber, ſed etiam ſeruus libertate dignus fuit, cui noſtra ſalus cara non eſſet? Quòd ſi is caſus fuiſſet rerum,quas pro ſalute reip.geſſimus, vt non omnibus gratus eſſet: &,[c] ſi in os multitudinis vis furentis inflammata inuidia pepuliſſet tribunitia:quis in me populum,ſicut Gracchus in Lenatem,Saturninus in Metellum,incitaſſet?ferremus, ô Quincte frater:conſolarentúrq.nos non tam philoſophi,qui Athenis fuerunt,qui hoc facere debent,quàm clariſſimi viri, qui illa vrbe pulſi carere ingrata ciuitate, quàm manere in improba maluerunt. Pompeium verò quòd vna iſta in re non ita valde probas, vix ſatis mihi illud videris attendere, non ſolùm ei, quid eſſet optimum, videndũ fuiſſe, ſed etiam quid neceſſarium. ſenſit enim deberi non poſſe huic ciuitati illam poteſtatem. quippe quam tãtopere populus noſter ignotam expetiſſet, qui poſſet carere cognita? ſapientis autem ciuis fuit,cauſam nec perniciosam,& ita populari ciui non relinquere. Scis ſolere,frater,in huiuſmodi ſermone, vt tranſiti aliò poſſit, ADMODVM,dici. 26 ¶ Q. Prorſus[d] ita eſt: haud equidem aſſentior. tu tamen ad reliqua pergas velim. 27 ¶ M. Perſeueras tu quidem,& in tua vetere ſententia permanes. 28 ¶ Q. Non[e] mehercule. 29 ¶ ATT. Ego ſanè à Quincto noſtro diſſenſio. Sed ea,quæ reſtãt,audiamus. 30 ¶ M. Deinceps igitur *omnibus magiſtratibus auſpicia,& iudicia dãtur:* iudicia,vt eſſet populi: poteſtas, ad quam, prouocaretur: auſpicia,vt multos inutileis comitatus[f], probabiles impedirent moræ: ſæpe enim populi impetum iniuſtum , auſpiciis dij immortales repreſſerunt. *Ex iis autem, qui magiſtratũ ceperunt, quòd ſenatus conſulto effi itur,* populatem ſanè neminem in ſummum locum, niſi per populum,venire, ſublata cooptatione cenſoria. Sed præſto eſt huius vitii tẽperatio, quòd ſenatus lege noſtra confirmatur auctoritas. Sequitur enim: *Eius decreta rata ſunto.* Nam ita ſe res habet,vt,ſi ſenatus, dominus ſit publici conſilij, quòd q.is creuerit,defendant omnes: &,ſi ordines reliqui, principis ordinis conſilio remp. gubernari velint,poſſit,ex temperatione iuris,cùm poteſtas in populo,auctoritas in ſenatu ſit,teneri ille moderatus,& concors ciuitatis ſtatus, præſertim ſi proximæ legi parebitur. Nam proximum eſt. *Is ordo vitio caret,ceteris ſpecimen eſto.* 31 ¶ Q. Præclara verò, frater,iſta lex[a]:ſed & altera, vt & vitio careat ordo, & vt cenſorem quærat interpretem.

32 ¶ ATT. Ille verò,etſi tuus totus eſt ordo, gratiſſimámque memoriam retinet conſulatus tui,pace tua dixerim,non modò cenſores, ſed etiam iudices omneis poteſt defatigare.

33 ¶ M. Omitte iſta, Attice. non enim de hoc ſenatu, nec his de hominibus, qui nunc ſunt,ſed de futuris,ſi qui fortè his legibus parêre voluerint,hæc habetur oratio. Nam cùm omni vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem quiſquam vitij particeps. Id autem difficile factu eſt, niſi educatione quadam,& diſciplina: de qua dicemus aliquid fortaſſe,ſi quid fuerit loci,aut temporis.

34 ¶ ATT. Locus certè non deerit, quoniam tenes ordinem legum:tẽpus verò largitur longitudo diei. Ego autem, etiam ſi præterieris,repetam à te iſtum de educatione,& de diſciplina locum. 35 ¶ M. Tu verò & iſtum, Attice,& [b] ſi quem alium: *Ceteris ſpecimen eſto.* quod ſi eſt,tenemus omnia. Vt enim cupiditatibus principum, & vitiis infici ſolet tota ciuitas:ſic emendari, & corrigi continentia. Vir magnus,& nobis omnibus amicus,L. Lucullus, ferebatur quàm cõmodiſſimè reſpondiſſe, cùm [c] eſſet obiecta magnificentia villæ Tuſculanæ,duos ſe habere vicinos: ſuperiorem,equitem R. inferiorem, libertinum: quorum cùm eſſent magnificæ villæ,concedi ſibi oportere, quod iis, qui [d] tenuioris ordinis eſſent, liceret. Nónne vides,Luculle,à te id ipſum natum,vt illi cuperent? quibus id, ſi tu non faceres, non liceret. Quis enim ferret iſtos, cùm videret eorum villas ſignis,& tabulis refertas partim publicis,partim etiam ſacris,& religioſis? quis non frangeret eorum libidines, niſi illi ipſi,qui eas frangere deberẽt,cupiditatis [e] eiuſdem tenerentur? Nec[f] enim tantum mali eſt peccare principes (quamquam eſt hoc magnum per ſe ipſum malum) quàtum illud, quòd permulti imitatores principum exſiſtũt. Nã licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum,qualeſcũque ſummi ciuitatis viri fuerunt, talem ciuitatem fuiſſe: quæcumque mutatio morum in principibus exſtiterat[g], eamdem in populo ſecuturam. Idque haud paullo eſt verius, quàm quod Platoni noſtro placet, qui muſicorum cantibus ait mutatis, mutari ciuitatum ſtatus. Ego autem NOBILIVM vita,victũq.mutato,mores mutari ciuitatum puto. Quo perniciosius de rep. merentur vitioſi principes, quòd non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundũt in ciuitatem: neque ſolùm obſunt, quòd illi ipſi corrumpuntur,ſed etiam quòd corrumpunt, plúſque exemplo, quàm peccato nocent. Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum,coangustari etiam poteſt. pauci enim,atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, vel corrumpere mores ciuitatis, vel corrigere poſſunt. Sed hæc & nunc ſatis,& in aliis libris tractata ſunt diligentiús. Quare ad reliqua veniamus. Proximum autem eſt *de ſuffragiis:* quæ in eo nota eſſe optimatibus,populo libera.

36 ¶ ATT. Ita mehercule attendi,nec ſatis intellexi, quid ſibi lex, aut quid verba iſta vellent. 37 ¶ M. Dicam, Attice,& verſabor in re difficili, ac multùm & ſæpe quæſita: ſuffragia in magiſtratu mandando,aut de reo iudicando, quin [h] in lege,aut rogatione clàm,an palàm ferre,melius eſſet. 38 ¶ Q. An etiam id

a L. Cùm decreárétur, nullos in omni memoria pernic.

b L. præclariſſimis legib.

c L. ſi nos multitudinis vt furentis inflamma in populũ,ſicut Gracchus in Lenatem,Saturninus in Metellum,incitaſſet?ferremus, ô Quincte frater:conſolarentúrq.nos non tam philoſophi,qui Athenis fuerunt,qui hoc facere debent,quàm clariſſimi viri, qui illa vrbe pulſi carere ingrata ciuitate, quàm manere in improba maluerunt. P. B.

d L. Prorſus haud aſſentior. tu tamen ad reliqua pergas velim. Nunc me Hercule.

e L. Non mehercule.

f L. comitiatus,

g L. quòd ſenatus ex his conſtituitur, populare eſt neminẽ

h L. Cx c.

a L. lex eſt:

b *fort.* &, ſi quem alium prætericro. Cet.

c *fort.* cùm eſſet ei obiecta

d L. qui inferioris ordinis eſſent,

P. B.

e L. cupiditatib. eiſdẽ ten.

f L. locus ſum ptus ex 12. Politic. Ariſtotelis.

g L. exſtiterit.

h L. itémque lege rogatione ferenda, clàm, an pal. P. CXCI.

dubium est? vereor, ne à te rursus dissentiam.

39 ¶ M. Non facies, Quincte. nam ego in ista sum sententia, qua [a] te fuisse semper scio, nihil vt fuerit in suffragiis voce melius. Sed, obtineri an possit, videndum est. 40 ¶ Q. Bona tua venia dixerim, ista sententia maximè & fallit imperitos, & obest sæpissimè reip. cùm aliquid verum, & rectum esse dicitur, sed obtineri, id est, obsisti posse populo, negatur. Primùm enim obsistitur, cùm agitur seuerè: deinde vi opprimi in bona causa, est melius, quàm malè cedere. Quis autem non sentit, auctoritatem omnem optimatium tabellariam legem abstulisse? quam populus liber numquã desideraui t: idem oppressus dominatu, ac potentia principum, flagitauit. Itaque grauiora iudicia de potentissimis hominibus exstant vocis, quàm tabellæ. Quamobrem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Itaque [b] isti rationi neque lator quisquam est inuentus, neque auctor vnquam bonus. Sunt enim quattuor leges tabellariæ: [c] quarum prima de magistratibus mandandis: ea est Gabinia, lata ab homine ignaro, & sordido. Secuta biennio pòst Cassia [d] est, de populi iudicio. ea à nobili homine lata est, L. Cassio, sed, pace familiæ dixerim, dissidente à bonis, atque omneis rumusculos [e] populari [f] ratione aucupante. Carbonis est tertia de iubendis legibus, ac vetandis, seditiosi, atq. improbi ciuis: cui ne reditus quidem ad bonos salutem à bonis potuit auferre. [g] Vno in genere relinqui videbatur vocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis. Dedit huic quoque iudicio Cælius tabellam, doluitque [h] quoad vixit. Sed vt opprimeret Cælius populum, nocuit & reip. Et quus quidem noster singulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, restitit M. Cratidio, cuius in matrimonio sororem, auiam nostram, habebat, ferenti legem tabellariam. *excitabat* enim *fluctus in simpulo*, vt dicitur, Cratidius, quos pòst filius eius in Ægeo excitauit mari. Ac [i] nostro quidem, qui cùm res esset ad se delata: Scaurus consul, Vtinam, inquit, M. Cicero, isto animo, atque virtute in summa rep. nobiscum versari, quàm in municipali maluisses. Quamobrem, quoniam non recognoscimus nunc leges populi R. sed aut repetimus ereptas, aut nouas scribimus: non quid ab hoc populo obtineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicendum puto. Nam Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. Tu, si tabellariam tuleris, ipse præstabis. nec. n. mihi placet, nec Attico nostro, quantum è vultu eius intelligo.

41 ¶ ATT. Mihi verò nihil vnquã populare placuit: eámque optimam rempublicam duco, quã hic consul constituerat, quæ sit in potestate optimorum. 42 ¶ M. Vos demum, vt video, legem antiquastis sine tabella. Sed ego, et si satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, vt & auctoritate valeant [k] & vtantur bonis. Sic enim à me lex est recitata de suffragiis. *Optimatibus nota, plebi libera sunto.* Quæ lex hanc sententiam continet, vt omneis leges tollat, quæ postea latæ sunt, quæ tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet.

Ponteis [a] etiam lex Maria fecit angustos. Quæ si opposita sunt ambitiosis, vt sunt ferè, non reprehendo. Sin valuerint tamen [b] leges, vt [c] ne sint ambitus: habeat sanè populus tabellã, quasi vindicem libertatis, dummodò hæc optimo cuiq. & grauissimo ciui ostendatur, vtróque offeratur, vti sit ipsa libertas, in qua populo potestas honestè bonis gratificandi datur. Eóque nunc fit illud, quod à te modò, Quincte, dictum est, vt minus multos tabella condemnet, quàm solebat vox, quia populo licere satis est. Hoc retento, reliqua voluntas auctoritati, aut gratiæ traditur. Itaque, vt omittam largitione corrupta suffragia, non vides, si quando ambitus sileat, quæri in suffragiis, quid optimi viri sentiant? Quamobrem lege nostra libertatis species datur, bonorum auctoritas retinetur, contentionis causa tollitur. Deinde sequitur, quibus ius sit cum populo agendi, aut cum senatu. grauis. &, vt arbitror, præclara lex. Quæ [d] cum patribus agentur, modica sunto: id est, modesta, atque sedata. Actor enim moderatur, effingit [e] non modò mentem, ac voluntates, sed pænè vultus eorũ apud quos agit. quod in [f] senatu non difficile est. est. n. ipse senator is, cuius nõ ad auditorũ referatur animus, sed qui per se ipse spectari velit. huic, tria sunt: vt adsit: nam grauitatem res habet, cùm frequens ordo est: vt loco dicat, id est, rogatus: vt modo, ne sit infinitus: nam breuitas, non modò senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia. Nec est vmquam longa oratione vtendum, nisi aut [g] spectante senatu, quod fit ambitione sæpissimè, nullo [h] magistratu adiuuante, tolli diem vtile est. aut cùm tanta causa est, vt opus sit oratoris copia vel ad hortandum, vel ad docendum: quorum generum in vtroque magnus noster Cato est. Quódque addit, *causas populi teneto*, est senatori necessarium nosse rempublicam. Eáque late patet, quid habeat militum, quid valeat ærario, quos socios resp. habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, conditione, fœdere: tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum. Videtis iam, genus hoc omne scientiæ, diligentiq. memoriã esse, sine quo paratus esse senator nullo pacto potest. Deinceps sunt cum populo actiones, in quibus primum, & maximum, *Vis abesto.* nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tam cõtrarium iuri, & legibus, nihil minùs ciuile, & humanum, quàm, composita, & constituta rep. quidquam agi per vim. Parère iubet intercessori, quo nihil præstantius. impediri enim bonam rem melius, quàm concedi malæ. Quòd verò actoris iubeo abesse fraudem, id totum dixi ex Crassi, sapientissimi hominis, sententia: quam senatus est secutus, cùm decreuisset, C. Claudio consule designato [k], Carbonis [l] seditionem referente, eo inuito, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, quippe cui liceat consilium [m], simul atq. intercessum, tabariq. cœptum sit, dimittere. Quod qui permouet, cùm agi nihil potest, vim quærit. eius impunitatem amittit hac lege. Sequitur illud *Intercessor rei malæ, salutaris ciuis esto.* Quis non studiosè reip. subuenerit. hac tam præclara legis voce laudatus? Sunt deinde posita deinceps, quæ habemus etiam in publicis institutis, ac legibus: *auspicia seruanto, auguri parèto.* Est

P. CXCI. & L. in qui

b L. Itaq. isti rogationi neque.

c leges Tabellariæ.*

d legis Tabellariæ Cassianæ meminit idem Cicero *in Bruto.**

e L. rumusculos popularis aucupãte.

f Idẽ *in Bruto.**

g L. auferri P. B.

h L. docuitq. quoad vixit se, vt opprimeret C. Popilium nocuisse etiam reip.

i L. Ac nostro quidem auo, cùm res esset ad se delata:

k L. valeat, & vtatur bon.

a Pontes, massæ erant angustissimæ. Pedibus altioribus, singulæ singulis. P. CXCI. L. lis tribubus adtributis in comitio vel foro ad rogãdos magistratus, quibus suffragia rum essent ponebantur. Horum punctum mentionis author ad Herennũ lib. 1. circa finem. Festus in Depontani & sexagenarios, vbi diuersa. &. Nonius in sexagenarios.*

b L. tantum leges,

c *sunt.* vt sit a mittat.

d L. Quoque cum populo, quæque cum patribus agentur, &c.

e L. & fingit non m. f. Quidni in senatu difficile est? cùm enim senatoris, cuius nõ ad auctoritatem referatur animus, sed qui per se ipse spectari velit. huic, tria sunt: vt adsit. huic, tria sunt: vt loco dicat, &c. *Vide Fen.*

g L. aut cùm peccare fecerit: aut cùm multo magistratu alio nante.*

i L. diligentiæ, & memoriæ esse,

k L. de Carbonis dictione referente, &c. *Vide Hotom. de iure & ritu Rom. & Vigerij conclusion.*

l L. Carbonis seditionem

m L. consilium.

Est autem boni augutis, meminisse maximis reip. temporibus præstò esse debere: Iouíque optimo, maximo, se consiliarium, atq. administrum datum, vt[a] sibi eos, quos in auspicio esse iusserit: cælíq. partes sibi definitas esse tra ditas: è quibus sæpe opem referre [b] possit. Deinde *de promulgatione, de singulis rebus agendis, de priuatis, magistratibúsve audiendis.* Tum leges præclarissimæ de XII. tabulis translatæ duæ: quarum altera *priuilegia* tollit: altera *de capite ciuis rogari, nisi maximo comitatu* [c], *vetat*, nondum initis seditiosis trib. pl. Negotialis quidem admirandum tantum maiores in posterum prouidisse: in priuatos homines leges ferri noluerunt: id est enim priuilegium: quo quid est iniustius? cùm legis hæc vis sit, scitum[d] est iussum in omnes ferri, de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt. descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium auxilij, quàm fusè in tribus cõuocatus. Quo verius in nostra causa vir magni ingenij, summáq. prudentia, L. Cotta, dicebat, nihil omnino actum esse de nobis. præter enim quàm quòd comitia illa essent armis gesta seruilibus, præterea neq. tributa capitis, neque comitia, rata esse possent, neq. vlla priuilegia: quocirca nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus. Sed visum est & nobis, & clarissimis viris, meliùs de quo serui, & latrones sciuisse se aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam, quid sentiret, ostendere. Sequitur[e], *de captis pecunijs, de ambitu legu.* Quæ cùm magis iudiciis, quàm verbis sancienda sint: adiungitur, noxiæ pœna par esto, vt in suo vitio quisque plectatur: vis, capite: auaritia, multa: honoris cupiditas, ignominia sanciatur. Extremæ leges sunt nobis non vsitatæ: reip. necessariæ. *Legũ custodiam* nullam habemus. itaq. hæ leges sunt, quas apparitores nostri volunt:

A à librariis petimus: publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus. P. E. Græci hoc diligentiùs: apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi solùm litteras (nam id quidẽ etiã apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legésq. reuocabant. Hæc[f] detur cura censoribus: quando quidẽ eos in rep. semper volumus esse. apud eosdẽ, qui magistratu abierint, edãt, & exponãt, qd in magistratu gesserint: déq. iisdẽ sores præiudicent. Hoc in Græcia fit publicè[g] constitutis accusatoribus. Qui quidem graues esse non possunt, nisi sint volũtarij. Quocirca melius est, rationes referri causámq exponi censoribus: integrã tamen legẽ accusatori, iudicióq. seruari. Sed satis iam disputatũ est de magistratib. nisi fortè quid desideratis. 43 ¶ ATT. Quidẽ si nos tacemus, locus tamen ipse nõ admonet, quid tibi sit deinde dicendũ? 44 ¶ M. Mihíne? de iudiciis arbitror, Põponi: id est. n. iunctum magistratibus. 45 ¶ ATT. Quid? de iure pop. R. quemadmodum instituisti, dicendũ nihil putas? 46 ¶ M. Quid tandem hoc loco est, quod requiras? 47 ¶ ATT. Egóne? quod ignorari ab iis, qui in rep. versantur, turpissimũ puto. Nã, vt modò à te dictum est, leges[h] à librariis lego: sic animaduerto, quosq.[i] in magistratib. ignoratione iuris sui tantum sapere, quãtum apparitores velint. Quamobrem, si de sacrorum alienatione dicendum putasti, cùm de religione leges proposueras: faciendum tibi est, vt, magistratib. lege constitutis, de[k] potestate, tum de iure disputes. 48 ¶ M. Faciam breuiter, si cõsequi potuero: nã[l] plurib[m] verbis scripsit ad patrem suum M. Iunius sodalis, peritè meo quidem iudicio, & diligẽter. At[m] de iure naturæ cogitari per nos, & quæ dicere debemus de iure pop. R. quæ relicta sunt, & tradita. 49 ¶ ATT. Sic profectò censeo: & id ipsum, quod dicis, exspecto.

B

C

D

P. E.

f *sort.* hæc mã detur cura cens.

g Accusatores publicæ constituti in Græcia.

h L. leges à librariis peti: i L. plerósq. k *fort.* de potestate eorũ & iure disputes.

l L. Nam pluribus verbis hac de re scripsit

m L. At de iure naturæ cogitãbimus per nos quæ dicere debeamus: de iure populi R.

M. TVLLII CICERONIS
DE OFFICIIS, AD MARCVM FILIVM, LIBER PRIMVS.



VAMQVAM te, Marce fili, annum iam audientem [a] Cratippum [b], ídq. Athenis, abundare oportet [c] præceptis, institutísq. philosophiç, propter summam & doctoris auctoritatẽ & vrbis: quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis: tamen, vt ipse ad meam vtilitatem semper cum Græcis Latina coniunxi, neque id in philosophia solùm, sed etiam in dicendi exercitatione feci: idem [d] tibi censeo faciendum, vt par sis in vtriusque [e] orationis facultate. Quam quidem ad rem, nos, (vt videmur) magnum attulimus adiumentum hominibus nostris, vt non modò Græcarum litterarum rudes, sed etiam docti, aliquantum se arbitrentur adeptos, & ad dicendum, & ad iudicandũ. Quamobrẽ disces tu quidẽ à principe huius ætatis philosophorum, & disces quãdiu voles: tãdiu autẽ velle debebis, quoad te, quantũ profecias, nõ pœnitebit. Sed tamen nostra legens, nõ multùm à peripateticis dissidẽtia: quoniã vtriq. & [f] Socratici, & Platonici esse volumus: de rebus ipsis vtere tuo iudicio. nihil. n. impedio. orationem autem Latinam

E

F

a Alterenymus. Habet Suidas quid Latentis energ. vtius vox & e docto ore in auditentis transfusa for tius sonati. Hinc illud Ζωσι· Θεοῖς μείζω τιμὴν ἐπιφ. ἢ ἐπ. b Peripatetium Mitylenæum. c Ex. oppor. tuno.

d L. item tibi al. inidẽ tibi e Græcæ & Latinæ.

f *Vt. e. mm habent hanc copiã latinorum &c. Legam deinde, &c.* g L. vt ve.

profectos[a] regēdis nostris efficies pleniorem. Nec verò arroganter hoc dictum existimare velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis: quod est oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatéq; dicere, quoniam in eo studio ætatem consumsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodam modo vendicare. Quamobrem magnopere te hortor, mi Cicero, vt non solùm orationes meas, sed [b] hos etiam de philosophia libros, qui [c] iam se illis ferè æquarunt, studiosè legas. Vis[d] enim dicendi maior est in illis: sed hoc quoq. colendum est æquabile, & temperatum orationis genus. Et id quidem nemini video Græcorum adhuc contigisse, vt idem vtroque in genere laboraret [e], sequeretúrq. & illud forense dicendi, & hoc quietum disputandi genus: nisi fortè Demetrius[f] Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens: dulcis tamen, vt Theophrastus[g] discipulum possis agno scere[h]. Nos autem quantum in vtroq. profecerimus, aliorum sit iudicium: vtrumq. certè secuti sumus. Equidem & Platonem existimo, si genus id forense dicendi tractare voluisset, grauissimè, & copiosissimè potuisse dicere: & Demosthenem, si illa quæ à Platone didicerat, tenuisset, & pronuntiare voluisset, ornatè, splendidéq. facere potuisse. Eodémq. modo de Aristotele, & Isocrate iudico: quorū vterq. suo[k] studio delectatus, cōtemsit[l] alterum. ¶ Sed cùm statuissem aliquid[m] hoc tempore ad te scribere, & multa posthac, ab eo exordiri[n] volui maximè quod & ætati tuæ esset aptissimum, & auctoritati meæ grauissimum [o]. Nam cùm multa sint in philosophia & grauia, & vtilia, accurate, copioséq. à philosophis disputata, latissimè patere videtur ea quę *De officiis* tradita ab illis, & præcepta sunt. Nulla. n. vitę pars neq publicis neq priuatis: neq. forensib. neq. domesticis in rebus: neq. si tecum agas quid, neq. si cum alte te cōtrahas, vacare officio potest: in eó q. colendo[q] sita vitæ est honestas omnis, & [r] in negligendo turpitudo. Atque hæc quidem quæstio communis est omnium philosophorum, quis est enim, qui nullis officij præceptis tradendis philosophum se audeat dicere? Sed sunt nonnullæ disciplinę, quæ ppositis bonorum, & malorum finibus officium omne pervertunt. Nam qui summum bonum sic instituit, vt nihil habeat cum virtute coniunctum: ídq suis commodis, non honestate metitur: hic si sibi ipse consentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, fit [s], vt neq amicitiam colere possit, nec iustitiam, nec liberalitatem. fortis verò, dolorem summum malum iudicās: aut temperans, voluptatem summum bonū statuens, esse certè nullo modo potest. Quæ quamquam ita sunt [t] in promptu, vt res disputatione non egeat, tamen sunt à nobis alio loco disputata. Hæ disciplinæ igitur si sibi consentaneæ esse velint, de officio nihil queāt dicere. Neq. vlla officij præcepta firma, stabilia, cōtūcta naturæ, tradi possunt, nisi aut ab iis, qui solam, aut ab iis, qui maximè honestatem propter se dicant expetendam. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, & Academicorum, & Peripateticorum: quoniam Aristonis, Pyrrhonis [u], & [x] Herilli [y], iampridem explosa sententia est: qui tamen haberent ius suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, vt ad officij inuentionem aditus esset. Sequemur igitur hoc quidem tempore, & in hac quæstione, potissimùm Stoicos, nó vt interpretes: sed vt solemus, è fontibus eorum, iudicio, arbitrióq. nostro, quantum, [a] quóque modo videbitur, hauriemus. Placet igitur, quoniam omnis disputatio de officio futura est, antè definire, quid sit officium: quod à Panætio prætermissum esse miror. omnis enim, quæ à ratione suscipitur de aliqua re, institutio, debet à definitione proficisci: vt intelligatur, quid sit id, de quo disputetur. ¶ Omnis de officio duplex [b] est quæstio. vnum genus est, quod pertinet ad finem bonorum: alterum, quod positum est in præceptis, quib. in omneis partes vsus vitæ confirmari [c] possit. Superioris generis huiusmodi exempla sunt. Omniáne officia perfecta sint: Num quod officium aliud alio maius sit: & quæ sunt generis eiusdē. Quorum autē officiorum præcepta traduntur, ea, quāquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minùs apparet, quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur: de quibus est nobis his libris explicandum. Atq. etiam alia diuisio est officij. nā & medium quoddā officium dicitur, & perfectum. Perfectum aūt officium, factum, (opinor) vocemus, quod d Græci κατόρθωμα: hoc autem cōmune [e] quod καθῆκον vocant. Atq. ea sic definiūt: vt, rectum quod sit, id perfectum officium esse definiāt: medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. ¶ Triplex [f] igitur est vt Panætio videtur, consilij capiendi deliberatio. nā, honestúmne factu sit, an turpe, dubitant, id quod in deliberationem cadit in quo considerando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem [g] inquirunt, aut consultant, ad vitæ commoditatem, iucunditatémq. ad facultates rerum, atq. copias, ad opes, ad potentiam quibus & se possint iuuare, & suos: conducat id, nécne, de quo deliberant. quæ deliberatio omnis in rationem vtilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cùm pugnare videtur cū honesto id, quod videtur esse vtile. Cùm enim vtilitas ad se rapere, honestas contrà reuocare ad se videtur, fit vt distrahatur deliberando [h] animus, afferátq. ancipitem curam cogitandi. Hac [i] diuisione, (cum prætereo alia) quid maximum vitium in diuidendo sit) duo prætermissa sunt. Nec. n. solùm vtrum honestum, an turpe sit, deliberari solet, sed etiam, duobus propositis honestis, vtrum honestius. Itémq. duobus propositis vtilibus, vtrum vtilius. Ita, quam ille triplicem putauit esse rationem, in quinq. parteis distribui debere reperitur. Primùm igitur est de honesto, sed dupliciter: tum pari ratione de vtili: pòst de comparatione eorum disserendum. ¶ Principiò generi animantium omni est à [k] natura tributum [l], vt se [m] vitam [n], corpúsq. tueatur, declinétque ea, quæ nocitura videantur, omniáq. quæcumque [o] ad viuendum sint necessaria, inquirat, & paret: vt pastum, vt latibula, vt alia eiudem generis [p]. Commune autem [q] animantium omnium est coniunctionis [r] appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Sed inter hominem, & beluam hoc mamimè interest, quòd hæc tantùm, quantum [s] sensu mouetur, ad id solùm, quod adest, quódque præsens est, se accom-

a L. efficies Profectò legēdis nostris efficies pleniorem. P. B.
b al. sed etiam.*
c L. qui iam illo ferè æquarunt, fort. qui iam illis ferè æquantur, al. qui iam illis fere æquarit.*
d L. vis enim maior in illis dicendi:
e L. elaborarer,
f meminit in Bruto & Oratore & Quintil. 10. Laertius, Suidas, Victorius Ater, Theophilactus in epistol. 34.*
g Theophrastus dictus ab Aristotele διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον: Laertius, adde 3. Gell. 5. Quintil. 10.*
h Præceptorum virtutes & vitia indiscipulis sæpe agnoscūtur.*
i Demosthenes Platonis discipulus, *Demosthenes epistola ad Heraclidem apud Plutarchum. Libanius 3. Gellius 15. Ammianus 30.**
k his oratoriæ illæ Philosophiæ.*
l vide Ciceronem 3. de orat. & Tusculana 1. & 3. Quintil. 1. ad de Plutarchū in Ciceron. & Laertium.*
m L. ad te scribere aliquid hoc tēpore, & in L. ordiri.
o vox grauissimum, *nullibi in v.c. comparet: nec agnoscit* Z.
P. IIII.
p q.v.c. non habent hanc explicationem &.
q L. & colendo al. excolendo.
r L. & negl.
s L. has duas voces, sit vt, *deleas: neq. comparent in v.c.*
t q.v.c. sint in P.
u De Pyrrhone & Herilio adde Laertiū 9. in. Gell. 5. Cic. libris de finibus & Tusculd.*
x copulatio & abest hoc loco a q.v.c.
y L. Erilli,

accommodat, paullulum admodum sentiens præteritum, aut futurum. Homo [a] autem, quib rationis est particeps, consequentia cernit, principia[c], & causas rerum videt, earúmque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines[d] cõparat, & rebus præsentibus adiungit, atq. annectit futuras: facilè totius vitæ cursum videt, ad eámq. degendam præparat res necessarias[e]: eadémque natura vi rationis hominem conciliat homini & ad orationis, & ad vitę societatẽ: ingenerátq. in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt: impellitq. vt hominum cœtus, & [f] celebrari inter se, & à se obiri velit: ob eáſque causas studeat parare ea, quæ [g] suppeditẽt & ad cultum, & ad victum: nec sibi soli, sed coniugi, liberis, ceterísq. quos caros habeat, tuerí q. debeat. Quæ cura exsuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendá facit. In primisq. *hominis est propria veri inquisitio, atque investigatio.* Itaq. cum sumus necessariis negotiis, curísq. vacui, tum auemus aliquid videre, audire, ach discere: cognitionémq. rerum aut occultarum, aut admirabilium ad[l] bene beatéq. viuendum necessariam ducimus. ex quo intelligitur *quod verum simplex sincerúmq. sit id esse naturæ h. minis aptissimũ.* Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus, vt nemini [k] parere animus bene à natura informatus velit, nisi præcipienti, aut docenti, aut vtilitatis causa, iustè, & legitimè imperanti: ex quo animi magnitudo exsistit, humanarúmq. rerum contemtio. Nec verò illa parua vis naturæ est, rationísq. p vnum hoc animal sentit, qui sit ordo, quid sit quod deceat, in factis, dictísq. qui [l] sit modus. itaq. eorum ipsorum, quæ ad pectu sentiũtur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit. quam similitudinem natura, ratióq. ab oculis ad animum transferens, multò etiam magis pulchritudinem, constantiã, ordinem in consiliis, factísq. conseruandum putat: cauétq. ne quid indecorè, effœminatéve faciat: tum in omnibus, & opinionib. & factis, ne quid libidinosè aut faciat, aut cogitet. quib. ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus, honestum: quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit: quódq. verè dicimus, etiam si à nullo laudetur, laudabile esse natura. ¶ Formam quidem ipsam, Marce fili, & tanquam faciem honesti vides: quæ[m] si oculis cerneretur, mirabileis amores, (vt ait Plato) excitaret sapientię[n]. Sed omne, quod honestũ est, id quattuor partium oritur ex aliqua. aut enim in perspicientia veri, sollertiáq. versatur: aut in hominum societate tuenda, tribuendóq. suũ cuiq. & rerum cõtractarum fide: aut animi excelli, atq. inuicti magnitudine, ac robore: aut in omnium, quæ fiunt, quæq. dicuntur, ordine, & modo, in quo ineſt modestia, & temperantia. Quæ quattuor quamquam inter se colligata, atq. [o] implicita sunt, tamẽ ex singulis certa officiorũ genera nascuntur: velut ex ea parte, quæ primò descripta est, in qua sapientiam, & prudẽtiam ponimus, inest indagatio, atq. inuentio veri: eiúsq. virtutis hoc munus est proprium. Vt. n. quisq. maximè perspicit, quid in re quaque verissimum sit, quíq. P & acutissimè, & celerrimè potest & videre, & explicare rationem, is prudentissimus, & sapientissimus ritè haberi solet. quocirca huic, quasi materia, quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. Reliquis autem tribus virtutibus [a] necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, tuendáſq. quibus actio vitæ continetur: vt & societas hominum, coniunctióq. seruetur: & animi excellentia, magnitudóque cùm in augendis opibus, vtilitatibúsq. & sibi, & suis cõparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis eluceat. Ordo autem, & constantia, & moderatio, & ea, quæ sunt his similia, versantur in eo genere, ad quod adhibenda est actio quædam, non solùm mentis agitatio. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum [b] quendam adhibentes, & ordinem, honestatem, & decus conseruabimus.

¶ Ex quattuor autem locis, in quos honesti naturam, vímq. diuisimus, primus ille[c], qui in veri cognitione consistit, maximè naturam attingit humanam. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis, & scientitæ cupiditatem: in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi, & malum, & turpe ducimus. In hoc genere & naturali, & honesto, duo vitia vitãda sunt: vnum, *ne incognita pro cognitis habeamus, hísq. temere assentiamus*[d]. quod vitium effugere qui volet, (omnes autem velle debent[e]) adhibebit ad cõsiderandas res & tempus, & diligentiam. Alterum est vitium, quòd quidam nimis magnum studium multámq. operam in res obscuras, atque difficileis conferunt, easdémque non necessarias: quibus vitiis declinatis, quod in rebus honestis, & cognitione dignis, operæ, curæq. ponetur, id iure laudabitur: vt in astrologia[f] C. Sulpicius[g] audiuimus: in geometria Sex. Pompeium, [h] ipsi cognouimus: multos in[i] dialectica, plureis in iure ciuili. quæ omnes artes in veri inuestigatione [k] versantur: cuius studio à rebus agendis[l] abduci, contra officium est. virtutis enim laus omnis in actione consistit: à qua tamen sæpe fit intermissio: multíq. dantur ad studia reditus: tum agitationis, quæ numquam acquiescit, potest nos [m] in studiis cogitationis, etiam [n] sine opera nostra continere. Omnis autem cogitatio, motúsq. animi, aut in cõsiliis capiendis de rebus honestis, & ptinẽtibus ad bene, beatéq. viuendũ, aut in studiis scientiæ, cognitionísq. versatur. ac de primo quidẽ officij fonte[o] diximus.

¶ De tribus autem reliquis latissimè patet ea [p] ratio, qua societas hominum inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur. cuius partes duæ sunt. Iustitia, in qua virtutis splendor [q] est maximus: ex qua boni viri [x] nominantur: & huic coniuncta beneficentia [r], quam eamdem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari [s] licet. Sed iustitiæ primum munus est, vt [t] necui quis noceat, nisi lacessitus iniuria: deinde vt communibus vtatur pro communibus, priuatis vt suis. Sunt autem priuata nulla, natura: sed [u] aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: aut [x] victoria, vt qui bello potiti sunt: aut lege, pactione, conditione, sorte ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatum [y] dicatur: Tusculanus, Tusculanorum. Similisque est priuatarum possessionum descriptio. ex quo, quia suum cuiusque fit: eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. ex [z] quo si quis sibi plus appetet, violabit ius humanæ societatis. Sed quoniam, (vt præclarè scriptum est à Platone [aa]) *Non nobis solum nati sumus, or-*

a virtutib. est à q. v. c.

P. II.

b L. modum quendam, & ordinem adhibentes, honest.

C DE PRVDENTIA.*

d q. v. c. assentiamur. *alii* assentiamus. *vt h. e. al.* debebũt)

f *al.* astronomia

g *de quo vide Ciceronem de senectut. Liuium 44. Plutarchum in P. Æmilio 12. Valer. 11. 2. Pl. 12. 1. Suisil. 17.**

h patruũ Cn. Pompei 1.*

i L. in dialecticis,

k q. v. c. vestigatione *aliquot v. c.* gerundis.

P. VII.

m L. cognitionis,

n à q. v. c. *particula* etiam, *abest.*

o *al.* fonte satis diximus*

p DE IVSTITIA.*

q *Aristoteles 5 Ethic.**

r o. v. c. beneficentia, *& ita L.*

s *al.* appellare.

t *al.* vt nequis cui noc.

u Res singulorum esse dicuntur, veteri occupatione, victoria, lege, pactione, conditione, sorte.*

x L. aut bello vt qui victoria potiti sunt:

y L. Arpinatium dicatur: z *al.* eo si quis sibi plus appetet, q. v. c. e quo si quis sibi appetet, *fort* e qua si quis sibi qd appetet, aa in epistola ad Archytam Tarentinum. adde Ciceronem 2 de finibus*

a Polyb. 6. b L. quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt, eárúmq. progressus, & c locus sumptus ex Polybio 6.* d vox principia cum cognitione, & non comprehendere nec agnoscit L. e q. v. c. necessitates. Eadẽ natura.

P. III.

f q. v. c. & celerrimè esse, & à f obiri velit L. g Quæ suppeditent ad cultum. L. *al.* sapientes vt *fortè* suppeditent. h L. addisceret.

i q. v. c. ad beatè viuendum necess. L. k Aristotel. l Politic. 12.*

l L. qui motus

P. VI.

m Pereæ ἐρασμίους ἔρωτας, ἐι τις ἐνεργὸς γένοιτο τῆς φρονήσεως, ἐκπληκτικοὺς ἂν παρεῖχε τοὺς ἔρωτας. n Plato in Phædro sic, ἀλλὰ τὸ μὲν δὴ καλὸν ἐν τῷ τοιούτῳ ἦν ἰδεῖν ἅμα τε ἐλαμπρότατον ὄν, ὅτε ἐλθόντες ἅμα τῷ μακαρίᾳ χορῷ τὸν μακάριον Διόνυσον εἵπετο, καὶ ἐν ἡμῖν ἔστιν ἔτι νῦν ἐναργέστατα ἐπιλάμπον τῶν αἰσθητῶν. o Quæ quattuor quamquam inter se colligata, atq. implicita sunt, tamẽ ex singulis certa officiorũ genera nascuntur: velut ex ea parte, quæ primò descripta est, in qua sapientiam, & prudẽtiam ponimus, ineſt indagatio, atq. inuentio veri: eiúsq. virtutis hoc munus est proprium. Vt. n. quisq. maximè perspicit, quid in re quaque verissimum sit, quíq. P & acutissimè, & celerrimè potest & videre, & explicare rationem, is prudentissimus, & sapientissimus ritè haberi solet. quocirca huic, quasi materia,

p L. quisque consultissimus,

a Hæ duæ voces, *patriæ parentes*, absunt ab o.v.c.
b L. atque ita placet Stoicis
c Chrysippo 5. de finibus. & 2. de nat. d.
d v.c. gignantur. & ita L. P. B.
e L. mutatione
f L. autem iustitiæ est fid.
g Id frequẽs Ciceroni. Augustin. in Dialect.*
h Idem 26. Famil. 10. & 4. de Republ. apud Nonũ*
i L. genera duo sunt,
k si possunt,
l Eas quasi manus videtur aff. socim 1. 9. §. 1. ff. ad legẽ Cornel. de falsis. l. 50 ff. de re. iuris. Seneca Troade, act. 2. scen. 2.*
n Stoici enim putabãt omnia peccata paria, de finibus. 4. Paradox. 3.*
o al. parẽteis aut amicos, aut patriam deserat.*
p Aristot. 5. Politic.*
q vox, *nonnulli*, abest ab o.v.c. nec eam agnoscit L.
r L. concupierunt.
s q. v.c. ad pernũdas vol. Adde. Aristotelẽ Politic. 2. c. 6.*
t Plutarch. in Crasso.*
u Exercitus cõstabat quatuor legionibus, aliis sex legionibus interpretantur ex Paradox 6. Certè Plinius legionem simpliciter dixit de Crassoloquẽs 34. c. 10.*
x Idem Lucanus 1.*
y L. temerarias.
z Idem Plutarch. ex Demetrio in Platone.*
a a q. v. c. Ac deinferunda

túsque nostri partem patria vindicat, partem [a] *parentes partem amici*: [b] atque, (vt placet Stoicis) [c] *quæ in terris gignuntur* [d], *ad vsum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, vt ipsi inter se alius alij prodesse possent: in hoc naturam debemus ducem sequi, & communes vtilitates in medium afferre, mutatione* [e] *officiorum, dando, accipiendo: tum artibus, tum operâ, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem.* Fundamentum est [f] autem iustitiæ fides: id est, dictorum, conuentorúmque cõstãtia, & veritas. ex quo quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari [g] Stoicos, qui studiosè exquirunt, vnde verba sint ducta: credamúsque quia [h] fiat, quod dictum est, appellatam fidem. Sed iniustitiæ duo [i] genera sunt: vnum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si [k] possint, non propulsant iniuriam. Nam qui iniustè impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is [l] quasi violenter manus videtur afferre socio. *Qui autem non defendit nec obsistit, si* [m] *potest iniuriæ, tam* [n] *est in vitio, quàm si parentes* [o], *aut patriam, aut socios deserat* Atque illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscũtur, vt cùm is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne, nisi [p] id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli [q], vt adipiscantur ea, quæ concupierunt [r] in quo vitio latissimè patet auaritia. Expetuntur autem diuitiæ cum ad vsus vitæ necessarios, tum ad [s] perfruendas voluptates. In quibus autem maior est animus, in iis pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem: vt nuper M. Crassus [t] negabat, vllam satis magnam pecuniam esse ei, qui in rep. princeps vellet esse, qui suis fructibus exercitum [u] alere non posset. Delectant enim magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia, & copia: quibus rebus effectum est, vt infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec verò rei familiaris amplificatio, nemini nocens, vituperanda: sed fugienda semper iniuria est. Maximè autem adducuntur plerique, vt eos iustitiæ capiat obliuio, cùm in imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem incidẽrint. Quod enim est apud Ennium [x], *Nulla sancta societas, nec fides regni est*: id latiùs patet. Nam quidquid eiusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo fit plerumque tanta contentio, vt difficillimum sit: sanctam seruare societatem. Declarauit id modò tempestas [y] C. Cæsaris, qui omnia iura diuina, atque humana peruertit, propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum. Est autem in hoc genere molestum, quod *in* [z] *maximis animis splendidissimísque ingeniis plerumque existunt honoris, imperij, potentiæ gloriæ cupiditates*, quo magis cauendum est, ne quid in eo genere peccetur. Sed in omni iniustitia permultum interest, vtrùm perturbatione aliqua animi, quæ plerumque breuis est, & ad tempus: an consultò, & cogitato fiat iniuria. Leuiora enim sunt, quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ meditata, & præparata inferuntur. Ac [a a] de inferenda quidem iniuria satis dictum est. ¶ Prætermittendæ autem defensionis, deserendique

officij plures solent esse causæ. Nam, aut inimicitias, aut laborem, aut sumtus suscipere nolunt: aut etiam negligentia, pigritia, inertia: aut [a] suis studijs quibusdam, occupationibúsve sic impediuntur, vt eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Itaq. videndum est, ne non satis sit id, quod apud Platonem [b] est in [c] philosophos dictũ: q. in veri inuestigatione versentur, quódq. ea, quæ pleriq. vehementer expetunt, de [c] quibus inter se digladiari solent, contemnant, & pro nihilo ducant, propterea iustos esse. Nam [f] dum alterum iustitiæ genus assequuntur inferendæ, ne cui noceant, iniuria in alterum incidunt. Discendi enim studio impediti, quos tueri debẽt, deserunt. Itaq. [h] eos ad remp. ne accessuros quidem putant [i], nisi coactos. æquius autem erat id voluntate fieri. Nã hoc ipsum iusta iustum est, quod rectè fit, si est voluntarium. Sunt etiam, qui aut studio rei familiaris tuẽdæ, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant, ne facere cuiquam videantur iniuriam: qui [k] dum altero iniustitiæ genere vacant, in alterũ incurrunt. Deserunt enim vitæ societatem, quia nihil cõferunt in eam studii, nihil operæ, nihil facultatum. Quoniam igitur duobus generib. iniustitiæ propositis, adiunximus causas vtriusq. generis, eásq. res antè constituimus, quib. iustitia continetur: facilè, q. cuiusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos valde amabimus [l], iudicare. Est enim difficilis cura rerum alienarum quamquam Terentianus ille Chremes [m] *humani nihil à se alienum putat* Sed tamen, quia magis ea percipimus, atque sentimus, quæ nobis ipsis aut prosperа, aut aduersa eueniunt, quàm illa, quæ ceteris: quæ quasi longo interuallo interiecto videmus: aliter de illis, ac de nobis, iudicamus. Quocirca bene præcipiunt, qui *vetant* [n] *quid-q ã agere, q. od dubites*, æquum sit an iniquum. *Æquitas* [o] enim *lucet ipsa per se*: dubitatio autem [p] cogitationem significat iniuriæ. Sed incidunt sæpe tempora, eùm ea, quæ maximè videntur digna esse iusto homine, eóque & non ferendum virum bonum dicimus, commutantur, fiúntque contraria: vt non [q] reddere depositum: etiámne [r] furioso promissum facere, quæque pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea [s] negare interdum, & non seruare, sit iustum. Referri enim decet ad ea, quæ proposui in principio, fundamẽta iustitiæ primùm, vt necui noceatur: deinde, vt communi vtilitati seruiatur. ea cùm tempora commutantur, commutatur officium: & [t] non semper est idem. Potest etiam accidere promissum aliquod, & conuentum, vt id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit, vel ei, qui promisit. Nam si, vt in fabulis est [u], Neptunus, quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus. Ex tribus enim optatis, vt scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu ratus optauit: quo impetrato, in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur seruanda sunt ea, quæ [y] sint ijs, quib. promiseris, inutilia. nec [z], si plus tibi noceãt, quàm illi prosint, cui promiseris. Cõtra autem officium est, maius damnũ anteponi minori: vt, si cõstitueris te cuipiam aduocatũ in [a a] rẽ præsentem esse venturũ, atq. interim grauiter ægrotare filius cœperit, nõ sit cõtra officium non facere quod dixeris: magísq. ille cui promissum

a al. aut suis studijs, aut suis occupationibus
b Aristot. 1. de Repub. 2. de Legib. Adde Laert. in Platone.*
c id est pro philosophis
d adde Laert. 16. Epistetus apud Gell. 15. c. 2. Cicero 9. Famil. 10.
e al. déq. quib
f L. Nam alterum iustitiæ genus
g L. inferẽda ne cui noceant iniuriã. v.c. in inferẽda ne cui noc. &c. quæ etiam placent. h L. deq. eos ne ad remp. quidem accessuros p. tat. puras, k al. il. i hęc causa
l Hinc in Heautontimor. in Ide meum ca.*
m Aristotel. Rhet. 2. vide Laert. in Arist. de quo Gellius 13. c. 5.*
n L. vetat
o Aristo. Stoicus apud Gellium 7. c. 14.*
p L. cogitationem
q L. reddere
r L. furioso
s L. vt non
t L. vt non semper sit idem. Potest enim accidere. u vide Cic. 5. de finib. Natural. Pythius apud Gellium 3. de legib. Hyginus 47. & 251. fab. Plutarch. in Demetrio. x Vide Cic. 3. de finib. y L. sint ea. z L. nec si. a a L. rẽ præsentem. b L. ille cui promissum.

missum sit, ab officio discedat, si se destitutum quæratur. Iam illis promissis nō standū esse, quis nō videt, quæ coactus quis metu, [a] aut deceptus dolo promiserit? Quę quidē plerąq. iure prætorio liberantur, nōnulla legib. *Exsistunt etiā sæpe iniuriæ calūnia quadā, & nimis callida* [b], *& malitiosa iuris interpretatione.* Ex quo illud[c], *Summum ius summa iniuria factū est iam tritum sermone prouerbium.* Quo in genere etiam [d] in rep. multa peccantur: [e] vt ille [f], qui, cùm triginta dierū essent cum hoste pactæ indutiæ, noctu populabatur agros, quòd dierum essent pactæ, non noctium indutiæ. Nec [g] noster quidem probandus, si verū est, Q. Fabium Labeonem, seu [h] quē alium nihil enim præter auditum habeo (arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de finib. agri à senatu datum, cùm ad locum venisset, cum vtriusq. separatim locutum ne [k] cupidè quid agerēt, nec[l] appeterent, atq. vt regredi, quàm progredi mallent. Id cùm vtriq. fecissent, aliquantum [m] agri in medio relictum est. Itaq. illorum finibus, sicut ipsi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat, populo R. adiudicauit. Decipere[n] hoc quidem, nō iudicare est. Quocirca in omni re, fugienda est talis sollertia. *Sunt autē quædā officia* etiā *aduersus eos seruāda, à quib. iniuriā acceperis.* Est enim vtciscendi, & puniendi modus. Atq. haud scio, an satis sit, eum, qui lacessierit, iniuriæ suæ pœnitere: vt & ipse ne quid tale posthac[o] committat[p], & ceteri sint ad iniuriam tardiores. Atq. in rep. maximè cōseruanda[q] sunt iura belli. Nā cùm sint duo genera decertādi: vnum p disceptationē, alterū p vim: cúmq. illud propriū sit hominis, hoc beluarum: cōfugiēdum est ad posterius, si vti non licet superiore. Quare suscipiēda, quidē bella sunt ob eā causam, vt sine iniuria in pace viuatur, parta[r] autē victoria, conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello, nec[s] immanes fuerunt: vt maiores nostri Tusculanos[t], Æquos, Volscos, Sabinos[u], Hernicos in [x] ciuitatem etiam acceperunt: at Karthaginem [y], & Numantiā funditus sustulerunt. nollē Corinthū[z]. sed [aa] credo illos secutos opportunitatē [bb] loci maximè, ne posset aliquando ad bellum faciendū locus ipse adhortari. Mea quidē sentētia, paci, quæ nihil habitura sit insidiarū, semper est consulendū. In quo si mihi obtēperatū [cc] esset [dd]: etsi non optimam, at aliquā remp. quæ nunc nulla est, haberemus. & cùm iis, quos vi deuiceris, cōsulendum est, tum ii, qui armis positis, ad imperatorū fidem cōfugiunt [ee], quamuis murum āries percusserit, recipiendi sunt. In quo tātopere apud nostros iustitia culta est, *vt ij, qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidē recepissent, eorū patroni* [ff] *essent, more maiorū.* Ac belli quidē æquitas sanctissimè fetiali [gg] populi R. iure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellū esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis [hh] geratur, aut denuntiatum antè sit, & indictum [ii]. Pompilius [kk], imperator, tenebat prouinciam: in cuius [ll] exercitu Catonis filius tiro militabat. Cùm autem Pompilio vi deretur vnam dimittere legionem, Catonis filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed cùm amore pugnādi in exercitu remansisset, Cato ad[a] Pōpilium scripsit[b], vt, si eum pateretur[c] in exercitu remanere, secundo eum obligaret[d] militiæ sacramento[e]: quia, priore amisso iure, cū hostibus pugnare non poterat. Adeo summa[f] erat obseruatio in bello mouendo. Marci quidem Catonis senis epistola[g] est ad M. filiū, in qua scripsit, se audisse, eum [h] missum factū esse à consule, cū in Macedonia Persico[i] bello miles esset. Monet igitur, vt caueat, ne prœlium ineat. negat enim ius esse, qui miles nō sit, pugnare cū hoste. Equidē illud etiā animaduerto, [p] qui proprio nomine perduellis esset, is hostis[k] vocaretur, lenitate verbi tristitiā rei mitigāte[l]. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quē nunc peregrinū dicimus. Indicāt enim duodecim tabulæ: *Aut status[m] dies cū hoste.* Itemq. *aduersus hostē æterna auctoritas.* Quid ad hāc māsuetudinē addi potest, eum, quicū[n] bella geras, tā molli nomine appellari? Quāquā id nomē durius iam effecit vestras. à peregrino enim iā recessit, & propriè in eo, qui[o] ferret arma cōtrà, remansit. Cùm verò de imperio decertatur, bellóque quæritur gloria, causas omnino subesse tamē oportet easdē, quas dixi paullo antè iustas causas esse bellorū. Sed ea bella, quib. imperij gloria proposita est, minùs acerbè gerēda sunt. Vt[q] enim cùm [r] ciuiliter contendimus, aliter, si est inimicus, aliter, si competitor: cum altero certa mē honoris, & dignitatis est: cū altero capitis, & famæ: sic cū Celtiberis[s], cū Cimbris[t] bellū, vt cū inimicis gerebatur, vter esset, nō vter imperaret: cū Latinis, Sabinis, Sānitib. Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur. Pœni fœdifragi[u], crudelis[x] Hānibal, reliqi iustiores. Pyrrhi quidē de captiuis reddendis[y] illa præclara sentētia:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitu,
Ferro, non auro vitam certamus vtriq.
Virtute experiamur, & hoc simul accipe dictum:
Eorumdem me libertatis parcere certum est:
Nec cauponātes[z] bellū, sed belligerantes, [sors][bb],
Vosne velit, an me regnare hera[aa], quidve ferat
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Dono, ducite, doque, vel[cc] tibi cum magnis diis.

Regalis sanè, & digna Æacidarum[dd] genere sententia. Atq. etiā si quid singuli, temporib. adducti, hosti promiserint, est in eo ipso fides conseruanda[ee]: vt primo Punico bello Regulus captus à Pœnis, cùm de captiuis commutandis Romam missus esset, iurasset q. se reditурum: primùm, vt[ff] venit, captiuos reddendos in senatu non censuit: deinde, cum retineretur à propinquis, & ab amicis, ad supplicium[gg] redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere.[hh] [Secundo autem Punico bello, post Cannēsem pugnam, quos decē Hannibal Romam adstrictos misit iureiurando se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent: eos omneis censores, quoad quisque eorum vixit, qui perierassent, in ærariis reliquerunt: nec minūs illum, qui iurisiurandi fraude culpam inuenerat. Cum enim Hannibalis permissū existet de castris, rediit paullo post, q. se oblitū nescio quid diceret. Deinde egressus è castris, iureiurādo se solutum putabat: & erat verbis, re non

a L. ad Pompilium.
b q. v. c. scribit.
c q. v. c. patitur.
d q. v. c. obligee
e formulam sacramenti vide apud 16. Gell. 4.*
f al. landa.*
g vide Plutarch. in Catone.*
h q. v. c. cum dimissum esse à consul.
i idem aduersus Perseu, vltimū regē Macedonix*
P. B. k Iadde Festū in hostis.*
l L. mitigata, & ita v. c. id est cōstitutus. Festus in Status: Plaut. Curculione: 16. Gell. 4.*
n q. v. c quocum bellum o L. appellare?
p L. qui arma cōtra ferret, rem & ita v. c.
q L. Vt enim cum ciui aliter contendimus, si est inimicus aliter si comp.
r al. cum ciui al. cum ciue. al. cum ciuib. sed hic. ciuiliter est, nā ciuis aduersus ciuem.*
s quorū vrbs prima Numātia.*
t vide Plut. Marjo & Sertorio 3 Flor. 3 Liuiū 67. 68. Appian. Celtico. 5 Eutrop. 1. 5. Oros. 16.*
u Hinc Punica callidiras, fides, perfidia 7. Vale. 4. Sall. Iust. Iugurth. Iul. Capitoli. Auson Plaut. tus Pœnulo.*
x ob conditiones Numantinis datas.*
y L. illa præclara: *Nec mi* z sic Aeschy. tragœdia. ἐγὼ δὲ Θεοῦς dixit, μηχανὴ δὲ ἐστι μοι λύειν. aa id est fortuna.*
bb L. fors.
cc ab Acaco apud Iuuenalem Aeaciæ similis.* dd al. gente ee libri vulg. seruanda: al. obseruanda.* ff q. v. c. primo captiuos redd. alii q. v. c. non habent hoc totum vt venit. gg vide Liuiū 18. Flor. 2. Plin. 40 de viris illustr. 1. Valer. 1. k 1. cap. 4. 6. Gell. 4. 2. Eutrop. 3. 8.* hh Inclusa abfunt à vulgatis.*

enim Pyrrhus: Aeacides vero, à virtute etiam dicitur vt

erat. Semper[a] autem in fide, quid senseris, nō quid dixeris cogitandum. Maximum autē exēplum est iustitiæ in hoste à maioribus nostris cōstitutū. Cùm àP yrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenū regi daturum, & eū necaturū: senatus, & C. Fabricius perfugā Pyrrho dedidit. Ita ne hostis quidē, & potētis, & bellum vltrò inferētis, cū scelere interitū approbauit.] Ac de bellicis quidē officijs satis dictum est. ¶ Meminerimus autē etiā aduersus infimos iustitiāesse seruandā. Est autē infima cōditio, & fortuna seruorū:[b] quibus, non malè præcipiunt, qui ita iubent vti, vt[c] mercenarijs, ad operam exigēdam, & [d] iusta præbenda. Cùm autē duobus modis, id est, aut vi, aut fraude fiat iniuria: fraus, quasi vulpeculæ: vis, leonis videtur: vtrumq.[e] alienissimum ab homine: sed fraus odio digna maiore. Totius autē iustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum, *cùm maximè fallunt, id agunt, vt viri boni esse videātur.* De iustitia satis dictū est. Deinceps (vt erat propositum,) *De*[f] *beneficentia, ac liberalitate* dicatur: qua quidem nihil est naturæ hominis accommodatius. sed habet multas cautiones. Videndum est enim primùm[g] *ne obsit benignitas, & iis ipsis, quibus benignè videbitur fieri, & cetera:* deinde, ne maior benignitas[h] sit, quàm [i] facultas: tum vt pro dignitate cuique tribuatur. Id enim est iustitiæ fundamentum, ad quam hæc referenda sunt omnia. Nā & qui gratificantur cuipiā, quod obsit illi, cui prodesse velle videantur, non benefici, neq. liberales, sed pernicioſi[k] assentatores iudicandi sunt: & qui alijs nocent, vt in alios liberales sint, in eādem sunt iniustitia, vt si in suam rem aliena [l] conuertant. Sunt autē multi, & quidem cupidi splendoris, & gloriæ, qui eripiunt alijs, quod[m] alijs largiantur. Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum[n] iri, si locupletēt eos quacumque ratione. Id autem tantum abest[o] ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium. Vidēdum est igitur, vt ea liberalitate vtamur, quæ prosit amicis, noceat nemini. Quare L. Syllæ,[p] & C. Cæsaris[q] pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos nō debet liberalis videri. Nihil est[r] enim liberale, quod non idem sit iustum. Alter erat locus cautionis, *ne benignitas maior esset, quàm facultates.* quòd, qui benigniores volūt esse, quàm res patitur, primùm[s] in eo peccant, quòd iniurioſi sunt in proximos. quas enim copias his & suppeditari æquius est, & relinqui, eas transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi, & auferendi per iniuriam, vt ad largiendum suppetant copiæ. Videre etiam licet plerósq. non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos vt benefici videantur facere multa, quæ[t] videntur ab ostētatione magis, quàm à voluntate proficiſci. Talis autem simulatio, vanitati est coniunctior, quàm aut liberaliti, aut honestati. Tertium est propositum, vt[u] in beneficentia delectus esset dignitatis: in quo & mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferetur, & animus erga nos, communitas, ac societas vitæ, & ad nostras vtilitates officia antè collata: quæ vt concurrāt omnia, optabile est: sin minus, plures causæ, maioréſq. pōderis plus habebūt. Quoniam autē viuitur nō cū ꝑfectis hominib[v], plenéq.[x] sapiētibus, sed cū ijs, in quibus, [y] præclarè[z] agitur, si sint simulacra virtutis: etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino esse negligendum, in quo aliqua significatio virtutis appareat: colendum autem esse ita quemque maximè, vt quisque maximè his virtutibus sit ornatus, modestia, temperantia, hac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, iustitia. Nam fortis animus, & magnus in homine nō perfecto, nec sapiente feruentior plerumque est: illę[a] verò virtutes, virum bonum videntur potiùs attingere. Atque[b] hæc in minoribus considerentur[c]. ¶ De beneuolentia autem, quam quisq. habeat erga nos, primùm illud est in officio, vt[e] ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur[f]: sed beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potiùs, & constantia iudicemus. Sin erunt merita, vt non ineunda, sed referenda sit gratia: maior quædam cura adhibenda est. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Quòd si ea, quæ acceperis vtenda, maiore mensura, si modò possis, iubet reddere Hesiodus:[g] quidnam beneficio prouocati facere debemus? an[h] non imitari agros fertileis, qui multo plus afferunt, [i] quàm acceperunt? Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre: quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Nam cùm duo genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficij, alterum reddendi: demus, néne, in nostra potestate est: non reddere, viro bono non licet, si[k] modò id facere possit sine iniuria. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus[l] habendi. Nec dubium, quin maximo cuiq. plurimum debeatur. In quo tamen in primis, quo quisq. animo, studio, beneuolentia[m] fecerit, pōderandum est. Multi enim faciūt multa temeritate quadam, sine iudicio, vel modo[n], in omneis, vel repentino [o] quodam, quasi vento, impetu animi incitati: quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea, quæ iudicio, consideratè, constantérq. delata sunt. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia, si cetera paria si nt[p], hoc maximè officij est, vt quisq. maximè opis indigeat, ita ei potissimùm opitulari: q[q] contrà fit à plerisq. quo enim plurimum sperant, etiam si ille his non egeat[q], tamen ei potissimùm inseruiunt.

Optimè autem societas hominum, coniunctióq. seruabitur, si vt quisque erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. ¶ Sed quæ naturæ[r] principia sint communitatis, & societatis humanæ, repetēdum altiùs videtur. est enim primum, quod cernitur in vniuersi generis humani societate. eius autem vinculū est ratio, & oratio: quæ docēdo, discēdo, cōmunicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines, coniungítq. naturali quadam societate. Neque vlla re longiùs absumus à natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, vt in equis, in leonibus: iustitiam, æquitatē, bonitatem nō dicimus. Sunt enim rationis, & orationis expertes. Ac latissimè quidem patens hominibus inter ipſos, omnibus inter omneis, societas hæc est: in qua omnium rerum, quas ad communem vsum hominum natura genuit, est seruanda communitas: vt quæ descripta sunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, vt sit cōstitutum è quibus

a L. semper enim in fide,

b Cicero 5. Paradox. Arist. Pol. 1. & 8. Polit. Macrob. 1. Satur. 2 Seneca 6. epist. 3.*

c v. c. vt mercennariis,

d Copulatio &, abest ab o. v. c. nec eā agnoscit L.

e L. vtrumq. homine alienissimum:

f v. c. de beneficientia,

g vide Senecam libro de beneficiis.*

P. B.

h q. v. c. sit benignitas,

i L. quàm facultates.

k al. pernicioſi & assentatores.*

l q. v. c. alienam

m q. v. c. aliis quod larg.

n q. v. c. visuri,

o äq v. c. abest officio, & ita L.

p Bonorum proscriptione à L. Sylla factam intelligit, de qua Plut. in vita. Appian. 1. ciuil. Plin. 75. de viris illustribus, Vale. 9. Eutrop. 59. 5:7. Plin. 43. Senec. 3. de ira: Auguſt. 3. de ciuit. 28.*

q Curionem enim ære alieno liberauit.*

r äq. v. c. abeſt verbum subſtantiuum, est.

s q. v. c. primum eo peccant,

P. X

t L. quæ proficiſci ab ostentatione magis, quàm à voluntate videntur. T. & ita v. c.

u v. c. vt in beneficētia dilectus esset, &c. & ita L.

x q. v. c. planè que.

y L. in quib. præclare agitur, si in sunt simulacra virtut.

z al. præclarè nō gitur, sed sunt simulacra virtutis.*

a v. c. illæ virtutes, virum bonum vid. & ita L.

b L. Arg. hæc in minoribus.

c v. hanc, considerentur.

d v. c. non adoleſcentulorum more,

e q. v. c. vt illi

f q. v. c. illi gamur.

P. B.

g in libro

h L. an imitari agros fer

i al. ferunt, fertileis

k q. v. c. si modò

l L. dilectus habendi. & ita

m v. c. beneuolentia

n al. temerario.

o al. repentino, quasi vento,

p al. sint.*

q al. egeat,*

r L. naturæ

s al.

è quibus ipsis cætera sic obseruentur, vt in Græcorum prouerbio est: *Amicorum Esse omnia*[a] *communia.* Omnia autem communia hominum videntur ea, quæ[b] sunt generis eiusdem, quod ab Ennio positum in vna re, transferri[c] per[d] multas potest.

Vt[e] *homo, qui errantí comiter monstrat viam,*
Quasi lumen de suo homine accendat, facit:
Vt[f] *nihilominus ipsi luceat, cùm illi accenderit.*

Vna[g] enim ex re satis præcipitur, vt, quid quid sine detrimento possit cõmodari, id tribuatur cuiq. vel ignoto. Ex quo sunt illa cõmunia, *Non*[h] *prohibere aquam profluentem: pati ab igne ignẽ capere, si*[i] *quis velit: cõsiliũ fidele deliberanti dare:* quę sunt iis vtilia, qui accipiunt: dauti non molesta. Quare & his vtendum est, & semper aliquid ad communem vtilitatem afferendum. Sed quoniam copiæ paruæ singulorum sunt: eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo: vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennij finem NIHIL OMINVS[k] VT IPSI LVCEAT: vt facultas sit, qua in nostros simus liberales. ¶ *Gradus* autẽ plures sunt *societatis hominum.* Vt enim ab illa discedatur[l] infinitate, propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ: qua maximè homines coniunguntur: interius etiam est, eiusdem esse ciuitatis. Multa enim sunt ciuibus inter se communia: forum, fana, porticus, viæ, leges, iura, iudicia, suffragia, consuetudines præterea, & familiaritates, multæque[m] cum multis res, rationésque contractæ. Arctior[n] verò colligatio societatis propinquorum. ab illa enim immensa societate generis humani in exiguum, angustúmque concluditur. Nam cùm sit hoc natura commune omnium[o] animantium, vt habeant libidinem procreãdi, prima[p] societas in q ipso est cõiugio: proxima in liberis: deinde vna domus, cõmunia omnia. Id autẽ est principiũ vrbis, & quasi seminarium reip. Sequuntur fratrum cõiunctiones: pòst consobrinorum, sobrinorúmq. qui cũ vna domo iã capi nõ possint, [r] in alias domos, tamquã [s] in colonias exeunt. Sequuntur connubia, & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui. Quæ propagatio, & [t] soboles, origo est rerum publicarum. Sanguinis autem coniunctio, & beneuolentia[u] deuincit caritate homines. Magnum est enim, eadem habere monumenta maiorum, iisdem vti sacris, sepulcra habere communia. Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cùm viri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Illud enim honestum, (quod sæpe diximus)[x] etiam si in alio cernamus, tamen nos mouet, atque illi, in quo id ineſſe videtur[y], amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos ad se allicit[z], facítque vt eos diligamus, in quibus ipsa ineſſe videatur: tamen iustitia, & liberalitas id maximè efficit. nihil autem est amabilius, nec[aa] copulatius, quàm morum similitudo bonorum. In[bb] quibus enim eadem studia sunt, eædémque voluntates: in his fit, vt æquè quisque altero delectetur, ac seipso: efficitúrque id, quod[cc] Pythagoras vultdd in amicitia, *vt ee vnus fiat ex pluribus.* Magna etiam illa communitas est, quæ conficitur ex beneficijs vltrò ff citróque datis, acceptísque: quæ mutua, & grata dum sunt inter quos ea sunt, firma deuinciuntur societate. Sed cùm omnia ratione, animóque lustraueris gg, omnium societatum nulla hh est gratior, nulla carior, quàm ea, quæ cum rep. est vnicuique nostrũm. cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omneis omnium caritates patria vna complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit pro futurus? Quo est detestabilior[a] istorum immanitas, qui lacerarunt[b] omni scelere patriam, & in ea funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Sed si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum[c] officij, principes sunt, patria, & parentes, quorum beneficiis maximè obligati sumus: proximi, liberi, totáque domus, quę spectat in nos solos, neq. aliud vllum potest habere perfugium: deinceps bene conuenientes propinqui, quibus[d] communis etiam pletumque fortuna est. Quamobrem necessaria præsidia vitæ debentur ijs maximè, quos antè dixi: vita autem, victúsque communis, cõsilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in[e] amicis vigent maximè: éstque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit. ¶ Sed in his omnibus officijs tribuendis videndum erit, quid cuique maximè necesse sit, & quid quisque nobiscum, vel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. Ita non iidem erunt necessitudinum gradus qui[f] & temporum: súntque[g] officia, quæ alijs magis, quàm alijs debeantur: vt vicinum citiùs adiuueris in frugib.[h] percipiẽdis, quàm aut fratrem, aut familiarem. at si lis in iudicio sit, propinquum potiùs, & amicũ, quàm vicinum defenderis. Hæc igitur, & talia, circumspicienda sunt in omni officio: & consuetudo, exercitatióq. capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, dedu cendóque[i] videre, quæ reliqui summa fiat: ex quo, quantum cuique debeatur, intelligas. Sed vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis[k] præcepta perceperint, quidquam magna laude dignum sine vsu, & exercitatione cõsequi possũt: sic officij conseruandi præcepta traduntur illa quidem, vt faciamus ipsi: sed rei magnitudo vsum quoq. exercitationémque desiderat. Atque ab iis rebus, quæ sunt in iure societatis humanæ, *quemadmodum ducatur honestum ex quo ortum*[l] *est officium, satis fere diximus.* ¶ Intelligendum est[m] autem, cùm proposita sint genera quatuor, è quibus honestas, officiúmque maneret splendidissimum videri, quod animo magno, elatóque, humanásque res despiciente factum sit. Itaq. in probris maximè in promptu est, si quid tale dici potest:

Vos etenim iuuenes, animos[n] *geritis muliebreis,*
Illáque[o] *virgo*[p] *viri.* Et si quid eiusmodi:
Salmacida[q] *spolia sine sanguine, & sudore.*

Contráque in laudibus, quæ magno animo, & fortiter, excellentérque gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus. Hinc rhetorum campus de Marathone[r], Salamine[s], Platæis[t], Thermopylis[u], Leuctris[x], Stereocle[y]. hinc noster Cocles, hinc Decij, hinc Cnæus, & Publius Scipiones, hinc M. Marcellus, innumerabiléque alij: maximéque ipse populus Rom. animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatu ferè militari. Sed ea animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus, si iustitia vacat, pugnátque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. non enim

a L. communia omnia & in v.c.
b L. quæ sunt generis eius quod ab
c L. transferrim permul.
d al. in permultas.*
e L. homo, qui err.
f L. nihilominus ipsi lucet cum fal. Nihilominus vtipsi luceat.
g L. vna re satis præcipitur quidq.
h L. Non prohibere aqua profluente.
i q. v. c. si qui velit.
P. B.
k. Nihilominus ipsi lucet
l Infinita dif.
m L. multisq. cum multis
n q. v. c. Arctior verò colliga tio est soc. & ita Z.
o vox omnib. abest 3 v. c.
Aristotel. 2. polit.*
p L. in ipso coniugio est: prox.
q. possint.
r Sumptum ex Plat. 6. de legib.*
s L. & subolescentia v. c.
t L. beniu.
u L. Maximus videtur
v L. videant allicere. q. nec co
x Plutarch. in Lycurgo.*
y L. quod Pythagoras vlti
z L. quod Py
a Z
aa L. quam si in ami
bb L. quibus enim eadem
cc L. quod Pythagoras vlti
dd L. quod Py
ee L. vnus fiat, ex vnis fiat.
ff L. ita Non.
gg. in vltimo 483.*
hh L. illustr. & vide Plat. in Sympos.*
ff L. vltrò & citrò datis, acceptísque quæ
gg L. lustraueris
hh v. c. nulla ex grauior.

a q. v. c. istorũ detestabilior immanitas,
b al. lacerauerunt
c L. tribuendum sit off.
d L. quibus cum cõmun.
e L. in amicitiis.
f L. qui tempore.
g al. sunt nãque off. al. sit quædam off.
h q. v. c. in fructib. p.
i e. v. c. ducendóque
k vox artis in q. v. c. non compar.
l L. apta est off.
m DE FORTITVDINE*
n L. animum geritis mulie brem,
o L. Illa virago viri
p Cloelia. Seneca de consol. Liuius 2. 34. Plin. 6 Halicar. 5 Plut. in Publ. & de claris mulieribus cap. 14. Eutro. 1. 3. Valer. 2. 1. Flor. 1. Plin. de viris illustrib. 13. Virgil. 8. Silius 10.*
q L. Salmacidas spolia sine sudore & sanguine. al. Salmaci das spolia. Faernus ita legit, nempe quod huius fontis memini Strab. 14. Festus legit, Salmaci da, in Salmacis. Scaliger ibidem, & in Autonianis lectionibus, Salmacida spolia interpretatur incruenta.*
r vbi Miltiades.* {}
f vbi Themistocles.*
t vbi Aristides.*
u vbi Leonidas.*
x vbi Epaminondas.*
y al. Stratóq. ex Thucyd. 2 al. Stratocle. al. Stertocle, al. Sisocles, al. Terocle al. Stertocles Brasidas Cytherisque.*

modò id virtutis non est, sed potiùs immanitatis, omnem humanitatem repelletis. Itaq. probè definitur à Stoicis FORTITVDO, cùm eam virtutē esse dicūt propugnantem[a] pro æquitate. Quocirca nemo qui fortitudinis gloriā consecutus est, insidiis, & malitia laudē est adeptus: nihil[b] enim honestū esse potest, quod iustitia vacat. Præclarū igitur Platonis[c] illud: *Nonᵈ solum*, inquit, *scientia quæ est remota à iustitia, calliditas potius, quàm sapientia est appellanda: verùm etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non vtilitate communi impellitur, audacia potius nomen habeat, quàm fortitudinis.* Itaque[e] viros forteis, & magnanimos, eosdem bonos, & simpliceis, veritatis amicos, miniméq. fallaceis esse volumus: quæ sunt ex media laude iustitię. Sed illud odiosum est, q̄ in hac elatione, & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur. Vt enim apud Platonē[g] est, omnē morē[h] Lacedæmoniorū, inflā matū esse cupiditate vincēdi: sic, vt quisque animi magnitudine maximè excellit, i ita maximè vult princeps omnium esse, k vel potiùs solus esse. Difficile autem est, cùm præstare omnibus concupieris, l seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria. Ex quo fit, vt neq. disceptatione vinci se, nec vllo publico, ac legitimo iure patiantur. exsistúntque in rep. plerumq. largitores, & factiosi, vt opes quàm maximas cōsequantur, & sint vi potiùs superiores, quàm iustitia pares. Sed quo difficilius, hoc præclarius. nullum[m] est enim tempus, quod iustitia vacare debeat. Fortes igitur, & magnanimi sunt habēdi, nō qui faciūt, sed qui propulsant iniuriā. Vera autē, & sapiens animi magnitudo, honestūillud, quod maximè natura[n] sequitur, in factis positū, nō in gloria iudicat: principēque se esse mauult, quā videri. Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pēdet, hic in magnis viris nō est habēdus. Facillimè autem ad res iniustas impellitur, vt quisque est altissimo animo, & gloriæ cupido. °qui locus est sanè lubricus. quòd vix inuenitur, qui, laboribus susceptis, periculísque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

¶ Omnino fortis animus, & magnus, duabus rebus maximè cernitur: quarum vna in rerum externarum despiciētia ponitur, cùm persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum, decorúmq. sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nulliq. neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Altera est res, vt, cùm ita sis affectus animo, vt suprà dixi, res geras magnas, illas quidē, & maximè vtileis, sed vehementer arduas, plenáſq laborum, & ᵖ periculorum, tum causa ᑫ vitæ, tum multarum aliarum rerū, quæ ad vitam pertinent. Harum rerum duarum splēdor[r] omnis, & amplitudo est, addo etiā vtilitatem, in posteriore: causa autem, & ratio efficiens magnos viros, est in priore. in eo enim est illud, quod excellenteis animos, & humana contemnentes facit. Id autem ipsum cernitur in duobus, si & solum id, quod honestum sit, bonum iudices, & omni animi perturbatione liberēs. nam & ea, quæ eximia plerisque & præclara videntur, parua ducere: eaque ratione stabili, firmáq. cōtemnere, fortis animi, magníq. ducendum[a] est: & ea, quę videtur acerba: quæ multa, & varia in hominum vita, fortunáq. versantur: ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robustíbanimi est, magnæq. constantiæ. Non est autē consentaneū, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec, qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Quā obrem & hæc vitāda[c] sunt, [d] & pecunię fugienda cupiditas: *nihil enim est tam augusti animi, támque parui, quàm amare diuitias: nihil honestius, magnificentiúsque, quàm pecuniam contemnere, si non habeas: ad beneficentiam[e], liberalitatémque, conferre.* Cauendaᶠ est etiā gloriæ cupiditas, vt suprà dixi. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis[g] debet esse cōtentio. Nec verò imperia expetēda, ac potiùs aut non accipiēda interdū, aut deponēda nonnumquam. Vacandum autē est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiā ęgritudine, & voltate animi, & iracundia, vt tranquillitas adsit, & securitas, quæ afferat[h] cùm constantiā, tū etiam dignitatē. Multi autē & sunt, & fuerunt, qui eam, quā dico, tranquillitatē expetentes, à negociis publicis se remouerunt ad otiúmque perfugerunt. In his & nobilissimi philosophi, longéque principes, & iquidam homines seueri, & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt: vixerúntque nonnulli in agris, delectati re sua familiari. His idem propositum fuit, quod regibus, vt nequa re egerent, ne cui parerent, libertate vterētur: cuius[k] proprium est, sic viuere, vt velis. ¶ Quare, cùm hoc commune sit potentiæ cupidorū cum iis, quos dixi, otiosis: alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant: alteri, si contenti sint & suo, & paruo. in quo quidem[l] neutrorum omnino contemnenda est sententia: sed & facilior, & tutior: & minùs aliis grauis, aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem, amplitudinémq. aptior eorum, qui se ad remp. & ad res magnas gerendas accōmodauerunt. Quapropter & iis forsitan concedendum sit, remp. non capessentibus, qui[m] excellenti ingenio, otio, [n] doctrinæque [o] sese dediderunt, & iis, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore causa impediti, à rep. recesserūt, cùm eius administrandæ potestatem ab iis, laudémque concederent. Quibus autem talis nulla [p] est causa, si despicere se dicant ea, quæ plerique admirantur [q], imperia, & magistratus, iis, non modò non laudi, verùm etiam vitio dandum puto. Quorum iudicium in eo, quòd gloriam contemnant, & pro nihilo putent, difficile factu est non probare: sed videntur labores & molestias, tum [r] offensiōnū, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam timere, & infamiam. Sunt enim, qui in rebus contrariis parum sibi constent: voluptatem seueriſſimè contemnant, in dolore sint molliores: gloriam negligāt, frangantur infamia: atq. ea quidem non satis constanter. Sed iis, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cūctatione, adipiscēdi magistratus sunt, & gerenda resp. est. nec enim aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magnitudo potest. Capessentibus autem rep. nihilo minùs, quàm philosophis, haud scio an magis etiam, & magnificentia, & despi-

[a] q. v. c. pugnantem,

[b] Aristot. 3. Ethic. 7. 5. Politic. 10.

[c] L. illud Platonis. ¶ Est autē hic locus sūptus ex Platonis Epitaphio.*

[d] q. v. c. Non, inquit, solùm.

[e] q. v. c. Ita viros f.

[f] φιλαλήθεις

[g] in Lachete.*

[h] al. vim Lacedæmoniorum inflāmatam esse.*

P. B.

[i] v. c. excellet.

[k] esse, hic abest à v. c. nec agnoscit L.

[l] L. concupietis.

[m] q. v. c. nullum enim tempus est, quod.

[n] q. v. c. naturam.

[o] al. cupidus. al. cupidissimo. al. cupiditate.*

P. XIII.

[p] q. v. c. ¶ periculorū cùm vitæ, tū multarum aliarū rerum, quæ ᑫ vox, causas, nullis in v. c. comparet.

[r] L. splendor omnis, amplitudo, addo etiā vtilitatē, in posteriore est causa &c. & ita v. c.

[s] L. & abomni animi p.

[a] dicēdum.*

[b] q. v. c. hoc robusti animi est,

[c] al. vitanda &c pecuniæ.*

[d] videtis sis, vitanda & pecuniæ.*

[e] verum sunt, sed ab eo v. c. beneficentiam.

[f] q. v. c. Quod da etiā ab iis gg. v. c. magnis bus deo.

P. B.

[h] q. v. c. de tem.

[i] sint. ¶ Quidem homines.

[k] libertas debetur Antitheti.

[l] partem quidem, non ab in v. c.

[m] sint. qui excellentes ingenio, otio, & doctrinæ que v. c. dederint.

[n] L. doctrinæ sese dederint.

[o] L. nulla causa

[p] L. nullo

[q] L. vulgus

[r] L. vim offensionū,

cientia adhibenda [a] sit rerum humanarum, quāb sæpe dico, & trāquillitas animi, atq. securitas: si quidē nec anxij futuri sunt, & cum grauitate, constantiáq. victuri. Quæ [c] eo faciliora sunt philosophis, quo minùs patent multa in eorum vita, quæ fortuna feriat, & quo minùs multis rebus egent: & quia, siquid aduersi eueniat, tam grauiter cadere non possunt. Quocirca non sine causa maiores motus animorum concitantur, maioráque [d] efficiēda, temp. gerentibus, quàm quietis. quo magis his & magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas ab angoribus: Ad rem gerendam autem qui accedit, caueat, ne id modò consideret, quàm illa res honesta sit: sed etiam, vt habeat efficiendi facultatē. In quo ipso considerandū est, ne aut temerè desperet, propter ignauiam: aut nimis confidat, propter cupiditatem. In omnibus autem negociis, priùs, quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

¶ Sed cùm plerique arbitrentur res bellicas maiores esse, quā vrbanas: minuenda est hæc opinio. Multi enim bella sæpe quæsierunt [e] propter gloriæ cupiditatem: atq; id in magnis animis, ingeniisque plerumq. contingit: eóque magis, si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorum. Verè autem si volumus iudicare, multæ res exstiterunt vrbanæ maiores, clariorésq; quàm bellicæ. Quāuis enim Themistocle iure laudetur, & sit eius nomen, quàm Solonis, illustrius, citetúrque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei, quo primùm constituit Areopagitas: non minùs præclarum hoc, quàm illud, iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper prodest ciuitati: hoc, consilio leges Athenienſium, hoc maiorum instituta seruantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adiuuerit: at [f] ille adiuuit Themistoclē. Est enim bellum gestum consilio se natus eius, qui à Solone erat constitutus [g]. Licet eadem de Pausania[h], Lysandróque dicere: quorum rebus gestis quanquam [i] imperium Lacedæmoniis [k] dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus, & disciplinæ conferendi sunt. Quine etiam ob has ipsas causas & paratiores habuerunt [l] exercitus, & fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scaurus C. Mario, neque, cùm versaremur in rep. Qu. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur. *Parua* [m] *enim sunt foris arma, nisi est consilium domi.* Nec plus, Africanus, singularis & vir, & imperator, in exscindenda Numantia reip. profuit, quàm eodem tempore P. Nasica priuatus cùm Ti. Gracchum interemit: quamquam hæc quidē res non solùm ex domestica est ratione: attingit [n] enim & bellicam, quoniam vi, manúq. confecta est: sed tamen id ipsum gestum est consilio vrbano, sine exercitu. Illud autem optimum est, in [o] quo me inuadi solere ab improbis, & inuidis audio: „*Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ*“ P. Vt enim alios omittā, nobis rempublicā gubernātibus, nónne togæ arma cessere? neque enim in rep. periculum fuit grauius vmquam, nec maius odium [r] ita consiliis, diligentiáque nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderūt. Quæ res igitur gesta est vmquam in bello tanta? quis triumphus cōferendus? Licet enim, Mar-

ce fili, apud te gloriari, ad quem & hereditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. Mihi quidem certè vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius, multis audientibus, hoc tribuit, vt diceret, frustra se tertiū triumphū deportaturum fuisse, nisi meo in remp. beneficio, vbi triumpharet, esset habiturus. Sunt ergo [a] domesticæ fortitudines non inferiores militaribus: in quibus plus etiam, quàm in his, operæ, studiique ponendum est. Omnino enim [b] illud honestum, quod ex animo excelso, magnificóq. quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. Exercendum tamē corpus, & ita afficiendum est, vt obedire cōsilio, rationíque possit in exsequendis negotiis, & in labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura, & cogitatione: in quo non minorem vtilitatem afferunt, qui togati reip. præsunt, quàm qui bellum [c] gerunt. Itaq. eorum cōsilio sæpe aut non suscepta, aut cōfecta bella sunt, nonnumquam etiam illata: vt M. Catonis, bellum tertium Punicum: in quo etiam mortui valuit auctoritas. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quàm [d] decertādi fortitudo [e]: sed cauēdum, ne id bellandi magis fuga, quā vtilitatis ratione faciamus. Bellū autē ita suscipiatur, vt nihil aliud, nisi pax, quæsita videatur. Fortis verò animi [f] & constantis est, nō perturbari in rebus asperis, nec tumultuātem de gradu deiici, vt dicitur: sed [g] præsentis animi vti cōsilio, nec à ratione discedere: quamquā hoc animi, illud etiā ingenij magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquanto antè cōstituere, quid accidere possit in vtramq. partem: &, quid agendū sit, cùm quid euenerit: nec cōmitere, vt aliquādo dicē dum sit, Non [h] putarā. Hæc sunt opera magni animi, & excelsi, & prudētia, consilió q. fidētis. Temerè autē in acie versari, & manu cū hoste cōfligere, immane quiddā, & beluarum [i] simile est. sed cùm tēpus est, necessitásq. postulat, decertandum manu est, & mors seruituti, turpitudiníque anteponēda. ¶ De euertēdis autē diripiendísque vrbibus, valde illud considerā dum est, nequid temerè, nequid crudeliter fiat, [k] ídque est viri magnanimi, rebus agitatis, punire sonteis: multitudinem conseruare: in omni fortuna, recta, atq. honesta retinere. Vt enim sunt, quemadmodum suprà dixi, qui vrbanis reb. bellicas anteponant: sic reperies multos, quibus periculosa, & [l] callida consilia quietis [m] cogitationibus & splendidiora, & maiora videantur. Numquam omnino periculi fuga cōmittendum est, vt imbelles, timidique videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa: quo nihil potest esse stultius. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotanteis leuiter [n] curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipiteis adhibere coguntur. Quare in tranquillo tempestatem aduersam optare, dementis est: subuenire autem tempestati quauis ratione, sapiētis: eóq; magis, si plus adispicare re explicata boni, quàm ad dubitata mali. Periculosæ autem rerum actiones partim iis sunt, qui eas suscipiunt, partim reip. Itémque alij de vita, gloria, & [o] beneuolentia ciuium in discrimen vocantur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad communia, dimica-

a L. igitur. b cōiunctionem, *enim*, nō habent codices vet. emēdatiores, nec agnoscit L.

P. R. c *al.* bello.

d L. quàm de certandi: sed e *vox*, fortitudo, abest à *v.* c. nec eam agnoscit L.

f vox, *animi*, videtur delenda.

g L. sed præsenti animo vti, & cōsilio

h Demosthenes Philipp. 1.

i Θηριώδες.

k verbū, *fas*, delet L. quia non cōparet in *v.* c. & re vera superuacantū est.

l L. & calida conf. Θερμὰ.

m L. quietis, & cogitatis splendid. P. XVII.

n L. leuiter & *ita v.* c.

o *v.* c. & beneuolentia.

réque paratiùs de honore, & gloria, quàm de ceteris commodis. Inuenti autem multi sunt, qui non modò pecuniam, sed vitam etiam profundere pro patria parati essent: iidem gloriæ iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne [a] rep. quidem postulante: vt Callicratidas, [b] qui cùm Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multáque fecisset egregiè: vertit ad extremum omnia, cùm consilio non paruis eorum, qui classem ab Arginussis remouendam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondit, Lacedæmonios, classe illa amissa, aliâ parare posse: se fugere sine suo dedecore non posse. Atq. hæc quidem Lacedæmoniis plaga mediocris fuit: [c] illa pestifera, quæ, cùm Cleombrotus, inuidiam timens, temerè cum Epaminonda confligisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt. Quanto Qu. Maximus melius de quo Ennius:

Vnus [d] homo nobis cunctando restituit rem.
Non [e] ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo [f] póstque, magísque viri nunc gloria claret.

Quod genus peccandi vitandũ est etiam in rebus vrbanis. Sunt enim, qui, quod sentiunt, etiam si optimũ sit, tamen inuidiæ metu non audent dicere. ¶ Omnino qui reip. præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant: Vnũ vt vtilitatè ciuium sic tueantur, vt quicquid [g] agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum, vt totum corpus reip. curẽt: ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Vt. n. tutela, sic procuratio reip. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, nõ ad eorum, quib⁹ [h] commissi; gerẽda est. Qui autem parti ciuium cõsulunt, partem negligunt, rem perniciosissimã in ciuitatem inducunt, seditionẽ, atq. discordiã: ex quo euenit, vt alij populares, alij studiosi optimi ciuiusq. videantur, pauci vniuersorum. Hinc apud Athenienses is magnę discordiæ ortæ: kin nostra [l] rep. nõ solùm seditiones, sed pestifera etiam bella ciuilia: quę grauis, & fortis ciuis, & in rep. dignus principatu fugiet, atque oderit: tradétque se totum reip. neque opes, aut potentiam consectabitur: totámque eam sic tuebitur, vt omnibus consulat. Nec verò criminibus falsis in odium, aut inuidiam quemquam vocabit: omninóq. ita iustitiæ, honestatique adhærescet, vt, dum eam [m] conseruet, quamuis grauiter offendat, mortémque oppetat [n] potiùs, quàm deserat illa, quæ dixi. Miserrima est omnino ambitio, honorúmque contentio: de qua præclarè apud eundem est Platonem: Similiter facere eos, qui inter se contenderent, vter potius remp. administraret, vt si nautæ certarẽt, quis eorum potissimùm gubernaret. Idémque præcepit [o], vt eos aduersarios existimemus, qui arma contrà ferant: non eos, qui suo iudicio tueri remp. velint: qualis fuit inter P. Africanum, & Qu. Metellum sine acerbitate dissensio. ¶ Nec verò audiendi, qui grauiter irascendum inimicis putant [p], idq. magnanimi, & fortis viri esse censent [q]. Nihil enim laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia. In liberis verò populis, & in iuris æquabilitate exercenda etiã est facilitas, & altitudo [r] animi, quæ dicitur: ne, si irascamur aut intempestiuè accedentibus, aut [s] imprudenter rogantibus, in morositatem inutilem, & odiosam incidamus. & tamen ita probanda est mãsuetudo, at q. clementia, vt adhibeatur, reip. causa, seueritas, sine qua administrari ciuitas nõ potest. Omnis autem & animaduersio, & castigatio, cõtumelia vacare debet: neq. ad eius qui [a] punit aliquem, aut verbis castigat [b], sed ad reip. vtilitatẽ referri. Cauendũ est etiam, ne maior pœna, quàm culpa, sit: & ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellent quidem. Prohibenda autem maximè est ira in puniendo. numquam enim, iratus [d] qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit [e], quæ est inter [f] nimium & parum: quæ placet Peripateticis: & rectè placet, modò ne laudarent iracundiã, & dicerent vtiliter à natura datam. Illa verò omnibus in rebus repudianda est: optandúmque, vt ij, qui præsunt reip. legum [g] similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Atque etiam in [h] rebus prosperis, & à ad voluntatẽ nostram fluẽtibus, superbiam, fastidium: arrogantiámque magnopere fugiamus. nam vt ad uersas res sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est: præclaráque est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eadémque frons, vt de [k] Socrate, item [l] de C. Lælio accepimus. Philippum quidem Macedonum regem, rebus gestis, & gloria superatum à [m] filio: facilitate verò, & humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter sæpe turpissimus fuit: vt rectè præcipere videantur, qui monent, vt, quanto superiores simus [n], tanto nos summissiùs [o] geramus. Panætius quidem auditorem Africanum, & familiarem suũ solitum [p] ait dicere, sicut equos propter crebras contentiones prœliorum ferocitate exultanteis, domitoribus tradere, soleant [q], vt his facilioribus possint vti: sic homines secundis rebus effrenatos, sibíque præsidente is, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, vt perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatémque fortunæ. Atque etiam in secundissimis rebus maximè est vtendũ consilio amicorũ, hísque maior etiam, quàm antè. tribuenda est auctoritas. iisdémq. temporibus cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aureis, nec adulari nos finamus: in quo falli facile est. Taleis enim nos esse putamus, vt iure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cùm homines inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hactenus. ¶ Illud autem sic est iudicandũ, maximas geri res, & maximi animi ab iis, qui remp. [r] regant, quòd [s] earũ administratio latissimè pateat, ad plurimósque pertineat: esse autem magni animi, & fuisse multos etiam in vita otiosa, qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam, sed & quæ suarum rerum finibus continerent: aut interiecti inter philosophos, & eos, qui remp. administrarent, delectarentur re sua familiari, nõ eam quidem omni ratione exaggerantes, neque exeludentes ab eius vsu suos: potiúsq; & amicis impartientes [t], & reip. si quando vsus esset. quæ, primùm bene parata sit, nullo neque turpi quæstu, neque odioso: tũ quàm plurimis, modò dignis, se vtilem præbeat: de inde augeatur ratione, diligentia, parsimonia nec libidini potiùs, luxuriæque, quàm liberalitati, & beneficentiæ [u] pateat. Hæc præcepta seruantẽ licet magnifice, grauiter, animo-

al. ne re qui em publ. vide Diodo ũ libro 13.*

c verbum *fuit* non reperitur in j lib. manuscr. nec id adgnoscit L.

P. B.
d al. vnus qui nobis.*
e al. Non enim ponebat pro, nõ enim, ponebat.*
f L. Ergo magísque, magísque viri nũc gl.
g L. quæcumque agunt, & *ita v.c.*

h L. quibus commissa est, gerenda est, & *ita v.c.*
i Atheniensium discordiæ fuerunt Cyloniorum *Plutarch. in Solone* Diacriorum populasium contra Pedicos Olygarchiæ ἰτυλοι τῶν ὀλιγαρχῶν aduersus diuites quibus obæratu erat & contra, Pisistratũ, quas omnes Solon composuit.*

P. XVIII.
k participiũ, *inde*, abest à v.c. neque id agnoscit L.
l vt secessiones in montem *l. 2. ff. de origine iuris.* Gracchi, Catilinæ & aliorum seditiones.
m *v.c. & L. ea*
n al. appetat
o L præcipit,
p *v.c.* putabũt, & *ita L.*
q *v.c.* censebunt. & *ita L.*
r al. lenitudo.*
s L. aut imprudenter rogantibus. & *ita v.c.*

a *v.c.* qui punitur alij, & *ita L.* ita quoque apud Nonium c. 19. punitur. 23. Tacitus locutus Ciceronem Tuscula na 1. Philipp. 8.*
b Non fugat.*
c appellare est vt vbi fugare vel ab etionẽ dicere.
d adde Ciceronem Philipp. cul. 4. 5. 6. Platonem, & ius seruũ. e *v.c.* Aristides, quæ f Plato de republ. Gel. vlc.* g vt Stagirium ferat. Cicero de legib. Xenophon 8.
h Xenophon 8. παιδείας Horat. f *v.c.* & ad voluptatẽ nostrum pl. & Cicero Tusc. 3 Seneca epist. 18. 19. Plin. 19 Solinus 4. 2. Gellius 1. Aristippus Laertius Hegesias apud Cicerone Tusc. 1. Epicurus nos & Cicero fauet. Lucretius de C. Fabricio, Curio, Coruncanio, Appio Claudio, &c.
n L. famam, & gestarum rerum memoriam.
p Ephorum. Plutarchus dicere, vt equos, q al. solere,

r *v.c.* & *ita L.*
s *v.c.* & *ita L.*
t L. impertiendo.

séque viuere, atque etiã simpliciter, fideliter, vitæq. hominũ amicé. ¶ Sequitur[a] de illa reliqua parte honestatis dicendum sit: in qua verecundia, & quasi quidã ornatus vitæ, *tẽperantia*[b], & modestia, omníq. sedatio perturbationum animi, & rerũ modus cernitur. Hoc loco cõtinetur id, quod dici Latinè decorũ potest: Græcè enim πρέπον dicitur. Huius vis ea est, vt ab honesto non[c] queat separari. Nã & quod decet, honestum est: & quod honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti, & decori, faciliùs intelligi, quã explanari potest. quidquid[d] enim est, quod deceat, id tũ appãret, cùm antegressa est honestas. Itaq. nõ solũ in hac parte honestatis, de qua hoc loco disserendũ est, sed etiam in tribus superioribus, quid deceat, appãret. nã & ratione vti, atq. oratione prudenter: & agere quod agas, considerate: omníq. in re quid sit veri, videre, & tueri decet: contráq. falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare, & mente captum esse. & iusta omnia, decõra sunt: iniusta cõtrà, vt turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. quod enim viriliter, animóque magno fit, id dignũ viro, & decorum videtur: quod contrà, id vt turpe, sic indecorũ. Quare pertinet quidẽ ad omnem honestatẽ hoc, quod dico, *decorũ*: & ita pertinet, vt nõ recõdita quadã ratione cernatur, sed sit in prõptu. est enim quiddã idque intelligitur in omni virtute, quod deceat: quod cogitatione magis à virtute potest, quàm re separari. vt[e] enim venustas, & pulchritudo oris, sic à corporis fecerni nõ potest à valetudine: sic hoc, de quo loquimur, decorũ, totũ illud quidẽ est cum virtute cõfusum: sed mẽte, & cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio *duplex*. Nam & *generale* quoddã decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: & aliud *huic subiectũ*, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic ferè definiri solet: *Decorum* id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiæ, in eo, in quo natura eius à reliquis animantibus differat. Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiũt, vt id decorũ esse velint, quod ita naturæ consentaneũ sit, vt in eo moderatio, & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Hęc[g] ita intelligi ab[h] philosophis, possumus existimare ex eo decoro, quod poetæ sequuntur. de quo alio loco plura dici solent. Sed tũ seruire illud poetas dicimus, quod deceat, cũ id, quod quaq. persona dignũ est, & fit, & dicitur. vt, si Æacus, aut Minos diceret, *Oderint dum metuant*: aut, *Natis se pulchrũ[k] est ipse parens*[l]: indecorum videretur: quòd eos fuisse iustos accepimus. at[m] Atreo dicente, plausus excitatur. est enim digna persona oratio. Sed poetæ quid quemq. deceat, ex persona iudicabunt. nobis autem personã imposuit ipsa natura, magna cum excellentia, præstãtiáq. animãtium reliquorũ[n]. Quocirca poetę in magna varietate personarum, etiam vitiosis quid cõueniat, & quid deceat, videbũt: nobis autẽ cùm à natura constantię, moderationis, temperãtię, verecũdię partes datę sint: cúmque eadem natura doceat non negligere, quemadmodũ nos aduersus homines gerámus: efficitur, vt & illud, quod ad omnem honestatẽ pertinet, decorũ, quàm latè fusum sit, appareat: & hoc, quod spectatur in vnoquoq. genere virtutis. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione mẽbrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes cum quodam lepõre cõsentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, mouet approbatione eorum, quibus cum viuitur, ordine, & constantia, & moderatione dictorum omnium, atque factorum. Adhibenda est igitur quædam reuerentia [aduersus b homines,] & optimi cuiusque, & reliquorum, nam negligere quid de se quisque sentiat, non[c] solùm arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem quod differat, in[d] omni ratione habenda, inter iustitiam, & verecundiam. Iustitiæ partes sunt, nõ violare homines: Verecundiæ, non offendere: in quo maximè perspicitur[e] vis decori. His igitur expositis, quale sit id, quod decere dicimus, intellectũ puto. ¶ Officiũ autẽ, quodcunq. ab eo ducitur, hanc primùm habet viam, quę ducit ad conuenientiam, conseruationémq. naturæ: quam si sequemur ducem, numquam aberrabimus: sequemúrq. & id, quod acutũ, & perspicax natura est: & id, quod ad hominum societatem g accõmodatum: & id, quod vehemẽs, atque forte. Sed maxima vis decori in hac inest parte, de qua disputamus. neque enim solùm corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiã magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt. Duplex[h] est enim vis animorum, atque naturæ[i]: vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ[k] Græcè, quæ hominẽ huc, & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum, fugiendúmq. sit. Ita fit, vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet. Omnis autẽ actio vacare debet temeritate, & negligẽtia: nec[m] verò agere quidquã, cuius nõ possit causam probabilẽ reddere. Hæc est enim ferè descriptio officij. Efficiendũ autẽ est, vt appetitus rationi obediant, eámq. [n] neq. præcurrant, nec propter pigritiam, aut ignauiam deserãt: sintq. trãquilli, atq. omni perturbatione animi careant. ex quo elucebit omnis constantia, omníq. moderatio. nã qui appetitus lõgiùs euagãtur, & tanquam exsultantes siue cupiendo, siue fugiẽdo, non satis à ratione retinẽtur, hi sine dubio finem, & modum transeunt. relinquunt enim, & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturę: à qũibus non modò animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere oratorum, aut eorũ, qui aut libidine aliqua, aut metu cõmoti sũt, aut voluptate nimia gestiũt: quorũ omniũ vultus, voces, motus, statúsq. mutantur. Ex quibus illud intelligitur (vt ad officii formã reuertamur) appetitus omneis cõtrahẽdos, sedãdósq. excitandámq. esse animaduersionẽ, & diligentiã, vt ne quid temerè, ac[o] fortuitu, incõsideratè, negligẽtérque agam[p]. neq. enim ita generati à natura sumus, vt *ad ludum, & Pocũ facti* esse videamur: sed ad seueritatem potius, & ad quædam studia grauiora[q] atque maiora. Ludo autẽ, & iocor[r] vt illis quidem licet: sed sicut somno, & quietibus cæteris, tum cùm grauibus, seriisq. rebus satisfecerimus. Ipsúmque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum & facetũ esse debet. Vt enim pueris non omnem licentiã ludendi damus, sed eã, quæ ab honestis actionibus non sit aliena: sic in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. Duplex omnino est *iocandi* genus:

a adde Ciceronẽ 4. Tusculana.*

b inclusa delenda arbitratur Lambinus.*

c *q. v. c.* non modo arr.

d L. in hominũ ratione habenda, *& ita v. c.* ‖ *al.* in omnium. *al.* in hominem.

e *v. c.* vis perspicitur decori, *& ita L.* P. ℞.

f *q. v. c.* quod ab eo decoro d.

g T. consociationem ac,

m Sumptum videtur ab Aristotele Polit. 1. c. 7.

i *al.* natura sic Cicer. vis atq. natura conjunguntur libro de amicitia & in somnio. Tusculan. 1. de Diuinat. 2. de legib. 3.*

k *v. c.* horme 2. de natura. l aduersium, *vero*, abest à *v. c.*

m L. nec verò agere quisquã quidquã, cuius.

n *fort.* eámq. nec propter temeritatem præcurrant nec, propter pigritiã, aut ignauiã def...

P. XXI.

o L. ac fortuito.

p Prouerbii species.

q Aristoteles 8. Politic.

r *q. v. c.* vti illo quidem licet. alij cod. ver. vt illis quidem licet. vt hic, *& ita L.*

s *al.* etiã cæteris quietibus, *al.* & quietis cæteris.

vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum[a]: alterum, elegãs, vrbanum, ingeniosum, facetum. quo genere nõ modò Plautus[b] noster, & Atticorum antiqua comœdia, sed etiã philosophorum Socraticorum libri referti sunt: multáque multorum facetè dicta: vt ea, quæ à sene Catone[c] sunt collecta, quæ vocantur Ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui, & illiberalis ioci. alter est, si tempore fit, ac remisso animo, libero[d] dignus: alter ne homine quidẽ, si rerum turpitudini adhibeatur[e] verborum obscœnitas. *Ludendi* etiam est quidam modus retinẽdus, vt[f] ne nimis omnia profundamus, elatiq. voluptate in aliquam turpitudinẽ delabamur. Suppeditãt autẽ & campus noster, & studia venandi, honesta exempla ludendi. Sed pertinet ad omnem officij quæstionem, semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus, reliquísq. bestiis[g] antecedat[h]. Illæ enim nihil sentiunt, nisi voluptatem, ad eámque feruntur omni impetu: hominis[i] autẽ mẽs discẽdo alitur, & cogitando, semper aliquid aut inquirit[k], aut agit, videndique, & audiendi delectatione ducitur. Quinetiam si quis est paullo ad voluptates propensior, modò ne sit ex pecudum genere, (sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paullo erectior, quanuis voluptate capiatur, occultat, & dissimulat appetitum voluptatis, propter verecũdiam. ex quo intelligitur, corporis voluptatẽ nõ satis esse dignam hominis præstantia, eámque contemni, & reiici oportere. sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse modum[l] eius fruendæ. Itaq. victus, cultúsq. corporis ad valetudinem referantur, & ad vires, non ad voluptatem. ¶ Atq. etiam, si cõsiderare volumus[m], quæ sit in[n] natura excellentia, & dignitas, intelligemus, quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quámq. honestum, parcè, continenter, seuerè, sobriéque. Intelligendum est etiam, duabus quasi nos à natura indutos esse personis: quarum vna est cõmunis, ex eo, quòd omnes, participes sumus rationis, præstantiæq. eius, qua antecellimus bestiis: à qua omne honestum, decorúmque trahitur, & ex qua ratio inueniendi officij exquiritur: altera autem, quæ propriè singulis est attributa[o]. vt Pariſ enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt (alios enim videmus velocitatẽ ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itémque in formis aliis dignitatẽ inesse, aliis venustatem) sic & in animis existunt etiam maiores varietates. Erat in L. Crasso, & in L. Philippo multus lepos: maior etiam, magísque de industria in C. Cæsare, Lucij[q] filio. At iisdem temporibus in M. Scauro, & in M. Druso adolescente[r], singularis seueritas: in C. Lælio multa hilaritas: in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior. De Græcis autem, dulcem, & facetum, festiuúsque sermonis, atq. in omni ratione[s] simulatorem, quem εἴρωνα[t] Græci nominauerunt, Socratem accepimus: contrà, Pythagoram, & Periclem, summam auctoritatem cõsecutos, sine vlla hilaritate. Callidum Hannibalẽ, ex Pœnorũ: ex nostris ducibus, Q. Maximũ accepimus. facilè celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere[u] hostium consilia. In quo genere Græci Themistoclem[x], & Phæreum Iasonem ceteris anteponunt. in primísque versutum, & callidum factũ Solonis[a]: qui, quo & tutior vita eius esset, & plus aliquanto reip. prodesset, furere se simulauit. Sunt his alij multum dispares, simplices, & aperti: qui nihil ex occulto, nihil ex[b] insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici: itémque alij, qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant, dum, quod velint, consequantur: vt Syllam, & M. Crassum videbamus. Quo in genere versutissimum, & patientissimum Lacedæmonium Lysandrũ accepimus. Cõtráque Callicratidãs, qui præfectus classi proximus post Lysandrum fuit: itémque in sermonibus, alium[d] quidẽ videmus, quamuis præpotens sit, efficere, vt vnus de[e] multis esse videatur. quod in Catulo, & in patre[f], & in filio: itémque in Q. Mutio Mancino[g] Numantino vidimus. Audiui ex maioribus natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica: cõtraq. patrem eius, illum, qui T. Gracchi conatus perditos vindicauit, nullã comitem habuisse sermonis: nec[h] non Xenocratẽ quidem seuerissimũ philosophorum, ob eámque rem ipsam magnũ, clarúmq. fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, morúmque, minimè tamen vituperandorum. ¶ Admodum autem tuenda[i] sunt sua cuique, non vitiosa, sed[k] tamen propria, quo facilius decorum illud, quod quærimus, retineatur. sic enim est faciendum, vt contra naturam vniuersam nihil contendamus: ea tamen conseruata, propriam naturam sequamur: vt, etiam si sint alia grauiora, atq. meliora, tamen nos studia nostra, *naturæ regula metiamur*. neq. enim attinet repugnare naturæ, nec quidquam sequi, quod assequi nequeas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet *inuita*, (vt aiunt) *Minerua*, id est, aduersante, & repugnante natura. Omnino si quidquam est decorum, nihil est profectò magis, quàm æqua bilitas[l] vniuersæ vitæ, tum singularum actionum: quã conseruare nõ possis, si aliorum naturam imiteris, omittas tuam. v r enim sermone eo debemus vti, qui notus est nobis, ne (vt quidam) Græca verba incultantes iure optimo irrideamur: sic in actionibus, omnémq. vitã, nullã discrepantiam conferre debemus. Atq; hæc differentia naturarum tantã habet vim, vt nonnunquam mortem sibiipsi[m] cõsciscere alius debeat, alius in eadem causa non debeat. non[n] enim alia in causa M. Cato fuit, alia ceteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt. Atqui[o] ceteris fortãsse vitio datum esset, si se interemissent, propterea quòd eorum vita senior, & mores fuerant faciliores: Catoni autem[p] cùm incredibilẽ tribuisset natura grauitatẽ, eámq. ipse perpetua constãtia roborasset, sempérq. in proposito, susceptóque cõsilio permãsisset, moriundum potiùs, quàm tyranni vultus adspiciẽdus fuit. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, cùm & mulieribus (si Circe & Calypso[q], mulieres appellandæ sunt) inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet? domi verò etiam contumelias seruorum[r], ancillarúmq. pertulit, vt ad id aliquando, quod cupiebat, ut peruenire. At Aiax, [x] quo animo traditur, mallet omnes oppetere mortem, quàm illa perpeti alio[y] maluisset. quæ contemplãteis expendere oportebit, quid quisque habeat sui[z]. eáque moderari, nec velle experiri, quã se aliena deceant, id enim maximè quemque decet, quod est cuiusq. suum maximè. Suum igitur quisque

a Tullius 3.

b q. v. de iis ridiculis.

c vide Xenophont. & Plutarch. in Lacenic. Plutarchum in Lacon. nicis.*

d L. aliũ aliquem, quouis præ. e ad Iouis f v. c. & Bibulus. g al. Manlio. h Lege Xenocratẽ autem virũ gnomen literæ genitiuo. al. Manlius. no. al. Numicio. al. Marcia.*

i L. tenenda sunt.

k q. v. de his sumpti.

l al. æquabilitas.

m al. volemus. n al. in natura hominis, excellentia.

o v. c. tributa.

p Aristoteles Polit. 5. c. 11.*

P XXII.

q v. c. L. Philippo L. r al. adolescentibus.

s L. oratione. t Cicero 2 de orat. Academic. 4. & in Brut. 9.* u v. c. præcipere hoc. cõsil quæ lectio Vrsino displicet, quem hic vide.* x al. Themistocle Atheniensem, & Phæreum.

p. XXIII. partim, partim ab o. v. c.

y Homerus Odyss. 5. Hesiodus Theogon. Ouidius Metamor. 13. Dictys Cretensis. z Telamonius Aiax.

quisque noscat ingenium, ac témque se & vitiorum, & bonorum suorum iudicé præbeat: ne scenici plus, quàm nos, videantur habere prudentiæ. illi enim non optimas, sed sibi accommoditissimas fabulas eligunt, qui voce freti sunt. Epigonos [a], Medeámque [b] qui gestu, Menalippam [c], Clytemnestram [d] semper Rupilius [e], quem ego memini, Antiopam: non sæpe Æsopus Aiacem. Ergo histrio [f] hoc videbit in scenâ, quod non videbit sapiens in vita? ¶ Ad quas igitur res aptissimi erimus, in iis potissimùm elaborabimus. sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erũt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si nõ decorè, at quàm minimùm indecorè facere possimus. Nec tam est enitendũ, vt bona, quæ [h] nobis data nõ sunt, sequamur, quàm vt vitia fugiamus.

Ac duabus iis personis, quas suprà dixi, tertia adiungitur, quam casus aliquis vel tempus imponit: quarta etiam, quam nobismetipsis i iudicio nostro accõmodamus. nam regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes, eáq. quæ sunt his cõtraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autẽ quam [k] personam gerere velimus, à nostra voluntate proficiscitur. Itaq. se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiã applicãt: ipsarúmque virtutum in alia alius mauult excellere. Quorum verò patres, aut maiores aliqua gloria præstiterunt, eorum [l] pleriq. in hoc genere laudis studet excellere: vt Qu. Mucius [m], P. filius, in iure ciuili, Paulli filius [n] Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas à patribus acceperunt, addunt aliquam suam: vt hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam. Quod idem fecit Timotheus [o], Cononis F. qui, cùm belli laude nõ inferior fuisset, quàm pater: ad eam laudẽ, doctrinæ, & ingenij gloriã adiecit. Fit aũt interdum, vt nõnulli, omissa [p] imitatione maiorum, suũ quod dam institutum consequãtur: maximéq. in eo plerumq. elaborant ij, qui magna sibi proponunt, obscuris [q] orti maioribus [r]. Hæc igitur omnia, cùm quærimus, quæ deceant, complecti animo, & cogitatione debemus. In primis autem constituendum est, quos nos, & quales esse velimus, & in quo genere vitæ: quæ deliberatio, est omnium difficillima. Ineunte enim adolescentia, cùm [s] inest maxima imbecillitas consilij, tunc id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maximè adamauit. itaque antè implicatur aliquo certo genere, curisúque viuendi, quàm potuit, quod optimum esset, iudicare. Nam quod Herculem Prodicus dicit (vt est apud Xenophontem [t]) cùm primùm pubesceret: quod tempus à natura ad deligendum, quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est: exisse in solitudinem, atq. ibi sedentem, diu secum, multúmque dubitasse, cùm duas cerneret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius esset: hoc Herculi [u] Iouis satu edito, potuit fortasse contingere: nobis non item, qui imitamur, quos cuique visum est, atque ad eorum studia, institutáq. impellimur: plerunque [x] autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, morémque [y] deducimur. alij multitudinis iudicio feruntur, quæq maiori parti pulcherrima videntur, ea maximè exoptant. nonnulli tamen siue felicitate quadam, siue bonitate naturæ, siue parentum disciplina, rectã vitæ secuti sunt viam. Illud autem maximè rarum genus est eorum, qui aut excellente ingenij magnitudine, aut præclara eruditione, atque doctrina, aut vtraq. re ornati, spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimùm vitæ cursum sequi vellent: in qua deliberatione ad suam cuiusque naturam consilium est omne reuocandum. Nam cum in omnibus, quæ aguntur ex [a] eo modo, quo quisque natus est, (vt suprà dictum est) quid deceat, exquirimus: tum in tota vita constituenda, multo est rei cura maior adhibenda. vt cõstare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claudicare. Ad hanc autem rationem quoniã maximã vim natura habet: fortuna proximam: vtriusq omnino ratio habenda est in deligendo genere vitæ: sed naturę magis, multo enim & firmior est, & cõstantior: vt fortuna nõnumquam, tanquã ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare videatur. Qui igitur ad naturæ suæ non vitiosæ genus consilium [b] vitæ omne contulerit, is cõstantiam teneat. id enim maximè decet: nisi [c] fortè se errasse intellexerit in deligendo genere vitæ. Quod si acciderit (potest autem accidere) faciẽda morum, institutorúmque mutatio est. eam igitur mutationem, si tempora adiuuabunt, faciliùs cõmodiúsque faciemus. sin minùs: sensim erit, pedetentimq. faciẽ da [d]: vt amicitias, quæ minùs delectent, & minùs probentur, magis decere censent sapientes sensim dilũere [e], quã repẽtè præcidere. Cõmutato autẽ genere vitæ, omni ratione curandũ est, vt id bono cõsilio facisse videamur. ¶ Sed quoniam paullo antè dictum est, imitãdos esse maiores: primùm illud exceptum sit, ne [f] vitia sint imitanda: deinde, si natura non feret, vt quædam imitari possint, vt superioris Africani filius [g] qui hunc Paullo natum adopta uit, propter [h] infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quàm ille fuerat sui. Si igitur non poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere: illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate, iustitiã, fidem, liberalitatem, modestiam, temperantiam, quo minùs ab eo id, quod desit, requiratur. OPTIMA autẽ hereditas à patrib. traditur liberis, omníque patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerúmque gestarum: cui dedecori esse, nefas, & vitium iudicandum est. Et quoniam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliáque sunt iuuenum, alia seniorum: aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur *adolescentis*, maiores natu vereri, ex [i] hisque deligere optimos, & probatissimos, quorum consilio, atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia [k], scenum constituenda, & regenda prudentia est. Maximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda est, exercendáque in labore patientiáque & animi, & corporis: vt eorum & in bellicis, & [l] ciuilibus officiis vigeat industria. atque etiam cùm relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ: quod erit facilius si eiusmodi quoque [m] rebus maiores natu interesse [n] velint. *Semibus* autem labores corporis sunt [o] minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur. danda verò opera, vt & amicos, & iuuentu-

a Attil. b L. Mediũque Pacuuii tragœdia est Pisoni. Cariſio Prisciano Mario.* c Accii. d attil. e q.v.c. Rutilium. f vide 4. Academicarum.* g v.c. in scena non videbit sapiens vitæ. h Ital. nobis data non sint, i v.c. nobismetipsis.

k v.c. gerere quam persona velimus.

l Vii studẽt plerumq. eodem in genere laud. excell. Quintil. 12. Gell. 14.* m Velleius 2.*

n Cicero 3. de orat. Plutarc. in Cicer.*

o al. amissa.

p Valer. 4. Cincinnus in Cornelio.* q al. parentibus. r L. cum est mox. Grita 2.* s Memoradeliberatio sit de familiar. 12. Quintil. 12. Mimus Terentius fermone 4.

t Xenophon. lib. 2. Memorabilium. Herculi fato. ita Cicero. Legit Victor. in Variar. 12. vetus liber Manutii, Hercules fato Iouis. al. Hercule. al. Herculi fato. Herculi, Iouis nato. al. Herculi. Iouis fato antiquo. al. Herculi, Iouis fato edito.* al. plerique autem, & ita Nonius c. 4. Imbuere. 2.* u Morésque Iouis.*

x al. plerumque. y Morésque rima videntur.*

tem, & maximè remp. consilio, & prudentia quàm plurimùm adiuuent. Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se[a], desidiæq dedat. Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tũ senectuti fœdissima est. Sin autem libidinum [b] etiã intemperantia accesserit[c], duplex malum est, quòd & ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentiũ impudentiorem intemperantiam. ¶ Ac ne illud quidem alienũ est, *de magistratuum*, de priuatorũ, de ciuiũ, de peregrinorũ officiis dicere. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personã ciuitatis, deberéque eius dignitatem, & decus sustinere, seruare leges, iura describere, ea fidei suę commissa meminisse. *Priuatum* autem oportet æquo, & pari cum ciuibus iure viuere, neq. submissum & abiectum, neq.[d] se efferentem: tum in rep. ea velle, quæ tranquilla, & honesta sint talem [e] enim & sentire, & bonum ciuem dicere solemus. *Peregrini* autem, & *incolæ* officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alio inquirere [f], miniméque in aliena esse rep. curiosum. Ita ferè officia reperiuntur, cùm quæretur, quid deceat, & quid aptum sit, personis, temporibus, ætatibus. Nihil est autem, quod tam deceat, quàm in omni re gerẽda, consilióque capiendo seruare constantiã. ¶ Sed quoniam decorum illud [g] in omnibus factis, & dictis, in corporis deniq. motu, & statu cernitur, idq. positum est in tribus rebus, *formositate*, ordine, ornatu ad actionem apto, [h] difficilius ad eloquendum: sed [i] satis erit intelligi: in his autem tribus continetur cura etiam illa, vt probemur iis, quibus cum, [k] & [l] apud quos [m] viuamus[n]: his quoque de rebus pauca dicantur, Principiò, *corporis* nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem: quæ formam nostram, reliquámq. figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. quæ [o] autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, adspectum essent deformem habituræ, atque turpem[p], eas contexit, atq. abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis: ipsiq necessitati dant operam, vt quàm occultissimè pareant: quarúmque partium corporis vsus sunt necessarij, eas, neq. parteis, neque earũ vsus suis nominibus appellant: quódque facere turpe non est, modò occultè, id dicere ¶ obscœnum est. Itaque nec aperta actio rerum illarum, petulãtia vacat, nec oratio obscœnitate. ¶ Nec verò audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici pænè Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quòd ea, quæ turpia re non sunt, verbis flagitiosa dicamus: illa autem, quæ turpia sunt, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterari, re[r] turpe est: sed dicitur non obscœnè: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnũ: pluráque in eam [s] sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum, auriúmq. comprobatione[t] fugiamus[u]. Status, incessus, sessio, accubatio[x], vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorũ. Quibus in rebus duo sunt maximè fugiẽda: nequid effœminatum, aut molle, & nequid durum, aut rusticũ sit. Nec verò histrionibus, oratoribúsque concedendũ est, vt iis hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum quidem mos[a] tantam habet [ab] vetere disciplina verecundiam, vt in scena [c] sine subligaculo [d] prodeat nemo. verentur enim, ne, si quo casu euenerit, vt corporis partes quędã aperiãtur, adspiciãtur nõ decorè. Nostro quidẽ more eũ [e] parẽtibus puberes filij, cum soceris generi non [f] lauantur. Retinẽda est igitur huius generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra, & duce. Cùm autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem, muliebrem duce re debemus: dignitatẽ, virilẽ. Ergo & à forma remoueatur omnis viro non dignus ornatus: & huic simile vitium in gestu, motúq. cauea-tur. Nam & palæstrici motus, sæpe sunt odiosiores: & histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant: & in vtroq genere, quæ sunt recta, & simplicia, laudãtur. Formæ autẽ dignitas, coloris bonitate tuenda est: color, exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea munditia nõ odiosa, neq. exquisita nimis, sed tãtùm quæ fugiat agrestẽ, & inhumanã negligẽtiã. eadem[m] ratio est habenda vestitus: in quo sicut in plerisq rebus, mediocritas [i] optima, est. Cauẽdum est aũt, ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt pomparum feruculis similes esse videamur: aut in festinationib. susceptamus nimias celeritates: quæ cùm fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquẽtur: ex quibus magna significatio fit, nõ adesse constantiã. Sed multo etiã magis elaborandum est, *ne animi motus* à natura recedãt: quod assequemur, si cauebimus, ne in perturbationes, atq. exanimationes incidamus: &, si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus. Motus autẽ animorũ, duplices sunt: alteri, cogitationis: alteri, appetitus. Cogitatio, in vero exquirendo maximè versatur: appetitus impellit ad agendũ. curandũ est igitur, vt cogitatione ad res quàm optimas vtamur: appetitũ rationi obedientẽ præbeamus. Et quoniã magna vis *orationis* est, eáq. duplex: altera, cõtentionis: altera, sermonis: cõtentio, disceptationibus tribuatur iudiciorũ, concionũ, senatus: sermo, in circulis, disputationib[o], congressionibus familiarium versetur: persequaturk etiã cõuiuia. cõtentionis præcepta rhetorum sunt multa, nulla sermonis: quamquam haud scio, an possint hæc quoque esse. sed discentium studiis inueniuntur magistri: huic autem qui studeãt sunt nulli: rhetorũ turba referta omnia: quãquam quæ verborum, sententiarúmque præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. Sed cùm orationis indicẽ, *vocem* habeamus, in voce autem duo sequamur, vt clara sit, vt suauis: vtrúque omnino à natura petendum est: verùm alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presè loquentium, & leniter. Quid [m] fuit in Catulis, vt eos exquisito iudicio putares vti litterarum? quamquam erant litterati: sed & alij. hi autem optimè vti lingua Latina putabantur. Sonus erat dulcis: litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum elser, aut[n] nimis putidum. Sine contentione vox nec lãguens, nec canora. *Verborum oratio* L. Crassi, nec minùs faceta: sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale verò conditus [o], & *facetiis* Cæsar, Catuli patris frater, vicit omneis: vt in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorũ sermone vinceret.

In omni-

a L. sesq.

b L. etiam libidinum int. c. q. v. c. accessit.

c al. nec se.

d P. B.

e v. c. talem enim solemus & sentire bonum ciuẽ, & dicere.

f L. anquirere.

g *illud*, abest ab o. v. c.

h L. apto, difficilib. ad eloquendum:

i al. sed satis facile poterit intelligi:

k al. cũ quibus, apud quos viuamus. al. à quibus, apud quosque viuamus.

l v. c. apud quosque viu.

m al. apud quosque.

n al. viuimus.

o L. quæ partes autem.

p al. formam al fœdum.

P. XXVI.

q al. obscenũ al. obscœnũ.

r L. adulterare.

s L. in eandẽ sent. & ina v. c.

t L. approbatione.

u fort. refugia mus.

x L. accubitio.

a Mos Scenicorum verecundus, vt in scenam, sine subligaculo prodeat nemo.

b hæc partis. cula deeid. Nonio in Subligacula. 221. stant, hũc locum, c al. in scena. Non. d. loco. d Subligaculũ eh, quo pudendæ partes corporis regũtur, quod subligatur. Non. d. loco. e membris. Valer. f fort. nõ iuuant.

P. B.

g *minus*, abest à v. c.

h citatur à Nonio in mediocritas. i mediocritas pro medio. Nonius d. loco.

k L. sequamur & ita v. c. l vox muta nullo in codd. manuscr. vsu parua.

P. XXVII.

m L. Minùs fuisse Cic.

n L. aut parum dum. Gr. ita v. c.

o vox *nimis* abest à v. c.

In omnibus igitur his elaborandum est, si in omni, quid deceat, exquirimus. Sit igitur hic sermo, in quo Socratici maximè excellunt, *lenis, minimèque pertinax*: insit in eo *lepos*. Nec verò, tanquam in possessionē suam venerit, excludat alios. sed cùm reliquis in rebus [a], tum in sermone, communi vicissitudine nonnunquam vtendū putet. Ac videat in primis, quibus de rebus loquatur: si seriis, seueritatem adhibeat: si iocosis, lepōrem. In primis prouideat, ne sermo vitiū aliquod indicet inesse moribus [b], quod maximè tum solet euenire, cùm studiosē *de absentibus detrahendi causa*, aut per ridiculum, aut seuerè, maledicè, cōtumelioséque dicitur. ¶ Habentur autem plerunq. sermones aut de domesticis negotiis, aut de rep. aut de artium studiis [c], & doctrinæ. Danda igitur opera est, vt etiā si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. Sed, vtcunq. aderunt [d] res: neq enim omnes [e] iisdē [f] de rebus ſ, nec in omni tēpore, nec similiter [h] delectamur. Animaduertendū est etiā, quatenus sermo *delectationem* habeat: &, vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinēdi modus [i]. Sed quoniā in omni vita rectissimè præcipitur, vt perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperanteis: sic eiusmodi motibus sermo debet vacare, ne aut ira exsistat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia k, aut quid tale appareat. maximéq. curandum est, vt eos, quibus cum sermonē cōferimus, & vereri, & diligere videamur. *Obiurgationes* etiam nonnum quam incidūt necessariē, in quibus vtendū est fortasse & vocis cōtentione maiore, & verborū grauitate acriore. Id agēdum etiā est, vt ne ea facere videamur irati. Sed, Vt ad vtendū, & secādum medici [l] sic nos ad hoc genus castigādi, raro, inuitíq. veniamus, nec vmquam, nisi necessariò, si nulla reperietur alia medicina. sed tamē ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil considerātè potest. Magna [m] autē ex parte clemēti castigatione licet vti, grauitate tamen adiuncta, vt seueritas adhibeatur, & cōtumelia repellatur. atq. etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandū est, ipsius [n] causa, qui obiurgetur, susceptū esse. Rectū est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamē grauitatem retinere, iracundiam repellere [o]. quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec iis, qui adsunt [p], approbari. Deforme [q] etiam est, *de se ipso prædicare*, falsa præsertim, & cum irrisione audientium, imitari militem [r] gloriosum. ¶ Et quoniam omnia persequimur, (volumus quidem certè,) dicendum est etiam. *qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse*, cuius finis est vsus: ad quem accommodanda est ædificandi descriptio: & tamen adhibenda dignitatis, commoditatisque diligentia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quòd præclaram ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum: quæ cùm vulgò viseretur, suffragata domino, nouo homini, ad consulatum putabatur. hanc Scaurus [s] demolitus, accessionem adiunxit ædibus. Itaque ille in suam domum consulatum primus intulit [t], hic summi, & clarissimi viri filius, in domum multiplicaram, non repulsam [u] solūm retulit [x], sed ignominiam [y], & calamitatem [z]. Ornandā est enim dignitas domo, non [a] ex domo dignitas tota quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. & vt in ceteris habēda ratio non sui solūm, sed etiam aliorum: sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi, & admittēda hominum cuiusq. generis multitudo, adhibenda est cura laxitatis. aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. & maximè, si aliquando alio domino solita est frequentari. odiosum est enim, cùm à prætereuntibus dicitur: *O [b] domus antiqua, [c] heu quam [d] dispari dominaris [e] domino!* quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Cauendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumtu, & magnificētia prodeas: quo in genere multum mali etiam in exemplo est. studiosē enim pleriq., præsertim in [f] hac parte, facta principum imitantur: vt L. Luculli, summi viri, virtutem, quis? quàm [g] multi villarum magnificentiam imitati sunt [h]? quarum quidem certè est adhibendus modus, ad mediocritatémq. reuocandus: eadémq. mediocritas ad cōmunem vsum, cultúmque vitæ referenda [i] est. Sed hæc hactenus. ¶ In omni autem actione suscipienda, tria sunt tenenda: primùm, vt appetitus rationi pareat [k]: quo nihil est ad officia conseruāda acommodatius: deinde, vt animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere velimus, néue [l] minor, néve maior cura, & opera suscipiatur, quàm causa postuler. tertium est, vt caueamus, vt [m] ea quæ pertinent ad liberalem speciem, & dignitatem, moderanda [n] sint. Modus autem est optimus, decus ipsum tenēre. de quo antè diximus, nec progredi longiús. Horum [o] autem trium præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi. ¶ Deinceps *de ordine rerum, & tempo um opportunitate dicendum est*. Hæc autem scientia continet eam, quā Græci εὐταξίαν nominant, non hanc, quam interpretamur modestiam: quo [p] in verbo modus inest: sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conseruatio. Itaq., vt eandem nos modestiā appellemus, sic definitur à Stoicis, vt MODESTIA, SIT SCIENTIA earum rerum, quæ [q] agentur, aut dicentur, loco suo collocandarum, itaq. videtur eadem vis ordinis, & collocationis fore. Nam & ordinem sic definiunt, COMPOSITIONEM rerum aptis, & accommodatis locis. locum autem actionis, opportunitatem temporis esse dicunt. tempus autem actionis opportunū. Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occasio. sic fit, vt modestia hæc, quam interpretamur ita, vt dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Sed potest esse eadem prudentiæ definitio, de qua principiò diximus. hoc autem loco de moderatione, & temperātia, & [r] earum similib. virtutibus quærimus. Itaq. quę erant prudentiæ propria, loco suo dicta sunt. quæ autem harum virtutū, de quibus iamdudā [f] loquimur, quę pertinēt ad verecundiam, & ad eorum approbationem, quibus cum viuimus, nunc dicenda sunt. ¶ Talis est igitur ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione cōstanti, sic in vita omnia sint apta inter se, & conuenientia. Turpe est enim, valdéq. vitiosum, in re seuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles [s], cùm haberet collegā in præturā Sophoclem poetā, híq. de cōmuni of-

a L. nō ex domo tota quærenda.

b adde Philipp. 2.*

c Faernus, Antiquam dispari. al. Anci. al domus Antiqua, quàm domino dominaris dispari, vt sint senarii.*

d P. B. q.v.c. quàm dissimili. al. & quàm

e L. dominare dom.

f L. in hanc partem,

g L. at quàm.

h verbū, sunt, non agnoscit L.

i L. transferenda est.

k q.v.c. obtēperet.

l L. vt néve.

m L. ne ea.

n L. immoderata sint.

o q.v.c. Horum tamē tr.

p Modestia à modo. citatur hic locus pau. lo aliter à Nonio c. 1. in modestiam. 123.*

q L. quæ aguntur, aut dicuntur. P. XXIX.

r q.v.c. & harum § al. & aliis.*

s L. iamdiu.

t Idem Plutarchus in vita Stobæus sermone 15. 4. Valer. 4. 7.*

ficio cõueniſſent,& caſu formoſus puer præ-
a addequædã ex 15 & 12.
b v.c.Pericle*.
c v.c.Sophocle.
d al. Atqui.
e L.probatione.
f q.v.c. ſi qui.
teriret: dix ſtétque Sophocles, O [a] puerũ pulchrum,Pericles![b] *At enim prætorem Sophoclem*[c], *decet non ſolum manus: ſed etiam oculos abſtinentis habere*. Atque[d] hoc idem Sophocles ſi in athletarum[e] approbatione dixiſſet, iuſta reprehenſione caruiſſet. Tanta vis eſt,& loci, & temporis. vt,ſiquis[f], cùm cauſam ſit acturus,in itinere, aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur,aut ſiquid aliud attentiùs cogitet, nõ reprehẽdatur: at hoc idem ſi in cõmunio faciat, inhumanus videatur,inſcitia[g] tẽporis. Sed ea,quę multũ ab humanitate diſcrepant, vt, ſi quis in foro cantet[h], aut ſi qua eſt alia magna peruerſitas, facilè appárent, nec magnopere admonitionem, & præcepta deſiderant. quæ autem parua videntur eſſe delicta, neque à multis intelligi poſſunt,ab iis eſt diligentius declinandum : vt in fidibus , aut [i] in tibiis,quanuis paullum diſcrepent , tamẽ id à ſciente animaduerti ſolet:ſic videndum eſt in vita,ne fortè quid diſcrepet, vel multo etiam magis,quo maior,& melior actionum,quàm ſonorum concentus eſt.Itaque , vt in fidibus muſicorum aures vel minima ſentiunt : ſic nos, ſi acres, ac diligentes iudices eſſe volumus,animaduerſoréſque vitiorum,magna intelligemus ſępe ex paruis.Ex oculorũ obtutu, ex ſuperciliorũ aut remiſſione, aut cõtractione, ex mœſtitia,ex hilaritate, ex riſu,ex locutione, ex reticentia,ex cõtentione vocis, ex [k] ſubmiſſione, ex cereris ſimilibus, facilè iudicabimus,quid eorum aptè fiat, quid ab officio, naturáque diſcrepet. Quo in genere non eſt incommodum , quale quód que eorum ſit,ex aliis iudicare: vt, ſi quid dedeceat in [l] aliis,vitemus & ipſi. fit enim neſcio quo modo, vt [m] magis in aliis cernamus, quàm in nobiſmetipſis.ſiquid delinquitur.Itaque facilimè corriguntur illi [n] in diſcendo , quorum vitia imitantur, emendandi cauſa , magiſtri. Nec verò alienum eſt,ad ea eligẽda, quæ dubitationem afferant, adhibere doctos homines,vel etiam vſu peritos,&,quid his de vno quoque officij genere placeat,exquirere. Malor enim pars eò ferè deferri ſolet, quò à natura ipſa deducitur.in quibus videndũ eſt, non modò quid quiſque loquatur , ſed etiam , quid quiſque ſentiat, atque etiam,de [o] qua cauſa quiſque [p] ſentiat. vr enim pictores[q],& ij,qui ſigna fabricãt,[r] & [ſ] veri etiã poetæ, ſuum quiſq. opus à vulgo conſiderari vult:vt,ſi quid reprehenſum ſit à pluribus,id corrigatur:híque & ſecum,& cum aliis, quid in eo peccatum [t] ſit, exquirunt : ſic aliorum iudicio permulta nobis & facienda , & non facienda,& mutanda,& corrigenda ſunt.Quę verò more aguntur, & inſtitutis ciuilibus,de iis nihil eſt præcipiendum.illa enim ipſa præcepta ſunt: nec quemquam hoc errore duci oportet,vt,ſi quid Socrates,aut Ariſtippus contra morem , conſuetudinémque ciuilem fecerint,locutíve ſint, idem ſibi arbitretur licere. Magnis illi , & diuinis bonis hanc licentiam aſſequebantur. Cynicorum verò ratio,tota eſt eiicenda.eſt enim inimica verecundiæ,ſine qua nihil rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum. Eos autem, quorum vita perſpecta in rebus honeſtis, atq.magnis eſt,bene de rep.ſentienteis,ac bene meritos,ac [u] merenteis,aliquo honore,aut imperio affectos, obſeruare,& colere debemus:tribuere etiam multum ſenectuti: cedere iis, qui magiſtratum habebunt:habere delectum[a] ciuis,& peregrini:in[b] ipſo quoq.peregrino,priuatímne, an publicè venerit: ad ſummam, ne agam de ſingulis, communem totius generis hominũ conciliationem , & conſociationem colere, tueri, ſeruare debemus.[c] ¶Iam *de artificiis*, & *quæſtibus*,qui liberales habẽdi,qui ſordidi ſint, hæc ferè accepimus. Primùm improbantur ij quæſtus, qui in odia hominum incurrunt: vt portitorum,[d] fœneratorum. Illiberales autem,& ſordidi quæſtus mercenariorum, omnium,[e] quorum operæ, non quorum artes emuntur.Eſt enim in illis ipſa merces auctoramentum[f] ſeruitutis.Sordidi etiam putandi [g], qui mercantur à mercatoribus, quod[h] ſtatim vendant.nihil enim proficiũt, niſi admodum mentiantur. nec verò quidquam eſt turpius vanitate . opificéſq.[k] omnes in ſordida arte verſantur. nec [l] verò quidquàm ingenuum[m] poteſt habere officina[n]: miniméque artes hæ probandæ,quę miniſtræ ſunt voluptatum, cetarij, lanij,coqui[o], ſartores,piſcatores, vt ait Terentius, addeP his,ſi placet, vnguentarios, ſaltatores, totúmque [q] ludum talarium. Quibus autem artibus, aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris vtilitas quæritur,vt medicina,vt architectura,vt doctrina rerũ honeſtarum.hæ ſunt iis,quorum ordini conueniunt, honeſtæ Mercatura autem,ſi tenuis eſt,ſordida putanda eſt. ſin magna , & copioſa, multa vndique apportans , multíſque ſine vanitate impartiens[r]:non eſt admodum vituperanda. atque etiam,ſi ſatiata quęſtu,vel cõtenta portiùs,vt ſæpe ex alto in portum , ex ipſo portu ſe in agros,poſſeſſionéſque contulerit, videtur iure optimo poſſe laudari. Omnium autem rerum,ex quibus aliquid acquiritur[ſ], nihil eſt agricultura melius,nihil vberius, nihil dulcius,nihil [t] homine libero dignius. De qua quoniam in Catone maiore ſatis multa diximus,illinc aſſumes,quæ ad hunc locum pertinebunt. ¶Sed ab iis partibus,quæ ſunt honeſtatis,quemadmodum[u] officia ducerentur,fatis expoſitum videtur. Eorum autem ipſorũ, quæ honeſta ſunt, poteſt incidere ſæpe contentio,& comparatio: de duobus honeſtis vtrum honeſtius: qui locus à Panætio eſt prætermiſſus.Nam cùm omnis honeſtas mãnet à partibus quattuor,quarũ vna ſit cognitionis[x], altera, cõmunitatis[y]:tertia,magnanimitatis[z], quarta, moderationis:hæ in deligendo officio ſæpe inter ſe cõparentur,neceſſe eſt. Placet igitur,aptiora eſſe naturę ea officia,quæ ex cõmunitate,quàm ea,quæ ex cognitione ducantur:ídque hoc argumento confirmari poteſt, quòd, ſi contigerit ea vita ſapienti , vt[aa] omnium rerum affluentibus copiis ditetur:quãuis omnia , quæ cognitione digna ſunt,ſummo otio ſecum ipſe conſideret, & cõtemplentur:tamen, ſi ſolitudo tanta ſit, vt hominem videre non poſſit, excedat è vita. Princépſq. omnium virtutũ eſt[bb] illa ſapiẽtia, quam σοφίαν Græci vocant:prudentiã enim,quã Græci φρόνησιν dicunt,aliam quandam intelligimus: quæ eſt rerum expetendarum, fugiendarúmque ſciẽtia:illa autem ſapiẽtia,quã principem dixi, rerum eſt diuinarũ , atque humanarum ſciẽtia:in qua continetur deorũ,& hominum cõmunitas.& ſocietas inter ipſos. ea ſi maxima eſt, vt [cc] certè neceſſe eſt,quod à communitate ducatur officium , id eſſe maximum.

Etenim

a q.v.adhibẽdum.
b L.in ipſo q. peregrino.
c debemus, l. abeſt à v.c.
d al.autem.
e al.omnium que.
f Auctoramentum hiſce,ubi gatio eſt, mercedis cõtracta. Ideſt, apud Suetonium in Tiberio c.7.*
g q.v.c. pu tantur.
h q.v.c.quod ſtatim vẽdat.
i Homerus, κανὼν δ' ἀμφὶς ἔχεν καὶ ἐπέτανε, κ al. ὀρθὸς cúmque ſuis omnes.*
k L. nec r. nim quidẽ malignãte. n al.opifices.*
l L.in illis.
m ldeHorat.*
n pronocabulum *illi*, delet L. P. XXX.
o al. qua de cauſa.
p v.c.non habẽt hoc totũ, quiſque ſentiat.
q 35.Plin.10.* r L.fabricantur. ita Nonius cap.7.in Fabricantur ap.*
ſ L. & verò etiam p.
t q.v.c.peccari ſit.
u L. aut merẽteis.
x hoc eſt prudentiæ.*
y hoc eſt iuſtitiæ.*
z hoc eſt fortitudinis.*
aa L.vt ſi ſa mnium rerũ aſſh. cop. quibus omnibus quæ cogn.
bb ſi quis ver pientiã in v.c.
cc L.vt ea carthg.

Etenim cognitio, contemplatióque naturæ, manca quodam modo, atque inchoata sit, si nulla actio rerũ cõsequatur. ea verò actio in hominum cõmodis tuendis maximè cernitur: pertinet igitur ad societatem generis humani. ergo hæc cognitioni anteponenda est: atque id optimus quisque re [a] ipsa ostendit, & [b] iudicat. Quis est enim tã [c] cupidus in perspicienda, cognoscendáque rerum natura, vt, si ei tractanti, contemplantíque res cognitione dignissimas, subitò sit allatum periculum, discrimẽque patriæ, cui subuenire, opitularíque possit: nõ illa omnia relinquat, atque abiiciat, etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinẽ posse arbitretur? Atque hoc idem in parentis, in amici re, aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur, studiis, officiisq. scientiæ, præponenda esse officia iustitiæ, quæ pertinẽt ad hominũ vtilitatẽ: qua nihil homini debet esse antiquius. ¶ Atque illi, quorũ studia, vitáque omnis in rerũ cognitione versata est, tamen ab augẽdis hominum vtilitatibus, & cõmodis non recesserunt. Nam erudierunt multos, quo meliores ciues, vtiliorésque [d] in rebus suis publicis essent: vt Thebanũ [e] Epaminondam Lysias [f] Pythagoreus, Syracusium [g] Dionem Plato, multíque [h] multos: nósq, ipsi, quidquid ad remp. attulimus, (si modò aliquid attulimus) à doctoribus, atq. doctrina instructi ad eam, & ornati accessimus. Neq. solùm viui, atque præsentes studiosos discendi erudiunt, atque docẽt: sed hoc idẽ etiã post mortem monumẽtis litterarũ assequuntur. nec enim locus vllus prætermissus est ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam reip. pertineret: vt otiũ suum ad nostrum negotium cõtulisse videantur. ita illi ipsi doctrinæ studiis, & sapientiæ dediti, ad hominum vtilitatem suam prudentiam, intelligentiámque potissimum contulerunt. Ob eam etiam causam eloqui copiosè, modò prudenter, melius est, quàm vel acutissimè sine eloquẽtia cogitare: quòd cogitatio [i] in se ipsa vertitur eloquentia verò [k] complectitur eos, quibuscum cõmunitate iuncti sumus. Atque Vti apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed, cùm cõgregabilia natura sint, fingunt fauos: sic homines, ac multo [m] etiam magis, natura cõgregati, adhibent agendi [n], cogitandíque sollertiam. Itaque nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani, attingat rerum cognitionem, soliuaga cognitio, & ieiuna videatur. itémq. magnitudo animi, remota comitate [o], cõiunctióne que humana, feritas sit quædam, & immanitas. Ita fit, vt vincat cognitionis studium cõsociatio hominum, atque communitas. Nec verum est, quod dicitur à quibusdam propter necessitatem vitæ, quòd ea, quæ natura desideraret, cõsequi sine aliis, atque efficere non possemus, idcircò istam esse cum hominibus cõmunitatem, & societatem: quòd si omnia nobis, quę ad victum cultúmque pertinent, *quasi virgula* [p] *diuina*, vt aiunt, suppeditarentur: tum [q] optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omissis, totum se in cognitione, & scientia collocaret. Non est ita. nam & solitudinem fugeret, & sociũ studij quæreret: tum docere, tum discere vellet, tũ audire, tum dicere. *Ergo omne officiũ, quod ad coniunctionem hominum, & ad societatem tuendã valet, anteponendum est illis officio quod cognitione, & scientia continetur.* Illud forsitan quærendum [r] sit, num hæc communitas, quæ maxime est apta naturæ, sit etiam moderationi, modestiæq. semper anteponenda. Non placet. sunt enim quędam partim ita fœda, quædam [s] partim ita flagitiosa, vt ea, ne conseruandæ quidem patriæ causa, sapiens facturus sit. ea Posidonius colligit permulta, sed ita tætra quædã, ita obscœna, vt dictu quoque videantur turpia. Hæc igitur non suscipiet quisquam [t] reip. causa, nec [u] resp. quidem pro [x] se suscipi volet. Sed [y] hæc commodiùs se res habet, quòd non potest accidere [z] tempus, vt interfit reip. quidquam illorum facere sapientem. Quare hoc quidem effectum sit, in officiis deligendis id genus officiorũ excellere, quod teneatur hominũ societate. etenim cognitionem, prudentiámque sequitur considerata actio. ita fit, vt considerate agere pluris sit, quàm cogitare prudenter. Atque hæc quidem hactenus. patefactus [aa] est enim locus ipse, vt non sit difficile in exquirendo officio, quod cuique sit præponendum, videre. In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum: ex quibus, quod cuique præstet, intelligi possit: vt prima diis immortalibus: secũda, patriæ: tertia, parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur. Quibus ex rebus breuiter disputatis intelligi potest, non solùm id homines solere dubitare, honestúmne, an turpe sit: sed etiam, duobus propositis honestis, vtrùm honestius. Hic locus à Panætio est, vt suprà dixi, prætermissus. Sed iã ad reliqua pergamus,

o L. communitate, coniunct. | vet. coitate.*

p virgula diuina suppeditari, idé quod citra nostrã operam. Varro Satyram, hac inscriptione virgula diuina composuit Varro.*

q q. v. c. suppeditarent.

r Platonis Rempublicã videtur notare.*

s vox, *quædã*, abest à v. c.

t vox, *quisquã* non reperitur in v. cod.

u L. ne resp. | *al.* Nec res quidẽ publica.*

x *al.* sed & se.*

y *al.* propter hæc.*

z *al.* accidere vt interfit.

aa v. c. patefactus enim locus est ipse.

M. TVLLII CICERONIS DE OFFICIIS, AD MARCVM FILIVM, LIBER SECVNDVS.

P. XXXIII.

QVEMADMODVM officia ducerétur ab honestate, Marce fili, atque ab omni genere virtutis, satis explicatum arbitror libro superiore. Sequitur, vt hæc officiorum genera persequar, quæ pertinent ad vitæ cultũ, & ad earum rerum, quibus vtuntur homines, facultatem, ad opes, ad copias. in quo tú quæri dixi, quid vtile, quid inutile: [tũ[a] ex vtilibus quid vtilius, aut quid maximè vtile.] de quib. dicere aggrediar, si pauca prius de instituto, ac de iudicio meo dixero. Quamquã enim libri nostri complureis[b] non modò ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitauerunt: tamen interdum vereor, ne quibusdam bonis[c] viris philosophię nomen sit inuisum[d]; miréturque, in ea tantum[e] me operæ, & temporis ponere. Ego autem quamdiu resp. per eos gerebatur[f], quib. se ipsa commiserat, omneis meas curas, cogitationésq. in eam conferebam: cùm[g] autem dominatu vnius omnia tenerentur, neq. esset vsquã consilio, aut auctoritati locus: socios deniq. tuendę reip. summos viros, amisissem: nec me angoribus dedidi, quib. essem confectus, nisi[h] iis restitissem: nec rursum indignis homine docto voluptatibus. Atq. vtinam resp. stetisset quo cœperat statu, nec in hominum non tam commutandarum rerum, quàm euertendarum cupidos, incidisset, primùm enim, vt stante rep. facere solebamus, in agendo plus, quàm in scribendo, operæ ponerem: deinde ipsis scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandarem, vt sæpe fecimus. Cùm autem resp. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat, nulla esset omnino, illæ scilicet litteræ cõticuerunt, forenses, & senatoriæ. nihil autem agere cùm animus non posset: in iis studiis ab initio versatus ætatis, existimaui[i] honestissimè molestias[k] deponi posse, si me an philosophiã retulissem. cui cùm multum adolescens, discendi causa, tẽporis tribuissem: posteà quàm honoribus inseruire cœpi, méque totũ reip. tradidi, tantùm erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum, & reip. temporibus[l]. Id autem omne consumebatur in legẽdo: scribendi otium non erat. Maximis igitur in malis hoc[m] tantum boni assecuti videmur, vt ea litteris mandaremus, quæ nec satis erãt nota nostris, & erant cognitione dignissima. Quid

A est enim, per deos, optabilius sapientia? quid præstantius, [a] quid homini melius? quid homine dignius? Hanc igitur, qui expetunt, philosophi nominantur: nec quidquam aliud est *philosophia*[b], si interpretari velis, quàm *studium sapientiæ*. *Sapientia*[c] autem est, (vt à veteribus philosophis definitum est) *rerum*[d] *diuinarum, & humanarum, causarúmque, quibus hæ res continentur, scientia*: cuius studium qui vituperat, haud sanè intelligo, quídnam sit, quod laudandum putet. Nam siue oblectatio[e] quæritur animi, requiésque curarum: quæ conferri cum eorum studiis potest, qui

B semper aliquid acquirunt[f], quod spectet, & valeat ad bene, beatéque viuendum: siue ratio constantiæ, virtutisq. quæritur[g]: aut hæc ars est[h], aut nulla omnino, per quam eas assequamur, nullam verò dicere maximarum rerum artem esse, cùm minimarum sine arte nulla sit, hominum est parũ cõsiderate loquentiũ, atq. in maximis rebus errantium. Si[i] autem

C est aliqua disciplina virtutis, vbi ea quæratur, cùm ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc, cùm ad philosophiam cohortamur, accuratiùs solent[k] disputari: quod alio quodam libro fecimus. Hoc autem tempore tantùm nobis declarandum fuit, cur orbati reip. munetibus, ad hoc nos studium potissimùm contulissemus. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis, & eruditis, quærentibus, satísne constanter facere videamur,

D qui, cùm percipi[m] nihil posse dicamus, tamen & aliis de rebus disserere soleamus, & hoc ipso tempore præcepta officij persequamur. Quibus vellem satis cognita esset nostra sententia, non enim iumus in[n], quorum vagetur animus errore, nec habeat vmquam, quid sequatur. quæ enim ista[o] esset mẽs, vel quæ vita potius, non[p] solum disputandi, sed etiam viuẽdi ratione sublata? Nos autẽ, vt ceteri[q], qui

E alia, certa, alia incerta esse dicunt: sic ab his dissentientes, alia probabilia, contrà, alia improbabilia [r] esse dicimus. Quid [s] est ergo, quod me impediat, ea, quæ mihi probabilia videantur, sequi: quæ contrà, improbare: atq. affirmandi arrogantiam vitantem, fugere temeritatem, quæ à sapientia dissidet plurimum? Contrà autem omnia disputãtur à nostris, quòd hoc ipsum probabile elucere non

F posset, nisi ex vtraque parte, causarum esset facta contentio. Sed hęc explanata sunt in Academicis nostris satis, vt arbitror, diligenter. Tibi autem, mi Cicero, quamquam in antiquissima [t], nobilissimáque philosophia, Cratippo auctore, versaris, iis simillimo, qui ista præclara perperunt: tamen hæc nostra, finitima

a L. tum ex duobus vtilibus quid vtilius, aut ex plurib. quid maximè vtile, quia sinclusa desunt qui hasdam.*
b Brutũ, Varronem & alios *
c Bonos viros hîc appellare videtur fatuos.*
d philosophiæ enim studiũ auocare videtur à rebus gerendis. Idẽ 2. Academi.*
e Idem de finibus.*
f regebatur.*
g Idem 2. de diuinat.*
h v. c. nisi his rest.

P. B.

i L. existimauj honestissimè posse poni, si me
k vox, molestias, abest à v. c.
l L. Tẽporis.

m L. hoc tamẽ boni ass.

a al. quid prestabilius? Sic ita legitur apud Nonium in Præstare.*
b Philosophia ita definitur à Platone. Politic. 5. ab Aristot. metaphysic.*
c sapientia & Philosophia differentiam vide apud Senecam. Epistola 88.*
d tradefinitio Iurisprudentia l. 10. §. 2. ff. de iustitia.*
e Idem Plato in Politicis. Aristoteles in Ethicis.
f Lanquirit.* al. discutit.*
g artem vitæ & disciplinã appellat. lib. de Finib. & de oratore. & ingenium in Tuscul.*
h L. disputari solent.
i Hortensius de quo vide de diuinat. 2. Tusculan. 3. finibus 1. 3. Lael. 2. Augustin. in confessionibus.
k Academicorum ea fuit sententia, v. Sextum Empiric. o. hypotyp. mens.
l L. non audo definitio & sententia. q. al. ceteri.
m L. non impossibilia, ab v. c. Probabilia.
n L. Quid igitur.

o al. periti.
p L. non.
q L. ceteri.
r L. improbabilia, ab v. c.
s L. Quid igitur.
t L. antiquissima.

finitima vestris, ignota esse nolui. Sed iam ad instituta pergamus. ¶Quinque[a] igitur rationibus propositis officij persequendi, quarum duæ[b] ad decus, honestatemque pertinent: duæ [c]ad commoda vitæ, copias, opes, facultates: quincta ad eligendi iudicium, si quando ea quæ dixi, pugnare inter se viderentur: honestatis pars perfecta[d] est: quam quidem tibi cupio esse notissimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, quod *vtile* appellatur. in quo verbo lapsa[e] consuetudo deflexit de via, sensimque eò deducta est, vt honestatem ab vtilitate secerneret, & constitueret honestum[f] aliquod, quod vtile non esset: & vtile, quod non honestum: qua nulla pernicies maior hominum vitæ potuit afferri. Summa quidem auctoritate philosophi[g] seuerè sanè, atque honestè, hæc tria genera confusa[h], cogitatione distingunt. quidquid enim iustum sit, id vtile etiam esse censent: itémque quod honestum, idem[i] esse iustum. ex quo efficitur vt, quidquid honestum sit, idem sit vtile. Quod qui parum perspiciunt, hi sæpe versutos[k] homines, & callidos admirantes, eorum[l] malitiam, sapientiam, iudicãt. quorum error eripiendus est, omnísq. opinio ad eam spem[m] traducenda vt honestis consiliis, iustisque factis, non fraude, & malitia se intelligant ea, quæ velint, consequi posse. Quæ ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanimata[n], vt aurum, argentum, vt ea, quæ gignuntur, è terra, & alia eiusdem generis: partim animata[o], quæ habent suos impetus, & rerum appetitus. Eorum autem alia rationis expertia sunt. alia ratione vtentia. Expertes rationis sunt[p] equi, boues, reliquæ pecudes, apes, quarum opera[q] efficitur aliquid ad hominum vsum, atque vitam. Ratione autem vtêtium duo genera ponuntur[r]: vnum, deorum: alterum, hominum. deos, placatos, pietas efficiet, & sanctitas. proximè[s] autem, & secundum deos, homines hominibus maximè vtiles esse possunt. Eatúmq. item[t] rerum, quæ noceant, & obsint eadem diuisio est. Sed quia *deos nocere non putant*, his[u] exceptis, homines hominib. plurimùm obesse, vel[x] prodesse arbitrantur. ea enim ipsa, quæ inanimata[y] diximus, pleraq. sunt hominum operis effecta, quæ nec haberemus, nisi manus, & ars accessissent: nec his sine hominum administratione vteremur, neque enim valetudinis curatio, neq. nauigatio, neque agricultura, neque frugũ. fructuúmq. reliquorum perceptio, & conseruatio, sine opera hominum vlla esse potuisset. Iam verò & earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum quib. egeremus, inuectio, certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. eadémq. ratione nec lapides è terra exciderentur ad vsum nostrum necessarij: nec ferrum, aurum, æs, argentum effoderentur[z] penitus abdita, sine hominum labore, & manu. Tecta verò, quib. & frigorum vis pelleretur, & calorum molestiæ sedarentur, vnde aut initio generi humano dari potuissent, aut posteà subuenire[aa], si aut vi tempestatis, aut terræ motu, aut vetustate cecidissent, nisi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset? Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manu factos, quæ[bb] non sine hominum opera habere possemus. ex quibus omnibus, multísque aliis perspicuum est, qui fructus, quæque vtilitates ex rebus iis, quæ sunt[a] inanimatæ[b], percipiantur, eas nos nullo modo sine hominum manu, atq. opera capere potuisse. Qui denique ex bestiis fructus aut quæ commoditas, nisi homines adiuuarenti percipi posset[c] nã & qui principes inueniend fuerunt, quê ex quaq. belua vsum habere posse mus, homines certè fuerũt: nec hoc tẽpore sine hominũ opera aut pascere eas, aut domare, aut tueri, aut tẽpestiuos fructus ex his capere possemus ab eis deniq. & eæ, quæ nocẽt, interficiuntur: & quæ vsui possunt esse, capiũtur. Quid enumerẽ artiũ multitudinẽ, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? quis[e] enim ægris subueniret[d]: quæ esset oblectatio valentium, qui victus, aut cultus, nisi tam multæ nobis artes ministrarentur[e]? quibus rebus exculta hominum vita tantum destitit[f] à victu, & cultu bestiarum. Vrbes verò sine hominum cœtu non potuissent nec ædificari, nec frequentari: ex quo leges, moésque constituti: tum iuris æqua descriptio, certáq. viuendi disciplina, per[g] quas bene, beatéque viuitur. quas res & mansuetudo animorum consecuta, & verecundia est: effectúmque, vt esset vita munitior, atque vt dando, & accipiendo, permutandísque[h] facultatibus, & commodis nulla re egeremus. Lõgiores hoc loco sumus, quàm necesse est. Quis enim est, cui non perspicua sint illa, quæ plutibus verbis à Panætio commemorantur, neminem neque[i] ducem in bello[k], nec principẽ domi, magnas res, & salutares sine hominũ studii s gerere potuisse? Cõmemoratur ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander, quos negat sine adiumentis hominum tantas res efficere potuisse. *Vtitur in re non dubia, testibus non necessariis.* ¶Atque vt magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hominum, atque cõsensu: sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Est Dicæarchi[l] liber de interitu hominum. Peripatetici magni & copiosi: qui, collectis ceteris[m] causis, eluuionis, pestilentiæ, vastitatis, beluarum etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse cõsumta: deinde comparat, quanto plures deleti sint hominum impetu, id est, bellis, aut[n] seditionibus, quàm omni reliqua calamitate. Cùm igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimùm hominibus & prosint, & obsint: *proprium hoc statuo esse virtutis conciliare[o] sibi animos hominum, & ad vsus suos adiungere*, Itaque, quæ in rebus inanimis, quæq. in vsu, & tractatione beluarum fiunt, vtiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis: hominum autem studia ad amplificationem nostrarum rerum promta & [p] parata, virorum præstantium sapientia, & virtute excitantur. Etenim virtus ferè omnis in tribus rebus vertitur: quarum vna est in perspiciendo, quid in quaque re verum, sincerúmque sit, quid consentaneum cuique, quid consequẽs, ex quo quæque gignantur, quæ cuiusque rei[q] sit causa: alterum[r], cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant: appetitionésque, quas illi ὁρμὰς obedienteis efficere rationi: tertium[s], iis, quibus cum cõgregamur[t] vti moderatè. & sc. enter, quorum studiis ea, quæ natura desiderat, expleta, cumulatáq. habeamus: per eos[u] denique siquid

a dualus de honesto & inhonesto toti de vtili & inutili & de iudicio deliberandi.*
b de quo libro superiore.*
c de quibus hoc libro.*
d L. confecta
e sic vocabula virtutũ plerique in virtutis nomina demutantur
f alluſi. in oratore Caton.
g Platã. de repub. Plutarchus de adulatore.*
h v.c. esse hon.
g Socratem apud Platonẽ de repub.* Xenophon. de re conuiuio.
i idem iustum. ex
k quales Philippus & Vlixes.*
l v.c. eorum, alia a v.c.
m v.c. speciẽ al. inanima. & ita quidẽ legitur apud Nonium cap. 2. in Inanima. vbi quo vertitur Cicero 2. de Natura & in Horatio. P. XXXV. al. animalia
n v.c. sunt, deinde L.
o al. operæ.*
p al. pronunt.*
q Proximè
r secundum deos, deorum.*
s al. alterum.*
t al. deos nocere non agere dicit L.
u v.c. absunt quibus hæc deum vel prodesse. L. inanima
v.c. effoderentur penitus abditum, al. subuehuntur, al. subuehuntur, al. subuehere.*
P. B. bb L. quæ vn de hinc hom. opera habere possemus? al. quæ si ne hinc habere non possemus.*

a al. sunt.*
b L. inanimæ bel. inanima.*
c al. quid al. qui enim ægris subueni retur.*
d al. subuenisset.*
e v.c. ministrarent?
f al. desciscit al. discessit al. destitit.*
g hoc totum, per quas bene, beatéque viuitur, abest à v.c.
h L. mutandisq. facult. P. XXXVI.
i v.c. nec ducem belli,
k duce al. belli.*
l Dicæarchi fac it mentionem Cicero Tusculan. 1. Suidas, Laertius.*
m al. exteris*
n L. & seditionib.
o v.c. non habent, sibi.
p v.c. at
q al. rei causa sit.*
r fort. altera, P. B.
s fort. tertia,
t v.c. congregemur,
u fortè q.*

importetur nobis incommodi propulsemus, vlciscamúrque eos qui nocere nobis conati sunt, tantáq. pœna afficiamus, quantum [a] æquitas, humanitatásque patitur. ¶ Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, vt hominum studia complectamur, eáque teneamus, dicemus: neque ita multo pòst: sed pauca antè dicenda sint. Magnam vim esse in fortuna in vtramque partem, vel secundas ad res, vel aduersas, quis ignorat? nam & cùm prospero flatu eius vtimur, ad exitus pro uehimur optatos: & cùm reflauit, affligimur. Hæc igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet, primùm ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia: deinde, à bestiis ictus, morsus, impetus. Hæc igitur, vt dixi, rariora. At verò interitus exercituum, vt proximè trium, sæpe multorum, clades imperatorum, vt nuper summi, ac singularis viri: inuidiæ præterea multitudinis, atq. ob eas, bene [b] meritorum sæpe ciuium expulsiones, calamitates, fugæ: ruinæ q. secundæ res, honores, imperia, victoriæ, quàquam fortuita sunt, tamen sine [c] hominum opibus, & studiis neutram in partem effici possunt. Hoc igitur cognito, dicendum est, quónam modo hominum studia ad vtilitates nostras allicere, atq. excitare possimus. quę si lõgior fuerit oratio, cum magnitudine vtilitatis comparetur. ita fortassis etiam breuior videbitur. Quæcumq. igitur homines homini tribuunt ad eum augendum, atque honestandum, aut beniuolentiæ gratia faciunt, cùm aliqua de causa quempiam diligunt: aut honoris, si-cuius virtutem suspiciunt, & [d] si quem dignum fortuna quàm amplissima putant: aut [e] cui fidem habent, & bene rebus suis consulere arbitrantur: aut [f] cuius opes metuũt: aut contrà, à quibus aliquid expectant: vt cùm reges, populáréve homines largitiones aliquas proponunt: aut postremò pretio, aut mercede ducuntur: quæ [g] sordidissima quidẽ est ratio, & inquinatissima, & iis, qui ea tenentur, & illis, qui ad eã cõfugere conãtur. *Mal. h enim fere res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.* Sed quoniam nonnumquam hoc subsidium necessarium est: quemadmodum sit vtendum eo, dicemus, si priùs iis de rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus. Atq. etiam subiiciunt se homines imperio alterius, & potestati plurium de causis. ducuntur enim aut beneuolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis præstantia, aut spe, sibi id vtile futurum, aut metu, ne vi parére cogantur, aut spe largitionis, promissionibúsque [i] capti: aut postremò, vt sæpe in nostra rep. videmus, mercede conducti. ¶ Rerum autem [k] omnium nec aptius est quidquam ad opes tuendas [l], quàm diligi. nec alienius, quàm timeri. Præclarè Ennius: *Quem metuunt, oderunt. Quem quisque odit, perisse expetit.* Multorum autem odiis nullas opes posse obsistere, si anteà fuit ignotum, nuper est cognitum. Nec verò huius tyranni solùm, quem armis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat, quantum odium hominum valeat [m] ad pestem [n]: sed reliquorum similes exitus tyrannorum: quorum haud ferè quisquam interitum similem [o] effugit. *Malus [p] enim custos [q] diuturnitatis metus: contráque, beneuolentia, fidelis est [r], vel ad perpetuitatem.* Sed iis, qui vi oppressos imperio coercent, sit sanè adhibenda fæuitia, vt heris iii. famulos, si aliter teneri non possunt. qui verò in libera ciuitate ita se instruunt [a], vt metuántur: his nihil esse potest dementius. quamuis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta [b] libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. ¶ Quod igitur latissimè patet, neq. ad incolumitatem solùm, sed etiam ad opes, & potentiam valet plurimùm, id amplectamur, vt metus absit, caritas retineatur, vt ita facillimè, quæ volumus, & priuatis in rebus, & in rep. consequemur. etenim, *quę se metui volent, a quibus metuuntur, eosdem metuent ipsi necesse est.* Quid enim censemus superiorem illum Dionysium? quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candenti [c] carbone sibi adurebat capillum? quid? Alexandrum [f] Pheræum, quo animo vixisse arbitramur? qui (vt scriptum legimus) cùm vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniès, barbarum, & eum quidem, vt scriptum est, compunctum [g] notis Threiciis [h], districto gladio iubebat anteire: præmittebátque de stipatoribus [k] suis, qui perscrutarentur arculas muliebreis, &, ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent. O miserum, qui fideliorem & barbarum, & [l] stigmaticum putaret, quàm coniugem! Nec eum fefellit [m] opinio, ab ea est enim ipse [u], propter pellicatus suspicionem, interfectus. Nec verò vlla vis imperij tanta est, quæ, premente metu, possit esse diuturna. Testis est Phalaris [o], cuius est præter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, vt is, quem modò dixi, Alexander: non à paucis, vt hic noster: sed in quem [p] vniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid? Macedones nónne Demetrium [q] reliquerunt, vniuersique se ad Pyrrhum contulerunt? Quid? Lacedæmonios iniustè imperanteis: nónne repentè omnes ferè socij deseruerunt, spectatoréq. se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis? Externa libentiùs in tali re, quàm domestica, recordor. verumtamen quandiu imperium populi R. beneficiis tenebatur, non iniuriis, bella aut pro sociis, aut de imperio gerebantur: exitus erant bellorum aut mites, aut necessarij. Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium, senatus. Nostri autem magistratus, imperatorésque, ex vna hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate, & fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quàm imperium poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem, & disciplinam iam anteà minuebamus: post verò Syllæ victoriam penitus amisimus. desitum est enim videri quidquam in socios iniquum, cùm existisset etiam in ciueis tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria. est enim ausus dicere, hasta posita, cùm bona in foro venderet & bonorum virorum, & [f] locupletum, & certè ciuium, prædam suam se vendere. secutus est, qui in causa impia, victoria etiam fœdiore, non solùm [r] singulorum ciuium bona publicaret, sed vniuersas prouincias, regionésque vno calamitatis [u] genere comprehenderet. Itaque, vexatis, & perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperij portari [x] in triumpho Massiliam y vidimus, & ex ea vrbe triũphari, sine qua nunq.

[a] L. quanta

[b] exempla pete ex Valerio lib. 5.*

[c] L. sine hominum operis, & ſt.

[d] v. c. quémque dig. fort. ſi quémq. e fort. aut ſi cui fid. f fort. aut ſi cuius opes

[g] L. quæ ſordidiſſima eſt illa quidém rat. & ita v. c. h adde Ariſtotel. 2. Polit. 9.*

[i] al. promiſſio niſque.*

[k] al. Omniũ autẽ rerum.*

[l] v. c. tuẽdas, ac tenendas,

[m] al. valet.* n id eſt homi nem perdendum.* o al. talem.* p Demoſthenes Olyuth. 1.* q L. eſt cuſtos diuturnitatis verbum, eſt, abeſt a v. c.

[a] al. inſtruunt.*

[b] L. timeſſa ea. k ſimili verbo vſus Lucret. lib. 3. & Paterculus apud Nonium in Vagari. & Cicero 12. epiſtol. 20. ad Lentulum.* c Idem Hippocrates ad Nicoclem.

[d] L. metuentur, & ita ſcr. e Idem, Talem.*

[f] huius meminit quoq. Cicero lib. 2. de Inuentione, Valerius 9. c. 13. Quintilianus in Ibin. Plutarch. in Pelopida.

[g] Mos fuit apud quaſdã gẽtes faciem notis exprimere. Herodot. 5. Sext. Empyricus lib. 3.

[h] Thraſyllo al. Thraſillo. al. Thraſcillo.

[i] L. deditio.

[k] al. ſpiculatoribus.

[l] L. & ſtigmatiam

[m] al. Nec eũ fefellit ea &c.*

[n] Lipſ. & q. v. Valer. 9. 3. Ouid. in 1. bim. & de arte.*

[o] Paſcuum.*

[q] vide Plutarch. in Demetrio & Pyrrho.* r L. & perſarum.

[r] L. & ſingulorum ciuium

[u] al. genere

[x] in triumpho Maſſiliam y vidimus,*

quam nostri imperatores ex transalpinis bellis triumpharunt. multa præterea commemoratem nefaria in socios, si hoc vno sol quidquè vidisset indignius. Iure igitur plectimur. nisi enim multorum [a] impunita [b] scelera tulissemus, numquam ad vnum tanta peruenisset licentia: à quo quidem rei familiaris, ad paucos: cupiditatum, ad multos improbos venit hereditas. Neo verò vmquam bellorum ciuilium semen, & causa deerit, dum homines perditi [c] hastam [d] illam cruentam [e] & meminerint, & sperabunt. quam P. Sylla cùm vi brassset, dictatore propinquo suo: idem sexto, & [f] triceſimo anno pòst à sceleratiore hasta eâdem [g] non recessit. alter autem, qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quæstor vrbanus. Ex quo debet intelligi, talibus præmiis propositis, numquam defutura bella ciuilia. Itaq. parietes vrbis modò stant, & manent, iisque ipsi iam extrema scelera metuentes: tem verò publicam penitus amisimus: atque in has cladeis incidimus (redeundū est enim ad propositum) dum metui, quàm cari esse, & diligi maluimus. Quæ si populo R. iniustè imperanti accidere potuerunt, quid debent putare singuli? quod cùm perspicuum sit, beneuolētię vim, esse magnam: metus, imbecillam [h]: sequitur, vt differamus, quibus rebus possimus facillimè eam, quam volumus, adipisci cum honore & fide caritatem. Sed ea non pariter omnes egemus. nam ad cuiusq. vitam instituendam [i] accommodandum est à multisne opus sit, an satis à paucis diligi. Certum igitur hoc sit, idq. [k] & primum, & maximè necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & nostra mirantium. hęc enim est vna res prorsus, vt non differat multùm inter summos, & mediocreis viros, eáque [l] veriſq. propemodum cōparanda. Honore. & gloria, & beneuolentia ciuiū fortasse non æquè omnes egent, sed tamen si cui hæc suppetunt, adiuuant aliquantùm tum [m] ad cetera, tum ad amicitias cōparandas. ¶ Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Nunc dicamus DE GLORIA: quamquam ea quoq. de re duo [n] sunt nostri libri: sed attingamus, quando qui dem ea in rebus maioribus adminiſtrandis adiuuat plurimūm. Summa igitur, & perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo. si fidem habet: si cum admiratione quadam honore nos [o] dignos putat. Hæc autem, si est simpliciter, breuitérque dicendum quibus rebus pariuntur à singulis, eisdem ferè à multitudine. Sed est [p] alius quidam [q] aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus. Ac primùm de illis tribus, quæ antè dixi beneuolentiæ [r] præcepta, videamus: quæ quidem beneficiis capitur [s] maximè: secundo autem loco benefica [t] voluntate beneuolentia [u] mouetur, etiam si tes fortè non suppetit. vehementer autem amor multitudinis commouetur ipsa fama, & opinione liberalitatis, beneficētiæ, iustitiæ, fidei, omniúmque earum virtutum, quæ pertinent ad manſuetudinem morum, ac facilitatem. Etenim illud ipsum, quod decorum, honestúmque diximus [x], quia per se nobis placet animósque omniū natura, & specie sua commouet, maximéque quasi perlucet [y] ex eis, quas commemoraui, virtutibus: idcircò illos in quib. eas virtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. Atque hæ quidem sunt eas

sæ diligendi grauissimæ: possunt enim præterea nonnullæ esse leuiores. Fides autem vt habeatur, duabus rebus effici potest: si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. nam & iis fidem habemus, quos plus intelligere, quàm nos, arbitramur, quósque & futura prospicere credimus, & cū res agatur, in differēndoque ventum sit, expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. hanc enim omnes [a] existimant, vtilem, verámque prudentiam. Iustis autem, & fidis hominibus, id [b] est, bonis, ita fides habetur, vt nulla sit in his fraudis, iniuriæque suspicio. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissimè committi arbitramur. Harū igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe cùm ea sine prudētia satis habeat auctoritatis prudentia sine iustitia nihil valeat ad faciendā fidem. quo enim quis versutior, & callidior est, hoc inuisior, & suspectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentiæ iustitia coniuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem virium. iustitia sine prudentia multùm poterit: sine iustitia nihil valebit prudentia. Sed, ne quis sit admiratus [c], cur, inter omneis philosophos cōstet [d], à méque ipso sæpe disputatum sit, qui vnam haberet, omneis habere virtutes: nunc ita seiungam, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, iustus esse: alia est illa, cùm veritas ipsa liniatur in disputatione, subtilitas: alia, cùm ad opinionem [e] communem omnis accommodatur oratio. Quamobrem, vt vulgus, ita noshoc loco loquimur, vt alios forteis, alios bonos viros, alios prudenteis dicamus. Popularibus enim verbis est agendū, & vsitatis, cùm [f] loquimur de opinione populari, idq. eodem modo fecit Panætius. Sed ad propositum reuertamur. ¶ Erat igitur extribus, quæ ad gloriam pertinent [g], hoc tertiū, vt cum admiratione hominum, honore ab iis digni iudicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animaduerterunt: separatim autem in singulis, si perspiciunt nec-opinata quædam bona. itaque eos viros suspiciunt, maximísque efferunt laudibus, in quib. existimant se excellenteis quasdam, & singulareis virtutes perspicere: despiciunt autē eos, & contemnunt, in quib. nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. nō enim omneis eos contemnunt, de quib. malè existimant. nā quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam iniuriam instructos, eos [h] haud contemnunt quidem, sed de his malè existimant. Quamobrem, (vt antè dixi) contemnuntur ij [i], qui nec sibi, nec alteri prosūt [k], vt dicitur, inquib nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione [l] quadam verò afficiuntur ij, qui anteire ceteros [m] virtute putantur, & cùm omni carere dedecore, tum verò iis vitiis, quib. alij non facilè possunt obsistere. nam & voluptates, blāditiæ dominæ, sæpe [n] maiores parteis animæ [o] à virtute detorquent: & dolorum cum admouentur faces, præter modum pleriq. exterrentur: vita, mors, diuitię, paupertas, omneis homines vehementissimè permouent. Quæ qui in vtramq. p partem excelso animo, magnóque despiciunt. cúmq aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit, & rapit: tum quis nō admiretur splen-

a al. homines *

b vox. id est, vris bonis.

P. XI.

c id est admiratio, *

d vide Platonem in Euthydemo & Protagora. *

e Ouocalē his duab[us] lineis à Ciceronevicesies vsurpari Critici quidā obseruant. *

f al. cum loquamur

g al. pertinere, *

h al. eos contemnunt qui dem neutiquam *

i Telluris inutile pōdus, fruges consumere nati, *

k verbū presunt, nullo in cod. manusc. reperitur.

P. B.

l Admiratione autem afficiuntur ij mal. ceteris *

n hæc particula quibusdam deest. *

o Animi proluptatum & dolorum *

dore, pulchritudinémque virtutis? Ergo & hęc animi despicientia[a] admirabilitatē[b] magnam facit: & maximè iustitia: ex[c] qua vna virtute viri boni appellantur[d], mirifica quædā res[e] multitudini videtur: nec iniuria. nemo enim iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exsilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quæ[f] his sunt contraria, æquitati anteponit. maximéq. admirāturs, eum qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectū fit, hūch dignum[i] spectatu arbitrantur. Itaque illa tria, quæ propositā sunt ad gloriam, omnia iustitia cōficit: & beneuolentiam, quòd prodesse vult plurimis: & ob eandem causam, fidem: & admirationem, quòd eas res spernit, & negligit, ad quas pleriq. inflāmati auiditate[k] rapiuntur. ¶ Ac mea quidā sententia omnis ratio, & institutio vitæ adiumenta hominum desiderat: in primisq. vt habeas, quibus cum possis familiareis conferre sermones: quod est difficile, nisi speciē præ te boni viri feras. Ergo etiam solitario homini, atque in agro vitam agenti, opinio iustitiæ necessaria est: eóq. etiam magis, quòd si eam non habebunt, iniusti habebuntur: nullis præsidiis sæpti, multis afficientur iniuriis. Atq. iis etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendíq. negotiis implicantur, iustitia ad rem gerēdam[l] necessaria est, cuius tanta vis est, vt[m] nec illi quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitię viuere. nam qui eorum cuipiam, qui vna latrocinantur, furatur, aliquid, aut clàm eripit, is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum: ille autē, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prędam dispertiat, aut occidetur à[n] sociis, aut relinquetur. quinetiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. Itaq. propter æquabilem prędę portionem[o], & Bargulus[p] Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit: & multo maiores Viriatus[q] Lusitanus: cui quidem etiam exercitus nostri imperatorésq.[r] cesserunt: quē C. Lælius, is, qui sapiens vsurpatur[s], prætor fregit, & comminuit: ferocitatémq. eius ita repressit, vt facile bellum reliquis traderet. Cùm igitur tanta vis iustitiæ sit, vt ea etiam latronum opes firmet, atque augeat, quantam eius vim inter leges, & iudicia, & instituta reip. fore putamus? Mihi quidem nō apud Medos solùm, vt ait Herodotus[u], sed etiam apud maiores nostros *seruandæ iustitiæ causa videntur olim*[x] *bene morati reges constituti*. Nam cùm premeretur initiò[y] multitudo ab iis, qui maiores opes habebant: ad vnum aliquem confugiebant, virtute præstantem: qui cùm prohiberet iniuria tenuiores, æquitate cōstituenda summos[z] cùm infimis pariiure retinebat[aa]. Eadémque constituendarum legum fuit causa, quæ regum. Ius enim semper quæsitum est æquabile[bb], neque enim aliter esset ius. id si ab vno iusto, & bono viro consequebantur, eo[cc] erant contenti. cùm id minùs contingeret, *leges sunt inuentæ, quæ cum omnib semper vna, atq eadem voce loquerentur*. Ergo hoc quidem perspicuū est, eos ad imperādū deligi solitos, quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. Adiuncto[dd] verò hoc, vt iidē etiam

a perspicientia Vulg. male.*
b ita Nonius c.7. in mirabilitas 53.*
c Idem Plato Polit.11.*
d Plato Politic.11.*
e vox, *res*, non reperitur in v.c.
f al. quæ sunt his.*
g 4. Valer 3.*
h L. hunc tāquā igni spectatum ar.
h igni spectatum sic Isocrat. ad Demonicum, πυρὶ δοκιμάζομεν.
Cicero 9. Famil. 6. igne perspicici. *Cæterum alii hæc legant*, hunc tāquam igni *alii*, hunc virum spectatū: *alii* hunc dignū aspectu *alii* hūc igni spectum.*
k al. aui de.*
l al. rem gubernandā al. nempubl. gubernandam*
m L. vt ne illi quidem,
n v.c. aut interficiatur à sociis, aut relinquatur.
al. occidatur *al.* relinquatur *al.* interficietur *al.* relinquetur.*
o L. partitionem,
p vide Polyb. 2.*
q al. Viriathus. De Viriato vide Appianum Iberic. Liuii Epitom. 54. 2. Flor. 17. Val. 9. c. 6. Plin. 7. de viris illustribus 4. Eutrop. 3. Silium Italicū 3. Orosium 5. c. 3. Frontinum 3. Stratagemat. 3.*
P. B.
r Vetillius, Plautius, Fabius.*
s cuius nomine liber Ciceronis Lælius seu de amicitia.*
t L. iudicia, & in continua rep. s. u lib. 1.*
u adi Aristotelem 5. Politicor. Iustinū initio lib. 1.
y *al.* inopis *al.* in otio.*
z ad summos & post pertinebāt*
aa pertinebant vt suprà dixi. pertinere autem est obstinatè tenere. alii legunt continebat.*
bb Aristotel. 2. Polit.*
cc *al.* erant eo contenti.*
dd L. Adiuncto verò, vt iidem,

prudentes habèrentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. ¶ Omni igitur ratione colenda, & retinenda iustitia est, tum ipsa propter[a] sese: nam aliter iustitia non esset: tum propter amplificationem honoris, & gloriæ. Sed vt pecuniæ[b] quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocādæ, quæ perpetuos sumtus suppeditet, nec solùm necessarios, sed etiam liberaleis: sic[c] gloria & quærenda, & collocanda ratione est. Quamquam præclarè Socrates[d], hāc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, *siquis id ageret, vt, qualis haberi vellet, talis esset*. Quòd si qui simulatione, & inani ostentatione, & ficto nō modò sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. *Vera gloria radices agit*[e], *atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt, nec simulatum potest quidquam esse diuturnum*. Testes sunt permulti in vtramq. partem: sed breuitatis causa, familia erimus[f] contēti vna[g]. Tiberius[h] enim Gracchus, Publij filius, tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. At eius filij, nec viui probabanturi à bonis, & mortui obtinent nomen kiure cæsorum. Qui igitur adipisci veram gloriam volet[l], iustitiæ fungatur officiis, ea quæ essent, dictum est libro superiore. Sed, vt facillimè, quales simus, tales esse videamur, etsi in eo ipso vis maxima est, vt *simus ij, qui haberi velimus*, tamen quædam præcepta danda sunt. nā siquis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, & nominis, aut à patre acceptam, (quòd tibi, mi Cicero, arbitror contigisse) aut aliquo casu, atq. fortuna: in hunc oculi omnium coniiciuntur, atq. in eo[m], quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur[n]: & tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictū eius esse, nec factum. Quorum autem prima ætas propter humilitatem, & obscuritatem in hominum ignoratione versatur: hi simul ac iuuenes esse cœperunt, magna spectare, & ad ea rectis studiis debent contendere: quod eo firmiore animo facient, quia non modò non[o] inuidetur illi ætati, verùm etiam fauetur. Prima igitur est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest: in qua multi apud maiores nostros exstiterunt: semper enim ferè bella gerebantur. Tua autem ætas incidit in id bellum, cuius altera pars, sceleris nimium habuit: altera, felicitatis parum. Quo tamen in bello, cùm te Pompeius alæ alteri præfecisset, magnam laudē & à summo viro, & ab exercitu consequebare equitando, iaculando, omniáq. militari labore tolerando. atq. ea quidem tua laus pariter cum rep. cecidit. Mihi autem hæc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto. quamobrē ad ea, quæ restant, pergamus. ¶ Vt igitur in reliquis rebus multo maiora sunt opera animi, quàm corporis: sic[r] hæ res, quas persequimur ingenio, ac ratione, grauiores sunt, quàm illæ, quas viribus. Prima igitur commendatio proficiscitur à modestia, tum pietate in parenteis, tum[s] in suos beneuolentia. Facillimè autem, & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros, & sapienteis viros, benè consulenteis reip. contulerunt: quibus cum si frequenteis sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes,

a *al.* per se
al. per se*
b *al.* pecuniæ non solum quærendæ ratio est.*
c *al.* sic gloriæ & quærendæ & collocandæ ratio est. sic gloria quærenda,* d apud Xenophontem Commentar. 1. circa finem & Platonem.
e id est portigit, ita enim hunc locum interpretatur Nonius 4. in *fin.* 26.*
f *al.* contenti erimus.*
g vox vna quibusdam abest.*
h L. Tiberius Gracchus, vt *al.* Tiberius igitur.*
i *al.* probatur.*
P. Lilius. k v.c. numerum obtin. &c. *al.* nimis *al.* locum.
l *al.* volent. & post fungatur.*
m *al.* eum.*
n L. anguirur.
o hæc negatio quibusdā abest.*
p *al.* omnem militarem laborem tolerando. *al.* militaris.*
q *al.* quamob rem ad ea quæ reliq. sunt.*
P. B.
r *al.* hæc vsque ad finem sic res
s hæc vsque ad finem sic compares,

quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. P. Rutilij adolescentiam ad opinionem & innocentiæ, & iuris scientiæ P. Mucij commendauit domus. nam Lucius quidem Crassus, cùm esset admodum[a] adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipsi[b] peperit maximã laudem ex illa accusatione[c] nobili. & gloriosa. &, qua ætate qui exercentur, laudib. afficiso lent: vt de Demosthene[d] accepimus: ea ætate L. Crassus ostendit[e], se in foro optimè iam[f] præmeditatum facere, quod etiã tum poterat domi cum laude meditari. Sed cùm duplex sit ratio orationis, quarũ in altera sit sermo: in altera, contentio: non est id quidem dubium, quin[g] contentio orationis plurimùm possit, & maiorẽ vim habeat ad gloriam. Ea est enim, quam eloquentiam dicimus. sed tamen difficile dictu est, quãtopere conciliet animos[h] hominum comitas, affabilitásq. sermonis. Exstãt epistolæ, & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Cassandum[i], & Antigoni ad Philippum[k] filium, trium prudentissimorum, (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, vt oratio ne benigna multitudinis animos ad beneuolentiã alliciant, militésq. blandè l appellando sermone deliniant. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe vniuersam excitat gloriã[m]. Magna est enim admiratio copiosæ[n], sapientérq. dicentis. quẽ qui audiunt, intelligere etiam, & sapere plus, quàm ceteros, arbitrantur. Si verò ineſt in oratione mista modestiæ[p] grauitas, nil admirabilius fieri potest, eóq. magis, si ea sunt in adolescente. Sed, cùm sint plurima[q] causarũ genera, quæ eloquentiam desiderant[r], multíq. in nostra rep. adolescentes & apud iudices, & apud senatum dicendo laudẽ assecuti sint, maxima admiratio est in iudiciis: quorum ratio duplex est. nam ex accusatione, & defensione constat: quarum etsi laudabilior est defensio[t], tamen etiam accusatio probata persæpe est. Dixi paullo antè de Crasso. idem fecit adolescens M. Antonius. etiam P. Sulpicij eloquentiã accusatio illustrauit, cùm seditiosum, & inutilem ciuẽ, C. Norbanum[u], in iudicium vocauit. Sed hoc idem non est sæpe faciendum, nec vmquam nisi[x] aut reip. causa, vt duo Luculli, aut patrocinio Y, vt nos pro Siculis, pro[z] Sardis, pro[aa] M. Albucio Iulius Cæsar, in accusando etiam Manlio L. Fusij cognita industria est. Semel igitur, aut nõ sæpe certè. Sin erit, cui faciendum sit sæpius, reip. tribuat hoc muneris, cuius inimicos vlcisci sæpius, nõ est reprehendendũ. modus tamen adsit. duri .n. hominis, vel potiùs vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. id enim cùm periculosum ipsi est, tum etiã sordidum ad famam, cõmittere, vt accusatór nominetur[bb]. quod contigit M. Bruto, summo genere nato, illius filio, qui iuris ciuilis in primis peritus fuit. Atq. etiam hoc præceptum officij diligẽter tenẽdum est, nequẽ vmquam innocentem iudicio[cc] capitis arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto põt. Nã *quid est tã inhumanũ, quàm eloquentiam, à natura ad salutem hominum, & ad conseruationẽ datam, ad bonorũ pestem perniciémq. conuerteri?* Nec tamen, vt hoc fugiẽdum est, itadd habẽdum est religioni cõtrarium[ee], si nocentem aliquando, & nefarium, impiúmq. defendere. vult hoc multitudo, patitur cõsuetudo, fert etiã humanitas. Iudicis est, semper in causis verum sequi: patroni, nonnumquam verisimile, etiã si minùs sit verum, defendere: quod scribere: præsertim cùm de philosophia scriberem, non auderem, nisi idẽ placeret grauissimo Stoicorum Panætio. Maximè autem & gloria paritur, & gratia defensionibus: eóq. maior, si quando accidit, vt ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri, vrgeríq. videtur[a]: vt nos & sæpe aliàs, & adolescẽtes[b], contra L. Syllæ dominantis opes pro Sex. Rosćio Amerino fecimus: quæ, vt scis, exstat oratio. ¶ Sed, expositis adolescentiũ officiis, quæ valeant ad gloriam adipiscendam, deinceps *de beneficentia[c] ac liberalitate* dicẽdum est. Cuius est ratio duplex. nã aut opera benignè sit indigentibus, aut pecunia. facilior[d] est hæc posterior, locupleti præsertim: sed illa lautior, ac splendidior, & viro forti, claróque dignior. quamquam .n. in vtroq. ineſt gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera ex virtute deprimitur: largitióq.[e] quę fit ex re familiari, fontẽ ipsum benignitatis exhaurit. ita benignitate benignitas tollitur: quaquo in plureis vsus sis, eo minùs in multos vti possis. At qui opera, id est, virtute, & industria benefici, & liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt: deinde cõsuetudine beneficentiæ[f] paratiores erunt, & ꝑquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Præclarè in epistola quadam Alexandrum[g] filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiam Macedonum cõsectetur. *Quæ te, malum, inquit, ratio in istã spem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? An tu id agis, vt Macedones nõ te regẽ suum, sed ministrum & præbitorem[h] putent?* Bene ministrum, & præbitorem, quia sordidum regi: melius etiam, ꝙ largitionẽ corruptelã dixit esse. Fit enim deterior, qui accipit, atq. ad idẽ semper exspectandum paratior. Hoc ille filio: sed præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non est dubium, quin illa benignitas, quæ constat ex opera, & industria, & honestior sit, & latiùs pateat, & possit prodesse pluribus, nonnumquã tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est. & sæpe idoneis hominib. indigentib[i], dere familiari impertiendum: sed diligenter, atq. moderatè. *Multi* enim *patrimonia effuderunt, incõsultè largiẽdo.* Quid autem est stultius, quàm, quod libenter facias, curare, vt id diutius facere non possis? Atq. etiam sequuntur largitionem rapinæ. Cùm .n. dando egere cœperint[i], alienis bonis manus afferre cogũtur. ita, cùm beneuolentiæ cõparandæ causa beneficì esse velint: nõ tanta studia assequuntur eorum, quib. dederunt, quãta odia eorum quibus ademerunt. Quamobrem nec ita clauendã[k] est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pareat omnibus. modus adhibeatur, ísq. referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus id, quod à nostris hominib. sæpissimè vsurpatũ, iam[l] in prouerbij consuetudinẽ venit, *Largitionem fundum non habere.* etenim[m] quis potest esse modus, cùm[n] & iidẽ qui cõsueuerũt, & illud idẽ alij desiderent? Omnino duo sunt genera largorum: quorũ alteri, prodigi dicuntur: alteri, liberales: prodigi, qui epulis, & viscerationibus[q], & gladiatorum munerib[r], ludorum, venationúmq. apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut

a adnos natus 19. Tacit. de claris orat.*
b g. v.c. ipse c C. Carbonis vide 9. Eam. 21. Cicero in Bruto: Tacit. de oratoribus.* d qui aduersus tutores egit 12. annos natus. Tacit. de claris orat.*
e L. v.c. ostendit, id se in foro optimam facere, quod etiam t. al. nec al. iam imprædi meditatum.* f L. quin cõtentio oratio nis plus possit, malo rẽpugnet vim habeat, & ad gratiam, & ad gloriam.
g al. animos comitas.* h Iulium. Iulium.* i al. Philippum, tria &c. al. Philippũ Iul. or.*
k L. blando appellãdo sermone del.
l XLIII. m eorem, gloriam non admirabilis. n oratoris de Cicerone in oratore.* o Hoc à garrulo: illo à declamatore dif ferat orator.* p In L. Crasso, Cicerone de orat.* q al. plura.* r al. desiderant.*
s al. cõsentio* t vide 12. Cicer. 7.* u hunc defendit Anto. ut seditiosum, & seditionem laudans* x L. nisi aut reip. causa, vt in Quos antè P. B. dixi, aut vlciscendi, vt duo Luculli: aut patrocinij, vt nos &c. Siculis: pro Sardis Iustis. accusandi etiam M. Aquillio L. y al. patrocinio. z L. pro Sardis contrà Albucium Iulius Cæsar. aa al. contra* bb L. nominare: al. in iudicium.* cc al. in iudicium.* dd L. item ex cor, contrario, absit à v.c.

c v.c. beneficentia, d L. facilior est hæc, locupl.
e citatur à Lactantio 6. cap. 12.*
P. X LIIII.
f v.c. beneficentiæ g Idem 7. Valer. 2.*
h al. diribitorem, Diribitor is est qui diuidit. est enim Diribere diuidere.*
i L. cœperit,
P. B.
k al. claudenda res est.*
l al. iam. q.* m L. qui pòt: cum iidem & qui cõsuerunt, & idem illud aliud est. o al. & idem illud.*
p verbum, dicuntur, absit à v.c.
q viscerationibus. carnes panis, vinum dabatur.*

breuem, aut nullam sint relicturi omnino. Liberales autem, qui suis facultatib. aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum causa[a], aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur vel in re quærenda, vel augenda. Itaq. miror, quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, quem de diuitiis [b]scripsit: in quo multa præclarè: illud absurdè. Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum: taliúmq. sumtuum, facultatem, fructum diuitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius exempla pauca posui, multo & maior videtur, & certior. Quãto Aristoteles [c]grauiùs, & veriùs nos reprehendit, qui has effusiones pecuniarum nõ admiremur[d], quæ fiunt ad multitudinem deliniendam. At ij, qui ab hostib. obsidentur, si emere aquæ sextarium mina[e] cogerentur, hoc primò incredibile videri, omneíq. mirari: sed[f], cùm attenderimus, veniam necessitati dare: in his immanibus iacturis, infinitísque sumtibus nihil nos magnopere mirari, cùm præsertim nec necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur, ipsáque illa delinitio[g] multitudinis ad breue[h] tẽpus, exiguúmq. duratura sit, eáq. à leuissimo quoq. animo: in quo tamẽ ipso vnà cũ sacietate, memoria quoq. moriatur voluptatis. Bene etiã colligitur[i] hæc pueris, & mulierculis, & seruis, & seruorũ similimis liberis esse grata. graui verò homini, &, ea quæ fiũt, iudicio certo põderãti, pbari posse nullo modo. quãquam intelligo, in nostra ciuitate inueteratasse iã[k] bonis rẽporib. vt splẽdor ædilitatũ [l]ab optimis viris postuletur. itaq. & P. Crassus cũ cognomine diues, tũ copiis, functus est ædilitio maximo munere. Et paullo pòst L. Crassius[m] cũ omniũ hominum moderatissimo, Q. Mucio, magnificentissima ædilitate[n] functus est: deinde C. Claudius[o], Appij filius: multi pòst, Lucullus[p], Hortensius[q], Syllanus[r], omneis aũt P. Lẽtulus[s], me cõsule, vicit superiores. hũc est Scaurus[t] imitatus. Magnificẽtissima verò nostri Põpeij[u] munera secũdo cõsulatu: in quib. omnib. quid mihi placeat, vides. Vitãda tamẽ est suspicio auaritię. Nã Mamerco homini ditissimo[x], prætermisso ædilitatis cõsulatus repulsam attulit. Quare &, si postulatur à populo, bonis viris si nõ desiderãtib. attamẽ approbãtib. faciẽdũ est, modò pro facultatibus. nos[y] ipsi vt fecimus: &, siquãdo aliqua res maior, atq. vtilior populari largitione acquiritur: vt Oresti nuper prandia in semitis[z] decimæ[aa] nomine magno honori fuerũt. ne Marco quidẽ Seio[bb] vitio datũ est, quòd in caritate annonę asse[cc] modiũ[dd] populo dedit. magna enim se, & in ueterata inuidia, nec turpi iactura, quãdo erat ęd lis, nec maxima liberauit. Sed honori summo nuper nostro Miloni fuit, quòd gladiatoribus emtis reip. causa, quæ salute nostra cõtinebatur, omnes P. Clodij conatus furorésq. cõpressit. ¶ Causa igitur largitionis est, si aut necesse est, aut vtile. In his autem ipsis medio critatis regula optima est. L. quidem Philippus[ee] Q. ff[ff] Fabij filius, magno vir ingenio, in primísque clarus, gloriari solebat: se sine vllo munere adeptum esse omnia, quæ haberentur amplissima[gg], dicebat[hh] idem Cotta, Curio. Nobis quoq. licet in hoc quodammodo gloriari. Nã pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adepti sumus nostro quidem anno, quod contigit eorum nemini, quos modò nominaui, sanè exiguus sumtus ædilitatis fuit. Atque etiam illæ impensę meliores sunt, muri, naualia, portus, aquarũ ductus, omniáq. quæ ad[a] vsum reip. pertinent. quamquã quod præsens tanquam manu[c] datur, iucundius est: tamen hæc in posterum gratiora. Theatra, porticus, noua templa, verecundiùs reprehendo, propter Pompeium: sed doctissimi improbãt, vt & hic ipse Panetius, quem multùm in his libris secutus sum, non interpretatus: & Phalereus Demetrius, qui Pericle[d], principem Græciæ vituperabat[e], quòd tantam pecuniam in præclara illa propilæa coniecerit[f]. Sed de hoc genere toto in iis libris, quos de rep. scripsi, diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum, genere, vitiosa est: temporibus, necessaria, & [g] tum ipsa & ad facultates accõmodanda, & mediocritate moderanda est. In illo autem altero genere largiendi, quod à liberalitate proficiscitur, non vno modo in dispatibus causis affecti esse debemus. Alia causa est eius, qui calamitate premitur, & eius, qui res meliores [h] quærit, nullis suis rebus aduersis. Propensior benignitas esse debebit[i] in calamitosos, nisi fortè erunt digni calamitate. in kiis tamen, qui se adiuuari volent, non vt ne affligantur, sed vt [k]ad altiorem gradum adscendant, restricti omnino esse nullo modo debemus: sed in deligendis idoneis iudicium, & diligentiam adhibere. Nam præclarè Ennius: *Benefacta malè locata, malefacta arbitror.* Quod autem tributum est bono viro & grato, in eo cùm ex ipso fructus est, tum etiã ex ceteris. temeritate enim remota, gratissima est liberalitas: eóq. eam studiosiùs plerique laudant, quòd summi cuiusque bonitas, commune perfugium est omnium. ¶ Danda igitur opera est, vt hos beneficiis quàm plurimis afficiamus, quorum[m] liberis, posteríq. prodatur memoria, vt his ingratis esse nõ liceat. omnes enim immemorem beneficij oderunt: eámq. iniuriam in[n] deterrenda liberalitate sibi etiam fieri: eúmq. qui faciat, communem hostem tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam reip. vtilis est, *redimi è seruitute captos*[o], *locupletari tenuiores:* quod quidem vulgò solitum fieri ab ordine nostro in oratione Crassi scriptum copiosè videmus. Hanc ergo consuetudinem benigni tatis largitioni munerũ longè antepono. hæc est grauium hominum, atque magnorum: illa quasi assentatorum populi multitudinis leuitatem voluptate quasi titillantium. Conuenit[p] autem tum in dando munificum esse, tum *in exigendo non acerbum:* in omníque re contrahenda, vendendo q, emendo, conducendo, locando, in vicinitatibus[r], & confiniis, æquum, & facilem, multa multis de iure suo concedentem[s]: à litibus verò, quantum liceat, & nescio an paullo plus etiam quàm liceat, abhorrentem. Est enim nõ modò liberale, paullum nonnumquam de suo iure decedere, sed interdum etiã fructuosum. Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem dilabi sinere, flagitiosum est: sed ita, vt illiberalitatis, auaritiæque absit suspicio. Possit enim liberalitate vti non spoliantem se patrimonio. nimirum[t] est pecuniæ fructus maximus. Recte etiam à Theophrasto [u]est laudata

[a] *vocem* causa, *delet L.*
[b] citatur à Laertio, περὶ πλούτου.
[c] *al.* Aristo & is quidẽ Stoicus, cuius mẽtio apud Senecam & Lactãtium lib. de ira. cap. 22.
[d] *al.* improbemus. *vel* dispũgenda est hic negatio *non*. L. restatur admiremur. *al.* admirentur.
[e] hoc est aureis decem. P. XLV.
[f] L. sed, cùm attenderint, *g al.* delectatio *al.* deliratio
[h] L. sit ad breue, exiguúmque tempus, eáq. à leuiss. q. in quo t.
[i] L. colligit,
[k] L. iam à bonis temp.
[l] Aedilitũ erat munus & ludos populo dare.
[m] de quo vide Gell. 1. c. 23. & Tullio in Bruto Velleium
[n] vide 8. Plin. 7.
[o] vide Val. 2. & orationem pro Plãcio 8. Plin. 7.
[p] L. Iuculli, 8. Plin. 7.
[q] 3. Varro de re rustic. 6. 10. Pl. 10. Macrob. 3. Saturnal. 13.
[r] L. Silanus, f Plin. 39
[s] 8. Plin 7 & 34. c. 7. & 36. c. 2. 6. 15. Asconius.
[t] vide Plutarch. in Põpeio 8. Plin. 36 17. Cic. 7. familiarũ.
[u] L. diuitissimo, *grita v. c.*
[x] vide Plutarchũ Ciceron. Tullium Verrin. 1.
[y] vniuersã vrbem.
[z] decimas vocare mos antiquis. dixi ad l. 2. §. 2. ff. de pollicit.
[aa] vide Tullij Orat pro Plãcio. Varr. de re rustica
[bb] vide Orat pro Quinctio
[cc] quarta sextarii pars
[dd] libras ferè XXX. 8. Plin. 7.
[ee] vide Orat pro Quinctio
[ff] L. Q. F. magn.
[gg] id est maximos magistratus præturam, Consulatum
[hh] L. Dicebat idem C. Curio.

[a] adde Aristotelem 4. Ethic.
[b] *fort.* nam quamquã
[c] L. in magnis.
[d] vide Plutarchum in Pericle.
[e] L. virgurat, *fal.* cõcecit.
[f] *al.* cõsecit.
[g] *v. c.* & tum ipsum. *al.* & tamen ipsa & ad facultates accõmodanda. *al.* & tamen.
[h] diuitias honores.
[i] *al.* debebit.
[k] *fort.* in eo tamen. *al. vt alibi rem.*
[l] *al. vt alibi rem.*
[m] *al.* quorũ memoria liberis.
[n] *al.* in deterrendo à liberalitate. *fal.* in deterenda.
[o] *al.* capti, uos.
[p] L. Consulem autem
[q] *al.* ampliandum vendendo, *r al.* vicinitatibus, *fal.* vicinitatis. *al.* finitimis. *al.* finitimis. *al.* finitim

data *hospitalitas*. est enim (vt mihi quidem videtur) valde decorum, parere domos hominum illustrium [a] illustribus hospitibus: idq. etiam reip. est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe nostra non egere. Est [b] etiam vehementer vtile iis, qui honestè posse multa [c] volunt, per hospites apud externos populos valere opibus, & gratia. Theophrastus [d] quidem scribit, Cimonem Athenis [e] etiam in suos curiales [f] Laciadas hospitalem fuisse. ita enim institutis e, & villicis imperauisse, vt omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam diuertisset [g]. Quæ autem opera, non largitione, beneficia dantur, hæc tum [h] in vniuersam rem. tũ in singulos ciues conferuntur. nam *iure cauere, consilio iuuare*, atque hoc scientiæ genere prodesse quàm plurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam. Itaq. cùm multa præclara maiorum, tum quòd [i] optimè constituti iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio, atque interpretatio: quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt: nunc vt honores, vt omnes [k] dignitatis gradus, sic huius scientiæ splẽdor deletus est: idque eo indignius, quòd eo tempore contigit [l], cùm is esset, q omneis superiores, quib. honore par esset, scientia facilè vicisset. Hæc igitur opera, grata multis, & ad beneficiis ad stringendos [m] homines accõmodata. ¶ At que huic arti finitima est dicendi grauior facultas, & gratior, & ornatior. Quid enim eloquentia [n] præstabilius, vel admiratione audiẽtium, vel ipe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt, gratia? huic quoque ergo à maiorib. nostris est in [o] tota dignitate principatus datus. Diferti igitur hominis, & facilè laborãtis, quódq. in patriis est moribus, multorum causas, & non grauatè, & gratuitò defendentis, beneficia, & patrocinia latè patent. Admonebat me res, vt hoc quoq loco intermissionem eloquentiæ, ne dicam interitum, deplorarem: nisi vererer, ne de [p] meipso aliquid viderer queri. Sed tamen videmus, quib. exstinctis oratoribus, quam in paucis spes, quanto q in paucioribus facultas, quàm in multis sit audacia. Cùm autem omnes nõ possint, ne multi quidem, aut iurisperiti esse, aut diserti: licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem, commendantem [r] iudicibus, & magistratibus, vigilantem pro re alterius, eos ipsos qui aut consuluntur, aut defendunt, rogantem: quod qui faciunt, plurimum gratiæ consequuntur, latissiméq. eorum manat industria. Iam illud non sunt admonendi, (est enim in promtu) vt animaduertant, cùm [s] alios iuuare velint, ne quos offendant, sæpe enim aut eos lædunt, quos non debent: aut eos, quos non expedit. si imprudẽtes, negligentiæ est: si scientes, temeritatis. Vtendum [t] etiam est excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas, quacumq possis, quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: certisq. [u] operis, & officiis erit, quod [x] violatũ est, cõpẽsandũ. Sed cùm in hominib. iuuandis aut mores spectari, aut fortuna soleat: dictu quidem est procliue, itaq. vulgò loquuntur, se [y] in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequi, honesta oratio est. sed quis est tandem, qui inopis, & optimi viri causæ non antepo-

nat, in opera danda, gratiam fortunati, & potentis? à quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. Sed animaduertendum est diligentiùs, quæ natura rerum sit. nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certè potest. Commodè autem, quicumque dixit [a] *Pecuniam qui habeat, non reddidisse*: qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui retulerit [b], habere: & qui habeat, retulisse [c]. At, qui se locupleteis, honoratos, & beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio volunt. quinetiam beneficium se dedisse arbitrantur, cùm ipsi, quamuis aliquod [d] magnum acceperint: æquè [e] etiam à se aut postulari, aut exspectari aliquid suspicãtur: patrocinio verò se vsos, & clienteis appellari, mortis instar putant. At verò ille tenuis, cùm, quidquid [f] factum sit, se spectatum, non fortunã putet [g], non modò illi, qui est meritus, sed etiam illis, à quibus exspectat, (eget enim multis) gratum se videri studet. neq. enim [h] verbis auget suum munus, si quo fortè fungitur, sed etiã extenuat. ¶ Videndúmq. [i] illud [k] est, quòd si opulentum, fortunatúmq. defenderis, in [l] illo vno aut fortè in liberis eius manet gratia. sin autem inopem, probum tamẽ, & modestum: omnes nõ improbi humiles (quę magna in populo multitudo, est) præsidiũ sibi paratũ vident. Quam obrem meliùs apud bonos [m] q̃ apud fortunatos beneficiũ collocari puto. Danda omnino opera est, vt omni generi satisfacere possimus. sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles [n] est auctor adhibendus, qui cùm consuleretur, vtrum bono viro pauperi, an minùs probato diuiti filiam collocaret: Ego verò, inquit, *mâlo virũ, qui pecunia egeat, quàm pecuniã quæ viro*. Sed corrupti mores, deprauatíq. sunt admiratione diuitiarum: quarũ magnitudo quid ad vnumquẽq. nostrũm pertinet? Illũ fortasse adiuuat, qui habet: ne id quidem semper. sed fac iuuare: potentior [o] sanè sit: honestior verò quomodò? Quòd si etiam bonus erit vir, ne impediant diuitiæ, quo minùs iuuetur, modò ne adiuuent: sitque omne iudicium, non quàm locuples, sed qualis quisque sit. Extremum autem præceptum in beneficiis, operáq. danda est, *ne quid cõtra æquitatem contendas, ne quid per [p] iniuriam. fundamentum* enim [q] *perpetuæ commendationis, & famæ, est iustitia*, sine qua nihil potest esse laudabile. ¶ Sed quoniam de eo genere beneficiorũ dictum est, quæ ad singulos spectant: deinceps *de iis, quæ ad vniuersos, quæq. ad remp. pertinent*, disputandum est. Eorum autem ipsorum partim [q] eiusmodi sunt, vt ad vniuersos ciues pertineant, partim singulos vt attingant, quę sunt etiam gratiora. dãda est opera omnino, si possit, vtrisq. [r] nec minùs, vt etiam singulis cõsulatur: sed ita, vt ea res aut prosit, aut certè non obsit reip. C. [s] Gracchi [t] frumẽtaria magna largitio fuit [u]: exhauriebat igitur [x] ærariũ: modica M. Octauij, & reip. tolerabilis, & plebi necessaria. ergo & ciuib. & reip. salutaris. In primis autẽ videndũ erit ei, qui remp. administrabit, vt suũ quisq. teneat, neq. [y] de bonis priuatorũ publicè diminutio [z] fiat. perniciosè n. Philippus [aa] in tribunatu, cùm legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facilè passus est, & in eo vehementer se moderatum præbuit: sed

a *al.* illustriũ hospitibus il lustribus.*

b L. Est aurẽ etiam vehemẽs, multum vol.

d & Aristoteles apud Plutarchũ adde Xenophontẽ Atheniensem.* e *fort.* Atheniensem.

f Curiales dicuntur qui eundem sunt curiæ, vt tribules qui eiusdem trib. Hinc curiales flamines curiarum sacerdotes. Festo in Curiales. Isidoro lib. 15. c. 2. P. 47. Curiales, iidem qui & decuriones, fl. 3. c. 4. quæ vox passim in iure.*

g L. deuertisset. h L. cùm in... quàm optimè.* i *al.* omnis.* k L. hæc contigit.* l L. obstrin gendos homines. *al.* eloquentia laudabilius & præstabilius. *al.* laudabilius præstabilis.* o L. in toga dignitatis principe. & ita v. c. p L. de me ipso. q *al.* quàm.*

r *al.* commendare.*

s P. B. t *al.* cùm iuuare alios.*

u L. Vtendum est autem etiam exc.

x L. ceterisq. *al.* id quod.*

y *al.* sua.*

A

B

C

D

E

F

G

H

c Nonius hunc locum profert, & ridiculè interpretatur dicere pecuniam, pro dare.* b *v. c.* reddiderit, c *v. c.* reddidisse. d *al.* Aliquid* e L. atque etiam. f *al.* quid.*

g *al.* putant.* p. XLVIII.

h *al.* vera.*

i L. vidẽdum quoq. illud k *al.* illud itẽ *al.* id. *al.* est illud.* l *al.* in vno illo.*

m Idem Plutarchus in vita & Apophth. 7. Valer. 2.*

n L. opulentior sanè sit: *al.* vtentior. *al.* inuãtior.*

o L. pro iniuria. *& ita v. c.* p *al.* enim est *al.* est enim. *al.* est perpetuæ. *al.* vero* q *al.* quædam partim. *al.* quæpartim.* p. * B. r L. vt vtrisq. r *al.* Ti.* s vide Orat. pro Sextio. Plutarch.* u hæc particula quibusdam abest.* x *deest* tũ igitur nonnullis.* y *al.* ne *al.* nõ *al.* nec.* z L. deminutio f. aa Lex agraria de publicis agris dãdis.*

cùm in agendo multa populariter, tum illud malè: non esse in ciuitate duo millia hominum, qui [a] rem haberent. Capitalis omnino [b] oratio, & ad æquationem bonorum pertinès: qua peste quæ potest esse maior? Hanc enim ob causam maximè, vt sua tenerentur [c], resp. ciuitates cõstitutæ sunt. Nam etsi duce natura congregabantur homines, tamen spe custodiæ rerum suarum, vrbium præsidia quærebant. Dãda etiam opera est, ne (quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, assiduitatémq. bellorũ) tributum sit conferendum: idq. ne eueniat, multo antè erit prouidendum. sin qua necessitas huius muneris alicui reip. obuenerit: (mâlo. n. alteri [d], quàm nostræ ominari, neq. tantum [e] de nostra, sed de omni rep. disputo) dãda erit opera, vt omnes intelligant, (si salui esse velint) *necessitati esse parendum*. atq. etiam omnes, qui remp. gubernabunt, cõsulere debebunt, vt earum rerum copia sit, quæ sunt necessariæ. quarum malis comparatio fieri soleat, & debeat, non est necesse disputare. est. n. in promptu: tantùm [f] locus attingendus fuit. ¶ Caput autem est in omni procuratione negotij, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiam minima suspicio. Vt inam, inquit C. Põtius [g] Samnis, ad illa tempora fortuna [h] me seruasset [i], & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent. non essem passus diutius eos imperare. Ne [l] illi quidem multa sæcula [m] exspectanda fuerũt. modò enim hoc malum in remp. inuasit itaque facilè patior tunc potiùs Pontium fuisse, siquidem in illo tantum fuit roboris. Nondum [n] centum, & decẽ anni sunt, cùm de [o] pecuniis repetundis à L. Pisone lata est lex, nulla anteà cùm fuisset. At verò postea tot leges, & proximæ quæq. duriores: tot rei, tot damnati, tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum: tãta, sublatis legib., & iudiciis, expilatio, direptióque sociorũ, vt imbecillitate aliorum, nõ nostra virtute valeamus. Laudat Africanum Panætius, [q] fuerit abstinens. Quid ni laudet? Sed in illo alia maiora. Laus enim abstinentiæ, non hominis est solùm, sed etiam temporum illorum. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paullus [q]: tantum in ærarium pecuniæ inuexit, vt vnius imperatoris præda finem attulerit tributorum. at hic nihil in domum suam intulit [r], præter memoriam nominis sempiternam. Imitatus patrem Africanus, nihilo locupletior, Karthagine euersa. Quid? qui eius collega in censura fuit L. Mummius [s], numquid copiosior, cùm copiosissimã vrbem fanditus sustulisset? Italiam ornare, quàm domum suam, maluit. Quamquam Italia ornata domus ipsa mihi videtur, ornatior. *Nullũ* igitur *vitium tatrius* [t], (vt eò, vnde egressa [u] est, referat se oratio) *quàm auaritia*, præsertim in principibus, & remp. [x] gubernantibus habere enim quæstui remp. non modò turpe est, sed sceleratum etiã & nefarium. Itaq. quod Apollo Pythius oraculo [y] edidit, *Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram*, id [z] videtur non solùm Lacedæmonijs, sed & omnib. opulẽtis populis prædixisse. Nulla autem re conciliare facilius beneuolẽtiã multitudinis possunt ij, qui reip. præsunt, q. abstinẽtia & continentia. Qui verò populares esse volunt, ob eámq. causam aut agrariam rem tentant, vt possessores suis sedib. pellãtur: aut pecunias creditas debi-

torib. cõdemnãdas [a] putant, ij labefactãt fundamenta reip. concordiam primùm tollunt [b], quæ esse non potest, cùm aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ: deinde æquitatem quæ tollitur omnis, si habere suum cuiq. non licet. id enim est proprium, (vt suprà dixi) ciuitatis, atq. vrbis, vt si libera, & non sollicita suæ rei cuiusq. [c] custodia. Atque in hac pernicie reip. ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam. nam cui res erepta est, est inimicus: cui [d] data, etiam dissimulat se accipere voluisse: & maximè in pecuniis creditis occultat suum gaudium, ne videatur non fuisse soluendo. At [e] verò ille, qui accipit iniuriam, & meminit, & præ se fert dolorẽ suum: nec, si plures sunt ij, quibus improbè datum est, quàm illi, quibus iniustè ademtum est, idcirco plus etiam valent. Non enim numero hęc iudicantur, sed pondere. Quam autem habet æquitatem, vt agrum multis annis, aut etiam sæculis antè possessum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat? Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expulerunt: Agim regem (quod numquam antea apud eos acciderat) necauerunt: ex eóq. tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, vt & tyranni exsisterent, & optimates exterminarentur: & præclarissimè constituta res dilaberetur. nec verò solùm ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam euertit cõtagionib. malorũ, quę à Lacedæmoniis profectæ [f], manarunt latiùs. Quid? nostros Gracchos, Ti. Gracchi, summi viri, filios, Africani nepotes, nónne agrariæ contentiones perdiderunt? At verò Aratus [g] Sicyonius iure laudatur, qui cùm eius ciuitas quinquaginta annos à tyrannis [h] teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu vrbe [k] est potitus. Cũmq. tyrannum Nicoclem [l] improuisò oppressisset, sexcentos exsules, qui fuerant eius ciuitatis locupletissimi, restituit, rémque p. aduentu suo liberauit. Sed cùm magnam animaduerteret in bonis, & possessionib. difficultatem, quòd & eos, quos [m] ipse restituerat, quorum bona alij possederant, egere iniquissimum arbitrabatur, & quinquaginta [n] annorum possessiones mouere non minùs æquum putabat, propterea quòd tam lõgo spatio multa hereditatibus, multa emtionibus, multa dotibus tenebantur [o] sine iniuria: iudicauit, neq. illis adimi, neq. his nõ satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Cùm igitur statuisset, opus esse ad eam rem constituendã pecunia, Alexandriam se proficisci velle dixit, rémq. integram ad reditum suum iussit esse: isque celeriter ad Ptolemæum [p], suum hospitem venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam: cui [q] cùm exposuisset, patriam se liberare velle, causámque docuisset: à rege opulento vir summus facilè impetrauit, vt grandi pecunia adiuuaretur. Quam cùm [r] Sicyonem attulisset, adhibuit [s] sibi in consilium quindecim principes, cum quib. causas cognouit & eorum, qui aliena detinebant [t], & eorum, qui sua amiserant: perfecítque æstimãdis possessionibus, vt [u] persuaderet aliis, vt pecuniã accipere mallent, & possessionib. cederent: aliis vt cõmodius putarent, numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. Ita perfectũ est, vt omnes constituta concordia sine querela discederent. O virum magnum dignúmq. qui in nostra rep. natus esset.

a qui de suo viderit.* b vox, omnino, non compareat in v. c. c al. tenerentur.*

d al. tamẽ. al. tam.* e al. alienæ. L. alij ‖ al. malo eis quàm nostræ ominari. al. cuiuis enim malo. al. alij enim malo.* f al. tamen.* P. XLIX. g Liuius 9.* h L. me fortuna reseruasset, i al. reseruauisset al. seruasset.* k al. tum.* l L. Næ illi multa sæcula exsp. mideſtmultæ generatiões* n al. Nõdum enim cẽtum &c. al. nondũ verò.* o Lex de repetundis. Idem Cicero in Bruto.* p bis millies HS. vt ait Velleius, hoc est sexagies ter centena aureorũ millia: vel vt vulgo dicitur, milliones sex & aureorum 300000.* q Idem Plutarchus in Paulo & Apophthegm. 4. Valer. 2. adde 33. Plin. 3. Liuiũ 45. Appianum Orosi. 29. 4. Eutrop 3 Iust. 33. 2. Flo. 12.* r al. attulit.* P. B. s qui Corinthũ deleuit* t al. tætrius est.* u L. degressa est, x al. Reipubli cæ gubernatoribus.* y L. oraculũ ediditi, ‖ al. oraculum. fit mẽtio huius oraculi in Aristophanis Scholiis: adde & Plutarchum.* z al. idque.*

a hoc Solonẽ constituerat introductâ ὀκτάτειαν, b verbum, tol. lunt, delet Lo. c al. cuiquc.*

d al. cui data est,

e deeſt quia bus dam.*

f al. ptolemæo.*

g vide Plutarchum in Arato.* h Parca, Abantida, Nicocle. i al. ab Argis k L. vrbem l al. dot. l al. Megadorum ex Polyb. m al. Megalem, al. Methidem, n al. quos ipse.* o Præscriptio nes cur limitandæ.* P. B. o al. detinebantur.*

p Philadelphum.*

q al. qui.*

r al. cùm.* s L. adhibuit in consilium

t al. habebant

u al. & vbi persuaderet aliis.

Sub Sylla & Cæsare.

Quæ subiicebantur quæ publicè venibant: iffque positis præconè præcedente, ei qui ultimus licitationè vicerat addicebantur, quod in bonis Pompeij factum refert Cicero Philip. 2. Hinc Horatius præconia. Cicerode lege Agraria orationes Philip. 2. empti ab hasta. Horat. ad Attic. 16. Valer. 1. Seneca 1. de ira. 2. & de Consolat. ad Marcian. 20. Iuuenal. Satyr. 3. Macrob. 2. Saturnal. 2. Festus. sic capti sub hasta venibant. Valer. 5. Iosephus. 14. Antiquit. 22.* Ciceronis commoda dicebantur non diuellere, & L. Habitent gratis in alieno?

Quid est aliud aliis dare eripere, aliis. P. LI. Tabulæ nouæ dicebantur quæ debitum pecuniã liberabant.* al. cum

Nõ, si fuerit. Nisi non hoc fuerit.* al. Numquã vehementius* v. c. me sollicitum esse. Catilina duorum*. n v. c nunc victor, o Cæsar.* p L. tum quidem. al. tunc* q al. peccandi.* r v. c. humilitatem, sid est in bello al. bellis. t al. persequentur.* u L magnam ipsis adip. x al. adipiscuntur. y Catonis Vticensis familiaris Plutarch.*

Sic par est agere cum ciuibus, non, vt bis[a] iam vidimus, hastã[b] in foro ponere, & bona ciuium voci subiicere præconis. At ille Græcus (id quod fuit sapientis, & præstantis viri) omnib. consulendum putauit: *eáq; est summa ratio, & sapientia boni ciuis commodo*[c] *ciuitũ defendere, non diuellere, atq; omnes æquitate eadẽ* continere. Habitant[d] gratis in alieno. Quid ita? Vt, cùm ego emerim, ædificarim, tuear, impẽdam, tu, me inuito, fruare meo? Quid[e] est aliud, quàm aliis sua eripere, aliis dare aliena? Tabulæ[f] verò nouæ quid habent argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundum: eum[g] tu habeas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem ne sit æs alienum, quod reip. noceat, prouidendum est, quod multis rationib. caueri potest, sih hoc non fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. *nec enim vlla res vehementiùs rempub. cõtinet, quàm fides*, quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Numquam[i] enim vehementiùs actum est, quàm me consule, ne[k] soluerentur. armis, & castris tentata res! est ab omni genere hominum, & ordine: quibus sic restiti, vt hoc tantum[m] malum de rep. tolleretur. numquam nec maius æs alienum fuit: nec meliùs, nec faciliùs dissolutum est. fraudandi enim spe sublata, soluendi necessitas consecuta est. At verò hic noster[n] victor[o] nunc Quidem victus, quæ cogitarat, ea perfecit, cùm eius iam nihil interesset. tanta in eo peccandi libido fuit, vt hoc ipsum eum delectaret, peccare q, etiam si causa non esset. ¶ Ab hoc igitur genere largitionis, vt aliis detur, aliis auferatur, aberunt ij, qui remp. tuebuntur: in primisq; operam dabunt, vt iuris, & iudiciorum æquitate suum quisque teneat: & neque tenuiores propter imbecillitatem[r], circumueniantur, neque locupletib. ad sua vel tenenda, vel recuperanda obsit inuidia: præterea quibuscumq; rebus vel bellis, vel domi poterunt, remp. augeant imperio, agris, vectigalibus. Hæc magnorum hominum sunt hæc apud maiores nostros factitata: hæc genera officiorum qui persequuntur[s], cum summa vtilitate reip. magnam[u] sibi adipiscentur[x], & gratiam, & gloriam. In his autem vtilitatum præceptis Antipater Tyrius[y], Stoicus, qui Athenis nuper est mortuus, duo præcepta[a] censet esse à Panætio prętermissa: valetudinis curationem, & pecuniæ, quas res à summo philosopho præteritas arbitror, quòd essent faciles. sunt certè vtiles. Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum[b] rerum, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse: & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatib. postremò arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Res autem familiaris quæri debet iis rebus, à quib. abest turpitudo: conseruari autem diligentia, & parsimonia: iisdem etiam rebus augeri. has res commodissimè Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus[c] inscribitur: quem nos ista ferè ætate[d] cum essemus, qua es tu nunc, è Græco in Latinum conuertimus. Sed vtilitatum cõparatio, quoniam hic locus erat quartus à Panætio prætermissus, sæpe est necessaria. Nam & corporis commoda cum externis, & externa cum corporis, & ipsa inter se corporis, & externa cum externis comparari solent. Cum externis, corporis, hoc modo[e] comparantur: *Valere vt mãlis, quàm diues esse*. Cum corporis, externa, hoc modo: *Diues esse potius, quàm maximis corporis viribus*. Ipsa inter se corporis comparantur sic: *bona*[f] *valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati*. ex ternorum autem, vt gloria diuitiis, vectigalia vrbana rusticis. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis: à quo cùm quæreretur, *quid maxime in re familiari expediret*, respondit, *Bene pascere*[g]. Quid secundum? *Satis bene pascere*. Quid tertium? *Bene vestire*[h]. Quid quartum? *Arare*. Et, cùm ille, qui quæsierat, dixisset, *Quid fœnerari*[i]? Tum Cato, *Quid hominẽ*, inquit, *occidere*? Ex quo, & multis aliis, intelligi debet, vtilitatũ cõparationes solere fieri, rectéq; hoc adiunctum esse quartũ exquirendorum officiorũ genus. Sed toto hoc genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam[k] de vtenda, commodiùs à quibusdã optimis[l] viris ad medium Ianum sedentibus, quàm ab vllis philosophis vlla in schola disputatur, Sunt tamen ea cognoscenda. pertinent enim ad vtilitatem, de qua hoc libro disputatum[m] est. Reliqua deinceps persequemur.

a *al.* prætermissa.* *hæ duæ voces*, earum rerum, *nullis in v. c. reperiuntur.*

c de quo Hieronymus 10. Quintil. 5. 8. Plin. 25. Seruius 1. Georgic.*

d *al.* ætate, qua.*

e *al.* modo vt lere & in.*

f L. vt bona val. *al.* si bona.*

g Paradoxa vlt. 2. Columella 17.* h vitire rectè quæstuosissima. n. vitis.*

P. LII.

i Cato initio libri de re rustica. Est interdum præstare, mercaturis rẽ quærere, ni tam periculosum fiet & item fœnerari, si tã honestum fiet. Maiores enim nostri sic habuerunt & ita in legibus posuerunt:, furem dupli condẽmnari. fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimarunt fœneratorẽ quàm furem hinc licet existimari. Proinde L. Genucius (vt hinc intelligamus fœnus Romanis displicuisse) Tribun. pleb. legem tulit ad populum ne fœnerari liceret.

quod & veteri quadam etiam lege sancitum refert Tacitus libro 5. Appianus libro. 1.* k L. vellem etiam de vtenda. Ifœneratoribus.* m *al.* disputandum*.

M. TVLLII CICERONIS

DE OFFICIIS, LIBER TERTIVS.

PVBLIVM Scipionem, Marce fili[a], eum, qui primus Africanus appellatus est[b], dicere solitum scripsit[c] Cato[d], qui fuit ferè eius æqualis, *Numquam se minùs otiosum esse, quàm cùm otiosus: nec minùs solum, quàm cùm solus esset.* Magnifica verò vox, & magno viro, ac sapiente digna: quæ declarat, illum & in otio de negotiis cogitare, & in solitudine secum loqui solitum: vt neq. cessaret vmquam, & interdum colloquio alterius nõ egeret. Itaque[e] duæ res, quæ[f] languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium, & solitudo. Vellem[g] & nobis hoc idẽ verè dicere liceret: sed si minùs imitatione tantam ingenij præstantiam consequi possumus, voluntate certè proximè accedimus. nam & à rep. forensibus q. negotiis, armis impijs, vique prohibiti, otium persequimur[h]: & ob eam causam, vrbe relicta, rura peragrantes[i], sæpe soli sumus. Sed nec otium[k] hoc cum Africani otio, nec hæc solitudo cum illa comparanda est. Ille enim requiescens à reip. pulchertimis muneribus otium sibi sumebat aliquando, & à cœtu hominum, frequentiáque interdum, tanquam in portum se in solitudinem recipiebat. nostrum autem otium negotij inopia, non[l] requiescendi studio, cõstitutum est. exstincto enim senatu, deletisque iudiciis, quid est, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus? Itaque[m] in maxima celebritate, atque[n] in oculis ciuium quondam viximus: nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundãt, abdimus nos, quantùm licet, & sæpe soli sumus. Sed quia sic ab hominibus doctis[o] accepimus, *non solum ex malis eligere minima oportere: sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid ineſſet boni:* propterea & otio fruor non illo quidem, quo debeat is, qui quondam peperisset otium ciuitati: nec eam solitudinem languere patior, quam mihi adfert necessitas, non voluntas. Quamquam Africanus maiorem laudem vel meo iudicio assequebatur: nullap tamen eius ingenij monumenta mandata q literis, nullum opus otij, nullum solitudinis munus exstat. ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, inuestigationéq earum rerũ, quas cogitando consequebatur, nec otiosum, nec solum vmquam fuisse. nos autem, qui non tantum roboris haberemus, vt cogitatione tacita à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium, curámq. conuertimus. itaque plura breui tempore, euersa, quàm multis annis stante rep. scripsimus. Sed cùm tota philosophia, mi Cicero, frugifera, & fructuosa, nec vlla pars eius, inculta ac deserta sit: tamen [a] nullus feracior in ea locus est, nec vberior, quàm de officiis, à quib. cõstanter, honestéque viuendi præcepta ducuntur. Quare, quanquam à Cratippo nostro[b], principe huius memoriæ philosophorum[c], hæc te assiduè audire, atque accipere confido: tamen conducere arbitror, talibus aureis tuas vocibus vndiq. circumsonare, nec eas, si fieri possit, quidquam aliud audire. Quod cùm omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant, tum haud scio, an nemini potiùs, quàm tibi. sustines enim non paruam exspectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nõminis. Suscepisti onus præterea graue & Athenarum, & Cratippi: ad[e] quos cùm tanquam ad [f] mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanem[g] redire turpissimum est, dedecorantem & vrbis auctoritatem, & magistri. Quare quantum conniti animo pores, quantum labore contendere, (si discendi labor est potiùs, quàm voluptas) tantum fac vt efficias: néue committas, vt, cùm omnia suppeditata sint à nobis, *tute*[h] *tibi defuisse videare.* Sed hæc hactenus. multa [i] enim sæpe ad te cohortandi gratia scripsimus. nunc ad reliquam partem propositæ diuisionis reuertamur.

¶ Panætius igitur, qui sine controuersia de officiis accuratissimè disputauit, quémque nos, correctione quadam adhibita, potissimùm secuti sumus, tribus generibus proposítis, in quibus deliberare homines, & consultare de officio solerent, vno, cùm dubitarent, honestúmne id esset, de quo ageretur, an turpe. altero, vtilémne [k] an inutile: tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod vtile videretur, quomodo ea discerni oporteret: de duobus generibus primis, tribus libris explicauit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum, nec exsolnit, quod promiserat. Quòd eo magis miror, quia scriptum à discipulo eius Posidonio est, triginta annis vixisse Panætiũ pòst quàm eos[m] libros edidisset. quem locum miror à Posidonio breuiter esse tractatum[n] in quibusdam commentariis, præsertim cùm scribebat, nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium. minimè verò assentior iis, qui negant, eũ locum à Panætio prætermissum, sed, consultò relictum[o], nec omnino scribendum

a al. fili, qui primus &c. ita apud Nonii. cap. 4. in appellatem*
b al. fit.*
c Idem Velleius lib. 1. refert.*
d Censorini*
e al Ita.*
f vide versus Ennii: apud 19. Gell. 10.*
g L. Vellem nobis hoc idem dicere liceret: & ita v. c. al. vell ẽ idem hoc nobis al. vellem quidem nobis.*
h al prosequimur. al. consequimur.*
i al. peregrinantes.
k L. hoc otiũ
l al. nec.*
P. CIII. m Ita qui in max.
n L. atque in oculis quondã viximus.
o Aristoteles 5. Ethicor. & 4. ad Eudemum*.
p q. v. c. nulla enim eius in q Terentii tamen scripta ad Africanũ referuntur 10. Quint. 1. Idem penè Donatus refert.*
a L. cum nul lus ferax.
b L. vestro.
c Peripateticorum, d al. hoc.
e al. quibus tanq. fal. ad mercatum bon.
f Simile fragmentia apud Homerum Iliad.*
h 7. familiar. 7. sint partitiones oratoriæ*.
k L. vtile, an inutile.
l al. potest quam
m Libros.
n L. tantum.
o al. detrectandum

scribendum fuisse: quia numquam posset vtilitas cũ honestate pugnare: de quo alterum potest habere dubitationem, adhibendúmne fuerit hoc genus, quod in diuisione Panætij tertium est, an planè omittendum: alterum dubitari non potest, quin à Panætio susceptũ sit, sed derelictum.[a] nam qui è diuisione tripartita, duas parteis absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Prætera in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse disturum. Accedit eódem testis Iocuples[c], Posidonius[d], qui etiam scribit in quadam epistola, Publium Rutilium Rufum dicere solere, qui Panætium audiuerat, vt nemo pictor esset inuentus, qui[e] Veneris eam partem, quam Apelles[f] inchoatam reliquisset, absoluere (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat:) sic ea, quæ Panætius prætermisisset, [& non[g] perfecisset,] propter eorum, quæ fecisset[h], præstantiam, ne minem esse persecutum[i]. Quamobrem de iudicio Panætij dubitari non potest: recténe autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit, an secus, de eo fortasse dubitari[k] potest. Nam siue honestum, solum bonum est, vt Stoicis placet: siue quod honestum est, id ita summum bonum est, quemadmodum Peripateticis nostris[l] videtur, vt omnia ex altera parte collocata[m], vix minimi momenti instar habeant: dubitandum non est, quin numquam[n] possit vtilitas cum honestate contendere. Itaq. accepimus, Socratem [o]solitum exsecrari eos, qui primùm hæc natura cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, vt[p] etiam, quidquid honestum esset, id vtile esse censerent: [q]nec vtile quidquam, quod nõ honestũ. Quòd si is esset Panætius, qui virtutem propterea colendam diceret, quòd ea efficiens vtilitatis esset: vt ij, qui res expetendas vel voluptate, vel indolentia[r] metiuntur: liceret ei dicere, honestatem aliquando cum vtilitate pugnare. Sed, cùm sit is, qui id solum bonum iudicet, quòd honestum sit: quæ autem huic repugnent specie quadam vtilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec decessione peiorem: non videtur huiusmodi[t] debuisse deliberationem introducere[u], in qua, quod vtile videretur, cum eo, quod honestum est, cõparetur[x]. Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur, *Conuenienter naturæ viuere*: id habet hanc[y] (vt opinor) sententiam, cum virtute congruere semper: cetera autem, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. quod cùm ita sit, putant quidam, hanc comparationem non rectè esse introductam, nec omnino de eo genere quidquam præcipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod propriè, veréq. dicitur, id in sapientibus est solis, neque à virtute diuelli vmquam potest: in iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum, nullo[z] modo esse potest: similitudines honesti esse possunt. ¶ Hæc[aa] igitur omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant, ea, communia sunt, & latè patent: quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum, atque absolutum est: & vt iidem dicunt, omneis numeros habet: nec, præter

A sapientẽ, cadere in quenquam potest. Cùm autem aliquid actũ est, in quo media officia cõparantur[a], id cumulatè videtur esse perfectum: propterea quòd vulgus, quid absit à perfecto fere[b] non ex toto intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Quod[c] aũt in poematibus, & picturis vsu euenit, in aliisq. cõpluribus, vt delectentur imperiti, laudéntq. ea, quæ laudanda non sint, ob eã credo, causam, q̃ insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui iidem, qui in vnaquaq. rẽ vitij sit, nequeant iudicare. Itaq. cùm sint docti à peritis, facilè deiũctã sententia. Hæc igitur officia, de quibus his libris disserimus, [d]quasi secunda quædã honesta dicunt esse, non sapientum modò propria, sed cum omni hominum genere cõmunia. Itaq. [e]ij omnes, in quibus virtutis est indoles, cõmouentur. Nec verò cùm duo Decij, aut duo Scipiones, fortes viri cõmemorantur, aut cùm Fabricius, aut Aristides iustus nominatur: aut ab illis, fortitudinis: aut ab his, iustitiæ, tanquã à sapientibus, petitur exemplum. nemo enim horum sic sapiens est, vt sapientẽ intelligi hîc volumus: nec ij, qui sapientes habiti sunt, & nominati, M. Cato, & C. Lælius, sapientes fuerũt: ne illi[f] quidem septem. sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandã gerebant, speciémque sapientũ. Quocirca nec id, quod verè honestum est, fas est cum vtilis[g] repugnantia cõparari: nec id, quod cõmuniter appellamus honestum, quódq.[h] colitur ab iis, qui bonos se viros haberi volunt, eum emolumentis vmquã est cõparandum: támq. id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit, tuendum, conseruandúmque est nobis, quàm id, quod propriè dicitur, veréque est honestum, sapientibus. aliter enim teneri non potest, si quai[i] ad virtutem est facta progressio. ¶ Sed hæc quidem de iis, qui conseruatione officiorum existimantur boni. Qui autẽ omnia metiuntur emolumentis & commodis, neque ea volunt præponderari honestate, hi solent in deliberando honestũ cum eo, quod vtile putant, cõparare: boni viri non solent. Itaq. existimo, Panætium, cùm dixerit, homines solere in hac comparatione[k], hoc ipsum sensisse, quod dixerit, solere modò, non etiam oportere. etenim non modò pluris putare quod vtile videatur, quàm quod honestum: sed hæc etiam inter se cõparare, & in his addubitare, turpissimum est. quid est ergo, quod nonnunquam dubitationẽ[l] afferre soleat, considerandúmque videatur? Credo, si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur. Sæpe enim tẽpore fit, vt, quod plerumq. turpe haberi soleat, inueniatur nõ esse turpe. Exempli causa, ponatur aliquid quod pateat latiús. Quod potest esse maius scelus, quàm non modò hominem, sed [m]etiam familiarem occidere? Num igitur se obstrinxit scelere, si[n] quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? Populo quidẽ Rom. nõ videtur, qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat. Vicit igitur vtilitas honestatem, immò verò honestas vtilitatem secuta est. Itaque, vt sine vllo errore diiudicare possimus, siquando cum illo quod honestum intelligimus, pugnare id videbitur, quod appellamus vtile, formula quædam constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio numquam

a L. cõparent.
b L. non ferè intelligit:
c L. Quod itẽ in poematis, picturis vsu venit, [al. quodidem in poematis, in picturis vsu uenit. Ita legitur apud Nonium cap. 8, in poematis 39.*
d L. differemus,
e L. Itaq. his omnes.
f vide Hyginum fabula 221.
g al. vtili cõparare*. P. B.
h L. quod colitur.
i al. quàm si ad &c.
k al. addubitare.
l al. addubitationem.
m hoc permisit Publicola lege lata: adde Isocratẽ in ora. pro pace* n. q. v. c. sedetiam familiarem hominẽ occ.

recedemus. Erit autem hæc formula, Stoicorum rationi disciplinæque maximè cõsentanea: quam quidem in his libris propterea sequimur, quòd quamquam à veteribus Academicis, & à Peripateticis nostris[a], qui quondã iidem erant[b], qui Academici, quæ honesta sunt, anteponuntur iis, quæ videntur vtilia: tamen splendidiùs hæc ab eis disseruntur, quibus, quidquid honestum est, idem vtile videtur: nec vtile quidquam, quod non honestum: quàm ab iis, quibus est honestum aliquid non vtile, aut vtile non honestum. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt, quodcumq. maximè probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. ¶ Sed rediens ad formulam, *Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere cõmodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cetera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.* nam principiò tollit conuictũ humanum, & societatem. si enim sic erimus affecti, vt propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, disrumpi necesse est eam, quæ maximè est secundum naturam, humani generis societatem. Vt[c], si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset: debilitari, & interire totum corpus necesse est: sic, si vnusquisque nostrũm rapiat ad se commoda aliorum, detrahátque quod cuique possit, emolumenti sui gratia: societas hominum, communitásque euertatur necesse est. nam, sibi vt quisque malit, quod ad vsum vitæ pertineat, quàm alteri, acquirere, concessum est, non repugnante natura. illud[d] quidem natura non patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neq. verò hoc solùm natura, id[e] est, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus resp[f]. continentur, eodem modo constitutum est, *vt*[g] *non liceret sui commodi causa nocere alteri.* hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exsilio, vinculis, damno coercent. atq. hoc multo magis exigit, [h]ipsa natura ratio quæ est lex diuina, & humana: cui parẽre qui velit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam volent viuere) numquam committet, vt alienum appetat, & id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. Etenim multo magis est secundum naturam excellere animi, & magnitudo, itémque communitas, iustitia, liberalitas, quàm voluptas, quàm vita, quàm diuitiæ. quæ quidem contemnere, & pro nihilo ducere, comparantem cum vtilitate communi, magni animi, & excelsi est. Detrahere autem alteri [i] sui commodi causa, magis est cõtra naturam, quàm mors, quàm dolor, quàm cetera generis eiusdem: itémque, magis est secundum naturam, pro omnibus gentibus, si fieri possit, conseruandis, aut iuuandis maximos labores, molestiásque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio cælestium collocauit: quàm viuere in solitudine, non modò sine vllis molestiis, sed etiã in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis, vt excellas etiam pulchritudine, & viribus. Quocirca optimo quisque, splendidissimóq. ingenio longè illam vitam huic[m] anteponit. ex quo efficitur, hominem naturę obedientem, homini nocere non posse. Deinde qui alterum violat, vt ipse aliquid commodi consequatur: aut nihil se existimat contra naturam facere: aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem, amissionem etiã liberorum, propinquorum, amicorum, quàm facere cuipiam iniuriam. si nihil existimat cõtra [a] naturam fieri in hominib. violandis: quid cũ eo disseras, qui omnino hominem ex homine tollat? sin fugiendum id quidem cẽset, sed & multo illa peiora, mortem, paupertatem, dolorem: errat in eo, quod vllum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitiis gratius existimat. ¶ Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusq & vniuersorum: quã si ad se quisque rapiat, dissoluetur omnis humana consociatio. [c]Atq. si etiam hoc natura præscribit, vt homo homini, quicunq. sit, ob eam ipsam causam, quòd is homo sit, consultum velit: necesse est secundũ eandem naturã omnium vtilitatem esse communem. quod si ita est, vnã continemur omnes, & eâdem lege naturæ: id q. ipsum si ita est, certè violare alterum lege naturæ prohibemur. verum autem primũ, verum igitur & extremum. Nam illud quidẽ absurdum est, quod quidam dicunt, parenti se, aut fratri nihil detracturos, commodi sui causa: aliam rationem esse ciuium reliquorum: hi sibi nihil iuris, & nullam societatem, communis vtilitatis causa, statuunt esse cum ciuibus: quæ sententia omnem societatem distrahit ciuitatis. Qui autem ciuium rationem dicunt esse habendam, externorum negant: hi dirimunt communem humani generis societatem: qua sublata beneficentia[c], liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur: quæ qui tollunt, etiam aduersus deos immortaleis impij iudicandi sunt. ab iis enim constitutam inter homines societatem euertunt: cuius societatis arctissimum[d] vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere, sui commodi causa, quàm omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel [e] etiam ipsius animi, quæ vacent iustitia. Hæc enim vna virtus, omnium est domina, & regina virtutum. Forsitan quispiam dixerit: Nónne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri, hominí, ad nullam rem vtili? Minimè verò. Non enim mihi est vita mea vtilior, quàm animi talis affectio, neminem vt violem commodi mei gratia. Quid? si Phalarim, crudelem tyrannum, & immanem, vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit, nónne faciat? Hæc ad iudicandum sunt facillima: nam [f], si quid ab homine ad nullam partem vtili, tuæ vtilitatis causa detraxeris: inhumanè feceris, contráque naturæ legem. sin autem is tu sis, qui multam vtilitatem reip. atque hominum societati, si in vita remaneas, afferre possis: si quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendum: sin autem id non sit eiusmodi: suum cuique incommodum ferendum est potiùs, quàm de alterius commodis detrahendum. Non igitur magis est contra naturã morbus, aut egestas, aut quid huiusmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni. Sed communis vtilitatis derelictio contra naturã est. est enim iniusta. itaq. lex ipsa naturæ, quæ vtilitatem hominum conseruat, & continet, decernit

a L. vestris, b al. erant quæ honesta sunt &c.*

c L. Vt enim si vnumquodque.

F. B.

d L. Illud natura non p. e Natura pro iure gentium*. f al. resp. continetur. g L. vt nonliceat.

h v.c. efficit ipsa nat. i v.c. volunt.

k v.c. excelsitas animi.

l v.c. de altero.

P. LVII

m al. anteponat.

a L. contra naturam fieri hominibus violandis.

b L. consortio & ita Nonius*

F. B.

c v.c. beneficientia,

d v.c. amicissimum.

e Zenodo. vel zenone. & ea de causa esse locupletem, quem nemo, si modo sine iniuria possit, spoliare velit.

cernit profectò, vt ab homine inerti, atq. inutili, ad sapientem, bonũ, fortémq. virum trãsferantur res ad viuendũ necessariæ: qui si occiderit, multum de cõmuni vtilitate detraxerit: modò hoc ita faciat, vt ne ipse de se bene existimans, séque[a] diligens, hanc causam habeat ad iniuriam. Itaque[b] semper officio fungetur, vtilitati consulẽs hominum, & ei, quam sæpe commemoro, humanæ societati. Nam, quod ad Phalarim attinet, perfacile iudicium est *nulla* enim *nobis societas cum tyranno, sed* [c]*potius summa distractio* d: neq est cõtra naturam, spoliare eum, si possis, quem honestum est necare: atq. hoc omne genus pestiferum, atque impium, ex hominum cõmunitate exterminandum est. Etenim, vt membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere cœperunt, & nocẽt reliquis partib. corporis: sic ista in figura hominis feritas, & immanitas beluæ, à cõmuni tãquam humanitate corporis segreganda est. Huius generis sunt quæstiones omnes eæ, in quib. ex tẽpore officiũ exquiritur. Eiusmodi igitur eredo res Panætium persecuturum fuisse, nisi [e] aliquis casus, aut occupatio consilium eius præuenisset[f]: ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt, quibus perspici possit, quid sit propter turpitudinem fugiẽdum: quid sit id, quod idcirco fugiendũ non sit, quia omnino turpe nõ est. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen[g] absoluto, tanquam fastigiũ imponimus: v τ geometræ solent non omnia docere, sed postulare, vt quædã sibi concedantur, quò facilius, quæ velint, explicent: sic ego à te postulo, mi Cicero, vt mihi cõcedas, si potes, nihil, præter id, quod honestum sit[h], esse propter se expetendum: sin hoc nõ licet per Cratippũ: at illud certè dabis, quod honestũ sit, id esse maximè propter se expetendum. Mihi vtrumuis satis est: & cùm hoc, tum illud probabilius videtur, nec præterea quidquã probabile. Ac primùm Panætius in hoc defendendus est, quòd non vtilia cum honestis pugnare dixerit aliquando posse (neque enim ei fas erat) sed ea, quæ venturi vtilia. Nihil verò vtile, quod nõ idem honestũ: nihil honestum, quod non idem vtile sit, sæpe testatur: negátq. vllã pestem maiorem vitam [k] hominum inuasisse, quàm eorum opinionem, qui ista distraxerint. Itaque nõ vt aliquando anteponeremus vtilia honestis, sed vt ea sine errore diiudicaremus, siquãdo incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnãtiam. Hanc igitur partem relictã explebimus, nullius adminiculis, sed (vt dicitur) *Marte nostro*. Neq. enim quidquam de hac parte post Panætiũ explicatũ est. quod [l] mihi probaretur, de iis, quæ in manus meas venerunt. Cùm igitur aliqua species vtilitatis obiecta est, nos [m] cõmoueri necesse est. sed si, cùm animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam ei rei, quæ[n] speciem vtilitatis attulerit: tunc[o] vtilitas non requirenda [p] est, sed intelligendum, vbi turpitudo sit, ibi vtilitatem esse non posse. Quòd si nihil est tã contra naturam, quàm turpitudo (recta enim, & cõuenientia, & cõstantia natura desiderat. aspernatúrque cõtraria) nihilque tam secundũ naturã, quàm vtilitas: certè in eadem re & vtilitas, & turpitudo esse non potest. itémq. si ad honestatem nati sumus, eáque aut sola expetenda est, (vt Zenon[q] est visum) aut certè omni pondere grauior est habenda, quàm reliqua omnia, quod Aristoteli placet: necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum: quod autem bonum, id certè vtile: itaq.[a] quidquid honestum, id vtile. quare error hominum non proborum, cùm aliquid, quod vtile visum est, arripuit [b], id continuò secernit ab honesto. Hinc sicæ, hinc venena. hinc falsa testamenta nascuntur: hinc [c] furta, hinc peculatus, expilationes, direptionésq. sociorum, & ciuium, hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ: postremò etiam in liberis ciuitatib. exsistunt regnandi cupiditates, quib. nihil nec tætrius, nec fœdius excogitari potest. emolumenta enim rerum fallacibus iudiciis vident: pœnam non dico legum, quas sæpe perrumpunt[d], sed ipsius turpitudinis. quæ acerbissima est, nõ vident. Quamobrẽ hoc quidé deliberantiũ genus pellatur è medio (est enim totum sceleratum, & impium) qui delibe rant, vtrùm id sequantur, quod honestum esse videant [e], an se scientes scelere contamiment: in ipsa enim dubitatione facinus inest, etiã si ad id non peruenerint. Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio. ¶ Arq. etiam in omni delibetatione celandi, & occultandi spes, opinióq. remouenda est. satis enim nobis (si modò in philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, si omneis deos hominésque celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. Hinc ille [f] Gyges inducitur à Platone: qui, cùm terra decessisset[g] magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneúmque equum, (vt [h] ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulúmque aureum in digito: quem vt detraxit, ipse induit: (erat autem regius pastor) tum in concilium pastorum se recepit. ibi cùm palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. idem rursus videbatur, cùm in lucem annulum inuerterat. Itaq. hac opportunitate annuli vsus, reginę stuprum intulit: eáque adiutrice regem [k] dominum interemit, sustulítque quos obstare arbitrabatur: nec in his eum quisquam facinoribus potuit videre. sic repentè annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quàm si non haberet. honesta enim bonis viris, non occulta quæruntus. Atque hoc loco philosophi quidam, minimè mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam, & commentitiam fabulam dicunt prolatam à [m] Platone: quasi verò ille aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat. Hæc est vis huius annuli[n], & huius exempli: si nemo scitutus nemo ne suspicaturus quidé sit, cùm aliquid, diuitiarum, potétiç, dominationis, libidinis causa, feceris, si id diis, hominibúsq. futurum sit semper ignotum, sísne facturus[o]. negant id fieri posse. quamquã potest [p] id quidem. sed quæro, quod negãt posse, id si posset, quídnam facerent? Vrgent rusticè sanè, negãt enim posse. & in eo perstãt: hoc verbum quid valeat, non vident. Cùm enim quærimus, si possint celare, quid facturi sint: non quærimus, possintne celare: sed tanquã tormenta quædam adhibemus, vt, si respondérint, se, impu-

a L. ita, quidquid hon.

b al. arripiunt & post, fecernunt.*

c L. hinc furta, peculatus, expil.

d vt telas araneárum, quod Anacharsidis dictum.*

e al. videatur.*

P. B.

f Gygis mentio apud Herodotũ 1. Iustinum 1. 7. Valer 1.*

g L. discessisset. & ita Nonius in verbo discedere. quod interpretatur diuidi. forte legendũ discidisset, vt apud Maronẽ. vnde medium discindere cœlum: nisi quis malit legere, desedisset.*

h hoc totum, *vt ferunt fabulæ*, non videtur esse Ciceronis.

i o. v. c. in lucem, malè in lucem, est extrà & vt Plato 2. de Repub. scripsit, ἐξω*

Candaulem l quidam & Myrsilũ Græci *

l L. nihilo plus

m cuiusmodi fabulis sæpe vsus Plato. Macrob. 1. somnio.*

P. LX

n v. c. annuli. o vide 12. Gell. 10.*

p L. non potest id q. | al. nequaquam potest id quidem.*

nitate proposita, facturos quod expediat, facinorosos se esse fateantur: si negent, omnia turpia per seipsa fugienda esse concedant. Sed iam ad propositū reuertamur. ¶ Incidūt sæpe multæ causæ, quæ cōturbant[a] animos vtilitatis specie, non, cùm hoc deliberetur, relinquendāe sit honestas propter vtilitatis magnitudinem: (nam id quidem improbum est) sed illud, possitne id, quod vtile videatur, fieri non turpiter. Cùm Collatino Tarquinio collegæ[b] Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere id iniustè. fuerat enim in regibus expellendis socius Bruti, consiliorum etiam adiutor. cùm autem consilium hoc principes cepissent, cognationem Superbi, noménq. Tarquiniorum, & memoriā regni, esse tollendā, quod erat vtile patriæ cōsulere[c], id erat ita honestū, vt etiā ipsi Collatino placere deberet. Itaq. vtilitas valuit propter honestatē: sine qua nec d vtilitas quidem esse potuisset. At in eo rege[e], qui vrbem condidit, nō[f] ita. Species enim vtilitatis animum impulit[g] eius: cui cùm visum esset vtilius, solum[h] se, quàm cùm altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic & pietatem, & humanitatem, vt id, quod vtile videbatur, neq. erat, assequi posset, & tamen muri causam oppositi, speciem honestatis neq. probabilem. neq. satis idoneam. Peccauit igitur, *pace vel Quirini, vel Romuli dixerim*. Nec tamē nostræ nobis vtilitates omittendæ sunt, alíſque tradendæ, cùm his ipsi egeamus: sed suæ cuiq. vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. Scitè Chrysippus, vt multa: Qui stadium, inquit, currit, eniti, & contendere debet, quàm maximè possit, vt vincat: supplantare eum, qui cum certet, aut manu depellere, nullo modo debet. sic in vita sibi quēque petere, quod[i] pertineat ad vsum, non iniquum est: alteri furripere[k], ius non est. Maximè autem perturbantur officia in amicitiis: quibus & non tribuere, quod rectè possis, & tribuere, quod nō sit æquum, contra officium est. Sed huius generis totius, breue, & nō difficile præceptum est quæ enim videntur vtilia, honores, diuitiæ, voluptates, cetera generis eiusdem, hæc amicitiæ numquā anteponenda sunt. At neq. contra remp. neq. cōtra iusiurandum, ac fidem, amici causa, vir bonus faciet, nec si iudex quidem erit de ipso amico. ponit enim personam amici, cùm induit iudicis. tantum dabit amicitiæ, vt verā amici causam esse mālit: vt[m] perorandę liti tempus, quoad per leges liceat accommodet. *Cùm verò iurato dicenda sententia sit: meminerit, deum se adhibere testem*, id est, (vt arbitror) *mentem suam quæ nihil homini de ipse deus diuinius*. Itaq. præclarum à maioribus accepimus morem[n] rogandi iudicis: si eum teneremus, *Quæ salua fide facere possit*. Hæc rogatio ad ea pertinet, quæ paullo ante dixi honestè amico à iudice posse concedi. nam, si omnia facienda sunt, quæ amici velint: non amicitiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt. Loquor autem de communibus amicitiis. nam in sapientibus viris, atque perfectis nihil potest esse tale. Damonem, & Pythiam Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse, vt, cùm eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset: & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies cōmendandorum suorum causa postulauisset: vas factus est alter eius sistendi: vt, si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset[a] sibi ipsi. qui cùm ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, vt se in amicitiam tertium adscriberent[b]. Cùm igitur id, quod vtile videtur in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur: iaceat vtilitatis species, valeat honestas. cùm autem in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur, religio, & fides anteponatur amicitiæ: & sic habebitur is, quem exquirimus, delectus[c] officij. ¶ Sed *vtili aris specie in republ. sæpissimè precatur*, vt in[d] Corinthi disturbatione nostri. durius etiam Athenienses, qui sciuerunt, vt[e] Æginetis, qui f classe valebant, pollices præciderentur. hoc visum est vtile. nimis enim imminebat, propter propinquitatem, Ægina Piræos: sed nihil, quod crudele, vtile. est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maximè inimica crudelitas. Malè etiam qui[h] peregrinos[i] vrbibus vti prohibent, eósque exterminant, vt Pennus[k] apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse l pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt lege sapientissimi cōsules, Crassus & Scævola: vsu verò vrbis prohibere peregrinos, sanè inhumanum est. Illa præclara, in quibus *publicæ[m] vtilitatis species præ honestate contemnitur*. Plena exemplorum est nostra respu. cùm sæpe aliàs, tum maximè bello Punico secundo[n]: quæ, Cannensi calamitate accepta, maioresanimos habuit, quàm vmquam rebus secundis. nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. *Tanta vis est honesti, vt speciem vtilitatis obscuret*. Athenienses o cùm Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerēntque vt vrbe relicta, coniugibus, & liberis Trœzene depositis, naues conscenderent, libertatémque Græciæ classe defenderent. Cyrsilum p quendam, suadentem, vt in vrbe manerent, Xerxémque reciperent, lapidibus obruerunt. Atque ille sequi vtilitatem videbatur: sed ea nulla erat repugnante honestate. Themistocles q post victoriam eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium reip. salutare, sed id sciri opus non esse. postulauit, vt aliquem populus daret, quicum communicaret. datus est Aristides. Huic ille, classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum[r], clàm incendi posse: quo facto, frangi Lacedæmoniorum opes necesse esse. Quod Aristides cùm audisset[s], in concionem magna exspectatione venit: dixitque, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret: sed minimè honestum. Itaq. Athenienses, quod honestum non esset, id ne vtile quidem putauerunt: totámque eam rem, quam ne audiuerant quidem, auctore Aristide, repudiauerūt. Melius hi, quàm nos, qui piratas[t], immunes: socios, vectigaleis habemus. Maneat ergo, *quod turpe sit, id numquam esse vtile*: ne tum quidem, cùm id, quod[u] esse vtile putes, adipiscare. Hoc enim ipsum vtile putare, quod turpe sit, calamitosum[x] est. ¶ Sed incidunt (vt supra dixi) sæpe causæ, cùm repugnare vtilitas honestati videatur, vt animaduertendū sit, repugnétne plane, an possit cum honestate

a L. conturbent.

b Iuuius 1. Hiicarnas. 5. 1. Flor. 9. 1. Eutrop. 1. Auguſt. de ciuitate 2. c. 17.*

c verbum *conſulere*, delet L.

d ne vtilitas.

e Romulo.* f L. non item. g L. pepulit eius: & ita v.c.

h L. solum quàm.

P. R.

i al. quod ad vſum pertinet, k q.v.c. deripere.

l L. ne ſi iudex.

m L. & vt orandæ.

n notandus hic mos rogādi iudicis.* o Cicero v.c. 2 de finib. & Tuſcul 5. 14. p. 1. 1. Valer. 7. 5. Gellius 18. Adde de al is amicis Hippynium c. 25. 7. 4 p. 1. 1. Pinthiā Vſ. Phintiā. vt apud Pauſaniam & in æreo numiſmate.* q *ad diem*, in v.c. non comparent.

a L. eſſet iſſi. b q.v.c. reciperent. c v.c. dilectus eſt.

d libro 2. de bello Achaico.*

e q.v.c. quia claſſe.

f Huius decreti aduerſus Aeginetas meminit Valerius 9 c. 2. numero 5.

g al. Pirę.

h al. qui peregrinos vrbibus prohibent. i Talis fuit Ξενηλασία apud Lacedæmonios. Theophil. titul. de iure naturali.

k al. Pennius. rectè fic etiam Ciceroni in Bruto: Pennius autem iuris familiæ gnomē. Alii legitur Perneius. al. Pennis: al. Pannis. al. Penius. al. Penneus. al. Petreius.

l Iyrannidis ſit, qui ciuis non ſit. Sed poteſt. Quod ſtatui: vt vbi vrbis qui ciuis non ſit, id eſt qui peregrinus. prohibetur, inhumanum fatis.

m Publicæ vtilitatis ſpecies, præ honeſtate contemnitur. n vide Liuium 22. 2. Flor.* o videſis etiā Panegyr. Maximum Tyrium, ſermone 3.

p hic loces deſumpta ex Demoſthenis oratione Cont. phōte

q vide Plutarch. in Themiſtocle. Theod. & Valer. Max. 7. 2. Gyllium Nouiom. in ſubſidium ſi pidium omnium mirmidonum, verā lectionem ſuppeditabit Pauſanias de vitis Græcorum.

r al. Gytheum.

s al. audiuiſſet: al. audiret.* t v. Plutarch. in vita Ariſtid. Cicero pro Manilia: 7. Plin. 25. & 26. & 37. c. 2. Eutrop. 4. de vitis illuſtr. c. vlt. Cicero pro Manilia: 7. Plin. 25. & 26. & 37. c. 2. Eutrop. 4. de vitis illuſtr. Flor. 9. Epitom. Liuii 91. Velleium 2. Oroſ. 4. Valer. 5.

u L. quod vtile eſſe putes,

x pars enim præcipua, ſelicitatis

coniungi. Eius generis hæ sunt quæstiones: exempli [a] gratia [b], Si vir bonus Alexandria [c] Rhodum magnum frumenti numerum adduxerit in Rhodiorũ inopia, & fame, summáque annonæ caritate: si idem sciat, complureis mercatores Alexandria [e] soluisse, nauésq. in cursu, frumento onustas, petenteis Rhodũ, viderit, dicturúsne sit id Rhodiis, an silentio suum quàm plurimo venditurus? Sapientem, & bonum virum fingimus: de eius deliberatione, & consultatione quærimus: qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet: sed dubitet, an turpe non sit. In huiusmodi causis aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno & graui Stoico: aliud Antipatro, discipulo [f] eius, homini acutissimo. Antipatro, *omnia patefacienda*, vt ne-quid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret: Diogeni, venditorem, *quatenus iure ciuili constitutum* sit, dicere vitia oportere: cetera sine insidiis agere: &, quoniam vẽdat, velle quàm optimè vendere. Aduexi, exposui, vendo meum non pluris, quàm ceteri: fortasse etiam minoris, cùm maior est copia. cui sit iniuria? Exoritur Antipatri ratio ex altera parte: Quid [g] agis? tute [h] cùm hominibus consulere debeas, & seruire humanæ societati, eáque lege natus sis, & ea [i] habeas principia naturæ, quibus parẽre, & quæ semper sequi [k] debeas, vt vtilitas tua, communis vtilitas sit: vicissim [l] & æquè communis vtilitas, tua sit: celabis homines, quid iis adsit commoditatis [m], & copiæ: Respondebit Diogenes fortasse sic, Aliud est celare, aliud tacere: neq. ego nunc te celo, si [n] tibi non dico, quæ natura deorum sit, quis [o] sit finis bonorũ: quæ tibi plus prodesse̅t cognita, quàm tritici vilitas: sed nõ quicquid tibi audire vtile est, id [p] mihi dicere necesse est. Immò verò, inquit ille, necesse est, si quidem [q] memineris esse inter [r] homines naturam coniunctam societatem. Memini, inquit ille, sed num ista societas talis est, vt nihil suum cuiusq. [t] sit? quod si ita est, nec [u] vendendum quidem quidquam est, sed donandum. Vides in hac tota disceptatione non illud dici, quanuis hoc turpe sit: tamen [x], quoniam expedit, faciam: sed ita expedire, vt turpe non sit: ex altera autem parte, ea re, quia turpe sit, non esse faciendum. Vendat ædeis vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipse norit, ceteri ignorent: pestilentes sint, & habeantur salubres: ignoretur, in omnibus cubiculis [y] apparere serpenteis: malæ [z] materiæ, rainosæ: sed hoc, præter dominum, nemo sciat. quæro, si hoc emtoribus venditor non dixerit, ædesque vendiderit plutis multo, quàm se venditurum putarit, num id [aa] iuste̅, an improbè fecerit. Ille verò, (inquit Antipater) improbè facit. Quid enim est aliud, erranti viam non monstrare, (quod Athenis exsecrationibus publicis sancitum [bb] est) si hoc non est, emtorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere? plus etiam est, quàm viam non monstrare. nam est scientem in errorem, alterum inducere. Diogenes cõtrà. Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est? ille, quod nõ placebat, proscripsit [a] tu, qd placebat, emisti. ¶ Quod si, qui proscribunt, *villam* [b] *bonam* benéque ædificatam, non existimantur fefelliss̃e, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione, multo minùs, qui domum non laudarunt: vbi enim iudicium emtoris est, ibi fraus venditoris quæ potest esse? Sin autem dictum non omne præstandum est, quod dictum non est: id præstandum putas? Quid verò est stultius, quàm venditorem, eius rei, quam vẽdat, vitia narrare? quid autem tam absurdum, quàm si domini iussu ita præco [c] prædicet? *domum pestilentem* [d] *vendo*. Sic ergo in quibusdam causis dubiis ex altera parte defenditur honestas, ex altera ita de vtilitate dicitur, vt id, quod vtile videatur, non modò facere honestum sit: sed etiam, non facere, turpe. Hæc est illa, quæ videtur vtilium fieri cum honestis sæpe dissensio. Quæ diiudicanda sunt. Non enim, vt quæreremus, exposuimus, sed vt explicaremus. Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium vẽditor, celare emtores debuisse. Neq. enim id est celare, quidquid [e] reticeas: sed cùm, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum interfit id scire. Hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non videt? certè non aperti, non simplicis, non ingenui, nõ iusti, nõ viri boni: versuti potiùs, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, verecatoris, vafri, hęc tot, & alia plura, nõne inutile est vitiorũ subire nomina? Quòd si vituperãdi sũt, qui reticuerunt: quid de iis existimandũ est, qui orationis vanitatẽ adhibuerunt? Caius Canius [f], eques Romanus, homo [g] nec infacetus, & satis litteratus, cùm se Syracusas otiandi [h] causa, nõ negotiandi, vt ipse dicere solebat, contulisset, dicebat se horrulos aliquos vel le emere, quò inuitare amicos, & vbi se oblectare sine interpellatoribus posset. quod cùm percrebuisset [i], Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit venaleis quidem se hortos non habere, sed licere vti Canio, si vellet, vt suis: & simul ad cenã hominẽ in hortos inuitauit in posterum diem. cùm ille promisisset, tum Pythius, vt argentarius, qui esset apud omneis ordines gratiosus, piscatores ad se vocauit [k], & ab his petiuit, vt ante suos hortulos postera [l] die piscarentur: dixítque, quid eos facere vellet. Ad cenam tempore [n] venit Canius: opiparè [o] paratum erat conuiuium: cymbarum ante oculos [p] multitudo, pro se quisq. quod ceperat, afferebat: ante pedes Pythij pisces abiiciebantur. Tum Canius, Quęso, inquit, quid [q] est, Pythi, tantúmne piscium, tantúmne cymbarum? Et ille, Quid mirum? Inquit, hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium: hîc aquatio: hac villa isti carere nõ possunt. Incensu, Canius cupiditate, cõcendit à Pythio, vt venderet. Grauatè ille primó. quid multa? impetrat, emit homo cupid [r], & locuples, tãti, quanti Pythius voluit, & emit instructos: nomina facit: negotiũ cõficit, inuitat Canium [s] postera [t] die familiareis suos. venit ipse mature. scalmũ nullum videt. quęrit ex proximo vicino, nũ ferię quędã piscatorũ essẽt, q. eos nullos videret. Nullæ, (qđ sciã) inquit ille, sed hic piscari nulli solẽt. itaq. heri mirabar, qd accidisset. Stomachari Cani [u]. Sed quid facerẽt, nõ-

a Proscribere est palam & publicè scribere.* P. LXIII.

b vide 1. ea quæ cõmendandi 43. ff. de contr. empt.*

c Præconis vocẽ vt quæque res veniebat, dicebatur 12. ad Atticum 39.* d vide l. vltiã 49. ff. de ædilitio edicto: l. si prædium 4. Cod. de ædilitiis actionibus.*

e q.v.c. cum quid retic.

f antea Canius.*

g vox, *homo*, abest ab o.v.c.

P. B.

h l. otiandi, vt ipse dicere solebat, non negotiandi causa, contulisset: i l. percrebuisset,

k v.c. conuocauit, l simile commẽtum Egesiæorum apud Thucydidem lib. 5.* m v.c. posteri die pisc. n l. tempori. o l. opiparè à Pythio apparatũ cõmuniõ. p al. hortulos & ita Ambrosius.* q l. quid est, hoc, Pythi, al. quid hoc è Pythi,

r v.c. posteri die.

a Si, exempli gratia, vir bonus &c. ‖ b al. exempli gratia. ‖ c al. causa. ‖ d l. ab Alexandria profectus Rhodum.* ‖ e Numerus de his etiam dicitur quæ non numerãtur, sed demensurantur. Nonius 6. in Numerum. ‖ f ad. vbi hunc locum cita. ‖ g l. ab Alexandr. ‖ Antipater discipulus Diogenis: Antipatri, Panetii, Posidonius. lib. 1. de diuinat.* ‖ h al. Quod tute.* ‖ i al. tu, al. tute.* ‖ k al. vt ea.* ‖ l al. confer. qui.* ‖ l. c. vicissimque communis vtil. ‖ m al. vicissim & commu nis vtilitas. ‖ n al. vicissimque ‖ o vtilitatis: vtilitas & cõmoditatis.* ‖ p de natura deorum ad uersus recentiores vulgi opinionem quidquam dicere, veteribus periculosum, vt hîc. sic Cicero seu Balbo infrà libro de veritate. Atque illũ quidem quasi patronum quæsiuisse, ex eo colligi potest, quòd ipse in Academicis posteriorib. inducitur, vbi Lucullus, & cum eo Varro, Antiochi sectam defendunt, & cum inueneris indicare vulgus, nec quicquam à Platone fortasse dissentire, propter eloquentiã Socratę. Cuius rei exat elegans exẽplum apud Xenophontem libro 2. ‖ o al. qui: al. quid.* ‖ p al. idem. ‖ q al. siquidem inter homines natura meministi coniunctam esse societatem.* ‖ r Cum inter nos cognationem quandam natura consecutus sit, hominem homini insidiari: nefas esse. Florentinus in l. 2. ff. de iustitia. Ideoque rectè dicitur, hominis interesse, hominem beneficio adfici. ff. de seruis exportandis.* ‖ s al. inquiet,* ‖ t v.c. malè materiæ, ‖ u L. ne vendendum quidquam. ‖ x quoniam tamen exp. ad. ‖ y al. cubilibus, ‖ z v.c. materiæ, ‖ aa L. iniuste aut improbè. ‖ bb v.c. improbe.

P. LXIIII.

a L. protuerat.

b *antea* quæretur.*

c Dolus est cum aliud simulatur, aliud agitur. Cicero Topicis, in loco à genere. Dolus ita definitur ab Aquillio hic & à Seruio in l. 1. §. 2. ff. de dolo quæ definitio Labeoni displicet. potest enim quis sine simulatione alium circumuenire. Potest & aliud simulare, aliud agere, nec tamen dolum admittere, incuti faciuot, qui per dissimulationem deseruiant (forte tui legendum, tépori seruiant) & tuenturue se, vel alienа. Proinde Labeo d. §. 2. definit dolū malum, esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendū, fallendū, decipiendum alterū, adhibitam.*

P. B.

d *q. v. c.* luculente,

e sic suspecti crimen ex lege XII. Tabul. l. 1. §. 1. ff. de suspectis tutorib.*

f L. Lætoria: *& ita o. v. c. l.* Cælia, vt l. 3. de Natura deorum.*

g L. in quibus additur, EX FIDE BONA.

h Cicero ad Trebatium & 1. epistol. familiar. 7.* i *al.* asse. Mureтus 4. Variar. 3.*

k *v. c.* apponet Vide Nonium.*

m vide Lactantium libro de Iustitia c. 17. 18.*

n sic Euripides Medea Græci μισῶ σε ἐχθρὰν ὄντα· οὐ γὰρ ἔστι μοι σοφὸς addе 7. familiarium 6.* buenda est. l. 38. ff. de pactis.

dum enim Aquillius, collega, & familiaris meus, pertulerat[a] de dolo malo formulas: in quib. ipsis cùm ex eo quæreretur[b], quid esset dolus mal[a]: respondebat, cùm[c] esset aliud simulatū, aliud actum. Hoc quidem sanè luculenter[d], vt ab homine perito definiendi. Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Nullū igitur factum eorum potest vtile esse, cùm sit tot vitiis inquinatū. ¶ Quod si Aquilliana definitio vera est: ex omni vita simulatio, dissimulatióque tollenda est. ita nec, vt emat melius, nec vt vendat, quicquam simulabit, aut dissimulabit vir bonus. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela[e] XII. tabulis, & circumscriptio adolescentium lege Latoria[f]. & iūne lege, iudiciis, in[g] quibus EX FIDE BONA AGITVR. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt, in arbitrio rei vxoriæ, MELIVS, AEQVIVS: in fiducia, VT INTER BONOS BENE AGIER. Qui[i] ergo? aut in eo, quid MELIVS AEQVIVS: potest vlla pars inesse fraudis? aut, cùm dicitur, VT INTER BONOS BENE AGIER: quidquam agi dolosè, aut malioſè potest? Dolus autem malus simulatione, & dissimulatione, vt ait Aquillius, continetur. tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emtor opponet[k]: vterque, si ad eloquendum venerit, non plus, quàm semel, eloquetur. Q. quidem Scæuola, P. filius, cùm postulasset, vt sibi fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur[l], idque venditor ita fecisset: dixit, se pluris æstimare: addidit centum millia nemo est, qui hoc boni viri fuisse neget, sapientis[m], negant: vt si minoris, quàm potuisset, vendidisset. Hæc igitur est illa pernicies, quòd alios bonos, alios sapientes existimant, ex quo Ennius, *Nequicquam*[n] *sapere sapientem, qui sibi ipsi prodesse nequiret.* Vere id quidem, si, quid esset, PRODESSE, mihi cum Ennio conueniret. Hecatonem quidem Rhodium, discipulum Panætij, video in iis libris, quos de[o] officiis scripsit Q. Tuberoni, dicere, Sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. neque enim solùm nobis diuites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximéque reipu. singulorum enim facultates, & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. Huic Scæuolæ factum, (de quo paullo antè dixi) placere nullo modo potest. etenim omnino se negat facturum compendij sui causa, quod non liceat. Huic nec[p] laus maxima tribuenda est, nec gratia. Sed siue & simulatio, & dissimulatio, dolus malus est, perpaucæ res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur: siue vir bonus est is, qui prodest, quibus potest, nocet nemini, recte[q] iustum virum, bonum non facilè reperiemus. Numquam igitur est vtile peccare, quia semper est turpe: &, quia semper est honestum, virum bonum esse, semper est vtile. ¶ Ac de iure quidem prædiorū sanctum[r] est apud nos iure ciuili. vt in his vendendis vitia dicerentur, quę nota essent venditori. Nam, cùm XII[t] tabulis satis esset cautum ea præstari[u], quæ essent LINGVA[a] NVNCVPATA, quæ qui insciatus[b] esset, dupli pœnam subiret. à iureconsultis etiam reticentiæ[c] pœna est constituta. *Quicquid enim inest d prædio vitij*, id statuerunt, *si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere.* Vt, cùm in æde[e] augurium augures acturi essent, iussisset Titū Claudium Centimalum[f], qui ædeis in Cœlio mōte habebat, demoliri eas[g], quarum altitudo officeret auspiciis: Claudius proscripsit iusulam, vendidit: emit P. Calpurnius Lanarius. huic ab auguribus illud idem denunciatum est. Itaq. Calpurnius cùm demolitus esset, cognouisséque, Claudium ędeis postea proscripsisse, quàm[h] esset ab auguribus demoliri iussus, ad arbitrium[i] illum adegit, *Quidquid sibi dare, facere oportere ex fide bona.* M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater. Vt enim ceteri ex patribus, sic hic, qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita pronunciauit: *cùm*[k] *in venundando eam scisset, & non pronunciasset, emtori damnum præstari*[l] *oportere.* Igitur ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emtori vitium, quod nosset venditor. Quòd si rectè iudicauit: non rectè frumentarius ille, non rectè ædium pestilentium venditor tacuit. sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non possunt: quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus[m], propinquus noster, C. Sergio Oratæ[n] vendiderat ædeis eas, quas ab eodem ipse paucis antè annis emerat. hæ Sergio seruiebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. ius Crassus vrgebat: quod vitium venditor non dixisset sciens[o], id oportere præstari: æquitatem Antonius: quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædeis vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo iure esset, teneret. Quorsum hæc? vt illud intelligas, non placuisse maioribus nostris astus[p]. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: leges, quatenus tenere manu res[q] possunt: philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. Ratio igitur hoc postulat, ne-quid simulatè, ne-quid insidiosè, ne-quid fallaciter. Súntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agitaturus? ipsæ enim ferę nullo insequente ſæpe incidunt[r]: sic tu cùm ædeis proscribas, tabulam, *tamquam plagam*, ponas, domum propter vitia vendas, in eam aliquis incurrat imprudens? Hoc quamquam video propter deprauationem consuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut iure ciuili: naturæ[t] tamen lege sancitum est. societas enim est, (quod etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius) latissimè quidem quæ pateat, hominum inter homines: interior eorum, qui eiusdem gentis sunt: propior eorum, qui eiusdem ciuitatis. Itaq. maiores aliud ius gentiū, aliud ius ciuile esse voluerunt. quod enim[s] ciuile, nō idem continuò gentium: quod autem gentium, idem ciuile esse debet. Sed nos veri iuris, germanæque[u] iustitiæ solidam, & expressam effigiem nullam tenemus: vmbra, & imaginibus vtimur: eáſq.[x] ipsas vtinam sequeremur. feruntur enim ex optimis naturæ principiis, & veritatis exemplis. Naм quanti verba illa,

o *al.* de officio. p *al.* nec laus magna, nec gratia tribuenda est. q L. certe istū virum bonum non. r *v. c.* sanctum est. ædilitio. t dixi ad leges XII. Tabularum titulo de u Pacta seruanda esse inuiſ.

a dixi de hac formula. libro 1. decatore.*

b Quædam actiones si à reo inficietur, duplatur, quo genere contenetur si is modo agri emptor à vēditore decertet, Paul. sentent. 19. §. 1. & 2. titul. 17. §. 8. De his autē quæ inficiādo crēscūt. §. vlt. de Inst. obligat. quæ ex cont. & §. 7. autem 19 §. duplum §. sed fur. §. de Inst. de act. c Reticentiæ pœna. Non satis fuit præscripsisse iubere, sed reticentiæ pœnam constituerunt. l. inscitiæ pr. ad augurium.* f *al.* Centimalum, *al.* Centumthonem, *al.* Centumalum, vt *v. c.* Valer. 1.* g L. ea quæ h *al.* quam eas fuet. i L. arbitrium illum adegit, de k vide l. de oratore. l 1. præcipere. m vide Valerium, Plutarchū, Suidam, Ciceronem, legib. n vide Plin. 34. Valer. 3. Macrob. 1. o L. quod vitii venit. p *al.* astutos. q vocabula, non reperitur in re. r *forte* in eo incidunt. s l. tanta natura lege sanctum est.

illa, *Vti ne propter te, fidémve tuam captus, fraudatúve sies?* quàm illa aurea: *Vt inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione?* Sed, qui sint boni, & quid sit, bene agi[a], magna quæstio est. Qu. quidem Scæuola, pontifex max. *summam vim dicebat esse in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adderetur, Ex fide bona:* fideiq. bonæ nomen existimabat manare latissimè, idq. versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas cõtinetur: in his magni esse iudicis, statuere, præsertim cùm in plerisq. essent iudicia contraria, quid quemq. cuique præstare oporteret. Quocirca astutiæ tollendæ sunt, eáque malitia, quę vult illa quidẽ videri se esse prudentiam: sed abest ab ea, distátq. plurimùm. Prudentia est enim locata in [b] delectu bonorum, & malorum: malitia, si omnia, quæ turpia sunt, mala, sunt, mala bonis anteponit[c]. ¶ Nec verò in prædiis solùm ius ciuile, ductũ à natura malitiam, fraudémq. vindicat: sed & in mãcipiorum venditione vẽditorum fraus omnis excluditur. qui enim scire debuit, de sanitate, de fugad, de furtis, præstat edicto ędilium hæredum alia est causa. ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, vt ex alterius prædetur insciti[a][e]. nec vlla pernicies vitæ maior inueniri potest, quàm in malitia simulatio intelligentiæ: ex quo illa innumerabilia nascuntur, vt vtilia cum honestis pugnare videantur. quotus enim quisq. reperietur, qui impunitate, & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria? Periclitemur, si placet, in iis quidem exemplis, in quibus peccare[f] vulgus hominum fortasse nõ putat. Neq enim de sicariis, veneficiis, testamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est: qui non verbis sunt, & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere castigandi[g]. sed hæc consideremus, quæ faciunt ij, qui habentur boni. L. Minutij Basilij[h] locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Græcia Romam attulerunt: quod quo faciliùs obtineret, scripserunt hæredes secum M. Crassum, & Qu. Hortensium, homines eiusdem [i] ciuitatis potentissimos: qui cùm illud falsum esse suspicarentur, sibi autẽ nullius essent conscij culpæ: alieni facinoris munusculum non repudiauerunt. Quid ergo? satin' hoc est, vt nõ deliquisse videantur? mihi quidem non videtur: quamquam alterum amaui virum, alterum nõ odi mortuum. Sed cùm Basilius[k] M. Satyrium[l], sororis filium, nomen suum ferre voluisset, eúmq. fecisset hæredẽ: hunc, dico patronum agri Piceni, & Sabini: (ô turpem notam temporum illorum!) num[m] erat æquum, principes ciuitatis rem habere, ad[n] Satyrium nihil, præter nomen peruenire? Etenim, si is, qui non defendit iniuriam, neq. propulsat à suis, cùm potest, iniustè facit, vt in primo libro disserui: qualis habendus est is, qui non modò non repellit, sed etiam adiuuat iniuriam? Mihi quidem etiam veræ hereditates, non honestæ videntur, si sint malitiosis blãditiis officiorũ, non veritate, sed [o] simulatione quæsitæ. Atqui in talibus reb[p] vtile interdum, aliud honestum videri solet. Falsò: nam eadẽ vtilitatis, quæ honestatis est regula: qui hoc non præuiderit[p], ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. sic enim cogitans: Est illud quidem honestum, verùm hoc expedit: res à natura copulatas audebit errore diuellere: qui fons est fraudum [a], maleficiorum, scelerum omnium. Itaq. si vir bonus habeat hanc vim, vt, *si digitis concrepuerit*, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminẽ vmquam suspicaturum. At si dares hanc vim M. Crasso, vt digitorũ percussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset hæres: in foro, mihi crede, saltaret, homo autem iustus, & is, quem sentimus virum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, qui sit vir bonus, nescire fateatur. ¶ At verò si [b] quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere, iam se ipse doceat, eum virum bonũ esse, qui prosit quibus possit: noceat nemini, nisi lacessitus iniuria. Quid ergo? hic nõ noceat, qui quodã quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locũ ipse succedat? Nõ [c] ergo faciat, dixerit quis, qđ vtile sit, quódq. expediat? Immò intelligat, nihil nec expedire, nec vtile esse, qđ sit iniustũ. hoc qui non didicerit, bonus vir esse non poterit. Fimbriam [d] consularem, audiebam de patre nostro puer, iudicem M. Lutatio Pinthiæ [e] fuisse, equiti Rom. sanè honesto, cùm is sponsionem [f] fecisset, *Ni bonus vir esset*. itaq. ei dixisse Fimbriam, se illam rem numquam iudicaturum: ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra iudicasset: aut statuisse videretur, virum bonum aliquem esse, cùm ea res innumerabilibus officijs, & laudibus cõtineretur. Huic igitur viro bono, quẽ Fimbria etiam, non modò Socrates nouerat, nullo modo videri potest quidquã esse vtile, quod non honestum sit. Itaq. talis vir non modò facere, sed nec [g] cogitare quidẽ quidquam audebit, quod non audeat prædicare. Hæc nónne est turpe, dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitẽt? à quibus natum est id, quod iam tritum [h] est vetustate, prouerbium: cùm enim fidem alicuius, bonitatémque laudant: *dignum esse dicũt, qui cum in tenebris mices* [i]. Hoc quam habet vim, nisi illã, nihil expedire, quod non deceat, etiam si id possis nullo refellente obtinere? Videsne igitur, hoc prouerbio, neq. Gygi illi posse veniam dari, neq. huic, quem paulo antè fingebã, digitorum percussione hereditates omniũ posse [k] ad sese cõuertere? Vt enim, quod turpe est, id quamuis occultetur, tamẽ honestum fieri nullo modo potest: sic, quod honestũ non est, id vtile vt sit, effici non põt, aduersante etiã, & repugnante natura. At. n. cùm permagna præmia sint, est causa peccandi. C. Marius cùm à spe consulatus longè abesset, & iam septimum annum post præturã iaceret. neq. petiturus vmquã consulatum videretur: Qu. Metellum, cuius legatus erat, summum virum, & ciuem, cùm ab eo imperatore suo, Romam missus esset, apud pop. R. criminatus est, bellum illum produceret: si se cõsulẽ fecissent. breui tempore aut viuum, aut mortuũ Iugurthã se in potestatem po. R. redacturum. Itaq. factus est ille quidem consul, sed à fide, iustitiáq. discessit, qui optimũ, & grauissimum ciuem, cuius legatus, & à quo missus esset, in inuidiam falso crimine adduxerit. Nec [m] noster quidẽ Gratidianus officio boni viri functus est tum, cùm prætor esset, collegiúmque prætorum tribuni plebis adhibuissent [n], vt res nummaria de communi sen-

a L. fraudiẽ & ita v.c. P. LXVII.

b v.c. si quẽ vol.

c L. Non igitur.

d Idem 7. Valerius 1. 2.* e al. Pythix.*

f De sponsionibus & earum formulis dixi; Verrina.*

g L. ne cogitare quidem. P. B.

h L. cõtritum est.

i Micatio genus lusus vide Cicer. de diuinatio. 2. de finibus Varronem.*

k L. posse cõuertere?

l L. ducere:

m v.c. Ne noster quidem

n al. adiissent

tentia constitueretur.

P. LXVIII. a Hæc Cicenis esse non videntur.*

Iactabatur [a] *enim temporibus illis nummus, sic, vt nemo posset scire, quid haberet.*

Conscripserunt communiter edictum cum pœna, atq. iudicio: constituerúntque, vt omnes simul in Rostra post meridiem descenderent [b]: & ceteri quidam alius aliò: Marius à subselliis in Rostra rectà: idque, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. & ea res (si quæris) ei magno honori fuit. Omnibus vicis statuæ factæ [c] sunt, ad eas tus, & cerei. Quid multa? Nemo vmquam multitudini fuit carior. Hæc sunt, quæ conturbant homines [d] in deliberatione nonnumquam, cùm id, in quo violatur æquitas, non ita magnum: illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur: vt Mario, præripere collegis, & tribunis pleb. popularem gratiam, non ita turpe: consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc propositum erat, valde vtile tenebatur. Sed omnium vna regula est, quam cupio tibi esse notissimam: aut illud, quod vtile videtur, turpe ne sit: aut, si turpe est, ne videatur esse vtile. Quid igitur? possumúsne aut illum Mariu, virum bonum iudicare, aut hunc? Explica, atq. excute intelligentiam tuam, vt videas, quæ sit in ea, species [e], forma, & notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum, mentiri emolumenti sui causa, criminari, præripere, fallere? nihil profectò minús. ¶ Est ergo vlla res tanti, aut cõmodum vllum tam expetendum, vt viri boni & splẽdorem, & nomen amittas? qd est, quod afferre tantùm vtilitas ista, quæ dicitur, possit, quantùm auferte, si boni viri nomen eripuerit? fidem, iustitiámq. detraxerit? Quid enim interest, vtrùm ex homine se conuertat [f] quis in beluam, an in hominis figura immanitatem gerat beluæ? Quid? qui omnia recta & honesta negligunt, dummodò potentiam cõsequantur, nónne idem faciunt, quod is, qui etiam socerum habere voluit eum, cuius ipse audacia potens esset? Vtile ei [g] videbatur plurimum esse alteriusinuidia. id quàm iniustum in patriam, quàm inutile, quàm turpe esset, non videbat. Ipse autem socer in ore semper Græcos versus Euripidis de Phœnissis habebat, quos dicam vt potero, incondite fortasse, sed tamen vt res possit intelligi.

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Capitalis Eteocles, vel potiùs Euripides, qui id vnum quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus, hereditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? Ecce tibi, qui rex pop. Rom. dominúsque omnium gentium esse concupierit, idq. perfecerit. Hãc cupiditatem si quis honestam esse dicit [h], amens est. probat enim legum, & libertatis interitum: earúmque oppressionem tætrã, & detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fateatur [i], honestum non esse in ea ciuitate, quæ libera fuit, quæque esse debeat, regnare, sed ei, qui id facere, possit esse vtile: qua hunc obiurgatione, aut quo potiùs conuicio à tanto errore coner auertere [k]? Potest enim, dij immortales, cuiquam esse vtile fœdissimum, & tæterrimũ parricidium [l] patriæ: quamuis eo qui se obstrinxerit, ab oppressis ciuibus Parens nominetur? Honestate igitur dirigenda vtilitas est, & qui dem sic, vt [m] hæc duo verba [n] inter se discrepare, sed tamen vnum [o] sonare videantur. ¶ Nunc abeo [p] ad vulgi opinionem. Quæ maior vtilitas, quàm regnandi, esse possit? nihil cõtrà inutilius ei, qui iniustè consecutus sit, inuenio, cùm ad veritatem cœpi reuocare rationem. possunt enim cuique esse vtiles angores, sollicitudines, diurni, & nocturni metus, vita insidiarum, periculorúmque plenissima? *Multi iniqui, atque infideles regno, pauci sunt boni,* inquit Accius. At cui regno? quod à Tantalo, & Pelope ditum iure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi [a] putas, qui [b] qui cum exercitu populi Rom. populum ipsum R. oppressisset, ciuitatémque non modò liberam, sed etiam gentibus imperantem, seruire sibi coegisset? Hunc tu quas conscientiæ labes animo [c] censes habuisse? quæ vulnera? Cuius [d] autem vita ipsi potest vtilis esse, cùm eius vitæ ea cõditio sit, vt, qui illam eripuerit, in maxima & gratia futurus sit, & gloria? Quòd si hæc vtilia non sunt, quæ maximè videntur, quia plena sunt dedecoris, ac turpitudinis: satis pũasum esse debet, nihil esse vtile, quod nõ honestum sit. Quanquam id quidem, cùm sæpe aliàs, tum Pyrrhi bello à C. Fabricio [e], cõsule iterum, & à senatu nostro iudicatum est. Cùm [e] enim rex Pyrrhus populo R. bellum vltro intulisset, cúmque de imperio certamen esset cum rege generoso, ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabricij, eíq. est pollicitus, si præmium sibi proposuisset, se, vt clam veniisset, sic clàm in Pyrrhi castra rediturum, & eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum. idque eius factum à senatu laudatum est. Atqui si speciem vtilitatis opinionémq. quærimus, magnum illud bellum perfuga vnus, & grauem aduersarium imperij sustulisset: sed magnum dedecus, & flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere superatum. Vtrum igitur vtilius vel Fabricio, qui talis in hac vrbe, qualis Aristides Athenis fuit, vel senatui nostro, qui numquam vtilitatem à dignitate seiunxit, armis cum hoste certare, an venenis? Si gloriæ causa imperium expetendum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria. sin ipsæ opes expetuntur quoquo modo, non poterunt vtiles esse cum infamia. Non igitur vtilis illa L. Philippi, Qu. filij, sententia: *quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta, ex senatu consulto liberauisset, vt hæ rursus vectigales essent: neq. his pecuniam, quã pro libertate dederant, redderemus.* Est ei senatus assensus [g]. turpe imperio. piratarum enim melior fides, quàm senatus. At aucta vectigalia: vtile igitur. ¶ Quousq. audebũt dicere quid quam vtile quod non honestum? Potest autẽ vllũ imperio, quod gloria debet fultum esse, & benevolentia sociorum, vtile esse odium, & infamia? Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi. nimis enim [h] mihi videbatur præfracte [i] ærarium, vectigaliáq. defendere: omnia publicanis negare, multa sociis: cùm in hos benefici esse deberemus: cum illis sic agere, vt cum colonis nostris soleremus. eóque magis, quòd illa ordinum cõiunctio ad salutem reip. pertinebat. Malè etiam Curio, cum causam Transpadanorum æquã esse dicebat: semper autem addebat, *Vincat* [k] *vtilitas.* Potius dicere [l], non esse æquã, quia non esset vtilis reip. quàm [m], cùm æquam esse diceret, non esse vtilẽ fateretur. Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis, talium quæstionum, Sitne boni viri, in maxima caritate annonæ, familiam fame non

P. LXX. a Cæsar. * b L. quicunq. eius pop. R.

c L. in animo dal. Cui ea tem vitæ potest vtilis esse.*

e vide Plut. Pyrrho Gell. l. 3. c. 1. et 5.*

P.

f. Pr. quæ quo modo

g. et cauſa fuit.*

h. ea mihi ad v. c.

i. citatus à Nonio Marc. in Seuero. Gloss. Scalig. Rescribe k. et vincat vtilitas. l. non esse æquã, quia non esset vtilis reip. m. cùm æquam esse diceret, non esse vtilẽ fateretur. Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis, talium quæstionum, Sitne boni viri, in maxima caritate annonæ, familiam fame non

P. LXVII. a Hæc Cicenis esse non videntur.*

b v. c. adscenderent: al. ascenderet. *

c hæ duæ voces, factæ sunt de cuduo. d vox, homines, non repetitur in lib. ms infer.

e al. species.*

f al. cõferat.*

g. B. Sed enim v.

h. L. ducit,

i. L. fatetur,

k. v. c. auelleret

l. L. patricidium

m. L. vt hæc duo, verbo inter se discrepare, re vnũ. * al. re vnũ. * p. v. c. adeo ad vul.

non alere. in vtramque partem disputat: sed tamen ad extremum vtilitate putat officiũ dirigi magis, quàm humanitate. Quærit, si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potiùs iacturam faciat, an seruuli vilis. hîc aliò res familiaris, aliò ducit humanitas. Si tabulam de naufragio stultus artipuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? negat, quia sit iniurium. quid? dominus nauis, eripiétne sũ? minimè: non plus, quàm si nauigantem in alto, eiicere de naui velit, quia [a] sua nõ sit. quo ad enim peruentum sit eò, quò sumta nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium. Quid[b], si vna tabula sit, duo naufragi, hîque sapientes, sibine [c] vterq. rapiat, an alter cedat alteri? cedat verò: sed ei, cuius magis interfit vel sua, vel reip. causa, viuere. Quid, si hæc paria in vtroque? nullum erit certamen, sed qua si forte, aut micando victus, alteri cedat alter. Quid si pater, fana expilet, cuniculos agat, in[d] erarium: indicétne id magistratibus filius? nefas id quidem est. quin etiam defendat patrẽ si arguatur. non igitur patria præstabit omnibus officijs? immò[e] verò: sed ipsi patriæ conducit, pios ciueis habere in parenteis. Quid, si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? silebitne filius? immò verò ob secrabit patrẽ, ne id faciat. si nihil proficiet, accusabit: minabitur etiam: ad extremum si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis: cùm id rescierit, soluturúsne sit eos, sicui debeat, pro bonis. Diogenes ait: Antipater negat: cui potiùs assentior. Qui vinum[f] fugiens [g] vendat sciens, debeátne dicere. Non necesse putat Diogenes: Antipater viri boni existimat. Hę[h] sunt quasi controuersiæ in iure Stoicorum. In mãcipio vendendo, dicendáne vitia, non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili: sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum. Alteri dicẽda videntur, alteri non videntur. Si quis aurum vendens, oriehalcum se putet vendere, indicétne ei vir bonus, aurum illud esse, an emat denario, quod sit mille denariũ? Perspicuum iam est, & quid mihi videatur, & quæ sit inter eos philosophos quos nominaui, controuersia. Pacta, & promissa sempérne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo, vt prætores solent dicere[i], facta sint. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquã intercutem, pepigeritque[k] ne illo medicamento vnquam posteà vteretur, si eo medicamento sanus factus fuerit: & annis aliquot pòst inciderit in eundẽ morbum: nec ab eo, qui cum pepigerat [l] impetret, vt item [m] eo liceat vti, quid faciendum sit, cùm sit is inhumanus, qui non concedat vti, nec ei quidquam fiat iniuriæ? Vitæ, & saluti consulendum est. ¶ Quid? si quis sapiẽs rogatus sit ab eo, qui eum heredẽ faciat, cùm ei testamẽto sestertiũm millies[n] relinquatur, vt antè, quàm hereditatem adeat, luce[o] palàm in foro saltet, idque se facturum promiserit, quòd aliter eum heredem scripturus ille non esset: faciat, quod promiserit illi [p], nec ne? Promissile ¶ nollem, & id arbitror fuisse grauitatis. sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestiùs mentietur, si ex hereditate nihil ceperit, quàm si ceperit: nisi forte eam pecuniam in rei p. magnũ aliquod

A

tempus contulerit: vt vel saltare eum, cùm patriæ consulturus sit, turpe non sit. Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quæ non ijs ipsis vtilia, quibus illa promiseris. Sol [a] Phaethonti filio (vt redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit, quidquid optasset: optauit, vt in currum patris tolleretur. sublatus [b] est insanus, atq. quà constitit, ictu fulminis de flagrauit. Quanto melius fuerat, in hoc, promissum patris non esse seruatũ? Quid, quòd

B

Theseus exegit promissum à Neptuno? Cui cùm tres optiones [c] Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti, filij sui, cùm is patri suspectus esset de nouerca: quo [c] optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Quid? Agamemnon cùm deuouisset Dianæ, quòd in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam[f], qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. promissum potiùs non faciendũ, quàm tantæ rei facinus admittendum fuit. Ergo &

C

promissa non facienda nõnunquam: neque semper deposita reddenda sunt [g]. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens: reddere, peccatum sit: non reddere, officium. Quid? si is, qui apud te pecuniã deposuerit, bellum inferat patriæ, reddásne depositum? non, credo: facias enim contra remp. quæ debet esse carissima. Sic multa, quæ natura honesta videntur esse, temporibus fiunt non honesta. facere promissa, stare conuentis, reddere deposita, commutata vtilitate, fiunt non honesta. Ac de iis quidem, quæ videntur esse vtilitates cõtra iustitiam, simulatione prudentię, satis arbitror dictum.

D

Sed quoniam à quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus, in eisdem versabimur, cùm docebimus, ea, quæ videntur esse vtilia, neque sunt, quàm sint virtutis [h] inimica. ¶ Ac de prudentia quidem, quam

E

vult imitari malitia: itémque de iustitia, quæ semper est vtilis, disputatũ est. Reliquæ sunt duæ partes honestatis, quarum altera in animi excellentis magnitudine, & præstantia cernitur: altera in conformatione, & moderatione continentiæ, & temperantiæ. Vtile [i] videbatur Vlysses, vt quidã poetæ tragici prodiderunt: nam apud Homerum optimum auctorem, talis de Vlysse nulla suspicio est: sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse non honestum consilium. At vtile (vt aliquis fortasse dixerit) regnare, & Ithacæ viuere otiosè cum parentibus, cum vxore, cum filio. Vllum tu decus in quotidianis periculis, & laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? Ego verò istam contemnendam, & abiiciendam: quoniam, quæ honesta non sit, ne vtilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse Vlyssem, si in illa simulatione perseuerasset? qui cùm maximas res gesserit in bello, tamen hæc audiuit [m] ab Aiace:

F

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes sensi, solus neglexit fidem.
Furere [n] assimulauit, ne coiret, institit.
Quòd ni Palamedis perspicax prudentia
Ista usurpasset, malitiosam audaciam:
Fidei [o] sacratæ ius perpetuò fallet.

G

Illi verò nõ modò cum hostibus, verùm etiã cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quàm deserere consentientem Græciam

H

a Quid. 1. & 2. metamorph. Hyginus ca. 183. Lucanus 2 Fulgent. 2.
b L. sublatus est Atq. is an tequam cõst.
c al. optatio nes.
d Phædra.
e al. quo impetrato.
f de qua Iphigenia tragœdia Euripidis
g verbum fœn. abest a b o. v. c.
h fort. virtuti
P. C.
i De pugna vtilis aduersus fortitudinem.
k Sophoclis tragœdiam intelligere videtur: cuius titulus, Ὀδυσσεὺς μαινόμενος.
l & meritò. nec enim minuta poetis consectanda. Aristot. 1. de arte poet, vbi sanè Aristot. hunc casũ disertim excipit.
m v. audiat n vide Soph. Ὀδυσσεὺς μαινόμενος adde Aristot. 2. Rhet.
o al. Fide sacratum ius perpetuum f.

ad bellum barbaris inferendum. Sed dimittamus & fabulas, & externa: ad rem factam, nostrámque veniamus. M. Atilius Regulus, cùm cõsul iterum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xantippo[a] Lacedæmonio, imperatore autem patre Hãnibalis, Hamilcare: iuratus missus est ad senatum, vt, nisi redditi essent Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse Karthaginem. is cum Romam venisset, vtilitatis speciem videbat, sed eam, vt res declarat, falsam iudicauit: quę erat talis, manere in patria, esse domi suæ cum vxore, cum liberis: quam calamitatem accepisset in bello, cõmunem fortunæ bellicæ iudicantem, tenere consularis dignitatis gradum. quis hæc neget esse vtilia? quid[b] censes? magnitudo animi & fortitudo negat. An locupletiores quæris auctores? Harum enim est virtutum proprium, nil extimescere, omnia humana despicere: nihil quod homini accidere possit, intolerandũ putare. itaq; quid fecit? In senatum venit: mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusauit: quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse senatorem. Atq. illud etiam (ô stultum hominem, dixerit quispiam, & repugnantem vt litati suæ!) reddi captiuos, negauit esse vtile: illos enim adolescẽteis esse, & bonos duces, esse[c] se iam confectum senectute. cuius cùm valuisset auctoritas, captiui retenti sunt: ipse Karthaginem rediit: neq. eum caritas patrię retinuit, nec suorum. Neq. verò tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisitas[d] supplicia proficisci: sed iusiurandum conseruandum putabat. Itaq. tũ, cùm vigilando necabatur, erat in meliore causa, quàm si domi senex captiuus, periurus, & consularis remansisset. At stultè, qui non modò non censuerit captiuos remittendos, verùm etiam dissuaserit. Quomodo stultè? etiámne si reip. cõducebat? potest autem, quod inutile reip. sit, id cuiquam ciui vtile esse? Peruertunt homines ea, quæ sunt fundamenta naturæ. cùm vtilitatem ab honestate seiungunt. omnes. n. expetimus vtilitatem, ad eámq. rapiamur, nec facere aliter vllo modo possumus. nã quiseſt, qui vtilia fugiat? aut quis potiùs, qui ea nõ studiosissimè persequatur? sed quia nusquã possumus, nisi in laude, décore, honestate vtilia reperire, propterea illa prima, & summa habemus: vtilitatis nomen non tam splendidum, q̃ necessarium ducimus. ¶ Quid est igitur, dixerit quis, in iureiurando? num iratum timemus Iouem? At hoc quidem commune est omnium philosophorum non eorum[e] modò, qui deum nihil habere ipsum negotij dicunt, & nihil exhibere alteri: sed eorum[f] etiam, qui *deum semper agere aliquid, & moliri volũt*, numquam nec irasci deum, nec nocere. Quid autẽ iratus Iupiter plus nocere potuisset, quàm nocuit sibi ipse Regulus? nulla igitur vis fuit religionis, quæ tantã vtilitatem peruerteret[g]. An ne turpiter faceret? Primùm, *Minima de malis*. Num igitur tantum mali turpitudo ista habebat, quantum ille cruciatus? deinde illud etiam apud Accium[h], *Fregisti ne fidem? neq. dedi, neq. do infideli cuiquam*.--Quamquam ab impio rege dicitur, luculentè tamen dicitur. Addunt etiam, quemadmodum nos dicamus, videri quædam vtilia, quæ non sint: sic se dicere, videri quædã honesta, quæ nò sint: vt hoc ipsum videtur honestũ, cõseruandi iusiurandi causa ad cruciatum reuertisse: sed sit nõ honestũ: quia, quod per vim hostium esset actũ, ratum esse nõ debuit. Addunt etiam, quidquid valde vtile sit, id fieri honestum, etiam si anteà non videretur. ¶ Hæc ferè contra Regulum. Sed prima videamus. Nõ fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret: quia[a] neque irasci solet, neq. nocere. Hæc quidem ratio nõ magis contra Regulum, quàm contra omne iusiurandum valet sed in iureiurando, non qui metus, sed quæ vis sit, debet intelligi. est enim iusiurãdum, affirmatio religiosa. quod autem affirmatè, quasi deo teste, promiseris: id tenẽdum est. iam enim non ad iram deorum, quæ nulla est: sed ad iustitiam, & ad fidem pertinet. nam præclarè Ennius: *O fides alma, apta pinnab, & iusiurandum Iouis!*--Qui igitur iusiurandum violat, is Fidem violat, quam in Capitolio[c] vicinã Iouis Opt. Max. (vt in Catonis d oratione est) maiores nostri esse voluerunt. At enim ne iratus quidem Iupiter plus Regulo nocuisset, quàm sibi nocuit ipse Regulus. Certè, si[e] nihil malum esset, nisi dolere. Id autem non modò non summũ malum, sed[f] nec malum quidem esse, maxima auctoritate philosophi affirmant: quorum quidem testem non modiocrem, sed haud scio an grauissimum, Regulum, nolite, quæso, vituperare. quę enim locupletiorem quærimus, quàm principe[g] reip. qui retinendi officij causa cruciatum subierit voluntarium? Nam qđ aiunt, *Minima de malis*, id est, vt turpitet potiùs, q̃ calamitosè: *an est vllum malum turpitudine?* quæ si in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi debet videri? Itaq. neruosius qui ista disserunt, solùm audent malum dicere id, quod turpe sit: qui autẽ remissiùs, hi tamen nõ dubitant summum malum dicere. Nam illud quidem, *Neq. dedi, neq. do fidẽ infideli cuiquã*:--Idcirco rectè à poeta dicitur, quia, cùm tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. Sed i si hinc sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit: videant, ne quæratur latebra periurio. Est autem etiam ius bellicum[k], fidésq. iurisiurandi sæpe hosti seruanda. Quod enim ita iuratum est, vt mens deferentis[m] conciperet fieri oportere, id seruandum est: quod aliter. id si non feceris, nullum periurium est. vt, si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id non feceris. nam pirata[n] non est ex perduellium numero definitus: sed communis hostis omnium. cum hoc nec fides esse debet, nec iusiurandũ commune. Non enim falsum iurare, peierare o est: sed, *quod ex[p] animi tui sententia iuraueris*, sicut verbis q̃ concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Scitè enim Euripides[r]. *Iuraui lingua, mentem iniuratam gero*.- Regulus verò non debuit conditiones, pactionésque bellicas, & hostileis perturbare periurio. cum iusto enim, & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quẽ & totum ius[s] fetiale, & multa sunt iura communia, quod ni ita esset, num quã claros viros senatus vinctos hostibus dedidisset. ¶ At verò T. Veturius, & Sp. Postumius, cùm iterum consules essent, quia, cum malè pugnatum apud Caudium[u] esset, legionib[v] nostris sub iugum missis, pacé cùm Samnitibus fecerant, dediti sunt his: iniussu enim populi, senatúsq. fecerant. eodémq tempore T. Numicius, Qu.[x] Æmilius, qui tum tribuni plebis

a 2. Flor. 2.*

b al. vtilia quæ censes.*

c. esse ebibi ad. v. c.

dvide parado xõ 6 Gell 4. 3. Valer. 7. & 2. c. 4. & 9. c. 2. Polyb. 1 2. Flor. 2. Appian. Iybicis Plinium 40. de viris illustrib. August. 2. de ciuit. 15. & 24. 4. Oros. 10. 2. Eutrop. 5. Syllium Italic. 6.*

P. B.

e. Epicureorum.

f. Stoicorum Peripatetiorii, Academicorum.*

g al. præuerteret al. præueniret. P. LXXIII.

h L. Attium, fidq in Atreo vide Hyginũ c. 88.*

a 9. c. 3. neq.

b al. primò premuisse rer. præsidet iudicat. à quo det iudicium Ioui. c 35. Plin. Plutarch. Nomia: Liuius. Halicarn. Cicero, de Natura. d Cæsonius. e Dogma. fuit Epicurum. f L. Sylla malum. P. B. g L. 2. c. 3. Cipem & h verbum chius, pœnæ piret in antiq. i L. Sylla fibi nul. k de fetialibus. l. 2. c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

plebis erant, quòd eorũ auctoritate pax erat facta, dediti sunt, vt pax Samnitiũ repudiaretur. Atque huius deditionis [a] ipse Postumius qui dedebatur, suasor, & auctor fuit. quod [b] item multis annis pòst C. [c] Mancinus, qui [d], vt Numantinis, quibus cum sine senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quã L. Furius, & Sex. Atilius ex S.C. ferebant: qua accepta, est hostibus deditus. Honestiùs hic, quàm Qu. Põpeius [e], quo, cùm in eadem causa esset, deprecante, accepta lex non [f] est. hîc ea, quæ videbatur vtilitas, plus valuit, quàm honestas: apud superiores vtilitatis species falsa, ab honestatis auctoritate superata est. At non debuit ratum esse, quod erat actum per vim. Quasi verò forti viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad senatũ proficiscebatur, cùm præsertim de captiuis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est, id reprehẽditis. non enim suo iudicio steterit, sed suscepit causam, vt esset iudicium senatus: cui nisi ipse auctor fuisset, captiui ꝓfectò Pœnis redditi essent. ita incolumis in patria Regulus restitisset. quod quia patriæ non vtile putauit, idcirco honestum sibi & sentire illa, & pati credidit. Nam quod aiũt, quod valde vtile sit, id fieri honestum: immò verò esse, nõ fieri. est enim nihil vtile, quod idem non honestum: nec quia vtile, honestum est: sed quia honestum, vtile. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facilè quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Sed ex tota hac laude Reguli, vnum illud est admiratione dignũ, quòd captiuos retinendos censuerit. nam quòd rediit, nobis [g] non mirabile videtur: illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista laus, non est hominis, sed temporum. nullum enim vinculũ ad adstringendam fidẽ iureiurando maiores arctius [h] esse voluerunt, id indicant leges in XII. tabul. indicant [i] sacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides: indicant notationes, animaduersionésq. censorũ: qui nulla de re diligentiùs, quàm de iureiurando, iudicabant. L. Manlio [k], Auli filio, cùm dictator fuisset, M. Pomponius, tribunus plebis, diem dixit, quòd is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset: criminabatur etiam, quòd Titum [m] filium, qui postea est Torquatus [n] appellatus, ab hominibus rure legasset, & ruri habitare iussisset. quod cùm audiuisset adolescens filius, negotium exhibere patri: accurrisse Romam [o], & prima [p] luce Pomponij domũ venisse dicitur. cui cùm esset nũtiatum, quòd illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur: surrexit è lectulo, remotísque arbitris, ad se adolescentẽ iussit venire. At ille, vt ingressus est, confestim gladium distrinxit [q], iurauítque, se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum sibi dedisset, se patrẽ missum esse facturum. Iurauit, hoc terrore coactus Pomponius. rem ad populum detulit: docuit, cur [r] sibi à causa desistere necesse esset: Mãlium missum fecit. tantum temporibus illis iusiurãdum valebat, Atque hic T. Manlius is est, qui ad [s] Anienem Gallo [t], quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto [u], cognomen [x] inuênit. cuius tertio consulatu Latini [y] ad Viserim fusi [z],

& fugati. magnus vir in primis, & qui perindulgens [a] in patrem, idem [b] acerbus, & seuerus in filium. Sed vt, laudandus Regulus in conseruando iureiurando, sic decem illi, quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Hannibal, se in castra redituros, ea, quorum potiti erant Pœni, nisi de redimendis captiuis impetrauissent: si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes vno modo. nam Polybius, bonus auctor in primis, scribit, ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, nouem reuertisse à senatu re non impetrata: vnum ex decem, qui paullo pòst, quàm egressus erat è castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus. Romæ remansisse. Reditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando interpretabatur: non rectè. *fraus enim distringit* [c], *non dissoluit periurium.* Fuit igitur stulta calliditas, peruersè imitata prudentiam. Itaque decreuit senatus, vt ille veterator, & callidus, vinctus ad Hannibalem duceretur. Sed illud maximum: octo hominum millia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relicti in castris fuissent à Paullo, & Varrone, consulibus, eos senatus non censuit redimendos, cùm id parua pecunia fieri potuisset: vt esset insitum militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibalis scripsit idem, quòd senatus populúsque Rom. rebus afflictis tam excelso animo fuisset. sic honestatis cõparatione, ea, quæ videntur vtilia, vincuntur: Aeilius [d] autem, qui Græcè scripsit historiam, plureis ait fuisse, qui in castra reuertissent, eâdem fraude, vt iureiurando liberarentur, eósq. à censoribus, omnibus [e] ignominiis notatos. Sit iam huius loci finis. perspicuum est enim, quæ timido animo, humili, demisso, fractóq. fiant: quale fuisset Reguli factum, si aut de captiuis, quod ipsi opus esse videretur, non quod reip. censuisset, aut domi remanere voluisset: non esse vtilia, quia sint flagitiosa, fœda, & turpia.

¶ Restat quarta [f] pars, quæ décore, moderatione, modestia, continentia, temperantia, continetur. Potest igitur quidquam esse vtile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerij [g] philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt: virtutémq. censuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset voluptatis. quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem ferè adiutor, auctórque sententiæ. Cum his [h], *velis equísque*, vt dicitur si honestatẽ tueri, ac retinere sententia est, decertandum est. nam si non modò vtilitas, sed vita omnis beata, corporis firma cõstitutione eiúsq. cõstitutionis spe i explorata, vt à Metrodoro scriptum est, cõtinetur: certè hæc vtilitas, & quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnabit. nam vbi primùm prudentiæ locus dabitur? an, vt conquirat vndiq. suauitates? quàm miser virtutis famulatus, seruientis voluptati, quod autem munus prudentiæ? an legere intelligenter voluptates? fac nihil isto esse iucundius: quid cogitari potest turpius? Iam, qui dolorem summum malum dicat. apud eum quem [k] habet locum fortitudo, quæ est dolorum, laborúmque contemtio? quamuis enim multis in locis dicat Epicurus (sicut [l] hic dicit) satis fortiter de dolore: tamen non id spectandum

[a] vide Non. in Indulgere & seuerum. * [b] L. idem acerbe & seuerus in fil. [& ita Nonius*.

[c] v.c. destringit, *al.* adstringere autem est, diuersis partibus stringere.*

P.B.

[d] *al.* Atilius *al.* Aquilius, Cicero 1. de legibus.*

[e] omniaigno minia.*

[f] De PVGNA vtilis aduersus modestiam.*

[g] Annicerii ab Anniceri de Platonis redemptore de quo vide Laertium in Aristipp. & Suidã.*

[h] *l.* viris eq. *vel* vers. sed viris equitq. dicitur 9. famil. 7. vt Sallust. Iugurt. & ad Cæsarẽ de repub. ordin. Flor. 1.* [i] *al.* spe perfecta explorata.*

[k] q.v.e. quem habeat locũ

[l] *fort.* (sicut dicit)

[a] vide 5. Valer. 1. 27. Gel. vit. Plut. Parall. 6. 1. Flor. 1. 2. Eutrop. 4. Augusti 3. de ciuit. 17. 3. Oros. 15 Plin. de viris illustribus.*

[b] L. quod idẽ mult.

[c] id est 28 3.* [d] vide l. vit. de legationibus. adde Cic. 1. de Or. pro Cæcina: in Top. adde Liuium 57. Plut. Mario. 2. Flo. 18. Plin. de viris illustrib. c. 59. 4. Eutrop. 3. 5. Oros. 5. Aug. 3. c. 21. Valer. 1. & 2. Iul. Oseq.*

[e] qui paulo ante cum Numantinis &c. quæ infame fœdus iniit. Cic. 2. de fin. 5. Oros. 5. Liu. 59. Eutro. 7.* [f] quæ & rogatio fuerit: differt regatio à lege 10 Gell. 20.* [g] I. nobis sunt mirab. [h] c. 6. artius [i] I. indicant fœtæ, ind. [k] Imperioso felicit. vide 2. Valer. 4. & 8. Liuium 7.* [l] Legitimum tempus dicã sure sex mẽses.*

[m] 6. Vale. 9.* Liuius 8. 2. Plutarch. paral.* Valer. ibidem Liuius 8. & 8.* [n] I. cum primus [o] I. destrinxit. ꝓ stringit v.c. [p] I. cur sibi causa desiit. [q] ad Anienem. [r] I. Galli. Hunc Valerius Geminum Metium nominat. Fortunatorũ ducem nominat.* [s] Ita Nonius: alii detracto, & ita apud Liuium.* [t] 33. Plin. 1. Liuius 7. Plutarchus. Parall. 26: 1. Flo 13. 9. Gellius 17. 2. Eutrop. 2. Valer. 5. & 3. c. 2. Plinius de viris illustrib. 23. Oros. 4. c. 6. Virg. 6. Aeneid. Ouid. 1. Fast. Meminit Cic. de Fin. 2. Liuius 8. 7.* [u] Gellius 9. & 17. 2. [x] 4. Valer. 2. [y] item Samnites, vt falso Parallelis refert Plutarchus.* [z] 4. Viserim prope Vesuuium montem. 2. Valer. 7. & 6. cap. 4.*

est,quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere,qui bonavoluptate terminauerit,mala dolore:vt,si illum audiam de continentia, & temperantia:dicit ille quidem multa multis locis,sed *aqua hæret*,vt aiunt,nam quî potest temperantiam laudare is,qui ponat summum bonum in voluptate? est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem, consectatrices voluptatis. Atque in his tamen tribus generibus quoquo modo possunt, non incallidè tergiuersantur. Prudentiam introducunt,scientiam suppeditantem voluptates,de pellentem dolores, fortitudinem quoque alio modo expediunt,cùm tradunt, rationem negligendę mortis, perpetiendíque doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillimè illi quidé,sed tamen quoquo modo possunt.dicunt enim, voluptatis magnitudinem doloris detractione fieri.Iustitia vacillat, vel iacet potiùs,omnésq.eæ virtutes, quæ in cõmunitate cernuntur, & in societate generis humani.neq enim bonitas[a], nec liberalitas, nec comitas esse potest,non plus quàm amicitia si hæc non per se expetantur:sed ad voluptatẽ,vtilitatémve referantur.Conferamus igitur in pauca.nã vt vtilitatẽ nullam esse docuimus,quæ honestati esset contraria : sic omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam.quo magis reprehendendos Caliphonem,& Dinomachum iudico,qui se dixemturos controuersiam putauerunt, si cum honestate voluptatem,tanquam cum homine pecudem,copulauissent.Nõ recipit istam cõiunctionem honestas,aspernatur, repellit nec verò finis bonorum & malorum.qui simplex esse debet,ex[a] dissimilib. rebus miscer; & tẽperari potest.Sed[b] de hoc hactenus. magna enim res alio loco plurib.verbis disputata.Nunc ad propositũ. Quemadmodũ igitur, si quando ea,quæ videretur vtilitas,honestati repugnant,diiudicanda res sit, satis est supà disputatum,sin aũt speciẽ vtilitatis etiã voluptas habere dicatur,nulla potest esse ei cum honestate cõiunctio.nã,vt tribuamus aliquid voluptati,cõdimenti fortasse nonnihil,vtilitatis certè nihil habebit.Habesà patre munus, Marce fili,mea quidẽ sententia,magnum: sed perinde erit.vt acceperis. quamquam tibi hi tres libri,inter Cratippi cõmentarios, tanquã hospites,erunt recipiendi.Sed,vt,si ipse venissem Athenas:quod quidem esset factum, nisi me de medio cursu clara voce patria reuocasset:aliquando me quoq.audires: sic quoniam his voluminib.ad te profecta vox mea est,tribues his,temporis quantum poteris: poteris autẽ,quantũ voles.cùm verò intellexero , te hoc scientiæ genere gaudere , tum & præsens tecum propediem (vt spero) & dum aberis, absenti loquar. Vale igitur,mi Cicero,tibique persuade, te mihi quidem esse carissimũ: sed multo fore cariorem , si talibus monimentis[d],præceptísque lætabere.

a q.v.c.benignitas,

P. B.

a q.v.c.cuiusimilis. b L. Sed de hoc.(cuius enim res alio loco plurib.Nunc ad propos.

c al.sed proinde.

d Lumenibus

P. LXXVIII.

M. TVLLII CICERONIS CATO MAIOR, SEV DE SENECTVTE AD T. POMPONIVM ATTICVM, PRÆFATIO.

Cato. Scipio.

a Idem 15 ad Atticum 3*.
b L.adiuro.

c L.& versat in præore 2 al. fixa.

e L. Præmii?

f L. aminium.

g Ennius.*

h L. haud magna cum re,sed plenu' fidei.

h v.c.Tite,

TITE[a], si quid ego adiuto[b], curámve leuasso, Quæ nunc te coquit,& [c]versat subpectore fixa, Ecquid erit pretij [c]? Licet enim versi bus iisdem mihi affari te, Attice, quib.affatur Flaminium[f] ille [g]vir,haud[h] magna in re, sed fidei plenus. quamquam certò scio,non vt Flaminium,sollicitari te,Attice[i], sic nocteisq.diésque.noui enim moderationẽ animi tui,& æquitatem : tẽque non cognomen solùm Athenis deportasse , sed humanitatem , & prudentiam intelligo. & tamen suspicor , iisdem rebus te , quibus meipsum interdum grauiùs commoueri:quarum consolatio & maior est,& in aliud tẽpus differenda. Nũc autẽ mihi visum est de Senectute aliquid ad te scribere.hoc enim onere,quod mihi tecũ cõmune est,aut iã vrgentis,au certè aduentantis senectutis,& te,& [a]meipsum leuari volo.etsi te quidem id modestè[b], ac sapienter, sicut omnia,& ferre,& laturũ esse certò scio. Sed mihi,cùm de senectute aliquid vellẽ scribere,tu occurrebas dignus eo munere, quo vterq. nostrûm communiter vteretur. Mihi quidẽ ita iucunda huius libri cõfectio fuit,vt non modò omneis absterserit senectutis molestias,sed effecerit mollem etiã, & iucundã senectutem.nũquam igitur satis laudaridigne poterit philosophia,cui qui pareat,omne tẽpus ætatis sine molestia possit degere. Sed de ceteris & diximus multa , & sæpe dicemus. hunc[d] verò librũ de senectute ad te misimus. Omnem autem sermonem tribuimus non Tithono[e],vt Aristo Chius,ne parũ esset aucto ritatis in fabula:sed M.Catoni seni, quò maiorem auctoritatẽ haberet oratio.Apud quẽ,

a q.v.c.& eum in meis bibl. maiorib. c q.v.c. versat

P. B. d L. haud ita multum abest a Horatio. e Hyperbolice dictum. f Hyperbolice dictum.

Lælium, & Scipionem facimus admiranteis, quòd is tam facilè senectutem ferat, iisq. eum respondentem. Qui si eruditiùs videbitur disputare, quàm consueuit ipse in suis libris, attribuito Græcis litteris, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. Sed quid opus est plura? iam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam. ¶ SCIP. Sæpenumerò mirari soleo cum hoc C. Lælio, tum ceterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectámq. sapientiam, tum vel maximè, quòd senectutem tuam numquam tibi grauem esse senserim: quæ plerisque senibus sic odiosa est, vt *onus sed Ætna grauius dicant sustinere.* ¶ CATO. Rem haud sanè difficilem, Scipio, & Lælii, admirari videmini, quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene, beatéque viuendum, iis omnis grauis est ætas: qui autem omnia bona à seipsis petunt, iis nihil potest malum videri, quod naturæ necessitas afferat. quo in genere in primis est senectus, quam vt adipiscantur, omnes optant: eandem accusant adepti: tanta est inconstantia, stultitia, atq. peruersitas. *Obrepere* aiunt *eam citius, quam putassent.* Primùm, quis coegit eos falsum putare? qui enim citiùs adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? deinde, qui minùs grauis esset ijs senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm si octogesimum? præterita enim ætas, quamuis longa, cùm effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Quocirca si sapientiam meam admirari soletis (quæ vtinam digna esset opinione vestra, nostróq. cognomine) in hoc sumus sapientes, quòd naturam optimam ducem, tanquam deum, sequimur, eíq. paremus: à qua non verisimile est, cùm ceteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tanquã ab inerti poeta, esse neglectum. sed tamè necesse fuit esse aliquod extremũ, & tãquam in arborum baccis, terræque frugib. maturitate tẽpestiua, quasi victum, & caducũ: quod ferendum est molliter sapienti. quid enim est aliud *gigãtũ more bellare cum dijs*, nisi naturæ repugnare? ¶ LAEL. Atqui, Cato, gratissimũ nobis, vt etiã pro Scipione, pollicear, feceris, si, quoniam volumus, (speramus quidẽ certè) senes fieri, ante multò à te didicerimus, quib. facillimè rationibus ingraueſcentem ætatẽ ferre possimus. ¶ CAT. Faciam verò. Læli, præsertim si vtriq. vestrũm gratum, vt dicis, futurũ est. ¶ SCIP. Volumus sanè, nisi molestum est, Cato, tanqã aliquã viam longã confeceris, qua nobis quoq. ingrediendum sit, istuc, quo peruenisti, videre, quale sit. ¶ CAT. Faciam, vt potero, Læli. sæpe enim interfui querelis meorum æqualium (*patres autem cum paribus*, veteri prouerbio *facillimè congregantur*) queis C. Salinator, queis Sp. Albinus, homines consulares, nostri ferè æquales, deplorare solebant: tum quòd voluptatib. carerent, sine quib. vitã nullã putarẽt: tum quòd sperneren tur ab ijs, à quib. essent coli soliti. qui mihi nõ id videbantur accusare, quod esset accusandum. nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi vsu euenirent, reliquísq. omnibus, maiorib. natu: quorum ego multorum cognoui. senectutem sine querela: qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent, nec à suis despicerentur. sed omnium istiusmodi querelam in moribus est culpa, non in ætate. moderati enim, nec difficiles senes. nec inhumani, tolerabilem agunt senectutem. importunitas autem, & inhumanitas omni ætati molesta est. ¶ LAEL. Est, vt dicis, Cato, sed fortasse dixerit quispiam, tibi propter opes, & copias, & dignitatem tuam, tolerabilem senectutem videri: id autem non posse multis cõtingere. ¶ CATO. Est illud quidem Læli, aliquid: sed nequaquam in isto sunt omnia: vt Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse, cùm ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum: Nec hercule, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis: nec tu si Athenienſis esses, clarus vmquam fuisses. quod eodẽ modo de senectute potest dici. Neque enim in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti in summa copia nõ grauis. Aptissima omnino sunt, Scipio, & Læli, arma senectutis, artes, exercitationésque virtutum: quæ in omni ætate cultæ, cùm multùm, diúque vixeris, mirificos afferunt fructus, non solùm quia nunquam deserunt, ne in extremo quidem tẽpore ætatis, (quam quam id maximum est) verùm etiam quia *conscientia bene acta vitæ, multorúmque benefactorum recordatio, iucundissima est.* Ego quidem Q. Maximum, eum, qui Tarentum recepit, sedulò adolescens ita dilexi senem, vt æqualem erat enim in illo viro comitate condita grauitas: nec senectus mores mutauerat. Quamquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. Anno enim pòst, quàm primùm consul fuerat, ego natus sum. cúmque eo quartum consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, quintóq. anno pòst ad Tarentum quæstor, deinde ædilis, quadriennio pòst factus sum prætor, quem magistratum gessi consulibus Tuditano, & Cethego, cùm quidem ille admodum senex suasor legis Cinthiæ de donis, & muneribus fuit. Hic & bella gerebat, vt adolescens, cùm planè grandis esset, & Hannibalem iuueniliter exsultantem patientia sua molliebat, de quo præclarè familiaris noster Ennius:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.
Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ergo póstque, *magisq. viri nunc gloria claret.*

Tarentum verò qua vigilantia, quo consilio recepit? cùm quidem, me audiente, Salinatori, qui, amisso oppido, fugerat in arcem, glorianti, atq. ita dicenti, Mea opera Q. Fabi, Tarentum recepisti, Certè, inquit ridens, nam, nisi tu amisisses, ego numquam recepissem. Nec verò in armis præstantior, quàm in toga, qui consul iterum, Sp. Caruilio P. collega quiescente, C. Flaminio tribuno pl. quoad potuit, restitit, agrum Picenum, & Gallicum vi ritim contra senatus auctoritatem diuidenti: augúrq. cùm esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro reip. salute gererentur: quæ contra rempublicam fierent, contra auspicia fieri. Multa in eo viro præclara cognoui: sed nihil est admirabilius, quã quomodo ille mortẽ filij tulit, clari viri, & consularis. Est in manib. viri laudatio: quam cùm legimus, quem philosophum non contemnimus? nec verò ille in luce modo, atq. in oculis ciuium

a L. vt Themistocles fertur Seriph. b Plato 1. Polit. Plutar. in Themistocl. & apophthe. Herodot. c ἀγεμαχὸς *Faem.* ignobilis. sed cõtra Faernum est locus Platonis Polit. 1. vnde hæc desumpta.* d L. etiam in summa cop. e v.c. efferũt fr. P. LXXIX. f particula *quidem*, abest a v.c. g eámque diripiendã dedit militib.* Liuius 27. Silius 15. Plut. in Fabio.* h legis Ciuciæ de donis meminit idẽ Cic. 2. de or. Liu. 34. Aran. 2 contra gẽtes. Tacit. 11, 13. 15. Ad hãc legẽ singularem scripsit libri Paulus I. contra. ff. de legibus.* i al. Cincix.* k ita Nonius. Alii molieba tur.* l al. Vnus qui nobis.* m L. Ergo magisque, magisque Viri nunc gl. cl. ita legendum putat Muretus 6, Var. 14.* al: Ergo post magis, atque viri nunc gl. | al. Ergo magisque viri nunc gloria claret* n C. Liuio Salinatori arcis Tarentinæ præfecto. Polyb. 8.* o vide Cic. 2. de oratore vbi de iocis. Liuium 27.* p al. Cornelio. al. Camelio al. Caruilio al. Caluinio.* q L. Picentẽ. r εἰς οἷον νὸς ἀγρὸς, ἀμύνεσθαι πάντες. sumptum ex Homero. s ferrentur. p. 8.

a L. admiratis. al. cum C. hoc Lælio, al. cum hoc Lælio, b cuam abest a v.c. c Sumptum ex Euripidis fabrefur. vide Mart. 7. Auiar. 15.*

e Là se ipsi petunt, f Extat hæc sententia ex Menecrate desumpta, quæ apud Stobæum.* g L. adeptã. h L. stultitiæ inconstantia, aeq. peruers. i Plato in Axiocho, Menecrates apud Stobæũ. sic satyrio obrepit non intellecta se nectus.* k P. LXXVIII. l L. nulla cõ solatio per. l al. vestróq.

m v.c. aliquid ext. n L. baccis, vide ro. Gell. 17.* o al. Gygantomachia. de Gygantomachia vide Hesiod. Theogonia. Virgil. 1. Georgic. Ouid. Metam. 1. & Claud. 1. Macrob. 1. Saturnal. 20.* p v.c. modo q v.c. quam nobis quoq. Ingrediendum viã dixit, cuius rei vide alia exempla apud Manutium hic.* r Aristot. 2. Rhet.* s v.c. quæ C. Salinator quæ Sp. Albinus.*

magnus: sed intus, domiq. præstantior. Qui sermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? quæ scientia iuris[a] augurij? multæ etiam, vt in homine Romano, litteræ. omnia memoria tenebat. non domestica solùm, sed etiam externa bella: cuius sermone ita tũcupidè fruebar, quasi iam diuinarem id: quod euenit, illo extincto, vnde discerem, fore neminem. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? quia profectò videtis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Nec tamen omnes possunt esse Scipiones, aut Maximi, vt vrbium expugnationes, vt pedestreis, nauales ve pugnas, vt bella à se gesta, triumphósq. recordentur. est[b] enim quietè, & purè, & eleganter actæ ætatis placida, ac lenis senectus: qualem accepimus Platonis, qui vno, & octogesimo anno scribens mortuus est: qualem Isocratis, qui eũ librũ, qui Panathenaicus inscribitur, quarto[c] & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitq. quinquennium posteà: cuius magister *Leontinus* [d]*Gorgias*, centum & septem[e] cõpleuit annos: neq. vnquã in suo studio, atq. opere cessauit. qui, cùm ex eo quæreretur, cur tamdiu vellet esse in vita: Nihil habeo, inquit, quòd[f] incusem senectutem. Præclarum responsum, & docto homine dignum. Sua enim vitia insipientes, & suam culpam, in senectutem conferunt: quod non faciebat is, cuius modò mentionem feci. Ennius,

Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit Olympia, nunc[g] senio confectus quiescit.

Equi fortis, & victoris senectuti cõparat suam: quem quidem probè meminisse potestis. Anno enim vndeuicesimo post eius mortem, hi consules, T. Flaminius[h], & M[h]. Attilius facti sunt: ille autem Cæpione & Philippo iterum consulibus, mortuus est: cùm ego qui dem [i]v. & [i]x. annos natus, legem[k] Voconiã voce magna, & bonis lateribus suasissem. An nos [i]x x. natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo, quæ *maxima* putantur, *onera*, *pauertatem*, *& senectutem*, vt eis pænè delectari videretur. Et enim quantum[l] complector animo, quattuor[m] causas reperio, cur senectus misera videatur: vnam, *quòd auocet à rebus gerendis*: alteram, *quòd corpus faciat infirmum*[n]: tertiam, *quòd priuet omnibus fere voluptatibus*: quartam, *quòd haud procul absit à morte*. Earum, si placet, causarum quantum quæque valeat, quantúmque iusta sit vnaquæque, videamus.

1. ¶ *A rebus gerendis senectus abstrahit?* Quibus? an iis, quæ geruntur[o] iuuentute, & viribus? Istullæne igitur res senile[p] sunt, quæ vel infirmis corporibus, animo tamen administrentur? Nihil igitur agebat Q. Maximus? nihil L. Paullus, pater tuus, Scipio, socer[p] filij mei, viri optimi? ceteri senes, Fabricij, Curij, Coruncanij, cùm remp. consilio, & auctoritate defendebant, nihil agebant? Ad App. Claudij[q] senectutem accedebat etiam, vt cæcus esset: tamen is, cùm sententia senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit dicere illa, quæ versibus persecutus est Ennius:

Quò vobis mentes rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementi[r] sese flexere ruinæ?

Ceteráq. grauissimè: notum enim vobis carmen est: & tamen[s] ipsius Appij exstat oratio. atq. [t]hanc ille egit septem & decẽ annis post alterum consulatum, cùm inter duos consulatus anni x. interfluxissent[a], censórq. ante cõsulatum superiorem fuisset. Ex quo intelligitur, Pyrrhi bello grandem sanè fuisse: & tamẽ sic à patribus accepimus. Nihil igitur afferũt[b] qui in re gerenda versari senectutem negant, quæ similésq. sunt[c], vt, si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant. cùm alii malos scandant, alij per foros cursitent[d], alij sentinã exhauriant: ille autẽ clauum tenens sedeat in puppi quietus, nõ faciat ea quæ iuuenes. at verò multo maiora, & meliora facit. *Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum*[e] *res magnæ geruntur: sed consilio, auctoritate, sententia*: quibus non modò non orbari, sed etiam augeri senectus solet, nisi fortè ego vobis, qui & miles, & tribunus, & legatus, & consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nũc videor, cùm bella non gero. At senatui, quæ sunt gerenda præscribo: &, quomodo[f] Karthagini malè iamdiu cogitanti bellum infertur, multo antè denuntio: de qua vereri non antè desinam, quàm illam excisam[g] esse cognouero. quam palmam vtinam, di immortales tibi, Scipio, reseruẽt, vt auĩ[h] reliquias persequare: cuius à morte hic [i]tertius, & tricesimus est annus: sed memoriam illius viri excipient omnes anni cõsequentes. Anno ante me censore mortuus est, nouem annis post meũ consulatum, cùm consul iterũ, me consule, creatus esset. Num igitur, si ad centesimum annũ vixisset, senectutis eum suæ pœnitere? nec enim excursione, nec saltu, nec emissis hastis, aut cõminùs gladiis vteretur: sed consilio, ratione, sententia. quæ nisi essent in senibus nõ summum cõsiliũ maiores nostri appellassent senatum. Apud Lacedæmonios quidem ij, qui amplissimum magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellãtur, senes. Quòd si legere, aut[k] audire voletis externa, maximas resp. per adolescentulos labefactas, à senibus sustentatas, & restitutas reperietis. Celsitò? sic enim percontanti[m], vt est in Næuij poetæ ludo, respondentur & alia, & hæc in primis, *Prouenieban*[n] *oratores noui, stulti adolescentuli*. Temeritas[o] est videlicet florentis ætatis: prudentia, senectutis[p]. At memoria minuitur. credo, nisi eam exerceas, aut etiã si sis natura tardior. Themistoles omnium[q] ciuium nomina perceperat. num igitur censetis eũ, cùm ætate processisset, qui Aristides esset, Lysimachũ salutare solitum? Equidem non modò eos, qui sunt, nouisse[r] eorum patres etiã, & auos. nec sepulcra legẽs vereor, (quod aiũt) ne memoriã perdã: his enim ipsis legendis refrigeo in memoriã mortuorũ. nec verò quemquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurũ obruisset. omnia, quæ curant, meminerunt: vadimonia cõstituta, qui sibi quibus ipsi debeant. Quid iuris consulti? quid pontifices? quid augures? quid philosophi senes? quàm multa meminerunt? manent ingenia senibus, modò permaneat studium, & industria: nec ea solùm in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam priuata, & quieta. Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit: quod propter studium cùm rem familiarem negligere videretur, à filiis in iudicium vocatus est: vt, quemadmodum nostro[f] more malè rem gerentibus patribus bonis interdici solet: sic illum, quasi desipientem, à re familiari remouerent iudices. Tum[f] tenca dicitur eam

[a] *al.* iuris fauguri?
[b] L. est etiam quietè.
[c] Idem Valerius 8. c. 7*. d 8. Valer. 12. 3. Quintil. 1. Lucianus Macrob. 7. Plin. 48. Aelian. 2, variæ* *al.* octo *al.* nouem.
[e] L. quod accusem P. LXXX. g v. c. Flaminius, h L. M. Acilius iquidem ab esti ab v. c.
[k] Lex Voconia eò pertinebat vt ne quis heredẽ mulierem institueret. Florus epito. 41. 27. Vel 6 Cicero pro Cornelio Balbo & in Verrem de prætura vrbana. Augustinus 3. de ciuitate 21.* 1 L. cùm e.
[m] PARTITIO.*
[n] v. c. infirmus.
[o] v. c. iuuenta ger.
[p] L. socer optimi viri, filii mei?
[q] Cicero in Bruto 8. Valer. 11. Liuius 13. l. 1. ff. depositulando l. 2. §. 36. ff. de origine iuris. P. B.
[r] L. dementes, sese flexere viai. *al.* tum.
[s] t L. Atque hæc ille egit
[a] *al.* inter fuit sent.
[b] *al.* afferunt *al.* fiunt ita que.*
[c] d L. c ut sene.
[e] *al.* corporis
[f] *fort.* quemadmodo karthaginiensibus malè tamdiu cogitanti ante denuntio. gl. excisam & sic v. c. h qui triumviam Italiæ vidit Carthaginem deleri. *al.* hic Scipio cæsus & strenuus.*

eam fabulam, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, quæsisseq. num illud carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis iudicum est liberatus. Num igitur hunc, num[a] Hesiodum[b], num Simonidem[c], num Stesichorum[d], num, quos antè dixi, Isocratem, Gorgiam, num Homerum, num Philosophorum principes, Pythagoram[e], Democritum[f], num Platonem, num Socratem, num posteà Zenonem[g], Cleanthem[h], aut eum, quê vos etiam Romæ vidistis, Diogenem[i] Stoicum, coegit in suis studiis obmutescere senectus? an[k] non in omnibus ijs studiorum agitatio, vitę æqualis fuit? n¶ Agè, vt ista diuina studia omittamus, possum nominare ex agro Sabino rusticos[l] vicinos, & familiareis meos, quibus absentib. numquam ferè vlla in agro maiora opera fiunt, non serendis, non percipiendis fructibus, non condendis. quamquam in his[m] minùs hoc mirum. nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse viuere: sed iidem laborant in eis, quæ sciunt nihil omnino ad se pertinere. *Serunt*[n] *arbores, quæ alteri sæculo prosint*, vt ait Statius noster in Synephebis. Nec verò dubitet agricola, quamuis senex quærenti, cui serat respondere; Diis immortalib. qui me non accipere tantummodo hæc à maiorib. voluerunt, sed etiam posteris prodere. Meliùs Cæcilius de[o] sene alteri sæculo prospiciente, quàm illud:

Ædepol senectus, si nihil quidquam aliud vitij
Apportet[p] *secũ, cùm aduenerit, vnũ id est satis,*
Quod diu viuendo, multa quæ non volt, videt.

Et multa fortasse, quæ vult: atque in ea quidem, quæ non vult, sæpe etiam adolescentia incurrit. Illud verò idem Cæcilius vitiosius:

Tũ equidem in senecta hoc deputo miserrimum,
Sentire ea ætate esse se odiosum alteri.

Iucundum potiùs, quàm odiosum. vt enim adolescentib. bona indole prædita sapientes senes delectantur, leuiórq. fit eorum senectus qui à iuuentute coluntur, & diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudent, quib. ad virtutum studia ducuntur. nec minùs intelligo me vobis, quàm vos mihi esse iucundos. Sed videtis, vt senectus non modò languida, atq. iners non sit, vetùm etiã sit operosa, & semper agens aliquid, & moliens[q], tale scilicet, quale cuiusq. studium in superiore vita fuit. Quid, quod etiam addiscunt aliquid? vt Solonem[r] versibus gloriãtem videmus, qui *se quotidie aliquid addiscentem, senẽ fieri* dicit, vt ego fecerim, qui [s]Græcas litteras senex didici[t]. quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens, vt ea ipsa mihi nota essent, quib. me nunc exemplis vti videtis. quod cum fecisse Socratem[u] in fidib. audirem, vellem equidem & illud: (dissebant enim fidibus antiqui) sed in litteris certè elaboraui. Ne nunc quidem vireis desidero adolescentis, (is enim erat locus alter de vitiis senectutis) non plus, quàm adolescens etiam vireis tauri, aut[x] elephantis desiderabam. *quod enim homini naturaliter insitum est, eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus.* Quæ enim vox potest esse contemtior, quàm Milonis[y] Crotoniatæ? qui, cum iam senex esset, athletásq. se in curriculo exercentes videret, adspexisse lacertos suos dicitur, illacrymásq. dixisse, At hi quidem iam mortui sunt. Non verò tam isti, quàm tu ipse, nugator. neq. enim ex te vmquam es nobilitatus, sed ex laterib. & lacertis tuis. Nihil Sext. Æmilius[a] tale, nihil multis annis ante T[b]. Coruncanus: nihil modò P. Crassus: à quib. iura ciuib. præscribebantur: quorum vsq. adextremum spiritum prouecta[c] est prudentia. Orator, metuo, ne languescat senectute. est enim munus eius non ingenij solùm, sed laterum etiam, & virium. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam nescio quo pacto in senectute, quod equidem[d] non amisi adhuc. & tamen videtis annos meos: sed[e] tamen eorum est sermo senis, quietus, & remissus: faciq. persæpe ipsa sibi audientiam differti senis comta & mitis oratio. quod si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni percipere & Lælio. *Quid enim est*[f] *iucundius senectute, si fundata studiis iuuentutis?* An ne eas quidem vireis senectuti relinquemus, vt adolescentulos doceat, instituat, ad omne officij munus instruat? Quo quidem opere quid potest esse præclarius? Mihi vero Cn. & P. Scipiones, & aui tui duo, L. Æmilius[g], & P. Africanus[h] comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. nec vlli bonarum artium magistri nõ beati putandi, quamuis consenuerint vires, atq. defecerint. etsi ista ipsa defectio virium, adolescentiæ vitiis efficitur sæpius, quàm senectutis. libidinosa etenim, & intemperãs, adolescentia effætum corpus tradit senectuti. Cyrus quidem apud Xenophontem[i] eo sermone, quem moriens habuit, cùm admodum senex esset, negat se vmquam senssisse, senectutem suam imbecilliorem factam, quàm adolescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer, (qui[k] cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset, viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit) ita bonis virib. esse in extremo tempore ætatis, vt adolescentiam non requireret[l]. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere: quamquam est id quidem senile, ætatiq. nostræ conceditur. Videtisne, vt apud Homerum[m] sæpissimè Nestor de virtutib. suis prædicet? tertiam enim iam ætatem hominum vixerat: nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens, aut loquax. etenim (vt ait Homerus) ex[o] eius lingua melle dulcior fluebat oratio: quam ad suauitatem nullis egebat corporis viribus: & tamen dux ille Græciæ [p]numquam optat[q]. vt Aiacis similes habeat decem, at vt Nestoris: quod si accideret, non dubitat, quin breui Troia sit peritura. Sed redeo ad me, quartũm annum ago & octogesimum: equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus: sed tamen hoc queo dicere, non me quidem iis esse viribus, quibus aut miles bello Punico, aut quæstor eodem bello, aut consul in Hispania fuerim, aut quadriennio pòst, cum tribunus[r] mil. depugnaui apud Thermopylas, M. Attilio [s] Glabrione consule: sed tamen (vt vos videtis) non planè me enerauit, non adfixit senectus: nõ cyrtia vireis meas desiderat, non Rostra, non amici, non clientes, non hospites. nec enim vmquam sum assensus illi veteri, laudatóque prouerbio, quod monet, *maturè fieri senẽ si diu velis esse senex*. Ego verò me minus diu senem esse mallem, quàm esse senẽ[t] tantè, quàm essem. Itaq. nemo adhuc conuenire me va

a D. AElius.
b L. T. Coruncanius: citatur in l. 2. ff. de origine iuris
c v. c. est prouecta pr.
d v. c. adhuc non amisi: & videtis annos e sed tamen est decorus senis sermo, quietus, & remissus:
f verbum, est absit à q. v. c.
g naturalis.
h adoptiuus P. LXXXIII.
i 8 Prædias. & adde Herodotum, Iustinũ, Lucianum in Macrob.
k Vide 8. Val. 13. 7. Pin. 48.
l al. anquiae res.
m lib. 1. & 13. Iliad.
n Ἡ γὰρ ἀπὸ τῶν γερηνὸν apud Homerum Iliad. 1.
o μέλιτος γλυκίων ῥεῖεν αὐδή
p Agamem. q Iliad. 2.
r Imo legatus Liuius 36. P. B:
s v. c. M'Acilio Glabr.

luit,quin fuerim occupatus. At minùs habeo virium quàm vestrûm vteruis.Nec [a] vos quidem T.Pontif.Centurionis vireis habetis.nũ idcireo ille est præstantior vobis? moderatio modò virium adsit,& tantum,quantũ [b] quisq. potest,nitatur. næ ille non magno desiderio tenebitur virium. Olympiæ per stadiũ ingressus esse Milo dicitur,cùm humeris sustineret bouem. vtrûm igitur has corporis, an Pythagoræ tibi malis vireis ingenii dari? deniq. isto bono vtare,dũ adsit:cũ abfit,ne requiras. nisi fortè adolescentes pueritiã,paullulũ ætate progressa adolescẽtiã debeãt [c] requirere Cursus est certus ætatis,& vna via naturę, eáque simplex:suáq.cuiq.parti ætatis, tẽpestiuitas [d] est data,vt & infirmitas puerorum est,& ferocitas iuuenum,& grauitas iam cõstantis ætatis : sic senectutis maturitas naturale quiddã habet,quod suo tempore percipi debeat. Arbitror te audire, Scipio, hospes tuus auitus [e] Masinissa [f] quæ faciat hodie, nonagintaq [g] annos natus:cu [h] ingressus iter pedib lit,in equũ omnino nõ adscendere : cum equo,ex equo non descendere: nullo imbre [i], nullo frigore adduci,vt capite operto sit: summã in eo esse corporis siccitatem:itaq.exsequi omnia regis officia,& munera.Potest igitur exercitatio,& tẽperantia etiã in senectute cõseruare aliquid pristini roboris.Nõ sunt in senectute vires.Ne postulantur quidem vires à senectute.ergo & legibus,& institutis vacat ætas nostra muneribus ijs,quæ nõ possunt sine virib. sustineri. itaq.nõ modò,quod nõ possumus,sed ne quã tum possumus quidem,cogimur. At ita multi sunt imbecill ũ [k] senes,vt nullum officij, aut omnino vitæ munus exsequi possint. At id quidẽ nõ proprium senectutis est vitium,sed cõmune valetudinis [l]. Quàm fuit imbecillus P.Africani filius is,qui te adoptauit? quàm tenui,aut [m] nulla potius valetudine? q nisi ita fuisset,alterum illen [n] exstitisset lumen ciuitatis.ad paternam enim magnitudinem animi doctrina vberior accesserat . Quid mirum igitur in senibus,si infirmi sunt aliquãdo,cùm ne id quidem adolescentes effugere possint? Resistendum, Læli, & Scipio, senectuti est,eiúsq.vitia diligentia compescenda [o] sunt.Pugnandum , tanquam contra morbum,sic cõtra senectutẽ. Habẽda ratio valetudinis:vtendum exercitationib.modicis.tantum cibi, & potionis adhibendum,vt reficiantur vires, nõ opprimantur. Nec verò corpori soli subueniendum est , sed [p] etiam menti, atq animo multo magis. namque hæc quoq.nisi tamquã luminis oleum infundas, exstinguuntur senectute.& corpora quidem defatigatione [r], & exercitatione ingraue scunt: animi autem ipse exercendo leuantur. nam quos ait Cæcilius *comicos* [t] *stultos senes:* hos significat credulos, obliuiosos, dissolutos: quæ vitia sunt non senectutis , sed inertis , ingnauæ , somniculosæ senectutis : vt petulantia,vt libido, magi, est adolescentum , quàm senum , nec tamen omnium adolescentum , sed non proborum:sic ista senilis stultitia(quæ deliratio appellari solet) senum leuium est, non omniũ. Quattuor robustos filios,quinq.filiastã tam domũ,tantas clientelas Appius [u] regebat & senex, & cæcus.intentum enim animum, tanquam arcum,habebat,nec languescens succumbebat senectuti. tenebat non modò auctoritatem,sed etiam imperium in suos: metuebant eum serui , verebantur liberi , carum omnes habebãt:vigebat in illa domo,patrius mos,& disciplina. Ita senectus [a] honesta est,si se ipsa defendit , si ius suum retinet , si nemini emancipata [b] est,si vsque ad extremũ spiritum dominatur in suos. vt enim adolescentẽ,in quo senile aliquid: sic senẽ,in quo adulescẽtis est aliquid,laudamus:quod qui sequitur,corpore senex esse poterit, animo nũ quã erit.Septim [x] mihi Originũ liber est in manibus:omnia antiquitatis monumenta colligo:causarũ illustriũ,quascunq.defendi,nunc quàm maximè cõficio orationes:ius augurũ, pontificum,ciuile tracto: multùm etiam Græcis litteris vtor: Pythagoreorúmque [c] more, exercendæ memoriæ gratia , *quid quoque die dixerim , audierim, egerim, commemoro vesperi.* Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis:in his desudans,atque elaborans, corporis vireis non magnopere desidero: adsum amicis : venio in senatum frequens, vltróq.affero res multùm,& diu cogitatas, eásq.tueor animi,non corporis viribus, quæ si exequi nequirem , tamen me lectulus oblectaret meus ea ipsa cogitantem,quæ iam agere non possem : sed vt possim, facit acta vita. semper enim in his studiis, laboribúsq.viuenti non intelligitur.quando obrepat senectus. Ita sensim,sine sensu ætas senescit, nec subitò frãgitur:sed diuturnitate exstinguitur. III ¶ Sequitur tertia vituperatio senectutis , quod eã *carere* dicunt *voluptatibus.* O præclarum munus ętatis,si quidem id aufert nobis [d] , quod est in adolescentia vitiosissimum ! Accipite enim,optimi adolescentes , veterem orationem Architæ Tarentini,magni in primis , & præclari viri:quæ mihi tradita est,cùm essem adolescens Tarenti cum Q.Maximo,*Nullam capitaliorem pestem , quàm corporis voluptatem, hominibus dicebat a natura datam:* cuius voluptatis auidæ libidines,temerè, & effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ proditiones, hinc rerump.euertiones , hinc cum hostib.clandestina collioquia nasci dicebat [e]:nullum denìq.scelus , nullum magnum [f] facinus esse,ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret: stupra vero,& adulteria, & omne tale flagitium , nullis aliis illecebris [g] excitari, nisi voluptate. Cúmq.homini siue natura siue quis deus nihil mente præstabilius dedisset,huic diuino muneri,ac dono nihil esse tam inimicũ,quàm voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse omnino.nec in voluptatis regno virtutẽ posse consistere. quod quo magis intelligi possit,fingere animo aliquem iubebat : tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. nemini centebat fore dubium ,quin tandiu , dum ita gauderet , nihil agitare mente ,nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. quocirca nihil esse tam detestabile,támq.pestiferum,quàm voluptatem:si quidẽ ea,cùm maior esset,atq. longior,omne animi lumen exstingueret. Hæc cum C.Pontio Samnite,patre eius,à quo Caudino [k] prælio Sp.Postumius,T.Veturius cõsules,superati sunt,locutũ Architã, Nearchus Tarentinus hospes noster,qui in [l] amicitia populi R.permanierat.se à maioribus natu accepisse dicebat, cùm quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis: quem Tarentũ venisse,L [m] Æmilio,Appio Claudio consulib. repetio.

a L. Ne vos quidem.

b L. quantũ potest quisq. nitatur.

c v.c. debẽt. d *al.* tempestas.& ita Nonius*. e *al.* habitus. de qua lectione dixi in oratione pro A. Cluentio Habito in ipsa orationis inscriptione

f *al.* Masanissa.*

g tot vixit *Lucian.* maior etiam decessit Florus epitome 50.*

h 8.Valer.13. 7.Plin.14. & 48.*

i *al.* inter. Ita legitur apud Nonium *cap.* 4. *in siccum* 426 & in adducere 32.*

k L.imbecilli.

l *al.* inualetudinis* m *al.* ac nulla n *v.c.* illud.

o *al.* corrigenda,*al.* compẽsanda.* p *forte.* sed & menti,atque adeò multo magis.nam hæc quoque q *al.* ellychnio.* r *v.c.* exercitationum defatigatione ingr.

P. B. s *pronuncabulũ, se,abest ab o. v.c.*

t *al.* comicus, malè. Comicus senex qualis à Comicis induci solet senex: sic comicus stultus senex.in de Amicitia κωμικὸς μάρτυς epistola ad Cœlium.Comici serui *Plauto Captiuis.*

u cæcus Tusc.5.*

x *al.* senectus nimis honesta.Ita apud Nonium cap. 2. in Emancipatum, 285. b *al.* emancipata.Itaq.apud Nonium legitur cap. 2. in Emãcupatum subniam,de ditum 285.

c De Pythagoricorum moribus vide Gel.4.

P. LXXXVI.

d *al.* suauit.

e *al.* dicebat, malè in *v.c.* legitur, nec apud Cic.

f L. malum facinus cibo- rum vitæ vocat.

g *al.* incitatis nisi voluptatis.

h L.locum esse,neq. omnino in voluptate cõsistere virtutem.

i virtutem esse capitur.

k Liuius *Florus*, vt alii scribunt, sed Gellius 15.Augel. de ciuit. Dei, & Cicero *de Fato* tiam vt Liuius gementes Thoriæ pud Virgil. m L.Camillo P.Claudio Cons.

reperio. Quorsum hæc? vt intelligatis, si voluptatem aspernari ratione, & sapientia nō possumus, magnam habēdam senectuti gratiam, quæ efficeret, vt id non liberet, quod non oporteret. impedit[a] enim consilium voluptas, rationi inimica: [b] ac mentis (vt ita dicam) [c] perstringit [d] oculos, nec habet vllum cum virtute cōmerciū. Inuitus quidē feci, vt fortissimi viri T. [e] Flaminij fratrē [f] L. Flaminium è senatu eiicerē, septē [g] annis pòst, quàm cōsul fuisset: sed notandā libidinem putaui nimiam [h]. Ille enim, cùm esset consul in Gallia, exoratus in conuiuio à scorto [i] est, vt securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. tunc [k] Tito fratre suo censore, (qui proximus ante me fuerat) elapsus est: mihi verò, & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperii dedecus. Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senib. audiuisse dicebāt miran solitū C. Fabricium [l], quòd cùm apud regem Pyrrhū legatus esset, audisset à Thessalo Cinea [m], Athenis quendam esse, qui se sapientem profiteretur: eúmq. dicere, omnia, quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda, quod ex eo audientes, M.[n] Curium & T. Coruncanum [o] optare solitos, vt id Samnitibus, ipsique Pyrrho persuaderetur: quo [p] facilius vinci possent, cùm se voluptatib. dedissent. Vixerat M. [q] Curius cum P. Decio, qui [r] quinquennio ante eum consulem se pro rep. quarto cōsulatu deuouerat. [s] Norat eundem Fabricius, norat Coruncanus: [t] qui cùm [u] ex sua vita, tum ex eius, quem dico, P. Decii facto, iudicabant esse profectò aliquid naturā pulchrum, atque præclarum, quod sua spōte peteretur, quódque spreta, & contemta voluptate optimus quisq. sequeretur. Quorsum [x] igitur hæc tam multa de voluptate? quia non modò vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quòd ea voluptates nullas magnopere desiderat. caret epulis, exstructisque mensis, & frequentib. poculis: caret ergo [y] vinolentia, & eruditates & [z] insomniis. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditiis non facilè obsistimus) diuinus [aa] enim Plato [bb] *escam malorū, eo luptatē [cc] appellat*, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces) quamquam immoderatis epulis careat senectus, modici cōuiuiis tamē potest delectari. C. [dd] Duillium [ee], M. filiū, qui Pœnos classe primus ff deuicerat. redeuntem à cena senem sæpe videbam puer, delectabatur crebro [gg] funali, & tibicine, quæ sibi nullo exemplo priuatus sumserat: tantum licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? ad [hh] meipsum iam reuertar. Primùm habui semper sodaleis. sodalitates [ii] autem me quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis Maguæ Matris acceptis. epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat tamen [kk] quidam feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt in dies mitiora. neq. enim ipsorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum, & sermonibus metiabar. bene enim maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ cōiunctionem haberet, conuiuium nominarunt, meliùs, quàm Græci: qui hoc idem tum comp otationem [a], tum concenationem vocant: vt, quod in eo genere minimum est, id maximè probare videantur. Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuiis delector. nec cum æqualibus solùm, qui [b] pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate, atque vobiscum: habeóq. senecturi magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis, & cibi sustulit. Quòd si quem etiam ista delectant, ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cuius est etiam fortasse quidā naturalis modus [c], nō intelligo, ne in istis quidem voluptatib. ipsis, carere sensu senectutē. Me verò & magisteria [d] delectant, à maioribus. institūta: & is sermo, qui more maiorum à [e] summo magistro adhibetur in [f] Poculo: & pocula, si cut in symposio Xenophontis, minuta, atque torantia, & refrigeratio æstate, & vicissim aut sol, aut ignis hibernus. quæ quidem in Sabinis etiam persequi soleo, coniuiuiúmq. vicinorum quotidie cōpleo: quod ad multā noctem quàm maximè possumus, vario sermone producimus. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo: sed ne desideratio quidem. nihil autem molestum, quod non desideres. Bene Sophocles [g], cùm ex eo quidam iam [h] confecto ætate, quæreret, vtrē túrne reb. venereis: *Dij meliora*, inquit libenter verò istinc, tanquam à domino agresti, ac furioso profugi. cupidis enim rerum taliū, odiosum, & molestum est fortasse carere. fatiatis verò, & expletis, iucundius est carere, quàm frui. quamquam non caret is, qui non desiderat. Ergo [k] hoc non desiderare, dico esse iucundius, quàm frui. Quòd si istis ipsis voluptatib bonā ætas fruitur libentius: primum paruulis [m] fruitur rebus, vt diximus: deinde iis, quibus senectus, si non abundè potitur, non omnino caret. vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat: delectatur tamen etiam qui in vltima: sic adolescentia voluptates propè [n] intuens magis fortasse lætatur: sed delectatur etiam senectus procul eas spectans, tantum, quantum sat est. At illa quanti sunt, animum tamquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secúmq. (vt dicitur) viuere? si verò habet aliquod tanquam pabulum studij, arq. doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. mori videbamus in studio dimetiundi penè cœli, atq. terræ Gallum [o], familiarem patris tui P. Scipio, quoties illū lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cùm cœpisset manè? quàm delectabatur, cùm defectiones solis, & lunæ multo nobis antè prædiceret! Quid in leuioribus studiis, sed tamen acutis! quàm gaudebat bello suo Punico Næuius! quam Truculento Plautus! [q] Pseudolo! Vidi etiam senem Liuium [q]: qui cùm septem [r] annos antè, quàm ego natus sum, fabulā docuisset, Cethegō [s], Tuditanóq. consulib. vsq. ad adolescentiā meam processit ætate. quid de P. Licinij Crassi & pontificij, & ciuilis iuris studio loquar? aut

a *συμπόσιον ἢ συνδεῖπνον.*
b L. qui p au ci iam adm.
c *al.* motus,
d *συμποσιαρχίαν* vel *νόμει συμποσιακοῦ*, & vt Cicero in Verrem, leges quæ in poculis ponebantur. Hinc lex Postumiæ magistræ apud Catullū & magister cōuiuii, qui Varroni Modimperator: Horatio Arbiter, Plauto dictator. Græcis *συμποσιάρχης, βασιλεὺς γραμμῆς*. vide Lipsi. 3. Antiquar. 1.*
e Lipsi. à summo adhibetur in poculis. à summo autē bibere Græci dicunt *ἐκ κύλικος πίνειν*, id est ab eo conuiua qui summus accubuit, ad imum. 3. Antiquar. lectionum 1.* p. 87.
Huc pertinet *ὅπως λιχίαν ἕξωσι γνώσεις & ἐπικυλικίας λόγει.**
f L. in poculis:
g Plato de Republic. 2. 4. Val. 3.*
h L. iam affecta ætate,
i Dic, Plato 2. Politicor.
δυφύμας, δυφύμενον Plutarchus Catone maiore.*
k L. Ergo nō desiderare,
l *al.* mala ita enim appellatur senectus ab Afranio.*
m L. prauis n L. propter intuens
o Sulpicium Gallum. Liuius 44. Plutarch. Aemilio & Val. 2. Plin. 12. 1. Quint. 17.*
q Andronici ū* r L. sex annis P. B.
s L. Centone, Tuditanoq. consulibus,

a voluptatis effectus.*
b inimica est mentis & c. In legitur hic locus apud Nonium in præstringere. 4. 19.*
c vbi Præstringit *al.* præstringit. Nonius in loco præstringit. est autem præstringere, valde stringere & clauere & in hunc modum legitur 4. de finibus supra pertrin gitur.
d L. T. Flamininum fratrem P. LXXXVI. L. Flaminiū Plutarchus Catone & in Flaminio 4. Valer. 5. Liuius 34.* & addo annot.
e sex, nimiā multis in cod. Compar.
f Philippo Vsino.
g L. Hic Tito
h Idem Plutarchus, Pyrrho 4. Valer. 2.*
i Cynea, de quo vide Budæum, Plutarch. Pyrrho 4. Valer.*
k T. M. Curium.
l Liuius 13.* p. 496. quod Lactantius,
m L. M. Curius,
n Liuius 10. Zonaras 5. Valer. 6.*
o Gallico prælio. Liuius 10. 5. Flor. 17. Val. 2 Plin. de viris illustrib. 37. Oros. 21. De ritu auspicandi vide Liuium 8.
p L. Coruncanius:
q L. qui cùm ex sua
r L. Quorsus
s L. ergo etiam erud.
t L. & in somnia Ea est Græcis *ἀυτόπτια*. Insomniæ verbo vtitur Terent. Eunucho.* aa *al.* diuinè bb in Timæo.* cc Hic Plautus Mercatore. voluptas est malorum esca. quod ea nō minus homines quam hamo capiuntur, pisces: quod vel à Platone Plautus accepit vel à Philemone, vnde fabulam vertit.* dd *al.* C. Duellium,
ee *al.* Duellium. Idē Cicero de Oratore ad Brutum vide Liuiū 17. 2. Flor. 2. Valer. 6. Plinium de viris illustrib 38. Silli ū Italicum 6. in fi.* ff *al.* cereo. hh L. ad me ipsum reuertor. P. ii *συνουσία*. kk tamen, ll v. d.

de huius P. Scipionis [a], qui his paucis diebus pontifex maximus factus est? Atq. eos omneis, quos commemorauí, his studiis flagrantes senes vidimus. M. verò Cethegum, quẽ rectè Suadæ [b] medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus, etiam senem? Quæ sunt igitur epularũ aut ludorũ, scortorum voluptates cũ his voluptatib. comparandæ? Atq. hæc quidem studia suntdoctrinæ, quæ quidem prudentibus, & bene institutis pariter cum ætate crescunt: vt honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, vt ante dixi, *senescere [c] se multa in dies ad discentem*: qua voluptate animi nulla certè potest esse maior. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quib. ego incredibiliter delector: quæ nec vlla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis vitam proximè videntur accedere. habent enim rationem cum terra quæ nũquam recusat imperium [d], nec vmquam sine vsura reddit, quod accepit: sed aliàs minore, plerumq. maiore cum fœnore. quamquã me quidem non fructus modò, sed etiam ipsius terræ vis, ac natura delectat: quę cum gremio mollito, ac subacto semen sparsum excepit [e]: primùm id occatum [f] cohibet: ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est: deinde, tepefactum vapore, & [g] complexu suo, diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmóq [h] erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur, è quib. cùm [i] emerserit [k], fundit frugem spicæ [l], ordine structam, & contra auium [m] minorum morsum munitur vallo aristarum. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? satiari delectatione non possim, vt meæ senectutis requiem [n], oblectamentúmq. noscatis. Omitto enim vim ipsam omnium, quæ generantur è terra: quæ ex sici tantulo grano, aut ex acino vinaceo [o], aut ex ceteratum frugum, ac stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, ramósq procreat: malleoli [p], plantæ, sarmenta, viui radices [q], propagines, nónnea efficiũt, vt quemuis non sine admiratione delectent? Vitis, quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur eadem, vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur, quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, nesi luxuriat sarmentis, & in omneis partes nimia fundatur. Itaq. ineunte vere in iis, quæ relicta sunt, exsistit tanquam ad articulos sarmentorũ, ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua sese [r] ostendit: quæ & succo terræ, & calore solis augescens primò est peracerba gustu [s], deinde maturata dulcescit, veritáque pãpinis nec modico tempore caret, & nimios solis defendit [t] ardores, qua quid potest esse cùm fructu lætius, tũ adspectu pulchrius? cuius quidem non vtilitas me solùm, vt antè dixi, sed etiam cultura & ipsa natura delectat: adminiculorum ordines, capitum coniugatio [u] & religatio, propagatio vitium, sarmentorúmq. ea quam dixi, aliorũ amputatio, aliorũ immissio. Quid ego irrigationes? quid fossiones agri, repastinationésque proferam, quib. fit multo terra fœcundior? Quid de vtilitate loquar stercorandi? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi: de qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cùm de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multa tis, [a] vt mihi videtur antè fœculis fuit. Laertem lenientem desiderium, quod capiebat è filio, colentem agrum, & eum stercorantẽ facit. Nec verò segetibus solùm, & pratis, & vineis, & arbustis res rustica lætę sunt, sed pomariis etiam, & hortis: tum pecudum pastu, & apum examinibus [c], tum florum omnium varietates. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones: quib. nihil inuenit agricola sollertius. Possum persequi multa oblectamenta rerũ rusticarum sed ea ipsa, quæ dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscetis autem mihi & studio rerum rusticarum: proiectus sum, & senectus est natura loquacior: ne ab omnib. eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita M. [e] Curius, cum de Sabinitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumsit extremum tempus ætatis: cuius quidem villam ego contemplans (abest enim non [f] longè à me) admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam, vel temporum disciplinã. Curios [g] ad focum sedenti [h], magnum auri pondus Samnites [i] cùm attulissent, repudiati ab eo sunt. non enim aurum habere, præclarum sibi videri dixit, sed iis, qui haberent aurum, imperare. Poterátne tantus animus non iucundam efficere senectutem? Sed venio ad agricolas, nec à meipso recedam. In agris erãt tum senatores, id est, senes, siquidem Li. Quinctio Cincinnato in agro aranti nuntiatum est, eum dictatorem esse factum: cuius dictatoris iussu magister equitum C. [m] Seruilius Hala [n] SP. Melium regnum appetentem, & occupantem interemit. à villa in senatum accersebantur [o] Curius, & ceteri senes: ex quo qui eos accersebãt, viatores [p] nominati sunt. nõ igitur eorũ senectus, miserabilis fuit, qui se agricolatione [q] oblectabant? Mea quidem sententia haud fœcio, hac an vlla vita beatior possit esse: neq. solùm officio, & hominũ generi vniuerso cultura agrorum est salutaris: sed & delectatione, quam dixi, & saturitate, copiá que omnium rerum, quę ad victum hominum, ad cultũ etiam deorum pertinẽt: vt, quoniam hæc quidã desiderant, in gratiã iã cum voluptate redeamus. semper enim boni, assiduíq domini referta cælla vinaria, olearia, mellearia [r], & [u] penuaria est, villáq. tota locuples est: abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iã hortũ ipsi agricolæ *fucci alium [x] alterã appellant*: tũ cõditiora facit hęc etiam superuacaneis [y] operis aucupium, atq. venatio. Quid de pracorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearũ, oliuetorúmve specie dicam? [z] oreui [aa] expediam. *Agro bene culto nil potest esse, nec usu vberius, nec specie ornatius*: ad quem truendum non modò non retardat, verum etiã inuitat, atq. allectat senectus. vbi enim potest illa ætas aut calescere vel aprícatione melius, vel igni: aut vicissim vmoris, aquísve refrigerari salubrius? Habeat [bb] igitur alij sibi arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauã, & pilam, sibi natationes, & cursus: nobis senib. ex lusionibus multis talos relinquant, & tesseras: idipsum tamẽ, vt lubebit, quoniam sine his beata esse senectus potest. Multas ad res, perutiles Xenophõtis libri sunt, quos legite quæso, studiosè, vt facitis. quã eo piosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur? Atq. vt intelligatis, nihil ei tã regale videri, quàm studiũ agri colendi. So-

crates

[a] Nasica vide I. de inu.*
[b] versus Ennii de Cethego vide in Bruto.*
[c] 8 Valer. 7. Plato Lachete & de Rep. 7. adde l. 20. ff. de fideic. libert.*
[d] al. impẽdium.*
[e] q.v.c. accepit.
[f] Gaza vertit συλλογωμβέν. al. occæratum Nã & Nonius ab occæcando fruges iactus occatione dici refert c. t. in occationis 306. vbi ex Sereno refert occationem excecationẽ esse. adde Varronem r. de re rustica & Festum in occare. 17. Isidor. 2.*
[g] v.c. & compressu suo.
[h] al. calamoque. ita Nonius cap. 3. in spice 230.*
[i] al. cum fundit fruges spici ordine structas, ita Nonius illo loco.*
[k] l. emersit. P. LXXXVIII
[l] v.c. spici.
[m] q.v.c. auiũ inimicarum morsus
[n] al. requietẽ
[o] al. vinacei al. vinaceo, al vinacio.*
[p] nonnulli palmites*.
[q] al. traduces, al. vites, & radices. ‖ sunt autem plantulæ in aliud solum translatæ.*
[r] v.c. se ostẽdit.
[s] L. gustatu. ita v.c. al. gustanti*
[t] al. defugit.*
[u] L. ingatio, religatio, & prop.

avide I. Gellii, & 17. cap. Plin. 7. Solinum 53. Velleium. 1. Dionem Chrysost. principio orat. de Regno. Ciceronẽ Tusc. 1. Tzetzẽ in Lycophronẽ. Senecam contra Iulianũ. b Homer. Odyss. vlt.
c perinde ac hic non reperiuntur in v.c. d L. agricultura solo.
e L. M. Curius. f al. non longè à me. g Idem Cicero, de Repub. plica. apud Nonium 12. in apud 13. P. Manch. de popularibus. Athenæus 10. & 4. Valer. 7. & rapacorum Athenæus 10. Polyphilus imal. Philippus ponit Athenæum, illo loco.
k fort. ne ipse à me recedã. P. LXXXIX. l Liuius Halicarnas. Columella. 10. Plin. de vitiligrin. 17. & Plin. 3. Lomel. prof.
m Liuius 4. n v.c. Hala
o Ita L. accedebant. Liuius Halicarnas. Columella. 1. agricultione. Ita Nonius v. Cullire. in L. Rapo scio antiquis L. mellearia. v. c. mellaria.
p v.c. & praria ch. al. parnaria. al. pomaria. x fuisse carnis fructum Varro 2. de rustica & 3. de lingua Latina. Idem Plinius rerum mortalium. Columella de cultura hortorum. 10. y al. superuacanei. z v.c. ploro dicam. aa v.c. breui. bb Sibi abeant. Ita Nonius. cc Ita

avide I. Gellii, & 17. cap. Plin. 7. Solinum 53. Velleium. 1. Dionem Chrysost. principio orat. de Regno. Ciceronẽ Tusc. 1. Tzetzẽ in Lycophronẽ. Senecam contra Iulianũ. b Homer. Odyss. vlt.
c perinde ac hic non reperiuntur in v.c. d L. agricultura solo.
e L. M. Curius. f al. non longè à me. g Idem Cicero, de Repub. plica. apud Nonium 12. in apud 13. P. Manch. de popularibus. Athenæus 10. & 4. Valer. 7. & rapacorum Athenæus 10. Polyphilus imal. Philippus ponit Athenæum, illo loco.
k fort. ne ipse à me recedã. P. LXXXIX. l Liuius Halicarnas. Columella. 10. Plin. de vitiligrin. 17. & Plin. 3. Lomel. prof.
m Liuius 4. n v.c. Hala
o Ita L. accedebant. Liuius Halicarnas. Columella. 1. agricultione. Ita Nonius v. Cullire. in L. Rapo scio antiquis L. mellearia. v. c. mellaria.
p v.c. & praria ch. al. parnaria. al. pomaria. x fuisse carnis fructum Varro 2. de rustica & 3. de lingua Latina. Idem Plinius rerum mortalium. Columella de cultura hortorum. 10. y al. superuacanei. z v.c. ploro dicam. aa v.c. breui. bb Sibi abeant. Ita Nonius. cc Ita

crates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio, atq. imperij gloria, cùm Lysander [a] Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eíq. dona à sociis attulisset: & ceteris in rebus comem erga Lysandrum atq. humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum, diligenter consitum ostendisse. cùm autem admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui efflarentur [b] è floribus: tum eum dixisse, mirari se nō modò diligentiam [c], sed etiam sollertiam eius, à quo essent illa dimensa, atq. descripta: & ei Cyrum respōdisse. Atqui ego ista [d] sum dimensus: mei sunt ordines. mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Tum Lysandrum intuentem eius purpuram, & nitorem corporis ornatúmq. Persicum multo auro, multisq. gemmis, dixisse: *Rectè verò te, Cyre, beatum ferunt, quoniā [e] virtuti tuæ fortuna cōuēta est.* Hac igitur frui licet senibus: nec ætas impedit, quò minùs & ceterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus vsq. ad vltimum tempus senectutis. Marcum quidem Valerium Coruinum [g] accepimus ad centesimum annum vitam produxisse [h], cùm esset exacta iam ætate in agris, & vsq. coleret: cuius inter primum & sextum consulatum, sex [i] & quadraginta anni interfuerunt. itaq. quantum spatium ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. atq. eius extrema ætas hoc beatior, quàm media, quòd auctoritatis plus habebat, laboris verò minùs. *Apex [k] autem senectutis est auctoritas.* Quanta fuit in L. Cæcilio Metello [l]? quanta in Atilio Collatino [m]? in quem illud elogiū [n] vnicum plurimę cōsentiunt gentes, *populi primarium fuisse virum*, notum [o] est totum eius carmen, inciſum [p] in sepulchro. Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens, quem virum P. Crassum, nuper pontificem maximum, quem posteà M. Lepidum eodem sacerdotio prædituin vidimus? Quid de Paullo [q], aut Africano loquar? [r] aut, vt iam antè de Maximo? quorum non in sententia solùm, sed etiam in nutu residebat auctoritas. Habet senectus, honorata præsertim, tantam auctoritatē, vt ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ voluptates. Sed in omni oratione mementote, eam me laudare senectutem, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit, ex quo id efficitur. quod ego magno quondam cum assensu omnium dixi: *Miseram esse senectutem, quæ se oratione defenderet. Non [s] cani, nō rugæ repente auctoritatem [t] assunt: sed honeste acta superior ætas fructus capit [u] auctoritatis extremos.* hæc enim ipsa sunt honorabilia: quæ videntur leuia, atq. communia, salutari [x], appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli: quæ & apud nos, & in aliis ciuitatibus, vt quæque optimè morata, ita diligentissimè obseruantur. Lysandrum Lacedæmonium, cuius modò mentionem feci, dicere aiunt solitum, *Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis.* nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. quin etiam memoriæ pro dictum est, cùm Athenis, ludis [z], quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno concessu locum ei à suis ciuib. nusquam datum: cùm autem ad Lacedæmonios accessisset, qui cùm legati essent in loco certo consederant, consurrexisse [a] omneis, & senem illum sessum [b] recepisse. quibus cùm à cuncto concessu plausus esset multiplex datus, dixisse [c] ex ijs quendam, *Atheniensis scire, quæ recta essent, sed facere nolle.* Multa in nostro collegio [d] præclara: sed hoc, de quo agimus, in primis, quod *vt quisq. ætate antecellit [e], ita sententiæ principatum tenet*: neq. solùm honore antecedentibus, sed ijs etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporum [f] cum auctoritatis præmiis comparandæ? quib. qui splendidè vsi sunt, ij mihi videntur *fabulam ætatis peregisse*, nec, tamquā inexercitati histriones, *in extremo actu corruisse*. Atsunt moroſi [g], & anxij, & iracundi, & difficiles senes: si quærimus, etiam auari [h]. sed hæc, morum vitia sunt, non senectutis. At morositas tamen, & ea vitia quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ, sed quæ probari posse videatur, contemni se putant. despici, illudi. præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est. quæ tamen omnia dulciora fiunt & bonis moribus, & artibus. idq. tum in vita, tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. quanta in altero duritas [i], in altero comitas! Sic se res habet. *Vt enim non omne vinum, sic [k] non omnis ætas: vetustate coacescit* [l]. Seueritatem in senectute probo, sed eam (sicut alia) modicam: acerbitatem nullo modo. auaritia verò senilis quid sibi velit, non intelligo. potest enim quidquam esse absurdius, quàm, quo minùs vitæ restat, eo plus viatici quærere? [q] Quarta restat causa, quæ maximè angere, atq. sollicitam habere nostram ætatem videtur. *Appropinquatio mortis*, quæ certè à senectute non potest longè abesse, O miserum senem, qui mortem esse contemnendam in tam longa ætate non viderit! quæ aut planè negligenda est, si omnino exstinguit animum, aut etiam appetenda [m], si aliquò eum deducit, vbi fit futurus æternus. Atqui [n] tertium certè nihil inueniri potest. Quid igitur timeam, si aut nō miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? quamquam *quis est tam stultus quamuis sit adolescens, cui sit exploratum [o], se ad vesperum esse victurum?* quin etiam ætas illa multo plureis, quàm nostra, mortis [p] causas habet. faciliùs in morbos incidunt adolescentes, graviùs ægrotant, tristiùs curantur. itaque pauci veniunt ad senectutem: quod nisi ita accideret, meliùs, & prudentiùs viueretur. mens enim, & ratio, & consilium, in senibus est: qui si nulli fuissent, nullæ omnino ciuitates essent [q]. Sed redeo ad mortem impendentem, quod illud est crimen senectutis, cùm illud videatis cum adolescentia esse commune? sensi ego cùm in optimo filio meo, tum in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratrib. tuis, Scipio, omni ętati mortem esse cōmunem. At sperat adolescens, diu [r] se victurum: quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat, quid enim stultius, quàm incerta pro certis habere, falsa pro veris? At senex ne [s] quid speret, habet quidem. At est eo meliore conditione, quàm adolescens: cùm [t] id, quod sperat ille, hic iam assecutus [u] est. Ille vult diu viuere: hic diu vixit. Quam quam, *ô dij boni! quid est in hominis vita diu?* da enim supremum tempus: exspectemus Tar-

a *al.* consurrexisse omnes illi dicuntur, & senem sessum rec.
b *al.* Sessum.
c *Plutarc. in Lacon. apoph. Valer. 5.*
d augurali.
e *al.* anteceſſit
f L. corporis
g vide Nonium in differentiis.
h attenti ores ad rem. *Terēt. Adelph.*
i P. XCI. *v.c.* diritas [k] & ita legit Nonius *cap 1. in Diritas. 246.* hoc eodem verbo vtitur Cicero 3 *Tuscular.*
k *q.v.c.* non omnis natura vetustī. coac. *& ita L. al.* omnis ætas naturæ *al.* omnis ætas natura.
l coacesſit.
m L. optāda, *al.* oppetenda.
n *al.* Atque
o citatur à Nonio *cap 4. in Explorare 359.*
p L. mortis casus hab. *& ita v.c.*
q *v. c.* fuissent.
r L. diu se esse victū.
s *v.c.* nequod sperat quidē habet. *al.* quod.
t L. consecutus. *& ita v. c.*

tessiorũ regis ætatem. fuit enim (vt scriptum vid o) *Arganthonius* [a] quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum [b] & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. cùm enim id aduenerit: tunc illud, quod præteriit, effluxit: tantùm remanet, quod virtute, & rectè factis consecutus sis. horæ quidem cedunt, & dies & menses, & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest quod cuiq. tempus [c] ad viuendum datur, eo debet esse contentus. neq. enim histrioni, vt placeat, peragenda fabula est, modò in quocumq. fuerit actu, probetur: neq. sapienti vsq. ad *Plaudite* [d], viuendum. [e] breue enim tempus ætatis, satis est lõgum ad bene honesteq. viuendum. sin processeris longiùs, non magis dolendum est, quàm agricolæ dolent, præterita veris tẽporis suauitate æstatem, auctumnúmque venisse. ver enim, tamquam [f] adolescentiam significat, ostendit que fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus, & percipiendis accommodata sunt. fructus autem senectutis est, (vt & ſæpe dixi) ante partorum bonorum memoria, & copia. Omnia verò, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis, quid est autem tam secundum naturam, quàm senibus emori? quod idem contingit adolescentib. aduersante, & repugnãte natura. Itaq. adolescentes mori sic mihi videntur, vt cùm aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem sicut [h] sua sponte, nulla adhibita vi, consumtus ignis exstinguitur: & quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auellantur: si matura, & cocta, decidunt: sic vitam adolescentib. vis aufert senib. maturitas: quæ mihi quidem tam iucunda est, vt, quo propiùs ad mortem accedam, eo [i] citiùs quasi terram videre videar, aliquandóq. in portum ex longa nauigatione esse venturus. Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus: rectéq in ea viuitur, quoad munus officij exsequi, & tueri possis: [& [k] tamen mortem contemnere] ex quo [l] fit vt animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia, & fortior. Hoc est illud, quod Pisistratotyranno à Solone [m] responsum est: cùm illi quærenti, *Qua tandem spe fretus sibi tam audacter obsisteret*: respondisse dicitur, *Senectute*. Sed viuendi finis est optimus, cùm integra mente, cetersq. [n] sẽsibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentauit, natura dissoluit. Vt enim nauem, vt ædificium idem destruit facillimè qui cõstruxit: sic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit. Iam omnis conglutinatio recens, ægrè: inueterata, facilè diuellitur. ita fit, vt illud breue vitæ reliquum nec auidè appetendum senibus, nec sine causa deserendum sit: vetátq. Pythagoras *iniussu imperatoris* [o], id est *dei de præsidio, & statione vitæ decedere* Solonis quidem sapientis elogiũ [p] est, quo se negat [q] velle suam mortem dolore amicorum, lamentisq. vacare. vult se earum, credo, suis esse. Sed haud scio, an melius Ennius: *Nemo me lacrymis decoret, neque* [r] *funera fletu Faxit*. Non esse lugendam mortem censet, quam immortalitas consequatur. Iam sensus moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat [s], præsertim seni: post mortem quidem sensus aut optandus, aut nullus est. Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortẽ vt negligamus: sine qua meditatione, tranquillo esse animo nemo potest. moriendum enim certè est: & id incertum, an eo ipso die. mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis [a] possit animo consistere? de qua non ita longa disputatione opus esse videtur, cùm recorder, non solùm L. Brutum, qui in liberanda patria est interfectus: [b] non duos Decios, qui ad voluntariã mortem cursum equorũ incitauerunt: non M. Atilium, qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret: non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt: non auum tuum L. Paullum, qui morte sua [c] luit collegę [d] in Cannensi ignominia temeritatem: non M. Marcellum, cuius interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturę carere passus est: sed legiones nostras (quod scripsi in Originibus) in eum sæpe locum profectas alacri animo & erecto, vnde se numquam redituras arbitrarentur. Quod igitur adolescentes, & ij quidem non solùm indocti, sed etiam rusti ci contemnunt, id docti senes extimescent? Omnino (vt mihi quidem videtur) *rerum omnium satietas, vitæ facit satietatem*. Sunt pueritiæ certa studia, num igitur ea desiderant adolescentes? sunt & ineuntis adolescentiæ, num ea iam constans requirit ætas, quę media dicitur? sunt etiã huius ætatis. ne ea quidem in [e] senectute quærũtur. sunt autem extrema quædam studia senectutis. ergo, vt superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis quod cùm euẽnit, satietas vitæ tempus maturum mortis affert. Equidem non video, cur, quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere vobis: [f] quòd eo melius mihi cernere videor, quòd ab ea propiùs absum. Ego vestros patres, P. Scipio, túque, C. Læli, viros clarissimos, mihíq. amicissimos, viuere arbitror: & eam quidem vitam, quæ est sola vita nominanda. Nam, dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere [g] perfungimur. *est enim animus cælestis* ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq. contrarium. Sed credo, deos immortales *sparsisse animos in corpora humana, vt essent qui terras tuerentur* [h], *quique cælestiũ ordinẽ contẽplantes, imitarentur eum vitæ modo, atque constantia*. nec me solùm ratio, ac disputatio impulit vt ita crederem: sed nobilitas etiam summorum philosophorum, & auctoritas. Audiebam Pythagoram, Pythagoreósq. incolas pænè nostros, qui essent Italici [k] philosophi quondam nominati. numquam dubitasse, *quin ex vniuersa mente diuina delibatos* [l] *animos haberemus*. De monstrabantur mihi præterea quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorũ disseruisset, is, qui esset [m] sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio, cùm tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorúmq. prudentia [n], tot artes, tantæ scientiæ, tot inuenta, non posse eam naturam, quæ res eas contineat, esse mortalem. cúmq. semper agitetur animus, nec principium motus habeat, quia se ipse moueat: nec finem quidem habiturum esse motus, quia numquam se ipse sit relicturus, & cũ simplex animi natura esset, neq. haberet in se quid quam admistũ dispar

a v. 8. *Vide* et *Plin. l. 7. c. 48. Herodot. l. 1. Lucianum in Macrob. Consolationem libro de die natali* b *al.* 150. *al.* 300.

c v. c. temporis.

d Hac voce spectatores dimissi a spectaculis cuius rei vestigium freques apud comicos Terentium & Plautum Senecam 3 *Natural. addè Tertul. l. aduersus Valentinian. 6. Quintil. 2. Apuleium 2. Florum. Horatium de arte.* *

e *al.* veniendum. *

f L. tanquam adolescentia signif.

g *al.* vt iam sæpe dixi.

P X C I I.

b L. sicut cùm sua sponte.

i *hoc* tatum eo citiùs, *abest ab* v. c.

k inclusa desunt manuscript. Vrsini*.

l De Pisistrato vide Herodot. 1. Isocratẽ Panathenaico: Iustin. lib. 2. Gelliũ, Eusebium*, m *adde* Plut. & Laertium*. n v. c. certisq. sensib. *& ita L.*

o Tusculan. 1. & Somnio p. *fort.* ellogiũ est, *fort.* eclogium est.

p. B.

q vide Tusculan. 1. & Plutarch. *

r q. v. c. neque funere fletũ Faxit. *fnl.* neque funere lessum faxit.

s *verbum durat non reperitur in vllis cod. antiq.*

a g. v. e. qui poterit an.

b Cicero Tusc. 1. 4. Paradox. Liuius 2. Plutarch. Publicola 5. Valer. 6. 1. Flor. 10. Plin. de viris illustrib. 12.

c sua ab ill. ab o. v. e. lat. sua.

dM. Terentii Varronis vide de Lat. 4.

e L. quæruntur à senectute.

f vobis, abest ab o. v. e. vna manuscript.

g *al.* operæ.

h Idem in somnio Scipionis. 1 de Natura deorum.

k vide Lactant. 3. Augustin. 8. de ciuit.

l *al.* deliberatos, *fere* ibi excerptos. m *al.* sapientissimus sapientissimus vir. oraculo.

σὺ μὲν ἀνθρώπων τὸν σοφώτατον ἔφησας εἶναι Σωκράτην, ἐγὼ δὲ τὸν θεόν. Φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας. Τὸν σοφώτατον ἔφησας εἶναι Σωκράτην, ἐγὼ δὲ τὸν θεόν. Φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας.

n *al.* prudentia.

disparfui,[a] atque dissimile,nõ posse eum diu i di:quòd si non possit non posse interire:magnóq.esse argumento, homines scire pleraque antè, quàm nati sint, quod iam pueri, cùm arteis difficileis discãt, ita celeriter res innumerabileis arripiant,vt eas non tum primùm accipere videantur, sed reminisci, & recordari. Hæc [b]Platonis sunt [c]ferè. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior,hæc dicit. *Nolite arbitrari, ô mihi carissimi filij,me cùm à vobis discessero,nusquam, aut nullũ fore. nec enim,dum eram vobiscum, animum meũ videbatis:sed eum esse in hoc corpore,ex ijs rebus, quas gerebam, intelligebatis eundem igitur esse creditote, etiam si nullum videbitis.* Nec verò clarorum virorum post mortem honores permanerent,si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quòd diutius memoriam sui tenueremus.Mihi quidem numquam persuaderi potuit,animos,dum in corporib' essent mortalibus,viuere:cùm exissẽt ex iis,emori: nec verò tũ animũ esse insipientẽ,cùm ex insipienti corpore euasisset,sed cùm omni admixtione corporis liberatus, purus & integer esse cœpisset,tum esse sapientem.Atque etiam,cùm hominis natura morte dissoluitur,ceterarum rerum perspicuum est,quò quæque discedãt: abeunt enim illuc omnia,vnde orta sunt: animus autem solus,nec cùm adest, nec cùm discedit,appãret.Iam verò videtis, *nihil esse morti tam simile, quàm somnum.* Atqui dormiẽtium animi maximè declarant diuinitatem suam.multa enim cùm [e]remissi,&liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur,quales futuri sint,cum se plane corporis [f] vinculis relaxauerint. Quare, si hæc ita sunt,sic me colitote [g],vt deum;si vnà est interiturus animus cum corpore, vos tamen deos verentes,qui hanc omnem pulchritudinem tuẽtur,& regunt,memoriam nostri piã, inuiolatéque seruabitis.Cyrus quidem hæc moriens. Nos(si placet)nostra videamus.Nemo vnquã mihi,Scipio,persuadebit, aut patrem tuum Paullum,aut duos auos,Paullum, & Africanum,aut Africani patrem,aut patruum, aut multos præstantes viros,quos enumerare nõ est necesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent: nisi animo cernerent,posteritatem ad se pertinere posse. An censes (vt [h] de me ipso aliquid more senum glorier)me tantos labores diurnos,nocturnósq.domi,militiaq fuscepturũfuisse,si iisdem finib.gloriam meam,quib vitã essem terminaturus? nónne melius multo fuisset, otiosam ætatem,& quietam,sine vllo labore, & contentione traducere? sed nescio quomodo,animus erigens se,posteritatem semper ita prospiciebat, quasi cùm excessisset è vita, tu deniq.victurus esset. quod quidem ni ita se

haberet,vt animi immortales essent,haud oprimi cuiusque animus maximè ad[a] immortalem gloriam niteretur.Quid,quòd sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Nónne vobis videtur animus is,qui plus cernat,& longius, videre,se ad meliora proficisci:ille autẽ, cuius obtusior sit acies,nõ videre?Equidem efferor studio patres vestros,quos colui,& dilexi,videndi.Neq.eos verò solùm conuenire aueo, quos ipse cognoui:sed illos etiam, de quib. audiui,&legi,& ipse cõscripsi.Quò quidẽ me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit,néue [b]tanquam pilam retorserit.Quòd si quis deus mihi largiatur,vt ex hac ætate repueascam [c],& in cunis [d] vagiam,valde recusem,nec verò velim, quasi decurso spatio,*à calce* [e] *ad carceres reuocari.* quid enim habet vita commodi?quid non potius laboris? sed habeat sanè. habet certè tamen aut satietatem,aut modum.non lubet enim mihi deplorare vitam,quod multi,& ij docti sæpe fecerunt.nec me vixisse pœnitet:quoniam ita vixi,*vt non frustra me natum existimem:& ex vita ista discedo,tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo.* commorandi enim natura deuersoriũ[f] nobis,non habitandi locum[g] dedit. O præclarum diem ,cum [h] ad illud diuinum animorum concilium,cœtúmq.proficiscar, & cùm ex hac turba,& colluuione discedam! proficiscar enim non ad eos solùm viros,de quib. antè dixi:sed etiam ad Catonem meum, quò nemo vir melior natus est,nemo pietate præstantior : cuius à me corpus crematum est, quod [i] contra decuit ab illo meum,animus verò non me deserens,sed respectans, in ea profectò loca discessit,quò mihi ipsi cernebat esse veniendum,quem ego meum casum fortiter ferre visus sum : non quod æquo animo ferrem : sed me ipse consolabar,existimans non longinquũ inter nos digressum & discessum fore.His mihi rebus,Scipio (id enim tecum Lælio admirari solere dixisti) leuis est senectus,nec solùm non molesta, sed etiã iucunda.quòd si in hoc erro, quòd animos hominũ immortaleis esse credã,lubẽter erro.nec mihi hunc errorẽ, quo delector,dũ viuo.extorqueri volo.sin mortuus (vt quidã minuti [k] philosophi censent) nihil sentiam: non vereor,ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideãt.quod si nõ sumus immortales futuri tamẽ exstingui homini suo tẽpore optabile est.Nam habet natura,vt aliarum omniũ rerũ,sic viuendi modum. *Senectus* autem,*peragitio ætatis est,tanquã fabulæ*:cuius defatigationẽ fugere debemus, præsertim adiũcta satietate.Habui hæc,de senectute quę dicerem:ad quam vtinam perueniatis,vt ea, quæ exme audistis,re experti probare possitis.

a q. v. c. *non habent sui.*

b *al.* Hæc Plato noster.* c *verbum; forsan abest a b v. c.*

d *al.* quo iuuãte & diuturna mem.

e *al.* quoniã rem. f q. v. c. corpus vinculis rel. g *al.* colitore, inquit, vt deum.*

h q. v. c. vt de me ipse &c.

a v. c. ad immortalitatem. *al.* ad immortalitatis gloriam.

p. 8.

b L. nec si tãquam Peliã recoxerit;id est iuuenem effecerit, vt Medea polliceatur Peliã se coquendo effecturã. vide Platonem Euthydemo: Plautũ Pseudolo Varronẽ Marcipore apud Nonium cap. 2. in pueros. 668 De Pelia vide Diodor. 4. Ouid. Metam. Ita senex recoctus Catullo*.

c *al.* re puerescam.

d *al.* cunabulis, *vt apud Nonium.**

d Calx proprie,posterior pars pedis: Hic pro meta & fini curriculi, quòd creta aut etiam pede notaretur: eóq. sensu accipitur 1. Tuscul. & libro de amicitia. huic opponit carceres partem curriculi prio remvnde proverbium a calce ad carceres reuocari, hic. & de amicitia cæcar ceribus ad calcem perueniire. adde Senec. 19 Epistol. 109.* f *a.* diuersorum.*

g *vox,* locum *abest ab o. v. c.*

h citatur à Nonio 12. in Turbam 26. i turbari enim mortalitatis ordo vidétur l. 15 ff. de inoffic.*

k *vox,* philosophi, *abest ab o. v. c.*

l Epicurei Cyrenaici.*

P. B.

M. TVLLII CICERONIS

LÆLIVS, SIVE DE AMICITIA[a]

DIALOGVS, AD T. POMPONIVM ATTICVM, PRÆFATIO.

Fannius. Scævola. Lælius.

a De amicitia adde locũ insignem qui extat in fine lib. 1. de finibus.*

QVINCTVS Mucius augur Scævola [b] multa narrare de C. Lælio, socero suo, memoriter, & iucundè solebat, nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem [c]. Ego autè à patre ita eram deductus [d] ad Scævolam, sumta [e] virili toga, vt, quoad possem, & liceret, à senis latere numquam discederem. Itaq. multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breuiter, & commodè dicta, memoriæ mandabam: fieriqué studebam eius prudentia doctior. Quo mortuo me ad pontificem [f] Scævolam contuli: quem vnum nostræ ciuitatis & ingenio, & [g] industria præstantissimum au deo dicere. Sed de hoc alias: nunc redeo ad augurem. Cum sæpe multa narraret, tum memini, domi in hemicyclio [h] sedentem, vt solebat, cùm & ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis [i] erat in ore. meminisse enim profectò, vt opinor, Attice, & eo magis, quòd P. Sulpicio vtebare multùm, cùm is tribunus pl. capitali odio à Q. Pōpeio, qui tum erat consul, dissideret, quo-cum coniunctissimè, & amantissimè vixerat, quæ ta hominum esset vel admiratio, vel querela. Itaque tum Scævola, cùm in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælij de amicitia, habitum ab illo secum, & cum altero genero C. Fannio, Marci filio, paucis dieb. post mortem Africani. Eius disputationis sententias memoriæ mandaui: quas in hoc libro expositas meo arbitratu. quasi enim ipsos introduxi [k] loquenteis, ne l, Inquam, &, Inquit, sæpius interponeretur: atque id eo feci, vt [m] tanquã à præsentibus coràm haberi sermo videretur. Cùm enim sæpe mecum ageres, Attice, vt de Amicitia scriberem aliquid, digna mihi res cùm omnium cognitione, tum nostra familiaritate visa est. itaq. feci non inuitus, vt prodesse multis tuo rogatu. Sed, vt [n] in Catone maiore, qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur. quàm eius, qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset: sic, cùm accepissemus à patrib. maximè memorabilem, C. Lælij, & P. Scipionis familiaritatem fuisse, C. Lælij persona visa est idonea mihi, quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset magister meus Scævola. Genus autem hoc sermonum, positum in hominum veterum auctoritate, & eorum illustrium, plus, nescio quo pacto, videtur, habere grauitatis: itaq. ipse mea legens, sic afficior interdum, vt Catonem, non me loqui existimem. Sed vt tum ad senem senex de senectute, sic [a] in hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo erat nemo ferè senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Lelius & sapiens, sic enim est habitus: & amicitiæ gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu velim animum à me parumper [b] auertas, Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius, & Q. Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani, ab his sermo ortur: respondet Lælius: cuius tota disputatio est de amicitia, quam legens tu ipse cognosces. ¶ FANNIVS. Sunt [c] ista vera, Leli. nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. sed existimare debes, omnium oculos in te esse conuectos: vnum te sapientem & appellant, & existimant. tribuebatur hoc modò M. Catoni. scimus [d] L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem, sed vterq. alio quodam modo: Acilius [e], quia prudens esse in iure ciuili putabatur: Cato, quia multarum rerum vsum haberet [f], multáque eius & in senatu, & in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur. propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. te autem alio quodam modo dicunt [g], non solùm natura, & moribus, verum etiā studio, & doctrina esse sapientem, in sicut vulgus, sed vt eruditi solēt appellare sapiētē, qualem in reliqua Græcia neminē. Nā, qui sapiētes appellantur, eos, qui ista subtiliùs quærunt, in numero sapientum [h] non habent. Athenis vnū accepimus, & eum quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. hanc esse in te sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas, humanósq. casus virtute inferiores esse [i] putes, itaq. ex me quęcunt, credo & ex hoc item Scævola, quónam pacto mortem Africani feras, eóque magis, quòd his proximis Nonis, cùm in hortos D. Bruti auguris, commentandi causa, vt assolet, venissemus, tu non affuisti: qui diligentissimè semper illum diem & illud munus solitus esses obire. ¶ SCAEVOLA. Quærunt quidem, C. Læli, multi, vt est à Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animaduerti, te dolore, quem acceperis cùm summi viri, tum amantissimi morte, ferre moderatè: nec potuisse non commoueri, nec fuisse id humanitatis tuę. quod autem his [k] Nonis in [l] nostro collegio non affuisses [m], valetudinem [n] causam, non mœstitiam fuisse. ¶ LAEL. Rectè tu quidem, Scęuola, & verè. nec enim ab isto officio quod semper vsurpaui cùm valerem, abduci incom

b cognomen Scævola, à posteris a.v.c.

c 2 Officior. 2. de finib.* d Deduci ad Iurisconsultos adolescentes mos erat: idque a parentibus. Tacit. dial. de Or.* e eam sumi mos erat in Ioue Capitolini templo Valer. 5.* f 1. & 3. de orat.* g L. & iustitia h al. hemicyclo hoc est corona prudentium* i q.v.c. omnibus erat in ore.

P. XCVI.

k v.c. induxi & ita L. 1 Sic Plato in Theæteto.* m a.v.c. aeq. vt tanquam à præsentibus.

n L. vt in Catone maiore feci, qui est scr.

a L. Achillis bro.

b al. paullisper.

P. B.

c L. Fannius Læli.

d L. Acilium

e L. Atilium

f L. habebat & ita v.c.

g v. dicunt, adde ei v.c.

h v. sapientium.

i esse, adde ei v.c.

P. XCVI.

k Pomponius v.c.

l al. in collegio, legio, legi, in collegio, causa vt in formula. Quo vitio quo vitio. Vtrum n.g.v. ruinam ruinam ruinam. al. inuidiam inuidiam ruinam. Rhil. Rhil. al. inuidiam inuidiam ruinam. Rhil. Rhil. al. inuidiam inuidiam ruinam. Rhil. Rhil

incommodo meo debui:nec vllo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, vt vlla intermissio fiat officij. Tu autem, Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè: sed, vt mihi videris, non rectè iudicasde Catone. aut enim nemo, quod quidem magis eredo, aut si quisquam, ille sapiens fuit. Quomodo enim (vt alia omittam) mortem filij tulit? memineram Paullum, videram Caium [a]: sed hi nec comparentur Catoni maximo, & exspectato viro. Quamobrem caue Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo, vt ais, sapientissimum iudicauit. Huius enim facta, illius dicta laudantur. De me autē (vt iam cum vtroq. loquar) sic habetote. Ego, si Scipionis desiderio me moueri negem, quàm id rectè faciam, viderint sapientes: sed certè mentiar. moueor enim tali amico orbatus, qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit: & vt cōfirmare possum, nemo certè fuit. sed non egeo medicina: me ipse consolor, & maximè illo solatio, quod eo errore careo, quo, amicorum [b] decessu, pleriq. angi solent. nihil enim mali accidisse Scipioni puto. mihi accidit, si quid accidit. suis autem incommodis grauiter angi, non amicum, sed seipsum amantis est. Cum illo verò quis neget actum esse præclarè? nisi enim, quod ille minimè putabat, immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? qui summam spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, continuò adolescens incredibili virtute superauit. qui consulatum petiuit numquam, factus est consul bis primum ante [c] tempus: iterum sibi, suo tempore: reip. pene serò: qui, duab. [d] vrbibus euersis, inimicissimis huic imperio, non modò præsentia, verùm etiam futura bella deleuit. Quid dicā de morib. facillimis? de pietate in matrem? liberalitate in sorores? bonitate [e] in suos? iustitia in omneis? hæc nota sunt vobis: quàm autem ciuitati carus fuerit, mæstore funeris indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio iuuare potuisset? senectus enim quamuis non sit grauis, vt memini Catonem vno anno antè quàm mortuus est, mecum, & cum Scipione disserere, tamen aufert eā viriditatem, in qua etiam [g] tunc erat Scipio. Quamobrē vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, vt nihil posset accedere, moriendi autem sensum celeritas abstulit. quo de genere mortis difficile dictu est: quid homines suspicentur [h], vides. Hoc tamen verè licet dicere, P. [i] Scipioni, ex multis diebus, quos in vita celeberrimos, lætissimósq. viderit, illum diem clarissimum fuisse, cùm senatu dimisso, domum reductus ad [k] vesperam est. à patrib. conscriptis, à populi R. sociis, & Latinis, pridie quàm excessit è vita: vt ex tam alto dignitatis gradu ad [l] superos videatur potiùs, quàm ad inferos peruenisse. *neq. enim assentior iis qui hæc nuper disserere [m] cœperunt cum corporib. simul animas interire, atq. omnia morte deleri.* Plus apud me antiquorū auctoritas, valet vel nostrorū maiorū, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt: quod nō fecissent profectò, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorū, qui in hac terra fuerunt, magnámq. Græciam [n], quæ nunc quidem deleta est, tum florebat, institutis, & præceptis suis erudierunt: vel eius, qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus: qui non tum hoc tum illud, vt in pleriſque, sed idem, dicebat semper, *animos hominū esse diuinos: iisq. cùm e corpore excessissent* [a], *reditū* [b] *ad cælū patere.* optimóq & iustissimo cuiq. expedissimum quod idē Scipioni videbatur, qui quidē, quasi præsagiret, perpaucis ante mortem diebus, cùm & Philus, & Manilius adessent, & alij plures, túq. etiā Scæuola, mecū [c] venisses, triduum disseruit de rep. cuius disputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorū: quæ se in quiete [p] visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, vt *optimi cuiusq. animus in morte facillimè euolet, tāquā è custodia* [d] vinculisq. corporis: cui censemus cursum ad deos faciliorē fuisse, quàm Scipioni? Quocirca mærere hoc eius euentum [e], vereor, ne inuidi magis, quàm amici sit, sin autē illa vereor, vt idē interitus sit animorū, & corporū, nec vllus sensus manet: vt nihil boni est in morte, sic certè nihil mali. sensu enim amisso, fit idem, quasi natus non esset omnino: quem tamen esse natū & nos gaudemus, & hæc ciuitas, dum erit lætabitur. Quamobrem cum illo quidem (vt supra dixi) actum optimè est: mecum autem incōmodius: quem [f] fuit æquius, vt priùs introieram in vitam, sic priùs exire de vita. sed tamē recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim: quocum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit, quocum domus fuit, & militia communis, & id, in quo est omnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorum, sententiarū summa cōsensio. Itaq. nō tā ista me sapientiæ, quā modò Fannius cōmemorauit fama delectat, falsa præsertim, quàm quòd amicitię nostræ memoriam spero sempiternam fore. idque mihi eo magis est cordi, quòd *ex omnibus seculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum*: quo in genere sperare videor Scipionis amicitiā, & Lęlij notam posteritati fore.

¶ FANN. Istud quidē, Læli, ita necesse est: sed, quoniam amicitiæ mentionem fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris, spero [h] item Scæuolæ, si quemadmodum soles, de ceteris rebus, cùm ex te quæruntur: sic de amicitia disputabis [i], quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des. ¶ SCAEV. Mihi verò pergratum hoc erit: atque, idipsum cùm tecū agere conarer. Fannius anteuertit quāobrem vtrique nostrûm gratum admodum feceris.

¶ LAEL. Ego verò non grauarer, si mihi ipse cōfiderem. nā & præclara vis [k] res est, & sumus, vt dixit Fānius, otiosi. sed quis ego sum? aut quę est in me facultas? doctorum est ista consuetudo, eáq; Græcorum, vt [l] ijs proponatur, de quo disputent quamuis subito. Magnū opus est, egētq. exercitatione non parua. Quā obrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur. ego vos hortari tantùm possum, vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secūndas, vel aduersas. Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse nō posse, neq. id ad viuum reseco, vt illi, qui hæc subtiliùs disserunt, fortasse verè, sed ad cōmunē vtilitatē parum. negant enim, quēquam virū bonum esse, nisi sapientē. Sit ita sanè. sed eā sapientiā interpretatur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus, nos aūt ea, quæ sunt in vsu, vitáque communi, nō ea, quæ finguntur,

a L. Gallum: sed lic. in pueritia: Cato in perfecto, & perfecto viro. Quamobrem &c.

b al. in amicorum discessu. P. B.

c L. virtute vel Reip. tēporibus d aliquot Flor. lib. 3. cap. 19. Plut. de Carthagine & Numātia. e L. benignitate in s. proximos, abest ab vet.

f L. etiā vet. Dē morte Scipionis & de ea sup. vide Tull. lib. 1. de diuin. & Epist. 5. lib. 5. ad Fam. Valer. lib. 5. cap. 3. Dionysius Cicero in Pato. Scipio vet. g al. vel tunc erat, vel adsuperat. Scipio videatur potius, quàm ad inferos &c. al. afferere

h de qua Strabo lib. 6. Iustin. lib. 43.

P. B. fL. quem fuerat æquius.

g fort, numerentur.

h al. credo item.

i L. disputaris.

k participium visa, abest ab vet. &c.

l L. vt iis proponatur, P. xix.

aut optantur, ſperare [a] debemus. numqnam ego dicam C. Fabriciũ, [b] M. [c] Curium, T. Coruncanum [d], quos ſapienteis noſtri maiores iudicabant, ad iſtorum normam fuiſſe ſapiẽteis. Quare ſibi habeant ſapientiæ nomen & inuidioſum, & obſcurum: concedántq. vt hi boni viri fuerint. Ne id quidẽ faciẽt. negabũt, id, niſi ſapienti, poſſe concedi. Agamus igitur *pingui Minerua*, vt aiunt. Qui ita ſe gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas, [e] liberalitas: nec ſit in eis vlla cupiditas, vel libido, vel audacia: ſintq. magna cõſtantia, vt ij fuerunt, modò quos nominaui: hos viros bonos, vt habiti ſunt, ſic etiam appellandos putemus, qui [f] aſſequuntur, quantum homines poſſunt, naturã [g] optimã rectè [h] viuendi ducem. ſic enim mihi perſpicere videor, ita natos eſſe nos, vt inter omneis eſſet ſocietas quædam: maior autem, vt quiſq. proximè accederet itaque ciues, potiores ſunt [i], quàm peregrini: & propinqui, quàm alieni. cũ his enim amicitiam natura ipſa peperit: ſed ea non ſatis habet firmitatis. namq. hoc præſtat amicitia propinquitati, q̃ ex propinquitate beneuolẽtia tolli poteſt, ex amicitia autem non poteſt. ſublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta añt vis amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maximè poteſt: q̃ ex [k] infinita ſocietate generis humani, quam conciliauit ipſa natura, ita contracta res eſt, & adducta in anguſtũ, vt omnis caritas aut inter duos [l], aut inter paucos iungeretur. *Eſt autem amicitia nihil aliud niſi omniũ diuinarum humanarumq. rerum cum beneuolentia, & caritate ſumma* [m] *conſenſio: qua quidẽ haud ſcio, an, excepta ſapientia, quicquam* [n] *melius homini ſit a diis immortalibus datum.* diuitias alij præponunt, bonam alij valetudinem, alij potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. beluarum hoc quidem extremum eſt: illa autem ſuperiora, caduca, & incerta, poſita non tam in noſtris conſiliis, quàm in fortunæ temeritate. Qui autem in virtute ſummum bonum ponunt, præclarè illi quidem: ſed hæc ipſa virtus amicitiam & gignit, & continet: nec ſine virtute amicitia eſſe vllo pacto poteſt. Iam virtutem ex conſuetudine vitæ, ſermoniſq. noſtri interpretemur: nec [o] metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia: virósq. bonos eos, qui habentur, numeremus, Paullos, Catones, Caios, [p] Scipiones, Philos. his communis vita contenta eſt. eos autem omittamus, qui omnino nuſquam reperiuntur. Taleis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principiò, cui [q] poteſt eſſe *vita vita* [r], vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquieſcat? Quid dulcius, quàm habere, qui cũ omnia audeas ſic loqui, vt tecum? Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis æquè, ac tu ipſe, gauderet? aduerſas verò ferre difficile eſſet ſine eo, qui illas grauiùs etiam, quàm tu, ferret. deniq. cetera res, quæ expetuntur, opportunæ ſunt ſingulæ rebus ferè ſingulis: diuitiæ, vt vtare: opes, vt colare: honores, vt laudere: voluptates, vt gaudeas: valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis: amicitia res plurimas cõtinet: quocunq. te verteris, præſtò eſt: nullo loco excluditur: numquã intẽpeſtiua, nũquam moleſta eſt. Itaq. nõ aqua, non igni, nõ [s] acere, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quàm amicitiã. neq. ego nunc de vulgari, aut de mediocri (quæ tamen ipſa & delectat, & prodeſt) ſed de vera, & perfecta loquor, qualis eorũ, qui pauci nominantur, [a] fuit. nam & ſecundas res, ſplendiores facit amicitia, & aduerſas patiẽs, communicándſq. leuiores. *Cúmq. plu imas, & maximas commoditates amicitia cõtineat, tum illa nimirum præſtat omnibus, quòd* [b] *bona ſpe præluceat in poſterum: nec debilitari animos, aut cadere patitur: verùm etiã* [c], *animum qui intuetur, tamquã exẽplar aliquod intuetur ſui. Quocirca & abſentes adſunt, & egẽtes abundant, & imbecilles* [d] *valent, & (quod difficilius dictu eſt) mortui viuunt: tantus eos honos, memoria, deſiderium proſequitur amicorum. ex quo illorum beata mors videtur: horum vita laudabilis. quòd ſi exemeris ex natura rerũ beneuolẽtiæ cõiunctionem* [e] *nec domus vlla nec vrbs ſtare poterit: ne agri quidẽ cultus permanebit.* id ſi minus intelligitur, quanta vis amicitiæ concordiæq. ſit: ex diſſentionibus, atq. ex diſcordiis percipi poteſt. quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ nõ odiis, atque diſſidiis funditus poſſit euerti? ex quo, quantum boni ſit in amicitia, iudicari poteſt. Agrigentinum [f] quidem, doctum quendam virum, carminibus Græcis vaticinatũ ferunt: *quæ ſint in rerum natura, totóque mundo conſtarent, quæq. mouerẽtur, ea contrahere amicitiã* [h], *diſſipare diſcordiam.* atq. hoc quidẽ omnes mortales & intelligunt, & reprobant. Itaq. ſi quando aliquod officium exſtitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis eſt, qui id non maximis efferat laudibus? qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis, & amici mei M. Pacuuij, noua fabula: cùm ignorante rege, vter [i] eorũ eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, vt pro illo necaretur: Oreſtes autem, ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret? ſtantes auté plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuiſſe facturos? facilè indicabat ipſa natura vim ſuã: cùm homines, quod facere ipſi nõ poſſent, id rectè fieri in alterò iudicarent. Hacten? haec videor, de amicitia quid [k] ſentirẽ, potiſſimè dixiſſe. ſiqua prætereà ſunt (credo aũt eſſe multa) ab iis, ſi videbitur, qui iſta diſputant, quæritote. ¶ FANN. Nos autẽ à te potiùs: quãquam etiã ab iſtis ſæpe quæſiui, & audiui, non inuitus equidẽ: ſed aliud quoddã expetimus [l] filiũ otationis tuæ. ¶ SCAE. Tũ magis id diceres, Fanni, ſi nuper in hortis Scipionis, cũ eſt de rep. diſputatũ, affuiſſes. qualis tũ patronus iuſtitiæ fuit contra accuratã orationem Phili? ¶ FANN. Facile id quidem fuit, iuſtitiã iuſtiſſimo viro defendere. ¶ SC. Quid amicitiam? nónne facile ei erit, qui ob eã ſumma fide, conſtantia, iuſtitiáq. ſeruatã, maximã gloriã ceperit? ¶ LAEL. Vim hoc quidẽ eſt afferre. quid enim refert, qua me ratione cogatis? cogitis certè. ſtudiis enim generorum, præſertim in re bona, cùm difficile eſt, tũ ne æquũ quidẽ, obſiſtere. Sæpiſſimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud conſiderãdum videri ſolet, *nũ propter imbecillitatẽ, atq. inopiã, deſiderãda* [n] *ſit amicitia:* vt dãdis, recipiẽdiſq. meritis, q̃ quiſq. minùs per [o] ſe poſſet, id acciperet ab [p] alio, vicißímq. redderet: an eſſet hoc quidẽ ꝓprium amicitiæ, ſed antiquior, & pulchrior, & magis à natura ipſa profecta alia cauſa amor enim, ex quo amicitia nominata eſt, princeps eſt ad beneuolentiã cõiũgendã. nam vtilitates quidem etiam

a L. ſpectare 4. *Valer. 3. Gell. 8.* *

b L. M' Curium, T. Coiuncanium, c *al.* Coruncanium *l. 2. ff. de origine iuris vide lib. 3. Florum epitome* 18. *

d L. æquitas,

e L. q. v. c. quia ſequãtur, *al.* qui ſequantur,

f *al.* natura optima rectè viuendi duce.*

g *v. c.* benè viuendi i ſunt, *abeſt ab o. v. c.*

P. P.

h *al.* ex infinitate ſocietatis.

i *al.* duo.* m *vox*, ſumma, *abeſt ab o. v. c. nec agnoſcit* L.

n *o. v. c.* nihil melius homini ſit

o L. nec eam, vt quidam docti, *verb. mag.* metiamur: virósq. p L. Gallos, q L. quæ poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, quæ non *&c. al.* quî poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, quæ nõ *&c.* P. C.

r *al.* vtilis

s hoc totum, non acere, *abeſt ab o. v. c.*

a *fort.* numerantur,

b L. quod bonam ipſi præluceat in c *al.* etenim *

d L. 8. imbecilli valeant,

e L. vinculum: P. P.

f Empedocle vide Plutarchum in vita Numæ, de Iside, Hotel. Gallum, Cornel. Scipionẽ, Philolaũ, Democritum & alios.

g vide plura tarchum præſertim c. 3. Stoh. v. Philolaũ re diſc. 1. & 5. Idem 3. de Timæo, Ouid. Trifti. 4. *alig.* Nouatum.

k L. quid ſentirem, quod ſe dicere. quæ &c.

l *verbum*, ea pertinet, quæ ſis in vetuſtis, *vox*, reperitur P. C.

m Amicitia natura ipſa ſua eſt, quam ab hoc beneficium, & beneficentia ſeiungi non poſſe, & L. Ipſa ipſe poſſit, p *al.* ab ipſa

etiã ab ijs pcipiuntur sæpe, q simulatione amicitię coluntur, & obseruantur tẽporis causa. In amicitia autem nihil fictũ, nihil simulatum: & quidquid in ea est, id & verũ, & volũtariũ est. Quapropter *à natura mihi videtur potius quã ab imbecillitate*, [a] *orta amicitia*, & appli catione magis animi cum quodã sensu amandi, quàm cogitatione, quantũ illab vtilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdã animaduerti potest: quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, vt facilè earum appareat sensus quod in homine multo est euidentius. Primùm ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes: quæ dirimi, nisi detestabili scelere, non potest. Deinde, cùm similis sensus exstiterit amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus, & natura congruamus, q, in eo quasi lumen aliquod probitatis, & virtutis perspicere videamur. *nihil est amabilius virtute*: nihil, quod magis alliciat homines [c] ad diligendum: quippe cùm propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabricij, M. [d] Curij cum caritate aliqua, & beneuolentia memoriam non vsurpet, quos numquam viderit? quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Mælium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum, Pyrrho & Hannibale, ab altero, propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus: alterum propter crudelitatem eius [e] semper hæc ciuitas oderit. Quòd si tãta vis probitatis est, vt in eam vel in eis, quos nunquam vidimus: vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus: quid mirũ, si animi hominũ moueantur, cùm eorũ, quibuscum vsu coniuncti esse possunt, virtute, & bonitate perspicere videã tur? Quanquã confirmatur amor, & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta: quibus rebus ad illum primũ motũ animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolẽtiæ magnitudo, quã si qui putant ab imbecillitate proficisci, vt, sit, per quẽ quisq. assequatur qđ desideret: humi lẽ sanè relinquunt, & minimè generosum, vt ita dicã, ortũ amicitiæ: quã ex inopia, atq. indigentia nasci [f] volunt. quod si ita esset, vt quisq. valetudinis minimũ in se esse arbitraretur, ita ad amicitiã esset aptissimus. quod lõgè secus est. vt enim quisq. sibi plurimũ cõfidit, & vt quisq. maximè virtute, & sapiẽtia sic munitus est, vt nullo egeat, suáq. omnia in se ipse posita iudicet: ita in amicitiis expetendis colendísq. maximè excellit. Quid enim Africanus erat [g] indigens mei? Minimè hercle: ac ne ego quidem illius: sed ego admiratione quadam virtutis eius: ille vicissim opinione fortasse nõnulla, quã de meis moribus habebat me dilexit: auxit beneuolentiam cõsuetudo. Sed quanquã vtilitates multæ, & magnæ consecutæ sunt, non sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectę. Vt enim beneficii, liberalésq. sumus, non vt exigamus gratiam: neq. enim beneficium fæneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed, quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus, nec mirum. nihil enim altum, nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt qui suas omneis cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, támq contentam. Quamobrẽ hos quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi autem intelligamus, [a] à natura gigni sensum diligendi, & beneuolentiæ caritatem facta significatione probitatis: quam qui appetiuerunt, applicant sese, & propiùs admouent, vt & vsu eius, quem diligere cœperunt, fruantur, & moribus: sintq, pares in amore, & æquales, propensiorésq. ad [b] bene merendum quàm ad reposcendum. Atq. [c] hæc inter eos sit honesta certatio. sic & vtilitates ex amicitia maximę capientur: & erit eius ortus à natura, quàm ab imbecillitate, & grauior, & verior. nã si vtilitas amicitias conglutinaret, éadem cõmutata dissolueret. Sed quia natura mutari non potest, idcircò veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid ad hæc fortè vultis. ¶ Scæ. Tu verò perge, Læli. pro hoc enim, quiminor est natu, meo iure respondeo. ¶ Fann. Rectè tu quidẽ. quãobrem audiamus. ¶ Lael. Audite verò, optimi viri, ea quæ sæpissimè inter me, & Scipionẽ de amicitia disserebãtur. quã quã ille quidẽ *nihil difficilius esse* dicebat, *quàm amicitiã vsq. ad extremũ vitæ diẽ permanere*. nã, vel vt nõ idem expediret vtriq. incidere, sæpe: vel vt de rep. nõ idem sentirent: mutari etiã mores hominũ sæpe dicebat, aliãs aduersis rebus, aliãs ætate ingraueſcente. atq. eatũ rerum exẽplũ ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, q, summi puerorum amores sæpe vnà cũ prætexta, & toga deponerentur. sin aũt ad adolescentiã perduxissent, dirimi tamen interdum contentione [e], vel luxuriæ, vel conditionis, vel cõmodi alicuius, quod idem adipisci vterq. non posset. q, si qui lõgius in amicitia proiecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris cõtentionem incidissent: pestem [f] enim maiorẽ esse nullã in amicitiis, quàm in plerisq. pecuniæ cupiditatem: in optimis qui busq. honoris certamen, & gloriæ: ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos exstitisse. magna etiã dissidia ſ. & plerunq. iusta nasci, cùm aliquid ab amicis, quod rectum nõ esset, postularetur, vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriã. quod qui recusarent, quamuis honestè id facerent, iusta tamen amicitiæ deserere arguerẽtur ab ijs, quibus obsequi nollent: illos autem, qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. eorũ querela inueterata non modò familiaritates exstingui solere, sed etiã odia gigni maxima [h], atq. sempiterna. Hæc ita multa, quasi fato, impendêre amicitiis, vt omnia subterfugere non modò sapientiæ, sed etiã felicitatis diceret sibi videri. ¶ Quamobrem id primum videamus, si placet, *quatenus amor in amicitia progredi debeat*. num, si Coriolanus habuit amicos, ferre cõtra patriã arma illi cũ Coriolano debuere? num Becillinũ [k] amici regnũ appetentem, num Sp. Mælium debuerunt iuuare? Ti. quidem Gracchũ remp. vexãtem, à Qu. Tuberone, æqualibúsq. amicis derelictum, videbamus. At C. [l] Blossius, Cumanus, hospes familiæ vestræ, Scæuola, cùm ad me, qui aderam Lænati & [m] Rutilio consulibus in cõsilio deprecatum venisset, hanc, vt sibi ignoscerem, causam afferebat, q, tanti Ti. Gracchum fecisset, vt quidquid ille vellet, sibi faciendũ putaret. Tum ego, Etiámne, inquam, si te in Capitolium facis ferre vellet? Nunquam,

[a] L. intelligimus, natura gigni, &c. & ita v.c. P. B.

[b] al. ad promerendum.

[c] L. atque inter eos sit hæc honesta certatio. & ita v.c.

[d] al. peruenissent.

[e] L. contentione vel vxoriæ contionis, vel Ceterũ hic locus ex Euripidis Medea interpolatus videtur: de quo vide Gulielmium 1. Verisim. 16.

[f] L. pestem enim nullam esse maiorem amicitiis. P. C III.

[g] L. discidia, & ita v.c.

[h] hæc duæ voces, maxima, atq. nullis fere in codicib. vet. comparet.

[i] L. quasi fata

[k] L. Viscellĩ num.

[l] Idem Plut. Gracchis. & 4. Valer. 7. m. & Rupilio. P. B.

[m] L. Indigentia b. c. illa res vtil.

[n] P. B. Vox hominis, abest ab v.c.

[o] L. M. Curii.

[p] L. quæsitum nullis in vet. cod. reperitur.

[q] L. nasci vol. P. Ctl.

[r] L. nihil erat, nullis in v.c. reperit.

inquit, voluisset id quidem. sed, si voluisset, paruissem. Videtis, quàm nefaria vox, & hercle ita fecit, vel plus etiam, quàm dixit. Non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed præfuit: nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Itaq; hac amentia, quæstione noua perterritus, in Asiá profugit, ad hosteis se cõtulit. pœnas reip. graueis, iustásq. persoluit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris. nam, cùm cõciliatrix amicitiæ, virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris. Quod si rectũ statuerimus, vel cõcedere amicis, quidquid velint, vel [a] impetrare ab amicis, quidquid velimus, perfecta [b] quidem sapientia sumus, si nihil habeat res vitij. sed loquimur de ijs amicis, qui ante oculos sunt, quos videm[c], aut de quibus memoria accepimus, aut quos nouit vita cõmunis. ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt: & eorum quidem maximè, qui ad sapientiam proximè accedunt. Vidimus [e] Paullũ Æmiliũ C. Lucinio familiarẽ fuisse (sic à patribus accepimus) bis vna consules, & collegas in censura: tum etiam cum iis, & inter se coniunctissimos fuisse, M. [d] Curium, & T. Coruncanũ. memoriæ traditũ [e] est. igitur ne suspicari quidem possumus, quemquam horum ab amico quippiã contendisse, quod cõtra fidem, cõtra iusiurandum, contra remp. esset. Nam hoc quidem in talib. viris quid attinet dicere? si [f] contendissent, scio imperaturos nõ fuisse, cùm illi sanctissimi viri fuerint: æquè aũt nefas sit, tale aliquid & facere rogatum, & rogare. Atverò T. Gracchum sequ. bantur C. Carbo, C. Cato, & minimè tũc quidẽ Caius frater. nũc [g] acerrimus hostis. Hæc igitur prima [h] lex in amicitia sãciatur, vt *neq. rogemus res turpeis, nec faciamus rogati.* turpis enim excusatio est, & minimè accipienda: cùm in ceteris peccatis, tum si quis cõtra remp. se amici causa feciſse fateatur. Etenim eo loco, Fanni, & Scæuola, locati sumus, vt nos longè prospicere oporteat futuros casus reip. deflexit enim iam aliquantulum de spatio, curriculóq. cõsuetudo maiorum. T. Gracchus regnũ occupare conatus est, vel regnauit is quidem paucos menses. Num quid simile pop. Rom. audierat, aut viderat? Hunc etiam post mortẽ secuti amici, & propinqui, quid in P. Scipionem Nasicã effecerint, sine lacrymis nõ q[ue] eo dicere. nam [i] Carbonem quoq;. quem modò posuimus propter recentem pœnam T. Gracchi, sustinuimus. De C. Gracchi autem tribunatu quid exspectem, non libet augurari. serpit [k] enim deinde res: quæ [l] procliuis ad perniciem, cùm semel cœpit, labitur, videtis in tabella iam antè quanta sit facta labes, primò Gabinia lege, biennio autem pòst, Cassia. Videre iam videor populum R. à senatu disiunctum, multitudinisq. arbitrio res maximas agi. plures enim discent. quemadmodum hæc fiant, quàm quemadmodũ his resistatur. Quor sum hæc? quia sine socijs nemo quidquam tale conatur. Præcipiendum est igitur bonis, vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment, ita se alligatos, vt ab amicis in [m] magna re aliqua in [n] remp. peccan ibus, non discedant: improbis aũt pœna statuenda est: nec minor verò iis, qui sequuti erunt alterum, quàm iis, qui ipſi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui cùm imperator bello Persico seruitute Græciam liberasset, proptérque inuidiam in [a] exsilium missus esset, ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod xx. annis antè apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor cõtra patriã inuentus est nemo, itaq; mortem sibi vterque conſciuit [b]. Quare talis improborum [c] consensio nõ modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potiùs omni supplicio vindicanda: vt ne quis sibi concessum putet, amicum, bellũ patriæ inferentem, sequi, quod quidem, vt res cœpit ire, haud scio, an aliquãdo futurum sit. mihi autem non minori curæ est, qualis resp. post mortẽ meã futura sit, quàm qualis hodie sit. Hæc igitur prima lex amicitiæ sanciatur, *vt ab amicis honesta petamus, amicorũ causa honesta faciamus: ne exspectemus quidẽ, dũ rogemur:* sed studium semper adsit, cunctatio absit: cõsilium verũ dare gaudeamus liberè: plurimùm in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas: eáq; adhibeatur ad monendum non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit: & adhibitè pareatur. ¶ Nam quibusdam, quos audio sapienteis habitos in Græcia, pla cuisse opinor mirabilia quædam. sed nihil est, quod illi nõ persequantur suis [d] argutiis: partim *fugiendas esse nimias amicitias*, ne necesse sit vnũ sollicitum esse pro pluribus: satis, superque esse sibi suarum cuiq. rerum curã [e]: alienis nimis implicari molestum esse: cõmodissimum esse, quàm laxissimas habenas habere amicitiæ [f]: quas vel adducas, cùm velis: vel remittas. caput enim esse ad beatè viuendum securitatem: qua frui non possit animus, si tãquam parturiat vnus pro pluribus. Alios autem dicere aiunt multo etiam inhumaniùs. (quem locum breuiter perstrinxi paullo ante) *præsidij, adimentique causa, non benevolentiæ, neq. caritatis, amicitias esse expetendas:* itaq; vt quisq. minimum firmitatis habeat, minimúmq; virium, ita amicitias apperere maximè. ex eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulenti: & calamitosi, quàm q. ij, qui putantur beati. O præclaram sapientiam! *Solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiã è vita tollunt:* qua à diis immortalibus nihil melius habemus. nihil iucundius. quæ est enim ista securitas? specie quidem, blanda [h], sed re ipsa multis locis repudianda est. nec enim est consentaneum, vllam honestã rem, actionémve, ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quòd si curam fugimus, virtus fugienda est: quæ necesse est, vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atq. oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Itaque videas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecillibus [k] forteis, flagitiosis modestos. Ergo hoc proprium est animi bene constituti & lætari bonis rebus, & dolere cõtrariis. Quã obrem si cadit in sapientem [m] animi dolor (qui profectò cadit, nisi ex eius animo exstirpatam humanitatem arbitremur) quæ causa est, vt [n] amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem, & hominem: sed inter hominem, & saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse volunt: quæ quidem est cùm multis in rebus, tum amicitia, tenera, atque fragili

a L. vel impetrare ab iis qu.
b L. perfecta quidem sapiẽtia si simus, nihil habeat res vitii.
c L. Videmus, Papum AEmilium, C. Luscino fam. *al.* Videmus C. AEmilium Papum C. Luscino fam.
d L. M. Curiũ & T. Coruncanium.
e *al.* proditum est.
f L. si contendisset, imperaturum non fuisse, *&c.*
g L. nunc qui dem acerr.
h vox, prima, *multo in v. c. aemparet.*
P. C III I.
i q. v. c. Nam Carbonem, quoquo modo potuimus, propt.
k L. serpit deinde res: quæ l q. v. c. quæ procliuius ad perniciem.
m L. in magnam aliquã remp. peccãtib.
n *al.* in Republica.

a *al.* in exsilium. P. B.
b L. concivit. *al.* impiavit.
d *al.* argutiis. ‖ *al.* suis argumentis.
e vox, eorum abest a C.
f. *fort.* amicitiam:
P. C V.
g *fort.* quàm beati. O pr.
h L. sed ipse
i q. v. c. pertinere videtur ad rempublicam.
k *al.* imbecillos.
l *al.* bonis.
m quidam libri (*al.* bene) eum animo. n L. cum amicitia.
P. B.

multis in rebus, tum in amicitia, tenera, atq. tractabilis: vt & bonis amici quasi [a] diffunda tur, & incõmodis cõtrahatur. Quãobrẽ angor iste, qui pro amico sæpe capiẽdus est, nõ tantũ valet, vt tollat è vita amicitiã, non plus, quàm vt virtutes, quia nõnullas curas, & molestias affe runt, repudientur. Cùm autẽ contrahat virtus [b] amicitiã, vt suprà dixi, si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus ap plicet, & adiungat: id cùm contigit, amor ibi exoriatur necesse est. Quid enim tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultúque corporis: animo autem virtute prædito, eo, qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non admodum delectari? nihil est enim remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum, officiorúmque iucũ cundius. Quod si etiam illud addimus, quod rectè addi potest, nihil esse, quod ad se rem vllam tam alliciat, & tam attrahat, quàm ad amicitiam similitudo: concedatur profectò verum esse, vt bonos boni diligant, adscisc ántque sibi quasi propinquitate coniunctos, atque natura. *nihil est enim appetentius similium sui, nihil ravacius, quam natura.* Quamobrem hoc quidem, Fanni, & Scæuola, constat, (vt opinor) bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse, quæ [c] est amicitiæ fons à natura constitutus. sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. non est enim in humana virtus, neque immanis, neque superba: quæ etiam populos vniuersos tueri, eisque optimè consulere soleat: quod non faceret profectò, si à caritate vulgi abhorreret. Atque etiam mihi quidem videtur qui vtilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere. non enim tam vtilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat: túmq. illud fit, quod ab amico est profectum iucundum, sic cum amore, & studio est profectum: tantúmque abest, vt amicitiæ propter indigentiã colãtur, vt ij, qui opibus, & copijs, maximéq. virtute præditi, in qua plurimũ est præsidij, minimè alterius indigeant, liberalissimi sint, & beneficentissimi. Atq. haud scio, an ne opus sit quidẽ, nihil vmquam omnino deesse amicis. Vbi enim studia nostra viguissent, si numquam studio, numquam cõsilio, numquã opera nostra nec domi, nec militiæ Scipio eguisset? nõ igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiam consecuta est. Non ergo erunt homines diuitijs [e] affluentes audiendi, si quando de amicitia quam nec vsu, nec ratione habent cognitam, disputabunt. Nam quis est, pro deũm fidem, atque hominũ, qui velit, vt neq. diligat quemquam, nec ipse ab vllo diligatur, circumfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia viuere? hæc enim est tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis beneuolẽtiæ potest esse fiducia: omnia semper suspecta, atq. sollicita: nullus locus est amicitiæ, quis enim aut eum diligat, quem metuit: aut eum, à quo se metui putat? Coluntur tamen simulatione amicitiæ [f] duntaxat ad tempus. quòd si fortè (vt fit plerumque) ceciderint: tũ intelligitur, quàm fuerint inopes amicorum. quod Tarquinium dixisse ferunt, cum, [g] cùm exsul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosque [h] infidos, cùm iam neutris gratiam referre posset. Quamquam miror

A in [a] illa superbia, & importunitate, si quemquam habere potuit. Atq. vt huius, quem dixi mores, veros amicos parare non potuerit: sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. nõ enim solùm ipsa fortuna cæca est, sed eos etiã plerumq. efficit cæcos, quos complexa est. Itaq illi efferuntur ferè fastidio, & contumacia: neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius [i] fieri potest. Atq hoc quidem videre licet, eos qui antè cõmodis fuerunt moribus: imperio, potestate, prosperis rebus immutari, [b] spernúq. ab iis veteres amicitias, & indulgeri nouis. Quid autem stultius, quàm vt plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quæ parant pecuniam, equos, famulos, vestes egregias, vasa pretiosa: amicos nõ parare, optimã, & pulcherrimã vitę, vt ita dicam, suppellectilem? etenim cetera cùm parant, cui parent, nesciunt, nec cuius causa laborent, eius enim est istorum quidque, qui vincit viribus: amicitiarum sua cuiq. permanet stabilis, & certa possessio: vt etiã si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen vita inculta, & deserta ab amicis non possit esse iucunda. Sed hęc hactenus. ¶ Cõstituendi autẽ sunt, qui sint in amicitia fines, & quasi termini deligendi: de quibus treis video sententias ferri: quarũ nullã probo: vnam, vt eodẽ modo erga [c] amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos: alteram vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter, æqualitérque respõdeat: tertiam, vt, quanti quisque sei psum facit, tanti fiat ab amicis. Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. nec enim illa prima vera est, *vt, quẽadmodũ in se quisq. sic in amicũ sit animatus.* quàm multa enim, quæ nostra causa numquam faceremus, facimus causa amicorum? precari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquẽ inuehi, insectarique vehementiùs: quæ in nostris rebus nõ satis honestè, in amicorũ fiunt honestissimè. Multæque res sunt, in quib. de suis cõmodis viri boni multa detrahũt, detrahíque patiuntur, vt iis amici potiùs, quã ipsi, fruãtur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis, ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exiguè, & exiliter ad calculos vocare amicitiã, vt par sit ratio acceptorum, & datorũ. Ditior mihi, & affluentior videtur esse vera amicitia: nec obseruare strictè, ne plus reddat, quàm acceperit. neq. enim verendum est, ne quid excidat, aut nequid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia [e] congeratur. Tertiusve rò ille [f] finis deterrimus, *vt, quanti quisq. e se ipse faciat, tanti fiat ab amicis* sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. non est igitur amicitiæ constituendus est, si priùs, quid maximè reprehendere Scipio solitus sit, edixero. Negabat vllã, vocẽ inimiciorẽ amicitiæ posse reperiri, quàm eius, qui dixisset [g] ITA AMARE OPORTERE, [h] VT ALIQVANDO ESSET ODIVRVS. nec verò se adduci posse, vt hoc, quemadmodũ putare tur, à Biãte dictũ esse crederet, qui [i] sapiẽs habituesset: vnus è septẽ, sed impuri cuiusdã, & ambitiosi. aut omnia ad suam potentiam re

a *præpositus, non reperitur in v.c.*

b *al. mutari.*

c L. erga amicos P.CVII.

d L. seipse facit,

e *q.v.c. in amicitiam cõgeratur.* f L. *terræ motus. & ita v.c.* g adde Aristotelem 2. rhetoricor. eadem sententia vsus Sophocles in Aiace. * h L. vt si aliquando esset osurus.

i Idem 3. Paradoxi. adde Lactium 1. in Bante. * k L. aut ambitiosi.

a.v.c. quasi diffundãtur, & incommodis cõtrahantur.

b.v.c. virtus nulli, in v.c. reperitur.

c L. qui est. P.CVI.

d L. si cũ studio est pri.

e L. deliciis affluentes. affluentes.

f *vsurpatitia aliqua. v.c.*

g *Plutarchus v.c. Tullus Hostilius tum.*

P. B.

h *v.c. quo in dem.*

uocantis esse,sententiam.quónam enim modo quisquam amicus eius esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? quinetiam ne esse erit cupere & optare,vt quàm sæpissimè peccet amicus,quò plureis det sibi tanquam agasas ad reprehendendum:rursum autem rectè factis, commodísque amicorum necesse erit angi,dolere, inuidere. Quare hoc quidē præceptum,cuiuscumque est, ad tollendam amicitiam valet. Illud potiùs præcipiendum fuit,vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis,vt nequando amare inciperemus eum,quem aliquando odisse possemus,quinetiam si minùs felices in deligendo fuissemus,ferendum id Scipio potiùs, quàm inimicitiarum tempus cogitandum putabat. His[a] igitur finibus vtendum arbitror,vt,cùm emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum,consiliorum,& voluntatum sine vlla exceptione communitas: & [b] si qua fortuna acciderit, vt minùs iustæ amicorum voluntates adiuuandæ sint, in[c] quibus eorum aut [d] de capite agatur,aut fama, de clinandum est [e] de via, modò ne summa turpitudo sequatur.est enim quatenus amicitiæ dari venia possit.nec verò negligenda est fama:nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium: quam blāditiis,& [f] assentationibus colligere turpe est.virtus,quam sequitur caritas, minimè repudianda est. ¶ Sed(sæpe enim redeo ad Scipionem,cuius omnis sermo erat de amicitia)querebatur,ꝙ omnibus in rebus homines diligētiores essent:capras & oues quot quisq. haberet,dicere posse:amicos quot haberet,nō posse dicere, & in illis quidē parandis adhibere curam,in amicis eligendis negligentes esse: nec habere quasi signa quædam, & notas,quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei iudicarēt. Sunt igitur *firmi & stabiles & constantes eligendi*:cuius generis est magna pēnuria:& iudicare difficile est,sanè,nisi expertum. experiendum autem est in ipsa amicitia ita præcurrit amicitia iudicium,tollitq; experiendi potestatem. Est igitur prudentis,sustinere, vt[g] cursum, si impetum beneuolentiæ: quo vtamur quasi[h] aquis tentatis,sic amicitiis, aliqua parte pericli tatis morib us amicorum. Quidā sæpe in parua pecunia perspiciuntur, quàm sint leues:quidā autem ,quos parua mouere non potuit, cognoscuntur in magna.si [i] verò erunt aliqui repert i, qui pecuniā præferre amicitiæ,sordidum existiment:vbi eos inuenemus,qui honores, magistratus,imperia, potestates,opes amicitiæ nō anteponent? vt, cùm ex altera parte proposita hæc sint, ex altera ius amicitiæ,non multo illa malint? IMBECILLA enim natura est ad contemnendā potentiā:quam etiam si neglecta amicitia cōsecuti sunt, excusari [k] se arbitrantur,quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Itaque verè amicitiæ difficilimè reperiūtur in iis,qui in honoribus,réque publica versantur. Vbi enim istū inuenias, qui honorem amici anteponat suo? Quid? hæc vt omittā,quàm graues, quàm difficiles plerisq. videntur calamitatum societates? ad quas non est facilè[l] inuētus,qui descendat Quamquam Ennius rectè, *Amicus certus in re incerta cernitur*. tamen hæc duo leuitatis,& infirmitatis pleroſque conuincunt: aut si in bonis rebus contemnunt, aut si in malis deserunt. Qui igitur vtraque in re gra-

nem,constantem,stabilem se in amicitia præstiterit, hunc ex maximè raro hominum genere iudicare debemus,& pænè diuino. Firmamentum autem stabilitatis,constantiæq.eius,quā in amicitia quærimus,fides est. Nihil enim stabile est,quod infidum est. Simplicem præterea,& cōmunem,& cōsentientem,& [a] qui rebus iisdem moueatur, eligi par est:quæ omnia pertinent ad fidelitatem.neque enim fidum potest esse multiplex ingenium,& tortuosum: neq.verò,qui nō iisdem reb.mouetur,& natura consentit, aut fidus, aut stabilis potest esse. Addendum eōdem est, *vt ne criminibus,aut inferendis delectetur amicus*[b]*, aut credat illatis*[c]:omnia pertinent ad eam, quam iamdudum tracto,constantiam. Ita fit verum illud,quod initiò dixi, Amicitiam, nisi inter bonos,esse non potest.est enim boni viri: quē eundem sapientem licet dicere,hæc duo tenere in amicitia:primum,nequid fictum sit,néve simulatum : apertè enim vel odisse,magis ingenuum est,quàm fronte occultare sententiam: deinde, non solùm ab aliquo oblatas [d] criminationes depellere [e], sed ne ipsum quidem esse suspicionem, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. Accedat huc suauitas quædam oportet sermonum, atq.morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ. Tristitia aūt, & in omni re seueritas abest. habet illa quidem grauitatem.sed[f] amicitia remissior esse debet,& liberior,& dulcior:& ad omnem comitatem,facilitatémq.procliuior. ¶ Exsistit aūt hoc loco quædam quæstio subdifficilis: *num quando amici noui,digni amicitia,veteribus sint anteponendi*, vt equis vetulis teneros anteponere solemus,Indigna homine dubitatio. non enim amicitiarum esse debent,sicut aliarum rerum, satietates.*veterrima quæq.* (vt ea vina,quæ vetustatem ferunt)*esse debent suauissima*: verúmque illud est,quod vulgo dicitur, MVLTOS MODIOS SALIS SIMVL EDENDOS ESSE,vt amicitiæ munus expletum sit.Nouitates autem,si spem afferunt,vt, tanquam in herbis non fallacibus, fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ:vetustas tamen suo loco cōseruanda est. maxima est enim vis vetustatis,& cōsuetudinis.atqui in ipso equo cuius modo mentionem feci,si nulla res impediat,nemo est,qui nō eo,quo cōsuerit,libēntius vtatur,quàm intractato,& nouo:nec mo dò in hoc,quod est animal, sed in iis etiam. quæ sunt inanimata, consuetudo valet: cùm locis etiam ipsis montosis delectemur, & siluestribus, in quibus diutiùs cōmorati fumus. Sed maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. sæpe enim excellentiæ quædam sunt:qualis erat Scipionis in nostro, vt ita dicā,grege.Numquā se ille Philo,numquam Rupilio [g], numquam Mummio anteposuit, numquam inferioris ordinis amicis. Q[h] vero Maximum fratrem , egregium virū, omnino sibi nequaquam parem,quò i is anteibat ætate , tanquam superiorem colebat, suósque [k] omneis, per se [l] esse ampliores volebat.Quod faciendum,imitandúmque est omnibus:vt,si quā præstantiam virtutis , ingenij, fortunæ consecuti sunt, impertiant eam suis,communicéntq.cum proximis: vt, si parentibus nati sint humilibus , si propinquos habeant imbeciliores vel animo,vel fortuna, eorum augeant opes, eísque honori sint, & dignitatis

a citatur hic locus à Gellio 1.c.3.trāslatitius vt ille refert ex Theophrasti libro de Amicitia.*

b al.vt etiam si qua.

c L.in quibus eorum autea put agatur. ita Gellius*. d al.aut caput agatur.*

e al.ad declinandum sit.* f v. c.& assentando.

P.CVIII.

g al.vt currū, al.vt currum naui, sic &c. vide Platonē 10. de legibus*.

h L. quasi equis tent. sed cusæ lectioni propior est.Similis locus Platonis 10. de legibus.*

i L.sin verò

k L.excusatū iri se arbitr. al. obscuratum iri sese*

l al facile in uentu*

P. B.

a v.c. id, ob qui res.

b v.c. aut cus, aut ve. c al. oblatis

d al. illatas al. allatas e L.reppellere

f L. God in amicitia nihil vt. P. Cic.

g L. Rutilio

h v. c. Q. vero. P. B.

i sic quod k L. omneis per se l L. esse omneis ampliores P. B.

dignitati: vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam [a] stirpis, & generis in famulatu fuerint, cùm cogniti sunt, & aut deorum, aut regum filij inuenti, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres suos multos annos esse duxerunt. Quod quidem est multo profectò magis in veris patribus, certisq. faciendum. fructus enim ingenij, & virtutis, omnisq. præstantiæ, tum [b] maximè capitur, cùm in proximum quemque confertur. Vt igitur ij, qui sunt in amicitiæ, coniunctionisque necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent: sic [c] inferiores dolere non debent, se à suis amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari. quorum pleriq. aut queruntur semper aliquid aut etiam exprobrant, eóq magis, si aliquid habere se putant, quod [d] officiosè, aut amicè, & cum labore aliquo suo factum queant dicere. Odiò sum sanè genus hominum. officia exprobrantium: quæ meminisse [e] debet is, in quem collata sunt, non cõmemorare, qui cõtulit. Quãobrem vt ij, qui superiores sunt, summittere se debent in amicitia: sic quodam modo inferiores extollere: sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cùm ipsi se cõtemni putant: quod non ferè contingit, nisi ijs, qui etiam contemnendos se arbitrantur: qui hac opinione non modò verbis, sed etiam opere leuandi sunt. Tantum autẽ cuique tribuendũ, primùm, quantum ipse efficere possit [f]: deinde etiam, quantum ille, quem diligas, atq. adiuues, possit sustinere. non enim tu possis, quãtumuis licet excellas, omneis tuos adhonores amplissimos perducere: vt Scipio P. Rutiliũ potuit cõsulem efficere, fratrem eius Lucium non potuit. Quòd si etiam possis quoduis deferre ad alterum, videndũ est tamen, quid ille possit sustinere. Omnino amicitiæ, corroboratis iam, confirmatisq. & ingeniis, & ætatibus, iudicandæ sunt: nec, siqui ineunte ætate venandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt. isto enim modo nutrices, & pædagogi iure vetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt: qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. *dissimiles enim mores, dissimilia studia sequũtur*, quorũ dissimilitudo dissociat amicitias: nec ob aliã causam vllã boni improbis: improbi, bonis amici esse nõ possunt, nisi quãtata est inter eos, quanta maxima potest esse, morum, studiorũmq. distãtia. Rectè etiam præcipi potest in amicitiis ne [h] *quis intẽperatã quadã beneuolentia* (quod persæpe fit) *impediat magnas vtilitates amicorum*. nec enim (vt ad fabulas redeam) Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cũ lacrymis iter suũ impedientẽ, audire voluisset, & sæpe incidũt magnæ res, vt discedendum sit ab amicis: quas qui impedire vult, quòd desiderium non facilè ferat, is & infirmus est, mollisque natura, & ob eã ipsam causam in amicitia parũ iustus. Atq. in omni re considerandum est, & quid postules amico, & quid patiare à te impetrari. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitiis dimittendis nonnũquam necessaria: iam enim à sapientium familiaritatibus ad vulgareis amicitias oratio nostra delabitur: erumpũt sæpe vitia amicorum cùm in ipsos amicos, tum in

alienos: quorum tamen ad amicos redundet infamia: tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus eleuandæ [a], & (vt Catonem dicere audiui) *dissuendæ magis, quàm discindendæ*: nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit, vt neq. rectum, neq. honestum sit, neque fieri possit, vt nõ statim alienatio, disiunctióq. facienda sit. sin autem morum, aut studiorũ cõmutatio quædam, (vt fieri solet) facta erit, aut in reip. partibus dissensio intercesserit (loquor [b] enim, vt paullo antè dixi, non de sapientium, sed de cõmunibus amicitiis) cauendũ erit, ne non solùm amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiam susceptę videantur. nihil enim est turpius, quàm cum eo bellum gerere, quo cum familiariter vixeris. Ab amicitia Q. Põpeii meo nomine se remouerat (vt scitis) Scipio: propter dissensionẽ aũt, quæ erat in rep. alienatus est à collega nostro Metello. vtrũq. egit grauiter [c], auctoritate, & offensione animi non acerba. Quamobrem primùm danda opera est, nequa amicorum dissidia [d] fiant: sin tale aliquid euenerit: vt exstinctæ potiùs amicitiæ, quã oppressæ esse videantur. *Cauendũ* verò est, *ne etiam in graueis inimicitias cõuertãt se amicitiæ*: è quibus iurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur. quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt: & hic honos veteri amicitiæ tribuendus est, vt is in culpa sit, quid faciat, nõ qui patiatur iniuriã. Omnino omniũ horum vitiorum, atq. incommodorum vna cautio est, atq. vna prouisio, *vt ne nimis citò diligere incipiamus, néve indignos*. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. Rarum istud genus: & quidem omnia præclara rara: nec quidquam difficilius, quàm reperire, quod sit omni ex parte in [e] suo genere perfectum. sed plerique neque in rebus humanis quidquam bonum [f] norunt, nisi quod fructuosum sit: & amicos, tanquam pecudes, eos potissimùm diligunt [g], ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. itaq. pulcherrima illa, & maximè naturali [h] carent amicitia, per se, & propter se expetenda: nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc vis amicitiæ qualis, & quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, nõ vt aliquã à [i] se ipso mercedem exigat caritatis suæ, sed quòd per se sibi quisq. carus est. quod nisi idem in amicitiam transferatur, verus amicus numquam reperietur. *Est* [k] *enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem*. Quòd si hoc apparet in bestiis, volucribus, natantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primùm se vt ipsa diligant: (id enim pariter cũ omni animante nascitur) deinde, vt requirãt, atq. appetant, ad quas se applicent, eiusdẽ generis animanteis: idq. faciunt cum desiderio, & cũ quadã similitudine amoris humani: quanto id magis in homine fit natura, qui & se ipse diligit, & alterum acquirit [l], cuius animum ita cũ suo cõmisceat, vt efficiat pænè vnũ ex duobus? Sed pleriq. peruersè, ne dicam impudenter, amicũ habere talẽ volunt, quales ipsi esse non possunt: quæque ipsi non tribuũt amicis, hæc ab iis desiderant. Par est autem, primùm ipsum esse virum bonum, tum alterum simílem sui quærere. in talibus ea, quam iamdudum tractabamus [m], stabilitas amicitiæ, cõfirmari potest: cùm homines beneuolentia coniuncti, primùm cupiditatibus iis, quibus ceteri seruiunt, imperabunt: deinde æquitate, iustitiáq gaudebunt, omniáq. alter pro altero

a L. eluendæ al. deluendæ,
b L. loquor enim iam, &c.
c al. L. sic inferiores non dolere, se à s.
d v.c. quod officiosè & amicè.
e ἐπιεικὲς λαβεῖν ἀπὸ τῶν μὴ ἐπιεικῶς ἔχόντων.
f nolum pos sibiss. ab o. v.c.
P. CX.
cq. v.c. grauã auctorit.
d v.c. dissidia
P. CX t.
e hoc totum, in suo genere, videtur delendum.
f al. boni
g al. deligunt
h vel natura liter. *
i à seipse, & ita v.c.
k al est enim is quidem, qui est, &c. & ita L.
l v.c. acquirit vel pomp. Læti ver. inquirit. *
m L. tractadum tractabamus, & ita v. c.

suscipiet ne quidquam vnquã nisi honestum, & rectum alter ab altero postulabit: neq. solũm colent[a] se inter se,ac diligent, sed etiam verebuntur. nam maximum ornamentum amicitiæ tollit,qui ex ea tollit verecundiam. Itaq.in iis pernicios⁊ est error,qui existimãt, libidinum, peccatorúmq.omnium patêre in amicitia licentiam. *Virtutum enim amicitia adiutrix à natura data est,non vitiorum comes*, vt, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quæ summa sunt peruenire,coniuncta,&[b] sociata cum altera peruenirent: quæ siquos inter societas,aut est,aut fuit, aut futura est,eorum est habendus ad summum naturę bonũ optimus,beatissimúsq.comitatus. Hæc est inquam,societas:in qua omnia insunt, quæ putant homines expetendas,honestas,gloria,trãquillitas animi atq. iucunditas:vt cùm hęc volumus adipisci, virtuti opera danda est: sine qua neque amicitiam,neque vllam rem expetendam consequi possumus.eaverò neglecta, qui se amicos habere arbitrãtur, tum se deinde errasse sentiunt,cùm eo grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca(dicendum est enim sæpius) *cùm iudicaueris,diligere oportet: non cùm dilexeris,iudicare.* sed cùm multis in rebus negligẽtia plectimur:tum maximè in amicis & deligendis,& colendis.præposteris enim vtimur cõsiliis,& *acta agimus*,quod vetamur veteri [c]prouerbio. ¶Nam implicati[d] vltrò & citrò vel vsu[e] diuturno,vel etiam officiis,repente in medio cursu amicitias,exorta aliqua offensione:ditumpimus[f] quo etiam magis vituperanda est rei maximè [g] necessariæ tanta incuria. Vna est enim amicitia in rebus humanis,dè cuius vtilitate omnes vno ore consentiunt.quanquam à multis ipsa virtus contemnitur,&[h] vendicatio quædam,atque ostẽtatio esse dicitur. multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis victus, cultúsq. delectat:honores verò,quorũ cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contẽnunt,vt nihil inanius esse, nihil leuius existiment.itémque cetera, quæ quibusdam admirabilia videntur,permulti sunt,qui pro nihilo putent. de amicitia omnes ad vnũ idẽ sentiũt, & ij,qui ad rẽp.se contulerunt: & ij,qui rerũ cognitione,doctrináq delectantur: & ij, qui suum negotiũ gerunt[i] otiosé: postremò ij,qui se totos tradiderũt voluptatib[j] sine amicitia vitam esse nullam sentiunt[k], si modò velint aliqua ex parte liberaliter viuere.serpit enim nescio quomodo per omnium vitam [l] amicitia:nec vllam ætatis degendę rationem patitur esse expertem sui. Quinetiam siquis ea asperitate est,& immanitate naturæ, vt congressus,& societatem hominum fugiat,atq oderit,qualem fuisse Athenis Timonem[m] nescio quem accepimus:tamen *is pati non possit, vt non acquirat aliquem, apud quẽ euomat virus acerbitatis sũæ.* Atque hoc maximè iudicaretur,si quid tale posset cõtingere,vt aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & [n] in solitudine vspiam collocaret, atq.ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat,abundantiam,& copiam,hominis omnino adspiciendi potestatem eriperet. quis tam esset ferreus,qui eam vitam ferre posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo? Verũ igitur illud est, quod à Tarentino Archyta,vt opinor,dici solitum, nostros senes cõmemorare audiui, ab aliis se nibus auditum:Si quis cælum[a] ascendisset,naturámq.mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuauem illam admiratione ei fore:quæ iucundissima fuisset,si aliquem, cui narraret[b],habuisset.Sic *natura solitariũ nihil amat*,sempérq.ad aliquod tãquam adminiculũ annititur:quod in amicissimo quoque dulcissimum est.sed cùm tot signis eadem natura declaret,quid[c] velit:ac quęrat,quid desideret: obsurdescimus tamen nescio quomodo: nec ea,quæ ab ea monemur, audimus. est enim varius,& multiplex vsus amicitiæ, multæque causæ suspicionum,offensionúmq. dãtur:quas tum euitare,tum eleuare,tũ ferre,sapiẽtis est. ¶Vna illa subleuanda offensio est,*vt*[d] *& veritas in amicitia,& fides retineatur.* nam & monendi amici sæpe sunt,& obiurgandi: & hæc accipienda amicè,cùm beneuolè fiunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris[e] meus Terentius dixit: *Obsequium amicos,veritas odium parit.* Molesta veritas est, si quidẽ ex ea nascitur odium: quod est venenum amicitiæ: sed obsequium multo molestius,quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.maxima autem culpa in eo est,qui & veritatem aspernatur,& in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habendæ[f] ratio,& diligentia est: primùm,vt monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.in obsequio autem(quoniam Terentiano verbo lubenter [g] vtimur) comitas adsit,assentatio,vitiorum adiutrix,procul amoueatur:quæ nõ modò amico, sed ne libero quidem digna est, aliter enim cum tyranno,aliter cum amico viuitur. Cuius autem aures clausæ veritati sunt,vt ab amico verum audire nequeat,huius salus desperanda est. scitum est enim illud [h] Catonis, Multo melius de quibusdã acerbos inimicos mereri,quàm eos amicos,qui dulces videantur:illos verum sæpe dicere,hos numquam. Atque illud absurdum est,quòd ii,qui monentur, eam molestiam,quam debent capere,non capiunt:eã capiunt,qua [i] debent carere.peccasse enim se non anguntur,obiurgari molestè ferũt: quod contrà oportebat,delicto dolere, obiurgatione gaudere.Vt igitur & monere,& moneri proprium est veræ amicitię:& alterum liberè facere,non asperè: alterum patienter accipere:non repugnanter:sic habendum est,*nullam in amicitiis pestem esse maiorem,quam adulationem*, blanditiam, assentationem. quamuis [l] enim multis nominibus est hoc vitium notandum, leuium hominum atq. fallacium,ad[m] voluntatem loquentium omnia,nihil ad veritatem. Cùm aũt *omnium rerum simulatio est vitiosa*: tollit enim iudicium veri,idq.adulterat:tum amicitiæ repugnat maximè: delet enim veritatẽ, sine qua nomen amicitiæ valere non potest. nam cum amicitiæ vis sit in eo,vt vnus quasi animus fiat ex pluribus: quî id fieri poterit, si [o]ne in vno quidẽ vnus animus erit, idémq. semper:sed varius,commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium,quàm animus eius qui,ad alterius non modò sensum,ac voluntatem, sed etiam vultum,atque nutum cõuertitur? Negat quis? negat? aio. postremo imperauit egomet mihi, omnia [p]assentari,vt ait idẽ [q]Terẽtius: sed ille sub Gnathonis persona:quod amici genus adhibere, omnino leuitatis est. multi autem Gnathonum similes cùm sint,loco,fortuna,fa

a L. colent inter se, ac d.

b L. & consociata.

P. CXII.

c al. vetere. d al. impliciti e Amicitiæ vsus frequentissim⁹ inter homines.* f al. disrumpimus. g al. tam maximè. h L. & vendicatio quædã.

i al. otiosi.

k verbum sentiunt. abest ab e. v. c.

l L. vitas amic. & ita v. d.

P. B. m al. Timonẽ quendam.

n al. & in solitudinem.

a Lineæque adsc.

b al. narrare nõ habuisset.

c L. quid velit, anquirat, deliberet.

d al. & vbi tas in amicitia e L. familiaris meus dicit, Obs. P. CXIII.

f L. adhibẽdi sit

g al. lubenter.

h L. illius Catonis, vt opinor, verba, Melius d. q.

i L. qua debent carere.

k al. cauere, prouerat cauere.

l al. qui ad tis cum minimè m al. ad plateæ.

a L. ascẽdisset.

o omnia sentiat p omnia

na, superiores: horũ est assentatio molesta, cùm ad vanitatem accessit auctoritas. secerni aũt blandus amicus à vero, & internosci, tam potest, adhibita diligentia, quã omnia fucata, & simulata à sinceris, atque veris. Concio quę ex imperitissimis cõstat, tamen iudicare solet, quid interfit inter populare, id est, assentatore, & leuem ciuem, & inter constantem, seuerum, & grauem. Quibus blanditiis C. Papirius cõsul nuper influebat in aureis cõcionis, cùm ferret legẽ de tribunis pleb. reficiendis? Dissuasimus nos. Sed nihil de me: de Scipione dicam libẽtiùs. Quanta[a] illi, dij immortales, fuit grauitas, quanta[b] in oratione maiestas? vt facilè ducem pop. R. non eomitẽ diceres: sed assuistis: & est in manibus oratio, itaq. lex popularis, suffragiis populi repudiata est. Atque, vt ad me redeã, meministis Q. Maximo, fratre Scipionis, & L. Mancino consulibus, q̃ popularis lex de sacerdotiis C. Licinij Crassi iubebatur[c] *coopratio enim collegiorũ ad populi beneficium transferebatur.* Atq. is primùm instituit in forum[d] versibus agere cum populo. tamen illius vendibilem orationẽ religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facilè vincebat. atque id actum est prætore me quinquennio antè, quàm cõsul sum factus. itaque re magis, quàm auctoritate causa illa defensa est: Quòd si in [e] scena, id est, in cõcione, in qua rebus fictis, & adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modò id patefactum, & illustratũ est: quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? *in qua nisi* (vt dicitur) *apertũ amici pectus videas, tuúmque ostendas, nihil fidũ, nihil exploratũ habeas.* ne amare quidem, aut amari possis[f], cum id, quàm verè fiat, ignores. Quaquam[g] ista assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recepit[h], atq. ea delectatur. ita fit, vt is assentatoribus patefaciat aureis suas maximè, qui ipse sibi assentetur, & se maximè ipse delectet. Omnino est amans sui virtus. optimè enim se ipsa nouit, quámque amabilis sit, intelligit. ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. *virtute* enim *ipsa non tã multi praditi esse, quàm videri volunt.* Hos delectat assentatio: his fictus ad eorum voluntatem sermò cùm adhibetur, orationem illam vanam, testimonium esse laudum suarum putant. nulla est igitur hæc amicitia, cùm alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est, nec parasitorum in comœdiis assentatio nobis facета videretur, nisi essent milites gloriosi. *Magnas verò agere gratias Thaïs mihi?* Satis erat respõdere, Magnas: ingenteis, inquit. Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad voluntatẽ dicitur, vult esse magnum. Quamobrem, quamuis blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allectant, & inuitant: tamen etiam grauiores cõstantiorésque admonendi sunt, vt animaduertant, ne callida assentatione capiãtur. apertè enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est exeors. callidus ille, & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est. nec enim facillimè agnoscitur, quippe qui etiam aduersando sæpe assentetur: & litigare se simulans, blandiatur, atque ad extremum det manus, vincíq. se patiatur: vt is, qui illusus sit, plus i vicisse videatur. Quid autem turpius, quàm illudi? Quod ne accidat, magis cauendum est, vt in Epicureo[k]:

Hodie me ante omneis comicos[a] stultos senes
Versaris, atque[b] luseris lautissimè.

Hæc enim in fabellis stultissima persona est improuidorum, & credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicitiis perfectorum hominum, id est, sapientium (de hac dico sapientia, quæ videtur in hominem cadere posse) ad leueis amicitias deflexit oratio. ¶ Quãobrem ad [c] illam primam redeamus. eámque ipsam concludamus aliquando. Virtus, inquam, C. Fanni, & tu, Q. Muci, & conciliat amicitias, & conseruat. in ea est enim conuenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia: quæ cùm se extulit, & ostendit lumẽ suũ, & idem adspexit, agnouitq. in alio: ad id se admouet, vicissimq. accipit illud, quod in altero est: ex quo exardescit amor, siue amicitia. vtrumq enim dictum est ab amando. *Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita.* quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minùs sequutus sis. hac nos adolescentes benevolentia senes illos L. Paulum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, T. Gracchum, Scipionis nostri socerum, dileximus. hæc etiam magis elucet inter æqualeis, vt inter me, & Scipionem, L. Furium, P. Rutiliumd, Sp. Mummium. vicissim aũt senes in adolescentium caritate acquiescimus, vt ego[e] in vestra, & in Q. Tuberonis: equidem etiam admodum adolescentis, P. Rutilij[f], A. Virginij familiaritate delector. Quoniámque ita ratio comparata est vitæ, naturæq. nostræ, vt *alia ætas oriatur ex & alia: maximè quidem optandum est, vt cum æqualibus possis, quibus-cum tanquam è carceribus [h] emissus sis, iisdem[i] ad calcem, vt dicitur, peruenire.* Sed quoniam *res humanæ fragiles, caducæq. sunt, semper aliqui[k] adqui rẽdi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. caritate enim, benevolentiáque sublata, omnis est è vita sublata iucunditas.* ¶ Mihi quidem Scipio, quanquam est subitò ereptus, viuit tamen sempérque viuet. virtutem enim semper amaui illius viri, quæ exstincta non est: nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam posteris erit clara & insignis. nemo vmquam animo, aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam, atq. imaginem proponendam putet. Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparare. In hac mihi de rep. consensus, in hac rerum priuatarum consilium, in hac requies plena oblectationis fuit. numquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim: nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. vna domus erat, idem victus, isque communis: neque solùm militia, sed etiam peregrinationes, rusticationésque communes. Nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, atque discendi? in quibus remoti ab oculis populi, omne otium, tempúsque contriuimus? Quarum rerum recordatio, & memoria, si vnà cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi viri, atque amantissimi ferre nullo modo possem. sed nec illa extincta sunt, aluntúrque potiùs, & augentur cogitatione, & [l] memoria: & si planè illis orbatus essem, magnum tamen afferret [m] mihi ætas ipsa solatium: diutiùs enim iam hoc desiderio esse non possum. *Omnia autem breuia,*

a L. Quanta illi dii immort. b al. quantũ in oratione maiestatis.

c ferri. fereba ter. d L. in forum versus. e g. ἐν τῷ κλαυσμῶν dixit Plutarch. *

e al. in cauea al. in scamnate.

f verbum, possis, nullibi in ed. ver. compares. g L. Quãquã ista assentatio quamuis pernicioſa sit.

h L. recipit.

P. B.

a *eos* comicos male. Comicus senex quid esset dixi in de Senectute *.
b L. atque inluseris.

c v. c. ad illa prima red. ea quæ ipsa cõc. & *ita L.*

P. CXV.

d L. Rupiliũ. e *pronocabulũ*, ego, *abest* à v. c.
f al. P. Rutilii virginiani *.

g *hoc totũ.* ex alia: *nullis ferè in v. c. reperitur.*
h è carceribus ad calcẽ peruenire prouerbii species dixi de senectute in f. *
i v. c. cum iisdem.
k L. anquirendi.

P. B.

l L. & memoria mea. & si.
m v. c. affert.

tolerabilia esse debent, etiãsi magna sint. ¶Hæc habui,de amicitia quæ dicerem. Vos autem hortor,vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest,vt ea excepta,nihil amicitia præstabilius esse[a] putetis.

a esse, desse l. v.s.

M. TVLLII CICERONIS PARADOXA, AD MARCVM BRVTVM.

p. CXVI.

ANIMADVERTI, Brute, sæpe Catonem, auunculum tuum,cùm in senatu sententiam diceret,locos graueis ex philosophia tractare[a],abhorrentes ab hoc vsu forensi, & publico:sed dicendo consequi tamen,vt illa etiam populo probabilia viderentur. quod eo maius est illi, quàm aut tibi,aut nobis:quia nos ea philosophia plus vtimur,quę peperit dicẽdi copiam, & in qua dicuntur ea,quæ non multùm discrepant ab opinione populari. Cato autem perfectus(mea sententia)Stoicus,& ea sentit, quæ non sanè probantur in vulgus:& in ea est hæresi,quæ nullum sequitur floremorationis, neq.dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis,& quasi punctis[b],quod propositum fuit,efficit. Sed nihil est tã incredibile quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum,tam incultum, quod non splendescat[c] oratione,& tanquam excolatur. quod cùm ita putarem, feci etiam audaciùs, quàm ille ipse de quo loquor. Cato enim duntaxat de magnitudine animi,de continentia, de morte, de omni laude virtutis,de dijs immortalibus, de caritate patriæ, Stoicè solet, nullis[d] oratorijs ornamentis adhibitis, dicete. Ego autem illa ipsa, quæ vix in gymnasiis,& in otio Stoici probant, ludens conieci in communeis locos. quæ quia sunt admirabilia,contráque opinionem omnium ab ipsis etiam παράδοξα appellantur: tentare volui, posséntne proferri in lucem,id est,in forum, & ita dici,vt probarentur: an alia quædam essẽt erudita,alia popularis oratio:eóque seripsi libentiùs, quòd mihi ista παράδοξα quæ[e] appellantur, maximè videntur esse Socratica,longéque verissima. Accipies igitur hoc paruum opusculum,lucubratum his iam contractioribus noctibus: quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.& degustabis genus hoc exercitationum mearum[f], quibus vti consueui,cùm ea, quæ dicuntur in scholis σχηματ. ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. Hoc tamen opus in[h] apertum vt proferas, nihil postulo.non enim est tale,vt in arce poni possit, quasi illa minerua Phidiæ:sed[a] tamen est tale,vt ex eádem officina exîsse appareat.

a Idem 15. famil.4.*

b sic Cicero 4. de finibus de Stoicis disputans. Pungunt,inquit, quasi aculeis interrogatiũculis angustis.*

c al. explendescat.

d al. vel. al. oratoriis ornamentis nõ adhibitis.*

P. 8.

e al. quæ appellant,

f L.earum, g Adi Turnebum 20. aduers. 20. * h L.in accetum vt referas.

a L.sed tamen vt ex eadem off.

Ὅπερ μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλόν. id est,
Quod honestum sit,id solum,bonũ esse. I

VEreor, necui vestrũm ex Stoicorum hominum disputationibus,nõ ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio:dicam tamen quod sentiam: & dicam breuiùs, quàm res tanta dici possit. Numquam meher cule ego neque pecunias istorum,neque tecta magnifica,neque opes,neque imperia,neque eas, quibus maximè adstricti sunt,voluptates, in[b] bonis rebus esse numerandas duxi: quippe[c] cùm viderem, homines rebus his circumfluenteis,ea tamen desiderare maximè, quibus abundarent. neque[d] enim vmquam expletur,nec satiatur cupiditatis sitis:neque ea solùm,quę habent,libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. in quo equidem continentissimorum hominum, maiorum nostrorum, sæpe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla,& commutabilia pecuniæ membra, solo[e] verbo bona putauerunt appellanda,cùm re, ac factis longè aliter iudicauissent. Potél[f]ne bonum cuiquã malo esse aut potest quisquam in abũdantia bonorum ipse esse non bonus? Atqui ista omnia, talia videmus,vt etiam improbi habeant.& obsint probis.Quamobrem licet irrideat,si quis velit:plus apud me vera ratio valebit,quàm vulgi opinio. neque ego vmquam illum[f] bona perdidisse dicam, si quis pecus, aut supellectilem amiserit: nec non sæpe laudabo sapientem illum,Biantem[g], vt opinor,qui enumeratur[h] inter septem sapienteis: cuius cùm patriam Prienen[i] cepisset hostis,ceteríque fugerent, vt multa[k] de suis rebus secum asportarent: cùm esset admonitus à quodam, vt idem ipse faceret:Egò verò,inquit, facio. nam *omnia mea porto mecum*:ille hæc ludibria fortunæ,ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona. Quid est igitur,quæret aliquis,bonum? si quid rectè fit, & honestè, & cum virtute,id bene fieri, & rectè dicitur: &, quod rectum,& honestum,& cum virtute est,id solum opinor Bonum. Sed hæc videri possunt obscuriora,cùm sine[l] appositione exemplorũ lentiùs[m] disputantur. vita, atque factis illustranda sunt summorum virorum hæc,quæ verbis subtiliùs,quàm satis est,disputari

b L. in bonis rebus,aut ea potẽtiã nõ numerandas, vel se duxi ad in bonis reparandas expetendis esse duxi. P.CXVII. c v.a. quippe cùm videretur,rebus his circumfluentibus, ea tamen def. & ita d Aristoteles 2. Polit. e vox, fabri a boste abs. v.c.

f praeualuit illum, multis in cod. magnis reperitur. g Idem Senec. 2 de tranquillitate, & 7. Val. h Idem libro de amicitia supra Lælium in Bianor. i Tertullia Biante.* k al. multa de suis rebus asportarent.

l al. sine ergo fictione exemplor. m al. facilius.

tari videntur. Quæro enim à vobis, nom vllam cogitationem habuisse videantur ij, qui hãc remp. tam præclarè fundatam nobis reliquerunt, aut auri, au t[a] argenti ad auaritiam, aut amœnitatum ad delectationẽ, aut supellectilis ad delicias, aut epulârum ad voluptates? Ponite ante oculos vnumquemque regum. Vultis incipiam à Romulo? vultis post liberam ciuitatem, ab ijs ipsis, qui libera uerunt eam? [b] Quibus tandem gradibus Romulus adscendit in cælum? iisne, quæ isti bona appellant? an rebus gestis, atq. virtutibus? Quid autem Numa Põpilius? minúsne gratas dijs immortalibus capedines, ac fictileis vrnulas [c] fuisse, quàm [d] delicatas aliorum pateras arbitramur? Omitto reliquos: sunt enim omnes pares inter se, præter Superbum. Brutum verò si quis roget, quid egerit in patria liberanda: si quis item reliquos eiusdẽ consilij socios, quid spectauerint, quid secuti sint: num quis exsistat, cui voluptas, cui diuitiæ, cui denique, ptæter officium fortis, & magni viri, quidquã aliud propositum fuisse videatur? Quæ res ad necem Porsennę Q. Mucium impulit, sine vlla spe salutis suæ? Quæ vis Horatium Coclitem contra omneis hostium copias tenuit in ponte solum? quæ patrem Decium, qui filiũ deuouit [e], atque immisit in armatas hostium copias? Quid continentia C. Fabricij, quid tenuitas victus M. Curij sequebatur? Quid duo propugnacula belli Punici, Cn. & P. Scipiones, qui Karthaginensium aduentũ corporib. suis intercludẽdũ putauerũt? quid Africanus maior? quid minor? quid inter horum ætates interiectus Cato? quid innumerabiles alij? nam domesticis exemplis abundamus. An putamus quemquam horum cogitasse quidquam in vita sibi expetendum, nisi quod laudabile esse, & præclarum videretur? Veniant igitur irrisores huius orationis, ac sententiæ: & iam vel ipsi iudicent, vtrùm se horum alicuius, qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui cælato auro, & argento, qui Corinthijs operibus abundant, an C. Fabricij, qui [f] nihil eorum habuit, nihil habere voluit, simileis esse malint? Atq. hæc quidem, quæ modò huc, modò illuc transferuntur, facilè adduci solent, vt in rebus bonis esse negent: illud tamen arctè [g] tenent, accuratéque defendunt, voluptatem esse summum bonum. quæ quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum. Tu, cùm tibi siue deus, siue mater (vt ita dicam) rerum omnium, natura, dederit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinius: sic te ipse abijcies, atq. prosternes, vt nihil inter te, atque inter quadrupedẽ aliquid [h] putes interesse? Quidquámne bonum est, quod non eum, qui possidet, meliorem faciat? Vt enim quisque est maximè boni particeps, ita & laudabilis maximè: neque est vllum bonum, de quo non is, qui id habeat, honestè possit gloriari. quid autẽ est horum in voluptate? Meliorémne efficit, aut laudabilio rem virum? an quisquam in potiundis voluptatibus gloria [k] sese, & prædicatiõe effert [l]. Atqui si voluptas, quæ plurimorum patrocinijs defenditur, in rebus bonis habenda non est: eáque, quo est maior, eo magis mentem è sua sede, & statu dimouer[m]: profectò nihil est aliud bene, & beatè viuere, nisi honestè, & rectè viuere.

A Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. .i.
Se ipsa contentam esse virtutem ad beatè viuendum. 2

NEc verò ego M. Regulũ, ærũnosum, nec infelicẽ, nec miserũ, vnquam putaui. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur à Pœnis, non grauitas, non fides, non constantia, non vlla virtus, non denique animus ipse: qui tot virtutum præsidio munitus [a] tantóq. comitatu circumsæptus, cùm corpus eius B caperetur[b], capi certè ipse non potuit. Caium verò Marium vidimus, qui mihi secundis in rebus vnus ex fortunatis hominibus: in aduersis, vnus ex summis viris videbatur. quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis, insane, nescis, quantas vireis virtus habeat. nomẽ tantùm virtutis vsurpas: quid ipsa valeat, ignoras. nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq. in se vno sua ponit omnia cuius [c] autem spes omnis, & ratio, & C cogitatio pendet ex fortuna: huic nihil potest esse certi: nihilq. quod exploratum habeat, permansurum [d] sibi ne vnum quidem diem. Eum tu hominem terreto, si quẽ eris nactus istiusmodi mortis, aut exsilij minis. mihi verò quidquid acciderit in tam ingrata ciuitate, ne recusanti quidẽ euenerit, non [e] modò non repugnanti. Quid enim ego laboraui, aut quid egi, aut in quo euigilauerunt curæ, & cogitationes meæ, si quidem nihil peperi tale, nihil consecutus sum, vt eo statu essem, D quem neq. fortunæ temeritas, neq. inimicorum labefactaret iniuria? Mortémne mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an exsilium, vt ab improbis demigrãdum sit? mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia exstinguuntur: non iis, quorum laus emori non potest: exsilium autem terribile [f] illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus: nõ iis, qui omnem orbem terrarũ, vnam vrbem E esse ducunt. Te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes, qui te beatum, qui te florẽtem putas: tuæ libidines te torquent: tu dies, nocteisq. cruciaris, cui nec satis est, quod est & id ipsum, quod [g] habes, ne nõ sit diuturnum futurũ, times: te conscientiæ stimulant maleficiorũ tuorum: te metus exanimant iudiciorum, atque legum: quocumq. adspexisti, vt furiæ, sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te respirare [h] nõ F sinunt. Quamobrem vt improbo, & stulto, & inerti nemini bene esse potest: sic bonus vir, & sapiens, & fortis, miser esse non potest. Nec verò, cuius virtus, morésq. laudãdi sunt, eius non laudanda vita est: neq. porrò fugienda vita, quæ laudanda est. esset autem fugienda, si esset misera. Quamobrem quidquid est laudabile, idem & beatum, & florens & expetendum videri debet.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τὰ κατορθώματα.
G id est,
Æqualia [i] esse peccata, & rectè facta. 3

PArua, inquis, res est: atqui k magna culpa. Nec enim peccata, rerũ euẽtu, sed vitiis hominum metienda sunt. In quo peccatur, id potest aliud alio maius esse, aut minus: ipsum quidem illud peccare, quoquò te verteris, vnum est. Aut nauem euertat gubernator, an patera in re aliquantum, in gubernatoris insciti[a] l nihil interest. Lapsa est alicuius H libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quàm si petulãs fuisset in aliqua ge-

a al. munitur.*
b al. carperetur, carpi
c al. cui spes
d L. permansurum sibi vnum diem,
e al. non modò repugnanti.
f vox, terribile, ubi v. cod.
g hoc totum, quod habes, nõ reperitur in v.c.
h al. suspirare, al. superare.*
i Academica 4. in fi.*
k L. At magna
l L. inscientia

neroſa,ac nobili virgine: peccauit[a] verò nihilominùs,ſi quidem eſt peccare, tanquã tranſilire[b] lineas:quod cùm feceris, culpa commiſſa eſt: quàm longè progrediare, cùm ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet. Peccare certè licet nemini. Quod autem non licet,id hoc vno tenetur,ſi arguitur non licere. Id[c] nec maius,nec minus vmquam fieri poteſt: quoniam in eo eſt peccatum,ſi non licuit. Quod ſemper vnũ, & idem eſt,quæ ex eo peccata naſcuntur, æqualia ſint oportet. Quòd ſi virtutes pares ſunt inter ſe,paria eſſe etiam vitia neceſſe eſt. Atqui pares eſſe virtutes: nec bono viro meliorem: nec temperante temperantiorẽ, nec forti fortiorem:nec ſapiente ſapientioré poſſe fieri,facillimè poteſt perſpici. An virũ bonum dices,qui depoſitum nullo teſte,cùm lucrari impunè poſſet:auri pondo decem,reddiderit:ſi idem in decem millibus pondo nõ idem fecerit?aut temperantem eum,qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Vna virtus eſt conſentiens cum ratione, & perpetua conſtantia. nihil huic addi poteſt,quo magis virtus ſit,nihil demi,vt virtutis nomen relinquatur. etenim ſi bene facta, rectè facta ſunt,& nihil recto rectius:certè nec bono quidem melius quidquam inueniri poteſt. Sequitur igitur,vt etiã vitia ſint paria: ſiquidem prauitates animi rectè vitia dicũtur. Atqui quoniam pares virtutes ſunt: rectè facta,quando[d] à virtutibus proficiſcuntur, paria eſſe debent:itémque peccata, quoniam ex vitiis manant,ſint æqualia neceſſe eſt. A philoſophis,inquis,iſta ſumis. Metuebam, ne à leonibus diceres. Socrates diſputabat iſto modo,Bene hercle narras. nam iſtum doctum, & ſapientem virum fuiſſe, memoriæ traditum eſt. Sed tamen quæro ex te (quando verbis in ter nos contendimus,non pugnis) vtrùm potiùs de bonis eſt quærendum,quid baiuli,atque operarij,an quid homines doctiſſimi ſenſerint?præſertim cùm hac ſententia non modò verior, ſed ne vtilior quidem hominum vitæ reperiri vlla poſſit. Quæ[e] vis enim,quæ magis arceat homines ab omni improbitate, quàm ſi ſenſerint, nullum in delictis eſſe diſcrimen?æquè peccare ſe,ſi priuatis,ac ſi magiſtratibus manus inferant[f]? quamcumque in domum ſtuprum intulerint, eandem eſſe labem libidinis? Nihilne igitur intereſt(nã hoc dicet aliquis) patrem quis necet, an ſeruum? Nuda iſta ſi ponas, iudicari qualia ſint, non facilè poſſunt. patrem vita priuare, ſi per ſe ſcelus eſt: Saguntini,qui parentes ſuos, liberos emori,quàm ſeruos viuere maluerũt,parricidæ[g] fuerunt. ergo & parẽti nonnunquam adimi vita ſine ſcelere poteſt: & ſeruo ſæpe ſine iniuria non poteſt. Cauſa igitur hæc non natura diſtinguit:quæ quando alteri[h] acceſſit,id ſit propenſius: ſi vtrique adiuncta ſit, paria fiant, neceſſe eſt. illud tamen intereſt. quòd in ſeruo necando. ſi adſit iniuria,ſemel peccatur. in patris vita violanda, multa peccantur,violatur is,qui procreauit:is,qui aluit: is,qui erudiuit:is,qui in ſede,ac domo, atque in rep. collocauit. multitudine peccatorũ præſtat,eóq. pœna maiore dignus eſt. Sed nos in vita,non quæ cuique peccato pœna ſit, ſed quantum cuique liceat, ſpectare debemus. quidquid non oportet, ſcelus eſſe: quidquid non licet,nefas putare debemus. etiámne in minimis rebus?etiam: ſi quidem rerum modum fingere[a] non poſſumus: animorum tenere poſſumus. hiſtrio ſi paullo ſe mouit extra numerũ,aut ſi verſus pronuntiatus eſt ſyllaba vna breuior,aut lõgior,exſibilatur, & explauditur in vita,quæ omni geſtu moderatior omni verſu aptior eſſe debet,vt in ſyllaba te peccare dices? poetam non audio in nugis: in vitæ ſocietate audiam ciuem, digitis peccata dimetientem ſua? quæ ſi viſa ſunt[b] breuiora, leuiora qui poſſint videri, cum, quidquid peccatur,perturbatione peccetur rationis, atque ordinis? perturbata autem ſemel ratione,& ordine, nihil poſſit addi, quo magis peccari poſſe videatur.

Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. id eſt,
Omnes[d] ſtultos[e] inſanire. 4

Ego verò te non ſtultum, vt ſæpe,non improbum,vt ſemper, ſed dementem, & inſanum rebus[f] addicam[g] neceſſariis? Sapientis animus magnitudine conſilij, tolerantia rerum humanarum,contemtione fortunę,virtutibus denique omnibus, vt mœnibus, ſæptus,vincetur,& expugnabitur, qui ne ciuitate quidem pelli poteſt? quæ eſt enim ciuitas? Omníſne conuentus ferorum,& immanium? omníſne etiam fugitiuorum,ac latronũ congregata vnum in locum multitudo? certè negabis,num igitur erat illa tum ciuitas,cùm leges in ea nihil valebant: cùm iudicia iacebant:cùm mos patrius occiderat: cùm ferro pulſis magiſtratibus, ſenatus nomen in rep. non[h] erat? Prædonum ille concurſus, & te duce latrocinium in foro conſtitutum, & reliquiæ coniurationis à Catilinæ furiis ad tuũ ſcelus,furorémque conuerſæ,num[i] ciuitas erat? Itaque pulſus ego ciuitate non ſum, quæ tum nulla erat: accerſitus[k] in ciuitatem ſum, cùm eſſet in rep. conſul, qui tum nullus fuerat:eſſet ſenatus,qui tum occiderat:eſſet conſenſus populi liberi: eſſet iuris, & æquitatis, (quę vincla ſunt ciuitatis) repetita memoria. At vide,quàm iſta tui latrocinij tela contemſerim. iactam, & immiſſam à te nefariam in me iniuriam ſemper duxi: peruenìſſe tamen ad me numquam putaui: niſi fortè,cùm parietes diſturbabas, aut cùm tectis ſceleratas faceis inferebas, meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare. Nihil neque meum eſt,neque cuiuſquam,quod auferri,quod eripi,quod amitti poteſt. Si mihi eripuiſſes diu nam animi mei conſtantiam, meas curas, vigilias,conſilia,quibus reſp[m]. inuicta ſtat:ſi huius,æterni beneficij immortalem memoriam deleuiſſes: multo etiam magis ſi illam mentem, vnde hæc conſilia manarunt, mihi eripuiſſes:tum ego accepiſſe me confiterer iniuriam. Sed ſi hæc nec feciſti,nec facere potuiſti:reditum mihi glorioſum iniuria tua dedit,non exitum calamitoſum: ergo ego ſemper ciuis eram[n],& tum maximè, cùm meam ſalutem ſenatus exteris nationibus, vt ciuis optimi[o],commendabat: tu ne nunc quidem es ciuis: niſi fortè idem eſſe hoſtis: & ciuis poteſt. An tu ciuem ab hoſte natura,ac loco, non animo,facíſq. diſtinguis? Cædem in foro feciſti:armatis latronibus templa tenuiſti: priuatorum domos, ædeíſque ſacras incendiſti. Cur hoſtis Spartacus, ſi tu ciuis? potes autem eſſe tu ciuis, propter quem aliquando ciuitas non fuit? & me exſulem,tuo nomi-

a al.peccatũ* b v.c. tranſire lin.

c L. Id ſiquidẽ necmaius

d al.quoniã à virt. & ita L. P. CXX.

e L. Quæ vis eſt enim,q.

f L. afferant. & ita v.c.

g L. patricidæ.

h al.altero.*

i L. ſi id ſit in iuria. P. B.

a al.ſiggere*.

b al.ſint.*

c al.οἱ μωροὶ ἄφρονες, d Idem Finibus.* e Aduerſus Cladium ſtultitiã.* f L. rationibus aduersis. g forte legendum inuerecam. Cladium enim hic appellat dementem & insanum, cuius modi hominibus interdictum fuit al.ſuppoſuit adiuncta vincam.* P. CXXI. h L. non erat.

i L. non ciuitas erat. k L. accerſitus.

l al.aut dele gerat.

m L. quia reſp. te inuitiſſimo ſtat.

n vertunt ἐλεύθερος, o al.optimus. P. B.



PAGE(S) MISSING

crates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio, atq. imperij gloria, cùm Lysander [a] Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eíq. dona à sociis attulisset: & ceteris in rebus comem erga Lysandrum atq. humanum fuisse, & ei quendam consæptum agrum, diligenter consitum ostendisse. cùm autem admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum. qui efflarentur [b] è floribus: tum eum dixisse, mirari se nō modò diligentiam [c], sed etiam sollertiam eius, à quo essent illa dimensa, atq. descripta: & ei Cyrum respōdisse, Atqui ego ista [d] sum dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Tum Lysandrum intuentem eius purpuram, & nitorem corporis ornatúmq. Persicum multo auro, multísq. gemmis, dixisse: *Rectè verò te, Cyre, beatum ferunt, quoniā [e] virtuti tuæ fortuna cōuncta est.* Hac [f] igitur frui licet senibus: nec ætas impedit, quò minùs & ceterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus vsq. ad vltimum tempus senectutis. Marcum quidem Valerium Coruinum [g] accepimus ad centesimum annūvitam produxisse [h], cùm esset exacta iam ætate in agris, eósq. coleret: cuius inter primum & sextum consulatum, sex [i] & quadraginta anni interfuerunt. itaq. quantum spatium ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. atq. eius extrema ætas hoc beatior, quàm media, quòd auctoritatis plus habebat, laboris verò minùs. *Apex* [k] *autem senectutis est auctoritas.* Quanta fuit in L. Cæcilio Metello [l] ? quanta in Atilio Collatino [m]? in quem illud elogiū [n] vnicum plurimę cōscripsere gentes, *populi primarium fuisse virum*, notum [o] est totum eius carmen, inciſum [p] in sepulchro. Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens, quem virum P. Crassum, nuper pontificem maximum, quem posteà M. Lepidum eodem sacerdotio præditum vidimus? Quid de Paul o [q], aut Africano loquar? [r] aut, vt iam antè de Maximo? quorum non in sententia solùm, sed etiam in nutu residebat auctoritas. Habet senectus, honorata præsertim, tantam auctoritatē, vt ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ voluptates. Sed in omni oratione mementote, eam me laudare senectutem, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit, ex quo id efficitur, quod ego magno quondam cum assensu omnium dixi: *miseram esse senectutem, quæ se oratione defenderet. Non [s] cani, nō rugæ repente auctoritatem [t] afferre possunt: sed honestè acta superioris ætatis [u] fructus auctoritatis extremos* hæc enim ipsa sunt honorabilia: quæ videntur leuia, atq. communia, salutari [x], appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli: quæ & apud nos, & in aliis ciuitatibus, vt quæque optimè morata, ita diligentissimè obseruantur. Lysandrum Lacedæmonium, cuius modò mentionem feci, dicere aiunt solitum, *Lacedæmone [y] esse honestissimum domicilium senectutis*. nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. quin etiam memoriæ pro dignitate [z] cùm Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno concessu locum ei à suis ciuib. nusquam datum: cùm autem ad Lacedæmonios accessisset, qui cùm legati essent, in loco certo consederant, consurrexisse [a] omneis, & senem illum sessum [b] recepisse. quibus cùm à cuncto concessu plausus esset multiplex datus, dixisse [c] ex ijs quendam, *Atheniensēs scire, quæ recta essent, sed facere nolle.* Multa in nostro collegio [d] præclara: sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, *vt quisq. ætate antecellit [e], ita sententiæ principatum tenet*: neq. solùm honore antecedentibus, sed ijs etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporum [f] cum auctoritatis præmiis comparandæ? quib. qui splendidè vti sunt, ij mihi videntur *fabulam ætatis peregisse*, nec, tamquā inexercitati histriones, *in extremo actu corruisse*. At sunt moroſi [g], & anxij, & iracundi, & difficiles senes: si quæritis, etiam auari [h], sed hæc, morum vitia sunt, non senectutis. At morositas tamen, & ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ, sed quæ probari posse videatur, contemni se putant, despici, illudi. præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est. quæ tamen omnia dulciora fiunt & bonis moribus, & artibus: idq. tum in vita, tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. quanta in altero duritas [i], in altero comitas! Sic se res habet. *Vt enim non [k] omne vinum, sic non omnis ætas: vetustate coacescit* [l]. Seueritatem in senectute probo, sed eam (sicut alia) modicam: acerbitatem nullo modo. auaritia verò senilis quid sibi velit, non intelligo. potest enim quidquam esse absurdius, quàm, quo minùs vitæ restat, eo plus viatici quærere? ¶ Quarta restat causa, quæ maximè angere, atq. sollicitam habere nostram ætatem videtur. *Appropinquatio mortis*, quæ certè à senectute non potest longè abesse. O miserum senem, qui mortem esse contemnendam in tam longa ætate non viderit! quæ aut planè negligenda est, si omnino exstinguit animum aut etiam appetenda [m], si aliquò eum deducit, vbi sit futurus æternus. Arqui [n] tertium certè nihil inueniri potest. Quid igitur timeam, si aut nō miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? quamquam *quis est tam stultus quamuis sit adolescens, cui sit exploratum [o], se ad vesperum esse victurum?* quin etiam ætas illa multo plureis, quàm nostra, mortis [p] causas habet. facilius in morbos incidunt adolescentes, grauiùs ægrotant, tristius curantur. itaque pauci veniunt ad senectutem: quod nisi ita accideret, meliùs, & prudentius viueretur. mens enim, & ratio, & consilium, in senibus est: qui si nulli fuissent, nullæ omnino ciuitates essent [q]. Sed redeo ad mortem impendentem, quod illud est crimen senectutis, cùm illud videatis cum adolescentia esse commune? sensi ego cùm in optimo filio meo, tum in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratrib. tuis, Scipio, omni ętati mortem esse cōmunem. At sperat adolescens, diu [r] se victurum: quod sperare idem senex non potest. In sipienter sperat, quid enim stultius, quàm incerta pro certis habere, falsa pro veris? At senex ne [s] quid speret, habet quidem. At est eo meliore conditione, quàm adolescens: cùm [t] id, quod sperat ille, hic iam assecutus, [u] est. Ille vult diu viuere: hic diu vixit. Quam quam, *ô dij boni! quid est in hominis vita diu?* da enim supremum tempus: exspectemus Tar-

[a] *al.* consurre xisse omnes illi dicuntur, & senem sessum rec.
[b] *al.* Fessum.
[c] *Plutarc. in Lacōnicis 4. Valer. 5.*
[d] augurali.
[e] *al.* antecedit
[f] L. corporis
[g] vide Nonium in differen: is.
[h] attentiores ad rem. Terēt. Adelph.
[i] *v.c.* diritas & ita legit Nonius *cap 1. in Diuisa. 246.* hoc eodem verbo vtitur Cicero 3 *Tuscular.*
[k] *q.v.c.* non omnis natura vetust. coac. *& ita L. al* omnis ætas natura *al.* omnis ætas natura.
[l] coacessit.
[m] L. oratāda, *al.* oppetenda.
[n] *al.* Atque o citatur à Nonio *cap 4. in Exploratæ* 159.
[o] L. mortis casus hab. *& ita v.c.*
[p] *v. c.* fuissent.
[q] L. diu se esse victū.
[r] *v.c.* nequod speret quidē habet. *al.* quod.
[s] L. confecutus. *& ita v. c.*

a v.s. Ve'rr. 12 P.Ia.7. ca. 6. Herodot. 1. Lucianum in Macrob. Cæsarianum libro de die natali* b al. 150. al. 500.

tessiorũ regis ætatem. fuit enim (vt scriptum vid o) *Arganthonius* [a] quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum [b] & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. cùm enim id aduenerit: tunc illud, quod præteriit, effluxit: tantùm remanet, quod virtute, & rectè factis consecutus sis. horæ quidem cedunt, & dies & menses, & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest quod cuiq. tempus [c] ad viuendum datur, eo debet esse contentus. neq. enim histrioni, vt placeat, peragenda fabula est, modò in quocumq. fuerit actu, probetur: neq. sapienti vsq. ad *Plaudite* [d], viuendum. breue enim tempus ætatis, satis est lõgum ad bene, honestéq. viuendum. sin processeris longiùs, non magis dolendum est, quàm agricolæ dolent, præterita verni temporis suauitate æstatem, auctumnúmque venisse. ver enim, tamquam adolescentiam significat, ostendit que fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus, & percipiendis accommodata sunt. fructus autem senectutis est, (vt sæpe dixi) ante partorum bonorum memoria, & copia. Omnia verò, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis, quid est autem tam secundum naturam, quàm senibus emori? quod idem contingit adolescentib. aduersante, & repugnãte natura. Itaq. adolescentes mori sic mihi videntur, vt cùm aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem sicut [h] sua sponte, nulla adhibita vi, consumtus ignis exstinguitur: & quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auellantur, si matura, & cocta, decidunt: sic vitam adolescentib. vis auferet senib. maturitas: quæ mihi quidem tam iucunda est, vt, quo propiùs ad mortem accedam, eo [i] citiùs quasi terram videre videar, aliquandóq. in portum ex longa nauigatione esse venturus. Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus: rectéq. in ea viuitur, quoad munus officij exsequi, & tueri possis: [& [k] tamen mortem contemnere] ex quo [l] fit vt animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia, & fortior. Hoc est illud, quod Pisistratoltyranno à Solone [m] responsum est: cùm illi quærenti, *Qua tandem spe fretus sibi tam audacter obsisteret*: respondisse dicitur, *Senectute*. Sed viuendi finis est optimus, cùm integra mente, ceterisq. [n] sẽsibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentauit, natura dissoluit. Vt enim nauem, vt ædificium idem destruit facilli. nè qui cõstruxit: sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit, natura dissoluit. Iam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facilè diuellitur. ita fit, vt illud breue vitæ reliquum nec auidè appetendum senibus, nec sine causa deserendum sit: vetátq. Pythagoras *iniussu imperatoris* [o], id est *de præsidio, & statione vitæ decedere*. Solonis quidem sapientis elogiũ [p] est, quo se negat [q] velle suam mortem dolore amicorum, lamentisq. vacare. vult se carum, credo, suis esse. Sed haud scio, an melius Ennius: *Nemo me lacrymis decoret, neque* [r] *funera fletu Faxit.* Non esse lugendam mortem censet, quam immortalitas consequatur. Iam sensus moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat [s], præsertim senisi: post mortem quidem sensus aut optandus, aut nullus est. Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse, morte vt negligamus: sine qua meditatione, tranquillo esse animo nemo potest. moriendum enim certè est: & id incertum, an eo ipso die. mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis [a] possit animo consistere? de qua non ita longa disputatione opus esse videtur, cùm recorder, non solùm L Brutum, qui in liberanda patria est interfectus: [b] non duos Decios, qui ad voluntariã mortem cursum equorũ incitauerunt: non M. Atilium, qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret: non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt: non auum tuum L. Paullum, qui morte sua [c] luit colleg [d] in Cannensi ignominia temeritatem: non M. Marcellum, cuius interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturę carere passus est: sed legiones nostras (quod scripsi in Originibus) in eum sępe locum profectas alacri animo, & erecto, vnde se numquam redituras arbitrarentur. Quod igitur adolescentes, & ij quidem non solùm indocti, sed etiam rusti ci contemnunt, id docti senes extimescent? Omnino (vt mihi quidem videtur) *verum omnium satietas, vitæ facit satietatem*. Sunt pueritiæ certa studia, num igitur ea desiderant adolescentes? sunt & ineuntis adolescentiæ, num ea iam constans requirit ętas, quę media dicitur? sunt etiã huius ætatis. ne ea quidem in [e] senectute quærũtur. sunt autem extrema quædam studia senectutis. ergo, vt superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis. quod cùm euẽnit, satietas vitæ tempus maturum mortis affert. Equidem non video, cur, quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere vobis: [f] quòd eo meliùs mihi cernere videor, quòd ab ea propiùs absum. Ego vestros patres, P. Scipio, túque, C. Læli, viros clarissimos, mihiq. amicissimos, viuere arbitror: & eam quidem vitam, quæ est sola vita nominanda. Nam, dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere [g] perfungimur. *est enim animus cælestis* ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq. contrarium. Sed credo, deos immortaleis *sparsisse animos in corpora humana, vt essent qui terras tuerentur* [h], *quique cælestium ordinẽ contemplarentur, imitarentur eum vitæ modo, atque constantia*. nec me solùm ratio, ac disputatio impulit vt ita crederem: sed nobilitas etiam summorum philosophorum, & auctoritas. Audiebam Pythagoram, Pythagoreósq. incolas pæne nostros, qui essent Italici [k] philosophi quondam nominati. numquam dubitasse, *quin ex vniuersa mente diuina delibatos* [l] *animos haberemus*. De monstrabantur mihi prætetea quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorũ disseruisset, is, qui esset [m] sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio, cùm tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorúmq. prudentia [n], tot artes, tantæ scientiæ, tot inuenta, non posse eam naturam, quæ res eas contineat, esse mortalem. cúmq. semper agitetur animus, nec principium motus habeat, quia se ipse moueat: nec finem qui demhabiturum esse motus, quia numquam se ipse sit relicturus, &, cũ simplex animi natura esset, neq. haberet in se quid quam admistũ dispar

a Hec. vocc temporis.
d Hac voce spectatores dimissi a spectaculis cuius rei vestigium freques apud comicos Terentium & Plautum. Senecam 3 Natural. adde Tertul. 1. aduersus Valentinian. 6. Quintil. 2. Apulcium 2. Florum. Horatium de arte.* e al. veniendum.*
f L. tanquam adolescentia figeit.
g al. vt iam sæpe dixi.
PXCII.
h L. sicutcum sua sponte.
i Mox totum eo citius, abest ab o. v.c.
k inclusa desunt manuscript. Vrsini*.
l De Pisistrato vide Herodot. 1. Isocratẽ Panathenaico: Iustin. lib. 2. Gellium, Eusebium*. m adde Plut. & Laertium*. n v.c. certisq. sensib. & ita L.
o Tusculan. 1. & insomn. p fort. ellogium est, fort. eclogium est.
P. B.
q vide Tusculan. 1 & Plutarch.*
r q.v.c. neque funere fletu Faxit. Iul. neque funere lessum faxit. t verbum durius non reperitur in vllis coll. antiq.

a q.v. t. qui poterit ag.
b Cicero Tusc. 1. 4. Paradox. Liuius 2. Plutarch. Publicola 5. Valer. 6. 1 Flor. 1. 2. Plin. de viris illustribus 12.
c sua ab o.v.c. l. sui.
d M. Terentii Varronis vita de Liuio 12.
P. XCIII.
e L. quærentur a Iocundate.
f vobis, abest ab o. v.c. nonnullis.
g al. onere, al. ope.*
h Idem in somnio Scipionis, & de Natura deorum.*
k vide Laert. 8. Augustin. de ciuit. Dei. deliberatos, l. al. exceptos. m al. effectum. nonnulli sapientissimus vir. oraculo. ὁσοφώτατος, ἀνθρώπων ὁ θεῖος φοίβος ἔφησε, σοφώτατον εἶναι ἀνθρώπων. n al. prudentia.

a g. v. c. non habeat sui.

disparsui,[a] atque dissimile, nō posse eum diu i
di: quòd si non possit non posse interire: magnóq. esse argumento, homines scire pleraque antè, quàm nati sint, quod iam pueri, cùm arteis difficileis discāt, ita celeriter res innumerabileis arripiant, vt eas non tum primùm accipere videantur, sed reminiscí, & recordari. Hæc bPlatonis sunt ferè. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior, hæc dicit. *Nolite arbitrari, ô mihi carissimi filij, me cùm à vobis discessero, nusquam, aut nullū fore nec enim, dum eram vobiscum, animum meū videbatis: sed eum esse in hoc corpore, ex ijs rebus, quas gerebam, intelligebatis. eundem igitur esse creditote, etiam si nullum videbitis.* Nec verò clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quòd diutius memoriam sui tenerēmus. Mihi quidem numquam persuaderi potuit, animos, dum in corporib essent mortalibus, viuere: cùm exissēt ex iis, emori: nec verò tū animū esse insipientē, cùm ex insipienti corpore euasisset, sed cùm omni admixtione corporis liberatus, purus & integer esse cœpisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cùm hominis natura morte dissoluitur, ceterarum rerum perspicuum est, quò quæque discedat: abeunt enim illuc omnia, vnde orta sunt: animus autem solus, nec cùm adest, nec cùm discedit, appāret. Iam verò videtis, *nihil esse morti tam simile, quàm somnum.* Atqui dormiētium animi maximè declarant diuinitatem suam. multa enim cùm me[e] remissi, & liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se plane corporis [f] vinculis relaxauerint. Quare, si hæc ita sunt, sic me colitote [g], vt deum. sin vnà est interiturus animus cum corpore, vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuētur, & regunt, memoriam nostri piè, inuiolatéque seruabitis. Cyrus quidem hæc moriens. Nos (si placet) nostra videamus. Nemo vnquā mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paullum, aut duos auos, Paullum, & Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos præstanteis viros, quos enumerare nō est necesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent: nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertinere posse. An censes (vt [h] de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diuruos, noctúrnósq. domi, militiæq. fusc epturūfuisse, si iisdem finib. gloriam meam, quib. vitā essem terminaturus? nónne melius multo fuisset, otiosam ætatem, & quietam, sine vllo labore, & contentione traducere? sed nescio quomodo, animus erigens se, posteritatem semper ita prospiciebat, quasi cùm excessisset è vita, tum demiq. victurus esset. quod quidem ni ita se

b al. Hæc Plato mollet. * c verbum, sunt, abest ab v. c.

d al. quo iustius & diutius mem.

e. XCIIII

f al. quoniā rem. [illegible] corpo rum vinculis rel.

g al. colitote, quit, vt deum. *

h al. (vt de me ipse) etc.

A haberet, vt animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maximè ad[a] immortalem gloriam niteretur. Quid quòd sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Nónne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius, videre, se ad meliora proficisci: ille autē, cuius obtusior sit acies nō videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi. Neq. eos verò solùm conuenire aueo, quos ipse cognoui: sed illos etiam, de quib. audiui, & legi, & ipse cōscripsi. Quò quidē me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit. néue [b] tanquam pilam retorserit. Quòd si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam [c], & in cunis [d] vagiam, valde recusem, nec verò velim, quasi decurso spatio, *à calce [e] ad carceres revocari.* quid enim habet vita commodi? quid non potius laboris? sed habeat sanè. habet certè tamen aut satietatem, aut modum. non iubet enim mihi deplorare vitam, quod multi, & ij docti sæpe fecerunt. nec me vixisse pœnitet: quoniam ita vixi, *vt non frustra me natum existimem: & ex vita isthinc discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo.* commorandi enim natura deuersoriū[f] nobis, non habitandi locum [g] dedit. O præclarum diem, cùm [h] ad illud diuinum animorum concilium, cœtúmq. proficiscar, & cùm ex hac turba, & colluuione discedam! proficiscar enim non ad eos solùm viros, de quib. antè dixi: sed etiam ad Catonem meum, quò nemo vir melior natus est, nemo pietate præstantior: cuius à me corpus crematum est, quod [i] contra decuit ab illo meum, animus verò non me deserens, sed respectans, in ea profectò loca discesserit, quò mihi ipsi cernebat esse veniendum, quem ego meum eāsum fortiter ferre visus sum: non quod æquo animo ferrem: sed me ipse consolabar, existimans non longinquū inter nos digressum, & discessum fore. His mihi rebus, Scipio (id enim tecum Lælio admirari solere dixisti) lenis est senectus, nec solùm non molesta, sed etiā iucunda. quòd si in hoc erro, quòd animos hominū immortaleis esse credā, lubēter erro: nec mihi hunc errorē, quo delector, dū viuo, extorqueri volo. sin mortuus (vt quidā minuti [k] philosophi censent) nihil sentiam: non vereor, ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideāt. quod si nō sumus immortales futuri, tamē exstingui homini suo tēpore optabile est. Nam habet natura, vt aliarum omniū rerū, sic viuendi modum. *Senectus* autem, *perfectio ætatis est, tanquā fabula*: cuius defatigationē fugere debemus, præsertim adiūcta satietate. Habui hæc de senectute quę dicerem: ad quam vtinam peruenistis, vt ea, quæ ex me audistis, re experti probare possitis.

a c. ad immortalitatem nit. a. ad immortalitatis gloriam.

b l. nec si tā quam Pelia recoxerit, id est iuuenem effecerit, vt Medea pollicita est. Peliā se coquendo effecturā. vide Euthydemo: Plautū Pseudolo Varronē Marcipore apud Nonium cap. 2. in puellos. 668 De Pelia vide Diodor. 4. Ouid. Metam. ita senex recoctus Catullo *.

c al. repuerescam.

d al. cunabulis, vt apud Nonium. *

d calx propriè, posterior pars pedis: Hic pro meta & fini curriculi, quod creta aut etiam pede notaretur: eoq. sensū accipitur 1. Tuscul. & libro de amicitia. huic opponit carceres partem curriculi prioremvnde proverbium à calce ad carceres reuocari, hic & de amicitia ceteris ad calcem peruenire. adde Senec. 29 Epistol. 109. * fa diuersorium. *

g vox, locum abest ab v. c.

h citatur à Nonio 12. in Turbam 26. à turbari enim mortalitatis ordo videtur l. 35 ff. de inofic. *

k vox, philosophi, abest ab v. c. lEpicurei Cyrenaici. *

P. II.

M. TVLLII CICERONIS

LÆLIVS, SIVE DE AMICITIA[a]

DIALOGVS, AD T. POMPONIVM ATTICVM, PRÆFATIO.

Fannius. Scævola. Lælius.

a De amicitia adde locũ insignem qui extat in fine lib. 1. de finibus.*

VINCTVS Mucius augur Scævola [b]multa narrare de C. Lælio, socero suo, memoriter, & iucundè solebat, nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem [c]. Ego autẽ à patre ita eram deductus [d] ad Scævolam, sumta [e] virili toga, vt, quoad possem, & liceret, à senis latere numquam discederem. Itaq. multa ab eo prudenter disputatà, multa etiam breuiter, & commodè dicta, memoriæ mandabam: fierique studebam eius prudentia doctior. Quo mortuo me ad pontificem [f] Scævolam contuli: quem vnum nostræ ciuitatis & ingenio, & [g] industria præstantissimum audeo dicere. Sed de hoc alias: nunc redeo ad augurem. Cum sæpe multa narraret, tum memini, domi in hemicyclio [h] sedentem, vt solebat, cùm & ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis [i] erat in ore. meministi enim profectò, vt opinor, Attice, & eo magis, quòd P. Sulpicio vtebare multùm, cùm is tribunus pl. capitali odio à Q. Pompeio, qui tum erat consul, dissideret, quo-cum coniunctissimè, & amantissimè vixerat, quãta hominum esset vel admiratio, vel querela. Itaque tum Scævola, cùm in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælij de amicitia, habitum ab illo secum, & cum altero genero C. Fannio, Marci filio, paucis dieb. post mortem Africani. Eius disputationis sententias memoriæ mandaui: quas in hoc libro expositas meo arbitratu. quasi enim ipsos introduxi [k] loquenteis, ne l, Inquam, &, Inquit, sæpius interponeretur: atque id eo feci, vt [m] tanquã à præsentibus coràm haberi sermo videretur. Cùm enim sæpe mecum ageres, Attice, vt de Amicitia scriberem aliquid, digna mihi res cùm omnium cognitione, tum nostra familiaritate visa est. itaq. feci non inuitus, vt prodessem multis tuo rogatu. Sed, vt [n] in Catone maiore, qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur. quàm eius, qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset: sic, cùm accepissemus à patrib. maximè memorabilem, C. Lælij, & P. Scipionis familiaritatem fuisse, C. Lælij personã visa est idonea mihi, quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset magister meus Scævola. Genus autem hoc sermonum, positum in hominum veterum auctoritate, & eorum illustrium, plus, nescio quo pacto, videtur, habere grauitatis. Itaq. ipse mea legens, sic afficior interdum, vt Catonem, non me loqui existimem. Sed vt tum ad senem senex de senectute, sic [a] in hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo erat nemo ferè senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Lælius & sapiens, sic enim est habitus: & amicitiæ gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu velim animum à me parumper [b] auertas, Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius, & Q. Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani, ab his sermo oritur: respondet Lælius: cuius tota disputatio est de amicitia, quam legens tu ipse cognosces. ¶ FANNIVS. Sunt [c] illa vera, Læli: nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. sed existimare debes, omnium oculos in te esse conuectos: vnum te sapientem & appellant, & existimant. tribuebatur hoc modo M. Catoni. scimus [d] L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem, sed vterque alio quodam modo: Acilius [e], quia prudens esse in iure ciuili putabatur; Cato, quia multarum rerum vsum haberet [f], multæque eius & in senatu, & in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur. propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. te autem alio quodam modo dicunt [g], non solùm natura, & moribus, verum etiam studio, & doctrina esse sapientem, in sicut vulgus, sed vt eruditi solẽt appellare sapiẽtẽ, qualem in reliqua Græcia neminẽ. Nã, qui septẽ appellantur, eos, qui ista subtiliùs quærunt, in numero sapientum [h] non habent. Athenis vnũ accepimus, & eum quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. hanc esse in te sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas, humanósq. casus virtute inferiores esse [i] putes, itaq. ex me quærunt, credo & ex hoc item Scævola, quonam pacto mortem Africani feras, eóque magis, quòd his proximis Nonis, cùm in hortos D. Bruti auguris, commentandi causa, vt solebamus, venissemus, tu non affuisti; qui diligentissime semper illum diem & illud munus solitus esses obire. ¶ SCAEVOLA. Quærunt quidem, C. Læli, multi, vt est à Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animadverti, te dolore quem acceperis cùm summi viri, tum amantissimi morte, ferre moderatè: nec potuisse non commoueri, nec fuisse id humanitatis tuæ. quod autem his [k] Nonis in [l] nostro collegio non affuisses [m], valetudinem [n] causam, non mœstitiam fuisse. ¶ LAEL. Rectè tu quidem, Scævola, & verè. nec enim ab isto officio quod semper vsurpaui cùm valerem, abduci

b cognomen Scævola, abest ab o.v.c.

c 2 Officior. 2. de finib.*

d Deduci ad Iurisconsultos adolescentes mos erat ab maioribus, Tacit. dial. de Or.* e eam sumi mos erat in Ioue Capitolini templo Valer. 5.* f 1. & 3. de orat.* g L. & iustitia h al. hemicyclo, hoc est corona prudentium* i q.v.c. omnibus erat in ore.

P. XCVI.

k v.c. induxi ut ita L. l Sic Plato in Theæteto.* m o.v.c. atq. vt tanquam à præsentibus,

n L. vt in Catone maiore feci, qui est scr.

a L. de hac libro,

b al. paullisper,

P. 81.

c L. sum. Ælii.

d L. Acilium

e L. Acilius

f L. habebat scita vet.

g L. vnum hunc cunct. vid. e. c.

h v. de sapientibus.

i esse, delet o.v.c.

P. XCVII. k. primum hunc loc. o.v.c. lacunã in codd. legi. manifesta causa. formula qua Virgilius vtitur. Ecl. nonã. Ital. Hinc ad vos Hesperides, nam ma. al. hinc ad vos. Hesperides.

incommodo meo debui: nec vllo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, vt vlla intermissio fiat officij. Tu autem, Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè: sed, vt mihi videris, non rectè iudicasde Catone. aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut si quisquam, ille sapiens fuit. Quomodo enim (vt alia omittam) mortem filij tulit? memineram Paullum, videram Caium [a]: sed hi nec comparentur Catoni maximo. & exspectato viro. Quamobrem caue Catoni anteponas, ne istum quidem ipsum, quem Apollo, vt ais, sapientissimum iudicauit. Huius enim facta, illius dicta laudantur. De me autē (vt iam cum vtroq. loquar) sic habetote. Ego, si Scipionis desiderio me moueri negem, quàm id rectè faciam, viderint sapientes: sed certè mentiar. moueor enim tali amico orbatus, qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit: & vt cōfirmare possum, nemo certè fuit. sed non ego medicina: me ipse consolor, & maximè illo solatio, quod eo errore careo, quo amicorum [b] decessu, pleriq. angi solent, nihil enim mali accidisse Scipioni puto, mihi accidit. si quid accidit, suis autem incommodis grauiter angi, non amicum, sed seipsum amantis est. Cum illo verò quis neget actum esse præclarè: nisi enim, quod ille minimè putabat, immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? qui summam spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, continuò adolescens incredibili virtute superauit. qui consulatum petiuit numquam, factus est consul bis primum antè [c] tempus: iterum sibi, suo tempore: reip, pene ferò: qui, duab, [d] vrbibus euersis, inimicissimis huic imperio, non modò præsentia, verùm etiam futura bella deleuit. Quid dicā de morib. facillimis? de pietate in matrem? liberalitate in sorores? bonitate [e] in suos? iustitia in omneis? [f] hæc nota sunt vobis: quàm autem ciuitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Quid igitur hunc pauçorum annorum accessio iuuare potuisset? senectus enim quamuis non sit grauis, vt memini Catonem vno anno antè quàm mortuus est, mecum, & cum Scipione disserere, tamen auferet eā viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Quamobrē vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, vt nihil posset accedere, moriendi autem sensum celeritas abstulit. quo de genere mortis difficile dictu est: quid homines suspicentur [h], vide tis. Hoc tamen verè licet dicere, P. i Scipioni, ex multis diebus, quos in vita celeberrimos, lætissimósq. viderit, illum diem clarissimum fuisse, cùm senatu dimisso, domum reductus ad [k] vesperam est, à patrib. conscriptis, à populi R. sociis, & Latinis, pridie quàm excessit è vita: vt ex tam alto dignitatis gradu ad [l] superos videatur potiùs, quàm ad inferos peruenisse. *neq. enim assentior iis qui hæc nuper disserere [m] cœperunt cum corporib. simul animas interire, atq. omnia morte deleri.* Plus apud me antiquorū auctoritas, valet vel nostrorū maiorū, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt: quod nō fecissent profectò, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorū, qui in hac terra fuerunt, magnámq. Græciam [n], quæ nunc qui dem delecta est, tum florebat, institutis, & præceptis suis studierunt: vel eius, qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus: qui non tum hoc, tum illud, vt in plerisque, sed idem, dicebat semper, *animos hominū esse diuinos: isq. cùm e corpore excessissent [a], reditū [b] ad cælū patere.* optimóq. & iustissimo cuiq. expeditissimum quod idē Scipioni videbatur, qui quidē quasi præsagiret, perpaucis ante mortem diebus, cùm & Philus, & Manilius adessent, & alij plures, túq. etiā Scæuola, mecū [c] venissēs, triduum disseruit de rep. cuius disputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorū: quæ se in quiete p̄ visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, vt *optimi cuiusq. animus in morte facillimè euoler, tāquā è custodia, [d] vinculisq.* corporis: cui censemus cursum ad deos faciliorē fuisse, quàm Scipioni? Quocirca mærere hoc eius euentum [e], vereor, ne inuidi magis, quàm amici sit, sin autē illa vereor, vt idē interitus sit animorū, & corporū, nec vllus sensus maneat: vt nihil boni est in morte, sic certè nihil mali. sensu enim amisso, fit idem, quasi natus non esset omnino: quem tamen esse natū & nos gaudemus, & hæc ciuitas, dum erit læta, habitur. Quamobrem cum illo quidem (vt supra dixi) actum optimè est: mecum autem incōmodius: quem [f] fuit æquius, vt priùs introietam in vitam, sic priùs exire de vita. sed tamē recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim: quocum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit, quocum domus fuit, & militia communis, & id, in quo est omnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorum, sententiarū summa cōsensio. Itaq. nō tā ista me sapientiæ, quā modò Pannius cōmemorauit, fama delectat, falsa præsertim, quàm quòd amicitię nostræ memoriam spero sempiternam fore. idque mihi eo magis est cordi, quòd *ex omnibus sæculis vix tria, aut quattuor nominantur [g] paria amicorum*: quo in genere sperare videor Scipionis amicitiā, & Lęlij notam posteritati fore. ¶ Fannius, Istud quidē, Læli, ita necesse est: sed, quoniam amicitiæ mentionem fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris, spero [h] item Scæuolæ, si quemadmodum soles, de cæteris rebus, cùm ex te quæruntur: sic de amicitia disputabis [i], quid sentias, qualem existimes, quæ præcepta des. ¶ Scaevy. Mihi verò pergratum hoc erit: atque, idipsum cùm tecū agere conarer, Fannius anteuertit. quāobrem vtrique nostrūm gratum admodum feceris. ¶ Lael. Ego verò non grauarer, si mihi ipse cōfiderem. nā & præclara visa [k] res est, & sumus. vt dixit Fāpius, otiosi. sed quis ego sum? aut quę est in me facultas? doctorum est ista cōsuetudo, eáq; Græcorum, vt [l] ijs proponatur, de quo disputent quamuis subito. Magnū opus est, egētq. exercitatione non parua. Quā obrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur. ego vos hortari tantùm possum, vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas. Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse nō posse, neq. id ad viuum reseco, vt illi, qui hæc subtiliùs disserunt, fortasse verè, sed ad cōmunem vtilitatē parum. negant enim, quēquam virū bonum esse, nisi sapientē. Sit ita sanè. sed eā sapientiā interpretātur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus, nos aūt ea, quæ sunt in vsu, vitáque communi, nō ea, quæ singuntur,

[a] L. Gallum; sed hi in puēris: Cato in perfecto, & spectato viro. Quamobrem &c.

[b] al. in amicorum discessu. P. B.

[c] Vide virtute vel Reip. tēporibus data. Flor. lib. 49. Plut. Catone. &c. Carthaginē & Numantia. & vide beneficiate in s. pronocabuli, hæc, absit ab hoc.

[d] v. n. etiā cum. De morte Scipionis & qui de ea fuit vide Appi. t. civil. Plutar. 44. Eutrop. L. vi. Val. c. 6. 5. Val. c. de interitu. Cic. de Orat. & de Fato. v. Scipio &c. v. ad vel verum est. v. adfuper videatur potius, deos potius, &c. affererē.

[e] de qua &c. v. Iustin.

[a] al exissent.

[b] L. in cœlum pat.

[c] al. meco venisses.

[d] Plato in Axiocho.

[e] al. euentu.

[f] L. quem fuerat æquius.

[g] fert, nunquā tenitur.

[h] gl. credo ipsum.

[i] L. disputaris.

[k] participium visa, absit ab hoc.

[l] L. vt iis proponatur, P. xix.

aut optantur, sperare [a] debemus. numqnam ego dicam, C. Fabriciũ, [b] M. [c] Curium, T. Coruncanum [d], quos sapienteis nostri maiores iudicabant, ad istorum normam fuisse sapiẽteis. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum, & obscurum: concedãtq. vt hi boni viri fuerint. Ne id quidẽ faciẽt. negabũt, id, nisi sapienti, posse concedi. Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt. Qui ita se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas [e] liberalitas: nec sit in eis vlla cupiditas, vel libido, vel audacia: sit q. magna cõstantia, vt ij fuerunt, modò quos nominaui: hos viros bonos, vt habiti sunt, sic etiam appellandos putemus, qui [f] assequuntur, quantum homines possunt, naturã [g] optimã recte & viuendi ducem. sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, vt inter omneis esset societas quædam: maior autem, vt quisq. proximè accederet itaque ciues, potiores sunt [i], quàm peregrini: & propinqui, quàm alieni. cũ his enim amicitiam natura ipsa peperit: sed ea non satis habet firmitatis. namq. hoc præstat amicitia propinquitati, q̃ ex propinquitate beneuolẽtia tolli potest, ex amicitia autem non potest. sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta añt vis amicitiæ sit, ex hoc intelligi maximè potest: q̃ ex [k] infinita societate generis humani, quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, & adducta in angustũ, vt omnis caritas aut inter duos [l], aut inter paucos iungeretur. *Est autem amicitia nihil aliud nisi omniũ diuinarum humanarumq. rerum cum beneuolentia, & caritate summa* [m] *consensio: quæ quidẽ haud scio, an, excepta sapientia, quicquam* [n] *melius hominibus sit à dijs immortalibus datum* diuitias alij prẽponunt, bonam alij valetudinem, alij potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. beluarum hoc quidem extremum est: illa autem superiora, caduca, & incerta, posita non tam in nostris consilijs, quàm in fortunæ temeritate. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, præclarè illi quidem: sed hæc ipsa virtus amicitiam gignit, & continet: nec sine virtute amicitia esse vllo pacto potest. Iam virtutem ex consuetudine vitæ, sermonisq. nostri interpretemur: nec [o] metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia: virósq. bonos eos, qui habentur, numeremus, Paullos, Catones, Caios, [p] Scipiones, Philos. his communis vita contenta est. eos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur. Taleis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principiò, cui [q] potest esse *vita vita* [r] *tristis*, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat? Quid dulcius, quàm habere, qui-cũ omnia audeas sic loqui, vt tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis æquè, ac tu ipse, gauderet? aduersas verò ferre difficile esset sine eo, qui illas grauiùs etiam, quàm tu, ferret. deniq. ceteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus ferè singulis: diuitiæ, vt vtare: opes, vt colare: honores, vt laudere: voluptates, vt gaudeas: valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis: amicitia res plurimas cõtinet: quocunque te verteris, præstò est: nullo loco excluditur: numquã intempestiua, nũquam molesta est. Itaq. nõ aqua, non igni, nõ [s] aere, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quàm amicitia. neq. ego nunc de vulgari, aut de mediocri (quæ tamen ipsa & delectat, & prodest) sed de vera, & perfecta loquor, qualis eorũ, qui pauci nominantur, [a] fuit. nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas patiẽs, communicándo leuiores. *Cúmq. plurimas & maximas commoditates amicitia cõtineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quòd* [b] *bona spe prælucet in posterum: nec debilitari animos, aut cadere patitur: verum etiã* [c] *amicum qui intuetur, tamquã exẽplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egẽtes abundant, &* [d] *imbecilles valent, & (quod difficilius dictu est) mortui viuunt: tanta eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. ex quo illorum beata mors videtur horum vita laudabilis. quòd si exemeris ex natura rerũ beneuolẽtiæ cõiunctionem: nec domus vlla nec vrbs stare poterit: ne ager quidẽ cultus permanebit* id si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ concordiæq. sit: ex dissentionibus, atq. ex discordijs percipi potest. quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ nõ odijs, atque dissidijs funditus possit euerti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. Agrigentinum [f] quidem, doctum quendam virum, carminibus Græcis vaticinatũ ferunt: *quæ* [g] *in rerum natura, totoque mundo constarent, quæq. moueritur, ea contrahere amicitia* [h], *dissipare discordiam.* atq. hoc quidẽ omnes mortales & intelligunt, & reprobant. Itaq. si quando aliquod officium exstitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est, qui id non maximis efferat laudibus? qui clamores tota cauea nuper in hospitis, & amici mei M. Pacuuij, noua fabula: cùm ignorante rege, vter [i] eorũ esset Oreστes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur: Oreστes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret? stantes autẽ plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuisse facturos? facilè indicabat ipsa natura vim suã: cùm homines, quod facere ipsi nõ possent, id rectè fieri in altero iudicarent. Hactenus mihi videor, de amicitia quid [k] sentirẽ, potissimè dixisse. siqua præterea sunt (credo aũt esse multa) ab iis, si videbitur, qui ista disputant, queritote. ¶ FANN. Nos autẽ à te potiùs: quãquam etiã ab istis sæpe quæsiui, & audiui, non inuitus equidẽ: sed aliud quoddã expectimus [l] filij orationis tuæ. ¶ SCAE. Tũ magis id diceres, Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cũ est de rep. disputatũ, affuisses. qualis tũ patronus iustitiæ fuit contra accusatorã orationem Phili? ¶ FANN. Facile id quidem fuit, iustitiã iustissimo viro defendere. ¶ SC. Quid amicitiam? nónne facile ei erit, qui ob eã summa fide, constantia, iustitiáq. seruatã, maximã gloriã ceperit? ¶ LAEL. Vim hoc quidẽ est afferre. quid enim refert, qua me ratione cogatis? cogitis certè. studiis enim generorum, præsertim in re bona, cùm difficile est, tũ ne æquũ quidẽ, obsistere. Sæpissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud considerãdum videri solet, *nũ* [m] *propter imbecillitatẽ, atq. inopiã, desiderãda* [n] *sit amicitia:* vt dãdis, recipiẽdiq. meritis, eã quisq. minùs per [o] se posset, id acciperet ab alio, vicissímq. redderet: an esset hoc quidẽ prius amicitiæ, sed antiquior, & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia causa amorem enim, ex quo amicitia nominata est, princeps est ad beneuolentiã cõiũgendã. nam vtilitates quidem etiam

a L. spectare b 4. *Valer.* 3. 4. *Gell.* 8.*
c L. M' Curium, T. Coruncanium, d *al.* Coruncanium *l.* 2. *ff. de origine iuris vide lib.* 3. *Florum epitome* 18.*
e L. æquitas,
f *q.v.c.* quia sequatur, *al.* qui sequantur,
g *al.* natura optima rectè viuendi duce.*
h. *v. c.* benè viuendi i funt, *abest ab e v.c.*
P. B.
k *al.* ex infinitate societatis.
l *al.* duo.*
m *vox, summa, abest ab o. v.c. nec agnoscit* L.
n *o. v.c.* nihil melius homini fit
o L. nec eam, vt quidam docti, verb. mag. metiamur: virósq. p L. Gallos, q L. quæ potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, quæ non *&c. al.* quî potest esse, vita vitalis, vt ait Ennius, quæ nõ *&c.* P. C. r *al.* vtilis
s *hoc totum, non aere, abest ab o. v.c.*
a *fere.* numerantur,
b L. quid bonam ipſe præ lucet in
c *al.* etenim*
d L. & imbecilli valent,
e L. vinculum: P. B.
f Empedoclẽ vide Plutarchum in vita de Iside, & Platonem 8. de Rep. Cicero con: Simplicium 1. Phys. & 2. de cœlo.*
g vide Plutarchum in fra 5. Sect. h *v. Aldina* re disc.
i Idem 2. & 5. de finibus Ouid. Trist. 4. eleg. 4. Amicitia.*
k L. quid sentirem, potius se dicere. Itaque &c.
l *vel* eam, petis amicitias in eadem vel registro. P. Cl.
m Amicitia natura propter imbecillitatẽ, quam ob rem imbecillitate rata sit non *&c.* P. B.
n *al.* sit amicitia.*
o L. per se, P. B.
p Aldus sibi

etiã ab ijs pcipiuntur sæpe, q̃ simulatione amicitię coluntur, & obseruantur tẽporis causa. In amicitia autem nihil fictũ, nihil simulatum: & quidquid in ea est, id & verũ, & volũtariũ est. Quapropter *à natura mihi videtur potius quã ab imbecillitate,*[a] *orta amicitia*, & applicatione magis animi cum quodã sensu amandi, quàm cogitatione, quantũ illab vtilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibuldã animaduerti potest: quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, vt facilè earum appareat sensus. quod in homine multo est euidentius. Primùm ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes: quæ dirimi, nisi detestabili scelere, non potest. Deinde, cùm similis sensus exstitit amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus, & natura congruamus, q̃ in eo quasi lumen aliquod probitatis, & virtutis perspicere videamur. *nihil est amabilius virtute*: nihil, quod magis alliciat homines c ad diligendum: quippe cùm propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabricij, M. d Curij cum caritate aliqua, & benevolentia memoriam non vsurpet, quos numquam viderit? quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Mælium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum, Pyrrho & Hannibale, ab altero, propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus: alterum propter crudelitatem eius e semper hæc ciuitas oderit. Quòd si tãta vis probitatis est, vt in eam vel in eis, quos nunquam vidimus: vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus: quid mirũ, si animi hominũ moueantur, cùm eorũ, quibuscum vsu coniuncti esse possunt, virtutẽ, & bonitatẽ perspicere videãtur? Quanquã confirmatur amor, & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta: quibus rebus ad illum primũ motũ animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit benevolẽtiæ magnitudo, quã si qui putant ab imbecillitate proficisci, vt, sit, per quẽ quisq. alleuatur qd̃ desideret: humile sanè relinquunt, & minimè generosum, vt ita dicã, ortũ amicitiæ: quã ex inopia, atq. indigentia nasci f volunt. quod si ita esset, vt quisq. valetudinis minimũ in se esse arbitraretur, ita ad amicitiã esset aptissimus. quod lõge secus est. vt enim quisq. sibi plurimũ cõfidit, & vt quisq. maximè virtute, & sapiẽtia sic munitus est, vt nullo egeat, suáq. omnia in se ipse posita iudicet: ita in amicitiis expetendis colendisq. maximè excellit. Quid enim Africanus erat g indigens mei? Minimè hercle: ac ne ego quidem illius: sed ego admiratione quadam virtutis eius: ille vicissim opinione fortasse nõnulla, quã de meis moribus habebat me dilexit: auxit benevolentiam cõsuetudo. Sed quanquã vtilitates multæ, & magnæ consecutæ sunt, non sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ. Vt enim beneficii, liberalesq. sumus, non vt exigamus gratiam: neq. enim beneficium fæneramur, sed natura propensi, ad liberalitatem sumus: sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed, quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus, nec mirum. nihil enim altum, nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt qui

a indigentia bonorum docilla res vti.

b P. B. quæ hominem, abest ab vrbe.

c L. M. Curii.

d Quem tamen nullis in Cat. ced. reperi mus.

e Quanquã vol. P. C. II.

f L. natã vol. P. C. II.

g Erat, nullis in Cat. comperi.

suas omneis cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, támq contentam. Quamobrẽ hos quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi autem intelligamus,[a] à natura gigni sensum diligendi, & beneuolentiæ caritatem facta significatione probitatis: quam qui appetiuerunt, applicant sese, & propiùs admouent, vt & vsu eius, quem diligere cœperunt, fruantur, & moribus: sintq, pares in amore, & æquales, propensioréq. ad [b] bene merendum quàm ad reposcendum. Atq. [c] hæc inter eos sit honesta certatio sic & vtilitates ex amicitia maximę capientur: & erit eius ortus à natura, quàm ab imbecillitate, & grauior, & verior. nã si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem cõmutata dissolueret. sed quia natura mutari non potest, idcircò veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid ad hæc fortè vultis. ¶ SCAE. Tu verò perge, Læli. pro hoc enim, quiminor est natu, meo iure respondeo. ¶ FANN. Rectè tu quidẽ quãobrem audiamus. ¶ LAEL. Audite verò, optimi viri, ea quæ sæpissimè inter me, & Scipionẽ de amicitia disserebãtur. quã quã ille quidẽ *nihil difficilius esse* dicebat, *quam amicitiã vsq. ad extremũ vitæ diẽ permanere*. nã, vel vt nõ idem expediret vtriq. incidere, sæpe: vel vt de rep. nõ idem sentirent: mutari etiã mores hominũ sæpe dicebat, aliâs aduersis rebus, aliâs ætate ingrauescente. atq earũ rerum exẽplũ ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, q̃ summi puerorum amores sæpe vnà cũ prætexta, & toga deponerentur. sin aũt ad adolescentiã perduxissent, dirimi tamen interdum contentione[e], vel luxuriæ, vel conditionis, vel cõmodi alicuius, quod idem adipisci vterq. non posset. q̃ si qui lõgius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris cõtentionem incidissent: pestem[f] enim maiorẽ esse nullã in amicitiis, quàm in plerisq. pecuniæ cupiditatem: in optimis quibusq. honoris certamen, & gloriæ: ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos exstitisse. magna etiã dissidia [g], & plerunq iusta nasci, cùm aliquid ab amicis, quod rectum nõ esset, postularetur, vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriã. quod qui recusarent, quamuis honestè id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerẽtur ab ijs, quibus obsequi nollent: illos autem, qui quidquis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos, eorũ querela inueterata non modò familiaritates exstingui solere, sed etiã odia gigni maxima [h], atq. sempiterna. Hæc ita multa, quæ fi fato, impendẽre amicitiis, vt omnia subterfugere non modò sapientiæ, sed etiã felicitatis diceret sibi videri. ¶ Quamobrem id primum videamus, si placet, *quatenus amor in amicitia progredi debeat*. num, si Coriolanus habuit amicos, ferre cõtra patriã arma illi cũ Coriolano debuere? num Becillinũ[k] amici regnũ appetentem, num Sp. Mælium debuerunt iuuare? Ti. quidem Gracchũ remp. vexãtem, à Qu. Tuberone, æqualibúsq. amicis derelictum, videbamus. At C.[l] Blossius, Cumanus, hospes familiæ vestræ, Scæuola, cùm ad me, qui aderam Lænati & [m] Rutilio consulibus in cõsilio deprecatum venisset, hanc, vt sibi ignoscerem, causam afferebat, q̃ tanti Ti. Gracchum fecisset, vt quidquid ille vellet, sibi faciendũ putaret. Tum ego, Etiámne, inquã, si te in Capitolium faceis ferre vellet? Nunquam,

a L. intelligamus, natura gigni, *&c. & ita v.c.* P. B.

b *al.* ad promerendum.

c L. atque inter eos sit hæc honesta certatio. *& ita v.c.*

d *al.* peruenissent.

e L. contentione vel vxoriæ contionis, vel | Ceterũ hic locus ex Euripidis Medea interpolatus videtur: de quo vide Gulielmum Verisimum. 16.

f L. pestem enim nullam esse maiorem amicitiis. P. C. III.

g L. discidia, *& ita v.c.*

h *hæc duæ voces*, maxima, atq. *vulgo ferè in codicibus vet. comperiũtur.*

i L. quasi fata

k L. Viscellia num.

l Idem Plut. Grachis. & q. Valer. 7.

m k. & Rupilio. P. B.

inquit, voluisset id quidem. sed, si voluisset, paruissem. Videtis, quàm nefaria vox, & hercle ita fecit, vel plus etiam, quàm dixit. Non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed præfuit: nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Itaq; hac amentia, quæstione noua perterritus, in Asiā profugit, ad hosteis se cōtulit. pœnas reip. graueis, iustásq. persoluit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris. nam cùm cōciliatrix amicitiæ, virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris. Quod si rectū statuerimus, vel cōcedere amicis, quidquid velint, vel [a] impetrare ab amicis, quidquid velimus, perfecta [b] quidem sapientia sumus, si nihil habeat res vitij: sed loquimur de ijs amicis, qui ante oculos sunt, quos videm[c], aut de quibus memoria accepimus, aut quos nouit vita cōmunis. ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt: & eorum quidem maximè, qui ad sapientiam proximè accedunt. Vidimus [c] Paullū Æmiliū C. Lucinio familiarē fuisse (sic à patribus accepimus) bis vna consules, & collegas in censura: tum etiam cum iis, & inter se coniunctissimos fuisse, M.[d] Curium, & T. Coruncanū. memoriæ traditū [e] est. igitur ne suspicari quidem possumus, quemquam horum ab amico quippiā contendisse, quod cōtra fidem, cōtra iusiurandum, contra remp. esset. Nam hoc quidem in talib. vitiis quid attinet dicere? si [f] contendissent, scio imperaturos nō fuisse, cùm illi sanctissimi viri fuerint: æquè aūt nefas sit, tale aliquid & facere rogatum, & rogare. Atverò T. Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, & minime tūc quidē Caius frater. nūc sacertimus hostis. Hæc igitur prima [h] lex in amicitia sāciatur, vt *neq. rogemus res turpeis, nec faciamus rogati.* turpis enim excusatio est, & minimè accipienda: cùm in ceteris peccatis, tum si quis cōtra remp. se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco, Fanni, & Scæuola, locati sumus, vt nos longè prospicere oporteat futuros casus reip. deflexit enim iam aliquantulum de spatio, curriculóq. cōsuetudo maiorum. T. Gracchus regnū occupare conatus est, vel regnauit is quidem paucos menses. Num quid simile pop. Rom. audierat, aut viderat? Hunc etiam post mortē secuti amici, & propinqui, quid in P. Scipionem Nasicā effecerint, sine lacrymis nō queo dicere. nam [i] Carbonem quoq;, quem modò posuimus propter recentem pœnam T. Gracchi, sustinuimus. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari. serpit [k] enim deinde res: quæ [l] procliuis ad perniciem. cùm semel cœpit, labitur. videtis in tabella iam antè quanta sit facta labes, primò Cabinia lege biennio autem pòst, Cassia. Videre iam videor populum R. à senatu disiunctum, multitudinisq. arbitrio res maximas agi. plures enim discent. quemadmodum hæc fiant, quàm quemadmodū his resistatur. Quorsum hæc? quia sine socijs nemo quidquam tale conatur. Præcipiendum est igitur bonis, vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment, ita se alligatos, vt ab amicis in [m] magna re aliqua in [n] remp. peccantibus, non discedant: improbis aūt pœna statuenda est: nec minor verò iis, qui sequuti erunt alterum, quàm iis, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? qui cùm imperator bello Persico seruitute Græciam liberasset, proptérque inuidiam in [a] exsilium missus esset, ingratæ patriæ iniurtam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod xx. annis antè apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor cōtra patriā inuentus est nemo, itaq; mortem sibi vterque conscíuit [b]. Quare talis improborum [c] consensio nō modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potiùs omni supplicio vindicanda: vt ne quis sibi concessum putet, amicum, bellū patriæ inferentem, sequi, quod quidem, vt res cœpit ire, haud scio, an aliquādo futurum sit. mihi autem non minori curæ est, qualis resp. post mortē meā futura sit, quàm qualis hodie sit. Hæc igitur prima lex amicitiæ sanciatur, *vt ab amicis honesta petamus. amicorū causa honesta faciamus: ne expectemus quidē, dū rogemur:* sed studium tem per adsit, cunctatio absit: consilium verū dare gaudeamus liberè: plurimùm in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas: eáq; adhibeatur ad monendum non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit: & adhibitè pareatur. ¶ Nam quibusdam, quos audio sapienteis habitos in Græcia, pla cuisse opinor mirabilia quædam. sed nihil est, quod illi nō persequantur suis [d] argutiis: partim *fugiendas esse nimias amicitias*, ne necesse sit vnū sollicitum esse pro pluribus: satis, superque esse sibi suarum cuiq. rerum curā [e]: alienis nimis implicari molestum esse: cōmodissimum esse, quàm laxissimas habenas habere amicitiæ [f]: quas vel adducas, cùm velis: vel remittas. caput enim esse ad beatè viendum securitatem: qua frui non possit animus, si tāquam partiat vnus pro pluribus. Alios autem dicere aiunt multo etiam inhumaniùs. (quem locum breuiter perstrinxi paullo ante) *præsidij, adiumentique causa, non benevolentiæ, neq. caritatis, amicitias esse expetendas:* itaq; vt quisq. minimum firmitatis habeat, minimúmq; virium, ita amicitias appetere maximè. ex eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulenti: & calamitosi, quàm [g] ij, qui putantur beati. O præclaram sapientiam! *Solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiā è vita tollunt:* qua à diis immortalibus nihil melius habemus nihil iucundius. quæ est enim ista securitas? specie quidem, blanda [h], sed re ipsa multis locis repudianda est. neq. enim est consentaneum, vllam honestā rem, actionémve ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quòd si curam fugimus, virtus fugienda est: quæ necesse est, vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atq. oderit, vt benitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Itaque videas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecillibus [k] forteis, flagitiosis modestos. Ergo hoc proprium est animi bene constituti & lætari bonis rebus, & dolere cōtrariis. Quā obrem si cadit in sapientem [m] animi dolor (qui profectò cadit, nisi ex eius animo exstirpatam humanitatem arbitremur) quæ causa est, vt [n] amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem, & hominem: sed inter hominem, & saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse volunt: quæ quidem est cùm multis in rebus, tum amicitia, tenera, atque tracta-

a L. vel imperare ab iis qu.
b L. perfecta quidem sapiētia si simus, nihil habeat res vitij.
c L. Videmus, Papum AEmilium, C. Luscino fam. al. Videmus C. AEmilium Papum C. Luscino fam.
d L. M. Curiū & T. Coruncanium.
e al. proditum est.
f L. si contendisset, imperaturum non fuisse, &c.
g L. nunc quidem acerr.
h vox, prima, nulla in v. c. comparet.
P. C III I.
i q. v. c. Nam Carbonem, quoquo modo potuimus, propt.
k L. serpit deinde res: quæ l q. v. c. quæ procliuius ad perniciem.
m L. in magnam aliquā remp. peccātib.
n al. in Republica.

a al. in exsilium. P. B.
b L. concinit c al. impiorum.
d al. argutijs. e al. suis cuiq. rebus. e v. c. curam abesse ab se. v. c.
f fort. amicitiam:
P. C.
g fort. quàm beati. Oro.
h L. sed ipse
i particula vix nunc reperitur v. c.
k plerique cum imbecillis.
l al. indolentes
m quidam libri hanc v. cum sequ. omittunt. n L. cui cit.
P. B.

rerum humanarum dominum, & gubernatorem exortum, sed veriùs miseriarum seruum, atque incommodorum. nam, infantiam,& pueritiam vagitus,lacrymæ, imbecillitas, nullus nec rationis, nec corporis vsus, dolores,molestiæque quamplurimæ amplectuntur. Adolescētiam ardor quidam excipit ætatis,nec prudentiæ, nec iudicij compos: rerum vtilium, ac laudabilium contemtio: voluptatis,& sæpe turpitudinis appetitio:veri boni ignoratio:in pares ferocia, in superiores superbia,in infimos arrogantia.ex his contentiones,rixę,contumeliæ, assiduus denique molestiarum concursus exsistit: ex rebus honestis contemtis infelicitas,& infamia:ex turpibus curiosè arreptis, & conquisitis, luctus, morbi perpetuum denique suiipsius odium, ex cognita rerum turpium mercede conflatum. Adde insanas pecuniarum largitiones,nullam futuri temporis curam, non inopiæ,non liberorum,non vxoris,non posterorum,non familiæ.quæ siquis ætatis potius vitia,quàm naturæ miserias, velit appellare: quamquam nominis quæstionem inducat, non tamen ipsas ab homine miserias, atque incommoda remouebit. Nec verò audiēdus erit, qui hæc ab humanæ naturæ miseriis separanda putet, quòd nō in natura insita sint, sed vnius, vel aliquorum hominum errores videantur:totius autem naturæ illa esse affirmet,quæ à nullo prorsus homine seiūgi possint.quasi verò humanum nō sit irasci, quòd multi non irascantur, aut non humanum loqui,& societatem coire,quòd multi repetiantur,qui nihil difficiliùs faciant,quàm cum hominibus congredi,aut sermonem cumaliquo conferre.verè autem humanæ miseriæ sunt, quòd & si non omnes in vno,certè omnes in omnibus,& aliqua in multis,& multæ sæpe in vno agnoscuntur.Iam,constantis ętatis quot, quantæq.miseriæ sint,non difficile est intelligere,at difficillimum enumerare.hæc enim ex omnibus hominis ætatibus in perturbationes animi,in pericula capitis,famæ, fortunarum vna maximè incurrit.sicut enim ceterarum omnium ætatum,ad res negotiáq.tum priuata, tum publica peragēda aptissima est, maximéq. idonea: ita etiam vna,præ ceteris omnibus,difficultatum,miseriarúmq.omniū, quæ ex publica,priuatáq.administratione oriuntur,participeps,& socia est. hæc priuata amicorum negotia procurat, hæc publica sustinet munera:hæc gloriam, & commodum ex rebus feliciter euenientibus,hæc erumnas & molestias ex aduersis experitur. huic bonorum ciuium propugnatio, huic malorum accusatio proposita est:huic inuidia, & æmulatio à bonis imminēt,à malis pericula & insidiæ intenduntur:ætas nūquā sibi ipsi nō infesta,nūquā pacata:semper laboriosa,semper anxia,& sollicita. quæ si nō aliquos interdū vel vtilitatis,vel voluptatis fructus ex assiduo labore perciperet,se ipsam profectò regere, ac tueri non posset. Sed miseriarū numerus multo maior est:magnitudo autem tanta, vt neminem à publicis procurationibus nō auerte re,ac deterrere possit. illustre præbuit exemplum vpiuersæ ciuitati calamitas nostra, quā ex parta ciuiū salute, ex defensis,aris,ac focis, ex proditoribus à reipublicæ, ac populi Ro. cerui cibus depulsis contraximus. Sed nostra fuerit ærumna; ciuibus contigerit salus & quies:quam etiam, vita ipsa profundenda, & opus fuisset,libentissimè redemissemus. Nihil necesse est mihi de me ipso prædicare. Sed tamen verissimè affirmare possum, eos demum annos me verè vixisse, quos in præclaro aliquo patrię vel commodo, vel ornamento consumsi. ac, si longiùs mihi vitam producere liceret,non me alia causa ad diutius viuendum, quàm publicæ vtilitatis studium, curáque adduceret: quę vna cogitatio in homine gloriosa,& laudabilis est maximè. Nunc, quæ extrema de ætatibus supereſt, quid ego de senectutis incommodis,ac miseriis loquar? quas plurimas esse, & grauissimas,& nomen ipsum,languoris, calamitatisque plenissimum, indicat, & adspectus ipse senum hominum patefacit. quid est enim aliud senem videre trementem, incuruum,canum,imbecillum, infirmum, quàm cernere morientem viuum, aut viuentem mortuum? Ac,si nonnullis visum est, magnam esse senilis ætatis consolationem, prudentiam, vsu rerum quęsitam,quę illius ætatis propria est: eosdem illos fateri oportet, ex eo ipso fonte manare etiam ad senes non minimum doloris,atque molestiæ.qui enim se prudentem, rerúmque agendarum peritum agnoscit, cur non doleat, quæ optimè intelligit, præ ætatis vitio, optimè etiam perficere non posse?&,si patriam diligit, cur nō angatur,quòd, quam consilio iuuat,opera etiam iuuare non possit? eóque maior prudentium dolor est, quòd optimorum consiliorum fructum nulla alia ratione percipi posse, quàm si optimè ad exitum perducantur,intelligunt:quòd,nisi vir optimus, patriæque amantissimus adagendum accedat, prorsus inania sint futura. De ætatibus satis mihi videor dixisse. quid iam de generibus hominum loquar?aut num quid principes viros,medios,& infimos ęquè miseros esse negare possum? Reges ipsi quàm miseri sint,quantóque opere sollicitudini timori,atque insidiis propositi, satis ostendit Dionysius,cùm imminente capiti gladio Damoclem fortunæ suæ felicitatem voluit experiri.nec mirum:cùm ij bellorum calamitates,agrorum vastationes, populorum cædes, vrbium exitia immineant.quæ cùm eueniunt qui victoria potitur, aliquid & ad gloriam,& imperium semper acquirit: sed tanta pręterea rerum amissio, tantúsque sumtus consequitur,vt magni constet victoria, ac plerumque præstiterit, numquam arma sumsisse. sin profligatio exercitus, aut clades aliqua contingit,nihil eo statu miserius ne cogitari quidem potest.siquidem captiuitati, inopiæ, luctui,contemtui coniunctus est. Sed fac Regem esse à bellorum impetu, & à castrorum puluere remotum: sua pacatè possidentem, nulla hostium incursione vexatum: num iccirco tutior,à miseriis securior? quin immò, vt otium humana natura non fert, ipse sibi molestiam,ac sollicitudinem exhibebit. nam aut de augendis vectigalibus, aut de producendis finibus, déque vrbibus ad imperium acquirendis,aut de iungendis cum potentioribus propinquitatibus, atque amicitiis cogitabit.quæ qui animo agitat, nec à molestia liber est, nec alios securos, ac quietos esse sinit.De Auaritia verò,maxima animorum peste,nolim hoc loco pluribus disputare:quę in desi de, atque otiosa mente quàm maximè

exoritur. eáque erectiores animos,& altiores dignitatis gradus maximè sollicitat. Huic generi infimum hominum genus opponitur: quod, vt non ine abiectissimum, sic re quoque omnibus calamitatibus, atque angoribus est propositum. Huic inopia, fames, contumelia, iniuriæ, tributorum solutio, militiæ incommoda, misera denique omnia perferenda sunt: eóque miserius est, quòd ceteris omnibus, cùm aduersa fortuna premuntur, permulta tamen suppetunt, è quibus consolationem, doloríque leuationem petunt. at infimam plebem natura ipsa fatali quadam necessitate tam abiecto, támque imo loco collocauit, vt omnibus ærumnis subiecta, nulla propemodum ratione erigi, aut subleuari possit. Ne mediocris quidem hominum conditio miseriarum expers esse cognoscitur. nam inter summum, & infimum interiecta, alteri paret, alterum patitur. cui si imperare posset, certè longiùs à miseria distaret. Sed quia neque dignitate præstat, nec summos viribus adæquat, suo statu contenta esse cogitur. Itaque multis in ciuitate perfungitur incommodis, non illis quidem parum Reipublicæ fructuosis, aut valde ad ferendum grauibus, atque asperis: sed quæ tamen animum sollicitent, & humanas miserias augeant. hæc longiori oratione persequi, non est præsentis instituti: ante oculos omnia sunt & nobis præcipuè re ipsa perspecta & cognita. Nec verò alia est fœminarum conditio. aut enim iisdem aut parum certè diuersis & molestiis, & angoribus vexantur. nam & iisdem morbis, quibus viri, & iisdem animi perturbationibus, mentísque erroribus obiiciuntur. eóque miserior illarum status est, quo mollior natura, & ad propulsanda incommoda, calamitatésque perferendas infirmior. eadem, quas viri, ex parentum, fratrum, sororum, affinium interitu molestias, & dolores hauriunt: maritos sæpe fatuos, parum de re domestica sollicitos, pecuniam profundentes nanciscuntur. ex quo paupertas, & luctus. quibus malis eo premuntur grauius, quòd non, vt homines, indagare possunt, qua maximè ratione medeantur incommodis, rebúsq. suis consulant. Quantum Tullia mea ex patris exílio doloris, quantum ex maritorum ærumnis, & difficultatibus luctus, molestiæque pertulit? & quamuis optanda etiam minimè pauca in vita viderit: malorum tamen paucorum sensus, vel doctissimis hominibus iudicantibus, ita acerbus est, vt bonis vel plurimis, & maximis æquetur, interdum etiam præferatur. Permulta præterea in hoc genere sunt, quæ reticere præstat, quàm edere. sed magna certè, vel hoc vno nomine, fœminarũ miseria est, quòd, quamdiu viuunt, parêre semper coguntur. aut enim innuptæ parentibus, & affinibus: aut nuptæ, maritis parent, & seruiunt. sic, quo minùs liberæ, eo magis miserę. necvmquam liberæ, nisi è vita profectę. ergo mortuæ beatæ censendæ erunt. Nec sanè video, quid aptiùs dici possit. sed, vt ad nos ipsos redeamus: cui vxor contingit, is præter communes omnium calamitates præcipuo etiam miseriæ genere premitur, quòd non solùm suis, sed etiam domesticis vxoris, & familiæ molestiis, curísque vexatur. neque enim ab ea, qui cum arctissimo matrimonij vinculo conglutinatus est, aut mente, aut cogitatione seiunctus esse potest. Itaque tot vexatus calamitatibus, tantísque miseriis circũclusus hominis animus, quid egregium, aut eximium suscipere, aut cogitare potest? mirum, ni sese abiiciat, ac veluti desperatione perculsus humi iaceat. Redeo igitur ad illud, quod initio dixi, neminem esse, qui spiritum ducat, non miserum, neminẽ verè felicem. parûmque sapiunt ij, qui, hominem luendorum scelerum causſa natum, felicem aut beatum audent nominare. nostra enim, quæ dicitur vita mors est: nec vmquam viuit animus, nisi compage solutus corporis, liber æternitate potiatur. itaque mortem in beneficij loco tributam à Dijs immortalibus, ijs, quos maximè dilexerunt, traditum est: vt cùm, Herodoto auctore, Argia sacerdos, quod optimũ filiis esset, à Dea precata, eos reperit mortuos. mortẽ autem, tanquam optimam, illis esse concessam. credamus sanè Apollini Delphico, qui exoratus à Trophonio, & Agamede, à quibus templum magnificè Apollini exædificatum Delphis erat, vt, quod esset optimum homini tribueret: post diem tertium exanimes sunt inuenti. quo munere iudicauit Deus, & Deus is, cui diuinationis partes à reliquis diis sunt relictæ, mortem homini omnium rerum esse optimam. itaque excutiatur iam, & euellatur funditus falsa illa multorum opinio, malam esse mortem: quando quidem, vel deorũ iudicio, non modò mala non est, sed omnium rerum optima, & omnium munerum, quæ humano generi dari possunt præstantissima præclarè. nam & miseriarum omnium, quas viuentes pertulimus, finis est in morte, & vitatio futurarum, in quas progredientes in vita incurrunt. docemur enim exemplis, è propagatione vitæ, permultos optimos, & fortissimos ciues incredibiles hausisse calamitates. immerentes dixerit aliquis: ergo non sunt in miseriis ponendæ. nihil enim miserum, quod non culpa contractum. de hoc aliâs viderimus: sed calamitates certè fuerunt: quarũ etiam vnica cogitatio, quæ præteruolat, & effugit, non modò sensus, qui corpori firmius inhæret, acerbitatis habet plurimúm. ex quo verè colligi potest, sapiẽter fecisse Thraces, qui, si Herodoto credimus, nascentibus liberis lugere, morientibus lætari solebant, exitum videlicet vitæ, vt miseriarum finem, & quietis portum, probabant: vitæ initiũ, vt ingressum ad molestias & dolores, inuiti videbant. Si ergo nascimur, miseri, morimur beati: quis in hanc lucem edi velit, vt miseriis opprimatur? quis non potiùs mori, vt beatam vitam acquirat? &, si hoc nobismetipsis, vt optimum, vellemus: cur liberis, & affinibus, diuersum? an melius nobis, quàm ijs, quos summè diligimus, esse velimus, aut potius beatènobis, mirè ipsis, & infeliciter? hoc certè nullo modo. quamobrem amanda mors semper omnibus, carissimis etiam optanda. Ac, si quibus mori præstat, quàm viuere, iis præcipuè, quos & acta eum virtute vita claros effecit, & mors, satis diuturna vita perfunctos, molestia afficere non potest. Nasci verò non intelligo, quibus expediat. nam in ærumnas, miseriásque ingredientes quid gratum, quid hilare aspicimus, quare potiùs non offendimur? quod primus ille nascẽtium infantiũ vagitus, & eiulatus fatis declarat. tributus enim est ab optima parente natura, quæ nihil inane solet efferre, ac potius

potius iis rebus, quas efficit, admiranda semper edit vel pietatis, vel iustitiæ, vel prudentiæ documenta. Ex quo intelligi licet, nõ nasci longè optimum esse, nec in hos scopulos incidere vitæ: proximũ autem si natus sis, quàm primùm mori. & tanquam ex incendio effugere fortunæ. Sileni quæ fertur fabula si grauioribus ludicra interdum admiscere liceat, idem certè confirmat, qui captus à Mida missionem doctrina redemit. docuit autem Regem, numquam nasci optimum esse, sed celeritatem mortis proximè accedere. idémque Euripidis testimonio, poetæ sapientissimi, cõprobatur. Sed Crantor noster parti filij mortem egerrimè ferenti responsum ait datum esse in Psychomantio, filio suo bene beatéq. esse, vtiliúsque futurum fuisse, si etiam pater pari ratione fatis concessisset. Quamobrem, si dolorum finem mors affert, si securioris & melioris initium vitæ: si futura mala auertit: si medetur præsentibus: si nos ex plurimis vel morborum, vel molestiarum, vel acerbitatum periculis educit, cur eam tantopere accusare, aut dolorem ex ea deriuare velimus, ex qua potius consolationem, ac lætitiam haurire fas esset? Nisi si, quod mortem subsequitur, nos fortasse sollicitos habet, de quo libet pauca dicere, ne hic vnus ad molestiam, dolorémque alendum angulus relinquatur. qui profectò insipientibus obiiciendus non est, nec in tanto argumentorum aceruo, quibus mortem ipsam nobis obstringere conamur, cõmittendum, vt hoc vno nomine minùs nobis debere videatur. & quamquam hęc futuri post mortẽ temporis cura hominis propria nõ sit, sed diis immortalibus potius relinquenda, quorum nos vel liberalitati, vel sapientiæ permittere fas, piúmque esset: qui enim nascentium curam suscipiunt, qui viuentes protegunt, alũt, tuentur, fouẽt, cur morientes deserant? tamen aliquid etiam modestè de iis exquirere, non est inutile. Necesse est autem, sit alterum de duobus, vt aut sensus penitus omnes mors auferat, aut in aliũ quendam locum ex his locis morte migretur. q; si morte sensus extinguitur, obitúsque nostri somno similis est, qui nõnumquam etiam, sine visis somniorũ, placatissimam quietẽ affert, quid lucri est emori? aut quod omnino tẽpus reperiri potest, quod ei tempori anteponatur, cui similis futura est perpetuitas omnis cõsequẽtis ętatis? Sin migrationem malimus esse mortem in eas oras, quas è vita profecti incoluntur: quid optabilius, quàm ad eos proficisci, quos mortuos viuens dilexeris: & cum iis perpetua vita perfrui, qui vt nos in laude viueremus, & libenter moreremur, suis & præceptis, & exemplis tantopere laborarunt? mihi certè nihil videtur euenire posse gratius, quàm, si mors aditum ad alia loca patefaciat, ad eos venire, & cum iis esse, quos & maximè dilexi, & numquam non diligere, ac laudare possum. Ad meos autem & affines, & amicos vt peruenero, quantopere lætabor? quæ iucundior collocutio, qui suauior vel cõgressus, vel complexus? O vitam verè vitalem, vt ait Ennius, omnibus bonis, ac gaudiis circumfluentem: sed beatam etiam mortem, quę ad beatissimam vitam aditum aperiat. Me quidem, etsi dolore vehementer perculsum, & afflictum, his tamen monitis, & præceptis nõ mediocriter alleuari sentio: itaque neminem puto fore, quem non rationes, à nobis tam studiosè è sapientum libris collectæ, iuuent, ac delectent. eóque magis, quo leuiores erunt aliorum dolores, quàm hic, quo nos tantopere vexati sumus. nam si amor, si pietas filiæ, si virtus, si grauitas, si constantia, si cetera, quæ vix in fœminis spectari, nedum requiri solent, considerãda sint: tanta facta iactura, grauissimè dolere debuimus. sed vincat dolorem consolatio: nec iam, quid amiserimus, sed, quatenus mortalẽ filiã lugere deceat, cogitemus. Hoc nos in mærore nostro: quòd certè fortis est ægroti, non solùm accipere, sed etiam exquirere medicinam. At, si quis erit, quem dolor à ratione auerterit, cui non satis firma videantur ea, quæ iam dicta sunt: is se hominem esse meminerit: nihil autem humanius esse morte, vt, si mors ab ipso diuelli, atque auferri posset, diis propior habendus esset, quàm hominibus, nec omni ex parte hominis nomen ipsi congrueret, quia communi, & præcipua hominis conditione non vteretur. præterea lacrymis nihil profici, quæ si quid adiumenti afferre possent, non solùm effundendæ, sed studiosè conquirendæ viderentur. Denique, non solùm iniustè, sed etiam turpissimè agere qui immodicè doleat. turpitudo enim peior est dolore: siquidem dolor homini à natura insitus est, nihílque habet infamiæ. turpitudo autem iccirco vituperanda, quòd aliquid semper indecorum continet: culpa contractũ. at omnis immodicus dolor turpis est, & à viro alienus: quandoquidem, vt immo dicè, prætérque rationem doleas, sponte efficis. ex quo culpa exoritur. quæ homini maximè fugienda, vitandáque est, ne cogitationibus mollissimis quales interdum perditè amantes suscipere solent, nimiùm perturbemur, & effœminemur. quin potiùs nos ad Homerica præcepta referamus:

Corde age sis firmo, nec te submitte dolori:
Námque aliquid grauius, peiúsque aliquando tulisti.

Nemo videlicet suorum funera experitur, cui non aduersa multa antea contigerint: ita variis omni ex parte incommodis humana natura concluditur. cur igitur grauiora, vel certè æquè grauia fortiter passus, cùm maximè occalluisse, & ad dolorem nouum obduruisse deberet, despondeat animum, séq mærori tradat? quod etiam iniustum esse paullo antè dicebamus. natura enim vsuram nobis vitæ dedit, tanquam pecuniæ, nulla præfinita die. quòd si, cùm libet, sua repetit, ea conditione commodata, vt restituenda sint, cur accusatur? aut, cur non potiùs naturæ gratias agis, quòd, cùm citiùs potuisset, tardiùs repetierit, quàm, quod aliquando repetierit, iniusta querela insequeris? certum est enim, non habitandi locum, sed commorandi diuersorium, nobis esse concessum: è quo cùm migramus alacres, tanquam ex hospitio miseriarum, atque incommodorum pleniss imo egredi debemus, ac lætissimo animo ad futuram vitã, tanquam ad patriam, euolare. quod sapientes re ipsa præstitisse memorantur profectò enim, si quid est, quod moriẽtes perturbet, aut morientium affines habeat sollicitos, id totum aut ex falsa quadam opinione oritur, quòd vitæ huius vsum nimis vtilem, ac iucũdũ arbitremur, aut ex nimio in nosmetipsos

amore, caritatéque prouenit. Sed opinionem illam, quam rationes adeò firmæ conuellunt, libenter deponere debemus : ab hoc verò amore nimio tanto libentiùs abhorrere, quanto indecentius est, vitæ munere perfunctos velle etiam in vita, diis inuitis, cõmemorari: communémque omnium, qui ante nos è vita discesserunt, conditionem recusare: demum, tanta esse mollitie, tantáque impudentia, vt ne in morte quidem confirmemur, ac resipiscamus. Quòd si nostrorum mortem dolemus, cogitemus aliquando, moriendum ipsis fuisse: mortem autem incertam esse, nec in hominis arbitrio positam, sed è deorum voluntate pendêre: quos verò lugemus, eos quoque suorum mortem vidisse, patientérque tulisse: ideóque suo exemplo, quid nos facere velint, præcipere: denique, id quod ad consolandum maximum, ac firmissimum est, non eos nobis penitus ereptos esse, nec prorsus amissos, sed ad præfinitum tempus à nostris oculis, nostráque consuetudine remotos. itaque, cùm ad eum vitæ terminum, quem natura præscripsit, nos quoque peruenerimus, statim eorum consuetudinem reguſtabimus, & ad suauissimam vel consuetudinem, vel conuictum redibimus. Mortem suis acerbã, amarámque in moriendo esse, nonnulli existimant, atque ideo fortasse perturbantur. quod me quidem, sublatis grauioribus dolendi causis, quas iam superiori disputatione reiecimus, minimè angit. ipse enim discessus animi à corpore vel cum nullo, vel certè cum modico dolore fit, & interdum sine sensu: nonnunquam etiam, si rectè sapimus, cum voluptate. Sed, quidquid fit, totum hoc ita leue est, qualia sunt ea, quæ puncto temporis fiunt. nec, si mors paullo longior alicui contingat, desperandum est de deorum, naturæque benignitate, quin eo quoque tempore properantem è vita discedere foueant, atque alleuent. cuius rei in morientibus sæpissimè signa minimè dubia cernuntur: cùm velut è somno exciti, quo tempore extremum spiritum edituri sunt, ita gaudentes & alacres aspiciunt vt libentissimè iudices è vita proficiscí. quamobrem ne hæc quidem vllam æquam doloris afferre causam possunt, qui certè comprimendus ac minuendus est, quòd, etiam si nolis, tempore tamen ipso extenuatur, & euanescit : non, quòd minuendi doloris vis in ipsa die posita sit, sed quòd vsus ipse, cogitatióque diuturni temporis doceat, nihil esse in morte mali, ideóque leuiter, & patienter ferendam. Sed turpe, stultúmque est homini, tanta, támque varia rerum cognitione instructo, non à se ipso potius maturè, quàm ab vsu, & cogitatione doloris remedia exspectare: quæ tam firma sunt, vt neminem fore putem, quem non vehementer non iuuent solùm, sed etiam permoueant. mihi verò eo magis necessaria fuerunt, quo turpius visum esset: me, qui ceteros constantissimè consolatus essem, in meo dolore iacere: vóxque illa exaudiri, & fortasse non immeritò, potuisset,

Hiccine[a] ille Cicero, cuius ob os Graij
Ora obuertebant sua?

Sed nos Philosophia aduersus omnes vel temporum, vel fortunæ, vel naturæ insidias muniuit: quæ ita fortis est, vt nullius iniuriæ impetum extimescat: ita lenis & suauis, vt omnes acerbitates facilè mitiget ac molliat: ita demum vtilis & fructuosa, vt tota se ad humanas vtilitates liberalissimè porrigat atque explicet nec verò secus debet. quę enim humanarum miseriarum cumulum optimè norit, & acutissimè perspiciat, si eas patiatur manare longiùs, neque homini mœrore confecto, consilio, præsidióque suo præstò sit: quid illo miserius? quid vita nostra laboriosius, aut tætrius? aut quid prodesset, adspectũ à natura ad supera erectum accepisse, vt cælum contemplari, vt deorum maiestatem cogitare, aut à dijs immortalibus mentem & rationem vt vtilia cognoscere, honesta à turpibus secernere, æqua amplecti, ab iniquis abstinere possemus, voce deniq. ipsa, & oratione frui, quæ nullis amantibus concessa est, quáque ceteris omnibus, quæ sub cælo sunt, viuentium naturis antecellimus: inania hæc videri possent, si tam multis ex aduerso miseriis oppressa hominis natura neque se ad cælestia erigere, nec tantis bonis, quibus maiora esse nulla potuerunt, vti posset. sed profecto, vt contra serpentium virus pharmacorum genera multa, contra inopiæ calamitatem sollertia & industria, contra turpitudinis voluptatem pudor & verecundia, sic contra doloris morsum philosophia nobis data est deorum immortalium concessu atque munere. quam vt nemo, satis pro dignitate laudare queat, sic quàm plurimi mentis tranquillitatem, animi moderationem, in voluptates imperium, in acerba omnia summam quandam vim ac fortitudinem illi vni acceptam referant necesse est. Neque nos aut in exsilio patientes, aut in honorum cursu temperantes fuissemus, aut nunc in tanto mœrore sapienter & fortiter versaremur, nisi tuo, philosophia optima rerum humanarum moderatrix beneficio. Tu vero felix & beata, Tullia mea, siquis tibi in morte sensus est, quæ tot, tantísque miseriis, quibus proposita fuisses in vita vna morte perfuncta es: à præsentibus malis expedita, ab impendentibus erepta, & in tuto ac tranquillo quietis portu collocata, meritò tibi mortem iucundam fuisse putem, cùm vel ea bona, quibus viuenti frui licuit, animo reputas, vel mala, quæ moriens vitasti, mente, ac cogitatione complecteris. Ego autem, cùm te felicem iudicem, ac si dicere liceat, pænè oculis cernã, cur tua morte excrucier? potiùs lætabor, ac tibi, tanquam de re optatissima, gratulabor. cui nisi molestum est, me iam ætate confectum in tam perturbata republica, támque misero vitæ genere reliquisse, quid iam graue aut acerbum esse possit? Sed hoc quoque ratione ipsa leuius aliquã to efficitur: neque tu nunc, quid me perferre necesse sit, sed, quàm non multo pòst tecum iisdem bonis vsurus sim, debes cogitare. nihil enim accidere valde graue potest ijs, qui spe iã propinqua futuri boni recreantur, & alũtur. Sed nescio qui nos teneat error, aut miserabilis ignoratio veri. non enim tantopere bonis delectamur, quàm malis affligimur: ex quo fit, vt hæc etiam nolentes augeamus: bona autem, que fruendo, cogitando, gaudendo maiora efficere expediret, etiam detrahamus. quod certè minimè oporteret. nam, si ferò disputare volumus, cur dolores, réque aduersas refugiamus, quæ fortitudinem in nobis gignunt, & efficiunt? quę si nulla essent, nulla profectò

[a] Versus detorti ex anti quo poeta, qui exstant 3. Tusculan. & 3 famil. vlt.*

gignunt. & efficiũt? quæ si nulla essent, nulla ꝓfectò fortitudo ignosceretur. cur mortẽhor reamus, quæ assidua sui memoria, nos vt meliores simus, admonet? nec patitur, ad ea nos animũ adiũgere quæ aliquam nomini nostro vel intẽperantiæ, vel iniustitiæ notam possint inurere. Bona verò, & ea, quæ ꝓbãtur in vulgus, cur tãtopere appetamus? quæ consecuti, molliores plerũq. ac deteriores euadimus. ita que his voluptatum lenociniis obruimur, vt discessum ex hac vita impendère, vix aliquando recordemur. Sapienter philosophorum princeps, & magister Plato: quæ sensus appetit, aut timet, nihil aliud esse, quàm somnia. itaque penitus contemnenda esse. mala verò vt vitentur, ad ęterna properãdum: quò nisi confugias, vitari numquam posse. at ad æterna ne properari quidem potest, nisi morte ianitore, ac duce. Quorsum hæc? vt intelligamus, non modò à dolore vacuam, quietam, opportunam, bonam denique esse mortem, sed etiam summorũ atque immortalium bonorum liberalem, ac beneficam ministram. itaque Cato sic è vita discessit, vt lætaretur, causam se nactum esse moriendi. Iam nemini dubium esse potest, quin vir prudentissimus, si sua morte lætabatur, mortem etiam optimam esse agnosceret. Certè enim in re sua, quæ præsertim sensu percipiatur, nemo fallitur. quod comprobare possum Attabani Xerxis patrui, viri sapientissimi, testimonio, de quo est apud Herodotũ, cùm Xerxes exercitus sui copias pænè innumerabiles, ante se in aciem instructas intuens collacrymatus esset, neminem ex tot millibus ad centum annos superstitem futurum, illum Xerxi respondisse: ac tam multa sunt, támque misera, quæ viuentes perferunt, vt nemo sit, quin mori sæpissimè cupiat, cùm incidentes calamitates, & morbi vitam adeò perturbent, sollicitámque habeant, vt longissima videatur. itaque mortem perfugium esse ærumnosæ vitæ dubitare nemo potest. nec his contentus addidit etiam illud: deos immortales, cùm hominum vitam, quę adeò misera sit, multis bonorum integumẽtis velarunt & operuerunt, fecisse quodam modo inuidentiùs, ne mortis suauitatem, quanta est, omni ex parte degustaremus. Amphiaraum fabulæ narrant, Ioui, atque Apollini fuisse carissimum, neque tamen illum senium attigisse. ex quo quid aliud coniici potest, quàm mortis celeritatem diuinum munus & lucrum esse maximum? itaque scitum est illud comicum:

Nam quem tuetur, atque diligit deus,
Iuuenis supremum mortis intrat limitem.

Neminem enim, quem dilexerint dij, patiũtur esse miserum. quare vitam eis, miseriarum plenam, adimãt necesse est. quid autem contingere homini tam gratum potest, quod eũ magnopere in vita retineat? voluptas, credo, quã ex alicuius siue artis, siue doctrinę tractatione percipit. at doctrina æmulationem, omnium rerum molestissimam, si quęris, etiã dolorem parit. non tã enim delectamur, aliquid discentes, quàm angimur, multo plura, ac maiora, quæ scire vellemus, penitus ignorãtes. Artes verò, quas tenuiores tractãt, quid habẽt voluptatis, aut quid non potius molestiarũ, & mæroris? quãta inter eos, qui illas exercent, pertidia? quantũ odiũ? quãta inuidia?

A aut quis est sua sorte cõtentus, & non alienæ siue industriæ, siue fortunæ, æmulator, osor, detractor? Sin ciuilem vitam quisquam appetit, & in Reipublicæ luce viuere pulchrum putat, is se exigua, ac pænè nulla honoris specie magnas comparare calamitates certò sciat. quotus enim quisque est, cui non publica administratio vel mœroris, vel iacturæ tantum attulerit, quantum verbis explicare vix queat: ac, si de toto vitæ cursu iudicare verè volumus, exiguum videamus. Vbi optimi reipublicæ administratores, seu veriùs parẽtes, Miltiades, Ephialtes, Cimo, Themistocles, Aristides? quantum illis fides, caritas, integritas, constantia peperit miseriæ? vt non modò honoribus, dignitate, auctoritate spoliarit, sed etiam in exsilium miserit. quod contrà oportebat: viros optimos, patriæque amantissimos honore affici, in oculis ferri. Scipio Africanus apud nostros optimam causam amplexus, paucorum immoderatæ libidini repugnans, manè mortuus in lecto est inuentus. nec abfuit suspicio, quin ab vxore, quæ Gracchorum soror fuit, interfectores essent immissi. Metello autem Numidico, homine omnium clarissimo, ac præstantissimo, quid miserius? qui, ne in legem pernicioſam iuraret, in exsilium abire sit coactus. fateor profectò, inter omnia exsilij genera, atque omnes miseriarum causas maximè honestam Numidici fuisse conditionem: cui probitas, integritas, in patriam caritas, calamitatis causam attulerit: sed tamen fatendum est grauissimam fuisse calamitatem, pelli patria, auelli à suis, bonorum direptionem, liberorum siue mœstitiam, siue ærumnam videre, M. Regulum, C. Marium, L. Brutum, ob liberandam patriam interfectum, prætereo. nolim, in iis commemorandis nimius videri, quorum exitus nemo est, quin ex libris, imaginibus, fama denique vulgari iam didicerit. quæ cùm multa, maximéque grauia sint: grauissimum tamen illud debet videri, quòd homine ambitionis vinculis irretito, quíque è popularibus suffragiis totus pendeat, nihil vsquam infelicius reperiri potest. quantus in eo timor, quanta dubitatio, quantus conatus, quanta sollicitudo? vt nullam illi à molestia vacuam esse horam, non immeritò suspicari possimus. nam, si seruientis ea est conditio, vt ex eius, cui seruit, moribus, voluntate, ingenio propriam sibi fortunã fingat: qui populo seruiet, auido, inuido, ignaro, ad mutationem procliui, & quod caput est, ingrato, num aliquãdo beatus esse potest? an potius, quoties de eius natura cogitabit, toties suam ipse calamitatem, ac fortunam conqueretur? præclarè vetus Poeta:

Æterno mixtam luctu mortalibus vitam
Olim cõstituit diuum pater, atque hominũ Rex.

Itaque quamdiu hac luce vtimur, viuere quidem videmur, sed veriùs assiduè morimur, aut saltem vitam verbo retinemus, re ipsa amittimus. Equidem non video, quid in hominis vita valde optandum, aut felix esse possit, multos potius, ne in maiora, quàm quæ humana consuetudo quotidie fert, mala inciderẽt, mortem sibi dedita opera conscisse scio, quod tamen nõ iccirco dictũ velim, quia probandum putem: sed, vt ex eo appareat, humana vita, quàm multis vndique prematur difficultatibus. Cleomenes Lacedæmoniorum

Rex, eiúsque filius, morte vltro appetita: præterea Theagenes Numantinus, qui, ne in hostium manus veniret, primùm suis, deinde sibi ipsi mortem attulit, quantopere vita fugienda sit, satis videntur apertè declarasse. Ac nisi turpe videatur, homines à mulierculis, multo certè imbecillioribus, fortitudinis exépla petere, repetamus ex historiis Asdrubalis vxorem illam, quæ, Carthagine in hostiũ potestatem redacta, se ipsam cum tribus filiis in conflagrantis patriæ incendium immisit. Sed præter hæc, quæ iam testata sunt, & illustria, fateamur sanè ingenuè, tantam esse humanæ naturæ miseriam, vt neque genus ipsum hominum, nec è toto genere singuli miseriarum expertes esse possint. quod eo magis mirandũ est, quòd non iis solùm malis, quibus hominis natura assiduè affligitur, mala nostra præscripta sunt: sed ipsi nos, quantum in nobis est, miseriores quotidie reddere conamur, nullum enim aliud in toto terrarum orbe genus animantium reperias, præter vnum hominem, quod in proprium genus, atque in se ipsum sæuitiam exerceat suam, meritóque Dicæarchus in eo libro, quem de hominis interitu luculentum, & eruditum conscripsit, nihil habere dubitationis putauit, quin multo plures exstincti sint homines ipsa hominum sæuitia, & acerbitate, quàm omni reliquo genere calamitatis. tanta est enim in permultis auaritia, tantum ambitionis, imperij, diuitiarum studium, vt explendæ cupiditatis gratia nihil sibi non licere putent. atque hoc malum non iam angustis finibus compressum videmus, sed superioribus seculis erupisse vehementer, & manasse latiús. non enim certum aliquem hominum numerum, sed regna ipsa, & totas persæpe funditus sustulit ciuitates. At, si ad singulos homines, quæ proxima ratio est, mentem, cogitationémque conuerteris, ne in iis quidem quidquam reperies, quod valde appetere, aut approbare possis. finge enim animo quidquid homini felix, aut beatũ ex opinione vulgari possit in vita contingere. congerantur diuitiæ, bona valetudo, honores, potentia. etiam voluptates accedant. cùm hæc omnia in hominem contuleris, nihil tamen tribueris stabile, aut firmum, nihil, quod non repẽtinam, & assiduam pati mutationem possit. caduca enim, & incerta sunt omnia, non in humanis cõsiliis, aut viribus posita, sed in fortunæ temeritate, ac temporum vicissitudine constituta. quid autem homini turpius, quàm è temporis, ac fortunæ mutatione pendére, & secundo illius flatu sublemari, reflatu, deprimi, & affligi? aut lætis rerum euentis gloriari, aduersis lugere, nec lacrymis temperare posse? quid iam interfit inter hominẽ, mutámq. pecudem, si nos perinde atque illa, quib. rationem natura denegauit, extrinsecus toti pendeamus, in nobis ipsis nihil fortitudinis, nihil firmitatis, nihil habeamus constantiæ? quanuis enim homini non mater, sed verius nouerca natura corpus fragile, infirmúmque tradiderit, animum autem & in molestiis anxium, & in timore humile, & ad labores mollẽ: plurimos tamen insseuit diuinos ingenij, iudiciíque igniculos, quorum auxilio & cum dolore luctari, & timori obsistere, labores verò omnes nullo negotio vincere, ac perferre possemus. itaque tributum diuinitus mẽtis igne, & prudentiæ, nõ exstinguere, sed sopitum fouere, atque augere debemus. Mors autem, progressis in vita longiùs si immineat, nihil est, cur magnopere commoueamur: quæ præsertim aut meliorem, quàm quo viuentes fruimur, aut certè nõ deteriorem vitæ statum sit allatura. quis enim negabit, si animus omnino intereat, exstincto sensu nihil esse mali, propterea que nullam iustam doloris causam exsistere: at, si vigeat, corpore solutus ac liber, quid iam illa vita beatius, quid diuinius? ex quo maxima, & verissima lætitiæ, ac voluptatis exoritur occasio. Itaque nihil iam restat, quo minùs optimam esse mortem, verè affirmare possimus, tantúmque abesse, vt, cùm adest, dolenda sit, vt numquam fugienda, sæpe etiam optanda videatur. atque eo magis, quo diutius in vita homo permanserit. nam, cùm iis bonis, quæ afferre vita potest, satiari cœperit, tum ab humanis molestiis recedens, in beatissimam vitam commigrabit. non enim is ego sum, qui animum simul cum homine interire putem, tantúmque mentis lumen è diuina natura delibatum, posse exstingui, sed potiùs, certo tempore emenso, ad immortalitatem redire. quid autem hominem magis deceat, quàm tam multis, támque firmis rationibus nixum, virilem animum retinere, fœmineam mollitiem exsuere? qui verò mortuos nimis lugent, nec humanam conditionem magno, elatóque animo despicere possunt: in eos illud probri plenum verè dicetur:

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem:
Illáque virgo viri.

Multæ enim repertæ fœminæ sunt, quæ in domestico luctu singularem animi præsentiam, ac magnitudinem præstiterunt. Sed virilis fortitudo, vt libidini, sic dolori, non aliter, quàm seruo domina, imperare debet, eámque coercere, ac frangere, tanquam vitiosam, & imbecillam animi partem. quam si emergere patiatur, séque paullo altiùs efferre, non modò rationi præcurret, sed etiam victrix in animo exsultabit. quo nihil homini turpius, aut perniciosius ne excogitari quidé possit. Gorgias orator, iam ætate confectus, ac morti proximus, rogatus, num libenter moreretur: Maximè verò, inquit. nam tamquam ex putri, miseráque domo lætus egrediar. O virum egregium, dignúmque, cuius vigeat in omnium ore, ac mente sententia! quid enim potuit præclarius dicere? cùm mala, quę viuentem pati necesse est, cogitaret, miseriarum finem, quas moriens relinquebat, adesse lætaretur? sic par est loqui hominem, qui non libidine vexetur, non voluptatis illecebris irretiatur, nulli denique pareat cupiditati, quæ summa est ratio, & sapientia, humanæ necessitati imperare, non dolori cedere, non desiderio angi, nihil denique humanum extimescere. Angamur liberorum, aut affinium interitu? quid ita? vt stultos imitemur, qui, quæ mutari non possunt, quæque vel nolentes opprimunt, perferre nequeunt: sanè res, quorum tam multa exstant ad æternitatem illustria siue exempla, siue testimonia, negligamus? quid est aliud, cæcorum more ambulare, &, cùm in celebritate versari, ac Solis lumine vti possis, solitudinem tamen, ac tenebras quærere? iá enim ad eos quos æmulari satiùs est, quósque nobis imitandos proposuit antiquitas, nostra delabatur oratio.

Mortem

Mortem igitur in malis nullo modo esse ponendam, sed in præcipuis bonis numerãdam, dubitaturum puto neminem. si enim à miseriis abstrahit, si in meliorem vitam inducit, si neque misera ipsa est, nec vllius partis eps miseriæ, cur mala censeatur? sin hoc largitur, vt sempiternis bonis potiamur, vitámque, quam mortalem habuimus, æternam adipiscamur, quid morte beatius esse possit? itaque sapientissimos homines accepimus non modò suorum morte non perculsos, neque dolore vllo affectos, sed etiã sæpissimè lætatos esse. Anaxagoræ, inter familiares suos de natura rerum disserenti, filij mortem nuntiatam tradunt: nihilque aliud ab eo respõsum, nisi, se illum genuisse mortalem. præclara verò vox, & verè digna, quæ à tanto viro emitteretur. nõ enim sanè video, quid sapientiùs, aut constantiùs dici posset. an adolescentem illum esse mortuum? fracti hoc animi, nec in rebus aduersis admodum firmi signum fuisset. an angi sese non sua, sed filij causa? non igitur ignorare se fateretur, quantis è malis elapsus esset filius? an se quidem dolere, sed tamen humanum casum agnoscere? vbi ergo hominis grauitas, iudicium, sapientia? aut quid ab imperitorum turba distabit? è quibus tamen sæpe multi nec iis rebus anguntur, quæ necessariò eueniunt, nec, quo minùs eueniant, cùm communes omnibus sint, laborandum vllo pacto censent. Ille verò sapiens, & verè philosophus: quem neque improuisus nuntius perculit, nec à disputatione abducit, sed potius vocem expressit, summæ indicem fortitudinis, ac sapientiæ. vellem & hoc ipsum de pluribus ex nostris dicere liceret: quos si qua interdum fortunæ oppressit iniuria, nihil aliud iudices, quàm prostratos illos, ac penitus abiectos esse. quasi verò aliquid acciderit, quod vel ante ipsos nemini, aut, quod ipsis, si minus hoc tempore, saltem paucis pòst annis non eueniturum fuerit. ac, cùm maximè animo vigere deberent, tum præcipuè non solùm præteritæ, patriæque virtutis, sed etiam humanæ legis ac pænè obliuiscuntur sui. tantum in eorum animis mollities potest, ac seruitus quædam doloris, atquæ tristitiæ. An ego illum iudicare liberum possim, cui dolor imperat? quem repentinus casus perturbat, impellit, euertit? qui nihil præ doloris magnitudine, cogitare, nihil meditari queat? qui nihil in se ipso: in temporibus, atque in fortuna, quæ stabilitatis nihil habet, sua ponat omnia? ego verò istam non modò seruitutem, sed pænè captiuitatem, & quidem miserrimam, censuerim. quid enim interest inter eum, qui vinctus ab hostibus, & carceribus conclusus, obsideatur, & eum, qui dolore captus, suo prorsus careat arbitrio? at ille quidem, etsi corpore seruiat, animo tamen liber est, nec dubitat aliquando fore, vt libertatem assequatur: qui verò dolori paret, nec valet corpore, & animo quàm maximè laborat. non enim amicis frui, non Reipublicæ prodesse, nõ priuatas res curare, non publicis consulere potest. ita in otio, & quidem molestissimo, nec cuiquam paret, & tamen sibi non imperat. qui cùm assiduis, & maximis prematur angustiis, alterum esse necesse est, vt quamdiu in dolore versatur, semper miser sit: alterum fieri nullo modo potest, vt, nisi dolere desinat, à miseriis eximatur. Quãto sapientiùs Xenophon, qui, cùm sacra sollemnia perageret, maiorémque natu filium in prælio apud Mantineam occidisse audiret, coronam tantùm è capite deposuit, sed in sacris peragendis constanter perstitit. vbi verò cognouit, fortiter pugnantem occidisse, coronam rursus capiti imposuit, deósque ipsos, quibus litabatur, testatus est, maiorem se ex filij virtute voluptatẽ, quàm ex obitu molestiam cepisse. huic ego non dubitarim, quin omnia, quæcunque accidere possent in vita, nullam essent perturbationem allatura. qui enim vsque eò in deorum cultu constans, & firmus esset, vt neque filij morte nuntiata, ab iis auocari posset, cur eum credam filij morte lugenda à deorum voluntate dissensurum fuisse? aut qui virtutem, filij vitæ anteferret, non iure credi possit, illum & virtutis studio incensum, & patriæ caritate impulsum, omnes molestias, omnésque calamitates libentissimè fuisse subiturum? sed quo rariores, qui hoc modo animati sint, hoc præclariores viri. nihil enim ad laudem illustrius, quàm in æternam gloriam, aut in patriæ vtilitatem intuentem, aut saltem fortiter dolores perferentẽ, & cũ fortuna luctantẽ, negligere humana. quæ qui nimium curant, ij laudis studium, ciuium cõmoda, deniq. omnia, quę laudabilia putantur, prorsus è mente, ac cogitatione eiiciant, necesse est. neque enim humanis curis implicitus toto animo de patriæ salute, atq. vtilitate cogitare, aut laudem sibi præclaris actionibus comparare, vel egregij quidquam suscipere, ac sustinere queat. suis autem commodis, ac rationibus prospiciens, & consulens, cetera omittet, de seipso dies, noctésque cogitabit. ita nec boni ciuis, nec boni viri fungetur officio. bonum enim virum decet, de ceterorum commodis æquè laborare, ac de suis: bonum verò ciuem, sua omnia posteriora habere, patriæ commoda prima, & maxima ducere. à quibus neque dolore, neque vlla omnino humana auelli perturbatione debemus. Periclem narrant historiæ intra quatriduum duobus filiis, eximię indolis adolescentibus, esse orbatum. qui vsque eò fortis, ac constans in luctu fuit, vt nihil prorsus de pristino habitu, cultúque deminuerit, sed eundem, quem antea, in concionibus habendis morem, ritúmque seruarit: nec vnquam coronam è capite deposuerit. de quo traditum est, nihil eum putauisse indignius futurum, quàm si aliquod fracti animi signum mœroris causa muliebri more edidisset. fortem sanè hominem, & magna laude, æternáque memoria dignissimum: quem neque naturæ vis, ad nimium sæpe amorem trahens, potuerit de statu dimouere, & ad dolorem abducere, nec liberorum desiderium, quos tamen summè dilexisse dicitur, vlla ratione perturbarit, nec mirum. vera enim fortitudo inanes sollicitudines eiicit, ac depellit: opprimit cupiditates: imperat timori: nihil autem appetit, forti viro indignum: nec ab vlla re vel metu, vel inconstantia repellitur. & quamuis excelsam, elatámque naturam ratio ipsa, doctrinæ præceptis imbuta, confirmet: quod Pericli, doctissimo homini, maximóque ingenio prædito sine vlla dubitatione contigisse, prorsus mihi persuadeo: ipsæ tamen fortitudinis radices in animo præcipuè insident. qui cùm humana despicit, nec ad hu-

milia, quasi humi depressus, vllo pacto adhæ-
resceret: facilè fit, vt vberiores, & maturiores fructus ferat, cùm ad eum, veluti ad agrum optimum, cultura, ratio etiam accesserit, conformatióque doctrinæ. nõ enim, sensu omni doloris carituisse summos viros, credendum est. qualis enim nihil sentientis animi, sensúque prorsus carentis esse fortitudo potuisset? Sed dolorem sentientes, ad eum opprimendum, ac vincendum summam animi contentionem adhibebant, tantúmque nitebantur, vt, è pugna discederent superiores. verum enim illud est nullam animo maiorem pestẽ, vna remissione, posse contingere. qui si intentus est, séque ad resistendum parat, omnia sustinet pondera, omnia vel firmissima tormenta facilè discutit, ac depellit: at remissione eneruatus, & effœminatus, ita deprimitur, & vrgetur, vt se ad æquitatẽ nequeat extollere. Nec verò quisquam doloris impetum excipere, ac fortiter perpeti posset, nisi se priùs ad obsistendum comparasset: aut fortitudinem acquirere, nisi priùs doloribus multis ac crebrè, ac fortissimè restitisset ex quo consuetudo fit, quæ callum obducit animo, nósque contra omnes vel naturæ, vel fortunæ impetus armat. An cẽsemus Harpagum Medum tantum fortitudinis exemplum, quantum ab Herodoto memoriæ mandatum est, edere potuisse, nisi prius in patientiæ ac fortitudinis exercitatione sæpissimè versatus esset? nec sine maximo fructu, magnáque potius cum no minis sui gloria tantum enim fortitudine, ac prudentia præstitit, vt acerbissimam iniuriã sine vllo planè doloris sensu pertulerit, & sese cumulatè contra Regis immanitatem vlcisci potuerit. nam, cùm eius filium Rex Astyages interfectum ad epulandum apponi iussisset, capútque ei post cenam allatum ostendisset, rogans, cuius feræ viscera in mensa comedisset: ille verò nihil perterritus, nec animo vllã in partem deiecto, agnosco, inquit, quid sit actum, ac quidquid Regi placuit, mihi quoque placere pronuntio. hoc autem immanissimũ genus iniuriæ tam dissimulauit, quoad Cyrũ ex Persia in Mediam euocare potuit: quo ad ueniente, cùm exercitus Imperator contra eũ à Rege missus esset, & Regnũ, & Regẽ illi tradidit. itaque Astyages in Cyri potestatem, impietatis suæ pœnas daturus, redactus est. O factum omnium gentium, ac sæculorum memoria dignissimum! ex quo non modò qui dolori cedunt, ad patientiam, ac fortitudinem excitentur, sed etiam Reges, quíque hominibus imperant, ne quid impium, aut indecens audeant, erudiantur. nam aduersus iniustitiam, atque impietatem tantum est odium, tanta inuidia, vt ne ipsum quidem cælum, aut sidera, etiam si homines velint, huiusmodi scelera pati, ac dissimulare possint. ac, si fera deorum vindicta sit, noluerunt tamen impios ipso in facinore adeò exsultare, vt non angore conscientiæ, fraudísque cruciatu, tanquam domesticis furiis, assiduè vexentur. tantúmque potest impietatis odium, vt Tyrannum exstinctum, ac sæuissimè excruciatum nemo misereatur, nemõ doleat. nam aduersus hoc hominum genus, nec in vllo præterea, omnem prorsus vim, omuésque stimulos amittit dolor. qui si ratione comprimendus est, quod suprà diximus, multo etiam magis consuetudine

A vincetur: cuius tantæ sunt vires, vt non modò perturbationes animi sedare, sed etiam naturæ vim afferre, eámque sæpissimè immutare, ac penitus aliam possit efficere. cuius auxilio non modò doloris aculei, sed etiam fortunæ fulmina depelli, ac contemni facilè poterunt. Meditemur igitur, & omnino statuamus, nihil prorsus humanum esse dolendum: non mortem, quã iam optimam esse cognouimus: nõ egestatem, quæ sæpissimè maximi boni causa à diis immortalibus tribuitur: non exsilium, cùm orbis terrarum omnibus pateat: nõ cetera generis eiusdem, quæ vulgi opinione grauissimis in malis numerantur. nullum enim tam graue malum apparebit, quin ex eo bonum aliquod multo maius, multóq optabilius magno deorum beneficio aliquando colligatur. Pleni sunt libri philosophorum: refertæ argumentis ac rationibus paginæ ferè
C omnes: tanta autem exemplorum copia, vt nihil possit esse cumulatius. quæ cùm ita sint, quã iam re terreamur, aut cui dolori cedamus? Dion certè, qui è Platonis schola defluxit, cũ eius filius in atrium è tecto delapsus interisset, nũ modò non doluit, sed etiã in eo, quod tum fortè agebat, constanter perstitit. quo facto iudicauit & vir sapiens, & Platonis discipulus, quid ceteros, qui sapientes haberi volunt, facere oporteat. At Traheaspas multo fortiùs. siquidem filij morientis, cùm ferro traiiceretur, sine vllo prorsus dolore spectator fuit. Cambyses enim iratus, & ebrius, cùm
D eius filium sagittis peteret, iámque pectus reclusum apparèret, patrem iussit inspicere, num cor percussum esset, cui cùm pater respõdisset, iam cordi sagittam esse infixam: tum Cambyses, numquid certam, inquit, habeo manum? at pater, nullo doloris signo dato, nec vsquam conuersa, aut commota facie: ne Apollinem quidem, inquit, certiores sagittas emissurum crediderim. Quid hunc patrem putemus facturum fuisse, si filius in pugna fortiter dimicans occubuisset, qui nullius culpæ conscium filium crudelissimè trucidarinõ doluerit? nũ credamus, filij mortem honestam, ac pro patria susceptam, tali patri futuram fuisse iucundissimam? Nec tamen dubito permultos fore, qui impium illum, ac pænè viscerum suorum carnificem vocent. Sed faciant sanè, vt lubet: dum hoc mihi concedant, exemplũ hoc fortitudinis, ac deuicti doloris esse præclarissimum. Quòd si ita est, vt infirmos animos spectata ceterorum virtus erigat, & confirmet, quem censeamus iam dolori concessurum, cùm tam multos audiat, qui seipsos in dolore superarint, quocirca, tam multa veterum exempla colligere, vereor, ne superuacaneum, aut fortasse putidum videatur. quòd si ceteris tantùm, & non nobismetipsis, scriberemus, fortasse breuiores in scribẽdo, in exemplis autem recensendis etiam
G priores essemus. sed sit nescio quomodo, vt ex aliorum casibus ad mala nostra sananda medicinàm colligamus. nobis quidem ita videtur: &, cùm nostro vulneri medeamur, mirari non debebũt qui hęc in manus sumẽt, si quid fortasse paullo expressius vberiùs inuenerint. illud certè propositum habemus, vt omnibus nobiscum prodesse, omniúmque dolori, quàm accuratissimè fieri possit, consoH lationem afferre possimus. quamobrem his enumerandis nostram valde imminui, atque

alleuari

atque alleuari molestiam experimur: ceteris idem optamus, ac, si dicere liceat, etiam speramus. nam in tanta vel argumentorum, vel exemplorum copia, quibus se legentes pene obrui sentient, ecquis se immobilem, aut in dolore inexorabilem præbeat?

Desunt nonnulla.

Nec verò ignoro, nonnulla interdum accidere, quibus ita perturbetur, & opprimatur animus, vt à medicina refugiat. idque si vllo in casu contingit, certè, cùm dolore affligimur, maximè solet euenire. quod ex eo fit, quòd erepti vel amici, vel affinis, vel filij cogitatio adeo nobis grata est, quòd illũ pænè ante oculos constituere videatur, vt, etiam si dolorem refricet, & lacrymas eliciat, tamen eam deponere nolimus ac, si ad consolandum remedia suppetant, tamen nihil minus, quàm consolantium verba, audiamus. falluntur sanè grauiter qui ita agunt: sed hunc errorem, quo magnopere delectantur, sibi extorqueri nolunt. Quare suum vnicuique studium, suáque omnibus delectatio relinquatur. nõ enim vereor, quin, si minus in ipso doloris æstu remediis vtendum homines cẽseãt, certè, cùm modicè dolor resederit, ac se paullùm quasi remittere cœperit, ad exstinguendas doloris reliquias monita, præceptáq. nostra adhibeantur. nihil autem vtilius est, quàm hæc eadem in voluptate, ac lætitia pertractare, atque in manibus habere. sic enim & legi, atque ad verbum edisci, & penitus memoriæ mandari possunt, vt, cùm in animum penitus influxerint, tum exhauriri ac prorsus elabi, non facilè queant. ita fit, vt, cùm repente dolor inuasit, tum ijs vtamur: quæ, nisi antè percepta, & cognita sint, impetu ipso doloris incurrente, planè depelli, atque excludi solent, sensimus hoc in nobis ipsis: nec parum nobis obfuit, hanc vniuersam aduersus dolorem commentationem non multo antè animo, ac mente percurrisse. quamuis enim permultos philosophorum libros vel de luctu, vel de morte satis accuratè legissemus, vt Theophrasti, Xenocratis, aliorum, quos commemorare nihil attinet: tamen hoc non ideo feceramus, quòd euenturum putaremus, vt ijs ipsis in nostro mærore vteremur. itaque neque lectionem, quantum oportuisset, accuratam, nec memoriam satis intentam adhibuimus. casu autem repentino oppressi, nõ prius ad libros cõfugere potuimus, quin antè acerbitatis vi prosterneremur. quamquam postea tempore ipso factum est, vt dolor nec, vt antea, acrior, & mẽs ipsa paullo esset sedatior, & ad medicinam accipiendam magis idonea. Sed pergamus ad reliqua, quæ nec multa restant, & scitu, ac cognitione dignissima: fructu autem ipso, quem præcipuè quærimus, gratiora fortasse, & vberiora. Quid est ergo, quod aliquam nobis afferre dubitationem possit, cur nihil omninõ nostrorum morte dolere debeamus? credo, si quando nobis in mẽtem venit, magnam nos ex eorum, quos amisimus, opera, ac studio vtilitatẽ percepturos fuisse. at hoc non ad amicos, aut affines, quorum dolere videmur interitu, sed ad nosmetipsos pertinebit. mercenarius igitur dolor fuerit: quique non ex affinitate, aut beneuolentia, sed ex vna proueniat vtilitate. quid autem flagitiosius, & indignius, quàm eum qui sic doleat, fateri oportere, cùm tantopere alicuius morte crucietur, quòd aliqua vtilitate priuatus sit, si nihil ex eius vita beneficij, ac commodi se consecuturum sperauisset, nihil sibi omnino dolendum fuisse? At videamus, non Persas, aut Scythas, sed è media ciuitate nostra clarissimos, & præstantissimos viros, ac ciues, qui non modò amicorum, cum quibus coniunctissimè vixerant, sed etiam liberorum, & quidem carissimorum, interitum ita fortiter, & constanter tulerunt, vt causæ nihil sit, quin eos superioribus Græcis comparare, atque etiam anteferre debeamus. atque hoc multo magis in illis mirandum fuerit, quòd in eorum obitu se fortissimos, & constantissimos præbuerunt, qui non modò ipsis vtilissimi, si vixissent, sed pænè soli vtiles, ac iucundi esse potuissent. quid enim vtilius filio? quid iucundius vnico? at filium, & vnicum Q. Fabius: præterea Consularem, qui iam magnas res gesserat, & maiores cogitabat, amisit. neque solùm non doluit, quod fortissimi animi fuit. sed etiam mortuo laudationem in foro dixit: quo nihil fortius, aut laudabilius ne ex omni quidem antiquitate recenseri potest. cuius orationem quis non admiretur, insignem ingenij, iudicij, ordinis præstantia? quo modo ille vel ea, quæ dixit, sine luctu dicere, aut, quæ scripsit, sine dolore cogitare potuit? cùm præsertim hoc in illa laudatione & admirari, & obstupescere soleamus, quòd non, vt alij, de ceterorum fortitudine disputat, vt suum ipse dolorem aliorum exemplo minuat, sed in filio hærens, illius maximè virtutes, propriásque laudes, quæ vel acerbiorem efficere doloris sensum poterant, longissimo sermone persequitur. quod singularis virtutis exemplum fortasse Horatij Puluilli laudem magna ex parte deminuere videatur: quem tamen summum virum silentio præterire nefas ducimus, cùm in eo ipso, quòd filij mortem æquissimo, ac fortissimo animo tulit, etiam Ioui Opt. Max. cuius ædem dedicabat, gratissimum fecisse videatur. nam Pontifex, inter sollemnium verborum nuncupationem, postem tenens, vt filium mortuum audiuit, neque manum à poste remouit, ne sacra dirimeret, nec vultum à populo auertit, ne suum potius dolorem, quàm populi vtilitatem, ac salutem, cogitare videretur. là, quid L. Paullo insignius, quid illustrius? qui filios paucissimis diebus duos ita perdidit, vt nullum pænè doloris paullo acrius indicium ediderit. ac potius in ea concione, quam de rebus à se gestis ad populum habuit, lætatus est, quidquid populo R. imminaret aduersi, totum id in se ipsum à dijs immortalibus esse conuersum. Cum Sulpicio verò Gallo quis neget actum esse præclarissimè? cuius innocentiam, sapientiam, militarem virtutem, etiam insignis in obitu filij fortitudo illustrauerit. quem vt numquam lubens tacitũ dimiserim, sic ad Catonem properans exsultare videtur animus, & quasi in portum ex horrida tempestate delatus, in sapientissimi viri nomine, atque exemplo conquiescere. neque enim maiori mihi admirationi esse solent clarissimi hominis res gestæ, ac virtus, non solùm in luce patriæ, sed etiam in congressu hostium cognita, quam fuit illa in filij morte, prætoris designati, in oculis omnium ciuium fortitudo declarata. Atque ho-

rum egregia in domesticis miseriis, atque
rumnis facinora qui fortiter in ciuitate no-
stra imitati sint, casúsq; fortunæ grauissimos
patientissimè tulerint. non difficile fuerit ora
tione complecti. nam & Q. Martius Rex, cùm
vnicum summæ pietatis, summæque virtutis
filium amisisset, dolorem prudentia peruicit,
& eo ipso die, quo filij rogum spectarat, cu-
riam ingressus est: senatúmque iussit conueni
re. Crassus verò, in eo prælio, quod cum Par-
this commisit, occiso filio, tantum abfuit vt
doleret, vt etiam exercitū increpauerit, quòd
vnius militis iactura tantopere commouere-
tur, hortatúsque sit, vt patriæ virtutis memo-
res, pro republ. fortiter dimicarent, filij mor-
tui vltionem sibi vni relinquerent. Sed anti-
quior P. Crassus, vir clarus, & consularis, P.
Crassi filij mortem & vidit, & moderatissimè
tulit. Nec ab eius laude abfuit, ac fortasse Cras
so præstitit, Cn. Cæpio, qui Cæpionem filium
naufragio absumtum ita non doluit, vt eum
ne leuiter quidem è vultu, aut vlla corporis
parte commotum è familiaribus quisquam
vllo pacto senserit. Iam quid Pisones, Scæuo-
las, Brutos, Marcellos, Metellos, Lepidos, Au-
fidios enumerem? quorum singuli pluribus
amissis filijs, vel vxoribus, vel parentibus, nec
lugendum existimarunt, & suam in illorum
funeribus virtutem, atque constantiam non
sibi solùm, sed etiam generi, nominíque Ro-
mano gloriosam fore putauerūt. Pudet in vi
rorum grauissimis casibus repetendis longio
ri vti oratione, cùm virorum maximè peculia
ris virtus sit, & in viris efflorescat, ac vigeat
maximè. quamobrem de fœminis potius di-
cendum est, vt, cùm eas fortissimas fuisse co-
gnitum sit, tum pudeat viros, à mulierculis
virtutis exempla petere, & ab ijs ea virtute,
quæ ipsorum propria esse debeat, videri ali-
quando superatos. nam, si verum est, quod à
Theophrasto alicubi proditū memoriæ man
dauimus, orbem terrarum theatrum quod-
dam esse magnum, diuina mente repletum:
& cælestis indicādæ sapientiæ gratia tā mul
tis vndique collucentibus ornamentis illustra
tum ac depictum: in eo autem medio collo-
catos esse homines à deo, vt cum fortuna, do
lore, morbis, egestate, casibúsque permultis
assiduè luctentur: deum verò ipsum, quantum
quisque pugnando valeat, quámque viriliter
fortitudine diuinitus accepta vtatur, desuper
aspectare: hoc, inquam, si verum est, dubitari
profectò non potest, quin, quemamodum po
pulus Rom. in muneribus publicis inuisos ha
bet gladiatores, qui omni modo vitam impe
trare cupiunt, fauet ijs, qui contemtum eius
præ se ferunt, itidem dij immortales, si quos
ex hominibus nimis anxiè de vita sollicitos,
eiúsque exitum detrectantes aspiciant, ijs ali-
quo modo succenseant: eos verò & caros ha-
beant, & muneribus prosequantur, qui si è vi-
ta reuocentur ipsi, vel suos reuocari videant,
alacres, lætíque deo pareant. nihílque propte-
rea mali sibi accidisse iudicent. quod si fœmi-
nas præstitisse intelligimus: cur ijs imbecillio
res, atque infirmiores videri velint viri? ne-
que solùm vnam aliquam è multis fœminam,
sed totam gentem, ac nationem, vt marium
virtute, sic feminarum eximia quadam ma-
gnitudine animi præstitisse accepimus. Lacæ-
nas enim matronas traditum est, occisis filijs
vulnera inspicere consueuisse, ac, si aduersos

A vulneratos esse comperissent, lætabundas fu-
nus ducere, eósque in auita sepulcra inferre
solitas esse: contrà verò, quos auersis vulneri
bus concisos agnoscebant, ab ijs refugientes,
clàm sepeliendos curabant, nec vllo prorsus
honore funeris prosequendos statuebant. tan
tum in fœmineis quoque animis decus pote-
rat, & studium gloriæ. qua ex gente etiam il-
lud ad nos præclarum dimanauit, matrem
quandam filium, senis confossum vulneribus
B intuentem nec ingemere voluisse, nec coro-
nam è capite deponere, sed ad comites con-
uersam, ita locutam: Quanto pulchrius, & op-
tabilius est, in acie victorem animam efflare,
quàm in Olympio certamine parta victoria
viuere? at alia filium in prælio interfectum
audiens, iccirco, inquit, genueram, vt mor-
tem pro patria fortiter occumbere non du-
bitaret. Quid his fœminis facias, aut quo non
honore, ac gratulatione dignas putes, quæ de
C patriæ dignitate, déque gloria sollicitæ, hone
stam mortem cuiuis saluti, ac lucro antepo-
nerent? Agè verò, num Lacænis Romanarum
virtus inferior? par fortasse, nisi malis etiam
superiorem appellare. quàm fortis enim, &
quàm magnifica illa Corneliæ vox, quæ duo-
decimo iam fœtu amisso, cùm Tiberium &
Caium filios interfectos spectauisset, nullo ti
more perculsa, nullóque dolore confecta:
Numquam, inquit, ego me non felicem dixe-
D rim, quæ Gracchos perpererim. fortem verò
fœminam. & cuiuis ex veteribus mentis præ-
stantia, ac magnitudine animi conferendam.
non enim dolori concessit, sed potiùs, cùm
virtute vicisset, victrix de dolore triumphum
egit. Nihil iam Rutiliam miremur, quæ C. Cot
tam filium in exsilium secuta, cùm postea re-
uersum in patriam amisisset, nemo eam lacry
mantem post elatum funus vidit. parique fa-
to Clodia vsa est, quæ D. Brutum filium, con
sularem, mortuū superstes vidit. neq; tamen
E eius obitum non fortiter, & patienti animo
tulit. quæ virtutis non vulgaria in fœminis
exempla mirari aliquis possit, qui sexus imbe
cillitatem, ac mollitiem cogitet. at verò, qui
fortissimis genitas parentibus, & fortibus e-
tiam auis, maioribúsque prognatas recor
datus fuerit, nihilo ab eis minorem vel pru-
dentiam, vel animi magnitudinem requirat.
Est ergo vlla res tanti, aut commodum vllum
F tam expetendum, vt, illo amisso, ne pruden-
tiam quidem retineamus? quæ si vlla in nobis
resideret, nos profectò vel auitæ, vel patriæ vir-
tutis admonet, nec de Pisonibus, Fabijs, Bru-
tis, Marcellis cogitantes, quos imitemur, & à
quibus ortum ducamus, immemores esse pa-
titur. Horum enim armis imperij fines produ
cti sunt: horum sanguine parta, ac stabilita li-
bertas: horum denique labore, ac studio resp.
G ad tātam peruēnit siue bellicæ laudis, siue do
mesticæ virtutis gloriam. quorum in vestigia
pedem ponere oportet qui laudabiliter viue
re, quíque honestis in actionibus exerceri vo
lunt, nec vllo mentis errore ad nimium dolo
rem, atque insaniam traduci. Nominauimus
externos magnos, claróque viros: collegemus
de nostris plurimos, quibus mortis sensus nō
modò ingratus, sed etiā optatus, & iucūdus ac
cidit. Addatur, si placet, etiā Theramenes, qui
veneno epoto, maxima æquitate animi, ludēs
H in morte, quod erat in poculo reliquū, Critiæ

propina-

propinauit. Ergo illo in sua morte vir clarus, & sapiens ludebat: nos in filiorum, aut affinium morte lugebimus? & veterum dicta quotidie legentes, atq. addiscentes, præclara duecemus, exempla repudiabimus? aut eam vitam quæ mortem hanc consecutura est, immortalem, beatam, à miseriis omnibus vacuam, negligemus? quamuis enim nudum corpus, & exanime discedens relinquat animus, nec amplius liceat homini, qui è vita discedat, suis opibus, bonis, diuitiis perfrui:

Astante, vt ille ait, ope Barbarica,
Tectis calatis, laqueatis,

Tamẽ multò maioribꝰ & bonis, & opibꝰ, quę nulla vetustas absumet, nulla vis eripiet, piorũ mentes assiduè potiuntur. Sed dimittamus & exempla clarorum hominum, & illorum vir tutis impressam historijs memoriam: veniamus ad id, quod vnusquisque sensu percipit, quantúmque ex morte consequamur emolumenti, ac commodi, re ipsa, factísque probemus. ex qua docendi, ac disputandi ratione perspicuè veritas eluceſcit, quídq. hoc modo se habeat, vel illo, facilè potest perspici. Si quis quam est, qui secundos in omni vita rerum exitus adipisci, & consequi possit, nihílque timeat aduersi, hunc nemo infitiari poterit, iure dicturum, si vitam sibi morte multis partibus meliorem affirmet. atque nemo est, qui non modò miserias, atque ærumnas ab humana vita segregare, sed ne semihorã quidem felicem sibi, ac beatam polliceri possit. Metelli sibi fortunam sperant omnes: Priami sobolem, ac regnum exoptant alij: quasi non & Metellus tam multos nactus filios, ac nepotes, cùm maximè beatus esse posset, inuitus obierit, & Priamum nõ omni orbatum progenie, summóque dolore confectum, hostilis manus interemerit. His vitam si mors aliquot antè annis ademisset, è multis eos miseriis, ac luctibus simul eripuisset. quos iccirco experti sunt, quia vitam diutius, quàm ipsorum requirebat felicitas, produxerunt. hinc illa miserabiliter decantata:

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam auferri,
Ilium aram sanguine turpari.

Quæ non modò visu sed etiã auditu acerbissima sunt: quid putamus misero Regi, qui omnia & videre, & audire, & experiri coactꝰ estꝰ nũ ei multo meliùs euenisset, si vitã omnino multis antè annis, quàm hæc accíderent, amisisset? Forsitan quispiam dixerit: multa, quæ viuens nactus est, bona, citò decedens penitus reliquisset. sed à malis etiam multo grauioribus, qualia multa sæcula non viderunt, felicissimè liberatus esset. Exquibus omnibus multísque aliis perspicuum est, peruertere homines ea, quæ sunt humanæ fundamenta felicitatis, cùm vtilitatem à morte seiungunt, aut cùm miseriam cum morte connectunt. L. Crassum, ex nostra ciuitate clarissimum, & eloquentissimum virum, matura mors, quantis è molestiis, quantísque incommodis eripuit? nam, qua in patriam pietate fuit, ex iis malis, quæ mortem eius consecuta sunt, incredibilem, si vixisset, dolorem accepisset. flagrauit enim bello Italia, exarsit senatus inuidia, nihil denique in ciuitate fuit, quod non eius temporis calamitatem, luctúmque persenserit. Nam quid fugam Marij, quid cetera, quæ in illius discessu acciderunt, maximè luctuosa, summéque miseranda commemorem? quid reditum illum sanguinarium, cuius ex recordatione nemo est, qui non intimis sensibus exhorrescat. tenemus enim memoria, aut saltem ex patrum scriptis accepimus, crudelissimam omnium cædem illo tempore esse factam, trucidatos bonos viros, & ciues, incisas eorum ceruices, in Rostrísq. positas, qui multorum ciuium salutem, ac dignitatem eloquentia peperissent. quàm multos ex illa reip. tempestatem commemorare possumus, innocentissimos homines, atq. optimos, vt acerbissimam calamitatem effugerent, libertatem morte quæsisse. O acerbum ac nemini non pœnitendum Reipu. statum, conditionémque viuendi! cùm eos ipsos, qui remp. suo labore, suóq. sanguine auxerint, iuuarint, seruarint, nusquam tutos, nihílque magis, quàm propinquorum manus, ac gladios timentes, horrescentésque videas: illorum autem, quorum ope, atque auxilio seruatus sis, cùm horribiles, miserósque casus spectes, nulla tamen ratione opitulari, nihílque afferre adiumenti queas. quis neget iis ipsis, qui hæc intueri cogantur, mortem esse non modò detrectandam, sed etiam optandam? qui autem ne in horum tem porum flammam incidant, mortis beneficio consecuti sint, eos verò beatissimos iure omnes existimabunt: qualem fuisse L. Crassium nisi res ipsa probauisset, nihil esset. cur oratione persuadendum videretur. Sed hæc paullo antiquiora, quàm vt omnibus in memoriam redigi, ac cogitatione comprehendi possint. Pompeij autem nostri familiaris, casu quid in ciuitate notius, quid illustrius? aut quid omnium oculis, ac mentibus perspectius, & clarius? hunc si maturè extinctus esset, nihil doloris, nihil inuasisset mali. quòd tam diu in vita mansit, iccirco factum est, vt singularis calamitatis exẽplum omnibus præbuerit. cui eo luctuosior fortunæ acerbitas visa est, quo feliciore, ac secundiore fortuna in omni vita vsus erat. quis enim vniuersis ciuibus aliquando clarior? quis in toga vel rebus gestis, vel honorib. extra ordinem delatis, clarior? quis opibus, propinquitatibus, amicitiis floren tior? cui nihil prorsus ad summam, absolutámque felicitatem, præter honestum, ac iucundum vitæ exitum, deesset. Sed videamus, quantum in rebus humanis fortunæ possit iniuria. nisi malimus ad propriam mortalis vitæ nimis asperam miseràmque conditione omnia mala reuocare. qui amplissimis fortunis vsus erat: qui nihil, nisi sublime, ac beatum neccogitare, nec optare cõsueuerat: cui omnia vel ad vsum vel ad voluptatẽ supererant. bellum cũ socero suscepit: deseruit domum, profugit ex Italia: & cùm antea nihil in ceteris bellis, nisi summo consilio, prudentiáque gessisset, cùm vel maximè ingenio, iudicióque excellere debuisset, sui pænè oblitus est. itaque imbelles, & infirmas copias, tirones, collectitiósque milites cum robustissimis legionibus conferre non dubitauit: & amisso exercitu, ereptísque castris turpissimè victus, in seruorum manus vir summus, & clarissimus incidit. vita verò vt miserabiliter priuatus sit, commemorare nihil est necesse: cum eo ipso, quòd, in tam miseram fortunam delapsus, vitam citò amiserit, minus fortasse

miser censeri possit. beatissimus autem obiit
set, si cùm in Repub. florebat, cùm valebat au
ctoritate, & gratia, cùm copiis, opibúsq; affluebat, è vita decessisset. cuius propagatio quantum illi mœroris, ac luctu attulerit, non modò
scribendo, sed vix etiam cogitando consequi
quisquam possit. itaque hoc stabilito, & fixo,
mortem sæpissimè beatam homini contingere, non solùm quòd nos in beatam vitam inducat, sed etiam, quòd multarum, magnarúmque miseriarum sensu liberet, & à futuris vel
calamitatibus, vel doloribus abstrahat, quid
iam relinquetur, cur non morte lætari, ac clarorum hominum virtutem, qui nullius interitu perturbati sunt, imitari debeamus? An
non optimam, beatámque mortem iudicabat
L. Brutus, cùm Tyrannum arcens, quem expulerat, vitam pro nihilo ducebat? item Decij,
quo tempore cum Latinis pro patria dimicantes, sese hostium telis obiiciebant? præterea Scipio, Paullus, Marcellus, Albinus, quos
vitam in acie iuuandæ patriæ causa fortissimè
profudisse memoriæ proditum legimus. Et verò nihil fuit, quamobrem elato, excelsóque
animo homines vitam non despicerent, vt
sempiternam gloriam consequi possent. nam
cum nullo, vel certè minimo doloris sensu,
quem morientes perferunt, infinitã laùdem
commutabant. hunc enim locum de exiguo,
vel nullo potius dolore mortis, quem suprà
perstrinximus, paullo vberiùs percurramus.
Neque enim absurdè dixisse mihi videtur is,
qui morientium, mortuorúmque hominum
statum, & conditionem duabus potissimum
ex rebus percipi, atque intelligi posse affirmauit: quarum vnam somnum statuit, alteram
verò tempus illud, quod nostrum quisque ortum antecessit. & sanè ita est, vt
ex omnibus opinionibus, quarum errore
duci vulgus solet, cùm de morte loquitur,
nulla planè ad veritatem videatur esse propensior. ita enim multi viuunt, vt præsentibus
bonis fruantur: nec sanè cogitent, quid paucis pòst annis vel ipsis, vel cæteris boni, aut
mali possit euenire. Itaque sæpe non opinatis morbis, perturbationibus, angoribus vexantur. mortis verò, de qua potissimum cogitare debuerant, ita non reminiscuntur, vt
ad se minimùm illam pertinere, nec sua quid
quam interesse existiment. qui, vt Panætius
Africanum dicere solitum tradit, ferociores
equos domitoribus tradendos esse, vt paullatim parére, séque mitiores, ac molliores
præbere incipiant: sic ipsi in gyrum fortitudinis ac patientiæ reducendi sunt, ne, si mors
imprudentes oppresserit, perterreantur, planéque concidant. Sed nescio quo modo voluptate, luxúque delinita hominum consuetudo de recta maiorum vita deflexit, eóque
sensim delata est, vt nihil minus, quàm verum, agnoscat, nec, cùm aliquid agitur, rectũ
id, nène sit, magnopere cogitet. qua nulla
maior pestis; ac pernicies humanis rebus,
valde iã labefactati, potuit afferri. atqui, si in
vllo homine, certè in his ipsis vulgare dictum & verum, & acutè cogitatum esse deprehenditur. quid enim isti aliud agunt, nisi
totos dies per inertiam perdunt, atque ita viuunt, vt stertere potiùs, quàm, vllo pacto viuere videantur? dormiens autem vt nihil sentit, nihil agit, nihil curat: sic mortuus quid agere, quid curare, aut sentire possit, haud sanè
intelligas. itaque in fabulis, quos dij maximè
adamarunt, eos, ne imminentem aliquam calamitatem sentire cogerentur, si vigilassent à
dijs immortalibus consopitos esse accepimus. mortem igitur, si quidem somno similis
est, singulis noctibus induimus, &, cùm in
somno sensus sit planè nullus, nullum etiam
in morte futurum esse sensum, verissimè
statuere debemus. quod vt sensu ipso planè
percipitur, sic ne de altero quidem dubitari
vllo pacto potest, quin, quales antè, quàm
oriremur, fuimus, tales etiam mortui futuri
simus. mors enim quemadmodum ad eum,
qui nondum ortus est, nihil pertinuit, sic ne
ad eum quidem, qui mortuus est, vlla ratione pertinebit. ad morientem verò vel nihil, vel
parum certè pertinet. siquidem tam angusto
spatio, támque breui curriculo, coercetur, vt
nec si velit quidem, vires suas nimium porrigere, aut explicare possit. Quæ est igitur eorum oratio, qui tantum in morte dolorem
se timere, atque expauescere dictitant? quam
quam non sanè video, quo modo aliter facere possint. qui enim mortem numquam
experti sint, quam semel homo subiturus est,
quo modo, bona, maláne sit, verè sentire, ac
iiudicare possunt? Morientes aiunt cruciari, angi, distorqueri. quod in nonnullis fortasse animaduerti, atque obseruari potuit.
in quo tum isti aliquid dixisse videri possent, si hoc ex ipso mortis sensu pendêret. nam
si mors ipsa dolore suo corpus vsque eò cruciaret, atq; angeret, vt hæc doloris edere indicia cogeretur: negari profectò nõ posset, quin
dolorem non leuissimum mors ipsa esset allatura. Cùm verò huiusmodi cruciatus pauciss
mos angat, & eos maximè, qui intemperanter,
flagitiosè, nefariè vixerint, nunc dubitari non
potest, quin tales homines non mors, sed admissorum scelerum conscientia vexet, habeátque sollicitos, qui enim se morituros
numquam crediderint, ac ne cogitarint quidem cùm ad ipsam mortem peruenerint, angantur, non dolore moriendi, sed quòd è vita inuiti discedunt. in qua cùm omnia secunda, feliciáque experirentur, ne secus mortuis
accidat, valde vereri, ac dubitare coguntur.
At bonis, qui mortem semper, tanquam præsentis tempestatis portum, in ore, ac sermone habuerint, quíque ex huius vitæ procellis,
mortis beneficio, aliquando egredi sæpissimè
concupiuerint, nihil libentius, ac iucundius
mentione, ac nomine ipso mortis accidit.
Atque in iis etiam præstans, planéque admirandum deorum munus agnoscitur. bonos enim, & quidem plurimos, non modò
cum exiguo dolore, vt optare homines vulgò solent, sed omnis planè doloris expertes ex hac vita egressos, sine vlla dubitatione reperias. ex quibus Q. Fabius Consulatum
adeptus, cùm in Curia prætereuntes salutaret,
nihil dolens, nihil molesti sentiens, immò
planè gaudens, è vita discessit. atque idem
contigit A. Pompeio. cùm in æde Iouis Capitolini sacra fecisset, itémque Thalnæ Consuli, Diis immortalibus supplicanti. quid hos
in ipso mortis articulo doloris expertos existimes, qui paullo antè læti viuebant, & in
eo, quo moriebantur, puncto temporis, nihil lugubre testati sint, nihil flebile dixerint?
Morte, inquies, oppressi sunt. at sapientissimi,
& optimi viri: quibus mortem, tanquam
beatæ

beatæ vitæ initium, dij immortales largiri voluerunt, quam eo fortasse iucundiorem ipsis fore videbant, quo minus eo tempore tantum boni exspectaueranr, ac ne sperare quidem poterant. nam cùm mors è diuina voluntate tota pendeat, haud sanè in hominis potestate esse possit, quo potissimum die, quâque conditione mori velit. Nec verum est quod dicitur à quibusdam mortis eundem omnibus hominibus diem, ac terminum diuinitus esse constitutum: vt autem vel citiùs, vel seriùs moriamur, singulorum hominum vel intemperantia, vel negligentia contingere nam, vt illud verissimum est, præfinitum esse vitæ terminum à Deo, quem præterire, aut ex quo egredi nemini liceat: sic illud affirmare nemo possit, eundem omnibus, eâdemque hora vitæ finem impendere, quod si agnosceremus, nihil sanè esset, cur homini prudentiam, temperátiam, pietatem, tribueremus, quæ omnes planè virtutes, si hoc consequeretur, neu modò inutiles, sed penitus inanes videntur. cur enim prudentia vteretur homo, cur abstinentia, cur temperátia, eodé, quo reliqui omnes, temporis spatio vitam esset terminaturus? Vt dixius, inquis, vitam producere liceret. at, si vitæ terminus fatalis est, nec immutari quidem posse necesse est. Sin voluntarius, & in hominis arbitrio positus, nihil est, cur, eundem omnibus à Deo constitutum esse, quisquam affirmet. Sed de his statuat vnusquisque vt libet. quid autem verius sit, Deus ipse viderit: hominem quidem scire arbitror neminem. stet modò nobis illud, doloris esse nihil in morte: boni autem tantum ex ea ad homines permanare, quantum spetare multi possint, cogitatione quidem assequatur nemo. itaque hoc diuinitus hominibus datum est, vt, quoties molesti aliquid experiantur, tum mortem exoptent, ac votis etiam conceptis sæpe implorent. quid ita? quia bonam, vtilémque esse mortem, cognuntur agnoscere: malam autem, aut acerbam esse num quam posse, homini à natura insitum est. itaque dolore perculsi mortem imploramus, eámque vnam, vt miseriarum, malorúmq. terminũ exoptamus. Admonet me locus, vt, cùm neminem ipsa morte magnopere commoueri debere probatũ sit, iis præcipuè dolendum nihil esse contendam, quos mors cum laude oppetita consolari potest. satis enim diu vixisse putandi sunt, qui vitam honestè clauserunt, eosdémq. è vita abeuntes non modò laus, sed etiam perpetua voluptas, delectatióq. prosequitur. quæ sanè eo maior in animo exoriri, ac vigere solet, quo latior alicuius in colendo officio, vitáque honestè ducenda manauit industria. certè enim, cùm ad rectè agendum natus homo sit, ideóq. mentis, & rationis munere, præ ceteris animantib. ornatus, atq. instructus, vnde potius laudem, ac voluptatem, quàm ab honestis actionibus, petat? An, vnde ortum duxerit, obliuiscatur? ille verò nec sui oblitus est, qui rectè vixit, nec iniquo animo mori potest, cùm multos relinquat suæ testes, memoréscque virtutis. quãto autem gaudio exsultare credendus est illorum animus, qui corporis admistione solutus, in cœlestes signes, sempiternásque domos, vnde exierat, reuertit? profectò enim ex diuina mente deliba-

A tos habemus animos, qui hac mole inclusi tanquam terræ grauitate, sic ipsi nimio pondere corporis opprimuntur. vbi autem soluti corporibus ad proprias sedes euolauerunt, tum verè viuunt, nec libidini, voluptati, dolori seruiunt: sed sui compotes nulla re anguntur, nihil requirunt, omnibus imperant. Rectè igitur dictum est, corpus terram esse, mẽtem autem, ignem de cælo sumtum. id quod clarorum virorum acta cum
B virtute vita, præclaræque actiones facilè testantur, quo modo enim aut omnia humanæ vitæ commoda contemneret, aut voluptates cũctas pro nihilo duceret, aut vitam ipsam laudis, honestatísque gratia profunderet, qui nihil quidquam ad se, præter hæc ipsa mortalia, quæ manibus cõtrectat, quæ terit ædibus, pertinere cogitaret? verùm hæc nõ ita se habent. corpus enim è terra concretum, tãdiu terrestrium rerũ amore ducitur,
C quoad in terrã ipsam, vnde ortum duxit, reuertatur. animus verò, qui è cœlo sumtus est, sempiternũ quiddã, & cœleste appetit, nec iisdem, quibus corpus, finibus cogitationes coercet suas. itaque numquam quiescere, nec verè viuere putandus est, quandiu corpore conclusus, inuitus propemodũ mortali labe, terrenisq. vinculis cohibetur. At illa quãti fũt, grauissimis vitæ laboribus liberari, in mediis doloribus, & ærũnis obdormiscere, & quasi emis-
D sos è molestissima vitæ custodia, in iucũdissimã, suauissimámque domum remigrare? huc enim pertinẽt quæ de piorũ quiete, déq. voluptate illa, qua egressi è vitã perfrui dicũtur, disputari à sapiẽtib. solẽt. qui cũ intelligerẽt, nõ fortuitò, aut temerè fatos, & creatos homines esse: nec eádẽ mereri bonos, qui multis exãtlatis laboribus vitã in medio dolorẽ amisissent, & improbos, quorũ in patrãdis flagitiis semper est animus, cogitatióque defixa: iccirco nõ eundẽ probis, & improbis vitæ
E terminũ, nec eádẽ mortuis præmia statuerũt. Qua nos recordatione potissimũ refici, ac recreari decet, qui carissimã filiã, optiméque de nobis meritã ita vixisse scimus, vt ad optimos mores summámq; prudẽtiã nihil posset accedere: & ita mortuã, vt in dolore, quẽ ex partu cõtraxerat, summã animi magnitudinẽ, summámque constantiam præstiterit. cuius mentio nobis, dolore iam, si non penitus exstincto, certè magnopere leuato, non solùm acerba, sed etiam iucũda accidit. quî enim aliter debet? cùm nec ipsi quidquam acciderit mali, nec ego vlla re, quæ tantopere cũ natura congruat, & cum omnibus hominibus communicet, angi, aut perturbari debeam. Quid ergo mihi restat? nihil sanè, nisi,
F cùm ea diuino potissimùm beneficio vitæ munere prrfuncta sit, vt ad eam maximè viuẽdi conditionem cogitationem meam, mentémque referã, qua nunc ipsam perfrui credimus, ac si, quod æquum est fateri velimus. etiã intelligimus, qua ex meditatione eo maiorẽ voluptatẽ percepturus sum, quo meliore illa nunc statu quàm quẽ viuens experta
G est, sine vlla dubitatione perfruitur. quid enim boni nõ merita est, quę nihil vmquã egit, ac ne cogitauit quidem mali, & iis angoribus, ac malis, quæ viuẽti obiecta sunt, ita parienter perfuncta sit, vt non secus de aduersis, quàm de secũdis rebus, diis immortalibus
H gratulari, gratiásq. agere soleret? &, cũ nihil,

nisi rectum, honestúmque cogitaret, tamen vna conscientia contenta, nec sua benefacta in luce collocari, nec sibi quidquã propterea laudis, aut gloriæ deberi arbitraretur. Quæ ergo ita animata fuerit, vt de se quidem minimũ, de recta méte, ac de æquitate plurimũ laboraret, an nõ diis ipsis censemus maximè gratã, & probatã fuisse? in qua nõ ficta, & adũbrata, vt in multis, sed maximè solida, & expressa virtutis elucebat effigies. nã, cùm eã talẽ natura genuisset, vt, quod pulchrũ, rectúmque agnoscebat, sua spõte sequeretur: tamẽ eo non contenta, summa vi rátionis, prudẽtiæq. perfecerat, vt nulla re minus, quàm natura duce, egere videretur. itaque qui eius instituta, & mores paullo diligentiùs inspexisset, qui fundæ familiæ sollertiã, qui sumã in cunctis rebus ingeniũ, singularémque doctrinam aduertisset: haud fuisset sanè, quòd aut virile in intelligẽdis, iudicandísq. rebus prudentiã, aut exquisitã patris familiãs sollertiã requireret. itaque quibus maximè rebus egere sæpe homines solemus, fortitudo, & prudẽtia, hæc ita in muliere abũdabant, vt sui mœroris medicinã nõ peteret foris, sed in se ipsã spectãs, ex sua semper virtute pendéret. Quanto autem graviores, ac difficiliores animi morbi sunt, quàm corporis, eo magis mirandum est, talem exstitisse illam, cuius fortitudini corporis mala parẽrent, prudentiæ verò omnes animi morbi facilè cederent. itaque quanquam ex calamitate, temporibúsque nostris molestiæ plurimùm traxerit, numquam tamen animo perculsam, aut deiectam sensimus. angebatur patris exsilio, rotiúsque familiæ luctum, bonorúmque direptionem inuita videbat: sed matri tamen cõsilio, prudentiáque aderat, & rebus in magnum sæpe discrimen adductis, reditus spem nobis afferre numquam dubitauit. ita, quantum ex calamitate doloris, tantundem ex filiæ suauitate, ac pietate solatij capiebamus. quod vt esset diuturnius, si commodum nostrum, aut eam, quæ omnibus antiquissima est, liberorum charitatem cogitaremus, magnopere optare debuimus. at, cùm illam corporis vinculis solutam, omnibus exutam miseriis, & immortalitatis compotem factam, animo reputamus, non modò in dolore conquiescimus, sed etiam præcipuè lætamur. quid enim mihi accidere lætius potest, quàm de immortalitate animorum cogitanti, de filiæ simul æterna, beatáque vita confidere? animos enim esse immortales, nec dubitãdum mihi quidem videtur. faciam autem non inuitus, vt sapientissimorum hominum percurram hac de re sententiam, quando me in hunc locum deduxit oratio. Neque verò hæc ita disputanda censeo, vt animos iccirco nõ interire probari possit, quòd mortuorum corporibus vis quædam ineſſe veneratione digna putetur, quæ significare debeat, nõ deleri morte animos, sed immortalium animorum, veluti sepulcra quædam mortalia corpora fuisse. quasi non & maiora, & firmiora multa suppetant, quibus planum fieri possit, qui animos simul cum corporibus interire contendat, eum contra rationem, nulla nixum ratione, pugnare. quòd si auctoritas quærenda sit, quem grauiorem nominare auctorẽ possum, quàm eum, quem Apollo ipse sapientissimum omnium pronunciauit? cuius testimonium tale fuit, vt diuinos esse hominum animos, & eos, corpore solutos, in cælum remigrare, vnde priùs venissent in omni sermone asseueraret. in quo cum Philosophis illis consensit, quos quondam Italicos nominauit antiquitas, maximéque nobiles iudicauit. quorum semper constans fuit opinio, demitti animos è cælo, diuinæque mentis eos esse non solùm munus, sed etiam partem præcipuam, ac propriam. quod si secus esse quisquam putet, haud sanè facilè, quid multis, & firmissimis in hanc sententiam argumentis respondere possit, inueniet. Sic enim planè cognõsci ac sensu ipso diiudicari potest: summam esse pænéque incredibilem in animis celeritatem, ac festinationem, cuius ope, quæ corpus non modò certo mensium, sed vix etiam annorũ spacio perficere, atque exlequi posset, ea ipsi nõ modò semel puncto tẽporis percurrere, sed etiam sæpius excogitare, & repetere facilimè queant. quod si mirum videtur, cur non admirabilius ceteris, meminisse animum tam multa, innumerabilibus antè sæculis gesta, quæ futura sunt, cogitando prospicere, ac non modò præsentia, sed etiã præterita, & futura veluti deum, omnia complecti, ac sub oculos subiicere conari? quis dubitet, cùm intelligat, eadémque in se ipso agnoscat, diuinum esse animum, nec, si diuina æterna sunt, ipsum esse mortalem? cùm præsertim, duabus ex rebus, quæ præcipuæ in animo sunt, illius æterna natura facilè intelligi, ac deprehendi possit. hęc autem sunt, motus, qui in eo præcipuus est, principiũ, ac perpetuitas. cùm enim ex seipso moueatur, nec aliunde, vt cetera, principiũ motus mutuetur: summa autẽ in eo quãdiu in corpore est, perpetuitas motus appareat, quippe, quæ etiam in dormientibus agnoscatur, & vigeat: iccirco dubitari nullo modo potest, quin diuinus sit, & sempiternus futurus. & sanè ita esse ratio vincit, & rerum probat exitus. Dei enim imago quędã animi est, ex ipso Deo delibata, ac profecta. quòd si deus immortalitate fruitur, cur eã partẽ, quã ex seipso sumsit, mortalẽ esse velit? quin hoc ipso singularem, & eximiam diuinam esse vim indicandum putauit, quòd non solùm ipse immortalis sit, sed etiam, quos velit, suæ naturæ compotes, & planè immortales efficiat. Corpus autem voluit esse mortale, nec immeritõ. cùm è terra, cuius mutationi subiecta natura est, initium duxerit, & in eam ipsam, vitæ cursu confecto, abire debeat. Sed animus, profectus à Deo, cælum ipsum appetit: nam in eum locum, vnde discessit, semper optat redire. terra autem, si cui appetenda, corpori soli est. at verò animis æterna cæli sedes quærenda, eáque propria illorum patria: si quidem animorum nulla in terris origo inueniri potest. nihil enim est in animis mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natum, atque fictum esse videatur. nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum his enim in naturis nihil ineſt, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quod & præterita teneat, & futura præuideat, & complecti possit præsentia. quæ sola diuina sunt, nec inuenietur vmquam, vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo. singularis est igitur quædam natura, atque vis animi, seiuncta ab his vsi-

tatis,notíſque naturis. Ita quidquid eſt illud, quod ſapit, quod vult, quod viget, cæleſte,& diuinum eſt,ob eámque rem æternum ſit,ne ceſſe eſt, nec verò Deus ipſe, qui intelligitur à nobis,alio modo intelligi poteſt. niſi mens ſoluta quædam, & libera, ſegregata ab omni concretione mortali,omnia ſentiens,& mouens, ipſáque prædita motu ſempiterno. itaque eandem æternitatem animis quoque nostris,ex ſe ipſa exortis,impartiuit. quorum ex cogitationibus atque operibus nihil aliud,niſi diuinos eſſe illos,& ſempiternos, colligere poſſumus. nam fi ædificiorum magnitudinẽ, atque ornatum, ſi monumenta litterarum, ſi pecuniæ vim infinitam in res maximè ſtabileis, & admirandas effuſam , ſi plurimarum, maximarúmque rerum adeptionem cogitare voluerimus,profectò intelligemus,hęc nũquam facturum fuiſſe hominem, niſi diuturnitatem temporis , ipſúmq. æternitatem plurimùm ad ſe pertinere exiſtimaret. Iam ipſa gloriæ cupiditas,honorum ſitis,opum, ac diuitiarum aſſidua procuratio, quid aliud indicat,niſi cogitare hominem in poſterum, nec eodem veſcendi,viuendíque ſtudio, quo ceteras animantes duci videmus,humanum animum detineri.Sed hæc abiectiora,atque humiliora, nec vllis , niſi ſanè anguſtis naturæ terminis,circumſcripta. Quid illa in primis grauia,atque præſtantia,nec vlli planè in tertis degenti, niſi ſoli homini,tributa? contemplatorem eſſe ipſum cæli,rerúmque cæleſtiũ: frui magnarum, obſcuriſſimarúmque rerum ſcientia,quæ vel ad excolendos ad integritatem,atque innocentiam mores, vel ad comparandam Solis, aſtrorúmque cognitionem, vel ad exercendam in abditis , obſcuríſque rebus memoriam mentémque pertineant. nonne hæc ipſa tanta, ac talia , diuinum eſſe animum oſtendũt, nec illius naturam aliunde,quàm è cælo,delibatam ac deductam? An cenſemus , ſi vnà cum corporibus animi interirent , aut ſapientiſſimos homines tam æquo animo mori poſſe,aut tam iniquo, plané neque inuito ſtultos , & fatuos ? Socratem ferunt, morti proximum, de piorum immortalitate beatáque vita, quæ mortem conſequitur, diſputauiſſe, itáque læto,ac libenti animo letale illud poculum hauſiſſe,quaſi nõ ad mortem,ſed ad regnum,atque imperium vocaretur. At verò, quorum animus in terra defixus hæret : qui nihil, niſi mortale,terrenúmque cogitant, eos planè repugnãtes, atq. inuitos è vita diſcedere videmus.nec immeritó. cùm animorum æternitatem propiùs iã intuentes,crucientur mirum in modum,quaſi flagitioſè actã vitam pœna etiam ſit immortalis conſecutura. Atque illud etiam(ô ſtultũ hominem,dixerit aliquis,& naturæ ſuæ penitus ignarum!) nemini obſcurum eſſe poteſt, ex ipſis etiam ſacris, cæremoniiſque maiorũ æternam hominis vitam facile cognoſci,atq. intelligi poſſe. neque enim illi aut mortuos tãto honore coluiſſent,aut tam multas, támque varias ſepulcrorum cæremonias poſteris tradidiſſent, niſi cognitum , perſpectúmque habuiſſent , vigere animum in morte , nec, quamquam corpus óccidat,hominem ipſum penitus euaneſcere.itaque ſtatuiſſe videntur, mortem ipſam non eſſe humanæ vitæ confectricem,nec ex ea ſequi interitum: ſed potiùs ad aliam multo feliciorem vitam iis, qui

A

B

C

D

E

F

G

H

rectè vixiſſent , ducem optimam ſolere exiſtere.quicumque enim conuenienter naturæ vixerint , necillam ſecuti ſint malæ conſuetudinis corruptelam , quæ diuinitus datos igniculos exſtinguit,vitiáque gignit,& confirmat omnia,eos & viuẽtes gloria,& è vita excedentes præmiis proſequi oportet. id enim non ſolùm rationi conſentaneum,ſed etiam veriſſimum,atque æquiſſimum eſt.cui autem æquitatis antiquior cura,quàm Deo? itaque, cùm homo ſolus ex omni propemodum genere nactus ſit aliquam notitiam Dei,niſi vitæ iniquitate deo iniquus,atque inuiſus euaſerit, ad deum certè euolabit , ídque æternitatis humanæ vel maximum, ac firmiſſimum argumentum eſt , ſolùm hominem diuinæ voluntatis participem, conſciúmque exiſtere: vt,quamquam agreſtibus, ſilueſtribúſque in locis natus ſit,tamen,ipſa docente natura, & eſſe Deum, & colendum ac verendum eſſe,dubitare non poſſit.O rem dignam,in qua non modò homines,ſed ipſas etiam pecudes obſtupeſcere, ac, ſi fieri poſſit, etiam erubeſcere oporteat? cognatum eſſe hominem Deo: nullum aliud in terris animal, niſi hominem ſolum , dei cognitione imbutum eſſe : nec quidquam eſſe aliud, quod animo , è diuina mente hauſto,præditum ſit:tantámque ineſſe homini cæcitatem,atque ſocordiam, vt diuinæ cognationis immemor,auerſetur migrationem ad Deum? nec enim aliud eſſe mors, quàm migratio ad cæleſtes,ſuperáſque ſedes, exiſtimanda eſt. nec id ſolùm ratione quadam æquitati , veritatíque conſentanea , ſed etiã ſapientiſſimorum hominum maximè ſit mo, ſtabilíque conſenſu. Atqui eum qui hoc pacto, viuere,ac penè à ſeipſo diſſentire velit,meminiſſe certè oportuit. terram ipſam, omniáque,quæ ſub cælo ſunt,diuina volũtate regi,propterea áque quiddam nobis , quod obſeruandum , & addiſcendum videatur , præſcribere. quis ergo terrram ipſam , aut quotannis feracem,aut ſempet optimas fruges , & numquam malas , inutiléſque herbas edentem,efferentémque vidit? quis animalia ſemper vberes fœtus edidiſſe , numquam ſterilitatem paſſa eſſe, recordabitur? quòd ſi hæc ipſa ſecus ſe habent,nihílque in rebus humanis perpetuò firmum,eiuſdémq. naturæ optare licet : cur, quam in omnibus & rebus , & animantibus viciſſitudinem cernimus,eam ab homine ſeiungamus? qui ſi multos annos feliciter vixerit , ſi ſobolem, honores, opes aſſequutus , diu tantis bonis frui potuerit : præclarè ſecum eſſe actum verè dixerit.Sed aduerſi tamen aliquid ſubeundum , perferendúmque relinquetur: demum oppetenda mors erit, quæ eo leuior eſſe debet , quod omnibus communis eſt, nec cuiquam ſingularis , aut præcipua. Sed hoc quoque gratior,quòd nos à multis erroribus abſtrahit , quibus , quoad viuimus , in tanta opinionum varietate , aſſiduáque veri inquiſitione perturbari ſæpe ſolemus, & ad ipſam cernendam , fruendámque veritatem iucundè traducit. quo nihil beatius homini poſſe contingere, ſatis, vt arbitror , ex eo ſuſpicari poſſumus,quòd innata eſt homini cupiditas ſcientiæ : eius autem præſtantia non ſanè video,qua alia in re,niſi in perfecta veritatis cognitione poſita ſit. ex quo fit, vt veritatis cognitionem aſſecuti, perfecta, ab-

solutáque scientia potiamur. verèque dici potest, qui veritatem intueatur, sensúque percipiat, eum voti sui compotem, verèq. beatum esse. quòd si beata vita quærenda nobis est, nec quidquam fugiendum magis, quàm ne miseriarum grauitate premamur: quid illo homine stultius, aut stolidius reperiri potest, qui ceterorum morte ita angitur, vt beatæ vitæ oblitus, miseram, atque infelicem cõsectetur? profectò enim ita se res habet, vt, nisi mortis, doloríque timore liberatus sit, etiam si multas cognitas, perceptásque virtutes habeat, rectúmque, & æquum omni planè vtilitati anteponat, beatus tamen esse nemo possit. quid enim aliud dolor est, nisi cruciatus animi. í que perpetuus? quid aliud timor, nisi assiduus inuisarum, ac molestarum rerum metus? at quo modo felix, aut beatus esse poterit, qui assiduo cruciatu, metúque vrgebitur? Quin eo miserior, atq. infelicior existimari debet, quòd non solùm sibi ipsi molestiam miseriámq. comparabit, sed in ceterorum etiam sermonem, ac vituperationem incurret. nihil enim nimio dolore deformius, nihil à virò alienius. &, si corporis prauitatibus, vituperatio proposita est, vitiis ipsis, quibus laborat animus, nihil turpitudinis, nihil inuretur infamiæ? Illa verò & grauiora sunt, & maiori animaduersione vindicanda, quo nobiliorem, quàm corpus est, sedem, nempe animum ipsum, occupauerunt. quòd si turpis dolor nimius, & vituperatione dignus, certè illud consequetur, vt, qui nimio dolori seip'um tradat, ne laude quidem vlla dignus censeatur. est enim series quædam maximè veritati consentanea, vt sententiarum, sic rerum: & quemadmodum in sermone, disputatióque nostra nectitur aliud ex alio, ita qui se vna aliqua vel deformitate, vel turpitudine implicari patitur, multis statim miseriis, ac deformitatibus opprimetur. Nec verò credi velim, me, quia dolori nimio repugnem, iccirco dolorem omni ex parte improbare. omnésque illius ex animo fibras euellendas existimare. est enim, quatenus homo doleat, &, (quod prudenter à Crantore dictum est) siue secetur pars aliqua corporis, siue auellatur, sensus tamen adesse debet. istuc enim nihil dolere, fieri non potest, quin, quemadmodum feritatem corporis quádam, sic animi stuporem maximum indicet. Sed nimirum illud est, quod improbamus, dolori nos ipsos ita tradere, vt in aliam fortasse grauiorem ex alia parte vituperationem incidamus. nam quemadmodum qui nihil prorsus doleat, delicisceré videatur ab hominis natura, quæ morte perculsa, dolorem, ac luctum aliquo modo indicare cogitur: ita, qui dolori nimis indulgeat, humanæ naturæ penitus obliuiscí, communémque omnium conditionem recusare iudicabitur. quibus rebus intelligitur, grauiter peccare homines, cùm vel ea, quæ omnibus perferenda, subeundáque sunt, detrectare audent, vel, quid ipsos in vita deceat, quæque sequi, aut refugere debeant, non cernunt satis. quod proprium prudentię munus est: quam humanarum actionum moderatricem à diis immortalibus esse constitutam, inficiari nemo potest. atqui huic tam præclaro, diuinóque muneri planè obsistit, qui nimio dolore ducitur. non modò enim se ipsum sine vllo fructu lacrymis, ac

A tristitiæ tradit, sed etiam omni planè consilio ac iudicio vacat. vbi enim ratio, si se dolore auferri sinat? vbi constantia, si sibi ipse repugnet, & in mœrore iaceat? vbi denique humanitas, si se hominem esse oblitus, nihil sibi cum morte commune esse contendat? Iam verò illud stultissimum, existimare, quæ ceteri homines libenti animo subeant, iis se non esse obstrictum. quid enim? an ignorare quisquam potest, quanta inter homines cognatio sit, quantáque similitudo? etenim, nisi hoc verum fateremur, causæ nihil esset, cur homo hominem consilio, re, gratia iuuaret: ab hostium impetu, ac læsione defenderet. quod contrà videmus accidere: vt, qui ab his actionibus auertat animum, non modò in vulgus improbetur, sed etiam inhumanitatis, ac feritatis accusetur. certè enim non è marmore sculpti, aut è robore dolati sumus: est in nobis quiddam, quod pietate, miséricordiáque moueatur, nec exstingui sinat illam, qua Diis proximi sumus, iuuandi, ac benefaciendi voluntatem. itaque insitum homini, atque innatum videtur, vt quoties alium hominem quamuis alienum, premi calamitate, atque ærúna videat, crucietur animo, nec, si facultas supperat, dimittendam putet illius subleuandi occasionem. quam enim ipse, si eo loco esset, benignitatem sibi impartiri optaret, ea vt in alium vtatur, natura tacita quadam voce monere, ac præcipere videtur. quæ igitur sibi euenire posse dubitet, ea si contingant, cur angi, ac perturbari velit? aut, cur nõ potiùs humana illa esse, & omnibus hominibus procliuia, fateatur? quanto rectiùs ille, qui hominem se agnoscit, nihilque humani à se alienum putat? itaque cùm hanc ex animis nostris opinionem, mala omnia non esse humana, veluti immitem quandam, & immanem beluam, extraxerimus, profectò minùs miserè, minúsque sollicitè viuemus. relinquetur enim illa cogitatio, quæcumque accidant, fortiter ferenda esse, nihilque posse homini euenire, quo funditus prosternatur. ídque ita erit, si nobismetipsis non assentabimur, sed veritatem, qua nihil præclarius, præstabilius, verius esse potest, toto pectore amplectemur hæc enim illa est, quam assecuti, meliores multò efficimur, & ad perferenda incommoda, præclaráque peragenda alacriores. cùm nihil, nisi quod rectum, & æquum est, laudabile arbitramur, nihilque aliud, nisi egregia illa, ex quibus vera gloria nascitur, expetimus. Ac mihi videor nimis etiam nunc angustè, atque exiliter agere. qui enim latior obiici campus queat, in quo fidentiùs atque alacriùs exsultare possit oratio? sed faciam impudenter, si medicinam deserens animorum, quam ex omnibus maximè vtilem esse intelligo, ad meam vnius delectationem sermonem omnem, mentémque conuertam. Dolorem igitur nimis acrem, ac diuturnum fugiendum diximus. & quidem probabiliter: cùm ex eo mala multa, maximéque grauia soleant exoriri: contra verò nihil boni. neque enim dolor ex illis rebus est, in quibus vel ad probandum, vel ad vituperandum, multa, & magna contrariarum rationum paria momenta agnoscantur. hoc enim si acciderit, agerem verecundiùs, neque me in eum locum demitterem, vnde nullum planè exitum viderem. Sed, quoniam hæc ita

sa ha-

se habent, contendo, vincendum esse animum, doloríque acriter obsistendum. siue enim nosmetipsos, siue amicos, siue vulgi opinionem cogitemus, id nobis sine vlla dubitatione faciendum est. at, si ad mortuos ipsos animum traducamus, quî possumus existimare, gratum illis fore, quòd nimio dolore cruciemur? præsertim cùm ex eo nihil ad illos vtilitatis, sed permultum ad nos dedecoris, atque incommodi permanet. Quid igitur eos ipsos à nobis optare, atque expetere arbitremur? nihil sanè, nisi vt eos illustri memoria, ac recordatione decoremus. Nemo me lachrymis decoret, ait Ennius: cur? quia volito viuus per ora virûm. quid igitur est causæ, cur fletum, lachrymásque recuset? nimirum ea gloria, quam se adhuc viuentem assecutum esse cõfitebat eandem igitur ob causam nostrum quoq. luctũ mortuis ingratum, molestúmq. fore suspicemur, nec aliud eos à nobis quidquã flagitare credamus, quàm, vt id ipsum illis, quo maximè delectamur, tribuamus. hæc autem gloria est, & assidua illorum virtutis recordatio. quam si sermone, laudationéque nostra immortalem efficere liceat, hoc vno de mortuis nos vel optimè meritos existimare possemus. Quid, quòd eum, qui sic doleat, vt recreari, confirmarique non possit, ne diuinum quidem numen horrere. sapientissimi homines prodiderũt? impium autem est, quibus debemus omnia, iis pessimam referre gratiam. contrà verò, qui Deorum voluntati paruerunt, nihilque se, quod ab illis vltrò daretur, molestè ferre declarauerunt, eos non solùm viuentes præcipua laude ornauit antiquitas, sed etiam è vita egressos perpetuo coluit honore. idq. eò studiosiùs, aclibentiùs, si quos intellexit cum Deorum cultu exercitationem virtutis, & præcipuam in mortales beneficentiam, coniunxisse. scitè profectò, vt cetera fermè omnia. quid enim maiori laude dignum, ex omnibus rebus humanis commemorare possimus, quàm eum, qui vitam ducat cum virtute coniũctam, ad Deorum cultum, atque honorem, perpetuum in homines studium, ac pietatem aggregare? nec quidpiam tantulum modò in eius animo existere, quod non vel pietati, vel humanitati, vel denique virtuti sit consentaneum? Nec aliã sanè ob causam perturbari omnem vitam errore, infeitiáque videmus, nisi quòd, quæ in hominis vita præcipua esse deberent, pietas erga Deos, in hominibus beneficentia, virtus in ingeniis, ac moribus, ea ferè omnia negliguntur. eadémque ratione quæ maximè vitare deberemus, ea studiosè expetimus, cæcóque impetu ferimur ad illa, quibus vita nostra planè fera, atque immanis efficitur. ex hoc fonte cupiditates insatiabiles exoriuntur, quibus non modò singulos homines, sed totas familias, & vniuersas funditus euersas ciuitates videmus: præterea seditiones, insidiæ, discordiæ, rerúmque, & hominum clades & interitus. ex his etiam incredibiles dolores emanant, quibus perturbari vitam, neque solum insuauem, sed acerbissimam effici necesse est. quod contrà probis, virtutémq. amantibus accidit. nam diuinæ voluntati obtemperantes, nihil in se ipsis, sed in ea se ipsos, ac sua ponunt, & locant omnia: neminem lædunt: omnes liberalitate, benignitate, charitate amplectuntur: nulla re cruciantur: nihil appetunt, omnium vitiorum fracto impetu, cupiditatúmq. adicibus ex animo penitus euulsis. Nempe igitur eos, qui ita vixerunt, vt sibi iucundi, diis grati, hominibus fructuosissimi exstiterint, diuinis honoribus iure dignos maiores nostri censuerunt: eósque cum diis immortalibus æuum agere sapientissimus poeta non immeritò cecinit, Nec tamen iccirco, quòd eorum corpora in cælum per lata credere sapienter quisquam possit: quod quia natura non patitur, vt, quod è terra est, alibi, quàm in terra maneat, ne credi quidem debeat, necesse est: sed quòd eorũ animi, tanquã hominũ deDiis immortalibus, humanóq. genere optimè meritorum, in cælum putentur elati. quod de Romulo, Vrbis nostræ conditore, memoriæ proditum accepimus: quem singulare in genus hominum collatum munus tam præclaræ vrbis condendæ, in Deorum numero collocauit, idque eo tempore, quo litteris, & doctrinis homines exculti facilè fictum à germano, verum à falso secernebant: vt credi non posset, quidquam illis persuaderi potuisse, quod vllam ficti, aut falsi imaginem præ se ferret. sed, quod ille mortalis, eximia virtutis, ac beneficentiæ gloria, cõsecutus est, vt non solùm immortalis, sed Deus iudicaretur: id ipsum aliis etiam tributum esse, vt inter Deos recepti putarentur, cùm excessissent è vita, annales veterum loquuntur. quod & apud Græcos prius contigit, & inde fortasse ad nostros permanauit. nam & Hercules, & Liber, fratres Tyndaridæ, & fœminæ plurimæ, quibus nunc inter deos locus esse præcipuus creditur, & hominibus nati, & homines fuerunt. Sed, quòd virtute præstiterunt, &, vt ceteri ad recte viuendum, beneq. merendum præluceret, laborauerunt, ideo eos hominum fama, beneficiorum memor, in consessũ consiliógq. cælestium collocauit. atque ipsos, quos vocamus maiorum gentium Deos, aliósque quampluri mos, quos in deorum numerum retulimus, hinc à nobis egressos, & in cælum profectos, facillimum erit agnoscere. Maximum verò argumentum est, quod de illis credimus, id esse verissimum, quòd & tãtus tot sæculorum, doctissimorúmq. hominum consensus, veritatis vox ipsa esse videtur, & quòd tantæ, támq. præclaræ virtuti, quem alium verè congruentem locum tribuere oporteat, non sanè reperies. quis est autem tam demẽs, vt quos innocentia, liberalitate, & singulari quadã ac præcipua virtute diis proximos intelligat, iis seiunctum à Diis tribuendum locum censeat? & cùm hominis animus terrena respuat, ad superа semper feratur: qui non solùm tacito naturæ impulsu, sed voluntate, réq. ipsa, vt quàm maximè cælestibus similes essent, præstiterũt, eos, licebítne cælo esse priuatos? Mihi verò eo iustius in cælo collocati videntur, quo clariores eorum inter homines vel eluxit liberalitas, vel virtus enituit. quis enim Hercule fortior? quis prudentior? quis ab omni cupiditate remotior? quos ille labores, vt fortiter ageret, & hominibus prodesset, suscepit, & pertulit? aut quid non doloris, & calamitatis, exhausit? quis ergo hunc cælo excludi patiatur, cùm eius virtuti sempiterna gloria, & laudis patuerit immortalitas? eadémque ceterorum conditio est: quorum alius alio genere virtutis, omnes summis, & singularibus vel in ipsos deos, vel in homines meritis præstiterunt. ita-

que tam egregiis, eximiísque factis non infixas plumbo ſtatuas, non areſcentes triumphorum coronas ſatis diuturna perſoluere poſſe præmia iudicatum eſt, ſed florentiora, ſtabilioráq. munera quæſita ſunt, quibus ornarentur ij, qui virtutem, honeſtatẽ, gloriam, otio, libidini, voluptati, vitæ denique prætuliſſent, támque id æquum eſt, quàm illud decorum, maximéque probandum, non eaſdem improbis ſedes, quas bonis, atque integris, poſt mortem eſſe propoſitas. intellexerũt enim ex maioribus noſtris complures, qui ſapientia præſtiterũt, cùm in diis æquitas præcipuè vigeat, eáque in eorum gubernatione appareat maximè, fieri non poſſe, quin nequitiam, ſceleráque auerſentur, quíq. ea in vita exercuerunt, eos à ſe ipſis longiſſimè ſeiungant. quod in vulgus edi, verúmque exiſtimari, non modò rationi conueniens, ſed vtile quoque in primis eſt futurum. nam, ſi quid in hominum animis pietatis, ſiquid religionis inerit, certè ob hanc potiſſimum cauſam ſe à flagitiis, ac facinoribus abſtinebunt, quod impios ac nefarios homines à deorum conſilio, ac ſocietate arceri iudicabunt. Nec enim omnibus ũdem illi ſapientes arbitrati ſunt eundem cur ſum in cælum patêre. nam vitiis, & ſceleribus contaminatos, deprimi in tenebras, atque in cæno iacere docuerũt. caſtos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam ſtudiis, atque artibus expolitos, leni quodam, ac facili lapſu ad deos, id eſt, ad naturam ſui ſimilem, peruolare: quod ſi ita eſt, certè nobis, quantum conniti animo poſſumus, quantum diligentia conſequi, contendendum, atque elaborandum eſt, vt ne ab iis ſegregemur, quorum eſt proprium vita frui ſempiterna, ac beata. quod efficere qui voluerit (omnes autem velle debebunt, qui ſe ipſos diligere, conuenientérq naturæ volent viuere) numquam committet, vt, quæ ceteris exitioſa fore crediderit, ea ipſe perſequatur. neque enim in ſpem venire poterit, aut ignoraturos eſſe deos, quæ ipſe agat, cùm diuinã naturam nihil præterire credibile ſit, aut illa probaturos, à quibus non modò dij, ſed etiam ſani homines abhorreant. quid enim turpius libidine? quid tætrius auaritia? quid deteſtabilius crudelitate? quæ quamuis in hominibus aliquando exiſtant, tamen ab hominis natura tam aliena ſunt, quàm humanum illud erit, ſi omnia nobis bona, omniáque commoda expetamus. atq. in hoc comprimendæ ſunt cupiditates, quibus trahimur perſæpe ad ea, quæ virtuti aduerſantur. quòd facillimè perficiet, qui tam glorioſi facinoris exitum ſecum ipſe aſſiduè cogitabit. tantáque eſt huius cogitationis ſuauitas, vt, quod libenter alacritérque agimus, etiam ſine labore peragamus. idque in præſtantibus, laudíſque appetentibus hominibus facilè cernitur. quorum tanta eſſe ſolet vel in obeundis præliis, vel in agendis causis, vel in contẽtionibus pro repub. ſuſcipiendis alacritas, tantáque virtus, vt quod in iis rebus periculi, aut laboris eſt, aut non ſentiant, aut pro nihilo ducant. magnum enim eſt cõrendentis, & ad gloriam anhelantis animi fomentum, magnũ ſolatium, ſpes futuræ, ac propinquæ ſiue vtilitatis, ſiue gloriæ. neq, id ſolùm in magnis, ſed etiam in leuioribus laboribus, ac ſtudiis. quos enim curſus, quos venatio delectat, eos quamuis de via ſæpe, ac pænè exanimes videas, numquam tamen minus alacres, minúſque concitatos animaduertas. Iam, honorum cupiditas, quid non in noſtra ciuitate laboris, quid non ſollicitudinis, negotiíque faceſſit? quotus tamen quiſque eſt, qui ſe vel labore defatigatum, vel prenſationis moleſtia, curáque confectum audeat dicere? ſic, quorum oculos virtutis ſplendor occupauit, gloriæque ſtudium animos deleniuit, ij nec laborem ſentiunt, &, ſi tantus eſt, vt aliquando erumpat, eo tamen non magnopere mouentur. toti enim in eo ſunt, vt proſint patriæ, immortalémque ſibi nominis memoriam cõparent. quam ſi quis negligẽdam ducat, omnémque hominis felicitatem rectè factorum conſcientia meriti velit, is certè diuinos honores, qui claris viris tribui conſueuerunt, numquam negliget. etenim de diis ipſis, qui eoſdem ſibi honores aſciuerunt, peſſimè iudicaſſe videretur. tanta autem eorum, qui huiuſmodi conſuetudine delectati ſunt, & ſapientia, & æquitas agnoſcitur, vt dubitari non poſſit, quin, ipſi quod egerunt, à certa ratione proficiſcatur. quales numerare Lacedæmonas poſſumus, clariſſimos, & fortiſſimos viros, qui ciues ſuos, mortem pro patria obeuntes, diuinis honoribus afficere ſolebant. Quid verò illæ, omnis planè doctrinæ, omníſque ſapientiæ parentes Athenæ? nónne Codrum regem ſuum, ob pietatẽ in patriam, metitáque illa, quibus excelluit, magno conſenſu in deos retulerunt? Atque haud ſcio an rectè ſenſerint viri doctiſſimi, quorum ea fuit opinio, viros claros, & fortes iccirco deorum immortalium honore conſecratos, vt incitaretur virtus acriùs, & acuerentur vehemẽtiùs ad obeunda pericula qui patriæ amore, ſtudióque tenebantur. vera enim virtutis merces gloria eſt: nec quidquam eſt aliud, quo magis ad rectè, honeſtéque agendum præſtantis animi homines incendantur. quod optimè agnouit, ac diutiſſimè retinuit, omnium litterarum præclara cuſtos, & altrix Græcia: quæ multos habet virtutis gratia factos ex hominibus Deos, quorum alios fatentur nouos: alios multis iam ſeculis receptos in cælum, conſecratóſque contendunt. quàm multi autem ſint, qui reconditas eorum ſcrutantur litteras, noſſe fortaſſe poſſunt. Neque verò hæc à me ideo copioſiùs diſputantur, quòd eos temere, neque ſatis conſideratè tam multos conſecratos eſſe credi velim: cùm eos ipſe quoque venerer, deorúmque loco habendos putem: ſed potius, cùm tot apud omnes pænè gentes immortalitate, diuiníſque honorib⁹ affecti reperiantur, vt exacuam bonorum mentes ad ea promerenda, quæ ſapientium iudicio ducuntur ampliſſima. nihil enim præſtantius, aut beatius accidere homini poteſt, quàm eo loco donari, in quem vt aſcenderent Vrbis noſtræ conditores, nullum periculum, nullum laborem, nullum denique certamen prætermiſerunt. ac ſi priuatæ vtilitatis, & commodi habenda ratio eſt, nullam aliam expetere, aut optare vir ſapiens, & eruditus, præter hanc vnam, debet. Templa verò publicè vota, & dedicata, quantum in vulgus dignitatis, quãtum habet gloriæ? cùm omnes, qui deos illos, quib. tẽpla vouẽtur, publicè colunt, fateri cogantur, & fuiſſe homines, & ad deos, diuinóſq. honores vna virtute fretos, aſcendiſſe. Nec mirandum eſt, Deos illos publicè coli, eorúmq. delubra, & templa auguſtè, ſanctè.

sanctéque exornari, qui vel patrib. nati sunt diis, vel matribus. nam, quemadmodum eorum cultus & sanctus, & religiosus est, maximéque pietati, atque æquitati consentaneus: sic admirationis, aut dubitationis nihil habet. totus enim ex natura oritur: vt iure ipso natura, qui Deo satus, vel dea editus, ptocreatúsq. sit, deus esse debeat. at verò, qui homine patre, vel mortali matre natus est, hunc esse Deum, & magnum quiddam videri potest, & dubitandi occasionem, nec fortasse ineptam, multis afferre solet. nõ enim, si eximius talium virorum virtuti tribuatur honos quin id iure fiat, aut dubitare, aut negare quisquam potest: sed, quòd tantam virtutis esse vim velimus, vt vel natura ipsa eius vnius ope immutetur, hoc illud est, de quo quærere doctiores viri non immeritò soleant. quibus ita respondendum est, non immutari virtute naturam: nec enim id, sine prioris naturæ corruptione, posse euenire, sed, eádẽ in illis manẽte natura, euolare animum ad deos, & in eorum adscribi consilium, cùm immortalis sit, & immortalitatis diuinæ particeps. corpus autem, suapte natura mortale, manere in terra, quódque terrenum est, nullo pacto suam exfuere posse naturam, vt alienam induat. quamuis enim hæc ipsa quæstio perobscura videri soleat, nec omnino procliues, aut faciles habeat explicatus: tamen nisi auctoritatibus contra rationem pugnetur, nõ incommodè, opinor, à nobis exposita censeri potest. Et quoniam, quæ in hoc genere præcipua, cognitúque digna sunt, persequimur, omnia, (volumus quidem certè) prætereundum non est, quales, quámque multæ virtutes, erudiendorum hominum gratia, sint honore deorum immortalium consecratæ. cuius rei finis est, publica vtilitas: vt, quo honore virtutes ipsas decoratas videant, eundẽ se consecuturos esse homines sperent, si iisdem virtutibus excellant. quo in genere multum boni est in imitatione. liberter enim ea imitantur, & persequuntur multi, ex quibus alios illa eadem, quę ipsi appetunt, consecutos vident. atque ex eo plerumque accidit, vt multis in rebus, quas antea ne cogitauerant quidem, cùm ad clarorũ virorum imitationem se cõtulerint, multorum vigeat industria. quæ cùm paullo manauit latiùs, quantos progressus, quantáque acquirat incrementa, nihil necesse arbitror commemorare. constat enim inter omnes, quæ præclara ducuntur, ea ferè omnia à tenuibus initiis sumsisse exordium, quod paullatim, imitatione progrediente cõfirmatum, ita increbruit, vt ne augeri quidem, aut exaggerari magis posset. quod si vlla in re gratum nobis, atque optatum esse debet, certè in complectendis, prouehendísq. virtutibus non video, quid esse possit optatius. siquidem ex his informatio pendet, educatióq. vitæ: quæ cùm rectè instituitur, atque excolitur, incredibile dictu est, quantos, quámq vberes iustitiæ, integritatis, omnísq. amplissimæ laudis fructus afferat. Sed cùm virtutes multæ meritò colantur, quòd & ipsæ cultu dignæ sint, & multæ ab iis ad vniuersum genus hominum vtilitates proueniãt: quid sit, cur bestiæ quoq ipsæ ab Ægyptiis ferme omnes consecratæ sint, scire sanè velim. sit pisces in cultu, ac Deorum opinione apud Syros, homines nec tanta ingenij acie prædítos, nec tantis doctrinarum præsidiis instructos, vt, hæc inepta, ridiculáque esse possint agnoscere. Ægyptij verò omnibus affluentes eruditionis, & scientiæ laudibus, quo modo in tam inanem, támque absurdam delabi opinionem potuerint, equidem intelligere vix possum. quid enim? an boues, canes, lupos, feles, pisces in Deorum numero habebimus? & quas nobis natura præsidij, auxilíque causa animantes genuit, eas per insciti am Deos iudicabimus? quibus nihil fœdius, obscœnius, lutulentius ne natura quidẽ ipsa viderit. Etiámne animalium monstra illa, à quibus hominum generi præcipua incommoda inferuntur, crocodilos, aspidas, serpentes, ceteras feras, & immanes belluas, in Deorum numerum referemus? quid erit aliud, naturam inuertere, & ima summis, summa infimis cõmutare? &, cùm tantam in his imperitiã, barbariámque agnoscamus, taménne ista pepitus inania pertinaciter defendemus? Eadémque insciti a cœpas, allia, fructus ceteros, qui oriuntur è terra, in Deorum numero reposuit Ægyptus. quæ haud scio cur longiori oratione refellere sit necesse. incredibilis est enim eorum absurditas, vt nulla esse possit aut pertinacia, aut imperitia tanta, quæ non ista aspernetur, atque refugiat. Imbres autem, nimbi, procellæ, si à nostris consecratæ sunt, id antiquissimis Populi Rom, ritibus, ac cæremoniis receptum & confirmatum est. quæ tolli, aut perturbari, cùm & satis firma ratione nitantur, & vsu iam ipso confirmata & approbata sint, sine nefario scelere nõ possunt. Græciam verò, quam paullo ante laudibus ornauimus, hoc loco non sanè laudare possumus, quę Cupidines, & Amores satis audacter, & temerè in Gymnasiis, ædibúsque publicis cõsecrarit. Quid enim Cupidini, aut Amoribus cum Gymnasiis? aut, quid ea consecratio vel ad considerandum, vel ad imitandum afferre potuit honestatis, aut boni? nihil enim temeratium, nihil insipiens in Deorum consecratione esse debet, nec, quod vllam vel leuissimam aut turpitudinis, aut vllius omnino imprudentiæ suspicionem afferat. quales videri possunt eorum consecrationes, quorum in rebus probitati, pudoríque contrariis numen esse, potentiáque creditur. Quí ergo ad hominum vitam vel adiuuandam, vel excolendam, atque exornandam aliquid attulerunt, quíque virtutibus, rerúmq. gestarum gloriã præstiterunt, eos nemo dubitet, iure deos habitos, diuinóque cultu affectos esse. Neque ego vllo pacto auderem hoc primus prodere. non enim tam studiosè, quæ laudari possunt, appeto, quàm reformidare ea soleo, ex quibus possit aliquid vel leuioris culpæ redundare. Cùm verò & mares, & fœminas cõplureis in Deorum numero esse videamus, & eorũ in vrbibus, atq. agris augustissima tẽpla veneremur, assentiamur eorum sapientiæ, quorum ingeniis, & inuentis omnẽ vitam legibus, & institutis excultã, constitutámq. habemus. tantis enim ducibus aberrare nõ possumus: nec à nobis, sed ab illis ipsis, quos sequimur, rei tã iustæ, ac debitæ ratio reposcetur. iure enim feciſſe putandi sunt, qui, nequẽ virum, aut fœminã præclarè meritam debito honore spoliarent, eorum memoriam sanctam, venerandámq. esse voluerunt. nos autem iniustè ageremus, si, quos pari cultu, veneratiónéq. dignos cognouimus, eos pateremur silentio præteriri. Neque hoc de te vna, mea Tullia, dictum volumus, cuius exstabunt virtutis, prudentiæ,

doctrinæ,continentiæ, ad omnem æternitatem impressa vestigia, sed de diis omnibus, quos tali honore dignos aut ipsi vidimus, aut futuro tẽpore posteritas intuebitur. Nunc autem de te loquar, quam non ego amissam, aut mihi penitus adẽtam, velim dicere, cùm illucescat menti meæ quotidie magis præclarissima nominis tui, tuarúmq. virtutum gloria. vigebis autem memoria quamdiu monumenta exstabunt illa, quibus eximia consignata sunt tam excelsæ laudis testimonia: quæ sempiterna fore, cùm præstãtissima sint, planè confidere debemus. Tibi igitur numquam me debitum persoluisse officium putabo, nisi de me optimè meritam quem eximiè coluisti, ac de patria, quam semper ornasti, supremo honorẽ decorauero. Id autem facilè consequar, cùm is locus, quem tibi delegi, sempiternam habiturus sit religionem. nostra verò si qua erit ea re consolatio, quæ magna certè erit: aut, si qua laus ex paterna pietate: mihi certè iucundissima acciderit. nihil enim aliud vel audire, vel memoria repetere libentius possum, quàm me in eam, quam summè dilexerim, summéque diligendam merito suo sensuerim, quàm maximè pium, gratúmque esse. cùm præsertim in alienos, quia de se optimè erant meriti, tã prolixos, liberalésque sese, & maiores nostri, & exteri præbuerint. Quod si vllum vmquam animal consecrandum fuit, qualia multa consecrauerunt Ægyptij, quod nullum profectò fuit: si Cadmi, aut Amphitryonis progenies, aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit: huic idem honos certè dicãdus est. quod quidem faciam, téque omnium optimam, doctissimámque, approbantibus Diis immortalibus ipsis in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium consecrabo. Tu ergo in eo ipso fano, quod ad nominis tui memoriam, ac cultum, votum, dedicatúmque est, & laudari te, & coli senties. maximè autem lætaberis in eo, quòd & eum tibi, quem maximè debui honorem, persoluerim, & me simul iniquissimo fortunæ imperio penitus exsoluerim. nosti enim, quàm semper alacri, fortíque animo cunctis casibus restiterim: vt ne me quidem, pulsum patria, omníque planè dignitate spoliatum, tam acri impetu frangere, ac deiicere fortuna potuerit. Cum inimicis autem quanta cõtentione decertauerim, quæque mea fuerit in iis refutandis, frangendísque virtus, & constantia, norũt omnes, qui varios ciuitatis nostræ casus curiosè notauerunt. Cùm verò, Tullia, te mihi extremo loco fortuna ademisset, tum equidem intellexi, quantum illa in rebus possit humanis, quantáque aduersus me ipsum vi ac potestate niteretur. itaque nihil habui, quod dicerem, nisi, cedo, & manum tollo, cùm tam graui accepto vulnere, planè dolore perculsus, atque afflictus essem. Nunc autem & præceptis sapientiæ aduersus omnem fortunæ vim confirmatus, &, te consecrata, in cælúmque recepta, tanta affectus voluptate, ac lætitia, quanta animo capere maximam possum: exsultare planè videor, victórque de fortuna, ac de omni prorsus dolore triumpho. Tu ergo quando me insigni, & excellẽti tuarum laude, memoriáque virtutum, tam præclarè iuuisti, nunc ab hominibus seiuncta, non me deserens, sed aliquando respectans, perduc eo, vbi tua tandem collocutione conspectúq. fruar: vt & paréti tui amantissimo, quam potissimũ optare debes, gratiã referas, & ego multo mihi gratiorem, multóq. iucundiorem congressum nostrum futurum intelligam, quàm insuauis, & acerbus digressus fuit.

FINIS.

INDEX

INDEX ORATIONVM M. TVLLII CICERONIS,

QVARVM DEINCEPS SVBiiciuntur fragmenta.

Pro M.Tullio.
L.Vareno.
P.Oppio.
M.Fundanio.
C.Cornelio.I.
C.Cornelio. II.
In competitores.
Pro Q.Gallio.
De proſcriptorum liberis.
Contra Q. Metelli concionem.
De conſulatu ſuo.
In Clodium,& Curionem.
De rege Ptolemæo.
Pro M.Æmilio Scauro.
Pro A.Gabinio.
Præterea fragmenta orationum.
Pro P.Quinctio.
Pro M.Fonteio.
De lege Agraria.
In L.Piſonem.
Præterea ex commentariis cauſarum.

AVCTORES EX QVIBVS OMNIA FRAGMENTA LIBRORVM CICERONIS,

Poematum,orationum,&c à Rob. Stephano, Carolo Sigonio,Andrea Patricio, &c. collecta ſunt.

Aquila.
Aſconius.
D.Auguſtinus.
Boëthus.
Cariſius.
Ipſe Cicero.
Columella.
Diomedes.
Donatus.
Feſtus.
Fortunatianus.
Gellius.
D.Hieronymus,
Iſidorus.
Lactantius.
Macrobius.
Marcellinus.
Nonius Marcellus.
Plinius.
Priſcianus.
Quinctilianus.
Seneca.
Seruius.
Suetonius.
Valerius.
Vlpianus.

EX ORATIONE PRO M. TVLLIO I.

Deest principium.

PRISCIANVS.] Hoc iudicium sic exspectatur, vt non vnæ rei statui, sed omnibus cõ stitui putetur.

QVIN. *libro* 4. *capite* 2.] Fundum habet in agro Tigurino M. Tullius paternum.

QVIN. *l. 5. c. de refutatione*] Quis hoc statuit vmquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, vt eum iure potuerit occidere, à quo metuisse se dicat, ne ipse posteriùs occideretur?

QVIN.] Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. quamobrem? quia ius constitutum nullum est quid si se telo defenderit? haud iniuria. quid ita? quia constitutum est.

Cetera desunt.

Pro L. Vareno.

Deest principium.

PRISC.] C: Ancharius Rufus fuit è municipio Fulginate.

PRISC.] in præfectura Fulginate.

QVINCT. *lib. 5 c. 13*] Cùm iter per agros, & loca sola faceret, cum Populeno, in familiam Anchariana incidisse dixerunt: deinde Populenum occisum esse: illico Varenum vinctum, adseruatum: dum hic ostenderet, quid de eo fieri vellet.

QVINCT. *lib. 7. c. 1.*] In legem de sicariis cõmisit L. Varenus. Nam C. Varenum occidendo, & Cnæum vulnerando, & Salarium item occidendo, cadit.

QVIN. *lib 4. c. 1.* Tú C. Varenus is, qui à familia Anchariana occisus est: (Hoc quæso, iudices diligenter attendite.)

PRISC. *lib. 3. & Quinct. lib. 8. c 3.*] L. ille Septimius diceret. etenim est ad L. Crassi eloquentiam grauis, & vehemens, & volubilis. Ericius hic noster, Antoniaster est.

PRISC. *lib 12.*] Ea cædes si potissimùm crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit.

QVINCT. *lib. 5. c. 10.*] Optio vobis datur, vtrùm velitis, casu illo itinere Varenum esse vsum, an huius persuasu, & inductu.

PRISC. deûm fidem.

Desunt reliqua.

Pro P. Oppio. III.

Deest principium.

QVIN. *lib. 5. c. 10.*] Vtrùm cùm Cottã appetisset, an cùm ipse sese conaretur occidere, telum ei è manibus ereptum est?

QVIN. *ibid*] Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere quî potuit?

QVIN. *lib. 11. c. 1.*] At enim verisimile non est tantum scelus M. Cottam esse commentum. uid? hoc verisimile est, tantum scelus Opum esse conatum.

MARCELL.] Etenim multum posse ad salutem alterius, honori multis: parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit.

QVINT.] O amorem mirum! ô[a] beneuolentiam singularem!

a *al.* ôbeniuolentiã.

Cetera desiderantur.

Pro M. Fundanio. III.

Deest principium.

PRISC. *lib. 7.*] Non modò hoc à Iulio Annale, sed vix mehercule à Q. Mutone factum probari potest.

PRISC. *lib. 16.*] Essétne id, quod Meno (riasset.

Plurima desunt.

Pro C. Cornelio I.

PRISC. *lib. 6.*] Vt ab Ioue optimo maximo, ceteríque diis, deabúsque omnibus opem, & auxilium petamus.

PRIS. *lib. 12.*] ex promulgatione trinundinũ dies ad ferendum potestásque venisset.

SER.] Arcades se prosolenos esse asseuerãt

ASC. *versu à primo circiter CLXI.*

Postulatur apud me prætorem primùm de pecuniis repetundis. prospectat videlicet Cominius, quid agatur: videlicet homines fæneos, in medium ad tentandum periculum proiectos.

ASC. Quid? Metellus summa nobilitate, ac virtute, cùm bis iurasset, semel priuatim à patre iterum publicè, à lege coactus, destitit accusatione, an vi, an veritate? In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas, & Q. Metelli adolescentia, ad summam laudem omnibus rebus ornata.

ASC.] Legem, inquit, de libertinorum suffragiis Cornelius cum Manilio dedit. quid est hoc? dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus est? nam tulisse ridiculum est. quasi legem aliquã aut ad scribendum difficilem, aut ad excogitandum reconditam: quæ lex paucis his annis non modò scripta, sed etiam lata esset.

ASC.] In quo cùm multa reprehensa sint, tum in primis celeritas actionis.

ASC.] Petiuit tamen à me prætore maxima cõtestatione, vt causã Manilij defenderẽ.

versu à primo DCCCCL.

ASC.] Nam cùm is tribunus pl. duas leges tulisset in eo magistratu, vnam perniciosam, alteram egregiam: quod summam remp. læsit, id ab ipso tribuno abiectum est. bonum autẽ, in summa rep. manet.

ASC.] Aliis ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulsus est, qui aliquod instituit exemplum disturbandorum iudiciorum pernicioſissimum, temporib. suis accommodatissimum, meis[a] alienissimum rationibus, cupierunt.

a *fort. melius* tionib. alterissimum.

ASC.] Possunt dicere, hominem[b] summa prudentia clarum, C. Cottam de legibus abrogandis ipsum ad senatum retulisse possum. & M. Cottæ legem de iudiciis priuatis anno pòst quàm lata sit, à fratre eius abrogatam. legem Liciniam & Muciam de ciuibus regundis, video constare inter omneis quam duo consules omnium, quos vidimus, sapientissimi tulissent, nõ modò inutilem, sed pernicioſam reip. fuisse.

b *fort.* homi nem. summa prud. virum clarissi.

ASC.] Quattuor omnino genera sunt, iudices, in quibus per senatum, more maiorum, statuatur aliquid de legibus. vnum est eiusmodi, placere legem abrogari, vt Q. Cæcilio, M. Iunio coss. quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur. alterum, quæ lex lata esse dicatur, ea non videri populum tenere, vt L. Marcio, Sex. Iulio coss. de legibus Liuiis. tertium est de legum derogationibus, quo de genere persæpe S. C. fiunt. vt nuper de ipsa lege Calpurnia, cui derogaretur.

ASC.] P. Africanus ille superior, vt dicitur, non solùm à sapientissimis hominibus, qui tũ erant, verùm etiam à se ipso sæpe accusatus est, quòd cùm consul esset cum Ti. Longo, passus

passus esset tum primum à populari consessu senatoria subsellia separari.

Circa medium.

ASC.] Est vtique ius vetandi, cùm ea feratur, quamdiu non perfertur : quamdiu qui suffragij ferundi causa conueniunt, huc & illuc transferuntur: dum priuati dicunt: dum tabellæ diribẽtur: dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum sortitio sit, & siqua sunt huius generis alia.

paullo póst.

ASC.] Vnum tamen, quod hoc ipso tribuno pl. factum est, prætermittendum non videtur, neq. enim maius est legere codicẽ cùm intercedatur, quàm sitellam ipsam eum ipso intercessore deferre: nec grauius, incipere ferre, quàm perferre: nec vehemẽtius, ostendere se laturũ, inuito collega, quàm ipsi collegæ magistratum abrogare: nec criminosius, tribus ad legem accipiendam, quàm ad collegã reddendum priuatum, introuocare. quæ vir fortis, huius collega, A. Gabinius in re optima fecit omnia, neque, cùm salutem populo R. atq. omnibus gentibus finem diuturnæ captiuitatis, turpitudinis, & seruitutis afferret, passus est, plus vnius collegæ sui, quàm vniuersæ ciuitatis vocem valere, & voluntatem.

QVINCT.] Codicem attigit.

ASC.] At enim de corrigẽda lege retulerũt.

ASC Idem, nisi hæc ipsa lex, quã C. Cornelius tulit, obstitisset decreuissem id, quod palàm iam isti defensores iudiciorum pugnauerunt, senatui non placere, id iudicium de Syllæ bonis fieri. quam ego causam longè aliter prætor in concione defendi, cùm id decerem, quod iidem iudices postea statuerunt, iudicium æquiore tempore fieri oportere. an tea verò quàm multarum rerum iudicia sublata sint, & quia scitis, prætereo, & nequem in iudicium oratio mea reuocare videatur.

paulo póst.

ASC.] Nõ Cn. Dolab. C. Volcatiũ, honestissimũ virũ, cõmuni & quotidiano iure priuasset: non denique homo illorum & vita, & prudentia longè dissimilis, sed tamen nimis ingratificando iure liber, L. Sisenna bonorum Cn. Cornelij possessionem ex edicto suo P. Scipioni adolescenti summa nobilitate, eximia virtute prædito, dedisset. Quare, cùm ambitum populus R. videret, & cùm à tribunis pl. doceretur, nisi pœna accessisset in diuisores, exstingui nullo modo posse: legem hanc Cornelij flagitabat: illam, quæ ex S. C. ferebatur, repudiabat.

paullo póst.

ASC.] Vt spectaculum illud duorum designatorum consulum, calamitate, re, & tẽpore salubre, ac necessarium : genere, & exemplo miserum, ac funestum videremus.

ASC.] Quid ego nunc argumentis tibi respondeam, posse fieri, vt alius aliquis Cornelius sit, qui habeat Philerotẽ? res nota est, vulgare nomen est Philerotis: Cornelios verò ita multos, vt iã etiam collegium cõstitutum sit?

ASC.] At enim extremi, ac difficillimi tẽporis vocem illam, C. Cornelij consulem mittere coegisti, qui remp. saluam esse vellent, vt ad legem accipiendam adessent.

ASC.] Plebem ex Maniliana offensione vi-
ctam, & domitam, esse dicit ante vestros annos propter illius tribuni pl. temeritatem pos
se adduci, vt omnino ne illius potestate abalienemur. Quj restituerunt eam potestatem, alterum nihil vnum posse contra multos, alterum longè abesse.

ASC. & PRISC. *lib.* 6.] Tanta igitur in illis virtus fuit, vt anno XVI. post reges exactos, propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi restituerẽt, duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, æternæ memoriæ causa consecrarent, itaque auspicatò, postero anno, X. tribuni pleb. comitiis curiatis creati sunt.

ASC.] Tum interposita fide per treis legatos, amplissimos viros, Romam armati reuerterunt: in Auentino consederunt, inde armati in Capitolium venerunt. decem tribunos pl. per pontificem, quòd magistratus nullus erat, creauerunt. Etiam hæc recentiora prætereo: ponam principium iustissimæ libertatis Cassiam, qua lege suffragiorum ius, potestásque conualuit: alteram Cassiam, quæ populi iudicia firmauit.

ASC.] Qui non modò cùm Sylla, verùm etiam, illo mortuo, semper hoc per se summis opibus retinendum putauerunt, inimicissimi C. Cottæ fuerunt, quòd is consul paullulũ tribunis pl. nõ potestatis, sed dignitatis addidit.

ASC.] Quamdiu quidem hoc animo erga nos illa plebs erit, quo se ostendit esse, cùm legem Aureliam, cùm Roscium non modò accepit, sed etiam efflagitauit.

ASC.] Memoria teneo, cùm primùm senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarẽt, hominẽ iis, ac nobilitati perinuisum, Cn. Põp. causã lege Varia de maiestate dixisse

PRISC. *lib.* 8.] Quæ intermissa complureis annos.

PRISC. *ibid.*] Num alicui gratificabantur aut homini ordini?

PRISC. *lib.* 10.] Cœptum igitur per eos, qui agi volebant, desitũ est per hunc qui decessit.

PRISC. *lib.* 8] Circuitis rostris eiicerentur lapidibus homines.

PRISC. qui eloquentia ceteris antecellit.

AQVILA. refertum tribunitiis legibus, ex hausturn à quibus sit, ipsi sciunt.

Cetera desunt.

Pro C. Cornelio II.

Deest initium.

ASC. *& Fortunatianus lib.* 3. *Rhet.*] Pugnem apertè contra nobilissimorum hominum voluntates, studia, consilia, cogitationẽsque eorum aperiam? a *al.* rationẽque & ita *Fortunatianus.*

CICERO ORATORE PERF.] O callidos homines, ô rem excogitatam, ô ingenia metuenda! testeis dare volumus. quem, quæso, nostrúm fefellit, ita vos esse facturos?

ASC.] Num in eo, qui sint hi tẽstes, hæsitatis? ego vobis edam duos. reliqui sunt de consularibus: inimici tribunitiæ potestatis: pauci præterea assentatores eorum, atque asseclæ subsequuntur.

ASC [Sed si familiariter ex Q. Catulo, sapientissimo viro, atque humanissimo, velim quærere, vtrius tandem tribunatus minùs probari potest, C. Cornelij, an, non dicam P. Sulpicij, non L. Saturnini non C. Gracchi, non Tiberij, neminem, quem isti seditiosum existimãt, nominabo: sed auũculi tui, Q. Catule, clarissimi, patrique amantissimi viri, quid mihi tandem responsurum putatis?

post xx. versus à præcedenti.

ASC.} Quid auunculus tuus, clarissimus vir clarissimo patre, auo maioribus, non silentio, fauente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo R. dedit, & potentissimorum hominum collegiis eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem? Quid idem Domitius M. Silanum, consularem hominem, quemadmodum tribunus pl. vexauit?

ASC.} Hæc est controuersia eiusmodi, vt mihi tribuni pl. Cn. Domitius, Catulo. * M. Terpolius contemtissimum nomen eiectum ex iis, qui tribuni pl. fuerunt.

CIC. *Orat. perf. & Quinct. lib. 9. c. 4.*} Nam neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalitiarij, mercatoréque superarunt, neque vestis, aut celatum aurum, & argentum, quo nostros veteres Marcellos, Maximósque multi eunuchi è Syria, Ægyptóque vicerunt. neq. verò mouent me ornamenta ista villarum, quibus L. Paullum, & Mummium, qui rebus his vrbem, Italiámque omnem referserunt, ab aliquo video perfacilè Deliaco, aut Syro potuisse superari.

PRIC. *lib. 18.*} Quis tam abundans copiis.

Extrema desunt.

CONTRA C. ANTONIVM, ET L. CATILINAM, competitores in toga candida.

Deest principium.

OMNIA *ex Asconio.*} Dico. P. C. superiore nocte, cuiusdam hominis nobilis, & valde in hoc largitionis quæstu noti, & cogniti, domum[a] Catilinam & Antonium cum sequestribus suis conuenisse.

[a] *fort. domum Catilinæ & Antonii cum sequestr.*

Quem enim aut amicum habere potest is, qui tot ciueis trucidauit, aut clientem, qui in sua ciuitate cum peregrino negauit se iudicio æquo certare posse?

Nec se idem tam respexit, cùm grauissimis vestris decretis absens notatus est.

In iudiciis quanta vis esset, didicit, cùm est absolutus. si aut illud iudicium, aut illa absolutio nominanda est.

Populum verò, cùm inspectante populo, collum secuit hominis maximè popularis, quanti faceret, ostendit.

Me, qua amentia inductus sit, vt contemnere t, constituere non possum. vtrum æquo animo laturum putauit? an in suo familiarissimo non viderat, me ne aliorum quidem iniurias mediocriter posse ferre?

Alter pecore omni vendito, & saltibus prope addictis, pastores retinet, ex quib. at, se, cùm velit, subitò fugitiuorum bellum excitaturum, alter induxit eum, quem potuit, vt repentè gladiatores, populo non debitos, polliceretur, quos ipse consularis candidatus perspexit, & legit, & emit. præsente populo R. factum est.

Quãobrem augere etiam mercedes si voltis, Q. Mucium conantem legem impedire, vt cœpit senatus c o s. prohibete. sed ego e lege cõtentus sum, qua duos consules designatos vno tempore damnari vidimus.

Te tamen, Q. Muci, tam malè de rep. existimare, molestè ferò, qui hesterno die me esse dignum consulatu negabas. quid? populus Romanus minùs diligenter scit sibi constituere defensorem, quàm tu tibi? qui, cùm te furti L. Calenus arguerer, me potissimùm fortunarum tuarum patronum esse voluisti. & cuius consilium in tua turpissima causa delegisti, hunc honestissimarum rerum defensorem populus R. auctore te, repudiare potest? nisi fortè hoc dicturus es, quo tempore à L. Calenio furti delatus sis, te eo tempore in me tibi parum auxilij esse vidisse.

Atque, vt istum omittam in exercitu Sullano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium.

Te verò, Catilina, cõsulatũsperare aut cogitare, nõ prodigiũ, atque portentũ est à quib. enim petis? à principibus ciuitatis? qui tibi, cùm L. Volcatius consul in consilio fuisset, ne petendi quidẽ potestatem esse voluerunt? à senatoribus? qui te auctoritate sua spoliatum ornamentis omnibus vinctum pænè Africanis oratoribus tradiderunt? ab equestri ordine? quẽ trucidasti? à plebe? cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo sine lachrymis adspicere, sine gemitu recordari posset?

ASC.} Quod caput etiam plenum animę & spiritus, ad Syllam vsq. ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus ipse suis detulit.

Quis[a]? tu potes in defensione tua dicere, quẽ illi ne dixerũt quidẽ? tibi dicere nõlicebit?

[a] *al. Quid.*

Deniq. illi negare potuerunt, & negauerũt, tu tibi ne infitiandi quidẽ[b] impudentiæ locum reliquisti. quare præclara dicentur iudicia tuliſſe, si qui infitiantem Lucium cõdemnarunt, Catilinam absoluerint confitentem.

[b] *fort. potuerũt, aut licuit.*

Is ergo negat se ignarum esse, cùm etiamili, imperitos se homines esse, &, siquem etiam interfecissent, imperatori ac dictatori paruisse dicerent, ac negare quoque posse: Catilinam verò infitiari non posse.

Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnis, & despicis? an eam, quam reliqua vita es cõsecutus, cùm ita vixisti, vt non esset locus tam sanctus quò non aduentus tuus, etiã cùm culpa nulla subesset, crimen afferret?

Cùm deprehendebare in adulteriis, cùm deprehendebas adulteros ipse, cùm ex eodem stupro tibi, & vxorem & filiam inuenisti.

* stupris se omnibus, ac flagitiis contaminauit, cæde nefaria cruentauit, diripuit socios, leges, quæstiones, iudicia violauit.

Quid ego, vt violaueris prouinciam, prædicẽ, cuncto populo R. clamante, ac resistente? nã vt te illic gesseris, non audeo dicere, quoniam absolutus es. mentitos esse equites R. falsas fuisse tabellas honestissimæ ciuitatis existimo: mentitum Q. Metellum Pium, mentitam Africam: vidisse puto nescio quid illos iudices, qui te innocentẽ iudicarunt. O miser, qui nõsentias, illo iudicio te non absolutum, verùm ad aliquod seuerius iudiciũ, ac maius supplicium reseruatum!

[c] *fort. reclamante.*

Prætereo illum nefarium conatum tuum, & pænè acerbum, & luctuosum populo R. diẽ cùm Cn. Pisone socio, neque alio nemine, cædem optimatium facere voluisti.

An oblitus es, te ex me, cùm præturam peteremus, petisse, vt tibi primum locum cõcederem? quod cùm sæpius ageres, & impudentius à me contenderes, meministi, me tibi respondere, impudenter te facere, qui id à me peteres, quod auunculus nũquam impetrasset? Nescis me prætorem primum esse factũ, te concessione competitorum, & collatione centuriarum, & meo maximè beneficio, è postremo in tertium locum esse sublectum?

Qui postea quã illo, vt conati erãt, Hispaniẽsi pũ giun-

pugiunculo neruos incidere ciuium R. non potuerunt, duas vno tempore conantur in remp. ſicas deſtringere.

Hunc vos ſcitote Licinium gladiatorem iam emiſiſſe, cupidum Catilinæ, iudices, Quin ętúmque Curium hominem quæſtorium.

Extremum deeſt.

Pro Q. Gallio.

Deeſt principium.

AQVIL. *& Quintil. lib. 8. c. 3.*] * vt clamor, conuicium[a], vt ſymphoniæ cantus. videbar mihi videre alios intranteis, alios autem exeũteis, partim ex vino vacillanteis, partim heſterna potatione oſcitanteis. verſabatur inter hos Gallius, vnguentis oblitus, redimitus coronis humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, & ſpinis cooperta piſcium.

a al. vt conuicium.

D. HIER. *vit. cleric.*] Loquor enim que ſum ipſe nuper expertus vnus. Quidam poeta nominatus, homo per litteratus, cuius ſunt illa colloquia poetarum, ac philoſophorum, cùm facit Euripidem & Menandrum inter ſe. & in alio loco Socratem atque Epicurum diſſereteis, quorum ætates non annis, ſed ſæculis ſcimus eſſe diſiunctas, quantos is plauſus, & clamores mouet? multos enim condiſcipulos habet in theatro, qui ſimul litteras nõ didicerũt.

QVINCT.] An iſta ſi vera eſſent, ſic à te dicerentur?

CIC. *Bruto*] Tu iſtuc, M. Callidi, niſi fingeres, ſic[b] ageres? præſertim cùm iſta eloquentia alienorum hominum pericula defendere acerrimè ſoleas, tuum negligeres? vbi dolor? vbi ardor animi? qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces, & querelas ſolet. nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non perfuſa, non femur, pedis (quod minimum eſt) nulla ſupplosio. itaque (tantum abſuit, vt inflãmares noſtros animos) ſomnum iſto loco vix tenebamus.

b leg. ſi age res, præſertim cum iſta eloquentia? eum alienorum hom.

NON. *logi.*] Ego certò ſcio, omneis logos, qui ludis dicti ſunt animaduertiſſe.

CARIS.] * poematorum.

Cetera deſunt.

De proſcriptorum liberis. IX.

Deſunt cetera, præter fragmentum, quod ſequitur.

QVINCT. *lib. 11. c. 1.*] Quid enim crudelius, quàm homines honeſtis parentibus, ac maioribus natos, à rep. ſubmoueri? ſed italegibus Syllæ continetur ſtatus ciuitatis, vt his ſolutis, ſtare ipſa non poſſit.

Contra concionem Q. Metelli.

Deeſt principium.

FORTVN.] Sic enim, vt opinor, inſequar fugientem, quoniam congredi non licet cum reſiſtente.

PRISC. *lib. 9.*] * permulſa, atq. recreata eſt.

PRISC. *lib. 18.*] * niſi eorum exitio, nõ requieturam.

GELL. *lib. 18. c. 7.*] Adſcendi in concionẽ: concurſus eſt populi factus.

QVINCT. *lib. 9. c. 3.*] Qui iudicabantur, eos vocari, cuſtoditi, ad ſenatum adduci iuſſi: in ſenatu ſunt poſiti.

Reliqua deſunt.

De conſulatu ſuo.

NONIVS.] Quorum luxuries, fortunata cenſa peperit.

In Clodium & Curionem.

Deſunt multa, nec, quæ reſtant: digeri poſſunt in vllum ordinem.

NON.] Tu verò feſtiuus, tu elegãs, tu ſolus vrbanus, quem decet muliebris ornatus, quẽ inceſſus pſaltriæ, qui læuare vultum: mollire vocem potes.

NON. *Longus. Speculum.*] Sed credo; poſtquàm tibi ſpeculum allatum eſt, longè te à pulchris abeſſe ſenſiſti.

NON.] Ac vide, an facilè tu fieri potueris, cùm is factus non ſit, cui tu conceſſiſti.

NON. *Calanticæ.*] Tunc cùm vincirentur pedes faſciis, cùm calanticam[a] capiti accommodares, cũ ſtrophio accuratè præcingerere.

a Nonius 14. in Calantica 2. & in Strophium ibidẽ 8.*

QVINCT. *lib. 8 c. 6.*] Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta ſeruauit.

QVINCT. *lib. 9. c. 2.*] * Quibus iſte, qui omnia ſacrificia noſſet, facilè à ſe deos placari poſſe arbitrabatur.

QVINCT.] Quo ex iudicio, velut ex incẽdio, nudus effugit.

CICERO *ad Attic.*] Erras, Clodiinõ te iudices vrbi, ſed carceri reſeruarũt: neque te retinere in ciuitate, ſed exſulio priuare voluerũt. Quamobrem, Patres conſcripti, erigite animos, retinete veſtram dignitatẽ: manet illa in rep. bonorum conſenſio, dolor acceſſit bonis viris. virtus non eſt imminuta: nihil eſt damni factum noui: quod erat inuentum eſt. in vnius hominis perditi iudicio plures ſimiles reperti ſunt.

De rege Ptolemæo.

Niſi vnicum hoc fragmentum eſſet, vix ipſam orationis inſcriptionem teneremus.

AQV. *& Fortun.*] Difficilis ratio belli gerẽdi: at plena fidei, plena pietatis.

Pro M. Æmylio Scauro.

FORTVN. *Auguſt. in Rhet.*] Maximè fuit optandum M. Scauro, iudices, vt nullo ſuſcepto cuiuſquam odio, ſine offenſione ac moleſtia.

ASC.] *circa verſum à primo XL.*

Subiit etiam populi iudicium, inquirente Cn. Domitio, tribuno pl. Reus factus eſt à Q. Seruilio Cæpione, lege Seruilia, cùm iudicia penes equeſtrem ordinem eſſent, & P. Rutilio damnato, nemo tam innocens videretur, vt non timeret illa. Ab eodem etiam lege varia cuſtos ille reipubl. proditionis eſt in crimen vocatus: vexatus à Q. Vario tribuno pl. eſt, non multo antè.

ASC.] Non enim tantùm admiratus ſum ego illum virum, ſicut omnes, ſed etiam præcipuè dilexi. primus enim me flagrantem ſtudio laudis, in ſpem impulit, poſſe virtutem ſine præſidio fortunæ, quò contendiſſet, labore & conſtantia peruenire.

ASC.] Si me hercle, iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem vnum ex omni memoria ſceleratiſſimum & audaciſſimum fuiſſe accepimus, tamen non timerem, venenum hoſpiti, aut conuiuæ ſi diceretur cenanti ab illo datum, cui neque heres, neque iratus fuiſſet.

ASC.] *circa tertiam partem à primo.*

Sic, inquam, ſe, iudices, res habet, neq. hoc à me nouũ diſputatur, ſed quæſitũ ab aliis eſt.

ASC.] Illa audiuimus: hoc verò meminimus, ac pænè vidimus, eiuſdem ſtirpis & nominis P. Craſſum, ne in manibus incideret inimicorum, ſe ipſum interemiſſe. Ac neque illius Craſſi factum ſuperioris, iiſdem honoribus vſus, qui fortiſſimus in bellis fuiſſet, M. Aquillius potuit imitari.

paullo pòst.

ASC.]Quid verò alterum Crassum temporibus eisdem,num aut clarissimi viri,Iulij aut summo ingenio præditus M.Antonius potuit imitari.

PRISC.*lib.6.*]Cùm dare nollet Aris,clàm ex Sardinia est fugere coactus.

PRISC.]Arinis vxorem pellicatus dolore concitatam.

Circa medium.

ASC.]Neque verò hæc ipsa quotidiana res App.Claudium,illa humanitate, & sapientia præditum,per se ipsa mouisset,nisi hunc Claudij fratris sui competitorẽ fore putasset, qui siue patricius,siue plebeius esset (nondum enim certum constituũ erat)cum illo sibi contentionem fore putabat.

ISID.*lib 19.c.3.*]Quem purpura regalis non commouit,cum Sardorum mastruca tẽtauit?

MARCELL.]Vos quoque de familia nobili cum auctoritate orbis terrarum sentire debetis.

ASC.]*post duas partes orationis.*

Nam cùm ex multis vnus ei restaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Cæpione,propinquo suo,contra Scaurum, patrem suum, obsignauerat stateras.eas sibi inimicitias non susceptas,sed relatas.

ASC.]post treis partes orationis.

Præsertim cum propinquitas & celebritas loci suspicionẽ defidiæ tollat,aut cupiditatis.

ASC.]Ego porrò,qui Albanas habeo columnas, citrellis eas apportaui.

QVINCT. *lib.5.c.13.*] Domus tibi deerat?at habebas.pecunia superabat?at egebas. Incurristi amens in columnas,in alienos insanus in fanisti.depressam,cæcam, iacentem domum pluris,quàm te,quàm fortunas tuas æstimasti.

SERV. *Georgic.*] * redimunt se ea parte corporis,propter quam maximè expetuntur. * ab ipsa sua mecum homines loquebantur.

ASC.]Hæc cùm tu effugere non potuisses, contendes tamen.& postulabis, vt M. Æmilius cum sua dignitate omni, cùm patris memoria,cum aui gloria sordidissimæ,leuissimę, vanissimæ genti,ac propè dicam pellitis testibus condonetur?

versa à nouissimo C L X.

ASC.]Vndique mihi suppeditat, quod pro M. Scauro dicam, quocumque non modò mens,verùm etiam oculi inciderint: curia illa de grauissimo principatu patris,fortissimóque testatur.L.ipse Metellus,auus huius, sanctissimos deos illo constituisse in templo videtur,in vestro conspectu,iudices,vt salutem à vobis nepotis sui deprecarentur.

CARISIVS.] * vniuersè.

Lãb.addit hoc ex Quinctil.] Libertus patronum non occidit,sed duobus digitulis gulã oblisit.

Deest extremum.

Pro A.Gabinio. XV.

Desunt cætera præter hoc.

HIERON. *Apol.aduers. Rufin.*] Ego cùm omneis amicitias tuendas semper putauissem religione,& fide, tũ eas maximè, quæ essent ex inimicitiis reuocatæ in gratiã:propterea quòd integris amicitiis officium prætermissum,imprudentiæ, vel (vt grauius interpretemur)negligẽtiæ excusat'one defenditur post reditum in gratiã si quid est cõmissum, id non neglectum, sed violatum putatur,nec imprudentiæ,sed perfidiæ assignari solet.

Pro T. Quinctio.

VLPIAN.]Turpis occultatio sui.

Pro M. Fonteio.

MARCEL.*lib.15*.]Galli posthac dilutius potabunt,quod illi venenum esse arbitrabãtur.

QVINCT.*li 6.c.4*]Mater tua,dum vixit,ludum,postquàm mortua est,magistros habuit.

AQVILA.] Frumenti maximus numerus è Gallia,peditatus amplissimæ copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia.

Cetera in ea,quæ inter reliquas orationes exstat.

De lege Agraria.Kal.Ian.

Deest initium.

GELL *lib.13 c.24.*]Prædã,manubias, sectionem,castra denique Cn.Pompeij,sedente imperatore,X.viri vendent.

GELL *ibid.*] * ex præda,ex manubils,ex auro coronario.

AQV.] Veniet[a] igitur sub præcone tota Propontis,atque Hellespontus:addicetur cõmunis ora Lyciorum,atq.Cilicum : Mysia & Phrygia item conditioni legique parebunt.

CARIS.] * imberba iuuentute.

Cetera in ea quæ exstat.in senatu habita.

In L.Pisonem.

QVINCT *lib 9 c 4.*]*Dio.lib.2.*]Proh, dij immortales:qui hic illuxit dies?

SERVIVS.]Quæ te beluam ex vtero,non hominem fudit.

ASCON.]Insuper quidam fuit,id est,mercator.& præco.is cùm Romam cum filia venisset,adolescentem nobilem Cæsonium,hominis fortissimi filium,ausus est appellare.filiam collocauit.

QVINCT.*lib.8.c.3.*] * Cùm tibi tota cognatio in ferraco aduehatur.

circa versum à primo.

ASCON.] * quod minimum in te specimen ingenij:ingenij autem? immò ingenui hominis,ac liberi,qui colore ipso patriam aspernaris,oratione genus moribus nomen?

ASC.]*circa versum à primo LXXX.*

Hoc nunc ad commendandam Placentiam pertinet,vnde se is ortum gloriari solet:neque enim hæc mea natura fert,nec municipij,præsertim de me optimè meriti dignitas patitur.

PRISC.] Hic cùm ad Padum Placentiæ fortè consedisset,paucis post annis in eam ciuitatem (nam tum erat ciuitas) adscendit. priùs enim Gallus,de ea Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi est cœptus.

ASC.] * *circa versum à primo.*

Lautiorem pater tuus socerum, quàm C.Piso in illo luctu,non ei filiam meam collocaui,quem ego, potestas cùm omnium fuisset, vnum potissimùm delegissem.

DIOMED.]Proximè Pompeiũ sedebam.

Lamb.addit ex Quinct.]Caput opponis,cum eo coniscans.

Ex commentariis lib XIII.

DIOMED. * re vendita, iterum emta.

INDEX

INDEX EPISTOLARVM M. TVLLII Ciceronis, quarum deinceps subiiciuntur Fragmenta.

INDEX FRAGMENTORVM EX EPISTOLIS.

Ad M. Titinium.
Ad Cornel. Nepotem. libri II.
Ad C. Cæsarem. lib. III.
Ad Cæsarem iuniorem. lib. III.
Ad C. Pansam. lib. III.
Ad A. Hirtium. lib. IX.
Ad M. Brutum. lib. VIII.
Ad M. Filium. lib. II.
Ad M. Licinium Caluum.
Ad Q. Axium.
Ad Catonem.
Ad Cerelliam.
Ad L. Plancum.

IN CERTARVM EPISTOLARVM EX M. T. CICERONIS AD M. Titinium Epistol.

SVET. *cl. Rhet.*] Equidem memoria teneo, pueris nobis primùm Latinè docere cœpisse L. Plautium quendam, ad quem cùm fieret concursus, quòd studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant. Græcis exercitationibus alii meliùs ingenia posse.

Ad Cornelium Nepotem epistolar. libr. II.

MACR. *lib. 2. c. 1. Satur.*] Itaq. nostri cùm omnia, quæ dixissemus, dicta essent: quæ facetè, & breuiter, & acutè locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerunt.

Ad eundem ex lib. incerto.

PRISC. *lib. 8.*] Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis.

PRISC. *ibid.*] Qui habet, vltrò appetitur, qui est pauper, aspernatur.

SVET. *in Iul. Cæs.*] Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior, aut crebrior? quis verbis aut ornatior, aut elegantior?

MARCEL.] Neque enim quidquam aliud est felicitas, nisi honestarum rerum prosperitas: vel vt alio modo definiã, Felicitas, est fortuna, adiutrix consiliorum bonorum: quibus qui non vtitur, felix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis, impiisque consiliis, quibus Cæsar vsus erat, nulla potuit esse felicitas: feliciórq. meo iudicio, Camillus exsulans, quàm temporib. iisdem Manlius, etiamsi, id quod cupierat, regnare potuisset.

Ad C. Cæsarem epist. lib. I.
M. Cicero C. Cæsari S.

NONIVS. *Dicare*] Balbũ quòti faciã, quàm que ei me totum dicauerim, ex ipso scies.

NON. *Consequi Honor.*] Tum cùm ea, quæ es ab senatu summo cum honore consecutus.

NON. *Improbũ*] Debes odisse improbitatem eius, quia impudentissimum nomẽ delegerit.

NON. *Tueri.*] Vt sciret, maiore cura tuenda esse, quæ parta sunt.

Ad eundem epist. lib. II.

NON. *Locare.*] vel quòd locatio ipsa pretiosa.

NON. *Putare.*] Quod sapientes homines, ac boni putant.

CARIS. *lib. I.*] Neq. pro cauto, ac diligente se castris continuit.

NON. *Monumentum*] Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor. ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam.

Ad eundem epist. lib. III.

NON. *Dimittere.*] Quæ si videres, non[a] de exercitu retinendo rueri, sed eo tradito, aut dimisso.

NON. *Contẽno.*] [b]amici nõ nullis à te contemni, ac despici, ac pro nihilo haberi senatum velimus.

[a] fort. non te exercitu ret.

[b] al. volunt.

Ad eundem ex lib. incerto.

NON. *Euare.*] Iam amplitudinem, gloriãque tuam magno mihi ornamento fore existimo, quòd me leuas cura.

NON. *Consequi.*] Extrema verò nec quanta, nec qualia sint, verbis consequi possum.

Ad Cæs. iuniorem epist. lib. I.
Cicero Cæsari iuniori S.

OMNIA, *ex Nonio, Sagum.*] Pridie nonas Feb. cùm ad te litteras manè dedissem, descendi ad forum togatus, cùm reliqui consulares sagati vellent descendere.

ADITVS.] * & aut ad consules, aut ad te, aut ad Brutũ adissent, his fraudi ne esset, quòd cum Antonio fuissent.

RELATVM. [Sed hæc viderimus, cùm legati responsa retulerint.

VINDICARE.] Quasi si me ad id beneficium arcesseras, quo per te me vnà cum rep. in libertatem vindicassem.

ACCIPERE. *Rogare.*] Roga ipsũ quemadmodum ego eum Arimini acceperim.

CVNCTARI.] Sed citò penituit, domum rediit, ceteri cunctabantur.

OPINIO.] Erat opinio bona de Planco, bona de Lepido.

COMPARARE.] * neminẽ tibi profectò hominem ex omnibus aut antepositissem vnquam, aut etiam comparassem.

EXPEDIRE.] Ex ceteris autem generibus tunc pecunia expedietur, cùm legionibus victricibus erunt, quæ spopondimus, persoluẽda.

CONFECTVM.] In singulas tegulas impositis sexcentis, sexcenties confici posse.

DVCERE.] Ne res duceretur, fecimus vt Hercules Antianus in aliũ locũ trãsferretur.

INVOLVERE.] Sed quòd videret nomine pacis bellum inuolutum fore.

IGNOSCERE, *à concedere*] Quod mihi & Philippo vacationem das, bis gaudeo. nam[a] & præteritis ignoscis, & concedis futurã.

[a] fort. nam & præterita ignoscis.

FEROX.] Itaque vereor, ne feròciorẽ eum faciant tua tam præclara de eo iudicia.

Ad eundem epist. lib. II.

OMNIA *ex Nonio.* INSVLSVM. Sed ita locutus insulsè est, vt mirum senatus cõuicium exceperit. In quo tua me prouocauit oratio, mea confecuta est segnis.

CONSECTVM] Bellũ, vt opinio mea fert, ex cõsensu ciuitatis cõfectum iã habemus.

CONSTAT.] * cùm cõstet, Cælarem Lupercis id vectigal dedisse, quî antè poterat id constare?

DEIICERE.] Adest Albæ nescio quis Claudius, quem cùm restitui iussissem, Anconem cum eo deiectus est ex senatusconsulto.

INSOLENS.] * insolens, arrogans, iactans.

SECVNDVM.] Scriptum erat equestre

prœliũ valde secundũ, quin potiùs aduersum.

MERET. Quem perisse ita de rep. merentem consulem, vehementer doleo.

PRAESTARE.] Tu si meam fidem præstiteris, quod confido te esse facturum.

SPVRCVS]. cùm iter facerem Claternam tempestate spurcissima.

LOCVPLES.] Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc auctorem habebamus.

PALVDATVS.] Antonius demens ante lucem paludatus[a].

Ad eundem epist. lib. III.

a Nonius 14. in paludam & tum. 11.

NON. *Inuehi*] Itaque in eum palàm vehementer est inuectus.

NON. *Antiquus.*] Ego autem antiquissimum Scythis oriundum, quib. antiquior lætitia est, quàm lucrum.

Ad eundem ex lib. incerto.

NON. *Opinio*] Posthac quod voles à me fieri scribito. vincam opinionem tuam.

NON. *Promittere.*] Promissa tua memoria teneas.

Ad C. Pansam epist. lib. I.

M. Cicero C. Pansæ S. D.

NON. *Humaniter. & Prisc. lib. 15.*] De Antiocho fecisti humaniter. quẽ quidem ego semper dilexi, m éque ab eo diligi sensi.

NON. *Inaudire.*] * quorum erupit illa vox, de qua ex te primùm quiddam inaudieram.

Ad eundem epist. lib. III.

NON. *Concalfacere.*] Nos Ventidianis rumoribus concalfecimus.

Ad A. Hirtium epist. lib. II.

NON. *Error*] Qua in re si medio criter lapsus sum, defendas velim tolerabile erratum.

Ad eundem epist. lib. V.

NON. *Impertio.*] Et quoniam, vt hoc tempus est, nihil habeo, patriæ quod impertiam.

Ad eundem epist. lib. IX.

Sic hæc à L. sunt emenda ta.

NON. *Interfici.*] Dices, quid quæso, istuc interat? nescio, nisi tamen erat mihi verendũ sæpius, nequi casus pẽrimeret superiora.

Ad eundem ex lib. incerto.

NON. *Vetustiscere à veterascere.*] Cùm enim nobilitas sit nihil aliud, quàm cognita virtus, quis in eo, quem veterascentem videt ad gloriam, generis antiquitatem desideret?

NON. *Lutum.*] * luta & limum aggerebãt.

Ad M. Brutum epist. lib. VII.

NON. *Experiri,*] His contraria atque parata. vt esse solent, expertus sum.

Ad M. Brutum epist. lib. VIII.

NON. *doct. indag.*] Et quòd te tantùm amat, vt vel me audeat prouocare.

Has Ciceronis epistolas treis integras & vnam extremo carentem, & vnam B uti integram: vt à Germanis accepimus, ita tibi lector reddimus: atq. inter Fragmenta, secuti Andr. Patricium Nidecicum, collocauimus. Quamuis enim eas in nullo veteri exemplari inuenerimus, tamen nec Germanis fidem derogare (qui se in vetusto codice eas reperisse testati sunt) nec nostrum alterutram in partem iudicium interponere voluimus. Si quis tamen sententiam nostram exquirat, videntur nobis germanæ Bruti, & Ciceronis esse.

AD EVNDEM EX LIBRO INCERTO.

Cicero Bruto S.

CVM hæc scribebã, res existimabitur in extremum adducta discrimen. tristes enim de Bruto nostro litteræ, nuntiique adferebãtur. me quidem non maximè conturbabant. his enim exercitibus, ducibúsque, quos habemus, nullo modo poteram diffidere. Neque assentiebar maiori parti hominum, fidem enim consulum non condemnabam, quæ suspecta vehementer erat. Desiderabam nonnullis in rebus prudentiam, & celeritatem, qua si essent vsi, iampridem rem[a] recuperassemus. non enim ignoras quanta momenta sint in rep. temporum, & quid interfit, idem illud vtrum antè, an post decernatur, suscipiatur, agatur. Omnia, quæ seuerè decreta sunt hoc tumultu, si aut, quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diem ex die dilata, aut quo ex tempore suscepta sunt, vt agerentur, non tardata, & procrastinata, bellum iam nullum haberemus. Omnia, Brute, præstiti reip. quæ præstare debuit is, qui esset eo, quo ego sum gradu, senatus, populíque iudicio collocatus: nec illa modò, quæ nimirum sola ab homine sunt postulanda, fidem, vigilantiam, patriæ caritatem. ea sunt enim, quæ nemo est, qui non præstare debeat. Ego autem ei, qui sententiam dicat in principibus de rep. puto etiam prudentiam esse præstandam. Nec me, cùm mihi tantùm sumserim, vt gubernacula reip. prenderem, minùs putarim reprehendẽdum, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quàm si infideliter. Acta quæ sint, quæque agantur, scio perscribi ad te diligenter. Ex me autem illud est, quod te velim habere cognitum, meum quidem animum in[b] aciem esse, neque respectum vllum quærere, nisi me vtilitas ciuitatis fortè conuerterit. Maiores autem partes animi te, Cassiúmque respiciunt. Quam obrem ita te para, Brute, vt intelligas, aut si hoc tempore bene res gesta sit, tibi meliorem rem p. esse faciendam, aut si quid offensum sit, per te esse eandem recuperãdam.

a L. rem rem peraſſemus.

b L. in acie esse.

Cicero Bruto S.

PLANCI animum in rem p. egregium, legiones, auxilia, copias, ex litteris eius, quarum exemplum tibi missum arbitror, perspicere potuisti. Lepidi tui necessarij, (qui secundum fratrem affineis habet, quos oderit proximos) leuitatem, & inconstantiam, animúmq. semper inimicum reip. iam credo tibi ex tuorum litteris esse perspectum. nos exspecta tio sollicitat, quæ est omnis iam in extremũ adducta discrimen. est enim spes omnis in Bruto expediendo[c], de quo vehementer timebamus. Ego hîc cùm homine furioso satis habeo negotij. Seruilio, quem tuli diutius, quàm dignitas mea patiebatur: sed tuli reip. causa, ne darem perditis ciuibus hominem parum sanum illum quidẽ, sed tamen nobilem, quò concurrerent: quod faciunt nihilominus: sed eum alienandum à rep. non putabam. Finem feci eius ferendi. cœperat enim esse tanta insolentia, vt neminem liberum duceret. In Planci verò causa exarsit incredibili[d] dolore mecúmque per biduum ita contendit, & à me ita factus est, vt eum in perpetuum modestiorem sperem fore. Atque in hac contentione ipsa, cum maximè res ageretur ad[e] V. idus Apr. litteræ mihi in senatu redditæ sunt à Lentulo nostro, de Cassio, de legionibus, de Syria: quas statim cum recitauissem, cécidit Seruilius, complures præterea. sunt enim insignes aliquot, qui improbissimè sentiunt, sed acerbissimè-uit Seruilius, assensum esse mihi de nunco. Magnum illud monstrum in re-it. sed quo * *cetera desunt.*

c al. expellit da mus pi.

d ferri. furore

e L. ad V. id.

Brutus

Brutus Ciceroni S.

LITTERAS tuas valde exspecto, quas scripsisti post nuntios nostrarum rerum, & de more Trebonij. non enim dubito, quin mihi consilium tuum explices. Indigno scelere & ciuem optimum amisimus, & prouinciæ possessione pulsi sumus, quam recuperari [a] facile est. Neque[b] minus turpe, aut flagitiosum erit, pòst recuperari. Antonius adhuc est nobiscum: sed medius fidius, & moueor hominis in precibus, & timeo, ne illum aliquorũ furor excipiat: planè æstuo. Quod si scirem, quid tibi placeret: sine sollicitudine essem. id enim optimum esse, persuasum esset mihi. Quare quàm primùm fac me certiorem, quid tibi placeat. Cassius noster Syriam, legiones Syriacas habet, vltrò quidem à Murco, & à Marcio, & ab exercitu ipso accersitus[c]. Ego scripsi ad Tertiam sororem, & ad matrem, ne priùs ederent hoc, quòd optimè, ac felicissimè gessit Cassius, quàm tuum consilium cognouissent, tibíque visum esset. Legi orationes duas tuas, quarum altera Kalendis Ian. vsus es: altera, de litteris meis, quæ habita est abs te contra Calenum. Nunc scilicet hoc exspectas, dum eas laudem. Nescio animi, an ingenij tui maior in his libellis laus continea tur. Iam concedo, vt vel Philippici vocentur, quod tu quadam epistola iocans scripsisti. Duabus rebus egemus, Cicero pecunia, & supplemento: quarum altera potest abs te expediri, vt aliqua pars militum istinc mittatur nobis, vel secreto consilio aduersus Pansam, vel actione in senatu: altera quæ magis est necessaria, neque meo exercitui magis, quàm reliquorum. Hoc magis doleo, Asiam nos amisisse, quam sic vexari à Dolabella audio, vt iam non videatur crudelissimum eius facinus, interfectio Trebonij. Vetus Antistius me tamen pecunia subleuauit. Cicero filius tuus sic mihi se probat, industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, vt prosus numquam dimittere videatur cogitationem, cuius sit filius. Quare quoniam efficere non possum, vt pluris facias eum, qui tibi est carissimus, illud tribue iudicio meo, vt tibi persuadeas non fore illi abutendum gloria tua, vt adipiscatur honores paternos. Kalend. Aprilib. Dyrrhachio.

[a] al. recupera re.
[b] al. Neque minus turpe. aut flagitiosum erit si po test recupera ri.
[c] L. arcessit⁹.

CICERO BRVTO S.

DATIS manè à. d. I I Idus April. Scaptio litteris, eodem die tuas accepi, Kalendis April. Dyrrhachio datas, vesperi. itaque manè pridie idus April. cùm à Scaptio certior factus essem, non esse eos profectos, quibus pridie dederam. & statim ite: hoc paullulum exaraui, ipsa in turba matutinæ salutationis. De Cassio lætor, & reip. gratulor: mihi etiam, qui repugnante, & irascente Pansa sententiam dixerim, vt Dolabellam bello Cassius persequeretur. Et quidem audacter dicebam, sine nostro S.C. iam illud eum bellum gerere. De te etiam dixi tum, quæ dicenda putaui. Hæc ad te oratio perferetur, quoniam te video delectari Philippicis nostris. Quod me de Antonio consulis: quoad Bruti exitum cognorimus, custodiendum puto. Ex his litteris, quas mihi misisti, Dolabella Asiam vexare videtur, & in ea se gerere tæterrimè. Cõpluribus autem scripsisti, Dolabellam à Rhodiis esse exclusum: qui si ad Rhodum accessit, videtur mihi Asiam reliquisse. Id si ita est, istic tibi censeo commorandum, sin eam semel cepit, mihi crede non erit: atque in Asiã censeo persequendum. Nihil mihi videris, hoc tempore melius acturus. Quòd egere te duabus necessariis rebus scribis, supplemento & pecunia, difficile consilium est. non enim mihi occurrunt facultates, quibus vti te posse videam præter illas, quas senatus decreuit, vt pecunias à ciuitatibus mutuas sumeres. De supplemento autem non video. quid fieri possit. tantum enim abest, vt Pansa de exercitu suo, aut delectu[a] tibi aliquid tribuat, vt etiam molestè ferat, tam multos ad te ire voluntarios. quo modo equidem credo, quòd iis rebus, quæ in Italia decernuntur, nullas copias nimis magnas esse arbitretur. quomodo autem multi suspicantur, ne te quidem firmũ esse velit: quod ego non suspicor. Quod scribis te ad Tertiam sororem scripsisse, vt ne priùs ederent ea, quæ gesta à Cassio essent, quàm mihi visum esset: video te veritum esse, id quod verendum fuit, ne animi partium Cæsaris, quomodo etiam nunc partes appellantur, vehementer commouerentur. Sed antequam tuas litteras accepimus. audita res erat, & peruulgata tui etiam tabellarij ad multos familiares tuas litteras attulerant. Quare neque supprimenda res erat, præsertim cùm id fieri non posset, neque si posset, non diuulgandum potiùs, quàm occultandum putaremus. De Cicerone meo, & si tantum est in eo, quantum scribis: tantum scilicet, quantum de eo gaudeo: & si quòd amas eum, eo maiora facis, id ipsum incredibiliter gaudeo, à te eum diligi.

[a] L. dilectu.

CICERO BRVTO S. D.

QVAE litteræ tuo nomine recitatæ sunt idib. April. in senatu, eodémque tempore, Antonij credo ad te scripsisse tuos: quorum ego nemini concedo. Sed nihil necesse erat eadẽ omneis: illud necesse, me ad te scribere, quid sentirem de tota constitutione huius belli, & quo iudicio essem, quáque sententia. voluntas mea Brute, de summa rep. semper eadem fuit, quæ tua: ratio quibusdam in rebus, nó enim omnib. paullo fortasse vehemẽtior. Scis, mihi semper placuisse non rege solùm, sed regno liberari remp. Tu leniùs, immortali omnino cum tua laude: sed quid melius fuerit, magno dolore sentimus[b]. Recenti illo tẽpore tu omnia ad pacem, quæ oratione confici non poterant: ego omnia ad libertatem, quę sine pace nulla est. pacem ipsam bello atque armis effici posse arbitrabar. Studia non deerant arma poscentium, quorum repressimus impetum, ardorémque restinximus. Itaque res in eum locum venerat, vt nisi Cæsari Octauiano Deus quidam illam mentem dedisset, in potestatem perditissimi hominis & turpissimi M. Antonij, veniendum fuit[c]: quocum vides hoc tempore ipso quod sit, quantúmque certamen. Id profectò nullum esset, nisi conseruatus esset Antonius. Sed hęc omitto, res enim à te gesta memorabilis, & pęnè cælestis, repellit[d] omneis reprehensiones: quippe, quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. exstitisti nuper vultu seuero: exercitum, copias, legiones idoneas per te breui tempore comparasti. Dij immortales! qui ille nuntius, quæ illæ litteræ, quæ lætitia senatus, quæ alacritas ciuitatis erat? Nihil vmquam vidi tam omnium consensione lau-

[b] al. sensim⁹.
[c] L. fuerit.
[d] L. sort. resel lit.

datum. Erat exſpectatio reliquiarũ Antonij,
a L legionibuſq. quem equitatu, legionibus[a] magna ex parte ſpoliaras. Ea quoque habuit exitum optabilem. Nam tuæ litteræ, quæ recitatæ in ſenatu ſunt, & imperatoris, & militum virtutem, & indùſtriam tuorum, in quibus Ciceronis mei declarant. Quòd ſi tuis placuiſſet de his litteris referri, & niſi in tempus turbulentiſſimum, pòſt diſceſſum Panſæ conſulis, incidiſſent: honos quoque iuſtus, & debitus diis immortalibus decretus eſſet. Ecce tibi idib. April. aduolat manè Celer Pilus: qui vir, dij boni, quàm grauis, quàm conſtans, quàm bonorum in rep. partium! Hic epiſtolas affert duas: vnam tuo nomine: alteram, Antonij. dat Seruilio tribuno pl. ille Cornuto: recitantur in ſenatu. ANTONIVS PROCOS. Magna admiratio, vt ſi eſſet recitatum, DOLABELLA IMPERATOR, à quo quidem venerant tabellarij. ſed nemo Pili ſimilis, qui proferre litteras auderet, aut magiſtratibus reddere. Tuæ recitantur, breues illæ quidem, ſed in Antonium admodum lenes. vehementer admiratus ſenatus. mihi autem non erat explicatum, quid agerem. falſas dicerem? quid ſi tu eas approbaſſes? confirmarem? non erat dignitatis tuæ. itaque ille dies ſilentio. Poſtri die autem cùm ſermo increbuiſſet, Pilúſque oculos vehementiùs hominum offendiſſet, natum omnino eſt principium à me. De proconſ. Antonio multa: Sextius cauſæ non defuit. Pòſt mecum, quanto ſuum filium, quanto meum in periculo futurum, diceret[b], ſi cõtra proconſ. arma tuliſſent. Noſti hominem: cauſæ non defuit. Dixerunt etiam alij. Labeo verò noſter, nec ſignum tuum in epiſtola, nec diem appoſitum, nec ſcripſiſſe ad tuos, vt ſoleres. Hoc cogere volebat, falſas litteras eſſe, & ſi quæris, probabat. Nunc tuum eſt cõſilium, Brute, de toto genere belli. video te lenitate delectari, & eum putare fructum eſſe maximum. Præclarè quidem, ſed aliis rebus, aliis temporibus locus eſſe ſolet, debétque clementiæ. Nunc quid agitur Brute? templis deorum immortalium imminet hominum egentium, & perditorum ſpes, nec quidquam aliud decernitur hoc bello, niſi vtrùm ſimus, nécne. Cui parcimus? aut quid agimus? His ergo conſulimus, quibus victoribus veſtigium noſtrum nullum relinquetur? Nam quid intereſt inter Dolabellam, & quemuis Antoniorum trium? quorum ſicui parcimus, duri fuimus in Dolabella. Hæc vt ita ſentiret ſenatus, populúſque Ro. & ſi res ipſa cogebat, tamen maxima ex parte noſtro conſilio, atq. auctoritate perfectum eſt. Tu ſi hanc rationem non probas, tuam ſententiam defendã, non relinquam meam. Neque diſſolutum à
c L. neque erud. te quidquam homines exſpectant, nec[c] erude le. huius rei moderatio, facilis eſt, vt in duces vehemens ſis in milites liberalis. Ciceronem meum, mi Brute, velim quàm plurimum tecum habeas. Virtutis diſciplinam meliorem
d al. XIII. reperiet nullam, quàm contemplationem, atque imitationem tui. XVI[d]. Kalend. Maj.

NON. *Amare & diligere. & Contentus.*]Sic igitur facies, & me aut amabis, aut, quo contentus ſum, diliges.

QVINCT. *lib.* 5. *c.* 10.] Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali aliquid: etſi argumentum ſimile nõ erat.

A QVINCT. *lib.* 8. *c.* 3.]Nam eo quent iã, quæ admirationem non habet, nullam iudico.

QVINCT. ibid.]* & eum amorẽ, & eum, vt hoc verbo vtar, fauo rem in conſilium aduocabo.

QVINCT. *lib.* 9. *c.* 3.] Ego cùm in gratiam redierim cum Ap. Claudio, & redierim per Cn. Pompeium: ego ergo cùm redierim.

B QVINCT. *ibid.*] Sermo nullus, ſcilicet niſi de te. quid enim potius? Tum Flauius, Erras, inquit, tabellarie, & ego ibidem orans inter cenam exoraui.

QVINT. *ibid.*] Præſtat enim nemini imperare, quàm alicui ſeruire. ſine illo enim viuere honeſtè licet, cũ hoc viuendi nulla conditio eſt.

QVINCT. *lib.* 3. *c.* 10.]Simne bon? vir, ſi hoc ſuadeã? minimé. Suaſor enim eſt finis, vtilitas eius, cui quiſque ſuadet. Atrecta ſunt. quis negat? ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus.

C QVINCT. *lib.* 8. *c.* 6.] Populo impoſuimus, & oratores viſi ſumus.

QVINCT. *lib.* 6. *c.* 4.] Res mihi inuiſæ viſæ ſunt, Brute.

Ad M. filium lib. 1.

PRISC. *lib.* 8. *& lib.* 10.]Quare effice, & elabora vt excelleas.

D *Ad eundem lib.* 11.

NON. *Commodare.*]Cui ego, quibuſcumque rebus potero, libentiſſime commodabo.

Ad eundem ex libro incerto.

DIOM *lib.* 1.]Ceris delitis.

LACTANT. *l.* 6. 4. *c.* 14.] Philoſophiæ quidem præcepta noſcenda, viuendum autem ciuiliter.

E *Ad Licinium Caluum.*

PRISC. *lib.* 9] Tuli moleſtè, quòd litteræ delitæ ſunt mihi à te redditæ.

NON. *Auguro.*]Præſentit animus, atque augurat quodammodo, quæ futura ſit ſuauitas.

M. Tullij Ciceronis ad Q. Axium epiſtolarum lib. 1.

F FRONTO.] Ad M. Bibulum adierunt.
FRONTO.]Si tu nos aliquid adiutare poteſ.
SVET. *in Iul. Cæſ.*] Cæſar in conſulatu confirmauit regnum, de quo ædilis cogitarat.

Ad Catonem epiſtola.

NONIVS. *Plus & multũ*]Nec idcirco mihi deſiderandam eſſe dignitatem meam, quòd eam multi impugnarint, ſed eo magis recolendam, quòd plus deſiderarint.

Ad Cerellium epiſtola.

G QVINCT. *lib.* 6. *c.* 4.]Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.

Ad L. Plancum.

GELLIVS *lib* 1. *c.* 21.] Nam neque deeſſe reipublicæ volo, neque ſupereſſe.

Ex epiſtola incerta.

QVINT. *lib* 9. *c.* 3.] Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari.

H QVINT. *lib.* 6. *c.* 4. * Ne[a] vlli ſunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti mollius.

INDEX

INDEX LIBRORVM PHILOSOPHICORVM M. TVLLII CICERONIS, QVORVM deinceps subsequuntur Fragmenta.

Oeconomicaè Xenophonte, libri III.
Protagoras, ex Platone.
De rep. lib. VI. in quorum vltimo inest Somnium Scip.
De iure ciuili liber.
De auguriis lib.
Hortensius, vel, De philosophia.
M. Cato, seu Laus M. Catonis.
De gloria lib. II.
De consolatione.
De suis consiliis.
De virtutibus.
De notis.
Chorographia.
Præterea fragmenta nonnulla librorum Academic.
De natura Deorum.
De diuinatione.
De legibus.
De fato.
Timæi, ex Platone.

Oeconomicorum ex Xenophonte, lib. I.

PRISC. libro 8.] Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignatur.

COLVM. *lib. I. cap. 12.* Martiale coniugium, sic comparatum est natura, vt non solùm iucundissima, verùm etiam vtilissima vitæ societas iniretur, & ne genus humanum temporis longinquitate occideret. propter hoc mas cum fœmina est coniunctus: deinde vt ex hac eádem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minùs propugnacula præparentur: tum etiam, cum victus & cultus humanus nõ, vti feris, in propatulo, ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus esset, necessarium fuit, alterutrum foris sub dio esse, qui labore, & industria compararet: intus, qui tectis reconderet, atque custodiret: si quidem vel rusticari, vel nauigare, vel etiam alio genere negotiari necesse erat, vt aliquas facultates acquireremus. Cùm verò paratæ res sub tectum essent congestæ, alium esse oportuit, qui & illatas custodiret, & cetera conficeret opera, quæ domi deberent administrari. nam & fruges, & cetera alimenta terrestria indigebant tecto: & ouium, ceterarúmque pecudum fœtus, atque fructus claustro custodienda erant. nec minùs reliqua vtensilia, quibus, aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Quare cùm & operam, & diligentiam ea, quæ proposuimus, desiderarent, nec exigua cura foris acquirerétur, quæ domi custodiri oporteret: iure, vt dixi, à natura cõparata est opera mulieris ad domesticã diligentiã, viri autem ad exercitationẽ forensem, & extraneã. itaq. viro calores, & frigora perpetienda, tum etiã itinera: & labores pacis, ac belli, id est, rusticationis, & militarium stipendiorum, distribuit mulieri deinceps, quòd omnib' his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ & diligentiæ assignauerat, idcirco timidiorem reddidit, quàm virilem. nam metus plurimùm confert ad diligentiam custodiendi. Quòd autem necesse erat, foris, & in aperto victum quærentibus nonnumquam iniuriã propulsare, idcirco virum quàm mulierem fecit audaciorẽ. Quia verò partis opibus æquè fuit opus memoria, & diligentia: non minorẽ fœminæ, quàm viro, earum rerum tribuit possessionem. Tum etiam, quòd simplex natura nõ omneis res cõmodas amplecti volebat, idcircò alterũ alterius indigere voluit: quoniã, quod alteri deest, præstò plerũque est alteri.

COLVM. *lib. 12. c. 2.*] Nam vetus est prouerbium, *paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas*, vti eo non posse, quia ignoretur, vbi proiectum iaceat quod desideretur. itaque in re familiari laboriosior est negligentia, quàm diligentia. Quis enim dubitet, nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ, dispositione, atque ordine? quod etiam ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere. Nam vbi chorus canentium, non certis modis, neque numeris præeuntis magistri consensit, dissonũ quiddam, ac tumultuosum audientibus canere videtur. At vbi certis numeris, ac pedibus, velut facta conspiratione consen-

sit, atque concinuit: ex eiusmodi vocum concordia, non solùm ipsis canentibus, amicum quiddam & dulce resonat, verùm etiam spectantes, audiētésque lætissima voluptate permulcentur.

DONAT. *in Ter.*] Quid igitur, prô deûm immortalium, primùm eam docebas? quæso.

COLVM.] Præparatis idoneis locis, instrumentum & supellectilem distribuere cœpimus, ac primùm ea secreuimus, quibus ad res diuinas vti solemus: postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur: deinde virilem: item dierum sollemnium ornatum, nec minus calceamenta vtrique sexui conuenientia: tum iam seorsum arma, ac tela seponebantur, & in altera parte instrumenta, quibus ad lanificia vtuntur: post quæ ad cibum conficiendum vasa [a] (vt assolent) constituebantur: inde, quæ ad lauationē, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent, exponebantur postea ex iis, quibus quotidie vtimur: quod menstruum esset, seposuimus: quod annuum quoque, in duas parteis diuisimus. nam sic minùs fallit, qui exitus futurus sit. Hæc postquā omnia secreuimus, tum suo quæque loco disposuimus: deinde quibus quotidie seruuli vtuntur, quæ ad lan[illegible], quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent, hæc ipsa iis qui vti solent, tradidimus, & vbi ea ponerent demonstrauimus, & vt salua essent, præcepimus. Quibus autem ad dies festos, & ad hospitum aduentum vtimur, hæc [b] primò tradidimus, & loca singula demonstrauimus, & cuique sua annumerauimus, atque annumerata ipsi exscripsimus, eámque admonuimus, vt quodcumque opus esset, sciret vnde daret, & meminisset atque adnotaret, quid, & quando, & cui dedisset, & cùm recepisset, vtquidque suo loco reponeret.

a L. Vasa vsui sunt

b L. hæc primæ trad.

M. TVLLII CICERONIS OECONOMICORVM EX XENOPHONTE, LIBER II.

COLVM. *lib. 2. cap. 1.*] Vtrûmne Ischomache, inquam, si res familiaris desiderasset, mercari villicum tanquam fabrum, an ipse instituere consueuisti? Ego verò ipse instituo. Etenim qui me absente in meum locum substituitur, & vicarius meæ diligētiæ succedit, is ea, quæ ego, scire debet.

EIVSDEM OECONOMICORVM EX XENOPHONTE LIB. III.

NONIVS. *Interfici.*] Nullo modo faciliùs arbitror posse neq. herbas arescere, & interfici: neque terram ab sole percoqui.

QVIN. *lib. 12. c. 5.* NON. *prostigare.*] Cùm verò, affecta iam propè æstate, vuas à sole mitescere tempus est.

MACR. *lib. 3. cap. 20.*] Qui neque serit vitē, neq. quæ sata est, diligenter colit: oleum, ficus, poma non habet.

CARIS. *lib. 1.*] apes in aluearium concesserunt.

CICERO *de senectute.*] Cùm ad Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio atque imperij gloria Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset Sardis, eíq. dona à sociis attulisset: & ceteris in rebus comis erga Lysandrum atque humanus rexfuit, & ei quendam consæptum agrum, diligenter consitum, ostendit. Cùm autem admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincūcem ordines, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui afflarentur [c] è floribus tum dixit, Mirari se non modò diligentiam, sed etiam sollertiam eius, à quo essent illa dimensa, atque descripta. & Cyrus respōdit: Atqui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu iunt satæ. Tum Lysander intuens eius purpuram, & nitorem corporis, ornatúmque Persicum, multo auro, multísque gemmis, dixit: Rectè verò te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est.

c al. efflarētur.

SERVIVS. *in 2. Geor.*] * Scrobes.

M. Tullij Ciceronis Protagoras ex Platone.

PRISC. *lib. 6*] Quid tu? vnde tandem appares, ô Socrate? an id quidem dubium non est, quin ab Alcibiade?

PRISC. *lib. 8.*] Nunc à vobis, Protagora, & Socrate, postulo, concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi rebus controuersemini, non concertetis.

PRISC. *lib. 6.*] Quæ igitur potest esse indignitas voluptatis ad molestiam, nisi in magnitudine, aut longitudine alterius vtrius posita?

DONATVS *in* PHORMION.] Cōfirmandi genera compluria.

FRVSTA

FRVSTA SEV FRAGMENTA M. T. C.

LIBRORVM SEX DE REP.

EX M. T. CICERONIS DE REP. LIBRO I.

FRONTO.]Nuntiatum est,venire Lælium domóque iam exisse.

NON.*Propter.*] Eum quoque vt salutauit, propter Tuberonem iussit assidêre.

FRONTO.]Negotij publici expers.

NON.*Cituma.*]Quare,si placet,deduc orationem tuam de cælo ad hæc cituma.

DIOMED.] Quasi alius assimulare remp. aut melius non possit,aut omnino non possit.

NON.*Accõmodatum.*] * expositámque ad exemplum nostræ reip.accommodabo adeã, si potero,omnem illam orationem , quæ est mihi habenda de optimo ciuitatis statu.

NON.*Vrbs à ciuitate.*]Quam cùm locis manúque sæpissent , eiusmodi coniunctionem tectorum,oppidum , vel vrbem appellarunt, delubris distinctam , spatiisque communibus.omnis ergo populus , qui est talis cœtus multitudinis ,qualem expositi,ciuitas est: omnis ciuitas,quæ est constitutio populi resp.

D.AVGVST.*epist.*5.] * breui multitudo diuersa atque vaga, concordia ciuitas facta erat.

NON.*Cognoscere*]Cognoscere mehercule, inquit,consuetudinem istam,& studium,sermonémque.

SENECA *lib.*19.*epist.*] * duos Romanos reges esse quorum alter patrem non habet, alter matrem.Nam de Seruij matre dubitatur. Anci Marcij pater quoque ignoratur. tantùm hic Marcius,Numæ nepos dicitur.

NON.*Dimittere.*]Tum instituti annui consules,tum dimissi populo fasces.

SENECA *lib.* 19. *epist.*] * prouocationem ad populum etiam à regibus fuisse.

NON.*horrendum ab horrido.*] Horum enim seueritatẽ dicitur inhorruisse primùm ciuitas.

SENECA *lib.*19 *epist.*] Quem nos dictatorẽ dicimus,& in historia ita nominari legimus, apud antiquos magister populi vocatus est, & qui ab illo nominatur magister equitũ est.

CIC.6. *Att.* 9.] * Cn. Fla.fastos protulit.

FRONTO.]ipsa cognitio nos delectauit.

NON.*Æmulus.*]Quomodo enim iudicatur iste optimas,aut optimatium æmulus doctrina,artibus,studiis.audio ,quando?

NON.] Sed audisse te credo , tum[a] verò Platonem Socrate mortuo,primùm in Ægyptum discendi causa,pòst in Italiã cõtendisse.

NON.*Anima.*]Tum virtute,labore , industria quæreret summi viri indolem,nisi nimis animosè ferax natura illum nescio quo pacto.

NON.*Consitura.*] Quæ videlicet ille non ex agri consitura,quam cernebat,sed ex doctrinæ indiciis interpretabatur.

NON.*Antiquus*,*Antiquior.*]Sed quoniã plurima beneficia cõtinet patria,& ex antiquior parens, q̃ is qui,vt aiunt , creauerit , maior ei profectò ,quàm parenti,debetur gratia.

NON. *Pignerari* [Sed vt plurimas,& maximas nostri animi,ingenij , consilij prima ipsa bi ad vtilitatem pigneraretur.

NON.*Conducere.*] Facillimam autem in ea rep esse posse concordiam,in qua idem conducat omnibus.

NON *Firmitudo.*] Habent æquabilitatem uandam qua carere diutius vix possunt liberæ

A deinde firmitudinem.

NON.*lib.de doct.indagine.*]Nec tantum Karthago habuisset opum sexcentos ferè annos sine consiliis,& disciplina.

NON.*Dominatus*]Quid?tunc[a] cùm es iratus permittis illi iracundiæ dominatũ animi tui?

NON.*Anima.*]Ergo non probares consilio pulso libidines,quæ sunt innumerabiles, iracundias, quæ terrent omnia. Ego verò nihil isto animo,nihil ita animato homine miseriùs ducerem.

B NON.*Inuitare*]Denique ipsa natura non inuitaret solùm,sed etiam cogeret.

PRONT.]populo gratificãs & aliena,& sua

FRON.]Nec verò iã meo nomine abstinet

NON.*horrendum ab horrido.*] Sed vt ille,qui nauigat. cùm subitò mare cœpit horrescere.

MACR.*lib.de different.& societatibus Græci Latiniq.verbi*]Libenter tibi,Læli,vti eum desideras,equidem concessero.

C *EX M. T. CICERONIS DE REP. LIB. II.*

NON.*Exsultare.* Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis,quod vel exsultat voluptate,vel molestia frangitur.

NON.*Voluptabundus.*]Cupido autem,& expetenti,& libidinoso,& voluptabundo in voluptatibus.

NON.*Anxitudo*]quantáque anxitudo prona ad luctum.[& mærens , sempérque ipsa se sollicitans.

D NON.*Timor & timiditas.*]esse angores[b],esse miseria afflictas,atque abiectas timiditate, & ignauia.

NON. *Elidere*] Vt auriga indoctus è curru trahitur,operitur[c], eliditur,laniatur.

NON.*Offendere.*]Sed imitor Architam Tarentinum,qui cùm ad villam venisset , & omnia aliter offendisset.[d]

NON.*Vrbs à ciuitate.* * quo auctore,& principe vocatur ciuitas.

E NON. *Modicum.*] Statuo esse optimè constitutam remp.quæ ex tribus generibus illis, regali,optimo[e],& populari confusa modicè, nec puniendo irritet animum immanem ac ferum,nec omnia prætermittendo , licentia ciueis deteriores reddat.

AVG.*lib.*2.*c.*21.*Ciuit.*] Vt in fidibus,ac tibiis,atque cantu ipso,ac vocibus cõcentus est quidam tenendus ex distinctis sonis , quem immutatum,ac discrepantẽ aures eruditæ ferre non possunt,isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens: sic ex summis & infimis,& mediis interiectis ordinibus,vt sonis, moderata ratione ciuitas consensu dissimillimorum conciuit, & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu,ea est in ciuitate concordia, arctissimum atque optimum omni in repub. vinculum incolumitatis:quæ sine iustitia nullo pacto esse potest.

F NON.*Proiectum.*] iustitia foras spectat, & proiecta tota est,atque eminet.

NON.*Explicare.*]Quæ virtus præter ceteras totam se ad alienas vtilitates porrigit atque explicat.

a L. tũc cùm es iratus

b L. angore, & miseria afflictas,atque abiectas, timid. &c.

c L. deripitur elid. *al.* opprimitur,*modo* sé

d L. optimati

e Historiam plenioremvide 4.Tusc. Iuuenalis in fin.

a1. Tubero.

NON. *Exsultare.*] * quæ sanguine alitur atq. in omni crudelitate sic exsultat, vt vix hominum acerbis funeribus satietur.

NON. *lib. de doct. indagine.*] Itaque præclara illa institutio Romuli cùm ducentos annos
a *al.* & vigin-ti. & [a] triginta ferè firma mansisset.

NON. *Viritim.*] Ac primus agros, quos bello Romulus ceperat diuisit viritim ciuibus.

FRONTO.] Cùm aliud nihil domum suam deportauisset.

NON. *Pecuniosus.*] * multáque ditione ouium, & boum, quòd tunc erat res in pecore & in locorum possessionibus, ex quo pecuniosi, & locupletes vocabantur.

NON. *Calumnia,*] * vt Carneadi respondeatis, qui sæpe optimas causas ingenij calumnia ludificari solebat.

FRON.] Neque enim ad mare admouit, quod ei fuit facillimum,

D. AVG. *lib. 2. c. 21. Ciuit.*] Nihil est quod adhuc de repub. putem dictum, & quo possim longiùs progredi, nisi sit confirmatum, non modò falsum esse illud, sine iniuria non posse, sed hoc verissimũ, sine summa iustitia rempub. regi non posse.

EX M. T. CICERONIS DE REP. LIB. III.

AVG. *lib. 4. contra Pelagium.*] Homo non vt à matre, sed vt à nouerca natura editus est in vitam corpore nudo, & fragili, & infirmo: animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamè inest tanquam obrutus quidam diuinus ignis ingenij, & mentis.

SENECA *lib. 19. epist.*] Quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati.

LACTAN. *epitome cap. 1.*] Nullum est ius naturale. itaque omnes animantes ipsa ducente natura commoda sua defendunt: & ideo iustitia, si alienis vtilitatibus consulat, suas negligat, stultitia est dicenda. Quòd si omnes populi, penes quos sit imperium ipsíque Romani, qui orbem totum possedere, iustitiam sequi velint, ac suum cuique restituere, quod vi & armis occupauerunt, ad causas, & egestatem reuertentur. quod si fecerint, iustos dicemus quidem, sed tamen stultos iudicare necesse est, qui, vt aliis prosint, sibi nocere contendunt.

LACT. *lib. 5. c. 17. Epit. c. 1.*] Bonus vir si habeat seruum fugitiuum, vel domum insalubrem, ac pestilentem, quæ vitia solus sciat, & ideo proscribat, vt vendat: vtrúmne profitebitur fugitiuum seruum, ac pestilẽtem domũ se vendere, an celabit emptorẽ? si profitebitur emtori, fugitiuum esse: bonus quidem, quia non fallet, sed tamen stultus iudicabitur, quia vel paruo vendet, vel omnino non vendet. si celauerit, erit quidem sapiens, quia rei consuler: sed idem malus, quia fallet. Deinde,
b *forte.* si dissimulabit, iustus vtiq. dicetur, quia non fefellit. si indicabit, stultus, qui alt.
si reperiat hominem, qui aut aurum pro orichalco, aut argentum pro plumbo vendat per errorem, atque id emere necessitas cogat: vtrùm dissimulabit, & emet paruo, an potiùs indicabit? iustus vtique dicetur, quia non fefellit, sed idem stultus, qui alteri fecerit lucrum, sibi damnum. sed facilè de damno est:
c L. quid si eius vita. qui [c] si vita eius in periculum veniet, vt eum aliquando necesse sit, aut occupare, aut mori, quid faciet? Potest hoc euenire, vt naufragio facto eueniat aliquem imbecillum, tabulæ inhærentem: aut victo exercitu, fugiens reperiat aliquem vulneratum, equo insidentem: vtrúmne autillum tabula, aut hunc equo deturbabit, vt ipse possit euadere? si volet iustus esse, non faciet. sed idem stultus iudicabitur, qui dum alterius vitæ parcit, suam perdet, si faciet, sapiens quidem videbitur, quia sibi consulit: sed & idem malus, quia nocebit.

LACTAN. *lib. 5. c. 12.*] Quæro, si duo sint, quorum alter optimus vir, æquissimus, summa iustitia, singulari fide: alter insigni scelere & audacia existimetur: & si in eo sit errore ciuitas, vt bonum illum virum, sceleratum, facinorosum, nefarium putet: contrà autem, qui sit improbissimus, summa esse probitate, ac fide existimet, próque hac opinione omnium ciuium, bonus ille vir vexetur, rapiatur. manus ei denique afferantur, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, vratur, extermine tur, egeat: postremo iure etiam optimo omnibus miserrimus esse videatur: contrà autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur, omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes denique copiæ conferantur: vir denique optimus omnium existimatione, & dignissimus omni fortuna iudicetur: quis tandem erit tam demens, qui dubitet, vtrum se esse malit?

NON. *Famulatur.*] Est enim genus iniustæ seruitutis, cùm ij sunt alterius, qui sui possunt esse. cùm autem hi famulantur,

NON. *Infestum mare Myoparo.*] Nam cùm quæreretur ex eo, quo scelere compulsus mare haberet infestum vno myoparone: Eodem, inquit, quo tu orbem terræ.

GELLIVS *lib. 1. c. 22.*] Non grauarer, Læli, nisi & hos velle putarem & ipse cuperem te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere: præsertim cum heri dixeris, te nobis etiam superfuturum. verum, si id quidem fieri non potest, ne desis, omnes te rogamus.

LACTAN. *lib. 6. c. 8.*] Est quidem verò lex, recta ratio, naturę cõgruẽs, diffusa in omneis, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra iubet, aut vetat, nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec verò aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus. Neq. est quærẽdus explanator, aut interpres eius alius: nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed & omneis genteis, & omni tempore, vna lex, & sempiterna, & immortalis cõtinebit: vnúsque erit cõmunis quasi magister & imperator omnium deus ille, legis huius inuentor, disceptator, lator: cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur, atq. hoc ipso luet maximas pœnas, etiãsi cetera supplicia, quæ putantur, effugerit.

LAC *lib 5. c. 19.*] Huic tu viro quas diuitias obiicies? quæ imperia? quæ regna? qui ista omnia putat humana, sua bona diuina judicat.

PRISC. *lib. 8.*] * quibus assentior, sollicitam, & periculosam iustitiam non esse sapientis.

NON. *Vbi genit. pro ablatiuo.*] Noster autem populus, sociis defendendis, terrarum iam omnium

omnium potitus est.

NON. *Largitas.*] * Pyrrhꝰ ridetur largitas à cos. aut Samnitium copiæ Curio defuerunt.

NON. *Apud.*] Cuius etiã focum Cato ille no ster, cùm venerat ad se in Sabinos, vt ex ipso audiebamus, visere solebat, apud quem sedens Samnitium quondam hostiũ, tum iam clientium suorum, dona repudiauerat.

D. AVGVST. *lib. 22. cap. 6.*] Nullum bellum suscipitur à ciuitate optima, nisi aut pro fide, aut pro salute.

D. AVGVST. *lib. 22. c. 4. Ciuit.*] * quorum non corpora sunt in cælũ elata: neque enim natura pateretur, vt id, quod esset de terra, nisi in terra maneret.

D. AVG. *l. 22. c. 6. Ciuit.*] Magis est in Romulo admirandum, quòd ceteri, qui dij ex hominibus facti esse dicuntur, minùs eruditis hominum seculis fuerunt, vt fingendi procliuior esset ratio, cùm imperiti facilè ad credendum impellerentur. Romuli autem ætatem minùs his sexcentis annis, iam inueterata literis, atque doctrinis, omnísque illo antiquo ex inculta hominum vita errore sublato fuisse cernimus.

D. AVG. *ibi ẽ.*] Ex quo intelligi potest, permultis annis ante Homerum fuisse, quàm Romulum: vt iam doctis hominibus, ac temporibus ipsis eruditis ad fingendũ vix quicquã esset loci. antiquitas enim recepit fabulas, fictas etiam nonnumquam inconditè. Hæc ætas autem, iam exculta præsertim, & erudita, omne quod fieri non potest, respuit.

LACTAN. *lib. 5. c. 19.* SENECA *lib. 19 epist.*] Apud Ennium sic loquitur Africanus.

Si fas ando plagas cælestum adscendere cuiquam est,
Mi soli cæli Maxima porta patet.

Est verò inquit, Africane. nam & Herculi eadem ipsa porta patuit.

SENECA *ibid.*] Hîc est ille situs, cui nemo ciu' neque hostis.

Quiuit pro factis reddere operæ pretium.

D. AVG. *lib. 3. c. 15. Ciuit.*] * tantum est consecutus, vt, cùm subitò sole obscurato, nõ comparuisset, deorum in numero collocatus putaretur: quam opinionem nemo vmquam mortalis assequi potuit sine eximia virtutis gloria.

D. AVG. *lib. 22. c. 6.*] Propterea & istum non ereditum inter deos receptũ tali morte, quia fortasse quod erat in Romulo probatũ, Romani vulgare noluerunt, si hoc & alteri tribueretur.

LACTAN. *lib 5. c. 19.*] Vult planè virtus honorem: nec est virtutis vlla alia merces, quã tamen illa accipit facilè, exigit non acerbè. sed si aut ingrati vniuersi, aut inuidi multi, aut inimici potentes suis virtutem præmiis spoliant, næ illa se tamen multis solatiis able ctat, maximéque suo decore se ipsam sustẽtat

D. AVG. *lib. 22. c. 6. Ciuit.*] Sed his pœnis, quas etiam stultissimi sentiunt, egestate, exsulio, vinculis, verberibus elabuntur sæpe priuati, oblata mortis celeritate. Ciuitatibus autem mors ipsa pœna est: quæ videtur à pœna singulos vindicare. debet enim constituta sic esse ciuitas, vt æterna sit. Itaque nullus interitus est reip. naturalis, vt hominis, in quo mors non modò necessaria est, verùm etiã optãda persæpe. Ciuitas autẽ cũ tollitur, deletur, exstinguitur, simile est quodadmodo, vt magnis

A parua conferamus, ac si omnis hic mundus intereat ac concidat.

D. AVG. *lib. 2. c. 21. Ciuit.* Resp. est res populi. Populus autem nõ omnis cœtus multitudinis, sed cœtus iuris consensu, & vtilitatis cõmunione sociatus.

D. AVG. *ibidem*] Resp. res est populi. cum bene ac iustè geritur, siue ab vno rege, siue à paucis optimatibus, siue ab vniuerso populo. cum verò iniustus est, rex quem tyrannum vocoB aut iniusti optimates, quorum consensus factio est: aut iniustus ipse populus, cui nomen vsitatum nullum reperio, nisi vt etiam ipsum tyrannum appellem: non iam vitiosa, sed omnino nulla resp. est, quoniam non est res populi, cum tyrannus eam, factióve capessat: nec ipse populus iam populus est, si sit iniustus, quoniam non est multitudo iuris consensu, & vtilitatis communione sociata.

D. AVG. *lib. 22 c. 22. Ciuit.*] Vbi verò iustitia non est, nec ius potest esse. quod enim iure fit, profectò iustè fit: quod autem fit iniustè, nec iure fieri potest, non enim iura dicenda sunt, vel putanda, iniqua hominum constitutaC cum illud etiam ipsi ius esse dicãt, [a] quod de iustitiæ fonte manauerit: falsúmque sit, quòd à quibusdam non rectè sentientibus dici solet, id ius esse, quòd ei, qui plus potest, vtile est. [a] L. è quod iust.

D. AVG. *lib. 4. cõtra Pelagium.*] An non cernimus, optimo cuique dominatum ab ipsa natura, cum summa vtilitate infirmorum datum? Cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, iracundiæque, & ceteris vitiosis eiusdem animi partibus?D

D. AVG. *ibidem*] Sed & imperandi, & seruiendi sunt dissimilitudines cognoscendæ. Nam, vt animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini: sed corpori, vt rex ciuibus suis, aut parens liberis: libidini autem, vt seruis dominus, quòd eam coerceat, & frangit: sic regum, sic imperatorũ, sic magistratuum, sic patrum, sic populorum imperia ciuibus, sociisque præsunt, vt corporibus animus. domini autem seruos ita fatigãt, vt optima pars animi, id est sapientia, eiusdem animi vitiosas, imbecillâlque partes, vt libidines, vt iracundias, & perturbationes ceteras.E

NON. *Mercatura.*] Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis auaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum supportauerunt [a] in Græciam. [a] *fort.* exportauerunt.

NON. *Confidentia.*] * duas sibi res, quo minùs in vulgus, & in foro diceret, confidentiam, & vocem defuisse.

NON. *Proferre*] Sapientia iubet proferre opes, amplificare diuitias.

NON. *Periclum.*] * sed vt ipsi seu animum periclitentur, seu videant, qui se putent esse facturos.

NON. *Impigritas:*] Numquam viri fortissimi fortitudinis, impigritatis patientiæ.

PRISC. *lib. 6.* Quid ergo illa sibi vult absurda exceptio, nisi quis Athonem pro monumento vult. funditus efficere? quis enim est Atho [b], aut Olympus tantus? [b] *al.* Athos.

NON. *Vafrum,*] Non sunt in disputando vafri, non veteratores, non malitiosi.

EX M. T. CICERONIS DE REP. LIB. IIII.

NON. *Vbi accusat. progen.*] ATQVE ipsa mẽ-

quæ futura videt præterita meminit.

NON. *Mitis.*] Cúmque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad cõficiendas compresserit, vere ad effundendas relaxarit, æstate ac maturitate alias mitigauerit, alias torruerit.

NON. *Aptam*] * eadémque soli obiecta vmbram, noctémque efficiat; cùm ad numerum dierum aptam, tum ad laborum quietem.

LACT. *de opif. Dei.*] Nec voluntatem mihi defuisse, nec curam.

D. AVG. *lib. 9. c. 9. de Ciuit.*] Numquam comœdiæ, nisi consuetudo vitæ pateretur, probare sua theatris flagitia potuissent.

D. AVG. *ibidem*] Quem illa non attigit, vel potiùs quem non vexauit? cui pepercit? esto: populateis homines, improbos in remp. seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum læsit, patiamur: etsi huiusmodi ciueis à censore melius est, quàm à poeta notari. Sed Periclem, cùm iam suæ ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in scena, non plus decuit, quàm si Plautus noster voluisset, aut Næuius, P. & Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledicere.

D. AVG. 6.] Nostræ cõtrà XII. tabulæ cùm perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putauerunt, si quis actita uisset, siue carmen condidisset, quod infamiã afferret, flagitiúmve alteri præclarè iudiciis enim, ac magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingeniis habere debemus, nec probrũ audire, nisi ea lege, vt respondere liceat, & iudicio defendere.

D. AVG. *lib. 2. c. 10. Ciuit.*] Æschines Athenien sis, vir eloquentissimus, cùm adolescens tragœdias actitauisset, remp. capessiuit, & Aristodemum tragicum item actorem, maximis de reb. pacis, ac belli legatum ad Philippum Athenienses sæpe miserunt.

D. AVG. *lib. 2. c. 12. Ciuit.*] * Probris & iniuriis poetarum subiectam vitam, famámque habere noluerunt, capite etiam puniri sancientes, tale carmen condere si quis auderet.

D. AVG. *lib. 2. c. 13. Ciuit.*] * Cùm artem iudicram, scenámque totam in probro ducerent, genus id hominum non modò honore ciuiũ reliquorum carere, sed etiam tribu moueri notatione censoria voluerunt.

D. AVG. *lib. 2. c. 14. Ciuit.*] Ad quos cùm accessit clamor, & approbatio populi, quasi magni cuiusdam, & sapientis magistri, quias illi obducunt tenebras? quos inuehunt metus? quas inflammant cupiditates?

NON. *Fingere.*] Ego verò eodem, quo ille Homerũ redimitum coronis, & delibutũ vnguẽtis, emittit ex ea vrbe, quã ipse sibi fingit.

MAR. *lib. 3.*] Cúmque nihil tã incorruptum esse debeat in rep. quàm suffragium, quàm sententia: non intelligo, cur, qui ea pecunia corruperit, pœna dignus sit, qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quàm qui pretio iudicem corrumpit, quòd pecuniam corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest.

NON. *Impurus & immanis.*] * Sed iuuentuti nostræ minimè audiendus. Quippe si ita sensit, vt loquitur, est homo impurus: sin aliter, quòd mãlo, oratio est tamen immanis.

NON. *Ignominia.*] Censoris iudicium nihil ferè damnato affere, nisi ruborem. Itaq. quia omnis ea iudicatio versatur tãtùmodò in nomine, animaduersio illa ignominia dicta est.

NON. *Vbi datiuus pro accusatiuo.*] Nec verò mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet, sed sit censor, qui virosdo ceat moderati vxoribus.

NON. *Temulenta.*] Magnam habet vim disciplina verecundiæ. carent temeto omnes mulieres.

NON. *Fama.*] * atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant.

NON. *Clepere.* Non modò vt Spartæ, rapere vbi pueri, & clepere discunt.

SERVIVS.] Apud Græcos opprobrio fuit adolescentibus, si amatores non haberent.

NON. *Iurgium à lite.*] * admiror, nec rerum solùm, sed verborum etiam elegantiam, SERVIVS (inquit) beneuolorum concertationem lis inimicorum, iurgium dicitur.

NON. *Ibidem.*] Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare.

NON. *Petulantia, Procacitas.*] Itaque à petendo petulantia, à procando, id est, poscendo, procacitas nominata est.

NON. *Fides*] Fides enim nomen ipsum mihi videtur habere, cùm fit, quod dicitur.

NON. *Blandimentum.*] In ciue excello, atq. homine nobili, blanditiam, ostentationem, ambitionem, notam esse leuitatis.

NON. *Portitor.*] Nolo enim eundem populum, imperatorem, & portitorem esse terrarũ: optimum autem & in priuatis familiis, & in rep. vectigal duco esse, parsimoniam.

NON. *Pecuda.*] * cùm adhibent in pecuda pastores.

NON. *Excipere.*] * quos insepultos reliquissent, eos, quos ex mari, propter vim tempestatis, excipere non potuissent, innocenteis neeauerit.

NON *Proprium.*] Et noster Plato magis etiã, quàm Lycurgus, omnia prorsus iubet esse cõmunia, nequis ciuis propriam, aut suam rem vllam queat dicere.

NON. *de doctr. ind.*] Nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed bonorum.

NON. *Augure*] Cui quidem vtinam verè auguraũerim.

NON. *Sanctitudo.*] * eosdem terminos hominum curæ, atquæ vicæ: sic pontificio iure sanctitudo sepulturæ.

PRISC. *lib. 15*] Nõ enim facilè valeti populo resistitur, si aut nihil impertias iuris, aut parũ.

PRISC. *Carm.*] Brachialia.

PRISC. [armentum habeo.

EX M. T. CICERONIS DE REP. LIB. V.

D. AVG. *li. 2. c. 21. Ciuit. & Nonius, quẽdã locum, qui est in hoc fragm. profert in vanum*] Ennius:

Moribus antiquis res stat Romana virisq.

Quem quidem ille versum, vel breuitate, vel veritate, tanquam ex oraculo mihi quodã esse effatus videtur. nã neq. viri, nisi ita morata ciuitas fuisset, neq. mores, nisi hi viri præfuissent, aut fundare, aut tamdiu tenere potuissent tantam, & tam longè, latéque imperantem rempub. Itaque ante nostram memoriam & mos ipse patrius præstanteis viros adhibebat, & veterum morem, ac maiorum instituta retinebant excellentes viri.

nostra

a L. quidã inspultum liquisse os q.

nostra verò ętas cùm rempub. sicut picturam accepisset egregiam, sed iam euanescentem vetustate, non modò eam coloribus iisdem, quibus fuerat, renouare neglexit, sed ne id quidē curauit, vt formam saltem eius, & extrema tāquam lineamenta seruaret. quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rē stare Romanam? quos ita obliuione obsoletos videmus, vt non modò non colantur, sed etiam ignorentur. Nam de viris quid dicam? mores enim ipsi interierunt virorum penuria. cuius tanti mali non modò reddenda ratio nobis, sed etiam tanquam reis capitis quodāmodo dicenda causa est. nostris enim vitiis, non casu aliquo, rempub. verbo retinemus: reapse verò iampridem amisimus.

CIC. *lib. 8. epist. ad Atticū*] Vt enim gubernatori cursus secūdus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. huius enim operis maximi inter homines, atque optimi, illum esse effectorem volo.

DIOMED. *lib. 1.*] excellunt.

NON. *Contentio.*] Quæ virtus fortitudo vocatur, in qua est magnitudo animi, mortis, doloris que magna contemtio.

NON. *Lentum*] Marcellus, vt acer & pugnax. Maximus, vt consideratus, & lentus.

NONIVS. *vbi nominatius, vel.*] Sed tamen vt bono patrifamiliās colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam vsus, opus est.

GELL. *lib. 12. c. 2.*] Menelao Laconi quædam fuit suauiloquens[a] iucunditas.

Idem ibid.] Breuiloquentiam [b] in dicendo colat.

NON. *Imbuere.*] Quæ cùm Scipio dixisset, admodum probans: nimio [c] enim erat odio thetorum imbutus.

NON. *Ferocia*] Qui comperit eius vim, & effrenatam illam ferociam.

CARIS. *lib. 1. orbi.*] orbi terrarum comprehensos.

NON. *Impertire.*] quòd molestia senectutis suæ vestris familiis impertire posset.

NONIVS.] Quod non modò singulis hominibus, sed potentissimis populis sæpe contingit.

EX M. T. CICERONIS DE REP. LIB. VI.

NON. *Trudentia*] TOTAM igitur expectas prudentiam huius rectoris, quæ ipsum nomē hoc nacta est ex prouidendo.

NON. *Tristiu.*] Qui numeros optimatū, & principum obtulit his vocibus, & grauitatis suæ liquit illum tristē, & plenum dignitatis sonum.

NON. *Expleri atque satiari.*] Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædā cogunt, atq. imperant: quæ quia expleri, atque satiari nullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis in ēduntur.

NON. *Samium.*] Oratio extat, Læli, quam omnes habemus in manibus, quàm simpinia pontificum diis immortalibus grata sint, Samiæque, vt hic scribit capedines.

NON. *Firmiter. & Tristianus.*] Firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt.

NON. *Comparare.*] Quamobrem se comparet hic ciuis ita necesse est, vt sit contra hæc, quæ ciuitatis statum peruertunt[d]; semper armatus.

NON. *Seditio.*] Æq. dissensio ciuium, quòd seorsum eunt alij ad alios, seditio dicitur.

NON. *de doct. ind.*] Et verò in dissensione ciuili, cùm boni plus, quàm multi valent, expēdendos ab his non numerandos puto.

GELL. *lib. 6. c. 16. & NON. Deprecari.*] Quod quidem eo fuit maius, quia cùm in causa pari collegæ essent, non modò inuidia pari non erant, sed etiam Claudi, inuidiam Gracchi caritas deprecabatur.

NON. *Mactare.*] Ferunt hos laudibus, mactant honoribus.

D. AVGVST. *lib. 5. c. 13. Cinit.*] Alendus hic est gloria.

NON. *Desubitó.*] * in his, vt meministis, cōcursus leuissimæ multitudinis ære congesto funus desubitò esset ornatum.

NON. *Vbi genus tuum pro nominatiuo 4.*] Vt quēadmodum scribit ille, quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent.

MACR. *lib. 1. Somn.*] Sed quanquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis præmium est, tamen illa diuina virtus, nō statuas plumbo inhærenteis, nec triūphos arescentibus laureis, sed stabiliora quædam, & viridiora præmiorum genera desiderat. quę tandem ista sunt? inquit Lælius. Tum Scipio, patimini me (inquit) quoniam tertium diem feriati sumus.

SOMNIVM SCIPIONIS.

Scipio loquitur.

CVM in Africā, venissē, à [a] Manlio consule ductus ad quartā legionē (vt scitis) tribunus militum: nihil mihi potius fuit, quàm vt Masinissam [b] conuenirem, regem familiæ nostræ iustis de causis amicissimum. Ad quem vt veni, cōplexus me senex collacrymauit, aliquanto q. pòst suspexit in cælum: & Grates, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisq. reliqui cælites [c], quòd antè quàm ex hac vita migro, cōspicio in meo regno, & his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor: ita numquam ex animo meo discedit illius optimi, atq. inuictissimi viri memoria. Deinde ego illum de suo regno: ille me de nostra rep. percontatus [e] est. multisq. verbis vltrò, citrōq. habitis, ille nobis consumtus est dies. pòst autem regio apparatu accepti, sermonē in multā noctem produximus, cùm senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaq. eius non solùm facta, sed etiam dicta meminisset. deinde vt cubitum discessimus, me & fessum de via, & qui ad multā noctem vigilassem, arctior [e], quàm solebat, somnus complexus [f] est. Hic [g] mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti: fit enim ferè [h], vt cogitationes sermonésque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo vide licet sępissimè vigilans solebat cogitare, & loqui) Africanus se ostendit illa forma, quæ mihi ex imagine eius, quàm ex ipso, erat notior. quem vt agnoui, equidem cohorrui. sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorē, Scipio, & quæ dicam, trade memoriæ. Vidēsne illam vrbem, quæ parēre populo R. coacta per me, renouat pristina bella, nec pōt quiescere? (ostendebat autem Karthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco) ad quam tu oppūgnandā nunc venis pæne miles? hanc hoc biennio consul euertes, eritq. cognomen id tibi per te partum, quod

Hoc fragmentum, cui ego inscribitur, Somnium Scipionis.

a L. M. Manilio cōsuli ad quartam legionem (vt scitis.)

b L. Massanissam.

c *al.* cælestes.

d *l.* percussatus est.

e *m. s.* artior,

f *al.* amplexus est.

g *g. v. c.* Hic ego mihi (credo, &c.

h *g. v. c.* sæpe,

i *g. v. c.* quem vbi agn.

habes ex nobis adhuc hereditarium. Cùm autem Karthaginem deleueris, triumphum egeris, censórq. fueris, & obieris legatus Ægyptum, Syriam, Asiam, Græciam, deligêre iterum absens c o's. bellúmq. maximum conficies, Numantiam exscindes. Sed cùm eris curru Capitolium[a] inuectus, offendes remp. perturbatam consiliis nepotis mei. Hîc tu, Africane, ostendas oportebit patriæ, lumen animi, ingenij, consiliq. tui. Sed eius temporis ancipitem video quasi fatorum viam. Nam cùm ętas tua septenos octies solis anfractus[b], reditúsq. conuerterit, duóque hi numeri, quorum vterque plenus, alter altera de causa, habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem conficerint: in te vnum, atque[c] tuum nomen, se tota conuertet ciuitas: te senatus, te omnes boni, te socij, te Latini intuebuntur: tu eris vnus, in quo nitatur ciuitatis salus, ac ne multa, dictator remp. cõstituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris. Hîc cùm exclamasset Lælius, ingemuissẽtq. ceteri vehemẽtiùs: leniter arridẽs Scipio, Quæso, inquit, ne me è somno excitetis, &[d] pax sit rebus: audite cetera. Sed quò sis, Africane, alacrior ad tutandum remp. sic habeto: Omnibus, qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum [e] locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur. nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidẽ in terris fiat, acceptius, quàm consilia, cœtúsq. hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur: harum rectores, & conseruatores hinc profecti, huc reuertẽtur[f]. Hîc ego, etsi eram perterritus, non tam metu mortis, quàm insidiarum à meis, quæsiui tamen, viuerétne[g] ipse pater Paullus, & alij, quos nos exstinctos arbitremur. [h] Immò verò, inquit, ij viuunt, qui[i] ex corporũ vinculis, tãquã è carcere, euolauerunt: vestra verò, quæ dicitur vita, mors est. quin tu aspicias[k] ad te venientẽ Paullum patrem. Quem vt vidi, equidem vim lacrymarũ profudi[l]. Ille autem me amplexus[m], atque osculans, fiere prohibebat. Atq. ego vt primùm fletu represso, loqui posse cœpi, Quæso, inquam, pater sanctissime, atque optime, quando[n] hæc est vita, (vt Africanum audio dicere) quid moror in terris, quin huc[o] ad vos venire propero? Non est ita, inquit ille. nisi enim Deus is, cuius[p] hoc templum est omne, quod conspicis, istis te corporis custodiis liberauerit, huc tibi aditus patére non põt. homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ[q] dicitur terra: hísq. animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quę sidera, & stellas vocatis: quæ globosæ, & rotũdæ, diuinis animatæ mentibus, circulos[r] suos orbesq. conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi, Publi, & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius, à quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum à Deo defugisse videamini. Sed sic, Scipio, vt auus hic tuus, vt ego, qui te genui, iustitiam cole, & pietatem: quæ, cùm sit magna in parentib[s], & propinquis, tum[t] in patria maxima est. Ea vita, &c.

a L. in Capitolium

b L. anfractus

c L. atque in tuum nomẽ, & ita v.c.

d L. & parum rebus:

e al. destinatum.*

f q. v.c. reuertuntur.

g L. viuerétne ipse & pater Paullus, &c.

h L. arbitraremur.

i L. qui è c. & ita v.c.

k al. respicias ad te ven. al. respice.

l v.c. effudi.

m L. complexus, atque osculatus,

n L. quoniam o adverbium, huc, abest à v.c.

p L. cuius tẽplum est omne hoc, quod

q L. quæ terra dicitur:

r q. v.c. circos

s L. tum in patriam maxima est. Ea vita, &c.

t L. delet coniunctionem quia,

u L. circulus gluten

A accepistis, orbem lacteum nuncupatis: ex quo omnia mihi contemplanti, præclara cętera, & mirabilia videbantur. erant autem eæ stellæ, quas numquã[a] ex hoc loco vidimus: & eæ magnitudines omnium, quas esse nũquã suspicati sumus: exquib[b] erat illa minima, quę vltima cælo, citima[c] terris, luce lucebat aliena. stellarum autem globi terræ magnitudinem facilè vincebãt. Iam verò[d] ipsa terra ita mihi parua visa est, vt me imperij nostri, quo quasi punctum eius attingimus, pœniteret. quam cùm magis intuerer, Quæso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua mens erit[e]? Nónne aspicis[e], quæ in templa veneris? nouem tibi or bibus, vel potiùs globis, connexa sunt omnia: quorũ vnus est cælestis, extimus, qui reliquos omneis complectitur, summus ipse Deus, arcens, & continens ceteros: in quo infixi sunt illi, qui volountur, stellarum cursus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui versantur retrò, cõtrario motu, atq.[f] cælũ. ex quib. vnũ globũ possidet, illa, quã in terris Saturniã nominant. deinde est hominum generi prosper[g], & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis: tũ rutilus, horribilísq. terris, quẽ Martem[h] dicitis: deinde subter mediam ferè regionẽ Sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminũ reliquorum, mens mundi, & temperatio[i], tanta magnitudine, vt cuncta sua luce lustret[k], & cõpleat. hunc vt comites cõsequuntur[l], alter Veneris, alter Mercurij cursus: in infimóq. orbe luna, radiis solis accensa, conuertitur. infra autem iam nihil est, nisi mortale, & caducum, præter animos generi hominũ, munere deorum datos. supra lunã sunt æterna omnia. nã ea, quæ est media, & nona tellus, neq. mouetur, & infima est, & in eã feruntur omnia suo nutu pondera. Quæ cùm intuerer stupens, vt me recepi, Quis[m] hic, inquam, quis est, qui cõplet aureis meas tantus, & tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui inter uallis coniunctus imparibus, sed tamẽ pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium conficitur: qui acuta cum grauib. temperans, varios æquabiliter concentus efficit. nec. n. silentio tanti motus incitari possunt, & natura fert, vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè acutè sonẽt. Quã ob causã summus ille cæli stelliferi cursus, cuius cõuexio est cõcitatior, acuto, & excitato mouetur sono: grauissimo aũt hic, lunaris, atq. infimus. Nã terra, nona immobilis manens, ima sede semper hæret cõplexa medium mundi locum. illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum[n] Mercurij[o], & Veneris modorum septem efficiunt distinctos interuallis sonos: qui numerus rerum omnium ferè modus[p] est. quod docti homines neruis imitati, atq. cantibus, aperuere[q] sibi reditum ad[r] hunc locũ: sicut alij, qui præstantibus ingeniis in vita humana diuina studia coluerunt. Hoc sonitu oppletæ[s] aures[t] obsurduerunt: nec est vllus hebetior sensus in vobis: sicut[u] in illis, vbi Nilus ad illa, quæ Cataracta nominãtur, præcipitat ex altissimis mõtibus, ea gens, quæ illum locum accolit propter magnitudinem sonitus, sensus audiendi caret. Hic verò tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint: sicut intueri solem nequitis aduersum. eiúsq. radijs acies vestra, sensúsq. vincitur. Hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem.

a al. numquã vidimus.

b al. quæ, nã quam susp. cati sumus.

c al. cõtima

d verò abest à v.c.

e L. cernis, & ita v.c.

f al. cætera cõtra

g L. & prosper

h v.c. Martem dicitis.

i L. & temperator,

k q. v.c. illustret, sed v.c. lustret, & ita v.c. cõpleat, & L.

l v.c. sequuntur, & L.

m v.c. Quis inquam hic est

n L. duorum modorum, quorum est

o hoc loco Mercurij & Veneris abest à v.c.

p L. modus est

q v.c. aperuerunt

r v.c. in hunc locum

s al. cõpletæ

t L. aures minus

u v.c. Nilus ad illa

Tum

Tum Africanus, Sentio, inquit, te sedem[a] etiam nunc hominum contemplari, ac domum: quæ si tibi parua (vt est) ita videtur, hæc cælestia semper spectato: illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quàm expetendam gloriam consequi potes? Vides habitari in terra raris, & angustis in locis: & in ipsis quasi maculis, vbi habitatur, vastas solitudines interiectas: hósq. qui incolunt terram, non modò interruptos ita esse, vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare[b] possit: sed partim obliquos, partim auersos[c] partim etiam aduersos stare vobis: à quibus expectare[d] gloriam certè nullam potestis. Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam, & circundatam cingulis: è quibus duo maximè inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraq. parte subnixos, obriguisse pruina vides: medium autem illum, & maximum, solis ardore torreri. duo sunt habitabiles: quorum, australis ille, in quo qui insistunt, aduersa[e] vobis vrgent vestigia, nihil ad vestrum genus: hic autem alter subiectus aquiloni, quem incolitis, cerne, quàm vos tenui parte contingat. omnis enim terra, quæ colitur à vobis, angusta verticib[f], lateribus latior, parua quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlãticum, quod Magnum, quod Oceanum appellatis in terris: qui tamen tanto nomine, quàm sit paruus videtis. Ex his ipsis cultis, notísque terris, num aut tuum, aut cuiusquã nostrûm nomen, vel Caucasum hunc, quem cernis, transcẽdere potuit, vel illum Gangem transnare[g]? quis in reliquis Orientis, aut abeuntis[h] solis vltimis, aut aquilonis, austríve partibus tuum nomen audiet? quibus amputatis, cernis profectò, quantis in angustiis vestra gloria se dilatari velit. Ipsi autem, qui de[h] vobis loquuntur, quàm diu loquentur? Quinetiam i si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vniuscuiusq. nostrûm à patribus acceptas posteris prodere, tamen *propter eluuiones, exustionésq.*[k] *terrarum, quas accidere tempore certo necesse est*, non modò non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. Quid autem interest, ab iis, qui postea nascentur, sermonem fore de[l] te, cùm ab iis, nullus fuerit, qui antè nati sint? qui nec pauciores, & certè meliores[l] fuerunt viri: cùm præsertim apud eos ipsos, à quibus nomen nostrum[m] potest audiri, nemo vnius anni memoriam consequi possit. homines enim populariter[n] annũ tantummodò solis, id est, vnius astri reditu metiantur: cùm[o] autem ad idem, vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandémque totius cæli descriptionẽ: lõgis interuallis retulerint, tum ille verè vertẽs annus appellari potest: in quo vix dicere audeo, quàm multa sæcula hominum teneantur. namq. vt olim deficere sol hominibus, exstinguíque visus est, cùm Romuli animus hæc ipsa in templa penetrauit: ita quando cumque eadem parte sol, eodémque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad[q] idem principium, stellísq. reuocatis, expletum: annum habeto. Huius[r] quidem anni nondum vicesimam partem scito esse cõuersam. Quocirca si reditum in hunc locum speraueris[s], in quo omnia sunt magnis, & præstantibus viris, quanti[t] tandem est ista hominum gloria, quæ pertinere vix ad vnius omni partem exiguam potest? Igitur altè[a] spectare si voles, & atque[b] hanc sedem, & æternam domum contueri: neque[c] sermonib. vulgi dederis te, nec in præmiis humanis spem posueris rerũ tuarũ: suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verũ decus. quid de te alij loquantur, ipsi videant: sed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille, & angustiis cingitur iis regionum, quas vides, nec vm quam de vllo perennis fuit: & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis exstinguitur. Quę cùm dixisset, Ego verò, inquã, ô Africane, si quidem *bene meruit de patria qua fid limes ad cæli aditum patet*, quamquam à puritia vestigiis ingressus patriis, & tuis, decori vestro non defui: nunc tamen, tanto præmio proposito, enitar multò vigilantiús. & ille, Tu verò enitere. & sic habeto, *te nõ esse mortalem, sed corpus hoc. nec enim is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque is est quisque*: non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse: si quidem Deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui[e] præuidet qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quàm[f] hunc mundum princeps ille Deus: &[g] vt ipsum mundum ex quadam parte mortalẽ ipse Deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Nam quod semper mouetur, æternum est: quod autem motum affert alicui, quod[h] ipsum agitatur, aliunde[i], quando finem habet motus, viuendi finem habeat necesse est. solum igitur, quod sese mouet, quia numquam deseritur à se: numquam ne moueri quidẽ desinit: quin etiam ceteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principiũ est mouendi. principio[j] autem nulla est origo. nã ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla[m] ex re fieri potest: nec enim hoc[n] esset principium, quod gigneretur aliunde. q. si numquã oritur, nec[o] occidit quidem vmquam. nam principium exstintũ, nec ipsũ ab alio renascetur. nec ex se aliud[p] creabit: siquidẽ necesse est à principio omnia[q] oriri. Ita fit, vt motus principiũ ex eo sit, quod ipsum à[r] se mouetur: id autem nec nasci potest, nec mori: vel[s] concidat omne cælum, omníque natura consistat necesse est, nec vim vllam nanciscatur, quæ[t] à primo impulsu moueatur. Cùm[u] pateat igitur æternum id esse, quod à seipso moueatur, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? inanimatum[x] est enim omne, quod impulsu agitatur externo: quod autem anima[y] est, id motu cietur interiore, & suo. nam hæc est natura, & vis animæ, atque vis. Quæ si est vna ex omnib[z], quæ sese moueat: neque nata est certè, & æterna est. hanc tu exerce in optimis rebus. Sunt autem hæ[aa] optimæ curæ, de salute patriæ: quibus agitatus, & exercitatus animus, velociùs[aa] in hanc sedem, & domum suam peruolabit: idque ocyus faciet, si iam tum, cùm erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea, quæ extra erunt, contemplans, quàm maximè se à corpore abstrahet. Nam eorũ animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt, earúmq. se quasi ministros præbuerunt, impulsúq. libidinum voluptatibus obedientium, & deorum & hominum iura violauerunt: corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur: nec in hunc locum, nisi multis exagitatis sæculis, reuertuntur. Ille discessit: ego somno statim[bb] solutus sum.

a g. v. c. non haberet, etiam nunc.

b v. c. meare queat?
c L. trauersos al. trãsuersos, d L. sperare gl. & ita v. c.

e g. vc. transmittare?

f vide quæ diximus Tusculanar.

g L. obeuntis

h al. qui de nobis i v. c. Quin si cupiat pr.

k Idem a. de natura,

l g. v. c. maiores fuer. non mal. vestrum

m L. ioculari ter. o. reapse autem cum ad eadem,

n al. quandoque, p g. v. c. ad principiũ, ft. q L. cuius qui dem.
r L. desperaueris,
s L. quanti tandem ista hominum gloria est, quæ.

a fort. alta sp.
b al. atq. ad hanc sedem, & c. & ita g. v. c.
c L. neque te sermonibus vulgi dedideris, nec in pr.

d L. quasi limen

e v. c. qui prouidet,

f v. c. quàm mundum pr.
g L. & vt mundũ ex quad.

h L. quòdque ipsum agitatur
i v. c. agitur alicunde.

k L. desinitur

l L. principii autem

m v. c. & L. nulla ex re alia oriri potest. al. nulla ex re alia nasci pot.
n v. c. esset hoc pr.
o L. nec occidit quidem vmq.
p g. v. c. aliquid cr.
q L. oriri omnia, & ita v. c.
r al. ex se
s L. vel concidant omne cælum, omníque terra & consistant necesse est, e c.
t L. quo primò impulsa moueantur.
u L. pareat
x L. inanimum est
y L. animal est ‖ al. animans
z hæ, abest à v. c.
aa L. velocius ter

bb statim, abest à v. c.

TESTIMONIA QVÆDAM EX IPSIVS CICERONIS SCRIPTIS, IN QVIBVS SVORVM DE REPVBLICA LIBRORVM mentionem facit.

1 Quòd quæris, quid in illis libris fecerim, quos, cùm essem in Cumano, scribere instituí, non cessaui, neque cessō: sed sæpe iam scribendi totum consilium, rationémq. mutaui. Nam iam duobus factis libris, in quibus Nouendialibus iis feriis, quæ fuerunt Tuditano & Aquillio coss. sermo est à me institutus Africani paullo antè mortem, & Lælij, Phili, Manilíq. & Lælij, generorum Fannij, & Scæuulæ. Sermo autem in nouem & dies, & libros distribuī de optimo statu ciuitatis, & de optimo ciue. Sanè texebatur opus luculētè, hominúmq. dignitas aliquantum orationi pōderis afferebat. Hi libri cùm in Tusculano mihi legerentur, audiente Sallustio, admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de rep. præsertim cùm essem non Heraclides Ponticus, sed consularis, & is, qui in maximis versatus in rep. rebus essem: quæ tam antiquis hominib. attribuerē, ea visum iri ficta esse. Oratorum sermonem in illis nostris libris, quòd esset de ratione dicendi, bellè à me remouisse: ad eos tamen retulisse, quos ipse vidissem. Atistotelem deniq. quæ de rep. & præstante viro scribat ipsum loqui. Commouit me, & eo magis, quòd maximos motus nostræ ciuitatis attingere non poteram, quòd erant inferiores, quàm illorum ætas, qui loquebātur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrēs, offenderē quempiā. Nunc & id vitabo, & loquar ipse tecum, & tamen illa, quæ institueram ad te, si Romam venero, mittā. Puto. n. te existimaturū, à me illos libros non sine aliquo meo stomacho esse relictos.

2 Varro, de quo ad me scribis, inducetur in aliquem locum, si modò erit locus. sed nosti genus dialogorum meorum, vt in oratoriis, quos tu in cælum fers, non potuit mentio fieri cuiusquā ab iis, qui disputāt, nisi eius, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ego de rep. quam instituí disputationem, in Africani personam, & Philí, & Pæti Manilij contuli: adiunxi adolescenteis, Q. Tuberonem, P. Rutilium, duos Lælij generos, Scæuulam & Fannium. Itaq. cogitabam, quoniam in singulis libris vtor proœmiis, vt Ἀριστάλως in iis quos ἐξωτερικοὺς vocat, aliquid efficere, vt nō sine causa istū appellarē. Id quod intelligo tibi placere: vtinā modò conata efficere possim, rē enim (quod te non fugit) magnā cōplexus sum, & grauē, & plurimi otij, quo ego maximè egeo.

3 Si Cottam, & Varronem fecissem inter se disputāteis, vt à te proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset. hoc in antiquis personis suauiter fit, vt & Heraclides in multis, & nos in sex de rep. libris fecimus.

4 Qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, qui non tum hoc, tum illud, (vt in pleriſq.) sed idē semper, animos hominum esse diuinos, iisque, cùm è corporibus excessissent, reditum in cælum patére, optimóque & iustissimo cuique expeditissimum: quod idem Scipioni videbatur. Qui quidem, quasi præsagiret, perpaucis antè mortem diebus, cùm & Philus, & Manilius adessent, & alij plures, tú- A que etiam Scæuula mecum venissent, triduum disserui de rep. cuius disputationis fuit extremū ferè de immortalitate animorū: quę se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat.

5 Atq. his libris annumerādi sunt sex de R. P. quos tāc scripsimus, quū gubernacula reip. tenebamus: magnus locus, philosophięq. propriè à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáq. Peripateticorum familia tractatus vberrimé.

6 Quum à primo vrbis ortu regiis institutis, partim etiam legibus, auspicia, cærimoniæ, comitia, prouocationes, patrū consilium, equitum, peditúmq. descriptio, tota res militaris diuinitus esset constituta, tum progressio admirabilis, incredibilisq. cursus ad omnem excellentiam factus est, dominatu regio rep. liberata. Nec vero hic locus est, vt de moribus, institutisq. maiorum, & disciplina, ac temperatione ciuitatis loquamur: aliis locis satis accuratè à nobis dicta sunt, maximèque in iis sex libris, quos de rep. scripsimus.

7 Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoq. approbas, ne tu haud multum requireres illū virum, qui in sexto libro informatus est. Quid enim tibi faciā, qui illos libros deuorasti? quin nunc ipsum non dubitabo rem tantam abiicere, si id erit rectius: vtrumq. verò simul agi non potest, & de triumpho ambitiosè, & de rep. liberè. Sed ne dubitaris, quin q honestius, id mihi futurum sit antiquus.

8 An censes, quum in illis de R. P. libris persuadere videatur Africanus, omnium rerum publicarum nostram veterem illam fuisse optimam, non necesse esse optimæ reip. leges dare consentaneas? A. Immò prorsus ita censeo. M. Ergo adeò expectate leges, quæ genus illud optimum reip. contineant.

9 Quoniam igitur eius reip. quā optimam esse docui in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis, & seruandus status: omnésq. leges accommodandæ ad illud ciuitatis genus, serendi etiam mores, nec scriptis omnia sanciēda: repetam stirpem iuris à natūra.

10 Quàm breui frater in conspectu posita est à te omnium magistratuum descriptio, & ea pænè nostræ ciuitatis? etsi à te paullum allatum est noui. M. Rectissimè, Quincte, animaduertis. Hæc est. n. quā Scipio laudat in sex libris, & quāmaximè probat temperationem reip. quæ efficit non potuisset, nisi tali descriptione magistratuum: Nā sic habetote, magistratibus, iisq. qui præsunt, contineri remp. & ex eorum compositione quod cuiusq. reip. genus sit intelligi. Quæ res quum sapientissimè, moderatissimèq. constituta esset à maioribus nostris, nihil habui, sanè non multum, quod putarem nouandum in legibus.

11 Iracatur q volet, patiatur τὸ γὰρ δὴ μετ' ἐμοῦ, præsertim cùm sex libris, tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo. E quib° vnum ἰσοτεκὲς requiris de Cn. Plauio. Annij F. Ille verò antè X. viros non fuit, quippe qui ædilis curulis fuerit, qui magistratus multis annis post X. viros institutus est. Quid ergo profecit, quòd protulit

fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis. Nec verò pauci sunt auctores, Cn. Flauium scribam fastos protulisse, actionésque composuisse, ne me hoc, vel potiùs Africanum (is enim loquitur) commentum putes.

12 Ain' tandem, Attice laudator integritatis & elegãtiæ nostræ? ausus es hoc ex ore tuo inquit Ennius, vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogante? an tu, si mecum esses (qui scribis morderi te interdum, quòd non simul sis) paterere me id facere, si vellem? *Et post aliquot versus.*

13 Sed iam quid opus est equitatu? soluunt enim Salaminij? nisi forte id volumus armis efficere, vt fœnus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere vnquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

14 Et, si (vt nos à te admonemur) rectè in illis libris diximus, nihil esse bonũ, nisi quod honestum: nihil malum, nisi quod turpe sit: certè vterq. istorum est miserrimus, quorum vtrique semper patriæ salus, & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit.

15 filiola tua te delectari lætor, & probari tibi σοφὴν φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τίκτα. Etenim, si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiũctio: qua sublata vitæ societas tollitur. Bene eueniat, inquit Carneades. Spurcè: sed tamen prudentiũs[a], quàm Lucius noster, & Patro, qui cùm omnia ad se referãt, quidquam alterius causa fieri putent: cùm ea re bonũ virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit nõ intelligunt, se de callido homine loqui, non de bono viro. Sed hæc, opinor, sunt in iis libris quos dilaudãdo, animos mihi addidisti

16 Quoniam scriptum est à te de optimo reip. statu, consequens esse videtur, vt scribas tu idẽ de legibus. Sic enim feciſſe video Platonem illum tuum.

17 Quoniam leges damus liberis populis, quæque de optima rep. sentiremus, in sex libris antè diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum, quem probamus ciuitatis statum.

18 A te peto (inquit Pomponius) vt scribas aliquid. iampridem enim conticuerunt litteræ tuæ. Nam vt illos de rep. libros edidisti, nihil à te sanè postea accepimus, eísq. nosmetipsi ad rerum naturalium memoriam cõprehendendam impulsi, atq. incensi sumus. Sed illa cùm poteris, atque vt possis, rogo.

19 Quòd in ciuitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur status: id in rerum natura tanto est magnificentius, tantóq. præclarius, vt homines deorum agnatione & gente teneantur.

20 Sed heus tu, πυρρίδι εἰς δῆμον Athenis. placet hoc tibi? Etsi non impediebant mei certè libri, non enim ista largitio fuit in ciueis, sed in hospites liberalitas.

21 Sed de hoc genere toto in iis libris, quos de rep. scripsi, diligenter est disputatum.

22 Vt cupiditatibus principum, & vitiis infici solet tota ciuitas, sic emendari & corrigi cõtinentia. *Tòst, aliquot interpositis versibus.*

23 Sed hæc & nunc satis, & in illis libris tractata sunt diligentiús.

24 Non quòd hoc populo obtineri possit, sed quid optimum sit tibi dicendũ puto. Nam Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. M. Vos demum, vt video, legem antiquastis sine tabella. sed ego etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamẽ libertatẽ istã largior populo, vt & auctoritate valeãt, & vtãtur bonis. sic. n. à me recitatá lex est de suffragiis: Optimatibus nota, plebi libera sunto.

[a] al. giũs. Pruden-

M. TVLLII CICERONIS DE IVRE CIVILI.

CARIS.] Aliquo excellente, ac nobili viro.

GELLIVS *lib. 7. c. 22.*] Nec verò scientia iuris maioribus suis Q. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit.

M. T. CICERONIS DE AVGVRIIS.

OMNIA Ex Caristo.] Oscen. Oscinis.
Aui incerta.

M. T. C. DE PHILOSOPHIA, SIVE HORTENSIVS.

NON *Occupare.*] * Et Paullum Marcelli occupauisse.

NON *Annuere.*] Quod cùm vterq. nostrũm annuisset omnésque ad id tempus, quod erat dictum, postero die venissemus.

FRONTO.] Lucullo quidem noster aduentus & gratus & iucundus fuisse.

Idem.] Hic primùm Catulus delectatur ipso loco.

NON. *Inanima.*] Nam cùm omnis sollertia admiranda est, tum ea, quæ efficit, vt inanima quæ sunt, viuere, & spirare videantur.

NON *Effero*] * præter ceteras nostra extulit ciuitas.

NON. *Lætus*] * hunc Crassum, qui lentus (vt scitis) dicere solebat, ad imitationem quasi nosti generis contendisse.

NON. *Imbuere, sufficere.*] Vt ij, qui combibi purpuram volunt, sufficiunt priùs lanam medicamentis quibusdam, sic litteris talibúsque doctrinis ante excoli animos, & ad sapientiã concipiendam imbui, & præparari decet.

NON *Subigere segetes.*] Vt enim segetes agricolæ subigunt arattis multò ante quàm serãt.

NON. *Graue, Acre, Mite.*] Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius, aut Philisto breuius, aut Theopompo acrius, aut Theophrasto mitius inueniri potest? [a] al. aut Ephoro

NON. *Cognoscere, Graue.*] Vnde autem facilius, quàm ex annalium monumentis, aut res

bellica, aut omnis reip. disciplina cognoscitur? vnde ad agendū, aut dicendum copia deprom̃i maior grauissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum potest.

NON. *Exorsum*] Perge, quæso: nec enim imperitè exorsus es.

NON. *Cõtendere.*] Magni etiam animi contentio adhibenda est in explicando Aristotele, si[a] legeris.

a *al.* si leges.

NON. *Comest.*] Se ad extremum pollicetur prolaturum, quæ[b] seipsa comest: quod efficit dialecticorum ratio.

b *I.* qui se ipse comest:

NON. *Relaxo, Remitto.*] Quæro enim, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem & remittam.

LACTANT. *lib.* 3. *c.* 15. Quando philosophi esse cœperunt? Thales, vt opinor, primus rerum sensa hæc quidem ætas.

D. AVG. *lib.* 3 *contra Acad.*] Id enim est sapientis prouidere: ex quo sapientia est appellata, prudentia.

SERV.] Epicurei plureis volunt esse cælos.

NON. *Vrgeo.*] Itaque tunc Democriti manus vrgebatur, est enim non magna.

SERVIVS *in* 1. *&* 2. *Æn.*] * annum magnum esse voluerunt omnib. plane is in eundem recurrētib[b] locū, quod fit post XII. millia nongentos quinquaginta quattuor annos.

D. AVGVST. *lib.* 12. *c.* 4 *Trin.*] Beati certè omnes esse volumus.

NON. *Differre.*] Quantum inter se homines studiis, morib. & omni vitæ ratione differāt.

NON. *Præfractum*] Hunc contrarius Aristo Chius, præfractus, ferreus, nihil bonum, nisi quod rectum, & honestum est.

D. AVG. *lib.* 13 *c.* 5. *Trin.*] Ecce autem nō philosophi illi quidem sed promti tamen ad disputādum homines, omnes aiunt esse beatos, qui viuant, vt ipsi velint. Falsum id quidem. Velle enim quod non deceat, id ipsum miserrimum est: nec tam miserum est, non adipisci quod velis, quàm adipisci velle quod non oporteat.

LACTAN. *lib.* 1. *c.* 7.] Si deus vnus est, quis[c] beatus esse in solitudine queat?

c *al.* quæ esse beata solitudine queat?

NON. *Præcipere.*] Præcipiunt hoc isti, & facit nemo.

LACTAN. *lib.* 3. *c.* 16.] profectò omnis istorum disputatio, quamquam vberrimos fonteis virtutis, & scientiæ contineat, tamen, collata cum horum actis, perfectisq. rebus, vereor ne tantùm videatur attulisse negotiis hominum quandam oblectationem otij.

NON. *Lautum*] Quæ est igitur philosophia, Socrates: nec dubito, quin, quęcūq. sit, lautum victum & elegantem, magnificè, neque minùs quàm deceret, colere instituisset.

NON. *de desid. ind.*] Vidi in dolore podagræ vel omnium maximum Stoicorum Possidonium, nihilo ipsum, quàm Nicomachum Tyrium, hoc pitem meum, fortiorem.

NON. *Sublatum.*] * eloquentiā tueri, quam tu in cælum, Hortensi, credo, vt ipse cum ea simul adscenderes, sustulisses.

NON. *Euentus.*] Tu me & aliàs nōnumquam, & paulò antè adhortatus es, vt aliorum facta, & euenta conquiram.

FRONTO.] Qui cùm hodie bellum cum morbo geraut.

NON. *Sumo*] Quare velim dari mihi, Lucille, iubeas indicem tragicorum, vt suma, si qui fortè mihi desunt.

NON. *Facessō.*] Facessāt igitur omnes, qui docere nihil possunt, quo meliùs, sapientiúsque viuamus.

D. AVGVST *lib* 4. *c.* 2. *Trin.*] prudentiæ partes, sunt, memoria, intelligentia, prouidentia.

D. AVG. *ibid.*] Si nobis, cùm ex hac vita migrauerimus, in beatorū insulis immortale æuum, vt fabulæ ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquētia? cùm iudicia nulla fierent: aut ipsis etiam virtutibus? nec enim fortitudinis indigeremus[a], nullo proposito aut labore, aut periculo: nec iustitia, cùm esset nihil, quod appeteretur alieni: nec temperantia, quæ regeret eas, quæ nullæ essent, libidines: ne prudentia quidem egeremus, nullo dilectu proposito bonorum & malorum. Vna igitur essemus beati cognitione naturæ, & scientia, quæ sola etiam deorum est vita laudanda. ex quo intelligi potest, cetera, necessitatis esse: vnum hoc, voluptatis.

a *al.* egeremus.

NON. *Capere.*] * deinde boni mores, & modestiores, & ad capienda præcepta molliores.

NON. *Aptum.*] Altera est nexa cum superiore, & inde, aptéque pendens.

NON *spectare.*] * Cæli signorum admirabilem ordinem, insatiabilémque pulchritudinem magis spectant.

D. AVG. *lib.* 4. *c.* 15. *Ciuit.*] * Vt easdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli: qui in obscuratione solis factus est.

NON *increpo.*] Túne pseudomenō, & soritē, & totā dialecticam aut illudis, aut increpas?

NON. *Pressum.*] Quis te aut est, aut fuit vnquam in partiundis rebus, in definiendis, in explanandis pressior?

LACT. *lib.* 6. *c.* 2.] Mālo vel vnum paruum de officio libellum, quàm lōgam orationem pro seditioso homine Cornelio.

NON. *Cōuenire.*] Nam quod vereris, ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum.

NON. *Cædere.*] Aut tibi id ipsum peruertendum fuit, quod tu attigisti quidē: aut eius partes, quasi membra quædam, cædendæ.

NON. *æra.*] Quid tu, inquam? soles, cùm rationem à dispensatore accipis, si æra[b] singula probasti, summam quæ ex his confecta sit, non probare?

b Aera in rationibus ducendis veteres vocabant singula capita. ad hanc enim rationem putabant & cæpta æris numera notabant. *c al.* scribit. *d al.* scribis.

NON. *Scripta*[c].] Itaq. tibi concedo, quod in duodecim scriptis[d] solemus, vt calculum reducas, si te alicuius dati pœnitet.

NON *Gratificari*] Quare egredere, quæso, & gratificare reip.

Idem, Tollere.] * nihil tamen esse, in quo se animus excellens tollat.

Idē, Capere.] Captum me fortasse, inquit, tu putas, & id quod nollem, confiteri coactum.

Idē, Subducere.] An cùm videat me, & meos comites, fortitudinem, magnitudinē animi, patientiam, constantiam, grauitatem, fidem, ipsa se subducat?

PRISC. *lib.* 6.] * vt ait Ennius: Refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.

NON. *Præstare.*] Itaq. nec in philosophia cuiquam cessit, & vitę grauitate præstitit.

Idem, Contemtus.] * magnitudo animi patientia laborum, mortis denique contentio.

Idem, Detrahere.] * vt ea sibi ratio vera restituat, quæ cōsuetudo vitiosa detraxerit.

Idem, Despicere.] Consolabitur eum magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio.

Idem. Deductum.] Habet enim ipsa certam & definitam viam, sed ex ea multis vitiis, &

erroribus deprauata deducitur.

Idem, Vindicare.] * deinde imitator, vt sibi quidem videtur, naturæ mos vindicat.

Idem, Exsultare. } Imbecillus[a] autem est pudoris magister timor, qui si quando paullulũ aberrauerit, statim spe impunitatis exsultat.

SERV. *lib. 9. Æn.* } sufficit ad gloriam bene facti conscientia.

NON. *redundo.* } Tum inteligas: quàm illud non sit ne cessarium, quod redundat.

Idem, Glisco. } ad iuuenilem libidinem, copia voluptatum glisci illa, vt ignis oleo.

Idem, Verecundantur. } Hi nostri amici verecundantur, capti splendore virtutis.

D. AVGVST. *Vita beata.* } Oratæ, homini ditissimo, amœnissimo, delicatissimo, neq. ad voluptatem quidquam defuit, neq. ad gratiam, neque ad bonam integrámque valetudinem. Nam & præditis quæstuosissimis, amicis iucundissimis, quantum libuit, & abundauit, & illis omnibus aptissimè ad salutem corporis vsus est: eiúsq. (vt breuiter totum explicem) omne institutum, voluntatémque omnem succesſio prospera consecuta est.

NON. *Balneæ* } Primus balneolas suspendit, inclusit pisceis.

PRICIAN. *li.* 10. } * & amœnitate summa perfructus est.

NON. *Ostrea.* } * sollertiámq. eam, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas.

Idem, Summus } Vixit ad summam senectutem valetudine optima.

Idem, Inutare. } Voluptates autem nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus.

D. AVG. *lib. 4. contra Pelagium.* NON. *Conficere.* } An verò voluptates corporis expetendæ, quæ verè & grauiter à Platone dictæ sunt illecebræ, atque escæ malorum? quæ enim confectio est valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur, atque eliciatur voluptate? cuius motus vt quisq. est maximus, ita est inimicissimus philosophiæ. cõgruere enim cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. quis enim cùm vtatur voluptate ea, qua nulla possit maior esse, attendere animum, inire rationem, cogitare omnino quidquam potest? quis autem tantus est gurges, qui dies & noctes sine vlla minimi temporis intermissione velit ita moueri suos sensus, vt moueãtur in summis voluptatibus? quis autem bona mente præditus non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas?

D. AVGVST. *contra Pelag. lib. 5. c. 5.* } * tunc obsequatur naturæ. cùm sine magistro senserit quid natura desideret.

NON. *Vbi grauitius pro ablatiuos* } Et qui exspectat pendet animi, quia semper quid futurum sit, incertum est.

NON. *noxia à noxa.* } Et ceteris quidem in rebus, in quibus peccata non maxima insunt, noxia tamen inferunt.

NON. *Equuleus.* } Vt igitur domitores equorum non verbera solùm adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpe subtrahunt, vt fame debilitetur equuleorũ nimis effrenata vis.

NON. *lentum* } Qui cùm publicas iniurias lẽtè tulisset, suam non tulit.

NON. *Conficens.* } Incontinentibus quidem terris vestrum nomen dilatari potest.

NON. *Conficere.* } Ea facultas nostris maioribus erat, qui confectis senatusconsultis.

NON. *Acre.* } * quod alterius ingenium sic dulce, vt acetũ Ægyptium: alterius sic acre, vt mel Hymettium dicimus.

NON. *Fides.* } Ponendæ sunt fides, & tibiæ.

NON. *Seuerum.* } Aliud ex siluis seuerum, & triste.

NON. *Tenue.* } Eundem enim non modò ex mediocri pecunia, sed etiam ex tenui percipere possum.

NON. *Priores à Primores* } Qui iidem nescio quid, qđ in primoribus habent, vt aiunt, labris.

NON. *Subducere.* } * non & sine ea cogitatione incundis, subducendísque rationibus.

D. AVT. *lib. 4. contra Pelagium.*] Ex quibus humanæ vitæ erroribus, & ærumnis sit, vt interdum veteres illi siue vates, siue in sacris, initiísq. tradendis diuinæ mẽtis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur, verúmq. sit illud, quod est apud Aristotelem, simili nos effectos esse supplicio, atque eos qui quõdam quum in prædonum Etruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur: quorum corpora viua cum mortuis, aduersa aduersis accõmodata, quàm aptissimè colligabãtur: ita nostros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis esse coniunctos.

NON. *Appendix* } Vidit enim, quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus, nihílque in eo esse magnum.

D. AVGVST. *lib. 14. c. vlt. Trin.* } Quæ nobis dies, noctísq. considerantibus, acuentibúsq. intelligentiam, quæ est mentis acies, cauentibúsq. nequando illa hebescat, magna spes est, aut si hoc, quod sentimus & sapimus, mortale & caducum est, iucũdum nobis, perfunctis muneribus humanis, occasum, neq. molestam exstinctionem, & quasi quietem vitæ fore: aut si, antiquis philosophis, hísq. maximis, longéq. clarissimis placuit, æternos, ac diuinos habemus: sic existimandũ est, quo magis hi fuerint sem[a] per in cursu id est, in ratione & inuestigandi cupiditate, & quo minùs se admiscuerint, atq. implicuerint hominum vitiis, atq. erroribus hoc illis facilioré adscẽsum, & reditum in cælum fore. Quapropter vt aliquãdo terminetur oratio, si aut exstingui tranquillè volumus, cùm in his artibus vixerimus, aut si ex hac in aliam haud paullo maiorem domum sine mora demigrare, in his studiis nobis omnis opera, & cura ponenda est.

a *al.* in suo cursu,

M. T. CICERONIS, M. CATO, seu, Laus M. Catonis.

GELL. *li.* 13. *c.* 18 } Proneposs M. Cat. censorij.

MACR. *lib.* 6. *c.* 2. } Cõtingebat in eo, quod plerísque contrà solet, vt maiora omnia re, quàm fama viderentur, id quod non sæpe euenit, vt expectatio à cognitione, aures ab oculis vinceretur.

M. Tullij Ciceronis, de Gloria lib. I.

CARIS. } In Tusculanum mihi nuntiabantur gladiatorij sibili.

FEST. *lib.* 13 } Oppidorum appellationem vsurpatione appellatam esse existimo, quòd opem darent.

M. Tullij Ciceronis, de Gloria lib. II.

GELL. *lib* 25. *cap.* 6. } Apud eundem poëtam Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit, vt sepeliatur, si sit fortè victus, declarátq. se velle, vt suum tumulum multis etiã pòst sæculis præterẽuntes, sic loquantur:

b *al.* in quib. peccata non maxime differũt, noxias tamen inscii attingunt.

Hic situs est vitę iampridē lumina linquens,
Qui quōdā Hectoreo percussus cōcidit ense.
Fabitur hoc aliquis, mea semp gloria viuet.

CARIS.]Quo stante,& incolumi.

M. T. CICERONIS, DE consolatione liber.

PLINIVS *præfatione.*]Crantorem sequor.

LACTANT *lib.3 cap.*18.]Idcirco nati sumus,vt scelerum pœnas luerēmus.

LACT.*lib.2.c.*19.] Non nasci, longè optimum,nec in hos scopulos incidere vitæ:proximum autem,si natus sis,quamprimùm mori, & tanquam ex incendio effugere fortunæ.

LACT.*lib* 3.c.14.]Sed nescio qui nos teneat error,aut miserabilis ignoratio veri.

CIC. *Tusc.*1.*LACT.ira c.*10.*lib* 1.c.5. *Instit.*] Animorum nulla in terris origo inuenīri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum, atq.fictum esse videatur, nihil ne aut humidū quidem,aut flabile,aut igneum.his enim in naturis nihil inest,quod vim memoriæ,mētis,cogitationis habeat:qđ & preterita teneat,& futura prouideat,& complecti possit præsentia, quę solæ diuina sunt. Nec inuenietur vnquā vnde ad hominem venire possint,nisi à Deo. Singularis est igitur quædā natura, atq.vis animi,seiuncta ab his vsitatis,notisq.naturis.Ita quidquid est illud, quod sapit,quod vult, quod viget,cæleste & diuinum est: ob eámq. rem æternum sit necesse est.nec verò Deus ipse,qui intelligitur à nobis,alio modo intelligi potest,nisi mens soluta quædam,& libera segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens,& mouens,ipsaq.prędita motu sempiterno.

A LACT.*lib.1.cap.*15. Cùm verò & mares, & fœminas complureis ex hominib.in deorum numero esse videamus, & eorum in vrbibus atq.agris augustissima templa veneremur: assentiamur eorum sapiētiæ, quorum ingeniis, & inuentis omnem vitam legibus & institutis excultam,constitutámq.habemus.Quòd si vllum vnquam animal consecrandum fuit, illud profectò fuit,si Cadmi,aut Amphionis[a] progenies, aut Tyndari, in cælum tollenda fama fuit, huic idem honos certè dicandus est.quod quidem faciam, téq.omnium optimam, doctissimámq.approbantibus diis immortalib.ipsis in eorum cœtu locatam,ad opinionem omnium mortalium consecrabo.

a L.Amphitryonis.

B LACT.*lib.*3.*c.*19.] Nec enim omnibus iidē illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in cœlum patēre.nam vitiis & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras,atq.in cœno iacēre docuerūt:castos[b] autem,puros,integros, incorruptos,bonis etiam studiis atq artib.expolitos, leui quodam ac facili lapsu ad deos, id est,ad naturam sui similem peruolare.

b *al.*castos vt̄ animos, & puros.

LACT.*lib.*3.*c* 28.]Cedo,& manum tollo.

M.T. CICERONIS LIBER DE suis consiliis, vel expositio suorum consiliorum.

BOETH.*lib.*1.*Mus.*]Sed vt aliqua similitudine adductus,maximis minima cōferā,vt cùm vinolenti adolescentes,tibiarum etiā cantu,vt fit,instincti, mulieris pudicæ fores frangerēt, admonuisse tibicinam,vt spondeum caneret, Pythagoras dicitur.quod cùm illa fecisset,tam ditate modorum, & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

C

D

M.Tullij Ciceronis de virtutibus liber.

CARIS.*lib.*2.]Illud neutiquam probares.

M. Tullij Ciceronis de notis liber.

Adprobat.	modestus.	epistola,
comprobat.	immodestus.	littera.
improbus.	modicus.	litteræ.
probus.	immodicus.	syllaba.
probitas.	commodus.	tempus.
improbitas.	incommodus.	per tempus.
probabilis.	accommodat.	per idem tempus.
reprobat.	in modum.	temporalis,
modus.	admodum.	extemporalis.
modulus.	quemadmodum.	homo.

M.Tullij Cic. Chorographia.

Vide poligr.

PRISC.*lib.*6.] Ibi quercorum rami ad terram iacent,vt sues,quasi capræ ex ramis glandē pascantur.

*Ex M.T.Ciceronis, ad Varronem Acad.lib.*1.

NON.*Digladiari.*]Quid autem stomachetur Muesarchus,quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus?

*Ex lib.*I I. *Academicorum, ad Varronem.*

NON.*Adhamare.*]Quid enim seriùs honores adhamauerunt[a], vix admittuntur ad eos, nec satis cōmendati multitudini possunt esse.

a *Errat hic Nonius. legēdum enim apud M. Tul. ut anima perupt.*

NON.*Exponere.*]Frangere auaritiam,scelera ponere, vitam suam exponere ad imitandum iuuentuti.

NON.*Hebes.*] Quid? lunæ quælineamenta sint potēne dicere? cur eius nascentis aliàs hebetiora,aliàs acutiora videantur cornua?

NON.*Purpurascit,*]Quid? mare nónne cæruleum? at eius vnda, cùm est pulsa remis,purpurascit: & quidem aqua tinctum quodammodo,& infectum.

NON.*Æquor*]Quid tā planū videtur, quàm mare? ex quo etiā æquor illud poetæ vocant.

NON.*Alabaster.*] Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putēre videatur.

NON.*Siccū.*]Alius adultis:alius senib?:alius ægris, alius sanis:alius siceis, alius vinolentis.

NON.*Vrinari.*]Si quando enim nos demersimus, vt qui vrinantur, aut nihil superum, aut obscurè admodum cernimus.

NON.*Perpendiculum.*] Atqui,si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis,non regulis.

NON.*Gallina.*] Cùm ouum inspexerant, quæ gallina peperisset,dicere solebant.

DIOMED.]Opera affixa.

*Ex lib.*III.*Academicorum,ad Varronem.*

NON.*Ingenerari.*]In tanta animalium varietate homini vt soli cupiditas ingenerarētur cognitionis,& scientiæ.

NON.*Vindico.*] aliqua potestas si sit,vindicet se in libertatem.

NON.*digladiari.*] Digladiari autem semper depugnare cum facinorosis,& audacibus,quis non

non cùm miserrimum, tum etiã stultissimum dixerit?

NON.] *Exsulto.* Et vt nos nunc sedemus ad Lucrinum piscículósq exsultantes videmus.

LACT. *lib. 6. c.* 24.] Quod si liceret, vt iis, qui in itinere deerrauissent, sic vitam deuiam secutis, corrigere errorem pœnitendo, facilior esset emendatio temeritatis.

Ex lib. incerto Academicorum, ad Varronem.

LACT. *lib. 3. c.* 15.] Mihi autem non modò ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes & obtusi.

MARCIAN. *lib. 5.* FORTVNATIAN. *lib 3.*] Latent ista omnia, Varro, magnis obscurata, & circumfusa tenebris.

AVGVST. *lib. 3. contra Acad.*] Academico sapienti ab omnibus ceterarum sectarum, qui sibi sapientes viderentur, secundæ partes dantur, cùm primas sibi quemque vendicare necesse sit: ex quo potest probabiliter confici, eum rectè primum esse iudicio suo, qui omnium ceterorum iudicio sit secundus. Fac enim, verbi causa, Stoicum adesse sapientem. nam contra eos potissimum Academicorum exarsit ingenium. Ergo Zeno, vel Chrysippus si interrogentur, quid sit sapiens, respondebit, eum esse, quem ipse descripserit. Contrà Epicurus, vel quis alius aduersariorum negabit, suúmque potius peritissimum voluptatum aucupem, sapientem esse contendet. Inde ad iurgium. Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur, hominem natum ad nihil esse aliud quàm honestatem: ipsam suo splendore in se animos ducere, nullo prorsus commodo extrinsecus posito, & quasi lenocinante mercede: voluptatémque illam Epicuri solis inter se pecoribus esse communem, in quorum societatem & hominem, & sapientem trudere nefas esse. Contrà ille, conuocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulentorum, quærentium tantùm, quem incomtis vnguibus bacchantes, asperóque ore discerpant, voluptatis nomen, suauitatem, quietem teste populo exaggerans, instat acriter, vt sine ea, beatus nemo esse posse videatur. In quorum rixam si Academicus incurrerit, vtrosque audiet trahenteis se ad suas parteis. sed si in illos, aut in istos concesserit, ab eis, quos deserit, insanus, imperitus, temerariúsque clamabitur. Itaque cum & huc, & illuc aurem diligenter admouerit, interrogatus quid ei videatur, dubitare se dicet. Roga nunc Stoicum, quis sit melior, Epicurúsne, qui delitare illum clamat: an Academicus, qui sibi adhuc de re tanta deliberandum esse pronuntiat. nemo dubitat Academicum prælatum iri. Rursus te ad illum conuerte, & quære, quem magis amet, Zenonem, à quo bestia nominatur, an Arcesilam, à quo audit, tu fortasse verùm dicis, sed requiram diligentius: nónne apertum est totam illam porticum, insanam, Academicos autẽ præ illis modestos, cautósque homines visum iri Epicuro?

D. AVGVST. *lib. 2. contra Acadẽ.*] Talia mihi videntur omnia, quæ probabilia, vel verisimilia putaui nominanda: quæ tu si alio nomine vis vocare, nihil repugno. satis enim mihi est, te iam bene accepisse, quid dicam: id est, quibus reb. hæc nomina imponam. non enim vocabulorum opificem, sed rerum inquitorem decet esse sapientem.

D. AVGVST. *lib. 3. contra Academ.*] Mos fuit Academicis occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam, nisi qui secum ad senectutem vsque vixissent, aperiendi.

Ex lib. de natura deorum, III.

LACT. *lib. 2. c. 9.*] Primùm igitur non est probabile, eam materiam rerum, vnde orta sunt omnia, esse diuina prouidentia effectam, sed habere & habuisse vim, & naturam suam. Vt igitur faber, cùm quid ædificaturus est, nõ ipse facit materiam, sed ea vtitur, quę sit parata: fictórque itẽ è cera: sic isti prouidentiæ diuinæ materiam præstò esse oportuit, non quã ipsa faceret, sed quam haberet paratam: quod si non est à deo materia facta, ne terra quidẽ, & aqua, & aer, & ignis à Deo factus est.

LACTANT. *lib. 2. cap 3.* Non sunt ista vulgò disputanda, ne susceptas publicè religiones disputatio talis exstinguat.

Ex lib. I. De diuinatione.

DIOMED. *lib. 1.*] Præterea similiter cohortatione circum conciliabula antecellunt.

Ex lib. I. De legibus.

LACT. *lib. 5. c. 8.*] Sicut vna, eadémque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret, ac nititur, sic omnes homines inter se natura confusi, prauitate dissentiunt, nec se intelligunt esse consanguineos, & subiectos omneis sub vnam, eandémque tutelam: quod si teneretur, deorum profectò vitam omnes viuerent.

Ex lib. II. De legibus.

LACT. *lib. 1. c. 20.*] Magnum, audáxque consilium Græcia suscepit, quòd Cupidinum: & Amorum simulacra in gymnasiis cõsecrauit.

Ex lib. V. De legibus.

MACR. *lib. 6.*] Vísne igitur, quoniam sol paullulum à meridie iam deuexus videtur, neque dum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur, descendamus ad Lirim, eáque, quæ restant, in illis alnorum vmbraculis persequamur?

Ex libro incerto De legibus.

LACT. *lib. 3. cap. 19.*] Gratulemúrque nobis, quoniam mors aut meliorem, quàm qui est in vita, aut certè non deteriorem est allatura statum. nam sine corpore, animo vigente, diuina est vita: sensu carenti nihil profectò est mali.

AVGVST. *lib. 21. de Ciuit.*] Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exsulium, mors, seruitus.

Ex lib. De fato.

GELL. *lib. 5. c. 3.*] Chrysippus æstuans, laboránsque quónam pacto explicet, & fato omnia fieri, & esse, aliquid in nobis intricatur hoc modo.

MARC. *lib. 3.*] Nam cùm esset apud se ad Lauernium Scipio, vnáque Pontius: allatus est fortè Scipioni acipenser, qui admodum ratò capitur, sed est piscis, vt ferunt, in primis nobilis. Cùm autem Scipio vnum & alterum ex iis, qui eum salutatum venerant, inuitasset, plureísque etiam inuitaturus videretur: in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas. acipenser iste paucorum hominum est.

Ex Timæo, seu de vniuerso, ex Platone.

NON. *Curriculum.*] Ratione igitur, & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum est solis, & lunæ.

PRISC. *lib. 1. part.* * Defenstrix.

M. TVLLII CICERONIS TIMÆVS, SEV DE VNIVERSO, FRAGMENTVM.

MVLTA sunt à nobis & in Academiis conscripta cõtra physicos, & sæpe cum P. Nigidio, Carneadeo more & modo disputata. fuit enim vir ille cùm ceteris artibus, quæ quidem dignę libero essẽt, ornatus omnibus: tum acer inuestigator, & diligens earum rerũ, quæ à natura inuolutæ videntur. Denique sic iudico, post illos nobileis Pythagoreos, quorum disciplina exstincta est quodammodo, cùm aliquot sæcula in Italia, Siciliáque viguisset, hunc exstitisse, qui illam renouaret. Qui cùm me in Ciliciam proficiscentem, Ephesi exspectauisset, Romam ex lẽgatione ipse decedens: venissétque eódem Mitylenis mei salutandi, & visendi causa Crátippus, Peripateticorum omnium, quos quidẽ ego audiuerim, meo iudicio facilè princeps: perlibẽter & Nigidium vidi, & Cratippum cognoui. Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione cõsumsimus.

Desunt multa.

Quid est, quod semper sit, neque vllum habet ortũ? & quod gignatur, nec vmquam sit. Quorum alterum intelligentia, & ratione comprehenditur: quod vnum semper, atque idem est: alterum, quod affert opinionem per sensus, rationis[a] expers: quod totum opinabile est, id gignitur, & interit, nec vmquam esse verè potest. Omne autem quod gignitur, ex aliqua causa gigni necesse est. nullius enim rei, causa remota, reperiri origo potest. Quocirca si is, qui [b] aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quę semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est. sin autem illam, quæ gignitur: numquam illam quam expetet, pulchritudinem cõsequetur. Omne igitur cęlum, siue mundus, siue [c] quouis alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit. De quo id primùm considereamus, quod principiò est in omni quæstione considerandum, sempérne fuerit, nullo generatus ortu: an [d] ortus sit, an ab aliquo temporis principatu ortus est, quandoquidem cernitur, & tãgitur, & est vndique corporatus. Omnia autem talia sensum mouent: sensúsque mouentia quæ sunt, eadem in opinione consident. quæ ortũ habere, gigniq. diximus: nihil autem gigni posse sine causis. Atq. *illum[e] quidem quasi parentẽ huius vniuersitatis inuenire, difficile: & cum ã inueneris in vulgus*

a, L. rationis experteis:

b *fort.* qui aliquod opus, ef. *fort.* qui aliquid effe

c. L. siue quo alio vocab.

d. L. an ortus sit ab aliquo tẽporis principatu. Ortus est, quand.

e. dixi quædã ad hunc locum. 3. de officiis, vbi de Diogene Babylonio, adde Ciceronem 1. de Natura. *

f *fort.* difficile

γεὶς πάντας ἀδύνατον λέγειν. *fort.* prædicare in vulgus.

in vulgus, nefas. Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis vtrùm sit imitatus exemplar, ídne, quod semper vnum & idem, & sui simile: an id, quod generatum, ortúmque dicimus. Atque si pulcher est hic mũdus, si probus eius artifex: profectò speciem æternitatis imitari maluit: sin secus, quod ne dictu quidẽ fas est: generatum exemplum est pro æterno secutus. Non igitur dubium, quin æternitatem maluerit exsequi[a], quandoquidẽ neque mundo quidquam pulchrius, neque eius ædificatore præstãtius. Sibergo generatus, ad id est, effectus, quod ratione, sapientiáque comprehenditur, atque immutabili ęternitate continetur. Ex quo efficitur, vt sit necesse, hũc, quem cernimus, mundum, simulacrum æternum esse alicuius æterni. Difficillimum autẽ est in omni cõquisitione rationis, exordium. De iis igitur, quæ diximus, hæc [c] sit prima distinctio. In omni ratione cum iis rebus, de quibus explicãdum videtur, esse cognitio. Itaque cũ de re stabili, & immutabili disputatur: oratio talis sit, qualis sit illa, quę neque redargui, neque cõuinci potest. Cùm autem ingressa est imitata, & effecta simulacra: bene agi putatd, si similitudinẽ veri cõsequatur. Quantũ enim ad id, quod ortum est, æternitas valet: tantum ad fidem veritas. Quocirca si fortè de deorum natura, ortúque mundi dissérentes, minùs id, quod [e] habemus[f], animo cõsequimur, vt tota dilucidè, & planè exornata oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat: haud sanè erit mirum: contentíque [g] esse debebitis, si probabilia dicentur. æquum est enim meminisse, & me, qui disserem, hominem esse: & vos, qui iudicatis: vt si probabilia dicentur, nil vltrà requiratis. Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, vt originem rerum, & molitionem nouam quæreret. Probitate videlicet præstabat: probus autem, inuidet nemini. itaq. sui[h] similia generauit. Hæc nimirum gignendi mundi causa iustissima. Nam cùm constituisset Deus bonis omnib. explere mundum, mali nihil admiscere, quoad natura pateretur: quidquid erat, quod in cernendi sensum caderet, id sibi [i] assumsit, *non tranquillum, & quietum, sed immoderate agitatum, & fluctuans: idque ex inordinato in ordinem adduxit*. hoc enim iudicabat esse præstantius. Fas autem nec est, nec vmquam fuit, quidquam nisi pulcherrimum facere eum, qui esset optimus. Cùm[k] rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum, quæ natura cernerentur, non intelligens, intelligente, in toto genere, præstantius: intelligentiam autem vlli rei adiunctam esse, sine animo nefas esse. Quocirca intelligentiam

a L. sequi.

b L. si: ergo generatus,

c L. hæc sit prima distinctio. Omni rationi cum iis rebus, de quib. explicandũ est, videtur esse cognatio. Itaq. id est, quod dicimus. de ratione vitæ scripsi quæ initio orationis pro A. Cluentio habito.

e *fort.* putet.

f L. quod sumus, omnino cõsequimur vt, &c.

g ἀφασία χρή.

h L. omnia sui similia generauit. Plato τὰ μὲν ἀγαθὰ ἀγαθοῦ, τὰ δὲ κακὰ κακοῦ, & ἐξ ἀγαθοῦ ἀγαθὰ γίγνεσθαι.

i Pronomen ibi, *sibi*, videtur deesse.

k L. Cùm rationẽ igitur habuisset, reperiebat hanc habere, &c.

gentiam in animo, animum conclusit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Quam ob causam nō est cunctandū profiteri, si modò inuestigari aliquid coniectura potest, hunc mundum, animal esse, id que intelligens, & diuina prouidentia constitutum. Hoc posito, quod sequitur, videndum est, cuiúsnam animantium Deus in fingendo mundo similitudinem secutus sit. Nullius profectò, eorum quidem, quæ sunt nobis nota animantia. sunt enim omnia in quædam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte perfecta. imperfecto autē, nec absoluto simile, pulchrum esse nihil potest. cuius ergo omne animal quasi particula quædā est, siue in singulis, siue [a] in diuerso genere cernatur, eius similem mundum esse dicamus. Omnes igitur, qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur animantes, complexu rationis, & intelligentiæ, sicut homines, hoc mūdo, & pecudes, & omnia, quæ sub adspectum cadunt, comprehenduntur. quod enim pulcherrimum in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutissimum est, cùm [b] Deus similem mundum efficere vellet, animal vnum, adspectabile, in quo omnia animalia continerētur, effecit. Recténe igitur vnum mūdum dixerimus [c], an sint plures, an innumerabiles, dictu verius, & melius. Vnus profectò, si quidem factus est ad exemplum. quod enim omneis animanteis eos, qui ratione intelliguntur, complectitur, id non potest esse cum altero. Rursus enim alius animans, qui eum cōtineat, sit necesse est, cuius partes sint, animantes superiores, cælúmque hoc, simulacrum illius vltimi sit, non proximi. Quorum ne quid accideret, atque vt hic mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso, quòd solus, atque vnus esset, id circo singularem Deus hūc mūdum atque vnigenam procreauit. Corporeum autem, & adspectabile, itémque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. Nihil porrò, igni vacuū, videri potest: nec verò tangi, quod careat: solidum autē nihil, quod terræ sit expers. Quāobrem mundum efficere moliens Deus, terram primùm, ignémque iungebat. Omnia autem duo ad cohærendum, tertium aliquid requirunt, & quasi nodum, vinculúmque desiderant. Sed vinculorum id est aptissimum, atque pulcherrimum, quod ex se, atque [d] de his, quæ adstringit, quàm maximè vnum efficit. Id optimè assequitur, quæ Græcè ἀναλογία, Latinè (audendum est enim, quoniam hæc primùm à nobis nouantur) comparatio, proportióve dici potest. Quando enim trium vel numerorum, vel figurarum, vel quorumcumque generum cōtingit, vt [e] quod medium sit, vti primum proportione, ita id postremò compare tur, vicissimque vt extremum cum medio, sic medium cum primo conferatur: id quod medium est, rursum primum sit, tum postremum: postrema verò & prima media fiūt. Ita necessitas cogit, vt eadem sint ea, quæ deiūcta fuerunt [f]. Eadem autem cùm facta sint, efficitur, vt omnia sint vnū. Quòd si vniuersitatis corpus, planum, & æquabile explicaretur, neque in eo quidquam [g] esset requisitum: vnum interiectum medium, & se ipsum, & ea, quibus esset interpositum, colligaret. Sed cùm soliditas mundo quæreretur: solida autem omnia vno medio, numquam, duobus semper copulentur: ita contingit, vt inter ignem & terram,

[a] L. siue in vniuerso gen.

[b] L. ei cùm deus similem m.

[c] L. diximus, an plures, atq; innumerabiles, dictu verius, & melius? Vnus prof.

[d] L. atque ex his, quæ adstr.

[e] L. vt veluti ei, quod medium sit, primum pr.

[f] *fort.* fuerant.

[g] L. quidquā alitudinis esse requisit.

At aquam Deus, animímque [a] poneret, eáque inter se compararet, & proportione coniungeret, vt quemadmodum ignis, animæ: sic anima, aquæ: quódque anima, aquæ: id aqua, terræ proportione redderet. Quia ex coniunctione cælum ita aptum est, vt sub ad pectum & tactum cadat. Itaque & ob eā causam, & ab iis rebus numero quattuor mundi est corpus effectum, ea cōstructum proportione, quadixi: ex quo ipse se concordi quadam amicitia, & caritate comp'ecticur: atque ita aptè cohæret, vt dissolui nullo modo queat, nisi ab eodem, à quo est colligatus. Earum autē quattuor rerum, quas suprà dixi, sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, vt nulla pars huiusce generis excederet extrà, atque in hoc vniuerso inessent genera illa vniuersa. Id ob eas causas, primùm vt mundus animans, possit [b] ex perfectis partibus esse perfect': deinde vt vnus esset, nulla parte, vnde alter gigneretur, relicta: postremò ne quis morbus eum possit [c], aut senectus affligere. omnis enim coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehemēti labefactatur, & frāgitur, & ad morbos, senectutémque cōpellitur. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitórque Deus, vt vnum opus totū atque perfectum ex omnibus totis, atq. perfectis absolueretur [d] quod omni morbo, senióve careret. Formam autem & maximè sibi cognatam, & decorā dedit. A quo enim animante omneis reliquos contineri vellet animanteis, hūc ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur: & globosus est fabricatus: quod σφαιροειδὲς Græci vocāt: cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur: idque ita tornauit [e], vt nihil effici possit rotundius, nihil vt asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum f angulis, nihil amfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum: omnésque partes simillimæ omnium, quoad [g] eius præstabat iudicio dissimilitudini similitudo. Omni autem totam figūram mundi læuitate circumdedit. nec enim oculis egebat, quia nihil extrà, quod cerni posset, relictū erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidem: neque erant anima circumfusa extrema mundi, vt respirationem requireret: nec verò desiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti, & consumti cibi. neque enim vlla decessio fieri poterat. neque accessio: neque verò erat vnde. ita se ipse consumtione, & senio alebat suo, cùm ipse per se, & à se & pateretur, & faceret omnia. sic enim ratus est ille, qui ista iunxit, & condidit, ipsum [h] se contentum esse mundum, neque egere altero. Itaque nec ei manus affinxit, quia nec capiendum quidquam erat, nec repellendum: nec pedes: nec alia membra, quibus i ingressus corpore sustineret. motum enim dedit cælo eum, qui figuræ eius sit aptissimus, qui vnus ex septem motibus mentem, atque intelligentiam cohiberet maximè. Itaq vna conuersione, atq. eádē ipse circum se torquetur, & verticur. Sex autem reliquos motus ab eo separauit. itaque eum ab [k] omni erratione liberauit. Ad hanc igitur conuersionem, quæ pedibus, & gradu non egeret, ingredien di membra non dedit. Hæc Deus is, qui erat, de aliquando Deo futuro cogitans, ἀγαθὸν ei effecit. & vndique æquabilem, & à medio ad summum parem, & perfectū, atque absolutū

[a] *al.* ἀέρα καὶ πῦρ.

[b] L. posset.

[c] L. posset.

[d] L. absolueret.

[e] καὶ κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορ. εὐσα-τν.

[f] L. incisum.

[g] L. quod eius præst.

[h] αὐτάρκη.

[i] *fort* quibus in gressu corpus sustineret. *fort.* quibus ingressum corporis sustineret *al* quibus ingressus corporis sustineret.

[k] L. delet præpositionē, *al.*

ex absolutis, atque perfectis. Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetendit: deinde eum circumdedit corpore, & vestiuit extrinsecus: cælóque soliuago, & volubili, & in orbem incitato complexus est, quod [a] secum ipsum propter virtutem facilè esse posset, nec desideraret alterum, satis sibi ipse notus, & familiaris. Sic Deus ille æternus hunc perfectè beatum Deum procreauit. Sed animum haud ita, vt modò locuti sumus, tum denique, cùm corpus ei effecisset, inchoauit. neque enim esset rectum, minori parêre maiorem. Sed nos multa inconsideratè, ac temerè dicimus. Deus autem & ortu, & virtute antiquiorem genuit animum, eúmque vt dominum, atque, imperantem, obedienti præfecit corpori: idque molitus tali quodam est modo. Ex materia, quæ indiuidua est, & quæ semper vniusmodi, suíque similis, & ex ea, quæ [b] corporibus diuidua gignitur, tertium materiæ genus ex duobus in medium admiscuit; quod esset eiusdem naturæ: & quod alterius: idque interiecit inter indiuiduum, atque id, quod diuiduũ esset in corpore. Ea cùm tria sumsisset, vnam in speciem temperauit: naturámque illam, quam alterius diximus, vel [c] cum eadem coniunxit, fugientem, & eius copulationis [d] alienam permiscens cum materia, cùm ex tribus effecisset vnũ id ipsum in ea, quæ decuit, membra partitus est. Iam parteis singulas ex eodem, & altero & ex materia temperauit. Fuit autem talis illa partitio. Vnam principio partem detraxit ex toto: secundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam, quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla: deinde quartam, quæ secundæ dupla esset: quintam inde, quæ tertiæ tripla: tum sextam octuplam primæ: postremò septimam, quæ septem, & viginti partibus antecederet primæ. Deinde instituit dupla, & tripla interualla explere, parteis rursus ex toto desecans: quas interuallis ita locabat, vt in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant: sed quasi ita dixerim, intelligatur: erit enim planius: earum alteram, eadem parte præstantem extremis, eadémq. superatam: alteram pari numero præstantem extremis, parique numero superatam. Sesquialteris autem interuallis, & sesquitertiis, & sesquioctauis sumtis ex his colligationibus in primis interuallis, sesquioctauo interuallo, sesquitertia omnia explebat, cùm particulam singulorum relinqueret. Eius autem particulæ interuallo habebat numerus ad numerum eandem proportionem, comparationémque in extremis, quam habent CCLVI. cum CCLIII. atque ita permistum illud, ex quo hæc secuit, iam omne consumserat. Hanc igitur omnem coniunctionem, duplicem in longitudinem diffidit: mediæque accommodãs mediam, quasi decussauit: deinde in orbem torsit, vt & ipsæ secum, & inter se ex commissura, quæ è regione esset, iungerentur: eóque motu, cuius orbis semper in eo dẽ erat, eodémque modo ciebatur, vndique est eas circumplexus. Atque ita cùm [e] alterum esset exteriorem amplexus orbem illum, eiusdem naturæ: hũc, alterius nominauit: eámq. [f] quæ erat eiusdẽ, detorsit à latere in dextram partem: hanc ẽ autem citimam, à media linea direxit ad læuã: sed principatũ dedit superiori [h]; quam solam indiuiduam reliquit. Interiorem autem cùm in sex parteis diuisisset, septem orbeis dispares, duplo, & triplo interuallo moueri iussit, cõtrariis inter se cursibus. eorum autem trium fecit pareis celeritates: sed quattuor, & inter se dispareis, & dissimileis [a] trium reliquorum. Animum igitur cùm ille procreator mundi Deus ex sua mente, & diuinitate genuisset: tum deniq. omne, quod erat concretum atq. corporeum, substernebat animo, interiúsq. faciebat: atq. ita medio medium accommodans copulabat. Sic animus à medio profectus, extremitatem cæli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit, seséque ipse versans, diuinæ, sempiternæ, sapientísque vitæ induxit exordium. Et corpus quidem cæli spectabile [b] effectum est, animus autem oculorum effugit obtutum. Est autem animus ex omnibus, rationis, contentionísq. [c] (ἁρμονίᾳ [d] Græcè sempiternarum rerum, & sub intelligentiam cadentium compos, & particeps: quo [e] nihil ab optimo, & præstantissimo genitore melius procreatum: quippe, qui ex eadem vinctus, alteráque natura, adiuncta materia, temperatione trium partium, proportione compactaf, se ipse conuersans, cùm materiam mutabilem arripuisset [g], & cùm rursus indiuiduam, atque [h] simplicem, per quam omnis mouetur, discernítque, quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cetera diuidicat, quid cuique rei sit maximè aptum, quid quoque loco, aut modo, aut tempore contingat: quæque distinctio sit inter ea, quæ gignuntur, & ea, quæ sint semper eadem. Ratio autem vera, quæ versatur in iis, quæ sunt semper eadem, & in iis, quæ mutantur, cùm in eodem, & in altero mouetur ipsa per se sine voce, & sine vllo sono, cùm [i] eandem partem attingit, qua sensus cieri potest: orbis [k] illius generis alterius immutatus, & rectus omnia animo, mentíq. denuntiat: tum opiniones, adsensionésque firmę, vereque gignuntur. Cùm autem in illis rebus vertitur, quæ manentes semper eædem, non sensu, sed intelligentia continentur [l].

Desunt multa.

15 Ratione igitur & mente diuina, ad originem temporis, curriculum inuentum est solis & lunę, *& aliorum quinque astrorum errantiũ cognomento, ad temporis numeros distinguendos, & conseruandos.* Corpora autem eorum singulorum cùm effecisset Deus, ea ad eas conuersiones collocauit, quas alterius circuitus conficiebat, quæ sunt septem, vt & illa septem: ita vim suam natura conuertit, vt terram lunæ cursus proximè ambiret, eíque supra terram proxima solis circũuectio esset. Lucifer deinde, & sancta Mercurij stella cursum habent solis celeritati parem, sed vim quandam contrariam: eáque conuersione, quam inter se habẽt Lucifer, Mercurius, Sol, alij alios vincunt, vicissimque vincuntur. Reliquorum siderum quæ causa collocandi fuerit, quæque eorum sit collocatio, in sermonem alium differendum est, ne in eo, quod attingendum fuit, quàm in eo, cuius causa id attigimus, longior ponatur oratio. Quãdo igitur vnumquodque eorũ siderum cursum decorum est adeptum, è quibus erat motus temporis consignandus: colligatísque [m] corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta sunt: eáque imperio parêre didicerunt: tunc ex alterius naturę motione transuersa, in eiusdem naturę motum:

a L. quod secum ipse pr.

b L. quæ in corp.

c L. vi cum eadem c.

d L. alienam. Permiscens autem.

a L. dissimileis trium, reliquorum, ratione tamen Anim.

b adspectabile.

c L. cõcentionisque.

d L. ἁρμονίᾳ Gr.

e L. quo nihil eorum, quæ procreata sunt, ab opt.

f L. compactus.

g L. arripuit.

h L. atq. simplice, per ipsam totam omnis mouetur, discernit.

i *fort.* cùm eam partem attingit, qua

k L. & orbis illius generis alterius.

l L. continentur: tũ intelligentia, tũque ratione necessario efficitur, atque absoluitur.

a L. cùm alter esset exterior alterum interiorẽ amplexus orbẽ. illum.

f L. cùmq. qui erat.

g L. hunc autem citimũ, hũc exteriori:

i L. quem solum indiuiduum rel.

m L. colligatísque corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta sunt; eáque

motum incurrentia, in eóque hærentia, atque impedita, cùm alia maiorem lustrarent orbem, alia minorem, tardiúsque maiorem, celeriúsque minorem, motu verò vnius, eiusdémque naturæ: quæ velocissimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus, & cùm superabant, superari videbantur. omnis [a] enim orbis eorum quasi facilitatis inflexione vertebatur: quam bifariam cõtrariè simul procedentia efficiebant, vt quod esset tardissimum, id proximum fieret celerrimo. Atque vt esset mensura quædam euidens, quę in istis octo cursibus celeritates, tarditatésque declaret: Deus ipse solem, quasi lumen, accendit ad secundum supra terram ambitum, vt quam maximè cælum omnibus collueret, animantésque, quibus ius esset doceri, ab eiusdem motu, & [b] ab eo, quod simile esset, numerorum naturam, vimque cognoscerẽt. Nox igitur, & dies ad hunc modum, & ob has generata causas, vnum circuitum orbis efficit [c] sapientissimum, atque optimum: mensis autem, quando luna lustrato suo cursu solem consecuta est: annus, vbi sol suum totum confecit, & peragrauit orbem. Ceterorum autem siderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neque [d] nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur. itaque nescíunt, hos siderum errores, id ipsum esse, quod ritè dicitur tempus, multitudine infinita, varietate admirabili præditos. Attamen illud prospici [e], & intelligi potest, absoluto, perfectóque numero temporis, absolutum, perfectúmque annum, tunc compleri denique, cùm se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput retulerunt, cúmque eos permensus est idem, & semper sui similis orbis. Has igitur ob causas nata astra sunt, quæ per cælum penetrantia solstiali se, & brumali reuocatione conuerterent: vt hoc omne animal, quod videmus, esset illi anima li, quod [f] sentimus, ad ęternitatis imitationem simillimum. Et cetera quidem vsque ad tẽporis ortum impressa [g] ab illis, quæ imitabatur, effanxerat. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, ex ea parte desiciebat ad propositũ exemplar imaginis similitudo. Quot igitur, & qualeis animalium formas mens, in speciem rerum intuens, poterat cernere, totidem, & taleis in hoc mũdo secum cogitauit effingere. Erant autem animantium genera quattuor: quorum vnum diuinum, atque cæleste: alterum pennigerum, & aerium: tertium aquatile: terrestre, quartum. Diuinæ animationis maximè speciem faciebat ex igne, ita vt splendidissimus esset, & adspectu pulcherrimus. cúmque similem vniuersitatis naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit, comitéque [h] eum sapientia quàm optimæ mentis effecit, circúmque cælum æqua liter distribuit, vt hunc hae varietate distinctum bene Græci κόσμον nos lucentem mundum nominaremus. Dedit autem diuinis duo genera motus: vnum, quod semper esset in eodem æquè, & idem in omnibus, atque vno modo celeraret: alterum, quod in anticam partem à conuersione eiusdem, & similis, pelleretur. Quinque autem reliquis motibus orbem eum esse voluit expertem, immobilem, & stantem. Ex quo genere ea sunt sidera, quæ infixa cælo non mouentur loco: quę sunt animãtia: eáque diuina, ob eãque causam suis fe-

dibus inhærent, & perpetuò manent. Quæ autem vaga, & mutabili ratione [a] labuntur, ita gene ata sunt, vt suprà diximus. Iam verò terram, altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur, diei, noctísque effectricem, eandémque custodem, antiquissimam deorum [b] voluit esse eorum, qui [c] intra cælum gignerentur. Flexiones autem deorum, & inter ipsos deos concursiones, quæque in orbibus eorum cõuersiones, antecessiones éque eueniant, cúmque inter se pænè cõtingant, eos, qui propè cõpulentur contraria regione, & pone quos aut ante labantur, quibusque temporibus à nostro adspectu obliteſcant, rursúsque emersi errorẽ [d] incuriãt rationis expertibus, si verbis explicare conemur, nullo posito sub oculis simulacro, earum rerum frustra suscipiatur labor. Sed hæc satis sunt [e] dicta nobis. Quæ de deorum, qui cernuntur, quíque orti sunt, natura præfati sumus, habeant hunc terminum.

Reliquorum autem, quos Græci δαίμονας appellant, nostri, opinor, Lares, si modò hoc rectè conuersum videri potest, & nosse, & [f] nuntiare ortum eorum [g], maius est, quàm vt profiteri scribere nos audeamus. Credendum ni mirum est veteribus & [h] priscis, vt aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant. Itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. Nosse autem generatores suos optimè poterãt: ac difficile factu est, ài diis ortis, fidem non habere: quamquam nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmatur: sed quia de k suis rebus notis videntur loqui, veteri legi, morique parendum est. Sic igitur, vt ab his est traditum, horum deorum ortus habeatur, atque dicatur, vt Oceanum, Salaciámque Cæli satu, Terrãque conceptu generatos, editósque memoremus: ex his Phorcyn, Saturnum, & Opem: deinceps Iouem, atque Iunonem, reliquos, quos fratres inter se, agnatósque vsurpare [l], atque appellare videmus, & eorum, vt vtamur veteri verbo, prosapiam [m]. Quando igitur omnes, & qui mouentur, palámque ostenduntur, & qui eatenus nobis declarantur, quo [n] ipsi volunt, creati sunt, tum ad eos is Deus, qui omnia genuit, fatur: Hæc vos, qui deorum satu orti estis, attendite: quorum operum ego parens, effectórque sum, quæ [o] per me facta, non sunt dissoluta [p] me inuito: quamquam omne colligatum solui potest: sed haud quaquam boni est, ratione vinctum velle dissoluere. Sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse, & indissolubiles non potestis: neutiquam tamen dissoluemini, nec vos vlla mortis fata perimẽt, nec [q] fraus valẽtior, quàm consiliũ meũ: quod maius est vinculum ad perpetuitatẽ vestrã, quàm illa, quibus estis tum, cùm gignebamini, colligati. Quid sentiam igitur, cognoscite. Tria nobis genera reliqua sunt, eáq; mortalia: quibus prætermissis, cæli absolutio perfecta non erit. omnia enim genera, animalium complexu non tenebit: teneat autem oportebit [r], vt eodẽ ne quid absit, quę à me ipso effecta sint, quod deorum vitam possit adæquare. Vt igitur mortali generentur conditione, vos suscipite, vt illa gignatis, imiteminiq; vim meam, qua in vestro ortu me vsum esse meministis: in quibus qui tales creantur [s], vt deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellẽtur, teneántque omnium animantium principatum, vobísque [t] iure & lege

[a] al. errationes

[b] L. corpore Plato, σωμάτων

[c] L. quæ

[d] L. terrorem

[e] L. sint

[f] L. & enuntiare

[g] L. delet vocem, eorum,

[h] L. & cæteris, vt aiunt,

[i] fort. ortis à diis,

[k] L. de suis reb. ac sibi notis.

[l] L. vsurpari atq; appellari m Prosapia Paulo apud Festum, progenies est. Dicta est porro à sparsis & quasi iactis liberis, quia spare, est iacere & dificere. Nonio. 1. in Prosapies 243. dicitur generis longitudo à prosupando, aut proferẽdo Glosis Prosa pies γραῖαι καταγωγή. Prosapia ἐπ προαγορεύεται ἢ συγγένεια.

[n] L. qua ipsi o hoc totum, quæ per me facta, deles L.

[p] L. dissolubilia,

[q] al. nec erũt vlla valẽtiora, q.

[r] L. oportet, vt ab eo ne quid absit: quæ si à me ipso effecta, vt, inq. cõsecuta sint, deorum vitam possint adæq.

[s] L. creabuntur,

[t] fort. nobisq. & iuri, ac legi pareant:

[a] L. omnes enim orbes eorum quasi helicis inflexione vertebantur quam

[b] fort. & ab eius, quod simile

[c] fort. efficiũt

[d] L. neq. nomine appel.

[e] al. perspici

[f] fort. quod intelligimus

[g] fort. expressa ab illis,

[h] L. comitẽq. eum sapiẽtiæ quàm optimæ mẽtis eff.

volentes pareant: quorum vobis initium, statúsque [a] traditur à me: vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Ita orientur animantes, quos & viuos alatis, & consumtos sinu recipiatis. Hæc ille dixit. Deinde ad temperationem superiorem reuertit: in qua omnem animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat, superioríque permixtionis reliquias fundens æquabat, eodem modo fermè, nisi quòd non ita incorruptas, vt ea, quæ semper idem. sed [b] à diis secundum sumebat, atque tertium. Toto igitur omnino constituto, sideribus parem numerum distribuit animorum, & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit, commonstrauítque leges fatáleis, ac necessarias. & ostendit primum ortum vnum fore omnibus, eúmque moderatum, atque constantem, nec ab vllo imminutum: satis autem, & quasi sparsis animis, forè vti certis temporum interuallis oriretur animal, quod esset ad cultum deorum aptissimum. Sed cùm duplex esset natura generis humani, sic se res habebant, vt præstantius genus esset eorum, qui essent futuri viri. Cùm autem animis [c] corpora cum necessitate inseuisset, cúmque ad corpora necessitate [d] tum accessio fieret, tum abscessio, necesse erat, sensum exsistere vnum, communémque omnium vehementiore motu excitato, coniunctóque [e] naturæ: deinde voluptate, & molestia mixtum amorem: pòst iram, & metum, & reliquos motus animi, comites superiorum, & his etiam contrarios [f] dissidentes: quos qui ratione rexerit, iustè vixerit: qui autem his se dediderit, iniustè. Atque ille, qui rectè, & honestè curriculum viuendi à natura datum confecerit ad illud astrum, quo[g] cum aptus fuerit, reuertetur. qui autem immoderatè & intemperatè vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

*anno autem millesimo, vterque ad sortitionem, optionémque vitæ secundæ peruenies, optabit quod quisque genus velit. vbi & in beluæ vitam, ac figuram animus humanus deferetur. *

& si ne tum quidem finem vitiorum faciet. grauius etiam iactabitur, & [h] in suis moribus simillimas figuras pecudũ, & ferarum transferetur: neque malorum terminum priùs adspiciet, quàm illam sequi cœperit cõuersionem, quam habebat in seipse, eiusdem, & vnius, simul innatam, & insitam. Quod tum euenier, cùm illa, quæ ex igne, aere, aqua, atque terra, turbulenta, & rationis expertia insederint, deniq. ratione depulerit, & ad primam, atque optimam affectionem animi peruenerint. Quæ cùm ita designasset, seséque, si quid postea fraudis, aut vitij euenisset, extra omnem culpam, causámque posuisset: alios [i] in terra, alios in luna, alios in reliquas mundi partes, quæ sunt ad spatiorum temporis significationem notæ constitutæ, spargens quasi serebat. Post autem sationem eam diis, vt ita dicam, iunioribus permisit, vt corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum ex humano animo, quod deberet accedere, id omne, & quæ sequentia essent, perpolirent, & absoluerent: deinde vt huic animanti principem [k] se ducémque præberet, vitámque eius pulcherrimè regeret, & gubernaret: nisi quatenus ipse beneficiis suæ culpæ sibi aliquid mi-

seriæ quæreret. Atque is quidem, qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu. Qui autem erant ab eo ereati, cùm parétis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Itaque cùm accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem, & effectorem sui, particulas ignis, & terræ, & aquæ, & aeris à mundo, quas rursus redderent, mutuabantur, eásque inter se copulabant, haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quæ cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis iniectis vnum efficiebant ex omnibus corpus: istémque in [a] eo influente atque effluente animo[b] diuino ambitus illigabant. Itaque illi in [c] flumen immersi, neque tenebant, neque tenebantur, sed vi magna tum ferebant, tum ferebantur. Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderatè, & [d] fortuitu, vt sex motibus veheretur. nam & antè, & ponè, ad lenam, & ad dextram, & sursum, & deorsum, modò huc, modò illuc.

sex oras, regionésque versus errans procedebat.

Desunt nonnulla.

Iam verò earum imaginum, quę finguntur, & redduntur in speculis, eorúmque, quæ splédida, & læuia sunt, rationem perspicere haud difficile est. Nam ex ignis vtriusque externi, atque interni communione inter ipsos, cùm vnus per singulas parteis effectus, & multis modis concors & aptus redditus in læuore cõsedit.

Sed si [e] in splendore consedit: tum vel eadem species, vel interdũ immutata redditur.

omniáque huiusmodi necessariò in speculo referuntur.

cùm ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus.

[f] in re læui, & splendida,

se confudit, & contulit. Dextra autem videntur, quæ læua sunt, quia contrariis partibus oculorum contrarias parteis attingunt.

præter morem vsitatum adiectionis, & commissuræ.

Respondent autem dextra dextris, læua leuis conuersione luminum, cùm ea inter se non cohæreſcunt. Id fit, cùm speculorum læuitas hinc, illinc neque altitudinem assumsit, & ita dextra detrusit in læuam partem oculorum, læuáque in dextram. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum: quæ conuertens inferiora reddit, quæ sunt superiora. Atqui hæc omnia ex eo genere sunt, quæ rerum adiuuant causas. Quibus vtitur ministeriis Deus, cùm optimi speciem, quoad fieri potest, efficit. Sed existimant plerique non hæc adiuuantia & causarum, sed has ipsas esse omnium causas, quæ vim habeant frigoris, & caloris: concretionis, & liquoris: careant autem omni intelligentia, atque ratione, quæ, nisi in animo nulla alia in natura reperiantur. Animus autem sensum omnem effugit oculorum. At ignis, & aqua, & terra, & aer, corpora sunt, eáque cernuntur. Illum autem, qui intelligentiæ, sapientiæque se amatorem profitetur, necesse est, intelligentis, sapientisque naturæ primas causas cõquirere: deinde secundas causas rerum earum, quę necessariò mouẽt alias, ipsæ ab aliis mouentur. Quocirca nobis sic cerno esse faciendum, vt de vtroque nos quidem dicamus genere causarum.

a L. satúsque tradetur à me:

b L. sed ab iis. secúda sumebat, atque tertia.

c al. animos corporibus cũ necessitate. d vox, necessitate, ab hoc loco videtur delenda. e L. coniunctúmque n.

L. contrariè diss. Plato, ἐναντίως ἐχόντας.

g al. cui aptus fuerit,

h forsit. & in similimas suis moribus fig.

i L. alios in sole, alios in lunã. al. ore.

k L. principes se, ducésque præbeat, vitámque eius pulcherrime regeret, & gubernaret: l. L. deleri vocem, beatíque

a πὰς τῶν ἀθανάτων ψυχὰς μιμούμενος, ἐπειδὴ δὲς ἐπὶ τὸν πόρον τοῦτον, τοῦτο σῶμα, καὶ ἀπόρρυτον.

b L. animi ébriuini ambitus,

c L. in flumine ingès immersi, εἰς ποταμὸν μὲν ἐμβεβληκὸς σφᾶς πολὺν

d L. & fortuito.

e forsit. ἐν τῇ λειότητι.

f πρὸς τὰ λαιὰ τῶν λείων, καὶ λαμπρῶν συμπαρέχει τὰ ἐναντία μέρη.

g forsit. μόνας.

causarum, separatim autem de iis, quæ cùm intelligentia sunt efficientes pulcherrimarum rerum, atque optimarum: & de iis, quę vacantes prudentia, inconstantia, perturbatáque efficiunt. Ac de oculorum quidem causis, vt haberent eam vim, quam nunc habent, satis fermè esse dictum puto. Maxima autem eorum vtilitas donata humano generi deorum munere deinceps explicetur. Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc, quæ est habita de Vniuersitate oratio à nobis, haud vnquam esset inuenta, si neque sidera, neque sol, neque cælum sub oculorum aspectum cadere potuissent. Nunc verò dies, noctésque oculis cognitę, tum mensium, annorúmque conuersiones ad numerum machinatæ sunt, &[a] spatium temporis demensæ sunt, & ad quæstionē totius naturæ impulerūt. Quib[9] ex rebus philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi deorum concessu, atque munere, neque dabitur.

a al. & spatii temporis dimensæ, ad q

Multa desiderantur.

M. T. CICERONIS PHÆNOMENΩN EX ARATO,

FRAGMENTA.

CICERO 2 leg.] *AB IOVE musarum primordia.*

LACTANT.] *Malebant tenui contenti viuere cultu.*

LACTANT.] *Et Iouis in regno, cælique in parte resedit.*

Cic. 2. nat. deor.] *Cetera labuntur celeri cælestia motu.*
Cum cælóque simul nocteísque diésque feruntur.

Extremúsque adeò duplici de cardine vertex
Dicitur esse Polus. *
Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur,
Altera dicitur esse Helice. *
Quas nostri Septem soliti vocitare triones.
Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.
Sed prior illa magis stellis distincta refulget,
Et latè prima confestim à nocte videtur.
Hæc verò parua est, sed nautis vsus in hac est.
Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,
Tornu' Draco serpit subter, supráque reuoluens
Sese, conficiénsque sinus è corpore flexos.
Huic non vna modo caput ornans stella relucet,
Verùm tempora sunt duplici fulgore notata,
E trucibúsque oculis duo feruida lumina flagrant,
Atque vno mentum radianti sidere lucet:
Obstipum caput & tereti ceruice reflexum.
Obtutum in cauda maioris figere dicas.
Quod[a] caput hic paullum sese, subitóque recondit,
Ortus vbi atque obitus partem admiscentur in vnam.

a v. c. Hoc caput.

Id autem caput *

Attingens defessa velut marentis imago.
Vertitur. * quam quidem Græci
E'γόνασιν vocitant, genibus quòd[b] nixa feratur.
Hic illa eximio posita est fulgore corona.
propter, caput Anguitenentis,
Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graij.
Huic supera duplices hnmeros affixa videtur
Stella micans, tali specie, talique nitore.
Hic pressu duplici palmarum continet Anguem,
Eius & ipse manet religatus corpore toto.
Namq. virum medium Serpens sub pectora cingit,
Ille tamen nitens grauiter vestigia ponit,
Atque oculos vrget pedibus pectúsque Nepaï.

b v. c. quia

Septemtriones sequitur

Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes,
Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arctò.

huic Booti

* *subter præcordia fixa[c] tenetur.*
Stella micans radiis, Arcturus nomine claro.

c v. c. videtur

* cui subiecta fertur

Spicum illustre tenens splendenti corpore, Virgo.

Ferrea tum verò proles exorta repentè est:
Ausáque funestum prima'st fabricarier ensem,
Et gustare manu victum, domitúmque iuuencum.

Et natos geminos inuises sub caput arcti.
Subiectus mediæ est Cancer: pedibúsque tenetur
Magnu' leo tremulam quatiēs è corpore flammam.

Hoc motu radientis Etesiæ in vada Ponti,
Nauibus assumtis fluitantia quærere aplustra.

auriga

Sub læua geminorum obductus parte feretur.
Aduersum caput hinc Helice rruculenta tuetur.
At Capra læuum humerum clara obtinet. *

Verùm hæc est magno atque illustri prædita signo.
Contrà, hœdi exiguum iaciunt mortalibus ignem.

cuius sub pedibus *

Corniger est valido connixus corpore Taurus,
Has Græci stellas ὑάδας vocitare fuerunt.
Namque ipsum ad tergum Cynosuræ vertitur arcti.

* hunc antecedit

Obscura specie stellarum Cassiepeia.

Hanc autem illustri versatur corpore propter
Andromeda, ausugiens adspectum mæsta parentis.

Huic Equus ille iubam quatiens fulgore micanti
Summa contingit caput aluo, stellaque iungens
Vna tenet duplices communi lumine formas,
Æternum ex astris cupiens connectere nodum.

Exin contortis Aries cum cornibus hæret.

ARATI PHÆNOMENA A M. TVLLIO CICERONE ADOLESCENTE LATINA FACTA.

E quibus hinc subter positis cognoscere fultum.
Iam cæli mediam partem tenet, vt prius illæ
a v.c.tum. Chelæ, quum [a] pectus quod cernitur Orionis.
b v.c.claræ. Et propè conspicies paruum sub pectore clarò [b]
Andromedæ signum. Delphoton dicere Graij
Quod solitis, simili quia forma littera claret:
Huic spatio ductum simili latus exstat vtrumque.
v.c. namq. est minor At non tertia pars lateris: nam [c] non minor illis,
Sed stellis longè densi præclara relucet.
Inferior paullo est Aries & flamen ad Austri
d v.c.illi Inclinatior atque etiam vehementius illo [d]
e v.c.prolabitur Pisces quorum alter paullo prælabitur [e] antè,
Et magis horrisonis Aquilonis tangitur alis.
Atque horum è caudo duplices velut esse catenæ
Dicuntur. Sua diuersæ per lumina serpunt:
f v.c. tamen Atque vna tandem [f] in stella communiter hærent,
Quam veteres soliti calestem dicere Nodum.
Andromedæ læuo ex humero si quærere perges,
Appositum poteris supra cognoscere Piscem,
g v.c.natum summo Ioue Persea vises. E pedibus vatum [g] summo natus Ioue Perseus,
Quos humeris retinet defixo corpore Perseus:
Quæ summa abregione Aquilonis flamina pulsant.
Hic dextrum ad sedes intendit Cassiopæ,
Diuersosque pedes vinctos talaribus aptis.
h v.c.elapsus Puluerulentus vti de terra lapsus [h] repentè
i v.c.magno. In cælum victor magnum sub culmine portat.
At propter læuum genus omni ex parte locatas
Paruas Vergilias tenui cum luce videbis.
Hæ septem vulgo perhibentur more vetusto
Stellæ, cernuntur verò sex vndique pares.
At non interisse putari conuenit vnam:
Sed frustrà temerè à vulgo ratione sine vlla
Septem dicier. vt veteres statuêre poeta,
k v.c.signant Æterno cunctas æuo qui nomine dignant [k],
Alcyone, Meropéque, Celeno, Taygeréque,
Electra, Steropéque, simul sanctissima Maia.
Hæ tenues paruo labentes lumine lucent:
At magnum nomen signi, clarúmque vocatur,
l al. ad m al. clarat. Propterea quòd [l] ætatis primordia claret [m],
Et post hiberni prapandens temporis ortus
Admonet vt mandent mortales semina terris.
n al. cõnexa o al. paruis Inde Fides leuiter posita & conuexa [n] videtur,
Mercurius paruus [o] manibus quam dicitur olim
p al. in cunis Infirmus [p] fabricatus in alua sede locasse.
q v.c. Hæc Quæ [q] genus ad læuum Nixi delapsa resedit.
Atque inter flexum genus, & caput Altis hæsit.
Namque est Ales auis lato sub tegmine cæli.
Quæ volat, & serpens geminis secat aera pennis,
Altera pars huic obscura est, & lumine expers:
Altera nec paruis nec claris lucibus ardet,
Sed mediocre iacit quatiens è corpore lumen.
Hæc dextram cephei dextro pede pellere palmam
Gestit: iam verò clinata est vngula vehemens.
Forte equi propter pennati corporis alam.
r al. mutis‖ al. geminis [r] Ipse autem labens multis [r] equus ille tenetur
Scibus: huic ceruix dextra mulcetur Aquari.
s v.c.visit equi vis. Serius hæc obitus terrai iussit [s] equinis,
Quàm gelidum valido de corpore frigus anhelans
Corpore semifero magno Capricornus in orbe:
Quem quum perpetuo vestiunt lumine Titan,
t v.c. cùm torquet Brumali flectens conterquit [t] tempore cursum.
u v.c.in Ponto. Hoc caue te Pontu [u] studens committere merse:
Nam non longinquum spatium labère diurnum:
Non hiberna cito soluetur curriculo nox:

A Humida non sese vestris aurora querelis
Ocyus ostendet, clari prænuntia solis:
At validis æquor pulsabit viribus Auster:
Tum fixum [a] tremulo quatietur frigore corpus. a v.c.fixum
Sed tamen anni iam labuntur tempore toto.
Nec cui signorum cedunt, neque flamina vitant,
Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
Atque etiam supero naui pelagóque vagato. [b] b v.c.vagati‖ al. vagatur
Mense sagit[t] potens solis cùm sustinet orbem.
Nam iam cùm minus exiguo lux tempore præstò est,
B Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ:
Iam [c] prope præcipitid antè licebit visere nocti c al. Nam
Vt sese ostendens emergit Scorpius altè, d v.c. præcipitante.
Posteriore trahens flexum vi corporis arcum:
Iam superà cernes Arcti, caput esse minoris,
Et magis erectum ad summum versarier orbem.
Tum sese Orion toto iam corpore condit
Extrema propè nocte, & Cepheus conditur ante,
Lumborum tenus à prima [e] depulsus ad vndas [f]. e al.palma f v.c.vmbo
C Hic missò [g] reuocans fulgens iacet vna sagitta, g v.c.mit
Quam propter nitens penna conus luitur Ales: re vacas
Et [h] clinata magis paullo est Aquilonis ad auras. que fine cu,* h v.c.Ales
At propter se Aquila ardenti cum corpore portat i v.c.minus
Igniferum mulcens tremebundis æthera pennis,
Non minus [i] ingenti cum corpore, sed graue mastis.
Ostendit nautis perturbans æquora signum.
Tum magni curuus Capricorni corpora propter
Delphinus iacet haud nimio lucratus nitore.
Præter quadruplices stellas in fronte locatas,
D Quas interuallum binas disterminat vnum.
Cetera pars læta tenui cùm lumine serpit.
Illæ quæ fulgent luces sex ore coruſco. k v.c.Aquilonis
Sunt inter partes gelidas Aquilone [k] locatæ,
Atque inter spatium, & læti vestigia solis. l v.c.sulis
At pars inferior Delphini fusca [l] videtur.
Inter solis iter, simul inter flamina venti,
Viribus erumpit quà summi spiritus Austri.
Exinde Orion ob iquo corpore nitens
Inferiora tenet truculenti corpora Tauri:
Quem qui suspicier [m] in cælum nocte serena m v.c.sub‖ ciens.
E Latè dispersum non viderit, abdita [n] vero n v.c.haud ita
Cetera se speret cognoscere signa posse.
Namque pedes subter rutilo cum lumine claret
Feruidus ille Canis stellarum luce refulgens.
Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper [o]: o al.venter
Ver toto [p] spirans rabido de corpore flammam p al.Nec
Æstiferos validis erumpit flatibus ignes:
Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.
Hic vbi se pariter cum sole in lumina [q] cæli q v.c.cubi‖ na.
Exululit, haud patitur solorum tegmine frustrà
F Suspensos animos arbusta ornata tenere.
Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit,
Hæc augens anima vitali flamine mulcet:
At quorum nequeunt radices findere terras
Denudat foliis ramos & cortice truncos.
Hunc propter, subterque pedes, quos diximus antè, f v.c.Cibo‖ nis.
Orion [r] iacet leuipes Lepus. hic fugit ictus
Horrificos metuens rostri tremebundus acuti.
Nam Canis infesto sequitur vestigia cursu
Præcipitantem agitans, orienti iam denique paullo
G Curriculum numquam defesso corpore sedans.
At canis ad caudam serpens [s] prælabitur Argo, s protollitur
Conuersam præ se portans cum lumine puppim: t al.pone.
Non, [t] si naues vi in alto ponderet proras.

Antè

An è solent rostro Neptunia prata secantes.
a v.c. se per
Sed conuersa retrò cæli semper[a] loca portat:
b v.c. contingere.
Sicut quum cœptant tutos constringere [b] portus.
c v.c. nauim.
Obuertunt nauem [c] magno cum pondere nautæ,
Aduersámque trahunt optata ad littora puppim.
Sic conuersa vetus super æthera vertitur Argo,
d v.c. celsum.
Atque vsque à prora ad cælum[d] ne lumine malum,
e v.c. clara cum luce.
A malo ad puppim cum [e] lumine clara videtur,
Inde gubernaclum dispersò lumine fu'gens,
Clari posteriora Canis vestigia condit.
Exin semotam procul, in tutóque locatam.
An tromedam tamen explorás fera quærere Pistrix
Pergit, & vsque sitam validas Aquilonis ad auras
f v.c. squammosa.
Cærula vestigat finita in par tibus austri.
Hanc Aries tegit, & squammosi [f] corpore Pisces
g al. illustris.
Fluminis illustri[g] tangentem corpore ripas.
Namque etiam Eridianum cernes in parte locatum
Cæli funestum magnis cum viribus amnem,
Quem lacrymis mœst æ Phaëtontis sæpe sorores
Sparserunt, letum mœrenti voce canentes.
Hunc Orionis sub læua cernere planta.
Serpentem poteris, proceráque vincla videbis,
Quæ retinent Pisces, caudarum parte locata,
Flumine mixta retro ad Pistricis terga reuerti.
h v.c. Hæc
i v.c. nectuntur.
Hic[h] vna stella vertun'ur, quam iacit ex se
k al. pistrix è spina.
Pistricis [k] spinæ valida cum luce refulgens.
l al. omnes.
Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ
Inter Pistricem fusæ sparsæque [l] videntur,
Atque guberna lum stel æ quas contegit omnis
Formidans acrem morsum Lepus: his neque nomen,
m v.c. quas
Nec formam veteres certam statu sse videntur.
Nam quæ[m] sideribus claris natura poluit,
n v.c. Has
Et vario pinxit distinguens lumine formas,
Hæc[n] ille astrorum custos ratione notauit,
Signáque signauit cælestia nomine vero:
o v.c. cum lumine
Has autem, quæ sunt paruo [o] sub culmine fusæ
p v.c. clarare.
Consimili specie stellas, parilique nitore,
Non potuit nobis nota clarere[p] figura.
Exinde australem soliti quem dicere Piscem.
Voluitur inferior Capricorno versus ad Austrum.
Pistricem obseruans, procul illis Piscibus hærens,
At propè conspicies expertes nomin s omnes
Inter Pistricem & Piscem quem diximus Austri.
Stellas sub pedibus stratas radiantis Aquari.
Propter Aquarium ob curum dextra rigat amnem,
Exiguo qui stellarum candore nitescit.
E multis tamen his duo latè lumina fulgent.
Vnum sub magnis pedibus cerneretur Aquari.
q v.c. Spinige rum.
Quod [q] superest gelido delapsum flumine fontis
r v.c. Hæ
Spinigeram [r] subter caudam Pistricis adhæsit.
s al. Aquai.
Et [s] tenuis stella perhibentur nomine Aquari[s].
Hic aliæ volitant paruo cum lumine claræ,
t v.c. cedunt.
Atque priora pedum subeunt vestigia magni
Arcitenentis & ob curæ sine nomine condunt[t].
Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri,
Exitus superûm quæ lumina tempore tranat:
Nam procul Arcturo est aduersa parte locata.
Arcturo magnum spatio [u] spera desit orbem.
u v.c. Iupiter: hunc paruum inferiore in parte locauit.
Hi tamen æterno inuisens loca curriculo nox,
Signa dedit nau is, cunctis quæ noscere possent,
Commiserans hominum metuendos vndique casus.
Nam quum fulgentem cernes sine nubibus atris
Aram sub media cæli regione locatam,
A summa parte ob cura caligine tectam,
Tum validis fug to de sitans viribus Austrum:
Quum si prospiciens vitaueris omnia cautè
A mamenta locans, tutò labère per vndas.
Sin grauis incluerit vehementi flamine ventus,
Perfringet celsos dex xa robore malos:

A Vt res nu'la feras possit mulcere procellas,
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Cœperit, & subitis auris diduxerit Ara.
Sin humeros medio in cælo Centaurus habebit,
Ipseque cærulea contectus nube feretur,
Atque Aram tenui ca igans vestiet vmbra,
Ad signorum obitum vis est metuenda Fauoni.
Ille autem Centaurus in alta sede locatus.
Quà sese claro[a] collucens Scorpius infert,
a v.c. clarè.
B Hæc [b] subter partem præportans ipse virilem
b v.c. Hæc.
Cedit, equi partes properans coniungere Chelis.
Hic dextram pergès quadrupes quà vasta tenetur,
Quam nemo certo donauit nomine Graiùm,
Tendit, & illustrem truculentus cedit ad Aram.
Hic sese infernis de [c] partibus erigit Hydra
c v.c. è.
Præcipiti lapsu flexo cum corpore serpens.
Hæc caput atque oculos torquens ad terga Nepai,
Conuexóque sinu subiens inferna Leonis,
Centaurum leni contingit lubrica caudæ:
In medióque sinu fulgens crater a relucet.
C Extremum nitens plumato corpore Coruus
Rostro tundit, & hic Geminis est ille sub ipsis
Ante[d] canem Graiis Procyon qui nomine fertur.
d al. Antè canis.
Hæc sunt quæ vises nocturno tempore signa,
Æternúmque volens mundi pernoscere motum,
e al. cælum.
Legitimo cernes cæli [e] lustrantia cursu.
f al. orbem.
Nam quæ per bis sex signorum labitur orbes[f]
Quinque solent stel æ simili ratione notari
Non possunt: quia quæ faciunt vestigia cursu,
Non eodem semper spatio portata[g] feruntur.
g v.c. protrita feruntur.
Sic[h] malunt errare vagæ per nubila cæli,
h al. Sed
D Atque suos vario motu metiriet orbes.
Hæc faciunt magnos longinqui temporis annos,
Quum redeunt ad idem cæli sub tegmine signum.
Quare ego nunc nequeo totos euo'uere cursus.
Verùm hæc, quæ semper certo voluuntur in orbe
Fixa simul magnos edemi[i] gentibus orbes.
i edemus. al. edicam. al. sedem.
Quattuor æterno lustrantes lumine mundum,
Orbes stelligeri portantes signa feruntur,
Amplexi terra[k] cæli sub tegmine fulti.
k v.c. terras.
E quibus annorum vsi antia lumina nosces,
E Quæ densis distincta icebit cernere signis.
Tum multos orbes magno cum lumine latos,
Vinctor inter se, & nostis cælestibus aptos,
Atque pari spatio duos cernes esse duobus
Necè sic nocturno cognoscens [m] tempore cælum,
l v.c. At si.
m v.c. conuisens.
Quum neque caligans deterfit sidera nubes,
Nec pleno stellas superauit lumine Luna,
Vidisti magnum candentem serpere circum,
n al. vocatur.
Lacteum hic nimio su gens candore notatur.[n]
Hic [o] non perpetuum detexens conficit orbem,
o v.c. Is.
F Sed spatio multum superis præsta e duobus
Dicitur, & arè cæli lustrare cauernas.
Quorum alter tangens Aquilonia vertitur auras.
Ora petens geminorum, illustratum [p] genus ardens
p al. illustria, tum.
Insese retinens Aurigæ portat vtrumque.
Hunc sura læua Perseus, humeróque sinistro
Tegit: ad [q] Andromedã hic dextra de parte tenetur,
q al. at Andromedæ.
Imponitque pedes duplices Equus: & simul Ales
Ponit anus caput, & clinato corpore tergum,
G Anguitenens humeris conniti ur: illa recedens
Austrum consequitur demitans corpore Virgo.
At verò totum spatium conuestit & orbis
Magnus Leo, & claro collucens lumine Cancer,
In quo consistens conuertit curriculum sol
Æstiuus, medio distinguens corpore cursus.
Hic totus medius circo distingitur ipso
Pectoribus validis, atque a uo possidet orbem.
Hunc octo in partes diuisum noscere circum
Si pores, inuenies sæpe o conuertier orbe
H Quinque pari spatio partes tres esse relictas,

a v.c.frequẽcat Tempore nocturno quas vis inferna frequentet.[a]
c al.Cancri Alter ab infernis Austri[b] conuertitur auris:
Distribuens medium subterfecat hic Capricornum,
Atque pedes gelidum riuum fundentis Aquari,
c v.c.fera Cæruleaque feram[c] caudam Pistricis, & illum
Fulgentẽ Leporẽ, inde pedes Canis, & simul amplã
d v.c.claro Argolicam retinet crebro[d] cum lumine Canem:
Tergáque Centauri atque Nepaï portat acumen:
Inde Sagittari defixum posidet arcum.
Hunc à clarisonis auris Aquilonis ad Austrum,
e v.c.Cedens Condens[e] posstremum tangit rota feruida solis:
Exinde in superas brumali tempore flexu
Se recipit sedes: huic orbi quinque tributæ
Nocturnæ partes, supera tres luce dicantur.
f v.c.Hosce inter mediã parr. Hasce[f] inter mediam in partem retinere videtur
Tantus quantus erit collucens Lacteus orbis,
In quo autumnali, atque iterum sol lumine verno
Exæquat spatium lucis cum tempore noctis.
Hunc retinens Aries sublucet corpore totus,
Atque genu flexo Taurus connititur ingens:
Orion claro contingens corpore fertur:
Hydra tenet flexu Craterem, Corvus adhæret:
g al.è Chelis Et paucæ Chelis[g] stellæ, simul Anguitenentis
Sunt genua, & summi louis Aries nuntius instat:
Propter equus capite & cerui cum lumine tangit.
Hosce æquo spatio deuinctos sustinet axis,
Per medios summo cæli de vertice tranans.
Ille autem claro quartus cum lumine circus,
Partibus extremis extremos continet orbes,
Et simul à medio media de parte secatur,
Atque obliquus in his nitens cum lumine fertur:
Vt nemo, cui sanctã mentem docti[ss]ima Pallas
Sollertem ipsa dedit fabricæ rationibus artem,
Tam tornare cati contortos possit orbes,
h al.numine Quàm sunt in cælo diuino lumine[h] flexi,
Terram cingentes, ornantes lumine mundum,
Culmine transuerso retinentes sidera sulta.
Quattuor hi motu cuncti voluuntur eodem,
Sed tantum supera terras semper tenet ille
Curriculum obliqui è inflexus tribus orbibus vnus,
Quanto est diuisus Cancer spatio à Capricorno,
i v.c.At Ac[i] subter terras spatium par esse necesse est:
Et quantos radios iacimus de lumine nostro,
k v.c. hunc Queis lunak conuexum oculis contingimus orbem,
Sex tantæ poterunt sub eum succedere partes,
Bina pari spatio cælestia signa tenentes.
Zodiacum hunc Graci vocitant, nostrique Latini
Orbem signiferum perhibebunt nomine vero:
Nam geri hic voluens bis sex ardentia signa.
Est fera est pandens feruentia sidera Cancer.
Hunc subter fulgens cedit vis torua Leonis,
Quem rutilo sequitur collucens corpore Virgo.
Ex quo proiecta claro cum lumine Chelæ,
Ipsáque consequitur lucens vis magna Nepaï:
Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum:
Post hunc ore fero Capricornus vadere pergit:
Humidus inde loci collucet Aquarius orbi.
Exin squamigeri serpentes ludere Pisces:
Queis comes est Aries obscuro lumine labens,
Inflexóque genu proiecto corpore Taurus,
Et Gemini clarum tacti[ss]antes lucibus ignem.

l v.c.conuertit Hæc sol æterno conuectit[l] lumine lustrans,
Annua confic ens vertentia tempora cursu[m].
m v.c.cursu. Hic quantus terris confectus[n] pellitur orbis,
n al.cõnexus
o v.c pandes Tantundem ille[o] patens supera mortalibus edit.
Sex omni semper cedunt labentia nocte,
p v.c.rursus Tot cæsum in[p]su[q] fugientia signa reuisunt.
Hoc spatium tranans cæcis nox conficit vmbris,
Quod supera terras prima de nocte relictum est
q al.Signifero ex orbe Signifero[r] ex orbe & signorum ordine fultum.
Quod si solis aues certos cognoscere cursus,

A Ortus signorum nocturno tempore vises:
Nam semper signum exoriens Titan trahit vnum.
Sin autem officiens signis mons obstruet altus,
Aut adiment lucem cæca caligine nubes:
Certas ipse notas cæli de tegmine sumens,
Ortas atque obitus omnes cognoscere possis.
Quæ simul exsistant cernes, quæ tempore eodem
Præcipitent obitum[a] noctu no tempore noscens.
Iam[b] simul vt super à se toto lumine Cancer
Extulit, extemplo cedit delapsa Corona,
B Et loca conuisit cauda tenus infera Pisci.
Dimidiam retinens[c] stellis distincta Corona
Partem etiã supera, atque alia de parte repulsa est:
Quamdt tamen insequitur Pisces, nec totus ad vmbras
Tractus, sed supero contectus corpore cedit,
Atque humeros vsque à genibus, clarúmque recõdit
Anguitenens validis magnum à ceruicibus Anguẽ.
Iam verò Arctophylax non æqua parte secatur.
Nam breuior clara cæli de parte videtur,
Amplior infernis depulsus possidet vmbras.
C Quattuor hic obiens secum deducere signa
Signifero solet ex orbi, tum serius ille
Quum supera sese satiauit luce, recedit,
Post mediam labens claro cum corpore noctem.
Hæc obscura tenens conuestit[o] sidera tellus:
At parte ex alia claris cum lucibus errat
Orion, humeris & lato pectore fulgens,
Et dextra retinens non cassum luminis ensem.
Sed quum de terris vis est patefacta Leonis,
D Omnia, quæ Cancer præclaro detulit ortu,
Cedunt obscurata, simul vis maior[f] Aquari
Pellitur, ac flexo considens[g] corpore Nixus
Iam supero fermè depulsus lumine cedit:
Sed læuum genus, atque illustrem linquit in altum
Plantam, tum contrà exoritur clarũ caput Hydræ,
Et Lepus, & Procyon, qui sese feruidus infert
Ante Canem: inde Canis vestigia prima videntur.
Non pauca è cælo depellens signa repente
Exoritur candens illustria[h] lumina Virgo.
E Cedit clara Fides Cyllenia, mergitur vnda
Delphinus, simul obtegitur depulsa Sagitta,
Atque Auis ad summam caudam, primásque recedit
Pinnas, & magnus pariter de'abitur Amnis.
Hic equus à capite & longa ceruice latescit:
Longius exoritur iam claro corpore Serpens,
Craterâque tenus lucet mortalibus Hydra.
Inde pedes Canis ostendit iam posteriores,
Et post ipse trahit claro cum lumine Puppim:
F Insequitur labens per cæli lumina Nauis,
Et iamiam[i] toto processit corpore Virgo:
Hæc medium ostendit radiato stipite malum.
At quum procedunt obscuro corpore Chelæ,
Exsistit pariter larga cum luce Bootes,
Cuius in aduersum est Arcturus corpore fixus,
Torâque iam supera fulgens prolabitur Argo:
Hydráque quòd latè cælo dispersa tenetur,
Nondum tota late[k] non[l] caudam contegit vmbra.
Iam dextrum genus, & decoratam lumine suram
G Egit, ille vagans[m] vulgato nomine Nixus,
Quem nocte exstinctũ, atque exoritũ vidimus vnà,
Persæpe vt paruum tranans geminauerit orbem.
Hic genus & suram cum Chelis erigit alti:
Ipse autem præceps obscura nocte tenetur,
Dum Nepa & Arcitenens inuisant lumina cæli,
Non[n] se cum medium pandet Nepa, tollere verò
In cælum totum exoriens conabitur arcus.
Hic tribus elatum cum signis corpore toto
Lucet: at exoritur media de parte Corona,
H Caudáque Centauri extremo candore refulget,
Hic se iam totum cæcus Equus abdit in vmbras,

a idest celeriter occidans
b al. Nam simul ac primũ supero sol.
c v.a retinet
d al. Quam
e v.c. concutit
f v.c magna Aquarii
g al. conlabẽs
h al. illustri lumine
i v.c. cimba
k al. lapsa
l v.c. nondum
m al. vulgo
n v.a. Nam

Quem

Quem rutila fulgens pluma præuolat Ales.
Occidit Andromedæ clarum caput, & fœua Pistrix
Labitur horribiles epulas funesta requirens.
Hanc contrà Cepheus non cessat tendere palmas,
Illa vsque ad spinam mergens se cærula condit.
At Cepheus caput atq. humeros palmásq. reclinat.
Quum verò vis est vehemens exorta Nepai,
Lapsa fissa volat in terras labitur vnda,
Orionque metu perculsus conditur vná.
Pace huius liceat causam explicuisse timoris,
Virgo, tua: mihi quæso venit placata Diana.
Hæc fama est hominũ, hæc per terras fama vagatur,
Vt quondam Orion manibus violasse Dianam
Dicitur, excelsis errans in collibus amens,
a v.c. Chius *Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Echineis*[a],
Brachia quam viridi conuestit tegmine vitis.
Illæ feras vecors amenti corde necabat
b v.c. ornare *Œnopionis auens epulas cenare* b *nitentes.*
At verò pedibus subitò perculsa Dianæ
Insula discessit, diuisáque saxa reuellens
Terculit, & cæcas lustrauit luce lacunas,
E quibus ingens existit cum corpore præsæ
Scorpius, infestus præportans flebile acumen.
Hic valido cupide venantem perculit ictu,
Mersit ferum in venas figens per vulnera virus:
Ille graui moriens constrauit corpore terram.
Quare cùm magnis sese Nepa lucibus effert,
Orion fugiens commendat corpora terris.
Tum verò fugit Andromeda, & Neptunia Pistrix
Tota latet, cedit conuerso corpore Cepheus
Extremas medio contingens corpore terras.
Hic caput, & superas potis est demergere partes:
Infera lumborum numquam conuestiet vmbra.
Nam retinent Arctis lustrantes lumine suras.
Labitur illa simul gnatam lacrymosa requirens
Cassiepea, neque ex cælo depulsa decore
c v.c. humeris *Fertur nam verso contingens vertice primùm*
Terras post humeros c *euisa fide refertur.*
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ,
Cum quibus (vt perhibẽt) Iauisa est contendere forma.
Hæc obit inclinata: at pars exorta Corona est
Altera, cum caudáq. omnis iam panditur Hydra.
At caput, & totum sese centaurus opacis
Eripit e tenebris, linquens vestigia parua
d al. Anteredum *Ante* d *pedum contecta, simul cum lumine pandit:*
Ipse feram dextra retinet. prolabitur inde
Anguis tenẽs capite & manibus profert simul Anguis
Iam caput, & summum flexo de corpore lumen.
e v.c. conuersus *Hic ille exoritur conuersõ*[e] *corpore Nixus,*
f v.c. genãs *Aluũ, crura, humeros, simul & præcordia lustrãs*[f],
Et dextra radios læto cum lumine iactans.
Inde Sagittipotens superas conuisere uces
g v.c. pectore *Instituit & mergit Nixi caput, &* g *simul effert*
Sese clara Fides, & præmi. e corpore Capheus,
Fœmidus ille Canis toto cum corpore cedit,
Abditur Orion, obit & Lepus abditus vmbra,
Inferiora cadunt Auriga lumina lapsu.
Inde obiens Capricornus ab alto lumine pellit
Aurigam, instantémq. Caprã, parnos simul Hados,
Et magnam antiquo depellit nomine Nauem.
Obruitur Procyon, emergunt Aetelapsum,
Et terræ volucris existit clara Sagitta.
Crus dextrúmq. pedẽ linquens obit infera Perseus
Inde loca tum cedens à puppi linquitur Argo:

PRISC. lib. 8.] *Sub pedibus profert finita Bootis.*

PRISC. lib. 6.] *Tertia sub caudam ad genua iam lumina pandit.*

PRISC. lib. 10.] *Quem neque tempestas perimet neque longa vetustas*
Inscitiæ, stinguens præclara insignia cæli.

A

PROGNOSTICA.

PRISC. lib. 10.] *Vt cùm luna means Hyperonis officit orbi, Stinguuntur radij cæca caligine tecti.*

PRISC. lib. 10.] *Ast autem somni qua candẽs lumine Phœnæ,*

CIC. 1. Diuin.] *Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros*
Inflatum mare, cùm subitò penitúsq. tumescit,
Saxaq. cana salis niues spumata liquore,
Tristificas certant Neptuno reddere voces:
Aut densus stridor cùm se sub vertice montis
B *Ortus adaugescit populorum sæpe repulsu.*
Cana fides ixit eadem fugiens è gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans instare procellas,
Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.

Vos quoque signa videtis aquaï dulcis alumnæ,
Cùm clamore paratis manere fundere voces,
Absurdóque sono fontes & stagna cietis.
Quis est qui ranunculos hoc videre suspicari
possit?
C *Sæpe etiam pertristè canit de pectore carmen,*
Et matutinis acredula vocibus instat,
Vocibus instat, & assiduas iacit ore querelas,
Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.
Fuscaq. nonnamquam cursans per littora cornix,
Demersit caput, & fluctum ceruice recepit.
Mollipedésq. boues spectantes lumina cæli
Naribus humiferum duxere ex aere succum,
Iam verò semper viridis sempérq. grauata,
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu,
D *Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.*

